R. 3887

DIVI AMBROSII

Episcopi Mediolanensis omnia opera, per eruditos viros ex accurata diversorum codicum collatione emẽdata, Græcis quæ vel aberant, vel erant corruptissima, plerisque in locis feliciter restitutis, in quatuor ordines digesta: quorum primus habet mores: secundus pugnas aduersus hæreticos: tertius orationes, epistolas & conciones ad populum: quartus explanationes voluminum veteris & noui testamenti.

Cui supra Frobenianam editionem accessit nusquã hactenus impressa elegans & erudita eiusdem authoris in duodecim Dauidicos psalmos enarratio.

Eiusdemq; in Epistolam ad Hebræos accessit nouiter inuenta, & arguta & docta enarratio, nec hactenus vsquàm impressa.

Aspice lector, & inuenies alium Ambrosium quàm antehac habuisti.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
M. C. N.

PARISIIS,
Ex officina Geruasii Cheuallonii sub Diuo Christophoro è regione collegii Cameracensis.
1539.

R. 3889

DIVI AMBROSII

Episcopi Mediolanensis omnia opera, per eruditos viros ex accurata diversorum codicum collatione emẽdata, Græcis quæ vel aberant, vel erant corruptissima, plerisque in locis feliciter restitutis, in quatuor ordines digesta: quorum primus habet mores: secundus pugnas aduersus hæreticos: tertius orationes, epistolas, & conciones ad populum: quartus explanationes voluminum veteris & noui testamenti.

Cui supra Frobenianam editionem accessit nusquã hactenus impressa elegans & erudita eiusdem authoris in duodecim Dauidicos psalmos enarratio.

Eiusdemq; in Epistolam ad Hebræos accessit nouiter inuenta, & arguta & docta enarratio, nec hactenus vsquàm impressa.

Inspice lector, & inuenies alium Ambrosium quàm antehac habuisti.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
M. C. N.

PARISIIS,
Ex officina Geruasii Cheuallonii sub Diuo Christophoro è regione collegii Cameracensis.

1539.

D. ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

PRIMVS hic tomus continet τὰ ἠθικὰ, hoc eſt, quæ ad mores Chriſtianorum inſtituendos faciunt: quorum oportet primam eſſe curam. Quæ videbantur νόθα, non ſemouimus, vel quia pauca ſunt, vel quia non indigna lectu, cuiuſcunque ſunt. Pagina quadrageſima columna quarta, libellus cui titulus, Ad virginem deuotam, nihil prorſus habet Ambroſii nec in phraſi, nec in ſententiis. Ad id perſuadendum ſatis arbitror monuiſſe lectorem ut inſpiciat. Pagina quadrageſima prima, columna tertia, libellus qui hunc proximè ſequitur, titulo, Ad virginem lapſam, videtur non ineruditus. Apparet declamationem eſſe, qualis eſt illa ſancti Hieronymi de matre & filia recóciliandis. & habetur inter huius opera, ſi titulis habenda fides: quanquam hic, ne deprehenderetur fucus, ſcriba omiſit principium, & in fine quædam adiecit, aliáque nonnulla variauit. Huius extrema pars in qua conſolatur virginem, non eſt nouus libellus, vt à typographis diſtinctus eſt, ſed extremum caput ſuperioris.

CATALOGVS.

Officiorum libri.	III.	De viduis.	I.
De virginibus.	III.	De pœnitentia.	II.
Ad virgines exhortatio.	I.	Exhortatio ad pœnitentiam.	
Inſtitutio virginis.	I.	De fuga ſeculi.	I.
Ad virginem deuotam.		De bono mortis.	
Ad virginem lapſam.			

Reuerendiſſimo

DOMINO, D. IOANNI ALASCO, ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, AC TOTIVS POLONIAE PRIMATI, ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

PRISCI mortales, ornatiſsime præſul, quod æternum, cunctisq; venerandum eſſe volebant, numini cuipiam dedicabant, vt vel religio petulantiam hominum deterreret ab iniuria. Exẽplum hoc à lucis ac templis paulatim demigrauit ad ſtudia, vt ſi quid noui operis pararetur editioni, celebri cuipiam gratioſoq; nomini conſecraretur. Id tot iam ſeculis adeo receptum eſt, vt aduerſus rationis exactores vel ſola ſufficiat præſcriptio. Illud tamẽ ineptũ videri poteſt, quod quidã aliena dicant viris primatibus, nec aliena modo, verũetiã ea quibus ipſorũ opera nihil prorſus acceſsit, niſi forte quòd eadẽ deprauatiora reddiderunt. Alioqui quum nũc nouorum librorum γάργαρα, vt habet vetus comœdia, penè nos obruãt: mihi præclarius eſse facinus videtur, veterũ authorum monumẽta tẽporum iniuria ſcribarũq; temeritate collapſa reſtituere, q̃ noua cudere volumina, preſertim quum quod ſua ætate vere dixit Eccleſiaſtes, nihil eſse nouum ſub ſole, & ſcribendi plures libros nullum eſse finẽ, in hoc ſeculũ multo verius dici poſsit. Inter priſcos autẽ eccleſiæ doctores latinos vix alium arbitror eſse digniorẽ cuius extẽt integrę lucubrationes, q̃ diuum Ambroſiũ. Hoc & ex animo dictum videri velim, & citra cuiuſquã contumeliã. Sit linguarũ ac ſcripturarũ peritior Hieronimꝰ, ſit elaboratioris phraſeos Hilarius, ſit in quæſtionũ nodis explicãdis argutior Auguſtinus, aliis itẽ dotibus excelluerint alii: ſed quem mihi dabis qui pari ſyncęritate tractet ſacras literas, qui cautius vitarit ſuſpecta dogmata, qui ſic vbiq; gerat Chriſtianũ epiſcopum, qui ſic ſpiret paterna viſcera, qui ſummam præſulis authoritatem cum ſumma manſuetudine cõiunxerit? Vbiq; ſentias illum hoc affici quod loquitur. Et adeſt dictioni modeſta quædam ac pia iucũditas, grataq; ciuilitas. Eſt quẽ non omnino ſine cauſa doctorẽ melliſluum vocant. At hic iuxta nomen ſuum verè cæleſti manat Ambroſia, dignus qui ſit quod dicitur, Ambroſius, hoc eſt, immortalis, nõ ſolum apud Chriſtũ, verumetiã apud hoſtes. Quantum autẽ ſudoris exhauſtum ſit in hoc reſtituẽdo dum collatione veterũ codicũ emendãtur deprauata, reſtituũtur amputata, reſecantur aſsuta, reponuntur græca, quæ vel aberãt prorſus, vel figuris nihil ſignificantibus fuerant addita, tuæ prudentiæ fuerit æſtimare. Vt autem tam inſignẽ eccleſiæ doctorẽ tui nominis auſpicio potiſsimũ veluti renatum in lucem prodire vellem, cum primis in cauſa fuit Ioannes à Laſco, te patruum non minus morum ornamentis q̃ nomine referens. Nam iuuenis ſenem ſic exprimit, vt in eo veluti renatus videri queas. Is tui ſimulacrum quoties mihi depingebat oratione, toties agnoſcebam in narrãte imaginis expreſsæ antitypon. Adeo dum patruũ depingit, ſeipſum depingebat imprudens. Hunc mihi conuictorẽ pauculos licet mẽſes contigiſse, non in poſtrema felicitatis parte pono. Vtinã mihi liceret per adulationis inuidiã prædicare dei dotes quas in illo & amaui & veneratus ſum. Illud non poſsum nõ fateri, ſenex iuuenis cõuictu factus melior, ac ſobrietatẽ, temperantiam, verecundiã, linguę moderationẽ, modeſtiam, pudicitiã, integritatẽ, quam iuuenis à ſene diſcere debuerat, à iuuene ſenex didiſci. O gentẽ pietati natam! Nec alio nomine mihi videtur felicior Polonia, q̃ quòd talem regem, talem ſortita ſit Archiepiſcopum, quorũ inſignis pietas pari ſtudio certat hos fatales bellorum & opinionum tumultus componere, prolapſosq; Chriſtiani populi mores inſtaurare. Quumq; eò proceſſerit tua veneranda ſenectus, vt merito poſsit à negociis impetrare dimiſsionem, tamen ad eccleſiæ patriæque commoda procuranda iuuenis es. Hic igitur veteris prouerbii venit in mẽtem, ὡς ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ἐπὶ τὸν ὅμοιον. Itaque viſum eſt pulchrè congruere vt proficiſceretur Ambroſius præſul ad præſulem, claris natalibus inſignis ad nobiliſsimum, pius ad pietatis antiſtitẽ, eruditus ad eruditionis eximium patronum, virgo & virginitatis præco facundiſsimus ad omnis pudicitiæ exemplar incomparabile, deniq; pacificator ad epiſcopum pacis ac tranquillitatis publicę ſtudioſiſsimum: cui rei dicas Ambroſium diuinitùs fuiſse datam. Hoc agebat illa facunda lingua quum Liguriæ conſularem ageret præſidem, ſedabat tumultus, ſarciebat concordiam non minus accuratè quàm dextrè ac feliciter: nec id ſolum in iis regionibus vbi fungebatur magiſtratu, verũetiam quoties res apud alios ſpectabant ad ſeditionem, Ambroſius veluti peritus ac felix nauclerus ad ſedandam tempeſtatem accerſebatur. Ac ne multa commemorans, plus æquo præfationem extendam: Quum extincto Auxentio, qui fouerat Arianos, Mediolani per epiſcopos ageretur de præſule ſubrogando, tantaq; ſtudiorum variantiũ contentione flagrarent comitia, dum pars Arianæ factionis, pars orthodoxorum flagitat epiſcopum, vt res ad extremos tumultus tẽdere videretur, Theodoſius Cæſarum piiſsimus eò legat Ambroſium, vt rerum exitiales motus componeret. Is dum pro delegato munere tẽplum ingreſsus, ſingulari facundia ſuadet concordiam, ſubitò cuncta populi modo diſſidentis ſtudia in vnum conuerſa ſunt, iamq; iunctis vocibus ſuffragiisq; concordibus Ambroſium epiſcopum flagitant. Multa cauſatur ille, ſe prophanæ functionis hominem eſse, ſacrarum rerum imperitum, nondum ſacro lauacro renatum, quum Paulus vetet etiam neophytum ad eccleſiæ gubernacula admoueri. Sed hic quid fruſtra facundus erat. Quo vehemẽtius ille detractat, hoc magis accenduntur populi ſtudia. Quid multis? imperator perſpiciens diuinitùs geri negocium, populi cõſtantem approbat voluntatem. Ambroſius fruſtra reluctans pro præſide conſulari ſit præſul infulatus, pro faſcibus ſumit pedum, ante prefectus gregi dominico, q̃ in gregem dominicum cooptatus. exitiabile diſsidium extinguitur, & eccleſiæ ſua redditur cõcordia. Sed quod inſubrium vni gratulamur eccleſiæ, hoc iam dudum optamus eccleſiæ catholicæ, videlicet vt exoriatur aliquis Ambroſio ſimilis, qui paribus auſpiciis hunc miſerandum orbis tumultum, quo nulla ætas vidit quicquam pernicioſius, redigat in tranquillitatẽ. Saltem talis quiſpiam nobis exoriatur ex pontificũ, theologorum aut monachorum ordine, qualis tunc prodiit Ambroſius è claſse catechumenorum, eq; prophano magiſtratu. Magnũ pondus habet morum integritas, magnã habet authoritatẽ coniuncta manſuetudini conſtantia. Deniq; plurimùm valet eloquẽtię copulata prudẽtia. Sed hoc non malum ſimplex, hæc lues quæ nõ ſolum eccleſiam tot opinionibus diſcidit, verumetiam principum animos implacabili diſsidio committit, hominem requirit datum cælitùs, cuius authoritatẽ reuereatur populus, cuius conſtantiæ cedat & principum ſublimitas. Nulla ex victoria armis parta plus laudis tulit Theodoſius, q̃ quod ab Ambroſio ſe vinci paſsus eſt. Babylæ parũ feliciter ceſsit quod imperatore impia cæde funeſtatum templo prohibuit, immo feliciter ceſsit ipſi, qui præſulis authoritatẽ ſua morte confirmauit. At Ambroſio ceſsit felicius, qui ſumma conſtantia ſuam tuẽs authoritatem ipſum etiam Cæſa-

rem Christo lucrifecit,ac pulcherrimum exẽplum omnibus monarchis edidit quanta sit episcoporũ dignitas, si modo vere sint quod audiunt. Nec dubito quin tales simus habituri principes aliquot qualis fuit Theodosi⁹, si tales haberemus episcopos qualis erat Ambrosius: & haberemus,opinor, nisi populi mores alienarent benigni numinis fauorẽ. Quoq; magis liqueat quod dicimus primùm rem,deinde personas expendamus. Thessalonicæ quidã è comitatu Cęsaris per populi tumultũ fuerat interfectus. Cæsar ira dissimulata plebẽ ad ludos Circenses euocat. Ibi repente circunfusa militibus inermi multitudine, promiscuè sæuitum est in noxios iuxta & innoxios,pœnaq; non meritis est data,sed furori. Id factum hodie iustum videri posset. Quoties enim in bello trucidantur quibus ex pacto deditionis erat promissa incolumitas? Quoties oppido capto sequitur propemodũ atrocius in immerentes,q̃ in nocẽtes? & sæuitiam excusat odiũ criminis. Hæc de re. Iam mihi cogita Ambrosiũ vnius ciuitatis episcopum,quæ tum,vt opinor,minus erat ampla minusq; frequẽs q̃ nunc est,nullis aliis armatum præsidiis, q̃ quæ decẽt episcopũ, lingua,precibus,& vitæ sanctimonia. Ex aduerso cõsidera Cęsarũ illius tẽporis potentiã: cui si conferas horum tẽporum ditionẽ, eam duntaxat quã Cæsaris titulus addit electis (Nã Carolus & sine Cæsaris titulo principũ maximus est) rem vix seriã esse dicas: & tamẽ talis episcopus talem Cæsarẽ ob præcipitatũ vindictæ ius ab ecclesiæ foribus submouit,exprobrãs crudelitatis immanitatem,docẽsq; illũ à cõsortio Christiani gregis alienũ esse. Reuersus est in regiã Cæsar agnoscẽs æquissimũ esse vt Christi legibus cedat humanæ potẽtię fastigiũ. Ibi post sex menses mœrore lachrymisq; transactos,per Rufinũ aulæ præfectum agit vt anathematis vinculo soluereturꝰ quo saltẽ feriis natalitiis,nã instabant,liceret interesse. Nihil agit Ruffinus. ipse Cæsar inpatiẽs non ire,sed mœroris,addit Ambrosiũ,nõ in tẽplum,ne iterũ repelleretur,sed in lo cum quẽ Græci domũ salutatoriã appellãt. Nã ibi forte tũ sedebat episcopus omnib⁹ expositus,siquis quid vellet consulere. Patiẽter fert obiurgãtem,nec prius absoluitur,q̃, præter solennẽ pœnitentibus satisfactionẽ, etiã legẽ aduersus edictorum imperialium sęuitiã pollicerẽtur. Illicò prodita lex,vt si qui per edictũ Cæsaris iubẽ tur occidi, in tricesimũ vsq; diem proferretur executio, quo spatium esset cognoscẽdi,locusq; daretur vel Christianæ clementiæ,vel necessariæ seueritati, mox põsito regis diademate,Cæsaris personã exuit,pœnitẽtis susce pit,humi prostratus, ac lachrymis vbertim effusis rigãs solum supplici voce precatus est domini misericordiã. Cui hæc non viderentur in Cæsare plus quàm satis? Sed mane dum auditurus,(quod & inuictam episcopi constantiã, & Cæsaris nõ fucatam pietatem magis illustret) quum ex more munus detulisset ad altare, rediens constitit intra cancellos. Id videns Ambrosius, per diaconum percontatur quur ibi moraretur. Respondenti, vt videam peragi mysteria: rursum misso diacono renunciauit vt agnosceret suum locũ: nam eum in quo consisteret,esse sacerdotibus designatũ. Purpura,inquit,imperatorem facit,sacerdotẽ nequaquam. Quid expectas? vt Cæsaris victa lenitas tandẽ excãdescat? Nequaquam, verũ excusat se,quod nõ in contemptũ loci restiterit illic,sed quòd quòniã Constãtinopoli reperisset hũc morem, vt Cæsar intra cancellos videret peragi mysteria, credidisset idem esse receptum Mediolani. His placidè dictis, abiit in locum præscriptum. Nec eo contentus, vbi reuersus est Constãtinopolim, etiam quum inuitaretur vt intra cancellos ex more consisteret dum peraguntur mysteria,negauit se facturum, addens se neminẽ nosse qui vere sciret episcopũ gerere,præter vnum Ambrosium. O nostri seculi prolapsos mores. Si hunc dignetur princeps quilibet tẽplum adire, extruitur illi tabernaculum altari sublimius: & intra cancellos non modo consistunt proceres aulæ, verùmetiã sordidi negociatores (quos Cicero vix recipit inter honestos ciues) decanos & ecclesiæ primores è sellis suis deturbãt. Quantò minus fastus addebat Theodosio sceptrum ac diadema,quàm istis addit sordido questu nec semper iusto pauxillum partum pecuniæ. Simili cõstantia restitit Iustinæ Augustæ minitãti vt aut Arrianos reciperet, aut iret in exilium. Ille verò nihil pauefactus,non prodam, inquit,lupis gregẽ mihi cõmissum. Hic occide si libet. Sed nemo potest Ambrosium agere, nisi qui pro pietate mori paratus est. Immò difficillimũ est cuiquam vere sacerdotẽ agere,qui libẽter aliud est quàm sacerdos. Onera sunt verius quàm ornamẽta,quæ libertatem adimunt cũ dignitate,fitq; nõnunquã vt dum vtrũq; volunt esse, nec pricipes sint,nec sacerdotes. Sed desino,ne vitæ Ambrosianæ videar historiam texere. In hoc diuerticulum me deduxit horum tẽporum miserãda calamitas. Nunc ad institutum reuertimur. Quemadmodum singularis quædam huius viri integritas cum summa constantia pariq; mansuetudine coniuncta fecit vt nec regali fastigio cederet,nec malorum improbitati succũberet, gratus autem esset ac venerãdus etiã alienis,ac parum amicis: ita nullius vnquã scripta latius inclaruerunt,aut minus obnoxia fuerunt inuidiæ quàm huius. Quibusdam serò contigit sua gloria,nonnullis diu luctamen fuit cũ æmulis, complurimum labores penitus interciderunt. Ne quid horum accideret Ambrosio,causam ego præcipuam arbitror, perpetuam quandam in scriptis omnibus moderationem,quæ nec in redarguendis hominum vitiis obliuiscitur Christianę mansuetudinis. dicas eum dolere, non irasci: nec vsquam excurrit in leuitatis aut ostentationis speciem, vt vbiq; pectus vere Romanum, immò Christianum agnoscas. Erãt qui Cyprianum verterent in Caprianum. Origenes ne mortuus quidem hydram inuidię potuit effugere. Hieronymo ad extremum vsq; vitæ diem amarulenta cum æmulis rixa fuit. Tertullianus bis perierat, primùm deprauatione, deinde situ, nisi nuper beatus Rhenanus eum luci reddidisset. Idem euenerat propemodum Irenæo, tam indigno qui periret. Ambrosius à nemine non honorificè citatur,etiam ab hæreticis. tãta erat nominis authoritas viuo, quæ vix aliis à rogo cõtigit. Alius fortasse disertius laudauit virginitatem,sed huius mellita facũdia virgines ex vltimis mundi regionibus, hoc est, è Mauritania Mediolanum pellexit,ambientes illic sacro velo decorari. Alius fortasse vehementius disputauit. Sed hic grandem illum ce tum in ecclesiæ sagẽnam pertraxit, Augustinum. Vnus Hieronymus,quanquàm illum aliquot locis multa cum honoris præfatione citat, tamen alicubi minus candidè de libris eius sentire videtur. Siquidem in præfatione in Didymi librum de spiritu sancto ab ipso versum, taxat libellos cuiusdam de spiritu,ex græcis bonis latinos nõ bonos,in quibus nulla vis sit argumentorũ, sed tantum orationis facies exquisitis hincinde coloribus pigmentata. Rursus in præfatione qua præfatur in homilias in Lucam,recitante Ruffino,nam opus hoc intercidit,taxat illum in cõmentariis in Lucam,vt verbis ludentem, sententiis dormitantem, deniq; græcorum plumis sese venditantem. Verum siue hoc vere scripsit in Ambrosium,vt inimicus exprobrat Ruffinus,siue in alium, certe à nomine temperauit: quod ipsum venerandæ cuiusdam authoritatis est argumẽtum. In cathalogo scriptorum nec laudat eum,nec vituperat. Ne in alterutrã,inquit,partem aut adulatio in me reprehendatur aut veritas. Ac ne lucubrationes quidem illius recensęt, quod tamen in aliis solet. Ex quo diuinare licet Hieronymo quędam in Ambrosii libris displicuisse,quę ob singularem hominis authoritatem supprimere maluerit quàm euulgare. Nec ea res quicquã officit gloriæ sacri doctoris. Nam & Hieronymus erat homo, & nihil est humanum ex omni parte beatũ,nec eadem placent omnibus.

Illud cõfitendũ, at non improbandũ, quod pleraq; quæ scripsit Ambrosius,hausit è græcorũ cõmẽtariis,præsertum Origenis,sed ita,vt qã sanũ esset excerperet: quod à synceritate doctrinę catholicę alienũ,aut cõtẽtiosum, dissimularet,nec errorẽ proferẽs,nec authorẽ prodens, quorũ alterũ non erat tutũ,alterũ inuidiosum. Quod in illo cõprobat etiã diuus Hieronymus epistola. ad Pãmachium,& Oceanum: Nuper,inquiens, sanctus Ambrosius sic Hexameron illius compilauit, vt magis Hyppolyti sententias Basiliiq; sequeretur. Rursus ad Pammachium & Marcellam, Habuit,inquit, Ambrosium,cuius penè omnes libri Origenis sermonibus pleni sunt. Nec Ciceroni quisq̃ vitio vertit quod in philosophicis argumẽtis græcos sequeretur,non vt interpres, sed vt imitator. Nec erat corniculę furtũ,quod græcorũ nomina quę pleraq; tum apud Latinos magna laborabãt dogmatum improbatorũ inuidia,præsit,sed cauti pastoris omnem offendiculi dissidiiq; materiã excludentis. Porrò dicẽdi character nec flaccidus est,nec humilis: quo nomine taxate videtur libellos de spiritu sancto Hieronym⁹, excusante Augustino,quod rẽ licet grandẽ,tamẽ subtilẽ docenti nõ laudanti cõueniret oratio demissior. sed habet interim suos aculeos,vbi res postulat,propi⁹ tamẽ accedens ad argutã iucunditatẽ,q̃ ad Δείνωσιν illam,& affectus penè tragicos,in quos interdũ exardescit Hieronymus,& Hilarius. Ac plerumq; totus ferè sermo ex variis sententiarum generibus velut ex tessellis contextus est, quo dicendi genere supra modũ delectatus videtur Seneca. Hoc non minus creber est Ambrosius,sed tamen mollior,vt frustra reclamãte Fabio,qui vult orationem esse veluti luminibus distinctã, nõ velut emblematibus cõpactã,frequẽter & diuisionẽ,& argumentũ,& transitũ & conclusionẽ siue clausulã argumẽtationis per sententiam efferat. Interdum totus apparatus collectionis,hoc est propositio,assũptio,ratio,cõfirmatio,expolitio meris constat sentẽtiis. Passim accinuntur epiphonemata, vixq; alius crebrius aut frequẽtius vtitur sententiarũ genere,quas appellans νοήματα,in quibus latet aliquid arguti sẽsus,quod quũ nõ exprimatur,intelligitur,ob hoc ipsum gratius, quia dictũ obscurius. Porrò dẽfitatis tactatem ac tędium excludit varietas tam felix,vt naturæ rem esse dicas, nõ affectationis, quod hoc dicẽdi genus à puero imbiberat. Nonnunq̃ eandẽ sententiã aliter atq; aliter variatam repetens,velut infigit animis,quod elabi nõ vult. Interim plurimum addit iucũditatis illa paucis verbis modulata breuitas. Nusq̃ enim sermo longis ambagibus vix tandẽ absoluẽs periodũ,obscuritate molestus est,quod in Augustini scriptis offendit Hieronymũ sed commatibus,& colis, concentu nonnunq̃, numero plerũq; iucundus,tinnulus & cõpositus incedit. Horum omniũ nõ pigeret ex ipsi⁹ libris exẽpla proferre,nisi nõ solũ perlongũ videretur,verumetiã hic intẽpestiuũ. Augustinus in libris de doctrina Christiana quędam huius generis cõmonstrauit. In summa,hęc rhetorices imperitis frustra dicerẽtur, peritis in procliui fuerit animaduertere, præsertim si legãt huius libros de virginibus & viduis. Nã hic velut in argumẽto plausibili magis exprimit,ne dicã ostentat,dictionis ornamẽta. Igitur Ambrosium si minus omni ex parte restitutum,certe multo minus deprauatum dedimus. Superest vt huic conatui faueat Roma quæ genuit Ambrosium, faueat Liguria quæ præsidem meruit,faucat Insubria quæ præsulem ascuit, deniq; faueat quacunq; pãtet orbis Christianus, insigni Christianæ pietatis doctori. Vixit Insubribus,sed scripsit omnibus. Proinde hoc quicqd est studii nostri,præsulũ sanctissime, si tua celsitudo comiter approbarit,alios,qui plus q̃ ego prestare valent,ad similẽ industriam extimulabit. Bene vale. Datum Basileæ Id. Augũst. Anno.M. D. XXVII.

CENSVRA ERASMI ROTERODAMI.

NIHIL ex iis quæ prius fuerant excusa,detraxi. Quæ videbantur esse notha,suis tomis indicaui. Primus mihi habet in quod cadat vl la suspicio. Nam libros de vocatione gentium, in aliud semouimus volumẽ, de quo nostrã opinionem & illud confirmat,quod Augustin⁹ libris ad Bonifacium,quum ex Ambrosianis lucubrationibus recensęat aliquot testimonia aduersus Pelagianã hęresim multo pòst exortam q̃ illa scriberet Ambrosius, tamẽ ex iis libris, qui velut ex professo pugnant aduersus illorũ dogmata,nullum adfert: vt alterutrũ fuerit necesse, aut Ambrosiũ extrema senectute cõgressũ cum Pelagianis,aut opus alterius esse: quod mihi fit probabilius. Extra cõtrouersiam est, Ambrosium iam vita defunctum cum Augustinus scriberet aduersus Iulianũ, lege primum librũ. Creditur Hegesippum de excidio vrbis Hierosolymitanæ vertisse è græco, quod opus non addidimus, vel quia vix credibile est esse Ambrosii vel quia iã toties excusum nusquã non est ad manũ. Sanctus Augustinus libro ad Bonifaciũ quarto, capite vndecimo,nõ semel profert testimonium ex Ambrosii commentariis quibus expositus Esaiã. Quod opus sane dolemus hactenus inueniri nõ potuisse. Rursus cõtra Iulianum Pelagianæ hæreseos instauratorẽ refert eius verba ex cõmentariis in psalmum quadragesimum octauum: nec hos hactenus inuenire licuit. Idem aduersus eũdem libro secundo crebrò refert Ambrosii testimoniũ ex libro de sacramento regenerationis, vel de philosophia. Ioãnes Tritenhemius abbas in Catalogo refert illius in psalmos libros vndecim,quos tamen negat sibi conspectos esse. Idem recensęt librum de iudiciis, de quadraginta duabus mansionibus, nec hos repertos. Addit librum Hymnorũ, & Præfationum, quẽ intercidisse doleo. Declarant enim hęc fragmẽta quę nunc in tẽplis cãnũtur depraua tissima, illum in modulãdis lyricis haud quaquã infelici fuisse vena. Et tamẽ his submotis quidã maluerũt nugaces nænias, fortasse delirí cuiusp iam, in quibus nec sensus est sanus, nec latinitas pura, nec vlla metri ratio. Hoc tantũ præferuntur Ambrosianis, quod ab eiusdem ordinis sodali venerint. Ex Anglia quidam docti miserunt ad me speciminis loco paginã descriptã ex cõmentariis in epistola. ad Hebræos, quibus præfixum erat Ambrosii nomen, sed tota phrasis magis referebat Remigium,aut Anselmum,aut alium eius notę scriptorem,quàm Ambrosium. Qui vitam Ambrosii descripsit titulo S. Paulini, meminit cuiusdam libri quem Ambrosius scripserit infanti quem excitarat à mortuis, de quo sentiẽs nescio. Porrò si quis me roget quid de hoc historico sentiam, dicã paucis, hac lege, vt nihilo sciens suo quisq; fruatur iudicio. Idem est artifex,qui tã multa contaminauit in scriptis Hieronymianis,& Augustinianis, natus ad hunc ludum. Habebat historiam Ambrosianæ vitæ, ei attexuit præfationem, vt vides lepidam, intertexuit interloquutiones,addidit coronidem,& affinxit aliquot prodigia. Adiungerem causas cur ita sentiam,sed apud imperitos id frustra fecero, peritos monuisse satis fuerit. Conferat qui volet Paulini stylum cum huius assutis pãnis, deinde perpendat quanta sit orationis inæqualitas. Postremo quot locis sic frigeat, vt facile appareat illum fingere. Bene vale lector, & fruere quod damus bonis auspiciis.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI VITA, TITVLO PAVLINI EPISCOPI AD BEATVM AVGVSTINVM CONSCRIPTA.

HORTARIS venerabilis pater Auguſtine, vt ſicut beati viri, Athanaſius epiſcopus, & Hieronymus preſbyter, ſtylo proſecuti ſunt vitas ſanctorũ Pauli & Antonii in eremo poſitorum, ſicut etiã Martini venerabilis epiſcopi Turonẽſis eccleſię, Seuerus ſeruus dei ſermone contexit, ſic etiã ego beati Ambroſii epiſcopi Mediolanẽſis eccleſiæ, meo proſequar ſtylo. Sed ego vt meritis tantorum virorum, qui muri eccleſiarum ſunt, & eloquẽtiæ fontes, ita etiam ſermone me imparem noui. Tamen quia abſurdum eſse opinor quod præcipis declinare: ea quę á probatiſsimis viris, q illi ante me aſtiterũt & maxime ab ſorore ipſius venerabili Marcellina didici, vel quæ ipſe vidi cum illi aſtarẽ, vel quæ ab iis agnoui qui illum in diuerſis prouinciis poſt obitum ipſius ſe vidiſse narrarũt, vel quæ ad illum ſcripta ſunt cum adhuc obiiſse neſciretur, Adiutus orationib⁹ tuis, & meritis tãti viri, licet inculto ſermone breuiter ſtrictiq; deſcribã: vt lectoris animũ etſi ſermo offendit, tamen breuitas ad legendũ prouocet, ne verborũ fucis veritatẽ obducam: ne dũ ſcriptor elegãtiæ pompã requirit, lector tantarum virtutũ amittat ſcientiã: quẽ non magis verborũ phaleras, põpaſq; ſermonũ, q̃ virtutes rerũ, gratiamq; ſpiritus ſancti ſpectare conuenit. Siquidẽ nouimus viatores gratiorẽ habere aquã breui vena ſtillantẽ forte cũ ſitiũt, q̃ profluẽtis fontis riuos, quorum copiã non ſitis tẽpore reperire poſsũt. Et hordeaceus panis dulcis ſolet eſse etiam iis qui cẽtenis vicibus ferculorũ quotidiani cõuiuii copias ructare cõſuerunt. Sed & hortorũ amœna miran tibus, herbę agreſtes placere cõſuerunt. Quãobrẽ obſe
Mat.12. cro vos omnes in quorũ manib⁹ liber iſte verſabitur, vt credatis vera eſse quę dicimus. Nec putet me quiſquã ſtudio amoris aliquid q̃ã fide careat poſuiſse: quãdoquidẽ meli⁹ ſit penitus nihil dicere, q̃ aliquid falſi proferre: cũ ſciamus nos omniũ ſermonũ noſtrorũ reddituros eſse rationẽ. Nec dubitẽ; etſi nõ ab omnibus omnia, tamẽ ab diuerſis diuerſa ſciri, & ea cognita nõnullis eſse, quæ etiam min⁹ ipſe aut audire aut videre potui. Vnde ab die natiuitatis eius narrãdi initiũ ſumã, vt gratia viri ab incunabulis quæ fuerit agnoſcatur. Igitur poſito in adminiſtratione præfecturæ Galliarũ patre ei⁹ Ambroſio, natus eſt Ambroſius, qui infans in area prætorii in cunabulis poſitus, cũ dormiret aperto ore, ſubito examẽ apum aduenięs, faciẽ eius atq; ora cõpleuit, ita vt ingrediendi egrediendiq; frequentarent vices. Quæ pater qui prope cũ matre vel filia deãbulabat, ne abigerentur ab ancilla quæ cunã nutriendi infantis ſuſceperat, prohibens, (ſolicita enim erat ne infanti nocerent) expectabat tamen patrio affectu quo fine illud myraculũ claudetur. At illæ poſt aliquandiu euolantes, in tantum aeris altitudinem ſubleuatæ ſunt, vt humanis oculis minime videretur. Quo facto territus pater ait: Si vixerit infãtulus iſte, aliquid magni erit. Operabatur enim iam tũc dominus
Prou.16 in ſeruuli ſui infantia, vt impleretur quod dictũ eſt: Fanum mellis, ſermones boni. Illud enim examen apum, ſcriptorum ipſius nobis generabat fauos, qui cæleſtia dona annunciarent, & mentes hominum de terrenis ad cælum erigerent. Poſtea verò cum adoleuiſset, & eſset in vrbe Roma conſtitutus cum matre vidua, & ſorore que virginitatem iam fuerat profeſsa, comite alia virgine, cuius virginis ſoror Candida, & ipſa eiuſdem profeſsionis, quæ nunc Carthagine degit iam anus, cum videret ſacerdotibus á domeſtica ſororis vel matris manus oſculari, ipſe ludens offerebat dexteram, dicens & ſibi id ab eis fieri oportere, ſiquidem epiſcopum ſe futurum eſse memoraret. Loquebatur enim in illo ſpiritus ſanctus: qui illum ad ſacerdotium nutriebat. Illa verò vt adoleſcentem & neſcientem quid diceret, reſpuebat. Sed poſtquã edoctus eſt liberalibus diſciplinis, ex vrbe egreſsus eſt: profeſsusq; in auditorio præfecturæ prætorii, ita ſplendidè cauſas perorabat, vt eligeretur á viro illuſtri Probo, tunc præfecto prætorii, ad conſilium tribuendum. Poſt quod conſularitatis ſuſcepit inſignia, vt regeret Liguriam AEmiliamq; prouincias: venitque Mediolanum. Per idem tempus mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ epiſcopo (qui Dionyſio beatæ memoriæ cõfeſsore ad exilium deſtinato, incubabat eccleſiã: cum populus ad ſeditionẽ eſset cõmotus, que illi cura ſedãdę ſeditionis, ne populus ciuitatis in periculum ſui vertere tur, perrexit ad eccleſiã. Ibiq; cum alloqueretur plebẽ, ſubito vox fertur infantis in populo ſonuiſse, Ambroſium epiſcopum. Itaque qui antea turbulentiſsimè diſsi debant, quia & Arriani ſibi, & catholici ſibi epiſcopum cupiebant, ſuperatis alterutris, ordinari repente hunc vnũm mirabili & incredibili concordia conſenſerunt. Quo ille cognito, egreſsus eccleſiam tribunal ſibi parari fecit, quippe mox futurus epiſcopus altiora cõſcendit Tunc contra conſuetudinẽ ſuam tormenta iuſsit perſonis adhibere. Quod cum faceret populus, nihilominus acclamabat: Peccatũ tuum ſuper nos. Sed non ſimiliter is populus tunc clamauit ſicut populus Iudæorum. Illi enim vocibus ſuis ſanguinẽ dominicũ effuderũt, dicentes: Sanguis huius ſuper nos: Iſti verò catechumenum ſciẽtes, fideli voce remiſsionẽ illi peccatorũ omniũ per baptiſmatis gratiã promittebãt. Tũc ille turbatus reuertens domum, philoſophiam profiteri voluit, futur⁹, ſed verus philoſoph⁹ Chriſti, q̃ contẽptis ſecularib⁹ põpis piſcatorũ ſecutus eſset veſtigia, qui Chriſto populos cõgregarunt: non fucis verborũ, ſed ſimplici ſermone, & vere fidei ratione, miſsi ſine pera, ſine virga, etiam ipſos philoſophos cõuerterunt. Quod vbi ne faceret reuocatus eſt, publicas mulieres publicè ad ſe ingredi fecit, ad hoc tantum, vt viſis his populi intentio reuocaretur. At verò populus magis magisq; clamabat: Peccatum tuum ſuper nos. At ille cum videret nihil intentionem ſuam proficere poſse, fugam parauit. Egreſsus noctis medio ciuitatem, cum Ticinum ſe pergere putaret, mane ad portam ciuitatis Mediolanenſis, quæ Romana dicitur, inuenitur. Deus enim qui eccleſiæ ſuæ catholicæ murũ parabat aduerſus inimicos ſuos, & turrem erigebat contra faciem Damaſci, hoc eſt perfidiam hæreticorum, fugam illius impediuit. Qui inuentus cum cuſtoditetur á populo, miſsa relatio eſt ad clemẽtiſsimum imperatorẽ tunc Valentinianum, qui ſummo gaudio accepit quod Iudices á ſe directi ad ſacerdotium peterentur. Lætabatur etiam Probus præfectus, quod verbum eius implere tur in Ambroſio. Dixerat enim proficiſcenti cum mandata ab eodem darentur, vt moris eſt: Vade age non vt iudex, ſed vt epiſcopus. Pendente itaq; relatione iterum fugam parauit, atque in poſſeſsione cuiuſdam Leontii clariſsimi viri aliquandiu delituit. Sed vbi relationi reſponſum eſt, ab eodem Leontio proditur. præceptum enim erat vicario vt ſiſteret rebus perficiendis. Qui inuncta ſibi cum vellet implere, propoſito edicto conuenit omnes, vt ſi vellent ſibi conſulere, rebusq; ſuis, proderent virum. Productus itaque & adductus Mediolanum, cum intelligeret circa ſe dei voluntatẽ, nec ſe diu tius poſse reſiſtere, poſtulauit ſe nõ niſi á catholico epiſcopo debere baptizari. Solicitam enim habebat perfidiam Arrianorum. Baptizatus itaque fertur omnia Eccleſiaſtica officia impleſse, ad quæ octaua die epiſcopus ordinatus eſt cum ſumma gratia & lætitia cunctorum.

Igitur poſt annos aliquot ordinationis ſuæ, ad vrbem Romam, hoc eſt ad propriũ ſolũ perrexit, ibique ſanctã puellã, de qua ſupra memorauim⁹, cui manũ offerre ſolitus erat, in domo propria cũ germana ſicut reliquerat inuenit, iam matre defuncta. Atque cũ illa dexteram illius oſcularetur, ſubridens ait illi: Ecce, vt dicebã tibi, ſacerdotis manũ oſcularis. Per idẽ tẽpus cũ trans Tyberim apud quãdam clariſsimã inuitatur vt ſacrificium in domo offerret, quædã balneatrix quę paralytica in lecto iacebat, cũ cognouiſset ibidẽ eſse domini ſacerdotẽ, in ſellula ſe ad eandẽ domum ad quã ille inuitatus aduenerat, portari fecit, atq; oranti & imponẽti manus, veſtimẽta attigit. Quę cũ exoſcularetur, ſtatim ſanitate recepta ambulare cœpit: vt impleretur illud dominicũ dictũ ad
Iohan.14. Apoſtolos: Etiam maiora iis facietis credentes in nomine meo. Quod tamen ſignũ ſanitatis vt mirabile fuit, ita etiã Gionẽ poſt annos plurimos ſanctis viris referentib⁹ poſitus in vrbe cognoui. Sirmiũ verò cũ ad ordinan dũ epiſcopũ Anenmiũ perrexiſset, ibique iuſtinæ tunc tẽporis reginæ potẽtia & multitudine coadunata de eccleſia pelleretur, vt nõ ab ipſo, ſed ab hæreticis Arrianis epiſcopus in eadẽ eccleſia ordinaretur, eſsetq; cõſtitut⁹ in tribunali, nihil curãs eorũ quæ á muliere excitabantur, vna de virginib⁹ Arrianorũ impudẽtior cæteris, tribunal cõſcẽdẽs, apprehenſo veſtimẽto ſacerdotis, cũ illũ attrahere vellet ad partẽ mulierũ, vt ab ipſis cæſus de eccleſia pelleretur, audiuit (vt ipſe ſolitus erat referre) Et ſi ego indignus tãto ſacerdotio ſum, tamen te nõ conuenit vel profeſsionẽ tuã in qualẽcũque ſacerdotẽ manus iniicere, vnde debes vereri dei iudiciũ, ne tibi aliqd eueniat. Quod dictum exitus confirmauit. Nam alio die mortuã ad ſepulchrũ vſq; deduxit, gratiã pro cõtumelia rependens. Sed hoc factũ non leuem aduerſariis incuſſit metũ, pacẽq; magnã eccleſię catholicæ in ordinando epiſcopo tribuit. Ordinato itaque catholico ſacerdote Mediolanũ reuertitur, ibiq; ſupradictæ Iuſtinæ mulieris innumeras inſidias ſuſtinuit, q̃ muneribus atque honorib⁹ aduerſus ſanctũ virũ oblatis, populum excitabat ſed infirmorũ mentes talibus promiſsis decipiebantur. Promittebat enĩ tribunatus, & diuerſas alias dignitates iis qui illum de eccleſia raptum ad exiliũ perduxiſsent. Quod cũ multi conarẽtur, ſed deo præſule perficere nõ valuerũt, vnus infelicior cæteris nomine Eutimius, tãto furore excitatus eſt, vt iuxta eccleſiã ſibi domũ pararet, atque in eadẽ carrũ cõſtitueret, quo facilius raptum ſuperpoſitũ carpento ad exiliũ perduxiſset. Sed iniquitas eius in verticẽ ipſius deſcendit. Poſt annũ eodẽ die quo illũ rapere ſe arbitrabatur, in eodẽ carpento impoſitus, de eadẽ domo ipſe ad exiliũ deſtinatus eſt, reputans ſibi iuſto iudicio dei id in ſe eſse cõuerſum, vt in eodẽ carpẽto dirigeretur ad exilium, q̃ ipſe parauerat ſacerdoti Cui nõ minimũ ſolatii ſacerdos prębuit dãdo ſumptus, vel alia quæ erant neceſsaria. Sed hæc cõfeſsio hominis nec mulieris furorẽ, nec voces ſonorum Arrianorũ clemẽtia repreſsit. Maiore enim accẽſi demẽtia, baſilicam Portianã inuaderẽ nitebãtur. Exercitus etiam armatus ad cuſtodiẽdas fores eccleſiæ eſt directus, vt nemo auderet catholicã eccleſiã ingredi. Sed domin⁹ qui de aduerſariis ſuis eccleſiæ ſuæ triũphos donare cõſueuit, ad eccleſię ſuę munimentũ, militũ corda cõuertit, vt aduerſis ſcutis eccleſiæ fores ſeruarẽt, nec egredi dimitterẽt: ſed ingredi eccleſiã plebẽ catholicã minime ꝓhiberẽt. Sed nec hoc ſatis erat miſsis militib⁹, niſi vt etiã pro catholica fide cũ plebe pariter acclamaretur. Hoc in tẽpore primo antiphonæ, hymni ac vigilię in eccleſia Mediolanẽſi celebrari cœperunt. Cuius celebritatis deuotio vſque in hodiernum diẽ no ſolũ in eadẽ eccleſia, verũ per oẽs penè prouincias occidẽtis manet. Per idẽ tempus ſancti martyres Prothaſius & Geruaſius ſe ſacerdoti reuelauerunt. erant enim in baſilica poſiti in qua ſunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed ſancti martyres Nabor & Felix celebertrime frequentabantur: Prothaſij verò & Geruaſij martyrum vt nomina, ita etiã ſepultura incognita erat, in tantũ vt ſupra ipſorũ ſepulchra ambularẽt omnes qui vellẽt ad cãcellos peruenire quib⁹ ſanctorum Naboris & felicis martyrum corpora ab iniuria ſepulchri defendebãtur: ſed vbi ſanctorũ martyrũ ſunt corpora leuata, & in lectis poſita, multorũ ibi ſanatæ ægritudines perdocentur. Cæcus etiam Seuerus nomine, qui nunc vſq; in eadẽ baſilica quæ dicitur Ambroſiana, in qua martyrum corpora ſunt trãſlata, religioſè ſeruit, vbi veſtẽ martyrum attigit, ſtatim lumẽ recepit. Obſeſsa etiã corpora ab ſpiritibus immundis curata, ſumma cũ gratia domum repetebãt. Sed iis beneficiis martyrum in quantum creſcebat fides eccleſiæ catholicæ, in tantũ Arrianorũ perfidia minuebatur. Deniq; ex hoc tẽpore ſedari cœpit perſecutio quæ Iuſtinæ furore accẽdebatur, vt ſacerdos de eccleſia pelleretur. Tamẽ adhuc intra palatium multitudo Arrianorum cũ Iuſtina cõſtituta deridebat tantã dei gratiã, quã eccleſiæ ſuæ catholicæ dominus Ieſus meritis martyrũ ſuorũ cõferre dignat⁹ eſt, venerabilẽq; virũ Ambroſiũ narrabat pecunia cõparaſse homines qui ſe vexari ab immũdis ſpiritibus mẽtirẽtur atq; vt ab illo, ſicut & á martyribus ſe torqueri dicerent. Sed hoc Iudaico ore loquebãtur Arriani, ſuppares ſcili cet eorũ. Illi enim de domino dicebãt: Quoniã in Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. Iſti de martyribus, vel de domini ſacerdote loquebantur, q̃ nõ dei gratia quę per ipſos operabatur, immũdi ſpiritus pellerentur, ſed accepta pecunia ſe torqueri mẽtirẽtur. Clamabant enim dæmones, Scimus vos martyres. Et Arriani dicebãt: Neſcimus eſse martyres. Iam hoc & in euangelio legimus vbi dixerũt dæmones ad dominum: Scimus te quia filius dei filius. Et Iudæi dixerũt: Hic autem vnde ſit, neſcimus. Sed nõ hic teſtimoniũ accipitur dæmonũ, ſed cõfeſsio. Vnde miſeriores Arriani vel Iudæi, vt qđ confitẽtur dæmones, illi negant. Deus tamẽ, qui gratiã eccleſię ſuæ augere cõſueuit, nõ paſsus eſt diu inſulta ri á perfidis, ſanctis ſuis. Vnus itaq; ex ipſa multitudine, ſubito arreptus ſpiritu immũdo, clamare cœpit, ita torqueri eos, vt ipſe torquebatur, qui negarent martyres, vel qui nõ crederẽt in trinitatis vnitatẽ, quã docet Ambroſius. At illi hac voce cõfuſi, qui cõuerti debuerãt, & dignã tali cõfuſione agere pœnitẽtiã, in piſcinã demerſum hominẽ necauerũt, perfidię homicidiũ iungentes. Deduxit enim illos ad hunc finẽ digna neceſsitas. Sanctus verò Ambroſius epiſcopus maioris humilitatis vir fact⁹, donatã ſibi á domino gratiã reſeruauit, creſcebatq; quotidie fide & amore cotã deo & hominib⁹. Per idẽ tempus erat quidã vir de hæreſi Arrianorum, acerrimus nimium diſputator, & durus, atq; inconuertibilis ad fidẽ catholicã. Is cõſtitutus in eccleſia tractãte epiſcopo, vidit (vt ipſe poſtmodũ loquebatur) angelũ ad aures epiſcopi tractãtis loquentẽ, vt verba angeli populo epiſcopus renunciare videretur. Quo viſo cõuerſus, fidẽ quã expugnabat, cœpit ipſe defendere. Fuerunt etiã duo cubicularii tunc temporis Gratiani imperatoris, de hæreſi Arrianorũ, qui tractãdam epiſcopo quæſtionẽ proponerent. Ad quã audiendã altero die ad Baſilicam Portianã ſe affuturos promiſerant. Erat enim quæſtio de incarnatione domini. Sed alio die miſerandi homines ſuperbię tumore cõpleti, nec memores ꝓmiſsorum, contẽnentes deum in ſacerdote ipſius, nec plebis expectantis cõſiderãtes iniuriã, immemores etiã dictorũ dominicorũ: Quo
Matt.18. niã qui ſcãdalizauerit vnum ex minimis iſtis, oportet vt mola aſinaria collo eius alligetur, & demergatur in ꝓfundum maris: cõſcendentes in equos quaſi gratia geſtã di, ciuitatẽ egreſsi ſunt, expectãte ſacerdote, & plebe in eccleſia cõſtituta. Sed huius contumaciæ qui finis fuerit horreſco referẽs. Subito enim pręcipitati, miſeras animas emiſerunt, atq; corpora illoꝝ ſepulturæ ſunt tradita. Sanctus verò Ambroſius cum ignoraſset quod factũ

eſset, nec diutius poſset plebẽ tenere, aſcendens pro tribunali, de eadẽ quæſtione quæ fuerat propoſita ſermonẽ adorſus eſt, dicens: Debitũ fratres curo ſoluẽdũ, ſed heſternos meos non inuenio creditores. & reliqua quæ ſcripta ſunt in libro qui de incarnatione domini intitulatur. Occiſo itaque Gratiano imperatore, recipiẽdi corporis eius cauſa ſecundã ad Maximũ ſuſcepit legationẽ Apud quẽ quàm conſtanter egerit, qui voluerit cognoſcere, ipſius legationis epiſtolã ad Valentinianũ iuniorẽ datã cũ legerit, approbabit. Nobis enim alienũ à promiſsione viſum eſt illa inſerere, ne adiũctæ epiſtolæ prolixitas faſtidiũ legenti afferret. Ipſum verò Maximum à cõmunionis conſortio ſegregauit, admonens vt effuſi ſanguinis domini ſui, & (quod eſt grauius) innocentis, ageret pœnitentiam, ſi ſibi apud deum vellet eſse conſultũ. Sed ille cũ pœnitentiã declinat ſuperbo ſpiritu, non ſolũ futurã, ſed etiã præſentẽ ſalutẽ amiſit, regnũq; quod arripuerat, fœmineo quodãmodo timore depoſuit vt procuratorẽ ſe reipublicæ nomine præfuiſſe confiteretur. Mortua verò Iuſtina quidã aruſpex Innocentius nomine, non opere, in cauſa maleficiorum cũ à iudice torqueretur, aliud quàm interrogaretur fateri cœpit Clamabat enim, ab angelo maiora tormenta ſibi adhiberi eo qui cuſtodiret Ambroſiũ, quoniã tẽporibus Iuſtinæ ad excitãda odia populorũ in epiſcopũ, cacumẽ tecti eccleſiæ conſcendẽs medio noctis ſacrificauerit. Sed quantò inſtantius & ſolicitius opera maligna exercebat tanto magis amor populi circa fidẽ catholicã, & domini ſacerdotẽ conualeſcebat. Miſiſse etiã ſe & dæmones qui illũ internecarẽt, fatebatur. Sed dæmones renũciaſſe, ſe non ſolũ ad ipſũ appropinquare minime poſſe, verũ etiã nec ad fores domus in qua manebat epiſcopus: quia ignis inſuperabilis omne illud ædificiũ cõmuniret vt etiã lõge poſiti vrerẽtur: atque ita ceſſaſſe artes ſuas, quibus aduerſus domini ſacerdotẽ ſe aliquid poſſe arbitrabatur. Alius etiã gladiũ ferens ad cubiculũ vſq; peruenit, vt interficeret ſacerdotẽ: ſed cũ eleuaſſet manũ diſtricto gladio, dextera obrigente remãſit. Tunc ſe miſſum à Iuſtina poſtquã confeſsus eſt, brachiũ quod iniquè cũ extẽderetur rigueratſanatũ eſt confeſsione. Per idẽ tẽpus cũ vir illuſtris Probus puerũ ſuũ notatiũ, qui ſpiritu immundo grauiter vexabatur, direxiſset ad epiſcopũ, egreſsũ vrbe dimiſit diabolus, timẽs ad virũ ſanctũ perduci. Atque ita puer quandiu Mediolani apud epiſcopũ fuit, nulla cõminatio diaboli apparuit. Sed vbi egreſsus de Mediolano eſt, & prope vrbẽ peruenit, idem ſpiritus qui illũ antea habuerat vexare cœpit. Qui cum interrogaretur ab exorciſtis, cur quãdiu Mediolani fuit nõ in illo apparuiſset, cõfeſsus eſt diabolus timuiſſe ſe Ambroſiũ, & ideo receſsiſse ad tẽpus, atq; expectaſſe in illo loco vbi ab illo receſserat, donec reuerteretur: quo reuertẽte, vas quod deſeruerat repetiſset. Extincto itaq; Maximo, poſito Theodoſio imperatore Mediolani, Ambroſio verò epiſcopo cõſtituto Aquileiæ, in partibus oriẽtis in quodã caſtello à Chriſtianis viris ſynagoga Iudæorũ & lucus Valentinianorum incendio concremata ſunt, propterea quòd Iudæi vel Valentiniani inſultarent monachis Chriſtianis. Valentinianorum enim hæreſes triginta deos colunt. Sed de huiuſmodi facto comes orientis ad imperatorẽ relationẽ direxit. Qua acta imperator præceperat vt ſynagoga ab epiſcopo reædificaretur. Sed huius præcepti tenor cũ ad aures peruenifſet venerabilis viri Ambroſii epiſcopi, direxit ad Imperatorẽ epiſtolã, quia ipſe in tẽpore excurrere nõ poterat, qua illũ conuẽnit vt id quod ab eodẽ ſtatutũ fuerat, reuocaretur, ſeruarique ſibi deberi ab eo audientiã: quoniã ſi dignus non eſset qui ab eo audiretur, dignus etiam non eſset qui pro illo audiretur, vel cui preces ſuas, aut cui ſua vota cõmitteret. Paratũ etiã ſe eſse pro tali negocio mortẽ ſubire, ne diſsimulatione ſui præuaricatorẽ faceret imperatorẽ, qui tã iniuſta contra eccleſiã præceperet. Poſtea vero cũ Mediolanũ reuertitur, poſito imperatore in eccleſia, de eadẽ cauſa tractauit in populo. In quo tractatu introduxit domini perſonam loquentis imperatori: Ego te ex vltimo imperatorem feci, ego tibi exercitũ inimici tui tradidi, ego copias quas ille aduerſũ te exercitui ſuo preparauerat dedi, ego inimicũ tuũ in poteſtatẽ tuã redegi, ego de ſemine tuo ſupra ſoliũ regni conſtitui, ego te triumphare ſine labore feci: & tu de me inimicis meis donas triumphos? Cui deſcendenti exhedrã, imperator ait, contra nos poſuiſti hodie epiſcope. At ille reſpõdens ait non ſe cõtra ipſum, ſed pro ipſo fuiſſe locutũ. Tunc imperator: Reuera, inquit, dura præceperã contra epiſcopũ de ſynagoga reparanda. In monachos verò vindicandũ eſse à comitibus qui in tẽpore aderant, dicebatur. Quibus epiſcopus: Ego quidẽ cum Imperatore nunc ago, vobiſcũ verò mihi aliter agendũ eſt. Atque ita obtinuit vt illa quæ ſtatuta fuerant reuocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, niſi fide ſua imperator illũ agere debere teſtaretur. Cui epiſcopo: Ergo ago fide tua. Reſpondit Imperator: Age fide mea. Qua ſponſione iterata, iam ſecurus peregit ſacerdos diuina myſteria. Hæc autem ſcripta ſunt in epiſtola quã ad germanã ſuã fecit, in qua tractatũ inſeruit quem eodem die habuit de baculo nuceo qui à prophetа Hieremia viſus eſse deſcribitur. Per idem tẽpus cauſa Theſſalonicenſis ciuitatis non minima ſuccеſsit tribulatio ſacerdoti, cũ penè comperiſset ciuitatẽ deletã. Promiſerat enim illi imperator ſe veniã daturũ ciuibus ſupradictæ ciuitatis, ſed agẽtibus comitibus occultè cũ imperatore, ignorante ſacerdote vſque in horam tertiã gladio ciuitas eſt donata, atque plurimi interẽpti innocentes. Quod factum vbi comperiſset ſacerdos, copiam imperatori ingrediendi eccleſiam denegauit: nec prius dignum iudicauit cœtui eccleſiæ, vel ſacramentorũ cõmunioni, quàm publicam ageret pœnitentiã. Cui imperator contrà aſserebat, Dauid adulteriũ ſimul & homicidium perpetraſse. Sed reſponſum illicò eſt: Qui ſecutꝰ es errantẽ, ſequere corrigentẽ. Quod vbi audiuit clemẽtiſsimus imperator: ita ſuſcepit animo, vt publicã pœnitentiam non abhorreret. Cuius correctionis profectꝰ ſecundã illi parauit victoriã. Per idem tẽpus duo potentiſsimi & ſapientiſsimi viri Perſarũ ad famam ſacerdotis venere Mediolanũ, deferentes ſecũ plurimas quæſtiones, vt ex illis probarent ſapientiam viri. Cum quo ab hora diei prima vſq; ad horã ferè tertiam noctis per interpretem diſputauerunt, admirantéſque diſceſserunt ab eo. Et vt ſe probarẽt non ob aliã cauſam veniſse, niſi vt certo certius noſcerẽt virũ quem fama cõperarant: alia die valefacientes imperatori, profecti ſunt vrbem Romam illic volentes cognoſcere patientiã illuſtris viri Probi. qua cognita ad propria reuerterũt. Sed egreſſo Theodoſio de Italia, & Conſtantinopoli conſtituto, Valentiniano Auguſto intra Gallias poſito, directa relatio eſt ſub nomine ſenatus à Symmacho tunc præfecto vrbis de repetenda ara victoriæ, & ſumptibus cæremoniarũ. Sed vbi cõperit ſacerdos, miſso libello ad imperatorẽ poſtulauit vt ad ſe relationis exẽplaria dirigerentur, quibus ipſe pro partibus ſuis reſpõſurus eſset. Qua relatione accepta, præclariſsimum libellum cõſcripſit, vt cõtrà nihil vnquam auderet Symmachus vir eloquẽtiſsimus reſpõdere. Sed poſtquã auguſtæ memoriæ Valentinianus in Viennenſi ciuitate (quæ eſt Galliarũ ciuitas) vitam finiuit, Eugenius ſuſcepit imperiũ: qui vbi imperare cœpit, non multo pòſt petentibus tũc Flauiano præfecto, & Arbogaſte comiti, aram victoriæ, & ſumptus cæremoniarũ (quod Valentinianus auguſtæ memoriæ adhuc in iunioribus annis conſtitutus petentibus denegauerat) oblitus fidei ſuæ conceſsit. Hoc vbi audiuit ſacerdos, relicta ciuitate Mediolanenſi, ad quam ille feſtinato veniebat, ad Bononienſem ciuitatem emigrauit, atque inde Fabentiam vſque perrexit. Vbi cũ aliquantis degeret diebus, infuitatus à Florẽtinis, ad Thuſciam vſque deſcendit, declinans magi ſaſpectum ſacrilegi viri, non formidans imperãtis iniuriam. Nam epiſtolam ad eundem dedit, in qua conuẽnit conſciẽtiã illius, de qua pauca de multis ponenda duxi. Etſi imperatoria poteſtas magna ſit, tamen conſiderato quantus ſit deus: qui corda hominũ videt, conſcientiã intetiorẽ interrogat Nouit omnia antequã fiant, nouit interna pectoris tui. Ipſi falli vos non patimini, & deũ vultis celare? Non cecidit in animũ tuũ quicquã? Si illi agebant tã perſeuerãter, nónne tuum fuit imperator pro dei ſummi & veri & viui veneratione perſeuerantius obſiſtere, & negare q̃ erat iniuria ſacrilegis? Et iterum. Quomodo igitur meis vocibus & apud deum, & apud omnes homines teneore Aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere niſi conſulerẽ mihi, quia nõ potui tibi. In ſupradicta itaque ciuitate Florentinorum, cùm in domino clariſsimi quondã viri Decentis, & quod eſt amplius, Chriſtiani, maneret filius ipſius Panſophius noíe, admodũ patuulus, cũ ſpiritu immundo laboraret, frequenti oratione, & impoſitione manus ſacerdotis ipſius eſt ſanatus. Sed poſt aliquantos dies ſubita infirmitate correptus infantulus exhalauit ſpiritũ. Cuius mater valde religioſa, & plena fide, ac timore dei, ablato illo de ſuperiore parte domus, ad inferiora deſcendit, ac in lecto ſacerdotis ipſo abſente cõpoſuit. Quem cũ reuertens ſacerdos in lectulo inueniſset (erat enim illo in tẽpore extra domum poſitus) miſeratus matrẽ, & fidẽ ipſius contẽplatus, Heliæo ſimilis ſupra corpus infantis ſe ipſe cõpoſuit, atque orando meruit viuũ reddere matri quem mortuũ inuenerat. Ad quem etiam infantulũ libellum conſcripſit, vt quod ætatis infantia ſcire non poterat, legendo agnoſceret. Veruntamen factum ſcriptis ſuis non cõmemorauit. ſed quo affectu declinauerit commemorare, non eſt noſtrum iudicare. In eadem etiam ciuitate Baſilicam conſtituit, in qua depoſuit reliquias martyrũ Vitalis & Agricolæ, quorũ corpora in Bononienſi ciuitate leuauerat. Poſita enim erant corpora martyrum inter corpora Iudeorũ. Nec erat cognitũ populo Chriſtiano, niſi ſe ſancti martyres ſacerdoti ipſi reuelarent. Quæ cum deponerẽtur ſub altari quod in eadem Baſilica conſtitutũ eſt, magna illic totius plebis ſanctæ lætitia atq; exultatio fuit, pœnæ dæmonum confitentium martyrũ merita. Per idem tempus Arbogaſtes comes aduerſum gentem ſuam, hoc eſt Francorum, bellum parauit, atque pugnando non paruam multitudinem manu fudit, cũ reſiduis vero pacẽ firmauit. Sed cùm in conuiuio à regibus gentis ſuę interrogaretur vtrum ſciret Ambroſium & reſpondiſset noſse ſe virum, & diligi ab eo, atque frequẽter cum illo conuiuari ſolitũ, audiuit: Inde hoc vincis omnes, quia ab illo viro diligeris, qui dicit Soli, ſtat: & ſtat. Quod ego ideo poſui, vt cuiꝰ famæ fuerit vir ſanctꝰ etiã apud Barbaras gẽtes, legentes agnoſcant. Nam & nos referente iuuene quodam Arbogaſtis, admodum religioſum cognouimus, qui tunc interfuit. Erat enim in tempore quo hæc loquebatur, vini miniſter. Profectus itaque ſacerdos de Thuſciæ partibus Mediolanum reuertitur, iam inde egreſso Eugenio contra Theodoſium imperatorẽ: ibiq; Chriſtiani imperatoris præſtolabatur aduentum ſecurus de dei potentia quod nõ traderet credentem in ſe, hominibus iniuſtis, nec relinqueret virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ne extenderẽt iuſti ad iniquitates manus ſuas. Promiſerat enim Arbogaſtes tunc comes, & Fabianus præfectus de Mediolano egredientes cum victores reuertiſsent, ſtabulum ſe eſse facturos in Baſilica eccleſiæ Mediolanenſis, atque clericos ſub armis probaturos. Sed miſerandi homines cum dæmonibus ſuis male creduli ſunt, & aperiunt os ſuum in blaſphemiam ad deum, ſpem ſibi victoriæ ademerũt. Cauſa autem commotionis hęc fuit: quia munera imperatoris, qui ſe ſacrilegio commiſcuerat, ab eccleſia reſpuẽbãtur, nec orandi illi cũ eccleſia ſociẽtas tribuebatur. Sed dominus qui eccleſiam ſuam tueri conſueuit, de cœlo iaculatus eſt iudiciũ, atque omnem victoriam ad religioſum imperatorem tranſtulit Theodoſium. Extincto itaque Eugenio à ſatellitibus eius, cũ ſcripta acciperet imperatoris, non illi alia cura maior fuit, quàm vt pro iis interueniret quos renatos inuenerat. Obſecratus eſt primo ſcriptis imperatorem miſso diacono: poſtea verò quàm directus eſt Iohannes tũc tribunus & notarius, qui nunc prefectus eſt, ad tuitionem eorum qui ad eccleſiam confugerunt, etiam ipſe Aquileiam perrexit, precatus pro eis, quibꝰ ſceleris venia impetrata eſt, quia Chriſtianus imperator prouolutus pedibus ſacerdotis teſtabatur meritis & orationibus eius ſaluatum ſe eſse. Reuertens itaque de vrbe Aquileienſi, vno die præceſsit imperatorem. Nec diu clementiſsimæ memoriæ Theodoſius imperator ſuſceptis filiis in eccleſia, & traditis ſacerdoti, in hac luce fuit. Poſt cuius obitum ferè triennium ſuperuixit. Quo in tempore ſancti Nazarii martyris corpus, quod erat in horto poſitum extra ciuitatem, leuatũ ad baſilicam Apoſtolorum quę eſt in Romana, tranſtulit. Vidimus enim in ſepulchro quo iacebat corpus martyris, (qui quando ſit paſsus; vſque in hodiernum diem ſcire non poſsumus) ſanguinẽ martyris ita recentem, quaſi eadem die fuiſſet effuſus. Caput etiam ita integrum atque incorruptũ cum capillis capitis atque barba, vt nobis videretur eodem tempore quo leuabatur, lotum atq; cõpoſitum in ſepulchro. Et quid mirum? quandoquidem dominus hoc in euangelio antè promiſit, quod capillus de capite eorum non periret. Etiam odore tanto repleti ſumus, vt omnium aromatũ vinceret ſuauitatem. Leuato corpore martyris, & in lectica compoſito, ſtatim ad ſanctũ Celſum martyrẽ, qui in eodem horto poſitus eſt, cum ſancto ſacerdote ad orationem perreximus. Nunquam tamen illum antea oraſſe in eodem loco compertum habemus. Sed hoc erat ſignum reuelati martyris, ſi ſanctus ſacerdos ad locum ad quem nunquam antea fuerat oratum, iſset. Cognouimus tamen à cuſtodibus loci ipſius, quod à parentibus illis traditum ſit nõ diſcedere de loco illo per omnẽ generationem & progeniem ſuorũ, eò quod theſauri magni in eodẽ loco poſiti eſsent. Et vere magni theſauri, quos non ærugo neque tinea exterminat, neque fures effodiunt & furantur, quia cuſtos eorũ Chriſtus eſt, & locus eorũ aula cæleſtis eſt, quibus viuere Chriſtus fuit & mori lucrum. Tranſlato corpore martyris ad Baſilicam Apoſtolorum, vbi pridie ſanctorũ apoſtolorum reliquiæ ſumma omnium deuotione poſitæ fuerant, cùm tractaret epiſcopus, quidam de populo repletus ſpiritu immundo clamare cœpit ſe torqueri ab Ambroſio. At ille conuerſus ad eum ait: Obmutеſce diabole, quia non te torquet Ambroſius, ſed fides ſanctorũ, & inuidia tua, quoniam illò vides aſcendere homines vnde tu deiectus es. Nã Ambroſius non ſcit inflari. Quo dicto, ille qui clamabat obmutuit, proſtratúſque in terrã eſt, nec amplius vocem qua obſtrepi poſset, emiſit. Per idem tempus cum conſulatus ſui imperator Honorius in vrbe Mediolanẽſi Libycarum feratum exhiberet munus, populo illuc cõcurrente data copia eſt miſsis militibꝰ ab Stilicone comite, hortatu Euſepii præfecti, vt Creſconius quidam de eccleſia raperetur. Quem confugientem ad altare domini ſanctus epiſcopus cum clericis qui in tempore aderant, defendendum circundedit. Sed multitudo militum, quæ duces ſuos habebat de perfidia Arrianorum, prævaluit aduerſum paucos, atque ablato Creſconio exultantes ad amphitheatrum reuerterunt, eccleſiæ luctum non modicum relinquentes. Nã ſacerdos proſtratus ante altare domini factũ diu fleuit. Sed in tempore cũ reuertiſsent, & renunciaſsent iis à quibus fuerãt deſtinati milites, dimiſsi leopardi ſaltu celeri ad eundẽ locũ in quo ſederãt q̃ de eccleſia triũpha-

bant,aſcendentes grauiter laniatos reliquerunt. Quod vbi vidit tunc Stilico comes,pœnitentia motus eſt ita vt per multos dies ſatisfaceret ſacerdoti, & illæſum quidē illum qui ablatus fuerat,dimiſerat. Sed quia grauiſsimorum criminum erat reus, & aliter emendari non poterat,ad exilium deſtinatur, non multò poſt indulgentia proſequente. Per idem tempus cum ad palatium pergeret,quem pro loco officii noſtri ſequeremur. Theodolo tunc notario,qui poſtea ſumma cum gratia Vtinenſem rexit eccleſiam,cum caſu quidem pede eſset lapſus,atq; proſtratus iaceret in terra,ridente, conuerſus ſacerdos ait:Et tu qui ſtas,vide ne cadas. Quo dicto, ſtatim is qui alienum lapſum riſerat,ſuum doluit. Per idem tempus Fritigil quædam regina Marcomannorum, cum à quodam Chriſtiano viro, qui ad illam forte de Italiæ partibus aduenerat,referente ſibi,audiret famam viri,Chriſto credidit,cuius illum ſeruulum recognouerat:miſsiſq; muneribus placatos ab eccleſia poſtulauit,vt ſcriptis ipſius qualiter credere deberet,informaretur. Ad quam ille epiſtolam fecit præclaram in modum catechiſmi,in qua etiam admonet vt ſuaderet viro Romanis pacē ſeruare. Qua accepta epiſtola mulier ſuaſit viro,&cum populo ſuo ſe Romanis tradidit. Quæ cum aduenisſet Mediolanum, plurimum doluit quod ſanctum ſacerdotē ad quem feſtinarat,minime reperiſset. Iam enim de hac luce migrauerat. Temporibus vero Gratiani (vt retro redeam) cum ad prætorium Macedonii tunc magiſtri officiorum pro quodam interceden do perrexiſset, atq; præcepto ſupradicti viri fores inueniſset clauſas,nec copiam ingrediendi adeptus eſset,ait:Et tu quidem venies ad eccleſiam,nec clauſas ianuas inuenies: quam ingrediaris. Quod factum eſt mortuo Gratiano. confugiens etenim Macedonius ad eccleſiam,patentibus ianuis aditum reperire non poterat. Ipſe autem vir venerabilis epiſcopus erat multæ abſtinētiæ, & vigiliarū multarū & laborum,quotidiano ieiunio macerans corpus. Cui prædendi nunquam conſuetudo fuit niſi die ſabbato & dominico, vel cum natalitia celebertrimorum martyrum eſsent. Orandi etiam aſsiduitas magna die ac nocte. Nec operam declinabat ſcribendi propria manu libros,niſi cùm aliqua infirmitate corpus eius attenuaretur. Erat enim in illo ſolicitudo omnium eccleſiarum, interueniendi etiam magna aſsiduitas& conſtantia. In rebus etiam diuinis implendis fortiſsimus labor, in tantum vt quod implere ſolitus erat circa baptizandos, quinque poſtea epiſcopi tempore quo deceſsit vix implerent. Solicitus etiam pro pauperibus & captiuis nimium. Nam in tēpore quo epiſcopus ordinatus eſt,aurum omne atque argentum quod habere poterat,eccleſiæ vel pauperibus contulit. Prædia etiam quæ habebat, reſeruato vſu fructu germanæ ſuæ, donauit eccleſiæ: Nihil ſibi q̄ hic ſuum diceret derelinquens,vt nudus atque expeditus miles Chriſti dominum ſequeretur. Qui cum diues eſset,propter nos pauper factus eſt,vt nos eius inopia ditaremur. Erat enim gaudens cum gaudentibus, & flens cum flentibus. Siquidem quotienſcunque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapſus ſuos confeſsus eſset ita flebat,vt & illum flere compelleret. Videbatur etiam ſibi cum iacente iacere. Cauſas autem criminum quas illi confitebantur, nulli niſi domino ſoli apud quem intercedebat,loquebatur: bonum relinquens exemplum poſteris ſacerdotibus,vt interceſsores apud deum ſint, magis quàm accuſatores apud homines. Nam & ſecundum Apoſtolum,circa huiuſmodi hominem confirmāda charitas eſt:quia ipſe ſui accuſator eſt, nec expectat accuſatorem,ſed præuenit, vt confitendo ſuum alleuēt ipſe delictum,nec habeat quod aduerſarius crimineturIdeoq; ſcriptura dicit: Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Vocem enim eripit aduerſario, & quaſi dentes quoſdam paratos ad prædam criminationis infeſtæ peccatorum ſuorum confeſsione confringit, dans honorem deo,cui nuda ſunt omnia, & qui vult vitā magis peccatoris quàm mortem. Nam ipſi pœnitenti non ſufficit ſola confeſsio,niſi ſubſequatur emendatio facti vt pœnitens non faciat pœnitenda. Humiliet etiam animam ſuam ſicut Dauid ſanctus,qui poſtquàm audiuit à propheta, Dimiſsum eſt peccatum tuum: humilior factus eſt in emendatione peccati,ita vt cinerem ſicut panem manducaret,& potum ſuū cum fletu miſceret. Flebat etiam amariſsimē quotienſcunq; forte nunciatum illi fuerat de cuiuſcunque ſancti obitu ſacerdotis,intantum vt nos illum conſolari niteremur, ignorātes pium affectum viri,nec qua ratione ita fleret intelligētes. Quibus ille huiuſmodi reſponſum reddebat, Non ſe flere quia receſserat qui fuerat mortuus nūciatus,ſed quia ſe præceſserat, vel quia difficile eſset inuenire virum qui ſummo ſacerdotio dignus haberetur. Ipſe autem de ſua morte antè prædixit quòd vſque Paſcha nobiſcū futurus eſset. quod quidem meruit dominū obſecrando maturius hinc liberaretur. Ingemiſcebat enim vehemēter cùm videret radicem omniū malorum auaritiam pullulare,quæ neque copia neque inopia minui poteſt, magis magiſque increſcere hominibus,& maximè in iis qui in poteſtatibus erant conſtituti,ita vt interueniendi illi apud illos grauiſsimus labor eſset,quia omnia precio diſtrahebātur. Quæ res primò omne malum inuexit Italiæ & exinde omnia vergunt in peius. Et quid dicam ſi in huiuſmodi perſonis ita rabiem ſuam exercet, qui ſolēt aut filiorum aut propinquorum cauſas prætendere ad excuſandas excuſationes in peccatis quādoquidem pleroſque ceperit etiam cælibes ſacerdotes vel leuitas,quibus portio deus eſt,vt etiam ipſi illam appetant. Et væ mihi miſero,quia nec fine mundi prouocamur vt tā graui iugo ſeruitutis liberari velimus,quo demergimur ad profundum inferni,vt faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis,qui nos recipiant in æterna tabernacula. Attamen beatus ille qui quando conuerſus diruptis vinculis, atque proiectio iugo huiuſmodi dominationis, tenebit & allidet parvulos eius ad petram, hoc eſt, omnes intentiones eius allidet ad Chriſtum, qui ſecundum Apoſtolum petra eſt,quæ omnes ad ſe alliſos interimit,ipſa inuiolabilis manens,nec reum faciens eū qui ad ſe alliſerit nequiſsimi vteri deteriores partus,ſed innocentem:ita vt ſecurus poſsit dicere:Portio mea dominus. Quia cui nihil in ſeculo eſt,illi portio eſt Chriſtus. Et qui contemſerit pauca, multa percipiet, inſuper & vitam æternam poſsidebit. Ante paucos verò dies quàm lectulo detineretur, cùm quadrageſimumtertium pſalmum dictaret,me excipiente & vidente,ſubitò in modū ſcuti breuis ignis caput eius cooperuit, atque paulatim per os ipſius tanquam in domo habitator ingreſsus eſt. Poſt quod facta eſt facies eius velut nix. Poſtea verò reuerſus eſt vultus eius ad ſpeciem ſuam. Quod cū fieret, ſtupore perculſus obrigui,nec potui ſcribere quæ ab illo dicebantur,niſi poſteaquàm viſio ipſa tranſibat. Dicebat enim in tempore teſtimonium ſcripturæ diuinæ, quod ego optimè retinebam. Nam ſcribendi vel dictandi ipſo die finē fecit. Sed quidem ipſum pſalmū explere non potuit. Ego verò id quod viſum à me fuerat,honorabili viro Caſto diacono (ſub cuius cura degebam) ſtatim retuli. At ille repletus gratia dei,ſpiritu ſancti aduentum me in illo vidiſse edocuit lectione Actuum apoſtolorū. Superioribus autem diebus cū Stiliconis tunc comitis ſeruus qui dæmonio laborauerat, in Ambroſiana Baſilica iā ſanus maneret,cōmendatus à domino ſuo (ferebatur enim quòd libenter ab eodē haberetur) facere falſas epiſtolas tribunatus cōpertum eſt,intantum vt tenerentur homines qui ad miniſtrandū pergebant. Sed vbi ad perſonam ſeruī ſui peruenit comes Stilico, ipſe in ſeruo ſuo noluit vindicare. Homines etiam qui decepti fuerant, interuentu ſacerdotis dimiſit, de ipſo verò ſeruo ſacerdoti queſtꝰ eſt. Quē vir ſanctꝰ cū de eccleſia

Ambroſiana egrederetur, requiri fecit,atque ad ſe perduci. Quem cum interrogaſset, & deprehendiſset authorem tāti flagitii, ait. Oportēt illum tradi Satanæ in interitum carnis,ne talia aliquis in poſterum audeat admittere. Quem eodem momento cū adhuc ſermo eſset in ore ſacerdotis ſancti,ſpiritus immundus arreptum di- 1.Cor.5.
ſcerpere cœpit. Quo viſo non minimo timore repleti ſumus & admiratione. Multos etiam diebus ipſis imponente illo manus & imperante,ab ſpiritibus immundis vidimus eſse purgatos. Per idem tempus Nicētius quidam ex tribuno & notario,quodam pedum dolore tenebatur, vt raro in publico videretur. Cum ad altare acceſsiſset vt ſacramenta perciperet, calcatiſque caſu à ſacerdote exclamaret,audiuimus: Vade, & amodo ſaluus eris. Nec ſe amplius doluiſse pedes,tēpore quo ſanctus ſacerdos de hac luce migrauit, lachrymis teſtabatur. Sed poſt dies hos ordinato ſacerdote eccleſiæ Ticinenſi,incidit in infirmitatem. Qua cum plurimis diebus detineretur in lectulo, comes Stilico dixiſse fertur quod tanto viro recedente de corpore, interitus immineret Italiæ. Vnde conuocatis ad ſe nobilibus viris illiꝰ ciuitatis,quos diligi à ſacto ſacerdote cognouerat,partim interminatus eſt illis,partim blādo ſermone perſuaſit vt pergerent ad ſanctum ſacerdotem, ſuaderent illi vt ſibi viuendi peteret à domino commeatū. Quod ille vbi ab illis audiuit,reſpondit:Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere:nec timeo mori, quoniam dominum bonū habemus. Per idem tempus cum in extrema parte porticus in qua iacebat,in vno poſiti Caſtus,Polemius, Venerius & Felix tunc diaconi ſecum tractarēt voce ita repreſsa vt vix inuicem ſe audirēt,qui poſt obitum illiꝰ epiſcopus ordinandus eſset,atque cū de nomine ſancti loquerētur Simpliciani: tanquā intereſset tractatui, cū longe poſitus ab ipſis iaceret,approbans exclamauit tertio:Senex,ſed bonus. Erat enim Simplicianus æui maturior. Qua voce audita expaueſcentes fugerunt. Defuncto tamen eo non alius illi ſucceſsit in ſacerdotio niſi is quem ille bonum ſenem trina voce ſignauerat. Cui ſimpliciano Venerius quem ſupra memorauimus, ſucceſſor fuit. Felix verò nunc vſquè Bononienſem regit eccleſiā. Caſtus autem & Polemius nutriti ab Ambroſio bonæ arboris boni fructus,in eccleſia Mediolanenſi diaconii funguntur officio. In eodem tamen loco in quo iacebat (ſicut referente ſancto Baſiano epiſcopo Laudenſis eccleſiæ,qui ab eodem audierat,didicimus) cum oraret vnà cum ſupradicto ſacerdote, viderat dominum Ieſum aduenisse ad ſe,& arridētem ſibi. Nec multos poſt dies ablatꝰ eſt. Sed eodē tempore quo à nobis migrauit ad dominum,ab hora circiter vndecima diei vſque ad illam horam qua emiſit ſpiritū,expanſis manibus in modum crucis orauit:nos vero labia illius moueri videbamus,vocem autem non audiebamus. Horatus autem ſacerdos eccleſiæ Vercellenſis, cum in ſuperiora domus ſequi eum compoſuiſset,tertio vocem vocantis ſe audiuit, dicentiſque ſibi:Surge,feſtina:quia modo eſt receſſurus. Qui deſcendens obtulit ſancto domini corpus. Quo accepto vbi glutiuit,emiſit ſpiritum,bonum viaticum ſecū ferens, vt in virtute eſcæ aſa refectior, angelorum nunc conſortio, quorum vita vixit in terris, & Heliæ ſocietate lætetur: quia vt Helias nunquā regibus vel vllis poteſtatibus, ita nec iſte pro dei timore loqui veritus eſt. Atque inde ad eccleſiam maiorem antelucana hora qua defunctus eſt,corpus ipſius portatum eſt. Ibique eadem fuit nocte quam vigilamus in paſcha: quem plurimi infantes baptizati cum à fonte venirent, viderunt,ita vt aliqui ſedentem in cathedra tribunali dicerent,alii vero aſcendentem ſuis parentibus digito oſtēderent:ſed illi videntes videre non poterant, quia mundatos oculos non habebant. Plurimi autem ſtellā ſupra corpus eius ſe videre narrabant. Sed luceſcēte die domi nico cum corpus illius peractis ſacramentis diuinis de eccleſia leuaretur portandum ad Baſilicam Ambroſianam in qua poſitꝰ eſt,ita ibi dæmonum turba clamabat ſe ab illo torqueri, vt ciulatus eorum ferri non poſſet. Quæ ſacerdotis non ſolum in illo loco, verumetiam in plurimis prouinciis vſque in hodiernum manet. Iactabātetiam turba virorum ac mulierum oraria vel ſemicinctia ſua,vt corpus ſancti aliquatenus ab ipſis contingeretur. Erat enim exequiarum turba innumerabilis totius dignitatis,totiuſque ſexus, omniūmque pēnè ætatū non ſolum Chriſtianorum,ſed etiam Iudæorum & Paganorum: maiore tamē gratia ordo præcedebat eorum qui fuerant baptizati. Eadem qua obiit die, ſicut textus epiſtolæ loquitur quæ à ſucceſsore eius venerabili viro Simpliciano ſuſcepta eſt,de partibus Orientis ad ipſum tanquā adhuc nobiſcum viuentē directa, quæ nunc vſq; Mediolani habetur,in monaſterio cuiuſdam viri ſancti apparuit orans cum illis,& imponēs illis manus. Habet enim diem epiſtola quo directa eſt: qua lecta inuenimus die eſse quo ille defunctus eſt. Intra Thuſciam ciuitate Florentiana,vbi nunc vir ſanctus Zenobius nomine,epiſcopus eſt, quia promiſerat ſe petentibus illis illos ſæpius viſitaturum,frequenter ad altare quod eſt in Baſilica Ambroſiana,quæ ibidem ab ipſo conſtituta eſt, viſum orare, ipſo ſancto viro ſacerdote Zenobio referente didicimus. In eadē etiam domo in quam declinās Eugenium miſit tempore quo Ragadaiſus ſupradictam ciuitatē obſidebat, cum iam de ſe penitus deſperaſsent viri ciuitatis,per viſum cuidam apparuit,& promiſit alio die ſalutem illis affuturam. Quo referēte ciuium animi ſunt erecti. Nam altero die aduenīente Stilicone tunc comite cum exercitu,facta eſt de hoſte victoria. Hæc Pāſophia religioſa fœmina matre pueri Panſophii referē te cognouimus. Maſcezeli etiam deſperante de ſalute ſua vel exercitus quem ducebat contra Gildonem, baculum tenens manu in viſu noctis apparuit, atque cum prouolueretur ad pedes ſancti viri Maſcezel, percutiēs in terra ſenex baculo quo regebatur, tertio, (hac enim illi ſpecie apparuerat) ait:Hic,hic,hic ſignās locū:dedit que intellectū viro quē viſitatione dignū fuerat arbitratus, vt agnoſceret in ipſo loco in quo ſanctū domini viderat ſacerdotē die tertia victoriā adepturū,atq; ita ſe curus bellū & inchoauit,& conſummauit. Nos tamen ea Mediolani poſiti ipſo Maſcezeli referente cognouimus,Nam & in hac prouincia in qua nunc poſiti deſerimus,plurimis hoc ipſum retulit ſacerdotibus,quibus etiam referentibus ſecurius antè nobis cognita huicli-
bro adiungere arbitrati ſumus. Siſinni etiam & Alexā dri martyrum,qui noſtris temporibus, hoc eſt,poſt obitum ſancti Ambroſii in Anauniæ partibus perſequentibus gentilibus viris martyrii coronā adepti ſunt, cū reliquias Mediolanenſes ſumma cum deuotione ſuſceperunt,aduenīente quodam cæco & referente cognouimus,qui eodē tacto lectulo in quo ſanctorum reliquiæ portabantur,lumen recepit,eò quòd per viſū noctis vidiſset nauē appropinquare littori in qua erat multitudo ablatorum. Quibus deſcēdentibus ad terrā, cū vnū de turba precaretur vt ſciret qui eſsent ii viri, audierit Ambroſium,eiuſq; conſortes. Quo audito nomine, cū deprecaretur vt lumen reciperet,audierit ab eo,Perge, Mediolanum, & occurre fratribus meis qui illō venturi ſunt (de ſignans diem) & recipies lumen. Erat enim vir vt (ipſe diſserebat) de littore Dalmateno, nec ſe ante veniſse in ciuitatē aſseregebat,priuſquam recto itinere reliquiis ſanctorum occurriſset nondum videns: ſed tacto loculo videre cœpiſse. His itaq; decurſis, non arbitror graue videri ſi paululū pmiſsi noſtri metas exceſſerimus,vt domini dictū quod per os ſanctorū prophetarum locutus eſt completum eſse doceamus, Sedentem aduerſus fratrem ſuum, & detrahentem occulte, perſequebar. Et alibi, Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Vt quicunque forte huiuſmodi captus eſt conſue Pſal.49 Pſal.100.

tudine,cũ legerit qualiter in iis qui ſancto viro detrahere auſi ſunt,fuerit vindicatum,ipſe etiam in aliis emẽ detur.Igitur Donatus quidam natione Apher, preſbyter tamen eccleſiæ Mediolanenſis,cum in conuiuio poſitus,in quo erant nonnulli militares religioſi,detraheret memoriæ ſacerdotis,aſpernantibus illis, & deſerentibus linguã nequam, ſubito vulnere percuſsus graui, de eodem loco in quo iacebat, alienis manibus ſubleuatus,in lectulum poſitus eſt,atq; inde ad ſepulchrum vſque perductus.In vrbe etiam Carthaginenſi, cum apud Fortunatum diaconum fratrem venerabilis viri Aurelii epiſcopi ad conuiuium conuenirſem vnà cum Vincentio Coloſsitano epiſcopo, Murano etiam epiſcopo Bolitano,ſed & aliis epiſcopis & diaconibus, tunc Maurano epiſcopo detrahenti ſancto viro,retuli exitũ preſbyteri ſuperius memorati: quod ille de alio dictũ, de ſe oraculum,maturo ſuo excitu comprobauit.Nam de eodem loco quo iacebat,cum ſubito vulnere ingenti eſset percuſsus,alienis manibus ad lectum portatus eſt,atque inde ad domum in quã hoſpitabatur reductus diẽ clauſit. Is finis virorum detrahentium fuit: quem videntes qui tunc aderant,admirati ſunt. Vnde hortor & obſecro omnem hominem qui hunc librum legerit, vt imitetur vitam viri,laudet dei gratiam, declinet detrahentium linguas,ſi vult magis conſortium habere cũ Ambroſio in reſurrectione vitæ, quàm cum detrahentibus illi ſubire ſupplicium,quod nullus ſapiẽs non declinat. Tuam etiam precor beatitudinem pater Auguſtine, vt pro me humillimo peccatore Paulino cũ omnibus ſanctis qui tecum inuocant nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,in veritate orare digneris,vt quia in adipiſcenda gratia cum tanto viro non ſum dignus habere conſortium adept9 meorum veniam peccatorum, ſit mihi prẽmium fugiſſe ſupplicium.

CAPITA LIBRI PRIMI
OFFICIORVM.

Epiſcopi proprium munus docere populum. cap.i.
Tacendo fugimus periculum, & diſcimus recte dicere. caput ii.
Taciturnitatem moderandam eſse,& quod in ira ſilendum ſit caput iii.
Orationem non affectus promat, ſed ratio. Hinc enim inſidias loquenti tendit hoſtis inuiſibilis. cap. iiii.
Quod etiam carnalis inimicos cum nos inſtinctu diaboli ad conuitia prouocant,patientia ſuperare debeamus. caput v.
Exemplum patientiæ Dauid. caput vi.
Quod pſalmus. 38. non ſolum ſilentii laude, ſed etiam contemptu rerum valde ſit mirabilis. caput vii.
Quod nomen officii non ſolum philoſophis,ſed etiam noſtris vſitatum ſit caput viii.
Officii diuiſio,& honeſtum atque vtile vnde metiantur Chriſtiani. caput ix.
De decoro, & quod primum officium ſit linguæ moderatio caput x.
Officium omne aut mediũ aut perfectũ eſse cap.xi.
Non externis ſed internis & æternis bonis æſtimatur felicitas caput xii.
Deum,etiam cum non putatur, regere omnia quæ creauit. caput xiii.
Deum nihil præterire,& ſcripturarũ teſtimoniis,& Sodalis comprobatur exemplo caput xiiii.
His quibus diſplicet quod bonis male,& malis ſit bene, ſatisfacere debere Lazari & Pauli exempla cap.xv.
Commemoratis beatitudinibus.de Euang.hic laborem dicit eſse mercedem in cœlo cap. xvi.
Adoleſcentis officia, & exempla huic ætati propoſita caput xvii.
De bono verecundiæ,quod maxime in ſancta dei eminuit genitrice,& quod geſtus exterioris hominis perſæpe qualitatẽ interioris oſtendat cap. xviii.
In omnibus actis viriliter agendum,nec quicquã affectatum aut fœmineum attentandum caput xix.
Intemperantium hominum conſortia, mulierum quoque commercia vitanda caput xx.
De iracundia in ſe reprimenda, & in aliis mitiganda caput xxi.
De cogitationibus & appetitu, & decoro ſermonis in confabulando & in diſceptando caput xxii.
Quod ioca,quæ philoſophi ponũt inter officia,penitus ab eccleſia ſint remouenda caput xxiii.
De tribus quæ in vita actiua neceſsario ſunt obſeruanda,& qã appetitũ rationi cedere cõueniat.cap.xxiiii.
Quod virtutes quatuor principales in patribus noſtris non mediocriter ſint conſummatæ cap.xxv.
Quid in veritatis inueſtigatione ſeruandum ſit. caput xxvi.
Quod virtutes quatuor ita perplexæ ſint, vt ab inuicem ſeparari nequeant caput xxvii.
Primum quod philoſophi dicunt & ſecundum iuſtitiæ munus apud nos excludi, tertium vero à noſtris mutuatum caput xxviii.
Iuſtitiam & fidẽ hoſtibus etiã exhibendã. caput xxix.
De beneficentia caput xxx.
De reddendo beneficio caput xxxi.
Beneuolentiã liberalitate potiorem eſse. caput xxxii.
Beneuolentiam in eccleſia maxime,& eorundem virtutum hominibus perſeuerare caput xxxiii.
Laus beneuolentiæ cap.xxxiiii.
De fortitudine caput xxxv.
Fortitudinem maxime in animo & contemptu rerum conſtare labentium caput xxxvi.
Mala æquanimiter toleranda,& interdum etiam declinanda caput xxxvii.
Quod prouidentia magnum munimen fortitudinis ſit caput xxxviii.
Fortitudinem aduerſus omnia vitia dimicare debere. caput xxxix.
Virtutẽ bellicam noſtris etiam nõ inuſitatã. caput. xl.
Fortitudinem non ſolum in vincendo,ſed etiam pl9 in tolerando conſtare caput xli.
Poteſtates non iritandas,& adulationibus non attendẽdum caput xlii.
De temperantia,& eius partibus caput xliii.
Officio ſibi congruo quẽq; ſtudere debere cap.xliiii.
De pulchro & honeſto caput xlv.
Quod pulchra & honeſta ſint naturalia, turpia vero cõtra naturam cap. xlvi.
Quarum paſsionum reſtrictione pulchrum illud poſsit acquiri caput xlvii.
De tribus generibus hominum iniurias accipientium. caput xlviii.
De vanitate calcanda caput xlix.
Quod officiorum gratia miniſtros altaris maxime decerat. caput l.

Rerum atque ſententiarvm scitv dignio-

rum quæ in D. Ambroſii Theologi incomparabilis operibus habentur, ſecundum ſeriem literarum.

INDEX.

ABBA. folio.495.C
abdemelech quid. 108.F
ebel & Cain myſterium. 254.C
abel iuſtus. 346.E
abel quid 254.A
abimelech mori maluit, quàm amicum prodere 22.B
abrahę virtutes 271.I
abrahæ liberalitas 14.B
abrahæ adulterium excuſatur 272.E
abram & Abraham Ibidem.I
abrahæ apparuit deus in triplici perſona 273.B
abraham quid 276.G
abſalonis exemplo nihil ſimulatum perpetuum eſse declaratur 15.H
abſinthium fugiunt culices 228.G
abyſsus 223.B
accipitres 239.C
acetum apibus medetur 240.B
acham propter auaritiam præcipitatus 16.D
acholius 170.G
adam 382.D
adam & Chriſti comparatio 446.M
adæ ſepultura 480.H
adæ maledictio quomodo ſublata 58.G
adæ & Petri comparatio 203.I
adamantina natura 308.F
adoleſcentes claros viros ſequi decet 15.A
adoleſcentibus quæ decora 3.K
adoleſcentulæ rarius progrediantur, etiam ad eccleſiam 35.H
ἀφόλεκτα 388.D.& 405.I
adorare lignum,gentilis error eſt 137.H
apparere quomodo dicantur angeli,&c. 430.C
appetitus ſubiectus eſt rationi lege naturæ. 9.L
adulterium,naturæ iniuria eſt 236.C
adulationibus non attendendum 9.B
ægyptiaci dies 184.F
ægyptiorum ſacerdotes circuncidi oportuit 178.B
ægyptus pro Nilo 281.H
æmulari quid in ſac.lit. 348.B.& deinceps
æones Valentinianorum 154.L
æra duo quid 277.F
æer corpus eſt 222.C
æer quid 268.C
æſculapius medicus 26.M
æſtas 233.A
ætas,debilitas,& verecundia largiendo pauperibus conſideranda 7.B
æthiopia quid 248.C
affectuum omnium capita ſunt delectatio & dolor 288.I
afflictionum remedium 408.A
aphricanus 156.M
agar 258.A
ager beatorum 291.F
S.Agnes 216.L
agnetis martyrium 22.C
agni paſchalis eſus 139.K
agonum & vitæ humanæ comparatio 3.F
agricola martyr 32.A.co 3
ἀΐδιον quid 63.D
ain litera quid 416.G
ἀίσθητος 247.K
ἄϊτιος 171.A
ἀκτίς quid 121.G
ἄλς vnde 2 0.A
ἀναλόγως 87 D
alani 476.K
ἀλλάλαγμα 671.K
aleatorum leges 314.C
allegoria in numero Græco τιθ. 271.M
allegorica diluuii & arcę interpretatio 265.E.& dein.
alleluia 381.C
aleph Ibidem.A
allium leopardus fugit 242.k
allophyli qui dicti 6.F
Amalech quid 221.A
amazones 546.C
ambitioſi habent mercedem præſentium 11.A
Ambroſia filia Euſebii 36.A.co 3
ambroſii & Ticinenſ.epiſcopi exemplum 16.M
ambroſius vaſa myſtica confregit, vt captiuos redimeret 16.F
ambroſius à forenſibus negociis vocatus eſt ad ſacerdotium 53.I
ambroſius quum ſcriberet libros de virginibus, nondum triennium ſacerdotio præfuerat. 26.F
amen 366.C.& 516.D
amicitia neſcit ſuperbiam 22.D
amicitia aliena ſit ab adulatione Ibidem.F
amici definitio 109.I
amicitia 12.k
amici probandi 2.A
aminadab quid 287.D.& 384.k
aminadab currus Chriſti figura eſt 31.E
amphibia quæ 244.M
amygdali 230.A
ananiæ liberalitas falſa 20.C
angeli filii dei dicti 262.G
angeli tutores humani gregis 440.F
anima quid 283.G
anima cur ſanguis dicta in ſacris lit. 268.k
anima qualis ſit ſubſtantia 150.L
anima ad ſimilitudinem dei creata 246.H
anima hominis & ſpiritus dicitur 106.k
animam alii ſanguinem, alii ignem, &c. eſse voluerunt 268.I
anima ſoluta à corpore, adhuc futuri iudicii ambiguo ſuſpenditur 258.L
anima bipartita eſt 271.C
anima pro homine 284.G
anima immortalis eſt 63.B
anima pro homine in ſacra ſcriptura 244.B
animæ & muſices venuſta comparatio 62.A
animæ deſcriptio apud Ezechielem de quatuor animalibus 31.M
animæ in ſeptenarium ordinem digeſtæ 63.E
animæ partus 258.A
animi motus ſi nõ euelli,at præcaueri conuenit. 4.G
animus author culpę,caro peccati miniſtra eſt 50.G
animus ex corporis motu cognoſcitur 3.L
animæ motus 280.E
animalia adulterina 235.E
animantium tria genera 237.k
anſeres 238.A
ἄνθρωποι 244.B
antichriſtus in nomine ſuo venturus eſt 104.A.& 549.H
antichriſtus quando venturus 549.G

antichriſtus ex circunciſione aut circunciſus venturus 549.H.
antichriſti qui 477.B
antiochenæ cuiuſdam virginis hiſtoria 25.I
antipelargoſis quid 238.M
antrum vnde dictum 223.B
annulus 469.M
appetitus rationi pareat 5.C
apis AEgyptiorum deus 485.E
ἀφὴ 263.B
apoſtoli,epiſcopi ſunt 537.I
apoſtoli gratiâ habuerunt maiorẽ q̃ prophetæ 544.I
apoſtoli omnes vxores habuerunt, excepto Ioanne & Paulo 526.C
apoſtoli prophetæ ſunt os Chriſti 53.G
apoſtata vnde dictus 416.B
ἀποτέλεσμα 171.A
apum politia 236.H
aqua in varias mutatur ſpecies 330.E
aquam ſuper cælos eſse 224.H
aqua quare admiſceatur vino in calice 335.H
aquila 239.D
aquila quid myſtice 472.M
aquilæ induſtria circa pullos 424.C
arriani expungunt ea quæ contra ſe faciunt 111.M
arrianorum de filio quæſtiones 77.F
arrianorum errores 96.D
arcadius 136.E
arcus quem deus in ſignum poſuit,aliud eſt quàm iris 269.E
arca Noe deſcriptio eſt humani corporis 262.L
arca fœderis & Noe quid differant 263.C
architæ Tarentini dictum 4.K
ardeæ 238.A
arida quare à deo apparere iuſſa, & non potius terra. 227.C
ariminenſe concilium 159.G
ariſtotelicorum de principiis opinio. 229.A
arteria quid 268.k
artium cultores quibus ſua accepta ferant 171.A
aſcendere & deſcendere quid in ſacris lit. 306.G
aſer quid 301.M
aſini pigritia 241.k
aſini myſterium 274.M
aſyrii vnde dicti 248.C
athletarum ſpecies 351.H.I
attilius 156.M
atlanticum mare 237.E
atramento ſcribere quid 265.B
auaritia Ananiæ 207.C
auaritia malorum radix 14.k
auaritiæ malum 16.C.& 343.B.C
auaritiæ pediſequæ 340.D
auaritia 255.k
auaritia idololatria dicta 539.A
auguſtini diſputationes 218.E
auguſtinus cuculla nigra indutus,&c. 218.H
autumnus 233.D
auxen Aſyrii & Hebræi Euphratẽ dixerunt 248.D
auxentius 112.A & 159.H

Babylon 270.k.& 342.G.in fi.
baptiſma,poſt quod nemo delinquit,quid 28.A
baptiſmi ceremoniæ 332.I
baptiſmi typus fuit tranſitus maris rubri. 332.k
baptiſmum dei conſilium dictum 105.k
baptiſmus pro mortuis 518.A
baptiſmus Ioãnis,& baptiſmus Chriſti 354.E.in fi.
bapt.ſmus Chriſti,typo ignis præſignatus 21.E
baptiſmatis tres teſtes 330.F
baptiſmatum multa genera 333.A
barrabas quid 480.B
βάρις 377.B
baſiliſci noxius viſus 432.M
bathuel quid 56.M
bauto 153.D
beatum nihil niſi quod caret peccato 11.I
beati definitio 291.E
beatus quis 2.G.& 341.L.M.& deinceps.
beatitudo noſtra futura,non præſens 3.G
beatitudo eſt & in doloribus. 11.k
belus idolum Babyloniorum 485.E
bellica gloria claruere patres 7.L
beneficiis ſuperare debemus 7.C
beneficia pauperibus magis q̃ diuitibus erigẽda 16.A
beneficia non ſolum pecuniaria ſunt Ibidem.B
beneficentia 6.G
beneficentiæ & membrorum humani corporis compa-ratio 17.M
beneuolentiæ prætextu Eua ſerpẽti aſſenſit 7.G.in fi.
beneuolentia facit vt amici vulnera, quàm inimici oſcu la vtiliora ſint. 7.I
beneuolentia præſtat liberalitati 7.F
Beth quid 149.F.& 382.H
Bethania quid 455.M
Bethel quid 271.E
bethlehem quid 277.D
bibenda multa 343.I.k.L
blaſphemia ſpiritus quæ 52.C
bobus ineſt imbrium præſcientia 242.C
bonum triplex 278.M
bonorum iudicia non negligenda 9.k
bononienſes virgines 24.k
bonitas omnibus grata 12.G
bonitas fructus ſpiritus ſancti 348.H
branchiæ idem agunt in piſcibus, quod pulmo in ho-minibus 235.G
buxus 229.k

Cades 34.G
cadere in ſacris literis,quid 351.G
cæthura 256.A
caiaphæ prophetia qualis 412.M
cain cur non paſsus à deo occidi 261.A
cain quid 254.A
cain æternam vitam poſthabuit corporali 261.A
cains longæuitas indulta in vindictam eſt Ibidem.D
cain ſacrificium 256.C
cain cur ſignatus à deo 58.C
calamus quid myſtice 454.k
calcanei iniquitas 377.I.k.L
Calceamenta Euangelica quæ 442.A
calceamenta quomodo non accipienda 57.D
calceamentum 469.M
calicem bibere quid 464.C
calix domini quid 355.F.& 429.A
camillus 156.L.in fi.
cancri fraudes 236.E.F
canes natura duce ſyllogizant 242.F
Canino ſanguine omnes fere curantur 242.k
canis 235.B
canis beneficiorum memor 242.G
canum gratitudo 242.A
canticorum in ſac.lit.præſtantia 341.D
cantica qui ſcripſerint ex ſacris authoribus 341.D
cantica canticorum Salomonis myſtica ſunt 284.I
cantus ſanctorum 455.I
caph quid 404.F
caput ſanctorum Chriſtus eſt 425.M
capilli capitis noſtri qui 105.F
capitis præſtantia 244.M
caro pro homine 283.G.& 62.H
caro ante mentem non corrumpitur 42.A
caro dicitur etiam de anima 416.E

carnis venenum eſt medicina ſpiritus 50.D
caſtigare amantis eſt 400.G
caſtitas etiam loci abolet infamiam, non locus infamat caſtitatem 25.L
caſtitas angelos ſeruauit 24.G
caſtitas triplex 44.G.& 35.D
cedrus 229.I
cerui veneno paſcuntur 228.k
cerui cura 242.K cete 236.M
chaldæorum ſuperſtitiones 277.A.& 234.B
cham quid 269.E.& 342.G.in fi.
chamelæon 240.C
charitas ſine qua omnia alia inania, quæ ſit apud Pau-lum 187.H
charitas,legis plenitudo 359.L
charitatis ſummum mandatum 409.G
charitas vna patris & filii & ſpiritus ſancti 103.k
charitatis teſtimonium 12.L
charitas non metuit pericula 400.C
χλευάσθαι 343.E
chriſtus quare in aliena ſepultura poſitus 206.k
chriſti dictum,Non eſt meum dare vobis,quomodo ac-cipiendum 94.M
chriſtus quomodo vitis,& pater agricola 92.B
chriſtus quomodo fuerit in forma dei 541.E
chriſtus quomodo ſubiectus patri 96.L
chriſtus finis legis eſt 409.B
χρηστὸν, quid 400.H
chriſtus omnia nobis eſt 31.G
chriſtus matrẽ corpore,patrẽ virtute referebat 26.I
chriſtus vno tantum loco ſtare ad dexteram patris le-gitur 87.L
chriſti & aquilæ comparatio 208.C
chriſtus qui paſsus eſt,& dei verbum,idem 119.L
chriſtus non in phantaſmate paſsus eſt Ibidem.
chriſtus modo quærendus 423.C
chriſtus quomodo nouiſsimus dictus 39.C
chriſtus viginti aureis in veteri teſtamento, triginta in nouo venditur 114.A
chriſtus quomodo neſcire momenta extremi iudicii di catur 97.M.& 98.A
chriſti paupertas 345.M
chriſti tædium & pauor 478.C
chriſtus pro omnibus mortuus eſt 93.I
chriſtiani aliter atq; Ethnici metiũtur officia 2.B
chriſtiani aliter atq; Ethnici nomẽ ſortiũtur 348.D
chriſtus quomodo caro, maledictum, & peccatum fa-ctus ſit 120.D.E
chriſtus ſeruus & dominus 346.B
chriſtus quo in loco paſsus 376.B
chriſtus peccatum factus pro nobis 354.G
chriſti velle,feciſse eſt 63.L
chriſti paſsio non mutauit verbi naturam 119.K
chriſti varia nomina 117.A
chriſtiani ore tenus,vulpibus compa rati 212.H
Chriſtus quomodo ematur & vendatur 114.C
chriſtianus quis 409.E
chriſtiana infirmitas,fortitudo eſt 196.L.in fi.
chriſtianorum infantia 205.H
chriſtus cur ex monumento nouo reſurrexerit 28.I
chriſtianus vim ſibi non inferat 27.L.in fi.
cibo parcè vtendum virginibus 26.M
ciconiæ 238.I
cygnus 240.A
circunciſionis vocabulum 272.I
circunciſio quur octauo die 440.I
circunciſio cordis 406.F
circunciſio cur data 282.D
circunciſionis ratio & authoritas 177.M
ciuitatum ſex ad refugia diſpoſitarum myſticus intel-lectus 55.I
ciuilia bella 375.F
clamor ſanctorum 366.G
claues regni & ſcientiæ 209.E
claues ſpiritalis crucis 416.E
clerici quidam cur non ab Ambroſio recepti 3.M
clericos dedecet fraus & turpe lucrum 19.G
coccus quid myſtice 422.B
cocci in expugnatione Iericho myſterium 96.B
codicum Græcorum & Latinorum collatio quo ad in-tegritatem 491.A
cælum myſtice quid 407.A
cæli qualitas & eſsentia 222.L
cælorum numerus 224.C
cæli ſunt etiam in terris 406.M
cælorum nomen generale eſt, firmamentum autem ſpeciale 225.C
cælum quomodo aſcendendum 31.B
colloquia familiaria qualia eſse debeant 4.M
coluber ceruum fugit 228.k
columba 195.k
columbæ & corui in arca Noe interpretatio 41.B.C
commutatio in ſac.lit. 370.E
compungi quid 400.D
confeſsio trina in baptiſmo 333.I
confeſsio mundat cor 404.D
confeſsio pœnarum compendium 390.H
confeſsio Chriſti ſit aperta,non inuoluta 479.H
confeſsio medicina erroris eſt 37.H
confeſsionem inſinuat 236.C
cõiuges quomodo ſe viciſsim gerere debeant 358.K
coniugium non ſpernendum 272.B
coniugium vinculum eſt 46.C
coniugia ex Chriſtianis non alienigenis domibus pe-tenda 173.M
conſcientia 208.M
conſiliis ſit vt amicos habeamus 12.M
conſiliarius qualis eſse debeat 14.I
conſiliarius bonus,qui & ſibi conſulit 13.I
conſecrationis verba mutant panem in corpus Chriſti, &c.335.D
conſolatio 317.G.357.H.& 420.M
conſtantinopolis 99.M
conſuetudo peccandi quàm pernicioſa 343.A
conſummationes multæ ſunt 409.A
conuerſatio eligenda 7.D.E
conuitia malorum diſsimulanda 1.I
conuiuiorum gratia 365.A
conuiuium eccleſiæ 255.H
cordis & oris cuſtodia 340.B
cornices 238.I
cornu myſticum 368.C.& F
corpus coinquinat animam 60.k
crapulæ mala 255.G
crucis ſignum in nauium velis 206.E
cubiculum orationis quid 257.A.& 337.A
cupreſsus 229.I Cyprianus 491.A

Daleth 487.H
dalilæ auaritia Sampſonẽ perdidit 16.D
dæmonia non habẽt diuinã naturam 121.B
damalis 280.B damaſus 155.k.& 552.C
damonis & Pythiæ amicitia 20.D
dan quid 301.k.& 365.D
danielis conſilium & virtutes 13.G
danubius 224.L
dauid cum potuiſset nocere,maluit parcere 19.I
dauid ſibi plebem officiis conciliauit 12.I
dauidis fletus 420.k.& 131.C
Dauidis denudatio quid figurauerit 151.I
dauidis victoria aduerſus Goliã typ9 eſt Chriſti 422.D
dauidis pœnitentia 324.G
debitores duo q 456.E debita & debitores 313.M

decorum à ſummo opifice in humano corpore formando ſeruatum 4.B
decorum ſeruandum in veri inueſtigatione 5.I
decorum in itinere ſeruandum 4.A
decorum & indecorum quid 286.L
decorum perſonæ 9.E
decor orationis 5.A
deficere quid 404.C
defunctis collata humanitatis officia, præſtantiſsima. 312.E
delectationis efficacia 341.A.B.C
delinquere ſibi 346.H
depoſitio defunctorum quid 210.F
depoſitum quando non reddendum 10.k
deſertum quid 454.H
Dextera quid 191.H.& 107.C.& 110.L
deus non vult ad ſe veniri per ſuffragia 485.D
deus aliter tentat quàm diabolus 274.I.& 528.k
deus cur non vno momento creauerit omnia 163.I
deus vnius pœna plurimos corrigit 421.E
deus cur iuret 257.G
deus non locorum interuallo amittitur 416.A
deus author eſt omnis boni 425.E.F
deus diſſimulat nonnunq̃ ſe ſcire quod nouit 98.H
deum eſse vel operibus cognoſcitur 407.D
deus morum magis quàm annorum ætatem conſiderat 412.L
deus quomodo velit omnes ſaluos fieri 67.I
deo nihil eſt ſimile 116.k
deus vult nos ſignis ad ſuæ cognitionem potentiæ peruenire, etiam ſi poſsit iis quæ fidem habeant promptiorem 224.G.H.& I
deus præeſt omnibus creatis 2.M
deo nihil occultum 3.A.B C
deus æquè iudicat bonis & malis 3.D
deus iuſtos audit etiam mortuos 260.L
dei indignatio non vltionis executio, ſed abſolutionis operatio magis eſt 48.F
deus aliter bonus, iuſtus, ſapiens, &c. dicitur, aliter homo 17.I
deus ſphæræ aſsimilatus 537.C
deus quomodo caput Chriſti 88.L
deus frequenter mutat ſententiam ſuam 20.F
deus adoptiuus homo dicitur 541.k
deus agnoſcit etiam propter aliena merita 450.I
dei gratia non deſperanda 269.D
deus digito quomodo ſcripſerit legem 110.H
deus non placatur muneribus, ſed affectu 259.k
deus quomodo habeat manus & digitos 107.C
diaboli tentatio, euerſio eſt 528.k
diabolus cur permittatur à deo tentare 457.E
dialecticorum argutiæ 121.D
dianæ & Neptuni fabula 26.M
διαβήματα 351.D
dictamo capreæ vulneratæ curantur 242.k
dierum obſeruatio 533.A.& B
dies & horæ diei quid myſtice 469.H
dies nocti antefertur 223.F
dies tres ante ſolem fuerunt 231.F
dies ſolis 207.k
dies iræ 486.C
dies mali 350.D
dii gentium etiam à ſuis irriſi cultoribus 26.E
dii etiam homines dicti 93.D
dii gentilium fictitii 157.K
dilectionis vtilitas 12.G
diluuium ſpeciale 263.L
dionyſius 159.D
diſciplinæ conſideratio 366.L
diſciplina domini duplex 400.I
diſcipuli perfectio, magiſtri laus 547.L
diſperſio in ſa.lit.quid 369.M.& deinceps.
diſputationes vanæ 405.k
dies eſt, qui ſuo contentus eſt 303.H
diuidendum recte 352.G
diuitiæ non conferunt vitæ beatæ 12.A
diuinitas non recipit numerum 113.B
diuitis & pauperis comparatio 244.I
diuitiæ vix ſanctis domini contẽptui ſunt 16.C.& D
diuitiæ cur à deo largiantur 3.G
diuitiarum deſpectus 13.L
doech fallacia 20.D
dominica dies 207.k
dominus quomodo dicatur iuſtificari 326.L
domus myſtica 352.M
donec quomodo in ſacris lit.accipiatur 38.D
donorum dei adminiſtratores ſumus, nõ domini 3.G
dorcas 392.F
drachma & didrachmum quid 139.L
draco elephantem ligat 228.k
ducere in altum 450.A

Ebrietas cauſa ſeruitutis 308.B
ebrietas duplex 269.L
ebrietais mala, quorum primum eſt pudicitiæ periculum 24.H
eccleſia mari comparata 227.G
eccleſia ſine auro congregata eſt: non habeat igitur aurum quod ſeruet, ſed quod eroget 16.G
eccleſiæ caput, oculi, capilli, &c 415.A
eccleſia viti comparata 229.E
eccleſia ciuitas dei eſt 416.D
eccleſiæ figura in Magdalena 403.A
eccleſiæ & malorum granatorũ comparatio 230.A
eccleſiæ theſauris nõ parcẽdũ tẽpore neceſsitatis 16.A
eccleſiæ poſseſsio ſumptus eſt egenorum 157.E
eccleſiæ filius quis 460.E
eccleſiæ interceſsio 450.k
eccleſiæ arma 45.G
eccleſiaſtes Salomonis naturalis eſt 284.I
eccleſiaſticos non malis artibus ad honores niti oportet 15.K.& L
eccleſiaſticus ſit hoſpitalis, nõ conuiua extraneus 4.F
echini terreni, id eſt heritii cautela 242.C
echini prognoſticatio 236.H
διασθάσις quid 280.C
ἐγκύμια 257.A.& 273.E
ἐις τὸν ἄνω , varie interpretatum 406.I
elleborus 228.H
electrum 230.G
eleemoſyna 54 B.& C.& 198.C
eleemoſina quibus & quo ordine præſtanda 473.C
elementa parricidium accuſant 260.K.& L
elementorum qualitates 227.D.E
elephanti promuſcis 242.M
elephantus formidabilis tauris 243.E
eloquentiæ mundanæ & diuinæ differentia 405.C
empirici 354.C
ἐυδαιμονία quid 424 I
enchoria quæ 239.D engaddi 285.C
ἐυκεφαλαίω ab aliquibus dictum pro ἐυαρχῶ 221.B
enneadecateris 184.E enon quid 354.E
enoch cur raptus 128.E entelechia. 262.D
ἐυηχοτικὰ 372.B ἔπος θεῶ , ſapientis dictũ 271.C
ἐπούσιον quid 336.D.& 87.G
epicuræis deus nõ videtur curare humana 2.L.& M
epiphania 195.A
epiſcopus quid 339.A
epiſcopatus non pecuniis coemendus 338.A
epiſcopi appellabãtur primi preſbyteri 537.k.L.M
epiſcopi de laicis in eccleſia, & non laici de epiſcopo in conſiſtorio iudicare debẽt 158.B.C.D.& deinceps.
epiſcopi electio 537.M

Epiſcopi munus in membris putridis 16.E
epiſcopus quomodo vnius vxoris vir eſse debeat. 338.C.
ἐπιθυμία quid? 357.C
ἐπιτραχήλια 420.A
errores, fortiſsimi etiam viri non potuerunt cauere. 324.G.
ærugo theſauri huius mundi laſciuia eſt 104.L.
et coniunctiua particula diſtinguit nõnunquam. 421.k.
ἑτερόυσια 93.K.
exceſsus quid 280.k.
excommunicatio non præcipitanda. 16.E
exempla patrum 5 G.H
exequiarum officium mortuis deferendum 275.E
exlex quis. 415.F.
exorciſtæ & lectores in eccleſia qui 537.K
exurge Borea, & veni Auſter, excuſsum. 344.H
eua, vita interpretatur 37.G
euangelica hiſtoria à variis deſcripta 434.L
euangelium mare eſt 235.M
euangeliſtæ diaconi ſunt 537.I
euglyphus quid 418.K
eunomiani error 118.F.in fine.
eunomiæ 327.H.
euſebius 182.I
euſebius hæreticum ſe eſse mentitus eſt, vt hæreticos lucrifaceret. 210.D
euſebii martyrium Ibidem.E
euſtorgius 159.D
exempla magis mouent quàm verba 550.B

FAber pater Chriſti dicitur 194.G
Fames verbi 468.E.F
Famis tempore ſubueniendũ m 18.K
Febres ſpiritales quæ 449.G.H
Felicitas non æſtimanda externis 2.K
feræ quid myſtice 168.D.in fine.
fermentum 190.I.&.468.B.
Feſti dies quomodo celebrandi 134.H
feſtus dies domini quando 258.I
fiat, fiat, in ſa.lit.quid ſignificet 366.C.
ficulneæ folia 230.A
ficus agreſtis & domeſtica 229.L
Fides eſt quæ dat ſalutem 551.E
Fides radix iuſtitiæ 6.G
Fides etiam perfidis præſtanda 19.M
fide ſeculum hoc fugitur 56.I.in fine
Fidei teſtimonium 12.M
fidei nihil in his quos pecunia vel adulatione tibi deuinxeris 15.k.
fides vera nũquam turbatur 118.E
fides præcedit deuotionem 299.I
fides inexercitata cito langueſcit 405.L
fides citharæ quare ſic dictæ 136.C
fides eſt redemptio animæ 139.G
Fidei acquiſitio vnde 69.H
figulus 250.A
filius æqualis eſt patri 90.B.
filius ſempiternus eſt & non creatura. 77.M.& 78.A. & per totum.
Filius dei etiam paracletus dictus 104.B
filius non põt à ſe facere quicquã. explicatũ. 89.C.&.D
filius quomodo viuat propter patrem 91.C.
finis dicitur Chriſtus 378.M
flagella poſt mortem nihil proſunt 322.M
fluuiorum quatuor myſtica expoſitio 247.M.
fœmineus ſexus ad decipiendum vſitatus 203.H
fœneratio duplex 352.G
fœneratorum nequitia 313.D
formicæ induſtria 241.M.&242.C.
Fornax ſanctorum 426.E.F.
Forte quomodo accipiatur 52.H.
Fortitudo ſine iuſtitia, iniquitatis materia eſt. 7.k.& 6.A.
Fortitudo aduerſus vitia dimicat 8.G
Fortitudo rerum contemptu conſtat 7.M.
Fratres & gentis & generis dicti 38.C
Fructus ſapientiæ quis, & quod ſolium; 344.E.
Frugalitas 13.L.& 277.k
Fulicæ 238.A.&.239.E

GAd quid? 301.k
Galaad quid? 417.L.M
Galathæ mercatores 13.L
Galli à leonibus timentur 242.k.
Gallus 240.I
Gaſtrimargiam ſequitur luxuria 380.G
Gedeonis hiſtoria 99.F.& deinceps.
Generatio hominis duplex 268.E
Gentes ab eccleſia deuictæ, quæ intelligantur moraliter 367.F.G.
Gentes cur tam ſero vocatæ 68.H
Gentium vocatio à prophetis prædicta 37.M
Gigantes 262.G
Gimel 384.k.in fine.
Gladiꝰ verſatilis cur ante paradiſum poſitus 426.F.
Gladius à domino emi iuſsus, qualis? 478.F
Gladius eſt verbum dei 367.L
Gladius peccatoris quis? 348.H
Gog 83.L.
Gomor quid? 139.I.&.177.H
Gothi 476.k.
Gratia ſpiritalis per ignẽ exurit, per aquã mũdat. 21.F
Gratiæ agendæ poſt menſam 202.H.& deinceps.
Gratianus 138.L
Græci ſermonis vis exprimi non poteſt 409.A
Græci ſingulis tãtũ annis accipiũt corpus domini. 336.d
Gregorius 100.A.
Grues 238.F
Gygis fabula, & equi æi 18.G
Gymnoſophiſtæ 143.I

HAereditas Chriſtiana 414.A
Hæreticus 204.k
Hæreſis Atriana 77.H.I
Hæretici vulpibus comparati 461.F
Hæreticorũ quorundã errores recenſentur. 118.F.&.G.
Hæretici perniciosiſsimi; quibus multa cum orthodoxis paria ſunt 115.H
Hæreticorum de diuinitate opiniones 76.k
Hæretici & deſyllabis faciunt quæſtiones 107.C
Halcyon 237.L
Halcyonides dies Ibidem.M
Hamilcaris ſacrificandi ſtudium 157.M
Hannibal 156.L
Harmonia nuptialis 470.H.
He, quid? 389.B
Hebdomada à quibuſdam vnus dies dicta 223.G
Hebdomas 163.k.in fine.
Hebræi quare dicti, non Abræi 442.G
Helena crucis diuinę inuentrix 137.F
Heliodoti & Oniæ exemplum 16.k.
Herbarum notitia animalibus ineſt 242.D
Heri & hodie quid? 164.A
Herodis crudele promiſsum 20.E.&.346.k.
Herodes non fuit legitimus rex 437.k.
Heſter magnanimitas 22.A.B
Heth 395.M.
Hetruſci iuuenis fabula 36.A
Hyems & æſtas quando myſticè 233.A.
Hippocrates 164.B
Hippopotamus 234.B.
Hirundo 238.M
Homo quomodo ad imaginẽ dei creatus 243.M.&.35.F
Homo vetus & nouus 538.E

Homousion 115.L
hominum tria genera iniurias accipientium 9.M
homo in se duplex 352.k
homo omnis imperfectus 352.C
homo solus non laudatus in creatione 37.E
homo duplex. 37.B.& C.
homo hominis causa factus,& omnia propter hominẽ. 6.B.
homo puluis 344.I
hominis vocabulum vnde 17.M
honestũ & vtile Christianis vnum est ibidem.H.& I.
hominibus datum est quod angeli non habent.402.D
Honestas Christiana 9.F.G
Honestas à natura petenda ibidem.H
Honestati salus etiam postponenda 18.H.& I.
Honestatis maxima cura fuit maioribus 21.k
Honorius 136.E
Horoscopus 132.F
hortus nucum quid? 287.B
Hospitalitas Abraæ 273,B,&,15,D
hospitalitatis præceptum 43.C
Hostes peregrini dicti 6.F
Humana natura sine gratia qualis 68.L
Humana gloria qualis 228.A
Humanitas lege naturæ docetur 7.C.& 17.L.M & 18.A
Humani corporis copiosa descriptio.244.M.&.245 per totum
Humiliatio ad correctionem,non ad desperationẽ fieri debet 406.I
humilitas rara in iuuenibus 422.I
humilitas.534.G.&.412.H.& 426.I.& 412.E.& 13 L.
Huni 314.D.& 476.k
Hyems quid mysticè 347,G
hyginus 353,G
hyle 121,F,&,171,A,&,220,B
Hysopo mundari quid? 327.B.C

Iacob quare Israel dictus 439.F
Iacob qua ratione claudicauerit 293.A
Iacob Patriarchæ fuga 56.L
Iacob patriarcha nobis imitandus 375.E
iactantia 426.A
ianus 194 H
ianiculum Ibidem
iaphet 167.D.& 269.F
ibi,quid? 347.I.K
Icari fabula 32.C
idea 220.A
idithum qui fuerit? 378.M
idololatria 545.G.H.I.& L.
idola cum videntur prodesse,obsunt. 459.B
ieiunium verum quomodo fieri debeat 305.E
ieiunii virtutes 308.H.& 307.I
ieiunii fracti prima præuaricatio Ibidem.M
ieiuni sputi vis 242.L
Iepte promissa 20.E
Iesus Naue solem sistere potuit, auaritiam minime. 16.D
Iesus Naue Moysi indiuiduus erat comes 15.B
IESV subiectio 441,A
Iethro 256.C
ignis alienus 141.A
ignis dei 421.M
ignis in sacris literis quid 24.E.& 360.K.& 409 F
ignorantia excusat peccatum 124.I
imago dei vir,& non mulier 546.B
imagines Christi quomodo colendæ? 403.A,B
imitari deum quomodo possimus? 412.H
imperator nihil habet iuris in diuina 160.E,I,k,
impius gaudet sui peccati consorte 270.B
impius ipse sibi pœna est 2,L
Impietas an secundum naturam sit 344.k
improbus & inuidus quid differant? 16.A
Indicus vermis 240.C.D
indulgentiæ domini,prophetico spiritu præuisæ.361.k,
Infantes aliena confessione credunt 74.H in fi.
infantium multorum à salute alienatio quare 74.E.F
Infirmitas virtutis officina 350.M
inimicitiæ subeundæ sunt plerunque propter amici innocentiam 22.D
Intellectus spiritale munus est 418.D
intemperantiæ incommoda 263.L
interpretari in ecclesia quid? 514 L
interpretatione omnis scriptura indiget 551.D
inuenire & quærere in sa.lit.quid 346.I
inutile idem & indecorum 19.E
Ioachim aurum in obsidione seruatum perdidit, & ipse in captiuitatem deductus 16.H
Ioannes quomodo acceperit Mariam in sua 34.A
De Ioannis euangelistæ morte dubitatũ est. 426.F
Iob dixit quæ ipse improbauit 2.H.in fin.
Ioci ab ecclesia remouendi 5.B
Iordanis reuertitur in suum fontem 224.I
Ioseph seruitus mystica 296.G
Ioseph consilium 13.F
Iosiæ fides 17.B
Iob quid? 401.F
ira qualis esse debeat 538.F
ira, inconsiderata res 546.F
iracundia aut vitanda,aut moderanda 4.G
iracundia extra peccatum quæ.4.I.k.L 538.F
Isachar quid? 301.G
Israelitę veri qui 497.k
Isidis sacra. 161.G
iubileus annus 389.I
Iudas proditor 346.k
Iudæus quid? 33.C.& D
Iudæi quomodo fœnerent gentibus 142.M
Iudicii extremi meditatio deterret à peccatis. 42.M
iudices non nisi per spiritum sanctum iudicãt.111.co.2.
iudicii extremi dies expectatur ab omnibus quæ â seculo fuerunt animabus:interim tamen queque vel iniuria afficitur,vel fructu gaudet 63.B.C.D.
Iudith fortitudo 20.G.& 25.k
Sancta Iuliana 33.C
Iulianus 137.L
iunior non solum ætate,sed & sensu dicitur 270.E
iurandum non facile 35.I.&.412.A
ius commune natura,priuatum vsurpatio fecit 6.B
ius ligandi & soluendi par 47.k
iustitia temperata esse debet 538.F
iustitia etiam hostibus debetur 6.D
iustitiæ exempla Ibidem
iustitia vera quæ? 435.L.M.442.I
iusti quotidie & viuunt & moriuntur 406.D.
iustus mysticus 351.C
iustus nunquam solus est 17.G.in fine
iustus quis? 5.H
iustus cedendo vincit 1.k
iustus dies est æternorum æstimatione 17.H
iustus non derelinquitur 352.A
iustus vir murus est patriæ 273.k
iustus qualis esse debeat cum sibi inuidetur 292E.F
iustus vir nihil vult nisi summum bonum 290.H
iustus se totum committit deo 267.H
iusti vtres dicuntur 405.C.in fine
iustitia & iniustitia oppositæ 345.I
Iuthungi 153.E
iuuentuti graue est iugum Christi 124.G
iuuentus suspecta 26,k.in fine.
iuuentus peccandi initium 268.A
iuuenilia desideria 555.k,

Alendæ Ianuatiæ 194.G
κατεβίβασαν & καγέβησαν 420.k
κατόρθωμα quid 2.F
κοσμοκρατωρ 165.D
κρῶσις 418.k
Kuph qui 432.G

Aban quid 57.E
Laborandũ,& qua ratione 550.C.&.545.H
Lachrymæ pœnitentiales 203.I.k
Lætus 152.E
lamed quid 406.F
lapidibus homines comparati 441.H
lapis molaris quare non oppignerandus 316.I
laquei peccatorum 413.F.&.447.B
largitas duplex 15.F
lauare pedes quid 30.A.B
laurus 229.I
laurentii martyris exemplum de erogandis Ecclesię thesauris 16.H
lectus mystice quid 450.L
leges naturæ 415.C
legis promulgatio quid profuerit 289.k
legis vindicta timori magis est,quàm vt commutet naturam 267.L.M
legis dei meditatio 403.k
lehem quid 149.F
leo aquatilis 235.B
leoni ægro simia deuorata medetur 242.k
leonis ferocitas 241.L
leopardi medicina 242.k
lepores albi hyemali tempore 240.D
leuitarum non mediocre officium 10.F
lex 343.G
lex duplex 56.F
lex cur pædagogus dicatur 176.A
lex nihil prodest,si finem ignores 409. I.in fine
lex factorum 532.E
lex naturæ maior,quàm legum prescriptio 271.G
leui 296.B.C
leuitæ qui 55.K
liberalitas duplex 14.B
liberalitas quibus præstanda 14.D
liberalitatis exempla 6.R.L.M.
liberi arbitrii defensores. 66.A
libri aperti qui dicantur in sa.lit. 345.K
libertas vera quæ. 142.F. in fine & deinceps
libertatem suam quomodo tueantur tenues. 550.C
libido 263.L.M
lignum in sa.lite.quid. 343.M
lignum scientiæ boni & mali 247.F
lingua menti obediat 1.E.F.G
lilium conuallium quid 39.k
locus,Non veni dare pacem,excusus 465.k
locus,Ois autẽ qui negauerit me,excusus 48,C
Locus Pauli, Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso omnia explicatus. 107.K
locus ad Heb.6 de pœnitentia explicatus. 511.I
locus Esaiæ,Vidi dominũ.&c.explicatus. 115.A
locus apud Amos explicatus de creatione spiritus. 106 F.in fi.& deinceps
locusta 240.F
logismos quid græcis 288.L
logos quid. 116.M
loquacitatis incommoda. 301.M.
loqui discimus exercitiis. 2.E
Loth. 271.k.L.&.276.k.L
loth adulterium excusatur 172.F.&.274.B
Lucas quur quatuor tantum filiorum Iacob fecerit mẽtionem. 438.D
lucerna quid, 411.D.E.&.deinceps.
lucifer. 129.A
luerum nõ quęrẽdum in rebus diuinis 449.A.B
lucrum nõ quærendum alieno incõmodo. 18.D.E
ludi Circenses à Valentiniano aboliti 124.k
lumen vultus dei quid 104.E
lumen quid 35.A
Luna & stellæ quid 37.A
luna non habet corporis imminutionem 231.L
luna rorem administrat 232.I
lunaris cursus obseruatio 533.B
lunæ mysteria magna 233.I
luna ecclesiæ typus 234.A
lupus homini vocem eripit 242.k
luscinia 240.G
lux deus est 348.k
lyciorum luctus 130.H

Maccabæa propter carnes porcinas passa est. 41.F.in fine
Maccabæorum fratrum constantia 294.B
Magistri,exorcistæ sunt 537.k
magorum munera 440.C
magdalena vnà ne,an plures 482.B
mali cognitio malum non est,sed actus. 249.G
mali cur iubeantur vitari 550.D
malitia inidonea regno 14.M.
malitia fons peccati est 415.H
manasses quid 300.B.in fine
mandragora 228.I
manichęi ob ieiunium dominica die indictum damnantur. 184.I
manus domini quæ 402.G.&.431.G
manibus laborandum 545.H
maranatha 519.A
mare quur salsum 225.B
maria diuersa 226.L
Maria cur post desponsationem conceperit à spiritu, & non ante 437.H
Maria aula regalis dicta 39.E
mariæ deipare exemplo viuant virgines 25.C
mariæ sororis Aaron mystica interpretatio. 23.C
mariæ pudor perpetuus 28.F
maria coniunx Ioseph quomodo Ibidem.C.
marthæ opera.& Mariæ mẽs religiosa. 463.E.F
matthæus & lucas per diuersas personas genealogiam Christi describunt 435.L.M
masculi nomine mens significatur 282.I
mathematica auocant potius à deo,quàm ad salutem faciant 232.C.D.E.& deinceps.&.544.H
matrimoniũ cur priscis sacerdotibus permissũ. 552.B
matrimonii incommoda 33.H.&.I
maxilla quid 124.D
medicina antiquior quæ 230.B
medicinæ ortus vnde 354.C
medici officium Ibidem.&.349.C
medicinę præcepta cõtraria sunt studio diuino. 431.I
melchisedech quid 271.M
mem quid 409.Eμὴν quid 185.B
mentiri sibi quid 346.G
mercurius 159.F
mergi 238.A. μεγίθεσι quid 232.6
meritis suis nemo peruenit ad salutem 71.L
mesopotamia 173.M.&.247.M.&.275.k
μεταφύκασις. 135.D
militaris gloria vana 191.C.&.D
militaris disciplina 272.A
minister Christi qualis esse debeat 46.B
ministros altaris decet officiorum gratia 10.F
miseremini mei amici mei.&c.qualiter dictũ 21.D
misericordia commendatur Christianus 2.F.&.G
misericordia de cælo petenda 347.B
mnarum apud Euangelistam mysterium 474.I
moderatio virtutum pulcherrima. 47.G

mons mysticus. 547.B.
montis ascensio quid. 277.G.
μονότης. 93.M.in fine.
mors terribilis opinione tantum, & vario cuiusq; affectu, non re ipsa. 62.D.
mors est animæ absolutio, corporis resolutio. Ibidē.E.
mors vitæ via est. Ibidem.
mors triplex. 59.M.
mors pro remedio nobis est. 132.A.
mors generaliter neq; bona neque mala, sed in specie & optima & pessima. 62.F.
mors à deo non facta. 60.L.
mors corporalis non lugenda. 130.F.G
mors est vitiorum sepultura. 61.A.&.287.I.
mortuis quantū satis est officii deferendum. 275.E.
morte mori quid. 250.E.
mors Christi, fructus est vitæ. 250. G.in fine.
moyses edoctus in omni AEgyptiorū scientia, data opera philosophicas quæstiones de sphærarū motu prætulit tanquam inutiles. 241.G.
moysi manus quam in sinum bis misit, mystica interpretatio. 21.A.
moysi vultus. 420.E.F.
moyses se pro populo obtulit. 12.H.
moyses vnde dictus. .220.D.
moyses in ocio negociabatur. .17.B.
moyses pro hoste orauit. 20.M.
moysi velamen. 420.E.
mulier quid in sacris literis. 28.k.&.37.G.
muliebris sexus nō culpand⁹ ꝓpter Euæ errorē. 37 .D.
mulier vocabulum sexus est, nō corruptelæ. 37.M. in fi.
mulieres quales deceat habere inaures. 275.L.
mulierum fletus ineptus. 130.k.
mulierū amor immodicus multis magno malo fuit. 415.D.E.F.
mundi sapientes. 544.I.
muræna. 235.B.
mus elephanto terribilis. 243.E.D.& deinceps.
musica cælestis. 224.B.C. D.
mustela. 235.B.
myrrha quid mystice. 422.C.
myricæ. 230.k. Myrocles. 159.D.

Naason quid. 287.D.
Nabal. 247.A.
Nabuthe maluit cum periculo honestatē, quām vtilitatem sine periculo. 159.D.
naim. 310.E, νάφθα. 263.B.
natura omnes pauperes nascuntur. 303.M.
natura magistra veritatis est. 242.D.&.56.F.
natiuitatum iudicia. 232.C
nauis dominica. 32.D.
neomeniæ. 532.k.
neophyti. 205.k.
neptalim quid 302.B.
nequitiæ spiritales sunt etiam in cælestibus. 399.L.
niceni concilii decretum. 120.A.
nidi humani corporis. 262.M.
nihil, id est malitia. 57.C.
nilius. 224.L. nili fragor. 224.E.
noctua. 240.G.
noē filiorum significatio. 262.C.
noē cultor vitium 231.A
nomina apud veteres ratione quadam imponebantur. 483.H.I
νομὸς.
nouatianorum error 47.k
nouatiani ligare volunt, sed non soluere, Ibidem
nouatiani quibus errorem suum probent 49.C
nubere vnde dictum 34.B
nubes leuis quid apud Esaiam Ibidem.A
numerus sacer 440.M
numerare, id est eligere in sacris literis 271.M
nummularii templi qui 475.F
nun litera quid 411.B
nuptiæ vnde dictæ 276.A
nuptiæ non damnantur 23.M.&.29.C
nuptiæ pro remedio sunt institutæ 44.B
nuptiæ inuitæ solent malos habere prouentus 511.G
nuptiæ secundæ non damnantur 44.A
nuptiæ secundæ non benedicuntur 552.A
νυσάζειν.

Oblatio qualis esse debeat 267.L
Octonarius numerus mysticus est 452.F
Ociosorum studium. 550.C
Oculus mysticus qui 404.k
oculus malus quomodo ītelligēdus 416.H. & dein
oculorum laus. 244.M
occulta in sacris literis quæ. 374.E
odisse quomodo permissum Christianis. 415.B.C
officium vnde, 2.A.in fine
officii vocabulo & scriptura vtitur Ibidem
officii diuisio Ibidem.B
officia media quæ Ibidem.F
officia perfecta quæ Ibidem
officium suum cuiq; innatum 9.D
ogdoē quid 163.k
ὀικουμένη. 377.E
oleum quid 411.F
oleum lætitiæ quid 102.M
oleæ ramusculis sanatur ceruus 228.G
orare quomodo omni loco debeamus 551.G
opera legis 488.G
opera libera non seruilia probantur deo 409.G
opera magis suadent quàm verba 550.B
operis voluntarii & coacti præmio 412.I
opes fidei nō ꝓiudicāt, si bene vti nouerimus 365.k
opium 228.I opobalsamum 385.C
opus affectu iudicatur. 6.I
ordo personarum in diuinis diuersus 39.B
ordinum sacrorum origo & varietas à primitiua Ecclesia 537.I
orgiorum religio 23.D
oratio qualis debeat. 35.G.&.37.A.&.424.D
orantium varii affectus. 337.G
orationis principium. ibidem.
origines. 176.F
ὀρμὴ 9.k. Os quid. 419.G
oscula spiritualia. 529.A
ossa humiliata quid. 327.E
ostium in arca ex aduerso quid. 263.G
ouis hyemis asperitatem præsentit. 242.C
οὐρανὸς vnde. 225.C.240.A
Adus. 224.M
Pacem habere quid. 419.k
πάθος. 355.G πάλη. 351.k
Palestæ qui vocantur 351.k
palma. 229.I.&.L.&.196.H
παμμάχοι. 351.k
pampinus. 23.C.
pani assimilatur cibus mysticus. 410.k
parabolæ de filio perdito enarratio. 52.A
paradisus animam hominis quidā esse voluerūt. 251.B
paradisus quid, vbi, & qualis, inuestigatu difficile. 164.M.&.247.C.
De Paradiso variæ opiniones. 164.L
παρανόμοι. 415.E
pardus varicolor. 241.L
paruulorum iudicium. 69.D.in fine.
Pasca quid. 205.H.&.256.I
Pasca quomodo celebrandum. 184.H.&.408.F
pasca IESV Christi. 220.M
pascale festum. 122.E

passio Christianis vita est. 556.G
pastores 256.E.C.&.537.k
pater genuit filium extra tempus 90.L
patris & filii vnum est regnum 86.k
pater Christi quomodo pater noster 28.M
paulinus 161.G
paulus ciuis Romanus 536.F.&.556.F
pauli raptus 350.k
paulus quomodo in tertium cœlum raptus. 527.k
pauperum salus non includatur loculis 14.E
pauper mystice 351.B
pauperes ac tenues quomodo libertatem suam non amittant. 550.C
pax alia dei, alia mundi 529.A
pe littera quid 419.A
peccator latere cupit 271.D
peccati definitio 354.G
peccati & gelicidii comparatio 405.F
peccata triplicia 489.A
peccatores cæli qui, & qui terræ. 416.D
peccatum & iniquitas differunt 327.F
peccatorum remissio nulla post mortem 60.B
peccatorum multitudo impunitatē nō facit 43.D
peccatorum remissio omnibus data 399.k
peccatores emendāndi, non abiiciendi 47.H
pedes quid 410.F
pedes nostri quomodo stent in cælis 30.A.&.B
pelagiæ exemplum 27.M.&.143.L
pelargos quid 238.M
pentecostes festum. 471.H
pentecoste & tesseracoste numeri 436.C
penula beati Pauli 556.F
περιάπτω quid 375.G
peregrinis alimonia subministranda 15.D.&.19.B
peregrini huius mundi qui 280.M
perfectio quomodo in sanctis, quomō imperfectio 17.k
periculis se offerré, temeritas est 8.D
periurium tolerabile in promissis non honestis 20.E
perdix 168.B.&.241.k
perire quomodo impii dicantur 344.k.L.M
persæ qui dicantur Hebræis 344.C
persæ sibi ipsis criminum vltores sunt 139.k
persequutio multiplex 405.k.in fine
persequutiones quę meritoriæ 428.A.in fin.&.429.C
petitoriæ orationis artificium est in precatione dominica. 336.B.&.337.C.D
petrus quid 414.M
petri periurium defenditur 479.F
petri hæreditatem non habent qui fidem Petri non habent 48.L
petri nauis 459.L
petri & Christi de iteranda crucifixiōe colloquiū. 159.A
petri in Ananiam sententia 207.D
petri pœnitentia 230.H
petri fides Ibidem.L
petrus cruce periit 210.A
pharaones 497.E.&.F
phares quid 436.H.in fine
pharisæi vnde dicti Ibidem
pharmutius mensis 185.A
phasis 224.M Phene 239.E
philon Iudæus 248.I
philosophiæ retia 430.M
philosophorum de anima commenta. 63.C
philosophiæ pallium tollendum 31.D
philosophorum & Christianorum collatio 143.k
philosophia mundana lutum versat 345.L
philosophiæ mundanæ subtilitates semel captum ægre dimittunt, & ob hoc pernicioſæ 544.k
philuminaris 180.k
φλιὰ quid 268.k
phison 248.A.&.344.A
phlomos herba 242.B
phœnix 246.D.&.132.G.&.424.C
phrigiorum sacrorum impudicitia 23.B
pietas 5.M.&.423.E
pignora recipere mutuum danti non licet 315.F
pinna templi 197.D
piraterium 202.F
piscium genera 235.A
plantare & rigare quid 507.A.B
πλατεῖα 409.D
platææ fugiendæ 30.k
plato de nostris mutuatus est 345.k
plato cælum currum volucrem esse dixit 280.E
platonicorum de principiis opinio 220.A
platonicus ortus 61.E
platonis πόλις 271.A
platonis poculum 59.A
pluuia non speranda de lunę initiis, sed de misericordia dei 233.k
poëtica figmenta de inferis 62.F
poëticę comparationes ad informationem vitæ possunt induci 84.D
pœnitentia radix correptionis 267.A
pœnitentia duplex 54.E
pœnitētia post baptismum extremum remedium. 42.k
pœnitentium varii modi 54.D
pœnitentia quando agenda 54.H.&.dein.&.55.A.B
pœnitentiæ definitio. 354.D
pœnitentiæ fletus 53.B
pœnitentia adolescentis cuiusdam 54.G
pœnitentia non differenda. Ibidem
pœnitentia maturè agenda 51.G
politia auium exēplo primū ab hoibus instructa 238.G
πολυμερῶς 367.E
polypi ingenium 236.E
populus 229.k
porta clausa apud Ezechielem quid 38.H
portæ æternales quid 88.H.&.I
potestas non iritanda 9.B
præceptum & consilium quid differant 46.E.in fine
presbyteri olim episcopi appellati 537.L
πρέσβυ quid 2.C
preterita, p futuris ponere peculiare est scripturę. 274.k
primogenita 259.G.H
principium multipliciter acceptum 220.k
proborum consilia requirenda 13.E
prodigalitas 15.F
promissa non semper soluenda. 10.L
prophetæ interpretes dicuntur 537.I
prophetæ quomodo cernant occulta cordiū 441.L
prophetare 537.k
protoplasti quō nudi fuerint, & clausis oculis 252.F
prouerb. Publica via ne ambules 142.D
prouerb. Aut piscem olet aut florem 235.B
prouerbia Salomonis moralia 284.I.in fine
prouidentia 8.D
Psalmus. 118. quur per Hebræorum literas distinctus. 381.A.B.&.411.C
psalmorū liber in sacris literis dulcissimus 341.C
psalmorū tituli, in finē, & intellect⁹ q̄d significēt. 57.G
psalmus quinquagesimus quibus legendus. 45.C
psalmorum virtutes 337.E
psalteriū in quīq; libros videtur esse diuisū. 366.C.D.E
πτώματα 351.G
Pudicitia nescia captiuitatis 24.k
puellæ parētū iudiciū spectare debēt i spōsalib⁹. 275.M
puer quis 436.H.in fine
pueri vocabulum non ætatis tantum, sed etiam conditionis est 275.F
pusillus quis 474.G πύκται 351.k

pythagoræ silentium 2.D
pythagoras ex Iudæis genus dixit 142.B
Quadratihomines qui dicantur 262.M
quadragenarius numerus 299.M.&.447.E
quadragesimalis ieiunii violatio 299.k
quadragesimali tpe continue ieiunādum 196.C
quadragesimale ieiunium 399.B
quadrans dari consueuit pro balneādi facultate. 466.K
quadrans quid in euangelio Ibidem
quærere & inuenire in sacris litteris quid 346.I
quæstiones aliquot circa Adę præuaricationem 248.H 249.250.&c.
quæstiones hominum animalium 110.I
qualitas & quantitas dei non requirenda 116.M
quiare deus det vni gratiā, alteri autē deneget 68.A.&.B
quasi, vt, & huiusmodi particulæ quomodo accipiendæ in scripturis 167.k
quaternarius numerus à quibusdam inauspicatus habitus 234.C
quatuor tantum beatitudines apud Lucam enumerantur 452.E
quid sit ponere in cœlum os 322.C
quinque panum interpretatio 458.I
quinquagenarius numerus 325.L
quis, in sacris literis quomodo accipiatur 49.C
quod factum est in ipso, vita erat: excusum 350.F
Quo mense Pascha celebrandum 184.H
quomodo verbū permaneat in cœlo in æternum. 407.E
quur Ioseph generatio magis quàm Mariæ describatur 443.D
Rhaab exemplum 25.k.&.347.F.&.436.H.& 365.A.&.256.A
rachel quid 47.D
rachelis & Lyæ mysterium 292.I
rachelis pudor 27.A
rana 235.B
ratione præstamus cæteris animantibus 5.k
rebeccæ & Rachelis typus 31.D
rebeccæ pudor 27.A
regnum cælorū quomodo vi rapiatur. 193.L.&.455.C
repellere aut non repellere quomodo Christus dicitur. 368.M.& deinceps
repetitio in sacris literis confirmatio est 63.M
reptilia vnde dicta 234.M
res quid 425.L
resurrectionis duo genera 345.M
respicere quid 419.I
resurrectio quatenus suspendatur 551.I
resurrectionis fides exēplis astruitur. 132.E.F.G.& dein.
resurrectionis fide solari debemus 290.F
reuelare viam suam quid sit 348.H
rhenus 224.L rhodanus Ibidem
romanorum dii. 156.L
romanorū monarchia cur fuerit apostolorū tpe. 375.F
romani ciues quæcunque gens oblatis donis fiebant. 536.F.&.556.F
romani pueri non lauabant cū parentibus 270.C
romanorum priscorum mulieres 546.C
roboam consilio iuuenum deceptus 14.L
rosa, humanæ vitæ speculum 229.C
rubi folia serpentem necant 228.G
ruth & Booz historiæ mysterium 86.C.D
Saalim quid 417.k
sabbatum 532.k
sabbbatum δευτερόπρωτον 375.k.&.451.k
sabbatum magnum quando Christianis 429.I
sabaoth 88.F
sacerdos magnus qui 56.D
sacerdos pro populo orat non contra 355.F
sacerdotalis dignitas 337.M
sacerdotum autho rita 361.k
sacerdotibus veterum quur concessum sit habere vxores, & quur hodie non concedatur 552.B
sacerdotibus solis ius est ligādi & soluendi 47.k
sacerdotis officium est munus spirituſsācti Ibidem.L
sacerdotis est velle prodesse omnibus 19.H
sacerdotis est liberalem esse 13.M
sacerdotis arma 158.H
sacræ literæ habēt etiā sermōis rhetorici ornatū. 434.C
sacramētū corporis Dominici quotidie sumēdū. 336.D
sacramenti consecratio 335.B.C.D.E.F
sacramenta rerum spiritualium facile publicari non debent 248.B.&.547.k
sacramentorum gratia esse non potest, nisi vbi est venia peccatorum 104.E
sacramenta non quærunt aurum 16.G
sacrificium commendatur celeritate & gratia. 256.D
sacrificium laudis quid 412.k
sagittæ quid in sacris litteris 355.I
salim quid 354.E
salix 229.k
salomonis nobile iudicium 13.A
salomonis lectus quid significet 27.F
salphe quid 148.B
saltationum incommoda 72.H.I
salutatio quomodo prohibita in via 462.H
saluos omnes fieri quomodo velit deus 551.D
samaritanus quid 463.D
samaritani solam legem recipiunt 512.H
samech quid 414.D
sampsonis fortitudo 105.B
sampsonis propositio mystica Ibidem.B
sampsonis cincinni 30.G
sampsonis factū in nexu vulpiū, quid significet 406.E
sampsonis crines 105.E
sanctus, sanctus, sanctus cur ter dictum 113,H
sanctus Laurentius 189.E.in fine
sctōrū virtutes mirabiles, q̄s inqete exercuerunt. 17.B.ii
sanctorum fides nos seruat 273.k
sancti spiritalibus semper intendunt 407.G
sancti quomodo clament 423.M
sancti quomodo fugerint. 56.k.L.M
sanguis quomodo anima carnis 472.L
sanguis taurinus haustus lethalis 228.k
sapiens omnis dies est. 144.k.L.M
sapiētia communis quid, quid item perfecta Ibidem
sapientia aliter in Daniele, aliter in Salomone 17.k
sapientes qui 5.G.H
sapientia non est malorum 13.I.k
sapientis sermo consideratus 2.E
sapientis patria mundus est. 13.k
sapientis omnia esse, nō primi Stoici dixerunt 279.B
sara & Sarra quid 282.k.&.371.B
saræ risus qualis 273.H
saulus & Paulus quid 483.I
scandalizari 527.G
scabellum dei quid 112.G
scarus solus ruminat inter pisces 235.H
scientiæ studia sine factis nihil prosunt 5.L
scientia, doloris adiectio est 62.B
scythæ 546.B
schin quid 428.M
scipio non primus solus non esse sciuit cum solus esset sed ante ipsum Moyses, q̄ tacēs clamabat 17.A.B.ii
σκοπός 374.F
scriptura diuina multiformis, & quæ quibus in libris explicata 347.L
scorpena 235.E
sebastianus martyr 428.B
seculi iucunditas amara 404.E
seculi huius homines vitandi 40.k.L
seculi illecebræ 55.G.H

sedere qui dicantur 343.A.
sedem Dauid quis occupet 438.A
seleucis 240.F
semen iusti quod est 352.E
seminum Christi & diaboli diuersitas 228.M. in fine
senectus est & in moribus, non tantum in annis. 255.I
seniores consiliis, iuniores ministerio præualent 15.C
senones 156.L
sensus magis spectandus quàm verba 440.A
septenarius numerus sacer 264.G
septenarius numerus 163.I.&.164 A.B.&.292.k &.471.F. in fine
septentrio 163.k
septuagies septies quid Ibidem.G
sepulchra preciosa frustra adornantur 63.C
sepulchra in sacris literis. 376.D
sermo popularis qualis esse debeat. 165.k
sermonis moderati commoda 1.G.H.I
sero quomodo accipiatur 482.A
serpens fœniculo restituit sibi visum 242.B
serpentes vnde dicti 238.C
serpentis maledictio explicata 58.E
serpentis sub figura diabolus latet. 247.H
seruitus liberis omni supplicio grauior 21.B
seruos redimere, liberalitas est 13.M
seruitus & libertas vera 142.F.& deinceps
seueritas dura non sit, neque remissa. 15.L.in fine
sexus saluti non præiudicat 341.M. & fo.seq.A
sicera 310.D
sichem quid 271.D.&.227.A.&.295.I
signa infidelium causa fiunt 542.C.in fi.&.556.I
signum quid 272.L
signum crucis. 206.E.F
signo Christi omnia auspicanda 202.k
silentium ociosum vitandum 1.E
silurus pisces 235.I
similitudinum natura non species spectanda 497.H
simon magus 209.F.
simplicianus 218.F.in fine
simplicitas cauta fit 348.F
simulatione nihil peius 552.F
sina mons quid 371.A.&.425.I
sinus patris 194.L
sirenarum voces 206.A
sirmiensis Ecclesia 112.A
sobrietas mentis medicina est corporis .264.F.in fine
socratis festinatio ad suos deos. 63.I
sodomitæ ob inhospitalitatem puniti 238.k
sodoma & Gomorra quid Chaldæis 267.C
solis ortus & occidens mystice 407.H
solis & Lunæ cursus 133.D.E
solis & Lunæ magnitudo Ibidem.F
salomoniis & reginæ Sabæ mystica interpretatio 13.E
salomonem sequuti sunt philosophi 131.F
solon 164.B
somnium Ioseph 14.F.in fine
somnus spiritalis. 353.C
sophia 115.M.in fine
soreth. 349.E
sors Euangelica 34.E
σωτὴρ 392.A
S. Soteris. 34.M in fine
spadones. 235.F
spartum triplex 469.A.in fine
spiritus, sicut pater & filius, sanctus est. 101.I
spiritus est author prophetarum 109.F
spiritus sanctus operatur & in angelis 103.H
spiritus sanctus replet omnia 102.C
spiritus ponitur pro gratia spiritali 112.E
spiritus aeris 535.M
spiritus quomodo probandi 548.M.in fine
spiritus sancti θεότης 111.M in fine
spiritus sanctus dominus dictus 105.I
spiritus dicuntur etiam venti 106.G.in fine
spiritus dei & spiritus Christi idem est. 101.E
spiritus sanctus digitus dei dictus 110.G.&.k
spiritus sancti descensio præfigurata per angelum descendentem in piscinam Syloe 102.F
spiritus sanctus ola operat⁹ est cū patre & filio 106.C
spiritus sanctus omnia viuificat Ibidem A. in fine
spiritus sancti templum sumus 112.M
spiritus sanctus παντοδύναμος καὶ πᾶν ἐπίσταται à Salomone dictus 115.D
spiritus sancti opus est regeneratio 333.M.in fine & folio sequenti. A
spiritus sanctus non est creatura 100.E
spiritus principalis 327.L
spiritus sanctorum etiam absentia nouit 544.M
squilli folia lupos fugant 242.L
σόξιν 388.E
stigmata 535.B
στιγμαὶ 390.G
stoicorum de peccatis iudicium 47.I
stoιχεῖα Græcis elementa dicuntur 227.D
stola quid 291.I.&.410.E.&.469.M
stola Christi quæ 40.B
sturni vescuntur conio 228.H
suauitatum varietas 230.F
substantia dei quæ 116.I
sunamitis. 146.I
superbia 416.A
supplicationes 551.C
susannæ & Christi collatio 204.H.&.357.M.in fi.
suspicioni locus non dandus 4.G
symbolum recensendum quotidie 27.E.in fine
symmachiani 529.B
synagoga propter meretricos mores à domino damnata 348.C
syracusani cuiusdam fabula mire festiua 20.B
syrorum lingua 222.I
Tabulæ legis cantico firmatæ 341.D
tabulæ mysticæ 345.L
tau litera quid 430.F
taciturnitas moderanda 1.E
taciturnitas pueri cuiusdam inter sacrificia 27.B
taciturnitas discenda 1.C
τάξις Græcis quid 52.H
ταπεινότης quid 426.F
ταυτότης 109.k
τελευτὴ Græcis mors 62.G
τέλος 378.M.&.409.A
temperantia virtus est fœminarum 45.C
templum dei quomodo ornari debeat 15.G
temporum quatuor descriptio 133.A
tentatio & calumnia quid 426.C
tentationes patrum 408.C
tentationum dei & diaboli diuersitas 528.k
terra mystice quid 348.G.&.407.A
terra sine Sole fœcunda 231.k
τίρασα 375.F
terræ stabilitatis ratio, fides est. 221.k
terrestria mala sunt, cœlestia bona 57.D.in fine
tertullianus 491.A
tertullianus & Nouatianus hæretici 515.k
testudo venenum origano depellit 242.B
teth quid 400.B
tetradis mysterium 281.D
thamar conceptus 436.C
thalassometra nunquam auditus 236.k
tharsis quid 376.I
thecla 29.G
theclæ virginitas 25.H

theodosius. 137.E.&.L.
theodosii fides. 136.A.
theophilus quid. 435.F.in fine
theotimi ardor in vxorem. 449.H.
theriaca. 354.I
thymallus. 235.B
thymiamaterium. 3 54.I
θυμός 355,G
tibicines cur adhibiti in funere. 557,L
tigridis in prolem pietas. 242.E
timor dei. 289.A
tobiæ & Raguel honestas. 21.A
τόνος 314.F
tonitruum. 106.l.k
topazion. 418.I
torrens quid mystice. 437.D
torcular. 475.I
tradere Satanæ. 551.C
triennium quid mystice. 436.M
tristitiam comitatur grauitas. 406.L
tructæ. 235.C
turturis pudicitia. 424.C
turturis marini aculeus nociuus. 237.D
tympana quid mystice. 422.D
tyrii negociatores. 13.L

VAsa lignea & fictilia quę dicantur Paulo. 555.H
vau quid 391.L
væ pregnantium quid. 477.D
valentiniani mors. 124.A.&c
vellus aureum. 237.E
venena cur generata. 228.G.H
venenum est quicquid nocet. 310.A.in fine
ventilare quid. 368.B. Ver. 233 A
verbi diuini fures. 405 k
verborum ambagibus nemo circũueniendus. 20.F
verbum vitæ quid. 104.F
verbi diuini gladius, 31.D
verecundia,pudicitiæ comes. 3.k
verecundia adolescẽtib9 peculiaris esse debet. Ibidẽ.I
verecundia sanctorum. Ibidem
a Veritate discedere non est boni viri 20.C.in fine
vernaculi qui mystice 282 E
vespertilio 240.H
veteris testamenti notitia multum prodest. 556 C
via duplex 342.k viæ mysticæ 345.H.I
vidua qualis esse debeat 44.F.in fine
vidua virtute designatur 43.D
viduarum cura 14.A
victorinus 491.A
victoria turpis inhoneste quæsita 20.L
vinea mystica 349.E.&.475.k
vina neganda potentibus 309.M
vipera 236.A
viri nomine etiã mulier significatur in sa.lite. 341.M
vir quando audire vxorem debeat. 37.k
viris euangelizandi mandatum officium, & non mulieribus 482.C
virgæ Moysi significatio 20.L.&.M
virgines orbatas locare cõnubio liberalitas est. 14.A
virgines an inspici liceat 171.M.in fine
virginitas non pudica quæ lege tenetur, nec casta quæ metu cogitur,nec honesta q̃ mercede cõducitur.23.D
virginis & agriculturæ comparatio 27.D
virgines non temere velentur 29.G
virgines Vestæ & Palladis. 23.D
virgo habitu tantum,bis adultera est. 42.E
virginis & apum comparatio 31.k
virginibus solis palmam publicæ salutis scriptura dedit 33.L
virgo nõ solũ carne,sed mente integratur. 28. I. in fine
virginis cuiusdam Pythagoreæ fabula 23.E
virginitas imperari non potest Ibidẽ.G
virginis & vxoris collatio Ibidem.H
virginum vota an improba & inutilia. 29. A. in fine
virgines viuunt cælestem vitam in terris. 24.F
virginis corruptæ increpatio. 41.k
virginitas apibus comparanda, 24.B.in fine
virtus sine exercitatione esse non potest. 254.L
virtus in infirmitate consummatur 222.M.in fine
virtutes principales in patribus consummatæ. 5.G.H
virtutum indiuidua series. 13.D
virtus est summum bonum. 12.A.in fine
virtus nihil habet simulati 15.H
visus humani infirmitas 233.G
vita æterna quid 105.M
vita arguit animos 13.I
vita dicitur cursus 342.I.k
vitalis martyr 32.A.&.33 B
vitam beatã scriptura vitam æternam dicit 11.A
vita beata honestate acquiritur Ibidem
vita viuere 386.I
vita beata variis modis à philosophis æstimata 11.B
vita beata in cognitione diuina & bonis operibus consistit. Ibidem.G
vlysses fabula tractatur 206.A
vmbra Christi & sanctorum 423.I.k
vmbrarum varietas secundum tempus & loca 133.D
vnguentum Christi quid. 30.D.&.E.&.103. A
voluntas hominis qualis 66.k
voluntas in lege non solum in studio,sed etiam in facto est 243.G
voluptas 254 M
voluptate non acquiritur beatitudo 11 L
vota non impleta melius erat omisisse 41. B
vota quæ nolis exoluere,satius erat nõ vouisse. 20.F
vox quæ esse debeat 5.B
vox suauior in collo proceriori 240.B
vri quid. 510.D
vrsi ægri medela 242.k
vrsæ pietas. 242.B
vrsæ medicina Ibidem
vrsatius & Valens 111.A
vsus cito commutat naturam 4 E
vsus artem fecit 354.C
vsia quid. 121.H.in fine
vsura 314.C
vtile idem & iustum 12.D
vtilitas in quibus vere consistat Ibidem
vtilitas duplex apud Paulum Ibidem.F
vtile solum quæstu vulgo metitur. Ibidem.E
vulpes pinus lachrymula prolongat vitam 242. B
vulpis fraudulentia 241.k
vultures concipiunt sine maribus 239 G
vxor in vet test.soror dicta 173.H.in fine
vxor qualis deligenda 37.I
vxor non solum censu & decore,sed & moribus ornata quærenda 271.E

XEnophontis κύρου παιδεία 271.A
zabulus 93.G.&.99.B
zabulon quid. 301.D
zadik quid 420.M
zain quid 393.k
zara quid 436.G
zebedæi filiorum mater pie errauit 94.D
zelotes Christi apostolus dictus. 17.B
zelare sacerdotis est. 421.G
zelus sanctorum Ibidẽ.H
zelus dei 17.B.1.&.287.k
zizania idem quod lolium 228.M
zona pellicea. 209.A

FINIS.

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLANENSIS OFFICIORVM LIBER. I.

¶Episcopi proprium munus,docere populum. CAPVT I.

A NON ARROGANS VIDERI arbitror, si inter filios susciPsal.33. piam affectum docendi, cum ipse humilitatis magister dixerit: Venite filij, audite me: timorẽ domini docebo vos. In quo licet & humilitatẽ verecundiæ eius spectare, & gratiam. Dicendo enim, timorẽ domini,qui communis videtur omnibus,esse expressit insigne documentum verecundiæ. Et tamen cũ ipse timor initium sapientiæ sit, & effector beatitudinis, quoniam timentes deum beati sunt: præceptorẽ se sapientiæ edocendæ, & demonstratorem beatitudinis *Prudenter. adipiscendæ,*euidenter significauit. Et nos ergo ad imitandam verecũdiam seduli, ad conferendam gratiam nõ vsurpatores, quæ illi spiritus infudit sapientiæ,ea per illũ nobis manifestata, &* vsu cõperta atq; *visu exemplo,vobis quasi liberis tradimus, cum iam effugere non possimus officium docendi, quod nobis refugientibus imposuit sacerdotij necessitudo. Dedit Ephe. 4. B enim deus quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas,alios verò euãgelistas, alios autẽ* pastores & doctores. Non igitur mihi apostolorum gloriã * vindico.Quis enim hoc,nisi quos ipse filius elegit dei?Non prophetarum gratiam, nõ* virtutem euã *predicatores. *vẽdico *vigilantiam. gelistarum,non pastorum circunspectionem, sed tantummodo intentionem & diligentiam circa diuinas scripturas cpto assequi, quam vltimã posuit Apostolus inter officia sanctorum,& hanc ipsam, vt docendi studio possim discere. Vnus enim verus magister est, qui solus non didicit quod* omnes doceret.Homines autẽ discunt prius quod doceant, & ab illo accipiunt quod alijs tradant.Quod ne ipsum quidẽ mihi accidit.Ego enim raptus* de tribunalibus atq; administra- *homines. *à. tionis infulis ad sacerdotium,docere vos cœpi quod ipse non didici. Itaque factum est vt prius docere inciperem,quàm discere. Discendum igitur mihi simul & docendum est, quoniam non* vacaui ante discere. *vacauit. Et quantũlibet quisque profecerit, nemo est qui doceri non egeat dum viuit.

C ¶Tacendo fugimus periculum,& discimus recte dicere. CAPVT II.

QVID autem præ cæteris debemus discere q̃ tacere, vt possimus loqui, ne prius me vox condẽnet mea,q̃ absoluat aliena?Scriptũ est enim: Ex verbis tuis cõdemnaberis.Quid opus est igitur vt ꝓperes periculũ suscipere condẽnationis loquẽdo, cũ tacẽdo possis esse tutior? Cõplures vidi loquendo peccatũ incidisse, vix quenquã tacẽdo. Ideóq; tacere nosse q̃ loqui,difficilius est. Scio loqui plerosq;,cũ tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cũ sibi loqui nihil prosit. Sapiens est Esa.50. ergo qui nouit tacere. Deniq; sapiẽtia dei dixit: Dominus dedit mihi linguã eruditionis,vt sciam quando oporteat sermonem dicere. Merito ergo sapiẽs, qui à domino accipit quo tempore sibi loquẽdum sit.Vnde Eccl. 20. bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus. Ideo sancti domini qui sciebãt quia vox hominis plerũq; peccati * annũcia est,& initiũ erroris humani *peccato adiũcta. sermo est hominis,amabant tacere. Deniq; sanctus domini dixit: Dixi,custodiam vias meas, vt nõ delinquam D in lingua mea. Sciebat enim & legerat diuinę esse protectionis,vt homo à flagello linguæ suæ absconderetur,& à cõscientiæ suæ testimonio. Verberamur enim tacito cogitationis nostræ opprobrio,& iudicio conPsal.38. sciẽtiæ.verberamur etiã vocis nostræ verbere, cũ loquimur ea quorũ sono cæditur anim9 noster, & mens cõsauciatur. Quis enim est qui mũdum cor à peccatorũ habeat collatione,aut nõ delinquat in lingua sua? Et ideo quia neminẽ sciebat castũ os seruare posse ab immũditia sermonis,ipse sibi silẽtio legẽ imposuit innocẽtiæ: vt tacendo culpam declinaret,quam vix effu- Psal.38. gere posset loquendo. Audiamus ergo cautionis magistrũ:Dixi,custodiam vias meas.Hoc est, tacito cogitatiõis pręcepto indixi mihi vt custodirẽ vias meas. Aliæ sunt viæ quas debem9 sequi,aliæ quas custodire. Sequi vias domini,custodire nostras,ne in culpã dirigantur.Potes autẽ custodire, si nõ cito loquaris. Lex dicit: Audi Israel dominũ deũ tuũ. Nõ dicit loquere, Deut.6. sed audi. Ideo Eua lapsa est,quia locuta est viro quod nõ audierat à domino deo suo. Prima vox dei dicit tibi: Audi.Si audias,custodis vias tuas. & si lapsus es, ci- Psal.117. to corrige. In quo enim corrigit iunior viã suam, nisi in custodiẽdo verba domini? Tace ergo prius,& audi, & non delinques in lingua tua. Graue malũ, vt aliquis ore suo cõdemnetur. Etenim si pro ocioso verbo red- E det vnusquisq; rationẽ: q̃to magis pro verbo impuritatis & turpitudinis?Grauiora sunt enim verba præcipitationis, quàm ociosa. Ergo si pro ocioso verbo ratio poscitur: quantò magis pro sermone impietatis pœna exolnitur?

¶Taciturnitatem moderandam esse,& quod in ira silendum sit. CAPVT III.

QVID igitur?Mutos nos esse oportet? Minimè. Est enim tẽpus tacẽdi,& tẽpus loquẽdi. Deinde si pro ocioso *verbo reddem9 rationẽ, videamus ne reddamus & pro ocioso silentio. Est enim magnũ & negocioſum silentium, vt erat Susannæ,quæ plus egit tacendo, q̃ si esset locuta. Tacẽdo enim apud homines, locuta est deo. Nec vllum maius indicium sue castitatis inuenit,q̃ silentium. Cõscientia loquebatur,vbi vox nõ audiebatur:nec quærebat pro se hominũ iudiciũ,quæ habebat dominite- stimoniũ. Ab illo igitur volebat absolui, quẽ sciebat nullo modo posse falli. Ipse dominus in euãgelio tacẽs operebatur salutẽ* hominũ. Recte ergo Dauid nõ *omniũ. silentiũ sibi indixit pepetuũ, sed custodiã. Custodiamus ergo cor nostrum,custodiamus os nostrũ. Vtrũq; F enim scriptũ est hîc,vt os custodiamus. Alibi tibi dicitur:Omni custodia serua cor tuũ. Si custodiebat Da Prou. 4. uid,tu nõ custodies?Si immunda labia habebat Esaias, Esa.6. qui dixit:O miser ego,quoniã cõpunctus sum,quia cũ sim homo,& immunda labia habeã. Si propheta domini immũda habebat labia, quomodo nos mũda habemus?Et cui,nisi vnicuiq; nostrum scriptum est: Sepi Eccl. 28. possessionẽ tuam spinis,& aurũ & argentũ tuũ alliga, & ori tuo fac ostiũ & vectẽ,& verbis tuis iugũ & statera?Possessio tua,mens tua est. Aurum tuũ,cor tuũ est. Argentũ tuũ,eloquiũ tuum est. Eloquia domini, elo- Psal.11. quia casta,argentũ igne examinatũ. Bona etiã possessio,mens bona. Deniq; possessio *preciosa, homo mũ- *bona. dus.Sepi ergo hãc possessionẽ, & circũuallato cogi- *pijs solicitudinibus. tationib9, munito *spinis solicitudinũ, ne in eã irrũat & captiuam ducãt irrationabiles corporis passiones, ne incursent mot9 graues,ne* diripiant vindemiã ei9 *diſſumtrans- pant. euntes viam. Custodi interiorem hominem tuũ. Noli eum quasi vilem negligere ac fastidire,quia pre-

G ciosa possessio est. Et merito preciosa, cui⁹ fruct⁹ nō caducus & tēporalis, sed stabilis atque æternæ salutis est. Cole ergo possessionē tuā, vt sint tibi agri . Alliga sermonē tuū, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coerceatur. Cito lutū colligit amnis exundans. Alliga sensum tuū, *nō sit remissus ac defluꝰ, ne dicatur de te: Nō est malagma ponere, neq; oleum, neq; alligaturā. Habet suas habenas mētis sobrietas, quibus regitur & gubernatur. Sit ori tuo ostiū, vt claudatur vbi oportet: & obseretur diligentius, ne quis in iracūdiam excitet vocem tuā, & contumeliā rependas contumeliæ. Audisti hodie lectū: Irascimini, & nolite peccare . Ergo & si irascimur, quia affectus naturæ est, nō potestatis: malū sermonē nō proferamꝰ de ore nostro, ne in culpā ruamus. Sed iugū sit verbis tuis & statera, hoc est, humilitas atq; mensura, vt lingua tua mēti subdita sit. Restringatur habenæ vinculis, frenos habeat suos, quibus reuocari possit. Ad mensuram sermones proferat libra examinatos iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus.

*ne. Esa. 1. *appone re.

¶Orationē nō affectus promat, sed ratio . Hinc enim insidias loquēti tēdit hostis inuisibilis. CAP. IIII.

Pſal. 4.

*cor. * dicēdū. * Interrogetur.

AEC si custodiat aliquis, sit mitis, mansuetus modestus . Custodiēdo enim* os, suū, & retinēdo linguā suā, nec priꝰ* loquēdo q̄ interroget,* & expendat atq; examinet verba sua, si dicēdum hoc, si dicendū aduersum hūc, si tempus sermonis sit huius, is profecto exercet modestiam, ac mansuetudinem, & patientiam: vt non ex indignatione & ira in sermonem erumpat, non alicuius passionis indicium det in verbis suis, non ardorem libidinis flāmare in sermone suo indicet, & inesse dictis suis stimulos iracundiæ, postremo ne sermo qui cōmēdare interiora debet, vitium aliquod esse in moribus aperiat & prodat . Tunc enim maxime insidiatur H aduersarius, quādo videt nobis passiones aliquas gene rari. tunc fomites mouet, laqueos parat. Vnde nō immerito (sicut audistis hodie legi) propheta dicit: Quia ipse liberauit me de laquo venantium, & à verbo aspero . Symmachus irritationis verbū dixit, alij perturbationis. Laqueus aduersarij est sermo noster, sed etiā ipse non minus aduersarius est nobis. Loquimur plerūq; quod excipiat inimicꝰ, & quasi nostro gladio nos vulneret. Quantò tolerabiliꝰ est, alieno gladio q̄ nostro perire? Explorat ergo aduersarij nostra arma, & cōcutit sua tela. Si viderit moueri me, inserit aculeos suos, vt seminaria iurgiorum excitet . Si emisero verbū indecorū, laqueū suū stringit . Interdū mihi quasi escam proponit vindictæ possibilitatē, vt dum vindicare cupio, ipse me inseram laqueo, & nodū mortis adstringā mihi. Si quis ergo hūc aduersariū sētit presentem esse, tūc magis custodiā adhibere debet ori suo, ne det locum aduersario. Sed non multi hunc vident.

Pſal. 90. Symmachus.

I

¶Quod etiam carnales inimicos cum nos instinctu diaboli ad conuitia prouocāt, patientia superare debeamus. Huius rei exemplum inducitur Dauid lacessitus a Semēi. CAPVT V.

SED etiam ille cauēdus est, qui videri potest, quicūque irritat, quicunq; incitat, quicunque exasperat, quicunq; incētiua luxuriæ aut libidinis suggerit. Quādo ergo aliquis nobis cōuitiatur, lacessit, ad violentiā prouocat, ad iurgiū vocat: tunc silētium exerceamus, tunc muti fieri nō erubescamus. Peccator est enim qui nos prouocat, qui iniuriam facit, & nos similes sui fieri desiderat. Denique si taceas, si dissimiles, solet dicere: Quid taces? Loquere si audes: Sed non audes: Mutus es, elinguem te feci. Si ergo taceas, plus rāpitur, victū*se reputat, irrisum, K posthabitum, atq; illusum. Si respōdeas, superiorem se *sese putat. factum arbitratur, quia parem inuenit. Si enim taceas, dicetur: Ille conuitiatus est huic, cōtempsit iste. Si referas contumeliā, dicetur: Ambo conuitiati sunt. Vterque condemnatur, nemo absoluitur. Ergo illiꝰ est stu diū, vt irritet, vt similia illi loquar, similia agam . Iusti est autē dissimulare, nihil loqui, tenere* bonū fru *bonæ. ctum cōscientiæ, plus cōmittere bonorū iudicio, q̄ criminantis insolentiæ, contētum esse grauitate morum suorum. Hoc est enim silere a bonis, quia bene sibi cōscius, falsis non debet moueri: nec æstimare plus pōderis in alieno esse conuitio, q̄ in suo testimonio . Ita fit vt etiā humilitatē custodiat. Si autē nolit humilior videri, talia tractat & dicit ipse secū: Hic ergo vt me cōtēnat, & in cōspectu meo loquatur talia aduersum me, quasi non possim ego ei aperire os meū? Cur nō etiam ego dicam in quibus eum mœstificare possim? Hic ergō vt mihi iniurias faciat, quasi vir nō sum, quasi vindicare me nō possim? Hic vt me criminetur, quasi ego nō possim grauiora in eū componere? Qui talia dicit, nō est mitis atq; humilis, nō est sine tētatione. Tētator cum exagitat, ipse ei tales opiniones inserit . Plerunq; adhibet hominē, atq; apponit nequam spiritus qui hæc illi dicat. Sed tu in petra fixū vestigiū tene. Et si seruꝰ conuitiū dicat, iustus tacet . Et si infirmus contumeliā faciat, iustus tacet. Et si pauper criminetur, iustus non respondet. Hæc sunt ārma iusti, vt cedendo vincat, sicut periti iaculandi cedentes solent vincere, & fugientes grauioribus sequentem vulnerare ictibus.

Exemplum patientiæ Dauid. CAPVT VI.

VID enim est opus moueri cum audimus L conuitia? Cur non imitamur dicentē: Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis? Pſal. 38. An hoc dixit tantūmodo, nō etiā fecit Dauid? Imo & fecit. Nam cum ei conuitiaretur Semei filius Gemini, tacebat Dauid: & quāmuis septus armatis nō torquebat conuitiū, non vltionē quærebat eousq;, vt dicente sibi Saruiæ filio, quod vindicare in eum vellet, non permiserit. Ibat ergo tanq̄ mutus & humiliatus, ibat tacēs, nec mouebatur, cū vir appellaretur sanguinis, qui erat cōscius propriæ mansuetudinis. Non ergo mouebatur conuicijs, cui abūdabat bonorū operum cōscientia. Itaq; is qui cito iniuria mouetur, facit se dignū videri cōtumelia, dum vult ea indignꝰ probari. Melior est itaq; qui cōtemnit iniuriam, q̄ qui dolet. Qui enim contemnit, quasi nō sentiat ita despicit: qui autem dolet, quasi senserit torquetur.

¶Quod psalmꝰ. xxxviij. nō solū silētij laude, sed etiā contēptu rerum valde sit mirabilis. CAP. VII. M

NEQVE improuide ad vos filios meos scribēs, huiꝰ psalmi procemio vsus sum, quē psalmū propheta Dauid sancto Idithun canendum dedit. Ego vobis tenendum suadeo, delectatus eius sensu profundo & virtute sententiarum . Aduertimus enim ex his quæ breuiter libauimus, & silendi patiētiam, & opportunitatem loquendi, & in poste rioribus contēptum diuitiarum, quæ maxima virtutū fundamēta sunt, hoc psalmo doceri . Dum igitur hūc psalmum considero, succesſit animo de officijs scribere . De quibus etiam si quidam philosophiæ studentes scripserunt, vt Panætius. & filius eius apud Græcos. Panætius. Tullius apud latinos, nō alienum duxi à nostro munere, vt & ipse scriberem . & sicut Tullius ad eruditionē filium, ita ego quoque ad vos informād os filios meos. Neque enim minus vos diligo, quos in Euangelio genui: quàm si coniugio suscepissem . Non enim vehementior est natura ad diligēdum, q̄ gratia . Plus certe Cicero.

A diligere debemus quos perpetuò nobiscum putamus futuros, q̄ quos in hoc tantum seculo . Illi degeneres nascuntur frequenter, qui dedeceant patrem: vos ante elegimus vt diligamus. Itaq; illi necessitate diligūtur, quæ non satis idonea atq; diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra: vos iudicio, quo magnum charitati pondus ad vim diligendi adiungitur, probare quos diligas, & diligere quos elegeris.

¶Quod nomen officij nō solum philosophis, sed etiam nostris vsitatum sit. CAPVT VIII.

ERGO quoniā personæ conueniunt, videamus vtrum res ipsa conueniat scribere de officijs, & vtrū hoc nomen philosophorū tantūmodo scholæ aptū sit, an etiā in scripturis reperiatur diuinis. Pulchre itaq; dū legimus hodie Euāgeliū (quasi adhortaretur ad scribendū) spiritus sanctus obtulit nobis lectionem, qua confirmaremur etiam in nobis officium dici posse. Nam cum Zacharias sacerdos obmutuisset in templo, & loqui non posset, factū est, inquit, vt impleti sunt dies officij eius abijt in domum suam . Legimus igitur officium dici à nobis posse. Nec ratio ipsa abhorret, quandoquidem officium ab efficiendo dictum putamus, quasi efficiū: Officium vnde. sed propter decorem sermonis vna immutata litera, officium nuncupari . Vel certe, vt ea agas, quæ nulli officiant, prosint omnibus. B

Luce. 1. *nam * exercitatio.

¶Officij diuisio, & honestum atq; vtile vnde metiantur Christiani. CAPVT IX.

OFFICIA autem ab honesto & vtili duci existimauerūt, & de ijs duobus eligere quid prēstet. Deinde* incidere vt duo occurrant honesta, & duo vtilia, & quæratur qd honestius & quid vtilius. Primū igitur in tres partes officiū diuiditur, honestum, & vtile, & quid præstantius. Deinde hęc tria in quinq; genera diuiserunt, in duo honesta, & duo vtilia, & eligendi iudicium. Prima igitur pertinere dicunt ad decus honestatēmq; vitæ. Secunda, ad vitæ commoda, copias, opes, facultates . De ijs eligendi subesse iudicium . Hæc illi . Nos autem nihil omnino nisi quod deceat, & honestum sit, futurorum magis q̄ præsentium metimur formula: nihilq; vtile nisi quod ad vitæ illius æternæ profit gratiam definimus, non quod ad delectationem prælentis . Neq; aliqua commoda in facultatibus & copijs opum cōstituimus, sed incōmoda hæc putamus si nō reijciātur, eáq; oneri magis cū sint æstimari, q̄ dispēdio cū erogātur. Nō superfluum igitur scriptionis nostræ est opus, quia officium diuersa æstimamus regula, atq; illi æstimauerunt . Illi C seculi cōmoda in bonis ducunt, nos hæc etiā in detrimētis: quoniam qui hic recipit bona, vt ille dives, illic cruciatur: & Lazarus qui mala hic pertulit, illic cōsolationem inuenit. Deinde qui illa non legunt, nostra legent si volent, qui nō sermonū supellectilē neq; artem dicēdi, sed simplicem rerum exquirunt gratiam.

*indicere

Luce. 16.

¶De decoro, & quod primum officium sit linguæ moderatio. CAPVT X.

DECORVM autem in nostris scripturis primo constitui loco (quod græce πρέπον dicitur) nstruimur & docemur legentes: Te decet nymnus deus in Sion . Vel græce, σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐμ σίων. Et apostolus ait: Loquere quæ decent sanam doctrinam. Et alibi: Decebat autem eum per quem omnia, & propter quem omnia, multis filijs in gloriam adductis, ducem salutis eorum per passionem consummari. Nunquid prior Panætius, nū quid Aristoteles, qui & ipse disputauit de officio, quā Dauid: cum & ipse Pythagoras qui legitur Socrate

Pſal. 64. Titum. 2. Hebræ. 2. Pythagoras Socrate antiquior

antiquior, prophetā secutus Dauid, legem silentij dederit suis? Sed ille, vt per quinquēniū discipulis vsum inhiberet loquendi: Dauid autē non vt naturæ munus imminueret, sed vt custodiam proferēdi sermonis doceret. Et Pythagoras quidem, vt non loquendo loqui doceret, Dauid vt loquendo magis disceremus loqui. Quomodo enim sine exercitio doctrina, aut sine vsu profectus? Qui disciplinā bellicā vult assequi, quotidie exercitatur armis, & tanquā in procinctu positus præludit prælijs, & velut corā posito prætendit hoste, atq; ad peritiam vīrēsq; iaculandi vel suos explorat lacertos, vel aduersariorū declinat ictus, & vigilāti exit obtutu . Qui nauim in mari regere gubernaculis studet, vel remis ducere, prius in fluuio præludit. Qui canendi suauitatē, & vocis affectant præstantiam, prius fensim canendo vocem excitant. Et qui viribus corporis, legitimóq; luctandi certamine coronā petūt, quotidiano vsu palæstræ durantes, membra nutrientes, patientiæ laborem assuescunt. *Necnon ipsa natura nos in paruulis docet, quod prius sonos meditātur loquēdi: vt loqui discant. Itaq; sonus excitatio * quēdā & palæstra vocis est. Ita ergo qui volūt discere cautionē loquendi, quod naturæ est non negēt, quod custodiæ est exerceant: vt qui in speculā sunt, speculando intendāt non dormiendo. Omnis enim res proprijs ac domesticis exercitijs augetur. Ergo Dauid tacebat, nō semper sed pro tēpore. Nō iugiter, neq; oibus, sed iritanti aduersario, prouocāti peccatori nō respōdebat. Et sicut alibi ait, Loquētes vanitatē, & cogitātes dolū, non audiebat quasi surdus: & quasi mutus nō aperiebat illis os suum. Quia & alibi habes: Noli respōdere imprudēti. Pſal. 37. Prou. 26. ad imprudentiā eius, ne similis illi fias . Primū igitur officiū est loquēdi modꝰ. Hoc sacrificiū laudis deo de Loquēdi modus officium primum penditur. Hoc reuerētia exhibetur, cū scripturæ diuinæ legūtur. Hoc honorātur parentes. Scio loqui plerosq;, cū tacere nesciant. Rarū est tacere quenq̄, cū sibi nō prosit loqui. Sapiens vt loquatur, multa prius cō fiderat, quid dicat, & cui dicat, quo in loco, quo tempore. Est ergo & tacēdi & loquēdi modus. Est etiā factis modus. Pulchrū est igitur tenere mensurā officij. Eccle. 3.

*ducere

¶Officiū omne aut mediū, aut perfectū esse. CAP. XI.

OFFICIVM autem omne, aut mediū, aut perfectū est, quod æque scripturarū autoritate probare possumus. Habemꝰ etenim in euangelio dixisse dominum: Si vis in vitam æternam venire, serua mandata. Dicit ille: Quæ? Matt. 19. Iesus autem dixit illi: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem & matrē, Et diliges proximum tuum sicut teipsum . Hæc sunt media officia, quibꝰ aliquid deest. Deniq; dicit illi adolescēs: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi: Iesus Si vis perfectus esse, vade vēde bona tua, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni sequere me. Et supra habes scriptū, vbi diligēdos Matt. 5. inimicos, & orandum dicit pro calumniātibus & persequentibus nos, & benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus, si volumus perfecti esse sicut pater noster qui in cælo est, qui super bonos & malos solem suum iubet radios suos *effundere, & pluuia & rore terras vniuersorū sine vlla discretione pinguescere. Hoc est igitur perfectum officiū, quod κατόρθωμα dixerūt Græci, quo corrigūtur omnia quæ aliquos potuerunt lapsus habere. Bona etiā misericordia, quæ & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum patrē . Nihil tam cōmendat Christianam animā, q̄ misericordia: primū in pauperes, vt communes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad vsum generat fructus terrarū: vt quod habes, largiaris pauperi, & consortem & conformē tuum

Officium duplex

G adiumes. Tu nummũ largiris,ille vitam accipit. Tu pecuniam das,ille ſubſtantiã ſuã eſtimat. Tuus denarius cenſus illius eſt. Ad hęc plus ille tibi cõfert,cũ ſit debitor ſalutis. Si nudum veſtias, teipſum induis iuſtitiã. Si peregrinũ ſub tectum inducas tuũ, ſi ſuſcipias egentem,ille tibi acquiret ſanctorũ amicitias,& æterna tabernacula. Non mediocris iſta gratia. Corporalia ſeminas:* & recipis ſpiritalia. Miraris iudiciũ domini de ſancto Iob:Mirare virtutẽ eius, qui poterat dicere: Oculus eram cæcorũ, & pes claudorũ. Ego eram infirmorũ pater. Velleribus agnorũ meorũ calefacti ſunt humeri eorũ. Foris non habitabat peregrinus. Oſtium autem meum omni venienti patebat. Beatus plane, de cuius domo nunquam vacuo ſinu pauper exiuit. Neq; enim quiſquã magis beatus q̃ qui intelligit ſuper pauperis neceſſitatẽ, & infirmi atq; inopis ærumnam. In die iudicij habebit ſalutem à domino, quem habebit ſuæ debitorem miſericordiæ,

*ſed

Iob.29.

¶Non externis,ſed internis & æternis bonis æſtimatur felicitas, CAPVT. XII.

H SED plericq; reuocantur ab officio dipenſatricis miſericordiæ, dum putant hominis actus nõ curare dominum,aut neſcire eum quid in occultis geramus, quid teneat nostra cõſcientia:aut iudicium eius nequaq̃ iuſtum videri,quãdo peccatores diuitijs abundare vidẽt,& gaudere honoribus,ſanitate,liberis:contra autem iuſtos inopes degere,inhonoros,ſine liberis,infirmos corpore, luctu frequẽti. Nec mediocris ea quæſtio, quãdo quidem tres illi reges amici Iob propterea eum peccatorem pronunciabant,quia inopem factum ex diuite,orbatum liberis ex fœcundo parẽte. perfuſum vlceribus inhorrentem*vili cibo,exaratum vulneribus à capite vſq; ad pedes videbant. Quibus hanc ſanctus Iob proponit aſſertionẽ: Si ergo propter peccata mea hæc patior,cur impij viuunt? Inueterauerunt autem, & in diuitijs ſemen eorum ſecũdum voluntatem, filij eorum in oculis,domus* eorũ abundant, timor nuſquã, flagellum autẽ* à domino non eſt ipſis. Hæc videns infirmus corde exagitatur,& ſtudium auertit ſuum. Cuius dicturus ſermones,ante ſanctus præmiſit Iob,dicens:Portate me, ego autẽ loquar, deinde ridete me. Nam & ſi arguor, quaſi homo arguor. Portate ergo onus ſermonum meorũ. Dicturus enim ſum quod nõ probo,ſed ad vos redarguendos proferam ſermones iniquos. Aut certe, quia ita eſt verſus: Quid autem? Nunquid ab homine arguor? Hoc eſt, homo *me nõ poteſt redarguere quia peccaui,etſi argui dignus ſum: quia non ex euidenti culpa me arguitis,ſed ex iniurijs æſtimatis merita delictorũ. Vidẽs ergo infirmus abundare iniuſtos ſucceſſibus proſperis,ſe autẽ atteri,dicit domino:Diſcede à me,vias tuas ſcire nolo. Quid prodeſt quia ſeruimus ei? Aut quæ vtilitas quia occurrimus ipſi? In manibus eorum omnia bona, opera autem impiorum non videt. Laudatur in Platone quod in Politia ſua poſuit eum qui contra iuſtitiam diſputãdi partes recepiſſet,poſtulare veniam* dictorũ quæ non probaret,& veri inueniendi,atq; examinandæ diſputationis gratia, illam ſibi impoſitam perſonam dicere. Quod eouſque Tullius probauit,vt ipſe in libris quos ſcripſit de republica,* eam ſententiam dicẽdam putauerit. Quanto antiquior illis Iob, qui hæc primus reperit? Nec eloquentiæ phalerandæ gratia,ſed veritatis probandæ præmittenda æſtimauit. Statimq; ipſe queſtionem enodem reddidit,ſubijciens quod extinguatur lucerna impiorũ,& futura ſit eorũ euerſio. Nõ falli deum doctorem ſapiẽtię & diſcipline,ſed eſſe veritatis iudicem. Et ideo non ſecũdum forenſem abundantiam æſtimandam beatitudinem ſingulorũ,ſed ſecundum interiorẽ conſcientiã, quæ innocentiũ & flagitioſorũ merita diſcernit,vera atq; incorrupta pœnarũ premiorũq; arbitratur. Moritur innocẽs in poteſta te ſimplicitatis ſuæ,in abundantia proprię voluntatis, ſicut adipe repletam animã gerens. At verò peccator q̃uis foris abũdet,& delicijs diffluat,odorib⁹ fragret, in amaritudine animæ vitam exigit, & vltimum diem claudit, nihil ſecum eorũ quę epulatus fuerat referẽs, bonorũ nihil ſecũ auferens, niſi pretia ſcelerũ ſuorũ. Hæc cogitãs,nega(ſi potes) diuini eſſe iudicij remunerationem. Ille ſuo affectu beatus,hic miſer. Ille ſuo iudicio abſolutus,hic reus. Ille in exitu lætus, hic mœrens. Cui abſolui poteſt,qui nec ſibi innocens eſt? Dicite,inquit,mihi,vbi eſt protectio tabernaculorũ ei⁹? Signum eius nõ inuenietur. Vita etenim facinoroſi, vt ſomniũ. Aperuit oculos, trãſiuit requies eius, euanuit delectatio: licet ipſa quæ videtur etiã dũ viuunt impiorum requies in inferno ſit. Viuentes enim in inferna deſcendunt. Vides conuiuium peccatoris, interroga eius conſcientiã. Nonne grauius omnibus fœtet ſepulchris? Intueris lætitiam eius,& ſalubritatẽ miraris corporis,filiorũ atq; opum abundantiã. Introſpice vlcera & vibices animæ eius, cordiſq; mœſtitudinẽ. Nam de opibus quid loquar, cũ legeris quia* in abundãtia eſt vita eius: cũ ſcias quia etſi tibi videatur dies, ſibi pauper eſt,& tuum iudicium ſuo refellat? De multitudine quoq; filiorum, & de indolentia quid loquar, cũ ſe ipſe lugeat,& ſine hærede futurum iudicet,cum imitatores ſui ſucceſſores ſuos eſſe nolit? Nulla enim hæreditas peccatoris. Ergo impius ipſe ſibi pœna eſt,Iuſtus autẽ ipſe ſibi* gloria. Et vtriq; aut bonorum aut malorum operum merces ex ſeipſo ſoluitur.

Psal.54.

*nisi

L

*gratia

¶Deum,etiam cum non putatur,regere omnia quæ creauit. CAPVT. XIII.

SED reuertamur ad propoſitum,ne diuiſionẽ factam præterijſſe videamur, quia occurrimus opinioni eorum qui vidẽtes ſceleratos quoſque diuites,lætos,honoratos,potentes, cũ plericq; iuſtorũ egeant,atq; infirmi ſint,putãt vel nihil deũ curare de nobis,vt Epicurei dicũt: vel neſcire actus hominũ,vt flagitioſi putãt: vel ſi ſcit oſa, iniquũ eſſe iudicẽ, vt bonos egere patiatur, abundare improbos. Nec ſupfluus velut quidã excurſus fuit,vt opinioni huiuſmodi, ipſorũ affect⁹ reſpõderet quos beatos iudicant,cũ ipſi ſe miſeros putẽt. Arbitratus enim ſum quod ipſi ſibi facilius q̃ nobis crediderint. Quo decurſo,procliue æſtimo vt refellã cætera. Et primo eorum aſſertionẽ,qui deũ putant curã mũdi nequaq̃ habere: ſicut Ariſtoteles aſſerit vſq; ad lunam eius deſcendere prouidentiã. Et quis operator negligat operis ſui curã? Quis deſerat & deſtituat quod ipſe cõdendũ putauit? Si iniuria eſt regere, nõne eſt maior iniuria feciſſe:*cũ aliquid*nõ feciſſe nulla iniuſtitia ſit:nõ curare quod feceris, ſumma inclementia? Quòd ſi aut deum creatorem ſuũ abnegant, aut ferarum & beſtiarum ſe haberi numero cẽſent: quid de illis dicamus, qui hac ſe cõdemnãt iniuria?* Per omnia deũ ire ipſi aſſerũt, & omnia in virtute eius conſiſtere, vim & maieſtatem eius per omnia elementa penetrare,terras,cælum,maria: & putant iniuriam eius, ſi mentem hominis, qua nihil nobis ipſe præſtantius dedit,penetret, & diuinæ maieſtatis ingrediatur ſcientia? Sed horum magiſtrũ velut ebrium,& voluptatis patronũ, ipſi qui putantur ſobrij irridẽt philoſophi. Nam de Ariſtotelis opinione quid loquar,qui putat deum ſuis contentum eſſe finibus,& preſcripto regni modo degere,vt poẽtarũ loquuntur fabulæ,qui mũdũ in tres ferũt eſſe diuiſum, vt alij cœlũ,alij mare,alij inferna coercenda ſperij ſorte obuenerint, eóſq; cauere ne vſurpata alienarũ partiũ

*quam

*nisi

*vt

M

A ſolicitudine, inter ſe bellum excitent. Similiter ergo aſſerit quod terrarum curã non habeat,ſicut maris vel inferni non habẽt. Et quomodo ipſi excludunt quos ſequuntur poẽtas?

¶Deum nihil præterire & ſcripturarum teſtimonijs,& Solis comprobatur exẽplo,qui licet creatura ſit, tamen vel lumine vel calore cuncta penetrat. CAPVT XIIII.

SEQVITVR illa reſponſio, vtrum deum, ſi operis ſui cura nõ præterierit, prætereat ſciẽtia. Ergo qui plãtauit aurem, non audit? qui finxit oculũ,non videt,non conſiderat? Non præteriit hæc vana opinio ſanctos prophetas. Denicq; Dauid inducit eos loquẽtes,quos ſuperbia inflatos aſſerit. Quid enim tam ſuperbũ, q̃ cum ipſi ſub peccato ſint,alios indigne ferant peccatores viuere, dicentes: Vſq;quo peccatores domine, vſq;quo pctores gloriabũtur? Et infra: dixerũt,Nõ videbit domin⁹, nec intelliget deus Iacob. Quibus reſpõdet propheta dicẽs: Intelligite nunc inſipientes in populo,& ſtulti aliquãdo ſapite. Qui plãtauit aurẽ,nõ audiet? aut qui finxit oculum,non cõſiderat? Qui corripit gẽtes,nõ arguet, qui docet hominem ſciẽtiam? Dominus ſcit cogitationes hominũ,quoniã vanæ ſunt. Qui ea quæ vana ſunt deprehẽdit,ea quę facta ſunt neſcit,& ignorat quod ipſe fecit? Poteſt opus ſuum ignorare artifex? Homo eſt, & in opere ſuo latẽtia deprehendit,& deus opus ſuũ neſcit? Altius ergo profundũ in opere,q̃ in autore? Et fecit aliquid quod ſupra ſe eſſet,cuius meritum ignoret autor,cuius affectũ neſciret arbiter? Hęc illis. Cæterũ nobis ſatis eſt ipſius teſtimoniũ qui ait: Ego ſum ſcrutãs corda & renes. Et in euãgelio quod ait domin⁹ Ieſus: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Sciebat enim quod cogitarẽt mala. Denicq; euãgeliſta teſtatur dicẽs: Sciebat enim Ieſus cogitatiões eorũ. Quorũ nõ poterit ſatis mouere opinio, ſi facta eorũ cõſiderem⁹? Nolũt ſupra ſe eſſe iudicẽ, quẽ nihil fallat. Nolunt ei dare occultorũ ſcientiã, qui metuũt occulta ſua pdi. Sed etiã domin⁹ ſciẽs opera eorũ, tradidit eos in tenebras. In nocte,inquit,erit fur, & oculus adulteri ſeruabit tenebras,dicens: Nõ cõſiderabit me oculus,& latibulũ perſonæ oppoſuit ſuæ. Omnis enim qui lucẽ fugit,diligit tenebras,ſtudens latere: cũ deũ latere non poſſit qui intra profundũ abyſſi, & intra hominũ mẽtes,nõ ſolũ tractata,ſed etiã voluẽda cognoſcit. Denicq; & ille qui dicit in Eccleſiaſtico: Quis videt me? & tenebre cooperiũt me,& parietes. Quẽ vereor? Quãquis in lecto poſitus hęc cogitet,vbi nõ putauerit cõprehenditur. Et erit inquit dedecus,quod nõ intellexerit timorẽ dei. Quid autẽ tã ſtolidũ q̃ putare quod deum quicq̃ prætereat: cũ ſol qui miniſter luminis eſt,etiam abdita penetret,& in fundamẽta domus vel ſecreta cõ clauia vis caloris eius irrumpat? Quis neget verna tẽperie tepefieri interiora terrarũ, quas glacies hybernacõſtrinxerit? Norũt ergo arborũ occulta vim caloris vel frigoris,adeo vt radices arborum aut vrãtur frigore,aut fotu ſolis vireſcãt. Denicq; vbi clemẽtia cæli arriſerit,varios terra ſe fundit in fructus. Si igitur radius ſolis fundit lumen ſuum ſuper omnem terram,& in ea quæ clauſa ſunt ſe inſerit,nec vectibus ferreis aut grauium valuarum obicibus quo minus penetret impeditur,quomodo non poteſt intelligibilis dei ſplendor in cogitatiões hominum & corda ſemet (quæ ipſe creauit) inſerere? ſed ea quę ipſe fecit,nõ videt,& fecit vt meliora ſint quæ facta ſunt,& potentiora q̃ ipſe eſt qui ea fecit,vt poſſint quãdo volũt cognitionẽ ſui operatoris latere? Tantã ergo virtutem & poteſtatem inſeruit mentibus noſtris, vt eam comprehendere cum velit ipſe non poſſit.

Hiere.17.
Lucæ.5.

Luc.6.

Iob.24.

Eccle.23.

B

C

D

¶His quibus diſplicet quod bonis male, & malis ſit bene: ſatisfacere debere Lazari & Pauli exẽpla. CAPVT XV.

DVO abſoluimus: & vt arbitramur, non incõgrue nobis huiuſmodi cecidit diſputatio. Tertium genus quæſtionis reſidet huiuſmodi: Cur peccatores abundent opibus & diuitijs,epulẽtur iugiter,ſine mœrore,ſine luctu,iuſti autem egeant,& afficiantur aut cõiugum amiſsione, aut liberorum. Quibus ſatisfacere debuit illa euangelij parabola,quod diues byſſo & purpura iduebatur,& epulas copioſas exhibebat quotidie,pauper autem plenus vlceribus de mẽſa eius colligebat reliquias: poſt obitum verò vtriuſq;, pauper erat in ſinu Abrahæ requiẽ habens,diues in ſupplicijs. Nonne euidẽs eſt, meritorum aut præmia aut ſupplicia poſt mortem manere? Et recte,quia i certamine labor eſt, poſt certamẽ alijs victoria,alijs ignominia. Nunquid prius quam curſus conficiatur,palma cuiquã datur,aut defertur corona? Merito Paulus,certamẽ, inquit, bonum certaui,curſum conſummaui,fidẽ ſeruaui: quod reliquũ eſt, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,quam reddet mihi dominus in illa die,iuſtus iudex. Non ſolũ autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduẽtum eius. In illa, inquit, die reddet,nõ hic. Hic autẽ in laboribus, in periculis, in naufragijs quaſi athleta bonus decertabat,quia ſciebat quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ergo non poteſt quis præmium accipere,niſi legitime certauerit. Nec eſt glorioſa victoria,niſi vbi fuerint laborioſa certamina.

Lucæ.16.

2. Tim. 4

E

¶Cõmemoratis beatitudinibus de euãgelio, hic laborem dicit eſſe, mercedem in cælo, ponens exẽplũ athletarum & ſpectatorum. CAPVT XVI.

NONNE iniuſtus eſt qui ante quærat præmium, quam certamen fuerit abſolutum? Ideóq; dominus in euãgelio ait: Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnũ cælorum. Non dixit: Beati diuites,ſed pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio diuino,vbi ærumna æſtimatur humana. Beati qui eſuriunt, quia ipſi ſaturabuntur. Beati qui lugent,quoniam ipſi conſolationem habebũt. Beati miſericordes, quoniam ipſis miſerebitur deus. Beati mundo corde, quoniam ipſi deũ videbũt. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati eſtis cũ vobis maledicent homines,& perſequentur,& dicent omne malum aduerſum vos,propter iuſtitiam. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælo. Futuram, non præſentẽ, in cælo,non in terra mercedem promiſit eſſe reddendam. Quid alibi poſcis,quod alibi debetur? Quid præpropere coronã exigis antequam vincas? Quid detergere puluerem,quid requieſcere cupis? Quid epulari geſtis antequam ſtadium ſoluatur? Adhuc populus ſpectat, adhuc athletę in ſtemmate ſunt,& tu iam otium petis? Sed forte dicas: Cur impij lætantur? Cur luxuriantur? Cur etiam ipſi non mecum laborant? Quoniam qui non ſubſcripſerint ad coronã, non tenentur ad laborem certaminis. Qui in ſtadium nõ deſcẽderint, non ſe perfundũt oleo,non oblinunt puluere. Quos manet gloria,exꝑctat iniuria. Vnguentati ſpectare ſolent, nõ decertare, non ſolem,æſtus,puluerem, imbreſq; perpeti. Dicant ergo & ipſis athletæ: Venite, nobiſcum laborate. Sed reſpondebũt ſpectatores: Nos hic interim de vobis iudicamus,vos autem ſine nobis coronę(ſi viceritis) gloriam vendicabitis. Iſti igitur qui in deliciis,qui in luxuria,rapinis,quæſtibus, honoribus ſtudia poſuerũt ſua, ſpectatores magis q̃ prælatores ſunt. Habent lucrum laboris, fructum virtutis non habent. Fouent ocium,

Matt.5.

F

astutia & improbitate aggerant diuitiarum acernos, sed exsoluent (feram licet) nequitiæ suæ pœnam. Horum requies in inferno, tua vero in cælo. Horum domus in sepulchro, tua in paradiso. Vnde pulchre, vigilare eos in tumulo Iob dixit: quia soporem quietis habere nō possunt, quē ille dormiuit qui resurrexit. Noli igitur vt paruulus sapere, vt paruulus loqui, vt paruulus cogitare, vt paruulus *vendicare ea quæ sunt posterioris ætatis. Perfectorū est corona. Expecta vt veniat quod perfectum est, quando nō per speciem & in ænigmate, sed facie ad faciem formam ipsam adopertæ veritatis possis cognoscere. Tunc qua causa ille dies fuerit qui erat improbꝰ & raptor alieni, qua causa potens alius, qua causa ille abundauerit liberis, ille fultus honoribus, reuelabitur. Fortasse vt dicatur raptori, Dies eras: qua causa aliena rapiebas? Egestas non compulit, inopia non coegit. Nonne ideo te diuitem feci, vt excusationem habere non possis? Dicatur etiam potēti, Cur non adfuisti viduæ, orphanis quoq; iniuriam patientibus? Nunquid tu infirmus eras? Nunquid non poteras subuenire? Ideo te feci potentem, vt non inferres violentiam, sed reppelleres. Nonne tibi scriptum est: Eripe iniuriam patientem? Nonne tibi scriptum est: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate? Dicatur etiam abundanti liberis: Honoribus cumulauit te, salubritatem corporis concessit tibi, cur non secutus es præcepta mea? Famule meus quid feci tibi, aut quid contristauit te? Nonne ego tibi liberos dedi, honores contuli, salutem donaui? Cur me negabas? Cur æstimabas quod ad scientiā meā quæ gereres non peruenirent? Cur tenebas dona mea, H despiciebas mandata mea? Denique de Iuda proditore hæc colligere licet, qui & apostolus inter duodecim electus est, & loculos pecuniarū quas pauperibus eroganet, commissos habebat, ne videretur aut quasi inhonorus, aut quasi egenus dominum prodidisse. Et ideo vt iustificaretur in eo dominus, hæc ei contulit? vt non quasi iniuria exasperatus, sed quasi, prævaricatus gratiam, maiori esset offensæ obnoxius.

Icb.21.

*vindicare.

1.Cor.13.

Eccle. 4.

Psal.81.

¶ Adolescentis officia, & exempla huic ætati proposita. CAPVT. XVII.

QVONIAM igitur & pœnam improbitati, & virtuti fore præmiū, satis claruit: de officijs aggrediamur dicere, quæ nobis ab adolescentia spectanda sunt, vt cum ætate accrescant simul studia bonorū actuum. Est igitur bonorum adolescentiū timorem dei habere, deferre parentibus honorem, habere senioribus reuerētiam, castitatē tueri, non aspernari humilitatē, diligere clemētiam ac verecundiam, quæ ornamēto sunt minori ætati. Vt enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in adolescentibus verecundia, velut quadā dote cōmēdatur naturæ. Erat Isaac deū timens, vtpote Abraæ indoles, honorē deferens patri vsq; eo, vt aduersus paternam voluntatē nec mortem recusaret. Ioseph quoq; cū somniasset quod sol & luna & stellæ adorarēt eū sedulum tamē obsequiū deferebat patri: castus ita, vt ne sermonē quidē audire vellet nisi pudicum: humilis vsq; ad seruitutē, verecūdus vsq; ad fugā, patiens vsq; ad carcerem, remissor iniuriæ vsq; ad remunerationē. Cuius tanta verecūdia fuit, vt cōprehensus à muliere, vestem in manibus eius fugiēs mallet relinquere, quā verecundiā deponere. Moyses quoq; & Hieremias electi à domino vt oracula dei prædicarēt populo, quod poterant per gratiam, excusabant per verecundiam.

¶ De bono verecundiæ, quod maxime in sancta dei eminuit genitrice, & quod gestus exterioris hominis persæpe qualitatem interioris ostendat. CAPVT XVIII.

k VLCHRA igitur virtus verecundiæ, & suis gratia, quæ non solum in factis, sed etiā in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris loquēdi, ne q̄d indecorū sermo resonet tuus. Speculum enim mētis, plerūq; in verbis refulget. Ipsum vocis sonū libret modestia, ne cuiusquam offendat aurē vox fortior. Deniq; in ipso canendi genere, prima disciplina verecundia est, immo etiam in omni vsu loquendi, vt sensim quis aut psallere, aut canere, aut postremo loqui incipiat, vt verecūda principia cōmendent processum. Silentiū quoq; ipsum in quo est reliquarū virtutū otiū, maximus actus verecundiæ est. Deniq; si aut infantiæ putatur, aut superbiæ, probro datur: si verecundiæ, laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna, & grauius verecūdiæ q̄ vitæ damnū putabat, nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem: Deo soli loquebatur, cui poterat casta verecundia eloqui, refugiebat ora intueri virorū. Est enim & in oculis verecūdia vt nec videre viros fœmina, nec videri velit. Neq; vero quisq̄ solius hanc laudem castitatis putet. Est enim verecūdia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonꝰ enim regendæ castitatis pudor est comes: qui si se præteneat ad ea quæ prima pericula sunt, pudicitiā temerari nō sinat. Hic primus in ipso cognitionis ingressu domini matrem cōmendat legentibus: & tanq̄ testis locuples, dignam quæ ad tale munus eligeretur, astruit, quod in cubiculo, quod sola, quod salutata ab angelo tacet, & mota est in introitu eius, quod ad virilis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus virginis. Itaq; quamuis esset humilis, præ verecūdia tamē nō salutantē reselutauit, nec vllum respōsum retulit, nisi vbi de suscipiēda domini generatiōe cognouit, vt qualitatē effectꝰ disceret, nō vt sermonē refelleret. In ipsa quoq; oratiōe nostra multū verecūdia placet, multū cōciliat gratiæ L apud deum nostrum. Nonne hæc prætulit publicanū, Luce.18. & commendauit eum, qui nec oculos audebat ad cælum leuare? Ideo iustificatur magis domini iudicio, q̄ ille pharisæus, quē deformauit præsumptio. Ideoq; oremus in corruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deum locuples, vt ait Petrus. Magna igitur 1.Pet.3. modestia, quæ cum sit etiam sui iuris remissior, nihil sibi vsurpans, nihil *vendicās, & quodāmodo inter vires suas contractior: diues est apud deū, apud quem nemo diues. Dives est modestia, quia portio dei est. Paulus quoq; orationē deferri præcepit cum verecūdia & sobrietate. Primam hanc & quasi præviam vult esse orationis futuræ, vt non glorietur peccatoris oratio, sed quasi colore pudoris obducta, quo plus defert verecūdiæ de recordatiōe delicti, eo vberiorem mereatur gratiā. Est etiā in ipso motu, gestu, incessu, tenēda Tulliꝰ li. verecūdia. Habitus enim mētis, in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absc̄ditꝰ aut leuior, aut decori. iactantior, aut turbidior, aut *cōtra grauior, & cōstantior & purior, & maturior æstimatur. Itaq; vox quedā * Stupior. est animi, corporis motus. Meministis filij quendam M amicum, cum sedulis se videretur commēdare officijs, hoc solo tamen in clerum à me non receptum, quod gestus eius plurimū dedeceret. Alterum quoq; cum in clero reperissem, * iubere me ne vnquā prāiret mihi, *iussisse. quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idq; dixi cum redderetur post offensam muneri: hoc solum excepi: ne c̄fefellit sentētia. Vterq; enim ab ecclesia recessit, vt qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi demōstraretur. Namq; alter Arianæ infestatiōis tempore fidem deseruit, alter pecuniæ studio, ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quędam scurrarū percursantium. Sunt etiam qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, &

A quasi quædā fercula pompatū, & statuarum motus nutantium, vt quotiēscunq; gradum transferunt, modulos quosdam seruare videantur. Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi, vel iusta necessitas. Nā plerūq; festinātes anhelos videmus torquere ora: quibus si causa desit festinationis necessariæ, næuus iustæ offensionis est. Sed non de his dico, quibꝰ rara ꝓperatio eacausa nascitur, sed quibus iugis & cōtinua in naturā vertitur. Nec in illis *ego. *ergo tanquā simulacrorum effigies probo, nec in istis tanq̄ excussorum ruinas. Est etiā gressus probabilis, in quo sit species autoritatis, grauitatisq; pondus, tranquillitatis vestigiū, ita tamē, *si studiū desitꝰ atq; affectatio, sed motus sit purus ac simplex. Nihil enim fucatū placet, motum natura informet. Si quid sane in natura vitij est, industria emēdet: vt ars desit, nō desit correctio. Quod si etiā ista spectātur altius, quāto magis cauendū est ne quid turpe ore exeat. Hoc enim grauiter coinquinat hominem. Nō enim cibus inquinat hominem sed iniusta obtrectatio, & verborū obscœnitas. Hæc etiā vulgo pudori sunt. In nostro vero officio, nullum verbū quod inhoneste cadat, nō incutit verecūdiā. Et B nō solū nihil ipsi indecorū loqui, sed ne aurē quidē debemus huiusmodi præbere dictis, sicut Ioseph ne incōgrua suæ audiret verecūdiæ, veste fugit relicta: quoniā quē delectat audire, alterū loqui, puocat. Intelligere quoq; quod turpe sit, pudori maximo est. Spectare vero si quid huiusmodi fortuito accidat, quanti horroris est? Quod ergo in alijs displicet, nūquid potest in seipso placere? Hæc ipsa natura nos docet, quæ perfecte quidē oēs partes nostri corporis explicauit, vt & necessitati cōsuleret, & gratiā venustaret. Sed tamē eas quæ decoræ aspectu forēt, in quibus formæ apex quasi in arce quadam locatus, & figuræ suauitas, & vultus, species emineret, operādiq; vsus esset paratior obuias atq; apertas reliquit. Eas vero in quibus esset naturalis oblequium necessitatis, ne deforme sui præberent spe * cōmendauit. ctaculum, partim tanq̄ in ipso emēdauit * atq; abscondit corpore, partim docuit & suasit tegendas. Nonne igitur ipsa natura est magistra verecundiæ? Cuius exēplo modestia hominum (quam à modo scientiæ quid deceret, appellatā arbitror) id quod in hac nostri corporis fabrica abditū reperit, operuit & texit, vt ostiū illud tegebatur quod ex transuerso faciendum in arca illa Noe iusto dictum est, in qua vel ecclesiæ vel nostri figura est corporis, per quod ostium egeruntur reliquiæ ciborum. Ergo naturæ opifex sic nostræ studuit verecundiæ, sic decorum illud & honestum in nostro custodiuit corpore, vt velut ductus quosdam aquæ, exitus cuniculorum nostrorum post tergum relegaret, at q; ab aspectu nostro auerteret, ne purgatio ventris *visum. *vsum oculorum offenderet. De quo pulchre Apostolus ait: Quæ videntur, inquit, membra corporis infir- 1.Cor.12. miora, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his abūdātiorem honorem circundamus: & quæ inhonesta sunt nostra, honestatem abundantiorem habent. Etenim imitatione nat- C uræ industria auxit gratiam. Quod alio loco etiam altius interpretati sumus, vt non solum absc̄ondamus ab oculis, verumetiam quæ absc̄ondenda accepimus, eorum indicia vsusq; membrorum suis appellationibus nuncupare indecorum putemus. Denique si casu aperiantur hæ partes, confunditur verecundia: si studio, impudentia æstimatur. Vnde & filius Noe Cham offensam retulit, quia nudatum videns patrem risit: qui autem operuerunt patrē, acceperunt benedictionis gratiam. Ex quo mos vetus & in vrbe Roma, & in plerisq; ciuitatibus fuit, vt filij cum parentibus puberes, vel generi non lauarent, ne paternæ reuerentiæ auctoritas imnueretur, licet plerique se & in lauacro quā-

tum possunt tegant, ne vel illic vbi nudum totum est D corpus, huiusmodi intecta portio sit. Sacerdotes quoq; veteri more, sicut in Exodo legimus, brachas accipiebant, sicut ad Moysen dictum est à domino: Et fa- Exo.28. cies illis brachas lineas, vt tegatur turpitudo pudoris, à lumbis vsq; ad femora erunt, & habebit eas Aaron & filij eius cum intrabunt in tabernaculum testimonij, & cum accedent sacrificare ad aram sancti, & non inducent sup se peccatū, ne moriantur. Quod nōnulli nostrorum seruare adhuc ferūtur: plerique spiritali interpretatione ad cautionem verecundiæ, & custodiam castitatis dictum arbitrantur.

¶ In omnibus actis viriliter agēdum, nec quicquā affectatum aut fœmineum attentandū. CAPVT XIX.

ELECTAVIT me diutius in patribus demorari verecundiæ, quia ad vos loquebar, qui aut bona eius ex vobis recognoscitis, aut dāna ignoratis. Quæ cum sit omnibus ætatibus, personis, temporibus & locis apta, tamen adolescentes, iuuenilēsq; annos maximè decet. In omni autem seruandum ætate, vt deceat quod agas, & conueniat, & quadret sibi ordo vitæ suæ. Vnde Tullius etiam or- Tullius dinem putat in illo decoro seruari oportere, idq; posi li.j.de offitū dicit in formositate, ordine, ornatu ad actiōnē apto. cio deco Quæ difficile ait loquendo explicari posse, & ideo satis esse intelligi. Formositatē autem cur posuerit, nō satis intelligo. Quāuis ille etiā vires corporis laudet nos certe in pulchritudine corporis locum virtutis nō ponimus: gratiam tamen non excludimus, quia verecundia & vultꝰ ipsos solet pudore perfundere, gratioſēsq; reddere. Vt enim artifex in materia cōmodiore me- E lius operari solet, sic verecundia in ipso quoq; corporis decore plus eminet, ita tamē, vt etiā ipse nō sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectꝰ magisq̄ expetitus, nō preciosis & albentibus *adiutus * indutus vestimentis, sed cōmunibus, vt honestati vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori. Vox ipsa nō remissa nō fracta, nihil fœmineū sonans, qualē multi grauitatis specie simulare consuerūt, sed formā quādam & regulam ac succū virilē reseruans. Hoc est enim pulchritudinē viuendi tenere, cōueniētia cuiq; sexui & personæ reddere. Hic ordo gestorū optimꝰ, hic ornatus ad omnē actionē accōmodus. Sed vt molliculū & infractum aut vocis sonū, aut gestū corporis nō probo, ita neq; agrestem ac rusticū. Naturā imitemur. Eius effigies, formula disciplinæ, forma honestatis est.

¶ Intemperantium hominum consortia, mulierum F quoq; commercia vitanda. CAPVT XX.

HABET sane suos scopulos verecundia, non quos ipsa inuehit, sed quos sæpe incurrit, si intemperantium incidamus consortia, qui sub specie iucunditatis venenum infundunt bonis, hi si assidui sint, & maxime in cōiuuio, ludo, ac ioco, eneruāt grauitatē illam virilem. Caueamus itaq; ne dum relaxare animū volumus, soluamus omnem harmoniā, quasi concentum quendam bonorum operum. Vsus enim cito inflectit naturam. Vnde q̄ prudēter factis conuenire ecclesiasticis, & maximè ministrorū officijs arbitror, declinare extraneorū cōiuia vel vt ipsi hospitales sitis peregrinātibus, vel vt ea cautione nullus sit opprobrio locus. Conuiuia quippe extraneorū occupationes habent, tum etiā epulādi produnt cupiditatē. Surrepunt etiam fabulæ frequēter de seculo ac voluptatibus, claudere aures nō potes. prohibere, putatur superbiæ. Surrepunt etiam præter voluntatem pocula. Melius est tuæ domui semel excuses, q̄ alienæ frequenter? & vt ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insolentia condemnari nō debet præsentia tua.

Viduarũ ac virginum domos, niſi viſitandi gratia, iuniores adire non eſt opus, & hoc cum ſenioribus, hoc eſt, vel cũ epiſcopo, vel ſi grauior eſt cauſa, cũ preſbyteris. Quid neceſſe eſt vt domus obtrectandi locũ ſecularibus? Quid opus eſt vt illæ quoq; viſitationes crebræ accipiãt authoritatem? Quid ſi aliqua illarum forte labatur? Cur alieni lapſus ſubeas inuidiam? Quã multos etiã fortes illecebra decepit: Quãtu non dederunt errori locum, & dederũt ſuſpicioni? Cur nõ illa tempora quibus ab eccleſia vacas, lectioni impendas? Cur non Chriſtum reuiſas, Chriſtum alloquaris, Chriſtum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus cum diuina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Vna eſt domus, quæ omnes capit. Illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Miniſterium altaribus Chriſti, non obſequium hominibus deferẽdum recepim⁹. Humiles nos eſſe decet, mites, manſuetos, graues, patientes, modum tenere in omnibus, vt nullum vitium eſſe in moribus, vel tacitus vultus, vel ſermo annunciet.

¶De ira cundia in ſe reprimenda, & in alijs mitiganda. CAPVT XXI.

GAVDEATVR iracũdia: aut ſi præcaueri non poteſt, cohibeatur. Mala enim lex peccati indignatio eſt quæ ita animum perturbat, vt rationi non relinquat locum. Primũ eſt igitur, ſi fieri poteſt, vt morum trãquillitas vſu quodã affectioni propoſito in naturam vertatur. Deinde quoniam ita plerunq; motus inſitus eſt naturæ ac moribus, vt euelli atq; euitari non queat: ſi præuideri potuerit, ratione opprimatur. Aut ſi prius occupatus fuerit animus ab indignatione, q̃ cõſilio proſpici ac prouideri potuerit ne occuparetur: meditare quomodo motũ animi tui vincas, iracundiam temperes. Reſiſte iræ ſi potes, cede ſi non potes: quia ſcriptum eſt: Date locũ iræ. Iacob fratri indignanti pie ceſſit, & Rebeccæ, id eſt, patiẽtiæ inſtructus cõſilio abeſſe maluit & peregrinari, q̃ excitare fratris indignationẽ, & tunc redire, cũ fratrem mitigatũ putaret, Et ideo tantam apud deum inuenit gratiam. Quibus deinde obſequijs, quãuis muneribus fratrem ipſum reconciliauit ſibi, vt ille præceptæ benedictionis non meminiſſet, meminiſſet delatæ ſatiſfactionis? Ergo ſi præuenerit & præoccupauerit mentem tuam iracundia, & aſcenderit in te, non relinquas locum tuum. Locus tuus patientia eſt, locus tuus ſapiẽtia eſt, locus tuus ratio eſt, locus tuus ſedatio indignationis eſt. Aut ſi te contumacia reſpõdentis mouerit, & peruerſitas impulerit ad indignationem: ſi nõ potueris mitigare mentem, reprime linguam tuam. Sic enim ſcriptum eſt: Cohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquãtur dolum. Deinde inquire pacẽ, & ſequere eam. Pacem illam ſancti Iacob vide, qua primum ſedato animum. Si non præualueris, frenos linguæ impone tuæ: deinde recõciliationis ſtudium non prætermittas. Hæc oratores ſeculi de noſtris vſurpata in ſuis poſuere libris. Sed ille ſenſus huius habet gratiam, qui prior dixit: Vitemus ergo aut temperemus iracundiam, ne ſit eius aut in laudibus exceptio, aut in vitijs exaggeratio. Non mediocre eſt mitigare iracundiam, non inferius q̃ omnino non commoueri, Hoc noſtrum eſt, naturæ illud. Illæ deniq; commotiones in pueris innoxiæ ſunt, quæ plus habent gratiæ, q̃ amaritudinis. Et ſi cito pueri inter ſe mouentur, facile ſedantur, & maiori ſuauitate in ſe recurrunt. Neſciunt ſe ſubdole artificioſeq; tractare. Nolite hos contemnere pueros. de quibus dominus ait: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cælorum. Itaq; & ipſe dominus, hoc eſt, dei virt⁹, ſicut puer, cũ malediceretur, non remaledixit: cũ peterẽtur, nõ repercuſſit. Ita ergo tẽ cõpara, vt quaſi puer iniuriã non teneas, malitiam nõ exerceas, omnia à te innocenter proficiſcantur. Nõ cõſideres quid ab alijs in te referatur, locum tuũ ſerua, ſimplicitatẽ & puritatẽ tui pectoris cuſtodi. Noli reſpondere irato ad iracundiam eius, ſiue imprudenti ad imprudẽtiam eius. Cito culpa culpam excutit. Si lapides teras, nõne ignis erũpit? Ferunt Gentiles, vt in *man⁹ omnia verbis extolle re ſolent, Archyta Tarentini dictũ philoſophi, quod ad villicum ſuũ dixerit: O te infælicẽ, quã te afflictarem niſi iratus eſſem. Sed etiam Dauid, & armatã dexteram in indignatione compreſſerat: (& quanto plus eſt non remaledicere, quã non vindicare?) bellatores aduerſus Nabal ad vltionem paratos, Abigail deprecatione reuocauerat. Vnde aduertimus, tempeſtiuis quoq; interceſſionibus nõ ſolum cedere nos, ſed etiã delectari oportere. Eouſq; autem delectatus eſt, vt benediceret interueniẽtem, quod ab ſtudio vindictæ reuocatus foret. Iam dixerat de inimicis ſuis: Quoniam declinauerũt in me iniquitates, & in ira moleſti erant mihi. Audiamus turbatus in ira quid dixerit: Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ, & volabo, & requieſcã? Illi ergo ad iracundiam prouocabant, hic tranquillitatem eligebat. Iam dixerat: Iraſcimini, & nolite peccare, Moralis magiſter, qui naturalem affectum inflectẽdum magis ratione doctrinę, quam extirpandum nouerat, moralia docet. Hoc eſt: Iraſcimini vbi culpa eſt cui iraſci debeatis. Non poteſt enim fieri, vt non rerũ indignitate moueamur: alioquin nõ virtus, ſed* lẽtitudo & remiſsio iudicatur. Iraſcimini ergo ita, vt à culpa abſtineatis. Vel ſic: Si iraſcimini nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam. Vel certe ſic: Si iraſcimini vobis iraſcimini, quia commoti eſtis: & non peccabitis. Qui enim ſibi iraſcitur quia cito commotus eſt, deſinit iraſci alteri. Qui autem vult iram ſuam iuſtã probare, plus inflammatur, & cito in culpã cadit. Melior eſt autem ſecundum Salomonem, qui iracundiam continet, quam qui vrbem capit: quia ira etiam fortes decipit. Cauere igitur debemus ne in perturbationes prius incidamus, quam animos noſtros ratio cõponat. Examinat enim mentem plerunq; aut ira, aut dolor, aut formido mortis, & improuiſo percellit ictu. Ideo præuenire pulchrum eſt cogitatione, quæ voluendo mentem exerceat, ne repentinis excitetur cõmotionibus, ſed iugo quodã rationis & habenis cõſtricta miteſcat.

¶De cogitationibus, & appetitu, & decoro ſermonis in confabulando, & in diſceptãdo. CAPVT XXII.

SVNT autem gemini motus, hoc eſt cogitationum & appetitus, alteri cogitationum, alteri appetitus, nõ confuſi, ſed diſcreti & diſpares. Cogitatiões verum exquirere & quaſi emolere muneris habẽt: appetitus ad aliquid impellit agendũ atq; excitat. Itaq; ipſo genere naturę ſuę & cogitationes tranquillitatem ſedationis infundunt, & appetitus motum agendi excutit. Ita ergo informati ſimus, vt bonarum rerũ ſubeat animũ cogitatio, appetitus autẽ rationi obtẽperet, (ſi vere vt illud decorũ cuſtodiamus, animũ volumus intendere) ne rationem excludat rei alicuius affect⁹, ſed ratio quid honeſtati cõueniat, examinet. Et quoniã ad conſeruationẽ decori ſpectare diximus vt ſciamus in factis dictis ve quis modus, prior autẽ ordo loquẽdi q̃ faciendi eſt: ſermo in duo diuiditur, In colloquium familiare, & in tractatum diſceptionẽq; fidei atq; iuſtitię. In vtroq; ſeruandũ ne ſit aliqua perturbatio, ſed tãq; mitis & placid⁹, & beneuolentiæ plenus & gratię, ſine vlla ſermo ducatur cõtumelia. Abſit pertinax in familiari ſermone cõtentio, quæſtiones enim magis excitare inanes: q̃ vtilitatis aliquid afferre ſolet. Diſceptatio ſine ira, ſuauitas ſine amaritudine ſit, monitio ſine aſperitate, hortatio ſine offenſiõe. Et ſicut in omni actu vitæ id cauere debemus, ne rationem nimis animi motus excludat, ſed eneamus cõſilij ocũ; ita etiam in ſermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odiũ, aut cupiditatis noſtræ aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia. Sit igitur ſermo huiuſmodi de ſcripturis maxime. Quid enim magis nos oportet loqui, q̃ de converſatiõe optima, adhortatiõe obſeruationis, diſciplineq; cuſtodia? Habeat caput ei⁹ rationem, & finis modum. Sermo enĩ tędioſ⁹ iras excitat. Quãm vero indecorũ, vt cum omnis confabulatio habere ſoleat incrementũ gratiæ, habeat næuum offenſionis. Tractatus quoq; de doctrina fidei, de magiſterio cõtinẽtiæ, de diſceptatione iuſtitiæ, de hortatione diligẽtiæ, non vnus ſemper, ſed vt ſe dederit lectio, nobis & arripiẽd⁹ eſt, & prout poſsum⁹ proſequendus, neq; nimiũ prolixus, neq; cito interruptus, ne vel faſtidium derelinquat, vel deſidiã prodat atq; incuriã. Oratio ſit pura, ſimplex, dilucida, atque manifeſta, plena grauitatis & ponderis, nõ affectata elegantia, ſed non intermiſſa gratia.

¶Quod ioca quæ philoſophi ponunt inter officia, penit⁹ ab eccleſia ſint remouenda. CAPVT XXIII.

MVLTA præterea de ratione dicendi dant præcepta ſeculares viri, quæ nobis prętercũda arbitror: vt de iocãdi diſciplina. Nã licet interdũ honeſta ioco ac ſuauia ſint, tamen ab eccleſiaſtica abhorrẽt regula: quoniam quæ in ſcripturis ſanctis non reperimus, ea quemadmodum vſurpare poſsumus? Cauendum eſt etiam in fabulis, ne inflectant grauitatem ſeuerioris propoſiti. Væ vobis qui ridetis: quia flebitis: ait dominus: & nos ridendi materiam requirimus, vt hic ridentes, illic fleamus? Nõ ſolum profuſos, ſed omnes etiam iocos declinandos arbitror: plenum tamen ſuauitatis & gratiæ ſermonẽ eſſe non indecorum. Nam de voce quid loquar, quã ſim plicem & puram eſſe ſatis arbitror? Canoram autẽ eſſe, naturæ eſt, non induſtriæ. Sit ſane diſtincta pronunciationis modo, & plena ſucci virilis, vt agreſtem ac ſubruſticum fugiat ſonũ, non vt rhithmũ affectet ſcenicum, ſed myſticum *ſeruet.

¶De tribus quæ in vita actiua neceſsario ſunt obſeruanda, & quod appetitum rationi cedere conueniat. CAPVT XXIIII.

DE ratione dicendi ſatis dictum puto, nunc de actione vitæ quid cõgruat cõſideremus. Tria autem in hoc genere ſpectanda cernimus. Vnum, vt rationi appetitus non reluctetur. Hoc enim ſolummodo poſsunt officia noſtra illi decoro conuenire. Si enim appetitus rationi obediat, facile id quod deceat in omnibus officijs, conſeruari poteſt. Deinde ne maiore ſtudio q̃ res ipſa eſt quæ ſuſcipitur, vel minore, aut paruã magno ambitu ſuſcepiſſe, aut magnam inferiore deſtituiſſe videamur. Tertiũ de moderatione ſtudiorum operumque noſtrorum. De ordine quoque rerum, & de oportunitate temporum nõ diſsimulandũ puto, Sed primum illud quaſi fundamentum eſt omniũ, vt appetitus rationi pareat. Secundum & tertium, idẽ eſt, hoc eſt, in vtroq; moderatio, Vacat enim apud nos ſpeciei liberalitas, quę pulchritudo habetur, & dignitatis cõtẽplatio. Sequitur de ordine rerum, & de oportunitate temporũ. Ac per hoc tria ſunt: quę videamus vtrum in aliquo ſanctorum cõ ſummata poſsimus docere. Primum igitur ipſe pater Abraã, qui ad magiſteriũ futuræ ſucceſsionis informatus & inſtructus eſt, iuſsus exire de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui, nonne multiplicitate neceſsitudinis perſtrictus affectu, tamen appetitum rationi obedientem præbuit? Quem enim terræ ſuæ, cognationis, domus quoq; propriæ gratia nõ delectaret? Et hunc ergo mulcebat ſuorũ ſuauitas, ſed imperij cælestis & remunerationis æternæ conſideratio mouebat amplius. Nonne conſiderabat vxorem imbecillem ad labores, teneram ad iniurias, decoram ad incentiua inſolẽtium, ſine ſummo nõ poſſe duci periculo? Et tamen ſubire omnia, q̃ excuſare, cõſulti⁹ diu dicauit: Deinde cum deſcenderet in Aegyptum, monuit vt diceret ſe ſororẽ eſſe, nõ vxorẽ ipſius. Aduerte quanti appetit⁹. Timebat vxoris pudori, timebat propriæ ſaluti, ſuſpectas habebat Aegyptiorum libidines, & tamen præualuit apud eum ratio exequendæ deuotionis. Conſiderauit enim quod dei fauore vbique tutus eſſe poſſet: offenſo autem domino, etiam domi nõ poſſet illæſus manere. Vicit igitur appetitum ratio, & obedientem ſibi præſtitit. Capto nepote, non perterritus, neque tot regũ turbat⁹ populis, bellum repetijt: victoria potitus, prædæ partem cuius ipſe fuit autor, recuſauit. Promiſso quoque ſibi filio, cũ conſideraret emortui corporis ſui vires depoſitas, ſterilitatem conjugis, & ſuprema ſenectutem: etiam contra vſum naturæ deo credidit. Aduerte conuenire omnia. Appetit⁹ nõ defuit, ſed repreſsus eſt. Animus æqualis gerendis: qui nec magna pro vilib⁹, nec minora pro magnis duceret. Moderatio pro negocijs, ordo rerum, oportunitas temporum, menſura verborum. Fide primus, iuſtitia præcipuus, in prælio ſtrenuus, in victoria non auarus, domi hoſpitalis, vxori ſedulus. Sãctum quoque eius nepotẽ Iacob delectabat domi ſecurum degere, ſed mater voluit eũ peregrinari, vt daret fraternę iracundiæ locum. Vicit appetitum, conſilij ſalubritas. Exul domo, profugus à parentibus, vbique tamen conuenientem menſuram negocijs tenuit, & temporibus opportunitatẽ reſeruauit. Acceptus domi parentibus, vt alter maturitate prouocatus obſequij benedictionẽ daret, alter amore pio propenderet. Fraterno quoque iudicio prælatus, cũ cibum ſuum fratri cedendum putaſſet: delectabatur vtique alimẽto ſecũdũ naturã, ſed ſecũdũ pietatẽ ceſſit petito. Paſtor domino gregis fidus, ſocero gener ſedulus, impiger in labore, in cõiunio pecus, in ſatiſfactione præuius, in remuneratioe largus. Denique ſic fraternã mitigauit iracũdiã, vt cuius verebatur inimicitias, adipiſceretur gratiam. Quid de Ioſeph loquar, q̃ vtiq; habebat cupiditatẽ libertatis, & ſuſcepit ſeruitutis neceſsitatẽ? Quã ſubdit⁹ i ſeruitute, q̃ in virtute cõſtãs, q̃ benign⁹ in carcere, ſapiẽs i interpretatiõe, in poteſtate moderatus, in vbertate puidus, in fame iuſt⁹, ordinẽ laudis reb⁹ adũgens, & oportunitatẽ tẽporibus, æquitatẽ populis officij ſui moderatiõe diſpẽſans? Iob quoq; iuxta ſecũdis atq; aduerſis reb⁹ irreprehẽſibilis, patiẽs, grat⁹ deo atq; accept⁹; vexabatur dolorib⁹, ſed ſe cõſolabatur. Dauid etiam fortis in bello, patiẽs in aduerſis, in Hieruſalem pacificus, in victoria mãſuetus, in peccato dolẽs, in ſenectute prouidus, rerũ modos, vices tẽporũ, per ſingularũ ſonos ſeruauit ætatũ, vt mihi videatur uõ minus viuendi genere, q̃ canendi ſuauitate prędulcis moralẽ* deo ſui fudiſſe meriti cantilenam. Quod his viris principaliũ virtutum officium defuit? Quarum primo loco cõſtituerunt prudentiam, quæ in veri inueſtigatione verſatur, & ſciẽtiæ plenioris infundit cupiditatem. Secũdo iuſtitiam, quæ ſuum cuiq; tribuit. alienum non vendicat, vtilitatẽ propriã negligit, vt cõmunem æquitatem cuſtodiat. Tertio fortitudinẽ, quæ & in rebus bellicis excelſi animi magnitudine, & domi eminet, corporiſq; præſtat viribus. Quarto temperãtiam, quæ modum ordinemq; ſeruat omnium quæ vel agenda vel dicenda arbitramur.

¶Quod virtutes quatuor principales, in patribus noſtris nõ mediocriter ſint cõſummatæ. CAP. XXV.

GAbe forsitan aliquis dicat primo loco poni oportuisse, quoniã ab his quatuor virtutib⁹ nascũtur officiorũ genera. Sed hoc artis est, vt primo officiũ definiatur, postea certa in genera diuidatur. Nos autẽ artẽ fugimus, exẽpla maiorum proponimus, quæ neq; obscuritatẽ afferunt ad intelligendũ, neq; ad tractãdũ vetustias. Sit igitur nobis vita maiorum, disciplinæ speculũ, non calliditatis cõmentarium: imitandi reuerentia, non disputandi astutia. Fuit igitur in sancto Abraam primo loco prudentia, de quo dicit scriptura: Credidit Abraã deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Nemo enim prudens, qui deum nescit. Deniq; insipiens dixit: Quia nõ est deus. Nã sapiẽs nõ diceret. Quo enĩ sapiẽs, qui non requirit autorẽ suũ, q̃ dicit lapid.: Pater me⁹ es tu: qui dicit diabolo, vt Manichæus, Autor meus es tu? Quo sapiẽs, vt Arianus, qui mauult imperfectũ autorẽ habere atq; degenerẽ, q̃ verũ atq; pfectũ? Quo sapiẽs, vt Marcion atq; Eunomi⁹, qui malunt deum malũ q̃ bonũ habere? Quo sapiens, qui deũ suũ nõ timet? Initium enim sapientiæ timor domini. Et alibi habes: Sapientes non declinãt de * ore domini, sed tractant in cõfessionibus suis. Simul quoq; dicẽdo scriptura, Reputatũ est ei ad iustitiam: alterius virtutis gratiam ei detulit. Primum igitur nostri definierunt prudentiam in veri cõsistere cognitione: Quis enim illorũ ante Abraam, Dauid, Salomonem? Deinde iustitiam spectare ad societatem generis humani. Deniq; Dauid ait: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Iustus miseretur, iustus commodat. Sapienti & iusto tot⁹ mundus diuitiarũ est. Iustus cõmunia pro suis habet, sua pro cõmunibus. Iustus seipsum prius q̃ alios accusat. Ille enim iustus, qui nec sibi parcit, & occulta sua latere non patitur. Vide q̃ iust⁹ Abraam. In senectute susceperat filium per repromissionem: reposcenti domino negandum ad sacrificiũ (q̃uis vnicum) non putauit. Aduerte hic omnes virtutes quatuor in vno facto. Fuit sapientiæ, deo credere, nec filij gratiam anteferre autoris præcepto. Fuit iustitiæ, acceptum reddere. Fuit fortitudinis, appetitum rationi cohibere. Ducebat hostiã pater: interrogabat filius, tentabatur affectus patri⁹, sed nõ vincebatur. Repetebat fili⁹ appellationẽ paternã. cõpungebat paterna viscera, sed nõ minuebat deuotionẽ. Accedit & quarta virtus tẽperãtia. Tenebat iust⁹ & pietatis modũ, & executionis ordinẽ. Deniq; dũ sacrificio necessaria vehit, dũ ignẽ adolet, dum filium ligat, dũ gladiũ educit: hoc immolandi ordine meruit, vt filium reseruaret. Quid sapientius sancto Iacob, qui deum vidit facie ad faciem, & meruit benedictionem? Quid iustus, qui ea quæ acquisierat, obla tis muneribus cum fratre diuisit: Quid fortius, qui cũ deo luctatus est? Quid modestius, qui modestiam ita & locis & tẽporibus deferebat, vt filiæ iniuriam mallet prætexere cõiugio, q̃ vindicare, eo quod inter alienos positus amori potius consulẽdum, q̃ odia colligenda censebat? Noe q̃ sapiens, qui tantam fabricauit arcã? Quam iustus, qui ad semẽ omnium reseruatus, sol⁹ ex omnibus & præteritæ generationis superstes est factus, & autor futuræ, mundo potius & vniuersis magis quam sibi natus? Quam fortis, vt diluuium vinceret? Quam temperans, vt diluuium toleraret? quando introiret, qua moderatione degeret, quando coruum, quãdo colũbã dimitteret, quãdo reciperet reuertẽtes, quãdo exeũdi opportunitatem captaret, agnosceret?

¶Quid in veritatis inuestigatione seruandum sit, CAPVT XXVI.

TAQVE tractãt in veri inuestigatione tenendum illud decorum, vt summo studio requiratur quid verũ sit, nõ falsa pro veris ducere, nõ obscuris vera inuoluere, nõ superfluis vel implexis atq; ambiguis occupare animũ. Quid tam indecorũ, q̃ venerari signa *quæ ipsi faciũt? *ligna. Quid tã obscurũ, q̃ de Astronomia & Gæometria tractare quod probant, & profundi æris spatia metiri, cælũ quoq; & mare numeris includere, relinquere causam salutis, errores quærere? An nõ ille erudit⁹ in omni sapiẽtia Egyptiorum Moyses probauit ista? Sed illã sapientiam detrimẽtum & stultitiam iudicauit, & auersus ab ea, intimo deum quæsuit affectu. Idcóque vidit, interrogauit, audiuit loquẽtem. Quis magis sapiens, q̃ ille quẽ docuit deus, qui omnẽ sapientiam Egyptiorum, omniumque artium potentius operis sui virtute euacuauit? Non hic incognita pro cognitis habebat, hisq; temere assẽtiebatur. Quæ duo in hoc maxime naturali atq; honesto loco vitanda dicunt, qui sibi nec cõtra naturam esse, nec turpe iudicãt saxa adorare, & à simulacris auxiliũ petere, quæ nihil sentiãt. Quãto igitur excelsior virt⁹ est sapiẽtia: tãto magis enitẽdũ esse arbitror nobis, vt asseq eã possim⁹. Itaq; ne qd cõtra naturã, ne quid turpe atq; indecorũ fẽtiam⁹: duo hæc, id est, & tempus & diligentiam ad cõsiderationem rerum examinandi gratia conferre debemus. Nihil est enim magis quo homo cæteris animantibus præstet, q̃ quod rationis est particeps, causas rerum requirit, generis sui autorem inuestigandum putat, in cuius potestate vitæ necisq; nostræ potestas sit, qui mundum hũc suo nutu regat, cui sciamus rationem esse reddendam nostrorum actuum. Nihil est enim quod magis proficiat ad vitam honestam, q̃ vt credamus eum iudicẽ futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendãt, & honesta delectent. Omnibus igitur hominibus inest secundũ naturam humanam verum inuestigare, quod ad studiũ cognitionis & scientiæ trahit, & inquirendi infundit cupiditatem. In quo excellere vniuersis pulchrum videtur, sed paucorũ est assequi, qui voluẽdo cogitationes, cõsilia examinando, non mediocrem impẽdunt laborem vt ad illud beate honestẽq; viuẽdũ puenire possint, atq; operib⁹ appropinquare. Nõ enĩ qui dixerit, inqt, mihi domine, domine: intrabit in regnũ cælorũ, sed qui fecerit ea quę dico. Nã studia sciẽtię sine factis, haud scio an etiã inuolnãt magis. Matth. 7.

¶Quod virtutes quatuor ita perplexæ sint, vt ab inuicem separari nequeant. CAPVT XXVII.

PRIMVS igitur officij fons prudẽtia est. Quid enim tam plenũ officij, q̃ deferre autori studium atq; reuerentiam? Qui tamen fons & in ne virtutes deriuatur cæteras. Neque enim potest iustitia sine prudẽtia esse: cum examinare quid iustum, quid ve iniustum sit, non mediocris prudẽtiæ sit. Summus in vtroq; error. Qui enim iustum iudicat iniustum, iniustũ vero iustũ, execrabilis erit apud deũ. Vt quid abundant iustitiæ imprudenti? Salomon ait. Neque iterum prudentia sine iustitia est. Pietas enim in deum, initium intellectus. Quo aduertimus illud ab huius seculi translatum magis q̃ inuentum sapientib⁹, quia pietas fundamentum est omnium virtutum. Iustitiæ autem pietas est prima in deum, secunda in patriam, tertia in parentes. Itẽ in omnes, quæ & ipsa secundum naturæ est magisterium. Siquidem ab ineunte ætate vbi primum sensus infundi cœperit, vitam amamus tanquam dei munus, patriam parentẽsque diligimus, deinde æquales, quibus sociari cupimus. Hinc charitas nascitur, quæ alios sibi præfert, nõ quærens quæ sua sunt. in quibus est principatus iustitiæ. Omnibus quoq; animantibus innascitur primum salutem tueri, cauere quæ noceant, expetere quæ prosint, vt pastum, vt latibula, quibus se a periculis, imbribus, Sole defendant: quod est prudẽtiæ. Succedit quoq; vt omnium genera animantium, congregabilia natura

Tulli⁹ li. 1. de origine honesti ex quatuor fontibus.

A sint, primo generis sui ac formę consortibus, tum etiã cæteris: vt videmus boues armentis, equos gregibus, & maxime pares paribus delectari. Ceruos quoq; ceruis, & plerunq; hominibus adiũgi. Iam de procreandi studio & sobolis, vel etiam generantium amore, quid loquar, in quo est forma iustitiæ præcipua? Liquet igitur & has & reliquas cognatas sibi esse virtutes, si quidem & fortitudo quæ vel in bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronib⁹ locios, plena sit iustitię: & scire quo cõsilio defendat atq; aduuet, captare etiam temporum & locorum opportunitates, prudentiæ ac modestiæ sit: & temperantia ipsa sine prudẽtia modũ scire nõ possit, opportunitatẽ noscere, & secundum mensuram reddere sit iustitię: & in omnibus istis magnanimitas necessaria sit, & quædam fortitudo mẽtis, plerũq; & corporis, vt quis quod velit possit implere.

¶Primum quod philosophi dicunt & secundum iustitiæ mun⁹ apud nos excludi, tertiũ vero à nostris mutuatum. CAPVT XXVIII.

IVSTITIA igitur ad societatẽ generis humani: & ad cõmunitatẽ refertur. Societatis enim ratio diuiditur in duas partes, iustitiã & beneficẽtiã, quã eãdẽ liberalitatẽ & benignitatem vocant. Iustit a mihi excelsior videtur, liberalitas gratior. Illa censurã tenet, ista bonitatem. Sed primũ ipsum quod putãt philosophi iustitiæ munus, apud nos excluditur. Dicũt enim illi eã primã
B esse iustitiæ formã, vt nemini quis noceat nisi lacessitus iniuria, quod Euãgelij auctoritate vacuatur. Vult enim scriptura, vt sit in nobis spirit⁹ filij hominis, qui venit cõferre gratiam, nõ inferre iniuriã. Deinde formã iustitiæ putauerũt, ut quis cõmunia, id est publica, pro publicis habeat, priuata pro suis. Nec hoc quidem secũdum naturam. Natura enim omnia omnibus in cõmune profudit. Sic enim deus generari iussit omnia, vt pastus omnibus cõmunis esset, & terra: ergo foret omniũ quędã cõmunis possessio. Natura igitur ius cõmune generauit, vsurpatio ius fecit priuatũ. Quo in loco aiũt placuisse Stoicis, quæ in terris gignãtur, omnia ad vsus hominũ creari, homines autẽ hominum causa esse generatos, vt ipsi inter sẽ alijs alij prodesse possint. Vnde hoc, nisi de nostris scripturis dicẽdum sum

Gene. 1. pserunt? Moyses enim scripsit, quia dixit deus: Faciamus hominẽ ad imaginẽ nostrã, & secũdum similitudinem, & habeat potestatẽ piscium maris, & volatilium cæli, & pecorũ, & omniũ repentium super terrã.

Psal. 8. Et Dauid ait: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora cãpi, volucres cęli, & pisces maris. Ergo omnia subiecta esse homini de nostris didicerũt, & ideo cẽsẽt, ppter hominẽ esse generata. Hominẽ quoq; hominis causa generatũ esse

Gene. 2. in libris Moysi reperimus, dicẽte domino: Non est bonum esse homnẽ solum. faciamus ei adiutoriũ simile
C sibi. Ad adiumentũ ergo mulier data est viro, quæ generaret, vt homo homini adiumẽto foret. Deniq; anteq̃ mulier formaretur, dictũ est de Adam: Nõ est inuentus adiutor similis illi. Adiumentum enim homo nisi de homine habere nõ poterat. Ex omnibus igitur animantibus nullũ animal simile, & vt absolute dicamus, nullus adiutor hominis *inuẽtus est. Muliebris igitur sexus adiutor expectabatur. Ergo secũdum dei voluntatem, vel naturæ copulã, inuicẽ nobis esse auxilio debem⁹, certare officijs, velut in medio omnes vtilitates ponere, & vt verbo scripturæ vtar, adiumentum ferre alter alteri vel studio, vel officio, vel pecunia, vel operib⁹, vel quolibet modo, vt inter nos societatis augeatur gratia, nec q̃q̃ ab officio vel piculi terrore reuocetur, sed omnia sua ducat, vel aduersa vel pspera. *similis.

Deniq; sanctus Moyses pro populo patrum bella susci D pere grauia nõ reformidauit, nec regis potẽtissimi trepidauit arma, nec barbaricæ ĩmanitatis expauit ferociã, sed abiecit salutẽ suam, vt plebi libertatem redderet. Magnus itaq; iustitiæ splẽdor, quæ alijs potius nata q̃ sibi, cõmunitatẽ & societatem nostram adiuuat, excelsitatẽ tenet, vt suo iudicio oĩa subiecta habeat, opem alijs ferat, pecuniã conferat, officia nõ abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hãc virtutis arcem tenere, nisi prima auaritia infirmaret atq; inflecteret tantæ virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggerare pecunias, occupare terras possessionibus cupim⁹, præstare diuitijs: iustitiæ formã exuimus, beneficẽtiam cõmunem amittimus. Quomodo enim potest iust⁹ esse, qui studet eripere alteri q̃d sibi quærat? Potentiæ quoq; cupiditas, formam iustitię virilem effœminat. Quomodo enim potest pro alijs interuenire, qui aliõs sibi subijcere conatur: & infirmo aduersus potentes opem ferre, qui ipse grauem libertati affectat potentiam?

¶Iustitiam & fidem hostibus etiam exhibendam. CAPVT XXIX.

VANTA autẽ iustitia sit, ex hoc intelligi potest, q̃ nec locis, nec personis, nec tẽporibus excipitur, quæ etiam hostibus reseruatur, vt si constitutus sit cum hoste aut locus aut dies prælio: aduersus iustitiã putetur, aut loco præuenire, E aut tẽpore. Interest enim vtrũ aliquis pugna aliqua & cõflictu graui capiatur, an superiore gratia, vel aliquo euentu. Siquidem vehemẽtioribus hostibus & infidis, & ijs qui amplius læserint, vehemẽtior refertur vltio, vt Madianitis, qui per mulieres suas pleroſq; peccare Nume. 31. fecerant ex plebe Iudæorum, vnde & dei in populum patrum iracundia effusa est: & ideo factum est vt nullum Moyses victor superesse pateretur: Gabaonitas autẽ qui fraude magis quã bello tẽtauerant plebem pa- Iosue. 9. trum, nõ expugnaret Iesus, sed conditionis impositæ afficeret iniuria: Syros vero Helyseus quos obsidentes in ciuitatẽ duxerat momentaria cæcitate percussos, cũ quo ingrederẽtur videre nõ possent, volẽti regi Israel, percutere non acquieſceret, dicẽs: Non per- 4. Reg. 6. cuties quos nõ captiuasti in lancea & in gladio tuo. pone eis panẽ & aquã, vt manducent & bibãt, & remittantur, & eant ad dominum suũ, vt humanitate prouocati gratiã repræsentarẽt. Deniq; postea in terrã Israel venire piratę Syriæ destiterũt. Si ergo in bello iustitia valet, quanto magis in pace seruanda est? Et hanc gra F tiam propheta his detulit, qui ad eũ corripiẽdum venerãt. Sic enim legimus, quod in obsidionẽ eius miserat rex Syriæ exercitum suũ, cognito quod Heliæ⁹ esset qui cõsilijs & argumẽtationibus eius obuiaret omnibus. Quem videns exercitũ Giezi seruus prophetæ, de salutis periculo trepidare cœpit. Cui dixit ppheta: Noli timere, quoniam plures nobiscũ sunt, quam cum illis. Et rogante ppheta vt aperirẽtur oculi seruo suo, aperti sunt. Vidititq; Giezi totũ montẽ equis repletũ & curribus in circuitu Heliæi. Quibus descẽdẽtibus ait propheta: Percutiat dominus cæcitate exercitũ Syriæ. Quo impetrato dixit ad Syros: Venite post me, & ducam vos ad hominem quẽ quæritis. Et viderunt Heliæum, quẽ corripere gestiebant, & videtes tenere non poterant. Liquet igitur etiam in bello fidẽ & iustitiã seruari oportere, nec vllum decorũ esse posse, si violetur fides. Deniq; etiam aduersarios molli veteres appellatione nominabãt, vt peregrinos vocarẽt. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicẽbantur. Quod eque etiã ipsum de nostris assumptũ dicere possumus. Aduersarios enĩ suos Hebręi allophylos, hoc est, alienigenas, latino appellabant vocabulo. Deniq; in libro

G Regnorũ primo sic legim⁹: Et factũ est in die⁹ illis, conuenerũt alienigenæ in pugnã ad Israel. Fundamẽtum ergo est iustitię fides. Iustorũ enim corda meditã tur fidem: & *qui se iust⁹ accusat, iustitiã supra fidem collocat. Nam tunc iustitia eius apparet si vera fateatur. Deniq; & dominus per Esaiã: Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion, id est, Christũ in fundamentum ecclesiæ. Fides enim omniũ Christus. Ecclesia autem quædam forma iustitiæ est, commune ius omnium. In commune orat, in commune operatur, in cõmune tentatur. Deniq; qui seipsum sibi abnegat, ipse iustus, ipse dign⁹ Christo est. Ideo & Paulus fundamẽtum posuit Christum, vt supra eum opera iustitiæ locaremus, quia fides fundamentum est. In operibus autem aut malis iniquitas, aut bonis iustitia est.

*cum.
Esa.28.

¶De beneficentia. CAPVT XXX.

Tulli⁹ li. 1 quemad modũ ex beneficẽ tia quæ in stitiæ con iũcta est, officia manent.

SED iam de beneficentia loquamur, quæ dicitur etiam ipsa in benevolentiã & liberalitatem. Ex his igitur duabus constat beneficẽtia, vt sit perfecta. Non enim satis est bene velle, sed etiã benefacere. Nec satis est iterũ benefacere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona voluntate proficiscatur. Hilarem enim datorem diligit de⁹. Nam si inuitus facias, quę tibi merces est? Vnde apostolus generaliter inquit: Si volens hoc ago, mercedẽ habeo: si inuitus, dispensatio mihi credita est. In Euangelio quoq; multas disciplinas accepim⁹ iustæ liberalitatis. Pulchrum est igitur bene velle, & eo largiri cõsilio, vt prosis, nõ vt noceas. Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedẽ adulterij largiẽdum putes, non est beneficẽtia ista, vbi nulla est benevolentia. Officere enim istud est, nõ prodesse alteri: si largiaris ei qui conspiret aduersus patriam, qui cõgregare cupiat tuo sumptu perditos qui impugnent ecclesiam. Non est hæc probabilis liberalitas, si adiuues eũ qui aduersus viduã & pupillos graui decernit iurgio, aut vi aliqua possessiones eorum eripere conatur. Nõ probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: si iniuste quærat, & iuste dispensandũ putet: nisi forte, vt ille Zachæus, reddas quadruplũ prius ei quẽ fraudaueris: & gẽtilitatis vitia, fidei studio, & credentis operatione compenses. Fundamẽtum igitur habeat liberalitas tua. Hoc primum quæritur, vt cũ fide conferas. Fraudem non facias oblatis, ne dicas te plus conferre, & min⁹ cõferas. Quid enim opus est dicere? Fraus prodita est. in tua potestate est largiri quod velis. Fraus fundamentũ soluit, & opus corruit. Nũquid Petrus ita indignatione efferbuit, vt Ananiam extingui vellet, vel vxorem eius? Sed exemplo eorum noluit perire cæteros. Nec illa perfecta est liberalitas, si iactantiæ causa magis q̃ misericordiæ largiaris. Affectus tu⁹ nomẽ imponit operi tuo. Quomodo â te proficiscitur, sic æstimatur. Vides q̃ moralem iudicẽ habeas? Te consulit quomodo opus tuum suscipiat, mentem tuam prius interrogat. Nesciat inquit sinistra tua quid faciat dextera tua. Non de corpore loquitur, sed etiã vnanimus tuus, frater tuus quod facis nesciat: ne dum hic mercedem quæris iactantiæ, illic remunerationis fructum amittas. Perfecta autẽ est liberalitas, vbi silentio quis tegit opus suum, & necessitatibus singulorum occulte subuenit: quẽ laudat os pauperis, & non labia sua. Deinde perfecta liberalitas fide, causa, loco, tẽpore cõmendatur, vt primũ opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciẽte te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti, qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit aut captiuitatis suorũ, aut calũniæ, & nõ adiues: si sit in carcere, & pœnis & supplicijs propter debitum aliquod iustus excrucietur: (nam etsi omnibus

Tit.3.
Matt.6.
1.Cor.9.
2.Cor.9.
Actu.5.

H

I

debetur misericordia, tamen iusto amplius) si tẽpore afflictionis suę nihil à te impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortẽ, pl⁹ apud te pecunia tua valeat, quã vita morituri. De quo pulchre Iob dixit, Benedictio perituri in me veniebat. Personarũ quidem deus acceptor nõ est, quia nouit omnia. Nos autẽ omnibus quidem debem⁹ misericordiã: sed quia plerisq; fraude eam quærũt, & * fingunt ærũnam, ideo vbi causa manifestatur, psona cognoscitur, tẽpus vrget, largius se debet profundere misericordia. Non enim auarus dominus est, vt plurimũ quærat. Beatus quidẽ qui dimittit omnia, & sequitur eum. Sed & ille beatus est, qui quod habet, ex affectu facit. Deniq; duo æra viduæ illius, diuitum muneribus prætulit: quia totũ illa quod habuit contulit: illi autem ex abundanti partẽ exiguam contulerunt. Affect⁹ igitur diuitem collatione aut pauperem facit, & prætium rebus imponit. Cæterũ deus nõ vult simul effundi opes: sed dispensari, nisi forte vt Helisæus qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnib⁹ in disciplinam se propheticam daret. Est etiam illa probanda liberalitas, vt proximos semi nis tui nõ despicias, si egere cognoscas. Meli⁹ est enim vt ipse subuenias tuis, quib⁹ pudor est ab alijs sumptũ deposcere, aut alicui postulare subsidiũ necessitati: nõ tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses cõferre inopibus. Causa enim præstat, non gratia. Neque enim ꝓptereà te domino dicasti, vt tuos diuites facias, sed vt vitam tibi perpetuã fructu boni operis acquiras, & præcio misericordiæ peccata redimas tua. Putãe se parum poscere? prętium tuum quærunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt. Et accusat quod eum diuitẽ nõ feceris, cum te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede? Consilium præmisim⁹, autoritatem *petamus. Primum igitur neminem debet pudere si ex diuite pauper fiat dum largitur pauperi, quia Christus pauper factus est cum dives esset, vt nos sua inopia ditaret. Dedit regulam quam sequamur, vt bona ratio sit exinaniti patrimonij, si quis pauperũ famem repulit, inopiã subleuauit. Vnde & consilium in hoc do, Apostol⁹ dicit. Hoc enim vobis vtile est, vt Christum imitemini. Consilium bonis datur, correptio errantes coercet. Denique quasi bonis dicit: Qui non tantum facere, sed & velle cœpistis ab anno præterito. Perfectorũ vtrũq; est, non pars. Itaque docet & liberalitatem sine benevolentia, & benevolentiam sine liberalitate non esse perfectam. Vnde ad perfectum hortatur dicens. Nunc ergo & facere consummate, vt quẽadmodum prompta est in vobis voluntas faciendi: ita sit & pficiendi ex eo quod habetis. Si enim volũtas prõpta est: secundum id quod habet accepta est, non secundũ id quod non habet. Non enim vt alijs refectio sit, vobis autem angustia, sed ex æqualitate in hoc tẽpore vestra abundantia sit ad illorum inopiam, vt & illorum abũdantia sit ad vestrã inopiam. vt fiat æqualitas, sicut scriptũ est, Qui multũ, non abundauit: & qui modicũ, non minuorauit. Aduertimus quemadmodum & benevolentiam, & liberalitatem, & modum cõprehendit, & fructum, atque personas. Ideo modũ, quia imperfectis dabat consilium. Non enim patiuntur angustias nisi imperfecti. Sed & si quis ecclesiam nolens grauare in sacerdotio aliquo constitutus aut ministerio, nõ totum quod habet conferat: sed operetur cum honestate quantum officio satis est, nõ mihi imperfectus videtur. Et puto quod hic angustiam non animi, sed rei familiaris dixerit. De personis autem puto dictum vt vestra abundantia sit ad illorum inopiam, & illorum abundãtia ad vestram inopiam: id est, vt populi abundantia sit bonæ operationis ad illorum subleuandam alendo inopiam: & illorum abundãtia spiritalis adiu-

Luc.19.
Iob.29.
*affligũt.
Luc.21.
3.Reg.19.
2.Cor.8.
L
*quęramus.
M

A uet in plebe inopiã meriti spiritalis, & conferat ei gratiã. Vnde exemplum optimum posuit: Qui multum, non abundauit: & qui modicũ, non minuit. Bene hortatur ad officium misericordiæ omnes homines istud exemplum: quoniã & qui plurimum auri possidet, nõ abundat, quia nihil est quicquid in hoc seculo est. & qui exiguũ habet, non minuit. quia nihil est quod amittit. Res sine dispendio est, quæ tota dispendiũ est. Est etiã sic intellectus bon⁹: * Qui plurimũ habet, etsi non donat, non abundat: quia quãtũuis acquirat, eget semper qui plus concupiscit. Et qui exiguũ habet, nõ minuit, quia non multũ est quod pauperẽ pascit. Similiter ergo & ille pauper qui cõfert spiritalia pro pecuniarijs, etsi plurimũ habeat gratiæ, non abundat. Non enim onerat gratia, sed alleuat mentẽ. Sed etiã sic potest intelligi: Non abundas o homo. Quantũ est enim quod accepisti, etsi tibi multum est? Ioannes quo nemo maior est inter natos mulierũ, inferior tamen erat eo qui minor est in regno cælorum. Potest & sic intelligi: Non abundat dei gratia corporaliter, quia spiritalis est. Quis eius potest aut magnitudinẽ aut latitudinem comprehendere, quam non videt? Fides si fuerit sicut granũ sinapis, montes transferre potest: & nõ tibi datur vltra granum sinapis. Si in te abundet gratia, est verẽdum ne mens tua tãto munere incipiat extolli: quia multi sunt qui ab altitudine cordis sui grauiꝰ corruerũt, q̃ qui nullã habuissẽt dei gratiã. Et qui parum habet, non minuit: quia non est corporeum vt diuidatur. & quod parum videtur habenti, plurimum est cui nihil deest. Consideranda etiã in largiẽdo ętas atq; debilitas, nonnũquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queũt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hęc iuuanda promptius. Tum si quis ex diuitijs cecidit in egestatẽ, & maxime si nõ vitio suo, sed aut latrocinijs, aut proscriptione, aut calũnijs quæ habebat amisit. Sed forte dicat aliquis: Cæcus vno loco sedet & præteritur, & iuuenis validus frequẽter accipit. Verum est, quia obrepit propter importunitatem. Nõ est illud iudicij, sed tedij. Nam & dominus ait in euangelio de eo qui iam clauserat ostiũ suũ, si quis ostium eius procacius pulset, quia surgit, & dat illi propter importunitatem.

*aliter.
Luce.11.

¶De reddendo beneficio. CAPVT XXXI.

Pron.23.

PVLCHRVM quoq; est propensiorẽ eius haberi rationem, qui tibi aut beneficium aliquod aut munus cõtulit, si ipse in necessitatẽ incidit. Quid enim tam contra officiũ, q̃ nõ reddere quod acceperis? Nec mẽsura pari, sed vberiore reddendum arbitror, & vsum pensandũ beneficij, vt tãto subuenias, quãto ei⁹ erũnã repellas. Etenim superiorẽ nõ esse in referẽdo q̃ in cõferẽdo beneficio, hoc est minorẽ esse: quoniã qui prior cõtulit, tẽpore superior est, humanitate prior. Vnde imitanda nobis est in hoc quoq; natura terrarũ, quæ susceptum semẽ multiplicatiori solet numero reddere quam acceperit. Ideo est tibi scriptũ: Sicut agri cultura est homo insipiẽs, & tãq̃ vinea hõ egẽs sensu. Si reliqueris eum, desolabitur. Sicut agri cultura ergo etiã sapiẽs, vt tãquam fœnerata sibi maiore mensura semina suscepta restituat. Terra ergo aut spontaneos fruct⁹ germinat, aut creditos vberiore cumulo refũdit ac reddit. Vtrũq; debes quodã hæreditario vsu parẽtis, ne relinquaris sicut infœcundus ager. Esto tamen vt aliquis excusare possit quod nõ dederit, quomõ excusare potest quod nõ reddiderit: Nõ dare cuiquã vix licet, nõ reddere verò nõ licet. Ideo pulchre Salomõ ait: Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige ea quæ apponuntur tibi: & mitte manum tuam, sciens quod oportet te talia prępparare. Si autẽ insatiabilis es, noli cõcupiscere escas ei⁹. hæc enim obtinẽt vitã * fallacẽ. sam. Quẽ nos imitari cupientes, sententias scripsim⁹. Cõferre gratiam bonũ est: at qui referre nescit, durissimus. Humanitatis exẽplum ipsa terra suggerit. Spontaneos fructus ministrat quos non seueris, multiplicatum quoque reddit quod acceperit. Negare tibi pecuniam numerată nõ licet, qũo licet acceptã nõ referre gratiã? In Prouerbijs quoq; habes quod ita plurimum redhibitio ista gratiæ apud deũ cõsueuit valere, vt etiã in die ruinæ inueniat gratiã, quãdo posũt præpõderare peccata. Et qd alijs vtar exẽplis, cũ domin⁹ ipse remunerationẽ vberiorẽ sanctorũ meritis in euangelio polliceatur, atq; exhorterur vt operemur bonũ op⁹, dicẽs: Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. mẽsuram bonam, cõmotam, supereffluẽtem dabunt in sinũ vestrũ? Itaq; & illud cõmuniũ Salomonis, nõ de cibis, sed de operibus est bonis. Quo enim melius epulãtur animi, q̃ bonis factis? Aut quid aliud tam facile potest iustorum explere mẽtes, q̃ boni operis conscięntia? Qui autẽ iucundior cibus, q̃ facere voluntatẽ dei? Quẽ cibum sibi solũ dominus abundare memorabat, sicut scriptum est in euãgelio: Meus cib⁹ est, vt faciã voluntatẽ patris mei, qui est in cælo. Hoc cibo delectemur, de quo ait propheta: Delectare in domino. Hoc cibo delectantur qui superiores delectationes mirabili ingenio cõprehẽderũt, qui posũt scire qualis sit illa munda & intelligibilis mẽtis delectatio. Edamus ergo panem sapięti æ, & saturemur in * omni. verbo dei: quia nõ in solo pane, sed in omni verbo dei vita est hominis facti ad imaginẽ dei. De poculo verò satis expresse dicit sanctus Iob Sicut terra expectãs pluuiam, sic & isti sermones meos.

B

Luce.6.
1.Cor.15.
F
Deut.8.
Iob.29.

¶Benevolentiam liberalitate potiorem esse. CAPVT XXXII.

PVLCHRVM est ergo vt diuinarum scripturarũ humescam⁹ alloquio, & quasi ros sic in nos dei verba descẽdant. Cũ igitur sederis ad illã mensam potentis, intellige q̃s sit iste potẽs: & in paradiso delectationis positus, atq; in cõuiuio sapięti ę collocat⁹, cõsidera quę apponũtur tibi. Scriptura diuina, cõuiuiũ sapięti æ est: singuli libri, singula sunt fercula. Intellige prius quę habeãtur i ferculis dapes, & tũc mitte manũ, vt ea, quę legis vel quæ accipis à domino deo tuo, operibus exequaris, & collatã in te gratiam officijs repręsentes, vt Petrus & Paulus, qui euangelizando vicem quandam largitori muneris reddiderunt, vt posint singuli dicere: Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me egena non fuit, sed abundãtius illis oĩbus laboraui. Alius ergo fructum accepti beneficij, vt aurũ auro, argentum argẽto rependit, alius laborẽ, alius (haud scio an etiam locupleti⁹) solum restituit affectũ. Quid enim si reddendi nulla facultas suppetit? In beneficio reddẽdo plus animus q̃ census operatur, magisq; præpõderat benevolẽtia, q̃ posibilitas referẽdi muneris. Gratia enim in eo ipso quod habetur refertur. Magna igitur benevolẽtia, quæ etiãsi nihil cõferat, plus exibet: & cũ in patrimonio nihil habeat, largitur pluribus, idq; facit sine vllo suo dispendio, & lucro omniũ. Et ideo pręstat benevolẽtia supra ipsã liberalitatẽ. Ditior hęc moribus, q̃ illa munerib⁹. Plures enim sunt q̃ indigẽt beneficio, q̃ qui abũdãt. Est autẽ benevolẽtia coniũcta liberalitati, à qua ipsa liberalitas ꝓficiscitur. cũ largitatis affectũ sequitur largiẽdi vsus, est separata atq; discreta. Vbi enim deest liberalitas, benevolẽtia manet cõmunis quędã parẽs omniũ, quæ amicitiã cõnectit & copulat in cõsilijs fidelis, in prosperis lęta, in tristib⁹ mœsta, vt vnusquisq; benevolẽtis se magis q̃ sapientis

1.Cor.15.

G credat cõsilio,vt Dauid cũ esset prudẽtior,Ionathę tamen iunioris cõsilijs acquiescebat. Tolle ex vsu hominum beneuolẽtiam,tanq̃ solẽ è mũdo tuleris, ita erit: quia sine ea vsus hominũ esse nõ potest,vt peregrinãti mõstrare viam,reuocare errantẽ, deferre hospitium.

Iob.31. Nõ igitur mediocris virtus, de qua sibi plaudebat Iob dicens:Foris autẽ nõ habitabat hospes, ianua mea omni venienti patebat. Aquam de aqua profluẽti dare,lumen de lumine accẽdere. Beneuolentia itaq; in ijs est

*&. omnibus,tanq̃ fons aquæ reficiens sitientem, * tãq̃ lumen quod etiã in alijs luceat, nec illis desit qui de suo lumine alijs lumen accenderint. Est etiã illa beneuolẽtiæ liberalitas, vt si qđ habes debitoris chirographũ, scindẽs restituas, nihil à debitore cõsecut⁹ debiti. Qđ exẽplo sui facere nos debere Iob sanct⁹ admonet. Nã qui habet,non mutuatur: qui nõ habet, nõ liberat syngraphã. Quid igitur etiam si ipse non exigas, auaris hæredibus reseruas,quã potes cũ beneuolentiæ laude sine damno pecuniæ repræsentare? Atq; vt plenius discutiamus,beneuolentia à domesticis primum profecta personis,id est,à filijs,parentibus,fratribus,per cõiunctionum gradus in ciuitatũ peruenit ambitũ, & de paradiso egressa mundum repleuit. Denicq; cum in viro & fœmina beneuolẽtẽ de⁹ posuisset affectũ, dixit:

Gene.2. Erunt ambo in vna carne, & in vno spiritu. Vnde se Eua serpenti credidit:quoniam quæ beneuolentiã acceperat,esse maleuolentiam non opinabatur.

¶Beneuolentiã in ecclesia maxime,& eatenđ virH tutũ hominibus perseuerare. CAPVT XXXIII.

AVGETVR beneuolentia cœtu ecclesiæ, fidei cõsortio,initiandi societate,percipiẽdæ gratiæ necessitudine mysteriorũ cõmunione. Hæc enim etiã appellatiões necessitudinũ,reuerentiã filiorũ, autoritatẽ & pietatẽ patrũ, germanitatẽ fratrũ sibi vẽdicant:Multum igitur ad cumulandã spectat beneuolentiam necessitudo gratiæ. Adiuuant etiam pariũ studia virtutum. Siquidẽ beneuolentia etiam morum facit similitudinẽ Denicq; Ionathas filius regis imitabatur sancti Dauid mansuetudinem, propter quod diligebat eum. Vnde & illud,

Psal.17. Cũ sancto sanctus eris: non solum ad conuersationẽ, sed etiam ad beneuolentiam deriuãdum videtur. Nã vtique & filij Noe simul habitabant,& non erat in his morum cõcordia. Habitabãt etiã in domo patris Esau & Iacob,sed discrepabãt. Non enim erat beneuolentia inter eos,quæ sibi præferret alterum,sed magis cõtentio,quæ præriperet benedictionem. Nam cũ alter præduirus, alter mansuetus esset:inter dispares mores, & studia cõpugnantia, beneuolentia esse nõ poterat.

I Adde quia sanctus Iacob paternæ degenerem domus virtuti,præferre nõ poterat. Nihil autem tã consociabile,q̃ cũ æquitate iustitia, quæ velut compar & socia beneuolẽtiæ, facit vt eos quos pares nobis credimus, diligamus. Habet autẽ in se beneuolentia etiã fortitudinẽ. Nã cũ amicitia ex beneuolentię fonte procedat, nõ dubitat pro amico grauia vitæ sustinere pericula. Et si mala mihi,inquit,euenerint,per illum sustineo.

¶Laus beneuolentiæ. CAPVT XXXIIII.

BENEVOLENTIA etiam gladium iracundiæ extorquere consueuit. Beneuolẽtia facit vt amici vlnera vtilia magis q̃ volũtaria inimici oscula sint. Beneuolentia facit vt vnus fiat ex plurib⁹:quoniã & si plures amici sint, vn⁹ fiunt,in quibus vnus spiritus,& vna sentẽtia est. Simul aduertimus etiã correptiones in amicitia gratas esse, quę aculeos habent,dolorem non habent. Compungimur enim censorijs sermonibus: sed beneuolentiæ delectamur sedulitate. Ad summam, nõ omnibus eadem semper officia debentur,nec personarũ semper, K sed plerũq; caussarum & temporum prælationes sunt, vt vicinum quis interdum magis q̃ fratrem adiuuerit:

Prou.27. quoniã & Salomon dicit: Melior est vicinus in proximo,q̃ frater longè habitans. Et ideo plerunque amici se beneuolentiæ quisque committit, q̃ fratris necessitudini. Tantum valet beneuolentia,vt plerunq; pignora vincat naturæ.

¶De fortitudine,quam sine iustitia virtutem nõ esse manifestis declaratur indicijs. CAP. XXXV.

SATIS copiose iustitiæ loco honesti naturã & vim tractauimus. Nũc de fortitudine tractemus,quæ velut excelsior cæteris, diuiditur in res bellicas & domesticas. Sed bellicarũ rerũ studiũ à nostro officio iã alienũ videtur, quia animi magis q̃ corporis officio intẽdimus,nec ad arma iã spectat vsus noster,sed ad pacis negotia. Maiores aũt nostri,vt Iesus Naue, Hieroboal, Sampson, Dauid,summam rebus quoq; bellicis retulere gloriã. Est itaq; fortitudo velut excelsior cæteris, sed nũq̃ incomitata virtus. Nõ enim seipsam cõmittit sibi: alioquin fortitudo sine iustitia,iniqtatis materia est. Quo enim validior est,eo promptior est vt inferiorẽ oppri mat: cum in ipsis rebus bellicis iusta bella an iniusta sint,spectandum putetur. Nunq̃ Dauid nisi lacessitus bellum intulit. Itaq; prudẽtiam fortitudinis comitem habuit in prælio. Nam & aduersus Goliã immani mole corporis virũ singulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis lacertis magis q̃ alienis integumentis nititur. Deinde emi- L nus,quo grauius feriret,ictu lapidis hostem interemit. postea nunq̃ nisi cõsulto domino bellum adorsus est. Ideo in omnibus victor prælijs,vsq; ad summam senectam manu promptus, bello aduersum Titanas susceptо,ferocibus bellator miscebatur agminibus, gloriæ cupidus,incuriosus salutis. Sed nõ hæc sola præclarã fortitudo est, sed etiam illorũ gloriosam fortitudinẽ

Heb.11. accipimus,qui per fidem magnitudine animi obstrunxerunt leonum ora,extinxerũt virtutem ignis, effugerunt aciem gladij,cõualuerunt de infirmitate, fortes, qui non comitatu & legionib⁹ succincti,communẽ cũ multis victoriam,sed nuda virtute animi singularẽ de perfidis retulerunt triumphum. Quã insuperabilis Daniel,qui circa latera sua rugientes non expauit leones. Fremebant bestiæ,& ille epulabatur.

¶Fortitudinem maxime in animo & cõtemptu rerum constare labentium. CAPVT XXXVI.

NON igitur in viribus corporis & lacertis tã M tũmodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi. Neque in inferẽda:sed in depellẽda iniuria lex virtutis est. Qui enim non reppelli,ta socio iniuriã si potest: tam est in vitio, q̃ ille qui facit. Vnde sanctus Moyses hinc prius orsus

Exo.2. est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum ab Egyptio iniuriã accipientẽ, defendit ita vt Egyptium sterneret,atq; in arena absconderet. Salo

Prou.24. mon quoq; ait: Eripe eũ qui ducitur ad mortem. Vnde igitur hoc vel Tullius,vel etiam Panæti⁹, aut ipse Aristoteles trãstulerint, apertum est satis, quãq̃ etiam his

Iob.29. duobus antiquior dixerit Iob: Saluum feci pauperem de manu potẽtis,& pupillum cui adiutor nõ erat, adiuui. Benedictio perituri in me veniebat. Nõne hic fortissimus,qui tam fortiter pertulit impetus diaboli, & vicit eũ in virtute mentis suæ? Neq; verò de eius dubitãdũ fortitudine,cui dicit dominus: Accinge sicut vir

Iob.40. lumbos tuos,suscipe altitudinem & virtutem, omnem autem iniuriosum humiliato. Apostolus quoque ait: Habetis fortissimam consolationẽ. Est ergo fortis qui

A se in dolore aliquo consolatur. Et reuera iure ea fortitudo vocatur,quando vnusquisq; seipsum vincit,iram cõtinet,nullis illecebris emollitur atq; inflectitur,non aduersis perturbatur,non extollitur secundis,& quasi vẽto quodã variarum rerum circũfertur mutatiõe. Quid autem excelsius & magnificentius, q̃ exercere mentem,afficere carnẽ, & in seruitutem redigere, vt obediat imperio,cõsilijs obtemperet, vt in adeũdis laboribus impigre exequatur propositũ animi ac volũtatẽ? Hæc igitur prima vis fortitudinis:quoniã in duobus generib⁹ fortitudo spectatur animi. Primo vt externa corporis pro minimis habeat, & quasi superflua despicienda magis q̃ expetenda ducat. Secundo,vt ea quę summa sunt,omnésq; res in quibus honestas & illud πρέπον cernitur, præclara animi intẽtione vsq; ad effectũ persequatur. Quid enim tam præclarũ, quàm vt ita animum tuũ informes,vt neq; diuitias, neq; voluptates,neq; honores in maximis cõstituas, neque in his studiũ omne conteras? Quod cũ ita affectus animo fueris,necesse est vt illud honestum ac decorum pręponẽdum putes,illiq; mentẽ ita intẽdas tuam,vt quicquid acciderit quo frãgi* animi solẽt, aut patrimonij

*homines. amissio,aut honoris imminutio, aut obtrectatio infideliũ,quasi superior non sentias. Deinde vt te salutis ipsius pericula pro iustitia suscepta non moueãt. Hęc

Cor.9. vera fortitudo est,quam habet Christi athleta:qui nisi legitime certauerit,non coronatur. An mediocre ti

Roma.5. bi videtur præceptum fortitudinis? Tribulatio patien B tiã operatur,patiẽtia probationẽ, probatio verò spẽ. Vide quot certamina,& vna corona. Quod præceptũ

2.Cor.7. non dat nisi qui est cõfortatus in Christo Iesu, cui⁹ ca ro requiẽ non habebat, afflictio vndiq;, foris pugnæ, intus timores. Et q̃is in periculis, in laboribus plurimis,in carceribus,in mortibus positus, animo tamen nõ frangebatur,sed prẽliabatur adeo, vt potẽtior suis fieret infirmitatibus. Itaque considera quemadmodũ eos qui ad officia ecclesię accedũt, despiciẽtiam rerũ

Coloſ. 2. humanarum habere doceat. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne

Ipsorũ. attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia ad corruptelã ipso vsu. Et infra: Si ergo cõsurrexistis cũ Christo,quæ sursùm sunt,quærite,Et iterũ:Mortificate ergo mẽbra vestra,quæ sunt super terram. Et hæc quidem adhuc omnibus fidelibus. Tibi autem fili cõtemptum diuitiarum,prophanarum quoque & aniliũ fabularũ suadet declinationem, nihil permittens nisi

1.Tim.4. quod te exerceat ad pietatem: quia corporalis exercitatio nulli rei vsui est: pietas autem ad omnia vtilis. Exerceat ergo te pietas ad iustitiam,continẽtiam,mãsuetudinem,vt fugias iuuenilia opera, confirmatus & C radicatus in gratia,bonum fidei subeas certamen,non te implices negocijs secularibus, quoniam deo militas. Etenim si is qui imperatori militat: à susceptionibus lutium,actu negociorũ forensium,vẽditione merciũ prohibetur humanis legibus:quãtò magis qui fidei exercet militiã, ab omni vlu negociationis abstinere debet,agelluli sui contẽtus fructibus, si habet: si non

Pſal.36. habet.stipendiorum suorum fructu? Siquidẽ bonus te stis est qui dicit: Iuuenis fui,& senui, & non vidi iustũ derelictum,nec semen eius quærens panẽ. Ea est enim trãquillitas animi & tẽperãtia,quæ neque studio quærendi afficitur,neque egestatis metu angitur.

¶Mala æquanimiter toleranda, & interdum etiam declinanda. CAPVT XXXVII.

EST etiã quæ dicitur vacuitas animi ab angoribus,vt neque in doloribus molliores simus,neq; in prosperis elatiores. Quod si hi qui ad capessendam rẽpublicam adhortantur aliquos, hæc præcepta dant, quanto magis nos D qui ad officium ecclesiæ vocamur, talia debemus agere quæ placeant deo, vt & prætendat in nobis virtus Christi,& ita simus nostro probati imperatori,vt mẽbra nostra arma iustitiæ sint,arma nõ carnalia in quibus peccatum regnet,sed arma fortia deo, quibus peccatum destruatur? Moriatur caro nostra, vt in ea omnis culpa moriatur, & quasi ex mortuis viuẽtes, nouis resurgamus operibus ac moribus. Hæc sunt plena honesti & decori officij stipẽdia fortitudinis. Sed quia in omnibus quę agimus, non solum quid honestum, sed etiam quid possibile sit quærimus, ne forte aggrediamur aliquid quod non possimus exequi: vnde nos tẽ- Matt.10. pore persecutionis de ciuitate in ciuitatẽ cedere, imo vt ipsius verbo vtar,fugere vult domin⁹,ne temere alicuis dum martyrij desiderat gloriã, offerat se periculis, quæ fortasse caro infirmior aut remissior animus ferre ac tolerare non queat.

¶Quod prouidentia magnum munimen fortitudinis sit, CAPVT XXXVIII.

NEC rursus propter ignauiã cedere quis ac deserere fidẽ debet metu piculi. Qua gratia præparãdus est animus, exercẽda mẽs, stabilienda ad constantiã: vt nullis pertur bari animus possit terroribus, nullis frangi molestijs, nullis supplicijs cedere. Quæ difficile quidẽ sustinentur,sed quia omnia supplicia grauiorũ suppliciorum vincũtur formidine:ideo si cõsilio firmes animũ tuũ, nec à ratione discedendũ putes,& proponas diuini iu E dicij metũ,perpetui supplicij tormenta, potes animi subire tolerantiã. Hoc igitur diligentiæ est, vt quis ita se cõparet. Illud ingenij, si quis potest vigore mentis prævidere quæ futura sunt, & tanquã ante oculos locare quid possit accidere, & quid agere debeat si ita acciderit,definire: interdũ duo & tria simul voluere animo,quæ cõijciat aut singula aut cõiuncta accidere posse,& aut singulis aut cõiunctis dispone act⁹ quos intelligat profuturos. Fortis ergo est viri nõ dissimulare cũ aliquid immineat,sed prætendere,& tanq̃ explorare de specula quadam mentis,& obuiare cogitatione,quida rebus futuris, ne forte dicat postea: Ideo ista incidi,quia nõ arbitrabar posse euenire. Denicq; ni si explorẽtur aduersa,cito occupãt. Vt in bello impetuosus hostis vix sustinetur: & si imperatos inueniat,facile oprimit:ita animũ mala inexplorata plus frãgũt. In his ergo duobus illa est animi excellẽtia, vt primũ animus tuus bonis exercitatus cogitationibus,mundo corde quod verum & honestũ est videat. Beati enim Matth.5. mundo corde:quia ipsi etiã deũ videbũt. atq; id quod honestum est,solũ bonũ iudicet. Deinde nullis perturbetur occupationib⁹, nullis cupiditatibus fluctuet. F Neque vero id quisq̃ facile facit. Quid enim tĩ difficile,q̃ despicere tanq̃ ex arce aliqua sapientiæ opes,aliãque oĩa quę plerisque vidẽtur magna & præcelsa? Deinde vt iudiciũ tuũ stabili ratione confirmes,& quæ iudicaueris leuia,tanq̃ nihil profutura contẽnas. Deinde vt si quid acciderit aduersi, idque graue & acerbũ putetur,ita feras, vt nihil præter naturã accidisse putes,cum legeris:Nudus sum natus,nud⁹ exibo:quæ do Iob.1. minus dedit,dominus abstulit. & vtique & filios amiserat, & facultates. seruésque in omnibus personã sapientis & iusti,sicut ille seruauit qui ait: Sicut domino Iob.2. placuit,ita factum est. sit nomen domini benedictum. Et infra:Sicut vna insipientium mulierum locuta es. Si bona suscepimus de manu domini, quæ mala sunt nõ sustinebimus?

¶Fortitudinem aduersus omnia vitia dimicare debere,præcipue aduersus auaritiam. CAP. XXXIX.

NON est igitur mediocris,nec discreta à cęteris animi fortitudo, quæ bellum cum virtutibus gerat, sed quæ sola defendat ornamenta virtutũ omniũ, & iudicia custodiat, & quæ inexpiabili prælio aduersus omnia vitia decernat,inuicta ad labores,fortis ad picula,rigidior aduersus voluptates,dura aduersus illecebras,quib⁹ aurẽ deferre nelciat,nec(vt dicitur)aue dicat, pecuniam negligat, auaritiam fugiat tanq̃ labem quandã quæ virtutẽ efformet. Nihil enim tam contrarium fortitudini, q̃ lucro vinci. Frequẽter pulsis hostib⁹, & inclinata in fugam aduersariorũ acie,dum exuuijs cæsorum capitur prędiator,inter ipsos quos strauit miserãdus occubuit, & triumphis suis deiectæ legiones dum spolijs occupãtur,hostem in se reuocarunt qui fugerat. Fortitudo igitur tam immanem pestem repellat & proterat,nec tẽtetur cupiditatib⁹,nec frãgatur metu, quia virtus sibi constat,vt fortiter omnia persequatur vitia,tanq̃ virtutis venena:iracundiam velut quibusdam propulset armis,quæ tollit cõsilium,& tanq̃ ægritudinem vitet. Gloriæ quoq; caueat appetentiam, quæ frequẽter nocuit immoderatius appetita, semper autem vsurpata. Quid horum sancto Iob vel in virtute defuit,vel in vitio obrepsit? Quomodo laborẽ ægritudinis, frigoris, famis,pertulit? Quomodo despexit salutis periculum? Nunquid rapinis diuitiæ coaceruatæ, de quibus tanta inopibus affluebant? Nunquid auaritia,census,aut voluptatis studia,cupiditatẽsq; excitauit? Nũquid triũ regum iniurioſa contentio,vel seruorum contumelia in irã excussit? Nunquid gloria sicut leuem extulit,qui imprecabatur grauia sibi si vnq̃ vel non voluntariam celauisset culpam, vel reueritus esset multitudinem plebis, quo minus annunciaret eam in conspectu omniũ?
H Neq; enim consentaneæ sunt vitijs virtutes, sed sibi cõstant. Quis igitur tam fortis,q̃ sanctus Iob? Cui secundus adiudicari potest,qui parem vix reperit?

¶Virtutem bellicam nostris etiam non inusitatam. CAPVT XL.

SED fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet,vt putent solam esse prælialem fortitudinẽ:& ideo me ad ista delexisse,quia illa nostris deforet. Quam fortis Iesus Naue,vt vno
Iosue.10. prælio quinq; reges captos sterneret cũ populis suis? Deinde cũ aduersum Gabaonitas surgeret prælium, & vereretur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis & fidei clamauit: Stet sol. & stetit dũ victoria consummaretur. Gedeon in trecentis viris de
Iudic.7. ingenti populo & acerbo hoste reuexit triũphum. Io
1.Re.14. nathas adolescens virtutem fecit in magno prælio.
1. Mac.2. Quid de Maccabæis loquar? Sed prius de populo dicam patrum,qui cum essent parati ad repugnandum pro templo dei,& pro legitimis suis, dolo hostiũ die
I lacessiti sabbati,maluerũt vulneribꝰ offerre nuda corpora,q̃ repugnare,ne violarẽt sabbatum. Itaq; omnes lætise obtulerunt morti. Sed Maccabæi considerãtes quod hoc exemplo gens omnis posset perire,sabbato etiam,cũ ipsi in bellum prouocarentur, vlti sunt innocentium necem fratrum suorũ. Vnde postea stimulatus rex Antiochus, cũ bellum accẽderet p duces suos Lysiam, Nicanorem, Gorgiam, ita cum orientalibus suis & Assyrijs attritus est copijs, vt quadraginta & octo milia in medio campi à tribus milib⁹ prosternerẽtur. Virtutem ducis Iudæ Maccabæi de vno eius mi
1.Mac. 6. lite considerate. Nanq; Eleazarus cum supereminentem cæteris elephantem lorica vestitum regia aduerteret,arbitratus quòd in eo esset rex, cursu concito in medium legionis se proripuit,& abiecto clypeo vtraq; manu interficiebat bestiam, atque intrauit sub eam,& subiecto gladio interemit eam. Itaq; cadens bestia oppressit Eleazarum,atq; ita mortuus est. Quanta igitur K
virtus animi? primo vt mortem non timeret, deinde vt circunfusus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hostes,medium penetraret agmen, & contẽpta morte ferocior,abiecto clypeo, vtraq; manu vulneratæ molem bestiæ subiret ac sustineret, post infra ipsam succederet,quo pleniori ferret ictu:cuꝰ ruina inclusus magis q̃ oppressus, suo est sepultus triũpho. Nec fefellit opinio virũ,quis regius fefellerit habitꝰ. Tãto enim virtutis spectaculo defixit hostes, inermẽ occupatũ incursare non ausit,post casum ruẽtis bestię sic trepidauerũt, vt impares se omnes vnꝰ virtuti arbitrarẽtur. Deniq; rex Antiochꝰ, qui cũ centũ viginti milibus hominũ armatus venerat, & cũ triginta duobus elephantis,ita vt ad ortum solis p singulas bestias velut montes quidã armorũ coruisco tanq̃ lampabibꝰ ardentibus refulgerent,vnius territꝰ fortitudine, pacem rogaret. Itaque Eleazarus hæredem virtutis suæ pacem reliquit. Sed hæc triumphorum sint.

¶Fortitudinem nõ solũ in vincendo, sed etiã plus in tolerando constare. CAPVT XLI.

VERVM quia fortitudo nõ solum secundis rebus,sed etiã aduersis probatur, spectemus * *nunc.
Iudæ Maccabæi exitum. Is enim post victum Nicanorẽ regis Demetrij ducem, securior aduersus viginti milia exercitus regis cum *nongentis *Octingẽ
viris bellum adorsus, volẽtibus his cedere,ne multi- tis.
tudine opprimerẽtur,glorioſam magis mortẽ, q̃ turpem fugam suasit:Ne crimen,inquit,nostræ relinqua- 1. Mac.9.
mus gloriæ. Itaque cõmisso prælio,cum à primo ortu diei in vesperã dimicaretur, dextrũ cornu in quo validissimam manũ aduertit hostium, aggressus facilè auertit. Sed dum fugientes sequitur, à tergo vulneri locum præbuit. Ita glorioſiorẽ triũphis mortẽ inuenit. Quid Ionathan fratrẽ eius attexam, qui cũ parua L
manu aduersus exercitus regios pugnans, desertus à suis,& cum duobus tãtum relictus reparauit bellum, auertit hostem, fugitantes suos ad societatẽ reuocauit triumphi? Habes fortitudinem bellicã,in qua non mediocris honesti ac decori forma est,quod mortẽ serui tuti præferat ac turpitudini. Quid autẽ de martyrum dicã passionibus? Et ne longius euagemur, nõ minorẽ de superbo rege Antiocho Maccabæi pueri reuexe- 2.Mac.7.
runt triumphum,q̃ parentes proprij. Siquidem illi armati,isti sine armis vicerũt. Stetit inuicta septem puerorum cohors,regijs cincta legionibus,defecerũt supplicia,cesserũt tortores,nõ defecerũt martyres. Aliꝰ coriũ capitis exutus,speciem mutauerat, virtutẽ auxerat. Alius linguam iussus amputandã promere,respondit:Non solos dominus audit loquentes, qui audiebat Moysen tacentẽ. Plus audit tacitas cogitatiões suorũ, q̃ voces ommium. Linguæ flagellũ times,flagellũ sanguinis nõ times? Habet & sanguis vocẽ suã,qua clamat M
ad deum, sicut clamauit in Abel. Quid de matre loquar,quæ spectabat læta filiorum quot funera? tot trophęa,& morientiũ vocib⁹ tanq̃ psallentiũ cãtibus delectabatur,pulcherrimã vẽtris sui citharã in filijs cernẽs,& pietatis harmoniã omni lyrę numero dulciorẽ? Quid de bimulis loquar, qui ante palmã victorię acceperũt,q̃ sensum naturæ? Quid de sancta Agne, quæ in duarũ maximarũ rerũ posita piculo,castitatis & salutis:castitatẽ protexit,salutẽ cũ immortalitate cõmutauit? Nõ præteream⁹ etiã sanctũ Laurentiũ,qui cũ videret Sixtũ episcopũ suũ ad martyriũ duci,flere cœpit, nõ passionẽ illius,sed suã remansionẽ. Itaq; his verbis appellare cœpit:Quo ,pgrederis sine filio pater? Quo sacerdos sancte sine diacono ,pperas? Nunq̃ sacrificiũ sine ministro offerre cõsueueras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerẽ probasti? Experire certe

A vtrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti dominici sanguinis consecrationem, cui consummandorum consortium sacramentorum,huic consortium tui sanguinis negas? Vide ne periclitetur indicium tuũ dum fortitudo laudatur. Abiecto discipuli,detrimentum est magistri. Quid quod illustres & præstantes viri discipulorum certaminibus magis quã suis vincunt? Deniq; Abraham filium obtulit, Petrus Stephanũ præmisit. Et tu pater ostende in filio virtutem tuam, offer quem erudisti, vt securus iudicij tui comitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc Sixtus: Non ego te fili relinquo ac desero: sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes leuioris pugnæ cursum recipimus, te quasi iuuenem manet glorioſior de tyranno tryumphus. Mox venies,flere disiste, post triduum me sequeris. Inter sacerdotem & leuitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quæreres. Quid consortium patsionis meæ expetis? Totam tibi hæreditatem eius dimitto. Quid præsentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum præcedant,fortes sequantur,vt vincant sine magistro, qui iam non indigent magisterio. Sic & Helias Helisæum reliquit. Tibi ergo commendo nostræ virtutis
B successionem. Talis erat contentio,digna sane de qua certarẽt sacerdos & minister quis prior pateretur pro Christi nomine. In fabulis ferunt tragicis, excitatos theatri magnos esse plausus cum se Pylades Orestem diceret:Orestes,vt erat,Orestem se esse asseueraret:ille vt pro Oreste necaretur,Orestes ne Pyladem pro se pateretur necari. Sed illis non licebat viuere quod vterq; esset parricidij reus, alter qui fecisset, alter qui adiuuasset. Hic Laurentium sanctum ad hoc nullus vrgebat nisi amor deuotionis, tamen & ipse post triduũ cum illuso tyranno impositus super craticulam exureretur. Assum est,inquit:versa & manduca. Ita animi virtute vincebat ignis naturam.

¶Potestates non irritandas, & adulationibus non attendendum. CAPVT. XLII.

CAVENDVM etiam reor, ne dum aliqui nimia gloriæ ducuntur cupiditate, insolentius abutãtur potestatibus, & plerunq; auersos à nobis animos gentilium,in studia persecutionis excitent, atq; inflamment ad iracundiam. Itaq; vt illi perseuerare possint, & supplicia vincere, quantos perire faciũt? Prospiciẽdum etiã ne adulantibus aperiamus aurem. Emolliri enim adulatione, non solũ fortitudinis non esse,sed etiam ignauiæ videtur.
C

¶De temperantia,& eius partibus. CAPVT XLIII.

QVONIAM de tribus virtutibus diximus, restat vt de quarta virtute dicamus, quæ temperantia ac modestia vocatur in qua maxime tranquillitas animi,studium manſuetudinis,moderationis gratia,honesti cura, decoris consideratio spectatur & quæritur. Ordo igitur quidam vitæ nobis tenendus est, vt à verecundia prima quædam fundamenta ducantur, quæ socia ac familiaris est mentis placiditati,proteruiam fugitans,ab omni aliena luxu,sobrietatem diligit, honestatem fouet, decorum illud requirit. Sequatur conuersationis electio,vt adiungamur probatissimis quibusq; seniorib⁹. Nãq; vt æqualiũ vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodã & ductu vitæ colorat mores adolescentium,& velut murice probitatis inficit. Nanq; si ij qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adoriri gestiunt,quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum sibi iter vitæ aggredi,quo minus errare possint, & à vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius,quam eosdem & magistros vitę & testes habere. Quærendum est etiã in omni actu, quid D
personis,temporibus cõueniat,atq; ætatibus, quid etiã singulorum ingenijs sit accõmodum,Sepæ enim quod alterum decet,alterum non decet. Aliud iuueni aptũ, aliud seni:aliud in periculis, aliud in rebus secundis. Saltauit ante arcam domini Dauid, non saltauit Samuel. Nec ideo ille reprehensus,sed magis iste laudatus. Mutauit vultum coram rege cui nomen Achis. At hoc si fecisset remota formidine quo minus cognoscerẽtur, nequaquam leuitatis reprehensione carere potuisset. Saul quoq; vallatus choro prophetarum, etiã ipse prophetauit: & de solo quasi indigno memoratũ est: Et Saul inter prophetas.

¶Officio sibi congruo quenq; studere debere. CAPVT XLIIII.

VNVSQVISQVE igitur suum ingenium noverit, & ad id se applicet. quod sibi aptum elegerit. Itaq; quid sequatur, prius considerẽt. Non solum nouerit bona sua, sed etiam vitia cognoscat,æqualemq; se iudicem sui præbeat, vt bonis attendat,vitia declinet. Alius distinguendæ lectioni promptior? alius psalmo gratior: alius exorcizandis qui malo laborant spiritu,solicitior: alius sacrario oportunior habetur. Hæc oia spectet sacerdos, & quid cuique cõgruat,id officij deputet. Quo etenim vnumquẽq; suũ ducit ingenũ, aut quod officiũ decet, id maiore implet gratia. Sed id cũ in omni vita difficile sit, tum in nostro actu difficilimũ est. Amat enim vnusquisq; sequi vitã parentũ. Deniq; plerique ad militiã feruntur quorũ militauerũt parẽtes, alij ad actiones diuersas. In ecclesiastico vero officio nihil rarius inuenias,q̃ eũ qui sequatur institutũ patris, vel quia graues deterrẽt actus, vel quia in lubrica ætate difficilior abstinentia, vel quia alacri adolescẽtiæ videtur vita obscurior? & ideo ad ea cõuertuntur studia, quæ plausibi- E
liora arbitrãtur. Præsentia quippe plures q̃ futura præferunt. Illi autẽ præsentibus, nos futuris militamus. Vnde quo præstantior causa, eo debet esse cura attẽtior.

¶De pulchro & honesto. CAPVT XLV.

AENEAMVS igitur verecundiã, & eã quæ totius vitæ ornatũ attollit modestiã. Non enim mediocre est rebus singulis modũ seruare, at q; impartiri ordinẽ, in quo vere prælucet illud quod decorum dicitur, quod ita cũ honesto iungitur, vt separari nõ queat. Siquidẽ & quod decet,honestũ est: & quod honestum est, decet: vt magis in sermone distinctio sit, quã in virtute discretio. Differre enim ea inter se intelligi potest, explicari non potest. Et vt conemur aliquid eruere distinctionis, honestas velut bona valetudo est, & quædam salubritas corporis: decus autẽ tanquã venustas & pulchritudo sit. Sicut ergo pulchritudo sup salubritatẽ ac valetudinem videtur excellere, & tamen sine his esse nõ potest, neq; vllo separari modo, quoniã nisi bona valetudo sit, F
pulchritudo esse ac venustas non potest: sic honestas decorũ illud in se cõtinet, vt ab ea profectũ videatur. & sine ea esse non possit. Velut salubritas igitur totius operis actusq; nostri honestas est, & sicut species est de corũ,quod cũ honestate cõfusum opinione distingui tur. Nam etsi in aliquo videatur excellere, tamẽ in radice est honestatis, sed flore præcipuo, vt sine ea decidat, in ea floreat. Quid enim est honestas, nisi quę turpitudinem quasi mortẽ fugiat? Quid vero in honestũ, nisi quod ariditatem ac mortem afferat? Virente igitur substãtia virtutis, decorum illud tanquam flos emicat, quia radix salua est. At vero ,ppositi nostri radice
vitiosa, nihil germinat. Habes hoc in nostris aliquãto Psal.92.
expressius. Dicit enim Dauid: Domin⁹ regnauit, deco Rom.13.

G rẽ induit. Et Apoſtolus ait: Sicut in die, honeſte ambulate. Quod Græce dicitur εὐχημόνως. Hoc autem proprie ſignificat, bono habitu, bona ſpecie. Deus ergo primũ hominẽ cum conderet: bona habitudine, bona membrorũ cõpoſitione formauit, & optimã ei ſpeciẽ dedit, remiſſionẽ nõ dederat peccatorum: ſed poſteaq̃ renouauit eum ſpiritu, & infudit ei gratiam, qui venerat in ſerui forma, & in hominis ſpecie, aſſumpſit decorem redẽptionis humanæ. Et ideo dixit propheta:
Pſal.92. Dominus regnauit, decorẽ induit. Deinde alibi dicit:
Pſal.64. Te decet hymnus deus in Sion. Hoc eſt dicere. Honeſtum eſt vt te timeamus, te diligamus, te precemur, te
1.Cor.14 honorificemus. Scriptum eſt enim: Omnia veſtra honeſte fiant. Sed poſſumus & hominem timere, diligere, rogare, honorare. Hymnus ſpecialiter deo dicitur. Hoc tanq̃ excellẽtius cæteris credere eſt decorũ, quod deferimus deo. Mulierẽ quoq; in habitu ornato orare conuenit, ſed ſpecialiter eã decet orare velatã, & orare promittentem caſtitatem cum bona conuerſatiõe.

¶Quod naturalia pulchra ſint & honeſta: turpia vero contra naturam, CAPVT XLVI.

Est igitur decorũ quod præminet, cuius diuiſio gemina eſt. Nam eſt decorũ quaſi generale, quod per vniuerſitatẽ finditur honeſtatis, & quaſi toto ſpectatur corpore. Eſt etiã ſpeciale, quod in parte aliqua enitet. Illud ge
H nerale ẽtã eſt, ac ſi æquabilẽ formam atq; vniuerſitatẽ honeſtatis in omni actu ſuo habeat concinentẽ, cũ omnis ſibi eius vita cõſentit, nec in vlla aliqua re diſcrepat. Hoc ſpeciale, cum aliquẽ actũ in ſuis habet virtutibus præminentem. Simul illud aduerte, quod & decorum eſt ſecundum naturã viuere, ſecundum naturã degere: & turpe eſt quod fit cõtra naturam. Ait enim
1. Cor.11. Apoſtolus quaſi interrogans: Decet mulierem nõ velatam orare deum? Nec ipſa natura nos docet. Quod vir quidẽ ſi comam habeat, ignominia eſt illi, quoniã contra naturam eſt. Et iterum dicit: Mulier vero ſi capillos habeat, gloria eſt illi. Eſt enim ſecundum naturam, quoniã quidẽ capilli pro velamine ſunt. Hoc eſt enim naturale velamen. Perſonam igitur nobis & ſpeciem natura ipſa diſpenſat, quã ſeruare debemus: vtinamq; & innocentiã eius cuſtodire poſſimus, nec acceptam noſtram malitia mutaret. Habes hũc decorẽ genetalem, quia fecit deus mũdi iſtius pulchritudinem. Habes & per partes, quia cum faceret deus lucem, & diem noctemq; diſtingueret, cum conderet cælum, cũ
I terras & maria ſepararet, cum ſolem & lunam & ſtellas conſtitueret lucere ſuper terram, probauit ſingula. Ergo decorũ hoc quod in ſingulis mundi partib⁹ eluProuer. 8 cebat, in vniuerſitate reſplenduit, ſicut probat ſapiẽtia dicens: Ego eram cui applaudebat, cum lætaretur orbe perfecto. Similiter ergo & in fabrica humani corporis grata eſt vnuſcuiuſq; membri portio. Sed plus in commune compoſitio membrorum apta delectat, quod ita ſibi quadrare & conuenire videantur.

¶Quarum paſsionum reſtrictione pulchrum illud poſsit acquiri. CAPVT XLVII.

Si quis igitur æquabilitatem vniuerſæ vitæ, & ſingularum actionum modos ſeruet, ordinẽ quoq; & conſtantiam dictorum atq; operũ, moderationemq; cuſtodiat, in eius vita decorum illud excellit, & quaſi in quodam ſpeculo elucet. Accedat tamen ſuauis ſermo, vt conciliet ſibi affectum audientium, gratumq; ſe vel familiaribus, vel ciuibus, vel ſi fieri põt oĩbus præbeat, neq; adulãtẽ ſe, neq; adulandum cuiquã exhibeat. Alterũ enim calliditatis eſt, vanitatis alterum. Non deſpiciat quid de ſe vnuſquiſq; & maxime vir optimus ſentiat. Hoc enim modo diſcit bonis deferre reuerentiam. Nam negligere bonorum K
iudicia, vel arrogantiæ, vel diſſolutionis eſt: quorum alterum ſuperbiæ aſcribitur, alterum negligentiæ. Caueat etiam motus animi ſui. Ipſe enim ſibi & obſeruandus & circunſpiciendus eſt, & vt aduerſum ſe cauendus, ita etiam de ſe tuendus. Sunt enim motus, in quib⁹ eſt appetitus ille, qui quaſi quodã prorumpit impetu. Vnde græce ὁρμὴ dicitur, quod vi quadam ſe repente propiat. Non mediocris in his vis quædam animi atq; naturæ eſt. Quæ tamen vis gemina eſt. Vna in appeti
tu, altera in ratione poſita, quæ appetitum refrenet, & ſibi obedientem præſtet, & ducat quo velit, & tanquã ſedulo magiſterio edoceat quid fieri, quid euitari oporteat vt bonę dominatrici obtẽperet. Soliciti enim debemus eſse ne quid temere aut incurioſe geramus, aut quicquã omnino cuius probabilem non poſsimus rationẽ reddere. Actus enim noſtri cauſa etſi nõ omnibus redditur, tamen ab omnibus examinatur. Nec vero habemus in quo nos poſsimus excuſare. Nam etſi vis quædam naturæ in omni appetitu ſit, tamen idem appetitus rationi ſubiectus eſt lege naturæ ipſius, & obedit ei. Vnde boni ſpeculatoris eſt, ita prætendere animo, vt appetitus neque præcurrat rationem, neq; deſerat: ne præcurrendo perturbet atq; excludat, eãq; deſerẽdo deſtituat. Perturbatio tollit cõſtantiã, deſtitutio prodit ignauiã, accuſat pigritiã. Perturbata enim mente latius ſe ac longius fundit appetitus, & tanquã efferato impetu frenos rationis nõ ſuſcipit, L
nec vlla ſentit aurigæ moderamina, quib⁹ poſsit reflecti. Vnde plerunq; nõ ſolũ dũ animus exagitatur amittur ratio, ſed etiã inflãmatur vultus vel iracundia, vel libidine, palleſcit timore, voluptate ſe non capit, & nimia geſtit lætitia. Hæc cũ fiunt, abijcitur illa naturalis quædam cenſura, grauitasq; morũ: nec teneri poteſt illa quæ in rebus gerẽdis atq; conſilijs ſola poteſt authoritatem ſuã atque illud quod deceat tenere, cõſtantia. Grauior autem appetitus ex indignatione nimia naſcitur, quã acceptæ plerunq; accendit iniuriæ dolor. De quo ſatis nos Pſalmi quẽ in præfatione poſuimus, præcepta inſtruũt. Pulchre autem & hoc accidit. vt ſcripturi de officijs, ea præfationis noſtræ aſsertione vteremur, quæ & ipſa ad officij magiſterium pertineret.

¶De tribus generibus hominum iniurias accipientium. CAPVT XLVIII.

Sed quia ſupra, vt oportebat, perſtrinxim⁹ quẽ admodũ vnuſquiſq; cauere poſsit ne excitetur M
accepta iniuria, verẽtes ne præfatio prolixior fieret, nunc de eo vberius diſputandum arbitror. Locus enim oportunus eſt vt in partibus tẽperantiæ dicamus quẽadmodum reprimatur iracundia. Tria itaq; genera eſse hominũ iniuriã accipiẽtium, in ſcripturis diuinis demonſtrare volumus ſi poſſumus. Vnũ eſt eorũ quibus peccator inſultat, conuitiatur, inquietat. Iis quia deeſt iuſtitia, pudor creſcit, augetur dolor. Horũ ſimiles plurimi de meo ordine, de meo nũero. Nã mihi infirmo ſi quis iniuriã facit, forſitan, licet infirmus, donẽ iniuriam meã. Si crimen obijciat, nõ ſum tãtus, vt ſim cõtẽtus cõſciẽtia mea, etiã ſi me eius obiecti alienum nouerim, ſed cupio abluere ingenui pudoris notã, tanquã infirmus. Ergo oculũ pro oculo, & dentẽ Deut. 19.
pro dẽte exigo, & cõuitiũ cõuitio rependo. Si vero is ſum qui proficiã, & ſi nõdum perfectus, nõ retorqueo contumeliã: & ſi influat ille conuitijs, & inundet aures meas cõtumelijs, ego taceo, & nihil reſpõdeo. Si vero perfectus ſim (verbi gratia loquor, nã veritate infirm⁹ ſum) ſi ergo perfectus ſim, benedico maledicẽtẽ, ſicut benedicebat & Paul⁹, qui ait: Maledicimur, & benedicimus. Audierat enim dicentẽ: Diligite inimicos ve- 1. Cor.4.
ſtros, orate pro calũniantibus & perſequentibus vos. Matt.5.

A Ideo Paulus perſecutionem patiebatur & ſuſtinebat, quia vincebat & mitigabat humanũ affectũ propoſitæ mercedis gratia, vt fili⁹ dei fieret ſi dilexiſset inimicũ. Tamen & ſanctũ Dauid in hoc quoq; genere virtutis imparẽ Paulo nõ fuiſse edocere poſſumus: qui primo
2. Re.16. quidem cũ malediceret ei fili⁹ Semei, & crimina obijceret, tacebat, & humiliabatur, & ſilebat à bonis ſuis, hoc eſt: bonorũ operũ conſcientia: deinde expetebat maledici ſibi, quia maledicto illo diuinã exquirebat miſericordiã. Vide autẽ quomodo & humilitatẽ & iuſtitiã & prudentiã emerendæ à domino gratie reſeruerit. Primo dicit: Ideo maledicit mihi, quia domin⁹ dixit illi vt maledicat. Habes humilitatẽ, quia ea quæ diuinitus imperabãtur, æquanimiter quaſi ſeruulus ferenda arbitrabatur. Iterũ dixit: Ecce filius me⁹ qui exiuit de vẽtre meo, quærit animã meã. Habes iuſtitiã. Si enim à noſtris grauiora patimur, cur indigne ferimus quæ inferuntur ab alienis? Tertio ait: Dimitte illũ vt
*bonum maledicat, quoniã dixit illi domin⁹, *vt videat humilia
tionem meam, & retribuet mihi domin⁹ *pro maledicto hoc. Nec iam ſolum cõuitiantem pertulit, ſed etiã lapidantem & ſequentem illæſum reliquit, quinetiam poſt victoriã petenti veniã libenter ignouit. Quod eo
B inſerui, vt euangelico ſpiritu ſanctum Dauid non ſolum inoffenſum, ſed etiam gratum fuiſse conuitianti docerem, & delectatum potius q̃ exaſperatum iniurijs, pro quibus mercedem ſibi reddendam arbitrabatur. Sed tamen quanuis perfectus, adhuc perfectiora quærebat. Incalefcebat iniuriæ dolore quaſi homo, ſed vincebat ſpiritu, quaſi bonus miles. Tolerebat qua ſi athleta fortis: patientiæ autẽ finis promiſſorum expectatio: & ideo dicebat: Notũ fac mihi domine finẽ
Pſal.38. meum, & numerum dierum meorum, qui eſt vt ſciam quid deſit mihi. Finem illum quærit promiſſorum cęleſtium, vel illum quando vnuſquiſq; ſurget in ſuo or-
1.Cor.15. dine, primitiæ Chriſtus, deinde ij qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis. Tradito enim regno deo & patri, & euacuatis omnibus poteſtatibus, vt Apoſtolus dixit, perfectio incipit. Hic ergo impedimentum, hic infirmitas etiam perfectorum, illic plena perfectio. Ideo & dies illos requirit vitæ æternæ qui ſunt, non qui prætereunt, vt cognoſcat quid ſibi deſit, quæ terra ſit repromiſſionis perpetuos fructus ferens, quæ prima apud patrem manſio, quæ ſecunda, quæ tertia, in quibus pro ratione meritorũ vnuſquiſq; requieſcit. Illa ergo nobis expetenda, in quibus perfectio, in quibus veritas eſt. Hic vmbra, hic imago, illic
*vt veritas. Vmbra in lege, imago in euangelio, veritas in cęleſtibus. Ante agn⁹ offerebatur, offerebatur *vitul⁹, nunc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſsionem, & offert ſe ipſe quaſi ſacerdos, vt
*dimittat peccata noſtra *admittat. Hic in imagine, ibi in verita
C te, vbi apud patrem pro nobis quaſi aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus: illic facie ad faciem, vbi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate eſt.

¶De vanitate calcanda. CAPVT XLIX.

Ergo dum hic ſumus, ſeruemus imaginem, vt ibi perueniamus ad veritatem. Sit in nobis imago iuſtitiæ, ſit imago ſapientiæ, quia veniemus ad illum diem, & ſecundum imaginem æſtimabimur. Non inueniat in te aduerſarius imaginem ſuam, non rabiem, nõ furorem. In his enim
1.Petri.5. imago nequitiæ eſt. Aduerſarius enim diabolus ſicut leo rugiens quærit quem occidat, quem deuoret. Non inueniat auri cupiditatem, non argenti aceruos, non vitiorum ſimulachra, ne auferat tibi vocem libertatis. Vox enim libertatis illa eſt, vt dicas. Veniet hui-
Ioã.14. us mundi princeps, & in me inueniet nihil. Itaque ſi ſecurus es quod nihil in te inueniat cum venerit perD
ſcrutari, dices illud quod dixit ad Laban Iacob patriarcha: Cognoſce ſi quid tuorum apud me eſt. Merito beatus Iacob, apud quem nihil Laban ſuum potuit reperire. Abſcõderat enim Rachel ſimulachra deorum eius aurea & argentea. Itaq; ſi ſapientia, ſi fides, ſi contemptus ſeculi, ſi gratia tua abſcondat omnem perfidiam, beatus eris, quia non reſpicis in vanitates & inſanias falſas. An mediocre eſt tollere vocem aduerſario, vt arguendi te nõ poſsit habere authoritatem? Itaque qui non reſpicit vanitates, non conturbatur, qui enim reſpicit, cõturbatur, & vaniſsime quidem. Quid eſt enim cõgregare opes, niſi vanũ? quia caduca quęre, vanũ eſt ſatis. Cum autẽ cõgregaueris, qui ſcias an poſsidere liceat tibi? Nonne vanũ eſt vt mercator noctibus ac diebus cõficiat iter quo aggregare poſsit theſauri aceruos, merces congerat, cõturbetur ad preciũ, ne forte minoris vendat q̃ emerit, aucupetur locorum precia, & ſubito aut latrones in ſe inuidia famoſæ negociationis excitet, aut nõ expectatis ſereniorib⁹ flatibus, dum lucrũ quærit, naufragiũ *impatiẽs moræ in * patiens
cidat? An non conturbatur etiam ille vane, qui ſummo mortem
labore coaceruat quod neſciat cui hæredi relinquat? Sæpe quod auarus ſumma cõgeſſerit ſolicitudine, præcipiti effuſione dilapidat hæres luxurioſus, & diu quæſita, turpis helluo, præſentium cæcus, futuri improuidus, quadam abſorbet voragine. Sæpe etiam ſperatus ſucceſſor inuidiã * partæ acquirit hæreditatis, & cele- *partitæ
ri obitu extraneis aditæ ſucceſsionis tranſcribit cõpendia. Quid ergo vane araneam texis, quæ inanis & ſine fructu eſt, & tanquam caſses ſuſpendis inutiles diuitiaE
rum copias, quæ etſi fluãt, nihil profunt, immo exuunt te imaginem dei, & induunt terreni imaginem? Si tyrãni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius eſt dãnationi? Tu deponis imaginem æterni imperatoris, & erigis in te imaginem mortis? Eijce magis de ciuitate animæ tuæ imaginem diaboli, & attolle imaginẽ Chriſti. Hæc in te fulgeat, in tua ciuitate, hoc eſt in anima reſplendeat, quæ obliterat vitiorum imagines, de quibus ait Dauid: Domine in ciuitate tua ad nihilum de- Pſal.72.
duces imagines eorum. Cum enim depinxerit illam Hieruſalem dominus ad imaginem ſuam, tunc aduerſariorum omnis imago delebitur.

¶Quod officiorũ gratia miniſtros altaris maxime deceat: quod teſtimonio Leuitici cõprobatur. CAP. L.

Quod ſi euangelio domini etiã populus ipſe ad deſpicientiam opum informatus atq; inſtitut⁹ eſt, quãto magis vos leuitas oportet terrenis non teneri cupiditatibus, quorum deus portio eſt? Nã cũ diuideretur à Moyſe poſſeſsio terrena patrũ populo, excepit Leuitas dominus
à terrenæ pſſeſsionis cõſortio, quod ipſe illis eſſet funiculus hæreditatis. Vnde ait Dauid: Domin⁹ pars he- Pſal.15.
ditatis meæ, & calicis mei. Deniq; ſic appellatur Leuita, ipſe meus, vel ipſe pro me. Magnũ ergo munus eius, F
vt de eo dominus dicat, ipſe meus. Vel quẽadmodum Petro dixit de ſtatere in ore piſcis reperto: Dabis eis Matt.17.
pro me, & pro te. Vnde & Apoſtolus cũ epiſcopũ di- 1.Tim.3.
xiſſet debere eſse ſobriũ, pudicũ, ornatũ, hoſpitalẽ, docibilem, nõ auarũ, nõ litigioſum, domui ſue bene prepoſitum, addidit, Diaconos ſimiliter oportet eſse graues, nõ bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrũ ſectãtes, habẽtes myſteriũ fidei in cõſciẽtia pura. Et hi autẽ probẽtur primũ, & ſic miniſtrẽt, nullum crimẽ habentes, Aduertimus quãta in nobis requirantur, vt abſtinẽs ſit à vino miniſter domini, vt teſtimonio bono fulciatur, nõ ſolũ fideliũ, ſed etiã ab ijs qui foris ſunt. Decet enim actuum operũq; noſtrorũ teſtẽ eſse publicã exiſtimationẽ & atteſtationẽ, ne deroge-

Gtur muneri,vt qui videt ministrũ altaris cõgruis ornatum virtutib⁹,autorẽ prædicet,& dominũ veneretur, qui tales seruulos habeat. Laus enim domini, vbi mũda possessio,& innocẽs familię disciplina. De castimonia autem quid loquar quãdo vna tantum,nec repetita permittitur copula? Et in ipso ergo cõiugio lex est, non iterare coniugiũ,nec secundæ coniugis sortiri cõiunctionem. Quod plerisq; mirum videtur, cur etiã ante baptismum iterato cõiugio, ad electionem muneris & ordinationis prærogatiuam impedimenta generẽtur,cum etiam delicta obesse non soleant si lauacri remissa fuerit sacramẽto. Sed intelligere debemus quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In cõiugio nõ culpa,sed lex est,quod culpę est igitur,in baptismate relaxatur:quod legis est, in coniugio non soluitur. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit? Inoffensum autem exhibendum & immaculatum ministerium,nec vllo coniugali coitu violandũ cognoscitis,qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiã ab ipso cõsortio coniugali, sacri ministerij gratiã recepistis. Quod eõ nõ præterij, quia in plerisq; additioribus locis cũ ministerium gererent,vel etiã sacerdotium,filios susceperunt,& id tãquam vsu veteri defendunt,quando per interualla dierum sacrificiũ deferebatur,& tamen castificabatur etiã populus per bi
H duum aut per triduum,vt ad sacrificium purus accede
Exod.19. ret,vt in veteri testamento legimus: Et lauabat vestimenta sua. Si in figura tanta obseruantia,quanta in veritate? Disce sacerdos atq; Leuita quid sit lauare vestimenta tua,vt mundũ corpus celebrandis exhibeas sacramẽtis. Si populus sine ablutione vestimẽtorũ suorum prohibebatur accedere ad hostiã suam, tu illot⁹ mẽte pariter & corpore,audes pro alijs supplicare,audes pro alijs ministrare? Nõ mediocre officiũ Leuita-
Nume.3. rũ,de quib⁹ dicit domin⁹: Ecce eligo Leuitas de medio filiorũ Israel pro omni primogenito aperiẽte vuã in filijs Israel redẽptiones eorũ erũt iusti,& erũt mihi Leuitæ. Mihi enim sanctificaui primogenitũ in terra Egypti. Cognouimus quia non inter cæteros Leuitæ computantur, sed omnibus præferuntur, qui eliguntur ex omnibus,& sanctificantur, vt primogenita fructuũ atq; primitiæ quæ domino deputantur,in quibus est votorum solutio,& redẽptio peccatorum. Nõ accipies,inquit,eos inter filios Israel,& constitues. Leuitas super tabernaculũ testimonij, & super omnia vasa ei⁹,*altare. *& super quæcũq; sunt in ipso. Ipsi tollãt tabernaculum,& omnia vasa eius,& ipsi ministrent in eo,& in circuitu tabernaculi castra ipsi constituãt, & promouendo,tabernaculum ipsi deponant Leuitę: & constituẽdo castra, rursum tabernaculum ipsi statuãt, Alienigena quicũq; accesserit,morte moriatur. Tu ergo electus ex omni numero filiorũ Israel,inter sacros
I fructus quasi primogenitus æstimatus, præpositus tabernaculo, vt prætendas in castris sanctitatis & fidei, ad quę si alienigena accesserit,morte morietur,posit⁹ vt operias arcam testamenti. Non enim omnes vident alta mysteriorum,quia operiuntur à Leuitis,ne videãt qui videre non debent, & sumant qui seruare nõ possunt. Moyses deniq; circuncisionem vidit spiritalẽ,sed operuit eam,vt in signo circuncisionem præscriberet. Vidit & azyma synceritatis & veritatis,vidit passionẽ domini, operuit azymis corporalibus azyma veritatis:operuit passionẽ domini, agni vel vituli immolatione: & boni Leuitæ seruauerunt mysteriũ fidei suæ sub hoc tegmine: & tu mediocre putas quod commissum est tibi? Primum vt alta dei videas,quod est sapiẽtiæ:deinde vt excubias pro populo deferas, quod est iustitiæ:castra defendas, tabernaculũq; tuearis, quod est fortitudinis: teipsum cõtinentem ac sobrium præstes,quod est temperantiæ. Hæc virtutum genera ptin K
cipalia constituerunt etiam ij qui foris sunt. sed communitatis superiorem ordinem quam sapientiæ iudicauerunt,cum sapientia fundamẽtum sit, iustitia opus sit, quod manere non potest nisi fundamentum habeat. Fundamentum autem Christus est. Prima ergo 1. Cor. 3.
fides,quæ est sapientia,vt Salomon dicit, secutus patrem. Initium sapientiæ timor domini. Et lex dicit: Di Eccle. 1.
liges dominum deum tuum,diliges proximum tuum. Deuter. 6
Pulchrum est igitur vt gratiam tuam atque officia in societatem humani generis conferas. Sed primum illud decorum est, vt quod habes preciosissimum, hoc est mentem tuam(qua nihil habes præstantius) deo deputes. Cum solueris autori debitum, licet vt opera tua in beneficentiam & adiumẽta hominum conferas,atque opem feras necessitatibus aut pecunia,aut officio aut etiam quocunque munere:quod late patet in vestro ministerio. Pecunia,vt subuenias, debito obligatum liberes. Officio,vt seruanda suscipias, quæ metuit amittere qui deponenda credidit. Officium est igitur depositum seruare ac reddere. Sed interdum commu Quando
tatio fit aut tempore,aut necessitate, vt non sit officiũ nõ sit red
reddere quod acceperis: vt si quis contra patriam opẽ dendũ de
Barbaris ferens pecuniam apertus hostis reposcat, aut depositum.
si cui reddas cum adsit qui extorqueat, si furenti restituas cum seruare non queat, si insanienti gladium depositum non neges quo se ille interimat, nonne soluis se contra officium est? Si furto quæsita sciens suscipias, Mat. 14.
vt fraudetur qui amiserat, nonne contra officium est? Est etiam contra officium nonnunquam soluere promissum,sacramentũ custodire,vt Herodes,qui iurauit L
quoniã quicquid petisset,daret filiæ Herodiadis, Iudic. 11.
& necem Ioannis præstitit,ne promissum negaret. Nã de Iepte quid dicam, qui immolauit filiã, quæ sibi victori prima occurrerat, quo votũ impleret quod sponderat vt quicquid sibi primum occurrisset, offerret deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quã promissum parricidio soluere. Hæc quanti cõsilij sit prospicere,non ignoratis. Et ideo eligatur Ieuita, qui sacrarium custodiat,ne fallatur consilio,ne fidem deserat,ne mortẽ timeat,ne quid intemperantius gerat, vt specie ipsa grauitatem præferat: nec solũ animum,sed etiam oculos cõtinentes habere quẽ deceat,ne vel ipse frontem sobrietatis fortuitus violet occursus: quoniam qui viderit mulierẽ ad concupiscendum eã,adul Matt. 5.
terauit eam in corde suo. Ita adulterium non solũ facti colluuione,sed etiam aspectus intentione cõmittitur. Magna hæc videntur,ac nimis seuera, sed in magno munere non superflua,qnando tanta est Leuitarũ gratia,vt de his Moyses in benedictiõibus diceret: Da te Leui *viros eius,date Leui manifestos eius,date Le *veros
ui sortẽ suffragij sui,& veritates eius viro sancto, quẽ Deute. 33.
tentauerũt in tentationibus, maledixerũt super aquã M
contradictionis. Qui dicit patri suo,& matri suæ. Non noui te: & fratres suos non cognouit,& filios suos abdicauit: hic custodit verba tua, & testamentum tuum obseruabit. Illi ergo veri eius, & manifesti eius, qui nihil in corde doli habeant, nihil fraudis occultent, sed verba eius custodiant,& in corde suo conferant, sicut cõferebat & Maria: qui suos parentes officio suo non nouerint præferendos, qui violatores oderint castitatis,pudicitiæ vlciscãtur iniuriã,nouerint officiorum tempora,quod maius, quod minus sit, quod cuique aptum sit tempori,& vt id solum sequantur quod honestum ẽst. Sane vbi duo honesta, id quod honesti⁹ est,præponendũ putent. Hi iure benedicti,Si quis ergo manifestet iustitias dei, & incẽsum ponat benedic domine virtutem ipsius opera manuum eius susci pẽ,vt gratiã propheticæ benedictionis inueniat apud eum qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

CAPITA LIBRI SECVNDI
OFFICIORVM.

Honestate vitam acquiri beatam. Caput i.
Beatitudinem multis & diuersis modis philosophos æstimasse,sed iuxta nostros in cognitiõe diuina solummodo & operibus constare. Caput ii.
Omnia philosophorum apud nos argumenta vanesce re,qui aut in sola rerum scientia,aut voluptate, aut commoditate corporis & externa beatitudine constituere Caput iii.
Beatitudinẽ doloribus & necessitatibus adipisci,exempla de patribus. Caput iiii.
Quæ putãtur bona, plerũq; impedimẽto esse ad beatã & æternã vitam: & quę mala, materias quasdã esse virtutũ & æternarum beatitudinem. Caput v.
De vtili nõ quęstuoso illo,sed iusto & honesto. C. vi.
Vtilitatem pręcipue fide & dilectione & æquitate mentiendam. exempla de Dauid & Moyse, qui idcirco maxime diligebãtur à populis,quia ꝓ ipsis sese obiectarent periculis. Caput vii.
Cõsilia plurimum ad conciliationem valere allorum quod claruit in Salomone. Caput viii.
Virtutes omnes indiuiduas,sed opinione vulgi seiunctas,nec tamen apud ipsum vulgus alteram sine altera comprobari,nõ solum à philosophis,sed plus etiam intimatur à nostris. Caput ix.
Mystica interpretatio super Salomone & regina Saba. Caput x.
Quod à probis viris consilium sit requirendum, exempla de patribus. Caput xi.
Improbos homines,licet prudentes videantur,fugiẽdos. Caput xii.
Sapientiam vitiosos homines sibi vendicare non debere, quippe quæ nullum consortium cum vitijs potest habere. Caput xiii.
Quod prudentia omnibus virtutibus sit assocĩa, maxime in cupiditate calcanda. Caput xiiii.
De liberalitate quæ non solum facultatem dispersione sed & benevolẽtia constat & consilio. Cap. xv.
De sobrietate,quæ & temperãtia,in liberalitate seruãda,exemplum de Ioseph,& eius prudentissimo per interpretationem somnij consilio. Caput xvi.
A qualis meriti viro consilium sit requirẽdum,introducuntur Paulus & Ioseph Caput xvii.
Quod mali cõsiliarij sæpe fiant in ruinam,introducitur Roboam cõsilio iuuenũ deceptus. Caput xviii.
Iustitia & benevolentia & affabilitate non fucata plurimos posse conciliari. Caput xix.
Ad cõmendationes hominũ plutimũ valere si probatis adhæreant. exempla de patribus:& dispares etiã ætate,vitæ delectari similitudine,exemplum ponitur de Petro & Ioanne. Caput xx.
De laude miserationis & hospitalitatis,& malo prodigalitatis,& inanis fauoris, & hoc maxime in sacerdotibus reprehenditur, qui omnia ornate & ordinate agere debent. Caput xxi.
De modo inter remissionem & seueritatem conseruãdo,& quod simulata remissio grauiores aliquando causas adoriatur,exemplũ de Absalon. Cap. xxii.
Quod pecunia redempti non diu fidem custodiant Caput xxiii.
Bonis tantum artibus ad honores nitendum, maxime ecclesiasticos,nec inferiores ordines simulatis virtutibus episcopo derogare,nec itẽ episcopum clero esse inuidũ, sed iustum in omnibus, maxime in iudicando. Caput xxiiii.
Fauores & beneficia plus pauperibus quam diuitibus eroganda, qui de eo quod dines forte dedignatur, pauper maximam tibi habet gratiam, & quod beneficia non sola pecunia fiant. Caput xxv.
De malo auaritiæ, exempla de Balaam, & Acham, & Dalila. Caput xxvi.
De benignitate,& quod excõmunicatio tardius sit exercenda. Caput xxvii.
De bono compassionis,& quod sacris ecclesiarum thesauris non sit parcendum tempore necessitatis, exẽpli causa inducitur Laurentius,& ipse Ambrosius. Caput xxviii.
Deposita viduarum,imo omnium fidelium in ecclesia cum sui etiam periculo cõseruanda, exemplum de Onia,& Heliodoro,& seipso,& Ticinensi episcopo. Caput xxix.
Qui fugiendi,& qui sint in bono zelandi. Caput xxx.

Diui Ambrosii
EPISCOPI MEDIOLANENSIS OFFI. LIB. II.

¶Honestate vitam acquiri beatam. CAPVT I.

SVPERIORE libro de officijs tractauimus,quæ cõuenire honestati arbitramur,in qua vitam beatã positã esse minime dubitamus, quã scriptura appellat vitã æternã. Tãtus enim splendor honestatis est, vt vitam beatã efficiãt trãquillitas cõsciẽtiæ, & securitas innocẽtiæ, Et ideo sicut exortus sol, lunæ globũ & cætera stellarũ absconditmumina, ita fulgor honestatis ubi vero & incorrupto vibrat decore,cætera quæ putãtur bona secundũ voluptatẽ corporis,aut secundũ seculi clara & illustria,obumbrat. Beata plane, quæ nõ alienis æstimatur iudicijs,sed domesticis percipitur sensibus, tãq; sui iudex. Neq; enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit,neq; ꝓ supplicio pauet. Itaque quo minus sequitur gloriã,eo magis super eã eminet. Nam ꝓ
qui gloriã requirũt,ijs iã merces præsentiũ, vmbra fu Matt. 6.
turorum est,quæ impediat vitam æternã: quod in Euãgelio scriptum est: Amen dico vobis,receperũt mercedem suam, de ijs scilicet qui velut tuba canendo libertatem suam quã faciunt circa pauperes,gestiũt. Similiter & de ieiunio quod ostentationis causa faciunt habent,inquit,mercedem suam. Honestatis igitur est vel misericordinm facere vel ieiunium deferre in abscondito,vt mercedem videaris à solo deo tuo quærere,non etiã ab hominibus. Nã qui ab hominibus quærit,habet mercedem suam. qui autem à deo,habet vitam æternã,quã præstare nõ potest nisi autor æternitatis, sicut illud est: Amen dico tibi, hodie mecum eris Lucæ. 23.
in paradiso. Vnde expressius scriptura vitam æternam appellauit eam quæ sic sit beata, vt hominum opinionibus æstimanda relinqueretur,sed diuino iudicio committeretur.

¶Beatitudinẽ multis & diuersis modis philosophos æstimasse,sed iuxta nostros in cognitione diuina solummodo & bonis operibus constare. CAPVT II.

TAQVE philosophi vitam beatam alij in non dolendo posuerunt, vt Hieronymus. Alij in rerum scientia,vt Herillus,qui audiens ab Aristotele & Theophrasto mirabiliter laudatam esse rerum scientiam solã eam quasi summum bonum posuit, cum illi eam quasi bonum, non quasi solum bonum laudauerint. Alij voluptatem dixerunt,vt Epicurus. Alij,vt Calipho,& post eũ Diodorus,ita interpretati sunt vt alter ad voluptatem, alter ad vacuitatem doloris, consortium honestatis ad-

G iungerent, quod ſine ea non poſsit eſse beata vita. Zenon Stoicus ſolum & ſummum bonum quod honeſtum eſt: Ariſtoteles autem & Theophraſtus & cæteri Peripatetici, in virtute quidem, hoc eſt, in honeſtate vitam beatam eſse, ſed compleri eius beatitudinem etiam corporis voluptatibus atque externis bonis aſseruerunt. Scriptura autem diuina vitam beatam in cognitione poſuit diuinitatis, & fructu bonæ operationis. Denique vtriuſq; aſsertionis euangelicum ſuppetit teſtimonium. Nam & de ſcientia ita dicit dominus Ieſus: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ioan.17.
Et de operibus ita reſpondit: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meũ, centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Sed ne æſtimetur hoc recens eſse, & priùs tractatum à philoſophis, quam in euangelio prædicatum: anteriores euãgelio philoſophi, id eſt, Ariſtoteles, & Theophraſtus vel Zenon atq; Hieronymus, ſed poſteriores prophetis, accipiant quam longe antequam philoſophorum nomen audiretur, per os ſancti Dauid vtrunque aperte videatur expreſsum. Scriptum eſt enim: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Habemus & alibi: Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius cupiet nimis. Documus de Matt.19. Pſal.93. Pſal.11.
H cognitione, cuius præmium æternitatis fructum eſse commemorauit adijciens propheta quæ ſint in domo huius timentis dominum, vel eruditi in lege, & cupiẽtis in mandatis diuinis. Gloriæ, inquit, & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. De operibus quoq; in eodem pſalmo ſubiunxit, vitæ æternæ ſuppetere præmium viro iuſto. Denicq; ait: Beatus vir qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in ſeculum non cõmouebitur. In memoria æterna erit iuſtus. Et infra: Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum. Habet ergo vitam æternam fides, quia fundamentum eſt bonum. Habent & bona facta, quia vir iuſtus & dictis & rebus probatur. Nam & ſi exercitatus ſit in ſermonibus, & deſidioſus in operibus, prudentiam ſuam factis repellit: & & grauius eſt ſcire quid facias, nec feciſse quod faciendum cognoueris. Contra quoq; ſtrenuum eſse in operibus, affectu infidum, ita eſt ac ſi vitioſo fundamento pulchra culminũ velis eleuare faſtigia: quod quo plus ſtruxeris plus corruit, quia ſine munimẽto fidei bona opera non poſsunt manere. Infida ſtatio in portu nauem perforat, & arenoſum ſolum cito cedit, nec poteſt impoſitæ ædificationis ſuſtinere onera. Ibi ergo plenitudo præmij, vbi virtutum perfectio, & quædã in factis atq; dictis æqualitas eſt ſobrietatis. Ibidem.

¶Omnia philoſophorum apud nos argumenta vanescere, qui aut in ſola rerum ſcientia, aut voluptate, aut commoditate corporis & externa beatitudinem conſtituere. CAPVT III.
I

Er quoniam ſola rerum ſcientia exploſa eſt vel quaſi inanis ſecundum philoſophiæ disputationes ſuperfluas, vel quaſi ſemiperfecta ſententia: cõſideremus quam enodem de eo diuina ſcriptura abſoluat ſententiam, de quo tam multiplices & implicatas atq; confuſas videmus eſse quæſtiones philoſophiæ. Nihil enim bonum ſcriptura niſi quod honeſtum aſserit, virtutemq; in omni rerum ſtatu beatam iudicat, quæ neq; augeatur bonis corporis vel externis, neq; minuatur aduerſis: nihilq; beatum niſi quod à peccato alienum ſit plenum innocentiæ, plenum gratiæ dei. Scriptum eſt enim: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum, nõ ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, ſed in lege Pſam.1.
domini fuit voluntas eius. Et alibi: Beati immaculati K
in via, qui ambulant in lege domini. Innocentia igitur Pſal.118.
& ſcientia beatũ faciunt. Bonæ quoq; operationis mercedem eſse beatitudinem vitæ æternæ, ſuperius aduertimus. Reſtat igitur vt ſpreto patrocinio voluptatis, aut doloris metu (quorum alterum quaſi infractum & molliculum, alterum quaſi cuiratum & infirmum deſpuitur) in ipſis doloribus vitam beatam eminere demõſtrem. Quod facile doceri poteſt, cum legerimus: Beati eſtis, cum vobis maledicent & perſequentur, & Matt.5.
dicent omne malum aduerſum vos mẽtientes propter iuſtitiã. Gaudete & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cælo. Sic enim perſecuti ſunt & prophetas Matt.16.
ante vos. Et alibi: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

¶Beatitudinem doloribus & neceſsitatibus adipiſci. exempla de patribus, CAPVT IIII.

Est ergo beatitudo & in doloribus, quos plena ſuauitatis virtus comprimit & coercet, ipſa ſibi domeſticis opibus abundans vel ad conſcientiam, vel ad gratiam. Neq; enim parum beat9 Moyſes, cum Egyptiorum vallatus populis, & mari clauſus, per fluctus ſibi & populo patrum pedeſtrem viam pijs meritis inueniſset. Quando autem fortior quam tunc erat Moyſes, cum extremis circumuentus periculis, non deſperabat ſalutem, ſed exigebat tryumphum? Quid Aaron, quando ſe beatiorem credidit, quam tunc quãdo medius ſtetit inter viuos ac mortuos, & obiectu ſui ſtatuit mortem, ne ad viuorum tranſiret agmina á cadaueribus mortuorum? Quid de puero Daniele loquar, qui tam ſapiens erat, vt inter leones fame exaſperatos nulla beſtialis ſæuiL
tiæ formidine frangeretur, ita alienus à metu vt poſset epulari, nec vereretur ne ad paſtum exemplo ſui feras prouocaret? Eſt ergo & in dolore virtus, quæ ſibi bonæ ſuauitatem exhibeat conſcientiæ: & ideo indicio eſt quod non minuat dolor virtutis voluptatem. Sicut ergo nulla virtuti deceſsio beatitudinis per dolorem, ita etiam nulla acceſsio per voluptatem corporis, aut commodorum gratia. De quibus pulchre Apoſtolus ait: Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Chriſtum detrimenta eſse. Et addidit: Propter quem omnia duxi damna, & æſtimo vt ſtercora, vt Chriſtum lu Phil.3.
crifaciam. Denicq; Moyſes damnum ſuum credidit theſauros eſse Aegyptiorũ, & opprobriũ dominicæ crucis prætulit, nec tunc diues cũ abundaret pecunia, nec poſtea pauper cum egeret alimento: niſi forte tunc alicui minus beatus videtur fuiſse, cum in deſerto quotidiana alimonia ſibi & populo ſuo deferet. Sed quod ſummi boni ac beatitudinis nemo negare audeat, manna ei, hoc eſt panis angelorum miniſtrabatur è cælo, carnes quoq; quotidiana pluuia totius plebis epulis redundabãt. Heliæ quoq; ſancto panis ad victum deerat, ſi quæreretur: ſed non videbatur deeſse, quia nõ quærebatur. Itaq; diurno coruorum obſequio, mane panis caro ad veſperam deferebatur. Nunquid ideo minus beatus, quia pauper erat ſibi? Minime: immo eo magis beatus, quia deo diues. Alijs enim quam ſibi diuitem eſse præſtat, vt iſte erat, qui tempore famis cibum à vidua petebat, largiturus ei vt hydria farinæ per trienMnium & ſex menſes non deficeret, & per quotidianos vſus olei vas viduæ inopi ſufficeret ac miniſtraret. Merito ibi volebat Petrus eſse, vbi iſtos videbat. Merito in monte cum Chriſto in gloria apparuerunt, quia & ipſe pauper factus eſt, cum diues eſset. Nullũ ergo adminiculum pſæſtant diuitiæ ad vitam beatam. Quod euidenter dominus in euangelio demonſtrauit dicẽs: Beati pauperes, quoniã veſtrum eſt regnum dei. Beati Lucæ.6.
qui nunc eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quia ipſi ſaturabuntur. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Itaq; pauperta-

A tem, famen, dolorem, quæ putantur mala, non ſolum impedimento non eſse ad vitam beatam, ſed etiam adiumento, euidentiſsime pronunciatum eſt.

¶Quæ putantur bona, plerunq; impedimento eſse ad beatam & æternã vitam, & quæ mala, materias quaſdam eſse virtutum, & æternarum beatitudinum. CAPVT V.

Sed & illa quæ videntur bona diuitias, ſatietatem, lætitiam expertem doloris, detrimento eſse ad fructum beatitudinis, dominico declaratum iudicio liquet, cum dicitur. Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram: Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Et illis qui ridẽt, quia lugebunt. Sic ergo nõ ſolum adminiculo nõ ſunt ad vitam beatam, corporis aut externa bona, ſed etiã diſpẽdio ſunt. Inde enim beatus Nabuthe, etiam cum lapidaretur à diuite: quia pauper & infirmus aduerſus opes regias ſolo erat affectu & religione diues, vt pecunia regali nõ commutaret paternæ vineæ hæreditatem? eoq; perfectus, quia ſanguine proprio defenderet iura maiorum ſuorum. Inde quoq; miſer Achab, etiã ſuo iudicio, quia pauperem necari fecerat vt eius poſsideret vineam. Certum eſt ſolum & ſummũ bonũ eſse virtutem, eamq; abundare ſolam ad vitæ fructum beatæ, nec externis aut corporis bonis, ſed virtute ſola vitam præſtari beatam, per quam vita æterna acquiritur.
B Vita enim beata fructus præſentium, vita autem æterna ſpes futurorum eſt. Sunt tamen qui in hoc corpore tam infirmo, tam fragili, impoſsibilem vitam beatam putãt, in quo neceſse eſt angi, dolere, deplorare, ægre ſcere: quaſi vero ego in corporis exultatione dicam vitam beatam conſiſtere, & non in altitudine ſapientiæ, ſuauitate conſcientiæ, virtutis ſublimitate. Non enim in paſsione eſse, ſed victorem eſse paſsionis beatũ eſt, nec frangi temporalis motu doloris metuentem accidere hæc quæ grauia ad vim doloris feruntur, cæcitatem exilium, famem ſtuprum filię, amiſsionem liberorum. Quis neget beatum Iſaac, qui non videbat in ſenectute, & beatudines ſuis benedictionibus conferebat? An non beatus Iacob, qui profugus patria domo, mercenarius paſtor exilium ſuſtinuit, filiæ pudicitiam ingemuit eſse temeratam, famenq; pertulit? Non ergo beati, quorum fide deus accipit teſtimoniũ, cum dicitur: Deus Abraam, deus Iſaac, deus Iacob? Miſera eſt ſeruitus, ſed non miſer Ioſeph, immo plane beatus, cũ dominæ libidines in ſeruitute poſitus coerceret. Quid de ſancto Dauid loquar, qui trium filiorum deploratum obitum, Ammon, & Abſalon, atq; infantuſi ex ea quæ fuit Vriæ nati: & quod his duriùs, inceſtum filiæ
C Thamar? Quomodo non beatus, de cuius ſucceſsione beatitudinis autor exortus eſt qui plurimos fecit beatos? Beati enim qui non viderunt, & crediderunt. Fuerunt & ipſi in ſenſu infirmitatis, ſed conualuerunt de infirmitate fortes. Quid laborioſius autem ſancto Iob vel in domus incendio, vel filiorum decẽ interitu mo Ioan. 20.
mẽtario, vel doloribus corporis? Nunquid minus beatus, quam ſi illa non pertuliſset, in quibus magis probatus eſt? Eſto tamẽ fuiſse in illis aliquid acerbitatis: quẽ virtus animi non abſcondit dolorem? Neq; enim profundum mare negauerim, quia vadoſa ſunt littora: ne
arca. q; cælum lucidum, quia interdum obtexitur nubibus: neq; terram fœcũdam, quia aliquibus locis ieiuna glarea eſt: aut lætas ſegetes, quia intermixtã ſolẽt habere ſterilem auenã. Similiter puta beatæ meſsem conſcientiæ interpellari aliquo acerbo dolore. Nõne totius manipulis vitæ beate, ſi quid forte accidit aduerſi atq; amaritudinis, tanquam ſterilis auena abſconditur, aut tanquam lolij amaritudo frumenti ſuauitate obducitur? Sed iam ad propoſitã pergamus. D

¶De vtili, non quæſtuoſo illo, ſed iuſto & honeſto. CAPVT VI.

Svperiore libro ita diuiſionem fecimus, vt primo loco eſset honeſtum ac decorum, àquo officia ducerẽtur, ſecundo loco quid vtile. Et quemadmodum in primo diximus quia inter honeſtũ & decorum eſt quædã diſtinctio, quæ magis intelligi quã explicari poſsit: ſic & cũ vtile tractamus, conſiderandum videtur quid vtilius. Vtilitatem autẽ non pecunijarij lucri æſtimatione ſubducimus, ſed acquiſitione pietatis, ſicut Apoſtolus ait: Pietas autem ad omnia 1.Tim.4.
vtilis eſt, promiſsionẽ habens vitæ præſentis, & futuræ. Itaq; in ſcripturis diuinis, ſi diligenter quæramus, ſæpe inuenimus quod honeſtũ eſt, vtile vocari. Omnia mihi licẽt, ſed non omnia vtilia ſunt. Supra de vitijs lo 1.Cor.6.
quebatur: nunc ergo dicit? Licet peccare, ſed non decet. In poteſtate ſunt peccata, ſed non ſunt honeſta. Luxuriari promptũ eſt, ſed nõ iuſtum. Non enim deo eſca, ſed ventri colligitur. Ergo quia quod quod vtile. id etiam iuſtum: iuſtũ eſt vt ſeruiamus Chriſto, qui nos redemit. Ideo iuſti qui pro eius nomine morti ſe obtulerunt: iniuſti qui declinauerũt, de quib9 dicitur: Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corru Pſal.29.
ptionem? Id eſt, quis iuſtitiæ meæ profectus? Vnde & illi: Alligemus iuſtum, quia inutilis eſt nobis: id eſt, iniu Sapiẽ.2.
ſtus, qui nos arguit, cõdemnat, corripit. Licet hoc poſſit etiam ad auaritiam hominum impiorum deriuari, quæ perfidiæ vicina eſt: ſicut in Iuda proditore legimus, qui auaritiæ ſtudio, & pecuniæ cupiditate laqueũ proditionis incurrit atq; incidit. De hac igitur tractandum eſt vtilitate, quæ ſit plena honeſtatis, ſicut ipſis verbis definiuit. Apoſtolus dicens: Hoc autem ad vtili 1.Cor.7.
tatem veſtram dico, non vt laqueum iniiciam vobis, E
ſed ad id quod honeſtum eſt, Liquet igitur quod honeſtum eſt, vtile & iuſtum eſse: & quod vtile, honeſtum & iuſtum: & quod iuſtum, vtile & honeſtũ. Neq; enim mihi ad mercatores lucri cupidine auaros, ſed ad filios ſermo eſt, & ſermo de officijs, quæ vobis (quos elegi in miniſteriũ domini) inculcare geſtio atq; infundere, vt ea quæ mẽtibus ac moribus veſtris vſu atque inſtitutione inolita atq; impreſſa ſunt, etiam ſermone ac diſciplina aperiãtur. Itaque de vtilitate dicturus, vtar illo verſiculo prophetico: Declina cor meum in teſti- Pſal.118.
monia tua, & non in auaritiam: ne vtilitatis ſonus excitet pecuniæ cupiditatem. Denique aliqui habẽt: Declina cor meum in teſtimonia tua, & nõ ad vtilitatem: hoc eſt, illam quæſtuum nundinas, aucupantem vtilitatem, illam vſu hominum ad pecuniæ ſtudia inflexã ac deriuatam. Vulgo hoc enim ſolũ dicũt vtile, quod quæſtuoſum. Nos autem de ea tractamus vtilitate, quæ F
damnis quæritur vt Chriſtum lucremur, cuius quæſtus eſt pietas cum ſufficientia. Magnus profecto quæſtus quo pietatem acquirimus, quæ apud deum diues eſt non caducis facultatibus, ſed muneribus æternis in quibus non tentatio lubrica, ſed conſtans & perpetua ſit gratia. Eſt ergo vtilitas alia corporalis, alia pietatis, 1.Tim.4.
ſicut diuiſit Apoſtolus. Corporalis enim exercitatio ad modicum, inquit, vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt. Quid autem tam honeſtũ, quam integritas? Quid tam decorum, quã immaculatũ ſeruare corpus, & inuiolatum atque incontaminatum pudorẽ? Quid etiã tã decorũ, q̃ vt vidua vxor defũcto cõiugi fidẽ ſeruet? Quid etiã hoc vtilius, quo regnũ cœleſte acquiritur? Sunt enim qui ſe caſtrauerũt propter regnũ cælorũ.
¶Vtilitatem præcipue fide ac dilectione & æquitate metiendam. exempla de Dauid & Moyſe, qui idcirco maxime diligebantur a populis, quia proipſis ſeſe obiectarent periculis. CAPVT VII.

Est igitur non ſolum familiare cõtuberniũ honeſtatis & vtilitatis,ſed eadẽ quoq; vtilitas quę honeſtas. Ideo & ille qui regnum cælorũ volebat omnibus aperire,nõ quod ſibi vtile quærebat,ſed quod omnib⁹. Vnde ordo quidã nobis & gradus faciẽdus eſt etiã ab his vſitatis & cõmunibus ad ea quæ ſunt præcellentia, vt ex pluribus vtilitatis colligamus profectũ . Ac primũ nouerimus nihil tã vtile q̃ diligi,nihil tã inutile q̃ nõ amari . Nam odio haberi,exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus,vt omni ſedulitate cõmendemus exiſtimationẽ opinionẽq; noſtrã,ac primũ placiditate mentis, & animi benignitate inſinuamus in affectũ hominũ. Popularis enim & grata eſt omnib⁹ bonitas,nihilq; quod tã facile illabatur humanis ſenſibus. Ea ſi mãſuetudine morũ,ac facilitate animi,moderatione præcepti,& affabilitate ſermonis,verborũq; honore, patienti quoq; ſermonũ vice,modeſtiæq; adiumetur gratia, incredibi le quãtum procedit ad cumulũ dilectionis. Legimus enim nõ ſolũ in priuatis,ſed etiã in ipſis regibus quantum facilitas blãdæ affabilitatis profecerit , aut ſuperbia verborũq; obfuerit tumor,vt regna ipſa labefacta ret,& poteſtatẽ ſolueret.Iã ſiquis cõſilio,vſu,miniſterio,officijs populare cõprehendat gratiã,aut ſiquis periculum ſuũ pro vniuerſa plebe offerat,nõ eſt dubium quod tantũ charitatis à plebe in eũ refundatur, vt populus ſalutẽ eius & gratiã ſibi præferat. Quantas Moyſes à populo illatas abſorbebat cõtumelias: & cum do minus in inſolentes vindicare vellet, ſe tamen pro po pulo offerebat frequẽter, vt indignatiõi diuinæ plebẽ ſubduceret. Quã miti ſermone poſt iniurias appellabat populũ,cõſolabatur in laboribus,delinibat oraculis,fouebat operibus.Et cũ deo cõſtanter loqueretur, homines tamen humili & grata appellatione affari ſolebat.Merito æſtimatus eſt ſupra homines , vt & vultui eius non poſſent intendere, & ſepulturam eius non repertam crederent , quia ſic ſibi totius plebis mentes deuinxerat,vt plus eum pro manſuetudine diligerẽt, q̃ pro factis admirarentur . Quid eius imitator ſanctus Dauid,electus ex omnib⁹ ad plebem regendã, q̃ mitis & blandus,humilis ſpiritu,ſedul⁹ corde,facilis affatu? Ante regnum ſe pro omnibus offerebat,rex cum omnibus æquabat ſuam militiã , & partiebatur laborem, fortis in prælio,manſuetus in imperio, patiens in cõuitio,ferre magis prõptus q̃ referre iniurias. Ideo tã charus erat omnibus, vt nuenis ad regnum etiam inuitus peteretur,& reſiſtens cogeretur,ſenex ne prælio intereſſet à ſuis rogaretur , quod mallent omnes pro ipſo periclitari,q̃ illum pro omnibus. Ita ſibi gratis officijs plebem obligauerat.Primũ vt in diſcordijs populi exu lare in Hebron mallet,q̃ in Hieruſalẽ regnare.Deinde vt etiam in hoſte poſitam virtutem diligeret: iuſtitiam etiã ijs qui arma contra ſe tulerant , æque ac ſuis præſtãdam putaret.Deniq; fortiſſimum aduerſæ partis propugnatorem.Abner ducem,& inferentem prælia miratus eſt,& orãtem pacis gratiam non aſpernatus honorauit conuiuio,interẽptum inſidijs doluit & fleuit:proſequut⁹ exequias,honeſtauit:mortẽ vltus,cõſciẽtię fidem præſtitit:quam filio inter hæreditaria iura tranſcripſit , magis ſolicitus ne innocentis mortem inultam relinqueret,q̃ quo ſuam mortem doleret.Nõ mediocre iſtud,præſertim in rege,ſic obire humilitatis munia,vt cõmunem ſe exiberet etiam infimis, alieno periculo cibũ non quærere,potũ recuſare, peccatũ fateri,ſeq; ipſum pro populo offerre morti,vt in ſe diuina indignatio cõuerteretur,cũ ferienti angelo offerens ſe diceret:Ecce ſum ego q̃ peccaui, & ego paſtor malũ feci,& iſte grex quid fecit? Fiat man⁹ tua in me. Nam quid alia dicam, quod dolũ meditantibus os ſuũ nõ aperiebat,& tanq̃ non audiẽs, nullũ ſermonẽ refe-

2. Regũ 24.

rendum putabat? Non reſpondebat conuitijs cum ſibi derogaretur orabat,cum maledíceretur benedicebat, Ambulans in ſimplicitate,& ſuperborum fugitans arrogantiam,ſectator extitit immaculatorũ. Qui cinerẽ miſcebat alimẽtis ſuis,cum peccata propria deploraret,& potum ſuum temperabat fletib⁹. Merito ſic expetitus eſt ab vniuerſo populo, vt venirẽt ad eum omnes tribus Iſrael dicẽtes:Ecce nos oſſa tua & caro tuá ſumus:& heri & nudiuſtertius cũ eſſet Saul & regnaret ſuper nos,tu eras qui producebas & inducebas Iſrael. Et dixit tibi domin⁹: Tu paſces populũ meũ . Et quid plura de eo dicam,de quo huiuſmodi dei procel ſit ſententia,vt de eo diceret·Inueni Dauid ſeruũ meũ ſecundum cor meum? Quis enim in ſantitate cordis & iuſtitia ſicut iſte ambulauit,vt impleret volũtatẽ dei? Propter quem & delinquẽtibus poſteris eius venia data,& prærogatiua eſt releuata heredibus . Quis igitur nõ diligeret eum,quem videbat ita charum amicis , vt quia ipſe ſyncere amicos diligebat,eque diligi ſe à ſuis amicis arbitraretur? Deniq; parentes eum filijs ſuis,filij præferebant parentibus. Vnde grauiter indignatus Saul,percutere Ionathan filiũ ſuum haſta voluit,quia pluris apud eum valere Dauid amicitiam iudicabat, q̃ vel pietatem vel autoritatem paternã . Etenim ad incẽtiuum charitatis cõmunis plurimum proficit ſi quis vicem amãtib⁹ rẽddat,nec minus redamare ſe probet q̃ ipſe amatur:idq; amicitiæ fidelis patet exẽplis.Quid enim tam populare q̃ gratia? Quid tã inſitum naturæ. q̃ vt diligentẽ diligas? Quid tã inolitũ atq; impreſſum affectib⁹ hũanis q̃ vt eũ amare inducas in animũ,à quo te amari velis? Merito ſapiẽs dicit:Perde pecuniã propter fratrẽ & amicũ: Et alibi : Amicũ ſalutare noli erubeſcam,& à facie illius non me abſcondam. Siquidem vitæ & immortalitatis medicamentum in amico eſſe, eccleſiaſticus ſermo teſtatur. Et ſummum in charitate præſidium nemo dubitauerit,cũ Apoſtol⁹ dicat:Omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet charitas,nunq̃ cadit. Ideo Dauid nõ cecidit , quia charus fuit oĩbus,& diligi à ſubiectis q̃ timeri maluit. Timor enim tẽporalis tutaminis ſeruat excubias , neſcit diuturnitatis cuſtodiã. Itaq; vbi timor deceſſerit , audacia obrepit:quoniam fidẽ non timor cogit, ſed affectus exibet . Prima ergo ad commendationem noſtri eſt charitas.Bonũ eſt ergo teſtimoniũ habere deplurimorum dilectiõe.Hinc naſcitur fides, vt committere ſe tuo affectui nõ vereãtur etiã alieni, quẽ pluribus charũ aduerterint.Similiter etiã per fidẽ ad charitatẽ puenitur:vt qui vni aut duob⁹ præſtiterit fidẽ,tanq̃ in fluat in animos vniuerſorũ,& oĩm acquirat gratiam.

¶ Conſilia plurimorum ad cõciliationẽ valerẽ aliorũ quod claruit in Salomone. CAPVT VIII.

Duo igitur hæc ad cõmẽdationẽ noſtri plurimum operantur, charitas,& fides, & tertium hoc,ſi habeas quod in te admiratione dignũ plẽriq; exiſtimẽt,& iure honorandũ putent. Et quia conſiliorum vſus maxime conciliat homines, ideo prudentia & iuſtitia in vnoquoq; deſiderãtur , & ea expectãtur à pluribus:vt in quo ea ſint , illi deferatur fides,quo poſsit vtile conſilium ac fidele deſiderã ti dare. Quis enim eiſe committat,quẽ non putet plus ſapere q̃ ipſe ſapiat qui quærit conſiliũ? Neceſse eſt igitur vt præſtantior ſit à quo conſilium petitur, q̃ ille eſt qui petit. Quid enim conſulas hominẽ quẽ nõ arbitreris poſſe meli⁹ aliquid reperire,q̃ ipſe intelligis? Quod ſi eum inueneris qui viuacitate ingenij, mentis vigore atq; autoritate præſtet,& accedat eo vt exemplo & vſu paratior ſit,preſentia ſoluat pericula, pſpiciat futura, denunciet imminentia,argumenta expediat,remediũ ferat in tempore,paratus ſit non ſolum ad conſulendũ

ſed etiam ad ſubueniendum:huic ita fides habẽtur, vt dicat qui cõſilium petit:Et ſi mala mihi euenerint,per illum ſuſtineo.Huiuſmodi igitur viro ſalutem noſtrã & exiſtimationem committimus,qui ſit(vt ſupra diximus)iuſtus & prudens. Facit enim iuſtitia, vt nullus ſit fraudis metus. facit etiam prudentia , vt nulla erroris ſuſpicio ſit.Promptius tamen nos iuſto viro q̃ prudenti committimus,vt ſecundum vſum vulgi loquar. Cæterũ ſapientũ definitione,in quo vna virtus eſt,cõcurrunt cæterę,nec poteſt ſine iuſtitia eſſe prudẽtia . Qã etiam in noſtris inuenimus . Dicit enim Dauid : Iuſtus autem miſeretur & fœnerat. Quid fœneret iuſtus,alibi dicit:Iucundus vir qui miſeretur & fœnerat,diſponet ſermones ſuos in iudicio.Ipſum illud nobile Salomonis iudicium nonne ſapientiæ plenũ ac iuſtitię eſt? Itaq; ſpectemus illud,ſi ita eſt. Duæ,inquit,mulieres in conſpectu regis Salomonis ſteterunt, & dixit vna ad eum:Audi me domine.Ego & hæc mulier in vno habitantes cubiculo,ante diem tertiũ partu edito ſingulos filios ſuſcepimus,& eramus vna, arbiter nullus domi,nec vlla alia fœmina nobiſcũ niſi nos ſolæ : & mortuus eſt filius eius hac nocte,vt obdormiuit ſuper eũ, & ſurrexit media nocte,& accepit filium meum de ſinu meo,& collocauit eũ in ſinu ſuo, & filiũ ſuum mortuum poſuit in ſinu meo. Et ſurrexi mane vt lactarem paruulũ,& inueni eum mortuum: Et cõſideraui illum diluculo,& nõ erat filiꝰ meꝰ.Et reſpõdit altera:Non, ſed filiꝰ meus eſt hic qui viuit,filius aũt tuus qui mortuus eſt.Et hæc erat contẽtio,cum vtraq; filium ſibi vẽ dicaret ſuperſtitẽ,defunctũ autẽ ſuũ negaret.Tũc rex iuſsit afferri machæram, & infantẽ diuidi , & ſingulas partes dari ſingulis,dimidiã vni,& dimidiã alteri. Exclamauit mulier quæ vero erat affectu percita:Nequaquã domine infantẽ diuidas.detur potius illi, & viuat, & nõ interficias eum.At reſpondit altera: Neque meꝰ neque huius ſit infans.diuidite eum. Et ſtatuit rex dari infãtem ei mulieri quæ dixerat : Nolite interficere eũ, ſed date eum illi mulieri. quia mota ſunt inquit viſcera eius in filio ſuo. Itaq; non immerito æſtimatus eſt intellectus dei i eo eſſe , in quo occulta ſunt dei.Quid autẽ occultius,q̃ internorum viſcerum teſtimonia, in quæ ſapientis intellectus velut quidã pietatis deſcẽdit arbiter,& velut quandam genitalis alui vocem eruit, qua maternus patuit affectus, qui elegerat filium ſuum vel apud alienam viuere,q̃ in conſpectu matris necari? Sapientiæ igitur fuit, latentes diſtinguere cõſcientias, ex occultis eruere veritatẽ,& velut quadam machæra ita ſpiritus gladio penetrare nõ ſolum vteri ſed etiã animæ & mentis viſcera. Iuſtitiæ quoque,vt quæ ſuum necauerat,alienum non tolleret , ſed vera mater reciperet ſuũ.Deniq; etiã ſcriptura hoc pronũciat. Audiuit inquit omnis Iſrael hoc iudicium quod iudicauit rex,& timuerunt à facie regis, eo quòd intellectus dei in eo eſſet,vt faceret iuſtitiam.Deniq; & ipſe Salomon ita poposcit ſapientiam,vt daretur ſibi cor prudens audire & iudicare eum iuſtitia.

¶ Virtutes omnes indiuiduas , ſed opinione vulgi ſeiunctas,nec tamẽ apud ipſum vulgus alterã ſine altera cõprobari,non ſolũ à philoſophis , ſed plus etiã intimatur à noſtris. CAPVT IX.

Iqvet igitur etiam ſecundum ſcripturam diuinam, quæ antiquior eſt , ſapientiam ſine iuſtitia eſſe non poſſe : quia vbi vna earum virtutum,ibi vtraque eſt . Daniel quoq; q̃ ſapienter alta interrogatione fraudulentæ accuſationis deprehendit mendacium,vt calumniatorũ ſibi reſpõſo non cõueniret? Prudentiæ igitur fuit , vocis ſuæ teſtimonio reos prodere. Iuſtitiæ quoque, nocentes ſupplicio dare,innocẽtem ſubducere. Eſt ergo indiuiduũ ſapientię atq; iuſtitiæ cõtubernium, ſed vulgi vſu diuiditur vna quædam forma virtutum , vt temperantia ſit in deſpiciendis voluptatibus,fortitudo ſpectetur in laboribus & periculis,prudentia in delectu bonorum, ſciens commoda & aduerſa diſtinguere , iuſtitia quæ ſit bona cuſtos iuris alieni,& vindex proprietatis , ſuũ cuique conſeruans.Sit igitur nobis communis opinionis gratia,quadripartita hæc facta diuiſio , vt ab illa ſubtili diſputatione philoſophiæ ſapientiæque, quæ li mandæ veritatis cauſa quaſi ex adyto quodam eruitur,retrahentes pedem,forenſem vſum ac popularem ſenſum ſequamur.Hac igitur diuiſione ſeruata , reuertamur ad propoſitum. Prudentiſsimo cuique cauſam noſtram committimus, & ab eo conſilium promptius q̃ à cæteris poſcimus.Præſtat tamen fidele iuſti conſilium viri,& ſapientiſsimi ingenio frequenter præponderat. Vtiliora enim vulnera amici,q̃ alienorũ oſcula. Prou. 27

¶ Myſtica interpretatio ſuper Salomone & regina Saba. CAPVT X.

Denique quia iuſti iudicium eſt, ſapiẽtis autem argumẽtum:in illo cenſura diſceptationis,in hoc calliditas inuẽtiõis. Quod ſi vtrũq; connectas, erit magna cõſiliorum ſalubritas,quæ ab vniuerſis ſpectatur admiratione ſapientiæ, & amore iuſtitiæ,vt omnes quærant audire ſapientiam eius viri,in quo vtriuſque virtutis copula ſit:ſicut quęrebant omnes reges terræ videre faciem Salomonis,& audire ſapientiam eius,ita vt & Saba regina veniret ad eum,& tentaret eum in quæſtionibus. Et venit, inquit, & omnia locuta eſt quę habebat in corde ſuo, & audiuit omnem ſapientiam Salomonis, nec vllum verbum præteriuit eam. Quæ ſit iſta,quam nihil prætereat, nec ſit aliquid quod ei non annunciauerit verus Salomon, cognoſce ô homo ex his quæ audis loquentem. Verus eſt inquit ſermo quem audiui in terra mea de ſermonibus tuis,& de prudentia tua , & non credidi his qui dicebant mihi,donec veni, & viderunt oculi mei , & nunc non eſt nec dimidia quidem pars ſecundum ea quæ annunciabantur mihi. Appoſuiſti bona ſuper omnia quæ audiui in terra mea. Beatę mulieres tuę, & beati pueri tui qui aſsiſtunt tibi,qui audiunt omnem prudentiam tuam. Intellige conuiuium veri Salomonis:& quæ apponuntur in eo conuiuio,intellige ſapienter,& conſidera in qua terra congregatio nationum audierit famam ſapientiæ veræ atque iuſtitiæ,& quibus eum viderit oculis, contemplantibus vtique quæ non videntur: quoniam quæ videntur,temporalia ſunt : quę autẽ non videntur,æterna. Quæ ſunt beatę mulieres, niſi ille de quibus dicitur:Quia multę verbũ dei audiunt, & pariunt? Et alibi:Quicũque enim verbum dei fecerit, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. Qui etiam pueri tui beati qui aſsiſtũt , niſi Paulus qui dicebat : Vſque in hunc diem ſto proteſtans minori ac maiori : & Symeon qui expectabat in templo vt videret cõſolationem Iſrael? Quomodo ergo dimitti poſſeret, niſi quia aſsiſtens domino,diſcedendi habere facultatẽ nõ poterat,niſi voluntatem domini adeptus eſſet ? Exemplí cauſſa propoſitus eſt nobis Salomon, à quo certatim vt audiretur eius ſapientia poſtulabatur.

¶ Quod à probis viris conſilium ſit requirendũ. Exẽplum de patribus. CAPVT XI.

Ioseph quoq; nec in carcere feriatus erat quo minus de rebus incertis conſuleretur. Cuius cõſiliũ Aegypto vniuerſæ profuit, vt nõ ſentiret ſeptem annorum ſterilitatẽ, aliósq; populos miſerę famis leuaret ieiunio . Daniel ex captiuis regalium conſultorum arbiter factus con-

2. Reg. 5.

Pſal. 101.

1. Re. 20.

Eccle 29

Eccle. 22

1. Cor. 13

Pſal. 36.

Pſal. 111.

3. Re. 3.

2. Cor. 4

Mat. 12

G filijs suis emendauit præsentia, annunciauit futura. Ex ijs enim quę frequenter interpretatus ostenderat veri se esse annũcium, fides ei in omnib⁹ deferebatur. Sed etiam tertius locus de ijs qui admiratione digni æstimarẽtur: Ioseph, Salomonis & Danielis exemplo decursus videtur. Nam quid de Moyse loquar, cuius omnis Israel quotidie consilia præstolabatur, quorũ vita fidem faciebat prudentiæ, admirationemq; eius augebat? Quis se non committeret cõsilio Moysi, cui seniores siqua supra suum intellectum & virtutem esse arbitrarentur, dijudicanda seruabant? Quis Danielis consiliũ refugeret, de quo ipse deus dixit: Quis Daniele sapientior? Aut quomodo dubitare homines de eorum mentibus posset, quibus deus tantam cõferebat gratiã? Moysi consilio bella conficiebantur, Moysi meritis de cælo affluebat alimonia, potus è petra. Quãm pur⁹ Danielis anim⁹, vt mulceret barbaros mores, mitigaret leones? Quæ in illo tẽperantia? quãta animi & corporis cõtinentia? Nec immerito mirabilis factus omnibus, quando (quod uehementer admirãtur homines) regalibus fultus amicitijs, aurum non quærebat, nec delatum sibi honorem pluris faciebat q̃ fidẽ. Quinetiã periclitari malebat pro lege domini, q̃ pro gratia hominis inflecti. Nã de sancti Ioseph (quẽ pene prẽterierã) castimonia & iustitia quid dicã, quarũ altera illecebras heriles respuit, refutauit præmia, altera mortem cõtempsit, metũ repulit, carcerẽ prẽoptauit? Quis hũc priuatæ causæ ad consulendum idoneum non iudicaret, cuius ferax animus & mens fertilis, temporis sterilitatem quodam cõsiliorum & cordis vbere fœcundauit?

Ezec. 28.

H ¶Improbos homines, licet prudentes videantur, fugiendos. CAPVT XII.

ADVERTIMVS igitur quod in acquirẽdis cõsilijs plurimum adiungat vitæ probitas, virtutũ prærogatiua, beneuolentiæ vsus, frugalitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis è turbida aqua potum petat? Itaque vbi luxuria est, vbi intemperantia, vbi vitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriẽdum existimet? Quis non despiciat morum colluuionem? Quis vtilem causæ alienę iudicet, quem videt inutilẽ vitæ suæ? Quis iterũ improbum, maleuolum, contumeliosum non fugiat, & ad nocendum paratum? Quis non eum omni studio declinet? Quis vero, quanuis instructum ad consilij opem, difficilem tamen accessu, ambiat, in quo sit illud tãquã si quis aquæ fontẽ pręcludat? Quid enim prodest habere sapientiam, si consilium neges? Si consuIendi intercludas copiam, clausisti fontem, vt nec alijs influat, nec tibi prosit. Pulchre autem & de illo conuenit, qui habens prudentiam, commaculat eã vitiorum sordibus, eo quod aquæ exitum contaminet. Degeneres animos vita arguit. Quomodo enim eum potes iudicare cõsilio superiorem, quem videas inferiorem moribus? Supra me debet esse, cui me committere paro. An vero idoneum eum putabo qui mihi det consilium, quod non dat sibi: & mihi eum vacare credam, qui sibi non vacet, cuius animum voluptates occupent, libido deuinciat, auaritia subinget, cupiditas perturbet, quatiat metus? Quomodo hic consilij locus. vbi nullus quieti? Admirandus mihi & suspiciendus consiltarius, quem propitius dominus patribus dedit, offensus abstulit. Huius imitator debet esse qui potest consilium dare, & alienam à vitijs custodire prudẽtiam, quia nihil inquinatũ in illã incurrit.

¶Sapientiam vitiosos homines sibi vendicare non debere, quippe quæ nullum consortiũ cum vitijs potest habere. CAPVT XIII.

SVIS igitur tantã vultu speciem præsefe- K rat pulchritudinis, & beluinis posterioribus ac ferinis vngubus formę superioris dehonestet gratiã: cũ tã admirabilis & pręclara forma virtutũ sit, & specialiter pulchritudo sapientiæ, sicut series scripturæ indicat? Est enim hęc speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionẽ luci comparata inuenitur purior. Lucem etenim hanc susciPit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Diximus de eius pulchritudine, & scripturæ testimonio cõprobauimus: superest vt doceamus scripturæ auctoritate nullum ei contubernium cum vitijs esse, sed individuam cum cæteris virtutibus coniunctionem, cuius spiritus est disertus, sine inquinamento, certus, sanctus, amans bonum, acutus, qui nihil vetet benefacere, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutẽ, omnia prospiciens.

¶Quod prudentia omnibus virtutibus sit associa, maxime in cupiditate calcanda. CAPVT XIIII.

OMNIA igitur operatur prudẽtia, cum omnibus bonis habet consortium. Nam quomodo potest vtile consilium dare, nisi habeat iustitiam, induat constantiam, mortem non L formidet, nullo terrore, nullo reuocetur metu, nulla adulatione à vero deflectendum putet, exilium non refugiat, quæ nouerit sapienti patriam mundum esse, egestatem non timeat, quæ nihil deesse sapienti sciat, cui totus mundus diuitiarum est? Quid enim præcelsius illo viro qui auro moueri nescIat, contemptum habeat pecuniarum, & velut ex arce quadam despiciat hominum cupiditates? Quod qui fecerit, hunc homines supra hominẽ esse arbitrantur. Quis est, inquit, & Eccle. 31. laudabimus eũ? Fecit enim mirabilia in vita sua. Quomodo enim non admirandus qui diuitias spernit, quas plerique saluti propriæ prętulerunt? Decet igitur omnes censura frugalitatis, continentiæ autoritas, & maxime eum qui honore præstet, ne prẽminentem virũ thesauri possideant sui, & pecunijs seruiat, qui præest liberis. Illud magis decet, vt supra thesaurum sit animo, & infra amicum obsequio. Humilitas enim gratiã auget. Hæc plena laudis, & digna primario viro, non communem cum Tyrijs negociatoribus & Galatis mercatoribus habere turpis lucri cupidinem, nec om M ne bonum locare in pecunia, & tanquam mercenario munere quotidianos numerare quæstus calculari cõpendio.

¶De liberalitate, quæ non solum facultatum dispersione, sed & beneuolentia constat & consilio. CAPVT XV.

QVOD si ab his sobrium gerere animum, laudabile est: quanto illud præstantius, si dilectionem multitudinis liberalitate acquiras, neque superflua circa importunos, neque restricta circa indigentes? Plurima autem genera liberalitatis sunt, nõ solũ quotidiano sumptu egẽtib⁹, quo vitã suã sustinere possit, dispõere ac dispẽsare alimoniã: verũ etiã ijs qui publice egere verecũdantur, cõsulere ac subuenire, quaten⁹ cõmunis egenorũ alimonia nõ exhauriatur. De eo enĩ loquor qui præest alicui munerI, vt si officium sacerdotis gerat, aut dispẽsatoris, vt de his suggerat episcopo, nec reprimat si quem positũ in necessitate aliqua cognouerit, aut defectu opib⁹ ad inopiæ necessitatem redactum, maxime si non effusione adolescentiæ, sed direptione alicui⁹ & amissione patrimonij in eam recIderit iniuriam, vt sumptum exercere diurnum non queat. Summa etiam liberalitas captiuos redimere, eripere ex hostium manibus,

A subtrahere neci homines, & maxime fœminas turpitudini, redde patrẽtib⁹ liberos, parẽtes liberis, ciues patriæ restituere. Nota sunt hæc nimis Illyrici vastitate & Thraciæ, quanti vbique venales erant toto captiui orbe: quos si reuoces, vni⁹ pronũciæ numerũ explere non possint. Fuerũt tamen qui etiam quos ecclesiæ redemerunt, in seruitutẽ reuocare vellẽt, ipsa grauiores captiuitate, qui inuiderent alienam misericordiã. Ipsi si in captiuitatẽ venissent, seruirent liberi: si vẽditi fuissent, seruitutis ministerium nõ recusarent: & vo Iunt alienã libertatem rescindere, qui suã seruitutẽ nõ possent rescindere, nisi forte precium recipere emptori placeret: in quo tamen non rescinditur seruitus, sed redimitur. Præcipua est igitur liberalitas redimere captiuos, & maxime ab hoste barbaro qui nihil deferat humanitatis ad misericordiã, nisi quod auaritia reseruauerit ad redẽptionẽ: æs alienũ subire, si debitor soluendo non sit, atque artetur ad solutionẽ quæ sit iure debita, & inopia destituta: enutrire paruulos, pupillos tueri. Sunt etiã qui virgines orbatas parentibus tuẽdæ pudicitiæ gratia connubio locent, nec solum studio sed etiam sumptu adiuuent. Est etiam genus illud
1. Tim. 5. liberalitatis quod Apostolus docet, si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt earum alimonijs ecclesia non grauetur, vt ijs quæ vere viduæ sunt sufficiat. Vtilis igitur hniusmodi liberalitas, sed non communis omnibus. Sunt enim plerique etiam viri boni, qui tenues sunt censu, contenti quidẽ exiguo ad sui vsum, sed non idonei ad subsidium leuãdæ paupertatis alie-
B næ. Tamen suppetit aliud beneficentiæ genus, quo iuuare possint inferiorem. Est enim duplex liberalitas, vna quæ subsidio rei aditiuat, id est, vsu pecuniæ: altera quæ operarum collatione impenditur, multo frequenter splendidior, multóque clarior. Quanto illustrius Abraam captum armis victricibus recepit nepotẽ, q̃ si redemisset? Quãto vtilius regem Pharaonẽ sanctus Ioseph consilio prouidentiæ iuuit, q̃ si contulisset pecuniam? Pecunia enim vnius ciuitatis non redemit vbertatem, prospicẽtia totius Aegypti per quinquennium famem repulit. Facile autẽ pecunia consumitur, consilia exhauriri nescIunt. Hæc vsu augentur, pecunia minuitur, & cito deficit, atque ipsam destituit benignitatem, vt quo pluribus largiri volueris, eo pauciores: adiuues, & sæpe tibi desit quod alijs conferendum putaueris, Cõsilij autẽ operisque collatio quo in plures diffunditur, eo redundantior manet, & in suum fontem recurrit. In se enim refluit vbertas prudentiæ: & quo pluribus fluxerit, eo exercitius fit omne quod remanet.

C ¶De sobrietate, quæ & temperãtia, in liberalitate seruanda. Exemplum de Ioseph, & eius prudentissimo per interpretationem somnij consilio. CAPVT XXII.

IQVET igitur debere esse liberalitatis modũ, ne fiat inutilis largitas: cui⁹ sobrietas tenenda est, maxime sacerdotib⁹, vt nõ pro iactãtia, sed pro iustitia dispẽsent. Nusquam enim maior auiditas petitionis. Veniunt validi, veniunt nullam causam nisi vagandi habentes, & volunt subsidia vacuare pauperum, exinanire sumptum: nec exiguo contenti, maiora quærunt, ambitu vestium captãtes petitionis suffragium, & natalium simulatione licitantes incrementa quæstuum. His si quis facile deferat fidem, cito exinanit pauperũ alimonijs profutura compendia. Modus asit largiendi, vt nec illi inanes recedant, neque transcribatur vita pauperũ in spoIa fraudulẽtorum. Ea ergo mensura sit, vt neque humanitas deseratur, nec destituatur necessitas. Plerique simulant debita. sit veri examen. Exutos se per latro-
D cinia deplorant. aut iniuria fidem faciat, aut cognitio D
personæ, quo propensius iuuentur. Ab ecclesia relegatis sumptus impartiendus, si desit eis alendi copia. Itaque qui modum seruat: auarus nulli, sed largus omnibus est. Non enim solas aures præbere debem⁹ audiẽdis precantium vocibus, sed etiam oculos consideran dis necessitatibus, Plus clamat operatori bono debilitas, q̃ vox pauperi. Neque vero fieri potest vt nõ extor queat amplius importunitas vociferãtium, sed nõ sem per imprudentię locus sit. Videndus est ille qui te non videt, requirendus ille qui erubescit videri. Ille etiam clausus in carcere, occurrat tibi, ille affectus ægritudine mentem tuam personet, qui aures non potest. Quo plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plerosq; sacerdotes, quo plus contulerũt, plus abundasse: quoniam quicunque bonum operarium videt, ipsi cõfert, quod ille suo officio dispenset, securus quod ad pauperẽ sua perueniat misericordia. Nemo enim vult nisi pauperi proficere suam collationẽ. Nam si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem viderit, vtrunq; despiciet, si aut superfluis erogatiõib⁹ dissipet alieni fructus laboris, aut recõdat sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est, ita etiã cauendus plerunq; adhibendum videtur. Modus ideo, vt q̃ benefacis, id quotidie facere possis, ne subtrahas necessitati quod indulseris effusioni. Calcar propterea, quia melius operatur pecunia in pauperis cibo, q̃ in diuitis sacculo. Caue ne intra loculos tuos includas salutẽ inopũ, & tanquam in tumulis sepelias vitam pauperum. E
Potuit donare Ioseph totas opes Aegypti, & effundere thesauros regios: noluit tamen de alieno effusus videri: maluit frumenta vẽdere, q̃ donare esurIẽtibus: quia si paucis donasset, pluribus defuisset. Eam liberalitatẽ probauit, quæ abundaret omnibus. Patefecit horrea vt omnes emerent subsidium frumentarium, ne gratis accipiendo cultus terrarum relinquerẽt: quoniam qui alieno vtitur, suum negligit. Itaq; primum omniũ coaceruauit pecunias, deinde instrumenta cætera, ad postremum iura terrarum regi acquisiuit, non vt omnes exueret suo, sed fulciret, publicum tributum cõstitueret, quo sua tuti⁹ habere possent: Quod ita fuit gratum
Gen. 47. omnibus quibus terras ademerat, vt non venditionem suI iuris, sed redemptionem salutis putarent. Denique dixerunt: Sanasti nos, inuenimus gratiam in conspectu domini nostri. Nam & de proprietate nihil amiserant qui ius receperant, & de vtilitate nihil perdiderant qui acquisierãt perpetuitatem. O virum magnum, qui non largitatis superfluæ temporalem captauit gloriã, sed perpetuam commoditatem cõstituit prouidentiæ. Fecit enim vt tributis populi se iuuarent suis, nec in tẽpore necessitatis aliena subsidia desiderarẽt. Meli⁹ enĩ fuit conferre aliquid de fructibus, q̃ totũ de iure amittere. Quintam portionem collatiõis statuit, & in prouidendo perspicacior, & in tributo liberalior. Deniq; F
nunquã postea Aegyptus huiusmodi famem pertulit. Gen. 41.
Quãm pręclare autem collegit futura, primum q̃ argute regalis interpres somnij veritatem expresit. Sõnium regis primum hoc fuit. Septem iuuencæ ascẽdebant de flumine visu decorę, & pingues corpore, & ad oram pascebantur fluminis. Aliæ quoque vitulæ visu deformes, ac ieiunæ corpore, post illas iuuencas ascendebant de flumine, & iuxta eas in ipso riparum thoro pascebantur: & visæ sunt hę vitulæ tenues atque exiles deuorare illas quæ præstabant & forma & gratia. Et somnium secundum hoc fuit, Septẽ spicæ pingues, electæ & bonæ de terra surgebant, & post eas septem spicæ exiles & vẽto corruptæ ac marcidæ se subijcere mo liebantur, & visum est quod lætas & vberes spicas, sterIles spicæ & tenues deuorauerunt. Hoc somnium ita aperuit sanctus Ioseph, eo quod septẽ iuuencæ septem

G anni forent,& ſeptem ſpicæ ſimiliter ſeptem anni forrent,ex fœtu & fructu interpretatus tempora. Fœtus enim inuencæ annum exprimit, & fructus ſegetis annum conſummat integrũ. Quæ ideo aſcendebant de flumine,quod dies anni ac tempora, fluminis præterĕunt modo,& curſim labuntur. Annos itaque ſeptem priores vberes,terræ fertiles ac fœcundos declarat futuros. Poſteriores autem alios ſeptẽ annos ſteriles atq; infœcundos,quorum ſterilitas abſumptura foret vbertatem ſuperiorum. Qua gratia proſpiciendum admonuit vt vberioribus annis congregaretur ſubſidium frumentarium,quod ſuſtentare poſſet inopiam futuræ infœcũditatis. Quid primum miror? Ingenium quo in ipſum veritatis deſcendit cubile, an cõſilium quo tam graui atque diuturnæ proſpexit neceſsitati, an vigilantiam atque iuſtitiam,quarum altera impoſito ſibi tanto munere congregauit tam multiplices commeatus, altera æqualitatem per omnes ſeruauit? Nam de magnanimitate quid loquar? quod venditus à fratrib⁹ in ſeruitutem,non retulit iniuriam, ſed famem depulit? Quid de ſuauitate qua dilecti fratris præſentiam pia fraude quæſiuit, quem ſimulato per elegantiam furto
Gene.49. reum ſtatuit rapinę,vt obſidẽ teneret gratiæ? Vnde merito ei à patre dicitur: Filius ampliatus meus Ioſeph, filius meus ampliatus, zelotes filius meus, filius meus adoleſcẽtior. Á diuuet te deus meus, & benedicat te benedictione celi à ſummo, benedictione terræ habentis omnia propter benedictiones patris tui,& matris tuæ. Prævaluit ſuper benedictiones montium manentium,
Deut.33. & deſideria collium æternorũ. Et in Deuteronomio. Qui viſus eſt,inquit,in rubo, veniat ſup caput Ioſeph
H & ſuper verticem ipſius,honorificus inter fratres ſuos primitiuus,tauri decus eius, cornua vnicornis cornua ipſius. In ipſis gentes ventilabit ſimul vſque ad extremum terræ. Ipſi decem milia Effraim, & ipſi milia Manaſſes.

¶A qualis meriti viro conſilium ſit requirẽdum, introducuntur Paulus & Ioſeph. CAPVT XVII.

Talis itaque debet eſſe qui conſilium alteri det,vt ſeipſum formam alijs præbeat ad exẽplum bonorum operum,in doctrina, in integritate,in grauitate,vt ſit eius ſermo ſalubris atque irreprehẽſibilis,conſiliũ vtile,vita honeſta,ſen
1. Cor.7. tentia decora. Talis erat Paulus, qui conſilium dabat virginibus,magiſterium ſacerdotibus, vt primum ſeipſum præberet nobis formam ad imitandum. Ideo & humiliari ſciebat,ſicut ſciuit & Ioſeph,qui ſummo or
I tus patriarcharum genere, non dedignatus degenerẽ ſeruitutem,exhibebat eam obſequijs, illuſtrabat virtutibus. Sciuit humiliari, qui & vẽditores & emptorem paſsus eſt,& dominum appellabat eum. Audi humi-
Gene. 39. liãtem ſe: Si dominus meus præter me nihil ſcit in domo ſua,& omnia quęcũq; habet,dedit in manus meas, neq; ſubtractum eſt à me quicquã præter te, quæ vxor illius es: quomodo faciam verbum malum hoc, & pecabo coram domino? Plena vox humilitatis, plena caſtimoniæ. Humilitatis, quia domino deferebat honorificentiam,quia referebat gratiam. Plena quoq; caſtimoniæ,quia turpi flagitio contaminari, graue peccatũ putabat. Talis igitur debet eſſe conſiliarius, qui nihil nebuloſum,habeat,nihil fallax,nihil fabuloſum nihil ſimulatũ quod vitam eius ac mores refellat, nihil improbum ac maleuolum,quod auertat cõſulentes. Alia ſunt enim quæ fugiuntur,alia quæ cõtẽnuntur. Fugimus ea quæ poſſunt nocere, quę malitioſe poſsunt in noxã ſerpere,vt ſi is qui cõſulitur,dubia ſit fide,& pecuniæ auid⁹,vt poſsit precio mutari, ſi iniurioſus, hic fugitur ac declinatur. Qui vero voluptuarius, intẽperans,etſi alienus à fraude, tamen auarus & cupidior iu
K criturpis,hic contemnitur. Quod enim ſpecimẽ induſtriæ quẽ fructũ laboris edere poteſt,quã recipere animo curam ac ſolicitudinẽ,qui ſe torpori dederit atq; ignauiæ? Ideo boni vir cõſilij dicit: Ego autem didici, in quibus ſum,ſufficiens eſſe. Sciebat enim omnium malorum radicem eſſe auaritiam,& ideo ſuo contentus erat,alienum non requirebat. Satis mihi,inquit,eſt quod habeo. ſiue parum ſiue plurimum habeam, mihi plurimum eſt. Expreſsius aliquid dicendum videtur. Signato verbo vſus eſt. Sufficit mihi,inquit,in quo ſũ, id eſt,nec deeſt,nec ſuperfluit. Non deeſt, quia nihil quæro amplius. Non ſuperfluit,quia non ſoli mihi habeo,ſed pluribus. Hoc de pecunia. Cæterum de omnibus dici poteſt,quia ſufficiebant illi preſentia,hoc eſt, non honorem maiorem, non obſequia vberiora deſiderabat,non gloriæ immodicæ cupid⁹,aut gratiam in debite quærebat,ſed debiti finem certaminis, patiens laboris,ſecurus meriti præſtolabatur. Scio, inquit, & humiliari. Nõ ergo indocta humilitas,ſed quæ habea ſui modeſtiam & ſcientiam,laudi datur. Eſt enim humilitas formidinis,eſt & imperitiæ atque ignorantiæ, Ideo & ſcriptura ait: Et humiles ſpiritu ſaluabit. Præ- Pſal.33.
clare ergo dixit: Scio & humiliari,id eſt,quo in loco, qua moderatione,quo fine,in quo officio, in quo munere. Neſciuit Phariſæus humiliari, ideo deiectus eſt. ſciunt publicanus,ideo iuſtificatus eſt. Sciebat & abundare Paulus,qui animum habebat diuitem, etſi theſaurum diuitis non habebat. Sciebat abundare, quia non quærebat datum in pecunia,ſed requirebat fructum in gratia. Poſsumus & ſic intelligere, quia ſciebat abun-
dare,qui poterat dicere: Os noſtrũ patet ad vos o Co- 1. Cor. 6.
rinthij,cor noſtrum dilatatum eſt. In omnibus erat imbutus,& ſaturari,& eſurire. Beatus, qui ſciebat ſatu L
rari in Chriſto. Non ergo illa corporalis ſed ſpiritalis eſt ſaturitas, quam operatur ſcientia. Et merito ſciẽ- Deut 8.
tia opus eſt,quia non in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo dei. Ergo qui ſic ſciebat ſaturari,& ſic eſurire,ſciebat vt ſemper noua quæreret, eſurire & ſitire dominum. Sciebat eſurire, qui ſciebat quia eſurientes manducabunt. ſciebat & poterat abundare, qui nihil habebat,& poſsidebat omnia.

¶Quod mali cõſiliarij ſæpe fiãt in ruinã,introducitur Roboã cõſilio inuenũ deceptus. CAPVT XVIII.

Gregie itaq; viros alicui præſidentes mineri commendat iuſtitia, ecõtra iniquitas deſtituit atq; impugnat. Exẽplo nobis eſt ſcriptura quæ dicit,cũ populus Iſrael poſt mortem Salomonis rogaſset filium eius Roboam vt 2. Re. 12.
releuaret ceruices eorum à ſeruitute dura, & paterni M
imperij tẽperaret auſteritatem,illum ſpreto ſenili cõſilio,de ſuggeſtione adoleſcentium reſpõſum dediſſe huiuſmodi,quod & onus adjiceret ſuper patris iugũ, & leuiora grauioribus ſupplicijs mutaret. Quo reſpõſo exaſperati populi reſponderunt, Nõ eſt nobis portio cũ Dauid,neq; hæreditas in filijs Ieſſe. Reuertere vnuſquiſq; in tabernacula tua Iſrael,quoniã hic homo neq; in principẽ neque in ducem erit nobis. Itaq; deſertus à populo ac deſtitutus. vix duarum tribuũ propter Dauid meritum habere potuit ſocietatem.

¶Iuſtitia & beneuolentia & affabilitate nõ fucata plurimos poſſe conciliari. CAPVT XIX.

Claret ergo quoniam & æquitas imperia cõfirmet,& iniuſtitia diſſoluat. Nã quomodo poteſt malitia regnũ poſsidere, quæ nevnã quidẽ priuatã poteſt regere familiam? Summa igitur benignitate opus eſt, vt nõ ſolũ publica gubernacula,ſed etiam priuata iura tueamur. Plurimum iuuat beneuolentia,quæ omnes ſtudet beneficijs

A amplecti,deuincire officijs oppignerare gratia. Affabilitatẽ quoq; ſermonis diximus ad conciliãdam gratiam valere plurimum. Sed hanc volumus eſſe ſynceram ac ſobriam ſine vlla adulatione, ne ſimplicitatem ac puritatẽ alloquij dedeceat ſermonis adulatio. Forma enim eſſe debem⁹ cæteris,nõ ſolum in opere, ſed etiã in ſermone,in caſtitate,ac fide. Quales haberi volumus,tales ſimus: & qualem affectum habemus;talem aperiamus. Neque dicamus in corde noſtro verbum iniquũ,quod abſcondi putemus ſilentio ab eo qui audit in occulto dicta,qui occulta facit,& cognoſcit ſecreta viſcerũ,qui ſenſum viſcerib⁹ infudit. Ergo tanquã ſub oculis cõſtituti iudicis,quicquid gerim⁹,in luce poſitũ putemus,vt omnibus manifeſtetur.

¶Ad cõmendatiões hominũ plurimũ valere ſi probatis adhæreãt. Exẽpla de patribus. Et diſpares etiã ætate,vitæ delectari ſimilitudine. Exẽplũ ponitur de Petro & Ioanne. CAPVT XX.

Rvrimvm itaque prodeſt vnicuique bonis iungi. Adoleſcẽtibus quoq; vtile vt claros & ſapientes viros ſequantur: quoniam qui congreditur ſapiẽtibus,ſapiens eſt: qui autẽ cohæret imprudentibus,imprudẽs agnoſcitur. Et ad inſtructionem itaq; bonis iungi plurimũ proficit,& ad probitatis teſtimonium. Oſtendunt enim adoleſcẽtes eorum ſe imitatores eſſe,quibus adhæſerint: & ea conua Ieſcit opinio,quod ab his viuẽdi acceperint ſimilitudinem,cum quibus cõuerſandi hauſerint cupiditatẽ. Inde tantus Ieſus Naue, quod eum non ſolum erudiuit ad legis ſcientiam Moyſi copula, verumetiam ſanB ctificauit ad gratiam. Denicq; cum in eius tabernaculo diuina refulgeret preſentia,& videretur maieſtas domini,ſolus erat in tabernaculo Ieſus Naue. Moyſes cũ deo loquebatur: Ieſus pariter nube ſacra tegebatur. Proſpyteri & populus deorſum ſtabant: Ieſus,cũ Moyſe ad accipiendam legem aſcendebat. Omnis populus intra caſtra erat,Ieſus extra caſtra in tabernaculo teſtimonij. Cum columna nubis deſcenderet, & loqueretur cũ Moyſe,quaſi fidus aſtabat miniſter. Nec exibat de tabernaculo iuuenis, cum ſeniores longe poſiti diuina trepidarent miracula. Vbiq; igitur inter admiranda opera & reuerenda ſecreta ſancto Moyſi indiui duus adhærebat. Vnde factum eſt vt qui fuerat ſocius conuerſationis,fieret ſucceſſor poteſtatis. Merito vir huiuſmodi euaſit vt ſiſteret fluminum curſus, diceret:
Ioſue.10. Stet Sol. & ſtaret Sol quaſi eius ſpectator victoriæ, no
C ctem differret,diem produceret. Quod quidẽ Moyſi negatum eſt,ſolus eligeretur vt populum introduceret in terram repromiſſionis. Magnus vir fidei miraculis,magnus triumphis. Illius auguſtiora opera, huius proſperiora. Vterque igitur diuina ſubnixus gratia,vltra humanam proceſsit conditionem. Ille mari,hic cęlo imperauit. Pulchra itaq; copula ſeniorũ atque adoleſcẽtium. Alij teſtimonio,alij ſolatio ſunt. alij magiſterio,alij delectationi. Omitto quod Abrahæ adhæſit Loth adoleſcentulus etiam proficiſcenti, nẽ forte hoc propinquitatis magis fuiſſe exiſtimetur,& neceſſariæ potius q̃ voluntarię adiunctionis. Quid de Helia atq; Heliſęo loquamur? Licet enĩ nõ expreſse Heli ſæũ inuenem ſcriptura ſignificauerit, aduertimus,tamen & colligimus iuniorem fuiſſe. In actibus Apoſtolorum Barnabas Marcum aſsumpſit. Paulus Silan,Paulus Timotheum,Paulus Titum. Sed illis ſuperioribus videmus diuiſa officia, vt ſeniores conſilio præualerent, iuniores miniſterio, Plerunque etiam virtutibus pares,diſpares ætatibus, ſui delectantur copula, ſicut delectabãtur Petrus & Ioannes. Nam adoleſcentẽ legimus in euãgelio Ioãnẽ & ſua voce, licet meritis & ſapientia nulli fuerit ſeniorum ſecundus. Erat enim in
eo ſenectus venerabilis morum,& cana prudentia. Vi Sapiẽ. 4.
ta enim immaculata, bone ſenectutis ſtipendium eſt. D

¶De laude miſerationis & hoſpitalitatis,& malo pdigalitatis & inanis fauoris: & hoc maxime in ſacerdotibus reprehenditur, qui omnia ornate & ordinate agere debent. CAPVT XXI.

Adivvat hoc quoque ad profectũ bone exiſtimationis, ſi de potentis manibus eripias inopem,de morte damnatũ eruas, q̃tum ſine perturbatione fieri poteſt, nẽ videamur iactantię magis cauſa facere,q̃ miſericordię,& grauiora inferre vulnera,dum leuioribus mederi deſideramus. Iam ſi oppreſsum opibus potentis, & factione magis q̃ ſceleris ſui precio granatum liberaueris, egregiæ conualeſcit opinionis teſtimonium. Commendat proſoquę etiam hoſpitalitas. Eſt enim publica ſpecies humanitatis,vt peregrinus hoſpitio non egeat, ſuſcipiatur officioſe,pateat aduenienti ianua. Valde id decorum totius eſt orbis exiſtimatione,peregrinos cũ honore ſuſcipere,non deeſſe menſæ hoſpitalitatis gratiã,occurrere officijs liberalitatis, explorare aduent⁹ hoſpitũ. Quod Abrahæ laudi eſt datũ, qui ante ianuã ſuam ſpeculabatur, ne forte præteriret peregrinus ali
quis,& diligentes prætẽdebat excubias vt occurreret, E
vt præueniret,vt rogaret,ne trãſiret hoſpes,dicẽs: Do
mine ſi inueni gratiã ante te,ne præterieris puerũ tuũ. Gene. 18.
Et ideo pro hoſpitalitatis mercede fructum poſteritatis recepit. Loth quoq; nepos eius, non ſolum genere,
ſed etiã virtute proximus, propter hoſpitalitatis affe- Gene. 19.
ctum,Sodomitana à ſe ſuſq; ſupplicia detorſit. Decet igitur hoſpitalẽ eſſe,benignum,iuſtum, non alieni cupidũ,immo de ſuo iure cedentẽ potius aliqua ſi fuerit laceſsit⁹,q̃ aliena iura pulſantẽ,fugitantẽ litiũ, abhorrẽtem à iurgijs,redimẽtẽ concordiam,& trãquillitatis gratiam. Siquidẽ de ſuo iure virum bonum aliquid relaxare,non ſolum liberalitatis, ſed plerũq; etiã cõmoditatis eſt. Primum diſpendio litis carere, nõ mediocre eſt lucrũ. Deinde accedit ad fructũ quo augetur amicitia,ex qua oriũtur plurimæ cõmoditates,quæ cõtemnenti aliquo in tempore poſtea fructuoſę ſint. In officijs autem hoſpitalib⁹,omnibus quidem humanitas impartiẽda eſt,iuſtis autẽ vberior deferẽda honoF rificentia. Quicũq; enim iuſtũ receperit in nomine iu Mat.10.
ſti,mercedem iuſti accipiet, vt dominus pronũciauit. Tanta autẽ eſt apud deum hoſpitalitatis gratia,vt nepotus quidem aquę frigidæ à præmijs remunerationis immunis ſit. Vides quia Abraham deum recepit hoſpitio dum hoſpites quærit? Vides quia Loth angelos ſuſcepit? Qui ſcis an & tu cum ſuſcipis hoſpitem,ſuſcipias Chriſtũ? Licet in hoſpite ſit Chriſtus, quia Chri-
ſtus in paupere eſt,ſicut ipſe ait: In carcere eram,& ve Mat.25.
niſtis ad me: nudus erã,& operuiſtis me. Suaue eſt igitur non pecuniæ,ſed gratiæ ſtudere. Verum hoc malum iamdudum humanis influxit mẽtibus, vt pecunia honori ſit,& animi hominũ diuitiarum admiratione capiantur. Inde ſe immerſit auaritia,veluti quędã bonorum ariditas officiorum, vt homines damnũ putẽt quicquid præter morem impẽditur. Sed etiam in hoc aduerſus auaritiã,ne quod afferre poſsit impedimẽtũ, proſpexit ſcriptura venerabilis, dicens: Quia milior Prou. 15.
eſt hoſpitalitas cũ oleribus. Et infra: Melior eſt panis in ſuauitate cũ pace. Nõ enim prodigos nos docet eſſe ſcriptura,ſed liberales. Largitatis enim duo ſũt genera. Vnum liberalitatis, alterum prodigæ effuſionis. Liberale eſt hoſpitio ſuſcipe,nudũ veſtire,redimere captiuos,nõ habẽtes ſumptũ iuuare. Prodigũ eſt,ſumptuoſis effluere cõuiuijs,& vino plurimo. Vnde legiſti: Prodigũ eſt vinũ,& cõtumelioſa ebrietas. Prodigũ Prou.20.
eſt popularis fauoris gratia iexinanre proprias opes,

Quod faciunt qui ludis circensibus vel etiam theatralibus & muneribus gladiatorijs vel etiam venationibus patrimonium dilapidant suum, vt vincat superiorũ celebritates: cũ totũ illud sit inane quod agũt: quãdo quidem etiã bonorũ operũ sumptib⁹ immoderatũ esse nõ deceat. Pulchra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere, vt abundes pluribus: non cõciliãdi fauoris gratia vltra modũ fluere. Quicquid ex affectu puro ac syncero ꝓmitur, hoc est decorũ, nõ supfluas ędificatiões aggredi, nec prętermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc cõuenit, ornare dei tẽplum decore cõgruo, vt etiã hoc cultu aula domini resplendeat, impensas misericordiæ cõuenientes frequẽtare, q̃tũ oporteat largiri peregrinis, nõ supflua, sed competẽtia: nõ redundantia, sed cõgrua humanitati, ne sumptu pauperum alienam sibi quærat gratiam, ne restrictiorem erga clericos aut indulgentiorem se ꝓbeat. Alterũ eni inhumanũ, alterũ ꝓdigũ, si aut sumptus desit neeesitati eorũ quos à sordidis negociationis aucupijs retrahere debeas, aut voluptati supfluat.

¶De modo inter remissionẽ & seueritatẽ cõseruãdo, & qđ simulata remissio grauiores aliquando causas adoriatur, exẽplũ de Absalon. CAPVT XXII.

VINETIAM verborum ipsorũ & præceptorũ esse mẽsuram cõuenit, ne aut nimia remissio videatur, aut nimia seueritas. Plerique enĩ remissiores malunt esse, vt videantur boni.
H Sed nihil simulatum & fictum verę virtutis esse certũ est, quinetiã diuturnũ esse non solet. In principio vernat, in processu tanq̃ flosculus dissipatur & soluitur. quod autem verũ ac syncerũ, alta radice fundatur. Et vt exẽplis assertiões nostras probemus quoniã quæ simulata sunt, diuturna esse non possunt, sed tanq̃ ad tẽpus virentia cito decidunt: ex ea familia ex qua nobis plurima ad virtutis profectum exempla accersiuimus, vnum simulationis & fraudis proferamus testimoniũ.
2. Re. 15. Absalon erat Dauid regis filius, decore insignis, egregius forma, præstans iuuẽta, ita vt vir talis in Israel nõ reperiretur, à vestigio pedis vsq; ad verticem immaculatus. Is fecit sibi currus & equos, & viros quinquaginta qui præcurrerent ante eum. Surgebat diluculo, & stabat ante portam in via, & si quem aduertisset regis iudicia quærentem, accedebat ad eum, dicens: Ex qua ciuitate es tu? Respondit ille: Ex vna tribu sum de tribubus Israel, seruus tuus. Referebat Absalon: Verba tua bona sunt & directa: & quite audiat, non est tibi datus à rege. Quis constituet me iudicem? Et quisquis ad me veniet, cuicunque fuerit iudicium necessarium,
* iudicabo * iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederent adorare eum, extendens manus suas apprehẽdebat atque osculabatur eos. Sic conuertit in se corda omnium, dum blanditiæ huiusmodi intimorum tangunt viscerum sensum. Sed delicati isti & ambitiosi elegerunt honorabilia & grata ad temp⁹ & iucunda. Vbi autẽ parua processit dilatio, quã prudens omniũ propheta paulisper cedendo interponendam putauit, non potuerunt tolerare ac sustinere.
I Denique nõ dubitãs de victoria Dauid, commẽdabat filium dimicaturis, vt ei parcerent. Ideóque nec prælio ĩteresse maluit, ne vel referre arma parricidæ licet videretur, sed tamen *filio. Liquet igitur ea esse perpetua ac solida, quæ vera sunt, & quæ syncere potius q̃ dolo congregantur. Ea vero quæ simulatione atque assentatione parta sunt, non posse diu perseuerare.
* filioli.

¶Quod pecunia redempti non diu fidem custodiant: quia quos semel pecunia redemeris, sem per se remissiõe & adulatione putant redimẽdos. CAPVT XXIII.

VIS igitur vel illos qui pecunia ad obediẽtiã redimũtur, vel eos qui assentatione inuitantur, fidos sibi arbitretur? Nam & illi frequenter se vendere volunt, & isti imperia dura ferre non possunt. Leui assentatiũcula facile capiuntur. si perstrinxeris verbo, immurmurant, desunt, infesti abeũt, indignãtes relinquũt, imperare malũt q̃ obedire. Quasi obnoxios beneficio, subiectos sibi debere esse existimãt, quos præpositos sibi habere debeãt. Quis igitur sibi fideles putet, quos vel pecunia vel adulatione sibi obligandos crediderit? Nam & ille qui pecuniam acceperit, vilem se & despectum iudicat nisi sæpe redimatur. itaque frequenter expectat preciũ suũ: & ille qui obsecratione ambitus videtur, vult sem per rogari.

¶Bonis tantum artibus ad honores nitendum, maxime eccleſiasticos, nec inferiores ordines simulatis virtutibus episcopo derogare, nec item episcopum clero esse inuidum, sed iustum in omnibus, maxime in iudicando. CAPVT XXIIII.

ERGO bonis artib⁹ & syncero proposito nitẽdum ad honorẽ arbitror, & maxime ecclesiasticum, vt neque resupina arrogãtia, vel remissa negligẽtia sit, neq; turpis affectatio, & indecora ambitio. Ad oĩa abũdat animi directa simplicitas, satisq; se ipsa cõmendat. In ipso vero munere neq; seueritatem esse durã cõuenit, nec nimiã remissionẽ: ne aut potestatẽ exercere, aut susceptũ officiũ nequaq̃ implere videamur. Enitẽdũ quoq; vt beneficijs atque officijs obligem⁹ plurimos, & collatã reseruemus gratiam, ne iure beneficij fiãt immemores, qui se grauiter læsos dolent. Sæpe enim vsu venit vt quos gratia foueris, vel aliquo superiore cumulaueris gradu, auertas si ind gne aliquem eis præponendũ indices. Sed & sacerdotem beneficijs suis vel iudicijs fauere cõuenit, vt æquitatẽ custodiat: & presbytero vel ministro deferre vt parenti. Neq; eos qui semel proba ti sunt, arrogantes esse oportet, sed magis tanquã memores gratiæ, humilitatẽ tenere: neq; offendi sacerdotem si aut presbyter, aut minister, aut quisquam de clero, aut misericordia, aut ieiunio, aut ĩtegritate, aut doctrina, aut lectione existimationẽ accumulet suã. Gratia enim ecclesiæ, laus doctoris est: bonum alicui⁹ prædicari, ita tamen, si nullo studio fiat iactantiæ. Laudẽt enim vnũquenq; proximorum labia, & non os suũ, & cõmendent opera, nõ studia sua. Cæterum si quis non obediat episcopo, extollere atque exaltare sese desiderãs, obũbrare merita episcopi simulata affectatiõe doctrinę, aut humilitatis, aut miæ: is à vero deuius superbit: quoniam veritatis ea est regula, vt nihil facias cõmendandi tui causa quo minor alius fiat: neque si quid boni habeas, id ad deformationẽ alterius & vituperationem exerceas, Non defendas improbum, & sancta indigno commitenda arbitreris, neq; iterum vrgeas & pugnes cuius crimen nõ deprehenderis. Nam cum in omnibus iniustitia cito offendat, tum maxime in ecclesia, vbi æquitatem esse oportet, vbi æqualitatem habe
M ri decet, vt nihil sibi potentior plus vindicet, nihil vsurpet ditior. Sive enim pauper, sive diues, ĩ Christo vnũ sunt: nihil sanctior plus sibi arroget. Ipsũ enĩ par est esse humilorem. Sed nec personam alteri⁹ accipia mus in iudicio, gratia absit, causam merita decernant. Nihil sic opinionem, immo fidẽ grauat, q̃ si in iudicando potẽtiori dones causam inferioris, vel pauperẽ innocentem arguas, diuitem excuses reum culpæ. Pronum quippe est genus hominum fauere honoratioribus, ne læsos se putent, ne victi doleant. Sed primum si offensam vereris, non recipias iudicium, si sacerdotes, aut si quisquam alius, nõ lacessas. Licet tibi silere in

A negocio duntaxat pecuniario, quanquam sit cõstantiæ adesse æquitati. In causa autẽ dei, vbi cõmunionis periculum est, etiam dissimulare, peccatum est non leue.

¶Fauores & beneficia plus pauperibus q̃ diuitib⁹ erogãda, quia de eo quod diues forte dedignatur, pauper maximam tibi habet gratiam: & quod beneficia nõ sola fiant pecunia. CAPVT XXV.

QVID autem tibi prodest fauere diuiti? An quia citius amatẽ remuneret? His enim fauemus frequentius, à quibus referendæ vicem speramus gratiæ. Sed eo magis infirmo & inopi nos studere cõuenit, quia pro eo qui non habet, remunerationem speramus à domino Iesu, qui sub specie cõuiuij generalem virtutis edidit formam, vt ijs potius nostra cõferamus beneficia qui nobis ea non possunt repræsentare, dicens, ad conuiuium atq; epulas non eos qui diuites sunt, sed pauperes inuitandos. Diuites enim rogari videntur vt ipsi quoque nobis reddant conuiuiũ. Pauperes (quia non habẽt quod restituant) cum acceperint, remuneratorem nobis faciunt dominum, qui se pro paupere obligandum obB tulit. Ad ipsum quoque seculi vlum collatio beneficij facta in pauperes magis q̃ in locupletes, pl⁹ iuuat, quia diues dedignatur beneficium, & pudet eum debitorẽ esse gratiæ. Quinetiã id quod collatũ est sibi, meritis suis arrogat, quodvel vt debitum acceperit, vel ideo datũ sit, eo quod is qui dedit, reddẽdũ sibi à diuite vberius existimauerit. Ita in accipiendo beneficio, eo ipso quod acceperint diuites, dedisse se magis q̃ accepisse existimant. Pauper vero & si non habet vnde reddat pecuniã, refert gratiã. In quo certũ est qđ plus reddat quàm acceperit. Pecunia enim numo soluitur, gratia nunquam exinanitur. Reddendo vacuatur pecunia, gratia autem & habendo soluitur, & soluendo retinetur. Deinde quod diues refugit, pauper fatetur, quod sit obligatus debito, sibiq; subuentum, non honori suo delatũ putat, donatos sibi arbitratur filios, vitam redditã, seruatã familiã. Quãto igitur melius, apud bonos q̃ apud ingratos locare beneficium? Vnde dominus ad
Mat. 10. discipulos ait: Nolite possidere aurum, neq; argẽtum, neq; pecuniam. qua velut falce pullulantẽ in pectorib⁹ humanis succidit auaritiam. Petrus quoq; claudo (qui
Actuũ. 3. ex vtero matris suę portabatur) ait: Argentum & aurũ non habeo, sed quod habeo do tibi. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Itaque pecuniã nõ dedit, sanitatẽ dedit. Quãto meli⁹ est salutẽ habere sine pecunia, q̃ pecuniã sine salute? Surrexit claudus, qđ non sperabat: pecuniam nõ accepit, quã sperabat. Sed hæc vix in sanctis domini reperiuntur, vt diuitiæ contemptui sint.

C ¶De malo auaritiæ exemplo de Balaam, & Acham, & Dalila. CAPVT XXVI.

AETERNVM ita incubuerunt mores hominum ad admirationem diuitiarũ, vt nemo nisi diues honore dign⁹ putetur. Neq; hic recens vsus, sed iãdudum, quod peius est, inoleuit hoc vitium humanis mentibus. Siquidẽ cum
Iosue. 6. & 7. Hierico magna ciuitas tubarũ sacerdotaliũ sono corruisset, & Iesus Naue potiretur victoria, cognouit infirmatã esse virtutẽ populi per auaritiã, atq; auri cupiditatẽ. Nã cũ de spoliis vrbis incẽsæ sustulisset Achã vestẽ auream, & ducenta argenti didrachmata, & linguã aureã, oblat⁹ domino negare nõ potuit, sed prodidit furtũ. Vetus igitur & antiqua auaritia est, quæ cum ipsis diuinę legis cœpit oraculis, immo ꝓpter ipsam re primendã lex dei data est. Propter auaritiã Balac putauit Balaã præmijs posse tẽtari vt maledíceret populum patrũ: & vicisset auaritia, nisi domin⁹ à maledicto abstinere vetuisset. Et propter auaritiam præcipitatus D Achã, in exitiũ deduxerat totam plebem parentum. Itaq; Iesus Naue, qui potuit solẽ sistere ne procederet, auaritiã hominum non potuit sistere ne serperet. Ad vocem eius sol stetit, auaritia nõ stetit. Sole itaque stãte confecit Iesus tryumphum, auaritia autem procedẽte pene amisit victoriã. Quid? fortissimum omniũ Sãpson nonne Dalilæ mulieris auaritia decepit? Itaq; ille qui rugientem leonẽ manib⁹ discerpsit suis, qui vinct⁹ & alienigenis traditus, sine vllo adiutore solus dissolutis vinculis, mille ex his peremit viros, qui funes intextos neruis velut mollia sparti fila dirupit, is super genua mulieris inflexa ceruice truncatus inuicti crinis ornatũ, prærogatiuam sue virtutis amisit. Influxit pecunia in gremiũ mulieris, & à viro discessit gratia. Feralis igitur auaritia, illecebrosa pecunia, quæ habentes contaminat, non habentes non iuuat. Esto tamen vt aliquando adiuuet pecunia, inferiorẽ tamen, & ipsum desiderantem. Quid ad eum qui non desiderat, qui nõ requirit, qui auxilio eius non indiget, studio nõ flecti tur? Quid vt alijs sit illẽ copiosior qui habet? Nunquid idcirco honestior quia habet quo honestas plerũque amittitur, quia habet quod custodiat, magis q̃ qđ possideat? Illud enim possidemus quo vtimur. Quod autem vltra vsum est, non vtique habet possessionis fructum, sed custodiæ periculum.

¶De benignitate, & quod excommunicatio tardius sit exercenda. CAPVT XXVII. E

AD summã nouimus quod pecuniæ contemptus, iustitiæ forma sit: & ideo auaritiã declinare debemus, & omni studio intẽdere ne qd faciam⁹ vnq̃ aduersus iustitiã, sed in omnibus gestis & operibus custodiamus eam. Si voluIumus cõmendare nos deo, charitatẽ habeamus, vnanimes simus, humilitatẽ sequamur, alter alterũ existimantes superiorem sibi. Hæc est enim humilitas, si nihil sibi quis arroget, sed iferiorẽ se esse existimet. Episcopus vt membris suis vtatur clericis, & maxime ministris qui sunt vere filij: quem cuiq; viderit aptum muneri, ei deputet. Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur si potest sanari medicamentis. si nõ potest, tunc à medico bono abscindi tur. Sic episcopi affectus boni est, vt optet sanare infirmos, serpẽtia auferre vlcera, adurere aliqua, nõ abscin E dere, postremo quod sanari nõ potest, cum dolore abscindere. Vnde pulcherrimum illud præceptũ magis eminet, vt cogitemus nõ quæ nostra sunt, sed quę aliorum. Hoc enim modo nihil erit quod vel irati nostro indulgeamus affectui, vel fauentes nostrę plus iusto tribuamus aliquid voluntati.

¶De bono compassionis, & quod sacris ecclesiarum thesauris non sit parcendum tempore necessitatis, exempli causa inducitur Laurentius, & ipse Ambrosius, CAPVT XXVIII.

HOC maximum incentiuũ misericordiæ, vt cõpatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorũ quãtũ possum⁹ iuuem⁹, & pl⁹ interdũ q̃ possum⁹. Meli⁹ est enim pro misericordia causas præstare, vel inuidiã perpeti, q̃ prętẽdere inclemẽtiã: vt nos aliquando in inuidia miscidimus, qui cõfregerimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus: quod Arrianis displicere poterat, nec tã factũ displicere, q̃ vt esset quod in nobis reprehẽderẽt. Quis autẽ est tã durus, immitis, ferreus, cui displiceat quod homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus Barbarorum, quæ grauiores morte sunt: adolescentulæ, vel pueruli, vel infantes ab idolorũ cõtagijs, quib⁹ mortis metu inquinabantur? Quã causam nos et si nõ sine ratiõe aliqua gessim⁹, tamẽ ita ĩ populo ꝓse-

G cuti ſum⁹,vt cõfiteremur, multoq; fuiſſe cõmodi⁹ aſtruerem⁹,vt aïas domino q̃ aurũ ſeruarem⁹. Qui enĩ ſine auro miſit apoſtolos,& eccleſias ſine auro cõgreganit. Aurũ eccleſia habet,nõ vt ſeruet,ſed vt eroget, & ſubueniat ĩ neceſsitatib⁹. Quid op⁹ cuſtodire quod nihil adiuuat? An ignoram⁹ quãtũ auri atq; argẽti de tẽplo domini Aſsyrij ſuſtulerint? Nõne melius cõflat ſacerdos ꝓpter alimoniã pauperũ, ſi alia ſubſidia deſint,q̃ ſacrileg⁹ cõtaminata aſportet hoſtis? Nõne dicẽtur⁹ eſt domin⁹: Cur paſs⁹ es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurũ,vt miniſtraſses alimoniã. Cur tot captiui deducti in cõmerciũ ſũt,nec redẽpti? Cur tot ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat vt vaſa viuentũ ſeruares,q̃ metallorũ. His nõ poſſet reſponſũ referri. Quid enim diceres? Timui ne tẽplo dei ornatus deeſſet? Reſpõderet: Aurũ ſacramẽta nõ quẽrunt: neq; auro placẽt. quæ auro nõ emũtur. Ornat⁹ ſacramẽtorũ, redẽptio captiuorũ eſt. Et vere illa ſunt vaſa preciola quę redimũt animas à morte. Ille ver⁹ theſaur⁹ eſt domini,qui operatur quod ſanguis eius operat⁹ eſt. Tũc vas dominici ſanguinis agnoſco, cũ in ytroq; videro redẽptionẽ,vt calix ab hoſte redimat quos ſanguis à peccato redemit. Quãm pulchrũ vt cũ agmina captiuorũ ab eccleſia redimũtur,dicatur: Hos Chriſt⁹ redemit, Ecce aurũ qđ ꝓbari poteſt, Ecce aurũ vtile, Ecce aurũ Chriſti,qđ à morte liberat, Ecce aurũ quo redimitur pudicitia,ſeruatur caſtitas, Hos ergo malui vobis liberos tradere,q̃ aurũ reſeruare. Hic numerus captiuorũ,hic ordo præſtatior eſt, q̃ ſpecies poculorũ.

H Huic muneri ꝓficere debuit aurũ redẽptoris, vt redimeret periclitãtes. Agnoſco infuſum auro ſanguinem Chriſti nõ ſolũ irrutilaſſe,verũetiã diuinæ operatiõis impreſsiſſe virtutẽ redẽptiõis munere. Tale aurũ ſanctus martyr Laurẽtius domino reſeruauit, à quo cum quærẽtur theſauri eccleſię,promiſit demõſtraturũ ſe. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus vbi eſsent theſauri quos promiſerat,oſtẽdit pauperes, dicẽs: Hi ſunt theſauri eccleſiæ. Et vere theſauri, in quib⁹ Chri
2.Cor.4 ſtus eſt,in quib⁹ Chriſti fides eſt. Deniq; apoſtol⁹ ait: Habem⁹ theſaurum in vaſis fictilibus. Quos meliores theſauros habet Chriſt⁹,q̃ eos in quibus ſe eſse dixit?
Mat. 25. Sic enim ſcriptũ eſt: Eſuriui,& dediſtis mihi manducare? ſitiui,& dediſtis mihi bibere: hoſpes erã,& collegiſtis me. Et infra: Quod enim vni horũ feciſtis, mihi feciſtis. Quos meliores Ieſus habet theſauros,q̃ eos in quibus amat videri? Hos theſauros demonſtrauit Laurẽtius,& vicit,quod eos nec ꝓſecutor potuit auferre. Itaq; Ioachim qui aurũ in obſidione ſeruabat, nec diſpẽſabat alimoniæ cõparandæ: & aurum vidit diripi, & ſe in captiuitatẽ deduci. Laurentius qui aurum eccleſiæ maluit erogare pauperibus,q̃ ꝓſecutori reſeruare, pro ſingulari interpretationis viuacitate ſacrã martyrij accepit coronã. Nũquid dictũ eſt ſancto Laurẽtio: Nõ debuiſti erogare theſauros eccleſię,vaſa ſacramentorũ vendere? Opus eſt vt quis fide ſyncera & perſpicaci prouidentia munus hoc impleat. Sane ſi in ſua ali
I quis deriuat emolumẽta,crimen eſt. Sin vero pauperibus erogat,captiuũ redimit,miſericordia eſt. Nemo enim poteſt dicere,cur pauꝑ viuit? Nemo poteſt queri quia captiui redẽpti ſũt. Nemo poteſt accuſare,quia tẽplũ dei ędificatum eſt. Nemo poteſt indignari,quia humandis fidelium reliquijs ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia ſepulturis Chriſtianorũ, requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa eccleſiæ etiam initiata cõfringere,conflare,vẽdere licet. Opus eſt vt de eccleſia myſtici poculi forma nõ exeat,ne ad
*Myſterium. vſ⁹ nepharios ſacri calicis *miniſteriũ trãſſeratur. Ideo intra eccleſiam primum quæſita ſunt vaſa quæ initiata nõ eſsent: deinde communita,poſtremo conflata, per minutas erogationes diſpenſata egentibus, captiuorũ quoq; precijs ꝓfecerũt. Quod ſi deſunt noua,& quæ K nequaquã intiata videantur: in huiuſmodi vſus quos ſupra diximus,arbitror omnia pie poſse conuerti.

¶ Depoſita viduarum, immo omniũ fideliũ in eccleſia cum ſui etiam periculo cõſeruanda. Exemplum de Onia,& Heliodoro, & ſeipſo, & Ticinenſi epiſcopo. CAPVT XXIX.

ILLVD ſane diligenter tuẽdum eſt,vt depoſita viduarum intemerata maneant, ſine vlla ſeruentur offenſione: nec ſolũ viduarũ ſed etiam omnium. Fides enim exhibẽda omnib⁹, ſed maior eſt viduarum cauſa & pupillorum. Denique hoc ſolo vi
duarum nomine (ſicut in libris Machabęorũ legimus) 2. Mac.3.
cõmendatum templo omne ſeruatum eſt. Nam cũ indicium factũ eſset pecuniarum quas in tẽplo Hieroſolymis maximas reperiri poſse Simon nefarius Antiocho regi prodidit, miſsus in Hieruſalem Heliodorus ad tẽplum venit, & ſummo ſacerdoti aperuit indicij inuidiã,& aduẽtus ſui cauſam. Tunc ſacerdos depoſita eſse dixit viduarum victualia & pupillorum, quædam autẽ Hircani Tobiæ viri ſancti: eaque demõſtrauit. Argẽti taléta quadringẽta erãt, auri vero ducẽta. Quæ cum Heliodorus ereptũ ire vellet, & regis vẽdicare cõmodis,ſacerdotes ante altare iactauerũt ſe,in- *do
duti ſacerdotales ſtolas,& deũ viuũ qui* depoſitis le-
gem dederat,flentes inꝛocabant cuſtodẽ ſe ꝓcepto rũ præſtare ſuorũ. Vultus vero & color ſummi ſacerdotis immutatus declarabat dolorẽ animi, & mentis intẽtæ ſolicitudinẽ. Flebant omnes, quod in contem- L
ptũ loc⁹ vẽturus foret ſi nec in dei tẽplo tuta fidei ſeruaretur cuſtodia: accinctæq; mulieres pectus,& clauſę virgines pulſabãt ianuas,ad muros alij currebãt ꝓ feneſtras alij proſpectabãt, omnes ad cęlũ tẽdebãt manus,orantes vt ſuis dominus adeſset legibus. Heliodorus autem nec his territus, quod intẽderat vrgebat, & ſatellitibns ſuis ęrarium ſepſerat. Tum ſubito apparuit illi terribilis eques armis præfulgens aureis, equ⁹ autem eius erat inſigni ornatus opertorio. Alij quoq; duo iuuenes apparuerũt in virtute inclyta,decore grato,cum ſplendore gloriæ,ſpectoſi amictu, qui circunſteterunt eum,& vtraq; ex parte flagellabant ſacrilegum,ſine vlla intermiſsione cõtinuato verbere. Quid multa? Circũfuſus caligine in terram concidit, & euidenti diuinæ operationis indicio exanimatus iacebat, nec vlla ſpes in eo reſidebat ſalutis. Oborta eſt lætitia metuentibus,metus ſuperbis, deiectiq; ex amicis Heliodori quidam rogabãt Oniam vt vitam poſceret ei, M
quoniam ſupremum gerebat ſpiritum. Rogante itaque ſacerdote ſummo, ijdẽ iuuenes iterũ Heliodoro apparuerunt ijſdem amicti veſtibus,& dixerũt ad eũ: Oniæ ſummo ſacerdoti gratias age, propter quem tibi vita eſt reddita. Tu autẽ expert⁹ flagella dei, vade & nuncia tuis omnibus quantã cognoueris templi religionem,& dei poteſtatem. His dictis non comparuerunt. Heliodorus itaque recepto ſpiritu hoſtiam domino obtulit,Onię ſacerdoti gratias egit, & cum exercitu ad regem reuertitur, dicens: Si quem habes hoſtem,aut inſidiatorẽ rerũ tuarũ,illuc eum dirige,& flagellatũ recipies eũ. Seruãda eſt igitur filij depoſitis fides,adhibẽda diligẽtia. Egregie hinc veſtrũ enituit miniſteriũ,ſi ſuſcepta impreſsio potẽtis quã vel vidua vel orphani tolerare nõ queãt, eccleſiæ ſubſidio cohibeatur,ſi oſtẽdatis pl⁹ apud vos mãdatũ domini, q̃ diuitis valere gratiã. Meminiſtis ipſi quotiẽs aduerſus regales impetus pro viduarũ, immo omnium depoſitis certamẽ iubierunus. Cõmune hoc vobiſcũ mihi recẽs exẽplũ eccleſię Ticinẽſis ꝓferã,quę viduę depoſitũq̃ ſuſceperat,amittere periclitabatur. Interpellãte enĩ eo q̃ ſibi illud imperiali reſcripto vẽdicare cupiebat, cle

A rici nõ tenebãt autoritatẽ,honorati quoq; & interceſſores dati,nõ poſse ꝓceptis imperatoris obuiari fere bãt Legebatur reſcripti forma directior, magiſter officiorũ ſtatuta agens in rebus imminebat. Quid plura? Traditũ erat: tamẽ cõmunicato mecũ cõſilio, obſedit ſanctus epiſcopus ea cõclania ad quæ trãſlatũ illud de poſitũ viduæ cognouerat. Quod vbi nõ potuit auferri receptũ ſub chirographo eſt. Poſtea iterũ flagitabatur ex chirographo. Ꝓceptũ impator iterauerat, vt ipſe per ſemet ipſum nos conueniret Negatũ eſt,& expoſita diuinæ legis autoritate, & ſerie lectionis, & Heliodori periculo,vix tandem rationem imperator accepit. Poſt etiam tentata fuerat obreptio, ſed prævenit ſanctus epiſcopus vt redderet viduæ quod acceperat. Eides interim ſalua eſt,oppreſsio non eſt formidini, quia iam res non fides periclitatur.

¶ Qui fugiẽdi,& qui ſint in bono zelãdi. CAP. XXX.

ILLI fugite improbos,cauete inuidos,Inter improbum & inuidũ hoc intereſt. Im
probus ſuo delectatur bono⁹, inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala, hic bona
1. Tim. 5. odit. vt prope tolerabilior ſit qui ſibi vult bene, q̃ qui male omnibus. Filij ante factum cogitate: cũ diutius cogitaueritis,tũc facite quod probatis. Laudabilis mors cũ occaſio datur,rapienda eſt illico. Dilata gloria fugit,nec facile cõprehenditur. Fidem diligite,quoniam per fidẽ & deuotionẽ Ioſias magnum ſibi ab vniuerſis amorẽ acquiſiuit,quoniã celebrauit paſcha domini cũ
B eſset annorũ decẽ & octo,quẽadmodũ nemo ante eũ. Zelo itaq; vt vicit ſuperiores,ita & vos filij zelum dei ſumite. Exquirat vos dei zelus & deuoret,vt vnuſquiſque veſtrum dicat: Exquiſiuit me zelus domus tue. Apoſtolus Chriſti zelotos dictus eſt. Quid de apoſtolo dico? Ipſe dominus ait: Zelus domus tuæ comedit
Pſal.62. me. Sit ergo inter vos dei zelus,non iſte humanus quẽ inuidia generat. Sit inter vos pax,quę ſuper omnẽ ſen
Philip.4. ſum eſt. Amate vos inuicem. Nihil charitate dulcius, nihil pace gratius. Et voſipſi ſcitis quod præ cæteris vos ſemper dilexi & diligo, Quaſi vnius patris filij, coaluiſtis in affectum germanitatis. Quæ bona ſunt tenete,& deus pacis & dilectionis erit vobiſcũ in domino Ieſu,cui eſt honor,gloria,magnificentia,poteſtas, cum ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

CAPITA LIBRI TERTII OFFICIORVM.

Quod ſancti & in quiete maxima operentur & mira, oſtenditur ex Moyſe & Heliſæo. Caput I.
Honeſtũ & vtile apud Chriſtianos vnum eſse,qui non cõmoda tẽporalia ſequimur,ſed æterna. Cap. II.
De calumnia reprimẽda, & beneficẽtia cũctis exhibẽda. Exẽplũ de harmonia mẽbrorũ,quę ſingula ſingulis obſequuntur. Caput III.
Alienis incõmodis noſtra lucra nõ quẽrẽda. Cap. IIII.
Nihil à ſapientibus niſi quod honeſtũ ſit expetendum & honeſtati ſalutẽ quoq; poſtponẽdam, in quo David maxime commendatur, & Ioannes Caput V.
Famis tempore ſubueniendũ, nec auare partis incubãdum, vel precia captãda. Exempla de Ioſeph, & diuite auaro in Euangelio. Caput VI.
Peregrinos tẽpore famis vrbe non arcendos: quod nõ ſolum inhoneſtum, ſed & inutile propoſitis comprobatur exemplis. Caput VII.
Honeſtatem ſaluti quoq; prelatam à deo comprobari. Exempla de Ioſue & Caleb & cæteris exploratoribus. Caput VIII.
Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere, & omnes honeſtatem Dauid & Nabuthæ imitari debere. Caput IX.
Vitia virtutibus obliterari, & perfidis etiã ac fraudulentis fidem oportere cuſtoditi: quod Ioſue Gabaonitis intimatur exhibuiſſe. Caput X.
Auaros & fraudulentos interdũ cupitis fraudari, ſemper autẽ apud deum malevolentiæ reatu obnoxios teneri. Fabula de quodam Syracuſano, & paradigma de Doech Idumæo, & Anania. Caput XI.
De malo temerarij iuramenti paradigma de Herode & Iepte, & quod filia eius ſponte ſua die condicta reuerſa,fidem illorum præcellat Pythagoræorum qui ſe vades inuicem dederunt. Caput XII.
Quãtũ piculũ Iudith hõeſtatis ſtuitu ſubierit. Ca. XIII.
Quod ſemper honeſtatem ſequatur vtilitas: quod licet apud homines aliter ſæpe contingere videatur, apud deum tamen perpetuo ita eſse comprobatur multis exemplis. Caput XIIII.
Laus honeſtatis,magnanimitate Heſter, & fide Ionathe commendatur & Achimelech. Caput XV.
De moderamine amicitiæ conſeruandę, claudit volumen Caput XVI.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANEN. OFFI. LIB. III.

¶ Quod ſancti & in quiete maxima operẽtur & mira, oſtenditur ex Moyſe & Heliſæo. CAPVT I.

DAVID propheta docuit nos tanquam in ampla domo deã bulare in corde noſtro, & cõ uerſari cum eo tanquam cum bono contubernali,vt ipſe ſibi diceret, & loqueretur ſecum,vt eſt illud: Dixi, cuſtodiam vias meas. Salomõ quoque filius eius ait: Bibe aquam de tuis vaſis,& de puteorum tuorũ fontibus,hoc eſt, tuo conſilio vtere. Aqua enim alta,conſilium in corde viri. Nemo,inquit,alienus particeps ſit tibi,fons aquę tuæ ſit tibi proprius: & iucundare cum tua vxore quæ eſt tibi à iuuentute. Ceruus amicitiæ & pullus gratiarũ confabulentur tecum. Non ergo primus Scipio ſciuit ſolus non eſse cum ſolus eſset, nec minus negocioſus cum ocioſus eſset. Sciuit ante ipſum Moyſes, qui cum taceret,clamabat: cum ocioſus ſtaret,præliabatur: nec ſolum præliabatur,ſed etiam de hoſtibus quos nõ contigerat,triumphabat, adeo ocioſus, vt manus eius alij ſuſtinerent: nec minus quam cæteri negocioſos, qui ocioſis manibus expugnabat hoſtem quem non poterant vincere qui dimicabant. Ergo Moyſes & in ſilentio loquebatur,& in ocio operabatur. Cuius autẽ maiora negocia, quam huius ocia, qui quadraginta diebus poſitus in monte, totam legem complexus eſt, & in illa ſolitudine qui cum deo loqueretur non defuit? Vnde & Dauid ait: Audiam quid loquatur in me deus.
Et quanto plus eſt,ſi cum aliquo deus loquatur, quam Pſal.48.
ipſe ſecum? Tranſibant Apoſtoli: & vmbra eorum curabat infirmos. Tangebantur veſtimenta eorum, & ſa Actuũ.5.
nitas deferebatur. Sermonem locutus eſt Helias,& pluuia ſtetit,nec cecidit ſuper terram tribus annis, & ſex 3.Reg.17.
menſibus. Iterum locutus eſt, & hydria farinæ non defecit,& vas olei toto famis diuturnæ tempore non eſt exinanitum. Et quoniam pleroſq; delectant bellica, quid eſt præſtantius exercitus magni lacertis: an ſuis meritis confeciſse prælium? Sed debat Heliſæus in vno loco,& rex Syriæ magnam belli molem inferebat po- 4.Reg.6.
pulo patrum, diuerſiſq; conſiliorum acerbebat frau-

dibus:& circumuenire insidijs moliebatur, sed omnes
eius apparat⁹ propheta deprehẽdebat, & vigore men
tis per gratiam dei vbique præsens, cogitationes ho-
stium suis annunciabat, & monebat quibus cauerent
locis. Quod vbi regi Syriæ manifestatum est, missо ex
ercitu clausit prophetã. Orauit Heliseus,& oẽs illos cæ
citate percuti fecit, & captiuos intrare Samariam, qui
ve nerant obsidere eum. Conferamus hoc ocium cum
aliorum ocio. Alij enim requiescendi causa abducere
animum à negocijs solent,& à conuentu cœtuq; homi
num subtrahere sese,& aut ruris petere secretum, cap
tare agrorũ solitudines,aut intra vrbẽ vacare animo
indulgere quieti & tranquillitati. Heliæus autẽ aut in
solitudine Iordanẽ transitu suo diuidit, vt pars defluat
posterior, superior autem in fontem recurrat, aut in.
Carmelo,resoluta difficultate generandi inopina'ste-
rilem conceptione fœcundat, aut resuscitat mortuos,
aut ciborũ temperat amaritudines, & facit farinæ ad-
mixtione dulcescere, aut decẽ panibus distributis re-
liquias colligit plebe saturata: aut ferrum securis ex-
cussum,& in fluuij Iordanis mersum profundo, misso
in aquas ligno facit supernatare, aut emundatione le-
prosum,aut siccitatem imbribus,aut famẽ mutat fœcũ
ditate. Quando ergo iustus solus est,qui cum deo sem-
per est? Quãdo solitarius est,qui nũq; separatur a Chri
Roma.8. sto? Quis nos,inquit,separabit a dilectiõe Christi? Con
fido quia neq; mors,neq; vita,neq; angelus. Quado au-
tẽ feriatur a negocio,qui nunq; feriatur a merito, quo
cõsummatur negociũ? Quibus autẽ locis circũscribi-
tur,cui totus mũdus diuitiarũ possisio est? Qua æstima
tione definitur,qui nunq; opinione cõprehẽditur? Et-
H enim quasi ignoratur & cognoscitur, quasi moritur &
ecce viuit,quasi tristis & semper lętior,vt egenus & lar
gus,vt qui nihil habeat,& possideat oia. Nihil enĩ spe
ctat vir iust⁹, nisi quod cõstãs & honestũ est. Et ideo e-
tiã si alij videatur pauper,sibi dines est: qui non eorum
quę caduca,sed eorũ quę ęterna sũt æstimatiõe cẽsetur

¶Honestũ & vtile apud Christianos vnũ esse, qui nõ
cõmoda tẽporalia sequimur,sed ęterna. CAPVT.II.

ET quoniam de duobus superioribus locis di-
ximus, in quibus honestũ illud & vtile tracta
uimus, sequitur vtrum honestatẽ & vtilita-
tem inter se cõparare debeamus, & quærere
quid sit sequẽdum. Sicut enim supra tractauimus vtrũ
honestum illud an turpe esset,& secundo loco vtrum
vtile an inutile: similiter hoc loco vtrum honestum sit
an vtile,nonnulli requirendum putant. Nos autẽ mo-
I nemus ne hæc inter se velut compugnantia inducere
videamur,quæ iam supra vnum esse ostendimus: nec
honestũ esse posse nisi quod vtile,nec vtile, nisi quod
honestum,quia non sequimur sapientiam carnis,apud
quam vtilitas pecuniariæ istius commoditatis pluris
habetur,sed sapientiam quæ ex deo est, apud quam ea
quæ in hoc seculo magna æstimantur,pro detrimen-
to habentur. Hoc enim catorthoma quod perfectum
& absolutũ officiũ est,à vero virtutis fonte proficiscitur. Cui secũdũ est cõmune officiũ, quod ipso sermo-
ne significatur non esse arduæ virtutis ac singularis,
quod potest plurimis esse cõmune. Nam pecuniæ cõ-
pendia captare,familiare multis: elegãtiori cõuuio &
suauioribus delectari epulis,vsitatum est. Ieiunare au-
tem,& cõtinentẽ esse,paucorum est: & alieni cupidũ
non esse. rarum est. Contra autẽ detrahere velle alteri
& nõ esse contentũ suo. Nam in hoc cũ pleriq; cõsor
tiumest. Alia igitur prima, alia media officia. Prima
cum paucis,media cum pluribus. Deniq; in ijsdem ver
bis frequenter discretio est. Aliter enim bonum deum
dicimus,aliter hominem: aliter iustum deum appella
mus,aliter hominẽ. Similiter & sapiẽtem deum aliter

dicimus,aliter hominẽm. Quod & in euangelio doce K
mur: Estote ergo vos perfecti,sicut & pater vester qui Matt.5.
in cælis est,perfectus est. Ipsum Paulum lego perfectũ
& nõ perfectũ. Nam cũ dixisset: Nõ quod iam accepe Philip.3.
rim,aut iam perfectus sim,sequar autẽ sic vt cõpreden
dam: statim subiecit: Quicũq; ergo perfecti sumus. Du
plex est enim forma perfectionis: Alia medios: alia ple
nos numeros habens. Alia hic,alia ibi. Alia secundum
hominis possibilitatem,alia secũdum perfectionem iu
turam. Deus autẽ iustus per omnia, sapiens super om-
nia, perfectus in omnibus. Inter ipsos quoq; homines
distantia est. Aliter Daniel sapiens,de quo dictum est:
Quis Daniele sapiẽtior? aliter alij sapiẽter. Aliter Sa- Ezech.28
lomon,qui repletus est sapientia super omnem sapiẽ
tiam antiquorum, & super omnes sapientes Aegypti.
Aliud est enim cõmuniter sapere, aliud sapere perfe-
cte. Qui cõmuniter sapit,pro temporalibus sapit pro
se sapit,vt alteri aliquid detrahat,& sibi adiũgat. Qui
perfecte sapit,nescit sua spectare cõmoda sed ad illud
quod æternum est,quod decorum atq; honestum,toto
affectu intẽdit,quærẽs nõ quod sibi vtile est, sed quod
omnibus. Itaq; hæc sit formula,vt inter duo illa hone-
stum atq; vtile errare nequeamus,eo quod iustus nihil
alteri detrahendũ putet,nec alterius incõmodo suum
commodum augeri velit. Hanc formam tibi præscri- L
bit Apostolus dicens: Omnia licent,sed non omnia ex 1.Cor.10.
pediunt. Omnia licent,sed non omnia ædificant. Ne-
mo quod suum est quærat,sed quod alterius. Hoc est,
nemo cõmodum suum quærat,sed alterius: nemo ho-
norem suum quærat, sed alterius. Vnde & alibi dicit: Philip.2.
Alter alterum existimantes superiorem sibi, non quæ
sua sunt singuli cogitantes,sed quæ aliorũ. Nemo etiã
suam gratiam quærat,nemo suam laudem,sed alteri⁹.
Quod euidenter etiam in Prouerbijs declaratum esse
aduertimus,dicente sancto per Salomonem spiritu: Fi
li si sapiens fueris: tibi sapiens eris & proximis. Si au-
tem malus euaseris, solus hauries mala. Sapiens enim
alijs consulit,sicut iustus: quandoquidem consors sui
est vtriusque forma virtutis.

¶De calumnia rẽprimenda,& beneficẽtia cunctis ex
hibenda. Exemplum de harmonia membrorũ,quę
singula singulis obsequuntur. CAPVT III.

SI quis igitur vult placẽré omnib⁹ per omnia, M
quærat nõ quod sibi vtile est, sed quod mul-
tis,sicut quærebat & Paulus. Hoc est enim cõ
formari Christo, alienum non quærere nihil
alteri detrahere vt acquirat sibi. Christus enim domi-
nus cũ esset in forma dei,exinaniuit se vt formã susci-
peret hominis,quã operũ suorũ locupletaret virtuti-
bus. Tu ergo expolias, quẽ Christus induit? Tu exuis
quẽ vestiuit Christus? Hoc enim agis quãdo alteri⁹ de
trimẽto tua cõmoda augeri expetis. Cõsidera ô homo
vnde nomen sumpseris,ab humo vtiq;, quæ nihil cuiq;
eripit,sed oĩa largitur oibus, & diuersos in vsum om-
nium animãtium fructus ministrat. Inde appellata hu
manitas,specialis & domestica virtus hois, quæ cõsor
tẽ adiuuet. Ipsa te doceat forma tui corporis,mẽbro-
rũq; vsus. Nũquid mẽbrũ tuũ alterius mẽbri officia si
bi vẽdicat,vt oculus officiũ oris, aut os oculi officiũ si
bi vẽdicet,aut man⁹ pedũ ministeriũ, aut pes manuũ?
Quinetiã ipsę manus dextera ac sinistra dispartita ha-
bẽt officia pleraq;,vt si vsum cõmutes vtriusq;, adver-
sum naturã sit: priusq; totũ hominẽ exuas, q; mẽbrorũ
tuorũ ministeria cõuertas,si aut de sinistra cibũ sugge
ras,aut de dextera fungaris ministerio sinistræ vt re-
liquias ciborũ abluas: nisi forte poscat necessitas. Finge
hãc & da oculo virtutẽ,vt possit detrahere sensum ca-
piti,auditũ auribus,menti cogitatiões,odoratũ narib⁹
ori saporẽ,& sibi conferat, nõne omnẽ statũ dissoluet

1.Cor.12. naturæ? Vndẽ pulchre Apostol⁹ ait: Si totũ corpus ocu D
A lus, vbi auditus? Si totũ auditus, vbi odoratus? Omnes
ergo vnũ corpus sumus, & diuersa mẽbra, sed omnia
corpori necessaria. Nõ enim potest mẽbrũ mẽbro di-
cere,nõ es mihi necessariũ,quinetiã ipsa quę videntur
infirmiora membra esse,multo magis necessaria sunt,
& maiorẽ plerunq; tuendi se requirũt solicitudinem.
Et siquid dolet membrũ vnum, cõpatiuntur ei mem-
bra omnia. Vnde quã graue est vt detrahamus aliquid
ei cui nos compati oportet: & cui debemus consortiũ
ministerij,ei fraudi & noxæ simus? Hæc vtiq; lex natu-
ræ est,quæ nos ad omnẽ stringit humanitatẽ, vt alter
alteri tanq; vnius partes corporis inuicem deferamus.
Nec detrahendũ quicq; putemus,cũ cõtra naturæ legẽ
sit nõ iuuare. Sic enim nascimur, vt consentiant mẽbra
mẽbris. & alterum alteri adhęreat, & obsequãtur sibi
mutuo ministerio. Quod si vnum desit officio suo,im-
pediantur & cætera: vt si eruat oculum manus, nonne
sibi operis sui vsum negauit? Si pedem vulneret, quã-
torũ sibi actuũ profectũ inuideris? Et quãto graui⁹ est
totum hominẽ q; vnum mẽbrũ detrahi? Iam si in vno
membro totũ corpus violatur, vtiq; in vno homine cõ
munio totius humanitatis soluitur, violatur natura ge
neris humani, & sanctæ ecclesiæ congregatio, quæ in
vnum connexum corpus atq; compactum vnitate fidei
& charitatis assurgit. Christ⁹ quoq; dominus qui pro
uniuersis mortuus est,mercedẽ sanguinis sui euacuatã
dolebit. Quid quod etiã ipsa lex domini hãc formã te
nendã edocet,vt nihil alteri detrahas tui cõmodi seru-
ãdi gratia,cũ dicit: Non trãsferas terminos antiquos
quos statuerũt patres tui,cũ vitulũ errantẽ fratris tui
reducendum præcipit, cum furem mori iubet, cum ve
tat mercenarium debita mercede fraudari, cum pecu-
niam sine vsuris reddendam censet? Subuenire enim
nõ habenti humanitatis est, duritię autem plus extor-
quere quam dederis. Etenim si ideo inops auxilio tuo
eguit,quia nõ habuit vnde de suo redderet,nõne im-
pium est si sub humanitatis simulatione amplius ab eo
poscas,qui nõ habebat vnde min⁹ solueret? Absoluis
igitur alteri debitorem,vt condẽnes tibi: & hãc huma
nitatem vocas, vbi est iniquitatis auctio? Hoc præsta-
mus cęteris animãtibus,quod alia genera animantium
conferre aliquid nesciunt: feræ autem eripiunt, homi-
Psal.36. nes tribuunt. Vnde & Psalmista ait: Iustus miseretur
C & tribuit. Sunt tamen quibus & feræ conferant. Siqui-
dem collatione sobolem suam nutriunt, & aues cibo
suo pullos satiant suos. homini autem soli tributũ est
vt omnes tanq; suos pascat. Debetur istud ipso naturæ
iure. Quod si nõ licet nõ dare, quomodo detrahere li
cet? Nec ipsæ leges nos docẽt,quę ea quę detracta sunt
alicui cum iniuria personæ,aut rei ipsius cumulo,resti
tui iubent, quo furem à detrahendo aut pœna deter-
reant,aut mulcta reuocent. Pone tamen quod aliquis
posit aut pœnam nõ timere,aut mulctę illudere. Nun
quid dignum est vt aliqui alteri detrahãt. Seruile hoc
vitium,& familiare vltimæ conditioni,adeo cõtra na-
turam,vt inopia magis hoc extorquere videatur,q; na
tura suadere. Seruorũ tamen occulta furta,diuitum ra
pinæ publicę. Quid autem tam contra naturam,q; vio-
lare alterum tui cõmodi causa, cum pro omnibus ex-
cubandum,subeundas molestias, suscipiendum labo-
rem naturalis affectus persuadeat, & gloriosum vni-
cuiq; ducatur si periculis proprijs quærat vniuersorũ
tranquillitatem,multoq; sibi vnusquisq; arbitretur gra
tius excidia patriæ repulisse, quam propria pericula,
præstantiusq; esse existimet,quod operam suam patrię
impenderit,quam si in ocio positus tranquillam vitam
voluptatum copijs functus egisset?

¶Alienis incommodis nostra lucra non quærenda.
CAPVT IIII.

SIC igitur colligitur quod homo qui se-
cundũ naturæ formatus est directionẽ, vt
obediat ei,nocere nõ possit alteri. Quod
si cui noceat,naturã violet: neq; tãtum esse
commodi quod adipisci sese putet, quantum incom-
modi quod ex eo sibi accidat. Quæ enim pœna gra-
uior,q; interioris vulnus conscientiæ? Quod seuerius
iudicium q; domesticum, quo vnusquisq; sibi est reus,
secq; ipse arguit quod iniuriam fratri indigne fecerit?
Quod non mediocriter scriptura condemnat dicens:
Ex ore stultorum baculus contumeliæ. Stultitiæ igi-
tur condemnatur qui cõtumeliam facit. Nõne hoc ma
gis fugiendum,q; mors,q; dispendium,q; inopia,q; exi-
lium,q; debilitatis dolor? Quis enim vitium corporis,
aut patrimonij damnum non leuius ducat vitio ani-
mi,& existimationis dispendio? Liquet igitur id ex-
petendum & tenendum omnibus, quod eadem sin-
gulorum sit vtilitas,quæ sit vniuersorum, nihilq; iudi-
candum vtile,nisi quod in cõmune prosit. Quomodo
enim potest vni prodesse, quod inutile sit omnibus? E
Mihi certe non videtur qui inutilis est omnibus, sibi
vtilis esse posse. Etenim si vna lex naturæ oibus,vna
vtiq; vtilitas vniuersorũ. Quod si vna vtilitas vniuersо
rum,ad cõsulẽdum vtiq; omnibus naturæ lege cõstrin
gimur. Nõ est ergo eius qui consultũ velit alteri secũ-
dum naturã,nocere ei aduersus legem naturæ. Etenim
si ij qui in stadio currunt,ita feruntur præceptis infor
mari atq; instrui,vt vnusquisq; celeritate,nõ fraude cõ
tẽdat,cursuq; quãtum potest ad victoriã properet, sup
plantare autem alterũ aut manu deijcere nõ ausit quã-
to magis in hoc cursu vitæ istius sine fraude alterius &
circũscriptione præcrenda nobis victoria est? Quærũt
aliqui,si sapiens in naufragio positus insipienti naufra
go tabulam extorquere possit,vtrũ debeat. Mihi qui-
dem etsi præstabilius communi videatur vsui sapien-
tem de naufragio quã insipiẽtem euadere, tamen non
videtur quod vir Christianus & iustus & sapiens quæ-
rere sibi vitam aliena morte debeat, vtpote qui etiam
si in latronem armatum incidat,feriẽtem referire non
possit: ne dum salutem defendit, pietatẽ contaminet.
De quo in euangelij libris aperta & euidens sententia Mat.26.
est: Reconde gladiũ tuum. Omnis enim qui gladio per
cusserit, gladio ferietur. Quis latro detestabilior, quã
persecutor qui venerat vt Christum occideret? Sed no
luit se Christus persecutorum defendi vulnere, qui vo
luit suo vulnere omnes sanare. Cur enim te potiorem
altero iudices,cum viri sit Christiani præferre sibi al-
terum, nihil sibi arrogare, nullum sibi honorem assu-
mere, non vendicare meriti sui precium? Deniq; cur F
non tuum tolerare potius incõmodum,q; alienũ cõmo
dum diripere assuescas? Quid tam aduersus naturã, q;
non esse contentum eo quod habeas, aliena quærere,
ambire turpiter? Nam si honestas secundum naturam:
(omnia enim fecit deus bona valde) turpido vtiq; con-
traria est. Non potest ergo honestati conuenire & tur
pitudini, cum hæc inter se discreta naturæ lege sint.

¶Nihil à sapiẽtibus nisi quod honestũ sit expetendũ,
& honestati salutem quoq; postponendam. In quo
Dauid maxime commendatur. CAPVT V.

SED iam vt etiã in hoc libro ponamus fastigiũ,
in quo velut in fine disputationis nostræ diri-
gamus sententiam, vt nihil expetẽdum sit nisi
quod honestũ. Nihil nãq; agit sapiens nisi quod hone-
stum sit, nisi quod cũ synceritate sine fraude sit: neq;
quicq; facit, in quo se crimine quoq; obliget, etiã si late
re possit. Sibi enim est reus priusq; cæteris, nec tam pu
denda apud eũ publicatio flagitij, quã conscientia est.
Quod nõ fictis fabulis, vt Philosophi disputãt, sed ve-
rissimis iustorũ virorũ exẽplis docere possumus. Nã

Gigitur ego ſimulabo terræ hiatum, quę magnis quibuſdam diſsiluerit ſoluta imbribus, in quem deſcendiſſe Gyges, atq; ibi fabulariũ illum equum æneum offendiſſe à Platone inducitur, qui in lateribus ſuis fores haberet: quas vbi aperuit, animaduertiſſe anulũ aureum in digito mortui hominis cuius illic exanime corpus iaceret: auriq; auarum ſuſtuliſſe anulum. Sed cum ſe ad paſtores recepiſcet regios, de quorũ ipſe numero foret: caſu quodam, quod palam eius anuli ad palmam conuerterat, ipſe omnes videbat, atq; à nullo videbatur: deinde cum in locum ſuum reuocaſſet anulum, vidēbatur ab omnibus. Cuius ſolers factus miraculi, per anuli oportunitatem reginæ ſtupro potitus, necem regi intulit, cæteriſque interemptis quos necandos putauerat, ne ſibi impedimento forent. Lydiæ regnum adeptus eſt. Da, inquit, hunc anulum ſapienti, vt beneficio eius poſsit latere cum deliquerit. Non minus fugiet peccatorum contagium, quam ſi non poſsit latere, Non enim latebra ſapienti ſpes impunitatis, ſed innocentia eſt. Deniq; lex non iuſto eſt poſita, ſed iniuſto: quia iuſtus legem habet mentis ſuæ, & æquitatis ac iuſtitiæ ſuæ normam. Ideoque non terrore pœnæ reuocatur à culpa, ſed honeſtatis regula. Ergo vt ad propoſitum redeamus, non fabuloſa pro veris, ſed vera pro fabuloſis exempla proferamus. Quid enim mihi opus eſt fingere hiatum terræ, equum æneum, anulũque aureum in digito defuncti repertum, cuius anuli tanta ſit vis, vt pro arbitrio ſuo qui eũ ſit indutus anulum, appareat cum velit: cum autem nolit, conſpectui ſe præſentium ſubtrahat, vt præſens non poſsit videri? Nempe eo tendit iſtud, vtrum ſapiens etiam ſi iſto vtatur anulo, quo poſsit propria flagitia celare, & regnum aſsequi, nolit ne peccare, & grauius ducat ſceleris contagium, pœnarum doloribus, an vero ſpe impunitatis vtatur ad perpetrandum ſcelus. Quid inquã mihi opus eſt figmento anuli, cum poſsim docere ex rebus geſtis quod vir ſapiens cum ſibi in peccato non ſolum latendum, ſed etiam regnandum videret ſi peccatum admitteret, contra autẽ periculum ſalutis cerneret ſi declinaret flagitium, eligeret tamẽ magis ſalutis periculum vt vacaret flagitio, q̃ flagitium quo ſibi regnum pararet? Deniq; Dauid cũ fugeret à facie regis Saul, cum eum rex cum tribus militibus virorũ electorum ad inferendã necẽ in deſerto quereret, ingreſſus in caſtra regis, cũ dormientẽ offendiſſet, nõ ſolũ ipſe non percuſsit, ſed etiam protexit, ne ab alio qui ſimul ingreſſus fuerat, perimeretur. Nam cũ diceret ei Abiſai: Concluſit hodie dominus inimicũ tuũ in manibus tuis, & nunc occidam eum: reſpondit: Non conſumas illum, quoniam quis injiciet manum ſuam in Chriſtũ domini, & purus erit? Et addidit: Viuit dominus, quia niſi dominus percuſserit illũ, aut niſi hora illius venerit vt moriatur, vel inpugnã deſcenderit, & apponatur mihi, nõ ſtat à domino injcere manum meã in Chriſtũ domini. Itaq; non permiſit necari eum, ſed ſolum lanceam quæ erat ad caput eius, & lenticulam tulit aquæ, dormientibus cunctis. egreſſus de caſtris tranſiuit in cacumẽ montis, & coarguere cœpit ſtipatores regios, & præcipue principem militiæ Abner, quod nequaq̃ fidam cuſtodiã regi & domino ſuo adhiberet: deniq; demonſtraret vbi eſset lancea regis, vel lenticula quæ erat ad caput eius. Et appellat⁹ à rege lanceã reddidit & dominus, inquit, reſtituat vnicuiq; iuſtitias ſuas, & fidem ſuam: ſicut tradidit te dominus in manus meas, & nolui injicere manũ meã in Chriſtũ domini. Et cũ hoc diceret, timebat tamẽ inſidias eius, & fugit, ſedem exilio mutans. Nec tamen ſalutẽ prętulit innocentiæ, cum ſi ſecundo facultate ſibi tributa regis necandi no luiſſet * vti occaſionis beneficio, quæ & ſecuritatẽ ſalutis metuenti, & regnum offerebat exuli. Vbi opus fuit Ioãni Gygeo anulo, qui ſi tacuiſset, nõ eſset occiſus ab Herode? Pręſtare hoc illi potuit ſilentium ſuum, vt & videretur & non occideretur. Sed quia non ſolum peccare ſe propter ſalutis defenſionem paſſus non eſt, ſed ne alienum quidem peccatum ferre ac perpeti potuit, ideo in ſe cauſam necis excitauit. Certe hoc negare nõ poſſunt potuiſſe fieri vt taceret, qui de illo Gyge negãt potuiſſe fieri vt anuli beneficio abſcõderetur. Sed fabula etſi vim nõ habet veritatis, hanc tamen rationẽ habet, vt ſi poſsit celare ſe vir iuſtus, tamẽ ita peccatũ declinet, quaſi celare non poſsit, nec perſonam ſuã indutus anulum, ſed vitam ſuã Chriſtũ indutus abſcondat, ſicut Apoſtolus ait: Quia vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Nemo ergo hic fulgere quærat, nemo ſibi arroget, nemo ſe iactet. Nolebat ſe Chriſtus hic cognoſci, nolebat prædicari in euangelio nomen ſuum cum in terris verſaretur, venit vt lateret ſeculũ hoc. Ergo & nos ſimili modo abſcondamus vitã noſtram Chriſti exemplo, fugiamus iactantiam, prædicari non expetamus. Melius eſt hic eſse in humilitate, ibi in gloria. Cum, inquit, Chriſtus apparuerit, tũc & vos cum illo apparebitis in gloria.

1. Tim. 1.

1. Re. 26.

Coloſ. 3.

Ibidem.

¶ Famis tẽpore ſubueniẽdum, nec auare partis incubandum, vel precia captanda. Exempla de Ioſeph & diuite auaro in euangelio. CAPVT VI.

NOn vincat igitur honeſtatem vtilitas, ſed honeſtas vtilitatem. Hãc dico vtilitatem, quæ æſtimatur ſecundum vulgi opinionẽ. Mortificetur auaritia, moriatur cupiditia. Sanctus in negociationem introiſse ſe negat: quia preciorum captare incrementa, non ſimplicitatis, ſed verſutię eſt. Et alius ait: Captans precia frumenti, maledictus in plebe eſt. Definita eſt ſentẽtia, nihil diſputioni relinquens: quale controuerſiarum genus dicendi eſse cum alius alleget agriculturam laudabilẽ apud omnes haberi, fructus terræ ſimplices eſse triplos, plus qui ſeminauerit, eũ probatiorẽ fore: vberiores redditus induſtrię nõ fraudari, negligentiã magis & incuriã ruris inculti reprehẽdi ſolere. Arauí, inquit, ſtudioſi⁹ vberi⁹ ſeminaui, diligẽtius excolui, bono collegi prouentu, ſolicitus recõdi, ſeruaui fideliter, prouide cuſtodiui. Nunc in tẽpore famis vendo, ſubueniõ eſurientibus, vendo frumentum non alienum, ſed meũ, nõ pluris q̃ cæteri: immo etiam minori precio. Quid hic fraudis eſt, cũ multi poſsent periclitari ſi nõ haberẽt quod emerent? Num induſtria in crimen vocatur? Num diligentia reprehenditur? Num, quidentia vituperatur? Fortaſse dicat: Et Ioſeph frumenta in abundantia collegit, in charitate vendidit. Num carius aliquis emere cõpellitur? Num vis adhibetur emptori? Omnibus defertur emẽdi copia, nulli irrogatur iniuria. His igitur quãtum cuiuſq; fert ingenium diſputatis, exurgit alius dicens: Bona quidẽ agricultura, quæ fructus miniſtrat omnibus, quæ ſimplici induſtria accumulat terrarum fœcunditatem, nihil doli, nihil fraudis interſerẽs. Deniq; ſiquid vitij fuerit, plus diſpẽdij eſt: quia ſi bene aliquis ſeuerit, melius metet: & ſi ſyncerũ tritici granũ ſeminauerit, puriorẽ ac ſyncera meſſem colliget. Fœcũda terra multiplicatũ reddit quod accepat: fidelis ager fœneratos ſolet reſtituere prouẽtus. De redditib⁹ igitur vberis glebæ expectare debes tui mercedẽ laboris, de fertilitate pinguis ſoli iuſta ſperare compẽdia. Cur ad fraudem conuertis naturę induſtriam & indulgentiã? Cur inuides vſibus hominũ publicos partus? Cur populis minuis abundantiam: Cur affectas inopiam? Cur optari facis à pauperibus ſterilitatẽ? Cũ enim non ſentiant beneficia fœcũditatis, te auctionãte preciũ, te condẽte frumẽtũ: optãt poti⁹ nihil naſci, q̃ te de fame publica negociari. Ambis frumẽtorũ indigentiam, ali

Prouerb. 11.

A mentorũ penuriam, vberis ſoli partus ingemiſcis, fles publicam fertilitatem, horrea, frugũ plena deploras, exploras quãdo ſterilior prouẽtus ſit, quando exlior partus votis tuis gaudes arriſiſse maledictum, vt nihil vſquã naſceretur. Tũc meſsem tuã veniſse lætaris, tũc tibi de omniũ miſeria cõgeris opes, & hãc tu iũduſtriã vocas, hanc diligentiam nominas, quæ calliditatis verſutia, quæ aſtutia fraudis eſt: & hoc tu remedium vocas, quod eſt commentum nequitię. Latrocinium hoc an fœnus appellem? Captantur tanquã latrocinij tempora, quibus in viſcera hominũ durus inſidiator obrepas. Augetur preciũ tanq̃ ſorte cumulatũ fœnoris, quo periculũ capitis aceruatur. Tibi conditæ frugis multiplicatur vſura, tu frumẽtum quaſi fœnerator occultas quaſi venditor auctionaris. Quid imprecaris male omnibus, quia maior futura ſit fames, quaſi nihil frugum ſuperſit, quaſi infœcundior annus ſequatur? Lucrum tuum, damnũ publicum eſt. Ioſeph ſanctus omnibus aperuit horrea, nõ clauſit: nec precia captauit annonæ, ſed perenne ſubſidiũ collocauit: nihil ſibi acquiſiuit, ſed quẽadmodũ fames etiam in poſterum vinceretur, quida ordinatiõe diſpoſuit. Legiſti quẽadmodũ hũc frumẽtarij precij captatorẽ exponat in euãgelio dominus Ieſus, cuius poſſeſsio diuites fructus attulit, & ille quaſi egẽs dicebat: Quid faciam? nõ habeo quo cõgregem. Deſtruã horrea mea, & maiora faciam cum ſcire nõ poſset vtrũ ſequẽnti nocte anima ſua ab eodẽ repeteretur. Neſciebat quid faceret, quaſi ei alimenta deeſſent, hęrebat ambiguo. Nõ capiebãt horrea annonam. & ille ſe egere credebat. Recte igitur Salomõ: Qui cõtinet inquit frumẽtũ, relinquet illud nationibus, nõ hę redibus: quoniã auaritiæ emolumentũ ad ſucceſſorum iura nõ peruẽnit. Quod non legitime acquiritur, quaſi ventis quibuſdã ita extraneis diripientibus diſſipatur. Et addidit: Captans annonam maledictus in plebe eſt, benedictio autẽ in capite eius qui participat. Vides ergo quod largitorẽ frumẽti eſse deceat nõ precij captatorem. Non eſt igitur iſta vtilitas, in qua plus honeſtati detrahitur, quam vtilitati adiungitur.

Lucæ. 12.

Prouerb. 11.

B

¶ Peregrinos tẽpore famis vrbe non arcendos: quod non ſolum inhoneſtum, ſed & inutile propoſitis cõprobatur exemplis. CAPVT VII.

C

SED & illi qui peregrinos vrbe prohibent, nequaquã probãdi, expellere eo tẽpore quo deberent iuuare, ſeparare à cõmercijs cõmunis parẽtis, fuſos omnibus partus negare, inita iã cõſortia viuendi auerruncare, * cũ quibus fuerint cõmunia iura, cũ his nolle in tempore neceſsitatis ſubſidia partiri? Feræ non expellunt feras, & homo excludit hominẽ? Feræ ac beſtiæ cõmunem putant omnibus victum quẽ terra miniſtrat. Illæ etiã conformẽ ſui generis adiuuant: homo impugnat, qui nihil à ſe alienum debet credere quicquid humani eſt. Quanto ille rectius, qui cum iam prouecta proceſsiſset ætate, & famẽ toleraret ciuitas, atq; (vt in talibus ſolet) peterent vulgo vt peregrini vrbe prohiberẽtur, præfecturæ vrbanæ curam cæteris maiorem ſuſtinens, conuocauit honoratos, & locupletiores viros popoſcit, vt in medium cõſulerent, dicẽs: Quã immane eſset peregrinos eijci, quã hominẽ exueret qui cibum morienti negaret. Canes ante menſam impaſtos eſse non patimur, & homines extrudimus? Quã inutile quoq; tot populos mundo perire, quos dira conficeret labes, quantos vrbi ſuę perire, qui ſolerent adiumento eſse vel in conferendis ſubſidijs, vel in celebrandis commercijs, neminem fama alienа iuuari: protrahere vt plurimum diem poſſe non inopiam repellere: immo tot cultorib⁹ extinctis, tot agricolis occidentibus, occaſura in perpetuũ ſubſidia frumentaria. Hos igitur excludimus qui victum

* auocare

D

nobis inferre cõſuerũt? Hos nolumus in tẽpore neceſſitatis paſcere, qui nos omni ætate pauerunt? Quanta ſunt quæ ab ipſis nobis hoc ipſo tpe miniſtrãtur? Non in ſolo pane viuit homo. Noſtra illic familia, plęrique etiã noſtri parentes ſunt. Reddamus quod accepimus. Sed veremur ne cumulemus inopiã. Primũ omniũ miſericordia nunquã deſtituitur, ſed adiuuatur. Deinde ſubſidia annonæ quæ his impartiẽda ſunt, collatiõe redimamus, reparemus auro. Nũquid his deficiẽtib⁹, nõ alij nobis redimẽdi cultores videtur? Quãto vilius eſt paſcere q̃ emere cultores? Vbi etiã reparet? Vbi inuẽnias quẽ reformes? Adde: ſi inuenias quẽ ignarum, & alieni vſus: numero poſsis ſubſtituere, nõ cultui. Quid plura? Collato auro coacta frumenta ſunt. Ita nec abundantiã vrbis minuit, & peregrinis alimoniã ſubminiſtrauit. Quantę hoc cõmẽdationis apud deum fiũt ſanctiſsimo ſeni? Quantæ apud homines gloriæ? Hic magnus vere probatus, qui vere potuit imperatori dicere demonſtrans, puinciæ totius populos: Hos tibi omnes reſeruaui, hi viuunt beneficio tui ſenatus, hos tua cuſtodia iam morti abſtulit. Quanto hoc vtilius, q̃ illud quod proxime Romæ factũ eſt eiectos eſse vrbe ampliſsima qui iam plurimã illic ętatem tranſegerant, flentes cum filijs abijſse. quibus velut ciuibus amoliẽdum exilium deplorarẽt, interruptas compluriũ neceſsitudines, diręptas affinitates. Et certe arriſerat anni fœcunditas, inuectitio vrbs ſola egebat frumẽto, potuiſset iuuari ſi peterent ab Italis frumentũ, quorũ filij expellabantur. Nihil hoc turpius, excludere quaſi alienum, & exigere quaſi ſuũ. Quid illũ eijcis qui de ſuo paſcitur? Quid illum eijcis qui te paſcit? Seruũ retines, trudis parentẽ? Frumentum ſuſcipis, nec affectum impartis? Victum extorques, nec rependis gratiã? Quã deforme hoc, q̃ inutile? Quomodo enim poteſt vtile eſse quod nõ decet? Quãtis corporatorũ ſubſidijs dudum Roma fraudata eſt? Potuit & illos non amittere, & euadere famem, expectatis vẽtorũ opportunis flatibus, & ſperatarum commeatu nauium. Quia vero illud ſuperius honeſtũ atq; vtile? Quid enim tam decorum atq; honeſtum, q̃ collatione locupletum iuuare egentes, miniſtrare victum eſurientibus, nulli cibum defore? Quid tam vtile, q̃ cultores agrorum reſeruari, nõ interire plebẽ ruſticanorũ. Quod honeſtum igitur, vtile: & quod vtile, honeſtũ. Ecõtra, quòd inutile, indecorum: quod autẽ indecorum, id etiam inutile.

Deut. 8.

E

¶ Honeſtatem ſaluti quoq; prælatam à dẽo comprobari. Exempla de Ioſue & Caleb. & cæteris exploratoribus. CAPVT VIII.

F

QVANDO maiores noſtri ſeruitio exire potuiſſent, niſi id nõ ſolum turpe, ſed etiam inutile credideſsent, regi ſeruire Egyptiorũ? Ieſus quoq; & Caleb miſsi ad explorandam terram: vberem quidem terrã, ſed à ferociſsimis inhabitari gentibus nunciauerunt. Terrore belli populus infractus, recuſabat terræ eius poſſeſsionem. Suadebant miſsi exploratores Ieſus & Caleb terrã eſse vtilem. indecorum putabãt cedere nationibus, lapidari potius eligebant, quod minabatur populus, q̃ decedere de honeſtate. Diſſuadebãt alij, plebs reclamabat dicens aduerſus diras & aſperas gentes bellum fore, cadendum ſibi in prælio, mulieres ſuas & pueros direptioni futuros. Exarſit domini indignatio, vt omnes vellet perderẽ, ſed rogante Moyſe temperauit ſententiam, vltionem diſtulit, ſatis eſse perfidis ſupplicij iudicans, vt ſi parceret interim, nec percuteret incredulos, ad eam tamẽ terram quam recuſauerant, propter incredulitatis ſuæ precium non peruenirent, ſed pueri & mulierẽs qui non immurmurauerant, vel ſexu vel ętate veniabiles, caperẽt eius terrę poſſeſſam hęredita-

G tem. Deniq; quicũq; erant á vicesimo anno & supra, in deserto eorũ mẽbra ceciderũt, sed aliorum dilata est pœna. Qui autem ascenderunt cum Iesu, & dissuadendum putauerunt, plaga mala statim mortui sunt. Iesus vero & Caleb cum innoxia ætate vel sexu in terram promissionis intrarunt. Pars igitur melior gloriã saluti prætulit, deterior salutem honestati. Diuina autem sententia eos probauit, qui honesta vtilibus præstare arbitrabantur. Eos vero cõdemnauit, apud quos ea quæ videbantur saluti potius quam honestati accõmoda, præponderabant.

¶ Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere, & omnes honestatem Dauid & Nabuthę imitari debere. CAPVT IX.

NIHIL itaq; deformius, q̃ nullum habere amorem honestatis, & vsu quodam degeneris mercaturæ quæstu solicitari ignobili, auaro æstuare corde, diebus ac noctib⁹ in hiare alieni detrimẽta patrimonij, non eleuare animũ ad honestatis nitorem, nõ considerare veræ laudis pulchritudinem. Hinc nascuntur aucupia quæsitæ hæreditatis, continentiæ atq; grauitatis simulatione captatæ, quod abhorret à ꝓposito Christiani viri. Omne enim quod arte elicitũ, & fraude cõpositũ est, caret merito simplicitatis. In ipsis qui nullũ ecclesiastici ordinis offiH ciũ receperint, incõgrua iudicatur affectate ábitio hæreditatis. In supremo fine vitæ positos suũ habere iudiciũ, vt libere testentur quod sentiũt, qui postea nõ sunt emendaturi: cũ honestũ nõ sit cõpendia alijs vel debita vel parata auertere, cum vel sacerdotis vel ministri sit prodesse si fieri potest omnibus, obesse nemini. Deniq; si nõ potest alteri subueniri nisi alter lædatur, cõmodius est neutrum iuuari, q̃ grauari alterum. Ideoq; in causis pecuniarijs interuenire non est sacerdotis, in quibus nõ potest fieri quin frequẽter lędatur alter qui vincitur, quoniã intercessoris beneficio se victũ arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, ꝓdesse velle oibus, posse autẽ solius est dei. Nã in causa capitis nocere ei quẽ iuuari debeas periclitantẽ, nõ sine peccato est graui. In causa autẽ pecuniæ odia quærere, insipientiæ est: cum pro salute hominis graues frequẽter fiant molestiæ: in quo etiam periclitari gloriosum sit. Propositа igitur forma í sacerdotis officio teneatur, vt nulI li noceat ne lacesitus quidẽ, & aliqua iniuria offensus.
Psam.7. Bonus enim est vir qui dixit: Si reddidi retribuẽtibus mihi mala. Quę enim est gloria, si eũ nõ lędimus qui nos nõ læserit? Sed illa virtus est, si læsus remittas. Quã honestũ, quod Dauid cũ potuisset regi inimico nocere, maluit parcere? Quã etiã vtile, quia successori hoc profuit, vt discerẽt oẽs fidem regi ꝓprio seruare, nec vsurpare imperiũ, sed vererí? Itaq; & honestas vtilitati prælata est, & vtilitas secuta est honestatẽ. Parũ est q̃d pepercit: addidit, quod etiam in bello doluit occisum
2. Reg. 1. & flebiliter deplorauit dicẽs: Mõtes q estis in Gelboe, neq; ros neq; pluuia cadat sup vos. Montes mortis quoniã ibi sublata est protectio potentiũ, protectio Saul. Nõ est vnctus in oleo, sed sanguine vulneratorũ, & ex adipe belligerãtiũ. Sagitta Ionathæ nõ est retro reuersa, & gladius Saul nõ est reuersus vacuus. Saul & Ionathas specioſi & charissimi, inseparabiles in vita sua, & in morte nõ sunt separati. Sup aquilas leuiorès, super leones potẽtiores. Filię Israel plorate super Saul, q̃ vestiebat vos vestimẽta coccinea cũ ornamẽto vestro, q̃ imponebat aurum super vestimẽta vestra. Quomodo ceciderũt potẽtes in media pugna? Ionathas in morte vulneratus est. Doleo in te frater Ionatha, speciosus valde. Ceciderat amor tuus in me, sicut amor mulierũ Quomodo ceciderũt potẽtes, & perierũt arma concupiscenda? Quæ mater vnicum sic defleret filiũ, quẽad-

A cito credidit. Adeo sancta erat illis tẽporibus fides, vt fallere aliquospose nõ crederẽtur. Quis hoc reprehẽdat in sanctis, qui cæteros de suo affectu æstimant? Et quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem putant: fallere quid sit ignorant, libẽter credũt quod ipsi sunt nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Sa
Prouerb. 14. lomon ait: Innocens credit omni verbo. Nõ vitupera da facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocẽtem esse, ignorare quod noceat: & si circunscribitur ab ali quo, de omnibus tamen bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione inclinatus vt crederet, testamentũ disposuit, pacem dedit, confirmauit societatem. Sed vbi in terras eorum ventũ est: deprehensa fraude, quod cũ essent finitimi, aduenas se esse simulauerãt, circũscriptum se populus patrum indignari cœpit, Iesus tamẽ pacẽ quã dederat, reuocandã non censuit, quia firmata erat sacramẽti religione: ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret. Multauit tamen eos vilioris obsequio ministerii. Clementior sententia, sed diuturnior. Manet enim officiis pœna veteris æstutiæ hæreditario in hunc diem ministerio deputata.

¶ Auaros & fraudulentos interdum cupitis fraudari, semper autem apud deũ maleuolentię reatu obnoxios teneri. Fabula de quodam Syracusano, paradigma de Docch Idumæo, & Anania. CAPVT XI.

NON ego in hereditatibus adeundis digitorum percussiones, & nudi successoris salutationes notabo, (nam hæc etiam vulgo notabilia) non simulatæ piscatiões cõpositas copias
B vt emptoris illiceretur affectus. Cur enim tam studiosus luxuriæ ac deliciarum repertus est, vt huiusmodi fraudem pateretur? Quid mihi tractare de Syracusano illo amœno secretoq; secessu, & de Siculi hominis calliditate, qui cum peregrinũ aliquem reperisset, cognito quod cupidus esset hortorum venalium, ad cœnam in hortos rogauit. Promisit inuitatus postridie se venire. Veniens offendit illic magnam piscatorũ multitudinem, exquisitis copijs adornatum conuiuium, in prospectu cœnãtium ante hortulos compositos piscatores, vbi nunq̃ ante iaciebant retia: vnusquisq; quod cœperat, certatim offerebat epulantibus, supra mensam pisces ingerebantur, oculos recumbentium resilientes verberabãt. Mirari cœpit hospes tantã copiam piscium, tantumq; numerum cymbarum. Responsum quærenti, aquationem illic esse, dulcis aquæ gratia innumerabiles eo pisces cõuenire. Quid multa? Pellexit
Cicero. 3. offi. hospitem vt sibi extorqueret hortos, vẽdere volẽs vogitur, precium grauatim suscipit. Sequenti die ad hortos emptor cum amicis venit, nauigium nullum inuenit. Percontãti num aliqua piscatoribus eo esset die feriarũ solẽnitas, respõdetur, nulla, nec vnq̃ illic præter hesternum diẽ piscari solitos. Quã hic redarguẽdi haberet autoritatem doli, qui tã turpe captarit aucupiũ deliciarũ? Qui enim alterũ peccati arguit, ipse à pctõ debet alienus esse. Non ergo huiusmodi nugas ego in
C hanc ecclesiasticę censionis autoritatẽ vocabo, quę generaliter condẽnat omnẽ lucri turpis appetẽtiam, breuiq; sermonis cõpendio excludit leuitatẽ ac versutiã. Nã de illo quid loquar, qui de eo testamẽto quod ab alijs licet factum, falsum tamen cognouerit, hæreditatem sibi aut legatum vẽdicet, & lucrum querat alieno crimine: cum etiam leges publicæ eum qui sciens falso vtitur, tanq̃ reum adstringãt facinoris? Regula autem iustitiæ manifesta est, quod à vero declinare virum nõ deceat bonũ nec dãno iniusto afficere quenq̃, nec doli aliquid annectere, fraudis ve cõponere. Quid enidẽti⁹ eo, quod Ananias quia fraudauit de precio agri sui quem ipse vendiderat, & portionem precij tanq̃ sum-

D mæ totius numerum ante pedes posuit apostolorum, sicut reus fraudis interijt? Licuit vtiq; illi nihil offerre & hoc sine fraude feciſset. Sed quia fraudẽ admiscuit, nõ liberalitatis gratiã reportauit, sed fallacię pœnã exsoluit. Et dominus in euãgelio cũ dolo accedentes repudiauit, dicens: Vulpes foueas habent, quoniã in simMatth.8. plicitate cordis & in innocentia nos iubet viuere. Dauid quoq; ait, Sicut nouacula acuta fecisti dolũ, nequiPsal.51. tiæ arguẽs proditorẽ, eo quod instrumẽtũ huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plerunq; vlcerat. Si quis igitur prætendat gratiã, & dolum nectat. Doech proditoris exẽplo, vt eũ quẽ celare & ꝓtegere debeat prodat ad mortẽ, instrumẽti isti⁹ cõpatiõe cẽsetur, quod ebriæ mẽtis & titubantis vitio manus vulnerare consuerit: sicut iste malitiæ ebrius vino, per funestæ 1. Reg. 22. proditionis indiciũ Achimelech sacerdoti necem detulit eo quod prophetam hospitio susciepisset, quẽ rex inuidiæ accensus stimulis persequebatur.

¶ De malo temerarij iuramenti paradigma de Herode & Iepte, & quod filia eius ſponte ſua die condicta reuersa, fidem illorum præcellat Pythagoreorum qui se vades inuicem dederunt. CAPVT XII.

PRVRVM igitur ac syncerum oportet esse affectum, vt vnusquisq; simplicem sermonẽ proE ferat, vas suum in sanctificatione possideat, nec fratrem suum circũscriptione verborum inducat, nihil promittat inhonestũ: aut si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, q̃ facere quod turpe sit. Sæpe plerisq; cõstringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse, sacramẽti tamen cõtẽplatione faciũt quod ſponderunt: sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter solMatt.14. uit. Turpe quod regnũ pro salutatiõe promittitur, crudele quod mors prophetæ pro iurisiurãdi religiõe donatur. Quãto tolerabilius tali fuisset periuriũ sactamẽ tosi tamen periuriũ posset dici quod ebrius inter vina iurauerat, quod euiratus inter saltantiũ choros promiserat. Infertur disco, pphetę caput? & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ fuit. Neq; vnq̃ adducat vt Iudicũ. 11 credam non incaute principem promisisse Iepte vt immolaret deo quicquid sibi reuertẽti intra limẽ dom⁹ suæ occurreret, cũ & ipsum voti pœnituerit sui postq̃ filia occurrit sibi. Deniq; conscidit vestimẽta sua, & dixit: Heu me filia, impedisti mihi, impedisti mihi, in stimulũ dolorũ facta es mihi. Qui licet pio metu ac formidine accerbitatẽ duræ solutionis impleuerit, tamen luctũ annũ etiã posteris deplorandũ statuit ac dereliquit. Dura ꝓmissio, accerbior solutio, quẽ necesse habuit lugere etiã ipse qui fecit. Deniq; factũ est præF ceptũ & decretũ in Israel ex diebus in dies: Ambulabũt, inquit, filiæ populi Israel, lugẽtes filiam Iepte Galaditæ quatuor diebus in anno. Non possum accusare virum qui necesse habuit implere quæ vouerat, sed tamẽ miserabilis necessitas quæ solvitur parricidio. Melius est nõ vouere, q̃ vouere id quod sibi cui ꝓmittitur no lit exsolui. Deniq; in Isaac habemus exẽplum, pro quo Gene. 22. arietem deus statuit immolari sibi. Non semper igitur promissa soluẽda omnia sunt. Deniq; ipse dominus frequenter suam mutat sentẽtiam, sicut scriptura indicat. Nã & in eo libro qui inscribitur Numeri, proposuerat Num. 14. percutere morte & perdere populũ, sed postea rogatus à Moyse, recõciliatus est populo suo. Et iterum ad Num. 16. Moysen & Aarõ ait: Diuidite vos de medio synagogę, & cõsummabo eos simul. Quibus descẽdentib⁹ à cœtu, Dathan & Abiron atq; Chore subito impios terra prærupto soluta hiatu absorbuit. Præcellentius & anti qui⁹ istud exẽplũ de filia Iepte, q̃ illud quod memorabile habetur apud philosophos de duobus Pythago-

G reis: quorũ alter cũ a tyranno Dionysio capitis damnatus
esset,præscripto mortis die,popoſcit vt domũ pergen
di ei facultas daretur,quo cõmendaret suos. Ac ne re-
uertendi nutaret fides,vadem mortis obtulit ea condi
tione,vt si ipse deforet ad cõstitutũ diem, vas eius sibi
pro eo moriendum agnosceret. Nec qualitate spõsio-
nis qui offerebatur recusauit, constantiq; animo diem
necis præstolabatur. Itaq; alter se nõ subtraxit,alter ad
diem repedauit. Quod eousq; fuit mirabile,vt tyrannus
eos sibi in amicitiã adsciscereț,quorũ vrgebat piculũ.
Quod ergo in spectatis & eruditis viris plenũ miraculi
est,hoc in virgine multo magnificentius, multoq; illu
strius deprehenditur, quæ ingemiscenti patri ait. Fac
mihi vt exiuit de ore tuo. Sed spatiũ duorũ popoſcit
mensium, vt cũ equalibus conuentũ ageret in monti-
bus, quæ virginitatẽ eius prædestinatam nec ipio affe-
ctu prosequerentur. Nec fletus equalium mouit puel-
lam,nec dolor flexit,nec gemitus retardauit, nec dies
præteriit,nec fefellit hora. Redijt ad patrem, quasi ad
votum rediret, & voluntate propria cunctantem impu
lit,fecitq; arbitratu spontaneo,vt quod erat impietatis
fortuitum,fieret pietatis sacrificium.

¶ Quantum periculum Iudith honestatis intuitu
subierit. CAPVT XIII.

ECCE tibi Iudith se offert mirabilis, quæ for
midatũ populis virum Holofernẽ adijt. As-
syriorum triumphali septũ caterua. Quẽ pri
mo formæ gratia & vultus decore perculit,
deinde sermonis circunscripsit elegantia. Primus triũ
phus eius,quod integrum pudorẽ de tabernaculo ho-
stis reuexit. Secũdus,quod fœmina de viro reportauit
H victoriam,fugauit populos consilio suo. Horruerunt
Persæ audaciam eius. Vtiq;(quod in illis Pythagoreis
duobus mirantur)non expauit mortis periculum, sed
nec pudoris,quod est grauius bonis fœminis: nõ vnius
ictum carnificis sed nec totius exercit9 tela trepidauit.
Stetit inter cuneos bellatorũ fœmina,inter victricia ar
ma secura mortis. Quantũ ad molem spectat periculi,
moritura processit:quãtũ ad fidem,dimicatura. Hone
statem igitur secuta est Iudith: & dum eam sequitur,
vtilitatẽ inuenit. Honestatis enĩ fuit ,phibere ne popu
lus deiſe ,pphanis dederet,ne ritus patrios & sacramẽ
ta proderet,ne sacras virgines,viduas graues ,pudicas
matronas Barbaricę subijceret impuritati, ne obsidio
nẽ deditione solueret. Honestatis fuit se malle pro om
nibus periclitari,vt omnes eximeret periculo. Quãta
honestatis autoritas, vt consiliũ de summis rebus fœ-
mina sibi vendicaret,nec principibus populi cõmitte-
ret? Quanta honestatis autoritas, vt deum adiutorem
præsumeret:quanta gratia,vt inueniret?

I ¶ Quod semper honestatem sequatur vtilitas:quod
licet apud homines aliter sæpe cõtingere videatur,
apud deum tamen perpetuo ita esse comprobatur
multis exemplis. CAPVT XIIII.

SVID vero Helisæus nisi honestatem secu
tus est cũ exercitũ Syrię qui ad obsidendũ
eum venĕrat,captiuum introduxit in Sa-
mariã,cuius oculos cæcitate obduxerat,&
4.Reg.6. dixit:Domine aperi oculos eorũ,vt videant. & vide-
runt. Itaq; cum rex Israel percutere ingressos vellet,
eamq; sibi dari,a propheta facultatem posceret ,respõ
dit non percutiendos,quorum captiuitatem non esset
manu operatus, armisq; bellicis:sed magis subsidio ali
mentorum iuuandos. Deniq; epularibus refecti copijs
nunq; postea in terrã Israel piratæ Syrię reuertendum
putarũt. Quãto hoc sublimius, q̃ illud Grecorũ,quod
cũ duo populi aduersum se de gloria imperioq; decer
tarẽt, & alter ex his haberet copiã quẽadmodũ naues
alterius populi clanculo exurerẽt, turpe credidit,ma K
luitq; minus posse honeste,q̃ plus turpiter. Et isti qui-
dẽ sine flagitio hęc facere nequibãt, vt eos qui consum
mandi belli Persici gratia in societatẽ cõuenerant,hac
fraude deciperẽt,q̃ licet posset negare nõ posset tamẽ
nõ erubescere. Hælisæus aũt nõ fraude,deceptos licet
sed potestate domini percussos,maluit tamẽ seruare q̃
perdere,quia decorum foret hosti parcere,& aduersa
rio donare vitã,quã potuisset auferre nisi pepercisset,
Liquet igitur id quod decorũ est, semp esse vtile. Nã
& Iudith sancta decoro cõtẽptu propriæ salutis soluit
obsidionis periculũ,& publicã honestate,ppria acquisi
uit vtilitatẽ. Et Hælisæus glorioſius ignouit q̃ perculit,
& vtilius reseruauit hostes q̃ cœperat. Quid autẽ aliud
Ioannes,nisi honestatẽ cõsiderauit, vt inhonestas nu-
ptias etiã in rege nõ posset perpeti dicẽs. Nõ licet tibi Marci. 6.
illam vxorẽ habere?Potuit tacere,nisi indecorum sibi
iudicasset mortis metu verũ non dicere,inclinari regi
propheticã autoritatem adulatiõe subtexere. Sciebat
vtiq; moriturũ se esse,quia regi aduersabatur,sed ho-
nestatem saluti prætulit. Et tamen quid vtilius q̃ quod
passionis viro sancto aduexit gloriã? Sancta quoq; Su- Danie.13.
sanna denũciato falsi testionij terrore,cũ hinc se vide
ret vrgeri piculo,inde opprobrio, maluit honesta mor
te vitare opprobrium, q̃ studio salutis turpem vitam
subire ac sustinere. Itaque dũ honestati intendit,etiam
vitã reseruauit quę si id quod sibi videbatur ad vitam
vtile,preoptauisset,nõ tantam reportasset gloriã,imo
etiam(id quod nõ solũ inutile,sed etiam periculosum
foret)pœnam criminis forsitan nõ euasisset. Aduerti-
mus igitur quia id quod turpe est,non potest esse vtile
neque rursus id quod honestũ est,inutile:quia cõplex
honestatis est semper vtilitas,& vtilitatis honestas. Me
morabile ferunt rhetores, quod dux Romanorũ cum L
ad eum aduersarij regis medicus venisset pollicens da
turum se regi venenũ, vinctum eũ ad hostem remise-
rit. Et reuera pręclarum. vt qui virtutis certamẽ susce
perat,nollet fraude vincere. Nõ enim in victoria hone
statem ponebat,sed ipsam,nisi honestate quęsitam,vi-
ctoriam turpem pronũciabat. Redeamus ad nostrum
Moysen,atque ad superiora reuertamur:vt quãto præ-
stantiora,tanto antiquiora promamus. Nolebat Egy-
pti rex populum dimittere patrum. Dixit Moyses sa-
cerdoti Aaron, vt extenderet virgã suã super omnes
aquas Egypti. Extendit Aaron, & conuersa est aqua
fluminis in sanguinẽ, & nemo poterat bibere aquam,
omnesque Egyptij siti peribãt, syncera autẽ fluẽta pa-
tribus abundabant. lactauerunt fauillam in cælum, &
facta sunt vlcera, & vesicæ cadentes in hominibus &
quadrupedibus. Deduxerũt grandinem in igne flam-
meo,contrita erant super terrã omnia. Rogauit Moy-
ses,& vniuersa in suam gratiã reuerterũt. Grãdo sedata
est,sanata vlcera,solitos potus flumina prębuerunt.
Iterum caligantibus tenebris operta erat terra per tri M
duum,exquo Moyses manũ leuauerat, & tenebras in-
fuderat. Moriebatur omne primogenitũ Egyptiorũ,
cum Hebræorũ omnis esset inoffensa progenies. Ro-
gatus Moyses vt his quoque finem exitijs daret ,orauit
& impetrauit,In illo prædicandum,quod a fraudis cõ
sortio tẽperauit. In hoc mirabile,quoniã diuinit9 intẽ
ta supplicia,virtute propria etiam ab hoste detorserit
Vere nimium,sicut scripũ est,mansuetus & mitis,scie-
bat quod fidem rex nõ seruaret promissi,tamen hone
stum putabat vt rogatus oraret,leſus benediceret, ap-
petitus remitteret. Proiecit virgam,& serpẽs factus est
qui deuorauit serpẽtes Aegyptiorũ, significãs q̃d ver
bũ caro fieret,quę serpẽtis diri venena vacuaret p re-
missionẽ & indulgẽtiã peccatorũ. Virga est enĩ verbũ
directũ,regale plenũ potestatis, isigne imperij. Virga
serpens facta est,quoniã qui erat fili9 dei ex deo patra

Ioan.3. natus, filius hominis factus est natus ex virgine: qui
quasi serpẽs exaltatus in cruce,medicinam vulnerib9
infudit humanis. Vnde & ipse domin9 ait:Sicut Moy-
ses exaltauit serpentem in deserto:ita exaltari oportet
filiũ hominis. Deniq; & alterũ signũ ad dominũ Iesum
pertinet quod fecit Moyses. Manũ suã misit in sinũ, &
protulit eã,& facta est manus eius sicut nix. Iterum mi
sit,& protulit eã,& erat sicut carnis humanæ species:si
gnificans domini Iesu primũ fulgorẽ diuinitatis, post
ea susceptionẽ carnis,in qua fide credere omnes gen-
tes populosq; oporteret. Merito manũ misit,quia dex-
tera dei Christus est,in cuius diuinitatẽ & incarnatio-
nẽ si quis nõ crediderit,quasi reprobus flagellatur, si-
cut iste rex,qui quoniã signis nõ credidit euidentibus,
postea flagellatus orabat,vt veniam mereretur. Quan
tus igitur honestatis affectus esse debeat, ex his proba
Exod.32 tur,& eo maxime,qd se obiiciebat pro populo dicens
vt remitteret populo de9,aut certe de libro viuẽtiũ se
deleret. Tobias quoq; formã expressit honestatis exi
Tobiæ.2. dentius,cũ relicto cõiuio mortuos sepeliret,& ad ci-
Tobiæ.7. bos pauperis mẽsę inuitaret inopes. Raguel præcipue,
qui cõtẽplatione honestatis,cũ rogaretur vt filiã suam
in coniugiũ daret, vitia quoq; filiæ nõ tacebat, ne cir-
cõuenire petitorẽ videretur tacẽdo. Itaq; cũ Tobias fi
lius Tibię poscęret vt sibi daret puellã, respondit,le-
ge quidẽ ipsi eã deberi tanq̃ propinquo,sed dedisse se
eã iã sex viris,& omnes eos esse mortuos. Iustus itaq;
vir plus alienis timebat, & malebat innuptã sibi mane
B re filiam,q̃ propter nuptias eius extraneos periclitari.
Quã breuiter absoluit omnes quæstiones philosopho
rũ. Illi de vitiis tractãt domorũ, tegẽda an prodẽda a
venditore videãtur:hic noster nec filiæ vitia celãda ar
bitratus est. Et certe nõ ipse affectabat vt cũ traderet,
sed rogabatur. Quãto vtiq; iste honestior sit illis, dubi
tare nõ possumus si cõferamus quãto præstãtior sit filię
causa,q̃ rei venalis pecunia. Cõsideremus aliud quod
in captiuitate gestũ summũ tenuit honestatis decorẽ.
Nullis enim aduersis honestas impeditur, quæ in his
eminet & magis pręcellit q̃ in prosperis. Inter vincula
itaq;,iter arma,flãmas,seruitutẽ(quę liberis omni sup
plicio grauior est)inter pœnas moriẽtium,excidia pa
triæ,viuorum formidinem,sanguinem peremptorum,
non excidit tamen cura honestatis maioribus nostris,
sed inter euersæ patriæ cineres & fauillas in affectibus
2. Mac.1. pijs resplẽduit & refulsit. Nam cum in Persidem duce
rẽtur patres nostri,qui tunc dei omnipotẽtis cultores
erant,acceptũ ignẽ de altari sacerdotes domini occul
C te in valle absconderunt. Erat illic velut patẽs puteus,
aquę secessu infrequens,nec populari vsui patẽs, igno
to & ab arbitris remoto loco. ibi obsignauerũt indicio
sacro pariter ac silentio ignem recõditũ. Non illis stu-
dio fuit aurum defodere,argẽtũ abscondere,quod ser-
uarẽt posteris suis:sed inter extrema sua honestatis cu
ram habentes, sacrũ ignem seruandũ putarũt, ne eum
vel impuri contaminarẽt,vel defunctorum sanguis ex
tingueret, vel deformium ruinarũ acervus aboleret.
Abierunt itaq; in Persidem sola religione liberi,quo-
niam sola illis per captiuitatem extorqueri nequiuit.
Post plurimum vero tẽporis,quando placuit deo,de-
dit hanc mẽtem regi Persarũ vt instaurari in Iudæa tẽ
plũ,& legitimos reparari Hierosolymis ritus uberet.
Cuius gratia muneris Neemiam sacerdotẽ rex Persarũ
direxit. At ille secum deduxit illorum sacerdotum ne
potes qui profecturi de patrio solo,sacrũ (ne periret)
ignem absconderant. Venientes autem, vt patrum ser
mone est proditum,non inuenerũt ignem, sed aquam
crassam. Et cũ deesset ignis quo adolerẽt altaria, hau
rire eos aquã Neemias sacerdos,sibiq; deferre,& aspẽ
gere super ligna iussit, Tunc visu mirabile,cũ esset cæ
lũ intextũ nubibus,sol repẽte illuxit,accensus est ma-
gnus ignis,ita vt omnes in tam euidenti domini gratia D
factum stupentes,lætitia profunderentur. Orobat Nee
mias,psallebant sacerdotes hymnũ deo vsquequo con
sumptum est sacrificium. iussit iterum Neemias resi-
dua aqua maiores perfundi lapides. Quo facto flamma
accẽsa est,lumen autẽ refulgens ab altari cõsumptum
illico est. Hoc patefacto indicio, rex Persarum eo lo-
co in quo ignis fuerat absconditus, & postea reperta est
aqua,tẽplũ fieri mãdauit,cui inferebãtur dona pluri-
ma. Appellauerunt autem illud qui erant cum sancto
Neemia,Epathar,quod interpretationẽ habet purifi-
cationis a plurimis Nepthithe vocatur. Inuenitur autẽ
in descriptionibus Hieremiæ prophetæ, quod iusserit
accipere de igne eos qui postea essent futuri. Hic est
ignis qui cecidit super sacrificiũ Moysi,& cõsumpsit il
lud,sicut scriptũ est,Quia exiuit ignis a domino,& cõ
sumpsit vniuersa quæ erãt super altare holocausta. Hoc
igne oportebat sanctificari sacrificiũ. Ideoq; & in fi-
lios Aaron qui alienũ ignẽ inferre voluerũt,exiuit ite
rũ ignis a domino, & consumpsit eos,ita vt mortui ex
tra castra proiicerẽtur. Veniẽs aũt Hieremias in locũ,
inuenit domũ in modũ spelũcæ:& tabernaculũ,& ar-
cã,& altare incẽsi itulit illuc:& obstruxit ostiũ,Quod
cũ ii qui simul venerant,curiosius perscrutarentur, vt
notarent sibi locũ, nequaq̃ cõprehẽdere atq; inueni-
re potuerunt. Vt autẽ cognouit Hieremias quod affe-
ctasset,dixit:ignotus erit locus, donec cõgreget deus
congregationẽ populi,& propitius fiat. Tũc deus ostẽ
det hæc,& apparebit maiestas domini. Cõgregationẽ
populi tenemus, propitiationem domini dei nostri a- E
gnoscimus, quã propitiator in sua oparatus est passio
ne. Arbitror quod nec ignẽ istũ possimus ignorare,cũ
legerimus quia baptizat dominus Iesus in spiritu san-
cto & igni,sicut in euãgelio dixit Ioanes. Merito cõsu-
mebatur sacrificiũ, quoniã pro peccato erat. Ille autẽ
ignis typus spiritus sancti fuit,qui descẽsurus erat post
domini ascensionẽ,& remissurus peccata omnium:qui
quasi ignis inflammat animũ ac mẽtẽ fidelẽ. Vnde ait
Hieremias accepto spiritu:Et factum est in corde meo Hier. 20.
vt ignis ardens, flammigerans in ossibus meis, & dis-
solutus sum vndiq;, & ferre non possum. Sed & in acti Act.2.
bus apostolorum cũ decidisset super apostolos spirit9
sanctus,& plerosq; qui expectabant promissa domini:
tanq̃ ignem dispersas esse linguas legimus. Deniq; sic
vaporabatur singulorũ animus, vt musto repleti esse
ęstimarentur,qui acceperãt linguarum diuersitatem.
Quid ergo sibi vult quod ignis aqua factus est, & aqua F
ignem exitauit,nisi quia spiritalis gratia per ignẽ exu-
rit,per aquã mundat peccata nostra;Eluitur enim pec
catum,& exuritur. Vnde & Apostolus ait: Vniuscu- 1.Cor.3.
iusque opus quale sit,ignis probabit. Et infra: Si cuius
opus arserit,detrimentum patietur: ipse autem saluus
erit,sic tamen quasi per ignem. Quod ideo posuimus,
vt probaremus per ignẽ exuri peccata. Notum est er-
go hunc esse vere ignem sacrum,qui tunc in typo futu
rę remissionis peccatorũ descendit super sacrificiũ. Hic
igitur ignis absconditur captiuitatis tempore,quo cul
pa regnat: tempore autem libertatis ,pmitur. Et licet
in aquæ speciem mutatus,tamen seruat ignis naturam,
vt cõsumeret sacrificiũ. Nec miteris cum legeris quia
pater deus dixit:Ego sum ignis cõsumens. Et alibi:Me Hierem.2.
dereliquerunt fontem aquę viuæ. ipse quoq; dominus
Iesus quasi ignis inflimat audientium corda,quasi fons Lucæ.12.
refrigerat. Nam ipse in euangelio suo dicit quod ideo
venerit,vt ignem in terras mitteret, & potum sitienti-
bus aquæ viuę ministraret. Heliæ quoq; tẽpore descen 3.Reg.18.
dit ignis,quando prouocauit prophetas gentiũ vt alta
re sine igne accenderẽt. Et cũ illi nequissent facere,ho
stiam suam tertio ipse perfudit aqua, & manabat aqua
in circuitu altaris,& exclamauit,& cecidit ignis a do-

G mino de cęlis,& conſumpſit holocauſtũ.Hoſtia illa tu es.Conſidera tacitus ſingula.In te deſcendit vapor ſpi ritus ſancti,te videtur exurere cum tua peccata conſu mit. Deniq; quod conſumptũ eſt ſacrificium Moyſi tẽ pore,ſacrificium pro peccato erat . Vnde Moyſes ait, ſicut in Machabęorum ſcriptũ eſt libro, eo quod nõ ſit manducatũ quod erat pro peccato,cõſumptũ eſt.Nõ-
Roma. 6. ne tibi conſumi videtur,quãdo in baptiſmatis ſacramẽ to interit homo totus exterior? Vet9 homo noſter ex terior crucifixus eſt cruci. Apoſtolus clamat. Illic, ſi cut patrum exempla te docẽt. Ae gyptius demergitur, Hebræus reſurgit ſancto renouatus ſpiritu , qui etiam
2.Cor.4. per mare rubrum in offenſo trãſiuit veſtigio,vbi bapti zati ſũt patres ſub nube,& in mari . In diluuio quoque Noe tempore mortua eſt omnis caro,iuſtus tamen cũ ſua ꝓgenie ſeruat9 eſt. An nõ cõſumitur homo,cũ ab ſorbetur mortale iſtud a vita?Deniq; exterior corrũpi tur,ſed interior renouatur.Nec ſolũ ĩ baptiſmate,ſed etiã in pœnitentia fit carnis interitus ad profectũ ſpiri
1.Cor.5. tus,ſicut apoſtolica docemur autoritate,dicẽte ſancto Paulo:Indicaui vt preſens eũ qui ſit operat9 eſt trade re huiuſmodi ſatanæ in interitũ carnis , vt ſpũs ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Prolixior excur ſus admirãdi gratia myſterij factus videtur, dũ ſtude mus reuelatũ plenius ſacramentũ pãdere,quod eouſq; plenũ honeſtatis eſt,vt ſit plenũ religiõis. Quanta aũt
H honeſtatis cura maiorib9 fuit,vt vni9 mulieris iniuriã ſtupro illatã intemperantiũ,bello perſequerentur , & victo populo tribus Beniamin obteſtarẽtur in coniu gio ſe eis proprias filias nõ daturos? Remanſerat trib9 ſine vllo poſteritatis ſubſidio , niſi fraudis neceſſarię acceꝑiſſet licentiã. Quæ tamẽ indulgẽtia cõgruo intẽ perãtię ſupplicio non videtur vacare , quãdo illis hoc ſolũ ꝑmiſſũ eſt,vt raptu inirẽt cõiugia, nõ cõnubij ſa cramẽto. Et reuera dignũ fuit vt qui alienũ contuber nũ ſoluerãt,ipſi nuptiarũ amitterẽt ſolemnitatẽ. Quã plena autẽ miſeratiõis hiſtoria? Vir,inquit, Leuita ac ceperat ſibi iugalẽ,(quã à concubitu concubinam ap-
Indic. 19. pellatam arbitror)quæ aliquãto poſt quibuſdã (vt fieri ſolet) offenſa rebus,ad patrem ſe cõtulit,& fuit illic quatuor mẽſibus. Exurrexit vir eius , & abijt ad ſoceri ſui domum,vt cum ſua iugali repararet gratiam,& reuocaret eam,ac reduceret. Occurrit mulier, atq; in do mum patris ſui introduxit maritum. Lætatus adoleſcẽ tulæ pater venit obuiam,& ſedit cum eo tribus dieb9, & epulati ſunt,& quieuerunt. Et ſequenti die ſurrexit Leuita diluculo,& retentus eſt à ſocero,vt tã cito non deſereret conuiuij iucũditatem . Et alio & tertio die nõ permiſit pater adoleſcẽtulę proficiſci generũ ſuũ, donec lętitiæ & gratia inter eos omnis conſummare tur.Sed die ſeptimo cum iam ad veſperum declinaret
I dies,poſt menſas & læta cõuiuia, cũ prætexeret finiti mæ noctis viciniam,& apud ſuos potius q̃ apud extra neos requieſcendum putaret,nequiuit tenere, & dimi ſit vna cum filia ſua virum. Verum vbi facta eſt aliqua progreſſio,cũ veſper iam ꝑpior vrgeret, & appropin quandum foret ad vrbem Iebuſęorum, dicẽte ſeruulo vt ad eam dominus ſuus deflecteret,non acquieuit do minus ſuus,quia nõ erat ea ciuitas filiorum Iſrael : ſed it3dit peruenire vſq; Gabaa , quæ habitabatur à popu lo tribus Beniamin. Nec erat quiſq̃ qui aduenientes re ciperet hoſpitio,niſi vir peregrin9 ꝓgreſſa ætatę. Qui cum aſpexiſſet eos , interrogauit Leuitã : Quo vadis, vel vnde venis?quo reſpondente quod eſset viator, & repeteret montẽ Effrẽ,& non eſset qui colligeret eũ: hoſpitium obtulit,adornauit conuiuiũ. At vbi ſatietas epulandi facta eſt,& menſæ remotæ,irruentes peſtilẽ tes viri circumierunt domum. Tũc ſenior filiam ſuam virginem, & coæqualem eius cum qua cubitare ſolita eſset,o:ferebat viris iniquitatis,tãtum ne vis irrogare-

tur hoſpiti. Verum vbi parũ ratio proceſsit,& vis prę- K
ualuit,ceſsit Leuites iugalem ſuam. Et cognouerũt eã, & tota nocte illuſerunt ei. Quæ atrocitate vel dolore victa iniuriæ,ante oſtiũ hoſpitij quo vir ſu9 diuerterat, ꝓcidit ſe,atq; exhalauit ſpiritũ, ſupremo licet vitæ mu nere affectũ bonæ cõiugis ſeruans,vt exequias ſaltẽ ſui funeris marito reſeruaret. Quo cognito (ne multis mo rer)omnis ꝓpe populus Iſrael in bellũ exarſit,dubio q; eu ẽtu cũ anceps maneret pręliũ , tertia tamen præ liãdi vice tradit9 eſt popul9 Bẽiamin populo Iſrael,& diuina iudicat9 ſentẽtia pœnas intẽperãtiæ luit. Con dẽnatus quoq; ne quis ei ex numero patrũ filiã ſuã da ret in vxorẽ. Id cõfirmatũ iuriſiurandi ſacramẽto eſt. Sed cõpũcti quod tã acerbã in fratres tuliſſent ſenten tiã,ita ſeueritatẽ eius tẽperauerũt,vt orbatas parẽt.b9 virgines in cõiugiũ ſibi adſciſcerẽt , quorũ patres pro delicto perẽpti forẽt,vel raptu copulam ſociarẽt:quia pro tã turpis cõmiſsi facinore , qui alieni matrimonij ius violauerant,indignos ſe impetrando exibuere ma trimonio. Sed ne periret vna populo tribus , fraudis indulta eſt connuẽtia. Quanta igitur honeſtatis cura maioribus fuerit,hinc proditur, vt quadraginta milia virorum ſtringerent gladium aduerſus fratres ſuos de tribu Beniamin,dum vlciſci volunt iniuriam impudi citiæ, quia temeratores caſtitatis non ſufferebantur* Itaq; eo bello ceſsa ſunt vtring; ſexaginta quinque mi- *non offe
lia bellatorũ,& exuſtæ vrbes . Et cum inferior primo rebãtur.
fuiſſet populus Iſrael,tamẽ nec aduerſi metu belli pci tus vindicandæ caſtitatis ſequeſtrauit dolorem . Rue bat in pręlium,vel ſanguine ſuo parans cõmiſsi flagi tij diluere notam. Et quid mirũ ſi populo dei decorũ L
illud atq; honeſtũ curæ fuit, quãdo etiã leproſis) ſicut in libris Regum legimus)honeſtatis non defuit con ſideratio?Fames erat magna in Samaria, quia obſede- 4.Reg.6.
rat eam Syrorũ exercitus. Rex militares excubias ſu pra murũ ſolicitus reuiſebat. Interpellauit eũ mulier dicens?Perſuaſit mihi hæc mulier vt afferrem filium meum,& attuli,& coximus & comedimus eũ, & pro miſit vt & ipſa poſtea filium ſuum afferret,& carnes il lius ſimul manducaremus. Nunc autem filium ſuũ ab ſcondit,& non vult eũ afferre. Motus rex quod nõ ſo lum humanis ſed etiam parricidalibus cadauerib9 mu lieres paſtæ viderentur,& tam atrocis calamitatis exẽ plo percitus,Heliſæo prophetæ mãdauit necem, cuius in poteſtate fore crederet vt obſidionẽ ſolueret, pro pulſaret famem, vel quia non permiſerat regi vt per cuteret Syros quos cæcitate perfuderat . Sedebat Heli ſæus cum ſenioribus in Bethel , & priuſq̃ introiret ad eũ regis nuncius,ait ad ſeniores viros : Si viſtiſtis quo niam filius homicidæ illius miſit auferre caput meũ? Et introſuit nuncius,& mandatum regis pertulit , de nunciãs præſens capitis periculum . Cui reſpõdit pro pheta:Hac hora diei craſtina , menſura ſimilaginis ſi- 4.Re.7.
clo,& duæ mẽſuræ hordei ſiclo in porta Samariæ . Et cũ miſsus à rege nunci9 nõ credidiſset, dicẽs, ſi plue rit dominus de cęlo abundãtiam frumẽti,ne ſic quidẽ id poſſe effici:dixit ad eum Heliſæus:Quia non credi diſti,oculis videbis tuis,& non manducabis . Et factus eſt ſubito in caſtris Syriæ velut quadrigarum ſonus,& vox multitudinis,& vox magnæ virtutis, atq; ingens M
belli tumult9,& arbitrati ſunt Syrij quod rex Iſrael in ſocietatem aduocaſset prælij regem Aegypti , & regẽ Amorrẽorum:& fugerũt diluculo, relinquẽtes taber nacula ſua,quoniam verebantur ne improuiſo aduẽti nouorum opprimerẽtur hoſtium, & coniunctis regũ viribus non poſſent reſiſtere. Id incognitum Samariæ erat,quoniam victi metu,& fame tabidi,nec prætende re audebant. Erant autem leproſi quatuor ad portã ci uitatis,quibus vita erat ſupplicium,& mori lucrum,& dixerũt ad ſe inuicem:Ecce nos hic ſedemus,& mori-

A mur.Si ingredimur vrbem, moriemur fame. ſi manemus hic,nullum ſubſidium viuẽdi ſuppetit nobis. Eamus in caſtra Syriæ.aut compendium mortis erit , aut ſalutis remedium.Perrexerunt itaq; , & intrauerunt ca ſtra,& ecce omnia nuda hoſtiũ. Ingreſsi tabernacula, primum repertis alimẽtis fugauerunt famem , deinde auri & argenti quantum potuerunt diripuerũt. Et cũ ſoli poſsent prædæ incubare,elegerunt tamẽ regi nũ ciare fugiſse Syrios:quia id honeſtum arbitrabãtur,q̃ repreſso indicio fouere fraudis rapinam.Quo indicio egreſsus eſt populus,& diripuit caſtra Syrię , & com meatus hoſtium:abundantiam fecit annonæ , vilitatẽ reddidit,vt ſecundum propheticum dictum menſura ſimilaginis ſiclo, & duæ menſuræ hordei pari precio conſtarent. In hac lętitia plebis nuncius ille in quo re quieſcebat rex , conſtitutus in porta inter exeuntiũ ſe ſtinationem & remeantium exultationem conculca- D
tus à plebe mortuus eſt.

¶Laus honeſtatis,magnanimitate Heſter , & fide Io nathæ cõmendatur & Achimelech. CAPVT XV.

D VID Heſter regina, nõne vt Populum ſuũ pe riculo etueret (quod erat decorum atque ho neſtũ)morti ſe obtulit,nec immitis regis tre pidauit furorem? Ipſe quoque rex Perſarum ferox atq; tumido corde,tamen decorũ iudicauit indi ci inſidiatũ quæ ſibi paratę forẽt,gratiã repræſentare, populumq; liberũ à ſeruitute eripere,eruere neci, nec parcere neci eius qui tã indecora ſuaſiſset. Deniq; quẽ ſecũdũ à ſe,ac præcipuũ inter omnes amicos haberet, cruci tradidit,quod dehoneſtatũ ſe eius fraudulentis cõſilijs animaduertiſset. Ea enĩ amicitia ꝓbabilis, quæ honeſtatem tuetur,præferẽda ſane opibus, honorib9, poteſtatibus:honeſtati vero præferri nõ ſolet,ſed ho neſtatẽ ſequi. Qualis fuit Ionathæ? qui pro pietate nec offenſam patris,nec ſalutis periculũ refugiebat. Qua lis fuit Achimelech, qui pro hoſpitalis gratię officijs necem potius ſibi q̃ proditionem fugientis amic iſub eundam arbitrabatur.

¶De moderamine amicitiæ conſeruandæ , claudĩtur volumen. CAPVT XVI.

C NIHIL igitur præferendum honeſtati : quę ta men ne amicitiæ ſtudio prætereatur,etiã hoc ſcriptura admonet . Sunt etiim pleræq; philo ſophorum queſtiones,vtrũ amici cauſa quiſ quã contra patriam ſentire necne debeat , vt amico o- Prou. 25.
bediat:verum oporteat vt fidem deſerat dũ indulget atque intẽdit amici cõmoditatibus . Et ſcriptura qui dem ait: Claua & gladius & ſagitta ferrata , ſic homo eſt teſtimoniũ dãs falſum aduerſus amicum ſuum. Sed cõſidera quid adſtruat. Non teſtimonium repreh en- F
dit dictum in amicum,ſed falſum teſtimonium . Quid enim ſi dei cauſa,quid ſi patriæ cogãtur aliquis dicere teſtimonium?Nunquid præponderare debet amicitia religioni,pręponderare charitati ciuiũm? In his tamẽ ipſis rebus requirẽda eſt veritas teſtimonij , ne amicus appetatur amici ꝑfidia,cuius fide abſolui debebat. A- A
micus itaq; neq; noxio gratificari debet, neq; innocẽti inſidiari. Sane ſi neceſse ſit dicere teſtimonium:ſi quid in amico vitij cognouerit,corripere occulte: ſi nõ au dierit,corripere palã. Sũt enim bonæ correptiones,& plerũq; meliores,q̃ tacita amicitia. Etſi lædi ſe putat a micus,tu tamen corripe . Etſi amaritudo correptionis animum eius vulneret , tu tamẽ corripere ne verearis. Prou.27.
Tolerabiliora ſunt enim amici vulnera, q̃ adulantium oſcula. Errãtem igitur amicum corripe , innocentẽ a micum ne deſeras. Conſtãs enim debet eſse amicitia, perſeuerare in affectu,non puerili modo amicos muta re vaga quadam debemus ſententia. Aperi pectus tuũ amico,vt fidelis ſit tibi,& capias ex eo vitę tuæ iucun- D
ditatem. Fidelis enim amicus , medicamentum eſt vi tæ,& immortalitatis gratia. Defer amico vt ęquali,nec te pudeat vt prævenias amicum officio. Amicitia enim neſcit ſuperbiam. Ideo ſapiens dicit: Amicum ſaluta- Eccl. 22.
re non erubeſcas . Nec deſeras amicum in neceſsitate, nec derelinquas eum,neq; deſtitnas,quoniã amicitia vi tæ adiumẽtum eſt. Ideo in ea onera noſtra portemus, ſicut Apoſtolus docuit . Dicit enim ijs quos eadẽ com plexa eſt charitas:Etenim ſi amici ſecundæ res amicos adiuuãt,cur non & in aduerſis amici rebus amicorum adiumẽtum ſuppetat? Inuemus conſilio, cõferamus ſtu dia , compatiamur affectu . Si neceſse eſt , toleremus propter amicum etiam aſperta. Plerũq; inimicitiæ ſub- E
eundæ ſunt propter amici innocentiam,ſæpe obtrecta tiones.ſi reſtiteris vel reſpõderis cum amicus arguitur & accuſatur,nec te pœniteãt eiuſmodi offenſiones. Iu ſti enim vox eſt:Et ſi mala mihi euenerint ꝓpter ami cũ,ſuſtineo. In aduerſis enim amicus probatur . Nam in proſperis amici omnes videntur . Sed vt in aduerſis amici patientia & tolerãtia neceſſaria, ſic in proſperis autoritas cõgrua eſt , vt inſolentiã extolleẽris ſe amici reprimat & redarguat. Quã pulchre in aduerſis poſiti? Iob dicit:Miſeremini mei amici mei, miſeremini. Non Iob.19.
quaſi abiecta vox iſta eſt:ſed quaſi cenſoria. Nã cũ in iuſte argueretur ab amicis,reſpondit:Miſeremini mei E
amici.hoc eſt,miſericordiam debetis facere: opprimi tis autem vos & impugnatis hominem , cuius ærum nis cõpati ꝓ amicitia vos oportebat. Seruate igitur fi lij initam cum fratribus amicitiã,qua nihil eſt in rebus humanis pulchrius. Solatium quippe vitæ hũus eſt vt habeas cui pectus aperias tuum , cum quo arcana par ticipes,cui cõmittas ſecretũ pectoris , vt colloces tibi fidelem virum,qui in proſperis gratuletur tibi, in tri ſtib9 cõpatiatur, in perſecutionibus adhortetur . Quã boni amici Hebręi pueri,quos à ſui amore nec forna cis ardentis flãma diuiſit? De quo loco, vt ſuperiũs di ximus,bene ait ſanct9 Dauid:Saul & Ionathas ſpecio- 2. Reg. 1.
ſi & chariſsimi, inſeparabiles in vita ſua , & in morte non ſunt ſeparati. Hic eſt amicitiæ fructus , nõ vt fides propter amicitiam deſuratur. Non poteſt enim homi ni amicus eſse,qui deo fuerit infidus. Pietatis cuſtos a micitia eſt , & æqualitatis magiſtra , vt ſuperior infe riori ſe exhibeat ęqualem,inferior ſuperiori. Inter di ſpares enim mores non poteſt eſse amicitia:& ideo cõ uenire ſibi vtriuſq; debet gratia . Nec autoritas deſit iuferiori,ſi res poꝑoſcerit,nec hũilitas ſuperiori. Au diat quaſi parem,quaſi ęqualẽ, & ille quaſi amicus mo neat,obiurget non iactantiæ ſtudio,ſed affectu charita tis. Neq; monitio aſpera ſit, neq; obiurgatio contume lioſa. Sicut enim adulationis fugitans amicitia debet F
eſse,ita etiã aliena inſolentiæ . Quid eſt enim amicus, niſi conſors amoris, ad quem animum tuum adiungas atq; applices,& ita miſceas,vt vnũ velis fieri ex duo- A
bus,cui te tãq; alteri tibi cõmittas , à quo nihil timeas, nihil ipſe commodi tui cauſa inhoneſtum petas ; Non enĩ vectigalis amicitia eſt:ſed plena decoris,plena gra tię. Virtus eſt enim amicitia,non queſtus: quia non pe cunia queritur,ſed gratia: nec licitatione preciorum, ſed concertatione benetiolentiæ. Deniq; meliores ami citię ſunt inopum plerunq; q̃ diuitũ: & frequẽter diui tes ſine amicis ſunt, quibus abundant pauperes . Non eſt enĩ vera amicitia, vbi eſt fallax adulatio. Diuitibus itaq; plerisq; aſſentatorię gratificantur . Erga pauperẽ nemo ſimulator eſt . Verũ eſt quicquid defertur pau peri.huius amicitia inuidia vacat. Quid amicitia pre cioſius,quæ angelis cõmunis & hominibus eſt? Vnde & dominus Ieſus dicit: Facite vobis amicos de iniquo Lu.16.
mãmona,qui recipiant vos in ęterna tabernacula ſua. Ipſe nos de9 amicos ex ſeruulis facit,ſicut ipſe ait: Iam Ioan.15.

G vos amici mei eſtis ſi feceritis quę ego præcipio vobis. Dedit formam amicitię quam ſequamur, vt faciamus amici voluntatem, vt aperiamus ſecreta noſtra amico quęcunque in pectore habem⁹, & nos illius arcana nō ignoremus. Oſtendamus illi nos pectus noſtrum, & Ibidem. ille nobis aperiat ſuum. Ideo, inquit, vos dixi amicos, quia omnia quęcūque audiui à patre meo, nota feci vobis. Nihil ergo occultat amicus ſi verus eſt. effundit animum ſuum, ſicut effundebat myſteria patris dominus Ieſus. Ergo qui facit mandatū dei, eius amicus eſt, & hoc honoratur nomine. Qui eſt vnanimis, ipſe amicus eſt: quod vnitas animorū in amicis, ſit neque quiſquam deteſtabilior, quàm qui amicitiam læſerit. Vnde in proditore dominus hoc grauiſsimum inuenit quo eius condemnaret perfidiam, quod gratiæ vicem non Pſal. 54. repreſentauerit, & conuiuijs amicitię venenum malitię miſcuerit. Itaque ſic ait: Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui ſemper mecum dulces capiebas cibos. Hoc eſt, non poteſt ſuſtineri iſtud, quia vnanimis appetiſti eum qui tibi donauerat gratiam. Nā ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique: & ab eo qui me oderat, abſconderem me. Inimicus vitari poteſt, amicus non poteſt, ſi inſidiari velit. Illum cauemus cui non committimus conſilia noſtra: hunc cauere non poſſumus, cui commiſim⁹. Itaque ad acerbandam peccati inuidiam non dixit, tu vero ſeruus me⁹, apoſtolus meus, ſed vnanimis me⁹, hoc eſt, non me⁹, ſed etiam tuus proditor es, qui vnanimū prodidiſti. Dominus ipſe cum à tribus regibus offenſus eſſet qui ſancto Iob honorem nō detuliſſent, ignoſcere his per amicum maluit, vt amicitiæ ſuffragium remiſsio fieret peccatorum. Itaque rogauit Iob, & dominus ignouit. Profuit illis amicitia, quibus obfuit inſolentia.

HAEC apud vos depoſui filij, quæ cuſtodiatis in animis veſtris: quæ vtrū aliquid profectus habeāt, vos probabitis. Interim copiā multā exēplorum afferunt. Nam prope omnia maiorum exēpla, plurima quoque dicta his tribus inoluſa libris tenentur, vt etſi ſermo nihil deferat gratiæ, ſeries tamen vetuſtatis quodam compēdio expreſsa, plurimum inſtructionis conferat.

¶Finis libri tertij & vltimi officiorum diui Ambroſij.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANENSIS ad Marcellinam ſororem ſuam de virginibus liber primus.

A SIVXTA cæleſtis ſentētiam veritatis, verbi totius quodcunque ocioſum fuerimus locuti, habem⁹ præſtare rationem, vel ſi vnuſquiſque ſeruus credita ſibi talenta gratiæ ſpiritualis (quę numularijs diuidenda forent, vt creſcentibus multiplicarentur vſuris) intra terram ſuā vel quaſi timidus fœnerator, vel quaſi auarus poſſeſſor abſconderit, non mediocrem domino reuertente offenſam incidet: iure nobis verendum eſt, quibus licet ingenium tenue, neceſsitas tamē maxima, eloquia dei credita populi fœnerare mentibus, ne vocis quoque noſtrę poſcat vſuram, præſertim cum ſtudium à nobis dominus non profectum requirat. Vnde ſcribēdi aliquid ſententia fuit. Maiore ſiquidē pudoris periculo auditur vox noſtra q̄ legitur. Liber enī nō erubeſcit. Equidē ingenio diffiſus, ſed diuinæ miſericordię, puocat⁹ exēplis, ſermonē meditari audeo. Nā volēte deo etiā aſina locuta eſt. Quod ſi mihi ſub iſtius ſeculi onerib⁹ cōſtituto aſsiſtat angelus, ego quoq; muta diu ora laxabo. Poteſt enī ſoluere impedimēta imperitiæ, qui in illa aſina ſoluit naturæ. In arca veteris teſtamenti virga floruit ſacerdotis. Facilè deo eſt vt in ſancta eccleſia de noſtris quoq; nobis flos germinet. Cur autē deſperādum q̄d domin⁹ loquatur in hominib⁹, qui eſt locut⁹ ī ſentib⁹, nec rubū eſt dedignat⁹? Atq; vtinā meas quoq; illuminet ſpinas. Erunt fortaſse qui etiā in noſtris ſentibus aliquē mirētur lucere fulgorē, erūt quos ſpina noſtra nō vrat, erūt quibus de rubo audita vox noſtra ſoluat de pedibus calciamentū, vt impedimētis corporalib⁹ exuatur mētis inceſsus. Sed hæc ſanctorū merita virorū. Vtinam me ſub illa infructuoſa adhuc ficu iacentē ex aliqua Ieſus parte reſpiceret. ferret poſt triēniū fruct⁹ & noſtra ficus. Sed vnde tantū peccatorib⁹ ſpei? Vtinā ſaltē ille Lucæ. 13. euangelicus dominicæ cultor vineę ficū noſtram fortaſse iam iuſsus excidere, dimittat illam & hoc anno, vſq; dum fodiat, & mittat cophinū ſtercoris. nā forte C de terra ſuſcitet inopē, & de ſtercore erigat pauperē. Pſal. 112. Beati qui ſub vite & ōlea equos ſuos alligant, laborem curſuum ſuorū paci & lætitię conſecrantes, ne ficus adhuc, id eſt, illeceb̄roſa deliciarū obūbret prurigo mūdi, humilis ad altitudinem, fragilis ad laborē, mollis ad vſum, ſterilis ad fructū. Ac fortaſse miretur aliquis cur ſcribere audeo qui loqui nequeo. Attamē ſi repetam⁹ quæ legim⁹ in euāgelicis ſcripturis, & ſacerdotalibus factis, ac nobis ſanctus Zacharias propheta documēto ſit: inueniēs eſse quod vox nō explicet, ſtylus ſignet. Quod ſi nomē Ioannis reddidit patri vocē, ego quoq; deſperare nō debeo quin vocem licet mut⁹ accipiā, ſi loquar Chriſtū? cui⁹ quidē generationē iuxta pheticū dictū quis enarrabit? Et ideo quaſi ſeruus domini familiā prædicabo. Immaculatus enī domin⁹, immaculatam ſibi familiā etiam in hoc pleno colluuionū fragilitatis humanæ corpore cōſecrauit. Et bene procedit vt quoniam hodie natalis eſt virginis, de virginib⁹ ſit loquēdū, & ex prędicatione liber ſumat exordium. NATALIS eſt virginis, integritatem ſequamur. Natalis eſt martyris, hoſtias immolemus. Natalis eſt ſanctæ Agnes, mirentur viri, nō deſperēt pauuli, ſtupeant nuptæ, imitentur innuptæ. Sed quid dignum ea loqui poſſumus, cuius ne nomen quidem eſt vacuum luce laudis? Fuit deuotio ſupra ætatem, virtus ſupra naturam: vt mihi videatur nō hominis habuiſſe nomē, ſed oraculū martyris, quæ indicauit quid eſset futura. Habeo tamen vnde mihi ſubſidium cōparetur. Nomen virginis titulus eſt pudoris. Appellabo martyrem. Prædicaui ſatis. plixa laudatio eſt quæ nō quæritur, ſed tenetur. Faceſſant igitur ingenia, eloquentia conticeſcat. Vox vna præconium eſt. Hanc ſenes, hanc iuuenes, hanc pueri canāt. Nemo eſt laudabilior q̄ qui ab omnibus laudari poteſt. Quot homines, tot præcones qui martyrē prædicant dum loquuntur. Hæc duodecim annorum martyriū feciſse fraditur. Quō detestabilior crudelitas quæ nec minuſculę pepercit ętati. Immo magna vis fidei, quæ etiam ab illa teſtimonium inuenit ętate. Fuit ne in illo corpuſculo vulneri locus? Et quę non habuit quo ferrū reciperet, habuit quo ferrum vinceret. At iſtius ętatis puellæ toros etiā vultus parentum ferre non poſsunt, & acu diſtricta ſolent pūcta flere quaſi vulnera. Hęc inter cruentas carnificum impauida manus, hæc ſtridentium grauibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totū offerre corpus, mori adhuc neſcia, ſed parata vel

A ſi ad aras iniuita raperetur, tendere Chriſto inter ignes manus, atq; in ipſis ſacrilegis focis trophæū domini fignare victoris, nūc ferratis colla manuſq; ambas inſerere nexibus. Sed nullus tā tenuia mēbra poterat nexus includere. Nouū martyrij gen⁹. Nōdū idonea pœnæ, & iā matura victoriæ, certare difficilis, facilis coronari, magiſteriū virtutis impleuit, quæ præiudiciū vehebat ætatis. Nō ſic ad thalamū nupta ꝓperaret, vt ad ſupplicij locū læta ſucceſsu, gradu feſtina virgo, ꝓceſſit, nō intorto crine caput cōpta, ſed Chriſto: nō floſculis redimita, ſed moribus. Flere omnes, ipſa ſine fletu. Mirari pleriq; quod tā facile vitæ ſuæ, ꝓdiga, quā nondū hauſerat, iā quaſi perfuncta donaret. Stupere vniuerſi, quod iam diuinitatis teſtis exiſteret, quę adhuc arbitra ſui per ætatē eſse nō poſset. Effecit denique vt ei de deo crederetur, cui de homine adhuc nō crederetur: quia quod vltra naturā eſt, de autore naturæ eſt. Quāto terrore egit carnifex vt timeretur, quātis blanditijs vt ſuaderet, quātorū vota vt ſibi ad nuptias prouenirent. At illa: Et hęc ſpōſi iniuria eſt, iquit, expectare placitura. Qui me ſibi prior elegit, accipiet. Quid percuſsor moraris? Pereat corp⁹ q̄d amari poteſt oculis quibus nolo. Stetit, orauit, genuicē inflexit. Cernéres trepidare carnificē, quaſi ipſe addictus fuiſset, tremere percuſsoris dextra, pallere ora alieno timētis periculo. cū puella nō timeret ſuo. Habetis igitur in vna oſtia duplex martyriū, pudoris & religionis. Et virgo permāſit, & martyriū obtinuit. Inuitat nūc integri B tatis amor, & tu ſoror ſancta vel mutis tacita moribus, vt aliq̄d de virginitate dicam⁹, ne veluti trāſitu quodā præſtricta videatur, quæ principalis eſt virtus. Non enī ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur: ſed quia ipſa martyres faciat. Quis aūt humano eā poſsit ingenio cōprehēdere, quā nec natura ſuis incluſit legib⁹? Aut quis naturali voce cōplecti, quod ſupra vſum naturæ ſit? E cœlo arceſsiuit, quod imitaretur in terris. Nec immerito viuēdi ſibi vſum quæſiuit ē cœlo, quę ſpōſum ſibi inuenit in cœlo. Hæc nubes, aera, angelos, ſideraq; trāſgrediēs, verbū dei in ipſo ſinu patris inuenit, & toto hauſit pectore. Nā quis tātū cū inCanti. 1. uenerit relinquat boni? Vnguētum enim exinanitum eſt nomen tuum. Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te. Poſtremo nō meū eſt illud, quoMatt. 22. niam quæ non nubunt neq; nubentur, erunt ſicut angeli dei in cælo. Nemo ergo miretur ſi angelis comparētur, quæ angelorum domino copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxiſſe de cælo, quā non facile inueIoan. 1. nimus in terris? Niſi poſtq̄ deus in hęc terreni corporis membra deſcendit. tunc in vtero virgo concepit, & verbum caro factū eſt: vt quod caro factum eſt, caro fieret dei. Dicet aliquis: Sed etiam Helias nullis corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo ergo curru raptus ad cælū, ideo cum domino apparet ī gloria, ideo dominici vētur⁹ eſt præcurſor aduentus. Et Maria ſumens tympanum pudore virgineo choros duxit. Sed cōſiderate cuius illa ſpeciē tūc gerebat. Nōne eccleſiæ, quę religioſos populi cœt⁹ qui car C mina diuina concinerēt, immaculato virgo ſpiritu copulauit? Nam etiam templo Hieroſolymis fuiſſe legimus virgines deputatas. Sed quid apoſtol⁹ dicit? Hæc1. Cor. 10. autem in figura contingebāt illis, vt eſsent indicia futurorum. Figura enim in paucis eſt, vita in pluribus. At vero poſteaq̄ dominus in corpus hoc veniēs, cōtubernium diuinitatis & corporis ſine vlla cōcretæ cōfuſionis labe ſociauit, tūc toto orbe diffuſus corporibus humanis vitæ cæleſtis vſus inoleuit. Hoc illud eſt quod miniſtrātes in terris angeli decātarunt futurum genus quod miniſterium domino immaculati corporis obſequi exhiberet. Hæc eſt cęleſtis illa militia, quam laudantium exercitus angelorū promittebat in terris. Habemus ergo autoritatē vetuſtatis à ſeculo, plenitudinē, pfeſsionis à Chriſto. Certe nō eſt hoc mihi cōmune cū gētibus, nō populare cū Barbaris, nō cū cęteris animātibus vſitatū, cū quibus etſi vnū ēūdēq; vitalē aeris huius carpimus ſpiritū, vulgarē terreni corporis participamus ſtatū, generandi quoq; nō diſcrepamus vſu: hoc ſolo tamen naturæ parilis cōuitia declinamus, q̄d virginitas affectatur à gētibus, ſed cōſecrata violatur, ſcurſatur à Barbaris, neſcitur à reliquis. Quis mihi prętendit Veſtæ virgines, & Palladis ſacerdotes? Qualis iſta eſt nō morū pudicitia, ſed annorū, quæ nō perpetuitate, ſed ętate præſcribitur? Petulātior eſt talis integritas, cuius corruptela ſeniori ſeruatur ætati. Ipſi docent virgines ſuas non debere perſeuerare nec poſse, qui virginitati finē dederūt. Qualis autem eſt illa religio, vbi pudicæ adoleſcētes inbētur eſse, impudicæ anus? ſed nec illa pudica eſt quæ lege tenetur, & illa impudica quæ lege dimittitur. O miſteria, ō mores, vbi neceſsitas iponitur caſtitati, autoritas libidini datur. Itaq; nec caſta eſt quæ metu cogitur, nec honeſta quæ mercede cōducitur, nec pudor ille qui intemperātiū, oculorū quotidiano expoſitus cōuitio flagitioſis aſpectibus verberatur. Cōferūtur immunitates, offeruntur precia, quaſi nō hoc maximū petulātiæ ſit indiciū, caſtitatę vēdere. Quod precio ꝓmittitur, precio addicitur, & precio remuneratur. Neſcit redimere caſtitatē quæ vēdere ſolet. Quid de ſacris Phrygijs loquar, in quibus impudicitia diſciplina eſt, atq; vtinā ſexus fragilioris? Quid de Orgijs Liberi, vbi religionis myſteriū eſt incētiuū libidinis? Qualis igitur poteſt ibi vita eſse ſacerdotū, vbi colitur ſtuprū deorum? Nō habēt igitur ſacram virginem. Videamus ne forte aliquā vel philoſophiæ præcepta formauerint, quæ magiſterium ſibi omniū ſolent vēdicare virtutū. Pythagoræa quædā vna ex virginib⁹ celebratur fabulis: quæ cū à tyranno cogeretur ſecretū prodere, ne quid in ſe ad extorquēdā cōfeſsionē vel tormētis liceret, morſu linguam abſcidiſse fertur, atq; in tyrāni faciem deſpuiſse, vt qui interrogādi finem nō faciebat, non haberet quā interrogaret. Eadem tamen forti animo, ſed tumēti vtero, exemplum taciturnitatis, & proluuium caſtitatis, victa eſt cupiditatibus, quæ tormētis vinci nequiuit. Igitur quæ mētis potuit tegere ſecretū, corporis nō texit opprobrium. Vicit naturam, ſed nō tenuit diſciplinā. Quā vellet in voce munimētū ſui ipudoris exiſtere? eo fortaſse erudierat illā pœnitētia, vt culpā negaret. Nō igitur inuicta vndiq;. Nam & tyrānus licet non potuerit inuenire quod interrogabat, tamē quod nō interrogabat inuenit. Quanto noſtrę virgines fortiores, quę vincunt etiā quas nō vident poteſtates, quibus nō tantum de carne & ſanguine, ſed etiam de ipſo mūdi principe ſeculiq; rectore victoria eſt. Aetate vtiq; Agne minor, ſed virtute maior, triūpho numeroſior, cōſtantia confidētior, nō ſibi linguam propter metum abſtulit, F ſed propter trophæum reſeruauit. Nihil enim habuit q̄d ꝓdi timeret, cuius nō erat criminoſa ſed religioſa cōfeſsio. Itaq; illa ſecretū tantūmodo celauit, hęc ꝓbauit deum quem quia ętas nondū poterat confiteri, natura cōfeſsa eſt. In laudationibus ſolet patria prędicari & parentes, vt in commemoratione autoris digni tas ſucceſsionis exaggeretur. Ego licet laudationē nō ſuſceperim virginitatis, ſed expreſsionē, ad rem tamē pertinere arbitror, vt quæ ſit ei patria, quis autor, appareat. Ac prius vbi ſit patria deſiniamus. Si enim ibi eſt patria, vbi genitale domiciliū: in cælo profecto eſt patria caſtitatis. Itaq; hic aduena, ibi incola eſt. Quid autem eſt caſtitas virginalis, niſi expers contagiōis integritas? Atq; eius autorē quē poſsumus exiſtimare niſi immaculatū dei filium, cui⁹ caro nō vidit corruptionem, diuinitas non eſt experta contagionem? Videte

G igitur q̃ta virginitatis merita ſint. Chriſtus ante virginẽ, Chriſtꝰ ex virgine, à patre quidẽ natus ante ſecula, ſed ex virgine natus ob ſecula. Illud naturæ ſuæ, hoc noſtrę vtilitatis eſt. Illud erat ſemper, hoc voluit. Spectate aliud virginitatis meritum. Chriſtus virginis ſpõſus, & ſi dici poteſt, Chriſtꝰ virgineæ caſtitatis. Virginitas enĩ Chriſti, nõ virginitatis eſt Chriſtus. Virgo eſt ergo quæ nupſit, virgo quæ nos ſuo vtero portauit, virgo quæ genuit, virgo quæ ꝓprio lacte nutriuit. De qua legimus q̃ta fecit virgo Hieruſalẽ. Nõ deficiẽt de petra vbera, neq; nix à Libano, aut declinauit aqua validа vẽto quæ portatur. Qualis eſt hæc virgo quæ trinitatis fontibus irrigatur, cui de petra fluunt aquæ, non deficiunt vbera, mella funduntur? Petra autẽ eſt iuxta
1. Cor. 10. Apoſtolũ Chriſtus. Ergo à Chriſto non deficiunt vbera, claritas à deo, flumen à ſpiritu. Hæc eſt trinitas quæ eccleſiã ſuã irrigat, pater, Chriſtus, & ſpiritus. Sed iam
Ibidẽ. 7. à matre deſcendamus ad filias. De virginibꝰ, inquit apoſtolus, præceptũ domini nõ habeo, cõſiliũ autẽ do. Si doctor gentiũ nõ habuit, habere quis potuit? Et præceptũ quidẽ nõ habuit, ſed habuit exẽplũ. Nõ enim imperari poteſt virginitas: ſed optari. Nã quæ ſupra nos ſunt, in voto magis q̃ in magiſterio ſunt. Sed volo vos inquit, ſine ſolicitudine eſſe. Nam qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomõ placeat deo. Et virgo cogitat quæ domini ſũt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nã quę nupta eſt, cogitat quæ mũdi ſunt, quomodo placeat viro. Non ego quidẽ diſſuadeo matri-
Rom. 14. moniũ, ſed virginitatis attexo beneficiũ. Qui infirmus eſt, ĩquit, olera mãducet. Aliud exigo, aliud admiror.
H Alligatꝰ es vxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore? ne quæſieris vxorẽ. Hoc præceptũ eſt copulatis. De virginibus autẽ quid ait? Et qui matrimonio iũgit virginẽ ſuã, bene facit: & qui nõ iungit, melius facit. Illa nõ peccat ſi nubat: hæc ſi nõ nubat, æterna eſt. Ibi remediũ infirmitatis, hic gloria caſtitatis. Illa non reprehẽditur, iſta laudatur. Conferamus ſi placet bona mulierũ cũ vltimis virginũ. Iactet licet fœcũdo ſe mulier nobilis partu: quo plures generauerit, plus laborat. Numerat ſolatia filiorũ, ſed numeret pariter & moleſtias. Nubit, & plorat. Qualia ſunt vota quæ flentur? Cõcipit & graueſcit. Prius vtiq; impedimẽtũ fœcũditas incipit afferre q̃ fructũ. Parturit & ægrotat. Quã dulce pignꝰ qđ à periculo incipit, & in periculis deſinit, prius dolori futurũ q̃ voluptati? Periculis emitur, nec ꝑ arbitrio poſſidetur. Quid recẽſeã nutriẽdi moleſtias inſtituẽdi & copulãdi? Feliciũ ſunt iſtæ miſerię. Habet mater hæredes: ſed auget dolores. Nam de aduerſis nõ oportet dicere, ne ſanctiſſimorũ parentũ ani
I mi contremiſcãt. Vide mi ſoror q̃ graue ſit. pati quod nõ oportet audiri. Et hæc in præſenti ſeculo. Venient autẽ dies quãdo dicãt: Beatæ ſteriles, & vẽtres qui non genuerũt, Filiæ enĩ huius ſeculi generãtur & generãt, filia aũt regni abſtinet à voluptate viri, & à voluptate carnis, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quid ego famulatus graues & addictaviris ſeruitia replicẽ fœminarũ, quas ante iuſſit deꝰ ſeruire, q̃ ſeruos? Quę eo ꝓſequor, vt indulgentius obſequãtur. Quibus hoc ſi ꝓbę ſunt, merces eſt charitatis: ſi improbæ, pœna delicti. Hinc illa naſcũtur incẽtiua vitiorũ, vt quæſitis coloribus ora depingãt, dũ viris diſplicere formidãt, & de adulterio vultus meditẽtur adulteriũ caſtitatis. Quãta hæc amẽtia, effigiẽ mutare naturæ, picturã quærere, & dũ verẽtur maritale iudiciũ, ꝑdere ſuũ? Prior enim de ſe pronũciat, quæ cupit mutare qđ nata eſt. Ita dũ alij ſtudet placere, prius ſibi ipſa diſplicet. Quẽ iudicẽ mulier veriorẽ requirimus deformitatis tuæ, q̃ te ipſam quæ videri times? Si pulchra es, quid abſcõderis? Si deformis, cur te formoſam eſſe mẽtiris, nec tuæ cõſcientiæ, nec alieni gratiã erroris habitura? Ille enim alterã diligit, tu alteri vis placere: & iraſceris ſi amet aliã qui adulterare in te docetur? Male magiſtra es iniurię tuæ. Lenocinari refugit etiam quæ palſa lenonem eſt? Ac licet vilis mulier, nõ alteri tamẽ, ſed ſibi peccat, tolerabilioraq; ꝓpemodũ in adultero crimina ſunt. Ibi enĩ pudicitia, hic natura adulteratur. Iã quanto precio opus eſt ne etiã pulchra diſpliceat. Hinc preciosa collo dependẽt monilia, inde per humũ veſtis trahitur aurata. Emitur igitur hæc ſpecies, an habetur? Quid quod etiam odorum variæ adhibentur illecebrę, gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur? Quid ibi remanet ſuum, vbi tam multa mutantur? Senſus ſuos amittit mulier, & viuere poſſe ſe credit? Vos vero beatæ virgines, quæ talia tormẽta potius q̃ ornamẽta neſcitis, quibus pudor ſãctus verecũda ſuffuſus ora, & bona caſtitas eſt decori. nõ humanis addictæ oculis, alieno errore merita veſtra pẽſatis. Habetis ſane & vos veſtrę militiam pulchritudinis, cui virtutis militat forma, nõ corporis, quã nulla extinguet ætas, nulla eripere mors poteſt, nulla ęgritudo corrũpere. ſolus formę arbiter petitur deus, qui etiã in corpore minꝰ pulchro diligit animas pulchriores. Nõ vteri onus notum, non dolor partus, & tamẽ numeroſior ſoboles piæ mentis, quę omnes pro liberis habet. fœcũda ſucceſſoribꝰ, ſterilis orbitatibus, neſcit funera, nouit hæredes. Sic ſancta eccleſia immaculata coitu, fœcũda partu, virgo eſt caſtitate, mater eſt prole. Parturit itaq; nos virgo, non L viro plena, ſed ſpiritu. Parit nos virgo, non cũ dolore membrorũ, ſed cum gaudijs angelorũ. Nutrit nos virgo, nõ corporis lacte, ſed apoſtoli, quo infirmã adhuc creſcentis populi lactauit ætatẽ. Quæ igitur nupta plures liberos habet q̃ ſancta eccleſia, quę virgo eſt ſacramẽtis, mater eſt populis, cuiꝰ fœcũditatẽ etiã ſcriptura teſtatur dicẽs: Quoniam plures filij deſertę magis
Eſa. 54. q̃ eius quę habet virum? Noſtra virũ nõ habet, ſed habet ſponſum, eo qđ ſiue eccleſia in populis, ſiue anima in ſingulis, ſacræ doctrinę verbis ſine vllo flexu pudoris quaſi ſpõſo innubit æterno, effœta ſiũrię, fœta rationis. Audiſtis parentes quibus erudire virtutibus, quibus inſtituere diſciplinis filias debeatis, vt habere poſſitis quarũ meritis veſtra delicta redimantur. Virgo dei donum eſt, munus parẽtũ, ſacerdotium caſtitatis. Virgo matris hoſtia eſt, cuius quotidiano ſacrificio vis diuina placatur. Virgo indiuiduum pignus parentum, quę non dote ſolicitet, nõ emigratione deſtituat, non offendat iniuria. Sed nepotes aliquis habere deſideret, & aui nomẽ acquirere. Primum ſuos tradit, dũ quærit alienos. Deinde certis defraudari incipit, dum ſperat incertos, cõfert opes proprias, & adhuc poſcitur, niſi dotẽ ſoluat exigitur. Si diu viuat, onoroſ̃ eſt. M
Emere iſtud eſt generũ, non acquirere, qui parẽtibus filiæ vendat aſpectus. Ideo ne tot mẽſibus geſtatur utero, vt in alienam tranſeat poteſtatem? Ideo commendandæ virginis cura ſuſcipitur, vt citius parentibus auferatur? Dicet aliqs: Ergo diſſuades nuptias? Ego vero ſuadeo, & eos damno qui diſſuadere conſuerunt, vtpote qui Sarę ac Rebeccę & Rachel cęterarumq; veterũ coniugia fœminarum pro documẽtis ſingularũ virtutum recẽſere ſoleam. Qui enim copulam dãnat, dãnat & filios, & ductam per ſucceſſionũ ſeriem, generis ſocietatẽ damnat humani. Nam quẽadmodũ duratura in ſeculũ ętas ſuccedere poſſet ętati, niſi gratia nuptiarum procreandę ſtudium ſobolis incitaret? Aut quomõ prædicari poteſt quod immaculatus Iſaac ad altaria dei victima paternę pietatis acceſſit, qđ Iſrael humano ſitus in corpore deum vidit, & religioſum populo dedit nomẽ, quorum originem damnat? Vnum ſane licet ſacrilegi homines habent, quod in his etiam à ſapientiſſimis probetur, qui cõiugia damnãdo profitentur, ipſi non debuiſſent naſci. Nõ vtiq; diſſuadeo

A nuptias, ſi fructus ſacræ virginitatis enumero. Paucarum quippe hoc munꝰ eſt, illud omniũ. Nec poteſt eſſe virginitas niſi habeat vnde naſcatur. Bona cũ bonis comparo, quo facilius quid pręſtet eluceat. Neq; meã ſententiã affero, ſed eã repeto quã edidit ſpiritꝰ ſanctus per ꝓphetã. Melior eſt, inquit, ſterilitas cũ virtute. Primũ enĩ quod nupturæ præ cæteris cõcupiſcũt, vt ſpõſi decore ſe iactẽt? eo neceſſe eſt impares ſacris ſe fateãPſal. 44. tur eſſe virginibus, quibus ſolis cõtingit dicere: Specioſus forma præ filijs hominũ, diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Quis eſt iſte ſpõſus? Nõ vilibus addicẽꝰ obſequijs, nõ caducis ſuperbus diuitijs, ſed cuius ſedes ĩ ſeculũ ſeculi, filiæ regũ in honore eius. Aſtitit regina à dextris eiꝰ in veſtitu deaurato, varietate circũamicta virtutũ. Audi igitur filia, & vide, & inclina aurẽ tuã, & obliuiſcere populũ tuũ, & domũ patris tui, quoniã cõcupiuit rex ſpeciẽ tuã, quia ipſe eſt deus tuus. Et aduerte quãtũ tibi ſpiritus ſanctus ſcripturæ diuinæ teſtificatione detulerit. Regnũ, aurũ, pulchritudinem. Regnũ, vel quia ſpõſa es regis æterni, vel quia inuictum animũ gerẽs, ab illecebris voluptatũ non captiua haberis, ſed quaſi regina dominaris. Aurũ, quia ſicut illa materies examinata igne preciоſior eſt, ita corporis ſpecies virginalis ſpiritu cõſecrata diuino, formæ ſuæ acquirit augmẽtũ. Pulchritudinẽ vero quis poteſt maiorẽ exiſtimare decore eius quæ amatur à rege, proba
B tur à iudice, dicatur domino, cõſecratur deo, ſemper ſpõſa, ſemper innupta, vt nec amor finẽ habeat, nec dãnũ pudor? Hęc profecto vera pulchritudo eſt, cui niCanti. 4. hil deeſt, quæ ſola meretur audire à domino: Tota es formoſa, ꝓxima mea, & reprehẽſio nõ eſt in te. Veni huc à Libano, tranſibis & pertranſibis à principio fidei à capite Sanir & Hermon, à latibulis leonũ, à montibus pardorũ. Quibus indicijs oſtẽditur perfecta & ir reprehẽſibilis virginalis animæ pulchritudo, altaribꝰ cõſecrata diuinis, inter occurſus & latibula ſpiritualiũ beſtiarũ non inflexa mortalibus, ſed intenta myſterijs
Pſal. 103. dei meruiſſe dilectũ, cuius vbera plena lętitiæ. Vinum
Canti. 4. enim lætificat cor hominis. Et odor, inquit, veſtimentorũ tuorũ ſuper omnia aromata. Et ĩfra: Et odor, inquit, veſtimentorũ tuorũ ſicut odor Libani. Vide quẽ nobis tribuas virgo proceſſum. Primus enĩ odor tuus ſuper omnia aromata quæ in ſaluatoris miſſa ſunt ſepultrã: & mortuos corporis motus, mẽbrorũq; redolet obiſſe delicias. Secũdus odor tuus ſicut odor Libani dominici corporis, integritatẽ virgineæ florẽ caſtitatis exhalat. Fauũ itaq; mellis tua opera cõponãt. Digna enĩm virginitas quæ apibus cõparetur, ſic laborio
C ſa, ſic pudica, ſic continens. Rore paſcitur apes, neſcit cõcubitꝰ, mella cõponit. Ros quoq; virginis eſt ſermo diuinus, quia ſicut ros dei verba deſcendũt. Pudor virginis eſt intemerata natura. Partus virginis fœtus laboriorum. expers amaritudinis, fertilis ſuauitatis, in cõmune labor, cõmunis eſt fructꝰ. Quã te velim filia imitatricẽ eſſe huius apiculæ, cui cibus flos eſt, ore ſoboles legitur, ore cõponitur. Hãc imitare tu filia. verba tua nullum doli velamen obtendant, nullum habeant fraudis inuolucrum, vt & puritatem habeant, & plena grauitatis ſint, meritorũ quoq; tuorũ tibi ætẽna poſteritas tuo ore pariatur. Nec ſoli tibi, ſed etiã pluribꝰ cõgreges. Quis ſcit enĩ quãdo à te anima tua repoſcatur? Nec receptacula horreorũ frumẽtis coarceruata dimittẽs, nec vitæ tuæ vſui, ꝓfutura, nec meritis, rapiaris eo quo theſaurũ tuum ferre non poſſis. Dies igitur eſto, ſed paupi, vt naturæ ꝓticipes tuę, ꝓticipes ſint etiam facultatum. Florem quoq; tibi demõſtro carpẽCanti. 2. dum: illum vtiq; qui dixit: Ego flos campi, & liliũ conuallium, tanq̃ lilium in medio ſpinarũ. quod eſt euidẽtis indicij ſpiritualiũ nequitiarũ ſentibus virtutes obſideri, vnde nemo fructum referat, niſi qui cautus accedat. Sume igitur alas virgo, ſed ſpiritus, vt ſuperiuoles D vitia ſi cõtingere cupis Chriſtũ. In altis habitat, & humilia reſpicit. Et ſpecies eius ſicut cedrus Libani, quæ comã nubibus, radicẽ in terris inſerit. Principiũ enĩ eiꝰ in cælo, poſteriora eiꝰ in terris, fructus cælo proximos ediderunt. Scrutare diligẽtius tam bonũ florem, nec vbiq; eũ in pectoris tui cõualle reperies. humilibꝰ enĩ frequẽter inhalatur. Amat generari ĩ hortis, ĩ qbꝰ eũ Suſanna dum deãbularet inuenit, miori priꝰ q̃ violari parata. Qui ſint autẽ horti, ipſe demõſtrat dicẽs?
Ibidẽ. 4. Hortꝰ cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus: eo quod in hortis huiuſmodi impreſſa ſignaculis imaginẽ dei, ſyncẽri fõtis vnda reſplẽdeat, ne volutabris ſpiritualiũ beſtiarũ, ſparſo cœno fluenta turbẽtur. Hinc ille murali ſeptus ſpiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinã. Itaq; ſicut hortus furibꝰ inacceſſus vitẽ redolet, fragrat oleã, roſam renidet, vt in vitę religio, in olea pax, ĩ roſa pudor ſacratæ virginitatis inoleſcat: Hic eſt odor quẽ Iacob patriarcha fra
Gene. 27. grauit quãdo meruit audire: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Nã licet plenꝰ omnibꝰ fere fructibus patriarchæ ſancti fuerit ager: ille tamẽ fruges maiore virtutis labore generauit, hic flores. Accingere itaq; virgo, & ſi vis huiuſcemodi tibi vt hortꝰ aſpiret, pro-
Pſal. 140. pheticis eũ claude præceptis: Pone cuſtodiã ori tuo, & oſtiũ circũſtantię labijs tuis: vt etiã tu poſsis dicere:
Canti. 5. Tanq̃ malꝰ in lignis nemoris, ita fraternus meꝰ in medio filiorũ. In vmbra eius concupui & ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Inueni quẽ dilexit anima mea, tenui eũ, & nõ relinquã eum. Deſcẽdat fraternus meus in hortũ ſuũ, & mãducet fructũ pomorũ ſuorũ. Veni fraterne mi, exeamꝰ in agrũ. pone mẽ vt ſigillũ in cor tuũ, & velut ſignaculũ ſup brachiũ tuũ. Fraternus meus cãdidus & rubeꝰ. Decet enĩ vt plene noueris E virgo quẽ diligis, atq; omne in eo & ingenitæ diuinitatis & aſſũptę myſteriũ incorporatiõis agnoſcas. Cãdidus merito, quia patris ſplẽdor rubeus, quia partus eſt virginis. color in eo fulget & rutilat vtriuſq; naturæ. Memẽto tamẽ antiquiora in eo diuinitatis inſignia, q̃ corporis ſacramẽta: quia nõ cœpit à virgine, ſed qui erat venit in virginẽ. Ille diſcretus à militibus, ille lancea vulnerat ꝰ, vt nos ſacri vulneris cruore ſanaret, reſpõdebit tibi ꝓfecto, (eſt enim mitis & humilis corde, Ibidẽ. 4. blandus aſpectu) Exurge aquilo, & veni auſter, aſpira hortũ meũ, & fluãt aromata mea. Ex omnibꝰ enĩ partibus mũdi odor ſanctę religiõis adoleuit, dilectę quo virginis mẽbra fragrarũt. Formoſa es proxima mea, vt bona opinio, pulchra vt Hieruſalẽ. Nõ caduci itaq; corporis pulchritudo vel morbo peritura vel ſenio, ſed nullis obnoxia caſibus opinio bonorũ nũq̃ moritura meritorũ virginibus eſt decori. Et quoniã nõ hu F manis iã ſed cęleſtibꝰ, quorum vita viuis in terris, digna es cõparari? accipe à domino pręcepta quę ſerues. Pone me vt ſigillũ, inquit, in cor tuũ, & velut ſignaculum ſuper brachium tuum. Quo ſignatiora prudentiæ tuę factorumq; documenta promantur, in quibus figura dei Chriſtus eluceat, qui paternę ambitũ exęquans naturæ, totum quicquid à patre diuinitatis aſsumpſit, expreſsit. Vnde etiã Apoſtolus in ſpiritu nos dicit eſſe ſignatos: quoniã patris imaginem habemus in filio, ſigillũ filij habemus in ſpiritu. Hac trinitate ſignati caueamus diligẽtius ne quod accepimus pignus in cordibus noſtris, aut morum leuitas, aut vllius adulterij fraus reſignet. Sed faceſſat hic ſacris virginibꝰ metus, quibus tanta pręſidia tribuit primũ eccleſia, quę tenerę prolis ſolicita ſucceſſu, ipſa quaſi murus abũdãtibꝰ in modũ turriũ creſcit vberibꝰ, donec ſoluto obſidionis hoſtilis curſu, pacẽ validæ inuẽtutis maternę prę-
Pſal. 121. ſidio virtutis acquirat. Vnde & propheta ait: Fiat pax in virtute tua, & abũdantia in turribus tuis. Tum ipſe

G pacis domin⁹ poſtq̃ validioríb⁹ brachijs cõmiſsa ſibi vineta cõplex⁹,palmites ſuos gẽmare cõſpexerit,vultu præſule naſcẽtib⁹ fructibus auras tẽperat,ſicut ipſe
Canti. 7. teſtatur dicẽs:Vinea mea eſt in cõſpectu meo.Mile Salomoni & ducẽti qui ſeruãt fructũ ei⁹.Supra ait ſexaginta potẽtes in circũitu ppaginis ei⁹ ſtrictis armatos telis,& eruditos præliarib⁹ diſciplinis: hic mille ducẽ tos.Creuit numer⁹ vbi creuit & fruct⁹ : quia quo ſanctior quiſq;,eo munitior,Sic Heliſæus ,ppheta exercitus angelorũ præſidio ſibi adeſſe monſtrauit. Sic Ieſus Naue ducẽ militiæ cæleſtis agnouit. Poſsunt igitur fructũ in nobis cuſtodire,qui poſsunt etiã militare ,p nobis. Vobis aũt virgines ſãctæ ſpeciale præſidiũ eſt, quæ intemerato pudore ſacrũ domini ſeruatis cubile. Neq; mirũ ſi pro vobis angeli militãt,quæ angelorũ morib⁹ militatis.Meretur corũ præſidiũ caſtitatis virginalis,quorũ vitã meretur.Et quid plurib⁹ exequar laudẽ caſtitatis?Caſtitas enĩ angelos fecit. Qui eã ſeruauit,angelus eſt:qui perdidit,diabolus. Hinc religio e-
Matt. 22. tiã nomen accepit.Virgo eſt quæ deo nubit. Meretrix quæ deos fecit.Nã de reſurrectiõe quid dicã,cui⁹ prẽmia iã tenetis?In reſurrectione aũt neq; nubẽt , neq; nubentur,ſed erũt ſicut angeli,inquit, in cælo. Quod nobis ,pmittitur,vobis præſto eſt, votorũq; noſtrorũ vſ⁹ apud vos eſt.De hoc mũdo eſtis,& nõ eſtis in hoc mũ
H do.Seculũ vos habere meruit,tenere non potuit.Quã præclarũ aũt angelos ,pter intẽperantiã ſuã in ſeculũ cecidiſse de cælo,virgines ,pter caſtimoniã in cælum trãſiiſſe de ſeculo?Beatæ virgines,quas nõ illecebra ſolicitat corporũ,nõ colluuio prẽcipitat voluptatũ. Cibus pcimoniæ,pot⁹ abſtinẽtiæ,docet vitia neſcire,qui docet cauſas neſcire vitiorũ:Cauſa peccãdi etiã iuſtos
Exod. 32. ſæpe decepit.Hinc popul⁹ dei poſtq̃ ſedit bibere,deũ
Gene. 19. negauit.Hinc Loth cõcubit⁹ filiarũ ignorauit &
Ibidẽ. 9. tulit.Hinc inuerſis veſtigijs filij Noe patri quondã pudẽda texerunt,quę procax vidit,modeſt⁹ erubuit,pi⁹ texit,offenſurus ſi & ipſe vidiſset. Quanta vis eſt vini, vt quẽ diluuia nõ nudauerũt,vina nudarẽt? Quid illud?Quãtæ fælicitatis eſt quod nulla vos habẽdi cupiditas inflãmat?Pauper quod habes poſcit,quod nõ habes nõ requirit:fruct⁹ laboris tui theſaur⁹ eſt inopi: & duo æra ſi ſola ſint,cẽſus eſt largiẽtis. Audi ergo ſoror quãtis careas.Nã caue quid debeas . Nec meũ eſt docere,nec tuũ diſcere.Perfectæ enim virtutis vſus magiſteriũ nõ deſiderat,ſed informat. Ceruis vt pomparũ ferculis ſimilis incedat quę ſe cõponit vt placeat,omnitũ ĩ ſe vult⁹ & ora cõuertẽs,eo ipſo quo ſtudet placere,deformior.Prius enĩ populo diſplicet, q̃ placeat viro. At ĩ vocis reiecta decoris cura pl⁹ placet , & hoc ipſum quod vos nõ ornat⁹ eſt. Certe laceræ vulnerib⁹ aures,& depreſsæ onera miſerę ceruicis,nõ ſunt alleua mẽta pœnarũ,ſed diſcrimina metallorũ.Hinc collum catena cõſtringit,inde pedẽ cõpes ĩcludit . Nil refert, auro corpus oneretur , an ferro.Si ceruix premitur,ſi
I grauatur inceſsus,nil preciũ iuuat: niſi quod vos mulieres ne pereat vobis pœna,trepidatis. Quid intereſt vtrũ aliena ſentẽtia,an veſtra vos dãnet?Hinc vos etiã miſerabiliores q̃ qui publico iure dãnantur : quod illi optãt exui,vos ligari.Quĩ vero miſerabilis illa cõditio,quod tãq̃ mãcipij forma venalis nuptura licitatur: & qui precio vicerit,emat. Tolerabili⁹ tamẽ mãcipia venẽũt,quæ ſæpe ſibi dominos legunt. Virgo ſi eligat, crimen eſt:ſi nõ eligat,cõtumelia.Quę quãuis pulchra ſit & decora,& timet videri,& cupit.Cupit,vt ſe cari⁹ vẽdat:timet,ne hoc ipſũ dedeceat qđ videtur . Quãta autẽ votorũ ludibria,& ad procorũ cuentus ſuſpecti met⁹,ne pauper illudat,ne diues faſtidiat, ne pulcher irrideat,ne nobilis ſpernat.Dicet aliqs: Tu nobis quotidie virginũ canis laudes: quid faciã qui eadem quotidie cãtito,& proficio nihil?Sed nõ mea culpa . Deniq;

de Placentino ſacrandæ virgines veniũt,de Bononiẽſi K veniũt,de Mauritania veniũt , vt hic velẽtur,Magnam rem videtis:hic tracto,& alibi perſuadeo.Si ita eſt, ali bi tractem⁹,vt vobis perſuadeam⁹ . Quid quod etiam qui me nõ audiunt,ſequũtur:qui audiũt, nõ ſequũtur? Nã pleraſq; virgines cognoui velle , & prohiberi etiã prodire à matribus,&,quod eſt graui⁹,viduis,cũ quibus hic mihi ſermo eſt.Nempe ſi hominẽ amarẽt filiæ veſtræ,per legem poſsent eligere quẽ vellent.Quibus igitur hominẽ eligere licet,deũ non licet? Cõtuemini q̃ dulcis pudicitiæ fructus ſit, qui Barbaricis quoq; ino leuit affectibus. Ex vltimis infra vltraque Mauritaniæ partibus deductę virgines hic ſacrari geſtiũt:& cũ ſint omnes familiæ ĩ vinculis, pudicitia tamẽ neſcit eſſe captiua.Profitetur regnũ æternitatis , quæ mœret iniuriam ſeruitutis.Nam quid de Bononiẽſibus virginib⁹ loquar,fœcundo pudoris agmine,quæ mũdanis ſe delicijs abdicantes,ſacrariũ virginitatis incolunt ſine cõ tubernali ſexu , contubernali pudore prouectæ ad vi cenariũ numerũ,& centenariũ fructũ, relictoq; paren tum hoſpitio tendũt in tabernaculis Chriſti indefeſsæ milites caſtitatis?Nũc canticis ſpiritualibus perſonãt, nũc victũ operibus exercent.Liberalitatis quoq; ſubſidium manu quærũt.Quod ſi inueſtigandæ virginitatis inoleuerit odor,(namque prę cæteris ſpeculãdi venatum pudoris explorant)totis curarũ veſtigijs prædam latentẽ vſq; ad ipſa cubilia perſequũtur:aut ſi liberior alicui⁹ volat⁹ aſtiterit,totis omnes videas aſsurgere alis,concrepare pennis,emicare plauſu,vt caſto pudicitiæ choro cingãt volãtẽ, donec albẽti delectata comitatu, in plagas pudoris,& indaginem caſtitatis,domus patrię oblita ſuccedat.Bonũ itaq; ſi virgini ſtudia parentũ quaſi flabra pudoris aſpirẽt. Sed illud glorioſius,ſi teneræ ĩgnis ætatis etiam ſine veteribus nutrimentis ſpõte ſe rapiat in fomitem caſtitatis. Dotẽ negabunt parẽtes?ſed habes diuitem ſponſum, cuius contenta theſauro,patriæ ſucceſsiõis emolumẽta nõ quęras.Quanto dotalibus preſtat cõpendijs caſta pauper tas:& tamen quam audiſtis aliquãdo propter ſtudium integritatis,legitimæ factam ſucceſsiõis extorrẽ?*Cõ- * extortẽ
tradicunt parentes,ſed volũt vinci.reſiſtũt primo,qui credere*timẽt.Indignantur frequẽter,vt diſcas vince * cedere.
re:abdicationem minantur , vt tentent ſi potes damna ſeculi non timere.Quæſitis blandiũtur illecebris,vt videant ſi variarũ mollire te nõ queat blanditia voluptatum.Exerceris virgo dum cogeris. Et hęc tibi prima certamina anxia parentũ vota proponũt . Vince prius puella pietatem.Si vincis domũ,vincis & ſeculũ . Sed eſto,maneant vos damna patrimonij.Nonne caducarum & fragiliũ diſpendium facultatum, futura cæli regna cõpenſant?Quanq̃ ſi verbis cæleſtibus credimus,
nemo eſt qui reliquerit domũ,aut parẽtes, aut fratres, Luc. 19.
aut vxorẽ,aut filios propter regnũ dei , & nõ recipiat ſepties tantũ in hoc tempore,in ſeculo autem venturo vitam ęterñ poſsidebit.Crede fidẽ tuam deo, quę homini pecuniã credis.fœnerare Chriſto.Bon⁹ depoſitę ſpei cuſtos, multiplicatis fidei tuę talẽtũ ſoluit vſuris. Non fallit veritas,non circũſcribit iuſtitia, nõ decipit virt⁹.Quod ſi nõ creditis oraculo, vel exẽplis credite.Memorię noſtrę puella dudũ nobilis in ſeculo, nũc
M nobilior deo,cũ vrgeretur ad nuptias à parẽtib⁹ & ,p pinquis,ad ſacroſanctũ altare cõfugit. Quo enim melius virgo recurreret,q̃ vbi ſacrariũ virginitatis offertur?Ne is quidem finis audaciæ . Stabat ad arã dei pudoris hoſtia,victima caſtitatis,nũc capiti dexteram ſacerdotis imponẽs,precem poſcens,nũc iuſtæ impatiẽs moræ,ac ſummum altari ſubiecta verticẽ . Nũ melius, inquit,q̃ altare velabit,quod ſãctificat ipſa velamina, frõtem?Plus talis decet flãmeus, in quo caput omnium Chriſtus quotidie cõſecratur. Quid agitis vos propin

A qui?Quid exquirẽdis adhuc nuptijs ſolicitatis animũ? Iamdudum prouiſas habeo. Spõſum offertis? Meliorem reperi . Quaſlibet exagerate diuitias , iactate nobilitatem,potentiam prædicate. Habeo eum cui nemo ſe comparet, duũtem mundo,potentem imperio nobilem cęlo.Si talem habetis,non refuto optionem .ſi nõ reperitis,non prouidetis mihi,ſed inuidetis. Silẽtibus cęteris vnus abruptius . Quid ſi,inquit,pater tu⁹ viueret,innuptam te manere pateretur?Tũ illa maiorí religiõe,moderatiore pietate:Et ideo fortaſse defecit, nẽ quis impedimentum poſset afferre.Quod ille reſponſum de patre,de ſe oraculum, maturo ſui probauit exitio. Ita cæteri eadẽ quiſq; metuentes,fauere cœperunt qui impedire querebant,nec diſpendium debitarũ attulit virginitas facultatum,ſed etiam emolumentũ integritatis accepit . Habetis puellæ deuotionis præmiũ. parentes canete offeuſionis exemplum.

Diui Ambroſij

MEDIOLANEN. EPISCOPI DE VIRGINIBVS LIBER II.

B VPERIORE libro quantum virginitatis munus ſit,euolui mus.non enim potuimus explicare, vt per ſe cæleſtis gratia muneris inuitet legẽtem. Secundo libro virginẽ inſtitui decet, & tanq̃ cõpetentiũ prẽceptorũ magiſterijs eruditi . Sed quoniã nos infirmi ad monẽdũ ſumus,& impares ad docẽdũ,(debet enim is qui docet, ſupra eũ qui docetur excellere)ne vel ſuſceptũ deſeruiſse mun⁹,vel nobis arrogaſſe ãplius videremur,exẽplis poti⁹ q̃ prẽceptis putauimus imbuẽda,licet amplius ,pficiatur exẽplo:quoniã nec difficile quod iam factũ eſt exiſtimatur,& vtile quod probatũ, & religioſum quod hereditario quodã paterne virtutis vſu in nos eſt ſucceſsione tranſfuſum . Quod ſi quis nos præſumptiõis arguit, arguat pot⁹ ſedulitatis,quia rogãtibus virginibus ne hoc quidẽ putaui negandum.
C Malui enim me in periculũ deduci pudoris, q̃ nõ obſequi volũtati earũ, quarũ ſtudijs etiã deus noſter placido ſe indulget aſsenſu. Sed neq; prẽſumptio notari poteſt,quoniã cũ haberent vnde diſcerẽt,affectũ potius q̃ magiſteriũ quęſierũt meũ . Et excuſari ſedulitas non poteſt,quoniã cũ haberent autorẽ matris ad obſeruantiam diſciplinę,non ſuperfluũ iudicaui ſi noſtri ſermonis blanditiã deriuarent,an profeſsionis illecebrã. Ille docere facilis,qui ſeuero vitia coẽrcet affectu.Nos qui docere nõ poſsumus, blãdimur.Et quoniã pleręq; abſentes noſtri deſiderabãt ſermonis vſum, volumẽ hoc condidi,quo profectæ ad ſe vocis meę munus tenentes deeſse nõ poſsumus, blãdimur. Sit igitur vobis tãq̃ in imagine deſcripta virginitas vitáq; beatę Mariæ, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis , & forma virtutis.Hĩc ſumatis licet exẽpla viuendi, vbi tanq̃ in exẽplari magiſteria expreſsa ,pbitatis,quid corrigere,quid effugere , quid tenere debeatis,oſtendũt.Primus diſcẽdi ardor,nobilitas eſt magiſtri.Quid nobilius dei matre?quid ſplẽdidius ea,quã ſplẽdor elegit? quid caſtius ea,quę corpus ſine corporis contagione generauit?Nã de cęteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat nõ ſolum corpore, ſed etiam mẽte, quæ nullo doli ambitu ſyncerũ adulterare affectũ.Corde humilis,verbis grauis, animi prudens,loquẽdi parcior,legendi ſtudioſior,nõ in incerto diuitiarũ,ſed in prece pauperis ſpẽ reponẽs . Intẽta operi , verecũda ſermone,arbitrũ mentis ſoluta nõ hominem ſed deũ quærere.Non lædere reos , bene velle omnib⁹,aſsurgere maioribus natu,æqualibus nõ inuidere,fugere iactantiã,rationem ſequi , amare virtutẽ. Quãdo iſta vultu læſit parẽtes?quãdo diſſenſit propin quis? quãdo faſtidiuit humilẽ? quando deriſit debilẽ? quãdo vitauit inopem, eos ſolos ſolita cœtus virorum inuiſere,quos miſericordia nõ erubeſceret, neq; præteriret verecũdia?Nihil toruũ in oculis,nihil in verbis procax,nihil in actu inuerecundũ:nõ geſt⁹ fractior,nõ inceſsus ſolutior,nõ vox petulantior: vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrũ fuerit mẽtis,figura probitatis. Bona quippe dom⁹ in ipſo veſtibulo debet agnoſci, ac prio prætendat ingreſsu nihil intus latere tenebrarum , vt mẽs noſtra nullis repagulis corporalib⁹ impedita,tãq̃ lucernę lux int⁹ poſita foris luceat.Quid ego exequar ciborum parcimoniam,officiorũ redũdantiã,alterum vltra naturã ſuperfuiſſe,alterũ pene ipſi naturę defuiſſe?illic nulla intermiſsa tẽpora, hic cõgeminatos ieiunio dies?Etſi quando reficiendi ſucceſsiſſet volũtas,cibus plerũq; obui⁹,qui mortẽ arceret, nõ delicias minitraret.Dormire nõ pri⁹ cupiditas q̃ neceſsitas fuit.Et tamen cũ quieſceret corpus, vigilaret animus:qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit,aut ſomno interrupta cõtinuat,aut diſpoſita gerit, aut gerẽda prenũciat. E
Prodire domo neſcia,niſi cum ad eccleſiã conueniret, & hoc ipſum cũ parentibus aut propinquis. Domeſtico opoſa ſecreto,forẽſi ſtipata comitatu,nullo meliore tamen ſui cuſtode q̃ ſeipſa:quæ inceſsu affectuq; venerabilis,non tã veſtigiũ pedis tolleret, q̃ gradũ virtutis attolleret: & tamẽ alios habeat virgo mẽborũ cuſtodes ſuorum,morũ autẽ ſuorũ ſe habeat ipſa cuſtodem.Plures erũt de quibus diſcat,ſi ipſa ſe doceat,quę virtutes magiſtras habet quia quicquid egerit,diſcipli na eſt.Sic Maria intendebat omnibus, quaſi à pluribus moneretur:ſic implebat omnia virtutis officia , vt non tam diſceret q̃ doceret. Talẽ hanc euangeliſta mõſtrauit, talem angelus reperit , talẽ ſpiritus ſanctus elegit. Quid enim in ſingulis morer,vt eam parentes dilexerint,extranei prędicauerint, quę digna fuit ex qua dei filius naſceretur? Hæc ad ipſos ingreſsus angeli inuẽta domi in penetrabilibus ſine comite , ne quis intẽtionẽ abrũperet,ne quis obſtreperet . Neq; enĩ comites fœminas deſiderabat,quę bonas comites cogitatiões habebat.Quinẽtiã tũ ſibi min⁹ ſola videbatur, cũ ſola eſſet.Nam quẽadmodũ ſola,cui tot libri adeſſent:tot archangeli,tot prophetę? Deniq; & Gabriel eã vbi reuiſere ſolebat inuenit, & angelũ Maria , quaſi viri ſpecie mota,trepida,quaſi nõ incognitũ audito nomine recognouit.Ita peregrinata eſt in viro,quę non eſt peregri B
nata in angelo,vt agnoſcas aures religioſas, oculos verecũdos.Deniq; ſalutata obmutuit,& appellata reſpõdit,ſed quę primo titubauerata ſpectu poſtea,pmiſit obſequiũ.Quã vero religioſa in propinquas fuerit , ſcriptura diuina ſignificat . Nã & humilior facta eſt vbi ſe à deo cognouit electã,& ſtatim ad cognatã ſuã in montana proceſsit,non vtiq; vt exemplo crederet,quę iam
credíderat oraculo. Beata enim,inquit,quę credidiſti Luc. 1.
Et tribus cũ ea mẽſibus manſit . Tanti autẽ interuallo temporis non fides queritur , ſed pietas exhibitur . Et hoc poſteaq̃ in vtero parentis exiliẽs puer matrem domini ſalutauit,prius compos deuotionis q̃ naturæ.Inde tot ſequẽtibus ſignis,cum ſterilis pareret , virgo cõciperet,loqueretur mut⁹,adoraret Magus, expectaret Symeon,ſidera nunciarent : Maria mobilis ad introitum,immobilis ad miraculũ:conſeruabat,inquit, hæc Ibidem. 2
omnia in corde ſuo.Quanuis mater domini,diſcere tamen prẽcepta domini deſiderabat : & quę deũ genuerat , deũ tamẽ ſcire cupiebat . Quid quod annis quoq; omnibus ibat in Hieruſalẽ ſolenni die Paſchæ , & ibat cum Ioſeph ? Vbiq; in virgine comes ſingularum vir-

G tatẽ est pudor. Hic indiuiduus debet esse virginitati, sine quo nõ potest esse virginitas. Nec ad tẽplũ igitur Maria sine pudoris sui custode ꝓcesit. Hæc est imago virginitatis. Talis enim fuit Maria vt ei⁹ vni⁹ vita oĩm disciplina fit. Si igitur autor nõ displicet, opus probemus: vt quæcũq; sibi eius exoptat præmiũ, imitetur exẽplũ. Quãtæ in vna virgine species virtutũ emicãt. Secretũ verecũdiæ, vexillũ fidei, deuotiõis obsequiũ, virgo intra domũ, comes ad mysteriũ, mater ad tẽplũ, O quãtis illa virginibus occurret, quãtas cõplexa ad dominũ trahet dices: Hæc thorũ filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore. Quẽadmodũ eas ipse dominus cõmendabit patri: nimirũ illud repetẽs suũ: Pater sancte, istæ sunt quas seruaui tibi, in quibus filius hominis caput reclinãs quieuit. peto vt vbi ego sum, & ipsæ sint mecũ. Sed nõ solũ sibi debẽt prodesse, quę nõ solæ vixerũt sibi. hæc parentes redimat, hęc fratres. Pater iuste, mũdus me nõ cognouit, istæ autẽ me cognouerunt, & mundũ cognoscere noluerũt. Quæ põpa illa, quãta angelorũ lætitia plaudẽtiũ, quod habitare mereatur virgo in cœlo, quæ cælestẽ vitã vixit in seculo? Tunc etiã Maria tympanũ sumẽs choros virginales excitabat cãtantes domino, quot per mare seculi sine scH cularibus fluctibus trãsierunt. Tunc vnaquæq; exulta-
Psal.42. bit dicens: Introibo ad altare dei mei, ad deũ qui lætificat iuuẽtutem meã. Immolo deo sacrificiũ laudis, &
Psal.49. reddo altissimo vota mea. Neq; enim dubitauerim vobis patere altaria, quarũ mẽtes altaria dei confidenter dixerim, in quibus quotidie pro redẽptione corporis Christus immolatur. Nã si corpus virginis dei templũ est, animus quid est, qui tanq̃ mẽbrorum cinerib⁹ excitatis, sacerdotis æterni redopertus manu vaporem diuini ignis exhalat? Beatæ virgines, quæ tã immortali spiratis gratia, vt horti floribus, vt tẽpla religione, vt altaria sacerdote. Ergo sancta Maria disciplinam vitæ informet, Thecla doceat immolari, quæ copulã fugiẽs nuptialẽ, & sponsi furore dãnata naturã etiã bestiarũ virginitatis veneratiõe mutauit. Nanq; parata ad feras, cũ aspectus quoq; declinaret virorũ, ac vitalia ipsa sęuo offerret leoni, fecit vt qui impudicos detulerãt oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentẽ pedes bestiã, cubitare humi, muto testificantẽ sono quod sacrũ virginis corpus violare nõ posset. Ergo adorabat prędam suã bestia, & propriæ oblita naturæ naturã induerat quã homines amiserãt. Videres quadã naturæ trãsfusione homines feritatẽ indutos sæuitiã imperare bestiæ bestiam exosculantẽ pedes virginis docere quid homines facere deberẽt. Tantũ habet virginitas admirationis, vt eã etiã leones mirentur. Non impastos ciI bus flexit, non citatos impetus rapuit, non stimulatos ira exasperauit, non vsus decepit assuetos, nõ feros natura possedit. Docuerũt religionẽ, dum adorant martyrem: docuerunt etiam castitatem, dum virgini nihil aliud nisi plantas exosculantur, demersis in terrã oculis, tanq̃ verecũdantibus ne mares aliqui vel bestia virginem nudam videret. Dicet aliquis: Cur exemplũ attulisti Mariæ, quasi reperiri queat quæ matrem domini posit imitari? cur etiam Theclæ quã gentiũ doctor
discipu- instituit? Da huiusce modi doctorẽ, si disciplinam requiris huiusmodi. Recẽs vobis exemplum profero, vt intelligatis apostolũ nõ vni⁹ esse doctorẽ, sed omniũ. Anthiochiæ nuper virgo quædam fuit fugitãs publici vsus: sed quo magis virorũ euitabat aspectum, eo amplius incẽdebat. Pulchritudo enim audita nec visa pl⁹ desideratur, duobus stimulis cupiditatũ amoris & cognitionis, dũ & nihil occurrit quod minus placeat, & plus putatur esse quod placeat, quod nõ iudex oculus explorat, sed animus amator exoptat. Itaq; sancta virgo ne diutius alerẽtur potiẽdę spe cupiditatis, integritatẽ pudoris professa sic restinxit improborũ faces, vt nõ iam amaretur, sed produceretur. Ecce persecutio. K
Puella fugere nescia, certe pauida ne incideret in insidiatores pudoris, animũ ad virtutẽ parauit, tã religiosa, vt mortẽ nõ timeret: tã pudica, vt expectaret. Venit coronæ dies maxima omniũ expectatio. ꝓducitur puella duplex professa certamen, & castitatis, & religiõis, Sed vbi viderũt constantiã professionis, metum pudoris, paratã ad cruciatus, erubescentẽ ad aspectus, excogitare cœperũt quemadmodũ specie castitatis religionem tollerent, vt cũ id abstuliss ent quod erat amplius, etiam id eriperẽt quod reliquerãt. Aut sacrificare virginem, aut lupanari prostitui iubent. Quomodo deos suos colũt qui sic vindicãt, aut quẽadmodũ ipsi viuũt qui ita iudicant? Hic puella, non quod de religione ambigeret, sed de pudore trepidaret, ipsa secũ: Quid agimus hodie? Aut martyr, aut virgo. altera nobis inuidetur corona. Sed nec virginis nomen agnoscitur, vbi virginitatis autor negatur. Nam quemadmodũ virgo si meretricem colas? quẽadmodũ virgo si adulteros diligas? quẽadmodũ virgo si amorem petas? Tolerabilius est enim mẽtem virginem q̃ carnẽ habere. Vtrũq; bonum, si liceat: si non liceat, saltem non homini castę sed deo sim⁹. Et Raab meretrix fuit, sed postq̃ deo credidit, salutẽ inuenit. Et Iudith se, vt adultero placeret ornauit: quæ tamen quia hoc religione non amore faciebat. nemo eam adulteram iudicabat. Bene succesit exemplum. Nam si illa quæ se cõmisit religioni, & pudorem seruauit & patriã: fortasis & nos seruando religionem seruabimus etiã castitatẽ. Quod si Iudith pu- L
dicitiã religioni prę ferre voluisset, perdita patria etiã pudicitiam perdidisset. Itaq; talib⁹ informata exẽplis simul animo tẽnens verba domini quibus ait: Quicũ- Matt.10.
q; perdiderit animam suam propter me, inueniet eam: fleuit & tacuit, ne eam vt loquentem adulter audiret: nec pudoris elegit iniuriam, sed Christi recusauit. Aestimate vtrum adulterare potuerit corpus, quæ nec vocem adulterauit. Iam dudũ verecundatur oratio mea, & quasi audire gestorũ seriem criminosam atq; explanare formidat. Claudite aurem virgines dei, ducitur puella dei ad lupanar. Sed aperite aurem virgines dei, virgo prostitui potest, adulterari nõ potest. V bicunq; dei virgo est, dei templũ est. Nec lupanaria infamant castitatẽ, sed castitas etiã loci abolẽt infamiam. Ingẽs petulantium cõcursus ad fornicem. Discite martyrum miracula sanctæ virgines, dediscite locorũ vocabula. Clauditur intus columba, strepunt accipitres foris certant singuli qui prędã primus inuadat. At illa manibus ad cælum leuatis quasi ad domum veniset orationis, nõ ad libidinis diuersoriũ: Christe, inquit, qui domui sti Danieli virgini feros leones, potes etiam domare hominũ feras mentes. Chaldeis rorauit ignis, Iudæis se vnda susspendit misericordia tua, non natura sua. Susanna ad supplicium genu fixit, & de adulteris tryumphauit. Aruit dextera quæ templi tui dona violabat. nunc templum ipsum attrectatur tuũ, ne patiaris incestum sacrilegij, qui non passus es furtum. Benedicatur & nunc nomen tuum, vt quæ ad adulterium veni virM
go discedam. Vix compleuerat precem, & ecce vir militis specie terribilis irrupit. quẽadmodũ eũ virgo vt vidit, tremuit, cui popul⁹ tremẽs cessit? Sed nõ illa immemor lectionis: Et Daniel, inquit, suppliciũ Susannæ spectaturus aduenerat: & quã populus dãnauit, vnus absoluit. Potest & in hoc lupi habitu ouis latere. Habet & Christus milites suos, qui etiam legiones habet. Aut fortasse pcussor intrauit. ne vereare anima, talis solet martyres facere. O virgo, fides tua te saluã fecit. Cui miles: Ne quæso paueas soror: frater huc veni, saluare animam, non perdere. Serua me, vt ipsa seruaberis. Quasi adulter ingressus, si vis martyr egrediar. Vestimenta mutemus, conueniunt mihi tua, & mea tibi, sed

A vtraq; Christo. Tua vestis me verũ militẽ faciet, mea te virginẽ. Bene tu vestieris, ego melius exuar. vt me persecutor agnoscat. Sume habitũ qui absc ̃odat fœminã, trade qui cõsecret martyrẽ. Induere chlamydem quæ occultet mẽbra virginis, seruet pudorẽ. Sume pileum qui tegat crines, absc ̃odat ora. Solẽt erubescere qui lupanar intrauerint. Sane cũ egressa fueris, ne respicias
Genc. 19. retro, memor vxoris Loth, quæ naturã suã quia impudicos licet castis oculis respexit, amisit. Nec vereare ne quid pereat sacrificio. Ego pro te hostiã deo reddo tu pro me militẽ Christo, habẽs bonã militiã castitatis, quæ stipendijs militat sempiternis, loricam iustitiæ quæ spirituali munimine corpus includat: scutum fidei, quo vulnus repellas: galeã salutis. Ibi enim est presidiũ nostræ salutis, vbi Christus est: quoniã mulieris caput vir, virginis Christus. Et intra hæc verba chlamydem exuit, suspectus tamẽ adhuc habitus & persecutoris & adulteri. Virgo cerniceẽ, chlamydẽ cœpit miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cũ in lupanari de martyrio certarent? Addãtur personę, miles & virgo, hoc est, dissimiles inter se natura, sed dei miseratiõe cõsi-
Esa.65. miles, vt cõpleatur oraculũ. Tũc, lupi & agni simul pascentur. Ecce agna & lupus nõ solũ pascũtur simul, sed
B etiã imolãtur. Quid plura? Mutato habitu euolat puella de laqueo, iã nõ suis alis, vtpotẽ quę spiritalibus ferebatur: & (quod nulla vnq̃ viderũt secula) egreditur de lupanari virgo, sed Christi. At illi qui videbãt oculis, & nõ videbãt, ceu raptores ad agnã lupi fremere ad prædã. Vnus qui erat immodice districtior, introiuit. Sed vbi hausit oculis rei textũ: Quid hoc, inquit, est? Puella ingressa est, vir videtur. Ecce nõ fabulosum illud, cerua pro virgine, sed quod verum est, miles ex virgine. At etiã audierã & nõ credideram quot aquas
Ioan.2. Christus in vina cõuertit: iã mutare cœpit & sexus. Recedamus hinc dũ adhuc qui fuim⁹ sumus. Nunquid & ipse mutatus sum, qui aliud cerno q̃ credo? Ad lupanar veni cerno vadimoniũ: & tamẽ mutatus egrediar: pudicus exibo, qui adulter intraui. Indicio rei, quia debebãtur tãto corona victori, dãnatus est, ꝑ virgine qui pro virgine cõprehensus est, Ita de lupanari nõ solũ virgo, sed etiã martyres exierũt. Fertur puella ad locum supplicij cucurrisse, certasse ambo de nece, cũ ille diceret, Ego sum iussus occidi, te absoluit sentẽtia, quãC do me tenuit. At illa clamare cœpit: Nõ ego te mortis vadẽ elegi, sed prædẽ pudoris optaui. Si pudor quæritur, manet nexus. si sanguis exposcitur, fideiussorẽ nõ desidero, habeo vnde dissoluã. In me lata est ista sentẽtia quæ pro me lata est. Certe si pecuniæ te fideiussorẽ dedissem, & absente me iudex tuũ cẽsum fœneratori adiudicasset, eadẽ me sentẽtia cõueniret, meo patrimonio soluerem tuos nexus. Si recusarẽ, quis me indignã morte censeret? Quãto maior est capitis huius vsura? Moriar innocens, ne moriar nocens. Nihil hic mediũ est, hodie aut rea ero tui sanguinis, aut martyr mei. Si cito redij, quis me audet excludere? Si morã feci, quis audet absoluere? Plus legibus debeo rea non solum fugæ meæ sed etiam cædis alienæ, Sufficiunt mẽbra morti, quæ nõ sufficiebãt iniuriæ, Est in virgine vulneri locus, qui nõ erat cõtumeliæ. Ego opprobriũ declinaui, non martyriũ tibi cessi. Vestẽ, nõ professionẽ mutaui. Quod si mihi prærípis mortẽ, nõ redemisti me, sed circumuenisti. Caue ne quæso cõtendas, caue ne cõtradicere audiaris. Noli eripere beneficium quod dedisti. Dum mihi hanc sen- ntiã negas, illã restituis superiorem. Sententia enim sentẽtia superiore mutatur. Si posterior me nõ tenet, superior tenet possumus vterq; satisfacere sententiæ, si me prius patiaris occidi. In te nõ habent aliã quam exerceãt pœnã, in virgine obnoxius pudor est. Itaq; gloriosior eris si videaris de adultera martyrem feciss e, q̃ de martyrẽ adulterã reddidisse. Quid expectatis? Duo cõtenderunt, & ambo vicerũt: D
nec diuisa est corona, sed addita. Ita sancti martyres in uicem sibi beneficia cõferentes, altera principiũ martyrio dedit, alter dedit effectũ. At etiam Philosophorum gymnasia Damonẽ & Pythiã Pythagoræos in cælum ferunt, quorũ vnus cũ esset morti adiudicatus, cõmendãdorũ suorũ tempus popposcit. Tyrannus autem astutissimus, quod reperiri eũ non posse existimaret, petuit vt sponsorẽ daret qui pro se ferietur si ipse faceret morã. Quid de duobus præclarius, nescio: vtrũq; præclarum, alter mortis vadẽ inuenit, alter se obtulit. Itaq; cum reus morã supplicio faceret, fideiussor vultu sereno mortẽ nõ recusauit. Cum duceretur, amicus reuersus est, ceruicẽ substituit, colla subiecit. Tũc admiratus tyrãnus charioꝛẽ philosophis amicitiã q̃ vitã fuisse, petiuit vt ipse ab jis quos damnauerat, in amicitiam reciperetur. Tanta virtutis est gratia, vt & tyrannum inclinaret. Digna laude, sed minora nostris. Nã illic ambo viri, hic vna virgo, quę primo etiam sexum vinceret. Illi amici, isti incogniti. Illi tyrãno vni se obtulerũt, isti tyrãnis pluribus, hoc etiã crudelioribus, quod ille pepercit, isti occiderũt. Inter illos in vno obnoxia necessitas, in amborũ volũtas libera. Hoc quoq; isti prudẽtiores, quod illis studij sui finis amicitiæ gratia, istis corona martyrij. Illi enim certauerũt homini bus, isti deo. Et quoniã rei istius fecimus mẽtionẽ, par est cõtexere quid de dijs suis senserit, quo magis infirmos iudicetis, quos irrident sui. Nanq; is cum venisset in templũ Iouis, amictũ aureum quo operiebatur simu lacrum eius, detrahi iussit, imponi laneũ, dicẽs aurum E
hyeme frigidũ, æstate onerosum esse. Sic deum irrisit suũ, vt nec onus ferre posse, nec frigus putaret. Item cũ Esculapij barbam vidisset auream, tolli imperauit, incõgrũ esse appellãs vt filius barbã haberet. cũ Apollo pater eius adhuc nõ haberet. Itẽ simulacris tenentibus aureas pateras ademit, allegãs acoipere se debere qã dij darẽt: quoniam hæc sunt vota, inquit, hominũ, vt a dijs quæ bona sunt adipiscamur. Nihil autẽ auro melius: quod tamẽ si malũ est, habere deos nõ debere. Si malũ nõ est, habere magis homines debere, qui vti scirent. Ita ludibrio habiti sunt, vt neq; lupiter vestẽ suã defendere potuerit, nec barbã Esculapi⁹, nec Apollo pubescere adhuc cœperit, neq; oẽs qui dicuntur dij retrahere potuerint pateras quas tenebãt, non tam furti reatũ timentes, q̃ sensum nõ habẽtes. Quis igitur eos F
colat, q̃ nec defẽdere se quasi dij, nec absc ̃odere quasi hoies possunt? At in tẽplo dei, nõne cũ Hieroboã rex 3. Reg.12.
sceleratissimus dono quæ pater ei⁹ posuerat auferret, &.13.
ac super sanctũ altare libaret idolis, dextera eius quã tetẽdit aruit, nec sua ei quæ inuocabat idola ꝓfuerũt? Deinde cõuersus ad dominũ rogauit veniam, statimq; manus eius quæ aruerat sacrilegio, sanata est religiõe. Tã maturũ in vno & mĩe diuinæ & indignationis exẽplũ extitit, vt sacrificanti subito dextera adimeretur, pœnitẽti venia daretur. Hæc ego vobis sanctæ virgines nondum triennalis sacerdos munusc ̃ula parauı, licet vsu indoctus, sed vestris edoctus moribus. Quãtus etenim adolescere vsus potuit in tã parua initiate religionis ætate? Si quos hic flores cernitis, de vestræ vitæ collectos legite sinu. Non sunt hæc præcepta virginibus, sed de virginibus exẽpla. Vestræ virginitatis effigiẽ nostra depinxit oratio, vestræ grauitatis imaginẽ quasi in speculo quodam sermonis istius cernitis refulgere. Vos si quã nostro gratiã inhalastis ingenio, vestrũ est quicquid iste redolet liber. Et quoniã quot homines, tot sententiæ: siquid defecatũ est in sermone nostro omnes legãt: si quid decoctũ, maturiores probẽt: siquid modestum, pectoribus inhæreat, genas pingat: siquid florulentum, ætas florulenta nõ improbet: Debuimus sponsæ citare amorem. Scriptũ est enim: Dili Deuter.6

G ges dominum deum tuum. Debuimus in nuptijs calamistris quibusdã crines saltẽ orationis ornare. Scriptũ
Ezech.21 est enim: Plaude manu, & percute pede. Debuim⁹ perpetuos spargere thalamos rosis. Etiam & in ijs coniugis tẽporalibus nubenti prius plauditur, q̃ imperatur, ne ante dura offendãt imperia, q̃ blãditijs amor fotus inolescat. Equorũ vis plausæ sonitũ discit amare cruicis, ne recuset iugum. Deniq; prius assuescitur verbo lasciuiæ, q̃ verbere disciplinæ. Ast vbi colla subdiderit iugo, & habena constringit, & stimulus vrget, & cõpares trahunt, & iugalis inuitat. Sic etiã virgo nostra debuit prius amore pio ludere, aurea thori regni cælestis fulctra mirari, in ipso vestibulo nuptiarũ & postes frõdium sertis cernere coronatos, & chori strepentis interius haurire delicias, ne se prius dominico iugo timefacta subduceret, q̃ vocata inclinaret. Veni igitur huc à Libano sponsa, veni huc à Libano, trãsibis & petransibis. Sæpius enim nobis iste versiculus recãtandus est, vt vel dominicis vocata verbis sequatur, siqua nõ credit humanis. Hoc nos magisteriũ nõ inuenimus, sed ac
Canti.1. cepim⁹ sic instituit mystici carminis doctrina cælestis. Osculetur me ab osculo oris sui, quia bona vbera tua super vinũ, & odor vnguẽtorũ tuorũ super omnia aromata. Vnguentum exinanitũ est nomen tuũ. Totus iste
H deliciarum locus ludum sonat, plausum excitat, amorem prouocat. Ideo, inquit, adolescẽtulæ dilexerũt te, & attraxerunt te retro. In odorẽ vnguentorũ tuorum curramus. Induxit me rex in tabernaculum suum. Ab osculis cœpit, vt ad tabernaculum perueniret, Atq; illa tam patiens duri laboris, exercitatęq; virtutis, vt aperiat manu clausstra, in agrũ exeat, in castellis maneat, in principio tamen retro odorẽ currit vnguenti: mox cum in tabernaculũ venerit, vnguentum mutatur à castellis. Deniq; quo euadat videte: Si murus inquit est, ædificemus super eum turres argenteas. Quæ ludebat osculis, iã turres erigit, vt preciosis sanctorũ turrita fastigijs, non solum hostiles frustretur incursus, verum etiam bonorum propugnacula struat tuta meritorũ.

I

Diui Ambrosij

MEDIOLANEN. EPISCOPI DE VIRGINIBVS LIBER III.

QVONIAM quæ habuimus disgessimus superioribus libris duobus tempus est soror sancta, ea quæ mecum conferre soles, beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere, vt quo vir sanctior, eo fermo accedat gratior. Nanq; is, cũ in saluatoris natali ad apostolũ Petrum virginitatis professionem vestis quoq; mutatione signares (quo enim melius die q̃ quo virgo poste ritatem acquisiuit) atq; astãtibus etiam puellis dei compluribus quæ certarent inuicẽ de tua societate: bonas, inquit, filia nuptias desiderasti. Vides quãtus ad natalẽ sponsi tui populus cõuenerit, & nemo impastus recedet. Hic est qui rogatus ad nuptias aquã in vina cõuertit. In te quoq; syncerũ sacramentũ cõferet virginitatis, quæ prius eras obnoxia vilibus naturæ materialis elementis. Hic est qui quinq; panibus & duobus pisci-
Matt.15. bus quatuor milia populi in deserto pauit. Sed plures pauisset, si iam tunc qui pascerentur fuissent. Deniq; ad tuas nuptias plures vocauit. Sed iã nõ panis ex hordeo, sed corpus ministratur è cœlo. Hodie quidem secundum hominẽ homo natur ex virgine, sed ante omnia generatus ex patre, qui matrem corpore, virtute referat patrem. Vnigenitus in terris, vnigenitus in cælo. K Deus ex deo, partus ex virginẽ. Iustitia de patre, virt⁹ de potente, lumen ex lumine. Non impar generanti, non potestate discretus, non verbi extensione aut prolatione confusus, aut cum patre mixtus. Sed vt à patre generationis iure distinctus sit, ipse est fraternus tuus, sine quo nec cælestia nec marina nec terrena cõsistũt. Verbum patris bonum, quod erat in principio. Habes eius æternitatem. Et erat, inquit, apud patrem. Habes indiscretam à patre inseparabilẽq; virtutẽ. Et de⁹ erat verbũ. Habes ingenitam eius diuinitatẽ. De compẽdio enim tibi fides est hauriẽda. Hunc filia dilige, quia bonus est. Nemo enim bonus nisi solus deus. Si enim nõ Lucæ.18.
dubitatur quia deus filius, deus autem bonus: vtiq; non dubitatur quia bonus filius deus. Hunc inq̃ dilige. Ipse est quẽ pater genuit ante luciferũ vt æternũ, ex vtero genauit vt filium, ex corde eructauit vt verbũ. Ipse est in quo cõplacuit pater. Ipse est patris brachiũ: quia creator est omniũ. Patris sapiẽtia, quia ex dei ore procesit. Patris virtus, quia diuinitatis in eo corporaliter habitat plenitudo. Quẽ pater ita diligit, vt in sinu portet, ad dexteram locet, vt sapientiam dicat, virtutẽ noL
uerit. Si igitur virtus dei Christus, nunquid aliquando sine virtute deus? Nunquid aliquando sine filio pater: Si semper vtiq; pater, vtiq; semper & filius. Perfecti ergo patris perfectus est filius. Nã qui virtuti derogat, ei derogat cuius est virtus. Inequalitatẽ non recipit perfecta diuinitas. Dilige igitur quem pater diligit, honorifica quẽ honorificat pater. Qui enim nõ honorificat Ioan.5.
filiũ, nõ honorificat patrem. Et qui negat filiũ, nec patrem habet. Hæc quantũ ad fidem. Sed interdũ etiam cum fides tuta est iuuentus suspecta est. Modico itaq; vino vtere, ne infirmitatẽ corporis augeas, non vt voluptatem excites. Incendunt enim pariter duo, vinũ & adolescentia. Infrenẽt etiam teneram ætatem ieiunia, & parcimonia cibi retinaculis quibusdã indomitas cohibeat cupiditates. Ratio reuocet, mitiget spes, restringat metus. Nãqui moderari nescit cupiditatibus, sicut equus raptatur indomit⁹, voluitur, obteritur, laniatur, affligitur. Quod aliquãdo iuueni ob amorẽ Dianiæ cõtigisse, pditur. Sed poeticis mendacijs coloratur fabula, vt Neptunus prælati riualis dolore incitatus, equis dicatur furorẽ immisisse, quo eius magna potẽtia prædicetur, quod iuuenẽ nõ in virtute vicit, sed fraude decepit. Vnde eius sacrificium quotãnis instaurant Dianæ, vt equus ad eius immoletur aras. Quam virginem dicũt, quę (id quod etiã meretrices erubescere solẽt) aM
mare potuit non amãtem. Sed habeant per me licet fabulæ suam autoritatem, quasi non, licet scelestũ vtrũq; minus tamen sit iuuenem amore adulteræ sic flagrasse vt pireț, q̃ duos (vt ipsi dicũt) deos de adulterio certase: Iouem autem dolore scortantis filię in medicum vindicasse adulteri, quod ei⁹ curasset vulnera, q̃ Dianam in syluis adulterasset, venatricẽ sane optimã non ferarum, sed libidinum, sed ferarum etiam, vt nuda venetur. Dent igitur Neptuno dominatũ furoris, vt adstruant crimen incesti amoris. Dent Dianæ regnum in syluis quas incolebat, vt cõfirment adulteriũ quod gerebat. Dent Esculapio quod mortuum reformauerit, dummodo profiteantur quod fulminatus ipse nõ euaserit. Dent etiam Ioui fulmina quæ non habuit, vt testificentur quæ habuit opprobria. Sed à fabulis ad proposita reuertamur. Escis quoq; omnibus quæ gignant membris calorem, parce vtendum puto. Carnes enim etiam aquilas volantes deponunt. In nobis quoque ales interior illa de qua legim⁹. Renouabitur sicut aqui Psal.102.
læ iuuentus tua: sublime tenens virgineo prope volatu superfluæ carnis nesciat appetẽtiam. Conuiuiorum deuitandæ celebritates, fugiẽdę salutationes. Ipsas visitatiões in iuniorib⁹ esse pauciores volo, si forte defe rendũ sit parẽtibus aut æqualib⁹. Teritur officijs pu-

A dor, audacia emicat, risus subrepit, modestia soluitur
dũ affectatur vrbanitas. Interroganti nõ respõdere, infantia: respõdere, fabula est. Deesse igitur sermonem
1. Cor.14 virgini q̃ superesse malo. Nã si mulieres etiã de rebus diuinis in ecclesia iubentur tacere; domi viros suos interrogare: de virginibus quid cautũ putamus, in quib⁹ pudor ornat ætatẽ, taciturnitas cõmendat pudorẽ? An vero mediocre pudoris exẽplũ est quod Rebecca cũ veniret ad nuptias, & spõsum vidisset, velamẽ accepit:
Gene.24 ne prius videretur q̃ ingeretur? Et vtiq; pulchra virgo non decori timuit, sed pudori. Quid Rachel? quẽadmodũ extorto osculo fleuit & gemuit? Nec flere dississet, nisi proximũ cognouisset. Ita & pudoris seruauit officiũ, & pietatis nõ amisit affectũ. Quod si viro ducitur, Virginẽ nõ cõsideres, nequãdo scãdalizet te: quid dicẽdũ sacræ virgini, quæ si amet, animo peccat, si amatur, & facto? Maxima est virtus tacẽdi, præsertim in ecclesia. Nulla te diuinarũ sententia fugiet lectionũ si aurẽ admoueas, vocẽ premas. Nullũ ex ore verbũ quod
Prou.10. reuocare velis, proferas, sed parcior loquẽdi fiducia
Gene.4. sit. Copiosum quippe in multiloquio peccatũ. Homicidæ dictum est: Peccasti, quiesce, ne peccaret amplius.
Lucæ.2. Sed virgini dicendũ est, Quiesce, ne pecces. Cõseruabat enim Maria, vt legimus, omnia in corde suo quæ
B de filio dicebãtur: & tu cũ legitur aliquid quo Christ⁹ aut venturus annũciatur, aut venisse ostenditur, noli fabulando obstrepere, sed mentẽ admoue. An quicquam est indignius q̃ oracula diuina circũstrepine audiantur, ne credantur, ne reuelentur: circunsonare sacramenta confusis vocibus, vt impediatur oratio pro salute deprompta omniũ, cũ gentiles idolis suis reuerentiã tacẽdo deferũt? Vnde illud exẽplum proditur: Alexandro sacrificante Macedonũ rege, puerulũ barbarũ qui ei lumen accẽderet, excepisse ignẽ brachio, atq; adusto corpore mansisse immobilẽ, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito pœnã indicasse fletu. Tãta in puero barbaro fuit disciplina reuerentiæ, vt naturam vinceret: atq; ille non deos, qui nulli erãt, sed regem timebat. Quid enim timeret eos qui, si idem ignis contigisset, arsissent? Quid quod quidã in conuiuio patris adolescens iubetur ne meretricios amores indicijs insolentibus prodat? Et tu in ministerio dei virgo gemitus, excreatus, tusses, risus abstine. Quod ille in conuiuio potest, tu in ministerio dei non potes? Vocis virginitas prima signetur, claudat ora pudor, debilitatẽ excludat religio, instituat cõsuetudo naturã. Virginẽ mihi prius grauitas sua nũciet, pudore obuio gradu sobrio, vultu modesto, & prænuncia integritatis anteeãt signa virtutis. Non satis probabilis virgo est quæ requiritur cum videtur: frequẽs sermo est, cum plurima
C ranarum murmura religiosæ auribus plebis obstreperent, sacerdotem dei præcepisse vt cõticerent, ac reuerentiã sacræ deferrent orationi: tunc subito circunfusos strepitus quieuisse. Silent igitur paludes, homines non silebunt? Et irrationabile animal per reuerẽtiam recognoscit, quod per naturam ignorat: Hominũ tantam esse immodestiam, vt plerique deferre nesciant mẽtium religioni, quod deferunt aurium voluptati? Hæc tecum sanctæ memoriæ Liberius, quæ apud alios maiora verbis apud te minora exẽplis, ita omnem disciplinam non solũ virtute adæquasti, sed etiã æmulatione vicisti. Nanq; ieiuniũ in præceptis habemus, sed singulorum dierũ. Tu autẽ multiplicatis noctibus ac diebus innumera tẽpora sine cibo transigis: & si quando rogaris vt cibũ sumas, paulisper deponas codicẽ, respondeas illico: Nõ in pane solo viuit homo, sed i omni verbo dei. Ipse epularum vsus cibus obuius, vt edendi fastidio ieiuniũ desideretur, potus è fõte, flet⁹ in prece, somnus in codice. Hæc iunioribus conuenere annis, donec mens æui matura canescceret. Ast vbi domiti trophæũ D corporis virgo sustulerit, moderandũ labori, vt magistra suppari seruetur ætati. Cito fœcũdis onerata palmitibus emeritæ ætatis vitis crepat, nisi aliquãdo reprimatur. Eadẽ tamen donec adolescit exuberat, & inuenerata amputatur, ne siluescat sarmentis, aut fœtu nimio exinanita moriatur. Bonus agricola optimam vitẽ & fotu terræ cohibet, & defendit à frigore, & ne meridiano sole vratur explorat. Agrũ quoq; vicib⁹ exercet: vel si nõ patitur ociosum, diuersa alternat semina, mutatis vt fœtibus arua requiescãt. Tu quoq; virgo verana pectoris tui colles diuersis saltẽ seminib⁹ sere, nunc alimonijs mediocribus, nũc ieiunijs parcioribus lectione, opere, prece: vt mutatio laboris, induciæ sint quietis. Non totus mesem generat ager. Hinc de collibus vineta consurgũt: illinc purpurascẽtes cernas oliuas, hic olentes rosas. Sæpe etiã relictis aratris ipse validus agricola digito solũ scalpit, vt florũ deponat radices, & asperis manibus quibus luctãtes inter vineta flectit iuuencos, molliter ouiũ pressat vbera. Eo quippe melior ager, quo numeriosior fruct⁹. Ergo & tu bonẽ agricolæ exẽplũ secuta, nõ perẽnibus ieiunijs tanq̃ E
depressis vomeribus humũ tuã findas. Floreat in hortis tuis rosa pudoris, lilũ mentis, & irriguũ sacri sanguinis violaria bibant fontẽ. Vulgo hoc fernnt: Quod velis prolixe facere, aliquãdo ne feceris. Debet esse aliquid quod quadragesimæ diebus addatur, sed ita, vt nihil ostentationis causa fiat, sed religiõis. Oratio quoq; nos deo crebra cõmendet. Si enim propheta dicit: Se- Psal.118.
pties in die laudẽ dixi tibi: qui regni erat necessitatib⁹ occupatus: quid nos facere oportet, qui legimus: Vigi- Matt.26.
late & orate, ne intretis in tentationẽ? Certe solennes orationes cũ gratiarũ actione sunt deferendæ, cũ è somno surgimus, cũ prodimus, cũ cibũ paramus sumere, cum sumpserimus, & hora incẽsi, cum deniq; cubitum pergimus. Sed etiam in ipso cubili volo psalmos cum oratione dominica frequenti contexas vice, vel cũ eigilaueris, vel antequã corp⁹ sopor irriget, vt te in ipso quietis exordio rerũ secutariũ cura liberã. diuina meditantem somnus inueniat. Deniq; etiam ille philosophiæ ipsius qui nomen inuenit, quotidie priusq̃ cubitũ iret, tibicinẽ iubebat molliora canere, vt ãxia curis secularib⁹ corda mulceret. Sed ille, sicut is qui laterẽ laniat, secularia secularib⁹, frustra cupiebat abolere. Magis enim se oblinebat luto, qui remedium à voluptate quærebat. Nos autẽ terrenorũ vitiorũ colluuiõe deterF
sa, ab omni inquinamẽto carnis mentiũ interna mũdemus. Symbolũ quoq; specialiter debemus tanq̃ nostri signaculũ cordis antelucanis horis quotidie recẽsere. Quod etiam cũ horrem⁹ aliquid, animo recurrẽdum est, Quando enim sine militiæ sacramẽto miles in tentorio, bellator in prælio? Iam illud quis non ad matrã institutionẽ dictũ intelligat, quod ait sanctus prophe-
ta: Lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrymis Psal.6.
meis stratũ meum rigabo? Nam siue lectũ iuxta literã intelligas, tantam vbertatẽ ostendit profundi oportere lachrymarũ, vt lauetur lectus, stratũ rigetur fletibus obsecrantis. Fletus enim præsentiũ, merces est futurorum: quoniam beati qui fletis, ipsi enim ridebitis. Siue
pro corpore accipiam⁹ ppheticũ dictũ, delicta corpo- Lucæ.6.
ris pœnitentiæ lachrymis abluam⁹. Fecit enim sibi lec- Canti.3.
tum Salomon ex lignis Libani, colũnæ eius argenteæ erant, acclinatoriũ eius aureũ, dorsum eius gemmatũ stratũ. Quis est iste lectus, nisi nostri corporis species? Nanq; in gẽmis aer specie fulgoris ostenditur, in auro ignis, aqua in argẽto terra per lignũ, ex quibus corpus humanũ quatuor constat elemẽtis, in quo nostra recubat anima, si non aspero montium, nõ humi arido expers quietis existat, sed sublimis à vitijs ligno fulta requiescat. Vnde & Dauid dicit: Dominus opem ferat
illi sup lectũ doloris eius. Nã lect⁹ doloris esse qui po- Psal.40.

G test,cũ dolore non posit qui non habet sensum? Cor
Rom.7. pus autẽ doloris,sicut corpus est mortis. Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quoniã versiculũ induxim⁹,in quo dominici corporis fecimus mentionẽ: ne quẽ forte perturbet legentem quod domin⁹ corp⁹ susceperit doloris,recordetur quia Lazari mortẽ doluit & fleuit, & in passiõe est vulnera tus,atq; ex vulnere sanguis & aqua exiuit,spiritũq; exhalauit. Aqua ad lauacrũ,sanguis ad potũ,spiritus ad resurrectionẽ. Vnus enim est Christus nobis spes,fides,charitas. Spes in resurrectiõe,fides in lauacro,charitas in sacramẽto. Tamen vt corpus susceperit doloris,
Ibidẽ.12. ita etiã stratũ in infirmitate versauit, quia conuertit in cõmodũ carnis humanæ. Nã passione infirmitas est soluta,mors resurrectione, & tamẽ mœrere pro seculo, gaudere debetis in domino,tristes ad pœnitentiã,alacres ad gratiã: licet & flere cũ flentibus, & gaudere cũ gaudentibus oportere gentiũ doctor salutari præceptione præscripserit. Verũ qui penitus enodare cicatricẽ omnẽ desiderat quæstionis, ad eundem cõfugiat
Colos.3. apostolũ. Omne enĩ inquit quodcũq; facitis in verbo aut in facto,oĩa in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agẽtes deo patri p ipsum. Oĩa ergo dicta nostra factaq; referamus ad Christũ, qui vitã fecit ex morte, lucẽ creauit ex tenebris. Nanq; vt corpus ægrotũ nunc calidioribus fouetur,nũc frigidioribus tẽperatur,remediorũq; mutatio si iuxta præceptũ fiat medici,salutaris est: si cõtra mandatũ vsurpetur,languoris augmẽtũ est: ita medico nostro quicquid pẽditur Christo,re
H mediũ est: quicquid vsurpatur,incommodũ. Debet igi tur bonæ conscientiæ mentis esse lætitia, non incondi tis comessationibus,non nuptialibus excitata sympho nijs. Ibi enim intuta verecũdia, illecebra suspecta est, vbi comes deliciarũ est extrema saltatio. Ab hac virgi nes dei procul esse desidero. Nemo enim,vt dixit quidã secularium doctor,saltat sobri⁹,nisi q̃ insanit. Quod si iuxta sapientiã secularem, saltationis aut temulẽtia autor est,aut demẽtia: quid diuinarũ scripturarũ cautum putamus exemplis,cũ Ioannes prenuncius Christi,saltatricis optione iugulatus, exẽplo sit plus nocuisse saltationis illecebram,q̃ sacrilegi furoris amẽtiam? Et quoniam talis viri non strictim prætereunda est recordatio,interest,vt quis,& à quib⁹,& quã ob causam, quomodo,& quo tẽpore sit occisus,aduertere debeamus. Ab adulteris iustus occiditur,& à reis in iudicem
I capitalis scẽleris pœna cõuertitur. Deinde præmiũ saltatricis,mors est prophetæ. Postremo,quod etiam oẽs barbari horrere consuerũt,inter epulas atq; conuiuia consummãdæ crudelitatis profertur edictũ. Et à cõuiuio ad carcerẽ, de carcere ad conuiuiũ feralis flagitij circũfertur obsequiũ. Quãta in vno facinore sunt crimina. Extruitur regifico luxu ferale cõuiuiũ,& explorato quãdo maior solito turba cõuenerit, reginæ filia intimis mandata secretis,in cõspectũ virorũ saltatura producitur. Quid enim potuit filia de adultera matre discere,nisi damnũ pudoris? An quicquam est tã pronum ad libidines,q̃ incõditis motibus ea quæ vel natura absondit,vel disciplina velauit,mẽbrorum operta nudare,ludere oculis,rotare ceruicẽ,comã spargere? Merito inde in iniuriam diuinitatis proceditur. Quid enim ibi vereundiæ potest esse,vbi saltatur,strepitur cõcrepatur? Tunc rex,inquit, delectatus dixit puellæ, vt peteret de rege quod vellet. Deinde iurauit quod vel dimidiũ regni,si petisset,cõcederet. Vide quemad dum seculares ipsi de secularib⁹ suis iudicẽt potestatibus,vt pro saltatione etiã regna donentur. Puella autẽ admonita à matre sua,poposcit afferri sibi in disco caput Ioannis. Quod dicit,Rex cõtristatus est: nõ pœnitentia regis,sed cõfessio inquitatis est: quã diuinæ habet consuetudo sententiæ,vt qui gesserunt impia, ipsi
propria cõfessione se dãnent,Sed propter discũben- K
tes,inquit. Quid indignius q̃ vt homicidiũ fieri iuberet ne discũbentib⁹ displiceret? Et propter ius, inquit, iurandum. O religionẽ nouã. Tolerabilius peieraret. Vnde nõ immerito dominus in Euãgelio iubet nõ esse iurandũ,ne sit causa periurij,ne sit necessitas delinquendi. Itaq; ne iusiurandum violaretur, percutitur in nocẽs. Quid prius horrescã,nescio. Tolerabilora per iuria q̃ sacramẽta sunt tyrannorũ. Quis nõ cũ è conuiuio ad carcerẽ cursari videret, putaret prophetam iussum esse dimitti? Quis inquã cũ audisset natalem esse Herodis solemne conuiuiũ,puellæ optionem eligendi quod vellet datã,missum ad Ioannẽ ob solutionẽ non arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs? quid cum funeribus voluptati? Rapitur ad pœnã propheta conuiuiali tempore,conuiuiali præcepto, quo non cuperet vel absolui: perimitur gladio: caput eius affertur in
M disco. Hoc credulitati ferculũ debebatur,quo insatiata epulis feritas vesceretur? Intuere rex acerbissime tuo spectacula digna cõuiuio. Porrige dexterã, ne quid sæuitiæ tuæ desit,vt inter digitos tuos riui defluant sacri cruoris. Et quoniã non exaturari epulis fames, non restingui poculis potuit inauditæ sæuitiæ sitis, bibe sanguinem scaturientibus adhuc venis execti capitis profluẽtem. Cerne oculos in ipsa morte sceleris tui testes. auersantes conspectum deliciarum. Clauduntur lumina non tam mortis necessitate, q̃ horrore luxuriæ. Os aureum illud exangue, cuius sententiam ferre non poteras,cõticescit,& adhuc timetur. Lingua tamen, quæ solet etiam post mortem officiũ seruare viuẽtis, palpi
L tante licet motu damnabat incestum. Portatur hoc ca put ad Herodiadem: lætatur,exultat,quasi crimẽ euaserit,quia iudicem trucidauit. Quid dicitis vos sanctæ fœminæ? Videtis quid docere, quid etiam dedocere filias debeatis? Saltet, sed adulteræ filia. Quæ vero pudica est,quæ casta est,filias suas religionem doceat,nõ saltationem. Vos autem graues & prudentes viri discite detestabilium hominum epulas euitare. Talia sunt conuiuia,qualia iudicia perfidorum. Iam ad finẽ orationis vela pandẽti bene suggeris soror sancta quid sit per eorum meritis existimandum sit,qui se præcepita uere ex alto,vel in fluuiũ demerserunt, ne persecutorum inciderent manus, cum scriptura diuina vim sibi Christianum prohibeat inferre. Et quidem de virgini bus in necessitate custodiæ constitutis enodem habemus assertionem,cum martyrij extet exemplum. San cta Pelagia apud Antiochiam quondam fuit, annorũ fere quindecim,soror virginũ,& ipsa virgo. Hæc primo domi clausico persecutionis inclusa,cũ se à prædonibus fidei vel pudoris circunsederi videret, absente matre & sororibus, vacua præsidio, sed deo plenior: quid agimus inquit, nisi prospicias captiua virginitas? Et votũ est & metus est mori,quia mors nõ excipitur, sed ascisitur. Moriamur scilicet vel si nolunt licere, moriamur. Deus remedio nõ offenditur,& facinus fides ableuat. Certe si vim ipsam nominis cogitemus, quæ vis volũtaria: illa magis est vis mori velle,nec posse. Nec difficultatẽ veremur. Quis enĩ est q̃ vult mori & nõ possit,cũ sint ad mortẽ tã procliues viæ? Iã enim sacrilegas aras præcipitata subuertã,& accensos focos cruore restinguã. Nõ timeo ne dexteradeficiẽs nõ per agat ictum,nec pectus se dolore subducat. Nullũ peccatũ carni relinquã,nõ verebor ne desit gladi⁹. Possũ mus mori nostris armis,possumus mori sine carnificis beneficio. Matris in gremio fertur ornasse caput, nuptialẽ induisse vestẽ,vt non ad mortẽ ire diceres, sed ad spõsum. Ast vbi detestãdi psecutores ereptã sibi viderunt prædã pudoris,matrẽ & sorores cœperũt quærere. Verũ illæ spirituali volatu iam campũ castitatis tenebant. cũ subito hinc persecutoribus imminẽtibus,

A inde torrẽte fluuio exclusæ à fuga, inclusæ ad coronã. quid veremur? inquiũt. Ecce aqua. quis nos baptizari prohibet? Et hoc baptisma est, quo peccata donantur regna quærũtur. Et hoc baptisma est, post quod nemo delinquit. Excipiat nos aqua quæ regenerare consueuit. Excipiat nos aqua quæ virgines facit. Excipiat nos aqua quæ cælum aperit, infirmos tegit, mortem abscõdit, martyres reddit. Te rerũ conditor precamur deus ne exanimata spiritu corpora vel vnda dispergat, ne mors separet funera, quarum vitam non separauit affectus, sed sit vna constantia, vna mors, vna etiam sepultura. Hæc effatę, & suspensæ, paululũ, incincto sinu quo pudorem tegerent, nec gressum impedirent, consertis manibus tanq̃ choros ducerent, in mediũ progrediuntur alueum, vbi vnda torrẽtior vbi, pfundũ abruptius illic vestigia dirigẽtes, Nulla pedẽ retulit, nulla suspẽdit incessũ, nulla tentauit vbi gressũ figeret, anxię cum terra occurreret, offensę vado, lætę profundo, Videres
p piam matrẽ stringentẽ nodo manus, gaudere depigno re, timere dẽ casu, ne sibi filias vel fluct⁹ aufferret. Has tibi, inquit, hostias Christe immolo, præsules virginitatis, duces castitatis. comites passiõis. Sed quis iure miretur tantã viuẽtibus fuisse cõstantiã, cũ etiã defunctæ immobilẽ statione corporũ vendicauerint? Non cada uera vnda nudauit, non rapidi cursus fluminis voluta rũt. Quin etiã sancta mater licet sensu carẽs pietatis, tamen adhuc seruabat amplexũ: & religiosum quẽ strinxerat nodũ, nec morte laxabat: vt quę teligioni debitũ soluerat, pietate hęrede mereretur. Nã quas ad martyriũ iũxerat, vsq; ad tumulũ vẽdicabat. Sed quid alie
C nigenis apud te soror vtor exẽplis quam hæreditariæ castitatis inspirata successio, parẽtis infusiõe martyris eruditi? Vnde enim didicisti, quæ non habuisti vnde disceres. cõstituta in agro, nulla socia virgine nullo in formata doctore? Nõ ergo discipulã (quod fieri sine magistro non potest) sed hęredem virtutis egisti. Qui enim fieri posset vt sancta Soteris tibi non esset mẽtis autor, cui autor est generis, quæ persecutionis ætate seruilibus quoq; cõtumelijs ad fastigiũ passionis euecta, etiã vultũ ipsum qui inter cruciatus totius corporis liber esse consueuit iniuriæ, & spectare potius torm̃ta q̃ perpeti, carnifici dedit: tã fortis & patiens, vt cũ teneras pœnæ offerret genas, prius carnifex cædendo deficeret, q̃ martyr iniuriæ cederet. Nõ vultum inflexit, non ora cõuertit: non gemitũ, non lachymã dedit. De nicq; cum cætera pœnarum genera vicisset, gladiũ quẽ
3.Reg.3. quærebat inuenit. Nobile apud veteres Salomonis illud fertur fuisse iudiciũ, cum à duab⁹ litigãtibus mulieribus interpellatus esset, quarũ altera conuersa per somnũ cũ infantẽ oppressisset suũ, postulabat alienũ. Altera veri amoris conscia, & culpæ nescia, filium iure propriũ vendicabat. Vtraq; igitur perseueranter ni tente, cognitoris hæsit intentio. Nõ enim poterat Salomon arbiter esse interioris arcani, cũ petentis vtriusq; mens esset occultior. Euentu conuentus ambiguo machæram promi iussit, mandatoq; ministris quo simulant triste ministeriũ, diuidi iussit infantẽ, vt singulæ mulieres singulas partes adipiscerentur. Quo audito
*cõmota. illa quæ petebat alienũ, nõ solum acquieuit, sed etiam diuisionẽ paruuli deposcit, nullo affectu cõuenta * materno. Illa quæ suum sciebat infantẽ, non vinci metuens, sed orbari, nec iam solatio proprio, sed pignori // suo cõsulens, orare occœpit vt incolumis magis puer // traderetur alienæ, q̃ sectus in partes matri propriæ redderetur. Vnde Salomõ qui nõ maiestate diuina, sed argumentis vt homo interiorẽ interrogabat affectũ, illi potius iudicauit paruulũ esse reddendũ, quã verã matrem dolor proprius prodidisset. Illã vero quã morituri paruuli misericordia nõ mouebat, exortẽ pronunciauit esse naturæ, quã exortẽ vidit esse pietatis. Veri-
tas ergo nõ latuit, sed tamẽ per simulationẽ alteri⁹ fluD
ctuauit. Diuq; etiã bona mater euentu hæsit ambiguo, dum iudicij periclitatur incerto, Hæc licet in figura sit perioribus sint facta temporibus, scripta sunt tamẽ ad correptionẽ nostrã, vt intelligamus prodi omnia posse quæ facta sunt, & omnia cõposita reuelari. Duæ igitur istæ, quoniã propositũ est nobis hoc loco nõ tracta re de mulieribus: duæ inquã istæ, fides est, atq; tentatio. Tentatio inquam cõmunis ab initio autor erroris, quæ postq̃ posteritatẽ suam carnalis vitio cõuersationis, & somno mentis amisit, posteritatis fructus auferre conatur alienæ. Itaq; dum tentatio litigat: fides fluctuat, donec machæra Christi latentes distinguat affectus. Quæ est hæc machæra Christi? Illa de qua scriptũ est: Gladiũ veni mittere in terrã. Est enim gladius de quo Matt.10. scriptũ est: Et tuã ipsius animã pertrãsibit gladius. Qui autem sit hic gladius, quæ machæra, cognosce. Verbũ Luc.2. inquit, acutum & validum, & penetrabilius omni gla- Heb.4. dio acutissimo, penetrans vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, artuũq; & medullarũ. Bonus gladius verbum dei, bon⁹ gladius, vtpote scrutator cordis & renis, qui mendacium à veritate discernat, atq; eos quorum animam pertransierit, nõ interficiat, sed reseruet. Hæc igitur de regnorũ dicta sint libro assumpta de causa, de historia recensita, de conscientia vsurpata, & fide prõ
E pta. Nũc decursæ ex libro Iudicum inspiciamus seriẽ lectionis. Non enim ociosis parricidiũ fuit auribus audiendũ. Itaq; repetamus historiam. Iepte iudex Iudæo Iudic.11. rum fuit. Is euentu belli cõfictatus ambiguo, prælio rumq; veritus incerta, votũ vouit huiusmodi, si adoersarios depulisset, vt quicquid ei primũ intra dom⁹ suæ limen occurrisset, hostiã immolaret deo suorũ præsulis triumphorũ. Itaq; bello potitus, fusisq; hostibus domum redijt: cui in ipso vestibulo filia memor pietatis. ignaria oblationis occurrit. Sed recordatus illico pater, & propriæ sponsionis admonitus, ingemuit solutẽ di muneris spõsiones Heu me, inquit, filia, pẽrdidisti me. Ego enim aperui os meũ de te ad dominũ. Tum illa: O pater, si in me aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi ita vt exiuit de ore tuo. Duorũ tamen tantum mensium inducias postulauit, donec in montem ascenderet, & super virginitatẽ suam fleret. Deinde duobus post exactis mensibus remeauit ad patrem. Votum ille compleuit. His enim verbis vtẽdũ est, quãdo scriptura diuina effectum rei nõ prodidit, sed refugit parrici dij mẽtionem. Quid igitur? hoc probamus? Minime iure gentium: sed tamen & si parricidiũ non probo, adu
erto præuaricandæ metũ & formidinem sponsionis. Denicq; ad Abrahã dictũ est: Nunc scio qui amas domi Gene.22. num deum tuũ, quia nõ pepercisti vnico filio tuo. Habes igitur indiciũ quo docetur præuaricandum temere non esse ꝓmissum. Verũ deo parricidiũ nõ probari, in eadẽ asseritur lectione, cũ pro filio ouis subijcitur, vt ipsa potius q̃ filius feriretur. Habuit igitur Iepte quod sequeretur exẽplum: quia dominus sanguine nõ delectaretur humano. In vno enim oraculo ad Abraham prompto docuit filiorũ salutẽ religionis obsequio posthabendam, offerri à parẽtibus deo debere filios, nõ debere iugulari. Certe cum hæc filia tã solicita fuerit de patris voto cur pater nõ dubitauerit de filiæ parricidio, & cum illa paternum cauerit mendacium, iste filiæ nõ cauerit interitũ? Dicet aliquis: Qua ratione illic deus nõ permiserit parricidium fieri, hic fit passus impleri? Nunquid acceptor personarũ deus? Nõ sed meritorum atq; virtutũ. Certe dum cõsiliũ esset ambiguum, signare debuit oraculum, quid ad præsens facto, & in reliquum cõueniret exemplo. Vbi vero iam præcessisset exemplum, necessarium nõ iudicauit oraculũ, cũ facti forma veteris quid fieri oporteret ostẽderit. Aut fortasse quia non vna forma meritorũ.

G abnuo,ſacerdotalis eſse cautiõis debere,vt nõ temere puella veletur, Spectet plane, ſpectet ætatẽ ſacerdos, ſed fidei vel pudoris. Spectet & maturitatẽ verecũdię, examinet grauitatis caniciem, morũ ſenectã, pudicitiæ annos, animos caſtitatis. Tamen deinde ſi matris tuta cuſtodia, comitũ ſobria ſedulitas, ſi hæc præſto ſũt, nõ deeſt virgini longæua canicies. Si hæc deſunt, differatur puella moribus q̃ annis. Non ergo ętas reijcitur florentior, ſed animus examinatur. At certe Theclam nõ ſenect9 ſed virt9 ꝓbauit. Et hinc quid plura cõtexã, cũ omnis ætas habilis deo, perfecta ſit Chriſto? Denique nõ virtutẽ ętatis appẽdicẽ dicim9, ſed virtutis ætatẽ. Nec mirere in adoleſcẽtulis ꝓfeſsionẽ, cũ legeris in paruulis paſsionẽ. Scriptũ eſt enĩ: Ex ore infantiũ & lactentiũ perfeciſti laudẽ. An dubitamus ſi eum vſq; ad continentiã ſequatur adoleſcentia, quẽ vſq; ad mortẽ confitetur infantia? Et quaſi incredibile putamus ſi puellæ nubiles Chriſtũ ſequantur ad regnũ, quẽ etiã pueri ſequebantur in deſertũ? ſicut legimus quia ſaturata ſunt de quinq; panibus quatuor milia hominũ, exceptis, inquit, pueris & mulierib9. Nolite ergo a Chriſto arcere infantes, quia & ipſi pro Chriſti nomine ſubiere martyriũ. Taliũ eſt enim regnũ cælorũ. Vo
H cat eos domin9, & tu ꝓhibes? De ipſis enĩ dominus ait: Sinite eos venire ad me. Nolite adoleſcẽtulas arcere, de quibus ſcriptũ eſt: Propterea adoleſcẽtulę dilexerũt te nimis, & introduxerũt te in domum matris ſuæ. Nolite poſtremo à Chriſti charitate etiã paruulos ſeparare, quẽ etiã intra matris vterũ adhuc poſiti exultatione ꝓphetica fatebãtur. In ipſis adhuc eccleſię principijs turbæ requirebant eũ. Qua ratione? Quia man9, inquit, imponẽs curabat eos. Nec tẽpus ad ſanãdũ, nec loc9 quæritur. Oĩbus enĩ locis omnibuſq; tẽporib9 nõ eſt prætermittẽda medicina. Intra domũ Maria ab angelo benedicitur, intra domũ Dauid vngitur in ꝓphetã. Vbiq; Ieſus curat, vbiq; ſanat, in itinere, in domo, in deſerto. In itinere curatur quæ fimbriã tetigit. In domo prĩcipis ſynagogæ filia reſuſcitatur. In deſerto tur
I ba ſanatur. Deniq; ſic habes, Cũ ſol aũt occidiſset: omnes qui habebãt infirmos varijs lãguoribus, ducebãt illos ad eũ. At ille ſingulis manus imponẽs curabat eos. Sanabat ergo & in deſerto, & occidẽte iã ſole, & ſanabat imponẽs man9, vt & deũ ſe & hominẽ demõſtraret. Nõ immerito igitur facta iam die turbæ requirebãt eũ. Vide ordinem. Sole occidente ęgri deferuntur ad Chriſtũ, facta autẽ diæ turbę requirebãt eũ. Quãdo enĩ niſi per diẽ quæritur Chriſtus? Nã qui ĩ luce ambulat, nõ recedit à Chriſto: Itaq; nox habebãt adhuc ęgrotantiũ gemitus, dies iã fidem plebis, iã lætitiã ſanatorũ: vt quod ſcriptũ eſt, cõpleretur: Ad veſperũ demorabitur flet9, & ad matutinũ lætitia. Quæ enĩ turbæ maior gratia, q̃ vt etiã in deſertũ locũ Chriſtũ ſequatur? In quo ille docet, à perfecto abeſse debere iactantiã. Nõ enĩ ſanandorũ copiã, ſed operũ iactãtiã declinabat. Et nos igitur ſi ſalui eſse deſideramns, vel ſi iam meremur ſanitatẽ, ꝓcul à luxuria, ꝓcul à laſciuia, tãq; ĩ arido vitę iſti9 & ieiuno ſolo quadã ſiti corpis fugitãtẽ deliciarum Chriſtum ſequamur. Sequamur per diem. Adeſt eccleſiæ dies, quẽ Abraham vidit, & gauiſus eſt, Sequamur ergo ꝓ diẽ Chriſtum. Nõ enĩ in noctib9 reperitur. In cubili, inquit, meo, in noctibus quęſiui quẽ dilexit aĩa mea. quęſiui eũ, & nõ inueni eũ. vocaui eũ, & nõ obaudiuit me. Nõ in foro, nõ ĩ platęis Chriſt9 reperitur. Deniq; nec illa eũ ĩ foro & in platęis potuit reperire, quæ dicit: Exurgã, ibo, & circũibo in ciuitate, ĩ foro, & ĩ platæis, & quęrã quẽ dilexit aĩa mea. Quęſiui eũ, & nõ iueni eum. Vocaui eum, & nõ obaudiuit me. Nequaq̃ igitur ibi quæram9 Chriſtum, vbi iuenire nõ poſsumus. Nõ eſt Chriſt9 circunforanus. Chriſt9 enĩ eſt pax, ĩ foro lites. Chriſt9 iuſtitia eſt, in foro iniquitas.

chriſt9 operator eſt, in foro inane ocium. chriſt9 cha K
ritas eſt, in foro obtrectatio. chriſtus fides eſt, in foro fraus atq; ꝓfidia. Chriſt9 ĩ eccleſia eſt, in foro idola. Et vt illa vidua quã in alio ꝓtrinximus libro, cognoſcat nõ obtrectandi me locutum illa ſtudio, ſed monendi, meq; nõ aſperum, ſed ſolicitum: gratiã reco͂ciliationis accipiat. in eccleſia vidua iuſtificatur, in foro circunuenitur. Fugiamus ergo forum, fugiam9 platęas. Prudentiã autẽ notã aſsume tibi, & cuſtodias te à muliere aliena. Per feneſtram enim de domo ſua in platæis ꝓſpicit. Fugiam9 platęas. Non enim iniuria tantummodo eſt non inueniſſe quẽ queras, ſed etiã plerumq; vbi non oportet quæſiſse, vulnus eſt, quæſiſse in domibus virorũ qui ſibi falſo doctorũ nomẽ aſsumunt, quęſiſse procaci9 q̃ verecundi9. Ergo caueam9 exẽplo eccleſię
Canti.5. illius, ne qui nos cuſtodes inueniant qui circumeunt ciuitatẽ. inuenerunt, inquit, me cuſtodes qui circumeũt ciuitatem. percuſserũt & vulneraverũt me, & tulerũt pallium meum à me cuſtodes murorũ. Non in ſe filiæ, non, inquã, in ſe filiæ, ſed in nobis vulneratur eccleſia. Cauęamus igitur ne lapſus noſter, vulnus eccleſię fiat: ne quis à nobis pallium auferat, hoc eſt, amictum prudentię, inſigne patientię, quo mollioris ambitio veſtis exuitur. Qui enĩ mollioribus veſtibus induuntur, in L
domibus regum ſunt: Nobis autẽ pallium dedit chri- Matt.11.
ſtus, quo apoſtolos ſuos, & corpus ſuum ipſe veſtiuit. Quod denic; iubet te dare ſi quis à te tunicam petat, vt dimittas ei & pallium, id eſt inſigne philoſophiæ tuæ tradas, & quaſi amictu prudentię tuę eum qui ante nudus fuerat, circũueſtias. ibi igitur filię chriſtum quæramus, vbi quærit eccleſia, in montibus boni odoris, qui excelſorum ſublimitate factorum, ſuauẽ vitæ odorem pro meritorũ verticibus exhalãt, Fugit enim platęas, fugit conuentus & ſtrepitus fori, iuxta quod ſcriptum eſt: Fuge fraternus meus, & ſimilis efficere cer- Canti.2.
uo aut hinnulo cerui in montes aromatum. Serpentinis enim inuiſus colubris, effugitans canum, atq; humi reptantibus infeſtus ſerpẽtibus, neſcit habitare niſi in ſublimitate virtutũ, neſcit cõmorari niſi in talibus eccleſię filiab9 quę poſsunt dicere: chriſti enĩ bon9 odor 2. cor. 2.
ſumus deo ſed quibuſdã odor mortis in mortem, in ijs qui pereunt: quibuſdã odor vitæ in vitam, in ijs vtique qui odorem reſurrectionis dominicæ viuida fide ſperant. Iſti ſunt aromatũ mõtes, qui domini corpus Ieſu acceperunt, & in linteis cum aromatibus ligauerunt. Quicunq; enim crediderunt quia Ieſus mortuus eſt, & ſepultus eſt, & reſurrexit: ij excelſum veræ cacumẽ fi-
M dei virtutum factigijs extulerunt. Vbi ergo chriſtus quęritur? in pectore prudentis ſcilicet ſacerdotis. Et quoniam de deſerto tractatus hic ſumitur: vbi quæren dus ſit, etiam ipſe monſtrat dicens: Ego flos campi, & lilium cõuallium, tanq̃ lilium in medio ſpinarũ, Ecce canti.2.
alius locus, in quo ſolet dominus diuerſari, immo nõ ĩ vno loco, ſed in pluribus, Ego, inquit, flos campi: quia patentem ſimplicitatẽ puræ mentis frequentat. Et lilium cõuallium. Flos enim humilitatis eſt chriſtus, nõ luxuriæ, nõ voluptatum atque laſciuię, ſed flos ſimplicitatis. flos humilitatis, tanq̃ lilium in mediõ ſpinarũ. Nõne inter aſperitates labiorũ, cõtritionesq; animorũ boni flos odoris aſsurgit, quia contrito corde de9 placatur? Hoc eſt deſertum filiæ quod ducit ad regnum. Hoc eſt etiã deſertũ qd̃ floret vt liliũ, iuxta qd̃ ſcriptũ Eſaiæ. 35.
eſt: Lætare ſterilis, & exulta deſertum, & floreat vt liliũ. in hoc deſerto, filiæ, arbor illa bona fructifera quę bonos fruct9 facit, incipit brachia factorũ ſuorum diffundere, verticem diuinitatis attollere. iuxta quã noſtræ ligna ſyluæ fruteſcant: quia ſicut arbor mali inter ligna ſyluę, ita frater meus inter medium filiorum. Et videns hoc eccleſia lętetur & gaudeat dicens: in vmbra eius concupiui & ſedi, & fructus eius dulcis in fau canti.2.

cibus meis. Videſ, inq̃, hoc eccleſia, & fidei noſtræ iam læta ſucceſsu dicat. Inducite me ĩ domo vini, & ordinate in me charitatẽ. Charitas nõ poteſt eſse ſine fide. Tres enĩ ſunt velut vades eccleſię, ſpes, fides, charitas. Cũ ſpes præceſserit fides fundata fuerit, ordinatur charitas, eccleſia copulatur. Didiciſti ergo vbi Chriſtũ requiras, diſce etiã quẽ admodũ poſsis mereri vt ille te querat. Excita ſpiritũ ſanctum dicẽs: Exurge aquilo, & veni auſter, aſpira hortum meum, & profluãt aromata mea. Deſcẽdat fraternus meus in hortũ ſuum, & mãducet fructũ pomiferarũ ſuarũ. Hortus verbi, animæ vernãtis affectus eſt, & in pomiferis virtutis eſt fructus. Venit ergo: & ſiue mãduces ſiue bibas, ſi Chriſtũ inuocas, adeſt dicẽs: Venite mãducate panes meos, &
Prou.9. bibite vinũ meũ. Siue etiã dormias, pulſat ad ianuã. Venit, inq̃, frequẽter, & per ꝓſpectũ mittit manũ ſuã, ſed nõ ſemp nec ad oẽs, ſed ad eã animã quę poteſt dicere: Nocte exui me tunicã meã. Etenĩ ĩ hac ſeculi nocte
Canti.5. exui me tunicã meã. Etenĩ in hac ſeculi nocte prius tibi corporalis vitæ amictus eſt exuẽdus. Exuit enim ſe carne domin9, vt pro te de dominatiõib9 & poteſtatibus mũdi iſti9 triũpharet. Quomõ induã illã? Vide anima deo deuota quid dicat. Sic ſe actus corporis &
B terrenos exuit mores, vt neſciat quomõ, etiam ſi velit, rurſus poſsit induere. Quomõ induã illã? Hoc eſt, qua verecũdia? quo pudore? qua poſtremo memoria? Conſuetudo enĩ boni, vſum prauitatis veteris amiſit. Laui pedes meos, quomõ inquinabo illos? Didiciſti in euan
Ioan.13. gelio qd̃ pedes lauare, fidei myſteriũ, humilitatis inſigne ſit, iuxta qd̃ ſcriptũ eſt: Si ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, quãto magis vos debetis alter alteri9 pedes lauare? Sed hoc ad humilitatẽ ptinet. Quã tũ vero ad myſteriũ, pedes debet lauare ſuos qui vult partẽ habere cũ Chriſto. Si enĩ nõ lauero, inquit, tibi pedes, nõ habebis partẽ mecũ. Cum hoc Petro dicitur, quid de nobis cenſetur? Qui lauit igitur pedes, non neceſse habet iterum lauare: & ideo caueat ne inquinet eos. Et bene ſãcta eccleſia dicit: Laui pedes meos. Nõ dicit, quomõ iterum lauabo eos? ſed quomodo iterum inquinabo eos? quaſi oblita maculæ veteris, oblita cõtagij. Admonet igitur ĩ miniſterio corporali quẽ admodũ ſpirituale debeamus actũ noſtrorũ diluere veſtigium. Itaq; pedes cum ſemel laueris æterni fontis
C irriguo, & myſterij mundaueris ſacramento, caue iterum corporeæ cupiditatis illuuiem, ne lutulenti actus ſordibus inquinẽtur. Iſti ſunt pedes quos Dauid lauit in ſpiritu, qui te docet quẽadmodũ eos inquinare non
Pſal.121. poſsis, dicens: Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. Vtiq; hic nõ corporis, ſed animi intellige pedes. Quomodo enĩ terrenus homo in cælo haberet corporis pedes? Hieruſalem enim, ſicut Paulus te docuit, in cælo eſt. Et idem te docuit quẽadmodum in cę
Philip.3. lo ſtare poſsis, cum dicit: Noſtra autẽ cõuerſatio in cælis eſt. Cõuerſatio morũ, cõuerſatio factorũ, cõuerſatio fidei. Quiſquis ſic viuit, poteſt dicere: Frater meus miſit manũ ſuam per proſpectũ, & venter meus turbatus eſt ad illum. ſurrexi aperire fratri meo. Bonum eſt vt ad aduentum domini interiora turbentur. Si ad angeli aduẽtum Maria turbata eſt, quanto magis ad Chriſti nos turbamur aduentum? Influentibus quippe diuinis, corporeus peregrinatur affectus, & vſus ille exterioris hominis exoleſcit. Et tu turbare, & tu feſtina. Feſtinantes illi agnum manducare præcipiuntur. Surge, aperi, ad ianuam Chriſtus eſt, veſtibula domus tuę pulſat. ſi aperueris, introibit, & introibit cũ patre. Nec ſolũ cũ ingreſs9 fuerit, mercedẽ relinquit, ſed etiã pri9 q̃ ingrediatur, mercedẽ præmittit. Adhuc anima turbatur, adhuc parietes domus ſuæ palpat, adhuc oſtiũ quærit vbi Chriſtus eſt, adhuc ſoluit vinculum carnis & corporis clauſtrũ, adhuc chriſtus foris pulſat. Manus, inquit, meæ ſtillauerunt myrrhã, & digiti mei pleni in manibus clauſuræ. Quam myrrhã ſtillant animæ D
canti.5. manus, niſi illam quam obtulit iuſtus ille Nicodemus magiſter in Iſrael, ille qui meruit lauacri primus audire myſteriũ, qui attulit mixturã myrrhę & aloes quaſi libras centum, & miſit in corpus Ieſu? Perfectum vtiq; odorem fidei attulit. Hunc odorem fragrat anima quę chriſto aperire incipit: vt aceſpiat primũ odorem dominicę ſepulturæ, & credat quia caro eius nõ vidit corruptionẽ, nec odore aliquo morũs emarcuit, ſed ęterni illius floris & ſemper virẽtis odore cõdita ſurrexit. Quomõ enim poterat vel in carne marceſcere, cui9 nomen vnguentum exinanitum eſt? Exinaniuit ſe, vt ſpiraret tibi. Semper vnguẽtũ hoc erat, ſed erat apud patrem, erat in patre. olebat tantum angelis & archãgelis, tanq̃ intra vas cęli. Aperuit os pater dicens: Ecce Eſaię. 49.
poſui te in teſtamẽtum generis mei, in lucem gẽtium, vt ſis in ſalutem vſq; ad extremum terrę. Deſcendit filius, repleta ſunt oĩa nouo odore verbi. Eructauit cor patris verbum bonum, fragrauit filius, ſpiritus ſanctus exhalauit, atq; per omnium corda diffudit. Diffuſa eſt enim charitas dei in cordib9 noſtris ꝓ ſpiritũ ſanctũ. Roma. 5.
Ipſe dei filius in corpore tanq̃ in vaſe odorem primo cohibebat ſuũ, operiẽs tẽpus: ſicut ait: Domin9 dat mihi linguam eruditionis, vt ſciam quando oporteat me dicere ſermonẽ. Venit hora. aperuit os, exiui vnguẽtum, quando virtus exibat de eo. Hoc vnguentum exinanitum eſt ſupra iudæos, & collectum eſt à gentibus. Exinanitum in Iudæa: & redoleuit in omnibus terris. Hoc vnguento vncta eſt Maria, & virgo concepit, virgo peperit bonũ odorem dei filium. Hoc vnguentum E
effuſum eſt ſuper aquas, & ſanctificauit aquas. Hoc vnguento vncti ſunt tres pueri, & humorẽ ijs flamma roranit. Hoc Daniel vnctus eſt, & leonũ ora molliuit, feritatemq; permulſit. Fluit hoc vnguentum quotidie, & nunquam deficit. Accipe vas tuum virgo, & accede, vt poſsis hoc vnguento repleri. Accipe vnguentum æſtimatum trecentis denarijs, ſed gratis datum, non vendi tum, vt omnes haberent. Gratis virgo vngere, noli cõtriſtari ſicut Iudas quia hoc vnguẽtum effunditur, ſed conſepeli te in chriſtum. claude ſane vas tuum, ne vnguentũ effluat. claude integritatis claue, loquẽdi verecundia, abſtinentia gloriandi. Hoc quæ habet vnguentum, chriſtum recipit. Et ideo quæ habebat, ait: Ape- F
rui, inquit, fratri meo. frater meus trãſiuit. Quomodo tranſiuit? id eſt mentis interna penetrauit, ſicut dictum Lucę. 2.
eſt Mariæ: Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius. Hebræ. 4
Viuum enim verbũ dei ſicut gladius acutus penetrans corporalium repagula cogitationũ, cordis interna rimatur. Et tu igitur anima vna de populo, vna de plebe, neq; enĩ chriſt9 ſtupet aliqua ſeculariũ diſcrimina dignitatũ, nec auratã veſtẽ, aut monile preciоſum, aut nobilia cortuſcãtium gemmarũ ſerta miratur, quorum diſpendijs ſæpe lis mouetur in eccleſia, pax fugatur. Certe tu vna de virginib9, quæ corporis tui gratiã ſplẽdore mẽtis illuminas, (ꝓpior enim es quę eccleſię cõpareris) tu, inquã, in cubiculo tuo & nocturno tẽpore conſtituta, ſemper meditare chriſtum, & eius aduentum omnibus ſperato momentis. Si tardare tibi videtur, exurge. Tardare videtur cum diu dormis, tardare videtur cũ ab oratiõe vacas, tardare videtur cũ vocẽ nõ excitas pſalmis. Primitiasvigiliarũ tuarũ chriſto dicato, primitias actuum tuorũ chriſto immola. Audi- canti.4.
ſti in ſuperioribus quia vocauit te dicẽs: Veni à Libano ſponſa, veni à Libano, trãſibis & pertrãſibis à principio fidei. Tranſibis in ſeculum certatura, pertrãſibis ad chriſtũ triũphatura de ſeculo. Audiſti quia te à leonum & pardorũ, id eſt, à ſpiritualiũ nequitiarũ in curſionib9 ſeperauit. Audiſti quia placet ei tuarũ pulchritudo virtutum. Audiſti quia veſtimentorũ tuorũ area

G mata,hoc est bonum odorẽ integritatis omnibus odoribus prætulit. Audisti quia hortus es clausus, suauium pomiferarũ refertus fructib9. Pete igitur vt aspiret tibi spiritus sanctus, spiret supra cubile tuum, atq; odorẽ piæ mentis & gratię spiritualis accumulet. Respondebit tibi: Ego dormiui, & cor meũ vigilat. Audis vocẽ Canti.5. pulsantis ad ianuã, & dicẽtis: Aperi mihi soror mea, surge, ꝓxima mea, columba mea, ꝓfecta mea, charitate ꝓxima, simplicitate colũba, virtute ꝓfecta, quia caput meũ plenũ est rore. Sicut enim ros cęli nocturnas amouet ficcitates, ita ros domini nostri Iesu Christi nocturnis & secularibus tenebris æternę vitæ stillauit humorẽ. Hoc est caput quod æstu mundi nesciuit aresc ere.
Lucæ. 23. Vnde ait: Quia si in humido hoc faciunt, in arido quid facient? Hoc igitur caput rorat alijs: sibi abũdat. Et bene abundat caput Christi, quia caput tuũ Christus est, qui plen9 est semp, nec liberalitatib9 exhauritur suis, aut diuturna deficit largitate. In hoc caput ferrũ non ascẽdit, quod est instrumẽtũ belli, insigne discordiæ. Nũc expecta & vide, ros ille qualis sit, scilicet non vulgaris humoris. Cincinni autẽ sunt in eo guttarum noctis. Noli, ꝓxima mea accipere cincinnos corporaliũ capillorũ. Nõ illa ornamẽta, sed crimina sunt. Lenocinia formæ, non præcepta virtutis. Alios cincinnos Nazaræus habet, quibus ferrũ nõ ascẽdit, quos nemo precidit, qui nõ calamistris compositi, & arte digesti, sed multiplici crispãte virtutũ nitẽtiũ gratia refulserunt.
H Discę in historia quales Nazaræus cincinnos habeat, quos quãdiu Sãpson habuit intactos, nũq̃ vinci potuit. Cincinnos ꝑdidit, & meritũ virtutis amisit. Audita igitur virtute verbi, quã exueras tunicam nocte, ne quæsieris quẽadmodũ induas eã. Offunditur enĩ & frequẽter offertur per nequitiã spiritalẽ. Quẽadmodũ, iquã, induas eã, obliuiscaris & nescias: & quasi iã domin9 assistat, exors corporaliũ vinculorũ turbata consurgas, interna orationibus præpares mentẽ dum surgis, vt ex humilib9 ad superna cõtẽdas, & studeas fores tui cordis aperire: dũ man9 tuas tendas ad Christũ, fidelẽ tua gesta spirabunt odorẽ. Admoue igitur manus naribus tuis, & odorẽ actuum tuorũ indefessa ac peruigili alacritate mentis explora. Mulcebit te odor dexteræ tuę, & fragrantiã resurrectionis tua mẽbra redolebũt, myrrhã digiti tui sudabunt, hoc est fidei veræ gratiã spiritualia gesta fragrabunt. Capis ergo virgo ex interiore tuo corpore voluptatẽ, & ipsa tibi dulcis, ipsa tibi suauis es, ipsa tibi (quod peccantibus sæpe contingit) non incipis displicere. Plus enim tibi placebit nuda simplicitas corporeæ fraudis exuta tegminib9. Talẽ te Christus desiderauit, talem te Christus elegit. Aperto itaq; ingreditur ostio. Neq; enĩ potest fallere, qui se ingressurum esse ꝓmisit. Complectere igitur quẽ quæsisti, I accede ad ipsum, & illuminaberis: tene illũ, roga ne cito abeat, obsecra ne recedat. Verbũ enĩ dei currit, fastidio nõ capitur, negligẽtia nõ tenetur. Obeat anima tua in verbo eius, & cęlestis sermonis insiste vestigio.
Canti.5. cito enĩ trãsit. Denicq; quid ait illa? Quæsiui eum, & non inueni illum. vocaui eũ, & nõ obaudiuit me. Ne putes displicere te, quæ vocasti, quæ rogasti, quæ aperuisti, quod tã cito abijt. Sinit nos sæpe tẽtari. Denicq; turbis rogãtibus ne recederet, quid ait in Euãgelio? Et alijs ci
Lucæ. 4. uitatibus oportet me euãgelizare verbũ dei, quia ideo missus sum. Sed etiã si tibi ille abisse videtur, tu rursus explora: noli iã deo deuota illos metuẽdos circunforaneos intelliginles timere custodes, noli timere eos qui circũeũt ciuitatẽ, noli vulnera formidare, quæ sequẽtibus Christũ nocere nõ possũt. Etiã si corp9 tuũ, hoc est vitã corporis tui auferant, vicimus est Christ9: quẽ cũ inueneris, vbi cũ eo dẽ cõmorari debes agnosce, ne forte ante discedat. Cito enim deserit negligentes. Quis igitur te nisi sancta ecclesia debet docere quẽadmodũ Christũ teneas? Immo iã docuit, si quę legis intelligas. Quã modicũ, inquit, fuit cũ trãsij ab ipsis, donec inueni quẽ dilexit aĩa mea. tenui eũ, & nõ relinquã eũ. Quib9 igitur Christ9 tenetur? Nõ iniurię nexibus, nõ restiũ nodis, sed vinculis charitatis, mẽtis habenis stringitur, & animæ tenetur affectu. Si vis & tu tenere Christũ, quære iugiter, nec pœnã metuas. Inter enĩ sup plicia frequẽter corporis, inter ipsas persecutorũ manus Christ9 melius inuenitur. Quã modicũ, inquit, fuit cũ trãsiui ab ipsis. Exiguo enĩ spatio breuiq; momẽto cum persecutorũ manus euaseris, nec succubueris potestatib9 mũdi, tibi Christus occurrit, nec te diu tenta ri patitur. Quæ sic Christum requirit, quę christũ inuenit, potest dicere: Tenui eũ, nec relinquã eum, do- Canti.8.
nec introducam eum in domũ matris meę, & in cubiculum eius quę me concepit. Quę est domus matris tuæ. & cubiculũ eius, nisi internũ tuæ secretũq; naturæ? Hanc domũ serua, huius domus mundato penetralia, vt cũ immaculata domus fuerit, nec vllius adulterinæ conscientiæ sordibus inquinata, spiritualis dom9 in ia cerdotium sanctum lapide angulari coaugmentata cõ surgat, & spiritus sanctus habitet in ea. Quæ sic christũ requirit, quæ sic christum obsecrat, non relinquitur ab eo, immo etiam frequenter reuisitur. Est enim nobiscum vsq; ad consummationẽ mundi. Ergo christus repertus est. & tenetur, & repertus est ille qui per feneſtram tuã manũ misit. Quæ est feneſtra nostra, nisi L
per quã opera christi videm9: oculus scilicet animi, & mentis obtutus? Et ideo virgo per feneſtram tuã christus introeat, christus manũ suã mittat per feneſtram, tibi veniat verbi non corporis amor. Si igitur per feneſtram tuam manũ mittit dei verbũ, vide quẽadmodũ feneſtras tuas præpares, vide quemadmodum ab omni puluere delictorũ detergere debeas. Nihil tetrum habeat, nihil adulterinũ feneſtra virginis. Procul ſtibiũ & cæteras affectati nugas decoris, procul adulterini amoris illecebras. Similis aurium causa est, quibus non suspendenda onera, nõ figẽda vulnera, sed vnus ornatus est, audire quod prosit. Ianuam quoq; tuam discę tẽ porib9 obseruare nocturnis, nõ facile quisq̃ patẽtẽ repe riat. Sponsus ipse vult clausam esse cũ pulsat: Ianua nostra, ós nostrũ est. christo ꝓpemodũ soli debet apiri, nec aperiatur nisi ante pulsauerit dei verbũ. Denique ideo scriptũ est: Hort9 cõclus9 soror mea spõsa, hor- Canti.4.
tus cõclusus, fons signat9. Nec facile aperiat os suũ, ne vulgari designet alloquio. Neq; de ipsis diuinis decet nisi verbo dei interpellata respõdeas. Quid tibi cũ cæteris? Soli christo loquere, soli fabulare christo. Si enĩ mulieres in ecclesia taceãt, quãto magis non decet patere virginis ianuam, nõ decet viduæ patere fores? cito ſidiator pudoris obrepit, cito verbũ excidit quod reuocare desideres. Si Euę clausa fuisset ianua: nec Adã deceptus fuisset, nec respondisset interrogata serpẽti. Introiuit mors per feneſtram, hoc ast per Euæ ostium. Hiere. 9.
Ingreditur mors per ostium tuũ, si falsum loquaris, si turpiter, si ꝓcaciter, postremo si vbi nõ oportet loqua
ris. clausę sint igitur labiorũ fores tuorũ, & obseratum M
maneat vocis vestibulũ, tũc fortasse referãdum cũ audieris dei vocem, cũ audieris dei verbũ. Tũc tibi myrrha fudabit, tũc tibi baptismatis aspirabit gratia, vt ab elementis mundi cõmoriare cũ christo, & cũ christo resurgas. Quid adhuc, inquit, velut viuẽtes de hoc mũ Coloſ. 2.
do decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis quæ sunt ad corruptionẽ ipso vsu. corrupte la enim abesse debet à castis. Itaq; carnis & mundi sepelite curã. quia cũ christo resurrexistis, quæ sursum sunt querite, vbi christus est. cũ christũ quæritis, patrem deum videtis. christus enĩ in dextera dei sedet. Sed ea quę christũ requirit, nõ debet esse vulgaris, nõ debet esse in foro, nõ ĩ platæis voce querula, gressu lu

A brica, facilis auditu, vilis aspectu. Terrenũ tibi apostolus cursortiũ negat, & vltra naturæ ꝓpemodũ terminos alis ad cęlũ docet spiritualib9 euolandũ. Quę sur-
Coloſ.3. sum sũt, squit, sapite, nõ quæ sup terrã. Sed qa hoc impossibile erat ĩ hoc corporis velut claustro recluſis, & quia defũctis corpibus aĩa fertur ad supiora reuolare, alligata dũ viuim9, quadã nostrę lege naturę, ideo ad-
Ibidem. didit: Mortui enĩ estis, & vita vestra abscõdita est cum Christo in deo. Si abscõdita est cũ Christo in deo, nõ appareat mũdo. Christ9 enĩ mortu9 est mundo, viuit deo. Vide nũc quẽadmodũ desiderari amet Christus, cõfabulationes nõ amet. Aperuit virgo illa suas fores dei verbo: sed trãsiuit, inquit, & eriuit aĩa mea in ver-
Canti.5. bo eius. Exiuit à mũdo, exiuit à sęculo, remãsit in Christo. Quæsiui, inquit, eũ, & nõ inueni eũ. Amat enĩ Christus duꝝ requiri. Inuenerũt illã custodes mutorũ. Fortasse sũt & alij custodes, quos magis intelligere debea
Apoc.21. mus. Est enĩ ciuitas quæ portas murorũ clausas non habet, de qua dictũ est: Et portæ eius nõ claudentur per diẽ. Nox enĩ nõ erit ampli9 in ea. afferent gloriã & honorẽ gentes in illã. Illa est ergo ciuitas Hierusalẽ quæ in cęlo est, intra quã iam quasi perfecta & immaculata
P seruaris. Non enĩ intrat in eam omne cõmune. Cõmunis castitas nõ est, cõmunis pudicitia nõ est, quę ĩ libro vitæ scribitur. Si igitur inuenimus ciuitatẽ, ingrediamur in eã, videamus lumẽ ei9, videam9 muros, videamus trib9, videam9 fundamẽta muralia, videamus etiã custodes murorũ. Sed quomodo ingrediamur in eã? in hac ciuitate vita est, & vna est via quę ducit ad vitam. Via ergo Christus est. Ergo Christũ sequamur. Sed ipsa in cęlo est ciuitas. Quomõ igitur ascẽdamus ad cæ-
Apoc.21. lum, docet te euangelista, qui dicit: Et eduxit me spiritus in montẽ magnũ & altũ, & ostẽdit mihi ciuitatem sanctã Hierusalẽ descendentem de cælo. Ascendamus ergo spiritu, quia caro ascẽdere ad eã nõ potest. Ascẽdamus nos interim ad cælũ, vt ad nos postea de cælo illa descẽdat, in qua lumẽ est simile lapidis preciosissimi, vt lapidis Iaspidis, & crystalli. Habet murũ magnũ & altũ. Didicisti lumẽ, didicisti murũ: discę portas, di
C scę custodes. Habet inquit, portas duodecim, & ĩ portis angelos duodecim, in quibus duodecim tribuũ filiorũ Israel superscripta sunt nomina. In portis patriarcharũ nomina cõtinẽtur, in muro apostolorũ. Fundamẽta enĩ ciuitatis apostoli, & lapis ãgularis est Christus, in quo oĩs structura cõsurgit. Deus extra, deus intus, de9 vbiq; est. Habet enĩ, inquit, ciuitas maiestatem dei. Ergo & vos sãctę virgines, & quicũq; iusti estis, & immaculatã animę geritis castitatẽ, ciues sãctorũ estis, & domestici dei. Sed tũc nobilitatẽ istã patriæ possidebitis, si Christum intra ciuitatis huius prędepia quæritis, ingressi per fidem, actusq; preciosos patriarcharũ, clarificati lumine, fundati sũper apostolos, versantes inter angelos. Quomodo igitur isti custodes angeli sunt, qui castæ animæ pallium tollunt? Aliud pallium virginum est, aliud adolescẽtiæ circũforanææ. Illa quę in foro Christum requirit, pallium etiã quod habebat amisit. Prudentia enim non in foro & in platęis, sed in ecclesia posidetur. Et fortasse, vt cũ ipsis quoq; venia mus in gratiam, atq; omniũ misericordem deum esse doceamus, quia & illi Christum aliquãdo reperiũt, si tamen iugiter quærant: pallium hoc amictus corporis est. Ergo qui quęsiuit ĩ cubili Christũ, si tamẽ sic quęsiuit, sicut ille qui dixit: Sic memor fui tui super stratum
Pſal.62. Pſal.133. meum. Si quęsiuit iuxta quod scriptum est: in noctibus extollite manus vestras in sancta. Si quęsiuit in ciuitate, in foro, & ĩ platæis, ĩ ciuitate dei nostri: in foro fortasse ĩ quo iudex ille diuini iuris sedet: in platæis vnde collecti sunt qui ad cœnã dominicã cõuenerũt: Potest custodientibus ciuitatem dei angelis dum diu quærit occurrere. Quinetiã ex cęlesti custodum natura cęlestem intelligere possumus ciuitatem, cæleſte forum in D
stitię sempiternæ, nõ viles platæas, sed fortasse in quibus superfluere fons ille consueuit, de quo scriptũ est:
Prouer.5. Superfluãt tibi aquę de tuo fonte, & in platæis tuis diffundantur tuę aquæ. Qui sic ergo Christũ requirit, ad angelos peruenit. Sed si bonis ad angelos meritis peruenitur: cur qui puenerit, vulneratur? Est & gladi9 bonus, cuius gladij bonum vuln9. Vulnerat dei verbum, sed non vlcerat. Est vulnus boni amoris, sunt vulnera charitatis. Ideoq; dixit: Vulnerata charitate ego sum. Quæ perfecta est, vulneratę charitatis est. Bona sunt igitur verbi vulnera, bona sunt amantis vulnera. Vti-
Prou. 27. liora enim vulnera amici, q̃ voluntaria osculã inimici. Vulneratæ charitatis Rebecca est, quæ derelictis patrimonijs migrauit ad sponsum. Vulneratæ charitatis Rachel, quæ zelauit sororem, amauit maritum. Sorori enim quod abundaret filijs, ipsa adhuc sterilis inuidebat, quia typũ gerebat ecclesiæ, cui dicitur: Lętare ste-
Gala. 4. rilis quæ non paris, erumpe & clama quę nõ parturis. Inuenerũt ergo custodes & vulnerauerũt eam, & tulerunt ei pallium. hoc est, actus corporales inuolucrum sustulerunt, vt nuda mentis simplicitas quęreret Christum, quia nemo potest amictu vestitus philosophiæ, in habitu scilicet sapiętiæ secularis Christũ videre. Et
E bene tollitur ei amict9 philosophiæ, ne quis eã per philosophiã deprædetur. Bene tollitur ei pallium quæ ad Christũ propinquat, vt deum visura mundo corde gra-
Matth.5. diatur. Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Denicq; vbi mundauit cor, verbum reperit, deum vidit. Quære ergo illum virgo. Immo quæramus oẽs. Anima enim sexum nõ habet. Sed ideo fortasse fœminem nomen accepit, quod eã violentior æstus corporis angit. Ipsa autem impetus carnis amore sui molliquadã & blanda ratione demulcet. Ergo orationibus & obsecrationibus deũ inuitare debemus vt quasi bonus auster afflare dignetur. verbicq; nobis auram cælestis aspiret, quę fructiferas arbores non turbare vento graui, sed leni spiramine flatuq; molli consueuit agitare. Vnde scriptum est: Posuit me currus Aminadab. eo quod anima nostra cõiungitur corpori, vt velut quidã equorũ fremẽtium currus rectorẽ sui querat aurigam. Aminadab enim pater Naason fuit, sicut in Numeris legimus, qui erat princeps populi Iudæ. Cuius figura refertur ad Christum, qui verus populi princeps animam iusti velut currũ agitator ascendens, verbi habenis gubernat, ne violentorum equorũ furore in abrupta rapiatur. Sunt enim eius velut quatuor equi, quatuor affectiões, ira, cupiditas, voluptas, timor. Quibus Sapiẽ. 9.
furẽtib9 cũ cœperit agi, nequaq̃ seipsa cognoscit. Corruptibile enĩ corpus animã grauat, & tanq̃ irrationabilium animaliũ cursus inuitam rapit, voluentibus curis velut quodam impetu proruentem, donec memoratę F
corporis passiones verbi virtute mitescant. Hæc verbi tanq̃ boni agitatoris est prouidentia, ne illi animæ quę in se nõ est morti obnoxia, corpus mortale coniunctũ agitationẽ sui faciat esse difficilem. Primo igitur hos veloces mot9 corporis domitet, & nexu ratiõis infrenet, dein caueat ne dispari motu se velut equi ĩplicẽt, vt bonũ aut improb9 decoloret, aut tard9 ĩpediat, aut turbid9 ĩquietet. Fremit enĩ equ9 malitię, seleq; iactãdo currũ lędit, grauat iugalẽ. Hũc bon9 auriga demulcet, & in cãpũ veritatis mittit, fraudis declinat anfractus. Tut9 ad superiora cursus est, periculosus ad inferiora descensus. Inde quasi emeriti qui bene portauerint iugum verbi, vsq; ad domini præsepe ducũtur; in quo nõ fœnũ est esca, sed panis qui descendit ẽ cęlo. Huius currus rotæ sunt de quibus dixit propheta: Et spiritus vi-
Ezechi.1. tæ erat in rotis, eo quod currus animæ teres & rotundus sine vlla offensione voluatur. Sed ne longius labamur, inuitatur dei verbum in hortum nucis, in quo fru

Gactus ,ppheticæ lectiõis & ſacerdotalis eſt gratiæ,quę amara in tẽtationib9:dura in laborib9 , in virtutib9 interiorib9 fructuoſa eſt. Vnde etiã virga Aaron nucea
Nũe.17. floruit,nõ iã natura ſua,ſed virtute ſecreta . Deſcẽdat ergo in ortũ ſuũ,vt vindemiet fidẽ,capiat odores, pabulũ cęleſte reperiat,ſuauitatẽ noſtri mellis epuletur,
Canti.5. dicẽs:Vindemiaui myrrhã meã cũ aromatibus meis, mãducaui panẽ meũ,cũ melle meo.Quod diuerſarum virtutũ concretũ floribus,illarũ apũ quę ſapientiã prę dicãt,cõſono opere cõgregatũ, ſancta eccleſia in fauis cõdidit,vt cibus Chriſti ſit. Omnia igitur habemus in Chriſto,oĩs anima accedat ad eũ.Siue corporalib9 ægra peccatis,ſiue clauis quibuſdã ſecularis cupiditatis infixa,ſiue imperfecta adhuc quidem, ſed intenta tamẽ meditatione ,ficiens,ſiue multis aliqua ſit iã perfecta virtutibus,omnis in domini poteſtate eſt,& omnia Chriſtus eſt nobis.Si vulnus curare deſideras,medicus eſt.Si febribus æſtuas,fons eſt. Si grauaris iniqui
tate, iuſtitia eſt.Si auxilio indiges,virtus eſt . Si mortẽ
times,vita eſt . Si cęlum deſideras , via eſt.Si tenebras
fugis,lux eſt.Si cibũ quæris,alimentũ eſt. Guſtate igi-
Pſal.33. tur & videte quoniã ſuauis eſt dominus,beatus vir qui
Marci.5. ſperat in eo.Sperauit in eo illa quæ fluxu ſanguinis laborabat,& cõtinuo ſanata eſt,ſed quia fidelis acceſsit.
& tu cũ fide filia vel fimbriã eius attinge . Iã ſecularių
fluxus voluptatũ modo torrentis exundans,verbi ſalu
taris calore ſiccabitur,ſi cũ fide accedas tamen, ſi pari
deuotione diuini ſermonis extremã ſaltem fimbriã cõ
prehẽdas,ſi tremens procidas ante domini pedes.Vbi
ſunt pedes verbi,niſi vbi eſt corpus Chriſti? O theſau
rus omnibus opulẽtior fides. O virtutib9 corporis om
nibus fides fortior.O medicus omnibus ſalutarior.Si-
H mul ut acceſsit mulier,virtutem ſenſit, medicinam im
petrauit.Et ſi oculũ lumini admoueas,illuminatur ante-
quã ſentias,& operatio lucis præuenit apparatũ.Paſ-
ſio inueterata,paſsio immedicabilis , quę & artis omnẽ vicerat excogitationẽ, & pecuniarũ ſubminiſtrationẽ,ſolo fimbrię curatur attactu. Illius igitur fœminæ tibi virgo & in adeundo ſeruanda verecũdia , & in
fide imitãda deuotio eſt.Quãta vero illa gratia , quod
ea quæ videri erubeſcebat , vitium tamen nõ erubuit
confiteri?Noli ergo lapſus occulere tuos , fatere quod
ille iam nouit,noli erubeſcere quod nõ erubuerũt p-
phetæ. Audi Hieremiã dicẽtẽ:Sana me domine, & ſa-
Hiere.17. nabor.Sic & illa dixit cũ tangeret fimbriã:Sana me do
mine,& ſanabor.ſalua me domine , & ſaluabor , quia
gloria mea tu es.Sola enim ſana eſt, quã tu ſanaueris.
Si quis tamen tibi dicat(quia ſic plerũq; tentãtur fide-
Mat.27. les)Vbi eſt verbũ domini?veniat . Dictum eſt enim de
domino:Deſcẽdat nũc de cruce,& credimus ei: cõfi-
I dit in deo,liberet nũc eum ſi vult. Siquis ergo tibi inſultãdo hoc dixerit,& te in fabulas voluerit euocare,
noli reſpõdere ei.Noluit enĩ talibus reſpondere Chri
ſtus.Solũ Chriſtũ interroga. Illis enĩ ſi dixeris, nõ cre
Hiere.17. dẽt:ſi interrogaueris,nõ reſpõdebũt tibi. Dic ſoli ver
bo:Nõ laboraui ſequẽs poſt te , & diẽ hominis nõ con
cupiui.Hoc dixit illa mulier,& ſtetit ſanguis . Quãuis fatigata,quãuis ægra quę diu quæſierat Chriſtũ , dixit tamẽ:Nõ laboraui ſequẽs poſt te.Neq; enĩ laborat quę Chriſtũ ſequitur,cũ laborãtes ad ſe vt requieſcãt euo
cet.Ergo ipſũ ſequamur.Quãdiu ipſũ ſequimur , non
Eſaię.40 laboram9,quia nõ eſt labor in Iacob.Et in Eſaia: Qui expectãt dominũ:currẽt,& nõ laborabũt. Deinde cũ quęreret Chriſtus quis tetigiſset eum , nõne tibi videtur illa dixiſſe,Quid interrogas? Domine tu ſcis : quæ prodeunt per labia mea,ante faciem tuã ſunt. Et ideo
Hiere.17. nõ confundor peccata propria cõfiteri. Confundãtur qui perſequũtur me,& nõ confundar ego. Non confu
Lucæ.5. ſus eſt Petrus dicere:Exi à me domine, quia peccator ſum ego. Vir enim ſapiens & grauis,in quo eſset eccle
ſiæ firmamentũ,& magiſteriũ diſciplinę, nihil vtilius K
ſibi eſſe proſpexit,q̃ ne ſecundãtis operis extolleretur
euentu. Et ideo,Exi,inquit,à me domine . Non rogat
vt deſeratur,ſed ne infletur.Paul9 quoq; carnis ſtimu- 2. Cor.12
lo gloriatur,quod ſibi ne extolleretur , prouiſum eſt.
Illecebroſa iactãtia eſt,quã etiã Paulus veretur . Lubri
ca,quæ etiã in Paulo cauetur.Sed non iſte facili mobi
lis caſu,qui reuelationib9 timebat extolli.Et ideo qua
ſi fortis athleta lætatur quod vulnere corpis emere di
dicerat animæ ſanitatem . Ergo & tu ſi munera diuina
ſuperfluere in te & redundare cognoueris, tuam meti
re virtutem,gratiam deo redde , cõtemplationẽq; cor
poris,velut nauis ſaburrã ſuſcipe, ne te in tantis mun-
di fluctibus iactãtiæ alicuius aura circũferat. Apes illa
ſapiens cum aeris motus ſuſpectos habet, lapillis ſæpe
ſublatis per inania ſe librat nubila,ne leue alarum re-
migium præcipitent flabra ventorũ . Paulus & Barna- Actu. 14.
bas putauerunt ſe grauari cum cernerẽt ſe adorari.Et
tu caue virgo illius apiculæ modo ne alarum tuarum
volatum aura mundi huius extollat . Habet enim ania
ma volatus ſuos.Et ideo dictum eſt : Qui ſunt iſti qui Eſaiæ. 60
ſicut nubes volant,& ſicut columbę cũ pullis ſuis?Ha-
bet ergo anima ſpirituales volatus,quæ breui momen
to totum percurrit orbẽ. Liberæ enim ſunt cogitatio-
nes prudẽtiũ. Quanto ad altiora & diuiniora ſe ſubri
gunt,tanto magis ſine vllo terrenæ molis impedimen
to feruntur.itaq; adhærens deo,& imaginis in ſe refe-
rens cęleſtis effigiem , vbi curſus ſuos ab equorũ per-
turbatione placidauerit, in illum æthereum purũq; lo
cum plauſu ſpiritualiũ euecta pennarũ deſpicit omnia
quæ in hoc mundo ſunt,& æternis intenta virtutibus ſu
pra mũdum labitur.Supra mũdum enĩ iuſtitia eſt, ſu-
pra mũdum caſtitas,ſupra mũdũ bonitas,ſupra mun-
dum eſt ſapientia:& ſi in hoc mundo ſit, ſupra mundũ L
tamen eſt.Supra mũdum erat iuſtitia, cũ omnia regna, Matt.4.
mundi & vniuerſam eius gloriã diabolus offerret.Su-
pra mundum fuit,quę de mundo nihil attigit. Denię Ioan. 14.
ait:Venit huius mundi princeps , & in me inuenit ni-
hil.Diſcite ergo in hoc mundo ſupra mũdum eſse : &
ſi corpus geritis,volitet in vobis ales interior . Supra
mũdum eſt ille qui tollit deũ in corpore ſuo. Sed deũ
imitari nõ poſsumus,imitemur apoſtolos quos mun-
dus odio habuit,quia nõ erant de hoc mũdo. Hos imi
tare,hos ſequere. Sed arduum putas humana virtute
ſupra mũdum aſcendere.Bene aſseris:Nam & Apoſto
li non quaſi conſortes,ſed quaſi diſcipuli ſequendo do
minum ſupra mũdum eſse meruerunt.Et tu eſto Chri
ſti diſcipula,Chriſti æmula:& pro te rogat, qui p illis
rogauit.Non enim pro Apoſtolis tantũ, inquit, rogo, Ioan . 17.
ſed & pro ijs qui credent per ſermonẽ eorum in me,vt
omnes vnũ ſint. Vnum igitur nos eſse vult dominus, M
vt ſupra mundum ſimus omnes,vt vna ſit caſtitas,vna
voluntas.vna bonitas,vna gratia . His enĩ alitur & au-
getur animę volatus.Ergo non pigreſcamus deſerere
terrena.Ea eſt enĩ natura pennarũ, vt agitando ſe vir-
tutẽ capiat.eo inuatur volatus, quo anima delectatur.
Quæ ſi ſemp deum ſequatur,atq; in domo domini ha-
bitare deſideret,& eius delectatione paſcatur,ac mira
culis virtutũ alatur cæleſtiũ:foris relinquet inuidiam,
quę extra chorũ eſt angelorũ,foris cupiditates corpo
ris,quę tẽplũ dei maculare non debẽt. Et ideo quoniã
tẽplum dei ſum9,materiales à nobis ſolicitudines ab-
dicemus. Ac ne forte philoſophica alicui aut poetica
vſurpaſse videamur,vt currus, equos , alas animæ di-
ceremus,quæ illi magis aſsũpſere de noſtris : domeſti
cis nos vſos ſubſidijs, ,ppheticæ ſeries lectiõis oĩs oſtẽ
dit,quę in hunc modum à ſancto Ezechiel ſcripta eſt.
Et facta eſt illic ſuper me manus domini, & vidi, & ec Ezechi.1.
ce ſpiritus vrgens veniebat ab aquilone, & nubes ma-
gna erat in eo,& ignis refulgens, & lumen in eo, & in

A medio ſicut lumẽ electri ĩ medio ignis , & lumẽ in eo, & in medio ſicut ſimilitudo quatuor animaliũ . Vides igitur animalia iã quatuor eſse deſcripta . Cuiuſmodi ſint animalia iſta , debem9 aduertere.Similitudo, inquit,vult9 eorũ facies hominis, & facies leonis à dextris illorũ quatuor , & facies vituli à ſiniſtris ipſorum quatuor,& facies aquilæ deſup ipſorũ quatuor , & alæ eorũ extẽſæ. Hic quoq; animã deſcribi accepimus,cui9 quatuor aĩalia,quatuor affectiones ſunt, ſed non ita vt illæ quas ſupra deſcripſim9 . Adhuc enĩ illæ eruditũtur animæ. ,pceſsũq; accipiũt,hæc iã perfecta deſcribitur. Deniq; illæ inuitãtur ad cęlũ,hęc in celo eſt cũ dei verbo. Habet autem quatuor affectiões,id eſt,ſimilitudini hominis,leonis,vituli,& aquilæ cõparãdas. Quas formas librorũ euãgelicorũ ,pprietate accepim9 figuratas. Et ideo hic quoq; in homine rationabilis, in leone impetibilis,in vitulo cõcupiſcibilis,in aquila viſibilis, per figuras animaliũ,ſpecies affectiõis expreſsa eſt.Nã in omni ſapiẽte viro prudentes græciæ eſse memorauerũt λογιστικὸν θυμικὸν ἐπιθυμητικὸν διορατικὸν,Latini vero prudẽtiã,fortitudinẽ,tẽperãtiã,atq; iuſtitiã.Prudẽtia enĩ ratiõis humanæ eſt.Fortitudo vim quãdã ferociẽtis virtutis habet,mortiſq; contẽptũ. Temperãtia ſacratæ vinculo charitatis, myſteriorũq; contẽplatione cæleſtiũ negligit corporis voluptates . Iuſtitia in al
to quodã ſuggeſtu locata videt explorãtq; oĩa , quæ alijs poti9 nata q̃ ſibi,nõ tã ſuas vtilitates q̃ publica emo
lumẽta rimatur.Meritoq; aĩa operata iuſtitiã,formã aquilæ accipit,quod terrena defugiẽs,totaq; cæleſti ſublimis & intẽta myſterio , reſurrectiõis gloriã precio
B æquitatis adipiſcitur,Propter quod ad eã dictũ eſt: Re
nouabitur ſicut aquilæ iuuẽtus tua . Eſt ergo & iuxta
Pſal. 102. Dauid,alis ſpiritualib9 fulta,quã eouſq; volucrẽ nobis
Pſal . 123. voluit declarare,vt alibi quoq; diceret: Anima noſtra
Pſel.10. ſicut paſser erepta eſt de laqueo venãtium. Et alibi:In domino cõfido ,quomõ dicitis animæ meæ,trãſmigra in mõtes ſicut paſser?Habet igitur alas aĩa ſuas , quibus ſe poſsit libera leuare de terris. Alarũ autẽ remigium nõ materialis cõpago pennarũ,ſed cõtinuus ordo bonorũ factorũ eſt: qualis ille dominic9 , cui bene dicitur:In vmbra alarũ tuarũ ſperabo.Nõ ſolũ enĩ manus domini affixæ cruci in modũ volantis extẽtæ , ſed etiã facta cælestia,velut vmbra refrigerãte ſalutis æternæ,mũdi feruẽtis incẽdia tẽperarũt.Ergo quia volãdi nobis data eſt copia , excitet in ſe vnuſquiſq; gratiam dei,ac poſteriora obliniſcens,priora appetẽs, ad deſti
nata cõtendat.Procul à militiæ honorib9,,pcul ab eſti
bus mũdi:ne quod fabulæ ferũt, æſtu ſolis cæra reſolu
ta Icareos volat9 pẽna relabẽte deſtituat. Nã licet gra
uitas dictorũ abſit,poetico tamẽ ſale declarare volue-
rũt prudentiũ maturitati tutos volat9 eſse per ſeculũ, inuenilẽ vero leuitatẽ obnoxiã cupiditatibus mũdi,re
fluẽtib9 pennis,& per obliuia veritatis meritorũ cõpa
ge reſoluta,maiore perniciæ ĩ terrã relabi.Haud faci-
lis volat9 omnib9,difficilis etiã diſcordãtibus in terris animalibus vitæ curſus humanæ eſt. Atſi ſibi actus noſtri ordo conueniat,videbit & in nobis propheta rotã
C illam vnam ſuper terrã coniunctam animalibus qua-
tuor.Videbit ergo rurſus Ezechiel. videt enim adhuc & viget,& vigebit.Videbit inquã rotam in medio rotæ ſuper terrã ſine offenſiõe labentẽ. Rota enim ſuper terram,vita eſt corporis ad animæ aptata virtutem , & ad euangelicũ cohærenti curſu formata præceptũ. Rota autẽ in medio rotæ,veluti vita intra vitam:quod ſanctorum ſibi vita nõ diſsonet,ſed qualis fuerit ſuperioris ętatis,talis ſit & ſequentis:vel quod in hac vita eorporis vitæ voluatur vius ęternę,Cũ iſta cõgruerit , tũc diuina vox reſultet,tunc ſup ſimilitudinẽ throni ſimilitudo ſicut ſpecies hominis apparebit. Hic homo verbum eſt,quia verbũ caro factũ eſt. Hic homo noſtrorum eſt agitator animaliũ, noſtrorũ rector eſt morũ. D
qui pro noſtrorũ ratione meritorũ aut currũ pręſtq; aut montem aſcẽdit,aut nauem , ſed nauem in qua aut Apoſtoli nauigant,aut piſcatur Petrus , Nec enim vilis eſt nauis quæ ducitur in altum,hoc eſt, ab incredulis ſeparatur. Cur enim nauis eligitur in qua Chriſtus ſedeat,turba doceatur,niſi quia nauis eccleſia eſt, quæ pleno dominicę crucis velo ſancti flatu ſpiritus in hoc bene nauigat mundo? In hac naui piſcatur Petrus , & nunc retibus,nunc hamo piſcari iubetur.Grande myſterium.Spiritalis enĩ videtur eſse piſcatio, qua doctri nę hamũ mittere iubetur in ſeculum,vt primum illum martyrem Stephanũ de mari verrat, qui cenſum Chri ſti in interioribus cõtineret.Martyr enĩ Chriſti theſau rus eccleſię.Martyr igitur ille qui de mari cęlum primus aſcendit,captus à Petro,miniſter altaris, non reti ſed hamo leuatus,vt riuo ſui ſanguinis eleuaretur . Cu ius in ore theſaur9 erat, cũ Chriſtũ in cõfeſsiõe loquereturQui enim theſaurus in nobis eſt, niſi dei verbũ? Ergo & retib9 & hamo piſcatur pfectior, vt reti cõclu dat,hamo adurat.Sed reti turba cõcluditur, hamo ſin gularis erigitur.O ſi mihi liceret illum hamum vorare qui adureret oſ meũ,& leui daret ſalutẽ vulnere . Intrate igitur filiæ in Apoſtolorũ retia, quę nõ hominis autoritate,ſed dei voce laxantur. Rete enĩ ſapiẽtiæ ſpi E
ritalis atq; doctrinæ regnũ cęlorũ eſt, quia ſcriptũ eſt: Simile eſt regnũ cęlorum reti miſso in mare. Audiſtis Matth.15.
hodie dicẽtem dominũ Ieſum Simoni: Duc in altum, Lucæ.5.
& laxate retia veſtra in capturam. Ante nõ ducebat in altũ Petr9,quãdo piſcabatur ĩ ſtagno . Et ſi mare erat, altũ nõ erat. Altũ mare ſcriptura neſcit.Quid ergo ſit altũ,accipe. Aqua alta,conſiliũ in corde viri. Altũ cor viri eſt,vbi nihil vadoſum eſt . Duc ergo in altũ diſputatiõis tuæ fideiq; remigiũ,duc in cor viri . Per parabo lam hic vocat ad eccleſiam Petrũ , quem ſecũdũ Mat-
thæum ſimplici vocauit ſermone dicens:Venite, & fa- Matt.4.
ciam vos piſcatores hominũ. Eſt & aliud myſterium. Duc in altum:quia ante in arena erat quãdo in ſynago ga erat.alta nõ erat aqua Iudęę . Denię Samaritana & puteum altum putabat dicens: Et puteus altus eſt , vn- Ioan.4.
de mihi aquam viuam habes dare? Nõ ergo ducere in altũ poterat,quãdo cũ Iudæis credebat,qui etiã de puteo aquã haurire nõ poterãt. Ideo dicitur Petro : Duc in altum.hoc eſt,duc ad Chriſtũ. Altus enĩ Chriſtus, de quo dicitur ad Ioannẽ à patre: Et tu puer propheta Lucę.1.
altiſsimi vocaberis. Duc ergo ad Chriſtũ . Et bene altũ,in quo eſt altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ dei. Rom. 11.
Duc in altum,quia altus ſuper altum cuſtodiet & exal
tabit.Ibi ergo altæ aquæ vbi Chriſt9 eſt,hoc eſt , fides, altæ aquæ,quæ timent deum,quales ille:Viderunt te a- Pſal.76.
quæ de9,viderunt te aquæ, & timuerũt . Apud Iudeos aqua alta nõ erat in corde viri:ideoq; dominus ait?Po Mat.15.
pulus hic labijs me honorat,cor autẽ eorum lõge eſt à F
me.In corde amat eſse Chriſtus.Sicut enim fuit Ionas Ibidẽ.12.
in ventre ceti tribus diebus,& trib9 noctib9 : ſic erit & fili9 hoĩs in corde terræ trib9 dieb9, & trib9 noctib9.
Denię vt ſcias quia de fide dicit,Duc in altũ:ait Petr9: Lucæ : 4.
Præceptor,per totã noctem laborãtes nihil cepimus, ſed in verbo tuo laxabo retia. Noctem habebat Petrus anteq; Chriſtum videret.Nondum enim venerat dies, quia veram nõ viderat lucem.Synagoga nox eſt, dies eccleſia eſt.Vnde & Paulus dicit: Nox præceſsit , dies Rom.13.
autem appropiquauit.Bona lux, quę perfidię excuſsit caliginem,fidei diem fecit,Dies factus eſt Petrus, dies Paulus.Ideoq; hodie natali eorũ ſpirituſsanctus increpuit dicẽs:Dies diei eructat verbũ,hoc eſt , ex intimo Pſal.18.
theſauro cordis fidẽ prædicãt Chriſti.Et bonus vterq; dies,qui nobis verum lumen euomuit . Hæc in euangelio legimus.Et fortaſse in cęlo hodie de nobis Chriſti & Petri iſte ſit ſermo.Quotidie piſcatur Petrus , quo-

G tidie ei dicit dominus: Duc in altum. Videor mihi audire dicētē Petrū: Pręceptor, per tōtā noctem laborātes nihil cepim⁹. Nox fuit cū pauciores ad vigilias cō uenerūt. Laborabat in nobis Petrus, quādo noſtra laborabat deuotio. Laborabat & Paul⁹. Denicꝫ audiſtis
2. Cor. 11. dicētē hodie: Quis infirmatur, & ego nō infimor? Nolite facere vt pro vobis laborēt Apoſtoli. ergo dicunt ei: Per totā noctē laborantes nihil cepimus. Null⁹ certe de ditiorib⁹ ieiunauit. Quibus hodie bene reſpōdit
1. Petri. 1. Petrus: In timore hoc incolatus veſtri tēpus cōuerſamini, ſciētes quod non corruptilibus argēto vel auro redēpti eſtis de vana veſtra cōuerſatione paternę traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incōtamina ti & immaculati Chriſti Ieſu. Nō ergo aurū & argentū vos liberauit, ſed ꝓbatio fidei multo precioſior auro quod perit. Bonus ſeruus preciū ſtudet pręparare domino quod pro ſe ſolutū eſt. Noli aurū parare filia, noli argētū. Nō diuitijs iſtis te Chriſtus redemit. Para tū habeto preciū: nō ſemper exigeris, ſed ſemper debes. Sanguinē ſoluit, ſanguinē debes. Ille pro te ſoluit, tu pro te redde. Eramus oppignerati malo creditori peccatis. Contraximus chirographū culpę, pœnā ſanguinis debebamus. Venit dominus Ieſus, ſuum pro nobis ſanguinē obtulit. Sed nō potes ſanguinē reddere.
H Bonus quidē ſeruus debet preciū ſuū reparare domino ſuo. Sed ſi nō poteſt precium reddere: vel hoc faciet, ne precio videatur indign⁹. Ergo & tu dignum te gere tali precio, ne veniat Chriſtus qui te mūdauit, qui
Pſal. 29. te redemit, & ſi te in peccato inuenerit, dicat tibi: Quę vtilitas in ſanguine meo? Quid profeci tibi, dū deſcendo in corruptionē? Sed ne mireris quomodo deſcēderit in corruptionē, cuius caro (vt alibi ſcriptū eſt) non
Actuū. 2. vidit corruptionē. Deſcēdit quidē in locū corruptionis, qui penetrauit inferna, ſed corruptionem incorruptus excluſit. Verū vt iā ad ſuperiora redeamus, rogate vt & mihi dicatur: Duc in altū, & laxate retia veſtra in capturā. Quis enim eſt qui ſine deo piſcetur hāc plebē, præſertim cū tātæ tēpeſtates & procellæ mūdi hums obſiſtāt? Sed quando vult dominus, iubet laxare retia, & captur multitudo piſciū. Nec ſolū vna, ſed etiā
I altera nauis impletur, quia plures eccleſię immaculata plebe cōplētur. Et bene accidit, quia nos laboraturos dominus ſciebat, & auxiliū de ſocijs miniſtrauit. Adeſt piſcator eccleſiæ Bononienſis aptus ad hoc piſcādi genus. Da domine piſces, quia dediſti adiutores. Nec tamē noſtris ſed apoſtolicis vtimur retibus. In illos ſinus & quoſdā Apoſtolicarū diſputationū receſſus veſtrū ō filiæ cogatur agmē. Viuificet vos Petr⁹ filiæ, qui & pro vidua interuenit, qnāto magis pro virgine? Qui diutius viduas flere non paſsus, motus earū lachrymis ſuſcitauit altricē. Viuificet vos Paulus, qui vos præce-
1. Cor. 7. pit honorari, q ait, Bonū eſt ſi ſic maneāt ſicut & ego. Honore pronocāt, magiſterio docet, inuitat exemplo. Viuificet ille qui relictis ſuis omnibus ſecutus eſt dominū, ſecutus eſt Petrus, ſecutus eſt Ioānes. Vide quid piſcator etiā iſte profecerit, dū in mari lucrū ſuū quęrit, vitā inuenit omniū. Lēbū deſeruit, deum repetit. Scalmū reliquit, verbū iuenit. Lina laxauit, fidē vinxit. Pli cauit retia, homines eleuauit. Mare ſpreuit, cælum acquiſiuit. Hic ergo piſcator dum ipſe turbato agitatur ſalo, mobili mētes ſtatione nutātes fundauit in petra. Adſtruamus igitur piſcatoris artem frequētius, vt ple nius de virtute credam⁹. Fuerit miniſter ignobilis, vt ſit euāgeliſta nobilior. Paupertate egens, vt virtute locupletior. Vilis ad honorē videtur, ſed præcioſus ad fidē. Quāto minus creditur piſcatori, tāto ampli⁹ creditur, quia nō ſua, ſed diuina ſunt quę locutus eſt. Obſequitur plebeia conditio, expectationem aufert ſapientię ſecularis, opinionem auget ſapientię ſpiritalis. Qui legem nō didicit, & quæ legis ſunt ſapit, ipſe ſibi
K lex eſt. Qui legē nō didicit, & vltra legē loquitur, ab eo accipit à quo ipſa lex venit. Quæ tam repentina dignitas? Piſcatores duo in monte domini, vni latori legis, executori alteri conferūtur. Videte qualis iſte piſcator ſit. Moyſes quidem terrena omnia & mundanæ ſapientiæ altidinem ſupergreſsus, vſq; ad cælum & ſidera prudentia mentis aſcendit. Piſcatoris iſtius mens non nubibus caligatur, non tēporibus includitur: non myſterijs naturæ cęleſtis excluditur, ſed omnem corporalem materiā ſupergreſsa, verbū apud deū vidit, & quod verbum ipſum deus eſset aſpexit. Nec obtutu carnis in Petro infirmata trepidauit, ſed dei filiū etiā in homine deprehēdit, vt aſsūptio corporis ad ius diuinitatis aſſumētis adſcita, in nomen tranſiret autoris. Et Moyſes quidem cum dicit Et dixit de⁹, & fecit de⁹: patrem filiūq; ſignauit. Sed ille nō ignorabat, ego adhuc ignorabā. Denique poſt legem populus errauit, poſt euangeliū credidit. Magna in diuerſis virtutibus dei gratia. In illo quia mūdum deſcripſit, in iſto quia mundum ignorauit.

FINIS.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANENſis ad virgines exhortatio.

VI ad cōuiuium magnum in
uitantur, apophoreta ſecum
referre cōſuerūt. Ego ad Bo
nonienſe inuitat⁹ cōuiuium,
vbi ſancti martyris celebrata
trāſlatio eſt, apophoreta vo
bis plena ſanctitatis & gratiæ
reſeruaui. Apophoreta aūt ſo
lent habere tryūphos princi-
pū. & hæc apophoreta tryūphalia ſunt. Chriſti enim noſtri principis triūphi ſunt martyrū palmæ. Nec vero huc dirigebā iter, ſed quia petitus à vobis ſum, debui mecum deferre quæ alijs parabantur, ne minor ad vos venirē: vt quod in me minus eſt q̄ preſumebatur, in martyre plus inueniretur. Martyri nomen Agricola eſt, cui Vitalis ſeruus fuit ante, nunc conſors & collega martyrij. Præceſsit ſeruus vt prouideret locū, ſecutus eſt dominus, ſecurus quod fide ſeruuli iam inueM niret paratum. Non aliena laudamus. Paſsio enī ſerui, domini diſciplina eſt. Hic inſtituit, ille impleuit. Nihil illi decerpitur. Quomodo enim minui poteſt quod Chriſtus donauit? Egregie & ille qui homini ſeruiuit, ſeruienda didicit quomodo Chriſto placeret. Hic tamē geminā laudē acquiſiuit: i illo magiſterij, in ſe martyrij. Certauerūt tamen iter ſe inuicē beneficijs poſtq̄ ęquales eſse meruerunt. Hic illum ad martyriū præmi
1. Cor. 7. ſit, iſte illum accerſiuit. Nullum ergo ad cōmēdationē hominis conditio affert impedimentum, nec dignitas profapiæ meritum, ſed fides affert. Siue ſeruus, ſiue liber, omnes in chriſto vnū ſum⁹: & vnuſquiſq; quodcū que fecerit bonum, hoc recipiet à domino. Nec ſeruitus derogat, nec libertas adiuuat. Vide ad eam rem q̄ nihil in conditione momēti ſit. Seruus, inquit, vocatus es? non ſit tibi curę. Qui enī vocatus eſt in domino ſeruus, libertus eſt domini. Similiter qui liber vocat⁹ eſt, ſeruus eſt Chriſti. Vide inquā vim Apoſtoli. Plus putatur dediſse ei qui ſeruus, q̄ ei qui liber vocat⁹ eſt. Ex ſerua enī libertus Chriſti fit, ex libero ſeruus. Sed nul
Ii plus dedit, verum vtriq; ęqualem menſuram diuiſit. Apud Chriſtum enim ſeruitus & libertas ęqua lance pēdūtur, nec vllo diſcerniculo bonę ſeruitutis & liber-

A tatis merita diuiduntur, quia nulla maior eſt dignitas
Roma. 1. q̄ ſeruire Chriſto. Denicꝫ Paulus ſeruus Chriſti Ieſu. Hæc enim ſeruitus glorioſa eſt, in qua gloriatur Apoſtolus. An nō ſumma gloria eſt, quādo tali precio æſtimati ſum⁹, vt ſanguine domini redimeremur, Sed per gamus ad cętera. Cūq; ſanctus Vitalis cogeretur à perſequentibus vt Chriſtū negaret, & ille amplius profiteretur dominū Ieſum Chriſtū, omnia tormētorum genera in eū exercentes, vt nō eſset in corpore eius ſine vulnere locus, oratione fudit ad dominū, dicēs: Domine Ieſu Chriſte ſaluator meus, & deus meus, iube ſuſci pi ſpiritum meū, quia iā deſidero vt accipiā coronam, quam angelus tuus ſanctus mihi oſtendit. Et completa oratione emiſit ſpiritū. Sanctus vero Agricola mitior habebatur moribus, vt ab ipſis etiā inimicis diligeretur. Ideoq; differebāt eius paſsionē. Sed hæc perſecutorū honorificentia, omni erat immanitate acerbior, quæ inuidebat martyriū. Denicꝫ vbi nō acquieuit ſanctus Agricola, crucifixus eſt, vt aduertamus illas blādi tias eorum nō ſedulitatis fuiſſe, ſed fraudis. Supplicio ſerui, dominū terrere voluerūt. Vertit hoc Chriſt⁹ in gratiā, vt martyrio ſerui domin⁹ inuitaretur. Vtriq; no
B men aptū martyrio, vt deſignati ad martyriū ipſis vocabulis videretur. Ille Vitalis dictus eſt, quaſi qui cōtēptu iſtius vitæ, verā illā vitā æternā ſibi haberet acquirere; Iſte Agricola, qui bonos fructus ſpiritalis gratiæ ſeminaret, & ſacri ſanguinis effuſione, meritorum ſuorū oīm virtutūq; rigaret plātaria. Sepulti antē erāt Agricola & Vitalis in Iudæorū ſolo inter ipſorū ſepulchra. Iudæi ambierūt cū ſeruulis ſepulturæ habere
Num. 23. cōſortium, quorū dominū negauerūt. Sic & aliquādo Balaā dixit: Moriatur anima mea pro animis iuſtorum & tamē nō cōmunicauit eorū operib⁹ cū viueret, quorū in animis cupiebat mori. Et iſti quos viuētes perſecuti ſunt, mortuos honorabant. Illic igitur martyris exuuias requirebamus, tanq̄ inter ſpinas roſam legentes. circūfundebamur Iudæis, cū ſacræ reliquiæ euehe rentur. Aderat popul⁹ eccleſię cū plauſu & lætitia. Di cebāt Iudæi: Flores viſi ſunt in terra, cū viderent martyres. Dicebant Chriſtiani: tēpus inciſionis adeſt. Iam qui metit, mercedē accipit. Alij ſeminauerunt, & nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Iudæi
Cant. 2. voces plaudentis Eccleſiæ, dicebant inter ſe: vox turturis audita eſt in terra noſtra. Vnde bene lectum eſt:
Pſal. 18. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcien
C tiā. Dies diei. Chriſtianus Chriſtiano. Nox nocti, Iudæus Iudæo. Indicabāt ergo Iudæi quod haberēt ſciētiā martyrū, ſed non ſcientiā verbi. Id eſt non ſecundū illā ſolius boni, & ſolius veri ſcientiā. Ignorātes enim
Rom. 10. dei iuſtitiam, & volētes ſe iuſtificare, iuſtitiā dei nō receperunt. Detuli ergo vobis munera, quæ meis legi'matribus, id eſt, crucis trophea, cuius gratiam in operibus agnoſcitis. Certe & ipſi dæmones cōfitētur. Cōdāt alij aurum atq; argētum, ac de latentibus eruāt venis. Legant preciosa moniliū ſerta. Temporalis ille theſaurus eſt, & ſæpe habētibus pernicioſus. Nos legim⁹ martyris clauos, & multos quidē, & plura fuerūt vulnera quā mēbra. Clamare martyrē diceres ad populum Iudæorum, cū clauos eius colligerēmus: Mitte man⁹ tuas
Ioan. 20. in latus meū, & noli eſse incredulus, ſed fidelis. Collegimus ſanguinē triūphalē, & crucis lignum. Hæc ſancte viduæ negare nō potuimus poſtulanti. Munera itaque ſalutis accipite, quæ nunc ſub ſacris altaribus recōduntur. Ea igitur vidua ſancta eſt Iuliana, quæ hoc domino tēplum parauit atq; obtulit, quod hodie dedicamus, digna tali oblatione, quę in ſobole ſua tēpla iam domino pudicitiæ atq; integritatis ſacrauit. Dum Iulia nā volui dicere, Iudæā dixi. Non errauit lingua, ſed definiuit. Iudæa enim eſt anima quæ Chriſtū fatetur.
Pſal. 75. Deniq; notus in Iudæa deus. Id eſt, vbi agnoſcebatur deus, non vbi negabatur. Eſt ergo in ſpiritu Iudæa, vbi D maior portio intellectus & ſyncerior, quia ſalus ex iudæis eſt. Linguæ igitur error teſtimoniū ſanctitatis in
Ioan. 4. uenit. Honoremus ergo hāc viduā, quia ſcriptū eſt: Viduas honora quæ vere viduę ſunt. Licet verborum no
1. Tim. 5. ſtrorum honorem non ambiat quæ Apoſtoli mandatum adæquauerit, habens in bonis operibus teſtimonium: quæ bene filios educauerit, melius inſtituerit. Quis hanc non vt deſtitutam & miſerabilem deploRauit quando amiſit maritum? At iſta miniſtrum ſacris creptum altaribus amplius ingemuit, quam ſibi coniugem, aut patrem filijs. Nam etſi præſidio eſset mariti viduata & ſolatio, tamen apud piam mentem cauſa Eccleſiæ præponderabat. Succinxit itaque mentis viſcera, & circunfuſam ſe videns numero filiarum triū, & vnius filij, quo ſolent terreri cæteræ, hoc fortior facta, tali filios alloquio conuenit: Filij amiſiſtis patrem, matrem habetis. Melior quidem fuiſſet illa commutatio, ſi pater viueret, mater deeſset. Tamen infirma licet & deſolata oſtēdo vobis, ſi vultis ſequi, quo arbitremini patrem vobis non deceſsiſſe. Habebitis enim meliorem de cælo parentem. Ille eſt qui & hoſ ſuſſuſſit patres. Quid enim aliud iam ſupereſt ſpei? Pater vobis fuit dines gratia, non pecunia, opulentis miniſterio, non patrimonio, cuius hæreditas fides eſt locuples deo, ſed egena ſeculo. Satis vos diuites reliquit, ſi propoſitum eius ſequamini. Sola eſt fides vtrique indiſcreta ſexui, cēſus virorum, dos virginum. Et tu quidem fili aliquāto ꝓpior patri, agnoſce quæ matri debeas, quod domui vocabulum reddas. ætas te excuſat, ſed hæreditas vocat. Iucundentur fili pater & mater
E in te. Noli matrem contemnere quaſi imprudentem. Regis admonitio, inquit, quæ mater ſua; qui filius, qui ſeruat dictiones dei? Primogenite tibi dico fili, q fili⁹ mei ventris, qui natus mearum orationum, ne dederis mulieri tuam honeſtatē. Audis quid ſapiēs dicat, quid ſcriptura aſſerat. Conſidera quis te vt naſcereris iuuerit, filius es votorum magis q̄ dolorum meorū. Cōſidera cui te mulieri pater tali nomine deſignauerit qui vocauit Laurentiū. Ibi vota depoſuimus, inde nomen aſſumpſimus. Vota effectus ſecutus eſt, redde martyri quod debes martyri. Ille te nobis impetrauit, tu reſtitue quod de te huiuſmodi nominis appellatione promiſimus. Quid autē eſt fili aliud quod eligēdum putes, niſi deum patrū tuorū? Ipſe enim pauperes & diuites facit, humiles & excelſos facit: ſuſcitat à terra pauperē, & de ſtercore inopē, & ſedere eum facit cū potentatibus in tribunali honoris & hæreditatis. Dat votum optanti, & benedicet annos iuſti. Quid hoc fili
F præcellentius, aut quid eſt vita hominis in hac terra ni ſi leuis curſor? En tranſuimus, & nihil vidimus. Atque vtinā hunc curſorē imitaremur, vt nihil videremus, &
Iob. 7. nulla portaremus onera. Sed quod eſt grauius, curſus vacuus, & onera inania. Inania quidē, ſed nō leuia, neque delicti vacua, quia graue fœnus peccati eſt. Vnde clamat ſanctus Iob: Nonne tēratio eſt vita hominis in terra? ait ſicut mercenarij quotidiani vita eius, & ſicut ſeruus timens dominū ſuū, qui vmbrā inuenerit, & ſicut mercenarius expectās mercedē ſuā, ſic ego expectaui in vacuū. Noctes autē dolorū datæ ſunt mihi. Si dormiero dico, Quādo dies? Cū ſurrexero, iterū. Quādo veſper? Plenus ſum dolorū à veſpere vſq; mane. Vita autē mea leuior q̄ fauilla. Perijt autē in vana ſpe. Nihil igitur eſt homo, niſi tu domine intēdas in eū, & viſitationē ei⁹ facias vſq; mane, & in requiē eū inducas. Arbor ſi excidatur, repullulat, & floret ab aquæ odore. Homo cū ecciderit, nihil eſt, ingruit ſuper eū dolores. Hāc igitur tentationē tantarū neceſsitatū ſi vultis filij vitare, integritas corporis expetēda vobis eſt, quā ego pro cōſilio ſuadeo, nō pro imperio præcipio.

G Sola eſt enim virginitas quæ ſuaderi poteſt, imperari nō poteſt, res magis voti q̄ præcepti. Quod enim gratiæ eſt, non iubetur, ſed deſideratur, electionisq; magis
1. Cor. 7. eſt q̄ ſeruitutis. Vnde & Apoſtolus dicit: De virginib⁹ autē præceptū domini nō habeo, cōſiliū autē do tanquam miſericordiā cōſecutus à domino. Legerat enim
Eſa. 56. dixiſſe dominū ſpadonibus: Quicūq; cuſtodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego volo, & ample ctētur teſtamētum meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locū nominatū, meliorē filiorū & filiarum, nomen æternum dabo illis, & non deficient. Meliorem, inquit, locum vobis dabo, ſpadonibus dicit: ijs videlicet qui ſe recta genitali parte abſciderint. Ipſi ſunt ergo qui habēt in cælo præmia cæteris præſtātiora. Hoc in euangelio ſuo prædicat dei filius: Dicentibus enim Apoſtolis, quia ſi ita eſt cauſa viri, vt non licet illi vxorem dimittere, niſi ex ſola cauſa fornicationis, nō expedit nubere, reſpondit dominus: Nō oēs capiunt verMatt. 19. bum iſtud, ſed quibus datū eſt: Hoc eſt, non capit hoc cōditionis humanæ infirmitas, vt omnibus pateat, ſed illis ſolis facile eſt ad capiendū, quibus diuina refulſit gratia vt caſtrare ſe poſſint, quo regnū cælorum adipiſcantur. Audiſti fili quātum ſit præmiū integritatis. Regnū acquiritur, & regnū cæleſte, vitā angelorū exhibet. Hoc vobis ſuadeo, quo nihil pulchrius, vt inter homines angeli ſitis, qui nulla ſibi ligātur nuptiali copula: quoniā quæ non nubunt, & qui vxores nō ducūt, ſicut angeli in terris ſunt, vt tribulationē carnis nō ſentiant, ſeruitutē ignorent, à mundanæ cogitationis ableuentur contagio, diuinis rebus mentē intendāt, vt tanquam exuti corporis infirmitate, nō quæ hominis ſunt ſed quæ dei ſunt, cogitent. Conſiderate filiæ ſi velitis
H nubere, quātum vobis deſit, quibus pater deeſt. Deeſt opima dos, quod ipſum tamen ſi abūdaret, timeretis magno precio ſeruitutē. Nunc vero quis non deſpiciat deſtitutas patre? Quo cōfugietis? Vnde auxiliū poſtulabitis aduerſus virorū iniurias? Quāta ipſis coniugijs incōmoda ſunt? Quam graues plerunq; in cōtumeliæ? Quanta vincula? Primum ipſum coniugium vinculum eſt, quo alligatur viro nupta, & ei ſubiectione adſtringitur, Bonum quidem charitatis vinculum eſt, ſed tamen vinculum, de quo cum velit ſe exuere nupta, non poſſit, nec liberum ſui habere arbitriū. Denique Apoſtolus dicit: Mulier ſui corporis poteſtatē non habet,
1. Cori. 7. ſed vir. Et quid mirum de muliere, quandoquidem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier? Si qui fortior eſt, poteſtatem nō habet, quanto minus infirmior? Non ergo abſoluit mulierem communis ſeruitus, ſed grauius adſtringit. Videte itaq; quid ſcriptura dicat, quid Apoſtol⁹ ſuadeat. Quis vobis poteſt melius cōſilium dare, quām ille vas dominicæ electionis? Quid igitur dicat, percipite auribus. Volo autem omnes homines eſse ſicut meipſum. Et iterum dicit de nō
I nuptis, & viduis: Bonum eſt illis ſi ſic maneant, ſicut & ego. Volo vos imitatrices eſse tanti Apoſtoli, vt vitam eius ſequamini, qui coniugij vinculum refugit, vt vinctus eſſet Chriſti Ieſu. Non potuiſſet ad tantam apoſtolatus ſui peruenire gratiam, ſi fuiſſet alligatus coniugij cōtubernio. Quod ſi ille q̄ & doctrina præſtantiſsimus erat, & tantum Chriſti donum habebat, iudicauit tantum momenti eſſe ſi abſtineret ab vſu copulæ coniugalis, & ideo ſic manſit, ne plurimum ſuo muneri deceperetur, quod neque orationi vacare ſemper liceret, neque ſemper diuinis intendere mandatis, quem coniugij cura reuocaret, vt placere vxori eſſet neceſſe quid vtique vos eligere oportet, quibus ſola virginitas poteſt libertatem dare? Quoniam quæ nupſerit, ad ſeruitutem pecunia ſua venditur. Meliori conditione mancipia quam coniugia comparantur. In illis meritū emitur ſeruitutis, in iſtis precium ad ſeruitutem addi-
K tur. Nupta venalis auro grauatur, auro æſtimatur. Experta ſum filiæ labores copulæ, coniugij indignitates. Et ſub bono coniuge, nec tamen ſub bono marito libera fui, ſeruiebam viro, & laborabam placere. Miſeratus eſt dominus, & fecit miniſtrum, continuoque & mihi & vobis raptus eſt. Et fortaſſe miſerante domino, ne diceretur maritus. Videtis filiæ longæuam matrem doloribus, & adhuc immaturam viduitatis ſtipē dijs. Videtis amiſſum omne præſidium & ornamentum. Nec auxilium viri habeo, nec virginitatis gratiā. Et de me leuis cura. Vos mœreo, vos conſidero. Remāſerunt mihi onera cōiugij, abiere adiumēta. Quanto mallem in hos nunquam veniſſe vſus. Poteſtis tamē excuſare patrē, ableuare matrē. Si quid in nobis amiſ ſum eſt, in vobis repræſentetur. Hoc ſolo nos cōiugij nō pœnitebit, ſi vobis labor noſter ꝓfecerit. Proximū putabo matrē eſse virginū, ac ſi virginitatē tenerē. Cōfiderate filiæ quā ſibi veniēs in has terras domin⁹ Ieſus matrē elegerit, ſalutē mundo daturus. Per virginē venit, & mulieris lapſus partu virginis ſoluit. Veſtra quo q; integritas meos ſoluat errores. Quid boni ſit virginitas, cōſiderate, deſtitutā me eſse certū eſt præſidio
L egere. Sed ſi volueritis ſic manere, nullius opem requiram, abundabit mihi ad omnē opitulationē veſtræ integritatis corona. Quis nō dicet beatam, quam nūc mi ſerā putāt? Quis non honorabit tot virginum matrem. Quis non venerabitur aulam pudoris? Multas fœminas ſcriptura diuina in lucem euexit, palmā tamen publicæ ſalutis ſolis virginibus dedit. In veteri teſtamento terra ac mari clauſum Hebræorum populum virgo per maria pedes duxit. In euāgelio autorem mundi & redemptorem virgo generauit. Virgo eſt eccleſia, quā ſtuduit Apoſtolus virginē caſtam alsignare Chriſto. Virgo eſt filia Sion. Virgo eſt ciuitas illa Hieruſalem quæ in cælo eſt, in quam nihil cōmune intrat atq; immundū. Virgo eſt & illa quā vocat Ieſus, cui & dixit: Ades huc à Libano ſpōſa, ades huc à Libano, trāſibis & ptrāſibis. A principio fidei nō ſolū trāſit virgo, ſed etiā pertrāſit, quæ feſtinat ad ſpōſum. Trāſit ſeculum, pertrāſit ad Chriſtū, vel quia ea quæ Chriſto ſe dicauerit, trāſeundo ad cæleſtia, terrena pertrāſeat. Nā & ipſe ſponſus ſic venit ad ſponſam ſuam, vt ſaliat ſuper montes, trāſiliat ſuper colles. Addit adhuc ad laudem Cant. 4.
virginitatis: Hortus clauſus ſoror mea ſponſa, hortus
M clauſus, fons ſignatus. quod meliores afferat fructus clauſtro pudoris ſepta virginitas, in qua intemerata permaneant caſtitatis ſignacula. Hunc hortum animæ veſtræ, hūc fontem ſeruate puri liquoris, vt eum in vobis nemo perturbet, nemo reſignet, quem genitalis in vobis origo ſignauit. Nemo auferat animæ veſtræ vineam, & vilia olera ſerat. Vinea enim quidam fructus virginalis eſt: Coniugia velut olerum plantaria ſunt, in quibus frequens zelus eſt: & ideo, ſicut olera hærbarum, cito cadunt atque marceſcunt, niſi finē imponet ſenectus, aut ad perfectum vehat continentia. Non veniat ergo in vobis Achab, qui concupiſcat vineam veſtram delere & extinguerē. Nec veniat in vabis Iezabel, vanum illud & ſeculare profluuium, hoc enim ſignificatur vocabulo, vana & vacua redundātia. Sed veniat Nabuthe, qui venit à patre, ſicut indicat nominis ipſius interpretatio, qui vineam ſanguine defendat ſuo, & pro ea mortem offerat. Hic eſt qui lapidatus pro nobis eſt pro nobis mortu⁹, pro nobis falſis appetitus teſtimonijs. Qui pauper huc venit, cum 2. Cor. 8.
diues eſſet, vt vos eius inopia ditaremini. Hic eſt vitis, qui redundantibus gratiæ ſuæ fructibus repleuit vniuerſum orbem terrarum. Hic in veſtris pectoribus alta maneat defixus radice, vt & fructus veſter exuberet, & liquore gratiæ ſpiritualis corporei vaporis incēdia temperētur. Hic eſt qui venit in nube leui, ſicut

Eſa. 19. dixit propheta: Ecce domin⁹ ſedet ſuper nubem leuē
A & veniet in Aegyptū. ſignificās quod in Egyptū, id eſt, in afflictionē iſtam mūdi huius veniret per virginem. Nubē itaq; Mariā dixit; quia carnē gerebat: leuē, quia virgo erat, nullis onerib⁹ grauata cōiugij. Ipſa eſt virga germinās florē, quia pura, & ad dominū libero corde directa virginitas, quæ nullis in hoc ſeculo curarū anfractib⁹ reflectatur. Ideo illā domin⁹ de cruce diſcipulo ſuo dilectiſsimo ſibi tradidit ſancto Ioāni, qui dixit patri & matri ſuæ. Non noui vos. Deniq; vocatus à Chriſto reliquit patrem, verbū ſecutus. Huic traditur virgo, qui ſuos neſciat. Huic traditur virgo, q̄ de pectore Chriſti hauriat ſapientiā. Huic traditur virgo q̄, fratres ſuos nōcognouit, & filios ſuos nō ſciuit. Ideoq; benedicit eū lex: Date Leui veros ei⁹, date Leui ſortes ei⁹.
Ioan. 19. Vnde & matrē domini ipſe ſuſcepit. Scriptū enim hab⁹ quia ex illa hora ſuſcepit eā diſcipul⁹ i ſua. Quid eſt in ſua, cū reliquerit patrē, & Chriſtū ſecut⁹ ſit? Aut
Matt. 19. quomodo in ſua, cū ipſi. Apoſtoli dixerint · Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te? Quæ ſua habebat Ioannes, qui mundana & ſecularia non habebat, quia de mundo non erat? Quæ ergo habebat ſua, niſi ea quæ à Chriſto acceperat? Bon⁹ verbi ſapiētiæq; poſſeſſor, bonus receptor gratiæ. Audite quæ Apoſtoli Chriſto acceperint. Accipite, inquit, ſpiritū ſanctum.
Ioan. 20. quorū remiſeritis peccata, remiſſa erunt: & quorū detinueritis, detenta. Neq; enim mater domini Ieſu niſi ad poſſeſſorē gratiæ demigraret, vbi Chriſtus habebat habitaculū. Date ergo & vos filij mei vero illi Leui veros ei⁹. Eſtote nubes, ſed leues. Eritis profecto ſi ableuet virginitas onera conditionis, & tenebras hui⁹
Cant. 1. limoſæ carnis illuminet. Ideo dicit illa: Nigra ſum, & decora, filię. Hieruſalem. Nigra per carnē, decora per virginitatē. Nubes itaq; ſunt, & graues nubes quæ nupſerint. Nanq; à nubibus verbum nubētium tractū arbitror. Deniq; operiūtur & nubes, cum acceperint nupturæ velamina. Et vere graues nubes, quæ ſuſtinent ſarcinam matrimonij. Nam etiam grauari aluo feruntur, cum ſemina cōceptionis acceperūt. Date ergo Leui veros eius. Quid tam verū q̄ intemerata virginitas; quę ſignaculū pudoris, & clauſtrū integritatis genitale cuſtodit? At vero cum vſu coniugij iuuencula defloratur, amittit quod ſuū eſt, quādo ei miſcetur alienū. Illud ergo verum quod naſcimur, non in quod mutamur, quod à creatore accepimus; nō quod de cōtubernio aſſumpſim⁹. Date ergo vero illi Leui, illi ſacerdotum principi, vero Aaron, vero Melchiſedech veros eius, quales ipſe cōdidit, nō quales ſeculi huius vſus efficit, vt opus ſuum in vobis, & illud genitale ſignaculum inuiolatum atq; integrum recognoſcat. Date illi
C & exibete illum Adam qui fuit ante peccatum; illam Euam quæ fuit anteq̄ lubricum ſerpentis hauriret venenum, priuſquā eius ſupplantarentur inſidijs, quādo non habebant quo confunderētur. Nam vtiq; nunc licet bona ſint coniugia, tamē habent quod inter ſe ipſi coniuges erubeſcāt. Tales ergo eſtote filij quales Adā & Eua in paradiſo fuerunt, de quibus ſcriptum eſt qđ poſtea q̄ de paradiſo eſt eiectus Adam, cognouit Euā vxorem ſuam, & illa cōcepit. & peperit filium; cui nomen Abel. Melior itaque ſecundus quā prior fructus, quia iſte immaculatus, ille maculoſus. Iſte adhærens deo, & totus à domino, ille mundana & terrena poſſeſſio. Denique in iſto mundi redemptio annunciatur, ab illo mūdi ruina. In hoc Chriſti ſacrificiū, in illo diaboli parricidium. Nihil ergo vobis ſit filij cum poſſeſſione ſeculi, nec terrenæ vobis & Iudaicæ poſſeſſionis vllos vendicandos eſſe ſortitus arbitremini. Legimus quidem quia Moyſes, id eſt lex, terras bello & cedæ quæſitas, ſorte diſtribuendas Hebræorum populo cenſuerit, quarum poſſeſſionem ſibi Salphe filiæ poſtula-
D runt, ſed quia Salphæ filiæ. Tamē idē Moyſes Leuitis nō diuiſit terrā, quorū non erat terrenus, ſed ſuperior incolatus. Sed ijs ſine labore terreno ſacri ſtipēdia miniſterij deputauit. Salphæ autē filię quid ſunt quæ terram petūt, niſi (vt interpretatio docet) oris obūbratio? quæ vtiq; in illis eſt, quibus, nō eſt verbū in ore ipſorū nec in ſermone eorū veritas: ſicut in populo Iudæorū qui nolunt Chriſtū deū dei filiū cōfiteri. Tales igitur terram requirunt, & huiuſmodi poſtulāt poſſeſſionē, in qua tota vitæ ſuæ ætate deſudent, & pro fructib⁹ ſpinas curarū & ſolicitudinū metāt, Fugite ergo filię vmbram oris, quę in lumē æternū creditis, quod illuminat omnē hominē, qui non tanquam in vmbra Chriſtū, ſed in lumine confitemini. Populus qui ſedebat in
Eſa. 9. vmbra mortis, lux orta eſt illis. Fuim⁹ ergo in vmbra ſed nūc iā non ſumus, qui Chriſtū fatemur. Atq; vtinā licuiſſet & mihi dicere, qui Chriſto profitemur. Et tamen profiteamur, ego viduitatē, vos virginitatē. Fiat in vobis ore ad ſalutē confeſsio. Date ergo Leui illi ſalutari noſtro ſortes eius. Sors Leuitica eſt ſors eius virginitas eſt, ſors eius viduitas eſt, quoniā nō ſolū virgo, ſed etiā mulier innupta cogitat quæ ſunt domini. Vnde & Apoſtolus dixit: In quo & ſorte cōſtituti ſumus.
Ephe. 1. Sicut enim in veteri teſtamento terra ſorte diuiſa eſt, ita in Euangelio ſorte quadā domino deputamur. Vnde & ſcriptū eſt de Euangeliſtis: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſupra veſtimentū meū miſerūt ſortem.
E Et Apoſtoli, cum eligendus eſſet duodecimus apoſtolus in locum Iudæ, ſorte minus apoſtolatus deferendum arbitrati ſunt. Itaq; oratione facta vt de duob⁹ do-
Ioan. 19. minus quē vellet eligeret, ſors cecidit ſuper Matthiā. Actuū. 1. Illa igitur vetus terrena ſortitio, hæc ſpiritalis. In illa cenſus ſeculi materialis, in hac perſonalis officij. Ibi poſſeſsio curarum, hic diuiſio gratiarum. Illic poſſidemus arua plena laboris atq; mœſtitiæ, hic poſſidemur à Chriſto. Vnde ſanctus domini dicit: Poſſediſti renes meos. Hic filij poſſideat renes veſtros, vt in illis ſeminariā maneant caſtitatis, incentiua virtutum. Ideoque
Pſal. 138. dicate vos Chriſto, confitemini ei, vt dicatis: Portio mea dominus. Non poteſt nupta dicere, ſed innupta. Nupta enim quærit viro ſuo, innupta autem Chriſto placere. Illā mundi, hæc Chriſti poſſeſsio eſt. Chriſti poſſeſsio Leuita eſt, qui nihil ſibi de terris vendicat. Qui quærit vxorem, non poteſt dicere: Portio mea dominus. Denique Chriſti miniſter quid ait? Argentum & aurum non habeo, ſed quod habeo, do tibi: In nomi-
Actuū. 3. ne Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Hoc enim
F acceperat, quoniam aurū nō deſiderauerat. Deniq; miſ⁹ erat ſine virga, ſine ſacculo, ſine pecunia. Et ideo gloriabatur, quia nō habebat qđ nō acceperat. Non enim erubeſcebat in paupertate, quem pauper redemerat. Ideoque dixit. Surge & ambula: quia legerat: Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eū. Sit ergo vobis
Pſal. 33. portio dominus, dominus qui ſterilē & patientem facit, Vtrāque facit, ſed altera in triſtitia parit, altera in ſterilitate lętatur, cui dicitur: Lætare ſterilis quæ non paris. erumpe & exclama quę nō parturis: Habet filios
Eſa. 54. ſine partus dolore. Vnde & dicitur de eccleſia: Quis audiuit ſi parturiuit terra vno die, & gens nata eſt ſimul? Vno autē die terra non parturit, ſed parit gratia.
Eſa. 66. Venit paſchæ dies, in toto orbe baptiſmi ſacramēta celebrantur, velantur ſacræ virgines. Vno ergo die ſine aliquo dolore multos filios & filias ſolet eccleſia parturire. Ideoq; pulchre dicitur. Et gēs nata eſt ſimul, de populo conſecrato. Videtis myſteria, videtis gratiam Chriſti, gratiā ſpirituſſancti, quæ velut quadā ſorte defertur, quoniā non ex operibus, ſed ex fide vniuſquiſq;
Gal. 3. iuſtificatur à domino. Sicut enim ſortis euētus non in noſtra eſt poteſtate, ſed quē caſus attulerit; ſic gratia domini nō quaſi ex mercedis merito, ſed quaſi ex vo-

G Iuntate defertur. Vnde & Apoſtolus ait de diuiſionibus gratiarũ quæ diuerſo modo dei ſeruulis deferun-
1.Cor.12. tur: Hæc autẽ omnia operatur vnus atq; idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Prout vult, inquit, nõ prout debetur. Deniq; & dominus ait illis vberiorẽ mercedem pro opere poſtulantibus, conquerẽtibus quod pa-
Matt. 20. rem acceperint cum ijs qui poſterius aduenerant: Si ego bonus, oculus tuus quare nequam eſt? Date ergo filij ſortes veſtras ei qui vltra meritũ laboris remunerationẽ ſuis donare cõſueuit, Date veritatẽ ipſius viro ſancto, id eſt, integritatẽ. Ipſi⁹ enim eſt integritas qui immaculatus aduenit. Veritas itaq; virginitas, corruptela mendaciũ eſt. State ergo in corde veſtro, ſicut bona vinea in propagine ſua. Multæ enim tentationes ſunt, ideoq; ait ſcriptura: Tentauerunt eum in tentatione, & maledixerũt ei ſuper aquã contradictionis. Ca-
Pſal. 105. des. Tentatur virginitas à pſeriſq; petitoribus. Et cum voluerit virgo perſeuerare, exiſtunt qui contradicãt: Cõtradicit petitor, & refutatus maledicit. In opprobrio eſſe videtur innupta vel virgo vel vidua. Cades enim innupta eſt, quæ eſt ſancta corpore & ſpiritu, & domino ſe dicauit, quæ reliquit parentes, & non facit voluntatem eorũ qui ſolent dicere: Debes nobis filia nepotes. Cades eſt quæ filios neſcit. Quod ſi illa diuitijs ſeculi pręfert opprobriũ Chriſti, quod neceſſe eſt ſubeat qui quærit Chriſto placere: quanto magis vos, quos pater prouocat ad integritatẽ, mater hortatur id ſequi quod cõuenit? Bonũ eſt ergo virginitas. Deniq;
1. Cor.7. qui indicauit, inquit, in corde ſuo ſeruare virginẽ ſuã,
H bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuã, bene facit: & qui nõ iungit, melius facit. Ille bene facit propter laqueum: hic melius facit propter vtilitatem. Illud pro remedio, iſtud pro præmio. Beatior autem erit quæ ſic mãſerit, ſecũdum meum cõſilium. Puto enim quod & ego ſpiritum dei habeã. Sequimini ergo filiæ cõſilium Apoſtoli, donũ ſpiritus ſancti. Sumite ergo & vos ſicut ſumpſit Maria ſoror Moyſi & Aarõ
Exo.15. tympanum in manibus veſtris, & exite dicentes: Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt, equũ & aſcenſorem proiecit in mare. Mortificate membra veſtra, vt tympani modo nulla ĩ ijs laſciuia carnis exaſtuet, omniſq; flagrãtiæ corporalis ſenſus intereat. Ne ſciat in ijs niſi in mortuis corporis voluptatibus ſolus ſpiritus reſultare. Si enim mortui fueritis peccato, vi
I uetis deo. Viuetis autem, ſi non regnet in corpore veſtro mortuo vlla cõcupiſcentia. Verſate in manib⁹ veſtris crucẽ domini Ieſu, & in veſtris eã operibus ablegantes calcate mundi huius profundum, & pertanſite, vt ille ſicut equus adhinniens in libidinẽ, nullũ locũ inueniat in vobis, & quiſcunq; voluerit perſequens cõprehẽdere vos, demergatur. Dextera leuaq; circa vos aquæ murus ſit, vt vapor omnis corporis temperetur, donec ad illos intelligibiles duodecim fontes, & ſeptuaginta arbores palmarũ, ad illã magni requiẽ ſabbati diuina vos dignatio perducat, & in monte hæreditatis ſuæ plantare dignetur, vbi ſancta Maria choros ducit. Induite ergo filiæ dominũ Ieſum Chriſtũ, quærite veram ſapientiã, de qua dicit Iob: Sapientia autẽ
Iob.28. vnde inuenta, aut qui locus diſciplinæ? Abyſſus dixit, Non eſt in me. Mare dixit, Non eſt mecũ. Bene abyſſ⁹
Matt. 28. dixit, non eſt in me, quia reſurrexit. Non enim habet quẽ tenere nõ potuit. Deniq; habes in euangelio quia angeli dixerunt mulieribus ad ſepulchrũ venientib⁹: Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis, nõ eſt hic, ſed ſurrexit. Quid eſt, non eſt hic? id eſt, nõ eſt in ſepulchro, nõ eſt in infernis, ſed in cæleſtibus eſt. Mare quoq;, hoc eſt, ſeculum dicit, mundus hic dicit. Non eſt mecum:
1.Pet.2. quia ſupra mũdum eſt, quẽ vitæ humanæ lapſus atq; illecebra nõ immutauit, quia peccatũ non fecit, nec eſt dolus inuẽtus in ore eius. Abyſſus ergo dixit: Non eſt in me. Mare dixit: nõ eſt mecũ. Sed cælũ nõ dixit quia nõ eſt apud ſe quẽ receperat reſurgẽtem. Paradiſus nõ dixit: non eſt in me, quẽ regnare in ſe abſoluto quoq;
Luc.23. latrone cognouerat, ſicut ipſe dominus dixit: Hodie mecũ eris in paradiſo. Attrahite filiæ ſapiẽtiam in interiora veſtri cordis pr̃optuaria, quoniã ea eſt omni auro argentoq; pretioſior, quã mors neſcit, quia non mortui laudant dominũ, ſed viuẽtes. Et vos igitur vt viuatis, laudate dominũ, & laudate eũ diebus ac noctibus. Laudabitis autẽ, ſi ab eo nulla vos auertat cupiditas matrimonij, & cura mundi, quoniã quæ coniugium ſortiuntur, ſolicitantur mundi huius negocijs. Cõſiderate filiæ quid votis debeatis parẽtum. Aperuimus ad
Iudicũ.11 deum os noſtrũ, votũ eſt voluntas parẽtum. Nos orauimus, vos ſoluite. Quanta vis ſit in votis parẽtum. Ieptę Galaditæ filia vos debet docere, quæ ne fruſtraretur oblationẽ patriam, etiã mortem ſuã obtulit. Nam cum ille ſolicitus de belli periculo vouiſſet, ſi proſperior pugnæ euentus foret, id quod regredienti domũ ſuã primo ſibi occurreret, deo ſe immolaturũ: vbi victoria potitus eſt, occurrit filia læta præ cæteris gaudio victoriæ & pietatis officio. Ingemuit pater nõ eſſe
K ctus immemor, ſed memor voti. Queſiuit cauſſam filia reſpõdit ille quid domino promiſiſſet. Tum illa hortata eſt vt promiſſum deo munus impleret. Itaq; incautam patris oblationẽ ſanguine ſuo ſoluit. Hæc vobis filiæ ſunt cõmunia. Tu autẽ fili quẽ mihi verus Helcana, id eſt dei dedit poſſeſſio, poſtulatus meus, petitus meus (inde enim etiã Samuel nomẽ accepit) tu inquam impetratus meus, & votiuus meus, qui quomodo in vterum meũ veneris neſcio, (iã enim deſperauerã ſobolẽ ſexus virilis) quẽ mihi vota mea, nõ aliqua ſolẽnis cœtus ſecreta formarunt: tu inquã fili agnoſce quo dona
L tus ſis mihi. Ille tua ora plaſmauit, ille tua mẽbra diſtinxit, ille mea orata ſuſcepit, cuius tẽplo, cuius obſequio te anteq; naſcereris ſacraui. Non parẽtibus, nõ tibi, ſed deo natus es, cuius anteq; de vulua matris exires, eſſe cœpiſti. Et oẽs quidẽ illius ſumus, ſed tamẽ tu ſpecialiter promiſſus domino, tu redderis, quia ſcri-
Pſal.75. ptum eſt: Vouete & reddite domino deo veſtro. Ego miſera, ego indigna, & tamẽ quaſi Anna promiſi, vt oĩbus vitæ tuæ diebus ac noctibus à cõſpectu domini nõ recedas. Ego promiſi, tu exequere. Dominus ſibi hoſtię ſuę munus implebit. Hęc & alia pia mater quę poſt
M q; cõgruẽtem filiorũ vidit affectum, ablactatũ ſuũ vberibus gratiæ ſpiritualis in tẽplum domini duducẽs, cõ-
1. Reg. 2. uerſa ad preces: Cõfirmatum eſt inquit cor meũ in domino, exaltatũ eſt cornu meũ in domino, Dilatatũ eſt os meum ſuper inimicos meos, lætor in ſalutari tuo, tuo, quoniã nõ eſt ſanctus alius quomodo domin⁹, & nõ eſt iuſtus quomodo deus noſter, & non eſt ſanctus præter te. Iſta igitur ad filios mater dicit, quæ ſimul & viduitatis in ſe, & integritatis in liberis titulos in domum ſuã intulit quaſi quoſdã fœmineos principatus. Egregia ſane fœmina, quæ ſibi nihil reliquit, totum quod habuit, deo obtulit. Cui⁹ vita inſtitutio diſcipli-
næ eſt, & quædã formula caſtitatis, bono propoſito, & meliore magiſterio, Exẽplum enim viduitatis, & virginitatis magiſteriũ eſt. Procedit in eccleſiã filiarum virginũ ſepta comitatu, domeſticũ decus inuehẽs, & inuenit in eccleſia quod ſuũ dicat, filiũ ſacrarũ lectionũ oracula perſonantẽ, vt videãtur ſibi ſorores domi diſcere, cum frater auditur. Mater quoq; ad imitationẽ cæleſtis exempli gaudet ſe proficere de filio, & omnia legẽtis verba pio mandat affectu, & ſedulo corde
Matt.6. conſeruat. Sed quãuis nil maternis defuerit hortationibus, ego quoq; vos filię vel paucis alloquor, Quærite dominũ Ieſum, qui nos monet vt quęramus regnu dei & ecce oĩa, inquit, ſuppetent vobis. Sed malo ego vos ãte meritũ deferre, & ſic exigere mercedẽ, bona mer-

A ces, ſed diuinior diſpenſator mercedis, & autor muneris. In regno merces, in Chriſto remunerãdi poteſtas. Quærite illã in ſcripturis diuinis, ibi Chriſt⁹ inuenitur.
Canti.1. Et dicite ſicut illa dicebat: Annũcia mihi quẽ dilexit anima mea. Sed ſynagoga quærebat quẽ ãmiſerat, vos quærite quẽ non amittatis. Sed cur ſynagoga dicis, quẽ dilexi, & non dicis, quẽ diligo? ideo nõ tenes, quia dilexiſſe te dicis. Cur nõ potius adhuc diligis, vt poſsis tenere? Verũ illã omittamus. Tu virgo cũ cœperis quærere, adeſt. Neq; enim fieri põt vt deſit quærẽtibus ſe, qui palã factus eſt nõ quærẽtibus, & inuẽtus eſt non interrogantibus. Dũ tractas & cogitas, præſto eſt. Diſce interrogare cũ venerit, vbi paſcat, vbi maneat, ſicut illa dicebat: Vbi paſcis, vbi manes in meridiano: Vbi
Pſal.18. enim Chriſtus manet, niſi vbi iuſtitiæ meridies fulget?
Pſal.35. Ideoq; ſacratæ ſcripturę docetur teſtimonio qui dicit: In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ. Vnde & alibi idem dicit propheta: In lumine tuo videbimus lumen. Lumen
Heb.1. filius eſt, lumen & pater, qui videtur in filio: quoniam filius ſplendor gloriæ patris, & imago ſubſtantiæ eius eſt. Sed etiã in tuo lumine virgo Chriſtũ require, in bo-
B nis cogitationib⁹, in bonis operib⁹ quæ luceãt corã patre tuo qui in cælis eſt. Quære in noctibus, quære in cubili tuo, quoniã & nocte venit & pulſat ianuã tuã. Vult enim te omnibus inuigilare momẽtis, vult ianuam tuæ mentis patentẽ inuenire. Eſt & illa ianua quã vult patere vt aperiatur, vt reſonet os tuũ laudẽ domini, gratiã ſponſi, crucis cõfeſſionẽ, cũ ſymbolũ recẽſes, pſalmos in cubiculo tuo cõcinis. Ergo cũ venerit, vigilantẽ tẽ inueniat, vt parata ſis. Dormiat caro tua, vigilet fides, dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudẽtia, mẽbra tua redoleant crucẽ Chriſti, & ſepulturæ odorem, vt nihil ijs ſomn⁹ caloris infundat, nullos excitet motus. Ipſa eſt anima quæ ſe Chriſto aperit, quam nulli vapores carnis exagitant. Cum hæc inuenerit ſpõſus tranſibit. Anima tua illũ ſequatur, diſcedat à cubili ſuo
C exeat in verbo eius. ſicut ſcriptũ eſt. Exiuit anima mea in verbo tuo, id eſt, peregrinetur à corpore, vt deo adſit: quoniã cum eſt in corpore, peregrinatur à Chriſto
2. Cor. 5. Vnde & Apoſtolus ait: Audemus ergo & cõtendimus magis peregrinari de corpore, & adeſſe ad dominũ: & ideo cõtendimus ſiue abſentes ſiue præſentes placere illi. Oẽs enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſq; propria corporis ſicut geſſit, ſiue bonũ, ſiue malũ. Quã cito cauſam probauit, qua corpus reſurgit. Oportet enim carnem reſurgere. quæ remunerationẽ ſuorũ eſt adeptura geſtorum, vt quæ in corpore geſſimus, in corpore recipiamus. Vult igitur ſe dominus ſæpius quæri. diſcedit, currit vt reſuſcitet gratiam: quã vult à te etiã in te reſuſcitari; ſicut
2. Tim.1. habemus ad Timotheũ ſcriptũ: Propter quã cauſam admoneo te vt reſuſcites gratiã dei quę eſt in te per impoſitionẽ manuũ mearũ. Quæ autẽ reſuſcitauerit gratiam, fit vulnerata charitatis. ſicut illa dixit, quia vulnerata charitatis ego ſum. Si ſuſcitauẽritis & reſuſcitaueritis charitatẽ, quid iſtud ſit, poterimus intelligere
Eſa. 49. ſi repetam⁹ quia ſagitta eſt dominus Ieſus, cui dicit pater: Poſuit te ſicut ſagittã electã. Et quia ipſe eſt charitas ſunt vtiq; iacula charitatis quibus vulnerat ſeſe, quærentes. Deniq; & alligati vinculis ipſum ſequuntur, quia quos vulnerat ligat. Ergo ſunt etiã vincula charitatis, quibus ligatus eſt Paulus; qui ait: Paulus vinctus
Ad Philemo. Ieſu Chriſti. Vulnera autẽ charitatis eſſe docet Iob; quo nemo ampli⁹ Chriſtũ dilexit, qui diligebat etiam
Iob.6. in ipſis ſui corporis cruciat: b⁹. Vnde dicebat: Sagittæ autẽ domini in meo corpore ſunt; quarũ furor ebibit ſanguinẽ meũ. cũ cœpero loqui, cõpungunt me. Sunt
Prou.27. ergo charitatis vulnera, & bona vulnera. Deniq; me-
Hiere 37. liora vulnera amici, q̃ voluntaria oſcula inimici. Hieremias quoq; eſtuabat, & ignẽ charitatis quo inflamma-
D batur ad officiũ prophetandi, ferre non poterat. Deniq; demergebatur in lacum, quia Iudæis futura excidia annunciabat, & tacere nõ poterat. Lapidabatur Ste-
Actuũ.7. phanus & illa pro Chriſto vulnera quaſi vulnera charitatis pio excipiebat affectu. Vapulabãt Apoſtoli, & cõgratulabãtur. Quã bonus eſt domin⁹, pro quo dulces & iniuriæ ſunt, & grata mors. Et bene grata, quę ac
Eccle. 9. quirit immortalitatẽ. In omni, inquit, tẽpore ſint veſtimẽta tua candida. Quid candidi⁹? virginitate? quid nitidius intacti veſtimento pudoris? Bona quid ẽ caſtitas coniugalis, & caſtitas viduitatis. Munda omnis caſtitas, ſed forte nõ omnis cãdida, aut nõ cãdida in omni tempore. Nõ candida quãdo non habet qui ſui corporis poteſtatẽ, quando ad tẽpus ſequeſtratur oratio.
De virginitate ergo pulchre dicitur: In omni tẽpore ſint veſtimenta tua candida, & oleũ in capite tuo, vt faces tuæ ſemper poſsint lucere, nec extinguãtur cũ cœperit ſponſus ille cæleſtis venire. Quã autẽ vnctionem
E in capite tuo Eccleſiaſtes dixerit, de prouerbijs vollig imus, quia oculi hominis in capite eius, id eſt, ſapientiæ tuæ ſenſus. Ideo forte & euangelica mulier illa laLuc.7. datur, quæ pedes domini capillis ſuis terſit, quod fide ſe humiliauerit, ne per carnis elata ſapientiã videretur quam legi ſubditã verus occultorũ interpres Paul⁹ negauit, eo quod Chriſto ſubijceretur. Et pulchre hoc poſſumus intelligere etiã corporaliter, quoniã in propheticis ſcriptis reprehenduntur filiæ Sion quod alta ceruice procederẽt, nutib⁹ oculorũ, & itinere pedum trahentes ſimul tunicas, & ludentes pedibus. Et ideo gloriã veſtis earũ, & ornatus earũ, crines & cincinnos dominus ablaturũ, eſſe ſe dicit. Recte iſta mulier ſparſit capillos ſuos, vt nodos criniũ euãgelica ſolueret diſciplina. Vnde & Apoſtoli dixerunt: Nõ in plicatu capillorũ, ſicut Petrus docuit: neq; in tortis crinibus, aut
1. Petri.3. auro & margaritis, vel veſte pretioſa, vt Paulus aſſeruit: ſed magis interioris hominis ornamẽta fœmi-
1. Tim.2. nis requirẽda, quoniam ille abſconditus cordis homo qui eſt pauper ſeculo, ipſe eſt locuples deo. Audiſtis filiæ quia patiperes vos vocatis. Quis autẽ eſt homo di-
Eccle. 13. ues, cũ multis egeat, niſi ille cui nõ eſt graue peccatum in cõſcientia? Bona eſt enim inquit ſubſtãtia, cui nõ eſt peccatum in conſciẽtia. Audiſtis inquã in quo poſsitis apud deũ eſſe locupletes, vt ſit in vobis incorruptibi-
F lis & modeſtus ſpiritus. Bonæ enim diuitiæ ſunt innocẽtiæ atq; ſimplicitatis, quib⁹ peccatũ non imputatur; quia nulla ĩ ijs doli fraudiſq; verſutia eſt. Omnis enim ſimplex obtrectare nõ nouit, neſcit inuidere, ſuo contentus eſt, aliena nõ quærit. Et ſi egeat, ſibi diues videtur ſi ſuppetat quod alimento eſt ſatis. Deniq; pulchre
2. Cor. 8. Apoſtolus Paulus: Et profunda, inquit, paupertas eorum abũdauit in diuitijs ſimplicitatis eorũ. Et quia ecclęſia congruis erat ornatibus cõpta, & de Chriſto lumen recipiens refulgebat: poteſt etiam ſic locus iſte accipi, eo quod ſynagoga ad eccleſiã dicat: Vbi paſcis
Cant.1. vbi manes in meridiano: ne forte ſiam circũamicta ſuper greges ſodaliũ tuorũ. Mercenariã eſſe deſiderat, quæ ſibi vẽdicabat antè dominatũ. Quã dãoſa perfidia eſt. Sed quia ĩcredula, immitis, ſacrilega, ideo eã à gregibus eccleſiæ ſuæ ſeparat Chriſt⁹, dicẽs: Niſi ſcias te ô decora in mulieribus, hoc eſt, prius te quæ ſis ipſa cognoſce, & tũc pete vt meis gregibus appropinques;
Et bene in mulieribus decora dicitur ſynagoga; nõ in virginibus; quia Euã mulierẽ ſequebatur, per quã lapſus aduenit. Eccleſia autem decora in virginibus eſt; quia virgo ſine ruga eſt. Scire ergo debet ſiue vir ſiue mulier; quia ad imaginẽ dei eſt & ſimilitudinẽ. In quo enim ad imaginẽ dei ſumus, niſi in animæ ſubſtãtia & mẽtis vigore? Hæc noſtra oĩs portio. Deniq; Dauid inquit: In deo ſperabo, non timebo quod faciat mihi caro. Nõ ergo caro ſumus, ſed ſpiritus. De Iudæis autem
Pſal.55.

Gene.6. G dictū est:Nō permanebit in ijs spiritus meus,quia carnes sunt.Non aurum sumus,nō pecunia,non diuitiarū copiæ.Illa enim nostra.Et ideo tibi dicit Moyses:Attē de tibi hoc est,animæ tuæ, ne pereat, ne carnalis fias. Attende tibi,hoc est, imagini quā à Christo accepisti, similitudini ad aquā fact⁹ es.Ipsam serua imaginē, quā Christus in te operibus suis pinxit:sicut ipse ait ad Hierusalē,id est,ad animā pacificā.Ecce ego Hierusalem pinxi muros tuos. Attende ergo tu præcipue fili:attende tibi vt læteris in iuuētute tua:cui dicit scriptura:Lętare adolescens in iuuētute tua. Nō vnius tibi dicit tempus ætatis. Est quasi quidā flos vitæ,bonorūq; ætas,operum,de qua scriptū est:Renouabitur sicut aquilæ iuuētus tua. Et oblectet,inquit,te cor tuū in diebus adolescentiæ tuæ,& ambula in via cordis tui sine macula, & in aspectu oculorū tuorū,& non in audacia oculorum tuorū,In aspectu vtiq; spirituali,non audacia seculari. Et scito quod super hæc omnia adducet te deus in iudicium,& repellet iram à corde tuo, & amouebit nequitiam à carne tua. Attende tibi virgo & tu,vt insistas orationi,& vultus tuus assidua obsecratione pallescat. Sed ante orationem præpara animam tuam, vt non videaris tentare deum cum deprecaris, vt id quod oras, mores tui loquantur,fides aduuet,opera cōmendent, Attende tibi,quod dico tibi, cuicunq; virgini loquor. Nam tibi piæ non deest institutionis magistra. Attende inquam virgo sacræ præsertim professionis, & ab hominis irreuerentis oculis caue. Et si ad tempus præterierit quasi viator,tamen os suum aperit, & ab omni aqua proxima bibet,vt te inebriet. Nullus sit tuus sine matre progressus,quę sit anxia tui custos pudoris. Ipsa quoque ad ecclesiam progressio acrior sit adolescentulis. Considera quanta fuerit Maria, & tamen nusquā alibi nisi in cubiculo reperitur cum quæritur. Illa te doceat quid sequaris. Angelum in specie viri vidit, & pauebat corde,peregrinabatur aspectu. Vnde dicit ad eam Angelus:Ne timeas Maria. Decet solitudo verecundiam:& gymnasium pudoris, secretum est. Quid enim tibi vel ad proximam facile accedere:Pes fatui facilis in domum proximi,qui autem sapiens est verecūdatur.Inde nascuntur fabulæ, de quibus pulchre admoneris vt caueas,cum dicit tibi vir sapiens:Quis dabit disciplinæ meæ custodiam,& supra labia mea signaculum certum,ne cadam ab illis,& lingua mea perdat me?Si virilis sexus iubetur tacere coram senioribus, q̄ indecorum est virgines loqui,& varios serere sermones?Esto vt imperes tibi silentium,nunquid potes alijs imperare ne audias? Potest quis aliquando frenos ori suo imponere,& verbis stateram,auribus non potest. Loqui enim in nobis est, audire ex aliena pendet potestate.Sæpe enim audimus quod nolumus. Quid deinde aliud nos scriptura admoneat consideremus. Non iurandum,inquit,facile:quia plerunq; multi casus accidunt,vt non possim⁹ implere quod iurauerimus. Qui autem non iurat,vtiq; non peierat.qui autem iurat, aliquando necesse est incidat periurium,quia omnis homo mendax. Noli ergo iurare,ne incipias peierare. Nec ipsam quidem liberiorem lætitiam in virginibus decet esse,Quæ si non habent quod fleant, lapsus fleāt peccantium. Etenim quæ aliorum lapsus fleuerit, suos cauebit,Fleant postremo vel illa contemplatione, vt hic flentes,illic accipiant cōsolationem:ne sicut dies ille qui hic luxuriatus est,illic pœnas graues subire domini declaratur oraculo,& tu audias: Recepisti bona in vita tua. Quanto beatius Lazarus qui hic fleuit, & ille exultauit:hic esuriuit, & illic epulatur. Si vis ergo & tu bonam lætitiam sequi,demonstrat tibi Ecclesiastes liber quam sequi debeas,qui ait:Veni,manduca in lætitia panem tuum,quoniam iam placuerunt deo facta tua. Quid autem idem Ecclesiastes monuerit nos omnes de immoderatione ridēdi,consideremus. Sicut vox,inquit,spinarum sub olla,ita risus stultorum. Nē pespinæ cum ardent sonant,& cito exuruntur,vt nullus caloris sit effectus. Vnde & Iudæis dictum est: Exarserunt sicut ignis in spinis. Exusti sunt enim suo risu,& cōflagrarunt in domini passione,quando in animæ suæ iocabūtur incendiū,dicētes: Sperauit in domino,eripiat eum,saluum faciat eum, quoniā vult eum. Et deridentes percutiebant calamo caput eius, & spinis eū coronabant,atq; acetū ei vt biberet offerebant. Ille risus synagogā incēdit in æternū. Sic ergo est risus stultorū,qui sine gratia sonat,& ollā sui corporis vrit. Merito negabat Sara quia riserat,ne videretur ridēdo de affectu promissorū dubitasse cælestiū,& tamen ille risus plen⁹ gravitatis fuerat & pudoris,quē nemo ali⁹ testis nisi deus solus cognosceret, quē occulta non fallūt. Quā pulchrū & illud:Noli festinare in spiritu tuo irasci, quia ira in sinu stultorū requiescit.hoc est,etsi causa sit quæ moueat indignationē,nō sit festina vindicta,ne immoderatus calor indignationis exæstuet. Nō potest igitur auferre quod naturalis est motus,sed moram inserit vt medicina cōsilij tēperet iracundiam. Sic enim Dauid ante iā dixerat:Irascimini, & nolite peccare. Non quo imperaret iracundiā,sed quod id quod naturæ esset,auferre nō posset,& quasi bonus medicus remediū daret,vt ipsa iracūdia nō noceret. Denique etiā si quis prolapsus esset corde, quoniā ira nescit tenere moderamē,suadet vt cōpungatur i cubilib⁹ suis. & suū vnusquisq; cōdēnet errorē. sic enim scriptū est. Quæ dicitis in cordib⁹ vestris,& in cubilib⁹ vestris cōpungimini. Voluit itaq; oēs hoies suorū delictorū esse cēsores,vt & qui publico testimonio non tenetur, seipsum iudicē qui in occulto lapsus est erubescat,& aculeo quodā coerceat amaritudinis & pudoris. Quid de parcimonia loquar,cū sapiēs dicat: Aufer à me vētris cōcupiscentias,& cōcubitus cupiditas ne apprehēdat me?Nec infirmitatē ex ieiunio,& abstinentiā reformides. Infirmitas enim grauis sobriā facit animā. Quomodo etiā docēt Salomonis prouerbia bonæ opinioni studendū,dicēdo:Potius est nomen bonū, q̄ diuitiæ multæ.Quid est enim patrimoniū nisi bona illa gubernatio,vnde sanctus Iob dicit: Benedictio morituri super me veniebat.& os viduæ me benedicabat. Oculus eram cæcorū,& pes claudorū,inualidorū pater.Si vidi nudū prætereuntē,& nō vestiui, si me nō benedixerunt egentes, & de vellēribus ouium mearū humeros eorum non calefeci, si absconditi aliquando peccatum meum quod vel imprudēs non ex voluntate cōmiserim,si aliquādo permisi vacuo sinu exire inopē ianuā meam?His enim nomen bonū paratur. Præ cæteris tamen in virgine præcellit studiū sobrietatis.Sobrietatē dico non vini abstinentiā,sed corporalis lasciuiæ, qua grauius q̄ vino inebriamur. Dat enim calicē ruinæ, & irę poculū.Vnde & dicit dominus ad Hierusalem: Audi humiliata & ebria nō a vino. Ecce accepi de manu tua calicē ruinę,& poculū irę.Si hunc calicem exinaniuerit synagoga, non bibant filię ecclesię. De Iudæis enim dictum est:Filię eorum compositę, circumornatę quomodo similitudo templi. Vos autem templum dei estis, filię eius qui non transfiguratur in angelum lucis,sed verum lumen de vero est lumine. Ideo in vobis non similitudo.sed veritas sit.Multę autem cum studium castitatis profiteantur, affectant adminicula pulchritudinis,vt comptiores prodeant, nitidiore vultu quā sacras domini decet, quibus apostolico sermone respondeo.Quæ mortuæ estis cum Christo ab elemētis huius mundi,quid adhuc velut viuentes de hoc mūdo decernitis?Ne tetigeritis,inquit, ne attaminaueritis ne gustaueritis quæ sunt omnia ad corruptelā. At nō sancta Soteris,vt domesticū piæ parentis proferatibi i hoc seculo multa certamina. Vicerat sanct⁹ Iob damni dolorem,vicerat immo excluserat luct⁹ acerbitatem in amissionib⁹ filiorum,vicerat vulnerum asperitates, vibices corporis, adhibētur mulieris tentamēta. & ipsa non sensit. Adhuc amicorum increpationes ad certamen ei vltimum reseruantur. Luctatus fuerat cum affectu patrio,luctat⁹ cū dolore corporis & egritudine:oportebat eum subire etiā sermonum tentationes. Ergo quando vides viduam dispendijs aliquibus laborare,aut filiorum incōmoditate vel morte, iustū iniurijs affici:noli ex istius seculi incommodis merita eius pensare,aut mirari quod derelictus à domino sit. Hic quidē luctamur,sed alibi coronamur. Non de me tantū,sed de oībus hoibus cōiter sum locutus. Nā vnde mihi tantū meriti, cui indulgentia pro corona est? Hic lucta,illic brauiū. Hic militia,illic stipēdium est. Ergo dum in hoc mūdo sum,adhuc luctor, adhuc de certo,adhuc impellor vt decidam. Sed potēs est dominus,qui impulsum suscipiat,labētem statuat, nutātem erigat. Quid ergo miraris aliquē laborare? Donec vita est ista,certamen non deerit. Non exit corona,nullus probatur nisi qui perseueraverit vsq; in finē,vt postea ponit qui legitime certauerit coronari. Quis fortior Paulo?quis beatior? Ille tamen vas electionis dominicæ,nō ante sibi coronā vendicauit,q̄ certamē omne cōsummaretur·ideoq; ait:Certamen bonū certaui, cursum cōsummaui,fidē seruaui:quod reliquum,reposita est mihi corona iustitiæ. Quam non solum sibi,sed etiā oībus diligētibus aduētum domini dicit esse reddēdam. Pulchre dixit, aduentum Christi diligētibus. Nemo enim festinat ad iudiciū, nisi de innocentia securus,aut qui de labore præsumit, cui aut gratia domini, aut pia pro Christo certamina suffragantur. Quā vtiq; habebit prærogatiuam & ea vidua quę bene filios educauerit,& in liberis gratulabitur, & maxime quæ omnes quos suscepit,domino dedit. Vnde & illa Euangelica vidua diuitibus antefertur. Non solum enim quia totum quod habuit,ad victum pauperū misit, sed etiā quod duo æra detulit,dominica voce laudatur, id est, plenam fidem. Denique ad hominis sanitatem & ille Samaritanus duo æra stabulario dedit,quibus vlcera curaret illius à latronibus vulnerati. Ergo quia & secundum vetus testamētum Mariæ sororis Aaron virginitatē,& secundū nouum sanctæ Mariæ matris domini integritatem studio suæ prolis imitata est, remunerationem fidei diuino iudicio consequetur,quæ nihil sibi ad seculi subsidium reseruauit,sed totū domino sobolis piæ munus impēdit. ¶ Te nūc domine precor,vt supra hāc domū tuā,supra hæc altaria quæ hodie dedicātur,supra hos lapides spirituales quibus sensibile tibi in singulis tēplū sacratur, quotidianus præsul intēdas,orationesq; seruorū tuorū quę in hoc loco fundūtur,diuina tua suscipias mia. Fiat tibi in odorē sanctificationis omne sacrificiū quod in templo fidē integra, pia sedulitate defertur. Et cū ad illā respicis hostiā salutarem per quā peccatū mundi huius aboletur, respicias etiam ad has piæ hostias castitatis,& diuturno castuearis auxilio,vt fiant tibi in odorē suauitatis hostiæ acceptabiles. Christo domino placentes,& integrum spiritū eorū animā & corpus sine querelæ loco vsq; in diē domini Iesu Christi filij tui seruare digneris. Amē

Ecclē.7.

Psal.117.

Psal.21.

Eccle.7.

Psal.4.

L

Eccle.25.

Prou.22.

Iob.29.

Esa.51.

M

Psal.143.

Col.2.

A mus exemplū. Habemus enim nos sacerdotes nostram nobilitatem præfecturis & consulatibus præferēdam. Habemus inquā fidei dignitates,quæ perire nō norūt. At non,vt dixi. Soteris vultus sui curā gerebat,quæ cū esset decora facie valde,& nobilis virgo maiorū prosapia, cōsulatus & præfecturas parentū sacra posthabuit fide,& immolare iussa non acquieuit? Quā persecutor immanis palmis cædi præcepit, vt tenera virgo dolori cederet aut pudori. At illa vbi audiuit hāc vocem,vultū aperuit,soli inuelata atq; intacta martyrio, & volēs iniuriæ occurrit,vultū offerēs, vt ibi martyrij fieret sacrificium,vbi solet esse tentamētum pudoris. Gaudebat enim dispēdio pulchritudinis periculū integritatis auferri. Sed illi potuerūt quidē vultū ei⁹ vulnerum vibicibus exarare, faciem tamē virtutis eius & gratiā decoris interni nequaquā exarare potuerunt. Hetruscum iuuenem veteres fabulæ ferunt, cum propter admirādam oris proprij pulchritudinem in amorem accēderet fœminas, stigmatibus inarasse vultum suum, nequa eum adamare posset. Videro vtrum castus fuerit illius animus, affectus tamen non innocēs, propter quā in se ipse animaduerteret. Ille tamen sola excepit vulnera ne noceret: hæc triumphales retulit martyrij cicatrices, vt imaginē dei quā acceperat reseruaret. Seruate & vos hāc imaginē filiæ,seruatæ scripturæ præcepta diuinæ,vt omne os iniqui obstruatur.

Psal.93. Scriptū est enim:Beat⁹ quē tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū. Bonus domin⁹ erudit & docet, & plerūq; arguit. Sed etiā quē arguit,beatū facit. Beatus enim homo quē arguit dominus. Et ideo increpa-

B tiones eius nō refugias, quia charitatis & gratiæ sunt. Ipse enim percutit, & quasi bonus medicus manibus suis sanat. Septies de necessitatib⁹ te liberat, in septimo autē non cōtingit malū. In fame eripiet te à morte in pugna autē de manu ferri te exuet,à flagello linguę te abscondit. Si enim tu nulli putaueris derogādū,aliænæ linguæ flagella nō metues. Mire autē sermones maledicorū expressit dicendo,linguæ flagellū, cuius sonus late resultet. A quo nos sæparare cupiens Petrus

1.Pet.3. Apostolus monet vt non reddamus malū pro malo,& maledictum pro maledicto, sed magis cō maledicitur nobis,benedictionis referamus gratiā. Et ideo dicit:

C Cohibe linguā tuā à malo,tanquā linguæ flagello, nec timeas verborum sonum, si munda est conscientia tua. Bonum est quidem nullū(si fieri potest)locum obtrectationi dare:sed quia plerię; non vitijs sed virtutibus derogant,reprehendat quod laudis est non inueniant quod erroris est. Sed,quod peius est,nō solum ab aliena lingua,sed etiam á nostra flagellamur. Et hæc sunt grauiora verbera,cum ex multiloquio peccatū incurrimus. Et ideo custodi virgo vias tuas,vt nō delinquas in lingua tua. Et bona loqui plerunq; crimen est virginis. Sed quid miraris de virgine,cum mulier in filētio iubeatur discere? Bonus est pudor, quem commendāt silentia. Susanna periclitabatur & tacebat,vt meli⁹ tacito pudore loqueretur. Denię; inuenit verecūdia defensorem qui defenderet castitatem. De qua bene dici tur quod eā à flagello linguæ domin⁹ abscondit. Quid de fœminis dicimus? Ioseph tacuit accusatus, vt meli⁹ eum innocentia q̄ lingua defenderet. Tacuit Daniel omnibus sapientior,& ora clausit leonum. Vnde pulchre sanctus Dauid dicit:Posui,inquit,ori meo custodiam,dum consisteret aduersum me peccator. Quid

Psal.38. enim vis loqui? Vereris ne te tacēte obiecta credātur? Sed audi bonum magistrum dicentē sanctū Iob: Ecce rideo opprobrium,& nō loquor:clamabo, & nusquā iudiciū. Id est,criminator aliquis opprobria iacit? habes quod intrate rideas,si crimen conscientiæ non recognoscis. Quid enim referas verba verbis? Nondum est iudiciū:& si clames,non appropinquat. Debentur

FINIS.

CAPITA INSTITVTIONIS VIRGINIS.

¶ De commendatione Eusebij,quod Ambrosiā filiam suam deo deuouerit,ac de laude huiusce modi oblationis,virtute quoque taciturnitatis, & loco orādi.

CAPVT I.

De commendatione ordinis in oratione seruandi, & quod à diuinis laudibus inchoandum sit, & quomodo virgo tria in se seruare debeat. Caput II.
Quod sexus muliebris non sit culpandus propter erroris causam quam Eua inuexit. Et quomodo omniũ animantium gratia foris, hominis autem intus existat. Caput III.
Quomodo per mulierem Ecclesiæ gratia figuratur. Quodq; mulier lapsus sui in peccatum excusationẽ habeat quam vir habet. Caput IIII.
Quomodo mulierem audire vir iubeatur. Quomodo etiam Maria non solum virginitatis incentiuum attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione hæreticorum qui sanctissimam Mariam perseuerasse virginem negauerunt. Caput V.
Quomodo non derogauerit virginitati Mariæ quod coniunx Ioseph nominata fuerit. Caput VI.
Quod Maria pudorem nunquam mutauerit, quæ nec animum mutauerat. Caput VII.
Quod Maria sit porta illa clausa quã Ezechiel descripsit, in qua sedit Christus, & exiuit. Caput VIII.
Quemadmodum virgo Maria sit virga & hortus clausus, ac paradisus, & fons signatus, atq; porta clausa. Caput IX.
Quod Christus qui corona est virginum, sit vnus sicut & pater vnus est: & spiritus vn9: & quomodo in personis diuinis sit æqualitas. Caput X.
Quod nulli alij laborare aut seruire debeamus, nisi soli Christo, qui primus est. Et quomodo aliquãdo secundus & nouissimus dicatur. Caput XI.
Quomodo Christus dicatur iuuenis secundus & finis omni populo eius. Quomodo etiam virgo Maria dicatur aula regalis. Caput XII.
Quomodo Mariana virginitas dicatur leuis nubes, super quam dominus sedit, quæ alijs virginibus pluuiam spiritalem irrorat, & vnguentum integritatis. Caput Caput XIII.
Quomodo gressus Mariæ speciosi dicantur in calciamentis. Et quod moduli femorum suorum similes sint torquib9. Et vmbilicus crater tornatilis. Et vẽter sicut aceruus tritici minuti inter lilia. Ca. XIIII.
Quomodo sacræ virgines dicantur lilia Christi, & de anno dominicæ benignitatis. Caput XV.
Quomodo filiæ Hierusalem egredi iubeantur ad videndum regem Salomonẽ &c. Et de stola piæ operationis quam induere debẽt virgines. Caput. XVI.
Quomodo in virginibus videatur angelorum vita in terris, quam in paradiso amiseramus. Et de deuota deprecatione quam Ambrosius fecit super virginẽ velandam. Caput XVII.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI.

¶Institutio virginis, ad Eusebium.

¶De cõmendatione Eusebij quod Ambrosiã filiã suã deo deuouerit, ac de laude huiusce modi oblationis, virtute quoq; taciturnitatis, & loco orandi. CAPAT I.

A COMMENDAS mihi pignus tuum, quod æque est meum, Ambrosiam domini sacram: & pio eius affectu tibi asseris præstantiorem reliqua sobole solicitudinem. Et vere ita est apud mentem fidelem. Cæteros enim instituis vt emittas domo, atque alienis copules, istam tecum semper habebis. In cæteris quoque paternæ vteris pietatis necessitudine, in hac vltra patrẽ procedis, votoque & studio progrederis, vt placeat deo. Quæ cum sit præstantior causa votorum, sola tamen soluat quicquid pro se & pro omnibus filijs debes. Hoc est sacrificium quod Abel obtulit ex primitiuis ouium suarum fœtibus. Quod & Apostolus præ cæteris laudat ad Corinthios dicens: Quoniam qui statuit in corde suo firmus, & iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Vnde pulchre Dauid cum descripsisset ecclesiæ gratiam, cuius omnis gloria intus est non foris, (in bonis enim cogitationibus, atque immaculato castitatis affectu, & syncere proposito conscientiæ summa est laus) subtexuit dicens: Afferentur regi virgines post eam. Et conuersus ad dominum patrem: Proximæ, inquit, eius afferentur tibi, afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regis. Quæ est proxima, nisi quæ Christo propinquat, cui dicit deus verbum: Exurge, veni proxima mea, formosa mea columba mea, quia ecce hyems præterijt? Antequam verbum dei reciperet, hyems erat, inhonora, sine fructu: vbi verbum dei recepit, & mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Denique feruore sancti spiritus vapora ta, flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, fragrantiã castitatis, suauitatẽ gratiæ. Vnde & alibi addidit. Oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam, eo quod tota spiritalis & simplex sicut columba, (in cuius specie visus est à Ioanne descendere spiritus sanctus) spiritalia videat, & nouerit ea quæ viderit tacere mysteria. Non enim mediocris virtus tacere. Est enim & tempus tacendi, sicut tempus loquendi, sicut & scriptum est: Dominus dat mihi linguam eruditionis, quando oporteat dicere sermonem. Virginitatis itaque dos quædã est verecundia, quæ commendatur silentio. Ideo ecclesiæ gloria intus est, non vtique in multiloquio, sed in sensibus vel in penetralibus sacramentorum, sicut ipsa dicit ad sponsum: Quis dabit te fratrem mihi lactentem vbera matris meæ, & inueniens te foris osculabor te? Et quidem non spernent me, assumam te, & ducam te in domum matris meæ, & in secretum eius quæ concepit me. Et supra ait: Introduxit me rex in cubiculum suum. Foris osculatur ecclesia Christum, & ab eo in cubiculum introducitur. Osculatus est eam foris, quando tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit tanquam gigas ad currendam viam. Tãquam gigas foris est, quia non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: formam serui accepit. Foris ergo factus est, qui erat intus. Vide illum intus, quando legis quod in sinu est patris. Cognosce illum foris, quando nos quærit vt redimat. Foris sibi factus est, vt mihi intus esset, & fieret medi9 noster. Ibi ergo simus vbi Christus medicus est, radicatus & fixus in cordib9 nostris. Et ideo sicut ipse præcepit: Cum oras, intra in cubiculum tuum, & effunde super te animam tuam. Cubiculum tuum interiorum secretum est, cubiculũ tuũ conscientia tua est. Denique Ecclesiastes tibi dicit: Et quidem in conscientia tua regi ne maledixeris, & in penetralibus cubiculorum ne maledicto deuoueris diuitem. Ibi ergo & ora in occulto, vt audiat te qui in occulto audit, & ora sine ira & disceptatione, abdicato occuta dedecoris. Iustus enim non proditionem criminis metuit, sed contagionem.

¶De commendatione ordinis in oratione seruandi, & quod à diuinis laudibus inchoandũ sit. Et quomodo virgo tria in se seruare debeat. CAPVT II.
¶Quod sexus muliebris nõ sit culpãdus ppter erroris causã quã Eua inuexit. Et quomõ omniũ animantiũ gratia foris, hominis autẽ intus existat. CAP. III.

QVAM bona oratio cũ mia. Bona oratio quę ordinẽ seruat, vt primo à diuinis inchoem9 laudibus. Si enĩ cũ apud hoiem agimus, beneuolũ volum9 iudicẽ facere, quãto magis cũ dominũ nostrũ precamur? Primo ergo immolemus deo
1. Tim. 2. sacrificium laudis, vt & Apostol9 dicit: Obsecro ergo primo omniũ fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarũ actiões. Doceat te Dauidicus psalm9 octauus, qui cœpit à dei laudibus: Domine domin9 noster, q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra: Quoniã eleuata est magnificẽtia tua super cælos, Ex ore infantiũ & lactãtiũ pfecisti laudẽ. Hacten9 oratio. Inde sequitur obsecratio, vt destruatur inimicus. Postulatio, vt lunã & stellas videat, lunam ecclesiam, stellas filios
P ecclesię cœlestis gratię luce fulgẽtes: & quod petit, pphetico spiritu visurũ se esse promittit. Gratiarũ actio quod tuetur domin9 hominẽ, & hũc limũ corporis nostri diuina visitatione cõfirmat, vel quod homini animãtium genera vniuersa subiecit: Similiter & dominica oratio omnia cõprehendit, quam vulgare nõ op9
Mat. 18. est. Tu autem qui legis, quẽadmodum distinguere debeas recognoscis. Præcipue tamẽ, vt dixi, commendãda est oratio, sicut præmisi, placiditate animi & trãquilitate, vt vnusquisq; sibi constet & eõgruat, & fiat illud quod scriptũ est: Si duobus ex vobis cõuenerit sup terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres cõgregati ĩ nomine meo, ibi ego sum ĩ medio eorũ. Qui tũt isti duo,
1. Cor. 9. nisi anima & corpus? Vnde & Paulus castigabat carnẽ suam, & seruituti redigebat, vt esset animæ tanquam imperatrici suæ caro subdita, & mentis imperijs obtẽperaret, ne esset in vno homine dissidiũ, ac bellũ intra se gereret, & legi mentis repugnaret lex corporis.
C Duo igitur ista diuersa ratiõe quadã & pace iungebat, secundum quod ipse asseruit dicens: Quia Christ9 est
Ephe. 2. pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem sepis, soluit inimicitias in carne sua: ne id ageret quod nollet, atq; id faceret qđ odisset? Isti ergo sũt duo, anima & caro. Vnde & Dauid ait: Nõ timebo quid faciat
Psal. 55. mihi caro. quã aduersariam animæ suæ nosset. Quæ tamen duo, vt euidẽtius exprimamus, non solũ duo sĩt, sed etiã duo homines, vnus ĩterior, alter exterior. Isti duo si sibi propositi in æqualitatem cõcurrant, vt cogitationes factis, & cogitationibus facta cõueniant, vitæ
Psal. 76. nostræ rota sine vlla offensione voluetur, vt, quẽadmodum scriptũ est: Fiat vox tonitrui in rota. Isti igitur duo vnum sunt, nec solũ vnum, sed vnus homo. Vnde
Ephe. 2. & Apostolus ait: Vt duos cõderet in vno homine, faciens pacẽ, & recõciliaret vtroq; in vno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, vt in vtriq; accessum habeamus in vno spiritu ad patrem, Sunt etiã duo homines, vetus & nouus. Vetus ille peccato obnoxius & obsoletus, ac vestimenti veteris similitudine attritus & scissus, quem in baptimate affigimus cruci. Vnde Apostol9 ait: Quia vet9 homo noster
Rom. 6. simul crucifixus est cruci, vt destruatur corpus peccati, vt vltra nõ seruiam9 peccato. Vetus ergo affigitur, vt moriatur peccato, vt nouus resurgat, qui renouatur per gratiã. Diximus de duobus. Fortasse dicat aliquis: Quid de tribus dicis, quoniã sic habet scriptura: Vbi
Mat. 18. enĩ sunt duo vel tres cõgregati ĩ noie meo, ibi ego sum ĩ medio eorũ? Hinc quoq; ratio manifesta est, quia idẽ Apostolus dicit: Ipse autem deus pacis sanctificet vos
1. Thes. 5. per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corp9 sine querela ĩ die domini nostri Iesu Christi seruetur. Vbi ergo tres isti integri, ibi Christus est in medio eorum, qui hos tres intus gubernat & regit, ac fideli pace componit. Hęc igitur tria, integra præ cæteris in se virgo custodiat, vt nullam det sacræ virginitatis querelã, & sit in offensa, sine ruga, sine macula. De qua licet frequentibus libris diximus, tamen memorati pignoris causa, hunc ad te librum condendum arbitrati sum9.

QVOM bona virginitas, quæ sexum vtrũq; non solum absoluit à crimine, verumetiã prouocauit ad gratiam: Accusamus autẽ plerũq; fœmineũ sexũ quod erroris causam inuexerit, & nõ cõsideramus quãto iustius in nos obiurgatio retorqueatur. Nã vt repetamus à principio, & rerũ exordia interrogemus, quãtũ ei delatũ sit, inuestigabimus, & quam in misera conditionis humanæ fragilitate, fœmina inuenerit gratiam. Nã cũ omnia opera sua
E laudauerit deus, cælum, terram, maria, noctem & diẽ, quod ista proficerẽt ad vsum laboris, illa fructũ quietis, laudauerit feras, bestias: vbi ad hominem vẽtũ est, solus non videtur esse laudat9, propter quem generata oĩa sunt. Quæ igitur causa est, niſi forte ea, quia alia in specie sunt, homo in occulto? Nihil in bestijs pl9 reperias, q̃ qđ videturĩ homine nihil est inferi9, q̃ qđ videtur: qui cũ ex aĩo cõstet & corpore, hoc vtiq; in eo seruit qđ videtur, illud autẽ in eo regit hominẽ quod nõ videtur. Merito ergo alia in exordio laudãtur, isti9 laudatio nõ ꝓmitur sed reseruatur, quia aliorũ gratia foris, huius intus est. Aliorũ in natuitate, huius in corde. Quid enim tam altũ & tã profundũ q̃ mens hominis, quæ quasi suolucro quodã corporis tegitur & occultatur, vt eã haud facile quisq̃ introspicere & speculari queat? Ideo ergo homo nõ ante laudatur, quia nõ in foręsi pelle, sed in interiore homine ante, pbãd9 fic prædicandus est, quẽ præclare definiuit Apostol9 Petrus dicens absconditum esse cordis hominẽ in incor
1. Pet. 3. ruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deũ lo
cuples. Merito erga differtur, vt sequatur venerata ei9 laudatio, cuius dilatio non dispẽdium sed ineremẽtũ est. Nemo ergo se despiciat quasi vilem, nec contuitu corporis sese æstimet, Nã etsi dixerit sanctus Iob: Nudus exiui de vẽtre matris meę, nudus & hinc abibo: ha
Iob. 1. buit tamẽ quo nõ solũ iter homines, sed etiã apud deũ dĩes inueniretur. Quid autem locupletius, q̃ quod ad imaginem dei est ac similitudinem? Ad imaginẽ autẽ
F interior est homo, non iste exterior: ille qui sensu æstimatur, non oculis cõprehẽditur. Ille ergo nobis expectandus est, qui serius inuestigatur. Ideo deus non putauit hominis fabricam esse laudandã, quia maior ei9 virtute est portio. Præclara quidẽ species, & præstantior cæteris animãtib9, sed irrationabilia specie corporis æstimentur: ea autẽ quæ rationis plena sunt, cõmunem laudem sequestrent. Homo igitur mihi non tam vultu q̃ affectu admirãdus emineat atq; excellat, vt in ijs laudetur, in quib9 etiã deus prophetico iudicio laudatur, de quo scriptum est: Terribilis in consilijs super filios
Psal. 65. hominum, cuius opera coram deo luceãt, qui bona iugibus operibus facta cõtexat. Et ideo laudatio ei9 nõ in exordio sed in fine est. Nemo enĩ nisi legitime certauerit coronabitur. Ideoq; sapiẽs tibi dicit: Ante in or
2. Tim. 2. tem non laudes hominem quenquã. Qua ratione hoc
Eccle. 11. dixerit: superioribus docuit dicens: Quia in fine hominis nudantur opera eius. Spectemus tertium, in quo manifestauit deus sententiam suam. Cum enim fecisset hominem, & potuisset in paradiso operari & custodire, dixit: Non est bonũ solum esse hominem. Faciamus, inquit, ei adiutorium secundum se. Sine muliere igitur homo nõ habet laudem, in muliere prędicatur.

G Nam cum dicit: Non est bonum solum esse hominẽ, cõfirmat vtiq; bonum esse hominum genus si virili sexui fœmineus sexus accedat. Simul illud cõsiderãdũ, quia ille de terra fact⁹ & limo est, ista de viro. Et caro quidem limus, sed ille adhuc informis, iste informat⁹. Iam illud præclarum Apostolicum arcessamus exemplum quod habemus scriptum: Quia relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suę. & erũt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Ephe 5.

¶ Quomodo per mulierem ecclesiæ gratia figuratur. Quodq; mulier lapsus sui in peccatum excusationẽ habeat quam vir habet. CAPVT IIII.

ADVERTIMVS itaq; per mulierem cælestẽ illud impletum esse mysterium, ecclesię in ea gratiam figuratam, propter quam Christus descendit, & æternũ illud opus humanæ redẽptionis absoluit. Vnde & Adam vocauit nomen mulieris suæ vitã. Nam & in populis per mulierem successionis humanæ series & propago diffunditur, & per ecclesiam vita conquiritur æterna. Sane negare nõ possumus quod errauerit Mulier. Quid miraris tamen si infirmior lapsus est sexus, cũ sit lapsus etiã fortior? Mulier excusationem habet in peccato, vir nõ habet. Illa (vt scriptura aſserit) à sapiẽtissimo omnium serpẽte decepta est, tu à muliere: id est, illam superior creatura decepit, te inferior. Te enim mulier decepit, H illã malus licet tamen angelus. Si tu inferiori non potuisti resistere, quõmodo illa potuit superiori? Culpa tua illam absoluit. Si de merito culpæ dubitas, interrogemus sentẽtiam qua illi dictum est: In tristitia paries filios, & ad virum tuum cõuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Viro autem dicitur: Terra es, & in terrã ibis. Et vere iuxta hanc sententiam, quandoquidem si Adã quod à domino deo audierat, seruare nõ potuit, quomodo potuit seruare mulier quod audiuit à viro? Si illum dei vox non confirmauit, quomodo istã vox firmaret humana? Deniq; Adam conuentus quod contra diuina quæ corã audierat præcepta gustasset, nihil habuit quod diceret, nisi quod sibi mulier dedisset, & mãducasset: mulier autem ait: Serpẽs traduxit me, & manducaui. Quanto maior mulieris absolutio? Ille arguitur, hæc interrogatur. Adde illud, quod & prior culpã fatetur: Eteni quę se dicit esse seductã, testatur errorẽ. Erroris igitur medicina confessio est. In iudicio ipso quãto clemẽtior mulier viro? Ille mulierem suã accusauit, ista serpẽtẽ, hoc est, nec accusata crimẽ retorsit, I sed ipsum accusatorem suum maluit si posset absolure q̃ ligare. Habes igitur & culpæ absolutionem in confessione, & sententiæ in executione. In tristitia, inquit, paries filios. Condẽnationis suæ pondus agnoscit, munus pœnalis conditionis exequitur. Pro te mulier doloribus suis militat, & remunerationem ex pœna inuenit, vt per filios per quos affligitur liberetur. Facta est itaq; gratia ex iniuria, salus ex infirmitate. Scriptũ est enim: Quia salua erit per filiorum generationem. Cũ salute itaq; parit, quos i tristitia parturiuit: & ad laudẽ educat, quos peperit cũ dolore. Sed dicis ô vir qa mulier tẽtatio fuerit viri. Verum est etiam: Si est decora, ecce alia tẽtatio. Tamen Abrahæ descẽdenti in Aegyptum vxoris pulchritudo non nocuit, immo magis, profuit. honorat⁹ est enim per vxorẽ, nõ iudibrio habit⁹ in vxore. Cur autem tu vultus decorem in coniuge magis q̃ morum requiras? Placeat vxor honestate magis q̃ pulchritudine. Illa eligatur quæ Saram moribus referat. Non est vitium mulieris, esse quod nascitur: sed vitium viri est quærere in vxore quo sæpe tentetur: in quo si infirmior fuerit mulier, ipsa labatur: si fortior, vir periclitetur. Nõ possumus reprehẽdere diuini artificis op⁹: sed quẽ delectat corpis pulchritudo, multo K magis illa delectet venustas quæ ad imaginẽ dei est, ipsius non foris comptior. Si ergo vxor tentatio est, esto cautior, quære remedium aduersus tentationis periculum. Vigilate, inquit, & orate, ne intretis i tentationẽ. Mat.26. Domin⁹ hoc dixit, vir audiuit, mulier impleuit. Quotidie mulieres ieiunant, & nõ indicta præstant ieiunia, peccatum agnoscunt, accersunt remedium. Semel de interdicto mulier mãducauit, & quotidie ieiunium soluit. Qui secutus es errantẽ, sequere corrigentẽ. Ambo mãducastis, cur sola ieiunat? hoc est, ambo deliquistis, cur sola remedium quærit erroris?

¶ Quomodo mulierem audire vir iubeatur. Quomodo etiã Maria nõ solũ virginitatis incentiuum attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione hæretĩ eorum qui sanctissimam Mariam perseueraſse virginem negauerunt. CAPVT V.

VENI Eua iã sobria, veni Eua etsi i te aliquã do intemperãs, sed iam in prole ieiuna. Veni Eua iam talis vt nõ de paradiso excludaris, sed rapiaris ad cælum. Veni Eua iã Sara, quę parias filios non in tristitia, sed in exultatione: nõ in mœrore, sed risu. Isaac tibi multiplex nascetur. Veni iterum Eua iam Sara, de qua dicatur viro: Audi Gene. 21. Sarai vxorem tuã. Sis tu licet viro subdita, quia esse te L deceat, cito tamen soluisti sententiam, vt vir te audire iubeatur. Si typum Christi illa pariẽdo à viro meretur audiri, quantum proficit sexus, qui Christum salua tamen virginitate generauit? Veni ergo Eua iã Maria, quæ nobis non solum virginitatis incentiuum attulit, sed etiam deum intulit. Vnde lætus & exultans tanto munere dicit Esaias: Ecce virgo in vtero concipiet, Esa.7. & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum de⁹. Vnde hoc munus? Non de terra vtiq;, sed de cælo vas sibi hoc per qđ descenderet Christus elegit, & sacrauit templum pudoris. Per vnam descendit, sed multas vocauit. Vnde & speciale Maria domini hoc nomen inuenit, quod significat, deus ex genere meo. Dictæ sunt & ante Mariæ multæ, nam & Maria soror Aaron dicta fuit, sed illa Maria amaritudo maris vocabatur. Venit ergo dominus in amaritudinem fragilitatis humanæ, vt cõdiM tiõis amaritudo dulcesceret verbi cęlestis suauitatẽ, & gratia temperata. Hoc significauit fons Mara per lignũ dulcoratus, eo quod populus nationum amarus ante peccatis, vel caro nostra temperamento passionis dominicæ in vsus alteros mutaretur. Egregiæ igitur Mariæ, quæ signum sacræ virginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Christo vexillum leuauit. Et tamen cum omnes ad cultum virginitatis, sanctæ Mariæ aduocentur exemplo, fuerunt qui eam negarent virginem perseueraſse. Hoc tantum sacrilegium silere iam dudum maluimus, sed quia causa vocauit in medium, ita vt eius prolapsionis etiã episcop⁹ argueretur, indẽ natum nõ putauimus relinquendum, & maxime quia & mulierem eam legimus, sicut in Chana Galilææ ipse dominus dicenti sibi, Vinum nõ habent fili, respõdit: Ioan.2. Quid mihi & tibi est mulier? Et alibi legim⁹ quod dixerit Matthęus de Ioseph & Maria: Inuenta est ante- Matt.1. quam cõuenirent, in vtero habẽs de spiritu sancto. Et infra: Non cognouit eam donec peperit. Et iterum de Ioseph: Noluit eam traducere. Et fratres domini vidẽtur significare quod de Maria susceptifint. Et Apostolus ait: Postq̃ venit plenitudo tẽporis, misit deus filiũ Gal.4. suum factũ ex muliere, factum sub lege. Quæ singula notãda nobis sunt, vt qui illa legit, sermonis huiusmodi vinculo non alligetur. Respondeamus itaq; suo ordine. De mulieris nomine quid mouemur? Ad sexum retulit, nõ enim corruptelæ, sed sexus vocabulum est.

A Vulgi vsus non prẽiudicat veritati. Deniq; virginitas primum hoc nomen accepit. Nam cum sumpsisset de⁹ vnam de costis Adæ, & suppleuisset carnem in locum ipsius: Ae dificauit, inquit, eam in mulierem. Vtique adhuc virum non cognouerat, & iam mulier vocabatur. Rationem quoq; nominis hui⁹ scriptura nõ tacuit Gene.2. dicens: Quia dixit Adam: Os de ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro suo sumpta est. Quia sumpta est, inquit, de viro suo, non quia virum experta. Itaq; quãdiu in paradiso fuit, mulier vocata est, & cognita viro non erat. Vbi autem eiecta est de paradiso, tunc legitur quia Adam cognoGene. 4. uit Euam mulierem suam, & tunc concepit & peperit filium. Primus igitur solutus est nodus. Secunda quæstio, quia scriptum est: Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens. Consuetudo autem scripturæ diuinæ est, vt causam quæ susceptа est adstruat, incidẽtẽ differat. Quo soluitur etiam tertia quæstio, qua dictũ est: Non cognouit eam donec peperit filium. Quid ergo? Postea cognouit? Minime. Denique scriptum est: Ego sum deus, & donec senescatis ego sum. Nunquid igitur postquam senuerunt, quia dictum erat, de⁹ esse Psal.109. desiuit? Item in ꝓpheta Dauid legimus: Dixit domin⁹ domino meo, sede à dextris meis, donec ponã inimiB cos tuos scabellum pedum tuorum. Nũquid subiectis populis nationum, qui ante videbãtur inimici, cum salutis autorem negarent, simulacris seruirent: ad dexteram patris filij sedere desiuit, aut in perpetuum nõ sedebit? Quid autem præiudicat Mariæ si cælestis consilij mysterium Ioseph non intellexit, & putauit virginem non esse quam prẽgnãtem videret? Resurrectionem eius angeli ignorauerunt, quod significant versiPsal.32. culi: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Interrogãt quasi ignorẽt, & alij respõdent: Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, ipse est rex gloriæ. Et repetiuit propheta eosdẽ versiculos, & nihilominus illi quasi ignorantes iterum interrogauerunt. Sic enim scriptum est: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Quomodo ergo homo potuit diuinum scire secretum, quod angeli nesciEsa. 63. bãt? Et in Esaiæ libro habes: Quis est iste qui aduenit ex Edom, rubor vestimentorum ex Bosor? Et vtique minus erat hominem resurrexisse, q̃ virginem parturire. Eteni iã Hæliæ præcibus, Helisæi orationibus mortui resurrexerant, nunquam autem ante, nunquã postea virgo generauit. Hoc autem opinatus est quod traC duceret eam quasi ream, antequã ab angelo moneretur, postea autem quasi fidelis nec dubius virginitatis eius seruauit oraculum.

¶ Quomodo non derogauerit virginitati Marię quod cõiunx Ioseph nominata fuerit. CAPVT VI.

NEc illud moueat quod ait: Quia Ioseph accepit coniugem suam, & profectus est in Aegyptum. Desponsata enim viro, coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugij nomen adsciscitur. Non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium est, non cum virili admixtione cognoscitur. Quod autem fuit desponsata connubio, licet alibi plenius dixerimus, libare satis est causam cęlestis mysterij, vt ab ijs qui Mariam grauem vtero cernerẽt, nõ adulteriũ virginitatis, sed desponsatæ partus legitimus crederetur. Maluit enim dominus aliquos de sua generatione, q̃ de matris pudore dubitare. Fratres autem gẽtis & generis, populi quoq; Psal. 21. cõsortio nũcupari docet domin⁹ ipse qui dicit: Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis, i medio ecclesiæ laudabo te. Paulus quoq; ait: Optabã ego ipse anathema esse ꝓ Rom.9. fratribus meis. Potuerũt autẽ & fratres esse ex Ioseph D non ex Maria. Quod quidem siquis diligẽtius prosequatur, inueniet. Nos ea persequẽda non putauimus, quoniã fraternum nomen liquet plurib⁹ esse cõmune. An vero domin⁹ Iesus eam sibi matrem eligeret, quæ virili semine aulã posset incestare cælestẽ: quasi eam cui impossibile esset virginalis pudoris seruare custodiam? Cuius exemplo cęteræ ad integritatis studium provocantur, ipsa ab huiusmodi quod per se cæteris ꝓpositũ foret munere deuiaret? Et quæ esset cui matius q̃ matri dominus meritum reponeret, præmium reseruaret? Nulli enim vberiora q̃ virginitati deputauit munera, sicut scriptura nos docet. Sic enim per Esaiã domin⁹ locut⁹ est. Nẽ dicat spado, quia ego sũ lignũ Esa.56. aridũ, hæc dicit domin⁹ spadonib⁹: Quicũq; custodierint præcepta mea, & elegerit quæ ego volo, & amplectẽtur testamẽtũ, meũ dabo illis in domo mea & in muro meo locũ nominatũ meliorẽ filiorũ & filiarũ, nomẽ æternũ dabo illis, & non deficient. Alijs promittit vt non deficiant: matrem suã deficere patiebatur? Sed nõ deficit Maria, non deficit virginitatis magistra, nec fieri poterat, vt quæ deum portauerat, portandum hominem arbitraretur. Nec Ioseph vir iustus in hanc prorupisset amentiam, vt matri domini corporeo cõcubitu misceretur. Sed tamẽ Maria suis, non alienis moribus defendatur. Nõ defecit, vt dixi. Ipse testis est filius dei, qui cũ esset in cruce, discipulũ matri cõmendabat Ioan.19. vt filium, discipulo eam tradebat vt matrem. Docuit hoc Ioãnes, qui mystica magis scripsit. Alij enim Euã E gelistæ scripserunt quod in passione domini terra cõtremuit, sol refugit, persecutoribus venia postulata est. Iste dilect⁹ domini qui e pectore ei⁹ hauserat secreta sapiẽtię, & piæ volũtatis arcana: ab alijs dicta prẽteriit, hoc diligẽtius prosecutus est, vt maternæ virginitatis perseuerantiam suo iudicio comprobaret, quasi filius de matris pudore solicitus, ne quis eam tãto conuitio temeratæ integritatis aspergeret. Dignũ quippe erat vt qui latroni veniam donabat, matrem dubio pudoris absoluetet. Dicit ergo ad matrẽ: Mulier, ecce filius tuus. Dicit & ad discipulũ: Ecce mater tua. Ipse est discipulus, cui⁹ mater commendabatur. Quomodo marito vxorem tolleret, si fuerat Maria mixta coniugio, aut vsum thori coniugalis cognouerat?

¶ Quod Maria pudorem nũquam mutauerit, quę nec animum mutauerat. CAPVT VII.

CLAVDITE ora impij, aperite aures pij, audite quid Christus loquatur. Testatur de cruce dominus Iesus, & paulisper publicã differt salutem, ne matrem inhonorãtam relinquat. Subscribitur Ioannes in testamento Christi. Legatur matri pudoris defensio, testimonium integritatis. Legatur & discipulo matris custodia, pietatis gratia commendatur. Et ex illo susceptit eam discipul⁹ in suã. Nõ vtiq; Christus faciebat diuortium, nõ Maria relinquebat virum. Sed cum quo virgo habitare debebat, q̃ cũ eo quem filij hæredem, integritatis sciret esse custodẽ? Stabat ante crucem mater, & fugientibus viris stabat intrepida. Videte vtrum pudorẽ mutare potuerit mater Iesu, quę animum nõ mutauit. Spectabat pijs oculis filij vulnera, per quam sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri mater spectaculo quæ non metueret peremptorem. Pendebat in cruce filius, mater se persecutoribus offerebat. Si hoc solum esset vt ante filium prosterneretur, laudandus pietatis affect⁹, quod superstes filio esse nolebat. Sin vero vt cũ filio moreretur, cũ eodẽ gestiebat resurgere, nõ ignara fuit mysterij quod genuisset resurrecturum: simul quia publico vsui impendi mortem filij nouerat, prę-

Gstolabatur si forte etiam sua morte publico muneri aliquid adderetur. Sed Christi passio adiutore nō eguit,
Esa.63. sicut ipse dominꝰ lōge ante prædixit. Et respexi, & nō erat adiutor: & attēdi, & nemo suscipiebat & liberabo eos brachio meo: Quomodo ergo extorqueri potuit integritas Mariæ, quæ fugientibus Apostolis supplicia nō timebat? Sed ipsa se offerebat periculis, cuius tanta gratia, vt nō solū i se virginitatis gratiā reseruaret, sed etiam ijs quos viseret, integritatis insigne conferret. Visitauit Ioannē Baptistam, & in vtero matris prius quam nasceretur exultauit. Ad vocē Mariæ exultauit infantulus, obsecutus antequam genitus. Nec immerito mansit integer corpore, quem i tribus mēsibus oleo quodam suæ præsentiæ & integritatis vnguento domini mater exercuit. Eademq; postea Ioanni Euangelistæ est tradita coniugium nescienti. Vnde non miror præ ceteris locutū mysteria diuina, cui præsto erat aula cælestium sacramentorum. Nunc mihi dicant qui
Ezech.39 hanc quæstionem ferunt, Quid est quod ait dominus per prophetam, Nunc reuocabo captiuitatem Iacob, & miserebor adhuc domus Israel? Et infra: Congregabo, inquit, eos de gentibus, & congregabo illos de regionibus nationum, & sanctificabor in his in cōspectu gētium, & scient quod ego sum dominꝰ deus ipsorū, dum apparebo illis inter nationes, & nō auertam amplius faciem meam ab eis, pro eo quod effudi irā meā in domum Israel, dicit dominus. Et infra dicit prophe
Ezec. 44 ta vidisse se in monte alto nimis ædificationem ciuitatis, cuius portæ plurimæ significantur, vna tamen clausa describitur, de qua sic ait: Et conuerti me secūdum viam portæ sanctorum exterioris, quæ respicit ad orientē, & hęc erat clausa. Et ait ad me dominꝰ: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eā: quoniā dominus deus Israel transibit per eam. Eritq; clausa, quoniam dux hic sedebit in ea, vt manducet panem in conspectu domini. Secundum viam portæ intrabit, & secundum viam eius exibit. Quæ est hæc porta, nisi maria: ideo clausa, quia virgo? Porta igitur Maria per quam Christus intrauit in hunc mūdum, quādo virginali fusus est ptu, & genitalia virginitatis clausura nō soluit. Mansit intemeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis durauere signacula cum exiret ex virgine, cuius altitudinem mundus sustinere non posset.

¶ Quod Maria sit porta illa clausa quam Ezechiel descripsit, in qua sedit Christꝰ & exiuit. CAPVT VIII.

Esa.62. Ecce, inquit, porta clausa erit, & nō aperietur. Bona porta Maria, quæ clausa erat, & non aperiebatur. Trāsiuit per eam Christꝰ sed nō aperuit. Et vt doceamur quia portā
Psal. 23. habet omnis homo per quā Christus ingreditur: Tollite, inquit, portas principis vestri, & eleuamini portæ
I æternales, & introibit rex gloriæ. Quanto magis ergo porta erat in Maria in qua sedit Christus corporaliter
Iob.3. & exiuit? Est enim & porta ventris. Vnde ait Iob sanctus: i ntenebrescant, inquit, stellæ noctis illius, quia nō conclusit portas ventris matris meæ. Est ergo & porta ventris, sed non omnis clausa semper, verum vna sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio clausturorum genitalium, virginis partus exiuit. Ideo ait
Ezec. 44 propheta: Porta hæc clausa erit, & nō aperietur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominū: quoniā dominus inquit deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, id est, & post trāsitum domini erit clausa, & nō aperietur à quoquam. Nec aperta est, quoniam habuit
Ioan. 10. semper ianuam suam Christum, qui dixit: Ego sum ianua quam nemo ab ea potuit auellere. Hæc porta ad oriētem aspiciebat, quoniā verum lumen effudit, quæ generauit orientem, peperitq; solem iustitiæ. Andiant ergo imprudētes, Clausa, inquit, hæc porta est, quę so-
K lum recepit deum Israel. Si igitur de eo dictum est ad
Psal.147. ecclesiam: Quoniam confortauit seras portarum tuarum suam portam cōfortare non potuit? Sed confortauit profecto, & seruauit intactam. Denique non est aperta, Audiant igitur prophetam dicentē: Non aperietur, eritq; clausa. hoc est, nō aperietur ab eo cui desponsabitur. Non licebit enim vt aperiatur per quā dominus trāsibit. et post eum, inquit, erit clausa: hoc est, non aperiet eam Ioseph, quoniam dicetur ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim
Matt.1. ex ea nascetur, de spiritu sancto est. Porta ergo clausa virginitas est, & hortus clausus virginitas, & fons signatus virginitas.

¶ Quemadmodū virgo Maria sit virga, & hortꝰ clausus, ac paradisus, & fons signatus, atq; porta clausa. CAPVT IX.

Audi virgo diligentius apertis auribus, & clauso pudore. Aperi manus, vt te pauper agnoscat. claude ostiū, ne temerator irrepat. Aperi mētem, serua signaculū. Virga
L quoq; à radice virginitas est. Sic enī scriptū est: exiet
Esa.11. virga à radice ieisse, & flos à radice ascendet. Nō cauta est hæc virga: sed solida. Nemo ergo adurat virgam tuam, vt florem suum custodiat. Virga es o virgo, non curueris, non inflectaris in terram, vt in te flos paternę radicis ascendat. Hortus clausus es virgo: serua fructus tuos. Non ascendant in te spinæ, sed vuę tuæ floreant. Hortus clausus es filia, nemo auferat sepem tui
Eccle. 10. pudoris, quia scriptum est: et destruentem sepem mordebit serpens. Sed illam solum auferat de qua dictum est: Quid incisa est sepis? Nemo parietem tuum destruat, ne sis in conculcationem. Paradisus es virgo, suam caue: Fons signatus es virgo, nemo aquam tuam polluat, nemo conturbet, vt imaginem tuam in fonte tuo semper attendas. Porta clausa es virgo, nemo aperiat ianuam tuam, quam semel clausit sanctus & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit:
Apo.3. & claudit & nemo aperit. Aperuit tibi scripturas, nemo eas claudat. clausit pudorem tuum, nemo aperiat eum.

¶ Quod Christus qui corona est virginum, sit vnus, sicut & pater vnus est, spirituꝰ vnus: & quomō in personis diuinis sit æqualitas. CAPVT X.

M Veni o, inquit, cito, tene quod habes. nemo accipiat coronā tuā. Quę est corona tua,
Apoc.3. nisi illa de qua dictū est: et eris corona de-
Esa.62. coris in manu domini? Quis hoc dicit, nisi ille de quo dixit ecclesiastes: est vnus, & non est secun
Eccle.4. dus? Quis est iste: nisi ille de quo dictum est: Magister
Mat.23. vester vnus est christus? Vnus est, quia vnigenitus dei filius: vnus, quia solus, vt scriptum est: Qui expandit
Iob.9. cælum solus, & ambulat sicut in terra super mare. Hic ergo non est secundus quia primus est. Non est secundus, quia vnus est. Vnus deus pater, ex quo omnia, &
1. cor.8. nos in illo: & vnus dominus iesus christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Vnus deus pater, & vnus dei filius, & vnus spiritus sanctus, sicut scriptū est: Hæc au-
1. cor.12. tem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, dividens singulis prout vult. Vnꝰ, inquit, vnus: quia vnus deus. Nullus secundus. quia quod vult facit, non quod imperatur. Vnus ergo pater deus, & vnus dei filius. Vnus & vnus, quia non duo dij. Vnus filius, quia cum patre vnum est, sicut ipse dixit: ego & pater vnum su-
Ioan.10. mus. et vnus spiritus, quia vnitas trinitatis est, non ordine distincta, non tempore. Sed dicunt lectum: ite baptizate gētes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.
Mrt.28.

A Et obijciunt, quia primo patrem nominauit, secundo filium, tertio spiritum sanctum. Nunquid ergo quia di-
Ioan.1. cit euangelium: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum: inferiorē significauit patrē, quia primo verbū dei in principio semp esse ac fuisse memorauit? Aut cum dixit Apostolus: In regno Christi & dei: ordinem fecit? Aut cum dicit ipse dominus Iesus:
Luc.4. Spiritꝰ domini sup me, eo quod vnxit me: euāgelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionē: eminentiorem filio dei spiritum esse testatus est? Aduertis virgo quemadmodum ista soluantur. Aperi ad hæc aures tuas, os tuum claude. Aperi aures, vt fidem audias: claude os, vt teneas verecundiam. Deinde illud legunt, quia dixit: In nomine patris & filij & spiritus sancti. & non intelligunt quid ante præmiserit. In nomine, inquit. Tres personas quidē significauit, sed vnum trinitatis nomen asseruit. Vnus itaque deus, vnū nomen, vna diuinitas, vna maiestas. Nullus ergo secundus, quia principium omnium trinitas est, & trinitatis primatus super omnia est. Ergo vnus, & non est secundus. Vnus est qui secundum nō habet, quia vnicus solus sine peccato, solus sine adiutorio, qui ait: Respexi,
Esa.63. & non erat adiutor.

B ¶ Quod nulli alij laborare aut seruire debeamus nisi soli Christo, qui primus est. Et quomodo aliquando secundus & nouissimus dicatur. CAPVT XI.

Non est finis labori eius, quia pro omnibus aduocatus noster est apud patrem, & infirmitates nostras suscepit, & pro nobis dolet
Mat.25. & infirmatur, sicut ait: Aeger eram, & nō visitastis me. cuius oculus nō satiatur diuitijs, quia ipse
Col.2. est altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, in quo sunt thesauri mysteriorum cælestium. Cur ergo seculo potius laboramus, & fraudamus animā nostram tantæ bonitatis dispēdio, qui nulli alij nisi huic seruire debemus? Hic ergo non est secundus. Ego certe hoc testimonium defero. Lego quia primus est, lego quia nō est secūdus. Illi qui secūdum aiunt, doceāt
1.Co.15. lectione. Sed dicit aliquis quia scriptum est: Primꝰ homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Verum, ante videamus de quo dicat. Secundus inquit, homo, quasi hominem secundum dixit. Et ego dico quia primus est secundum diuinitatem, ante quē nullus. secundus autem secundum carnem, quia post Adam. Ego plus dico, non solum secundum ego hominem, sed etiam nouissimū. Deniq; sic habes: Factus
C 1.Cor.15. est primꝰ homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantē. Vide clementiam Christi ipse est primꝰ & nouissimus. Qui primꝰ erat, propter nos se nouissimū fecit Primus, quia per ipsum omnia. nouissimus, quia per ipsum resurrectio. Descēdit enim & precit se vt caderet, infra omnes se faciēs, vt omnes iacentes leuaret. Vnde & ait Ecclesiastes:
Eccle. 4. Quia si ceciderit vnus, eriget socium suū, & væ illi qui vnicus ceciderit, & non est secundus vt eum erigat. Et quidē qui dormiāt duo, est calor illis, & vnus quomodo calefiet? Hoc est, qui Christum habet secū, & si ceciderit resurget, & si mortuꝰ fuerit reuiuiscet, qa ad-
4. Re. 4. est ille, qui venit ignem in terram mittere. Denique & Helisæus cum puerum resuscitaret, insufflauit illi, vt infunderet vitæ calorem. Habeto ergo tecum hunc ignem in pectore tuo, qui te resuscitet, ne frigus tibi perpetuæ mortis irrepat. Hic ergo inuenis se proiecit
Luc. 24. qui venit per Mariam, & infundebat vitæ calorem pectoribus audientium. Vnde dicunt illi in Euangelio: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum aperiret nobis scripturas?

¶ Quomodo Christus dicatur iuuenis secūdus, & finis omni populo ei? Quomodo etiam virgo Maria D
dicatur aula regalis. CAPVT XII.

Hic est iuuenis secūdus, vt dicit Ecclesiastes: Vidi vniuersos qui viuunt, qui ambulant sub
Eccle. 4. sole cum iuuene secundo, quis resurget pro eo? Quis enim pro Christo resurget, cum ille pro omnibus resurrexerit, & in illo omnes resurrexerint. cum spem resurrectionis acceperint? De Christo autem dictum liquet quando aduertis congruere istū locum cum benedictione vel prophetia Iacob, qui ait de iuda: Quis suscitabit eum? Nō vtiq; alter, quia ipse
Gen. 49. se suscitauit, sicut ipse ait: Soluite tēplū hoc, & in tri-
Ioan.2. duo resuscitabo illud. Hoc autē dicebat de tēplo corporis sui. Illud quoq; vere Christo cōuenit soli qđ addidit, Nō est finis omni populo ei?: quia populꝰ Christi innumerabilis finē nō habet, cui fides resurrectionis æternæ, perpetuæ vitæ acquirit ætatem. Secundum carnem itaq; & iuuenem dictū, & cadere vel resurgere, dubiū nō est. Deniq; & illud attexuit, quia optimus puer pauper & sapiēs. Paup eni factꝰ est, cum diues es
2. Cor. 8. set. ipse ergo rex Israel transiuit hāc portam, ipse dux sedit in ea, quando verbum caro factum est, & habita-
Ioan.1. uit in nobis, quasi rex sedens in aula regali vteri virginalis, vel in olla feruenti, sicut scriptum est: Moab au-
Psal.59. la spei, vel olla spei meæ. Vtrunq; enim diuersis in cordibus inuenitur. Aula regalis est virgo, quæ non est viro subdita, sed deo soli. Est & olla vterus Mariæ, quę spiritu feruenti qui superuenit in eam, repleuit orbem terrarum, cum peperit saluatorem. Qui manducauit
Ioan. 4. in porta sedens, vtiq; cibum illum de quo dixit: Meus
E cibus est vt faciam voluntatē patris mei, qui in cælo est.

¶ Quomō Mariana virginitas dicatur leuis nubes, super quā dominꝰ sedit, quæ alijs virginib⁹ pluuiā spiritalē irrorat, & vnguētū integritatis. CAPVT XIII.

Divitias Marianæ virginitatis, quasi olla ferbuit, & quasi nubes pluit in terras gratia
Psal.19. Christi. Scriptum est enim de ea: Ecce dominus venit sedens super nubem leuem. Vere leuem, quiæ coniugij onera nescinit. Vere leuē, quæ leuauit hunc mundum de graui fœnore peccatorum. Leuis erat quę remissionē peccatorum vtero gestabat. Deniq; eleuauit Ioannem iiꝰ vtero constitutum,
Luc.1. qui ad vocem eius exiliuit, & infans exultauit in gaudio, prius sensu deuotionis, q̄ spiritus infusione vitalis animatus. Excipite igitur, excipite sacræ virgines nubis huius pluuiam spiritalem temperamētum flagrantiæ corporalis, vt corporis omnes restiguatis ardores atq; interna mentis vestræ humescant. Huius imbrem nubis sacratæ patres nostri annunciauerunt nobis salutem mundi futurum. Hunc imbrem significabant es-
Iudi.6. se venturum stillicidia stillantia super terrā, quæ Hieroboal popposcit & meruit, Bonam nubē sequimini, quæ fontem intra se genuit, quo rigauit orbē terrarū. Excipite ergo voluntariā pluuiam, pluuiā benedictionis, quam hæreditati suæ dominus effudit. Excipite aquam, & non effluat vobis: quia nubes est. diluat vos & sacro humore perfundat: quia olla est: spiritu vapo-
ret ęterno. Excipite itaq; ex hac Moabitide olla gratię cælestis vnguentum, nec vereamini ne deficiat quod exinanitum est, & plus redūdat, quandoquidem in omnem terram odor eius exiit, sicut scriptum est: Vnguentum exinanitum nomē tuum. propterea adolescē
Cant.1. tulæ dilexerunt te. Descēdat istud vnguentum in animæ præcordia, viscerumq; secreta, quo non deliciarū odores sancta Maria, sed diuinæ gratiæ spiramēta redolebat. Hęc pluuia Euæ restinxit appetentiam: hoc vnguētum fœtorem hęreditarij erroris absterfit: hoc vnguentū Maria soror Lazari in pedes Christi effu-

Luc.7. dit,& tota domus pio repleta odore fragrauit. Nec vl
G la se pauperem putet,nulla se arbitretur inopem,nul-
la metuat ne pretiosum hoc vnguentū emere non pos
Esa.55. sit,aut fontem istum putet esse venalē. Qui sitītis, in-
quit,ite ad aquam:& quicūq; nō habetis argentū,ite &
Esa.52. emite & bibite sine argento. Et supra ait: Gratis venūdati estis,& sine argento redimemini. Ideo pauper factus est dominus cum diues esset,vt eum omnes emāt, & egenos præcipue sua paupertate locupletet. Parate igitur vasa domini vt excipiatis hūc fontem aquæ viuæ,fontem virginitatis,integritatis vnguentum, odorem fidei,& suauis misericordiæ gratia florulentum.
induamini agni eius innocentiam, qui cum malediceretur,non remaledixit: cum percuteretur,non reper-
1.Petri.2. cussit.

¶Quomō gressus Mariæ speciosi dicātur in calceamē tis. Et quod moduli femorū suorū similes sint torquibus. Et vmbilicus crater tornatilis. Et vēter sicut aceruus tritici minuti inter lilia. CAPVT XIIII.

HANC imitamini filiæ, cui pulchre conue-
nit illud quod de ecclesia prophetatū est:
Cant.7. Speciosi facti sunt gressus tui in calceamē tis filia Aminadab:eo qd speciose ecclesia Euāgelij prædicatiōe,pcessit. Speciose,pcedit anima, quæ corpore velut calceamēto vtitur, vt quo velit suū possit sine impedimento vllo circūferre vestigium. In hoc calceamento speciose,pcessit Maria, quæ sine vlla commixtione corporeæ consuetudinis autorem sa-
Ioan.1. lutis virgo generauit. Vnde egregie Ioannes ait: Non
H sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius,id est: Non sum dignus incarnationis mysterium comprehē dere angustijs mētis humanæ, atq; inopis vilitate sermonis absoluere. Vnde & Esaias dixit: Generationem
Esa.55. eius quis enarrabit? Speciosi ergo gressus vel Mariæ vel ecclesiæ, quoniam speciosi pedes euāgelizantium. Quā pulchra etiā illa quæ in figura ecclesiæ de Maria pphetata sunt,si tamen non mēbra corporis, sed mysteria generationis eius intendas. Dicitur enim ad eā:
Cant.7. Moduli femorum tuorū similes torquibus, opera manuum artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis nō deficiens mixto. Venter tuus sicut aceruus tritici minuti inter lilia:eo quod continens sibi fit in omnibus Christi ortus ex virgine. Sicut victores solent secularīū prę liorum, strenuorum virorum donatis torquibus honorare ceruices:ita iugum nostrum leuauit, vt fideliū colla virtutis insignibus coronaret. Vere autem aluus
I ille Mariæ crater tornatilis,in quo erat sapientia, quæ miscuit in cratere vinum suum, indeficientem cognitionis piæ gratiam,diuinitatis suæ plenitudine submi-
Ioan.12. nistrans. In quo virginis vtero simul aceruus tritici,& Lilij floris gratia germinabat,quoniam & granum tritici generabat,& lilium. Granum tritici, secūdū quod scriptum est: Amen amen dico vobis, nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solū manet. Sed quia de vno grano tritici aceruus est fact⁹, cō
Psal.64. pletum est illud propheticum: Et cumulles abundabunt frumento quia granum illud mortuum plurimū fructum attulit. Hoc itaque granum omnes homines perpetua cælestium munerum esca saturauit. Cōsummatum est illud prophetici oris eloquium, dicēte eodem Dauid:Cibauit eos ex adipe frumenti, & de pe-
Psal.80. tra melle saturauit eos. In hoc grano esse etiam lilium
Cant.2. diuina testantur oracula, quia scriptum est: Ego sum flos campi,& lilium conuallium,sicut lilium in medio spinarum. christus erat lilium in medio spinarū, quando erat in medio Iudæorum.

¶Quomodo sacræ virgines dicantur lilia Christi, & de anno dominicæ benignitatis. CAPVT XV.

AVDI virgo quid dicat:Lilium, inquit, con K
uallium,id est,humilium animarum & mi
tium. Esto ergo mitis, humilis atq; māsue-
ta, vt in te sicut lilium germinet christus,
de quo & alibi habes:Labia ei⁹ lilia stillātia myrrham canti.5.
plenam:id est,qui christi passionem loquuntur,& suo ore concelebrant,ac mortificationē eius in suo circun ferunt corpore. christi lilia sunt specialiter sacræ virgines,quārum est splēdida & immaculata virginitas. Vnde plerīq; accipiunt quod ecclesia videatur dicere: Ego sum flos campi,& lilium conuallium, quæ in hac canti.2.
conualle istius mundi gratiā boni odoris exhalat sedula cōfessione pietatis. Denique & alibi dicit: Frater ibidem.
meus descēdat in hortum suum, in phialas aromatis, pascere i hortis,& colligere lilia. Ego fratri meo, & frater me⁹ mihi,qui pascit inter lilia. Ex illo ergo vtero Mariæ diffusus est in hunc mundum aceruus tritici minuti inter lilia,quando natus est christus, cui dicit propheta Dauid:Benedices coronam anni benignita- Psal:64.
tis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescēt fines deserti,exultatione colles accingētur,induti sūt arietes ouiū,& cōualles abūdant frumento:etenim clamabunt,& hymnum dicent. Quis est annus dominicæ bonitatis,nisi ille de quo scriptura dicit: Tempo Esa.49.
re accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te :quando populorum fide ecclesiā fœcundauit,iustitia induit sacerdotes? Vnde & Apostolus dicit: Ecce nunc tem- 2.cor.6.
pus acceptabile,ecce nunc dies salutis,quādo venit do L
minus prædicare annum domini acceptum, & diē retributionis. Sicut in euangelio suo ipse memorauit dicens:Spiritus domini super me,ꝓpter quod vnxit me. Luc.4.
&c. Tunc ergo dominus operibus suis, & gloria & honore sui tempus coronauit aduentus. Totus enim ille annus cōuersationis eius in hoc mūdo, diuersarum habuit certamina passionum. Vicit Herodem paruulus, de quo in passione infantium triūphauit. Esuriuit, sitiuit,pro nobis vapulauit, pro nobis contumeliarū indigna toleravit,crucem ascendit,mortuus est pro nobis

¶Quomodo filiæ Hierusalem egredi iubeantur ad videndū regē Salomonem &c. Et de stola pię operationis quā induere debēt virgines. CAPVT XVI.

VIDES quanta certamina passus est, sed tamen nō auarus exactor præmij, cui abūdauit vna cęlestis corona virtutis. Vnde egre
dimini filiæ Hierusalē, sicut vos hortatur cant.3.
scriptura diuina ī cāticis cāticorū: Egredimini, & videte regem Salomonē in corona qua coronauit eū mater eius in die sponsalium eius & iucunditatis cordis eius:quia fecit sibi,inquit,charitatem à filiabus Hierusalem.hoc est,egredimini ex his angustijs & solicitudinibus corporalibus, egredimini ex hac delectatione carnali,peregrinamini de corpore, vt adesse domino possitis:quoniā qui in carne sunt, domino suo placere nō possūt. Dicatur ergo vobis quia non estis in carne, sed in spiritu. Eritis aūt in spiritu, si potueritis cōpræ- M
hendere Salomonis veri illius pacifici charitatē quam fecit sibi ipse,& ideo coronā accepit à matre,beata matre Hierusalem. Beatus & Mariæ vterus, qui tantum dominum coronauit quando formauit. coronauit eū quando generauit,quia & si eum sine aliqua sui operatione formauerit, quia spirit⁹ sanctus superuenit i virginem (vnde & ipse ait: Inoperatum meum viderunt Psal.138.
oculi tui)tamen hoc ipso quod ad omnium salutē eū concepit & peperit,coronam capiti eius æternę pietatis imposuit,vt per fidem credentium fieret omnis viri caput christus. Inoperata ergo est caro christi, quā vt Maria virgo conciperet, inusitato quodam nouoq; incarnationis mysterio,sine vlla virilis seminis admixtione diuinæ gratia dispositionis quod erat carnis at-

A sumpsit ex virgine, atq; in illa nouissimi Adā immacu-
lati hominis mēbra formauit. Hominem audis,sed supra hominem intellige,quia scriptum est: Non coques
Exo.34. agnum in lacte matris suæ. Et alibi legis: Et homo est, & quis agnoscet eum? Ergo non debes agnum illum in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat,conditionis humanæ viribus æstimare,& maiestatem incō prehensibilis potestatis,degeneris cognitionis infirmitate cōcludere. Nō enim illum perfectæ fidei cibū Iacob coxit in lacte,quo isaac pater ita est delectatus,vt ei prærogatiuā omnē benedictiōis prophetica sobrietate conferret. Et ideo Apostolus scripsit succū lactis,
Heb.5. tenuis cibum esse doctrinæ,dicens: Quia omnis qui alitur lacte,expers est verborū iustitiæ. parvulus enim est:perfectorum autem est solida esca. Et tu ergo filia sume stolam illam mulieris pię operationis studio cōtextam,quę manus suas aperit pauperi, & lucerna eius non extinguitur in tota nocte,atq; indue te, & huiusmodi epulas affer ad patrē,vt dicat: Quid est quod tā
Gene.27. cito venisti filia? laudet in tenera adhuc ętate prudentiam,pię quoq; deuotionis affectū,& dicat tibi: Accede ad me filia. odoratus; odorem vestimentorū tuorum benedicat te dicens:Ecce odor filię meæ sicut odor agri pleni quē benedixit dominus. &,det tibi dominus à rore cæli desuper,& ab vbertate terræ abundanti. ā Atq; his adiungat:Qui maledixerit tibi, male-
B dictus erit:& qui benedixerit te, benedictus erit. Hac stola indutus Iacob hominē vidit, & ab eo quasi à domino deo benedictionem poposcit, & appellauit locum,visio dei. Hac stola indutus vidit illam stolā Chri
Gen. 49. sti de qua ait: Lauauit in vino stolam suā. Et benedixit Ioseph dicens: Filius ampliatus meus Ioseph,filius ampliatus,zelatus meus,filius meus adolescentior ad me reuertere. significans dominicæ resurrectiōis insigne. Et addidit:Benedictio patris tui & matris tuę prævaluit super benedictiones montiū manentium,& desidria collium æternorum,id est,supēt regē gratiæ. Hāc
C sume stolam vt induas Christum,atq; in eius agnitione renoueris. indue ergo sicut electa dei viscera misericordiæ,benignitatem,humilitatem, patientiam, modestiam,charitatem quæ est vnitatis vinculum, vt nemini quisquam debeas, nisi inuicem sororē tuā diligas,nec gratię eius inuideas, sed quo probatiorem videris imiteris,vt sit in te pax Christi & gratia, & verbum dei habitet in corde tuo,atq; huius mundi fugias cogitationes. Semel mundo mortua, ne quęso tetigeris,ne attaminaueris quæ sunt istius seculi,sed semper in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus abducas te ab huius seculi conuersatione, non homini sed deo cantans. Et sicut sancta faciebat Maria, conferas in cor
Psal.118. de tuo. Quasi bona quoq; agnicula rumines in ore tuo præcepta diuina,vt dicas & tu: Exercebor in mirabilibus tuis. nec dormitet aut stillet anima tua præ tędio. Stillicidia enim eijciunt hominem tempore hyemali. anima autem perfecta non stillat,in qua nulla grauioris est rima peccati,sed manet in domo sua,& in offen sæ habitatiōis nouitate lætatur & fruitur. Ac si aliquid forte nutauerit,dicas:Cōfirma me in verbis tuis.

¶Quomodo in virginibus videatur angelorum vita in terris,quam in paradiso amiseramus: & de deuota deprecatione quam Ambrosius fecit super virginem velandam. CAPVT XVII.

NVNC ad te decursis omnibus pater glorię vota conuerto, cuius pietati incessabiles gratias agimus,qđ in virginib⁹ sacris angelorum vitam videmus in terris, quam in paradiso quondā amiseramus. Quid enim vel ad inuitanda virginum studia: cōfirmandamq; virtutem, vel ad concelebrandam virginitatis gloriam plus conferre potuisti, q̄ vt deus ex virgine nascerētur? Amplius D
nobis profuit culpa q̄ nocuit,in quo redemptio quidē nostra diuinum munus inuenit. Sed ipse quoque vnigenitus filius tuus venturus in terras suscipere qā amisit sum est,puriorē carnis suę generationē reperire nō potuit,q̄ vt habitatione cælestis aulam virginis dedicaret,in qua esset & immaculatę castitatis sacrarium, & dei templum. Quid autem illud attexam, quod diuino tuo munere cum sanctis Moyse & Aaron virgo pē des per fluctus duxit Hebræorum exercitum? Relinquo vetera,priuata nō quæro, satis est ista nobilitas familiæ virginali. Te quæso vt tuearis hanc famulā tuam quæ tibi seruire,tibi animam suam,tibi integritatis suę studium dicare præsumpsit. Quam sacerdotali munere offero,affectu patrio cōmendo,vt propitius & prę sul conferas ei gratiam, quo cælestium thalamorum immorantem adytis spōsum excutiat, mereatur videri,introducatur in cubiculum dei sui regis, mereatur E
audire dicentem sibi: Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano, transibis & pertransibis à principio fi- Canti. 4.
dei,vt transeat seculum,ad illa æterna pertrāseat. intēde igitur patre in tuum munus, cui sanctificādo nullius consilium requisisti,sed ipse sine vllo petitore atque arbitro tantam contulisti gratiam, quantam ante oracula diuina credere nemo potuisset, vt in suo vtero deum virgo portaret. Cuius prærogatiua munęris prouocata crebrescunt studia virginitatis,& sacrę integritatis exempla,Quibus hæc quoque famula tua ad huiuscemodi virtutis gratiam laceśita,tuis assistit altaribus,non rutilanti cæsarię flauum deferens crinem, flammeo nuptiali dicatum, sed illum crinem quo euā gelica illa mulier sancta Maria pedes christi sedula pietate detersit,& domum totam effuso implēuit vnguento,sacro offerens velamine consecrādum. Adest puella quā non nuptiarum festa,non prædia,non honorati pōdus vteri,votiuo nupturis dolore solicitent,sed quæ immaculatos sibi fidei part⁹ & pietatis exposcat, vt in vtero accipiat de spiritu sancto, & spiritū salutis deo fœta parturiat. Sed vt ista procedere possit meritorū gratia,tu deus pater o ipotēs suffragia commēdationis adiunge. Non enī solitaria dos pudoris est. Succingat sacrę virginis crinem modestia,sobrietas,continentia,vt virtutum accincta comitatu,purpureo dominici sanguinis redimita velamine,mortificationem domini Iesu i sua carne circūferat. Hæc sunt enim me-
F liora velamine,quæ sunt indumenta virtutum, quibus culpa obtegitur,innocentia reuelatur. His igitur famulam tuam indue vestimentis,quę in omni tēpore munda sint. Mundum enim manet quicquid nulla interue-
Eccle.9. niens culpa fuscauerit,vt ei iure dicatur: Quoniā placuerunt deo facta tua. In omni tempore sint vestimenta tua candida,& oleum in capite non desit, quo faces suas mysticas possit accēdere,vt cum venerit sponsus, inter illas sapientes virgines cælesti thalamo digna numeretur,quæ deuotionis ac fidei suæ grauitatisque lumine munus sacræ professionis illuminet: Tuere igitur ancillam tuam pater charitatis & gloriæ, vt quasi in horto clauso & fonte signato teneat claustra pudicitię,signacula veritatis. Agrum suum colere nouerit, quem colebat sanctus Iacob,& sexagesimos & centesimos quoque fructus capere sat in huius virtutibus & fortitudinibus agri. Suscites in ea gratiam, & resuscites charitatem. Inueniat quem dilexit,teneat eum, nec dimittat eum donec bona illa vulnera charitatis excipiat,quę oculis præferuntur. Semper parata, noctibus & diebus toto spiritu mētis inuigilet, ne vñquam verbum eam inueniat dormientem. Et quoniam vult se dilectus tuus sæpius quæri, vt exploret affectum reuertentē,sequatur:excat fides, & anima eius in verbo tuo peregrinetur corpore,vt assit deo,vigilet ecclesię,caro

G dormiat,ne male incipiat vigilare peccatis. Tu domine adiũge alios sacræ virginitatis ornatus . Adiũge sedulos pios cultus. vt nouerit possidere vas suum, nouerit humiliari,dilectionem teneat,veritatis murum, pudoris septum:non pineæ velamen eius,non vincant cupressi:pudicitiam eius non turtures , simplicitatem eius non vincant columbæ. Sit in corde simplicitas,in verbis modus,erga omnes pudor, pietas erga propinquos, circa egenos & inopes misericordia , quod bonum est teneat.ab omni specie abstineat mala, veniat super eã benedictio morituri,& os viduæ benedicat eã. Pone verbum tuum vt signaculum in brachio eius , vt in omnibus sensibus & operibus eius Christus eluceat . Christum intendat,Christum loquatur. Aqua multa nõ possit eius excludere charitatem,nec persecutio, nec gladius,nec periculum,sed confirmata in omni verbo & opere bono,gloriam tuam induat,& in tua gratia conuersetur in hoc mundo. Sanctifices eam in veritate, in virtute cõfirmes:in charitate cõnectas , atque ad illam cælestem gloriam pudicitiæ & integritatis coronã illibatam immaculatãque diuino tuo fauore perducas, vt illic agni tui sequatur vestigia, in meridiano pascat, in meridiano maneat,nec in greges sodalium incidat, sed agnis tuis ad mixta sine offensione versetur comes virginum,pedissequa Mariarũ. Egredere itaque tu domine Iesu in die sponsaliũ tuorum , suscipe iam dudum deuotam tibi spiritu,nũc etiã professione , imple agnitione voluntatis tuæ,assume ab initio in salutẽ in sanctificatiõe spiritꝰ,& fide veritatis,vt dicat famula tua,

Psal.72. H Tenuisti manum dexteram meam , & in voluntate tua deduxisti me,& in gloria assumpsisti me . Aperi manum tuam,& imple animam eius benedictione,vt saluam facias sperãtem in te,& fiat vas in honorem , sanctificatum,vtile domino,ad omne opus bonum probatum,per illam æternalem crucem,per illam venerabilem gloriam trinitatis,cui est honor,gloria,perpetuitas,patri deo & filio & spiritui sancto,a seculis nunc & semper,per omnia secula seculorum. Amen,

FINIS.

CAPITA LIBRI AD VIRGINEM DEVOTAM.

I Quã ratione virgo deuota nullum tractatum habere deb eat cum secularibus hominibus, nec aliquid apud illos quærere. CAPVT I.

De repulsione excusationis quã virgo prætendere possit,alijsq; pulchris admonitionibus vt seculariũ hominum conuersationem deuitet. CAPVT II.

Quem admodum virgo intrare debeat in cubiculum, & clauso ostio patrẽ orare vt det ei mentem bonã & intellectũ,vt sciat quos sequi , & quos vitare debeat,cum pulchra instructione de cauendis & agendis. CAPVT III.

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLANENSIS LIBER AD VIRGINEM DEVOTAM.

Qua ratione virgo deuota nullum tractatum habere debeat cum secularibus hominibus , nec aliquid apud illos quærere. CAPVT I.

AVDI FILIA & vide & inclina aurẽ tuã , & obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui, quoniã cõcupiuit rex speciẽ tuã, quoniã ipse est dominus deus tuus , & adorabunt eum. Ipsi te deuouisti esse sponsã, deuota deo diceris. Quid tibi cũ hominibus secularibꝰ , aut quem tractatum habes cum illis? Quid vis scire cum ipsis?perditionem quam ipsi sequuntur?Si castitatẽ quæris,hanc illi non habent. Si fidem quæris,quis est fidelis in illis quem tu comitaberis?Si autem Christũ quæris,non manet in illis. Nescio quid quæras, quales amicitias vel quales fabulas habeas cum illis. Deuouisti animam tuam ad destruenda omnia quæ sunt huius seculi. Quomodo autem,quid quæris seculum cui renũciasti?Reuerti vis ad vomitum tuum sicut canis,aut vẽlut sus lota iterum in volutationem, sicut scriptum est dicente Apostolo:Si quæ destruxi, iterum reædificabo,prævaricatorẽm legis me cõstituo . Iterum ipse repetit dicens:Quicquid in seculo est, concupiscẽtia carnis est,& concupiscentia oculorum : quod non est de deo,sed de hoc mundo est. Item alibi dicit? Si quis voluerit amicus esse huius mundi,inimicus dei constituetur. Quid dicis deuota deo? Quid vis hominibus placere?Quid desideras,vel quid quæris?Si deum quæris, tecum est. Si autem hominem quæris , non hoc deuouisti. Quid sunt homines?Homines huius seculi. Et seculum transit,& concupiscentia eius . Qui autem fecerit quæ scripta sunt , manet in æternum . Quid desideras nescio. Si aurum,argentum,si vitam , si vestem splendidam,hoc tibi non placuit cum deo , hoc deus non admiratur, sed cor contritum & humiliatum : Quid quæris homines seculi, quos sanctus Apostolus iudicat Paulus dicens : Quorum deus venter est , & gloria in pudendis ipsorum , qui terrena sapiunt : nostra autem conuersatio in cælis est? Si ergo conuersationem in cælo habemus, quę sursum sunt quærere debemus, vbi Christus est,non quæ super terram . Rogo soror, qui sunt isti homines huius seculi?Fratres tuos spiritales homines non sequeris , & sequeris carnales , qui si non saturentur , murmurabunt ? Misisti margaritas tuas ante porcos , qui conculcent eas pedibus suis , & cõuersi elidant te . Non audisti : Vitate canes , vitate malos operarios . Qui sunt isti? Homines huius seculi , qui non sequuntur vestigia Christi. Rogo te quid tibi demonstrant ? Dic mihi,castitatem quam non habent? Quid ? fidem quam non inueniunt ? Doctrinam quam non sequuntur,nisi diabolicam sapientiam huius seculi? ieiunium quod odiunt? Abstinentiam quam iudicant ? Humilitatem quam opprimunt? Sobrietãtem quam negligunt ? Synceram mentem quam non habent nisi duplicem?Verecundiam quam proijciunt à se?Nescio autem quid vis studere cum ipsis.

Psal.44. K 1.Petri.2. Gal.2. 1.Ioan.2. L Phil.3. Col.3. M Phil.3. 1.Ioan.4.

¶De repulsiõe excusationis quã virgo prætẽdere possit,alijsq; pulchris admonitionib9 vt seculariũ hominum conuersationem deuitet. CAPVT II.

SED quid dicis ? Ego autem cõuerto eos ad me,Si autem ad te cõuersi fuerint, nõ tibi expedit. Quid quærit lupus cũ agno ? Vel quid quærit canis nisi panem ? Quare autẽ rugit leo nisi pro præda? Tu te ipsam castam custodi si potes. Quid vis docere quod tu ipsa nõ facis? Sicut dicit Apostolus : Nolite omni spiritui credere,sed probate spiritus si ex deo sunt. Si autem ab ipsis doctrinã accipias,docebũt te quod faciunt,vel quod sequũtur,

A concupiscẽtiã,fornicationẽ,libidinẽ, auaritiã,fraudẽ, immunditiã,impudicitiã,luxuriã,ebrietatẽ, improbitatem, turpiloquiũ,stultitiã,maleficia,homicidia,irã, rixam,& omnẽ malitiã,Quid dicis misera.vel quid ex cussas?Deuouisti animã tuã vt ab ipsa hominibus recederes,nunc autẽ quid quæris?Rogo , non confunderis quando de te illi fibi fabulas faciunt dicentes:Ecce deuota deo,quæ nos sequitur?Delinquit enim viam suã, & per terminos agri sui errauit,viam habitationis suæ non inuenit:Venite præoccupemus eam , & ducemus in viam nostram.Cecidisti misera in via lata & spatiosa quæ ducit ad mortem . Videtur tibi esse bona quæ mala est,sequeris eos amans, & nescis quoniã recta in foueam cadis,memor non es arctam & angustam esse viam quæ ducit ad vitam. Laboriosa tibi videtur esse

Actu.14. quæ bona est. Oblita es dictum fuisse: Quia per multas tribulationes nos oportet in regnum cælorũ introire.

Eccle.39. Nunc autem voluntati tuæ vis studere. Nõ legisti Salomonem dicẽtem:Bonis bona creata sunt ab initio , similiter impijs & peccatoribus bona & mala:Item ipso dicente·Initiũ vitæ hominis spiritaliter arguetur . Spi

1.Cor. 2. ritalis oĩa iudicat,ipse autẽ à nemine iudicatur. Vbi es deo deuota?Spiritalis quidẽ de alijs iudicãs , tu ipsa iudicaris . Quid quæris cũ illis?Quæ pars fideli cũ infideli? Vel quæ pars sancti hois ad canẽ ? Virgo potes esse

2.Cor. 6. B corpore,sed nõ mẽte corrupta. Oculi autẽ tui obcæcati sunt nimio ardore libidinis, in quibus trabes subiacet. Aures tuæ plenæ sunt omni spurcitia virili . Pedes vero tui veloces sunt , & nõ sunt pigri ad iamuã foris. Vbi sanctitas,vbi verecundia,vbi sobrietas , vbi castitas,vbi modestia,vbi fides , vbi continentia, vbi pura mens:Vbi sunt illa oĩa pro quib9 fidẽ tuã opposueras quã perdidisti?Melius enim fuerat te nõ vouisse & facere,q̃ vouere & non facere:Nõ potes duob9 dominis seruire,aut deo,aut mãmonæ,sicut scriptũ est ? Cũ

Matth. 6. Psal,17. Matth. 9. Ecclc. 27 perueꝛso subuerteris. Non potest cõmitti pannũ vetus cũ nouo: Tollit enim fortitudinẽ eius,& peior scissura fit. Volatilia ad sibi similia cõueniunt, & veritas ad eos qui operãtur eã reuertetur . Absit vt tu mihi soror esse dicaris,quæ cũ talib9 cõuersaris. Aut facite arborẽ bonã,& fructus eius bonos:aut facite arborẽ malã, & fructus eius malos. Vnaquęq; arbor ex fructu suo cognoscitur. Quicũq; autẽ qualis fuerit,cũ tali se iungit.

Matth. 7. Gene.8. Columba dimissa de manu hominis,statim reuersa est ad cũ in arcam. Nam coruus dimissus carnẽ secutus est quẽ tu quoq; vis sequi,vt non reuertaris ad ianuã Christi. Est tibi cõuersatio cum bestijs agri , & cũ volatilibus cæli,sicut & coruus nõ memoraris dominũ qui te de diluuio liberauit , nõ quæris cubile tuũ vmbrosum & bonum,vbi requiem tẽporalem habuisti . Non tibi ante oculos est tẽpestas,atq; oblita es charitatẽ Christi,& tenes charitatẽ hominũ huius seculi , qui nõ habent charitatem in se nisi diabolicã. Illi autẽ aliam carnem sequũtur,& non desinunt quoadusq; moriuntur.

C Recede misera de illis hominibus, ne carnes tuas electas comedãt,& talos tuos euertãt, & relinquaris nuda & spoliata sicut in cucumerario. Modo autem quid facies , quia nuda es & spoliata ? Ibis ad vicinos tuos quos ante oderas,petens ab ipsis operimentũ pudoris? Illi autẽ dare nolunt dicẽtes ? Vbi est vestimẽtum tuũ splendidum,quod ante portare solebas? Quid dicis & quid respondes eis,quã frigus obligauit ? Gratulantur autẽ in malis tuis quæ tibi venerũt. Tũc te planges dicendo:Heu mihi miseræ,cui talia venerũt. Quid mihi

Psal. 138. profuit illa captiuitas quæ me captauit miseram & infelicem?Quo ibo à spiritu tuo,& à facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælũ,tu illic es.si descendero ad infernum,ades.Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in extremo maris,etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua . Tunc dices . Va-

Osee.2. D dã & reuertar ad virũ meũ primatiũ , quia melius mihi erat tũc magis q̃ modo,qui mihi dabat vestimẽta mea & oleum meũ in tẽpore suo. Modo autem quid facio? Tũc reuerteris in domũ tuã cũ fletu, vnde exieras gatidens. Sedebis in angulo domus tuæ lugens & contrista,plorãs die ac nocte,quærẽs qui simul tecum cõtristetur,& nõ erit:& cõsolãtes te,& nõ inuenies . Et dabũt tibi eleemosynã quos ante oderas,& mouebunt capita sua sup te dicentes:Ecce quæ erat deuota deo,modo facta est vt stercora terræ,& sicut ciuitas quæ expugnatur. Vbi est castitas illius?Vbi sunt omnia illa quæeam sequebantur?Dereliquerunt enim illam , quia castitas erat dux eorũ,pd dit castitatẽ , & fugerũt omnia illa. Modo autẽ quid facies misera?Vbi sunt illi quos insequebaris?Redimãt te si possunt . Quã potes dare cõmutationẽ pro anima tua quã fraudasti per inobedientiam tuam,vt non audires fratres tuos , vel sorores quæ tibi demonstrabant ne te iungeres cum hominibus seculaꝛibus?Nũc autẽ quid faciemus tibi , vel quid dicemus, quos audire noluisti?nisi vt nosipsos plangamus super te dicẽtes·Parce domine,parce. Qui forte fletum nostrũ & gemitũ exaudire dignetur, vt det tibi animum cõuertẽdi ad ipsum denuo, vt rememores peccata tua dicendo·Quantis panibus mercenarij patris mei abũdant?ego autem fame pereo . Surgam itaq; & vadã ad

Lucæ.15. patrem meũ,& dicam illi: Pater peccaui in cælum , & coram te,iam non sum digna vocari filia tua , suscipe me sicut vnam ex ancillis tuis,vt viuam . Quid si forte pro te occiderit vitulum illum saginatũ ? Zelans enim te,zelor,desponsaui enim te vni viro virginem castã exhibere Christo. Timeo enim ne sicut serpẽs Euã se-

2.Cor.11. duxit astutia sua,sic tui sensus corrũpantur,& excidãt à charitate quæ est in Christo Iesu.

¶ Quẽadmodũ virgo intrare debeat in cubiculum,& clauso ostio patrẽ orare vt det ei mentẽ bonã & intellectũ,vt sciat quos sequi,& quos vitare debeat,cũ pulchra instructione de cauendis & agẽdis. CAP. III. E

VIDE ergo & caue de istis hominibus, vt mihi soror & domina nomineris: Intra in cubiculum,clauso ostio ora patrem tuum vt det tibi mentem bonam & intellectũ,vt scias quos debeas sequi,& quos vitare, quia multi sunt qui fingunt se esse quod non sunt,sed mentiuntur,& nescis quoniã de anima tua agitur,ne ducant te captiuã sicut bouem qui ad occisionem ducitur,aut velut canem,vt alligetur. Ne festines sicut auis in laqueum. Audi me,remoue pedem tuum de illis,sede sedula in domo tua;operare manibus tuis quod bonum est, vt habeas vnde cõmunicare possis necessitatem sustinentibus. Ora sine intermissione,ne facilis videaris in plateis . Certa bonũ certamen,curre velocius vt comprehendas in quo cõprehensa es à Christo. Audiant te homines , & letentur de bono animo,& de mente qua viuis. Da eleemosynã,& ecce omnia munda erunt tibi. Non te pigeat visitare infirmos. Ex his enim in dilectione firmaberis. Non furabis omnino,neq; per verum,neq; per mendacium,sed sit sermo tuus:est est,non non . Quod autem amplius est a malo est. Irascere,& noli peccare ad excusandas excusationes in peccatis,cum hominib9 operantibus iniquitatem. Humilia te filia ante dominum; quoniam deus superbis resistit , humilibus autem dat gratiam. Accede ad dominũ vt illuminet te, & nõ erubesces in conspectu illius,Recede de voluptate seculi, & indue te constantia virtutis. Depone vestimenta huius seculi,& indue te tunica perpetuitatis . Derelinque cibos istius seculi,& accipe tibi sancta sanctorum. Memorare Sidrach. Misach. Abdenago , & Daniel recusasse carnes & vinum gentilium,& accepisse sibi olera & legumina . Memento Machabæam propter carnes

Matth.6. Lucæ.11. Iacobi.5. Psal.4. Psal.140. 1.Petri.5. Danie.1.

G porcinas paſſam fuiſſe,& filios ipſi⁹ aſſatos vel frixos in oleo. Ambula filia in habitu ſancto cum verecundia & ſobrietate & grauitate,depone mendacium,loquere veritatẽ cũ proximo tuo. Ora filia ſine intermiſſione,ieiuna frequẽter, & da eleemoſynã,quoniã elee-
Tobię 4. moſyna à morte liberat,& non patitur ire in tenebras. Munus bonum eſt eleemoſyna,quæ purgat omnẽ ſordem & ſqualorem . Beata eris ſi hæc omnia cũ legeris facias. Zelare quod bonũ eſt, quod malum eſt obliuiſcaris. Benedicat te pater & filius & ſpiritusſanctus benedictione qua patres noſtros benedicere dignatus eſt,Abraã,Iſaac,& Iacob. Ora ꝓ me filia , quia & ego
Iacobi. 5. ſolicitus ſum de te,ſicut ſcriptum eſt:Orate pro inuicem. Item frater fratrem adiuuãs exaltabitur . Exaltẽt te dominus in ſanctitatem & dilectionẽ , ſicut ſcriptũ
Rom.13. eſt:Qui diligit fratrẽ ſuum, legem impleuit . Impleat dominus omnes petitiones tuas. Præſtet hoc tibi deus pater per Ieſum Chriſtum filiũ ſuum dominũ & deũ, regem,iudicem,ſaluatorem, redemptoremq; noſtrũ, qui eſt benedictus cum ſpiritu ſancto per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI AD VIRGINEM LAPSAM.

Quod pro corruptione deo dicatæ virginis omneſ bo ni conlugere debeant. Caput. I.
Increpatio eiuſdem corruptæ, quod corruptorem ad miſerit. Caput II.
Quod læſa corruptæ conſcientia,neq; cælum neq; terram tute contueri audeat. Caput III.
Qualem excuſationẽ corruptæ afferre ſoleãt. Ca.IIII.
Quæ ſolita ſint obſeruari in velatione ſacræ virginis. Caput V.
Quibus ſe defendere debeat refugijs virgo de ſtupro ſolicitata. Caput VI.
Quam diligentiam ſuperior facere teneatur circa virgines conſecratas. Caput VII.
Remediũ adhibendũ corruptæ virgini. Caput VIII.

Diui Ambroſij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI LIBER AD VIRGINEM LAPSAM.

¶Quod pro corruptione deo dicatæ virginis omnes boni conlugere debeant. CAPVT I.

Rom.12. AVDITE me nunc qui propeeſtis,& qui longe,qui timetis deum, & eccleſiæ eius gaudio cõgaudetis, & triſtitiæ conlugetis,ſicut ſcriptum eſt:Gaudete cum gaudentibus,& flete cum flentibus,Vos inquam appello qui charitatem Chriſti veriſſimam tenetis , & ſuper iniquitate non gaudetis , ſed potius ingemiſciſ-
tis. Aduertite verba oris mei , & ex iuſto dolore procedant indicate,& detecti ſceleris mecum pariter perhorrete. Virgo nobilis,dicata Chriſto,ſapiens,erudita,ruit in foueam turpitudinis, concepit dolorẽ,& peperit iniquitatem. Se perdidit , & eccleſiam maculauit. Hinc omnis anima Chriſtiana graue vulnus excepit quia ſanctum datum eſt canibus,& margaritæ miſ-
ſæ ſunt ante porcos . A rabidis enim hominibus no-
men ſceleratum eſt ſanctitatis , & ab immundis & lu-
teis precioſum conculcatum eſt propoſitum caſtitatis. Hinc æſtus animo meo , hinc inſanus dolor , quia vnum malum bona plurima ſecum trahit , & vna nubecula peccatricis pene totam lucem obſcurauit eccleſiæ. Aſſumam ergo vocem propheticam, & flebiliter dicam: Audite me omnes populi , & videte dolorem meum : virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Vere hæc eſt captiuitas , vbi animæ à peccato captiuæ ducuntur ad mortem , & à diabolica dominatione poſſidentur.

¶Increpatio eiuſdem corruptæ,quod corruptorem admiſerit. CAPVT II.

ADTE ergo nunc ſermo ſit , quæ caput horum & cauſa malorum es,quæ multipliciter miſera cum gloria virginitatis nomen etiam perdidiſti. Nefas eſt enim Suſannam vocari non caſtam, non licet nominari quod non es. Vnde incipiam?Quod primũ,quod vltimum dicam?Bona commemorem quæ perdidiſti , an mala defleam quæ inueniſti?Eras virgo in paradiſo dei,vtiq; inter flores eccleſiæ. Eras ſponſa Chriſti,eras templum dei , eras habitaculum ſpiritusſancti. Et cum dico totiens eras, neceſſe eſt vt totiens ingemiſcas,quia non es quod fuiſti. In cedebas in eccleſia tãquã columba illa de qua ſcriptũ
Pſal.67. eſt:Pennæ columbæ deargentatæ , & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Splendebas vt argẽtum , fulgebas vt aurum,quãdo cum ſyncera conſcientia procedebas. Eras tanquam ſtella in manu domini , nullum vẽtum, nullius belli nebulas pertimeſcebas. Quæ iſta ſubitanea conuerſio?Quæ iſta repẽtina mutatio?De dei virgine facta es corruptio Satanæ , de habitaculo ſpiritusſancti tugurium diaboli. Quæ incedebas vt columba,nunc lates in tenebris ſicut ſtellio. Quæ fulgebas vt aurum propter virginitatis honorẽ, nunc vilior facta es luto platearum,vt etiam indignorum pedibus conculceris . Quæ fueras ſtella radians in manu domini, veluti de alto ruens cælo , lumen tuum extinctum eſt. & conuerſa es in carbonem.

¶Quod læſa corruptæ conſcientia , neq; cælum neq; terram tute contueri audeat. CAPVT III.

VAE tibi miſera,& iterum væ,quæ tanta bona propter parui tẽporis luxuriam perdidiſti . Quam tibi ſpem apud Chriſtum dominum reliquiſti , cuius membra tollens feciſti membra meretricis?Quis te ſpiritus ſanctus viſitabit,cum eum repudiaſti , qui ſe quoq; à cogitationibus ſordidis lõge faciat?Sed veniamus ad humana , vt illa diuina noſcantur. Aſpice quis ſanctorum, aut quæ ſanctarum tibi approximare non horreat, aperi oculos tuos ſi potes , erige frontem , vales aliquem ſanctorum fiducialiter intueri?Nonne tuam faciem conſcientiæ commiſſum tanquam plumbũ inclinat & premit?Nonne tenebræ ante oculos tuos , & dura caligo verſatur?Nonne timor & tremor animam tuam & mẽbra quaſſant?Si ergo homines in carne conſtitutos,& alicuius forſitan delicti obnoxios non potes intueri, tam graui confuſione ſepulta:quid facies coram caſtis Apoſtolis?Quid facies coram Helia,Daniele, & tanto rum exercitu prophetarum?Quid facies coram Ioanne?Quid facies coram Maria,Tecla,& Agne,& immaculato choro puritatis?Quid deniq; coram angelis ſanctis ? Nonne ſplendore & claritate immaculatorum quaſi fulminibus percuſſa combureris?

¶Qualem excuſationem corruptæ afferre ſoleant. CAPVT IIII.

AED dictura es forſitan : Non potui ſuſtinere,quia carnem fragilem circũferebã . Reſpondebit tibi beata Tecla cum ſuis innumerabilibus ſocijs. Et nos eadẽ carne amiciæ tuimus, non tamen Plenum propoſitum caſtitatis noſtræ aut fragilitas carnis potuit mutilare , aut ſæuitia tyrannorũ per varia tormenta potuit deijcere. Reuera non poteſt caro corrumpi , niſi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine anima quæ carnem præcedit in voluptate. Sed dicis : Nolui hoc malum,ſed violentiam paſſa ſum . Reſpondebit tibi fortiſſima illa Suſanna,cuius tu nomen fallaciter baiulas: Ego etenim inter duos preſbyteros poſita , inter duos vtiq; iudices populi,inter ſyluas paradiſi ſola conſtituta vinci non potui, quia nec volui. Tu ab vno ineptiſſimo aduleſcẽte,& in media ciuitate, quomodo vim potuiſti perferre,niſi quia vltro voluiſti violari?Quis de
ꝓ nicq; tuas voces audiuit? Quis obluctationes ſenſit ? Vt autem hæc omittam,certe poſt illatam violẽtiam prodere ſcelus finõ alijs,vel parentibus vel tuis ſororibus debuiſti. Eſſet enim ex cuſatio infelicitatis, eſſet conſcientiæ plena purgatio,ſi hoſtem pudicitiæ tuæ deduxiſſes in publicũ. Sed erubuiſti forſitan,ne te violatam multi cognoſcerent. Et quid timuiſti vbi non erat timor,niſi vt tacendo crimen cum adulterio ſæpius ſo-
* cũ adultero ſæpius ſocia reris. ciares?Eſto autem, pudor prohibuit confiteri . Quid de ſecunda commixtione dicis? Quid de tertia ? Quid de frequenti cõmercio fœditatis?Ceſſet,ceſſet iam violentiæ figmentum,ceſſet roboris augmentum ,vbi totiẽs mẽbra illa dicata Chriſto ſceleſto mœcho ſuis viſceribus polluenda præbuiſti. Horret, horret animus, mens tabeſcit,cũ ad adytum ſceleris peruenitur. Nam & medicus quamuis fortis ſit animo, tamen cum altius ſecat vulnus,puto ex parte aliqua ſuſtinebit horrorẽ. Heu perdita, iam ne intelligis omnes vias excuſatiõis omnimodis clauſas ? Iam ne ſentis quantum tibi mali & in carne,& in anima nepharia libido cõtulerit?Non iſtam confuſionem de te tuus expectauerat pater , qui te ſibi ſingularem gloriam computabat. Non hunc lu-
C ctum & has lachrymas ex te ſibi naſci tua crediderat mater , quæ partus ſui gemitũ per tuam virginitatem conſolabatur. Nõ fratres tui,nõ ſorores hoc ex te dedecus expectabãt,quos omnes quaſi vno gladio tui ſceleris grauiter ſauciaſti. Si fuiſſes cõmuni ſorte defuncta,fleſſent te modicũ propter deſideriũ parentes,ſed exultaſſent granditer , quia immaculatam præmiſerãt virginem,hoſtiam viuam, domino propitiatricẽ ſuorum videlicet delictorum . At nunc plangũt mortuã, & non mortuam:lugent viuam,& non viuam. Mortuã vtiq; gloria virginitatis , viuã dedecore turpitudinis. Ingratus eſt pater ſuis viſceribus de quibus nata es,maledicit ſuo vtero mater ex quo in hanc lucem infelici ter proceſiſti . Nec tamen modum ſuo dolori reperiunt,niſi hoc ſolum plane videntur habere ſolatium, quia te nec pater compulit,nec mater coegit vt virginitatem profitereris, quam vltro & propria voluntate profeſſa es. Nam ſcio cum multas difficultates tibi tuꝰ genitor proponeret , cum arduum eſſe iter ſeruandæ virginitatis ingereret,te non ſolum pertinaciter perſtitiſſe , ſed etiam reuelationes tibi datas dixiſti terribiles. Inquantum ſibi ergo ſperabant mercedem ex eo quod nõ tuo propoſito reſtiterunt,intantum tibi intelligẽ miſera pondus iudicij creſcere quia non ſeruaſti quod vltro promiſiſti. Quibus te ſpinis ſerpens ille neq uiſſimus obligauit? Quibus te venenis infecit ille qui Euam decepit,vt tanta te cæcitate percuteret, tantam animæ tuæ faceret obliuionem?

¶Quæ ſolita ſint obſeruari in velatiõe ſacræ virginis. CAPVT V.

NON es memorata die ſanctæ dominicæ reſurrectionis,in quo diuino altari te obtuliſti velandã?In tanto itaq; ſolemni conuẽtu eccleſiæ dei inter lumina illa ſplendidia , inter candidatos regni cæleſtis quaſi regina regi nuptura proceſseras. Nõ es memorata qualis allocutio facta eſt illa die ad te: Aſpice filia & intuere, & obliui
Pſal.44. ſcere populũ tuũ,& domũ patris tui,& cõcupiſcet rex decorẽ tuũ,quia ipſe eſt dominus deus tuus?Aſpice ergo quantus ad ſponſi tui & domini nuptias cõuenerit populus . Seruare te oportuit fidem , quam ſub tantis teſtibus pollicita es,ſemper cogitare cui virginitatem ſpoponderis. Facilius te oportuit ſanguinem cum ſpiritu fundere.q̃ perdere caſtitatem tuam. His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis,& multis ſupra caſtitatem tuam preconijs,ſacro velamine tecta es,vbi omnis populus dotem tuam ſubſcribens,non atramento,ſed ſpiritu,pariter clamauit: Amẽ. Vincor lachrymis cum hæc recordor,compungor ſtimulis cũ hæc exẽplа cõſidero. Nam ſi inter decem teſtes confectis ſponſalijs. nuptijs conſummatis , quæuis viro fœmina coniuncta mortali,nõ ſine magno periculo perpetrat adulteriũ: quid putes fore ſi inter innumerabiles teſtes eccleſiæ, cotã angelis,exercitib⁹ cæli facta copula ſpiritalis per adulterium ſoluitur ? Neſcio an poſſit digna mors an
I. Cor. 7. pœna cogitari. Dicit aliquis:Melius eſt ergo nubere q̃ vri. Hoc dictum ad nõ pollicitam pertinet,ad nõdum velatam. Cæterum que ſe ſpopondit Chriſto , & ſanctum velamen accepit:iam nupſit,iam immortali iuncta eſt viro. Et iam ſi voluerit nubere , communi legẽ cõiugij adulterium perpetrat,ancilla mortis efficitur. Si hoc ita eſt,quid de illa dicendum eſt quæ occulta & furtiua turpitudine cõſtupratur, & fingit ſe eſſe quod non eſt?Habitu virgo,facto nõ virgo. Bis adultera , & in actu,& in aſpectu.

¶Quibus ſe defendere debeat refugijs virgo de ſtupro ſolicitata. CAPVT VI.

SED ad te iterum redeo, quæ obliuionem tanꝓ torũ paſſa bonorũ , receptaculum tantorum malorum facta es. Quomodo tibi in actu illo ignominioſo non venit in mentem habitus virginitatis,proceſſus in eccleſiam inter virgineos choros?Quomodo oculos tuos non perſtringebat lux vigiliarum ? Aures tuas non penetrabat hymnorum ſpiritalium cantus ? Mentem tuam non ventilabat lectionum cæleſtium virtus? Hinc vel maxime clamante
I. Cor. 6. apoſtolo:Fugite fornicationem, quia omne peccatum quod cũq; fecerit homo, extra corpus eſt:qui autẽ fornicatur,in corp⁹ ſuũ peccat. Et cũ dicit,In corp⁹ ſuũ tamen in Chriſtũ eũ peccare demõſtrat. Nã ſubiũgit: Nõ eſtis veſtri. Empti enim eſtis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore veſtro. Et iterũ dicit:
Ephe. 5. Fornicatio autẽ & oĩs immũditia nec nominẽtur inter vos,ſicut decet ſanctos. Et ſepoſita omni adulatiõe ſententiam figit apoſtolus. Hoc,inquit , ſcitote intelligentes,quia omnis fornicator , aut immundus , aut auarus non erit hæres in regno dei. Hæc tanta & tam terribilia nõ tibi veniebant in mentẽ,cũ ad illud opus nepharium tua membra peterentur ? Sed mortifera te obliuio tanq̃ in gurgitem altiſſimum demergebat,& quaſi captiuam execrabilis libido ducebat . Nonne vel illũ locum tabulis ſeparatũ in quo in eccleſia ſtabas, recordari debuiſti,ad quẽ religioſę matronę & nobiles certatim currebant tua oſcula petentes,quæ ſanctiores & meliores te erãt?Nõne vel illa præcepta quæ oculis tuis ipſe ſcriptus paries ingerebat,recordari debuiſti. Di-
I. Cor. 7. uiſa eſt mulier & virgo, quę nõ eſt nupta , cogitat quæ domini ſunt,quomõ ſit ſcta corpore & ſpiritu. Tu autẽ in cõtrariũ vertens dictũ, ita cogitans, ita agẽs, vt nec

G corpore esses sancta nec spiritu. Corpore quidē forni
cando, spiritu autē virginitatem mētiendo. Proh ne-
phas, solet fama subsequi factū: tua autē ad malū fama
prævenit. Nā cū ante triennū rumor quidā & susurra
tio de te fuisset, tu synceritatē prætēdebas, vindictā de
maledicis in ecclesia postulabas publice. Quos æstus
ego sustinui: quos pater tuus pro tua sustinuit opinio-
ne labores, requirentes singulos, singulos adstringen-
tes, vt ad autorē infamiæ veniremus. Graue enim erat
nobis & intolerabile de dei virgine vel turpe aliquid
dici vel credi. Nec hoc verita es, nec ante oculos ha-
buisti, ne venires inimicis tuis in gaudiū, & eos habe-
res infensos qui tua opinione laborabāt. Multum au
dax, multū temeraria, vt te cōscientia tua nō terreret,
simulata virginitate putares te etiā deū posse decipe-
re. Sed ille q̄ dixit: Nihil occultū quod nō reueletur,
Matt. 10. Et vos, inquit, feciſtis in occulto, ego autē in manife-
sto vos faciā. Ille qui nō mētitur, furtiuū scelus de-
duxit in publicū, & in cōspectu solis hui⁹ tenebrarū ve-
strarū opera denudauit. O quicquid prætēdit sermo,
crudeliora occurrūt, & cupiēs moderari non inuenit
modū. Oblita es propositū, oblita parētes, oblita es ec
clesiā, oblita gloriā dignitatis tuę, oblita honorē virgi
nitatis, etiā oblita promissionē regni, oblita iudicium
terribile, amplexa es corruptionē, ptulisti fructū cōfu
siōis, finē vero mortē sęuissimā, & iteritū sempiternū.

H ¶Quam diligentiā superior facere teneatur circa vir
gines consecratas. CAPVT VII.

ET certe nō habes quod de nostra negligen
tia cōqueraris. Quodcūq; enim ad officiū
pastoris pertinet, & tibi & omnibus nō ne
gatū est. Dilectio spiritalis adhibita, com
monitio sancta non desijt. Oblita domū patris tui, vt
scriptū est, ad monasteriū virginale trāsisti. Non dico
tuta esse debueras inter tot posita si voluisses, sed etiā
tutelam alijs præstare potuisses. Sed frustra hęc & alia
prouisa sunt. Hymnū virginitatis exposui, quo & glo-
riam propositi & obseruantiā pariter decantantes. Se-
minauī secus viam, seminaui in spinis, seminaui in pe-
trosa. Aut enim ex corde tuo verba mea volucres, id
est, dæmones rapuerūt, aut malis tuis cogitatiōibus sus
focata sunt, aut aruerūt nimio æstu libidinis. Heu me
I quia vbi putaui ædificare aurum, argentū, lapides pre
ciosos, inuentus sum ligna, fœnum, stipulā, arsuras ma
terias laborasse. Dicā & ego secūdum prophetā: Heu
me, quia factus sum sicut qui colligit stipulā in messe.
Equidē si tibi soli damnū feciſses, erat quidē tristitia,
sed forsitan tolerabilis: Nunc vero quātas animas tuo
scelere sauciasti, quantas animas propter te de ppposito
suo pœnitere feciſti? Quanta labia etiam fidelium in-
quinata sunt, viam domini blasphemādo? Aperuit in
nos gentilitas os suum: aduersus sanctam ecclesiā Sy-
nagoga Iudæorū per tuum dedecus exultauit. Quod
Matth. 18. si is qui vnum scandalizauerit, mola circūligatus iacta
ri debet in mare: quid de te pronūcias, per cuius scelus
omnis anima sauciata est, & nomen domini in gētibus
blasphematum est? Nonne quotiens dicitur, O virgi-
nes: totiens tibi cumulus iniquitatis augetur? Iaces ec-
ce vulnerata. Iaces ecce prostrata.

¶Remediū adhibendū corruptæ virgini. CAP. VIII.
Esaiæ. 1.

VLNO prodesse, sed subuenire nō possum
quia totum caput in dolore, & totū cor in
mœstitia est, a pedibus vsq; ad caput, sicut
ait Esaias: Nō est malagma imponere. In-
firmitas tua omne humanæ medicinæ excluſit auxiliū.
Et licet tā boni q̄ mali iusta indignatione permoti, te
omni depopulatione dignā, omni tormentorū genere
discruciatā iudicent morte mulctandā, aut ignib⁹ exu
rendā: ego tamen qui scio grauiora facinorosis seruari K
tormenta, & sine fine impias animas cruciatus manē-
re nō tēporales vtiq;, sed æternos: alijs te volo cruciati
bus affici, profuturis vtiq;, nō animā perdituris. Ego se
cundum diuinā sentētiam dabo consiliū. Solum enim
& vnicū tentandū est remediū, illud quod diuina vox
per Ezechielem miseris porrigit. Nolo, inquit, mortē Ezech. 33
peccatoris, sed tantū vt conuertatur, & viuat. Et iterū: Hiere8.
Post hęc, inquit, dixi: Cōuertere ad me. Nunquid resi-
na nō est in Galaad, aut medicus nō est ibi? Quare non
ascendit sanitas filię populi mei? Hęc vtiq; dicta pœni-
tentiam sapiunt, hæc sententiæ dei vocant ad pœniten
tiam peccatores. Pœnitudo enim necessaria est, sicut
vulneratis sunt necessaria medicamina. Sed quāta pu-
tas & qualis necessaria pœnitentia, quæ aut æquet cri-
mina, aut certe excedat? Vide ergo si simplex hoc pec-
catum adulterij est, an duplex sit per illam necem quæ
facta dicitur in occulto: & secūdum conscientiæ molē
exhibenda est pœnitentiæ magnitudo. Pœnitentia er
go non verbis agenda est, sed & actu. Hæc autem sic
agitur: Si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rue-
ris, & de quo libro vitæ nomen tuum deletum sit, & si
te iam credas prope ipsas positā tenebras exteriores,
vbi erit fletus oculorū, & stridor dētium sine fine. Cū
hæc certa fide sicut est animo conceperis, quia necesse
est prævaricatricem animā tartareis pœnis & gehen-
nę ignibus tradi, nec aliud remedium cōstitutum esse
post baptismū q̄ pœnitentiæ solatium, quantāuis affli- L
ctionem, quātumuis laborem & indecorē subire esto
contenta, dummodo ab æternalibus pœnis libereris.
Ergo hæc tu tecum cogitans, & mēte retractans, pro-
prij facti tu ipsa iudex esto crudelior. In primis omnis
cura vitæ huius interimenda tibi est, & quasi mortuam
te existimans, sicut es, quomodo possis reuiuiscere co-
gita. Deinde lugubris tibi accipienda est vestis, & mēs
ac membra singula digna castigatione punienda. Am-
putentur crines, qui per vanam gloriam occasionem
luxuriæ præstiterunt. Defluant oculi lachrymas qui
masculum simpliciter non aspexerunt. Pallescat fa
cies, quæ quondam viruit impudice. Denique totum
corpus incuria maceretur: cinere aspersum, & oper-
tum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritu-
ne placuit. Cor vero sit liquescens sicut cera ieiunijs in
quietās seipsum, & cogitationib⁹ ventilās quare sit ab
inimico subuersum. Sensus etiā crucietur, quia in mem
bra corporis cū haberet dominationē, malo cesſit im
perio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit per-
seuerās, audebit sperare & si non gloriā, certe pœnæ va
cuationem. Dicit enim deus: Couertimini ad me, & cō Iohelis. 2
uertar ad vos. Cōuertimini ex toto corde vestro, in ie M
iunio & fletu, & in plāctu: dirūpite corda vestra, & nō
vestimentum, quoniā pius & misericors sum. Sic con-
uersus magnus ille Dauid iustificatus est. Sic Niniue
peccatrix illa ciuitas incūbētē sibi euasit interitū. Pec
cator ergo si sibiipsi nō pepercit, à deo illi parcitur. Et
si futuras pœnas gehēnæ perpetuas in hoc paruo vitæ
spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio libe
rat. Grandi plagæ alta & prolixa opus est medicina.
Grande scelus grādem habet necessariā satisfactionē.
Nam nō est dubium leuius esse crimen, vbi peccatum
suum vltro homo confitetur, & pœnitet. At vbi celans
mala sua inuitus detegitur, & nolens publicatur, illud
grauius scel⁹ est, quod tibi vtiq; prouenisse negare nō
poteris. Et ideo fortius est dolendum, quia peccatū est
fortius. Si mente cernerent homines peccatores quale
iudicium immineat mundo, sensus humanus nō disper
geretur vanitate seculari, si nō ifidelitate grauaretur.
Quātūuis & qualēuis cruciatū longior vita deduceret
optarent, dummodo in illas pœnas ęterni ignis nō in-
currerēt. Sed tu quę iam ingressa es agonē pœnitētiæ.

A insiste misera fortiter, inhære tanq̄ naufragus tabulæ,
sperans per ipsam te de profundo criminum liberari.
Inhære pœnitentiæ vsq; ad extremū vitæ, nec tibi præ-
sumas ab humano die posse veniam dari, quia decipit
te qui hoc tibi polliceri voluerit. Quæ enim proprie
in dominum peccasti, ab illo solo te cōuenit in die iu-
dicij expectare remedium.

CORRVPTORIS OBIVRGATIO.

DE te autē fili serpētis, minister diaboli, vio-
lator templi dei, qui vno scelere duo crimina
perpetrasti, adulterium vtiq;, & sacrilegium.
Sacrilegiū plane, vbi vas Christo oblatum,
Danie. 5. domino dedicatum, dementi temeritate polluisti. Bal
thasar ille rex Persarum, qui in vasis domini quę de tē
plo Hierosolymis fuerāt à patre eius ablata, bibere cū
suis amicis & cōcubinis vsurpauit, ipsa nocte ăgeli ma
nu percussus, crudeli morte punitus est. Quid de te ar
bitraris perdite pariter & pditor, q̄ vas rationabile cō
secratum Christo, sanctificatū spiritui sancto impie te
merasti, polluisti sacrilege, & tui propositi immemor,
& iudicij diuini contēptor? Melius enim fuerat omni-
no te nō esse natū, q̄ sic natum, vt te sibi gehēna ppriū
filiū vēdicaret. Et licet ipsa cōscientia sceleris te agat
Prouerb. per diuersa precipitem (fugit enim impi⁹ nemine per
28. sequente se) licet te diræ imagines peccati dormien-
tem quoq; perterreāt, nō solū vigilantē: tamē ne quid

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLANENSIS AD VIRGINEM LAPSAM EXHORTATIO.

B

There. 2. VIS consoletur te virgo filia
Sion, quia magna facta est si-
cut mare contritio tua? Effun
de sicut aquā cor tuū ante fa-
ciē domini, Extolle ad eū ma
nus pro medio animæ tuæ &
peccatorū tuorū. Accipe igi-
tur lamentū. Et primū quidē
nullo die quinquagesim⁹ psal
mus intermittatur, quia in negocio tali cantatus est.
C Et vsq; versiculū illū: Cor cōtritum & humiliatū deus
nō spernit, cū lachrymis gemituq; percurrēs: insuper
etiam hanc lamentationē nō sine cōpunctione cordis
Hiere. 9. in cōspectu dei iudicis funde: Quis dabit capiti meo
aquā, & oculis meis fontem lachrymarū, vt defleā vul
nera animæ meæ? Conuersi sunt dies festi mei in lu-
ctum, & cantica in lamētationem, recesſit sonus hym-
norum, & lætitia psalmorū, & succesſit stridor dētiū,
Psal. 38. & fletus oculorū. Obmutui, & humiliata sum, & silui à
bonis, & dolor meus renouat⁹ est. Concaluit cor meū
intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Ti-
mor & tremor venerūt sup me, & cōtexerūt me tene-
bræ. Abyssus circundedit me, postremo mersit caput
meū in fissuras montium. Heu me, quia facta sum sicut
Sodoma & Gomorra cōbusta sum, quis miserebitur
cineres meos? Durius offendi q̄ Sodoma, quia illa legē
nesciēs deliquerat, ego autē accepta gratia peccaui in
dominū. Si homo peccet in hominē, erit qui interue-
niat. Ego quę peccaui in dominū, quē propitiatorē in
Psal. 7. ueniā? Concepi dolorē, & peperi iniquitatē. Lacū ape
rui & effodi eū, & incidi in foueam quā feci. Ideo con
uersus est dolor meus in capite meo, & in vertice meo
iniquitas mea descendit. Immunditia mea ante pedes
meos, nō fui memor nouissimorū meorū, & cecidi mi
rabiliter: nec est qui consoletur me. O quā acerbus fru

à pastore etiā oui morbidæ vel morituræ medicaminis
denegatum sit, do cōsilium? Petas vltro carcerē pœni- D
tentiæ, obstringas catenis viscera, aiam tuā genitibus
iniunijsq; discrucies, sanctorū petas auxiliū, iaces sub
pedibus electorū, vt nō per cor impœnitēs thesauri-
ses tibi irā in die iusti iudicij dei, qui reddet singulis se
cundum opera sua. Nec te in eorū numero constituas, Roma. 2.
quos luget Paulus: Qui ante peccauerūt, & nō egerūt
pœnitentiam super immūditia & fornicatione & libi
dine quę gesserūt. Nec tibi de multitudine peccantiū
similium blandiaris, & dicas: Non solus hoc ego egi, 2. Cor. 12.
multos habeo socios, sed recogita, quia multitudo so- 2
ciorum impunitatem non facit criminū. Nam Sodo-
ma & Gomorrha in totis quinq; ciuitatibus innumera
biles vtiq; habitabant populi, & omnes pariter qui li-
bidinosę corpora sua tractauerunt, igneis imbribus cō
flagrati sunt: solus autem Loth de illo inuitabili
incendio euasit, quia ab illa turpidine se alienum pre-
stiterat. Exclude erga vel nunc infelix de corde tuo
blandimenta serpentis, & luctu & fletu continuo, dum
in corpore tuo immundo anima illa tenebrosa versa-
tur, remediū tibi in die necessitatis acquire, semper an
te oculos tuos habens apostoli sententiam: Quia om- 2. Cor. 5.
nes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt
referat vnusquisq; propria corporis sui secundū quæ E
gesserit, siue bonum siue malum.

FINIS.

ctus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio. Quomo
do facta sum in desolationē? Subito defeci, perij pro-
pter iniquitatē meā, velut è somno exurgēs: ideo in ci
uitate domini vilificata est imago mea. Deletum est Psal. 101.
de libro vitæ nomen meum, facta sum sicut noctua in
domicilio, sicut passer vnicus in ædificio, nō est qui cō Psal. 141.
soletur me. Considero à dextris, & video, & non est Psal. 30.
qui agnoscat me. Perijt fuga à me, & non est qui requi
rat animā meā. Facta sum sicut vas perditum, quoniam
audiui vituperationem omniū circa me habitantium.
Væ diei illi in quo me infelix vterus genuit, & lux ista
crudelis excepit. Oportuerat me potius non fuisse na
tam, q̄ sic in gentibus fabula fierē. Propter me cōfusio
& improperium factū est omnibus famulis domini, &
eum digne colentibus. Lugete me montes & colles, lu
gete me fontes & flumina, quia fletus filia ego sum. Lu F
gete me bestiæ silvarū, reptilia terræ, & volucres cæli,
& omnis anima quæ vita frueris. Nā vos beatæ feræ &
volucres, quib⁹ nullus metus de inferis, neq; post mor
tem reddēda est ratio. nos manet pœna crudelis Tār-
tari, qui habentes sensum delinquimus, & ideo non est
pax peccatoribus. Meum est peccatum, mea iniquitas.
Non sunt similia offensa hominū, quia horribilis hæc
impietas est, carne pollicita seruare virginē, & casti-
tem professa publice, mentita sum domino: ideo non
est mihi fiducia inuocandi dominū altissimū, quia ob
structū est os delinquentiū. Nam meū malū propheta
cecinit, quod qui elongant se à deo, peribunt, disper- Psal. 72.
dit omnē fornicantē à se. Et iterū: Adhesit anima mea Psal. 21.
faucibus meis, & in puluerem mortis deducta sum. Ve
runtamē clamabo ad dominū cū adhuc tēpus est, dū
datur spatium, quia in morte nō est memoria, & in in- Psal. 37.
ferno non est confessio. Dominē ne in ira tua arguas
me, neq; in furore tuo corripias me. Quoniam sagit-
tæ tuæ infixæ sunt mihi, & nō est sanitas in carne mea
à vultu iræ tuæ. Nō est pax ossibus meis à facie iræ tuæ.
Quoniā iniquitates meæ superpoluerūt caput meū, si-
cus onus graue grauatę sunt super me. Cōputruerunt
& deteriorauerunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ
meæ. Miserijs afflicta sum vsq; in finem, rugio à gemitu
cordis mei. Cor meū cōturbatum est intra me, dereli-
quit me virtus mea, & lumen oculorū meorū, & ipsum

G non est mecum. Deus repulisti me, & destruxisti me, ostendisti mihi dura, potasti me vino compunctionis, expulsa sum ab oculis tuis, iam non adiiciam vt respiciam ad tẽplũ sanctũ tuũ, & facta sum in exterminio, Quæ vtilitas in sanguine meo, dũ descendo in corruptionem? Nũquid mortuis facies mirabilia, aut medici Ezech. 33 suscitabunt? Tuus sermo est, tua promissio est: Nolo mortẽ peccatoris, sed cõuersionẽ, vt possit viuere. Ad te deus meus conuersio, quia solus potes renouare oĩa, & ab inferis animas reuocas. Tu soluis compeditos, tu Psal. 118. deus elisos erigis, cæcos illuminas, mortuos suscitas. Psal. 2. Erraui sicut ouis perdita, require famulã tuã, ne lupus crudelis glutiat me. Multi dicunt animæ meæ, nõ est sa- Psal. 38. lus in deo eius. Sed tuum cõsilium tecũ est. Quot sunt dies famulæ tuæ, quãdo facies mecũ iudicium? Defecit in salutari tuo anima mea, defecerũt in lachrymis oculi mei, effusa est in terra gloria mea. Quãdo respiciens K restitues animã meã? Propter iniquitatẽ corripuisti me & tabescere fecisti sicut aranea animã meam. Memẽto domine quod pulvis sum, vide humilitatẽ meam, & laborem meum, & remitte omnia peccata mea. Remitte mihi vt refrigerer priusquã abeam, & amplius nõ ero, Iob. 9. nec in inferno erit confessio. Potens es domine dirumpere vincula mea quibus ligata sum atq; cõstricta, qui Raab sordidam non aspernatus es. Iram tuam domine aufer à me, quia peccaui tibi erudeliter, donec iustifices causam meã, & educas me in lumine deus virtutũ. Da pœnitentiæ effectum, confessionis perseuerãtiam, ne me induret deceptor animæ. Hoc mihi donum, hãc mihi gratiam de tuo fonte præstari cupio deus, vt in æternum tibi confitear. Qui viuis & regnas in trinitate in secula seculorum. Amen.

FINIS.

Diui Ambrosij

H

EPISCOPI MEDIOLANENSIS

DE VIDVIS LIBER VNVS.

RENE accidit fratres, vt quoniã tribus libris superioribus de virginum laudibus disseruimus, viduarum tractatus incideret. Neq; enim inhonoras debuimus præterire, & à virginum præconio separare, quas apostolica sententia cũ virgi- 1. Cor. 7. nibus copulauit: iuxta quod scriptum est: Et mulier innupta, & virgo cogita tquæ sunt domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Quodammodo enim magisterium virginitatis, viduarũ valescit exemplis. Quæ cum viro castum cubile custodiũt, documento virginibus sunt integritatem deo esse seruandam. Et propemodũ nõ inferioris virtutis est eo abstinere coniugio quod aliquãdo delectauerit, quã cõiugii oblectamenta nescire. In vtroq; fortes, vt eas & cõiugij nõ pœniteat cui fidẽ seruent, & coniugalia oblectamenta non alligent, ne videantur infirmæ, quæ sibi adesse non possunt. In hac ipsa tamen virtute præmia I sunt reposita libertatis: Mulier enim vincta est quanto tempore vir eius viuit, quod si dormierit vir ei⁹, libera est, cui vult nubat, tantũ in domino. Beatior autem erit si sic permãserit, secũdum meũ consiliũ dico. Puto enim quod & ego spiritũ dei habeã. Euidenter igitur expressit apostolus quid interfit, cũ aliã vinctam esse dixerit, aliam beatiorem esse memorauerit. Idq; nõ tam ex suo iudicio quã diuini spiritus docuit infusione depromptũ, vt cælestis ista non humana sententia videretur. Quid vero illud quod tẽporibus ijs quib⁹ fames omne genus vrgebat humanũ, Helias ad viduã destinatus est? Et vide quẽadmodũ propria singulis gratia reseruetur. Angelus ad virginem, propheta ad viduam. Adde quod Gabriel ille, hic Helias, vt ex angelorum & prophetarũ numero præstantissimi principes videãtur electi. Sed non simplex vidnitatis laus est, nisi virtus etiã viduitatis accedat. Nam vtiq; multæ viduæ, sed vna oĩbus antefertur: in qua non tam cæteræ reuocantur ab studio, q̃ virtutis prouocãtur exẽplo. Solicitas igitur aures præsagio facit, q̃us simplicitas intellectus ipsa moralis sit, quæ ad virtutis exẽplum viduas cohortetur, quia nõ professiõe, sed merito videtur vnaquæque præstare, & hospitalitatis apud deum gratiam nõ Matt. 10. perire, qui potum aquæ frigidæ, sicut in Euangelio ipse memorauit, præmio æternitatis remuneret amplissimo, & farinæ breuis oleiq; mensuram indeficienti affluentium copiarum vbertate compenset. Nam si quis de gentilibus dixit communia omnia amicorum esse debere. quanto magis debent esse communia cognatorum? Cognati enim sumus, qui in vnam seriem corpotis copulamur. Sed tamen non præscripto quodam hospitalitatis fine concludimur. Cur enim proprium id quod in seculo est putes, cum cõmune sit seculum? Aut cur priuatos terræ deputes fructus, cum terra com- Matt. 6. munis sit? Respicite, inquit, volatilia cæli, quoniam nõ serunt, neq; metunt. Etenim quibus nihil est proprium nihil deest. Et sententiæ suæ deus arbiter nouit seruare promissum. Deniq; aues nõ cõgregant, & redũdãt, L quia pater cælestis pascit illas. Nos autẽ generalis monimenta sententiæ ad vsus proprios deriuãtes, Omne, Gene. 1. inquit, lignum quod habet in se fructus seminis satiui, erit vobis in escam, & oĩbus bestijs, & omnibus auib⁹, & omnibus serpentibus super terrã: congregando egemus, & cõgregando euacuamur. Non possumus enim sperare promissum, qui nõ seruamus oraculũ. Salubre est igitur præceptum quoq; hospitalitatis aduertere, vt hospitibus deferamus: quia nos quoq; summi hospites mundi. Quã vero sancta vidua, quæ cũ fame vrgeretur extrema, venerationẽ deo debitã reseruabat. Nec solũ sibi vsurpabat alimẽta, sed cũ filio diuidebat, nẽ charo pignori superuiueret. Magnũ pietatis officiũ, sed religionis vberius. Nã sicut neminẽ filio oportuit anteferri, ita ꝓpheta dei & filio præferri debuit & saluti. Cui nõ exiguũ victũ, sed vitæ suæ omne subsidiũ existimãda est detulisse, quæ nihil reliquit sibi, tã hospitalis vt tot ederet, tam fidelis vt cito crederet. Ergo vidua nõ M abstinẽtia corporis tãtũ definitur, sed virtute designatur. Cui præcepta nõ do ego, sed Apostolus tribuit. Honorificentiã nõ sol⁹ impartior, sed gentiũ doctor pri⁹ 1. Tim. 5. detulit dicens? Viduas honora quæ vere viduæ sunt. Siqua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum suã domũ regere, & mutuã vicem reddere parẽtibus. Vnde aduertitur vtrũq; pietatis affectum viduæ inesse debere, vt filios diligat, parẽtib⁹ deferat. Ita dũ obsequium parẽtibus rependit: magisteriũ exercet in filios, suoq; ipsa remuneratur officio, cũ id quod alijs defert, sibi proficit. Hoc enim acceptũ est coram deo. Et ideo si cogitas vidua quæ dei sunt, debes id sequi quod deo placere didicisti. Et supra quidẽ sanctus apostolus ad cõtinentiæ studium viduas cohortatus, dixit eas cogitare quæ sunt domini. Alibi autẽ vbi eligitur vidua quæ ꝓbata est, nõ solũ cogitare præcipitur, sed etiã sperare de domino. Quæ enim vere vidua est, inquit, & desolata, sperat in dominũ: & instat obsecrationibus & oratiõibus die ac nocte. Nec immerito has irreprehensibiles ostendit esse debere, quibus vt opus virtutis indicitur, ita etiã honorificentia larga defertur, vt etiã ab episcopis honorentur. Qualis autẽ eligi debeat, ipso doctoris sermone describitur. Nõ minus,

A inquit, sexaginta annorũ, quæ fuerit vni⁹ viri vxor. Nõ quo senectus sola viduã faciat, sed quo viduitatis merita, stipẽdia senectutis sint. Nã vtiq; illa præclarior, quę calorẽ adolescẽtiæ, & iunioris feruescentẽ edomat ętatis ardorem, nec mariti grẽtiã, nec vberiora liberorũ oblectamenta desiderans, q̃, quæ effœta iam corpore. frigida senectute, matura æui, nec calere voluptatibus potest, nec sperare de partu. Neq; vero siqua in secundas nuptias inciderit, (quas vtiq; apostolica præcepta non damnãt) quasi fructu pudoris amisso, si rursus soluta fuerit viro, ab affectu viduitatis arcetur. Habebit illa quidem vel seræ meritũ castitatis, sed ꝓbationẽ erit quę alterius nõ fuerit experta coniugium. In illa enim eminet studium castitatis, huic aut senectus, aut pudor modum videtur fecisse nubendi. Nec sola tamen castitas corporis viduæ fortitudo est, sed magna & vberrima disciplina virtutis, quæ in operibus bonis testimonium habeat, si filios educauerit, si hospitio receperit, si sanctorũ pedes lauerit, si tribulationẽ patiẽtibus subministrauerit, si postremo omne op⁹ bonũ fuerit sub secuta. Vides q̃ multas virtutũ comprehẽderit disci- B plinas: Primo pietatis officium: Secundo hospitalitatis studium, & humilitatis obsequium. Tertio misericordiæ ministerium, liberalitatisq; subsidium: ad summam, omnis executionẽ boni operis flagitauit. Et ideo adolescentiores deuitandas putat, eo quod non valeãt tantæ opera implere virtutis. Etenim vicina est lapsibus adolescentia, quia variarum æstus cupiditatũ, feruorem calentis inflammat ætatis. Bonicq; doctoris est materiam arcere peccati. Prima enim institutionis est disciplina, culpã auertere: secunda, virtutẽ infundere. Tamen cum sciuerit apostolus Annam illam ab adolescentia octogenariã viduam dominicorũ operũ extitisse prænũciam: non puto quod iuniores reuocãdas putarit à viduitatis affectu, maxime cũ dixerit: Melius 1. Cor. 7. est nubere quam vri. Nam vtiq; pro remedio nuptias suasit, vt peritura sanetur, nõ pro electione præscripsit casta & continẽs quid sequatur. Aliud est enim subnubere labenti, aliud suadere virtuti. Et quid de humanis iudicijs loquar, cum diuinis iudicijs in nullo grauẽ? Iudæi dominũ læsisse prodantur, q̃ quod viduæ gratiam minorũmq; iura violarent? Hæc prophetici causa vocibus conclamatur, quæ meritum Iudæis resectionis inuexerit. Hæc sola causa delicti inuidiam mitigatura memoratur, si honoretur vidua in honoribus, æqui iustitia iudicij deferatur. Sic enim habes: Iudicate pupil- Esaiæ. 1. lo, & iustificate viduam, & venite disputemus, dicit dominus. Et alibi: Pupillum & viduã suscipiet. Et alibi: Psal. 145. Psal. 131. Viduam eius benedicens benedicam. In quo ecclesiæ quoq; figura prætexitur. Videtis igitur sanctę viduæ C nequaq̃ lubricomunus studio deserendũ, quod diuinã benedictionis subsidijs honoratur. Quid vero illud, vt 3. Reg 17. ad superiora redeamus, quod cũ in omni terra esset fames maxima, viduæ tamen deo cura nõ defuit, atq; ad alendam eã propheta directus est? In quo cũ me admoneat domin⁹ quod in veritate dicturus sit ad mysteriũ videtur solicitare aures. Quid enim verius Christi & ecclesiæ potest esse mysterio? Non igitur ociose inter multas viduas vna prefertur. Quæ enim talis, ad quam tantus propheta, qui ad cælum raptus est, dirigatur, eo præsertim tempore quo clausum est cælum annis trib⁹ & mensibus sex, cum facta esset fames magna ih omni terra? Vbiq; ergo fames erat; & adhuc tamen hæc vidua non egebat. Qui sunt hi tres anni? Forte illi quibus dominus venit in terras, & fructum in ficulnea in- Lucæ. 13. uenire non potuit: iuxta quod scriptum est: Ecce anni tres sunt ex quo veni quærens fructũ in ficulnea hac, & nõ inuenio. Hæc est profecto vidua illa de qua dictum Esaiæ. 54. est: Lætare sterilis quę nõ parturis, erumpe & exclama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis q̃ eius quę habet virum. Et bene vidua, cui bene dicitur D Ignominię & viduitatis tuæ non eris memor, quia ego Esaiæ. 54. dominus qui facio te. Et fortasse ideo vidua, quæ amisit quidem virum secundum corporis passionẽ, sed in die iudicij filium hominis quem amisisse visa est, recepturа. Tempus enim breue, inquit, dereliquite, vt gloriosius scilicet fidẽ relicta seruares. Habẽt itaq; omnes quod imitentur exẽplum, virgines, nuptę, & viduę. Et fortasse ideo ecclesia virgo, nupta, vidua, quia vnum corpus in Christo sunt. Hęc igitur illa vidua est, propter quã verbi cęlestis siccitas cũ esset in terris, ꝓphetæ sunt destinati. Erat enim vidua quæ sterilis erat, sed partũ sibi tẽpori reseruabat. Vnde nec illi⁹ nobis videtur ꝑsona mediocris qui aridã terrã verbi rigauit rore cælesti clausumq; cęlũ nõ humane vtiq; potestate reseravit. Quis enim est qui cęlũ potest aperire nisi Christus, cui quotidie de peccatorib⁹ cibus ecclesię cumulo cõgregatur? Heq; enim humanę facultatis est dicere: Hydria farinę nõ deficiet, & vas olei nõ deficiet vsq; in diẽ quo dabit domin⁹ pluuiã sup terrã. Nam licet 3. Reg. 17. mos sit ita prefari, ꝓphetis tamẽ hic vera dei vox est. Ideo premissum est: Quia hęc dicit domin⁹. Domini enim est perpetuitatẽ sacramẽtorũ spõdere cælestiũ, E & nõ defuturã spiritalis exultationis gratiã polliceri: largiri munimenta vitæ, fidei signacula, dona virtutũ, Quid est autẽ: Vsq; in illũ diẽ quo dabit dominus pluuiã super terrã: nisi quia descẽdet sicut pluuia in vellus Psal. 71. & sicut stillicidia stillãtia sup terrã? In quo veteris mysteriũ reseratur historię, quo sanctus Gedeon mystici certaminis pręliator, futurę capiẽs insigne victorię spiritale sacramẽtũ vigore mentis agnouit, pluuiã illam verbi rorẽ esse diuini, quę primo pluit in vellus, cũ terra omnis perpetuis siccitatibus ęstuaret. Secundo vero indicio vniuersam terrã fuso imbre madefecit, cũ siccitas esset in vellere. Aduertit enim vir prefagus futuræ ecclesiæ crescentis insigne. Nã primo intra Iudææ diui- Psal. 75. ni cœpit ros sermonis humescerẽ (notus enim in Iudea deus) cũ arido fidei totius orbis vniuersa torrerẽt. Sed vbi Ioseph greges deum negare cœperũt, & ausu nepharto immaniũ delictorũ cõtrahere diuinitatis offensam, tunc ꝑ omnes terras fuso imbris rore cælestis, populus Iudęorũ æstu perfidiæ sitę cœpit aresce re, cũ ecclesiã sanctã ex oĩbus terrarũ partibus congregatam, propheticę nubes & salutaris imber apostolicus irrigarent. Hęc est illa pluuia nõ terrarũ humido nõ nebulosõ concreta montiũ, sed cælestium scripturarum salubri per totũ orbem imbre diffusa. Ostenditur exẽplo igitur, non omniũ esse diuinę mereri miracula potestatis, sed eorũ quibus religiosæ deuctionis studia suffragentur. Et diuini eos fructu operis abdicari, qui reuerentię cælestis sunt exortes. Ostẽditur etiã in mysterio F quod ad instaurandã ecclesiã dei filius humani corporis sacramẽta susceperit abdicato populo Iudæorum, quibus cõsiliarius & propheta, beneficiorũq; adempta sunt miracula diuinorũ, eo quod ciuico quodã inuidię næuo in dei filiũ credere nõluerũt. Docuit igitur scriptura quãta collatio gratię, quãtum etiã sit munus diuinę benedictionis in viduis. Quibus quoniã honorificentia à deo tanta cõfertur, facile est aduertere qualis debẽat vita cõpetere. Docet enim Anna quales deceat esse viduas, quę immaturo mariti obitu destituta, maturę tamẽ à deo remunerationẽ laudis inuenit, non minus religiõis officio; q̃ studio castitatis intenta. Vi- Lucæ. 2. dua, inquit, octoginta & quatuor annorũ. vidua quę nõ discedebat de tẽplo, vidua quę ieiunijs & obsecrationib⁹ die ac nocte seruiret. Vides qualis vidua prędicetur, vni⁹ viri vxor, ętatis quoq; ꝓbata iam procęssu, viuida religiõi, & effœta iã corpore; cui diuersoriũ in tẽplo, colloquiũ in prece, vita in ieiunio, quę dierũ noctiũq; tẽporib⁹ indefesse deuotiõis obsequio, cũ cor-

G poris agnoſceret ſenectutẽ, pietatis tamẽ neſciret ætatem. Sic inſtituitur à iuuẽtute vidua, ſic prædicatur in ſenectute veterana, quæ viduitatẽ nõ occaſiõe tẽporis, nõ imbecillitate corporis, ſed virtutis magnanimitate ſeruauerit. Etenim cũ dicit ſeptẽ annis eã cũ viro fuiſſe à virginitate ſua: ab adoleſcẽtiæ vtiq; ſtudijs inchoata prædicat ſubſidia ſenectutis. Docemur itaq; triplicẽ caſtitatis eſſe virtutẽ. Vnã coniugalẽ, aliam viduitatis, tertiã virginitatis. Nõ enim aliã ſic prædicamus, vt excludamus alias. Suis quibuſq; profeſsionib⁹ iſta cõducunt. In hoc eccleſiæ opulens diſciplina, quod quos præferat habet, quos reijciat nõ habet, atq; vtinã habere nunquã poſsit. Ita igitur virginitatem prædicamus, vt viduas nõ reijciamus. ita viduas honoramus, vt ſuus honor cõiugio reſeruetur. Non noſtra hoc præcepta, ſed diuina teſtimonia docẽt. Reminiſcamur itaq; quẽadmodũ Maria, quẽadmodũ Anna, quẽadmodum Suſanna laudẽtur. Et quoniã nõ laudes earũ tantũmodo prædicandæ ſunt, ſed diſciplinæ etiã ſunt ſequẽdæ reminiſcamur vbi Suſanna, vbi Anna, vbi Maria ſint repertæ, & aduertamus quẽadmodũ ſingulæ aptis laudibus prædicẽtur, & vbi nã cõmorantur. Nupta in paradiſo vidua in tẽplo, virgo i ſecreto: ſed in illis tardior fructus, in virgine maturior. Illas ſenectus probat, virginitas laus ætatis eſt, nec adiumenta quærit annorum,

H quæ omniũ eſt fructus ætatũ. Adoleſcentiã decet, iuuẽtutem ornat, amplificat ſenectutẽ, omniq; æuo habet iuſtitiæ ſuę canos, maturitatẽ grauitatis, velamen pudoris, q̃ deuotionẽ nõ impediat, religionẽ augeat. Aduertimus enim ex ſequẽtibus, quia quotannis in die ſolẽni paſchæ ſancta Maria cũ Ioſeph Hieruſalẽ patebat vbiq; impigra deuotio, vbiq; aſsidu⁹ virgini comes pudoris adiungitur. Nec inflatur domini mater quaſi ſecura de meritis, ſed quo meritũ maius agnouit, eo votũ vberius exoluit, officiũ copioſius detulit, munus religioſus vexit, myſticũ tẽpus impleuit. Quãto igitur vos magis cõuenit intentas eſſe ſtudio caſtitatis, ne locũ ſi niſtræ relinquatis opinioni, quæ pudicitiæ teſtimoniũ in ſolis habetis moribus? Virgo enim licet in ea quoq; maior ſit morũ prærogatiua q̃ corporis, calũniam tamen integritate carnis abiurat. Vidua quæ probandæ ſubſidiũ virginitatis amiſerit, non in voce obſtetricis,

I ſed in ſuis morib⁹ habet caſtitatis examẽ. Docuit igitur ſcriptura q̃ attentus viduæ eſſe debeat & religios⁹ affectus. Docuit etiã lib. eodẽ, ſed alio loco, q̃ miſericordẽ in pauperes & liberalẽ eſſe cõueniat, nec paupertatis debere contẽplatione reuocari, quia liberalitas nõ cumulo patrimonij, ſed largitatis definitur affectu. Deniq; dominica voce illa vidua omnibus anteferatur, de qua dictũ eſt: Vidua hęc plus omnibus miſit. In qua moraliter domus inſtituit vniuerſos, ne quis à collatione miniſterij paupertatis pudore reuocetur: nec ſibi diuites blãdiantur quod plus videantur cõferre q̃

Lucæ. 21. pauperes. Vberior eſt enim numus è paruo, quã theſaurus è maximo: quia non quãtum detur, ſed quãtum reſideat expẽditur. Nemo plus tribuit, q̃ qui nihil ſibi relinquit. Quid tu diues egeni cõparatione te iactas, & cum tota onereris auro, precioſam per humũ trahens veſtẽ, quaſi inferior tuis & parua diuitijs honorari deſideras, quia inopẽ collatione viciſti? Et flumina ſuper fluunt, cũ redũdant. Gratior tamẽ hauſtus è riuulo eſt. Spumant & muſta ſi feruent, nec damnũ putat agricola quod defluxerit. Gemẽtibus aries dũ cæditur meſſis, fruměta defolliũt. Sed deficiẽtibus meſsibus nõ deficit hydria de farina, & plena olei teſta deſudat. Exinaniuit tamen dolia diuitũ ficcitas, cũ viduæ pauxillum olearũ redũdaret. Nõ ergo quid faſtidio expuas, ſed quãtum deuotione cõferas æſtimandũ eſt. Deniq; nulla plus tribuit, q̃ illa quæ de filiorũ alimẽtis pauit prophetam. Et ideo quia nulla plus cõtulit, nulla plus meruit. Hæc moraliter: nec myſtice tamen deſpexeris K hãc mulierẽ in gazophylaciũ duo æra mittentem. Magna plane fœmina, quę diuino iudicio meruit oĩbus anteferri, ne forte illa ſit quæ de fide ſua ad ſubſidiũ hominũ duo teſtamẽta cõtulerit. Et ideo nulla plus fecit. Nec quiſquã hominũ quãtitatẽ potuit collationis eius æquare, quę fidẽ cũ miſericordia copulauit. Et tu igitur quæcunq; vitã ſtudio viduitatis exercęs, ne dubites ad gazophylaciũ duo æra deferre vel fidei plena, vel gratię. Felix illa quæ de theſauro ſuo integrã regis imaginẽ profert. Theſaurus tuus ſapientia, theſaurus tuus caſtitas atq; iuſtitia eſt, theſaurus tuus intellectus bonus: qualis ille theſaurus fuit, de quo magorum viri aurũ, thus, & myrrham, cũ adorarent dominũ, protulerunt, auro regis potentiã declarantes, deũ thure venerantes, myrrha reſurrectionẽ corporis confitentes. Habes & tu theſaurũ hunc, ſi in te requiras. Habemus 2.Cor etenim theſaurũ in vaſis fictilibus. Habes aurum quod cõferas. Nõ enim renitentis metalli preciũ de te deus exigit, ſed illud aurum quod iudicij die nequeat ignis exurere. Nec dona precioſa depoſcit, ſed odorẽ fidei, quẽ altaria tui cordis exhalent, & religioſę mẽtis ſpiret affectus. Ex hoc igitur theſauro nõ ſolũ magorum tria munera, ſed etiã duo viduę ęra promuntur in quibus integra cęleſtis imago regis effulgeat, ſplẽdor gloriæ eius, & imago ſubſtantię. Bona & illa plane labo- L rioſę ſtipẽdia caſtitatis, quę de ſuo opere quotidianoq; penſo cõferat vidua, nocturnis pariter ac diurnis iugi exercens labore penſa tẽporibus, & pudicitiæ quæſtuoſæ peruigil opere mercedẽ cõgregãs, vt intemerata defuncti cõiugis cubile cuſtodiat, alere dulces liberos poſsit, miniſtrare pauperibus. Hæc eſt præferenda diuitibus. Hęc eſt quę Chriſti iudiciũ nõ timebit. Hanc 1.Cor.12 ęmulamini filię. Bonũ eſt enim ęmulari in bono ſemp. Emulamini meliora chariſmata. Spectat vos dominus ſemper, ſpectat, inquã, Ieſus cũ ad gazophylaciũ acce ditis, & de bonorũ operũ mercedibus ſtipem portatis egentibus conferendã. Quantũ eſt igitur vt ęra tua cõferas, & Chriſti corpus acquiras? Noli ergo vacua prodire in cõſpectu domini dei tui, vacua miſericordiæ, vacua fidei, vacua caſtitatis. Nõ enim inanes dominus, ſed virtutibus opimas ſpectare Ieſus & laudare cõſueuit. Videat te adoleſcẽtula laborantẽ, videat miniſtrãtem. Hęc eſt enim merces quã deo debes, vt de aliarũ quoq; profectibus mercedem deo tuo conferas. Nulla merces deo melior, q̃ ea quæ habet pietatis munera. An vero mediocris tibi vidua illa videtur Noemi, quę viduitatem ſuam meſsis manipulis ſuſtentabat alienæ, quã quo grauem alebat nurus? Nam hoc quoq; & ad ſubſidium & ad gratiam viduarũ proficit, vt ita inſti- M tuãt nurus ſuas, quo poſsint in his maturę habere ſubſidium ſenectutis, & quaſi ſtipendium magiſterij, mercedẽ quoq; ſuę capere diſcipline. Etenim que bene inſtituerit, bene erudierit nurum ſuã Ruth, ei deeſse nõ poterit. quę viduitatem ſocrus paternæ domui preferat. Et ſi vir quoq; eius mortuus fuerit, nõ relinquat tamen, alat inopem, ſoletur mœrẽtem, nec dimiſſa diſcedat. Neſcit enim egere optima diſciplina. Sic illa Noemi duobus deſtituta filijs & marito, quę fructus fœcunditatis amiſerat, pietatis emolumenta non perdidit. Nam & ſolatium mœroris, & ſubſidium paupertatis inuenit. Videtis igitur ſanctę fœminę q̃ fœcũda ſit vidua prole virtutũ, meritorũq; ſuorũ ſobole, quę perire non poſsit. Bona igitur vidua egere non nouit: & ſi feſsę fuerit ętatis, & ſupremę paupertatis: eruditiõis tamen ſuę ſolet habere mercedem. Etſi proximi defuerint, inuenit tamen extraneos qui matrem colant, reuereantur parẽtem, paruiſq; alimentorũ ſumptibus mercedẽ cupiant ſuę cõmendationis acquirere. Plus enim viduę rependunt merita, q̃ cibus querit, ſumptus im-

A pẽdit. Sed triſtes videtur ducere dies, & lachrymis tẽpus exigere. Hæc beatior, qđ perpetua ſibi gaudia exiguis fletibus emit, paruiſq; momentis tempora acquirit æterna. Quib⁹ benedicitur: Beatę triſtes, ipſę enim Lucæ. 6. ridebitis. Quis igitur falſas pręſentium imagines gaudiorũ, futuræ ſecuritatis præferat voluptati? An deſpicabilis nobis autor videtur ille dominici corporis, au- Pſal. 101. tor electus qui cinerẽ ſicut panẽ mãducabat, & potum cũ fletu miſcebat, vt veſpertinis lachrymis, matutinę ſibi lætitiã redẽptiõis acquireret? Vnde igitur plurimũ gaudere meruit, niſi quia plurimũ fleuit, & tanquã lachrymarũ precio ſuarũ futuræ ſibi gloriæ gratiã cõparauit? Habet igitur vidua bonam cõmendatiõis ſuę materiã, vt dũ virũ luget, fleat ſeculũ, & in promptu ſint lachrymæ redẽptrices, dũ penduntur mortuis, viuẽtibus profuturæ. Parat⁹ eſt mœſtitudine animi fletus oculorũ, miam cõciliat, laborẽ minuit, dolorẽ ableuat, ſeruat pudorẽ, nec iã miſera ſibi videtur quæ conſolationẽ in lachrymis habet, in quibus ſunt charitatis ſtipendia, pietatis officia. Sed nec fortitudo bonæ viduæ deeſse conſueuit. Hæc enim vera eſt fortitudo, quæ naturæ vſum, ſexus infirmitatẽ, mentis deuotioue transgreditur: qualis in illa fuit cui nomẽ Iudith, quæ viros obſidione fractos, perculſos metu, tabidos fame, ſola potuit à colluuiõe reuocare, ab hoſte defendere. Etenim, vt legim⁹, cũ Holophernes ſucceſsu multorũ terribilis præliorũ, intra muros innumera virorum milia coegiſſet, armatis pauẽtibus, & de extrema iam ſorte tractãtib⁹, extra murũ ꝓceſsit, & illo præſtãtior exercitu quẽ liberauit, & eo fortior quẽ fugauit. Sed vt diſcas maturæ viduitatis affectũ, ſeriẽ ipſam proſequere Iudith. 8. ſcriptararũ. A dieb⁹ enim viri ſui quibus ille defunctus eſt, veſtẽ iucunditatis depoſuit, mœroris aſsũpſit,

B per oẽs dies intẽta ieiunio, ſabbato tantũ & dominica, ſacratarumq; temporibus feriarũ nõ refectioni indulgens, ſed religioni deferens. Hoc eſt enim, ſiue mandu- 1.Cor.10. catis, ſiue bibitis, in nomine domini Ieſu Chriſti agenda eſse omnia, vt etiam ipſa refectio corporalis ſacro religionis cultui deferatur. Diuturnis igitur mœroribus & quotidianis roborata ieiunijs ſancta Iudith, quę Iudith.10 ſeculi oblectamẽta non quæreret, periculi negligens, mortiſq; cõtẽptu fortior, vt cõmento ſtrueret dolum, veſtẽ illã iucũditatis quã viuẽte viro veſtiri ſolebat, ſe induit, quaſi placitura viro ſi patriam liberaret. Sed virum alium videbat, cui placere quærebat: illum vtique Ioan. 1. de quo dictũ eſt: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt. Et bene coniugales pugnatura reſumpſit ornatus,

C quia monimẽta coniugij, arma ſunt caſtitatis. Neque enim vidua alijs aut placere poſset, aut vincere. Quid cætera proſequamur, quod inter tot milia hoſtium caſta permanſit? Quid eius ſapientiã prædicemus, quod huiuſcemodi eſt commenta cõſilium, vt dum potẽtem elicit intemperantia, à ſe inferiores arceret, occaſionẽ pararet victoriæ, abſtinentiæ meritum, pudicitiæ gratiam reſeruaret? Nec cibo enim (vt legimus) maculata nec adultero, non minus ſeruatæ caſtitatis ex hoſtibus reuexit trophæũ, q̃ patriæ liberatæ. Quid ſobrietatem loquamur? Temperantia enim virtus eſt fœminarum, Inebriatis vino viris, & ſomno ſepultis abſtulit vidua gladium, exeruit manũ, bellatoris abſcidit caput, per medias hoſtium acies intemerata proceſsit. Aduertatis igitur quãtũ nocere mulieribus poſsit ebrietas, quã do viros vina ſic ſoluunt, vt vincantur à fœmi- is. Eſto igitur vidua temperans, caſta primum à vino, vt caſta poſsis eſse ab adultero. Nequaq̃ te ille tentabit, ſi vina non tentent. Nam ſi Iudith bibiſſet, dormiſſet cũ adulte ro. Sed quia non bibit, haud difficile ebrios exercit⁹ vnius ſobrietas & vincere potuit & eludere, Nec dexterę tantũ hoc opus, ſed maiora trophæa ſapientiæ. Nã manu ſolum Holophernẽ viciſset, cõſilio autẽ omniũ D hoſtiũ vicit exercitũ. Suſpenſo enim Holophernis capite, quod virorũ cõſilio nõ potuit excogitari, ſuorũ erexit animos, hoſtiũ fregit, ſuos pudore excitans, hoſtes quoq; terrore percellẽs, eo quod cæſi ſunt & fatigati. Ita vnius viduæ tẽperantia atq; ſobrietas nõ ſolũ naturã ſuã vicit, ſed, qđ eſt ampli⁹, fecit viros etiã fortiores. Nec his tamẽ elata ſucceſsibus, cui vtiq; gaudere & exultare licebat iure victoriæ, viduitatis reliquit officiũ ſed contẽptis omnibus qui eius nuptias ambiebant, veſtẽ iucũditatis depoſuit, viduitatis reſumpſit, nec triũphorũ ſuorũ amauit ornatus: illos exiſtimans eſse meliores, quibus vitia corporis, q̃ quibus hoſtium arma vincuntur. Ac ne vna vidua tantũ hoc opus imitabile alijs videatur impleſse, plures alias vel parilis vel proximæ fuiſſe virtutis nequaq̃ dubitãdum videtur. Bona enĩ ſeges plurimas ſpicas fructu refertas ferre cõſueuit. Nec dubites illã veterũ ſegetẽ tẽporũ i cõ pluriũ fœminarũ morib⁹ fœcũdaſse. Sed quia prolixũ eſt cõplecti oẽs, cognoſcite aliquas, & præcipue Debborã, cuius nobis prodidit ſcriptura virtutẽ. Hæc enĩ docuit non ſolum viri auxilio viduas nõ egere, verum etiã viris poſse eſse ſubſidio: quę nec ſexus infirmitate reuocata munia virorum obeunda ſuſcepit, & ſuſce pta cumulauit. Deniq; cũ Iudææ iudicũ regerẽtur arbi Iudic. 4. trio, qui virili non poterãt vel æquitate regi, vel virtute defendi, bellis hincinde ardentibus: Debboram ſi- E bi, cuius regerẽtur iudicio, cooptarũt. Itaq; multa milia virorũ vna vidua & in pace rexit, & ab hoſte defendit. Multi iudices in Iſrael, ſed nulla ante iudex fœmina. Multi iudices poſt Ieſum, ſed nullus propheta. Et ideo lectũ iſtius puto eſse iudiciũ, & geſta ei⁹ arbitror eſse deſcripta, ne mulieres à virtutis officio muliebris ſexus infirmitate reuocentur. Vidua populos regit, vidua ducit exercitus, vidua duces eligit, vidua bella diſponit, mãdat triũphos. Nõ ergo natura rea eſt culpæ, nec infirmitati obnoxia. Strenuos enĩ nõ ſexus, ſed virtus facit. Et in pace quidẽ nulla querimonia, nullus error mulieris inuenitur, cũ plerię nõ mediocriũ pecca torũ autores populo ſuo iudices extitiſsent. Vbi vero Chananæa gẽs ferox prælio, & affluẽtum copiarũ opima ſucceſsu, hoſtiles in populũ Iudæorũ animos extulerunt, vidua præ cæteris bellicos iuſtruit apparat⁹. Et I vt diſcas non publicis copijs domeſticas neceſsitates fuiſſe ſubnixas, ſed domeſticis diſciplinis, munus publicũ gubernatũ: domo propria filiũ ducẽ ꝓducit exercit⁹: vt agnoſcatis quod poſsit inſtiteere vidua bellatorem. Quẽ quaſi mater erudijt, quaſi iudex propoſuit, quaſi fortis inſtituit, quaſi ꝓphetes victoriæ certa tranſmiſit. Deniq; in mulieris manu ſummã fuiſſe vi- Iudic. 4 ctorię docet Barach filius dicens: Niſi tu veneris mecum, non ibo, quia non noui diem in qua dirigit dominus angelũ ſuum mecum. Quanta ergo fœminę iſtius virtus, cui dux dicit exercitus: Niſi tu veneris, nõ ibo? Quanta, inquam, viduę fortitudo, quæ a periculis filiũ nec materno reuocat affectu, imo ad victoriã filiũ ſtudio matris hortatur dicens quod in manu mulieris ſit ſumma victoriæ. Debbora ergo prælij probauit euentum. Barach iuſſus produxit exercitum. Hialech cœpit triumphũ. Huic enim prophetia Debborę militauit. Quę myſtice nobis ortum ſurrecturę ex gẽtibus eccleſię reuelauit, cui triumphus de Siſara ſpiritali, hoc eſt de aduerſarijs poteſtatibus quereretur. Nobis igitur prophetarũ oracula dimicarunt, nobis illa ꝓphetarũ iudicia & arma vicerũt. Et ideo nõ populus Iudęorũ, ſed etiã Hialech victoriã de hoſte quęſiuit. Infelix ergo populus, qui hoſtem quẽ fugauit, perſequi fidei virtute nõ potuit. Itaq; illorũ delicto ſalus gẽtibus, illorũ deſidiæ nobis ſeruata victoria eſt. Hialech ergo ꝓſtrauit Siſaram, quẽ tamẽ coruſco duce, (hoc enim ſignificat interpretatio Barach) manus veterũ fugauerat Iu-

G dæorũ. Frequenter enĩ, vt legimus, orationibus & meritis ꝓphetarũ cælestia patrib⁹ affuere subsidia, sed ijs iã tũc de nequitijs spiritalib⁹ victoria parabatur, quibus dicitur in Euangelio: Venite benedicti patris mei, Mat.25. possidete paratũ vobis regnũ à cõstitutione mũdi. Ergo principiũ victorię à maioribus, finis in ecclesia. Ecclesia autẽ non armis secularib⁹ vincit aduersarias potestates, sed armis spiritualibus, quæ sunt fortia deo ad 1.Cor.10. destruẽdas munitiones, & altitudinem nequitiæ spiritualis. Et ideo Sisaræ sitis, lactis poculo restinguitur, quia oratione superatur. Quod enĩ nobis salutare ad escã, hoc aduersariæ potestati lethale ad infirmitatẽ. Arma ecclesiæ fides, arma ecclesiæ oratio est, quę aduersariũ vincit. Ergo secundũ historiã ad ꝓuocandos animos fœminarũ, fœmina iudicauit, fœmina disposuit, fœmina ꝓphetauit, fœmina triũphauit, & prælijs intermixta copijs, imperio viros docuit militare fœmineo. Secũdũ mysteriũ veræ fidei, militia ecclesię victoria est. Non ergo habetis quod per naturam vos excusetis fœminæ. Nõ habetis viduæ qđ ad infirmitatẽ sexus. ad amissionẽ subsidij maritalis mobilitatem vestrã referre possitis. Satis vnicuiq; præsidij est, si virtus H animi nõ desit. Et ipse in viduis frequens processus ætatis munimen pudoris est, & ipse amissi coniugis dolor, vsus operis, domus cura, solicitudo liberorum noxiã pudori solet arcere lasciuiã. Atq; ipse lugubris habitus, pompa funebris, fletus assiduus, & mœstę fronti inarantibus rugis impressa tristitia petulantiũ premit oculos, restinguit libidines: procaces auertit aspectus. bonus custos pudoris, pietatis dolor, non obrepit culpa, si cura nõ desit. Didicistis igitur viduo subsidio vos nõ egere uaturę, & posse salubritatẽ tenere cõsilij, nec domestico indigere præsidio, quæ etiã publicæ potestis apicẽ potẽtiæ vẽdicare. Sed fortasse dicit aliqua, ei tolerabiliorẽ viduitatẽ cui profluãt res secũdæ, aduersis vero viduas cito frãgi, facile succũbere. De quo etsi ipso doceamur vsu, læta viduis lubrica magis esse q̃ seria, tamen scripturarũ instruimur exẽplis, infirmitatibus quoq; viduarũ nõ deesse solere subsidia, faciliusq; q̃ ceteris diuina atque humana suppetere, si bene filios instituãt, generos legãt. Denicq; cũ socrus Simonis magnis febribus detineretur, Petrus & Andreas rogauerunt dominũ pro ea. Et stans super illam, imperauit febri, & remisit illã: & cõtinuo surgens ministrabat illis. Magnis, inquit, tenebatur febribus, & rogauerũt illum pro ea. Et tu habes proximos, qui deo ꝓ te supplicẽt. Habes Apostolos ꝓximos, habes martyres proximos, si ipsa martyribus deuotionis societate, misericordiæ quoq; muneribus appropinques. Proximus est enim qui misericordiam facit. Fac & tu misericordiã, & eris Petro proxima. Non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognatio facit proximos: quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama ergo propinquitatẽ Petri, affinitatem Andreę, vt pro te rogent, & recedãt cupiditates tuę verbo dei pulsæ. Surges illico, quæ in terris iacebas, vt Christo ministres. Nostra enim conuersatio in Philip.3. cælis est, vnde & saluatorẽ expectamus dominum Iesum. Nemo enim iacens Christo ministrat. Ministra pauperi, & ministrasti Christo. Quod enim vni horũ Matth.25. fecistis, mihi inquit fecistis. Habetis ergo viduæ auxilium, si tales vobis generos posteritatis vestræ patronos, tales proximos eligatis. Ergo rogauerunt pro vidua Petrus & Andreas. Vtinam existat aliquis qui tam cito possit rogare pro nobis, vel certe iste qui pro socru rogat Petrus, & Andreas frater eius. Tunc enĩ pro affinitate poterant, nunc iam possunt pro nobis & pro omnibus impetrare. Videtis enim quod magno peccato obnoxia, minus idonea sit quę ꝓ se precetur, certe quę pro se impetret. Adhibeat igitur ad medicũ alios precatores. Aegri enim, nisi ad eos aliorum preci-

bus medicus fuerit inuitatus, pro se rogare nõ possint. K
Infirma est caro, mens ægra est, & peccatorum vinculis impedita ad medici illius sedem debile non potest explicare vestigiũ. Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt martyres obsecrãdi, quorũ videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. Possint pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine etiã siqua habuerunt peccata, lauerunt. Isti enim sunt dei martyres, nostri præsules, speculatores vitę actuũq; nostrorum. Nõ erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis etiam cũ viuerent cognouerunt. Inuenit ergo Petri socrus qui pro se rogarent. Et tu vidua inuenis qui pro te supplicent, si quasi vere vidua & desolata in deũ speres, instes obsecratio nibus, insistas orationibus, afficias corpus tuum quasi quotidie moriens, vt moriendo reuiuiscas. Fugias delicias, vt etiam ægra saneris. Nam vidua quæ in deliciis 1.Tim.5. est, viuens mortua est. Sublata est tibi causa nubendi, habes qui pro te intercedant: ne dixeris, destituta sum. Querela nupturæ est. Ne dixeris, sola ego sum. Castitas solitudinẽ quęrit: pudica secretũ, impudica cõuentũ. Sed negociũ habes, & intercessorẽ aduersarij vereris, apud iudicẽ pro te dominus interuenit dicẽs: Iudicate pupillo, & iustificate viduã. Sed patrimonium vis Esa.1. tueri. maius pudoris est patrimoniũ, quod melius regit vidua q̃ nupta. Seruus peccauit, ignosce. Melius est enĩ alterius culpã feras, q̃ tuã prodas. Sed vis nubere, licet. L non habet crimẽ simplex volũtas. causam non quæro, cur fingitur? Si honestũ putas, fatere. si incongruũ, silẽ: ne accuses deũ, ne accuses propinquos quod præsidia tibi desint. Vtinã nõ desit volũtas. ne te cõsulere liberis dicas, quibus matrẽ eripis. Est etiã quod facultati licet, ætati nõ licet. Cur maternæ parantur nuptię inter nuptias filiatrũ, & plerũq; post nuptias? Cur adulta filia discit prius spõsum matris q̃ suũ erubescere? Suasimus fateor. vt vestẽ mutares, nõ vt flammeũ sumeres: vt a sepulchro recederes, nõ vt thalamũ ꝓparares. Quid si bi vult noua nupta post generos? Quã indecorũ est iuniores habere liberos q̃ nepotes. Sed ad propositũ reuertamur, ne qui nostrorũ dolemus vulnera peccatorũ, medicũ relinquamus: & dũ alienis medemur vlceribus, vlcera nostra cumulemus. Rogatur ergo hic medicus. Ne timeas quia magnus est dominus, & fortasse ad ęgrã nõ dignatur venire: Venit enim ad nos sępe de cælo, nec solũ diuites, sed etiã pauperes solet & seruulos pauperũ visitare. Venit & nũc rogatus ad Petri socrum, & stans super illam imperauit febri, & remisit illam. & continuo surgens ministrabat illi. Sicut dignus M memoria, ita dignus desiderio, dignus etiam charitate dominicæ in singulos dignationis affectus, & facta miranda. Visitare viduas non dedignatur, & tugurij vilis penetralia angusta succedere. Quasi deus iperat, quasi homo visitat. Gratias euangelio, per quod etiã nos qui oculis nostris veniẽtem in hunc mũdum non vidimus Christum, videmur ei dum facta eius legimus interesse: vt sicut illi quibus appropinquabat, fidem mutuabãtur ex eo, ita etiam nobis dum gestis eius credimus appropinquet. Vides qualia habeat genera sanitatũ? imperat febri, imperat spiritibus immundis, alibi ipse imponit manus. Nõ solũ igitur verbo, sed etiam tactu ægros curare consuenit. Et tu igitur quæ varijs mũdi æstuas cupiditatibus, vel formam viri alicuius cupis vel pecuniam, roga Christum, adhibe medicum, porrige ei dexteram tuã, & tãgat interiora tua dei manus, verbiq; cęlestis gratia interiorum venas scrutetur animorũ. Pulset dei dextera secreta cordis. Alij oculos luto illiniũt, vt videre possit, Creatorq; omniũ docet nos nostrę memores debere esse naturę, & corporis cerne re vtilitatẽ. Nemo enim magis põt videre diuina, nisi

A qui humilitate conscia sui, nescit extolli, Alius sacerdoti se offerre præcipitur, vt carere in perpetuũ lepręposit exuuijs. Solus enĩ mentis & animi potest seruare mũditiã, qui ei sacerdoti se nouit offerre, quem pro peccatis nostris accepimus aduocatũ: illũ vtiq; cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinẽ Mel Psal.109. chisedech. Nec vereare morã aliquam sanitatis, nescit indumẽtũ qui sanatur à Christo. Opus est vt remediũ adhibeas qđ acceperis. Simul enim vt præceptũ dederit, cæcus videt, paralyticus ambulat, mutus loquitur, surdus audit, febriens ministrat, lunatic⁹ liberatur. Et tu igitur quæcũq; indecoræ alicuius rei cupiditate lan guescis, obsecra dominũ, fidem defer, nec vllã timeas morã, vbi adest oratio, adest verbũ: fugatur cupiditas, libido discedit. Ne confessionis verearis offensam, immo magis præsume prærogatiuã. Incontinentia enim qua corporis morbo antea laborabas, Christo ꝛcipias ministrare. Potest etiã hoc loco videri Petri socrus affectio voluntatis, ex qua sibi velut semen futurę posteritatis assumperat: quod vnicuiq; voluntas sua posteritatis est autor. Ex volũtate enĩ sapiẽtia nascitur, quã Sapien.8. sapiẽs in matrimoniũ adscisceit sibi dicẽs: Proposui ergo hãc adducere ego mihi in coniugiũ. Ergo volũtas B illa quæ primo variarũ cupiditatũ æstibus madefacta lãguebat, postea per apostolatus officiũ in ministeriũ Christi iam robusta surrexit. Simul qualis esse debeat quæ Christo ministrat, ostẽditur. Oportet eã primo carere variarũ illecebris voluptatũ, vitare internum corporis animiq; languorẽ, vt corpus & sanguinẽ Christi ministret. Neque enim potest quisquã peccatis suis ægermineq; sanus ímortaliũ sanitatũ remedia ministrare. Vide quid agas sacerdos, ne febrięti manu corpus Christi attingas, prius curare, vt ministrare possis. Si mundos eos qui ante fuerant leprosi, Christus iubet occurrere sacerdotibus, quanto magis mundũ ipsum conuenit esse sacerdotẽ: Nõ habet igitur quod molesteferat illa vidua qđ sibi nõ pepercerim, quando nec mihi parco, Surrexit itaq; Petri, inquit, socrus, & mini C strabat illis. Et bene surrexit. Sacramẽti enim typũ apostolica iã gratia ministrabat. Propriũ est autẽ surge re Christi ministros: iuxta quod scriptũ est: Surge qui Ephe.5. dormis, & exurge à mortuis. Didicim⁹ igitur nec sumptibus egere viduas, quę donare cõsueuerint: nec subsidio, quibus sępe in periculis maximis defensæ sunt virorũ copiæ. Maritalia ijs quoq; officia vel à generis vel à proximis facile solere reparari: esse etiã in eas diuinã miam prõptiorẽ: & ideo cũ suppetere nõ videatur causa, nubendi studiũ abesse debere. Quod tamen pro cõsilio dicimus, nõ pro præcepto imperamus, prouocantes potius viduã q̃ ligantes. Neq; enim ꝓhibem⁹ secũdas nuptias, sed nõ suademus. Alia est enim infirmitatis contẽplatio, alia gratia castitatis. Plus dico, non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus sępe repetitas. Neq; enim quicquid licet, & de- 1.Cor.6. cet. Omnia mihi licent, dicit apostol⁹, sed nõ oia sunt vtilia. Et vinũ bibere licet, sed plurimũ non decet. Licet ergo nubere, sed pulchrius est abstinere. Sunt enĩ vincula nuptiarũ. Vultis scire quæ vincula: Quæ sub viro est mulier, viuẽte viro alligata est legi. Si autẽ mor 1.Cor.7. tuus fuerit vir, soluta est à lege viri. Probatũ est igitur vinculũ esse coniugiũ, quo mulier ligatur & soluitur. Bona mutui amoris gratia, sed maior est seruitus. Neq; enĩ mulier sui corporis potestatem habet, sed vir. Et ne forte tibi nõ cõiungi videatur ista seruitus esse, sed sexus: similiter & vir sui corporis potestatẽ nõ habet, sed mulier. Quanta igitur cõiungij necessitas, quæ subijcit alteri etiam fortiorem. Mutuis enim necessitatib⁹ ab vtroq; seruitur. Nec tẽperanti licet iugo subducere caput, cũ alterius imtemperãtiæ seruiendum sit. Precio, iquit, empti estis, nolite fieri serui homĩ. Videtis q̃ euidẽs sit cõiugalis definitio seruitutis. Nõ ego hoc dico, sed apostolus: nec ille, sed Christ⁹ qui loquebatur in eo. Et hãc vtiq; seruitutẽ de bonis cõiugibus definiuit. Nanq; supra sic habes: Sãctificatus est vir infidelis per vxorẽ fidelẽ. Et sanctificata est mulier infidelis ꝓ maritũ fidelẽ. Et infra: Quod si fidelis discedit discedat. Nõ est seruituti deditus frater aut soror in talib⁹. Si igitur bonũ cõiugiũ seruitus est, malum coniugium quid est, quãdo nequeũt se inuicẽ sãctificare, sed perdere? Sed vt ad gratiã virtutis viduas adhortamur: ita etiam ad ecclesiæ disciplinam fœminas prouocamus, quę ecclesię constat ex omnibus. Et licet Christi grex constet ex omnibus, grex tamen in alijs pabulo vescitur, in alijs adhuc lacte nutritur, quibus lupi illi qui latent in vestimento ouium, sunt cauendi, abstinẽtiæ spe E ciem prætendentes, prouocantes autem intẽperantiæ fœditatem. Etenim quia sciũt valida onera castitatis: cum ipsi ea attingere digitis non queant, ab alijs supra modum exigũt cum ipsi seruare nec modum possint, sed iniusto sub fasce succumbãt. Mensura enim oneris pro mẽsura debet esse gestantis, alioquin impositi oneris fit ruina, vbi vectoris infirmitas est. Nam & infantium fauces strãgulat esca robustior. Et ideo sicut multitudo vectorum, non paucorũ viribus æstimatur, nec tamen fortiorib⁹ de aliorum infirmitate præscribitur, sed vnicuiq; qtũ oneris subire cupiat, relaxatur, manẽte mercedis cumulo in virtutis augmento: ita etiã fœminis non laqueus inijciendus, nõ supra vires abstinẽtiæ grauioris vectura subeunda est: sed relinquendum vt vnaquęq; se pendat, nõ autoritate aliqua coacta præcepti, sed incremento gratiæ prouocata. Et ideo diuersis virtutibus merces diuersa proposita est. Nec aliud reprehẽditur, vt aliud prędicetur: sed omnia prædicãtur, vt quæ meliora sunt præferãtur. Honorabile itaq; coniugiũ, sed honorabilior integritas. nam & qui matrimonio iungit virginẽ suã, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Quod igitur bonũ est, non vitandum F est: & quod est melius, eligẽdum est. Itaq; non imponi 1.Cor.7. tur, sed præponitur. Et ideo bene Apostolus dixit: De virginibus autem præceptum domini non habeo, con silium autem do. Etenim præceptum in subditos fertur: consilium amicis datur. Vbi præceptũ est, ibi lex est: vbi consilium, ibi gratia est. Præceptum vt ad naturam reuocet, cõsilium vt ad gratiã prouocet. Et ideo lex Iudæis lata est, gratia autem electioribus reseruata est. Lex vt à naturæ finibus culpę studio demeantes, ad naturæ obseruãtiam pœnæ terrore reuocaret: Gratia autem vt electos tum studio bonorũ, tum propositis etiam præmijs prouocaret. Et vt intelligas distantiam præcepti atque cõsilij, illũ recorderis cui in Euãgelio ante præscribitur ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne fallum testimonium dicat. Præceptum etenim ibi est. vbi est pœna peccati. At vero cũ se præcepta legis memorasset implesse, consiliũ ei datur vt vẽdat omnia, & sequatur dominũ. Hæc enim nõ præcepto imperantur, sed pro consilio deferũtur. Duplex nanq; forma mãdati est, vna præceptiua, altera voluntaria. Vnde & dominus in alia dicit: Non occides, vbi præcepit. In alia: Si vis perfectus esse, vende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius defertur arbi trio. Itaq; qui præceptũ impleuerint, possũt dicere: Ser Luc.17. ui inutiles sumus. quod debuimus facere, fecimus. Hoc virgo non dicit ille qui bona sua vẽdidit, sed quasi re posita expectat prędia, sicut sanctus apostolus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid er- Matt.19. go erit nobis? Non enim quasi inutilis seru⁹, quod debuit facere fecisse se dixit, sed quasi vtilis domino, qui cõmissa sibi talẽta quæsitis multiplicauit vsuris: mercedem fidei atq; virtutis. bene sibi conscius, meritorũq; securus expectat. Et ideo ei cum cæteris dicitur: Vos

G qui ſecuti eſtis me in regeneratione: cũ ſederit filiꝰ hominis ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & ipſi ſuper duodecim ſedes, iudicãtes tribus Iſrael. At vero illi qui ta lẽta ſeruauerit, etſi præmia, minora tamẽ præmia pollicetur, dicẽs: Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſup multa te cõſtituam. Fides igitur ex debito, mia in præmio. Qui bene credidit, vt ei credatur emeruit. Qui bene cõtulit, quoniã ſuũ nõ quæſiuit, qđ cæleſte eſt impetrauit. Ideo ergo præceptũ nõ datur, cõſiliũ datur. Præceptũ enĩ caſtitatis eſt cõſiliũ integritatis. Sed nõ oẽs
Matt.19. capiũt verbũ iſtud, ſed quibus datũ eſt. Sũt enim ſpadones qui de matris vtero ſic nati ſunt, in quibꝰ naturæ neceſsitas virtus non eſt caſtitatis. Et ſunt ſpadones qui ſeipſos caſtrauerũt voluntate vtiq; nõ neceſsitate. Et ſũt ſpadones qui facti ſũt ab hominibꝰ. Et ideo magna in ijs continentię gratia, quia volũtas facit, nõ infirmitas cõtinentẽ. Nã decet integrũ diuini operis ſeruare munus, nec illis forte parum ſit, lubrico corporis nõ teneri. Nã etſi erepta eſt ſubeũdi iſtius palma certaminis, erepta etiam materia periculi, & quanuis non queũt coronari, nõ queũt tamẽ vinci, Habẽt alia genera virtutũ quibꝰ cõmendare ſe debeant, ſi fides firma ſit, profluа mĩa, aliena auaritia, frequens gratia. Sed in iſtis nulla culpa, quia facti ignorãtia. Nõ eadem cauſa eorũ qui in ſeipſos ferro vtũtur, quos non imprudẽter defleximus. Sũt enĩ qui virtutis loco ponãt, ferro culpã cõpeſcere. De quibꝰ etſi noſtrã nolumꝰ, pferre ſẽtentiã, quãuis ſint ſtatuta maiorũ, cõſiderẽt tamen ne quis id ad profeſsionẽ infirmitatis trahat, nõ ad firmitatis gloriã. Ergo nemo militet, ne aliquãdo vincatur, nec pedis vtatur obſequio qui gradiendi periculũ reformidat, nec oculi intẽdat officio qui cõcupiſcẽtiæ timet lapſum. Sed quid prodeſt carnẽ abſcindere, cũ etiã ipſa culpa ſit in aſpectu? Nã & qui viderit mulierẽ
Matth.5. ad cõcupiſcẽdũ, iã mœchatus eſt eam in corde ſuo Et quę ſimiliter virũ in cõcupiſcẽtia viderit, adulteratur. Caſtos ergo nõ ifirmos eſſe nos cõuenit. Pudicos oculos habere, nõ debiles. Nemo igitur, vt pleriq; arbitrãtur, ſe debet abſcindere, ſed magis vincere. Victores eĩ recipit eccleſia, nõ victos. Et quid argumẽtis opus? Preſto ſit apoſtolici forma præſcripti. Sic enim habes: Vtinã & abſcindantur qui volũt vos circumcidi: Cur enĩ
Gal.5. coronæ occaſio, & virtutis vſus eripitur homini qui ad laudem natus eſt, ad victoriam præparatus eſt, qui ipſe potius virtutẽ animi caſtrare ſe poſsit? Sunt enim
I ſpadones qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Sed hoc non omnibus imperatur, ſed omnibus flagitatur. Etenim qui mandata dat decretorum, ſemp tenere debet mẽſũram: & qui pẽſa diſtribuit, æquitatẽ debet examinis reſeruare. Statera enim fallax abo-
Prou.11. minatio eſt apud deum. Eſt ergo minus pondus & magnus. Sed vtrunq; non recipit eccleſia. Pondus enim magnus & minimũ, & menſuræ duplices, immunda in conſpectu domini. Vtraq; ſunt pẽſa quæ diuidit ſapientia. Et ita diuidit virtutem, vt vires æſtimet ſingulorũ. Et ideo dicit: Qui poteſt capere capiat. Scit enim creator omniũ affectus eſſe varios ſingulorum. Et ideo præmijs virtutẽ ꝓuocauit, non infirmitatem vinculis alligauit. Scit & ille gẽtiũ doctor bonus morũ auriga noſtrorũ, & quidam interiorũ rector affectuũ, qui de ſeipſo didicerat, legi mentis legem corporis repugnare, eandem tamen Chriſti gratiæ cedere. Scit, inquam, varios curſus mentiũ repugnare. Et ideo neq; in tantũ adhortationẽ integritatis intẽdit, vt aboleret gratiam nuptiarũ, neq; ita coniugiũ prętulit, vt ſtudia integritatis extingueret. Sed à cõtinẽtiæ perſuaſione incipiẽs, ad incontinẽtiæ remedia deſcẽdit. Et cum bra uium ſupernæ vocationis fortioribus demonſtraſſet, deficere tamen in via neminem paſsus eſt, ita plaudẽs prioribus. vt non deſpiceret & ſequẽtes. Didicerat enim & ipſe quia dominus Ieſus alijs panẽ hordeaceũ K
ne in via deficerẽt, alijs corpus ſuũ vt ad regnũ contẽderent miniſtrauit. Nec dominus ipſe præceptũ impoſuit, ſed voluntatẽ inuitauit. Nec apoſtolus præceptũ ſtatuit, ſed cõſiliũ dedit. Sed non hoc humanũ cõ filiũ, humanarũ virtũ habere menſurã. Diuinæ munus miæ confitetur in ſe eſſe collatũ, vt fideliter ſciret prima præferre, ſecũda diſponere. Et ideo exiſtimo, inquit, nõ ſtatuo. Et exiſtimo bonũ eſſe propter inſtãtẽ neceſsitatẽ. Non ergo copula nuptialis quaſi culpa vitãda, ſed quaſi neceſsitatis ſarcina declinãda. Lex enĩ adſtrinxit vxorẽ, vt in laboribꝰ & in triſtitia filios generet, & cõuerſio eius ad virũ ſit, quod ei ipſe dominetur. Ergo laboribus & doloribus in generatione filiorũ addicitur nupta, nõ vidua, & dominatui viri ſola ſubditus copulata, nõ virgo. Omniũ autẽ horũ virgo libera eſt, quę verbo dei ſuum ſpopondit affectum, quæ ſponſum benedictionis cum facibus expectat, bonæ lumine voluntatis accenſo. Et ideo prouocatur cõ filijs, & nõ vinculis alligatur. Sed nec vidua præceptũ accipit, ſed cõſiliũ. Conſiliũ autẽ non ſemel datum, ſed ſape repetitũ. Et primo dixit: Bonum eſt enim mu
1. Cor. 7. lierem non tangere. Et iterum: Volo ſic omnes homines eſſe, ſicut & meipſum. Et tertio: Bonum eſt illis ſi L
ſic maneãt ſicut & ego. Et quarto: Bonum eſt propter inſtãtem neceſsitatem, & hoc placere domino, & hoc honeſtum eſſe. Poſtremo beatiorem eſſe in viduitate perſeuerantem, non tantũ ſuo conſilio, ſed etiã dei ſpiritu definiuit. Quænam igitur talis conſiliarij benigni tatem recuſet, qui & volũtati habenas indulgeat, & id ſuadeat aljs quod in ſe expertus vtile iudicauit, nõ facile comprehendi, nec faſtidioſis æquari? Quæ igitur refugiat ſanctã fieri corpore & ſpiritu, cum ſupra labo rem ſit præmium, ſupra vſum gratia, ſupra opus merces? Atq; hoc ita dico, non vt laqueum cæteris injiciã, ſed vt commiſsi mihi ruris operariꝰ agrum hũc eccleſiæ fertilem cernam nunc integritatis flore vernãtem, nunc viduitatis grauitate pollẽtem, nunc etiam coniugij fructibus redundantem. Nam etſi diuerſi, vnius tamen agri fructus ſunt, nec tanta hortorum lilia, quãtæ ariſtæ ſegetum, meſsium ſpicæ, complurium q; ſpatia camporum recipiendis aptantur ſeminibus, q̃ redditis nouales fructibus feriantur: Bona ergo viduitas, quæ totiens apoſtolico iudicio prędicatur. Hæc enim magiſtra fidei, magiſtra eſt caſtitatis. Vnde & illi q̃ deorum ſuorum adulteria & probra venerãtur, cælibatus & viduitatis ſtatuere pœnas, vt æmuli criminum mulctarent ſtudia virtutum. Specie quidem qua fœcũdita tem quærererẽt, ſed ſtudio quo propoſitũ caſtitatis abolerent. Nam confectis & miles ſtipẽdijs arma deponit, & relicto officio quod gerebat, ad ꝓpria veteranus rura dimittitur, vt & ipſe exercitæ laboribus vitę requiẽ conſequatur, & alios ſpes futuræ quietis ſubeundis faciat operibꝰ prõptiores. Agricola quoq; maturior tor
M
quendã *alijs ſtiuã cõmittit, & iuuenili grauatus opere prouidentiam curæ ſenilis explorat. Vitem facilis tondere q̃ præmere, vt iuueneſcentem luxuriam reprimat, & adoleſcẽtem laſciuiã falce ſuccidat, parcorum quandam partuum caſtitatem docẽs etiam in vitibus expetẽdam. Similis huic vidua velut emeritis veteranа ſtipẽdijs caſtitatis, etſi coniugij arma deponat, domus tamen totius pacem gubernat: & ſi vehẽdis oneribus ociosa, maritãdis tamẽ iunioribus prouida. Vbi cultus vtilior, vbi fructus vberior ſit, quorum copiã aptior ſenili grauitate diſponit. Itaq; ſi maturioribꝰ potius q̃ iunioribus committitur ager, cur putes vtiliorẽ nuptam eſſe q̃ viduã? Quod ſi perſecutores fidei, perſecutores fuerũt etiam viduitatis, vtiq; fidem perſequentibus, viduitas non pro ſupplicio fugiẽda eſt, ſed tenẽda pro præmio. Sed fortaſſe aliquibꝰ propter ſuſcipiẽ

*torquẽda alijs ſtiua.

A dos liberos coniugia iterãda videãtur. Quod ſi filiorum ſtudium cauſa nubendi eſt: vtiq; vbi eſt fructus filiorum, cauſa non ſuppetit: quanq̃ cuius cõſilij ſit iterũ experiri velle fruſtra tẽtatã fœcũditatẽ, aut ſubire quam pertulerit orbitatẽ? Hæc enim iterandi cauſa eſt filios non habẽtibus. Ergo illa quæ liberos ſuſcepit & perdidit, (cum ipſa enim maior cõtentio quæ ſpem generandi habet) illa, inquã, nonne ſibi videtur inter ipſa repetitarũ fœdera nuptiarum, amiſsorum prętexere funera filiorum? Nonne iterum paſsura quod repetit, & ad ipſos votorum tumulos, exceptarum orbitatum imagines, lamentorum ſtrepitus perhorreſcit? Vel cũ accenſis funalibus nox ducitur, nõne pompæ funebris exequias magis putat q̃ thalamũ prępararі? Cur igitur filia dolores magis quos times repetis, quã filios quos iam non ſperas requiris? Si grauis eſt dolor, ſubterfugienda cauſa eius eſt, non petenda. Nam tibi quid con
B filij tribuam, quæ liberos habes? Quæ tibi cauſa nubendi, niſi forte leuitatis error, & intẽperantiæ vſus, & ſaucij cogit pectoris cõſcientia? Sed conſilium ſobrijs nõ ebrijs datur. Et ideo apud liberam conſcientiam mihi ſermo eſt, cui vtrũq; integrũ eſt. Habeat ſaucia remedium, honeſta conſilium. Tu, inquam, filia quid moliris? Cur hæredes queris extraneos, cum habeas tuos? Non filios, deſideras quos habes, ſed ſeruitutem quam nõ habes. Hæc eſt enim vera ſeruitus, i qua infractior amor, quam non defloratæ pignus virginitatis, & plena ſancti pudoris & gratiæ ętas prima commendat. Vbi offenſa grauior, ſuſpectior inſolẽtia, cõcordia infrequentior, quam non temporibus inolitus amor, nõ vigens annis forma conciliat. Moleſta pietas, vt amare liberos metuas, aſpicere liberos erubeſcas, atq; ide oria tur cauſa diſcordiæ, vnde ſolet mutuus amor mulcere affectus parentum. Generare liberos vis, non fratres futuros tuorũ, ſed aduerſarios filiorũ. Quid eſt ergo generare alios liberos, niſi ſpoliare quos habes liberos:
Gen.2. quibus pariter auferuntur & pietatis officia, & compẽdia facultatũ? Lex diuina cæleſti inter ſe cõiunges autoritate cõſtrinxit, & difficile manet mutuꝰ amor. Tulit enim coſtã de viro, & formauit fœminã, vt ſibi eos inuicẽ copularet, dicẽs: Et erũt duo i carne vna. Nõ hoc
Ephe.5. de ſecũdis ſed primis nuptijs dixit. Neq; enĩ Eua ſecundũ accepit virũ, neq; ſancta eccleſia ſecũdũ agnouit virũ. Sacramẽtũ enĩ illud magnũ eſt in Chriſto & in eccleſia. Et ideo cuſtodiẽdũ eſt. Sed neq; Iſaac aliã præter Rebeccam ſciuit vxorem: neque Abraham pa
*abrahã patrẽ cũ alia, niſi &c. ter *aliã, niſi cũ Sarã ſepeliuit vxorẽ. Nã in ſancta Rachel magis figura myſterij fuit, q̃ ordo coniugij. Et ta men in ea quoq; habemus quod ad primi coniugij gratiam referre poſsimus, ſi quam primo ſpõſam habuit, plus amauit, nec fraus excluſit affectum, nec ſponſę amorem coniugij interuẽtus aboleuit. Itaq; ſanctus pa
C triarcha nos docuit quantum deferre primis nuptijs debeamus. cum tantum primis ſponſalibus ipſe detulerit. Cauete igitur filiæ ne & gratiam nuptiarum tenere nequeatis, & moleſtias augeatis.

FINIS.

CAPITA PRIMI LIBRI DE POENITENTIA.

De cõmẽdatione moderationis erga peccatores ſeruandæ ab ijs qui illorum morbos curare debẽt, per exẽpla, ſcripturam, atq; rationem, cum acri reprehenſione eorũ qui dura pro mitibus ſequenda opinantur: & cum ipſi quærãt miſericordiam domini, alijs eam denegãt, cuiuſmodi ſunt doctores Nouatianorum. Caput i.
De repulſione reſpõſionum quibus Nouatiani errorẽ ſuum defendere conantur. Caput ii.
De ſententia ſcripturæ in ſuperiori capitulo adductæ, & quẽadmodũ fieri poſsit vt aliquis qui victꝰ ſupplicijs deum ſermone negauerit, & corde adorauerit, per pœnitentiam mereatur veniam peccatorum. Caput iii.
De dictorũ in ſuperiori capitulo multiplici ꝓbatione ex ſacrarũ ſcripturarũ teſtimonijs. Cap. iiii.
De confutatione erroris Nouatianorũ qui ſpẽ veniæ excludũt, per exẽplum de illo ſemiuiuo relicto à latronibus, quẽ pius Samaritanus dominus Ieſus miſericordia motus curauit, & ſupra ſuum iumentum impoſuit vulneratum, & à ſacerdote atq; leuita prętereuntibus, per quos Nouatiani intelliguntur, fuit neglectus. Caput v.
De eccleſia chriſti per cœnã ſignificata, ad quam omnes vocati ſũt, ſiue boni ſiue mali: & qui ſe excuſauerũt, Nouatiani ſunt, atq; cæteri hæretici, qui partẽ cũ chriſto non habebunt, eo quod pœnitentiæ lauacrum reſpuant. Caput vi.
De multiplici poteſtate data diſcipulis à chriſto, cum reprehenſione Nouatianorum, qui remiſsionem in baptiſmo cõcedunt, ſed pœnitentiæ lauacrũ negãt, cũ nihil interſit inter vtrunq; ſacramentũ. Ca. vii.
De falſo intellectu ſcripturæ quo Nouatianus errorẽ ſuum probare contendit, quem autor hic efficaciter reprobat fultus ſcripturæ ſacræ teſtimonijs. Caput. viii.
Qualiter intelligenda ſint verba Ioannis in canonica ſua dicentis: Eſt peccatum ad mortẽ, non de illo dico vt oret quis: cũ ſanctus Ioannes non ignorauerit Moyſen atq; Hieremiam atq; Stephanum pro ſalute aliorũ oraſſe, atq; exauditos fuiſſe. Cap. ix.
De eo quod nullus fidem habens excluſus ſit a venia, Quod hi quoq; qui poſt pœnitentiam coronã martyrij meruerunt, maius etiam donum fidei percepe runt. De forma quoq; pœnitentis in ſemiuiuo à latronibus relicto conuenienter expreſsa. Cap. x.
De aliis quibuſdã ſcripturis quibus eliditur error Nouatiani veniã poſt lapſum negantis, cum dominus Ieſus venerit in mũdum non vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Caput xi.
Quemadmodum teſtimonijs ipſius Dauid atq; ſancti Pauli reprobetur falſitas Nouatiani, quia caſtigat deus omnem filium quem recipit: & quem caſtigauit, morti non tradidit. Caput. xii.
Quod peccantes tradantur plerũq; à deo atq; abeiꝰ eccleſia in poteſtatem diaboli, in afflictionẽ carnis vt ſpiritus ſaluetur. De cuſtodia quoq; oculorũ ſeruãda, & velamine mulierum: atq; exemplo Ioſeph colloquia pudica eſſe ſeruanda. Caput xiii.
De exhortatione ad caſtimoniæ puritatem, atque fomẽtorum luxuriæ reſecationem. Quod ſatan quoque autor ſit debilitatis, in cuiꝰ poteſtatem per excommunicationis cenſuram plerique dãtur ad tẽpus, vt ſpiritus ſaluetur. Caput. xiiii.
De eccleſiæ farina, & fermentum peccatorum quemadmodum expurgetur, fermentumque hæreticorum quomodo in eccleſiæ farina abſcondatur. De paſcha quoque noſtro Chriſto immolato pro peccatoribus, quos inuidus à tanta gratia excluſit Nouatianus. Caput xv.
De miſericordia domini Ieſu. Et quemadmodũ ij qui eius clementiã non imitãtur, ſpiritus ipſius nõ ſint. Et quod miſericordia facta pœnitẽtibus in præſenti, teſtimoniũ ſit remunerationis futurę. Cap. xvi.
De indulgentia & pietate fienda emendatis, atq; ſeueritate erga pertinaces. Et qui ſint qui circũueniãtur à Satana. Et quod per interitũ carnis non intellexerit apoſtolus eius cõſumptionem, ſed caſtigationẽ atq; vitiorum repreſsionem. Cap. xvii.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE POENITENTIA LIBER I.

¶De cõmẽdatione moderatiõis erga peccatores ser nãdæ ab ijs qui illorum morbos curare debẽt, per exẽpla, scripturam atq; rationem, cum acri reprehensione eorum qui dura pro mitibus sequenda opinantur: & cum ipsi quærant misericordiã domini, alijs eam denegãt, cuiusmodi sunt doctores Nouatianorum. CAPVT I.

SI VIRTVTVM finis ille est maxim⁹, q plurimorũ spectat ꝓfectũ: moderatio ꝓpe omniũ pulcherrima est, quę ne ipsos quidẽ quos dãnat, offẽdit, & quos dãnauerit, dignos solet facere absolutiõe. Deniq; sola est quæ domini quæsitã sanguine ecclesiã propagauerit, imitatrix beneficij cælestis, & redẽptiõis vniuersorũ, salubri fine temperãs, quẽ ferre possint aures hominum, mentes non refugere, non pauere animi. Etenim qui studet humanæ infirmitatis emendare vitia, ipsam infirmitatem suis debet sustinere & quodammodo pẽsare humeris, non abijcere. Nam pastor ille euangelicus lassam ouem vexisse legitur, non abiecisse. Et Salomon ait: Noli iustus esse nimiũ. Debet enim iustitiã temperare moderatio. Nam quẽadmodum se tibi curandum præbeat quem fastidio dedas, qui cõtemptui se non compassioni medico suo putet futurum? Ideo dominus Ielus cõpassus nobis est, vt ad se vocaret, nõ deterreret. Mitis venit, venit humilis, Denique ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Reficit ergo dominus, non excludit neq; abijcit: meritoq; tales discipulos elegit, qui dominicæ voluntatis interpretes plebem dei colligerent, non repudiarent. Vnde liquet eos inter Christi discipulos non esse habẽdos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur: & cum ipsi quærãt domini misericordiam, alijs eam denegant, vt sunt doctores Nouatianorũ, qui mundos se appellant: Quid his superbius, cũ scriptura dicat quia nemo mundus à peccatis, nec vnius diei infans: Et Dauid clamet: A delicto meo munda me? Sanctiores isti q̃ Dauid, de cui⁹ nasci familia Christus incarnationis elegit mysterio, cuius posteritas aula cælestis est, vtero virginali susciens mundi redemptorem. Quid autem durius q̃ vt indicant pœnitẽtiam quam non relaxent, cum vtiq; veniam negando incentiuum auferãt pœnitentiæ? Nemo enim potest bene agere pœnitentiã, nisi qui sperauerit indulgẽtiam. Sed negant ijs oportere reddi communionem, qui prævaricatione lapsi sunt. Si vnum tantũ crimen exciperent, dure quidem, sed tamen diuinis tãtum redargui viderẽtur sententijs, assertionibus tamẽ suis cõuenirent. Dominus enim crimen nullũ excepit qui peccata donauit omnia. At cũ omnia peccata Stoicorum quodam more paribus putent æstimanda meritis, & æquæ eũ qui gallum, vt aiunt, gallinaceũ, atq; illum qui patrem suffocauerit, in perpetuũ asserant cælestibus abdicãdũ mysterijs: quomodo vnius criminis obijciunt reos, cũ indignissimum esse nõ possint etiã ipsi negare, vt paucorum pœna veniat ad multos?

¶De repulsione responsionum quibus Nouatiani errorem suum defendere conantur. CAPVT II.

SED aiũt se domino deferre reuerentiã, cui soli remittẽdorum criminũ potestatem reseruẽt. Immo nulli maiorẽ iniuriã faciunt, q̃ qui eius volunt mãdata rescidere, cõmissum munus refundere. Nã cũ ipse in euãgelio suo dixerit dominus Iesus: Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, detenta erunt: Quis est ergo qui magis honorat, vtrum qui mandatis obtẽperat, an qui resistit? Ecclesia i vtroq; seruat obediẽtiã, vt peccatũ & alliget & relaxet. Hæresis in altero immitis, in altero inobediẽs, vult ligare qđ nõ resoluat, nõ vult soluere qđ ligauit: i quo se sua dãnat sentẽtia. Dominus enĩ par ius & soluẽdi esse voluit, & ligandi, qui vtrũq; pari conditione ꝑmisit. Ergo qui soluẽdi ius nõ habet, nec ligandi habet. Sicut enim secundũ dominicã sententiam, qui ligãdi ius habet, & soluẽdi habet: ita istorũ assertio seipsam strangulat, vt quia soluẽdi sibi ius negãt, negare debeãt & ligãdi. Quomõ igitur potest alterum licere, alterũ non licere? Si quibusdã datũ vtrunq; est licere, aut vtrũq; nõ licere, certum est ecclesiæ vtrũq; licere, hæresi vtrũq; nõ licere. Ius enĩ hoc solis permissum sacerdotib⁹ est. Recte igitur ecclesia vẽdicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vẽdicare nõ potest, quæ sacerdotes dei nõ habet. Nõ vẽdicando autẽ ipsa de se pronũciat, quod cũ sacerdotes nõ habeat, ius sibi vendicare nõ debeat sacerdotale. ita in impudẽti cõtumacia pudentẽ cernim⁹ cõfessionẽ. Spectat etiam illud, quoniã qui spiritũ sanctum accipit, & soluẽdi peccati potestatẽ & ligãdi accipit. Sic enim scriptum est: Accipite spiritũ sanctũ, quorũ remiseritis peccata, remittuntur: & quorũ retineueritis, detenta erũt. ergo qui soluere nõ potest peccatũ, nõ habet spiritum sanctũ. Munus spiritus sancti est officium sacerdotis, ius autẽ spiritus sancti in soluendis ligandisq; criminibus est. Quomodo igitur munus eius vendicant, de cuius diffidũt iure & potestate? Quid quod insolentiores sunt? Nã cũ ad misericordiã ꝓptior q̃ ad seueritatem sit spirit⁹ dei, quod ait se velle, id nolũt: quod nolle, hoc agũt: cũ vindicare iudicis sit, remittere misericordis. Tolerabiliũs igitur Nouatiane remitteres q̃ ligares. Aliud enĩ quasi delinquendi parcẽs vsurpares, aliud quasi ærũnę cõpassus ignoscẽres. Sed aiũt se exceptis grauioribus criminib⁹ relaxare veniã leuioribus. Non quidẽ autor vestri erroris Nouatianus ait, qui nemini pœnitentiam dandã putauit, ea scilicet cõtemplatiõe, vt qđ ipse nõ posset soluere, nõ ligaret, ne ligãdo sperari à se faceret solutionẽ. In eo igitur patrem vestrũ propria damnatis sentẽtia, qui distinctionẽ peccatorum facitis quæ soluenda à vobis putetis, & quæ sine remedio esse arbitremini. Sed deus distinctionẽ non fecit, qui misericordiam suã promsit omnibus, & relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine vlla exceptione cõcesit. Sed qui culpã exaggerauerit, exaggeret etiã pœnitentiã. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus. ita nec Nouatianus probatur, qui veniam interclusit omnibus: nec vos imitatores eiusdem & cõdemnatores, qui ibi minuitis studia pœnitẽtię, vbi augeri oportet, quia grauiora peccata maioribus sustẽtanda fulcris docuit Christi misericordia. Quę autẽ ista peruersitas est, vt vobis vendicetis possibilia cõcessa, deo (vt ipsi dicitis) ipossibilia reseruetis: hoc est sibi eligere causas ignoscẽdi, deo materiem feriẽdi relinquere. Et vbi est illud: Sit autem deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris? Vt cognoscamus igitur deum misericordiæ magis indulgentẽ esse q̃ seueritatis tenacẽ, ipse ait: Misericordiam malo q̃ sacrificium. Quomodo igitur vestrũ potest acceptũ esse sacrificium deo, qui negatis misericordiã, cum ipse dicat nolle se mortẽ peccatoris, sed correctionẽ? Cuius interpres apostolus ait: Quia deus filiũ suum mittẽs in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatũ in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis Nõ similitudine carnis ait, quia Christ⁹ veritatẽ fuisse pit carnis humanæ. Nõ similitudinẽ, neq; in similitudine peccati ait, quia peccatũ nõ fecit, sed peccatũ ꝓ nobis factus est: sed venit in similitudine carnis peccati, hoc est, suscepit similitudinẽ carnis peccatricis. Ideo similitudinẽ, quia scriptũ est: Et hõ est, & quis agnoscit eũ? Hõ erat carne, secũdũ hominẽ qui agnosceretur, virtute supra hominẽ qui nõ agnosceretur. ita & hic carnẽ habebat nostrã, sed carnis hui⁹ vitia nõ habebat. Nõ enĩ sicut oĩs hõ est, ex virili erat & fœminea ꝑmixtione generat⁹, sed natus de spiritu sancto & virgine immaculatũ corpus susceperat, quod nõ solũ nulla vitia maculauerant, sed nec generationis aut cõceptiõis cõcretio iniuriosa fuscauerat. Nã oẽs hoĩes sub peccato nascimur, quorũ ipse ort⁹ in vitio est, sicut habes lectum dicente Dauid: Ecce enim in iniquitatibus cõcept⁹ sum, & in delictis peperit me mater mea. Ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Christi autem caro damnauit peccatũ quod nascendo nõ sensit, quod moriendo crucifixit, vt in carne nostra esset iustificatio ꝓ gratiam, vbi erat ante colluuio per culpã. Quid ergo dicemus ad hæc, nisi quod dixit apostolus: Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui filio proprio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ, quomodo nõ etiã cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersum electos dei? Deus qui iustificat: Quis est qui damnet? Christus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis: Pro quibus ergo Christus interpellat, eos Nouatianus accusat. Quos Christus ad salutem redemit, eos Nouatianus damnat ad mortem. Quibus christus dicit: Tollite iugum meũ super vos: & discite à me quia mitis sum: Nouatianus dicit, immitis sum. Quibus christus dicit: Inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue est: his graue onus & durum imponit iugũ Nouatian⁹. Quã propensus igitur ad misericordiã sit dominus Iesus, licet ista satis instruant, tamen ipse etiã te doceat, quia cum aduersus impressionẽ persecutiõis instruere nos vellet, ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autẽ non possunt occidere: sed potius eũ timete qui potest animã & corpus mittere in gehennã. Et infra: Omnis ergo qui cõfessus me fuerit corã hominib⁹, cõfitebor & ego eum coram patre meo qui est in cælis. Qui autẽ negauerit me coram hominibus, negabo & ego eũ coram patre meo qui est in cælis. Vbi confitetur, pro omnibus confitetur, omnes complectitur: vbi negat, non omnes negat: Sicut enĩm supra habetur: Omnis qui me confessus fuerit, cõfitebor & ego eum, hoc est, ominẽ. consequens erat, vt infra quoq; sic diceret: Omnis autem qui negauerit me. Sed ne omnes negare videretur, ita subiecit: Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum. Gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur iniuriam. quod est miserationis, exaggerat: quod vltionis, extenuat. Atq; ita scriptum est non solũ in eo libro qui secũdum Matthæum scribitur euangelij domini Iesu, sed etiam in eo lectũ est quem secundum Lucam reperimus: vt scias non ociose id posuisse vtrunque.

¶De sententia scripturæ in superiore capitulo adductæ, & quẽadmodum fieri possit vt aliquis qui victus supplicijs deũ sermone negauerit, & corde adorauerit, per pœnitentiam mereatur veniam peccatorum. CAPVT III.

DIXIMVS quid scriptum sit, colligamus sententiam. Omnis, inquit, qui me confessus fuerit: id est, ex quacũque vita, ex quocunque statu, qui confessus me fuerit, habebit remuneratorem me confessionis suæ. cum dicitur, Omnis, nullus à remuneratione qui fuerit confessus excluditur. Non similiter, omnis qui negauerit, negabitur. Potest enim fieri vt aliquis victus supplicijs sermone neget, & corde adoret. Nunquid eadem causa est eius qui spõte neget, & eius quem tormenta inclinauerint ad sacrilegium, non volũtas? Quã indignũ autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, vt apud deum non valere asseratur? Nam sæpe in hoc athletarũ seculari certamine etiã victos quorũ fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consueuit, maxime quos viderit aut forte dolo aut fraude exclusos* victoria. christus ergo athletas suos quos viderit grauibus paulisper cessisse supplicijs, sine venia patietur manere? Nũquid nõ habebit remunerationẽ laboris, qui etiam quos proiecit, non in æternũ proiecit? Dicit enim Dauid: Non in æternum proijciet deus. Et cõtra hunc audiemus hæresim dicẽtem: Proijcit in æternum. Nec in finẽ, inquit, misericordiã suam abscindet à generatione in generationẽ, aut obliuiscetur misereri deus, clamat propheta: & sunt qui diuinę miserationis quædam inducant obliuia? Sed aiunt ideo se ista asserere, ne mutabilem deum faeere videãtur, si ijs quibus fuerat iratus, ignoscat.

*excisos: de pœni. dist. i. põt fieri. Psal. 76.

¶De dictorũ i superiori capitulo multiplici ꝓbatione ex sacrarũ scripturarũ testimonijs. CAP. IIII.

QVID ergo? Repudiabimus diuina oracula, & opiniones istorum sequemur? Sed non deus alienis assertionibus, sed suis æstimandus vocibus est. Quid enim prõptius edere possumus in fine eius misericordię, q̃ quod ipse per prophetam Ozeę, quibus tanq̃ iratus minabatur, cõtinuo tanq̃ reconciliatus indulget? Ait enim: Quid tibi faciã Ephrem, aut quid tibi faciam Iuda? Et infra: Quomodo te constituam? Velut Adama efficiam te, & sicut Seboim. In ipsa indignatione velut patrio quodã affectu hæret quomodo ad pœnam tradat errãtem. Et si Iudæus miretur, deus tamen adhuc secum examinat. Sed cõtinuo qui dixerat, sicut Adama faciã te, & sicut Seboim, quæ duæ vrbes ex vicinia Sodomorũ parilis excidij traxere consortium: conuersum est inquit cor meum, in eo ipso conturbata est pœnitentia mea. Non faciam secundum iracũdiam furoris mei. Nonne apparet quod ideo nobis peccantibus indignetur dominus Iesus, vt indignationis suæ nos furore conuertat? Indignatio ergo eius nõ vltionis executio, sed magis absolutionis operatio est. Sic enim dixit: Si cõuersus ingemueris, saluus eris. Expectat gemitus nostros, sed tẽporales, vt remittat ꝑpetuos. Expectat lachrymas nostras: vt profundat pietatẽ suam. Sic in Euangelio, viduæ matris lachrymis cõpassus, filiũ eius resuscitauit. Expectat cõuersionẽ nostrã, vt reuertamur & ipsi ad gratiam: quæ, si nullus lapsus nobis irreperet, in nobis perseueraret. Sed quia peccatis nostris cõtrahimus offensam, indignatur vt humiliemur, humiliamur vt digni simus magis miseratione q̃ pœna. Docear te certe Hieremias dicens: Quia non repellet in æternũ dominus, quoniam eũ humiliauerit, inquit, miserebitur secũdũ multitudinem misericordiæ suæ: Quia nõ humiliauit toto corde suo, neq; repulit filios hominũ. Hoc certe in threnis Hieremiæ legimus. Et ex his vel cæteris quæ sequuntur, aduertimus quia ideo humiliat sub pedes suos omnes victos terræ, vt iudiciũ eius declinemus: Sed nec toto corde humiliat peccatorẽ vsq; ad terram, qui etiam de terra suscitat inopẽ, & de sterco-

Roma. 8.

Psal. 50.

Roma. 7.

Roma. 8.

Matt. 11.

Matt. 10.

Luc. 12.

Ozee. 11.

Thren. 3.

G re érigit pauperẽ. Non enim ex toto corde humiliat, qui se veniæ reseruat. Quod si nõ ex toto corde omnẽ humiliat peccatorem, quanto magis eũ qui non ex toto peccauit? Nam sicut dixit de Iudæis: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me: for Esa.29. taſse & de aliquib⁹ lapſis dicat: Iſti labijs me negarũt, ſed corde mecũ ſunt. Vicit eos pœna, non auertit perfidia. Sine cauſa autẽ ijs aliqui veniã negãt, quorũ fidẽ eo vſq; cõſectat⁹ pſecutor eſt, vt eã ſtuderet expugnare, tormẽtis. Negarũt ſemel, ſed quotidie confitentur. Negarũt ſermone, ſed cõfitẽtur gemitibus. Cõfitentur eiulatib⁹, cõfitẽtur fletib⁹, cõfitẽtur liberis nõ coactis vocibus. Ceſerũt quidẽ ad tẽpus diaboli tẽtationi, ſed etiã diabolus poſtea receſsit ab ijs, quos ſibi vendicare nõ potuit. Ceſsit ergo fletib⁹, ceſsit pœnitentiæ. Quos inuaſerat alienos, perdidit ſuos. Nõne ita iſtud eſt, ac ſi quis captiuũ victæ vrbis populũ abducat? Captiuus abducitur, ſed inuit⁹ qui in alienas terras neceſsitate cõtẽdat, intimo tamen nõ migret affectu, patriã ſecum animo vehat, quærat copiam quẽadmodũ reuertatur. Quid ergo? Cũ huiuſmodi reuertitur, num eſt aliquis qui perſuadeat eũ nõ recipiẽdũ, minore ſcilicet honore, ſed ſtudio ꝓpẽſiore, ne habeat ſi quo inſultet aduerſari⁹? Si armato ignoſcis ei qui pugnare nõ potuit, non ignoſcis ei in quo ſola pugnabat fides? Ipſius diaboli de huiuſmodi lapſis ſi requiram⁹ ſententiã, nonne videtur dicere: Populus hic labijs me honorat, cor H autem eorũ longe eſt à me? Quomodo enim mecum eſt, qui non recedit à Chriſto? Sine cauſa autem me colere videntur, qui doctrinam Ieſu cuſtodiũt. Ego autẽ putabam quod mea docerent, plus damnãt dum comperta deſerũt. Certe Ieſus in his amplius gloriatur, dũ recipit reuertentes. Exultant omnes angeli, quia gaudium maius eſt in cælo ſuper vno peccatore pœnitẽtiam agente, q̃ in nonaginta & nouem iuſtis qui nõ indigent pœnitẽtia. De me in cælo, de me in terris triũphus ſumitur, nihil Chriſto periit, quãdo hi qui ad me cum fletu venerunt, cum deſiderio ad eccleſiam reuertuntur. Et horum exẽplo etiam de meis pericliror, qui didicerint nihil hic eſſe vbi homines præſentib⁹ prouocantur præmijs: & plurimum illic, vbi gemitus, lachrymæ, ieiunia, meis epulis preferuntur. Luc.15.

¶De cõfitatione erroris Nouatianorũ qui ſpẽ veniæ excludunt, per exemplum de illo ſemiuiuo relicto à latronibus, quem pius Samaritanus dominus Ieſus miſericordia motus curauit, & ſupra ſuũ iumentum impoſuit vulneratum, & à ſacerdote atq; leuita prætereũtibus, per quos Nouatiani intelligũtur, fuit neglectus. CAPVT V. I

HOc ergo Nouatiani excluditis. Quid eſt enim aliud excludere, niſi ſpem veniæ negare? Sed neque ſemiuiuum illum derelictum à latronibus Samaritanus præterijt, ſed vulnera ei⁹ oleo vinoque curauit, prius infundens oleum quo foueret, & ſupra iumentum ſuum impoſuit vulneratum, in quo eius peccata vexit omnia, nec ouem paſtor deſpexit errantem. Vos autem dicitis: Noli me tangere. vos dicitis volentes iuſtificare voſipſos: Non eſt proximus noſter. ſuperbiores q̃ legiſperitus. Ille Chriſtum tentare cupiebat. Ille enim dixit: Quis eſt meus proximus? Ille interrogat, vos negatis, ſicut ſacerdos ille deſcendens, & ſicut Leuita prætereiens, quem curandum ſuſcipere debuiſtis, nec recipiẽtes hoſpitio, ꝓ quo Chriſt⁹ duos numeraui denarios, cuius te proximũ fieri Chriſt⁹ iubet, vt faciat in eũ miſericordiam. Ipſe enim eſt proximus, quem non ſolũ conformis natura cõiunxerit: ſed etiã miſericordia copulauerit. Ab eo te alienũ ſuperbia facis, extollẽs te fruſtra inflatus mẽte carnis tuæ, & nõ tenẽs caput. Si enim caput teneres, aduerteres nõ ti K bi eũ deſerẽdũ pro quo Chriſtus mortuus eſt. Si caput Col.2. teneres, aduerteres corpus omne compaginando potius quàm ſoluendo in incrementum dei per copulam charitatis & redemptionem creſcere peccatoris. Cum igitur fructum omnem aufertis pœnitentiæ, quid aliud dicitis, niſi hoc? Nemo de vulneratis noſtrũ ingrediatur hoſpitiũ, nemo ſanetur i noſtra eccleſia? Apud nos non curantur ægroti, ſani ſumus, medicum non habemus neceſsarium. quia ipſe ait: Non opus eſt ſanis me- Matth. 9. dicus, ſed his qui male habent.

¶De eccleſia Chriſti per cœnam ſignificata, ad quam oẽs vocati ſunt ſiue boni ſiue mali: & qui ſe excuſauerũt, Nouatiani ſunt, atq; cæteri hæretici, qui partem eum Chriſto non habebunt, eo quod pœnitẽtiæ lauacrum reſpuant. CAPVT VI.

EA go domine Ieſu ad eccleſiam tuã totus adueni, quoniam. Nouatianus excuſat: Nouatia nus dicit, Iuga boum emi, qui iugum chriſti Luc.14. ſuaue nõ ſuſcipit, & onus graue collo imponit ſuo, quod portare nõ queat. Nouatian⁹ ſeruos tuos à quibus inuitabatur tenuit, & contumelia affectos occidit, quos iterati baptiſmatis labe inquinauit. Mitte ergo ad exitus viarum, & collige bonos & malos, & debiles & cæcos & claudos introduc in eccleſiam tuam. iube impleatur domus tua, introduc omnes ad cœnã tuam: quia quẽ tu vocaueris, dignum facies ſi ſequatur. Ille ſanè reijcitur qui nõ habuerit veſtẽ nuptialẽ, hoc eſt amictum charitatis, velamẽ gratiæ. Mitte, inquã, ad vniuerſos, nõ excuſat eccleſia tua à cœna tua. Excuſat L Nouatianus. Non dicit familia tua, ſana ſum, medicum Hiere.17. nõ requiro: ſed dicit: Sana me domine, & ſanabor, ſalua me & ſaluabor. Deniq; eccleſiæ tuæ ſpecies eſt in illa quæ acceſs. t retro & tetigit fimbriã veſtimẽti tui, di Maith. 9. cẽs intra ſe: Quia ſi tetigero veſtimẽtũ eius, ſalua ero. Hæc ergo eccleſia cõfitetur vulnera ſua, hæc curari cupit. Et tu quidem domine, oẽs cupis: ſed nõ oẽs curari volũt. Non vult Nouatianus, qui ſe putat eſſe ſanũ. Tu domine ægrũ te eſſe dicis, & in minimo noſtram ſentis infirmitatẽ, dicẽs: Aeger erã, & viſitaſtis me. Nouatianus illũ minimũ viſitare neſcit, in quo tu deſideras viſitari. Tu dicis Petro excuſanti ne ei pedes lauares: Niſi lauero tibi pedes, nõ habebis partẽ mecũ. Quod Ioan.13. ergo iſti poſſunt conſortiũ tecũ habere, qui claues regni nõ ſuſcipiunt, negantes q̃d dimittere peccata debeant? Quod quidẽ recte de ſe fatẽtur. nõ habẽt enim Petri hæreditatẽ, qui Petri fidẽ nõ habẽt, quã impia diuiſio ne diſcerpũt. Sed hoc improbe, quod etiã in eccleſia donari peccata negãt poſſe, cum Petro dictũ ſit: Tibi dabo claues regni cælorum, & quæcũq; ligaueris Matt.16. ſuper terrã, erunt ligata & in cælis: & quęcunq; ſolueris ſuper terrã, erũt ſoluta & in cælis. Cum & ipſe vas electionis dominicæ dicat: Si cui autem quid donaſtis, & 2. cor. 2. ego. nã & ego quod donaui, ꝓpter vos i perſona chriſti. cur igitur Paulum legunt, ſi eum tam impie arbitrantur erraſſe, vt ius ſibi vendicaret domini ſui? Sed vendicauit acceptum, non vſurpauit indebitum. M

¶De multiplici poteſtate data diſcipulis à chriſto, cũ reprehẽſiõe Nouatianorũ qui remiſsionẽ in baptiſmo cõcedũt, ſed pœnitẽtiæ lauacrũ negãt, cũ nihil interſit inter vtrũq; ſacramentũ. CAPVT VII.

VOLVIT dominus plurimum poſſe diſcipulos ſuos, vult à ſeruis ſuis ea fieri i nomine ſuo, Ioan. 14. quæ faciebat ipſe poſit⁹ i terris. Deniq; ait: Et maiora his facietis. Dedit vt mortuos ſuſcitarẽt. Et cũ ipſe Saulo reddere poſſet vſum vidẽdi, eum tamẽ ad Ananiam diſcipulũ ſuũ miſit, vt eius benedictiõe Saulo refunderẽtur oculi quos amiſerat.

A Petrum quoq; ſecum in mari iuſsit ambulare: & quia titubauit, reprehẽdit illico, eo quod dona gratiarũ fidei pauxillitate minuiſſet. Dedit etiã diſcipulis vt lux mũdi eſſent per gratiã, qui erat ipſe lux mũdi. Et quia deſcenſurus eſset è cælo, & in cælũ aſcẽſurus. Heliã ad cælũ leuauit, inde eũ terris placito redditurus tẽpore. Baptizaturus quoq; in ſpiritu ſancto & igni, per Ioannem baptiſmatis ſacramenta præmiſit. Omnia deniq; Mar.16. donauit diſcipulis ſuis, de quibus ait: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquẽtur nouis, ſerpẽtes tollent: & ſi mortiferũ quid biberint, nõ eos nocebit: ſupra ægros manus imponẽt, & bene habebũt. Omnia ergo dedit: ſed nulla i ijs hominis poteſtas eſt, vbi diuini muneris gratia viget. Cur ergo man⁹ imponitis, & benedictionis ꝓpius creditis, ſi quis forte reualuerit ægrotus? Cur præſumitis aliquos à colluuione diaboli per vos mundari poſſe? Cur baptizatis, ſi per hominẽ peccata dimitti nõ licet? In baptiſmo vtiq; remiſsio peccatorum omniũ eſt. Quid intereſt, vtrũ per pœnitentiã, an per lauacrum hoc ius ſibi datũ ſacerdotes vẽdicẽt? Vnum in vtroq; miniſterium eſt. Sed dices quia in lauacro operatur myſteriorũ gratia. Quid in pœnitẽtia? Nõne dei nomẽ operatur? Quid ergo? Vbi vultis vendicatis vobis dei gratiam? vbi vultis, repudiatis? Sed B hoc inſolentis arrogãtiæ, nõ ſancti timoris eſt, vt faſtidio vobis ſint qui volũt agere pœnitentiã. Perpeti videlicet flentiũ lachrymas nõ poteſtis. Non fuerũt oculi veſtri vilia veſtimentorũ, illuuiem ſordidatorum, ſuperbo oculo & tumido corde delicati mei, arroganti voce dicẽtes ſinguli: Noli me tãgere, quia mũdus ſum. Ioan. 20. Dixit quidẽ dominus ad Mariam Magdalenam: Noli me tãgere: ſed non dixit, quia mũdus ſum, qui mũdus erat. tu audes Nouatiane mũdũ te dicere, qui & ſi operibus mundus eſſes, hoc ſolo verbo fieres immundus? Eſa.6. Eſaias dicit: O miſer ego, & cõpũctus corde: quia cum ſim homo, & immũda labia habeã, in medio quoq; populi immũda labia habentis inhabitẽ, & tu dicis, mundus ſum, cum mundus nõ ſit (vt ſcriptũ eſt) nec vnius Iob.15. Pſal.50. diei infans? Dauid dicit: Et à delicto meo munda me. quẽ vtiq; miſericordiæ ſæpe domini iuſtificauit gratia. C tu mundus, cũ tam iniuſtus ſis, vt nõ miſereatis, vt feſtucam in oculo fratris tui videas, trabem autẽ quæ in oculo tuo eſt, non conſideres? Immundus enim apud deum omnis iniquus. Quid autẽ iniuſtius, q̃ vt velis tibi dimitti peccata tua, cũ roganti ipſe non putes remittenda? Quid iniuſtius, q̃ vt te iuſtifices in quo damnas alterum, cum grauiora cõmittas? Deniq; remiſsionem celebraturus peccatorum noſtrorũ dominus Ieſus diceti ſibi Ioãni: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad Matth. 3. me? reſpondit: Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Et dominus quidem venit ad peccatorem, cum peccatum ipſe non haberet, & baptizari voluit, cui mundari neceſse non erat.

¶De falſo intellectu ſcripturæ quo Nouatianus errorem ſuũ probare cõtendit, quẽ autor hic efficaciter reprobat fultus ſcripturę ſacrę teſtimonijs. CAP. VIII.

VOs quis ferat, qui putatis vobis opus nõ eſſe mundari per pœnitentiã: quia mũdatos dicitis vos eſse per gratiã, quaſi iã peccare vobis impoſsibile ſit! Sed dicent: Scriptũ eſt: Si peccauerit homo in hominẽ, orabunt pro eo ad dominum. ſi autem in dominũ peccauerit homo, quis orabit pro eo? Primũ, vt ſupra iam dixi, tunc te iſta paterer obijcere, ſi ſolis præuaricatoribus nõ relaxares pœnitẽtiã. Tamẽ q̃d ſcrupuli iſta afferret quæſtio? Nõ enim ſcriptũ eſt: Nullus orabit pro eo, ſed quis orabit? Pſal.14. hoc eſt, quis ille ſit qui in tali cauſa orare poſsit, quæritur, nõ excluditur. Deniq; habes in pſal. xiiij. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Nõ enim nullus, ſed probatus habitabit. Nec hoc dicit quod nemo requieſcat, ſed requieſcat electo⁹: vt ſcias hoc eſse verũ quod non multo Pſal.23. poſt in pſal. xxiij. ait: Quis aſcẽdet in montẽ domini, aut quis ſtabit in loco ſancto ei⁹? id eſt, nõ quicũq; de vulgo, nec plebeiæ vilitatis aliquis, ſed vitæ egregiæ, ſingulariſq; meriti, Et vt ſcias quia cũ dicitur, quis, non intellegitur nullus, ſed aliquis ſignificatur: cũ dixiſset: Quis aſcẽdet in montẽ dominiſubiecit: Innocẽs manibus, & mũdo corde, qui nõ accepit in vanũ animam ſuã. Et alibi: Quis ſapiẽs & intelliget hec? Nũquid dicit quia nullus intelliget? Et in euãgelio: Quis fidelis di Ozee.14. Lucæ.12. ſpenſator & prudẽs, quẽ conſtituet dominus ſuper familiã ſuã, vt det illis in tẽpore tritici mẽſurã? Et vt cõprehẽdas quia de eo dixit qui vtiq; eſt, nõ de eo qui nõ eſt, ſubiũxit: Beatus ille ſeruus, quẽ cũ venerit domin⁹ inuenerit ſic facientem. Et illud ita opinor dictũ: De⁹ Pſal.82. quis ſimilis tibi? non vtiq; nullus: quia imago patris, filius eſt. Similiter igitur accipiẽdum: Quis orabit pro eo? hoc eſt, ſingularis vitę aliquis debet orare ꝓ eo qui peccauit in dominũ: quia quo maior culpa, eo maiora ſunt quęrẽda ſuffragia. Nõ enim quicũq; de vulgo pro Iudæorum populo, ſed Moyſes rogauit, quãdo vituli caput fidei immemores adorauerũt. Nunquid errauit Moyſes? At certe quia nõ erravit: quod rogauit, & meruit, & impetrauit. Quid enim talis affectus nõ impetraret, quãdo ſe obiecit pro populo dicẽs: Et nũc ſi di Exo.32. E mittis illis peccatũ, dimitte: ſin autẽ, dele me de libro vitæ? Vides quia non tanẽ deliciosus interceſſor & faſtidij plen⁹ ſibi conſulat, ne offenſionẽ cõtrahat: quod Nouatianus metuere ſe dicit: ſed magis omnium memor, ſui immemor, offendere nõ timebat ipſe, vt plebẽ ab offenſiõis periculo exueret & liberaret. Merito ergo ſcriptũ eſt: quis orabit ꝓ eo, hoc eſt, talis qualis Moyſes, qui ſe offerat pro peccãtibus? talis qualis Hieremias, cui prophetæ cũ eſset dictũ à domino deo noſtro, Noli orare pro populo iſto: tamẽ orauit, & veniã Hiere. 7. promeruit. Deniq; interceſsiõe prophetica, & obſecratione tanti vatis inflexus dominus dicit ad Hieruſalẽ, quoniam ea quoq; pœnitentiam pro delictis egerat, dicens: Domine omnipotẽs deus Iſrael, anima in angu- Baruch. 3 ſtijs, & ſpirit⁹ auxi⁹ clamat ad te: Audi domine & miſerere. Et iubet luct⁹ veſtimẽta deponi, & abijci gemitus pœnitẽtiæ. Sic enim ſcriptũ eſt i fine libri: Exue te Baruch. 5 Hieruſalem ſtola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decorem eius quæ à deo tibi data eſt gloriæ in æternũ.

¶Qualiter intelligenda ſint verba Ioannis in canonica ſua dicẽtis: Eſt peccatũ ad mortẽ, nõ de illo dico vt oret quis: cũ ſanctus Ioannes nõ ignorauerit Moyſen, atq; Hieremiam, atq; Stephanum pro ſalute aliorum oraſſe, atq; exauditos fuiſſe. CAPVT IX.

SALES igitur precatores in delictis maximis ſunt requirendi. Nam ſi quicunq; de populo orent, nõ exaudiũtur. Vnde nec illa quæſtio veſtra quicq̃ poterit ferre põderis, quam ſumitis de epiſtola Ioannis, dicẽtis: Qui ſcit fratrem ſuũ 1. Ioan.5. peccare peccatum non ad mortem, petat; & dabit illi vitam deus, quia non peccat ad mortem. Eſt peccatũ ad mortẽ, non de illo dico vt oret. Non enim ad Moyſen & Hieremiam loquebatur: ſed ad populum, qui ſuorum peccatorum alium precatorem deberet exhibere, cui ſatis eſt ſi pro leuioribus delictis deũ precetur, grauiorum veniam iuſtorũ orationibus reſeruandam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandũ pro peccato quod eſset ad mortẽ, qui ipſe in Apocalypſi ſcripſit mãdatum angelo eccleſiæ Per- Apoca.2.

G gami. Habes illic tenẽtes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filijs Israel, manducare immolata, & fornicari: ita & tu habes tenentes doctrinã Nicolaitarum, similiter age pœnitentiã, aliquin venio tibi? Vides quod deus qui pœnitentiã exigit, veniam polliceatur? Denicq; & tibi dicit: Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesijs: Vincenti dabo manducare manna. Nonne ipse Ioannes cognouerat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterãt, deprecatũ, cum de ipsis à quibus lapidabatur, diceret: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, cuius precationis effectũ in Apostolo videmus? Paulus enim qui lapidantium Stephanum, vestimenta seruabat: nõ multo postea per gratiam Christi factus apostolus est, qui fuerat ante persecutor. Actuũ. 3.

¶ De eo quod nullus fidẽ habens excluſus ſit à venia, quod ij quoq; qui poſt pœnitentiam coronam martyrij meruerunt, maius etiam donum fidei perceperunt. De forma quoq; pœnitentis in ſemiuiuo à latronibus relicto conuenienter expreſſa. CAPVT X.

ERGO quia de Ioannis generali epiſtola ſermo eſt, ipſius Ioannis in euangelio ſcripta interrogemus, vtrum cum veſtra interpretatione conueniant. Scribit enim dixiſſe dominum: Quia ſic dilexit deus hunc mũdum, vt filium ſuũ vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſo, nõ pereat: ſed habeat vitam æternã. Si quem ergo lapſum reuocare cupias: vt credat, an vt non credat hortaris? Vtiq; vt credat. Sed qui credit, iuxta domini ſententiã, habebit vitam æternam. Quomodo ergo prohibebis orare pro eo cui æterna vita debetur, cum diuinæ ſit gratiæ fides, ſicut Apoſtolus in diuiſionibus gratiarum docet quia alij datur in eodẽ ſpiritu fides: Et diſcipuli dominо dicant: Adauge nobis fidem? Qui ergo fidẽ habet, habet vitam æternam: qui vitam habet, non eſt excluſus à venia. Omnis, inquit, qui credit in eũ, non pereat. Cũ omnis dicitur, nullo excluditur, nullus excipitur. Non enim excipit eum qui lapſus eſt, ſi tamen poſtea bene credat. Plurimos comperimus ſe reformaſſe poſt lapſum, & pro nomine dei paſſos. Num poſſumus ijs martyrum conſortia negare, quibus dominus Ieſus nõ negauit? Audemus igitur dicere non eſſe his vitã redditam, quibus Chriſtus coronam reddidit? Sicut ergo poſt lapſum pleriſq;, ſi patiãtur, corona redditur: ita ſi credant, & fides redditur. Quæ fides dei donum eſt, ſicut habes ſcriptum: Quia à deo vobis datum eſt nõ ſolum vt credatis in eum, ſed etiã vt pro illo patiamini. Nunquid is qui dei donum habet, poteſt nõ habere indulgentiam? Non vna autem, ſed duplex gratia eſt, vt omnis qui credit, & patiatur pro domino Ieſu. Habet igitur qui credit, ſuam gratiam, habet autem alteram ſi fides eius paſſionibus coronetur. Neq; enim priuſq; pateretur Petrus, ſine gratia fuit: ſed vbi paſſus eſt, acquiſiuit alteram, Et pleriq; qui non habuerunt gratiam vt pro Ieſu paterentur, habuerunt tamen gratiã vt in Ieſum crederent. Ideo dicitur: Vt omnis qui credit in eum, non pereat. Omnis, inquit, hoc eſt, ex quocunque ſtatu, ex quocũq; lapſu, ſi credat, perire non timeat. Poteſt enim fieri vt aliquem de Hieruſalem deſcẽdẽtem in Hiericho, hoc eſt de martyrij certamine relapſum in iſtius vitæ cupiditatem ſeculareмq; gratiã, vulneratum à latronibus, hoc eſt à perſecutoribus, & ſemiuiuũ relictum, euãgelicus ille Samaritanus inueniat, qui noſtrarum cuſtos animarum eſt, (Samaritanus enim cuſtos dicitur) & nõ prætereat eum, ſed curet & ſanet. forte ſi ideo non præterit eum: quia aliquid in eo vitale agnoſcit, vnde poſſit vitam reſumere. Nonne vobis videtur ille qui lapſus eſt, ſeminiuus eſſe, ſi vitale aliquid fides ſpiret? Nam qui penitus deũ ex ſuo corde abijcit, ille mortuus eſt. qui ergo nõ penitus abijcit, ſed per imH preſsionem tormẽtorum ad tẽpus negauit, ſemiuiuus eſt: aut ſi mortuus eſt, cur ei dicitis agendam pœnitentiam, qui iam curari nõ poteſt? Si ſemiuiuus eſt, infunde vinum & oleum, nõ vinũ ſine oleo: ſed quod & foueat, & remordeat. Tolle eum in iumentũ tuum, trade ſtabulario, duo æra ad eius curam impẽde, eſto ei proximus. Proximus autem eſſe non potes, niſi facias miſericordiam. Nemo enim poteſt dici proximus, niſi qui curauerit, non occiderit. Si autẽ vis dici proximus, dicit tibi Chriſtus: Vade & tu fac ſimiliter. Lucæ. 10

¶ De alijs quibuſdam ſcripturis quibus eliditur error Nouatiani ventã poſt lapſum negantis, cum dominus Ieſus venerit in mundũ nõ vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. CAPVT XI.

I VD ſimile conſideremus. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem non credit filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Quod manet, vtiq; iam cœpit, & ex delicto aliquo cœpit, quia ante nõ credidit. Vbi ergo quis credit, ira dei diſcedit, vita autẽ accedit. Credere ergo in Chriſtum, lucrum vitæ eſt. Qui enim credit in eum, nõ iudicatur. Sed referũt hoc loco quoniã is qui credit in Chriſtum, cuſtodire debeat ſermonem eius. Sic enim aiunt ſcriptum dicẽte domino: Ego lux in hunc mũdum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat: & ſi quis audierit ſermonẽ meum, & cuſtodierit eum, ego non iudico eũ. Ille nõ iudicat, & tu iudicas? Ille dicit, vt q̃ credit in me, in tenebris nõ maneat, hoc eſt: & ſi fuit in tenebris, nõ permaneat in eis, errorem emẽdet, culpam corrigat, cuſtodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo mortem peccatoris, ſed cũ dixi ſupra: Quoniam qui in me credit, non iudicatur: & hoc cuſtodio. Non enim veni vt iudicem mũdum: ſed vt ſaluetur mundus per me. Libẽter ignoſco, prompte indulgeo, miſericordiã malo q̃ ſacrificiũ, quia per ſacrificium iuſtus commendatur, per miſericordiã peccator redimitur. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. In lege ſacrificium, in Euangelio miſericordia eſt lex per Moyſen data eſt, per me gratia. Quid hoc euidentius? Denicq; & ſubtet ait: Qui ſpernit me, & nõ accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Num tibi videtur accipere verba Chriſti, q̃ ſe nõ correxerit? Profecto non videtur. Qui ergo corrigit ſe, accipit verbũ eius. Hoc eſt enim verbum eius, vt ſe vnuſquiſq; reuocet à culpa. Aut excludas igitur neceſſe eſt hãc ei⁹ ſententiam: aut ſi negare non potes, acquieſcas. Oportet eum quoque mãdata cuſtodire dominica, qui peccare deſijt, delictis renunciauit. Non ergo de eo debes interpretari dictũ, qui ſemper cuſtodierit. Si enim hoc ſenſiſſet, addidiſſet, ſemper. Non addendo autem de eo pronunciauit, qui quod audiuit, cuſtodierit. Audiuit autem, vt corrigeret errorem. Cuſtodiuit igitur quod audiuit. Ioan. 3. Ioan. 3. Ioan. 12. Ezech. 33. Ioan. 3. Matth. 9.

Quemadmodum teſtimonijs ipſius Dauid atq; ſancti Pauli reprobetur falſitas Nouatiani: quia caſtigat deus omnem filium quẽ recipit: & quem caſtigat, morti non tradit. CAP. XII.

QVAM vero durum ſit vt ad pœnã vocetur perpetuã qui vel poſtea cuſtodit domini mandata, ipſe te doceat qui etiã non cuſtodientibus mandata ſua veniã nõ negauit, ſicut habes in pſalmi corpore: Si iuſtitias meas pphanauerint, & mãdata mea nõ cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorũ, & in flagellis delicta eorũ, miſericordiã aũt meã non diſpergã ab eis. Omnibus igitur promittit miſericordiam. Sed ne ſine iudicio hãc eſſe miſericordiã putes, eſt diſcretio inter eos qui perpetuã detulerint obe Pſal. 88.

A dentiam mandatis cæleſtibus, & inter eos qui aliquãdo vel errore vel neceſsitate lapſi ſint. Et ne noſtro cir cunſcribi te argumẽto putes. Chriſti iudicium accipe.
Lucæ. 12. Etenim ait: Si ſciens ſeruus voluntatẽ domini, & nõ fecit, vapulabit multis: ſi autem neſciunt, vapulabit paucis. Vterq; igitur ſi credat, recipitur, quia caſtigat omnem filium deus quem recipit: & quem caſtigat, morti
Pſal. 17. vtiq; non tradit, quia ſcriptum eſt: Caſtigãs caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me. Denicq; Paulus docet non deſerẽdos eos qui peccatum ad mortẽ fecerint: ſed potius lachrymarũ pœnibus, & potu ardentium accendos flebili, ita tamen, vt ipſa moderata eſſet triſtitia. Hoc enim ſignificat: Et potum dabis eis in lachrymis in menſura, vt ipſa mœſtitia menſuram habeat, ne fortе abundãtiore triſtitia abſorbeatur qui agit pœnitentiã, ſicut ſcripſit ad Corinthios Paulus: Quid vultis? in
1. Cor. 4. virga veniam ad vos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis? Sed nec virga grauis eſt, quoniam legerat: Tu
Prou. 23. quidem percuties eum virga, animam autẽ eius à morte liberabis. Quid eſſet in virga venire, docet inuectio fornicationis, accuſatio inceſti, reprehenſio tumoris, quod inflati eſsent, quos magis lugere oporteret, poſtremo condẽnatio rei, vt tolleretur à cõſortio cõmunionis, & traderetur aduerſario, nõ ad interitũ animę. ſed carnis. Sicut enim dominus in animam ſancti Iob poteſtatem non dedit, ſed in carnẽ eius permiſit licentiam, ita & hic traditur Satanæ in interitum carnis, vt ſerpens terram eius lingeret, animæ non noceret. Moriatur ergo caro noſtra cupiditatib⁹, ſit captiua, ſit ſubdita, nec legi mẽtis noſtræ repugnet, ſed bonæ ſeruituti ſubiecta moriatur, ſicut in Paulo, qui caſtigabat corpus ſuum vt ſeruituti redigeret, quo probabilior fieret prædicatio ſi lex carnis eius cũ lege mentis cõgrueret & cõueniret. Interit enim caro cũ ſapientia eius trãſit in ſpiritum, vt iam non quæ carnis ſunt ſapiat, ſed quæ
B ſunt ſpiritus. Vtinam videam infirmari carnẽ meam, vtinam non trahar captiuus in legem peccati, vtinam non in carne viuã, ſed in fide Chriſti. Et ideo maior in infirmitate corporis gratia q̃ in ſalute. Denicq; & Paulum quem multũ dilexit, noluit liberare ab infirmitate carnis, cui petẽti vt diſcederet à ſe infirmitas, reſpõ
2. Cor. 12 dit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Et Paulus plus ſibi in infirmitatibus placet dicens. Cum infirmor, tunc potens ſum. Conſummatur enim carnis in infirmitatibus, animæ fortitudo.

¶ Quod peccantes tradantur plerunque à deo atq; ab eius eccleſia in poteſtatem diaboli in afflictionẽ carnis vt ſpiritus ſaluetur. De cuſtodia quoq; oculorum ſeruanda, & velamine mulierum, atq; exemplo Ioſeph colloquia pudica eſſe ſeruãda. CAPVT XIII.

C EXPLANAVIMVS Pauli ſententiã, nunc verba ipſa conſideremus, qua ratione dilexerit quod tradiderit eũ Satanæ in interitũ carnis, quia tentator noſter diabolus eſt. Nã debilitates mẽbris ſingulis inferre, & ægritudines toto ſolet mouere corpori. Denicq; percuſsit ſanctum Iob vlcere
Iob. 2. malo à pedibus vſq; ad caput, quia in poteſtatẽ accepe rat interitũ carnis eius, dicẽte deo: Ecce trado tibi eũ. tantũmodo animã eius cuſtodi. Hoc ipſdem verbis. Apoſtol⁹ trãſtulit dicẽs quod tradiderit huiuſmodi hominem. Satanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Magna poteſtas, magna gratia, quæ imperat diabolo vt ſe ipſe deſtruat. Seenim deſtruit hominẽ quẽ tentãdo ſupplãtare ſtudet, ex infirmo fortiorẽ efficit: quia dũ carnẽ debilitat, mẽtem eius corroborat. Egritudo enim carnis peccatum repellit, luxuria autẽ carnis culpã adolet. Illuditur ergo diabolus, vt ipſo mortis ſuæ vulnere cõtra ſe armet quem debilitandũ putauit. Sed & ſanctũ Iob magis armauit poſtea q̃ vulnerauit, qui totũ corpus diris perfuſus vlcerib⁹, diaboli quidẽ morſum pertulit, ſed venena nõ ſenſit. Et ideo bene ei dictũ eſt: Adduces draconem in hamo, ludes eum ſicut auem, ligabis eum ſicut paſſerem, puer imponet ſuper eum manũ. Vides quẽ admodum à Paulo illudatur, vt in cauernam eius ſicut puer ille propheticus manũ mittat, & nihil ſerpens noceat ei, de latebris eruat eum, de veneno eius faciat ſpiritale antidotum, vt quod venenũ eſt, mendicamẽtum fiat: venenum ad interitũ carnis, medicamẽtum ſit ad ſalutem ſpirit⁹. Quod enim nocet corpori, iuuat ſpiritum. Manducet ergo terram meã ſerpens, dentẽ carni infigat, cõteratur corpus, dicat dominus & de me, Trado tibi eum, tantũmodo animã eius cuſtodi. Quanta vis Chriſti, vt cuſtodia hominis imperetur etiam ipſi diabolo, qui ſemper vult nocere. Dominũ ergo Ieſum nobis propitiemus. Imperãte Chriſto & diabolus ipſe ſit prædæ ſuæ cuſtos. Vel inuitus mãdatis obſecũdat cæleſtibus, & quãuis inuitus tamẽ manſuetis obſequitur imperijs. Sed quid ego cõmendo obſequiũ eius? Sit ille ſemper malus, vt ſit bonus deus ſemper, qui malitiã eius nobis in gratiã cõuertit. Vult nocere ille, ſed non poteſt ſi Chriſtus obſiſtat. Carnẽ vlcerat, ſed cuſtodit animã. Terram deuorat, ſed reſeruat ſpiritum. Denicq; E ſcriptũ eſt: Tũc lupi & agni ſimul paſcẽtur, leo & bos
Eſaiæ. 65. paleam manducabũt, ſerpẽs autem terrã vt panem; & non nocebunt neq; vaſtabunt in monte ſancto meo, dicit dominus. Damnati enim ſerpentis hęc eſt ſentẽtia: Erit tibi terra cibus. Quæ terra? Ea vtiq; de qua dictũ
Gene. 3. eſt: Terra es, & in terram ibis. Hãc terrã ſerpẽs mãducãt ſi propitius eſt nobis dominus Ieſus, vt nõ compatiatur anima carnis debilitati, non accendatur vapore corporis, & calore mẽbrorũ. Bonũ eſt nubere magis
1. Cor. 7. q̃ vri. Eſt enim flamma quæ interna vrit. Vnde hunc ignẽ non alligemus in ſinu mentis, & receſſu pectoris, nec interioris noſtri vramus extuias, & forẽſe hoc noſtræ animæ veſtimentũ velamenq; carnale edax libidinis flãma conſumat, ſed trãſeamus per ignẽ. Et ſi quis incidit amoris incendiũ, tranſiliat, & nõ alliget adultерinam cupiditatẽ vinculis cogitationũ, nullos ſibi nodos aſsiduæ nexu meditationis adſtringat, nõ intẽdat ſæpius in formã mulieris meretricis, nec adoleſcẽtula F ad vultũ iuuenis oculos leuet. Et ſi fortuitu aſpexit, & capta eſt, q̃to magis capietur ſi curioſa aſpexerit? Vel conſuetudo nos doceat. Ideo velamine obnubit caput ſuum mulier, vt etiã in publico tuta verecũdia fit. non facile vultus eius in adoleſcentis oculos occurat, nuptiali velamine tecta ſit, ne vel fortuitus occurſibus patеat ad vulnus vel alienũ, vel ſuum: ſed vtrũq; ſuũ vulnus eſt. Quod ſi tegmine caput velat, ne temere aut videatur aut videat, (dũ enim caput velatur, vult⁹ abſcõditur) quanto magis velare ſe debet pudoris tegmine, vt etiam in publico habeat ſuũ ipſa ſecretũ? Verũ eſto inciderit oculus, ſed non intendat affectus. Non enim vidiſſe crimen eſt: ſed cauẽdum ne origo criminis ſit. Videt carnalis oculus, ſed premat cordis oculos, mentis maneat verecundia. Habemus ĩmmortalem & indulgẽtem dominũ. Dixit quidem propheta: Nolo intẽdas in formam mulieris fornicarię. Sed tamen dominus dixit: Qui viderit mulierem ad concupiſcendũ eam, iam adulteraуit eã in corde ſuo. Nõ dixit, ſi quis viderit, adulteraуit: ſed ſi quis ad cõcupiſcẽdũ viderit non aſpectũ, ſed affectum queſiuit. Bonus tamẽ pudor qui ipſos corporis oculos ſic premere conſueuit, vt ſæpe nõ videam⁹ etiã quod videm⁹. Et enim ſpecie aſpicere videmur quicquid occurrerit: ſed ſi nõ miſceatur animi intẽtio, hic quoq; ſecundum carnis officium nоſter aſpectus vaneſcit, ita plus videmus animo q̃ corpore. Et ſi viderit caro, ignem non alligemus in ſinu, hoc eſt, in ſecreto mẽtis, animiq; arcano. Non impiicemus Prouer. 6. Matth. 5.

G ignem hunc ofsibus,non ipſi nobis nodos inijciamus, non miſceamus ſermonem aliquem cum huiuſmodi, vnde exæſtuet ignis. Adulterinus ſermo iuuenculæ, nodus adoleſcentium eſt. Verba adoleſcentis vincula ſunt amoris. Vidit hunc ignẽ Ioſeph quando eũ adulterij cupida mulier allocuta eſt,voluit eum capere ſermone,miſit laqueos labiorum ſuorum,ſed pudicũ virum ligare non potuit. Soluit enim vincula mulieris vox pudoris,ſermo grauitatis,habena cautelę fidei cuſtodia,caſtimoniæ diſciplina. Capere igitur eũ retibus ſuis impudica nõ potuit,miſit manum, & apprehendit veſtem eius,vt nodũ ſtringeret. Verba petulantis mulieris cupiditatũ retia ſunt, manus eius amoris nodus eſt. Sed nec retibus capi potuit mens pudica, nec nodo excuſſa veſtis, ſolutus eſt nodus: & ideo quia non alligauit ignem in ſinu mẽtis ſuæ, non combuſsit corpus ſuum.

¶De exhortatione ad caſtimoniæ puritatem, atq; fomẽtorum luxuriæ reſecationem. Quod Satan quoq; autor ſit debilitatis,in cuius poteſtatem per excõmunicationis cenſuram plericq; dantur ad tempus vt ſpiritus ſaluetur. H CAPVT XIIII.

VIDES ergo quia animus noſter culpæ autor eſt. Itaq; innocẽs caro, ſed plerũq; peccati miniſtra. Ergo non te vincat formæ cõcupiſcentia. Multa retia tenduntur à diabolo, multi laquei. Oculus meretricis laqueus amatoris eſt. Ipſi nobis oculi noſtri retia ſunt,& ideo ſcriptũ eſt: Neq; capiaris oculis tuis. Ipſi nobis ergo tendimus retia,quib9 inuoluimur & implicamur. Ipſis nobis vincula nectimus, ſicut legim9 quia vinculis peccatorum ſuorum vnuſquiſq; conſtringitur. Et ideo tranſeamus ignem adoleſcentię,ardoremq; iuuenilis ætatis, tranſeamus aquam, non remaneamus in aqua, ne flumina nos profunda cõcludãt. Tranſeamus magis, vt & nos dicamus: Torrentem pertranſiuit anima noſtra. Qui enim tranſit,ſaluus eſt. Denicq; dominus ſic ait: Si trãſeas per aquam,flumina te nõ cõcludent. Et propheta dicit: Vidi impium ſuperexaltatũ vltra cedros Libani,& tranſiui,& ecce non erat. Tranſi ſecularia, & ceci diſſe aſpicies altitudines impiorũ. Moyſes quoq; tranſiens ſecularia flumina,vidit viſum magnũ,& ait: Tranſiẽs videbo hoc viſum. Si enim fuiſset in corporis vitijs & ſeculi iſtius lubricis voluptatibus,tãta nõ vidiſſet myſteria. Trãſeamus ergo & nos ignẽ hũc libidinis,quẽ timẽs Paulus,ſed nobis timens, qui caſtigãdo corpus ſuum fecerat vt iam non timeret ſibi, dicit nobis: Fugite fornicationem. Fugiamus ergo tanq; ſequẽtem,quæ non poſt nos,ſed in nobis ſequitur. Noſmetipſos ergo videamus diligenter, ne dũ illam fugimus, nobiſcum eam portemus. Volumus enim plerunq; fugere,ſed nõ penitus eam de noſtro excutimus animo. Tollimus eam magis q̃ relinquimus. Tranſiliamus ergo eam, ne nobis dicatur: Ambulate in igne flammæ veſtræ quam accendiſtis: quoniam ſicut ille qui alligat ignem in ſinu,veſtimenta cõburet: ſic qui ambulat ſuper ignem, pedes cõburat neceſſe eſt, quoniã ſcriptũ eſt: Ambulabit quis ſuper carbones ignis,pedes autem non comburat? Grauis ignis eſt,& ideo non demus illi alimẽta luxuriæ. Paſcitur libido cõuiuijs, nutritur deliciis,vino accenditur,ebrietate flammatur. Grauiora his ſunt fomenta verborum, quæ vino quodam Sodomitanæ vitis mentem inebriant. Caueamus tamen & huius abundantiã vini. Vbi enim caro inebriatur: mẽs titubat,animus vacillat,cor fluctuat. Ideo ad vtrũque vtile præceptum eſt quo monetur Timotheus his verbis: Vino modico vtere propter frequentes tuas infirmitates. Cum calet corpus, tradit vaporem, cum alget morbi frigore caro, refrigerat animã tuam. cum dolet corpus tuum, triſtis eſt mẽs tua: ſed triſtitia tua in gaudium veniet. Noli ergo timere ſi mãducetur caro tua, anima tua non deuoratur. Ideo Dauid nõ timere ſe dicit, quia carnem eius non animã inimici edebant, ſicut legimus: Dum appropinquant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas: Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt,& ceciderũt. Ruinam igitur ſolam facit ſibi ſerpens. ideo ſerpenti traditur qui à ſerpẽte eliſus eſt, vt quẽ deiecit, hunc erigat,& fiat ruina ſerpẽtis, hominis reſurrectio. Satanã autem corporalis huius contritionis & carnalis autorem debilitatis ſcriptura oſtẽdit, Paulo dicẽte: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Satanæ, vt me colaphizet, vt non extollar. Sic enim curare Paulus didicit, quemadmodũ ipſe ſanatus eſt. Bonus itaq; doctor dum promittit alterum de duobus, vtrunq; donauit, Venit in virga: quia à cõmunione ſacra conuictum remouit. Et bene dicitur tradi Satanæ qui ſeparatur à Chriſti corpore. Venit etiã in charitate ſpirituq; manſuetudinis: vel quia ſic tradidit vt ſpiritum eius ſallum faceret: vel quia eum quẽ ante ſequeſtrauerat, poſtea ſacramẽtis reddidit. Nam & ſequeſtrari oportet grauiter lapſum, ne modicũ fermentum totam maſſam corrumpat. Expurgandum eſt vetus fermentum, vel in ſingulis vetus homo, hoc eſt exterior homo cum actibus ſuis, vel in populo inueteratus peccatis, vitijſq; concretus. Benedixit expurgandũ, non proijciendum. Quod enim expurgatur, non totum iudicatur inutile. Ideo enim purgatur, vt vtile ab inutili ſeparetur. Quod autem proijcitur, nihil vtile habere creditur.

¶De eccleſiæ farina,& fermentũ peccatorũ quemadmodũ expurgetur, fermẽtumq; hæreticorũ quomodo in eccleſiæ farina abſcondatur. De paſcha quoq; noſtro Chriſto immolato pro peccatorib9, quos in uidus à tanta gratia excluſit Nouatianus. L CAP. XV.

TAM tũc igitur apoſtolus addendũ ſacramẽtis iudicauit cęleſtib9 ſi purgari ſe ipſe vellet. Et bene ait: Expurgate. Velut operib9 enim quibuſdã totius populi purgatur, & plebis lachrymis abluitur, qui orationibus & fletibus plebis redimitur a peccato, & in homine mũdatur interiore. Donauit enim Chriſtus eccleſiæ ſuæ, vt vnum per oẽs redimeret,quę domini Ieſu meruit aduentum vt per vnũ oẽs redimerẽtur. Hic ſenſus Pauli eſt, quẽ verba obſcuriorẽ faciũt. Cõſideremus ipſum Apoſtoli ſermonẽ: Expurgate, inquit, vetus fermẽtum, vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi. Siue quod tota eccleſia ſuſcipiat onus peccatoris, cui cõpatiẽdum & fletu & oratione & dolore eſt,& quaſi fermẽto eius ſe totã cõ M ſpergat, vt per vniuerſos ea quæ ſuperflua ſunt in aliquo pœnitentiã agẽte, viritim miſericordiæ, aut cõpaſſionis velut collatiua quadã admixtiõe purgẽtur. Siue vt illa mulier euãgelica docet, quę typũ prętẽdit eccleſiæ, eo quod fermentũ abſcõdit in farina ſua donec fermẽtetur totũ, vt mundũ omne ſumatur. Docuit me dominus in euãgelio quid ſit fermentũ, dicẽs: Nõ intelligitis, quia nõ de pane dixi: Attẽdite à fermẽto Phariſæorũ & Saducæorũ. Tũc inquit intellexerũt quia nõ dixit à panibus, ſed à doctrina Phariſæorũ & Saducæorũ attẽderent ſibi. Hoc ergo fermentũ, hoc eſt doctrinã Phariſæorũ,& diſputationẽ Saducæorũ, abſcondit eccleſia in farina ſua, cũ literã legis duriorem ſpiritali interpretatiõe mollinit,& velut mola quadã ſuę diſpoſitiõis infregit, pferẽs velut de folliculis literarũ, myſteriorũ interna ſecreta. & reſurrectiõis fidẽ aſtruẽs quadei mia prędicatur: qua reparati vita creditur mortuorum. Non abſurda aũt videtur ad hũc locũ aſſumptio cõparationis huius. Siquidẽ regnũ cælorũ eſt peccatoris redẽptio,& ideo farina eccleſiæ cõſpergamur oẽs

Pſal. 123. Eſaiæ. 43. Pſal. 36. Exo. 3. 1. Corĩ. 6. I Eſaiæ. 50. Prou. 6. 1. Tim. 5. K Pſal. 26. 2. Cor. 12 1. Cori. 5. Lucæ. 13. Matt. 16. L

A boni & mali, vt ſimus oẽs in noua cõſperſione. Quis autem non vereretur ne fermenti vitioſioris admixtio maſſam decoloraret? Ideo dixit: Vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi, hoc eſt, tales conſperſio vos reddat, qualis erat innocẽtiæ veſtræ pura ſyncericas Ita ſi miſereamur, nõ fuſcamur peccato alieno: ſed redẽptio nẽ ei9 acquirimus noſtræ gratiæ, vt qualis erat puritas, perſeueret. Et ideo addidit: Etenim paſcha noſtrũ imo latus eſt Chriſtus. hoc eſt paſsio domini oĩbus profuit & peccatoribus donauit redẽptionẽ, quos flagitij pœnituit admiſsi. Itaq; epulemur bonũ cibũ pœnitentiã gerentes, lati redẽptione. Nullus enim cibus eſt beneuolẽtia & pietate dulcior, epulis noſtris atq; lætitiæ nulla de peccatore ſeruato inuidia admiſceatur, ne ſe ipſe à domo patris quẽadmodũ expoſitus in euãgelio inuidus ille frater excludat, qui fratrẽ receptũ doluit, quẽ in perpetuum gaudebat excluſum. Cuius vos ſimiles eſſe Nouatiani nõ poteſtis negare, qui ideo (vt dicitis) in eccleſiam non conuenitis, quia per pœnitentiam tributa ſpes fuerat ijs q̃ lapſi ſunt reuertẽdi. Sed hoc præ tentum eſt ſpecie, cæterum epiſcopatus amiſsi dolore ſuccenſus Nouatianus ſchiſma compoſuit. Sed nõ in- 1. Cor. 5. telligitis quia de vobis quoq; prophetauit Apoſtolus, & vobis dicit: Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrũ qui hoc opus fecit? Vtiq; tũc penitus tollitur, cum aboletur peccatum eius. Non enim excludẽdum ab eccleſia dicit Apoſtolus, qui ſuadet eſſe purgandum.

¶De miſericordia domini Ieſu. Et quemadmodũ ij qui eius clementiam nõ imitantur, ſpiritus ipſius nõ ſint. Et quod miſericordia facta pœnitentib9 in præ B ſenti, teſtimoniũ ſit remunerationis futuræ. CAP. XVI.

VM igitur Apoſtolus peccatũ remiſerit, qua vos autoritate dimittendum negatis? Quis reuerentior Chriſti: Nouatianus, an Paulus? Sed nouerat Paulus dominũ miſericordem, nouerat dominum Ieſum ſeueritate magis diſcipulorũ offenſum, q̃ miſericordia. Denicq; Iacobũ & Ioannem dicentes quod ignem de cælo peterẽt, qui conſumeret eos qui dominum recipere nolebãt, cõfutauit Ieſus dicẽs: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis? filij9 enim Lucæ. 9. hominis non venit animas hominum perdere, ſed ſaluas facere. Et illis quidem dixit: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, qui ipſius erant ſpiritus: vobis autem dicit: Non eſtis ſpiritus mei, qui meam clemẽtiam nõ tenetis, qui meam refutatis miſericordiam, qui excluditis pœnitẽtiam, quam ego per apoſtolos meos prędicari volui in nomine meo. Fruſtra enim dicitis vos prædicare pœ- C nitentiam, qui tollitis fructum pœnitentiæ. Homines enim ad aliquod ſtudiũ aut præmijs aut fructibus incitantur. Omne autem ſtudium torpeſcit dilatione. Et ideo dominus præſentium fructu cumularetur deuotio diſcipulorum, dixit quoniam qui dimiſiſſet omnia ſua, & deum ſecutus eſſet, ſepties tãtũ reciperet & hic, & in futurum. Prius hic promiſit, vt faſtidia dilationis auferret. addidit & in futurum, vt hic diſceres credere in futurum quoq; ſoluenda tibi præmia. Remuneratio igitur præſentium, teſtimonium futurorũ eſt. Si quis igitur occulta crimina habens, propter Chriſtũ tamen ſtudioſe pœnitentiam egerit, quomodo iſtic recipit ſi ei communio non refunditur? Volo veniam reus ſperet, petat eam lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, vt ignoſcatur obſecret, & cum ſecundo & tertio fuerit dilata eius communio, credat remiſſius ſe ſupplicaſſe, fletus augeat miſerabilior, poſtea reuertatur, teneat pedes brachijs, oſculetur oſculis, lauet fletibus, nec dimittat, vt de ipſo dicat dominus Ieſus: Remiſſa ſunt peccata eius multa, quoniam dilexit Lucæ. 7. multũ. Cognoui quoſdã in pœnitẽtia fulcaſſe vultum lachrymis, exaraſſe continuis fletibus genas, ſtrauiſſe D corpus ſuum calcãdum omnib9, ieiuno ore ſemper & pallido mortis ſpeciem ſpiranti in corpore prætuliſſe

¶Quibus indulgentia, quibus ſeueritas exibenda: CAPVT XVII.

VID expectamus vt mortui mereãtur veniã, qui mortem ſibi ĩtulerunt cum viuerẽt? Satis eſt, inquit, ei qui talis eſt, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt contrario magis donetis & conſolemini, ne forte abũdantiore triſtitia triſtitia abſorbeatur. Si ſatis ad condemnationem eſt obiurgatio quæ fit à pluribus, ſatis eſt quoq; ad remiſsionem peccati obſecratio quæ fit à pluribus. Moralis magiſter,& noſtræ fragilitatis conſcius,& pietatis diuinæ interpres vult donari peccatum, vult conſolationem adhiberi, ne triſtitia pœnitentem tædio longæ dilationis abſorbeat. Ideo ergo donauit apoſtolus, nec ſolum donauit, ſed etiã cõfirmari in eum charitatem voluit. Qui charus eſt, nõ habet duritiam: ſed manſuetudinẽ. Non ſolum donauit ipſe, ſed voluit etiã omnes donare, & ſe propter alios donaſſe dixit, ne multi propter E vnũ diutius cõtriſtarentur. Si cui, inquit, donaſtis, & ego, nã & ego propter vos in perſona Chriſti, vt non 2. Cor. 2. circũueniamur à Satana. Nec enim verſutias eius ignoramus. Recte poteſt ſerpentem cauere qui eius poteſt verſutias non ignorare, quæ multæ ad nocẽdum ſunt. vult enim ſemper nocere, ſemper circũuenire vt mortem inferat. Sed debemus cauere ne remediũ noſtrum fiat ei9 triumphus. Circumuenimur enim ab eo ſi per nimiam triſtitiam pereat qui poteſt liberari per indulgentiam. Et vt ſciremus quia de baptizato dicit, addidit: Scripſi vobis in epiſtola, ne cõmiſceamini fornica 1. Cor. 5. rijs, non vtiq; fornicarijs huius mundi. Et infra ſubiunxit: Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri ſi quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens. Quos ſimul ſubiunxit ad pœnam, ſimul voluit etiam ad veniam pertinere. Si quis autem talis eſt, inquit, cũ hoc nec cibũ ſumas. Quã ſeuerus pertinacib9, q̃ indulgens rogãtibus. Aduerſum illos Chriſti armatur iniuria, his Chriſti intuocatio ſuffragatur. At ne q̃s forte eo moueatur, quia ſcriptũ eſt: Tradi huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, & dicat: Quomodo potuit ad veniã pertinere, cui9 omnis interierit caro, cũ manifeſtũ ſit in vtroq; redemptũ hominẽ, in vtroq; ſaluari, neq; animã ſine carne, neq; carnẽ ſine anima, cum ſibi ſint geſtorum operũ cõſortijs copulatæ, ſine conſortio vel pœnæ eſſe vel præmij? Is ſibi reſpon F ſum hoc habeat, quod interitus non conſummatã abſumptionem carnis ſignificet, ſed caſtigationem. Sicut enim mortuus peccato, deo viuit: ita illecebra carnis interit, & cupiditatibus ſuis moritur caro, vt caſtitati cæteriſq; bonis operibus reuiniſcat. Et quod apti9 exẽplum q̃ de matre ſumamus? Nãq; ipſa de qua aſſumpti ſumus terra, intermiſſo exercitio cultuque videtur deſerta, & aut vinetis quibus conſitus eſt ager, aut oleis moritur, ſuccũ tamen proprium velut quandã ſui animã nõ amittit. Denicq; repetitur à cultore, & creditis ſeminibus quibus habilis æſtimatur feracior aſſurgit fructibus. Non ergo alienum ſi etiam noſtra caro interire ſic dicitur, vt repreſſa magis quã abſumpta credatur.

FINIS. LIBRI. I.

Diui Ambroſij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE POENITENTIA LIBER II.

¶Quod pœnitentia non ſolum ſolicite, ſed & mature ſit agenda. CAPVT I.

TSI NON pauca quæ ad cohortationem pœnitentiæ proficiant, scripta sint libro superiore, tamen cum adijci possint cõplura ne velut semesas verborum nostrorum epulas reliquisse videamur, inceptũ prosequamur conuiuiũ. Agẽ da est enim pœnitẽtia non solum solicite, sed etiam mature, ne forte euãgelicus ille paterfamilias qui arborem ficum plantauit in vinea
Lucæ. 13. sua, veniat, & quærens fructum in ea, si nõ inuenerit, dicat cultori vineæ. Succide illam. vt quid etiam terram occupat? Et nisi cultor vineæ intercueniat, dicens: Domine remitte illam & hoc anno, vsq; dum fodiam circa illam, & mittam cophinum stercoris: excidatur ficulnea. Stercoremus ergo & nos agrum hunc quẽ possidemus, & imitemur laborioſos agricolas, quos non pudet simo pingui satiare terram, & immundo cinere agrũ aspergere, vt fructus vberiores colligant. Et quẽ-
Philip. 5. admodum stercoremus, docet Apostolus dicens: Et æstimo stercora, vt Christum lucrifaciam. qui per infa-
Gene. 18. miam & bonã famam meruit Christo placere. Legerat enim quod Abraam dũ se stercus & cinerẽ fatetur, summa humilitate inuenit dei gratiam. Legerat quod Iob in stercore sedẽs, omnia quæ amiserat recuperauit. Legerat prophetantẽ Dauid quod deus de terra suscitat inopem, & de stercore erigit pauperẽ. Et nos ergo nõ erubescamus fateri domino peccata nostra. Pu-
H dor est vt vnusquisq; crimina sua prodat. Sed ille pudor agrum suũ arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet quos in te mortuos esse credebas. Sequere illum qui bene arãdo agrum suũ fructus quæ-
1. Cor. 4. siuit æternos. Maledicimur, inquit, & benedicimus: persecutionẽ patimur, & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus, tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus. Si & tu sic araueris, seminabis spiritalia. Ara vt peccatũ auferas. fructum acquiras. Ille arauit, vt persecutoris in se eradicaret affectum. Quid plus potuit nobis conferre Christus ad studium correctionis, q̃ vt cõuerteret & daret nobis ex persecutore doctorem?

¶De redargutorum hæreticorum obnisu, autoritatẽ apostolicæ sententiæ suo errori suffragari iactãtium,
I & defensionis illius repulsione, ex dictis Apostoli, qui sibi contrarius esse non potuit. CAPVT II.

VM igitur tam euidenti & ipsius Apostoli & scriptorũ eius exemplo redarguãtur, tamen adhuc obniti volunt, & autoritatẽ aiũt apostolicæ sibi suffragari sententiæ, allegãtes scri-
Heb. 6. ptum ad Hebræos: Impossibile est enim hos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cæleste, & participes facti sunt spiritussancti, & bonum gustauerunt dei verbũ, virtutesq; futuri seculi: lapsos iterũ reuocari in pœnitentiã, rursus crucifigẽtes filiũ dei, & ostẽtatione triũphantes. Nũquid Paulus aduersus factũ suũ prædicare potuit? Donauit Corinthio peccatũ per pœnitentiam: quomodo hic potuit sententiam suam ipse reprehẽdere? Ergo quia nõ potuit quod ædificauerat destruere, nõ cõtrariũ dixisse eũ sed diuersum aduertimus. Quod enim cõtrariũ est, seipsum impugnat: qđ diuersum est, distinctam solet habere rationẽ. Ita aũt contrarium nõ est, vt alterũ suffragetur alteri. Etenim quia de remittẽda prædicauit pœnitẽtia, debuit & de ijs qui iterandũ putãt baptismũ, nõ silere: & prius soli citudinẽ nobis auferri oportuit, vt scirem⁹ etiã post baptismũ si qui peccarent, donari eis posse peccatum, ne ipe veniæ destitutos iterandi baptismatis opinio vana peruerteret. Deinde iterandũ nõ esse baptisma, ratio nabili disputatione suadẽdũ fuit. De baptismate autẽ dictũ verba ipsa declarãt, quibus significauit impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiã. Per lauacrum enim renouamur, per qđ renascimur, sicut ipse Paulus dicit: Cõsepulti enim sumus cũ illo per baptismum in Roma. 6.
morte, vt quẽadmodũ surrexit Christ⁹ ex mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitę ambulem⁹. Et Ephe. 4.
alibi: Renouamini spiritu mẽtis vestræ, & induite nouũ Psal. 102.
hominẽ qui secundũ deum creatus est. Et alibi: Renouabitur sicut aquilæ iuuẽtus tua, quod etiam aquila cũ fuerit mortua, ex suis reliquijs renascatur. sicut per baptismatis sacramẽtũ cũ fuerimus peccato mortui, renascimur deo ac reformamur. Vnum ergo baptismũ docet, sicut alibi: Vna fides, vnum inquit baptisma. Illud quoq; euidẽs, quot in eo q̃ baptizatur, crucifigitur filiꝰ dei: qa nõ potuit caro nostra abolere peccatũ nisi cru-
cifixa esset in Christo Iesu. Deniq; scriptũ est, quia qui Roma. 6.
cunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et infra: Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erim⁹, sciẽtes quia vetus homo noster simul cõfix⁹ est cruci. Et ad Collossẽses ait: Cõsepulti ei in baptismo, in quo Col. 2.
& cõsurrexistis. Quod ideo scriptum est, vt credamus quia ipse crucifigitur in nobis, vt per illũ peccata nostra mũdẽtur, vt ipse chirographũ nostrũ affigat crucи, q̃ solus potest donare delicta. Ipse in nobis pricipatus & potestates triũphet: quoniã de ipso scriptũ est: Principat⁹ & potestates ostẽtauit triũphãs eos i semet ipso. Ergo qđ ait in hac epistola quæ scribitur ad Hebręos ipossibile esse lapsos renouari i pœnitẽtiã, ac rursꝰ crucifigẽtes filiũ dei, & ostẽtatiõe triũphãtes: eo spectat, vt de baptismo dictũ credam⁹, in quo crucifigimus filiũ dei in nobis, vt per illũ nobis mũdus crucifigatur: quia quadã triũphamus specie, dũ similitudinẽ mortis ei⁹ assumimus, qui principatus & potestates in sua cruce ostẽtauit ac triũphauit, vt in mortis eius similitudine nos quoq; de principatibus quorũ iugũ depo-
nimus triũphemus. Semel autẽ crucifixus est Christ⁹, semel peccato mortu⁹, & ideo vnũ nõ plura baptisma ta, Quid quod & supra doctrinã baptismorũ præmisit? Et quia multa erãt baptismata in lege, merito reprehẽdit illos qui perfecta dimittãt, & principia verbi requirãt. Docet nos scire oportere destructa esse vniuersa legis baptismata, vnũ baptisma esse in ecclesia. Horta tur aũt nos vt relinquẽtes initiũ verbi, ad perfectũ tendamus. Et hoc faciem⁹ inquit, si quidẽ permiserit de⁹. Heb. 6.
Nõ potest enĩ sine fauore dei aliquis esse perfect⁹. Possem quidem etiã illud dicere ei qui hoc de pœnitentia dictũ putat. quia quę impossibilia sunt homini, possibilia sunt apud deum: & potẽs est deus quando vult donare nobis peccata etiam quæ putamus non posse concedi. Et ideo quod nobis impossibile impetratu videtur, deo donare possibile est. Nam & impossibile videbatur vt peccatum ablueret aqua. Deniq; Naaman Sy- 4. Reg. 5.
rus lepram suã mundari per aquam posse nõ credidit. Sed quod impossibile erat fecit deus possibile esse qui tantam nobis donauit gratiã. Similiter impossibile videbatur per pœnitentiã peccata dimitti. Cõcessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transmissum est. Factũ est igitur possibile, quod impossibile videbatur. Sed tamẽ de baptismo dictum, ne quis iteraret, vera ratione persuadet.

¶Quod Apostolus nõ venerit cõtra euidentẽ doctri
nã Christi, qui de peccatore pœnitentiã agente cõpa
rationẽ posuit filij prodigi, & qđadmodũ ex hoc
ad spẽ veniæ per pœnitentiã prouocemur. CAP. III.

NEQVE enim Apostolus contra euidentem Christi doctrinam veniret, qui de peccatore pœnitentiam agente comparationem posuit, eo quod peregre profectus acceptam à patre

omnem substantiam deuorauerit viuendo luxuriose, & postea panem patris desiderauit cum vesceretur siliquis, & meruit stolam, annulum, calceamentum, immolationem quoq; vituli, quæ speciem habet passionis dominicæ, per quam cæleste sacramẽtũ nobis donatũ est. Bene dicitur quia peregre profectus est qui erat à sacris altaribꝰ separat⁹. hoc est enim ab Hierusalẽ illa quę in cælo est, cuuico quodam & domestico sanctorũ
Ephe. 2. separari domicilio. Vnde & Apostolus ait: Ergo iam non estis aduenæ atq; peregrini sed ciues sanctorũ, & domestici dei. Et consumpsit, inquit, substantiam suã.
Heb. 11. Merito consumpsit eã, cuius fides in operibus claudicabat. Fides enim eorũ quę sperantur substantia est, rerum argumentũ non apparentium. Et bona substantia fides, in qua spei est nostrę patrimoniũ. Nec mirum si fame peribat qui diuino alimento egebat, cuius desi-
Lucæ. 15. derio cõpulsus. Surgam, inquit, & ibo ad patrẽ meũ, & dicam illi: Pater peccaui in cęlum, & coram te. Nonne aduertistis id euidẽter iam nobis expositũ, quod meredi gratia sacramẽti ad precandũ impellimur: & hoc auferre vultis propter quod agitur pœnitentia? Tolle gubernatori peruenièdi spem, & in medijs fluctibꝰ incertus errabit. Tolle luctatori coronã, lętus iacebit in stadio. Tolle piscatori capiẽdi efficaciã, desinit iactare retia. Quomodo ergo potest qui famem patitur animæ suæ, studiosius deum precari, si sacram desperet al-
moniam? Peccaui, inquit, in cælum, & coram te. Fatetur vtiq; peccatũ ad mortẽ, ne quẽ vos agẽtẽ cuiusli
Psal. 50. bet criminis pœnitentiam iure excludi putaretis, quãdo is qui in cælum peccauit, vel in regnum cæleste, vel in animam suam, quod est peccatum ad mortẽ, & peccauit corã deo, cui soli dicitur: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: tam cito veniam meretur, vt veniẽti & adhuc longe posito occurrat pater, & osculum tribuat, quod insigne est sacræ pacis: stolã pferri iubeat, quæ vestis est nuptialis, quã si quis non habuerit, a conuiuio nuptiali excluditur. Det annulum in manũ eius, quod est fidei pignus, & sancti spiritus signaculũ. Calceamenta deferri præcipiat. Celebraturus enim pascha domini, epulaturus agnũ, tectũ debet aduersus omnes incursus bestiarum spiritaliũ morsusq; serpentis habere vestigium. Vitulũ præcipiat occidi: quia pascha nostrum immolatus est Christus. Etenim quotiensc̃unq;
1. Cor. 11. sanguinem domini sumimus, mortẽ domini annũciamus. Sicut ergo semel pro omnib⁹ immolatus est, ita
C quotiensc̃unq; peccata donãtur, corporis eius sacramẽ tum sumimus: vt per sanguinẽ eius fiat peccatorũ remissio. Ergo euidentissime domini prædicatione mandatum est etiã grauissimi criminis reis, si ex toto corde & manifesta confessione peccati pœnitentiã gerãt, sacramenti cælestis refundẽdam gratiam. Vnde nihil vobis ad excusationem resedisse certum est.

¶De spiritu blasphemię qui non remittetur hic, neq;
in futuro: & quomodo intelligatur illud de hæreti-
cis atq; schismaticis, qui ecclesiam seperant, quibus
indulgentia negatur quamdiu tanti criminis merita
non depoluerint. CAPVT IIII.

PERLATVM est tamen ad nos, etiam illud vos obijcere solere, quod dicatis scriptum esse: Omne peccatũ & blasphemia remittetur ho-
Matt. 12. minibus, spiritus autem blasphemia nõ remittetur hominibus: Et quicunq; dixerit verbum cõtra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctũ, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quo exemplo omnis assertio vestra destruitur & absoluitur. Scriptũ est enim: Omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus. Cur igitur nõ remittitis? Cur ligatis vincula quæ nõ soluitis? Cur nodos nectitis quia non relaxatis? Remittite cęteris, agite de ijs quo peccantes in spiritũ sanctum euangelica au- D
toritate in perpetuũ adstrigi putatis. Et tamẽ quos ad strigat cõsiderem⁹ repertẽtes superiora lectionis ipsius, vt euidẽtius cõprehendamus. Dicebant Iudæi: Hic nõ
Lucæ. 11. ejcit demonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Respondit Iesus: Omne regnũ diuisum contra se destruetur, & omnis ciuitas vel domus diuisa cõtra se, non stabit. Si enim Satanas Satanam ejcit, aduersum se diuisus est, quomodo ergo stabit regnũ eius? Quod si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filij vestri in quo ejiciũt? De ijs vtiq; expressum videm⁹, qui dominũ Iesum in Beelzebub ejicere demonia loquebãtur qb⁹ sic respõdit domin⁹, qđ Satanæ hæreditas in ijs esset qui Satanę cõpararent saluatorẽ omniũ, & in regno diabo li cõstituerent Christi gratiam. Et vt cognoscere mus quia de hac dixit blasphemia, adiunxit: Progenies viperarũ, quomodo potestis bona loqui, cum sitis malę? Hos ergo qui hæc loquũtur, negat ad veniam pertinere. Deniq; Petrus Simoni, qui magicæ artis consuetudine deprauatus putasset quod gratiã Christi per im-
positionẽ man⁹, atq; infusionẽ spiritussancti cõpararet
Actu. 8. pecunia, ait: Nõ est tibi pars neq; sors in hac fide: quia cor tuũ non est rectum apud deũ. Pœnitẽtiã itaq; age ab hac nequitia tua, & precare dominũ, si forte remittatur tibi recordatio cordis tui. In obligatiõe enim iniquitatis, & amaritudie fellis video te else. Vides quod hunc magica vanitate blasphemantẽ in spiritũ sanctũ, apostolica autoritate cõdẽnet, & eo magis quia putã conscientiã fidei non habebat: & tamen nõ intercluſit ei spem venię, quẽ inuitauit ad pœnitentiã? Respõsum est igitur à domino blasphemiæ Phariseorum, & ideo E
his potestatis suæ gratiã negat, quę in remissionẽ peccatorũ est, qui celestẽ ei⁹ potestatẽ diabolico fultã suffragio vẽdicarẽt. Eos quoq; asserit diabol. co vti spiritu, qui separaꝛẽt ecclesiã dei: vt omniũ temporũ hæreticos & schismaticos cõprehenderes, quibus indulgentiam negat. quod omne peccatũ circa singulos est, hoc in vniuersos. Soli enim sunt qui volũt soluere Christi gratiam, qui ecclesiæ mẽbra discerpũt, propter quam passus est domin⁹ Iesus, spũsq; sanct⁹ datus est nobis. Matt. 12.
Deniq; vt sciatis qui de dispersoribꝰ dicit, sic habem⁹ scriptũ: Qui non est mecũ, cõtra me est: & qui nõ colligit mecũ, dispergit. Et vt scirem⁹ de his dictũ, statim subiũxit: Ideo dico vobis, omne peccatũ. & blasphemia remittetur hoibus, spiritus autẽ blasphemia nõ remittetur hominibus. Cũ dicit, Ideo dico vobis: nonne euidẽter hoc præ cęteris à nobis intelligi voluit? Meritoq; adiũxit: Arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit. Cõgregatio enim malæ bonũ facere fructũ nõ potest. Arbor itaq; cõgregatio est, fruct⁹ boni arboris, filij ecclesię sũt. Et ideo reuer-
timini ad ecclesiã si qui vos separastis impie. Omnibus F
enim cõuersis pollicetur veniã, quia scriptũ est: Omnis
Ioel. 2. quicũq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Deniq; etiã Iudæorũ populus qui dicebat de domino Iesu, Demonium habet: qui dicebat. In Beelzebub ejicit dæmonia: qui crucifixit dominũ Iesum, Petri prædicatione vocatur ad baptismũ, vt sceleris tãti merita deponat.

¶De infructuosa pœnitentia Iudæ, qui non corã deo
sed corã Iudæis pœnituit, quodq; pœnitentia debeat
esse syncera, non dolosa. Et quomodo intelligenda
sint verba apostoli Petri, quibus Nouatiani errorem
suum defendunt. De differenti quoq; accessu ad bap-
tismum atq; pœnitentiam. CAPVT V.

ED quid mirũ si salutẽ negatis aliꝰ, qui vestram recusatis? licet illi nihil deferãt qui à vobis pœnitẽtiam petũt. Arbitror enim quod etiam Iudas potuisset tanta dei misericordia non excludi à venia, si pœnitentiã nõ apud Iu-

G dæos, ſed apud Chriſtũ egiſſet. Peccaui, inquit, quod
Matt. 27. tradiderim ſanguinem iuſtũ. Reſponderunt: Quid ad nos? Tu videris. Quę vox alia veſtra eſt cũ etiã minoris peccati reus vobis factũ propriũ cõfitetur? Quid reſpondetis aliud niſi hoc, Quid ad nos? tu videris? Hũc ſermonem laqueus ſequitur. eo feralior eſt pœna, quo culpa eſt minor. Sed ſi iſti non conuertũtur, vel vos reuertimini, qui lapſu vario de inocẽtiæ fideiq; præcelſo faſtigio decidiſtis. Bonũ dominũ habemus, qui velit donare omnibus. qui te per prophetam vocauit dicẽs:
Eſa. 43. Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero, tu autẽm memor eſto, & iudicemur. Referũt tamen quæſtionem de verbo apoſtoli Petri: qui dixit, Si forte, & putant non confirmaſſe Petrum vt agenti pœnitentiam peccatum remitteret. Sed cõſiderent de quo loquatur, hoc eſt, de Simone, qui nõ ex fide crederet: ſed dolum cogitaret, Deniq; & dominꝰ dicenti ei,
Matth. 8. cuius non plenam ſynceritatem videret, Sequar te, ait: Vulpes foueas habent. Quem ergo dominus ante baptiſmum prohibuit ſequi, quoniam fraudulentũ videbat: miraris ſi poſt baptiſmũ præuaricantem nõ abſoluit apoſtolus, quem in obligatione iniquitatis manere pronunciat? Sed hoc illis reſponſum ſit. Ego autẽ nec Petrum dubitaſſe dico, nec verbi vnius prędiudicio tan
H tam cauſam ſtrangulandã arbitror. Nam ſi putant dubitaſſe Petrũ, nũquid & deus dubitauit qui ait ad Hie-
Hiere. 26 remiã prophetã: Sta in atrio domus domini, & reſpõſum dabis omni Iudæ, ijs qui veniũt adorare in domo domini, omnia verba quę cõſtitui tibi reſpõdere illis: noli auferre verbum, forſitan audient, & auertẽtur? Dicant ergo dominũ ignoraſſe quid eſſet futurũ. Sed nõ ignorantia eo verbo exprimitur: ſed in ſcripturis diuinis frequẽs huiuſmodi cõſuetudo aduertitur, eo quod
Ezech. 3. ſimplex ſit elocutio. Si quidẽ & ad Ezechiel dicit dominꝰ: Fili hoĩs mittã egõ te ad domũ Iſrael, eos q̃ me exacerbauerũt ipſi, & patres eorũ vſq; in hodiernũ, & dices ad eos: Hęc dicit dominus, ſi forte audient & terrebũtur. Neſciebat ergo eos poſſe aut nõ poſſe conuerti? Non ergo ſemper dubitãtis iſta eſt elocutio. Deniq; ipſi ſapientes ſeculi, qui omnem gloriã ſuam ſtatuũt in
Iliad. 3. expreſsione verborũ, quod latine forte dicim⁹, græce τάχα nõ vbiq; pro dubitatione poſuerũt. Aiunt itaq; dixiſſe primũ ſuorũ poetã. ἦ τάχα χῆρα ἔσομαι, q̃d eſt, cito vidua ero, Et alibi: τάχα γάρσε κατακτανέειν ἀχαιοὶ πάντες ἐφορμηθέντα. Nõ enim dubitaret oĩbus ſimul inſurgẽtibꝰ, vnũ facile ab vniuerſis poſſe ꝓſterni.
I Sed nos noſtris magis q̃ alienis vtamur. Deniq; habes
Matt. 21. in euãgelio quia ipſe filiꝰ de patre ait, cũ miſiſſet ſeruos ad vineã ſuã, & occiſi eſſent, dixiſſe patrẽ: Mittam
Ioan. 8. filium meũ dilectiſſimũ, forſitan ipſum verebũtur. Et alibi ex ſua perſona filius ait: Neq; me ſcitis, neq; patrẽ meum. Si enim me ſciretis, & patrẽ meum forſitan ſciretis. Si ergo his verbis vſus eſt Petrus, quibus dominus vſus eſt ſine prædudicio ſententiæ ſuæ, cur nõ accipiamus & Petrum his vſum ſermonibus ſine ſuæ fidei prædudicio? Neq; poterat dubitare de Chriſti munere, qui ſibi ſoluendorũ peccatorũ dederat poteſtatẽ, præſertim cũ verſutijs hæreticorũ locũ nõ deberet relinquere, qui ideo volunt ſpem hominũ deſtituere, vt iterandi baptiſmatis apud deſperantes facilius inducant perſuaſionem. Sed Apoſtoli hoc habentes ſecundum Chriſti magiſteriũ pœnitentiam docuerũt, ſpoponde
Pſal. 31. runt veniam, culpam relaxauerunt: ſicut & Dauid docuit dicens: Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatum. Vtrũq; enim beatum dixit, & cuius iniquitas remittitur per lauacrũ, & cuius peccatũ tegitur operibus bonis. Qui enim agit pœnitentiã, nõ ſolũ diluere lachrymis debet peccatũ ſuũ: ſed etiã emẽdatioribꝰ factis operire & tegere delicta ſuperiora, vt nõ ei imputetur peccatũ. Ergo tegam⁹ lapſus no K
ſtros poſterioribus factis, mũdemus fletibus, vt audiat nos dominus deus noſter igemiſcẽtes, ſicut audiuit lachrymantẽ Effrem, quemadmodũ ſcriptũ eſt dicente deo: Audiẽs audiui Effrem lachrymãtẽ. Et ipſa verba
Hiere. 31. Effrem lamẽtantis expreſsit dicẽs: Caſtigaſti me, & caſtigatus ſum, ſicut vitulus nõ ſum edoctus. Vitulus enim ludit, & præſepe deſerit, & ideo Effrem ſicut vitul⁹ nõ eſt edoctus lõge poſitus à præſepi, quia præſepe domini deſeruit, & Hieroboam ſecutus vitulos adorauit, quod prophetia futurũ per Aaron indicauerat, ſic lapſurum populũ Iudæorũ. Ideoq; agens pœnitentiã dicit: Cõuerte me, & conuertar: quia tu dominus meus: quia in nouiſſimo captiuitatis meæ pœnitẽtiam egi, & poſtq̃ cognoui, ingemui ſuper dies cõfuſionis, & ſubie
M ctus ſum tibi, quia accepi opprobriũ & demõſtrauite.

¶ De inſtructione atq; exhortatione ad lamẽta pœnitentiæ ex diuerſis ſacræ ſcripturæ ſentẽtijs atq; exemplis. CAPVT VI.

ADVERTIMVS quomodo agenda ſit pœnitentia, quibus ſermonibus, quibus fletibus, vt peccati dies cõfuſionis appelletur. Confuſio eſt enim quando Chriſtus negatur. Et ideo ſubijciamus nos deo, vt non ſubditi ſimus peccato, & delictorum noſtrorũ memoriam recẽſentes tanq̃ opprobrium erubeſcamus, nõ velut quandam gloriã prædicemus, ſicut quidã expugnata pudicitia, oppreſſa iuſtitia gloriantur: & tãta fiat cõuerſio, vt qui deũ nõ agno
L ſcebamus, ipſi eũ iam alijs demonſtremus: motus autẽ
Hiere. 31. dominus tali conuerſione noſtra repondeat: A iuuentute mea es tu filius dilectus mihi Effrem, vt puer in delicijs, quoniã eo quod ſermones mei in ipſo ſunt, memoria memor ero eius, propterea feſtinauit ſuper illũ, miſericordia miſerebor eius, dixit dominꝰ. Quã autẽ miſericordiã nobis pollicetur, infra oſtẽdit dicẽs: Inebriaui omnem animã ſitientẽ, & omnẽ animã eſurientem ſatiaui. Ideo exurrexi, & vidi: & ſomnus meus mihi dulcis eſt. Aduertimus quod peccãtibus dominꝰ ſacramẽta ꝓmittat ſua, & ideo oẽs cõuertamur ad dominũ. Si iſti nõ cõuertũtur, vel vos reuertimini qui lapſu vario de innocẽtiæ fideiq; præcelſo faſtigio decidiſtis. Bonũ dominũ habemꝰ, qui velit donare oĩbus, qui te per prophetã vocauit dicẽs: Ego ſum ego ſum qui deleo iniquitates tuas; & memor nõ ero: tu aũt memor eſto, & iudicemur. Ego, inquit, memor nõ ero, tu aũt memor eſto: hoc eſt, nõ reuoco illa, quæcũq; delicta donaui tibi, velut quadã obliuiõe tecta ſint tu autẽ memor eſto. Ego, ſiquit, memor nõ ero ꝓpter gratiã, tu memor eſto propter correctionẽ: memor eſto vt ſcias donatũ eſſe peccatũ, ne glorieris quaſi inocẽs ne te iu
M ſtificãdo plus ingraueris. ſed ſi vis inſtificari, fatere delictũ tuũ. Soluit enim criminũ nexus verecunda cõfeſſio peccatorum. Vides quid à te exigat deus tuus, vt memor ſis eius quã accepiſti gratię. Nõ glorieris quaſi non acceperis. Vides qua remiſſionis pollicitatiõe te prouocet ad cõfitendum. Vide ne reluctãdo mandatis cæleſtibus in deuotionẽ Iudæorũ incidas, quibus dicit
Lucæ. 7. dominꝰ Ieſus: Cãtauimus vobis, & nõ ſaltaſtis: lamẽtauimus, & nõ ploraſtis. Vilis ſermo, ſed nõ vile myſterium. Et ideo cauendũ ne quis vulgari quadam ſermonis huius deceptus interpretatione, putet nobis ſaltationis lubricæ hiſtrionicos motus, ſcænæ deliramenta mandari (hæc etiam in adoleſcentula ætate vitioſa ſunt) ſed ſaltationẽ eam mandauit, qua ſaltauit Dauid
2. Reg. 6. ante arcam domini. Totũ enim decet quicquid defertur religioni, vt nullũ obſequiũ quod ꝓficiat ad cultũ & obſeruantiã Chriſti, erubeſcamus. Non ergo illa delitiarũ comes, atq; luxurię ſaltatio prędicatur: ſed qua vnuſquiſq; corpus attollat impigrum, nec humi pigra iacere membra, vel tardis ſinat torpere veſtigijs. Sal-

A tabat ſpiritaliter Paul⁹ cum ſe pro nobis extẽderet, &
Philip. 3. poſteriora obliuiſcẽs, priora appetens, cõtenderet ad brauium Chriſti. Tu quoq; cum ad baptiſmum venis, manus eleuare, pedes quibus ad æterna conſcendas, ve lociores habere admoneris. Hæc ſaltatio fidei ſocia, gratię comes. Hoc eſt ergo myſterium: Cãtauimus vobis, nouiq; vtiq; canticum teſtamenti. & nõ ſaltaſtis, hoc eſt, nõ eleuaſtis animum ad ſpiritalem gratiã. Lamẽtauimus, & nõ ploraſtis, hoc eſt, nõ egiſtis pœnitẽtiã. Et ideo derelictus eſt Iudæorũ populus, quia nec egit pœnitẽtiã, & gratiã refutauit. Per Ioãnẽ pœnitẽtia, per Chriſtũ gratia. Iſtã quaſi dominus donat, illã quaſi ſeruus annũciat. Vtrunq; igitur eccleſia cuſtodit, vt & cõſequatur gratiã, & nõ abijciat pœnitentiã. Gratia enim munus largientis eſt, pœnitẽtia delinquẽtis remediũ. Sciuit Hieremias magnũ remediũ eſſe pœnitẽtiæ, quã in Threnis ſuis ſuſcepit pro Hieruſalẽ, & ipſam inducit agẽtẽ Hieruſalẽ dicẽs: Plorãs plorauit in nocte, &
Thren. 1. lachrymę ei⁹ in maxillis eius, nec eſt qui cõſoletur ab omnibus qui diligunt eã. Viæ Sion lugent. Et adiecit: In his ergo fleo, oculi mei caligauerũt à fletu, quia elõgauit à me qui me cõſolabatur. Aduertimus quod hũc malorum ſuorum acerbiſſimum cumulum arbitrabatur, quia deerat qui cõſolaretur mœrentẽ. Quomodo ergo vos ipſam conſolationẽ aufertis, qui ſpem relaxã
B dæ negatis pœnitentiæ? Sed audiant qui agunt pœnitẽtiam, quomodo agere debeãt, quo ſtudio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimorum concuſsione viſcerũ, qua cordis conuerſione. Vide, inquit, domine, quia tribulor, venter meus turbatus eſt à fletu meo, cõ
Thren. 2. uerſum eſt cor meum in me. Cognouiſti intentionem animi, fidem mẽtis cognoſce, & habitũ corporis. Sede runt, inquit, in terra, tacuerũt ſeniores filiæ Sion, & impoſuerunt terrã ſuper caput ſuum, pręcinxerunt ſe cilicio, deduxerũt in terrã principes, virgines Hieruſalẽ defecerũt in lachrymis, oculi mei caligauerunt. Turbatus eſt vẽter meus, effuſa eſt in terra gloria mea. Sic
Ionæ. 3. fleuit & Niniuæ populus, & denunciatũ excidium ciuitatis euaſit. Tanta eſt enĩ pœnitentiæ medicina, vt mutare videatur ſuam deus ſentẽtiã. In te eſt igitur vt euadas, vult ſe rogari dominus, vult de ſe ſperari, vult ſibi ſupplicari. Homo es, & vis rogari vt ignoſcas, & putas deũ tibi nõ rogãti ignoſcere? Ipſe dominus Hieruſalem fleuit, vt quia ipſe flere nolebat, domini lachrymis ad veniã pertineret. Ipſe nos flere vult, vt euadere
Lucæ. 23. poſsimꝰ ſicut habes ſcriptũ in euãgelio: Filiæ Hieruſa-
2. Regum lem nolite me flere, ſed voſipſas flete. Fleuit Dauid, &
24. meruit vt mortẽ populi pereũtis diuina remoueret miſericordia, quãdo tribꝰ ſibi ꝓpoſitis optionibus, eã tamẽ i qua maiorẽ domini miſerationẽ experiretur, elegit. Quid erubeſcis tu peccata tua flere, cum deus pro-
Ezech. 2. phetas inſerit flere ꝓ populis? Deniq; & Ezechiel inſſus eſt flere Hieruſalem, & accepit librũ in cui⁹ capite
C ſcripta erant, lamẽtatio, & melos, & væ: duo triſtia, & vnũ delectabile: quoniã ille ſaluꝰ erit in futurũ, qui in
Eccle. 7. hoc ſeculo plus fleuerit. Cor enĩ ſapiẽtum in domo luctus, & cor ſtultorum in domo epularũ. Et ipſe dominus ait: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.
Lucæ. 6.

¶ De Lazaro ſuſcitato, & fletu ſororum eius. De lachrymatione quoq; Ieſu, vbi ſpiritalis reſurrectio peccatorũ innuitur. De inuidia quoq; Iudęorũ qui Lazarũ interficere cogitabant, quorũ duritiæ Nouatiani ſucceſsores ſunt, qui per pœnitentiã ſuſcitatos interficere volunt. CAPVT VII.

TEAMVS igitur ad tempus, vt exulte mus in æternum. Timeamus dominum, præueniamus eum confitẽdo peccata noſtra. Corrigamus lapſus noſtros, emendemus errorem, ne & de nobis dicatur: Heu me anima, quia perijt timor tuus à terra: & qui corrigat, in hominibus nõ eſt
Eſaiæ. 43. Quid vereris apud bonum dominum tuas iniquitates D
fateri? Dic, inquit, iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Adhuc reo culpę, iuſtificationis præmia proponuntur. Ille enim iuſtificatur, qui proprium crimen ſpõte agnouerit. Deniq; iuſtus in exordio ſermonis accuſator eſt
Prou. 18. ſui. Nouit omnia dominus, ſed expectat vocem tuam; nõ vt puniat: ſed vt ignoſcat, nõ vult vt inſultet tibi diabolus, & celantem peccata tua arguat. Præueni accuſatorem tuũ, ſi te ipſe accuſaueris, accuſatorẽ nullum timebis, ſi te detuleris ipſe, etſi mortuꝰ fueris reuiuiſces. Veniet ad monumentũ Chriſtus, & ſi viderit flere prote Martham boni fœminã miniſterij, flere Mariam quæ attente audiebat verbum dei, ſicut ſancta eccleſia quæ optimam partem ſibi elegit: mouebitur miſericordia, cum viderit in tuo obitu lachrymas plurimorũ; & dicet: Vbi poſuiſtis eum? hoc eſt, in quo rerum ſtatu eſt,
Ioan. 11. in quo pœnitentiũ ordine? Videam quem fletis, vt lachrymis ſuis ipſe me moueat. Videã ſi iam peccato ei cuius venia poſcitur, defunctus eſt, Dicet plebs: Veni, & vide. Quid eſt veni? Hoc eſt, veniat peccatorũ remiſſio, veniat defunctorũ vita, mortuorum reſurrectio, ve
E niat & in nunc peccatorem regnũ tuum. Veniet itaque & leuari lapidem iubebit, quem cęruicibus peccatoris lapſus impoſuit. Potuit remouere lapidẽ imperio ſermonis. Iubenti enim Chriſto etiam inſenſibilis ſolet natura obedire. Poterat tacita vi operationis occultæ tranſferre ſaxum ſepulchri, in cuius paſsione remotis lapidibus plurima defunctorũ ſepulchra patuerunt: ſed hominibus iuſsit vt remouerent lapidem: in veritate quidem, vt incredulicrederẽt q̃d videbant, & aſpicerẽt reſurgẽtem mortuum. In typo autem, quod nobis donaret vt leuaremus delictorũ onera, moles quaſdam reorum. Noſtrũ eſt onera remouere, illius eſt reſuſcitare, illius educere de ſepulchris exutos vinculis. Videns itaq; graue onus peccatoris, illachrymat dominus Ieſus. ſolã enĩ flere nõ patitur eccleſiam. Compatitur dilectę ſuæ, & dicit defuncto: Veni foras: hoc eſt, Quid iaces in tenebris cõſcientiæ, & delictorum tuorũ ſordibus quodam reorum carcere? Exi foras, delictum proprium prode, vt iuſtificeris. Ore confeſsio fit ad ſalutẽ. Si cõfeſsus fuerit à Chriſto vocatus, clauſtra rumpentur, & omnia ſoluẽtur vincula, etſi corruptelæ cor poreæ fœtor grauis ſit. Quatriduum enim habebat ille cuius fœtebat in tumulo caro. cuius autẽ caro nõ vidit corruptionẽ, triduo fuit in ſepulchro. Carnis enĩ vitia neſciuit, quæ ex quatuor conſtat elemẽtorũ ſubſtãtijs. F
Quãtuſlibet ergo mortui fœtor ſit, abſoletur omnis vbi ſacrum redoleuerit vnguẽtũ: & ſurgit defunctus, & ſoluere inbentur eius vincula, quæ adhuc in peccato ſũt: tollere velamẽ de facie eius, q̃d veritatẽ gratiæ quã aceeperat, obũbrabat. Sed quia venia donatus eſt, reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim quod erubeſcat, cui peccatũ remiſsum eſt. In tãta vero domini gratia, tantoq; diuini muneris miraculo, cum oporteret vniuerſos lætari, cõmouebãtur impij, & aduerſus Chriſtum concilium congregabant: Lazarum quoq; interficere volebãt. Nõne merito eorũ ſucceſsores vos fore cognoſcitis, quorũ duritiæ hæredes eſtis? Nam & vos indignamini, & contra eccleſiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in eccleſia reuiuiſcere, & peccatorum indulta venia reſuſcitari. Ita quod in vobis eſt, per inuidiã rurſus vultis interficere ſuſcitatos. Sed Ieſus nõ reuocat beneficia, imõ cumulo ſuæ liberalitatis amplificat. Reuiſit ſolicitè reſuſcitatum, & celebratæ reſurrectionis gratia lætus ad cœnã venit, quã ei ſua præparauit eccleſia, in qua ille qui fuerat mortuus, vnus inter diſcũbentes cũ Chriſto inueniꝰ tur. Tunc mirãtur omnes qui vident puro vtiq; obtutu mentis, qui inuidere nõ norũt. Tales enĩ eccleſia ſilios

habet:Mirãtur,vt dixi, quomodo ille qui iacebat in tumulo heri & nudiustertius, vnus sit de discũbẽtib⁹ cũ domino Iesu. Ipsa Maria mittit vnguentũ in pedes domini Iesu. Ideo forte in pedes, quia vnus de infimis ereptus est morti. Omnes enim corpus Christi sumus, sed alij forte superiora mẽbra sũt. Os erat Christi apostolus qui dicebat: Experimẽtũ quæritis eius qui in me loquitur Christ⁹? Os eius prophetæ, per quos loquebatur futura. Vtinam ego pes eius esse merear, & mittat in me Maria vnguentum suum pretiosum, & vngat & peccata extergat.

¶ De spiritalibus vnguentis, atq; inibi autor quædam modeste de seipso subijcit. CAPVT VIII.

QVOD igitur de Lazaro legimus, in vnoquoq; debemus conuerso peccatore credere, qui licet fœtorẽ habeat, tamẽ fidei pretiosæ emẽdatur vnguento. Tantũ enĩ gratiæ fides habet, vt vbi ante diẽ fœtebat mortu⁹, illic bono odore tota repleatur dom⁹. Fœtebat Corinthia domus quando scriptum est de ea: Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes. Fœtor enim erat, quia modicum fermentũ totam massam corruperat. Cœpit bene olere cũ dicitur: Si cui qd donastis. & ego. Nã & ego quod donaui, ꝓpter vos i persona Christi. Itaque liberato peccatore factũ est in eo gaudiũ magnũ. & redoluit dom⁹ tota suauitate gratiæ. Vnde bene cõsci⁹ qđ oẽs apostolicæ remissionis pfudisset vnguento, ait: Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt. Huius igitur effusione vnguenti lętatur omnes, solus Iudas contradicit. Ergo & nunc qui præuaricator est, cõtradicit, reprehẽdit qui proditor, sed à Christo ipse reprehẽditur, qui dominicæ remedium mortis ignorat, & tamẽ mysteriũ sepulturæ nõ intelligit. Idęo enim & passus & mortu⁹ est dominus, vt nos redimeret à morte. Hoc excellentissimũ indicat preciũ suæ mortis, quo peccator absoluitur, & in nouã assumitur gratiã, vt veniãt & mirentur omnes quomõ cũ Christo recũbat, & laudantes deum dicant: Manducemus & epulemur, quia hic mortu⁹ erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Si quis autẽm infidelis obiecerit, quare cũ publicanis & peccatoribus mãducet: respõdetur ei: Non opus est sanis medicus, sed his qui male habent. Ostende igitur medico vulnus tuum, vt sanari possis: & si nõ monstraueris, nouit, sed à te expectat audire vocem tuam. Abstergę lachrymis cicatrices tuas: Si peccatũ mulier illa in euangelio fœtorẽq; sui erroris absterſit, sic culpã diluit, dum Iesu pedes lachrymis lauit. Vtinã mihi quoq; pedũ tuorũ lutũ Iesu reseraues, quos dũ in me deambules inquinasti. Vtinã sordes vestigiorũ tuorum detergẽdas mihi offeras, quas ego actu meo tuis affixi gresib⁹. Sed vnde mihi aqua viua, qua pedes tuos possim lauare? Si aquã nõ habeo, habeo lachrymas, quibus dum pedes tuos lauo, vtinã me ipsum diluã. Vnde mihi vt de me dicas: Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multũ? Plus debuisse me fateor, & plus dimissũ mihi, qui de forẽsiũ strepitu iurgiorũ, & à publicæ terrore administratiõis, ad sacerdotiũ vocat⁹ sum: & ideo vereor ne ingrat⁹ inueniar si minus diligã, cui plus dimissũ est. Sed nõ oẽs mulierẽ istã æquare possunt, quæ etiã Simoni qui prandiũ domino dabat, merito prælata est, quæ omnibus qui volũt veniã promereri, magisteriũ præstitit, osculando pedes Christi, lachrymis lauando, tergendo crinibus, vngẽdo vnguẽto. In osculo isigne charitatis est, & ideo dicit dom⁹ Iesus: Osculetur me ab osculo oris sui. Capilli quid significãt, nisi vt moueamur ĩclinata omni infularũ dignitate seculariũ, ad obsecrandã indulgẽtiã, ad terrã te ipse, pternas, vt humi iacẽs moueas mĩam? Vnguento quoq; bonæ cõuersatiõis exprimitur odor.

Rex nempe erat Dauid, & dicebat. Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis stratũ meũ rigabo. Et ideo tantã gratiã meruit, vt ex eius familia virgo eligeretur quæ nobis partu proprio Christum ederet. Ideo & ista euãgelio prædicatur mulier. Tamẽ si hãc æquare nõ possumus, scit dom⁹ Iesus & infirmis subuenire, vbi nõ est quæ possit parare cõuiuiũ, quę deferre vnguentũ, fontẽm aquæ viuę secum portare. Veniã ipse ad sepulchrũ. Vtinam ergo ad hoc monumentum meũ digneris accedere domine Iesu, tuis me lachrymis laues, quoniã durtorib⁹ oculis nõ habeo tantas lachrymas, ut possim mea lauare delicta. Si illachrymaueris pro me, salu⁹ ero. si dignus fuero lachrymis tuis, fœtorem abstergo delictorũ omniũ. si fuero dignus vt paulisper illachrymes, vocabis me de monumento huius corporis, & dices: Exi foras. vt non intra corporis huius angustias inclusæ teneãtur cogitationes meæ, sed egrediantur ad Christũ, in lumine versentur, vt nõ cogitem opera tenebrarũ, sed opera lucis. Quĩ enim peccatũ cogitat, intra suã conscientiã studet se ipse includere. Voca ergo foras seruum tuũ. Quãuis ligatus vinculis peccatorũ meorũ vinctos habeã pedes, innexas manus, & cogitationibus & operibus mortuis iam sepultus, te vocãte liber egrediar, & inueniar vn⁹ de discũbẽtibus in conuiuio tuo, & domus tua pretioso repleatur vnguẽto, si quẽ redimere dignat⁹ es, custodies. Dicetur enĩ: Ecce ille nõ in ecclesiæ nutritus sinu, nõ edomitus à puero, sed raptus à tribunalibus, abductus vanitatibus seculi huj⁹, a præconis voce ad psalmi stæ assuefactus canticũ, in sacerdotio manet nõ virtute sua, sed Christi gratia, & inter cõuiuas mẽsæ cælestis recũbit. Serua domine munus tuũ, custodi donũ quod cõtulisti etiã refugiẽti. Ego sciebam quod nõ eram dignus vocari episcopus, quoniã dederã me seculo huic, sed gratia tua sum quod sum, & sum quidem minimus omniũ episcoporũ, & infim⁹ merito: tamẽ quia & ego laborẽ aliquẽ pro sancta ecclesia tua suscepi, hunc fructum tuere, ne quẽ perditum vocasti ad sacerdotiũ, eũ sacerdotem perite patiaris: ac primũ vt condolere norim⁹ peccãtibus affectu intimo. Hæc enim summa virtus, quia scriptũ est: Et nõ gaudebis super filijs iuda in die perditionis eorũ, & ne magna loquaris in die tribulationis eorũ. sed quotiẽscũq; peccatũ alicui⁹ lapsi exponitur, cõpatiar: nec superbe increpem, sed lugeã & defleam: vt dum aliũ fleo, me ipsum defleam dices: iustificata est magis Thamar q̃ ego. Fortasse adolescentula lapsa sit occasionib⁹, quę delictorũ fomites sunt, decepta ac præcipitata sit, peccamus & seniores. Repugnat in nobis lex huius carnis legi mentis nostræ, & captiuos nos trahit in peccatũ, vt faciamus qđ nolumus: illi de ætate suppetit excusatio, mihi iã nulla. Illa enĩ debet discere, nos docere. Ergo iustificata est magis Thamar q̃ ego. Incusamus alicuius auaritiam. recordemur si nihil ipsi auare fecimus: & si fecimus, quoniã radix est malorũ auaritia, & tãq̃ sub terra occulte ĩnostro serpit corpore, dicamus singuli, iustificata est magis Thamar q̃ ego. Si cõmoti fuerimus in quẽq̃ grauiter, leuiorẽ causam laicus habet q̃ episcopus: eo qđ cõmotus egerit aliquid, retractemus nobiscũ, & dicam⁹: iustificatus est magis iste qui commotiõis arguitur, q̃ ego. Hæc enim si dicamus, ipsi nobis cauemus ne dicat nobis dominus refus, aut quisq̃ de discipulis eius: Festucã in oculo fratris tui vides, trabem autẽ quę in oculo tuo est, nõ vides? Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eijcere festucã de oculo fratris tui. Non ergo erubescam⁹ dicere grauiorẽ nostrã culpã esse q̃ eius quẽ arguẽdũ putamus, qui a dixit hoc iudas qui arguebat Thamar, & recordatus suam ipse culpã ait: iustificata est magis Thamar q̃ ego. in quo & altitudo mysterij est, morale præceptũ, & ideo cul-

Psal. 6.

Gene. 38.

Matth. 7.

pæ eius deputatum nõ est, quia ipse se accusauit prius q̃ ab aliis accusaretur. Nõ ergo gaudeamus super alicuius peccato, sed magis lugeamus: quia scriptũ est: Noli
Miche. 7. supergaudere mihi inimica mea quia cecidi, sed resurgam quoniã si sedero in tenebris, dom⁹ illuminabit me. Iram domini sustinebo, quia peccaui ei, donec iudicet causã meã, & faciat iudiciũ meũ, & educat me ad lumen, & videbo iustitiam eius, & videbit inimica mea, & cooperietur cõfusione, quę dicit ad me: Vbi est dom⁹ de⁹ tu⁹? Oculi mei videbũt eam, & erit in conculcationẽ sicut lutum in via. Nec immerito, quoniam qui lapsu alieno gaudet, diaboli gaudet victoria. Et ideo doleam⁹ magis cũ audim⁹ perisse hominẽ, pro
Ibidem. quo Christus mortuus est, qui nec in messe stipulã negligit. Atq; vtinã hãc stipulã in messe, hoc est inanem auenã fruct⁹ mei nõ abijciat, sed colligat, sicut ait: Heu me quia fact⁹ sum sicut qui colligit stipulã in messe, & racemũ in vindemia. vt vel primitiua mãducet in me gratiæ suæ, etsi posteriora nõ approbẽ. Ergo & agẽdã pœnitẽtiam, & tribuẽdã veniã credere nos cõuenit, vt veniã tamẽ tanq̃ ex fide speremus, nõ tanq̃ ex debito. Aliud est enĩ mereri, aliud præsumere. Tãq̃ ex fyngrapha fides impetrat. Præsumptio autẽ arrogãti est propior q̃ rogãti. Prius solue debitũ, vt quod speraueris impetrare merearis. Solue boni affectum debitoris, vt vsuram nõ facias, sed fidei tuæ censu cõtracti nominis fœnus euacues. Plura soluẽdi habet subsidia qui deo, q̃ is qui homini debet. Homo pecuniã pro pecunia re
B poscit, quę nõ semp debitori presto est. de⁹ affectũ exigit, qui in tua potestate est. Nemo pauper est qui deo debet, nisi qui seipsum pauperẽ fecerit. Et si nõ habet quæ vendat, habẽt quę soluat. Oratio, lachrymæ, ieiActuũ. 5. nia, debitoris boni cẽsus est, multoq; vberior q̃ si quis ex prædijs fundorum pecuniã sine fide deferat. Deniq; pauper erat Ananias cum vendito agro pecuniam de-
Lucæ. 21. ferret ad Apostolos, vnde nec soluere se potuit, sed implicauit. Diues illa vidua quæ duo æra minuta in gazophylacium misit, de qua dictũ est: Hæc vidua pauperpercula plus omibus misit. Non enim pecuniam deus, sed fidem quęrit.

¶ De eleemosyna qua intentione fiẽri debeat. De falsæ quoque & infructuosæ pœnitentiæ multiplicibus modis. CAPVT IX.

NEQVE ego abnuo liberalitatib⁹ in pauperes factis posse minui peccatũ, sed si fides cõmẽdet expensas. Quid enĩ pdest collatio patrimonij sine gratia charitatis? Sunt
C qui iactãtiã solã decore largitatis affectẽt, vt eo se probatos vulgo velint, quod sibi nihil reliquerint: sed dũ presentes seculi mercedẽ requirũt, nõ recõdũt in futurũ: & quia hic perceperũt mercedem suam, illic sperare nõ possunt. Sunt qui opes suas tumultuario mẽtis impulsu, nõ iudicio perpetuo, vbi ecclesiæ cõtulerũt, postea reuocãdas putarunt: quibus nec prima merces rata est. nec secũda, quia nec prima iudiciũ habuit, & secunda habuit sacrilegiũ. Sunt quos pœnituerit opes suas diuisisse pauperibus. sed eos qui pœnitẽtiã agunt.
hoc solũ timere oportet ne &c. hoc solũ pœnitere nõ debet, ne ipsius pœnitẽtiæ agãt pœnitentiam Nã plerique futuri supplicij metu, peccatorũ suorũ cõscij pœnitẽtiam petũt: & cũ acceperint, publicæ supplicationis reuocãtur pudore. Hi videtur malorũ petisse pœnitẽtiã, agere bonorũ. Nõnulli ideo poscunt pœnitentiã, vt statim sibi reddi cõmunionem velint. hi nõ tam se soluere cupiũt, q̃ sacerdotẽ ligare. Suam enim cõscięntiam nõ exuunt, sacerdotis induũt.
Matth. 7. Præceptum est: Nolite sanctũ dare canibus, neq; miseritis margaritas vestras ante porcos, hoc est, immũdis
spiritib⁹ impuritatibus sacræ cõmunionis nõ impẽdẽda cõsortia. Itaq; videas eos mutata veste incedere, quos luge-
D re & gemere oportebat, quia vestem illam ŏblatiõis & gratiæ sordidarunt: fœminas autẽ margaritis onerare aures, curuare ceruices, quas bene Christo, nõ auro ĩclinarẽt: quæ seipsas flere debebãt, q̃ margaritã quę de cælo est perdiderũt. Sunt etiã qui arbitrẽtur hoc esse pœnitentiã, si abstineant à sacramẽtis cælestib⁹. Hi sęuiores in se iudices sunt, qui pœnã præscribũt sibi, declinãt remediũ, quos vel pœnam suã cõueniebat dolere, quia cælesti fraudarentur gratia. Alij proposita spe agendæ pœnitentiæ licentiam sibi delinquendi propagatam putant, cũ pœnitentia remedium peccati sit, nõ peccandi incentiuũ. Vulneri enĩ medicamẽtũ necessarium est, non vulnus medicamento: quia ꝓpter vulnus medicamentũ quæritur, non propter medicamentum vulnus desideratur. Infirma deinde spes quæ cõmittitur tempori, cum omne tempus incertum sit, nõ omni spes tempori fit vt superstes.

¶ Quod pœnitentia sit facienda cũ humilitate & oratiõe atq; fletu, quorũ necessitas exemplis scripturæ ꝓbatur. De pœnitẽtia quoq; publica in ecclesia nõ iterãda, & de renunciatione sui ipsius, atq; pristinæ vitæ, atq; crucis dominicæ baiulatione pœnitentibus opportunis. CAPVT X.

ANN quisquã ferat vt erubescas deũ rogare, qui non erubescis rogare hominẽ: & pudeat te deo supplicare quẽ nõ lates, cum te
E nõ pudeat peccata tua homini quẽ lateas cõfiteri? An testes precatiõis & cõscios refugis, cũ si homini satis faciendũ sit, multos necesse est ambias, obsecres vt dignẽtur interuenire, ad genua te ipse prosternas, oscularis vestigia, filios offeras culpæ adhuc ignaros paternæ etiam veniæ precatores? Hoc ergo in ecclesia facere fastidis, vt deo supplices, vt patrocinium tibi ad deũ obsecrandũ sanctę plebis requiras, vbi nihil est quod pudori esse debeat, nisi nõ fateri, cũ omnes sim⁹ peccatores, vbi ille laudabilior qui humilior, ille iustior qui sibi abiectior? Fleat pro te mater ecclesia, & culpã tuã lachrymis lauet. videat te Christus mœrẽtẽ, et
Lucæ. 6. vt dicat? Beati tristes, quia gaudebitis. Amat vt pro vno multi rogent. Deniq; in euangelio motus vidue lachrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius resuscitauit. Ideo citius exaudiuit Iesus Petrũ vt Dorcas resurgeret, quia pauperes mortẽ mulieris ingemiscebãt. Ideo ipsi Petro statim dimisit, quia amarissime fleuit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa discedet. Vsus doloris ablegat luxuriã criminis; erroris delicias. Ita dum dolem⁹ admissa, admittẽda excludimus, & fit quædam de cõdẽnatione culpæ, disciplina innocẽtiæ. Nil ergo te reuocet à pœnitentia, hęc tibi cõmunis cũ sanctis est. Vtinãq; imitãda talis, quałis sanctorũ deploratio. Dauid mãducabat sicut panẽ
Psal. 101. cinerem, & potum suũ lachrymis tẽperabat. Ideo nũc amplius gaudet, qui amplius fleuit. Per exitus aquarũ descenderũt, inquit, oculi mei. Ioannes multũ plorauit, & reuelata sibi dicit Christi mysteria. At vero illa mulier quę cũ esset in peccatis, & deberet flere, gaudebat, & veste purpurea atq; coccinea operiebatur, & auro se multo & preciosis lapidibus ornabat, æterni fletus luget erũnam. Merito reprehẽduntur qui sæpius agendam pœnitẽtiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nã si vere agerent pœnitẽtiã, iterandã postea nõ putarent: quia sicut vnum baptisma, ita vna pœnitẽtia, quæ tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. sed hęc delictorũ leuiorũ: illa grauiorũ. Facilius autẽ inueni qui innocẽtiam seruauerint, q̃ qui congrue egerint pœnitẽtiam. An quisquã illam pœnitentiam putat, vbi acquirendę ambitio dignitatis, vbi vini effusio, vbi ipsius coptilæ coniugalis vsus? Renunciandum seculo est, somno ipsi minus indulgendum q̃

Natura postulat, interpellándus est gemitibus, interrũpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus, viuendum ita, vt vitali huic moriamur vsui, seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur: sicut quẽdam adolescentẽ fabulæ ferũt post amores meretricios peregre profectũ, & abolito amore regressum postea veteri occurrisse dilectæ, quæ vbi nõ interpellatã mirata putauerit nõ recognitã, rursus occurrens dixerit: Ego sum respõderit ille: Sed ego nõ sum ego. Vnde bene dominꝰ ait:
Mat. 16. Qui vult post me venire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. Etenim qui mortui & sepulti Christo sunt, nõ debẽt iterũ velut viuẽtes de hoc mũdo decernere. Ne tetigeritis, inquit, nec attami naueritis, quæ sunt oia ad corruptelã ipso vsu, eo qđ ipse huius vitæ vsus corruptela sit integritatis.

¶ De nõ differẽdo pœnitentiã. Et de grauitate pœnæ cõscientiæ præteritorũ peccatorum memoris, & qua ratione seipsam abscondere nõ possit. De motibus quoq; sensitiuis menti repugnantibus quomodo ad petrã Christum elidi debeant. CAPVT XI.

HOna ergo pœnitentia: quæ si non esset, omnes ad senectutẽ differrent ablutiõis gratiam: Quibus satis respõnsi sit, quia melius est vt habeam quod sarciam, q̃ non habeã quo vestiar. Sed sicut semel assuta reditegrãtur, ita frequẽter suta soluuntur. Eos autẽ qui pœnitentiã differunt, satis ipse dominus admonuit dicens: Pœnitentiã agite. appropinquabit enim regnum cælorũ. Nescimꝰ qua hora fur veniat, nescimus an proxima nocte a nobis reposcatur anima. Adam post culpam statim de paradiso deus eiecit, non distulit, sed statim separauit à delicijs, vt ageret pœnitẽtiam, statim tunicam vestiuit pelliceam, non, sericam. Quid enim quod differas? An vt plura peccata cõmittas? Ergo quia deus bonus est, ideo tu malus, & diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ cõtemnis? Sed bonitas domini magis ad pœnitentiam te debẽt adducere. Ideo ad omnes sanctus Dauid dicit:
Psal. 94. Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus ante dominũ nostrũ qui fecit nos. De peccatore autẽ sine pœnitẽtia mortuo, quia nihil aliud supereſt nisi grauiter mœrere, nisi flere, habes plorãtem ipsum & dicentem: Filius meus Absalon. Qui enim penitus
2. Reg. 19 est mortuus, sine vlla exceptione defletur. De his qui exules atq; peregrini limitũ paternorũ, quos lex Moysi sancta prescripsit, mũdanis implicabantur errorib⁹, audis cauentẽ: Super flumina Babylonis illic sedimꝰ,
Psal. 136. & fleuimus dum recordaremur Sion. Inducit enim lapsorum gemitus in ipso tempore præsentium & rerũ labẽtium adhuc positos statu debere resipiscere, & eorum videlicet exẽplo qui ꝓpter peccati preciũ deducti erant in captiuitatis ærũnam. Nihil est autem quod tam summo dolori sit q̃ si vnusquisq; positus sub captiuitate peccati recordatur vnde lapsus sit, atq; vnde deciderit, eo quod ad corpoream atq; terrenã ab illa speciosa ac pulchra diuinæ cognitionis intẽtione deflexerit. Sic habes Adam abscõdentem se vbi deum cognouit esse præsentẽ, & quæsitũ latere voluisse, & vocatũ à domino ea voce quę latentis morderet affectum, hoc est, Adam vbi es? hoc est, cur te abscondis? Cur lates? Cur fugis eum quẽ videre desiderabas? Ita grauis culpa est cõscientiæ, vt sine iudice ipsa se puniat, & velare se cupiat, & tamen apud deum nuda sit. Et ideo nemo in peccato positus arrogare sibi debet autoritatem aut vsurpationem sacramentorũ, quia scriptum est: Pecca
Gene. 4. sti, quiesce. Quod in præsenti psalmo Dauid dicit. in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.
Psal. 136. Et infra: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo, & mẽtis imperio, aliena est terra, quæ non domatur exercitio cultoris, & ideo nõ potest fructus charitatis, patiẽtiam pacis afferre. Melius est ergo tunc quiescere, cum exercere nõ queas opera pœnitentiæ, ne in ipsa pœnitentia fiat quod postea indigeat pœnitentia. Quæ si semel fuerit vsurpata, nec iure celebrata: nec prioris fructũ obtinet, & aufert vsum posterioris. Sane & cum caro repugnat, mens ad dominum debet esse intenta: & si opera non sequũtur, fides desideret: & si impugnant vel carnis illecebræ, vel potestates aduersariæ, maneat mens deo dedita. Tunc enim maxime vrgemur eum caro cedit, & sunt qui vehementer incumbant misere animæ, quærentes omne auferre presidium. Vnde illud est: Exinanite exinanite vsq; ad fundamentum in ea. Quam miseratus Dauid ait: Filia Babylonis misera. Misera vtiq;, quia Babylonis filia est, quæ dei filia esse desiuit. Cui tamen medicũ inuitat dicens: Beatus qui tenebit & allidet parulos tuos ad petram, hoc est, qui infirmas & lubricas cogitationes elidat ad Christum: qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia & disceptatione comminuat, vt si adulterino quis amore raptatur, excludat ignẽ, copulamq; meretricis, & se studio suo abdicet, vt Christum acquirat. Didicimus ergo & agendam pœnitẽtiam, & eo agendam tẽpore quo culpæ deseruescat luxuria, & i captiuitate peccati positos, reuerẽtiores nos, nõ vsurpatores esse debere. Nam si Moysi propius accedere gestienti, vt cognitionem mysterij cælestis hauriret, dicitur: Solue calceamẽtum pedum tuorum: quãto magis nos animę nostræ pedes exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere?

Exodi. 3.

FINIS.

DIVI AMBROSII AD POENITENTIAM AGENDAM EXHORTATIO.

ADMONEO vos fratres in conspectu dei, timori vestro adiungere timorẽ meũ. Qui autemnõ timet, timentẽ me cõtẽnit, sed malo suo. Audite ergo quę dicturus sum. Certus sum quia homo baptizatus, si vitam, non audeo dicere sine peccato, sed si vitam sine crimine duxerit, & alia peccata habuerit, quæ quotidie dimittantur in oratione dicẽti: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: aliis faciat quod sibi à deo cupit fieri? quãdo diẽ finierit, vitã nõ finit, sed trãsit de vita in vitã. Siue iste volũtate sua currat ad baptismũ, siue in periculo cõstitutus baptizetur, & exeat: ad dominũ vadit, ad requiẽ vadit. Baptizatꝰ hõ si postea desertor violatorq; sacramenti fuerit, peccat, & deũ repellit à se. Si autẽ agat pœnitentiam ex toto corde, vbi deus videt, saluabitur, sicut vidit cor Dauid quãdo increpatꝰ à ꝓpheta grauiter post cõminatiões terribiles dei exclamauit dicẽs, Peccaui. & mox vt audiuit, absstulit peccatũ suũ. Quantũ valẽt tres syllabæ. Tres enĩ syllabæ sunt, Peccaui, sed in istis tribꝰ syllabis flãma sacrificij cordis eiꝰ ad cælũ ascendit. Ergo qui egerit veraciter pœnitẽtiã, & solutꝰ fuerit à ligamẽto quo erat cõstrictus, & à Christi corpore separatꝰ, & bene post pœnitentiã vixerit & post recõciliationẽ: cũ defunctꝰ fuerit, ad dominũ vadit, ad requiẽ vadit, à regno dei nõ priuabitur, & à populo diaboli sepabitur. Qui aũt positꝰ i vltima necessitate ægritudinis suæ acceperit pœnitentiã, & mox recõciliatus fuerit, & vadit, id est, exit de corpe: fateor vobis, nõ illi

A negamus quod petit, sed nõ præsumo dicere quia bene hinc exit. Nõ præsumo, nõ polliceor, nõ dico, nõ vos fallo, nõ vos decipio, nõ vobis ꝓmitto. Fidelis bene viuẽs, securꝰ hinc exit. Agẽs pœnitẽtiã dũ sanꝰ est, & recõciliatus, si postea bene vixerit, securus est. Sed dicis: Quid est, si bene vixerit? vel in hoc nos iſtrue sacerdos bone, vt hoc sciamus. Illud nescire te dicis, an ille qui infirmus & impotens est peccare, si pœnitẽtiã accipit, & mox transit, facinora sua relaxantur in die iudicij? Hinc nullã securitatẽ nobis das? Quid est bene viuere post pœnitentiã? doce nos. Dico vobis, abstinere ab ebriositate, à concupiscẽtia, à furto, à malo eloquio, ab ipso immoderato risu, à verbo ocioso, vnde reddituri sunt hoies rationẽ in die iudicij. Ecce q̃ leuia dixi, vt tacerẽ grauia & pestifera. Et aliud dico. Nõ solũ post pœnitentiã ab istis intus hõ obseruare se debẽt, sed & ante pœnitẽtiã dũ sanus est, quia nescit si possit ipsam pœnitentiã accipere, & confiteri deo & sacerdoti peccata sua. Ecce quod dixi post pœnitentiam, dico ante pœnitentiã melius. Agẽs vero pœnitẽtiam ad vltimũ, & recõciliatus, si exierit, an securus hinc exeat, ego nõ sum securꝰ. Pœnitentiã dare possũ, securitatẽ dare nõ
B possum. Quod dico attendite. Ego illud planius expono, ne aliquis me male intelligat. Nũquid dico dãnabitur? non dico. sed nec liberabitur dico. An aliud mihi dicis, sancte episcope? Quid tibi dicã, nescio. Dixi non præsumo nõ ꝓmitto, prorsus nescio de dei voluntate. Vis te frater à dubio liberari, vis qđ incertũ est euadere? Age pœnitẽtiã dũ sanus es. Si enĩ agis verã pœnitẽtiam dum sanus es, & inuenerit te nouissimus dies, securus es. Ergo curre & recõcilieris. Si sic agis, securus es. Quare securus? Vis dicam tibi? Quia egisti pœnitentiam eo tempore quo & peccare potuisti. Ecce dixi quare securus es. Si autẽ tunc agere vis ipsam pœnitẽtiam quando peccare iam non potes, peccata te dimiserũt, non tu illa. Sed vnde scis, inquit, si forte deus mihi misereatur, & dimittat mihi peccata mea? Bene dicis frater, bene dicis, vnde scio? & ideo tibi do pœnitẽtiam, quia nescio. At ille inquit, Ergo dimitte causam meã deo. Quid tu me verbis affligis, & non iudici me deo dimittis? Illius iudicio te cõmitto, eius iudicio me
C cõmendo: Nam si scirem nihil tibi prodesse, nõ te admonerẽ, nõ te terrerẽ. Duæ res sunt, aut ignoscetur tibi, aut nõ tibi ignoscetur. Quid horũ tibi futurũ sit, ne scio, sed do cõsiliũ: Dimittte incertũ, & tene certũ. Et dũ vius age pœnitẽtiam veram, vt cũ veneris in iudicium dei, nõ à deo cõfundaris, sed ab eo in regnũ induearis, hoc præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE FVGA SECVLI.

Qua ratione homo impediatur vt a terrenis se exuere, mentemq; eleuare, & semper ascẽdere sine diuino auxilio nõ possit. Et qđ ascẽdere volẽs, nõ læta seculi & amœna, sed plena doloris & luctus sequi debeat. Quod etiã saluus esse volens, à Christo doceatur vt supra mundum ascendat, & hoc seculum fugiat. Caput I.
Qđ etiã lex doceat seculũ esse fugiẽdũ, & deũ sequendũ. Et de absolutione quatuor quæstionũ secũdum mysticũ intellectũ per adaptationẽ ad diuersa genera virtutũ iuxta quatuor quę posita sunt in lege circa vrbes ad refugia dispositas. Caput II.
Quod præmemorata virtutũ genera etiã in Apostolo nõ adumbrata, sed expressa habeantur, vt ex dictis ipsius aperte demonstratur. Caput III.
Quid sit fugere seculum, cum exhortatione vt fidei suffragio subnixi accedamus ad sedem gratiæ, hoc seculum & eius contagionem fugiẽtes, neq; fugere erubescentes, cum gloriosum sit ita fugere, quemad modũ ex fuga Iacob & aliorum sanctorum patrum demonstratur. Et q̃ beata etiam sit fuga quam Iacob suscepit. Caput IIII.
Cur hinc fugere debeamus, & quomodo transire cum Moyse, vt videamus deum, ealceamẽta pedũ soluendo. Quomodo etiam relinquere vmbram huius vitæ, & cum sancto Dauid euolare, etsi non vt aquila, saltem vt passer, etiam si non ad cælum, saltem ad montes. Caput V.
Qua ratiõe volẽs fugere, velociter & diligẽter fugere debeat: quo etiã fugiẽdũ sit, & ad quod bonũ animas nostras erigere debeamus. Caput VI.
Quod non mediocris sit causa cur hinc fugere debeamus. Quodq; nõ impigre malitia huius seculi fugiẽda sit, & quid sit hinc fugere. Cur etiã malitia in terris versetur & sæuiat. Qua præterea ratione dominus Iesus vindictam diaboli autoris malitiæ distulerit, neq; eadem sententia in ipsum, & in hominẽ dicta sit. Caput VII.
Quomodo hinc animo fugere possimus, etsi corpore retineamur. Quod etiam hinc, quia tempus breue est, fugiamus, ne cum prætereũte figura mũdi opera nostra nosq; ipsi præteream⁹: quod si cauere velimus, mandata dei non præteream⁹, neq; cæsciplinæ alicuius profectum, quemadmodum Ioseph, fecit, & in Sara ostenditur, & sicut Iacob executus est. Capu VIII.
De exhortatione quod hinc fugiam⁹, sicut fugit de patria sanctꝰ Iacob, & sicut cerui fugiũt ad fõtes aquarũ, quos & Dauid sitiebat. Quis quoq; sit iste fons, & quid hunc fontẽ desideras facere debeat, exẽplo Susannæ. Quomodo etiã sicut Paulus & Loth fugerunt, nos fugere debeamus. Quibus præterea modis quis bene fugere possit. Caput IX.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE FVGA SECVLI LIBER VNVS.

¶ Qua ratione hõ impediatur vt à terrenis se exuere, mẽtẽq; eleuare, & semp ascẽdere sine diuino auxilio nõ possit. Et quod ascẽdere volens, nõ læta seculi & amœna, sed plena doloris & luctus seq; debeat. Quod etiã saluus esse volens, à Christo doceatur vt supra mũdũ ascẽdat, & hoc seculũ fugiat. CAP. I.

A REQVENS nobis de effugiẽdo seculo isto est sermo, atq; vtinã q̃ facilis sermo, tã cautus & solicitꝰ affectꝰ. Sed qđ peiꝰ est, frequẽter irrepit terrenarũ illecebra cupiditatũ, & vanitatũ offusio mentẽ occupat, vt qđ studeas vitare, hoc cogites, aũq; voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autẽ impossile. Deniq; voti magis eam esse rem q̃ effectus, testatur propheta dicendo: Declina cor meũ in testimonia tua, & non in auaritiam. Non enĩ in potestate nostra est cor nostrũ, Psal. 118.
& nostræ cogitationes, quę improuiso offusę mentem animũq; cõfundunt, atq; alio trahũt q̃ tu proposueris. Ad secularia reuocant mundana inserũt, voluptuaria ingerũt, illecebrosa intexũt, ipsoq; in tẽpore quo eleuare mentẽ paramus, insertis inanibus cogitationibus

G ad terrena plerũq; deijcimur. Quis autem tam beatus
qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio
diuino quomodo fieri potest? Nullo profecto modo.
Psal. 83. Deniq; supra eadem scriptura dicit: Beatus vir cui⁹ est
auxilium abs te domine, ascensus in corde eius. Beatus
plane, quem delectatio nõ reuocat, quẽ voluptas non
inclinat, qui ad inferiora nõ respicit. Qđ nec ipsi⁹ Loth
vxor potuit euadere. Quo admonitus exẽplo Aposto
Philip. 3. lus, posteriora obliuiscẽs, & ea quę sũt priora appetẽs,
festinabat ad brauiũ, & peruenire meruit, quia ante se
Christũ videbat, á quo ad iustitiæ vocabatur coronã.
Sed peruenit ille qui seipsũ sibi abnegauit, vt Christũ
lucraretur. Deniq; non ipse viuebat, sed viuebat in eo
Christus. Nã quis inter tot passiones huius corporis,
inter tãtas illecebras huius seculi, tutũ atq; intemeratũ
seruare potest vestigiũ? Respexit oculus, & sensum mẽ
tis euertit. audiuit auris, & intentionẽ inflexit. inhala-
uit odor, & cogitationẽ impediuit. os libauit, & crimẽ
Hiere. 9. reddidit. tactus cõtigit, & ignẽ adoleuit. Intrauit mors
Matth. 5. per fenestram, dixit propheta. Fenestra tua est oculus
tuus. Si videris mulierem ad concupiscẽdum, intrauit
mors. si audias sermones meretricios, intrauit mors, si
luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors. Et ideo
qui vult ascendere: nõ læta seculi, nõ amœna, nõ dele-
Eccle. 7. ctabilia, sed plena doloris & fletus sequatur. Melị est
enĩ ire in domũ luctus, q̃ in domum gaudij. Deniq; nec
H Adam de paradiso descendisset nisi delectatione dece
ptus esset. Pulchre igitur Dauid: qui periculosos homi
nes etiã ipso aspectu fuerat expertus, beatũ illum dicit
cui spes omnis in dei nomine est. Sic enĩ nõ respicit in
vanitates, & insanias falsas, si semper Christũ intẽdat:
Psal. 118. si semper Christum interioribus oculis aspiciat. Vnde
iterum ad seipsum conuersus ait: Auerte oculos meos
ne videant vanitatẽ. Vanitas circus est, quia nihil pro-
dest, vanitas est equorum velocitas, quia mendax ad sa
Eccle. 1. lutem est. vanitas theatrũ est, vanitas ludus omnis. Om
nia vanitas, inquit, ecclesiastes, quæ in hoc seculo
sunt. Deniq; qui saluus esse vult, supra mundum ascen
dat, quærat verbum apud deum, fugiat hunc mũdum,
terras relinquat. Non enim potest percipere illud qđ
est, & est semper, nisi prius hinc fugerit. Vndẽ & do-
Ioan. 4. minus volens patri deo appropinquare apostolos, ait:
I Surgite eamus hinc.

¶Quod etiã lex doceat seculũ esse fugiendũ, & deum
sequendũ. Et de absolutiõe quatuor quæstionũ se-
cũdũ mysticũ intellectũ per adaptationẽ ad diuer-
sa genera virtutũ iuxta quatuor quæ posita sunt in
lege circa vrbes ad refugia dispositas. CAP. II.

Num. 35. DOCET te etiã lex fugiẽdũ seculũ deũ sequen-
dũ. Quid enim aliud docet cũ dicit: Dispone
Iosue. 20. tis vobis ciuitates ad refugiũ, & erũt vobis re
fugia quo refugiat homicida omnis qui per-
cusserit animã inuit⁹. Et infra: Sex ciuitates ad refugia
erũt vobis, tres ciuitates dabitis trãs Iordanem, & tres
ciuitates dabitis in terra Chanaan? Aperte quidem cõ
fugientibus ob crimen homicidij, refugia ꝓposita sũt.
Sed si cõsideremus altius, quatuor sunt quæ admonẽt
ꝓfundius esse spectanda arcana lectiõis istius. Vnum,
qua ratione ex ijs ciuitatibus quæ Leuitis in portionẽ
sorte obuenerũt, sex ciuitates ad refugiũ datæ sint ho-
micidij crimine laborantibus, cur non etiã aliarũ tri-
buũ ciuitates ad hoc munus deputatæ. Secũdũ, qua ra-
tione sex numero. nõ enĩ ociosæ numerus hic præscri-
ptus videtur neq; pluriũ, neq; pauciorũ ciuitatũ. Ter-
tium, cũ tres vltra Iordanẽ ciuitates, & tres in regione
Chananæa dispositæ sint, quæ refugio peccãtib⁹ forẽt.
Quartũ, cur denumeratio & definitio tẽporis compre
hẽsa sit intra quod habitet homicida in ciuitate refu-
gij, quoad moriatur sacerdos magnus, & post mortem
K sacerdotis magni reuertatur homicida in ciuitatẽ ha-
bitatiõis suę. De singulis ergo oportet dicere, atq; eo
ordine quo proposuimus, quæsita absoluere. Cõpetẽ-
ter itaq; Leuitarũ ciuitates datas ad refugiũ, primo ex
plicandũ est. Cõgrue autẽ prouisum liquet, quia Leui
tæ fugitantes sunt mundi huius, vt placeant deo: relin-
quũt patriã, parẽtes, filios, omnẽ cognationẽ, vt adhæ
reãt vni deo. Deniq; & Abrahę dictũ est: Exi de terra Gene. 12.
tua, & de cognatiõe tua, & de domo patris tui. Sed for
te dicas: Leuita nõ erat. Sed habebat in lũbis suis Le-
uin, vt legimus ad Hebræos scriptum. Et dominus Le- Hebræ. 7.
uitis dicit cũ discipulis suis, hoc est apostolis dicit: Si Lucæ. 9.
quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tol-
lat crucẽ suã, & sequatur me, quanq̃ ad omnes iam di-
ctum sit: Vos autẽ genus electum, regale sacerdotium, 1. Petri. 2.
gens sancta, populus in adoptionem. Venit plenitudo,
reliquiæ cessarunt. Christus enĩ omnes vocauit, omni-
bus profecto patet, vt omnes sequãtur, omnibus regnũ
propositũ, & vita æterna. Ergo cui deus portio est, ni-
hil debet curare nisi deũ, ne alteri⁹ impediatur neces
sitatis munere. Qđ enim ad alia officia confertur, hoc
religiõis cultui, atque huic nostro officio decerpitur.
Hæc enĩ vera est sacerdotis fuga, abdicatio domestico
rũ, & quædam alienatio charissimorũ, vt suis se abne- L
get qui seruire deo gestit. Recte ergo fugaces fugaci-
bus cõmẽdauit ęternæ legis sanctio, vt qui hũc mundũ
obliti sunt, eos recipiant qui peccata sua condẽnantes
atq; opera, obliuionem vitæ superioris exoptẽt, & sę-
cularia quæ gesserint, abolere desiderent. Fugitãs igi-
tur est suorum sacri altaris eius minister. Vnde domi-
nus quasi princeps sacerdotũ, formã leuitis in euange-
lio dans suo dixit: Quæ est mater mea, aut qui sunt fra Mat. 12.
tres mei? Hoc est, nõ agnosco matrem, nõ recognosco
fratres, ignoro proximos. Mater mea & fratres mei ij
sunt qui audiunt verbũ dei, & faciunt. Solum ergo ver
bum dei nouit minister, cum eos nouit in quibus ope-
ratur dei verbum. Et ideo exul est mundi, fugitãs cor
poris, fugitãs passionum, qui abdicat se omnibus, vt so
lus remaneat, sicut Helias dixit: Et ego relictus sum so 3. Reg. 19.
lus. Sed non erat solus, cum quo erat Christus. Et ipse Ioan. 16.
dominus relictus est solus. Sed non sum, inquit, solus,
quoniam pater mecũ est. Est etiam illa causa, quia le-
uitæ ministri sunt dei. Et ideo ipsorum ciuitates fugiẽ
tibus homicidis per legem deputantur, quia ipsius est
diuina mandata exequi circa eos qui crimen mortale
admiserint. Nescit ecclesia publicas leges, suas nouit.
Vt dominico sacerdos obediat imperio, audi leuitam
dicentem: Tradidi huiusmodi satanæ in interitũ car- 1. Cor. 5.
nis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Chri M
sti. Percuss⁹ igitur leuitico gladio moriatur sensus car
nis in nobis, vt viuat anima nostra. Nisi enim sensus
carnis occiderit, nullus potest esse vitæ fructus ęternę.
Sex autem ciuitatũ refugia sunt ita, vt prima ciuitas sit
cognitio verbi, & ad imaginẽ ei⁹ forma viuẽdi. Qui-
cunq; eam cognitionem fuerit ingressus, tutus à pœna Ioan. 15.
est: secũdum quod & dominus ait: Iam vos mũdi estis Ioan. 17.
propter sermonem quem locutus sum vobis. Et alibi:
Hęc est autem vita æterna, vt cognoscant te solũ deum
verum, & quẽ misisti Iesum Christũ. Hæc est igitur ci-
uitas velut Metropolis, cui adiacent aliæ quinq; ciuita-
tes leuitarum. Secunda est ciuitas, consideratio diuinæ
operationis, qua creatus est mundus. Tertia ciuitas, cõ
tẽplatio potestatis regiæ, & maiestatis æternæ. Quarta
ciuitas, propitiationis diuinæ cõtuitus. Quinta ciuitas,
legis diuinæ cõtẽplatio, quæ præcipit quid faciẽdũ sit.
Sexta quoq; ciuitas, portio legis quę prescribit qd non
faciendum sit. Quanta abundantia diuinæ misericor-
diæ, quantæ diuitiæ pietatis eius, vt singulorum studia
fragilitatesq; humanæ cõditionis considerãs, quibus' &
inuiti ac reluctantes ad culpam ducimur, & nõ volũ-

A taria delicta victi illecebris frequẽter cõmittimus, di-
uersa nobis refugia ꝓponat, sex videlicet vrbium, vt
quo numero mũd⁹ format⁹ est, eodẽ numero aduersꝰ
mũdana vitia, & seculi huius naufragia remediũ ꝓui-
deretur. Primũ igitur est remediũ, vt si boni ꝓpositi vi
ro culpa irrepserit, is sine vlla cõperẽdinatione, si ipse
ctã velit habere securitatẽ, ad ipsam rerũ omniũ arcẽ
ꝓperet, vbi verbũ est dei in illo sinu patrio, id est, ar-
cano ac recessu dei, vbi est fons sapiẽtię, vnde ꝓ morte, vitę æternæ hauriat potũ immortalẽ. Secũdũ est re
mediũ, vt qui nõ potest cognitionẽ boni illi⁹ prælibare, & tardior vel ingenio est, vel fidei cõprehẽsiõe quo
niã veloci mẽtis vigore atq; ingenij acumine ad cogni
tionis summã cõtẽditur, saltẽ opa domini consideret,
atq; ex his quæ facta sunt, tãti cõtẽpletur operis autorẽ, quoniã ex his bonis quæ sunt in cõstitutione istius
creaturæ (bona enĩ valde sunt, sicut domin⁹ dixit) bonũ illud summũ atq; æternũ cõprehẽditur. Qui ordo
rerũ, quæ disciplina, quæ gratia? Nõne his q̃is tardum
ingeniũ diligere autorẽ suũ, ꝓuocatur? Etenim si parẽ
tes quia nos genuerũt, amamus: quanto magis diligere
B debemus creatorẽ parẽtũ, autorẽq; nostrũ? Ergo ope-
ratoria virt⁹ dei etsi nõ videtur, tamẽ ex suis operibus
ęstimatur, operatorẽq; opera sua produnt, vt intelli-
Ioan. 10. gatur qui nõ cõprehẽditur. Vnde & domin⁹ ait: Si mi
hi nõ creditis, vel operibus credite. Bona igitur etiam
hæc ciuitas ad refugiũ, quæ ædificatoris sui testificatur
gratiã, & affectũ nostrũ excitat, vt eius simus cupidio-
res, qui tãta nobis fabricæ huius videatur cõtulisse pul
chritudinẽ. Tertius ordo est regalis potestatis cõtem-
platio, vt subijciamur regi, si nõ deferimus tanq̃ paren
ti. Metu enĩ præsidẽtis plerũq; fit obediẽs potestati, qui
est saluti ingratus, vt necessitatẽ sobrietatis agnoscat
qui noluit ac nequiuit gratiã pietatis agnoscere. Cor-
rigit ergo necessitasq; pietas ꝓuocare debuerat. Hæ
sunt tres ciuitates trãs Iordanẽ, ꝓfectiori prudentiæ ad
refugiũ datę, vt primo culpã fugiamus inductione ani
mi conformis ad imaginẽ dei. Ita enĩ creati sumus, di-
Gene. 1. cẽte deo: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudi
nẽ nostrã. Hæc ergo primæ illius ciuitatis lex est. Dein
de si per fragilitatẽ carnis, & mũdi illecebras, ita men
tẽ nostrã formare nõ possum⁹, reuerẽtia paternę gene
rationis, & sedulitate prolis peccatũ leuemus. Charis-
1. Petri. 4 tas enĩ multitudinẽ peccatorũ operit. Qui ergo adima
ginem dei esse non potuerit, sit ad plenitudinẽ charita
Deute. 6. tis. Illa ciuitas culpã excludit, hęc soluit. Hęc denique
lex secundę ciuitatis: Diliges dominũ deũ tuũ ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.
Sed si rursus angusti animi & imminuti sunt qui abun
dantiã charitatis & gratiã recipere nõ possunt, habes
Mat. 4. tertiã ciuitatẽ, vt diuinæ potestatis formido te sobriũ
faciat, & inflectat met⁹. Et hæc lex tertia: Dominũ deũ
C tuũ adorabis, & ipsi soli seruies. Hę igitur præcipue vir
tutes, & ideo paucorũ, nõ pluriũ, supra Iordanẽ posi-
tę, vt exprimas quasi imago archetypũ, diligas quasi fi-
lius patrẽ, adores quasi subdit⁹ regẽ. Qui enim Iorda-
nẽ trãsierint, Iordanis aũt descensio eorũ dicitur, Qui
descẽderint ergo ex illis superiorib⁹ virtutib⁹ ad hęc
inferiora, id est, in quib⁹ integritas, charitas, humilitas
vacillauerit, habẽt propria homini refugia quę petãt,
vt qui obnoxij delictis, & inflexi vitijs sunt nõ volũtа-
rijs, sperẽt dominũ sibi recõciliari posse si veniã petãt,
sperẽt posse se corrigi si præcepta sequãtur cęlestiũ mã
datorũ, quib⁹ aut informamur ad innocẽtiã, aut reuo-
camur a culpa. Hæ igitur intra Iordanẽ ciuitates sequẽ
dæ sunt, vt propitiem⁹ nobis deũ, sequamur quæ iubet
vitemus quæ prohibet. Sit ergo propitiãdæ diuinitatis
ambitio, sequẽdæ præceptionis obeditio, iterdictæ præ
uaricationis cautio, quib⁹ propitiatoriã dei misericor
diã & nomotheticẽ ei⁹ prouidẽtiã vel institutorũ ob-
sequio, vel interdictorũ declinatiõe veneremur. Quar D
tum supereſt, quod ait: Quia vsq; ad illud tẽpus erit in Iosue. 20
ciuitate refugij homicida ille, donec moriatur sacer-
dos magnus. in quo secũdũ literã hæret interpretatio.
Primũ ipsa fuga sorte magis q̃ æquitate alicuius exami
nis definita, deinde in causis paribus impar euẽtus. Po-
terat enim fieri vt post homicidæ illius refugiũ sequen
ti die obiret magnus sacerdos. Quę autem sub incerto
sententia? Ergo quia hęret litera, quęramus spiritalia.
Quis est iste magnus sacerdos, nisi dei filius, verbũ dei
cuius aduocationem pro nobis habem⁹ apud patrem,
qui exors est omniũ volũtariorũ & accidentium deli
ctorũ, in quo cõsistunt omnia quę in terris sunt, & quæ
in cælo: Vinculo enĩ verbi cõstricta omnia sunt, & ei⁹
contientur potentia, & in ipso cõstãt, quoniam in ipso
creata sunt omnia, & in ipso habitat omnis plenitudo.
Et ideo omnia manent, quia dissolui illa non finit quę
ipse constringit, quoniam in eius voluntate consistũt.
Omnia enim quo ad vult suo imperio coercet & regit,
& naturali concordia ligat. Viuit igitur verbũ dei, &
maxime in animis viuit piorum, nec vnquam moritur
plenitudo diuinitatis. Nunquã enim moritur sempiter E
na diuinitas, & æterna dei virtus. Sane moritur nobis
si a nostra anima seperatur, non quo morte corrumpa
tur, sed quo dissoluatur atq; exuatur mens nostra ab
eius coniunctione. Mors enim vera est, verbi & animæ
seperatio. Deniq; statim incipit anima peccatis patere
voluntarijs.

¶Quod præmemorata virtutũ genera etiã in Aposto
lonõ adumbrata, sed expresse habeantur, vt ex di-
ctis ipsius aperte demonstratur. CAPVT III.

HABEMVS hęc genera, non adũbrata, sed
expressa, virtutũ, in Apostolo, dicente eo: Roma. 1.
ita quod in me est, promptus sum & vobis
qui Romæ estis euangelizare. Nõ enĩ eru-
besco euãgeliũ. Virtus enĩ dei est in salutem omni cre-
denti, iudeo primũ, & Græco. iustitia enim dei in eo re
uelatur, id est, in eo qui credidit. Deniq; addidit: Ex fi
de in fidem, sicut scriptũ est, iustus autem ex fide viuit,
in quo igitur iustitia dei reuelatur, nisi in eo qui cõfor
mis est imaginis dei? Habes primũ præceptũ ad imagi-
nem. Secũdum; quia intuisibilia illius per ea quæ facta
sunt intelliguntur, id est, sempiterna virtus eius & di-
uinitas operibus eius cognoscitur. hæc est operatoria
virtus. Tertium de imperiali potestate, quia verbũ dei
regale est, & iudiciale, & plenum iustitiæ sacerdotalis, F
remunerationem bonorũ actuũ, & retributionem ma
lorum venturis in iudicium suum seruans: de quibus
ait Apostolus: Scim⁹ autem quoniam iudicium dei est Roma. 2.
secundum veritatem in eos qui talia agunt. itaque qui
veritatem & iustitiam dei cognouit, non debet ea age-
re quę morte digna sint. Sequitur bonitas dei propitia
toria. vtiq; de qua dicit? An diuitias bonitatis ei⁹, & pa
tientiæ, & lõganimitatis cõtemnis? ignoras quoniã bo-
nitas dei ad pœnitentiã te adducit? id est, debet te ad-
ducere, prouocare, vt quia bonus est deus, sperare pos
sis tuorum peccatorum indulgentiam. Non vult enim
vindicare, qui est paratus ignoscere. Subtexuit etiam
legislationem, id est, nomothetricen, vt si quis conteni
platione diuinæ bonitatis resoluitur, & magis ad ne-
gligentiam q̃ ad pœnitentiam ꝓuocatur, legem sequa
tur: Quoniam & quicũq;, inquit, sine lege peccauerũt,
sine lege & peribunt: & quicũq; in lege peccauerunt, ꝓ
legem iudicabuntur. Lex autem gemina est, naturalis
& scripta. Naturalis in corde, scripta i tabulis. Omnes
ergo sub lege, sed naturali. Sed nõ est omniũ, vt vnus-
quisq; sibi sit lex. Ille autem sibi lex est, qui facit spõte
quæ legis sunt, & in corde suo scriptũ opus legis ostẽ
dit. Habes quæ bona legis sint, quæ tamen non solum

G scire vel audire perfunctoriæ, sed etiá facere debem⁹. Nõ enĩ auditores legis iusti sũt apud deũ, sed, factores legis iustificabũtur. Cognouisti etiá quę mala sint. Primũ natura ipsa boni operis magistra est. Scis nõ furãdũ, & seruũ tuũ si furtũ tibi fecerit verberas, & si quis ad vxorẽ tuã affectauerit, persequendum putas. Quod ergo í alijs reprehẽdis, ipse cõmittis? Qui prædicas nõ furãdũ, furaris? Qui dicis nõ adulterãdũ, adulteras? Secuta est etiá lex quæ data est per Moysen. Per legẽ autẽ agnitio peccati. Accepisti etiam quid declinares, & ea agis quę ꝓhibita cognoscis? Lex autem quid operatur, nisi vt omnis mũdus fieret ſubditus deo, quia nõ solũ hebræo lata est, verũ etiá aduenã vocauit, quæ non excluſit ꝓselytũ? Sed quia & lex os omniũ potuit obstruere, nõ potuit mentẽ cõuertere, ideo vltimũ remedium postremæ illi⁹ ciuitatis debebatur, í quo esset refugiũ salutare, vt mors prícipis sacerdotũ ab omni nos mor
Ioãnis.1. tis liberaret formidine, atq; exueret metu. Quis ille est, nisi de quo lectũ est: Ecce agn⁹ dei, ecce qui tollit
Roma. 3. peccata mũdi: quẽ proposuit de⁹ ꝓpitiationẽ per fidẽ in sanguinẽ ipsius ad ostẽsionẽ iustitiæ suæ? Accipe au
Psal. 109. tẽ quia ipse princeps est sacerdotũ magnus. pater iurauit de eo dicẽs: Tu es sacerdos in æternũ. Recte in æternũ, quia alij tẽporales oẽs sub peccato: hic autẽ impræ
H uaricabile habet sacerdotiũ. Oẽs sub morte, hic autem
Hebræ.7. sẽper viuẽs, quoniã qui saluare alios potest, ipse perire quẽadmodũ possit? Talis enĩ, inquit, nobis decebat. Recta elocutio. Siquidem & apud eos qui verborum & elocutionũ delectum habuerũt, huiusmodi inuenitur, dicẽte alio, loco editiore q̃ victoribus decebat. Qđ ideo nõ præterij, vt sciam⁹ quia apostol⁹ naturalibus magis q̃ vulgatis aut secũdum artem vtitur verbis. Talis ergo, inquit decebat, vt esset princeps sacerdos, iustus, sanctus, innocens, immaculatus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cęlis factus. Hoc est igi tur verbũ, quod supra cælos habitãs illuminat omnia, vnde & vnctus naturaliter legitur à deo patre: quia lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Hoc est verbum dei in quo est magnum sacerdotium, cuius Moyses in illo vestimento principis sacerdotũ indumẽta describit intelli
gibilia. quod virtute sua induit mundũ, & tanq̃ eo amI ictus fulget in omnibus. Induit etiã cognitionẽ generis humani per huius corporis susceptionẽ, & inenarrabilẽ charitatẽ, infundẽs se omnibus spiritu & plenitudine diuinitatis suæ, de cuius plenitudine omnes accepimus: vt sciamus supereminentem scientiæ charitatem Christi, & impleamur in omnẽ plenitudinẽ dei. Caput est enim omniũ Christus, ex quo totũ corpus producitur, & mutua sibi connexione coniungitur, incremẽtũ sui in ædificationẽ charitatis accipiens. Hoc est igitur
Exodi.25 verbum, quod supereminet, quod Moysi in illius arce testimonij ædificatione dicit: Immittes in arcam testimonia quæcunq; dabo tibi, & facias impositionẽ ꝓpitiatorij. Et infra: Imponens propitiatorium super arcam desuper, & imittes testimonia quæ dabo, & innotescam tibi inde, & loquar tibi desup. hoc est, inde vbi super cælos est, vbi apud patrẽ est, inde tibi loquar.

¶ Quid sit fugere seculum, cum exhortatione vt fidei suffragio subnixi accedam⁹ ad sedẽ gratiæ, hoc seculum & eius contagionem fugientes, neq; fugere erubescentes, cum gloriosum sit ita fugere, quemadmodũ ex fuga Iacob & aliorũ sanctorũ patrũ demonstratur. Et q̃ beata etiã sit fuga quam Iacob suscepit.

CAPVT IIII.

ACCEDAMVS itaq; fidei suffragio subnixi, & eius remigijs subleuati, ad illã sedẽ gratię, fugiẽtes hoc seculũ, & eius cõtagionẽ. Hoc est autẽ fugere, abstinere a peccatis, ad si militudinẽ & imaginẽ dei formã virtutũ assumere, extẽdere K
vires nostras ad imitationẽ dei secũdũ mẽsurã nostræ possibilitatis. Vir enĩ perfect⁹, imago & gloria est dei.
Vnde & domin⁹ ait: Perfecti estote, sicut & pater ve- Matth. 5.
ster qui in cęlis est, pfect⁹ est. Hoc est igitur similẽ esse dei, habere iustitiam, habere sapiẽtiã & in virtute esse pfectũ. De⁹ enĩ est sine peccato. Et ideo qui peccatũ fugit, ad imaginẽ est dei. Non est igitur dubiũ q̃ is qui à peccato est abstinẽs, fugit. Vnde & Apostol⁹ clamat:
Fugite fornicationẽ. Persequũtur enĩ nos peccatorum 1. Cor. 6.
illecebræ, persequitur libido. Sed tu fugẽ tanq̃ furiosã dominã, quæ si cõprehẽderit, nec die nec nocte requiescere sinit, exagitat, vrit, incendit. Fuge auaritiã, ne te interius cõprehẽdat. Fuge inuidiã, quæ non solũ alienos, verũ multo magis eũ quẽ possederit, lacerare cõsueuit. Fuge pfidiã. ne te suis inuoluat retibus. Vnde &
domin⁹ ait: Cũ autẽ psequẽtur vos in ciuitate ista, fu- Mat. 10.
gite in aliã. Qđ si in alia psequẽtur, vos in aliã fugite.
Amẽ dico vobis, non cõsũmabitis ciuitates Israel, donec veniat filí⁹ hoís. Eteni q̃uis ꝓpter infirmitatẽ carnis fugã nobis suadere videatur, tamẽ meli⁹ fugit qui fugit illecebrã secularẽ, vt nõ teneatur diuitiarũ suarũ solicitudine, nõ thesauri cõtẽplatione, nõ vitæ isti⁹ cupiditate, sed directa animi intẽtione festinet ad gloriã regni cælestis, ꝓperet ad coronã, nec terrenorum contuitu à sui corporis passione reuocetur. Fuga ergo L
mors est vel celebrata, vel adũbrata. Et forte illas exprimit refugij legitimi ciuitates, vt cõfugiamus ad virtutũ culmina, quas pro prẽmijs bono fœneratori alibi Luęæ. 19.
dispẽsat dicẽs: Quia in modico fidelis fuisti, eris potestatẽ habẽs super decẽ ciuitates. Sed quia legẽ impleMath. 5.
uit, qui potuit dicere: Nõ veni soluere legem, sed implere: perfectiorẽ numerũ remuneratiõis ídulget. Nõ ergo erubescam⁹ fugere. Gloriosa enim hæc fuga est, fugere à facie peccati. Sic fugit Iacob matrẽ sua dicen Genę. 27.
te. Dixit enim Rebecca: Exurgẽs fuge í Mesopotamiã. Sic fugit & Moyses à facie regis Pharao, ne eũ aula regia coinquinaret, ne irretiret potẽtia. Denique precio sius Hegypti diuitijs ęstimauit opprobrium Christi. Sic fugit etiã Dauid à facie regis Saul, à facie Absalõ, Deniq; fugiens augebat incremẽta pietatis, qui & infidiatori pepercit, & parricidę salutẽ rogauit. Sic fugit & populus Hebræorũ, vt fides eius & vita inter fluctus sibi aperiret viã. Fuga illa erat trames innocẽtiæ, virIonæ. 2.
tutis via, pietatis assumptio. Audeo dicere: Sic fugit
Ionas í Tharsis, nõ corporis fuga, sed mẽtis ascensiõe, qui vsq; ad Christi ascendit similitudinẽ, vt fieret typ⁹ M
Christi. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis í corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Nam si sic non fugisset, nunq̃ de ventre ceti esset auditus Sed si dubitas, doceat te Rebecca q̃ beata sit fuga quã susceꝑit Iacob. Suasit Rebecca: Fuge inquit, in Mesopotamiam
Et Isaac dicit: Surgens vade in Mesopotamiam in domum Bathuel. in hymnis vel oraculis à plerisq;, vt ante nos scriptum est, Bathuel sapientia dicitur: interpretatione autẽ latina, filia dei significatur. in domũ ergo sapiẽtię mittitur Iacob, & accipere admonetur vxorẽ à filiabus Laban, qui habitabat in Charris, quod significat cauernas, in quibus species est sensuum, qui sunt tanq̃ in cauernis corporis, vt visus in oculis, auditus in auribus, odoratus in naribus, in ore sapor. Qui enĩ delectatur hoc mũdo, & tripudiat in voluptatibus corporis, obnoxius est sensuum passionib⁹, atq; in his habitat & diuersatur. Vnde ei dicit Rebecca, habitando paucos dies cũ illo, nõ multo tpe, ne corporeis coloretur voluptatib⁹, & seculi capiatur illecebris. Persuadet autẽ habitare, vt discat studios⁹ disciplinę virtutes sensuũ, & velut sit⁹ quoſdã carnis atq; regiões, vt se cognoscat, & nouerit vehementiam carnis, quid & qua causa

A creatum sit, quemadmodum vnusquisque sensus ope-
Mat.5. retur. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam. Male sic videt oculus: Videat ergo oculus: & fungatur suo munere; non lubricæ mentis imperio dirigatur ad lapsum, vt vitium referat pro officio. Breue ergo tempus ad cognoscendos sensus, vel potius experiendos datur, & fortasse tenerioris adolescẽtię prima exordia: statimque reuocatur, ne diutius titubet in lubrico, & diuidua quadam inundatione corporis huius seculi mergantur animi interiora vestigia. Cum autem vel expert⁹ fuerit, vel steterit in instabili & incerto atque humido solo, reuocatur à matre patientia vel perseuerantia quæ dicit: Mittam ad tẽ, & accersam te inde. vt & illic in lubrico tutum portum inuenias sapientiæ; quę te non sinat tanquam in naufragio fluctuare, & reuerſus perseuerare circa dei creatoris cultũ, & sis in conuentu gentium significans eius fide ecclesiã gentium congregandam. His igitur patientiæ & perseuerantię instructus disciplinis, profectus Iacob copulã sibi acquisiuit de sapientiæ domo, consortem propositi, opimam dote prudẽtię, cum qua vitæ tempora sine vlla offensione transcurreret. Audito igitur thesauro sapientiæ, variarum sibi ouium instituit gregem, se dulum, rationabilẽ, virtutum plurimarum diuersitate fulgentem. Vnde & iactantia carnis eius recidit, quod significat femoris stupor, salua sacra interpretatiõe mysterij. His ergo virtutib⁹ velut gradib⁹ quibusdã mens eius ascendit in cælum, & dei secreta cognouit, & confirmatus est & repletus, vt Laban scrutans domũ eius nihil apud eum inane, nihil vacuum rẽperiret, nulla si
B mulachra, nullam effigiem vanitatis. Non enim apud eũ erat imago, sed veritas: non effigies ignauiæ, sed solida forma iustitię, & veræ virtutis expressio intelligibilis. Itaque Laban perscrutatus est domũ eius spiritalem, & non inuenit effigies. Plena enim erat non figurarum, sed negociorũ. Potuisset autẽ inuenire fundamenta virtutum & culmina, nisi cæcitatem cordis, & perfidę mentis caliginem detulisset. Deniq; ea improbitatis cæcitate suffusi mentem Sodomitæ ostium nequaq̃ sancti Loth inuenire potuerũt. Vnde enĩ mẽs im
Ioan.14. pia videre potuit viri sancti vel exitũ vel ingressũ? ipse quoq; dominus in euangelio ait: Venit enim princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Quomodo nihil inuenire potuit in eo in quo plenitudo diuinitatis habitabat, & habitabat corporaliter, de quo virt⁹ exibat & sanabat omnes? Quomodo nihil inuenire potuit in
Ioan. 20. soliditate virtutis, vbertate sapiẽtiæ, integritate iustitiæ? ipse dixisti domine: Plenus sum, ipse dixisti: Mitte
C manum tuam in lat⁹ meum, & noli esse incredul⁹, sed fidelis: Misit manum qui nõ credebat, & dominum te & deum reperit. Non ergo tu vacuus, sed ille cæcus & inanis princeps istius mundi, qui nescit nisi sua cernere, nescit nisi sua inuenire: ea quæ Christi sunt, nescit agnoscere. Aut si sic, quemadmodũ plerique habent, Nõ inueniet in me nihil, hoc, nõ inueniet in me malitiam, quia malitia nihil est. non inueniet mortuum, quia mortuus non est. Sed quomodo mortuum inueniret in eo, qui viuificat mortuos, & vocat ea quę non sunt, tanquam ea quæ sunt? Non inueniet, inquit pecca
tum in me, qui mundi peccatum abstuli. Quomodo
Ioan.16. enim nihil habet, qui omnia habet? Et quod plus est, omnia habet quæ pater habet, sicut ipse ait. Omnia quæ pater habet, mea sunt.

¶ Cur hinc fugere debeamus, & quomodo trãsire cũ Moyse vt videamus deum, calceamenta pedum soluendo. Quomodo etiam relinquere vmbram hui⁹ vitæ, & cũ sancto Dauid euolare, etsi non vt aquila, saltem vt passer, etiam si nõ ad cælum, saltem ad montes.

CAPVT V.

FVGIAMVS ergo hinc, vbi nihil est, vbi inane D
est omne quod magnificũ putatur esse, vbi & qse putat aliquid esse, nihil est, & omnino nõ est. Vidi, inquit, impiũ superexaltatũ & eleuaPsal. 36.
tum vltra cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Et tu transi sicut Dauid: transi sicut bonus seru⁹, vt dicatur tibi: Transi recũbe. Trãsi sicut Moyses, vt videas deũ Abrahã, Isaac & Iacob, & videas visũ magnũ. Sed si videre vis, solue calceamentum pedum tuorũ, solue omne vinculũ iniquitatis, solue vincula seculi, reliquę calceamẽtum quod terrenũ est. Ideo Iesus sine calceamento auro & argento Apostolos destinauit, ne secũ terrena portarẽt. Qui enim bonũ quærit, non in calceamento, sed pedũ velocitate & decore laudatur dícente scriptura: Quã specioſi pedes euangelizantiũ paEsaiæ. 52.
cem, euangelizantium bona. Solue ergo calceamentũ pedum tuorum, vt specioſi sint ad euangelizandum. Solue dixit, non liga. Solue vt transeas, & illum quem mirabaris in terra impiũ, nihil illic esse, nihil posse reperias. Transi igitur, hoc est, fuge de terris, vbi malitia
Psal.33. est, vbi auaritia. Id eo dicit tibi Dauid: Declina à malo & fac bonum. Declinare, fugere est vtiq;. Malum autem in terris, bonum in cælo est. Vnde & addidit: Inquire pacem, & sequere eam. Pax in cælo est. Denique de cælo veniens dicit: Pacem meam do vobis, pacem Ioan. 14.
relinquo vobis. Ergo quia fugienda & declinãda sunt mala, mala autem in terris, in terris iniquitates, fugiamus terrena, ne nos comprehendant iniquitates, quæ etiam sanctum comprehenderunt Dauid, sicut ip
Psal.39. se testatur dicens: Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. eo quod fumo iniquitatis oculus animæ cæcatur, ne videat quæ sunt luci- E
da. Sic ergo & Laban bona Iacob videre nõ potuit, & princeps huius mundi gloriam Christi. Sed forte dicas: Cur igitur Iacob ad Laban missus est, si Laban reprehensibilis? Si nomen consideremus, candidus dicitur Latine. ergo ad splendidiora iubetur egredi Iacob. Sed quia carnalis erat, melius intelligimus splendidiora vitæ huius. Quasi nondum peerfectus, primo ad eum vadit, apud quem ad horam exultaret in luce eius. Filios autem deteriores habebat, id est, tolerabilius nomen q̃ opera. Et ideo & matris consilio, & diuino oracuło, & ipsius Iacob amatoris disciplinæ voluntate cito deseritur ac derelinquitur. Vbi condit autem simulacra sancta Rachel, id est, ecclesia vel prudẽtia? Quæ ecclesia inanes ideas & vanas nescit simulacrorum figuras, sed veram nouit trinitatis substantiã. Denique vmbram aboleuit, splendorem gloriæ manifestauit. Relinquamus ergo vmbram, qui solem quærimus. deseramus fumũ, qui lumen sequimur. Fumus iniquitas est, quia sicut fumus oculis, sic iniquitas vtentibus ea vmbra est vitæ. Vmbra enim est nostra hæc vi- Iob. 8.
ta in terra, sicut Iob dixit. Quid autem hic nisi tentationes? Omne tempus in solicitudine, omnis vita in mo Eccle. 9.
lestijs. In medio, inquit, laqueorũ ambulabis. Et alius Psal. 141.
in via qua ambulabat, extentos sibi, sed absconditos laF
queos querebatur, ne deprehensus caderet. Volebat fugere sicut passer, sed adhuc laqueus contritus non erat. Perijt, inquit, fuga à me. Grauatas habebat pennas Ibidem.
per illam tenebrosam aquam in nubibus aeris, & fortasse euolare non poterat. Denique illas pennas quærebat accipere vt euolaret & requiesceret, sicut scriptũ. est: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo Psal. 54.
& requiescam? Vbi enim volatus ibi requies. Denique alibi dicit: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ co Psal. 67.
lumbæ deargentatæ. Sed fortasse dicas: Quomodo ergo hic dicit fugam à se perisse, qui supra dixerat: Si Psal. 138.
sumpsero pennas meas ante lucem? Nunquid contrarium est? Absit. Multa enim iustorum certamina. Nunquid semel Athleta luctatur? Quotiens post coronas

G multas vincitur? In alio certamine quotiés qui sepe vicerat, interdū fluctuat, & in incerto hæret? & sæpe fit vt fortibus fortis cōgrediatur, maioraq; oriātur certamina, vbi maiora virtū documenta. Ergo Dauid vbi fugā quærebat vt euaderet aduersariū, & non inueniebat pēnas suas, ancipiti fluctuabat certamine. Siquidē vbi in potestate habet pennas suas, titulus psalmi in finē est, id est, perfectionē & consummationē victoriæ: Deniq; quasi victor dicit: Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionē meā, & resurrectionē meā. Merito habebat facultatē volandi, qui pennas resurrectionis acceperat. Hic autem adhuc in spelunca est, id est, in carne, in antro quodam istius corporis, cū rege Saul filio duritiæ, & intelligibilis illius principis potestate decertans, qui non videtur, sed intelligitur. vnde & psalmi titulus, intellectus est, quē tamen Dauid positus in carne concluſit, sed vt concluderet rogādo meruit: Deniq; à voce precatiōis cœpit. Adde illud quod ille ex persona saluatoris psalm⁹ dicitur, iste ex persona Dauid, qui in potestate non habebat victoriam, sed sperabat à Christo, & ipse tamen posteaq; expandit ad deum manus suas tanquam pennas animæ suæ, & confugit ad dominum, & spiritussancti deductionem poposcit, quo cognosceret viam per quam posset ascendere, inclinari vidit cælos vt Christus descenderet, & rogauit vt eum leuaret manu sua. Aut forte ideo pennas suas iam non quærebat, quia perfectior factus manum Christi desiderabat. Qui vult igitur manu Christi leuari, antè ipse euolet, habeat pennas suas. Qui fugit seculum, pennas habet, etsi suas non habet: ne forte ille solus non habeat suas, qui potestatem habet volandi: si suas inquā nō habet, ab eo qui habet accipiat.

H

Psal. 54. Qui fugit ergo seculum, volat. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Euolauit ergo Dauid, sicut nicticorax in domicilio. Si autē ad Christum referas, euolauit in corporis passione, vt sub vmbra alarum suarū protegeret populos nationū. Euolauit diuinitate, mansit corpore, atq; habitauit in deserto, vt plures fierēt desertæ filij, q̄ eius quæ habebat virum. Illud ergo corpus sequamur, vt & nos resurgam⁹. Vbi enim corpus, ibi & aquilæ. Qui non potest vt aquila volare, volitet vt passer. Qui non potest ad cælum, volet ad montes, fugiat ante vallestria, quæ cito corrumpuntur humore, & ad montes transeat. Transiuit ad montes Segor nepos Abrahæ, & saluus fact⁹ est. quæ autē non potuit ascēdere affectu fœmineo reclinata, salutem amisit. Appropinquantibus montibus æternis, dominus dicit per Micheam prophetam: Surgite hinc, quia non est vobis hic refrigeratio. Propter spurcitiā corrupti estis corruptione, persecutionem passi estis. Et dominus dicit: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes. vbi mons Sion, & ciuitas pacis Hierusalem, nō terrenis, sed viuis cōstructa lapidibus, & decem milia angelorum, primitiuorum ecclesia, perfectorum spirit⁹, iustorum deus, qui in sanguine suo melius locutus est q̄ Abel. Ille enim vindictam clamauit, hic indulgentiam. Ille pecatum fratris accusat, hic peccatum mundi remisit. Ille prodidit crimē, hic texit, secūdū quod scriptum est: Beati quorum tecta sunt peccata

Mich. 2.

I

Lucæ. 21.

Psal. 31.

¶ Qua ratione volens fugere, velociter & diligēter fugere debeat: quo etiam fugiendum sit, & ad quod bonum animas nostras erigere debeamus. CAP VI.

SED qui fugit, velociter fugiat, ne comprehendatur. Velociter deprædetur hūc mūdum, vt Hæbreus Egyptum. Qui parturit, parturiat; ne onusto & degrauato iniquitatibus mentis vtero fugere non possit: & fugiat non quasi lactantē ferens, sed quasi expeditū: non paruulū gestans, sed perfectum in Christo exhibens: fugiat nō quasi feriatus in sabbato, sed tanquam operarius in negocio, nec tanquam sterilis in frigore, sed tanquam opimus in messe. Ideo enim dictum est: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Fuga ergo hæc fœcunda virtutum est, non effœta meritorum. Fuga hæc nescit frigus timoris, tremorem mortis, contractionem solicitudinis, dissolutionis ocium, lasciuiæ ferias, torporem lentitudinis, sed vitæ cælestis requirit impigrū viatorem, regni superioris competitorem strenuum, diuitē agricolā, qui fruct⁹ suos cogat, & cogēdo diripiat. Quid enim aliud à te ô homo quæritur, nisi vt timeas dominū, requiras eū, post ipsum ambules, cōprehendas vias eius? In quo, inquit, cōprehendā dominū? Si comprehendam in holocaustis? Non in decem milibus hœdorum, non in milibus arietum: non in fructibus impietatis reconciliatur dominus, & peccata redimuntur, sed in bona vita domini gratia comprehendi tur. Renunciatum est, inquit, tibi homo quid sit bonū, aut quid dominus requirat à te. Quid aliud nisi vt facias iustitiam, & diligas misericordiam, & paratus sis ire cum domino deo tuo? Dicit ergo euangelium: Surgite, eamus hinc. Dicit tibi lex: Post dominum deum tuū ambulabis. Didicisti quomodo hinc fugias: quid moraris? Dicit tibi euangelium iterum: Progenies viperarum, quis vobis demonstrauit fugere ab ira ventura? Et dicit hoc illis qui veniebāt ad baptismū pœnitentiæ. Ergo pœnitentia fuga est bona. Gratia dei fuga est bona, in qua est assumptio fugientis. Desertum fuga est bona, ad quod fugit Helias. Helisæus, Ioannes baptista. Fugit Helias mulierem Iezabel, id est, effusionem vanitatis, & fugit ad montem Oreb, quod significat exiccationem, vt siccaretur in eo carnalis pro fluuium vanitatis, & cognosceret plenius deum. Erat enim ad torrētē Chorrad, quod est cognitio, vbi abū dantiam profluentem diuinæ cognitionis hauriret, ita fugiens seculum, vt nec cibum corporis huius exquireret, nisi quem aues detulissent ministræ, quanquam esca eius plerunque terrena non fuerit. Denique quadraginta diebus in virtute escæ quam acceperat, ambulabat. Vtique non mulierem fugiebat propheta tantus, sed seculum. An mortem timebat qui se obtulerat requirenti, & qui dicebat ad dominum: Recipe animā meam? tædium vitæ istius sustinens, non cupiditatem: sed fugiebat secularem illecebram, & conuersationis maculosæ contagionem, & impiæ ac præuaricatricis nationis sacrilegia. Salomon quoque in mulieris illius specie corruptelam seculi huius exponit, & meretricias artes declinandas edocet. Hęc est mulier aliena & fornicaria, à qua te vt custodias adhortatur. Ne declines in vias seculi cor tuum, sed colloces illud in manu domini, in qua est cor regis. Qui enim seipsum regit, M quod pluris est quam alijs imperare, cor eius in manu dei est, & quo deus vult conuertit illud. Non mirum si conuertit in bonum, qui perfectæ bonitatis est. In manu ergo dei sumus, vt bonum queramus, illud bonum incorruptibile atque incommutabile, de quo dicit. Amos propheta: Exquirite bonum, & non malignum, vt viuatis, & sic erit vobiscum dominus deus omnipotens. Quomodo dixistis: Odio habuimus mala, & dilexim⁹ bona? Vbi ergo bonus de⁹, ibi bona sunt quæ desiderauit videre Dauid, & visurum se credidit, sicut ipse ait, Credo videre bona domini in terra viuentiū. Illa enim bona sunt quæ manent semper, quæ non queunt temporis vel ætatis mutatione corrumpi. In illis bonis est qui deū quæsierit & inuenerit. Vbi enim cor hominis, ibi & thesaurus eius est. Non enim solet bonum datum deprecantibus dominus denegare. Ergo quia bonus dominus est, & maxime sustinentibus se bonus est, ipsi adhæreamus, cum ipso simus tota anima nostra, toto corde, tota virtute, vt simus in lumine

K

Deut. 10.

Ioan. 14.

Matth. 3.

3. Reg. 19.

L

Psal. 26.

Matth. 6.

A in lumine eius, & videamus eius gloriam, & delectationis supernæ fruamur gratia. Ad illud igitur bonū erigamus animas nostras, vt in illo simus, atq; in ipso viuamus. Ipsi adhæreamus, quod est supra omnem mentem, & omnem considerationem, & pace vtitur perpetua ac tranquillitate. Pax autem supra omnem mētem est, & supra omnem sensum. Hoc est bonum quod penetrat omnia, & omnes in ipso viuimus, atq; ex ipso pē demus. Ipsum autem supra se nihil habet, sed est diuinum. Nemo enim bonus nisi vnus deus. Quod ergo bonum, diuinum: & quod diuinum, bonum. Et ideo dicitur: Aperiente te manum, implebuntur omnia bonita te. Per bonitatem enim dei nobis vniuersa tribuuntur, merito bona, quibus nihil admixtum est mali. Hæc bona promittit scriptura fidelibus, dicēs: Quæ bona sunt terræ, manducabitis. Boni ergo illius similes simus, vt quæ bona sunt adipiscamur. Bonum quod est, sine iniquitate est, sine dolo, sine asperitate, cum gratia, cum pieate; cum syncerītate & beneuolentia, charitate, iustitia. Itaque omnes virtutes bonitas tanquam mater fœcunda amplectitur.

Mar. 10.

Psal. 103.

¶ Quod non mediocris sit causa cur hinc fugere debeamus. Quodq; nō impigre malitia huius seculi fugienda sit. Et quid sit hinc fugere. Cur etiam malitia in terris versetur & sæuiat. Qua preterea ratione dominus Iesus vindictam diaboli autoris malitiæ distulerit, neque eadem sententia in ipsum & in hominem dicta sit CAPVT VII.

B

EST igitur non mediocris causa cur hinc fugere debeamus, vt perueniamus à malis ad bona, ab incertis ad fidelia & plena veritatis, à morte ad vitam. Ipse quoq; dominus dicendo: Posui ante te bonum & malum, vitam & mortem: demōstrauit quia bonum vita est, sed æterna. Si enim hæc obnoxia seculo, atq; eius malignitati: vtiq; illa est bona, quæ non corrumpitur & mutatur, quæ nullo vitio degenerat, quæ virtute acquiritur. Fugiamus ergo malitiā seculi huius, in quo ipsi dies, inquit, mali sunt & fugiamus impigre. Ideoq; Esaias clamat: Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta; id est, non corporis sed animæ genua cōualescite, vt directum ad cæli altissima mentis vestigiū possit attolli, vt sit doctrina solidor, vita maturior, gratia plenior, prudētia circūspectior. Hoc est enī fugere, scire quo tēdas, ableua re se à seculo, ableuare se à corpore, ne iterū frustra se aliquis extollat, & inflata mēte carnis suæ nō teneat caput, & dicatur de his: Fugerūt, & nō viderūt. Sed hoc est fugere hinc, mori elemētis istius mūdi, abscondere vitā i deo, declinare corruptiones, nō attaminare cupiditates, nescire quæ sunt mūdi istius, qui nobis varios gignit dolores, exinanit cū repleuerit, cū exinaniuerit replet. Et hæc omnia inania & vacua, in quibus nullus solidus est fructus. Mortuus est dies, & nihil habet, quia nō est in deū dies: & ideo insipiēs, quia sapiētia cultura est dei: abstinere aūt à malis, disciplina est.

C

Quis ergo non fugiat malitiæ locum, officinā improbitatis quæ interire nesciat? Deniq; non ociose signum positū est supra Cain, ne quis eū occideret, vt significaretur quod nō extinguatur & auferatur à terris malitia. Timēbat Cain ne occideretur, quia fugere nescie bat. Augetur enī & cumulatur ipso vsu malitia, & est sine moderatione, sine fine, dolo & fraude decernens, quæ factis suis proditur, & sanguine perēptorū, sicut & Cain, proditus est: Versatur itaq; in terris malitia, & ideo rogamus voluntatē dei fieri in terris sicut & in cælis, vt & hic sit innocentia. Itaq; malitia quoniā illic iā locū nō habet, hic circuit, hic sæuit, sęseq; infundit, nō mūdano illo mersa diluuio, nō Sodomitano exusta incēdio. Deniq; grauius postea in seminarijs pullulauit, vsq; in ipsum parricidales ac sacrilegas iniiciēs manus vniuersorum autorem salutis. Lex factum damnat, nō aufert malitiam. Ipse dominus Iesus peccatum donauit*, autorē eius distulit, vt esset per quē iusti probarē tur. Etenim quia malū deus non fecit, sed nequitia diaboli inseruit: vindictā deus distulit, vt ab ipsis quos deceperat, diabolus vinceretur. Exercentur ergo decepti vt & preciū luant facilitatis, & sumant studia virtutis, industriam cautionis. Vnde ait: Estote astuti sicut serpentes. Quare sicut serpentes? Vt & ille spolietur suo, & qui alios exuere voluit, amittat quæ sunt ipsius. non venena, sed merita naturæ. Deniq; deijcitur ille, cū tu ascenderis. Scriptum est enim: Videbā satanā sicut fulgur cadentem de cælo. Non fulgur, inquit, sed sicut fulgur, quia suum lumen amisit, quod habebat antequam tibi tuum lumen vellet auferre. Verum forte dicas quia & de saluatore legimus quia sicut fulgur coruscans de sub cælo, ita erit & aduētus filij hominis. Bene & hic sicut fulgur, quia hic supra fulgur. Deniq; fulgur de sub cælo, lumen autem verum supra cælum. Ergo satānas sicut fulgur, quia amisit quod habuit, tu autē recepisti quod amiseras. Nō enī ita circa illū sicut circa te soluta est sentētia. Nā Christi gratia quæ te soluit, illū adstrinxit. Manet enī maledictio directa in serpentem propter tuam deceptionem. Sic enim dictū est ad eum: Maledictus tu ab omnibus pecoribus terræ. Omnium enim cōmunis inimicus est, qui fuit hostis bonorum, & pro ijs damnatur quos adhuc non læserat: quoniam qui hominē læsit, cui illa omnia subiecta sunt, læsit omnia. Cōmunem etenim legem soluit, qua & ipse homini cum cæteris subditus est: ideo communi odio omnium atq; execratione maledictio eius oneratur. Genus autem dānationis, non mors sed pœna diuturna est. Super pectus, inquit, tuum & ventrem ambulabis. Premēda enim fuit noxia conscientia, & proterenda malitia, fraudulentumq; secretum tanquā à dei facie relegandum: simul ostenditur quod terrena malitia sit, quæ in terrā recuruetur. Deniq; addidit: Et terram edes omnes dies vitæ tuæ. Describi quidem his natura serpentis videtur, sed magis omne vas malitiæ describitur, omnis serpens improbabitis, qui in ventrē se deijcit, atque intra se venenum suum claudit, & int⁹ in pectore suo voluit, cogitationibus suis lubricus, & super fraudes suas ambulās, suis dolis se ipse implicās, mouens semper atq; exagitans sua venena cum cogitat, ventrem quoq; hoc est, seminarium cordis sui proferens. Vnde pulchre Dauid ait: Alienati sunt peccatores ab vtero, errauerunt à vētre, locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinē serpētis, sicut aspidis surdæ & obstruentis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici, cum incantatur à sapiēte. Propter hoc etiā illud pulchre dictū videtur quod in libro prophetico legimus: Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. quia ibi est malitia, vbi debet esse innocentia. & illud plus laborat quod in nobis debet esse trāquillus, atq; id nequitiæ vestigijs proculcatur, stimulatur vnguibus, processu quodam improbitatis incrementoq; concutitur, vbi est genitale semīnium posteritatis æternæ. Videtur quidem hoc ad id esse referēdū quod dolebat perisse quos creauit filios & suscepit, sed multo magis quod in ventre suo verbi seminariū non habebāt. Ideo ventrē suum dicit, quasi preciosissimum. Preciosus enim mentis vterus est, in quo fœcunda seges consiliorum verbi semine pullulare consueuit, & vitæ totius solent atq; virtutum ac disciplinarum quædam membra formari. Sed vt reuertamur ad propositum, quod malitiam deus reprimendam, interimq; abolendam putauerit, ait ad serpentē: Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem, & semē tuū & semē mulieris. Ipsa tibi seruabit caput, & tu

D

* dānauit

Matth. 10

Lucæ. 10.

Lucæ. 17.

E

Gene. 3.

F

Psal. 57.

Hiere. 4.

Gene. 3.

illius calcaneum. Vbi inimicitiæ sunt, discordia est, nocendiq; studiũ, vbi nocẽdi studiũ, ibi malitia ponitur. Ergo discordię inter serpẽtem & mulierẽ, discordiæ malitia subest. Nõ est ergo sublata malitia. Denicq; seruatum est serpenti vt calcaneũ mulieris & seminis eius obseruet, quo noceat, & venenũ suũ infundat. Non ergo ambulemus in terrenis, & serpẽs nobis nocere non potest. Sumamus euangelicũ calceamẽtum quo venenum serpẽtis excluditur, morsus eius hebetatur, vt simus calceati pedes in euangeliũ. Et fortasse ideo Moyses iubetur soluere calceamẽtum pedũ suorum, vt sumeret calceamentum euangelij, vel quia nõ Moysi, id est, nõ prophetis, sed Apostolis prędicatio euãgelij debebatur. Ea est quã supra diximus, dicta in serpentem sentẽtia, in hominẽ quoq; cuiusmodi dicta sit, considere mus. Maledictus est ille qui autor est culpæ, sed non maledictus est iste qui aliena fraude deceptus est: tamen quia non seruauit mandatũ dei, operũ suorum labore dãnatur. Maledicitur sane terra, sed in operibus peccatoris, & maledicitur donec resoluetur in terrã. Ideo ergo deus susceptit carnẽ, vt maledictũ carnis peccatricis aboleret, & factꝰ est ꝓ nobis maledictũ, vt benedictio absorberet maledictionẽ, integritas peccatũ, indulgẽtia sententiã, vita mortẽ. Susceptit enim & mortem, vt impleretur sentẽtia, satisfieret iudicato per maledictũ carnis peccatricis vsq; ad mortẽ. Nihil ergo factum est contra sententiam dei, cum sit diuinæ cõditio impleta sentẽtiæ. Maledictũ enim vsq; ad mortẽ, post
H mortem autẽ gratia. Mortui ergo seculo sumus, quid adhuc seculo deseruimus? Mortui sumus cum Christo, quid adhuc vitæ huius actus requirimꝰ. Mortem enim Christi in corpore nostro circunferimus, vt & vita Christi in nobis manifestetur. Non ergo iã nostrã illã vitam, sed Christi vitam viuimus, vitam innocentiæ, vitam castimoniæ, vitam simplicitatis, omniumq; virtutum. Cum Christo resurreximus, in ipso viuamus, in ipso ascẽdamus, vt serpens calcaneum nostrũ quod vulneret, in terrenis reperire non possit.

¶Quomodo hinc animo fugere possimus, etsi corpore retineamur. Quod etiã hinc quia tẽpus breue est fugiamus, ne cũ prætereunte figura mundi opera nostra, nosq; ipsi prætereamus: quod si cauere velimus, mandata dei non prætereamus, neq; disciplinæ alicuius profectũ, quemadmodum Ioseph fecit, & in Sara ostenditur, & sic Iacob executus est. CAP. VIII.

I FVGIAMVS hinc. Potes animo fugere, etsi retineris corpore. Potes & hic esse, & adesse ad dominũ, si illi adhæreat aia tua, si post ipsum cogitationibꝰ tuis ambules, si fide nõ specie vias eius sequaris, si ad ipsum confugias. Est enim refugiũ & virtus, cui dicit Dauid: Ad te cõfugi, & nõ sum deceptus. Ergo quia deus refugium, deus aũt in cælo, & supra cælos: vtiq; hinc illo cõfugiẽdum est, vbi pax vbi requies ab operibꝰ, vbi epulemur sabbatũ magnũ, sicut dixit Moyses: Et erũt sabbata terræ vobis escæ. Epulatoriũ enim & plenũ iucunditatis & trãquillitatis est, requiescere in deo, & eius delectatione videre. Qui ergo confugimus ad deum, ad mundum reuertemur? Qui peccato mortui sumus, peccata repetemus? Qui renũciauimus seculo & vsui eius, iterum in luto eius hærebimus? Fugiamus hinc, quia tem-
1. Cor. 7. pus breue est. Audi quomodo fugias. Et qui habent vxores, ita sint ac si non habeant: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui hoc mũdo vtuntur, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Non ergo cum prætereunte figura mundi opera nostra prætereant, ne etiam ipsi prætereamus, sed maneamus in veritate. Si maneamus in Christo, manemus in veritate, & cũ eo manebimus, & K
non prætereb imus, sed dicemus: Benedictio domini Psal. 128.
super vos, benedixim us vobis in nomine domini. Qui enim prætereunt, nõ possunt dicere, quia nõ dixerũt prætereuntes viam: benedictio domini super vos, quẽ admodum dixit propheta. Itaque si volumus non prætirire opera nostra, non prætereamus mandata dei, nõ prætereamus requirendi Iesu domini diligẽtiam, emerendi eius gratiam. Non præteriuit eum illa mulier quæ vsque pharisæi domum ingressa, in qua Christus Lucæ. 7.
recumbebat, in pedes eius superfudit vnguẽtum. Non prætereamus disciplinæ alicuius profectum, sicut etiã Ioseph adolescentulus nõ præteriuit, quia fratres suos requirebat, & ad eum festinabat locum in quo pascebant oues, & cum cognouisset quia in Dothaim sunt, perrexit eo. Significatur autẽ illo verbo Dothaim, defectus idoneus, id est, vanarum opinionũ defectus non mediocris, sed perfectus & plenus, in quo profectꝰ est animæ. Sapiens enim quando monuit addidit: Deficiunt enim seculares opiniones, quæ mulieribus infirmis comparantur. Vnde pulchre quo ostenderetur. Sara ad profectum venisse vt generaret risum & lætitiam. Defecerunt, inquit, Saræ fieri muliebria. Bona Gene. 18.
ergo defectio cupiditatum, defectio vanitatis, quia veritatis adiectio est. Vnde & sanctus Dauid ait: Defecit Psal. 118.
in salutare tuum anima mea. Paritura enim erat quæ concesserat & promiserat deus, paritura lætitiam, & sobriam illam iucũditatis ebrietatem, paritura ante expectatum ingenium celeritate partus, fœta sapientiæ. Denique & de alijs Hebræis mulieribus habes quia Hebrææ prius pariũt q̃ veniãt obstetrices, eo quod ani Exodi. 1.
mæ iustorum non expectent artes & disciplinas propter inuentionum genera, nec requirant adiumẽta ge L
nerandi, sed sponte partus suos fundant, expectationẽ que præueniant. Nec minus impiger ad inueniendum q̃ ad exequendum Iacob, cui cum mater dixisset vt inferret patri escas, definitionũ genera suppetisse cernimus. Nam & cito inuenit, & inuentorum suorum autorem testificatus est deum, in quo & diligentiæ palma, & ingenij sanctificatur vbertas. Prima ergo definitio in inuentione. Quod inuenitur, quæritur: & quod quæritur, temporis est: quod temporis est, vtique diligentiæ est. Ingenium igitur diuini est muneris, quod autem diuini muneris, hoc naturæ. Ingenium ergo naturæ est, inuentio diligentiæ, Illud sine tempore, hoc indiget tempore. Ideoque illud in tempore præsto est, hoc in spatio temporis inuestigatur. Illud supra nos, M
hoc vero ad nos refertur. Quærenti igitur patri cibum verbi, Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Talem cibum quærebat Isaac, Talem cibũ Mat. 4.
esuriuit Petrus, quando vidit crediturꝰ gentilis populi mysteria, Esau prẽsto non habuit cibum spiritalis & velocioris ingenij. Dum ille venatur & quærit, & prędarũ atque agrestem sermonem suggerere parat, prœuenit Iacob celeri inuentione, & miti & prope domestica responsione suaue verbum ministrans, quo eũ mulceret ac delectaret. Vnde miratus pater ait: Quid Gene. 27.
est hoc, quod tam cito inuenire potuisti fili mi? Respõdit Iacob: Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas. Prima definitio in interrogatione est, secunda in responso. Plena igitur omnia reperiens pater quæ erant vel ingenij vel diligentiæ, definitionis consummationem conclusit dicens: Ecce odor filij mei tanquam odor agri pleni, cui benedixit dominus. Ager enim & naturale habet fertilitatis ingenium, & culturæ diligentiam temporalem: meritoque in eo est plenitudo, cui vtrunque non deest simul. Cum addiderit, quem benedixit dominus, videtur naturę gratiam prætulisse inuentionis labori. Et confirmauit Esau dicens: Iuste vocatum est nomen illius Iacob. Supplantauit

A enim me iam bis, & primogenita mea accepit: Sed forte dicas: In quo moram fecit, qui ad venationem a patre missus est? Sed considera quia & pater pronũciauit quia paratum habere non posset quod spiritaliter petebatur, & ideo quia deficiebat ingenio, vel diligentiæ subsidium vt adiungeret exigebat. Celeritatis quoque admonet qui ait: Cape arcum & sagittam. Accepit tamen & diligentiæ fructum, qui agnoscit superius, & sui ingenii munus. Nec immerito domesticos cibos detulit, qui de domesticis seminis sui sapientiæ sibi acquisiuit copulam. Bona autem diligentia cum sapientia, & inuentio cum ingenio naturali. Denique habens in promptu sapientiæ copulam sanctus Isaac, deambulabat in campo, immo abalienabatur. Et nos primo sapientiæ copulemur, sic exeamus in campum quærere & inuenire cupientes. Multi enim sine sapientia male quærunt. Et ideo Cain quia non acceperat a deo prudentiam, male quæsiuit, male exiuit in campum. Abel bene, qui perfectum sacrificii munus impleuit. Bonum enim sapientiæ sacrificium, bona est hostia fides, & omnis virtus. Denicq; sapientia interfecit suas hostias, Prou. 9.
& miscuit in cratere vinum suum. Et ideo vt insipiẽtibus gentilibus potum fidei daret, ad creatorem suum
B conuocauit eos, dicens: Qui est insipiens, diuertat ad me. Et egentibus sensu dixit: Venite & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis. De hoc cratere Plato in suos libros transferendum putauit, ad cuius potum vocauit animas, sed eas explere nesciuit, qui potum non fidei, sed perfidię ministrabat.

¶De exhortatione quod hinc fugiamus, sicut fugit de patria sanctꝰ Iob, & sicut cerui fugiũt ad fontes aquarũ, quos & Dauid sitiebat. Quis quoque sit iste fons, & quid hũc fontẽ desiderãs facere debeat, exemplo Susannę. Quomodo etiam sicut Paulus & Loth fugerunt, nos fugere debeamus. Quibus prẽterea modis quis bene fugere possit. Caput. IX.

FVGIAMVS hinc, sicut fugit de patria sanctꝰ Iacob. Sciebat enim verã patriã esse superiorẽ. Fugiamus sicut cerui ad fontes aquarũ, quos sitiebat Dauid. Sitiat & anima nostra. Quis est ille fons? Audi dicentẽ: Quoniã apud te Psal. 35.
est fons vitę. Huic fonti dicat anima mea: Quando veniã & parebo ante faciẽ tuam? Fons enim deus est. Sed
C qui hunc fontem desiderat, effundat super se animam suam, vt nihil possessioni carnis relinquat, sed vbique anima superfluat. Pulchre eam effudit Susanna, vt enaporare in ea non possent incẽdia corporis, mortis formidines, vitæ cupiditates. Effusa super ipsam anima, omne restinxit carnale desiderium, seculare studium. Quæ etiam prodigiosorum senum & impudentiũ presbyterorum non potuit flammas restinguere, nisi in his libid inis profluuium redundasset. A quibus cum interdeturcalumnia si assensus negaretur adulterio, infge Dan. 13.
muit Susanna, & dixit: Angustię mihi asunt vndique. Si enim hoc fecero, morte ęterna peribo. si autem non fecero, non effugiam manus vestras. Melius tamen iudicauit crimen poti ꝰ fugere, q̃ periculũ. Plorauit itaq; cum crimen obijceretur, plorauit cum sibi de pudica & casta adulteri iudicium vendicarent, non mortẽ deplorans, sed castitatis calumniam. Religionis iniuriam plorauit, & effudit super se non corpus, sed animam. Effudisset enim corpus, si carnalibus acquieuisset. Denique cum morte damnaretur, exclamauit quasi iudex reorum, arbitra calumniantium: & in innocentis conscientię autoritate diuinam sibi in iudicium accersiuit cognitionem, non timore mortis percita, sed arguentis censurę potestate prœcelsa. Susanna ergo fugit secu lum, & se deo credidit, ad illam ciuitatis ęternæ fugiens, quæ totum mundum complectitur, quoniam intra deũ sunt omnia. Fugit & Paulus, vt euaderet per 1. Cor. 11.
fenestram in sporta demissus. Spartum enim triplex Eccle. 4.
corrumpi non potse nouerat. Sed fugit vt euangelium D
domini toto orbe prędicaret: & ideo in paradisum raptus est. Et nos fugiamus per fenestram, audientes prę cepta domini, & visu sobrio, atque oculorum castitate seruantes. Fugiamus sicut Loth Sodomitana crimina amplius q̃ supplicia formidans. Magis enim pius certa scelerum fugit contagia, qui Sodomitanus domũ clausit, nec cohabitans, nec cogitans eos, quorum flagitia nesciebat, & opprobria auersabatur: nec fugiens respexit eos, quorum conuersationes non desiderabat. Fugit ergo sicut Loth, qui renunciat vitijs, abdicat se iñcolarum moribus, qui post se non respicit, qui superiorem illam ciuitatem ingreditur introitu cogitationum suarũ, nec recedit ex ea donec moriatur princeps sacerdotũ, q̃ tulit peccatũ mũdi. Mortuus q̃dẽ semel est, sed moriatur vnicuiq; q̃ baptizatur i morte Christi, vt Roma. 6.
consepeliamur cũ eo, & resurgamus cum eo, & in nouitate vitæ illiꝰ ambulemꝰ. Bene fugis, si cor tuũ nõ imitetur peccatorum consilia, cogitationes eorum. Bene fugis, si oculꝰ tuus fugiat calices & phialas, ne fiat libidinosus dum moratur in vino, si oculus tuus aliena declinet, vt lingua tua veritatem custodiat. Bene fugis, si non respondeas imprudenti ad imptudentiam illius. Bene fugis, si auferas gressum pedum tuorum ex ore insipientium. Cito enim malis ducibus erratur. Sed si vis bene fugere, lõge fac vias tuas ab eorum sermonibus. Mortuus est tibi princeps sacerdotum, tibi cruci-
E fixus est, vt clauis eius adhæreas. Te enĩ in illa carne & tua peccata susceptit, affixa sunt in patibulo tuorum delictorum chirographa, vt iam mundo nihil debeas, cui semel renunciasti. Et recte nihil debes, cui suppetit dicere. Mihi enim mundus crucifixus est, & ego mundo, vt iam mortem non timeas, si geras Christum, in quo potes dicere, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Etenim cum vetus homo noster affixus est cruci destructum est peccatum, obtusus aculeus, vacuata culpa, vt vlterius seruire flagitijs desinamꝰ. Abijt enim vetus homo in nobis. Nunc autem iam non vetꝰ homo in nobis, sed noua est creatura, habẽs i se similitudinem Christi, cuius mortis similitudini consepulti, imaginem vitę eius assumpsimus, alas gratię spiritalis accepimus. Sic igitur volate, vt dicatur de vobis: Qui sunt isti qui vt nubes volant, & sicut columbę cũ pullis suis? vt nebulæ vestræ rorent iustitiam, & columbæ pariant simplicitatem. Sic nauigate quasi transfretantes mundum, non pererrantes, quasi naues Tharsis, vt ad intelligibiles portus cursum dirigatis, & conuehatis diuitias maris. Sic festinate vt dicatur de vobis: Leues facti sunt super aquilas. Ab ira enim ventura fugiendũ F
videtis, quam declinare poterunt qui per pœnitentiã sibi spem locauerint euadendi, & reconciliationis futuræ fidem hauserint, per dominum nostrum, cui regnum est a seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE BONO MORTIS.

De causa facilitatis scribẽdi de bono mortis, & qua rãtione mors bona vel mala videri possit, cum argumento ex descriptione vitę & mortis accepto, quo mors dicenda videatur mala. Caput I.

De tribus mortis generibus. Et quod mors tertia quæ est animæ & corporis secessio, cũ omnes absoluat, paucos delectet. Quodq; hoc nõ eius sit vitium, sed

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE BONO MORTIS LIBER VNVS.

¶De cauſſa facilitatis ſcribẽdi de bono mortis,& qua ratione mors bona vel mala videri poſsit, cum argumento ex deſcriptione vitæ & mortis accepto, quo mors dicenda videatur mala. CAPVT I.

QVONIAM de anima ſuperiore libro ſermonem aliquẽ cõtexuimus, facilioré viã putamus de bono mortis conficere aliquid. Quæ ſi animæ noceat, malum videri poteſt. ſi nihil autem officiat animę, ne malum quidem. Quod autem malum non eſt, id etiam bonum: quoniam quod vitioſum, id malum. quod autem vitio caret, id bonum: ideoque bona malis contraria ſunt, & mala bonis. Denique innocentia eſt vbi nõ eſt nocendi voluntas, & noxius dicitur qui non ſit innoxius, miſericors qui remittat, immiſericors qui ignoſcere atq; inflecti neſciat. Sed forte aliquis aſserit: Quid tam contrarium q̃ vita morti? Si ergo vita bona putatur, quomodo mors non eſt mala? Et ideo quid ſit vita, quid etiã mors, conſideremus. Vita eſt ſpirandi munere frui, mors priuari. Hoc autẽ ſpirandi munus apud pleroſque in bonis ducitur. Hoc eſt ergo vita, frui bonis: mors cõtra, bonis exui. Et ſcriptura dicit: Ecce dedi ante faciem tuã vitam & mortem, bonũ & malum. vitam bonum appellans, mortẽ malũ, & illa ſibi priora, & hæc ſibi conferens. Denique vt lectionis diuinæ exemplo vtamur, in paradiſo eſt poſitus homo, vt ederet de ligno vitæ, & ceteris paradiſi lignis, de ligno autem in quo eſset cognitio boni & mali, nõ ederet: qua die autem ederet, morte moreretur. Non ſeruauit præceptũ, & caruit fructu, atque eiectus de paradiſo mortem guſtauit. Malum igitur mors, quæ præcio damnationis infertur.

¶De tribus mortis generibus. Et quod mors tertia, quæ eſt animæ & corporis ſeceſsio, cum omnes abſoluat, paucos delectet. Quodque hoc non eius ſit vitium, ſed noſtræ infirmitatis, qui delectatione vitæ iſtius capimur: in qua cũ plus ſit amaritudinis q̃ voluptatis, mors quæ eſt finis illius, bona eſt, nec vita iſta tantopere deſideranda. CAPVT II.

SED MORTIS tria ſunt genera. Vna mors peccati eſt, de qua ſcriptũ eſt: Anima quæ peccat, ipſa morietur. Alia mors myſtica, quãdo quis peccato moritur, & deo viuit, de qua ait idem Apoſtolus: Conſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmum in mortem. Tertia mors qua curſum vitæ huius & munus explemus, id eſt, animæ corporisq; ſeceſsio. Aduertimus igitur quod vna mors ſit mala, ſi propter peccatum moriamur: alia mors bona ſit, qua is qui fuerit mortuus, iuſtificatus eſt à peccato. Tertia mors media ſit. Nam & bona iuſtis videtur, & pleriſque metuenda. Quæ cum abſoluat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis eſt vitium, ſed noſtræ infirmitatis, qui voluptate corporis & delectatione vitæ iſtius capimur, & curſum hunc conſummare trepidamus, in quo plus amaritudinis q̃ voluptatis eſt. An non ſancti ac ſapientes viri, qui longæuitatẽ peregrinationis huius ingemiſcebant, diſsolui & cum Chriſto eſse pulchrius eſtimantes, denique diem generationis ſuæ execrabantur, ſicut ille qui ait: Pereat dies illa in qua natus ſum? Quid enim eſt quo hæc vita delectatur, plena eruminarũ & ſolicitudinum, in qua innumeræ calumniæ, & multæ moleſtię, & multæ lachrymę eorum qui afflictantur moleſtijs, & nõ eſt, inquit, qui eos conſoletur? Et ideo laudat Eccleſiaſtes defunctos magis q̃ viuentes. Et optimus, inquit, ſupra hos duos qui nondum natus eſt, qui non vidit hoc malum. Et alibi idem Eccleſiaſtes meliorẽ longæuo viro aſserunt, quẽ abortu eiecit mater ſua, quia non vidit hæc mala quæ fiunt in hoc mundo, nec in has venit tenebras, nec in vanitate ambulauit ſeculi, & ideo requiẽ hic magis habebit qui in hanc vitã non venit, q̃ ille qui venit. Quid enim boni eſt homini in hac vita, qui in vmbra viuit, nec expleri poteſt cupiditatibus ſuis? Et ſi repleatur diuitijs, fructum quietis amittit, quia cogitur cuſtodire quod miſera auiditate quæſierit, vt miſerius eas poſsideat cui prodeſse non poterunt. Quid enim miſerius q̃ vt cuſtodia torqueat, quarum abundantia nihil profit? Itaque ſi plena oneris vita, vtique finis eius alleuamentũ eſt. Alleuamentũ autem bonũ mors, mors autẽ finis. Mors igitur bonũ eſt. Neque enim aliter gauiſus eſt & Symeon, qui reſponſum acceperat non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtũ domini: & cum eum parentes in templum ducerent, ſuſcepit manibus ſuis, & dixit: Nunc dimittis domine ſeruũ tuum in pace, quaſi neceſsitate quadam teneretur in hac vita, non voluntate. Ita dimitti petit quaſi à vinculis quibuſdam ad libertatẽ feſtinaret. Sunt enim velut vincula quædã corporis huius, & quod eſt grauius, vincula tentationum, quæ nos alligãt, & ad iniuriã captiuitatis adſtringunt quadã lege peccati. Denique in exitu ipſo videmus quẽadmodum anima decedentis paulatim ſoluat ſe vinculis carnis, & ore emiſsa euolet tanquam carcere reo corporis huius exuta gurguſtio. Denique feſtinabat etiam ſanctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire, dicens: Aduena ego ſum apud te in terra & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Et ideo tanquã peregrinus ad illam ſanctorũ cõmunem omniũ patriã feſtinabat, petens pro huius cõmorationis inquinamento remitti ſibi peccata priuſquam diſcederet de vita. Qui enim hic non acceperit remiſsionẽ peccatorum, illic non erit. Non erit autẽ, quia ad vitã æternam non potuerit peruenire, quia vita æterna remiſsio peccatorũ eſt. Ideoque dicit: Remitte mihi vt refrigerer priuſquam eã, & amplius non ero. Quid igitur tantopere vitam iſtã deſideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiore oneratur ſarcina peccatorũ: Ipſe dominus ait: Sufficit diei malitia ſua. Et Iacob dixit: Dies annorũ vitæ meæ quos habeo, centũ triginta, minimi & mali. non quia dies mali, ſed quia nobis acceſsu dierũ malitiæ incrementa cumulantur. Nullus enim dies ſine noſtro peccato præterit. Vnde egregie Apoſtolus ait: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. aliud ad neceſsitatẽ vitæ referens, aliud ad mortis vtilitatẽ. Chriſtus enim nobis viuere, cui ſeruimus, cui oportet vt à ſanctis ſuis in euangelij prædicatione deferatur obſequiũ. Denique & Symeon qui ait: Nunc dimittis ſeruũ tuũ, propter Chriſtum expectabat. Chriſtus enim rex noſter eſt, & ideo quod rex iubet, deſerere non poſsumus & contẽnere. Quantos imperator terræ huius in peregrinis locis aut honoris ſpecie, aut muneris alicuius cauſſa iubet degere? Nũquid hinc conſulto imperatore diſcedunt? Et quanto amplius eſt diuinis parere q̃ humanis? Viuere ergo ſancto Chriſtus eſt, & mori lucrũ. Quaſi ſeruus enim non refugit vitæ obſequium, & quaſi ſapiens lucrũ mortis amplectitur. Lucrũ eſt euaſiſse incrementa peccati, lucrũ fugiſse deteriora, & ad meliora tranſiſse. Et addidit: Diſsolui, & cum Chriſto eſse multo enim melius: permauere autẽ in carne, magis neceſsariũ propter vos. Aliud melius, aliud neceſsarium. Neceſsariũ propter fructum operis, melius propter gratiam & copulam Chriſti.

¶Quid ſecundũ ſcripturam ſit mors, & quid vita. Et quod in hac vita quædã mors bona, cum ſcilicet quis in hac vita poſitus ſpeciẽ mortis imitatur, & ita ſe agit vt ei moriãtur omnes corporis delectationes, & etiã ipſe cupiditatibus omnibus mundique illecebris moriatur: ad quã & ipſe Apoſtolus nos hortatur, docens iſtã mortẽ in hac vita poſitis expetendã. Et quomodo quis ſic mortẽ imitetur, Quibus etiã rebus deflectatur & abducatur. CAPVT III.

ERGO quoniã docuit apoſtolus eũ qui euaſerit ex hoc corpore, ſi meruerit tamen, cũ Chriſto futurũ: quid ſit mors, quid etiã vita, conſideremus. Itaque ſcriptura docente cognouimus quia mors abſolutio eſt animæ & corporis, & quædam hominis ſeparatio. Soluimur enim hoc nexu animæ & corporis cũ recedimus. Vnde & Dauid ait: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Vincula autẽ vitæ huius, id eſt, coniunctionis noſtræ quæ ex anima cõſtat & corpore, ſignificari docet ſuperior verſiculus pſalmi hui⁹: Preciоſa in cõſpectu domini mors ſanctorũ eius. Et ideo quaſi propheta præuidens ſe cũ ſanctis, & qui pro deuotione animas ſuas in Chriſto deposuerunt, futurũ, lætatur, quia & ipſe obtulit ſe fideliter pro dei populo aduerſus Goliã ſingulari certamine dimicare, vt ſolus cõmune periculũ & crimẽ refelleret, vel cũ ſe morti pro domini placanda offenſione prõptus obiceret, vel cum ſe pro ſalute populi laborãtis diuinæ vltioni paratus offerret. Sciebat enim gloriоſius eſse pro Chriſto mori, q̃ regnare in hoc ſeculo. Quid enim præſtantius q̃ fieri Chriſti hoſtiã? Itaq; cũ frequenter ab eo legamus domino oblata eſse ſacrificia, hoc tamen loco addidit: Tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Non ſacrificio, inquit, ſed ſacrificabo, ſignificãs illud perfectũ eſse ſacrificiũ, quando vnuſquiſque domino corporis huius vinculis abſolutus aſsiſteret, & offerret ſe hoſtiã laudis, quia ante mortẽ nulla eſt perfecta laudatio. Neque quiſquã in hac vita poteſt definito præconio prædicari, cũ poſteriora eius incerta ſint. Mors igitur abſolutio eſt animæ & corporis. Denique & in apoſtolo docuimus lectũ, Diſsolui & cum Chriſto eſse, multo melius. Solutio autem iſta quid aliud agit, niſi vt corpus reſoluatur & quieſcat, anima autem conuertatur in requiẽ ſuam, & ſit liberã, quæ ſi pia eſt, cũ Chriſto futura ſit? Quid igitur in hac vita aliud iuſti agunt, niſi vt exuant ſe huius corporis cogitationibus *, quæ velut vincula nos ligant, & ſe ab his moleſtijs ſeparare contendant, renũcient voluptatibus ſuis atque luxuriæ, fugiant flammas libidinũ? Nonne igitur vnuſquiſque in hac vita poſitus ſpeciem mortis imitatur, qui poteſt ita ſe agere vt ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus mundique illecebris etiam ipſe moriatur, ſicut mortuus erat Paulus dicens: Mihi enim mũdus crucifixus eſt, & ego mundo? Denique vt ſciamus quia eſt mors in hac vita, & bona mors, hortatur nos vt mortem Ieſu in corpore noſtro circũferamus. Qui enim habuerit in ſe mortem Ieſu, is & vitam domini Ieſu in corpore ſuo habebit. Operetur igitur mors in nobis, vt operetur & vita. Bona vita poſt mortem, hoc eſt, bona vita poſt victoriam, bona vita abſoluto certamine, vt iam lex carnis legi mentis repugnare non nouerit, vt iam nobis nulla ſit cum corpore mortis contentio: ſed ſit in corpore mortis victoria. Atque haud ſcio ipſe an maioris vir-

Ecclę. 4.

Pſal. 38.

Ibidem.

Matt. 6.
Gene. 47

Phil. 1.

Luc. 2.

Pſal. 115.

Ezec. 18.
Roma. 6.

Gala. 6.

*Cõtagionibus,

tutis mors ista q̃ vita sit. Certe apostoli moueor autoritate dicentis: Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Vnius mors quantorũ populorum vitam ædificabat. Itaque docet & istam mortẽ in hac vita positis expetendam, vt mors Christi in corpore nostro eluceat, & illam beatã qua corrumpitur exterior, vt renouetur interior homo noster, & terrestris dom⁹ nostra dissoluatur, vt habitaculum nobis cæleste reseretur. Imitatur igitur mortem qui se a cõmunione carnis huius abducit, atque illis vinculis soluit, de quibus tibi dicit dominus per Esaiam: Solue omnem colligationem iniustitie, dissolue obligationes violentarũ commutationum, dimitte confractos in remissionem, & omnem circũscriptionẽ iniquã dirumpe. Imitatur & ille mortem qui se voluptatibus exuit, & à terrenis cogitationibus attollit atque ableuat, & in illo cælesti habitaculo locat, in quo Paulus cum adhuc viueret cõuersabatur. Aliter enim non diceret: Nostra autẽ conuersatio in cælis est. quod pariter ad præsumptionẽ meriti potest meditationem̃q; conferri. Illic enim erat eius meditatio, illic animæ eius conuersatio, illic eius prudentia, quæ vtique intra angustias carnis huius hærere non solebat. Sapiẽs enim cum illud diuinũ requirit, absoluit animam suã corpore, & eius abnegat contuberniũ, cũ illam veri tractat scientiam, quam velut nudam sibi & apertã desiderat demonstrari, & ideo retibus quibusdam & nebulis huius corporis se quærit exuere. Neque enim manibus istis aut oculis atque auribus cõprehendere illam supernã possumus veritatẽ: quoniã quæ videntur, temporalia sunt: quæ autẽ non videntur, æterna. Deniq; sæpe fallimur visu, & aliter pleraque q̃ sunt videmus. Fallimur etiam auditu: & ideo non contẽplemur illa quæ videntur, sed quæ non videntur, si nolumus falli. Quãdo igitur anima nostra non fallitur, quãdo solium veritatis attingit, nisi quãdo se ab isto secernit corpore, neque ab ipso decipitur & illuditur? Illuditur enim visu oculorũ, illuditur auditu auriũ, & ideo relinquat illud & deserat. Vnde Apostolus clamat: Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis omnia quæ sunt ad corruptelam. In corruptelam enim sunt, quæ sunt in corporis indulgentia. Et ideo ostẽdens nõ per corporis diligentiã, sed per animę eleuationem, & cordis humilitatem inuenisse quod verũ est, addidit: Nostra autẽ conuersatio in cælis est. Ibi igitur quærat quod verũ est, quod est & manet, secũ; in sese colligat, & congreget omnẽ aciem virtutis suæ, neq; alijs cõmittat & credat, sed seipsum cognoscat & intelligat, & quod sibi videtur verũ esse, hoc sequendum nouerit. I quod delectatione carnali eligendũ æstimauerit, hoc sciat falsum, ab eo fugiat & recedat, quia fraudis est plenum. Merito ergo depreciant & dehonestauit hoc corpus, corpus mortis appellans. Quis enim oculis potuit videre virtutũ splendorẽ? quis iustitiã manibus cõprehendere? quis sapientiã oculorum obtutibus intuerit? Denique quando aliquid cogitamus, neminem nobis occurrere, neminem volumus obstrepere auribus nostris, atque ita intendimus animo, vt plerũque non videamus præsentia. Quinetiam in noctibus syncerius cogitamus, & tunc melius quæ mouent, corde meditamur. Vnde & propheta ait: Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris cõpungimini. Sepe etiam aliqui claudunt oculos siquid profundæ volunt nisu cogitationis eruere, oculorũ impedimenta vitantes. Sæpe etiã solitudines captamus, ne cuius sermo nostris auribus insusurret, & quasi semita quædam inhærentẽ cogitationi animã abducat à vero, atque ab intentione deflectat. Multas igitur occupationes nobis corporis huius necessitas gignit, atq; vsus inuehit, quibus impeditur animæ vigor, ac reuocatur intẽtio. Vnde de se pulchre dicit sanctus Iob: Memento quia lutum me finxisti. Si ergo lutũ est corpus, obliuit nos vtiq;, nõ diluit, & coinquinat animã inquinamento imtẽperantiæ. Corium & carnẽ me, inquit, induisti, ossibus & neruis intexuisti. Ligatur itaq; & distẽditur anima nostra istius corporis neruis, & ideo interdum rigescit, sæpe curuatur. Et addidit: Ab iniquitate innocentem me non fecisti. Si enim impi⁹ fuero, væ mihi. si autem sim iustus, nõ potuero me reclinare. Plenus enim cõfusionis sum, Induxisti super me tentationes. Quid enim est aliud hæc vita, nisi plena laqueorum? Inter laqueos ambulamus, inter plurimas versamur tentationes. Deniq; idẽ supra ait: Nunquid nõ tentatio est vita hominis in terra? Bene addidit in terra, quia est vita hominis & in cælo. Sicut mercenarij, inquit, merces vita eius, in labore scilicet & tepore, leuior fabulis, & fluitãs & natans verbis: cuius habitatio in luteis domibus, & ipsa vita in luto, nulla firmitudo sententię, nulla constantia. In die nox desideratur, in nocte dies quæritur, ante escam gemitus, inter cibos fletus, lachrymæ, dolores, timores, solicitudines, nulla requies à perturbationibus, nulla à laboribus reclinatio, iræ, & indignationis motus horridior. Pleriq; cupiũt mortẽ, & nõ impetrãt. si autẽ impetrauerit, gratulãtur, quia sola est mors requies viro.

¶ De solutione obiectionis qua mors arguitur nõ esse bona, quia deus eam non fecerit, & qua ratione omnifariã mors sit bonũ. Quodque ideo frustra homines mortem timeant, præsertim cum sit finis peccati, & quod ipsa mundum redemerit. CAPVT IIII.

Sed dicet aliquis scriptũ esse quia de⁹ mortem non fecit. Vita erat in paradiso, vbi lignũ vitæ, & vita erat lux hominum. Mors igitur mala, quæ accessit & subitrauit. Sed quomodo mors mala, si aut secundũ gentiles sensu caret, aut secundũ Apostolum lucrum Christus est, cum quo esse multo melius? Quomodo igitur mors nobis malum, si nullus post mortem sensus est? Vbi enim nullus sensus, nullus vtiq; iniuriæ dolor, quia dolor sensus est. Aut quia est post mortem sensus, est vtiq; vita post mortẽ, & superstes mortis est anima, quæ sensuvtitur, & vita fungitur. Cum autẽ manet post mortẽ vita atq; anima, manet bonũ, nec morte amittitur, sed augetur, nec vllo impedimẽto mortis retardatur anima, sed operatur magis, quia operatur quæ sua sunt, sine vlla societate corporis, quod animæ maiori oneri q̃ vsui est. Quid igitur mali est animæ, quę puritatẽ suã custodierit, & virtutũ disciplinã seruauerit? Aut si non seruauerit, non mors malũ, sed vita, quia vita nõ fuit. Quæ est M enim vita vitijs peccatisq; obsita? Quid igitur accusamus mortẽ, quæ aut vitæ preciũ luit, aut abolet eius dolorẽ atque cruciatũ? Itaque mors aut suæ quietis bono vtitur, aut malo alieno laborat. Nũq illud specta: Si vita oneri, mors absolutioni. si vita supplicio, mors remedio. aut si iudiciũ post mortem, etiã vita post mortem. Mors igitur ea non est bona? Aut si hic vita bona, quomodo mors illic nõ est bona, cũ ibi nullus sit terribilis iudicij metus? Sed ipsa hæc vita bona si est, quib⁹ rebus bona est? Virtute vtiq;, & bonis moribus. Nõ ergo secundũ animæ & corporis copulam bona est, sed quia per virtutẽ quod malum est suum repellit. Quod autẽ bonum est mortis adipiscitur, vt quod animæ est, magis q̃ id quod cõtubernij & coniũctionis operctur. Quod si vita bona quę animę se à corpore separãtis est speculũ, & si anima bona quæ se eleuat atq; abducit à corporis contubernio: & mors vtiq; est bonũ, quæ animã à societate carnis huius absoluit & liberat. Omnifariã igitur mors est bonũ, & quia cõpugnantia diuidit, ne se inuicẽ impugnẽt, & quia portus quidã est eorũ q̃ magno vitę istiꝰ iactati salo, fidę quietis statione requi-

A runt. Et quia deteriorẽ statum nõ efficit, sed qualẽ in singulis inuenerit, talẽ iudicio futuro reseruat, & quiete ipsa fouet, & præsentiũ inuidiæ subducit, & futurorũ expectatione cõponit. Accedit eo, q̃d frustra hoies mortẽ timẽt, quasi finẽ naturæ. Nã si recolamus quod deus mortẽ nõ fecerit, sed postquã hõ lapsus in flagitiũ est, præuaricatiõis & fraudis sentẽtia cõprehenderit vt in terrã suã terra remearet, inueniemus mortẽ finẽ esse peccati, ne quo esset vita diuturnior, eo fieret culpa numerosior. Pasus est igitur dominus subintrare mortẽ, vt culpa cessaret. Sed ne iterum naturę finis esset in morte, data est resurrectio mortuorũ, vt p mortẽ culpa deficeret, per resurrectionẽ autẽ perpetuaretur natura. Itaque mors hæc transitus vniuersorum est. Opus est vt constanter transeas. Transitur autẽ à corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem, à perturbatione ad tranquillitatem. Nõ igitur nomen te mortis offendat. sed boni trãfit⁹ beneficia delectent. Num. 23. Quid est enim mors nisi sepultura vitiorum, virtutum susceitatio? Vnde & ille ait: Moriatur anima mea in animis iustorum, id est, consepeliatur, vt sua vitia deponat, iustorum assumat gratiam, qui mortificationem Christi in corpore suo atq; anima circũferũt. P Mortificatio autẽ Christi, remissio peccatorum, abolitio criminum, erroris obliuio, assumptio gratiarũ est. Quid autem de bono mortis plenius possumus dicere, q̃ quod mors est quæ mundum redemit?

¶ Qua ratiõe communis omnium mors nõ sit timẽda. Quomõ etiã dũ in corpore sumus vsũ mortis imitãtes, abducere nos debeam⁹ à nexu corporis, omniaq; terrena relinquere, cõscendere ad diuina, surgere de mũdanis, fugere hæc mala, & exaltare animã ad imaginẽ & similitudinẽ dei, cãq; munire muris ac speculatore. Quomõ etiã ipsa debeat ingredi in hortos atq; paradisũ, & ex illo abũdãtiã virtutũ transferre, & in hortũ mentis transplantare, in quẽ verbũ dei inuitatum descendat & pascatur, & cognoscere quos fructus & cibos epuletur, quibusve delectetur. CAPVT V.

Mat. 10. Sed de cõmuni omniũ morte dicamus. Quid eã timeam⁹, quę animæ nocere nõ soleat? Scriptũ est enim, Nolite timere eos qui occidunt C corpus, animã autẽ nõ possunt occidere. Per mortẽ autẽ istã aia liberatur, dũ à corporis cõtubernio secernitur, & inuolucris perturbationis exuitur. Vnde & nos dũ in corpore sumus vsum mortis imitantes, ableuemus animã nostrã ex isti⁹ carnis cubili, & tãquã de isto exurgam⁹ sepulchro. Abducam⁹ nos à corporis nexu, relinquamus omnia quæcũq; terrena sunt, vt cum venerit aduersari⁹, nihil in nobis inueniat suũ. Cõtẽdamus ad illud æternũ, ad illud diuinũ euolemus pẽnis dilectiõis, & remigio charitatis. Surgamus hinc, Ioan. 14. hoc est, de secularibus atq; mũdanis. Dixit enim dominus: Surgite eamus hinc, precipiẽs vt vnusquisq; surgat de terrenis, erigat animã humi iacẽtem, ad superna attollat, excitet aquilã suam, & illã aquilã ad quam dictum est: Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Ad Psal. 102. animã hoc dictum est. Anima ergo nostra sicut aquila alta petat, supra nubes uolet, rẽnouatis splẽdescat exuuijs, cælo volatus suos inferat, vbi laqueos incidere nõ possit. Auis enim quæ descẽdit ex alto, vel quæ in altũ se extollere non potest, frequẽter aut laqueis capitur, aut visco fallitur, aut quibuscunq; irretitur insidijs. Sic quoq; & anima nostra caueat ad hæc mundana descendere. Laqueus in auro, viscum est in argento, nexus in prædio, clauus in amore. Dum aurum petimus, strangulamur, dum argentum quærimus, in visco eius hæremus. dum prædium inuadimus, alligamur. Quid in vanum quærimus lucrum, præciosæ animæ detrimentum? Exiguus tibi est totus mundus pro vnius animæ dispendio. Quid enim prodest homini si hunc mũdũ Lucæ. 9. lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam commutationem dabis pro anima tua? Non auro redimitur, non argẽto, immo auro amittitur. Quin etiam mulieris decus dum tẽtat, adstringit. Clauus est libido, clauus tristitia, clauus iracundia, claui sunt oẽs passiones quæ velut veru quodam animam nostrã penetrãt, & infigunt corpori, visceribusq; eius annectũt. Fugiamus ergo hæc mala, & exaltemus animam nostrã ad illam imaginem dei & similitudinẽ. Fuga malorum similitudo dei est, & virtutibus imago dei acquiritur. Ideo qui nos pinxit quasi autor, pinxit virtutũ coloribus. Ecce ego, inquit ad Hierusalem, pinxi muros tuos. Nõ detergam⁹ penicillo negligẽtiæ depicta animæ nostræ firmamẽta muralia. Ideo dixit: Muros pinxi, quibus hostẽ posim⁹ auertere. Habet aĩa muros suos, de quib⁹ eminet, & de quib⁹ ait: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. His munitur muris, his obsessa defendi tur. Et vere mur⁹ aĩa, quæ prætẽditur in castris. Vnde & ipsa ait in cãticis: Ego murus, & vbera mea vt turres, Canti. 8. Bon⁹ mur⁹ quẽ pinxit domin⁹, sicut ipse ait: In manibus meis pinxi muros tuos, & i cõspectu meo es semp. Bona anima quæ habet speculatorẽ deũ, & in manibus eius est, sicut anima prophetica, quæ in manus domini commendatur vt spiritus, & quæ in conspectu dei est. Oculi enim domini super iustos, sicut & ipse ait: Ego Psal. 33. eram in oculis eius tanquam inueniẽs pacẽ. Bonas turres habet, quæ habet & de intelligibilibus verbũ, & de moralibus disciplinam. Ideoq; hęc anima habens gratiam suorum vberũ ingreditur in hortos, & inueniens illic sponsum sedentem & disputantem cũ amicis, ait: Qui sedes in hortis, vocem tuam insinua mihi. Mihi, inquit, non amicis. Fuge frater meus. Hortatur vt fugiat sponsus, quia iam sequi potest etiam ipsa terrena fugientem. Dicit vt similis sit damulæ, quæ euadit de retibus. Vult enim & ipsa fugere & euolare supra mũdum. Hinc hortum illum sibi Plato composuit, quem Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellauit. Iouem enim & deum & mentem totius mundi dixit: In hunc introisse animam, quam venerem nuncupat, vt se abundantia & diuitijs horti repleret, in quo repletus potu iaceret, purũ qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum cõposuit, eo quod anima deo adhærens in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abũdantia diuersarum virtutum, floresq; sermonũ. Quis autem ignorat quod ex paradiso illo quem legimus in Genesi habentem lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali, & ligna cætera, abundantiam virtutum putauerit transferendam, & in hortum mentis es- F se plantandam? Quem in canticis Canticorum Salomon hortum animæ significauit, vel ipsam animam. Sic enim scriptum est: Hortus clausus soror mea sponsa Cant. 4. sa, hortus clausus, fons signatus, transissiones tuæ paradisus. Et infra ait anima: Exurge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & defluant vnguenta mea. Descendat frater meus in hortum suum. Quanto hoc pulchrius quod anima ornata virtutum floribus hortus sit, vel in se paradisum habeat germinantẽ. In quẽ hortum inuitat verbum dei descendere: vt anima illa verbi imbre cælestis, & eius copijs irrigata fructificet, Verbum autem dei pascitur animæ virtutibus, quoties obediẽtem sibi & opimam inuenerit, & carpit fructus eius, atque his delectatur. Cum autem descẽderit in eam dei verbum, defluunt ex ea salubrium vnguẽta verborũ, & diuersarũ fragrãt lõge lateq; redolẽtia gratiarum spiramina. Vnde ait spõsus (Spõsus autẽ animæ deus verbum est, cui anima legitimo quodam cõnubij fœdere copulatur) Ingressus sum i hortum meũ Cant. 5.

G soror mea sponsa,vindemiauti myrrham meam cũ vnguentis meis , manducaui panem meum cum mellẽ meo,bibi vinum meum cum lacte meo . Edite proximi mei & bibite,& inebriamini fratres mei. Ego dormio,& cor meum vigilat . Cognoscamus quos fructus & cibos epuletur de⁹,quibusve delectetur.Delectatur eo si quis mortificet peccatum suum,obliteret culpam suam,sepeliat atq; abolefaciat iniquitates suas . Myrrha enim est sepultura mortuorum. Mortua autẽ peccata sunt , quæ vitæ suauitatem habere non possunt. Perfunduntur autẽ diuini sermonis vnguẽtis , & fortiore cibo verbi velut pane, & suauiore sermone velut melle curãtur quædã vulnera delictorũ. Sermones
Prou. 16. autem cibos esse docet & alibi Salomon, dicens : Fauus mellis,sermones boni . In illo ergo horto sermones boni sunt,alius qui culpam coherceat, alius qui iniquitatẽ corripiat,alius qui mori faciat insolentiam,& velut sepeliat eam,quãdo correptus aliquis errorib⁹ suis renunciat.Est etiã sermo fortior qui cõfirmat cor hominis validioribus scripturæ cælestis alimentis . Est etiam sermo suasorius dulcis vt mel , & tamẽ peccatoris conscientiam in ipsa suauitate compungẽs. Est etiã feruentioris spirit⁹ sermo,qui inebriat sicut vinum, & cor hominis lætificat. Est etiam lacteus sermo , purus & candidus.Hos cibos dulcium vtiliumq; sermonum epulãdos,sponsus proximis suis dicit. Proximi autem sunt qui eum sequuntur,& nuptijs eius interfunt.Quo
H cibo & potu repleta anima(bibit enim vnusquisque aquam de suis vasis , & de puteorum suorum fontibus) atq; iebriata,seculo dormiebat,vigilabat deo. Et ideo sicut posteriora docent,aperiri sibi deus verbum eius ianuam postulabat,vt eam suo repleret ingressu. Hinc ergo epulatores illi Platonici,hinc nectar illud ex vino & melle prophetico,hinc sonus ille translatus est, hinc vita illa perpetua,quam deus dixit suos epulari, quia Christus vita est. Ideoq; talium sermonum seminibus animæ eius repletus est venter, atque ipsa exiuit in verbo.Quæ autem exit anima à seruitio isto,& eluat se à corpore,verbum sequitur.

¶Quomõ cauẽdi sint laquei principatuũ aeriorũ qui nos recte gradiẽtes & ad altiora tendẽtes impedire quærũt,& ad terrena reuocare. CAPVT VI.

I Et sunt principatus aerij,& potestates mũdi,qui nos velut de muro deijcere animæ, vel impedire recte gradientes,vel ad altiora tendentes quærunt deponere,& ad terrena reuocare.Sed nos multo magis ad sublimia mẽtẽ erigamus,verbum sequentes dei . Illi principatus offerunt secularia,quibus tuam mentẽ incuruent. Tu magis ad Christum anima dirige gressus tuos . Injciunt cupiditatem auri,argenti,vicinæ possessionis, vt acquirendæ eius gratia excuses à cœna illius qui ad nuptias verbi te inuitauit. Tu caue ne excuses , sed vestẽ te indue nuptialem, & vtere conuiuio diuitis , ne dues qui te inuitauerat,cum excusaueris tu, dum es secularibus occupatus,alios inuitet,& tu excludaris. Injciunt etiã honoris appetentiam potestates mundi , vt te extollas sicut Adã,& dum vis adæquari deo similitudine potestatis , diuina præcepta despicias , & quæ habebas incipias amittere.
Matt.13. Qui enim nõ habet,& quod habet auferetur ab eo. Quotiens in oratione nobis , qua maxime deo appropinquamus , offunduntur ea quæ plena sunt opprobrij alicuius aut sceleris , quo nos à studio precatiõis auertãt. Quotiens inimicus cordi nostro conatur inserere quo nos reflectat à sãctitatis ppositio , & pijs votis. Quotiẽs corporeos inflãmat ardores. Quotiens occurrere facit oculos meretricios , quibus castũ iusti tentet affectum, vt improuiso amoris spiculo feriat imparatum. Quotiens inserit animo tuo verbum iniquum,& cogitationes cordis absconditas, de quo ti K
bi dicit lex: Attende tibi ne fiat verbum absconditum Deut.8.
in corde tuo iniquum,& dicat tibi dominus:Quid cogitas mala in corde tuo? Neve cum abundaueris auro & argẽto,& opimis agrorum fructibus,vel honoribus⁹, tumeas; Virtus mea dedit mihi hęc , & obliuiscaris dominum deum tuũ.His ergo anima quæ cupit euolare, deponitur.Sed tu obluctare quasi bonus miles Christi Iesu,& inferiora obliuiscens,terrena despiciens,ad cęlestia & æterna cõtende. Attolle animam tuam , ne eã illiciat esca laqueorum. Voluptates seculi, escæ quædã sunt,& quod peius est,escæ malorum,escę tentationũ. Dum voluptatẽ quęris,laqueos incurris. Oculus enim meretricis,laqueus amatoris est. Oculus⁹ ergo meretricis est,laqueus .Laqueus est etiã sermo meretricis, qui obdulcat ad tẽp⁹ fauces tuas,& postea exasperat eas amaritudine cõscientiæ peccatricis . Laque⁹ est aliena possessio plena amœnitatis. Omne iter isti⁹ vitę,plenũ laqueorũ est. Vnde iustus dicit:In via hac qua ambulabã,absconderũt laqueos mihi. In via,inquit,hac absconderũt. Ideo tu illã viã ambula quæ dicit : Ego sum via, Ioan.14.
veritas, & vita,vt dicas: Animã meã cõuertit , deduxit Psal.22.
me super semitas iustitiæ propter nomẽ suũ.Moriatur igitur nobis hoc seculũ,moriatur nobis carnis isti⁹ sapiẽtia,quæ inimica est deo. Subijciamus animã nostrã soli Christo,vt dicat vnusquisque: Nõne deo subiecta Psal.61.
est aĩa mea?Nõ seculo subdita,nõ mũdo, inquit, subdita.Nõ potest hoc pecuniosus,non potest auarus dicere,sed dicit iustus & continẽs : Auarus autẽ dicit: Ani- Luc.12.
ma,habes multa bona in annos multos posita, requiesce,manduca,bibe,epulare,quia auari aĩa subdita est luxuriæ corporali, iusti autẽ anima vtitur corpore vt instrumẽto aut organo , quæ velut præclara artifex quo vult obsequiũ corporis ducit, & effingit de eo spe L
cię quã elegerit,& eas quas volnerit facit in eo resonare virtutes,pangens nunc modulos castitatis. nunc modulos tẽperantiæ,sobrietatis carmen , integritatis dulcedinem,virginitatis suauitatem, grauitatem viduitatis.Interdum tamen modulator cõpatitur organo suo. Et ideo honesta modulare, vt sit honesta compassio. Nam & ille qui videt,videdo plerunq; , & audiens audiendo afficitur.Et ideo dicit scriptura:Oculi tui recta Prou.4.
videant.Et infra:Ne mult⁹ fueris ad alienam.Noli intẽdere ĩ oculos iuuẽculæ . Noli intẽdere in verba meretricis.

¶Quomodo nostri nobis sint laquei cauendi . Et de molestijs huius vitæ, propter quas totã vitam odio habuit Ecclesiastes,& mortẽ laudauit.Quodq; im- M
pio amarior sit vita q̃ mors,cũ graui⁹ sit ad peccatũ viuere,q̃ in peccato mori. Ex quibus concluditur mortẽ non esse malum. CAPVT VII.

Et quid de extraneis laqueis loquor? Nostri nobis laquei sunt cauẽdi.In ipso hoc corpore nostro laquei circũfusi nobis sũt,quos debemus vitare.Non credamus nos huic corpori,non misceamus cum eo animã nostram . Cum amica,inquit,misce animam tuam,non cum inimico. Inimicum tibi est corpus tuum,quod repugnat mẽti tuæ, cuius opera inimicitiæ,dissensiones,lites , perturbationesq; sunt.Noli cum eo miscere animã tuam,ne vtrũq; cõfundas.Nã si miscetur,ergo melior fit caro,quæ inferior est,q̃ anima,quæ superior;quia anima vitam corpori tradit,caro autem mortem animæ trãsfundit. Cõfunditur ergo vtriusq; operatio,cõfunditur prope ipsa vtriusq; substantia. Igitur suscipit in se anima insensibilitatem defuncti corporis,& corpus omnibus animę virtutib⁹ fungitur.Ac ne forte quia infunditur anima corpori,etiam confundi putetur, exemplum nobis sit

A huius luminis gratia.Siquidem & lumen terreno loco infunditur,nec tamen confunditur . Nõ fit ergo cõfusa operatio quorũ dispar subsẽtia est , sed sit anima in corpore vt viuificet corpus, hoc gubernet , hæc illuminet.Negare tamẽ non possumus quod cõpatiatur
Mat.26. corpori suo,nam & cõtristatur . Si quidem Iesus ait: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ, affectum hominis
Psal.6. in se exprimens.Et alibi: Anima mea turbata est.Siqui dẽ & modulator modulis suis , aut tibiæ , aut citharæ, aut organi,voce,gestu,affectuq; compatitur , in tristibus sonis tristior,in lætis lætior , in acutioribus⁹ excitatior,ĩ ipsis mitioribus⁹ mitior atq; mãsuetior,vt sonos cãtuũ ipse cõmẽdet & quodãmodo moduletur affectus. Aĩa quoq; in hoc corpore tanquã ĩ fidibus musicis,quæ sobria est,cũ summis,vt ita dicã,digitis velut neruorũ sonos ita pulsat carnis passiões, vt cõsonũ reddat morũ atq; virtutũ cõsentiẽtęq; cõcẽtũ, vt in omnib⁹ cogitationib⁹ suis, in oĩb⁹ operibus id custodiat,vt omnia consilia & facta sibi concinant. Aĩa est ergo quę vtitur, corp⁹ quod vsui est,ac per hoc aliud quod in imperio, aliud qđ ĩ ministerio, aliud qđ sumus, aliud quod nostrum est.Si quis animæ pulchritudinẽ diligit,nos diligit:si quis corporis decorem diligit , non ipsum hominem, sed carnis diligit pulchritudinem,quæ tamen
Psal.23. cito marcescit & defluit.Vnde illi intẽde, de quo dicit propheta:Qui nõ accepit in vanum animam suam. In vanum accipit animam suam , vt iam de huius vitæ dicam⁹ molestijs,qui secularia struit , ædificat corporalia.Quotidie ad edendum & bibendum surgimus , & nullus expletur,vt non post momentum esuriat ac sitiat.Quotidie lucrum quærimus , & nullus cupiditati
Eccle.1. modus ponitur.Nõ satiabitur,inquit, oculus visu , nec auris auditu.Qui diligit argẽtum, non satiatur argen-
B to.Nullus finis laboris , & nullus est fructus abundantiæ.Cupimus quotidie scire noua.& quid est ipsa scięntia,nisi quotidiani doloris adiectio ? Omnia quæ sunt iam fuerũt,& nihil sub sole est nouum , sed omnia vanitas.Totam vitã odio habui , dixit Ecclesiastes . Qui
Eccle. 4. vitam odio habuit,vtiq; mortem prædicauit. Denique mortuos laudauit magis q̃ viuentes , & illum iudicauit beatum,qui in hanc vitam non venit, nec inanem hũc susceпit laborem. Circuuit,inquit, cor meum vt scirẽ impij lætitiam,& vt considerarem & quærerem sapiẽtiam & numerum,& vt scirem per imperium lætitiam & molestiam & iactationẽ,& inueni ego eam amariorem q̃ mortem:non quia amara sit mors, sed quia impio amara,& tamen amarior vita q̃ mors . Grauius est enim ad peccatum viuere,q̃ in peccato mori,quia impius q̃ diu viuit peccatũ auget:si moriatur, peccare desinit.Plericq; criminũ suorum absolutione lætantur : si emẽdaturi sũt,recte:si perseueraturi in eis,stulte: quia
C lõge illis plus damnatio profuisset, ne incrementa facerẽt peccatorum, De quo sublimis est sententia apo-
Roma.1. stoli dicentis quod non solum ij qui flagitiosa agunt, sed etiam qui ea approbant,digni morte sunt: sed & illos qui talia condemnant in alijs qualia ipsi agunt, inexcusabiles haberi,vt & sua damnet eos sentẽtia,cum enim alios condemnant,seipsos condemnant. Nec sibi eos blãdiri oportere quia pœnarũ ad tẽpus immunes videntur,& exortes reatus, cum grauiores pœnas intra se luant,& sibi rei sint,qui alijs non videntur, atq; in se intorqueant grauiorem conscientiæ sententiam, cum de aliorum peccatis iudicãt.Sed noli,inquit,o homo diuinæ bonitatis & patientiæ thesauros contemnere.Bonitas enim dei ad pœnitentiam te prouocat , ad correctionem inuitat: duritia autem tua qua in erroris pertinacia perseueras, futuri iudicij auget seueritatẽ, vt dignam retributionem tuorum accipias delictorũ. Non igitur mors malum . Nam neque apud viuentes mors est,neque apud defunctos. Apud alios enim non est,quia adhuc viuunt, alij trãsierunt . Itaq; neq; apud D
eos mala est qui eam adhuc nescíunt , hoc ipso quia nescíunt : neque apud eos qui iam & secũm corpus nihil sentiunt,& secundum animam liberati sunt.

¶Qua ratiõe nõ mors ipsa,quæ terribilis apud viuentes æstimatur,sit terribilis,sed opinio de morte . Et de cõfutatione duarũ causarũ ob quas mortẽ insipientes verentur.Quodq; mors generaliter non sit mala,licet specialiter pessima sit mors peccatorũ. Cur pręterea Græci finẽ appellauerit mortẽ. Et quã tã morti sanctus Iob laudẽ tribuerit. CAP. VIII.

Quod si terribilis apud viuentes æstimatur,nõ mors ipsa terribilis est , sed opinio de morte,quã vnusquisq; pro sua interpretatur affectu,aut pro sua cõscięntia perhorrescit.Suæ igitur vnusquisq; conscięntiæ vuln⁹ accusat, non mortis acerbitatem . Denique iustis mors quietis est portus, nocentibus naufragium putatur . Certe ijs quibus grauis est timor mortis , non est graue mori, sed graue est viuere sub metu mortis . Non ergo mors grauis,sed metus mortis.Metus autem opinionis est, opinio vero nostræ infirmitatis,contraria veritati. Nã per veritatem virtus,per opinionem infirmitas . Opinio autem nõ mortis vtiq;,sed vitæ est . Ergo illud gra E
ue vita magis inuenitur esse . Liquet igitur quia mortis metus non ad mortem referendus est,sed ad vitam. Non enim habemus quod in morte metuamus , si nihil quod timendum sit, vita nostra commisit . Etenim prudẽtibus delictorũ supplicia terrori sunt, delicta autem non mortuorum actus sunt , sed viuentium . Vita igitur ad nos refertur,cui⁹ act⁹ in nostra potestate est, mors autem nihil ad nos. Est enim separatio animæ & corporis. Anima absoluitur , corpus resoluitur . Quæ absoluitur,gaudet:quod resoluitur in terram suam,nihil sentit. Quod nihil sentit,nihil agnoscit . Tamen si mors malum,quomodo muenes non timẽt fieri senes, nec finitimam mortis verentur ætatem ? Patientiusque deficit qui præsumpta morte deficit , q̃ qui inopinata. His quoque qui mortem malum putant,aptum respon sum arbitror, quia per vitam ad mortem est transitus, per mortem autem ad vitam reditus. Neque enim nisi qui mortui fuerint,possunt resurgere. Insipientes autem mortem quasi summum malorum reformidant, sapientes quasi requiem post labores & finem malorũ expetunt.Duabus autem ex causis mortem insipientes F
verentur.Vna quod eam interitum appellant , interitus autem hominis esse non potest, cum anima superstes corpori sit,saluo eo quod ipsum corp⁹ maneat re surrectio.Altera autẽ causa, quod pœnas reformidẽt, poetarum videlicet fabulis territi , latratus canis infernalis Cerberi,& Cocyti fluminis tristem voraginem, & nautam inferni gurgitis Charontem tristiorem, furiarum agmina,aut præruptа tartarea , in quibus Hydra sæuior sedem habeat , Tityi quoq; viscera reparan dis fœcunda supplicijs , quæ vultur immanis sine vllo fine depascitur.Ixionij quoq; orbis perpetuã sub pœnę atrocitate vertiginem , & saxi desuper imminentis super capita accubantium inter epulas impendentem ruinam.Hæc plena sunt fabularum:nec tamen negauerim pœnas esse post mortem. Sed quid ad mortem id quod post mortem est ? Si autem quæ post mortem sunt , referãtur ad mortem : eadem etiam quæ post vitã sunt , referantur ad vitam.Nulla ergo erunt supplicia quæ referantur ad mortem.Mors enim,vt supra diximus,absolutio est & separatio animę & corporis. Non est autem mala solutio, quia dissolui & esse cum Philip. 1.
Christo multo melius. Non igitur mala mors . Denicq; Psal.33.
mors peccatorum pessima. Nõ vtiq; mors pessima generaliter,sed pessima specialiter peccatorũ . Denique

G præcioſa iuſtorũ. Vnde liquet acerbitatem non mortis eſſe,ſed culpæ. Pulchre autẽ Græci à fine mortẽ appellauerũt. τελευτὴν eĩ mortẽ appellãt,eo qđ finis iſtiꝰ vitæ ſit. Sed etiã ſomnũ ſcriptura nũcupat mortem,ſicut eſt illud:Lazarus amicꝰ noſter dormit,ſed vadã vt ſuſcitẽ eũ. Sõnus autẽ bonus, quoniã quies eſt, ſicut ſcriptũ eſt: Ego dormiui,& requeui, & ſurrexi,quoniã dominꝰ ſuſcepit me. Dulcis igitur quies mortis. Deniq; dominꝰ ſuſcitat quieſcẽtes,quia dominꝰ eſt reſurrẽctio. Illud quoq; egregiũ,qđ ait ſcriptura: Ante mortẽ nõ laudaueris quẽquam. Vnuſquiſq; enĩ in nouiſſimis ſuis cognoſcitur,& in filijs ſuis æſtimatur,ſi bene filios ſuos inſtituit,& diſciplinis competentibus erudiuit. Si quidẽ ad negligẽtiã patris refertur diſſolutio filiorũ. Dũ enĩ vnuſquiſq; quandiu viuit, obnoxius eſt lapſui, nec ſenectus immunis à crimine:ideo legis quia Abrahã mortuꝰ eſt in ſenectute bona, eo quod in bonitate ꝓpoſiti ſui permanſit. Mors igitur vitæ eſt teſtimoniũ. Nam ſi laudari ante gubernator nõ poteſt, q̃ in portũ nauem deduxerit:quomodo laudabis hominem prius quam in ſtationẽ mortis ſucceſſerit? Et ipſe ſui eſt gubernator,& ipſe vitæ huius iactatur profundo. Quandiu in ſalo iſto,tãdiu inter naufragia. Dux ipſe niſi cõfecto prælio nõ ſumit laureã,nec miles arma deponit,nec ſtipendij mercedem adipiſcitur: niſi hoſte ſuperato. Mors igitur ſtipẽdiorũ plenitudo, ſũma mercedis,gratia miſſionis eſt. Quantum autem morti dedit ſanctus Iob,qui dixit: Benedictio morituri ĩ me veniat. Nam etſi Iſaac benedixerat filios ſuos moriens, & Iacob benedixerat patriarchas, tamen benedictiõis H illius gratia poterat ſolis benedicentium meritis deputari,vel pietati paternæ. Hic vero nulla prærogatiua meritorum eſt,nulla pietatis,ſed ſolius mortis priuilegium,cum benedictio cuiuſque morituri tãtum virtutis habeat,vt eam ſibi ſanctus propheta optauerit. Ac per hoc cogitemus ſemper hunc verſiculum, & corde teneamus. Si quem viderimus pauperem moriturum, ſumptu inuemus, dicat vnuſquiſque noſtrum: Benedictio morituri in me veniat. Si quem viderimꝰ debilẽ, non deſeramus,ſi quem in extremis poſitum,nõ relinquamus,occurrat & nobis dicere: Benedictio morituri in me veniat. Laudet & te vnuſquiſque moriturus, vnuſquiſq; depoſitus æuo,vnuſquiſq; confectus vulnere graui,vnuſquiſque morbo abſumptus, etiam morti proximus. Hic verſiculus quantos benedici fecit,quotiens mihi pudorem incuſſit ſi moriturum præterij, ſi non viſitaui grauiter ægrum, ſi faſtidiui inopem, ſi captiuum non redemi: ſi ſenem ſpreui. Sit ergo in corde ſemper,vt ſtimulet duriores, vt admoneat prõptiores. Reſonẽt te poſtrema verba morituri, & benedictionem tui egrediens corpore anima ſecũ vehat. Eri pe etiam eum qui ad mortẽ ducitur, qui periturus erat niſi tu ſubueniſſes, vt dicas: Benedictio morituri veI niat in me.

¶Quẽadmodum ex recapitulatione de bono mortis, ꝓbetur anima nõ mori cum corpore, & quomodo in bonis demoratura ſit. Quid etiam nobis cauendũ ſit,& quid faciendum ſi velimus poſt mortẽ huius corporis in bonis eſſe. CAPVT IX.

QVIS igitur dubitet de bono mortis, cũ id quod inquietum,id quod erubeſcendũ, id quod inimicũ nobis eſt,id quod violentũ, id quod proceſſoſum,& ad omnia vitia illecebroſum eſt,conquieſcat & iaceat, & quaſi feruida cauẽa claudatur ſepulchri,relinquatur rabies eius exanimis,& emortua compago viſcerum in terram reſoluatur:id autem quod familiare virtutibus,amicũ diſciplinis,ſtudioſum gloriæ,ſequax boni,deo ſubditũ eſt, ad illud ſublime euolet,& cũ illo puro & perpetuo bono atq; immortali maneat,ipſi adhæreat, & cũ ipſo ſit de quo cognationẽ ducit,vt quidã ait: Cuius & genus ſumus? Non enim mori animam cum corpore manifeſtum eſt,quia non eſt de corpore. Nõ eſſe autem eã de corpore ſcriptura multis modis edocet. Nã & Adã à domino deo noſtro accepit ſpiritum vitæ,& factꝰ eſt homo in animam viuentem. Et Dauid ait: Conuertere anima mea in requiem tuam,quia dominus benefecit mihi. Et ĩ quo benefecerit,audi. Quia liberauit,inquit,pedes meos à lapſu. Vides gratulari eũ mortis huius remedio, quia finis factus eſt erroris,quia culpa nõ natura defecit. Denique quaſi exutus & liber, dicit: Placebo domino in regione viuorum. Illa eſt enim viuorum regio. Deniq; illam animarum requiem dicit, terrã eſſe dicit vuentium, quo peccata non penetrãt, vbi virtutũ viuit gloria. Iſta autẽ regio plena eſt mortuorum,quia plena delictorum:meritoque dictum eſt: Reliquæ mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sed & ſupra ſimiliter ait: Anima eius in bonis demorabitur, & ſemen eius hæreditabit terram, hoc eſt: Anima timentis deum habitabit in bonis,vt ſemper in eis ſit, & ſecundum ea. Quod poteſt etiam de eo accipi qui ſit in corpore,& vt ipſe ſi timeat deũ in bonis habitet, & in cæleſtibus ſit,& poſſideat corpus ſuum, & dominetur ei quaſi in ſeruitutem redacto, & poſſideat hereditatẽ gloriæ & cæleſtium promiſſorum. Vnde & nos ſi volumus poſt mortẽ corporis huius in bonis eſſe, caueamus ne agglutinetur anima noſtra huic corpori,ne cõ miſceatur,ne inhæreat,ne trahatur à corpore, & tanquam ebria perturbationibꝰ eiꝰ vacillet & fluitet, nec ſe ei credat atq; eius delectationibꝰ, vt cõmittat ſe eius L ſenſibus. Nam & oculus eius error & fraus eſt quia fallitur viſus: & auris eius deceptio eſt, quia & auditus illuditur: & ſapor eius deceptio eſt. Denique nõ ocioſe dictum eſt: Oculi tui recta videant, & lingua tua nõ loquatur peruerſa. Quod nõ eſſet dictum, niſi frequẽter errarẽt: Vidiſti meretricẽ, captus es vultu eius, & forma decoram putaſti: errauerunt oculi tui, peruerſa viderunt, alia nunciauerũt. Nam ſi vera vidiſſent, vidiſſent deformem meretricis affectum, inhærentem procaciam indecentem impudicitiam, marcentes libidines, tetram colluuionem, animæ vulnera, conſcientiæ cicatrices. Qui viderit, inquit, mulierem ad cõcupiſcẽdum eam. Vides quod iſte falſum quæſiuit, qui nõ veritatem ſed adulterium requiſiuit. Videre enim quæſiuit vt concupiſceret, non vt verum cognoſceret. Errat igitur oculus vbi errat affectus. Affectus ergo deceptio eſt, deceptio viſus. Et ideo tibi dicitur: Neque capiaris oculis, id eſt, nõ capiatur anima tua. Mulier enĩ virorũ precioſas animas capit. Deceptio auditus: Denique blandimento multo ſermonis mulier fornicaria M ſæpe inuenis cor ſeduxit, decepit, illuſit. Ergo non laqueis nos credamus & retibus ijs quæ decipiunt & illudunt, quia corda tentantur, impediuntur cogitationes, quæ impediuntur viſu, impediuntur auditu, odore, tactu, ſapore. Non ſequamur illecebroſa & ſeductoria. ſed ſequamur illud quod bonũ eſt, illi adhæreamus, illud imitemur, illiꝰ preſentia, illius cõmunicatio nos meliores faciat, mores noſtros coloret, illius quẽdam nos ſocietas informet. Qui enim bono adhæret, aſsumit inde quod bonum eſt, quia ſcriptum eſt: Cum ſancto ſanctus eris, & cũ peruerſo peruerſus eris, & cũ

A derat, & in quo viuit & paſcitur: & quia immortali intendit, non eſt ipſa mortalis. Quæ enim peccat moritur, non vtique aliqua ſui diſſolutione, ſed merito moritur deo, quia viuit peccato. Ergo quæ non peccat, nõ moritur, quia manet in ſubſtantia ſui, manet in virtute & gloria. Nam quomodo ſubſtãtia eius interire poteſt, cum vtiq; anima ſit quæ vitam infundit? Et cui anima infunditur, vita infũditur: à quo anima diſcedit, vita diſcedit. Anima ergo vita eſt. Quomodo poteſt mortem recipere, cũ ſit contraria? Sicut enim nix calorem non recipit, nam ſtatim ſoluitur, & lux nõ recipit tenebras, nam ſtatim diſcutit, infuſo enim lumine tenebrarum horror aufertur, ſicut admoto igne niuium rigor definit: ita & anima quæ vitam creat, mortẽ non recipit, non moritur.

¶De diuino teſtimonio, quo demonſtratur quod anima nõ moriatur cũ corpore. Et de errore hominum qui precioſa ſtruũt ſepulchra tãq; animæ & corporis receptacula, cũ animarum ſuperiora eſſe habitacula ſcripturæ teſtimonijs valde probetur. CAPVT X.

Ioan. 10. IABEMVS ergo rationẽ, ſed hæc humana, illud diuinum, quod ait dominus: Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam. Vides igitur quia non moritur cum corpore, quæ & ponitur & reſumitur, & in manus dei ſ patris cõmendatur? Sed ne forte dicas ſpeciale eſſe qđ Chriſti eſt, & q̃is ille quę ſunt hominis ſuſceperit, tamẽ quia alterius eſt cauſa & iſtud aſtruere, ne tempus craſtinetur, audi dicen
Luc. 12. tem: Quid ſcis an nocte hac à te tua anima repoſcatur? Nunquid dixit, moriatur in te anima tua? Sed repoſca
B tur à te. Quæ data eſt, repoſcitur, vel repetunt à te. Repetitur enim anima, nõ interimitur. Quod repetitur, manet: quod interimitur, nõ manet. Quomodo enim interimitur, de qua dixit ſapientia dei, non timendum quenquam qui poteſt corpus occidere, animam autem
Pſal. 118. nõ poteſt? De qua dicit Propheta: Anima mea in manibus tuis ſemper. Semper, inquit, non in tempore. Et tu commenda animam tuam in manus domini. Nõ ſolum cum recedit è corpore, ſed etiam cũ eſt in corpore, eſt in manibus domini, quia nõ vides eam vnde veniat, aut quo vadat. Eſt & in te, & eſt cum deo. Deniq;
Prou. 21. cor regis ĩ manu domini, ab eo regitur & gubernatur. Cor repletur mente, & mens animę principale eſt, & virtus animæ eſt. Non eam virtutẽ dico quæ in lacertis, ſed quæ in conſilijs, temperantia, pietate, atq; iuſtitia eſt. Si cor hominis in manu domini, multo magis anima. Si anima in manu dei eſt, non vtiq; anima noſtra ſepulchro ſimul cũ corpore includitur: nec buſto
C tenetur, ſed quiete pia fungitur. Et ideo homines fruſtra precioſa ſtruũt ſepulchra, quaſi ea animæ & nõ ſuiꝰ corporis receptacula ſint. Animarũ autẽ ſuperiora eſſe habitacula, ſcripturę teſtimonijs valde ꝓbatur. Si quidẽ & in Eſdræ libris legimus: Quia cũ venerit in
4. Eſdrę. 7. dicij dies, reddet terra defunctorũ corpora, & puluis reddet eas quę ĩ tumulis requieſcũt reliquias mortuorũ. Et habitacula, inquit, reddẽt animas quæ his cõmẽdatæ ſunt, & reuelabitur altiſſimus ſuper ſedẽ iudicij. Hæ ſunt habitationes de quibus dicit dominus multas manſiones eſſe apud patrẽ ſuum, quas ſuis pergens ad patrem diſcipulis præpararet. Sed Eſdræ vſus ſum ſcriptis, vt cognoſcant gentiles ea quæ in Philoſophiæ libris mirantur, tranſlata de noſtris. Atq; vtinam non ſuperflua his & inutilia miſcuiſſent, vt dicerẽt animas hominum pariter ac beſtiarum eſſe cõmunes, earũq; ſummum præmium, ſi magnorum philoſophorũ animæ in ſapes aut luſſinias demigrarent, vt qui ante hominũ genus ſermone pauiſſent, poſtea melliſ dulcedine, aut cantus ſuauitate mulcerent. Satis fuerat dixiſſe illis quod liberatæ animę de corporibus ad ſuũ peteret, D id eſt locum qui nõ videtur. Quem locum latine infernum dicimus. Deniq; & ſcriptura habitacula illa animarum promptuaria nuncupauit: quæ occurrens quęrelæ humanæ, eo quod iuſti qui præceſſerũt videantur vſq; ad iudicij diẽ, per plurimũ ſcilicet temporis debita ſibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait coronæ eſſe ſimilem iudicij diem, in quo ſicut nouiſſimorũ tarditas, ſic nõ priorum velocitas. Coronæ enim dies expectatur ab oĩbus, vt intra eum diem & victi erubeſcant, & victores palmam adipiſcantur victoriæ. Illud quoq; nõ reliquit occultum, eo quod ſuperiores videãtur qui ante generati ſunt, infirmiores qui poſtea. Cõparauit enĩ vtero mulieris partus huius ſeculi, quoniã fortiores ſunt qui in virtute iuuentutis nati ſunt, infirmiores qui tempore ſenectutis. Defecit enim multitudine generationis hoc ſeculũ tanq̃ vulua generantis, & tanq̃ ſeneſcẽs creatura robur iuuẽtutis ſuæ, velut marcenti iam virium ſuarũ vigore deponit. Ergo dum expectatur plenitudo tẽporis, expectant animæ remunerationem debitam: Alias manet pœna, alias gloria: & tamen nec illæ interim ſine iniuria, nec iſtę ſine fructu ſunt. Nam & illę videntes ſeruantibus legem dei repoſitam eſſe mercedem gloriæ cõſeruari earum ab angelis habitacula, ſibi autem diſſimulationis & contumaciæ ſupplicia futura, & pudorem & cõfuſionem, vt intuentes gloriam altiſſimi, erubeſcant in eius conſpectum venire, cuius mandatum temerauerunt. Sicut enim præuaricatio Adæ, ita & confuſio: quoniam ſicut E ille per incuriam mandatorum cæleſtium lapſus eſt, & pudore ſe prolapſionis abſcondit, fulgorem diuinæ præſentiæ verecũdia peccatricis cõſcientiæ ſubire nõ auſus: ita & animę peccatorum vibrantis luminis eius ſplendorem non ſuſtinebunt, quo teſte ſe reminiſcentur erraſſe.

¶De iuſtarum animarum ingẽti lætitia per ſeptenariũ ordinẽ digeſta. Ac de admonitiõe vt & nos ſtudiũ adhibeamus quo anima noſtra deo appropinquet, & ab eo nõ ſeparemur. Quo etiã modo hoc facere debeamꝰ. Quodq; nõ vereamur illũ omnibus debitũ finem in quo Eſdras remunerationẽ ſuæ deuotionis inuenit. CAPVT XI.

IVSTARVM autem animarum per ordines quoſdam digeſta lætitia. Primũ quod vicerint carnem, nec illecebris eius inflexę ſint. Deide quod precio ſedulitatis, & innocetiæ ſuæ ſecuritate potiãtur, nec quibuſdã ſicut impiorum animæ erroribus & perturbationibus implicẽ F tur, atq; vitiorum ſuorũ memoria torqueantur, & exagitẽtur quibuſdam curarum æſtibus. Tertio quod ſeruatę à ſe legis diuino teſtimonio fulciantur, vt factorum ſuorum incertum ſupremo iudicio non vereãtur euentum. Quarto quia incipiunt intelligere requiem ſuam, & futuram ſui gloriam præuidere, eaq; ſe conſolatione mulcentes in habitaculis ſuis, cum magna tranquilitate requieſcẽt, ſtipatę præſidijs angelorũ. Quintus autem ordo exultationis vberrimæ habet ſuauitatem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere in lucẽ libertatẽq; peruenerit, & repromiſſa ſibi poſſideat
1. Cor. 15. hereditatem. Eſt enim ordo quietis, quia eſt & reſurrectionis. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto, inquit, omnes viuificabũtur. Vnuſquiſq; autẽ in ordine ſuo, primitiæ Chriſtus, deinde qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt, deinde finis. Erit igitur ordo diuerſus claritatis & gloriæ, ſicut erit ordo meritorum. Proceſſus quoq; ordinum, proceſſũ exprimit claritatis. Deniq; ſexto ordine demonſtrabitur ijs quod vultꝰ earum ſicut ſol incipiat refulgere, & ſtellarum luminibus comparari: qui tamen fulgor ea-

G rum corruptelam iam ſentire nõ poſsit. Septimus vero ordo is erit, vt exultent cum fiducia, & ſine vlla cunctatiõe cõfidãt, & ſine trepidatione lætentur, feſtinantes vultũ ei⁹ videre, cui ſedulæ ſeruitutis obſequia detulerũt: de quo innoxiæ conſcientiæ recordatiõe preſumãt glorioſam mercedẽ laboris exigui, quã incipiẽtes recipere, cognouerint indignas eſse huius tẽporis paſsiões, quibus remuneratiõis æternæ gloria tanta refertur. Hic ordo, inquit, animarũ quę ſũt iuſtorũ quos etiã immortales nõ dubitauit dicere in quinto ordine, eo quod ſpatiũ, inquit, incipiũt recipere fruẽtes & immortales. Hæc eſt, inquit, requies earũ per ſeptẽ ordines, & futuræ gloriæ prima perfunctio priuſquã in ſuis habitationib⁹ quietę cõgregatiõis munere perfruantur. Vnde ait ꝓpheta ad angelũ: Ergo dabitur tempus animab⁹ poſtquã ſeparatæ fuerint de corpore, vt videãt de quo modo dixiſti? Et dixit angelus: Septẽ dies erit libertas earũ vt videãt in ſeptẽ dieb⁹ qui prædicti ſunt ſermones. & poſtea cõgregabũtur in habitaculis ſuis. Hæc ideo plenius de iuſtorũ ordine expreſsa ſũt, q̃ de paſsionibus impiorũ, quia melius eſt cognoſcere quomõ innocẽtes ſaluẽtur, q̃ quomõ crucientur flagitioſi. Ergo quia iuſti hãc remunerationem habẽt, vt vi
H deant faciem dei, & lumen illud quod illuminat omnem hominẽm, abhinc induamus huiuſmodi ſtudiũ, vt appropinquet anima noſtra deo, appropinquet ora tio, adhæreat illi noſtrum deſiderium, non ſeparemur ab eo. Et hic quidem poſiti, meditando, legendo, quærendo copulemur deo, cognoſcamus eum vt poſ
1.Co.13. ſumus. Ex parte enim hic cognoſcimus, quia hic imperfecta, illic perfecta omnia: hic paruuli, illic robuſti. Videm⁹, inquit, nũc per ſpeculũ in ænigmate, tũc autẽ facie ad faciem. Tunc reuelata facie gloriam dei ſpeculari licebit, quã nũc animæ corporis huius cõcretis viſceribus inuolutæ, ex quibuſdã carnis hui⁹ ma
Exod. 33. culis & colluuionib⁹ obũbratæ ſyncere videre nõ poſſunt. Quis enim, inquit, videbit vultum meũ & viuet? Et recte. Nã ſi ſolis radios oculi noſtri ferre non poſſunt, & ſi quis diuti⁹ e regiõe ſolẽ intẽderit, cæcari ſolere perhibetur, ſi creatura creaturã ſine fraude atque offenſiõe ſui non poteſt intueri: quomodo poteſt ſine periculo ſui vibrantẽ cernere vultũ creatoris æterni, corporis huius opert⁹ exuuijs? Quis enim iuſtificatur in cõſpectu dei, cũ vnius quoq; diei infans mundus à
I peccato eſse nõ poſsit, & nemo poſsit de ſui cordis integritate & caſtimonia gloriari? Non timeamus igitur recipi ab hominibus, nõ vereamur illũ debitum omnibus finem, in quo Eſdras remunerationem ſuæ deuotionis inuenit, dicente ei domino: Tu enim recipieris ab hominibus, & conuerſaberis reſiduum cum filio meo, & cũ ſimilibus tuis. Quod ſi illi glorioſum & iucundum erat cũ ſimilibus conuerſari, quãto nobis glorioſius erit & iucundius ad meliores pergere, & conuerſari cum ijs quorum facta miramur? Quis vtique prior, Eſdras, an Plato? Nam Paulus Eſdræ, nõ Platonis ſecutus eſt dicta. Eſdras reuelauit ſecundum collatam in ſe reuelationem, iuſtos cum Chriſto futuros, futuros & cum ſanctis. Hinc & Socrates ille feſtinare ſe dicit ad illos ſuos deos, ad illos optimos viros. Noſtra ſunt vtiq; quæ in philoſophorum literis præſtant, & ille poſuit ea quorum propriũ teſtimonium nõ habebat: nos diuini præcepti habemus autoritatẽ. Moyſes & Helias cũ Chriſto apparuerũt, Abrahã duos alios cũ deo ſuſcepit hoſpitio, Iacob dei caſtra cõſpexit. Daniel iuſtos ſicut ſolem & ſtellas fulgere in cælo, reuelante ſibi ſpiritu ſancto, declarauit.

¶ De cõſolatiua exhortatiõe vt itrepide pgam⁹ ad redẽptorẽ noſtrũ Ieſũ Chriſtũ, & ad patriarcharũ cõciliũ, ſãctorũ cœtũ, iuſtorũq; cõuentũ, vbi paradiſus iucũditatis, paratæq; ſeruulis Ieſu ꝓmiſsæ mãſiones K
Qua ratiõe ꝓterea illuc feſtinare debeam⁹. CA.XII

Is igitur freti intrepide pergamus ad redẽptorẽ noſtrũ Ieſum, intrepide ad patriarcharũ cõciliũ, intrepide ad Abrahã patrẽ noſtrũ cũ dies aduenerit ꝓficiſcamur, intrepide pergam⁹ ad illũ ſanctorũ cœtũ, iuſtorũq; conuẽtũ. Ibimus enĩ ad patres noſtros, ibim⁹ ad illos noſtræ fidei præceptores, vt etiã ſi opera deſint, fides opituletur, defendatur hæreditas. Ibimus & vbi ſinũ ſuũ Abrahã ſanct⁹ expãdit, vt ſuſcipiat paupẽres, ſicut ſuſcepit & Lazarũ: in quo ſinu requieſcũt, qui in hoc ſeculo grauia atq; aſpera pertulerunt. Sed nũc pater etiã atq; etiã extẽde ad ſuſcipiendũ hinc pauperem manus tuas, aperi gremiũ tuũ, expãde ſinus tuos vt plures ſuſcipias, quia plurimi in deũ crediderũt. Sed tamẽ quãuis fides creuerit: abũdat iniquitas, refrigeſcit charitas. Ibim⁹ ad eos qui recumbũt in regno dei cũ Abraham, Iſaac & Iacob, quoniã rogati ad cœnã nõ excuſauerunt. Ibimus eo vbi paradiſus eſt iucunditatis, vbi
Adã qui incidit in latrones, neſcit iã vulnera ſua flere, vbi & latro ipſe regni cælestis cõſortio gratulatur, vbi
L nullæ nubes, nulla tonitrua, nullæ coruſcationes nulla ventorũ ꝓcella, neq; tenebræ, neq; veſper, neq; ęſtas, neq; hyems vices variabũt tẽporum. Nõ frigus, nõ grãdo, non pluuiæ, non ſolis iſtius erit vſus, aut lunæ, neq; ſtellarũ globi, ſed ſola dei fulgebit claritas. Dominus enim erit lux omnium, & illud lumẽ verum quod illuminat omnem hominem, fulgebit omnib⁹. Ibimus eo
Ioan. 14. vbi ſeruulis ſuis dominus Ieſus manſiones parauit, vt vbi ille eſt, & nos ſimus. Sic enim voluit: Quæ ſint illæ manſiones, audi dicentem: in dom⁹ patris mei manſiones multæ ſunt. Quæ ſit voluntas, iterum inquit: Venio & accerſo vos ad me ipſum, vt vbi ego ſum & vos ſitis. Sed dices quia ſolis diſcipulis loquebatur, quod ipſis ſolis ſpoponderit, multas manſiones igitur vndecim tantum diſcipulis præparabat? Et vbi eſt illud quod ex omnibus mundi partibus venient & recũbent in dei regno? Vnde voluntatis diuinæ dubitamus effectus? Sed Chriſti velle, feciſse, eſt. Denicq; demõſtrauit & viam. demonſtrauit & locũ, dicẽs. Et quo vado, vos ſcitis, & viam ſcitis. Locus apud patrem eſt, via Chriſtus, eſt, ſicut ipſe ait, Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. ingrediamur hãc viam, teneamus veritatem, vitam ſequamur. Via eſt quæ perM ducit, veritas eſt quæ confirmat, vita quæ perſe reddit. Et vt ſciamus veram volũtatẽ, addidit in poſterioribus Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, &
Ioan. 17. illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Repetitio iſta confirmatio eſt, ſicut illud: Abraham, Abraham. Et alibi: Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates
Eſaiæ. 43. tuas. Pulchre autẽ quod ſupra promiſit, hic popoſcit. Et quia ante promiſit, & ſic popoſcit, nõ ante popoſcit & ſic promiſit: promiſit quaſi arbiter muneris, cõſcius poteſtatis, popoſcit è patre quaſi pietatis interpres. Et ante ꝓmiſit, vt poteſtatẽ cognoſcas: popoſcit poſtea, pietatem intelligas. Nõ popoſcit ante & ſic promiſit, ne videretur promiſiſſe poti⁹ qđ impetrauerat, q̃ qđ promiſerat præſtitiſſe. Nec ſuperfluum putes qđ popoſcit, cum tibi exprimat paternæ voluntatis cõſortium, in quo vnitatis indicium, non incrementum eſt poteſtatis. Sequimur te domine Ieſu, ſed vt ſequamur acceſſi, quia ſine te nullus aſcendit. Tu enim via es, veritas, vita: poſsibilitas, fides, præmium. Suſcipe nos quaſi via, confirma quaſi veritas, viuifica quaſi vita. Pande illud tuum bonum, quod videre deſiderabat Dauid inhabitans in domo domini, ideoq; dicebat: Quis oſtẽ Pſal. 4.
dit nobis bona? Et alibi: Credo videre bona domini Pſal. 26.
in terra viuentium. Ibi enim ſunt bona, vbi vita per-

Pſal. 64. petua eſt, vita ſine crimine. Alibi quoq; ait: Replebi-
A mur in bonis domus tuę. Quod ideo frequentauit, vt ſcires hinc bonum illud philoſophos trãſtuliſse, quod ſummum aſſerunt. Pande ergo illud vere bonũ tuũ, vt habes in Ezechiel.
Actu. 17. lud diuinũ, in quo & viuimus, & ſumus, & mouemur. Mouemur quaſi in via, ſumus quaſi in veritate, viuimus quaſi in vita æterna. Demõſtra nobis illud bonũ quod eſt ſimile ſui, ſemper indiſſolubile atq; immutabile, in quo ſimus æterni in agnitione omnis boni, ſicut vas e-
Ad Phi- lectionis tuæ Paulus teſtificatus eſt dicens: Forſitan e-
lemo. nim ideo diſceſsit ad horam, vt æternum illum recipe-
res. Aeternum ergo miniſtrũ dei dixit, ſcribẽs ad Phi lemonẽ, cuius fidẽ in agnitionem omnis boni quod in ſanctis eſt, in Chriſtum Ieſum euidentiorem fieri poſtulabat. In quo bono eſt requies pura, lux immortalis, gratia perpetua, hæreditas animarum pia, & ſecura tranquilitas. non morti ſubiecta, ſed erepta de morte, vbi nullę lachrymæ, nullus eſt fletus. Vnde enim illic fletus, vbi nullus eſt lapſus, vbi ſunt ſancti tui errorib⁹ & ſolicitudinibus, inſipientia atq; ignorãtia, timore ac metu, cupiditatibus atq; omnibus corporeis colluuionibus & paſsionibus abſoluti, vbi regio viuẽtium eſt? Et vt aſsertioni huic adiũgamus autoritatẽ, de quo bo
Pſal. 114. no propheta dicit: Cõuertere anima mea ĩ requiẽ tuã, quia dominus benefecit tibi, quoniam eripuit animam
B meã de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu. Placebo domino in regione viuorum. Placebo dixit, non placeo, hoc eſt, de tempore ſibi blãditur futuro. Cõtraria ſunt autem præſentibus futura, & tẽporalib⁹ æterna. Et ideo qnoniã ibi viuorũ regio, hic vti q; mortuorũ. An nõ mortuorũ hæc regio, vbi vmbra mortis, vbi porta mortis, vbi corpus eſt mortis? Denicq; donatur Petro ne forte portæ inferi prævaleãt ei. Por-
Pſal. 9. tæ inferi iſtæ ſunt terrenæ. Vnde & ille ait: Qui exaltas me de portis mortis. Sicut enĩ ſũt portæ iuſtitię ĩ quibus ſancti domino cõfitẽtur, ita ſunt criminũ portæ, in quibus impij dominum negauerunt. Audi quoniã regio iſta ſit mortuorũ. Si quis igitur mortuũ tetigerit, immundus erit. Immundus autem in cõſpectu domini omnis iniquus. Si quis igitur tetigerit iniquitatem, immundus, ſi quis in delicijs, mortuus, quoniã quæ in delicijs eſt, viuẽs mortua eſt. Et qui infideles ſunt, de- 1. Tim. 5.
ſcendunt in infernum viuentes, etſi nobiſcum viden- C.
tur viuere, ſed in inferno ſunt. Si quis vſuram acceperit, rapinam facit, vita non vnit, vt habes in Ezechiel.
Si quis autem iuſtificationes domini cuſtodit vt faciat Ezech. 33
eas, vita, inquit, viuet, & viuet ĩ eis. Ipſe eſt ergo ĩ regione viuorum, in illa regione vbi vita non abſcondita eſt, ſed libera: vbi nõ vmbra, ſed gloria. Hic enĩ nec ipſe Paulus viuebat in gloria. Denicq; in corpore mortis ingemiſcebat, Audi dicentem: Nunc enim vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo: cũ autẽ Chri- Col. 3.
ſtus apparuerit vita noſtra, tunc & nos cum illo apparebimus in gloria. Feſtinemus ergo ad vitam. Si quis vitam tangit, viuet. Denicq; tetigit illa mulier quæ tetigit fimbriã eius, & à morte dimiſsa eſt, cui dicitur: Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Si enim qui mor- Luc. 8.
tuum tangit, immundus eſt: ſine dubio qui viuentẽ tãgit, ſaluus eſt. Quęramus ergo viuẽtem. Sed iterum videamus ne eum quæramus inter mortuos, & dicatur nobis ſicut & mulieribus illis: Quid quæritis viuentem
cum mortuis? Nõ eſt hic, ſed ſurrexit. Ipſe quoq; do- Luc. 24.
minus vbi ſe quæri vellet oſtendit, dicẽs: Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & ad Ioan. 20.
patrem veſtrum, deum meum, & deum veſtrum. Ibi ergo quęramus eum, vbi quæſiuit Ioannes, & inuenit. Ille eum in principio quæſiuit, & inuenit viuentem apud viuentem, filium apud patrem. Nos eum in tem-
porum fine quæramus, & complectamur pedes eius, & adoremus eum, vt dicat & nobis: Nolite timere, id eſt, nolite timere à peccatis ſeculi, nolite timere ab iniqui-
tatibus mundi, nolite timere à fluctibus corporalĩũ paſ D
ſionum, ego ſum peccatorum remiſsio, nolite timere à tenebris, ego ſum lux, nolite timere à morte, ego ſũ vita. Quicunque ad me venit, mortem non videbit in æternum, quoniã ipſe eſt plenitudo diuinitatis, & ipſi eſt gloria, decus, perpetuitas à ſeculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

OPERVM AMBROSII
PRIMI TOMI
FINIS.

DIVI AMBROSII OPE-
rum tomus secundus

pugnas continens, hoc est, ea quæ pertinent
ad confutationem hæreticorum ac Gentium.

PARISIIS.
Apud Geruasium Cheuallonium.
1539

Erasmus Roterod.

PIO LECTORI S. D.

HIC SECVNDVS tomus, optime lector, exhibebit tibi pugnas aduersus hæreticos, quanquam ea res frequenter & in cæteris operibus incidit, præsertim in enarrationibus. In hoc ordine sunt duo libelli de vocatione omnium gentium, quos arbitror alterius esse. Cuius rei si nullum esset aliud argumentum, tanta tamen est totius phraseos dissimilitudo, vt primo statim gustu lector deprehendat alium loqui q̃ Ambrosium, Atque vtinam tales multos libellos Ambrosianis admiscuisset, qui hos admiscuit. Tales impostoras facile tulerimus, quæ pro auro supponant aurum. Ineptum autem sit, nec admodum refert diuinare quis fuerit, quū ætas illa tot habuerit eruditos ac eloquentes viros. Res ipsa loquitur hominem fuisse in sacris literis diligenter exercitatum, ingenio sano & acuto. Ipsa phrasis sic Isocraticis illis schematibus modulata tin nulláque est, vt, quod est in hac affectatione difficillimum, præsertim in argumento subtili, nusquam desideres sermonis perspicuitatem, nusquam offendaris odio captatæ cõcinnitatis, nec vsquam frigeat affectatio sententiarum argutularum, sed quod puer in Rhetorum scholis didicerat, feliciter accommodat ad seriam scripturarum tractationem. Nec deest orationis copia, idque citra tædij sensum. Pelagianorum meminit cap. vij. quos haud scio an nouerit Ambrosius. Siquidem Pelagius sub extremam Hieronymi ætatem cœpit apud Italos impietate celebris esse. Nec Hieronymus in catalogo meminit librorum quos scripsit aduersus Pelagiũ. Contexuit autem catalogum viuo etiamnum Ambrosio. Rursus lib. ij. cap. viij. refert hęc verba ex libro cuiusdam Pelagiani, Habet gratia quod adoptet, non habet vnda quod diluat. Capite decimo, hoc est vltimo, subindicat se fuisse Romanum, aut certe Italum, hunc in modum loquens: At alij Barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis nosse non poterãt, in nostris didicere regionibus, & ad suas sedes cum Christianæ religionis institutione remearunt. Quãquam fateor hoc argumentum esse dilutius, eo quod id temporis pleræque mundi regiones parebant imperio Romano. Stylus non prorsus abhorret a phrasi Eucharij Lugdunensis episcopi. In veteris testamenti citatione nusquam vtitur nostra translatione, ne in nouo quidem per omnia conuenit cum hac nostra: quod sane vetustatis est indicium.

CATALOGVS.

De vocatione Gentium. II
De fide ad Gratianum. V
De spiritu sancto ad eundem. III
De fide contra Arianos. I
De incarnatione dominicæ sacramẽto. I
De mysterio Paschæ. I

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLANEN.

DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM LIBER I.

¶De propositione quæstionum quæ inter defensores liberi arbitrij, & prædicatores gratię dei vertuntur, intentione quoque autoris, ac tractandorum ordine, iuxta quem primitus de voluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. De redargutione præterea quorundam non sane inter voluntatem & gratiam dei discernentium. CAPVT I.

INTER DEFENsores liberi arbitrij, & prædicatores gratię dei, magna & difficilis dudum vertitur quæstio. Quæritur enim vtrũ velit deꝰ omnes homines saluos fieri. Et quia negari hoc non potest: cur volũtas omni potẽtis nõ implea tur, inquiritur. Cumq; hoc secundũ volũtates hominũ fieri videatur, gratia videtur excludi: quę si meritis redditur, cõstat eam non donũ esse, sed debitũ. Vnde iterum quæritur cur hoc donũ sine quo nemo saluus est, ab eo qui omnes saluari vult, nõ omnibus conferatur. Atq; ita cõtrariarũ disputationũ nullus terminus reperitur, dũ nõ discernitur quid manifestũ, quid sit occultũ. De hac igitur cõpugnantia opinionũ, qua mensura & tẽperantia sentiendũ sit, quantũ dominus adiuuerit, annitar inquirere, exercens atque discutiẽs modulũ facultatis meę in ijs quæ cordi meo sobrie (quantũ arbitror) inhæserunt: vt si in eas regulas processerit stylus, quæ nihil offensionis, nihil habeant pruritatis: non solum nobis, sed & alijs vtile sit ad aliquem nos limitẽ peruenisse, quẽ non debeamus excedere. Primitus itaque de voluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. Inter quam & gratiam dei quorundã non sana discretio est, existimãtiũ quod prædicatione gratiæ liberum negetur arbitriũ, nec aduertẽtium eadem regula sibi posse obijci quod gratiam negẽt, cum eam humanæ voluntatis non ducem volunt esse, sed comitem. Si enim tollitur volũtas, vbi ipsa est veterum origo virtutum? Si tollitur gratia, vbi ipsa est bonorum causa meritorum?

¶Quod omni humanæ volũtati naturaliter qualiscũq; insit volũtas. Et de distinctione voluntatis in naturalem, animalem, & spiritalem. Quod etiã diuina prouidentia quãuis electũ sibi populũ specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominũ bonitatis suæ dona subtraxerit. CAPVT II.

SED IAM auxiliante Christo quod tractando concepimus, inchoemus. Omni animę humanæ, quãtum intelligere atque experiri datur, naturaliter qualiscunque inest voluntas, qua aut appetitur quod placet, aut declinatur quod displicet. Huius voluntatis, quantum ad naturalem pertinet motum ex vitio primæ præuaricationis infirmũ, genera sunt duo, secundum quę voluntas hominis aut sensualis, aut animalis est. Sed cũ adest gratia dei, accedit ei per donũ spiritus tertium genus, vt possit fieri spiritalis, & per hunc excellentiorem motũ omnes affectus vndecunq; nascentes supernæ rationis lege dijudicet. Sensualis igitur volũtas, quã & carnalẽ possumus dicere, nõ erigitur supra eum motũ qui de corporis sensibus nascitur, qualis est in animis parvulorum, qui licet nullo iudicio rationis vtãtur, ostendũt tamen aliquid se velle, aliquid nolle, cũ videndo, audiendo, odorãdo, gustãdo, tãgendo, & ea quibus delectãtur amant, & ea quibus offenduntur oderunt. Quid autẽ est amare, nisi velle? aut quid est odisse, nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi voluntatem suam, quæ etsi prouidẽdi & cõsulendi impos atq; ignara sit, in his tamẽ amat agere quę carnis sensibus blãdiũtur, donec vigor rationalis ingenij per maturiora ministeria corporis excitetur, & ad famulãtum sibi membrorũ vsum nõ alieno motu, sed sua lege moueatur. Ab hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanent ij quos etiã in annis maioribus excordes videmus & fatuos, ad animalẽ surgitur volũtatẽ: quę priusq̃ spiritu dei agatur, etiã si supra sensualem motũ sese attollere potest, tamẽ sine sui amoris participatione in terrenis occiduisq; versatur. In hac humana etiã ingenia, si corporeæ voluptati nõ turpiter seruiant, & cupiditates suas iustitię atq; honestatis legibus tẽperent, nihil supra mercedẽ gloriæ tẽporalis acquirunt. Et cum præsentẽ vitam decẽter exornent, æternæ tamẽ beatitudinis præmiũ non habẽt: quia rectas actiones & bona studia sua non ad eius laudẽ atq; honorẽ referunt, à quo acceperunt, vt in ipsa animali discretione sublimius saperẽt, & excellentius cęteris enitescerẽt. Cum enim quidã non solũ ad instituta vtilissimarũ artiũ, & doctrinas liberalium disciplinarũ, sed etiam ad inquisitionẽ summi boni aciem mentis intẽderint, & inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt, intellecta cõspexerint, nõ agẽtes gratias tamen deo, nec confitentes illũ sibi esse huius facultatis autorẽ, sed dicẽtes se esse sapiẽtes, hoc est nõ in deo, sed in semetipsis gloriãtes, quasi ad veritatis inspectionẽ suis studijs atq; rationibꝰ propinquasse sent, euanuerũt in cogitationibus suis. Et quod illumi nãte dei gratia inuenerãt, obcęcante superbia perdidẽrũt. relapsi à superna luce ad tenebras suas, hoc est ab incõmutabili atq; ęterno bono ad mutabilẽ corruptibilẽq; naturã. Cum ergo tales in amorẽ sui recidũt, & ita sibimet placẽt, vt totũ quod in se laudabile iudicãt; nõ ad dona dei referãt, sed sibi vẽdicent, & studio propriæ volũtatis adscribant, procul ab illa spiritali exulant volũtate, & nihil in se habẽt quo ad vitã prouehãtur æternã, incipiẽtes in semetipsis etiam illa tẽporalia dei dona corrũpere, & à bono eorũ vsu in cõsuetudinem innumerabiliũ trãsire vitiorũ. Quãuis enim scriptum sit quod cũ dispertiret excelsus gẽtes, quẽadmodũ dispersit filios Adam, statuit terminos gentiũ secũdum numerũ angelorũ dei, & facta est portio domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel: & scriptũ sit dominũ dicere ad Israel: Eritis mihi sancti, quia ego sanctus sum, dominus deus vester, qui segregaui vos ab omnibus gẽtibus esse mihi: Et q̃is scriptũ sit in libro Hester, dicẽte Mardochæo: Gratias tibi domine, quoniã fecisti noua signa & prodigia, qualia nõ sunt facta in gẽtibus, diuidẽs omne seculũ in sortes duas, elegisti vnã tibi populi tui, relinquẽs aliãs genti bus: Et Paulus & Barnabas dicant: Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annũciãtes vobis conuerti ad deũ viuum, qui fecit cęlum & terrã, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gẽtes ingredi vias suas: Quanuis ergo hæc & multa similia, veritatis scriptura pronũciet, fecũdũ ipsam tamen creditum & pijssime cõfitemur q̃, nũquã vniuersitati hominũ diuinæ prouidẽtiæ cura defuerit. Quæ licet exceptũ sibi populũ specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamẽ nationi hominũ bonitatis suæ dona subtraxit, vt ꝓpheticas voces & præcepta

Psal. 77.

Leuit. 19.

Acto. 14.

G legalia cõuincerentur in elemẽtorum obſequijs ac teſtimonijs accepiſſe. Vnde & inexcuſabiles facti ſunt, quia deos ſibi dei dona fecerunt, & quæ creata erãt adorandũ: venerati ſunt ad colẽdum. In quã impietatem etiã illa gens quã ſibi ab omnibus gẽtibus dominus ſegreganit, tota trãſiſſet, niſi miſericordię ſuæ propoſitũ ſuſtentãdis electorũ lapſibus prętendiſſet. Nam plenę ſunt paginæ veteris teſtamenti de Iſraeliticę defectionis relatu, vt aperte appareat diuinæ ſemper fuiſſe gratiæ quòd nõ omnis ille populus diſceſſerit à domino. Ita humana natura in primi hominis pręuaricatione vitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia dei, ſemper in deteriorẽ eſt procliuior volũtatem, cui cõmitti nõ eſt aliud q̃ dimitti. Hæc itaq; volũtas vaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiẽdum, facilis ad audendũ, in cupiditatibus cęca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus inquieta, glorię q̃ virtutũ auidior, famæ q̃ cõſcientię diligẽtior, & per omnem ſui experiẽtiam miſerior fruendo ijs quę cõcupierit, q̃ carẽdo, nihil in ſuis habet viribus, niſi periculi facilitatẽ: quoniã voluntas mutabilis quę nõ ab incommutabili volũtate regitur, tanto citius propinquat inquitati, quanto acrius intẽditur actioni. Quandiu ergo homini ea placẽt quæ deo diſplicent, volũtas eius animalis eſt: quia etiam ſi in bonis moribus agat, male adhuc viuit ſi nõ in dei gloriam viuit. Hoc eſt enim propriũ & pręcipuũ piorum, vt in domino gloriẽtur, nec ſe niſi in deo diligãt. Bene enim ſe amant, qui in ſe opera dei amant. Nã & deus hoc amat in nobis, quod ipſe fecit: & hoc odit, quod ipſe non fecit. Si ergo opus dei
H amamus in nobis, bonã voluntatẽ recte amamus in nobis: quæ vtiq; ſi opus dei nõ eſset, amãda nõ eſset. Quis autẽ homo, niſi malæ volũtatis fuerit, bonam in ſe nõ
Matt.15. amat volũtatem, quæ ſuperni agricolæ prima plãtatio eſt? Dicente enim veritate: Omnis plãtatio quã nõ plãtauit pater meus cæleſtis, eradicabitur: quicquid nõ eſt eradicandũ, manifeſtum eſt à patre eſſe plantatũ. Bona autem voluntas, omniũ virtutum germẽ eſt primũ, quæ innixa origini ſuę, in illa æterna & incommutabili
1. Cor. 6. voluntate requieſcit, vt vere ſit ſpiritalis: quoniam qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt, dum per cõmunionẽ illuminantis & illuminati, iuſtificãtis & iuſtificati, regẽtis & ſubditi, omnis actio ad vnũ refertur: & quod ad vnũ refertur, vtriuſque eſt: quia nec à deo alienari poteſt quod dedit, nec ab homine quod accepit.

¶ De pulchra ac ſubtili huius quæſtionis tractatione, vtrum cum bonæ voluntatis homo eſſe incipit, eadẽ quæ in ipſo erat, corrigatur volũtas: an alia ei quam nõ habebat, & quię priori repugnet, detur. Quemadmodum etiã cum in diuinis ſcripturis ſalus generali
I ter omnibus hominibus ꝓmittitur, pro parte hominum omnes homines nominentur. CAPVT III.

HIc tractandũ videtur vtrũ cũ bonæ volũtatis eſſe homo incipit, eadem quæ in ipſo erat, corrigatur volũtas: an alia ei quã non habebat, & quæ priori repugnet, detur. Quod vt euidẽtius appareat, altius id nõ pigeat inquirere. Omnes homines in primo homine ſine vitio conditi ſumus, & omnes naturę noſtræ incolumitatẽ eiuſdem hominis prævaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animique corruptio, inde ignorãtia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, ſacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, inuſta gaudia, pœnitẽda cõſilia, & nõ minor miſeriarũ multitudo q̃ criminũ. His ergo atq; alijs malis in naturã humanã irruẽtibus, fide perdita, ſpe relicta, intelligẽtia obcæcata, volũtate captiua, nemo in ſe vnde repararetur inuenit: quia etſi fuit qui naturali intellectu conatus ſit vitijs reluctari, huius tantũ tẽporis vitam ſteriliter ornauit, ad veras autẽ virtutes æternãq; beatitudinẽ nõ profecit. Sine cultu enim veri dei, etiã K
quod virtus videtur eſſe, peccatũ eſt, nec placere vllus deo ſine deo poteſt. Qui vero deo nõ placet, cui niſi ſibi & diabolo placet? A quo cũ homo ſpoliaretur: non volũtate, ſed voluntatis ſanitate priuatus eſt: quia nec detrudi ab innocẽtię ſtatu poſſet, niſi volũtate peccaret. Quę ergo natura erat bona, qualitate facta eſt mala. Et ille animi motus qui nunq̃ poteſt ſine aliquo eſse amore, hoc eſt ſine aliqua volũtate, nõ perdidit appetitũ, ſed mutauit affectum, id recipiẽs deſiderio, quod debuit refutare iudicio. Cũ igitur homo ad pietatẽ redit, (de quo ideo dictũ eſt: Spiritus vadẽs, & nõ rediẽs: quia niſi illũ deus cõuerteret, nõ rediret) nõ fit nouum figmentũ, nouaq; creatura, nõ alia in eo creatur ſubſtãtia, ſed eadẽ quæ fuerat labefactata, reparatur. Nec aliud ab eo auferitur niſi vitiũ, quod natura nõ habuit. Fuit enim in Adã natura ſine vitio, qui per volũtatis in obediẽtiam mala multa cõtraxit, & in poſteros magis magisq; multiplicãda transfudit. Quæ vt vincãtur, atq; in nihilum deducãtur, nõ efficit niſi gratia Saluatoris, qui opus ſuũ opere ſuo reparat. Sicut enim dicit Ioan 1. Ioan.3.
nes Apoſtolus: In hoc apparuit filius dei, vt ſoluat opera diaboli. Et ſicut rũpit vincula captiui, ſic veſtit nuditatẽ ſpoliati, ſic ſanat vulnera ſauciati, vt quod i ipſo agit, etiã per ipſum geratur. Cui vtiq; contra hoſtẽ ſuũ nõ expedit ſine protectore cõfligere. Cũ illo enim habet certamen, à quo aliquãdo ſuperatus eſt. Non ergo fidat de viribus ſuis, quę etiã cum eſſent integrę, nõ ſteL
terunt: ſed per illũ quærat victoriã, qui ſolus nõ eſt victus, & omnibus vicit. Et ſi quærit, nõ dubitet quærẽdi affectũ ab illo ſe accepiſſe quẽ querit. Nec quia ſpiritu dei agitur, ideo ſe putet liberum arbitrium nõ habere, quod ne tũc quidẽ perdidit quãdo diabolo voluntate ſe dedit, à quo iudiciũ volũtatis deprauatũ eſt, nõ ablatum. Quod ergo nõ interfectũ eſt per vulnerantẽ, non tollitur per medentẽ. Vulnus ſanatur, nõ natura remouetur. Sed quod in natura perijt, nõ reſtituitur niſi ab
autore naturę. Dicit dominus: Et diſponam domui Iſ- Hiere. 31.
rael, & domui Iudæ teſtamẽtum nouũ, nõ ſecũdum teſtamentũ quod diſpoſui patribus eorum in die qua apprehẽdi manũ eorũ vt educerẽ illos de terra Egypti, quia ipſi nõ perſeuerauerũt in teſtamento meo, & ego eos neglexi, dicit dominus: Quia hoc eſt teſtamentum quod diſpoſui domui Iſrael poſt dies illos, dicit dominus: Dabo leges meas in ſenſu ipſorũ, & in corde ipſorum ſcribã eas, & ero illis in deũ, & ipſi erunt mihi in populũ. Et nõ docebit vnuſquiſq; ꝓximũ ſuũ, & vnuſquiſq; fratrẽ ſuum, dicẽs, Cognoſce dominũ: quia omnes cognoſcent me à puſillo eorũ vſq; ad magnũ, quia propitius ero iniquitatibus eorũ, & peccatorũ eorum M
memor nõ ero. Et dabo illis viã alteram, & cor aliud, vt me timeant omnes dies in bonũ ipſis, & filijs eorum poſt eos, & cõſtituã illis teſtamẽtum æternũ quod non auertã poſt eos, & timorẽ meum dabo in cor eorũ ne diſcedãt à me, & viſitabo eos vt bonos eos faciam. Per Eſaiam quoq; de gratia ſua dominus qua ex omnibus
hominibus nouã creaturã facit, eadẽ prænunciat: Ecce Eſa. 42.
faciã noua quæ nunc orientur, & cognoſcetis ea, & faciã in deſerto viam, & in ſicca terra flumina, Benedicẽt me beſtiæ agri, Sirenæ & filię Struthionũ, quod dederim in deſerto aquã, & flumina in ſicca terra ad potandum genus meũ electũ, populum meũ quem mihi acquiſiui, vt enarrẽt virtutes meas. Et iterũ: Per meipſum Eſa. 45.
iuro, niſi exibit de ore meo iuſtitia, & verba mea non auertẽtur, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua deo. Si ergo impoſsibile eſt iſta non fieri, quia nec incerta præſcientia dei eſt, nec mutabile conſiliũ, nec inefficax volũtas, nec falſa promiſsio omnes iſti de quibus hæc prædicta ſunt, ſine cuiuſq̃ exce-

A ptione ſaluantur. Dat enim leges ſuas in ſenſum ipſorum, easq; in cordib⁹ eorum digito ſuo ſcribit, vt agnitionẽ dei non doctrinæ humanæ opere, ſed magiſterio
1.Cor.3. ſummi eruditoris accipiãt, quia neq; qui plãtat, neque qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementũ dat deus. Omnes hi à puſillo vſq; ad magnũ cognoſcunt deum, quia vt venirent ad Chriſtũ, à patre audierũt atq; dixerunt. omnes educti ab errore dirigũtur in viã vitæ, omnibus corde mutato recta ſapere & recta velle donatur, omnibus timor quo in mãdatis dei erudiantur, inſeritur. Fit in deſerto via, & terra arida fluminib⁹ irrigatur, vt qui prius ad cõfitẽdum deum os nõ aperiebãt, & velut muta atq; irrationabilia animalia in feritatem transierãt beſtiarum, diuinorũ eloquiorum fontibus mundati benedicãt & laudent deum, enarrãtes virtutes & mirabilia miſericordiæ eius qui elegit eos, & in filios adoptauit, ac noui teſtamẽti fecit hæredes. Si autẽ (vt Apo
Heb.9. ſtolus loquitur) hominis cõfirmatũ teſtamentũ nemo ſpernit aut ſuperordinat, quomodo fieri poteſt vt ex vlla parte diuina promiſsio reſoluatur? Manet prorſus & quotidie impletur quod Abrahæ dominus ſine condition promiſit, ſine lege donauit: quia etſi quidã quibus hæc prędicata ſunt, non crediderunt: incredulitas
Roma.3. eorum fidem dei non euacuauit. Eſt enim deus verax, omnis autẽ homo mendax. Et illi quidem qui audito euãgelio credere noluerũt, inexcuſabiliores facti ſunt, q̃ ſi nullum præconium veritatis audiſſent. Sed certũ
B eſt eos apud preſcientiam dei, Abrahæ filios nõ fuiſſe, nec in illorum ſorte numeratos, de quibus dictum eſt:
Gene.26. Benedicentur in ſemine tuo omnes tribus terrę. Credituros enim promiſit qui dixit: Et nõ docebit vnuſquiſ
Hiere.31. q; proximũ ſuum, & vnuſquiſq; fratrẽ ſuum, dicẽs: Cognoſce dominum: quia omnes cognoſcent me à puſillo eorũ vſq; ad magnum. Recõciliãdos promiſit qui dixit: Propitius ero iniquitatibus eorũ, & peccatorũ eorum memor nõ ero. Obedituros ꝓmiſit qui dixit: Dabo illis viã alteram, & cor aliud, vt timeãt me omnes dies. Perſeueraturos promiſit qui dixit: Timorẽ meũ dabo in cor eorum, ne diſcedant à me: & viſitabo eos,
Eſa. 45. vt bonos eos faciã. Poſtremo omnes ſine cuiuſq̃ exce
*ſibi obſe quuturos, fortaſsis. vide Roman.14. Philip.2. ptione * promiſit qui dixit: Per memetipſum iuro, niſi exibit de ore meo iuſtitia, & verba mea nõ auertẽtur, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua deo. Hic ſi dicamus non fieri quod deus iurauit eſse faciendum, falſitatem deo (quod abſit) & mendacium adſcribimus veritati. Si autẽ (vt pietas fidesq; per ſuadent) dei verba nõ excidũt, & fit omnino quod ſtatuit, quomodo nobis veracis promiſsionis firmitas apparebit, cum multa adhuc hominum milia dæmonijs ſeruiãt, & idolis genu flectãt, niſi huiuſmodi denuncia
C tiones dei ſecundum illã incõmutabilem ſcientiã editas nouerimus, in qua apud illum iã vniuerſitas humana diſcreta eſt, & ſiue de bonis ſiue de malis loquatur, ita vnius partis meminit, quaſi neminẽ hominum prætermittat? Nã cum dicit Apoſtolus: Vetera trãſierunt,
2. Cor.5. eccẽ facta ſunt omnia noua, nunquid nõ omnes homines videtur dixiſſe renouatos? Aut cum dicit: Quia in
Col.1. ipſo cõplacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipſum recõciliari omnia in ipſo: nunquid nõ ita loquitur quaſi neminẽ velit exortem huius reconciliationis
Heb.1. intelligi? Aut cũ ait, Nouiſsimis iſtis diebus locutus eſt nobis in filio, quẽ cõſtituit hæredem vniuerſorũ: nunquid aliud ſonat forma ſententię, q̃ omnes homines in Chriſti hæreditate à patre eſse trãſcriptos, ſecundum
Pſal.2. prophetiã Dauid dicẽtis: Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hereditatem tuã, & poſſeſsionem tuã terminos terræ? Dicẽte enim domino: Si exaltatus fuero à terra, om
Ioan.12. nia trahã ad me: nõne vniuerſorum videtur promiſſa
Eſa.40. cõuerſio? Aut cũ de eccleſia ꝓphetatur & dicitur: Omnis vallis replebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas, D
nunquid vllus hominũ videtur omiſsus, qui nõ ſignificatus ſit Chriſto eſse ſubdẽdus? Quid cũ dicitur: Et vẽ Eſa.66.
niet omnis caro in cõſpectu meo vt adorẽt in Hieruſalem, dicit dominus: Aut illud: Et erit in die⁹ illis, Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ: Aut illud:
Alleuat dominus omnes qui corruũt, & erigit omnes eliſos: Nunquid nõ ita ꝓnunciatũ eſt, quãſi ab hoc dei Pſal.144
munere nemo diſcret⁹ ſit? Habet ergo populus dei plenitudinem ſuã, & quãuis magna pars hominũ, ſaluãtis gratiã aut repellat aut negligat, in electis tamen & prę ſcitis, atq; ab omnium generalitate diſcretis, ſpecialis quędã cenſetur vniuerſitas, vt de toto mũdo totus mũdus liberatus, & de omnibus hominibus omnes homines videantur aſsumpti: ſicut etiã cum de impijs ſermo
eſt, ita locutionem ſuã diuin⁹ ſtylus ordinat, vt ea quæ de quadã parte dicuntur, ad omnes homines pertinere
videãtur: veluti eſt illud quod ait Ioãnes Baptiſta: Qui Ioan.3.
de cælo venit, ſuper omnes eſt. quod vidit & audiuit,
teſtificatur, et teſtimoniũ eius nemo accipit. Aut illud Philip.2.
Apoſtoli: Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu
Chriſti. Aut illud quod pſalmus Dauidicus canit: Do- Pſal.13.
minus de cælo ꝓſpexit ſuper filios hominũ, vt videat
ſi eſt intelligens, aut requirens deũ. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonũ, nõ
eſt vſq; ad vnum. His igitur & alijs documẽtis, quæ poſſunt ab inquirentibus numeroſiora proferri, nõ dubie
demõſtratur interdũ & pro parte terræ omnem terrã, E
& pro parte mundi totum mundũ, & ꝓ parte hominũ
omnes homines nominari, quorũ tamen diſcretionem
plerunq; ſcriptura cito aperit, vt ſenſus legentis ab vniuerſitatis appellatione ad partem quę intelligenda eſt
trãsferatur: ſicut eſt illud Apoſtoli dicentis: Prædica- 1.Corin.1
mus Ieſum Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidẽ ſcãdalum,
gẽtib⁹ autẽ ſtultitiã, ipſis vero vocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtũ dei virtutẽ, & dei ſapientiã. Nunquid ipſis
Chriſtus virtus quib⁹ ſcãdalum, aut ipſis ſapientia quibus ſtultitia? Sed quoniã quidã ex eiſdẽ iuſtificabũtur
fide, quidã autẽ ſua impietate obdurabuntur: vnũ credentiũ & nõ credentiũ genus ſub vocatorum appellatione diſcreuit, vt quos à fide ſignificabat alienos, eos
q̃uis audiſsent euãgelium, oſtẽderet vocationis extraneos. Hac regula per Eſaiã ꝓmittit ſermo diuinus, dicens: Educã cæcos in viã quã non nouerunt, & ſemitas Eſa. 42.
quas neſciunt calcabũt: & faciã illis tenebras illuceſcere, & praua in directũ. Hæc verba faciã, & nõ derelinquã eos. Sed quod ſequitur, Ipſi autem cõuerſi ſunt retro: ad partẽ quãdã generis ipſorũ referendũ eſt, nõ ad
eos de quib⁹ ait: Nõ derelinquã eos. Iterũ dicit domi- Eſa.43.
nus ad Iacob: Noli metuere, quia tecum ſum. Ab oriẽte adducã ſemen tuum, & ab occaſu colligãte. Dicam F
Aquiloni, adduc: & Aphrico, noli vetare, adduc filios
meos de terra longinqua, & filias meas à ſummo terrę,
omnes in quib⁹ vocatũ eſt nomen meũ. In gloriã enim
meã parauĩ illum, & finxi & feci illum. Quod autem ſequitur, Et ꝓduxi plebem cæcã, & oculi eorum ſunt cæci, & ſurdas aures habent: nõ poteſt eis vlla ratione cõgruere, quos in gloriã ſuã paraſse ſe dicit. In ijs quippe
omnib⁹ verbis quæ de vno hominum genere dicũtur,
alijs perſonis priora, alijs poſteriora cõueniunt. Apud
Apoſtolum quoq; quod in parte populi agitur, ſub totius populi nuncupatione narratur, & in reliquis plenitudo cenſetur. Cum enim de Iudæorũ obcęcatione diſſereret, & quoſdã ex ipſis gratia ſaluos fieri demõſtraret, Dico ergo, inquit, nunquid repulit deus populum
ſuũ? Abſit. Nã & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahã Roma.11.
de tribu Bẽiamin. nõ repulit de⁹ plebẽ ſuã quã preſciuit. Plebs ergo preſcita, plebs nõ repulſa, ij ſunt qui in
Chriſto iuſtificati ſunt. Et quod de omni Iſraele dici
videtur, in ijs tantum quos ſibi gratię electio reliquos

G fecit,oſtẽditur,ſicut ſequẽtia apoſtolici ſermonis enarrant. Adiungit enim & dicit: An neſcitis in Helia quid dicit ſcriptura, quemadmodũ interpellat deum aduerſus Iſrael? Domine prophetas tuos occiderunt,altaria tua ſuffoderunt,& ego relict⁹ ſum ſolus, & quærũt animam meã. Sed quid dicit illi reſpõſum diuinũ: Reliqui mihi ſeptem milia virorum qui nõ curuauerunt genu Baal. Sic ergo,inquit,& in hoc tẽpore reliquiæ per electionem gratię ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia, iã nõ ex operibus,alioquin gratia iam nõ eſt gratia. Non ergo omnis Iſrael reprobatus,nec omnis electus eſt, ſed partem cæcitas volũtaria auertit, partem ſibi illuminatio gratuita reſeruauit, & tamen ita de eis ſermo habetur,vt & in ijs qui pereunt,& in ijs qui ſalui fiunt,nulla toti⁹ generis videatur facta diſcretio. Nã cum legitur: Secundũ euãgelium quidẽ inimici ,ppter vos,ſecundũ electionem autẽ dilecti propter patres: ita locutio ſonat, tãquã eoſdem dicat dilectos, quos dixit inimicos. Sed hãc caliginẽ apoſtolus ipſe deterſit dicẽdo . Quia cæcitas ex parte in Iſrael contigit. vt vnum genus in duas ſpecies intelligeremus eſſe diuiſum,& omnẽ hominem,omnẽ plenitudinẽ,omnẽ Iſraẽlem,nõ ſemper ad vniuerſitatẽ,ſed plerũq; ad partem eſſe referẽdum.

H Inter has autẽ formulas locutionum, etiam illã in ſcripturis dictionem debemus aduertere , qua id quod ad diuerſorũ temporum homines pertinet,ita ,pmittitur, quaſi de vna eiuſdẽ gtatis generatione dicatur,ſicut eſt quod ſanctus Petrus apoſtolus ſcribẽs ſui & futuri tem
1.Petri.2. poris gentib⁹ ait: Vos autem genus electum,regale ſacerdotium,gens ſancta , populus acquiſitionis,vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ,qui aliquãdo nõ populus,nunc autem populus dei, qui nõ conſecuti miſericordiã, nunc autem miſericordiã cõſecuti. Nunquid cum prædicarentur hæc,adhuc illi homines permanebãt, quos omnes deus in præteritis generationibus dimiſerat ingredi vias ſuas, & ijdẽ ipſi qui prius traditi fuerãt voluntatibus ſuis,nunc de tenebris in lumen admirabile vocabãtur? Nõne illi iam defecerãt, iam in hoc mundo non erãt, nec ab errore ad veritatem reditus olim mortuis ſuppetebat? Et tamen quod poſt multa ſecula gratia in poſteris impiorũ ſit , loquendi cõſuetudo perſtrinxit, vt ipſi videãtur nunc eligi , qui prius fuerant derelicti. Pertinent autẽ hæc nõ ad eoſdem homines,ſed ad eiuſdem gentis homines: & vocatio quæ illuxit ppe mũdi finem,ad pteritã non recurrit ętatem. Ita modo quodam & ipſi & nõ ipſi ſunt,de quibus & quibus iſta dicũtur, dum in aliquo ſpeciali à generalibus non diuidun tur,in aliquo vero à communibus ſeparantur.

I ¶De ſolutione calũnioſæ obiectionis qua quidam dicunt autorem per ſuperius dicta contradicere apoſtolo definienti quod deus velit omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire . Et quod profunditas diuinorum myſteriorum atq; iudiciorũ à nobis non ſit perquirenda. CAPVT IIII.

SED CVM legerint hæc vel audierint qui amãt calũnioſa certamina , dicẽt nos per huiuſmodi diſputationes Apoſtolo contradicere deſi
1. Tim.2. niẽti quod deus omnes homines velit ſaluos fieri,& in agnitionem veritatis venire . Quam particulam verborum Apoſtoli ita nos integre pleneq; ſuſcipimus , vt nihil ei de præcedentibus ſiue ſubiectis quæ ad ipſam pertinent ſubtrahamus: quoniã vt cętera diuinorum eloquiorum teſtimonia ſequeſtrem⁹, hic locus ſufficit ad euacuandum quod calumnioſe obijciunt,& ad defendendum quod impie diffitentur. Scribẽs itaq; ad Timotheum Paulus Apoſtolus ait : Obſecro igitur primo omnium,fieri obſecrationes,poſtulationes,gratiarum actiones pro omnibus hominibus,pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt , vt quietam & tran K quillam vitã agamus in omni pietate & caſtitate . Hoc enim bonũ eſt & acceptum corã ſalutari noſtro deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus,& vnus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redẽptionem ſemetipſum pro omnibus. De hac ergo doctrinæ apoſtolicę regula qua eccleſia vniuerſalis imbuitur,ne in diuerſum intellectũ noſtro euagemur arbitrio,quid in ipſa vniuerſalis eccleſia ſentiat requiramus,quia nihil dubium eſſe poterit in præcepto, ſi obedientia concordat in ſtudio . Præcepit itaq; Apoſtolus, immo per Apoſtolum dominus qui loquebatur in Apoſtolo , fieri obſecrationes & poſtulationes , gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus,ac pro ijs qui in ſublimitate ſunt . Quam legem ſupplicationis ita omnium ſacerdotum & omnium fidelium deuotio cõcorditer tenet , vt nulla pars mundi ſit in qua huiuſmodi orationes non celebrentur à populis Chriſtianis. Supplicat ergo vbiq; eccleſia deo non ſolum pro ſanctis & in Chriſto iam regeneratis,ſed etiam pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Chriſti,pro omnibus idolorum cultoribus,pro omnibus qui Chriſtum in membris ipſius perſequuntur , pro iudæis quorum cæcitati lumen euangelij nõ refulget, pro hæreticis & ſchiſmaticis qui ab vnitate fidei & charitatis alieni ſunt . Quid autem pro iſtis petit,niſi vt relictis erroribus ſuis conuertantur ad deum,accipiant fidem,accipiant charita L tem, & de ignorantiæ tenebris liberati in agnitionem veniant veritatis? Quod quia ipſi præſtare ſibi nequeũt malæ conſuetudinis pondere oppreſſi, & diaboli vinculis alligati,neq; deceptiones ſuas euincere valẽt, quibus tam pertinaciter inhæſerunt , vt quantum amanda eſt veritas,tantum diligant falſitatem: miſericors & iuſtus dominus pro omnibus ſibi vult hominibus ſuppliCari: vt cum videmus de tam profundis malis innumeros erui,non ambigamus deum pręſtitiſſe quod vt pręſtaret oratus eſt , & gratias agentes pro ijs qui ſalui facti ſunt , ſperemus etiã eos qui nõdum illuminati ſunt, eodem diuinæ gratię opere eximendos de poteſtate tenebrarum, vt in regnum dei priuſq; de hac vita exeant transferãtur. Quod ſi aliquos,ſicut videmus accidere, ſaluãtis gratia præterierit, & pro eis oratio eccleſiæ recepta non fuerit: ad occulta diuinæ iuſtitiæ iudicia referendum , & agnoſcendum eſt ſecreti huius profunditatẽ nobis in hac vita patere nõ poſſe. Ex parte enim 1. Cor.13. ſcimus,& ex parte prophetamus,& videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Nec ſapientiores aut ſcientiores beatiſſimo apoſtolo ſumus, qui cum de gratiæ potentia diſputaret , magnorum myſteriorum ingreſſus M arcanum,ijs quę impoſsibile erat enarrare,ſuccubuit. Cum enim dixiſſet: Nolo vos ignorare fratres myſte- Roma.11. rium hoc,vt non ſitis vobis ipſis ſapientes , quia cæcitas ex parte in Iſrael contigit,donec plenitudo gentiũ intraret,& ſic omnis Iſrael ſaluus fieret,ſicut ſcriptum eſt : Veniet ex Sion qui eruat & auertat impietates ab Iacob,& hoc illis à me teſtamentum, cũ abſtulero peccata eorum. Secundũ euangelium quidẽ inimici propter vos, ſecundũ electionem vero dilecti propter patres . Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credidiſtis deo,nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter illorum incredulitatem : ita & iſti nunc non crediderunt in veſtra miſericordia,vt & ipſi miſericordiam conſequantur. Cõcluſit enim deus omnia in incredulitate,vt omnium miſereatur . Cum ergo hæc diuinorum operum myſteria ſupra menſuras humanæ intelligentię excellentia,quodã mẽtis ſuæ profudiſſet exceſſu, totã expoſitionis rationem träſtulit ad ſtuporem , & admirator eorum quę protulerat,exclamauit & dixit: O altitudo

A diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius , & inueſtigabiles viæ eius . Quis enim cognouit ſenſum domini ? aut quis conſiliarius ei⁹ fuit? aut quis prior dedit illi,& retribuetur ei? Quoniã ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶Cur anterioribus ſeculis dimiſſæ ſunt omnes gentes ingredi vias ſuas,vno tantũ Iſraele excepto,& ad cognitionẽ veritatis electo . Et quare deus vni homini det gratiam,alteri autem deneget. CAPVT V.

RAEMISSA enim docentis aſſertio locũ dabat multimodæ quæſtioni ; vt variatæ per tot populos ac tempora gratiæ dei cauſſa quęreretur: cur ſcilicet anteriorib⁹ ſeculis dimiſſæ eſſent omnes gẽtes ingredi vias ſuas,vno tantũ Iſraele, qui diuinis eloquijs eruditetur , excepto, & ad cognitionem veritatis electo, cuius infidelitas locum tãdem ſaluandi gentibus fecerit : tanq; ſi vnus populus in fide ſui generis permaneret, miſericordia dei cæteris ſe nationibus præſtare nõ poſſet. Cur deniq; ipſi quorũ diminutio ſalus gentibus eſt, ab obcæcatione ſua nõ libe rentur priuſq; ingrediatur gentium plenitudo: quaſi il luminari cũ omnibus nequeãt, qui omnes facta omniũ gentium adoptione ſaluãdi ſunt. Aut quo modo omnis Iſrael ſublata obcæcatione ſaluandus ſit,cuius innume rabilis multitudo in ſua infidelitate deficiens, ad tẽpo
B ra ſaluandis promiſſa nõ peruenit. Vel quomodo ipſa rum gentiũ,quarum prius nõ eſt facta vocatio,dicatur nunc ingredi plenitudo, cum tãta promiſcuæ ætatis & conditionis hominũ milia in omnibus nationibus quæ ſunt ſub cęlo,ſine Chriſti iuſtificatione moriãtur. Sed horum myſteriorũ iudiciorumq; cauſſas pius & doct⁹ magiſter maluit ad altitudinem diuitiarũ ſapiẽtiæ dei ſcientiæq; ſuſpendere, q̃ iuſtiſſimæ veritatis & miſericordiſſimæ bonitatis ſubtractum ab humana cognitione ſecretũ temeraria inquiſitione diſcutere, nihil omittens de ijs quæ non oportet ignorari , nihil contrectãs de ijs quæ non licet ſciri. Multa enim ſunt in diſpenſatione operum diuinorũ , quorum cauſsis latentibus ſoli monſtrantur effectus,vt cũ pateat quod geritur,non pateat cur geratur, negocio in medium deducto, & in occultũ ratione ſubducta, vt in eadem re & de inſcrutabilibus præſumptio cõprimatur; & de manifeſtis ſalſitas refutetur. Neq; enim ſi neſcio cur ille græcus creetur,hic barbarus,iſte in diuitijs, ille in egeſtate naſcatur, hunc valida proceri corporis pulchritudo ſublimet,illum debiliũ membrorũ exilitas cõtracta deformet, iſte à catholicis editus in veritatis cunabulis nu
C triatur , ille hæreticorũ progenies cum ipſo lacte matris hauriat virus erroris,ſi deniq; mille alias differentias in habitu corporum,in qualitatibus animorum,in conditione temporum, in more regionum dijudicare nõ poſſum: ideo quod omniũ horum deus ſit conditor atq; ordinator,ignoro. Qui vtiq; ſingulorũ hominum ita & corpora creauit & ſpiritus, vt præter illam ſecuturam ex vniuſcuiuſq; ſtudio voluntariam diuerſitatẽ, ipſa cõditionis exordia diſſimillima numeroſitate variaret. Turbarent autẽ nos & in diuerſum diſtraherẽt multæ vaniloquorũ opiniones,qui de incognoſcibilibus deuenire in conuenientia præſumpſerunt, & has originales inæqualitates fatis,quę nulla ſunt,& ſyderibus deputarunt , niſi certiſſima notitia teneremus deũ creatorẽ de elementis naturalibus prout vult vas vnũquodq; formare, & vnã naturam animarũ, vnam naturam corporum placitis ſibi temperare menſuris. Quæ vtiq; opera dei humanæ intelligẽtiæ cognoſcibilia eſſent ſi innoteſcere debuiſſent , & manifeſtaretur cur ita quidq; fieret,niſi q, ita fieret, ſcire ſufficeret . Dicit
Exo.3. dominus ad Moyſen: Quis deditos homini, & quis fecit mutũ & nõ audientẽ,videntẽ & cæcum? nonne ego D dominus deus? Et per Eſaiam : Nõne ego fœcũdum & ſterilem feci? dicit dominus. In libro Eccleſiaſtico le- Eccle. 11. gitur: Bona & mala, vita & mors , paupertas & honeſtas à deo ſunt. Et Iob dicit: Abundãt tabernacula præ Iob.12. donum,& audacter prouocant deum , cũ ipſe dederit omnia in manibus eorũ . Et idem de omnium rerũ humanarum profectu & defectu diſputans,omnesq; mutationes ad iudicia dei referẽs, Apud ipſum eſt, inquit, ſapientia & fortitudo: ipſe habet cõſilium & intelligẽtiam. Si deſtruxerit,nemo eſt qui ædificet. ſi incluſerit hominẽ,nullus eſt qui aperiat,ſi cõtinuerit aquas , omnia ſiccabuntur. ſi emiſit eas,ſubuertent terram. Apud ipſum eſt fortitudo & ſapiẽtia, ipſe nouit & decipientem,& eũ qui decipitur. adducit cõſiliarios in ſtultum finem,& iudices in ſtuporẽ. Baltheum regũ diſſoluit, & præcingit funẽ renes eorum. ducit ſacerdotes inglorioſos,& optimates ſupplantat, cõmutans labiũ veracium,& doctrinã ſenum auferẽs,effundens deſpectionem ſuper principes,& eos qui oppreſſi fuerãt reuelans. qui reuelat profunda de tenebris,& ,pducit in lucem vmbram mortis. qui multiplicat gentes,& perdet eas,& ſubuerſas in integrũ reſtituet. Qui immutat cor principũ terræ,& decipit eos,vt fruſtra incedãt per inium. palpabũt quaſi in tenebris,& nõ in luce,& errare eos faciet quaſi ebrios. Et iterũ idem dicens volũtem dei irritã eſſe nõ poſſe,Ipſe enim,inquit,ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationẽ eius,& anima ei⁹, quodcunq; voluerit, hoc fiet. Liberatur pars hominũ E parte pereũte. Et ſi hoc voluntatũ meritis velimus adſcribere,vt malos neglexiſſe gratia,bonos autẽ elegiſſe videatur: reſiſtet nobis innumerabiliũ cauſſa populorũ,quibus per tot ſecula nulla cælestis doctrinæ annũciatio coruſcauit,nec meliores fuiſſe eorũ poſteros poſſumus dicere,de quibus ſcriptũ eſt: Gentium popu Eſa.9. lus qui ſedebat in tenebris,lucẽ vidit magnã , & ſedentibus in tenebris & vmbra mortis lux orta eſt illis . Et ad quos apoſtolus Petrus dicit: Vos autẽ genus electũ, 1.Petri.2. regale ſacerdotiũ, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annũcietis eius qui de tenebris vos vocauit in tam admirabile lumen ſuũ,qui quondã nõ populus, nunc autẽ populus dei,quorũ aliquando nõ eſt miſertus,nũc autem miſeretur. Non ergo meritis minorum tribuitur quod nõ meruere maiores . par enim impietas & patres accuſabat & filios,eademq; ignorantiæ cæcitas omnes ſimul in eoſdẽ mergebat errores . Sed cur illorũ non miſertus & horũ miſertus ſit deus: quæ ſciẽtia cõprehendere,quæ poteſt inueſtigare ſapiẽtia? Latet diſcretionis iſta ratio , ſed non latet ipſa diſcretio. Non intelligimus iudicãtem,ſed videmus operantem. Quid calũniamur iuſtitiæ occultæ,qui gratias debem⁹ miſericordię manifeſtę? Laudem⁹ & veneremur quod F agitur,quia tutum eſt neſcire quod tegitur. Reſpice autem & ad vniuerſalem multitudinẽ paruulorũ,in quibus excepto illo quo in dãnationem naſcitur gens humana delicto, nec pręterita poſſunt merita nec futura cenſeri. Omnes enim de quibus nũc loquimur, ante vllum intelligentię vſum,ante liberũ volũtatis arbitriũ, alij ad æternã beatitudinem regenerati,alij ad perpetuam miſeriã tranſeũt non renati. Si originalem culpã fateris,omnis numerus in reatu eſt: ſi moralem innocẽtiam quæris, omnis ſumma ſine vitio eſt . Non inuenit quod diſcernat humana iuſtitia,ſed habet quod eligat inenarrabilis gratia dei. In abſcondito eſt cõſiliũ, ſed non latet donũ: opus exerit pietas,cauſam obſcurat poteſtas. Sed tã indubitabile eſt quod nõ videtur,q̃ quod videtur: quia authori manifeſti operis negari cõfeſsio etiam incognitæ non poteſt æquitatis. Quod ſi & ad illos dirigas mentis intuitum , qui longam agentes in flagitijs & ſceleribus ætatẽ,ſacramẽto baptiſmatis Chri-

G ſti in ipſo vitæ fine renouãtur, & ſine vllo ſuffragio bonorum operum in regni cælestis cõſortium transferũtur: quo intellectu diuinũ iudicium comprehẽdes, niſi vt indubitãter agnoſcas gratuita eſse dei munera: & ſicut nulla ſunt tam deteſtãda facinora, quę poſsint gratiæ arcere donũ, ita nulla poſse tã præclara opera exiſtere, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retributionis iudiciũ debeatur? Vileſceret enim redemptio ſanguinis Chriſti, nec miſericordię dei humanorum operum prærogatiua ſuccũberet, ſi iuſtificatio quæ fit per gratiã, meritis præcedẽtibus deberetur, vt non munus largientis, ſed merces eſset operantis. Vnde autem poſſet probari quod ad euacuãdum originale peccatũ nulla idonea eſset induſtria, niſi & impij & facinoroſi per lauacrum Chriſti aſsumerẽtur in regnũ, agnoſcerẽtq; qui in ſua iuſtitia gloriantur, q̃ nihil dignũ agere poſſint adoptione filiorũ dei ſi ad regenerationis nõ peruenerint ſacramentũ, cum eadẽ qua ſceleſtiſſimi peccatores cõditione teneantur, pares futuri in ſanctificatione ſi affuerit regeneratio, ſimul perituri ſi ceſsauerit ablutio? Si ergo etiam ex nequiſsimis in ipſo vitæ exitu gratia inuenit quos adoptet, cum tamen multi etiam qui minus nocẽtes vidẽtur, doni huius alieni ſint: quis hoc aut fine diſpenſatione dei fieri, aut ſine profunda dicat æquitate decerni? Quod vtiq; nõ ideo iniquũ eſt, quia occultum eſt: ſed ideo æquum eſt, quia iudicium dei eſse nõ dubium eſt. Quod enim ab illius pendet arbitrio: qua ſententia iudicari debeat, priusq̃ iudicetur incertum eſt. Cum autẽ res ad finem ſuum venerit, ne-

H mini liberum eſt de exitu conqueri, quia certiſsimum eſt nihil aliter deũ facere debuiſse q̃ fecerit. Qui multimodæ vocationis varietatem ad vnam gratiam pertinẽtem, etiam illa regula euãgelicę cõparationis aſtruxit, qua oſtendit patremfamilias diuerſo tempore conducẽtem operarios vineæ ſub pactione denarij, quo vitę æternę ſignificatur æqualitas, vbi ſine dubio hora vndecima intromiſſi in vineam, totius diei operarijs exæquati, iſtorũ de quibus nunc loquimur, præferunt ſortem, quos ad commẽdandam gratię excellentiã in defectu diei & concluſione vitę diuina indulgẽtia muneratur, non labori precium ſoluẽs, ſed diuitias bonitatis ſuæ in eos quos ſine operibus eligit, effundẽs, vt etiam ij qui in multo labore ſudarunt, nec amplius q̃ nouiſſimi acceperunt, intelligant donum ſe gratiæ, nõ operũ accepiſſe mercedem. Vnde ſi & nos aduerſum patrem familias murmuremus, eo quod nouiſsime vocati totiꝰ diei operarijs coæquentur, nec amplius multa opera q̃ pene nulla mereantur: dicetur nobis quod vni eorum

Matt. 20. reſpoſum eſt: Amice, non facio tibi iniuriam. nõne ex denario cõueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autẽ & huic nouiſsimo dare ſicut & tibi. Aut

I non licet mihi de re mea facere quod volo? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Certe huic calũniatori iniuſta videbatur hæc largitas, & quid eruditionis retulit? quid rationis accepit? Non eſt ei diſpẽſatio nis huius reuelata iuſtitia, nec ad inſpectionem ſecreti latentis admiſsus eſt: ſed vt à diſcutiendis dei iudicijs abſtineret, oppoſita eſt ei bonitas miſerantis, & volẽtis poteſtas, quaſi illi & ab Apoſtolo diceretur: O homo,

Roma. 9. tu quis es qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quare me feciſti ſic? Omnibus ergo hominibus cuiuſlibet generis, cuiuſlibet cõditionis & ætatis cauſsa perficiendæ gratiæ voluntas dei eſt, apud quam ratio electionis abſcondita eſt, ab ea gratia incipientibus meritis, quam accepere ſine meritis. Quæ ſi

Ioan. 3. poſsent bona eſse ſine gratia, nõ diceretur: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ intrabit in re-

Ioan. 6. gnum cælorum. &, Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, nõ habebitis vitam in vobis. Sed diceretur: Niſi quis fuerit iuſtus & bonus, beatus in æternum eſse non poterit. Nec opus eſset per K aquã & ſpiritum renaſci, ſi per mãdatum ſufficeret eruditi. Et euacuaretur fides, quæ credit per baptiſmũ omnia peccata dimitti, ſi gratia nõ malis & impijs, ſed bonis & rectis doceretur impendi. Origo itaque veræ vitæ veræq; iuſtitię in regenerationis eſt poſita ſacramẽto, vt vbi homo renaſcitur, ibi etiam ipſarũ virtutũ veritas oriatur. Et incipiunt ad perpetuam gloriam proficere per fidem, qui vix ad tẽporalem vanę laudis poterant peruenire mercedẽ. Siue enim Iudæus legis ſciẽtia tumens, ſiue Græcus ſtudio ſapientiæ naturalis inflatus, priuſquam iuſtificetur per fidem Chriſti, cõcluſus eſt ſub peccato: & ſi in ſua infelicitate perſtiterit, ira dei manet ſuper eum, illa ſcilicet in Adæ pręuaricatione contracta, de qua Apoſtolus loquitur dicẽs. Et vos Ephe. 2.
cum eſsetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibꝰ aliquãdo ambulaſtis ſecundum ſeculum mũdi huius, ſecũdum principem poteſtatis aeris huius, ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos ali quando cõuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtrę, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iręˢ, ſicut & cęteri. Et iterum: Qui eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamẽtorum, promiſsionis ſpem non habentes, & ſine deo in mũdo. Et iterum: Eratis aliquando tenebręˢ, nũc autem lux in domino. Et iterum: Gra Ephe. 5.
tias agentes patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Col. 1.
ſanctorũ in lumine, qui eripuit nos de tenebris, & poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuię. Et iterum: Eramus enim & nos aliquando inſi-
pientes, increduli, errantes, ſeruiẽtes deſiderijs & vo- ad Titũ. 3.
luptatibus varijs, in malitia & inuidia agẽtes, odibiles, audientes inuicem. Cum autẽ benignitas & humanitas L
apparuit Saluatoris noſtri: nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpẽm vitæ æternæ.

¶Qualis ſit natura humana ſine gratia. CAPVT VI.

ET VT breuiſsime pateat qualis ſit natura humana ſine gratia, dicat Iudas apoſtolus quid agat vel ignorãtia imperitorum, vel doctrina ſapiẽtium. Hi autem, inquit, quęcũq; quidem Iudæ. 1.
ignorant, blaſphemant: quęcunq; autem naturaliter vt muta animalia norunt, in his corrumpũtur. Dicat etiã ſub verbis Zachariæ euangeliſta Lucas, ante illuminationem gratię in qua humanum genus nocte verſetur, M
& de quibus ignorantiæ tenebris dei populus eruatur: Et tu, inquit, puer ꝓpheta altiſsimi vocaberis. ꝓcibis Luc. 1.
enim ante faciem domini parare vias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis populo eius in remiſsionem peccatorum ipſorum, propter viſcera miſericordiæ domini, in quibus viſitauit nos oriẽs ex alto, lucere ijs qui in tenebris & vmbra mortis ſedent, ad dirigẽdos pedes noſtros in viam pacis. Hæc autẽ viſcera miſericordiæ dominus non ad vnius tãtum populi redemptionem, ſed omnium nationũ impendit ſalutem, dicente euangeliſta: Quia Ieſus moriturus erat pro gente, non tantum pro gente, ſed etiam vt filios dei diſperſos cõgregaret in vnum. Hoc enim agit illa vox domini, quę per quãdam pietatis tubam toto terrarũ orbe reſonãtem, omnes homines & inuitat, & conuenit. Nam cum dixiſ-

Matt. 11. ſet: Cõfitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: Ita pater, quoniã ſic beneplacitum eſt ante te: addidit: Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. &

A nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et deinde adiecit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meũ leue eſt. Ioannes vero baptiſta in euangelio Ioannis prophetico ſpiritu proteſtatur di-
Ioãnis. 3. cens: Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt, quod vidit & audiuit, teſtificatur, & teſtimonium eiꝰ nemo accipit. Qui accipit teſtimoniũ eius, ſignauit, quoniã deus verax eſt. Igitur quantũ attinet ad humani generis cæcitatem longa ignorantiæ & ſuperbiæ nocte cõtractam, venit in hunc mũdum creator mundi, & mundus eum non cognouit. Lux lucet in tenebris, & tenebręˢ eã non comprehenderũt. Qui ſuper omnes eſt, quod vidit & audiuit, teſtificatur, & teſtimoniũ eius nemo accipit. Sed quia nõ fruſtra deus dei filius venit in mũdum, & dedit ſemetipſum pro omnibus, mortuuſq; eſt nõ tãtũ pro gente, ſed etiã vt filios dei diſperſos cõgregaret in vnum, & vniuerſis dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ſeruato ſibi incognoſcibilis electionis arbitrio, dat ſui patriſq; notitiã quibus eam voluerit reuelare: omnes filij lucis, filij promiſsionis, fi-
B lij Abrahæ, filij dei, genus electum, regale ſacerdotiũ, veri Iſraelitæ, præcogniti & prędordinati in regnũ dei, qui eos vocauit nõ ſolum ex Iudæis, ſed etiã ex gentibus: teſtimoniũ eius qui de cælo venit accipiunt, ſigni ficantes quia deꝰ verax eſt, id eſt, expreſse ſignificãtes in ſui ſaluatiõe quoniã deus verax eſt, implens & perficiens quod promiſit Abrahæ omniũ gentiũ patri: qui pollicente deo quod hæres futurus eſset mũdi, nõ hæſitauit diffidẽtia, ſed cõfortatus eſt fide, dãs gloriã deo, & pleniſsime ſciens quoniã quod promiſit, potẽs eſt & facere. Quis autẽ tam alienus eſt à fide Abrahæ, quis tam degener ab vniuerſarũ gẽtiũ patre, qui promiſsionem dei aut nõ impleri, aut ab alio præter eũ qui promiſit, dicat impleri? Ille quidem erit mendax, deus autem eſt verax. Et omnis qui accipit teſtimonium eius, hoc ſignat, hoc indicat, quod per lucem illuminantẽ factus eſt videns, factus eſt obediẽs, factus eſt intelligẽs,
1. Ioan. 5. ſicut Ioannes euangeliſta teſtatur dicens: Scimus quia mundus totus in maligno poſitus eſt, & ſcimus qua filius dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum deum, & ſimus in vero filio eius.

¶Cur ſaluator omnium hominum non omnibus dederit hunc ſenſum, vt cognoſcerẽt verum deũ. Cur etiam quidam paruuli ſalui fiant renati, alij pereant non renati. CAPVT VII.

NI vero quæritur cur ſaluator omniũ hominum non omnibus dederit hũc ſenſum, vt cognoſcerẽt verũ deũ, & eſsẽt id eſt ꝑma nerẽt in vero filio eius: q̃ quis credamus nullis hominibꝰ opẽ gratiæ ĩ totũ fuiſse ſubtractã, de quo
C pleniꝰ in ſequẽtibꝰ diſſeremus: tamẽ ita forte hoc velatũ ſit, ſicut abſconditũ eſt, cur antea omnibus gẽtibꝰ prætermiſsis, vnũ populũ ſibi quẽ ad veritatis cognitionem eruditet exceperit: de quo iudicio dei ſi nõ eſt cõquerẽdum: multo minus de hoc qd cũ electiõe omniũ gẽtiũ geritur, murmurãdũ eſt. Quæ enim deus occulta eſse voluit, non ſunt ſcrutanda, quæ aũt manifeſta fecit, nõ ſunt neganda: ne & in illis illicite curioſi, & in iſtis damnabiliter inueniamur ingrati. Non autẽ ignoramus eſse quoſdam tam inconſideratæ præſumptionis, & tam ſuperbę arrogãtiæ, vt qd præcipuus magiſter gẽtiũ nõ ab hominibꝰ neq; ꝑ hominẽ ſed diuinitus eruditus, ſupra mẽſurã ſciẽtiæ ſuę lõge & alte remotum eſse cõfeſsus eſt, audeãt falſi nominis temerare doctrina, & nihil illic occultũ, nihil velint eſse ſecretũ. vbi apoſtolꝰ nõ quid ſentiẽdũ eſset aperuit, ſed qd D
nõ ſcrutãdũ eſset, oſtẽdit. Nullis etenĩ (qd ſupra iã diximus) ſtudijs, nullis ingenijs indagare conceſsum eſt quo iudicio quove cõſilio deus incõmutabiliter bonꝰ, incõmutabiliter iuſtus, ſemper præſciꝰ, ſemper omnipotẽs, ideo oĩa in incredulitate concluſerit, vt omniũ miſereatur, & tamen illis ſeculis quibꝰ vnũ Iſraelẽ eru- Rom. 11.
diebat, innumerabiles populos impiorũ illuminare dignatus erit, & nũc eundẽ Iſraẽlẽ; donec vniuerſitas gẽtiũ introeat, obcęcatum eſse patiatur, pereũtẽ in tot milibus naſcentium atq; morientiũ, & ſaluandũ in eis quos mundi finis inuenerit. Quo myſterio toto ſcripturarũ corpore dilatato, innotuit quidẽ nobis quid factũ ſit, quid fiat, quid ve faciendum ſit: ſed quare ita fieri placuerit, ab humanæ intelligentiæ cõtẽplatione ſubtractum eſt. Iſti autẽ qui neſcire aliquid erubeſcũt, & per occaſionem obſcuritatis tẽdunt laqueos deceptionis, omnẽ diſcretionem qua deus alios eligit, alioſq; nõ eli
git, (multi enĩ ſunt vocati, pauci autem electi) ad meri- Mat. 20.
ta humanę referunt voluntatis, docentes ſcilicet nẽmi nem gratis, ſed ex retributiõe ſaluari, quia naturaliter omnibꝰ ſit inſitũ, vt ſi velint, poſſint veritatis eſse participes, eiſq; affluere gratiam à quibus fuerit expetita. Quæ diffinitio, vt interim de gratiæ veritate taceatur, de his videtur aliquã oſtentare ratiunculam qui liberovtuntur arbitrio. De paruulis vero quibus ſine vllo bo E
næ voluntatis merito in originali vulnere cum cæteris mortalibus cauſa cõmunis eſt, nihil poteſt expoſitiõis afferri qua doceatur cur iſti ſalui fiãt renati, illi pereãt non renati, ſub illius prouidentia & oĩpotẽtia in cuius manu eſt anima omnis viuentis, & ſpiritꝰ vniuerſæ carnis hominis, & cui dicitur: Breues dies hominis ſunt, Iob. 14.
numerus dierum eius apud te eſt. Non autẽ puto iſtos voluntatũ patronos, ſimplicitate illorum tam impudenter vſuros, vt aut fortuitu iſta dicant accidere, aut non renatos aſſerant non perire. Aperte enim aut cum paganis conuincerentur ſentire de fato, aut cum Pelagianis tranſfuſum in poſteros Adæ negare peccatũ. Fato autem nõ baptizari paruulos nec Pelagiani potuerunt dicere, ſed quia eos liberos à peccato auſi ſunt profiteri, meruere damnari. Cum autem de diſcretione omniũ hominũ quæſtio ventiletur, & ab omnibus hominibus paruuli nequeãt ſeparari, ſimulq; de totius ętatis hominibus veritas dixerit, Filius hominis venit Lucæ. 19.
quęrere & ſaluare quod perierat: fruſtra profunditatem inſcrutabilis gratiæ per liberum arbitriũ conãtur aperire, qui cauſam electionis in eorum cõſtituũt meritis qui eliguntur. Et cum multa de maiorum volun- F
tate ac iudicio inepta & falſa protulerit, in paruulorũ tamen diſcretiõe deficiunt, nec poſsũt de eius quęſtionis ratione reddita gloriari, quæ de omnibus hominibus tractatur, & non de omnibus expeditur. Multiformitas autẽ & magnitudo diuinæ gratiæ probat iſtos cõtra veritatẽ etiã quod de maiorũ voluntatibus loquuntur, aſtruere, eorũq; perſuaſioni diuinorũ eloquiorũ teſtimonia repugnare. Quæ ſi omnia ſermoni noſtro velimus annectere, modus nõ erit diſserendo. Quæ tamen ſi ſe recordationi offerunt, nõ omittentur, vt quãtum ſatis eſt, manifeſtetur omne hominis bonũ meritum ab initio fidei vſq; ad perſeuerãtiæ cõſummationem donum atq; opus eſse diuinum.

¶Fides vnde naſcatur, & vnde ꝓacquiratur. CAP. VIII.

EGITVR fides quæ bonæ voluntatis & iuſtæ actionis eſt genitrix, quo ipſa fonte naſcatur, apoſtolus Paulus exponat, qui pro Romanorũ fide deo gratias agit dicẽs: Primũ Roma. 1.
quidem gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro oĩbus vobis, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo

G mundo. Ad Ephesios quoq; scribēs, Propterea, inquit,
Ephe.5. & ego audita fide vestra quæ est i domino Iesu, & dile
ctiōe in oēs sanctos, nō cesso gratias agēs ꝓ vobis, me-
moriā vestri faciēs in orationib⁹ meis, vt deus domini
nostri Iesu Christi, pater glorię det vobis spiritū sapiē
tiæ & reuelatiōis in agnitionē eius, illuminatos oculos
cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocatiōis eius, quæ
diuitię gloriæ hereditatis eius in sanctis. De fide etiam
Coloſ. 1. Colos sensiū similiter gratias agēs, Gratias agimus, in-
quit, deo & patri domini nostri Iesu Christi, semper ꝓ
vobis orātes, audiētes fidē vestrā in Christo Iesu, & di
lectionē quā habetis in sanctos oēs, ꝓpter spē quæ re-
posita est vobis in cælis. Et vt alia bona ab eodē bono-
rū autore precipiāt, quid pro eis oret errans, Ideo, in-
quit, & nos ex qua die audiuim⁹, nō cessam⁹ pro vobis
orātes & postulātes vt impleamini agnitione voluntā-
tis eius in omni sapiētia & intellectu spiritali, vt ambu
letis digne deo placētes, in omni opere bono fructifi-
cātes & crescētes in sciētia dei, in virtute cōfortati se-
cūdū potētiā claritatis ei⁹ in omni patiētia & lōganimitate cū gaudio. Itē ad Thessalonicenses, qui spiritu
1. Thes.1. fidei dilectionisq; seruiebant: Gratias agimus, inquit,
deo semper pro omnibus vobis, memoriā facientes in
orationibus nostris sine intermissione, memores ope-
ris fidei vestrę & laboris & charitatis & sustinētiæ spei
domini nostri Iesu Christi ante deum & patrē nostrū.
1. Thes.2 Et infra: Ideo & nos gratias agimus deo sine intermis-
sione, quoniā cū accepissetis à nobis verbū auditu dei,
H accepistis nō vt verbū hoim, sed (sicut est vere) verbū
dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Potuit ne ple
nius aut euidentius demonstrari dei esse donū creden
tium fidem, q̄ vt ideo agerentur gratiæ deo, quoniā ij
quibus verbū dei per homines prædicabatur, nō quasi
de hominū sermone dubitarunt, sed tanq̄ deo loquēti
per hoies credid erūt, qui in ipsis est operatus vt crede
rent? In secūda quoq; ad eosdem Thessa. epist. de fide
2. Thes.1. in Christo proficientiū ita apostolus loquitur: Gratias
agere debemus deo semper pro vobis fratres, ita vt di
gnum est, quoniā supercrescit fides vestra, & abundat
charitas vniuscuiusq; vestrū in inuicē, ita vt & nosipsi
in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia vestra
& fide in omnibus persecutiōibus vestris & tribulatio
nibus quas sustinetis in exēplū iusti iudicij dei, vt di-
gni habeamini in regno dei, ꝓ quo & patiamini. Petr⁹
1. Petri.1. quoq; apostolus ex deo haberi fidē prædicans, ita scri
bit: Sciētes quod nō corruptibilibus auro & argēto re
dempti estis de vana cōuersatione vestra paternæ tra-
ditiōis, sed precioso sanguine quasi agni incōtaminati
I & immaculati Christi Iesu, pręcogniti quidem ante cō
stitutionē mundi, manifestati autem nouissimis tēpo-
ribus propter vos qui per ipsum fideles estis in deum,
qui suscitauit eum à mortuis, & gloriā ei dedit, vt fides
vestra & spes esset in domino. Itē idem in secūda epi-
2. Petri.1. stola de fidei pceptiōe sic loquitur: Simon Petrus ser-
uus & apostolus Iesu Christi, ijs qui coæqualem nobis
adepti sunt fidē per iustitiā domini & saluatoris Iesu
Christi. Vnde autem habeatur spiritus fidei, Ioannes
1. Ioan. 4. apostolus manifestissime docet dicens: Omnis spiritus
qui confitetur Iesum i carne venisse, ex deo est. Et ois
spiritus qui soluit Iesum, ex deo nō est, & hic est Anti-
christus. Item dicit ab eo recipi euāgeliū, in quo est spi
ritus veritatis Nos, inquit, ex deo sum⁹, qui nouit deū,
audit nos, q̄ nō est ex deo, nō nos audit. In hoc cogno
scimus spiritū veritatis, & spiritū erroris. Item in acti-
Actuū. 3. bus apostolorū Petrus apostolus fidem esse per domi
num Iesum pronuncians: Hunc, inquit, quē videtis &
nostis, cōfirmauit nomē eius, & fides quæ per eum est
dedit integram sanitatē istam in conspectu omnū ve-
strum. De fide quoq; Lydiæ, cuius inter alias mulieres
quæ euangelium pariter audiebant, dominus cor ape-

K ruit, ita in eadem narratur historia. Die autem sabba-
Actu. 16. torum egressi sumus extra portā iuxta flumen, vbi vi-
debatur esse oratio, & sedētes loquebamur mulieribꝰ
quæ conuenerant: & quædam mulier Lydia purpura-
ria ciuitatis Thyatirenorū, colens deum, audiuit, cuius
dominus cor aperuit vt intenderet ijs quæ dicebātur à
Paulo. Non autē ex humana sapientia esse fidem, sed
ex inspiratione diuina, ipsius veritatis voce firmatur.
Dicente enim domino ad discipulos suos: Vos autem
Mat.16. quem me esse dicitis? respondens Simon Petrus di-
xit: Tu es Christus filius dei viui. Respondens autem
Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro &
sanguis nō reuelauit tibi, sed pater me⁹ qui in cęlis est.
Paul⁹ vero apostolus hāc ipsā fidē secūdū mēsurā da-
ri ꝓ arbitrio largiētis ita prædicat: Dico enī per gratiā
Rom.12. quæ data est mihi, oībus qui sunt inter vos, non plus sa
pere q̄ oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatē, sicut
vnicuiq; diuisit de⁹ mēsurā fidei. Itē idem vnitatem re
ctæ fidei, & consensionē in honorē dei à deo esse com
mendās, Deus autē, inquit, patientiæ & consolationis
Rom.15. det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Ie-
sum Christum, vt vnanimes vno ore honorificetis deū
& patrē domini nostri Iesu Christi. Et infra: Deus au-
tem spei repleat vos omni gaudio & pace in creden-
do, vt abundetis spe in virtute spiritus sancti. Quo testi
monio nō solum fides, sed etiā gaudium & pax, & abū
dantia spei docētur nisi i virtute sancti spūs nō haberi.
Ad Ephesios vero scribēs apostol⁹ de diuitijs gratię ꝓ
malis bona retribuētis, & de fide quæ nō ex nobis, sed
Ephes.2. ex dei donò habetur, hęc loquitur: De⁹ aūt q̄ diues est
misericordia, propter nimiā suā charitatē qua dilexit
L nos, & cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos
Christo, cuius gratia salui facti sumus, & cōresuscita-
uit & considere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Gra
tia enim estis saluati per fidē, & hoc nō ex vobis, Dei
enim donū est, nō ex operibus, ne quis glorietur. ipsi⁹
enim sumus figmentū, creati in Christo Iesu in operi-
bus bonis, quæ preparauit deus, vt in illis ambulemus.
Propriū ergo hoc habet noua creatura per gratiā, vt
qui figmētum dei sunt, qui natiuitate cælesti condūtur
in Christo, nō ocio torpeāt, nec desidia resoluātur, sed
de virtute in virtutē proficiāt, per viam bonorum ope
rum ambulādo, hoc est enī fingi, hoc de vetere creatu
ra nouā fieri, hoc de imagine terreni hominis ad ima-
ginem cęlestis hominis reformari, quod totū siue palā
per cooperatores gratię, siue occulte ꝓ subministratio
nē spiritus, ille inchoat, ille auget & perficit, cuius agri
cultura, cuius ędificatio, & cuius figmentum sumus.

¶ Quod à domino deo omnia virtutū dona dirigātur
& disponantur. Et quod omnia in manu eius sint:
Quodq; deus sit autor omnis boni. CAPVT IX. M

ABVNDE, quantum arbitror, his testimonijs
(quāuis & alia documenta aggregari potue-
rint) demonstratū est, fidem qua iustificatur
impius, nisi ex dei munere non haberi, eamq;
nullis meritis præcedētibus tribui, sed ad hoc donari,
vt principiū posset esse meritorū, vt cū ipsa data fue-
rit, nō petita, ipsius iam petitionibus bona cætera cōse
quantur. Vnde itaq; quædam de plurimis assumenda
sunt testimonia, quæ in diuersitate donorum ostēdant
gratiæ largitatem. Ex deo vtiq; esse, vt homo viam dei
eligat, & vt surgat à lapsu, psalmus Dauidicus canit di
cens: A domino gressus hominis dirigentur, & viam Psal.36.
ei⁹ volet. Cū ceciderit, nō collidetur: quia domin⁹ sup
ponit manum suam. Idem quod duce deo veniatur ad
deum: Emitte lucē tuā, & veritatē tuā, ipsa me deduxe- Psal.42.
rūt & adduxerūt in montē sanctū tuum, & in taberna-
cula tua. item quod i domino sit hominis fortitudo, & Psal.58.
dei voluntas prueniat liberādum. Fortitudinem, in-

A quit, meā ad te custodiā, quia deus susceptor me⁹, de⁹
Prouer. 2 me⁹, volūtas ei⁹ preueniet me. In pueribus quoq; legi-
mus de sapiētia & intellectu: Quoniā dominus dat sa-
piētiā, & à facie eius sciētia & intellectus. Itē in eodē li
bro de dispēsatiōibus sapientiæ dei, sine qua nullæ re-
Prouer. 8 ctæ sunt actiones, ita dicitur: Meū consiliū & mea tute-
la, ego prudētia, mea autē virtꝰ. Per me reges regnāt,
& tyranni per me obtinent terrā. Itē alibi, quod nemo
Prou.20. possit recte incedere nisi domino dirigēte: A domino
Prou. 21. corriguntur gressus viri, mortalis aūt quomō intelli-
git vias suas? Itē alibi: Oís vir videtur sibi iustus, dirigit
autē corda domin⁹. Et infra: Præparatur volūtas à do-
Prou. 19. mino, Itē ibidē de cogitatiōe atq; cōsilio: Multæ cogi-
tatiōes in corde viri, cōsiliū autē domini obtinet. In li
bro vero Ecclesiaste dicitur qđ & habere necessaria,
& eis bene vti, donū sit dei. Nō est, inquit, bonū homi-
ni nisi qđ manducat & bibit, & ostendit animæ suæ bo
num in labore suo. Et quidē hæc vidi ego, quia à manu
dei est. Quoniā quis manducabit aut pascet absq; illo?
Itē in eodē libro legitur qđ corda & opera iustorū in
manu sint dei, & tantū in studijs suis ꝓficiant, quātū il-
Eccle.8. le donauerit. Quantūcūq; laborauerit hō vt querat, nō
inueniet: & quodcūq; dixerit sapiens vt sciat, nō pote-
rit inuenire, quia vniuersū hoc dedi in cor meū, & cor
meū vniuersum hoc vidit, quia & iusti, & sapientes, &
B operationes eorū in manu dei. In libro autem sapiētiæ
Sapien.7. de eodem gratiæ opere ita dicitur: Quoniam ipse & sa-
pientiæ dux est, & sapientiū emendator, in manu enim
illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientiæ &
operū scientia & disciplinæ. De cōtinētia quoq; quod
ex dei habeatur munere, eadē scriptura sic loquitur:
Sapien.8. Vt sciui quia aliter nō possum esse continens, nisi deus
det: & hoc ipsum erat sapiētiæ scire, cuius esset hoc do
num. Cui sententiæ Pauli apostoli doctrina concordat
1. Cor.7. in prima ad Corinthios hæc scribētis: Volo autem o-
mnes homines esse sicut meipsum, sed vnusquisq; pro
prium habet donum ex deo, alius sic, alius vero sic. Do
minus vero in euangelio secundum Matthęum hæc de
continentiæ dono insinuasse narratur. Dicentibus nāq;
Mat.19. discipulis suis: Si ita est causa viri cū vxore, nō expedit
nubere: dicit illis Iesus: Non omnes capiunt verbum
istud: sed quibus datum est à patre meo, De timore dei
Eccle.1. & sapientia ita in Ecclesiastico legitur: Corona sapien
tiæ timor domini, vtraq; autem dona sunt dei. Item de
eodem: Timor domini super oīa se superposuit, bea-
tus cui donatū est habere timorē domini. Esaias quoq;
de diuitijs spiritalibus, quarū autor est dominus, ita lo
quitur: in thesauris salus nostra aduenit, sapientia &
pietas & disciplina à domino, hi sunt thesauri iustitiæ.
C item de altitudine diuitiarum sapientiæ & sciētiæ dei,
Esaiæ. 33. cuius bonitas nullius merito pręuenitur, hęc dicit: Qui
mensus est manu aquam, & cælum palmo, & vniuer-
sam terrā pugillo, qui statuit montes in libra, & rupes
in statera. Quis cognouit sensum domini, aut quis eius
fuit cōsiliarius, qui instruat eum, aut quem cōsuluit, &
instruxit eum, vel quis ostendit ei iudicium, aut viam
prudentiæ quis ostendit ei, vel quis prior dedit ei, & re
tribuetur illi? Vnde & in lib. Iob secūdum eūdem sen-
Iob.41. sum leguntur domini verba dicentis: Quis ante dedit
mihi, vt retribuam illi? Omnia quæ sub cęlo sunt, mea
sunt. Hieremias vero qđ à deo sit homini recta sapiē-
Hiere.10. tia, sic profatur: Scio domine quia nō est i homine via
eius, nec viri est vt dirigat iter suum. itē quod ad deū
cōuersio cordis ex deo sit, per ipsum domin⁹ protesta
Hie.24. tur & dicit: Restituā illos in terrā istam, & rędificabo
& nō destruam, & plātabo eos, & nō euellam, & dabo
illis cor vt sciant me, quia ego sum dominus, & erunt
mihi in populū, & ego ero illis in deum, quia conuertē
tur ad me ex toto corde suo. item idē prædicans quod
vt deus cognoscatur, ex deo sit: Et scient, inquit, quia

ego dominus de⁹ illorū: & dabo illis cor cognoscēdi D
me, & aures audiendi. Qđ aūt omne verbū bonū & o-
mne opus sanctū sumministratio sit spiritus sancti, sine
quo nihil recte agatur, in prima ad Corinthios Paulus
apostolus docet dicēs: ideo notū vobis facio quod ne 1.Cor.12.
mo i spiritu dei loquēs dicit anathema Iesu. Et nemo
potest dicere dominū Iesum nisi in spiritu sancto. Di-
uisiones vero gratiarū sunt, idē autē spiritus: & divi-
siones ministrationū sunt, idē aūt domin⁹: & diuisio-
nes operationū sunt, idē vero de⁹, qui operatur oía in
oīb⁹. Vnicuiq; autē datur manifestatio spiritus ad vtili
tatē. Alij quidē ꝓ spiritū datur sermo sapientiæ, alij au
tē sermo sciētiæ secūdū eūdē spiritū, alteri fides i eo-
dē spiritu, alij gratia sanitatū in vno spiritu, alij ꝓphe-
tatio, alij discretio spirituū, alij genera linguarum, alij
interpretatio sermonū. Hæc aūt oia operatur vnus at-
q; idē spirit⁹, diuidēs singulis prout vult. Tantū vero
vnūquēq; habere gratiæ, quātū domin⁹ donauerit, idē
apostolus ad Ephesios ait: Vnū corpus, & vnus spiri- Ephe.5.
tus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę, vnus
dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus deus & pater
omniū, qui super omnes est, & super omnia, & in oīb⁹ E
nobis. Vnicuiq; autem nostrū data est gratia secūdum
mensurā donationis Christi: propter quod dicit: Ascē
dens in altum captiuam duxit captiuitatē, dedit dona
hominibus. item idem in secūda ad Corinthios dicit
quod ne ad cogitandum quidē quod spiritale est, ido
nei sim⁹ nisi ꝓ gratiā dei. Fiduciā autē talē habemus ꝓ
Christū ad deū, nō quod sufficiētes simus aliquiq cogi 2. Cor.3.
tare à nobis quasi ex nobis met ipsis, sed sufficientia no
bis ex deo est, qui & idoneos fecit nos ministros noui
testamēti, nō litera, sed spiritu. Litera enī occidit, spi-
ritus autē viuificat. Et iterū in eadē epistola docens bo
norū operū affectum & sufficientiā à dei gratia mini-
strari, Potens est autē, inquit, deus omnē gratiā abun-
dare facere in vobis, vt in omnibus per omnia sufficiē 2. cor. 9.
tiam habentes abundetis in omne op⁹ bonū, sicut scri
ptum est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius ma-
net in æternum. Qui autē ministrat semen seminanti, Psal. 111.
& panem ad manducādum præstabit, & augebit incre
menta frugum iustitiæ vestræ, vt in oībus locupletati
abūdetis in omnē simplicitatē. Ad Ephesios vero scri
bens Apostolus docet quod omnia bona quibus place
tur deo, dona sint dei, & qđ ab ipso peti oporteat, vt
ea nō habentibus tribuat. Huius rei, inquit, gratia fle- Ephe.3.
cto genua mea ad patrem domini nostri Iesu christi,
ex quo omnis paternitas i cælo & in terra nominatur, F
vt det vobis secūdum diuitias gloriæ suæ virtutem cor
roborari per spiritū eius in interiori homine, habitare
christum per fidem in cordibus vestris, in charitate ra
dicati & firmati, vt possitis comprehēdere cū omnib⁹
sanctis quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & pro
fundū, supereminentem sciētiæ charitatem christi, vt
impleamini in omnē plenitudinem dei. Ei autem qui
potens est omnia facere superabundantius q̄ petimus
aut intelligimus, secundū virtutē qua operatur in no-
bis, ipsi gloria in ecclesia, & in christo Iesu, in omnia
secula seculorum, amen. Omnis autem boni deum esse
autorem, cui⁹ dona nec incerta sint nec mutabilia, sed
ex æterna voluntate venientia, Iacobus Apostolus ita.
loquitur: Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datū Iacobi. 1.
optimū, & oē donū pfectū desursum est descēdēs à pa
tre luminū, apud quē nō est trāsmutatio, nec vicissitu-
dinis obūbratio. Volūtarie enī genuit nos verbo veri-
tatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. cui & Za
charias propheta concinit dicens: Saluabit dominus Zacha.9.
in die illo sicut oues populum suum, quoniam lapides
voluuntur super terrā ipsius: quia si quid bonum, ipsius
est: & si quid optimū, ab ipso est. in euāgelio vero secū
dum Matthæum, quod scientiæ & intellectus dona sint

G dei,quæ quibus voluerit largiatur,ita dicitur. Tũc ac-
Mat.13. cedẽtes discipuli eiꝰ dixerũt: Quare in parabolis lo-
queris ad eos? At ipse respõdẽs ait illis: Quia vobis da
tũ est nosse mysteria regni cælorũ,illis autẽ nõ est da-
tũ. Ioanes quoq; euangelista ,pnunciat neminẽ aliquid
boni habere nisi qđ desursum acceperit,dicẽs: Nõ po
test hõ accipere quicq̃ nisi fuerit ei datũ de cælo. In e-
iusdẽ vero euãgelio doctrina est ipsiꝰ veritatis qđ ne-
mo veniat ad filiũ,nisi attractꝰ à patre,quia vẽturũ deꝰ
& intelligẽtẽ & obedientẽ facit. Nemo, inquit, potest ve
nire ad me,nisi pater qui misit me,attraxerit eũ,& ego
resuscitabo eũ in nouissimo die. Scriptũ est enĩ in ,p-
phetis: Et erũt oẽs dociles dei. Oĩs qui audiuit à patre,
& didicit,venit ad me. Et infra: Propter hoc dixi vo-
bis,quia nemo potest venire ad me, nisi datũ fuerit ei
à patre meo. In fide autem & in operibꝰ bonis ,pficere
ac ,pseuerare vsq; in finẽ, muneris atq; auxilij esse diui
Philip. 1. ni,sanctarũ scripturarũ cõfirmat autoritas. Etenĩ scri
bẽs Paulꝰ apostolꝰ Philippẽsibꝰ ait: Cõfidẽs hoc ipsũ
quia qui cœpit in vobis opus bonũ, ,pficiet vsq; in diẽ
Christi Iesu. Huiꝰ autẽ testimonij virtutẽ quidã volẽs
ad sui sensus prauitatẽ cõuertere,ita quod dictum est,
qui cœpit i vobis,volebat intelligi, quasi dictum esset,
qui cœpit ex vobis,vt & initium & cõsummatio ope
ris nõ ad deum,sed ad hominẽ referretur, qui & ĩcipe
H re & perficere voluisset. Sed hãc insanissimã superbiã
in eadem epistola excellentissimus gratiæ prædica tor
elidit dicẽs: In nullo terreamini ab aduersarijs,quę est
illis causa perditiõis,vobis autẽ salutis, & hoc à deo:
Philip. 2. quia vobis donatum est pro Christo non solum vt in
cũ credatis,sed etiã vt pro illo patiamini. Et iterũ: Cũ
metu,inquit,& tremore vestrã salutẽ operamini, deus
1. Thes. 3. est enĩ qui operatur in vobis & velle & ,pficere ,p bona
voluntate. Item in prima ad Thessalonicẽses docet ex
deo esse principiũ & profectum consummationẽq; vir
tutũ,dicẽs: Ipse autẽ deus,& pater noster, & dominus
Iesus dirigat viam nostrã ad vos, vos autem dominus
multiplicet,& abũdare faciat charitatẽ in inuicem &
in oẽs,quẽadmodũ & nos in vos, ad cõfirmãda corda
vestra sine querela in sanctitate vitæ ante deum & pa-
trem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi
cum oĩbꝰ sanctis eius. Ad Corinthios quoq; scribẽs, &
1. Corin. 1 oĩm virtutum ,ficientẽ perseuerantiã dei donum esse
cõmendans, Gratias,inquit,ago deo meo semper pro
vobis in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu,
quia in oĩbus diuites facti estis in illo, in omni verbo
& sapientia,sicut testimoniũ Christi confirmatum est
in vobis,ita vt nihil vobis desit in vlla gratia,expectan
tibus reuelationẽ domini Iesu Christi, qui & cõfirma
bit vos vsq; ad finem sine crimine, in diem aduẽtus do
I mini nostri Iesu Christi. Item ad Romanos de charita-
te Christi,qua eos quos diligit, inseparabiles facit,
Roma. 8. id est,vsq; in finem perseuerantes: (nam quid est aliud
perseueuerare, q̃ tẽtatione nõ vinci?) Quis nos, inquit,
separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia,
an ,psecutio,an fames,an nuditas, an periculum, an gla
dius,sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur
tota die,existimati sumus sicut oues occisionis. Sed in
1. Cor. 15. his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Item
ad Corinthios de victoria quã perficit Christus,Stimu
lus,inquit,mortis peccatum est,virtꝰ vero peccati lex.
1. Thes. 5. Deo autẽ gratias,qui dedit nobis victoriam per Iesum
christum dominum nostrũ. Item ad Thessalonicẽses
de perseuerãtia quã deꝰ tribuit,ipse autem,ait,deus pa
cis sanctificet vos per oĩa, vt integer spiritus vester &
aĩa & corpus sine querela in aduentum domini nostri
Iesu christi seruetur. Fidelis est qui vocauit vos, qui e-
tiã faciet. Item ad Thessalonicenses, quod omnia bo-
na nostra siue in operando,siue in loquendo, & in eis
perseuerantia,dona sint dei,ita prædicat dicens: ipse
aũt dominꝰ noster Iesꝰ christꝰ,& deꝰ pater noster qui 2. Thes. 2
dilexit nos,& dedit cõsolationẽ æternã, & spẽ bonã in K
gratia,exhortetur & corda vestra, & cõfirmet ĩ omni
opere & sermone bono. De cæt◦ro fratres orate ,p no- 2. Thes. 3
bis,vt sermo domini currat,& clarifioetur, sicut & a-
pud vos,& vt liberemur ab importunis hominibus &
malis. Nõ enĩ oĩm est fides. Fidelis autẽ deus est,qui &
cõfirmabit nos,& custodiet à malo. Petrus quoq; apo-
stolus vnde esse virtutẽ ,pseuerãtiæ, doceat, audiamus:
Deꝰ aũt,inquit,oĩs gratiæ, qui vocauit nos ĩ ęternã suã 1. Petri. 5.
gloriã in christo Iesu,modicũ passos, ipse ,pficiet, con
firmabit soli dabitq;,cui est virtus & potestas in secu-
la seculorũ. Ioanes vero Apostolꝰ qđ victoria sanctoꝝ
opus dei sit habitãtis in sanctis,ita loquitur: Vos ex 1. Ioan. 4.
deo estis filioli,& vicistis mũdũ: quoniã maior est qui
in vobis est,q̃ qui ĩ mũdo. Item idem: Omne quod na- 1. Ioan. 5.
tum est ex deo,vincit mũdum,& hæc est victoria quæ
vincit mundum,fides nostra. In euãgelio autem secun
dum Lucã,deum dare vt in fide perseueretur,ita pro-
mittur: Dixit autem Iesus Petro: Simon,Simon, eccę sa Lucæ. 22.
tanas postulauit vt vos cerneret sicut triticũ. Ego autẽ
rogaui ,p te Petre ne deficiat fides tua: & tu conuersus
cõfirma fratres tuos, & roga ne intretis in tẽtationem.
In euãgelio quoq; Ioanis, de ouibꝰ christi quæ de ma-
nu ipsius à nullo rapiuntur, hæc legimus dicere verita
tem: Sed vos nõ creditis, quia nõ estis de ouibus meis. Ioãnis. 10
Oues meę vocem meã audiunt,& ego noui illas, & se-
quuntur me,& vitã æternã do illis, & nõ peribũt in æ-
ternũ,nec quisq̃ rapiet eas de manu mea. Item in eo-
dem euãgelio,de ijs quos pater dat filio, qui & omnes L
veniunt ad filiũ,& quorũ nullus perit,hæc ipsius domi
ni ore dicuntur: Omne quod dat mihi pater, venit ad Ioãnis. 6.
me,& eũ qui venit ad me,nõ eijciã foras: quia descen-
di de cælo nõ vt faciã voluntatem meã, sed voluntа-
tem eiꝰ qui misit me patris,vt omne quod dedit mihi,
non perdam ex eo quicq̃, sed resuscitem illud in no-
uissimo die. Multa sunt alia in canonicarum seriæ scri-
pturarũ,quæ vitãdæ ,plixitatis studio ,praetermiꝰ,quo-
niã quæ alsũpsimꝰ,nec pauca sũt,nec obscura, nec le-
uia: quibꝰ plenissime declaratur oĩa quæ ad ,pmeren-
dã vitã æternã ptinent,sine gratia dei nec ĩchoari, nec
augeri posse,nec pfici,& cõtra omnem electionem de
libero arbitrio gloriãtem,illã inuictissime reniti sen- 1. cor. 4.
tentiã dicẽtis apostoli: Quis enĩ te discernit? Quid aũt
habes qđ nõ accepisti? Si aũt accepisti qđ gloriaris qua
si nõ acceperis? igitur ,pfunditas illius quęstiõis q̃ secun-
dum admirationẽ apostoli ĩpenetrabilẽ cõfitemur, ,p
liberi arbitrij velle & nolle nõ soluitur, ,qa licet insit
hoĩ bonũ nolle tamẽ nisi donatũ nõ habet bonũ velle,
& illud cõtraxit natura ,p culpã,hoc recipit natura per
gratiã. Sed qđ illud sit,qđ hæc eadẽ natura ĩ oĩbꝰ hoĩ-
bꝰ ante reconciliationẽ mala,ĩ oĩbꝰ misera, nõ ĩ oĩbꝰ iu M
stificatur,& à peũtibꝰ quadã sui ,pte discernitur ab eo
qđ venit quærere & saluare qđ ,perat, humano sensu
prorsus nõ potest ĩdagari. Quãtũlibet enĩ ĩpiorũ mali
gnitas accusetur resistẽs gratię dei,nũqd ,pbabũtur eã,
qbꝰ est collata,meruisse: aut illa virtus gratię quę sibi
quos voluit subdidit, cõuertere eos q̃ ĩcõuertibiles ,p-
mãsere,nõ potuit? Tales fuerũt q̃ sũt attracti, quales ij
qui ĩ sua duritia sũt relicti. Sed illis tribuit gratia stupẽ
da qđ voluit, istis retribuit veritas iusta qđ debuit, vt
iudiciũ dei magis ĩscrutabile sit in electione gratiæ q̃ in
retributiõe iustitię. Verũtamẽ ne illa pars fidei qua pie
credimus deũ velle vt oẽs hoies veritatis agnitiõe sal-
uẽtur, ,p hoc qđ de effectibus gratię euidenter ostendi
tur, infirmata videatur, annitendũ est auxiliante chri-
sto vt nobis stabilitas huius diffinitionis appareat. Sed
quia necessariæ inquisitionis negocium non leuem o-
peram sibi poscit impendi, secuturam disputationem
ab exordio alterius voluminis inchoemus.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM.

Quod tria sint quibꝰ in quæstiõe superiꝰ disputata inhæreri debeat, quódq; deus iustus sit ordinator, & quẽadmodũ secũdum ea quæ prædicatoribus à domino iussa sunt, nullarũ nationũ facta sit discretio, nemoq; sit exceptus, sed ad oẽs homines missum sit euangelium, & gratia salutaris dei omnibus hominibus apparuerit. Et de mysterio eius quod dictum fuit apostolis: In viã gentiũ ne abieritis &c. ac de occultis dei iudicijs in hominũ vocatione. Caput. I.

Quod ad ipsam cognitionẽ veritatis & perceptionem salutis nõ quisq̃ suis meritis, sed ope & opera diuinę gratiæ perueniat. Caput. II.

De consideratione differentiarũ quibus diuinæ gratiæ opera & dona variata sunt. Caput. III.

Quod auersio à deo non sit diuinæ constitutionis, sed propriæ voluntatis. Caput. IIII.

Qđ etiã ante aduentum Christi natiões quæ alienatæ à cõuersatione Israel spem nõ habebant, ob hoc nõ sint excusabiles. Et quomõ ,pter ,psecutiones bonorũ Christus populũ suũ auxerit. Caput. V.

Quod Christus pro omnibus impijs & peccatoribꝰ mortuus fuerit. Caput. VI.

Quomõ mysteriũ vocationis gentiũ prophetis fuerit cognitum & apostolis. Caput. VII.

Quare tanta multitudo nõ regeneratorũ infantium à perpetua alienetur salute. Caput. VIII.

Quomodo gratia tanq̃ famulã & receptricẽ donorum suorum præparet voluntatem. Caput. IX.

De recapitulatione in hoc secundo libro definitorũ, & operis conclusione, quẽadmodum videlicet deꝰ oẽs homines velit saluos fieri. Caput. X.

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLANENSIS DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM LIBER SECVNDVS.

¶ Qđ tria sint quibꝰ in quæstiõe superiꝰ disputata inhæreri debeat, quodq; deus iustus sit ordinator, & quẽadmodũ secũdum ea quæ prædicatoribus à domino iussa sunt, nullarũ nationũ facta sit discretio, nemoq; sit exceptus, sed ad oẽs homines missum sit
C euãgeliũ, & gratia salutaris dei omnibus hominibꝰ apparuerit. Et de mysterio eius quod dictũ fuit apostolis: In viam gentium ne abieritis &c. ac de occultis dei iudicijs in hominũ vocatione. CAPVT I.

EMOTIS abdicatisq; omnibꝰ cõcertationibꝰ quas intẽperãtiũ disputationum gignit animositas, tria esse perspicuũ est quibus in hac quęstiõe de qua secũdum volumen incipimus, debeat inhæreri. Vnum, quod ,pfitẽdũ est deũ velle oẽs homines saluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. Alterũ, quod dubitãdũ non est, ad ipsã cognitionẽ veritatis, & perceptionẽ salutis, nõ suis quenq̃ meritis, sed ope atq; opere diuinæ gratiæ peruenire. Tertium, quod confitẽdum est, altitudinẽ iudiciorũ dei, humanæ intelligentiæ penetrabilẽ esse non posse: & cur nõ omnes saluet, qui omnes vult sal-
uos fieri, non oportere disquiri: quoniã si qđ cognosci D
potest, nõ quæratur iter primã ac secũdã definitionẽ, nõ remanebit causa certaminis, sed secura ac trãquilla fide vtrũq; prędicabitur, vtrũq; credetur. Deus quippe apud quẽ nõ est iniquitas, & cuius vniuersæ viæ misericordia & veritas, omniũ hominũ bonus cõditor, iustus est ordinator, neminẽ indebite dãnãs, neminẽ debite liberans, nostra plectẽs cũ punit noxios, sua tribuẽs cũ facit iustos, vt obstruatur os loquẽtiũ iniqua, & iustificetur deꝰ in sermonibꝰ suis, & vincat cũ iudicatur. Nec dãnati iusta quærimonia, nec iustificati verax est arrogãtia, si vel ille dicat nõ meruisse se pœnã, vel iste asserat meruisse se gratiam. Sicut aũt ea quę ad manifestationẽ gratiæ ex diuinis proferũtur eloquijs, nulla possũt ratione, disserẽdi arte violari, vt perspicue cõsonãtesq; ĩ tãta numerositate sentẽtię ad aliquod prauę interpretationis trahãtur incertũ: ita etiã qđ de saluatione omniũ hominũ in eodẽ scripturarũ corpore reperitur, nulla cõtraria argumentatiõe temerandũ est, vt quãto hoc ipsũ difficiliore intellectu capitur, tãto fide laudabiliore credatur. Magna enĩ fortitudo est cõsensiõis, cui ad sequẽdã veritatẽ autoritas sufficit etiã latẽte ratiõe. Proinde vigilãter cõsiderem⁹, prędicatoribꝰ euãgelij quid à domino iubeatur. Secundum Matthęũ quippe sic ait: Data est mihi potestas omnis in cęlo & in terra. Eũtes ergo docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos in noie patris, & filij, & spiritus sancti, docẽtes Mat. 28.
eos seruare oĩa quęcũq; mandaui vobis. Et ecce vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationẽ seculi. Secũdũ Marcũ vero eisdẽ apostolis ita dicitur: Ite ĩ
orbẽ vniuersũ, prędicate euãgeliũ vniuersę creaturę: Mat. 16.
& qui crediderit, & baptizatꝰ fuerit, ipse saluꝰ fiet, q E
vero nõ crediderit, dãnabitur. Nũquid hac præceptio ne vllarũ nationũ vllorũve hominum facta discretio est? Neminẽ merito excepit, neminẽ separauit genere, neminẽ cõditiõe distinxit. Ad oẽs prorsus hoies missum est euãgeliũ crucis Christi: & ne prędicantiũ ministeria humano tantũ videretur opere peragẽda: Ecce ego inquit, vobiscũ sum oĩbꝰ diebꝰ vsq; ad cõsummationẽ seculi. Id est cũ sicut oues introieritis in medium luporũ, nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate cõfidite, qui vos vsq; ad cõsummationẽ seculi in hoc opere nõ derelinquã, nõ ad hoc vt nihil patiamini, sed qđ multo maius est, pręstitur⁹ vt nulla sęuiẽtiũ crudelitate superemini. In mea enĩ potestate prędicabitis, & ,p me fiet, vt inter cõtradicẽtes, inter furẽtes, Abrahę filij de lapidibꝰ suscitẽtur. Ego insinuabo qđ docui, ego faciã qđ ,pmisi. Tradẽt enĩ vos in cõcilijs, in synagogis suis flagellabũt vos, & ante reges & prędes stabitis ,pter me in testimoniũ illis & gen F
tibꝰ. Cũ aũt tradẽt vos, nolite cogitare quomõ aut qđ Mat. 10.
loquamini. Nõ enĩ vos estis qui loquimini, sed spiritꝰ patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrem in mortẽ & pater filium, & insurgent filij ĩ parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio oĩbus hominibus propter nomẽ meũ. Qui autẽ perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Apparuit ergo (vt apostolus ait) gratia salutaris dei omnibus hominibus; & tamen ministri gratię odio erant oĩbus hominibus, & cũ alij essent qui oderant, alij qui odijs ,psequẽtium præmebantur: neutra tamẽ pars nuncupatione omniũ hominũ priuabatur, habente quidẽ salutis suę damnũ rebelliũ portione, sed obtinente plenitudinis censum fidelium dignitate. Dicit enĩ Ioannes apostolus: Sed & si 1. Ioan. 2.
quis peccauerit, aduocatũ habemꝰ apud patrẽ Iesum Christũ iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nõ ,pro nostris autẽ tantũ, sed etiã pro totius mundi. Magni autẽ & inenarrabilis sacramẽti mysteriũ est, quod prędicatoribus quibus dictũ est: Ite in orbẽ vni- Mar. 16.
uersum, & prędicate euangelium vniuersę creaturę:

G ijsdem prius dictũ fuerat: In viã gentiũ ne abieritis, &
Mat.10. in ciuitates Samaritanorũ ne introieritis, sed poti9 ite
ad oues quę perierũt dom9 Israel. Quãus enĩ ad oĩm
hominũ vocationẽ euãgeliũ dirigeretur, omnẽsq; do
min9 saluos fieri, & in agnitionẽ veritatis vellet veni
re, nõ tamẽ sibi dispẽsationũ suarũ abstulerat pote
statẽ, vt aliter q̃ occulto iustóq; iudicio statuerat, cõsi
lij sui ordo decurreret. Vnde locũ nõ habẽt cõtuma
ciũ murmura querelarũ, quia quod deus fieri voluit,
cõstat nõ aliter fieri debuisse q̃ voluit. Posteriore ve
ro tẽpore cũ iam domin9 Iesus in dei patris gloria cõ
sideret, & prædicatores verbi susceptο negocio defer
Acto. 16. uirent, volẽtes apostoli euãgelizare verbũ in Asia, ve
titi sunt ab spiritu sancto, & disponẽtes ire ĩ Bythyniã,
phibiti sunt ab spiritu Iesu, nõ vtiq; negata illis popu
lis gratia, sed quantũ apparuit retardata. Nã postea e
tiã apud ipsos fides Christiana cõualuit. Quę autẽ fue
rit differẽdæ vocatiõis causa, nõ claret, & tamen rei ge
stæ docemur exẽplo q̃d inter generalia vel promissa,
vel opera, vel præcepta, quædã de9 à cõmunib9 excep
ta causis occultiore nouit ordinare ratione, credo vt
interpositis quibusdã obũbrationib9 ea quæ secretius
micãt, mirabiliũs innotescãt, ne negligentior fiat acies
H de facilitate cernẽdi, & quodãmodo dormitet assue
tis, si non excitetur insolitis. Has autẽ incognoscibiles
illuminationũ dilatiões, inter quas vtiq; multi in infi
delitate deficiũt, nõ solũ in populis remotioribus im
piorũ, sed etiã in ciuitatibus fideliũ per plurimas do
mos ac familias nouimus fieri, dũ Christianæ fidei etiã
qui Christiani futuri sunt aduersantur. Multi enĩ quod
oderũt, amabũt: q̃d nõ recipiũt, prædicabunt. Et quis
inter hæc quærulis aut curiosis notũ faciet cur adhuc
sol iustitiæ quibusdã gẽtib9 nõ oriatur, & à tenebrosis
cordib9 etiã nũc radios suos veritas reuelanda conti
neat? Cur corrigẽdi tam diu sinantur errare, & quod
senibus in fine præstãdũ est, per tã longã nõ tribuatur
ætatẽ: Cur filijs iam in Christũ credentibus necdũ cre
dant parẽtes? Et rursum à religiosis parẽtibus soboles
praua discordet? Cũ tamẽ deo, qui initiorũ fidei incre
mentiq; largitor est, secũdum ipsius præceptum quoti
diæ pro oĩbus supplicetur, vt & si exaudit, nota sit gra
tia miserationis: & si nõ exaudit, intelligatur iudiciũ ve
ritatis. Sed ne in præteritis quidem seculis hæc eadem
gratia, quę post domini nostri Iesu Christi resurrectio
I nem vbiq; diffusa est, & de qua scriptum est, illuxerunt
coruscationes tuæ orbi terræ: defuit mũdo. Quãuis enĩ
Psal. 76. speciali cura atq; indulgentia dei populum Israeliticũ
constet electum, omnẽsq; aliæ nationes suas vias ingre
di, hoc est secũdum propriã permissæ sint viuere volũ
tatẽ, non ita se tamen æterna creatoris bonitas ab illis
hominibus auertit, vt eos ad cognoscẽdum se atq; me
tuendum nullis significationibus admoneret. Cælum
quippe ac terra & mare, omnisq; creatura quæ videri
atq; intelligi potest, ad hãc præcipue disposita est hu
mani generis vtilitatẽ, vt natura rationalis de cõtẽpla
tione tot specierũ, de experimẽtis tot bonorũ, de pceptiõe tot munerũ, ad cultũ & dilectionẽ sui imbueretur autoris, implẽte oĩa spiritu dei, in quo viuimus mo
Acto. 17. uemur & sumus: quoniã etsi longe est à peccatoribus
Psal.32. salvs, præsentia tamen salutis ipsius ac virtute nihil va
cuum est. Igitur sicut dicit propheta, Misericordia do
mini plena est terra, quæ nullis vnquã seculis, nullis ge
nerationibus defuit, cãq; prouidentiã qua vniuersitatẽ
rerũ administrat & cõtinet, regendis alendisq; naturis
semp impẽdit, dispositũ habens ex incõmutabilis æter
nitatẽ cõsilij, quibus quidq; tẽporibus distribueret, &
multiformis gratiæ suæ inscrutabiles inuestigabilesq;
mensuras per quæ dona ac sacramenta variaret. Sicut
enim ista gratiæ largitas quæ in omnes gentes nouissi
me effluxit, nõ euacuat eam quæ super vnũ Israel sub
lege rorauit, nec præsentes diuitiæ fidẽ præteritæ ab- K
rogãt parcitati: ita nec de illa cura dei, quæ patriarcha
rũ filijs, pprie præsidebat, cõijciẽdum est gubernacu
la diuinæ mĩæ cæteris hominibus fuisse subtracta, qui
quidẽ in cõparatiõe electorũ videntur abiecti, sed nũ
q̃ sunt manifestis occultisq; beneficijs abdicati. Legi
mus enĩ in actib9 apostolorũ Paulũ & Barnabã apostο
los Lycaonijs dicere: Viri, quid hæc facitis? Et nos mor Actu. 14.
tales sum9, similes vobis homines, annũciãtes vobis ab
his vanis cõuerti ad deũ viuũ, qui fecit cælũ & terrã &
mare, & oĩa quæ in eis sunt, qui in prẽteritis generatio
nib9 dimisit oẽs gẽtes ingredi vias suas. Et quidẽ non
sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciẽs de cæ
lo, dans pluuias & tẽpora fructifera, implẽs cibo & læ
titia corda vestra. Quod est autem hoc testimoniũ q̃d
semp domino deseruiunt, & nũq̃ de ei9 bonitate ac po
testate cõticuit nisi ipsa totius mũdi inenarrabilis pul
chritudo, & inenarrabiliũ beneficiorũ ei9 dũes & or
dinata largitio, per quę humanis cordibus quædã æter
næ legis tabulæ præbebantur, vt in paginis elemento
rũ, ac voluminibus tẽporũ cõmunis & publica diuinæ
institutiõis doctrina legeretur? Cælum ergo, cunctáq;
cęlestia, mare & terra, omniáq; quæ in eis sunt, conso
no speciei suę ordinationisq; concẽtu protestabantur
gloriã dei, & prædicatione perpetua maiestatẽ sui lo
quebãtur autoris. Et tamẽ maxim9 numer9 hominum
qui vias volũtatis suæ ambulare permissus est, non in
tellexit, nec secut9 hãc legẽ est, & odor vitæ qui spira- L
bat ad vitã, fact9 est ei odor mortis ad mortẽ, vt etiã in
illis visibilibus testimonijs discereturquod litera occi
deret, spiritus autem vinificaret.

¶Quod ad ipsam cognitionẽ veritatis, & perceptio
nẽ salutis nõ quisq; suis meritis, sed ope & opera di
uinæ gratiæ perueniat. CAPVT II.

QVOD ergo in Israel per cõstitutionẽ legis & pphetica eloquia gerebatur, hoc in vni
uersis natiõibus, toti9 creaturę testimonia
& bonitatis dei miracula semp egerũt. Sed
cũ in illo populo cui vtraq; eruditio præfuit, nemo nisi
gratia iustificatus sit per spiritũ fidei, quis ambigat eos
qui de quibuscũq; nationibus quibuslibet temporibus
deo placere potuerunt, spiritu gratiæ dei fuisse discre
tos? Quę etsi parcior antea atque occultior fuit, nullis
tamẽ seculis se negauit, virtute vna, quãtitate diuersa,
consilio incommutabili, opere multiformis Nam & in
ijs diebus quibus totum mundũ ineffabilium donorũ
flumina rigant, non idem modus omnibus, nec eadem
mensura confertur. Quãuis enĩ per ministros verbi & M
gratiæ dei eadem cunctis veritas prædicetur, eadẽ co
hortatio adhibeatur, dei tamen agricultura est, dei ędi
ficatio, cuius virtus inuisibiliter agit, vt incremẽto ꝑ
ficiat quod ędificatur aut colitur: sicut attestatur Pau
lus apostolus, dicens: Quid igitur est Apollo? quid ve 1.Cor.3.
ro Paulus? Ministri ei9 cui credidistis, & vnicuiq; sicut
dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed de9
incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid,
neque qui rigat, sed qui incremẽtũ dat, de9. Qui plan
tat autẽ, & qui rigat, vnũ sunt. Vnusquisque autẽ pro
priam mercedem accipiet secundm suũ laborẽ. Dei
enim sumus adiutores, dei agricultura estis, dei ędifica
tio estis. Agriculturę ergo huius atque ędificatiõis in
tantũ quisque adiutor & operari9 ac mininister est, in
quãtũ vnicuique domin9 dederit. Et ij qui ministrorũ
labore excolũtur, ad eum proficiũt modum ad quem
illos incremẽti autor euexerit. In agro enĩ domini nõ
vniformis nec vna plãtatio est. Et quãuis in vnum de
corem totius tẽpli structura conueniat, nõ idem tamẽ
locus est, nec idem vsus omniũ lapidum, sicut & in vno

A corpore nõ omnia mẽbra eũdem actum habẽt, dicẽte
apostolo: Nũc autẽ posuit deus mẽbra, & vnũquodq;
eorũ sicut voluit. Hæc vero mẽbra vnde apta, vnde vti
lia, vnde sint pulchra, idẽ doctor exponit, dicẽs: Ideo
1.Cor.12. notũ vobis facio q̃d nemo in spiritu dei loquens dicit
anathema Iesu: & nemo potest dicere dominũ Iesũ ni
si in spiritu sancto. Diuisiões vero gratiarũ sunt, idẽ au
tẽ spirit9. & diuisiones ministrationũ sunt, idẽ autẽ do
minus: & diuisiones operationũ sunt, idẽ vero de9 qui
operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; aũt datur mani
festatio spiritus ad vtilitatẽ. Alij quidem per spiritum
datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secũdum eũ
dem spiritum, alteri fides in eodẽ spiritu, alij operatio
virtutum, alij prophetatio, alij discretio spirituũ, alij
genera linguarum, alij interpretatio sermonum, hæc
autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diui
dens singulis prout vult. Hæc magistro gentium tanta
luce, tanta euidentia prædicante, qua ratione, qua cau
sa dubitandum est, an omnium nobis virtutum germẽ
ex deo sit, vel quis nisi insipientissimus de differentia
diuinorũ munerũ conqueratur, aut imparibus ascri
bẽdũ meritis arbitretur quod nõ æqualiter de superna liberalitate cõferatur? Si enim hæc distributio secũ
B dum præcedentiũ operũ merita proueniret, nõ ipso
Ibidem. rum donorũ catalogum tali conclusione apostol9 ter
minaret, vt diceret: Hæc autẽ oĩa operatur vnus atque
idem spiritus diuidens singulis prout vult. Vbi vtiq; si
meritorum causas voluisset intelligi, diceret: Diuidẽs
singulis prout merẽtur: sicut plantatoribus aut rigato
1.Corin.3 ribus præmiũ deuotiõis spopondit, dicẽs: Vnusquisq;
autẽ propriã mercedẽ accipiet secundum suũ laborẽ.
Datur ergo vnicuiq; sine merito vnde tendat ad meri
tum, & datur ante vllum laborem vnde quisq; mercẽ
dem accipiat secundũ suum laborẽ. Quod ita esse etiã
euangelicæ veritatis testimonio agnoscitur, vbi per cõ
Mat.25. parationem dicitur quod homo peregre proficiscens
vocauit seruos suos, & tradidit illis substantiã suam, &
vni dedit quinq; talenta, alij autẽ duo, alij vero vnum,
vnicuiq; secundum propriam virtutem, id est, secũdũ
propriam & naturalem possibilitatem, non autem se
cundum propriũ meritũ: quia aliud est posse operari,
aliud operari: & aliud est posse habere charitatẽ, aliud
habere charitatem: & aliud est capacem esse continen
tiæ, iustitiæ, sapientiæ, aliud vero esse continẽtem, in
stum, atq; sapientem. Nõ itaq; omnis reparabilis repa-
C ratur, nec omnis sanabilis sanatus est, quia reparabi
lem & sanabilem esse de natura est: reparatum au
tem & sanatũ esse, dẽ gratia est. Deniq; isti quibus secũ
dum modulum capacitatis suæ, quem i eis distributor
substantiæ præuidebat, dispar creditus est numerus ta
lẽtorum: nõ meriti rẽmunerationẽ, sed operis accepe
re materiam. In qua duorum seruorum vigilantissima
industria nõ solum gloriosis laudibus honestatur, sed
etiam in æternia domini sui gaudia intrare præcipitur.
Tertij vero pigrum ociũm, & desidiosa nequitia sic pu
nitur, vt & vituperationis dedecoretur opprobrio, &
portione quam acceperat, exuatur. Dignus enim erat
perdere inutilem fidem, qui nõ exercuerat charitatẽ.
Vnde & in subsequenti sermone quo apertissime de
claratur futuri formia iudicij, sedente filio hominis in
sede maiestatis suæ; antequam facta congregatione o
mnium gentium alij ducũtur ad dexteram, alij ad si
nistram constituendi: laudatis dextris de operibus cha
ritatis, nihil aliud sinistris obijcitur q̃ misericordię be
neuolentiæq; neglectus. Acceperãt ergo etiã isti fidem
sed nõ sectati fuerãt dilectionẽ: nec de nõ seruato, sed
de nõ aucto munere dãnabũtur. Quãuis enim omnia
bona, dona sint dei, à deo tamen quædam etiam non
pe tita tribuuntur, vt per ipsa quæ accepta sunt, ea quæ
nondum sunt donata, quærantur. Semen quippe quod
iacitur in terram, non ob hoc seritur, vt ipsum so- D
lum maneat, sed vt fructum afferendo, multiplex atq;
numerosum sit. Cui quidem profectus ab illo est qui
dat incrementum: sed terra viuens, & de gratiæ iam
imbre fœcunda, habet quod ipsa expectetur ad id q̃d
acccepit, augendum.

¶De consideratione differẽtiarũ quib9 diuinæ gratiæ
opera & dona variata sunt. CAPVT III.

HIS recte (vt arbitror) quantum dominus tribuit
pertractatis, ad id vnde digressa est disputatio:
reuertamur, ad consideratiõem scilicet diffe
rentiarum quibus diuinæ gratiæ opera ac dona varia
ta sunt. Altitudo quippe diuitiarum sapientiæ & scien
tiæ dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabi
les viæ, sic semper misericordiam suam & iudicium tẽ
perauit, vt secretissima æterni consilij voluntate no
luerit in omnibus super omnes generationes aut super
omnes homines, æquales donorum suorum esse men
suras. Siquidem aliter eos inuerit quos ad cognoscen
dum se, cæli & terræ testimonijs cõueniebat: aliter il
los quibus non solum elementorum famulatu, sed etiã
doctrina legis, prophetarum oraculis, miraculorum
signis, & angelorum cooperationibus consulebat. Et
multo magis aliter misericordiam suam vniuersis ho
minibus declarauerit, quando filius dei factus est filij
hominis, vt inueniretur ab eis qui eũ non quærebant,
& appareret ijs qui illum non interrogabant, & non in
vno tantum populo Israeliticæ stirpis excelleret, sed
in omni gente quæ est sub cælo, multiplicatũ Abrahæ E
semen oriretur, in quam hereditum succesionem nõ fi
lij carnis, sed filij promissionis intrarent. Et quanta in
prẽteritis seculis super cæteras nationes, tãta nũc esset
in gente Iudæa parcitas gratiæ: cum tamen introduc
ta plenitudine gentium, etiam ipsorum ariditati ea
rundem rigationum inundatio spondeatur. Quæ itaq;
causę sint harum sub eadem gratia dissimilitudinum,
quæ verationes, sanctis scripturis non loquentib9 quis
loquetur? Et cum in eis scientia Pauli Apostoli à dispu
tatione transeat ad stuporem: cuius erit tanta præsum
ptio, qui hęc differendo existimet aperienda potius
quam silentio miranda? Patienter igitur & æquanimi
ter ignoretur tam remotum ab humana cogitatione
secretum: nec tamen quia nequeunt clausa penetrari,
ideo etiam reseratorum est prætereundus introitus.
Manifestauerunt enim diuinorum eloquiorum mul
tæ autoritates, & continua omniũ seculorum experi
menta docuerunt, iustam dei misericordiã, misericor
demq; iustitiam nec alendis vnquã corporibus homi- F
num, nec docendis inuandisq; eorum mentibus defuis
se. Semper etenim pluit super bonos & malos, semper Matth.5.
solem summ oriri fecit super iustos & iniustos, semper
vitales auras præbuit, semper diei & noctis vicissitudi
nes ministrauit, vbertatem agris, multiplicatiõẽ se
minibus fœcunditatem generãdis hominibus semper
impendit. Et si quando aliquid horum minuit, beni
gnis correptionibus auersionem desiderioq; male vtẽ
tium castigauit, vt miserationes eius quærerent in ad
uersis, cuius iustitiam non timuerant in secundis. De
niq; si ad ipsa mundi exordia recurramus, inueniemus
omnium sanctorũ qui diluuium præcesserunt, dei spi
ritum fuisse rectorẽ, propter quod & filij dei nomina- Roma.8.
ti sunt: quoniam sicut ait Apostolus: Quicunq; spiritu
dei aguntur, hi filij sunt dei. Et cum ijdem neglecta
obseruantia patrum, illicitis se reproborum connu
bijs miscuissent, atque ob nephariam societatẽ digni Gene.6.
exterminio iudicarentur, dominus ait: Non permane
bit spiritus meus in hominibus istis, quoniã caro sunt.
Vnde apparet quod iste populus cuius generationes
discreto ordine cum annorũ numero digeruntur, spiri
talis antea fuit, ea vtiq; voluntate cũi spiritus sanctus

G Præsidebat, sic impendens moderaminis sui regimen, vt declinandi ad vitia non adimeret potestatẽ, qua potestate hic populus si nõ vteretur, nõ relinqueret deũ, nec relinqueretur a deo, eſsetq; ille de quo dictum est:
Eccle. 31. Felix qui potuit transgredi, & non est trãgressus. Quã diu ergo apud deum mansit, ea voluntate mãsit, quam deus inspirauit & rexit. Præparatur enim sicut scriptũ est, voluntas a domino. Sed huius præparationis non vnus semper proiectus, nec vna mensura est: quoniam multis modis & innumerabilibus differẽtijs gratiæ opera & dona variãtur, inq; ipsis singulis generibus munerum dissimiles sunt gradus, & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarũ atque lignorũ quæ terra producit, non vna species, nec vnum in omnibus genus est, sed singula quæque in sui seminis forma, & in suæ stirpis qualitate gignuntur, plenum autem decorem non statim vt eduntur accipiunt, sed certis & ordinatis prouehuntur augmentis, donec ad perfectã sui habitus quantitatem per succedentia sibi incrementa perueniant: ita & semina charismatum plantaq; virtutum non in omni agro cordis humani totum hoc patiter quod sunt futura nascuntur, nec facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequenter potens & misericors deus mirabiles istos suæ operationis effectus, & quibusdam mentibus non expectata profectum mora, totum simul quic
Hebrę. 7. quid collaturus est, inuehit. In Abrahæ lũbis Leui sanctificatur, & simul cum eo domus Aaron & sacerdotalis ordo benedicitur. In Isaac de repromissione con-
H cepto, & contra spem sterilium senum nato, omnium gentium vocatio, & tota Christi forma præconditur. Iacob nullo merito suffragante dilectus, priusquam na
Hiere. 1. scatur eligitur. Hieremiæ dicitur: Priusquã te formarẽ in vtero, noui te: & priusquam exires de vulua, sanctificaui te.
Luc. 1. Ioannes intra Helizabet matris viscera spiritu sancto repletus exultat, & vt nullus inter natos mulierum maior sit, prius sentit inutia gratiæ q̃ naturæ. Sed cum & alia similium documentorũ exempla non desint, quę breuitatis studio prꝛterimus: multo tamen crebrior, multoq; numerosior pars illa hominum est, cui particulatim quicquid superna largitas donat accrescit, vt conferendorũ munerum causæ de iis quę sunt collata, pariantur. Quidã accepta fide diffidentia non
Marci. 9. carent, quã vtique inesse sibi nouerat qui dicebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Quam nec illi abesse penitus a suis animis sentiebant qui dixerũt,
Luc. 17. Domine auge nobis fidem. Quidã quod credunt, non intelligunt, & multi eorum diu in suæ simplicitatis modulo detinentur. Multi vero cito intellectus lumen accipiunt. Ipsa autem intelligentia non in omnibus eundem habet vigorem, aut similem facultatem. Et plurimi cum & fide & intellectu videantur ornati, laborãt tamen indigentia charitatis: & iis quæ fide & intellectu vident, nequeunt inhærere, quoniam perseuerati
I in eo non potest, quod non toto corde diligitur. Donum quoque ipsius charitatis nõ semper eiusmodi est. vt quicquid ad plenitudinem ipsius pertinet, simul à percipiente sumatur. Est enim amor qui potest alio amore superari. Et sæpe dilectio dei ex mundi dilectione marcescit, nisi ad eum feruorem spiritu sancto inflammante profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo possit tepore languere. Cum itaque in hoc inenarrabili dono dei omnium summa donorum, & quædã sit cunctarum vita virtutum: ad hoc cętera conferuntur, vt habeat animæ fidelis intentio per quæ ad perfectam charitatem possit eniti. Quæ quoniam non solum ex deo, sed etiam deus est, stabiles & perseuerantes atque insuperabiles facit quos flumine suæ voluptatis impleuerit. Qui autem istarum aquarum dulcedinem nescíunt, & adhuc de mundi huius torrentibus bibunt,
K aut etiam si aliquid primoribus labris de vitæ fonte gustauerunt, inebriati tamen aureo Babylonis calice delectantur: suo prorsus decipiuntur arbitrio, sua voluntate labuntur: & si in hac desidia perseuerant, ipsi se ijs quæ accepere, dispoliant. Facile enim quælibet bona sine charitate possunt perire, quæ nõ possunt sine charitate prodesse.

¶ Quod auersio à deo non sit diuinæ constitutiõis, sed propriæ voluntatis. CAPVT IIII.

HAEC autem summatim breuiterq; perstricta ad id valent, vt certissime nouerimus nullum fidelium à deo non discedentẽ relinqui, neq; cuiusquã ruinã ex diuina esse cõstitutione dispositam, sed multis qui iam iudicio rationis vtuntur, ideo liberũ esse discedere, vt nõ discessisse sit præmiũ: & vt quod nõ potest nisi cooperãte spiritu dei fieri, eorũ meritis deputetur, quorũ id potuit voluntate non fieri. Quæ voluntas in malis actionibus sola esse potest, in bonis autem sola esse non potest. Quanuis enim secundum naturam sit homini vt bonæ sit voluntatis, vitium tamen quod per malam volũtatem irruit in naturam, nõ naturæ superatur virtute, sed gratiæ. Regebatur ergo primus ille populus dei, spiritu dei, & à maledicti ac predãnati populi societate ac moribus per eruditionẽ sancti spiritus abstinebat, custodiẽs discretionẽ sui à permixtiõe carnaliũ, quorum mala tum diu sustinuit patientia dei, quãdiu boni per id quod eos nõ imitabãtur, placere potuerũt. Vbi
L vero etiã boni malorũ imitatione corrupti sunt, & per voluntatis defectũ ĩ eandẽ nequitiã cõspirauit vniuersitas: quos, excepta Noe domo, vna impietas prophanauit, sentẽtia vna deleuit. Bonitas autẽ dei ne illi quidem parti defuit, quæ in charitate nõ stetit, & ab initio sui veneno diabolici huoris intumuit. Principẽ enim gentis impiæ sancti fratris meritis inuidentẽ, cędemq; eius parricidali corde meditantẽ, dignatur dominꝰ paterno mitigare cõsilio, dicens ad Cain: Vt quid tristis factꝰ es? vt quid cõcidit vultꝰ tuus? Nõne si recte offeras, recte aũt nõ diuidas, peccasti? Quiesce. Ad te enim erit cõuersio eius, & tu dominaberis eius. Depone, inquit, ortã de inuidiæ æmulatione tristitiam, & flammas odij crudelis extingue. Nihil tibi Abel nocuit, nec mihi placẽdo te læsit, despexi munera tua meo iudicio, nõ illius voto. Opus enim bonum negligẽter egisti, recta fuisset oblatio tua, si fuisset recta discretio. Sciens cui offerres, scire debueras qd voueres. Nõ digne iter
me & te diuisisti, quoniã tibi electiora seruasti. Tuꝰ ergo hic error est, tuũq; peccatũ, quiesce, & noli insontẽ fratrẽ moueri, ad te potius tua culpa reuocetur, noli peccato regnũ in te dare, sed tu potius in ipsum fume
M dominatũ. Pœnitẽdo enim nec in malis facinus ꝓgredieris, & ab eo ĩ quo te doles displicuisse, mũdaberis. Cum ergo talia ad Cain loqueretur deus, nunquid ambiguum est voluisse eum, & quantũ ad medẽdi modũ sufficiebat, egisse vt Cain ab illo impietatis furore resipisceret? Sed malitia ptinax inde facta est inexcusabilior, vnde debuit esse correctior. Et vtiq; præsciebat deus ad quem finem insanientis esset progressura conceptio. Neq; ex eo quod falli scientia diuina non poterat, necessitate peccãdi vrgebatur facinus voluntatis, à cuius vtiq; intentione atq; affectu potuit incolumitas Abel illæsa defendi, nisi placuisset deo cum magna laude patientiæ suæ, vt temporalis furor impij fieret perpetuus honor iusti. Posteris vero istius fratricidæ, quãuis in progenitoris sui moribus viuerent, nunquã se dominam bonitatẽ negasse quis nõ facile aduertat si consideret quãtum eis prodesse potuerit tam longa patẽtia dei, tam diues bonorũ tẽporalium copia, & multiplicatæ fœcunditatis tam numerosa propagatio? quæ

A beneficia licet obduratis nihil remedij & emẽdationis attulerint, probant tamen auersionem eorum nõ diuinæ fuisse cõstitutionis, sed proprię volũtatis. In cõseruatione autem Noe filiorumq; eius & nurũ, in quibus omnium gẽtium seminariũ disponebatur, quãta diuinæ gratię opera reuelata sint, sancta scriptura manifestat, dum in illa mirãdæ capacitatis arca, vniuersi generis animaliũ quantũ reparationis aderat receptrice, cõgregatura ad se omne hominum genus ecclesia figuratur. Dum per lignũ & aquam redẽptio crucis Christi, & ablutio regenerationis aperitur. Dum in ijs qui ex illa mundi vastatione saluati sunt, omniũ gẽtium plenitudo benedicitur. Dum donum fœcunditatis iteratur, & solo esu suffocatorum & sanguinis interdicto, libertas edẽdi quod placuerit, augetur, salutisq; securitas in testimonio verticoloris arcus, hoc est in signo multiformis gratię cõsecratur. Quæ vtiq; mysteria atque sacramenta nõ vnius tantũ familiæ pauciſsimos tunc homines, sed in ipsis omnes eorũ posteros imbuebant, vt quod eruditioni impẽdebatur parentũ, proficeret sciẽtiæ filiorum. Iam vero procurrente humanæ propagationis augmento, cum ipsa mortalium numerositas desuis multiplicationibus superbiret, & secũdum elationis suæ altitudinem cælo cuperet molem immodicæ instructionis inferere, q̃ mirabilis erga cohibendam hãc insolentiam fuit diuinæ censura iustitiæ? Quæ vnam ilB lorum populorum loquelam notis sibi inuicẽ significationibus consonantem, septuaginta & duarũ linguarũ varietate cõfudit, vt & inter dissonas voces operãtium pereunte concordia, insanæ molitionis machina solueretur, & habitando orbi terrarum daret incolas malæ cõgregationis opportuna dispersio. In isto autem opere prædinabantur miracula gratiæ Christianę, quæ omnẽ hanc dispersionem in illius ædificationis erat vocatura cõpagẽ, in qua omne genu flectitur deo, & omnis lingua cõfitetur, quoniam Iesus in
Philip. 2. gloria dei patris est. Hanc latitudinem gratię in plenitudine dispositorũ temporũ reuelandę, facta ad Abraham promissio dei signis iam luculentioribus indicabat, quando duplex eius successio, filij scilicet carnis, & filij promissionis, multitudini arenarum cõparabatur & siderum, & vir senex per annosam vxoris sterilitatem ab spe iam prolis alienus, credebat laudabili fide per germen vnius filij patrem futurũ esse se mundi, prospiciens illum in semine suo, immo conspiciẽs qui
Ioan. 8. dixit: Abraham diem meũ vidit, & gauisus est. Qua fide Abraham cum iustificaretur, nondum mandatũ circuncisionis acceperat, sed cum esset in præputio naturali, reputata est fides eius ad iustitiam, & eadem fides signaculum circũcisionis acceperat in eo corporis mẽ
C bro, per quod semen procreationis peruenturum erat ad eam carnẽ, in qua sine carnali semine dei filius deus verbum caro fieret, ac de Abrahę filia Maria virgine nasceretur, assumptis omnibus in huius natiuitatis cõsortium, qui in Christo per spiritum sanctum regenerati, quod Abraham credidit credidisent.

¶ Quod etiam ante aduentũ Christi nationes quæ alienatę à cõuersatione Israel, spem nõ habebãt, ob hoc non sint excusabiles. Et quomodo propter persecutiones bonorum Christus populum suum auxerit. CAPVT V.

Gene. 12. HAEC autem fides, antequã veniret hoc semen de quo Abrahę dictum est, In semine tuo benedicẽtur omnes gentes terrę: intra vnius stirpis populum cõtinebatur, vigẽte apud veros Israelitas spe redemptionis nostrę, quoniã etsi fuerunt ex aliengenis quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit, tam pauci fuerunt, vt vix cognoscantur an fuerint. Neq; ob hoc excusabiles sint na D tiones, quę alienatæ à cõuersatione Israel spem nõ habentes, & sine deo in hoc mũdo sub ignorãtię tenebris perierũt, quia hæc abũ data gratiæ quę nũc vniuersum mundum rigat, pari antea largitate nõ fluxit. Adhibita enim semper est vniuersis hominibus quædã supernæ mensura doctrinæ, quę etsi parcioris occultioris q̃ gratię fuit, sufficit tamen, sicut dominus iudicauit, qui busdam ad remedium, omnibus ad testimoniũ, vt non dubiæ, sed euidẽter appareat quod nisi vbi abundauit peccatũ, superabundaret gratia, nũc quoq; vniuersum genus humanum similis obcęcaret impietas. An forte, vt plerique garriunt, meliora q̃ veterum ingenia nostris seculis orta sunt, & aptiores diuinis donis animas tempora extrema pepererunt? Quod etiam si ita esset, ad bonitatem id referendum esset autoris, qui vocãdis ad vitam æternam populis ea quæ nõ reniterentur, coda finxisset. Sed nihil prorsus nouatum est in generatione carnali, nec generosior auis minorum orta successio est, cum potius in hominibus illius tẽporis quo mũdi redẽptor aduenit, quãto erat propago tardior, tãto sit iniquitas inuenta robustior. Probant hoc Iudaici furoris impietas: & quam apta euangelio Christi fuerit illa generatio, nõ solum populi, sed etiam scribarum & principum ac sacerdotum corda docuerũt, quibus parum fuit in agnum dei tollentem peccatum mundi, cõtra testificationem legis, cõtra oracula pro- E phetarum, cõtra diuinarum experimenta virtutũ, sedi tionibus, cõtumelijs, sputis, alapis, colaphis, lapidibꝰ, flagris, & ad postremum crucis atrocitate sæuisse, nisi etiam testes resurrectionis eius eadem persequerẽtur insania: quam apostoli quando à põtificibus flagellati sunt: ostenderunt in psalmo Dauidico prophetatam, dicentes: Domine, tu es qui fecisti cælum & terram, & Actu. 4.
mare, & omnia quę in eis sunt. qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania: astiterũt reges terrę, & principes cõuenerũt in vnum aduersus do F minum, & aduersus Christum eius? Conuenerũt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum filium tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Põtius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium decreuerunt fieri. Igitur ad manifestãdam gratiã dei, quę ex æterno eius incommutabiliq; cõsilio in salutem omnium gẽtium disponebatur, nõ priora quasi in capacia declinata sunt tempora, sed ista electa, quę tales populos ediderũt, quorum ferox & volũtaria iniquitas nõ cõsulendi affectu, sed intentione sęuiẽdi per fisteret facere quę manus dei & cõsilium decreuerunt fieri, vt mirabilior esset gratia & potẽtia dei, quæ de tãduris animis, tam tenebrosis mẽtibus, tam inimicis cordibus fecit sibi populum fidelem, subditũ, sanctum, qui nõ per sapiẽtiam huius mũdi peruenit ad lumẽ sapien
tiæ dei, sed per illius donũ de quo testatur ioãnes apo 1. Ioan. 5.
stolus dicẽs: Scimus quia filius dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verũ deum, & simus in vero fi Col. 1.
lio eius. Cui testimonio apostolus Paulus cõsonat dicẽs: Gratias agẽtes patri qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorũ in lumine, qui eripuit nos de tenebris, & de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij ad Tit. 3.
dilectionis suę. Et iterũ idem: Eramus enim, inquit, aliquãdo insipiẽtes, increduli, errãtes, seruientes desideriis & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agẽtes, odibiles, odiẽtes inuicẽ. Cũ autẽ benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri, nõ ex operibꝰ iustitiæ quę fecimus nos, sed secũdum suã misericordiã saluos nos fecit per lauacrũ regeneratiõis spiritusancti, quẽ effudit in nos abũde per iesum Christũ saluatorem nostrũ vt iustificati gratia ipsius hęredes simꝰ secũdũ spẽ vitæ æternæ. Potuit ne plenius, luculentius, verius ea-

Gplicari quę merita hominũ Christus inuenerit,& quos
sibi mores subiecerit,quæ ad se corda cõuerterit,quan
Mat.9, do venit mederi nõ sanis,sed male habentibus,& voca
Esa.9. re nõ iustos, sed peccatores:quoniam gẽtium populus
qui sedebat in tenebris,lucem vidit magnam, & seden
tibus in tenebris & vmbra mortis,lux orta est illis. Fre
mebant gentes, irascebãtur populi, sæuiebant reges,&
potestates cõtra dicebant, superstitiones & totius mun
di reluctabantur errores. Sed de resistentibus,furenti
bus, persequẽtibus, populum suum Christus augebat,
& per vincula ac supplicia mortesq; sanctorum robo
rabatur fides,vincebat veritas, perq; vniuersum mun
dũ dominici agri segetis multiplicabatur vbertas. Tan
ta enim desuper præbebatur constantia fidei, fiducia
spei,fortitudo tolerãtiæ,vt ille ignis dilectionis, quem
in cordibus fidelium spiritus sanctus accenderat, nul
lo modo opprimentibus posset extingui: cũ & qui cru
ciabantur,vehemẽtius inardescerent: & qui sæuiebãt,
eandem quam persequebantur flammam sæpe concipe
Roma.5. rent,qua beatus apostolus Paulus ignitus fideliter fer
uẽterq; dicebat: Iustificati igitur ex fide pacem habea
mus ad dominum nostrum Iesum Christum,per quem
& accessum habemus fide in gratiam istam in qua sta
mus,sed & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei,nõ so
lum autem,sed & gloriamur in tribulationibus,scien
tes quod tribulatio patiẽtiam operatur, patiẽtia autem
H probationem,probatio vero spem, spes autem nõ con
fundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris
Rom.8. per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Et iterũ: Quis
nos separabit à charitate Christi? Tribulatio,an angu
Psal.43. stia?an persecutio?an fames?an nuditas? an periculum?
an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortifi
camur tota die,existimati sumus sicut oues occisionis.
Sed in his omnibus superamus, per eũ qui dilexit nos.
Certus sum enim quia neque mors,neq; vita, neque an
geli,neque principatus,neque instantia, neque futura,
neque fortitudo,neq; altitudo, neque profundũ, neq;
creatura alia poterit nos separare à charitate dei quæ
est in Christo Iesu domino nostro. Hęc charitas diffu
sa per spiritũ sanctum fecit vt mũdus fidelium mundũ
vinceret impiorũ. Hæc Neronis crudelitatem, Domi
tiani furorem,multorumq; post eos principũ glorioso
innumerabiliũ martyrum fine confudit,donãte Chri
sto imitatoribus suis de persecutionibus regum,eterna
rum stemmata coronarum.

¶Quod Christus pro omnibus impijs & peccatoribus
mortuus fuerit. CAPVT VI.

I Nvlla igitur ratio dubitandi est Iesum Chri
stum dominum nostrũ pro impijs & peccato
ribus mortuum,à quorum numero liber inuẽ
tus est. Nõne est pro omnibus mortuus Chri
stus? Sed prorsus pro omnibus mortuus est Christus.
Nemo ergo omnium hominum ante reconciliationẽ,
Roma.5. quæ per Christi sanguinem facta est, non aut peccator
aut impius fuit,dicente apostolo: Si enim Christus cũ
adhuc infirmi essemus, iuxta tempus pro impijs mor
tuus est: vix enim pro iusto quis moritur,nam pro bo
no forsitan quis audeat mori: commẽdat autẽ suã cha
ritatem deus in nobis,quoniam si cum adhuc peccato
res essemus, Christus pro nobis mortuꝰ est, multo ma
gis iustificati sanguine ipsius salui erimus ab ira per ip
sum. Si enim cũ inimici essemus,recõciliati sumus deo
per mortem filij eius, multo magis recõciliati salui eri
mus in vita ipsius. Idem autem apostolus in secũda ad
2.Cor.5. Corinthios ait: Charitas enim Christi vrget nos iudi
cantes hoc,quoniam si vnus pro omnibus mortuus est,
ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est,
vt & qui viuunt, iam non sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis
mortuus est,& resurrexit. De seipso vero quid pronũ K
ciat audiamus. Fidelis,inquit, sermo & omni acceptio
ne dignus, quia Christus venit in hũc mũdum peccato 1. Tim.1.
res saluos facere,quorũ primus ego sum. Sed ideo mi
sericordiam cõsecutus sum,vt in me primo ostenderet
Christus Iesus omnem patientiam ad informationem
eorum qui crediturí sunt illi in vitam æternam. Siue er
go circuncisio, siue præputium, peccato vniuersaliter
cõcludebatur,vnusq; omnes reatus obstrinxerat, & in
ter magis minusq; impios nemo erat qui posset absq;
Christi redemptione saluari: quæ redemptio vniuersio
sese intulit mundo, & omnibus hominibus indifferen
ter innotuit: quãdoquidem in die quinquagesimo ab il
lo Pascha in quo se hostiã deo verus agnus obtulerat,
cum apostoli & qui cũ eis vnanimes erant,repleti spiri
tu sancto linguis omnium gentiũ loquerentur,conue
niebat excita miraculo diuersi generis hominũ multi
tudo,vt euangeliũ Christi in eis qui aderant, totus mũ
dus audiret. Confluxerant autem(sicut scriptũ est)Par Actuũ.2.
thi & Medi,Elamitę, & qui inhabitãt Mesopotamiam,
Iudęam & Capadociam, Pontum & Asiam,Phrygiam
& Pamphyliam,Egyptum & partes Libyæ, quæ est cir
ca Gyrenen,& aduenæ Romani,Iudei quoque & Pro
selyti,Cretes & Arabes,audientes eorũ linguis prædi
cari magnalia dei,quorũ testificatio etiam in eas gen
tes quæ remotiores sunt, longe lateq; procurreret. Ad
cuius rei effectũ credimus prouidentia dei Romani re
gni latitudinẽ præparatam, vt nationes vocãdæ ad vni L
tatem corporis Christi, prius iure vnius consociaren
tur impietatis: quanuis gratia Christiana non contenta
sit eosdẽ limites habere quos Roma,multosq; iam po
pulorum sceptro crucis Christi illa subdiderit, quos
armis suis ista non domuit. Quæ tamen per Apostolici
sacerdotij principatum amplior facta est arce religio
nis q̃ solio potestatis. Quod si forte,quẽadmodũ quas
dam gentes,quod non volunt, in consortiũ filiorũ dei
nouimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi
partibus sunt aliquæ nationes quibus nondũ gratia sal
uatoris illuxit:nõ ambigimus etiam circa illas occulto
iudicio dei tempus vocationis esse dispositũ,quo euan
gelium quod nõdum viderunt, audiant atq; suscipiãt.
Quibus tamen illa mensura generalis auxilij quæ defu
per omnibus semper hominibus est præbita,non nega
tur:quãuis tam acerbo natura humana vulnere saucia
ta sit, vt ad cognitionem dei neminem contemplatio
spontanea plene valeat erudire, nisi obũbrationẽ cor
dis vera lux discusserit, quam inscrutabili iudicio deꝰ
iustus & bonus nõ ita præteritis seculis quãdmodum
in nouissimis diebus effudit. Vnde & beatus Apostо-
lus Paulus scribẽs Colossensibus ait: Mysterium quod
abscõditum fuit à seculis & generationibus,nunc autẽ M
manifestatum est sanctis eius,quibus voluit deus notas
facere diuitias glorię sacremẽti huius in gẽtibus,quod
est Christus in nobis.

¶Quomodo mysterium vocationis gentium prophe
tis fuerit cognitum & apostolis. CAPVT VII.

Nvnqvid hoc mysterium etiã prophetis
incognitum fuit? & illi per quos spiritus
sanctus loquebatur, ea quorum ab ipsis fie
bant denunciationes,nesciebant? Non ita
plane intelligendum puto,sed ipsis gentibus abscondi
tum fuisse mysteriũ,quod dominus quando voluit, &
quibus voluit reuelauit. Nam de vocatione gentiũ quæ
non erant populus dei, & quibus prius non misertus Deut.32.
est,nunc autem miseretur,in Deutoronomio ita dicи-
tur: Et vidit dominus, & zelauit, & iratus est propter
iram filiorũ suorũ & filiarum,& dixit: Auertam faciẽ
meam ab eis,& ostendam quid erit in nouissimo, quia

A generatio peruersa est filijs, in quibus non est fides in
illis. Ipsi in zelum cõpulerunt me in hoc quod non est
deus, iritauerunt me in idolis suis. Et ego in zelum in
citabo eos in eis qui non erat gens, super gentе insipiẽ
te iritabo eos. Et Dauid hęc de adoraturis deũ omni-
Psal.85. bus gentibus prędicit: Omnes gentes quascunq; fecisti,
venient & adorabũt coram te domine, & glorificabũt
nomen tuum. Et iterum idem: Et adorabunt eũ omnes
Psal.71. reges terre, omnes gentes seruient ei. Et iterum: Bene-
dicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes ma
gnificabunt eum. Esaias quoq; similia annũciat dicens:
Esa.28. Quoniã erit in nouissimis diebus manifestus mons do
mini,& domus dei in cacumine montiũ,& exaltabitur
super colles,& venient ad eum omnes gentes. Et iterũ
idem: Et faciet,inquit,dominus sabaoth omnibus gen
tibus,in monte isto bibent in iucũditate vinum,vngen
tur vnguento in monte isto,tradet hęc omnia gẽtibus,
hoc enim consilium super omnes gentes. Et iterũ idẽ:
Et reuelabit dominus brachium suum sanctum in con
spectu omnium gentium, & videbũt omnes gentes ter
ræ salutem quæ à domino est. Et iterum: Ecce aduenæ
ad te per me accedent,& ad te fugiẽt. Et infra: Gentes
quæ te non cognouerunt, inuocabunt tẽ: & populi qui
Oseę.1. te nescisunt,ad te cõfugient. Oseę quoq; patria prophe
tat dicens: Et erit in loco in quo dictum est eis: Non po
pulus meus vos,ibi vocabuntur filij dei viui,& congre
gabuntur filij Iudæ, & filij Israel in idipsum. Et iterũ:
Miserebor non dilectæ,& dicam non populo meo: po
pulus meus es tu. & ipse dicet: deus meꝰ es tu. Sub Apo
stolis vero cum ij qui in Christum ex circũcisione cre
diderant, eos qui gentiles erant, dicebanturq; præpu-
B tium, iustificationem gratiæ arbitrarentur participes
esse non posse: docet beatus Apostolus Petrus q̃ indi-
scretus apud deum vterque sit populus, si in vnitatem
Actuũ.11. fidei ambo cõuenerint. Cum autem,inquit, cœpissem
loqui, decidit spiritus sanctus super eos, sicut & in nos
in initio. Recordatus sum autẽ verbi domini sicut di-
cebat: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem ba-
ptizabimini spiritu sancto. Si ergo eãdem gratiã dedit
illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominũ Ie-
sum Christum, ego quis eram qui possem prohibere
deum? His auditis,tacuerunt,& glorificauerunt deũ di
centes: Ergo & gentibus deus pœnitentiam ad vitã de-
Actu.15. dit. Iacobus quoq; Apostolus de hac vocatione gen-
tium dicit: Viri fratres audite me: Simon narrauit quẽ
admodum primum deus visitauit sumere ex gentibus
populum nomini suo, & huic concordant verba pro-
Amos.9. phetarum,sicut scriptũ est: Post hæc reuertar,& reędi
ficabo tabernaculũ Dauid,quod cecidit,& diruta eius
ædificabo, & erigam illud, vt requirant cæteri homi-
C num dominũ,& omnes gentes super quas inuocatũ est
nomen meũ,dicit dominus faciens hæc. notum à sęcu-
Lucæ.2. lo est domino opus suum. Symeon quoque ille cui re-
sponsum erat à spiritu sancto nõ eum visurum mortẽ
priusquam videret Christum domini,de salute omniũ
gentium quæ in Christo reuelabatur, hæc dixit: Nunc
dimitte seruũ tuum domine secundum verbũ tuum in
pace: Quia viderũt oculi mei salutare tuum, Quod pa
rasti ante faciem omniũ populorum,Lumen ad reue-
lationem gentiũ,& gloriã plebis tuę Israel. His & alijs
testimonijs scripturarum non dubie demõstratur istã
ditissimam,potentissimã, benignissimam gratiam qua
in nouissimo mundi tempore omnes gẽtes in regnum
Christi vocantur, prioribus seculis in occulto dei ab-
sconditã fuisse cõsilio. Et cur hac manifestatione qua
nũc vniuersis nationibus innotescit, antea reuelata nõ
fuerit,nullam posse scientiam comprehẽdere,nullam
intelligentiam penetrare: cũ tamen illud quod de bo-
nitate dei pijssime creditur,quia omnes homines velit
saluos fieri,& in agnitionem veritatis venire, nõ opor-
teat nisi perpetuum æternumq; sentiri, secundũ eas mẽ D
suras quibus deus dona generalia specialibus nouit cu
mulare muneribus: vt & qui exortes gratiæ fuerint, de
sua nequitia redarguantur: & qui eius lumine enitue-
rint,non in suo merito, sed in domino glorientur. In
hoc sane angusto quidem,sed tamen recto intelligen-
tiæ tramite non parum difficultatis opponit conside-
ratio paruulorum, qui nullo iudicio rationis vtuntur,
quo autoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem va
leant veritatis accedere,nec videntur de neglectu opi
tulantis gratiæ iuste argui in illa ignorantia naturali-
ter constituti,quam dubiũ non est nullã recipere scien
tiam,nullam sentire doctrinam.

¶Quare tanta multitudo nõ regeneratorũ infantium
à perpetua alienetur salute. CAPVT VIII.

Vnde cũ omnes homines velit deus saluos fie
ri, quid est quod alienatur à salute perpetua
tanta infantiũ multitudo,totq; in his ætatibus
hominũ milia extra vitam relinquũtur æter-
nam: quasi ad hoc tantum conditi sint ab eo, qui nemi-
nem odiens creauit, vt quia in hunc mundũ cum pec-
cati carne venerunt, insolubilis culpæ vinculo sine rea
tu propriæ actionis incideren? quid hoc profundius,
quid mirabilius esse potest? Neque credi fas est eos qui
regenerationis non adepti sunt sacramẽtum, ad vllum
beatorum pertinere consortiũ. Et magis stupendum,
magisq; sit mirũ,quod vbi actio non offendit, vbi arbi
trium nõ resistit,vbi eadem miseria, simili is imbecilli-
tas,causa cõmunis est,non vnum esse de tanta parilita E
te iudicẽ: & quales reprobat abdicatio, tales adoptat
electio. Verũtamen de hac altitudine discretionis dei
non conturbabitur cor nostrum si firma & stabili fide
omne iudicium dei iustum esse credamus,nec appeta-
mus habere cognitũ,quod voluit esse secretum,vt vbi
inuestigari non potest quare ita iudicet, sufficiat scire
quis iudicet. Quãquam non ita incognoscibilis ista sit
quæstio,vt nihil sit quod de ea eruditionis posimus ac
quirere,si ad contẽplandũ id quod videri potest, tran
quillus sobrij cordis adhibeatur intuitus. Cum enim
cõsideramus inter paganos,inter Iudæos, inter hæreti
cos, inter ipsos catholicos Christianos q̃ multiplex
pereat numerus paruulorũ, quos quãtum ad proprias
pertinet volũtates,neque bonũ aliquid,neq; malũ cõ-
stat egisse, discimus super eos illam manere sententiã,
quam humanũ genus prævaricatione primi parẽtis ex
cepit,cuius sententiæ rigor dũ etiam circa tales nõ re-
soluitur,q̃ magnum illud peccatũ fuerit demõstratur:
Nemo autem putaretur nõ innocens nasci,nisi etiã tali
bus esset noxium non renasci. De immaturitate vero
mortis nõ est ratio conquerendi,cum semel in naturã F
nostram per peccatum ingressa mortalitas obnoxiũ si
bi omnem vitæ nostræ fecerit diem. Esset enim, quo-
niam secundum aliquem modum immortalis dici ho-
mo posset, si esset tempus intra quod mori omnino nõ
posset. Sed nunquam corruptio ita incorruptionis est
particeps, vt nõ semper obnoxiũ sit defectioni quod
debetur occasui. Vitæ huius principium,mortis exor-
dium est, nec prius incipit augeri ætas nostra q̃ minui.
Cui si quid adijcitur spatij temporalis, non ad hoc ac-
cedit vt maneat,sed in hoc transit vt pereat. Quod er-
go ab initij sui die mortale est: qualibet occidat die,
non cõtra legem mortalitatis occumbit, nec vnquam
ei vicinius est posse viuere,q̃ posse deficere. Quamuis
autem ex vna causa omniũ hominum sit orta mortali
tas,non in vnam tamen,sed in multiplicem imbecilli-
tatem corruptibilis natura distrahitur. Et siue morbis
siue debilitatibus,siue vulneribus, non solum anni aut
menses vel dies ætatis humanę,sed & omnes horæ om-

G niáque momenta ſubiecta ſunt. Nec eſt aliquod mortis genus aut vllus obeũdi modus qui non intra vniuerſitatem mortaliũ in aliquam incidat portionem. Manet enim graue iugũ ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, in diem ſepulturæ in matrẽ omniũ. Sed huius aſperrimi iugi pondera nõ ita in Adæ filios irruerũt, vt diuina iuſtitia nihil eis ſuæ dimenſionis adhiberet, quæ defectionum legibus ita defectura ſubiecit, vt ab eis moderationum ſuarum nõ auerteret poteſtatem. Ideo omnia omnes inciderent mala, quia per communem conditionẽ omnes omnibus ſubiacerent, ſed vt generali neceſsitate variata, cauſsas ſibi domin⁹ indulgentiæ correptionisq; ſeruaret, eſsetq; in vno omnium debito quod & miſericors remitteret, & iuſtus exigeret. Cum igitur iuſta & omnipotens prouidentia dei inceſsabiliter vniuerſa dijudicet, & nemo in hunc mundum veniat, neq; ab hoc mundo exeat, niſi eo ortu atq; deceſsu quem rerum arbiter ſecundum altiſsimam ſciẽtiam ſuam ſapientiãq; decernit, ſicut ſcriptũ
Iob.12. eſt in libro Iob: Quis ignorat quod omnia hæc manus
Iob.14. domini fecerit, in cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis? Et iterũ: Breues dies hominis ſunt, & numerus dierum ei⁹ apud te eſt. Quis audeat cauſsas operum & conſiliorum eius inquirere? Inſcrutabile enim eſt, valdeq; ſecretum cur tantis differentijs conditio humana variata ſit. Illum ab infantia vſque in ſenectutem longæua carpit infirmitas, nec inter perſeuerãtes dolores ſtatutæ deficit tempus ætatis.

H Illum integris valẽtem viribus annoſiſsimus vigor vegetat. Huic in pueritia finis eſt, illi in adoleſcẽtia. Huic vltra iuuentutem non licet progredi: illi impoſsibile eſt vſque ad loquendi rudimenta grandeſcere. Quas vitæ metas multiformiter inæquales minus acerbas ex periretur, caduca mortalitas, ſi præſentis tantum ſeculi detrimenta pateretur, & non in æternas miſerias caderent qui hinc ſine lauacro regenerationis exiſsent. Sed cum inſcrutabilis ſit cauſsa tam donorũ quæ gratia tribuit, q̃ miſeriarum quas natura promeruit: ipſa nos intelligentiæ difficultas ad noſtrum remittit autorẽ. Et cum quærimus quomodo omnes homines ſaluos fieri velit, qui non omnibus illud tẽpus impertit, in quo per voluntariã fidem percipiendæ gratiæ ſint capaces, non irreligioſe arbitror credi, neq; inconuenienter intelligi quod iſti paucorũ dierũ homines ad illã pertineant gratię partem, quæ ſemper vniuerſis eſt impenſa nationibus, qua vtiq; ſi bene eorum vterentur parentes, etiã ipſi per eoſdem iuuarentur. Omniũ nanq; exordia parnulorum, totaq; illa principia necdũ rationalis infantiæ, ſub arbitrio iacent voluntatis alienæ, nec vllo modo eis niſi per alios conſuli poteſt, & conſequens eſt il
I los ad eorũ pertinere conſortium, quorũ vel recto vel prauo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confeſsione credunt, ita ex aliena infidelitate aut diſſimulatione non credũt. Et cum ipſi nec præſentis vitæ deſiderium habuerũt, nec futuræ: q̃ ipſorum factum eſt naſci, tam ipſorum efficitur nõ renaſci. Sicut autem circa maiores præter illam generalem gratiã parcius atq; occultius omnium hominum corda pulſantem, excellẽtiore opere, largiore munere, potẽtiore virtute vocatio ſpecialis exeritur, ita etiam circa innumeros paruulos eadem manifeſtatur electio, quæ quidem nec illis qui renati nõ ſunt, in parẽtibus deſunt, ſed ijs qui renati ſunt, præ parentibus affuit: ita vt multis ſæpe quos ſuorũ impietas deſeruit, alienorũ cura ſeruierit, & ad regenerationem venerint per extraneos, quæ eis nõ erat prouidenda per proximos. In quo opere gratię quis niſi arrogantiſsimus atque vaniſsimus de diuina iuſtitia conqueratur, quod nõ omnibus paruulis ſimilis prouidentia conſulat, omniaq; pericula quæ moriturorum regeneration em prohibere poſsunt, aut poteſtate ſubmoueat, aut miſeratione præueniat? Quod vtique erga om K
nes ita fieret, ſi ita fieri omnino deberet. Non autem latet quantum cordibus fideliũ deſidiæ gigneretur, ſi in baptizandis paruulis nihil de cuiuſquam negligentia, nihil de ipſorũ eſset mortalitate metuendum: quãdoquidem vt tales baptiſmo fraudarentur, nullo modo poſset accidere. Hac vero tã iamiſsibili fœlicitate infantium vehementiſsime opinio illius roboraretur erroris, qui gratiam dei ſecundũ merita hominum dari audet contra fidem catholicam prædicare. Videretur quippe inculpabili innocentiæ hoc tota æquitate deberi, vt neminem eorum adoptio præteriret, quos nullus reatus perſtringeret: nec impie à quodam de paruulorũ baptiſmo dictũ fuiſset. Habet gratia quod adoptet, non habet vnda quod diluat. Sed hoc deteſtabiliter prædicatum omnes diſcipuli veritatis intelligũt: & inde manifeſtũ eſt eos qui ſalui fiunt, nõ merito, ſed gratia liberari, quia ſine baptiſmo mortuos periſſe nõ dubium eſt. Qui vtiq; niſi grauiſsimi peccati eſsent participes, non perirent. Nunc autẽ occulta quidem dei diſcretione, ſed iuſta ſic oſtenditur & quid conferat gratia, & quid præuaricatrix mereatur natura: vt nec contra donum eleuetur ſuperbia, nec contra peccũlũ ceſſet induſtria. Siue igitur nouiſsima contemplentur ſecula, ſeu prima, ſeu media, rationabiliter & pie creditur omnes homines ſaluos fieri deũ velle, ſemperq; voluiſſe: & hoc nõ aliunde mõſtratur, q̃ de ijs beneficijs, eãque prouidentia dei, quam vniuerſis generationibus L
cõmuniter atq; indifferẽter impẽdit. Fuerunt enim ac ſunt huiuſmodi dona ita generalia, vt per ipſorũ teſtimonia ad quærendũ verum deũ poſsent homines adiuuari: quibus donis autorẽ ſuum per omnia ſecula proteſtantibus, ſpecialis gratiæ largitas ſuperfuſa eſt. Quæ licet copioſius nunc q̃ ante præſtetur, cauſsas tamẽ diſtributionũ ſuarum dominus apud ſcientiam ſuam tenuit, & intra ſecretũ potentiſsimę voluntatis occuluit: quæ ſi omnibus vniformiter affluerent, nõ laterent. Et q̃ nulla eſt ambiguitas de benignitate generali, tam de ſpeciali miſericordia nihil quod ſtupendũ eſset exiſteret, ac proinde illa eſset gratia, iſta nõ eſset. Deo autẽ placuit & hanc multis tribuere, & illam à nemine ſubmouere, vt ex vtraq; appareat non negatũ vniuerſitati, quod collatũ eſt portioni: ſed in alijs præualuiſse gratiam, in alijs reſiluiſse naturã. Hanc quippe abundantiorem gratiã ita credimus, atque experimur potentẽ, vt nullo modo arbitremur eſse violentam, quo quicquid in ſaluãdis hominibus agitur, ex ſola dei voluntate peragatur, cũ etiam ipſis paruulis per alienæ voluntatis ſubueniatur obſequium. M

¶Quomodo gratia tãquam famulã & receptricẽ donorum ſuorũ præparet voluntatẽ. CAPVT IX.

GRATIA quidem dei in omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationib⁹, monẽdo exemplis, terrendo periculis, incitãdo miraculis, dãdo intellectum, inſpirãdo cõſilium, corq; ipſum illuminãdo, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam voluntas hominis ſubiũgitur ei, atq; coniũgitur, quæ ad hoc prædictis eſt excitata preſidijs, vt diuino in ſe cooperẽtur operi, & incipiat exercere ad meritũ quod ſupernо ſemine concepit ad ſtudium, de ſua habẽs mutabilitate ſi deficit, de gratiæ opitulatione ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos ſiue occultos ſiue manifeſtos omnib⁹ adhibetur: & quod à multis refutatur, ipſorum eſt nequitiæ: quod autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt diuinæ, & voluntatis humanæ. Siue igitur initia, ſiue profectus fideliũ, ſiue vſq; in finem perſeuerãtium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſquam

A virtutis occurrit, quæ vel ſine dono diuinæ gratiæ, vel ſine cõſenſu noſtræ volũtatis habeatur, Ipſa enim gratia hoc omni genere medẽdi atq; auxiliandi agit, vt in eo quem vocat, primã ſibi receptricem & famulam donorum ſuorũ præparet volũtatem. Nam virtus nolentiũ nulla eſt, nec poteſt aſseri vel fidem, vel ſpem, vel charitatem eis ineſse, quorũ ab his bonis cõſenſus alienus eſt. Hunc autem conſenſum nõ ſolum cohortatio prædicantium, & incitamẽta doctrinæ, ſed & metus gi
Prou.9 gnit, propter quod ſcriptum eſt: Principium ſapientiæ timor domini. Qui quantiſlibet terroribus inferatur, non aliud agit, q̃ vt quem fecerit timentem, faciat & volentem, nec ſolum volentem, ſed etiam ſapientem.
Eccle.7. Vnde & illud ſcriptum eſt: Beatus cui donatum eſt habere timorem dei. Quid enim tam beatificum q̃ hic timor, qui genitor eruditorq; ſapientiæ eſt? In cuius vtique deuotione deuota eſt & voluntas, quæ autore gratiæ eodẽ proficit timore quo cœpit. Cum ergo hic timor etiã per quãdam vim magni terroris immittitur, nõ ibi ratio extinguitur, nec intellectus aufertur, ſed illa potius quæ mentẽ premebat caligo diſcutitur, vt voluntas deprauata prius atq; captiua, recta efficiatur & libera. Vnde ſicut animus nihil virtutis capit niſi radiũ veri acceperit luminis, ita gratia nihil ei quem vocat, cõfert, niſi oculos in eo aperuerit volũtatis. Quę in pleriſq; (ſicut ſuperius diſputatum eſt) ab ipſo initio ſui ar
3 dẽtiſsima citis & magnis ditatur augmẽtis: in pleriſque autẽ tarde cunctanterq; proficiẽs, vix ad ea incremẽta prouehitur, quæ idonea ad perſeuerãdum habeant firmitatem. Dicit quidem dominus: Nemo venit ad me,
Ioan.6. niſi pater qui miſit me, attraxerit eũ. Sed hoc ideo dictum eſt, vt illam fidẽ ſine qua nemo ad Chriſtum venit, ex patris haberi munere ouemus, ſecundũ illud
Mat.16. quod Apoſtolo dicitur: Beatus es Simõ Bar Iona, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Qui in cordibus trahendorũ hoc egit vt crederent, hoc effecit vt vellent. Non enim eſset vnde traherentur, ſi ſequaces fide & voluntate nõ eſsent: quoniam qui nõ credũt, nec trahũtur omnino, nec veniũt, neq; accedunt qui diſsentiunt, ſed recedunt. Qui ergo veniunt, amore ducuntur. dilecti enim ſunt, & dilexerunt: quæſiti ſunt, & quæſierũt: & quod eos voluit deus velle, voluerũt: qui ad obediẽdum ſibi ipſum velle ſic donat, vt etiã à perſeueraturis illam mutabilitatẽ quæ poteſt nolle, nõ auferat. Alioquin nemo vnquam fide ſium receſsiſset à fide. Neminem cõcupiſcentia vince ret, neminẽ triſtitia elideret, neminem iracũdia debellaret, nullius charitas refrigeſceret, nullius patiẽtia frãgeretur, & collatam ſibi gratiã nemo negligeret. Sed quia hæc poſsunt fieri, & in cõſenſum talium tentatio
C num facilis nimium procliuisq; deſcenſio eſt, nunquã debet in auribus fidelium vox illa domini nõ ſonare,
Mat.26. qua Apoſtolis dicitur: Vigilate & orate ne intretis in tẽtationem. Vbi ſi de vigilãdo tantum, nõ etiã de orando diſcipulos admoneret, ſolas liberi arbitrij vires videretur hortatus. Sed cũ addidit, Et orate, ſatis docuit ſuperni futurũ muneris, vt eos etiam vigilantes tentaLucæ.22. tionis procella nõ vinceret. Tale eſt illud quod ait: Simon Simon, ecce ſatanas expoſtulauit vt vos cerneret velut triticũ, ego autẽ rogaui pro te, ne deficiat fides tua: & tu tãdem cõuerſus, confirma fratres tuos, & roga ne intretis in tẽtationem. Si ergo defectura erat fides tãti Apoſtoli niſi pro eo Chriſtus oraret, inerat ei proculdubio mutabilitas, quæ poſset in tentatione nutare, & nõ ita iam perſeuerantiæ fuerat virtute ſolidatus, vt nullis periculis eſset obnoxius. Siquidẽ tam gratuis eum perturbatio etiã poſt iſta cõcuſserit, vt in Caiphæ domo vnius ancillę interrogatione pauefactus, vſque ad trinã negationẽ Chriſti, cui moriturum ſe ſponderat, conſtantia deficiẽte perductus ſit. Qui ergo tunc cõturbatum cor Apoſtoli, nõ humanis, ſed diui- D
nis cõuenit occulis, & ad largos pœnitudinis fletus poteti incitauit aſpectu, potuit hanc firmitatẽ animi præcipuo conferre diſcipulo, vt ſicut ipſum dominũ nihil ab explẽdæ paſsionis ꝓpoſito deterrebat, ita nec beatum Petrum vlla tũc formido ſuperaret. Sed hęc ſtabilitas illius tãtummodo propria fuit, qui ſolus vere potẽterq; dicebat: Poteſtatem habeo ponere animã meã, Ioan.10.
& poteſtatem habeo iterũ ſumere eam. In cæteris vero hominibus, donec caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, & donec ſpiritus qui dem prõptus eſt, caro autem infirma, incommutabilis animi formido nõ poteſt reperiri: quoniã non huius, ſed alteri⁹ vitæ eſt vere perfecta & ſecura fœlicitas. In præſentis autẽ agonis incerto, vbi tota vita tẽtatio eſt, & ab inſidiãti ſuperbia nec ipſa eſt tuta victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris ſanctis ſuis donet virtutẽ perſeuerãdi vſque in finem diuina protectio, à nullis tamẽ aufert quod ipſis repugnat ex ipſis, vt in omnibus ſtudijs eorũ atq; conatibus ſemper inter ſe velle & nolle decertet. Quam cõpugnantiam idem beatiſsimus Petrus etiã in ipſa palmarũ omnium cõſummatione perpeſsus eſt. Siquidem hoc ipſe
dominus proteſtetur & dicat: Amẽ amẽ dico tibi, quã Ioan.21.
do iuuenis eras, præcingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extẽdes manus tuas, & alius te præcinget, & ducet quo tu nõ vis. Hoc autem dixit ſignificãs qua morte glorificaturus eſset deum. Quis er E
go ambigat, quis ignoret hac fortiſsimam petram quæ ab illa principali petra communionem & virtutis ſumpſit & nominis, hoc deſiderium ſemper habuiſse, vt ei moriendi pro Chriſto cõſtantia donaretur? Veruntamẽ ita ineuitabilis erat obluctatio trepidationis, vt virtutis martyrij auidiſsimus, adepturus quidem denũciaretur victoriã paſsionis, ſed non ſine tentatione formidinis. Merito igitur nõ ſolum ab incipientibus, verumetiam à proiectiſsimis ſanctis vniformiter domino ſupplicatur, & dicitur: Ne nos inducas in tentationem, ſed libe Mat.6.
ra nos à malo. Vniuerſis enim qui in fide & dilectione permanent, ab ipſo donatur ne in tentatione ſuperentur: vt qui gloriatur, in domino glorietur: ipſamq; glo 1.Cor.1.
riam ijſdem quibus eam impertit, aſscribit: vt quanuis auxilio dei ſteterint, tamen quia in ſe habebant vnde caderent, ipſorum ſit meritum quod ſteterunt. Igitur ſicut qui crediderunt, iuuantur vt in fide maneant: ſic & qui nondum crediderunt, iuuantur vt credant. Et quemadmodum illi in ſua habent poteſtate vt exeant: ita & iſti in ſua habent poteſtate ne veniant. Fitq; manifeſtum quod diuerſis atque innumeris modis omnes homines vult deus ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Sed qui veniunt, dei auxilio diriguntur: qui non veniunt, ſua pertinacia reluctantur. Quanuis F
autem multi amantes tenebras ſuas, ſplendorem nõ recipiant veritatis, & multi qui illuminati fuerant, tenebreſcant: verbum tamen dei manet in æternum, & de promiſsionis veritate nihil excidit. Intrat quotidie preſcita & promiſsa gentium plenitudo, & in Abrahę ſemine omnis gens, omnis tribus, omnis lingua benedicitur. Quod enim pater filio dedit, filius non amittit, neque quiſquam poteſt de manu eius eripere quod accepit. Firmũ fundamentũ dei ſtat, & manſuri iti ęternũ tẽpli ædificatio non vacillat, prætenta ſuper omnes veritate & miſericordia dei: à quo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in ijs quos promiſit, efficitur. Ipſe enim operatur omnia in omnibus. Sed omnia proculdubio iuſta & bona. Vniuerſæ enim vię domini, miſe- Pſal.24.
ricordia & veritas. Qui ſicut præſciuit ante ſecula quãta totius mundi hominum multitudo, vel communibus vſa donis, vel ſpecialibus adiuta præſidijs, declinãs tamen ab itinere veritatis & vitę ingreſsura eſset lati-

G tudinem erroris & mortis: ita ſemper præcognitum habuit quantus piorum numerus per opem gratiæ, & per ſeruitutem obedientiæ ad æternam beatitudinem pertineret: vt nullo excidente de plenitudine promiſſorum, qui nec prouectu erat fallendus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus quos eligit ex omnibus. Vniuerſitati quippe hominum, quod abũde probauimus, ita multiplex atque ineffabilis bonitas dei cõ ſuluit ſemper & conſulit, vt neque vlli pereuntium ex cuſatio ſuppetat de abnegato ſibi lumine veritatis, neque cuiq̃ ſit liberum de ſua iuſtitia gloriari, cum & illos propria nequitia demergat ad pœnam, & iſtos dei gratia perducat ad gloriam.

¶De recapitulatione in hoc ſecundo libro definitorũ & operis cõcluſione, quemadmodum videlicet deus omnes homines velit ſaluos fieri. CAPVT X.

QVOD itaq; in principio ſecundi huius voluminis inſinuauimus, hoc nunc iterũ cõmendamus, vt cum de gratiæ profunditate & altitudine diſputatur, tribus illis ſaluberrimis & veraciſſimis definitionibus ſimus innixi. Quarum vna profitetur æternum & proprium diuinæ eſſe bonitatis, vt omnes homines ſaluos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire. Alia ſimul prædicat omnem hominem qui ſaluus fit, quiq; in agnitionem veri
H tatis venit, dei auxilio iuuari & regi, vtq; in fide quæ per dilectionem operatur permaneat, cuſtoditi. Tertia vero temperãter & ſobrie proteſtatur non omnem voluntatis dei comprehendi poſſe rationem, & multas diuinorum operũ cauſſas ab humana intelligentia eſſe ſubductas: vt cum in temporibus, in nationibus, in familijs, in paruulis, in nondum natis & genitis quædam aut varie aut inſigniter geſta noſcuntur, non ambigimus ea ex illis eſſe quę iuſtus & miſericors deus in hoc tranſituro ſeculo noluit ſciri. Quod quidem ad vtilitatem noſtram diſpoſitũ ſentiendum eſt, vt quoniã ſalui facti ſumus, cui præparauit deus quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, ſicut cõſtanter credimus videndum quod nondum videmus, ita patienter expectemus intelligendum quod nõdum intelligimus. Si ergo ceſſet inſidioſa malignitas, ſi inſolens præſumptio conquieſcat: his recte, vt arbitror, pertractatis, nullius ſupereſt cauſſa certaminis, neque vltra neceſſe eſt nos interminabilibus quæſtionibus occupari. Elaboratum eſt enim, quantum dominus adiuuit, vt non ſolum in nouiſſimis diebus, ſed etiam in cũctis retro ſeculis probaretur gratiam dei omnibus hominibus affuiſſe, prouidentia quidem pari, & bonitate generali, ſed multimodo opere, diuerſaq; mẽſura: quo
I niam ſiue occulte ſiue manifeſte, ipſe eſt, vt apoſtolus ait, ſaluator omnium hominũ, maxime fidelium. Quæ ſententia ſubtiliſſimæ breuitatis, & validiſſimi roboris, ſi tranquillo conſideretur intuitu, totam hanc de qua egimus controuerſiam dirimit. Dicendo enim, qui eſt ſaluator omnium hominũ, confirmauit bonitatem dei ſuper vniuerſos homines eſſe generalem. Adijciendo autem, maxime fidelium, oſtendit eſſe partem generis humani, quæ merito fidei diuinitus inſpiratæ, ad ſummam atque æternã ſalutem ſpecialibus beneficijs proue hatur: quod vtique nulla iniquitate agitur iuſtiſſimi & miſericordiſſimi dei, cuius iudicium in his diſpenſationibus non cum arrogantia diſcutiendum, ſed cum tremore laudandum eſt: ſiquidem in ipſis quoque fidelium populis, quod iam ſuperius oſtenſum eſt, non eadem omnibus nec paria conferantur, & ante vlla humanorum pondera meritorum, diſſimillima diuinorum menſura ſit munerum. Si enim de parentum carnalium iudicijs conqueri non audemus, cum aliquos K filios ſuos ante vlla morum examina, ante aliqua pietatis obſequia, indulgẽtiore amplectuntur affectu, in dominis quoq; erga famulos libera eſt diſpoſitio, nec iuſte à quoquam reprehenditur qui de vnius conditionis familia quoſdam ſibi quos benignius honeſtaret, & quos liberius erudiret, elegit: nũquid de ſummi patris & veri domini beneuolentiſſima æquitate cauſandum eſt, quod in magna domo eius innumeris differentijs vniuerſa variantur? Cumq; nemo aliquid boni habeat quod non ille donauerit, non omnes tamen iiſdem virtutibus micant, aut eadem chariſmatum dote ditãtur. Nec poſſumus hanc diuerſitatem graduũ cauſſis aptare meritorũ, cum totius boni meriti principalis cauſſa ſit gratia, de cuius opibus ſumitur quicquid in ſingulis probabile reperitur. Sicut ergo de ijs quæ intra eccleſiam multiformiter ſpiritus ſanctus operatur, impium eſt vllam querelã corde cõcipere: ita etiã de illa prouidẽtia quæ infidelibus præſidet, nullatenus murmurandũ eſt: quoniã & iuſtus & bonus arbiter nec voluntatis iniquæ eſt, nec diſcretionis incertæ, vt ſub immẽſa omnipotentis dei miſericordia atq; iuſtitia putemus quod quiſquam pereat qui perire nõ debeat. Nulla pars nũ di ab Euangelio vacat Chriſti, & licet illa generalis vocatio non quieſcat, tamen etiã iſta ſpecialis iam vniuerſis eſt & facta cõmunis. Ex omni gente, ex omni conditione adoptantur quotidie milia ſenum, milia iuuenũ, milia paruulorum, & effectibus gratię Chriſtianæ etiã
L ipſa quibus mũdus atteritur, arma famulantur. Quam multos enim qui in tranquillitate pacis ſacramentũ baptiſmatis ſuſcipere differebant, ad aquam regenerationis confugere inſtantis periculi metus impulit, & lentis tepitisq; animis quod diu cohortatio quieta nõ fuaſit, minax ſubito terror extorſit. Quidam eccleſię filij ab hoſtibus capti dominos ſuos Chriſti euangelio mãcipatunt: & quibus conditione bellica ſeruiebant, eiſdem fidei magiſterio præfuerunt. At alij Barbari dum Romanis auxiliãtur, quod in ſuis locis noſſe non poterant, in noſtris didicere regionibus, & ad ſedes ſuas cũ Chriſtianæ religionis inſtitutione remearunt. Ita nihil obſiſtere diuinæ gratiæ poteſt quo minus id quod voluerit, impleatur, dum etiã diſcordię ad vnitatem trahunt, & plagę in remedia vertuntur, vt eccleſia vnde metuit periculum, inde ſumat augmentũ. Ad quoſlibet igitur rerum humanarũ exitus ſe noſtra conuertat inſpectio. nulla ſecula, nulla negocia, nullos generationum ortus atque deceſſus ab ęternis & inſcrutabilibus iudicijs dei vacare reperiet. Omnes varietatũ compugnantiæ, & vniuerſæ diſſimilium prouentuum cauſſæ, quas inueſtigare & diſcernere nõ valemus, in illa æterna ſcientia ſimul notæ, ſimulq; diuiſæ ſunt. Et nihil ibi inordinatum eſt etiam de necdum exiſtentium qualitatibus actionum: quoniam non eſt in deo accidẽs motus, aut noua voluntas, aut temporale cõſilium, nec cogitatio eius cum rerum mutabilium inęqualitate variatur, ſed cuncta pariter tempora & temporalia ſempiterno ac ſtabili comprehendit intuitu, & omnibus omnia iam retribuit, qui quæ ſunt futura, iam fecit. Hinc illud eſt beati Pauli Apoſtoli ſcribentis ad Epheſios: Ephe.1.
Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi cõſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu ei9 in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorũ per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ſecundũ propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratię ſuæ. & cætera quæ ſub eiuſdem ſenſus prædicatione cõnectit, docens donũ atq; opus gratiæ in ęterno ſemper dei manſiſſe conſilio, omnesq; adoptionis filios, non ſolum in eo tempore quo iam exiſtẽtes vocati ſunt, ſed etiam priuſquam mundus conderetur, ele-

A ctos. In qua electione quicquid hominum in Chriſto præcognitum non eſt, nulla eidem ratione ſociabitur. Omnes enim qui in regnum dei de cuiuſlibet temporis vocatione venturi ſunt, in iſta quæ ſecula cuncta præceſſit, adoptione ſignati ſunt. Et ſicut nullus infidelium in hac ſorte numeratus, ita nullus piorum ab hac ſorte diſcretus eſt. De plenitudine quippe membrorum corporis Chriſti, præſcientia dei, quæ falli non poteſt, nihil perdit, & nullo detrimento minui poteſt ſumma præcognita, atq; in Chriſto ante ſecula æterna prælecta, ſicut ad Timotheum ſcribẽs Apoſtolus dicit: Collabora Euãgelio ſecundum virtutem dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum, & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora æterna. Contra hanc inuictæ veritatis ſplendidiſſimam lucem ſolent quidam non ſobrie dicere, ſuperfluo ad acquirenda bonorũ operum merita laborari, fruſtra etiã orationibus quibus deus exorandus ſperatur, inſiſti, ſi ex incõmutabili propoſito eius Chriſtianæ gratię ſubſiſtit electio, nec aliter quicquã procedere poteſt q̃ omnipotentis voluntate diſpoſitum eſt. Sed qui ſe ingenioſe hoc arbitrãtur opponere, nõ intelligunt ſcientiã dei, quæ & præterita & præſentia & futura cõplectitur, tempore non teneri, & tam in conſpectu eius aſtare ea quæ geręda ſunt, q̃ illa quæ aut gerũtur, aut geſta ſunt.
B Quod cum veriſſimum ſit, nõ indiget mora cernendi & diſcernendi illa virtus quæ perpetuo veroq; contuitu creata & creanda, orta & oritura, acta & agenda ſimul aſpicit: & quicquid in vniuerſitate rerum per ſecula præfinita euoluitur, ac multimodis varietatibus explicatur, id totum in eo iam ordine cõprehẽdit, quem ex ipſius ſummo illo perfectoq; iudicio mundi huius finis accipiet. Hæc autem æterna & ſemper trãquilla cognitio nulla nos vrget neceſſitate peccandi: nec inde manat iniquitas, vnde iuſtitia: quia cũ bonus deus omnia bona fecerit, & mali nulla ſit omnino natura, à liberis voluntatibus, quas vtique bonum fuit liberas fieri, ſpontanea eſt orta tranſgreſsio, & natura mutabilis, cuius incolumitas ab incommutabili pendebat eſſentia, à ſummo ſe bono dũ proprio peruerſe delectatur abrupit, cui nunc ruinæ medetur gratia dei. Et propterea Ieſus Chriſtus venit in hunc mũdum, vt ſoluat opera diaboli, quæ vtique ſic ſoluuntur, vt in deſtructione eorum, etiam ab ijs quibus ſuccurritur, laboretur,
Roma. 5. quoniam & hoc à ſaluante donatur. Ideo beatus Apoſtolus: Nõ ſolum autem inquit, ſed & gloriamur in tri
C bulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiã operatur, patiẽtia autem probationem, probatio autẽ ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt
Ephe.2. nobis. Itemq; idem ad Epheſios: Gratia, inquit, ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Deus ergo ijs quos eligit ſine meritis, dat vnde ornentur & meritis. Et fruſtra dicitur quod ratio operãdi non ſit in electis, cum etiam ad hoc operentur vt electi ſint. Virtutũ quippe munera ocioſa eſſe non poſſunt, quoniam ſi-
Mat.25. cut veritas ait: Omni habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet auferetur ab eo. Non igitur ad hoc datur continentia, vt concupiſcentijs non repugnet, nec ideo cuiquã tribuitur ſapientia & intellectus, vt non die ac nocte in domini lege meditetur. Quid agit donum dilectionis, ſi beneuolentiæ ſolicitudo non vigilat? Quis fructus eſt patientiæ, ſi non habet fortitudo quod toleret? Aut quomodo in Chriſto pie viuere oſtenditur, qui nulla perſecutione pulſatur? Vel pax quæ eſt à deo & cũ deo, nunquid bene quieta eſt ſi non diſcordat à mundo? Aut amor dei poterit ſine diaboli inimicitijs obtineri? Neminem prorſus dei gratia intabilem facit, neque ob hoc cæleſtium armorum præſidio à dextris & ſiniſtris inſtruitur Chriſtiana militia, vt nullo cum hoſte confligat, cum laudabilius ſit atq; fœlicius pugnãtem non potuiſſe vinci, q̃ deſidem non potuiſſe tentari. Orationum vero ſolicitudinem diuinæ electionis propoſito nõ reſolui, vno teſtimonio eui denter probabo, vt cætera ſtudio breuitatis omittam.
In libro igitur Tobiæ ad filium eius Tobiam Raphael Tobiæ.6.
angelis dicit: Memor eſto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere debere vxorem de genere patris tui. Et nunc audi me frater, noli computare dæmonium illud, ſed poſtula eam. Et ſcito quoniã dabitur tibi hac nocte vxor: & cum intraueris in cubiculum, tolle de iecore piſcis illius, & impone ſuper carbones, & odor manabit, & odorabitur illud dæmoniũ & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cœperis velle eſſe cum illa, ſurgite primum ambo, & deprecamini dominũ cæli, vt detur vobis miſericordia & ſanitas. Et nolite timere. tibi enim deſtinata eſt ante ſecula, & tu eam ſanabis. Quanuis ergo quod ſtatuit deus, nulla poſsit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orãdi: nec per electionis propoſitum, liberi arbitrij deuotio relaxatur: cum implẽdæ voluntatis dei ita ſit præordinatus effectus, vt per laborem operum, per inſtantiam ſupplicationũ, per exercitia virtutum, fiant incrementa meritorum: & qui bona geſſerint, non ſolum ſecundum propoſitum dei, ſed etiam ſecundum ſua merita coronentur. Ob hoc E
enim in remotiſsimo ab humana cognitione ſecreto, præfinitio huius electionis abſcondita eſt, & de nullo ante ipſius finem pronunciari poteſt, quod in electorũ gloria ſit futurus, vt perſeuerantem humilitatem vtilis metus ſeruet, & qui ſtat, videat ne cadat: & ſi forte aliqua victus tentatione corruerit, non abſorbeatur triſtitia, nec de eius miſeratione diffidat, qui alleuat omnes qui ruunt, & erigit omnes eliſos. Dum enim in hoc corpore viuitur, nullius eſt negligenda correctio, nullius eſt deſperanda reparatio. Oret itaque ſancta eccleſia, & pro ijs qui crediderunt gratias agens, proficientem eis perſeuerantiam petat. Pro ijs autem qui extra fidẽ ſunt, poſcat vt credant. Nec ideo ab obſecrationibus ceſſet, ſi pro aliquibus exaudita non fuerit. Deus enim
qui omnes vult ad agnitionem veritatis venire, non po F
teſt quenquam ſine iuſtitia refutare.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE FIDE.

Expoſitio fidei noſtræ.	Caput i.
De vno deo.	Caput ii.
Expoſitio dogmatis Arriani.	Caput iii.
Non eſſe diſsimilem patri filium dei.	Caput iiii.
De ſempiterno dei filio.	Caput v.
Non eſſe creaturam dei filium.	Caput vi.
Quod facturam vel creaturam dei filium dicant Arriani.	Caput vii.
Definitio patrum de fide.	Caput viii.

IO AMBROSIO RELIGIOSO SACERDOTI OMNIPOTENTIS DEI GRATIANVS AVGVSTVS.

GVPIO valde quem recordor abſentem, vt cum quo mẽte ſum, cum eo etiam corpore ſim præſenti. Feſtina igitur ad me religioſe dei ſacerdos, vt doceas doctrinam verã credentem, non quo contentioni ſtudeam, aut velim deum verbis magis q̃ mẽte cõplecti, ſed vt magis aper to pectori reuelatio diuinitatis inſidat. Docebit enim me ille quem non nego, quem fateor deum ac dominũ eſse meum, non ei obijciens quam in me video creaturam, quia Chriſto nihil me addere poſſe cõfiteor, velle tamen vt etiã patri me commendem filium prædicãdo. Non ego in deo verebor inuidiã, nõ me talem laudatorẽ putabo, qui diuinitatem verbis augeã. Ego infirmus & fragilis quãtum poſſum prędico, nõ quãtum eſt ipſa diuinitas. Rogo te vt mihi des ipſum tractatum quẽ dederas, augendo illic de ſpiritu ſancto fidelẽ diſputationem, ſcripturis atq; argumentis deũ eſse cõuince. Diuinitas te ſeruet per multos annos, parens, & cultor dei æterni, quem colimus Ieſum Chriſtum.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANEN.

DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER PRIMVS.

PROLOGVS.

3.Reg.10. REGINA auſtri venit audire ſapientiam Salomonis, vt in libro regnorum legimus. Hirã quoq; rex ad Salomonẽ miſit vt cognoſceret eũ. Tu quoq; ſancte Imperator Gratiane, veteris imitator hiſtoriæ, fidem mẽam audire voluiſti. Sed nõ ego Salomon cuius mireris ſapientiam, neq; tu vnius gentis, ſed totius orbis Auguſtus, fidem libello exprimi cenſuiſti, non vt diſceres, ſed vt ꝓbares. Quid enim diſcas Imperator Auguſte,
Eſa.1. cum ab ipſis cunabulis pio fuiſti ſemper affectu? Priuſquam te, inquit, formarem in vtero matris tuæ, noui te: & priusq̃ exires de vulua, ſanctificaui te. Sanctificatio ergo non traditur, ſed infunditur: & ideo diuina dona cuſtodi. Quod enim nemo te docuit, vtiq; deus autor infudit. Petis à me fidei libellũ, ſancte Imperator, pro
I fecturus ad prælium. Noſti enim fide magis Imperato
Gene. 14. ris q̃ virtute militium quæri ſolere victoriam. Nam & Abraham trecẽtos decem & octo duxit ad bellum, & ex inimicis trophæa hoſtibus reportauit, ſignóque dominicæ crucis & nominis, quinque regum victriciumq; turmarum ſubacto robore & vltus eſt proximum, & fi
Ioſue.6. lium meruit & triumphum. Ieſus quoq; filius Naue, hoſtes quos totius exercitus manu valida ſuperare nõ poterat, ſeptem tubarũ ſacerdotalium ſono vicit, vbi ducem militiæ cæleſtis agnouit. Ergo & tu vincere paras qui Chriſtum adoras, vincere paras qui fidem vendicas, cuius à me libellum petiſti. Mallem quidem cohortandi ad fidem ſubire officium, q̃ de fide diſceptandi. In altero enim religioſa confeſsio eſt, in altero incauta præſumptio. Sed quoniam neq; tu cohortatione indiges, neque ego excuſandi liber, vbi pietatis officium eſt, audax negocium verecunda occaſione ſuſcipiam, vt de fide pauca diſceptem, de teſtimonijs plura contexam. De concilijs id potiſsimum ſequar, quod trecẽti decem & octo ſacerdotes, tanquam Abrahę electi in dicio, conſona fidei virtute victores, velut trophæum toto orbe ſubactis perfidis extulerunt, vt mihi videK tur hoc eſse diuinũ, quod eodẽ numero in cõſilijs fidei habemus oraculũ, quo in hiſtoria pietatis exemplum.

¶Expoſitio fidei noſtræ. CAPVT I.

ASSERTIO autem noſtræ fidei hæc eſt, vt vnũ deum eſse dicamus. Neq; vt gentes filium ſeparemus. Neque vt Iudæi natum ex patre ante tempora, & ex virgine poſtea editum dene gemus. Neque vt Sabellius patrem cõfundamus & verbum, vt eundem patrem aſseramus & filium. Neque vt Fotinus initium filij ex virgine diſputemus. Neque vt Arrius plures credendo & diſsimiles poteſtates, plures deos gentili errore faciamus, quia ſcriptum eſt: Au Deut.6. di Iſrael, dominus deus tuus deus vnus eſt. Deus enim & dominus nomen magnificentię, nomen eſt poteſta- Eſa.42. tis: ſicut ipſe dicit: Dominus nomẽ mihi eſt. Et ſicut ali Exod.15. bi propheta aſserit: Dominus omnipotens nomen eſt ei. Dominus ergo & deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod ſpectet omnia, & timeatur à cũctis. Si ergo vnus deus: vnum nomen, vna poteſtas, vna eſt trini Mat.28. tas. Denique ipſe dicit: Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. In nomine vtique, nõ in Ioan.10. nominibus. Ipſe etiam dicit: Ego & pater vnum ſum⁹. Vnũ dixit, ne fiat diſcretio poteſtatis. Sumus addidit, vt patrem filiumq; cognoſcas, quo perfectus pater perfectum filium genuiſse credatur, & pater & filius vnũ ſint, non confuſione, ſed vnitate naturæ. L

¶De deo vno. CAPVT II.

VNVM ergo deum, nõ duos aut tres deos dicimus, vt impia Arrianorum hæreſis dum criminatur incurrit. Tres enim deos dicit qui diuinitatem ſeparat trinitatis, cũ dominus dicẽdo. Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, vnius eſse trinitatẽ poteſtatis oſtẽderit. Nos patrem & filium & ſpiritum ſanctum cõfitemur, ita vt in trinitate perfecta & plenitudo ſit diuinitatis, & vnitas poteſtatis. Omne regnum in ſeipſo diui- Mat.12.
ſum facile deſtruetur. Dominus hoc dicit. Non ergo diuiſum eſt regnũ trinitatis. Si diuiſum nõ eſt, vnũ eſt. quod autem vnũ non eſt, diuiſum eſt. Tale ergo regnũ eſse cupiũt trinitatis, quod diuiſione ſui facile deſtruatur. Immo quia non poteſt deſtrui, cõſtat nõ eſse diuiſum. Non enim diuiditur vnitas nec ſcinditur, & ideo Mat.7,
nec corruptelæ ſubditur nec ætati. Non quicunq;, inquit, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnũ M
cælorũ. Nõ ergo perfunctoria fides debet eſse, Impera
tor Auguſte. Scriptũ eſt enim: Zelus domus tuæ come Pſal.68.
dit me. Itaque fideli ſpiritu & mente deuota Ieſum dominum inuocemus, deum eſse credamus, vt in nomine eius quicquid à patre petimus impetremus. Pater enim ſe per filium vult rogari. Filius vult rogari patrẽ. Con
cordat pietatis gratia, nec virtutis facta diſcordãt. Quę Ioan.8.
cunque enim pater facit, eadem & filius facit ſimiliter. Et ſimiliter facit, & eadẽ facit filius: ſed vult rogari patrẽ in eo quod ipſe factur⁹ eſt, vt nõ impoſsibilitatis iudiciũ, ſed vnitatẽ poteſtatis agnoſcas. Iure igitur adorãdus atq; venerãdus eſt dei filius, qui mundũ diuinitate ſua cõdidit, & noſtrũ pietate ſua informauit affectũ. Et ideo bonũ deum, ſempiternũ, perfectũ, omnipotentẽ, verũ debemus credere, vt in lege accepimus & prophetis, ſcripturisq; diuinis cæteris, quia ſine his de⁹ nõ eſt. Nõ poteſt enim bonus nõ eſse qui deus eſt, cũ in natura dei plenitudo bonitatis ſit. Neq; ex tẽpore de⁹ poteſt eſse, qui fecit tẽpora, neq; poteſt imperfectus deus eſse. Qui enim minor eſt, imperfect⁹ vtiq; eſt, cui deſit aliquid quo maiorẽ poſsit æquare. Hęc igitur fidei no-

A ſtræ prædicatio. Deus mal⁹ nõ eſt, deo impoſsibile nihil eſt, de⁹ temporalis nõ eſt, de⁹ minor nõ eſt. Si fallor, redarguãt. Quia igitur de⁹ Chriſt⁹, & bon⁹ vtique & oĩpotẽs & ſẽpiternꝰ & pfect⁹ & ver⁹ eſt. Hæc enĩ in natura diuinitatis ſũt. Aut igitũr negẽt naturã diuinitatis in Chriſto, aut quæ diuinæ naturæ ſunt, deo negare nõ poſsunt. Certe ne quis poſsit errare, ſequatur ea quib⁹ ſcriptura ſancta vt intelligere poſsimus filiũ ſignificat. Verbũ dicitur, filiꝰ dicitur, dei virt⁹ dicitur, dicitur dei ſapiẽtia. Verbũ, quia ĩmaculatus, virt⁹ quia pfect⁹, filiꝰ quia genit⁹ ex patre, ſapientia quia vnũ cũ patre, vnũ æternitate, vnũ diuinitate. Nõ enĩ pater ipſe qui filiꝰ, ſed inter patrẽ & filiũ generatiõis expreſsa diſtinctio eſt, vt ex deo de⁹, ex manẽte manẽs, plenus è pleno ſit. Nõ ſunt igitur hæc nuda noĩa ſed operatricis virtutis indicia. Eſt enim plenitudo diuinitatis ĩ patre, eſt plenitudo diuinitatis in filio, ſed nõ diſcrepãs, ſed vna diuinitas. Nec cõfuſũ qd vnum eſt, nec multiplex qd ĩdifferẽs. Etenĩ ſi omniũ credẽtiũ, ſicut ſcriptũ eſt,
Actu.4. erat aĩa vna, & cor vnũ. Si omnis qui adhæret domino,
1.Cor.6. vn⁹ ſpirit⁹ eſt, vt apoſtolus dixit, Si vir & vxor in carne vna ſũt, Si oẽs hoĩes, quãtũ ad naturã pertinet, vni⁹ ſubſtãtię ſum⁹, Si hoc de humanis ſcriptura dicit, quia multi vnũ ſunt, quotũ nulla poteſt eſse cum diuinis cõparatio: quãto magis pater & filius in diuinitate vnum ſunt, vbi nec ſubſtãtiæ nec volũtatis vlla eſt differẽtia. Nãque aliter quomõ vnũ deũ dicimus? Diuerſitas plu-
B res facit, vnitas poteſtatis excludit numeri quantitatẽ, quia vnitas numerus non eſt, ſed hæc omniũ ipſa principium eſt. Quantam vero ſcriptura diuina patris & filij ſecundum diuinitatem expreſserit vnitatem, prophetica teſtantur oracula. Sic enim dicit dominus ſa-
Eſa.45. baoth: Labor Aegypti, & mercat⁹ Aethiopum & Sabain, viri excelſi ad te tranſibunt, & tui erunt ſerui, & poſt te ſequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabũtur, quoniã ĩ te eſt de⁹, & non eſt deus præter te. Tu enĩ es de⁹, & neſciebam⁹, de⁹ Iſrael. Audis ꝓphetică vocẽ. In te, inquit, eſt de⁹, & nõ eſt deus præter te. Quo hoc ſecũdũ Arrianos cõuenit? Neceſse eſt negẽt aut patris aut filij diuinitatẽ, niſi eiuſdẽ diuinitatis crediderint vnitatẽ. In te, inquit, eſt deus, quo-
Ioan.5. niã in filio pater. Scriptũ eſt enim: Pater qui in me manet, ipſe loquitur: & opera quę ego facio, & ipſe facit.
Ioan.14. Sed & alibi in patre filius eſt, quia dicit: Ego in patre, & pater in me eſt. Diſsoluãt ſi poſsũt hãc naturæ proprietatem, & operis vnitatem. Deus igitur in deo eſt, ſed nõ duo dij. Scriptũ eſt enim quia vnus deus, & dominus in domino, ſed non duo domini, quia æque ſcriptum eſt: Nolite duobus dominis ſeruire. Et lex dicit:
Deut.6. Audi Iſrael, dominus deus tuus, deus vnus eſt. Et vtiq;
Gene.19. in eodem eſt teſtamento: Pluit dominus à domino. Do-
C minus, inquit, à domino pluit. Sic & in Geneſi habes: Et dixit dominus, & fecit deus. Et infra: Et fecit deus
Gene.1. hominem ad imaginem dei, ſed tamen non duo dij, ſed vnus deus fecit. Vtrobiq; igitur vnitas operationis ſeruatur & nominis. Nam vtique cum legimus, deus ex deo, nõ duos deos dicimus. Deniq; habes in pſal. xliij. quod & deum patrem dicit propheta, & deum filium declarauit dicens: Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. Et infra: Vnxit te deus deus tu⁹ oleo letitiæ præ cõſortibus tuis. Deus eſt qui vngit, & deus qui ſecundum carnem vngitur dei filius. Denique quos habet vnctionis ſuæ Chriſtus niſi in carne conſortes? Vides igitur quia deus à deo vnctus, ſed in aſsũptione naturæ vnctus humanæ dei filiꝰ deſignatur, nec legis forma violatur. Et hic ergo cum dicitur: Pluit dominus à domino, vnitatem diuinitatis agnoſce. Operationis enim vnitas non facit pluralem diuinitatẽ, ſicut ipſe domin⁹ oſtẽdit di-
Ioan.10. cẽs: Credite mihi quia ego ĩ patre, & pater in me, alioquin uel propter opera ipſa credite. Et hic aduertim⁹ quod vnitatem diuinitatis, per vnitatem operum deſi- D
gnauerit. Vt autẽ vna deitas & patris & filij, & vna dominatio probaretur, ne gentilis aut Iudaicæ impietatis incurremus errorẽ prouidẽs apoſtol⁹, quid ſequi de-
beremus oſtẽdit dicẽs: Vnus deus pater, ex quo oĩa, & 1.Cor.8.
nos in ipſo, & vn⁹ domin⁹ Ieſus Chriſtus, per quẽ oĩa, & nos per ipſũ. Sicut enĩ vnũ dicendo dominũ Ieſum Chriſtũ, patrẽ dominũ nõ negauit: ita vnũ dicẽdo deũ patrẽ, æque à deitatis veritate nec filiũ ſeparauit. Vnde nec pluralitatẽ diuinitatis, ſed vnitatẽ poteſtatis oſtẽdit: quia & in dominatiõe diuinitas, & in diuinitate dominatus eſt: ſicut ſcriptum eſt: Scitote quoniã domin⁹ Pſal.99.
ipſe eſt de⁹, ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos. In te igitur eſt de⁹ ꝓ vnitatẽ naturæ, & nõ eſt de⁹ præter te, ꝑ ꝓprietatem ſubſtãtię, repulſam differentiæ. Et in Hieremiæ quoq; libro vnum deum ſcriptura dicit, & tamen & patrẽ & filium cõfitetur. Itaq; ſic habes: Hic eſt deus no- Baruc.3.
ſter, & nõ æſtimabitur ali⁹ ad eũ, qui adinuenit omnẽ viam diſciplinæ, & dedit eã Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hoĩbus cõuerſat⁹ eſt. De filio dicit: Ipſe enĩ eſt cũ hominibus cõuerſatus. Et dicit: Hic eſt de⁹ noſter, nõ æſtimabitur ali⁹ ad eũ. Quid diſcutim⁹ eũ de quo tãt⁹ dicit ꝓpheta? Sãctus ſpiritus dicit qd ad eũ nõ poſsit aliꝰ æſtimari. Quæ enim poteſt eſse alia æſtimatio, vbi diuinitatis vnitas eſt? Confitebatur hoc populus in periculis conſtitutus. Neſciebat quærere quæſtionẽ, quia religiõẽ timebat. Adeſto ſancte ſpiritus prophetis tuis quibus
ineſse cõſtituiſti, quibus credimus. Si prophetis nõ cre E
dimus, ſapiẽtibus credo huius mũdi? Sed vbi ſapiens, Eſa.33.
vbi ſcriba? Ruſticus noſter cum ficus inſereret, inuenit quod philoſophus ignorauit. Quę ſtulta ſunt enĩ hui⁹ 1.Cor.1.
mundi elegit deus, vt cõfundat quæ ſunt fortia. Credimus Iudæis, qũia notus aliquãdo in iudæa de⁹, ſed hoc ipſum negãt ꝓpter qđ credimus, quia nõ nouerunt patrẽ, qui filium negauerũt. Vnũ deum cõmunis natura teſtatur, quia vnus eſt mũdus. Vnũ deum fides ſignificat, quia vna fides noui & veteris teſtamenti. Vnum ſpiritũ ſanctũ teſtificatur gratia, qũia vnum baptiſma in noſe trinitatis eſt. Vnum deum ꝓphetæ dicũt, apoſtoli audiunt. Vnũ deum Magi crediderunt, & aurum thus & myrrhã ſupplices ad Chriſti cunabula detulerũt, Auro regẽ fatẽtes, vt deum thure venerãtes. Theſaurus enim regni, ſacrificium dei, myrrha eſt ſepultu
rę. Quid igitur voluerunt ſibi myſtica munera inter abiecta præſepia, niſi vt intelligerem⁹ in Chriſto differentiã diuinitatis & carnis? Vt hõ cernitur, vt dominus adoratur, latet in pannis, ſed fulget in ſtellis. Cunæ na
ſcentẽ indicãt, & ſtellę dominantẽ. Cunæ eſt quę inuoluitur, diuinitas cui ab angelis miniſtratur. Ita nec dignitas naturalis maieſtatis amittitur, & aſsumptæ carnis veritas cõprobatur. Hæc eſt fides noſtra. Sic ſe de⁹
cognoſci voluit ab hoĩb⁹, ſic tres pueri crediderũt, nec F
incendia circũiecta ſenſerũt, cum infidos noxiꝰ ignis exureret, & fideles innoxia flãma roraret, quibus aliorũ incẽdia refrigerabant, quia merito fidei perdiderat ſuam pœna naturã. Aderat enĩ in ſpecie angeli qui monebat, vt in numero trinitatis, vnius eſset laudatio poteſtatis. Benedicebatur deus, videbatur ĩ angelo dei filius, ſancta & ſpiritalis in pueris gratia loquebatur.

¶Expoſitio dogmatis Arriani. CAPVT III.

NVNC conſideremus quas Arriani dei filio inferant quæſtiones. Diſsimilem patri dicunt eſse dei filiũ. Hoc ſi homini obijciatur, iniuria eſt. Ex tempore cœpiſse dicũt dei filium, cum conditor ipſe ſit temporum. Hoĩes ſumus, & eſse nolumus tẽporales. Ex tẽpore cœpim⁹, & ſine tẽpore futuros eſse nos credim⁹, & fieri nos opta

Gmus æternos. Et qñ negare posſumus dei filiũ ſempiternum, quem ſempiternum docet atq; demõſtrat natura nõ gratia? Creatum dicũt. Quis autẽ inter opera ſua deputet, vt videatur id eſse qđ fecit? Bonum negãt. Sacrilega vox ipſa ſe dãnat, vt indulgẽtiã ſperare non poſsit. Negãt verum dei filiũ, negãt omnipotẽtẽ, cũ fateantur oĩa facta per filium, omnia creata per dei eſse virtutẽ. Quid eſt enim virtus, niſi perfecta natura? Negant etiã diuinitate vnum eſse cũ patre. Deleãt ergo euangelium, deleant Chriſti vocẽ. Ipſe enim dixit: Ego & pater vnum ſumus. Nõ ego hoc dico, Chriſtus dixit. Nũquid fallax, vt mẽtiretur? Nũquid impius, vt qđ nõ erat vſurparet? Sed ſingula ſuis locis plenius digerentur. Nunc quoniã hæreticus dicit eſse diſsimilẽ. idq; verſutis diſputationibus aſtruere nititur, dicendũ eſt nobis quod ſcriptũ eſt? Cauete ne quis vos deprede tur per philoſophiã, & inanem ſeductionẽ ſecũdũ traditionem hominum, & ſecũdum elemẽta hui⁹ mũdi, & nõ ſecundum Chriſtum, quia in ipſo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. Omnẽ enĩ vim venenorum ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt, quæ philoſophorũ ſentẽtia definitur nõ aſtruẽdi vim habere, ſed ſtudium deſtruẽdi. Sed nõ in dialectica cõ placuit deo ſaluũ facere populũ ſuũ. Regnũ enim dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis.

Ioan. 10.

Col. 2.

1. Cori. 4.

¶Nõ eſse diſsimilẽ patri filium dei. CAPVT IIII.

HDISSIMILEM igitur dicunt eſsẽ. Nos negamus, imo potius horremus hanc vocem. Sed nolo argumento credas ſancte Imperator, & noſtræ diſputationi, ſcripturas interrogem⁹, interrogemus apoſtolos, interrogem⁹ ꝓphetas, interrogemus Chriſtũ. Quid multa? patrẽ interrogem⁹ cuius honori ſtudere ſe dicunt, ſi filiꝰ degener iudicetur. Sed nõ eſt honorificẽtia boni patris, filij iniuria. Non poteſt bono patri placere ſi filiꝰ degeneraſse potius à patre, q̃ patrẽ æquaſse credatur. Da veniam ſancte Imperator, ſi ad ipſos pauliſp verba cõuerto. Sed quẽ potiſsimũ legã, Eudoxiũ Eunomiumve, an Arrium vel Aetiũ eius magiſtros? Plura enim noia, ſed vna perfidia, impietate non diſsonans, cõmunione diſcordans, nõ diſsimilis fraude, ſed cogitatione diſcreta. Cur enĩ ſecũ nolint cõuenire, non intelligo. Eunomij perſonã diffugiũt Arriani: ſed eius perfidiã aſserunt, impietatẽ exequũtur. Aiunt eum prodidiſse effuſius quę Arrius ſcripſerat: Magna cęcitatis effuſio. Autorem probant, executorẽ refutãt. Itaq; nũc in plures ſeſe diuiſere formas. Alij Eudoxium, alij Eunomium vel Aetium, alij Palladium vel Demophilum atq; Auxentiũ, vel perfidiæ eius hæreſes ſequuntur, alij diuerſos. Nunquid diuiſus eſt Chriſtus? Sed qui eũ à patre diuidunt, ipſi ſe ſcindũt: & ideo quoniã cõmuniter aduerſus eccleſiam dei quibus inter ſeipſos nõ cõuenit, cõſpirarũt, cõmuni noĩe hæreticos quibus reſpõdẽdum eſt nominabo. Hæreſis enim, velut quædã Hydra fabularum, vulneribus ſuis creuit. Et dum ſæpe reciditur, pullulauit, igni debita, incendioq; peritura. Aut velut quædam monſtruoſi Sylla portenti in varias formas diſtincta pfidiæ, velut ſuperne vacuũ Chriſtianæ ſectæ nomen obtẽdit. Sed quos in illo impietatis ſuæ freto miſeros inter naufragia fidei repererit fluctuãtes, beluinis ſuccincta prodigijs tetri dogmatis ſæuo dente dilacerat. Cuius ſpeluncã ſancte imperator, vt ferũt nautæ, cæcis latebris inhorrẽtẽ, omnẽq; ei⁹ viciniã ceruleis canib⁹ iter pfidiæ ſaxa reſonantẽ, clauſa quodãmõ prætereire aure debemus. Scriptum eſt enim. Sepi aures tuas ſpinis. Et alibi: Videte canes, videte malos operarios. Et iterũ: Hæreticum poſt primã correptionẽ deuita, ſciẽs quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cũ ſit proprio iudicio dãnat⁹. Itaq; tanq̃ boni gubernatores quo tutius prætermeare poſsimus, fidei vela tẽdamus K
ſcripturarũq; relegamus ordinẽ. Apoſtolus dicit ima Coloſ. 1.
ginẽ patris Chriſtũ eſse, ait enĩ q̃ ipſe ſit imago dei inuiſibilis, primogenit⁹ vniuerſæ creaturę. Primo genitus inquit, non primo creatus, vt & genitus pro natura, & prim⁹ pro ppetuitate credatur. Alibi quoq; Apoſtolus aſseruit q̃ ipſum poſuit hæredẽ omniũ, per quẽ Heb. 1.
fecit & ſecula, qui eſt ſplẽdor gloriæ, & character ſubſtãtiæ eius. Imaginẽ Apoſtolus dicit, & Arrius dicit eſſe diſsimilem. Cur imago, ſi ſimilitudinem non habet? in picturis hoĩs nolunt eſse diſsimiles, & Arrius diſſimilẽ patrẽ cõtendit in filio, & vult vt pater diſsimilẽ genuerit ſui, quaſi impotẽs qui generare ſimilẽ nõ potuerit. Prophetæ dicunt: in lumine tuo videbimus lu- Pſal. 35.
mẽ. Prophetæ dicũt: Splendor eſt enim lucis æternæ, Sapien. 7
& ſpeculũ ſine macula dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Vide quãta dicãtur. Splendor, qđ claritas paternæ lucis in filio ſit. Speculum ſine macula, qđ pater videatur in filio. Imago bonitatis, qđ nõ corpus in corpore, ſed virtus in filio tota cernatur. Imago docet nõ L
eſse diſsimilẽ, character expreſsũ eſse ſignificat, ſplẽdor ſignat æternũ. Imago itaq; nõ vultus eſt corporalis, nõ fucis cõpoſita, nõ cæris, ſed ſimplex de deo, egreſſa de patre, expreſsa de fõte. Per hãc imaginẽ Phi lippo patrẽ domin⁹ demõſtrauit dicẽs: Philippe, q̃ me videt, videt & patrẽ. Et qñ tu dicis, oſtẽde nobis pa- Ioan. 14.
trẽ? Nõ credis quia ego ĩ patre, & pater ĩ me eſt? Videt enĩ ĩ imagine patrẽ, qui videt ĩ filio. Vides quã imaginẽ dicat. Imago iſta veritas eſt, imago iſta iuſtitia eſt, imago iſta dei virt⁹ eſt, nõ muta, quia verbũ eſt: nõ inſenſibilis, quia ſapiẽtia eſt: nõ inanis, quia virtus eſt: nõ vacua, quia vita eſt: nõ mortua, q̃ reſurrectio eſt. Vides ergo quia dũ imago dicitur, patrẽ ſignificat eſse cuius imago ſit filius, q̃ nemo poteſt ipſe ſibi imago ſua eſse. Plura poſsim de filio teſtimonia dicere, ſed ne forte ipſe ſibi nimiũ fauiſse dicatur, patrẽ iterrogem⁹. Nẽpe ipſe dixit: Faciamus hoĩem ad imaginẽ & ſimili Gene. 1.
tudinẽ noſtrã. Pater filio dicit: Ad ſimilitudinem noſtrã: & tu diſsimilem filium dei dicis? Ioãnes dicit: Di- 1. Ioan. 3.
lecti filij dei ſumus, & nõdum apparet quid erimus, ſcimus quia ſi reuelatũ fuerit, ſimiles ei erimus. O improuida amẽtia. O impudẽs peruicacia, hoĩes ſumus, & in quo poſsumus, ad ſimilitudinẽ dei erimus, & ſimilẽ audemus dei filium denegare? Ergo pater dicit: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. In prĩcipio ipſius mũdi patrẽ & filium eſse audio, & vnum opus cerno. Audio loquentẽ, agnoſco faciẽtem, ſed & patris & filij vnã imaginem, vnã ſimilitudinem̃ lego. Similitudo hęc nõ diuerſitatis, ſed vnitatis eſt. Quod M
igitur tibi vſurpas, filio dei derogas, cũ vtiq; niſi p ima ginem dei ad imaginem dei eſse non poſsis.

¶De ſempiterno dei filio. CAPVT V.

CLARET igitur non eſse diſsimilẽ, & ideo pcliũior via eſt vt etiam ſempiternum eſse fateamur, cũ ſimilis ſempiterno vtique ſempiternus ſit. Si autẽ patrẽ ſempiternum dicim⁹, & hoc idẽ filium denegamus, dicimus eſse diſsimilem. Sempiterno enim temporale diſsimile eſt. Clamat ꝓpheta ſempiternũ, clamat & apoſtolus ſempiternum. Plenũ eſt vetus teſtamẽtũ teſtimonijs filij ſempiterni, pleũ eſt nouũ. Ordinẽ ergo teneam⁹. Scriptũ eſt ĩ veteri teſtamẽto, vt vel vnũ ẽ pluribus dicã: Ante me nõ fuit alius deus, & poſt me nõ erit. Nihil ergo argumẽtabor, teipſũ interrogo. Quis hoc dicit, pater, an filiꝰ? Vtrũ dixeris, eo te cõuinci itelliges, vel ſi credas, doceri. Quis ergo hoc dicit, pater, an filiꝰ? Si filius, ante me inquit, nõ fuit alius deus: ſi pater, poſt me, inquit, nõ erit: hic priorẽ, ille poſteriorẽ nõ habet, iuicẽ ĩle, & pater ĩ filio, & filiꝰ ĩ patre cognoſcitur. Cũ enĩ patrẽ dixeris,

A eius etiã filiũ deſignaſti, quia nemo ipſe ſibi pater eſt. Cũ filiũ noĩas, etiã patrẽ ei⁹ fateris, quia nemo ipſe ſibi filius eſt. Itaq; nec filiꝰ ſine patre, nec pater poteſt eſse ſine filio. Sẽper igitur pater, ſemp & filiꝰ. In principio
Ioan. 1. enĩ erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & de⁹ erat verbũ, hoc erat ĩ principio apud deum. Erat, inquit, apud deũ. Erat, erat, erat, erat, ecce quater erat. Vbi impius inuenit q̃ nõ erat? Alibi quoq; Ioãnes ĩ epiſtola ſua dicit qđ erat in principio, indefinite tẽditur erat. Quicquid excogitaueris, erat filiꝰ. Oẽs aũt hæreſes hoc capitulo breui piſcator noſter excluſit. Qđ enĩ erat in principio, nõ includitur tẽpore, nõ principio præuenitur. Ergo Arriꝰ cõticeſcat. Qđ autẽ erat apud deũ, nõ cõmixtiõe cõfunditur, ſed manẽtis verbi apud patrẽ ſoli da pfectiõe diſtinguitur, vt Sabelliꝰ obmuteſcat. Et de⁹ erat verbũ. Nõ ergo in platiõe ſermonis hoc verbum eſt, ſed in illa cæleſtis deſignatiõe virtutis, vt cõfitetur Fotinꝰ. Qđ vero erat in principio apud deũ, ſempiternæ diuinitatis in patre & filio ſeparabilis vnitas edocetur, vt erubeſcat Eudoxius, & Eunomius. Poſtremo cũ oĩa per ipſũ facta dicãtur, ipſe cõditor noui vtiq; te ſtameti & veteris deſignatur, vt Manichæus locũ tẽtatiõis habere nõ poſsit. Ita piſcator bonꝰ intra vnũ oẽs
B rete cõcluſit, vt faceret inhabiles fraudi, quãuis eſsent inutiles captiõi. Dic mihi hæretice, dat enĩ veniã clemẽtiſsimꝰ Imperator, vt te nõ obloquendi ſtudio, nec audiẽdi cupiditate, ſed exponẽdi gratia pauliſp alloquar. Dic mihi inquã, Fuit ne aliquãdo tẽpus quo oportẽs de⁹ pater nõ erat, & de⁹ erat? Tempus inquis nõ aſtruo. Bene & argute. Si enim tẽpꝰ dixeris, teipſum cõuinces, quia neceſse eſt aſseras fuiſse tẽpꝰ ante filiũ, cũ filiꝰ tẽporis autor ſit & creator. Nõ poteſt enĩ poſt opꝰ ſuũ ipſe cœpiſse. Neceſse eſt igitur autorẽ operis ſui eſse fatearis. Ante tẽpora, inquis, nõ nego filiũ. Sed cũ filiũ dico, oſtẽdo priorẽ patrẽ, quia pater, ſiquis, filio prior eſt. Quid eſt hoc? Neges eſse tẽpꝰ ante filiũ, & tamẽ neſcio qđ ante filiũ vis præceſsiſse qđ tẽporis ſit, & oſtẽdis media neſcio quæ molimina fuiſse generandi, ĩ quo generationẽ patris ſignificas temporalẽ. Nã ſi pater eſse cœpit, de⁹ ergo primo erat, poſtea pater factus eſt, Quomõ ergo ĩmutabilis de⁹? Si enĩ ante deus, poſtea pater: vtiq; generatiõis acceſsione mutatus eſt. Sed auertat de⁹ hãc amẽtiã. Nos enĩ ad impietatẽ eorũ redarguẽdã, hãc retulim⁹ quæſtionẽ, quia pia mens generationẽ ſine tẽpore aſserit, vt & ſempiternũ patrem cũ filio dicat, nec aliquando aſserat eſse mutatũ. Iũgat igitur honorificẽtia patri filium quẽ diuinitas iunxit: nõ ſeparet impietas, quẽ generatiõis ꝓprietas copulauit. Honorificem⁹ filiũ, vt honorificem⁹ & patrẽ, ſicut in Euãgelio ſcriptũ eſt. Sẽpiternitas filij, paternæ maie
C ſtatis inſigne eſt. Si iſte nõ ſemp fuit, ergo ille mutatꝰ eſt, ſed ſi ſemp fuit filius, ergo nec pater aliquãdo mutatus eſt, qui immutabilis ſemper eſt. Itaq; videmus qđ illi volũt negare filiũ ſempiternum, volunt patrẽ docere eſse mutatũ. Accipe aliud quo clareat filium ſempiternũ. Apoſtolus dicit qđ dei ſẽpiterna virtus ſit atRoma. 1. q̃ diuinitas. Virtus autẽ dei Chriſtus eſt. Scriptum eſt
1. Cor. 1. enĩ Chriſtũ eſse dei virtutẽ, & dei ſapientiam. Ergo ſi Chriſtus dei virtus, quia virtus dei ſempiterna, ſempiternus igitur & Chriſtus. Nõ ergo ex vſu generationis humanæ calũniã hæretice inſtruas, neq; ex noſtro ſermone cõponas. Neq; enĩ anguſtis ſermonibus noſtris, immẽſæ magnitudinẽ poſsumus diuinitatis includere, cuius magnitudinis nõ eſt finis. Nanq; hoĩs generationẽ ſi definire cõtendas, tẽpus oſtendis. Generatio autẽ diuina ſupra oĩa eſt. Late patet, ſupra oẽs cogitationes aſcẽdit & ſenſus. Scriptũ eſt enim: Nemo venit ad patIoan. 6. rẽ niſi per me. Quicquid igitur de patre cogitaueris, quãlibet eius æternitatẽ, nõ potes de eo aliquid niſi p filiũ cogitare, nec poteſt vllus ad patrẽ niſi p filiũ tranſire ſenſus. Hic eſt, ĩquit, filius meus dilectiſsimus. Eſt, Matt. 17.
inquit, qđ indefinẽter eſt. Vnde & Dauid dicit, In æter Pſal. 118.
nũ, ĩquit, domine pmanet verbũ tuũ ĩ cęlo. Qđ enĩ ma D
net, nec ſubſtãtia nec æternitate deficit. Quæris à me, quomõ ſi filius ſit, nõ priorẽ habeat patrẽ, quæro item abs te, quãdo aut quomõ filiũ putes eſse generatũ? Mihi enĩ impoſsibile eſt generatiõis ſcire ſecretũ. Mẽs deficit, vox ſilet, nõ mea tãtũ, ſed angelorũ. Supra poteſtates, ſupra angelos, ſupra cherubim, ſupra ſeraphim, ſupra omnẽ ſenſum eſt, quia ſcriptũ eſt: Pax autẽ Chri
ſti quę eſt ſupra omnẽ ſenſũ. Si pax Chriſti ſupra om Phil. 4.
nẽ ſenſũ eſt, quẽadmodũ nõ eſt ſup omnẽ ſenſũ tanta generatio? Tu quoq; manũ ori admoue, ſcrutari nõ licet ſuperna myſteria. Licet ſcire qđ natus ſit; nõ licet diſcutere quẽadmodũ natus ſit. Illud negare milti nõ licet, hoc quærere metus eſt. Nã ſi Paulus ea quæ audi- 2. Cor. 12
ut raptus ĩ tertiũ cęlũ, ĩeffabilia dicit, qũo nos exprimere poſsumus paternæ generatiõis arcanũ, qđ nec ſẽ tire potuimus, nec audire? Verũ ſi me ad cõſuetudinem trahis generatiõis humanæ, vt patrẽ dicas priorẽ, vide vtrũ ad generationẽ dei, terrenæ generationis exẽpla cõueniant. Si ſecũdũ hominẽ loquamur, negare nõ poteris priores eſse ĩter hoĩes patris q̃ filij paſsiões, Prior creuit, prior ſenuit, prior doluit, prior fleuit. Si igitur hic tpe minor, ille antiqor paſsiõe. Si hic generatiõis ĩcurrit ętatẽ, nec ille generãdi euaſit pudorẽ. Quid te iſta quæſtionũ tormẽta delectãt? Audis dei filiũ, aut de E
le nomẽ, aut agnoſce naturã. Audis vterũ, agnoſce generationis ſpĩcuæ veritatem. Audis cor, verbum intellige. Audis dexterã, cognoſce virtutẽ. Audis os, cognoſce ſapiẽtiã. Nõ hæc ſũt ĩ deo corporaliter æſtimãda. Incõprehẽſibiliter generatur filius. Impaſsibiliter generat pater, & tamẽ ex ſe generauit, & ante omnẽ ĩtellectũ generauit deus verus deũ verũ. Pater diligit, & tu diſcutis: pater cõplacet, & tu cũ Iudęis inuides: pater honorificat, & tu cũ gẽtibus cõuitaris? Queris à me vtrũ prior nõ poſsit eſse q̃ pater eſt. Quero à te vt doceas quãdo pater fuerit prior: aut teſtimonijs aut argumentis collige veritatẽ. Si teſtimonijs, accepiſti vtiq; ſempiternã dei eſse virtutẽ. Legiſti etiã dicẽtẽ: Iſrael ſi me audieris, nõ erit in te deus recẽs, neque adorabis Pſal. 80.
deum alienum. Aliud horum æternitatem, aliud proprietatẽ ſubſtãtiæ indifferẽtis ſignificat, vt neq; poſteriorẽ neq; alteriꝰ diuinitatis filium eſse credamus. Nã ſi poſterior eſt, recẽs eſt: & ſi vnius non eſt diuinitatis, alienꝰ eſt. Sed nec poſterior, quia recẽs nõ eſt? nec alienus, quia ex patre natus, quia ſupra oĩa eſt deus benedictus in ſecula, ſicut ſcriptũ eſt. Sed ſi alienũ putãt, cur F
adorãt eũ, cũ ſcriptũ ſit: Nec; adorabis deũ alienum̃ Roma. 9.
Aut ſi nõ adorãt, fateãtur, & finis eſt, ne quẽ ſub religioſi noĩs profeſsione decipiãt. Hæc nẽpe ſunt teſtimonia ſcripturarum. Aut ſi habes aliud, pferre debebis. Supeſt vt & argumẽtis veritas colligatur. Quanquam etiã humanis teſtimonijs argumẽta credere ſoleant, argumentare tamen hæretice vt voles. Vſu, inquis, accipiemus, eo qui naſcitur, priorẽ eſse qui generat. Perſequere igitur oĩa veſtigia cõſuetudinis: & ſi cætera conueniunt, nõ obſiſto quin & iſtud requiras. Si autẽ nulla cõcordãt, quẽadmodũ cũ deſint cętera, hoc ſolũ exigis? Ergo quia vſum requiris, quãdo generat⁹ eſt ex patre, paruulus fuit, vidiſti in cuñis infantulum vagiẽtẽ? Proceſsus aliquos accepit ætatis? Si enim infirmitatem generatiõis habuit, neceſse eſt vt nõ ſolũ naſcendi, ſed etiã viuendi inciderit infirmitatem. Si fortaſse eo pla
beris amentiæ, vt de dei filio iſta nõ abnuas, qui cũ ex infirmitate metiris humana: quid ſi deum negare non potes noĩe, ĩfirmitate tamen hoĩem vis probare? Quid ſi dum filium diſcutis, patrem arguis: & dum Chriſto præiudicas, patrem adiudicas? Nã ſi diuina generatio ſubiecta tempori fuit, & id ex vſu generatiõis vſur

G patur humanæ,ergo,& pater corporali vtero portauit filiũ,decẽ mẽsiũ curriculis onus vexit? Sed quomõ sine sexu altero generatiõis vsq? Vides solẽnẽ generationis seriẽ nõ cœpisse,& tu part9 cuiusdã corporei necessitates putas fuisse solẽnes. Tu vsũ queris,ego sexũ. Tu tẽp9 exigis,ego ordinẽ. Tu finẽ discutis, ego quero principiũ. Nẽpe finis ex principio, nõ principiũ pẽ det ex fine. Omne,inquis,qđ natũ est,principiũ habet. Et ideo quia filiꝰ est,principiũ habet, & ex tẽpore esse cœpit,qđ ipsorũ ore sit dictũ. Ego autem filiũ natũ esse profiteor,quod reliquũ est impietatis, horresco. Deũ cõfiteris hõ, & tali circũscribis calũnia? De9 hãc auertat amẽtiã. Rursus obijciũt: Ergo nõ est filius si nõ habet quæ habent filij. Ignoscat mihi pater, ignoscat mihi filius,ignoscat spiritus sanct9,quæstionẽ pro pietate referre cupiẽti. Est certe pater, & manet semper, sũt etiã creaturæ ꝓ dispositiõe diuina. Est ergo aliquid eorũ qđ nõ subiectũ sit aut locis,aut tẽporib9, aut creationi,aut causæ alicui vel autori? Profecto nihil. Quid ergo dicitis? Est horũ aliquid quo egeat pater? Impiũ est dicere. Ergo aut desinite quæ creaturarũ sũt aptare diuinitati,aut si cõparare cõtenditis,cõsiderate quo vestra ꝓcedat impietas,quod absit vel in sensus nostros aliquãdo veniat. Nos enĩ pia respõsionẽ tenem9. Nãq;
H oipotẽs deus est,& ideo nullo eorũ pater indiget,quia nõ habet mutationẽ sui aliquam vel profectũ quo nos egemus,quorum infirmitas ex huiusmodi rebus ꝓfectum accipit. Qui autẽ oipotens est,vtiq; nõ creatus,& sine loco,& supra tẽpora est. Nihil enim ante deum imo hoc ipsum verbũ,ante deũ dicere esse aliquid,grave. Ergo si ita est, quia nihil horũ est ĩ deo patre quæ ꝓfectũ significẽt,quia deus est: nihil horum aptari etiã potest dei filio,vt vel initiũ accipiat vel profectũ, quia deus verus ex deo vero est. Ergo quia vsitatum nõ reperimus ordinẽ,acquiescе Arriane præcipuã filij generationem fuisse. Acquiesce,inquã: & si mihi nõ credis,
Num. 23. erubesce vel dei vocẽ dicẽtis: Cui me similẽ existimatis? Et iterũ: Quia nõ sicut homo,ita & deus. Etenim si
Psal. 148. operatio dei præcipua est,quia non manibus operatur aliquid,nõ labore cõficit,nõ diebus absolut,(Ipse enĩ dixit,& facta sunt: ipse mãdauit,& creata sunt) cur nõ credamus præcipuam generationẽ esse eius in filio,cuius præcipuã operationẽ in operibus eius agnoscimus: dignũ certe est vt specialiter & præcipue videatur generasse filiũ. Habeat generatiõis inusitatæ gloriam,qui habet potestatis inusitatæ gratiã. Nõ solum admirabilis ex patre generatio Christi, sed admirabilis etiã ipsa generatio eius ex virgine. Tu illã dicis nostræ similẽ
I cõceptionis, & ego probo istam nostræ esse dissimilẽ, imo te ipsum cogã fateri. Dic quomodũ sit natus ex Maria,quo vsũ vterus eum habuerit virginalis,quomõ sine semine viri part9,vnde virgo prægnãs, quẽadmodũ puella mater ante fœta, q̃ copulã vxoris experta? caula deerat,& generabatur filiꝰ. Vnde ergo legis nouatæ partus? Si igitur ĩ virgine vsus defuit generationis humanæ,quẽadmodũ ĩ deo patre ꝓprie generationis vsũ requiris? Certe vsus in sexu est: quia sexus in carne
Gene. 15. est. Vbi ergo caro non est, quẽadmodũ carnis infirmitatẽ exigis? Nemo meliorẽ discutit. Credere tibi iussũ est,& nõ discutere permissũ est. Scriptũ est enim: Cre
Psal. 32. didit Abrahã deo. Nec solum ĩ generatione filij sermo defecit,sed etiã in operib9 dei. Scriptum est enim: Oĩa opera eius in fide. Opera ergo eius in fide, generatio sine fide? Et discutimus quæ non videmus, qui iubemur credere magis q̃ discutere quæ videmus? Dicit aliquis: Quomõ generat9 est filiꝰ quasi sempiternus, quasi verbũ,quasi splẽdor lucis æternę, quia simul splẽdor operatur vt nascitur? Apostoli istud exẽplũ est, non meũ. Noli ergo credere qđ fuerit vel momẽtũ aliquod quo fuerit sine sapiẽtia deus,aut sine splẽdore lux. Noli Aririane ex nostris æstimare diuina, sed diuina crede vbi K humana non inuenis. Rex gentilis in igne cum tribus pueris Hebræis quarti quasi angeli vidit figurã: & quia prẽstare putabat angelis dei filium, quem nõ legit sed credi iudicauit. Abraham quoq; tres vidit, & vnum adorauit. Petrus in monte Moysen & Heliã cũ filio dei vidit,nec errauit in natura,nec errauit ĩ gloria. Deniq; quid facere deberet,nõ illos, sed Christũ ĩterrogauit. Nã etsi tribus parabat obsequiũ, vniꝰ tamẽ expectabat imperiũ. Sed quoniã vel tabernaculorũ numerũ defe rẽdũ trib9 simpliciter æstimauit, emẽdatur dei patris autoritate dicẽtis: Hic est filius meus dilectissimus, ipsũ audite, id est,quid cõseruos tuos cũ domino socias Mat. 17.
tuo? Hic est filiꝰ meꝰ,nõ Moyses filiꝰ, nõ Helias filius, sed hic filiꝰ. Sẽsit emẽdationẽ apostolꝰ, ꝓcidit ĩ faciẽ cõsternat9 patris voce,& filij claritate. Sed eleuatur à filio,qui iacẽtes erigere cõsueuit. Vnũ vidit solũ vidit dei filiũ. Recesserũt enĩ serui,vt solus dominꝰ q̃ solꝰ designabatur,filiꝰ videretur. Quid igitur sibi vult illa visio,nõ equalitatẽ Christi seruorũ significãs,sed mysteriũ signãs,nisi vt apperet nobis qđ lex & ꝓphetæ cũ euãgelio cõgruẽtes,ſẽpiternũ dei filiũ quẽ annũciauerãt reuelarẽt? Ergo & nos cũ audimꝰ ex vtero filiũ, ex corde verbũ,credamus quia nõ plasmat9 manibus,sed ex patre natus,nõ artificis opus,sed ꝓgenies est patris. Et ideo qui dicit. Hic est filiꝰ meꝰ, nõ dixit: hic est tẽporalis: non dixit, hæc est creatura mea, hæc factura mea,hic seruꝰ meus,sed hic filiꝰ meꝰ,quẽ videtis ĩ glo L
ria. Hic est deus Abrahã,deus Isaac,deꝰ Iacob, qui apparuit in rubo Moysi,de quo Moyses ait: Qui est, misit
Exodi. 3. me. Nõ pater in rubo,nõ pater in eremo,sed filiꝰ Moy si locut9 est. Deniq; de ipso Stephan9 dixit: Hic est qui fuit in ecclesia ĩ eremo, Hic est ergo qui legẽ dedit,ipse qui locutus est Moysi dicẽs: Ego sum deus Abrahã, deus Isaac,deus Iacob. Hic est deus patriarcharũ, hic est deus ꝓphetarũ. Filiũ ergo legimus, mens tua ꝓcipit lectionem,edat lingua cõfessionẽ. Aufer hinc argumenta vbi fides quæritur,in ipsis gymnasijs suis iã dialectica taceat. Non quæro quid loquãtur philosophi, requiro quid faciant,soli in suis gymnasijs remãserũt. Vide q̃ fides argumentis præponderet. Illi quotidie a suis cõsortib9 deserũtur qui copiosẽ disputãt, isti quotidie crescũt qui simpliciter credunt. Nõ creditur philosophis,creditur piscatorib9,nõ creditur dialecticis, creditur publicanis. Illi voluptatibus & delicijs orbẽ ligarunt,isti ieiunijs & doloribus exuerũt. Plures itaq; iam cœpit illicere iniuria q̃ voluptas. Nunc videamus quo distant à gentilibus Arriani. Illi deos appellãt dispares sexu,dissimiles potestate: isti trinitatẽ asserunt differẽtis diuinitatis,& dissimilis potestatis. Illi deorũ
M suorũ principiũ asserũt tẽporale, & isti Christũ cœpisse ex tẽpore mẽtiũtur. Nõne ex philosophia omnẽ impietatis suę traxerũt colorẽ? Illi tamẽ qđ veneratur ãplificãt,isti dei filiũ creaturã asserũt esse, qui deus est.

¶Non esse creaturam dei filium. CAPVT VI.

RATVIT,vt arbitror,sancte Imperator,ne q̃ dissimilẽ esse patris,neq; ex tẽpore esse dominũ Iesũ. Restat vt illud quoq; sacrile giũ redarguatur, & ꝓbemus creaturã nõ esse dei filiũ: in quo nobis præsentis oraculũ lectionis Marc. 16.
aspirat. Audiuimꝰ enĩ legi dicẽte domino: Ite in orbẽ vniuersũ,& prędicate euãgeliũ vniuersæ creaturę. Qui vniuersã creaturã dicit,nullã excipit. Et ideo vbi sunt qui creaturã Christũ appellãt? Nã si creatura esset,nũquid ipse sibi mãdaret euãgeliũ prædicari? Non igitur creatura est,sed creator,q̃ docẽdæ creaturæ discipulis Roma. 8.
suis mãdat officiũ. Nõ ergo creatura Christꝰ. Vanitati enim creatura subiecta est,sicut apostolus dixit. Nũ-

A quid ergo Christus subiectꝰ est vanitati? Rursus iuxta eundẽ apostolũ, Creatura cõgemiscit & cõparturit vsq; nũc. Nũquid ergo Christꝰ cõgemiscit & cõparturit
2. Cor. 3. qui nostros à morte gemitꝰ liberauit? Creatura,inquit liberabitur à seruitute corruptiõis. Videmus igitur magnã inter creaturã & dominũ esse distãtiã,quia seruitus creatura est,dominꝰ autẽ spiritꝰ est, vbi autẽ spiritus domini est,ibi libertas. Quis hunc induxit errorẽ, vt eũ qui creauit oĩa,qui fecit oĩa,diceret creaturã? Nũ ipse dominꝰ se creauit? Si enĩ lectũ est qđ ꝓ ipsũ oĩa facta sũt,& sine ipso factũ est nihil: nũq̃d ipse se fecit? Si lectũ est qđ negari nõ potest,quia deꝰ in sapientia fecit oĩa: nũq̃d verisimile videri potest q̃a à seipsa est fa
Psal. 109. cta sapiẽtia? Legimꝰ genitũ, q̃a pater dixit: Ego ex vtero ante luciferũ genui te. Legimꝰ primogenitũ filiũ, legimꝰ vnigenitũ. Primogenitũ, quia nemo ante ipsũ. Vnigenitũ, quia nemo post ipsũ. Legimꝰ etiã: Genera
Esa. 53. tionẽ eiꝰ quis enarrabit? Generationẽ, inquit, nõ creationẽ. Quis his tãtis ac talibus cõferri potest? Ostendit etiã dei filiꝰ distãtiã generatiõis & gratiæ dicẽs: Ascen
Ioan. 20. do ad patrẽ meũ, & patrẽ vestrũ, deũ meũ, & deũ vestrũ. Nõ dixit: Ascẽdo ad patrẽ nostrũ, sed ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrem vestrũ. Separatio ista diuersitatẽ ostendit, qđ illi ꝰ genitor, noster creator sit. Et addidit: Deũ meũ, & deũ vestrũ, quia licet ipse & pater vnũ sint, & illi pater sit ꝓprietate naturæ, nobis deꝰ pa-
B ter cœperit esse ꝓ filiũ nõ naturæ iuræ, sed gratię: tamẽ vtrãq; naturã hic significare videtur in Christo, & diuinitatis & carnis. Diuinitatis ex patre, carnis ex matre. Illãq; ante oĩa, istãq; ex virgine. Deniq; ante patrẽ vt filiꝰ nominauit, deũ postea vt hõ nũcupauit. Vbiq;
Psal. 21. autem deũ suum quod ex persona dicat hominis, testimonia docẽt. Deꝰ deꝰ meꝰ respice in me, quare me dereliquisti? Et alibi: De ventre matris meæ deus meus es tu. Et supra quasi hõ patitur, & infra homo est qui ex matris vẽtre iactatur. Itaq; eum dicit: De ventre matris meæ deus meꝰ es tu, significat eũ qui pater semper erat, ex illo deum sibi esse, ex quo de ventre matris ia
Gal. 4. ctatus est. Cum igitur in Euãgelio, in Apostolo, in ꝓphetis generationẽ Christi legerimus, vnde audẽt dicere creatũ esse vel factum? Et quidẽ in quo creatũ legerint, in quo factum, cõsiderare deberẽt. Edoctũ est enim dei filium de deo esse genitum, de deo natũ. Factum autẽ in quo legerint, diligẽter aduertãt. Nõ enim deus factus, sed deus dei filius natus est. Postea autẽ secundũ carnem homo factus ex Maria est. Si mihi non
C credunt, credãt apostolo dicẽti: Postq̃ vero venit plenitudo tẽporis, misit deus filium suũ factum ex mulie-
re, factum sub lege. Filiũ, inquit, suũ, nõ vnũ de multis: non cõmunẽ, sed suum. Suũ cum dicit, generatiõis æternæ proprietatẽ signauit. Hũc postea factũ ex muliere asseruit, vt factura nõ diuinitati, sed assumptioni corporis adscriberetur. Factũ ex muliere ꝓ carnis susceptionem. Factum sub lege per obseruãtiã legis. Generatio autẽ illa cælestis ante legem, ista post legem.

¶Quod facturam vel creaturã dei filium dicant Arriani. CAPVT VII.

VNDE & illud vane iactare cõsuerũt qđ scriptũ est: Et deũ eũ & Christũ fecit deꝰ. Imperiti legãt totũ & intelligãt. Sic enĩ scriptum est: Et deũ eũ, & Christũ fecit deus, hũc Iesũ quẽ vos crucifixistis, non diuinitas crucifixa, sed caro est. Hoc vtiq; fieri potuit qđ potuit crucifigi. Nõ ergo factura dei filiꝰ. Faceſsat igitur & illud de quo calũniari solẽt, & discãt quẽadmodũ dictũ sit: Dominꝰ creauit me, nõ dixit, pater creauit, sed dominꝰ creauit me. Caro dominũ cognoscit. Gloria patrẽ significat, Creatura nostra dominũ cõfitetur. Charitas patrem nouit. Itaq; quis ignoret qa causa ĩcorporatiõis hoc dicitur? In eo igitur se creatũ dicit, ĩ quo & hoiem testificatur dicẽs: Quid me quęritis occidere hoiem? In quo & cru Ioan. 7.
cifixꝰ est, mortuꝰ & sepultꝰ est. Nec dubitãdũ qđ prę teritũ posuit qđ erat futurũ. Hæc enĩ cõsuetudo est ꝓphetiæ, vt quę futura sũt, vel quasi præsẽtia vel quasi facta dicantur. Deniq; in Psal. xxi. legisti: Tauri pingues obsederũt me. Legisti etiam: Diuiserũt sibi vestimẽta mea. Qđ euãgelista de tpe passiõis ꝓphetatum esse significat. Deo enĩ quæ sũt futura prẽsẽtia sunt: & ei cui præcognita sũt oĩa, vẽtura ꝓ factis sũt, sicut scriptũ est:
Prou. 9. Qui fecit quæ vẽtura sũt. Nec mirũ si ante sęcula fundatũ se esse dicit, cũ legeris prædestinatũ ante tẽpora sęcularia. Quã verũ de incarnatiõe id videatur expresũ, declarãt sequẽtia. Sapiẽtia, inquit, ædificauit sibi domũ, & subdidit colũnas septẽ, & iter duas hostias miscuit ĩ cratere vinũ suũ, & pauit suã mẽsã, & misit suos seruos cõuocãs cũ altissima prædicatiõe dicẽs: Qui est insipiẽs, declinet ad me. Nõne ĩ euãgelio post incarnationẽ hæc oĩa videmꝰ esse cõpleta? quod sacri cõiuiũ celebrauit mysteria, qđ apostolos misit, voce clamaIoan. 7.
uit dicẽs: Si q̃s sitit, veniat ad me, & bibat. Ergo sequẽ tia respõdẽt priorib9, & totiꝰ cursũ icarnatiõis videmus ꝓphetiæ expositiõe digestũ. Multa alia documẽta præsto esse posũt huiusmodi de incarnatione dicta videri. Sed nõ me inuoluo libris, ne tractatus videatur es se diffusior. Nũc ipsos Arrianos interrogo vtrũ idẽ putẽt esse genitũ q̃d creatũ? Si enĩ idẽ dicũt, nihil vtique distat iter generare & creare. Ergo quoniã & nos creatiſumus, inter nos & Christũ, inter Christũ & elemẽta nulla distãtia est. Sed quãuis amẽtes sint, id tamẽ nõ au
D debũt dicere. Postremo vt insipiẽtiæ eorũ qđ verũ nõ E est indulgeã: si nihil, vt putãt, distat ĩ verbo: cur nõ eũ quẽ colũt, meliore appellãt noie? Cur verbo nõ vtũtur patris? Cur obijciũt quod honorificentiæ, assumũt qđ iniuriæ? Si autem distat inter creatum & genitum, vt ego arbitror: cũ legerimus genitum, nõ vtiq; idẽ & genitum intelligemus & creatum. Dicãt igitur generatũ ex patre, ex virgine ꝓcreatũ: aut dicãt quomõ dei filiꝰ & genitus & creatus, vna natura, & maxime deus diuersitatẽ nõ recipit. Certe faceſset nostra sentẽtia. Paulum interrogemus, qui ſpiritu dei plenꝰ has præmidẽs quæstiones, generaliter cõtra gẽtes, ſpecialiter contra Arrianos locutꝰ ait diuino iudicio eos esse dãnatos q̃ seruirẽt creaturæ potius q̃ creatori. Deniq; sic habes:
Roma. 1. Tradidit illos deus ĩ desideria cordis eorũ, vt cõtumelijs afficiant corpora sua inter ſemetipſos, qui cõmutauerunt veritatẽ dei in mẽdaciũ, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius q̃ creatori, qui est deus benedictꝰ in sęcula. Prohibuit itaq; me Paulus creaturæ seruire, sed Christo admonet seruiẽdũ. Nõ ergo creatura chri F
stus. Paulus, inquit, seruus Iesu christi. Bonus seruus q̃ dominũ recognoscit, ipse creaturæ seruire nos ꝓhibet. Quẽadmodum ergo Christo ipse seruiret, si creaturã Christũ putaret? Aut igitur desinant colere quem creaturã appellãt, aut desinãt quẽ colere se simulãt, dicere creaturã, ne sub appellatiõe cultorum sacrilegia grauiora cõmittãt. Detestabilior enim domesticus hostis q̃ extraneus, & grauius scelus aduersus Christum, cũ abutãtur Christi noie. Quẽ igitur meliorẽ interpretem quęrimus scripturarũ, q̃ illũ doctorẽ gentium, vas electionis, electum de persecutoribus, qui iesum quem
Psal. 148. persecutꝰ fuerat, fatetur? Legerat vtiq; Salomonẽ plus q̃ Arrius, & erat peritus in lege: & ideo quia legerat, nõ creatũ christũ dicit esse, sed genitũ. Legerat enĩ: Ip se dixit, & facta sũt: ipse mãdauit, & creata sũt. Nũquid dicto factus est Christus? Nũquid mandato creatus est Christꝰ? Quomõ aũt creatura ĩ deo esse potest? Etenim deus naturæ simplicis est. nõ cõiũctæ atq; cõpositæ, cui nihil accidat, sed solũ qđ diuinũ est, in natura habeat

G sua,complens omnia,nusquā ipse confusius,penetrans
omnia,nusquam ipse penetrādus, vbiq; totus, eodem-
que tēpore vel in cælo vel i terris vel in nouissimo ma
ris præsens,visu incōprehensibilis,factu interpretabi-
lis,sensu inæstimabilis,fide sequendus,religione vene
randus,vt quicquid religiosius sentiri potest quicquid
præstāti⁹ ad decorem,quicquid sublimius ad potestā-
tem,hoc deo intelligas cōuenire. Ergo quia in filio cō
Ioan.8. placet pater,crede quia dignus patre filius. Crede quia
Ioan.16. à deo exiuit filius,vt ipse testatur dicēs: Ex deo pcessi
& veni. Et alibi:A deo exiui. Qui ex deo processit, &
à deo exiuit:nihil aliud potest habere nisi qđ dei est.
Vnde non solum deus, sed etiam verus deus. Verus
è vero,& adeo verus,vt ipse sit veritas, Itaque si nomē
Roma.8. quærimus,veritas est,Si maiestatem quærimus naturā-
lem,eo vsq; filius dei verus est, vt & proprius. Scri-
ptum est enim:Qui filio proprio non pepercit, sed p
nobis omnibus tradidit eum. Tradidit vtiq; secundum
carnem. Proprietas diuinitatis est, veritas proprieta-
tis,misericordia pietatis,oblatio securitatis. Sed ne ca
Gal.1. lumniarentur quia scriptum est, Tradidit eum pater:
ipse Apostolus alibi dixit: Pax à deo patre,& domino
Ephe.5. nostro Iesu Christo,q se dedit p peccatis nostris. Et
H alibi:Sicut Christ⁹ dilexit nos,& tradidit semetipsum
pro nobis. Si ergo & tradit⁹ est à patre, & ipse se tradi
dit,apparet vnam esse operationem, vnam esse patris
& filij voluntatem. Si naturalem ergo maiestatē quæ-
rimus,genitus est. Qui genitum inficiatur, proprium
negat. Qui proprium abnuit, communem cæteris ar-
bitratur. Sin vero generationis ipsius proprietatē re-
quirim⁹,ex deo exiuit. Nā cū in vsu nostro id sit exire
quod iā sit,& ex interioribus⁹ secretis prodire videatur
qđ exire phibetur:angustis licet sermonibus proprie-
tatē diuinæ generationis aduertamus, vt non ex loco
aliquo videatur exisse, sed vt deus ex deo filius ex pa-
Eccle,24 tre. Nec videatur cœpisse ex tēpore qui ex patre nascē
do prodijt,vt dixit ipse qui nat⁹ est: Ex ore altissimi
prodij. Sed si naturā non agnoscunt, si nō credūt scri-
pturis,vel operibus credant. Cui dicit pater: Faciam⁹
hominem:nisi ei quem verum filium sciret? In quo nisi
in vno suam imaginem recognosceret? Non est vnum
adoptiuus & verus: nec filius diceret, Vnum sumus: si
se cum vno qui verus non erat ipse conferret. Faciam⁹
ergo,dicit pater,qui dixit,ver⁹ est. Potest ne ergo ve-
rus nō esse ille qui fecit:& qđ dicēti defertur, facienti
negatur? Quomō autem nisi verum filium sciret, com-
mitteret ei voluntatis suæ vnitatem, & operis verita-
tem? Cum enim eadem faciat filius opera quæ pater fa-
cit,& quos vult viuificet filius,sicut scriptū est, nec in-
differens potestate,& liber est voluntate: ita vnitas ser
uatur,quia & virtus dei in diuinitatis proprietate est,
I & libertas nō in aliqua differentia, sed i vnitate est vo
lūtatis. Turbati in freto Apostoli, licet adhuc nō cre
dentes corde,vbi primum sub pedibus domini ludere
aquas,& inquieto maris æstu deambulantis domini su
per aquas intrepida videre vestigia, subitoq; naui quæ
fluctibus turbaretur, vbi eam tamen Christus ascen-
dit,placida æquora, & elementa conspexere famulan
Mat.14. tia,verum dei filium crediderunt dicētes:Vere dei fi-
lius est. Hoc idem centurio cum alijs qui scum erāt,
tremefactis mundi cardinibus in passione domini,con
Mat.27. fitetur,& tu hæretice negas. Centurio dicit: Vere fi-
lius dei erat iste. Erat,inquit centurio: & Arrianus di-
cit,non erat. Ille ergo generationis & veritatē & æter
nitatem asseruit,manu cruentus, sed mente deuotus.
Tu hæretice veritatem generationis negas, tēpus as-
scribis,vtinā manus potius q̄ animum cruentasses. Sed
nec manu innocens,& mēte feralis,quantum in te est
mortē infers,qui infirmum opinaris. Imo, quod gra-
uius est,etsi diuinitas vulnus sentire nō possit, quod i ti
te tamē est,maiestatem suā in Christo, non corpus in- K
terficere conaris. Verum igitur deum dubitare nō pos
sumus,quē verū dei filiū & carnifices crediderunt, &
dæmones fatebātur:quorū nūc nō testimonia requirū
tur,sed tuis tamē sacrilegijs præferuntur. Illos noluimus vt erubescceres, diuina quoq; respōsa adhibuimus
vt crederes. Clamat dominus per Esaiā: Seruiētib⁹ mi Esa.65.
hi vocabitur nomē nouū, qđ benedicetur super terrā,
& benedicēt deū verū:& qui iurant super terrā, iura-
bunt per deū verū. Hæc dixit Esaias quando vidit ma-
iestatē ei⁹. Hoc in euangelio designatur, quod maiesta
tē viderit Christi,& locutus sit de eo. Accipe tamen
quod etiā scripserit Euāgelista Ioannes in epistola di- 1.Ioan.5.
cens: Scimus quoniā filius dei apparuit, & dedit nobis
sensum vt cognoscam⁹ patrē,& simus in vero filio ei⁹
Iesu Christo. Hic est verus deus, & vita eterna. Verum
Ioannes filiū dei,& verū deū dicit. Ergo si verus deus,
vtiq; nō creatus, nihil fallax habēs atq; fucatum, nihil
confusum atq; dissimile.

¶Definitio patrum de fide. CAPVT VIII.

DE V S igitur ex deo,lumē de lumine, ver⁹ de⁹
de deo vero,ex patre natus,nō fact⁹,vni⁹ sub
stātię cū patre. Sic nēpe nostri secūdū scriptu
ras dixerūt patres,qui etiā sacrilega dogma-
ta ideo suis inferēda putauere decretis, vt Arrij perfi- L
dia ipsa se ,pderet,ne quasi fucis quibusdā & coloribus
illita velaretur. Fucū enī faciūt qui nō audēt explica-
re quod sentiūt cēsorie. Itaq; impietas Arriana nō ex-
positione reseratur,sed damnatione detegitur: vt qui
curiose gestit audire,prius damnatā cognosceret ne la
beretur,quā expositam audiret vt crederet.

¶Expositio quæ Arrij perfidiā dānat. CAPVT IX.

EIO s,inquit,qui dicūt: Erat quādo non erat,&
anteq̄ nascceretur nō erat:& q ex nihilo factū,
aut ex alia substātia vel ousia dicunt esse, aut
mutabilē & cōuertibilē dei filiū, anathema-
tizat catholica & apostolica ecclesia. Accepisti sancte
imperator eos qui talia aserūt,iure dānatos,nō huma
na industria,nō cōpositiōe aliqua: sed trecēti decē &
octo,vt supra dixi,episcopi ad cōciliū cōuenerūt. Sed
vt i numero eorū per signū suæ passiōis & nois domi-
nus iesus suo probaret se adesse cōcilio, crux in trecē
tis,iesu nomē in decem & octo est sacerdotibus. Hoc M
& in Arimineſi cōcilio habuit prima cōfessio, & post
Arimineſe cōciliū secunda correctio. Epistola ad im-
peratorem Cōstātium missa testatur corectionem,se-
cuta cōcilia confitētur. Arrius ergo dicit: Erat quādo
nō erat:sed scriptura dicit,erat:nō dicit,nō erat. Deni
q; ioānes scripsit:in principio erat verbum,& verbum Ioan.1.
erat apud deum,& deus erat verbum,hoc erat in prin
cipio apud deum. Ecce quotiens erat, & nusquam di-
xit quod nō erat. Cui ergo credimus: ioāni in Christi
pectore recūbēti,an Arrio inter effusa suā viscera vo-
luntati,vt agnoscceremus similē iudæ proditoris Arrij
quoq; fuisse perfidiā, quēm similis pœna dānauit, ef-
fusa sunt enim & Arrij viscera. Pudet dicere vbi, atq;
ita crepuit medius prostratus in faciē,ea quibus Chri- Actuū.1.
stū negauerat fœda ora pollut⁹. Crepuit enim,sicut e-
tiam de iuda Petrus apostolus dixit, quia possedit a-
grum de mercede iniustitiæ,& in faciē prostratus cre-
puit medius,& effusa sunt oſa viscera eius. Nō est for-
tuita mors vbi i sacrilegio pari pœnæ parile processit
exēplum,vt idem subirent supplicium qui eūdē domi
num negauerunt, & qui eundē dominū ,pdiderūt. Ve
niamus ad alia. Arri⁹ dicit: Anteq̄ nascceretur nō erat,
sed scriptura dicit omnia esse per filiū. Quomodo er-

A go alijs dedit esse,qui nō erat? Cū autem dicit impius
quādo & ante,hęc vtiq; duo verba tēp⁹ ostēdūt. Quo-
modo ergo negāt tēp⁹ ante filium, & volūt pri⁹ fuisse
quæ tēporis sunt. cū idipsum, quādo & ante & aliquan
do nō fuisse, sit tēporis? Arrius dixit ex nihilo dei fi-
liū,quomō ergo dei fili⁹? Quomodo paterno genera-
tus ex vtero? Quomō eructatū ex corde verbū legi-
tur, nisi vt ex itimo & inæstimabili patris intelligatur,
vt scriptū est, ,pdisse secreto? Filius enī aut per adoptio
nem,aut per naturā est. Per adoptionem nos filij dici-
mur,ille per veritatē naturę est. Quomō ergo ex nihi
lo,ille,qui ex nihilo fecit oia? Nō habet filiū qui nescit
vnde sit. Deniq; nec Iudei habebāt filiū, quia vnde es-
set nesciebāt. Et ideo dixit his dominus: Nescitis vnde
Ioan.8. veni. Et infra: Neq; me noscitis, neq; patrē meū scitis.
Qui enim negat ex patre filiū, nec patrē ex quo est fi-
lius nouit,neq; filium nouit qui patrē nescit. Arrius di
cit: Ex alia substantia. Quæ igitur alia substātia æqua-
tur dei filio,vt ex ipsa dei filij⁹ sit,aut quomō reprehen
dūt quia nos in deo aut ousian græce, aut latine substā
tiā dicim⁹,cū ex alia dicēdo substātia deū esse filiū,e-
tiā ipsi substātiā dei esse cōfirment? Sed si de noīe sub-
stātiæ aut naturæ diuinæ voluerint dicere,facile reuin-
cūtur,quia & ousian græce, & latine substantiā frequē
ter scriptura memorauit. Et Petr⁹ vult nos, vt legim⁹,
diuinę cōsortes fieri naturę. Quod si ex alia substantia
filiū dicēt,ipsi se reuincūt,& verbū substantiæ qđ me-
tuunt confitendo, & filium creaturis quibus præferre
B se simulant coæquabunt. Arrius dicit creaturam dei fi
lium,non sicut cæteras creaturas. Quæ enim creatura
non sicut alia creatura est? Homo non vt angelus? terra
non vt cælum? sol non vt aqua? lumen non vt tene-
bræ? Nihil ergo præferendo donauit, sed ad simplices
accipiēdos,misero colore fraudem suę impietatis ob-
duxit. Arrius dicit mutabilem & cōuertibilem dei fi-
lium. Quomodo ergo deus sit mutabilis, cū ipse dixe-
Mala.3. rit: Ego sum,ego sum,& non sum mutatus? Vere nunc
mihi propheticum illud est confitendum,quod ,pphe
Esa.6. taturus de domino præmittit Esaias dicens: O miser
ego & compuncto corde, qui cum immunda labia ha-
beam,in medio quoq; populi inhabitem immunda la-
bia habētis,vidi dominum sabaoth. Ergo si Esaias mi-
serum se dicit,qui vidit dominum sabaoth: quid ego
de me dicam,qui cum immunda labia habeam, cogor
de dei generatione tractare? Quid igitur de ijs quę me
tuo,locuturus erumpo,cum Dauid de ijs quæ sciat,ori
suo custodiā petat? O si mihi quoq; vnum de seraphim
candentē illum carbonem quem de altari diuino sum
psit,vtriusq; forcipe deferēs testamēti, immunda adu-
C rat labia. Aut quia tunc seraphim descendit in figura
ad prophetam:tu autem domine reuelato mysterio ad
nos in carne venisti,non per legatum, neq; per nūciū,
sed ipse per te, ab occultis meis conscientiam meā mū
des, vt ego quoq; dudum immundus, sed iam per tuā
misericordiam fide mundus, illud Dauidicum canam
Psal.70. dicens:Psallam tibi in cithara deus Israel, gaudebunt
labia mea dum cantauero tibi,& anima mea quam re-
demisti. Itaq; domine calumniatores tuos & hostes re-
linquens,confer te ad nos,& sanctifica aures principis
Gratiani, omniumq; præterea quorum in manus hic
libell⁹ venerit,vacuas mihi presta,nec ibi auditæ per-
fidiæ sordes resident. Emunda ergo,emunda autē non
fontanis poculis,nec fluuiali hausto, nec susurro præ-
termeantis riuuli, sed sermonibus ad vicem aquarum
operātibus,supra nitorē aquarum perspicuus, & omni
purioribus niue, illis vtiq; sermonibus quibus dixisti
Esa.1. Per Esaiam:Si fuerint peccata vestra sicut phœniciū,
vt niuem dealbabo. Est etiā poculū quo secreta men-
tis mundare cōsuesti. Poculū nō naturæ veteris, nec ex
vite solēni,sed poculū nouū de cælo delatū,i terra ex-
D presū ex illo botrione peregrino,qui sicut vna de vi-
te,ita ille carne crucis pependit è ligno. Ex hoc ergo
botrione est poculum quod lætificat cor hominis, so-
brietatem inebriat,crapulam fidei & veræ religionis
exhalat,crapulā castitatis infundit. Hoc igitur pocu-
lo domine meus,domini aures Augusti mentis emun-
da,vt sicut poculo naturali homines inebriati quietē
diligunt,timorem mortis expellunt, iniurias non sen
tiunt,aliena non quærunt, suorum obliuiscuntur, ita
etiam poculo tuo crapulat⁹ pacem diligat,& fidei ex-
ultatione securus mortem infidelitatis ignoret,patien
tiam charitatis exhibeat, sacrilegia aliena non teneat,
fidem etiam pignoribus suis præferat,secundum quod
scriptum est: Relinque omnia tua, & veni sequere me. Mat.19.
Hoc poculo domine Iesu sensus etiam nostros dilue,
vt te adoremus,te colamus visibilium & inuisibilium
creatorem. Non potest ergo inuisibilis aut bonus non
esse,qui id etiam tuis operibus contulisti.

FINIS.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE FIDE.

Quod Arriani bonum dei filium negent. Caput I.
De vero & bono dei filio. Caput II.
De omnipotenti dei filio. Caput III. E
De domino maiestatis dei filio. Caput IIII.

Diui Ambrosij

MEDIOLANEN. EPISCOPI DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER II.

PROLOGVS.

ATIS, vt arbitror, libro superiore sancte Imperator edoctū est sempiternum esse deū dei filiū, nō dissimilē patri,genitū,non creatū. Deum quoq; verū dei filiū scriptura rū lectionib⁹ approbauim⁹, & apertis maiestatis suæ indi
cijs designatū. Itaque quāuis F
ista ad fidem copiose redundantia sint, quod à fontis meatu magnitudo plerūq; decurrentis fluminis æstimatur,tamē quo puri⁹ niteat fides, tripartita videatur deriuāda distinctio. Sūt enī euidētia indicia quę ,propriatatē deitatis ostēdūt, Sūt quæ similitudinē patris & filij, Sunt etiā quæ pspicuā diuinæ maiestatis exprimunt vnitatem. Proprietatis itaq; sunt, generatio, deus, filius, verbum. Similitudinis, splēdor, character, speculum, imago. Vnitatis eternæ, sapientia, virtus, veritas, vita. Hæc indicia ita dei filium signant, vt ex his & sempiternum patrem esse cognoscas, nec ab eo filium discrepantem. Ex eo enim qui est generatio, ex sempiterno deus, ex patre filius, ex deo verbum, splendor gloriæ, character substantiæ, speculum dei, maiestatis imago, de bono bonitas, de sapiente sapientia, de forti virtus, de vero veritas, de viuente vita. Coneordant igitur patris & filij indicia, quib⁹ nō discrepare iter se, sed vni⁹ maiestatis esse nemo dubitauerit. Quorum singulorū proferremus exempla nominum, nisi coartādi sermonis studio teneremur. His duodecim tanquam lapidibus preciosis fidei columna consurgit. Hi sunt enim

G preciosi illi lapides,sardius,iaspis,smaragdus, Chrysolithus,& cæteri,quibus sancti Aarõ, illiꝰ vtiq; qui figurã gessit Christi,veri scilicet vestimentũ sacerdotis intexitur,circũdati auro lapides, & sculpti de nomini bus filiorũ Israel,duodecim lapides sibi innicẽ cohærẽtes. Nam si eos aliquis separet aut secernat, oĩs fidei structura dissoluitur. Itaq; principiũ fidei nostræ est, scire qđ genitꝰ est dei filiꝰ. Si genitus nõ est, nec filius est. Nec satis est dixisse filium, nisi & vnigenitũ filium designauetis. Si creatura est,deus nõ est: si deus nõ est, nec vita est: si nõ est vita, nec veritas est. Ergo tria illa, id est, generatio, filius, vnigenitus, principaliter & proprie indicãt ex deo filium. Tria sequentia, id est, deus, vita, veritas, virtutẽ eiꝰ manifestãt, qua condidit & fecit subsistere creaturã. In ipso enim viuimꝰ, mouemur & sumus, sicut ait Paulus. Et ideo in illis tribus proprietas filij, in istis alijs paternæ ac filij operationis vnitas declaratur. Imago quoq; & splendor & character dicitur dei filius, quia hæc incõprehẽsibilẽ & inuestigabilẽ paternæ diuinitatẽ maiestatis in filio, & expressam similitudinẽ reuelarunt. Hæc quoq; tria videmus ad similitudinẽ pertinere. Reliquum est virtus, sapiẽtia, iustitia: vt his singulis operationibꝰ æternitas ꝓbaretur.

H Hoc igitur est illud vestimẽtũ preciosis lapidibus adornatũ, hic veri amictus est sacerdotis, hæc vestis nuptialis, hic textus ꝓpheticus, qui bene nouerit ista contexere. Neq; vilis ista textura est, de qua dominus dicit per ꝓphetã? Quis dedit mulieribus texturæ sapiẽtiam? Nec cõmunes isti lapides, vt legimus supplementi. Oĩs enim in eo perfectio est, si nihil desit lapidis compositi & circũdati auro, intelligibili scilicet natura. Si eos bene mens nostra cõponat, naturalisq; sensus probabili ratione cõpaginet. Denicq; quàm nõ mediocres lapides sint, lectio docet, quod cum alij alia viliora deferrent, istos tamen lapides super humeros suos religiosi principes attulerunt, ex quibus fecerũt rationale opus textile. Textile enim opus est quando fidei facta concordant. Nec me aliquis errare putet, quia supra tripertitam de quaternis, subter vero quadripertitam de ternis feci distinctionem. Boni operis gratia per diuersas plus pl acet formas. Bona enim & illa quæ textrinum indumenti sacerdotalis ostẽdit, vel lex scilicet, vel ecclesia, quæ binas vestes fecit viro suo, sicut scriptũ est, vnam operis, alteram mẽtis, fidei intexens factorũque velamina. Itaque alibi, sicut legimus, aurum prætexit, & postea hyacinthum ac purpuram cum cocco subiũgit & byssо. Rursus alibi ex hyacintho & cæteris prius flosculos format, aurumq; subnectit, & vnus est habitꝰ

I sacerdotis, vt ijsdem coloribus micans, gratiæ decorisque diuersitas, ordinis diuersitate resplendeat. Itaq; vt etiam rationis typicę serie designatur, auro & argento probabili nõ est dubtũ eloquia domini designari, quibus fides constat. Scriptum est enim: Eloquia domini eloquia casta, argẽtum igne examinatum, probatum, terrę purgatum septuplum. Hyacinthus autẽ aeris habet similitudinem, quem spiramus, & cuius carpimus flatum. Purpura quoque speciem aquarum exprimit. Per coccum ignis intelligitur, terra per byssum, hæc enim ex terra gignitur. Ex his autem quatuor elementis corpus subsistit humanum. Siue ergo mentis fidei præcedente conscientia, corporis facta subnectas: siue facta præcedant, & fides astipuletur comes religiosa factorum, hic religiosi ornatus antistitis, hoc velamen est sacerdotis. Bona ergo fides, cum pulchro operũ renitet ornatu: de qua vt ad summam loquar, definitiones iste sunt, quæ non queunt solui, Si ex nihilo est, nõ est filius. Si creatura est, non est creator. Si factura est, non est omnium factor. Si discens, non præcognitor. Si accipiens, nõ est perfectus. Si proficiens, nõ est deꝰ. Si dissimilis, non imago. Si per gratiam, non per naturã. Si bonitatis expers, autor malitiæ. Nemo bonus nisi vnus deus.

¶Quod Arriani bonum filium dei negent. CAP. I.

STVPEO itaq; ad reliqua sanctę Imperator, & toto corpore aſioq; deficio, esse aliquos homines, vel potiꝰ nõ hoies, sed humana adopertos specie, intus autem demẽtiæ bestialis, qui post tãta domini & tam diuina beneficia bonum negẽt esse autorẽ bonorum. Scriptũ est inquiũt: Nemo bonꝰ Mar.10.
nisi vnus deus. Scriptũ est, agnosco, sed litera errorẽ nõ habet, vtinã Arriana interpretatio nõ haberet. Apices sine crimine sũt, sẽsus i crimine. Dictũ domini saluatoris agnosco. Sed cõsideremus quãdo dicat, cui dicat, qua circunspectione dicat. Dicit vtiq; in hois forma dei filius, & dicit scribæ, ei scilicet qui magistrũ bonũ dei filiũ nominaret, deũ negaret, quod ille nõ credidit. Christus adiũgit vt dei filiũ non vt bonũ magistrũ, sed vt bonũ deũ credat. Nã si vbi vnꝰ deus dicitur, nequaq̃ tamen dei filius à diuinitatis plenitudine separatur: quomodo vbi vnus deus bonus nũcupatur, à plenitudine diuinæ potestatis vnigenitus excluditur? Necesse est igitur aut deũ negẽt dei filium, aut deũ bonũ esse fateantur. Et ideo circunspectione cælesti non dixit: Nemo bonus nisi vnꝰ pater, sed nemo bonꝰ nisi vnus deus. Pater enim proprium generantis est nomẽ, deꝰ aũt vnus est, nequaquã deitatẽ trinitatis excludit, & ideo natura laudatur. Bonitas ergo i natura est dei, & in natura dei etiam dei filius. Et ideo non quod sin- L
gularitatis, sed quod trinitatis est prædicatur. Nõ igitur à domino bonitas negatur, sed talis discipulus refutatur. Nam cum scriba dixisset: Magister bone: respondit dominus: Quid me dicis bonum? id est, quem deum non credis? Nõ est satis vt bonum dicas. Nõ tales ego quero discipulos qui me magis secundũ hominem magistrũ bonum q̃ secundũ diuinitatẽ deũ bonũ credãt. Sed nolo prærogatiua naturæ suæ & priuilegio potestatis vtatur. Nõ dicatur bonꝰ, si nõ meretur à nobis. Si hoc nõ meretur operibus, si beneficijs nõ meretur, abdicetur suæ iure naturæ, subdatur nostro iudicio. Qui iudicatur de nobis est, nõ dedignatur iudicari, vt iustificetur in sermonibꝰ suis, & vincat cũ iudicatur, Hiccine ergo nõ bonꝰ, qui bona tribuit mihi? Hiccine nõ bonus, qui cũ sexcẽta milia populi Iudæorum ꝓsecutoribꝰ suis cederẽt, dehiscentẽ subito rubri maris æstũ indiuidua aquarũ mole diuisit, vt fideles circũ fusa vnda muniret, infidos refusa demergeret? Hiccine nõ bonus, cuius imperio maria solidata fugiẽtibus, sa- M
xa humefacta sitientibus, vt opus veri agnosceretur autoris, cum humor rigesceret, petra inũdaret? Quod vt
agnosceres opus Christi, Apostolus dixit: Petra autem 1. Cor.10
erat Christus. Hiccine non bonus, qui tam innumera populi milia, ne qua incesseret fames, in deserto pauit pane cælesti, sine vsu laboris, cũ fructu quietis, ita vt eorũ per quadraginta annos nec vestimẽta veterascerẽt, nec calceamẽta tererẽtur, instar ifidelibꝰ futuræ resurrectionis ostẽdẽs, qđ nec factorũ decora splẽdidorũ, nec circũfusæ virtutis nitor, nec vitæ cursus periret humanę. Hiccine nõ bonus, qui nobis cælum fecit esse qđ terra est, vt sicut in cælo quasi i speculo quodã, stellarũ lucentium refulgent globi, ita etiam Apostolorum & martyrum & sacerdotum vice stellarũ splẽdẽtiũ toto illucescerent chori mundo? Ergo non solũ bonus, sed etiam pastor bonus, hoc est, non sibi tãtum, sed etiam ouibus suis bonus. Bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Posuit plane animam suã, vt nostram leuaret. Sed pro diuinitatis potestate posuit & Ioan.10.
sumpsit, sicut scriptum est: Potestatem habeo ponendi animam meã, & potestatem habeo sumendi eã. Nul-

A lus eã tollit à me, sed ego à memetipso pono eam. Vides bonitatẽ quia sponte posuit: vides potestatem, quia sumpsit. Et tu bonũ negas, cũ ipse de se in euãgelio di-
Mat.20. xerit, Si ergo bonus, quare oculus tuus nequã? Ingrate quid agis? Bonũ negas per quẽ bona sperας, si tamẽ credas? Bonũ negas qui dedit nobis quæ oculus non vidit, nec auris audiuit? Nec in bonũ credam? Bonũ est enim confiteri domino. Mihi expedit vt domino confitear.
Psal.117 Scriptũ est enim, Cõfitemini domino, quoniã bonus. Mihi expedit vt iudicem meũ bonũ arbitrer. Dominꝰ enim bonus iudex domui Israel. Ergo si iudex, dei filiꝰ vtiq;: quoniã iudex dominus, & deus bonus est. Iudex autẽ dei filius est, & bonus deus iudex dei filius. Si fortasse nõ credas alijs, non credas filio: audi patrẽ dicen-
Psal.44. tem, Eructauit cor meũ verbum bonũ. Bonũ ergo ver-
Ioãnis.1. bum est verbum hoc de quo scriptũ est, Et verbũ erat apud deum, & deus erat verbũ. Ergo si verbum bonũ est, filius autem dei verbũ est: bonus vtiq; deus est dei filius, etiam si non placeat Arrianis. Erubescãt aliquando Iudæi dicebant, Bonus est. etsi alij dicebant, nõ est: alij dicebant tamen, bonus est, & vos omnes bonũ negatis Bonus est, qui peccatum mundi abstulit. De ipso
Ibidem. enim dictũ est, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatũ mundi. Sed quid dubitamus? Credidit iam ecclesia bo-
Canti.1. num, & confessa est dicendo, Osculetur me ab osculo
Canti.8. oris sui, quoniã bona vbera tua super vinũ. Et alibi, Et fauces tuæ tanq̃ vinũ optimum. Bonus ergo ille nos le
B gis & gratiæ nutrituit vberibus, cælesti cura, hominum prædicatione demulcẽs. Et nos bonũ negamus, cum sit imago bonitatis, exprimẽs æternæ in sese bonitatis effigiem? sicut & supra ostendimus scriptum, quia ipse est speculum sine macula, & imago bonitatis illius.

De vero & bono deo dei filio. CAP. II.

1.Cor.8. SED quid vobis videtur, qui bonum & verum deũ dei filium denegatis, cũ scriptũ sit q; nullus deus nisi vnus? Nã & si sunt qui dicantur dij, an inter eos Christum annumeratis qui dicuntur & non sunt? cum speciale sit eius, vt semper sit, & præter ipsum bonus & verus alius deꝰ nõ sit: quoniã in ipso est deus: speciale autẽ etiã patris sit, vt post ipsum verus alius deus nõ sit, quia vnus deꝰ. Nec iuxa Sabellianos patrem filiumq; confundẽs, nec iuxta Arrianos patrem filiumq; secernens. Pater enim & filius distinctionem habent, vt pater & filius separationem diuinitatis non habent.

De omnipotente dei filio. CAP. III.

Exo.15. ITAQVE cum verus & bonꝰ dei filius, vtiq; omnipotẽs deus dei filius. Nũ hinc quoq; dubitari potest? Supra diximus lectũ quia deus omnipotẽs nomẽ est ei. Ergo quia fi-
C lius dominus, dominꝰ autẽ omnipotẽs: omnipotẽs dei filius. Sed accipe etiã eam de qua dubitare nequeas lectionẽ. Ecce venit, inquit, cũ nubibꝰ, & videbit eũ omApoc.1. nis oculus, & qui eũ cõpunxerunt, & plangent se super eũ omnes tribus terræ, etiã amen. Ego sum alpha & ω, dicit dominus Iesus, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotẽs. Quẽ igitur cõpunxerunt, & quẽ speramus esse venturũ, nisi filiũ dei? Ergo omnipotẽs dominus & deus etiã Christus est. Accipe aliud sanctę Impe-
Zacha. 1. rator, accipe Christũ loquentẽ. Hæc dicit dominꝰ omnipotẽs, Post honorẽ misit me super gẽtes quæ depręDauerũt vos: quoniã qui tangit vos, quasi qui tangit pupillã oculi eius. Quia ecce ego inijcio manũ meã super eos qui depręDauerũt vos, & erunt in prędã qui prędauerũt eos, & sciẽt quia dominus omnipotens misit me. Vtiq; qui dicit, dominus est omnipotẽs, & qui misit, dominus est omnipotẽs. Ergo & patris & filij omnipoten D
tia, sed tamẽ deus vnus oĩpotẽs, quia vnitas potestatis est. Atq; vt scias Imperator Auguste Christũ esse qui loquutus est & in ꝓphetis & in Euãgelio, tanq̃ in prædestinatione Euãgelij ꝓ Esaiã dicit, Ipse qui loquebar Esa.52.
asum. hoc est, asum in euãgelio qui loquebar in lege. Deinde alibi, Oĩa quæ pater habet, mea sunt. Quæ sunt Ioan.16.
oĩa? Nõ vtiq; loquutus est de creatis. hæc enim oĩa facta sunt ꝓ filiũ. Sed ea quæ pater habet. i. æternitatem maiestatẽ, diuinitatẽq; nasceꝺo possidet. Ergo eũ qui oĩa habet quę pater habet, (scriptũ est enim, Oĩa quę pater habet, mea sunt) oĩpotentẽ esse dubitare nõ possumus. Nec vereor quia scriptũ est de deo, Beatꝰ & solꝰ potẽs 1. Tim.6.
ab eo dei filius seperaretur, cũ scriptura deũ solũ potẽtẽ dixerit, nõ patrẽ solũ, & ipse de Christo deus pater asserat per prophetã, Posui adiutoriũ super potentẽ. Nõ Psal.88.
ergo pater solus potens, sed potens etiã dei filius. In patre enim laudatur filius. Certẽ ostẽdat aliquis quid sit quod nõ possit dei filius. Quis ei adiutor cũ cœlũ face
ret, fuit? Quis adiutor cũ cõderet mundũ? An qui in cõstitutiõe angelorũ & dominationũ adiutore nõ eguit, eguit vt hominẽ liberaret? Scriptũ est, inquiunt, Pater, Mat.26.
si possibile est, transfer à me calicẽ hũc. Et ideo si omnipotens est, quomodo de possibilitate ambigit? Ergo quia omnipotẽtẽ probaui, probauit vtiq; ambigere eũ de possibilitate non posse. Verba, inquis, Christi sunt. E
Verũ dicis. Sed quãdo & in qua forma loquatur aduerte. Hominis substantiam gerit, hominis asum psit affectum. Denicq; supra habes quia progressus pusillũ procidit in faciem suã, orans & dicẽs, Pater, si possibile est transeat à me calix iste. Non ergo quasi deus, sed quasi homo loquitur. Deus enim possibile aliquid aut impossibile nesciebat? Aut aliquid impossibile deo, cum scriptum sit, Impossibile enim tibi nihil est. De quo autẽ dubitat, de se, an de patre? De eo vtiq; qui dicit, trãsfer: dubitat hominis affectu. Ergo propheta non putat aliquid impossibile deo. Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Nũ intra homines cõstitues deum? Et dubitat de patre deus, & de morte formidat? Timet ergo Christus, & dum Petrus nõ timeat, Christꝰ timet? Ioan.13.
Petrus dicit, Animam meã pro te ponam. Christus dicit, Anima mea turbatur. Vtrunq; verum est, & plenum vtrunq; rationis, quod & ille qui est inferior, nõ timet: & ille qui superior est, gerit timentis affectũ. Ille enim quasi homo vim mortis ignorat, iste quasi deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, vt eorum qui sacramentum incarnationis abiurãt, excluderetur impietas. Denicq; & hæc dixit, & Manichæus nõ credidit, Valentinus neg. uit Marcion phantasma iudicauit. F
Eousq; autem hominẽ quẽ in veritate corporis demõstrabat, æquabat affectu, vt diceret, Sed tamen nõ sicut Mat.26.
ego volo, sed sicut tu vis. cum vtiq; similiter sit Christi velle quod pater vult, cuius similiter est facere quod pater facit. Quo loco etiam illa vestra quæstio cõticescit, quã soletis obijcere, quia dixit dominus, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Et alibi, Ad hoc descendi de
cœlo, non vt faciam voluntatem meã, sed voluntatem Iohan. 6.
eius qui me misit. Ergo vt quasi interpositis plenioris expositionis pauliſper inducijs, cur dixerit si possibile est, voluntatis interim liberæ dominũ fuisse doceam? in tantum processisti is impietatis, vt negetis quod filius dei liberæ volũtatis sit. Ac certẽ soletis etiã sancto spiritui derogare, & negare nõ potestis scriptũ esse. Spiri Ioan.3.
tus vbi vult spirat. Vbi vult, inquit, nõ vbi iubetur. Ergo si spiritus vbi vult spirat, filius quod vult non agit? Et certe idem dei filius in Euãgelio suo dicit vbi velit spirãdi suppetere spiritui facultatẽ. Nunquid ergo superiorẽ fatetur, quia illi licet quod sibi nõ licet? Apo- 2. Cor. 12
stolus quoq; dicit quia omnia operatur vnus atq; idem spiritus, dum dẽs singulis prout vult. Prout vult, inquit,

G hoc est,pro liberæ voluntatis arbitrio,non pro neces-
sitatis obsequio. Et diuidit spiritus non mediocria,sed
quę deus cõsuluit operari, gratiam curationũ, & ope-
rationem virtutũ. Ergo diuidit spiritꝰ prout vult, filiꝰ
dei nõ liberat quem vult? Sed audi etiam ipsum agere
Psal. 39 quod vult. Dixit enim,Vt faciã voluntatem tuam deus
Psal.53. meus volui. Et alibi, Volũtariè sacrificabo tibi. Sciuit
sanctus Apostolus Petrus Iesum in potestate habere
quæ vellet,& ideo quũ videret ambulare eũ supra ma-
Mat.14. re,ait,¶Domine si tu es, iubẽ me venire ad te sup aquã:
Petrus credidit quia si Christus iubeat,naturę posit cõ
ditio mutari,vt humanis se subijciat vnda vestigijs, &
discrepantiũ naturarũ possit cõuenire cõcordia. Pe-
trus poscit vt iubeat,nõ vt roget Christus. Christus nõ
rogauit,sed iusit,& factum est: & Arrius contradicit?
Quid est tamen quod pater velit,& filius nolit: aut filiꝰ
Ioan.5. velit,& pater nolit? Pater quos vult viuificat, & filius
quos vult vuuificat,sicut scriptum est, Dic nũc quos vi
uificauerit filius: & pater viuificare noluerit? Cum au-
tem filius quos velit viuificet, & operatio vna sit: vides
quia nõ solum filius voluntatem patris,sed etiã pater fi
lij faciat voluntatem. Quid est autẽ viuificare nisi per
filij passionẽ? Passio autẽ Christi, voluntas est patris.
Quos ergo filius viuificat, per patris viuificat volunta
tẽ. Vna igitur est voluntas. Quæ autẽ voluntas patris,
Matth.8. nisi vt veniret Iesus in hunc mundũ,& nos mundaret à
H vitijs? Audi leprosum dicentẽ,Si vis,potes me munda-
re. Respõdit Christus,Volo. & statim sequutus est affe
ctus sanitatis. Vides quia filius arbiter suę volũtatis est,
& Christi voluntas eadẽ quæ paterna est: quãq; cum di
xerit,Oía quę pater habet,mea sunt: sine dubio quia ni
hil excipitur: quam pater habet, eãdem habet & filius
voluntatem. Vna ergo voluntas, vbi vna operatio. In
deo enim vna voluntatis series,operatiõis effectus est.
Sed alia voluntas hominis,alia dei. Denique vt scias vi
tam in voluntate esse hominis, quia mortẽ timemus:
passionem autẽ Christi voluntate diuina, vt pateretur
pro nobis: cum Petrus dominũ vellet à passione reuo-
Matt.16. care,dominus ait, Non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ
sunt hominũ. Suscepit ergo voluntatem meã, suscepit
tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, quia
crucẽ prædico. Mea est voluntas quã suã dixit,quia vt
Mat.26. homo suscepit tristitiã meã,vt homo loquutꝰ est. Ideo
ait,Nõ sicut ego volo,sed sicut tu vis. Mea est tristitia,
quã nemo suscepit affectu. Nemo enim moriturus ex-
ultat. Mihi cõpatitur,mihi tristis est,michi dolet. Ergo
pro me & in me doluit,qui ꝓ se nihil habuit quod do-
leret. Doles igitur domine Iesu,nõ tua sed mea vulne-
ra,nõ tuã mortẽ,sed nostrã infirmitatẽ, sicut ait ꝓphe
ta,Quia pro nobis dolet. Et nos domine æstimauimus
te esse in doloribus,cũ tu nõ pro te, sed pro me dole-
res. Et quid mirũ si pro omnibus doluit,qui ꝓ vno fle-
uit? Quid mirum si moriturus pro omnibus tedeat, qui
I Lazarũ resuscitaturus illachrymat? Verũ & ibi pię so-
roris lachrymis cõmouetur, quia mẽtẽ humanã tãge-
bat: & hic alto operatur effectu,vt sicut mors eius mor
tẽ abstulit,liuor eius vlcera nostra curauit: ita etiã mœ
rorẽ nostrũ mœror eius aboleret. Vt homo ergo dubi
tat,vt homo turbatur. Nõ turbatur virtus, nõ turbatur
eius diuinitas,sed turbatur anima, turbatur secũdũ hu
manæ fragilitatis assũptionẽ. Et ideo quia suscepit ani
mã,suscepit & animę passiones. Nõ enim eo quod deꝰ
Psal.21. erat,aut turbari aut mori potest. Denicꝫ,deus deus, in-
quit,meus,quare me dereliquisti? Vt homo ergo loqui
tur, meos circũferens metus, quod in periculis positi à
domino deseri nos putamus, Vt hõ turbatur, vt homo
flet,vt homo crucifigitur. Sic enim & Apost. Paulus di
xit,Quia Christi carnẽ crucifixerunt. Et alibi apostolus
1.Petr.4. Petrus ait,Christo passo secũdũ carnẽ. Caro igitur
est passa, diuinitas autẽ mortis libera, passioni corpus
naturæ humanæ legi cõcesit. An vero mori diuinitas K
potest,cum anima nõ possit? Nolite,inquit,timere eos
qui corpꝰ possunt occidere,animã autẽ nõ possunt. Si Mat.10.
ergo ania occidi nõ potest,quomodo diui itas potest?

¶De domino maiestatis dei filio. CAP. IIII.

VNDE illud quod lectum est dominũ maie
statis crucifixũ esse,non quasi in maiestate
sua crucifixũ putemus: sed quia idẽ deus,
idẽ homo: per diuinitatem deus, per susce
ptionẽ carnis homo Iesus Christus: dominus maiesta-
tis dicitur crucifixus,quia cõsors vtriusq; naturæ,id est
humanę atq; diuinę,in natura hominis subijt passionẽ,
vt ind ifferetè & dominus maiestatis dicatur else q pas-
sus est,& filius hominis,sicut scriptũ est, qui descendit
de cælo. Per naturã igitur hominis & dubitauit & te-
duit & resurrexit. Quod enim cecidit, hoc resurrexit
per naturam hominis. Dicit etiã illud de quo calũnia-
risolent,quia dictũ est,Vado ad patrem, quoniã pater Ioan.14
maior me est. Quomodo vadit nisi per mortem,& ve-
nit nisi per resurrectionẽ? Denicꝫ addidit, vt de assum
ptione se dixisse signaret: Propterea dixi vobis priusq;
fiat,vt cũ factũ fuerit, credatis. Loquebatur enim
passionẽ sui corporis & resurrectionem,per quam cre
dere cœperãt qui ante dubitabãt. Neq; enim deꝰ de lo L
co ad locum tranfit: qui vbiq; semper est. Vt homo est
qui vadit,ipse est qui venit. Denique & alibi dicit, Sur
gite eamus,inquit. In eo ergo vadit & venit, quod est
cõmune nobiscũ. Nã quomodo potest minor else deꝰ,
cũ deus perfectus & plenus sit? Sed minor in natura ho
minis: & miraris si ex persona hominis patrẽ dixit ma
iorem: qui in persona hominis se vermẽ dixit esse, nõ
hominem? Dixit enim,Ego autem sum vermis, & non Psal.21.
homo. ET alibi,Sicut ouis ad occisionem ductus est. Si Esa.52.
in hoc minorẽ dicis,negare nõ possum. Sed vt verbo
vtar scripturę,nõ minor natus,sed minoratus est, hoc
est,minor factus est. Quomodo autem minor factus,ni Philip.2.
si quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus
est esse se æqualẽ deo,sed semetipsum exinaniuit? Nõ
amittens vtiq; quod erat,sed assumens quod non erat,
quia formã serui accepit. Denicꝫ vt sciremus per susce-
ptionem corporis minoratum, de homine Dauid pro
phetauit,dicens, Quid est homo quod memor es eius, Psalm.8.
aut filius hominis, nisi quia visitas eum? Minorasti eum
paulominus ab angelis. Hoc ipsum iterpretatus aposto
lus ait,Nam paulominus minoratũ ab angelis videmus Hebr.2.
Iesum propter passionem mortis,gloria & honore co
ronatum,vt sine deo pro omnibus gustaret mortẽ. Nõ
solum ergo à patre,sed etiã ab angelis minor filius dei
factus est. ET si hoc ad præiudicium trahis: num ergo fi
lius in natura dei minor est q̃ sui angeli qui ei seruiunt
& ministrant? Ita dum minorem vultis asserere, im-
pietatem incurritis, vt angelorum naturã dei filio pre-
feratis. Sed non est seruus supra dominum suũ. Denicꝫ
& in carne constituto angeli ministrabant, vt nihil ei
agnoscas per naturam corporis imminutũ. Neq; enim
deus sui pati potuit detrimentum: cum id quod assum-
psit ex virgine,nec accessio diuinæ nec diminutio po-
testatis sit. Nõ est ergo secundum diuinitatem minor,
qui plenitudinem habet diuinitatis & gloriæ. Maior e-
nim & minor in ijs quę corporalia sunt, distinguũ so-
lent. Aut statu maior, aut plenitudine; aut certe ætate.
vacant enim ista vbi de diuinis tractatus inducitur. Ma
ior etiã vulgo dici solet qui aliquem instituit & infor-
mat. In dei autem sapientia nõ cadit vt instituta sit alte
rius disciplinis, cum ipsa disciplinarũ omniũ tradide-
rit institutũ. Quam bene autẽ posuit Apostolus, quod
sine deo pro omnibus gustauerit mortem, ne diuini-
tatis illam passionem putaremus fuisse, non carnis, ar-

go si nõ inuenerunt quemadmodum possent probare
maiorem,nõ verbis calumnientur, sed verborum ra-
tionem requirant. Ego illos interrogo: quo putẽt esse
maiorem,si quia pater est,eo maiorem putant. Sed nõ
hic ætas & tempus,neq; canities patris, & filij pueritia
est. Hæc enim maiorem solẽt facere patrem. Cæterum
pater & filius,generantis & nati nomina sunt, quæ non
videntur separare sed iũgere. Non enim pietas naturæ
detrimentum est. Nanq; homines sibi inuicem conci-
liat necessitudo,nõ separat. Itaq; si nec de natura affer
re possunt aliquã questionem, vel testimonijs credãt.
Deniq; filium nõ esse eo minorem quia filius est, Euã-
gelista testatur,& æqualẽ esse quia filius est, ipse signi-
ficat dicens, Propterea enim volebãt eum occidere Iu
dæi, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem
proprium dicebat deum, æqualem se faciens deo. Non
Iudæi hoc dicunt, sed euangelista testatur, quod æqua
lem se faciebat deo, proprium se filium dei dicens, Nõ
enim scriptum est ex persona Iudæorum dicentium,
Propterea volebant eum Iudæi occidere, sed euangeli
Ioan.5. sta ex sua persona dicit, Propterea enim volebant illũ
Iudæi occidere. Et interpretatus est causam, ideo Iu
deos ad necem eius esse cõmotos, quod cum & sabba-
tum quasi deus solueret, & deum patrem sibi proprium
vendicaret, nõ solum in solutione sabbati maiestatem
diuinæ potestatis, sed etiã in patris proprij nomine ius
sibi æternæ æqualitatis asciscere t. Quibus aptissimè
respondit dei filius, vt & dei se filium, & æqualem pro-
B baret. Quæcunq;, inquit, pater fecerit, eadẽ & filius fa-
cit similiter. Filius igitur patri & dicitur & probatur
æqualis. Bona æqualitas, quæ & differentiam diuinita-
tis excludit, & cum filio patrẽ signat, cui filius sit æqua
lis. Nõ est enim diuersa nec singularis æqualitas, quia
nemo æqualis ipse sibi solus est. Ergo euãgelista inter-
pretatus est quid sit proprium filiũ dei se dicere, hoc
est,æqualem se facere deo. Vnde id sequutus Apostolus
Philip.2. dixit, Non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo.
Quod enim quis non habet, rapere conatur. Ergo non
quasi rapinã habebat æqualitatem cum patre, quam in
natura sui tanquam deus & dominus possidebat. Vnde
addidit, Formã serui accepit. Contrarius vtiq; seruus
æquali. Aequalis ergo in dei forma, minor in susceptio
ne carnis, & hominis passione. Nam quomodo eadem
posset minor esse æqualisq; natura? Quomodo autem si
minor est, eadẽ similiter facit quæ pater facit? Nã quẽ
admodum eadẽ operatio diuersę esset potestatis? Nũ-
quid sic potest minor quemadmodum maior operari,
aut vna operatio potest esse vbi diuersa substantia est?
Itaq; accipe Christum secundum diuinitatem minorẽ
nõ posse dici. Ipse loquitur ad Abrahã, Per meipsum
iuraui. Ostẽdit autem apostolus eum qui iurauit per se
Gene.22. minorem esse nõ posse. Itaq; sic ait, Abrahæ cũ repro-
C mississet deus, quoniam nullum alium maiorem habe-
Hebræ.6. bat, iurauit per seipsum, dicens, Nisi benedicendo be-
nedixero te, & multiplicãdo multiplicauero te. Ergo
maiorẽ nõ habuit Christus, & ideo per se iurauit. Et be
ne addidit, Homines enim per maiorẽ iurant, quia ho
mines maiorẽ habent, deus nõ habet. Aut si volunt de
patre dictũ videri, reliqua nõ cohærent. Neq; enim pa
ter visus est Abrahæ, & deo patri pedes lauit, sed in eo
futuri hominis est figura. Deniq; dei filius dixit, Abra
Ioan.8. hã diem meũ vidit, & gauisus est. Ipse est ergo qui per
se iurauit, quem Abrahã vidit. Et reuera quomodo ma
iorẽ habet, qui diuinitate cũ patre vnũ est? Quod enim
vnũ est, dissimile nõ est. Inter maiorẽ autem minorẽq;
discretio est. Ergo de filio & de patre præsentis docet
lectionis exẽplum, quia nec pater minorem habet, nec
maiorẽ dei filius, cũ in patre & filio nulla distantia di-
uinitatis sit, sed vna maiestas. Nec illud sane metuo qđ
solent obtẽdere minorem esse quia missus est. Si enim
& minor nõ docetur, & honorificentiæ docetur æqua D
litas, cũ ita omnes honorificent filiũ sicut honorificãt
patrem, cõstat eo minorẽ non esse qui missus est. Non
ergo humani sermonis angustias, sed verborũ charis-
tatem intuere, operibus crede. Cõsidera quia dominus
noster Iesus Christus in Esaia loquutus est, ab spiritu
sancto esse se missũ. Nunquid ergo spiritu minor filiꝰ
quia missus ab spiritu est? Habes igitur scriptũ quod si
lius à patre & spiritu eius dicat esse se missũ. Ego sum, Esaię.48.
inquit, primus, & ego in æternũ, & manus mea funda-
uit terrã, dextera mea solidauit cœlũ. Et infra, Ego lo
quutus sum, ego vocaui, ego adduxi eum, & prosperũ
iter eius feci. Accedite ad me, & audite hæc, nõ in oc-
culto ab initio locutus sum. Cũ fierent, illic erã: & nũc
dominus misit me, & spiritus eius. Vtiq; qui cœlũ fecit
& terrã, ipse dicit à domino & spiritu eius esse se mis-
sum. Videte ergo quod simplicitas sermonis, nõ iniu-
ria missionis sit. Ipse igitur missus à patre, ipse est mis-
sus ab spiritu. ET vt agnoscas nullam maiestatis esse di-
stantiã, etiã filius spiritum mittit, sicut ipse dixit, Cũ ve Ioan.15.
nerit autẽ paracletus quẽ ego mittã vobis à patre meo,
spiritum veritatis, qui à patre meo procedit. Hunc eũ-
dem paracletum & à patre else mittẽdum supra posuit Ioan.14.
dicens, Paracletus autem spiritus ille sanctus, quẽ mit-
tet pater in nomine meo. Vide vnitatem, quia quẽ deus
pater mittit, mittit & filius. ET quẽ mittit pater, mittit &
spiritus. Aut si volunt filiũ missum, quia dexteram pa- E
tris filium legimus, ipsi de patre quod de filio abnuũt,
fatebuntur: nisi forte aut alterum sibi patrẽ, aut alterũ 1. Co.2.
sibi filium inueniãt Arriani. Sileãt igitur inanes de ser
monibus quæstiones, quia regnũ dei, sicut scriptũ est,
nõ in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis.
Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis. vnus in
vtraq; loquitur dei filius, quia in eodem vtraq; natura
est. Et si idẽ loquitur, nõ vno semper loquitur modo.
Intende in eo nunc gloriã dei, nũc hominis passiones,
quia quasi deus loquitur quę sunt diuina, quia verbum
est quasi homo dicit quę sunt humana, qui in mea sub-
stantia loquebatur. Hic est panis viuus, qui descẽdit de
cælo. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: Hic panis quẽ Ioan.6.
ego dabo, caro mea est. Hic est qui descẽdit, hic est quẽ
pater sanctificauit, & misit in hunc mundũ. Hæc ipsa li
tera nos docet sanctificatiõe nõ diuinitatẽ eguisse, sed
carnẽ. Deniq; ipse dominꝰ dixit. Et ego memetipsum
sanctifico pro ipsis, vt agnoscas quod & sanctificatur i
carne pro nobis, & diuinitate sanctificat. Hic idem est Galat. 4.
quẽ pater misit, sed factũ ex muliere, factũ sub lege, vt
apostolus dixit. Hic est qui ait: Spiritus domini super Lucæ. 4.
me; ꝓpter quod vnxit me: euãgelizare pauperibꝰ mi-
sit me. Hic est qui dicit: Mea doctrina non est mea, sed F
eius qui me misit. Si quis voluerit voluntatẽ eiꝰ facere,
cognoscet de doctrina vtrũ ex deo est, an ego à meip-
so loquar. Alia ergo ex deo doctrina, alia ex homine.
Itaq; Iudæi cum doctrinã eius secundũ hominẽ quere-
rent & dicerẽt, Quomodo hic literas nouit, cũ nõ didi
cerit? respondit Iesus & dixit: Mea doctrina non est Ioan.7.
mea. Nam cum sine eruditione literarum doceat, non
quasi homo, sed potius vt deus videtur docere, qui do
ctrinam non didicerit, sed inuenerit. Adinuenit enim
omnẽ viã disciplinæ, vt supra lectum est. Nam vtique
de filio dei dictum est: Hic est deus noster, & non æsti Baruch 3.
mabitur alius ad eum, qui adinuenit omnem viam dis-
ciplinæ. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus
conuersatus est. Quomodo ergo secundum diuinita-
tem doctrinam suam nõ habet, qui adinuenit omnem
viam disciplinæ antequã videretur in terris? Aut quo-
modo minor, de quo dictum est: Nõ æstimabitur alius
ad eum? Vtiq; incomparabilis dicitur, ad quem nemo
alius æstimari potest. Sed ita incomparabilis, vt & pa-
tri nequeat anteferri. Quod si de patre dictum putant,

G impietatē Sabellij nō euadent,vt patri ſuſceptionē ha
manæ carnis attribuant.Proſequamur ſequētia. Qui a
ſemetipſo,inquit,loquitur,gloriam ſuam quærit.Vide
ioan.7. vnitatē,quę & patrē ſignat &filiū.Non poteſt non eſſe
qui loquitur,ſed non poteſt à ſemetipſo eſſe quod lo-
quitur, in quo naturaliter ex patre ſunt oīa. Quid eſt
aūt,Gloriam ſuam quærit?Hoc eſt,nō diuiſam à patre
gloriā.Nam vtiq; & verbū deus habet gloriā. Deniq;
dicit:Vt videant gloriam meam.Sed illa verbi gloria
Philip.2 eadē patris gloria eſt,ſicut ſcriptū eſt: Dominus Ieſus
Chriſtus in gloria eſt dei patris.Ita igitur ſecundū di-
uinitatē dei filius ſuam gloriam habet, vt patris & filij
vna ſit gloria.Nō eſt ergo minor in claritate,quia vna
gloria.Non minor diuinitate,quia plenitudo diuinita
tis in Chriſto eſt.Et quomodo,inquit,ſcriptum eſt:Pa
ter,venit hora,clarifica filiū tuum?Qui hoc dicit,cla-
Coloſ.2 rificatiōe,inquit,indiget. Hucuſq; oculos habes, quod
reliquū eſt nō legiſti.Sequitur enim:Vt filius tuus cla-
ioan.17 rificet te. Nunquid & pater indiget, quia clarificādus
Philip.2 à filio eſt? Pari modo obedientiā filio obijcere ſolent,
quia ſcriptum eſt:Et ſpecie inuentus vt homo,humilia
uit ſemetipſum,factus obediēs vſq; ad mortem.Et ho-
minē præmiſit, & vſq; ad mortē dixit,vt intelligerem⁹
obedientiam mortis non diuinitatis fuiſſe,ſed incarna
tionis,in qua & officia noſtra ſuſcepit,&nomina.Didi
cimus itaq; vnam eſſe potentiam trinitatis , quā nos in
H ipſa quoq; docuit paſſione.Filius enim patitur,In ma-
nus patris cōmendatur ſpiritus, Deus quoq; pater ma
xima voce atq; poſt ipſam docuit paſſionē.Filius enim
patitur per corporis ſacramentū,apoſtolis ſpiritus ſan
ctus infunditur , pater quoque maxima voce ſignatur.
Didicimus vnam patris & filij eſſe imaginem, vnam ſi
militudinem,vnam ſanctificationē. Didicimus vnam
eſſe operationem,vnā gloriam, vnam quoq; diuinita-
tem.Vnus ergo &ſolus deus,quia ſcriptum eſt:Domi-
nū deū tuū adorabis,& illi ſoli ſeruies : Vnus deus, nō
Mat.4 vt ipſe ſit pater & filius , ſicut impius Sabellius aſſerit,
ſed quia patris & filij ſpirituſq; ſancti vna diuinitas ſit,
vbi aūt vna diuinitas,vna voluntas , & vna præceptio.
Deniq; vt ſcias & patrē eſſe, & filium eſſe,& vnū opus
1. Theſ.3. patris & filij eſſe,Apoſtolū ſequere,qui dixit:Ipſe aūt
deus & pater noſter & dominus Ieſus dirigat viam no
ſtram ad vos. Et patrem loquitur, & filium loquitur:
ſed vnitas directionis eſt,quia vnitas poteſtatis eſt. Sic
2. Theſ.1. & alibi habes: Ipſe autem dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus,& deus pater noſter qui dilexit nos,& dedit con-
ſolationem æternam,& ſpem bonam in gratia,conſo-
letur corda veſtra & cōfirmet. Quantā vnitatē oſtēdit
vt cōſolationis vnitas nō pluralitas ſit?Conticeſcat er-
go perfidia,aut ſi ratione nō vincitur,morali humani
I tate flectatur.Conſideremus q̄ moraliter egerit domi-
nus,vt nos non ſolum fidem, ſed etiam mores doceret
Nanq; in forma hominis conſtitutus,ſubditus erat Io-
ſeph & Mariæ. Nunquid ergo minor & hominibus,
quia ſubditus? Aliud pietatis ,aliud poteſtatis eſt, ſed
nō præiudicat pietas poteſtati.In eo ergo legis ſubdi-
tum patri,in corpore ſcilicet,i quo erat ſubdit⁹ matri.
Agamus & nos moraliter , ꝓſuadeamus illis quod ſibi
proſit, obſecremus & ploremus ante dominū qui fecit
nos.Nō enī vincere volumus , ſed ſanare:nō inſidioſē
agimus,ſed religioſē monemus.Sæpe flectit humanitas
quos nec virtus potuerit ſuperare,nec ratio.Deniq; do
minus illum hominē qui ex Hiericho deſcēdens inci-
dit in latrones,quē non aſperioribus legis medicamē-
tis,nō ꝓphetico rigore curauerat,oleo curauit &vino
Veniant ergo ad hunc omnes qui ſanari volunt , accī-
piāt medicamentū quod & à patre detulit,& præpara-
uit in cœlo,ex illis cōfectū immortalib⁹ ſuccis.hoc ex
terra nō pullulat.Expers enī omnis natura huius cōfe-
ctionis.Diuino enī cōſilio ſuſcepit hanc carnē,vt oſtē
deret legem carnis legi eſſe ſubditam mentis.Suſcepit K
carnem,vt quaſi homo vinceret qui homines eruditet.
Quid mihi prodeſſet,ſi quaſi deus exerta poteſtate di
uinitatem ſuam tantūmodo inuiolabilem demōſtraſ-
ſet? Aut cur ſuſciperet carnem,niſi vt tentari ſe naturę
atq; infirmitatis meæ conditione patereturꝰ Tentari de
buit,compati mihi debuit , vt ſcirem quemadmodum
tentatus vincerem,compaſſus euaderem. Vicit per cō
tinentiam,vicit per contemptū diuitiarum,vicit per fi
dē,calcauit ambitionem,fugauit intēperantiam,laſci-
uiam relegauit. Hoc medicamentum Petrus vidit , &
retia ſua,inſtrumenta videlicet queſtus & ſubſidia de-
reliquit,renuncians carnis concupiſcentiæ tanquā cor
ruptæ nauī , in quā quaſi ſentina quædā multarū ingre-
ditur paſſionum.Magnum ergo medicamentum,quod
non ſolum cicatricem vetuſti vulneris amputauit , ſed
etiam cauſam paſſionis incidit.O fides theſauris omni
bus opulentior: O fides vulnerum noſtrorum peccato
rumq; medicina præſtantior. Conſideremus quia no-
bis prodeſt bene credere. Mihi enim prodeſt ſcire,qa
propter me Chriſtus ſuſcepit meas infirmitates , meī
corporis ſubijt paſſiones, pro me peccatum,hoc eſt ꝓ
omni homine, pro me maledictū factus eſt , & pro me
atq; in me ſubditus atq; ſubiectus,pro me agnus , ꝓ me
vitis,pro me lapis,pro me ſeruus,pro me filius ancille,
pro me diem iudicij ignorans , pro me neſciens diem
aut horam.Nā quomodo poſſet diem neſcire,qui dies
fecit & tempora?Quomodo poſſet diem ignorare iu-
dicij,qui & horam iudicij expreſſit & cauſam? Factus
ergo maledictum nō ſecundum diuinitatem, ſed ſecū L
dum carnem. Scriptū eſt enim: Maledictus omnis qui Deut.21
pendet in ligno. Secundum carnem vtiq; pependit: &
ideo maledictum,quia noſtra maledicta ſuſcepit. Ille
fleuit,ne tu homo diu fleres.Ille iniurias paſſus eſt , ne
tu iniuriam tuam doleres. Grande remedium,ſolatiū
habere de Chriſto.Ille enim pro nobis hæc patientis
tulit,& ſumns qui patienter hęc pro illius nomine fer-
re nequeamus. Quis appetitus non diſcat ignoſcere,
quando pro perſecutoribus ſuis Chriſtus & crucifixus
orabat?Vides ne illas quas tu putas Chriſti infirmitates
tuas eſſe virtutes?Cur de remedijs noſtris ei quæſtionē
mouemus?Lachrymę illæ nos lauāt.Fletus illi nos ab-
luunt,ac dubitatio illa nos firmat,ne tu ſi cœperis dubi
tare,deſperes.Quāto maior eſt iniuria , tanto vberior
debetur gratia.Sed & in ipſis iniurijs cognoſce diuini
tatē.In cruce pēdebat,& elementa ei oīa ſeruiebāt. Sol
refugit,dies occidit.Obfuſæ & circūfuſæ tenebrę. Ter
ra tremuit,nō tremuit qui pepēdit. Quid aliud hæc q̄
autoris reuerentiā ſignāt? Quia in cruce eſt vides:quia
regnū dei donat,non vides,quia mortē guſtauit legis,
quia latronē quoq; ad paradiſum inuitauit , non legis.
Mulieres flētes intueris ad tumulū,nō intueris angelos M
excubātes?Quid dixerit legis, quid geſſerit non legis?
Dicis Chananeæ mulieri dixiſſe dominū: Nō ſum miſ Mat.15.
ſus niſi ad oues quæ perierūt domus Iſrael. Non dicis,
quoniā id qđ ab ea rogatus eſt fecit? Vnde intelligere
te cōuenit, quia miſſus nō id ſignificat quod alieno ſit
coactus imperio,ſed quod voluntario functus ſit arbi-
tratu,alioquin contemptū oſtendis patris. Si enim, vt
tu interpretaris , paternorum famulus præceptorum
Chriſtus venerat in Iudæam , vt ſolis eius incolis me-
deretur,& Chananeæ prius filiam (vt legimus)libera-
uit,nō vtiq; alieni fuit executor imperij , ſed volūtarij
liberi arbitrij. Vbi autem libertas voluntatis,ibi nulla
præuaricatio miſſiōis. Nec vereare ne diſpliceat patri
quod fecit filius,cum ipſe dicat: Quæcūq; placita ſunt
ei,facio ſemper.Et alibi:Opera quæ ego facio,ipſe fa- 1oanis.8
cit. Quomodo ergo patri potuit diſplicere quod ipſe 1oan.14
fecit per filium? Vnus enim deus, ſicut ſcriptū eſt,qui
iuſtificauit circūciſionem ex fide,& præputiū per fidē Roma.3

A Omnia lege,oſa diligēter aduerte, inuenies ſic demon
ſtraſſe ſe Chriſtū,vt deus in hoīe cerneretur. Nec ma-
litioſe accipias de patre filiū gloriantē, cū audias pa-
trē in filio cōplacētē. Sed ſi moralib⁹ flecti nō queunt,
prouocem⁹ ad iudicē. Ad quē tandē ibimus? Nēpe ad
eū qui iudiciū habet. Nūquid ad patrē? Sed pater non
Ioan.5. iudicat quēquam. Omne enim iudiciū dedit filio. De-
dit vtiq; generā do,nō largiēdo . Vide q̄ te noluerit fi-
lio ſuo derogare,vt tibi ipſum iudicē daret. Videam⁹
er go āte iudiciū quis cauſam meliorē habeat,ego,an
tu.Nēpe prudētis actoris eſt , prius cōciliare ſibi iudi-
cem.Hominē honoras,deum non honoras? Quid er-
go conciliat cognitorē, honorificentia,an iniuria? Po
ne me peccaſſe:quod non eſt:num offenditur honore
ſuo Chriſtus?Peccamus omnes . Quis ergo veniā pro-
merebitur?qui defert honorificentiam , an qui irrogat
contumeliam? Aut ſi te ratio nō mouet, ſpecies ſaltem
iudicij;ipſa cōmoneat . Attolle oculos ad iudicē tuos,
intuere qui ſedeat,cum quo ſedeat , vbi ſedeat . Sedet
Chriſtus ad dexteram patris. Aut oculis hoc non po-
Pſal.109. tes comprehendere,audi dicentem prophetam: Dixit
dominus domino meo,ſede ad dexteram meam . Se-
B det ergo ad dexteram patris filius. Dic nunc q̄i de ſe-
cularibus arbitraris eſtimanda diuina,Num tibi videa
tur inferior qui ad dexteram ſedet?Num iniuriam pa-
tris,qui ad ſiniſtram ſedet?Pater honorat,& tu iniuriā
putas?Pater mauult id eſſe pietatis exemplum, & tu pu
tas præceptionis imperium? De morte ſurrexit , & ad
dexteram dei ſedet.Sed dixit,inquis,pater . Accipe e-
Mat.26. tiam vbi non dicit pater,& prædicit filius.A modo vi-
debitis filium hominis ſedētem ad dexteram virtutis.
Et hoc de aſſumptione corporis dicit. Hinc dicit: Se-
de ad dexteram meam. Nam ſi de æterna ſede diuini-
Ioan.18. tatis quæris,interrogat⁹ à Pilato ſi ipſe eſset rex Iudęo
rū,ait:In hoc ſum nat⁹. Vnde & Apoſtol⁹ monet hoc
eſſe nobis vtile, ſi Chriſtum non ex præcepto neq; ex
gratia,ſed quaſi dilectiſsimū filium ad dexterā dei ſe-
Coloſ.3. dere credamus.Sic enī habes. Quę ſurſum ſunt queri-
te,vbi Chriſtus eſt ad dexteram dei ſedens,quę ſurſum
ſunt ſapite.Hoc eſt enim ſuperiora ſapere , & credere
quia Chriſtus vt ſedeat,non quaſi iuſs⁹ obſequitur,ſed
quaſi filius dilectiſsimus honoratur.Propter rationem
Pſal.109. ergo corporis dicit:Sede ad dexterem meā, donec po
nam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Quod ſi
& hoc ad calumniam trahis,quia pater ad filium dicit,
Ponam inimicos tuos:etiā pater trahit ad filium quos
filius ſuſcitet atque viuificet.Nemo enim , inquit, po-
teſt venire ad me,niſi pater qui miſit me,attraxerit eū,
& ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die.Et tu filiū dei
pro infirmitate dicis eſſe ſubiectum,cui pater attrahit
quos ille in nouiſsimo die ſuſcitet? Hæccine tibi vide-
tur eſſe ſubiectio,in qua regnū patri paratur , cum pa-
ter ad filium trahat,& calumniæ locus nō ſit , cum pa-
tri regnū filius tradat,nec aliquid præferatur? Hęc enī
C documenta pietatis ſunt,quod & pater filio, & filiꝰ pa
tri tradat.Ita enim ſibi tradunt , vt neq; ille qui accipit
quaſi alienum acquirat,nec qui tradit amittat . Ad dex
teram quoque ſedere nulla prælatio eſt neque ad ſiniſtrā
iniuria.Diuinitas enim gradum neſcit,nec loco aliquo
cricūſcribitur,nec temporibus definitur . Anguſtis a-
nimis homines iſta penſamus.Nulla differentia chari-
tatis,nullum diſcrimen eſt vnitatis.Sed cur longius e-
uagamur?Cur circunſpectaſti omnia, vidiſti iudicem,
aduertiſti angelos prædicantes.Illi laudant, & tu vitu-
peras?Dominationes & poteſtates venerātur,& tu ca-
lumniaris?Adorāt omnes ſancti eius , nō adorat dei fi-
lius,nō adorat ſpūs ſanctus.Seraphim dicunt: Sanctus,
ſanctus,ſanctus . Quid ſibi vult ſub vno noīe ſanctita-
tis,trina repetitio? Si trina repetitio:cur vna laudatio?
Si vna laudatio,cur trina repetitio?Trina repetitio cur
niſi quia pater & filiꝰ & ſpūs ſanctꝰ ſanctitate vnū ſūt? D
Nō dixit ſemel,ne filiū ſequeſtraret: nō bis,ne ſpiritū
præteriret:non quater,ne creaturā ſibi cōiūgeret.Et vt
oſtēderet trinitatis vnā eſſe deitatē,cū tertio dixiſset:
Sctūs,ſctūs,ſctūs:addidit ſingulariter : Dominꝰ deꝰ ſa
baoth.Sctūs igitur pater,ſanctus filius,ſanctꝰ & dei ſpi
ritus. Adoratur igitur trinitas,nō adorat. Laudatur tri
nitas,nō laudat.Ego malo ſicut ſeraphim credere, & ſi
cut oēs poteſtates virtuteſq; cęleſtes adorare. Igitur ꝓ
ſecutionē tuā videam⁹,quēadmodū cōcilies tibi iudi-
cē:Dic ſane,dic inquā,Ego te Chriſte puto eſſe diſſi-
milē patri. Reſpondebit & ille:Diſcerne ſi potes. Di-
ſcerne,inquā,quo putēs eſſe diſſimilē. Dic aliud:Crea
turam,inquies,te arbitror.Reſpondebit & Chriſtus:ſi
duorū hoīm teſtimoniū verū eſt,tu nec mihi nec patri
ſaltē credere debuiſti,qui genitū noīauit? Bonū, inquit,
nego.Dicet & ille:Fiat tibi ſecūdū fidem tuam , vt ti-
bi bonꝰ nō ſim.Omnipotentem nō arbitror. Reſpon-
debit & ipſe:Non poſſum ego tibi tua peccata dona-
re.Subiectum dico,Referet ad hoc:Cur igitur liberta-
tem ac veniam ab eo petis quē putas pro ſeruitio eſſe E
ſubiectum?Video herere proſecutionem tuam : non
vrgeo,quia peccatorum meorum ipſe ſum conſcius.
nō inuideo veniam,quia ipſe opto indulgentiam , vo-
tum tuum ſcire deſidero.En allego apud iudicem deſi
deria tua,non prodo crimina.Seriem tuorum expecto
votorum.Dic vtiq; ea quæ in communi voto ſunt. Dic
inquam:Domine fac me ad imaginem dei.Reſponde-
bit & ille:Ad quā imaginem?quā negaſti? Dic, Fac me
incorruptibilem.Referet vtiq; , Quomodo te incorru
ptibilem facere poſſum , quem tu creaturam dicēdo,
capacem corruptibilitatis eſſe voluiſti?Mortui reſur-
gent incorrupti,& tu corruptibilem dicis quem deum
cernis?Dic,Bonꝰ eſto mihi.Dicet tibi : Quid poſtulas
quod negaſti? Ego te bonum volui . Ego dixi:Eſtote Leuit.19.
ſancti,quoniam ego ſanctus ſum. Et tu mihi id negare
contendis? Tu expectas veniam peccatorum? ſed ne-
mo poteſt donare peccata niſi ſolus deꝰ. Itaq; cum ve
rus & ſolus tibi deus non ſim,non poſſum vtiq; tua pec
cata donare.Hæc Arrianus dicit. Et Fotinianus: Nego
te,inquit,deum. Reſpondebit & dominus : Dixit inſi- Pſal.52.
piēs in corde ſuo,nō eſt deus. De quo dictum putas,
de Iudæo,de gentili,an de diabolo? De quo vis dictū
ſit Fotiniane, tolerabilior eſt ille qui tacuit . Tu vero F
& voce auſus es dicere , vt inſipiente inſipiētior proba
reris.Negas ergo,inquit,deum,cum ego dixerim: Dij Pſal. 81.
eſtis,& filij excelſi omnes.Et tu deū negas,cuiꝰ opera
diuina circūſpicis?Dicat & Sabellianus : Ego teipſum
patrem & filium & ſpiritum ſanctum arbitror. Reſpō
debit & dominus?Non audis patrem? non audis filiū?
Nunqnid hic vlla confuſio eſt? ſcriptura ipſa te docet
patrem eſſe qui detulit iudicium,filium eſſe qui iudi-
cat.Non audiſti me dicentem : ſolus nō ſum,ſed ego, Ioan. 8.
& qui miſit me pater?Dicet & Manichæus: Ego autorē
carnis noſtræ diabolum credo.Reſpondebit ei : Ergo
quid facies in cæleſtibus. Vade ad authorē tuum . Ego
eos volo mecū eſſe,quos dedit mihi pater. Tu te à dia
bolo creatum Manichęe arbitraris , ad illius ergo feſ-
tina ſedem,vbi ignis & ſulphur,vbi non reſtinguitur
eius incendium,nec vnquam pœna morietur. Omitto
alia hæreticorum portenta , non nomina , qui dicunt:
Qui dies erit iudicij,quæ erit forma ſententiæ?Reſpō- michęę.6
debit his omnibus & ille moraliter : Populus meus,
quid feci tibi,aut quid cōtriſtaui te?Nōne ex Aegypto
eduxi te,& ex domo ſeruitutis liberaui te? ſed parum
eſt ex Aegypto liberaſſe , & ex domo ſeruitutis eri-
puiſſe,plus eſt teipſum dediſſe pro nobis. Dices:Nō-
ne veſtras omnes ſuſcepi iniurias? Nonne corpus meū
pro vobis obtuli ? Nonne mortem appetiui , quod nō
erat diuinitatis meæ,ſed veſtræ redemptionis? Hæcci-

G ne referũtur gratiæ,hoc profecit ſanguis me9, ſicut in
Pſal.20. propheta ipſe iam dixit: Quæ vtilitas in ſãguine meo,
quia deſcẽdit in corruptionẽ?Hoc ergo ꝓfecit, vt me
impie negaretis,pro quibus iſta ſuſtinui. Ego vero tũc
domine Ieſu etſi grauiũ ꝓcõrũ mihi ipſe ſim cõſcius,
dicã tamẽ, non te negaui,habes qđ ignoſcas fragilitati
carnis.Delictũ fateor,peccatũ nõ abnuo. Si vis potes
me ſaluare:quia hoc qui dixit,& meruit. Ne quæſo in
iudiciũ intres cũ ſeruo tuo. Nõ quæro vt iudices, ſed
ignoſcas.Quid putamus Chriſtum iudicaturum? Ego
ſcio,iudicaturum dico,immo iam iudicauit. Tenem9
eius ſententiam. Vt omnes, inquit, honorificẽt filium,
Ioan.5. ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filiũ,
non honorificat patrem, qui miſit illum. Si diſplicet
ſentẽtia,appellat ad patrem, reſcinde iudicium quod
pater attulit. Dic quia diſſimilem habet filium: Reſpõ
debit tibi:Ergo mentitus ſum,qui dixi filio: Faciamus
Gene.1. hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Dic
quia creauit: Reſpondebit tibi:Cur ergo adoraſti, quẽ
creaturam putaſti?Dic quia minorem generauit filiũ:
Reſpondebit,Mẽtire, videamus. Dic quia ei non de-
buiſti credere: Referet ad hoc:Non tibi dixeram: Hic
Mat.17. eſt filius meus dilectiſsimus,in quo complacui, ipſum
audite?Quid eſt,ipſum audite?Dicentem vtique: Om-
nia quæ pater habet,mea ſunt. Hoc audierunt Apoſto
H li,ſicut ſcriptum eſt:& ceciderunt in faciem ſuam, &
timuerunt valde.Si ceciderunt qui confeſsi ſunt, quid
facient qui negarũt?Si illos Ieſus tetigit & leuauit:vos
iacere patietur,ne videatis gloriam quam negaſtis. Vi
deamus ergo quoniam quem filius damnat, & pater
damnat.Et ideo honorificemus filium ſicut honorifi-
camus patrem, vt per filium ad patrem peruenire poſ
ſimus.Hæc ergo Imperator Auguſte carptim ac breui
ter impolita magis propoſui, quàm enodata digeſsi.
Quod ſi qua Arriani inconſummata arbitrantur, ego
vix fateor inchoata. Siqua adhuc ſupereſſe opinan-
tur,ego prope omnia. Infidelibus enim totum deeſt,
ſed abundat fidelibus.Denique vna confeſsio Petri a-
Mat.16. bundauit ad fidem Chriſto: Tu es Chriſtus filius dei
viui.Sat eſt enim generationem ſcire diuinam,non di-
uiſam,non diminutam,non deriuatoriam,non creatã.
Hoc etiam totis ſcripturarũ exponitur libris, nec ad-
Eſaie.6. huc ab impijs creditur.Increaſatum eſt enim, vt ſcri-
ptum eſt,cor eorum & auribus ſuis grauiter audierũt,
& oculos ſuos grauauerunt: nequando oculis ſuis vi-
deant,& auribus audiant,& corde intelligant. Namq;
more Iudaico aures ſuas Arriani claudere ſolent, aut
ſerere tumultum quotieſcunque verbum ſalutis audi-
tur.Et quid mirum ſi humanis vocibus credere nõ ſo-
lent infideles,qui non credunt diuinis?Filius dei dice-
Ioan.12. cebat,ſicut habes in Euangelio: Pater clarifica nomen
I tuum. Vox patris de cælo audita eſt dicentis: Et clarifi
cani,& iterum clarificabo: Infideles hæc audiebãt, ſed
non credebãt.Dicebat filius,reſpondebat pater. Dice
bant Iudæi: Tonitruum factum eſt illi,alij dicebãt, An
gelus locutus eſt ei.Paulus quoque ſicut ſcriptũ eſt in
Actuũ.9. Actib9 Apoſtolorum, cum voce Chriſti vocaretur ad
gratiam,plureſq; comites pariter incederent,ſolus vo
cem Chriſti audiſse ſe dixit. Ideo ſanctæ Imperator,
qui credit audit,& audit vt credat. Qui nõ credit nõ au
dit,ſed nec vult nec poteſt audire,ne credat. Atq; vti-
nam quod in me eſt audire vellent vt crederent,audi-
re cum bona manſuetudine vt verum quærentes, non
ad Titũ.3. veritatem impugnantes. Scriptum eſt enim vt non in-
tendamus fabulis & genealogijs interminabilibus,quę
quæſtiones magis preſtãt quam ędificationem dei quę
in fide eſt.Finis autem precepti eſt charitas de corde
1.Tim.1. puro,& conſcientia bona,& fide non ficta. A quibus
quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, vo-
lentes eſse legiſdoctores,non intelligentes neq; quæ lo
quuntur,neq; de quibus affirmant. Alibi quoque idem K
Apoſtolus dicit:Stultas aũt & ſine diſciplina quæſtio- 2.Tim.2
nes deuita. Tales deferẽdos Apoſtol9 dicit, qui quæ-
ſtiones aſserãt,hos eſse hæreticos: de quibus alibi di-
cit qđ diſcedẽt quidã à fide,intendẽtes ſpiritibus erro 1.Tim.4.
ris,& doctrinis dæmoniorũ. Et Ioannes dicit hæretico-
ſ eſse antichriſtos, Arrianos vtiq; deſignãs. Hæc enĩ
hæreſis poſt oẽs hæreſes cœpit, & ex omni hæreſi vene
na collegit. Sicut enĩ de antichriſto ſcriptũ eſt quia a-
peruit os ſuũ in blaſphemia ad deũ, blaſphemare no- Apoc.13.
mẽ eius,& bellũ facere cũ ſanctis eiꝰ:ita & iſti filio dei
derogãt,nec martyribꝰ pepercerũt: & qđ fortaſse ille
nõ faciet,ſcripturas falſauere diuinas. Itaque qui dicit
quia Ieſus nõ eſt Chriſtus,hic eſt antichriſtus. Qui ne
gat ſaluatorẽ mũdi,negat Ieſum,qui negat filiũ,negat
& patrem,quia ſcriptum eſt: Omnis qui negat filium,
negat & patrem,Neq; vero te Imperator pluribus te- 1.Ioan.2.
nere debeo bello intẽtum, & victricia de barbaris tro
phæa meditãtem.Progredere plane ſcuto fidei ſeptus,
& gladium ſpiritus habens, progredere ad victoriam
ſuperioribus promiſsam temporibus, & diuinis oracu
lis prophetatam. Nanq; & futuram noſtri depopula-
tionem,& bella Gothorum Ezechiel illo iam tẽpore
prophetauit.Sic enim habes: Propterea prophetiza fi
li hominis,& dic,O Gog,hæc dicit domin9: In die illa Ezech.38
cum cõſtituetur habitare populus meus Iſrael in pace,
ſurges & venies de loco tuo ab extremo Aquilonis, &
gentes tecum multæ,ſeſsores equorum, omnis congre
gatio multa & magna,& virtus copioſa,& deſcẽdet ad
populum meũ Iſrael,vt nubes operiet terram in nouiſ
ſimis diebus,&c.Gog iſte Gothus eſt, quem iam vide-
mus exiſse,de quo ꝓmittitur nobis futura victoria,di- L
cente domino:Et deprecabũtur eos qui deprędati eos
fuerant,& deſpoliabunt eos qui ſpolia detraxerunt, di
cit dominus.Eritq; in die illa, dabo Gog, hoc eſt Go-
this,locum nominatum monumentũ in Iſrael multorũ
virorum congeſtum, qui ſuperuenerunt ad mare, &
per circuitum ſtruet vallis periſtomion,& obruet illic
Gog & totam multitudinem eius, & vocabitur polyan
drium Gog, & obruet eos dom9 Iſrael vt purgetur ter
ra.Nec ambiguum ſanctæ imperator, quod qui perfi-
diæ alienæ pugnam excepimus, fidei catholicæ in te vi
gentis,habituri ſumus auxilium. Euidens enĩ antehac
diuinæ indignatiõis cauſa præceſsit, vt ibi primũ fides
Romano imperio frangeretur,vbi fracta eſt deo.Non
libet cõfeſsorum neces,tormẽta,exilia recordari,pio-
rum ſacerdotia,proditorum munera.Nonne de Thra
ciæ partibus per ripẽſem Daciam & Myſiã omnemque
Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem ſacri-
legis pariter vocibus & barbaricis motibus audiuimus
inhorrentem? Quid poterat nobis vicinia tam feralis
inuehere?Aut quẽadmodum res Romana tali tuta po-
terat eſse cuſtodia?Sed iam ſatis ſuperque omnipotens
deus noſtro exilio,noſtróque ſanguine, confeſsorum
neces,exilia ſacerdotum,& nephas tantæ impietatis e-
luimus,ſatis claruit eos qui violauerũt fidem,tutos eſ-
ſe non poſse.Conuertere domine, fideique tuæ attolle
vexilla. Non hic aquilæ militares, neq; volatus auium M
exercitum ducunt, ſed tuum domitæ Ieſu nomen &
cultus.Non hic infidelis aliqua regio,ſed ea quæ con-
feſsores mittere ſolet Italia,aliquando tentata,mutata
nunquam:quam dudum ab hoſte barbaro defendiſti,
nunc etiam vindicaſti.Non hic imperatoris mens lu-
brica,ſed fides fixa.Oſtende nunc euidens tuæ maieſta
tis indicium,vt is qui te verum virtutum dominũ,& cę
leſtis militiæ ducem,is qui te verã dei virtutem credit
eſse atque ſapientiam,non temporalem vtiq; nec crea
tam ſed ſempiternam,ſicut ſcriptum eſt, dei virtutem 1.Cor.1.
& diuinitatem,tuæ maieſtatis fultus auxilio, fidei ſuæ
trophæa mereatur.

CAPITA LIBRI TERTII.

Qua ratiõe autor ea quæ in ſuperiorib9 libellis breui-
ter digeſta ſũt, in hoc libro lati9 exequi curauerit.
Cur etiã illicitũ putari nõ debeat quod ad informa
tionẽ vitæ humanæ cõparationẽ à poeticis fabulis
deriuatam induxerit. Caput I.
Qđ nos magis q̃ poetæ illecebrã ſeculariſ laſciuiæ pni
cioſam debeamus iudicare. Quo dq̃ noſtrę ſalutis
gratia Chriſtus corporis infirmitates ſuſceperit,li-
cet ſecundũ diuinitatẽ æqualis ſit patri in altitudi-
ne & immortalitate.Quod præterea (contra hære-
ticorum inſaniam)cum de deo dicitur ſolus,nõ ſe-
paretur filius. Caput II.
Quomodo filius factus intelligatur. Quẽadmodũ etiã
omnia per ipſum facta ſunt,cum diuerſorũ hæreti-
corum confutatione. Caput III.
Quid ſignificet quod de incarnatione domini ſcriptũ
eſt:De9 creauit me principiũ viarũ ſuarũ. Et quod
Chriſt9 dicatur principiũ, nõ ſolũ ꝓ relationẽ ad di
uinitatẽ,ſed etiã ad documẽta virtutũ.Quomõ etiã
intelligatur id qđ ſcriptũ legitur: Puer natus eſt no
bis &c.quo multæ hęreſes extinguuntur. De ſolu-
tione quoque dubitationis quomõ de incarnatio-
ne Chriſti dictũ ſit:Domin9 creauit me &c. cũ ante
incarnationẽ eius creatura mũdi fuerit. Cap. IIII.
De ſolutiõe obiectiõis ſũptæ ex eo qđ ſcriptũ eſt:Poſt
me venit vir qui ante me fact9 eſt,cũ cõſutatiõe er-
roris Arrianorũ. Et quomõ iuxta myſticã intelli-
gentiam hiſtorię de Booz & Ruth deſignatus fuerit
Chriſtus,qui eccleſiam ſibi copulauit. Quomodo
etiam ſępe ad cauſam pertineat cum Chriſtus dici-
tur factus. Quomodo deniq; ipſe idem ſacerdos
ſit & hoſtia. Caput V.
Quod patris & filij vnum ſit regnum, & non diuiſum,
ſicut Arriana ſæuitas aſseruit. Caput VI.
Qđ vna ſit maieſtas & vna gloria, vna quoq; ſubſtãtia
patris & filij, cũ redargutiõe Arrianorũ, & quẽad-
modũ fraudẽ eorũ cauere debeam9. Cap. VII.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE AD GRATIANVM Auguſtum Liber. III.

C ¶Qua ratiõe autor ea quę in ſuperioribus libellis bre
uiter digeſta ſunt, in hoc libro latius exequi cura-
uerit, Cur etiã illicitũ putari non debeat qđ ad in-
formationẽ vitæ humanę cõparationem à poeticis
fabulis deriuatam induxerit. Caput I.

QVONIAM clemẽtiſsime im-
perator, inſtruẽdi tui gratia,
aliqua de fide mihi ſcribẽda
mandaueras,& verecundan-
tem, corã etiã ipſe fueras ad-
hortat9: ideo quaſi in procin
ctu poſitus,duos tantũ ſcripſi
libellos, quibus vias quaſdã
fidei & ſemitas demonſtra-
rẽ.Sed quoniã mẽs praua quorũdã, ſerẽdis intẽta quę
ſtionib9,ſtylo laceſsit vberiore cõfligi, tuæ quoq; pia
me cura clemẽtiæ ad interna vocat,volens in pluribus
experiri quẽ inpaucis ꝓbaſti:ea quę prępaucis ſuperi9
digeſta ſũt,placuit paulo latius exequi, ne ea quaſi dif
fidẽtia aſsertiõis deſeruiſſe poti9 q̃ ſecuritate fiducię
ꝓpoſuiſse videamur. Et qđ hydrę numinis & ſcyllæi
littoris cõparationẽ induximus,vt oſtẽderemus vel re
diuina plãtaria cauẽda pfidię,vel famoſa naufragia: ſi D
quis cõtra licitũ putat calorẽ diſputatiõis eiuſmodi à
poeticis fabulis deriuatũ, & cũ in fide nihil quod vitu
perare poſsit inuenerit,aliquid ſermone reprehẽdit:
agnoſcat non ſolũ ſententias,ſed etiam verſiculos poe
tarũ ſcripturis inſertos diuinis. Vnde enĩ illud, Huius Actũ.17
& genus ſumus: quod Paulus vſu prophetico doctus
vſurpat?Nam & gigantes, & vallem Titanum prophe
tici ſermonis ſeries non refugit. Et Eſaias ſyrenas & ſi
lias paſserum dixit. Et Hieremias de Babylone memo
rauit qđ habitabũt in ea filiæ ſyrenũ, vt oſtẽderet Ba-
bylonis,hoc eſt ſecularis cõfuſiõis, illecebras vetuſtis
laſciuiæ fabulis cõparandas, quę velut ſcopuli in iſtius
vitę littore dulcẽ ſonare quãdã cantilenã ad capiẽdos
animos adolecẽtium viderẽtur. Quã ſapiens etiam ab
ipſo poeta græco inducit,vt quaſi quibuſdã prudentiæ
ſuæ circũdatus vinculis prætereſse videatur. ita nõ dif
ficile iudicatum eſt ante aduentum Chriſti etiam for-
tiores poſse capi ſpecioſæ delicijs voluptatis.

¶Quod nos magis q̃ poetæ illecebrã ſeculariſ laſci-
uiæ,pernicioſam debeam9 iudicare. Quodq; noſtrę
ſalutis gratia,Chriſtus corporis infirmitates ſuſce-
perit,licet ſecũdũ diuinitatẽ æqualis ſit patri in al-
titudine & immortalitate. Quod prętereа(cõtra hę
rticorum inſaniam) cum de deo dicitur ſolus, non
ſeparetur filius. CAP. II.

QVOD ſi poeta ille pernicioſam mentibus
hominũ, & ſubeũdis obnoxiã naufragijs,
laſciuię ſecularis illecebrã iudicauit: quid E
nos eſtimare oportet,quibus ſcriptum eſt:
Carnis curam ne feceritis in concupiſcentijs. Et alibi: Rom.13.
Caſtigo corpus meũ,& in ſeruitutẽ redigo,ne alijs prę 1.Cor.9.
dicans ipſe reprobꝰ efficiar? Nõ enĩ per luxuriã nobis
Chriſtus,ſed ꝓ ieiuniũ ſalutẽ attulit. Neq; ille emerẽ-
dæ gratiæ ſuæ cauſa,ſed noſtrę eruditionis gratia ieiu-
nauit. Neq; infirmitate corporis victus eſt vt eſuriret,
ſed eſuriẽdo ſuſcepti corporis fidẽ pręſtitit,vt nõ ſolũ
corp9, ſed etiã infirmitates noſtri corporis doceret à
ſe eſse ſuſceptas,ſicut ſcriptũ eſt: Quoniã infirmitates Eſaię.53.
noſtras accepit,& ægritudines noſtras portauit. Cor-
poris eſt igitur,hoc eſt,noſtrũ eſt qđ eſurijt, noſtrum
eſt qđ ſleuit,qđ triſtis fuit vſq; ad mortẽ. Cur ad diuini
tatẽ quę ſũt noſtra referũt? Corporis eſt qđ etiã factus
aſseritur. Deniq; ſic habes:Mater Siõ dicet, hõ, & ho- Pſal.86.
mo factus eſt in ea,& ipſe fundauit eã altiſsim9. Homo
inquit,factus eſt,nõ deus factus eſt. Qui autẽ idem al-
tiſsimus,idem homo,niſi mediator dei & hominũ, ho 1.Tim.2.
mo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redẽptionẽ
pro nobis?Et hoc vtiq; ad incarnationẽ pertinet. Re-
demptio enim noſtra per ſanguinẽ, remiſsio per pote F
ſtatem,vita per gratiã. Quaſi deus donat, quaſi homo
præcatur. Aliud creatoris,aliud redẽptoris eſt. Diſtin
cta licet,vnius tamen autoris beneficia ſunt,decuit enĩ
vt ille nos redimeret qui creauit. Quis autem neget
Chriſtum eſse altiſsimũ ſignificatum? Nam qui aliter
ſentit,deo patri ſacramẽtũ incarnatiõis aſscribit. Sed
hinc dubitari nõ poteſt quod altiſsimus chriſtus ſit,cũ
etiã alibi dixerit de myſterio paſsionis: Dedit vocem Pſal.17.
ſuam altiſsimus,& mota eſt terra. Et in euangelio ha-
bes:Et tu puer ꝓpheta altiſsimi vocaberis, prębis enĩ Lucæ.1.
ante faciẽ domini parare vias eius. Ergo quod altiſsi-
mus deus eſt,& chriſt9. Et ſolus vtiq; cũ dicitur deus,
nõ ſeparatur etiam dei filius. Qui enim altiſsimus, ſo-
lus:ſicut ſcriptũ eſt:cognoſcãt quoniam dominus no- Pſal.82.
men eſt tibi,tu ſolus altiſsimus ſuper omnẽ terrã. Vn-
de etiam illud exploſum eſt quod ſolent ad calumniã
deriuare,quod de deo ſcriptũ eſt:Qui ſolus habet im- 1.Tim.6.
mortalitatẽ, & lucẽ habitat inacceſsibilẽ. De deo enĩ

scriptũ est quod est cõmune nomẽ patri & filio. Nã si
G vbicũq; deũ legũt,negãt etiam filiũ designari: & impij
sũt diuinitatis potẽtiã filio denegãdo, & incarnatũ pa
trẽ Sabelliana impietate astruere videbũtur. Dicant
enim quomõ illud nõ impie de patre intelligere pos-
Coloſ. 2. sint qđ apostol⁹ ait:in quo & cõsurrexistis per fidẽ o-
perationis,qui suscitauit illũ à mortuis. Et aduertãt de
sequẽtib⁹ quid incurrãt.Sequitur enĩ: Et cũ mortui es
fetis delictis,& preputio carnis vestrę, viuificauit nos
cũ illo,donãs nobis delicta, delẽs qđ aduersũ nos erat
chirographũ decreti,qđ erat cõtrariũ nobis, & ipsum
tulit de medio,affigẽs illud cruci,exuẽs se carnẽ. Ergo
nõ de⁹ pater sol⁹ intelligẽdus est qui suscitauit carnẽ,
& nõ etiã filiũ⁹ cui⁹tẽplũ resuscitatũ est.Qui suscitauit,
vtiq; & viuificauit. Qui viuificauit, & delicta donauit.
Qui chirographũ tulit, affixit illud cruci. Qui affixit
illud cruci,carnẽ se exuit.Sed pater nõ se exuit carnẽ.
Ioan.1. Nõ enĩ pater caro fact⁹ est,sed verbũ (sicut legim⁹)ca
ro factum est. Videtis ergo quod Arriani dum sepa-
rant à patre filium,in id periculum incidunt, vt patrẽ
passium esse commemorẽt. Nos autem facile docemus
de filij dictum operatione.Nam & ipse corpus suũ re-
Ioan.2. suscitauit,sicut ipse dixit:Soluite templũ hoc,& in tri-
duo resuscitabo illud. Et ipse viuificat nos cũ suo cor-
pore.Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat,sic
& filius quos vult viuificat. Et ipse delicta donauit, di-
H cens:Dimissa sunt tibi peccata tua. Et ipse chirogra-
Ioan.5. phum affixit cruci, qui crucifixus est per corporis pas
sionẽ. Nec alius se carnẽ exuit,nisi dei filius qui carnẽ
se induit. Ipse ergo significatur deus, qui opus nostræ
resurrectionis operatus est. Ergo cum legis deũ, non
separes patrem,non separes filium, quia diuinitas
patris & filij,vna eademq; est. Et ideo nec ibi separes vbi
legis quod beatus,& solus potens. De eo enim dictum
est,sicut habes: Præcipio corã deo qui viuificauit oĩa.
1.Tim. 6. sed etiam Christus viuificat. Conuenit & patri & filio
dei nomen, quando conuenit & operationis effectus.
Prosequamur & cætera.Præcipio, inquit,corã deo qui
viuificat omnia,& Christo Iesu in deo. Hic etiam ver
bum est,sicut scriptũ est:In deo laudabo verbũ,in deo
Psal.55. sempiterna sua virtus est Iesus. In deo igitur vnitatem
diuinitatis, in Christo autem incarnationis testificatus
est sacramentũ, Deniq; vt de incarnatiõe Christi se di
1.Tim. 6. xisse ostẽderet,subdidit:Qui testimoniũ reddidit sub
Pontio Pilato bonam confessionem,vt serues mandatum sine macula vsq; in aduentum domini nostri Iesu
I Christi,quem suis temporibus ostendet beatus & so-
lus potens, & rex regum, & dominus dominantium.
Qui solus habet immortalitatem,& lucem habitat in-
accessibilem. Quem vidit hominũ nemo, sed nec vide
re potest.Ergo de deo hæc scripta sunt, cuius nominis
& dignitas & veritas cõmunis est filio. Cur igitur hoc
loco filius separatur, cũ etiã filio hæc cũcta cõueniãt?
Aut si non conueniunt, nega deum, vt neges quę deo
sunt cõuenientia. Beatus negari nõ potest, qui beatitu-
Psal. 31. dines donat. Beati enĩ quibus remissæ sunt iniquitates.
Beatus negari nõ potest qui sanam doctrinam tribuit,
sicut scriptũ est,quæ est secundum euangelium clarita
tis. Beatus dei potens abnui nõ potest,de quo pater di-
Psal. 88. cit:Posui adiutorium super potentẽ. Immortalitatem
autem eius quis audeat diffiteri: cũ etiam alijs immor-
talitatem ipse largitus sit,sicut scriptum est de sapiẽtia
Sapiẽ.8. dei:Per hanc habeo immortalitatẽ? Sed alia immorta
litas sue nature,alia nostrę est,Non sunt fragilia com-
paranda diuinis. Vna sola substãtia diuinitatis,quę mo
ri nescit. Vnde & Apostolus cũ sciret animã & angelos
immortales, quod solus deus immortalitatem habeat
prędicauit.Nã & anima moritur. Anima enĩ quę pec-
Ezech. 18 cauerit,ipsa morietur. Nec & angelus immortalis est
naturaliter,cuius imortalitas in volũtate est creatoris.

Neq; ad præiudiciũ trahas qđ nõ moritur Gabriel, nõ
moritur Raphael,nõ moritur Vrihel. Et in ipsis enim K
naturæ capacitas vitio obnoxia,sed nõ obnoxia disci-
plina. Ois enĩ rationalis creatura accidentia recipit, &
subiecta iudicio est. in accidẽtib⁹ aũt & pœna iudicij &
corruptela est & ꝓfect⁹. Vnde & Ecclesiastes ait:Quo Eccle.11.
niã omne opus suũ de⁹ adducet in iudiciũ. Ergo cor-
ruptelæ & mortis,etiã si nõ moriatur aut peccet,capax
tamẽ ois est creatura. Nec ex immortali natura habet,
sed ex disciplina vel gratia,si se in aliquib⁹ ad vitia nõ
mutat. Alia ergo immortalitas quæ donatur, alia quæ
sine capacitate mutabilitatis est semp. An negatur im-
mortalis diuinitas Christi,quia in carne ꝓ oĩb⁹ mortẽ
gustauit? iam ergo melior Gabriel q̃ Christus,quia ille
nõ est defunctus, hic mortuus est. Sed nõ est seruus
supra dominũ,alia enĩ carnis infirmitas, alia diuinita-
tis æternitas. Mors carnis est, immortalitas potestatis.
Quod si diuinitas fecit ne caro videret corruptionem,
quę vtiq; corruptelę erat obnoxia per naturã, quomõ
mori posset ipsa diuinitas? Quomodo autẽ lucẽ inac-
cessibilem non habitat filius,cũ in sinu patris filius sit?
Lux autem pater, lux etiã ipse sit filius, quia deus lux
est. Aut si aliam lucem inaccessibilẽ nisi diuinitatis pu
tamus,nũquid melior patre lux est, vt non sit in luce,
quia sicut scriptũ est:Et apud patrẽ est,& in patre? Nõ
ergo separẽt filiũ cũ legunt solum deũ, nec patrẽ sepa L
rent cum legũt filium solum in terris. Si filius sine pa-
tre nõ est,& putas qđ pater sine filio sit in cælo? in car-
ne est filius,cũ dico in carne est, vel i terris,secũdũ car
nem nõ iam nouim⁹ Christũ. Ergo in carne est filius,
& solus nõ est,secũdum quod scriptũ est:Et nõ sum so 1oan.8.
lus,quia pater mecũ est,& putas qđ sit pater solus in lu 1oan.1.
ce? An ne hoc argumẽtũ* putes,accipe etiã testimoniũ: *at ne
Deum,inquit,nemo vidit vnquã, nisi vnigenitus filius hoc argu
qui est in sinu patris,ipse enarrauit. Quomõ solus pa- tũ &c.
ter,si in sinu patris filius est? quomodo enarrat quẽ nõ
videt? Non ergo solus pater. Accipe nunc & solum pa
trem,& solum filium. Solus pater,quod alius pater nõ
est. Solus filius,quod alius filius non est. Solus deus,qđ
vna diuinitatis trinitas est.

¶ Quomodo filius factus intelligatur. Quẽadmodum etiã omnia per ipsum facta sint, cũ diuersorum hæreticorum confutatione. CAP. III.

SATIS ergo claret & solum deum nõ esse
patrẽ sine filio,& solum deũ non intelligi M
filium sine patre. In quo autem factus sit,
ꝑ os sancti patriarchæ locutus asseruit di
cens: Quia repleta est malis anima mea,& vita mea in Psal.87.
inferno appropinquauit: Aestimatus sum cum descen-
dentibus in lacum,factus sum sicut homo sine adiuto-
rio inter mortuos liber. Et hic sicut homo, inquit,non
sicut deus,factus sum. Et repleta est malis anima mea.
Anima vtiq;, nõ diuinitas. Factus est in eo in quo erat
infernus,debitus,factus est in eo in quo cũ alijs æstima
tur,diuinitas enĩ similitudinẽ collationis abiurat,& ta
men in ipsa carne morti obnoxia maiestatẽ aduerte di
uinitatis in Christo. Etsi factus est sicut homo, & sicut
caro factus est,tamen inter mortuos liber, & liber sine
adiutorio. Sed quomodo hic sine adiutorio fuisse se fi
lius dicit,cũ supra dictũ sit: Posui adiutoriũ super po- Psal.88.
tentẽ? Ergo & hic distingue naturas. Adiutoriũ caro
habet,diuinitas nõ habet. Liber igitur est qui mortis
vincula nesciuit,nõ capt⁹ ab iferis, sed qui operat⁹ sit
in infernis. Sed sine adiutorio est, quod nõ per nũciũ,
neq; legatũ, sed ipse ꝑ se domin⁹ saluũ fecit populum
suũ. Quomõ ergo potuit adiutoriũ sui corporis quęre
re suscitãdi, qui alios suscitauit? Ac licet hoĩes quoque
resuscitauerint mortuũ, nõ in sua tamen virtute fece-

A rũt,sed in Christi noĩe. Aliud est rogare,aliud impera
3.Reg. 17 re:aliud mereri, aliud donare. Helias ergo suscitauit:
4.Reg. 4 sed orauit,nõ imperauit. Heliseus suscitauit cõfigura-
4. Reg.13 tus mortuo, suscitauit etiã ipsius mortui corporis tact⁹
vt esset typus venturũ eũ qui missus in similitudine car
nis humanæ etiam sepultus mortuos suscitaret. Petrus
Actu.9. quoq; cũ Aeneã curaret,ait:In noĩe Iesu Nazareni sur
ge & ambula. Nõ in suo ait,sed in Christi nomine. Sur
ge aũt verbũ est imperantis, sed fiducia de merito est,
nõ præsumptio de potestate,& de nominis operatiõe,
nõ de sua virtute præceptionis autoritas. Quid igitur
Arriani dicũt? In nomine Christi & Petrus imperat,&
illi nolũt imperasse dei filiũ,sed rogasse. Sed lectũ est
qđ rogauit. Discę distantiã: Rogat quasi fili⁹ hominis,
imperat quasi dei filius. An non defertis hoc dei filio,
quod etiã diabolus detulit? Et vos maiore sacrilegio
derogatis. Ille dicit:Si filius dei es, dic lapidi huic, vt
Luc.4. fiat panis. Ille dicit impera,vos dicitis obsecra. Ille cre
dit quod iubẽte dei filio,elementorũ rerũq; in aduer-
sum natura vertatur,vos creditis quod nisi roget dei fi
lius,nec volũtas ipsius impleatur. Et diabolus ex pote-
state æstimandũ putat dei filiũ,vos de infirmitate. To-
lerabiliora sunt tentamẽta diaboli,q̃ argumẽta sint Ari
rij. Nec moueat quod potentiã filiũ dixit hominis,cũ
dominũ maiestatis legeris crucifixũ. Quæ aũt maior
B potẽtia,q̃ supra cœlestes potestates habere dominatũ?
Marci.1. Habebat autem qui thronis, dominationibus, angelis
imperabat. Nam etsi erat inter bestias,sicut scriptũ est
tamen ei angeli ministrabant. Et vt agnoscas aliud in-
carnationis esse,aliud potestatis:secundum carnẽ itaq;
tentatur à bestijs, secundũ dignitatem ab angelis ado-
ratur. Dicimus igitur factum esse hominem,& ad ho-
minem hoc esse referendũ. Deniq; & alibi habes:Qui
Roma.1 factus est ei ex semine Dauid,secundum carnẽ vtiq; ex
semine Dauid factus est. Deus autẽ ante sæcula ex deo
natus est. Nec semper tamẽ factũ esse ad creationẽ re-
Psal.89. fertur. Scriptum est enim: Domine refugium factus es
nobis. Factus es mihi in salutem. Non vtiq; creationis
definitio vel editio declaratur. Sed refugiũ factus mi-
hi,& conuersus mihi dicitur ad salutem,sicut & Apo-
1.cor.1. stolus dixit:Qui factus est nobis sapientia à deo, & iu-
stitia,& sanctificatio,& redemptio. Nobis factum,non
creatum ex patre dixit:Deniq; quomodo dicat factum
nobis esse sapiẽtiam, in posterioribus exposuit, dicẽs:
1.cor.2. Sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quæ absco-
dita est, quam prædestinauit deus ante tempora sæcu-
C laria in gloriam nostram, quã nemo principum huius
sæculi cognouit. Si cognouissent,nunq; dominum ma-
iestatis crucifixissẽt. Vbi mysteriũ passionis exprimi-
tur,nõ vtiq; generationis æternæ series declaratur. Sa-
piẽtia igitur mea,crux domini est:redẽptio mea,mors
1.Pet.1. domini est. Sanguine enim preciosõ redempti sumus,
vt apostolus Petrus dixit. Sanguine igitur suo quasi ho
mo dominus nos redemit, idẽq; quasi deus peccata do
nauit. Non ergo in verbis qualdam cõstituamus insi-
dias,& verborũ tẽdiculas aucupemur,vt quod &aliud
secundum impios significare reputatur sermo qui legi
tur,nõ id quod sensus exprimat,sed quod litera ostẽ-
dat,interpretemur. Sic perierunt Iudæi,dum sensuum
profunda despiciunt,& sequuntur nuda verborũ. Li-
tera enim occidit,spiritus autem viuificat. Et tamẽ in-
ter duo grauia sacrilegia fortasse detestabili⁹ sit ad di
uinitatem referre,quę carnis sunt,q̃ ad literam referre
quæ spiritus sunt. Illi timuerũt in deo carnem credere
& ideo redemptiõis gratiam perdiderũt, quia causam
salutis abiurant. Isti diuinitatis maiestatẽ ad carnis in-
firma deducunt. Detestandi Iudæi,qui carnẽ domini
Ad Tit.3. crucifixerũt,detestabiliores tamẽ eos arbitror, qui di
uinitatem Christi cruci subditam crediderũt. Deniq;
qui cum Iudæis sæpe tractabat,Hæreticum, inquit,post

vnam correptionem deuita. Nec tamen sine iniuria pa D
tris factum nobis esse sapientiam, ad illam inenarrabi
lem nec vllis tẽporibus momẽtisq; obnoxiam Christi
generationẽ sacrilega interpretatione deriuãt. Nã præ
ter id quod filij iniuria patris est cõtumelia,etiã in pa-
trem sacrilegia ista procedunt,de quo scriptũ est: Est
aũt deus verax,omnis aũt homo mẽdax. Aut si de filio Roma.3
putant dictũ,generationi quidẽ non prędicant, quia
deũ verũ huius lectionis autoritate, quod abnuũt,cõfi
tentur. Prolixũ est si velim singula recensere quotiens
factũ legerimus,nõ vtiq; per naturã,sed per gratiã. Nã
& Moyses dicit: Adiutor & protector factus est mihi Exo.15.
in salutem. Et Dauid dicit: Esto mihi in deũ protecto- Psal.30.
rẽ,& in domũ refugij,vt saluũ me facias. Et Esaias di-
cit:Factus es omni ciuitati humili adiutor. Non vtique
sancti deo dicũt: Creatus es,sed protector & adiutor p
gratiã tuã factus es nobis. Vnde nec illud verendũ est
quod solẽt Arriani sæua interpretatione cõponere, di
centes factũ esse dei verbũ,quia scriptum est, inquiũt:
Quod factum est in ipso,vita erat. Primũ intelligant,si Ioan.1.
ad substantiã diuinã referant qđ factum est, Manichæo
rum se quæstionibus implicari. Obijciunt enim Mani-
chæi:Si quod in ipso factũ est,vita est:est ergo aliquid
quod in ipso factum non sit, & mors sit,vt duo impie
indicãt principia. Sed hoc dãnat ecclesia. Deinde vn-
de possunt docere sic pronũciasse euangelistã? Plerisq;
enim docti & fideles sic pronũciant:Omnia per ipsum
facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factũ est.
Alij sic:Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ
est nihil. Deinde:Quod factũ est,pronunciant,& sub- E
iungunt:In ipso,hoc est:Quicquid autem factũ, est in
ipso. Quid est,in ipso? Apostolus docet dicens: In ipso Actu.17
sumus,& viuimus,& mouemur. Tametsi quemadmodũ
velint pronuncient,non possunt hinc calumniari deo
verbo,si ad substãtiam eius velint referre, quod factũ
est,quin & calumnientur & patri deo, de quo scriptũ
est:Qui autem facit veritatem, venit ad lucem,vt ma-
nifestẽtur opera eius quod in deo sunt facta. Ecce hic Ioan.3.
opera hominis in deo facta legimus,& ad substantiam
tamẽ diuinam referre non possumus. Sed aut ꝑ ipsum
facta cognoscimus,vt est illud apostolicum,quod om
nia per ipsum,& in ipso creata sunt,& ipse est ante om Col.1.
nes,& omnia in ipso constant. Aut vt docet præsentis
lectio testimonij,virtutes quibus vitæ æternę fructus ac
quiritur,in deo facta æstimare debemus, charitatẽ,pie
tatem,religionem,fidem,& alia huiusmodi,quæ in vo
luntate dei facta sunt. Ergo sicut in dei patris,ita etiam
in Christi voluntate & virtute facta sunt,sicut legimus:
Creati in Christo in operibus bonis. Et in Psalmo: Ephe.2
Fiat pax in virtute tua. Et alibi: Omnia in sapientia fe- Psal.121
cisti. In sapientia, inquit, fecisti, non sapientiam fe- Psal.103
cisti. Nam cum omnia in sapientia facta sint, Christus
autem dei sapientia sit,non accedens vtique, sed subsi-
stens & permanens in æternum, si facta est sapientia,iã
deteriore cõditione facta est,q̃ omnia,eo quod sapiẽ- F
tia fieri per seipsam non potuit. Ergo si factũ esse fre-
quenter ad aliud,non ad naturam refertur, etiam crea
tum esse ad causam refertur.

¶ Quid significet quod de incarnatione domini scri-
ptum est: Deus creauit me principium viarũ suarũ.
Et quod Christus dicatur principium, non solũ per
relationem ad diuinitatem,sed etiam ad documen-
ta virtutum. Quomodo etiam intelligatur id quod
scriptum legitur:Puer natus est nobis &c. quo mul-
tæ hæreses extinguuntur. De solutione quoq; dubita
tionis quomodo de incarnatione Christi dictum sit:
Dominus creauit me &c. cum ante incarnationẽ eius
creatura mundi fuerit. CAPVT IIII.

G VNDE intelligimus illud quod de incarnatione domini scriptum est: Dominus creauit me principiū viarū suarū in opera sua, id significare quod ad redimenda opera patris, dominus Iesus ex virgine sit creatus. Neq; enim dubitari potest de incarnationis dictum esse mysterio, cū propter opera sua corruptelæ seruitio liberāda dominus susceperit carnē, vt illū qui imperiū habebat mortis, per sui corporis destrueret passionē. Caro enim Christi propter opera, diuinitas ante opera, quia ipse ante omnia, & oia in ipso cōstant. Nō ergo diuinitas ꝓpter opera, sed propter diuinitatē opera, sicut Apostolus declarat ut dicēs q; ꝓpter filiū dei omnia. Sic enim habes: Decebat aūt eū per quē omnia, & propter quem omnia, multis filijs in gloriam adductis, ducē salutis eorū per passionem cōsummari. Nōne euidenter exposuit quod dei filius qui propter diuinitatē suam oia creauit, is postea propter populi salutem & carnis susceptionem, & mortis assumpserit passionē? Propter quę aūt opera sit creatus ex virgine, ipse dominus cū illum cæcū curaret, ostendit, dicens: In illo me oportet operari opera eius qui misit me. Et addidit, vt de incarnatione dictū crederemus. Cū in hoc mundo sum, lux sum huius mūdi. Etenim quasi homo in hoc mundo pro tēpore est, nā quasi deus semper est. Deniq; alibi ait: Ecce vobiscū sum vsq; ad cōsummationē mūdi. Nec de principio re sidet aliquid quæstionis, cū interrogatus in carne, Tu quis es? Respōderit: Principium, qui & loquor vobis.

H Quod non solum ad diuinitatis æternitatem refertur, sed etiā ad documenta virtutum. Ex hoc enim & deū se probauit æternū, quia omniū ipse principium est, & vniuscuiusq; virtutis autor est, quia ecclesiæ caput est, sicut scriptum est: Quia ipse caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis. Liquet igitur & de incarnatione dictum esse principiū viarū suarum, quod ad sacramentum susceptī corporis videtur esse referendum. Deniq; vt scias qđ vias suas omni potens pater secundū incarnationē prescripserit filio, habes in Zacharia Iesum indutum vestimēta sordida, ab angelo dictum, Hæc dicit dominus omnipotens: Si in vijs meis ambulaueris, & præcepta mea custodieris Quod est vestimentum illud sordidum, nisi carnis assumptio? Vię igitur domini velut quidam tramites bonę vitæ sunt, qui diriguntur à Christo, qui ait: Ego sum via, & veritas, & vita. Via ergo superna, est dei virtus. Christus enim nobis via est, & bona via, quæ credentibus cœli regna patefecit. Viæ autem domini, viæ rectæ sunt, sicut scriptum est: Vias tuas domine notas fac mihi. Via castitas, via fides, via abstinentia. Est nanq; via virtutis, est & via iniquitatis. Scriptū est enim: Et vi de si est via iniquitatis in me. Principium itaq; nostræ

I virtutis est Christus. Principiū integritatis, qui docuit virgines non viriles expectare concubitus, sed integritatem mentis & corporis sancto magis dicare spiritui, q̄ marito. Principiū parsimoniæ Christus, qui pauper factus est, cum esset dives. Principium patientię Christus, qui cum maledicēretur, nō maledixerit: cum percuteretur, nō repercusit. Principiū humilitatis Christus, qui formam serui accepit, cū patrē deū maiestate virtutis æquaret. Ex illo enim accepit virtus vnaquæq; principium. Et ideo vt hæc virtutū genera discerem⁹, filius datus est nobis, cuius principium super humeros eius. Principiū illud, crux domini est, principium fortitudinis, quo via sanctis est reserata martyribus ad sacri certaminis passionem. Vidit hoc principiū Esaias, & ideo ait: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Viderunt magi, & ideo cum paruulum in præsepi cernerent, adorauerunt, dicētes: Puer natus est nobis. Cū stellam conspicerent, prædicātes, filius datus est nobis Aliud munus est terris, aliud mun⁹ est cœlo, & vtrūq; vnus in vtroq; præfectus, & sine mutabilitate diuinitatis, & sine humanæ imminutione naturæ. Vnum adorauerunt, eidēq; munera obtulerūt, vt ostenderēt ipsum esse cœli dominū, qui in præsepibus videretur. Distingue singulorū momēta verborū: Puer natus est nobis, filius est nobis. Et si ex patre natus, nō tamē nobis nat⁹ quia nō filius propter nos, sed nos propter filiū. Neq; enim nobis natus est, qui & ante nos natus est, & toti⁹ est cōditor creaturæ. Neq; nūc primū nascitur qui erat semper, & erat in principio, sed illud qđ nō erat, nobis nascitur, hoc est puer ex virgine, corpus ex Maria. Hoc enī post nos, illud ante nos. Alij sic habēt: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Qui datus sit, audi ꝓphetam dicentē: Et salutare tuū da nobis. Qđ enim supra nos est, datur: quod de cœlo est, datur: sicut etiam alibi de spiritu legimus, qđ charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sed vide quemadmodum hic locus multas hęreses extinguat. Puer natus est nobis, nō rudæis: nobis, non Manichæis: nobis, nō Marcionitis. Propheta dicit: Nobis, hoc est credētibus, nō incredulis: Et ille quidē misericordia sua omnibus natus est. Nā & lumē diei oriri iubetur super bonos & malos: sed oriri nō videntibus nō videtur. Si ergo puer nō omnibus natus est, sed fidelibus, sic filius nō infidelibus datus est, sed fidelibus nobis datus est, nō Fotinianis. Illi enim nō datum nobis dei filium dicunt esse, sed ab initio inter nos natum. Nobis, nō Sabellianis. Illi enim nolūt filium datum, eundē asserētes patrē esse quē filium. Nobis, non Arrianis, & ipsi enim nō habent filiū pro salute datū, sed pro infirmitate transmissum. Nō habent consiliarium quē putant futura nescisse: nō habent filium, quē L sempiternum nō putāt, cum scriptum sit de verbo dei, q; erat in principio. Et alibi: In principio erat verbum. Deniq; vt ad propositū reuertamur exēplum: In principio, inquit, anteq̄ terram faceret, & anteq̄ produceret fontes aquarum, ante omnes colles genuit me. Fortasse dices, quomodo de incarnatione Christi dictum esse memorauerim, Dominus creauit me, cū ante incarnationē Christi creatura sit mūdi? Sed cōsidera qđ moris est scripturis diuinis & futura pro præteritis dicere, & geminam in Christo significare substantiā, diuinitatis, & carnis, ne quis aut diuinitatem neget eius aut carnē. Nam sicut in Esaia habes: Puer natus est nobis, filiꝰ datꝰ est nobis, ita hic quoq; ante præmisit creaturam carnis, & subtexuit asertionem diuinitatis, vt scires nō duos Christos, sed vnum esse, quod & ante sę M cula generatus sit ex patre, & vltimis tēporibus creatus ex virgine, hoc est: Ego sum ille creatꝰ ex homine, creatus ad causam, qui sum generatus ante sęcula. Deniq; dicturus, Dominus creauit me, præmisit: cōmemorabo quæ à sæculo sunt. Dicturꝰ genuit, prę misit, i principio, anteq̄ terram faceret, ante omnes colles genuit me. Ante cū dicitur, in infinitum retro fine aliqua definitione porrigitur. Deniq; ante Abrahā, inquit, ego sum, nō vtiq; post Adam: & ante luciferum, non vtique post angelos. Sed ante cum dicit, nō se intra aliquem, sed omnia intra se dicit. Sic enim moris est ęternitatē dei scripturis significare diuinis. Denique alibi habes: Priusquam montes fierent, aut formaretur orbis terrę, à sæculo & vsq; in sæculum tu es. Ante omnia ergo generatio, inter omnia & propter omnia creatura. Natus ex patre supra legem, factus ex Maria sub lege.

¶ De solutione obiectiōis sumptę ex eo qđ scriptū est Post me venit vir, qui ante me factus est: cū confutatione erroris Arrianorū. Et quomodo iuxta mysticā intelligentiam historię de Booz & Ruth designatus fuerit Christꝰ, qui ecclesiam sibi copulauit. Quo modo etiā sæpe ad causam pertineat cū Christus di-

Gen. 8
Heb. 2.
Ioan. 9.
Mat. 28.
Ioan. 8
Col. 1.
Zach. 3.
Ioan. 14
Psal. 15
Psal. 138
1. Pet. 2.
Esa. 9.
Ioan. 1.
Prouer. 8
Psal. 84.
Roma. 5
Ioan. 8.
Psal. 89.

A citur factus. Quomodo deniq; ipse idem sacerdos sit & hostia.

CAPVT V.

Ioan. 1. SED scriptum est: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia ptior me erat. Vnde dicūt: Ecce qui erat, factus est. Ipsa verba perpēdamus, post me, inquit, vir. Vir ergo qui venit, ipse qui factꝰ est, vir aūt nomē est sexꝰ. Sexꝰ aūt nō vtiq; diuinitati, sed naturę deputatur humanæ. Posem ergo dicere: Erat in pręcogitatiōe quidē corporis, sed æternitate virtutis. Nā & ecclesia erat, & sancti erāt prædestinati ante sæcula. Sed non id hoc loco dico, sed illud asero, factū esse, nō ad diuinitatē, sed ad incarnationis pertinere naturā, sicut ipse Ioānes dixit: Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est. Itaq; cū ibi geminā, sicut supra dixi, in Christo substantiā proposuit, vt vtrūq; intelligas & diuinitatis & carnis, hoc loco cœpit à carne. Est enī scripturis promiscua cōsuetudo diuinis, vt interdū à diuinitate Christi incipiant, & ad incarnationis sacramēta descendāt. Interdū ab humilitate incarnationis exordiū sumāt, & ad gloriā diuinitatis aſsurgāt, vt in prophetis euāgelistis, frequēter & in Paulo. Ergo & hic iuxta me moratā consuetudinē ab incarnatione domini cœpit de eius diuinitate dicturus, vt nō cōfunderet humana

B atq; diuina, sed vt distingueret. Verū Arriani, velut Iudaici caupones, miscēt aquā cū vino, quia diuinā generationē humanāq; cōfundunt, ad diuinitatē referentes qđ de carne sit dictū. Nec metuo quod obiecturi vidētur, qđ in superioribus nō habet virū. Sic enim habet: Qui post me venit. Sed vide, ante ibi quid præmiserit. Verbū, inquit, caro factū est. Et ideo nō addidit virū: quia carnem dixerat. Per carnē aūt virū intelligimus & per virum carnem. Ergo quod dixerat: Verbū caro factum est, virum hoc loco nominare superfluum fuit, quem iam carnis expressione significauerat. Quo exēplo in posterioribus quoq; & agnū prēmisit, qui tolleret peccatū mundi. Et vt incarnatū intelligeres, quem ante memorauit, ait: Hic est de quo ante dixi, qui ante me factus est, hoc est, virū dixi, non deum factum. Sed vt ipsum incarnatū declararet esse, qui ante sęcula erat ne duos filios crederemus, ait: Quia prior me erat. Nā si factus est, ad diuinā generationē retulisset, quid opꝰ fuerat vt adhuc adderet tertiū, atque iteraret quod supra dixerat? Sed quod ante de incarnatione tantū dixerat, Post me venit vir, qui ante me factus est: ideo addi

C dit: Quia prior me erat, quoniam diuinitatis æternitas fuerat exprimēda. Et hæc est causa prælationis, vt merito antelatus videatur, qui proprij patris sempiterna virtus est. Dat tamē intellectus spiritalis vbertas, vt ex currere & euagari ad cōcludēdos libeat Arrianos, qui volunt factū hoc loco nō ad virū, sed ad diuinitatē referre. Quid est enim tenere quod posuit, cū dixerit Baptista: Post me venit, qui ante me factus est, hoc est supra meritū meū factus, supra meam gratiam, tempore carnis posterior, diuinitatis honore venerabilis. Post me enim venit, temporis est: prior me erat, æternitatis: ante me factus est, honoris est, quod etiā incarnationis mysterium supra humanam est gratiam. Deniq; in inferioribus quid supra cōtexuisset expresit, dicēs: Post me venit vir, cuius nō sum dignus calceamenta portare. Præstantiam vtiq; dignitatis, nō æternitatem diuinæ generationis exponens. Quod eo vsq; ad incarnationem pertinet, vt typū in hominibus mystice calceamēta ante præmiserit. Lege enim proximo defuncti, vel fratri copula deferebatur eius vxoris, vt semen fratris

Ruth. 2. vel ꝓximi resuscitaret. Vnde qđ Ruth, licet ipsa alieni gena, tamen quia maritum habuerat ex Iudæis qui reliquerat superstitem proximum, eamq; colligentem manipulos suæ messis, quibus alebat & socrum, Booz vidit & amauit, nō aliter eā accepit vxorē, nisi calceamē D tum eius ante soluisset, cui vxor debebatur ex lege. Historia simplex, sed alta mysteria, aliud enim gerebatur, aliud figurabatur. Nā si secundum literam sensum torqueamus, prope quidam pudor est, & horror i verbo est, si ad cōmixtionis corporeæ cōsuetudinē sentētiā intellectūq; referamus. Designabatur aūt futurꝰ ex Iudæis, ex quibus Christus secūdum carnē, qui ꝓximi sui, hoc est populi mortui semē, doctrinę cœlestis semine resuscitaret, cui calceamētum nuptiale ecclesiæ copulādę præscripta legis spiritalia deferebāt. Nō moyses spōsus. Illi enim dicitur: Solue calceamētum pedū tuorū, vt domino suo cedat. Nō Iesus Naue filius spō- Exo. 3. sus. Nā & ipsi dicitur: Solue calceamētum pedū tuorū, ne ex similitudine noīs spōsus ecclesiæ crederetur. Nō Iosue. 5. alius spōsus, sed solus Christus, & spōsus de quo dixit Ioānes: Qui habet spōsam, spōsus est. Illis etiā calceamētū soluitur, huic solui nō potest, sicut dixit Ioānes: Nō sum dignus soluere corrigiā calceamēti eius. Solus Ioan. 3. ergo Christus est spōsus, cui illa veniēs ex gētibus spōsa, ante inops atq; ieiuna, sed iā Christi mesę diues, nu- Ioan. 1. bat, quæ manipulos fœcundę segetis verbiq; reliquias gremio legat mētis interno, vt exhaustā illam viduam morte filij, atq; inopem defuncti populi matrem nouis pascat alimentis, non relinquēs destitutam vidnam, & E nouos quærens. Solus ergo Christus est sponsus, qui nec synagogæ ipsi manipulos suæ messis inuidebat. Vti nam seipsam nō excluderet. Habuit quos per se colligeret, sed quia sponsus eius est mortuus, quasi filio egeno defuncto, per ecclesiam manipulos quibus viueret colligebat, quos veniētes in exultatiōe portabūt, sicut scriptum est: Veniētes aūt venient in exultatione, tollētes Psal. 125 manipulos suos. Quis enim sibi alius spōsam audeat ecclesiam vēdicare, quam à Libano vnus & solus vocauit, dicens: Ades huc à Libano? Aut de quo alio potuit ecclesia dicere: Fauces eius dulcedines: & totus desi- Canti. 4 derium? Et quia de calceamēto pedū tractatū sumpsim⁹ Canti. 5. cui alij nisi verbo dei incarnato cōuenit dici: Crura eius columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas? Solus enim Christus inambulat animis, & graditur in mōte sanctorum, in quibus velut aureis basibus fundamentis q; preciosis solidata vestigia verbi cœlestis hæserūt. Claret igitur hinc & typū ad incarnatiōis spectare mysteriū, nō ad subst̄atiam diuinitatis, sed ad incarnationem. Sæpe nōnunq̄ etiam ad causam pertinet, cum dicitur factus. Nam si ad diuinitatē refers: ergo & in opprobrium deus factus est. Sic enim habes: Tu autem repulisti, & ad nihilum redegisti, dispulisti Christū tuū. Et infra: Factus est in opprobrium vicinis suis. Et vici- Psal. 88 nis, inquit, nō ciuibus, nō domesticis, nō adhærētibus. Quoniam qui adhæret domino, vnus spiritus est. Qui F vicinus est, nō adhæret. Factus est in opprobrium, qā 1. Cor. 6 crux domini iudæis scandalum, Græcis stultitia. Nam sapientibus per eandem crucē excelsior factus est cœlis, excelsior angelis, & melioris testamenti factus est sponsor, ipse qui erat prioris. Vide q̄ nō refugiam ista vt etiam cōgeram. Sed quomodo factus sit considera: primum q; purificatione facta cōsedit in dextera magnitudinis in excelsis, tanto melior factus angelis. Vbi purificatio hostia, vbi hostia corpus, vbi corpus oblatio, vbi munus oblationis, ibi sacrificiū passionis. Deinde spōsor melioris testamēti. Vbi testamētum, mors necesse est precedat testatoris, sicut subter est scriptū. Mors autem nō ad diuinitatis ęternitatem, sed ad fragilitatem refertur humanam. Excelsior quoq; cœlis fa Heb. 7 ctus quomodo sit ostenditur. Immaculatus, inquit, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, q̄ nō habet quotidie necessitatē, sicut sacerdotes prius pro suis delictis hostiā offerre, deide ꝓ populi. Hoc enī semel se obtulit semel se offerēdo, sicut scriptū est. Nemo excelsior

G factus dicitur, nisi qui in aliquo fuerit humilior. In eo igitur excellentior factus est, sedendo ad dexterã patris, in quo se minor angelis factus obtulit passioni. Postremo ipse Apostolus ad Philippenses ait quod in similitudinem hominis factus est, specie inuctus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortẽ. Vide vbi factus sit, in similitudine, inquit, hominis, nõ in potestate dei: & factus obediens vsq; ad mortem, vt obedientiã quidẽ hominis habuerit, regnũ diuinitatis. Quãtis igitur adhuc vtemur exẽplis ad incarnationem vel aliquid referendũ esse quod factus est. Qđ aũt & factũ est, idẽ est & creatũ. Dixit enĩ, & facta sunt: mãdauit, & creata sunt. Creatũ quoq; supra ostendim⁹ in lib. 1. de incarnatiõe dictũ videri. Ipse etiã apostol⁹ asserẽdo seruiendũ non esse creaturæ, significauit ex deo filiũ non creatũ esse, sed genitũ. tamẽ etiã alibi vt manifestaret quomodo in Salomone sit lectũ, Dominus creauit me: quid in Christo creatũ esset, ostendit. Itaq; totius seriẽ capitis recensemus. Sic enim habes: Ergo qa filij participes sunt sanguis & carnis, & ipse similiter particeps factus est eorundẽ, vt per mortẽ destrueret, hunc qui mortis habebat imperiũ. Quis ergo est qui nos participes suæ voluit esse carnis & sanguinis? vtiq; dei filius. Quomodo nisi per carnem particeps factus est noster, aut per quã, nisi p corporis mortem, mortis vincula dissoluit? Morti enim mors facta est susceptio mortis in Christo. Ergo de incarnatione proposuit. Videamus sequentia. Nec enim statim angelos, inquit, assumpsit, sed semen Abrahæ, vnde habuit per omnia fratribus simulari, vt misericors fieret & fidelis particeps sacerdos a deo, vt expiaret peccata populi. In quo enim passus est ipse & tentatus, potest & tẽtatos iuuare. Propter quod fratres sanctissimi vocationis cœlestis participes intuemini Apostolũ & principẽ sacerdotũ cõfessiõis nostræ Iesum fidelẽ esse creatori suo, sicut Moyses in domo eius asserit. Hæc nempe verba sunt Apostoli. Videtis in quo creatum dicat, in quo assumpsit; inquit, semen Abrahæ, corporalem vtiq; generationem asserit. In quo autem nisi in corpore expiauit populi peccata? In quo passus est nisi in corpore? sicut & supra diximus: Christo passo secundũ carnẽ. In quo sacerdos, nisi in eo quod sacerdotali assumpsit ex genere? Et sacerdos enim aliquid debet offerre, & I secundũ legẽ in sancta intrare. Per sanguinẽ ergo, quia sanguinẽ taurorũ hircorumq; repudiauerat deus, hũc vtiq; sacerdotẽ per suũ sanguinem, sicut legisti, in sancta sanctorum cœli summa penetrantem oportebat intrare, vt æterna nostrorum esset ablutio peccatorum. Idem ergo sacerdos, idem & hostia, & sacerdotium, tamen & sacrificium humanæ conditionis officium est. Nam & agnus ad immolandum ductus est, & sacerdos erat secundũ ordinẽ Melchisedech. Nemo igitur vbi ordinem cernit humanæ cõditionis, ibi ius diuinitatis adscribat. Nam & illum Melchisedech per quẽ Abraham hostias suas obtulit, non angelũ vtiq; secundũ Iudaica ludibria intelligit ecclesia, sed virũ sanctũ, ac sacerdotem dei, qui typũ gerẽs domini, & sine patre, & sine matre, & sine generationis enarratione, & sine initio, & sine fine describitur, vt ostenderet sempiternum filiũ dei in hunc mundũ esse venturum, qui & sine patre secundũ incarnationẽ natus est, & sine matre secũdum diuinam generationẽ, & sine enarratione generationis, quia scriptũ est: Generationem autem eius quis enarrabit? Ergo illũ Melchisedech in Christi typo sacerdotem dei accipimus. Sed illum in typo, hũc in veritate, typus autem vmbra est veritatis. Illum in nomine vnius ciuitatis, hunc regẽ in reconciliationẽ totius mundi, quia scriptũ est: Deus erat in Christo mundũ reconciliãs sibi, hoc est sempiterna diuinitas. Aut si pater in filio, sicut filius in patre, & substantiæ vtiq; & operationis vnitas non negatur, Quomodo autem negare K merito possunt etiam si velint, cum scriptum sit: Pater aũt in me manẽs, ipse loquitur, & opera quæ ego facio ipse facit. Nõ dixit, & ipse facit, ne similitudinẽ magis q̃ vnitatẽ operis æstimares. Sed dicẽdo, quę ego facio, ipse facit manifestum reliquit quod vnum opus patris & filij credere debeamus. Deniq; vt similitudinẽ operũ, nõ vnitatẽ voluit intelligi. Qui credit, inquit, in me opera quæ ego facio, & ipse faciet. Bene hic interponẽdo, & similitudinem vobis donauit, vbi vnitatem naturalem negauit. Vnum est igitur opus patris & filij, etiã si non placet Arrianis.

Ioan.14

Quod patris & filij vnum sit regnum, & non diuisum, sicut Arriana sæuitas asseruit. CAPVT VI.

QVAERO autem quomodo regnũ velint patris & filij esse diuisum, cũ dominus dixerit, vt supra ostẽdimus: Omne regnũ inter se diuisum, facile destruetur. Et ideo ad excludendũ Arrianæ sacrilegium sæuitatis, vnũ imperiũ patris & filij, etiã Petrus sanctus asseruit, dicens: Quapropter satisagite fratres certã vocationẽ & collectionẽ facere. Hæc enim facientes non errabitis. Sic enim abũdantius administrabitur introitus in æternũ imperium dei & domini nostri conseruatoris Iesu Christi. L Aut si q̃s de Christi tantũ imperio dictũ putat, & ideo sic accipit, vt patrẽ filiũq; potestate secernat, is tamen & regnũ filij fatebitur, & æternũ. Itaq; nõ solũ duo inducẽt regna diuisa, vt obnoxia sint defectui, sed etiam eũ regna cõparabilia nulla sint dei regno, qđ filij esse etiã velint negare, nõ possunt: aut cõtra suã sententiã ridebũt, vt idẽ patris & filij regnũ esse fateantur. Aut, quod sacrilegiũ est dicere: Ius patri regni minoris adscribent. Aut, quod contrariũ est, quẽ minorem diuinitate impie memorãt, eius regnũ fatebũtur æquale. Sed hoc nõ quadrat, nõ cõgruit, nõ cohæret. Dicant igitur vnũ esse regnũ, sicut nos dicimus & probamus. Probamus autem non nostris, sed cœlestibus testimonijs. Primum enim etiam alijs exemplis discе regnum cœlorũ regnum filij esse. Ipse enim dixit: Amen amẽ dico vobis, quoniam sunt aliqui de istis astantibus, qui nõ gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regnum suũ. Dubitari ergo non potest quod sit regnum filij dei, sed accipe ipsum esse regnũ filij quod patris est. Amen dico vobis, quod sunt quidam circunstantium, qui non gustabunt mortem, donec videãt regnum dei venientis in virtute. Eo enim vsq; regnum est vt vnum sempiternum. Idẽ hęres, eadẽ merita, idem M sponsor, quomodo non idem regnũ, cũ præsertim ipse de se filij⁹ dixerit: Tũc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui. Quod enim patris est per maiestatis appropriatem, id etiam filij est per eiusdem claritudinis vnitatem. Ergo & patris regnũ scriptura dixit, & filij. Accipe nũc quod vbi regnũ dei dicit, nec patris nec filij separat potestatem, quia & patris vnum & filij regnum vno dei nomine cõprehendit, sicut habes: Cum videris Abraham, Isaac, & Iacob, & oẽs prophetas in regno dei. An negamus in regno dei prophetas esse, cũ & latroni dicenti: Memẽto mei cũ veneris in regnum tuum, respondit dominus: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso? Aut quid est esse in regno dei, nisi æternam nescire mortem? Qui autem nesciunt æternam mortem, vident filiũ hominis venientẽ in regnum suũ. Quomodo ergo potest non in potestate habere qđ donat, dicẽs: Tibi dabo claues regni cœlorũ? Et videto distantiam. Seruus aperit, dominus largitur. Matth. 16 Iste per se, ille per Christũ. Famulus claues accipit, dominus ordinat potestates. Aliud ius donãtis, aliud dispensantis obsequium est? Vnũ igitur patris & filij re-

Matth.12

2.Pet.1

Marc.9

Matth.13

Luce.23

A gnum euidenter est declaratum. Sic & apostolus Paulus asseruit dicens: Hoc scitote, q̃ omnis impudicus, aut immũdus, aut auarus, qđ est idololatria, nõ habet hereditatem in regno Christi & dei. Ergo vnum regnum, & vna diuinitas. Vnam diuininitatem lex probauit, quę dicit vnum deum. Probauit & Apostolus dicendo de Christo: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si enim iuxta Apostolum, plenitudo omnis corporaliter diuinitatis in Christo est, aut vnius diuinitatis patrẽ & filiũ fatebuntur: aut si patris & filij diuinitatem cupiũt separare, cum omnium plenitudinẽ diuinitatis corporaliter filij⁹ habeat, quid est quod patri æstimant amplius ad scribẽdum, cũ amplius nihil sit plenitudine, & plenitudo perfectio sit? Ergo vna diuinitas.

Ephe.5.

Col.2.

¶Quod vna sit maiestas, & vna gloria, vna quoq; substantia patris & filij, cum redargutione Arianorum. Et quemadmodum fraudem eorũ cauere debeamus. CAP. VII.

IMAGINEM aũt vnã & similitudinẽ vnã supra diximus. Supersit vt vnius quoq; maiestatis patrẽ filiũq; doceam⁹. Nec lõge aberit. Cũ enĩ ipse dixerit de se filius: Cũ aũt venerit filij⁹ hominis in maiestate sua, & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit supẽr sedẽ maiestatis suę. Ecce filij expressa est maiestas. Accipiãt nunc, vt dubitare nõ possint, q̃ patris & filij vna maiestas sit. Ipse enĩ domin⁹ dixit? Nã qui me erubuerit & meos sermones, hũc filius hoís erubescet cũ venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorũ angelorũ. Quid est: Et sanctorũ angelorũ, ni si q̃ honorãt & serui domini dignitatẽ suã? Ergo ad filiũ & patrẽ retulit, nõ vt angeli habeãt cũ patre & filio æquale cõsortiũ, sed vt præminẽtem gloriã dei cernãt. Neq; enim suam maiestatẽ angeli habẽt: sicut lectũ est de filio, Cũ sederit in sede maiestatis suæ: sed assistũt vt patris & filij gloriã videãt quibus aut possunt aut merentur aspectibus. Deniq; ipsa se explanant verba diuina, vt intelligas illam gloriã & patris & filij cũ angelis non esse communem. Sic enim habes: Cum autem venerit filius hominis in maiestate, & omnes angeli cum eo. Et vt doceret vnam maiestatẽ & vnã gloriam esse patris & suam, ipse in alio libro ait: Et filius cõfundet eum cũ venerit in gloria patris sui cum angelis sãctis. Illi in obsequio, hic in gloria. Illi i comitatu, C iste in suggestu. Illi stãt, hic sedet. Vt verbo tamẽ vsus vtamur humani, hic iudicat, hi ministrant. Diuine autem non premisit maiestatem patris, & subdidit suam & angelorũ, ne de superiorib⁹ ad inferiora fecisse gradum quendã ordinẽ videretur. Sed quod pater inferior videri nõ poterit, præmisit maiestatem suã, & addidit patris & angelorum, ne se mediũ inter patrem & angelos nominando, vt ab angelis ad patrẽ p sui quoq; incremẽta fecisse quendã videretur ascensum, aut à patre rursus ad angelos per ordinẽ cũ sui etiam diminutione crederetur fuisse descensum. Nam nos qui vnam diuinitatẽ patris cõfitemur: diuersum, vt Arriani, non putamus. De substantia autẽ Imperator Auguste quid loquar? Vnius filium cũ patre esse substantiæ, cũ imaginem paternę substantię filiũ legerimus, vt in nullo secundũ diuinitatẽ à patre intelligas discrepare. Iuxta ioan.16. hanc imaginem dixit: Omnia quæ pater habet, mea sunt, ergo nec substantiam in deo posum⁹ denegare. Neq; enim insubstantiuus est quod alijs dedit habere substantiã, licet alia sit substantia dei, alia creaturę. Nõ Psal.138. potest insubstantiuus filius dei esse, per quẽ cũcta substitunt. Et ideo ait: Non est absconditum os meũ quæ fecisti in abscondito, & substãtia mea in inferioribus terræ. Virtuti enim & diuinitati, ea quę antẽ constitutionem mũdi, vel in perspicabili maiestate sũt gesta, abscõdita esse non poterant. Legim⁹ ergo substantiam. Sed dices de incarnatiõe dictã esse substantiã. Interim nomẽ substãtiæ lectũ, pbaui, & lectũ nõ pro patrimonio, vt dicitis. Iã si placet accipiamus secundum mysteriũ in inferiorib⁹ Christi fuisse substãtiã. Etenĩ vt defunctorũ animas in sui corporis anima liberaret, vincula mortis solueret, peccata donaret, operatus est in inferno, & tamen quid obstat quo minus illã diuinam intelligas substãtiam, cũ deus ita vbiq; sit, vt ei dictum sit: Si ascẽdero in cęlum, tu illic es: si descẽdero ad infernũ, ades. Deniq; ad substantiã diuinã deriuãdam es se intellectũ, sequẽribus declarauit dicẽs: Imperatum meũ viderũt oculi tui, eo quod non in operis factura sit filij⁹, sed verbũ genitũ potestatis æternę, ἀπαύγασμα enim dixit, hoc est, inoperatũ atq; increatũ verbũ sine alicuius creaturę testimonio ex patre natũ, & tamẽ abũdãtius alijs ad substantiã testimonijs. Sit ista hoc loco substãtia corporalis, dummodo nõ opus dei filiũ, sed inoperatũ eius diuinitatẽ & ipse fatearis. Scio autẽ aliquos dicere inoperatũ esse etiã incarnationis mysteriũ, quod nõ sit virilis copulæ vsu operatum, quod partus est virginis. Si ergo plerique hoc loco nec Mariæ partũ opus esse dixerũt, tu Arriane opus putas esse dei verbum? At hic tantum substantiam legimus. Nonne & alibi: Portæ effractæ sunt, montes ceciderunt, & reuelata est substantia: nunquid hic & creatura significatur? Solent enim aliqui dicere pecuniariam esse substãtiam. Ergo si ad hũc sensum refers, ideo ceciderũt mõtes, vt pecuniarũ patrimoniũ cerneretur. Sed si meminerimus qui montes ceciderũt: illi vtiq; de quibus dictum est, si habueritis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis huic monti, tollere, & iactare in mare. Montes ergo Mat.21. sunt altitudines se extollentes. Deniq; in græco, regna ceciderũt, habetur. Quę regna, nisi satanæ, de quo dixit dominus: Quomodo stabit regnũ ipsius? ipsos ergo legimus mõtes, quę regna sunt diaboli. Ideoq; istis ca- Mat.12. dentibus regnis de corde fidelium, reuelatum est paternæ dei filiũ Christum esse substantiæ. Qui sunt etiã vel illi & ipsi mõtes ærei, de quorũ medio quatuor currus procedunt? Aduertimus altitudinẽ illam, & extollentem se aduersus sciẽtiam dei, verbo domini corruisse, cũ diceret dei filius: Obmutesce, & exi immũ de spirit⁹. De quo & in Propheta dixit: Ecce ego ad te mõs corruptẽ. Isti ergo ceciderunt mõtes, & reuelatũ est q̃ esset in Christo diuina substantia, dicẽtibus ijs qui viderunt: Vere filius dei est. Nõ enim humana sed diuina potestate dæmonijs imperabat. Hieremias quoq; dicit: super montes accipite luctũ, & super semitas defectas planctum, quia defecerunt eo quod nõ sint homines, non acceperunt vocẽ substantiæ, à volatilib⁹ vsq; ad iumenta expauerunt & perierũt. Nec prẽterit etiã alibi cũ fragilitates exponeret conditionis humanę, vt susceptam à se infirmitatẽ carnis, & affectũ nostrę mẽtis ostenderet, dixisse domino per prophetã: Memẽto domine quæ est substantia mea. Quod in natura fragilitatis humanæ dei filius loquebatur, de quo supra, vt incarnationis mysteriũ reuelaret, ait: Tu vero repulisti domino, & pro nihilo dispulisti Christum tuum, euertisti testamentũ serui tui, prophanasti in terra sanctitatem eius. In quo vtiq; seruũ dixit nisi i carne, quod nõ rapinã arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominũ factus, specie inuẽtus vt homo? Mea ergo susceptione seruus, sua domin⁹ potestate est. Quid illud quod habes: Quoniam qui stetit in substantia domini: Et alibi: Et si stetissent in substantia mea, & audissent verba mea, & si docuissent verba mea, & si docuissent plebem meã, auertissem eos à nequitijs & conuentionibus suis? Quomodo negant dei esse substantiam,

D

1ibidem.

1ibidem.

E

Marci.1.

Hiere.51.

Hiere.2.

F

Psal.88.

Marci.1.

Hiere.23.

G quomõ verbũ ſubſtãtię,qđ creberrimũ ĩ ſcripturis eſt, putãt eſſe vitã,cũ ĩ deo eſſe nõ abnuãt? Nõ igitur verbũ,ſed vim verbi fugiunt,qđ nolũt verũ eſſe dei filiũ. Nã licet humano verbo nõ poſsit diuinæ generationis ſeries cõprehẽdi, tamẽ iudicarũt patres fidẽ ſuam tali ꝓprie ἐπιούσιον ſermone ſignãdã,autoritatẽ ſecuti prophetæ,qui ait: Qui ſtetit in ſubſtãtia dei, & vidit verbũ ei9. Secũdũ impietatẽ igitur ſuã ꝓpoſitũ ſubſtãtię verbũ recipiũt Arriani. Secũdũ pietatẽ autẽ fideliũ com probãtũ repudiãt & refutãt. Nã quid eſt aliud cur homouſion patri nolint filiũ dici, niſi quia nolũt iterum doi filiũ cõfiteri? ſicut autor ipſorũ Euſebius Nicomediẽſis epiſtola ſua ꝓdidit dicẽs: Si verũ, inquit, dei filiũ & increatũ dicim9, homouſion cũ patre incipimus cõfiteri. Hęc cũ lecta eſſet epiſtola in cõcilio Niceno, hoc verbũ ĩ tractatu fidei poſuerũt patres, qđ viderũt aduerſarijs eſſe formidini, vt tãq̃ euaginato ab ipſis gladio, ipſorũ nefandæ caput hæreſis amputarẽt. Fruſtra autẽ verbũ iſtud propter Sabellianos declinare ſe dicũt, & in eo ſuã imperitiã ꝓdũt. Homouſion enĩ aliud alij, nõ ipſum eſſe ſibi. Recte ergo homouſion patri filium dicim9, quia verbo eo & perſonarũ diſtinctio, & naturę vnitas ſignificatur. An negare poſsint ouſian lectam, cum panẽ ἐπιούσιον dominus dixerit. Et Moyſes
H ſcripſerit, ὑμεῖς δὲ ἔσεσθέ μοι λαὸς περιούσιος. Aut quid eſt ouſia, vel vndẽ dicta, niſi quod ſemper maneat? Cui enim eſſe eſt ſemper, deus eſt: & ideo manens ſemper, ouſia dicitur diuina, & propterea epiouſios panis, quod ex verbis ſubſtãtia, ſubſtantiam manentis cordi & animæ ſubminiſtret. Scriptum eſt enim: Et panis confirmat cor hominis. Seruemus igitur præcepta maiorũ, nec hæreditaria ſignacula auſi rudis temeritate violemus. Librum ſignatum illum propheticum nõ ſeniores, non poteſtates, nõ angeli, non archangeli aperire auſi ſunt, ſoli Chriſto explanandi eius prærogatiua eſt ſeruata. Librum ſacerdotalem quis noſtrum deſignare audeat, ſignatum á confeſſoribus, & multorum iam martyrio conſecratũ? Quẽ igitur deſignare conati ſũt, poſtea tamen damnata fraude ſignarunt. Qui violare non auſi ſunt, confeſſores & martyres extiterũt. Quo modo fidem eorũ poſsumus denegare, quorum victoriam prædicamus? Nemo metuat, nemo formidet, pl9
I confert fidelibus qui minãtur. Venenatę ſunt blandiţiæ perfidorũ, tunc cauendæ, cum id quod negant, prędicare ſe ſimulãt. Sic decepti ſunt & ante qui facilẽ crediderunt, vt ibi perfidiæ laqueos inciderẽt, vbi fidẽ eſſe credebant. Qui dicit, inquit Chriſtũ creaturã ſecundum cæteras creaturas, anathema ſit. Audierunt ſimplices, & crediderũt. Innocẽs enim, ſicut ſcriptum eſt, Prou. 14. credit omni verbo. Audierunt ergo & crediderũt primi, decepti ſomno: ac velut aues intẽti ad eſcam fidei, extentũ ſibi laqueum non cauerunt. Ita dum fidem ſequuntur, hamum nefandę fraudis attrectauerunt. Et i-
Matt. 10. deo, Eſtote, inquit, aſtuti ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbæ, prędicitur aſtutia, vt ſit tuta ſimplicitas. Sunt enim ſerpentes enangelici, qui exuunt veterem
Col. 3. vſum, vt induant nouos mores, ſicut ſcriptũ eſt: Expoliantes veterem hominem cum actibus ſuis, & induẽtes nouum ſecundum imaginẽ eius qui creauit eũ. Diſcamus ergo depoſitis vetuſti hominis exuuijs, angelicorum ſerpentium vias, vt more ſerpentiũ ſeruare caput fraudẽ cauere nouerimus. Satis fuerat dicere, Qui dicit creatuam Chriſtũ, anathema ſit. Cur bonæ confeſſioni Arriane venena permiſces, vt totum corpus contamines? Addẽdo enim, ſecundum cæteras creaturas, nõ creaturam Chriſtũ negas, ſed creaturam dicis eſſe. Diſsimilem creaturam enim dicis, etſi præſtantiorem cæteris aſseras creaturis. Denicq; arrius huius impietatis magiſter dei filium creaturam dixit eſſe perfectam, ſed non ſicut cæteras creaturas. Vides igitur hæreditario patris veſtri vos vſos eſſe ſermone. Sat eſt creaturam negare, quid opus fuit addere, ſed nõ ſicut cæteras creaturas? Decide quod putruit, ne ſerpat contagio, ve
nenum habet, mortem affert. Deinde dicis interdum deum Chriſtum, ſed ita dic deũ, vt deum verũ, vt plenitudinem ei paternæ diuinitatis aſsignes. Sunt enim qui dicãtur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra. Nõ enim per- 1. Cor. 8.
functorie nuncupãdus deus, ſed ita vt eandẽ diuinitatẽ prædices in filio quam pater habet: ſicut ſcriptum eſt: Sicut enim pater vitam habet in ſemetipſo, ſic dedit & Ioan. 5.
filio vitam habere in ſemeipſo. Dedit vtique quaſi filio per generationem, non quaſi inopi per gratiã & poteſtatem. Dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Vide quid addidit, ne tu calumnieris ex verbo. Filium hoĩs legis, & accipientẽ arguis. Negas ergo deũ, ſi nõ omnia filio quæ dei ſunt, deferũtur. Cum enim di
xerit: Omnia quę pater habet, mea ſunt: cur tu nõ om- Ioan. 16.
nia quæ diuinæ naturæ ſunt, etiã in filio confiteris? Nã qui dicit: Omuia quę pater habet, mea ſunt: quid excipit quod non habet? Quid eſt quod ἐμφατικῶ quàm fideli magis ſermone commemores quod mortuos reſuſcitauerit, maria pede tranſierit, infirmitates hominum curauerit? Hęc etiã ſeruulis ſuis pręſtitit. Plus iſta miror quod tantã dederit poteſtatẽ hoĩb9. Aliquid de Chriſto audire deſidero, qđ ſpeciale ſit Chriſti, qđ cũ L
ijs quę creata ſunt, nõ poſsit eſſe cõmune. Quia genit9 qui vnicus eſt dei fili9, quod deus verus, quod deus ex deo vero, q ad dexterã patris ſedet: vbiq; lego conſeſſum patris & filij. ſemper ad dexterã filius ſedet. Nunquid melior filius patre? Nõ hoc dicimus. Sed charitas dei ignorat, humana iniquitas derogat. Sciuit pater ſerẽdas eſſe de filio queſtiones, prębuit nobis qđ ſequeremur pietatis exẽplũ, ne filio derogemus. Vno tamen loco ſtantẽ ad dexterã dei Ieſum Stephanus vidiſſe dixit. Et hoc dixit, ne quã hic moueas queſtionẽ. Cur enĩ vbiq; ad dexterã ſedere oſtẽditur, vno legitur in loco ſtare? Sedet quaſi iudex viuorũ & mortuorũ, ſtat quaſi aduocatus ſuorũ. Stabat ergo quaſi ſacerdos, quãdo patri hoſtiam boni martyris offerebat, ſtabat quaſi bono luctatori brauiũ tãti pręſul certaminis redditur9. Acci
pe & tu ſpiritũ dei, vt iſta diſtiguas, ſicut accepit & Ste Actu. 7.
phanus, & dicas ſicut dixit & martyr: Ecce video cęlos apertos, & filiũ hoĩs ſtantem ad dexterã dei. Qui cælos apertos habet, Ieſum ad dexterã dei cernit. Qui clauſos oculos habet mẽtis, Ieſum ad dexterã dei nõ videt. Cõfiteamur ergo Ieſum ad dexterã, vt cælum & nobis aperiatur. Claudũt ſibi cęlũ qui aliter cõfitẽtur. Quod ſi qui obijciũt qđ filius ſtabat, oſtẽdãt hoc loco qđ pater ſedebat. Nã licet filiũ hoĩs ſtare dixerit, tamẽ hoc M
loco nec patrẽ ſedere memorauit. Vt autẽ euidentius cognoſceretur nulla eſſe ſtãtis iniuria, ſed poteſtas, filiũ Stephanus obſecrat vt ſe amplius cõmẽdaret patri, dicẽs: Domine Ieſu, recipe ſpiritũ meũ. Et vt eãdẽ patris & filij poteſtatẽ eſſe oſtẽderet, repetiuit dicẽs: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Hoc domin9 in paſſiõe ꝓpria quaſi filiꝰ hoĩs patri dicit. Hoc & Stephan9 filiũ dei ĩ ſuo martyrio deprecatur. cũ eadẽ gratia á patre filioq; depoſcitur, eadẽ potẽtia declaratur. Aut ſi volũt Stephanũ patri dixiſſe, videãt qd ꝓpria teſtificatione ſignificẽt. Licet nos iſta nõ moueãt, aduertãt tamẽ q to tũ ĩ litera cõſtituũt, & ĩ ordine, qđ filiꝰ prius rogatur. Nos autẽ & ſecũdũ eorũ interpretationẽ oſtẽdim9 vnitatẽ paternę maieſtatis & filij. Nã cũ & pater rogatur & filiꝰ: ęqualitas precatiõis, operatiõis indicat vnitatẽ. Si autẽ illis nõ placet filio dictũ Dominẽ, videm9 qđ etiã dominũ eũ negare conãtur. Sed iã qđ martyris tãti corona ꝓceſſit, ſtudia certaminis relaxem9, ferias hodierni ſermõis habeam9. Proſequamur fãctũ martyrẽ laudib9, ſicut poſt magna decebat certamia vulnerib9 qđẽ aduerſarij cruẽtatũ, ſed chriſti pręmijs coronatũ.

CAPITA LIBRI QVARTI.

Quod nõ mirũ videatur quod humanũ genus errauerit de filio dei, cũ & Angeli non potuerint myſteriũ domini Ieſu Chriſti cognoſcere, niſi per reuelationẽ, vt ex hoc oſtẽditur, quod dũ domino cælos aſcẽdẽte multitudo Angelorũ triumphali agmine præcurrerẽt, Tollite portas principes veſtras &c. alij ſtupentes dixerunt: Quis eſt iſte rex gloriæ? Et quomodo nos cælum aſcendere poſsimus. Quomodo etiam portas noſtras Chriſto aperire debeam9. Caput I.

De cõfutatione Arrianorum ex ſolutione quæſtionũ quas faciũt ex illis verbis Apoſtoli: Omnis viri caput Chriſtus eſt &c. Et iſtis: Qui autem plantat, & qui rigat, vnum ſunt. Caput II.

De ſolutione obiectionis Arrianorũ ſumptę ex verbis domini dicentis: Amen amen dico vobis, nõ poteſt filius facere á ſe quicquã niſi quod viderit patrẽ facientem, cum euidenti & multiplici eorum redargutione. Caput III.

De ſolutiõe obiectionũ qb9 impij hęretici inęqualitatẽ patris & filij probare contẽdunt. Cap. IIII

De ſolutione quæſtionis quã pleriq; faciũt ex eo quod ſcriptum eſt: Sicut me miſit viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipſe viuit propter me. Caput V.

De ſolutione obiectionis, quam Arriani ſumũt ex hoc quod dominus dixit: Hæc infirmitas non eſt ad mortẽ. Caput VI.

De diſſolutiõe obiectionis quã Arriani ex hoc faciũt, quod á domino dictũ legitur: Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt. Caput VII.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANENSIS

DE FIDE AD GRATIANVM Auguſtum Liber IIII.

Qđ nõ mirũ videatur qđ humanũ gen9 errauerit de de filio dei, cũ & angeli nõ potuerint myſteriũ domini Ieſu chriſti cognoſcere, niſi per reuelationem, vt ex hoc oſtẽditur, qđ dũ domino cælos aſcẽdente multitudo angelorũ triũphali agmine præcurrerẽt, Tollite portas principes veſtras &c. alij ſtupẽtes dixerũt: Quis eſt iſte rex glorię? Et quõ nos cælũ aſcẽdere poſsimus. Quomodo etiã portas noſtras Chriſto aperire debeamus. Caput I.

C ONSIDERANTI Imperator Auguſte, qua ratione ſic errauerit humanũ gen9 de dei filio, pleriq; ve in diuerſa ſequerẽtur, nequaq̃ ſatis mirũ videtur, quod errauit humana ſciẽtia de ſupernis; ſed quod ſcripturis non detulit obediẽtiã. Quid enĩ mirũ ſi myſteriũ dei patris & domini Ieſu Chriſti, in quo ſunt oẽs theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, per ſapiẽtiam mũdi nõ potuerunt homines comprehendere, quod nec angeli cognoſcere niſi ex reuelatione potuerũt? Quis enĩ potuit opiniõe magis q̃ fide ſequi dominũ Ieſum, nũc de cæli altiſsimis inferna penetrantẽ, nũc ab inferis ad cæleſtia reſurgentẽ, ſubitò exinanitum vt habitaret in in nobis, nec vnq̃ imminutũ, cũ ſemper filiꝰ ĩ patre, & in filio pater eſſet? Dubitauit in eo ipſe prænuncius, licet per ſynagogã & typum. Et dubitauit ipſe ante domini faciem deſtinatus. Deniq; miſsis diſcipulis interrogat: Tu es qui vẽturus es, an aliũ expectamus? Obſtu Matt. 11.
puerũt & angeli cæleſte myſterium. Vndẽ cũ reſurgeret dominus, atq; illum quem dudũ ſecũdũ carnẽ anguſtus ſepulchri locus texerat, reſurgentem ab inferis cæli alta ſuſtinere nõ poſsent, hæſerunt etiam cæleſtia opinionis incerto. Veniebat enĩ nouis victor redimitus exuuijs, dominus in tẽplo ſancto ſuo, prębãt angeli & archangeli, mirantes ſpolium ex morte quæſitum. Et quãuis ſcirent nihil deo accedere externè potuiſſe, quia infra deũ omnia ſunt, tamẽ trophæa crucis, cuius principium ſuper humeros eius, & triũphatoris æterni manubias intuentes, quaſi eum quẽ emiſerant, cæli portæ capere nõ poſsẽt, licet nunq̃ eius capiant maieſtatẽ, maiorem viam quærebant aliquam reuertẽti: adeo nihil exinanitus amiſerat: debuit tamẽ nouo victori nouum iter parari. Semper enim victor & pręcelſior eſtimatur. Sed quia æternæ ſunt iuſtitiæ portæ, eædẽq; noui & veteris teſtamẽti, quibus cælũ aperitur, nõ mutantur vtique, ſed eleuãtur: quia nõ vnus homo, ſed totus in omniũ redemptore mũdus intrabat. Tranſlatus erat Enoch, raptus Helias. Sed non eſt ſeruus ſupra dominum. Nullus enim aſcẽdit in cælũ, niſi qui deſcẽdit de Mat. 10. Ioan. 3.
cælo. Nam & Moyſen, licet corpus eius non apparuit in terris, nuſquam tamen in gloria cæleſti legimus, niſi poſteaquã dominus reſurrectionis ſuæ pignore vincula ſoluit inferni, & piorum animas eleuauit. Trãſlatus ergo Enoch, rapt9 Helias, ambo famuli, ambo cũ corpore, ſed nõ poſt reſurrectionẽ, non cũ manubijs mortis, & triumpho crucis, viderãt illos angeli. Et ideo dominum omniũ primum & ſolum de morte triumphãtem venire cernentes, tolli portas principibus imperabant, cum admiratione dicentes: Tollite portas princi Pſal. 23.
pes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit E
rex gloriæ. Erant tamen & in cęleſtibus qui ſtuperent, qui admirarentur nouã pompam, nouã gloriã, & ideo requirebãt: Quis eſt iſte rex gloriæ? Sed quod & angeli proceſsus habent ſcientiæ, & capacitatẽ profectus habent, habẽt vtiq; diſcretionem virtutis atq; prudẽtiæ. Solus ſine proceſsu deus, & in omni pfectione ſemper æternus eſt. Dicebant alij, illi vtiq; qui aſſiſtebant reſurgenti, illi qui viderant vel iam cognouerãt: Dominus fortis & potens, dominus potẽs in prælio. Iterum multitudo angelorum triũphali agmine precinebant: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Rurſus alij ſtupentes dicebant: Quis eſt iſte rex glorię? Vidimus eum non habẽtem ſpeciẽ atq; decorem. Si ergo ipſe non eſt, Quis eſt iſte rex glorię? Reſpondetur á ſciẽtibus: Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ. Ergo dominus virtutum ipſe eſt filius. Et quomodo infirmũ Arriani dicũt, quẽ dominum virtutum ſicut & patrẽ credimus? Quomodo Arriani diſcretionem faciũt poteſtatis, cum dominum ſabaoth patrem, dominũ ſabaoth filiũ legerim9? Nam & hoc ſic poſitũ plerique codices habẽt, quod do- F
minus ſabaoth ipſe ſit rex gloriæ. Sabaoth autẽ interpretes alicubi dominum virtutũ, alicubi regem, alicubi omnipotẽtem interpretati ſunt. Ergo quoniam qui aſcendit, filius eſt: qui aſcendit autem, dominus eſt ſabaoth: omnipotẽs vtiq; dei filius eſt. Quæ igitur agemus? quomodo aſcẽdemus ad cęlum? Sunt illic diſpoſitę poteſtates, ordinati principes, qui celi ianuas ſeruant, qui aſcendentem interrogant. Quis me admittet niſi omnipotentem annũciem Chriſtum? Clauſę ſunt portę, non cuicunq; aperiuntur, non quicunq; vult niſi qui fideliter credit, ſi greditur, cuſtoditur aula imperialis. Sed eſto, indign9 obrepſerit, latuerit principes portarum cæleſtium, diſcubuerit in cęna domini, ingreſſus dominus conuiuij videns nõ indutum nuptiale fidei veſtimentũ, proijcict eum in tenebras exteriores,

G vbi ſit fletus,& ſtridor dentiũ,ſi fidẽ pacẽq; nõ ſeruet.
Seruemus igitur nuptiale qđ accepimus veſtimẽtum,
nec Chriſto ꝓpria denegemus, quẽ oĩpotentẽ annũ-
ciãt angeli,ꝓphetæ ſignificãt,apoſtoli teſtificãtur, ſi-
cut iam ſupra oſtẽdimus: Et fortaſe nõ de iſtius tãtũ-
modo cæli portis ꝓpheta dixerit qđ præteribit, & a-
lios enĩ cælos dei verbũ penetrat, de quibus dictũ eſt:
Heb.4. Habem⁹ enim ſacerdotẽ magnũ, principẽ ſacerdotũ,
qui penetrauit cælos,Ieſum filiũ dei.Qui ſunt iſti cęli.
Pſal.18. nõ niſi & ij de quibus dicit ꝓpheta : Cæli enarrant glo
Apoc.3. riã dei:Stat enim Chriſtus ad ianuã mẽtis tuę. Audi tu
dicentẽ: Ecce ſto ad ianuã, & pulſo. Si quis mihi ape-
ruerit, ingrediar ad illũ,& cœnabo cũ eo,& ipſe me-
cũ. Et ecclęſia domino dicit: Vox fratris mei pulſat ad
canti.5. ianuã. Ergo ſecũdũ ſuperius exẽplũ non ſolus ſtat,ſed
præcedũt eũ angeli, qui dicũt: Tollite portas prĩcipes
veſtras. Quas portas? Illas vtiq; de quibus & alibi dicit:
Pſal.117. Aperite mihi portas iuſtitiæ. Aperi ergo Chriſto por
tas tuas,vt ingrediatur in te,aperi portas iuſtitię, aperi
Pſal.29. portas pudicitię,aperi portas fortitudinis atq; ſapien-
tiæ. Crede angelis dicẽtibus: Et eleuamini portæ æter-
nales,vt introeat i te rex glorię, domin⁹ ſabaoth. Por
ta tua vocis fidælis canora cõfeſsio eſt, porta tua oſtiũ
col.4. verbi eſt,quã ſibi Apoſtolus optat aperiri dicẽs: Vt a-
periatur mihi oſtiũ verbi ad eloquendum myſterium
Chriſti. Aperiatur igitur Chriſto porta tua,nec ſolum
aperiatur,ſed etiam eleuetur,ſi tamen æternalis eſt, nõ
caduca. Scriptum eſt enim: Et eleuamini portæ ęter-
Eſa.6. nales. Eleuatum eſt ſuper limen Eſaiæ, quando Sera-
phim labia eius tetigit, & vidit regẽ dominũ ſabaoth.
H Tunc ergo portæ eleuabũtur,ſi ſempiternũ, ſi omni-
potentem,ſi ineſtimabilem,ſi incõprehenſibilẽ,ſi eum
qui & præterita omnia & futura omnia nouerit, filium
dei credas: Qđ ſi præfinitæ poteſtatis & ſcientiæ, ſubie
ctumq; opinẽre,nõ eleuas portas ęternales. Eleuentur
ergo portę tuæ,vt nõ Arriano ſenſu paruulus,non pu-
ſillus,no ſubditus ad te Chriſtus introeat, ſed intret in
dei forma,intret cũ patre,intret talis qualis eſt, & cæ-
lum & omnia ſupergreſsus, & mittat tibi ſpiritũ ſan-
ctum. ꝟxpedit tibi vt credas quod aſcendit,& ſedet ad
dexteram patris. Nam ſi eum inter creaturas & terrena impia cogitatione detineas,ſi nõ tibi abeat, nõ tibi
Ioan.16. aſcẽdat:nec paracletus ad te veniet,ſicut ipſe dixit:Nã
ſi ego nõ abiero, paracletus non veniet ad vos, ſi autẽ
abiero,mittã illũ ad vos. Quod ſi inter terrena eũ re-
quiras,ſicut Maria Magdalene requirebat,caue ne & ti
Ioan.20. bi dicat:Noli me tangere nondum enim aſcẽdi ad pa-
trem meũ. Portæ enim tuę anguſtę ſunt, capere me nõ
queunt,eleuari non queunt,intrare non poſsum. Vade
ergo ad fratres meos, hoc eſt ad alias portas ęternales,quę cum Ieſum viderint eleuantur. Aeternalis por
ta eſt Petrus,cui portę inferi non pręualebunt. Aeter
* Vtpotẽ. nales portę Ioannes & Iacob⁹, vt portę*filij tonitrui.
I Aeternales portę ſunt eccleſię, vbi laudes Chriſti an-
nũciare ꝓpheta deſiderãs dicit: Vt annunciem omnes
Pſal.72. laudationes tuas in portis filię Sion. Grande ergo my-
ſterium Chriſti,quod ſtupuerũt & angeli. Et ideo ve-
nerari debes & domini famulos, derogare nõ debes.
Ignorare nõ licet, & propterea enim deſcẽdit vt cre-
Ioan.15. das. Si nõ credis,nõ deſcendit tibi, nõ tibi paſsus eſt.
Si nõ veniſsẽ,inquit,& locutus fuiſsẽ, his peccatũ non
haberent. Nunc autem excuſationem non habent de
peccato ſuo. Qui me odit,& patrẽ meũ odit. Quis igi-
tur odit Chriſtũ niſi qui derogat? Sicut enim amoris
eſt deferre,ita odij eſt derogare. Qui odit,quæſtiones
mouet:qui amat,reuerentiam defert.

¶De cõfutatiõe Arrianorũ ex ſolutione quęſtionum quas faciunt ex illis verbis Apoſtoli: Omnis viri caput Chriſtus eſt &c. Et iſtis: Qui autẽ plantat,& qui rigat,vnum ſunt. CAPVT II. K

TRAQVE diſcutiam⁹ eorũ alias quæſtiões. Scri
ptũ eſt, inquiũt Oĩs viri caput Chriſtus eſt, ca I. cor.11.
put aũt mulieris vir, caput autẽ Chriſti deus.
Qua in quæſtiõe dicãt velint vtrũ cõiungere,
an diuidere hęc quatuor velĩt. Si enĩ cõiũgere,atq; ita,
vt dicãt deũ caput eſse Chriſti,ſicut vir eſt mulieris ca
put:videte qđ incidãt. Nã ſi hæc tãq̃ ex parib⁹ ſumpta
eſt cõparatio,& hæc quatuor,id eſt mulier, vir, Chri-
ſtus,& de⁹, quaſi ex vni⁹ atq; eiuſdẽ naturæ ſimilitudi
ne cõpărătur,ergo mulier & de⁹ vnius incipiet eſse na
turæ. Qđ ſi hoc diſplicet(qđ ſacrilegũ eſt dicere,vt vo
lũt)diuidãt. Itaq; Chriſtũ apud deũ patrẽ ita volunt eſ
ſe,ſicut eſt mulier apud virũ. Vni⁹ vtiq; chriſtũ & deũ
dicũt eſse ſubſtãtiæ,quoniã mulier & vir vnũ ſunt ĩ car
ne naturę. Nã qui diſtat,in ſexu eſt. Cũ vero inter chri
ſtũ & deũ patrẽ ſexus nõ interueniat: qđ vnũ inter fi-
liũ & patrẽ in natura eſt,fatebũtur:qđ diuerſum in ſe-
xu eſt,denegabũt. Placet ne iſta diuiſio, an mulierem,
virũ & chriſtũ vnius volunt eſse ſubſtãtiæ,& patrẽ ſe-
parant? Hæccine igitur diuiſio placet? Si ita eſt, videte
qđ incidãt. Aut enĩ nõ ſolũ Arrianos & Fatinianos ſe
neceſse eſt cõfiteantur,q; chriſtũ hominẽ tãtũ fatẽtur, L
quẽ humanę tantũmõ naturæ æſtimant copulandum,
aut vel inuitos acquieſcere par eſt noſtræ ſentẽtię, per
quã id quod impię cogitarũt, piè religioſeq; defendi-
mus,vt ſit chriſtus quidẽ ſecundũ generationem diui-
nã dei virtus,ſecundum aſsumptionẽ autẽ carnis, vni⁹
cum oĩbus hominibus in carne ſubſtantiæ,ſalua tamen
incarnationis ſuæ gloria,qui autoritatem ſuſcepit, nõ
imaginẽ carnis. Sic ergo iuxta humanã cõditionem ca
put chriſti deus. Non enim dixit, caput chriſti pater,
ſed caput chriſti deus,quia diuinitas, vtpote creatrix,
caput eſt creaturæ. Et bene dixit,caput chriſti deus,vt
& diuinitatẽ chriſti ſignificaret,& carnem,hoc eſt in-
carnationẽ in chriſti noſe,in deo autẽ vnitatem diuini
tatis,& magnitudinem poteſtatis. Eousq; autem caput
chriſti deus ſecundũ incarnationẽ dictum eſt, vt & ca
put viri chriſtus ſecundum incarnationẽ verbi dictũ
ſit,quod alibi Apoſtolus euidenter expoſuit dicens:
Quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut & chriſtus eccle Ephe.5.
ſiæ. Et in conſequentibus addidit: Qui ſe tradidit pro
ea. Secundum incarnationẽ igitur caput viri chriſtus,
quia ſecundum incarnationẽ facta traditio eſt. Eſt er-
go viri caput chriſtus,caput chriſti de⁹, vbi ſerui, hoc
eſt hominis,nõ dei forma tractatur. Sed nihil præiudi
cat dei filio ſi ſecundum carnis veritatem ſimilis ſit ho M
minibus,qui diuinitate cum patre vnum eſt. Non enim
poteſtas hac interpretatione miniuitur,ſi miſericordia
prædicatur: Quis autẽ vnã diuinitatẽ patris & filij piè
abneget,cum ipſe dominus conſummaturus præcepta
diſcipulis ſuis dixerit: Vt ſint vnum, ſicut & nos vnum
ſumus. Pro teſtimonio enim fidei poſitum eſt, licet ab Ioan.17.
Arrianis ad argumẽtum perfidiæ deriuetur. Etenĩ quo
nã toties lectã negare non queunt vnitatem,extenuare
conãtur, vt talis videatur diuinitatis vnitas inter patrẽ
& filium, qualis eſt inter homines vnitas deuotionis
& fidei, licet etiam inter ipſos homines vnitas naturæ
ſit ex cõmunitate naturæ. Vndè & illud aptiſsimè ſo-
luitur, quod ad extenuationem dominicę vnitatis obij
cere cõſueruntquia ſcriptum eſt: Qui autem plantat,
& qui rigat, vnũ ſunt. Hoc Arriani ſi ſaperent, nõ ob-
ijcerent,quomodo negare conantur quod pater & fi- 1. cori.3
lius vnum ſunt,cum Paulus & Apollo & natura vnum
ſint & fide? Sed tamẽ per oĩa vnũ eſse nõ poſsũt,& ne-
queunt comparari humana diuinis. Inſeparabilis ergo
de⁹ pater verbo,inſeparabilis virtute, inſeparabilis ſa
pięti a per diuinæ vnitatẽ ſubſtãtiæ, & eſt in filio, ſicut
frequenter ſcriptũ eſt. Eſt vero non vt egentẽ ſignifi-

A cãs,nec vt vacuũ implẽs,quia nõ vacua dei virtus. Nec
enim virtus virtute augetur,quia non duę virtutes,ſed
vna virt⁹. Nec diuinitas diuinitatẽ accipit,quia nõ duę
diuinitates,ſed vna diuinitas. Nos aũt per acceptam &
inhabitãtẽ in nobis virtutẽ vnũ erimus in Chriſto. Cõ
munis ergo litera,ſed diſcrepãs diuina humanaq; ſub-
ſtãtia. Nos vnũ erimus,pater & filius vnũ ſunt. Nos ſe-
cũdũ gratiã,filius ſecũdũ ſubſtantiã. Alia aũt per con
iũctionẽ,alia per naturã vnitas. Deniq; vide quid ante
præmiſerit,Vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater in me, &
ego in te. Conſidera ergo q; nõ dixit: Tu in nobis, &
nos in te:ſed tu in me,& ego in te: vt ſe à creaturis ſe-
pararet. Et addidit: Et iſti in nobis: vt etiam hic ſuã po
tẽtiã & patris à nobis ſecerneret: vt qđ nos in patre &
filio ſum⁹,nõ naturę videatur eſse,ſed gratiæ. Qđ aũt
filius & pater vnũ ſunt, nõ hoc filius accepiſse per gra
tiam,ſed naturaliter vt filius poſsidere credatur.

¶De ſolutiõe obiectiõis Arrianorũ ſumptæ ex verbis domini dicẽtis: Amẽ amẽ dico vobis,nõ poteſt filius facere à ſe quicq̃,niſi qđ viderit patrẽ faciẽtẽ: cũ eui-
B denti & multiplici eorũ redargutione. CAP. III.

Ioan.5. ALIVD rurſus obijciũt, aſserẽtes vnã atque eãdẽ poteſtatẽ filij & patris eſse nõ poſse, quia ipſe dixit: Amẽ amẽ dico vobis, non poteſt filius facere à ſe quicq̃, niſi qđ vide
rit patrẽ faciẽtẽ. Itaq; nihil feciſse filiũ dicũt, nec face
re poſſe,niſi quod viderit facientẽ patrẽ. O præſcia ſa-
pięti a infideliũ argumẽtorũ, quæ ſubiecit qđ ſolueret
quæſtionẽ,addẽdo qđ ſequitur: Quia quęcũq; ille fece
rit,eadẽ & fili⁹ facit ſimiliter. Hoc nẽpe ſequitur. Cur
ergo ſcriptũ eſt,Eadẽ facit fili⁹,& nõ talia? niſi vt in fi
lio vnitatẽ nõ imitationẽ paterni operis eſtimares. Sed
tamẽ vt illorũ quoq; argumẽta diſcutiamus, quæro vt
reſpõdeãt vtrũ videat filius opera patris. Videt itaq;
an nõ: Si videt,ergo & facit,ſi facit,deſinant oĩpotentẽ
negare,quẽ oĩa poſse facere quæ patrẽ facientẽ vide-
rit,cõfitentur. Quid eſt autẽ,viderit? Corporaliũ ne a-
liquis vſus oculorũ eſt? Sed ſi hoc de filio velint dice-
re, corporalis etiã in patre vſum operationis oſtẽdit,
vt faciẽtẽ videat qđ ipſe facturus eſt. Quid eſt autem:
Nõ poteſt filius facere à ſe quicq̃? Hoc interrogemus,
C hoc cõſiderem⁹. Eſt ergo aliud impoſsibile dei virtu-
ti atq; ſapiẽtiæ,hoc eſt dei filius,qui alienã vtiq; nõ ac-
cipit fortitudinẽ,ſed quẽadmodũ vita eſt, nõ alia viui
ficatiõe ſubnixus,ſed alios viuificãs, quia ipſe vita eſt:
ita etiã ſapiẽtia eſt,nõ quaſi inſipiẽs accipiẽs ſapientiã,
ſed qui de ſuo alios faciat eſse ſapiẽtes. Ita etiam virtus
eſt,nõ quaſi per infirmitatẽ cõſecutus incremẽta virtu
tis,ſed ipſe virtus,qui virtutẽ fortib⁹ largitur. Quomõ
ergo virtus, quaſi cũ iuſiurãdi atteſtatiõe dicit: Amen
amen dico vobis,qđ eſt:fideliter,fideliter dico. Fide-
liter ergo dicis deũ, & cũ ſacramenti quadã repetitio-
ne cõfirmas qđ nihil facere potes niſi quod faciẽtẽ pa
trẽ videris. Feciſti mũdũ. Nũquid alterũ mũdum pa-
ter tuus fecit,quẽ quaſi ad exẽplar acceperis? Ergo ne-
ceſse eſt fateãtur impij aut duos aut certe multos eſse
mũdos,qđ philoſophi aſserunt,vt ſe etiã in hoc errore
gẽtilitatis inuoluãt. Aut ſi velint verũ ſequi,dicãt ſi-
ne exẽplari te feciſse quod feceris. Dic mihi domine,
quãdo in mari patrẽ incarnatũ videris ambulãtẽ? Ego
enĩ neſcio, ego hoc de patre credere ſacrilegũ puto,
qui te ſolũ carnẽ aſsumpſiſse cognoui. Quãdo videris
in nuptijs patrẽ aquã in vina vertẽtẽ? Sed ſolũ te vni-
genitum filiũ legi ex patre natũ,ſolũ te ex ſpiritu ſan-
cto accepi & virgine ſecundũ incarnationis ſacramẽta
generatũ. Ergo iſta quæ memorauimus à te geſta, non
fecit pater,ſed ſine exẽplo paterni operis ad redimen
dã tuo ſanguine ſalutẽ mũdi, immaculatus ex aluo vir
ginis proceſsiſti. An ne forte incarnationis tãtũmodo D
putent ſequeſtrandũ eſse myſteriũ, licet cũ dicant: Nõ
poteſt filius à ſe facere quicq̃,nihil excipiãt,ita vt qui-
dam impius dixerit,nec culicẽ facere poteſt:tam teme
rario auſu petulantiq; ſermone maieſtatẽ ſupernæ vir
tutis irridens. Dic domine Ieſu quãdo terrã ſine te pa-
ter fecerit? Cælũ enim ſine te nõ fecit, quia ſcriptũ eſt:
Verbo domini cæli firmati ſunt. Sed nec terrã ſine te Pſal.32.
fecit,quia ſcriptũ eſt: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſi Ioan.1.
ne ipſo factũ eſt nihil. Nã ſi aliquid ſine te deo verbo
pater fecit: nõ ergo omnia facta per verbũ, & euãge-
liſta mẽtitur. Quod ſi omnia facta per verbũ,& omnia
per te cœperũt eſse quæ nõ erant: vtiq; quæ nõ vidiſti
à patre facta,à te ipſe feciſti. Niſi forte philoſophicas
tibi ideas Platonica illa diſputatione præſtituunt,quas
ab ipſis tamẽ philoſophis ſcimus irriſas. Si autem ex
te ipſe feciſti,vana eſt aſsertio pfidorũ, quæ autori o-
mniũ,cui ſuppetit ex ſe faciẽdi magiſterĩũ, tribuit di-
ſcẽdi profectũ. Quod ſi per te negant cælum eſse factũ
vel terrã, cõſiderent impij quo ſe ſuo furore prĕcipi-
tẽt,cũ ſcriptũ ſit: Dij qui nõ fecerũt cælũ & terrã,per- Hiere.10
eãt. Peribit ergo,o Arriane, qui qđ perierat, & repe-
rit,& redemit? Sed ad ꝓpoſita reuertamur: Quomodo
nõ poteſt filius facere à ſe quicq̃? Quærem⁹ quid ſit qđ E
facere nõ poſsit. Multę ſunt impoſsibilitatũ differẽtię.
Eſt aliquid natura impoſsibile. Et eſt aliquid quod eſt
poſsibile per corporis & animæ firmitatẽ, impoſsibile
per imperitiã aut impoteatiã. Eſt etiam quod per defi
nitionẽ immutabilis propoſiti, & cõſtantis perſeuera n
tiam volũtatis,atq; amicitiæ fidẽ,ſit impoſsibile muta-
ri. Sed hęc vt euidẽter poſsimus aduertere, p exempla
nobis diſputatio dirigatur. Impoſsibile eſt vt auis ſa-
pięti æ diſciplinã aliquã aſsequatur vt artẽ. Impoſsibi-
le eſt & lapidẽ ꝓdire quoq;. Impoſsibile eſt enim lapi
dẽ moueri,niſi motu moueatur alterius. Nõ poteſt er
go lapis p ſeipſũ moueri,& trãſire de loco. Nõ poteſt
etiã aquila humanis imbuĩ diſciplinis. Habes vnã ſpe-
ciem cũ impoſsibilitatis cauſa natura eſt. Impoſsibile
eſt & debili facere opera robuſti. Sed huic alia impoſ-
ſibilitatis cauſsa eſt. Qđ enim facere poteſt per natu-
rã,per infirmitatẽ nõ poteſt. Cauſsa igitur huic quoq;
impoſsibilitatis infirmitas. Alia ergo impoſsibilitatis
hæc ſpecies, quoniã à faciendi poſsibilitate, corporis
infirmitate reuocatur. Tertia quoq; impoſsibilitas eſt
cauſsa, quia etiã ſi p naturã quis & firmitatẽ corporis
facere aliquid poſsit,nõ poteſt tamen facere per impe
ritiã vel impotentiam,vt aut indoct⁹, aut ſeruus. Quas
igitur harũ quas enumerauimus impoſsibilitatũ cauſ
ſas(vt quartã interim ſequeſtrem⁹) filio dei exiſtimas
cõuenire? nũquid inſenſibilis per naturã, & immobilis
ſicut lapis? Lapis quidẽ eſt impijs in ruinã,fidelib⁹ an- F
gularis. Sed nõ inſenſibilis,ſupra quẽ ſenſibiliũ popu- 1. Cor.10
lorũ fideles ędificãtur affectus,nõ immobilis petra. Bi
bebant enim ex cõſequenti petra, petra autẽ erat chri
ſtus. Nõ ergo paternũ opus per naturę diſtãtiã impoſ-
ſibile Chriſto. Nũquid forte p debilitatẽ impoſsibile
ei aliquid æſtimemus? Sed nõ ille debilis qui aliorum
debilitates imperiali ſermone ſanabat. An debilis vi-
debatur cũ paralytico p ręcipiẽs: Tolle grabatũ tuũ,& Marci.2.
ambula: ſanitatis iã mãdabat officiũ, cũ adhuc ille re-
mediũ debilitatis oraret? Num debilis dominus virtu-
tũ cũ illuminaret cæcos, inclinatos erigeret, mortuos
ſuſcitaret, votis noſtris medicinæ prĕcurreret effect⁹,
orãs curaret,& fimbria mundaret & tactus? Niſi forte
debilitatẽ illã impij putabatis,quãdo vulnera videba-
tis. Erãt quidẽ illa corporis vulnera, ſed nõ erat vul-
neris illi⁹ vlla debilitas,ex quo oĩm vita ꝓfluebat. Vn
de & ꝓpheta dixit: Liuore ei⁹ nos ſanati ſum⁹. An qui Eſa.53.
in vulnere debilis nõ erat,erat in maieſtate? Quomo-
do,quæro,cum dæmonijs imperaret,& reis peccata di

G mitteret,aut cū rogaret patrem?Quo loco fortaſe dicāt.quomō pater & filiꝰ vnū ſunt,ſi filiꝰ nūc imperat, nūc precatur?Et vnū ſunt, & imperat & præcatur.Sed
Ioan.5. neq; cū imperat,ſolus:nec cū præcatur,infirmꝰ. Solus nō eſt,quia quæcūq; filiꝰ facit,pater facit. Infirmꝰ non eſt,quia etſi in carne infirmatus eſt ꝓpter peccata noſtra,tamen illud noſtræ erat in eo pacis eruditio,ſicut
Luc.22. ſcriptū eſt,nō ſuę maieſtatis infirmitas. Deniq; vt ſcias qđ ſecundū hominē rogat, & diuinitatē imperat, habes in euāgelio qđ & Petro dixit?Rogaui pro te vt nō
Matt.16. deficiat fides tua. Eidē autem ſupra dicēti, Tu es Chriſtus,filius dei viui:reſpōdit: Tu es Petrꝰ,& ſup hāc petrā ædificabo eccleſiā meā,& tibi dabo claues regni cęlorū. Ergo cui ꝓpria autoritate regnū dabat, huiꝰ fidē firmare nō poterat:quē cū petrā dicit,firmamentū eccleſiæ indicauit?Quādo igitur roget,quādo imperet cōſidera. Rogat quādo paſſurꝰ oſtēditur. Imperat quādo filius dei creditur. Duas igitur ſpecies impoſsibilitatis vacare ībi cernimus,qđ neq; inſenſibilis neq; infirma poteſt eſſe dei virtus. Nūquid tertiū ꝓpertis in medīū,q; quaſi imperitus ſine magiſtro facere nihil poſſit,aut ſeruus ſine domino?Ergo mētitus es domine Ieſu,quite magiſtrū & domiuū ipſe dixiſti, & fefelliſti
H diſcipulos tuos dicēs: Vos vocatis me magiſter & domine,& benedicitis,ſum enī.Sed non falleres veritas,
Ioan.13. eos preſertim quos amicos vocaſti. Tametſi vt imperi tū,te ab artifice viderint,vt tibi, hoc eſt dei ſapiētię dicāt peritiā defuiſſe,vnitatē tamen ſubſtātiæ inter te & patrē ſeparare nō poſsunt. Artifici enq; ab imperito imprudētia nō naturā ſecernit. Sed non in patre artificum,neque in te inſipientia. Non eſt enim inſipiens ſapiētia. Ergo ſi neq; inſenſibilis in filio natura,neq; debilitas,neq; imperitia,neq; ſeruitus poteſt eſſe: cōſiderēt qđ & per naturā & maieſtatē vnū ſit cū patre filiꝰ, & ꝓ operationē nō diſcrepet à patre virtus, cū omnia quę pater fecerit,eadē & filius faciat ſimiliter. Neq; enī ſimiliter poteſt quiſq; facere idē opus qđ alius fecerit,
Ioan.5 niſi qui & inæqualitatē nō habeat operationis,& naturæ eiuſdē habeat vnitatem. Adhuc tamē requiro quid ſit quod nō poſsit facere à ſe filius niſi viderit facientē
2.Cor.12 patrē? Et inſipienter aliqua de vilioribus exēpla propono. Factus ſum enim inſipiēs,vos me coegiſtis. Nam
1.Tim.1. quid inſipientius q̄ de maieſtate dei argumenta diſcutere, quę queſtiones magis preſtant, q̄ ædificationem dei,quæ eſt in fide? Sed argumētis argumenta reſpondeant. Illis verba,nobis charitas quæ in deo eſt,de corde puro,& cōſcientia bona,& fide non ficta. Ergo ad infirmationē tā ineptæ propoſitionis nō piget etiā ridicula deriuare. Quomodo ergo videt filius patrem? Videt equus picturā,quā per naturā imitari non poteſt. Nō vtiq; ſic videt filiꝰ. Videt paruulus viri opera maioris,ſed imitari nō poteſt. Nec vtiq; ſic videt filius. Ergo ſi filius & per eiuſdē cū patre arcanū cōmune naturæ inuiſibiliter & videre & facere poteſt,& ꝓ plenitudinē diuinitatis quod voluerit exequi:quid ſupereſt niſi vt per vnitatē inſeparabilē poteſtatis nihil credamꝰ filiū facere,niſi quod viderit patrē facientem,quia per inſeparabilem vnitatē nihil à ſe facit filius,quoniā nihil vult qđ pater nolit?Qđ vtiq; nō infirmitatis ſed vnitatis eſt. Ergo nec cōtumax filius, vt eiiā de quarta ꝓpoſitione dicamꝰ. Nihil enim cōſiliarius filius facit,qđ cū patris nō cōueniat voluntate. Deniq; vidit pater qđ
Geneſis 1. fecit filius,& ꝓbauit qđ bona valde. Sic enim habes in Geneſi: Et dixit deus: Fiat lux, & facta eſt lux: & vidit deus lucē qđ bona eſt. Nunquid hic dixit pater: Fiat talis lux qualē ipſe feci?Sed fiat lux, quæ ante nō fuerat. Aut filius qualē faceret interrogauit? Sed fecit vt voluit,qualē pater vſq; eo voluit,& probauit. Ergo nouū opus,filij eſt. Deniq; ſi reprehēditur in filio ſecundū
I interpretationes Arianorū,qđ quæ viderit, facit, qui vtiq; ſecūdū ſcripturas qđ nō vidit, & fecit, & dedit eſ ſe quæ nō erat:quid dicunt de patre,qui quod viderat, prędicauit:quaſi ea quę facienda forent,non potuerit, pręuidere?Similiter ergo videt filius patris opus, ſicut pater opus filij. Nec quaſi alienū laudat,ſed quaſi proprium recognoſcit. Quęcunq; enim pater fecerit,eadē Ioan.5.
& filius facit ſimiliter: vt idem opus patris filijq; ſentires. Nihil ergo facit filiꝰ niſi quod pater probet,pater laudet,pater velit,quia ex patre totus eſt, nō vt creatura,quę multa cōmittit dum ſtudio lapſuq; peccati voluntatem frequenter offendit autoris. Nihil ergo filiꝰ facit niſi quod placeat patri,quia vna volūtas, vna ſententia eſt,vna eſt vera charitas,vnus operationis effectus. Deniq; vt ſcias charitatis eſſe quia nō poteſt filius à ſe facere quicq̄ niſi quod viderit facientē patrem:cū prēmiſiſſet,Quæcūq; enim ille fecerit, eadē & filiꝰ facit ſimiliter: ſubiecit,Pater enī diligit filiū. Ergo quod dixit ſcriptura,quia nō poteſt,ad inſeparabilis & indiuiduę charitatis retulit vnitatem. Quod ſi naturaliter eſt & vere eſt inſeparabilis charitas, inſeparabilis vtiq; etiā operatio naturaliter, & impoſsibile vt opus filij cū patria nō cōueniat volūtate, quando id quod filius operatur,operatur & pater: & qđ pater operatur, operatur & filius:& quod loquitur filiꝰ,loquitur & pater, Ioan.14.
ſicut ſcriptū eſt:Pater meus qui in me manet, ipſe loquitur:& opera quæ ego facio,& ipſe facit. Nihil enim pater ſine virtute atq; ſapientia ſua cōdidit, qui omnia in ſapientia fecit,ſicut ſcriptū eſt:Omnia in ſapiētia fe Pſal.103.
ciſti. Nihil etiā deus verbū ſine patre fecit. Non operatur ſine patre. Non ſine patria voluntate ſacroſancte illiſe obtulit ſalutaris mundi totius hoſtia paſſioni. Nō ſine patria volūtate mortuos ſuſcitauit. Deniq; Lazarū Ioan.11.
ſuſcitaturus leuauit oculos ſurſum,& dixit:Pater gratias ago tibi,quia audiſti me:& ego ſciebā quia ſemper L
me audis,ſed propter turbā quæ circunſtat dixi,vt credat quia tu me miſiſti. Vt quāuis ex perſona hominis in carnis ſuſceptione loqueretur,vnitatē tamen paternæ volūtatis & operationis exprimeret,quia pater omnia audit,omnia videt quæ vult filius. Videt ergo & pater faciētem filium,audit voluntatē. Denique nō rogauit, & exauditū ſe eſſe dixit. Nec æſtimari poteſt quod nō audit pater quod velit filius. Et vt ſcias quia ſemper auditur à patre,nec quaſi ꝓpheta,ſed quaſi filius: Et ego, inquit,ſciebā quia ſemper me audis,ſed propter turbā quæ circunſtat dixi, vt credāt quia tu me miſiſti. Propter nos igitur gratias egit. Nec eundem patrem eundemq; filium eſſe credamus cū idem opus patris audi- M
mus & filij. Nam vt cognoſceres nō quaſi infirmū gratias egiſſe, ſed quaſi dei filium ſemper ſibi diuinam potentiā vēdicare,clamanit:Lazare veni foras. Imperantis vtique vox iſta eſt, non precātis. Sed ad ſuperiora redeamus,& propoſita cōcludamus. Facit quaſi verbū filius voluntatē patris. Verbū hoc noſtrū vtiq; prolatiuum eſt. ſyllabæ ſunt, ſonus eſt, & tamē à ſenſu noſtro & mente non diſcrepat. & quæ interiori tenemus affectu,ea tanq̄ operātis verbi teſtificatione ſignamus. Sed non ſermo noſter operatur,ſolum eſt verbū dei quod nec prolatiuum eſt, nec euprathetō dicūt, ſed quod operatur,& viuit,& ſanat. Vis ſcire quale verbū, audi
Heb.4. dicētem: Viuū eſt enim verbū dei & validum,ætq; operatorium,& acutum,& omni gladio acutiſſimum, penetrās vſq; ad diuiſionē animæ & ſpiritus, artuumq; & medullarum. Verbum igitur audis dei filium, & à patria voluntate,& poteſtate ſecernis. Audis quod viuit, audis quod ſanat, noli ergo noſtro comparare verbo. Si enim verbum noſtrum quis non obtutu viderit, nō auditu audierit loqui, & loquitur tamen cognita per quædam naturæ humanæ interna myſteria: quomodo non impius qui ſecundum diuinitatem in dei verbo & obtutum quendā corporeum exigit,& auditum,&pu-

A tet qđ nō poſsit à ſe quicq̄ facere filius,niſi quod pater facientē viderit,cū per vnitatē(vt diximꝰ)eiuſdē ſubſtantię,idē velle atq; idē nolle & idē poſſe & in patre ſit,& in filio,& in ſpiritu ſācto? Quod ſi homines plerunq; ſenſuū qualitate diſcreti, tamen vnius propoſiti intētione cōcordant, quid de patre nos & de filio concruit æſtimare,niſi id quod humana imitatur charitas, ſubſtantia diuina poſsideat?Ponamus tamen, ſicut ipſi volunt,quod quaſi in exemplari, quod viderit patrem faciētem,filius faciat. Et hoc vtique eiuſdē ſubſtantiæ eſt. Nullus enim poteſt alterius imitationē operationis implere,niſi qui eiuſdē naturæ habeat vnitatem.

¶De ſolutione obiectionū quibꝰ impij hæretici inęqualitatē patris & filij ꝓbare contendūt. CAP. IIII.

IMPERATOR Auguſte, quidā hoc etiā ad inæqualitatē dei patris obijciēdā vſurpare cōſueruntquia dicāt omnipotentem patrē eſſe,quod generauit filiū: negent autē omnipotētē filium,dicētes quod generare non potuit.
B Sed vide quēadmodū ſæua impietas, vt dialectica philoſophorū,ſe ipſa cōuincat. Hac enim quæſtione aut coæternū patri filiū eſſe ſua voce fateantur, aut ſi principium tēporis filio aliquod adſcribunt, principiū potentiæ neceſſe eſt tribuant etiam patri. Ita cū omnipotentem filium negāt,incipiūt,quod nefas dictu eſt, aſſerere per filiū patrē omnipotētē eſſe cœpiſſe. Nam ſi per generationē omnipotens pater, vtiq; aut coæternꝰ patri filius eſt,quia ſemper omnipotens pater,ſempiternus & filius: aut ſi fuit quando non erat filius ſempiternus,fuit ergo quādo nō erat omnipotēs pater. Nā cū volunt filiū dicere aliquādo cœpiſſe,in illud recidūt,vt & patris potentiā dicāt non ſemper fuiſſe, ſed ex filij generatiōe cœpiſſe. Ita dū filio dei cupiūt de-
C trogare,plus tribuunt,vt cōtra fas omne autorē paternæ potentiæ declinare videātur,cū filius dicat:Omnia
Ioan.16. quę pater habet, mea ſunt, hoc eſt,non quę patri ipſe tradiderit,ſed quæ à patre iure generationis acceperit. Et ideo filiū eſſe ſempiternā didicimus virtutē. Si ergo ſempiterna eius virtus atq; diuinitas, vtiq; & potentia eius ſempiterna. Filio igitur qui derogat, patri derogat,pietatē offendit,violat charitatē. Nos honorificemus filiū in quo pater cōplacet. Placet enim patri vt laudetur filius in quo ipſe cōplacuit. Reſpōdeamꝰ tamen intētioni eorū, ne epilogo quodā inuidiā queſtionis declinaſſe videamur. Generauit, inquiunt, pater, nō generauit filiꝰ. Quod hic argumētū eſt inæqualitatis? Generatio enim paternæ proprietatis eſt, nō potētię: & pietas æquat,non ſeparat. Deniq; in ipſo vſu noſtræ infirmitatis frequenter euenire cognoſcimus vt & infirmi filios habeāt & non habeant fortiores: ſerui, & non habeant domini:habeant inopes, non habeant qui potētes ſint. Sed hoc dicūt & infirmitatis eſſe qđ homines volūt filios habere nec poſsunt: q̄uis humana nō ſint conferēda diuinis,tamē intelligant inter ipſos quoq; hoies nō potētiæ eſſe ſed paternę proprietatis habere filios vel nō habere. Nec in poteſtate,noſtrę voluntatis eſſe generare,ſed in corporis qualitate: Nā ſi eſſet potētię,vtiq; potētior multos haberet, ergo nō eſt potētia habere filios vel nō habere. Nūquid naturę eſt?Si naturę infirmitatē putatis, & ad humana cōfertis exēpla,eadem patris eſt natura quę filij eſt, itaque
Gal.4. aut verū filiū dicitis, & patri in filio derogatis per vnitatem eiuſdē naturæ. Sicut enim pater natura deus, ita & filius. Deos autē ait Apoſtolus nō natura deos eſſe, ſed dici. Aut ſi negatis eſſe verū filium, hoc eſt eiuſdē naturæ:non eſt ergo generatus,ſi non eſt generatus filius,nō generauit pater. Colligitur itaq; iuxta ſententiā veſtram vt nō ſit omnipotēs de pater, quia generare nō potuit ſi non generauit filium,ſed creauit. Sed quia D
omnipotens pater,cū iuxta ſententiā veſtram ſolus genērator oīpotens ſit,generauit vtiq; filiū, non creauit. Verū ipſi magis q̄ vobis credendū eſt. Ille ait: Genui: & frequenter ait,generationis ſuæ teſtis. Non ergo naturæ,nō eſt potentiæ in Chriſto aliqua quod nō generauit infirmitas,quia generatio,ſicut ſæpe iam diximus,nō ad ſubtilitatē potentię, ſed ad ꝓprietatem refertur naturæ. Nā ſi ideo oīpotens pater, quia filiū habet:oīpotentior ergo eſſe potuit ſi plures haberet. An vero potentia eius in vna generatione deficit? At ego oſtendā & Chriſtū habere filios,quos quotidie generat,ſed ea generatione vel potius regeneratiōe quę poteſtatis eſt,nō naturæ. Adoptio enim poteſtatis eſt, generatio ꝓprietatis:quod ipſa ſcriptura nos docuit. Di
cit enim Ioannes quia in hoc mundo erat, & mundus Ioan.1.
per ipſum factus eſt,& mūdus eū non cognouit, & ſui eū non receperunt. Quotquot aūt receperūt,dedit eis poteſtatem filios dei fieri,iīs qui credunt in noīe eius. Didicimus enim poteſtatis eſſe quod nos filios dei fecit,proprietatis autem generationes eſſe oracula diuina declarāt. Dicit enim ſapientia dei: Ex ore altiſſimi Eccle.24
ꝓdiui,hoc eſt,nō coacta ſed libera, nō poteſtati obnoxia,ſed nata generationis arcano, priuilegio dominatiōis,& iure poteſtatis. Deniq; de eadem ſapientia,hoc
eſt de domino Ieſu,alibi pater dicit:Ex vtero ante lu- Pſal.109.
ciferū genui te,qđ vtiq; ideo dixit,non vt corporalem aluū declararet,ſed vt proprietrtem verę generatiōis oſtenderet. Nā ſi ad corporalia referas,ergo omnipo- E
tens pater cū dolore & cōceptione generauit. Sed abſit vt deū ex infirmitate corporis metiamur. Eſt quidā vterus paternę arcanū ſubſtantię, interiuſq; ſecretum, quod nō angeli,non archangeli, non poteſtates,nō dominationes, nō aliqua creaturarū potuit penetrare natura. Cū patre enim ſemper & in patre ſemp eſt filius. Cū patre ꝓ diſtinctionem indiſsociabilem trinitatis ęternæ:in patre ꝓ diuinā vnitatem naturæ. Quis igitur hic arbiter diuinitatis? Quis diſcūtiat patrem ac filiū, ille quare regenerauerit,iſte cur genuerit?Seruulū ſuū aut ancillā cur nō genuerit nemo cōdemnat, iſti condemnāt cur nō generauerit Chriſtꝰ. Cōdemnāt enim ſua opinione cū derogāt. Nec cōiugibus inter ſe cur nō generauerit,aut charitas minuitur, aut meritū derogatur. Iſti quia nō generauit,chriſti minuūt poteſtatem. Cur,inquiūt,filius pater nō eſt,quod & pater filius nō eſt? Cur nō iſte nō generauit, cū nec ille generatus eſt? Nec ideo minus habet filius qđ pater nō eſt, nec pater F
minus habet qui filius nō eſt. Dixit enim filius: Omnia
Ioan.16. quę pater habet,mea ſunt. Adeo generatio in paterna ꝓprietate,nō iure eſt poteſtatis. Eſt quædā indiſtincta diſtincte incōprehenſibilis & inenarrabilis ſubſtātia trinitatis. Diſtinctionem etenim accepimus & filij & ſpiritus ſancti,nō cōfuſionem: diſtinctionem, nō ſeparationem: diſtinctionem,non pluralitatem. Diuino itaq; admirando q; myſterio, manentem ſemper accepimus patrem,ſemper filium,ſemper ſpiritū ſanctum. Nō duos patres,nō duos filios,nō duos ſpiritus. Vnus enim deus pater,ex quo omnia,& nos in ipſo. Et vnus
1.Cor.8. domin⁹ Ieſus,per quem omnia, & nos per ipſum. Vnꝰ natus ex patre dominus Ieſus,& ideo vnigenitus. Vnꝰ & ſpiritus ſanctus, vt idem Apoſtolus dixit. Sic accepimus,ſic legimus,ſic tenemꝰ,diſtinctionem neſcimꝰ, ſecreta neſcimus,cauſas nō diſcutimus,ſecreta ſeruamus:Facinus indignū,vt qui generationis ſuæ facultatem nō habent, diuinę generatiōis examen ſibi arrogent,vendicent poteſtatem,negent ergo æqualem patri filiū,qđ nō generauit filiꝰ. Negent æqualem patri filiū,qđ patrem habet. Hoc ſi de hominibus dicerent, quorū aliqui volūt filios habere nec poſsunt, iniuriā putaremus. Sic etiā ſi inter duos honore pares habenti

G filios,qui nō habet,negaretur ęqualis. Et ideo hoc inquā graue & de ipsis hoīb⁹ videtur, vt quis minor putetur quōd patrē habet. Nisi forte tanq̄ constitutū in familia, putent Christū dolere quod emācipatus à patre nō sit,& administrandi patrimonij nō habet facultatē. Sed nō Christus in sacris,qui sacra vniuersa distinxit. Quomō tamen respondeant, vera ne generatio sit, & verus filius ex deo patre natus, hoc est ex substātia patris,an ex alia natus substātia? Si enim dicunt ex patre, hoc est ex dei substantia, cōuenit quod ex substantia patris filiū dicant. Ergo quia vnius substātiæ, vnius vtique potentiæ. Si vero ex alia substantia filius est, quomodo omnipotens filius est,& oīpotens filius non est? Quid enim præstantius si ex alia substantia filiū deus fecit, cum vtiq; & filius ex alia nos substantia filios dei fecerit? Ergo aut vnius substantię filius cū patre, aut vnius potentię. ❡Friget igitur eorū quæstio qđ de Christo iudicare nō possunt, imō quod vincit ille cū iudicatur. Digni tamen sunt isti iudicio suo, qui hāc obijciūt quæstionē. Si enim ideo ęqualis patri filius nō est, quia nō generauit filiū: & isti vtique fateantur si non habēt filios qui serunt huiusmodi quęstiones, suos sibi etiam seruulos pręferendos, eo quod habentibus filios ęquales esse non possunt. Si autem filios nō putent sibi merito, sed filiorū iure deferri, nō cōsistit igitur hęc quæ H stio, qđ æqualis filius patri ideo esse nō possit, quod pater generauit filiū, filius nullū ex seipso generauerit. Nā & fons fluuiū generat, & fluuius fontē ex seipso nō generat. Et lux splendorē gēnerat, non splendor lucē, & vna natura est splendoris & lucis. Vnde cum æqualē ex generationis obiectu ꝓbare nō potuerint, intelligāt etiā illā diuulgantē suæ calumniam quæstionis explosam. Solent enim opponere, quomodo æqualis potest esse filius patri? Nam si filius est, anteq̄ generaretur, nō erat: aut si erat, cur natus est? Et Arrianos se negare cō fuerunt, qui proponunt Arrij quęstiones. Itaq; exigūt à nobis responsionem, vt si dixerimus quod anteq̄ generaretur erat, astute referāt, Ergo anteq̄ generaretur creatus est: & non differt à cæteris creaturis, quia prius cœpit creatura esse q̄ filius. Et adijciūt, cur qđ erat, natus est? An qđ imperfect⁹ erat, vt postea perfectior fieret? Si aūt respōderimus quod nō erat, obijciūt statim ei, ergo generatio cōtulit vt esset quod non erat antequam nasceretur, vt hinc colligant: Erat ergo quando non erat filius. Sed quia hoc proponūt, & obscuritate I volunt inuoluere veritatē, dicāt ipsi vtrū tēporaliter generet pater, an intēporaliter? Si enim tēporaliter dixerint: quod filio obijciūt, patri adscribāt, vt videatur pater cœpisse esse qđ non erat. Si intēporaliter, quid supereſt nisi vt ipsi soluāt quā proposuerint quęstionē, vt cū generatione patris abnuāt tēporalē, generationē quoq; filij tēporalem nō esse fateātur? Si ergo nō est generatio eius ex tēpore, æstimari datur qđ nihil præcesserit ante filiū, qui nō sit ex tempore. Si enim aliud ante filij, iam nō sunt in ipso creata omnia quæ vel in cælo sunt vel in terris, & Apostolus redarguitur qui hoc in epistola sua scripsit: Quod si nihil ante generationē, nō aduerto cur posterior asseratur quem nemo prœcesserit. Cōnectēda est alia eorū plena impietatis obiectio, quæ latētē habeat dolū, quo sensus facilium mētesq; perstringant. Interrogāt enim vtrū quod finē habet, aliquādo cœperit? Et si acceperint huiusmodi respōsionē, quia qđ finē habet cœpit aliquando: referūt vtrū pater desierit generare filiū? Quod cū tenuerint nostro aspirāte cōsensu, cōtexūt, Cœpit ergo generatio. Id si nō abnuas, consequi videtur, vt si cœpit generatio, videatur in eo cœpta qui natus est, vt natus esse dicatur, qui ante nō fuerit: vnde definiāt, Aliquādo ergo filius non fuit. Adijciunt alias ineptias loquacitatis suę, dicētes: Si verbū patris filius est, & ideo genitus dicitur quia verbū est, opus nō est, multifariā locutus est K pater, multos ergo generauit filios, si nō operatus est, sed locutus est verbū. Amētes hoies, quasi nō intelligāt quid intersit inter prolatiuū sermonē, & in æternū ꝑmanēs dei Verbū ex patre natū vtiq;, nō ꝓlatū, i quo nō cōposita syllaba, sed plenitudo diuinitatis æternæ est, & vita sine fine. Subtexunt aliā impietatē, proponentes vtrum volens an inuitus generauerit pater: vt si dixerimus volentē, antiquiorē generatione volūtatē videamur fateri, & referant quod nō sit filius coæternus patri, quem aliquid antecesśit, aut quōd & ipse sit creatura, quia scriptū est: Omnia quæ voluit ipse fecit, cum hoc ipsum nō de patre & filio, sed de ijs quas filius fecit, dictū sit creaturis. Sin aūtē inuitū patrem generasse respōderimus, inualidū patrē dixisse videamur. Sed nihil in sempiterna generatione prœcedit, nec velle, nec nolle, ergo nec inuitū dixerim, nec volētem, quia generatio nō est volūtatis posśibilitate est, sed in iure quodā & ꝓprietate paterni videtur esse secreti. Nā sicut bonus pater nō aut ex volūtate est, aut necessitate, sed p̄ natūrā: ita nō generat ex volūtate aut necessitate pater. Esto tamē, sit generatio in volūtate generantis, quādo hāc volūtatē fuisse dicūt? Si in principio: vtiq; si sempiterna volūtas, sempiternus & filius. Si cœpit voluntas, displicuit igitur sibi quod erat deus pater, vt mutaret statū. Displicuit ergo sibi sine fine, placere cœ L pit in filio. Iā illa cōsequētia, vt dicamus: Si studiū generādi nostro more assumpsit, ergo & cætera quæ generationē prœcedere solent, nostro more assūpsit, nostro autē vlu generatiōis votū est, nō volūtas. Prodūt igitur impietatē suā qui volūt generationem cœpisse Christi, vt videatur nō generatio illa verbi manentis, sed prolatio fluētis esse sermonis. Deinde multos inducēdo filios, negēt in Christo diuinæ ꝓprietatē naturę, vt nec vnigenitus nec primogenitus ęstimetur. Postremo vt si principiū esse credatur accepisse, etiā finē videatur habitur⁹. Sed neq; principiū assumpsit aliquādo dei filij⁹, qui erat in principio: neq; finē, qui est principiū, vniuersitatis, & finis. Nā cū sit principiū, quomodo quod habeat accepit? Aut quō sui finē habebit, cū omniū ipse sit finis, vt in illo fine, sine fine maneamus? Dei enim generatio cū tēporalis nō sit, nec ante se nec in se tēpus inuenit. Frigida igitur eorum & vana quæM stio, & in creaturis ipsis nō habet locū. Ipsa etenī quæ tēporalia sunt, discretionē in quibusdā habere tēporis nō videtur. Lux nēpe splendorē generat, nec cōprehē di potest quod splendor luce posterior sit, aut lux splēdore ātiquior, quia vbi lumē, & splēdor est? & vbi splēdor, & lumē est. Itaq; nec sine splēdore lumē, nec splēdor potest esse sine lumine: quia in splendore lumen, Heb.1. & splēdor in lumine est. Vnde & Apostolus splēdorē paternæ gloriæ filiū dicit, quia splendor paternæ lucis est filius: coæternus, propter virtutis æternitatē: inseparabilis, propter claritudinis vnitatē. Ergo si tēporalia hæc & aeria hic cōprehēdere & separare nō possumus quæ videmus: deū quē non videmus, qui super omnē est creaturā, in ipso suę generationis arcano possumus comprehēdere, possumus eū à filio tēpore separare, cum omne tempus opus filij sit? Desināt ergo dicere: & ante q̄ generaretur, non erat. Ante enim temporis est, generatio ante tempora: & ideo quod posterius est, prius nō est: nec opus ante autorē potest esse, cū opera principiū de operatione sua sumāt. Nā quomodo ante operationē suam vsus operis æstimatur, cū omne tempus opus sit ei, omne opus de operatore suo vt esset accepit? Experiri igitur adhuc istos volo qui sibi videntur astuti, vt de nostris respondeāt qui calūniāntur diuinis, lōgeq; refugiunt ab inscrutabili supernæ generationis exemplo. De filio dei dicunt quod antequam generaretur non erat, hoc est de dei sapiētia, de virtu

A te dei, de dei verbo, cui⁹ generatio nihil ante se nouit: quia si aliquādo, vt volūt, non fuit (qđ nefas dictu est) nō fuit ergo in deo perfectiōis aliquādo plenitudo diuinę, si postea ꝓcessū generationis accepit. Tamen vt sciāt q̄ vana sit & solubilis eorū quęstio licet nihil in eo humanis diuinisve cōmune, tamē docebo hoies an teq̄ nascerētur fuisse. Aut negēt Iacob sanctum fuisse priusq̄ nasceretur, qui fratrem supplāt auit in materni adhuc vteri posit⁹ arcano. Negēt Hieremiā antequam Hiere.1. nasceretur sanctū fuisse, cui dicitur: Priusq̄ te formarē in vtero matris tuæ, noui te: & priusq̄ exires de vulua, sanctificaui te: & ꝓphetā in gentibus posui te. Quid hoc euidentius tanti exēplo ꝓphetæ, qui sanctificatus est anteq̄ nat⁹: & anteq̄ formaretur, est cognit⁹? Quid etiā de Ioanne loquar, de quo mater religiosa testatur qđ intra materna situs adhuc viscera prœsentiā domini spiritu cognouit, exultatiōe signauit, sicut scriptum Luc.1. meminimus matre dicēte: Ecce enī vt facta est in auribus meis vox salutationis tuę, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Erat igitur qui ꝓphetabat, an non erat? At certe erat. Erat enim qui venerabatur autorē, B erat qui loquebatur in matre. Deniq; Helizabeth filij spiritu replebatur, mater filij spiritu sanctificabatur, sic enī habes, qđ exultauit infans in vtero ei⁹, & repleta est spiritu sancto. Vide singulorū verborū ꝓprietates. Vocē quidem Marię prior Helizabeth audiuit, sed Ioānes prior domini gratiā sensit. Pulchre sibi conueniūt oracula oraculis, fœmina mulieri, & pignus pignori. Istæ gratiā loquūtur, illi intus operantur, pietatis q̄ mysteriū maternis odoriūtur ꝓfectibus, duplicique miraculo, licet honore diuerso, ꝓphetant matres spiritu parulorum. Quis igitur autor huius miraculi? nōne dei filius, qui fecit esse nō natos? De rebus humanis quęstio nostra nō potest cōuenire. Potest ne de diuinis cōuenire secretis, vt qui anteq̄ generaretur, non erat? Nūquid pater aliqua tēpora cōceptionis accepit, vt filiū tēpora prœuenirēt? Aut fœmineæ more naturæ generationis suæ molitus est partū, vt molitio ipsa filio esset antiquior? Quid est hoc? cur diuina scriptura discutimus ꝓprietatē legi diuinæ generatiōis, nō qualitatē? Facinus indignū, vt ex se quidā cælestia metiantur, qui tanq̄ vnū de spadonibus putāt Christū nō nasci potuisse, sed fieri: aut tāq̄ vnū de spadonib⁹ patrē, qui filiū quē generare non potuerit, adoptauerit.

¶De solutione quæstionis quā pleriq; faciunt ex eo qđ scriptum est: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuit propter me. CAP. V.

C

Ioan.6. ❡Pleriq; etiā hinc faciunt quæstionē, quia scriptum est: Sicut misit me viuus pater, & ego viuo propter patrē: & qui manducat me, ipse viuit propter me, dicentes: Quomodo ęqualis est patri filius qui dixit quod propter patrem viuit? Qui hoc proponunt, primū respondeant cuiusmodi vita sit filij, vtrum ea quam pater largitus sit non habenti? Sed quomodo vitam aliquando Ioan. 14. potuit non habere, cum ipse sit vita, sicut ait: Ego sum via, veritas, & vita? Vita vtiq; sempiterna, sicut virt⁹ est sapientiæ. Aliquando ergo, vt sic loquar, si vitam non habuit, cōsiderate quid lectum sit hodie de domino Ie 1.Thes.5. su, quod mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cū illo viuamus. Cuius mors, vita est: huius diuinitas, vita non est: cum diuinitas vita sit sempiterna? An vero vita eius in patris potestate? Sed nec corporis quidem sui vitā in alterius fuisse potesta- Ioan.10. te memorauit, sicut scriptū est: Ego pono animā meā, & iterū sumam illam? Nemo tollit illam à me, sed ego pono eam a meipso: Potestatē habeo ponendi animeā meā, & iterū potestatē habeo sumendi eā: hoc mā D datum accepi à Patre meo. Eius ergo vita secūdū diuinitatē in alterius potestate iudicatur, cuius vita secūdū corpus alienæ nō erat subdita potestati? Aliena enim potestas erit, si nō erat vnitas potestatis. Sed sicut potestatis suę esse significat ponere animā, & liberę volūtatis: ita etiā qđ secūdū mādatū deposuit patris, suæ ac paternę volūtatis significat vnitatē. Ergo si vitā filiⁱ⁹ neq; aliquo accepit ex tēpore, neq; alienæ habet potestati subditā, videam⁹ qua ratione dixerit: Sicut misit me viuus pater, & ego viuo ꝓpter patrem: ita & qui māducat me, ipse viuit ꝓpter me. Si primā eligūt, hoc significat q̄, sicut missus sum à patre, & descendi à patre, ita viuo ꝓpter patrē. Quis aūt missus est atque descēdit, nisi filius hominis, sicut ipse supra sapientia dixit: Nemo ascēdit in cælū nisi qui de cælo descendit filius hoīs? Ergo si quasi filius hoīs missus est, atque descendit: ita quasi filius hominis viuit propter patrem: deniq; & qui manducat quasi filium hominis. Actum ergo incarnationis suæ aduentu comparauit. Quod si secūda complacuit, nōne & ęqualitatem filij cum patre, & similitudinē eius cum homine manifesta distinctione colligim⁹? Nam quid est: Sicut ipse viuit propter patrē, & nos viuimus propter ipsum: nisi quod vi uificat filius hominis, sicut pater in filio carnem viuificauit humanā? Sicut enim pater suscitat mortuos, & vi uificat: sic & filius quos vult vinifícat, vt ipse dominus supra dixit, Aequalitas ergo filij ad patrē, per vnitatem quoq; viuificationis astruitur, quando sic viuificat filius, vt pater. Agnosce ergo eius vitam & potentiam sempiternam. Similitudo etiam nostra ad filium & quædam secundum carnē, vnitas declaratur, quoniā E quemadmodum filius à patre sicut homo est, viuificatur in carne. Sic enim scriptū est, quod sicut dominus Iesum Christū à mortuis suscitauit, ita etiam nos quasi homines viuificamur à deo. Secundū hanc ergo expositionem humanam nō solum ad conditionē humanam deriuatur gratia largitatis, sed etiam diuinitatis ęternitas prædicatur. Diuinitatis, q̄ ipsa viuificat: humanæ autem cōditionis, q̄ viuificata est & in Christo. Quod si quis vtrunq; ad Christi refert diuinitatē, ergo filius dei hominibus cōparatur, vt ita filius propter patrem viuat, sicut nos propter filium dei viuim⁹. Sed filius dei vitam largitur æternā, nos autē largiri nequimus: ergo nostri comparatiōe nec ille largitur. Habēt igitur Arriani fidei suę præmiū, ne vitam ęternā adipiscantur à filio. Libet iam vlterius progredi. Nam si illis placet hūc locum ad diuinæ perpetuitatem referre substantiæ, accipiant tertiā expositionē. Nōne euidenter videtur dicere quod sicut viuus pater est, ita vi F uit & filius? Quod vtiq; quis nō adūertat ad vnitatem vitæ, quod eadem patris & filij vita sit, esse referendū? Sicut enim pater vitam habet in semetipso, sic dedit filio vitā habere in semetipso. Dedit per vnitatē, dedit non vt auferat, sed vt clarificetur in filio. Dedit vt cōplaceat. Dedit non vt pater custodiret, sed vt filius possideret. Sed obijciendū putant qđ dixit: Ego viuo propter patrem. Vtiq; si ad diuinitatem referunt: propter patrem viuit filius, quod ex patre filius est: ꝓpter patrem, quod vnius substantię cum patre: propter patrē, q̄ eructuatum est verbum ex patris corde, quod à patre processit, quod ex paterno⁹ generat⁹ est vtero, qđ fons pater filij est, quod radix pater filij est. Sed dicūt fortasse: si vnitatem putas patris ac filij vitæ esse, cum filius dixerit, Et ego viuo propter patrem: nunquid vnitas est filij vitæ atque hominum, cum dixerit filius: Qui manducat me, & ipse viuit ꝓpter me? Imò plane, sicut vniuersitatem fateor esse vitæ cælestis in patre & filio per diuinæ vnitatem substantiæ, ita vel diuinę naturæ vel dominicæ incarnationis, excepto priuilegio,

G societatē nobiscū vitæ ſpiritalis in filio eſſe ꝓfiteor ꝙ humanę vnitatē naturę. Qualis enim cæleſtis, tales &
1.Cor. 15. cęleſtes. Denicꝫ ſicut in illo ſedem⁹ ad dexterā patris, nō ꝙ cū ipſo ſedemus, ſed qđ ſedemus in Chriſti corpore, de quo poſtea dicemus plenius: ſicut, inquā, ſedemus in Chriſto per corporis vnitatē, ita & in Chriſto viuimus per corporis vnitatē. Non ſolum autem non vereor quod ſcriptum eſt? Et ego viuo propter patrē: ſed etiam ſi per patrem dixiſſet, non vererer.

¶De ſolutione obiectionis quam Arriani ſumunt ex hoc quod dominus dixit: Hęc infirmitas non eſt ad mortem. CAP. VI.

Ioan.11. SOLENT enim etiā illud obijcere qđ hæc dixit: Hæc infirmitas nō eſt ad mortē, ſed ꝓ claritate dei, vt clarificetur filius eius ꝓ ipſum. Non ſolum enim per patrē, & à patre filius clarificatur, quod ſcriptum eſt. Clarifica me
Ioan. 17. pater: & alibi: Nunc clarificatus eſt filius hominis, &
Ioan.13. deus clarificatus eſt in eo, & deus clarificauit eum: ſed etiā per filium & à filio clarificatur pater, quia veritas dixit: Ego te clarificaui ſuper terrā. Sicut ergo clarificatur per patrē, ita etiā propter patrem viuit. Vnde & quidam opinionem magis putauerunt eſſe ꝙ gloriā, & ideo ſic interpretati ſūt: Ego te clarificaui ſuper terrā, opus cōſummaui qđ dediſti mihi, & nunc clarifica me pater, hoc eſt, δόξασόν vt ſit hic ſenſus, opinionē de te hominibus huiuſmodi infudi, vt cognoſcant te verum deum: & tu hanc de⁹mē cōfirma illis opinionē, vt credāt me tuū filiū, & deum verum. Iam illud ridiculum
H eſt, quod quidam ex illo apoſtolico diſcretionē inter
1. Cor. 8. patrem & filiū faciunt poteſtatis, quod ſcriptū eſt: Nobis tamen vnus deus pater, deus ex quo omnia, & nos in ipſum: & vnus dominus Ieſus, per quem omnia, & nos per ipſum. Aiunt enim nō mediocrem diuinæ maieſtatis eſſe diſtantiam quod dictū eſt, ex illo omnia, & per hunc omnia. Nihil autē expreſsius ꝙ quod hoc loco omnipotens filius euidenti ratione ſignatur. Nā vt ex illo omnia, ita per hūc omnia. Inter oīa pater non
Pſal. 118. eſt, cui dictū eſt: Quoniam vniuerſa ſeruiunt tibi. Inter omnia filius nō eſt, quia omnia per ipſum facta ſunt, &
I omnia in ipſo cōſtant: & ipſe eſt ſuper oēs cælos. Non ergo inter omnia filius, ſed ſuper omnia, quod ſecūdū carnem quidem eſt ex familia Iudæorū, idem tamē ſu
Pſal. 8. per omnia deus benedictus in ſecula, cuius eſt nomen ſuper omne nomen, & de quo dicitur: Omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Subijciendo autem omnia, nihil reliquit ei non ſubiectum, ſicut Apoſtolus dixit. Quod ſi hoc etiam ſecundū incarnationis locutus eſt ſacramentum, quemadmodū poſſumus de ſupernæ generationis incōparabili maieſtate dubitare? Nihil igitur pote
ſtatis inter patrem & filiū certum eſt intereſſe. Denicꝫ
Roma.11. eouſꝫ nihil intereſt poteſtatis, vt idē Apoſtolus ex eo dixerit eſſe oīa, per quē omnia, ſicut habes: Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Si igitur pater (ſicut putant) tantūmodo ſignatur, nō poteſt idem omnipotens eſſe, quia ex ipſo omnia: & omnipotēs nō eſſe, quia per ipſum omnia. Aut igitur inualidum nec omnipotentē patrem ſua aſsertione memorabunt, aut certe omnipotentē etiā filiū inuiti voce propria fatebuntur. Eligant tamen vtrū hic patrē declaratū putēt. Si patrem, ergo & per ipſum omnia. Si filiū, ergo & ex ipſo omnia. Si autem & per patrē omnia, nihil vtiq; filio derogādū. Et ſi ex filio omnia, ſimiliter & filio deferendum. At ne inſidiari nos vnius arbitrentur obreptione verſiculi, totum capitulū recenſeamus. O altitudo, inquit, diuitiarū ſapientiæ & ſciētię dei, q̄ inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vię eius. Quis enī cognouit ſenſum dominī? aut quis cōſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā K ex ipſo, & ꝓ ipſū, & ī ipſo ſūt oīa, ipſi gloria in ſecula. De quo igitur dictū putāt, de patre, an de filio? Si de patre: ſed nō eſt ſapiētia dei pater, quia ſapiētia dei filius eſt. Quid eſt autē qđ nō poſsit ſapiētia, de qua ſcriptū eſt: Cū ſit vna, oīpotēs, & ꝑmanēs, in ſe oīa innouat? Nō Sap.7. ergo accedētē legim⁹, ſed ꝑmanentē. Habes ergo iuxta Salomonē, oīpotētē & ꝑmanētē ſapiētiā. Habes ergo etiā, bonā, quia ſcriptū eſt: Sapiētia aūt nō vincit ma
litia. Sed ad ꝓpoſitū reuertamur. Quām inſcrutabilia ibidem. ſūt, inquit, iudicia ei⁹. Si igitur omne iudiciū pater dedit filio, fili⁹ videtur declarare qui iudicat. Denicꝫ vt ſcias quod nō de patre, ſed de filio dicit, addidit: Quis prior, inquit, dedit illi? Dedit etiā pater filio, ſed dedit iure generatiōis, nō munere largitatis. Et ideo licet negari nō poteſt à patre accepiſſe filiū, ſecūdū qđ ſcriptū eſt: Oīa mihi tradita ſunt à patre meo: dicendo tamen. Mat. 11. Quis prior dedit illi? nō accepiſſe ꝑ naturā à patre filiū denegauit, ſed priorē nō poſſe dici inter patrē & filiū declarauit: quia etſi pater dedit filio, nō tamē quaſi poſteriori dedit, quia increata & inæſtimabilis trinitas, quę vnius eſt æternitatis & gloriæ, nec tēpus nec gradū vel poſterioris recipit vel prioris. Quod ſi græcos L magis codices ſequendos putamus, quia habent τίς γὰρ ἔγνωκεν νοῦν κυρίου vides quoniam cui nihil addi poteſt, nō diſpar à pleno eſt. Ergo ſi filio magis conuenit hoc Sic ha-
totū apoſtolicū capitulū, videmus & de filio eſſe cre- betlo-
dendū quia ex ipſo omnia, ſicut ſcriptū eſt: Quoniā ex eus apud
ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Eſto tamē de ſaiā cap.
patre dictū putēt. Itaq; meminerimus qđ ſicut ex ipſo 40. & itē
legimus omnia, ita etiā per ipſum omnia, in vniuerſi- apud Pau
tatem quippe totius creaturę patris & filij ꝓfutura au- lū Ambro
toritas. At licet ſuperius omnipotentē filium paterno ſius tamē
probauerim⁹ exēplo, tamē, quod illis derogare ſtudiū legiſſe vi
eſt, cōſiderent quod & patri derogēt. Si enim infirmus videtur filius, quia per ipſum omnia: nūquid & infirm⁹ pater, προσθήκη quia & per patrē omnia? Sed vt agnoſcant nullā diſcre κεφ ſue
tionē inter hæc eſſe, verū demōſtrabo, eiuſdē eſſe ex προσθήκη- quo aliquid, & per quē aliquid, & oſtendā vtrūq; de pa κεφ, quā
tre lectū. Sic enim habem⁹: Fidelis deus, per quē voca- dicit, cui
ti eſtis in cōmunionem filij eius. Quid Apoſtoli dixe- nihil ad-
rint, cōſideret. Per patrē vocamur, & nihil eſt quæſtio di pōt. Et
nis. Per filiū creamur, & hoc vilius æſtimabimus? Pa- eādē le-
ter in cōmunionem filij vocauit, & religioſe hoc, ſicut ctionē i-
debemus, accipimus: filius omnia creauit, & putāt non dicabant
liberę eſſe poteſtatis arbitriū, ſed coactę atq; ſeruilis o qualiacū-
perationis obſequiū. Vt autem agnoſcas plenius nihil qveſtigia
diſtare inter patris & filij poteſtatem: cū ꝓ patrem in gręcorū
communionē filij eius vocemur, ex filio ipſa eſt cōmu elemēto-
nio, ſicut ſcriptū eſt: Quoniā de plenitudine eius nos rū: qđqui
omnes accepimus, licet ſecundū græcoū euāgelium, ex qđ nobis
plenitudine eius intelligere debeam⁹. Ecce & per pa- tradidit
trē cōmunio, & ex filio cōmunio, ſed nō diſcrepās, ſed editio al-
vna cōmunio, ſicut idem Ioannes in epiſtola ſua dixit: dina, nec
Et communicatio ſit cum patre & cum filio eius Ieſu ſētit cū eo
Chriſto. Accipite etiam quod non ſolum ex patre & ſi quod ver
lio, ſed etiam ex ſpiritu ſācto vnam nobis cōmunionē tit hiero.
ſcriptura memorauit. Gratia, inquit, domini noſtri Ie nec cū eo
ſu Chriſti, & charitas dei, & cōmunicatio ſancti ſpirit⁹ qđ editū
cum omnibus vobis. Quæro autem in quo minor vi- eſt noſe
deatur is per quem omnia, q̄ is ex quo oīa? an quod o- sept. Lati
perator aſseritur? Sed operatur & pater, quia verus eſt ne.
qui dixit: Pater meus vſq; modo operatur, & ego ope- M
ror. Sicut igitur pater operatur, operatur & filius. Nō ergo operator infirm⁹ aut vilis eſt, quoniam operatur & pater: & ideo quod commune eſt filio cū patre, vel propter patrē, inferiore loco accipi nō oportet, ne patri poti⁹ in filio ab hæretitis derogetur. Nec mediocre illud quod alibi etiā idem ſanctus Ioannes ad refellendas arrianę perfidię quæſtiones ait: ſcitis quoniam iu- 1. Ioan. 3.

A ſtus eſt, ſcitote quoniā qui fecit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt. Iuſtus autē quis niſi dominus, qui iuſtitias dilexit: aut quē (ſicut ſuperiora indicāt) repromiſsorē vitæ habemus? Si igitur filius dei vitam nobis promiſit æternā: & ipſe iuſtus eſt, & ex ipſo vtique nati ſumus. Aut ſi ex filio nos per gratiam natos negāt, nec iuſtū filiū cōfitētur. Credas igitur neceſse eſt etiam ex dei filio omnia, quia omniū ſicut deus pater, ita & filius & autor eſt & creator. Videmus ergo inanē eſſe hāc quæſtionē, cū & de filio credi cōueniat quoniā ex ipſo, & per ipſum, &
Roma.11. in ipſo ſunt omnia. Dixim⁹ quoq; ex ipſo, quomō etiā per ipſum. In ipſo autē omnia eſſe quis dubitet, cū ali-
Col.1. bi ſcriptū ſit: Quoniā in ipſo cōdita ſunt omnia in cęlis, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Habes ergo ex ipſo gratiam, ipſum operatorem, in ipſo omnium firmamentum.

¶De diſsolutione obiectionis quā ex hoc faciūt quod à nomine dictum legitur, Ego ſum vitis vera, & pater meus agicola eſt. CAPVT VII.

Ioan.15. ILLVD quoque ad ſeparandā patris & filij diuinitatem obijcere conſueuerūt, quod dominus dixit in euāgelio: Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt: agricolā & vitē diuerſæ dicētes eſse naturę, & vitē eſse in agri-
B colę poteſtate. Sic ergo vultis eſse filiū ſecundū diuini tatem ſicut vitis eſt, vt ſine cultore nihil valeat, ꝙ poſſit deſeri vel recidi: & ex litera calūniam comparatis ꝙ dominus vitem ſe eſse dixit, incarnationis ſuæ ſignificans ſacramētum. Tamē ſi placet vt ex litera argumētemur, fateor & ego, imò profiteor ꝙ vitē ſe filius nominauit. Væ enim mihi ſi ſacramentū ſalutis publicæ derogauero. Quomodo ergo vultis accipere ꝙ ſe vitē dei filius nominauit? Si ſecundū diuinā ſubſtātiam dictum accipitis, & ſicut iter agricolā & vitē, ita etiā inter patrem & filiū diuinitatis creditis eſse diſtantiā: geminam filio, geminā patri facitis iniuriā. Filio, quia ſi ſecūdū diuinitatē inferior eſt q̄ agricola, inferior etiā Paulo apoſtolo veſtra aſsertiōe neceſſe eſt æſtimetur, quia Paulus agricolā ſe eſse dixit, ſicut habes: Ego plātaui, Apollo rigauit, deus autē incrementū dedit. Nō ergo vultis vt Paulus melior ſit dei filio? Habetis vnam iniuriam. Alterā, quia ſi ſecūdū ſubſtantiam generationis æternæ vitis eſt filius: cū dixerit, Ego ſum vitis,
Pſal.88. vos palmites eſtis: vnius nobiſcū etiam illa diuina generatio videbitur eſse ſubſtātiæ. Sed quis ſimilis tui in
C dijs domine? ſicut ſcriptū eſt. Et rurſus in pſalmo: Quoniā quis in nubibus æquabitur domino? aut quis ſimilis erit domino inter filios dei? Nec tamē ſoli filio derogatis, ſed etiā patri: Nā ſi in agricolæ noīe oīs paternæ prærogatiua eſt poteſtatis: cum etiam Paulus agricola
I.Cor.3. ſit, patri vtiq; (cui filiū negatis æqualē) Apoſtolum comparatis. Deniq; cum ſcriptū ſit: Sed neq; qui plantat eſt quicq̄, neq; qui rigat, ſed qui dat incremētū deus: in eo noīe vos ſūmā paternæ maieſtatis locabitis, qđ videtis ifirmū. Si enim qui plātat & qui rigat nihil eſt, ſed qui dat incrementū deus: videte quid veſtra aſserere moliatur impietas, vt & pater noīe ſit contēnēdus agricolæ, & deus incremētū paterno operi qui tribuat requirēdus. Impie igitur ex noīe agricolæ dei patris præferēdā æſtimāt poteſtatē, in quo ſit patri deo cū hoīe appellationis cōmune conſortiū. Quid aūt egregiū ſi ei, vt vultis hęretici, filio præferatur, cuius diuina ſubſtantia ab humana cōditione non diſcrepet? Nā ſi vitē filiū ſecundū diuinā ſubſtātiā appellatū putatis: non ſolum corruptelę incertiſq; elemētorū obnoxiū iudicatis, ſed etiā humanæ tantūmō conſortem naturæ, ſicut vites & palmites: vt nō incarnationis ſacramētum dei filius aſſumpſiſse videatur, ſed principiū ſumpſiſse de carne. Ego aūt dicā plane carnem ei⁹ licet nouo generatiōis D
myſterio, vni⁹ tamē naturæ fuiſse nobiſcū, & hoc ſalutis ſacramentū eſse, nō diuinę generationis exordium. Vitis enī eſt qui meas ſuſtinet paſsiōes, quādoquidē in illo nixa fragilis prius humana cōditio fœcūdis rediuiuæ fructib⁹ pietatis adoleuit. Verūtamē ſi te pompa delectat agricolæ, dicas velim quis ille ſit qui locutus ſit ī ꝓpheta: Domine notū mihi fac vt ſciā, tūc vidi cogitatiōes eorū. Ego vt agn⁹ duct⁹ ſū innocēs ad immo Hiere. 11.
lādū, & neſciebā, aduerſū me cogitauerūt cōſiliū, dicētes: Venite mittam⁹ lignū in panē eius. Si enī fili⁹ incarnatiōis futurę loquitur ſacramentū, qđ impiū eſt vt de patre credas, fili⁹ eſt vtiq; qui dixit: Ego plātaui te vītē fructiferā, quomō conuerſa es in amaritudinē vitis alienę? taque & filiū vides eſse agricolā, vnius nominis cū patre, vnius operis, vnius dignitatis atque ſubſtātiæ. Ergo ſi agricola & vitis eſt filius, vitē vtiq; ſecūdū Nūe. 15.
incarnationis accipimus ſacramentū. Sed nō ſolū ſe eſſe vitē dixit, ſed etiā botrionē voce prophetica nūcupauit, tunc quando ad vallem botrionis exploratores Moyſes iuſsu domini direxit. Quæ eſt illa vallis, niſi humilitas incarnationis, & fœcunditas paſsionis? Et puto botrionē ideo dictū, quia ex vinea illa tranſlata ex E
Aegypto, hoc eſt, ex familia iudeorū, vtilis mūdo fructus emicuit. Nemo certe botrionē poteſt ad generationem referre diuinā: aut qui refert, aliud nihil relinquit, niſi vt botrionē illū natū ex vite credam⁹. Itaq; adſcribit inſipiēs patri quod reprehēdit in filio. Verū ſi iam dubitari non poteſt ꝙ vitis ſecūdū incarnationē dei filius nominatus ſit, videtis ſecundum quod ſacramentum dominus ſit locutus, quoniam pater maior eſt me. Nam cū hoc in ſuperioribus dixerit, cōtinuo ſubiecit: Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt, vt Ioan. 14.
agnoſceres ſecūdū id patrē eſse maiorē, quia ſicut agricola vitis, ita pater dominicæ carnis eſt cultor, quæ & augeri potuit per pietatē, & per paſsionē recidi, vt omne gen⁹ ab æſtu ſeculariū noxio voluptatū, diffuſæ ſalutaribus brachijs crucis vmbra velaret.

CAPITA LIBRI QVINTI.

De intentione autoris, & trāſitu ad hūc quintū libru. Et qua ratione quinq; libros de patris ac filij & ſpiri tuſſācti inſeparabili diuinitate digeſserit. De poſtulatione quoq; venię ſi quos ꝓlixitas huiuſce ſermonis offenderit cū excuſatione ſui, & miniſtrorū dei inæqualitate atque cōmendatione. Caput I.
De ampla ac diſerta cōfutatione impiorū Arrianorū dicētiū Chriſtū à ſolo & vero deo ſeparatū, per rationes & teſtimonia ſcripturarū, quibus euidenter cōprobatur quod cum de deo ſolus legitur, nequa- F
quam à patre filius ſeparetur. Caput II.
De ſolutione obiectionis qua argui poteſt inæqualitas patris & filij ex hoc qđ fili⁹ deū patrē adorare legitur. De ſolutiōe quoq; atq; cōfutatiōe obiectiōis Arrianorū qua ꝓbare conantur diſsimilitudinē patris & filij ex reſpōſione eiuſdem filij data ad ea quę mater filiorum Zebedęi poſtulabat. Caput III.
De redargutione eorū qui vnitatē in diuinitate negare cupientes, extenuare ſtudent patris & filij charitatē, ex hoc quod ſcriptū eſt: Et dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Quomō etiā intelligēdum ſit quod filius miſsus dicitur, & quemadmodū dominum dicat, quem patrē nouit: cū diuerſorum hæreticorum condemnatione qui ex falſa ſuperiorū intelligentia errauerunt. Caput IIII.
De cōfutatiōe Arrianorū qui ideo aliā patris, aliā filij, aliā ſpirituſsancti dicunt eſse poteſtatē, quia ſcriptū ſit: Ite, docete omnes gētes, baptizantes eos in noīe patris & filij & ſpirituſsancti, ex verborum ordine

G differẽtiam diuinæ poteſtatis faciẽtes. Qui præterea idcirco negant in Chriſtum eſse credendum qđ ſcriptũ ſit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui me miſit. Caput v.

Qđ nõ debeam⁹ deducere filiũ in hãc humilitatem, vt niſi quæ audierit, facere aut loqui neſciat, cũ Arrianorũ cõfutatiõe. Et vnde maxime vnitatem diuinæ maieſtatis intelligere poſsimus. Quibus etiã rationib⁹ dei filius creatura dici nõ poſsit. Cap. vi.

Quẽadmodũ intelligere debeam⁹ filiũ eſse ſubiectum patri, cũ hęreticorũ cõdemnatiõe. Quomõ etiã nõ ſolus deus pater filio, ſed & filius ipſe ſibi ſubiecerit omnia. Et qua de cauſsa filius ſubiectus ſit in nobis. Quodq; eadẽ ſit charitas dei patris & Chriſti. Quod prẽterea nihil ſit quod diuinitas ſempiterna nõ poſsit, nihil quod lateat veritatẽ, fallat iuſtitiã, prætereat ſapientiam. Caput vii.

De condẽnatione execrabiliũ Arrianorum, dicentiũ quod dei filius neſciat tempora & annos, argumẽtorumq; ſuorum deſtructione, cum finali & concluſiua confutatione erroris eorundem quo aſſerũt filium eſse minorem patre. Cap. viii.

De humili ac deuota autoris ad deũ patrẽ conuerſione, rectęq; fidei cõfeſsione, cum diſſertiſsima huius operis concluſione, ad laudem & gloriam ineſtimabilis, inenarrabilis, incircũſcriptę & immẽſæ ac ſanctiſsimæ trinitatis, perfidiſsimorumq; Arrianorum confuſionem & damnationem. Caput ix.

H

Diui Ambroſij

SII MEDIOLAN. EPISCOPI

DE FIDE AD GRATIANVM Auguſtum Liber v.

¶De intentione autoris, & tranſitu ad hunc quintũ librum. Et qua ratione quinq; libros de patris & filij & ſpiritus ſancti inſeparabili diuinitate digeſserit. De poſtulatiõe quoq; veniẽ ſi quos ꝓlixitas huiuſce ſermonis offenderit, cũ excuſatiõe ſui, & miniſtrorum dei inæqualitate atque cõmendatiõe. CAP. I.

I

Mat.24. VISNAM eſt fidelis ſeruus & prudẽs quẽ cõſtituit domin⁹ ſuper familiã ſuã, vt det illis in tẽpore cibũ? Beat⁹ ille ſeruus, quẽ veniẽs domin⁹ eius inuenerit ſic faciẽtẽ. Nõ vilis hic ſeru⁹ eſt. Magnus aliquis eſse debet. Quis ſit iſte cõſiderem⁹. Eſt Petrus, ipſius domini ad paſcẽdũ gregẽ electꝰ iudicio, qui tertio meretur audire: Paſce agniculos meos, paſce agnos, paſce ouiculas meas. Itaq; paſcendo bene cibo fidei gregem Ioan. 21. Chriſti, culpam lapſus prioris aboleuit. Et ideo tertio admonetur vt paſcat, tertio vtrũ dominum diligat interrogatur: vt quem tertio ante crucẽ negauerat, tertio fateretur. Beat⁹ & ille ſeru⁹ qui poteſt dicere: Lac vobis potum dedi, nõ eſcam, nondum enim poteratis. 1. Cor. 3. Nouit enim quos quẽadmodũ paſcat. Quis enim noſtrum hoc facere poteſt? Quis noſtrũ poteſt vere dicere: Factus ſum infirmis infirm⁹, vt infirmos lucrifaciã? 1. Cor. 9. Et tamen ille tantus ad curam gregis electꝰ à Chriſto, qui ſanaret infirmos, curaret inualidos, hęreticũ à cõmiſso ſibi ouili ſtatim poſt vnã correptionẽ repellit, ne vnius erraticæ ouis ſcabies ſerpenti vlcere totũ gregem cõtaminet. Iubet prẽterea ſtultas queſtiões & cõtentiones eſse vitandas. Quid igitur nos agemus inter meſsis antiquæ noua zizania imprudentes accolæ conſtituti? Si taceamus, credere videbimur. Si contendamus, verẽdum eſt ne nos quoq; iudicemur eſse carnales. Scriptũ eſt enim de huiuſmodi queſtionibus, quod generãt lites. Seruum autem domini non oportet litigare, ſed mãſuetum eſse ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia docentẽ eos qui reſiſtunt. Et alibi: Si quis contentioſus eſt, nos talem cõſuetudinem non habemus, neque eccleſia dei. Eoque ſcribere aliquid ſententiæ fuit, vt ſine ſtrepitu aliquo impietati hæreticorum per noſtra ſcripta reſpondeamus. Quintũ itaque imperator Auguſte hunc librum paramus ordiri. Nã & quartũ librum oportuit in illa vitis diſputatione finiri, ne coaceruaſse magis librum eundem quodã videremur queſtionum tumultu, q̃ fructu ſpiritalis vineæ repleuiſse, nec inconſummatã fidei vindemiã tantis adhuc ſuperfluentibus diſputationibus decuit derelinqui. Quinq; igitur libros de patris ac filij & ſpũſancti inſeparabili diuinitate digerim⁹, ſequeſtrata interim pleniore diſputatione de ſpiritu ſancto, ꝓuocati magiſterio euãgelicæ lectiõis, vt credita nobis quinq; fidei talenta quaſi quadam horum quinq; ſorte librorũ humanis fœneremur affectibus, ne forte cũ venerit domin⁹, & inuenerit in terram abſcõditã pecuniã ſuã, L dicat mihi: Serue male & piger, ſciebas qđ meto vbi Mat.25. non ſemino, & cõgrego vbi non ſparſi: oportuit ergo te cõmittere pecuniã meã nummulariis, & veniens ego recepiſsem quod meũ eſt. Aut quemadmodum in alio libro eſt: Et ego, inquit, veniens cum vſuris vtiq; exegiſsẽ. Date ergo veniã ſi quos prolixioris huiuſce ſermonis offendit audacia. Officij contẽplatio cogit credere quod accepimus. Diſpẽſatores ſumus myſteriorũ cęleſtiũ. Miniſtri ſumus, non ex æquo omnes, ſed vnicuiq;, inquit, ſicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed dominus incrementũ dedit. Vnuſquiſq; igitur enitatur vt mercedẽ poſsit accipere ſecundum ſuum laborem. Dei enim ſumus, vt Apoſtolus ait, cooperarij, dei cultura, dei ędificatio. Beatus itaq; ille qui tales fœnoris ſui cernit vſuras. Beat⁹ & ille qui fructus ſui operis intuetur. Beatus quoq; qui ſuperædificat ſupra fundamẽtũ fidei aurũ, argentũ, lapides precioſos. Vos nobis eſtis oĩa qui hæc auditis & legitis. Vos fœneratores vſuræ, verbi vſurę, nõ pecuniæ. Vos agricolę reddit⁹. Vos ędificatores, aurũ, argentum, lapidesq; precioſos ſuperædificantes. In veſtris meritis ſacerdo talis ſumma laboris eſt. In veſtris animis fruct⁹ epiſcopalis operis eniteſcit. In veſtris profectibus aurũ domi M ni refulget, multiplicatur argẽtum, ſi eloquia diuina teneamus. Eloquia enim domini, eloquia caſta, argentũ Pſal.21. igne examinatum, ꝓbatum terrę, purgatũ ſeptuplũ. Vos ergo facietis fœneratorẽ diuitẽ, agricolã fructuoſum. Vos peritum ꝓbabitis architectum. Non arrogãter dico quod tam mea ſunt q̃ veſtra quæ voueo. O ſi mihi liceat ſecure de vobis tũc temporis dicere: Domi Mat.25. ne, quinq; talẽta mihi dediſti, ecce alia quinq; lucratus ſum: & oſtẽdere veſtrarum talenta prẽcioſa virtutum. Habemus enim theſaurum in vaſis fictilibus. Hęc ſunt 2.Cor.4. talenta quę habet dominus ſpiritaliter fœnerari, aut Luc.10. duo æra noui & veteris teſtamẽti, quæ ſpoliato illi à latronibus Samaritanus ille euangelicus ad curãda vulnera dereliquit. Neq; ergo fratres voti auar⁹ ideo opto hæc, vt ſuper multa cõſtituar. Satis eſt mihi prẽmium de veſtro prouentu. Vtinam nõ indignus eo inueniar quod accepi, ea quę ſunt me maiora, meliorib⁹ tribuẽdo, non exigo: licet ſoleas domine dicere: Volo au- Mat.20. tẽ & huic nouiſsimo dare ſicut & tibi. Accipiat poteſtatem ſupra decem ciuitates qui meretur. Sit ille talis qualis Moyſes, qui legis decem verba conſumpſit. Sit ille Ieſus Naue, qui ſubegit quinq; reges, & ciuitates in Ieſue.10. deditionem accepit, vt eſset typus venturum eius nominis virum, cuius imperio corporales deliciæ vince-

A rentur, cõuerterentur gentes, vt fidẽ Ieſu Chriſti magis q̃ priſtina ſtudia ſua & vota ſequerentur. Sit ille David, cui occurrerũt pſallentes iuuẽculæ dicentes: Saul 1.Reg.18 triumphauit in milibus, Dauid in decẽ milibus. Mihi ſatis eſt ſi nõ in exteriores tenebras extrudar, quẽadmodũ ille qui cõmiſsũ ſibi talentũ in terra quadã ſuę carnis abſcõdit, ſicut principes ſynagogæ, cæteriq; principes Iudæorũ, qui credita ſibi eloquia dei, humo quadã ſui corporis occuparunt, delicijſq; carnis intenti quaſi in quandã exaltati cordis foueã fœn⁹ cœleſte merſerũt. Nos igitur nõ intra latibula carnis abſconditã domini teneamus pecuniã vel mnã illã, ſed tanq̃ boni in ſudario reponamus nũmularij, cũ ſudore quodã mentis & corporis æquo & parato ſemp librem⁹ affectũ, vt ꝑpe ſit verbũ in ore tuo, & i corde tuo. Hoc verbũ dei preciosum eſt talentũ, quo redimeris. Hæc eſt pecunia, ꝑ menſis animarũ ſæpe cernenda, vt frequenter agitãdo in omnẽ terrã, bonorũ ſonus fact⁹ ſit exire nummorũ per quam vita partitur æterna. Hęc eſt aũt vita æterna, quã largiris omnipotens pater, vt cognoſcam⁹ te ſolũ verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

¶De ampla ac diſerta confutatione impiorũ Arrianorum dicentiũ Chriſtum á ſolo & vero deo ſeparatũ, per rationes & teſtimonia ſcripturarũ, quib⁹ euidenter cõprobatur, quod cum de deo ſolus legitur, nequaquã á patre filius ſeparetur. CAPVT II.

B VNDE aduertãt Arriani, q̃ impij ſint, qui de ſpe noſtra & voto nobis faciũt queſtiões. Et quoniã hic præ cęteris vociferari ſolẽt dicentes ſeparatũ á ſolo & vero deo Chriſtum: intellectus impios pro noſtris viribus cõfutem⁹. Hoc enim loco magis intelligere debẽt quod hęc vtilitas, hæc merces eſt perfectæ virtutis, hoc diuinum & incõparabile munus, vt cognoſcamus cum patre Chriſtum, nec ſeparemus á patre filium, ſicut ſcriptura non ſeparat. Nanq; hoc magis ad vnitatem, q̃ ad diſtantiam diuinæ proficit poteſtatis, quod idem præmium, vnum honorem nobis dat patris filijq; cognitio: quoniã mercedem habere nõ poterit, niſi qui & patrẽ cognouerit & filium. Sicut enim patris, ita filij cognitio vitã acquirit æternam. Itaq; ſicut in principio ſtatim verbũ cum deo patre pia confeſsione iunxit Euãgeliſta, dicẽs. Et Ioan. 1. verbũ erat apud deũ, ita & hic ſcribendo verba domi- Ioan. 17. ni: Vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ: coniunctione illa patrẽ vtiq; copulauit & filiũ, vt Chriſtũ verũ deum à maieſtate patris nemo ſecernat. Nunq̃ enim cõiunctio ſeparat. Et deo dicẽdo: C Vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ: & Sabellianos interfecit, & Iudęos excluſit, eos vtiq; qui audirent loquẽtem: ne aut illi eundem patrem putarẽt eſse quem filium, ſi nõ addidiſset, & Chriſtum: aut iſti in patre filium ſepararent. Quæro autem cur nõ ſic putent ſubaudiendum, & ex ſuperioribus colligendum, vt quod præmiſit, ſolũ verũ deum patrem, ſubaudiamus etiã Ieſum Chriſtum ſolum verum deũ. Exprimendũ enim alterum nõ fuit, ne duos deos dicere videretur. Nanq; nec duos dicimus deos, & eiuſdem cũ patre diuinitatis filium confitemur. Itaq; quęramus qua ratiõe diuinitatis hic putent factam eſse diſtantiam, vtrũ deum negent Chriſtũ? Sed negare nõ poſsunt. An verũ deum negent Chriſtum? Sed dicant, ſi verũ negãt, vtrũ falſum, an nũcupatiuũ deũ iudicẽt. Nã ſcdm ſcripturas aut ver⁹ deus eſt, aut tantũmodo, nũcupatiu⁹, aut falſus. Verus vt pater, nũcupatiuus, vt ſancti, falſus vt dæmones atq; ſimulacra. Dicãt igitur q̃ filiũ dei cõfeſsiõe deſignẽt, vtrũ falſo prærepti deũ nomẽ, an vero quaſi nuncupatiuo inſpiratione tantũ diuinitatis nomẽ eſse arbitremur? Falſo prærepti nomen nõ puto q̃ dicãt, vt apertiore ſe crimine impietatis in- D uoluãt, ne vt dæmonijs & ſimulacris, ita etiã Chriſto falſo dei inditũ nomẽ inſinuando ſe ꝓbant. Sinautẽ ideo dictũ putãt deũ, q̃ inſpirationẽ diuinitatis habuit, ſicut & ſancti dei multi viri (eos eos ſcriptura deos dixit, ad quos ſermo fiebat dei) ergo non vltra hoĩes deũ prędicrũt, ſed cõparandũ hoibus arbitrãtur, vt hoc eũ putẽt eſse qđ hominib⁹ ipſe donauit, dicens ad Moyſen: Po- Exodi.7. ſui te in deũ Pharaoni. Vnde & i pſalmo dictũ eſt: Ego Pſal.81. dixi, dij eſtis. Et hãc tamẽ ſacrilegorũ opinionẽ Paul⁹ excludit, qui ait: Nã etſi ſunt qui dicãtur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra. Nõ dixit, ſunt dij, ſed ſunt qui dicãtur. 1.Cor.8. Chriſtus aũt, ſicut ſcriptũ eſt, heri & hodie ipſe eſt. Eſt inquit, nõ ſolum nomine, hoc eſt, ſed etiã veritate. Et Hebrę.13. bene ſcriptũ eſt: heri & hodie ipſe eſt, vt Arrij impietas aſtruendi ſacrilegij locũ inuenire nõ poſset, qui cũ legeret in pſalmo ſecundo dicentẽ filio patrem: Filius meus es tu, ego hodie genui te: adnotauit hodie nõ heri, ad ęternitatem diuinæ generationis referens, qđ de carnis aſsumptione memoratum eſt. Sancto igitur ſpiritu repletus Apoſtolus, vt illã elideret fauitatem, ait: Heri & hodie ipſe eſt, & in ſæcula. Heri ꝓpter æternitatem, hodie propter corporis ſuſceptionem. Eſt ergo Chriſtus, & eſt ſemp. Qui enĩ ſemper eſt, eſt. Chriſtus autẽ ſemper eſt, de quo dicit Moyſes: Qui eſt, miſit me. Exodi.3 Erat vtiq; Gabriel, erat Raphael, erant angeli, ſed ſemper eſse qui aliquãdo non fuerint, nequaq̃ pari ratione dicuntur. In Chriſto autem, ſicut legimus, nõ fuit eſt & non, ſed eſt in illo fuit. vnde vere dei filius eſt eſse, qui E ſemper eſt. Ergo & ſi nuncupatiuũ deũ nõ audẽt dicere, & falſum cũ dicere maioris eſt impietatis: reſtat vt deus verus ſit, veri patris nõ diſsimilis, ſed æqualis. Qui cum & iuſtificet & ſanctificet quos velit, non foris aſſumens, ſed in ſe habẽs ſanctificandi poteſtatẽ, quomodo nõ eſt verus deus? Nã & Apoſtol⁹ eũ vtiq; verũ deũ dixit, qui naturaliter ver⁹ deus eſset, ſicut habes: Quia tunc, inq̃t, neſciẽtes deũ, ſeruiſtis ijs qui natura nõ erãt Gala.4 dij, hoc eſt, qui veri dij eſse nõ poterant, quib⁹ hoc naturaliter minime ſuppetebat. Verum copioſe iã verum deum Chriſtum in ſuperioribꝰ libris ſcripturarum lectionibus approbauimus. Ergo ſi Chriſtus, vt edoctum eſt, deus verus eſt, quæramus qua ratione, cum ſolum verum deum patrem legunt, á patre filium cupiunt ſeparare? Si dicunt, quod verus ſolus deus pater eſt, negare nõ poſsunt, quod & filius ſolus deus veritas eſt, & quod Chriſtus veritas eſt. Nũquid veritas vero minor eſt, cum ſecundũ appellationẽ nominum ver⁹ plerũq; à veritate dicatur, ſapiens à ſapientia, iuſtus à iuſtitia? Hoc nos inter patrẽ nõ ſentimus & filium, quod q̃ patri nihil deeſt, quod pater eſt verax, & filius quod veritas eſt, æqualis eſt vero. Vt ſciãt autem cum ſolũ legũt, nequaq̃ eſse á patre filium ſeparandum, meminerint in F prophetis à deo dictum: Ego extendi cœlum ſolus. Et vtiq; nõ extendit ſine filio pater. Ipſe enim filius qui ſapientia dei eſt, dicit: Quando parabat cœlum, cũ ipſo Prouer. 8 aderam. Et Paulus de filio dictum eſse cõfirmat: Ini- Hebrę.1 tio terram tu fundaſti domine, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Siue ergo filius cœlũ fecit, ſicut & Apoſtolus voluit intelligi, & ipſe vtiq; non ſine patre cœlũ ſolus extendit: ſiue vt in Prouerbijs habes: Deus in ſa- Prouer.3 pientia fundauit terrã, parauit autẽ cælos in intellectu: oſtẽditur qđ nec pater ſolus ſine filio cœlos fecit, nec ſine patre filius, & tamen qui cœlum extẽdit, ſol⁹ deus eſt. Qđ vero & de filio aperte intelligendum ſit qđ ſolus appelletur, etſi nunquã inſcio patre aliquid feciſse credatur, etiã alibi habes, vbi ſcriptum eſt: Extendens Iob.9. cœlum ſolus, & ambulans quaſi in pauimento ſup mare. Nanq; euangelium domini docuit nos qđ in mari non pater, ſed filius ambulauit, quãdo Petrus rogauit Matth.14 eum, dicens: Domine iube me venire ad te. Sed etiam

G prophetia ipsa documento est. Sanctus enī Iob aduentū domini prophetabat, de quo vere dixit qđ magnum cetū erat debellaturus, & factū est. Nā feralē illū cetū zabulū scilicet vltimis tēporibus venerabilis corporis sui passione prostratū perculit & afflixit. Est ergo sol⁹ & vere dei filius. Hæc enī & filio prerogatiua defertur. De nullo enim qui creatus est, ꝓprie dici potest qđ solus. Nā cui inest cōmunitas creaturæ, quemadmodum quasi sol⁹ potest à cæteris separari? Itaq; homo rationabilis videtur inter omnia terrena animantia, sed tamē nō est sol⁹ rationabilis. Scimus enī rationabilia esse & cœlestia opera dei, angelos & archāgelos rationabiles cōfitemur. Si ergo angeli rationabiles, nō vtiq; sol⁹ rationabilis homo dicitur. Sed dicunt solū dici posse solē, quia sol alter non est. Sed & ipse sol habet cōmunia multa cū stellis, qđ percurrit cœlū, qđ ætheream illi⁹ cę Iestiſq; substantiæ est, qđ creatura est, qđ in oia dei opera cōputatur, qđ cū omnib⁹ deo seruit, cū omnib⁹ benedicit deū, cū omnibus laudat. Nō ergo solus proprie dicitur, qđ nec à cęteris separatur. Itaq; cū patris & filij spirituſq; sancti diuinitati, quæ sola non inter omnia, sed sup omnia est, nulla possit creatura conferri (vt de spiritu interim assertio referuetur) sicut pater dicitur solus deus verus, cui nihil cōmune cū cęteris, ita etiā solus est filius imago veri dei, solus dextra patris, sol⁹ virtus dei atq; sapientia. Solus ergo filius facit, sicut & pa-
Ioan.14 ter, quia scriptū est: Quæcūq; facio, ipse facit. Cū enim
H vnū opus sit patris & filij, bene de patre & filio dicitur, quod deus solus operatus est, vnde etiā cū creatorē dicimus, & patrē & filium cōfitemur. Nam vtiq; cū Paulus diceret: Qui seruerunt creaturæ potius q̄ creatori. nec patrē creatorē negauit, ex quo omnia: nec filium, per quem omnia. A quo alienum vtiq; nō videtur qđ scriptum est, quod solus habet immortalitatē: Quomo
1.Tim.6 do enī immortalitatē nō habet, qui vitā habet in semet ipso? Habet vtiq; in natura, habet in substātia, & habet nō per gratiam temporalem, sed per sempiternā diuinitatem, habet nō ex dono quasi seruus, sed ex generationis proprietate quasi filius coæternus. Et habet sicut pater. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, ita & filio dedit vitam habere in semetipso. sicut habet, inqt sic dedit. Didicisti supra quemadmodū dederit, ne putares esse gratię largitatem, vbi generationis arcanum est. Cum ergo inter patrem & filium vita nulla distantia sit: quemadmodum quod immortalitatem sol⁹ habeat pater, filius nō habeat, æstimari potest? Vnde intelligāt nec hoc loco à vero dei patre filium separādū, quia probare nō possunt, q, solus & verus dei filius nō sit, cum præsertim & hic aut subaudiatur, vt diximus, & Christum solum verum deū esse: aut certe aliud ad diuinitatē patris & filij, aliud ad incarnationem Christi relatū intelligēdum sit, quia nō est perfecta cogni-
I tio, nisi eius qui & secundum æternitatē vnigenitū deū verum dei filium Iesum Christum, & secundū carnem generatum ex virgine confitetur. Quod alibi hic ipse
1.Ioan.4. Euangelista nos docuit, dicens: Omnis spiritus qui cō fitetur Iesum Christū in carne venisse, de deo est. Deniq; q̄ nō alienū sit etiā incarnationis hoc loco intelligere sacramentum, docet nos ipsius series lectionis. Sic
Ioan.17 enim habes: Pater, venit hora, clarifica filiū tuum, vtiq; cū & horā venisse cōmemoret, & clarificari petat, quo modo nisi secundū carnis assumptionē locutum eum conuenit æstimari? Nam nec vlla sibi tēporum præscripta momenta diuinitas habet, nec clarificatione indiget lumen æternū. Ergo in solo vero de patre & filiū dei solum verum secundū diuinitatis inielligim⁹ vnitatem: & in Iesu Christi nomine, quod ex virgine natus accepit, incarnationis agnoscimus sacramentū. Quod si cū solū deum legunt patrem, filiū cupiunt separare: ergo eū de filij incarnatione legūt: Hic est lapis qui re-
probatus est à vobis ędificantibus, qui factus est in ca- K
put anguli, & infra: Nō est aliud nomē sub cœlo datū hominibus, in quo oporteat vos saluos fieri, patrē æstimant ab impertiendæ vobis salutis beneficio separandum. Sed neq; sine patre salus, neq; vita æterna sine filio. Sed asserunt Arriani, solū verum deum sicut patrē ita & filiū dicitis, & vnius substantiæ patrē & filiū cōfitemini. nō vnū deum, sed duos deos inducitis, quia qui vnius substātię sunt, nō vnus deus sed duo dij videtur, sicut duo hoīes, aut duæ oues pluręsve dicūtur, homo aūt & ouis nec duo hoīes dicuntur, nec duæ oues, sed vnus homo, & vna ouis. Hæc Arriani dicūt, & hac disputatione versuta simpliciores capere nitūtur. Tamen si legimus scripturas duūas, inueniemus pluralitatem in ea cadere quę diuersæ discretæq; substātiæ sunt, hoc est, ἃ ὑποούσια. Idq; in Salomonis libris habem⁹ expressum, eo loco scilicet in quo dicit: Tria sunt impossibilia intelligere, & quartū nō agnosco: Vestigia aquilæ Prou.30
volātis, & viā serpētis supra petrā, & semitas nauis nauigantis, & vias viri in iuuentute. Vtiq; aquila & nauis & serpēs vnius nō sunt generis atq; naturæ, sed differētis discretæq; substantiæ, & tamē tria sunt. Cōtra se igitur sua esse intelligant argumenta testimonijs scripturarū, Itaq; dicendo patris & filij discretā esse substantiam, differētemq; deitatē, duos vtiq; ipsi deos asserūt. Nos autem cum patrem confitemur & filium, asserēdo tamen vnius esse diuinitatis, non duos deos: sed vnum deū dicimus. Et hoc dominicis eloquijs approbamus, quia ibi plures sunt, vbi aut naturæ aut voluntatum & L
operationum est differentia. Deniq; vt suis sibi testimonijs reuincantur, duo homines dicūtur, quia licet vni⁹ naturæ sint iure nascendi, tamen & tempore, & cogitatione, & opere, & loco distant, & ideo nō potest vnus homo dici in significatiōe & numero dierum, quia nō est vnitas vbi est diuersitas, vnus autem deus dicitur, & patris & filij ac spirituſsancti, & gloria, & plenitudo signatur. Deniq; tanta veritas vnitatis est, vt etiā quando natura generationis aut carnis significatur humanę & vnus homo de multis dicitur, sic habes: Dominus Psal.117.
mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, id est, non vna persona hominis, sed vna caro & vna fragilitas generationis humanæ. Et addidit: Bonum est sperare in domino, quàm sperare in homine. Nec hic vtiq; specialem hominem, sed generalem conditionē M
designauit. Deniq; statim subiecit de pluribus: Bonum est cōfidere in domino, q̄ cōfidere in principibus. Sed vbi homo dicitur, naturæ interdum, vt supra diximꝰ, cōmunis inter omnes vnitas significatur, vbi principes variarum quædam differētia potestatum est: sed inter homines aut in hominib⁹ vnius alicuius rei vnitas est, aut charitatis, aut cupiditatis, aut carnis, aut deuotiōis & fidei. Generalis autem vnitas, & quę in se secundum diuinitatis gloriā complectatur omnia, soli⁹ est patris M
& filij & spirituſsancti. Vnde & dominus cum diuersitatē inter se hominū designaret, quod nihil habēt interse, quod possit ad vnitatē indiuiduæ substātiæ pertinere. In lege vestra, inquit, scriptum est, quod duo- Ioan.8
rum hominum testimoniū verū est. Et cū præmisisset, duorum testimonium verum est: vbi venit ad suum & patris testimonium, nō dixit, verū est testimoniū nostrum, quod duorum deorum testimoniū est, sed ego, inquit, sum qui testimoniū phibeo de meipso, & testimoniū phibet de me qui misit me pater. Supra quoq; similiter ait: Et si iudico ego, iudicium meū iustum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Itaq; & infra & supra patrem signauit & filiū, & pluralitatē non admiscuit, nec diuinæ vnitatem substantiæ separauit. Euidens igitur, quia quod vnius substātię, separari non potest, etsi non sit singularitatis, sed vnitatis. Singularitatem hanc dico, quæ Græce μονότης dici-

A tur. Singularitas ad personam pertinet, vnitas ad naturam. Ea vero quæ diuersæ substantiæ sunt, non solum vnum, sed etiam per plura dici solere etiā ex propheti
1.Cor.8. co claruerit testimonio, expressius tamē ipse Apostolus declarauit, dicēs: Nā etsi sunt qui dicātur dij, siue in cœlo, siue in terra. Vides igitur quod ij qui ex diuersis substātijs sunt, & nō ex vnius veritate naturæ, dij appellantur. Pater aūt & filius, quia vniꝰ substantiæ sunt, non duo dij, sed vnus deus. Pater ex quo oīa, & vnꝰ domin⁹ Iesus Christus per quē oīa. Vnus, inquit, deus, pater, & vnus dominus Iesus. Et supra: Vnus deus, nō duo. Et infra: Vnus dominus, & nō duo. Pluralitas ergo excluditur, nō vnitas sequestratur. Sed quemadmodū cū legimus dominū Iesum, nec patrē (vt supra diximus) à dominationis iure secernimus, qđ ei cōmune cū filio est, ita dū legimus solū verū deum patrem, nec filiū à solius veri dei possumus separare, qđ ei cōmune cū patre est. Aut dicant quid aliud sentiant, quid ve arbitrē-
Mat.4 tur, cū legim⁹: Dominū deum tuum adorabis, & illi soli seruies: vtrū Christum non adorādum, & Christo nō æstimant seruiendum? Qđ si illa quæ adorauit eū Chananæa, impetrare meruit qđ popposcit, & Paulus Apostolus, qui seruum se Christi prima scriptorū suorum præfatione profitetur: apostolus esse meruit, nō ab ho-
B minibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christū: dicant quid arbitrentur sequendum, vtrū cum Arrio malint sibi societatem esse perfidiæ, vt solum & verū deū Christum negando ostendant, quod nec adorandū eū nec seruiendum ei iudicent: an vero consortium malint habere cum Paulo, qui seruiēdo atq; adorādo etiā Christum, vtiq; solum verum deum voce affectuq; non diffitebatur, quem pio seruitio fatebatur.

¶De solutione obiectionis, qua argui potest inæqualitas patris & filij, ex hoc qđ filius deum patrem adorare legitur. De solutiōe quoq; atq; cōfutatione obiectionis Arrianorum, qua ꝓbare conātur dissimilitudinē patris & filij ex ꝓpōsitione eiusdē filij data ad ea quę mater filiorū Zebedæi postulabat. CAP. III.

QVOD si quis dicat quoniā deum patrē adoret & filius, quia scriptum est: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: cōfideret quando, & apd quē, & cui⁹
Ioan.4. susceptо loquatur affectu. Deniq; & in superioribus nō immerito præmissum est, quod Iesus fatigatus ex itinere sedebat, & à Samaritana bibere postulabat: qđ secū dum carnem hominis loquebatur. Nam secundum diuinitatē nec fatigari poterat, nec sitire. Deinde cū Sa-
C maritana quasi Iudæum appellaret, & prophetam puta ret: quasi Iudæ⁹ qui spiritaliter mysteria legis doceret respōdit, dicens: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Et vt ostenderet quod secundum incarnationem responderat, addidit quod salus ex Iudæis est. Sed statim post hoc sequestrauit hominis affectum, dicens: Veniet, inquit, hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem. Non dixit, adorabimus. Quod vtiq; dixisset si cōsortium nostri subiret obsequij. Verū cū legerimus quod Maria adorauit eū, intelligere debemus quod nō potest per eandem naturam & adorare quasi seruus, & adorari quasi dominus sed potius quod vt homo inter homines adorare dicitur, & quasi dominus & filius adoratur. Multa ergo secundum incarnationis legimus & credimus sacramentum. Sed in ipsa naturæ humanę affectione maiestatem licet spectare diuinam. Fatigatur ex itinere Iesus, vt reficiat fatigatos. Petit bibere, sitientibus potum spiritalem daturus. Esurit, cibos esurientibus salutis traditurus. Moritur, viuificaturus: sepelitur, resurrecturꝰ. Tremulo pendet in ligno, cōfirmaturus trementes. Cœlū
caligine obduxit, vt illuminet. Terras tremefacit, vt so- D
lidet. Maria cōturbat, vt mitiget. Referat tumulos mortuorū, vt oftēdat domicilia esse viuorū. Creatur ex virgine, vt ex deo natꝰ esse credatur. Nescire se simulat, vt scire faciat nescientes. Adorare quasi iudæus dicitur, vt quasi verꝰ dei filiꝰ adoretur. Quomodo, inquiūt, filius dei solus verus deus potest esse similis patri, cum
ipse dixerit filijs Zebedęi: Calicē quidem meū bibetis, Mat.20.
sedere aūt ad dexterā meā, vel ad sinistrā, nō est meū dare vobis, sed quibus paratū est à patre meo? Hoc igitur vestræ differentiæ, vt vultis, nō æqualitatis est argumentū: cū in eo magis venerari domini clemētiā, adorare gratiā deberetis, si tamē virtutis atq; sapientię dei profunda secreta posſetis aduertere. Cōsiderate enim quæ cū filijs petat, mater est vtiq; cui ꝓ filiorū, honore solicitæ immoderatior quidē, sed tamē ignoscenda mensura votorū est. Atq; mater ætate lōgęua, studio religiosa, solatio destituta, quę tunc tēporis quādo vel in uāda, vel alenda foret validæ prolis auxilio, abesse sibi liberos patiebatur, & voluptati suæ mercedē sequentiū Christum prætulerat filiorū. Qui prima voce vocati à domino, vt legim⁹, relictis retib⁹ & patre sequuti sunt
eum. Hæc igitur studio maternæ sedulitatis indulgen- Mat.4.
tior, obsecrabat saluatorē, dicēs: Vt sedeāt hi duo filij Mat.20.
mei, vnus ad dexteram tuā, & alius ad sinistram tuam in regno tuo. Et si error, ꝓpietatis tamen error est. Nesciūt enim mater vna viscera patientiā, etsi voti auara, ta E
men venerabilis cupiditas, quæ non pecuniæ est auida, sed gratiæ. Nec inuerecūda petitio, quæ non sibi, sed liberis cōsulebat. Matrem cōsiderate, matrem cogitate. Sed nihil mirum si vilis vobis videtur circa filios affectus parentum, quia etiam omnipotentis patris vilem putatis esse circa vnigenitum filium charitatem. Dominus cœli atq; terrarum verecundabatur (vt secundum assumptionem carnis & virtutes animæ loquar) verecundabatur inquam, & vt ipsius verbo vtar, confundebatur matri pro filijs postulanti etiam suæ sedis consortium denegare. Vos ęterni dei filium proprium interdum pro ministerio stare cōtenditis, interdū famulatorū, hoc est, nō ex maiestatis vnitate, sed ex patris præceptione vultis eius esse concessum, & negatis hoc deo vero dei filio, quod ille hominibus aperte noluit denegare. Cōsiderabat enim matris dilectionem, quæ filiorum mercede grandæuā solabatur senectā, & desiderijs fessa maternis, charissimorum pignorū tolerabat absentiā. Cōsiderate etiā fœminā, hoc eū sexū fragiliorem, quem dominus propria nondum cōfirmauerat passione. Considerate inquam Euæ illius primæ mulieris hæreditatem transfusam, in omnes immoderatæ cupiditatis successionem labentem, quā dominus adhuc proprio sanguine nō redemerat, nondum inolitam affectibus ommē immodici cōtra fas honoris ap- F
petentiam, suo Christus cruore diluerat. Hæreditario igitur mulier delinquebat errore. Et quid mirū si mater pro filiorū suorum (qđ est tolerabili⁹ q̄ si ipsi) quā
do etiā apostoli ipsi inter se, sicut legimus, de sui prę la Luc.22.
tione certabant? Non debuit igitur medicus omnium destitutam matrem, & ægram adhuc mentem, pudoris conuitio sauciare, ne postulatio sibi superius denegato quasi immoderatæ petitionis damnata mœreret. Deniq; dominus qui honorandam sciret esse pietatē, non mulieri, sed filijs eius respondit, dicēs: Potestis bibere cālicem quē ego bibiturus sum? Dicentibus autē illis: Possumus, ait illis Iesus: Calicem quidem meum bibetis, sedere aūt ad dexteram meā vel ad sinistrā, nō est meū dare vobis, sed quib⁹ paratū est à patre meo. Quā patiens & clemēs domin⁹, q̄ alta sapiētia, & bona charitas. Volēs enim oftēdere qđ nō perfunctoriam rē aliquā discipuli postularent, sed etiam quā impetrare nō posſēt, prærogatiuā eius paternę honorificētię reser-

G uit,non metuens ne quid iuri proprio derogaret , qui
Philip.2 rapinã arbitratus est esse se æqualem deo:simul diligẽs
Ioan.13. discipulos,quod sic habes: Vlq; in finẽ dilexit eos. noluit ijs quos diligeret,videri qđ peterẽt denegasse sanctus & bonus dominus,quod mallet aliquid dissimulare de iure,q̃ de charitate deponere. Charitas enĩ patiẽs est,benigna est,nõ æmulatur,nõ inflatur,nõ quærit quę sua sunt. Deniq; vt agnoscatis non infirmitatis,sed indulgentiæ esse qđ dixit:Nõ est meũ dare vobis:vbi sine matre filij Zebedæi rogãt, nihil de patre dixit. Sic
Mat.10. enim habes:Nõ est meũ dare vobis,sed quibus paratũ est. Ita Marcus Euangelista posuit. Vbi vero mater pro
Mar.20 filijs rogat,hoc est secundũ Matthæũ:¶Non est,inquit, meũ dare vobis,sed quibus paratũ est à patre meo. Hic addidit,à patre meo,quia maiorẽ indulgentiã maternus poscebat affectus. Qđ si putãt,dicendo:Quibus paratum est à patre meo,qđ aut patri plus tribuit,aut sibi aliquid derogaut,dicant vtrũ & illic putent patri aliquid derogatum, quia dixit in Euangelio filius de patre:Pater nõ iudicat quenq̃. Qđ si sacrilegũ putam⁹ dicere qđ pater ita iudicium detulit filio,vt ipse non habeat(habet enim,nec potest amittere quod habet naturaliter diuina maiestas)sacrilegũ vtiq; æstimare debemus qđ nõ potest filius dare quicq̃ qđ aut homines me
H reri possũt,aut quæuis accipere creatura,præsertim cũ ipse dixerit:Ego ad patrẽ vado,& quodcũq; ab eo petieritis in nomine meo,hoc faciã. Si enim qđ pater facere potest, filiꝰ nõ potest,mẽtita est ergo veritas. Nõ enim potest facere quicq̃ in nomine eius pater fuerit obsecratus. Nec enim ideo dixit: Quibus paratũ est à patre meo,vt tantũmodo à patre poscant. Nam omnia quæcunq; à patre fuerint postulata, se donare memorauit. Deniq; nõ dixit:Quodcunq; à mepetieritis,hoc faciã:sed quodcunq; ab eo petieritis in noie meo, hoc faciã. Quæró nunc vtrũ possibile aliquid humanæ cõditioni,aut alicui creaturæ, aut impossibile putẽt à Zebedæi coniuge & filijs postulatũ? Si possibile,quomodo ad sinistram suã vel ad dexteram impertiendę apostolis sedis nõ habuit potestatẽ,qui omnia fecit esse cũ nõ erant? Aut quomodo nõ poterat iudicare de meritis hominũ, cui pater dedit omne iudiciũ? Notum est quemadmodũ dederit. Nam quomodo quasi indigens accepit filius, qui omnia creauit ex nihilo? Quorũigitur naturas fecerat, eorum iudicium nõ habeat? Dedit autem filio pater omne iudicium, vt omnes,inquit:honorificent filium,sicut honorificant patrem. Non igitur potentia filij,sed cognitio nostra proficit. Neq; aliquid ad substantiã eius accedit, sed ad nostrã vtilitatẽ quod à nobis cognoscitur, vt cognoscendo dei filium vitam habeamus æternam. Cum aũt in cognitione fi
I lij dei honor illius, noster non illius sit profectus:si qs putat quod dei virtus illo honore cumulatur , necesse etiam deum patrẽ credat posse cumulari , qđ & ipse p cognitionẽ nostram clarificatur sicut filius , iuxta qđ
Ioan.17. scriptum est,dicente filio:Ego te clarificaui sup terrã. Ergo si possibile aliquid erat quod petebatur, in potestate vtiq; filij sui fuit:sed nõ ostendãt qui possibile putãt,quid de hoibus,aut cæteris creaturis,aut ad dexterã,aut ad sinistrã dei sedeat. Pater enim dicit filio:Sede ad dexterã meã. Itaq; si quis ad dexterã filio sedet, inter ipsum vtiq; & patrem, vt humano vsu loquamur, filius medius reperitur. Non ergo possibile homini aliquid petebatur , sed noluit dicere, cũ homines sedere secũ nõ possent. Siquidẽ diuinam suam gloriam celare priusquam resurgeret,nõ diuulgare cupiebat. Nam cum supra inter famulos suos Moysen &Heliam apparuisset in gloria , monuerat discipulos ne cui dicerent quod vidissent. Itaq; si possibile nõ hominibus erat vel creaturis cæteris hoc mereri , nõ debet videri filiꝰ minus posse quod nõ dedit apostolis : quod nõ pater hominiꝰ vel creaturis dedit,aut dicant cui horum dederat pater? Nõ vtiq; angelis,de quibus scriptura dicit,q̃
Apoc.7 omnes angeli stabãt in circuitu sedis. Deniq; &Gabriel se stare dixit,sicut habes: Ego sum Gabriel qui asto ante deũ. Nõ ergo angelis,nõ senioribus qui adorant se-
Lucæ.1. dentẽ. Illi enim nõ supra sedẽ maiestatis sedent,sed vt dicit scriptura,in circuitu sedis. Sedes enim aliæ viginti & quatuor sunt,vt habes in Apocalypsi ioãnis: Et supra sedem viginti quatuor seniores sedentes. In Euan-
Aoca.4. gelio quoq; ipse dominus dicit⁹: Cũ sederit filius homi
Mat.19. nis in sede maiestatis suæ ,sedebitis & ipsi super sedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Israel. Nõ ergo sedes suæ dixit apostolus dari posse contortiũ , sed alias illas sedes esse duodecim:quas tamẽ nõ corporali cõcessu,sed ꝓ successu spiritalis gratię æstimare debemus. Deniq; in libro Regnorũ dixit Micheas ꝓpheta : Vidi dominũ sedentẽ sup thronũ suũ & omnis militia cœli stabat circa eũ ad dexterã eius,
3. Reg.22 & ad sinistrã. Quomodo igitur stãtibus angelis ad dexterã vel ad sinistrã domini dei, stante omni militia cœli , sedebunt homines ad dexteram dei vel ad sinistrã, quibus pro virtutibus præmia angelorũ similitudo ꝓmittitur,sicut dominus dicit: Eritis sicut angeli in cœlo? Sicut angeli,inq̃t, nõ plꝰ q̃ angeli. Si ergo nihil plꝰ dedit pater q̃ filius,nihil vtiq; minus dedit filius q̃ pa-
Mat.22. ter,nihil igitur minus filius potest q̃ pater. Posito tamẽ possibili impetratu hominibus quod posceretur, quid
L quid est qđ ait:Sedere autem ad dexteram meã vel ad
Mat.20. sinistram,non est meum dare vobis? Quid est meum? Supra dixit: Calicẽ quidem meũ bibetis , & infra posuit:nõ est meũ dare vobis,& supra meũ , & infra meũ dixit,nõ immutauit. Ergo superiora docẽt ꝓpter qđ dixerit. Rogatus enim à muliere quasi homo,vt ad dexterã vel ad sinistrã suam filios eiꝰ sedere pateretur: qa illa quasi hominẽ rogauerat,&dominꝰ quasi tantũmõ homo de sua passione respõdit: Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturꝰ sum? Itaq; qđ secundũ carnẽ de passione sui corporis loquebatur, demonstrare voluit qđ secundũ carnẽ subeundæ passionis nobis exemplũ ac similitudinẽ derelinqueret, secundum humanã aũt cõditionẽ sedis supernæ cõsortia nõ donaret. Hoc enĩ est quod dixit non est meũ,sicut alibi : Mea doctrina non
Ioan.7. est mea,non est enim,inquit,secundũ carnẽ meã,quia quæ diuina sunt,nõ sicut carnis eloquia. Indulgentiam aũt suã circa discipulos quos diligeret,quam expressit reuelauit,premittẽs: Calicẽ quidẽ meũ bibetis. Etenim quod nõ debebat id dare quod petierãt,aliud ꝓposuit vt prius cõmemoraret quid his tribueret, q̃ quid negaret , quo magis æquitatem sibi petitionis q̃ studiũ dominicæ libertatis intelligerẽt defuisse. Calicẽ quidem M
meũ bibetis,hoc est,passionẽ quidem quæ carnis meæ est,nõ negabo. Quod enim humanæ assumptionis habeo,potestis imitari,donaui vobis victoriã passiõis,hęreditatẽ crucis. Sedere aũt ad dexterã meã vel ad sinistrã,nõ est meũ dare vobis. Nõ dixit,nõ est meũ dare: sed,Non est meũ dare vobis:hoc est, nõ sibi potestatẽ deesse asserẽs,sed meritũ creatoris. Accipe aliter:Nõ est meũ dare vobis. Quid est,non est meũ? qui veni humilitatẽ docere ,nõ est meũ,q̃ veni nõ ministrari , sed ministrare,nõ est meũ,qui iustitiã seruo,nõ gratiã. Deniq; ad patrẽ referens,addidit: Quibus paratum est,vt ostenderet patrem quoq; nõ petitionibꝰ deferre solere,nõ meritis, quia deus personarum acceptor nõ est.
Actu.10 Vnde & Apostolus ait : Quos præscíuit , & prædestinauit. Iure igitur reprehenditur mulier,quę & impos-
Roma.8 sibilia,& speciali quodã priuilegio ab eo domino postulauit , quia ea quæ sanctis iudicauit esse donanda, non duobus apostolis,sed omnibus discipulis etiã sine cuiusquã precatione voluntaria sui largitate cõtulerit
Ma..19. sicut scriptum est:Duodecim vos sedebitis super sedes

A iudicantes duodecim tribus Israel. Ergo etiã si possibile putemus postulatũ fuisse, calumniæ locus nõ est:tamen cũ legerim seraphim stare,quomodo possum qđ hoíes ad dexterã vel sinistrã filio dei sedeãt arbitrari? Supra Cherubim domin⁹ sedet,sicut habes: Qui sedes
Psal.79 sup Cherubi,appare. Quomõ apostoli sup Cherubim sedebunt? Et hoc tamen colligo nõ ex meo ingenio, sed ex dominicæ vocis oraculo. Ipse enim dominus ĩ posterioribus apostolos cõmendãs , patri ait:Pater, quos
Ioan.17 dedisti mihi , volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Vtiq; si iudicasset qđ diuinã sedẽ pater hoíbus daret, dixisset: Volo vbi ego sedeo,& illi sedeãt mecum. Sed volo,inquit,vt sint mecũ,nõ sedeãt mecũ: & vbi ego, nõ quomõ ego. Deinde sequitur: Vt videãt claritatem meã,nõ vt habeãt,sed vt videãt. Seruus enĩ videt,dominus possidet,sicut & Dauid docuit, dicens: Vt videã
Psal.26. voluntatem domini. Et ipse domin⁹ in Euãgelio reue-
Mat.5. lauit,dicens:Beati mundo corde,ipsi enĩ deũ videbũt. Videbunt,inquit,nõ sup Cherubim cũ deo sedebunt. Desinãt ergo viliora sẽm diuinitatẽ æstimare de dei filio,ne viliora quoq; de patre æstiment. Qui enĩ male crediderit de dei filio,nõ potest bene sentire de patre. De patre qui male crediderit & de spiritu,non potest bene sentire de filio. Eorũ enĩ vna dignitas,vna gloria vna charitas,vna maiestas est. In cõmune derogaturq; quid in aliquo putaueris derogandũ. Iã enĩ nõ erit plenitudo , quã discernas & diuidas in aliquas portiones.

¶De redargutione eorũ qui vnitatẽ in diuinitate ne-
B gare cupientes,extenuare studẽt patris & filij charitatem,ex hoc qđ scriptũ est:Et dilexisti eos,sicut & me dilexisti. Quomodo etiã intelligendũ sit qđ filiꝰ missus dicitur , & quemadmodũ dominũ dicat, quẽ patrẽ nouit, cũ diuersorũ hæreticorũ cõdemnatiõe qui ex falsa intelligentia errauerunt. CAP. IIII.

EXISTVNT tamen Imperator Auguste qui in hac diuinitate vnitatem substãtiæ negare cupientes , extenuare studeant patris & filij charitatẽ,quia scriptũ est:Et dilexisti
Ioan.17 eos,sicut & me dilexisti. Quod cum dicunt,quid aliud agunt,nisi inter dei filium & homines æqualitatem quã dã cõparationis inducunt? Nunquid sic diligi possunt à deo homines quemadmodũ filius in quo cõplacuit pater? Ille per se cõplacet, nos per ipsum. In quibꝰ enĩ deus filium suum ad imaginem suam cernit,eos per filium suum,asciscit in gratiã filiorum: vt quemadmodũ per imaginẽ ad imaginem sumus,sic per generationem filij in adoptionem vocemur. Alius igitur naturę amor sempiternus,alius gratiæ, Aut si ex verbis faciunt quæ-
C stionem,quia scriptum est:Et dilexisti eos, sicut me dilexisti: & cõparationem factã putãt:ergo & illud in cõparatione dictũ putãt: Estote ergo misericordes,sicut
Lucæ.6 & pater vester qui in cœlis est. Et alibi:Estote perfecti
Mat.5, sicut & pater meus qui in cœlis est,ꝑfectus est:quia ille secundum plenitudinem maiestatis suæ perfectus est, nos autem perfecti secundum virtutis accidentis ꝓfectum. Sic etiã filius diligitur à patre secundũ semp manentis plenitudinẽ charitatis,in nobis aũt charitatem dei,virtutis emeretur profectus. Vides igitur quã gratiam deus dederit hominibus,& tu patris & filij vis dissoluere naturalem & indiuiduã charitatẽ : & tu verba adhuc discutis,vbi vnitatem maiestatis aduertis. Video
Ioan. 17 totũ hũc locũ ex cuius affectu loquatur. Habes enĩ dicentẽ ipsum: Clarifica me pater claritate ea quẽ habui priusquã mũdus esset apud me, & tamen vt scires magnum deum,& salutarem,& omnipotẽtem dei filium, iudiciũ suæ maiestatis admiscuit dicendo:Et mea omnia tua sunt,& tua mea. Omnia habet,&tu missum esse ad iniuriam deriuas, qui secundum carnem nõ accipis missum? Apostolus dixit,& ex verbo simplici ꝓiudi-
D ciũ struis,quo dicas inferiores à superioribus mitti solere. Quid ad illa respõdes, qđ filius ad homines missus est? Num minorem putas eum qui mittitur, eò vide licet à quo mittitur? Dilce quod & minor maiorẽ mittit & maiores ad minores missi sunt. Nam & Tobias Ra-
Tobię.9 phael angelum misit. Et angelus ad Balaã missus est,&
Nume.22 dei filius ad Iudæos. Nunquid ergo minor etiã iudæis dei filius,ad quos mittebatur? De ipso enim scriptũ est:
Mat.21 Nouissimè aũt misit eius filiũ suũ vnicũ. Et vide quod ante seruos,postea filiũ nominauit:vt scias qđ dei filiꝰ vnigenitus secundũ diuinitatis potentiã nec nomẽ habet,nec cõsortium cõmune cũ seruis. Reuerendꝰ mittitur,nõ cũ famulis reuerendus. Et bene addidit,meũ: vt nõ vnus de multis,nec de generis naturæ,aut minoris alicuius potestatis,sed verus à vero, paternę imago
E veniſse subsistãtię crederetur. Esto tamen,minor sit qui mittitur,eo à quo mittitur:ergo & Pilato minor Christus,quoniã Pilatus misit eũ ad Herodem. Sed præiudicat potestati scriptura,quę missum à patre dicit, missũ dicit a præside. Vnde si sobrie de dei filio quæ digna sunt opinemur, ideo missum intelligere debemus, qđ ex illo incõprehensibili inenarrabiliq; secreto maiestatis profundæ dedit se cõprehendendum pro captu nostro mentib⁹ nostris dei verbum, nõ solũ cũ se exinaniret,sed etiã cũ habitaret in nobis, sicut scriptum est:
Leuit.26 Quoniã inhabitabo in illis. Deniq; & alibi habes quod deus dixit: Venite descendamus, &cõfundamꝰ linguas
2.Cor.6 eorũ. Nõ enim deus de loco aliquãdo decidit, qui ait: Ego cœlum & terrã cõpleo,sed dico descendere vide
Gene. 11. tur,si nostros dei verbũ penetret affectus,sicut dixit ꝓ
Hiere. 23. pheta: Parate viã domino, rectas facite semitas eius, vt quemadmodũ ipse promisit,veniens cũ patre,apũd nos
Esaiæ. 40 faciat mãsionem. Euidens est igitur quomodo veniat. Vnde & euidens est quomodo dominum dicat,quẽ patrem nouit. Ait enim: Cõfiteor tibi pater domine cœli
Mat.11 & terrę. Ante patrem dixit sapientia suum, postea creaturę dominũ nuncupauit. Itaq; dominatum nõ esse vbi vera progenies est, ipse dominus ostendit in Euangelio suo,dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius fi
Mat.22 lius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Iesus: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominũ , dicens: Dixit
Psal.109 dominꝰ domino meo,sede à dextris meis? Et addidit: Si ergo Dauid in spiritu vocat eũ dominũ , quomodo filiꝰ eius est? Et nemo poterat ei respõdere verbum. O q̃ cautę propter Arrianos etiã in hoc testimonio dominus fidei prospexit. Non enim dixit: Vocat eum spiritus dominum,sed quod Dauid dixit in spiritu: vt cuius secundum carnem filius est,Dauid scilicet,eius etiã secundũ diuinitatẽ &dominus & deus crederetur. Vides igitur quod nomen pietatis & domini secretum est. Et
F bene dominus suum quidem patrem,cœli aũtẽ &terrę dominũ prędicauit,vt cum tu legis & patrem &dominũ,intelligas patrem filij, &dominũ creaturæ. In alio prærogatiua naturę est,in alio autoritas potestatis. Formã enim serui accipiẽs,eo vtiq; dominũ vocat,quo seruiente susceptit:æqualis in dei forma, seruus in corporis,seruitus enim carnis , dominatus autem diuinitatis est. Vnde & Apostolus ait : Deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ,hoc est,deum assumptiõis humanæ asserens,patrem aũt gloriæ. Num enim duos filios habuit deus,Christum,& gloriã? Minime. Ergo si vnus dei filius Christus, vtiq; Christus est gloria. Quid autem ei derogas qui patris gloria est? Si ergo & filius gloria est,& pater gloria:quia pater glorię non potest aliud esse q̃ gloria:nõ diuisio gloriarũ,sed vna est gloria. Itaq; ad ꝓprietatẽ naturę gloria refertur,dominaꝰ ad susceptí corporis seruitutẽ. Si enĩ caro etiã iusti animæ subdita est (sicut scriptũ est) Castigo corpus meũ,
1.Cor.9 & seruituti redigo:quanto magis subiecta est diuinita-
Psal.118

ti,de qua dicitur:Quoniã vniuerſa ſeruiunt ei? Vna au
G tem quæſtiõe & Sabellianos & Fotinianos & Arrianos
dominus excluſit. Nã cũ dominum cũ domino dicit,
Sabellius excluditur, qui eundẽ patrem vult eſse quẽ
filiũ. Excluditur Fotinus,qui ſecundũ carnẽ iudicat q̃
dominus Dauid regis nõ poterat eſse niſi qui deus eſt.
Mat.4 Scriptũ eſt enim: Dominũ deum tuũ adorabis, & illi
ſoli ſeruies. Nũquid cõtra legem ꝓpheta ſentiret, qui
ſub lege regnaret? Excluditur Arrius,qđ filium ſedere
audit ad dexterã patris, vt ſi ex vſu argumentetur hu-
mano, ipſe ſe perimat,& venenũ ſacrilegę diſputatiõis
ſuæ in ſe refundat, vt dũ inæqualitatẽ patris & filij ex
cõſuetudine homiuũ intepretatur:in vtroq; à vero de-
uius eũ præferat cui derogat,cõſeſsurũ priorem quem
audit ad dexterã. Excluditur etiã Manichæus. Nõ enĩ
negat eſse ſe Dauid filiũ ſecundũ carnẽ,vtpote qui cla
Math.20. mãtibus cæcis: Ieſu fili Dauid miſerere nobis, & dele-
ctatus eſt fide,& ſtetit,& curauit eos,ſed negat nos eſ-
ſe æternitatis, ſi Dauid ſolius filius à perfidis nomine-
tur. Nã filius eſt cõtra Hebionẽ. Filius Dauid eſt cõtra
Manichęos. Filius dei eſt cõtra Fotinũ. Filius Dauid eſt
cõtra Marcionem. Filius dei eſt cõtra Paulũ Samoſate
nũ. Filius Dauid eſt cõtra Valentinum. Filius dei eſt cõ
tra Arriũ atq; Sabelliũ gentilis erroris hæredes. Domi
nus Dauid eſt cõtra Iudæos,qui dei filium in carne cer
nentes,hominem tãtummodo impio furore credebãt.
Sed eccleſiaſtica fide & dei patris & Dauid idem vnus
atq; idẽ filius. Qã incarnationis dei myſterium vniuer
Heb.2 ſæ ſalus eſt creaturæ,ſecundum qđ ſcriptum eſt: Vt ſi-
H ne deo pro omnibus guſtaret mortẽ: Id eſt,qđ creatu
ra omnis ſine paſſione aliqua diuinitatis,dominici ſan
Roma.8 guinis redimenda ſit precio,ſicut habes: Omnis creatu
ra liberabitur à ſeruitute corruptionis. Aliud eſt igitur
ſecundũ diuinã ſubſtantiã, aliud ſecundũ ſuſceptionẽ
carnis filium nominari. Nam & ſecundum generatio-
nem diuinã deo patri æqualis eſt filius, & ſecundũ ſu-
ſceptionem corporis deo patri ſeruꝰ eſt. Quod formã
ſeruĩ,inquit,accepit,vnus tamẽ atq; idem eſt filius. Cõ-
tra aũt ſancto patriarchæ Dauid ſecundum gloriã ſuã
dominus eſt,ſecundum corporalis ſucceſsionis ſeriem
filius eſt,nõ deficiẽs à ſe,ſed noſtrę ſibi adoptionis gra
tia acquirens. Non ſolum ex genere Dauid ſeruus eſt,
Pſal.88. ſed etiam ex nomine, ſicut habes: Inueni Dauid ſeruũ
meum. Seruus eſt,in quo vnctus eſt. Seruus eſt, in quo
ſanctificatus eſt. Seruus eſt,in quo creatus eſt. Et vt de
cõpendio dicam,ſeruꝰ eſt,in quo matrem habet,ſicut
Pſal.115. ſcriptum eſt: O domine,ego ſeruus tuus,& filius ancil-
læ tuę. Nam ſecundum diuinam generationem nõ ma-
trem habet,ſed patrẽ,nec corporalis eſt ventris fructꝰ
ſed ſempiterna dei virtus. Ergo etiam cũ legimus qđ
Ioan.7. dixit dominus: Tempus meum nondum impletum eſt
Ibidem. &, Adhuc modicũ tempus vobiſcum ſum: &, Vado ad
Ioan.13. eum qui me miſit: &, Clarificatus eſt filius hominis:ad
I incarnationis ſacramentum referre debemus. Cũ autẽ
legimus: Et deus clarificatus eſt in eo, & deus clarifica
uit eum:quid ibi eſt quæſtionis, vbi & filius clarifica-
tur à patre,& pater clarificatur ã filio? Deniq; vt fidem
vnitatis aperiret,etiam ſpiritu clarificãdum eſse dixit:
ſicut habes: Ille de meo accipiet. & clarificabit me. Cla
Ioan.16 rificat ergo dei filium etiam ſpirituſsanctus. Quomo-
do igitur ipſe dixit: Si ego clarificauero meipſum, cla
Ioan.8. ritas mea nihil eſt: Ergo nihil claritas filij. Sacrilegum
eſt dicere, niſi refer as ad carnẽ, quod ex ꝑſona homi
nis filius loquebatur, eo quod cõparatione diuinitatis
nulla eſt carnis claritas. Deſinant igitur impie obijce-
re,quod in ſuam perfidiam retorquetur. Scriptum eſt
enim,non nego: Nunc clarificatus eſt filius hominis.
Sed videant quid ſubiectum ſit: Clarificatus eſt filius
hominis. Videãt etiã quid ſequatur: Et deus clarifica-
tus eſt in eo. Ego excuſationem habeo de filio homi-
nis,ille de patre non habet:quia pater nõ ſuſcepit carnẽ,excuſationẽ habeo,nõ vtor:ille nõ habet, &calum K
niatur. Aut ſimpliciter me patiatur intelligere, aut ad
carnem referre quæ carnis ſunt. Pia mens,quæ legũtur
ſecundum carnẽ diuinitatemq; diſtinguit,ſacrilega cõ
fundit,& ad diuinitatis retorquet iniuriã, quicquid ſe-
cundum humilitatem carnis eſt dictum.

¶ De cõfutatione Arrianorũ, qui ideo aliã patris,aliã
filii,aliam ſpirituſsancti dicunt eſse poteſtatem,quia
ſcriptum ſit: Ite docete omnes gentes baptizãtes eos
in nomine patris,& filij, & ſpirituſsancti: ex verbo-
rum ordine differentiam diuinæ poteſtatis faciẽtes.
Qui ꝓterea idcirco negant in Chriſtum eſse crẽ-
dendũ quod ſcriptũ ſit: Qui credit in me, nõ credit
in me,ſed in eum qui me miſit. CAPVT V.

QVID quod etiã more Iudaico falſi & impu-
dẽtes interpretes Arriani verborũ ſunt di
uinorũ, dicẽtes vſq; adeo aliã patris, aliam
filij,aliã ſpirituſsancti eſse poteſtatẽ, vt ſcri
ptum ſit: Ite,docete omnes gẽtes,baptizantes eos in no Mat.28.
mine patris,& filij,& ſpirituſsancti, & ex verborũ or-
dine differentiam diuinæ faciunt poteſtatis? Ego aũt li
cet hoc ipſum teſtimoniũ in ſuperioribus libris ꝑ vni-
tate aſſeruerim maieſtatis ac nominis, tamen ſi hic fa-
ciunt quæſtionẽ, poſsum teſtimonijs aſſerere ſcriptu-
rarũ in pleriſq; locis prius filiũ nominatũ, poſtea patrẽ
dictũ. Nunquid igitur filij ſanctificatio ante præmiſsa
eſt,verborũ, vt Arriani volunt, præiudicio, pater ſecũ-
dus à filio eſt? Abſit inquã abſit. Neſcit hunc ordinẽ fi L
des,neſcit diſcretũ patris & filij honorẽ. Nõ legi,non
audiui,nec aliquẽ in deo inuenio gradũ. Nuſquã ſecũ-
dum,nuſquã tertiũ deum legi,primũ legi,primũ ac ſo
lũ audiui. Si ordinis exigimꝰ ſuperſtitionẽ,nec ad dex
terã patris ſedere filius debẽt, nec primũ ſe &princi-
piũ debuit dicere. Male ergo euãgeliſta qđ priꝰ à ver- Ioan.1
bo q̃ à deo cœpit,dicens: In principio erat verbum, &
verbũ erat aput deũ. Etenim iuxta humani ritus ordi-
nem, prius patrẽ debuit nominare. Neſciuit etiã Apo
ſtolus ordinem,qui ait: Paulus ſeruus Chriſti Ieſu vo- Roma.1
catus Apoſtolus,ſegregatꝰ in Euangeliũ dei. Et alibi: 2.Cor.13.
Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, &
cõmunicatio ſpirituſsancti. Si verborũ ſequamur ordi
nẽ,in primo filium poſuit,in ſecundo patrem. Sed ver
borũ ordo ſæpe mutatur,& ideo nõ debes vel de ordi
ne, vel de gradu patri deo & filio eius facere quæſtio-
nẽ,cũ ſecundũ diuinitatẽ diuiſio nulla ſit vnitatis. Ad
extremũ,vt Chriſtianos ſe non eſse manifeſtẽt, negãt
in Chriſtũ eſse credendum,dicentes ſcriptũ eſse: Qui
in me credit,nõ credit in me,ſed in eum qui me miſit. Ioan.12
Hãc ergo expectabã confeſsionem. Quid me quibuſ-
dam ambagibus ludebatis? Sciam mihi aduerſum gen
tiles eſse cõtentionem,ſed cõuertuntur,vos non con-
uertimini. Illi ſi credãt, ſaluum eſse ſacramentũ: vos ꝑ
didiſtis acceptum,& nec ceptum fortaſse, ſed factum. M
Scriptum eſt inquiũt: Qui in me credit, non in me cre
ſtit,ſed in eum qui me miſit. Sed videte quid ſequatur
& videte ſic quemadmodũ ſe dei filius vult videri. ſe-
quitur enĩ: Et qui me videt, videt eũ qui me miſit,hoc
eſt,quod pater videtur in filio. Expoſuit igitur id qđ
ante præmiſit: quia credit in filium,qui cõfitetur &pa-
trem. Nam qui filium neſcit,nec patrem nouit. Omnis
enim qui negat filium,nec patrẽ habet. Qui cõfitetur
filium,& filium & patrem habet. Quid eſt ergo: Non
credit in me? Non in id quod corporaliter cernitis,nõ
in hominẽ tãtummodo quem videtis. Non enim in ho
minẽ tãtummodo credẽdum aſſeruit,vt credas quia Ie Ioan.8
ſus Chriſtus ipſe eſt & dei filius & homo. Propter qđ
& vtrunque ait: A meipſo non veni. Et alibi: Ego ſum

A principiũ,qui & loquor vobis. Quaſi homo à ſe nõ ve-
nit. Quaſi dei filius nõ ex homine principiũ habet,ſed
ſum,inquit,ipſe principiũ,qui loquor vobis. Neq; hu-
mana,ſed diuina ſunt quæ locutus ſum. Neq; enim fas
eſt credere q̃ negauerit in ſe eſse credendũ, cũ ipſe di
xerit: Vt omnis qui credit in me,in tenebris nõ maneat.
Ioan.11 Et alibi: Hæc eſt enĩ volũtas patris mei qui me miſit, vt
Ioan.6. omnis qui videt filiũ, & credit in eũ, habeat vitã æter-
nã. Et alibi: Credite in deũ, & in me credite. Nemo er-
Ioan.14 go filium ſine patre accipiat,qđ filium legimus. Habet
patrẽ filius,ſed nõ temporalẽ, nõ ex paſſione, non ex
cõceptione,nõ ex gratia. Generationẽ legi,nõ legi cõ
ceptionẽ. Et pater dicit: Genui,nõ dicit creaui. Et filiꝰ
nõ creatorẽ ſuum deum ſecundũ æternitatẽ diuinæ ge
ninæ generationis,ſed patrẽ nominat. Se quoq; nũc ex
perſona hois,nũc in dei maieſtate ſignificat: nũc vnita
tẽ ſibi diuinitatis cũ deo patre vendicãs, nunc fragilita
tẽ humanę carnis aſsumẽs: nũc doctrinã ſuã nõ habere
nunc voluntatẽ ſuã ſe nõ quærere, nunc teſtimonium
ſuũ verum nõ eſse, nunc verũ eſse ſignificans. Nã ipſe
Ioan.5. dixit: Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo,teſtimo-
niũ meũ non eſt verũ. Et ipſe in poſterioribus ait: Et ſi
Ioan.8. ego teſtimoniũ perhibeo de me,verũ eſt teſtimonium
meũ. Quomodo igitur nõ eſt verum teſtimoniũ tuum
B domine Ieſu, cui qui credidit, in cruce licet poſitus, &
inter cõfeſſi ſceleris ſupplicia cõſtitutus, merita latro-
nis exuit,præmia innocẽtis meruit? Deceptus eſt ergo
Actu.9. Paulꝰ, qui ideo recepit oculos, quia credidit, quos ami
ſerat anteq̃ crederet? Errauit ne etiã Ieſus Naue, qui du
cẽ militiæ cœleſtis agnouit,ſed poſteaq̃ credidit, ſta-
Ioſue.5. tim vicit, dignus qui fidei prælio triũpharet? Denique
non æratas acies in bella produxit,nec ariete cæteriſq;
tormentorũ machinis,ſed tubarũ ſeptẽ ſacerdotalium
Ioſue.2. ſono murorũ hoſtilium ſepta depoſuit. Ita bellum im-
mane cõfecit tubæ clangor, & inſula ſacerdotis. Vidit
hoc meretrix,& quæ in excidio ciuitatis remedia deſ-
peraret ſalutis,quod fides vicerat,ſigna fidei atq; vexil
la dominicæ paſſionis attollẽs, coccũ in feneſtra liga-
uit, vt ſpecies cruoris myſtici quæ foret mundũ redem
ptura,vernaret. Ita foris Ieſus nomen fuit præliantibus
ad victoriã, intus ſpecies dominicę paſſionis periclitã-
tibus ad ſalutem. Vnde quod intellexit Raab cœleſte
myſterium, dicit dominꝰ in pſalmo: Memor ero Raab
Pſal.86 & Babylonis ſcientibus me. Quomodo ergo nõ eſt ve-
Pſal.115. rum teſtimonium tuum domine, niſi ſecundũ fragilita
tem hominum? Omnis enim homo mẽdax. Denique vt
ſecundũ hominẽ dixiſse ſe demõſtraret, ait: Qui miſit
me pater, ipſe teſtimonium perhibet de me. Verũ autẽ
eſt teſtimonium ſecundum diuinitatẽ, ſicut ipſe ait: Et
verum eſt teſtimoniũ meum, quia ſcio vnde venio, aut
C quo vado, vos autem neſcitis vnde venio, & quo vado:
vos ſecundum carnem iudicatis. Non ergo ſecundum
diuinitatem, ſed ſecundum hominẽ iudicãt qui putant
Chriſto teſtificãdi ſcientiam defuiſse. Ergo cũ andis:
Qui credit in me, nõ credit in me: Et qui miſit me pa-
ter, ipſe mihi mandatum dedit: didiciſti quo id putes
Ioan.10. ipſe referẽdum. Deniq; mandatum quod eſset oſtẽdit,
dicens: Pono animã meam, & iterum ſumo eam. Nemo
tollit eam à me, ſed ego pono eã a meipſo. Vides ideo
dictum, vt oſtenderet ſibi ponendæ ac reſumendę ani-
mæ poteſtatem, ſicut ipſe dixit: Poteſtatem habeo po-
nendi animã meã, & poteſtatem habeo iterum ſumen-
di eam. Hoc mãdatum accepi à patre meo. Siue igitur
mandatum, ſiue, vt aliqui latini habent, præceptum: nõ
vtiq; ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum incarnatio
nem datur, ad ſubeundæ victoriam paſſionis.

¶ Quod nõ debeamus deducere filium in hãc humi-
litatem, vt niſi quæ audierit, facere aut loqui neſciat,
cũ Arrianorũ confutatione. Et vnde maxime vnita

tẽ diuinę maieſtatis itelligere poſsimꝰ. Quibꝰ etiã ra D
tionibus dei filius creatura dici nõ poſsit. CAP. VI.

QVAMVIS vero in hanc humilitatem dei filium
deducemus, vt niſi quæ audierit, facere aut
loq neſciat, & prælcriptã agẽdi loquẽdiq;
ei putemꝰ eſse menſurã, quia ſcriptum eſt:
Ex meipſo non ſum locutus. Et infra: Sicut dixit mihi Ioan.12.
pater, ita loquor: ſed ad obedientiã carnis, vt ad fidem
vnitatis iſta referantur. Pleriq; etiam doctiores & audi
re filiũ, & dicere aliquid filio, patrẽ accipiunt per vni-
tatẽ naturę. Qđ enim per vnitatẽ volũtatis nouit filius
patrẽ velle videtur audiſse. Vnde nõ officium corpo-
rale, ſed arbitriũ indiſsociabile cooperationis declara
tur. Neq; enim verborum hic aliquẽ ſignificat auditũ,
ſed vnitatẽ voluntatis atq; virtutis, quæ & in patre eſt,
& in filio. Quã etiã & in ſpiritu ſancto eſse memorauit
alio loco, dicens: Nõ enĩ loquetur a ſemetipſo, ſed quę Ioan.16.
audit, loquetur. vt aduerteremus qđ quicquid ſpiritus
loqnitur, loquitur & filius: & quicquid loquitur filius,
loquitur & pater, quia vna ſentẽtia & operatio trinita-
tis. Sicut enĩ pater videtur in filio, nõ vtiq; ſpecie cor-
porali, ſed vnitate diuinitatis: ita etiã pater loquitur in
filio, nõ tẽporali voce, nec corporali ſono, ſed operis
vnitate. Deniq; cum dixiſset: Et pater qui in me manet
ipſe loqtur, & opera quę ego facio, ipſe facit, addidit: Ioan.14.
Credite mihi, quia ego i patre, & pater in me eſt. Alio
quin ꝓpter opera ipſa credite. Hic intelleꝰ eſse vide-
tur ſecundum diuinarũ ſeriẽ ſcripturarũ. Arriani aũt
qui nolunt de deo æſtimare quæ digna ſunt, vel apto
ſuis meritis cõfutentur exẽplo, nec totũ carnaliter cre E
dãt, cũ ipſi patris ſui diaboli opera incorporaliter vi-
deãt, ſicut de eorũ cõſortibus iudeis dominus declara
uit, dicẽs: Vos qđ vidiſtis patrẽ veſtrũ facientẽ facitis.
cum vtiq; nõ qđ diabolum operantẽ viderit, ſed quod
arbitraria eius fecerint arguãtur, inuiſibiliter in his ſe-
cundũ iniquitatẽ ſuã diabolo operãte peccatum. Hoc
ſecundum Apoſtolũ ꝓpter inſipientiã poſuimꝰ per-
fidorum, Cæterũ ſatis probatũ eſt ſcripturarũ exẽplis
ad vnitatẽ maieſtatis pertinere diuinæ, quod & pater
maneat in filio, & ea quæ loquitur filius, à patre videa-
tur audiſse. Vnitatẽ aũt maieſtatis quibꝰ aliis poſsumꝰ
intelligere, q̃ quod eadẽ patri & filio deferuntur? Nam
quid præcellẽtius poteſt dici, q̃ quod Apoſtolus dixit
dominum maieſtatis crucifixũ? Filius ergo eſt, & deus
maieſtatis, & dominus maieſtatis. Sed nõ creaturis ſub
iecta maieſtas: Non ergo creatura filius. Filius paternæ
eſt imago ſubſtantiæ: Non ergo creatura filius. Omnis
autem creatura diſſimilis ſupernæ ſubſtantiæ, ſed non F
diſſimilis dei patris filius: Non ergo creatura filius. Fi-
lius non rapinam arbitratus eſt eſse ſe æqualem deo,
ſed nulla creatura æqualis deo, æqualis autem filius:
Non ergo creatura dei filius. Omnis creatura mutabi-
lis, ſed nõ mutabilis dei filiꝰ. Nõ ergo creatura dei fi-
lius. Oĩs creatura accidentia boni & mali recipit ſuę ca
pacitate naturę, eandemq; decesſionem ſentit: Dei au-
tem filio nihil poteſt ex eius diuinitate vel decedere, Eccle.12.
vel accedere: Nõ ergo creatura dei filiꝰ. Omne opꝰ ſuũ
adducet deꝰ in iudiciũ, ſed dei filiꝰ nõ adducitur in iu
diciũ, qđ ipſe iudicat: Nõ ergo creatura dei filiꝰ. Po-
ſtremo vt vnitatẽ intelligas, de ouibus dicẽs ſaluator:
Nullus, inquit, rapit eas de manu mea. Pater quod de-
dit mihi, maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de
manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus. Sic viui-
ficat filius vt pater. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos
& viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. Sic ſuſcitat
filius vt pater. Sic cõſeruat filius vt pater. Qui nõ im-
par eſt gratia, quomodo impar eſt poteſtate? Sic etiam
nõ perdit filius vt pater. Et ideo ne quis vel duos deos
crederet, vel diſcretionẽ poteſtatis induceret, vnũ ſe

G esse cũ patre dixit. Id quẽadmodũ potest dicere creatura? Non ergo creatura dei filius est. Non idem est regnare & seruire: Christus aũt & rex est, & filius regis. Non ergo seruus est dei filius. Omnis aũt creatura seruit, sed nõ seruit dei filius, qui ex seruis filios dei facit.

Luc.19. Nõ ergo creatura dei filius. Diuine vtiq; illã parabolã induxit diuitis qui in regionẽ longinquã profectus est accipere regnũ, & reuerti, seipsum secundũ substantiã diuinitatis incorporationiq; describens. Ipse enim dies secundũ plenitudinẽ diuinitatis, qui pro nobis pauper factus est, cũ esset dies. Et rex æternus, & æterno rege progenitus, peregre profectus secundum corporis susceptionẽ, quia vias hominis tanq̃ iter ingressus alienũ, in hunc mundũ venit, vt regnũ sibi pararet ex nobis. Venit ergo Iesus in hũc mundũ regnũ accipere de nobis, quib⁹ ait: Regnũ dei intra vos est.

Luc.17 Hoc est regnum dei quod Christus accepit, hoc est quod patri tradidit. Nã quomodo regnũ accepit, qui rex erat sempiternus? Venit ergo filius hominis accipere regnũ, &

Luc.19 reuerti. Noluerunt eũ suscipere Iudæi, de quibus ait: Illi qui noluerunt me regnare super se, adducite & interficite eos. Sequamur scripturarũ ordinẽ. Ille qui venit

1.Cor.15 regnũ deo patri tradet, & cũ tradiderit regnũ, tũc & ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Sicut filius hominis, regnũ accepit dei filius: vt filij⁹ vtiq; hominis etiã traditurus est quod accepit. sicut filius hominis tradit ergo, I & vt filius hominis subiectionem vtiq; per conditionem carnis, non

H per maiestatem diuinitatis agnosceret. Et tu ad cõtumeliã obijcis, quod ei subiecerit omnia deus, cum audias quod regnum filius hominis deo tradat, & vt in superioribus diximus libris, legeris: Nemo venit ad me nisi pater attraxerit eũ, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Si literam sequamur, vide magis atq; aduerte vnitatẽ honorificentiæ, & pater subiecit filio, & filius patri tradet. Dic quid sit amplius, trahere, an resuscitare? Nõne secundũ morẽ hominũ, ministeriũ trahentis potestas est resuscitãtis? Sed & filius ad patrẽ trahit, & pater ad filũ trahit, & filius suscitat, & pater suscitat. Facessant sacrilegæ commenta discretionis, vbi vnitas potestatis est. Tradat igitur patri regnum suum filius,

Luc.17 non deperit Christo quod tradit, sed proficit. Nos sumus regnum, & nobis dictum est: Regnũ dei intra vos

Ioan.14 est. Et sum⁹ regnũ Christi ante, postea patris, quia scriptum est: Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Cum in via sum, Christi sum: cũ peruenero, patris sum, sed vbiq; per Christum, & vbiq; sub Christo. Bonum est in re-

Mat.28. gno Christi esse, vt Christus nobiscũ sit, sicut ipse ait: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem mũ-

Philip.1 di, sed melius est esse cum Christo. Dissolui enim, & cũ christo esse multo melius, cũ in hoc mũdo sub pec-

Roma.5 cato simus. christus nobiscum est, vt per vnius obedi-

I tiam iusti constituantur multi. Et si peccatũ huius mũ-

Ioan.14 di euasero, incipiam esse cum christo. Deniq; ait: Ve-

Ioan.17 niam iterum, & assumam vos ad me. Et infra: Volo vt vbi ego sum, & isti sint mecum. Ergo nunc sub regno christi sumus, dum in corpore versamur, & nondum forma exuimur serui, quam ille cum se exinaniuisset, accepit. cum vero gloriam eius videremus, quam habuit priusquam mundus esset, futurus in regno dei, in

Luc.13 quo patriarchæ sunt & prophetæ, de quibus scriptum est: cum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vt iã pleniore cognitione potiamur. Sed in filij regno & pater regnat, & in regno patris filius regnat, quia pater in filio, & in patre filius:

Ioan.14 & in quo habitat pater, habitat filius, sicut ipse ait: Ego & pater veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Ergo sicut vna domus, ita & vnum regnum. Eousq; autem vnum patris & filij regnum est, vt quod filius tradit, pater accipiat: & quod pater accipit, filius nõ amittat. Ergo in vno regno vnitas potestatis est. Nemo igi- K tur diuinitatem inter patrem filiumq; secernat.

¶ Quemadmodũ intelligere debeamus filiũ esse subiectum patri, cũ hæreticorũ condẽnatione. Quomodo etiam nõ solum deus pater filio, sed & filius ipse sibi subiecerit omnia. Et qua de causa filius subiectus sit in nobis. Quodq; eadem sit charitas dei patris & Christi. Quod præterea nihil sit quod diuinitas sempiterna non possit, nihil quod lateat veritatem, fallat iustitiam, prætereat sapientiam. CAPVT VII.

QVOD si patri & filio vnum dei nomẽ & ius est, cũ deus verus & sempiternus sit etiã dei filius: subiectum itaq; imperator Auguste quẽadmodũ debeamus accipere, cõsidere mus. Quomodo enim subiectus dei filius? vt creatura vanitati. Sed impiũ est de diuinitatis substãtia tale aliquid æstimare. An quemadmodũ creatura omnis dei filio, quod æque scriptũ est: Omnia subiecisti sub pedi Psal.8. bus eius? Sed nõ christus ipse sibi subiectus est. An quẽ Ephe.5. admodũ mulier viro, sicut legimus: Mulieres viris suis 1. Timo.2 subiectæ sint, & alibi: Mulier in silẽtio discat cum omni 1.Pet.2. subiectione? Sed sacrilegũ est vel patri virũ, vel dei filio mulierẽ cõparare. An quẽadmodum Petrus dixit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ? Nec sic itaque christus. Vel quemadmodũ Paul⁹ scripsit: Patri & deo subiecti inuicẽ, in timore christi? Sed neq; in suo, neq; L in alterius christi timore subiectus est filius, quia vnus est christus. Quorũ verborũ vim considerate, quia patri subiecti sumus dum etiam Christũ veremur. Quomodo ergo subiectum intelligimus? Totum Apostolicum capitulum recenseamus, vt nihil videatur fraude subtractum, aut obreptione præstrictum. Si in hac vita tantum in christo sperantes sumus, miserabiliores 1. Cor.15. sumus omnibus hominibus. Nunc autem christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientiũ. Videtis quoniã de resurrectione christi tracta est disputatio, quoniam sicut per vnum hominem, inquit, mors, & per homi nem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in christo omnes viuificabuntur, vnusquisq; autem in suo ordine, primitiæ christus, deinde qui sunt christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem. Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime aũt inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedi- M bus eius. cum autem dicat: Omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Quod etiã ad Hebræos Apostolus dixit: Nũc aũt nondum videmus omnia illi esse subiecta. Accipimus apostolicæ seriẽ lectionis. Quomodo igitur subiectum dicemus? Sabelliani & Marcionitæ dicunt quod hæc futura sit Christi ad deum patrem subiectio, vt in patrẽ filius refundatur. Si ergo ea erit verbi subiectio, vt resoluatur in patre deus verbum, ergo & quæcunq; patri filioq; subiecta sunt, in patrem & filium resoluẽtur, vt sit deus omnia, & in omnibus creaturis. Sed absurdum est dicere. Nõ igitur per refusionẽ subiectio. Alia sunt enim quę subijciũtur, ea vtiq; quę creata sunt & alius cui fit obiectio. conticescãt itaq; fauæ refusionis interpretes, atq; vtinã & illi tacerẽt, qui quoniã reso lubile dei verbũ, deiq; sapientiã probare non possunt, infirmitatem diuinitatis subiectioni adscribũt, dicentes quod scriptum est: cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse subiectus erit. Videm⁹ igitur quod nõdum subiectum, sed subijciendũ esse scriptura cõ-

A memorat. Ergo nunc nõ est subiectus deo patri filius. In quo igitur filium subiectũ fore dicitis? Si in diuinitate: nec inobediẽs est, quia non est patri discors. Nec subiect⁹, quia nõ est seruus, sed vnicus proprio patri fili⁹. Deniq; cũ cælũ crearet, & terrã cõderet: & potestatẽ exercebat & charitatem. Nulla igitur seruilis in Christi diuinitate subiectio. Si aũtẽ nulla subiectio, volũtas libera est. Qđ si etiã subiectionẽ putant filij, quia cũ ei⁹ volũtate oĩa faciat, discãt hoc ipsũ esse ĩdiuiduæ potestatis argumẽtũ, qđ vnitas volũtatis est, quæ nõ cœpit ex tẽpore, sed erat semp. Vbi aũt vnitas ꝓpetuę volũtatis, nõ vtiq; tẽporalis subiectionis infirmitas. Si enĩ per naturã subijceretur. semp subiectus maneret. Cum vero subijciẽdus dicatur in tẽpore dispẽsationis, ergo susceptæ nõ ꝓpetuę infirmitatis erit illa subiectio, maxime cũ sẽpiterna dei virtus nõ posit statũ mutare ꝓ tẽpore, nec deo patri ex tempore ijs potestatis accedere. Nã si filij⁹ aliquãdo mutabitur, vt secũdũ diuinitatẽ subijciatur: ergo & de⁹ pater aliquãdo plus poterit, vt secũdũ diuinitatẽ habeat filiũ: nũc interim minus posse secũdũ iterpretationẽ vestrã necesse est æstimetur. Quid aũt culpę cõmernit filij⁹, vt postea secũdũ diuiB nitatẽ subijci posse credatur? Nunquid secundum diuinitatẽ ad dexterã patris sedere prẽripuit, & inuito patre sibi prærogatiuam paterni solij vẽdicauit? Sed ipse

Ioan.8. ait: Omnia quæ placita sunt ei, facio semper. Ergo si in omnibus patri cõplaceat filius, cur subijcietur qui ante subiectus nõ erat? Videamus itaq; ne non diuinitatis illa, sed nostra fiat in Christi timore subiectio, plena gratię, & plena mysterij. Itaque rursus apostolica ver-

1.Cor.15. ba pandamus. Cum autem subiecta, inquit, illi fuerint omnia, tunc & ipse subiect⁹ erit ei qui sibi subiecit oĩa, vt sit deus omnia in oĩbus. Ergo quid dicis? Nunc subiecta nõ sunt ei omnia? Non subiecti sanctorum chori, nõ angeli, qui in terris posito ministrabant: nõ archangeli, qui etiam ad Mariam aduentus dominici prænun cij mittebantur: non omnis militia cælestis: non Cherubin & Seraphin: non throni & dominationes & potestates, quæ venerarentur & laudant? Quomodo ergo subiecta erunt? Sic vtiq; quemadmodum ipse dominus

Mat.11. dixit: Tollite iugũ meũ super vos. Nõ enim indomiti iugum portant, sed humiles atque mãsueti. Nec est pla ne angelis nec ipsis hominib⁹ vilis, sed gloriosa subiectio, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorũ, & omnis lingua confiteatur quia domin⁹ Iesꝰ ĩ gloria est dei patris. Ideo autẽ ante subiecta nõ erant omnia, quia nondum receperant sapientiam dei, nondum habile iugum verbi mẽtis quadã ceruice portabãt. Quotquot autem, sicut scriptum

Ioan.1. est, receperũt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. C Dicet aliquis: Ergo iã subiectus est Christus, quia plurimi crediderunt? Minime: quia nõ in paucis est Christi subiectio, sed in omnibus. Sicut enim si in me concupiscat adhuc caro aduersꝰ spiritũ, spirit⁹ autẽ aduersus carnem, nec videor esse subiectus, etsi ex parte sim subditus: ita quia omnis ecclesia vnũ corpus est Christi: quãdiu genus dissentit humanũ, Christum diuidimus. Nõdũ ergo subiectus est Christus, cuius non sunt adhuc mẽbra subiecta. Cum autẽ fuerimus non multa mẽbra, sed vnus spiritus: tũc & ipse subiectus erit, vt ꝓ ipsius subiectionem sit deus omnia in omnibus. Sicut autem nondum subiectus est Christus, ita nondũ perIoan.4. fectum est opus patris, quia dei filius dixit: Meus cibus est vt faciam voluntatẽ patris mei qui me misit, & perficiam opus eius. Quid igitur quęstionis est quod in me erit filij subiectio, in quo perfectũ est opus patris, quia nõ sum ipse pfectus? Ergo qui imperfectũ opus facio patris, ipse filiũ facio esse subiectũ? Sed nõ est iniuria ista, sed gratia, quia in eo qđ subijcimur, nostervtiq; non diuinitatis est profectus, vt subijciamur legi, subij- D ciamur gratię: quoniam ante, sicut ipse dixit Apostolus, sapientia erat carnis inimica in deum. Legi enĩ nõ Roma. 8. erat subiecta. Nũc aũt iam per Christi est subdita passionẽ. Et tamẽ ne quis calũnietur, videte quid diuinitus spirãs scriptura præcauerit. Ostẽdit enim nobis in quo subiect⁹ erit deo Chist⁹, dũ docet in quo sibi vniuersa subijceret. Ideoque dicit: Nũc autẽ nõ videmus oĩa ei subiecta. Nã paulo minus q̃ angelos minoratum videmus Iesum propter passionẽ mortis. Ostendit itaq; minorem factũ ꝓpter incarnationẽ. Quid igitur impedit quin etiã subiectionẽ ĩ carnis susceptiõe significet, per quã subijciet sibi oĩa, dũ in ipsa patri deo est subiect⁹? Consideremus itaq; eius subiectionem. Pater, inquit, Lucæ.22. meus, si vis transfer calicem hunc à me, verum nõ mea voluntas sed tua fiat. Ergo secundum humanæ naturæ assumptionẽ erit illa subiectio: quia sicut legimus, spePhil.2. cie inuẽtus vt homo, humiliauit semetipsum fact⁹ obediens vsq; ad mortẽ. Subiectio vtiq; obediẽtię est, obedientia mortis, mors assumptionis humanæ. Assumptionis ergo humanę erit illa subiectio. Nequaq̃ igitur diuinitatis infirmitas, sed dispensatio ista pietatis est. Vide q̃ nõ timeã eorum passiones. Illi obijciũt subijciendum patri deo. Ego lego Mariæ subditum matri, quia scriptum est de Ioseph & Maria: Et erat subditus Luc.2. illis. Aut si hoc putant, dicant qđ hominibus erat subiecta diuinitas. Non igitur præuidicet quod subiectus dicitur: cui non prejudicat quod seruus legitur, qđ cru E cifixus asseritur, mortuus prędicatur. Qui cum moreretur viuebat, cum subijceretur regnabat, cum sepeliretur resuscitabat, ac subiectum se potestati prębebat humanæ, alias se domuũ maiestatis declarabat æternæ. Erat sub iudice, & ad dexterã dei soli⁹, vbi iudex perpetuus iudicabat. Scriptum est deniq; : Amodo vi- Mat.26. debitis filium hominis sedẽtem ad dexteram virtutis. Vapulabat à iudæis, imperabat angelis. Nat⁹ ex Maria sub lege erat, ante Abrahã supra legẽ erat, in cruce venerãdus naturæ. Deniq; sol refugit, terra cõtremuit, cõticuerũt angeli. Cuius igitur passionẽ elemẽta videre timuerũt, huius generationẽ videre potuerũt. Et in quo subiectionẽ corporis nõ tulerũt, ĩ eo subiectionẽ natury venerabilis sustinebũt? Sed cũ vni⁹ naturę sint pater & filij⁹ & spũsãct⁹, vtiq; nõ erit pater sibi ipse subiect⁹. Et ideo nõ erit in eo subiect⁹ filius, ĩ quo cũ patre vnũ est, ne ꝓ vnitatẽ diuinitatis videatur & pater filio esse subiectus. Ergo sicut in illa cruce non diuinitatis plenitudo, sed nostra fragilitas erat subdita, ita etiã postea subditus erit filius patri, in nostræ vtiq; ꝓticipatione naturę, vt subiectis carnis illecebris, nõ cupiditas dominetur cordi, nõ ambitio, nõ voluptas, sed oĩa nobis de⁹ sit, & oĩno q̃tũ capere possum⁹, ad ei⁹ imaginẽ similitudinẽq; viuam⁹. Ad cõmunitatẽ igitur beneficiũ trã F siuit à specie, quia in sua carne naturã toti⁹ hũanę carnis edomuit. Et ideo iuxta apostolũ, Sicut portauimus 1.Cor.15. imaginẽ hui⁹ terreni, portemus & imaginem cælestis. Qđ vtique nisi per interiorẽ hominẽ nõ põt euenire. Coloſ. 3. Deponentes igitur vniuersa, hoc est, illa quę legimus, irã, aĩositatẽ, blasphemiã, turpiloquiũ: & sicut infra dicitur, Expoliãtes nos veterẽ hominẽ cum actibus suis, induamur nouũ qui renouatur in agnitionẽ secũdum imaginẽ eius q̃ creauit nos. Et vt scires qđ cũ dicit: Vt sit deus oĩa in oĩbus: à deo patre nõ separet Christum, ipse ad Colossẽs. dixit: Vbi nõ masculus, inq̃t, & fœmina, Iudæus & Gręcus, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed oĩa & in oĩbus Christus. Ergo etiã ad Corinthios dicẽs, Vt sit deus oĩa in oĩbus: & vnitatẽ & æqua- 1.Cor.15. litatẽ cũ deo patre cõplexus est Christi, quia nec à patre filius separatur. Et similiter sicut pater oĩa in oĩbus, ita oĩa in oĩbus etiã Christus operatur. Si ergo christ⁹ quoq; in oĩbus oĩa operatur, nõ vtiq; in diuinitatis maiestate subiectus est, sed in nobis. Quo autẽ subiectus

G in nobis,niſi eò mõ quo minor angelis fact⁹ eſt, in corporis.ſ.ſacramẽto?In eo enĩ nõdũ ſubiecta ei oía videbãtur,quæ creatori ſuo à principio ſui vtiq; ſeruiebãt. Quã ſi quæſieris quẽadmodũ ſit ſubiectus in nobis,ipſe
Mat. 25. oſtẽdit dicẽs.In carcere erã,& veniſtis ad me.Infirm⁹ erã,& viſitaſtis me,qđ enĩ vni eorũ minimorũ feciſtis, mihi feciſtis.Infirmũ audis,& nõ moueris : ſubiectum audis,& moueris:cũ in eo infirmus,ſ.quo ſubiectus, in quo peccatũ atq; maledictũ,p nobis fact⁹ eſt.Sic igitur nõ ꝓpter ſe,ſed p nobis erit ſubiectus in nobis,non in natura ſubiectus,æterna, neq; enĩ in natura maledictus
Deu.21. æterna.Maledictus autẽ oĩs qui pẽdet in ligno. Maledictus,quia noſtra maleſticta ſubiecit.Subiectus ergo,qa ſubiectionẽ noſtrã ipſe ſubiecit.ſ.in ſeruilis formę aſſũptiõe in dei maieſtatẽ,vt dũ ille noſtræ fragilitatis ſe prẽberet in carne cõſortẽ, nos in virtute ſua diuinæ faceret cõſortes naturę. Nõ quo aut hoc nobiſcũ ſupna Chriſti generatiõe naturale cnoſortiũ, aut diuinitatis in Chriſto ſit illa ſubiectio,ſed ſicut in illa p carnẽ illã quæ eſt pignus noſtræ ſalutis , ſedere nos in cæleſtibus apoſtolus dixit,vtiq; nõ ſedẽtes : ſic & ille p noſtræ aſſũptionẽ naturę dicitur ſubiectus in nobis. Quis enĩ tã demens qui putet, vt ſupra diximus,qđ ad dexterã dei patris ſedes ſibi venerabilis nõ debeatur, cũ.ſ. etiã ſecundũ carnẽ Chriſto ea à patre , generatiõis tamẽ ſupnę & æqualitatis potẽtia deferatur?Angeli adorãt: & tu tibi præſumptione ſacrilega ſoliũ dei ſternis ? Scri-
Ephe.2. ptũ eſt,inquiũt,qđ cũ mortui eſsetis peccatis , cõuiuiſi cauit vos in Chriſto,cuius gratia eſtis ſalui facti, & ſi-
H mul ſuſcitauit,ſimulq; facit ſedere ín cæleſtibus í Chriſto Ieſu. Agnoſco ſcriptum. Sed nõ vt hoíes ſedere ad dexterã ſibi patiatur deus,ſed vt í Chriſto ſedere,quia ipſe eſt oĩm fundamẽtũ,& ipſe eſt caput eccleſię,í quo cõmunis ſecũdũ carnẽ natura prærogatiũ ſedis cæleſtis emeruit. In chriſto enĩ deo caro. In carne autẽ humani natura generis oĩm hoím pticeps honoratur. Sicut nos ergo in illo ſedemus p corporeã cõmunẽ natu-
ræ,ita & ille qui p ſuſceptionẽ noſtræ carnis maledictũ filiũ dei nõ credit,ita & inquã ille p obediẽtiã oĩm erit ſubiectus in nobis,cũ gẽtilis crediderit, cũ iudęus agnouerit quẽ crucifixit,cũ Manichę⁹ adorauerit quẽ in carne veniſſe nõ credidit, cũ Arrianus omnipotentẽ cõfeſsus fuerit quẽ negauit , cũ poſtremo in omnibus fuerit ſapiẽtia dei,iuſtitia, pax , charitas , reſurrectio. Per ſua igitur opera chriſtus & genera diuerſa virtutũ erit in nobis patri ſubdit⁹,cũ vitijs abdicatis,& feriãte delicto,vnus in oíbus deo cœperit in vno ſenſu populorũ omniũ ſpũs adhęrere,tũc erit deus oía & in omnibus.Cõcluſionẽ igitur totius abſolutionis breuiter colligamus:Vnitas poteſtatis opinionem iniuriоſæ ſubiectiõis excludit:euacuatio poteſtatis,& victoria de morte quæſita,triũphatoris vtiq; nõ minuit poteſtatẽ.
1 Subiectionẽ operatur obediẽtia,obediẽtiam Chriſtus aſsũpſit,obediẽtia vſq; ad mortẽ,crux ad ſalutem. Ergo vbi opus,ibi & autor eſt operis.Cũ igitur, oía Chriſto ſubiecta fuerint per obedientiam chriſti vt in nomine eius genu flectãt,tunc erit ipſe omnia in omnib⁹. Nũc enim quia nõ omnes credũt,nõ videtur oẽs ſubiecti.Cũ oẽs ergo crediderint , & dei fecerint volũtatẽ, erit ommia & in omnibus chriſtus . Cũ chriſtus fuerit omnia & in oíbus, erit oía & in oíbus deus , quia pater manet ſemp in filio . Qũo ergo infirmitatis arguitur, qui redemit infirmos? Atne forte & illud ad infirmita-
Philip. 3. tẽ filij referas qđ ſcriptũ eſt,qđ ſubiecit ei deus oía : dixit qđ omnia ſibi etiã ipſe ſubiecerit. Scriptũ eſt enim: Noſtra autẽ conuerſatio in cælis eſt: vnde & ſaluatorẽ expectamus dominũ Ieſum,qui trãſfigurauit corp⁹ humilitatis noſtræ,cõforme vt fiat corpori glorię ſuę ſecũdũ operationẽ qua poſsit etiã ſibi ſubijcere omnia. Didiciſti ergo qđ omnia poſsit ſibi ſubijcere,ſecundũ operationẽ vtiq; diuinitatis . Diſce nunc ſecundum K
carnẽ omnia ſubiecta accipiat, ſecũdum quod ſcriptũ
Ephe.1. eſt:Qui operatus eſt in chriſto , ſuſcitans eum à mortuis,& conſtituens eum ad dexteram ſuã in cæleſtibus ſupra omnẽ principatum,& poteſtatem, & virtutẽ , & dominationem,& omne nomẽ quod nominatur non ſolũ in hoc ſeculo,ſed etiam in futuro : & omnia ſubiecitiſub pedibus eius.Secundũ igitur carnẽ ei omnia ſubiecta tradentur,ſecundũ qđ & à mortuis ſuſcitatus eſt,& ſecundum animã humanam,ac rationabilẽ ſubiectionẽ diuine plerię interpretantur quod ſcriptum
Pſal.61. eſt:Nõ ne deo ſubiecta erit anima mea ? Animã dixit, nõ diuinitatem:animã,non maieſtatem . Et vt ſcirem⁹ qđ dominus per prophetam de ſuſceptione naturæ eſt locutus humanæ,addidit:Vſquequo adijcietis ſup hominem?ſecũdum illud quod ait in euãgelio : Quid me
Ioan.7. quæritis interficere hominẽ?Et addidit : Veruntamen precium voluerunt repellere,cucurrerũt in ſitim, ore ſuo benedicebãt,& corde ſuo maledicebãt . Iudæi enĩ reportante Iuda preciũ,recipere noluerunt , currẽtes in ſitim amentiæ,quia ſpiritalis potus gratiam recuſarunt.Hæc eſt piæ ſubiectionis interpretatio . Etenĩ dũ dominicæ paſsionis hoc munus ſit : vtiq; in quo paſsus eſt,in hoc erit ſubiectus in nobis. Quærimus, qua cauſa?Vt neq; angeli,neq; virtutes,neq; altitudo,neq; profundũ,neq; præſentia,neq; futura, neq; creatura alia ſe parare nos poſsit à charitate dei,quę eſt in Chriſto Ieſu.Videmus itaq; ex ijs quæ diximus, nullam exceptam eſse creaturam:ſed iſtis quas ſupra dixit , omnẽ , ſi qua eſt,annumeratam eſse. Simul etiam illud eſt conſiderãdũ,qđ cum,in ſuperioribus dixerit : Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?ſubter poſuit:Neq; mors,neq; L
vita,nec alia creatura ſeparare nos poterit à charitate dei,quæ eſt in chriſto Ieſu,Videmus ergo eãdẽ charitatem dei eſse,quę chriſti eſt. Denique nõ ocioſe poſuit charitatem dei quæ eſt in chriſto Ieſu , ne ſeparatam dei & chriſti intelligeres charitatem . Nihil autem eſt quod charitas diuidat.Nihil quod diuinitas ſempiterna non poſsit.Nihil quod lateat veritatem,fallat iuſtitiam,prętereat ſapientiam.

¶De cõdẽnatione execrabilium Arrianorum dicentium quod dei filius neſciat tempora & annos,argumentorũq; ſuorũ deſtructione, cũ finali & cõcluſiua confutatione erroris eorundem quo aſserunt filium eſse minorem parre. CAPVT VIII.

VNDE execrabiles eos qui iſta cõmemorãt, & à ſpiritu ſancto eſse dãnatos ſcire debemus.Quos enĩ alios niſi ſpecialiter Arrianos ꝓpheta cõdẽnat,qui dicũt qđ dei filiꝰ neſciat tẽpora & annos ? Nõ enĩ eſt aliquid quod ignoret deus.Si autẽ deus:& chriſt⁹,& altiſsimus chriſtus. ipſe eſt enim ſuper omnia deus . Videte quẽadmodum
M ſanctus Dauid huiuſcemodi qui dei filio ſcientiam de-
Pſal.72. rogẽt perhorreſcat.Sic eim habes: In laboribus homi num nõ ſunt,& cũ hominibus nõ flagellabuntur.Ideo obtinuit eos ſuperbia eorũ,cooperti ſunt iniquitate et impietate ſua,prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, trãſierunt in diſpoſitionẽ cordis. Vtiq; cõdẽnat qui ex diſpoſitione cordis æſtimãda quę diuina ſunt arbitrantur.Nã deus nec diſpoſitioni eſt ſubiectus, nec ordini, quando etiã ipſa quę ſunt in vſu hominũ, & ſucceſsione generis humani, nõ ſemper aliqua ſolẽnis diſpoſitione rationis,ſed plerũq; ſecretis latẽtibusq; decurſa myſterijs,euenire cernamus.Cogitauerũt,inquit,& locuti ſunt nequitiã,iniquitatẽ in excelſo locuti ſunt.Poſuerunt in cęlum os ſuum. Videmus itaque quod impij ſacrilegij reos dãnet,qui ex ſimilitudine humanę naturæ,diſpoſitionem ſibi arrogẽt cæleſtis arcani. Et di-

A xerunt:Quomõ ſcit deus ? & ſi eſt ſciẽtia oĩs in altiſſimo?Nõne hæc eotidie perſtrepũt Arriani,ſcientiã omnẽ in Chriſto eſse nõ poſse: quia ipſe, inquiũt, dici & horæ ſe poſsus eſt eſse ignarũ ? Nõne diçũt, quomõ ſciuit:qui eũ nõ potuiſse ſcire cõmemorãt niſi quæ audierit & viderit:& ea quę ſpectãt ad diuinæ vnitatem
naturę,ad infirmitatẽ quoq; ſacrilega interpretatione
Marc.13. deriuãt?Scriptũ eſt,inquiũt ? De die autem illa & hora nemo ſcit,neq; angeli cælorũ,nec filiꝰ,niſi ſolus pater: Primũ veteres nõ habẽt codices græci, quòd nec filius ſcit.Sed nõ mirũ ſi & hoc falſarũt, quia ſcripturas interpolauere diuinas . Qua ratione autẽ videatur adiectũ,proditur,dũ ad interpretationẽ tãti ſacrilegij deriuatur.Pone tamẽ ab euãgeliſtis ſcriptũ . Mediũ itaq; nomen eſt filij.Nã & filius hominis dicitur , vt ſecũdũ imprudentiam aſsumptionis noſtræ diẽ futuri iudicij neſciſse videatur .Quomõ enim neſciret diẽ dei filius, cũ in ipſo ſiut theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ abſconditi? Quæro autem vtrum ex ſubſtantia, an ex accidẽti habuerit ſcientiam ? Omnis enim ſcientia aut ex natura, aut ex diſciplina eſt. Ex natura ſuppetit,vt equo currere,piſci natare,hæc enim faciunt anteq; diſcant. Ex diB ſciplina rurſus ſuppetit natare homini . Nam niſi didicerit,ſcire non poterit.Cum ergo multis animantibus ſuppetant ex natura facere & ſcire quæ nõ didicerint, quid cenſes de dei filio?vtrum ex inſtitutione,an ex natura habeat ſcientiam?Si ex inſtitutione , ergo non eſt natus ſapientia , & ex proceſsu cœpit eſse profectus,
*perfect⁹ & ita mox bis. *nec erat ſemper.Quod ſi naturalem ſcientiam habet, vtiq; profectus in principio erat,profectus ex patre ,proceſsit,& ideo præſciẽtia non eguit futurorum.Nõ ergo neſciuit diem.Neq; enim ſapientiæ dei eſt ex parte ſcire,& ex parte neſcire . Nã quomodo poteſt neſcire partem,qui fecit omnia?, cum minus ſit ſcire q̃ facere? Multa enim ſcimus quę facere non poſsimus , nec eodem modo omnes ſcimus , ſed ex parte cognoſcimus. Nouit enim ventorum vim,ſtellarumq; curſus , aliter ruſticus,aliter ciuitatis incola,aliter gubernator . Etſi omnes non norunt,omnia tamen noſse dicuntur.Sol⁹ autem plane nouit ille qui fecit omnia . Nouit gubernator quota vigilia procedat Arctur⁹, quales ortus præexploret Orionis:nõ tamen colligationes Vergiliarũ, cæterarumq; ſtellarum aut numerum nouit,aut nomina,ſicut ille qui numerat multitudinem ſtellarũ, & omnibus nomina his vocans . Quem vtiq; nõ fallit operis ſui virtus.Quomodo enim vultis hęc feciſse dei filium?Nunquid quaſi annulum , qui nõ ſentit quod exprimit?Quia omnia in ſapientia pater fecit , id eſt, oía per filium fecit,qui eſt virtus dei & ſapiẽtia. Sapientiæ autem id conuenit,vt ſuorum operum & virtutes norit & cauſas.Et ideo non potuit creator omnium ignorare qđ fecit,neſcire qđ ille donauit.Nouit ergo diem quem fecit. Sed dicis quod præſentem nouit,neſcit futurũ. Licet inepta ſit propoſitio , tamen vt de ſcriptuC ris ſatiſfaciam tibi,diſce quod non ſolum præterita fecit,ſed etiam quæ futura ſunt,ſicut ſcripum eſt : Qui fe
Heb.1. cit quæ aduẽtura ſunt. Et alibi ait ſcriptura: Per quem & facta ſũt ſecula,ſplẽdor eſt gloriæ , & character ſubſtantię eius.Secula enim & pręterita & preſentia & futura ſunt.Quomodo ergo facta ſunt quæ futura ſunt, niſi quia operatoria virtus eſt , ſcientia comprehendit numerum omnium ſeculorum ? Sicut enim vocat quæ non ſunt tanquam quę ſunt,ſic & fecit quæ futura ſunt tanquam quę ſint, quia non contingit vt non ſint , ſed neceſsario ſũt futura quę eſse prꝫcepit. Ergo qui fecit quę futura ſunt,eo genere quo ſũt futura contingunt . Si hoc de ſeculis, multo magis de iudicij credẽdum die, eo quod cognitionem eius habeat dei filius tanquam à
Pſal.118. ſe iã factæ,quia ſcriptũ eſt: Diſpoſitione tua ꝑmanebit dies.Non ſolum permanet dixit , ſed etiam permanebit,vt eius diſpoſitione quæ ventura ſunt gubernẽtur. D Quæ diſpoſuit ergo,nõ nouit?Qui plantauit aurẽ,non audiat?Qui finxit oculũ,nõ cõſiderat ? Videam⁹ tamẽ ne quid forte magnũ qđ creatorẽ ſuũ potuerit prætere-
rire,& negligant vtrũ quaſi magnũ aliquid & prę-
ſtantius putẽt eſse q̃ cætera:an quaſi minimũ atq; ſubiectũ. Si minimũ atq; ſubiectũ,nõ eſt iniuria(vt noſtro vſu lo
quar)vilia & exigua neſcire. Nã cũ potẽtiæ ſit ſcire quę maxima ſũt,deſpexiſse videtur degeneris operis vilitatẽ. Faſtidio igitur abſolutus eſt,nõ poteſtate fraudatus eſt. Quod ſi magnũ & ſummũ arbitrantur ſcire iudicij diẽ,dicãt quid deo patre maius aut melius ſit . Pa-
trẽ igitur deũ nouit,vt ipſe ait qđ nemo nouit patrẽ ni
Mat.11. ſi filiꝰ,& cui voluerit filiꝰ reuelare. Patrẽ, inquit, nouit,& diẽ neſcit.Sic ergo creditis qđ patrẽ reuelat , & diẽ nõ põt reuelare?, Verũ nõ ſolũ ſacrilega iſta, ſed etiã inepta dubitatio. Nunc cõſideremus quibus modis ſciencia colligatur,& oſtendamus ipſum filium demõſtraſse,quod & dicit,ſciret. Quod enim ſcimus: aut tẽpore,aut loco,aut ſignis,aut plonis declaramus,aut ordine.Quomõ igitur neſciuit iudicij diem , qui horam
Marc.13. iudicij & locũ & ſigna expreſsit?Deniq; ſic habes: In il-
E la hora qui fuerit in tecto,nõ deſcendat tollere vaſa:& qui in agro,ſimiliter nõ redeat retro. Eouſq; igitur futurorum norat periculorum euẽtus, vt etiam preſidia periclitantibus demõſtraret. An poterat dominus diẽ ignorare,qui ipſe dixit quod filius hominis dominus eſt ſabbati?Locum quoque etiam alibi deſignauit, cum ſibi ſtructuras templi oſtendẽtibus diſcipulis diceret:
Luc.6. Videtis hęc omnia ? Amen dico vobis, non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur . De ſigno quoque interrogatus ab apoſtolis dixit: Videte ne ſeLuc.21. ducamini.Multi enim venient in nomine meo dicentes.quia ego ſum Chriſtus. Et infra . Terræmotus,inquit,magni erunt per loca ſingula, & fames , & peſtilentia, terroreſq; de cęlo,& ſigna magna erunt. Itaque & perſonas expreſit,& ſigna . Quo autem modo vel circundaturos exercitus Hieruſalem dicat, vel implenda tempora gentium,& quo ordine , Euangelicæ vtique lectionis atteſtatiõe reſeratur. Sciuit ergo omnia. Sed quærimus qua ratione deſignare momenta noluerit.Si quæramus:non ignorãtiæ inueniemus eſse, ſed ſapientiæ.Nobis enim ſcire non proderat : vt dum certa futuri iudicij momenta neſcimus , ſemper tanquam in excubijs cõſtituti, & in quadam virtutis ſpecula collocati,peccandi cõſuetudinem declinemus , ne nos inter vitia dies domini deprehendat. Non enim prodeſt ſciF re,ſed metuere quod futurum eſt. Scriptum eſt enim:
Roma.11. Noli alta ſapere , ſed time . Nã ſi diem deſignaſset expreſse , vni ætati hominum quæ proxima erat iudicio videretur diſciplinam præſcripſiſse viuẽdi, ſuperioris tẽporis aut iuſt⁹ eſset remiſſior,aut peccator ſecurior. Nã adulter niſi quotidianã pœnam metuat, non poteſt adulterãdi cupiditatem deſinere. Nec latro obſeſſorũ ſaltuum ſecreta deſerere,niſi ſciat ſibi momẽtis omnibus imminere ſupplicium.Plerunque enim quibus incentiuum eſt impunitas , timor tædium eſt . Ideo ergo dixi quod ſcrire non proderat,ſed ignorare,vt ignorãtes timeremus,vt obſeruantes emũdaremur ſicut ipſe
Mat.24. dixit:Eſtote parati,quia neſcitis qua hora filius homi nis venturus eſt . Nanq; miles ſi bellũ in manibus eſse cognoſcat,portendere nõ nouit in caſtris . Vnde alibi quoque ipſe dominus interrogat⁹,ab apoſtolis inquã, qui vtique non ſicut Arrius intelligebant,ſed filiũ dei futura ſcire credebant:Nam niſi hæc credidiſsent,nũquam interrogaſsent: Interrogatus autem quando reActuũ. 1. ſtitueret regnũ iſrael,nõ ſe neſcire dixit,ſed ait : Non eſt veſtrũ ſcire tẽpora & annos quę pater poſuit in ſua poteſtate. Attendite quid dixerit:Nõ eſt veſtrum ſcire.Lege iterum,Non eſt veſtrum. Veſtrum dixit,non

meum. Iam enim non ſecundum perfectionẽ, ſed ſecũ
dum profectum humani corporis ac noſtrę animę lo-
quebatur. Veſtrum ergo dixit, non meum. Qđ & apo
1. Theſ. 5. ſtolus ſecutus, De tẽporibus aũt & momentis fratres
nõ habetis, inquit, opus vt vobis ſcribamus. Itaque ne
apoſtolus quidẽ ipſe Chriſti ſeruꝰ dixit ſe neſcire mo
mẽta, ſed nõ opus eſſe edoceri populũ, qui ſemp ſpi-
ritalibꝰ munimentis eſſe debet armatꝰ, vt virtꝰ Chri-
ſti in vnoquoq; portẽdat. Cũ aũt dicit, dominꝰ, de tẽ-
poribus quę pater poſuit in ſua poteſtate, vtiq; nõ põt
exors eſſe ſcientię paternæ, cuius nequaq; exors eſt po
teſtatis, cuius ptãs ex ſapiẽtia & virtute gignitur, quod
vtrũq; Chriſtus eſt. Sed quæritis, qua cauſa nõ ita diſci
pulis negauerit, quaſi ſciret & nollet dicere, ſed neque
angelos, neq; filium ſcire memorauerit? Interrogabo
Gene. 18. vos & ego, qua cauſa in Geneſi deus dicat: Deſcendam
itaq; vt videã ſecundũ clamorẽ eorũ venientẽ ad me ſi
cõſummabuntur: ſin autẽ, vt ſciã? Qua cauſa etiam ſcri
Gene. 11. ptura de deo dicat: Et deſcendit dominꝰ videre ciui-
tatẽ & turrim quã ædificarent filij hominũ? Qua cauſa
Pſal. 52. etiã dicat propheta in pſalterio: Dominꝰ reſpexit ſup
filios hominũ ſi eſt intelligẽs aut requirens deũ: quaſi
& illic ſi nõ deſcenderet deꝰ, & hic ſi nõ, ꝓſpiceret do
minus, aut opera hominum ignoraret aut merita? Sed
Luc. 20. etiam in euangelio habes ſecundũ Lucam, quia pater
Mat. 21. dicit: Quid faciam? Mittam filiũ meum dilectiſsimũ,
Mar. 12. forſitan hunc verebuntur. Secundũ Matthæum autem
H & ſecundũ Marcum: Quoniam miſit deus vnicum fi-
lium ſuum dicẽs: Verebuntur filium meum. In vno li-
bro dicit: Forſitan verebuntur, & quaſi neſciens dubi-
tat. Nam hic ſermo dubitãtis eſt. In duobꝰ autem alijs
libris, Verebuntur, inquit, filium meũ. hoc enim cõfir
mat reuerentiã deferendã. Sed neq; dubitare dei eſt,
neq; falli. Dubitat enim qui ignorat quod futurum eſt,
fallitur autem qui aliud prædixit, & aliud eſt ſecutum.
Quid autem euidentius q̃ quod ſcriptura habet aliud
patrem dixiſſe de filio, & aliud accidiſſe eadẽ ſcriptu
ra teſtatur? Ille dixit: verebuntur filium meum. filiꝰ au
tem vapulauit, illuſus eſt, crucifixus eſt, mortuus eſt,
multoq; illis ſeruis qui prius fuerant deſtinati, grauio-
ra ſecundũ carnem paſsus eſt. Fefellit igitur pater, aut
ignorauit, aut ſibi ſubuenire nõ potuit? Sed verus ne-
ſcit fallere. Scriptum eſt enim: Fidelis deus, qui nõ mẽ
titur. Quomodo autem ignorauit, qui nouit oĩa? Aut
quid non potuit, qui omnia poteſt? Tamen ſi aut igno-
rauit, aut non potuit, (facilius enim acquieſcitis vt dica-
tis patrem ignoraſſe, q̃ cõfiteamini ſciſſe) videtis quia
ex hoc ipſo quod vni ſubſtantię eſt filius cũ patre, ſic
quẽadmodũ pater, ita & filius (vt ſecundum veſtrã inſi
pientiam loquar) aut non omnia nouit, aut non omnia
poteſt. Non ſum enim auarꝰ aut præceps circa filij lau
des, vt plus audeã dicere filium poſſe q̃ patrẽ, & inter
I patrem & filium diſcretionem faciam poteſtatis. Sed
fortaſſe dicetis non ita dixiſſe patrem, ſed de patre fi-
liũ nos fefelliſſe. Iam ergo nõ ſolũ infirmitatis filium,
ſed etiam ſacrilegij & mendacij coarguitis. Verũtamẽ
ſi nõ creditis de patre filio, nec de ſe credetis. Si enim
fallere nos voluit qui dixit dubitaſſe patrẽ, quia neſci
ret quod eſſet futurum: fallere ergo etiã de ſe nos vo-
luit, quia futura neſcire ſe dixit: multoq; tolerabiliꝰ ad
pudorem, ſi ignorantiam ante portendit, quod de ſe fe
cit, q̃ ſi cõtrario præmiſsis luſus videatur affectu, quod
de patre prædicauit. Sed neq; fallitur pater, neq; fallit
filius: verũ ea eſt in ſcripturis cõſuetudo diuinis, ſicut
& ſuperiora & multa alia exempla teſtãtur, vt deus diſ
ſimulet ſe ſcire quod nouit. Et in hoc ergo vnitas diui
nitatis, & vnitas diſpoſitiõis in patre probatur & filio,
ſi quẽadmodũ deus pater cognita diſſimulat, ita filius
etiã in hoc imago dei, quę ſibi fũt nota diſſimulet. Edo
ctũ eſt igitur nõ ignoraſſe dei filium quæ futura ſunt.

Quod ſi fatentur: & ego, vt iam reſpõdeã qua ratione
neq; angelos neq; filium, ſed patrẽ ſcire memorauit, ſo
lẽnem eius circa diſcipulos charitatẽ etiã in hoc loco,
& gratiam recognoſco, quod ex frequentia ipſa debet
oĩbus eſſe iã cognitũ. Mauult enĩ dominꝰ nimio in di-
ſcipulos amore ꝓpẽſus, pendentibus ijs quæ cognitu
inutilia iudicaret, videri ignorare qđ nouerat, q̃ nega-
re plusq; amat noſtrã vtilitatem inſtruere, q̃ ſuã poten
tiã demonſtrare. Sunt tamen plæriq; nõ ita timidiores
vt ego. Malo enĩm alta timere, q̃ ſapere. Sunt tamẽ plæ
riq; eo fieri qđ ſcriptũ eſt: Et Ieſus proficiebat ætate & Luc. 2.
ſapiẽtia & gratia apud deũ & hoĩes: qui dicunt cõfidẽ
ter quod ſecundũ diuinitatẽ quidem ea quę futura ſũt,
ignorare nõ potuit, ſed ſecundum noſtræ conditionis
aſsumptionem ignorare ſe quaſi filiũ hoĩs ante crucẽ
dixit. Etenim cũ filiũ dicit, non quaſi de alio dicit: Nã
ipſe eſt & dominus noſter dei filius, & filius virginis.
Sed medio verbo noſtrũ informat affectũ, vt quaſi ho
minis filius ſecundũ ſuſceptionẽ noſtræ imprudentiæ Actuũ. 1.
tibi ꝓfectus, nõ plene adhuc ſciſſe oĩa crederetur. Nõ
eſt veſtrũ ſcire quæ futura ſunt. Eadem igitur videtur L
ignorare cõditione, qua ꝓficit. Nã quõ ſecundũ diui- Col. 2.
nitatẽ ꝓficit, in quo habitat plenitudo diuinitatis? Aut Mat. 9.
quid eſt quod neſciat dei filius, qui dicebat: Quid co- Luc. 6.
gitatis mala in cordibus veſtris? Quo neſciat de quo di
cit ſcriptura: Ieſus autem norat cogitationes eorũ? Hęc
tamen alij dicãt: Ego aũt vt ad ſuperiora redeã, qui ꝓ-
poſuerim ſcriptum quod pater dixit: Fortaſſe reuere- Luc. 9.
buntur filiũ: quod vtiq; ideo arbitror propoſitũ, vt qđ
de hoĩbus loquebatur pater, humano locutꝰ videatur
affectu: multo magis arbitror quod filius qui cũ hoĩbꝰ
cõuerſatus eſt, & hominẽ egit, & carnem ſuſcepit, no-
ſtrum aſsumpſit affectũ, vt noſtra ignorantia neſcire ſe
diceret, nõ quod aliquid ipſe neſciret. Nã etſi homo in
veritate ſui corporis videbatur, erat tamẽ vita, erat lux
& virtus exibat de eo, quæ vulnera ſauciorum maieſta
tis ſui authoritate ſanabat. Aduertitis ergo quæſtionẽ
nobis eſſe ſublatã, cũ & filij dictũ ad ſuſceptionem in-
tegræ conditionis referatur humanæ, & de patre ideo
ſcriptũ ſit, vt vel ſic calũniari filio deſinatis. Nihil er- M
go fuit quod ignorauerit dei filius. Nihil enim fuit qđ
ignorauerit pater. Quod ſi nihil filius ignorauit, vt iã
cõcludamus, dicant in quo eum minorem velint vide-
ri. Si minorem generauit deus filium, minus cõtulit. Si
minus contulit, aut deus minus voluit, aut minꝰ potuit.
Sed nec infirmus, nec inuidus pater: quia nec voluntas
ante filium, nec poteſtas. In quo minor, qui omnia ha
bet quæ pater habet? Nam & omnia à patre iure gene-
rationis accepit, & totũ patrẽ gloria ſuę maieſtatis ex-
preſsit. Scriptum eſt, inquiunt: Quoniam pater maior Ioan. 14
me eſt. ſed ſcriptum eſt: Non rapinam arbitratus eſt ſe Phil. 2.
eſſe æqualem deo. ſcriptum eſt quod propterea vole- Ioan. 5.
bãt illũ Iudæi occidere, quia filiũ ſe dicebat dei æqua
lem ſe faciens deo. ſcriptum eſt: Ego & pater vnum ſu Ioan. 10
mus. Vnum legũt, multa non legunt. Nunquid ergo &
minor & æqualis ꝑ naturã eandẽ poteſt eſſe? ſed aliud
ad diuinitatem refertur, aliud ad carnem. Minorẽ di-
cunt: Quæro, qui mẽſus ſit, qui tam exaltati cordis, qui
velut ante tribunal patrẽ deũ & filium cõſtituat, vt de
prælatione dijudicet? Nõ eſt exaltatum cor meum, ne Pſal. 130
que inuanũ elati ſunt oculi mei: Dauid dicit. Rex Da-
uid exaltare cor metuit in rebus humanis, nos exalta-
mus aduerſus diuĩa ſecreta? Quis igitur iudicat de dei
filio? Throni, dominationes, angeli, poteſtates? ſed fa-
mulantur & ſeruiunt. Archangeli? ſed miniſtrãt. Che-
rubim & ſeraphim? ſed laudant. Quis igiĩur iudicat de
dei filio, cũ legeris quod ipſe pater nouerit filiũ, nõ iu Mat. 11.
dicat? Nemo enim nouit filiũ niſi pater. Nouit, inquit,
nõ iudicat. Aliud eſt noſſe, aliud iudicare. Habet pa-
ter ſe ſciẽtiã, filiꝰ ſupra ſe nõ habet poteſtatẽ. Et rur

A ſus: Nemo nouit patrem niſi filiꝰ, & ipſe nouit, ſicut eũ
pater nouit. Sed dicis quod minorem ſe dixit, dixit &
lapidem. Plus dicis, & impie calumniaris: minus dico,
& plus aſtruo. Minorem dicis, & ſupra angelos confi-
teris. Ego minorem angelis dico, & non derogo, quia
non diuinitatẽ arguo, ſed miſericordiam prędico.

¶ De humili ac deuota autoris ad deum patrẽ cõuer-
ſione, rectæq; fidei confeſsione, cum diſertiſsima huius
operis concluſione, ad laudem & gloriam ineſtimabi-
lis, in enarrabilis, incircũſcriptæ & immenſæ ac ſanctiſ
ſimæ trinitatis, perfidiſsimorũq; Arrianorum cõfuſio-
nem & damnationem. CAPVT IX.

ADTE nunc oĩpotẽs pater cũ lachrymis ver-
ba cõuerto. Ego te quidẽ inacceſsibilẽ, incõ
prehenſibilẽ, inæſtimabilẽ prõpte dixerim,
ſed filiũ tuum minorẽ nõ auſim dicere. Nã
cum illũ ſplendorẽ gloriæ, & imaginẽ ſubſtãtiæ tuæ le
gerim. vereor ne minorẽ imaginem tuæ dicẽdo ſubſtã
tiæ, minorẽ ſubſtãtiam tuã dicere videar, cuius imago
ſit filius, cũ plenitudo tuæ diuinitatis omnis in filio ſit.
B Immenſum te filiũq; tuum & ſpiritum ſanctũ, incircũ-
ſcriptum, inæſtimabilẽ, inenarrabilẽ legi libẽter, cre-
do libẽter. Et ideo æſtimare nõ poſsum, vt examinare
poſsi. Eſto tamẽ, ſpiritu auſuq; temerario metiri te ve
lim. Vnde quęſo te metiar? Funiculũ agrimenſoriũ vi-
dit ꝓpheta quo metiebatur angelus Hieruſalẽ. Metie-
batur tamen angelus, non Arrius. Metiebatur angelus
Hieruſalẽ, non deũ: & fortaſſe non Hieruſalem metiri
Ezec. 40. poterat angelꝰ. Vir enim erat. Deniq; ſic habes: Et alle
uaui oculos & vidi, & ecce, vir, & in manu eius funicu-
lus agrimenſoris. Vir erat, quod typum ſuſcipiẽdi cor-
Ioan. 1. poris declarabat. Vir erat ille de quo eſt dictum: Poſt
me venit vir cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam
calceamenti eius. Ergo Ieſus in typo Hieruſalem me-
2. Cor. 11. titur, nõ Arrius deum. Et ſatanas trãſfigurat ſe in ange
lum lucis. Quid mirum ſi Arrius ſuũ imitatur autorẽ,
vt vſurpet illicita? licet quod pater ſuus Zabulus per ſe
metipſum non fecit, intolerabiliore iſte ſacrilegio di-
uinorum ſibi ſcientiam ſecretorum, & ſupernę gene-
rationis arcana preſumat. Zabulus enim verũ dei filiũ
fatebatur, Arrius negat. Si ergo metiri te oĩpotens pa-
C ter non queo, poſsum ne ſine ſacrilegio de tuæ genera
tiõis diſputare ſecreto? poſsum ne dicere quod aliquid
Ioan. 16. inter te & filium tuũ plus minusve ſit, cum ipſe qui na-
Luc. 12. tus eſt dixerit: Omnia quæ pater habet, mea ſunt? Quis
me conſtituit iudicem aut diuiſorẽ de rebus humanis?
Hoc filius dicit, & nos inter patrẽ & filium diuiſionẽ
nobis & iudicium vendicamus? Bona pietas arbitror re
fugit etiã in diuiſore patrimonij. Nos ergo erimus ar-
bitri vt inter te & filium tuum increatæ maieſtatẽ ſub-
Luc. 11. ſtantiæ diuidamus? Generatio, inquit, hæc, generatio
nequam eſt: ſignum quærit: & ſignũ nõ dabitur ei, niſi
ſignũ Ionæ ꝓphetæ. Signũ vtiq; datur non diuinitatis,
ſed incarnationis. Deniq; de incarnatione dicturꝰ ait:
Eſa. 7. Pete tibi ſignũ. Et cũ ille dixiſſet, Nõ petã, neq; tẽtabo
dominũ, reſpõſum eſt: Ecce virgo in vtero &c. Ergo ſi
gnũ diuinitatis videre non poſsumus, menſurã quæri-
mus? Vę miſero mihi, impie diſcutere audemꝰ, quẽ di-
gne rogare nõ poſsumus? Videro tamẽ quid faciãt Ar-
riani. Ego te pater ſi maiorẽ omnibus dixero, iniurio-
ſe te tuis operibus cõparaui. Si maiorẽ filio, vt Arrius
aſserit, impie iudicaui: de te prius erit illa ſententia.
Nã neq; vlla fieri poteſt niſi ex cõparatione prelatio,
neq; preferri quiſquã niſi prius de quo fuerit iudicatũ.
Mat. 3. Iurare nobis per cęlũ nõ licet, iudicare de Dei filio li-
cet? Sed filio tuo ſoli iudiciũ de oĩbus detuliſti. Ioan-
nes carnẽ domini baptizare metuebat. Ioãnes prohibe
bat dicẽs: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?
& ego Chriſtum iudicio meo ſubdam? Moyſes excuſat, D
Petrus imperatũ in miniſterio declinat obſequiũ, Ar-
rius ſcrutatur etiam alta dei? Sed nõ Arrius ſpiritꝰ ſan
ctus. Sed Arrio & hominibus dictum eſt: Altiora te ne Eccle. 3.
quæſieris. Moyſes vultum domini prohibetur videre,
Arrius meruit videre ſecretũ? Moyſes & Aaron in ſa- Pſal. 68.
cerdotibus eius. Moyſes qui cũ domino apparet in glo
ria. Moyſes ergo illa poſteriora tantũmodo dei in ty-
po vidit, Arrius totum deũ facie ad faciem comprehẽ
dit? Sed nemo, inquit, videre poteſt faciem meam, & vi Exo. 33.
uit. Paulꝰ etiã de inferioribus dicit: Ex parte cognoſci 1. Co. 13.
mus, & ex parte proph etam9. Arriꝰ dicit: Ex toto deũ
non ex parte cognoui. Inferior ergo Paulus q̃ Arrius?
Et vas electionis ex parte ſcit, vas perditiõis totũ ſcit?
Scio, inquit, hominem: ſiue in corpore ſiue extra cor- 2. Co. 12.
pus neſcio, deus ſcit, quia raptꝰ eſt in paradiſum, & au
diuit ineffabilia. Paulus raptus vſque ad tertiũ cælum,
ſeipſum neſciuit: Arrius in ſtercore volutatus deũ ſci-
uit? Paulus dicit de ſeipſo, deus ſcit. Arrius de deo di-
cit, Ego noui. Sed nõ Arrius raptus in cælum, quamuis
eum ſecutus ſit qui iactatione damnabili diuina præſu
meret dicens: Ponam thronum meum ſuper nubes, &
ero ſimilis altiſsimo. Sicut enim ille dixit: Ero ſimilis Eſa. 14.
altiſsimo, ſic Arrius altiſsimum dei filium ſimilem ſui
vult videri, quem non diuinitatis æternæ maieſtate ve
neratur, ſed ex carnis infirmitate metitur.

FINIS.

Diui Ambroſij E

MEDIOLAN. EPISCOPI IN LIBRVM PRIMVM DE ſpiritu ſancto, ad Gratianũ Auguſtum.

PROLOGVS.

ISBOBOAL ſub arbore, vt
legimꝰ, quercus, tritici meſsẽ
cũ virga cederet, accepit ora
culum, vt à poteſtate alienige
narũ in libertatẽ dei populũ
vindicaret. Nec mirũ ſi eſt ele-
ctus ad gratiã, cũ ſub vmbra
iã tum ſacrę crucis & venera-
bilis ſapiẽtię prędeſtinato in- F
carnationis futuræ myſterio cõſtitutus, feracis ſegetis
ſenſibilia de latibulis frumenta ꝓduceret, electionẽq;
ſanctorũ à purgamẽtis inanis paleæ ſequeſtraret, q̃ tã̃q̃
virga veritatis exerciti, ſupflua veteris hoĩs cũ eiꝰ acti-
bus deponẽtes, quaſi in torculari ita in eccleſia cõgre-
gãtur. Eccleſia enĩ torcular eſt fontis æterni, in qua cæ
leſtis vitis fructꝰ exundat. Quo motꝰ oraculo Gedeõ,
cũ audiſset quod deficiẽtibꝰ licet populorũ milibꝰ, in
vno viro dominus plebẽ ſuã ab hoſtibꝰ liberaret, ob-
tulit hœdũ caprarũ, cuius carnẽ ſecundũ præceptũ an
geli, & azyma ſupra petram poſuit, & ea iure pfudit,
quæ ſimul vt virgæ cacumine quã gerebat angelus dei
cõtigit, de petra ignis erupit, atq; ita ſacrificiũ qđ offe-
rebatur abſumptũ eſt. Quo iudicio declaratũ videtur
quod petra illa typũ habuerit corporis chriſti, q̃ ſcri
ptũ eſt: Bibebãt de cõſequẽti eos petra, petra aũt erat 1. Cor. 10
Chriſtꝰ. Qđ vtiq; nõ ad diuinitatẽ eiꝰ, ſed ad carnẽ re
latũ eſt, quæ ſitientiũ corda populorũ perẽni riuo ſui
ſanguinis inundauit. Iã tunc igitur in myſterio decla-
ratũ eſt, quia domin9 Ieſus in carne ſua totius mundi
peccata crucifixus aboleret. Nec ſolũ delicta factorũ,
ſed etiã cupiditates animorũ. Caro enĩ hœdi ad culpã
facti refertur, ius ad illecebras cupiditatum, ſicut ſcri-
ptũ eſt: Quia cõcupiuit populꝰ cupiditatẽ peſsimã, &

G dixerunt: Quis nos cibabit carne? Quod igitur extẽdit
angel⁹ virgã, & tetigit petrã de qua ignis exiuit, ostẽdit
qđ caro domini ſpiritu repleta diuino, peccata oĩa hu
Luc.12. manæ conditiõis exureret. Vnde & dominus ait: Ignẽ
veni mittere in terrã. Aduertit igitur vir doctus & pręſagus futuri ſuperna myſteria, & ideo ſecũdũ oracula occidit vitulũ à patre ſuo idolis deputatum, & ipſe ſeptennẽ aliũ vitulũ immolauit deo. Quo facta manifeſtiſsime reuelauit poſt aduentũ domini oĩa gentilitatis abolẽda ſacrificia, ſolũq; ſacrificiũ deo dominicæ paſſionis pro redẽptiõe populi deferẽdũ. Etenim vitulus ille erat in typo Chriſtus, in quo ſeptẽ ſpiritaliũ pleni
Ioan.8. tudo virtutũ, ſicut Eſaias dixit, habitabat. Hũc vitulũ & Abrahã obtulit, quãdo diẽ domini vidit, & gauiſus eſt. Hic eſt qui nũc in hœdi typo, nũc in ouis, nũc in vituli offerebatur. Hœdi, quod ſacrificiũ pro delictis ſit: ouis, quod voluntaria hoſtia: vituli, quod immaculata ſit victima. Præuidit ergo myſterium ſanctus Gedeon. Denicq; trecẽtos elegit ad præliũ, vt oſtẽderet nõ in numero multitudinis, ſed in ſacramẽto crucis mundũ ab incurſu grauiorũ hoſtiũ liberandũ. Et tamẽ licet fortis & fidus, pleniora adhuc de domino futuræ victoriæ
Iudi.6. documẽta quęrebat, dicẽs: Si ſaluas ĩ manu mea ĩſrael, quẽadmodum locutus es domine, ecce ego pono lanæ
H vellus in area: & ſi ros factus fuerit ſup vellus, & ſuper omnẽ terrã ſiccitas, cognoſcã quia in manu mea ſecundum ꝓmiſſa tua populũ liberabis. Et ita factũ eſt. Sed adiecit poſtea vt turſum ros ꝓfluereꝰ ſup totã terram, & ſiccitas eſſet in vellere. Quærit fortaſſe aliquis vtrũ nam quaſi incredulus eſſe videatur, qui frequẽtib⁹ informatus indicijs adhuc plura poſcebat. Sed quemadmodũ poterat videri quaſi ambigu⁹, incertusq; tẽtaſſe qui myſteria loquebatur? Nõ ergo ille ambigu⁹ ſed ꝓuidus, ne nos ambigeremus. Nã quo ille ambiguus, cuius precatio habebat effectũ? Vnde aũt ſecur⁹ adorſus eſſet prælĩũ, niſi intellexiſſet oraculũ? Ros enĩ in vellere, fides erat, in Iudea: quia ſicut ros dei verba deſcẽdunt. Ergo quãdo totus orbis infructuoſo æſtu gẽtilis ſuperſtitionis arebat, tunc erat ros ille cæleſtis viſitatiõis in vellere. Poſtea vero q̃ oues quę perierunt dom⁹ Iſrael, (vnde puto figurã Iudaici velleris adũbratã) oues inquam illę fortem aquæ viuæ negarũt, ros fidei humẽtis exaruit, in pectoribus Iudeorũ, meatusq; ſuos fons Ie diuinus in corda gentiũ deriuauit. Inde eſt qđ nunc fidei rore totus orbis humeſcit. At vero Iudæi prophetas ſuos & conſiliarios perdiderũt. Nec mirũ ſi ꝓfidiæ
I ſubeant ſiccitatẽ, quos dominus deus ꝓphetici imbris vbertate priuauit, dicens. Mandabo nubibus meis ne
Eſa.5. pluant ſup vineã iſtã. Eſt enim propheticæ nubis pluuia ſalutaris, ſicut & Dauid dixit: Deſcendit ſicut pluPſal.71. uia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terrã. Hãc nobis ſcripturæ diuinæ totius mundi pluuiã pollicebãtur, quæ rigaret orbẽ ſub domini ſalutaris aduentu ſpiritus rore diuini. Venit ergo iã dominus, venit & pluuia, venit dominus ſtillicidia ſecũ cæleſtia deferens: & ideo iã nos bibimus qui ante ſitiebamus, & diuinũ illũ ſpiritũ hauſtu interiore potamus. Hoc ergo præuidit ſanctus Gedeon, quia verũ & ſpiritalẽ rorẽ etiã gentes nationesq; erant fidei perceptione bibituræ, & ideo diligentius exploranit. Eſt enim neceſſaria cautela ſanIoſuę.5. ctorũ. Siquidẽ etiã Ieſus Naue cũ vidiſſet ducẽ militię cæleſtis, interrogauit: Noſter es, an aduerſariorum? ne forte aliquibus aduerſarij pręſtigijs falleretur. Non tamen ocioſe vellus non in cãpo poſuit vel in prato, ſed
Luc.10. poſuit in area, vbi meſsis eſt tritici. Meſsis enim multa, operarij autem pauci. Eo quod per fidẽ domini futura eſſet meſsis fœcũda virtutũ. Nec illud ocioſum quod exiccauit vellus Iudaicũ, & rorẽ eius miſit in peluẽ vt repleretur aqua, nõ tamẽ ipſe eo rore pedes lauit. Alij debebatur tanti prærogatiua myſterij. expectabatur il-
le qui ſordes omniũ ſol⁹ poſſet abluere. Non erat tãt⁹ K
Gedeon, qui hoc ſibi myſteriũ vẽdicaret. Nõ enim Gedeon, ſed filius hoſis venit nõ miniſtrari, ſed miniſtrare. Itaq; cognoſcam⁹ in quo hęc myſteria videãtur eſſe cõpleta. Non in ſancto Hieroboal. Adhuc enĩ erãt illa principia. Ideo gẽtes victæ, quia ſiccitas erat adhuc in gẽtibus. Ideo Iſrael vicit, quia ros tunc manebat in vel- Ioan.13.
lere. Veniamus ad euãgeliũ. Inuenio dominũ ſpoliãtẽ ſe veſtimẽta, & ꝓcingentẽ ſe linteo, mittentem aquã in peluem, lauantẽ pedes diſcipulorũ. Hæc erat aqua, ros ille cæleſtis, hoc prophetabatur quod illo rore cæleſti diſcipulorũ ſuorum domin⁹ Ieſus pedes lauaret. Et nũc extendãtur pedes animorũ noſtrorum, vult domin⁹ Ieſus & noſtros lauare pedes. Nõ enĩ Petro ſoli, ſed vnicuiq; dicit fideli: Niſi lauero tibi pedes nõ habebis mecũ partẽ. Veni ergo domine Ieſu, exue te veſtimẽta quę ꝓpter me induiſti: teſto nudus, & nos miſericordia tuas veſtias. Præcinge te propter nos linteo, vt noſtui muneris immortalitate præcingas. Mitte aquã in peluẽ, lana non ſolũ pedes, ſed etiã caput. Nec ſolũ corporis noſtri, ſed etiã mẽtis veſtigia volo exuere, oẽs noſtræ ſordes fragilitatis, vt & ego dicã: Nocte Cant.5.
exui tunicã meã, quõ induã eã? Laui pedes meos, quõ inquinabo illos? Quanta iſta maieſtas eſt? Quaſi miniſter pedes famulorum tuorũ lauas, quaſi deus rorẽ mittis ẽ cælo. Nec ſolũ pedes lauas, ſed etiã vt tecũ recumbamus inuitas, & exẽplo nos tuæ dignationis hortaris, L
dicens: Vocatis me dominum & magiſtrum, & beneſa Ioan.13.
citis, ſum enim. Si ergo ego laui pedes veſtros domin⁹ & magiſter, & vos inuicem lauate pedes veſtros. Volo ergo & ego pedes lauare fratrum meorũ, volo domini implere mandatum. Voluit me non verecũdari, nõ dedignari quod ipſe prius fecit. Bonũ myſterium humilitatis, quia dũ alienas ſordes lauo, meas abluo. Sed non hoc omnes haurire poterant myſterium. Lauare voluit quidẽ & Abrahã pedes, ſed hoſpitalitatis affectu. Volebat & Gedeon lauare pedes angelo domini q̃ apparuit ſibi, ſed volebat vni, volebat quaſi is qui deferret obſequiũ, nõ qui donaret conſortiũ. Hoc myſteriũ magnũ eſt, quod nemo cognouit. Deniq; Petro dixit: Qđ ego facio, tu neſcis, cognoſces poſtea. Hoc inq̃ diuinum myſteriũ eſt, quod etiã qui lauerũt requirũt. Nõ eſt ergo ſimplex aqua cęleſtis myſterij, per quã cõ ſequimur vt partẽ cũ Chriſto habere mereamur. Eſt & quædã aqua quã mittamus in peluim animæ noſtræ, aqua de vellere in libro ĩ dicum, aqua de libro pſalmorum. Aqua eſt ros cęleſtis oraculi. Veniat igitur do M
mine Ieſu hæc aqua in meam animam, in meã carnem, vt huiꝰ humore pluuiæ noſtrarũ cõualles mentiũ atq; intimi cordis arua virideſcant. Veniant in me ſtillicidia tua gratiã immortalitatẽq; rorantia. Dilue greſſus mentis meæ, ne iterũ peccem. Ablue animi mei calcaneum, vt poſsim abolere maledictum, ne morſum ſerpẽtis interiore pede ſentiã, ſed ſicut ipſe inſiſti ſequẽtib⁹ te, vt ſerpẽtes & ſcorpiones illæſo poſſim calcare veſtigio. Redemiſti mundũ, redime vni⁹ animã peccatoris. Hæc eſt ſpecialis tuæ prærogatiua pietatis, qua totum mundũ in ſingulis redemiſti. Helias ad vnam miſſus eſt viduã, Heliꝰeus mũdauit vnũ, tu nobis domine Ieſu hodie mille mũdaſti. Quãtos in vrbe Roma, quãtos Alexandriæ, quãtos Antiochiæ, quãtos etiam Conſtantinopoli. Nam etiã Conſtantinopolis iam dei verbum recepit, & euidẽtia meruit tui documẽta iudicij. Etenim quãdiu venena Arrianorũ ſuis fouebat incluſa viſceribꝰ, bellis finitimis inquieta, murus armis circũſonabat hoſtilibꝰ. Poſtea vero q̃ fidei exules abdicauit, hoſtẽ ipſum iudicẽ regum, quẽ ſemper timere cõſueuerat, deditum vidit, ſupplicem recepit, moriẽtem obruit, ſepultum poſsidet. Quantos ergo & Conſtantinopoli, quãtos poſtremo toto hodie in orbe mũda-

A ſti? Non mundauit Petrus, non mundauit Ambroſius
non mundauit Gregorius. Noſtra enim ſeruitia, ſed
tua ſunt ſacramenta. Neque enim humani operis eſt diuina conferre, tuum domine munus & patris eſt, qui
Iohel.2, locutus eſt per prophetas dicens: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabũt filij & filię eorum. Hic eſt in typo ros ille cęleſtis. Hęc pluuia
Pſal.67. voluntaria ſicut legimus: Pluuiam voluntariam ſegregans deus hereditati ſuę.

CAPITA LIBRI PRIMI. DE SPIRITV SANCTO.

Nõ eſse inter creaturas ſpiritum ſanctum, nec inter omnia, ſed ſuper omnia. Caput I.
Nõ poſse ad ſpiritum deriuari dei quia ſcriptum eſt de dei filio: Oĩa per ipſum facta ſunt, quia ſpiritus dei ſuper omnia, non inter omnia eſt. Caput II.
Nõ videri ſpiritũ dei à patris & filij maieſtate ſecerni, quia ſcriptũ eſt: Nobis autẽ vnus deus pater ex quo omnia, & nos in ipſum: & vnus dominus Ieſus, per quẽ oĩa, de ſpiritu autẽ nihil dixit, pleriſque locis de ſpiritu dixit ſcriptura & filio, & de deo patre eo loco nihil dixit, aut de deo patre dixit & ſpiritu, & de filio nihil dixit. Caput III.
Quoniam ipſe eſt ſpiritus ſanctus, qui eſt ſpiritus dei, & ſpiritus Chriſti. Ipſe eſt ſpiritus patris, ipſe paracletus, ipſe ſpiritus veritatis, ipſe ſpiritus vitæ. Caput IIII.
Quia ſicut pater ſanctus, ita filius, ita & ſpiritus dicitur ſanctus, Caput V.
Quia in ſpiritu ſignamur. Caput VI.
Quia replet omnia ſpiritus dei. Caput VII.
Quia ſempiternus dei filius. Caput VIII.
Quia ſpiritus peccata condonat. Caput IX.
Non de loco ad locum tranſire ſpiritũ dei, de quo ſcriptũ eſt: Qui à patre ꝓcedit, & de quo dicit filiꝰ dei: Quem ego mittam vobis. Caput X.
Quia vna pax, vna gratia patris & filij & ſpiritus ſancti. Caput XI.
Quia vna charitas patris & filij & ſpũs ſancti, & operatio trinitatis, vt paſſionem corporis dominus Ieſus ſubiret. Caput XII.
Quia vna cõicatio patris & filij & ſpũs ſãcti. Ca. XIII.
Quia vnũ nomẽ patris & filij & ſpũs ſancti. Ca. XIIII.
Quia & filiꝰ paracletꝰ dicitur ſicut & ſpũs, & qa bene ficij & gratiæ hoc nomẽ nõ iniuriæ eſt. Cap. XV.
Quia ſicut pater lumẽ, ita & filius lumen, & ſpũs lumẽ eſt. Et ſicut patrem ignem legimus, ita & filium & ſpiritum ſanctum. Caput XVI.
Quia lumẽ vultꝰ dei ſpũs, & ſpũs lumẽ. Cap. XVII.
Quia ſicut pater vita, & filius vita, & ſpiritus ſanctus vita. Caput XVIII.
Quia ſicut pater fons vitæ eſt, ita etiã filius, ita & ſpiritus ſanctus. Caput XIX.
Quia ſicut pater flumen, ita & filius & ſpiritus ſanctus. Caput XX.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLAN.
De ſpiritu ſancto, ad Gratianũ Auguſtum..
Liber. I.

¶ Non eſse inter creaturas ſpiritum ſanctũ, nec inter omnia, ſed ſuper omnia. CAPVT. I

NOn enim ſpiritꝰ ſanctꝰ aut poD
teſtati alienæ eſt ſubiectus aut iuri, ſed ſuę libertatis arbiter, omnia pro autoritate proprię voluntatis diuidens, ſicut legimus, ſingulis prout vult. Nõ ergo inter oĩa, ſed ſuper om- 1.Co.12.
nia ſpiritus ſanctus eſt. Iã enĩ de eo qđ nõ ita plene de dei filio, clemẽtiſsime Imperator, inſtructus, es vt ipſe iã doceas: cupiẽtẽ te & exigẽtẽ audire aliquid expreſsiꝰ, nõ morabor, præſertim cũ ita te aſsertione iſtiuſmodi teſtificatus ſis proxime delectatum, vt baſilicam eccleſiæ ſine vllo monitore præceperis reformari. Fidei itaque tuę gratię, noſtræ premium iam tenemus. Neq; enim aliud poſsumus dicere, niſi ſancti ſpiritus hanc fuiſse gratiam, quod ignorantibus omnibus ſubito baſilicam reddidiſti. Spiritus inquã ſancti hoc munus, hoc opus eſt, qui à nobis quidẽ tunc prędicabatur, ſed in te operabatur. Nec ſuperioris tẽporis damna deploro, quãdo quidẽ ſequeſtratio illa baſilicæ cuiuſdam fœneris traxit vſuras. Etenim baſilicã ſequeſtraſti, vt fidẽ ꝓbares. Impleuit igitur propoſitũ ſuũ pietas tua, quę ſic ſequeſtrauerat, vt ꝓbaret, ſic probauit vt redderet. Nec fructum amiſi, ſed iudicium teneo. Patuitque omnibus in quadam facti diſcretione, diſcretam tibi nunquam fuiſſe ſententiã. Patuit inquã omnibus & tuũ nõ fuiſſe cum ſequeſtrares, & tuũ eſse cum redderes. Primum igitur ab inferioribus inchoemus, vt quaſi per gradus quoſdam tractatus noſter aſcendat, quo facilius ij qui fidẽ nõ deferunt, vel ratione flectantur. Poſsunt enim E
dicere in principio: Nec nos dicim⁹ ſeruire ſpiritum. Sed cũ dicãt ſeruire Chriſtum, qũo poſsent negare de ſpiritu? Quod ſi ſecundũ carnẽ in ſerui forma conſentiunt Chriſtũ fuiſſe, conſtat & conuenit. Ergo ſi ſecundũ diuinitatem ſuã Chriſtus non ſeruit, non ſeruit etiã ſpiritus. Quod ſi nõ ſeruit ſpiritus, omnia aũt ſeruiũt, ſup oĩa igitur ſpũs eſt, qui non ſeruit ſicut omnia. Nõ eſse ergo inter creaturas ſpiritũ ſanctum, nec inter oĩa ſed ſuper oĩa. Nõ enĩ alienæ aut poteſtati aut iuri ſubiectus eſt, ſed ſuæ libertatis eſt arbiter. Si quidẽ omnia pro autoritate proprię voluntatis diuidens, ſicut ſcriptũ eſt, ſingulis, ꝓut vult. Nũc idipſum quod diximus, teſtimonijs aſtruamus. Principiũ diſputatiõis eſt, quia ſeruiũt oĩa. Seruire aũt omnia licet, quoniã ſcriptũ eſt: Pſal.118.
Vniuerſa ſeruiunt tibi. Dixit hoc ſpiritus per prophetam, non dixit ſeruimus, ſed ſeruiunt tibi, vt crederes quod ipſe à ſeruitio ſit exceptus. Ergo cũ vniuerſa ſeruiant, nõ ſeruiat ſpũs, vtiq; inter vniuerſa non eſt ſpiritus ſanctus. Nã ſi inter omnia dicimus eſse ſpiritũ ſanF
ctum, vtiq; cũ legerimus quia alta dei ſcrutatur ſpiritꝰ deũ patrẽ eſse ſuper oĩa denegam⁹. Et enim cũ ex deo 1.Cor.2.
ſpũs ſit, & ſpũs oris eius, qũo poſsumus inter oĩa dicere ſpiritũ ſanctum, cũ ſuper oĩa deus ſit, cuius eſt ſpiritus, plenę vtiq; perfectæq; virtutis? Ac ne apoſtolũ arbitrẽtur erraſse, accipiãt quẽ fiduciæ huius ſit ſecutus Ioan.15.
autorẽ. Dominꝰ enĩ in euangelio dixit: Cũ venerit paracletus quẽ ego mittã vobis à patre meo ſpiritũ veritatis qui à patre ꝓcedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me. Ergo & à patre procedit ſpũs ſanctus, & teſtificatur de filio. Teſtificatur etiam de patre teſtis fidelis & verus, quo nihil ad expreſsionẽ diuinæ maieſtatis eſt plenius, nihil ad vnitatẽ diuinæ ptãtis euidẽtius, cũ idẽ nouerit ſpũs quod & filius, qui paternorũ teſtis & conſors individuus ſecretorũ eſt. Excluſit itaq; à cognitione dei ſocietatẽ & multitudinẽ creaturæ, nõ excludendo aũt ſpiritum ſanctũ, oſtendit nõ eſse ſocium creaturæ. Vnde & illud quod lectum eſt in Euangelio: Quia deum nemo vidit vnquam niſi vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit: ad exceptionem pertinet Ioan.1.

G ſpiritus ſancti. Quomodo enim deū nō videt, qui ſcrutatur etiam alta dei? Q̄uo deum non videt, qui cognouit quæ dei ſunt? Quomodo deum nō videt, qui cognouit quia ex deo eſt? Ergo cū ita poſitū ſit, quia deū nemo vidit vnquā, vidit aūt ſp̄ūs: vtiq; exceptus eſt ſp̄ūs. Super omnia igitur eſt, qui eſt exceptus ex omnibus.

¶Non poſſe ad ſpiritū deriuari dei, quia ſcriptum eſt de dei filio, oīa per ipſum facta ſunt, quia ſp̄ūs dei ſuper omnia, non inter omnia eſt.

CAPVT II.

VIDETVR ſanctæ imperator plena ratio eſſe pietatis, ſed impijs nō videtur. Deniq; quid moliātur aduerte. Solēt enim dicere hæretici, ideo inter oīa ſpiritū ſanctū eſſe
Ioan.1. numerandū, quia ſcriptū eſt de dei filio: Oīa p ipſum
*ratio. facta ſunt. Quām male cōfunditur actio * quæ nō tenet veritatem, & præpoſtero ordine aſſertiōis inuoluitur. Hoc enī tunc valeret, vt inter omnia diceretur eſſe ſpiritū ſanctū, ſi factū probarent. Nā omnia per filiū ſcriptura dicit eſſe quæ facta ſunt. Cū aūt factus nō docea tur ſp̄ūs ſanct⁹, vtiq; nec inter oīa ꝓbari poteſt, q̄ neq; factus eſt ſicut oīa, nec creatus. Mihi igitur ad vtrūque hoc proficit teſtimoniū, vt & ſup omnia ꝓbetur eſſe qui fact⁹ non eſt: & quia ſup oīa eſt, nō videatur factus
H eſſe, nec inter ea quæ ſunt facta numerādus. Q̄d ſi quis quia oīa facta per verbū euangeliſta poſuit, nō excipit ſpiritū ſanctū, quāq; in Ioāne locutus ſp̄ūs dei, omnia per ipſum facta ſunt dixerit, nō oīa facta ſumus, cum vtiq; loqui in euāgeliſtis ſpiritum dei ipſe dominus oſtenderit dicens: Non enim vos eſtis loquētes, ſed ſpi-
Mat.10. ritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tamen ſi quis, vt dixi, hoc loco nō excipit ſpiritum ſanctum, ſed inter omnia numerat: nec ibi ergo excipit dei filium, vbi
1.Cor.8. apoſtol⁹ dixit: Nobis tamē vn⁹ de⁹ pater, ex quo oīa, & nos in illum. Sed vt ſciat quia inter omnia nō eſt filius, legat ſequentia. Nam cum dicit: Et vnus dominus Ieſus, per quē omnia: ab omnibus vtiq; excepit dei filium, quia excepit & patrem. Eiuſdē aūt impietatis eſt vel patri vel filio vel ſpiritui ſancto derogare. Non enī credit in patrē, qui non credit in filium: nec credit in
I dei filiū, qui nō credit in ſpiritū: nec poteſt ſine regula veritatis fides ſtare. Nā qui negare cœperit vnitatē poteſtatis in patre & filio & in ſpiritu ſācto, nō poteſt vtique ibi nulla diuiſio eſt, fidē ꝓbare diuiſā. Ergo quia pietatis vnitas eſt bene credere, etiā vnitas impietatis eſt male credere. Itaq; qui putāt ſpiritū inter oīa debere numerari, quia oīa legūt facta p filiū: etiā filiū vtiq; inter oīa annumerādū putāt, quia legūt ex deo oīa. Cō ſequenter aūtē nec patrē ſecernūt ab oib⁹, qui à creaturis oībus filiū nō ſecernūt: quoniā ſicut ex patre oīa, ita etiam per filiū oīa. Hoc ipſum ſupra euidēter apoſtolus dixit, ne inter omnia poſuiſſe filiū vel impius videretur, qui audierat dixiſſe filium: Pater quod dedit mihi, maius omnibus eſt.

¶Nō videri ſpiritū dei à patris & filij maieſtate ſecerni, quia ſcriptū eſt: Nobis aūt vn⁹ de⁹ pater ex quo oīa, & nos in ipſum: & vnus dominus Ieſus, per quē omnia: de ſpiritu aūt nihil dixit: pleriſq; locis & de ſpiritu dixit ſcriptura, & de filio & de deo patre eo loco nihil dixit: aut de deo patre dixit & ſpiritu, & de dei filio nihil dixit. CAPVT III.

SED fortaſe aliquis dicat, qua ratione cum dixerit hic ex patre omnia, & per filiū omnia, de ſpiritu ſancto tacuerit: & hinc cuꝑiat præiudicium comparare. Quod ſi ſic cœperit malitioſe interpretari, q̄ multis inueniet locis prædicatam ſancti ſpiritus poteſtatem, in quib⁹ vel de K patre vel de filio nihil ſcriptura expreſerit, ſed intelligendum reliquerit. Nunquid ergo cum gratia ſpiritus prędicatur, dei patris aut vnigeniti filij denegatur? Nō ita, quia ſicut pater in filio, & filius in patre, ita etiā diffuſa eſt charitas dei in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū qui datus eſt nobis. Et ſicut qui benedicitur in Chriſto, benedicitur in nomine patris & filij & ſpirit⁹ ſanRom.5. cti, quia vnum nomē eſt, poteſtas vna: ita etiam vbi operatio aliqua diuina aut patris, aut filij, aut ſpiritus deſignatur, nō ſolum ad ſanctū ſpiritum, ſed etiam ad patrē refertur & filiū: nec ſolū ad patrē, ſed etiā ad filiū refertur & ſpiritū. Deniq; & ęthiops eunuchus Canda Actuū.8 cis reginæ baptizatus in Chriſto, plenum myſterium conſecutus eſt. Et illi qui negauerunt ſe ſcire ſpiritum, Actu.19. quāuis baptizatos ſe dicerēt in Ioannis baptiſmo, baptizati ſunt poſtea: quia Ioānes in remiſſionē peccatorum, in aduenientis Ieſu, non in ſuo baptizauit nomine. Et ideo ſpiritum neſciebant, quia nec baptiſmum in Chriſti noīe, ſicut Ioānes baptizare ſolebat, accepe rāt. Ioānes enī licet nō baptizaret in ſp̄ū, tamē & Chriſtū prædicabat in ſp̄ū. Deniq; cū interrogaretur ne forMat.3. te ipſe eſſet Chriſtus, reſpōdit: Ego vos aqua baptizo, veniet aūt fortior me, cuius nō ſum dignus calceamēta portare, ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſācto & igni. Ergo iſti, quia nec in Chriſti nomine, nec cum fide ſpirit⁹ ſancti baptizati fuerant, non poterant accipere baptiſmatis ſacramentum. Baptizati ſunt itaque in nomine
L Ieſu Chriſti, nec iteratum eſt in his baptiſma, ſed nouatum. Vnum enim baptiſma. Vbi autē non eſt plenum baptiſmatis ſacramentum, nec principium vel ſpecies aliqua baptiſmatis eſtimatur. Plenum autēm eſt, ſi patrem & filium ſpiritumque fatearis. Si vnum neges, totum ſubrues. Et quemadmodum ſi vnum in ſermone comprehendas, aut patrem, aut filium, aut ſpiritū ſanctum, fide autem nec patrem, nec filium nec ſpiritum abneges, plenum eſt fidei ſacramentum: ita etiam quāuis & patrem & filium & ſpiritum dicas, & aut patris aut filij aut ſpiritus ſancti minuas poteſtatem, vacuum eſt omne myſterium. Denique & illi qui dixerant: Nec Actuū.19 ſi ſpiritus ſanctus ſit, audiuimus: baptizati ſunt poſtea in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Et hoc abunda uit ad gratiā, qui iam ſpiritum ſanctū Paulo prędicante cognouerant. Nec contrarium debet videri, quia quanuis etiam poſtea tacitum ſit de ſpiritu, tamen creditum eſt: & quod verbo tacitum fuerat, expreſsum eſt fide. Cum enim dicitur: In nomine domini Ieſu Chriſti, per vnitatem nominis impletū myſterium eſt: nec à Chriſti baptiſmate ſpiritus ſeparatur, quia Ioannes in pœnitentiam baptizauit, chriſtus in ſpiritu. Nunc M confideremus vtrum quemadmodum in chriſti nomine plenum eſſe legimus baptiſmatis ſacramentum, ita etiam ſancto tantum ſpiritu nuncupato, nihil deſit ad myſterij plenitudinem. Rationem ſequamur. Qui vnū dixerit, trinitatem ſignauit. Si chriſtum dicas: & deū patrem à quo vnctus eſt filius, & ipſum qui vnctus eſt filium, & ſpiritum quo vnctus eſt, deſignaſti. Scri-Actu.10. ptum eſt enim: Hunc Ieſum à Nazareth, quem vnxit deus ſpiritu ſancto. Et ſi patrem dicas, & filium eius & ſpiritum oris eius pariter indicaſti, ſi tamen id etiam corde comprehendas. Et ſi ſpiritum dicas, & deum patrem à quo procedit ſpiritus, & filium, quia filij quoque eſt ſpiritus, nuncupaſti. Vnde vt rationi
Actuū.1 copulētur autoritas, in ſpiritu quoque recte baptizare nos poſſe ſcriptura indicat, dicēte domino: Vos autem baptizabimini in ſpiritu ſancto. Et alibi apoſtolus ait: Oēs enim in ipſo corpore in vno ſpiritu baptizati ſumus. Vnum opus, quia vnum myſterium. Vnum baptiſma, quia mors vna pro mundo. Vnitas ergo operationis: vnitas prædicationis, quæ non poteſt ſepara-

A ri. Quod ſi hoc loco ſeparatur ſpiritus ab operatione patris & filij, quia dictum eſt: Ex deo omnia, & per filiū omnia: ergo & ibi quia apoſtolus de Chriſto dixit: Qui
Roma.8 eſt ſuper omnia deus benedictus in ſæcula: non ſolū eū creaturis omnibus, ſed etiā patri (quod dictu nefas eſt) prętulit. Sed abſit. Nō enim inter omnia pater, nō inter plebem quandā creaturarum ſuarum. Subter creatura omnis, ſupra diuinitas patris & filij & ſpiritus ſancti. Illa ſeruit, hæc regnat. Illa ſubiacet, iſta dominatur. Illa opus, hæc autor eſt operis. Illa adorat omnis, hæc ado-
Heb.1. ratur ab omnibus. Deniq; de filio ſcriptum eſt: Et adorent eum omnes angeli eius. Non habes, adoret ſpirit⁹ ſanctus. Et infra: Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede ad dexteram meā, donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū? Nōne omnes ſunt, inquit miniſtri ſpiritus in miniſterium qui mittūtur? Cum dicit omnes, nūquid & ſpiritum ſanctū comprehendit? Non vtiq;, quia angeli & cæteræ poteſtates in miniſterium & obſequium dei filio vt ſeruiant deſtinātur. At vero ſpi
B ritus ſanctus non miniſter, ſed teſtis eſt filij, quemad-
Ioan.15. modum de ipſo filius dixit: Ille teſtimoniū perhibet de me. Teſtis eſt ergo filij ſpiritus. Qui teſtis eſt, nouit omnia: ſicut deus pater teſtis eſt. Sic enim habes in poſte-
Heb.2 rioribus, quia cōfirmata eſt ſalus noſtra teſtificāte deo ſignis quoq; & prodigijs & varijs virtutibus, & ſpiritus ſancti diuiſionibus. Qui diuidit, vtiq; ſupra omnia non inter omnia eſt. Diuidere enim operatoris gratia, non operis eſt materia. Si ſupra omnia filius, per quem initium ſalus noſtra vt prędicaretur accepit, vtiq; & pater deus qui teſtificatur & aſſeuerat ſignis & ꝓdigijs de ſalute noſtra, exceptus à cunctis eſt. Similiter aūt & ſpiritus qui diuiſionibus ſuis noſtræ teſtimonium fert ſaluti, non eſt creaturarum plebe numerandus, ſed cum patre eſtimandus & filio, qui non per inciſiones ſui diuiditur ipſe cum diuidit. Indiuiduus enim cum ſit, nihil amittit cum omnibus largitur, ſicut & filius regnum patre accipiente nihil perdit, nec pater filio cum ſua tradit, amittit. Nullū itaq; damnum eſſe in diuiſione gratiæ ſpiritalis, domino atteſtāte cognouimus. Qui enim vbi vult ſpirat, vbiq; ſine damno eſt. De quo infra dicemus plenius. Interim nunc quoniam propoſitum eſt ordine ſuo aſſerere non eſſe inter omnia ſpiritum cōputandum, ipſum apoſtolum, de cuius verbis faciunt quæ
C ſtionem, aſſertionis huius adhibeamus autorem. Quæ-
Col.1 enim eſſēt illa omnia, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ipſe ſignauit, dicens: Quoniam in ipſo condita ſunt omnia in cœlis & in terra. Vides omnia de his dicta quæ vel in cœlis ſunt, vel in terra? Sunt enim in cœlis etiam inuiſibilia quæ facta ſunt. Tamen ne cui eſſet incognitum, addidit de quibus diceret? Siue ſedes, inquit, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo cōſtant. Nunquid ergo hic inter creaturas ſpiritum ſanctum comprehendit? Aut cum dicit ante omnes dei filiū, nunquid ante patrem dixiſſe æſtimandus eſt? Non vtiq;, nam ſicut hic per filiū dicit omnia creata eſſe, & in ipſo omnia conſtare cœleſtia, ita etiam in ſpiritu ſancto vires habere vniuerſa cœle-
Pſal.32. ſtia dubitari non poteſt, quando lectum eſt: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. ſuper omnia eſt igitur de quo eſt omnis cœleſtium & terreſtrium virtus: Qui igitur ſuper omnia eſt vtiq; non ſeruit, qui non ſeruit, liber eſt. qui liber eſt, habet iura dominatus. Hoc ſi à principio dicerem, ne-
Mat.3. garetur. ſed quemadmodū illi minora negant, ne maiora credantur, ita & nos minora præmittamus, vt aut perfidiam ſuam etiam in minoribus prodant: aut ſi vel minoribus conſentiunt, maiora de minoribus colligamus. Arbitror, clemētiſsime imperator, pleniſsime cōſuſos eos qui audēt inter omnia ſpiritum ſanctum cōputare. ſed tamen vt ſciant ſe non tantum apoſtolicis D teſtimonijs, ſed etiam dominicis perurgeri: quomodo audent inter omnia numerare ſpiritum ſanctum, quando ipſe dominus dixerit: Qui blaſphemauerit in filiū Mat.12. hominis, remittetur ei: qui aūtē blaſphemauerit in ſpiritum ſanctū, nec hic nec in futurū remittetur ei? Quomodo igitur inter creaturas audet quiſquā ſpiritum cō putare. Aut quis ſic ſe obligat, vt ſi creaturæ derogauerit, non putet ſibi hoc aliqua venia relaxandū? Nā ſi iudæi, qui adorauerunt militiā cœli, diuino præſidio deſtituti ſunt: qui autem adorat & confitetur ſpiritū ſanctum, acceptus eſt deo, qui non cōfitetur, ſacrilegij re⁹ ſine venia damnatur: vtiq; hinc æſtimari poteſt nō inter omnia, ſed ſuper omnia eſſe ſpiritum ſanctum, cuius iniuria æternis ſupplicijs expiatur. Cur autem dixerit dominus: Qui blaſphemauerit in filiū hominis, remittetur ei, qui autem blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, nec hic nec in futurū remittetur ei, diligēter aduerte. Nūquid alia eſt offenſa filij, alia ſpiritus ſancti? Sicut enim vna diuinitas, ſic vna iniuria. Sed ſi qui corporis ſpecie deceptus humani, remiſsius aliquid ſentit de Chriſti carne q̄ dignū eſt (neq; enim vilis nobis debet videri, quæ aula virtutis, fructus eſt virginis) habet culpam, non eſt tamen exclusus à venia, quam fide poſſit aſſcīcere. Si qui vero ſancti ſpiritus dignitatē, maieſtatem & poteſtatem abneget ſempiternam, & putet E non in ſpiritu dei eijci dæmonia, ſed in Beelzebub, nō poteſt ibi exoratio eſſe veniæ, vbi ſacrilegij plenitudo eſt: quia qui ſpiritum negauit, & deum patrem negauit & filium, quoniam idē eſt ſpiritus dei: qui ſpirit⁹ Chriſti eſt. Vnum autem eſſe ſpiritū nemo dubitauerit, etſi de vno deo pleriq; dubitauerint. Alium enim dixerūt pleriq; hæretici deum veteris, alij noui teſtamenti. Sed ſicut vnus pater, qui & olim locutus eſt, vt legimus, patribus in Prophetis, & in nouiſsimis diebus nobis locutus eſt in filio, & ſicut vnus filius qui iuxta veteris ſeriē Heb.1. teſtamenti ab Adam offenſus, ab Abraham viſus, à Iacob adoratus eſt: ita etiam ſpiritus ſanctus vnus eſt, qui efferbuit in Prophetis, inſufflatus eſt apoſtolis, copulatus eſt patri & filio in baptiſmatis ſacramēto. De ipſo enī dicit Dauid: Et ſpiritū ſanctū tuū ne auferas à me. Pſal.50
De ipſo etiam alibi dicit: Quo ibo à ſpiritu tuo? Pſal.138

¶Quoniam ipſe eſt ſpiritus ſanctus, qui eſt ſpiritus dei & ſpiritus Chriſti, ipſe paracletus, ipſe ſpiritus veritatis, ipſe ſpiritus vitæ. CAPVT IIII.

ET ſcias quia idem ſpiritus dei, qui eſt ſpiritus ſanct⁹, ſicut & in apoſtolo legimus: Nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema 1.Cor.12.
Ieſu. Et nemo dicit dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto. Ipſum apoſtolus ſpiritū dei dixit. Ipſum etiam ſpiritum Chriſti appellauit, ſicut habes: Vos F autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Et infra: Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat i vobis. Roma.8
Ipſe eſt ergo ſpiritus dei qui ſpiritus Chriſti. Ipſe eſt ſpiritus vitæ, ſicut ait apoſtolus: Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Quem ergo ſpiritum vitæ apoſtolus dixit, ipſum dominus in Euāgelio paracletum nominat, ipſum ſpiritum veritatis, ſicut habes: Et rogabo patrem, & alium paracletū dabit vobis, vt vobiſcum ſit in æternum, ſpi-Ioan.14
ritum veritatis, quem hic mundus non poteſt accipere quia non vidit eum, nec cognoſcit eum. Habes ergo & paracletum ſpiritum, eundem & ſpiritum veritatis, & ſpiritum inuiſibilem deſignatum. Quomodo igitur ſecundum diuinitatem quidam filium viſibilem putant, eum etiam ſpiritum mundus videre non poſſit? Acci-

G pe nunc eiusdē voce domini quod ipse sit spiritus sanctus,qui & spiritus veritatis. Habes enim in vltimo libri huius. Accipite spiritum sanctum. Ipsum quoq; esse spiritū sanctū,qui est spiritus domini. Petrus docet
Actuū.5 dicēs: Anania, quid tibi visum est mentiri spiritui sancto? Et statim ad vxorem Ananiæ idem ait: Quid vobis visum est tentare spiritū domini? Cū dicit,vobis,ostēdit de eo dictū spiritu de quo Ananiæ dixerat: Ipse est ergo spiritus domini,qui spiritus sanctus. Ipsum etiam spiritum sanctum qui spiritus patris est,declarauit dominus dicens secundum Matthæum in persecutiōe non
Mat.10 esse cogitandum quid loquamur. Non enim vos estis
Lucæ.12 qui loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Idem autem secundum Lucam ait: Nolite solici ti esse qualiter respondeatis aut dicatis, Spiritus enim
Psal.130 sanctus dei docebit vos in ipsa hora quæ oporteat dicere. Ergo quāuis multi dicātur spiritus,quia lectum est: Qui facit angelos suos spiritus,vnus tamen est dei spiritus. Ipsum igitur vnum spiritum & Apostoli & Prophetæ sunt secuti: sicut etiam vas electionis, doctor gētium dicit: quia vnum spiritum potauimus,quasi eū qui non queat scindi, sed infunditur animis,& sensibus illabitur,vt secularis sitis restinguat ardorem. Nō ergo sanctus spiritus de substantia corporalium. Hic enim corporalibus incorporeum infundit gratiam, sed nec de substantia inuisibilium creaturarum est, nam & illi
H sanctificationem huius accipiunt, & per hunc reliquis mūdi operibus antecellunt,siue angelos dicas,siue dominatiōes,siue potestates, omnis creatura expectat sancti spiritus gratiam. Sicut enim nos per spiritum liberi quia misit deus spiritum filij sui in corda nostra,clamá
Gal.4 tem,abba pater: itaq; iam non est seruus, sed filius, ita etiam omnis creatura reuelationem filiorum dei expectat,quos vtiq; sancti spiritus gratia filios dei fecit. Ergo & creatura ipsa spiritalis gratiæ reuelatione mutatur, & liberabitur à seruitute corruptionis in libertatē glorię filiorū dei. Omnis ergo creatura mutabilis, non solum ea quæ iam peccato aliquo aut elementorū conditione mutata est, verū etiā quæ corruptelæ potest esse noxia vitio naturę,etsi nōdum est studio disciplinæ. Nam vt in superioribus libris docuimus,& angelorum naturam liquet potuisse mutari. Vtiq; æstimare conuenit,qualis vnius natura,talis & cæterorum. Mutabilis ergo & reliquorum natura,sed melior disciplina.

¶Quod sicut pater sanctus,ita filius ,ita & spiritus dicitur sanctus. CAPVT V.

I Ergo omnis mutabilis creatura ,sed nō mutabilis spiritus sanctus. Neq; enim aliquo vitio mutari potest,qui omnium abolet vitia,peccata cōdonat. Quomodo ergo mutabilis,qui sanctificādo alios mutat ad gratiā, non ipse mutatur? Quomodo mutabilis, qui bonus semper est? Neq; vnquā malus spiritus sanctus , per quē nobis quæ bona sunt ministrantur: Vnde Euangelistæ duo in vno eodemq; loco diuersis quidem inter se verbis,sed eadē designarunt. Habes enim in Matthęo: Si vos cum sitis mali,nostis bona data dare filijs vestris,quanto magis
Mat.7. pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Secundum Lucam autem inuenies ita scriptum: Quanto magis pater vester de cœlo dabit spiritū bonū petē-
Lucę.11 tibus se? Aduertimus ergo bonū esse spiritum sanctum domini iudicio,Euangelistarū testimonio,quādo alius ,p sancto spiritu bona,alius ,p bonis sanctū spiritū nominauit. Si igitur qd bonū est, hoc est spiritus sanctus, qño bonus nō est? Nec fallit qđ nōnulli codices habēt etiam secundum Lucā: Quanto magis pater vester de cœlo dabit bonum datū petentibus se? Hoc bonum datū gratia spiritalis est, qđ dominus Iesus effudit de cœlo postq; patibulo crucifixus triūphales reuehens eua K
cuatę mortis exuuias,victor mortis à mortuis resurrexit,sicut habes: Ascendēs in altū,captiuā duxit captiui Psal.97
tatē,dedit dona hominibus. Et bene ait,data. Sicut enī
Esa.9. filius datus,de quo scriptū est: Puer natus est nobis,filius datus est nobis: data est & gratia spiritalis. Quid au tē dubitē dicere quia datus est,& spiritus sanctꝰ,cū scriptū sit: Gratia dei effusa est in cordibus nostris,p spūm sanctū,qui datus est nobis? Quę vtiq; quoniā pectora recipere captiua nō poterant, priusdominus Iesus capti uā duxit captiuitatē,vt liberis affectibus gratię diuinæ munus infunderet. Pulchre aūt duxit captiuā captiuita tē. Christi enim victoria,victoria libertatis est,quę omnes gratiæ vēdicauit,nullū adstrinxit iniuriæ. Ergo in omniū absolutione,nemo captiuus est. Et quia domini cę tępore passionis sola feriabatur iniuria , quę captiuos omnes amiserat quos tenebat,in se recurrēs captiua facta est ipsa captiuitas,iā nō Belial addicta,sed Christo,cui seruire libertas est. Qui enim in domino voca
1.Cor.7 tus est seruus,libertus est domini. Sed vt ad ppōsita reuertamur. Oēs inquit,declinauerūt, simul inutiles facti
Psal.13 sunt,nō est qui faciat bonū,nō est vsq; ad vnū. Si excipiunt spiritū sanctū,etiā ipsi eū nō esse inter oia confitentur. Si nō excipiunt, ergo & ipsum inter oia declinasse fateātur. Sed videamus, vtrū bonitatē habeat,cū fons sit,principiumq; bonitatis. Nā sicut pater bonitatē habet,& filius habet , ita etiā bonitatem habet spiritus sanctus. Quod etiam Apostolus docuit,dicens: Fructus
Gal.5. aūt spiritus,pax,charitas,gaudium,patientia,bonitas. Quis aūt dubitet qđ bonus sit,cuius fructꝰ est bonitas? Arbor enim bona,bonos fructus facit. Itaq; si bonꝰ de
Mat.7 L
quō nō bonꝰ qui oris eius est spiritꝰ, qui scrutatur etiā alta dei? An in alta dei cōtagio mali posit intrare? Vnde &illud intelligitur q̄ amētes sint qui bonū filiū dei abnegant , cū bonū spiritū Christi negare nō possunt, de quo ait dei filius: Propterea dixi , de meo accipiet,
Ioan.16 An non bonus spiritus,qui bonos de pessimis facit,peccatum abluit,malum delet,crimen excludit, bonū munus infundit,de persecutoribus apostolos facit,de peEphe.5 catoribus sacerdotes? Eratis,inquit,aliquando tenebræ nunc autem lux in domino . Sed quid differimus eos?
Psal.142. Nam si verba exigunt,cum facta nō abnuant , accipiāt bonum scriptum. Dixit enim Dauid: spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Quid est enim spiritꝰ nisi plenus bonitatis? qui cum sit inaccessibilis natura, receptabilis tamē propter bonitatem suā nobis est , cō plens virtute oia, sed qui solis participatur iustis,simplex substantia, opulens virtutibus , vnicuiq; præsens, diuidens de suo singulis,& vbiq; totus. Meritoq; filius dixit: ite,baptizate gētes in nomine patris &filij &spi-
Mat.28. ritus sancti,nō dedignatus spiritus sancti societatē. Cur igitur quod dominus non dedignatus est in baptismatis sacramento, molestę ferunt aliqui filio vel patri spiritum nostra deuotione coniungi? Bonus ergo spiritꝰ.
M Bonus autem nō quasi acquirens,sed quasi impertiens, bonus est. Nō enī accipit à creaturis,sed accipitur spiritus sanctꝰ,sicut non sanctificatur,sed ipse sanctificat. Creatura enim sanctificatur,sanctificat autem spiritus sanctus,in quo licet verbi cōmunio, discretio tamē naLeui.16 turæ est. sanctus enim dicitur homo qui accipit,& deus qui tribuit sanctitatē,quia legimus: Estote sancti,quoniam ego sanctus sum. Non ergo potest sanctificatio & corruptela vnius esse naturę. Et ideo non potest gratia sancti spiritus &creatura vnius esse substantiæ. Itaq; cum omnis inuisibilis præter trinitatē reliqua natura, cuius rationabilem & incorpoream iure quidā substātiam putant,nō impertiat spiritalem gratiā,sed acquirat,nec participet,sed assumat, speranda vtiq; est à societate spiritus sancti communitas creaturæ. Credant igitur quia creatura nō est spiritus sanctus. Aut si creatam putant,cur associant patri? Si creaturam, cur filio deiungunt? Quod si à patre & filio dei non existimant separādum,non est timēt creaturam,quia vbi vna sanctificatio,vna natura est.

¶Quia in spiritu signamur. CAPVT VI.

Svnt tamen plerique qui eo quod in aqua baptizamur &spiritu,non putent aquæ &spiritus distare naturā. Nec aduertunt quia in illo aquarum sepelimur elemēto, vt renouati per spiritū relurgamus. In aqua enim imago mortis,in spiritu pignus est vitæ, vt per aquā moriatur corpus peccati, quæ quasi quodā tumulo corpus includit &per virtutem spiritus renouemur à morte peccati. Ideo hi tres testes vnū sunt, sicut Ioannes dixit, aquat
1.Ioan.5 sanguis,& spiritus. Vnū in mysterio,non in natura. Aqua igitur testis est sepulturæ,sanguis testis est mortis, spiritus testis est vitę. Si qua ergo in aqua gratia, non ex natura aquæ,sed ex præsentia est spiritus sancti. Nūquid in aqua viuimus,sicut in spiritu? Nūquid in aqua signamur,sicut in spiritu? In ipso enim viuimꝰ,& ipse est
Ephe.1. pignus hæreditatis nostræ,sicut & Apostolus scribēs ad Ephesios ait: In quo credētes signati estis spū promissionis sancto. Sācto igitur spiritu signati sumꝰ, nō natura,
B sed à deo,qđ scriptū est: Qui vnxit nos deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spūs in cordibus nostris. Sig-
2.Cor.1 nati ergo spiritu à deo sumus. Sicut enim in Christo morimur & renascamur, ita etiam spiritu signamur vt splendorē atq; imaginem eius & gratiam tenere possimus,quod est vtiq; spiritale signaculū. Nā etsi spiritu signemur in corpore , veritatē tamē in corde signamur, vt spiritus sanctus exprimat in nobis imaginis cœlestis effigiē. Quis igitur audeat dicere discretū à deo patre & Christo esse spiritū sanctū,cū p ipsum ad imaginē & similitudinē dei esse mereamur,& p ipsum fiat,quēad-
2.Petri.1 modū Petrꝰ Apostolꝰ dixit, vt diuinæ simꝰ cōsortes naturæ? In quo vtiq; nō carnalis successiōis hæreditas,sed adoptionis gratiæ spiritale cōmerciū est. Atq; vt sciamus cordis nostri magis hoc q̄ corporis signaculū,docet propheta qui dicit: Signatū est in nobis lumen vultus tui domine,dedisti lætitiam in corde meo.
Psal.4

¶Quia replet omnia spiritus dei. CAPVT VII.

C Vm igitur omnis creatura certis naturæ suę sit circunscripta limitibus,siquidem & illa inuisibilia opera quæ non queunt locis & finibus comprehendi,substantiæ suæ tamen proprietate clauduntur,quomodo quis audeat creaturam appellare spiritum sanctum,qui non habeat circū scriptam determinatamq; virtutem? Quia & in omnibus & vbiq; semper est: quod vtiq; diuinitatis & dominationis est proprium. Domini enim est terra,& plenitudo eius. Et ideo cū dominꝰ seruulos suos Apostolos
Psal.23 destinaret: vt agnoscerem us aliud creatura esse , aliud gratiā spiritalē: alios alio destinabat,quia omnes simul vbiq; esse nō poterāt. Dedit aūt omnibus spiritum sancti: qui licet separatis Apostolis, sic inseparabilis gratiæ munus infunderet. Erant igitur diuersę personæ, sed vnus in omnibus operationis effectus,quia vnus est
Actuū.1 spiritus sanctus, de quo ait: Accipietis virtutem venientem spiritu sancto in vos,& eritis mihi testes in Hierusalē & in omni iudæa & Samaria vsq; in fines terræ. Incircunscriptus igitur & infinitus spiritus sanctus,qui se discipulorum sensibus per separatarum diuortia discreta regionū semotosq; fines totius orbis infudit,quē nihil potest præterire vel fallere. Et ideo sanctꝰ ait: Quo
Psal. 138 ibo à spiritu tuo,aut quo à facie tua fugiā? De quo hoc angelo scriptura dicit? De qua dominatione? de qua potestate? Cuius inuenimus angeli virtutem per plurimos D
esse diffusam? Angeli enim ad paucos mittebātur, spiritus autem sanctus populis infundebatur. Quis igitur dubitet,quin diuinum sit quod infunditur simul pluribus,nec videtur: corporeū autem, quod videtur,à singulis & tenetur? Sed quemadmodum sanctificās Apostolos spiritus non est humanæ consors naturæ: ita etiā sanctificans angelos dominationes & potestates,nō habeat consortiū creaturæ. Si qui aūt putant non esse spiritalē in angelis sanctitatem,sed aliam quandā gratiam
sinæ proprietate naturæ, hi inferiores profectō angelos hominibus iudicabunt. Cū enim & ipsi fateantur quod spiritui sancto angelos cōferre nō audeant, nec posse
tare qđ hominibus infundatur spiritus sanctus (sanctificatio enim spiritus , donum munusq; diuinum sit) inueniētur vtiq; homines qui meliorem sanctificationem habent,angelis præferendi. Sed cum angeli hominibus in adiumētum descendāt, intelligendū est qđ creatura quidē superior angelorū sit , quæ plus recipit gratiæ spiritalis,eiusdē tamē & erga nos & illos munus autoris sit. Quanta aūt gratia, quæ præmijs angelorum etiam inferiorem creaturam humanæ cōditionis exæquet? sicut dominus ipse promisit, dicēs: Eritis sicut an-
Mat.22. geli in cælo. Nec difficile. Qui enim illos angelos fecit in spiritu, homines quoq; per eādem gratiā similes faciet angelorum. De qua aūt creatura dici potest, quia E
replet omnia spiritus? quod scriptum de spiritu sancto: Effundam de spiritu meo super omnem carnem: nō de
Iohel.2 angelo dici potest. Denique Gabriel ipse missus ad Mariam: Aue, inquit, gratia plena. Spiritalem vtique in ea
Lucę.1. declarans gratiam, quod in eam spiritus sanctus superueniret, & plenum gratiæ vterum verbo esset habitura cœlestis. Domini enim est omnia complere, qui dicit: Ego cœlum & terram cōpleo. Si ergo dominus est
Hiere.23. qui cœlum complet & terram, quis potest spiritū sanctum iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortem, qui repleuit orbem, & quod vltra totum orbē est repleuit? Iesus mundi totius redemptorem? scriptum est enim: Iesus autē plenus spiritu sancto, regressus est
Lucę.4. ab Iordane. Quis igitur alius , nisi qui eiusdem plenitudinis complentem omnia posset implere? sed ne hoc secūdum carnem dictum obiciant, quanquam plus vnus ille quām omnes, de cuius carne exibat virtus, vt vsq; sanaret omnes, tamen sicut dominus complet omnia, ita etiam de spiritu lectum est, quoniam spiritus domini F
repleuit orbem terrarum . Habes etiā de omnibus qui
Act.4. conuenerāt cū Apostolis dictum , quia repleti sancto spiritu loquebantur verbum dei cum fiducia. Vides qa & plenitudinē & fiduciam dat spiritus, cuius operationem archangelus nunciat Mariæ , dicens: spiritus sanctus superueniet in te. Habes etiam in Euangelio, quia
Lucę.1 Ioan.5 angelus secundum tempus descēdebat in natatoria, & mouebatur aqua,& qui prior descēdisset in natatoria, sanus fiebat. Quid in hoc typo angelus, nisi descensionem sancti spiritus nunciabat, quæ nostris futura temporibus aquas sacerdotalibus inuocata precibus consecraret? Ille ergo angelus sancti spiritus erat nuncius, eo qđ per gratiam spiritalē medicina nostris esset animi ac mentis languoribus deferenda. Eosdem ergo & spiritus habet , quos deus pater & Christus ministros. sic omnia possidet, sic omnia operatur in oibus, quem admodum & deus pater operatur & filius. Quid igitur sancti spiritus operatione diuinius, cum etiam benedictionum suarum præsulem spiritum deus ipse testetur, dicens: Ponam spiritum meum supra semen tuum , & benedictiones meas super filios tuos? Nulla enim po-
Esa.44. test esse plena benedictio, nisi per infusionē spiritus sancti. Vnde & Apostolus nihil melius hoc nobis qđ optaret inuenit, sicut ipse dixit : Non deficimus pro vobis orantes & obsecrantes, vt repleamini cognitione volū
Colos.1

G tatis eius, in omni sapiẽtia & intellectu spirituali ambulantes digne deo. Hãc igitur dei esse docuit voluntatẽ vt magis in bonis operibus & sermonibus & sensib⁹ ambulãtes repleamur voluntate dei, qui ponit in cordib⁹ nostris spiritũ sanctũ. Ergo si is qui habet spiritũ sanctũ, dei repletus est voluntate, vtiq; inter patrẽ & spiritum nulla distantia voluntatis est. Simul illud aduerte quia deus dat spiritum sanctũ. Nõ enim humanum hoc opus, neq; ab homine datur, sed inuocatus à sacerdote, à deo traditur, in quo dei munus, ministeriũ sacerdotis est. Nã si Paulus Apostolus indicauit qđ ipse donare spiritũ sanctum sua autoritate nõ posit, & intãtum se huic officio imparẽ credidit, vt à deo nos spiritu optaret impleri, quis tãtus est, qui huius traditionẽ muneris sibi audeat arrogare? Itaq; Apostolus votũ precatione detulit, non ius autoritate aliqua vẽdicauit. Impetrare optauit, nõ imperare præsumpsit. Petr⁹ quoq; ait, quia non erat idoneus qui posset spiritum sanctum
Actu.11 vel cogere vel arcere. Sic enĩ dixit: Ergo si eandẽ gratiam concessit illis deus sicut & nobis, ego quis erã qui posem prohibere deum? Sed fortasse apostolicis non moucãtur exẽplis: & ideo diuinis vtamur oraculis. Scriptum est enim: Iacob puer meus, suscipiã eũ. Israel dilectus meus, suscepit eum anima mea, dedi spiritũ meũ
Esa.61. in ipsum. Dominus quoq; per Esaiam dixit: Spiritus dominus super me, propter quod vnxit me. Quis ergo au-
H deat dicere creaturam spiritus sancti esse substantiam, qui cũ illuxerit in cordibus nostris, diuinæ cernimus pulchritudinẽ veritatis, & distantiã creaturæ diuinitatisq; cognoscimus, vt opus segregetur ab autore? Aut de qua creatura deus ita locutus est quod aut dominationes aut potestates effundat aut angelos? Sed de spiritu, inquit, meo effundam. Non spiritum ait, sed de spiritu. Neq; enim nos capere possumus plenitudinẽ spiritus sancti, sed tantum accipimus quantum de suo arbiter nostri pro sua voluntate diuiserit. Sicut enim dei
Phil.2 filius non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, vt nos eum nostris animis percipere possemus (exinaniuit autem nõ quod ipse esset vacuus suæ plenitudinis, sed quo mihi qui plenitudi-
1 nem eius sustinere nõ possem, pro eo quod capere possem infunderetur) ita etiã de spiritu sancto pater se dicit effundere super omnem carnem. Non enim totũ effudit, sed quod effudit, omnibus abundauit. supra nos ergo effusum est de spiritu. At vero supra dominum Ie-
Ioan. 1. sum cum in forma esset hominis, manebat spiritus, sicut scriptum est: super quem videris spiritum descendentem de cœlo, & manentẽ super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Circa nos ex affluenti commodo liberalitas largientis est, in illo toti⁹ manet in æternũ spiritus plenitudo. Qđ igitur nobis satis esse iudicauit effudit, & qđ effusum est, nõ separatum est, nec inciditur, secundum quod vnitatem habebat plenitudinis, quæ aciem nostri cordis illuminet pro nostræ possibilitate virtutis. Denicq; tantũ capim⁹, quantũ ꝓfectus nostrę mẽtis acq̃rit. Inseparabilis est enĩ plenitudo gratię spiritalis, sed nobis ꝓ nostræ participatur facultate naturæ. Effudit ergo deus de spiritu. Effunditur etiã charitas dei ꝑ spiritũ, quo loco vnitatẽ debem⁹ agnoscere
Roma.5 operationis & gratiæ. sicut enim de spiritu sancto deus effudit, ita etiã charitas dei effusa est in cordib⁹ nostris
Philip.3. per spiritum sanctũ, vt intelligamus non esse opus sanctum spiritum, qui diuinæ arbiter & fons profluus charitatis est. similiter autem vt credas id qđ effunditur, cum creaturis non posse esse cõmune, sed speciale diui-
Cant.1 nitatis, etiam & filij nomen effunditur, sicut habes: Vnguentum effusum est nomen tuum. Cuius virtute sermonis nihil potest esse præstãtius. Nam sicut inclusum in vase aliquo vnguentum cohibet odorem suum, qui odor quãdiu vasis illius angustijs coercetur, etsi ad plures non potest peruenire, tamen vim suam seruat: cum K vero de vase illo quo claudebatur vnguentum fuerit effusum, longe lateq; diffusum ducitur, ita & Christi nomen ante eius aduentum in Israel populo quasi in vase aliquo Iudæorum mentibus claudebatur. Notus enim Psal.75. in Iudæa deus, in Israel magnum nomẽ eius. Hoc vtiq; nomen quod vasa iudæorum angustijs suis coercitum continebant. Magnũ quidem & tunc nomen, cũ infirmorum atq; paucorum hæreret angustijs, sed magnitudinẽ sui nondũ per corda gentiũ & in fines totius orbis effuderat. Postea vero q̃ per omnẽ mundũ suo illuxit aduẽtu, p omnẽ vtiq; creaturã diuinũ illud suũ nomen extẽdit, nõ repletũ excessione aliqua) plenitudo enim nescit augmentũ) sed replens vacua, vt esset admirabile nomẽ eius in vniuersa terra. Huius igitur effusio nominis abundantem quandã exuberantiã gratiarũ, bonorũq; cœlestiũ significat largitatẽ. Ex abundãti enim superfluit quicquid effunditur. Itaq; sicut creatura non potest dici sapiẽtia, quæ ex ore dei procedit, nec verbũ qđ eructatur ex corde, nec virtus in qua plenitudo maiestatis æternæ est: ita etiã creatus nõ potest spiritus æstimari qui ex ore dei funditur, cũ ipse de⁹ tantã ostẽderit vnitatẽ, vt effundere se de spiritu suo dicat. Quo intelligamus quia etiã dei patris eadẽ gratia sit, quæ spiritus sancti est, & quod sine incisione ac detrimẽto aliquo diuidatur mentibus singulorũ. Quod ergo de spiritu effunditur, nec inciditur: nec partibus aliquib⁹ corporalibus comprehenditur aut secatur.

¶Quia sempiternus dei spiritus. CAPVT VIII.

QVOMODO enim credibile est, quod spiritus sectilibus aliquibus diuidatur? Dicit enim
1.Ioan.3 Ioãnes de deo: Ex hoc cognoscimus quia manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Quod autem manet, semper vtiq; est, nec mutatur. Ergo si mutationem non habet, æternitatem habet. Et ideo spiritus sanctus sempiternus est, creatuta autem obnoxia vitio, ideoq; mutabilis. Quod autem mutabile est, esse non potest sempiternum, & ideo non potest consortium esse creaturæ spiritus sanctus, quia sempiternus est spiritus, creatura autem omnis in tẽpore est. Sempiternum autem spiritum etiã apostolus ostendit: si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnẽ emundãdam Heb.8 quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sempiternum se obtulit immaculatum deo? Plericq; arbitrati
M sunt vnguentum Christi esse spiritum sanctum. Et benę vnguentum, quia oleum lætitiæ nũcupatum est, quo plurimarum redolent epulæ gratiarũ. Verum illum deus omnipotens pater vnxit principem sacerdotum, qui non vt alij in typo vnctus ex lege, sed & secundum legem vnctus in corpore, & in veritate supra legem, virtute sancti spiritus ex patre plenus est. Hoc est oleũ
Psal.44 lætitiæ, de quo dicit Propheta: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Denique Petrus vnctum spiritu dicit Christum, sicut habes: Vos scitis qđ
Actu.10 factum est verbum per totam iudæam, incipiens à Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum deus spiritu sancto. Oleũ igitur lætitię, spiritus sanctus est. Et pulchre oleũ lætitiæ dixit, ne creaturam putaresi. Olei enim huiusmodi natura est, vt nequaq̃ naturæ alterius humidę misceatur. Lętitia quoq; nõ corpus vngit, sed intima cordis illuminat, sicut Prophęta dixit: Dedisti lætitiam in
Psal.4. corde meo. Ergo cum iudat operam qui oleũ velit cũ creatura humidiore cõfundere, quia cum oleũ leuior natura sit cæteris, residentibus alijs eleuatũ secernitur: qũo putãt isti deterrimi caupones, oleum lætitiæ cum cęteris creaturis sua posse fraude cõfundi, cũ vtiq; nõ

A queant incorporeis corporea, increatis creata miscerị? Et bene oleum lætitiæ dicitur, quo vnctus est Christ⁹. Neq; enim vsitatum fuit ei oleum & cõmune quęrendũ quo aut vulnera curãtur, aut æstus leuatur, cũ fomentũ vulnerũ suorũ salus mũdana nõ quæreret, nec refectio nẽ corporis fatigati virt⁹ sempiterna depoſceret. Nec mirũ si habet oleũ lætitiæ, qui facit exultare morituros
2. Cor.2. tristitia mundũ exuit, maiestate fœtorẽ mortis abolemuit. Et ideo Apostolus ait: Christi enĩ bonus odor sumus deo, vtiq; de spiritalibus significans se locutũ. Sed
Luc.4. & cũ ipse filius dei dicit: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, spiritale significat vnguentum. Ergo vnguentũ Christi est spiritus. Aut si qđ vnguentũ exinanitũ est in nomine domini Iesu Christi, ipsum intelligere volunt vnguẽti expressum nomine, nõ spiritũ Christi, vtiq; cũ vnctũ spiritu sancto dominum Iesum Petrus Apostolus dixerit, liquet sine dubio qđ vnguentũ dicatur & spiritus. Sed quid mirũ, cũ & pater & filius spiritus esse dicatur? De quo quidẽ dicemus plenius cũ de vnitate nominis dicere cœperimus. Tamen quia hic quoq; incidit pulcherrimus locus, ne sine co-
Ioan.4. rollario eũ præterire videamur, accipiant, quia & pater dicitur spiritus, sicut in Euangelio dominus locut⁹ est. Quoniã spiritus est deus, & Christus spirit⁹ dicitur
Thren.4 quia Hieremias dixit: Spiritus ante faciẽ nostrã Christus domin⁹. Et pater ergo spiritus, & fili⁹ spiritus. Qđ nõ est creaturæ corp⁹, hoc spiritus est. Sed nõ cõfusus cũ patre & filio spiritus sanctus, verũ & à patre distinctus & filio. Nõ enim spirit⁹ sanctus est mortu⁹, q̃ mori nõ potuit, qui carnẽ nõ suscepit, nec mortis capax esse potuit sempiterna diuinitas, sed mortuus secundũ carB nẽ Christus. In eo vtiq; mortuus, qđ suscepit ex virgine, nõ in eo qđ habebat ex patre. In eo enim mortuus in quo crucifixus est Christus. Spiritus aũt sanctus non potuit crucifigi, qui carnẽ & ossa nõ habuit, sed crucifixus est dei filius, qui carnẽ & ossa suscepit, vt in illa cruce nostrę carnis tentamẽta morerentur. Suscepit enim qđ nõ erat, vt celaret qđ erat. Celauit quod erat, vt tentaretur in eo, & redimeretur qđ nõ erat, vt ad id quod erat, per id qđ nõ erat, nos vocaret. O diuinũ crucis illius sacramentũ, in qua hæret infirmitas, virt⁹ libera est
Psal.118 affiguntur vitia, eriguntur trophęa. Vnde quidã sanct⁹ ait: Cõfige clauis à timore tuo carnes meas, non ferreis clauis, sed timoris & fidei. Vehementior est enim virtutis strictura q̃ pœnæ. Denicq; Petrus cũ vsq; in atrium
C ligauerat, fides vinxerat, & quẽ fides vinxit, pœna non soluit. Rursus cũ ligaretur à Iudæis, deuotio soluit, pœna nõ tenuit, quia nõ secesit à Christo. Ergo & tu cruci fige peccatũ, vt moriare peccato. Qui enĩ peccato moritur, deo viuit. Viuamus ei qui filio proprio non pepercit, vt in illius corpore nostras crucifigeret passiones. Pro nobis enim mortuus est Christus, vt nos in il-
1.Pet.2. lius rediuiuo corpore viueremus. Mortua est ergo i illo nõ vita nostra, sed culpa. Qui peccata, inquit, nostra pertulit corpore suo super lignũ, vt à peccatis nostris separati cũ iustitia viuamus, cuius vulnere plagarũ sanati sumus. Lignũ igitur illud crucis velut quædã nostræ nauis salutis vectura, nõ pœna est. Alia enim salus nõ est nisi vectura salutis æternæ, dũ mortẽ expetendo nõ sentio, dũ pœnã contẽnendo nõ patior, dũ metum nescio negligẽdo. Quis est igitur cuius vulnere plagarũ sanati sumus, nisi Christus dominus? De quo idẽ ꝓphetauit Esaias, quia plaga eius nostra medicina est. Et
2.Cor.5 de quo Paulus Apostolus in epistolis suis scripsit: Qui peccatum non cognouit, sed pro nobis peccatum factus est. Hoc quippe diuinum in eo, quia caro peccatũ non fecit, nec in eo susceptę corporis natura peccauit. Nã quid mirum si nõ peccauit sola diuinitas, cum peccandi incentiua non habeat? Si autem solus exors peccati deus, omnis vtiq; creatura per naturam sui, vt di-
D ximus, obnoxia potest esse peccato.

¶Quia spiritus peccata condonat. CAPVT IX.

DIc igitur quicũq; spiritus sancti diuinitatẽ negas. Spiritus aũt obnoxi⁹ nõ potu t esse peccato, qui magis peccata cõdonat. Nũquid angelus donat? Nũquid archãgelus? Nõ vtiq; sed donat solus pater, solus fili⁹, sol⁹ spirit⁹ sanct⁹. Nemo aũt qđ nõ potest donare, nõ potest vitare, sed fortasse dicit aliquis, quia & seraphim dixit Esaię: Ecce tetigit
Esa.6. hoc labia tua, & abstulit iniquitates tuas, & peccata tua circũpurgauit. Abstulit, inqt, & circũpurgauit. Nõ ego abstuli, sed ignis de altari dei, hoc est, gratia spiritalis. Quid enim aliud pie intelligere possum⁹ in altari dei esse, nisi spiritus gratiã? Non vtiq; lignũ syluarum, nec fuliginẽ atq; carbonẽ. Aut quid tam pium q̃ vt secundũ mysteriũ intelligam⁹, quia reuelabatur i ore Esaiæ, oẽs hoies p passionẽ Christi esse purgãdos? Quia velut
Zacha.3 carbo sicc̃m carnẽ exulsit nostra peccata, sicut i Zacharia habes: Nõne hic titio eiectus ab igni? Et ille erat Iesus indutus vestimẽta sordida: Denicq; vt sciamus cõmunis hoc redẽptionis mysteriũ p ꝓphetas enidẽtissime reuelatũ, etiã hoc loco habes ab illo dictũ: Ecce abstuli peccata tua: nõ quo Christus peccata sua deponeret, q̃ peccatũ nõ fecit, sed qđ in carne Christi, omne à peccatis suis gen⁹ absolueretur humanum. sed etiã si seraE phim abstulisset peccatũ: quasi vnũ vtiq; de ministris dei ad hoc esset ministeriũ destinatum. Sic enim dixit Esaias: Quia missum est ad me vnum de seraphim.

¶Non de loco ad locum transire spiritum dei, de quo scriptum est. Qui à patre procedit, & de quo dicit filius dei: Quem ego mittam vobis. CAPVT X.

ET spiritus quidẽ missus dicitur, sed seraphi ad vnũ, spirit⁹ ad oẽs. seraphi mittitur in ministeriũ, spiritus operatur mysteriũ. seraphim quod iubetur exequitur, spiritus qđ vult diuidit. seraphim de loco ad locũ transit, non enim cõplet omnia, sed ipsum repletur ab spiritu. seraphim descẽdit cum aliquo secundũ naturã suã trãsitu. At vero de spiritu sancto hoc non possumus æstimare de quo dicit filius dei: Cum venerit, inquit, paracletus, spiritus veritatis, quẽ ego mitto vobis, qui à patre ꝓce- Ioan.15. dit. Etenim si de loco ꝓcedit spiritus, & ad locũ transit: & ipse pater in loco inuenitur, & filius. si de loco exit, quẽ pater mittit, aut filius, vtiq; de loco transiẽs spiritus atq; progrediẽs, & patrẽ sicut corpus secundũ impias interpretatiões relinquere videtur & filiũ. Hoc se- F cundũ eos loquor, qui putãt quod habeat spiritus descensoriũ motũ. sed neq; i loco aliquo patercircũscribitur, qui est super omnia, nõ solum corporeę naturæ, sed etiã inuisibilis creaturæ. Neq; filius suorũ operũ locis tẽporibusq; cõcluditur, qui super omnẽ est creaturam, totius opifex creaturæ, neque spiritus veritatis: vtpote dei spiritus, circunscribitur aliquibus finibus corporalibus, qui creaturæ inenarrabili diuinitatis plenitudine supereminet, spirãdi vbi velit, & inspirandi quomodo velit, habens super omnia potestatem. Non ergo quasi ex loco mittitur spirit⁹, aut quasi ex loco ꝓcedit quãdo procedit ex filio, sicut ipse filius cũ dicit: De patre procesi & veni, omnes interficit opiniones, Ioan.10 quæ ex loco ad locum possunt sicut in aliquibus corporalibus æstimari. similiter cum aut intus aut foris legimus deum esse, non vtique deum, aut intra aliquod corpus includimus, aut ab aliquo corpore separamus: sed alta hoc & inenarrabili æstimatiõe pẽsantes, diuinę naturæ intelligimus arcanum. Denicq; ita sapiẽtia ex ore

G altissimi prodisse se dicit, vt nõ extra patrẽ sit, sed apd patrẽ, quia verbũ erat apud deũ. Nec solũ apud patrẽ sed etiã in patre, Dicit enim: Ego in patre, & pater i me est, Sed neq; cũ de patre exit, de loco recedit, aut quasi corpus à corpore separatur. Neq; dũ cũ patre est, quasi in corpore tanq̃ corpus includitur. Spiritus quoq; sanctus cũ pcedit à patre & filio, nõ separatur à patre, non separatur à filio. Quemadmodũ enim separari potest à patre, qui spiritus oris eius est? Quod vtiq; & æternitatis indiciũ, & diuinitatis exprimit vnitatem. Est ergo & manet semper, qui oris est spiritus. Sed descendere videtur etiã cũ illũ recipimus vt habitet in nobis, ne nos simus à gratia eius alieni. Nobis descẽdere videtur, nõ quo ille descendat, sed quo ad illũ animus noster ascẽdat. De quo pleniꝰ diceremus, nisi meminissemus in libris iã superioribus positum qd & pater dixerit: Descẽ
Gen.11. damus & cõfundamus linguas eorum. Et filius dixerit:
Ioan.14 Qui diligit me, sermonem meũ seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eũ faciemus. Sic igitur venit spiritus, quemadmodũ venit pater: quia vbi pater est, ibi est & filius, & vbi filius est, ibi est & spiritus sanctus. Non ergo discrete venire æstimandus est spiritus sanctus. Venit autem non de loco ad locũ, sed à dispositione constitutionis ad salutẽ redemptionis, à gratia viuificationis ad gratiam sanctificationis, vt de terris ad cœlum, de iniuria ad gloriam
H de seruitio ad regnum transferat. Sic ergo venit spiritus, quemadmodum venit pater. Dixit enim filius: Ego & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Nunquid corporaliter pater venit? Sic ergo spiritus venit, in quo, cum venit, & patris & filij plena præsentia est. Quis autem potest à patre & filio spiritum sanctũ separare, cum vel appellare patrem & filium sine spiri
1.Cor.12. tu non queamus? Nemo enim dicit dominum Iesum, ni si in spiritu sancto. Ergo si appellare dominum Iesum sine spiritu non possumus, sine spiritu prædicare non possumus. Si autem & angeli prædicant dominum Iesum, quẽ nemo potest sine spiritu prædicare, & in ipsis ergo spiritus sanctus operatur. Probauimus igitur vnã presentiam esse, vnam gratiam esse patris, & filij, & spi
Mat.11 ritus sancti, quæ tam cœlestis atq; diuina est, vt pro ea agat gratias patri filius, dicens: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quod abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ergo cum vna vocatio fit, vna etiam gratia est.

¶ Quia vna pax, vna gratia patris & filij & spiritus sancti. CAPVT XI.

I DENIQVE scriptũ est: Gratia vobis & pax à deo
Gala.1 patre nostro & domino Iesu Christo. Ecce habemus quia patris & filij vna est gratia, & patris & filij vna est pax, sed & gratia pax fructꝰ est spiritus, sicut ipse Apostolus docuit, dicens: Fructus
Gala.5 autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia. Et bona pax & necessaria, vt nemo à disputationum turbetur incertis, neq; passionum corporalium tempestate quatiatur, sed in simplicitate fidei & tranquillitate mẽtis quietus circa dei cultum perseueret affectus. De pace probauimus. De gratia autem propheta Zacharias dicit: Quia promisit deus effundere in Hierusalem spi
Actu.2 ritum gratiæ & misericordiæ. Et Apostolus Petrus dicit: Pœnitẽtiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine domini nostri Christi in remissionem peccatorum, & accipietis gratiam spiritus sancti. Ergo sicut patris & filij, ita & spiritus sancti gratia est. Quomodo enim sine spiritu potest esse gratia, cũ gratia diuina eis in spiritu sit? Nec solũ pacẽ & gratiã legimꝰ patris & filij & spiritus sancti, sed etiã charitatẽ & cõmunionẽ, fidelis Auguste. De charitate enim dictum est: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, K

¶ Quia vna charitas patris & filij & spiritus sancti, & operatio trinitatis, vt passionem corporis dominus Iesus subiret. CAPVT XII.

ACCIPIAMVS charitatem patris. Eadem charitas quæ patris, etiam filij est. Ipse enim dixit: Qui me diligit, diligetur à patre meo, & Ioan.14
ego diligam eum. Quæ est enim charitas filij, nisi qu ia se pro nobis obtulit, & suo sanguine nos redemit? Eadem autem charitas & in patre est, quia scriptum est: Sic enim dilexit deus mundum, vt filiũ pro- Ioan.3
priũ daret. Tradidit ergo pater filiũ, & filius ipse se tradidit. Seruatur charitas, nec læditur pietas. Nulla est enim pietatis iniuria, vbi nulla est traditionis ærumna. Tradidit volentem, tradidit offerentem, non vtiq; ad pœnam pater filium, sed ad gratiã. Si discutis facti meritum, interroga pietatis vocabulũ. Vas electionis vni
tatem hanc diuinæ charitatis euidenter ostendit, quia & pater tradidit filiũ, & filius ipse se tradidit. Pater tradidit, quia filio ꝓprio nõ pepercit, sed ꝓ nobis oibus Roma.8
tradidit illum. De filio quoq; dicit: Qui se tradidit pro Galat.2
me. Tradidit inquit. Si gratiæ, quid arguo? Si iniuriæ, plus debeo. Sed sicut pater tradidit filium, & filius ipse se tradidit, accipe qa & spiritus eũ tradidit. Scriptum est enim: Tunc Iesus ductus est in desertum ab spiritu, Mat.4
vt tentaretur à diabolo. Ergo & spiritus diligens tradidit dei filium. Sicut enim vna est charitas patris & filij, ita hanc charitatem dei supra effundi per spiritum sanctum, & fructum esse sancti spiritus declarauimus: quia L
fructus est spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia. Gal.5.

¶ Quia vna communicatio patris & filij & spiritus sancti. CAPVT XIIII.

COMMVNICATIONEM autem & patris & filij esse manifestum est, quia scriptum est: Et communicatio nostra cum patre & cũ filio eius Iesu Christo. Et alibi: Communicatio spiritus sancti cum omnibus vobis. Si igitur vna pax, vna gratia, vna charitas, vna communicatio est patris & filij & spiritus sancti: vna certe operatio est. Et vbi vna operatio est, vtiq; non potest virtus esse diuisa, & discreta substantia. Nam quomodo operationis eiusdem gratia conueniret?

¶ Quia vnum nomen patris & filij & spiritus sancti. CAPVT XIIII.

QVIS igitur vnitatem separare audeat nominis M
cum operationis videat vnitatẽ? sed quid ego vnitatem nominis argumẽtis astruo, cum diuinæ vocis euidẽs testimonium sit, vnum nomen esse patris & filij & spiritus sancti? Scriptum est enim: Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & Mat.28.
spiritus sancti. In nomine dixit, non in nominibus. Nõ ergo aliud nomen patris, aliud nomen filij, aliud nomen spiritus sancti, quia vnus deus: non plura nomina, quia non duo dij, non tres dij. Et vt aperiret, quia vna diuinitas, vna maiestas est, quia vnum nomen patris & filij & spiritus sancti, non in alio nomine venerit filius, in alio noie spiritus sanctus, ait ipse dominus:
Ego veni in noie patris mei, & nõ accepistis me, si ali9 Ioan.5.
venerit in noie suo, illum accipietis. Quod aũt nomen patris est, hoc idẽ filij scriptura declarat, qa in Exodo dixit domin9: Ego antecedo in noie meo, & vocabo te noie meo dominũ in conspectu tuo. Dominus ergo dixit, quia in noie suo vocauit dominum. Dominus ergo & patris est & nomen filij. Cũ autem vnum nomen sit

A patris & filij, accipe qd & spiritus sancti idẽ nomen sit, quoniã & spiritus sanctus in nomine filij venit: sicut scri
Ioan.14 ptũ est: Paracletus aũt ille spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Qui aũt venit in nomine filij, vtiq; etiã in nomine patris venit, qa vnũ nomen patris & filij est. Sic fit vt vnũ & patris
Actu.4. & filij nomẽ sit & spiritus sancti. Nec enĩ est aliud nomẽ sub cœlo vllũ in quo oporteat saluos fieri. Simul docuit vnitatem diuini nominis esse credendam, non di
Ioan.5. sparilitatem, quoniã in vnitate nos venit Christus. In suo aũt noie vẽturus antichristus est, sicut scriptũ est: Ego veni in noie patris mei, & nõ accepistis me, si alius venerit in noie suo, illũ accipietis. Edoctũ est igitur ex his nõ esse in patre & filio & spiritu paracleto nos diuersitatẽ. Et qd nomẽ est patris, id esse etiã filij nomẽ: similiter qd nomẽ est filij, esse id etiã spiritus sancti. Quã doq; etiam paracletus filius dicitur, sicut & spiritus sanctus. Et ideo ait in Euangelio dominus Iesus: Rogabo patrẽ meum, & aliũ paracletum dabit vobis, qui vobiscum sit in æternum, spiritũ veritatis. Et benedixit aliũ, ne ipsum filium ipsum spiritũ itelligeres. Vnitas enim nos est, nõ filij spiritus, quæ est Sabelliana confusio.

¶ Quia & filius paracletus dicitur sicut & spiritus, & quia beneficij & gratiæ hoc nomen, non iniuriæ est. CAPVT XV.

B ITAQVE alius paracletus est filius, alius paracletus spiritus sanctus. Filium enim paracle
1.Ioan.2 tum dixit etiam Ioãnes, sicut habes: Si quis peccauerit, paracletum habemus apud patrem Iesum Christum. Itaq; quemadmodum vnitas nominis, ita etiam vnitas potestatis est. Vbi enim paracletus spiritus, ibi etiam filius. Nam sicut hic in æternũ dominus futurum cũ fidelib9 spiritũ dicit, ita etiam de se
Mat.28. alibi ostendit, quod inæternum cum Apostolis sit futurus, dicens Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationem mundi. Vnum sunt ergo filius & spiritus, vnum nomen est trinitatis, & vna inseparabilisq; præsentia. Sicut autem ostẽdimus paracletum filium nominatum, ita etiam ostendimus veritatem spiritum nuncupatum. Veritas Christus, veritas spiritus. Habes enim in epistola Ioannis: Quoniam spiritus est
Ioan.14 veritas. Non solum ergo veritatis, sed etiam veritas dicitur spiritus, sicut & veritas filius prædicatur, qui ait: Ego sum via, veritas & vita.

¶ Quia sicut pater lumen, ita & filius lumen, & spiritus lumen est. Et sicut patrem ignem legimus, ita & filium & spiritum sanctum. CAPAT XVI.

C QVID autem astruam, quod sicut pater lumen, ita etiã filius lumen, & spiritus sanctus
1.Ioan.1 lumẽ est? Qã vtiq; diuinæ potẽtię est. Deus enim lux est, sicut dixit Ioãnes: qa deus lux
Ioan.1 est, & tenebræ in eo non sunt, lux aũt & filius, quia vita erat lux hominum. Et vt ostenderẽt se de dei filio Euãgelista dixisse, ait de Ioãne Baptista: Non erat ille lux, sed vt testimoniũ phiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mundũ.
Esa.9. Ergo quia deus lux est, lux autem vera est dei filius: sine dubio deus verus est dei filius. Habes & alibi, quia filius dei lux est. Populus qui sedebat in tenebris & i vmbra mortis, lucẽ viderunt magnã. Quid aũt hoc euidẽ
Psal.35. tius qd ait: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen? hoc est, quod apud te deus om-
Ioan.20 nipotens pater, qui fons vitæ es, in lumine tuo lumẽ vi-
Luc.6 debimus spiritus sancti, sicut ipse dominus ostendit, dicens: Accipite spiritum sanctum. Et alibi: Et virtus exibat de eo. Ipsum autem patrem quis dubitet lucẽ esse cũ lectũ sit de filio eius, quia splendor sit lucis æternæ? D.
Cuius enim nisi patris splẽdor est filius, qui & cũ patre Heb.1.
semper est, nec dissimilis, sed eadẽ claritate semp fulget? Et Esaias significat nõ solũ lucẽ, sed etiã ignẽ spiritum sanctũ, dicens: Et erit lux Israel in igne. Itaq; pro- Esa.10
phetat cũ ignem ardentẽ, quia in tribus istis generibus ꝓpensius maiestatẽ diuinitatis aduertimus: quoniã & sanctificare diuinitatis esse aduertimus, & illuminare ignis & lucis est ꝓprium, & specie ignis exprimi vel videri, diuinæ est cõsuetudinis. Deus enĩ est ignis consu- Deute.4
mens, sicut Moyses dicit: Vidit enim ipse in rubo ignẽ, & audierat deũ tunc quãdo vox facta est de flãma ignis
ad eũ, dicens: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & Exod.3
deus Iacob. Vox ergo de flãma, & in rubo flãma, & flamma nõ noxia. Vrebatur enĩ rub9, & nõ exurebatur, eo qꝺ illo mysterio dominus figuraret, quia illuminatur9 spinas nostri corporis aduenire, nec cõsumpturus grũno sos, sed mitigaturus ærumnas, qui baptizaret in spiritu sancto & igni, vt gratiã tribueret, peccata consumeret. Ergo in specie ignis deus, seruato proposito. In actibus quoq; apostolorũ cũ supra fideles spiritus sanct9 descẽ
disset, ignis species videbatur. Sic enim habes: Et fact9 Actu.2
est subito de cœlo sonus, tanq̃ vi magna spiritus ferretur, & repleuit totam domum vbi erãt sedentes, & visæ
sunt illis dispersæ linguæ tanq̃ ignis. Vnde & illud, quã iudic.7
do Gedeon superaturus Madian, trecentos viros iussit hydrias sumere, & in hydrijs faces accensas habere, & in dextris tenere tubas. Ita nostri acceptũ ab apostolis seruauere maiores, quod hydriæ sint corpora nostra figurata de limo, quæ timere nõ norunt si feruore gratiæ spiritalis ignescant. & Iesu domini passionem cano E
ræ vocis confessione testentur. Quis igitur de diuinitate sancti spiritus dubitet, cum vbi spiritus gratia sit, ibi species diuinitatis appareat? Quo testimonio nõ diuersitatẽ, sed vnitatem diuinæ colligimus potestatis. Nam quemadmodũ potest esse discretio potestatis, vbi vni9 in omnibus operationis affectus est? Neq; vero potest esse gratia sacramentorum, nisi vbi fuerit venia peccatorum. Quis est igitur iste ignis? Non vtiq; virgultis vilibus cõcretus, aut stipula syluarum fragosus incẽdijs, sed ignis ille qui vt aurum bona facta meliorat, & vt stipulam peccata consumit. Hic est vtiq; spiritus sanctus, qui dominici vultus & ignis appellatur & lumen.

¶ Quia lumen vultus dei spiritus, & spiritus lumẽ. CAPVT XVII.

SICVT supra diximus: Signatum est in nobis Psal.4
lumẽ vultus tui domine. Quod est ergo lumen signatum, nisi illius signaculi spiritalis
in quo credentes signati sunt? Signati, in- Ephe.1.
quit, estis spiritu promissionis sancto. Et sicut lumẽ est
vultus diuini, ita etiam ignis emicat ex dei vultu; quia
scriptum est: Ignis in conspectu eius ardebit. Præfulget Psal.49
enim gratia dei iudicij, vt sequatur absolutio quæ sanF
ctorum remuneratur obsequium. O magna abundãtia
scripturarum, quam nemo possit humano ingenio cõprehendere. O maximum diuinæ vnitatis indiciũ. His enim duobus versiculis q̃ multa signantur.

¶ Quia sicut pater vita, & filius vita, & spiritus sanctus vita. CAPVT XVIII.

DIXIMVS quia lux est pater, lux filius, lux spiritus sanctus, accipiamus etiã quia vita est pater, vita filius, vita spiritus sanctus. Et quia sicut pater vita, ita & filius vita, & spiritus sanctus est vita. Dixit enim Ioannes: Quod erat ab initio, 1. Ioan.1.
quod audiuimus, & cã vidimus, & oculis nostris pspeximus, & manus nostrę scrutatę sunt de verbo vitæ, &

G vita apparuit,&vidimus,&teſtamur &annũciamus vobis de vita quæ erat apud patrem. Et verbum vitę dixit &vitã,vt & patrẽ vitã ſignificaret & filiũ. Quid enĩ eſt vitæ verbũ niſi dei verbũ? Ac p hoc &deus verbum dei vita eſt. Et ſicut verbũ vitæ dicitur,ita & ſpirit9 vitæ. Scriptũ eſt enim: Et ſpiritus vitæ erat in rotis. Itaq; Ezech.1 ſicut verbum vitæ vita eſt,ita & vitæ ſpiritus,vita eſt:

¶ Quia ſicut pater fons vitæ eſt, ita etiam filius, ita & ſpiritus ſanctus. CAPVT XIX.

ACCIPE nunc quia ſicut pater fons vitæ eſt, ita etiam filium plenũq; fontem vitæ memorarunt ſignificatũ, eo quod apud te,inquit deus omnipotens, filius tuus fons vitæ ſit, hoc eſt,fons ſpiritus ſancti,quia ſpiritus vita eſt, ſicut Ioan.6. dominus ait: Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, quia vbi ſpiritus,& vita,& vbi vita etiã ſpiritus ſanctus. Pleriq; tamen hoc loco patrẽ volũt tã tummodo fontem ſignificatum, quanq̃ videant quod ſcriptura memorauerit,quia ſicut pater fons vitæ,ita & filius vita & ſpiritus: & ſicut pater flumen,ita & filius & ſpiritus ſanctus. Apud te,inquit,fons vitę,hoc eſt apud Pſal.35. patrem filius,quoniam verbum apud deum,quod erat in principio,& erat apud deum. Sed ſiue patrem quis H hoc loco,ſiue filium intelligat fontẽ,fontẽ vtiq; intelligimus,non aquæ iſtius quæ creata eſt,ſed diuinæ illi9 gratiæ,hoc eſt ſpiritus ſancti. Ipſe eſt enĩ aqua viua,p- Ioan.4. terea dominus dicit: Si ſcires donũ dei,& quis eſt qui dicit tibi: da mihi bibere,tu petiſſes ab eo,& dediſſet tibi aquam viuam. Hanc aquam ſitiunt anima Dauid. Harum fontem aquarum deſiderat cervus,non ſitiens venena ſerpentum. Viua eſt enim gratia ſpiritalis,eo qđ mentis interna purificet,& omne animi peccatum abluat,occultorumq; mundet errorem.

¶ Quia ſicut pater flumen,ita & filius,ita & ſpiritus ſanctus. CAPVT XX.

SED ne quis forte tanquam puſillitatem ſpiritus redarguat,& hinc velit quandam facere diſtantiam magnitudinis, quod aqua portio videatur eſſe fontis exigua, quanq̃ creaturarum exempla minime diuinitati aptãda videãtur,tamen ne quid ex hac quoq; creaturæ cõparatione præiudicent,diſcant non ſolum aquam, ſed etiã flumẽ dictum ſpiritum ſanctũ,ſecundum qđ lectũ eſt: Flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. Hoc aũt dicebat de ſpi- Ioan.7. ritu ſancto, quem accepturi erãt qui crediturĩ erant in eo. Ergo flumen eſt ſpiritus ſanctus,& flumẽ maximum quod ſecundũ Hebræos de Ieſu fluxit in terris, vt ore I ſæpe accepimus prophetarum. Magnum hoc flumẽ,qđ fluit ſemper,& nunq̃ deficit. Nec ſolum flumẽ,ſed etiã profuſi impetus,& magnitudinis redundãtis, ſicut etiã Pſal.45. Dauid dixit, quia fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Neq; enim ciuitas dei illa Hieruſalem meatu alicuius fluuij terreſtris abluitur, ſed ille ex vitæ fonte procedens ſpiritus ſanctus,cuius nos ſatiamur hauſtu,in illis cœleſtibus thronis,dominationibus & poteſtatibus angelis & archangelis redundantius videtur effluere pleno ſeptem virtutum ſpiritalium feruens meatu. Si enim fluuius riparum editis ſuperfuſus exundat, quãto magis ſpiritus omnem ſupereminẽs creaturam cũ reliqua tanq̃ inferiora noſtrę mẽtis arua perſtringat,cœleſtẽ illã creaturarũ naturã effuſiore quadã ſanctificatiõis vbertate lętificat? Nec moueat qđ vel hic dixit flumina,vel alibi ſeptẽ ſpiritus, his enĩ ſanctificationibus Eſa.11 ſeptẽ ſpiritaliũ,ſicut Eſaias dixit,ſignificatur plenitudo virtutũ,ſpũs ſapiẽtiæ &intellect9,ſpirit9 cõſilij atq; virtutis,ſpiritus cognitionis atq; pietatis,ſpirit9 timoris dei. Vnum ergo flumen,ſed multi ſpiritalium donorũ K meant9. Hoc igitur flumẽ exit ex fonte vitæ. Nec hic rurſus ſenſum tuũ ad inferiora detorqueas,quia quædã diuerſitas videtur eſſe fontis & fluminis: & tamen ad oia proſpexit ſcriptura diuina,nec infirmitas humani caperetur ingenij vilitate ſermonũ. Proponas tibi licet quoduis flumẽ,ẽ fonte eſt,vni9 tamẽ naturę,vni9 ſplẽdoris & gratię. Dic ſane & tu ſpiritũ ſanctũ vni9 cũ filio dei & deo patre eſſe ſubſtãtiæ,vni9 claritatis & gloriæ. Capiã fidele cõpendium de vnitate virtutis, nec verebor aliquã de diuerſitate magnitudinis quæſtionẽ. Nã etiã in hoc nobis ſcriptura ꝓſpexit. Dicit etiã dei fili9: Qui biberit de aqua quã dabo ei,fiet in eo fons aquę ſa- Ioan.4. lientis in vitã ęternã? Hic fons vtiq; gratia ſpiritalis eſt, fluuius ex viuo fonte procedẽs. Fons igitur vitæ etiam ſpiritus ſanctus eſt. Aduertis etiã ex verbis ipſis diuinæ ſignificari magnitudinis vnitatem,nec poſſe Chriſtum etiam à perfidis fontẽ negari,cum fons dicatur & ſpiritus. Et ſicut flumen dicitur ſpiritus, ita & pater dixit: Ecce ego decurrã in vos ſicut fluuius pacis,& ſicut tor- Eſa.66. rens inundans gloriã gẽtium. Quis autẽ dubitet flumẽ eſſe dei filiũ? de quo æternæ vitæ flumina profluebant? Bona ergo aqua ſpiritalis gratia. Quis hunc fontẽ dabit pectori meo? In me ſaliat, in me fluat vitæ largitor æternæ. Superfluat in nobis fons iſte,non effluat. Dicit enim ſapiẽtia: Bibe aquã de tuis vaſis, & de puteorum Prouer.5. tuorum fontibus, inq̃ plateis tuis ſuperfluãt aquæ tuæ. L Quomodo hanc aquam tenebo ne effluat, ne labatur? Quomodo vas meũ cõſeruabo, ne qua penetrãs rima peccati,æternæ vitæ diſtillet humorem? Doce nos domine Ieſu, doce ſicut docuiſti Apoſtolos tuos dicens, Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra,vbi ærugo &tinea exterminat,& vbi fures effodiũt & furãtur. Mat.6. Furẽ videlicet immundũ ſpiritũ eſſe ſignificat,qui ſi bonorũ operũ luce gradiẽtibus non poſſet obrepere. In tenebris aũt ſeculariũ cupiditatum,&inter oblectamẽta terreſtriũ ſi quẽ ceperit voluptatũ,oĩs virtutis æternę flore diſpoliat. Et ideo domin9 dicit: Theſaurizate vobis theſaurũ in cœlo, vbi neq; ærugo,neq; tinea exterminat,& vbi fures nõ effodiũt & furãtur, Vbi enĩ fuerit theſaur9,ibi erit & cor tuũ. Aerugo noſtra,laſciuia eſt. Aerugo noſtra,libido eſt. Aerugo noſtra, luxuria eſt,quæ flagitiorũ ſordib9 aciẽ mẽtis obducũt. Tinea rurſus noſtra,Arri9 eſt. Tinea noſtra, Fotinus eſt, qui ſanctũ eccleſię veſtimentũ impietate ſua ſcindũt,& vnitatẽ diuinę poteſtatis indiuiduã ſeparare cupiẽtes, ſacrilego morſu preciоſum dei velamẽ obrodũt. Fundi tur aqua ſi Arrius dentẽ impreſerit. Effluit ſi aculeum ſuũ in alicuius vas Fotinus infixerit. Vile figmentũ ſumus,cito vitia ſentimus. Sed nemo dicit figulo,qđ me feciſti ſic: Nã & ſi vile vas noſtrũ, aliud tamẽ ĩ honore M aliud ĩ cõtumelia eſt. Noli ergo aperire lacũ tuũ, noli fodere vitijs atq; criminib9,nequis dicat: Lacũ aperuit Pſal.7. & effodit eũ,& incidit in foueã quã operat9 eſt. Si Ieſum queritis,cõtritos lacus deſerite. Chriſtus enim nõ ad lacũ,ſed ad puteum ſedere cõſueuit. Ibi eũ Samaritana illa quę credidit, illa quę aquã haurire cupiebat, inuenit. Quãuis mane venire debueris,tamẽ etiã ſi ſerius veneris, etiam ſexta hora Ieſum fatigatum ex itinere inuenies. Fatigatus eſt,ſed in te, quia diu te quæſiuit,tua illum tãdiu incredulitas fatigauit. Nõ offendi tur tamẽ,ſi modo venias: petit bibere datur9. Bibit aũt nõ aquã prętermeãtis riuuli,ſed ſalutẽ tuã,bibit affectũ tuum,bibit cælicẽ,hoc eſt,paſſionẽ illã tuorũ criminũ redẽptricẽ,vt tu ſiti iſti9 mũ di ſacri pot9 cruore reſtinguas. Sic Abrahã deum poſteaq̃ puteũ fodit emeruit. Sic iſaac dũ ad puteũ deãbulat,veniẽtẽ illã in typo eccleſiæ accepit vxorẽ. Fidelis ad puteũ,ifidelis ad lacũ. Deniq; & Rebecca,ſicut legim9 petitorẽ iuenit ad fontem, & meretrices in lacu Iezabel ſe cruore lauerunt.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLAN.

IN LIBRVM SECVNDVM

De ſpiritu ſancto, ad Gratianũ Auguſtum..

PROLOGVS.

A TSI in lib.1. veteris hiſtoriæ lectiõe patefactũ ſit & in ipſis iudicib9 Iudæorũ veterũ ſpiritalẽ gratiã refulſiſſe, & per ſpiritũ ſanctũ cæleſtiũ ſacramẽtorum reuelata myſteria: quẽ Moyſes nõ ignorauit æternũ. Deniq; ſtatim in principio mũdi, imò ante principiũ eũ deo iũxit, quẽ ante mũdi principiũ ſẽpiternum eſſe cognouit. Nãq; ſi quis diligẽter aduertat, & patrẽ in principio & filiũ cognoſcet & ſpiritũ. De patre enĩ ſcriptũ eſt: In principio fecit de9 cælũ & terrã. De ſpũ dictũ eſt, Spũs ſuperferabatur ſuper aquas. Et bene in Gene.1. exordio creaturę baptiſmi figura ſignatur,p qđ habuit creatura mũdari. Lectũ etiã de filio qđ ipſe eſt qui diſcreuit inter mediũ lucis & tenebras. Vn9 eſt enim de9 pater qui dicit,& vnus dominus Ieſus qui facit. Sed ne rurſus aut arrogãs putes dicẽtis imperiũ, aut vile faciẽtis obſequiũ: equalẽ ſibi pater filiũ cõfitetur operis vnitate, dicẽs: Faciam9 hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Et imago enim & operatio & ſimilitudo cõmu- Gene.1. nis, quid aliud niſi maieſtatis eiuſdẽ ſignificat vnitatẽ? Tamẽ vt equalitatẽ pleni9 patris filijq; cognoſcas, ſicut dixit pater & fili9 fecit: ita & pater operatur, & fili9 dicit. Pater o peratur, ſicut ſcriptũ eſt: Pater me9 vſq; mõ B operatur: Fili9 dicit, ſicut habes dictũ ad filiũ: Dic ver- Ioãnis.5. bo, & ſanabitur. Et fili9 dicit patri: Volo vt vbi ego ſũ, Ioan.17. & iſti ſint mecũ. Fecit pater qđ fili9 dixit. Sed nec Abrahã ignorauit ſpiritũ ſanctũ. Deniq; tres vidit, & vnũ adorauit quia vnus deus, vnus dominus, & vnus ſpiritus. Et ideo vnitas honoris, quia vnitas poteſtatis. Et quid de ſingulis loquar? Sãpſon diuina ꝓmiſsiõe generat9, ſpiri- Iudicũ.13 tũ comitantẽ habebat. Sic enĩ legim9: Quia benedixit eũ domin9, & cœpit ſpũs domini comitari cũ eo in caſtra. Et ideo futurũ præuidẽs ſacramẽtũ ex alienigenis Iudi.14. poſcebat vxorẽ: qđ pater eĩ9 ac mater, vt ſcriptũ eſt, ignorabãt quoniã à domino eſt. Meritoq; fortior cæteris habebatur, quia eum ſpirit9 domini dirigebat, quo duce ſol9 nũc alienigenarũ fugabat populos nũc leonẽ morſu inuiolabilis, fortitudine inſuperabilis diſcerptũ manibus diuidebat. Vtinã tã cautus ad ſeruãdã gratiã, q̃ fortis ad ſuperãdã beſtiã. Et fortaſſe hoc nõ ſolũ virtutis miraculũ, ſed etiã ſapientiæ myſteriũ, ꝓphetiæ oraculũ fuit. Neq; enĩ ocioſũ videtur qđ cũ tẽderet ad myſteriũ nuptiarũ, leo occurrit ei, quẽ manib9 ille diſcerpſit, in cuius corpora cõnubia petiturus optata, cõgregationẽ apum reperit, & mel ſuſtulit de ore ei9, qđ patri tribuit edẽdũ & matri. Habebat gentiũ populus mella. qui credidit, qui corp9 feritatis erat ante, nunc C Chriſti eſt. Nec ipſa quæſtio vacat à ſacramẽtis quam ꝓpoſuit ſodalib9 ſuis dicẽs: De edẽte exiuit eſca, & de potẽte exiuit dulce. Denique eo vſq; myſtica, vt tribus diеb9 ei9 reuelatio quẽreretur, quæ nõ potuit niſi p fidẽ ecclęſiæ die ſeptima cõpleto legis tẽpore poſt paſ- Loãnis.7. ſionẽ domini reuelari. Sic enim habes, quia & apoſtoli ideo nõ intelligebãt quia Ieſus nõdũ fuerat glorificatus. Quid, inquit, dulcius melle, quid fortius leone? Ad Iudic.14. quæ ille reſpõdit: Si nõ domuiſſetis vitulã meã, nõ inueniſſetis quæſtionẽ meã. O diuinũ myſteriũ. O euidẽs ſacramentũ, euaſimus interẽptorẽ, potẽtẽ vicimus. Ibi nunc cibus vitæ eſt, vbi erant antea miſeriæ, fames, mortes. In ſalutẽ pericula, in ſuauitatẽ amaritudo cõuertitur. Gratia ex offenſiõe, pceſsit, potentia ex infirmitate, vita de morte, Sũt tamẽ qui ecõtrario putãt fundari nõ potuiſſe cõiugiũ niſi occiſo leone de tribu Iudę: & ideo in corpore ei9, hoc eſt, eccleſia apes repertas quę cõdũt mella ſapiẽtiæ, quia poſt domini paſsionẽ magis apoſtoli crediderũt. Nũc igitur leonẽ Sãpſon quaſi ſu deus occiderit, & in eo mel in figura redimẽde heredi tatis inuenẽrit, vt reliquiæ ſaluæ fierẽt ſecũdũ electionẽ gratiæ. Et decidit, inquit, ſup eũ ſpiritus domini, & deſcendit in Aſcalonẽ & percuſsit inde triginta viros. Neq; enĩ potuerat victoriã nõ tenere qui ſacramẽta cernebat. Accipiãt itaq; in ſtolis pręmiũ ſapiẽtiæ, cõuerſationis inſigne, qui abluũt & renũciãt quęſtionẽ. Rurſus hic alia oboriũtur myſteria, qđ vxor eius aufertur, ideo vulpes incẽdũt manipulos alienigenarũ. Eos enĩ qui aduerſus diuina ſacramẽta contẽdãt, decipere ſua Canti.2. cõſueuit aſtutia. Vude iterũ cũ dicit in Canticis cãtico rũ: Prẽdite nobis vulpes puſillas exterminãtes vineas, vt vineæ noſtræ floreãt: bene puſillas vulpes dixit, quia maiores vineas exterminare nõ poterãt, licet fortibus & diabolus ſit puſillus. Ergo ille (vt cõpendiũ faciam9 hiſtorię, ſuo enim tẽpori totius lectionis digeſtio referuanda eſt) inuictus, quãdiu habuit gratiã ſpiritalẽ, ſicut dei populus ille electus a domino, ille Nazareus in lege. Inunctus ergo Sãpſon atq; ita inſuperabilis, vt in maxilla aſinæ viros mille percuteret: ita plenus gratiæ cęleſtis, vt etiã aquam in maxilla aſini ſitiẽs reperiret, ſiue hoc ad miraculũ conferas, ſiue ad myſterium vertas E quod in populi foret humilitate gentilis & requies & triũphus iuxta quod ſcriptũ eſt: Qui te percuſserit in maxillã, præbe ei & alterã. Per hanc enim iniuriarũ patientiã quã eruduint ſacramẽta baptiſmatis, de quibus dam ſtimulis iracũdiæ triũphamus, vt morte obita reſurrectionis requiẽ conſequamur. Ille ne ergo Sãpſon qui fines intextos neruis, qui nouas reſtes ſicut mollia fila diſſoluit? ille ne Sãpſon qui crinium ſuorũ palo cõiuncta defixo vincla nõ ſenſit quãdiu habuit gratiam ſpiritalẽ. Is inquã poſtea q̃ ſpiritus dei diſceſsit ab eo, ſõge mutatus ab illo Sãpſon qui redit Allophylorum indutus exuuias, in mulieris genib9 virtutis palpatuq; captus ſacro crine tondetur. Tantum ne ergo momẽti crines habuere capitis, vt manẽtibus his virtus inuicta duraret, tonſo autẽ capite fortitudo omnis viri ſubito ſolueretur, Non ita eſt vt tantã vim corporalium F capillorum putemus. Sunt quidam crines religionis & fidei, crines Nazarei in lege præfecti, in parſimonia & abſtinentia conſecrati, quibus illa in typo eccleſiæ quę domini pedes oleo perfuderat, verbi cæleſtis veſtigia detergebat. Tunc enim & ſecundum carnẽ noueram9 Chriſtum: illi videlicet crines de quibus dicitur: Capil latura tua vt greges caprarũ. ex illo capite pullulantes Canti.4. de quo dictum eſt: Caput autẽ viri Chriſtus. Et alibi: caput eius aurum cephas, & crines eius abietes nigræ. Canti.5. Et bonæ abietes, naues Tharſis, quæ fluctibus ſupernatant mundi, & tutum remigium ſalutis exhibeãt. Vnde & in Euãgelio dominus noſter viſibiles capitis & intelligibiles capillos quoſdam eſſe ſignificãs, ait: Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt, ſpiritaliũ vide licet ſignificans facta virtutum. Neq; enim de capillis noſtris cura eſt deo. Quanquã & illud non abſurdũ ſit æſtimare, quia ꝓ maieſtate diuina eum latere nihil poſſit. Sed quid mihi prodeſt ſi deus ipſe oẽs meos nouit capillos? illud mihi redundat & proficit, ſi bonorum operum peruigil teſtis, remunerationem gloriæ donet æternæ. Deniq; & ipſe Sãpſon non corporales ſed intelligibiles hos capillos eſſe declarãs, ait: Si tonſus fuero, diſcedet a me virtus mea. Hoc de myſterio.

CAPITA SECVNDI LIBRI DE SPIRITV SANCTO.

Quia dominus ſpiritus,quia virtus ſpiritus,ſicut pater virtus,& filius virtus. Caput I.
Quia vnum conſilium eſt patris & filij & ſpiritus ſancti. Caput II.
Quia ſicut vita eſt cognoſcere patrem & filium, ita vita eſt cognoſcere ſpiritum dei. Caput III.
Quia ſicut pater viuificat,ita filius , ita & ſpiritus ſanctus. Caput IIII.
Quia ſicut pater creator eſt omnium,ita & filius,ita & ſpiritus ſanctus. Caput V.
Quia ſicut patri & filio,ita etiam ſpiritui ſancto ſeruiendum eſt. Caput VI.
De eo quod ſcriptum eſt:Ecce ego firmãs tonitrua,& creans ſpiritum. Caput VII.
Creat pater dominicę incarnatiõis ſacramentũ, creat & ſpũs,creat & filius. Caput VIII.
Quia ſicut pater &filius,ita & ſpiritus ſanctus regenerat. Caput IX.
Qui eadem verba quibus ſpiritum inferiorem videri volũt,præeminentiã oſtẽdũt patris & filij. Cap.X.
Quia vna voluntas,vna vocatio patris & filij & ſpiritus ſancti. Caput XI.
Quia ſicut pater nouit filiũ,& filius patrem, ſic ſpiritꝰ patrem & filium.Et ſicut præter reuelat nobis quæ ſua ſunt, ſic & filius , ſic & ſpiritus ſanctus reuelat nobis. Caput XII.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANEN.

DE SPIRITV SANCTO AD GRAtianum Auguſtum Liber II.

¶Quia dominus ſpiritus,quia virtꝰ ſpiritus, ſicut pater virtus, & filius virtus. Caput I.

Iudicũ. 13 Iudic.14.

NVNC lectionis ſeriẽ cõſidere mus.Supra habes quiabenedixit eũ dominus,& cœpit ſpũs comitari cũ eo.Infra ait:Et direxit ſup eũ ſpũs domini. Itẽ ait:Si tonſus fuero, diſcedet à me virtus mea. Poſtea q̃ tõſus eſt,vide ſcripturã,quid dicat: Dominꝰ,ſquit,diſceſsit ab eo. Vides ergo quia ille qui comitatur, ipſe diſceſsit.Idem eſt ergo dominꝰ,qui ſpũs domini,hoc eſt, ipſũ ſpiritũ dei, dominũ nuncupauit,ſicut & apoſtolꝰ ait:Dominꝰ aũt ſpũs eſt,vbi autẽ ſpũs domini,ibi libertas.Habes ergo dominũ dictũ etiã ſpiritũ ſãctũ.Nõ enĩ vnꝰ ſed vnũ ſunt ſpiritꝰ ſanctꝰ & filiꝰ. Hoc quoq; loco virtutẽ dixit,& ſpiritum ſignificauit.Sicut enĩ pater virtus,ita &
1.Cor.1. filius virtus,& ſpiritus ſanctꝰ eſt virtus.De filio legiſti Chriſtum dei virtutẽ eſſe atq; ſapiẽtiã. Legimus etiam
Mat.26. quia virtus eſt pater,ſicut ſcriptum eſt : Videbitis filiũ hominis ad dexterã virtutis . Hic vtiq; virtutẽ patrem
Pſal. 109. dixit,cuius ad dexteram filius ſedet,ſicut habes:Dixit dominus domino meo,ſede ad dexteram meã. Virtu-
Actu.1. tẽ etiã ſpiritum ſanctum ipſe dominus nuncupauit dicens:Accipietis virtutẽ aduenientẽ in vos ſpiritus ſancti.Ipſe enim ſpiritus virtus eſt.

¶Quia vnum conſilium eſt patris & filij & ſpiritus ſancti. CAPVT. II.

DIVIA legiſti,Spiritus conſilij atq; fortitudinis:& ſicut filius magni conſilij angelꝰ,ita etiam ſpiritus cõſilij eſt,vt vnum ſcias patris & filij & ſpiritus ſancti eſſe cõſiliũ.Cõſilium nõ de rebus incertis aliquibꝰ,ſed pręcognitis & ſtatutis.Arbitrum autẽ diuini cõſilij, ſpiritum etiã inde cognoſce.Nã cum ſupra docuerimus arbitrum baptiſmatis eſſe ſpiritum ſanctum,baptiſmum autẽ dei eſſe cõſilium legerimꝰ,ſicut habes: Phariſæi autẽ cõſiliũ dei,ſpreuerunt,nõ baptizati ab eo:liquido claret quod ſine ſpiritu baptiſma eſſe nõ poſsit,ſine ſpiritu quoque nõ eſſe cõſilium dei. Et vt ſciamꝰ pleniꝰ virtutem eſſe ſpiritum,ſcire debemus ipſum eſſe promiſsum,quãdo dixit dominꝰ: Effundã de ſpiritu meo ſuper omnẽ car Iohel.2.
nẽ.Ille enim qui promiſsus eſt nobis,ipſe eſt virtus:ſicut etiã in euãgelio idẽ dei filius declarauit dicens : Et ego mittã promiſsa patris mei in vos , vos autẽ ſedete í Lucę.24
ciuitate quoadusq; impleamini virtute ex alto . Eousq; autem virtutẽ eſſe ſpiritum ſanctum euangeliſta ſigni ficat,vt & eum vi magna etiã ſanctus Lucas deſcẽdiſſe memoraret,dicens . Et factus eſt ſubito de cælo ſonus Actu.2.
tanq̃ vi magna ſpiritus ferretur.Sed ne rurſus putes ad ſenſibilia & corporalia hoc eſſe vertendum , accipe quia ſic deſcẽdit & ſpiritus quẽadmodum deſcenſurꝰ eſt Chriſtus.Nam & ipſe cum virtute deſcendet , ſicut habes:Et videbunt filium hominis venientem in nubi- Mat.24.
bus cæli in virtute maxima & maieſtate.Quomodo enim nõ eſt vna virtus atque eadem poteſtas,cum vnum opus,vnum iudicium, vnum tẽplum , vna viuificatio, vna ſanctificatio,vnum etiã regnum ſit patris & filij & L
ſpiritus ſancti?

¶Quia ſicut vita eſt cognoſcere patrẽ & filium,ita vita eſt cognoſcere ſpiritum dei. CAPVT III.

DICANTenim in quo diſſimilitudinẽ diuini operis arbitrentur, quã doquidẽ ſicut vita eſt cognoſcere patrẽ & filium, quẽadmodum ipſe dominus declarauit dicens : Hæc eſt autem vita æterna , vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quẽ miſiſti ieſum Chriſtum: ita etiã vita eſt cognoſcere ſpiritum ſanctum.Dicit enim dominus : Si diligitis me,mãdata mea ſeruate,& ego rogabo patrẽ, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum,ſpiritum veritatis, quem mundus nõ poteſt accipere,quia nõ videt eum, nec cognoſcit eum : vos autẽ ſcitis eum,quia apud vos manet , & in vobis eſt . Ergo mundꝰ nõ habebat vitã æternã, quia nõ acceperat ſpiritum.Vbi autẽ ſpiritus,ibi vita æterna . Ipſe eſt enim ſpiritus vitæ operator æternę. Vnde miror cur de ſolo M
& vero deo Arriani moueant quæſtionem.Sicut enim vita ęterna eſt cognoſcere ieſum Chriſtum , ita vita ęterna eſt cognoſcere ſpiritum ſanctum: quem ſic nõ videt mundus,quẽadmodum patrem:ſic non ſcit,quẽad modum filium.Qui autẽ de hoc mundo nõ eſt , habet vitã ęternã,& cum ipſo manet ſpiritus in ęternum, qui eſt lumen vitæ æternæ.Ergo ſi hoc confert cognitio ſoli veri dei,quod confert filij ſpiritusq; cognitio, cur filium & ſpiritum à veri dei honore ſecernis , cum à magnitudine beneficij nõ ſecernas ? Aut enim credas neceſse eſt ſolius verę diuinitatis eſſe hoc maximum munus: & ſolã & veram diuinitatem,ſicut patris , ita & filij & ſpiritus confitebere,aut ſi deus ex æquo vitam poteſt æternam conferre,qui verus deus non ſit : incides vt patri magis derogare,videaris,cuius opus nõ poteſt ſolius verę diuinitatis eſſe præcipuum,ſed creaturę operibus conferendum.

¶Quia ſicut pater viuificat,ita filius, ita & ſpiritus ſanctus. CAPVT IIII.

A VID autem mirũ ſi ſpiritus operator eſt vitæ, qui viuificat ſicut pater, viuificat ſicut filius?
Pſal.118. Viuificare autẽ quis abnuat eſſe maieſtatis æternæ?Scriptum eſt enĩ:Viuifica ſeruum tuũ. Viuificatur ergo qui ſeruus eſt , hoc eſt hõ,qui vitã ante non habuit,ſed vt haberet accepit. Videamus igitur
2. Cor.3. vtrũ viuificetur ſpũs,an ipſe viuificet . Sed ſcriptũ eſt: Litera occidit,ſpũs aũt viuificat . Ergo viuificat ſpũs. Sed vt itelligas patris & filij & ſpiritus ſancti viuificationẽ nõ eſſe diuiſã,accipe quia viuificatiõis quoq; vnitas ſit,quãdo ipſe p ſpiritũ viuificat deꝰ. Dixit enĩ Pau
Roma. 8. lus:Qui ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis , viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritũ eius in vobis.

¶Quia ſicut pater creator eſt omnium,ita & filius,ita & ſpiritus ſanctus. CAPVT V.

QVIS vero dubitare poteſt quia viuificet omnia ſpiritꝰ ſanctus?quãdo & ipſe, ſicut pater & filiꝰ,creator eſt omnium:nec quicq̃ niſi cũ ſpiritu ſancto deus oĩpotens pater intelligatur operatus.Quandoquidem & in principio creaturæ ſpiritus ſuperferebatur ſuper aquam . Itaque cum ſuperfertur ſpiritus , nulla erat gratia creaturæ. Poſtea vero q̃ operationem ſpiritus etiã creatura mundi iſtius ſuſcepit , omnem hanc gratiæ meruit venuſtatem qua mundus illuxit. Denicq; ſine ſpiritu ſancto vniuerſitatis gratiã manere non poſſe propheta declarauit dicens:Auferes ſpiritum eorum , & deficient, & in
Pſal.103. pulueres ſuum conuertentur.Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur,& innouabis omnẽ faciem terræ. Non ſolum igitur ſine ſpiritu docuit omnẽ creaturã ſtare non
B poſſe,ſed etiã creatorẽ totius eſſe ſpiritum creaturæ. Et quis neget opus eſſe ſpiritus ſancti quod creata eſt terra, cuius opus eſt quod nouatur?Nam ſi negare cupiant q̃d per ſpiritum ſit creata,cum per ſpiritum nouandam negare non poſsint, meliorem ergo operationem ſpiritus ſancti q̃ patris & filij qui cupiũt ſeparare defendent,quod abhorret à vero . Neq; enim dubium eſt quod nouata terra melior q̃ creata ſit , aut ſi primo ſine operatiõe ſpiritꝰ ſancti terram pater fecit & filiꝰ, poſtea vero ſpiritus ſancti operatio copulabitur, vide bitur id quod factum eſt,eius q̃d acceſsit eguiſſe præſidio.Sed abſit vt hoc quiſquã æſtimet,vt operatio diuina varietatem creatoris quam Manicheus inducit habere credatur.An vero ſine opẽre ſpũs ſancti ſubſtantiam putamus eſſe terrarũ,ſine cuius opere nec cæli cõ
Pſal.32. uexa ſubſiſtunt?Scriptũ eſt enĩ: Verbo domini cęli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Aduerte quid dicat.Omnẽ inquit virtutem cælorum ad ſpiritum eſſe referẽdã.Qui enim ſuperferebatur antequã
C terra fieret,quomõ cum terra fieret non ferebatur? Gẽtiles homines per vmbrã quãdam noſtros ſecuti , quia
Virgil.li. veritatem ſpiritus haurire non poterant , quod cælum
6. eneid. ac terras lunæ quoq; ſtellarumq; micantiũ globos ſpiritus intus alat,ſuis verſibus indiderunt . Ergo illi per ſpiritum non negant virtutẽ ſubſiſtere creaturæ : nos qui legimus,denegamus?Sed flatilẽ putatis ab illis ſpiritum deſignatũ.Sed illi autorẽ oĩm flatilem ſpiritum declararũt,nos dubitamus ſpiritũ dei eſſe omniũ creatorem?Sed quid alienis immoror?Accipiant documẽtum euidens,nihil poſſe eſſe quod ſpiritus negetur operatus,nec de angelis,nec de archãgelis,nec de thronis,nec de dominationibus poſſe dubitari q̃d eius operatione ſubſiſtant:quandoquidem ipſe ſecundum carnem dominus cui angeli ſeruiebant , ſpiritu in virgine ſuperueniente generatus ſit : ſicut & ſecundum Matthæum ad Ioſeph angelus dixit:Ioſeph fili Dauid noli
Matth.1. timere accipere Mariam coniugem tuã, q̃d enim ex ea naſcetur,de ſpiritu ſancto eſt.Et ſecũdũ Lucã dixit ad Mariam:Spiritus ſanctus veniet in te.Opus ergo ſpiri- Lucæ.1.
tus,virginis partus eſt.Opus ſpiritus,fructus eſt vẽtris. D
ſecundum quod ſcriptum eſt : Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus ventris tui.Opus ſpũs , flos radicis eſt.Ille inquã flos:de quo bene eſt ꝓphetatum: Exiet virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcẽ- Eſaiæ.11.
det.Radix Ieſſe patriarchæ familia Iudeorũ:virga Maria,flos Mariæ Chriſtus,qui bonum odorem fidei toto ſparſurꝰ orbe virginali exʼvtero germinauit,ſicut ipſe dixit:Ego flos campi,& lilium cõuallium. Flos odorẽ Canti.2.
ſuum ſuccisius reſeruat,& cõtritus accumulat: nec anulſus amittit.Ita dominꝰ Ieſus in illo patibulo crucis nec contritus emarcuit,nec anulſus euanuit,ſed illa lanceę punctione ſucciſus,ſacro ſpecioſior fuſi coloris cruore vernauit,mori ipſe neſcius , & mortuis æternæ vitæ munus exhalans . In hoc igitur ſpiritusſanctus virgæ regalis flore requieuit.Bona virga, vt quidam putant, & caro domini, quæ de radice terrena ad ſupna ſe ſub rigẽs,odoriferos ſacræ fructus religiõis circũtulit mũdo,myſteria diuinæ reuelationis,& gratiam cęleſtibus altaribus ſupereffundens.Dubitare ergo nõ poſsumus ſpiritũ creatorẽ,quẽ dominicæ cognoſcimꝰ incarnatiõis autorẽ.Quis enĩ dubitet, cũ in principio euãgelij habeas quia Chriſti generatio ſic erat : Cũ deſponſata Matth.1.
eſſet Maria Ioſeph:antequã conuenirent,inuẽta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto.Nam licet plerique habeant,de ſpiritu,Græcus tamẽ vnde trãſtulerũt latini, ἐκ πνεύματος ἁγίου dixit,hoc eſt,ex ſpũſancto.Quod ergo ex aliquo eſt,aut ex ſubſtãtia eſt,aut ex poteſtate E
eius.Ex ſubſtantia,ſicut filius,qui ait: Ex ore altiſſimi Eccle.24
ꝓdiui:ſicut ſpũs qui à patre ꝓcedit, de quo dicit filius: Ioan.16.
Ille me clarificabit,quia de meo accipiet.Ex poteſtate autem,ſicut illud eſt: Vnus deus pater , ex quo omnia. 1.Cor.8.
Quomodo ergo in vtero habuit Maria ex ſpirituſancto?Si quaſi ex ſubſtãtia : ergo ſpiritus in carnẽ & oſſa conuerſus eſt?Nõ vtiq;.si quaſi ex operatione & poteſtate eius virgo concepit , quis neget ſpiritũ creatorẽ? Quid quod etiã iob creatorẽ ſuũ euidenter oſtendit, dicens:ſpiritus diuinus, qui fecit me ? Et diuinum vtiq; & creatorem vno verſiculo demonſtrauit.

¶Quia ſicut patri & filio, ita etiam ſpiritui ſancto ſeruiendum eſt. CAPVT VI.

SI igitur creator eſt ſpiritꝰ , nõ ẽ vtiq; creatura. Creaturã enim apoſtolꝰ creatoremq; diu iſit,dicẽs:ſeruierunt creaturæ potius q̃ creatori.ſimul creatori admonet ſeruien Roma.1.
dum,damnando eos qui ſeruiunt creaturæ,cũ creatori ſeruitiũ debeamus.Et quoniam creatorem ſpiritũ nouerat,docet eidẽm ſeruiendum, dicens: Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionẽ. Nos enim Philip.3.
ſumus circunciſio, qui ſpiritui deo ſeruimus . Quod ſi quis de latinorũ codicũ varietate contendit,quorũ aliquos perfidi falſauerunt, Græcos inſpiciat codices, & aduertet quia ſcriptum eſt, οἱ πνεύματι θεῷ λατρεύοντες quod interpretatur, qui ſpiritu deo ſeruimus . Ergo ſi ſeruiendum dicat ſpiritui idem apoſtolus qui nõ creaturæ ſed creatori aſſerit ſeruiendũ:euidenter vtiq; ipſe ſanctũ oſtendit ſpiritũ creatorem,& in ęternę diuinitatis honore venerãdũ,quia ſcriptũ eſt: Dominũ deũ tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies. Mat.4.

¶Dẽ eo quod ſcriptum eſt:Ecce ego firmans tonitrua & creans ſpiritum. CAPVT VII.

NEc præterit hęreticos obiectare conſueſſe,ideo videri creatum ſpiritum ſanctum , quia plerique eorũ ad argumenta aſtruenda ſuę impietatis aſſciſcunt illud quod Amos de flatu ventorũ locutus eſt.vt ipſe propheticus ſermo declarat.sic enĩ ha

G bes:Ecce ego firmãs tonitrua, & creãs ſpiritũ,& nunciãs in hoies Chriſtũ ſuũ,faciẽs lucẽ & nebulã, & aſcẽdẽs ſup excelſa,domin⁹ de⁹ oſpotẽs nomẽ eſt ei.Si hic faciũt quæſtionẽ de eo qđ ſcriptũ eſt: Ecce ego firmãs tonitruũ,& creãs ſpiritũ,qđ creatũ ſpiritũ dixit : quia creatur ſpũs,Heſdras nos docuit,dicẽs in tertio libro: Et in die ſecũdo iterũ creaſti ſpũm firmamẽti. Tamen vt ꝓpoſitis inhæreamus, his videlicet quę Amos dixit nõne euidẽter dictorũ teſtificatur ſeries de iſtius creatura mũdi locutũ ꝓphetã?Deniq; ita cœpit: Ego dominus firmãs tonitruũ,& creãs ſpũm. Ipſe ordo nos doceat.Nã ſi de ſpiritu ſancto dicere voluiſſet, nõ de tuo vtiq; præmiſiſſet.Neq; enĩ ãtiquiora tonitrua ſũt, q̃ ſpũſsctus.Quãuis impij ſint,tamen id nõ audeãt dicere.Deinde cũ ſubiectũ videamus eſse de luce & nebula,nõne manifeſtũ eſtqđ de creatura mũdi dictũ intelligẽdũ ſit?Cũ enĩ ſint aliquæ tẽpeſtates iſtius mũdi,prę cedere tonitrua,ſequi vẽtorũ flatus, cælum nebulis caligari,lucẽ fundi ex tenebris,ipſo vſu quotidiano exẽploq; cognoſcimus.Nam etiam flatus ventorum ſpiritus dicitur,ſicut ſcriptum eſt:Ignis & ſulphur & ſpiritus procellæ. Et vt ſcires quia hunc ſpiritum dixit, ait: Pſal.10.
H Firmans tonitrua, & creãs ſpiritũ: quia frequẽter creãtur iſta cũ fiunt.Spiritus autẽ ſanctus æternus eſt,quem ſi quis audet dicere creatum,non poteſt tamen dicere quod quotidie creatur,ſicut flabra vẽtorũ. Deniq; ipſa ſapientia ſecundum ſuſcepti locuta corporis ſacramẽtum,ait:Domin⁹ creauit me.Quãuis ventura prophetaret,tamen quia prędeſtinatus erat domini ſaluatoris aduentus,non dixit creat me,ſed creauit me,ne frequẽter ſed ſæmel crederent ex virgine Maria Ieſu corpus eſse generandum.Ex hoc igitur quod velut quotidianam operationẽ dei in tonitrui firmamento, & in ſpũs creatiõe propheta declarauit, itelligere nefas eſt vt de ſpiritu ſancto tale aliquid æſtimem⁹,quẽ ipſi impij ante ſecula eſse negare nõ poſsũt : vnde & ſemp eũ eſse, & ſemp manere,pia aſsertiõe teſtamur. Neq; enim qui ante mundum ſuperferebatur ſuper aquas, poteſt videri creari poſſe poſt mũdum:aut multos ſpirituſsanctos æſtimari fas eſt,qui veluti quotidiana generatione generentur.Abſit vt ſe quiſquã tali impietate cõtaminet, vt dicat frequenter creari, aut vnquã creari ſpiritum ſanctum.Cur enim frequẽter creari videatur, nõ intelligo,niſi forte & mori eum credãt frequẽter,& frequẽter recreari.Sed quẽadmodum mori poteſt ſpiritus vi
I tæ?Ergo ſi mori nõ poteſt, cauſam non habet cur ſæpius ſit creandus, Aut qui aliter putant, in illud ſacrilegium incidunt,vt nõ diſtinguant ſpiritumſanctum,qui prolatiuũ verbũ putant in patrem redire prolatiuum ſpiritum in deum refundi?, vt vnius refuſio ſit & quędam viciſſitudo in varias formas ſeſe permutantis, cũ patris & filij & ſpirituſsancti manens ſemper immutabilisq; diſtinctio vnitatem ſuæ teneat poteſtatis.Si quis tamen propheticum dictum ideo deriuandum putat ad interpretationem ſpirituſsancti,quia habet,Annuncians in homines Chriſtum ſuum : is ad incarnationis dominicæ myſteria dictum dixit,& ideo hoc non putas deriuandum ad myſteria aſsũptionis humanæ:proſequere ſcripturas , & inuenies optime congruere de Chriſto,de quo bene conuenit eſtimari quia firmauit tonitrua aduẽtu ſuo,vim videlicet & ſonum cæleſtiũ ſcripturarum,quarum velut quodam tonitruo mentes noſtræ redduntur attonitæ vt timere diſcamus, & reuerentiam cęleſtibus deferamus oraculis.Deniq; in euangelio fratres domini,filij tonitrui dicebantur . Et cum vox patris facta eſset dicentis ad filium:Et honorifica-
Marci.3. ui,& iterum honorificabo:Iudęi dicebãt . Tonitruum factum eſt illi.Nam licet gratiam veritatis haurire nõ
Ioãnis.12 poſsent,tamẽ confitebantur inuiti, & ignari myſteriũ loquebantur, eo quod magnũ patris de filio teſtimonium reſultabat. In Iob quoque libro ſcriptura dicit: K
Firmamentũ quoque tonitrui ſui quis ſcit quando fiet? Iob.26.
Vtiq; ſi ad hæc cõmotionũ cæleſtium tonitrua pertinerent,non futura,eorũ firmamẽta, ſed facta dixiſſet. Ergo tonitrua ad ſermones domini retulit,quorũ in omnẽ terrã exiuit ſonus.Spiritũ autẽ hoc loco animã quã ſuſcepit rationabilẽ atque perfectã intelligimus, quia Pſal.18.
ſcriptura frequẽter & animã hominis ſpiritus vocabulo deſignauit,ſicut habes : Qui creauit ſpiritũ hominis in ipſo. Vnde & dominus animã ſuã ſpiritus appellatione ſignificans,ait:In manus tuas cõmendo ſpiritum meũ. Et vt ſcires quia reſu domini deſcenſionẽ memorauit,addidit quod nunciaret in homines Chriſtũ ſuũ. Annunciauit enim in baptiſmate, dicens: Hic eſt filius meus dilectus,in quo bene complacui. Annunciauit in monte,dicens)Hic eſt filius meus dilectus,ipſum audite.Annũciauit in paſsiõe, cũ ſol receſsit, maria terręq; tremuerunt· Annunciauit in centurione : qui ait: Vere dei filius erat iſte. Totum igitur hunc locũ aut ad ſimplicem intellectũ iſtius flatus qui viuẽdo hauritur, aut ad myſteriũ dominici corporis referre debemus . Nã L
ſi hic creatum dixiſſet ſpiritũ ſanctũ, vtiq; & alibi idẽ ſcriptura declarare potuiſset,ſicut de filio dei frequẽter legimus quia ſecũdũ carnẽ & factus eſt, & creatus. Cuius tamẽ maieſtatem in eo ipſo qđ carnem pro nobis ſuſcepit,cõſiderare nos cõuenit, vt diuinã potẽtiã in ipſa corporis aſsumptione videamus.

¶Creat pater dominicæ incarnationis ſacramentum, creat & ſpiritus,creat & filius. CAPVT VIII.

ETENIN ſicut legimus quia creauit pater dominicæ incarnatiõis ſacramẽtũ,creauit & ſpirit⁹:ita etiam legimus quod & ſuum corpus Chriſt⁹ creauit.Creauit enĩ pater, ſecundum quod ſcriptum eſt:Dominus creauit me.Et alibi:Miſit deus filium ſuũ factũ ex muliere, factũ ſub Gala.4
lege.Creauit & ſpiritus,& illud omne myſteriũ,ſecũdum quod legimus quia inuenta eſt Maria in vtero habens de ſpiritu ſancto.Habes quia creauit pater,creauit Mat.1
& ſpiritus ſanctus.Accipe qui creauit & filius dei, dicente Salomone:Sapientia fecit ſibi domũ. Ergo ſpiri Prouer.9
tus ſanctus qui creauit dominicæ incarnationis ſacramentum,quod ſuper omnes eſt creaturas,quomodo eſ M
ſe poterat creatura?De generalitate autem ſupra oſtẽdimus quia ſecũdum carnem creator eſt noſter ſpirit⁹ ſanctus in homine exteriorẽ. Nunc oſtendamus quia creator eſt noſter etiã ſecũdũ gratiæ ſacramentum. Et ſicut creat pater,ita creat & filius,ita creat & ſpirit⁹ ſãctus,ſicut legimus dicẽte Paulo : Dei enim donum eſt Ephe.2.
non ex operibus,ne quis glorietur . ipſius enim ſumus factura,creati in Chriſto in operibus bonis.

¶Quia ſicut pater & filius,ita & ſpiritus ſanctus regenerat. CAPVT IX.

ERGO creat pater in operibus bonis,creat & filiⁱ⁹,quia ſcriptũ eſt:Quotquot autẽ eũ receperũt,dedit eis poteſtatem filios dei fieri iis qui Ioan.1.
credũt in noĩe eius,qui nõ ex ſanguinib⁹,nęq; ex voluntate carnis,neq; ex volũtate viri, ſed ex deo nati ſunt,Similiter ex ſpiritu ſecundũ gratiã nos renaſci dominus ipſe teſtatur,dicẽs : Qđ natũ eſt ex carne, caro eſt,quia de carne natũ eſt.Et quod natũ eſt de ſpiritu,ſpũs eſt,quia deus ſpũs eſt. Nolite mirari quia dixi,oportet vos naſci denuo.Spiritus vbi vult ſpirat, & vocẽ eⁱ⁹ audis,ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat, ſic eſt oĩs qui natus eſt de ſpiritu. Claret igitur ſpiritalis quoq; generatiõ is autorẽ eſse ſpũm ſanctũ,qua ſecũ

A dũ deũ creamur, vt filij dei ſimus.Ergo cum ille nos í regnũ ſuũ ꝑ adoptionẽ ſacrę regeneratiõis aſsũpſerit, nos ei qđ ſuũ eſt denegam⁹?Ille nos ſupernæ regenerationis fecit hæredes,nos hæreditatẽ vẽdicamus, refutamus autorẽ?Sed nõ poteſt manere beneficiũ,cum autor excluditur.Nec autor ſine munere,nec munus ſine autore.Mun⁹ ſi vẽdicas gratiæ,crede potẽtiã.Si refutas potẽtiã,gratiã ne requiras . Qui Chriſtũ negauit, ſtatim amiſit & nomẽ.Nã ſi autor vilis, quomõ dona prę cioſa?Cur noſtris ipſi munerib⁹ inuidem⁹ , ſpẽ imminuimus,dignitatẽ repudiam⁹,cõſolatorẽ negam⁹?Sed illũ negare nõ poſsum⁹.Sed abſit vt negemus qđ maximũ eſt, cũ apoſtolus dicat:Vos autẽ fratres ſecundum Iſaac ꝓmiſsiõis filij eſtis:ſed ſicut tũc qui ſecundũ carnẽ natus eſt,ꝑſequebatur eũ qui ſecũdũ ſpũm . iterum vtiq; ſubauditur de ſuperiorib⁹ , qui ſecũdũ ſpiritũ natus eſt.Qui ergo ſecũdũ ſpiritũ naſcitur , ſecũdũ deũ naſcitur.Renaſcimur autẽ quãdo in interiore renouamur affectu,& exterioris hoĩs vetuſtatẽ deponim⁹.Et Ephe.4.
ideo ait iterũ apoſtol⁹: Renouamini ſpiritu mentis veſtręq; & induite nouum hominẽ qui ſecũdum deũ creatus eſt in veritate & iuſtitia & ſanctitate . Audiãt quẽadmodum vnitatẽ diuinæ operationis ſcriptura ſigna-
B uerit.Qui renouatur ſpiritu mentis , induit nouum hominẽ qui ſecundũ deum creatus eſt. Sancti igitur ſpiritus opus eſt regeneratio iſta pręſtantior: & noui huius hominis qui creat⁹ eſt ad imaginẽ dei, autor eſt ſpũs. Quẽ vtiq; meliorẽ hoc exteriore eſse noſtro homine
1.Cor.15. nemo dubitauerit.Si quidẽ cæleſtem alterũ,terrenum alterũ apoſtolus ſignificauit , dicens : Qualis cæleſtis, tales & cęleſtes.Ergo cũ cęleſtẽ faciat gratia ſpiritalis, quid terrenũ creare poſsit, etia ſenſu debem⁹ aduerIob.27. re licẽ? credamus exẽplis.Dicit enĩ alibi ſanctus Iob: Viuit domin⁹ qui ſic me iudicat,& oſpotẽs qui ad amaritudinem perduxit animã meã , ſpiritus autẽ diuinus qui eſt in naribus meis . Nõ vtiq; ſpiritũ hic auram vitalem hanc & ſpiramentũ corporeũ deſignauit,ſed nares hic interioris ſui hominis ſignificat,quib⁹ vitę odorem carpebat æternæ,& gratiã cæleſtis vnguenti gemiCanti.7. nis quibuſdam ſenſibus hauriebat. Sunt enim nares ſpirGene.8. itales,vt legim⁹,quas habet ſponſa verbi, cui dicitur: Et odor naris tuæ.Et alibi:Odoratus eſt dominus deus odorem ſuauitatis.Sunt enim quædam interioris mẽbra hominis,cuius manus in actu, aures in auditu , pedes in proceſsu quodam boni operis eſtimantur . Itaq; ex officijs veluti quaſdam colligimus mẽbrorum figC ras.Neq; enim in interiore homine ſecundum carnalia aliquid nos conuenit opinari.

¶Quia eadẽ verba quib⁹ ſpũm iferiorẽ videri volũt, pręeminẽtiam oſtendunt patris & filij. CAP. X.

ET ſunt quidam qni corporaliter deum putant eſse formandum,cum legunt aut manum eius,aut digitum.Nec aduertũt quod hæc nõ propter formã ſcripta ſint corporis,quia in diuinitate nec mẽbra nec partes ſunt,ſed ꝑ pter vnitatem dininitatis expreſsam,vt credamus quia impoſsibile eſt à patre deo vel filium vel ſpiritum ſanPſal.117. ctum ſeperari,cum plenitudo dininitatis velut corporaliter habitet in ſubſtantia trinitatis. ideo igitur & filius,patris dextera nũcupatur,ſicut lectum eſt : Dextera domini fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me. Sed quid mirũ ſi de verbis amẽtes hoĩes faciũt quæſtionem,cũ faciãt & de ſyllabis ? Sunt enim qui hinc putẽt faciendam eſse diſtantiam,quo dicant in ſpiritu deũ, non cum ſpiritu prædicãdum:& ex vna ſyllaba vel vſu quodam diuinitatis eſtimandum putent eſse momentum,argumentãtes,quod ſi in ſpiritu deum prędicandum putent,miſterium ſancti ſpiritus ſignare videantur.Si vero cũ ſpiritu dicant dei vel virtutem eſse vel D
gloriam,ſocietatem quãdam & cõmunionem patris & filij & ſpirituſsancti deſignare videãtur. Sed quis ſeparet quod non poteſt ſeparari? Quis diuidat ſocietatem quam indiuiduam Chriſtus oſtendit?ite,inquit,bapti- Mat.28.
zate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpirituſsancti.Nunquid hic circa patrẽ vel filium vel ſpirituſsanctum aut verbum mutauit,aut ſyllabam?Nõ vtique. ſed in nomine,inquit,patris & filij & ſpirituſsancti,idẽ de ſpiritu quod de patre & de ſe ſonat. Vnde nullũ ſpirituſsancti miniſteriũ,ſed conſortium magis honoris aut operis,cum in ſpiritu dicatur,æſtimatur. Cõſidera & hic quia ad patrem & filium hoc opinionis veſtræ præiudicium deriuatur,quia hic non dixit,cũ patris & filij & ſpirituſsãcti nomine,ſed in nomine : & tamẽ nõ miniſteriũ aliquod trinitatis hac ſyllaba exprimitur, ſed poteſtas,Deniq; vt ſcias quia fidei non præiudicat ſyllaba,ſed conuincat fides ſyllabam,& Paulus loquitur in Chriſto.Nec ideo minor Chriſtus eſt,quia Pau-
lus locutus in Chriſto eſt , ſicut habes : Coram deo in 2.Cor.2.
Chriſto loquimur.Quẽadmodũ igitur Apoſtolus dicit quia in Chriſto loquimur,ita illud eſt , quia loqui-
mur ſpiritu:ſicut ipſe Apoſtolus dixit:Quia nemo di- 1.Cor.12.
cit dominũ ieſum niſi in ſpirituſancto . Non ſubiectio itaq; hoc loco ſpirituſsancti,ſed gratiæ copula deſignatur.Et vt ſcias diſcretionẽ nõ eſse de ſyllaba,alibi quo
cą ait:Et hæc quidẽ fuiſtis,ſed abluti eſtis, ſed ſanctifi- 1.Cor.6.
cati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomine ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei noſtri.Quã multa poſsum hinc exempla E
proferre. Scriptum eſt enim : Omnes vos vnũ eſtis in Chriſto ieſu.Et alibi:Sanctificatos in Chriſto ieſu. Et iterum:Vt nos eſsemus iuſtitia dei in ipſo . Et alio lo- Gala.3.
co:Vt excidant à fide quæ eſt in Chriſto ieſu . Verum qđ ago:Dũ enĩ ſimiliter dico ſcriptũ eſse de filio,quẽadmodum de ſpiritu ſcriptũ eſt:magis illud ſcurro, vt nõ quia de filio ſcriptum eſt,religioſe dictum videatur eſse de ſpiritu,ſed quia idem de ſpiritu ſcriptum eſt,etiã de filio ꝓpter ſpiritũ obijciant derogatum.Dicunt enim:Nunquid de deo patre ſcriptum eſt ? Sed accipiant ,etiam de deo patre dictum?in deo laudabo ſer- Pſal.55.
mones,in deo laudabo verbum. Et alibi:in deo facie- Pſal.59.
mus virtutẽ:&,in te cõmemoratio mea ſemper : &, in tuo nomine exultabimus. Et iterum alibi : Vt manifeſtentur opera eius,quia in deo ſunt facta. Et Paulus: in deo qui omnia creauit. Et iterũ: Paulus & Syluanus & Timotheus eccleſię Theſsalonicẽſium in deo patre & F
domino ieſu Chriſto. Et in ſuãgelio : Ego in patre,& Ioan.14
pater in me,& pater in me manet.ſcriptum eſt etiã. Qui 2.Cor.10
gloriatur,i domino glorietur. Et alibi: Vita autẽ noſtra Coloſ.3.
abſcõdita eſt cũ Chriſto i deo.Nũquid hic plus filio q̃ patri detulit,vt in deo nos diceret eſse cũ Chriſto?Aut nunquid plus noſtra conditio q̃ ſpiritus gratia ſibi vendicat,vt nos poſsumus eſse cum Chriſto,ſpi..ituſanct⁹ eſse nõ poſsit ? Aut cum chriſtus velit eſse nobiſcum, ſicut ipſe dixit:Pater,quos dediſti mihi, volo vt vbi e- Ioan.17.
go ſũ,& iſti ſint mecũ:dedignetur eſse cũ ſpiritu?ſcriptum eſt etiam : Conuenientibus vobis & meo ſpiritu cum virtute domini ieſu. Ergo nos cũ virtute domini cõuenimus,& audemus dicere quod nolit dominus ieſus cum ſpiritu cõuenire,qui nõ dedignatur cõuenire nobiſcum? Nullam igitur diſtantiam putat Apoſtolus hac an illa ſyllaba vtaris . ſyllaba enim coniunctionis eſt,coniunctio autem ſeiunctionem non facit. Neq; enĩ ſi diuideret,coniunctio diceretur. Quid igitur te mouet vt dicas quia gloria eſt deo patri vel Chriſto eius, vita,virtus,magnificentia,poteſtas in ſpiritu ſancto, & nolis dicere cũ ſpiritu ſancto? An quia times ne ſpiritũ cũ patre & filio ſociare videaris ? ſed audi & de ſpiritu ſcriptũ:Lex enim ſpiritus vitæ in chriſto ieſu. ET alibi Roma.8.
deus pater dicit:ET adorabũt te, & in te deprecabũtur.

G In christo orare nos debere deus pater dicit, & tu putas spiritui derogari si in eo gloria christi esse dicatur? Audi qđ times de spũ cõfiteri, nõ timuisse de se sibi Apostolũ vẽdicare. Ait enĩ: Cupio dissolui, & cũ christo
Philip.1. esse multo meli9. Cũ quo igitur est Apostolus, cum eo negas esse spũm, p quẽ Apostol9 meruit esse cũ christo? Quæ igitur ratio est vt in spiritu mauis dicere q̃ cũ
2.cor.5. spiritu gloriã dei esse vel Christi? An quia si dicas i spiritu, Minor Christus spiritu declaretur? Quãuis hoc resutabile sit, vt maiorẽ dominũ facias & minorẽ: tamen
colos.1. cũ lectũ sit quia p nobis peccatũ factus est Christus, vt nos essemus iustitia dei in ipso: ille inuenitur potiss̃imus, in quo sumus nos infimi. Sic & alibi habes: Quia
I oia in ipso cõstat, hoc est, in eius virtute. Nec cõparari possunt illi quæ in eo cõstãt, quia ex virtute eius vt consteret subsistãtiã cõsequũtur. Nũquid igitur sic deũ regnare vultis in spũ, vt virtus spũs regnandi deo principiũ quasi fons quidã subsistantiæ largiatur? Sed hoc impium est. Et ideo vt vnã patris & filij & spũs sancti maiores nostri dicerent ptãtem, cũ spũ gloriã Christi esse memorabant, quo indiuiduã copulã declarẽt. Qũo enim
Roma.8. separatur spũs sanctus à filio, cũ ipse spũs testimonium reddat spiritui nostro quod sumus filij dei? Si autem filij & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem christi. Quis igitur tam amens qui coniunctionem spiritus & christi dissocietsempiternã, cũ spiritus etiam disiuncta connectat, per quem christi efficimur cohæredes, si tamẽ, inquit, compatimur vt glorificemur? Si
H nos ergo conglorificabimur cũ christo per spiritum, qũo & ipsum cõglorificare christo spiritũ recusam9, dissociamus vitam christi & spũs sancti, cum spirit9 dicat quod simul victuri sumus cum dei filio? Dicit enim
Roma.6. Apostolus: Si autem mortui sumus cum christo, credimus quod etiam simul viuemus cum illo. Deinde alibi. Si enim compatimur, inquit, & conuiuemus: nec solum conuiuemus, sed etiam conglorificabimur: nec solum conglorificabimur, sed etiã conregnabimus. Non
2.Tim.2. est igitur in syllabis istis vlla discretio, vtraq; enĩ syllaba coniunctionis est. Denicq; sæpe reperim9 in scripturis interpositam, & alterã intellectam, sicut scriptum
Psal. 65. est: Introibo in domum tuũ in holocaustis, hoc est cũ
Psal.104. holocaustis. Et alibi: Eduxit eos in argẽto & auro, hoc
Psal.43. est, cũ argento & auro. Et alibi quoq; ait: Non egredieris in virtutibus nobiscum, quod est, cũ virtutibus. Ergo cũ & in vsu sermonis calumnia esse nõ possit, & ex
Rom.10. sermone calumnia diuinitati nõ debeat excitari, opus est vt ad iustitiã corde credatur, & ex fide cordis fiat ad salutem in ore cõfessio. Sed qui corde non credũt, calumnias struunt verbis. Denicq; simile illud est quod aiunt discretionem esse, quia scriptum est: Nobis autẽ
I vnus deus pater, ex quo oia, & nos in illũ: & vn9 domi
1.cor.8. nus Iesus christ9, per quẽ oia: & nos per ipsum. Volũt enĩ cũ dicitur, ex illo, materiã designari. cũ dicitur p illum, quoddam vel instrumentum operis, vel ministeriũ declarari. cũ dicitur autẽ, in illo, quod aut locus significetur, aut tẽpus, in quo oia facta videãtur. Ita igitur distãtiam quandam subsistãtiæ probare desiderant, tanq̃ instrumentum ab autore, & tanq̃ tẽpus aut locũ ab instrumento dirigere gestientes. Nunquid ergo alienus secundũ naturam filius à patre, quia alienũ instrumẽtum ab imperatore, pprio vel authore? Aut nunqd alienus filius ab spiritu, quia ab instrumẽti genere aut locus separatur, aut tẽpus? cõpara nunc assertiones nostras. Illi volũt ex deo tanq̃ ex natura dei esse materiã vt si dicas ex ligno arcam esse factã, ex lapide statuã: ita ex deo materiã pcelsisse, & eandẽ materiã tanq̃ per instrumentũ aliquod factam esse per filium: vt non tã operatorẽ filiũ q̃ instrumentum operis esse declarẽt, & omnia ita facta in spiritu, tanquã in aliquo loco facti vel tẽpore. singula singulis tribuunt, in cõmune oia negant. Verum nos ostendimus ita ex deo patre esse K
oia, vt nec amiserit deus pater quod vel p ipsum & in ipso oia sint, nec tanquã ex materia ex ipso oia sint, Ita quoq; per dominũ filiũ esse omnia, vt nõ priuat9 sit eo quod ex filio sint oia. Ita omnia esse in spiritu, vt doceamus oia esse p spiritũ, & omnia esse de spiritu. Nã istæ syllabæ, sicut illæ de quibus superius diximus, se in nicẽ signãt. Nõ enĩ ita dixit apostolus, ex deo oia, & p filiũ oia, vt separabilẽ subsistantiã patris filijq; signaret, sed vt incõfusibili distinctiõe, quòd alius sit pater, alius sit filius, doceret. Nõ igitur tãq̃ compugnantes syllabæ istæ, sed tanq̃ sociæ atq; cõcordes sunt, vt etiã vni sæpe
Roma.11. cõueniãt, sicut scriptũ est: Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso oia sunt. Quod si vere cõsideres, vnde trãslatũ sit de filio dictũ esse nõ ambiges. Dicit enĩ apostol9
Ibidem. secundũ ppheti Esaiæ: Quis cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius ei9 fuit? Et addidit: Quia ex ipso & p ipsum, & in ipso omnia. Quod Esaias de operato
Esa.40. re omniũ dixit, sicut habes: Quis mẽsus est manu aquã & cælũ palmo, & vniuersam terram clausa manu? Quis statuit mõtes in libra. & rupes in statera? Quis cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius ei9 fuit? Et addidit Apostolus: Quoniã ex ipso, & p ipsum. & in ipso oia. Quid est ex ipso? quod ex ipsius volũtate natura sit omniũ, & ipse sit autor omniũ quæ esse cœperunt. Per
L ipsum quid est? quia per ipsum cõstitutio & perseuerãtia omnibus impertita videatur. In ipso quid est? quia omnia admirabili quodam desiderio & inenarrabili
Psal.144 amore autorem vitæ & ministratorẽ gratiæ suæ, ac muneris intuẽtur, secundum quod scriptũ est? Oculi omnium in te sperãt, & aperies manum tuam, & implebis omnẽ animam bona volũtate. De patre quoq; si dicas: Ideo ex ipso, quia ex ipso operatrix sapientia, q̃uæ & oib9 ex sua & patris volũtate dedit esse quæ nõ erant.
Actu.17 Per ipsum, quia p sapientiam eius facta sunt omnia. In ipso, quia i ipso est viuificatoriæ fons substãtiæ, in quo viuimus & sumus & mouemur. Ex spũ quoq; p ipsum formati, in ipso roborati vitæ capimus munus æternæ. cũ hæc igitur vel patri vel filio vel spiritui sancto conuenire videãtur, nihil vtiq; humile in his certũ est declarari, cũ & ex filio dicam9 esse pleraq;, & multa per
Ephe.4 patrẽ, sicut habes de filio dictũ: Vt augeamur in ipso p oia, q̃ est caput christus: ex quo totũ, inquit, corp9 cõpactũ & cõnexũ per omnẽ iũcturam ministrationis in mẽsurã vnius cuiusq; partis augmẽtũ corporis facit in
colos.2. ædificationẽ sui in charitate. Et iterũ ad colossẽses de ijs qui nõ haberent cognitionẽ vnigeniti filij dei: quia nõ tenent, inquit, caput ex quo omne corpus per cõpaginationes & colligationes subministratum & copulatum crescit in incrementum dei. caput enim christum
M esse ecclesiæ supra diximus. Et alibi habes: Quia de plenitudine ei9 nos oẽs accepimus. Et ipse domin9 dixit:
Luc.8. De meo accipiet, & annunciabit vobis. Et supra ait: cognoui virtutẽ exisse ex me. Similiter vt cognoscas vnitatẽ, etiã de spũ dicitur: quia qui seminat in spũ, de spũ
Luc.1. metet vitã æternã. Et Ioãnes ait: Ex hoc cognoscim9 q̃a in nobis est, quoniã de spũ suo dedit nobis. Et angelus
Ioan.3 dicit: Quod enĩ ex ea nascetur, de spũ sancto est. Et dominus ait: Quia qđ natũ est de spũ, spũs est. ergo sicut ex patre legimus esse omnia. ita ex filio posse dici oia per quẽ omnia sunt: & ex spiritu esse oia, in quo omnia sunt, testimonijs edocetur. Nunc consideremus vtrum p patrẽ esse aliquid docere possumus. Sed scriptũ est:
3.cor.1. Paulus seruus christi per voluntatẽ dei. Et alibi: Iã non
Gala.4. seruus sed filius. Si autẽ filij9, & hæres per deum. Et alibi Sicut resurrexit christus per gloriã patris. Et alibi deus pater ad filium dixit: Ecce proselyti veniunt ad te per me. Multa reperies alia, si quæras, per patrẽ facta. Nunquid ideo minor pater, quia ex filio pleraque esse legimus, & per patrẽ facta vel dicta plurima in scripturis

A cœlestibus reperimus? Sed etiã similiter legimus facta pleraque per spiritũ, sicut habes: Nobis autem reuelauit deus p spiritũ suũ. Et alibi: Bonũ depositũ custodi
Roma.8. p spiritũ sanctũ. Et ad Ephesios: Cõfortari p spiritum eius. Et ad Corinthios: Alij enim datur p spiritũ sermo sapiẽtiæ. Et alibi: Si aũt p spiritũ facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et supra: Qui suscitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritũ eius in vobis. Sed fortasse dicat: Ostende mihi specialiter lectũ quia ex filio oia, vel ex spiritu oia. At ego refero vt & illi mihi lectũ esse ostendãt quia per patrẽ omnia. Sed cũ hæc vel patri probauerimus ve filio vel spiritui sancto conuenire, nec vllã ex huiusmodi syllabis nasci posse diuinæ distantiã potestatis: nõ est dubiũ quia per quẽ omnia, ex eo omnia. & ex quo omnia, per eũ omnia: & in quo omnia, per eum vel ex omnia esse intelligere debemus.

¶ Quia vna voluntas, vna vocatio patris & filii & spiritus sancti. Caput XI.

B 
Gene.1. Omnis enim creatura & ex voluntate & p
Psal.22. operationem & in virtute est trinitatis, sicut scriptũ est: Faciam9 hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Et alibi: Verbo domini cœli firmati sunt, & spũ oris eius ois virtus eorũ. Nec solũ vna operatio est v biq; patris & filij & spũs sancti, sed etiã vna atq; eadẽ volũtas, vna vocatio, vna præceptio, quod liquet in illo magno ac salutari ecclesiæ spectare mysterio. Sicut enim pater vocauit gẽtes ad ecclesiã dicẽs: Vocabo nõ plebẽ meã: & nõ dilectã, dilectã: & alibi: Domus mea, domus oratiõis vocabitur oibus gẽtibus: ita etiã domin9 Iesus advocandã & congregandã ecclesiã Paulũ à se dicit electũ, sicut habes ad Ananiã dictũ à domino Iesu: Vade quoniã vas electiõis est mihi hic ad sufferendũ nomẽ meũ corã gẽtibus. Sicut ergo pater deus vocauit ecclesiã, ita vocauit & Christus. Et quẽadmodũ Christ9 vocauit, ita vocauit & spirit9, dicẽs: Separate mihi Paulũ & Barnabã in opus quo vocaui eos. Tũc ieiunantes, in
C quit, & orãtes imposuerũt eis manus, & dimiserũt eos. Ipsi aũt prẽmissi ab spiritu sancto deuenerũt in Seleuciã. Ergo non solũ Christi sed etiã spiritus sancti imperio apostolatũ Paulus accepit, & ad cõgregationẽ gẽtiũ festinauit. Nec solus Paulus, sed etiã Petrus, sicut legimus in Actibus Apostolorũ. Nã cũ i oratiõe vidisset cœlum apertũ, & quatuor initijs ligatũ vas quoddã tãquã linteamẽ in quo erant omnia genera quadrupedũ & ferarũ & volucrũ cœli, facta est vox ad eũ: surge occide & manduca. Et Petrus dixit: Absit domine, nunq̃ mãducaui cõmune & immundũ. Et vox rursus ad eũ: Quę deus mundauit, tu cõmune ne dixeris. Hoc autem factũ est p ter, & receptũ est vas in cœlo. Ergo cũ hoc secũ Petrus tacite cogitaret, & venissent ad eũ Cornelij seruuli ab angelo destinati, ait illi spiritus, Ecce viri quẽrũt te. surge itaq; & descẽde, & vade cũ eis ne dubitaueris, quoniã ego misi illos: Quãm euidẽter expressit suã sanctus spiritus potestatẽ. Primo omnium, quia aspirauit orãti, affuit deprecãti. Deĩde quoniã vocatus Petrus respondit, domine. & ideo secũdo euidẽtius meruit oraculũ, quia cõfessus est dominũ. sed quis iste sit dominus, scriptura declarat. Respõdẽti enim is vtiq; cui respõderat loquebatur. spiritũ aũt ostẽdunt sequẽtia declaratũ: quia ipse q̃ mysteriũ figurabat mysteriũ reuelabat. simul illud aduerte, quia tertio repeti ta figura mysteri:, operationem trinitatis expressit. Et ideo in mysterijs interrogatio trina defertur, & cõfirmatio trina celebratur. Nec potest quis nisi trina cõfessiõe purgari. Vnde ipse Petrus in euãgelio tertio interrogatus vtrũ diligat dominũ, vt trina tespõsiõe vin
cula quę dominũ negãdo ligauit, absolueret. Tũc deide quia ad Corneliũ angel9 mittitur, Petrũ spũs̃ actus alloquitur. Oculi enĩ domini supfideles terræ. Nec illud ociosũ, vt cũ in superioribus prẽmississet, Qđ deus mũdauit, tu ne cõmune dixeris: subito decidit sup gẽtes vt mũdaret eos spũs̃ act9. Vnde ostẽditur operatio nẽ spũs, operationẽ esse diuinã. Petr9 aũt miss9 ab spũ nõ expectauit imperiũ dei patris, sed ipsi9 quoq; spũs il
Actu.11, lud cõfess9 oraculũ, ipsius spiritus gratiã esse testatur, dicẽs: Si ergo eãdẽ gratiã illis cõcessit deus, sicut & nobis: ego quis erã qui phiberẽ deũ? spũs ergo sanct9 est qui nos ab illa gẽtili collusione mũdauit. In illis enim generib9 quadrupedum & ferarũ & volucrũ figura erat cõditiõis humanæ, quæ ferarũ mõ bestiali videtur induta sæuitia, nisi spũs sanctificatione miteſcat. Bona ergo gratia, quæ ferinam rabiem spiritali simplicitate
Ephe.2. commutat. Eramus enim & nos aliquãdo insipientes, increduli, errantes, seruiẽtes desiderijs & voluptatib9 varijs. Nunc autem per renouationẽ spiritus hęredes christi, angelorũ cœpimus esse cohæredes. Itaq; spiritu videns Dauid sanctus propheta ex feris nos similes
Psal.67. futuros esse cælestiũ, ait: Increpa feras syluæ, syluam vi
E delicet significans non feratũ fragosam cursibus, nec bestiarum gemitibus inhorrẽtem, sed illam syluam de qua scriptum est: Inuenimus eã in cãpis syluę. In qua sicut dixit ppheta: iustus vt palma florebit, & velut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur. Illa sylua quę verbi cælestis alimoniã propheticarum virtutibus arborum concussa defluit. Illa sylua ad quam Paulus lu-
Matth.7. pus quidem raptor itroiuit, sed pastor exiuit. In omnẽ enim terram exiuit sonus eorum. Eramus ergo feræ, & ideo dicit dominus: Attendite vobis à falsis prophetis qui veniunt in vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. sed per spiritum sanctum iam leonum sæuitia, pardorum varietas, tigrium astutia, luporum rapacitas de nostris exoleuit affectibus. Magna igitur gratia, quæ cælo terras mutauit, vt conuersatio nostra, sicut Apostolus dixit, in cælis sit, qui ante sicut ferę errabamus in syluis. sed nec hoc loco tantum Petrus apostolus, sed etiã alibi in eodẽ libro à spiritu sancto ædificatã ecclesiã demõstrauit. Habes enim dixisse eum: Deus
Actu.15. qui nouit corda hominum, testimoniũ perhibuit dans his spiritũ sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, mũdans per fidem corda eorũ. In quo illud est contuendũ, quia sicut christus lapis est angu-
F laris, qui vnitatem plebis vtriusq; connexuit, ita etiã spiritus sanctus non discreuit vtriusque populi corda, sed iunxit. Non ergo tanquã iudeus contemnas filium, quẽ annunciauerunt prophetæ, cõtẽnas etiam spiritum sanctum, contemnas Hieremiam, quẽ de lacu iudaicæ domus ille assumptus à domino pannis & funibus eleuauit. Verbum enim propheticum despiciens in lacum demerserat populus iudæorum. Nec quisquam inuentus est de iudæis qui leuaret prophetam, sed vnus æthiops Abdemelech, sicut scriptura testatur. In quo nomine figura pulcherrima est, quia sermonẽ prophe
Psal.67. ticum quem iudæi velut in cœnum suæ mentis carnisq; detruserant, nos videlicet ex gẽtibus peccatores, nigri ante delictis & quondã infructuosi eleuauimus de profundo. scriptum est enim: Aethiopia præleuabit manus suas deo. In quo sãctæ ecclesiæ species significatur,
Canti.1. quę ait in canticis canticorũ: Nigra sum & decora filia Hierusalem. Nigra per culpam, decora per gratiã: nigra p conditionẽ, decora per redẽptionẽ. Aut certe nigra exercitij sui puluere, Nigra ergo dum prẽliatur,
Psal.15. decora dum victoriæ suę insignibus coronatur. Et benę funibus leuatur propheta. Fidelis enim dixit: Funes ceciderũt mihi in præclaris. Bene pannis, quia ipse domin9 excusantib9 ijs qui primo ad nuptias vocati fuerãt, ad exit9 viarũ misit, vt quotquot inuenirẽtur & ho

Gni & mali ad nuptias vocarentur. His itaq; pannis propheticum verbum leuauit è cœno.

¶Quia sicut pater nouit filiũ,& filius patrẽ : sic spiritꝰ patrẽ & filiũ. Et sicut pater reuelat nobis quę sua sũt, sic & filius,sic & spũs reuelat nobis. CAPVT XII.

ERis ergo & tu Abdemelech, hoc est asstũ ptꝰ à domino,si de pfundo gẽtilis impru dẽtiæ leuaueris dei verbum, si credideris quia nõ fallitur,nõ præteritur dei filiꝰ nõ ignorat quæ futura sũt,nõ fallitur etiã spũs sanctus, de quo dicit dominꝰ : Cũ venerit autẽ ille spũs veritatis, Ioan.16. deducet vos in omnẽ veritatẽ . Qui dicit omnẽ, nihil prẽterit,non diẽ,nõ horã,nõ prætérita,non futura. Et vt scias quia oía nouit,& futura annunciat, & vnius est sciẽtiæ cũ patre &filio:audi qd dicat de eo dei veritas: Non enim loquitur à semetipso, sed quę audit, loquitur:& quæ euenient,annunciabit vobis. itaq; vt aduer- Mat.24. tas quia nouit omnia:cũ diceret filiꝰ, De die autem illa & hora nemo nouit,neq; angeli cælorũ:excepit spiritũ sanctũ.Si aũt exceptus est spiritusanctus ab ignorãtia quomõ nõ excepꝰ est dei filius? Sed dicis : Quia H cum angelis annumerauit & dei filium . Annumerauit quidẽ filiũ,sed nõ annumerauit spiritũ . Aut fatere igi tur potiorẽ esse spiritũ dei filio,vt iam nõ quasi solum Arrianus,sed etiã quasi Fotinianus loquaris:aut agnosce quo referre debeas quod nescire filiũ dixit . Etenĩ quasi hõ annumẽrari creaturis potuit, qui creator est? Quod si vis dicere,quia nouit oía,& prescientiã habet omniũ dei filius futurorũ:quę filio incognita putas,ea de filio spũsanctus accepit. Accepit autẽ p vnitatẽ sub stãtię,sicut accepit à patre filius. Ille,inquit,me clarificabit,quia de meo accipiet,& annunciabit vobis . Oía Ioan.16. quęcũq; habet pater,mea sũt, ꝓpterea dixi,de meo accipiet,& annunciabit vobis . Qui d igitur hac euidẽtiꝰ vnitate? Quæ habet pater,filij sunt,quæ habet filiꝰ,accepit &,spũs. Accipe tamen quia nouit iudicij diẽ dei filius. Lectum est in Zacharia : Et veniet dominus deus Zach.14. meus,& omnes sancti cum eo · In illa die nõ erit lumen sed frigus & gelu:& erit dies vna , & dies illa nota domino.Hæc igitur dies nota domino, qua venit cũ sanctis suis secundo nos illuminaturus aduentu.Sed quod orsi sumus de spũ,,psequamur.Habes enim in eo quod I prætulimus exẽplo,quia filius dicit de spũ: Ille me clarificabit.Clarificat ergo & spiritus filiũ,sicut clarificat pater,sed etiã spiritũ clarificat dei filius, sicut supra diximus.Nõ est ergo infirmus qui redimit claritatem p vnitatem lucis æternæ.Nec inferior sancto spiritu, cuius hoc ipsum est quod clarificatur ab spũ . Assumeris ergo & tu si credas,quia hoc locutus est spiritꝰ,qđ locutus est pater,qđ locutꝰ est & filius.Deniq; Paulꝰ ideo assũptꝰ est,quia sic credidit, sic docuit, quia quod oculus non vidit,nec auris audiuit quę præparauit deus diligẽtibus se,nobis reuelauit p spiritũ suũ, sicut scriptũ est.Et ideo reuelationis spũs dicitur , sicut habes : Dat enĩ deus sic præparantibus se spiritum sapientię & reuelatiõis in cognitione eius. Vnitas igitur est sciẽtię, quã do sicut pater reuelat qui dat spiritũ reuelationis , sic reuelat & filius,quia scriptũ est : Nemo nouit filium ni Mat.11. si pater,neq; patrẽ quis nouit nisi filius , & cui voluerit filius reuelare.Plus dixit de filio,nõ quod plus habeat q̃ pater,sed ne minus habere credatur . Nec immerito sic reuelat patrẽ qui sic nouit patrẽ , quẽadmodũ filiũ pater nouit.Accipe nũc quia deũ patrẽ nouit & spiritꝰ. Scriptũ est enĩ: Quia sicut ea quæ hoís sunt , nemo no- 1.Cori.2. uit nisi spũs qui in ipso est:sic & quæ dei sunt,nemo cognouit nisi spũs dei.Nemo,inquit, cognouit nisi spiritus dei.Nũquid excluſus est dei filiꝰ?Nõ vtiq;,quia nec spirituſsanctꝰ excluſus est, cũ dicitur : Neq; patrẽ quis nouit nisi filius. Ergo vnius & pater & filius & spiritus K sanctus & naturę sunt & sciẽtiæ . Neq; cũ omnibus quæ per filium facta sunt,sanctus annunmerãdꝰ est spiritꝰ, cũ deũ patrẽ nouerit:quẽ,sicut scriptũ est, quis nõ põt noſse nisi filiꝰ?:sed & spũsanctus nouit.Quid ergo? Cũ dicitur vniuersitas creaturarũ,nõ spũsanctus cõprehẽditur?Nũc velim respondeãt,quid est in homine quod cognoscat quæ sunt hoís? Vtiq; rationabile quod cæteris animæ virtutibus supereminet, quod pręcipue natura hoís æstimatur.Quid est igitur spũs qui alta dei nouit,per quẽ deus oípotẽs reuelatur? Nũquid plenitudine diuinitatis inferior est,qui eiusdẽ cũ patre substãtię etiã hoc exẽplo probatur? Aut aliquid ignorat qui nouit consilia dei , & mysteria eius ab initio abscondita? Quid est quod nesciat,qui nouit omnia quę dei sunt? Spiritus enĩ etiã alta dei scrutatur. ac ne putes qđ scrutetur incognita,& ideo scrutetur vt discat id qđ ignorat:ante præmisit,quia reuelauit nobis deus p spiritum suum,simul vt discẽres quia nouit spiritus quę nobis p ipsum spiritum reuelantur,in posterioribus ait : Quis enim scit hominum quę hoís sunt, nisi spũs qui in ipso est? Sic & quæ dei sunt,nemo cognouit nisi spiritꝰ dei. Ergo si hominis spũs nouit quę hominis sunt, & anteq; scrutetur nouit , potest ne aliquid dei esse qđ spũs dei nesciat? De quo nõ ocioſe apostolꝰ dixit: Quę dei sũt, nemo cognouit nisi spiritus dei: vt nõ scrutãdo cognouerit,sed nouerit per naturã. Nõ q; accidens in eo sciẽtia diuinorũ,sed cognitio naturalis sit. Verum si te mo L uet quia dixit,scrutatur:accipe qa id quoq; de deo scriptum est,eo q; sit scrutator cordis & renum. Ipse enim Hiere.17 dixit:Ego sum scrutans corda & renes. Etiam de filio dei habes ad Hebræos: Qui scrutator est animi & cogitationis. Vnde liquet quia nemo inferior supioris scrutatur interna. Diuinę enim soliꝰ est potestatis , occulta nouisse. Similiter ergo scrutatur spirituſsanctus vt pater,similiter vt filius scrutatur,cuiꝰ proprietate sermonis id exprimitur, vt videatur nihil esse qđ nesciat quẽ nihil prẽterit. Deniq; ille electus à Christo , instructus ab spiritu est. Nam sicut ipse testatur,per spiritũ diuini cognitionẽ consecutus arcani,ostẽdit quia & nouit spi ritus domini,& ea nobis quę dei sunt spiritꝰ reuelauit, 1. Cor. 2. sicut reuelauit & filius. Et addidit: Nos autẽ nõ spiritũ huius mũndi accepimus,sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quę à deo donata sunt nobis,quę & loquimur, non in suaſorijs humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus,& virtute dei . Probatum est igitur quia sicut deus nouit quę sua sunt , ita & filius quæ dei sunt, M ita etiã spiritꝰ reuelauit. Etsi vno enim spiritu per vnũ filium in vnũ patrẽ cognitio nostra procedit. Ex vno patre per vnum filiũ in vnũ spũm sanctũ bonitas & sanctificatio & imperialę ius æternæ traditur potestatis. Vbi ergo ostensio spiritus,ibi dei virtus:nec potest esse discretio , vbi opꝰ vnum est. Et ideo quod loquitur filiꝰ, loquitur & pater: & qđ pater loquitur, loquitur & ioan.16. filius. Vnde & de spũ filius dei dixit : Nõ enĩ loquitur à se,hoc est nõ sine mea & patris cõmunione . Neq; enĩ diuisus ac separtitus est spiritꝰ, sed quę audit loquitur: audit videlicet per vnitatem substantię,& proprietatẽ scientię. Neq; enĩ foraminibus aliquibus corporalibus recipit auditũ,& quibusdã diuina modulis carnalibus vox resultat,vel audit id quod ignorat,quoniã in rebꝰ humanis sciẽtia plerũq; auditus operatur,& tamẽ nec ĩ ipsis hominibꝰ semper colloquiũ corporale aut carnalis auditus est. Qui enĩ loquitur linguis:nõ hominibus inquit,loquitur,sed deo. Nemo enĩ audit, spũ enim loquitur. Ergo si in hominibꝰ nõ semper auditus est corporalis,in deo tu infirmitatis humanæ sonitꝰ,& quædã organa exigis carnalis auditus,cũ ideo audire dicatur vt scire credatur? Nos enĩ id scimus quod audierimus, & ante audimus,vt scire possimꝰ. In deo autẽ,quia no-

Auit omnia anteq̃ fiant,scientia præcedit auditum. Itaq; vt qđ velit patet,filiũ nõ ignorare dicamꝰ,audisse me moramus. Sed in deo nõ sonus neq; syllaba quę significare solẽt iudiciũ voluntatũ,sed volũtatis vnitas diuinis quidẽ intelligitur arcanis , nostris autẽ significatur indicijs. Quid est ergo, Nõ enim à se loquitur? hoc est, nõ sine me loquitur,quia loquitur veritatẽ,sapientiam aspirat. Nõ sine patre loquitur,quia dei spiritus est. Nõ à se audit,quoniã ex deo omnia . Omnia accepit à pa- Mat.12 tre filius,quia ipse dixit : Oía mihi tradita sunt à patre meo. Omnia patris habet filius,quia iterũ ait : Oía quæ Ioan.16 pater habet,mea sunt. Et quæ accepit ipse per vnitatẽ naturæ,ex ipso per eandẽ vnitatẽ accepit spiritus,sicut Ibidem. ipse dominus Iesus declarat de spiritu suo, dicẽs: Propterea dixi,de meo accipiet,& annunciabit vobis. Qđ ergo loquitur spiritus,filij est:qđ dedit filiꝰ,patris est. Ita nihil à se aut filiꝰ loquitur aut spiritus,quia nihil ex tra se trinitas loquitur. Qđ si ad infirmitatẽ spirituſsãcti,& quandã corporeæ similitudinẽ vilitatis id deriua re contendas,etiã ad filij iniuriã deriuabis,quia & de se Ioan.5 filius dixit:Sicut audio,iudico. Et nõ potest aliquid facere filius,nisi quod viderit facientem patrem. Si enim verum est,verum est qđ dixit filius : Omnia quæ pater habet,mea sunt,& secundũ diuinitatẽ vnũ est cũ patre filius,vnum per substantiã naturalẽ,nõ vnus secũdum Sabellianam superbiam. Quod vnũ itaq; est per substã B tiæ proprietatem,non potest separari:& ideo nõ potest filius nisi quod audierit à patre,quia in æternũ est permanens dei verbum,nec vnq̃ pater à filij operatione diuiditur,& quod operatur filius,scit patrem velle: & qđ vult pater,filius nouit operari. Deniq; ne vel in tempore vel in ordine aliquam inter patrem & filium putares operis distantiam, sed eiusdẽ operationis crederes vnitatem. Et opera,inquit,quæ ego facio,ipse facit. Et rursus ne discretionem aliquam in operis distinctione sentires,sed idem velle,idem facere,idẽ posse patrẽ & filium iudicares,dicit tibi sapientia de patre: Quæcunq; Ibidem, enim ille fecerit,eadẽ & filius facit similiter. Non ergo alicui prior vel secundus est actus,sed idẽ vnius operationis affectus est. Et ideo nihil à se posse facere filiꝰ dicitur,quia à patre non potest eius operatio separari. Similiter & spirituſsancti operatio non secernitur. Vnde etiã ea quę loquitur,audire à patre dicitur. Quid si do- Ioan.11 ceo qa & pater audit filiũ,sicut & filius audit patrẽ? Habes enim scriptum in euangelio quia dicit filius: Pater gratias tibi ago,quia audisti me. Quomodo audiuit pa C ter filium,eũ filius nihil ad patrẽ in superioribꝰ de Lazaro sit locutus? Ac ne putares quia semel à patre audi tus est filius,addidit: Et ego sciebam, quia semper me audis. Ergo nõ subiectæ obedientiæ,sed vnitatis auditꝰ est sempiternæ. Similiter igitur & audire à patre spiritus,& clarificare filiũ dicitur. Clarificare ideo,quia docuit nos spirituſsanctus filium dei imaginẽ esse inuisibilis dei,& splendorem gloriæ,& characterẽ substãtiæ eius. Spiritus enim & in patriarchis & in prophetis locutus est & apostolis. Deniq; tunc perfectiores esse cœperunt posteaq̃ spiritũ acceperunt. Nulla ergo distantia diuinæ virtutis & gratiæ. Nam licet diuisiones gra- 1.Cor.12. tiarum sint,idem tamen spiritus,& diuisiones ministeriorum sint,idem tamen dominus: & diuisiones operationum sint,idem tamẽ deꝰ, qui operatur omnia in omnibus. Diuisiones aũt sunt munerũ , nõ separationes trinitatis. Deniq; idem est deus, qui operatur omnia in omnibus, vt scias quia nõ est discretio operatiõis inter deũ patrem & spiritum sanctum, quãdo ea quæ operatur spiritus,operetur & pater deus,qui operatur omnia in omnibus. Nã cũ operatur omnia in omnibus,alij tamẽ datur per spiritum sermo sapientiæ,alij sermo sciẽtiæ secundum eundem spiritum,alteri fides in eodẽ spiritu,alij gratia curationum in vno spiritu,alij operatio virtutũ,alij ꝓphetia,alij discretio spirituũ,alij genera D linguarũ,alij interpretatio sermonũ. Hæc omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus,diuidẽs singulis prout vult. Nõ est ergo dubiũ, quin ea quę operatur pater,operetur & spũs: nec ex præcepto, sicut q corporaliter audit vt operetur,sed ex volũtate,q sui est liber arbitrij, nõ alienæ famulus potestatis. Nõ enim quasi iussus obtẽperat , sed quasi largitor suę moderator est largitatis. Vide nunc interim vtrũ oía operari dicas spiritũ , quæ operatur & pater. Negare tamẽ non potes, quia operatur pater quæ spirituſsanctus operatur: alioquin nõ oía operatur pater,si nõ operatur quæ operatur & spiritus. Qđ si quæ operatur spiritus , operatur & pater, cũ spũs operationes suas ,p volũtate sua diuidat, necesse est id qđ diuidit spiritus, aut inuito patre deo , dicas eum ex voluntate diuidere: aut si idẽ velle dixeris patrẽ quod vult spirituſsãctus, necesse est vt vnitatẽ volũtatis operationisq; diuinæ vel inuitus, vel si non corde, saltẽ ore fatearis. Qđ si & vnius voluntatis & operationis est cũ patre deo spirituſsanctus, vnius etiã substãtiæ est: quoniã ex operibus suis creator agnoscitur. Idẽ igitur spũs idẽ inquit dominus, idem inquit deus. Et spiritum si di E cas sanctum,& dominũ si dicas, idem est: & si deum dicas, idẽ est. Nõ idem vt ipse pater, ipse filius, ipse spirituſsãctus, sed quia & pater & filius eiusdẽ est potestatis. Idem ergo est per substantiam atq; virtutẽ, quia nõ est in diuinitate vel Sabelliana cõfusio, vel Arriana discretio, vel terrena corporalisq; mutatio. Accipe aliud sancte imperator, in causa validũ, sed tibi notum. Multifa rie inquit , & multis modis etiã deus locutus est patri- Heb.1. bus in prophetis. Et sapientia dei dixit: Mittã prophetas & Apostolos. Et alij datur, sicut scriptum est, p spiritum sermo sapiẽtiæ, alij sermo sciẽtiæ, secundũ eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij gratia curationũ, alij operatio virtutis, alij prophetia. Ergo secundum Apostolum nõ solum per patrẽ & filium, sed etiã per spiritum sanctum prophetia & diuinũ munus vna est gratia. Habes ergo quia etiam spiritus autor est prophetarum. Apostoli quoq; dixerunt: Visum est spi- Actu.15. rituſsancto & nobis. Et cum dicunt, visum, nõ solũ ope F ratorem gratię, sed etiam autorẽ imperatæ executionis ostendunt. Sicut enim de deo legimus, placuit deo: ita etiam cum dicitur quia visum est spirituſsancto , arbiter suæ exprimitur potestatis. Et quomodo non arbiter, quia ea quæ vult, loquitur: quæ vult, mandat? Sicut mãdat pater, mãdat & filius. Sicut enim audiuit Paulus vocem dicentem sibi: Ego sum, inquit , Iesus , quem tu perſequeris : ita etiam spiritus Paulum & Sylam vetuit Actu.5 ire in Bithyniam, Et sicut pater locutus est per prophetas, ita etiam de spiritu Agabus dicit : Hæc dicit spirituſsanctus, virum cuius est zona hæc, sic alligabũt eum in Hierusalem: Et sicut misit sapiẽtia apostolos, dicens: ite in orbem vniuersum , & prædicate euangelium, sic & spirituſsanctus dicit : Separate mihi Paulum & Bar- Actu.13. nabam in opus quo vocaui eos, itaq; permissi à spiritu sancto, quod infra scriptura indicat , nullã discretionẽ inter cæteros habuerunt apostolos , quasi alter à patre deo, alter à spiritu mitteretur. Deniq; cũ Paulus missus esset à spiritu, & vas electionis erat Christi, & deum in se operatum esse cõmemorat, dicens: Qui enim operatus est Petro in apostolatum circũcisionis , operatus Gala.2. est & mihi ad gentes. Cum igitur idem sit operatus in Paulo qui est operatus in Petro, hoc vtiq; ostẽditur qđ spiritus sit operatus in Paulo quod etiam in Petro spirituſsanctus operatus sit . Sed & deum patrẽ in se operatum Petrus ipse testatur, sicut est in Actibus Apostolorum , quia surgens Petrus dixit ad eos : Viri fratres, Actu.15. vos scitis quia à diebus antiquis in nobis deus elegit ex ore meo audire nationes verbũ euangelij. Ecce igitur in Petro deus gratiam prædicationis operatus est . in

G quo vtiq; cũ per Christum electus sit, & assumptus ad operationẽ Christi, quis audeat diffiteri, cũ ipse dominus dicat: Pasce agniculos meos? Vna igitur operatio patris & filij & spiritus sancti. Nisi forte hoc putetis, qui negatis eiusdẽ erga apostolos operis vnitatẽ, ideo operatũ patrẽ, ideo operatũ spũm sctũm in Petro, in quo filius operatus fuerat, quasi & filij operatio minime redundaret ad gratiã. Et ideo velut adiunctis atq; collatis viribus patris & filij & spiritus sancti operationẽ fuisse multiplicẽ, ne ad confirmandũ Petrum Christi solius operatio vacillaret. Nec solum vna operatio in Petro patris & filij & spiritus sancti, sed etiã in oĩbus Apostolis diuinæ operationis vnitas reuelatur, & quædã supernæ cõstitutionis autoritas. Operatio enim diuina habet imperiũ, nõ habet ministeriũ. Neq; enim cũ operatur deus: aut labore aliquo extẽditur, aut arte: sed dixit, & facta sunt. Dixit: Fiat lux, & facta est lux. In præcepto enim dei operationis effectus est. Hãc igitur regalẽ quandã etiã sancto spiritui potestatẽ scripturarũ testificatione delatam si velimus aduertere, facile posse reperire oĩs Apostolos, non solũ christi fuisse discipulos, sed etiã patris & filij & spiritus sancti ministros, sicut etiã doctor gentiũ docet, dicens: Quosdã quidem posuit deus in ecclesia, primo Apostolos, secũdo Prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, gratiã curationũ, opitulationes, gubernatores, genera linguarũ, &c. H Ecce deus posuit Apostolos, posuit Prophetas atq; doctores, dedit curationum gratiã, quam supra habes dari per spiritum sanctũ: dedit genera linguarũ, sed tamẽ non omnes Apostoli, nõ omnes Prophetæ, non omnes doctores. Non omnes, inquit, habent gratiam curationum, neq; omnes, inquit, linguis loquuntur. In singulis enim hoibus vniuersa dona diuina esse nõ possunt, p captu vnusquisq; id accipit quod antdesiderat, aut meretur. Sed nõ huius infirmitatis similis potentia trinitatis, quæ omnium munifica gratiarum est. Deniq; posuit Apostolos deus. Hos quos deus posuit in ecclesia, christus elegit, & Apostolos ordinauit, & in orbẽ direxit dicens: Ite in orbem vniuersum, & prædicate Euãgelium omni creaturæ & qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, damnabitur. Signa autem credentes ista sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebunt. Ecce doctores posuit pater, posuit etiam christus in ecclesijs. Et sicut pater dat gratiam curationum, ita dat & filius. Similiter de sancto spiritu supra accepimus, quia eadem gratiarum genera largiatur. Datur enim, inquit, per spiritum alij gratia curationum, alij gratia linguarum, alij prophetię. Ergo eadem dat spiritus, quæ dat pater, dat etiam filius. Accipiamus nũc expressius quod superius prælibauimus, quia idem quod pater & filius, etiam spiritus sanctus mandet officium, eosdẽq; cõstituat. Dicit enim Paulus: Attendite vobis & omni gregi in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiã dei. Vnitas igitur imperij, vnitas constitutionis, vnitas largitatis. Nã si constitutionem separes & potestatem, quæ erat causa vt quos posuerat Apostolos christ⁹, poneret deus pater, poneret & spiritus sactus, nisi forte vt hoĩes tanq̃ in cõfortio possessionis aut iuris præiudicũ vere bãtur: & ideo diuidebatur operatio, destruebatur imperiũ. Hęc inter ipsos homines angusta sunt & minuta, qui plerunq; tamen etiam si operatione nõ congruunt, congruũt voluntate. Vnde quidam interrogatus quid amicus esset, alter inquit, ego. Si ergo homo amicũ ita definiuit, vt alterũ se else diceret, per vnitatẽ videlicet amoris & gratiæ: quanto magis in patre & filio & spiritu sancto vnitatem maiestatis æstimare debemus, cum K per eãdem operationem ac diuinitatem vel vnitas, vel certe id quod ampli⁹ est, ταυτότης, sicut græce dicitur, exprimatur. ταὐτὸν enim idem significat, eo quod idẽ habeat & pater & filius. & spiritus sanctus, vt idẽ velle & idẽ posse nõ ex affectione sit, sed volũtatis, sed in substantia trinitatis. Hæc est apostolicæ fidei & deuotionis hæreditas, quam liquet ex ipsorum Apostolorum cõsiderare actibus. Paruerũt ergo Paulus & Barnabas sancto spiritui imperãti. Parueruẽt & oẽs Apostoli, statimq; eos quos separari iusserat spiritus, ordinauerunt Separate, inquit, mihi Paulum & Barnabã. Videtis iubẽtis imperium, spectare merita seruientiũ. credidit Paulus, & quia credidit, studia persecutoris abiecit, coronam iustitiæ reportauit. Credidit ille qui ecclesias deuastabat: sed cõuersus ad fidem, prædicabat in spiritu qđ spiritus imperabat. Vngebat athletam suũ spiritus, & puluere impietatis cõculso, de bellatore infideliũ in eluctatorẽ varijs imperiorũ cõgressionibus efferebat, atq; ad brauiũ supernæ remunerationis in Christo Iesu diuersis passionib⁹ erudiebat. Barnabas quoq; credidit & qa credidit, paruit. Itaq; sancti spũs electus imperio, L qđ ei ad omne redũdat insigne meritorũ, nõ fuit tãto in dignus collegio. Vna enim gratia fulgebat in ijs quos spiritus vnus elegerat. Nec Paulus inferior Petro, quis ille ecclesiæ fundamentum, & hic sapiens architectus sciẽs vestigia credentium fundare populorũ. Nec Paulus inquam indignus Apostolorum collegio, cum primo quoq; facile conferendus, & nulli secundus. Nam qui se imparem nescit, facit æqualem.

FINIS.

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLAN.

IN LIBRVM TERTIVM DE spiritu sancto, ad Gratianum.

PRAEFATIO.

SVPERIORE libro euidentibus testimonijs scripturarum docuimus, Apostolos & prophetas: illos ad prophetandũ hos ad euangelizandũ a sctõ spiritu, sicut a patre & filio destinatos. Nũc adijcimus quod oẽs iure mirẽtur, & dubitare nõ possit, qđ spũs sup Christũ & qđ sicut ille spũm misit, ita & filiũ dei spũs misit. Dicit enim filius dei: Spũs domini super me, ꝓpter qđ vnxit me, euãgelizare pauperib⁹ misit me, prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis visũ. qđ cũ de libro Esaię legeret, ait in Euãgelio: Hodie cõpleta est hæc scriptura in auribus vestris, vt de se dictum else signaret. Ergo mirari possumus, si ꝓphetas & apostolos spũs misit, cũ christ⁹ dixerit: Spiritus domini super me. Et bene, sup me dixit, quia quasi filius hominis loquebatur. Quasi filius enim hois & vnctus & missus est ad euangelium prædicandum. Sed si non creditur filio, audiant etiam patrem loquentẽ, quia spiritus domini super Christum. Dicit enim Ioãni: Super quẽ videris spiritum descendentem de cœlo, & manentem super eũ, hic est qui baptizat in spũ sancto, Dixit hoc de⁹ pater Ioãni: Ioannes & audiuit, & vidit, & credidit. Audiuit a deo, vidit in domino, credidit quia spiritus erat qui descendebat de cœlo. Non enim colũba descendit, sed sicut columba descendit. Sic enim scriptũ est: Et vidi spiritum dei descendentẽ de cœlo sicut columbam. Sicut Ioãnes vidisse se dicit, ita scripsit & Marcus. Lucas autem addidit quod corporali specie descẽdit spiritus sanctus si

Luc.4 M

Actu.19

Actu.20

Mat.16.

Genẽ.1.

1.cor.12

I

Ioan.1 Mar.1. Luc.3.

A cut columba, ne incarnationẽ illã putes fuisse, sed speciem. Ideo aũt specie pretendit, vt per specie crederet qui spiritũ nõ videbat, & per specie declararet vni⁹ honoris in imperio, vnius operationis in mysterio, vnius muneris in lauacro cũ patre & filio sibi esse cõsortium: nisi forte inualidũ credimus, vt in eo baptizetur seruulus, in quo baptizatus est dominus. Pulchre autẽ dixit, manentẽ super eũ: quia ad prophetas quotiens volebat spiritus vel inspirabat, vel verbũ fiebat, semper manebat in Christo. Nec rursum moueat, quod super eũ dixit: De filio enim hominis loquebatur, qđ sicut filius hominis baptizabatur. Nã secundũ diuinitatẽ non sup Christũ est spiritus, sed in Christo: quia sicut scriptum est, pater in filio, & filius in patre: ita dei spiritus & spiritus Christi & in patre est & in filio: quia oris eius spũs.

1.Cor.2 Manet aũt in deo qui ex deo est, sicut scriptũ est: Nos aũt non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Et manet in Christo, quia a Christo accepit: & in Christo est, quia iterũ scriptum est: Ille de

Ioan.16 meo accipiet. Et alibi: Lex enim spiritus vitæ in Chris-

Roma.8 B to Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis. Nõ ergo secundum diuinitatẽ Christi super Christũ est, qa non super se est trinitas, sed super omnia. Supra se aũt non est, sed in se est. Quis ergo dubitet, quia ꝓphetas & apostolos spiritus misit, cũ dicat dei filius: Spiritus domini

Luc.4. super me? Et alibi: Ego sum primus, & ego in ęternum,

Esa.48. & manus mea fundauit terrã, & dextera mea solidauit cœlum, vocabo eos, & stabunt: simul cõgregabũtur omnes, & audient. Quis illis hæc nunciauit? Diligens te, fecit voluntatẽ tuã aduersus Babylonẽ, vt tollatur semen Chaldæorũ. Ego locutus sum, & ego vocaui, adduxi eũ, & prosperũ iter eius feci. Accedite ad me, & audite hæc: Nõne ab initio locutus sum? Cũ fierẽt, illic erã, & nunc dominus misit me, & spiritus eius.

CAPITA TERTII LIBRI DE SPIRITV SANCTO.

Quia spiritus super Christũ, & sicut filius spiritum misit, ita & spiritus filium dei misit. Caput I.
Quia datus est spiritus sicut & filius. Caput II.
Quia digitus dei lectus est spiritus, quo significatur vnitas diuinitatis, nõ inæqualitas trinitatis. Caput III.
Quia sicut cooperatus est patri & filio spiritus sanctus in nube & in mari cum liberaretur populus iudæorum, ita & cooperatur in mysterio baptismatis. Caput IIII.
Quia sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat & spiritus sanctus. Caput V.
Quia eadem sunt opera manuum, quæ sunt opera digitorum. Caput VI.
Qua sicut arguit pater, ita arguit filius, ita arguit & spiritus, & quia iudicat spiritus. Caput VII.
Sicut lectum est quod verbi gladius spiritus sit, ita lectum est quod spiritus sancti gladius verbum dei sit. Caput VIII.
Quia similiter vt pater & filius, ita etiam spiritus contristatus & exasperatus & tentatus a iudæis legitur. Caput IX.
Quia de⁹ spiritus secundum Petri sententiam in Actibus Apostolorum. caput X.
Quia deus est spiritus secundũ Euangeliũ. caput XI.
Quia adoratur spiritus sanctus sicut pater & filius, & cũ patre & filio adoratur in maiestate dei. caput XII.
Quia deus spiritus sanctus est secundum Apostolum, & quia templũ sumus spiritus sancti, sicut & dei patris, & domini Iesu christi. caput XIII.
Quia non tres dij, sed vnus deus. caput XIIII.
Quia dominus spũs sactus, sicut pater & filiꝰ. cap. XV.
Qua bonus spũs dei, & spiritus veritatis, & omnẽ insinuat veritatem caput XVI.
Quia nõ tres domini, sed vnus dominꝰ. cap. XVII.
Quia sicut pater sanctus, ita filius sanctus, ita & spiritus dei sanctus. caput XVIII.
Collectio, quia spiritus deus, quoniã & sine peccato est peccata donat, & creator est, & seruimus ei, & adoratur. Hęc enim omnia dei sunt, & quia a morte suscitat. caput XIX.
Quia sicut pater & filius, ita & spirttus sanctus suscitat mortuos. caput XX.
Quia spiritus in dei sede, & vnũ regnũ patris & filij, & spiritus sancti indiuisum. caput XXI.
Quia dominus sabaoth etiã spiritus sanctus. cap. XXII.
Quia omnipotens etiam spiritus dei. caput XXIII.

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLANEN.

DE SPIRITV SANCTO AD ꝶRAtianum Augustum Liber III.

¶Quia spiritus super Christum, & sicut filius spiritum misit, ita & spiritum filium dei misit. CAPVT I.

QVIS EST qui dicit: Misit me dominus, & spiritus eius: nisi qui venit a patre vt saluos faceret peccatores? Quem cum audis, & spiritus misit: ne cum legis quia filius spiritum mittit, inferioris else spiritũ crederes potestatis. Ergo & pater filium misit, & spiritus: spiritum quoq; & pater misit, & filius. Pater misit, quia scriptum est: Paracletus autem ille spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo. Filius misit, qui dixit: Cũ venerit autem paracletus quem ego mittam vobis a patre meo spiritum veritatis. Si ergo se inuicem filius & spiritus mittunt, sicut pater mittit: non subiectionis iniuria, sed communitas potestatis est.

Ioan.14 Ioan.15

¶Quia datus est spiritus, sicut & filius. CAPVT II.

NEC solum misit pater filium, sed etiam dedit, sicut ipse filius se dedit. Lectum est enim nobis: Gratia vobis a deo patre nostro, & domino Iesu Christo, qui se dedit pro peccatis nostris. Si subiectum in eo putant fuisse, quia missus est: gratię else negare nõ possunt, quod datus est. Datus est autem a patre, vt Esaias dixit: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Datus est autẽ, audeo dicere, & ab spiritu, qui missus ab spiritu est. Cum enim non definitum fuerit a quo datus sit, ostendit datum gratia trinitatis. cum aũt ipse se filius dederit, vtiq; non potuit ipse sibi secundum diuinitatem else subiectus. Ergo non potuit diuinæ subiectionis else quod datus est. Datus est autem & spiritus sanctus, quia lectũ est: Rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Et apostol⁹ ait: Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui dedit spiritum suũ in nobis. Esaias quoque & spiritum datum ostendit & filiũ. Sic, inquit, dicit dominus qui fecit cœlũ, & finxit illud, qui solidauit terram, & quæ in ea sunt, & dat populo qui est super eã spiritũ, & spiritum calcantibus eam. Et ad filium: Ego dominus deus vocaui te in æquitate, & tenebo manum tuam, & cõfortabo te, & dedi te in testamentũ generis mei in lucem gentium, aperire oculos cæcorum, educere de vinculis: alligatos cũ ergo & filius missus & datus sit, spiritus quoq; missus & datus sit, habent vtique

Esa.9 1.Thes.4 Esa.42.

G vnitatem diuinitatis,qui habent operis vnitatem. Vnde etiam & digitus dei appellatus est spiritus, eo quod sit patri & filio & spiritui sancto individua inseparabilisq; cōmunio. Nā sicut filium dei scriptura dexterā dei
Exod.15 dixit,sicut lectum est: Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua domine cōfregit inimicos:ita spiritus sanctus appellatus est digitus dei,si-
Lucæ.11 cut ipse dominus dixit: Quod in digito dei eijcio dæmonia.Hunc enim digitum in alio libro euangelij eodem loco dei spiritum nominauit.Sic enim habes:Qđ
Mat.12 si in digito dei eijcio dæmonia. Quid igitur expressius ad significandam diuinitatis vel operationis dici potuit vnitatem,quæ secundum diuinitatem est patris vel filij vel spiritus sancti,q̄ vt intelligamus multo magis q̄ corpus hoc nostrum æternæ plenitudinem diuinitatis scindi videri,si quis vnitatem substantiæ separet,multiplicet potestates,cum vna sit eiusdem diuinitatis æternitas? Plerunq; enim ex nostris sermonibus ea quæ supra nos sunt,conuenit æstimari. Et quia illa videre nō possumus:ex ijs quæ videre possumus,colligamus. Inuisibilia enī eius à creatura mūdi per ea quæ facta sunt
Roma.1 intellecta conspiciūtur.Et subdidit: Sempiterna quoque virtus eius & diuinitas.Quorū aliud de filio,aliud de spiritu sancto dictum vide:vt quemadmodum sempiterna virtus patris dicitur filius,ita etiam spiritus qui
H diuinus est,sempiterna diuinitas esse credatur.Nam & filius quia semp viuit, vita sempiterna est. Hic ergo di
2.Cor.3 gitus dei & sempiternus est,& diuinus. Quid enim dei proprium,quod non sempiternum sit & diuinum?Hoc digito , sicut legimus , tabulas illas lapideas inscripsit, quas Moyses accepit. Non enim carnali digito deus harum literarum quas legimus apices &elementa formauit,sed spiritu suo dedit legem. Et ideo apostolus dixit:Lex enim spiritalis est, quę vtiq; non atramēto inscripta est,sed spiritu dei viui , non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Nam si Apostoli epistola scribitur in spiritu , quid obstat quo minus etiam legem dei non atramento sed spiritu dei descriptā credere debeamus, quæ vtiq; cordis nostri mentiū q̄ secreta non maculat,sed illuminat? Scripta est autem in tabulis lapideis,quia in typo scripta est. Sed tabulæ fractæ primo sunt,& abiectæ de Moysi manibus , quia Iudæi à propheticis operibus exciderunt.Et bene tabulæ fractæ sunt,non scriptura deleta. Et tu vide ne frangatur tabula tua,ne mens tua & animus tuus diuidatur.
I Nunquid diuisus est Christus? Non diuisus est,sed vnū est cū patre,&nemo te ab eo seperet. Si fides deficiat, tabula cordis tui frangitur. Cōminuitur animi firmitudo,si vnitatem diuinitatis in trinitate non credas.Scripta est fides tua,scripta est &culpa tua,sicut Hieremias
Hier.c.17 dixit:Scripta est Iuda culpa tua grapheo ferreo & vngue adamantino.Et scripta est,inquit, in pectore & in corde tuo.Ibi igitur culpa est vbi gratia.Sed culpa graphio scribitur,gratia spū designatur.Hoc digito mysti
Ioan.8 ce etiā dominus Iesus inclinato capite scribebat in terra,cū à Iudæis adultera esset oblata,significans p figurā,quādo de peccatis alterius indicamus,nostri nos debere meminisse peccati. At ne rursus,quia legē de⁹ spiritu sancto scripsit,inferius aliquid tanq̄ de ministerio spiritus crederemus, vel ex corporis nostri estimatiōe quandā portionē exiguā dei spiritū putaremus', ait alibi Apostolus nō se humanæ scientiæ verbis loqui , sed doctis spiritus, &spiritalibus spiritalia cōparare , animalem aūt nō percipere quæ sunt spiritus dei. Sciebat enim quod is qui diuina carnalibus compararet , inter animalia esse, non inter spiritales homines cōparandus.Stultitia inquit,illi est:Et ideo quia has futuras esse animalium hominū quæstiones, præsagus futuri ait: Quis enim cognouit sensum domini,qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

¶Quia digitus dei lectus est spiritus , quo significatur K vnitas diuinitatis,nō inæqualitas trinitatis. CA. III.

SED si quis adhuc carnalibus inhæret ambiguis,& corporalibus vacillat exemplis,cō fideret,quia nō potest bene sentire de filio qui potest male sentire de spū . Nā si ideo portionē quandā exiguā putāt esse spiritū dei,quia digit⁹ dei dicitur: ijdēvtiq; &portionē exiguā dicūt esse in filio dei,quia dextera dei dicitur,sed filius &dextera &virtus dicitur. itaq; si verba nostra pendamus, nulla potest sine virtute esse perfectio,&ideo caueāt ne putent,qđ nefas dictu est , semiperfectū in sua substantia patrē perfectionē accipere per filiū,& desināt coæternū filiū patri negare. Quādo enim non fuit dei virtus? Qđ si aliquādo putāt non fuisse dei virtutē,aliquando plenitudinē in deo patre negabūt fuisse, cui putēt aliquando defuisse virtutē.Sed hæc,vt dixi, scripta sunt, vt ad vnitatē diuinitatis ista referamus,& credam⁹ qđ apostolus dixit: Quia plenitudo diuinitatis corporaliter habitat in Christo,& habitat in patre , & habitat in Col.2.
spiritu sancto.

¶Quia sicut cooperat⁹ est patri & filio spiritus sanctus in nube & mari cū liberaretur populus iudæorū, ita cooperatur in mysterio baptismatis. CAP. IIII.

ET quod sicut vnitas diuinitatis,ita vnitas operationis sit. Qđ etiam ex cātico Moysi colligi L potest:ipse enim cū per maria traduxisset populū iudæorū,& dei patris operationē,& filij
Exo.15 est confessus,&spiritus,dicens: Dextera manus tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos.Habes quia & filiū sit cōfessus &patrē, cuius est dextera. Et infra ait, ne sanctū spiritū præteriret.Et per spiritū iracundiæ tuæ diffusa est aqua. Quo significatur vnitas diuinitatis,nō inæqualitas trinitatis. Vides igitur quia spiritus sanctus cooperatus patri & filio sit,& tanq̄ cōgelascentibus fluctibus in medio mari aquarū quidā murus insurgeret ad transitū iudæorum & rursus Aegyptiorū populū p spiritū refusus obrueret:inde & columnā nubis plerisq; præcessisse in die populo Iudęorū,& colūnā ignis in nocte arbittātur,quo protegeret plebem suam gratia spiritalis. Hanc autem operationē dei quam totus orbis iure miratur, sine sancti spiritus opere non fuisse etiam Apostolus declarauit,dicēs in figura illa præcessisse spiritalis mysterij ve M
ritatem,sic enim habes : Quoniā patres nostri oēs sub
1.Cor.10. nube fuerunt,& oēs mare trāsierunt,& omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari , & omnes eandem escam spiritalem manducauerūt, & omnes eundē potum spiritalem biberūt. Nam quemadmodū typus sa-
1.Cor.6 cramenti potuit esse sine operatione spiritus sancti , cuius veritas omnis in spiritu est:Quod & Apostolus docuit,dicēs:Sed abluti estis,sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi , & in spiritu dei nostri, Vides igitur quia & pater operatur in filio,& filius operatur in spiritu?Et ideo secundū seriem scripturarum noli dubitare in figura fuisse qđ in veritate esse ipsa etiā veritas declarauit. Quis enim operationem eius abnuat in baptismo,in quo operationem eius sentimus & gratiam?

¶Quia sanctificat pater,sanctificat filiꝰ, sanctificat spiritus sanctus. CAPVT V.

NAM sicut sanctificat pater,ita sanctificat filius,sanctificat &spiritus. Sanctificat pater
1.Thes.5 secundum quod scriptū est:Deus pacis sanctificet vos,vt integer spiritus vester & ani

A mā &corpus sine querela ī die domini nostri Iesu Christi seruetur. Et alibi filius dicit : Pater sanctifica eos in
Ioan.17 veritate.De filio autem idē apostolus dixit. Qui fact⁹
1.Cor.1. est nobis sapientia à deo,& iustitia,&sanctificatio,& redemptio.Vides quia factus est ī sanctificatio?Sed factus est nobis,non vt ille mutaret qđ erat ,sed vt nos sancti
2.Thes.2 ficaret in carne.Spiritum quoq; sanctū sanctificare Apostolus docet.Sic enim dicit. Gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres dilectissimi à deo , quia elegit nos deus primitias in salutē , in sanctificatiōe spiritus &fide veritatis.Ergo sanctificat pater, sanctificat filius,sanctificat spirit⁹?sed vna sanctificatio,quia vnū est baptisma,& vna est gratia sacramenti.

¶Quia eadem sunt opera manuum,quæ sunt opera digitorum. CAP. VI.

HOC EST eadem opera filij,quæ spiritus dei. Sed quid mirum si sanctificat singulos ipse sanctificatione nō indigēs,sed redundans, quādo tantā(vt dixi)maiestatē eius accepimus,vt tanq̄ digitus à corpore,ita à deo patre inseparabilis videatur spiritus sanctus?Qđ si quis ad diminutionē nō ad vnitatē potestatis putet esse referendū,is profecto in eā amentiā cadet , vt tanq̄ in vnā velut corporis formā patrē &filiū & spiritum sanctū videatur tres
B fingere,& tanq̄ distinctiōes quasdā figurare mēbrorū. Sed accipiat,vt sæpius dixi,nō inæqualitatē, sed vnitatē potestatis hac testificatione signari,quandoquidem quæ opera dei sunt,eadē sint opera manuū: eadē etiam legimus opera esse digitorū. Scriptum est enim: Cœli
Psal.18. enarrāt gloriā dei,&opera mannū eius annūciat firma
Psal.101 mētū. Et alibi : Initio terrā tu fundasti domine , &opa manuū tuarū sunt cœli. Eadē igitur sunt opera manuū quæ sunt opera dei. Nō ergo aliqua p mēbrorum corporaliū qualitate discretio operationis,sed vnitas po-
Psal.8 testatis est. Quæ aūt opera sunt manuū,eadē opera digitorū,quia æque scriptum est: Quoniā videbo cœlos tuos,opera digitorū tuorū,lunā &stellas,quę tu fundasti. Quid hic igitur digiti minus q̄ manus fecisse p dun tur,cum idē fecerint digiti qđ manus? Sicut scriptum
Psal.91 est:Quoniā delectasti me domine ī factura tua, &in operibus manum tuarū delectabor. Et tamē quia manū legimus filium,scriptum est enim: Nōne manus mea fecit hæc omnia:&alibi:Posui manum meā sub tegumē-
C to petræ(qđ ad incarnationis mysterium spectat, quia integumentum corporis virtus dei sempiterna suscepit)vtiq; liquet man⁹ &de filio dei &spiritu sancto scriptura locutam. Et rursus quia digitum dei spiritū legi
Iob.10 mus,ideo appellatos digitos æstimamus, vt filiū &spiritum designaret.Deniq; vt filij &spiritus sanctificationem se habere memoraret, ait quidam sanctus : Manus tuæ fecerunt me,& psalmauerunt me.

¶Quia sicut arguit pater,ita arguit filius, ita arguit & spiritus,&quia iudicat spiritus. CAPVT VII.

VR enim verborum similitudinem recusamus, vbi vnitatem potestatis asserimus,cū eousq; vnitas potestatis est,vt &arguat spiritus,sicut arguit pater,& arguit filiꝰ?Sicut
Psal.6 enim scriptū est:Domine ne in ira tua arguas me , neq; in furore tuo corripias me:deinde in.xlix.psal.sicut dicit dominus: Arguam te,& statuā ante faciē tuā peccata tua:ita etiam de spiritu sancto filius dixit: Cum autē abiero,mittā paracletum ad vos,& ille veniens arguet mundū de peccato,&de iustitia,&de iudicio. sed quo nos perfidorum hominū deducit amentia, vt quæ sunt quasi de ambiguo qđ spiritus sanctus arguat,videamur astruere,cū iudices ipsi nō queāt nisi per spiritū iudica
re? Deniq; nobile illud salomonis iudicium , qđ inter D
3.Reg.3. dubia certantiū,cū vna oppresso paruulo quē ipsa fuscepérat,vēdicare sibi vellet alienū, altera propriū filiū defensaret,&fraudē in ipsis cogitationibus occultis,& pietatē in maternis viscéribus deprehendit,vtiq; per spiritus sancti munus emicuit. Neq; enim latentem conscientiā fœminarum alia aliqua nisi spiritus sancti machæra penetrasset,de qua ait dominus:Nō veni pacē mittere,sed machærā,quia nō ferro,sed spiritu mēs Mat.10.
interna penetratur. Penetrabilis est enim spiritus intelligētiæ,spiritus vnicus,multiplex,subtilis, mobilis. Et intra:Oīa prospiciēs. Vides Propheta quid dicat,quia omnia ,pspicit.Et ideo etiā Salomō ,pspexit,vt machæ-
rā illā iuberet afferri, qua simulato qđ diuidere vellet infantē, cōsideranit qđ vera mater plus cōsuleret filio q̄ solatio,& gratiā iuri,nō gratiæ iura præferret. At vero illa quæ matris simularat affectū,vincēdi studio cęca parui duceret eius exitiū, in quo nescīret pietatis dispendiū. Itaq; vir ille spiritalis,vt dijudicaret oīa(spiritalis enim dijudicat omnia)naturam in affectibus quęsiuit,quia latebat in vocibus,&pietatem interrogauit,vt proderet veritatem . Vicit itaq; mater charitatis affectu,quæ fructus est spiritus. Dijudicauit in propheta, quia per spiritum datur sermo sapiētiæ. Quomodo ergo negatur qđ arguere possit spiritus sanctus mūdum E
de iudicio,qui iudicij tollit ambiguum,largitur euentū?Daniel quoq; nisi accepisset dei spiritū,nunq̄ potuisset deprehēdere adulteriū libidinis,mēdaciū fraudis. Nā cum Susanna presbyterorum cōiurationibus appetita , inflexam populi mentem videret,cōtemplatione seniorum,&omnibus destituta subsidijs,sola inter hostes pudicitiæ suę cōscientia deum arbitrū precaretur: Exaudiuit, inquit , dominus vocē eius cū duceretur vt
Daniel.13 periret,&excitauit dominus spiritū sanctū pueri adolescētis,cui nomē Daniel. Itaq; secundum accepti spiritus gratiam, vacillantia perfidorum testimonia deprehendit. Deniq; non alia nisi diuinæ fuit operatio potestatis , vt eos vox sua proderet,quorū latebat affectus. Percipite igitur spiritus sancti sacrum &cœleste miraculum,Illa quę maluit sibi casta esse q̄ populo,illa quę maluit innocētiæ subire periculū q̄pudoris , quæ cū accusaretur,tacebat:cum dānaretur, silebat:conscientiæ suæ contenta iudicio,quæ reuerentiā pudoris etiam in periculis reseruabat, ne extorsisse petulantiam viderētur,qui exrorquere nō poterant castitatē: vbi dominū F
inuocauit,spiritum meruit:qui latentem presbyterorū conscientiam reuelauit. Discant pudicæ calumniam nō timere.Nanq; castimoniā vitæ prætulit,nec vitæ dispendium pertulit,& gloriam retulit castitatis . Sic & Abrahā iussus adire peregrinā terrā, nec vxoris periculo pudicitiæ,nec mortis ,ppositæ terrore auocatus & vitam suam, & castimoniā seruauit vxoris. Nullū itaq; deo credidisse pœnituit, & castitas deuotionem cumulauit in Sarra,& deuotio castitatē. Ac ne quis forte ęstimet quia dicendo scriptura :Excitauit deus spiritū sanctum pueri adolescentis, spiritum in eo putet fuisse hominis,non spiritum sanctum,legat in posterioribus, & inueniet quia spiritū sanctū accepit Daniel,& ideo ,pphetauit.Deniq; &rex eū prætulit,quia habebat gratiā spiritalē.Sic enim dicit:Tu aūt Daniel potes,quia spiritus sanct⁹ dei in te est. Et infra scriptura dicit:Et fuit Daniel præpositus illius , quoniā spiritus erat superans in eo.sed etiā Moysi spiritus indicaturis diuisus est. sed quid de cæteris loquamur? Ipsum dominū Iesum in spiritu non solum iudicare accepimus , sed etiam vindicare.Neq; enim vindicaret in Antichristum, nisi ante de eius meritis iudicaret:quem,sicut legimus,dominus Iesus interfecit spiritu oris sui. 2.Thes.

¶Sicut lectum est quod verbi gladius spiritus sit,ita le

Gctum est qđ spūs sancti gladius verbū dei sit. CAP. VIII.

SED hic non acquisita gratia est, sed indiuidua manet vnitas, quia neq; Christus sine spū, neq; spiritus potest esse sine Christo. Nō enim potest diuine nature vnitas separari. Et qđ i medium interuenit exēplum qđ dominus Iesus interfecit spiritu oris sui, gladius quidam verbi spiritus intelligitur. Deniq; in Euangelio dicit ipse dominus Iesus: Nō veni pacē mittere, sed gladium. Venit enim vt spiritum daret, ideo de ore eius gladius bis acutus, vtiq; gratia spiritalis. Spiritus ergo verbi gladius est. Et vt scias inæqualitatem non esse, sed vnitatem naturæ: verbum
Ephe.6 quoq; gladius est spiritus sancti. Scriptum est enim: Accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum dei. Cum igitur verbi gladius spiritus sanctus sit, & spiritus sancti gladius verbum dei sit, vtiq; vnitas est potentiæ Quam vnitatem licet alijs scripturarum locis considerare.

¶ Quia similiter vt pater & filius, ita etiā spiritus & cōtristatus, & exasperatus, & tentatus à iudæis legitur. CAPVT IX.

H NAM cum dicat Ezechiel ad populū iudęorum:
Ephe.4 Et contristatis me in oībus his dicit dominus: Paulus nouo populo in epistola sua dicit: Nolite cōtristare spiritū sanctū dei, in quo signati estis. Rursus cum Esaias dicat de ipsis iudæis: Ipsi autē non crediderunt, sed exacerbauerunt spiritum.
1.Cor.10. Dauid autem de deo dicit: Et exacerbauerunt altissimum in siccitate, & tētauerunt deum in cordibus suis. Accipite etiam quia cū alibi dixerit scriptura tētatum spiritū, tentatū etiā deum, tandē dicat & Christum esse tētatum. Habes enim ad Corinthios apostolū: Neq; tēptemus Christū, sicut quidā eorū tētauerunt, & à serpen
Galat.9. tibus perierūt. Iusta vindicta, vt aduersarij venena sentirent, qui nō venerabātur autorem. Et bene dominus æreo serpēte suspēso iussit curari vulnera sauciorum.
I Imago enim crucis, æreus serpens est: quoniā etsi in carne sua suspēsus est Christus, tamē & ipse crucifixus est mundo, & ipsi crucifixus est mūdus, Mihi enim mūdus crucifixus est, & ego mundo. Crucifix⁹ est ergo in suis mūdus illecebris, & ideo nō verus sed æreus suspensus est serpens, quia in veritate quidē corporis, sed sine veritate peccati suscepit dominus speciē peccatoris, vt p lubricū infirmitatis humanæ, simulādo serpentē, depositis carnis exuuijs, veri destrueret serpentis astutiam. Per crucē itaq; domini quæ in tentationis vltione subuenit, offensam in perfidis trinitatis agnosco, qui medicinā trinitatis accipio. Ergo cū habeas in libro Moysi, quia dominus tentatus serpentes immiserit populo iudæorū, necesse est aut vnitatē in maiestate diuina fatearis patris & filij & spiritus sancti: aut certe cū spiritū dicat apostolica scriptura tentatum, domini nomine spiritum vtiq; designauit. Tentatum aūt spiritum sanctum
Heb.3 ad Hebræos scribens Apostolus dicit. Sic enim habes: Quia hæc dicit spiritus sanctus: Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diem tētationis in deserto, vbi tētauerūt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, semper isti errāt, & isti nō cognouerūt vias meas, sicut iurauī in ira mea, si introibunt in requiem meam. Ergo secundū apostolū tentatus est spiritus, sic & ipse tentatus est, & ipse vtiq; in terrā repromissionis rudæorū populum dirigebat, sicut scriptū est: Quia adduxit eos per abysum sicut in æquum per desertum, & nō laborauerunt, & sicut pecora per cāpū, descēdit spiritus à domino, & direxit eos. Et ipse vtiq; serenam cœlestis K
alimonię pluuiam ministrabat, ipse quotidianā messem quā terra nō parturierat, agricola nō seuerat, imbre fertili fœcūdabat. Nūc spectemus singula. Requiē iudęis, p̄miserat deus, eā requiē spiritus suā dicit. Tentatū se à perfidis deus pater memorat, & tentatū ab ijsdē se dicit & spiritus, quia vna tentatio est, qua tentata est à sacrilegis vna diuinitas trinitatis. Cōdemnat deus populū iudæorū, vt in terrā fluentē lac & mel, hoc est resurrectionis requiē peruenire nō possit, eadē sententia cōdemnat & spiritus, dicens: Si introibūt in requiem meā. Vnius ergo sententia volūtatis, vnius excellentia potestatis est. Fortasse tamen aliquis diceret hoc exemplū nō posse ad p̄prietatem sancti spiritus deriuari, nisi alio loco etiā Petrus apostol⁹ nos docuisset peccatis
Actu.5 nostris etiā spiritum posse tentari. Sic enim habes ad Ananiæ coniugem dictum: Quid vtiq; conuenit vobis tētare spiritum domini? Etenim spiritus domini ipse est dei spiritus, quia vnus sanctus est spiritus, vt etiam Paulus apostolus docuit, dicens: Vos autem in carne
Roma.8 non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis aūt spiritum Christi nō habet, hic nō est eius: præmisit spiritū dei, & statim subdidit eundē esse spiritum Christi. Et cū dixisset de spiritu, vt intellige
L remus quia vbi spiritus sanctus, ibi Christus est, addidit: Si autē christus in vobis. Deinde quomō hic intelligimus quia vbi spiritus, ibi christus: ita etiā alibi ostē
2.cor.13 dit qđ quia vbi christus, ibi etiam spiritus sanctus sit. Nam
1.cor.7 cum dixisset: Nunquid experimētum eius quæritis, qui in me loquitur christus? Alibi ait: Puto enim qđ & ego spiritum dei habeo. Inseparabilis ergo vnitas, quia vbi aut pater aut christus aut spiritus scriptura testificante signatur, ibi omnis plenitudo est trinitatis.

¶ Quia deus spiritus secundum Petri sententiā in actibus apostolorum. CAPVT X.

SED & ipse Petrus in eo quod proposuimus exēplo, præmisit spiritum sanctum, & postea dixit spiritum domini. Sic enī habes:
Actu.5 Anania, cur implenit Sathanas cor tuū ad mentiendum spiritui sancto, vt fraudem faceres de precio agri? Nōne manens tibi manebat: & venditum i tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hoc scelus? Nō es hominibus mentitus, sed deo. Subter ad eius vxorem ait: Quid vtiq; cōuenit vobis tentare spiritum domini? Primum intelligimus quia spūm sctūm, spiritum
M domini dixit. Deinde cum præmiserit spiritum, & addiderit: non es hoibus mentitus, sed deo, necesse est in spiritu sancto vt vnitatē diuinitatis esse intelligas: quoniā cum spiritus tentatur, deus fallitur. Aut si vnitatem diuinitatis conaris excludere sc̄m scripturę verba, ipse vtiq; spiritum domini credis. Si enim & de spiritu expressum intelligimus & de patre, in deo vtiq; & de patre & spiritu sancto veritatis & scientię aduertimus vnitatē, quia similiter à sctō spiritu sicut à deo patre mendacium deprehenditur. Quod si vtrunq; de spiritu accipimus, cur qđ legis, perfide negare conaris? Aut igitur vnitatem diuinitatis patris & filij & spiritus sancti, aut diuinitatem sancti spiritus in patre & filio confitere. Vtrum dixeris in deo, vtrunque dixisti, quia & vnitas diuinitatem astruit, & diuinitas vnitatem.

¶ Quia deus spiritus est sc̄m euāgelium. CAP. XI.

NEc solum hoc loco euidēter sancti spiritus θεότητα, hoc est, diuinitatē scriptura testatur, sed etiam ipse dominus dixit in euāgelio: Quaniam deus spiritus est. Quem locū ita expresse Arriani testificamini esse de spiritu, vt eni

A de vestris codicibus auferatis, atq; vtinam de vestris & nō etiā de ecclesiæ codicibus tolleretis. Eo enī tēpore quo impię infidelitatis Auxētius Mediolanēsem ecclesiā armis exercituq; occupauerat, vel à Valente atq; Vsatio nutātibus sacerdotibus suis incursabatur ecclesia Sirmiēsis, falsum hoc & sacrilegū simulacrū tamē in ecclesiasticis codicibus deprehēsum est. Et fortasse hoc etiā in oriente feceritis, & literas quidē potuistis abolere, sed fidē nō potuistis auferre. Plus vos illa litura p̄debat, plus vos illa litura dānabat. Neq; enim vos poteratis oblinire veritatē, sed illa litura de libro vitæ noīa vestra delebat. Cur auferebatur quoniā deus spirit⁹ est si nō p̄tinebat ad spiritū? Si enī de deo patre vultis expressum, ergo & deū patrē negatis, qui putatis esse delendū? Vtrū vultis eligite, in vtroq; vos laqueus vestræ impietatis astringit, si gētiles vos esse fateamini vel patrē deū negādo vel spiritū. Tenetur igitur vestra cōfessio, quia deleritis oraculū, dū formidatis exēplum. Deleritis quidē in pectoribus animisq; vestris. Cæterū diui nū nō deletur oraculū, nō deletur spūs sanctus, sed auersatur impias mētes, nō deletur gratia, sed iniquitas,
Esa.43 quia scriptū est: Ego sum, ego sum qui deleo iniq̄tates
Exod.32 tuas. Deniq; Moyses populo petēs: Dele, inquit, me, de libro tuo, si nō parcesshuic populo. Nec tamē delet⁹ est
B quia nō habebat iniquitatē, sed gratiā, p̄fluebat. Vestra igitur estis cōfessiōe cōuicti, qđ sapienter factū nō possum dicere, sed astute. Astute enī cognouistis loci isti⁹ vos attestatione conuinci, nec argumenta vestra aduersus id testimoniū posse cōuenire. Quo enim possit alio intellectus loci istius deriuari, cū series lectiōis tota de spiritu sit? Nicodemus quærit de generatione, respōdet dominus: Amē amē dico tibi, nisi quis renatus
Ioan.3. fuerit p aquā & spiritū, nō potest introire i regnū dei. Et vt ostenderet aliā generationē sc̄m carnē esse, aliā sc̄m spūm, addidit? Qđ natum est de carne, caro est: quia de carne natū est. Et qđ natū est de spiritu, spirit⁹ est, quia deus spiritus est. Prosequere ergo totā seriē lectionis, inuenies qđ dominus impietatē vestrā plenitudine assertionis exclusserit. Noli inquit mirari, qa dixi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocē eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, sic est oīs qui natus est de spiritu. Quis est qui nascitur de spiritu, & qui efficitur spirit⁹, nisi qui renouatur spiritu mentis suæ: Hic est vtiq; qui p aquā regeneratur & spiritū sanctum, quoniā p lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sācti, ipē vitæ capimus æternę. Et alibi: Pe
Actu.11. C trus apostolus ait: Vos aūt spiritu sancto baptizabimini. Quis est aūt qui baptizatur spiritu sancto, nisi quire
Ioan.3 nascitur p aquā & spiritū sanctū? Ergo de sancto spiritu dominus dixit: Amē amē dico tibi, nisi quis renat⁹ fuerit p aquā & spiritū, nō potest introire in regnū dei. Et ideo de ipso nasci nos in posterioribus definiuit, p quē renasci nos in superioribus est locutus. Hac dominica sententia & scripto nitor, nō argumento. Quęro tamē cur si nō dubitatur per spiritū sanctū nos renasci, dubitetur de spiritu sctō nos nasci, cū ipse domin⁹ Iesus de spiritu sancto & natus sit & renatus? Quē si natū de spū sancto confitemini, quia nō potestis negare, renatū aūt negatis: magna insipientia, vt qđ singulare dei, cōfiteamini: qđ cōmune est hoīm, denegetis. Et ideo bene vobis dicitur qđ iudæis dictum est: Si terrena vobis dixi, & non creditis, qūo si dixero vobis cœlestia, 'credetis? Sed tamē vtrunq; locū ita scriptum inuenim⁹ in græco vt nō p spiritū dixerit, sed de spiritu. Deniq; sic habet: ἄμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, hoc est, de aqua & spiritu. Ergo cum dubitari nō debeat de sancto scriptū esse spiritu, qđ natum est de spiritu, nō est dubium quia deus & sanctus spirit⁹ secundum qđ scriptū est, quia deus spiritus. Alibi quoq; vt hoc de sancto spiritu scripsisse se idē Euāgelista refe

raret, per aquā, inquit, & spiritum venit Christus Iesus. D
Nō solum in aquā, sed per aquā & sanguinē, & spiritus testimoniū, quoniā spiritus est veritatis: quia tres sunt testes, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnum sunt in Christo Iesu. Audi quomodo testis spiritus mentē renouat, aqua proficit ad lauacrū, sanguis spectat ad pre
1.Ioan.5 cium. Spiritus enim nos per adoptionē filios dei fecit, sacri fontis vnda nos abluit, sanguis domini nos redemit. Alterū igitur inuisibile, alterū visibile testimoniū sacramento cōsequimur spiritali, quia spiritus testimoniū reddidit spiritui nostro, Etsi in vtroq; plenitudo sit sacramēti, distinctio tamē muneris est. Ergo vbi distinctio muneris, nō est vtiq; testificationis æqualitas.

¶ Quia adoratur spiritus sanctus sicut pater & filius, & cū patre & filio adoratur in maiestate dei. CAP. XII.

SED fortasse referatur quia in posterioribus istius libri iterū dominus deū spūm dixit, & de patre deo sensit. Sic enī habes in Euā-
Ioan.4. lio: Nūc est quādo veri adoratores adorabūt patrē in spiritu & veritate. Nā & pater tales quærit, qui adorēt eū. Spūs aūt est deus, & eos qui adorāt eū, in spiritu & veritate oportet adorare. Non solum enī hoc exēplo diuinitatē sancti spūs vultis negare, sed etiā in spiritu adorare deū, tanq̄ ad subiectionē spiritus deriuatis. cui loco respōdebo breuiter, qa spūs plerūq; po- E
nitur p gratia spiritali, sicut & apostolus dixit: Quia ipse spūs postulat p nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹, hoc Roma.8
est gratia spiritalis. nisi forte gemitus vos sancti spiritus audire potuistis. Ergo & hic adoratur deus, nō in malitia cordis, sed in gratia spiritali. In animā enim male- Sapien.1.
uolam nō intrat sapientia, quia nemo potest dicere dominū Iesum nisi in spū sctō. Statimq; subdidit: Diuisiones vero gratiarū sunt. Non igitur hoc ad plenitudinē 1.Cor.12
nec ad portionē spiritus potest ptinere, quia neq; humana mēs eius plenitudinē capit, neq; i vllas sui duidi tur sectiones, sed donū gratiæ spiritalis infundit, i quo adoratur deus, sicut adoratur etiā in veritate. Nō enim adorat nisi qui veritatē diuinitatis eius pio hauriat affectu. Nec vtiq; velut p̄sonaliter christū, aut sctūm p̄sonaliter spūm cōprehēdit, aut putat qđ velut p̄sonaliter dictū de spū videatur & de christo. Ergo deus similiter adoratur in veritate, sicut adoratur in spū. Aut similis F
igitur subiectio, quod absit vt credas, & nec filius adoratur: aut qđ verum est, similis vnitatis gratia & spirit⁹ adoratur. colligamus hinc ergo & cōcludamus Arrianorū ipias quęstiōes. Si enī ideo negāt adorandū spūm quia deus adoratur in spiritu, negēt ergo adorandā veritatē, quia deus adoratur, in veritate. Nā licet plurimæ
Psal.11. veritates sint, qa scriptū est: Diminutæ sunt veritates a filijs hoīm: donatę tamē sunt à veritate diuina, quod est
Ioan.14 christ⁹, qui ait: Ego sum via, veritas, & vita. Ergo si hoc loco veritatē ex vsu intelligunt, intelligāt etiā gratiam spiritalē, & nihil est offensiōis: aut si veritatē christum accipiunt, adorandum negēt. Sed refelluntur factis pio rum, serie scripturarū. Adorauit enī christū Maria, & ideo prænuncia resurrectiōis ad apostolos destinatur, soluēs hęreditariū nexū, & fœminei generis īmane delictū. Hoc enī operat⁹ est i mysterio dominus, vt vbi superabundauerat delictū, superabundaret & gratia. Meritoq; ad viros fœia destinatur, vt quę culpā viro prima nūciauerat, pria domini gratiā nūciaret. Adorauerunt & apostoli: & ideo qa detulerūt fidei testimoniū, acceperūt fidei magisterū. Adorauerūt & angeli, de quib⁹ scriptū est: Et adorēt eū oēs angeli eius. Adorāt aūt nō solum diuinitatē eius, sed etiā scabellum pedū eius: qa scriptū est: Et adorate scabellū pedū ei⁹, quoniā sctūm est. Aut si negāt quia in Christo etiā incarnationis adoranda mysteria sint, in quibus velut vestigia quædam

G diuinitatis expreſsa,&vias quaſdã verbi cœleſtis aduer
timus,legãt quia &apoſtoli adorabãt eũ in carnis glo
ria reſurgentẽ.Ergo ſi nihil derogat qđ deus adoratur
in Chriſto,qa adoratur & Chriſt⁹ : nihil vtiq; derogat
etiã ſpiritui,quia de⁹adoratur in ſpiritu,quia adoratur
&ſpirit⁹,ſicut apoſtol⁹dixit:Spiritui dei ſeruim⁹.Qui
Mat.4 enĩ ſeruit,& adorat,ſicut ſupra dictũ eſt: Dominũ deũ
tuũ adorabis,&illi ſoli ſeruies.(Sed ne forte propoſitũ
aliquos præterfugere videatur exemplũ:qua ratiõe ad
incarnationis dominicæ ſacramentũ ſpectare videatur
qđ ait ꝓpheta:Adorate ſcabellũ pedũ ei⁹:cõſiderem⁹.
Nõ enĩ ex vſu hominũ æſtimare debemus ſcabellum.
Neq; enĩ corporalis deus,aut nõ immẽſus,vt tanq̃ ful
crũ pedibus eius ſcabellũ ſubiectũ putemus. Neq; ado
randũ quicq̃ præter deũ legimus,quia ſcriptũ eſt:Do
minũ deũ tuũ adorabis,&illi ſoli ſeruies.Qũo ergo ad
uerſus legẽ ꝓpheta præciperet ſub lege nutrit⁹ &eru
ditus in lege?Nõ mediocris igitur quæſtio,&ideo dili
gẽtius cõſideremus quid ſit ſcabellũ. Legimus enĩ ali
bi:Cœlũ mihi thronus,terra aũt ſcabellũ pedũ meorũ
Sed nec terra adorãda nobis,quia creatura eſt dei.Vi
deamus tamẽ ne terrã illã dicat adorãdã ꝓpheta, quã
H domin⁹ Ieſus in carnis aſſũptione ſuſcepit. Itaq; ꝑ ſca
bellũ terra intelligatur,ꝑ terra aũt caro Chriſti,quam
hodie quoq; in myſterijs adoramus, & quã apoſtoli in
Pſal.103 domino Ieſu,vt ſupra diximꝰ,adorarũt. Neq; enĩ diui
ſus Chriſtus,ſed vnus.Neq; cũ adoraretur tanq̃ dei fi
lius,natus ex virgine negabatur.Cũ igitur incarnatio
Luc.1. nis adorandũ ſit ſacramentũ,incarnatio aũt op⁹ſpirit⁹
ſit,ſicut ſcriptũ eſt:Spiritus ſanctus ſuperueniet inte,&
virtus altiſſimi obũbrabit tibi: & quod naſcetur ex te
ſanctum,vocabitur filius dei:haud dubie etiam ſanctus
ſpiritus adorãdus eſt,quãdo adoratur ille qui ſecũdũ
carnẽ nat⁹ ex ſpiritu eſt.Ac ne quis hoc deriuet ad vir
ginẽ Mariã:erat templũ dei,nõ deus tẽpli. Et ideo ille
ſolus adorãdus qui operabatur in tẽplo· Nihil ergo of
ficit qđ deus adoratur in ſpũ,qa &ſpũs adoratur,q̃q̃ ſi
ipſa verba conſideremus,quid aliud in patre & filio &
ſpiritu ſancto,niſi eiuſdẽ poteſtatis vnitatẽ intelligere
debemus?Quid eſt enim,in ſpiritu & veritate adorare
oportet:niſi vt hoc nũq̃ ad gratiã ſpiritalẽ referas,nec
ad veræ cõſcientiæ fidẽ,ſed(vt diximꝰ)ꝓſonaliter(ſi ta
mẽ dignũ hoc verbũ eſt maieſtatis expreſsiõe diuinæ)
de Chriſto accipias &de ſpũ.Quid eſt ergo,Adoratur
in Chriſto pater,niſi qđ eſt in Chriſto pater,&loqtur
in Chriſto pater,& manet in Chriſto pater? Non vtiq;
quaſi corpus in corpore(nõ enĩ deus corpus) nec quaſi
I cõfuſus ĩ cõfuſo,ſed quaſi verus ĩ vero,de⁹ ĩ deo,lumẽ
in lumine,quaſi pater ſempiternus ĩ filio coeterno.Nõ
ergo iſertio corporalis intelligitur, ſed vnitas poteſta
tis. Ergo ꝑ vnitatẽ ptãtis coadoratur in patre Chriſt⁹
cũ deus pater adoratur ĩ Chriſto. Similiter ita & ꝑ vni
tatẽ poteſtatis eiuſdẽ coadoratur in deo ſpiritus, dum
deus adoratur in ſpiritu. Adhuc verbi iſtius vĩ atq; ſer
monis diligẽtius ptractemus, & ꝓprietatẽ eius ex alijs
Pſal.103 colligamus.Omnia,inquit,in ſapiẽtia feciſti. Quid igi
tur intelligimus exortẽ factorũ eſſe ſapientiã? Sed oĩa
per ipſum facta ſunt:Et Dauid ait:Verbo domini cœli
firmati ſunt.Ergo ipſe quidẽ filiũ etiã cœleſtium dicit
autorẽ. Ita vtiq; dixit:In filio facta ſunt oĩa,vt in operũ
Col.1. inſtauratione filiũ à patre minime ſepararet:ſed patri
iũgeret.Paulus quoq; ait:Quoniam in ipſo cõdita ſunt
oĩa in cœlis &in terra,viſibilia &inuiſibilia.Nũquid cũ
dicit,in ipſo,negauit ꝑ ipſum?Nõ negauit vtiq;,ſed aſ
ſeruit.Deniq; & alibi dixit:Vnus dominus Ieſus,ꝑ quẽ
oĩa. Ergo cũ dicit ꝑ ipſum, negauit in ipſo cõdita eſſe
omnia,per quẽ dicit eſſe omnia? Hãc vim habẽt verba
hæc,in ipſo,&cũ ipſo,vt vnũ in his atq; cõſimile nõ cõ
trariũ intelligatur. Quod etiã in inferioribus manife
ſtauit,dicens: Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt.

Hæc enim tria in Chriſto vnũ eſſe,cũ ipſo, & ꝑ ipſum K
&in ipſo,ſicut ſupra diximus,ſcriptura teſtatur.Habes
enim ꝑ ipſum & in ipſo cõdita eſſe omnia. Accipe etiã
quia cũ ipſo pater,& ipſe cũ patre,cũ oĩa conderẽtur.
Sapientia dicit:cũ pararet cœlũ,cũ ipſo erã,cũ faceret
fontes aquarũ.Et in veteri teſtamento dicẽdo pater,fa
ciamus,oſtẽdit filiũ ſecũ adorandũ quaſi omniũ cõdi
torẽ. Sicut ergo in filio creatura diſcutitur,quorũ filiꝰ
creator accipitur,ita etiã cũ in veritate adorari deus di
citur, verbi ipſius ꝓprietate in eundẽ modũ frequẽter
expreſsa debet intelligi,qđ &filius adoretur. Similiter itaq; adoratur &ſpiritus,quia deus adoratur in ſpũ.
Ergo pater &cũ filio adoratur,&cũ ſpiritu, quia trini
tas adoratur. An vero negat aliquis adorandã diuinita
tẽ trinitatis æternæ,cũ &ſcripturæ diuinę inexplicabi
lẽ maieſtatẽ exprimãt trinitatis? ſicut alibi ipſe apoſto
lus dicit:Quoniã deus qui dixit de tenebris lumẽ ſplẽ
deſcere,illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem
ſciẽtiæ claritatis dei in faciẽ chriſti Ieſu. Nẽpe hãc cla
ritatẽ viderũt apoſtoli,cũ domin⁹ Ieſus diuinitatis ſuę L
luce in mõte fulgeret,viderũt,inquit,apoſtoli, & in fa
ciẽ ꝓdiderunt.Putas ne illos vel cũ ꝓciderẽt,adoraſ
ſe, cũ fulgorẽ diuini luminis corporalibus oculis ſuſti
nere nõ poſſent,&ſplẽdor lucis æternæ aciẽ viſus mor
talis obduceret?Aut qđ aliud tũc tpis dixerũt illi vidẽ
tes gloriã ei⁹,niſi,venite adorem⁹ & ꝓcidam⁹ante eũ?

¶Quia deus ſpirituſanctus eſt ſecundum apoſtolum,
&quia templum ſumus ſpirituſancti,ſicut & dei pa
tris,&domini Ieſu Chriſti. CAPVT XIII.

ILLVXIT enim deus in cordibus noſtris ad
illuminationẽ ſcientię claritatis dei ĩ faciẽ
chriſti Ieſu. Quis eſt ergo qui illuxit,vt co
gnoſcamus deũ in faciẽ chriſti Ieſu? Dixit
enim,illuxit deus, vt cognoſcatur claritas dei in faciẽ
chriſti,quẽ putamus alium præter ſpiritũ declaratum?
Aut quis eſt alius præter ſpiritũ ſanctũ, cui diuinitatis
poteſtia deferatur?Qui enĩ ſpiritum excludunt,neceſſe M
eſt inducant aliũ,qui cũ patre &filio gloriã diuinitatis
accipiat.Eadẽ igitur verba repetamus:Deus eſt qui il
luxit ad illuminationẽ claritatis dei in faciẽ chriſti Ie
ſu.Habes chriſtũ euidẽter expreſsum, cuius ergo cla
ritas illuminare dicitur niſi ſpiritus?ipſum ergo deũex
preſsit,qui claritatẽ dei dixit. Si patris ſupeſt vt q di
xit de tenebris lumẽ ſplẽdeſcere,&illuxit ĩ cordib⁹no
ſtris, ſpirituſanctus intelligatur. Aliũ enim nõ poſſu
mus cũ patre filioq; venerari. Si igitur ſpiritũ intelligis
hũc apoſtol⁹ deũ dixit,Neceſſe eſt igitur deitatẽ ſpũs
etiã vos fateamini q negatis. Sed q̃ impudẽter negatis,
cũ legeritis,quia templũ habet ſpiritus? Scriptũ eſt enĩ
Tẽplum dei vos eſtis,&ſpirituſãctus habitat in vobis, 1.Cor.3
Deus ergo tẽplum habet,creatura tẽplum nõ habet ve
rum, ſpiritus aũt habet templũ qui habitat in nobis.
Nã ſcriptũ eſt:Quia mẽbra veſtra tẽplum eſt ſpũſãcti. 1.Cor.6
in tẽplo aũt nõ quaſi ſacerdos, nec quaſi miniſter,ſed
quaſi deus inhabitat,quoniã ipſe domin⁹ Ieſus dixit:In
habitabo ĩ illis,&inter eos ambulabo,&ero illorũ de⁹
& ipſi erũt mihi populus.Et Dauid dicit:Domin⁹ ĩ tẽ- Pſal.10.
plo ſctõ ſuo. Ergo ſpũs habitat in tẽplo ſctõ ſuo, ſicut
habitat pater,habitat & filius,qui ait: Ego & pater ve
niemus,&manſionẽ apđ eũ faciemus. Manet aũt in no
bis pater ꝑ ſpiritũ,quẽ dedit nobis. Qũo igitur poteſt
ſimul diſpar manere natura? Vtiq; nõ poteſt.Manet au
tẽ cum patre &filio ſpũs ſanctus.Vnde & apoſtolus cũ
gratia Ieſu Chriſti & charitate dei communicationem
ſancti ſpiritus copulauit,dicẽs:Gratia domini noſtri Ie
ſu Chriſti,&charitas dei,&cõmunicatio ſpirituſancti
cum omnibus vobis. Aduertimus igitur quod pater &
filius & ſpiritus ſanctus in vno eodẽq; per naturę eiuſ-

A dem maneant vnitatem.Ergo diuinæ eſt poteſtatis qui
habitat in templo:Sicut enim patris & filij,ita & ſpiri
tuſancti ſumus templum:non multa templa, ſed vnũ
templum,quia vnius templum eſt poteſtatis.

¶Quia nõ tres dij,ſed vnus deus: CAPVT XIIII.

SED quid veremini?an illud quod oblatra
re cõſueſtis,ne tres faciatis deos?Abſit. vbi
enĩ vna deitas ĩtelligitur, vn⁹ de⁹ dicitur.
Neq; enĩ cũ filiũ deũ dicim⁹, duos deos di
cim⁹.Nã ſi cũ deitatẽ ſpũs cõfitemur, putatis nos tres
deos dicere:ergo & cũ deitatẽ filij dicitis,quia non po
teſtis,eã negare,duos inducitis deos. Neceſſe eſt igitur
iuxta ſentẽtiã veſtrã ſi deũ ꝓſonæ vni⁹,nõ vni⁹ naturæ
nomẽ putatis,aut duos deos dicatis, aut deũ filiũ dene
getis.Sed excuſemus vos ab inſciẽtia, etſi nõ excuſam⁹
à culpa.Eteni ſecũdũ noſtrã ſententiã, quia vnus deus,
vna diuinitas,& vnitas ĩtelligitur poteſtatis. Sicut vnũ
deũ dicim⁹.& patrẽ verũ deitatis noſſe cõfitẽtes, nec ſi
B liũ denegãtes:ita etiã ſpiritũ ſanctũ à deitatis nõ exclu
dimus vnitate,& tres deos nõ aſserim⁹, ſed negamus,
quia pluralitatẽ nõ vnitas facit, ſed diuiſio poteſtatis.
Qũo enĩ pluralitatẽ recipit vnitas diuinitatis,cũ plura
litas numeri ſit,numerũ aũt nõ recipiat diuina natura?

¶Quia domin⁹ ſpũs ſctũs,ſicut pater & filiꝰ. CAP.XV.

VNVS ergo deus, ſalua maieſtate trinitatis
eternę,ſicut propoſito declaratur exẽplo.
Nec eo tamẽ ſolo loco trinitatẽ videmus
noſſe diuinitatis expreſsã, ſed cũ pleriſque
1.Theſ.3. locis,ſicut & ſupra diximꝰ, tũ maxime in his epiſtolis
quas ad Theſſalonicẽſes Apoſtolus ſcripſit,diuinitatẽ
atq; dominatũ patris & filij & ſpiritus ſancti euidẽtiſsi
me declarauit.Sic enim habes: Vos aũtẽ dominus mul
tiplicet & abũdare faciat charitate in inuicẽ & in oẽs,
ſicut & nos in vobis ad confirmanda corda veſtra ſine
querela in ſanctificatione corã deo & patre noſtro in
aduẽtu domini Ieſu,Quis eſt igitur dominus, q multi
plicet nos & abũdare faciat corã deo & patre noſtro
in aduẽtu domini Ieſu?Patrẽ dixit,filiũ dixit:quẽ ergo
cũ patre & filio præter ſpiritũ iunxit? quis eſt domin⁹
qui corda noſtra in ſctificatiõe cõfirmet? Sctificatio e-
C nĩ gratia ſpiritalis eſt,ſicut & ifra dixit: in ſãctificatiõe
ſpũs,& fide veritatis. Quẽ putatis ergo hic dominum
Ioan.1. præter ſpũm nũcupatũ?Hoc de⁹ pater docere vos po
tuit,qui ait:Sup quẽ videris ſpũm deſcẽdẽtẽ & manẽtẽ
ſup eũ,hic eſt q baptizat ĩ ſpũ ſãcto. Deſcẽdit enĩ ſpũs
in ſpecie colũbæ, vt & ſapiẽtiæ teſtimoniũ ferret,& ſa
cramẽtũ lauacri ſpiritalis ſpleret, & vnius ſe cũ patre
& filio operatiõis oſtẽderet. Ac ne ꝑ imprudẽtiã ali
quid excidiſſe Apoſtolo iudicetis,ſed ſciẽtẽ prudẽtẽ-
q; & ſãcto infuſũ ſpũ ſignificaſſe deũ quẽ dominũ ſen
tiebat,etiam ĩ ſecũda ad Theſſalonicẽſes epiſtola hoc
idẽ repetiuit dicẽs : Domin⁹ aũt dirigat corda veſtra ĩ
dilectiõe dei,& patiẽtia Chriſti. Qđ ſi dilectio dei eſt,
Ioan.16. domin⁹ qui dirigat debet oſtẽdi, ſi directionem ſancti
ſpũs denegam⁹. Sed negare nõ poſſum⁹,quoniã de ip
ſo domin⁹ dixit: Adhuc multa habeo vobis dicere,ſed
non poteſtis illa portare modo. Cum enĩ venerit ſpi
ritus ille veritatis,deducet vos in omnem veritatem.

¶Quia bonus ſpiritus dei, & ſpiritus veritatis,& om
nem inſinuat veritatem. CAPVT XVI.

Pſal.142. ET Dauid de ipſo dicit:Spiritus tuus bon⁹ de
ducet me in viã rectã. Vide quid de ſpũ ſan
cto vox dominica reſultet. Filius dei venit: &
quia nõdũ infuderat ſpũm, paruulos quoſdã
nos degere ſine ſpiritu declarauit. Spiritũ dixit eſſe vẽ D
turũ,qui faceret ex paruulis fortiores, incremento vi-
delicet ſpiritalis ętatis.Quod ideo poſuit, nõ quo vir-
tutem ſpiritus anteferret,ſed vt incognitione trinitatis
oſtẽderet plenitudinem eſſe virtutis.Neceſſe eſt igitur
aut quartũ aliquẽ dicatis quẽ ſentire præter ſpiritũ de
beatis,aut certe nõ aliũ dominũ iudicetis niſi ſpũm de
ſignatũ.Quod ſi euidentẽ conceptionẽ verborũ exigi
tis quibus dominũ ſpiritũ ſcriptura memorauerit: nec
id latere vos potuit quia ſcriptũ eſt: Dominus autẽ ſpi
ritus eſt,qđ vtiq; dictũ eſſe de ſpiritu ſancto, totius ſe-
ries lectiõis oſtendit.Et ideo apoſtolica conſideremus
eloquia.Quotiens legitur Moyſes,inquit,velamẽ po- 2.Cor.3.
ſitũ eſt ſupra cor eorũ. Cũ vero cõuerſi fuerint ad do
minũ,auferetur velamẽ. Dominus autem ſpiritus eſt.
Vbi autem ſpiritus domini,ibi libertas. Non ſolũ itaq;
ſpiritum dominũ dixit,ſed etiam addidit: Vbi autem
ſpiritus domini,ibi libertas. Nos itaq; omnes reuelata
facie gloriã domini ſpeculãtes, ad eandẽ imaginẽ re-
formamur à gloria ĩ gloriã,ſicuti à domini ſpiritu⁹, hoc
eſt qui ad dominũ ſumus ante cõuerſi,vt ſpiritali intel
lectu quaſi in quodam ſpeculo ſcripturarũ domini glo
riã videremus,nunc ab hac gloria quæ nos cõuertit ad
dominũ,in illam cæleſtem gloriã reformamur. Ergo
cum dominus ſit ad quẽ conuertimur, domini aũtẽ ſpi
ritus ſit à quo reformamur, qui conuerſi ad dominũ ſu
mus:dominus vtiq; ſpiritus ſanct⁹ eſt deſignatus. Ipſe
enim cõuerſos ſuſcepit qui reformat. Nam quomodo E
quos nõ ſuſceperat,reformet?Quid expreſsionẽ queri
mus vocis,vbi expreſsionẽ cernim⁹ vnitatis? Nam etſi
dominũ ſpiritumq; diſtinguas,negare tamen non po
tes quia vbi dominus,ibi ſpiritus. Et qui fuerit conuer
ſus ad dominũ,erit cõuerſus ad ſpiritum. Si literã ca-
lũniaris,vnitatẽ non inficiaris. Si vnitatem vis ſecer-
nere, poteſtatis dominum ipſum ſpiritum confiteris.

¶Quia nõ tres domini,ſed vn⁹ domin⁹. CAP. XVII.

SED fortaſsis iterũ dicas: Si dominũ ſpiritũ
dixero,tres dominos declarabo. Nũquid
cũ dominũ filium dicis,aut filiũ negas,aut
duos dominos cõfiteris?Abſit. Ipſe enĩ fi- Mat.6.
liꝰ dixit:Nolite duob⁹ dominis ſeruire. Sed nõ vtique
aut ſe,aut patrẽ dominũ denegauit. Nã & patrẽ domi-
nũ dixit,ſicut habes:Confiteor tibi domine,pater cæli Mat.11.
& terrę. Et ſe memorauit dominũ,ſicut, ĩ Euãgelio le- Ioan.13.
gimus:Vocatis me dominũ & magiſtrũ,& bene facitis:
ſũ etenĩ. Sed non duos dominos dixit,imo oſtendit ſe
nõ duos dominos dixiſſe,cũ præmonet:Nolite duob⁹
dominis ſeruire.Nõ ſũt enĩ duo domini vbi dominat⁹
vn⁹ eſt,quia pater ĩ filio, filiꝰ ĩ patre, & ideo dominus
vn⁹.Sic & lex docuit:Audi Iſrael,domin⁹ de⁹ tu⁹vn⁹ Deu.6.
eſt,hoc eſt,imutabilis ſemp,vnitate ꝑmanens poteſta- F
tis,ſemper idem, nulla acceſsione, nulla diminutione
mutatur.Ergo vnum dixit Moyſes, & idẽ tamen domi
num à domino pluiſſe memorauit. Apoſtolus quoq;
Det,inquit,dominus miſericordiã inuenire à domino.
Domin⁹ pluit à domino,domin⁹ dat à domino miam?
dominus nec ibi diſcernitur vbi pluit, nec ſeparatur
vbi miſeretur à domino,ſed vtroq; in loco vnitas do-
minatiõis exprimitur.In pſal.quoq; habes:Dixit domi
nus domino meo.Nec ideo patrẽ ſuũ dominum dene
gauit,qa filiũ dominũ ſuũ eſſe memorauit,ſed ideo fi-
liũ dominũ ſuũ dixit,ne crederes filiũ ꝓphetæ ſuiſſe,
ſed dominũ:qđ in Euãgelio ipſe domin⁹ manifeſtauit
dicẽs:Si enĩ in Dauid in ſpiritu vocat eũ dominũ,quo- Mat.22.
modo filius eius eſt?in ſpiritu dicit Dauid dominum,
non ſpiritus dicit. Aut ſi hinc calũniantur, quia domi-
num ſpiritus dixit,neceſſe eſt pari ſacrilegio filiũ dici
etiã ſpiritus ſancti filiũ videãtur aſserere. Ergo quẽad

G modũ duos nõ dicimus dominos cũ & patrẽ & filium
designam⁹, ita nec tres dominos dicim⁹ cũ dominum
ſpiritũ cõfitemur. Sicut enĩ tres ſacrilegũ eſt dominos
aut deos dicere, ita etiã hoc plenũ ſacrilegij eſt, duos
dominos aut deos dicere: quia vn⁹ deus, vn⁹ eſt domi-
nus, vn⁹ eſt ſpirit⁹ ſanct⁹: & qui de⁹, domin⁹: & qui do
minus, deus: quia & in dominatiõe diuinitas, & in diui-
nitate dominat⁹ eſt. Deniq; & dominũ & deũ legiſti pa
trẽ: Domine de⁹ me⁹, clamabo ad te, exaudi me. Et do
minũ & deũ habes filiũ, ſicut ĩ cuãgelio legiſti quia cũ
Ioan. 20. tetigiſſet Thomas lat⁹ chriſti, ait: Domin⁹ me⁹, & de⁹
me⁹. Ergo ſicut pater de⁹, & fili⁹ dominus: ita & filius
deus, & pater dominus. Alternatur pia ſignificatio, nõ
alternatur diuina natura, ſed immutabilis manet gra-
tia. Non enim largitatis collatiua, ſed naturalis placita
charitatis ſunt, quia & vnitas ꝓprietatem habet, & ꝓ-
prietas vnitatem.

¶ Quia ſicut pater ſanctus, ita filius ſanctus, ita & ſpiri
tus dei ſanctus. CAPVT XVIII.

Ran.6.o ſanct⁹ pater, ſãct⁹ filius, ſãctus & ſpirit⁹,
ſed nõ tres ſãcti, quia vnus eſt deus ſãctus, vn⁹
eſt dominus. Vna eſt ergo vera ſãctitas, ſicut
vna vera eſt diuinitas, vna illa ſãctitas natura-
lis. Ideo oĩa hæc quę ſãcta nõs credimus, illã ſolã prę-
dicãt ſãctitatẽ: Cherubim & Seraphim indefeſſis vоci-
bus laudãt, & dicũt: Sãctus, ſãctus, ſãctus domin⁹ deus ſa-
H baoth. Nõ ſemel dicũt, ne ſingularitatẽ credas. Nõ bis
dicũt, ne ſpiritũ excludas. Nõ ſãctos dicũt, ne pluralita-
tẽ, æſtimes. Sed ter repetũt, & idẽ dicũt, vt etiã ĩ vnũ
diſtinctionẽ trinitatis, & diuinitatis intelligas vnitatẽ,
hoc cũ dicũt, deũ prædicãt. Nos quoq; nihil preciоſi⁹
inuenimus quo deũ prędicare poſsimus, niſi vt ſanctũ
appellemus. Quod libet aliud inferius deo, inferius eſt
domino. Ergo hinc quoq; cõſiderate vtrũ aliquid ſan-
cto ſpiritui derogãdũ ſit, cui⁹ nomẽ dei laus eſt. Sic e-
nĩ laudatur pater, ſic laudatur & filius, quẽadmodũ ſpi
ritus noſiatur. Et laudat Seraphim, laudat oĩs beatorũ
chorus, vt ſanctũ deũ dicat, ſãctũ filiũ, ſanctũ ſpiritũ.
Quomõ ĩgitur nõ oĩa habet quæ dei ſunt, qui cum pa-
tre & filio à ſacerdotibus in baptiſmate nominatur, &
in oblatiõibus inuocatur, cũ patre & filio à Seraphim
in cæleſtibus prędicatur, cũ patre & filio habitat ĩ ſan-
ctis, inſũditur iuſtis, inſpiratur prophetis? Vnde & ſcri
ptura diuina θεοφόρητος dicitur, quod deũ inſpiret,
quã locutus eſt ſpiritus. Aut ſi nolũt omnia habere quę
dei ſunt, & poſſe omnia ſpiritum ſanctum, dicant quid
I non habeat, quidve nõ poſsit. Nã ſicut oĩa habet filius,
nec inuidet pater quin minus oĩa naturaliter daret fi-
lio qui dedit qđ maius eſt oĩbus, quẽadmodũ ſcriptura
teſtatur dicẽs: Pater qđ dedit mihi, maius eſt oĩbus, ita
etiã ſpũs Chriſti habet qđ maius eſt oĩbus, quia iuſtitia
neſcit inuidiã. Itaq; ſi diligẽter aduertamus, etiã hic di
Ioan. 10. uinę poteſtatis cõprehendimus vnitatẽ: Pater, inquit,
dedit mihi qđ maius eſt, & nemo poteſt rapere
ea de manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus. Nam
ſi recte ſuprа oſtẽdimus manũ eſse dei ſpũm ſanctum:
eadem vtiq; manus patris eſt quæ filij eſt manus, quo-
niam idẽ ſpiritus patris qui ſpiritus filij eſt. Ideo ſicut
non rapitur patri, ita non rapitur filio, ita nõ rapitur &
ſpiritui. Quicũq; de nobis in hoc nomine trinitatis vi-
tã accipit æternã: ex ipſo vtiq; quod & dediſse filio pa
Ioan. 16. ter, & accepiſse à filio ſpiritus dicitur, quia ſcriptũ eſt:
Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annũcia-
bit vobis. Qđ de munere magis diſpẽſatiõis videtur q̃
de poteſtatis diuinæ iuræ dixiſse: quia quos filius re di-
mit, ſpũs quoq; ſãctificaturus accipit. Ex iſtis ipſis iq̃ã
verbis de quibus calumniam ſtruunt, vnitas diuinitatis
aduertitur, nõ indigẽtia largitatis. Dedit pater per ge-
nerationem, nõ per adoptionem, dedit quaſi id qđ eſ- K
ſet in ipſo diuinæ iure naturæ, nõ quaſi liberalitatis gra
tia qđ deeſſet. Et ideo quia ſic acquirit filius populos
vt pater, ſic viui ficat filius, vt pater: æqualitatem ſuam
ad patrẽ vnitatẽ poteſtatis expreſsit dicens: Ego & pa
ter vnũ ſumus. Cum enim dicit, ego & pater, reuelatur
æqualitas. Cum dicit, vnum ſumus: vnitas declaratur.
Æqualitas cõfuſionẽ excludit, vnitas ſeparationẽ: æ-
qualitas patrem filiũq; diſtinguit, vnitas patrem filiũq;
non ſeparat. Ergo cũ dicit, Ego & pater: Sabellianum
repellit, quia aliũ ſe, aliũ patrẽ dixit. Repellit Fotinia-
nũ, quia ſe cũ deo patre iũxit. Illos ſuperioribus repel
lit, quia dixit: ego & pater. Inferioribus Arrianos, quia
dicit: vnũ ſum⁹, tamẽ & in ſuperiorib⁹ & in iferiorib⁹
hæreticã iugulat ſq̃itatẽ. Sabellianorũ, quia vnũ dixit
ſumus, nõ vnus ſumus: Arrianorũ, quia ego & pater, nõ
pater & ego dixit, Quod vtique nõ cõtumaciæ, ſed pie
tatis & præſcientiæ fuit, ne nos errorẽ in ordine puta-
remus. Neſcit enĩ vnitas ordinẽ. Gradũ neſcit ęqua-
litas, nec cadit in dei filiũ vt per cõtumaciam, pietatem L
læderet magiſter ipſe pietatis. Refert itaque aduertere
quo loci hæc dominus diſputauerit. Frequenter enim
eius oracula ex locorũ in quibus diuerſatus eſt qualita
tibus æſtimamus. Ieiunaturus, ab ſpiritu, ſicut legimus,
ducitur in deſertũ, vt euacuaret diaboli tentamẽta. Nã
etſi in abundantia copiarũ cõtinẽter vixiſse laudandũ
eſt, tamen in diuitijs & amœnitatibus frequentior ten-
tationis illecebra eſt. Deniq; tentator vt tentet, copias
pollicetur. Et dominus vt vincat, famẽ nutrit. Nec ego
diffiteor in diuitijs eſse poſſe cõtinẽtiã. Sed & qui ma
re nauigãt, frequẽter euadit, magis tamẽ obnoxius eſt
periculo q̃ qui nauigare noluerit. Videamus cætera.
Promiſsurus regnũ cœlorũ Ieſus mõtem aſcẽdit. Ali-
bi p̃ ſata ducit diſcipulos, ſeminaturus in eorũ affectiб
bus cæleſtium ſegetem præceptorũ, vt meſsis animorũ
fœcũda flaueſceret. Conſummaturus ſuſceptæ carnis
officia, cum perfectionem in diſcipulis iã videret, quos
verborũ ſuorũ radice fundauerat, ortum ingreditur,
vt olearũ nouellas in domo domini plãtaret, & iuſtũ
palmæ florentẽ modo, vitẽq; fœcũdam riuo ſui ſangui
nis irrigaret. Hoc quoq; loco in porticu Salomonis de
ambulat, dedicationis (vt legimus) die, hoc eſt in pecto
re ſapientis atq; pacifici deãbulat Chriſtus, eius ſibi de
dicaturus affectũ. Quæ iſta porticus ſit, docet prophe- Pſal. 100.
ta dicẽs: Deambulabã in innocentia cordis mei in me-
dio domus meæ. Habemus ergo in nobis domum dei.
Habemus atria, habemus & porticus, qui habemus & Prouer. 9
plateas, quia ſcriptũ eſt: Inq; plateis tuis ſuperfluant a-
quæ tuæ. Dilata ergo hanc porticum tui cordis dei ver Pſal. 80.
bo, qui dicit: Dilata os tuũ, & adimplebo illud. Ergo
deambulans in corde ſapiẽtis atq; pacifici dei verbũ au Ioan. 10.
diamus quid loquatur: Ego & pater vnũ ſumus. Nõ di 1. Cor. 2.
cit hoc in pectore perturbatoris & ſtulti, quia anima-
lis homo non ꝑcipit quæ ſunt ſpũs dei, ſtultitia enĩ illi
eſt. Nõ capiũt fidei magnitudinẽ anguſta impiorũ pe- M
ctora. Deniq; iudei audiẽtes, Ego & pater vnũ ſumus:
tulerũt lapides, vt lapidarẽt eũ. Qui hoc audire nõ po
teſt, iudæus eſt: qui hoc audire nõ poteſt, lapidat chri-
ſtũ aſperioribus omni cante pfidiæ ſuæ ſaxis: & ſi mihi
crediris, vulnerat Chriſtũ. Nã etſi ille iã vulnus ſentire
nõ poſsit, (nunc enim ſecundũ carnẽ iam nõ nouimus
Chriſtũ) tamẽ Arrianorũ impietãte lapidatur, qui ec-
cleſiæ ꝓpietate lætatur. Bonum mihi eſt domine lex oris
tui, ſeruo ꝓceptũ tuũ. Vnũ te eſse cũ patre ipſe dixi-
ſti, quia hoc credidit Petrus, claues regni cælorũ acce-
pit, & ſui ſecurus pctã donauit. Quia hoc non credidit
Iudas, ſpietatis ſuæ ſe laqueo ſtrãgulauit. O dura infide
liũ ſaxa verborũ. O informẽ laqueũ ꝓditoris, ſed de-
formi⁹ precium iudeorũ, argẽtũ improbum, quo aut
emitur ad necem iuſtus, aut venditur. Ioſeph vẽditus,

A empt⁹ Chriſt⁹: alter ad ſeruitutẽ, alter ad mortẽ. De-
teſtabilis hęreditas, feralis auctio, quę aut fratrẽ vẽdit
iniurię, aut dominũ licitatur exitio, ſalutis oĩm redem
ptorẽ. Duo igitur quę prędtãt: ora ſũt oĩb⁹, iudea viola
uit, fidẽ atq; pietatẽ: ſed in vtroq; Chriſtũ fidei & pie-
tatis autorem. Nã & ĩ patriarcha Ioſeph typus Chriſti
fuit, & in veritate ſui corporis Chriſtus: qui nõ rapinã
arbitrat⁹ eſt eſse ſe æqualẽ deo, ſed formã ſerui accep-
pit. Propter lapſus videlicet noſtros ſuſcipiẽs ſeruitu-
tẽ, nec refugiẽs paſsionẽ, alibi viginti aureis emitur, a-
libi triginta. Quo enĩ poterat verũ ei⁹ preciũ cõprehẽ
di, cui⁹ nõ poteſt meritum definiri? Erratur in precio,
quia erratur in ſtudio. Viginti aureis in veteri teſtamẽ
to vẽditur, triginta in Euãgelio, Precioſior enim typo
veritas, largior gratia q̃ diſciplina. Opimior lege prę-
ſentia, quia lex promiſit aduẽtũ, legẽ aduent⁹ ſpleuit.
Viginti aureis emũt Hiſmaelitę, trigita Iudæi. Nec hic
figura mediocris. Ad ſacrilegium ꝓfidi largiores q̃ ad
ſalutẽ fideles ſunt. Tamẽ vtriuſq; cõtractus cõſiderari
cõuenit qualitatẽ. Viginti aurei preciũ ſeruitutis, trigi
ta aurei crucis ſũt. Quãuis enĩ ſimili mõ aſsumptiõis &
paſsionis ſint admirãda myſteria, plenitudo tamen fi-
dei in ſacramento eſt paſsiõis. Nõ minoris quidẽ æſtim-
mo ſanctæ virginis partũ, ſed gratius benedicti corpo
ris ſacramẽtũ. Quid clemẽti⁹ q̃ qđ mihi ſuas donauit
B iniurias? Pleni⁹ tamen eſt, qđ tãtũ cõtulit nobis, vt qui
moriturus nõ erat, quia de⁹ erat, noſtra ille morte mo
reretur, vt nos eius ſpũ viueremus. Deniq; nõ ocioſe &
Iudas Scarioth vnguẽtũ illud trecẽtis denarijs eſtima
Mat. 26. uit, qđ vtiq; ipſi⁹ precij definitiõe crucẽ videretur do
mini declarare. Vnde & dominus ait: Hæc enim mittẽs
hoc vnguentũ in corpus meũ ad ſepeliendũ me fecit.
Cur igitur Iudas hoc carius æſtimauit? Quia peccatori
Luc. 7. bus pluris cõſtat remiſsio peccatorũ, & indulgẽtia vi
detur eſse precioſior. Denique habes ſcriptũ quia cui
multũ dimittitur, plus diligit. Ergo & ipſi peccatores
dominicæ paſsionis quã perdiderũt gratiã confitẽtur:
& teſtimoniũ ferunt Chriſto, qui Chriſtũ ſunt perſecu
ti. Aut quia in maleuolã animã nõ intrat ſapientia, etiã
hoc loquebatur proditoris affectu, cari⁹ æſtimabat do
minici corporis paſsiõnẽ, vt oẽs à fide præcij enormi-
tate reuocaret. Ideoq; domin⁹ gratis ſe obtulit, ne quẽ
Eſa. 55. reuocaret à chriſto paupertatis neceſsitas. Patriarchæ
eũ vili vendiderũt, vt oẽs emerẽt. Eſaias dixit: Quicũ-
q; nõ habetis argentum, venite, emite, & bibite. Et mã-
ducauerunt, & ſatiati ſunt in deſerto, vt eũ acquireret
qui non habebat argentum. O Iuda proditor, vnguen
C tum paſsionis eius trecentis denarijs eſtimas, & paſsio-
nẽ eius triginta denarijs vẽdis? Dues in æſtimatione, vi
lis in ſcelere. Ergo nõ omnes eodẽ precio emunt chri
ſtũ. Alio emit Fotinus, qui ad mortem emit: alio Arria
nus, qui emit ad iuriã: alio Catholic⁹, qui emit ad glo
riã Sed emit ſine precio ſecundum quod ſcriptum eſt:
Mat. 7. Qui nõ habet pecuniam, emat ſine precio. Nõ omnes,
inquit, qui dicũt mihi domine domine, intrabunt in re
gnũ cælorũ. Et ſi multi ſe nominẽt chriſtianos: nomẽ
vſurpant, non omnes mercedem habent. Et Cain ob-
Luc. 22. tulit ſacrificiũ, & Iudas accepit oſculũ, ſed audiuit: Iu-
da, oſculo filiũ hominis tradis? hoc eſt, amoris pignó-
re ſcelus imples, & pacis inſtrumento odia ſeris, & cha
ritatis officio mortẽ irrogas? Ergo nęc Arriani ſibi vſur
pato nomine blandiantur, quia Chriſtianos ſe eſse di-
cunt. Reſpõdebit eis dominus: Nomen meum prętendi-
tis, & ſubſtantiam denegatis, ſed nõ agnoſco nomen
meũ vbi non eſt mea ſempiterna diuinitas. Nõ eſt no-
men meũ quod à patre diuiditur, ab ſpiritu ſeparatur.
Non agnoſco nomẽ meũ vbi non agnoſco doctrinam
meam. Nõ agnoſco nomen meũ, vbi non agnoſco ſpi-
ritum meum. Neſcit enim ſe ſpiritus patris comparare
ſeruitijs quæ creauit, de quo multa diximus.

¶ Collectio, quia ſpiritus deus, quoniã & ſine peccato D
eſt, & peccata donat, & creator eſt, & ſeruimus ei,
& adoratur. Hęc enim omnia dei ſũt, & quia à mor
te ſuſcitat. CAPVT XIX.

Adsvmmam tamẽ, vt in fine quę diſperſe dicta
ſũt, expreſsius colligamus, cũ ex ceteris, tũ ex
quatuor iſtis prę cæteris manifeſta diuinitatis
gloria cõprobatur. De⁹ enĩ ex eo cognoſcitur, aut quia
ſine peccato eſt, aut quia pctã cõdonat, aut quia creatu
ra nõ eſt, ſed creator eſt, aut quia nõ adorat, ſed adora
tur. Sine peccato itaq; nemo eſt, quia nemo ſine pecca
to niſi vnus de⁹. Peccata quoq; nemo cõdonat niſi vn⁹
deus, quia ę que ſcriptũ eſt: Quis poteſt peccata dona Luc. 5.
re niſi ſolus deus? Creator quoq; omniũ nõ poteſt eſse
niſi qui creatura nõ eſt, qui creatura autem nõ eſt, ſine
dubio deus eſt, quia ſcriptũ eſt: Seruierũt creaturę po Roma. 1.
tius q̃ creatori, qui eſt deus benedictus in ſecula. Deus
quoq; nõ adorat, ſed adoratur, quia ſcriptũ eſt: Domi
nũ deũ tuũ adorabis: & illi ſoli ſeruies. Conſideremus
ergo vtrũ horũ aliquid habeat ſpirituſ ſanctus, quæ te-
ſtimoniũ afferant diuinitatis. Primũ igitur de eo tra-
ctemus quia nemo ſine peccato niſi vnus deus. Exiga-
mus vt doceãt qđ peccatum habeat ſpirituſ ſanctus. Sed E
docere nõ poſsũt: & autoritatẽ requirũt, vt lectiõe do
ceamus quia non peccauit ſpiritus ſanctus, ſicut de fi-
lio lectũ eſt quia peccatũ nõ fecit. Et hoc accipiãt ſcri
pturarũ autoritate nos docere. Scriptũ eſt enim: Quia
in ſapiẽtia eſt ſpiritus intelligentiæ, ſpiritus vnic⁹, mul Sapien. 7.
tiplex, ſubtilis, bene mobilis, diſertus, immaculatus. Im
maculatus dicit ſcriptura, Nunquid mẽtita eſt de filio,
vt de ſpiritu credas eſse mentitã? Dixit enim Propheta
in eodẽ loco de ſapientia, quia nihil maculoſum in il-
lã incurrit. Ipſa immaculata eſt, & immaculatus ei⁹ eſt
ſpũs. Ergo ſi peccatũ nõ habet ſpũs, deus eſt. Sed quo-
modo reus poteſt eſse peccati qui donat ipſa peccata,
& peccatum nõ fecit? Et quia ſine peccato eſt, creatura
nõ eſt. Oĩs enim creatura peccatorũ capacitati obno-
xia eſt, ſola aũt eſt à peccato immunis & immaculata
ſẽpiterna diuinitas Nũc videamus vtrũ peccata donet F
ſpũs. sed hinc dubitari nõ poteſt, cũ ipſe domin⁹ dixe
rit: Accipite ſpiritũ ſanctũ: quorũ remiſeritis peccata
remiſsa erunt. Ecce quia per ſpiritum ſanctum peccata Ioan. 20.
donantur. Homines autem in remiſsionẽ peccatorum
miniſterium ſuum exhibent, nõ ius alicuius poteſtatis
exercent. Neq; enim in ſuo, ſed in patris & filij & ſpiri
tus ſancti nomine peccata dimittũtur. Iſti rogãt, diui-
nitas donat, humanũ enim obſequiũ, ſed munificentia
ſupernæ eſt poteſtatis. In baptiſmo quoq; peccata do-
nari non eſt ambiguũ. In baptiſmo autem operatio pa
tris & filij & ſpiritus ſancti eſt. Ergo ſi peccatum nõ ha Mar. 2.
bet ſpũs, cũ ſcriptũ ſit: Quis poteſt dimittere peccata
niſi vnus deus? vtique qui nõ poteſt ab vnitate natura-
lis nominis ſeparari, nõ poteſt etiam à dei poteſtate ſe
cerni. si autẽ à dei nõ ſecernitur poteſtate, quomodo
à dei appellatiõe ſecernitur? Videam⁹ nũc vtrũ crea-
tura ſit, an creator. Sed cũ ſupra creatorẽ euidẽtiſsime
probauerimus, quia ſcriptum eſt: ſpũs diuinus qui fecit
me: & innouari faciem terræ per ſpiritũ, & ſine ſpiritu
facesſere oĩa declaratũ ſit: apparet ſpiritũ eſse creato-
rem. sed quis hoc dubitet, quando (ſicut ſupra oſtendi
mus) ne domini quidem ex virgine aſsumpta genera-
tio, quę prętãtior omnibus creaturis eſt, operationis
exors ſit ſpiritalis? Non ergo creatura ſpiritus, ſed crea
tor eſt, qui autẽ creator, non vtique creatura. Et quia
creatura nõ eſt, ſine dubio creator eſt omniũ qui patri
& filio cooperator eſt in omnib⁹. si autẽ creator, vtiq;
dicendo Apoſtolus in condẽnationẽ gentilitatis quia
ſeruierũt creaturæ potius q̃ creatori, qui eſt deus ben
dictus in ſecula: ſuadẽdo quoq;, vt ſupra docuimus, ſe

Guiēdū eſſe ſpūſ ſācto,& creatorē oſtēdit:& quia creator eſt,deū appellari debere mōſtrauit. Qđ etiā in epiſtola quę ad Hebręos ſcripta eſt,cōprehēdit dicēs quo
Heb.3. niā qui oīa creauit,de⁹ eſt. Aut dicāt igitur quid ſit qđ ſine patre & filio & ſpū ſit creatū, aut ſpiritū quoq; vnius cū patre & filio deitatis eſſe fateantur. Adorandū
Mat.4. quoq; docuit,quē dominū & deum dixit.Qui enī deus vniuerſitatis & domin⁹,vtiq; ab oībus adorādus eſt. ſic
Heb.1. enī ſcriptū eſt:Dominū deū tuum adorabis,& ipſi ſoli ſeruies. Aut dicāt vbi legerīt quia adorat ſpūs.Dictum eſt enī de dei filio: Adorent eū oēs angeli eius. Nō le-
Philip.3. ctū eſt,adoret ſpūs.Quo enī poteſt adorare,qui nō inter famulos & miniſtros eſt,ſed cū patre & filio ſeruitia habet ſubiecta iuſtorū,quia ſcriptū eſt: Spiritui dei ſeruimus? Adorādus igitur eſt nobis, cui ſeruiēdū ā nobis Apoſtol⁹ docuit. Cui autē ſeruimus, hūc & adoramus, iuxta qđ ſcriptū eſt, vt eadē ſępe repetamus: Dominū deū tuū adorabis,& illi ſoli ſeruies, q̄q̄ & hoc nō prætermiſerit apoſtolus, quin & ſpiritū diceret adorā dū. Cū enim docuerimus quia ſpūs in ꝓphetis eſt,nec hoc quiſq̄ poſſit ambigere quia ꝑ ſpiritū ꝓphetia datur: vtiq; cū adoratur qui in prophetis eſt, idē ſpiritus
1.Cor.14 adoratur. Itaq; ſic habes: Si conueniat vniuerſa eccleſia in vnū,& oēs linguis loquantur, intret autē idiota aut
H infidelis,noane dicēt qđ inſanitis? Sin autē prophetent omnes, intret autē quis idiota aut infidelis, cōuincitur ab omnibus,dijudicatur ab omnib⁹. Occulta etiā cordis eius manifeſta fiunt: & ita cadēs in faciem adorabit deū,pronuncians quod vere deus ſit in vobis. Deus eſt ergo qui adoratur,deus qui manet & qui loquitur in ꝓphetis,manet autem & loquitur ſpiritus. Ergo & ſpiritus adoratur. Itaq; ſicut pater & filius vnū ſunt,quia filius omnia habet que pater habet, ita & ſpiritus vnum eſt cum patre & filio,quia & ipſe omnia dei nouit. Nō enim extorſit,ne ſit amittētis iniuria: nō rapuit', ne damnum ſit eius cui videtur ereptum. Neq; enim aut per indigētiā rapuit, aut per excellentiā virtutis validioris extorſit,ſed per vnitatē poſſidet poteſtatis. Ergo ſi
I hęc omnia operatur, quia oīa operatur vnus atq; idem ſpiritus: quomodo nō⁹ deus,quia omnia habet quæ deus
Iob.27. habet? Aut conſideremus quid habeat deus quod non habeat ſpirituſ ſanctus. Habet deus pater diuinitatem,
Matt.9. habet & filius,in quo habitat plenitudo diuinitatis, habet ſpiritus,quia ſcriptū eſt:Spiritus diuinus qui eſt in
Roma.3. naribus meis. Habet deus vt ſcrutetur corda & renes, habet & filius qui dicebat: Quid cogitatis in cordibus veſtris mala? Sciebat enim Ieſus cogitationes eorum. Habet & ſpirit⁹,qui etiā prophetis alieni cordis occulta manifeſtat,ſicut ſupra diximus quia occulta cordis manifeſta fiant. Et quid miramur ſi hominū ſcrutatur occulta,qui ſcrutatur etiam alta dei? Habet deus vt verax ſit,quia ſcriptū eſt:Sit autē deus verax, omnis autē
Pſal.42. homo mēdax. Et alibi ſcriptū eſt: Fidelis deus, qui nō mentitur. Nunquid mētitur ſpiritus, qui eſt ſpiritus veritatis,imō quem docuimus veritatem dictum, quia & ipſum Ioānes veritatē ſicut filiū nūcupauit? Et in pſalmo ait Dauid: Emitte lucē tuam & veritatem tuam, ip
Philip.2. ſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum,& in tabernacula tua. Si lucē hic filiū putas,ergo ſpiritus veritas eſt. Aut ſi filiū putas veritatē,ergo ſpiritus lux eſt. Habet deus nomen ſuper omne nomē, & dedit filio nomen, ſicut legimus, vt omnes in nomine Ieſu genu flectant. Hoc nomē vtrū habeat ſpiritus,cōſideremus. Sed ſcriptum eſt: ite, baptizate gētes in nomine patris,& filij,& ſpirituſ ſancti. Habet ergo nomē ſuper omne nomē. Quod ergo habet pater & filius,habet & ſpiritus per naturalis nominis vnitatem.

¶ Quia ſicut pater & filius, ita & ſpirituſ ſanctus ſuſcitat mortuos. CAPVT XX.

Habes quod ſuſcitat mortuos. Sicut enim K pater ſuſcitat mortuos,& viuificat: ſic & filius quos vult viuificat. Suſcitat autem etiā ſpiritus,per quē deus ſuſcitat, quia ſcriptū
Roma.8. eſt: Viuificabit & mortalia corpora veſtra ꝓpter inhabitantē ſpiritū eius in vobis. Tamen ne infirmam gratiam putes,audi quia & ſpiritus ſuſcitat. Dicit enī prophetа Ezechiel: Veni ſpiritus, & inſuffla in mortuos
Ezech.37 iſtos,& viuēt,& prophetaui ſicut mādauit mihi, & intrauit in eos ſpūs vitę, & vixerūt, & ſteterūt in pedib⁹ ſuis cōgregatio nimis multa. Et infra de⁹ dicit: Scietis qđ ego ſū domin⁹,cū aperiā ſepulchra veſtra, & educā de ſepulchris populū meū,& dabo ſpiritum meū in vos,& viuetis. Vtiq; cū ſpūm ſuū dixerit, nūquid aliū prēter ſpūm ſanctū nūcupauit? Neq; enim flatilē ſpūm ſuū diceret,nec hic ſpūs ā quatuor mūdi poſſet venire cardinibus,quia vētorū flatus hic quē videmus, partis nō vniuerſitatis eſt. Et hic ſpūs quo viuimus,ſingulorū nō vniuerſorū eſt. Spūs aūt ſanctus eſt,vt & ſuper omnes,& in oīb⁹ ſit. Itaq; ex verbis ꝓpheticis ſpectare licet quēadmodū oſa dudū reſolutorū mēbrorū cōpage diſperſa in formā rediuiui corporis viuificante ſpū reuertātur,& in ſuos artus fauilla cōcreſcat, ſenſu pri⁹
L aſiata coeūdi,q̄ ſpecie reformata viuendi. Nonne in ſancti ſimilitudine vnitatē diuinæ recognoſcimus poteſta
tis? ſic ſuſcitat ſpūs ſicut & dominus in paſſione ꝓpria ſuſcitauit,cū ſubito in momento oculi defunctorū ſepulchra patuerunt, & reduiuia corpora ſurrexere de tumulis mortis,que fœtore deterſo, ac vitæ odore reparato expirātiū fauillæ ſpirantiū faciem receperunt. Habet ergo ſpiritus quod habet Chriſtus. Habet igitur
Ioan.16. qđ habet deus. Omnia quæ habet pater, habet filius. Ideoque dixit: Omnia quæ habet pater, mea ſunt.

¶ Quia ſpiritus in dei ſede,& vnum regnū patris & filij & ſpirituſ ſancti indiuiſum. CAP. XXI.

Nec illud mediocre,qđ de throno dei exi- M
re fluuium legimus. ſic enim habes dicēte Apoc.22
Ioanne Euangeliſta: Et oſtēdit mihi fluuiū aquæ viuę,ſplendidū tanq̄ cryſtallū,,procēdēs de ſede dei & agni,in medio plateæ ei⁹, & ex vtra que parte lignū vitę,faciēs fruct⁹ duodecim, ꝑ ſingulos menſes reddens fructū ſuū, & folia ligni ad medicinam omniū gētium. Hic eſt vtiq; fluuius de dei ſede
Ioan.7. procedēs,hoc eſt ſpirituſ ſanctus: quē bibit qui credit in chriſtū,ſicut ipſe ait: Qui ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vētre ei⁹ fluent aquæ viuæ. Hoc aūt dicebat de ſpiritu. Ergo flumen eſt ſpiritus. Hic igitur eſt in dei ſede. Neque enim aqua abluit dei ſedem. Deniq; Dauid nō ſupra ſedē dei dixit,ſed ſupra cęlos eſſe quālibet illā in-
Pſal.148. telligas aquā: quia ſcriptū eſt: Et aquę quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomē domini. Laudent dixit, nō laudet. Nam ſi aquę elementū voluiſſet intelligi, laudet vtiq; dixiſſet. Dicēdo autem pluraliter, virtutes voluit æſtimari. Et quid mirū ſi in ſede dei ſpiritus ſanctus eſt, cū
Rom.14. ipſum regnū dei, operatio ſpiritus ſit, ſicut ſcriptū eſt: Quia non eſt regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia, &
Luc.11. pax,& gaudiū in ſpiritu ſancto? Et ipſe cū dicit ſaluator: Omne regnū in ſeipſum diuiſum, deſtruetur: dein de ſubijciendo, Quod ſi in ſpiritu dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei: oſtendit regnum ſibi indiuiſum eſſe cū ſpiritu, Quid autem dementius
2.Tim.2. q̄ vt neget vt quiſquam Chriſto conregnare ſpiritū ſanctum, cum etiam nos in chriſti regno conregnaturos Chriſto apoſtolus dicat? ſi enim commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinemus, & conregnabimus. ſed nos per adoptionem, ille per poteſtatem: nos gratia, ille natura. Habet igitur conſortium regni cum patre &

A filio etiam ſpiritus ſanctus, qui vnius naturæ, vnius dominationis, vnius etiam poteſtatis eſt.

¶ Quia dominus ſabaoth etiā ſpūſ ſanctus. CA. XXII.

Itaque cum habeat cōſortium regni, quid obſtat quo minus ſpiritum ſanctū intelligamus à quo Eſaias miſſus eſt? Neq; enī Paulo poſſumus autore dubitare, cuius ſententiā
Actu.28 in Actibus Apoſtolorum Lucas Euāgeliſta ſic ꝓbauit, vt ſcriberet. Deniq; ſic habes dicēte Paulo: Bene locut⁹ eſt ſpirit⁹ ꝑ Eſaiā ad patres noſtros, dicēs: Vade ad plebē iſtā, & dic: Aure audietis, & nō intelligetis: & videntes videbitis, & nō aſpicietis. Spiritus ergo eſt qui miſit
Eſa.6. Eſaiā. Si ſpiritus miſit, ſpirit⁹ eſt vtiq; quē mortuo Ozia rege vidit Eſaias quādo dixit: Vidi dominū ſedentem ſup thronū excellium & eleuatum, & plena erat domus maieſtatis eius, & ſeraphim ſtabāt in circuitu eius, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: & duabus velabāt pedes, & duabus velabāt faciē, & duabus volabāt. & clamabant alter ad alterum, & dicebāt: Sanctus, ſanctus, ſanctus domin⁹ deus ſabaoth, plena eſt vniuerſa terra maieſtate eius. Si ſtabāt ſeraphim, quomō volabāt? Si volabant, quō ſtabāt? ſi hoc nō poſſumus cōprehendere, quō deum cōprehēdere volumus, quē nō videmus? ſed ſicut rotā in-
B tra rotā vidit ꝓpheta currēntē, qđ vtiq; nō ad corporalis refertur ſpeciē viſiōis, ſed ad vtriuſq; gratiā teſtamēti, eo q; teres vitaſctōrum ſit, & ita ſibi concinens, vt ſuperioribus poſteriora reſpōdeant. Rota igitur intra rotā eſt vita ſub lege, vita ſub gratia, eo qđ Iudæa intra eccleſiā ſit, lex intra gratiā. Nā intra eccleſiā eſt, qui Iudæus eſt in occulto, & circūciſio cordis intra eccleſię ſacramentum eſt. ſed illa Iudæa intra eccleſiā, de qua ſcri
Pſal.75 ptum eſt: Notus in Iudæa deus. Ergo ſicut rota intra rotā currit, ſimliter alæ ſtabant, & alæ volabāt. ſimiliter & ſeraphim duabus alis faciē, & duabus alis pedes velabant, & duabus volabāt. Nā hic quoq; ſpiritalis ſapiētię ſacramentum eſt. stabant tempora, volabant tempora. stant præterita, volant futura, & quaſi alæ ſeraphim, ita faciē dei vel pedes velant, eo quod in deo, qui nec principij nec finem habet, omnis ab hac cognitione principium eius & finis curſus temporum feratur. stāt ergo præterita vel futura, præſentia volant. Ne quęre principij eius vel finis arcana, quæ non ſunt. Habes præſentia, ſed laudato, nō diſcute. ſeraphim indefeſsis vocib⁹ laudāt, & tu diſcutis? Qđ vtiq; cum faciunt, oſtēdunt nobis
C nō aliquādo diſcutiendum deum, ſed ſemper eſſe laudandum. Ergo dominus ſabaoth & ſpirituſ ſanctus eſt.

¶ Quia omnipotens etiam ſpiritus dei. CAP. XXIII.

Niſi forte diſplicet impijs doctor quē Chriſtus elegit, aut dominum virtutum negare poſſūt ſpiritum ſanctū, qui donet quas voluerit ipſe virtutes. Nunc vnitatē maieſtatis licet in patre filioq; & ſancto ſpiritu cognoſcere. Nā pleriq; dicūt patrē deum ab Eſaia hoc tēpore viſum, Paulus ſpiritū
Ioan.12 dixit, Lucas probauit, Ioannes Euangeliſta ad filiū retulit. Sic enim ſcriptum eſt de filio: Hæc locutus eſt Ieſus, & abijt, & abſcōdit ſe ab his. Cum autem tāta ſigna feciſſet coram eis, nō credebāt in eum: vt ſermo Eſaiæ
Eſa.53 impleretur, quē dixit: Domine, q̄s credidit auditui noſtro? & brachiū domini cui reuelatū eſt? Propterea non poterāt credere, quia iterū dixit Eſaias: Excęcauit oculos eorū, & indurauit cor eorū, vt nō videant oculis, & corde intelligāt, & conuertantur, & ſanem eos. Hæc dixit Eſaias, quando vidit maieſtatem eius, & locutus eſt de eo. Ipſa verba dixit Ioannes dixiſſe Eſaiam, & maieſtatē ei filij apparuiſſe euidentiſſime reuelauit. Paulus autē ſpiritum hæc dixiſſe memorauit. Vnde igitur iſta diuerſitas? Diuerſitas quidē verborū, nō ſenſuū eſt. Nā D
licet diuerſa dixerint, nullo⁹ errauit: quia & pater videtur in filio, qui dixit: Qui me videt, videt & patrē. Et ſi
Ioan.1.4. filius videtur in ſpū, quia ſicut nemo dicit dominū Ieſū
1.Cor.12. niſi in ſpū ſācto: ita nō carnali oculo, ſed ſpirituali gratia Chriſtus videtur. Vnde & ſcriptura ait: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſt⁹. Et Paul⁹ cū oculos ꝑdidiſſet, quō niſi in ſpū Chriſtū videbat? Vnde & domin⁹ ait: Ad hoc enī tibi viſus ſū, vt cōſtituer ē te miniſtrū & teſtē quib⁹ vidiſti me, & in quib⁹ viſurus es. Nā & prophetæ ſpiritū accipiebant, & Chriſtum videbāt. Vna igitur viſio, vna præceptio, vna maieſtas. An negas etiā dominū maieſtatis eſſe ſpiritū ſanctū, cū domin⁹ maieſtatis ſit crucifixus, quia natus eſt de ſpiritu ſancto, & virgine Maria, quia nō alter Chriſt⁹, ſed vn⁹ eſt, & ante ſecula ex patre vt dei filius ſit natus, in ſeculū vt hō carnis aſſūptione generatus? Quid autē dicā quia ſicut pater & fili⁹, ita etiā ſpūs immaculat⁹ eſt & oīpotēs? quia oīpotēs ſpūs dei, quia græce παντοδύναμον, παῦ ἐπίσκοπον Salomō dixit, eo quod
Sapien.7. omnipotēs & ſpeculator ſit omniū, ſicut lectū eſt in libro Sapientiæ, vt ſupra eſt demonſtratū. Ergo & ſpiritus in honore eſt, & in maieſtate. Intuere nunc ne quę eū forte nō deceat: aut ſi tibi diſplicet Arriane, detrahe eū de patris filijq; cōſortio. Sed ſi detrahere volueris, cælum ſupra te verti videbis, quia virtus eorum omnis ab ſpiritu eſt. Si detrahere volueris, in deum tibi prius mittēda eſt manus, quia deus ſpiritus. Sed quomodo detrahes eum, qui alta ſcrutatur dei?

FINIS.

CAPITA LIBRI DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARRIANOS.

Qđ nihil periculoſius ijs hæreticis eſſe poſſit, quibus multa nobiſcū paria ſunt: qui cū integre per oīa de currere videātur, vno tamē verbo meram ac ſimplicem fidē inficiūt. Quodq; ſublato nomine ſubſtantiæ, quod iſti de Euāgelica & Apoſtolica fide patrū q; traditione auferre volūt, ſubtiliter Arriana hæreſis intromittatur. Et qua ratione iſtud nomē tollere laborauerint. Caput I.

De cōfutatiōe hęreſis Arrionorū per firmiſſimas rationes, & euidētia ſacrę ſcripturæ teſtimonia, eo quod ita deū filiū de deo ponant, vt ex deo factus ſit, non ex deo natus, & quod homouſion, id eſt vnius ſubſtantiæ vocabulū auferanē, illāq; ſapientiū quæ dei filius eſt, creaturam intelligant. Caput II.

De deſtructioue rationū quib⁹ Arriani errorem ſuum defendere conantur, pręcipue dicētes ideo homouſion nominari nō oportere, quia in ſcripturis diuinis nōn contineatur. Caput III.

Quo argumēto Arriani deū nō eſſe ſubſtātiā probare cōtēdāt, & de ſubtili illi⁹ diſſolutiōe. Cap. IIII.

Qđ cū vnitas ſubſtantiæ in patre & filio non ſolum ꝓphetica, ſed & euāgelica autoritate cōprobetur, nō poſſit dici in ſcripturis diuinis homouſion nō inueniri. Et quæ ſit ratio nominis. Quod præterea ſi ad aliquam ſimilitudinē velit Arrianus in deo comparationem facere, nō poſſit expreſsius cōparatum definire, niſi eum dicat lumen ex lumine. Cap. V.

Quid ſit deus, & vtrum ei aliquid poſſit comparari. Quemadmodū etiam ratio quædā ſit quę apud græcos logos nominatur, quæ inter patrē & filiū perſonas vel vocabula diſtinguit. Et quod illa ratio multis nominibus appelletur, ac qua de cauſa ſingula de filio dicantur. Caput VI.

De remotiōe occaſionis erroris quā hæretic⁹ Arrian⁹

ex hoc capere poſset,quod duo nomina vel duæ p-ſonæ,id eſt patris & filij ſtatuuntur,quaſi duo dij dicantur. Caput VII.

De apertione totius myſterij hæreſis Arrianę cur noluerit filiũ de ſubſtãtia patris credi, & de reſpõſione ad motiua Arrianorũ,quodq; multum intereſt inter ea quę facta ſunt,& eũ qui omnia fecit. Et quẽadmodum in multis ac varijs figuris deus ſe patrib⁹ præoſtenderit,qui tamen ſecũdum deitatem videri nõ potuit. Caput VIII.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLAN. de fide orthodoxa contra Arrianos Lib. I.

¶Quod nihil periculoſius iis hæreticis eſse poſsit,quibus multa nobiſcũ paria ſũt,qui cũ integre p oía decurrere videãtur,vno tamẽ verbo merã ac ſimpliciẽ fidẽ inficiũt. Qdq; ſublato noĩe ſubſtantiæ,quod iſti de euãgelica & apoſtolica fide patrũq; traditione auferre volũt,ſubtiliter Arriana hæreſis itromittatur. Et qua ratiõe iſtud nomẽ tollere laborauerit. Cap. I.

HVLTAS quidẽ & graues hæreſes nouim⁹ á plurimis ebullire,& veneni vice ad intimum pectus canceris ſui virus infũdere. Sed vinci illi vel facile poſsũt,vel facile vitari, quorũ prima ꝓpoſitiõe omne cõ filium pectoris ꝓditur. At vero ij quib⁹ multa nobiſcũ paria ſũt,facile poſsũt innoxias mẽtes & ſoli deo deditas frauduléta ſocietate percutere,cũ malorũ ſuorũ virus per bona noſtra defendũt. Nihil enim periculoſius iis hæreticis eſse poteſt,q̃ qui cũ integre p oía decurrant, vno tamẽ verbo,ac ſi veneni gutta, merã illã ac ſimplicem fidem dominicæ & exinde apoſtolicæ traditionis inficiant. Vnde vehemẽter nobis cauendũ eſt ne ſe vel ſenſibus vel auribus noſtris huiuſmodi aliquid latẽter inſinuet,quia nihil tã cogit in mortẽ q̃ ſub obtẽtu fidei fidẽ violare. Vt eni gypſum aqua permixtũ, lac colore mẽtitur:ita hic ꝑ veriſimilẽ cõfeſsionẽ traditio inimica ſuggeritur. Qua de re nõ ſimilitudo cõfeſsionis, ſed ſenſus mẽtis eſt põderandus quo cõfeſsio ipſa firmatur. Deniq; ſi diligentius & accuratius attẽdatis cur voluerint de euãgelica & apoſtolica fide & de patrum traditiõe ſubſtãtię nomẽ auferri,proculdubio probatis hereſim Arrianã ſubtili cõpẽdio breuiatã, ſublato hoc nomine intromiſsã. Nec hoc quidẽ ego ſuſpicione aut opinione collectũ affirmo. Nec, vt ipſi putant, Academic⁹ diſputator aſsiſto,vt ſimplices ſenſus verborũ ſubtilitate contorqueã, ſed vt contortos & prauos tenui argumento compoſitos, in lucem cognitionis exponã,quo facili⁹ poſsit cognita & comperta iniquitas ab hominibus euitari. Quæ etenim cauſſa, quæ ve ratio extitit vt quod docẽdũ & quod credendum cunctis eccleſijs fuerat traditũ, quodque patres noſtri apoſtolici viri cõtra vniuerſas hæreſes, & maxime Arrianam,quaſi quendam obicẽ veritatis, quo omnes aditus peſtiferæ doctrinæ obſtruerẽt,ſancto ſpiritu mundati catholica ratione poſuerunt, nõ ſine magno niſu ab iis qui tũc elogio Arrianę labis addicti ſunt, labore tur auferri,niſi vt filiũ dei mutabilẽ & cõuertibilẽ, vtpote nõ de ꝓpria patris ſubſtãtia cõſtitiſse confingãt: cui & initiũ ex tempore,& ortum ex nihilo,nomen ex altero,vt ſemper, docuerũt, propter quod & ſæpe dãnati ſunt,nũc iam libere & ſecure incũctanterq; eccleſijs tradere & inſinuare poſsint.

¶De confutatione hęreſis Arrianorũ per firmiſſimas ratiões,& euidẽtia ſacræ ſcripturę teſtimonia,eo qđ ita deum filiũ de deo ponant, vt ex deo factus ſit,nõ ex deo nat⁹. Et qđ homouſion, id eſt vnius ſubſtãtiæ vocabulũ auferant, illãq; ſapiẽtiam quæ dei filius eſt creaturam intelligant. CAPVT II.

VIDETIS ergo omnia eos in tractatu ipſorum nõ euãgelica fide,ſed ſubdolà malignitate ad ſeducẽdos ſimplices quoſq; poſuiſse. Nõ iam tã ſuſpectum q̃ manifeſtũ oĩb⁹ eſse debet ita eos deũ de deo poſuiſse,vt Arrius tradere ſolebat, vt deo factus ſit,non ex deo natus. Qui ſi natus eſt, vnius ſubſtantię eſt. Si fact⁹ eſt,verus filius nõ eſt. Et ſi verus filius nõ eſt,nec verus deus eſt. Aut ſi verus deus eſt,& de patre nõ eſt,duo ſunt habentes ſinguli & volũtates ꝓprias,& imperia diuerſa. Vel ſi cõcordia tantũ & ſocietate vnũ ſunt,nõ tamen ſubſtãtia: verus, vt iã dixi, deus nõ eſt. sic erit deus vt Moyſes Pharaoni, poteſtate,nõ genere. Filius quoq; ita credẽdus erit, vt ꝑ Eſaiã populo dictũ eſt: Filios genui,& exaltaui. Et alibi: Dij eſtis,& filij altiſsimi oẽs. Sed & primogenitus ita habebitur,quomodo & Iſrael à deo primogenitus filius appellatus eſt. Necnon & primogenitus totius creaturæ. quaſi in ordine factorũ primogenitus habeatur, vt ex eo ſeriem quandã creandis mundi rebus aſsignẽt. Deniq; ſublato homouſion, id eſt vnius ſubſtãtiæ vocabulo,ſimilem geſtori ſuo poſuerũt,cum aliud ſit ſimilitudo,aliud veritas. Nã & homo ad imaginẽ & ſimilitudinem dei factus eſt,nec tamen deus eſt. Nec quod deus eſt,homo extitiſse credendus eſt. Ita & filium dei ſimilem volunt,vt eum aliunde ſimilẽ, nõ de ipſa vna ſancta & beata patris ſubſtantia dicant, Qui ſi de patris ſubſtãtia nõ eſt, ec onc onton eſt, id eſt de nullis extãtibus,vt idem Arrius tradidit. Sublato eni vel id quod pater eſt,vndecunq; fuerit filius,neceſse eſt vt & initiũ ex nihilo,& ortum ex tempore habeat. Nihil enim ſine initio niſi ſolus deus. Vnde & filius ſiue ipſe dominus ait: Ego & pater vnum ſumus. Quod ideo dixit, vt duarũ perſonarum vocabula in vnius deitatis maieſtate monſtraret:ſicut & Propheta ex voce dei: Eructauit,inquit,cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Vides ergo hoc verbum bonũ, filium dei eſſe,quem non aliunde niſi de paterno pectore, & (vt ita dixerim) de vtero cordis dei credimus natũ. Et proinde eũ regẽ appellat,quia ipſe eſt rex regũ. Deum dominum,cui omnia diuina opera ſuccumbũt, qui dixit: Omnia quæ pater habet,mea ſunt. De hoc & Euangeliſta: In principio,inquit,erat verbum, & verbum erat apud deum,& deus erat verbum. Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil. Igitur quod in principio erat,ſemp fuiſse credendũ eſt. Sed nec aliũde eſſe q̃ ex eo qui principium nõ habet, id eſt de corde patris,qui eructauit, inquit, cor meum verbum bonum. Nõ enim dixit: In principio factum eſt verbum, ſed in principio,inquit,erat verbum. Quodcunq; principiũ verbi aſsignare volueris, pręiudicatum habebis, quia in principio,inquit,erat. Nõ quod duo principia ex rerum diuerſitate dicamus, ſed quia ſermo filius ſemper cũ patre eſt,& de patre natus eſt. Ac proinde cuius origo principium nõ habet,ſempiternũ cum patre credẽdus eſt,quia nec pater poteſt vnquã ſine filio nominari,nec filius ſine patre vocari, ac per hoc ſemper filij, quia ſemper pater. Et deus,inquit,erat verbum. quod deus eſt,ſemper eſt: ne ſi ſemper non fuerit, verus deꝰ ſemper eſse nõ poſsit :ſicuti & in ſophiæ nomine, quia ſecũdum Apoſtolum ipſe eſt ſapientia patris. Ego,inquit,ex ore altiſsimi prodiui. Non ergo aliũde q de patre, qa ſemp cũ patre. Et ideo ſapiẽtia dei appellatur, vt nũq̃ pater ſine ſapientia, hoc eſt ſine filio ſuo fuiſse credatur. Hæc eſt illa ſapiẽtia ineffabilis,quæ ĩitio viarũ dei apud Salomonẽ vel cõdita,vel genita,vel creata deſcribitur: quã tamẽ ſic cõditã dicit, vt ſemp eã cũ deo fuiſse oſtẽdat. Quid enĩ deo dabis vt initiũ poſsis ſapiẽtiæ ipſi⁹ cõſignare? Nõ enĩ ita de⁹ ſapientiã ſuã cõdidit,quaſi aliquãdo ſine ſapientia fuerit. Sed cũ initio viarũ ſuarũ dicat,initiũ motus operis alicuius oſtendit,vt hoc initiũ habeat ſapiẽtia dei, qđ de deo proceſſit ad creanda oía tam cæleſtia q̃ terreſtria,nõ quo'cœperit eſse in deo. Creata eſt ergo ſapiẽtia, imõ genita, nõ ſibi,quæ ſemper erat,ſed ijs quę ab ea fieri oportebat,vt quia qnanta & qualis eſset ſciri nõ poterat,de effectu operũ ſuorũ virtus eius & potẽtia noſceretur, vt quod de conditis eſtimamus, tũc magis timeremus cũ facta miramur. Cæterũ ſi tu ita creatã ſapiẽtiã dicas, vt filiũ dei creaturã intelligas,occurrit tibi Apoſtol⁹ cõdẽnans eos qui creaturã colũt,dicẽs:Propter quod tradidit illos deus in deſideriũ cordis eorũ, in immunditiã,vt cõtumelijs afficiãt corpora ſua in ſemetipſis: qui cõmutauerũt veritatẽ dei in mẽdacium, & coluerũt & ſeruierũt creaturæ potius q̃ creatori,qui eſt benedict⁹ deus in ſecula. Hæc eſt inquã illa ſapiẽtia dei, quæ dicit:Ego ex ore altiſsimi ꝓdiui, vniuerſitatis conditrix & effectrix,id eſt filius dei,per quẽ oía, & in quo oía: quia vt Apoſtol⁹ dixit:In ipſo cõſtituta ſunt vniuerſa ĩ cælis & in terra,viſibilia & inuiſibilia,ſiue throni,ſiue dominatiões,ſiue virtutes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, oía per ipſum & in ipſo condita ſunt,& ipſe eſt ante omnia,& oía in ipſo cõſtãt. Hinc & Salomon: Cũ ſit,inquit,vna,oía potẽs, & ꝑmanẽs in ſe : oía innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe tranſferẽs. Quod cõfirmãs Apoſtolus ait in interiore hoĩe habitare Chriſtum,vt per quẽ á principio omnia facta ſunt, per ipſum & in fine cuncta ſaluentur.

¶De deſtructione rationum quibus Arriani errorem ſuũ defendere conantur, præcipue dicentes ideo homouſion nominari non oportere, quia in ſcripturis diuinis non contineatur. CAPVT III.

SED dicis mihi, homouſion vnius ſubſtãtiæ nomẽ ob hoc potius adorent q̃ creatorẽ ſeruiẽtes. Eadẽ vtiq; Apoſtol⁹, qui dixit: Vt in noĩe Ieſu oẽs genu flectãt,cæleſtiũ,terreſtrium, & infernorũ,& oĩs lingua cõfiteatur. Et Moyſes: Adorẽt, inquit,eũ oẽs angeli dei. Et Dauid : Oẽs reges adorabũt eũ. Qđ quidẽ in ſcripturis nõ diceretur, ſed quia ipſe eſt ſermo filij⁹ omniũ opifex. Sed dicis homouſiõ noĩari nõ oportere, quia in ſcripturis diuinis nõ cõtineatur. Quero & ego, homo qui hoc prohibes,ſi ideo noĩari nõ debet,quia ſcriptum nõ eſt, an quia ita credi nõ liceat? Qđ ſi ita credẽdũ eſt, cur nõ ita profitendũ? Corde enĩ, inquit Apoſtolus, creditur ad iuſtitiã, ore aũt cõfeſsio fit ad ſalutẽ. Aut ſi ideo noĩandũ nõ eſt,qa nec ita credendũ:obtinuit Arrianę labis aſsertio, quæ ideo patrem & filiũ vnius ſubſtãtiæ denegauit,quia filiũ dei mõ ex nihilo,modo ex patre, ſed ab alia ſubſtãtia quãdo voluit,& quomõ voluit,& vnde voluit factũ inducit,dũmodo aliũde eũ, & nõ de eo quod pater eſt extitiſse cõfingat. Quẽ & ſi natũ dicit,ſed hoc dicto genus:quia rurſum omne qđ natũ eſt, factum intelligit, eo quod & nos a deo geniti appellemur, quos conſtat eſſe factũ. Vel ſi Arrianus nõ es,& verũ filiũ de vero patre natũ nõ factũ agnoſcis, cur nõ eũ cum patre vnã ſubſtantiã dicis? Fruſtra times homo ꝓfiteri quod credis,& fruſtra credis ſi ita nõ credis,& merito hæretic⁹ denotaris. Et qq̃ immutaueris dictũ quo putaris prohibuiſse dei filiũ nũcupari factũ,ſed cũ ſubiũgis,ſicuti aliquid horũ quod factum eſt, exaperto oſtẽdis nõ ob hoc factũ dici noluiſse,quaſi nõ debeat factus intelligi, ſed nõ ita factũ vis ſicut aliquid horum quod factũ eſt,ſed tamẽ factũ. Aliter enim dicis factũ,vtpote perfectam creaturã,per quẽ facta ſunt omnia, dũmodo & ipſum factũ intelligas,licet non ita vt cætera. Sed vt ad id reuertar quod dicis,in ſcripturis diuinis homouſiõ, id eſt, vnius ſubſtãtiæ vocabulũ nõ inueniri: finge hoc interim ſic ſit,eo quod vbicunq; ſubſtantia legitur, res dei,nõ de⁹ accipiatur: q̃q̃ & aliud quod ſcriptũ nõ eſt, pariter profitearis,id eſt deũ ex deo, lumẽ ex lumine: quid ad hęc dicis? Aut totũ mecũ tene,aut totũ omitte. Si enim vnius ſubſtantiæ vocabulũ inde times dicere, quia ſcriptũ nõ eſt:timere idẽtidem debes deũ ex deo, & lumen ex lumine profiteri. Sed ego probo deum de deo,& lumen de lumine,& vnius ſubſtantiæ vocabulũ in diuinis ſcripturis cõtineri. Cum enim ipſe dei filius qui deus eſt,in Euãgelio ſuo dicat: Ego de patre exiui: iure & merito deũ de deo profitemur,quia de deo patre filium dei,deũ verum de deo vero natũ eſse cognoſcimus,ſed nõ eo genere vt nos dij ſumus appellati,vel vt Moyſes Pharaonis deus eſt dictus. Sed quia verus eſt filius, de vero patre natus eſt: vere & cõfidenter deus de deo dicẽdus eſt. ſic & lumen ex lumine. Quod ſcriptum nõ eſt,mecũ quidẽ dicis, ſed mecum omnino nõ ſentis,vt quia ſcriptum eſt de patre: Deus lux eſt,quę illuminat omnẽ hominem veniẽtem in hunc mundũ, & lux lucet in tenebris,id eſt Chriſtus in cælo,& tenebrę eam nõ ſunt aſsecutæ. Hi ſcilicet homines quorum cor ignorãtiæ tenebris obcæcatũ eſt, Chriſtũ verum deũ, & verum dei filium nõ agnouerunt,ſed ipſe dominus: Ego ſum,inquit,lux mundi. qui me ſecutus fuerit,non ibit in tenebris,ſed habebit lumen vitæ. Ergo quia lumen pater,& lux filius,recte lumen de lumine. Sed lumen ex lumine ita aſseris,quaſi a patre, qui verũ lumẽ eſt, aliud lumẽ ſit factum quod de ipſa patris ſubſtãtia nõ ſit,ſed ſicuti aliud quod libet lumen,quanq̃ a deo ſit factum,lõge tamen aliud ſit ab eo qui fecerit: & ideo lumẽ ex lumine,nõ de lumine dicis. Cum ergo hæc præ- * locutus ſum,licet mecũ nõ intelligas, tamẽ quomodocunq; ipſa pronuncias, cum ſcripta non ſint : an non & vuius ſubſtantiæ vocabulũ,quod in ſcripturis nõ putas cõtineri,mecum pariter profiteris,niſi quia illic habuiſti quomodo malignos ſenſus tuos occulta fraude in vtroq; cõtegeres, ſed mecum hoc ipſum ſono vocis exprimeres,ſed tamẽ longe dicti intelligentiã ſeparares: ſicuti & illi hæretici qui reſurrectionẽ carnis negãt, ad decipiendas animas ſimpliciũ dicunt his quia in carne nõ reſurgãt. Sed ſi diſcutias eos cur hoc dixerint, cum ſcias illos carnis reſurrectionẽ omnino negare, dicent tibi : Vtiq; ille erit qui in carne baptizatus nõ fuerit, vt anima ipſius dum in corpore eſt, de morte delictorum ſuorũ,& de ſepulchro criminium per baptiſma in eadẽ reſurgat. Soluus enim animæ per lauacri vitalis gratiam reſurrectionẽ in carne defendẽt. nam & ipſius carnis ſalutem excludũt. Et hi per veriſimilem confeſsionem innocentiũ mentes occulta fraude ſeducunt. Et vt ſolet letale poculũ mellis dulcedine tẽperatum ſuauitate fallente perimere,ſic & hoc malum per blandimẽtum aurium audiẽtium ſenſus quadam labe contaminans,contagione vitij adhærentis inficit.

¶Quo argumento Arriani deum non eſse ſubſtãtiam probare cõtendant, & de ſubtili illius diſſolutione. CAPVT. IIII.

DENIQVE & nunc poſsent homouſion ſicuti & cętera verboten⁹ nominare,ſi haberẽt quomodo illud ad aliã intelligẽtiã ſęuo ſenſu perterẽt. Sed cũ viderint ſe in hoc verbo cõ-

G cludi: nullã omnino mentionẽ huius fieri voluerũt, ne aut profitẽdo hoc crederẽt, aut credẽtes profesi vide rentur, subtili ingenio excusantes quod aut scriptũ nõ esset, aut deũ in substãtia dici non oportere, ne corpo reus videretur. Deus etenim, inquiũt, efficit vt sit substãtia, nõ tamẽ vt ipse de⁹ in substãtia deputetur, quip pe, aiũt, cũ omnis substãtia cõtraria recipiat: de⁹ vero, qui nihil diuersum admittere potest, in substantia dici nõ debet. Ignoscerem tibi si hoc simpliciter diceres, si rationẽ rei velles scire, si rudis ad hãc quæstionẽ acce deres, si nõ ipse eses qui semp vel de alia substãtia vel de nullis extãtib⁹ dei filiũ aſserebas. At cũ idẽ ipse sis, qui hinc sæpe cõuictus, sæpe cõfesus, sæpe negasti, sæpe aliter immutãdo dãnatus es, qui etiã nũc in ambitione exagitãs turbas oia: quomodo putas me ignoscere tibi posse frequẽtius eadẽ retractanti? Sed ne videatur hæc peruersitas præiudicata magis q̃ examinata dãnari, bre uiter tibi de hac oppositione respõdeã. Prohibes itaq; ideo substantiã nominari, quia omne quod substãtia di citur, res ipsa vnius generis habeatur. An ignoras aliter cælestia, aliter terrena cõstare, sed & in ipsis cælesti bus rebus atq; mũdanis magnã differẽtiã interesse? Ali ter enim angeli, aliter singulæ virtutes cõstitutionũ sua rum substãtias acceperũt, sicuti Apostolus ait: Alia cla
1. Cor.15. ritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarũ. Sic & in hoc mũdo vt diuersa genera rerũ, ita & diuersa cor pora animantiũ, & omnib⁹ sui cuiusq; generis substan tia, sicut Apostolus dicit: Nõ omnis caro eadẽ caro. Si
H ergo ea quæ a deo facta sunt, diuersas qualitates substã tiarũ suarũ habẽt, tu putas in deo talẽ esse substantiam, qualẽ habet aliquid horũ quod factũ est, vt possit con traria recipere? Absit. Quæ est enim substãtia dei? Ipsũ quod deus est, simplex, singulare, purũ, nulla cõcretio ne permixtũ, lympidũ, bonũ, perfectũ, beatũ, integrũ, sanctum, totũ. An tu putas inane aliquid esse & vacuũ quod est deus? Hoc enim dici blasphemia est, vt inane putetur per quẽ cũcta cõstiterũt, qui omnia verbo edi dit, ratione cõposuit, virtute perfecit, cuius nutu & im
Exo.3.* perio vniuersa regũtur, cũcta deseruiũt. Et bene quod
Ioan.17. de deo legis scriptũ: Ego sum qui sum. &, Qui est, mi sit me. Et ipse Saluator domin⁹: Hæc est, inquit, vita æter na, vt cognoscãt te solũ verũ deũ, & quẽ misisti Iesum Christum. Est ergo in substãtia essentia sua deus, cuius cognitio vita æterna est, qui & tantus est, quantum dici nõ potest. Qui tũc digne æstimatur, cum inæstimabilis
I dicitur, vtiq; velis an nolis. Ergo ipsũ quod est, hoc est substantiæ huius rei quæ esse defenditur: quod tamẽ iã dictũ est, quantũ & quale sit, nec mente cõcipi, nec sen su æstimari, nec animo definiri potest, dũmodo cõstet esse quod esse creditur, vt de eo ipso quod de⁹ est, inde sit filius, vt verus sit filius, & verus sit pater in filio, & fi lius in patre. Hoc erit homousion, id est, vnius substan
Ioan.14. tiæ cum patre, sicut ipse domin⁹ ait: Ego in patre, & pa
Ioan.10. ter in me. Ego & pater vnũ sumus. &, Ego de patre ex iui. &, Qui me videt, videt & patrẽ. Nõ immerito, quia filius dei de deo patre natus est, & ideo de vnitate sub stantiæ, & de maiestate deitatis vnum sunt: sicuti & Hie remias prophetauit: Quis stabit in substantia domini, & videbit verbum domini? Et iterũ: Si stetissent in sub stãtia mea, & si audissent verba mea, auertissem eos ab studijs eorum pessimis. Et apud Salomonem: Substan tia mea, dulcedo mea est.

¶Quod cũ vnitas substãtię in patre & filio non solum prophetica, sed & euãgelica autoritate cõprobetur, nõ possit dici in scripturis diuinis homousion nõ in ueniri. Et quæ sit ratio nominis. Quod præterea si ad aliquã similitudinẽ venit arrianus in deo cõparatio nem facere, nõ possit expressius cõparatũ definire, nisi cũ dicat, lumen ex lumine. Caput. V.

VM ergo hanc vnitatẽ substãtiæ in patre & K filio nõ solũ prophetica, sed & euangelica autoritate cognoscas: quomodo dicis in scripturis diuinis homousion nõ inueniri, quasi aliud sit homousiõ q̃ quod dicit: Ego de patre ex iui: &, Ego & pater vnũ sumus: vel quod prophetæ ex aperto substãtiã dei intimabũt? Hæc est autem nominis ratio, vt in patre & in filio vnitatem substãtiæ credas, li cet rẽ ipsam (quæ est inenarrabilis) definire nõ possis, vt siue lumẽ de lumine dicas, siue verbũ de verbo, siue spiritũ de spiritu, siue dominũ de domino: quodcunq; de eo dixeris, vni⁹ tamẽ essentiæ patrẽ & filiũ credas, & de eo ipso quod pater est, filiũ intelligas. Nam si ali quã cõparationẽ de rebus ijs quæ videtur, in eo facias, ipsa dissimilitudine rerũ nõ rationẽ ostẽdes, sed alter cationẽ disputationis induces, vt cuius voce descriptũ est, Cui me cõparabitis? ac proinde deus, cui assimilari nihil potest: sufficiat credi quod ipse sentitur, quẽ ipse credi se voluit, nõ indicari. Deniq; si de hoc ipso quod mecũ ꝓfiteris, ad aliquã similitudinẽ velis in deo con ferre, nescio an quod cõpareris possis expressius de finire: vtputa cũ dicis lumẽ ex lumine, si ad explanãdũ illud scrupulosa narratione cogaris, quæro quomodo lumẽ ex lumine credas? Vtrũ quasi lucernã ex lucerna, vel quasi solẽ ex sole, vt aut duas lucernas, aut duos so les quasi duos deos sub hoc exẽplo inducas. Aut splen dorẽ luminis eiusdẽ lucernæ, vel claritatẽ solis de eo- L
dẽ sole fulgẽte, lumẽ de lumine cõsignes, vt in matricẽ luminis patris figurã assimiles, filiũ vero in splendorẽ
Psal.35. claritatis ostẽdas, quod de eo propheta dixit: Apud te
Sapien.7 est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Vel Sa lomon cũ dicit: Cãdor est lucis æternæ, & speculũ sine
Col.1. macula dei maiestatis, & imago bonitatis illi⁹. Vel Apo stolus hic prædicauerit saluatorẽ nostrũ imaginẽ esse inuisibilis dei, eo quod imago lux sua sit, quæ de eodẽ sole ꝓcedit. Sed quanta ad hæc respõderi possunt, quæ lites generãt (qđ Apostolus prohibet) longũ est dicere: Quippe cũ cõstet lumen illud quod deus est, æstimari, cõprehẽdi & definiri nõ posse, nec vere aliquid ex ijs quæ in hoc mũdo sunt, maiestati diuinæ cõparari, quia nihil de omnibus istis quæ videtur aut dicũtur, secũdũ id quod deus est cõdigna similitudine æstimari potest, quippe cũ ipsis intellectibus & sensib⁹ maior sit. Idem præmonuit vt diuinitatẽ substãtiæ crederes, & verũ fi lium de vero patre cognosceres. De qualitate autẽ rei requirere nõ deberes, quia quale aut quãtũ sit, scire nõ M
I possis. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli prędicarunt.

¶Quid sit deus, & vtrum ei aliquid possit comparari. Quemadmodum etiam ratio quædã sit quæ apud gre cos logos nominatur, quæ inter patrem & filium per sonas vel vocabula distinguit. Et quod illa ratio mul tis nominibus appelletur, ac qua de causa singula de filio dicantur. Caput VI.

QVENIQVE pro captu, pro viribus, pro fide no stra intueamur deus quid sit, & videamus an ei aliquid possit comparari. Certe hic est de quo & cum dicitur, non potest dici. Cum æsti matur, non potest æstimari. Cum comparatur, non po test comparari. Cum definitur, ipsa sua definitione cre scit. Qui cælum manu sua operit, pugno omnem ambi tum mũdi claudit. Quem totum omnia nesciũt, & me tuendo sciunt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis. Et ipsa elementorum sibi succedentiũ mõmẽta nea vicissitudo testatur. Vide ergo si potest aliquid es se quo possit pater cõparari & filius, quia talis est fili⁹, qualis & pater. Non enim ipse se vnum cum patre dice ret, nisi talem se qualis est pater, sciret. Ratio quædam est quę apud græcos logos nuncupatur, quæ inter patrẽ

A & filium personas vel vocabula distinguit, quia & ipse filius ratio dicitur. Quæ tamen ratio multis nominibus appellatur, modo verbũ, modo virtus, modo sapiẽtia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, mo do thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo agnus, modo homo, modo vitulus, modo aqla, modo leo, modo via, modo veritas: & ita, cũ sit deus omnia in omnib⁹, vt per hæc vocabula diui narũ dispositionũ mysteria cognoscãtur, nõ vt ipsa ma iestas filij dei proprie definita mõstretur. Quid est enim filius de eo quod pater est? Alius idẽ. Nam & hoc ver bum nũcupatur, quia ex proprio diuino ore processit, & nihil pater sine eo aut iussit aut fecit. Virtus dicitur, quia vere de deo, & semper cũ deo est, & omnis pote stas patris in eo consistit. Sapientia appellatur, quia de corde patris aduenięs, arcana cælestia credẽtibus rese rauit. Dextera nũcupatur, quia per eũ omnia opera di uina perfecta sunt. Brachiũ dicitur, quia ab ipso omnia cõtinentur. Margarita appellatur, vt nihil illo prẽcio sius habeatur. Thesaur⁹ dicitur, vt in ipso omnes opes & diuitiæ regnorũ cælestiũ conditæ agnoscãtur. Retia dicitur, quia per ipsum & in ipso de mari seculi diuer sa gẽtiũ multitudo sicut piscũ per aquã baptismatis in ecclesia cõgregatur, vbi bonorũ malorumq; discrimẽ agnoscitur. Aratrũ nũcupatur, quia signo crucis suę du ra pectora subijciũtur, vt necessariora in ipsa prepa rẽtur. Fons aquæ viuæ appellatur, quia ex eo sitiẽtia cor da cęlestis aquæ gratia irrigãtur. Petra dicitur, quia cre dentibus fortitudinẽ, incredulis duritiã præstat. Lapis angularis dicitur, quia vtrosq; parietes noui & veteris
B testamẽti vnus & mediator in semetipso cõtinẽs copu lauit. Agnus dicitur, vt innocẽtia Christi & passio de mõstretur. Homo dicitur, quia secundũ carnẽ propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia ꝓ pter nostram salutẽ pati sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilẽ resurrectionẽ vt rex altã ad patris per uolat sedẽ. Leo dictus est, quia ipse est rex regum, qui mortẽ ac Zabulũ virtutis suæ potestate cõminuit. Via est, quia ꝓ ipsum ascẽsus est. Veritas, quia mendaciũ ne scit. Vita est, quia ipse vniuersa viuificat. Vides ergo ꝓ hæc vocabula significationes dispositionũ & operũ di uinorũ præstẽtas, nõ tamẽ ipsum deũ ꝓprie definitũ. Est ergo pater de⁹ immẽsus, æternus, incõprehẽsibilis, inæstimabilis. Est & filius ei⁹ deus & dominus noster,
Ioan.16. tantus quãtus est & pater, sed nõ aliunde q̃ de patre: qa ego, inquit, de patre exiui: hoc est, lumen de lumine.

¶De remotione occasionis erroris quam hæreticus ex hoc capere posset, quod duo nomina vel duę personæ, id est patris & filij statuuntur, quasi duo dij dicantur. Caput VII.

C SED ne ex eo occasionẽ aliquã hæreticus ca piat, cũ duo nomina, vel duas personas, id est patris & filij statuo, quasi duos deos di cã, vt illi duos ex diuersitate cõfingũt. Nos autẽ patrẽ & filiũ ita nominamus vnũ deum, vt in his ꝑsonis & nominib⁹ cõsignemus. Viderint philosophi, viderint hæretici discipuli eorũ qui potestatũ diuersi tate variãtur. Nobis tamẽ vnus de⁹ est pater, vt Apo sto
1. Cor. 8. lus dixit, ex quo omnia, & nos ex ipso: & vnus domi nus Iesus Christus de⁹, dei fili⁹, per quẽ oia, & nos per ipsum. Nã duo, quid aliud intelligatur, q̃ duorũ ꝓ par tes diuisa substãtia, & cum oibus ipsi dissociata natura agẽdi ac iubendi tã volũtas q̃ imperia diuisa? Porro pa ter ac fili⁹ etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen & substantia vni⁹ sunt. Nã inæqualiũ societas, melioris offensa est: & in iniuriã eius qui verus de⁹ est, nõ verus alius cõparatur. Cum autẽ ego patrẽ & filiũ statuo, vni tatem generis assigno. Et si illã in personis diuido, di- D
scretiones tamẽ personarũ rursus eadẽ nomina in vni tate sui naturali legis fœdere cõsignãt. Vnde & tantus est filius quãtus videbitur pater, totus de toto, integer de integro, pfectus de perfecta cõsummataq; virtute, si
Col.2. cut apostolus dicit: In quo omnis plenitudo diuinita tis corporaliter habitat. Nã & Hieremias receptissim⁹ ꝓphetarũ hãc vnitatẽ diuinitatis in patre & filio scięs ait: Hic est de⁹ noster, & nõ deputabitur alius absq; il lo, qui inuenit omnem viã prudentiæ, & dedit eã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus
Baruch. 3 est, & cũ hominib⁹ cõuersatus est. Et Esaias hoc ipsum
Esa. 45. prędicat dicẽs: Hęc dicit domin⁹ de⁹: Fatigata est Egy ptus, & negociatio Ethiopum, & Sabain viri excelsi ad te trãsient, tui erunt serui, & post te ambulabunt vincti cõpedib⁹, & te deprecabuntur, quoniã in te de⁹ est, & nõ est alius de⁹ præter te. tu es enim deus. Quod ne pu tes me eo supcilio dixisse quo Sabelli⁹ fertur, q̃ ipsum patrẽ ipsum filium ꝓfitetur: nõ ita nos totũ in vnã sen tentiã cogim⁹, vt aliorũ hæreticorũ fraude capiamur. Sed quia in ipso noſe ꝓsonarũ autoritas indiscreta co gnoscitur, & filius nõ genere sed ꝓsonaliter à patre no minatur, pinde totum patri adscribim⁹ quod est fili⁹, & totũ filio qđ pater est. Nihil nõ videbitur patris qđ iudicabitur filij, nec filij quod defenditur patri ga vni tas maiestatis nõ sinit deos plurali vocabulo appellari, quippe cũ cõstet patrẽ & filium vnius esse substãtię, vn de vterq; vnus deus est dictus. Illud ante cũcta metuen tes, quod vbi pater & filius vnum nõ sint, inuidia recur rat autoris interpolata natiuitas. Hoc enim placuit here ticis, vt de⁹ ille omnipotẽs inuisibilis immẽsus degene raret in filio. Nõ modo põt esse de cõditione mutata, quasi nõ potuerit pater de semetipso talẽ habere qua- E
lis & ipse est. Homo dicitur, quia secundũ carnẽ propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia ꝓ pter nostram salutẽ pati sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilẽ resurrectionẽ vt rex altã ad patris per uolat sedẽ. Leo dictus est, quia ipse est rex regum, qui mortẽ ac Zabulũ virtutis suæ potestate cõminuit. Via est, quia ꝓ ipsum ascẽsus est. Veritas, quia mendaciũ ne scit. Vita est, quia ipse vniuersa viuificat. Vides ergo ꝓ hæc vocabula significationes dispositionũ & operũ di uinorũ præstẽtas, nõ tamẽ ipsum deũ ꝓprie definitũ. Est ergo pater de⁹ immẽsus, æternus, incõprehẽsibilis, inæstimabilis. Est & filius ei⁹ deus & dominus noster,

G virtutem dei, neq; tãti ſacramenti diſpoſitionem agno
ſcunt,cur deũ humanis cõditionibus cõparent. Quib⁹
primo reſpõdendũ, In loco filium dei nõ ita viſum vt
deus erat,ſed vt homo capere poterat de deo. Deinde
varijs figuris nõ immutabilẽ & cõuertibilẽ ipſum eſſe,
ſed hoc eſſe ꝓpriæ potẽtiæ dei,vt cũ ſe ſingulis prout vult re-
uelare dignatur,habitũ mutet,nõ ſubſtãtiã vertat, nec
ꝓprietatẽ qualitatis amittat, ſed iuxta meritũ videntis
tẽperamentũ maieſtatis adhibeat,ipſe tamẽ idẽ vt ſem
per eſt,in ſubſtãtiæ ſuæ ꝓprietate permaneat,ſicut ſcri
Pſal. 101. ptum eſt:Mutabis eos, & mutabũtur: tu autẽ idem ipſe
es,& anni tui nõ deficient. Nã etſi multa ſunt ex ijs quæ
in hoc mũdo vidẽtur,quæ ex alio cõuertãtur in aliud,
vt deſinãt eſſe quod erãt, & hoc ſint quod retro nõ fue
rãt:vt limus cũ in hominẽ figuratur,limus eſſe iã deſi-
nit:aut piſces aut aues cũ de aqua ꝓcedunt,ex eo iã nõ
aqua,quia aliud:vt lutũ figuli cum ſolidatur in teſtã:vt
lapis cũ diſſoluitur decoctus in calcẽ: vt arena cũ mu-
tatur in vitrũ:& cætera,quę lõgũ eſt recẽſere: ſed mul
tũ intereſt ſtulte hæretice inter ea quæ facta ſunt, & eũ
qui oia quẽadmodũ voluit fecit. Quæ facta ſunt,aſcri-
ptæ cõditioni deſeruiunt: qui vero fecit, ſuæ volũtatis
&ꝓpriꝫ iuris eſt. Neq; poteſt i aliud q̃ quod eſt,aliquo
cogente mutari, ſed ꝓut vult,& cui vult ſe demõſtrat.
Nã ſi angeli in figura hominũ ſæpe ſunt viſi, & tamen
aliud nõ ſunt q̃ quod ſe eſſe norunt,neq; ſubſtãtiã mu-
tãt cum formã humani corporis ſumũt:q̃to magis ipſe
H domin⁹ noſter qui oia fecit,q̃ ipſis angelis vt hoc poſ-
ſent,ſua inſtitutione cõceſsit? Huc accedit qđ ſic filium
dei,vt iã dictum eſt, viſum à patrib⁹ approbam⁹,vt nõ
totum in illo quod deus eſt, videretur: ſed diſpoſitiões
rerum futurarũ, quæ ſuis quibuſq; tẽporibus cõplenda
erãt,in illo ꝓ imaginẽ cernerentur. Nã quis filiũ dei vi
dere potuit anteq̃ cõſpicabilẽ materiã ſicut ei placuit
aſsumpſit,vel ipſum hominẽ induere dignat⁹ eſt? Qui
etſi Abrahæ viſus eſt,ſed in forma humani corporis vi
ſus eſt, quo ſcilicet poſtremis tẽporibus in hoie ventu
rus eſſe demõſtraretur. Iacob etiã alibi in angelo,alibi
æque videtur in homine. Qui ideo ſe in angelo demõ-
ſtrauit,vt nunciũ ſe magni cõſilij indicaret. In homíe
vero,cũ quo & colluctatus fuiſſe deſcribitur,vt imagi
nem futuræ colluctatiõis quã cum Iſrael habitur⁹ erat
cum ſecundũ hominẽ aduenirſet,indicaret. Sed vt do
minũ crederet, cum quo tãto certamine ſub figura ho
minis luctabatur:Iſrael,id eſt homo vidẽs deũ,nomen
Gen.32. accepit. Vidi,inquit, deũ facie ad faciem, & ſalua facta
I eſt aĩa mea. Et vt qui figurã hominis viderat quã deus
dei filius induerat, Moyſi in rubo in flãma ignis appa-
ruit vt lumen credẽtibus, incredulis iudiciũ demõſtra
ret, quia Chriſtus credẽtibus ſalus eſt, nõ credentibus
2. Col.2. pœna,vt apoſtolus ait: Alijs odor ei⁹ vitæ in vitã, alijs
Exo.13. odor mortis in mortẽ. Populum Iſrael in colũna nubis
per diẽ, & ꝑ noctem in colũna ignis quaſi dux itineris
præcedebat,vt baptiſmi gratiã per nubẽ,& donum ſan
cti ſpiritus ꝑ ignem oſtenderet: quia apoſtolus Paulus
in nube patres baptizatos ſcribit. Et ſpiritũ ſicut ignẽ
eſſe,apoſtolorum acta declarãt. Vides ergo per omnia
hæretice characteres diuinarũ ſcripturarum in hono-
re dei patrib⁹ præoſtenſos, nõ tamen ipſum deũ vt eſt,
ꝓprie reuelatũ. Deniq; dum Moyſes oraret vt faciẽ dei
pure videret,quid ad illũ cõtinuo de⁹? Nõ poteris,in-
Exo.33. quit,videre faciem meã. Nõ enim videbit homo faciẽ
meã,& viuet. Hoc ipſum quod negatur aſpectus,clari-
tas aſsignatur,quæ ſcilicet tanta eſt quãta credenda eſt
quæ inuiſibilis indicatur. Cũ ergo Moyſes & ſitum cæ-
li,& ordines mundi,& elementorũ vices,totius deniq;
orbis ornamenta digeſserit, indicarit, expreſserit, cui
ipſe dominus teſtimoniũ perhibuit dicens: Nemo erit
Nume. 12 ex Prophetis vt ſeruus me⁹ Moyſes, cui facie ad faciẽ,
ore ad os locutus ſum:Deum tamen pure videre nõ po
tuit,merito quidem prophetia * omniũ dignus,ſed nõ *ꝓphetię
vſq; adeo vt intueri deũ valeret,quia homo tãtummo- K
do eſset. Et vtiq; hæc omnia filij verba defendum⁹,quẽ
in mõte Syna cũ Moyſe locutum eſſe ſcimus,qui agen-
dis explicãdiſq; rebus à patre aduenerat, quia omnia à
principio ꝓ ipſum & ordinari,& explicari, & manere
cõuenerat, vt habẽdi filij hæc præcipua ratio cõſtaret.
Et tamen ſic viſus accipitur, vt alicuius cõſpicabilis(vt
dixi) materiæ diſpoſitiõe aſsumpta videretur, ſalua ſci
licet inuiſibilitate eius, quã à cõſpectu omniũ maieſtas
interfuſa ſepoſuit. Nõ enim ſic humanis aſpectibus re-
uelatus eſt, vt tota in illo deitas appareret, ſed ad vicẽ
ſpeculi cum cõceptos intra lucẽ ſuã vultus quaſi ad ple
nã effigiem hominis includit,ita maieſtas eius præũte
fulgore intra id viſum eſset,quod imaginẽ veritatis,nõ
ipſum deũ proprie demõſtraret. Sic & cum hominem
induere dignatus eſt,nõ labẽ æternitati intulit,vt ſpiri
tum in carnẽ mutaret,ſed vt ſuſcepto homini immor-
talitatem atq; æternitatẽ cælestis vitę præſtaret. Nã etſi
apoſtolus ſemetipſum exinaniſse dicit,formã ſerui ſu-
ſcipiendo: nõ vtiq; ſic exinanitum accipim⁹,vt aliud q̃
fuerat idem ſpiritus fieret,ſed vt ſepoſito interim maie
ſtatis ſuę honore,humanũ corpus induereꝫ,quo ſuſce-
pto ſalus gentiũ fieret. Vt enim ſol cũ nube tegitur,cla
ritas eius cõprumitur,nõ cęcatur,& lumẽ illud quod to
to orbe diffuſum claro ſplendore cũcta perfundit, par L
uo admodũ obſtaculo nubis includitur, non aufertur:
ſic & homo ille quem domin⁹ Ieſus ſaluator q̃ noſter,
id eſt deus deiq; filius induit,deũ tamẽ in illo nõ inter-
cepit,ſed abſcõdit. Deniq; cum ſe in mõte paululũ ex-
tra ipſum hominẽ extuliſset,fulgore luminis eius pene
obcęcati apoſtoli,in terram(quippe homines)ecciderunt, periclitati vitã niſi eis dominus cõpreſo rurſum
maieſtatis ſuę honore vt miſericors ſubueniſset, ſecun
dum illã ſententiã:Nemo vidit deum,& vixit. Vt ergo Ioan.1.
claritas ſolis cũ vſq; ad noſtros emicat viſus, ſibi ſalua
eſt,quia quod nõ videtur, infirmitatis eſt noſtrę, quo-
rum oculos nubiũ texit obſcuritas:ita probat ſe nõ ſuo
detrimẽto proprij latuiſſe fulgoris,ſed carnis(vt dixi)
beneficio: cui⁹ cauſa filius dei, filius hominis eſſe ſuſti
nuit. Nẽpe enim de ſpiritu dei virgo concepit:& quod
cõcepit, hoc pẽperit, id eſt deũ homini ſuo(vt iã dixi)
ſociatũ, ſicut ipſe dixit: Quod naſcitur de carne, caro Ioan.3.
eſt:& quod naſcitur de ſpiritu,ſpirit⁹ eſt:quia deus ſpi
ritus eſt,& de deo natus eſt:ſicut & angelus ad Mariam
virginẽ dixit:Spiritus dei veniet in te,& virt⁹ altiſsimi
obumbrabit te. Propterea quod naſcetur ex te ſanctũ, Luc.1.
vocabitur filius dei. Vides ergo ipſum ſpiritũ,id eſt fi-
lium dei veniſſe advirginẽ,& inde dei & hominis filiũ M
proceſsiſse. Nec tamen ipſo indumento carnis dei filiũ
eſſe mutatũ,ſed eundem ipſum eſſe in homine,qui fue
rat ante mundũ cum patre,per quẽ facta ſunt omnia,&
ſine quo factũ eſt nihil,ſicut euangeliſta ait:Mũdus per Ioan.1.
ipſum factus eſt,& mũdus eum nõ cognouit. Cæterum
amentis eſt credere ab eo poſſe liberari, qui vt libera-
ret,amiſsus eſt:vt naſceretur, oppreſsus eſt:vt immor-
talitatem redigeret,* tranſiuit ad mortẽ. Sed abſit hæ- *recipe-
retice,vt ſenſus tuæ iniquitatis à catholicis admittatur. ret.
Nos enim credim⁹ immutabilem & inconuertibilem,
verbum & ſpiritum,id eſt filium dei:qui cũ hominem
induit,non ſtatum vertit,nõ ordinem perdidit, nõ ſub
ſtantiã immutauit, ſed illuꝫias eiuſdem corporis æter-
no claritatis ſuę lumine illuſtrauit, vt ad nos per trami
tem corporis eius lux ſancti ſpirit⁹, & æternę vitę gra-
tia redũdaret. Quẽ etſi paſsum credimus & ſepultum,
ſed homo ille paſsus eſt quem filius dei ſuſcepit, quem
induit, quẽ portauit. Sed quia totũ ad autorẽ referebatur quicquid homo ille patiebatur,ideo mors & paſsio
domini iudicatur: Nã conſtat immortale eſse quod dei
eſt,hominis qđ caducum. Tertia quoq; die reſurrexit,

A nõ deus in hominẽ,ſed homo potius in deum. Aſcẽdit
in cœlos,obtulit patri ſuo hoiem illum gratiſsimũ mu
nus,conſedit ad dexterã patris,ſcẽm qđ ſcriptum eſt:
Pſal.109 Dixit dominus domino meo,ſede ad dexterã meã. Mi
ſit nobis ſpũm ſanctũ de ꝓpria ſua & ipſa vna ſubſtãtia
ſua protectorẽ,ſanctificatorẽ,& deductorẽ in vitã ęter
Iohel. 2 nã,ſicut ſcriptũ eſt ex voce dei:effundã de ſpiritu meo
ſup ſeruos meos,& ancillas meas. Et iterum:Spirit⁹ ex
me ꝓdijt. Et ipſe dominus ſaluator noſter:De meo
inquit,accipiet:& ex eo vtiq; qđ eſt filius, q̃ & filij de
eo quod pater eſt. Exinde præſinito tpe vẽturus vivos
mortuoſq; iudicaturus,vt reddat credentibus præmia,
non credentibus vero ſupplicia. Cuius regnum æter-
num,immortale,nec initium habet nec terminum,cui
eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE INCARNATIONIS DOMINICAE SACRAMENTO.

De introductione oblationis Cain & Abel ad hęreticorum cõfutationem. Et quod ſententia qua ad Cain dictum eſt:Si recte offeras,non autem recte diuidas peccaſti,quieſce: generaliter in omnes extra eccleſiam conſtitutos ſit lata. Caput I.

De enumeratiõe hęreticorũ in quos ſupior generalis ſentẽtia cõprobatur eſse lata,cũ admonitiõe vt nos caueam⁹ ne & alicui noſtrũ dicatur:Si recte offeras recte autẽ nõ diuidas,peccaſti,quieſce. Caput II.

De cõprobatione veritatis in ſuperiori capitulo aſsertæ,ꝓ teſtimonium Ioannis piſcatoris,& de reprehẽſione eorum qui recuſant audire quæ dicũtur,& intelligere quæ legũtur. Quidq; cauẽdum,& quid credendum ſit circa incarnati verbi naturã. Cap. III.

De confutatione diuerſorum hęreticorum nõ diſtinguentium naturam diuinitatis & corporis Chriſti, quos ſuperius commemorata ſententia comprehendit,cum confirmatione ex confeſsione Petri,ac teſtimonio Moyſi & Heliæ. Caput IIII.

Quod cõfeſsio Petri nõ vnam tantum, ſed oẽs hęreſes excluſerit. Et de myſterijs incarnationis,paſsionis, mortis,ſepulturæ & reſurrectiõe chriſti,cũ redargutione hæreticorum ærumnas,& cætera quę corporis vel animæ ſunt,diuinitati attribuẽtium. Cap. V.

De illorum qui Chriſtũ in phãtaſmate veniſse & paſsũ eſse prædicãt, diuerſorũq; aliorũ hæreticorũ cõdẽnatiõe, ampliori tamẽ atq; grauiori eorum q̃ diuini tatẽ & carnẽ domini vnius eſse naturę aſserunt,cum argumentorum ſuorum diſsolutione. Cap. VI.

De autoris excuſatione,ac reſpõſione ad obiectionem qua ſibi dici poſſet quod de patris & filij diuinitate quinq; illis libris quos ſcripſerat,cõcluſorem ſe eſſe ꝓmiſerit,cum cõfutatione erroris eorum qui animã putant à domino Ieſu nõ eſse ſuſceptã,pulcherrimaq; declaratione aſsumptionis humanæ naturæ, & quomodo intelligẽdum ſit quod ſcriptum eſt,Ieſus proficiebat ætate & ſapientia. Caput VII.

De ampliori redargutiõe eorũ q̃ autorẽ dicũt ea vſurpare quę ſcripta non ſint, & deeſse ſubſtantiã atq; naturam,ſcriptum nõ eſse affirmant. Cap. VIII.

De cõfutatione & deſtructione obiectionis præmemoratorum hęreticorum qua arguunt quod nõ poſsint ingenitus & genitus vnius eſse naturæ atq; ſubſtãtię, & de exemplari approbatiõe,cum dicitur voce geniti,nõ proprietatem naturę,ſed ſignificationẽ generationis exprimi. Quodq; in appellatione ingeniti ſpecies videatur eſse diuerſa,ſed tamen indiſtincta diuinitas. caput IX.

De diſputatione cõtra quoſdã ſuperiorẽ ſectã ſequentes,diſputationis tamen genere diſcordare ſe putantes,qui filium ſimilem dicunt,ſed non vnius ſubſtãtię cum patre,& quod cum ſit vnius naturę filius cum patre,etiã vnius ſit potentiæ,& ita omnipotens ſicut & pater,quẽadmodum etiam ſpiritum ſanctum omnipotentem ſcriptura teſtatur. Caput X.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANEN.

LIBER DE INCARNATIONIS dominicæ Sacramento.

¶De introductione oblationis Cain & Abel ad hęreticorum confutationem. Et quod ſententia qua ad Cain dictum eſt:Si recte offeras,nõ autem recte diuidas,peccaſti, quieſce:generaliter in omnes extra eccleſiam conſtitutos ſit lata. CAPVT I.

DEBITVM fratres cupio ſoluẽ dum,ſed heſternos meos non inuenio creditores, niſi forte improuiſo conuentu putauerint nos eſse turbãdos:ſed nũ E quã fides vera turbatur. Itaq; dum illi forſitan veniunt, ad iſtos qui propoſiti ſunt, deflectamus agricolas, quorum alter, hoc eſt Cain,à fructibus terræ, alter autem,Abel videlicet, ex primitiuis ouium ſuarum hoſtiam in domino obtulit. Nihil inuenio quod in ſpecie numerum reprehendam,niſi quod & cain munera ſua diſpliciſse cognouit,& dominus dixit:Si recte offeras,recte autem non diuidas,peccaſti. Vbi igitur eſt crimen,vbi culpa? Non in oblatione muneris,ſed in oblationis affectu. Sunt quidem qui recte arbitrentur,quia ali⁹ quæ offerret elegerat,ali⁹ quæ viliora habuit offerebat: ſed non eſt ita inops ſpiritalium ſenſus in nobis,vt puteni⁹ quia dominus corporale ſacrificium,non ſpiritale quę rebat,& ideo addidit:Quieſce,tolerabilius ſignificans abſtinere à muneribus deferendis,q̃ infideli ſtudio munus offerre. Qui enim neſcit diuidere,neſcit dijudicare. Spiritalis autem dijudicat omnia. Et ideo Abraham ſacrificium quod offerebat diuiſit. Sciuit etiã Abel di- I. Cor.2
uidere,qui ex primitiuis ouium obtulit ſacrificium,do
cens non terræ munera placitura deo,quæ degenerauerant in peccatores:ſed ea in quibus diuini gratia myſte F
rij refulgeret. Prophetauit itaq; nos per paſsionem do
mini à culpa eſse redimẽdos,de quo ſcriptum eſt: Ec- Ioan.1.
ce agnus dei,ecce qui tollit peccatum mundi. Vnde &
de primitiuis obtulit,vt primogenitũ deſignãret. Oſtẽ
dit ergo verum dei ſacrificium nos futuros, de quibus
Propheta ait: Afferte domino filios arietum. Meritoq;
dei iudicio comprobatur, quã puto generalem in omnes extra eccleſiam conſtitutos latam eſse ſententiam.
Multorum enim hic figuram cerno populorum, quos
diuina ſententia comprehendit, quorum in illo Cain
iam tunc munera refutauit.

¶De enumeratiõe hęreticorũ in quos ſupior generalis ſentẽtia cõprobatur eſse lata, cũ admonitione vt nos caueam⁹ ne & alicui noſtrũ dicatur:Si recte offeras,recte aũt nõ diuidas,peccaſti,quieſce. CAP. II.

GENERALIS enim hæc in impios homines ſentẽtia eſt. Itaq; ſi Iudæus offerat,qui filiũ virginis Marię à patre deo ſeparat, dicitur ei:ſi recte offeras, nõ autem recte diuidas, peccaſti,quieſce. ſi offerat Eunomianus,qui ex impie-

G tatis Arrianæ fonte progrediens, redundanti perfidiæ
suę labitur cœno, generationē tamē christi quę sup oia
est aſserēs ex philoſophiæ traditionibus colligēdā, cū
vtiq; alia creaturarū fit ratio, alia ſecretorū potētia di-
Gene.4 uinorū: &ipſi dicitur: Si recte offeras, nō recte aūt diui
das: peccaſti, quieſce. Dicitur hoc Sabelliano, q patrē
filiūq; cōfundit. Dicitur hoc Marcionitę, q alium putat
deū noui, aliū veteris teſtamēti. Dicitur hoc Manicheo
& Valētino, qui nō putauerūt veritatē carnis humanę à
Chriſto eſse ſuſceptā. Paul9 quoq; Samoſatenus & Baſi
lides in eadē ſententiæ ſorte numerātur. Similiter quoq;
eiuſdē ſententiæ authoritate dānantur, qui diuinitatē
ſancti ſpiritus negauerunt. Alij enim quidā vel Arria-
norū Iudæi, vel Arriani ſunt Iudæorū: quia ſicut illi fi-
liū à patre, ita & iſti ſpiritū à deo patre & filio dei ſepa
rāt. Nouato quoq; & Donato & ſoĩbus qui ſcindere cor-
pus eccleſiæ geſtierunt, viritim dicitur: Si recte offeras
recte autē nō diuidas, peccaſti. Eccleſię enim ſacrificiū
est qđ offertur deo, ad quā Paulus dixit: Obſecro autē
Roma. 12 vos fratres p miſericordiā dei, exhibere corpora ve-
ſtra hoſtiā viuā, ſanctā, deo placentē. Male ergo ſacrifi
ciū diuiſerunt, eccleſię mēbra lacerādo. Illos quoq; pcellit iſta ſentētia, qui aiam rationalē ab incarnationis
dominicæ ſegregāt ſacramento, naturā hoīs ab hoīe ſe
parare cupientes. Et iſti fortaſſe recte offerūt trinitati,
ſed rationē neſciunt naturæ humanæ diuinęq; diſtigue
H re. Dei enī ſimplex natura est, homo ex anima ratione
li cōſtat & corpore. Si alterū tollas, totā naturā hoīs ſu
ſtuliſti. Aduerſus oēs igitur hæreſes iſta ſententia est,
quæ fraterno noīe, nō fraterne eccleſiā pſequuntur. Si
quidē ſub optiōe noīs Chriſtiani, & quadā nuncupatiua fidei germanitate, parricidalib9 gladijs nos cupiunt
vulnerare, qa cōuerſio noſtra à deo est, & dominātur
nobis in ſeculo peccatores. Peccator enī dominatur in
ſeculo, iuſtus in dei regno. Caueamus igitur ne qs nos
à cubiculo regis ęterni, &à ſecreto matris eccleſię ſepa
rare conetur, ad qđ illa aĩa in Cāticis cāticorum verbū
dei ſe introduxiſſe ſignificat. Caueam9 ne à ſinu patris
& quodā vtero paterno arcanęq; naturæ, ſubſtātiā vnigeniti filij ſeparemus, verbiſq; ijs qbus veritas ſuſceptæ
incarnatiōis aſtruitur, diuinæ generatiōi pręiudicia inferre meditemur, ne & noſtrū alicui dicatur: Si recte offeras, recte autē nō diuidas, peccaſti, quieſce. Hoc est, ſi
neſciam9 quæ ꝓpria ſunt diuinitatis æternæ incarnatio niſiq; diſtinguere, ſi creatorē cū ſuis opib9 cōferam9, ſi
autorem tpm dicamus cœpiſſe poſt tpa. Neq; enim po
teſt fieri vt per quem ſunt omnia, ſit vnus ex omnibus.

I ¶De cōprobatione veritatis in ſuperiori capitulo aſſertę, p teſtimonium Ioannis piſcatoris, & de reprehēſiōe eorum qui recuſant audire quæ dicūtur, & intelligere quæ leguntur. Quidq; cauendū, & quid credendum ſit circa incarnati verbi naturā. CAP. III.

Ioan.1 No 10 nobis credatur, ſcriptura recitetur. Nō
ego dico à me, quia in principio erat verbum
ſed audio: nō ego effingo, ſed lego, qđ oēs le
ginus, ſed nō oēs intelligimus. Et cū legitur,
audimus oēs, & nō audiunt oēs. Incraſſatū est enim cor
quorundā, & aures eorum grauiter audierunt, aures ſci
licet interioris affectus. Nō enim caro peccat, quæ ſuū
ſeruat officiū, & recipit auditum, ſed animus puri audi
tus prauus interpres, qui recuſat audire quæ dicuntur,
intelligere quæ leguntur. Quid aures tanq; cera & plūbo clauditis, & tamen dominica beneficia, & officia na
turę nō poteſtis excludere? Auditis inuiti, auditis faſtidientes, auditis, ne qđ audieritis, excuſare poſſitis. Auditis ergo cum legitur: In principio erat verbū. Quis
hoc dicit? Ioannes vtiq; ille piſcator, ſed nō quaſi piſca
tor hoc dicit, ſed quaſi humani piſcatoris affectus, qui iā
nō piſces caperet, ſed hoīes viuificaret. Non ſuū est qđ K
dicit, ſed eius qui viuificādi ei tribuit, poteſtatē. Piſcator enim ipſis quos ante capiebat piſcibus, taciturnior
erat, & circa diuina myſteria magis mūt9, qui vocis ſuę
neſciebat autorē: ſed viuificatus à Chriſto vocem audi
uit in Ioāne, verbū agnouit in Chriſto: & ideo plenus
ſpiritu ſancto, qui ſciret principiū nō tpis eſse, ſed ſupra tēpora, reliquit ſęcula, & aſcēdēs ſpiritu ſup omne
principiū ait: In principio erat verbū, hoc est, remane
at cœlū. Nōdum enim erat quādo in principio erat verbū. Nā etſi cœlū habet principiū, de9 nō habet. Deniq;
in principio fecit de9 cœlū & terrā. Aliud est fecit, aliud
est erat. Qđ fit, incipit: qđ erat, principiū non accepit,
ſed pręuenit. Remaneāt etiam tēpora, quia poſt cœlū
tempora. Remaneāt etiā angeli & archāgeli, etſi principiū eorum nō inuenio, erat tamē quādo nō erāt. Non
erāt enim qui aliquādo cœperunt. Si ergo principium
eorū inuenire nō poſſum9, quos certū eſt habere principiū, quō poſſū verbi inuenire principiū, à quo omne
principiū nō ſolū creaturarū, ſed etiā cogitationū noſtrarū oĩm pręuenitur? Aperte itaq; ſempiternā diuini
tatē eius expreſſerat. Sed tamē ne quis à patre diuide- Ioan.1
ret verbi æternitatē: vt eādē crederem9 verbi eſse quæ
patris est, bon9 ille piſcator adiūxit: Et verbū erat apd
deū, hoc est, qđ dixerat, ſic æſtimandū est. Erat verbū
quo erat pater, quoniā cū patre erat, & in patre erat, & L
apud patrē erat ſemp. Nēpe quo de patre legimus erat
ita & de verbo legimus erat. Quid diſcernis intellectū,
qui nō diſcernis auditū? Vbi eſse apd patrem est, patris
eſse cū verbo est. Legimus enim quia verbum erat apd
deū. Itaq; ſi ſcd'm tuā opinionē aliquādo nō erat, ergo
ſcd'm tuā opinionē & is i pricipio nō erat, apd quē erat
verbū. Per verbū enim audio, p verbum intelligo, quia
deus erat. Nā ſi ſempiternum verbū eſse credidero, qđ
credo: nō poſſum de patris æternitate dubitare, cui9 æternus est filius. Si tēporalem generationem eius exiſtimo, incipit cōmunitatem habere nobiſcū, vt videatur
pater eſse cœpiſſe. Sed ſi de patre nō ambigis, qa incipere eſse dei nō est, quia dei est ſempiternā habere pfectionē: ne forte vſu ſermōis laberetis humani dū verbū dicis & filiū, ideo addidit: Et deus erat verbū, habes
vtiq; qđ pater, quia deus erat. Quō huius negas ęternitatē, cui vnū cū patre dei nomen est? Nō te ſonus capiat
ſimilitudoq; ſermonis. Aliud verbū est qđ tpa habet,
qđ ſyllabis colligitur, literiſq; cōponitur: nō tale verbū filius, quia nō talis est pater verbi. Cauendū ergone
tibi quęſtionē vocis corporalis videamur ingerere, in
corporeus est deus. Vocē vtiq; incorporeus corporalē
nō habet. si vox corporalis nō est in patre, nec filio ver
bum est corporale. si corpus in patre nō est, nec temp9 M
in patre est. si tps in patre nō est, vtiq; nec in verbo est.
Qđ ſi nullum principij tempus in verbo, nec numerus
vtiq; nec gradus verbi est: quia ſi numerus in verbo, ergo multa verba. si multa verba, multi & filij. sed vnum
verbum est, quod & gradum excludit & numerum, vnū
ſcd'm naturam. Ne quęrite huiuſmodi naturam, neſcio
multo melius hoc q̄ ſcio. Hoc ſolum bene ſcio, qđ' neſcio quæ ſcire nō poſſum. Quod vidimus, inquit, & qđ' 1.Ioan.1
audiuimus: Ioannes dicit, hoc ſolum bene ſcire ſe dixit quod audiuit, & quod vidit, qui in Chriſti pectore
recūbebat. Ergo illi ſatis est audiſſe, mihi non est ſatis?
ſed qđ' ille audiuit, hoc mihi dixit: & quod audiuit à
Chriſto, hoccine ego poſſū negare verū esse de Chriſto? Ergo quod audiuit audiui, & quod vidit audiui. Ille enim vidit quod vidit, nō vtiq; diuinitatē quę ſcd'm
naturā ſuam videri nō poteſt. sed quia ſecundum naturam ſuā videre non poterat, ſuſcepit quod erat præter,
naturā diuinitatis, vt ſcd'm naturā corporis videretur. Lucæ.9
Deniq; ſpūs ſanct9 in ſpecie viſus est ſicut coluba: quia
videri diuinitas in ſuæ claritatis veritate non poterat.

A ¶De confutatione diuerſorum hæreticorū nō diſtinguētium naturā diuinitatis, & corporis Chriſti, quos ſuperius commemorata ſententia comprehendit, cū confirmatione ex confeſſione Petri, ac teſtimonio Moyſi & Heliæ. CAPAT IIII.

No li igitur & tu ſcd'm naturā interpretari, qđ
præter diuinitatis naturā est. Nā & ſi credas à
Chriſto carnē eſse ſuſceptā, & offeras trāſigurandū corpus altarib9, nō diſtinguas tamē
naturā diuinitatis & corporis, & tibi dicitur: Si recte offeras, nō recte aūt diuidas, peccaſti: quieſce. Diuide enī
qđ' meū, diuide qđ' ſuū verbi est, ego qđ' erat illius, nō
habebā: & ille qđ' meū nō est, habebat. Suſcepit quod
meū est, vt impartiret qđ' ſuū est. Suſcepit nō vt cōſumderet, ſed vt repleret. Si credas ſuſceptionē, affingas cō
fuſionē: Manicheus eſse deſiſti, nec tamen eccleſię filio
eſse cœpiſti. Si credas ſuſceptionē corporis, adiungas
diuinitatis cōpaſsionem: portionē vtiq; pfidiæ, nō pfidiā declinaſti. Credis enim qđ' tibi ꝓdeſse præſumis,
nō credis qđ deo dignū est. Rurſus ſi credas quia idem
deus, & noui & veteris teſtamenti est, tēpora aūt verbo
eius, & momento præmittas, tolerabilior Valentin9 est
qui nō ſæcula ante deū, ſed deos putat eſse quod ſęcula
ſunt. Minoris enim ſacrilegij est copulari diuinitati ſęcula, q̄ præferri. Si credas iterū quia Chriſtus princi-
piū nō ſumpſit ex virgine, ſed tamē aliquod ante Chri
B ſtū eſtimes eſse principium: in tēpore diſtantia, de impietate cōtētio est. Virginis enī ſupparē negaſti, eſse nō
tēporis. Ego aūt & ſupparē virginis ſecundū ſuſceptionē corporis non negabo, & creatorem temporis confitebor. Quid enim ꝓficis ſi dicas quia Chriſtus hæc an
illa ſit creatura? Creatura mutatur, diuinitas adoratur.
Noluit ſe ſic Chriſtus agnoſci, nec his tātum quę ſupra
Mat.16 hominē ſunt meritis æſtimari. Deniq; cū interrogaſset
Quem me dicunt eſse hoīes? cū alij dicerent Heliā, alij
Hieremiā, aut vnum ex prophetis: nullius ſententiam
prædicauit. Cum Petrus dixiſſet: Tu es filius dei viui:
hunc ſolum nō immerito laudauit. Ergo Ioānes dicit,
Petrus dicit, Chriſtus ꝓbauit, & tu nō probas Arriane
Nec Ioanni & Petro putas eſse credendum, quos vel ſolos pro teſtimonio gloriæ ſuę dominus noſter Ieſus
Chriſtus ad omnium fidem credidit abundare? Deniq;
quaſi ad teſtimonium veteris & noui teſtamēti Moyſes
cū Helia aſsciſcitur: cū Ioanne Petrus frequenter adhi
betur. Petrus dicit: Tu es, nō dicit, tu eſse cœpiſti. Petrus dicit: Tu es filius dei viui: nō dicit, tu es creatura. Dixit
hoc Ioānes. Si adhuc nō credidiſti, quia nō intellexiſti
myſterium ſupra ſapiētiā recumbētis, repetiuit Petr9.
Cōmendauit vtrūq; Chriſtus, alterū iudicio, alterū myſterio: id eſse addidit, vt legeres qđ in Chriſti pectore
recumbebat, & intelligeres ꝙ eius caput, in quo princi
C pale omniū ſenſuum est, arcano quodā ſapientiæ repleBatur. Sed ſi nō putas intelligendū eſse myſteriū, ſaltē
noli impugnare iudiciū. Laudatur Petrus, quia dei filiū credidit quē videbat, quia ſe ab imperitę plebis rudibus adhuc opinionibus ſeparabat. Deniq; cū interrogaſset dominus quid hoīes de filio hominis ęſtimarēt, cū diceretur vulgi ſententia, Petrus tacebat. Taces
ergo Simō, & reſpōdentib9 alijs adhuc taces, cum ipſe
ſis primus, qui etiā nō interrogatus interrogas, nec times ne reprehendaris à domino, quia nō reſpōdes interrogāti. Ideo, inqt, nō reſpōdeo, quia nō interrogor
Pſal.16 meū, ſed alienā ſententiā. Legi enim: Vt nō loquatur os
meū opera hominū. Opus aūt est ꝓfidorū, ꝓfidias prędicare. Ergo taceo adhuc, quia nondum id qđ' ſentio
interrogor, nō proferā labijs quod animus nō ꝓbauit.
Erit tēpus quādo reſpondeā, interrogabor & ipſe quid
ſentiā, tunc demum reſpōdebo quod meū est. Meū est
enim fidē loqui, pietatē aſserere, gratiā prędicare. Nō
igitur quaſi pigrior ſenſu, voce tardior tacet: nec quaſi D
faſtidioſus differt vocis obſequiū, ſed quaſi cautus periculū vulgaris opinionis euitat, qui periculū nō euitabat ſalutis. Deniq; in poſterioribus habes quia exiliuit
è naui vt occurreret domīo, nō glorię cupid9, ſed obediētiæ præmaturus. Hic ergo qui ante reticebat, vt doceret nos q̄ impiorū nec verbū debeamus iterare. Hic
inquā, vbi audiuit, Vos autē quid me dicitis? ſtatim loci
nō immemor ſui primatū egit. Primatū cōfeſsiōis vtiq;
nō honoris: primatū fidei, non ordinis: hoc est, dicere:
Nemo me vincat, nunc meæ partes ſunt, debeo cōfeſsa
re qđ tacui, debet, pdeſse qđ ſilui. Lingua mea nō habet ſpinas, ſine impedimēto fides debet exire. Dū alij
cœnū, alienæ licet, platæ tamen impietatis euacuāt, qa
aut Heliā, aut Hieremiā, aut vnum ex ꝓphetis Chriſtū
eſse dixerunt, habuit iſta vox cœnū, habuit iſta vox ſpinas. Dū alij in hoc labāt cœnū, dū in alijs enodātur ſpinæ, vox noſtra filiū dei Chriſtū reſultet. Mihi puruseſt
ſermo, cui nullas ſpinas expreſsa relinquit pietas. Hic
est ergo Petrus q reſpōdit præ cæteris apoſtolis, imo ꝓ
cęteris: & ideo fundamentū dicitur, qa nouit nō ſolū ꝓ
priū, ſed etiā cōmune ſeruare. Huic aſtipulat9 est Chri- E
ſtus, reuelauit pater. Nā qui verā generationem loquitur patris, à patre aſsumpſit, ex carne non ſumpſit.

¶Quod cōfeſsio Petri nō vnā tantum ſed oēs hæreſes excluſerit. Et de myſterijs incarnationis, paſsionis, mortis, ſepulturæ & reſurrectiōis Chriſti, cum redargutione hæreticorū ærūnas & cætera quæ corporis vel animę ſunt, diuinitati attribuentium. CAPVT V.

Si des ergo est eccleſiæ fundamentum. Non
enī de carne Petri, ſed de fide dictū est, quia
portæ mortis ei nō prævalebunt, ſed cōfeſsio
vicit infernum. Et hæc confeſsio non vnā hęreſim excludit. Nam cum eccleſia multis tanquā bona
nauis fluctibus ſæpe tundatur, adueŕſus omnes hæreſes
debet valere eccleſię fundamētum. Dies enim me citi9
defecerit, q̄ nomina hereticorum diuerſarūq; ſectarū.
Aduerſus oēs tamen generalis est iſta fides, quia Chriſtus est dei filius, & ſempiternus ex patre, & natus ex
virgine. Quem quaſi gigantem ſanctus Dauid prophe
ta deſcribit, eò quod biformis geminaq; naturæ vn9 fit
conſors diuinitatis & corporis, qui tanq̄ ſpōſus procedens de thalamo ſuo, exultauit tanq̄ gigas ad currendā Pſal.18.
viam. Sponſus animę ſecundum verbum, gigas terræ,
quia vſus noſtri officia percurrens, cū deus ſemper eſſet ęternus, incarnatiōis ſacrāmēta ſuſcepit, nō diuidu9
ſed vnus, quia vtrūq; vnus, & vnus in vtroq;, hoc est vel
diuinitate vel corpore. Nō enī alter ex patre, alter ex
virgine, ſed idē aliter ex patre, aliter ex virgine. Gene
ratio generatiōi nō pręiudicat, nec caro diuinitati, qa
nec pignus patri, nec volūtas paſsioni, nec paſsio volū- E
tati. Idem enim patiebatur & nō patiebatur, moriebatur, & non moriebatur, ſepeliebatur & non ſepeliebatur, reſurgebat & non reſurgebat, quia corpus propriū
ſuſcitabat: quia quod cecidit, hoc reſurgit: quod nō cecidit, nō reſurgit. Reſurgebat igitur ſecundum carnē,
quę mortua reſurrexit. Non reſurgebat ſecundum verbum, quod nod reſolutum fuerat in terram, ſed apud
deum ſemper manebat. Ergo & moriebatur ſecundum
noſtræ ſuſceptionem naturæ, & non moriebatur ſecundum ęternę ſubſtantiam vitę: & patiebatur ſecundum
corporis ſuſceptionē, vt ſuſcepti corporis veritas crederetur: & non patiebatur ſecundum verbi impaſsibilem diuinitatē, quo toti9 exors doloris est. Deniq; idē
dicebat: Deus deus meus reſpice in me, quare me dere
liquiſti? quia ſecundum carnē relictus eſt, qui ſecundū Pſal.21.
diuinitatē nec deſeri potuit nec relinqui. Idem etiā dicit: Longe à ſalute mea verba delictorum meorū: hoc

G est,nō capiatur qui audit quare me dereliquisti,sed in telligat qđ scđm carnē ista dicātur,quæ lōge à plenitudine diuinitatis aliena sunt. Alia sunt enim à deo verba delictorū,quia aliena sunt & delicta verborū. Sed quoniā delicta aliena susc̄epi, etiā delictorū alienorū verba susc̄epi,vt derelictū me à patre deo esse dicā,qaapē deum semp sum. Erat igitur immortalis in morte, impassibilis in passione. Etenī quasi deū nō accepit mortis ærūna,&eundē quasi hoiem inferna viderunt. Mat.27. Deniq; emisit spiritū,&tamē quasi arbiter exuēdi susc̄ipiē dique corporis,emisit spiritū,nō amisit:pēdebat in cruce,& oia cōmouebat. Tremebat in ligno,quē totus tremebat hic mūdus. Erat inter supplicia, excipiebat vulnera,& regnū cœleste donabat. Peccatum oim factus, peccata generis abluebat humani. Postremo mortuus est. Et secundo &tertio exultās atq; ouās dico,mortuus est,vt illius mors vita fieret mortuorū. Sed nec sepulchrum eius miraculo caret. Nā cū esset vnctus à Ioseph & in eius monumēto sepultus, nouo opere quodā ipse defunctus defunctorū sepulchra reserabat. Et corpus quidē eius iacebat in tumulo, ipse autē inter mortuos liber,remissionē in inferno positis soluta mortis lege donabat. Erat enim caro eius in monumento,sed virt9 eius operabatur è cœlo. Ostendebatur omnibus p corporis veritatē,quia nō caro erat verbum,sed caro erat H verbi. Caro quidē gustauit mortē,sed impassibilis dei virtus etsi exuit corpus,nullū tamē de corpore deo dānum. Cur duinitati attribuis ærumnas corporis, & infirmum doloris humani diuinæ cōnectis naturæ? Nunc anima,inquit, mea turbrta est,nō sapiētia. Immutabilis enim manebat sapientia, etsi circundaretur amictu carnis. Nā in illa serui forma erat veri luminis plenitudo:&cum se exinauit,lumen erat. Deniq; dicebat: Am Ioan.12 bulate dum lumē habetis. Et quādo in morte fuit,i vmbra nō erat. Deniq; etiā in iferno positis vitæ lumē fundebat æternæ. Radiabat etiā illic lux vera sapientiæ,illuminabat infernum, sed in inferno non claudebatur. Quis enim loc9 est sapientię? Deniq; dicit iustus: Sapiē Iob.28 tia autē vnde inuenta est? Quis aūt locus est disciplinę? Nescit homo viā eius,nec inuenta est inter hoies. Ergo nec in tēpore,nec in loco sapientia est:vnde & tempus esse significat. Sed qūo in tēpore,quę in principio erat? Quomodo in loco quæ apud deum erat? Vnigeni Ibidem. tus filius si quæritur,in sinu patris euāgelico spiritu reperitur. Nunquid sinū patris locum putatis? Et queritis quomodo nata sit,cū dicat propheticus vir: Nescit homo viā eius? Et scđm homines ortum eius æstimatis,cū I Iob dicat,quod inter homines nō sit inuenta? Et mortē tribuitis sapientiæ,de qua abysus dicit: Nō est i me mare dicit:Nō est mecum? Nō dicit cœlum, non est in me:sed abysus dicit,Nō est in me. Nō enī abysso,sed Lucæ.23 patri dixit: In manus tuas cōmendo spiritum meū. Ipsa Psal.15. anima etsi fuit in abysso, iā non est, quia scriptum est: Quoniā nō relinques animā meā in inferno, nec dabis sanctū tuum videre corruptionē. Mare ergo dicit:Non est mecū:hoc est,vita nostra dicit fluctib9 sęculi inquieta. Nō est enim inter homines caro eius,quia scđm carnē iā nō nouimus Christum. Terra dicit,non est mecū quia resurrexit. Deniq; angelus ait: Quid quæritis viuē Lucæ.24 tem cum mortuis? Et bene mare dixit,non est mecum: Mat.14. quia super mare erat. Deniq; in mari &corpore in vestigijs ambulabat, quando & subiectum mari super mare Petrum ambulare præcepit,qui licet titubauerit, titubanit tamen non per imbecillitatē iubentis,sed p infirmitatē obedientis. Ergo splēdori gloriæ nō pmisceas nostræ atramētum naturę,nō luci nebulā humanę carnis infundas. Rursus passionē prædicans,si nequaq̄ id qđ est passibile recognoscas,pietatē domini refellisti, salutē tuā negasti. Vnde amentes eos estimare debem9 Ioan.18. qui audiētes dicentē dei filiū: Quid me cædis? secundū naturam diuinitatis subiectū iniuriæ putauerunt. Dixit K enim: Quid me cędis? sed,cędē diuina natura nō sensit. Dixit: Dorsum meū dedi i flagella,& maxillas meas in Esaiæ.50. palmas: vultum autē meū nō auerti à confusione sputorum. Sed dorsum &maxillas dixit &vultū,hoc est humani corporis portiones. Quod enim caro verbi patiebatur,vel manēs in carne dei verbū patiebatur carne, sicut scriptū est: Christo i carne passo, in se vtiq; p cor 1.Pet.4 poris assumptione referebat,vt quæ nostra sunt, ipse sciperet,& suis circūueniret hūana. Recte igitur scđm naturā suam &caro passa est,nec ea corporis passione verbi natura mutata est. In veritate enim nostra est resurrectio,& ideo in veritate Christi passio prædicatur.

¶De illorū qui Christū in phātasmate venisse & passum esse prędicāt,diuersorumq; aliorum hęreticorū cōdemnatione,ampliori tamen atq; grauiori eorum qui diuinitatē & carnē domini vnius esse naturę asserūt,cū argumentorū suorū dissolutione. CAP. VI.

Neq; enim,quod quidā dicūt, in phātasmate passus est, quia nec in phātasmate su Mat.14 per mare ambulauit,quod discipuli in euā gelio opinati esse prodūtur, sed excusan- Ioan.7. tur,quia nondū erat spiritus datus:nondū enī Iesus fuerat honorificatus. Nobis iā crucifixus est Christus, & L resurrexit,nobis iā spiritus dat9 est,qui assertor est veritatis. Et discipuli quidē aliquādo errauerunt, ne nos postea errare posemus. Ergo illorū error nobis profecit. Quasi homines errarunt, quasi discipuli crediderunt. Et hos igitur q in phantasmate venisse Iesum prędicant, & illos condēnare debemus qui aduersa erroris linea,non vnum eundemq; filiū dei dicunt,sed aliū esse qui ex deo patre natus sit, alium qui sit generatus ex virgine, cum Euangelista dicat, quia verbum caro Ioan.1 factum est,vt vnum dominum Iesum,non duos crederes. Nonnulli etiā aliud dei verbum,aliū verū dei filiū crediderunt,cū ipsum qui in principio erat verbū apđ deum patrem, in sua propria venisse euangelista teste tur. Sunt autē qui tanq̄ ad vnū prophetarū,ita ad Christum factū esse verbū arbitrati sunt, nō ipsum esse dei verbum. Sed de nullo prophetarum dictū est,quia verbum caro factum est:nullus prophetarū abstulit peccata mundi. De nullo alio dictum est: Hic est filius meus Matth 3 dilect9,in quo cōplacui. De nullo prophetarū legim9 qđ sit dominus maiestatis,qđ de Christo Apostolus dixit: Quia Iudæi dominum maiestatis crucifixerūt. Sed 1.Cor.2 dū hos redarguimus,emergūt alij qui carnē domini di M cāt &diuinitatē vnius esse naturę. Quæ tātū sacrilegiū inferna vomuerunt. Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorū per istos perfidiæ robur adolescit,vt maiore cō tētione asserāt patrē & filium & spiritum sanctū vnius nō esse substantiæ,quia isti diuinitatem domini & carnem substantiæ vnius dicere tētauerunt. Deinde cum isti dicant quia verbum in carnē,capillos,sanguinē,& ossa cōuersum est,& à natura mutatū est: ppter datur illis loc9,vt infirmitatē carnis ad ifirmitatē diuinitatis quadā facta diuinæ naturę mutatione detorqueāt. Sunt etiā q in tātū ipietatis pdierint, vt putēt quia diuinitas domini circūcisa est, & imperfecta de pfecta facta est, & i ligno nō caro, sed illā operatrix oim substātia diuina in carnis specie coagulata pendebat. Quis autē non horrescat? Quis audiat quia non ex Maria virgine,sed ex diuina substātia passibilem sibi carnē fecerit deiverbum? Quod asserēdo eo prolabuntur,vt nō ex tēpore corpus domini esse susceptū, sed coeternū dei verbo semper fuisse cōtendant. Horū omniū autores sunt qui diuinitatem & carnem domini vnius naturæ fuisse dixerūt. Legi enim, quod nō crederē nisi ipse legissem. Legi inquā in cuiusdam libris sic positū,& organū,&

A eum à quo mouebatur organū, vnius in Christo fuisse naturæ. Qđ ideo posui,vt ex scripturis nomē deprehēdatur autoris,& aduertāt,q̄is exquisitissimis argumētis,& phaleratis sermonibus, nō posse vim veritatis obduci. Et hic mihi frequenter Niceni cōcilij tractatū se tenere cōmemoret. Sed i illo tractatu patres nostri,nō carnē,sed dei verbū vnius substantiæ cū patre esse dixerūt. Et verbum quidē ex paterna processisse substātia,carnē autē ex virgine esse cōfessi sunt. Quomō igitur Niceni cōcilij nomē obtēditur,& noua inducuntur quæ nunq̄ nostri sentire maiores? Cū vtiq; scripturæ dicāt, quia Christus scđm carnē passus est, nō secūdum esa.7 diuinitatē. Scripturæ dicāt quia virgo in vtero concipiet,& pariet filiū? Accepit enī virtutē,& peperit filiū, quē & ipsa susc̄epit. Deniq; hoc etiā Gabriel ꝓprio sermone declarat,dicēs: Et qđ nascetur ex te sanctum,vo Lucę,1. cabitur dei filius. Ex te,inquit, vt scđm hominē qđ ex ipsa nasceretur aduerteres. ex se enim generauit Maria vt qđ generatur ex ipsa,in eo salua generationis dominicæ prærogatiua, corporis esset vera natura. Sed & Roma.1 Paulus dicit se prędestinatū esse in euāgelium dei, qđ ante,inquit, promiserat per pphetas de filio suo, qui factus est semine Dauid secundum carnē. et ad Galatas: Galat.4 Postq̄ aūt venit plenitudo tēporis, misit deus filiū suū factū ex muliere. et ad Timotheum dixit: Memor esto 2.Tim.2. Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid. ergo ex nobis accepit, qđ ꝓprium offerret p nobis,vt nos redimeret ex nostro,& qđ nostrum nō erat B ex suo nobis diuina sua largitate cōferret. Scđm naturā igitur se obtulit nostrā,vt vltra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificiū,de suo præmiū est. Multaq; in eodē &secundum naturam inuenies,& vltra naturā. Scđm cōditionem etenim corporis in vtero fuit, natus est,lactatus est,in presepi est collocatus. sed supra cōditionē virgo cōcepit,virgo generauit,vt credes quia deus erat qui innouabat naturā, & homo erat qui scđm naturam nascebatur ex homine. Neq; enim vt quidam interpretati sunt, natura ipsa mutata verbi est,quæ immutabilis semper est,sicut ipse dixit: Vide- Malac.3 te videte me,quia ego sum,& nō sum mutatus. sed etiā Hebrę.2 Paulus dixit,quia Iesus Christus heri & hodie,ipse est, & in sęcula,hoc est, quia non secundum naturam mutatus est carnis, sed immutabilis etiam in ipsa mutabili conditionis humanę qualitate permansit. Didicistis igitur,quia sacrificium de nostro obtulit. Nā quę erat causa incarnationis,nisi vt caro quæ peccauerat,per se redimeretur? Qđ peccauerat igitur,hoc redēptū est. Non est ergo immolata diuinitas verbi,quia non peccauerat diuinitas verbi: & ideo non est verbi natura in carnis cōuersa naturam,quia immunis peccati diuinitas,pro peccato quod non fecerat, se non debebat offerre. Hoc enim se obtulit Christus,qđ induit. Induit C quod ante non habuit. Non igitur diuinitatis suæ diuinitatem induit,in quo erat plenitudo diuinitatis æternæ: sed carnem assumpsit,vt spolium carnis exueret,atque in semetipso & manubias diaboli crucifigeret, & trophæa virtutis erigeret. ergo si caro omni & in Christo subiacuit iniuriæ,quomodo vnius illam cum diuinitate dicitis esse substātiæ verbū? si enim vnius substantiæ verbū & caro quæ de terra habet naturā: cur vnius substantię asseratur verbū,atq; anima quā perfectā naturę susc̄epit humanę? Vnius autē substautię est verbum cū deo secundum paternam professionē,& ipsius domini assertionem,qui ait: Ego & pater vnum sumus. Vnius ergo substantiæ pater cum terreno corpore prædicatur? Et adhuc indignamini Arrianis, quia hi dicunt filium dei creaturam esse,cum ipsi dicatis patrem vnius cum creaturis esse substantiæ? Quid autem aliud agitis ista dicendo, nisi vt aut limum Adæ terramq; nostram d inæ substantię comparetis, aut certe diuinitatem in terrenæ corruptelæ iniuriā transferatis? Dicendo enim D quod verbum caro & ossa factum est,in terram vtique dicitis esse conuersum, quoniam caro & ossa de terra siint. scriptum est,in quiunt,quia verbum caro factum est. scriptum est,non nego,sed considera quid sequatur. sequitur enim: et habitauit in nobis, hoc est, illud verbum,quod carnem susc̄epit,hoc habitauit in nobis hoc est, in carne habitauit humana, & ideo emanuel dictus est,hoc est,nobiscum deus. Hoc ergo verbū caro factū est,pro eo quod est,homo factus est: sicut etiā Iohel dixit: effundam de spiritu meo super omnē car- Iohel.2 nem. Nō enim super irrationabilē carnē,sed in hominēs futura promittitur gratię spiritalis effusio. Quod si secundum literā vos tenetis, vt putetis ex eo quod scriptum est,quod verbū caro factum est, verbū dei in carnem esse cōuersum: nunquid negatis scriptum esse de domino quia peccatum nō fecit, sed peccatū fact9 est? ergo in peccatum conuersus est dominus? Non ita, sed quia peccata nostra susc̄epit,peccatum dictus est. Nam &maledictum dictus est dominus, non quia in maledictum conuersus est dominus, sed quia nostrum susc̄epit ipse maledictum. Maledictus enim,inquit,qui pen- Deute. 21 det in ligno. Miraris ergo quia scriptum est: Verbū caro factum est,cū caro assumpta sit à dei verbo,quando Ioan,1 de peccato qđ nō habuit,scriptum est, quia peccatum factus est? Hoc est,nō naturā operationēq; peccati, vtpote in similitudinē carnis peccati factus, sed vt peccatū nostrū in sua carne crucifigeret, susceptionē p nobis,infirmitatē obnoxij iā corporis peccati carnalis as E sumpsit. Definant ergo dicere naturā verbi in corporis naturā esse mutatā, ne pari interpretatiōe videatur natura verbi in contagiū mutata peccati. Aliud est enī qđ assumpsit,& aliud qđ assumptū est. Virtus venit in virginē,sicut &angelus ad eā dixit: Quia virtus altissi- Lucę.1. mi obūbrabit te. sed natū est corpus ex virgine,& ideo cœlestis quidē descēsio,sed humana cōceptio est. Non ergo eadem carnis potuit esse diuinitatisq; natura.

¶De autoris excusatione, ac respōsione ad obiectionē qua sibi dici posset,qđ de patris & filij diuinitate quinq; illis libris quos scripserat,cōclusorem se esse promiserit,cū confutationę erroris eorū, qui animā putant à domino Iesu non esse susceptā, pulcherrimaq; declaratione assumptionis humanæ naturę. Et quomodo intelligendum sit quod scriptum est: Iesus proficiebat ętate & sapientia. CAPVT. VII.

Rossem latius prosequi,sed vereor ne hæc ipsa aliquibus aut superflua aut prolixa videantur. Fortassis enim dicat aliquis: Nōne de patris & filij diuinitate quinque illis F quos scripsisti libris,cōclusorem te esse,pmiseras? sed quid faciā,cū quotidie nouas seminēt quęstiones? Non preterit responsio,sed astringit obiectio. Nā quēadmodum poteſt finis esse responsi,si mod9 nullus obiecti sit? Et tamen de patris & filij diuinitate consummaturum responsionē in superioribus me spopondera. Hoc aūt libro de incarnationis dominicæ sacramento plenior sicut debuit facta digestio est. Nam cum illud quod ait dominus: Tristis est anima mea vsque ad mortem, & Mat.26 infra: Pater,si possibile est,transfer à me calicem hūc,sed tamē nō sicut ego volo,sed sicut tu vis: non ad spūs sancti cōpassionē, sed ad rationabilis assumptionē animę,& naturę humanę refertur affectū, cōsequens est vt per assertionem dominici sacramenti, & plenitudinem naturę humanę fuisse eastruamus in Christo, & ab infirmitatis prędicio spiritū sanctum separemus. Non est enim obnoxius infirmitati, qui non est obnoxius passioni. Quero igitur qua ratione animā putent quidam à domino Iesu nō esse susceptam: an quia me-

Gtus est ne sensu Christus laberetur humano. Dicunt qp pe quia concupiscẽtia carnis legi mẽtis repugnet. Sed qui hoc ait, tantum abest vt Christũ putauerit lege carnis in peccati vincula fuisse deducẽdum, vt ipse in ẽstu positus fragilitatis humanæ, per Christũ sibi subueniri posse crediderit, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrum. Qui ergo alios à carnis lubrico vindicabat, nũquid formidare poterat? Nec etiã ipse dominatu quodã carnis istius (sicut volunt) formidabat illecebras. Ergo & carnis susceptionẽ declinare debuerat, ne ad lubricũ traheretur erroris. Sed qũo lubricum poterat timere peccati, qui peccatũ remissurus aduenerat? Et ideo cum susceperit carnẽ hominis, cõsequẽs est vt perfectionẽ incarnationis plenitudinemq; susceperit, nihil enim in Christo imperfectum. Suscepit itaq; carnẽ, vt resuscitaret. Assumpsit animã, sed animã perfectã, rationabilẽ, humanã assumpsit atq; suscepit. Nã quis potest negare qđ susceperit animã, cũ ipse dicat: Animã meã pono pro ouibus meis? Et iterũ: Propterea me pater diligit, quia ego pono animã meam, vt iterum sumã illã. Nõ per parabolã hoc dicitur, nec per functoria significatione, in qua aliud dicitur, & aliud intelligitur, sicut illud: Neomenias & sabbata vestra odit anima mea. Licet illud etiã ad Christi animã possit referri, quæ ideo posita est vt aboleret Iudaicæ supstitionis errorẽ, & vnius sacrificij institueret veritatem. Sed de hoc dubitẽt prophetico, euãgelicum hoc refutare nõ possunt de animę ꝓprietate dictũ, cũ de morte domini & resurrectione sit dictum. Deniq; addit: Nemo tollit eã à me, sed ego pono eã à meipso, potestatẽ habeo ponẽdi animã meã, & potestatẽ habeo iterum sumendi eã. Eandẽ igitur ponit quã suscepit. Suscepit di co. Non enim verbum ipsum dei viuũ in sua carne ad nostrę animę vicẽ factum est, sed sicut carnẽ nostrã, ita & animã nostrã perfectã naturæ humanæ assumptione suscepit. Assumpsit inquã animã, vt incarnationis suæ benediceret sacramẽto suscepto, suscepit affectũ meũ, vt emẽdaret. Quid aũt opus fuit carnem suscipere sine anima, cũ vtiq; insensibilis caro & irrationabilis anima nec peccato sit obnoxia, nec digna prẽmio? Illud ergo ꝓ nobis suscepit, qđ in nobis amplius periclitabatur. Quid autẽ mihi prodest, si totũ me nõ redemit? Sed totũ me redemit, qui ait: Mihi indignamini, qui totũ hominẽ sanũ feci i sabbato? Totũ redemit, quia in virum pfectum fidelis nõ ex parte sed totus resurgit. Desinãt ergo isti misericordes timere ne Christus carnẽ suam vel animã perfectã sensumq; hominis non potuerit gubernare, qui etiã illum asinæ pullũ quẽ ante nemo federat, gubernauit. Qui plãtauit aurẽ, nõ audiet? Qui alios regebat, se regere ipse nõ poterat? Qui peccata donabat, peccatũ ipse faciebat? Desinãt numium soliciti isti tanquã pædagogi Christi vereri, ne etiam in ipso cõcupiscentia carnis legem mentis oppreserit, quæ nõ oppressit in Paulo, sed tantummodo repugnauit. Athleta Christi victorias mentis numerat suæ. Hi trepidant, ne caro titubauerit in domino, quæ vicit in seruulo. Non vult pro se timere nos Christus. Non vult pro se flere nos dominus. Deniq; dicit: Filiæ Hierusalem nolite me flere, vos ipsas flete. Et istis dicit: Nolite mihi timere, vobis timete. An non audistis dicentem Dauid? Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo? Et alibi: Non timebo quid faciat mihi homo. Et alibi: Non timebo quid faciat mihi caro. Ergo lapsum naturæ humanæ timere potuit, quem homo ipse nõ timuit? Deus igitur ante carnem, deus in carne, perfectionẽ naturæ assumpsi humanæ, suscepi sensum hominis, sed nõ sensu carnis inflatus. Sensu hominis animam meam dixi esse turbatam, sensu hominis esuriui, sensu hominis rogaui, quia rogantes exaudire cõsueui. Sensu hominis K
profeci, sicut scriptum est: Et Iesus proficiebat ætate, & Lucæ.2.
sapientia & gratia apud deum & homines. Quomodo proficiebat sapientia dei? Docet te ordo verborum. Profectus ætatis, & profectus sapiẽtię, sed humanæ est. Ideo ætatem ante præmisit, vt secundum homines crederes dictum. Aetas enim non diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientia hominis. Sapientia autem sensu proficit, quia à sensu sapientia. Iesus autem proficiebat ætate & sapiẽtia. Quis sensus proficiebat? Si humanus, ergo ipse susceptus est. Si diuinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim proficit, vtique mutatur in melius. Sed qđ diuinum est, non mutatur. Quod ergo mutatur, non vtiq; diuinum. sensus igitur proficiebat humanus, sensum ergo suscepit humanum. Et vt sciamus quia secundum hominem loquebatur, præmisit, dicens: Puer autem confortabatur & crescebat, & implebatur sapientia, & gratia dei erat cum illo. Et puer nostræ nomen ætatis est, nec confortari virtus poterat dei, nec crescere deus, nec altitudo sapientiæ dei, nec plenitudo diuinitatis impleri. Quæ igitur implebatur, erat non dei, sed nostra sapientia. Nam quomodo implebatur, qui vt omnia impleret descendit? Per quem autem sensum Esaias dixit: Patrem puer nesciebat aut matrem? scriptum est enim: Priusquam sciat puer patrem aut ma- Esaiæ.8.
trem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ. Sapientia enim dei futura & occulta non fallunt. Expers L
autem agnitiõis infantia per humanam vtiq; imprudẽtiam quod adhuc non didicit ignorat. sed verendum est inquam, ne si duos principales sensus aut geminam sapientiam Christo tribuimus, Christum diuidamus. Nunquid cum & diuinitatem eius adoramus & carnem Christum diuidimus? Nunquid cum in eo imaginẽ dei crucemq; veneramur, diuidimus eum? Apostolus certe quid de eo dixit? Quoniam etsi crucifixus est, inquit, ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute dei. Ipse 2.Cor.13.
dixit quia non diuisus est Christus. Nunquid etiam cũ dicimus, quia animam rationabilem & intellectus nostri suscepit capacem, diuidimus eum? Non enim ipse deus verbum pro anima rationabili & intellectuscapaci 1.Cor.1
in carne sua fuit, sed animam rationabelem & intellectus capacem, & ipsam humanam, & eiusdem substãtię cuius nostræ sunt animæ, & carnẽ nostrę similem, eiusdemq; cuius caro est nostra substantiæ suscipiens deus verbum, perfectus etiam homo fuit, sine vlla tamen labe peccati, quia peccatum ipse non fecit, sed pro nobis 2.Cor.5
peccatũ factus est, vt nos esemus iustitia dei in ipso. Caro ergo ipsius & anima, eiusdem cuius animæ nostræ carnesq; substantiæ. Nec timeo ne tetrada videar inducere. Nos enim vere solam qui hoc asserimus, colimus
trinitatem. Non enim Christum diuido, cũ carnis eius M
diuitatisq; distinguo substantiam, sed vnum Christum cum patre & spiritu dei prędico, & illos magis qui carnem Christi vnius cum diuinitate eius dicunt esse substantię, tetrada inducere demonstrabo. Non enim qđ eiusdem substantię est: vnus, sed vnum est. Nam vtiq; filium eiusdem cum patre substantię confitentes in tractatu concilij Niceni, non vnam personam, sed vnam diuinitatem in patre & filio crediderunt. Ergo cum dicunt eiusdem carnem, cuius & filius dei erat, fuisse substantię: ipsi quod nobis obijciunt ineptius vanę assertionis incurrunt, vt diuidant Christum. Itaq; quartum increatum quod adoremus inducunt, cum sola increata sit diuinitas trinitatis.

¶ De ampliori redargutione eorum qui autorem dicunt ea vsurpare quæ scripta nõ sint, & dei esse substantiam atq; naturam, scriptum non esse affirmãt.

CAPVT VIII.

Roma.7

Ioan.10

Esaiæ.1.

H

Lucæ.23

Psal.26

Psal.55

Ioon.7

Psal.93.

I

ANCLVSERAM librum, sed religiõis fuit ne prætergredi videremur qđ soluere nequiremus. Nã cum dudũ audierint quidã dicẽtibus nobis: Filiũ dei qui generatus sit patri qui generauit, inæqualẽ esse nõ posse, q̃uis ille generatus sit, iste generauerit, qa generatio nõ potestatis est, sed naturæ: aduersus illã quidẽ quæstionẽ vocẽ sibi arbitrãtur occlusam, sed tergiuersatione damnabili in eodẽ loco vestigiũ vertũt, vt putẽt mutationẽ fieri quę stionis mutatione sermonis, dicẽtes: Quomodo possũt ingenitus & genitus esse vnius naturæ atq; substantiæ? Ergo vt respondeã, clemẽtissime Imperator parce mihi, propositæ quæstioni: primum omniũ ingenitum in scripturis diuinis nusq; inuenio. Nõ legi, nõ audiui. Cuius igitur mutabilitatis sint homines istiusmodi, vt nos dicant ea vsurpare quæ nõ sunt scripta, cũ ea quæ sunt scripta dicamus, & ipsi obijciãt qđ scriptum non sit: nõ ne ipsi sibi aduersantur, & autoritati calumniæ suæ derogant? Dicunt enim nõ esse scriptum dei esse substãtiã atq; naturã, cum vtiq; filium dei patris esse splendorẽ gloriæ, & characterẽ substãtię eius scriptura testetur & multos alios de diuina dixisse substãtia, in alio libro plenissime ostẽderimus. Naturã quoq; diuinã quis abnuat, cum Petrus Apostolus in epistola sua scripserit, id operatã domini misericordiã per passionẽ crucis, vt nos, inquit, faceret diuinę cõsortes naturę. Sed etiã alibi Paulus scripsit: Sed tunc quidẽ ignorantes deum, ijs 2.Pet.1. Gala.4.
B qui natura non sunt dij, seruistis. Ita enim & in Græcis codicibus inuenimus, quorũ potior autoritas est. Quid igitur agant, qui negant naturã esse diuinã, nisi vt iam non solum filio calumnientur, sed etiã patri? Si enim negatur natura deꝰ esse, ergo per gratiã est, vt homines: aut certe falsõ creditur, vt dæmones, quorum simulacra dei appellatione donantur. Sed Apostolicam autoritatem sequamur, vt dicamus in simulacris naturã nõ esse diuinam. Si ergo in simulacris non est, nõ est in dæmonijs: superest vt in deo diuina sit natura, atq; substãtia. Docuimꝰ igitur Apostolica autoritate recte de deo patre dici, quod natura sit deus. Accipiant nunc quod eadem dei patris sit natura quę filij est, eadem sit & spiritus sancti, ne forte idem dicant. Natura quidem legimus esse diuinam, naturę aũt diuinę non legimus vnitatem. Sed cum ipse filius, dixerit: Ego & pater vnum sumus: vnitatem diuinitatis probauit. Cum dixerit: Omnia quæ pater habet, mea sunt, & ifra: Pater, omnia mea Ioan.10 Ioan.16
tua sunt, & tua mea: asseruit vnitatem. Cum dixerit: Pater qui in me manet, ipse loquitur, & opera quæ ego fa- Ioan.17. Ioan.14
cio, ipse facit: vnitatem euidentissime declarauit. Deinde Petrus vnam naturam ostendit esse diuinam. Po-
C tuit enim sic dicere, si aliter æstimasset, potuit inquã sic dicere: Vt nos faceret diuinarum cõsortes naturarum, maxime cum per filium in naturę diuinæ consortium transeamus. Nunquid potest donare quod non habet? Ergo non est dubium, quia de eo quod habet donat, & ideo habet naturã diuinam, qui cõsortia diuinæ donat naturę. Apostolus quoq; Paulus dicẽdo: Qui natura nõ Galat.4
sunt dij: ostendit vnã veri dei esse naturã. Nanq; & ipse potuit dicere: Qui naturis non sunt dij, si sciret pluralitatem diuinæ esse naturæ, vt alia esset in patre, alia in filio, alia in spiritu sancto. Dicendo ergo: Natura non sunt dij: vnitatem naturę expresit diuinæ. Quid est autem natura deum esse, nisi verum deum esse? Sicut ad 1.Tehs.1
Thessalonicenses dicit: Quomodo cõuersi estis ad deũ à simulacris seruire deo viuo & vero? Illi enim dij esse simulantur, natura autem deus viuus & verus est. Nam & in ipso vsu nostro est adoptiuus filius, & verus filius. Adoptiuum filium non dicimus filium esse natura, sed eũ dicimus natura esse qui verus est filius. Ergo & naturam & substantiam esse diuinam probauimus lectione. Vnitatem quoq; non pluralitatem diuinæ esse naturæ, Apostolica autoritas demonstrauit. D

¶ De confutatione & destructione obiectionis prememoratorum hæreticorum, qua arguunt qđ non possint ingenitus & genitus vnius esse naturę atq; substãtię, & de exemplari approbatione cum dicitur voce geniti non proprietatem naturę, sed significationem generationis exprimi. Quodq; in appellatione ingeniti & geniti species videatur esse diuersa, sed tamen indistincta diuinitas.

CAPVT IX.

NVNC illi asserant vbi ingenitum patrem legerint. Sed si dialectico more concedi sibi id postulant, vt quod lectum nõ sit, pro lecto vsurpent: produnt se cõtentionis studio differre, nõ cognitionem quęrere veritatis. Nanq; in ipsa dialectica si nõ cõcedatur quod concedi sibi postulant qui aditum cõtentionis inuenire desiderant: principiũ inuenire non queunt disputãdi, & hoc ibi, vbi cõtentio est magis de disputationis argutijs, q̃ de examine veritatis. Hęc est enim dialecticorũ gloria, si videãtur expugnare verbis & refellere veritatem. Cõtra definitio fidei est, vt veritas non verba pandantur, Deniq; verba philosophorum excludit simplex veritas piscatorum. Quę igitur ista asertio est, vbi si nõ donauero eis verbũ ingeniti, asertionis principiũ inuenire nõ possunt? Vbi ergo legerint, demõstrent. Exciderat animo. Nũc redeo in memoriã. Lectum est, inquiunt. Nam Arrius E
dixit ingenitum patrẽ, & genitum & creatum filium. Quo autore contra Apostolica scripta cõtendant? Cõtendant tamen, si modo Arrij sẽ discipulos esse fateantur. Nam quomodo negant magistrũ, cuius inuentura sequũtur? Sed si illi hoc dicũt quod Arrius, iustius ego debeo dicere quod Apostolus dixit: Patrem enim dixit, non ingenitum nominauit: filium dixit, & genitum filium nominauit. Quod legi, non lego, imo libenter vsurpo: quod non legi, vsurpare non debeo. Sed tamẽ quod in dialectica non faceremus, vsurpẽt, ne forte dicant: Quia genitũ non legimus patrẽ sicut filium, ideo ingenitũ ẽstimare debemus. Intelligitur hoc, ergo nõ legitur. Sed si intelligitur, nec spiritum sanctum genitũ legi. Ergo & spiritus quia genitus non est, ingenitus vtiq; secundum vestrã alibi sententiã nominandus est. Si igitur ingenitum dicitis, & genitum non posse vnius esse substãtię, superest vt de patre & spiritu sancto, quia nec patrẽ genitũ legimꝰ, nec spiritũ sanctũ, vnitatẽ diuinæ naturę & substãtię nõ negetis. Si enim in eo est vis omnis vestræ disputationis, quod ingenitus & genitus nõ possũt esse vnius naturæ: ergo qui nõ est genitus, cũ F
eo qui nõ sit genitus, vniꝰ naturæ atq; substãtiæ est. Et si ideo putatis patrẽ maiorẽ esse, quia genitus nõ est, nũquid & spiritus sanctus maior est filio? Multa possunt & innumera exempla suppetere, vt de eo quod genitũ nõ sit, dicatur ingenitum. Nam & mundum plerique ingenitum esse dixerunt, & materiã rerum omnium, quã græci ὕλην dicunt, quasi syluã materialem ingenitam esse memorarunt. Videtur igitur in hoc verbo prærogatiuã quandam potestatis esse nõ posse, nisi forte hoc verbo sibi honorare deũ videãtur, quo philosophi mũdum putauerunt esse donãdum. Nũquid ergo sic ingenitus pater sicut mundus? Absit. Aut hic solus deum decet sermo, cũ deus vltra sermonum omnium sit ambitum? Nihil igitur precioſum deo in eo sermone, qui cõmunis possit esse cũ cæteris. Sed tamen quemadmodũ vultis, inæstimabilis sit huius prærogatiua sermonis, quæ non autoritate aliqua designatur, sed vestro æstimatur arbitrio. Quo igitur hoc proficit, vt ex verbo velitis facere inter patrem & filium distantiam naturæ, distantiam potestatis? Ingenitus inquit, & genitus nõ possunt vnius esse naturę atq; substantiæ, vt quẽad-

G modum interdum dicunt, inoperatus & factus nõ sunt vnius naturæ. Neq; enim discretionẽ faciũt ingeniti & inoperati, neq; distantiã volunt esse inter genitum vel creatũ, modo vt creaturã filium dicant. Ergo quia pater omnẽ causam, hoc est, αὐτ'ἐξοχήν (sicut græci dicũt) supergressus, cũ ex alio creatus nõ sit filius, vtiq; substãtia sit, nõ aliunde principium habens & causam ex qua sit, & ideo, inquiunt, alia talis substãtia esse nõ potest, qa omnia ex patre deo habẽt subsistẽdi causam. Inde non est verisimile dicunt, vt filius, qui ex patre est, & ex se causam nõ habet vt sit, sed ex patre, similis sit patri: cũ pater ex alio causam nõ habeat, filius aũt (vt ipsi allegant) esse non potuerit nisi hoc ipsum ex patre vt esset acceperit. Ideoq; ingenitũ & genitũ dicunt esse dissimilem: quasi vero quod alibi sæpe iã dixi, generatio potestatis sit, nõ naturę. Cũ enim dico genitũ, non proprietatem naturę, sed significationem generatiõis expressi. Hoc exẽplis euidẽtioribus approbabo. Nã si genera liter dicã filiũ, nec addam cuius, potest intelligi & filiꝰ hominis, & filius iniquitatis, & filius pestilentiæ, & filius diaboli, sicut de Iudæis scriptura testatur, & qđ in vsu est, & fœtus pecudis, & pulli columbarũ. Et ideo in appellatiõe filiorũ nõ est expressio significatata naturę. At vero si naturam designare desidero, aut hominem nuncupabo, aut equum nominabo, aut auem dicam, vt
H natura posit intelligi. Ita ergo si naturam cupio designare diuinam, deum vero debeo nominare. Cum aũt filium dico, generatum significo. Cum patrem quoque dico, generatse declaro. Non ergo hinc naturæ discretionem facias, cum sit hoc significatorium generantis & geniti. Significatoria autem huiusmodi exprimunt substantiæ qualitatem. Multi enim, vt dixi, filij, sed diuersitas filiorum. Alius per naturam, alius per gratiam. Multæ creaturæ iuisibiles & visibiles. Inuisibiles, vt principatus & potestates, throni & dominationes. Visibiles, vt sol, luna, stellæ, homo, terra. Ergo diuersæ species & diuersæ creaturarum substantiæ sunt. Itaq; si velis proprietatẽ creaturæ alicuius exprimere, aut solẽ aut lunã nominabis aut stellas. Et sic intelligitur quid sit quod significandum putaueris. Cæterum si factum dicas aut creatum (quod interdum filium dicunt) quia multa facta & creata sunt, non propritatem substantiæ videris significasse, sed speciem qualitatis. Aliud euim substantia, aliud qualitas est. Deniq; diximus & alibi vsi an interpretatos latinos, vt substantiam dicerent. Vsia autem dei cum dicatur, quid aliud significatur nisi deum
I semper esse? Quod literæ ipsæ exprimunt: quamuis diuina vsai, hoc est, cum sit semper, vsia dicitur, vnius literæ mutatio ordine propter sonum & compendiũ decoremq; sermonis. Ergo vsia quod semper sit deus significat. Ingeniti autem, vt tu vis, vel geniti appellatio quid sit declarat, hoc est, qđ nõ ex alio sit pater, ne ex se filius. Species hic videtur esse diuersa. Species vtiq; distincta sed indistincta diuinitas, quæris quo hoc pbari possit? Etiam in creaturis ostẽdam diuersam speciẽ, diuersa initia in plerisq;, & vnam esse substantiam, & de scripturis exempla proferam. Itaq; si in ijs quæ mortalia sunt, hoc potest conuenire, quemadmodum patris & filij & spiritus diuinitati legem cuiusdam necessitatis imponunt? Omnia nempe volatilia quę eiusdem generis videntur, eiusdem vtiq; & naturæ sunt, vt aquilarum vnum genus & vna natura est, vulturum similiter, & cæterorum, secundum genus suum volatilium. Quemadmodum autẽ cœperint esse volatilia, tres spe
Gene.1. cies reperimus, & ortus eorum causas legimus esse diuersas. Scriptum est enim dixisse deũ: Producãt aquæ repentia animarum viuentium, & volatilia volantium.
Gene.2. Et paulo post cum paradisum fecisset deus, & posuisset in eo hominem, scriptũ est quia figurauit deus de terra bestias agri, & volatilia cœli. Significantur ergo volatilia hoc loco figurata de terra. Supra quoq; legisti K quia deus dixit aubus: Crescite & multiplicamini, vtiq; ex coitu maris & fœminæ generationis incrementa prę cipiens. Itaq; aduertimus etiam quę vnius generis sunt, diuerso modo esse cœpisse, alia de aquis, alia de terra, alia de maris ac fœminæ generatione, & vnius tamen hæc esse naturę, dissimilitudinemq; substantiæ non habere. Quid vero tam vnius naturæ q̃ caro nostra cum dominici corporis veritate? Diuersis tamen vtraq; ducta caussis, orta principijs est. Caro ẽnĩ domini spiritu in virginem superueniente generata, nõ expectauit virilis fœmineiq; coitus solẽne commercium. Caro vero nostra, nisi virilis iuxta fœmineusq; sexus genitalia sul cis naturalibus obducat semina, intra viscera nescit ma terna formari, & tamen cum generationis fuerit causa diuersa, carnis tamen in Christo cum hominibus omnibus vna natura est. Partus enim virginis non naturã mutauit, sed generandi vsum nouauit. Deniq; caro de carne nata est. Habuit ergo de suo virgo qđ traderet. Non enim alienum dedit mater, sed proprium è viscerib us suis contulit, inusitato modo, sed vsitato munere. Habuit igitur carnem virgo, quam naturę solennis iure transcripsit in fœtum. Eadẽ igitur secundum carnẽ generantis Mariæ, genitiq; natura, nec dissimilis fratri bus, quia dicit scriptura: Vt per omnia similis fratribus Hebre.2 fieret. Similis vtiq; dei filius nostri, non secundum diuinitatis plenitudinem, sed secundũ animæ rationalis, & (vt expressius dicamus) humanæ nostriq; corporis veritatẽ. Quid aũt de ipso loquamur Adam, qui cũ sit formatus è limo terræ, generauit vtiq; filios suæ consortes L naturæ, participes generis, successionis hæredes? Diuersa quidẽ in filijs & parẽte principia, sed humanæ cõditionis vna natura. Nec tamẽ dissimilitudo ortus, simili tudine substãtiæ prędicauit. Similis ergo filius patri etiã in ijs quę, ꝓpter humanæ cõditionis fragilitatẽ similitudinis plenitudinẽ habere nõ possunt. Quomodo ergo dei patris dissimilis filius verus?

¶De disputatione contra quosdam superiorẽ sectã sequentes, disputationis tamẽ genere discordare se putantes, qui filium similẽ dicunt, sed nõ vnius substantię cum patre, & quod cũ sit vnius naturæ filius cũ patre, etiã vnius sit potentiæ, & ita omnipotens sicut & pater, quemadmodum etiam spiritum sanctum omnipotentem scriptura testatur. CAPVT X.

SED plerisq; eandem sectam sequentes, disputationis genere discordare se putant ab ijs qui M dissimilem patri per omnia filiũ dicũt. Ideo horum quoq; qui similem dicunt filium, sed non vnius substantiæ cum patre, ineptias discutiamus. Quæ non vnius naturæ sunt, diuersæ sunt vtique, atque distantis, & quę distantis naturę, consequens est vt similia esse non possint, nisi forte secundum speciem similia dicas, dissimilia secundum veritatẽ. Nã & lactis & niuis, & cygni albẽtis concolor species est, sed discrepantiam seruat distantis naturę, nec differentia naturarum, specierũ similitudine coloratur. Quomodo ergo isti similem dicunt patrem & filium, qui vnitatem substantię negant? An secundum formam & figuram colorem similẽ putant? Sed hęc corporis sunt, hæc cõpositionem quandam indicant. Quomodo aũt inuisibili similitudinem secundum colorem aptamus aut formã? Aut quomodo creatura potest esse similis increato? Quomodo splendor gloriæ, & character substantię eius, si diuersa gloria, vt illi dicũt, diuersa substãtia est? Secundum gloriam, inquiunt, & operationem similis est, & ꝓpterea imago dei dicitur filius. Ergo si per aliqua nõ per omnia similis, ꝓ parte similis, ꝓ parte dissimilis. Huic autẽ propositioni consequens est vt si ex

A parte similis, pro parte dissimilis, nõ in toto est: ꝓ parte sit dei imago cõposita, ac per hoc sequitur vt & ipse compositus videatur, cuius sit imago composita. Com posita aũt si ex parte similitudinẽ seruet, imago eius ex parte similis esse nõ possit. Sed qui similem secundum vnitatem naturæ negant, similem cæteris arbitrantur. Solent enim dicere, Cur putatis quia multũ dedit scriptura filio quia imaginem dixit, cum ipse deus dixerit
Leuit.19 hominibus: Estote sancti, quoniam ego sanctus sum: &
Mat.5. filius dixerit: Estote perfecti, sicut pater vester qui in cœlis est, perfectus est? Nec intelligunt eo ipso astrui, quia non secundum partem, sed secundum plenitudinẽ diuinitatis & perfectionem similis sit filius patri. De niq; si multi similes, cur solus filiꝰ imago inuisibilis dei dicitur, & character substantiæ eius, nisi quia in eo naturæ eiusdem vnitas, & eius maiestatis expressio est? Alia enim secundũ imitationẽ similitudo, alia secundũ naturam: quod propositorum exẽplorum etiã verba indicant. Dicit enim scriptura: Estote sancti, vt fiant id per imitationẽ hominẽs. Ergo dicitur, estote, quia nõ sunt. De se autẽ dicit deus, quia sanctus sum, nõ vtiq; ꝓficiẽte processu, sed manente natura. Deinde ait sapientia: Estote perfecti, vt incipiãt habere qđ nõ habent. De patre autẽ dicit: Sicut pater vester qui in cœlis est, perfectus est. Est ergo ꝓfectus pater, qui est, semper est. Ideo
B vel vsia Græce, quod sit semper, vel latine: qđ in suo maneat, nec ope subsistat aliena, appellatur substantia. Sanctus ergo pater, & perfectus pater. Sanctus etiã & pfectus filius, quasi imago dei. Imago aũt dei, quia omnia quæ sunt dei, videtur in filio, id est sempiterna diuinitas, omnipotentia atq; maiestas. Talis ergo qualis est deus, sua videtur imagine. Vnde oportet vt imaginem eius talẽ credas, qualis est deus. Nã si imagini detrahas, & vtiq; ei cuius imago est, videtur esse detractũ. Si minorẽ imaginẽ credas, minor deus apparebit imagine. Qualem enim æstimaueris imaginem, talis tibi videbitur hic, cuius inuisibilis est imago. Dixit enĩ ima-
Ioan.14 go: Qui me videt, videt & patrem. At qualẽ ęstimaueris cũ cuius imaginem esse filium credis, talis tibi necessario filius ęstimandus est. Vnde quia increatus pater, increatus & filius, quia nõ minor pater, non minor filius, quia omnipotens pater, omnipotẽs & filius. Dictum est igitur, etiã si vsurpent quod non legunt, vt ingenitum dicant, verbo tamen nihil impediri, quo minus vnius naturæ atq; substantiæ Christum cum patre esse credamus. Quod si vnius naturæ, vtiq; vnius potẽtiæ. Qui qui
C dem locus haud difficilior est ad refellenda studia ꝓfidorum. Quomodo enim negant omnipotentem Christum, quod scriptum est qui volunt vsurpare, quod nõ docent scriptum? Omnipotentem etenim Christum supra docuimus & in Ioannis Euangelistæ Apocalypsi, & in Zachariæ prophetia, & in Euangelio significatum. Quæ si quis recẽsenda putãt, superiora reuoluat & repetat. Tamen quod ibi propter congestionem testimoniorum pene prętirij, dicant de quo putent dictum
Amos.9 quod Amos prophetauit? Sic enim scriptũ est: Dominus qui ædificat superiora sua in cœlo, & fundamentum suum in terra fundauit, qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, dominus omnipotens nomen est ei. Nonne hęc omnia in filium intelligant conuenire? Qui terram descendens tetigit, in passionẽ cõmouit, de terris ascendit in cœlum, & super terram ascẽdit è cœlo, sicut ipse promiserat. Sed quid de filio laboro, cum etiam spiritum omnipotentẽ scri
Psal.32. ptura testetur? Scriptum est enim: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et de sapientia scriptum est qui habeat in se omnipoten-
Sapien.7 tem spiritum. Dicit enim Salomon, qui omnium artifex docuit me sapientia. Est enim in ea spiritus intelli- D gentiæ sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, bonus, mobilis, disertus, immaculatus, manifestus, inuiolabilis, bonum amans, acutus, prouidens, possibilis, munificus, benignꝰ, stabilis, integer, sine solicitudine, qui omnia potest, omnia spectat, & per omnia penetrans spirituum intelligibilium.

FINIS.

Diui Ambrosij

EPISCOPI MEDIOLANEN.

DE MYSTERIO PASCHAE

Liber vnus.

¶Vnde sacrum nomen Paschæ descenderit, & qua ratione Christus se in passionem Paschæ mysterio cõsecrauerit. CAPVT I.

PASCHAE mysterium de fide omnibus credẽtibus in Christo renatis, recidiuatum fidei annuæ felicitatis gaudium, & gloriã subministrat. Qđ quidem sacrũ nomen ab ipsiꝰ do E mini passione descendit. Pascha enim passio est saluatoris sicuti beatus Apostolus dicit: Pascha enim nostrum immolatus est Christus. Ad hoc
1.Cor.5. enim humanum corpus Christus accipiẽs, se in passionem paschæ mysterio cõsecrauit, vt quisquis huius muneris per fidem participationem esset indeptus, cõsortio dominicæ felicitatis dignus merito censeretur.

¶De cõmendatione paschalis temporis ab ijs quę eo tempore facta commemorantur. CAPVT II.

EST enim Pascha vere anni principium, primi mensis exordiũ, nouella germinum reparatio, ac tetræ hyemis nocte discussa, primi veris restituta iucunditas. Hoc inquam tempore visibilium & inuisibilium conditor deus defixa humo cœli machinam suspendens, diem solis ardore radiauit, splendorem lunæ solatio noctis attribuit, pendentẽ cœli camerã splendentium syderum decorauit ornatu, mare certis littorum finibus coercẽs, cõ cauæ astridentis, vnde ęstum metas statuti limitis haud iussit excedere. Et vt plana mundi facies oculorũ eminus subtraheretur aspectui, ad hoc in ornatũ mundialis fabricæ, nemorosi colles atq; excelsi constituti sunt F montes, vt iterum mortalibus campestris ornatus iucundior adueniret. CAPVT III.

¶Qua ratione homo terrestris creaturę factus sit dominus, & quomodo gratiã creatoris amiserit, ac mortis sentẽtiam incurrerit. Quodq; ita diabolus mortis sortitus sit imperium, & omnes à deo deuiantes Tartari clausos ergastulo possederit.

IPSE QVE homo diuini opificij dignatione formatus, ad hoc terrestris creaturę effectus est dominus, vt diuiuis institutionibus parẽs, eius tantum & voluntatem seruaret, qui se in tãtis rebus dominũ prefeciset ex nihilo. Qui in ipso exordio, non nescius, deprauatus inuidia, dum super indultum dei opificum cupit fieri, quod natura non dederat, amisit gratiam, quã creatoris pietas attribuerat: continuo ob cõcupiscentiam diabolicę dece-

Gptionis ſententiam mortis præuaricator incurrens,etiã adfuturæ ex ſe ſtirpis originem propagauit, vt diuina Sapien.2 hoc loco recte ſententia compleretur. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Ita per occaſionem delicti in vniuerſis peccatoribus diabolus mortis eſt ſortitus imperium,latq; omnes adeo deuiantes,peccati vinculo obſtrictos, ſqualentis tartari clauſos ergaſtulo poſsidebat.

¶Quomodo deus humanam carnem aſsumẽs,& corpus conditioni mortis addicens, ad tartara deſcenderit,&ſeras inferni ianuaſq; cõfringens,vinctos è diaboli faucibus reuocauerit. CAPVT IIII.

QVORVM interitum dolens diuina cenſura,non per ſeruum vatem, nec per angelũ inuiſibilem, ſed ad hoc per ſubſtantiã humanæ carnis, in homine deus veniens habitauit, vt honeſtam viuendi formam mortalibus daret,&temporatis æternam in ſe credẽtibus vitam,exẽ H plo ſuæ mortis ac reſurrectionis aperiret. Vt enim incredulitas &ſimulacrorum cultus cœli aditum clauſerat, ita inferni barathrum præuaricatoribus perfidia procurarat. In quorum ſupplicijs vſq; ad aduentũ ſaluatoris domini Ieſu Chriſti,diabolus per mortem regnauit,donec humanæ carnis ad deum attẽperata ſubſtantia,immaculatum corpus conditioni mortis addixit. Expers peccati Chriſtus, dum ad tartari ima deſcẽderet,ſeras inferni ianuaſq; confringens, vinctas peccato animas mortis dominatione deſtructa, è diaboli faucibus reuocauit ad vitam,atque ita diuinum triumphum æternis characteribus eſt conſcriptum, vm dicit:Vbi eſt mors acule9 tuus?Vbi eſt mors victoria tua? 1.Cor.15. Quam felicitatem reparatæ ſalutis Paulus recolens clamat:Sicuti per Adam mors intrauit in hunc mundum, ita & per Chriſtum ſalus reſtituta eſt mundo. Et iterũ: Primus homo de terra terrenus,ſecũdus homo de cœ- I lo cœleſtis. Et adijciens ait: Sicut portauimus imaginẽ terreni,id eſt vetuſti hominis in crimine,ſic portemus imaginem cœleſtis,id eſt ſuſcepti,redempti, reparati, ac purificati hominis ſalutẽ teneamus in Chriſto :quia idem ipſe Apoſtolus ait: Initium Chriſtus,id eſt autor reſurrectionis & vitæ, deinde ij qui ſunt Chriſti, id eſt qui in forma puritatis eius viuentes, de ſpe reſurrectionis eius ſecuri erunt,cum ipſo cœleſtis promiſsi gloriã poſseſsuri,ſicut ipſe dominus in Euangelio ait: Qui,in Ioan.5 quit,me ſecutus fuerit,non periet, ſed tranſiet de morte ad vitam. Ita ſaluatoris paſsio, vitæ humanæ ſalus eſt. Ad hoc enim nobis non voluit, vt nos in eum cre- K dentes perpetuo viueremus. Voluit pro tempore fieri quod nos ſumus, vt nos æternitatis eius promiſsionem indepti,cum eodem perpetuo viueremus.

¶De ingentibus paſchalis myſterij dieq; illius præconijs. CAPVT V.

HAEC inquam illa eſt cœleſtium myſteriorum gratia,hoc paſchæ donum,hæc optabilis anni feſtiuitas, hæc exordia gignentium rerum. Hinc vitalis lauacri ſacræ eccleſiæ æditi puerperio infantes paruulorum ſimplicita te renati, barathro innocentis perſtrepunt conſciẽtię. Hinc caſti patres,pudicæ etiam matres, nouellam per fidem ſtirpem proſequuntur innumeram. Hinc ſub fidei arbore ab vtero fontis innocui cereorum ſplendet ornatus. Hinc cœleſtis meriti ſanctificantur munere, & ſacramenti ſpiritalis celebri myſterio ſaginantur. Hinc vnius plebis gremio beatæ eccleſię nutrita fraternitas,vnicæ diuinitatis ſubſtantiam, ac virtutis trinum nomen adorantes,pſalmum annuæ feſtiuitatis cũ propheta concelebrant. Hic eſt dies quem fecit dominus, L exultemus & lætemur in eo. Quis inquam dies? Nempe Pſal.117 ille qui attribuit viuendi principium, lucis exordium, autor luminis, id eſt ipſe dominus Ieſus Chriſtus, qui de ſemetipſo ait: Ego ſum,inquit,dies,qui per diẽ ambulat, nõ offendit:id eſt qui Chriſtum in omnibus ſe- Ioan.11 quitur,per eius veſtigia vſq; ad æternæ lucis ſoliũ trãſmeabit, ſicut ipſe patrem pro nobis adhuc in corpore conſtitutus orat,dicens:Pater,volo vt vbi ego ſum,ibi ſint & ij qui in me crediderunt: vt ſicut tu in me,& ego Ioan.17 in te, ita & illi maneant in nobis. Hic inquam exultationis & lætitiæ dies eſt,in quo promiſsum perfectę gloriæ conſecuti, recte plebs ſancta ad inſtar angelorum futuræ laudis myſterium,adhuc in hoc ſæculo conſtituti domino cum propheta cantamus: Hic eſt dies quẽ fecit dominus,exultemus & lætemur in eo,id eſt autor M inſtitutionis, redemptionis & vitæ perpetuæ, dominus Ieſus Chriſtus,qui eſt rex regum, & dominus dominorum,abſq; initio,ſine fine in patre regnans cum ſpiritu ſancto,nunc & ſemper,& in ſæcula ſæculorum. Amen.

OPERVM DIVI AMBROSII SECVNDI TOMI FINIS.

OPERVM DIVI AMbroſij Epiſcopi Mediolanenſis Tomus Tertius,continens orationes, epiſtolas,& ſermones ad populum habitos.

PARISIIS.
Apud Geruaſium Cheuallonium.
1539.

Erasmus Roterod.

PIO LECTORI S. D.

TERTIVS hic Tomus exhibebit orationes, epistolas, & conciones ad populum breues: quas suppositicias esse nihil addubito, nihil enim in his Ambrosianæ venæ. Videntur eiusdem cuius multos habemus sermones Augustini titulo, ad fratres Eremitas, de tempore &c. Quin hic non pauci sunt quos videmus inter eos qui Augustino tribuũtur, veluti qui hic est nonus Ambrobrosij, illic est. 25. Augustini de verbis Apostoli. Rursum qui hic est. 37. illic est inter sermones de tempore. 78. & qui hic 69. illic est de sanctis. 26. & qui hic. 72. illic de sanctis est. 31. Rursus idem sermo bis habebatur in hoc volumine sub numero. 9. &. 59. & idem habebatur inter Augustinianos. Sermo de Agne cuius sit nescio. Appendix in fine indicat artificem: Hæc ego Ambrosius &c. Vltimus de baptismo, diui Augustini, citra cõtrouersiã impostoris est ac blateronis, adeo nihil est illic Ambrosianum.

CATALOGVS.

Oratio funebris de obitu Valentiniani Imperatoris.
De excessu fratris sui Satyri, funebris.
De fide resurrectionis, de eodem.
Funebris de morte Theodosij Imperatoris.
Epistolæ ad diuersos, varijs argumentis.
Conciones ad populum breues.

A

Diui Ambrosii

EPISCOPI MEDIOLANEN.

ORATIO FVNEBRIS DE OBITU VALENTINIANI IMPERATORIS.

TANTI incrementum doloris sit, id quod doleas scribere: quoniã tamẽ plerunq; in eius quẽ amissum dolemus, commemoratione requiescim⁹, eo quod in scribendo, dum in eũ mentem dirigimus, intentionemq; defigim⁹, videtur nobis in sermone reuiuiscere: signare aliquid de Valentiniani iunioris vltimis cordi fuit, ne aut obliterasse silentio bene meriti de nobis pignoris memoriã videremur, atq; inhonoratã reliquisse, aut refugisse incentiuũ dolẽdi, cum doluisse plerũq; solatiũ sit dolentis: simul vt cũ de ipso aut ad ipsum loquor, tanquã de præsente sermo sit. Quid igitur primũ defleam? Quid primum amara cõquestione deplorẽ? Conuersi sunt dies nobis votorũ nostrorum in lachrymas. Siquidem Valentinianus nobis, sed non talis qualis sperabatur, aduenit. Et iste quidẽ vel morte sua voluit implere promissum, sed nobis acerbissima est facta eius, quę exoptabatur, præsentia. Vtinã adhuc nobis abesset, vt sibi viueret. Sed ille non passus cũ audiret alpes Italiæ hoste infestari Barbaro, maluit periclitari se si Gallias derelinqueret, q̃ nostro deesse periculo. Magnum discrimẽ agnoscimus imperatoris, quod Romano subuenire voluit imperio. Hæc causa mortis, quæ plena laudis. Soluamus bono principi stipendiarias lachrymas, quia ille nobis soluit etiã mortis suæ stipẽdium. Nec tamen flendi admonitio necessaria. Flent omnes, flent & ignoti, flent & timentes, flent & inuiti, flent & Barbari, flent & qui videbãtur inimici. Quantos iste de Gallijs vsq; huc totius tractu itineris populorum egit gemitus? Omnes enim nõ tanquam imperatorẽ sibi, sed tãquam parentem publicũ obisse domestico fletu doloris illachrymant, suaq; omnes funera dolent. Amisimus enim imperatorẽ in quo duo pariter acerbãt dolorẽ, annorum immaturitas, & consiliorum senectus. In his ergo

Thre.1. flẽt, sicut dixit ꝓpheta: Oculi mei caligauerunt à fletu. quia elõgauit à me qui cõsolabatur me. Oculi mei non solũ corporis, sed etiã mẽtis hebetati sunt, & quadã cæcitate omnis sensus obductus est, quoniã ereptus est mihi qui cõuertit animam meã, & ad spem maximam de summa rerũ desperatione reuocauit. Audite omnes populi & videte dolorem meũ. Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatẽ: sed cognito quod de Valẽtiniani essent partibus, liberi reuerterunt. Militauit hostis Barbarus imperatori adolescenti, & sinę oblitus victoriæ, memor fuit imperialis reuerentiæ. Laxauit spõte quos ceperat, excusans quod ignorasset Italos. Nos adhuc murũ Alpibus addere parabamus. Valentiniani gratia non expectauit Alpium vallum, fluẽta amnium, aggeres niuium, sed Alpes & fluuios supergressa, muros sui imperij protexit. Vnde prophetici Threni mihi vtẽdum exordio videtur. Quomodo mœret Italia, quæ abundabat gaudijs? Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ illius in maxillis eius.

Thre.1. Non est qui eã consoletur ab omnibus qui diligunt eam. Omnes qui amãt illã, despexerunt eam. Omnis populus eius ingemiscens. Et quia de Hierusulem, id est, ecclesia, plorauit in nocte, quoniã qui eã splendidiorem fide sua & deuotione faciebat, occubuit: merito ergo plorãs plorauit, & adhuc lachrymæ eius in maxillis eius. Vbertatem quidem fletuum solet vultus humescentis declarare infusio, cũ lachrymis genæ rorant. Sed quia scriptũ est, Genæ eius sicut phialæ aromatis gignentes vnguẽtaria, labia eius sicut lilia distillantia myrrham plenã: mystice ecclesiæ gratia deflentis accipitur, quæ in obitu Valentiniani boꝛum doloris sui effudit vnguẽtum, & vitam eius prædicando cõcelebrat. Cui mors obesse nõ potuit, eo quod odor prædicationis vniuersorũ ore celebrabilis, fœtorem omnẽ mortis aboleuit. Flet igitur ecclesia pignus suum, & lachrymæ eius in maxillis eius. Quid sit maxilla, audi. Qui te percusserit in maxillam, prębe ei & alteram: eo quod in dolore sit patiẽs vt pœniteat verberantem. Percussa eras ecclesia in maxilla tua cum amiteres Gratianum, præbuisti & alterã quãdo tibi Valentinianus ereptus est. Merito tibi nõ in vna maxilla, sed in vtraq; sunt lachrymæ, quia pie germanum vtrũq; deploras. Ploras igitur ecclesia, & fletum genæ tuæ velut fluentibus quibusdã stillicidijs pietatis exundant. Quæ sunt istæ genæ ecclesię de quibus & alibi ait scriptura: Vt corium malorũ granatorũ genæ tuæ! Istæ sunt genę in quibus solet nitere verecũdia, pulchritudo fulgere, in quibus aut flos iuuẽtę, aut perfectæ ætatis insigne est. In obitu igitur fideliũ imperatorum quidam fidei pudor, quædã ecclesię verecũdia est, & in tam immatura morte piorũ principũ omnis ecclesiæ mæstior pulchritudo est. Plorat ecclesia in sapiẽtibus suis qui velut caput ecclesiæ sunt. Oculi enim sapiẽtis in capite ei⁹. Plorat in oculis, hoc est in suis fidelib⁹, quia scriptum est: Oculi tui sicut columbę, extra taciturnitatem tuam. eo quod & videant spiritualiter, & nouerint ea quæ viderint tacere mysteria. Plorat in sacerdotibus suis, q̃ sunt sicut genæ ecclesiæ, in quibus est barba Aaron, hoc est barba sacerdotalis, in quã de capite descendit vnguentum. Isti sunt in quibus est pulchritudo ecclesiæ, in quibus flos eius gratior, in quibus ętas perfectior, qui velut cortices malorum punicorũ decorem floris præferant abstinẽtia corporali, intus autẽ cõmissam sibi plebem diuersæ ætatis & sexus foueant sapientia spirituali, obiecti quidẽ seculo ad iniurias, sed interna mysteria diuidentes. Plorat in virginibus suis, quæ sunt sicut lilia myrrha plena, candorẽ integritatis, & mortificatæ corporalis illecebræ gloriã præferentes. In his ergo flet, sicut scriptum est: Viæ Sion lugent, sacerdotes eius ingemiscunt, virgines eius abducte, & ipsa indignatur intra se. Et intra se quidem indignatur, ad Valentinianũ autem dicit: Assumãte & inducã te in domũ matris mee, & in secretum eius quæ concepit me. Potum tibi dabo à vino operosi vnguẽti, hoc est multi operis, multi odoris vnguenti, à fluxu malorũ granatorum meorũ: vt bibat vinum quod lætificat cor hominis, & defluat in eũ malorum granatorũ fluxus, in quibus multus & diuersus est fructus. Sermo enim multorũ sensuum, & de diuersis scripturis abundans, sermo angelorũ, sermo apostolorum ac prophetarũ, quos vno velut cotio ecclesia sancta cõplectitur, malorum fluxus est granatorum, Videns hæc Valentinianus integrę plena gratiæ respõdet: Misericordiæ domini quod nõ defecimus, quia nõ sunt consummatæ miserationes eius. Renouabit illa sicut lux matutina. Multi sunt gemitus mei, & cor meum defecit. Sors mea dominus, dixit. Ideo susciṭabo eum. Bonus est dominus sustinẽtibus eum, animæ quę quęrit eum. Bonum est sperare in salutare domini. Bonum est viro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua: sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugum graue. Et ille quidem se suarũ virtutum remuneratione solatur, eo quod in iuuentute sua labores absorbuit, pericula multorum tolerauit. Iugum maluit graue emendatioris propositi, q̃ molle illud ac plenum deliciarũ inuidia mẽtis cerũce portare. Bene beatus plane qui vel in senectute correxit errorẽ, beatus qui vel sub ictu mor-

B C D E F Cant. 5. Luce. 6. Canti. 6. Ecclc. 2. Canti. 4. Psal. 132. Thren. 1. Canti. 8. Thre. 3.

G tis animum conuertit à vitijs. Beati enim quorum tecta
Psal.13. sunt peccata, quia scriptū est, Desine à malo, & fac bonum, & inhabita in ſecula ſeculorū. Quicunq; ergo de fierit à peccatis, & fuerit ad meliora in quacunq; cōuer ſus ætate, habet ſuperiorum indulgentiā peccatorum, quæ fuerit vel patienti cōfeſsus affectu, vel corrigenti auerſatus ingenio. Sed huic cum plurimis venię ſocietas emerendæ. Plurimi enim ſunt qui ſe à peccatis iuuē tutis in ſenectute reuocare potuerūt. Rarus autem qui in iuuentute graue iugum ſeria ſobrietate portauerit. Hoc eſt illud iugum de quo dominus in euangelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, &
Mat.11. ego vos reficiam. tollite iugū meum ſuper vos. Si quis ergo antequā graui oneretur peccatorū ſarcina, tulerit iugum in iuuētute, ſingulariter ſedebit, non cum pluri
Psal.4. mis conferendus, ſed cum illo poteſt dicere, Quoniā tu ſingulariter in ſpe cōſtituiſti me. Sed forte dicas, quomodo iugum graue dicit Hieremias, cum in euangelio dominus dixerit: Iugum enim meū ſuaue, & onus meū leue eſt? Ac primum diſce quia Græcus iugum tantummodo poſuit, non addidit graue. Tamē & illud aduer te, quia etſi ita eſset in Threnis, in euangelio iugū ſuaue dixerit, & onus leue, non iugū leue. Poteſt enim gra ue iugum verbi eſse, ſed ſuaue. Graue adoleſcenti, gra ue iuueni, cuius ætas eſt florulentior, vt nolit iugo verbi ſubijciendam animi præbere ceruicē. Poteſt & grauе verbi iugum videri præ pondere diſciplinæ, auſteri
H tate correctionis, pōdere abſtinentiæ, reſtrictione q̄ la ſciuiæ, ſuaue tamen eſse fructu gratię, ſpe remuneratio nis ęternę, purioris cōſcientię ſuauitate. Tamen iugum verbi ſuaue dixit, onus obediētiæ leue: quoniam ei qui iugum verbi patiēti ceruice ſuſceperit, diſcipline onus graue eſse non poterit. Qui ergo tulerit à iuuentute iu gū, ſingulariter ſedebit & ſilebit, reuelata ſibi gaudens diuinæ remuneratio nis æterna myſteria. Aut certe ſilebit, non opus habens excuſatione peccati, quod matura confeſsione præuenit, & propera correctione depo ſuit. Non enim dicetur huic, Quæ in iuuētute nō cōgre gaſti, quomodo inuenies in ſenectute? Poteſt autē & ſic intelligi: Quoniā qui cito portauerit iugum verbi, hoc eſt à iuuentute non ſe miſcebit cum iuuenibus, ſedebit ſeorſum & ſilebit, donec plena ſe perfectione virtutis erudiat, & magnā induat animo patiētiam, dabitq; per cutienti maxillam ſuam, etiā cædis cōtentus iniuria, vt mandatis obſequatur cæleſtibus. Magnum eſt enim vel abſtinere à vitijs iuuentutis, vel ea in ipſo iuuentutis ve ſtibulo derelinquere, atq; ad ſaniora cōuerti. Lubricæ enim & perplexæ viæ ſunt iuuentutis. Denicq; Salomon
Prou.3. ait: Tria mihi impoſsibilia ſunt intelligere, & quartum quod nō cognoſco. Veſtigia aquilæ volantis, & vias ſer
I pentis in petra, & ſemitas nauis nauigantis, & vias viri
Psal.24. in iuuentute. Dauid autē ait: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Iuuenis enim non ſolum fragilitate lubricæ ætatis prolabitur, verumetiam ignorantia cæleſtium mandatorū plerunq; delinquit. Cito autem meretur veniam qui prætendit ignorantiā. Propheta itaq; dicit: Delicta iuuentutis meæ & ignorātias meas ne memineris. Non dicit, delicta ſenectutis meę & ſcientię meæ ne memineris, ſed quaſi propheta qui cito correxit & emendauerit vitia iuuentutis, ætatē ignorantiamq; prætendit. Valentinianus quoq; in delicto prophetæ ſimul ait: Delicta adoleſcentię & ignorā tiæ meę ne memineris. Non ſolum dixit, ſed etiam ante correxit errorem, q̄ diſceret eſse lapſum alicuius erroris. Itaq; dicit, Correctionem iuuentutis meę ne memineris. Error in pluribus eſt, in paucis correctio. Et quid iam de alijs dicam, qui etiam ludo iuuentutis putauerit abſtinendum, reſecandam ætatis licentiam, ſeueritatis publicę duritiam molliendam, lenitatem ſenectutis in alienis annis deferendam ei qui in periculum cōuicti criminis vocaretur? Ferebatur primo ludis Cir K
cenſibus delectari. ſic iſtud abſterſit, vt ne ſolennibus quidē principum natalibus, vel imperialis honoris gratia Circenſes putaret eſse celebrandos. Aiebant aliqui ferarum eum venationibus occupari, atque ab actibus publicis intētionem eius abduci. Omnes feras vno momento iuſsit interfici. Audire in conſiſtorio negocia, & Danielis ſpiritu in quibus dubitarent ſenes, vel perſonę alicuius contuitu ducerentur, congruam vero adoleſcentem videres ſenilem ferre ſententiam. Iactabant inuidi, qui prēmature prandium peteret. cœpit ita frequentare ieiunium, vt plerunq; ipſe impranſus conuiuium ſolenne ſuis comitibus exhiberet, quo & religioni ſacræ ſatiſſaceret, & principis humanitati. Scenicæ cuiuſdam forma ac decore deperire Romæ adoleſcentes nobiles nūciabatur: Iuſsit eā ad comitatum venire. Miſsus precio depravatus ſine mādati effectu redijt. Alterum miſit, ne voluiſse emendare vitia adoleſcentum & non potuiſse videretur. Datus eſt obtrectandi aliquibus locus, deductam tamen nunquam aut ſpectauit aut vidit, Poſtea redire præcepit, vt & omnes agnoſcerent irritum eius non eſse mandatum, & adoleſcentes docuret ab amore mulieris temperare, quam ipſe qui potuit habere in poteſtate, deſperat. Et hæc fecit cū adhuc non haberet vxorem, & tamen exhiberet ſui tanquam vinctus cōiugio caſtitatem. Quis tam dominus ſerui q̄ L
ille ſui corporis fuit? Quis tam aliorū arbiter, q̄ ille ſuæ cenſor ętatis? Quid de pietate eius loquor? qui cum hominibus nobili ortos genere, & locupleti proſapia, quæ cito mouere inuidiā ſolet regię cupiditatis, accuſator vrgeret, prefectus inſiſteret, reſpōdit vt nihil cruētum ſanctis preſertim diebus ſtatueretur. Et cū poſt aliquot dies accuſatoris legeretur libellus, calumniam pronunciaturus, accuſatum libere donec prefectus cognoſceret, obſeruare iuſsit. Neq; ante aut poſtea quiſquam tanti criminis ſub adoleſcente imperatore formidauit inuidiam. Riſit adoleſcens quod robuſti metuunt imperatores. Miſerat propter recuperanda tēplorum iura, ſacerdotiorū prophana priuilegia, cultus ſacrorū ſuorum Roma legatos, & quod eſt grauius, ſenatus nomine nitebantur. Et cū vniuerſi qui in conſiſtorio aderāt chriſtiani pariter atq; gentiles dicerent eſse reddenda, ſolus velut Daniel excitato in ſe dei ſpiritu arguebat perfidię chriſtianos, gentilibus obuiabat dicēs, Quod pius frater eripuit, quomodo à me putatis eſse reddendum, cū in eo & religio lædatur & frater, à quo ſe nollet pietate ſuperari? Et cum paterno conueniretur exemplo, quod ſub patre ſuo ea nullus abſtulerat, reſpon
M dit, Patrem meum laudatis quia non abſtulit, nec ego abſtuli. Nūquid pater meus reddidit, vt me debere reddere poſtuletis? Poſtremo & ſi pater reddidiſset, frater abſtulerat. Imitatorem in ea parte fratris eſse me mallem. Aut nunquid meus pater Auguſtus fuit, & frater non fuit? Par vtriq; debetur reuerentia, & par vtriuſq; eſt circa rempublicam gratia. Vtrunq; imitabor, vt & nō reddam, quod & pater reddere nō potuit, quia nullus abſtulerat: & ſeruem quod a fratre eſt cōſtitutum. Poſtulet parens Roma alia quæcunq; deſiderat. Debeo affectū parenti, ſed magis obſequiū debeo ſalutis autori. Quid de amore ꝓincialiū loquar, vel quo eos ipſe cōplectebatur, vel qui ab ijs cōſultori ſuo rependebātur, quibus nihil vnquā indici paſsus eſt? Præterita, inquit, non queūt ſoluere, noua poterunt ſuſtinere? Hoc laudant prouincię Iulianum: & ille quidem in robuſta ætate, iſte in proceſſu adoleſcentiæ. Ille plurima reperit, & exhauſit omnia: iſte nihil inuenit, & omnib⁹ abū dauit. Audiit in tranſalpinis partib⁹ poſitus ad Italiæ fines Barbaros appropinquaſse. ſolicit⁹ ne alieno hoſte ſuum regnū attentaretur, venire properabat cupiēs dimittere Gallicana ocia, & pericula noſtra ſuſcipere.

A Hæc mihi cum alijs communia, illa priuata quod ſæpe
me appellabat abſentem, & à me initiatū ſe ſacris myſterijs præferebat. Quinetiam cū rumor quidā ad Viēnēſem pertuliſset vrbem quod inuitandi eius ad Italiā gratia eo pergerē, q̄ gaudebat, q̄ gratulabatur me ſibi optato aſſore. mora ei aduentus mei prolixior videbatur. atq; vtinā aduētū ipſius nullus præueniſset nūcius. Iam promiſerā me profecturum, reſpōdens vel honoratis petētibus, vel profecto vt trāquillitati Italię cōſuleretur, me ſicut ſuperfluo ingerere non poſsem propter verecūdiam, ita neceſsitatibus nō defuturū. Cōfirmatū hoc erat. Ecce poſtridie literæ de inſtruēdis māſionibus, inuectio ornamentorū regaliū, aliaq; eiuſmodi quæ ingreſurū iter imperatorē ſignificarent. Quib⁹ rebus ab ipſis quibus fuerat poſtulata, intermiſsa legatio eſt. Reus mihi videbar ſperatæ meę præſentiæ, nec impletę: ſed vtinā viuenti tibi hunc deberē reatū. Excuſarem quod nulla tua audiſsem pericula, nullas tuas accepiſsem literas, quod nō potuiſsem proprijs animalibus occurrere, etiā ſi iter ingreſsus eſsem. Itaq; ſecurus veniæ, dum dies ſubduco, aduentū tuū intelligo. Ecce reſcriptū accipio, vt ſine mora pergendū putarem, eo quod vadem fidei tuę haberē caput, comitē tuū velles. Num reſtiti? Num moratus ſum? Additur eo vt properarem ocyus, nec arbitrarer cauſam itineris mei Synodum Gallorum eſse epiſcoporū, propter quorum fre-
B quentes diſſenſiones crebro me excuſauerā, ſed vt ipſe baptizaretur in ipſo egreſsu. Geſtarum iam rerū indicia potui cognoſcere, ſed ꝓperādi ſtudio nihil aduertere poterā. Iam ſuperabā Alpium iuga, & ecce nūcius amarus mihi & omnibus de tanti morte imperatoris. Reflexi, iter fletibus mei laui. Quibus ego votis omniū proficiſcebar? Quo gemitu omnium reuertebar? Non enim imperatorē ſibi, ſed ſalutem ereptā putabāt. Quā to ipſe angebar dolore? Primum quod tātus princeps, quod dulce pignus meū, quod ita mei cupidiſsimus occidiſset. Quos ego eſtus eius illo biduo fuiſse comperi, quo literis quas ad me miſerat ſuperuixit. Veſperi profectus eſt ſilentiarius, tertia die mane querebat iam ne remeaſset, iam venirem? Ita ſibi ſalutē quādam venturam arbitrabatur. O iuuenis optime, vtinam te viuentē inuenire potuiſsem, vtinā te dilatio aliqua meo reſeruaſset aduentui. Nihil de aliqua mei virtute polliceor, nihil de ingenio atq; prudentia: ſed quanta ego cura in te & comitē tuum, quāta ſedulitate cōcordiam & gratiam refudiſsem. Quam meipſum pro tua obtuliſſem fide, q̄ in meipſum eos recepiſsem quibus ille ſe timere dicebat. Certe ſi comes nō eſset inflexus, tecū remanſiſsem. Preſumebam de te quod ipſe me audires. ſi pro te nō eſse auditum videręs, multa habuerā quæ tenerem. Nūc nihil habeo præter lachrymas & fletus. Quotidie mihi maior ad dolorē es, creſcis ad gemitum, Omnes
C quāti me feceris proteſtātur. Omnes abſentiam meam cauſam tuæ mortis appellāt. Sed nō ſum propheta, quo potuerim futura cognoſcere, ſed ſum vox clamātis in gemitu, quo poſsim deflere præterita. Quid enim habeo quod melius faciā, quam vt tibi lachrymas pro tanto tuo in me affectu repēdam? Ego te ſuſcepi paruulū, cum legatus ad hoſtē tuum pergerem. Ego Iuſtinę maternis traditum manibus amplexus ſum. Ego tuus iterū legatus repetiui Gallias, & mihi dulce illud officiū fuit pro ſalute tua primo, deinde pro pace atq; pietate qua fraternas reliquias poſtulabas, nondū pro te ſecurus, & iam pro fraternæ ſepulturę honore ſolicit⁹. Sed
Thre.2. reuertamur ad Threnos, & ipſa doloris ingrediamur viſcera. Quid teſtabor, inquit, tibi, aut quid aſsimilabo tibi filia Hieruſalem? quis ſaluā faciet te? & quis conſolabitur te virgo filia Sion? Quia magna facta eſt ſuper te contritio tua, quis ſanabit te? Quis autem me conſolabitur, à quo alij petunt conſolationis officiū? Imple-
uit me amaritudine, inebriauit in felle. Vērem meum D
doleo, vt prophetico vtar eloquio, quoniam quem in Hiere. 4.
euangelio eram generaturus, amiſi. Sed ille non amiſit gratiā quam popoſcit, qui mihi in ſermone quo vtebar ad plebem, hodie ſurrexit. Nam cū in tractatū incidiſsem propoſitę lectionis, quod populus pauper benediceret deum: quærere cœpi quis eſset hic populus, & diſtinguere quod eſset populus alter dives, alter pauper: dives Iudeorū, pauper eccleſię. Diues ille eloquijs ſibi creditis, iſte paup aliena eloquia mutuatus. Merito pau
per, quia congregatus à paupere eſt, illo videlicet qui 2. Cor.8.
pauper factus eſt cū diues eſset, vt nos eius inopia ditaremur. Exinaniuit enim ſe vt omnes repleret. Sed quo modo pauper, qui habebat ætēritatis diuitias, & plenitudinem diuinitatis? Denique in carne erat, & dicebat: A modo videbitis filiū hominis ſedētem ad dexteram virtutis. Et alibi ad Petrū dicit: Tibi dabo claues regni Mat.16.
cælorum. Hic ergo pauper qui regnū cæleſte donabat? Sed audi quomodo pauper. Tollite, inquit, iugū meū ſuper vos, quia mitis ſum, & humilis corde. Ideo & populus eius pauper eſt, nō indigentia, quē diuite illo populo video ditiorē. Non ſolum enim oracula prophetarū, ſed etiā apoſtolorū meruit diuino fuſa ſpiritu habere præcepta. Nō ergo inopia pauper, ſed ſpiritu, cui
dictū eſt, Beati pauperes ſpiritu, ipſorū eſt enim regnū Mat.5.
cælorum. Vere beati pauperes, qui acceperūt quod diuites non habebant. Ex hoc numero eſt ille propheticus pauper de quo ſcriptū eſt: Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eū. Ex hoc populo ille qui ait: Ar- E
gentum & aurū non habeo, ſed quod habeo, hoc do tibi. In nomine Ieſu Nazareni ſurge & ambula. Ille ergo pauper autor populi pauperis dicit: De⁹ laudē meā Pſal.108.
ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſup me apertum eſt. Locuti ſunt ſuper me lingua doloſa, & ſermonibus odij circūdederunt me, & expugnauerūt me gratis. Pro eo vt me diligerēt, detrahebant mihi, ego autē orabā. Bonū ſcutum oratio, quo omnia aduerſarij ignita ſpicula repelluntur. Orabat ergo dominus Ieſus, & eius imitator Valentinianus orabat. Sed forte dicatur, quid ei profuit ſua oratio? Ecce in primo vitæ occidit curſu, de celeritate mortis non de genere loquor. Non enim accuſationis voce vtor, ſed doloris. Sed etiam domin⁹ orabat, vt crucifixus eſt. Hoc enim orabat, vt peccatum mūdi tolleret. Audiamus ergo quid oret Chriſti diſcipulus. Vtiq; quod magiſter docuit. Docuit autē vt vigilemus, ne intremus in tentationē, hoc eſt, ne incidamus in peccatū. Hæc eſt enim tentatio Chriſtiani, ſi in ſuę animæ periculū prolabatur: mortē aute timere non eſt perfectionis. Rogare autē quis debeat & pro inimicis ſuis. orare etiam pro perſequētibus, ſicut dominus orabat dicēs: Pater dimitte illis, non enim ſciūt Lucę. 23.
quid faciunt. Vide clemētiam magnā. illi ſuū perſeque
bantur autorē, ipſe aduerſatijs etiam grauia peccata do F
nabat, quin etiam ignorantiæ velamine excuſabat admiſsum, dicens, quia neſciūt quid faciūt. Nam ſi ſcirēt, dominum non perſequerētur ſuum, in cuius poteſtate ac iure ſalutem eſse ſuam arbitrarētur. Et quia non ſola Chriſti perſecutores eius erant morte contēti, addebant maledicta atq; conuitia, vt ait ipſe: Maledicēt ipſi, Pſal. 108.
& tu benedices. Docuit nos quod timere maledicta perſequētium minime debeamus, cum habeamus benedictionis autorem. Nec mouere nos conuitia debeāt, vbi præſul eſt q poſsit auferre maledicta. Quid illud quod mori non timuit? Immo pro omnibus ſe obtulit dicēs quod fruſtra innoxij in inuidiam vocarētur, quod fruſtra propter ſe alij periclitarentur: Sibiq; potius mortem optabat, ne ipſe alijs cauſa mortis eſset. Hoc eſt illud euangelicū domini in ipſa ſui captione dicentis: Si
me quæritis, ſinite hos abire. Occidit itaque pro omni- Ioan. 18.
bus quos diligebat. Pro quo amici ſui parum putabant

G si omnes peritrẽt. Aduertamus quem circa amicos suos habuerit animum. Cõsideremus quem erga germanas suas habuerit affectum. In ipsis requiescebat, in ipsis se consolabatur, in ipsis relaxabat animum, & fessa curis corda mulcebat. Rogabat eas vt si quo puerilitiæ suæ lapsu, si sermone aliquo offensæ à fratre viderentur, ignoscerent, veniam sibi à domino deprecarentur. Manus, caput fororibus osculabatur, immemor imperij, memor germanitatis: & quo magis alijs potestatis iure præstaret, hoc se magis fororibus exhibebat. Rogabat vt non meminissent iniuriæ, meminissent gratiæ: vt quod acciderat de earum possessione, audiret negociũ. Tantus enim erat, vt etiam in causa fororũ æquus fore arbiter à prouincialibus existimaretur, quod etsi circa sanctas necessitudines suas charitate propenderet, tamen pietatem suam iustitia tẽperaret. Audiuit negociũ non de iure, sed possessione prædij. Hinc pietas pro sorori bus, inde misericordiæ pro orphano causa certabat, vt pro eo apud ipsas interueniret sorores. Remisit ad iudicẽ publicæ negociũ, ne aut ius aut pietatem læderet. Priuatim tamen, quantũ ex proposito nobilis puellarum aduertimus, pium sanctis fororibus impressit affectum, vt concedẽdi prædij volũtatem haberẽt, iudicũ darent. Vere dignæ tanto fratre germanæ, quę ei quod mater sibi reliquerat mallent de luo potius iure laxare, quam fratrẽ in sua causa verecũdiam sustinere. Hęc est vobis sanctæ animæ hæreditas preciosior fraternæ
H laudis & glorię, his vos pius frater nobiliores & ditiores reddidit, qui caput vestrũ non gemmis onerabat,
* ornabat * sed oculis. Manus vestras non tã regalibus ambiebat insignibus, q̃ imperatorio ore lãbebat. In vestrę fructu prælatiæ omne ponebat solatium, vt nec ipsam nimie desideraret vxorem. Ideo nuptias differebat, quia pius eũ vestrę gratiæ pascebat affectus. Hæc vobis desiderio ampli⁹q̃ dolori sint, vt fraterna gloria plus reficiat mẽtem, q̃ dolor torqueat: pascũt frequẽter & lachrymæ, & mentẽ alleuant: fletus refrigerant pectus, & mœstum solantur affectũ. Durum quidem funus videtis, sed stabat & sancta Maria iuxta crucem filij, & spectabat virgo sui vnigeniti passionẽ. Stantem illam lego, flentem nõ lego. Vnde dixit ei filius, Mulier, ecce filius tuus, & discipulo dixit. Ecce mater tua. hæreditatem illis charitatis suæ & gratiæ derelinquens. In quo vobis pia pignora, quoniã fratrẽ vestrum propter mea peccata nõ merui, affectum paternũ exhibere desidero. Illum intueor in vobis, illũ teneo, illũ puto esse mihi præsentẽ. immo vtrunq; germanũ, quos velut oculos mihi effossos doleo. Felicies episcopos persequantur imperatores q̃ diligant. Quanto mihi beatius Maximus minaba
I tur? In illius odio laus erat, in horũ amore supplicij seralis hæreditas. Vtinã filij pro vobis licuisset hunc spiritum fundere: cõpendium doloris inuenerã, & gloriosius mihi fuerat pro tantis obire pignoribus. Sed ad vestram sanctę filiæ cõsolationẽ reuertar, quãuis rerũ gestarũ acerbitas vim omnẽ cõsolationis absorbeat. Quę si breuis sit, nihil aufferet quo mœstum affectũ demulceat. sin prolixior, longiorẽ afferat admonitionẽ doloris. Quo enim prolixior fueris, hoc magis in cõsolando afficies eum quẽ consolari velis, & diutius mœrorẽ eius tenebis. Non igitur velut penicillo quodã sermonis mei vestras abstergam lachrymas. Nec; enim id facere vellem, etiã si possem. Est enim pijs affectibus quędam etiã flẽdi voluptas, & plerunq; grauis euaporat dolor. Sed id postulo, ne vel infixum pectori vestro fratrem duris gemitibus releuetis, vel auertatis plãctibus, vel requiescentẽ excitetis. Ille vobis maneat in corde, ille viuat in pectore, ille amplexibus pijs hæreat vt solebat. Ille fraterna oscula premat, ille semper in oculis sit, semper in osculis, semper i alloquijs, semper in mẽtibus: ille iam talis, vt ei nihil timeatis sicut ante. Obliui
K scamini eius erũnam, teneatis gratiã. Ille vobis auxilia turus speretur, ille noctibus præsul assistat, illũ à vobis iã nec somnus excludat. Propter ipsum delectet quies, vt vobis gratior reuertatur. In vobis est filiæ vt fratrẽ vobis iam nemo possit auferre. Sed corpus eius tenere desideratis, tumulũ circũfusæ tenetis. Ille tumulus fratris vobis habitatio sit. Ille sit aula palatij, in quo chara mẽbra requiescũt. Quod si me ad illum reuocatis dolorem, quod cito excessit è vita: nec ego abnuo immatura obisse ætate, quẽ nostræ vitę tẽporibus fulcire cupe remus, vt de nostris annis viueret, qui fungi nõ potuit suis. Sed quæro vtrũ aliquis sit post mortem sensus, an nullus? Si est, viuit: immo quia est, vita iam fruitur æterna. Quomodo enim nõ habet sensum, cuius anima & viuit & viget, & remeabit ad corpus, & faciet illud eũ
1. Thes. 4 resusa fuerit, reuiuiscere? Clamat Apostolus, Nolimus vos ignorare fratres de dormiẽtibus, vt non contristemini, sicut & cęteri qui spem non habẽt. Nam si credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & deus illos qui dormierũt per Iesum, adducet cũ eo. Manet ergo eorũ vita, quos manet resurrectio. Quod si gẽtes qui spem resurrectionis non habẽt, hoc vno se consolãtur quo dicant quod nullus post mortẽ sensus sit defuncto rum, ac per hoc nullus remaneat sensus doloris: quãto magis nos consolationẽ recipere debemus, quia mors metuenda non sit, eo quod finis sit peccatorũ: vita autẽ desperanda non sit, quæ resurrectione reparatur? Iob quoq; docet nec mortẽ timẽdam, & potius optandam
Iob. 14. pijs, dicẽs: Vtinam in inferno me custodires & absconderes me donec mitigetur ira tua, & constituas mihi tẽ
L pus in quo memor sis mei. Si enim mortuus fuerit homo, viuet. Consummans dies vitæ meæ sustinebo donec iterũ fiam. Tũc vocabis, & ego tibi obediam. Opera autẽ manuum tuarũ ne despicias. Istud tamen dolendum sit quod primeua obierit ætate. Gratulandũ autem quod virtutum stipẽdijs veteranus decesserit. Tãta enim fuit emẽdatio vitæ eius in illo omnibus lubrico adolescẽtiæ tẽpore, tanta laus morũ eius, vt omnem memoriã doloris obducat. Quod enim obijt, fragilitatis est: quod talis fuit, admirationis. Quam beata fuisset respublica si eũ diutius seruare potuisset. Sed quia vita
Philip. 1. sanctorũ nõ hic in terris est, sed in cęlo (Iustis enim viuere Christus, & mori lucrum, quia & dissolui & cum Christo esse, multo melius) dolẽdum est quod nobis citius raptus sit, consolandum quod ad meliora transierit.
2. Re. 12. Deniq; Dauid moriturũ filium flebat, mortuũ non dolebat. flebat ne sibi eriperetur, sed flere desiuit ereptũ, quẽ sciebat esse cũ Christo. Sed vt scias verũ esse quod
M asero, incestum Ammon filiũ fleuit occisum, parricidam Absalon doluit interẽptũ, dicẽs: Filius meus Absalon, filius meus Absalon. Innocẽtem filium nõ putauit esse lugẽdum, quia illos sibi perisse pro scelere, hũc pro innocẽtia credidit esse victurum. Nihil ergo habetis quod grauissime doleatis in fratre. homo natus est, humanæ fuit obnoxius fragilitati. Nemo se redimit à morte, non diues, nõ ipsi reges, immo ipsi grauioribus subiacent. Iob dixit: Numerati anni dati sunt potẽti, ti-
Iob. 15. mor autẽ eius in auribus eius. quando videtur habere pacẽ, tunc veniet ei euersio. Vobis quoque ipsis tã acerba incidisse patienter ferre debetis, quæ videtis vobis cõmunia esse cum sanctis. Etiam Dauid amissis filijs destitutus est. Optasset illos tales obire, qualis vobis frater ereptus est. Ille crimina doluit, nõ exitum filiorũ. Quæ luctus tẽpora protrahũtur, duorũ mensium curricula i fraterni funeris quotidiano clausistis amplexu. Sola in scripturis Iepte filia flet⁹ sui tẽpora postulauit
Iudic. 11. cognito quod pater eius profecturus ad prælium vouerat quia id rerum potius offerret domino quod sibi primum occurreret. Post victoriam reuertẽti occurrerat filia ignara pietatis, ignara promissi. Vidit eam, & in-

A gemuit pater dicens: Heu me filia, impedisti me, in stimulum doloris facta es mihi. Ego vero aperui os meũ de te ad dominum, & nõ potero auertere. Illa dixit ad eũ: Pater, si in me aperuisti os tuũ, fac mihi vt exijt de ore tuo. Et iterum dixit: Sine mẽsibus duobus, & vadẽs flebo in montibus super virginitatẽ meã ego & compares amicæ meæ. Itaq; duobus exactis regressa mẽsibus, sacrificij munus impleuit. Quæ decreto populi Israel quaternis in anno diebus ab eiusdẽ plebis fœminis deploratur. Ad deflendum igitur suæ virginitatis florem duos sat esse menses Iepte filia iudicauit, & adhuc non venerat resurrectio, & hoc spatio tẽporis satis putauit paucis se esse defletam. Vobiscũ omnes populi defleuerunt, omnes ingemuerũt prouinciæ, & adhuc parua putatis vestri hæc esse supplicia? Si fratrẽ vestrũ redimere possetis exitio, nollet tamẽ ille vestra afflictione resuscitari: qui se meli⁹ viuere credidit in vobis, qui optauit potius seipsum mori cũ vestram videret iniuriam, qui pro vobis se libẽter fuit paratus offerre, qui ipso vestri doloris die dicitur hanc solã emisisse vocẽ. Væ mi
B seris sororib⁹ meis. Itaq; magis vestrã destitutionem q̃ suam mortẽ dolebat. Sed audiui vos dolere quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis est nisi voluntas, nisi petitio? Atqui etiam dudũ hoc votum habuit, vt antequam in Italiam venisset, initiaretur, & proxime baptizari se à me velle signi
Sapiẽ. 4. ficauit. Et ideo præ cæteris causis me accipiendum putauit. Non habet ergo gratiam quam desiderauit? Non habet quam poposcit? Et quia poposcit, accepit. Et vbi illud est: Iustus quacunq; morte præuẽtus fuerit, anima eius in refrigerio erit? Solue igitur pater sancte munus seruo tuo, quod Moyses dum in spiritu vidit accepit: Quod Dauid quia ex reuelatiõe cognouit emeruit. Sol ue inquã seruo tuo Valentiniano munus quod concupiuit, munus quod poposcit sanus, robustus, incolumis. Si affectus ægritudine distuliset, tamen non penitus à tua misericordia esset alienus, qui celeritate tẽporis esset non voluntate fraudatus. Solue ergo seruo tuo munus tuæ gratiæ, quã ille nunquam negauit, qui ante diẽ mortis templorũ priuilegia negauit insurgentibus quos reuereri posset. Astabat virorum caterua gentilium, supplicabat senatus. Non metuebat hominibus displicere in Christo. Qui habuit spiritum tuũ, quomodo non accepit gratiam tuã? Aut si quia solenniter non sunt celebrata mysteria, hoc mouet: ergo nec martyres si catechumeni fuerint, coronantur? Non enim coronantur si non initiantur? Quod si suo abluũtur sanguine, & hũc
C sua pietas abluit & voluntas. Ne quæso eũ domine à fratre seiungas, ne iugum hoc piæ germanitatis patiaris abrumpi. Hic tuus iam, & tuo iudicio vindicatus, periclitatur amplius Gratianus, si separetur à fratre, si non mereatur esse cum eo, per quẽ meruit vindicari. Quas ille nunc manus ad te pater erigit, quas pro fratre preces fundit? quo ei inhæret amplexu? quem admodũ sibi eum non patitur auelli? Adest etiam pater qui militiam sub Iuliano & tribunatus honores fidei amore contempsit. Dona patri filium, fratri germanũ, quorũ vtrunq; imitatus est, alterũ fide, alterm deuotione pariter atq; pietate in tẽplorum priuilegijs denegandis. Quod patri defuerat, adiunxit: quod frater constituit, custodiuit. Et huic adhuc interceſſionẽ ascisco, cui remunerationẽ præsumo? Date manibus sancta mysteria. Pio requiem eius poscamus affectu. Date sacramenta cælestia mysteria. Animã piam matris oblationibus prosequamur. Extollite populi mecũ manus in sancta, vt eo saltẽ munere vicẽ eius meritis repẽdamus. Nec ego floribus tumulũ eius aspergã, sed spiritũ eius Christo odore perfundã. Spargant alij plenis lilia calathis, nobis lilium est Christus. Hoc reliquias eius sacrabo, hoc eius gratiã cõmẽdabo. Nunq; ego piorũ fratrũ separabo nu
D merũ, merita discernã. Scio q, dominũ cõmemoratio ista cõciliet, copula ista delectet. Nec putet aliquis meritis eorũ obit⁹ celeritate detractũ. Raptus est Enoch, ne malitia mutaret cor ei⁹. Et Iosias decimooctauo anno regni sui ita domini pascha celebrauit, vt oẽs retro principes deuotione superaret, nec diuti⁹ fidei suæ meritis superuixit, immo quia plebi iudææ graue immineret exitiũ, rex iustus ante sublat⁹ est. Metuo ne & tu nobis aliqua nostri offensione sis raptus, vt octauodecimo regni tui anno imminentis mali acerbitatẽ quasi iustus euaderes. Sed iã chara mihi cõplectar viscera, & debita quondã sepulchro prius tamẽ singula mẽbra perspiciã. Valẽtinianus meus, iuuenis meus cãdidus & ruber, habẽs in se imaginẽ Christi. Talibus enim prosequitur ecclesia in Cãticis Christũ. Nec iniustiã putes, characte re domini inscribũtur & seruuli, & nomine imperatoris signãtur milites. Deniq; & ipse dominus dixit: Noli te tãgere christos meos. Et: Vos estis lux mundi. Et Iacob dixit: Iuda, te laudabũt fratres tui. Ad filiũ loquebatur, & dominũ reuelabat. Et de Ioseph dixit: Filius meus ampliatus, filius meus ampliatus Ioseph. & Christũ significabat. Licet ergo & mihi charactere domini schema: Iuuenis meus candidus & ruber decẽ milibus. Electus est filius me⁹, cum post mortẽ patris paruulus ascisceretur imperio. Caput eius aurũ cephas, oculi ei⁹ sicut columbe super abundantiã aquarũ. Ibi enim sedimus & fleuimus, dixerũt qui inde venerunt. Vẽter eius E pyxis eburnea, qui reciperet oracula scripturarum, vt
Hiere. 4. poſset dicere, Ventrẽ meũ doleo, sicut dixit propheta.
Cantic. 5. Dicit enim hæc qui imitator est Christi. Genæ ei⁹ phia læ aromatis, quib⁹ Christus influebat vnguentũ. Labia eius lilia distillantia myrrha plena. Manus eius tornatæ aureæ, plenæ tarsis, eo quod in verbis eius iustitia refulgeret, in factis & operib⁹ reniteret gratia, in quo & plenum virtutis & autoritatis regalis elset alloquium, nec inflexa aliquo mortis terrore cõstantia, & factorũ preciosa emẽdata correctio. Omnis enim bonus operari⁹, manus Christi est, fauces eius dulcedines, & totum desiderũ. Quã dulcia enim omnia iudicia eius vniuersorũ faucibus adhæserunt? Quãta gratia sermones ipsius singuli recẽsentur? Quemadmodum fili desideraris à populis? mihi certe impressisti quę pectore teneo, verba illa postrema, quibus me vadẽ tuũ fieri postulabas. Reliquisti ipse de me testimoniũ iudicij glorioſi. Ego tibi fidem meã exhibere nõ potui quã parabã. Dixit tamen absens, & dicentẽ me fidẽ pro te Christus audiuit. Tenetur in cęlo spõsio mea, etsi nõ tenetur in terris. Obligatus sũ deo, etsi nõ potui hoib⁹ obligari. Locut⁹ sum de corpore tuo. Nũc alloquar animã tuã dignã, ppheticis ornamentis. Iisdẽ igitur vtar exordijs. Quænã est F hæc prospiciens sicut diluculũ, speciosa sicut luna, electa sicut sol? Videor mihi te videre fulgentẽ, videor audire dicẽtẽ: Diluculũ mihi est pater. Nox terrena præcessit, dies cęlestis appropiquauit. Prospicis nos igitur sãcta aia, de loco superiore tãq; iferiora respiciẽs. Existi de tenebris isti⁹ seculi, & vt luna resplẽdes, vt sol refulges. Bene vt luna, quia & ante i vmbra licet isti⁹ corporis refulgebas, & terrarum tenebras illuminabas, & nunc lumen à sole iustitię mutuata clarũ diem ducis. Videre igitur videor te tanquã de corpore recedẽtẽ, & repulsa noctis caligine surgẽtẽ diluculo sicut solẽ, appropinquãtẽ deo, & rapido volatu sicut aquilã quę terrena sunt relinquentẽ. Conuertere Sunamitis cõuertere. Cõuertere, & videbimus in te. Cõuertere ad nos pacifica, vt gloriã tuã sororibus tuis mõstres, & incipient se tuæ quietis & gratiæ securitate solari. Semel tantũ ad nos conuertere, vt te videamus. Et rursus conuertere, atq; ad Hierusalem illã ciuitatem sanctorũ tota intentione festina. Aut certe ad animam piam Christus hoc dicit, iubet illã paulisper cõuerti, vt nobis gloria ei⁹ ap

G pareat,& requies futura cũ ſanctis. Et poſtea præcipit eã ad illud ſupernũ ſanctorũ feſtinare cõſortiũ. Quid videbitis,inquit, in Sunamite, de qua venit ſicut chori caſtrorũ?Hoc eſt i ea quę multũ & aduerſus plurimos in corpore prẽliata eſt? Etenĩ pugnauit aduerſus extraneos hoſtes,pugnauit aduerſus lubricas ſeculi mutationes,pugnauit aduerſus corporis fragilitates, aduerſus multiplices paſsiones. Audiuit à domino, Conuertere Sunamitis. Cõuerſa eſt ad pacẽ ſemel in ſeculo, conuerſa eſt iterata cõmunione ad gratiã Chriſti. Et ideo pulchre cõuerſio eius in ſeculo, pulcherrimus inceſſus eius,volatus in cęlũ. Vnde meretur audire: Speciosi facti ſunt greſſus tui in calceamẽtis filia Aminadab, hoc eſt filia principis. Speciosa es enim in proceſſu, habita ſti in corpore,tanquam calceamento eo vſa, non vt inuolucro,vt quia ſuperior & eminẽtior eo vt velles tuũ circũferres ſine vlla offenſione veſtigium. Vel certe ſicut calceamẽtũ illud exoluere,ſicut Moyſes fecit, cui dictũ eſt:Solue calceamentũ pedũ tuorũ. Dicit igitur tibi nũc Pater Aminadab ille populi princeps: Audi filia & vide,quoniam concupiuit rex ſpeciem tuam, Speciosi ergo facti ſunt greſſus tui in calceamentis filia Aminadab Moduli femorũ tuorũ ſimiles torquibus,hoc eſt,conſonãs ſibi in omnib⁹ factis tuis gratia at que moderatio magnorum æquauit inſignia triumphorũ. Denique moderatione tua ex tranquillitate pacifica nec Gallia hoſtem ſenſit,& Italia hoſtem repulit, qui eius finibus imminebat. Torques autem inſignia eſſe victorię dubitari non poteſt,cum ij qui in bello fortiter fecerint,torquibus honorentur. Vmbilicus tuus crater tornatilis non deficiens mixto. Vẽter tuus aceruus tritici muniti inter lilia. Ceruix tua ſicut turris eburnea. Oculi tui ſtagna in Eſebõ. Bonus vmbilicus animæ virtutum omnium capax, ſicut crater ab ipſo fidei autore tornatus. Sapientia enim in cratere miſcuit vinum ſuũ dicens,Venite edite panes meos, & bibite vinum quod miſcui vobis. Vmbilicus ergo iſte tornatus omni decore virtutum nõ deficit mixto. Vẽter quoque eius non ſolum iuſtitiæ velut frumentario cibo replebatur, ſed etiã gratiæ ſuauitate quę florebat lilium. Ceruix quoque eius candida & pura iugo Chriſti ſponte ſubiecta, cogitationes rationabiles,fidei odor, circũciſionis attentio,ornatus capitis glorioſus, quod nõ regalia diademata,ſed domini ſanguinis inſignia coronarẽt. Merito tanquam rex peccati victor,& cæleſti corona redimitus aſcendit. Cuius animæ dicit deus verbum. Quam pulchra & ſuauis facta eſt charitas in deliciis tuis? Pulchra per virtutis decorem,ſuauis per gratiam. Procera ſicut palma,quæ vincentis eſt præmium. Tuæ aſcendẽti animæ Gratianus frater occurrit, & complexus eam dicit. Ego fratri meo, & ſuper me conuerſio eius: vel quod ſibi eam cupiat inhærere,vel quod pietate frater na quaſi aduocatus aſſiſtat dicens conuerſionẽ eius etiam ſuæ gratię præferendam. Veni,inquit,frater me⁹, exeamus in agrum,requieſcamus in caſtellis, diluculo ſurgamus in vineas. Hoc eſt, veniſti eo, vbi diuerſarũ virtutum fructus pro ſingulorum meritis deferuntur, vbi abundant meritorum præmia. Exeamus ergo in agrum in quo nõ vacuus labor, ſed fœcundus prouent⁹ eſt gratiarum, quod in terris ſeminaſti,hic mete,quod ibi ſparſiſti,hic collige. Aut certe veni in illũ agrũ qui eſt odor Iacob,hoc eſt veni in gremiũ Iacob, vt ſicut Lazarus pauper in Abrahæ ſinu, ita etiam tu in Iacob patriarchæ tranquillitate requieſcas. Sinus enĩ patriarcharum receſsus quidã eſt quietis æternæ. Merito ergo Iacob eſt fructuoſus,ſicut Iſaac patriarcha teſtatus eſt dicẽs. Ecce odor filij mei tãquã odor agripleni quẽ benedixit domin⁹. Requieſcam,,ſquit, in caſtellis:oſtendens illic eſſe requiẽ tutiorẽ,quæ ſepto cæleſtis refugij munita atq; vallata nõ exagitetur ſeculariũ incurſibus

Exo.3.
Pſal. 44.

H

Prouer. 9

Cantic.7.

I

Luc. 16.

Gene.27.

beſtiarũ. In foribꝰ,inquit,noſtris oẽs fœtus arborum, K
noua & vetera frater meus ſeruauit tibi. Quis dabit te Canti.7.
frater fratrem mihi lactãtẽ Vbera matris meæ? Inueniens te foris,obſculabor te,aſsumã te & inducã te in domũ matris meæ, & in ſecretum eius quæ concepit me. Potũ dabo tibi à vino operoſi vnguenti, à fluxu malorũ granatorũ meorũ. Læua eius ſub caput meũ, & dextera eius cõplectetur me. Promittit fratri auguſtæ memoriæ Gratianus præſto ſibi fructus diuerſarũ eſſe virtutũ. Fuit enĩ & ipſe fidelis in domino, pius atq; manſuetus puro corde. Fuit etiã caſtus corpore, qui præter conIugiũ neſcierit fœminę alterius cõſuetudinem. Ideo in foribus ſedis ſuæ habet fructus paratos, nẽc longe petẽdos offert, qui ſeruauerit fratri noua & vetera, hoc eſt,& teſtamẽti veteris & euangelij ſacramenta, & dicit:Quis dabit te frater fratrẽ mihi lactantẽ vbera matris meæ:hoc eſt,nõ quicũq; te, ſed chriſtus illuminabit gratia ſpirituali. Ille te baptizauit, quia humana tibi officia defuerũt. Plus adeptus es qui minora te amiſiſſe credebas. Quæ ſunt vbera eccleſiæ,niſi ſacramenta baptiſmatis?Et bene ait lactãtẽ, quaſi qui baptizatus lactis nimei ſuccum requirat. Inueniens,inquit,te foris, oſculabor te:hoc eſt extra corpus te reperiens, oſculo myſticæ pacis ãplectar. Nemo te ſpernet,nullus excludet,in penetralia te arcana eccleſię matris inducã, & ioſa ſecreta myſterij,vt bibas poculũ gratię ſpiritualis. Amplexatus igitur fratrẽ ducere cœpit ad propriam manſionẽ:& quia pio officio ad vlteriora proceſſerat, L
cũ fratre cœpit aſcẽdere,petens vt ſibi & fratri maior illic charitas augeatur,eo quod vitia humana defecerãt,iuidia atq; iactãtia, quæ i pleriſq; ſolẽt fraternę pietatis iura vacuare. Videntes eos vel angeli vel aliæ animæ quærũt ab ijs,quæ veluti comitatu ſuo fratres hos & officio deducebant:dicẽtes: Quæ eſt hæc quæ aſcendit Cantic.8.
cãdida inniteus ſuper fratrem ſuum? Nec nos quidẽ dubitabamus de meritis Valentiniani, ſed iam credamus vel teſtimonijs angelorũ qđ deterſa labe peccati ablutus aſcẽdit,quẽ ſua fides lauit,& petitio cõſecrauit. credam⁹ quia aſcẽdit à deſerto,hoc eſt ex hoc atido & iculto loco ad illas florulentas delectationes,vbi cũ fratre coniunctus æternæ vitæ fruitur voluptate. Beati ambo,ſi quid meę orationes valebunt. Nulla dies vos ſilentio prẽteribit:Nulla inhonoratos vos mea tranſibit oratio. Nulla nox nõ donatos aliqua precum mearum cõtextione tranſcurret. Omnibus oblationibus frequentabo. Quis prohibebit innoxios nominare? Quis vetabit cõmendationis proſecutionem complecti? Si M
oblitus fuero te ſancta Hieruſalem,hoc eſt,ſancta ani- Pſal. 136.
ma,pia & pacifica germanitas, obliuiſcatur me dextera mea,adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui,ſi nõ meminero Hieruſalẽ i principio meæ lętitiæ. Ipſe me citius q̃ vos obliuiſcar. Et ſi vnquã ſermo tacebit, loquetur affectus. Et ſi vox deficiet, non deficiet gratia,quæ meis eſt infixa precordijs. Quomodo ceciderunt potentes? Quomodo vterque ſuper illa Babylonis ceciderunt flumina? Quomodo rapidiora vtriuſq; vitę fuere curricula,q̃ ipſius Rhodani ſũt fluẽta?O mihi Gratiane & Valentiniane ſpecioſi & chariſſimi,quãm anguſto vitã fine clauſiſtis,q̃ proxima vobis mortis fuere cõfinia,q̃ ſepulchra vicina. Gratiane inq̃ & valẽtiniane in veſtris nominibus adhærere iuuat atque delectari,in veſtri cõmemoratiõe requieſcere. Omnibus Gratiane & valentiniane ſpecioſi & chariſſimi,inſeparabiles in vita, & in morte nõ eſtis ſeparati. Nõ vos diſcreuit tumulus,quos nõ diſcernebat affect⁹. Nõ cauſſa mortis ſeparauit, quos pietas vna iungebat. Nõ virtutũ diſtãtia diſpares fecit,ſuper colũbas ſimpliciores,ſup aquilas leniores,ſuper agnos clementiores, ſuper vitulos innocẽtiores. Gratiani ſagitta nõ eſt reuerſa retro,& Valẽtiniani iuſtitia non fuit vacua, nec

A inanis autoritas. Quomodo ſine pugna ceciderunt potẽtes? Doleo in te fili Gratiane,ſuauis mihi valde. Pluri ma dediſti tuæ pietatis inſignia. Tu me inter tua pericula requirebas,tu in tuis extremis me appellabas,meũ de te plus dolebas dolorem. Doleo etiã in te fili Valẽtiniane,ſpecioſus mihi valde. Ceciderat amor tuus in me,ſicut amor pignoris. Tu per me putabas eripi te periculis,tu me nõ ſolũ vt parentẽ diligebas, ſed vt redẽptorẽ tui & liberatorẽ ſperabas. Tu dicebas,putas ne videbo patrem meũ? Speciosa de me voluntas tua, ſed non efficax præſumptio. Hei mihi vanæ ſpes in homine ſed tu in ſacerdote. Hei mihi quod voluntatem tuã nõ ante cognoui. Hei mihi quod non clanculo ante miſiſti. Hei mihi qualia amiſi pignora. Quomodo ceciderunt potentes, & perierunt arma concupiſcentia deũ? Et quia nemo habet quod alij plus deferat,q̃ quod ſibi optat:nõ me ab illis poſt mortẽ ſepares,quos in hac vita chariſſimos ſẽſi domine. Peto,vt vbi ego fuero, ſint & illi mecũ:vt illic eorũ perpetua copula fruar,qa hic vti eorũ diuturniore cõiunctione non potui. Te quæſo ſumme deus, vt chariſſimos iuuenes matura reſurrectione ſuſcites & reſuſcites,vt immaturũ hũc vitæ iſti⁹ curſum matura reſurrectione compenſes.

B

Diui Ambroſij

MEDIOLANEN. EPISCOPI

ORATIO FVNEBRIS DE EXCESſu fratris ſui Satyri:

DEDVXIMVS fratres dilectiſſimi hoſtiam meam, hoſtiam incontaminatam, hoſtiã deo placentem, dominũ & fratrẽ meum Satyrum. Memineram quippe cum eſſe mortalẽ,nec fefellit opinio,ſed ſuperabũdauit gratia. Itaq; nihil habeo quod querar,ſed habeo i quo deo gratias agam,quia ſemper optaui vt ſi quæ perturC
bationes vel eccleſiam vel me manerent, in me potius ac meã reciderent domum. Deo igitur gratias,quia in hoc omnium metu, cum omnia motibus ſint ſuſpecta barbaricis,cõmunem mœrorem priuato dolore tranſegi, & in me conuerſum eſt quicquid timebamus omnes:itaq; vtinam hic conſummatum ſit, vt dolor meus publici doloris redemptio ſit. Nihil quidem habui fratres chariſſimi in rebus humanis tanto fratre ſpecioſi? nihil amabilius, nihil charius. Sed præſtant priuatis publica. Ipſius quoq; ſi quis ſententiam ſciſcitaretur,mallet occidi pro alijs,q̃ ſibi viuere. Propterea enim ꝓ omnibus ſecundũ carnẽ Chriſtus eſt mortuus,vt nonnobis ſolis viuere diſceremus. Accedit illud,quod ingratus diuinitati eſse non poſsum. Lætandum eſt enim magis quod talem fratrem habuerim, q̃ dolendum quod fratrem amiſerim. Illud enim munus,hoc debitum eſt. Itaq; perfunctus ſum quãdiu licuit cõmiſso mihi fœnore,qui depoſuit pignus recepit. Nihil intereſt vtrũ abiures depoſitum,an doleas reſtitutum. In vtroq; enim fidei ambiguum,vitæ periculum eſt. An ſi pecuniã neges,culpa eſt:ſi hoſtiam neges,impietas non eſt: cũ pecuniæ fœnerator illudi poſsit,naturæ autor, & neceſsitudinis creditor fraudari non queat? Itaq; quãto vberior fœnoris ſumma,tanto gratior vſura ſortis. Vnde ingrati de fratris morte eſse non poſsumus,quia quod naturæ cõmunis fuit reddidit,quod gratię ſingularis eſt meruit. Quis enim cõmunem conditionem recuſet? Quis doleat ſibi proprium pignus ereptũ,cum ad ſolatiũ no

ſtri filium vnicum pro nobis pater tradiderit ad mor- D
tem? Quis exceptum ſe putet eſse debere à conditione moriendi,qui non ſit exceptus à conditione naſcendi? Magnum pietatis myſterium, vt mors corporis nec in Chriſto eſset excepta: ac licet naturæ dominus,carnis tamen quã ſuſceperat legem non recuſaret. Et mihi neceſse eſt mori,illi neceſse non fuit. An qui de ſeruo dicit:Si eum volo ſic manere donec venio,quid ad te?nõ Ioan.21
potuit ipſe ſic manere ſi vellet? Sed perpetuitate vitę huius ſibi precium,mihi ſacrificiũ perdidiſset. Quod igitur maius eſt ſolatiũ noſtri, q̃quod ſecundũ carnẽ & Chriſtus eſt mortuus? Aut cur ego vehementius fleam fratrem,cũ ſciam illã mori non potuiſſe pietatem? Cur ſolus præ cęteris fleã,quẽ fletis omnes? Priuatum dolorẽ cõmuni dolore digeſſi, præſertim cũ meæ lachrymæ nihil profint, veſtræ autem lachrymæ fidẽ aſtruãt, conſolationem afferant. Fletis diuites,&flendo probatis nihil opitulari repoſitas diuitias ad ſalutem,cum pecunię precio mors differri non queat,& pari vſu diuitẽ inopemq; dies ſupremus eripiat. Fletis ſenes, quod in hoc liberorum ſortem pauetis:&ideo quia vitam corporis producere non poteſtis,inſtituite liberos non ad vſum corporis,ſed ad virtutis officiũ. Fletis &iuuenes, quod naturę non ſit maturitas ſenectutis. Fleuerunt & pauperes,quod multo eſt precioſius, multoq; vberius, lachrymis ſuis eius delicta lauerunt. Illæ ſunt lachrymæ redẽptrices,illi gemitus qui dolorem mortis abſcõdunt. Ille dolor qui perpetuæ vbertate lætitiæ veteris ſenſum doloris obducat. Itaq; licet priuatum funus,tamen fletus eſt publicus,& ideo nõ poteſt fletus eſse diuturnus,qui vniuerſorum eſt affectibus conſeratus. Nãquid te mi frater amantiſsime fleam, qui mihi ſic erep- E
tus es, vt eſses ſomnium? Non enim perdidi vſum tui, ſed commutaui,ante corpore inſeparabilis,nunc individuus affectu. Manes enim mecũ, ac ſemper manebis. Et quidem cum viueres nobiſcum, nunquam te patria eripuit mihi,nec ipſe mihi vnquã patriam prętuliſti,& nunc alteram præſtitiſti. Cœpi enim hic iam non eſse, peregrinus vbi melior mei portio eſt. Nunquam enim totus in me fui, ſed in altero noſtri pars maior amborum:vterq; autem eramus in Chriſto, in quo &ſumma vniuerſitatis,&portio ſingulorum eſt. Hic mihi tumulus genitali ſolo gratior,in quo non naturæ,ſed gratiæ meæ fructus eſt. In iſto corpore enim quod nunc exanimatum iacet,pręſtãtior vitę meę functio,quia in hoc quoq; quod gero corpore,vberior tui portio. Atq; vtinã vt memoriæ,vt gratię,ita etiã vitę tuę hoc quicquid eſt quod ſpiramus,ſpirare poſsemus, dimidiumq; meorum decideret temporum,quod ad tuorum proficeret vſum. Par enim erat vt quibus indiuiſum ſemper fuit patrimonium facultatum, non eſset vitæ diuiſum tempus:vel certe qui indiſtincta ſemper habuimus viuendi conſortia,non haberemus diſtincta moriendi. Nunc vero frater,quo progrediar,quove conuertar? Bos bo F
nem requirit,ſeq; non totum putat,& frequenti mugitu pium teſtatur affectum,ſi forte defecerit cũ quo ducere collo aratra conſueuit: ego te frater non requirã? Aut poſsum vnquam obliuiſci tui,cum quo vitæ huius ſemp aratra ſuſtinui? Labore enĩ inferior fui,ſed amore coniunctior:non tam mea virtute habilis, q̃ tua patientia tolerabilis: qui pio ſemper ſolicitus affectu latẽ meum tuo latere ſepiebas, charitate vt frater, cura vt pater,ſolicitudine vt ſenior,reuerẽtia vt iunior. Ita in vnius neceſsitudinis gradu complurimũ mihi neceſsitudinum officia impẽdebas, vt in te non vnũ, ſed plures amiſsos requirã, in quo vno ignorata adulatio eſt, expreſsa pietas. Neque enim habebas quod ſimulatione adderes,qui totum pietate comprehenderas, vt nec incrementa reciperes,nec vicem expectares. Sed quo immemor officij, memor gratiæ, immodico dolore

G progredior? Reuocat Apostolus, & tanq̃ frenos mœro
1.Thes. 4 ris inducit dicẽs, sicut nuper audistis: Nolum⁹ vos ignorare fratres de dormientibus, vt nõ tristes sitis, sicut & cæteri qui spẽ non habent. Date veniã fratres charissimi. Neq; enim omnes possumus dicere: Imitatores mei
1.Cor. 4 estote, sicut & ego Christi: sed ad imitãdum si autorem quæritis, habetis quẽ possitis imitari. Nõ omnes ad docendum idonei, vtinam omnes ad discendum habiles. Non grauem lachrymis contraximus culpam. Nõ omnis infidelitatis aut infirmitatis est fletus. Alius est naturæ dolor, alia est tristitia diffidentiæ, & plurimũ refert desiderare quod habueris, & lugere quod amiseris. Nõ solus dolor lachrymas habet, habet & lætitia lachrymas suas. Et pietas fletum excitat, & oratio stratũ rigat, & precatio iuxta propheticum dictum lectulum lauat. Fecerunt & fletum magnum sui, cũ patriarchæ sepelirẽtur, Lachrymæ ergo pietatis indices, nõ illices sunt doloris. Lachrymatus sum ergo fateor et iam ego, sed lachrymatus est & dominus. Ille alienum, ego fratrẽ. Ille in vno lachrymatus est omnes, ego in omnibus lachry
H mabor te frater. Ille nostro nõ suo lachrymatus est affectu. Neq; enim diuinitas lachrymas habet, sed lachry
Psal. 86 matus eo quo crucifixus est, quo mortuus, quo sepult⁹ est. Lachrymatus est de eo quo hodie nobis insinuauit Propheta, dicẽs: Mater Siõ dicet homo, & hõ fact⁹ est in ea, & ipse fundauit eã altissimus. Eo lachrymat⁹ est quo matrem Sion dixit, genitus in Iudæa, susceptus ex virgine. Matrem autem secundum diuinitatẽ habere non potuit, qui autor est matris. Ille factus est nõ diuina ge
Esaiæ. 9 neratione, sed humana, quia homo factus est, deus natus est: sicut & alibi habes: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. In puero enim nomẽ ætatis, in filio plenitudo diuinitatis est, factus ex matre, natus ex patre, idem tamẽ & natus & datus, non diuersum, sed vnũ putes. Vnus enim dei filius, & nat⁹ ex patre, & ortus ex virgine distanti ordine, sed in vnum concurrente nomine, sicut & præsens lectio docet, quia & homo factus est
Psal. 96 in ea, & ipse fundauit eam altissimus, homo vtiq; corpore, altissimus potestate. Et si deus & homo diuersitate naturæ, idẽ tamẽ nõ alter in vtroq;. Aliud ergo specia-
I le naturæ suæ, aliud cõmune nobiscũ, sed in vtroq; vn⁹ & in vtroq; perfectus. Non igitur mirandũ est quia & dominũ eum & Christum fecit deus. Fecit ergo Iesum eum vtiq; qui ex corpore nomen accepit, fecit eum de quo etiam Patriarcha scribit Dauid, quia mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea. Quasi homo ergo factus dissimilis, vtiq; non diuinitate, sed corpore: nec discretus à patre, sed exceptus in munere: manẽs in consortio potestatis, segregatus in mysterio passionis. Plura loci huius tractatus exposcit, quibus possimus ostendere autoritatem patris, proprietatẽ filij, trinitatis totius vnitatẽ: sed consolandi hodie nõ tractandi partes recepi: q̃q̃ abducere à mœrore animum intẽtione tractandi, cõsolationis vsus sit. Sed temperãdus mihi mœror, q̃ alienandus affectus est, vt mulceantur magis desideria q̃ sopiãtur. Nõ libet enim abire à fratre lõgius & occupatione subduci, cum velut comitãdi eius gratia hic sermo susceptus sit, vt diutius sensu prosequor proficiscentẽ, & quem oculis teneo, mente cõplectar. In illo enim totam oculorum aciem figere libet, cũ illo totis animorum officijs immorari, illum toto blãditiarum amore obsequio, dum stupet animus. Nec amisisse credo, quem adhuc cerno præsentem: nec mortuũ puto, cuius adhuc officia non requiro, quibus ego vitæ meæ vsum & spirandi omne munus addixeram. Quid enim referam tantæ gratiæ, tanto labori? Ego te frater hæredem feceram, tu me hæredem reliquisti. Ego te superstitem optabam, tu me superstitem dimisisti: Ego pro muneribus tuis vt compensare beneficia, vota referebam, nunc & vota perdidi, sed tamen tua beneficia non amisi. Quid agam mei successor hæredis? K
Quid agam meæ vitæ superstes? Quid agam exors huius quod cupio luminis? Quas grates, quę munera referam tibi? Nihil à me præter lachrymas habes. Aut fortasse securus meriti tui, quas solas superstites habeo lachrymas non requires. Nam etiam cum adhuc viueres, flere prohibebas, mœroremq; magis nostrum q̃ tuam mortem tibi esse testabaris dolori. Prohibent vlterius prodire lachrymæ, fletusq; reuocant. Prohibet etiã tui gratia, ne dum nostra deflemus, de tuis meritis desperare videamur. Aut certe vt nobis etiam mœroris istius minuas acerbitatem, non habeo quod timeã qui timebam tibi, non habeo quod mihi iam mũdus eripiat. Et si sancta supersit soror Marcelliana, integritate venerabilis, æqualis moribus, non impar officijs: tibi tamẽ ambo plus timebamus, in te vitę huius iucũditatem repositam putabamus. Propter te viuere delectabat, propter te non pigebat mori. Te enim ambo superstitem precabamur, tibi nos superuiuere non iuuabat. Quãdo nõ cohorruit animus cũ metus huiusmodi titillaret? Quo modo consternata mens erat ægritudinis tuæ nuncio? Væ miserę opinioni, putabamus redditum, quem videmus dilatum. Tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus cõmeatũ, atq; vtinam non solum commeatum, sed etiam prolixum vitę tempus rogasses. Potuisti annos pluri- L
mos impetrare viuendi, qui potuisti commeatum impetrare veniendi. Et quidem tibi omnipotens æterne deus gratias ago, quod vel hæc nobis suprema solatia non negasti, quod amãtissimi fratris ex Siculis Aphricanisve regionibus exoptatum nobis reditum contulisti. Ita enim mature postquam venit ereptus est, quasi propter hoc solum videretur esse dilatus, vt ad fratres rediret. Habeo plane pignus meum quod nulla mihi peregrinatio iam possit auellere. Habeo quas cõplectar reliquias. Habeo tumulum quem corpore tegam. Habeo sepulchrum super quod iaceam, & commendabiliorem deo futurum esse me credam, quod supra sancti corporis ossa requiescam. Vtinã sic potuissem aduersus mortem quoque tuam meum corpus obijcere. Si gladijs petitus esses, me pro te potius suffodiendum dedissem. Si exeuntem potuissem reuocare animam, meam potius obtulissem. Nihil mihi profuit vltimos hausisse anhelitus, nihil flatus meos inspirasse morienti, Putabam enim quod aut tuam mortem ipse susciperem, aut meã vitã in te ipse transfunderem. O infelicia illa, sed tamen dulcia suprema osculorum pignora. O amplexus miseri, inter quos exanimum corpus obriguit, halitus supremus euanuit. Stringebam quidem M
brachia, sed iam perdideram quem tenebam, & extremum spiritum ore relegebam, vt consortium mortis haurirem. Sed nescio quomodo vitalis ille mihi halit⁹ factus est, vt maiorem gratiã in ipsa morte redolebat. Atque vtinam si tuam nequiui meo spiritu vitam producere, vel vltimi anhelitus tui vigor trãsfundi potuisset in meam mentem, & illam tui animi puritatem atque innocentiã noster spirasset affectus. Hanc mihi hęreditatẽ frater charissime reliquisses, quę non lachrymabili dolore percuteret afpectũ, sed memorabili gratia commendaret hæredem. Quid igitur nunc agam, cum omnes vitę istius suauitates, cuncta solatia, cuncta deniq; ornamenta amiserim? Tu enim mihi vnus eras domi solatio, foris decori, tu inquã consilijs arbiter, curæ particeps, deprecator solicitudinis, depulsor mœroris: tu meorũ assertor actuũ, cogitationũq; defensor: tu postremo vnus in quo domestica solicitudo resideret, publica cura requiesceret. Testor sanctã animã tuam, me in publicis ecclesiæ id sæpe veritum esse, ne displicerem tibi. Deniq; vbi redisti, obiurgasti morã. ita domi foriscq; eruditor quidam & arbiter sacerdotis,

A vt domestica cogitare non sineres, publica curare cẽsere
ses. Vt vereor, ne videar arrogãter dicere. Hæc enim laudis tuæ portio est, quia sine offensione vlla & gubernasti fratris domum, & cõmendasti sacerdotiũ. Sentio equidem quod repetendis officijs tuis, recẽsendisq; virtutibus afficiatur animus, sed tamen in ipsa mei affectione requiescо, atq; hæ mihi recordationes etsi dolorẽ renouant, tamen voluptatẽ afferunt. An ego possum aut non cogitare de te, aut vnq̃ sine lachrymis cogitare? Et potero vnquã aut tanti nõ meminisse fratris, aut sine lachrymabli quadã meminisse gratia? Quid enim mihi vnquã iucundũ quod non esset ex te profectum? Quid inquam mihi sine te, aut tibi vnquam sine me voluptati fuit? Quis non visus nobis, & prope visus ipse somnusq; cõmunis? Quæ disceteta vnquã voluntas, quod nõ commune vestigium? fere vt cum gradum tollerem, vel tu meũ, vel ego tuũ corpus videremur attollere. Quod si quãdo sine altero prodeundũ fuit, intectũ latus putares, affectum vultum cerneres, mœstũ animum iudicares, nõ afsueta gratia, nõ vigor solitus prænitebat, suspecta omnibus solitudo metũ alicuius ęgritudinis afferebat. Ita nouũ videbatur omnibus nos diuidi. Ego certe fraternæ absentiæ impatiens, vel non immemor, quasi præsentem reflexa sæpius ceruice quærebam, & coram alloqui atq; aspicere videbar mihi. Sed tanquã suspensum collo iugum, vbi speratis excideram, trahere me
B putabam, difficilis progredi, verecundus videri, & redire deproperans, quod sine te procedere nõ liberet. At vero vbi ambobus prodeundum fuit, non plura in itinere vestigia q̃ verba, nec incessus q̃ sermo crebrior, nec ambulandi cura, sed colloquẽdi gratia. Vterq; enim nostrũ ex alterius ore pẽdebat, nõ intento aspectu legere iter, sed mutuo solicitos excipere sermones, haurire oculorũ gratiã, spirare fraternæ imaginis voluptatẽ. Quas virtutes tuas tacitus mecũ ipse mirabar, q̃ plaudebã mihi quod tali me dominus fratre donauerat, tã pudico, tam efficaci, tam innocenti, tam simplici, vt cũ tuam innocẽtiam cogitarẽ, efficaciã desperarem: cum efficaciam cernerem, innocentiam non putarem: sed vtrunq; mira quadam virtute iungebas. Deniq; ea quæ ambo nequiueramus concludere, solus implesti. Plaudebat sibi, vt audio, Prosper quod sacerdotij mei occasione redditurum se quæ abstulerat non putabat, sed vehementiorem tuam vnius efficaciam expertus est q̃ duorum. Itaq; soluit omnia, nec moderationi ingratus tuæ, nec illudens pudori, sed & modestiæ grãtus, nec insolens efficaciæ. Sed cui frater illa quæsisti? Nos enim idem volebamus laborum tuorũ esse præmium, quod documentum erat. Peregisti omnia, & vbi perfunctus
C omnibus reuertisti, tu solus nobis qui omnibus es præferendus eripueris, quasi ideo mortem distuleris, vt consummares pietatis officium, palmam efficaciæ reportares. Quãm nec ipsi nos frater charissime sæculi huius delectabant honores, quos nos à nobis inuicem diuidebant, quos ideo adepti sumus, non quia fuit eorũ expetenda perceptio, sed ne vilis dissimulatio videretur. Aut fortasse ideo sunt tributi, vt quia immaturo tui obitu nostræ futurus erat voluptatis occasus, sine nobis iam viuere disceremus. Equidem præsagę mentis agnosco formidinem, dum repeto sæpe quæ scripserim. Reuocabam te frater, ne ipse Aphricam peteres, ac potius aliquem destinares, timebam te committere viæ. Sed & peregrinationem explicuisti, & rem ordinasti, & veteri & sentinoso, vt audio, nauigio iterũ te fluctibus credidisti. Nãq; dũ celeritatẽ aucuparis, cautelã prętermisisti, auidus nostræ gratię, dissimulásq; periculi tui. O fallax lętitia, ò incerta humanarũ rerum curricula. Ex Aphrica redditũ, ex mari restitutum, ex naufragio seruatum putabamus iã nobis non posse eripi, sed grauiora naufragia in terris positi sustinemus. Nã quẽ nõ potuerunt naufragia ad mortẽ deducere strenuis natatibus D
euitata, eius mors cœpit nobis esse naufragio. Quid enim superest suauitatis, quibus tam prædulce deous, tã charum in his mundi tenebris lumen extinctum est, in quo non nostræ solum familiæ, sed totius patriæ decus occidit? Habeo sane vobis fratres dilectissimi, plebs sancta, maximam gratiã, quod non alium dolorem meũ q̃ vestrũ putatis, quod vobis accidisse hanc nostri creditis solitudinẽ, quod fletũ totius ciuitatis, ætatũ omniũ ordinũ oĩm, vota noua quadam pietate desertis. Nõ enim misericordiæ priuatę dolor, sed quoddam publicę officium & munus est gratiæ. Aut si qua vos mei tangit misericordia qđ talem fratrem amiserim, habeo fructũ
vberẽ, habeo vestri pignus affectus. Mallẽ fratrẽ viuere, sed tamẽ publicũ officiũ in secũdis rebus iucũdius est, in aduersis gratius. Neq; vero mihi mediocre meritũ tanti videtur officij. Neq; enim ociosę vel in actibus
Apostolorũ Thabitam mortuã flentes viduæ describũ Actu. 9
tur, vel iu Euangelio mota lachrymis viduæ prosequẽs turba funus adolescentis inducitur, cui resurrectio de- Luc. 7.
bebatur: illã tamẽ Thabitã viduæ, hũc tota ciuitas fleuit. Non ergo dubiũ est vestris lachrymis Apostolorũ patrociniũ cõparari, non inq̃ dubiũ est Christum misericordia motũ cũ flentes videret. Etsi nũc non tetigit loculũ, susceptit tamẽ commendatum spiritũ. Et si non appellauit corporis voce defunctũ, diuinę tamẽ potE
statis autoritate à cruciatibus mortis, & nequitię spiritalis incursionibus eius animã liberauit. Et si nõ reledit in loculo qui erat mortuus, tamẽ requieuit in Christo. Et si non locutus est nobis, tamẽ ea quę supra nos sunt cernit, & quę potiora sunt nobis iam se videre lętatur. Per ea enim quę in Euangelio legimus, quæ futura sunt intelligimus, & præsentium species futurorum est. Nõ opus fuit ei resurrectio temporalis, cui æterna debetur. Quid enim in h anc miseram & ærumnosam recideret labem, atq; in hanc flebile m vitam rediret, quem raptum magis else ex tam imminẽtibus malis, vrgentibusq; periculis gaudere debemus? Nam si pacato sæculo bellisq; celsãtibus raptum Enoch nemo defleuit, sed magis Propheta laudauit, sicut de illo scriptura dixit: Raptus est ne malitia mutaret cor eius: quanto ma- Sapiẽ. 4
gis nunc iure dicẽdum est, cum ad sęculi lubricum vitæ accedat ambiguum: Raptus est, ne manus incideret Barbarorũ. Raptus est ne totius mũdia incida, mũdi finẽ, propinquorũ funera, ciuium mortes, ne postremo sanctarum virginum atq; viduarum, quod omni morte acerbi⁹ est, colluuionem videret. Ego enim te frater tũ
vitæ tuæ flore, tum mortis commoditate beatum arbiF
tror. Non enim nobis ereptus es, sed periculis: non vitam amisisti, sed ingruentium acerbitatum formidine caruisti. Nam quæ eras sanctæ mentis misericordia in tuos, si nunc vrgeri Italiã tam propinquo hoste cognosceres, quãtum ingemisceres, q̃ doleres in Alpium vallo summam nostrę salutis consistere, lignorumq; concędibus construi murum pudoris: qua afflictione mœreres in tanto teneri discrimine tuos ab hoste impuro atq; crudeli, qui nec pudicitiæ parceret nec salutí? Quonam inquam hęc modo ferres, quę nos perpeti, & fortasse (quod grauius est) spectare cogemur, rapi virgines, & aulos à cõplexu parentũ paruos liberos supra tela iactari, incestari sacrata deo corpora, & senilẽ viduæ maturioris vterum in vsus desuetos onerum redire non pignorum. Quonã inquam modo ista tolerares qui etiã vltimo spiritu, tui iam fortasis oblitus, & adhuc nostri non immemor, de cauenda incursione barbarorum nos sępius admonebas, cõmemorans nõ frustra te dixisse fugiendũ, fortasse ideo qđ nos destitui tua morte cernebas: qđ nõ infirmitate animi, sed pietate faciebas, & si infirmus pro nobis, tamen firmus tibi. Qui cum à viro nobili reuocareris Symmacho tuo

G parẽte,quod ardere bello Italia diceretur, quod in periculum tenderes,quod in hostẽ incurreres,respõdisti hãc ipsam tibi caulam esse veniendi ne nostro deesses periculo,vt cõsortẽ te fraterni discriminis exhiberes. Felix igitur tã opportuno obitu,quia nõ es in hũc seruatus dolorẽ,certe felicior q̃ sancta soror,quæ tuo solatio destituta,de suo pudore solicita,duobus nup beata germanis,nunc ex duobus fratribus ẽrũnosa,necꝫ alterũ sequi potest,necꝫ alterũ derelíquere,cui tumul⁹ hospitiũ tuus,&corporis tui sepulchrũ est domus,atꝫ vtinã vel hoc tutũ diuersoriũ,cibus in fletibus,potus in lachrymis. Cibũ etenim dedisti nobis panẽ lachrymarũ &potũ dedisti nobis in lachrymis in mensurã,aut fortasse vltra mẽsurã. Nã q̃d de me loquor, cui necꝫ mori licet,ne sororẽ relinquã,necꝫ viuere libet,ne â te reuellar? Quid enĩ mihi sine te potest esse iucũdũ,in quo omnis semper fuit nostra iucunditas? Aut quid diutius in hac vita dẽgere iuuat,atꝫ in terris morari,in quibus tã diu iucũde vixim⁹ quãdiu simul viximus? Et si esset q̃d hic delectare nos posset,sine te delectare nõ posset. Et si quãdo voluissemus impẽse vitã producere,iã tamẽ si ne te esse nolemus. Hæc intolerabilia. Quid enim tolerabile sine te tãto vitæ comite,tãto laborũ meorũ officiorumꝫ cõsorte? Cuius ego casum, quo esset tolerabilior,nec præmeditari potui:ita pauebat animus de illo tale aliquid cogitare, non quo conditionẽ ignorarem, H sed quidam votorum vsus sensum cõmunis fragilitatis obduxerat,vt de illo nisi secunda omnia cogitare nescirem. Deniꝫ proxime cum graui quodã atꝫ vtinã supremo vrgeret occasu, hoc solũ dolebã quod nõ ipse assideres lectulo,ac votiuũ mihi cũ sancta sorore partitus officiũ,moriẽtis oculos digitis tuis clauderes. Quid optaueram? Quid repẽdo? Quæ vota deficiũt? Quæ ministeria succedunt? Aliud præparabam,aliud exhibere compellor,non iam ipse ministerium funeris,sed minister. O dura oculorum lumina,quę potuistis fratrem videre morientẽ. O immites & asperæ manus,quæ claudistis oculos in quibus plus videbam. O durior ceruix, quæ tã lugubre onus ¦consolabili licet obsequio gestare potuisti. Hæc tu frater mihi iustius exhiberes. Hæc ego à te expectabam,hæc ego officia desiderabã. Nunc vero ipse meę vitæ superstes,quod sine te solatium capiam,qui solus mœrentem solari solebas,excitare lætitiam,mœstitiam propulsare? Qualem te nunc ego frater aspicio,iam nulla mihi verba referentem,iam nulla I offerentem oscula? quanquam ita mutuus semper vtriꝫ nostrum insederit amor, vt interiore potius foueretur affectu,q̃ forensi blanditia diiulgaretur. Neque enim aliorum quærebamus testimonium, qui tantam nostri gratiam tenebamus. Ita virilis se vtriꝫ nostrum germanitatis succus infuderat,vt non blãditijs probare amorem,sed conscientia teste pietatis interno amore contenti,succũ blanditiarũ nõ requirere videremur, quos & ipsa in amorem mutuũ imago formaret. Nescio qua enim expressione mentis,qua corporis similitudine alter in altero videbamur. Quis te aspexit,qui nõ me visum putaret? Quotiens aliquos salutaui, qui quòniam te prius consalutauerant, se à me iam dicerent salutatos? Quãti tibi dixerunt aliquid qui se mihi dixisse me morarẽt? Quæ mihi hinc gaudia,quãta frequẽter obortа lætitia, q̃d eos errare in nobis cernerẽ? Quam grat⁹ error,q̃ iucũda prolapsio,q̃ religiosa fallacia,q̃ suauis calumnia. Neꝫ enim de tuis erat aliquid aut factis aut sermonibus quod timerem,qui mihi tua lætabar ascribi. Tamen si vehemẽtius cõtenderent quod se mihi aliquid intimasse memorarent,respondebã ridens & gaudẽs: Videte ne fratri dixeritis. Nã cum omnia nobis essent nostra cõmunia,indiuiduus spirit⁹,indiuiduus affectus,solum tamen cõmune nõ erat secretũ amicorũ, non quo cõferendi periculũ vereremur,sed tenẽdi ser- K uaremus fidem. Sane si cõsilio pendenda res esset, erat semper cõmune consiliũ, nõ semper cõmune secretũ. Nã & si amici ita alteri nostrum dicerẽt, vt dicta sua ad alterutrũ peruenirent, tamen scio plerũqꝫ cõplacitum ita fidem secreti esse seruatam, vt nec fratri cõmittere tur. Erat enim fidele indicium,& extraneo nõ esse profitum,quod nõ esset cũ fratre collatum. His igitur tãtis ac talibus bonis,in excessum quẽdam fateor mentis elatus,superstitem me timere desiderarem,quod illum vita crederem digniorẽ,&ideo excepi plagam quã ferre non possum. Tolerabiliora enim tanti doloris prẽmeditata q̃ inexplorata vulnera. Quis iam mœstũ solabitur? Quis afflictũ leuabit? Cum quo participabo curas? Quis me ab istius mũdi vindicabit vsu? Tu enim autor negociorũ,censor seruulorũ, arbiter fratrũ,nõ litis sed pietatis arbiter. Nã si quando aliquid cũ sancta sorore mihi cõferendũ fuit, vtra melior videretur sententia,te iudicẽ sumebamus,qui nullius læderes os,atꝫ vtriꝫ satisfacere gestiens & amãdi affectũ tenebas, & censendi modũ,vt & vtrunꝫ gratũ dimitteres,& vtriuſꝫ tibi gratiã vẽdicares. Aut si ipse aliquid disceptandũ deferres,q̃ grata cõtentio tua, q̃ sine felle ipsa indignatio,q̃ serenis ipsis coercio nõ amara, cũ te fratrib⁹ magis deferre,q̃ ex affectu diceres vindicare. Nobis enim ꝓfessio repressit studia coercendi, imo tu frater L ab omni nos abducebas coercitionis affectu,vindicare pollicens,& lenire desiderãs. Nõ mediocris igitur prudentiæ testimoniũ,quæ ita à sapientibus definitur: bonorũ primum esse deũ scire,&verum illud atꝫ diuinũ pia mente venerari,illam amabilem & concupiscendã ęternæ pulchritudinẽ veritatis tota mẽtis charitate diligere. Secundũ autem,in proximos à diuino illo fonte atꝫ cœlesti naturæ deriuare pietatem: quod etiã mũdi sapientes nostris hausere de legibus. Neꝫ enim deriuare ista in hominũ disciplinas,nisi de cœlesti illo diuinæ legis fonte potuissent. Quid igitur obseruantiam eius erga dei cultũ prædicem? qui priusquam perfectio ribus esset initiatus mysterijs,in naufragio constitutus, cum ea quæ veheretur nauis scopulosо illisa vado,&vt gentibus hinc atꝫ inde fluctibus solueretur, nõ mortẽ metuens,sed ne vacuus mysterij exiret è vita,quos initiatos esse cognouerat,ab his diuinum illud fideliũ sacramentum popoſcit,non vt curiosos oculos insereret arcanis,sed vt fidei suę consequeretur auxiliũ. Etenim ligari fecit in orario. &orarium inuoluit in collo, atꝫ M ita se deiecit in mare,non requirens de nauis compage resolutam tabulam cui supernatans iuuaretur, quoniã fidei solius arma quæsierat. Itaꝫ se tectũ atꝫ munitum satis credens,alia auxilia nõ desiderauit. Simul fortitudinem eius spectare licet,qui fatiscẽte remigio nõ quasi naufragus tabulam sumpserit,sed quasi fortis ex seipso adminiculũ suæ virtutis assumpserit. Nec defuit spes,nec fefellit opinio. Deniꝫ primus seruatus ex vndis,&in portũ terrenę stationis euectus, prosiluit suum cui se crediderat recognouit, statimꝫ vbi etiam cæteros seruulos suos vel ipse liberauit, vel liberatos cõperit,negligẽs facultatũ, nec amissa desiderãs dei ecclesiam requisiuit, vt ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret,pronũcians nullũ referendæ gratiæ maius esse officiũ. Quod si homini non referre, simile homicidio iudicatum est: quantum crimẽ est nõ referre deo? Est ergo prudentis agnoscere seipsum, & quemadmodum à sapientibus definitum est, secũdum naturam viuere. Quid enim est tam secundum naturam,q̃ referre autori gratiam? Aspice cœlum hoc,nõne autori refert gratiã cũ videtur? Cœli enim enarrant Psal.18 gloriam dei, & opera manuum eius annũciat firmamẽtum. Mare ipsum cum sedatum atꝫ tranquillũ est, diuinæ serenitatis testatur indicium: cum mouetur,indignatio superna terrori est. Nonne omnes dei gratiam

A iure miramur, cum aduertimus quod insensibilis natura quadã sensibili ratione suos fluctus coerceat,& fines suos vnda cognoscat? Nam de terris quid loquar,quæ domino obedientes præcepto, omnibus sponte animantibus pabulũ subministrant,atꝫ id q̃d acceperint agri, velut crescentibus vsuris multiplicatũ cumulatumꝫ restituunt? Ergo ille qui natura duce diuini rationẽ operis igneo mẽtis vigore perceperat,sciuit primo omniũ seruatori suo gratiam esse referendam. Sed quia referre poterat, habere poterat. Est enim huiusce modi gratiæ vis,vt &cũ refertur habeatur,& habẽdo referatur. Referebat igitur gratiam,deferebat fidem. Nã qui tantum mysterij cœlestis inuoluti in orario præsidiũ fuisset expertus,quantum arbitrabatur si ore sumeret,& toto pectoris hauriret arcano: q̃ maius putabat fusum in viscera,quod tantũ sibi tectum orario profuisset? Sed non ita auidus fuit,vt esset incautus. Scimus enim plerosqꝫ auiditate studij prætermittere cautionem. A duocauit ad se episcopum, nec vllã veram putauit nisi veræ fidei gratiam,percontatusqꝫ ex eo est vtrum nã cum episcopis catholicis, hoc est cum Romana ecclesia cõueniret,&forte &ad id locorum in schismate regionis B illius ecclesia erat. Lucifer enim se à nostra tunc tẽporis communione diuiserat,& quãquam prouide exulasset,& fidei suę reliquiset hæredes, non putauit tamẽ fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga deum tenerent,tamen erga dei ecclesiam non tenerent, cuius patiebantur velut quosdam artus diuidi,&membra lacerari. Etenim cum ꝓpter ecclesiam Christus passus sit, &Christi corpus ecclesia sit,non videtur ab his exhiberi Christo fides,à quib⁹ euacuatur eius passio,corpusqꝫ distrahitur. Itaꝫ q̃is gratię fœnus teneret,& metueret tanti nominis debitor naufragare,tamen eo transire maluit,vbi tuto posset exoluere. Indicabat enim diuinæ solutionẽ gratiæ in affectu ac fide esse, quam quidẽ ista tim vbi primũ copia liberior ecclesiæ fuit, implere nõ distulit. Dei gratiam & accepit desideratam,& seruauit acceptam. Nihil igitur ea prudentia sapientius,quę diuina &humana secernit. Nam quid spectatam in stipẽdijs forensibus eius facundiam loquar, quæ incredibili admiratione in auditorio emicuit? Sed malo illa laudare,quæ perceptis mysterijs dei duxit humanis esse potiora. Fortitudinem quoqꝫ eius si quis plenius spectare volet, consideret quotiens post naufragiũ inuicto quo dã cõtemptu vitæ huius maria trãsfretauerit, diffusasqꝫ regiones obeundo peragrarit: postremo q̃ hoc ipso tẽpore periculum non refugerit,sed ad periculũ venerit C patiens iniuriæ, negligens frigoris, atꝫ vtinã solicitus cautionis: sed hoc ipso beatus, quod dum licuit vigore vti corporis,inoffenso ad exequenda quę vellet functo⁹ iuuentutis officio, vitam vixit, debilitatem ignorauit. Qua vero prosecutione simplicitatẽ eius ediserã? Ea est enim quędã morum temperantia,mẽtisqꝫ sobrietas. Date quæso veniam,& permittite dolori meo,vt de eo mihi paulo vberius liceat loqui, cũ quo iã nõ cõceditur colloqui. Certe & vobis proficit vt aduertatis non fragilitate quadam vos hoc officiũ,sed iudicio detulisse,nec misericordia mortis impulsos,sed virtutum honorificẽtia prouocatos. Anima enim benedicta omnis simplex. Tantę autẽ simplicitatis erat,vt conuersus in puerum,simplicitatẽ illius ætatis innoxiæ,perfectę virtutis effigie,&quodã innocentium morum speculo reluceret. Intrauit igitur in regnum cœlorũ,quoniã credidit dei verbo,quoniã sicut puer artem repulit adulã di,iniuriæ dolorem clementer absorbuit,quã clementius vindicauit,querelæ q̃ dolo promptior,satisfactiõi facilis,difficilis ambitioni,sanctus pudori,vt frequẽter in eo superfluam magis verecũdiam prædicares, q̃ necessariam quæreres. Sed nunq̃ superflua fundamenta virtutis. Pudor enim nõ reuocat, sed cõmendat officiũ Itaꝫ velut quadam virginali verecũdia suffusus ora,cũ D vultu affectum proderet,si forte aliquam subito veniẽs offendisset parentẽ, velut depressus & quasi demersus in terram,licet in ipso nequaquã dissimilis cœtu virorum,rarus attollere eos,eleuare oculos,referre sermonem,quod pudico quodã mentis pudore faciebat,cum quo castimonia quoqꝫ corporis cõgruebat. Etenim intemerata sacri baptismatis dona seruauit,mundo corpore,purior corde, nõ minus adulterini sermonis opprobrium q̃ corporis perhorrescens, nõ minorẽ ratus pudicitiæ reuerentiam deferendã integritate verborũ, q̃ corporis castitate. Deniꝫ in tantũ castimoniã dilexit,vt nec vxorem expeteret, licet in eo non solum castitatis appetentia fuerit,sed etiam pietatis gratia. Miro autem modo &coniugiũ dissimulabat,& iactantiã declinabat,tantaqꝫ erat dissimulatio, vt nobis quoqꝫ vrgẽtibus differre magis consortiũ q̃ refugere videretur. Hoc vnum itaqꝫ fuit, quod nec fratribus crederet, non aliqua cunctationis hæsitantia, sed virtutis verecũdia. Quis igitur nõ miretur vnum inter fratres duos, alterã virginem,alterũ sacerdotem,ætate mediũ,magnanimitate non imparem, ita inter duo maxima munera præstitisse,vt alterius minoris castitatem,alterius sanctitatem referret,nõ professionis vinculo,sed virtutis officio? Ergo si libido atꝫ iracũdia, reliquorũ vitiorũ educatrices sunt,iure castitatẽ atꝫ clemẽtiã dixerim quasdã virtutũ parentes: quanq̃ pietas quoqꝫ vt omniũ principatus bonorum,ita etiã seminarium virtutum est cęterarum. Nã de parsimonia quid loquar,&quadã habẽ E di castitate? Is enim nõ quærit aliena qui sua seruat, nec inflatur in modico qui contentus est proprio. Nihil ergo aliud nisi propriũ recuperare voluit, magis ne fraudaretur,q̃ vt ditaretur. Nam eos qui aliena quærũt, rẽcte accipitres pecuniæ nominabat. Quod si radix malorum omnium auaritia est, vtiꝫ vitia exuit qui pecuniã non requirit. Non vnq̃ accuratioribus epulis aut cõgestis ferculis delectatus est, nisi cum amicos ad epulas rogaret,quantum naturæ satis esset, non quantum voluptati superesset requirens. Et certe erat nõ pauper opibus,sed tamen pauper spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. De istius beatitudine nequaquã vtiꝫ dubitare debemus, qui neꝫ vt opulens exultauit in diuitijs, neꝫ vt pauper exiguum quod habuit iudicauit. Superest vt ad conclusionem cardinalium virtutum, etiã iustitię partes in eo debeamus aduertere. Nam etsi cognatæ sint inter se concretęq; virtutes, tamen singularum quædã forma expressior desideratur, maximeqꝫ iustitię. Ea enim sibi parcior foris tota est, & quicquid habet quadã inclementia sui, dum rapitur amore communi,transfundit in ꝓximos. Sed huius multiplex spe F cies. Alia erga propinquos,alia erga vniuersos,alia erga dei cultum vel adiumentum inopum. Itaꝫ qualis in vniuersos fuerit, prouincialium quibus prefuit studia docent,qui parentem magis fuisse proprium q̃ iudicẽ loquebantur, gratum piæ necessitudinis arbitrum cõstantem æqui iuris disceptatorem. Inter fratres autem qualis fuerit, licet omne hominum genus beneuolẽtia cõplecteretur,indiuisum patrimoniũ docet, nec distributa aut delibata,sed reseruata hereditas. Etenim pietatem sibi causam esse negauit testãdi. Nam hoc quoqꝫ vltimo sermone signauit, cum quos dilexerat cõmendaret,sibi nec vxoris arbitriũ fuisse ducendę, ne à fratribus diuelleretur: nec testamenti faciẽdi voluntatẽ, ne nostrum in aliquo arbitrium læderetur. Denique & oratus & obsecratus à nobis,nihil tamen condendũ putauit,non oblitus pauperum,sed tantum obsecrans esse tribuendum,quantum nobis iustum videretur. Quo vno satis & diuini timoris expressit iudicium, & humanę edidit religionis exemplum. Nam quod pauperibus contulit, deo detulit: quoniam qui largitur pau-

G peri,fœneretur deo:&poſtulando quod iuſtum eſt,nõ exiguum ſed totum reliquit.Hæc enim eſt ſumma iuſtitiæ,vendere quæ habeas,&conferre pauperibus. Qui
Pſal.111 enim diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum. Ergo diſpenſatores nos nõ hæredes reliquit. Nam hæreditas ſucceſſori quæritur,diſpenſatio paupe ribus obligatur. Vnde non immerito quãtus fuerit, ho die quoq; per vocem lectoris paruuli ſpirituſanctus ex
Pſal.23 preſsit:Innocens manibus,& mundo corde,qui nõ accepit invanum animã ſuam,nec fecit proximo ſuo dolum,hęc eſt generatio requirẽtium deum. Hic ergo & in montem domini aſcendet,&in tabernaculo habitabit dei,quia ingreſsus ſine macula operatus eſt iuſtitiã, locutus eſt veritatem,non decepit proximum,nec pecuniã fœneratus eſt ſuã, qui ſemper voluit recuperare hæreditariã. Agnoſco oraculũ,quod enim nulla ordinauit diſpoſitio,ſpiritus reuelauit.Quid vero illud recenſeam,quod ſupra ipſam iuſtitiã pietate progreſsus, cũ quædã incubatori cõmunium fructuum mei contẽplatione muneris putaſset eſse tribuenda,largitatis me iactabat autorẽ, portionis ſuæ lucrũ ad cõmune cõſortium cõferebat? Hæc &alia quę mihi tunc erãt voluptati maximæ,nũc recordatione doloris exaſperaui. Manent tamẽ,eruntq; ſemper, nec tanq̃ vmbra præterierunt, neq; virtutis gratia cũ corpore occidit,nec idem naturæ meritorumq; finis,licet ipſius naturæ vſus, non in æternũm occidat,ſed tẽporali quadam vacatione requieſcat. Talibus igitur perfunctum virtutibus, ereptũ
H periculis, deſiderio magis q̃ amiſsione flebo. Suadet enim ipſa opportunitas mortis vt proſequẽdum magis gratia q̃ dolendum putemus.Scriptum eſt enim,in cõmuni dolore proprium vacare debere. Neq; enim prophetico ſermone,vni illi mulieri quæ figuratur,ſed ſingulis dicitur,cum eccleſiæ dictum videtur. Dicitur ergo & ad me,&dicit ſcriptura cœleſtis:Hoccine doces, ſic inſtituis dei plebem? An neſcis quia exemplum tuũ, periculum cæterorum eſt? Niſi forte exauditum nõ eſse te quereris.Primum iſtud arrogãtis eſt impudẽtię, mereri ſolum velle,quod multis etiam ſanctis negatũ noueris,cum ſcias quia non eſt perſonarũ acceptor deus. Nã & miſericors deus, tamen ſi ſemper exaudirẽt omnes,non iam ex voluntate libera,ſed ex quadam velut neceſsitate facere videretur. Deinde cum omnes rogẽt ſi exaudiret omnes,nemo ergo moreretur. Pro quãtis quotidie rogas? Nunquid conſtitutio dei contemplatio ne ſoluenda eſt tui? Cur ergo non impetratum aliquãdo doles, quod nõ ſemper impetrabile eſse cognoſcis?
4.Eſd.10 Stulta,inquit,ſuper omnes mulieres:nonne vides luctũ noſtrũ,&quæ nobis contigerunt, quoniam Sion mater
I noſtra omniũ in triſtitia contriſtatur,& humilitate humiliata eſt? Lugete validiſsime & nũc,quoniam omnes lugemus:&triſtes eſtote,quoniã omnes contriſtati ſumus. Tu enim cõtriſtaris in fratrẽ. Interroga terram,& dicet tibi,quoniã hæc eſt quę debebat lugere tantorũ ſuperſtes germinũ,& ex ipſa,inquit,initio oẽs nati, & alij veniẽt,&ecce penes omnes in perditionẽ ambulãt, & in exterminiũ ſit multitudo eorũ. Et quis ergo debet lugere magis, niſi quæ tam magnam multitudinem perdidit,q̃ tu qui pro vno doles? Abſorbeat igitur noſtrum dolorem communis dolor,& acerbitatem proprij mœroris excludat. Nõ enim dolere debemus eos, quos cernimus liberatos, neq; enim ocioſe tã ſẽctas hoc tẽpore animas corporeis vinculis reminiſcimur abſolutas. Nãq; velut diuino iudicio tam graues viduas ita vno tẽpore defunctas videm9, vt profectionis quidã videatur exceſsus,nõ mortis occaſus,ne veterana emeritis ſtipẽdijs pudicitia dubium diu ſeruati pudoris incideret. Quos gemitus mihi,quos dolores tã acerba excitat recordatio? Etſi mœroribus non vacabam,tamen in ipſo dolore pmato,in ipſo tantorũ amiſso flore me ritorũ,communis quędã naturæ me cõditio ſolabatur, K
defixuſq; i vno dolor acerbitatẽ publici funeris domeſticę ſpecie pietatis obduxerat. Repete ergo ſacra ſcriptura ſolatia tua. Iuuat enim tuis præceptis,tuis ſententijs immorari. Quã facilius eſt cœlũ &terrã præterire, q̃ de lege vnũ apicẽ cadere? Sed iã audiamus quæ ſcripta ſunt. Nunc,inquit, retine apud temetipſum dolorẽ tuũ,&fortiter fer qui tibi cõtigerunt caſus. Si enim iuſtificaueris terminũ dei, & filiũ tuũ recipies in tẽpore, & in mulieribus collaudaberis. Si hoc ad mulierẽ,quã
* to magis ad ſacerdotem? Si de filio,nõ vtiq; abſurdum etiã de fratrũ amiſſione talia nemorari: quanq̃ ſi mihi fuiſset filius,nunq̃ eũ amplius dilexiſsem. Nam ſicut in obitu liberorũ effuſi labores, ſuſcepti fruſtra dolores mœrorẽ videntur augere,ita etiã in fratribus cõſuetudinis vſus atq; collegij,acerbitatẽ doloris accendunt. Sed ecce dicentẽ ſcripturam audio: Noli facere hunc ſermonem,ſed cõſenti perſuaderi. Qui enim fles caſus Sion,& cõſolare propter dolorẽ Hieruſalẽ. Vides enĩ quia ſancta noſtra cõtaminata ſunt,&nomẽ qđ nominatũ eſt ſuper nos,pene prophanatũ eſt, & iuuenes noſtri cõtumeliam paſsi ſunt,& ſacerdotes noſtri ſuccẽſi ſunt,& Leuitæ noſtri in captiuitate fuerunt,&mulieres noſtræ cõtaminatę ſunt, & virgines noſtræ vim paſsæ ſunt,&iuſti noſtri rapti ſunt, & paruuli noſtri proditi ſunt,&iuuenes noſtri ſeruierunt,& fortes noſtri inuali di ſunt. Et quod omniũ maius,ſignaculũ Sion', quoniã reſignata eſt de gloria ſua nunc, & tradita eſt in manibus eorum,qui nos oderunt. Tu ergo excute tuã multã triſtitiã,& depone abs te multitudinẽ dolorum,vt tibi repropitietur fortis,&requiem faciat tibi altiſsimus re
quietione dolorum. Ceſsabunt igitur lachrymę, parẽ- L
dum eſt enim remedijs ſalutaribus, quia debet aliquid inter fidos &perfidos intereſse. Fleant ergo qui ſpẽre ſurrectionis habere non poſsunt, quã ſentẽtiã dei eripit,ſed fidei inclementia. Interſit inter Chriſti ſeruulos,idolorumq; cultores,vt illi fleant ſuos quos in perpetuum exiſtimant interiſse,illi nullas habeant lachrymarũ ferias,nullã triſtitię requiẽ cõſequãtur,qui nullã putãt requiẽ mortuorũ: nobis vero quibus mors nõ natura,ſed vitæ iſtius finis eſt, quoniam in melius ipſa natura reparatur:flet9 omnes caſus mortis abſtergat. Certe ſi illi ſibi aliqua ſolatia repererunt,qui finem ſenſus M
defunctumq; naturæ mortem arbitrati ſunt:quãto magis nos, quibus meliora poſt mortem pręmia bonorũ factorum conſcientia pollicetur? Habẽt gẽtiles ſolatia ſua,quia requiem malorum omniũ mortem exiſtimãt. Et vt vitæ fructu carẽt,ita etiam carĩ eſse ſe putant omni ſenſũ &dolore pœnarum, quas in hac vita graues & aſsiduas ſuſtinemus. Nos vero vt erectiores præmio, ita etiam patientiores ſolatio eſse debemus. Non enim amitti, ſed pręmitti videntur, quos non aſsumptura mors,ſed ęternitas receptura eſt. Ceſsabũt ergo lachrymæ:aut ſi ceſsare nõ poterunt, in cõmunibus lamentis flebo te frater,&ſub dolore pudico domeſticos gemitus tegã. Nam ceſsare nõ poterunt, cum ad omnẽ ſonũ nominis tui lachrymæ ſurrepãt, vel cum vſus ipſe recordationem excitat,vel cum affectus imaginẽ repręſentat,vel cũ recordatio dolorẽ renouat. Quãdoenim dees qui tantis officijs repręſentaris? A des inq̃,&ſemp oſtẽderis, & toto te aſo ac mẽte cõplector, aſpicio,alloquor,oſculor,cõprehendo vel in ipſa quiete noctur na,vel in luce clara cũ reuiſere & ſolari dignatis mœrentẽ. Deniq; ipſæ iam noctes,quę quaſi moleſtiores vi uente te videbantur,qđ mutui conſpectus copiam denegarẽt, ipſe iam ſomnus colloquiorũ noſtrorũ dudũ interruptor inamabilis,dulcis eſse iã cœpit, quia te mihi reddidit. Nõ igitur miſerĩ,ſed beati, quorũ nec præſentia defecit,nec cura minuitur,& augetur gratia. Et enim ſomni ſimilis imago mortis. Quod ſi in quiete

nocturna vinculis adhuc corporeis inhærentes,&quaſi inter carceraria religatæ clauſtra membrorum poſsũt tamen animæ altiora & diſcreta perſpicere,quãto magis ſpectant hęc cũ iam puro ęthereoq; ſenſu nulla corporeæ labis impedimenta patiuntur? Meritoq; mihi eõ querenti vergẽte iã in occaſum die, quòd nõ reuiſeres quieſcentẽ,totus omni tempore indiuiduus affuiſti,ita vt illo perfuſus ſopore mẽbrorum,cum ego vigilarẽ tibi,tu viueres mihi, dicerem: Quid eſt mors frater? Nã certe nullis à me ſeparare momentis. Ita enim vbique præſto eras,vt quam in iſtius vitæ vſu habere copiã nequibamus,nunc nobis ſemper &vbiq; præſto ſit. Nam tunc vtiq; omnia præſto eſse nõ poterant,nec enim cõplexiones noſtræ conſpectuſq; & oſculorum corporalium ſuauitates locis omnibus &omnibus temporibus ſuppetebant. Animorum imagines ſemper nobiſcum erant,etiam quando non eramus vna, quæ ne nũc quidem occiderunt,aſsidueq; aduolant,quo maiore deſiderio,eo maiore copia. Teneo igitur te frater,nec mihi te aut mors aut tempus auellet. Ipſę dulces lachrymæ ſunt,ipſi fletus iucundi, quibus reſtinguitur ardor animi,&quaſi relaxatus euaporat affectus. Neque enim ſine te eſse poſsum,aut tui non meminiſse vnquam,aut meminiſse ſine lachrymis. O amari dies,qui interrũptã
B ſortem quietis &iudiuiduum mihi comitẽ perdidiſtis. Quas ederetis cruces niſi ſe offunderet imago præſentis,niſi viſiones animi repręſentarent,quẽ ſpecies corporis denegaret? Iam iam frater animo meo chariſsime, quanquam immaturo deceſseris obitu, beatus tamen qui iſta non ſuſtines,nec amiſsum fratrem mœre re compelleris,quem abſentem diu ferre non poteras, ſed recurſu celeri reuiſebas. Quod ſi tunc ſolitudinis meæ tædia repellere,mœſtitiam fraternæ mentis ableuare properabas, quanto nunc crebrius afflictum animũ debes reuiſere,& ex te conceptũ,per te lenire mœrorẽ? At mihi tamen dat aliquas officij vſus inducias, & obſequij ſacerdotalis intentio abducit animum. De ſancta vero ſorore quid fiet, quæ licet diuino metu pie tatem temperet, rurſus tamen ipſum pietatis dolorem ſtudio religionis accendit:ſtrata humi, & totum gremio ſui complexa tumulum, laborioſo teſsa inceſsu, triſtis affectu, dies nocteſq; mœrorem integrat. Nam licet fletum plerunq; ſermone ſuſpendat,in oratione renouat. Et quamvis ſcripturarum memoria conſolationes ſerentibus pręcurrat, flendi tamen deſiderium pre
C candi aſsiduitate compenſat, lachrymarum vbertatem tunc præcipue quando nemo interrumpere poſsit,inſtaurans. Ita quod miſerearis habes, quod reprehẽdas non habes. Flere enim in oratione virtutis eſt: &quanq̃ iſtud familiare virginibus,quibus mollior ſexus,tenerior affectus contuitu communis fragilitatis, in lachrymas etiam ſine domeſtici ſenſu doloris exuberat,tamẽ cum maior cauſa mœrendi eſt, finis mœroris excluditur. Deeſt igitur cõſolandi via, quia ſuppetit excuſandi gratia. Neq; enim poſsis ,phibere quod doceas,præſertim cum religionis aſtruat lachrymas,non doloris, &communis ſeriem deplorationis in metu pudoris ob texat. Conſolare ergo qui potes adire animum, penetrare mentem. Cernat te eſse pręſentem,ſentiat non eſ ſe defunctũ,vt cuius ſecura de merito,eius functa ſolatio,diſcat pro eo non graviter dolere,qui ſe admonuerit nõ dolendũ. Sed quid ego demoror frater,quid ex pectẽ vt noſtra tecũ cõmoriatur,&quaſi conſepeliatur oratio? Licet ipſa ſpecies & exanimis corporis forma ſoletur,oculoſq; manens gratia &permanens figura demulceat,nihil inquam moror. procedamus ad tumulũ ſed prius vltimum coram populo vale dico,pacẽ prędico,oſculũ ſoluo,pręcede ad illã cõmunem omnibus &debitã, ſed iam mihi præ cæteris deſiderabilem domum. Para hoſpiti conſortium,&quemadmodum hic D
omnia nobis fuere cõmunia, ita illic quoq; ius diuiduũ neſciamus. Ne quæſo cupientem tui diu deſeras,properantem expecta,feſtinantem adiuua,&ſi diutius morari tibi videbor,accerſi. Neq; enim vnquã prolixius abſuimus nobis, tu tamen ſolebas reuiſere. Nunc quoniã tu redire iam nõ potes,nos ad te ibimus, æquum eſt vt officium rependamus,ſubeamus vicem. Nunq̃ nobis fuit vitæ cõditio diſcretio, ſemper aut ſanitas aut egritudo communis,vt cum alter ægreſceret,alter incurret:cum alter reualeſceret, vterq; cõſurgeret. Quomodo ius noſtrum amiſimus? Et nunc conſortium ægritudinis fuit,quomodo mortis conſortium non fuit? Tibi nunc omnipotens deus innoxiam commendo animã, tibi hoſtiam meã offero,cape propitius ac ſerenus fraternum munus,ſacrificium ſacerdotis,hæc mei iam liba præmitto. In hoc ad te pignore venio,non pecunię ſed vitę pignore,ne me diutius reſidere facias tanti fœnoris debitorẽ. Nõ mediocris eſt fraterni amoris vſura,nec vilis naturæ ſors quam cumulauit incremẽtum virtutis. Poſsum ferre,ſi cito cogar exoluere.

Diui Ambroſij

EPISCOPI MEDIOLANEN.

DE FIDE RESVRRE-ctionis oratio.

SVPERIORE libro aliquid in E
dulciſsimo deſiderio,ne tanquã feruẽti plagę auſteriora adhibita medicamenta exaſperarẽt magis q̃ lenirent dolorẽ: ſimul quia fratrem ſæpius allocuti ſumus, & oculis tenebamus, abſurdum nõ fuerit relaxare pauliſper affectũ naturæ, quia lachrymis magis paſcitur, fletibus delinitur, ſtupore defigitur. Mollis enim & tenera ſpecies eſt formæ pietatis,nihil inſolens amat,nil immite,nil durum, ferendo autẽ probatur patientia q̃ reſiſtendo. Ergo qa dudũ dies mortis inter lachrymabiles aſpectus debuit animum inclinare fraternum qui totum tenebat, nunc quoniam die ſeptimo ad ſepulchrum redimus,qui dies F
ſymbolum futuræ quietis eſt,à fratre paululum ad cõmunem humani generis cohortationem iuuat deriua re mentem,intentionemq; transfundere,ita vt neq; totis ſenſibus defigamur in fratre,ne obrepat affect9: neque tantæ exules pietatis &gratiæ, cum quem diligim9 deſeramus,&vere ipſi nobis tanti doloris augeamu sin iuriam,ſi hodie nobis &in ſermõe moriatur. Vnde ꝓpoſuimus fratres chariſsimi, ſolati nos communi vſu, neq; durum putare quicquid vniuerſos manet, & ideo mortem non eſse lugendam. Primum,quia communis ſit,&cunctis debita. Deinde, quia nos ſæculi huius abſoluit ærũnis. Poſtremo, quia ſomni ſpecie vbi ab iſti9 mundi labore requietum ſit, vigor nobis viuacior refundatur. Quẽ dolorẽ nõ ſoletur reſurrectiõis gratia? quẽ non excludat mœrorem, ſi credas nil perire morte,imo ipſius celeritate fieri mortis plus perire ne poſſit? Erit ergo fratres chariſsimi,vt in adhortatione cõmuni etiam fratri noſtro pẽdamus affectum, nec ab eo longius deuiaſse videamur,ſi per reſurrectionis ſpẽ,& futuræ gloriæ ſuauitatem etiam in ſermone nobis hodie reuiuiſcat. Ordiamur igitur ab eo,vt lugendum nobis noſtrorum obitum non eſse doceamus. Quid enim abſurdius,q̃ vt id quod ſcias omnibus eſse præſcriptũ, quaſi ſpeciale deplores? Hoc eſt animum ſupra condi-

G tionem extollere,legem non accipere,commune natu
ræ consortium recusare,mente carnis inflari, & carnis
ipsius nescire mensuram. Quid absurdius q̃ nescire qui
sis,affectare qđ non sis? Aut quid imprudentius, quod
futurum scias,id cum acciderit,ferre no posse? Natu-
ra ipsa nos reuocat, & huiusce modi mœroribus quadã
sui collatione subducit. Quis est autem tam grauis lu-
ctus,aut tam acerbus dolor,in quo non interdum rela-
xetur animus? Habet hoc natura,vt q̃uis homines in tri
stibus rebus sint,tamen,si modo homines sunt, à mœ-
rore mentem paulisper abducant. Fuisse etiam quidam
feruntur populi,qui ortus hominum lugerẽt, obitusq;
celebrarent. Nec imprudenter. Eos enim qui in hoc vi
tæ salum venissent,mœrendos putabant: eos vero qui
ex istius mũdi procellis & fluctibus emersissent, nõ in-
iusto gaudio prosequendos arbitrabantur. Nos quoq;
ipsi natales dies defunctorum obliuiscimur, & eũ quo
obierint diem celebri solennitate renouamus. Non est
grauis subeũdus mœror secundum naturam, ne aut ex-
cellentiorem aliquam naturæ exceptationem nobis ar
rogare videamur, aut communem recusare. Etenim
mors æqualis est omnibus, indiscepta pauperibus, indi
scepta diuitibus. Et ideo licet per vnius peccatũ, in om
nes tamen pertransiuit: vt quem generis non refugimus
autorem, nõ refugiamus & mortis: & sit nobis sicut per
vnum mors, ita per vnum etiam resurrectio, nec recu
H semus ęrumnam, vt perueniamus ad gratiã. Venit enim
Luc.19 vt legimus, Christus saluum facere quod perierat, sed
vt non solum viuorum, sed etiam mortuorum domine
tur. Lapsus sum in Adam, de paradiso eiectus in Adam,
mortuus in Adam: quem reuocaret nisi me in Adã in-
uenerit, vt in illo culpæ obnoxium, morti debitum, ita
in Christo iustificatum? Si ergo debitum mortis est, so
lutio debet esse tolerabilis. Sed hic locus posteriori-
bus partibus referuandus. Nunc propositum est asse-
rere mortem grauiori non debere esse mœrori, quod
eũ natura ipsa respuat. Deniq; Lyciorum feruntur es-
se præcepta, quæ viros iubeant muliebrem vestem in-
duere, si mœrori indulgeant, eò quòd mollem & effœ-
minatum iudicauerint in viro luctũ. Deforme est enim
eos qui pro fide, pro religione, pro patria, pro æquita-
te iudicij, atq; intentione virtutis obuium morti debẽt
pectus offerre, mœrere in alio grauius, qđ in se fi causa
exegerit, expetendum est. Nam quemadmodum potes
in te non refugere, quod impatientius alijs doleas ac-
cidisse? Depone mœrorem si potes, include si non po-
tes. Aut absorbendus omnis, aut premendus est dolor.
I Cur enim mœstitiam tuam non ratio potius q̃ dies le-
niat? Nam quod obliteratura est temporis series, meli9
prudẽtia mitigabit. Quin etiam hoc ipsum irreligio-
sum puto erga ipsorum memoriã quos dolemus amis-
sos, vt obliuisci eorum malimus, q̃ consolatione mul-
ceri: aut cum horrore reminisci, q̃ meminisse cum gra
tia: recordationem timere, quorum imago debeat esse
voluptati, diffidere potius quàm sperare de meritis de
functorum, & pœnæ addictos, q̃ immortalitati debito
quos dilexeris æstimare. Sed dicis: Quos diligebamus,
amisimus. Nonne hæc nobis cum ipso mundo elemẽ-
tis quæ communia sunt, quia ad tempus credita in per-
petuum tenere non possumus? Gemit terra sub aratris,
imbribus cæditur, tempestate cõcutitur, stringitur fri-
gore, sole torretur, vt fructus annuos fœta parturiat: &
cum se vario flore vestierit, exuitur proprio, & spolia-
rur ornatu. Quantos hæc raptores habet, nec fructum
suũ queritur amissum, quem ideo generauit vt amitte
ret, nec in posterum negat, quem sibi meminit auferen
dum. Cœlum ipsum non semper stellarum micantium
globis fulget, & quasi quibusdam insignitur coronis.
Nõ semper ortu lucis albescit, radijs solis irrutilat, sed
assiduis vicibus ille quidam mundi vultus gratissimus
humenti noctium caligat horrore. Quid gratius lu- K
ce? Qui sole iucundius, qui quotidie occidit? Decessisse
tamen hæc nobis nõ molestè ferimus, quia repræsumi-
mus. Doceris in his quã in tuis debeas exhibere patien
tiã. Si superiora tibi occidũt, nec dolori sunt: cur si oc
ciderint humana, doleãtur? Sit tamen patiẽs dolor, sit
in tristib9 mod9 qui exigitur in secũdis. An si immode
rate gaudere nõ cõuenit, lugere cõuenit? Nõ enim me
diocre malũ est immoderatio doloris, aut metus mor
tis. Quãtos ad laqueum impulit, armauit ad gladium,
vt in eo ipso amentiã suã proderẽt, mortẽ nõ ferentes,
& mortẽ appetẽtes, & quod pro malo fugerẽt, pro re
medio ascisserent: qui quoniam consentaneum natu-
ræ suę ferre ac perpeti nequeunt, contrarium voti inci
dunt, vt ab his in perpetuũ separentur quos sequi desi
derauerunt. Sed hęc rara, quoniã natura ipsa reuocat,
etsi præcipitet amentia. Illud vero frequens in mulieri
bus, vt clamores publicos serant, quasi metuant ne ea-
rũ ignoretur erumna, vt illuuiẽ vestis affectẽt, quasi in
ea sit sensus dolendi, vt impexũ sordibus immadident
caput, vt postremo (quod plerisq; i locis vulgo fieri so
let) discisso amictu, diloricata veste secreti pudoris nu
da prostituant, quasi ipsum lenocinentur pudorẽ, quia L
pudoris sui præmia perdiderunt. Sic procaces oculi
prouocãtur vt concupiscant, vt amare incipiant mem
bra nudata, quæ si non aspicerent, non amarent. At-
que vtinã sordidata illa tegumenta corporis non spe-
ciem, sed mentem obnuberent. Latet plerunque sub
tristi amictu mentis lasciuia, & deformis horror ve-
stis obtexitur, vt secreta petulantium tegantur animo
rum. Satis pie virum luget, quæ seruat pudorem, non
deserit fidem. Hæc bene defunctis officia impendun-
tur, vt viuant in mentibus, in affectibus perseuerent.
Non amisit virum quæ exibet castitatem: non est vi-
duata coniugio, quę non mutauit nomen mariti. Nec
tu perdidisti hæredem quæ adiuuas cohæredem, sed
pro successore corruptibilium mutasti consortem im
mortalium. Habes qui tibi repræsentet hæredem, sol-
ue pauperi quod debetur hæredi, vt non solum mater
nę aut paternæ senectutis, sed etiam vitæ propriæ sit
superstes. Plus successori tuo relinques, si portio ei-
us non ad luxum præsentium proficiat, sed ad pre-
cium futurorum. Sed desideramus amissos. Duo sunt M
enim quę maxime angunt, aut desiderium eorum quos
amiserimus, sicut meo exẽplo metior: aut quod eos vi
tæ suauitate priuatos, ereptos laboris sui fructibus ar-
bitramur. Tenera enim amoris est titillatio, quę ex
improuiso affectum excitat, vt sedandi magis quã exclu-
dẽdi doloris facultas relinquatur: simul quia pium
videtur desiderare quod amiseris, & specie virtutis a-
dolescit infirmitas. sed cur tu putes patientiorem il-
lam esse debere quę dilectum ad peregrina dimiserit,
& militiæ gratia, vel susceptæ administrationis offi-
cio, vel negociandi vsu transfretasse compererit, quã
te qui non fortuito arbitrio derelinqueris, aut studio
pecuniæ, sed lege naturæ: Sed recuperandi tibi inter-
clusa spes quasi cuidam certa redeundi. Et plerun-
que dubia plus fatigant, vbi periculi metus integer:
grauiusque est timere ne acciderit, quam tolerare qđ
iam noueris accidisse. Aliud enim summam formi-
dinis coaceruat, aliud finem expectat doloris. An
dominis ius est quo decreuerint trãsferre mancipia,
deo non est? Sed non suppetit expectare remean-
tem, suppetit tamen præcedentem sequi. Et cer-
te breuis vitæ vsus nec illi multum videtur erispisse
qui ante præcesserit, nec te differre diutius qui reman
seris. Quod si desiderium tuum mitigare non pos-
sis, nonne tamen videtur indignum pro desiderij tui
studio rerum ordinẽ velle conuerti? Amantiũ ardẽtio
ra vtiq; desideria sunt, & tamen necessitatis contuitu

A tẽperãtur. Etsi dolẽt deseri, lugere tamẽ nõ solẽt. De-
stituti amare impatientius erubescunt. Ita patiẽtia desi
derij plus ꝓbatur. Quid autẽ de his loquar qui defun-
ctos putãt vitæ suauitate priuari? Nulla potest esse iucũ
ditas inter has vitæ nostræ amaritudines aut dolores,
quæ vel ex corporis ipsius infirmitate, vel extrinsecus
accidentiũ incõmoditate generãtur. Anxij enim sem
per, & ad ipsa lætitiæ vota suspensi quodam fluctuamus
incerto, sperantes dubia pro certis, incõmoda pro se-
cũdis, caduca pro solidis, nihil habẽtes potestatis in ar
bitrio, firmitatis in voto. At si aliquid cõtra voluntatẽ
acciderit, perditos nos putam9: plusq; aduersorũ dolo
re frangimur, q̃ secũdorum fructu potimur. Quib9 igi
tur carẽt bonis qui maioribus eripiũtur incommodis?
Valetudo credo bona plus adiuuat q̃ affligit mala, aut
opulẽtia plus delectat q̃ egestas afficit, aut filiorum ma
gis amabilis gratia, q̃ lugubris amissio, aut adolescẽtia
iucũdior, q̃ senectus tristior, quã plerũq; suorum tædet
votorũ, & optati pœnitet, vt doleat impetratũ qđ non
impetrare metuebat. Exilia vero, & cæterarũ pœnarũ
acerbitates quæ potest compẽsare patria, quæ voluptа-
tes, quæ etiã cũ sunt debilitantur tamen aut non inten-
dẽdi affectu, aut amittẽdi metu? Esto tamen maneat in-
offensus, immunis à doloribus, perpes in voluptatibus
vitæ cursus humanę: quid tamẽ cõmodi cõsequi potest
anima in istiusmodi corporis incluſa compaginibus, &
B quibusdã membrorũ angustijs coartata? Si caro nostra
carcerem fugit, si detestatur omne quicquid euagandi
facultatem negat, quæ vtiq; paruis vltra se audiendi vi
dendiq; excurrere videtur sensibus, quanto magis ani-
ma nostra corporeũ istud euadere gestit ergastulum,
quæ motu aereo libera nescimus quo vadat, aut vnde
veniat? Scimus tamen quod corpori superuiuat, & ea
iam depositis proprij sensus repagulis expedita libero
cernat obtutu quę ante sita in corpore non videbat.
Quod exemplo dormientiũ possumus æstimare, quo-
rum animi velut sepulto quiete corpore, ad altiora se
subrigunt, & renunciant corpori rerum absentium vel
etiam cęlestium visiones. Ergo si mors carnis & seculi
nos absoluat erumnis, vtiq; malum nõ est, quę liberta-
tem reflituit, & excludit dolorem. Hinc igitur nobis a-
doriendus disputandi locus, mortem malum non esse,
quia erumnarum omnium, malorumq; perfugium est,
& fida statio securitatis, ac portus quietis. Nunquid in
hac vita non experimur aduersa? Quas non procellas
tempestatesq; perpetimur? Quibus nõ exagitamur in-
commodis? Cuius parcitur meritis? Sanctus patriarcha
Israel profugus patria, fratre, parentibus, domum mu-
tauit exilio, stuprum filiæ, generi necem fleuit, famem
C pertulit, sepulturam defunctus amisit, transferri enim
ossa sua, ne vel mortuus requiesceret, obsecrauit. San-
ctus Ioseph odia fratrũ, insidias inuidorũ, seruulorũ
obsequia, mercatorũ, imperia, dominę petulãtiam, ma
riti inscitiã, carceris quoq; est expertus erũnam. Sanct9
Dauid filios amisit duos, vnum incestum, alterũ parri
cidam. Hos habuisse pudoris est, doloris est perdidis-
se. Amisit & tertiũ quẽ amabat paruulũ, hunc viuentẽ
adhuc fleuit, mortuũ non desiderauit. Sic enim legim9
2. Reg.12 quod ægrotante puero deprecabatur Dauid dominum
pro puero, & ieiunauit, & in cilicio iacuit, & astantibus
maioribus natu vt excitarent eũ de terra, nec surgen-
dũ sibi, nec cœnãdum putauit. Vbi vero defunctũ pue-
rũ cõperit, surrexit de terra, lauit illico, vnctus est, ve-
stimenta mutauit, adorauit dominũ, cibũ sumpsit. Cũ
hæc miranda suis pueris viderẽtur, infante viuẽte eum
ieiunasse, plorasse, quia iure arbitrabatur dominũ pos
se misereri, nec dubitandũ qđ vitã posset seruare viuẽ
tis, qui posset viuificare defunctos: iam vero obita mor
te quid ieiunaret, qui iam nõ posset reducere mortuũ,
exanimẽq; reuocare? Ego, inquit, ibo ad eũ, ipse autem
non reuertetur ad me, O maximũ solatiũ desiderantis. D
O vetũ sapiẽtis iudiciũ. O mitã patientiã seruientis, vt
nemo sibi aduersi aliquid accidisse indigne ferat, & cõ
tra meritũ suũ se queratur afflictũ. Quis enim tu es qui
de tuo merito ante pronũcies? Cur præuenire desideras
cognitorẽ? Cur eripis sententiã iudicaturo? Nec sanctis
istud permissũ est, nec à sanctis impune vnquã est vsur
patũ. Dauid se ꝓpterea flagellatũ suo carmine cõfite-
tur: Ecce ipsi peccatores & abũdantes in seculo, obti-
nuerũt diuitias. Ergo sine causa iustificaui cor meum, Psal.72.
& laui inter innocẽtes manus meas, & fui flagellatus to
ta die, & vindex meus in matutinũ. Petr9 quoq; quãuis
plenus fide deuotionis, tamẽ quia nondũ conscius no-
stræ infirmitatis præsumptiue dixerat domino. Animã
meã pro te ponã: tẽtationẽ præsumptionis, antequã ter Ioan.13.
tio gallus cãtaret incurrit: licet ipsa tentatio documen
tũ fuerit ad salutẽ, vt discamus nõ cõtẽnere carnis in-
firmitatem, ne cõtẽnendo tẽtemur. Si Petrus tentatus
est, quis præsumat, quis astruat se nõ posse tentari? Atq;
haud dubie ꝓ nobis tentatus est Petrus, vt in fortiore
nõ esset tentamenti periculum, sed ab illo disceremus
quẽadmodũ in persecutionibus resistentes etsi vitæ stu
dio tẽtaremur, tẽtationis tamẽ aculeũ patiẽtiæ lachry
mis vinceremus. Idẽ tamen Dauid, ne quẽ fortasis scri
pturarũ tenacẽ moueat factorũ diuersitas, idem inquã
Dauid parricidam mortuũ fleuit, qui nõ fleuerat inno- E
centẽ. Deniq; cũ ploraret & lugeret, dixit: Filius meus 2. Reg. 18
Absalon, filius meus absalon. Quis dabit mihi mortẽ
pro te? Non solum ergo fletur Absalon, fletur parrici-
da: non fletur incestus, sed etiam vindicatur, alter con
tẽptu regni, alter fratris exilio, fletur sceleratus, nõ fle-
tur dilectus. Quæ causa, quæ ratio? Non mediocris igi-
tur in prudentibus deliberatio, sapiẽtibus cõfirmatio.
Magna enim prudentię in tanta factorum diuersitate
cõstantia. Vna est fides: & illos mortuos fleuit, & flen-
dum infantem mortuum non putauit. Illos enim sibi
perisse credebat, hũc resurrecturum sperabat. Sed de
resurrectione posterius, nũc ad propositа reuertamur.
Præmisimus enim etiam sanctos viros grauia in hoc mũ
do & multa perpessos, sine suffragatione meritorum,
cum erumna laborũ. Vnde regreis9 ad se Dauid in po Psal.102.
sterioribus dicit: Memento domine quia puluis sumus, Psal. 143.
homo tanquam fœnum dies eius. Et alibi: Homo vani
tati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt.
Quid enim nobis miserius, qui tanquam spoliati & nu
di proijcimur in hãc vitã, corpore fragili, corde lubri
co, imbecillo aio, anxij ad solicitudinẽ, desidioſi ad la
borem, proni ad voluptates? Nõ nasci igitur longe op-
timũ, secundum sancti Salomonis sententiam. Ipsum
enim etiã qui sibi visi sunt in philosophia excellere, se F
cuti sunt. Nã ipse illis anterior, nostris posterior, ita in Eccle. 4.
ecclesiaste locutus est: ꝛt laudaui ego omnes defunctos
qui iam mortui sunt, magis q̃ viuentes quicunque vi-
uunt vsq; ad huc: & optimus super hos duos, qui nõn-
dum natus est, & qui non vidit hoc opus malum quod
factum est sub sole. Et vidi ego vniuersum laborẽ eo-
rum, & omnem virtutem operis huius, quia æmulatio
viro ab altero. ꝛquidem hoc vanitas, & præsumptio spi
ritus. ꝛt quis hoc dixit, nisi ille qui sapiẽtiam popoſcit
& impetrauit, vt sciret disꝓsitiones orbis terrarum, &
virtutem elementorũ anni cursus, & stellarum disꝓsi
tiones, non ignoraret naturas animaliũ, & iras collige
ret bestiarũ, vim ventorũ, & cogitationes hominũ de-
prehenderet? Quem igitur nõ latuerunt cælestia, quẽ-
admodũ laterent mortalia? Qui cogitationem mulie-
ris inuestigauit infantem vendicantis alienum, qui na-
turas animalium quas nõ acceperat, diuina tamen gra-
tia aspirãte cognouit: hic de sue cõditione naturæ quã
in se expertus est, errare aut mentiri potuit? Sed nõ so-
lus hoc sensit, etsi solus expressit. Legerat sanctum di-

Iob.3. xisse Iob: Pereat dies illa qua natus sum, & cognouerat, nascı, malorum omniū esse principiū: & ideo dicē qua natus est, perire optauit, vt tolleretur origo icōmodorum: & optauit perire diem generatiōis sue, vt diem resurrectionis acciperet. Audierat etiā Salomō dixisse
Psal.38. patrem suum: Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorū qui est, vt sciam quid desit mihi. Nouerat enim Dauid non posse id quod perfectum est, hic comprehendi, & ideo ad ea quæ sunt futu
1.Cor.10. ra properabat. Nunc enim ex parte scimus, & ex parte cognoscim⁹: tūc aūt id qđ perfectū est, poterit cōprehendi, cū reuelata facie nobis speculāde maiestatis æternitatisq; diuinæ cœperit relucere nō vmbra, sed veritas. Nemo tamē festinaret ad finem, nisi vitæ istius fugeret incōmoditatē, Et ideo etiā Dauid quare ad finē festinet, exposuit dicēs: Ecce veteres posuisti dies meos, & habitudo mea tāquā nihil ante te: verūtamē vniuersa vanitas oīs hō viuēs. Quid igitur videmur fugere? Vanitatē. Aut quid nos delectat in hoc seculo vane conturbari, thesaurū pecuniarum cōdere, & ignorare cui cōgregemus hæredi? Petamus amoueri à nobis plagas, eripi nos, & insipiēti seculo carere, de peregrinatione diuturna ad illam redire patriam & naturalē domū. In hac enī terra aduenæ sumus atq; peregrini: remigrādū eo vnde descendimus, ambiendū & obsecrādū nō perfunctorie, sed obnixe, vt à dolis & ab iniquitate loquaciū liberemur. Et ille qui remediū nouerat, prolongatū tamen suū ingemuit incolatū, & cum peccatorib⁹ & iniquis se habitare deplorat. Quid ergo faciam qui & peccatum habeo, & ignoro remediū? Hie-
Hiere.15. remias quoq; quod generat⁹ sit & ipse deplorat his verbis dicēs: Heu me mater, vt quid me peperisti virū cau sam dicentem iudicij? In omni terra nō profui, neque profuit mihi quisquā: virtus mea defecit. Si igitur sāc-
I ti viri vitam fugiunt, quorum vita etsi nobis vtilis, sibi tamen inutilis æstimatur: quid nos facere oportet, qui nec alijs prodesse possumus, & nobis vitam hanc quasi fœnebrem pecuniam vsurario quodā cumulo graue-scentem onerari in dies peccatorum cupimus? Quotidie morior, Apostolus dicit, melius quam illi qui meditationem mortis philosophiā esse dixerūt. Illi enim studium prædicarunt, hic vsum ipsum mortis exercuit. Et illi quidem propter se. Paulus autem ipse perfectus moriebatur, non propter suam, sed propter nostrā infirmitatem. Quid autem est mortis meditatio, nisi quę dam corporis & animæ segregatio? Qua mors ipsa non aliud quam corporis atq; animę secessio definitur. Sed hoc secundum communem opinionem. Secundū scripturas autem triplicem esse mortem accipimus. Vna est cum morimur peccato, deo viuimus. Beata igitur mors quæ culpæ refuga, domino dedita, à mortali nos separat, immortali nos cōsecrat. Alia mors est vitæ excessus, qua mortuus est patriarcha Abraham, patriarcha Dauid, & sepulti sunt cum patribus suis, cum anima nexu corporis liberatur. Tertia mors est de qua di
Mat.8. ctum est: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ea morte non solum caro, sed etiā anima moritur. Anima enim quæ peccat, ipsa morietur. Moritur enim dominō non naturæ infirmitate, sed culpæ. Sed hæc mors nō perfunctio huius est vitæ, sed lapsus erroris. Vna ergo est mors spiritalis, alia naturalis, tertia pœnalis. Sed nō quę naturalis, eadem pœnalis. Nō enim pro pœna, sed pro remedio dedit mortem. Denicq; adæ peccanti præ-
Gene.3. scriptum est aliud pro pœna, aliud pro remedio. Pro pœna dicitur: Quoniam audisti vocem vxoris tuæ, & manducasti de ligno de quo præceperam tibi ab hoc solo ne manducares, maledicta terra in operibus tuis, manducabis fructum eius omnibus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & edes pabulum agri tui. Cum sudore vultus tui māducabis panem tuum, donec reuertaris in terrā de qua assumptus es. Habes pœ- K
narū ferias, quia aduersus spinas seculi huius, & solicitudines mundi, voluptatesq; diuitiarū quæ verbū excludunt, pœnā includunt, mors pro remedio data est, quasi finis malorum. Non enim dixit, Quoniā audisti vocē mulieris, reuerteris in terrā. Hæc enim esset pœnalis sententia, qnēadmodum est illa: Maledicta terra, spinas & tribulos germinabit tibi. Sed dixit: Manducabis panem tuū in sudore, donec reuertaris in terrā. Vides mortē magis metā esse nostrarū pœnarū, qua cursus huius vitæ inciditur. Ergo mors nō solum malū nō est, sed etiā bonum est. Deniq; pro bono quęritur, sicut scriptū est: Quęrūt homes mortē, & nō inueniēt eā. Quę Apoc.9.
rūt enī illi qui dicturi sunt mōtibus. Cadite super nos: & collibus, operite nos. Quæret etiā aīa illa quæ peccat. Quærit diues ille posit⁹ in inferno, qui vult digito Lazari refrigerari linguā suam. Videmus itaque quod & mors hæc lucrū est, & vita pœna est. Vnde & Paulus
Philip.1. ait: Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. Quid est Christus, nisi mors corporis, spiritus vitæ? Et ideo cōmoriamur cū eo, vt viuamus cū eo. Sit quidam quotidianus vsus in nobis affectusq; moriendi, vt per illam quam diximus segregationē à corporeis cupidita
L tibus anima nostra se discat extrahere, & tanquam in sublimi locata quo terrenæ adire libidines, & eam sibi glutinare non possint, suscipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat. Repugnat enim lex carnis legi mētis, & eam legi erroris addicit, sicut Apostol⁹ re
Rom.7. uelauit dicens: Video enim legē carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati. Omnes impugnamur, omnes sentimus, sed non omnes liberamur. Et ideo infœlix ego hō, nisi remediū quæram. Sed quod remedium? Quis me liberabit de corpore mortis? Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Habemus medicum, sequamur remediū. Remediū nostrum, Christi gratia: & corpus mortis, corpus est nostrū. Ergo peregrinemur à corpore, ne peregrinemur à Christo: etsi in corpore sumus, tamen quæ sunt corporis non sequamur, nec deseramus iura naturę, sed dona gratiæ præoptemus. Dissolui enim, & cum Christo esse, multo melius: permanere autem in carne magis necessariū propter vos: sed nō omnibus necessarium: Domine Iesu, nō mihi, qui nulli vtilis sum. Nam mihi lucrum est mori, ne plura peccem. Lucrum mihi est mori, q ipso libro quo alios cōsolor, quasi vehemē tiori monitore ad desiderium amissi fratris impellor, quoniā me ei⁹ nō finit obliuisci, nūc magis amo, & vehemētius desidero. Desidero cū loquor, desidero cum
M relego: & ideo hoc potius scribendū arbitror, ne quā- do ab eius recordatione diuellar. Quod nō contra scripturas facio, sed cum scripturis sentio, vt patiētius doleam, impatientius desiderē. Prestitisti mihi frater ne mortē timerē, atq; vtinam moriatur anima mea in anima tua. Hoc enim sibi Balaā pro maximo bono optat donatus spiritu prophetandi. Moriatur, inquit, anima mea in animis iustorū, & fiat semen meum sicut semen iustorum. Et vere hoc secūdum prophetiā optat. Qui enim viderat ortū Christi, vidit eius triūphalem mortem, vidit in eo perennem hominū resurrectionem, & ideo mori non timet resurrecturus. Non moriatur ergo anima mea in peccato, ne peccatum in se recipiat: sed moriatur in anima iusti, vt eius recipiat equitatem. Deniq; qui moritur in Christo, fit eius gratiæ particeps in lauacro. Non ergo formidabilis mors: nec amara egentibus: nec gratiosa diuitibus: nec iniusta seniorib⁹: nec ignaua fortibus: nec perpetua fidelibus: nec improuisa sapiētibus. Quā multi enī vitā solo mortis stimulo cōsecrarunt, quātos viuere puduit, mori profuit? Morte vnius plerūq; accepimus maximos populos liberatos. Morte Imperatoris fugatos exercitus hostiū, quos

A viuus vincere nequiuisset. Morte martyrū religio defensa, cumulata fides, ecclesia roborata est, victi sunt persecutores sunt. Itaq; quorum vitam nescimus, horū mortē celebramus. Vnde & Dauid prophe
Psal.115. tice gloriatus in suæ mētis excessu, Preciosa, inquit, in cōspectu domini mors sanctorū ei⁹. Mortē maluit præferre q̄ vitā. Ipsa mors martyrū, præmiū vitæ est. Morte etiā inimicorū odia soluūtur. Quid plura? Vni⁹ morte mundus redēptus est. Potuit enim Christus nō mori si voluisset. Sed neq; refugiendā mortē quasi ignauam putauit, neq; meli⁹ nos q̄ moriēdo seruasset. Itaq; mors eius vita est omniū. morte eius signamur, mortem eius orantes annunciamus, mortē eius offerentes prædicamus, mors eius victoria eius, mors eius sacramentū est, mors eius annua solennitas mūdi est. Quid prætera de eius morte dicamus, cū diuino probemus exēplo quia immortalitatē mors sola quæsiuit, atq; ipsa se mors redemit? Non igitur mœrēda mors, quę causa salutis est publicæ, nō fugiēda mors, quā dei filius nō dedignatus est. Nō refugit, nō resoluendus est ordo naturę. Quod enim cōmune est omnibus, exceptū singulis esse nō potest. Et mors quidē in natura non fuit, sed conuersa in natura est. Nō enim à principio deus mortem instituit, sed pro remedio dedit. Et cōsideremus ne videatur es se contrariū. Nam si bonum est mors, cur scriptum est quia deus mortē non fecit, sed malitia hominum mors introiuit in orbē terrarum. Reuera enim mors diuino
B operi necessaria nō fuit, eū in paradiso positis bonorū omniū iugis esse nō liceret, sed præuaricatione dānata in labore diurno gemituq; intolerando vita homi nū cœpit esse miserabilis, debuit dari finis malorū, vt mors restitueret qđ vita amiserat. Immortalis enim oneri poti⁹ q̄ vsui est, nisi aspiret gratia. Et si bene discutias, nō naturæ mors ista est, sed malitiæ. Manet enī natura, malitia moritur. Resurgit quod fuit; atque vtinā vt peccādi liberum, ita vacuum culpæ prioris. Sed hoc ipsum iudicio est mortē nō esse naturæ, quia idem erimus qui fuimus. Itaq; aut peccatorū nostrorum suppli cia pendemus, aut bene gestorū gratiā consequemur. Resurget enim natura eadē, iam stipendijs mortis ho-
1.Thes.4 norator. Deniq; mortui qui in Christo sunt, resurgūt primi, deinde & nos qui viuimus, inquit, simul cū illis
C rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera; & ita semper cū domino erim⁹. Illi primi, viuentes aūt secundi. Illi cum Iesu, viuētes per Iesum. Illis dulcior vita post requiem viuentibus, etsi grata compendia, tamē ignorata remedia. Nihil est igitur quod in morte timeam⁹, nihil; quod debeamus dolere, si aut naturę repetēti vita quæ accepta est rependatur, aut petenti impendatur officio, in quo religionis cultus, aut virtutis vsus est.
Neq; enim quisq; sibi vt sic maneret optauit. Ioāni pro missum æstimatū est, sed nō est ereditum. Verba tenemus sententiā deriuamus. Ipso in libro negat sibi quod nō moreretur esse promissū, ne quē vana spes exēplo inceleret. Quod si id velle, spes insolēs est: quāto insoleti⁹ est, qđ nō præter modū acciderit, vltra modū dolere? Gētiles plerūq; se cōsolātur viri vel de cōmodita te erūnæ, vel de iuræ naturæ, vel de immortalitate animæ: quibus vtinā sermo constaret, ac nō miserā animā in varia portentorū ludibria formasq; transfunderēt. Quid igitur nos facere oportet, quorū stipendium resurrectio est, cuius gratiā quoniā negare plerisq; nō possunt, fidem abnuunt? Et ideo nō vno argumento aliquo sed pluribus modis vt possumus astruamus. Equidem omnia aut vsu, aut ratione, aut exēplo, aut eo quia decorū sit ea esse, ideo creduntur, & ad finem singula suffragantur. Vsus, quia mouemur. Ratio, quia quod mouet, virtutis alterius cōueuit æstimari. Exemplum quia generauit ager fruges, & ideo generatorū esse præsumimus. De quorū gratia vbi fructū nō putamus, decere tamē credim⁹ vt virtutis opera minime deseramus. D
Singula igitur singulis astruūtur. Tribus tamē euidēti⁹ colligitur resurrectiōis fides, quib⁹ oia cōprehēdūtur: ratiōe, vniuersitatis exēplo, testimonio rei gestæ, quia plurimi surrexerūt. Ratio cuidens est, quia cū oīs vitæ nostrę vsus in corporis aīæq; consortio sit, resurrectio aūt aut boni act⁹ præmiū habeat, aut pœnam improbi, necesse sit corp⁹ resurgere cui⁹ act⁹ expēditur. Quomodo enī in iudiciū vocabitur aīa sine corpore, cū de suo & corporis cō tubernio ratio præstanda sit? Resurrectio oīb⁹ erit, sed ideo difficile creditur, quia nō nostrū meritū, sed dei mun⁹ est. Prima igitur resurrectionis fides vsus est mūdi, rerūq; status omniū, generationū series, successionū vices, obitus ortusq; signorum, diei & noctis occasus, eorumq; quotidie tanq̄ rediuiua successio. Tēperamēti quoq; genitalis huius aliter ratio subesse nō posset, nisi humoris ipsius quo oīa terre na generātur, quātū diurni solis æstus extorreret, tātū rore nocturno dispositio diuina repararet. Nā quid de fructib⁹ loquar? Nōne tibi videtur occidere cū decidūt, resurgere cū reuirescūt? Qđ satū ē resurgit, resurgit qđmortuū ē, & in eadē genera, i eadē species refor matur. Hos terra primū reddidit fruct⁹, i his primū natura nostræ speciē resurrectiōis imitata est. Quid dubi tas de corpore corpus resurgere? Granū seritur, granū resurgit: pomū decidit, pomū resurgit. Sed flore granū induitur, folliculoq; vestitur. Et hoc mortale opor 1.Cor.15.
tet induere imortalitatē, & hoc corruptibile induere incorruptionē. Flos resurrectiōis imortalitas est. Flos resurrectiōis incorruptio est. Quid enī vberius quiete ppetua? Quid locupletius securitate diuturna? Hic est multiplex fruct⁹, cui⁹ puetus pullulat fœcūdior homi E
nū natura post mortē. Sed miraris quēadmodū putre facta solidētur, dispersa coeāt, absumpta reparētur: nō miraris quēadmodū semina vapore & cōpressu terræ soluta viridescāt. Nā vtiq; etiā ipsa terreno cohalitu putrefacta soluūtur, & cū occata soli genitalis succus animauerit, quodā calore vitali spiritū quendā herbæ viridātis exhalāt. Deinde paulatim tenerā spicę adolescentis ætatē culmo erigit, & vaginis quibusdā natura tāq; sedula mater inclusit, ne pubescētem glacies adurat aspera, atq; à nimio solis defendat ardore. Frugem quoq; ipsam adhuc quasi primis erūpentē cunabulis, mox adultam, ne pluuia decutiat, ne aura dispergat, ne auiū minorū morsus interimat, vallo aristarum sepire consuenit. Quid igitur miraris si hoīes quos acceperit terra restituat, cū feminū genera quæ cū vi susceperit, viuificet, erigat, vestiat, muniat, atq; defendat? Desine ergo dubitare qđ depositū generis humani terræ si des reddat, quæ cōmēdata sibi semina vsurario quodā fœnore multiplicata restituat. Nā quid de generib⁹ arborū loquar, quæ posito surgūt de semine, fructusq; resolutos rediuiua fœcūditate resuscitāt, & formæ veteri atq; imagini suæ reddūt, multasq; ætates quædā arborū F
corpora reparata trāsmittūt, vt ipsa durādo vincāt secula? Putrescere videm⁹ acinū, vitē resurgere: surculus inseritur, arbor renascitur. An de reparādis arboribus diuina est, puidētia, de hoīb⁹ nulla cura? Et qui ea quæ ad vsus hoīm dedit, perire nō passus est, hoīem perire patietur, quē ad imaginē sui fecit? Sed incredibile tibi videtur vt mortui reuiuiscant. Insipiens tu, ipse qđ seminas, nōne pri⁹ moritur, vt viuificetur? Sere quēlibet fructū arētē, resuscitatur. Sed habet succū: & nostrum corp⁹ habet sanguinē suū, habet humorē suū, hic nostri succ⁹ est corporis. Vnde illud quoq; explosū arbitror, qđ arētē surculū quidā reuiuiscere negāt, idq; ad

G morē ſufficit. Num igitur ihoīb⁹ terra degenerat,que oīa regenerare cōſueuit? Vnde claret nō eſſe dubitādū qđ ſecūdū naturā magis ſ̄ cōtra naturā eſt iterire. Sequitur illud qđ gētiles plerūq; putabat, quō fieri poſſit vt quos mare abſorbuerit,feræ dilacerauerint, beſtiæ deuorauerint,terra reſtituat? Quo ita demū veniatur neceſſe eſt,vt nō de fide reſurrectiōis, ſed de parte dubitetur. Eſto enī vt laceratorū corpora nō reſurgāt,reſurgunt cæteri. Nec reſurrectio deſtruitur ſi cōditio excipitur. Miror tamē cur vel de his dubitādū putēt, quaſi nō oīa quæ ex terris ſūt,ī terrā redeāt,& ī terrā reſoluātur. Mare quoq; ipſū quæcūq; corpora hūana demerſerit,vicinis expuit vnda plerūq; littoribꝰ. Qđ ni ita eſſet,difficile credo deo foret diſperſa cōnectere, diſſipata ſociare,cui mūdꝰ obtēperat, muta obſequūtur elemēta,ſeruit natura:quaſi non maioris miraculi ſit limū aſare ſ̄ īngere? Auis ī regiōe Arabię, cui nomē eſt Phœnix,reduuio ſuæ carnis humore reparabilis,cum mortua fuerit reuiuiſcit.Solos non credimꝰ hoīes reſuſcitari? Atqui hoc relatiōe crebra,& ſcripturarū autoritate cognouimꝰ,memoratā auē quingētorū annorū ſpatia vitali vſui habere præſcripta, cāq; cū ſibi finē vitæ adeſſe præſaga quadā naturæ ſuæ æſtimatione cognouerit,thecā ſibi de thure & myrrha & cæteris odoribꝰ adornare, cōpletoq; opere pariter ac tēpore ītrare illā,atq; emori,ex cuiꝰ humore oriri vermē, paulatiq; eū in auis eiuſdē figurā cōreſcere,vſūq; formari,ſubH nixā quoq; remigio pēnarū renouatę vitę officia munere pietatis ordiri. Nā thecā illā vel tūmulum corporis, vel ſ̄ incunabulū reſurgētis,ī qua deficiēs occidit,& occidēs reſurrexit,ex Aethiopia ī Lycaoniā vehit, atq; ita reſurrectiōe auis huius locorū incolę cōpletū quingētorū annorū tēpꝰ intelligūt. Ergo iſti aui quingentenſimus reſurrectiōis annꝰ eſt,nobis milleſimus. Illi ī hoc ſeculo,nobis in cōſummatiōe mūdi.Plericq; etiā opinātur qđ auis hæc rogū ſibi ipſa ſuccēdat, & rurſus de ſa uillis ſuis & cineribus reuiuiſcat.Sed fortaſſe natura diſcretior,fideiq; quoq; diſcretionē videatur afferre.In originē principiūq; hoīs ,creandi mens noſtra redeat. Viri eſtis,fœminæ eſtis:quæ humana ſunt, nō ignoratis:& ſi qui ignoratis,ex nihilo putatis eſſe quod naſcimur,q̄ ex paruo quāti exurgimus? Etſi nō exprimimꝰ, intelligimus tamen quid velimus, vel potius quid nolimus dicere.Vnde hoc caput,& vultus iſte mirabilis, cuius artificē nō videmus,opus videmus, in varia officia vſuſque formatur?Vnde forma erectior, ſtatus excelſior,faciēdi vis,ſētiēdi viuacitas, gradiēdi facultas? Ignota certe nobis ſūt naturæ organa,ſed nota miniſteI ria. Et tu ſemē fuiſti, & tuū corpꝰ ſemē ē reſurrecturi,
1. Cor.15. Audi Paulū,& diſce quia ſemē es.Seminatur in corruptiōe,ſurgit ī incorruptiōe. Seminatur in ignobilitate,ſurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurgit in virtute.Seminatur corpus aīale, ſurgit corpus ſpiritale. Et tu ergo ſeminaris vt cætera,quid miraris ſi reſurgis vt cætera?Sed illa credis quia vides, iſta non credis quia nō vides.Beatiores qui nō viderūt,& crediderūt. Tamen anteq̄ tēpus veniat,nec illa creduntur, non enī omne tēpus accōmodum ad reſuſcitanda ſemina. Alio triticū ſeminatur,alio naſcitur:alio vitis inſeritur,alio gēmantia ſarmenta pubeſcūt, luxuriat pampinus, vua formatur,alio plantatur olea,alio velut aluo grauis & onuſta ,ple baccarū fructꝰ ſui vbertate curueſcit. Ante vero q̄ ſuum cuiq; tempus aduenīat,fœtura reſtrictior eſt:nec generatiōis ætatē habet in poteſtate generandi ipſa quæ generat. Nunc informē ſitu, nūc fœtuum nudum,nunc virentē floribus nunc carentē ipſam omniū cernas parentē:quæ vtiq; vellet oībus ſe veſtire tēporibus, nec vnq̄ aurea ſegetum aut viridantia pratorum indumenta deponere,ipſa ſui egens, & prouentuū ſuorum quæ in alios transfuderit,indotate cōpendijs. Ergo & noſtrā reſurrectionē etſi nō credis fide,non creK dis exēplo:vſu es creditur⁹. Et alijs quidē fructib⁹, vt viti oleę pomiſq; diuerſis,anni ętas extrema habilis matūrādis:nobis quoq; mūdi cōſummatio tanq̄ extremus anni finis accōmodā reſurgēdi præſcribit ætatē. Et bene in cōſummatiōe mūdi reſurrectio mortuorū eſt, ne poſt reſurrectionē in hoc malū nobis eſſet ſeculū recidēdū. Ideo enī Chriſtꝰ eſt paſſꝰ,vt nos ex hoc malo ſeculo liberaret, ne iterū nos huiꝰ ſeculi tētamēta ſubruerēt,& obeſſet renaſci,ſi renaſceremur ad culpā. Et ratione igitur reſurrectiōis,& tēpꝰ tenemus. Rationē,qa in oībus ſibi fœtibus æque natura reſpōdet: nec in ſola hominū ſucceſſiōe degenerat tēpꝰ, quia oīa in anni fine generātur. Mūdi tēpora,annus vnus eſt. Et quid mirū ſi annus vnus eſt,quādo dies vna eſt? Vna enim die
Mat. 22. dominꝰ operarios cōduxit ad vineā,dicens. Quid hic ſtatis tota die ocioſi?Cauſę originū ſemina ſunt. Semē eſſe corpꝰ humanum, gentiū doctor aſſeruit. Eſt ergo ſubſtātia reſurgēdi,quādo eſt ſeries ſeminādi.Quod ſi ſubſtātia aut cauſſa non eſſet,arduū quiſq̄ putaret deo vnde vellet,vel quomō vellet hoīes regenerare, q mūdum ex nulla materia,nulla ſubſtantia eſſe iuſſit, & faPſal.148. ctꝰ eſt?Gelū aſpice,terrā ituere.Vnde ſtellarum ignes? Vnde orbis ſolis & radius,globus lunæ? Vnde montiū vertices,dura ſaxorū,nemoroſa ſyluarū? Vnde vel diffuſus aer,vel infuſæ vel ſuperfuſę aquæ? Sed ſi hæc oīa deus fecit ex nihilo,Ipſe enim dixit, & facta ſunt: ipſe L mandauit,& creata ſunt:cur miremur renaſci poſſe qđ fuerit,cū videam⁹ natum eſſe quod nō fuit? Illud mirum,quod cū reſurrectionē nō credāt,tamen ne genus pereat hominū,clementi quadam benignitate proſpiciunt,& ideo tranſire ac demigrare in corpora dicunt animas,ne mūdus intereat. Sed quid ſit difficilius, ipſi aſſerant,tranſire animas,an redire: ſua repetere,an noua quærere.Sed illi dubitēt qui nō didicerūt, nos vero q̄ legim⁹ legē,,pphetas, apoſtolos, euāgeliū, dubitare fas nō eſt.Quis enim dubitet eū legit,Et in tēpore illo, Danie.12 ſaluabitur oīs plebs tua quæ ſcripta eſt in libro, & multi dormiētiū in terræ ſoſu vna apertiōe exurgēt, hi in vitam æternā, & hi in opprobriū & in confuſionē ppetuam:& intelligētes ſplendebūt vt ſplendor firmamēti,& ex iuſtis multi ſicut ſtellæ in ſecula?Bene itaq; dormientiū dixit quietem,vt intelligas mortē nō eſſe ppetuā, quæ ſomni vice inititur ad tēpus,& ad tēpus excludit.Meliorēq; profectū vitæ eius oſtēdit quę futura poſt mortē eſt,q̄ eius quę ante mortē mœrore ac dolore tranſigitur.Siquidē illa ſtellis cōparatur,hæc erūnę addicitur. Nā quid illa cōtexam quę alio loco ſcripta ſunt,Suſcitabis me,& cōfitebor tibi? Quid etiam illud qđ Iob ſanctus vitæ iſtius expertus iniurias, & aduerſa oīa patientia virtutis exuperās,cōpenſationē ſibi malorum preſentiū de reſurrectione ,miſit dicens, Suſcitabis corpꝰ meum hoc,qđ multa mala paſſum eſt?Eſaias quoq; reſurrectionē populis annūciās, dominici ſe nū M ciū dixit eſſe reſpōſi.Sic enī habes,Os enī domini locutū eſt. Et dicēt die illa. Quid igitur os domini locutū Eſaię.26. ſit populos eſſe dicturos,ī poſteriorib⁹ declaratur,vbi ſcriptū eſt.Propter timorē tuū ī vtero accepim⁹ & peperimus ſpiritū ſalutis tuæ, quē effudiſti ſuper terrā: cadent qui inhabitant terrā, reſurgent qui in monumētis ſunt.Ros enim qui abs te eſt,ſanitas eſt illis:terra vero impiorū peribit. Ambulate populus meus, & intra in receſſus tuos. Abſconde te aliquātulū donec trāſeat ira dei.Quā bene receſſus eſſe ſignauit tumulos mortuorū,quib⁹ pauxillulū abſcōdimur, vt in iudiciū dei qđ ,p noſtris ſcelerib⁹ ius debitæ īdignatiōis aſſumet, tolerabilius trāſire poſsim⁹. Viuit igitur q abſcōditur, & quieſcit quaſi e medio ſe ſubtrahēs & recedēs,ne eū arctioribus laqueis mūdi huius inuoluat erūna, quibus repoſitam reſurrectionis eſſe letitiā,ſanitatemq; corpo

A rum ſolutorū diuino rore reparabilē,cæleſtia oracula ,pheticis vocib⁹ pollicētur. Et beneros ſignificatur. quo genitalia oīa terrarū ſemina ſuſcitātur. Quid igitur mirū ſi fatiſcētis quoq; corpis noſtri cineres ac fauillæ pinguedine cæleſtis roris exuberāt,& accepto humore vitali in cōpagem ſuā mēbrorū noſtrorū habitus reformātur?Dicit etiā ſanctus Ezechiel ,ppheta & plena expoſitiōe deſcribit quēadmodū arētib⁹ vigor oſsibus refundatur,ſenſus redeat, motus accedat, neruiſq; redeuntibus corporis cōpago rigeſcat humani: quēad modū nimis arida renatis oſsa viſcerib⁹ veſtiantur,venarūq; hiatus & ſanguinis riuulos extētæ cutis velamē obducat.In ipſis,dū legimus,,pheticis ſermonib⁹,humanorū videtur ſeges corporū rediuiua cōſurgere, at q; ipſa ſpatia diffuſa cāporū nouis videas pullulare ſeminib⁹.Qđ ſi veteres ſapiētes ſatis Hydræ dentibus in regiōe Thebana inhorruiſſe armatorū ſegetē credidерunt,cū vtiq; alterius naturæ ſemina certū ſit in naturā verti alterā nequiuiſſe,nec partū ſuis diſcordē fudiſſe ſeminibus,vt ex ſerpēte hoies naſcerentur, vt caro ex dētibus gigneretur:q̄to magis vtiq; credendū eſt,quæcūq; ſunt ſeminata,in ſuā naturā reſurgere,nec à ſatiōe ſua ſegetes diſcrepare,nec duris mollia, nec mollibus dura viuiſcere:nec ī ſāguinē venena cōuerti,ſed carnē de carne,os de oſsib⁹,ſāguinē de ſānguine,humorē de hūore reparē?Poteſtis ergo gentiles reformationē negare naturæ,q mutationē poteſtis aſſerere? Poteſtis nō credere oraculis, nō euāgelijs, nō ,pphetis, qui fabulis
Ezech.37 inanib⁹ creditis?Sed iā ipſū audiamus ,pphetā. Sic enī
B ait.Et facta eſt ſup me manꝰ domini,& eduxit me ī ſpū dominꝰ,& poſuit me ī medio cāpo, & hic erat plenus oſsib⁹ hūanis,& circūduxit me p gyrū eorum, & ecce multa valde ī facie cāpi,arida nimis. Et ait ad me. Fili hoīs,ſi viuēt oſsa iſta? Et dixi:Domine tu ſcis. Et ait ad me,Sta,& dices illis, Oſsa arida audite verbū domini. Hæc dicit dominꝰ oſsibus iſtis:Ecce ego induco in vos ſpūm vitę,& dabo ī vos neruos,& adducā ſup vos viſcera,& extendā ſup vos cutē,& dabo ſpūm meū ī vos, & viuetis,& ſcietis qđ ego ſū dominus. Et ,pphetaui ſicut mādauit mihi. Et factū eſt cū ,pphetarē hæc oīa,& ecce facta⁹ eſt terræmotꝰ magnꝰ. Vide nunc quēadmodū & auditū ī oſsib⁹ & motū prius oſtendat eſſe, q̄ vitæ ſpūs refundatur. Nā & ſupra oſsa arida iubētur audire, qua ſi ſenſū habeāt audiēdi, & hic acceſsiſſe eorū vnū qđq; ad ſuā cōpaginē ,pphetico ſermōe ſignatur: Sic enī habes.Et accedebāt oſsa vnūqđq; ad ſuā cōpaginē. Et vidi,& ecce ſup illa nerui & viſcera naſcebātur, & aſcen
C debat ſup ea cutis deſup,& ſpiritꝰ ī his nō erat. Magna domini gratia qđ futuræ reſurrectiōis ,ppheta teſtis adhibetur,vt nos quoq; ea illius oculis videremus. Neq; enī omnes teſtes adhiberi poterāt,ſed in vno oēs teſtes ſumus,quia nec in virum ſanctum cadit mendaciū,nec in tātum error ,pphetā. Nec minus veriſimile debet videri quia iubente deo oſsa in ſuā cōpaginem reformātur,cum vtiq; innumera habeamus exēpla quibus naturarum cæleſtibus eſt obſecuta præceptis, vt terra pabulum gignere iuberetur & gigneret,vt ad virgę tactū ſitientibus populis petra vomeret aquā,atq; æſtu torridis miſeratiōe diuina vndarent fluenta dura ſaxorum. Virga ī ſerpentē verſa quid aliud idicauit, niſi volente deo ex inſenſibilibus ſenſibilia poſſe generari?An vero incredibilius putas quod oſsa cum iubentur accedūt,q̄
Pſal.109. qđ retrorſum fluenta vertuntur,maria fugiunt? Sic enī ,pheta teſtatur:Mare vidit & fugit, Iordanis cōuerſus eſt retrorſum.Nec ſup hoc ābigi poteſt qđ duorū populorū alteri⁹ ſalute, alteri⁹ obitu cōprobatū eſt aquarū curſus ſtetiſſe frenatos,eoſdēq; alijs circūfuſos, alijs ad mortē refuſos,vt alios mergerent, alios reſeruarēt. Quid in ipſo euāgelio?nōne ibi ,pbauit dominus quod verbo vnda mitеſcat, fugētur cæli nubila, cedāt flabra vētorū,placidiſq; littoribus muta deo famulentur elementa?Sed pſequamur cætera, vt quēadmodū ſpū vitæ animētur defuncti,ſurgāt tacentes, ſepulchra reſerentur,poſsimus aduertere. Et ait ad me. Prophetiza fili hoīs,& dic ſpūi.Hæc dicit dominus: A quatuor ventis cæli veni ſpūs,& inſuffla in mortuos iſtos, & viuāt. Et ,pphetaui ſicut mādauit mihi,& intrauit in eos ſpūs vitæ,& vixerūt,& ſteterūt in pedibus ſuis cōgregatio nimis multa. Et locutū eſt dominꝰ ad me dicēs:Fili hoīs, oſsa hęc oīs domus Iſrael eſt. Ipſi enī dicūt,Arida facta ſunt oſsa noſtra,perijt ſpes noſtra,iteriuimus. Propter ea ,pphetiza & dic,Hæc dicit dominus, Ecce ego aperiā vobis monumēta veſtra,& educā vos de monumentis veſtris ī terrā Iſrael, & ſcietis qđ ego ſum dominus, cū aperiā ſepulchra veſtra, & educā de ſepulchris populū meū,& dabo ſpūm meū in vobis,& viuetis,& ponā vos ſuper terrā veſtrā,& ſcietis qđ ego dominus locutꝰ ſū,& faciā,dicit dominꝰ. Aduertim⁹ quēadmodū vitalis ſpūs ī artꝰ reſumatur,cognouimus quēadmodū dehiſcētib⁹ tumulis mortui ſuſcitētur. An vero mirādū eſt iuſsu domini mortuorū ſepulchra reſerari, cum tota ſuis terminis vno tonitruo terra quatiatur, mare ſuis exūdet finibus,itēq; ſuarū curſus refrenetur vnda
E rū?Deniq; ille qui crediderit quia in momēto oculi, in nouiſsima tuba mortui reſurgēt,cū primis rapietur in nubib⁹ obuiā Chriſto in aera,q nō crediderit, relique tur:& pfidię ſuæ ſubdet ſe ipſe ſentētię,Oſtēdit tibi do minꝰ etiā ī euāgelio,vt iā ad exēpla veniam⁹,quemadmodū reſurgas.Nō enī vnū Lazarū,ſed fidē omniū ſuſcitauit.Qđ tu ſi credas cū legis,mēs quoq; tua quę mortua fuerat,ī illo Lazaro reuiuiſcit. Quid enim ſibi vult qđ dominꝰ ad monumētū acceſsit,magna voce clama Ioan.11. uit. Lazare exi foras:niſi vt futuræ reſurrectiōis ſpecimē præſtaret,exēplū ederet?Cur voce clamauit, quaſi ſpū nō ſoleat operari,quaſi tacitus nō ſoleat imperare? Sed vt illud oſtēderet qđ ſcriptū eſt.Quoniā ī momen 1.Cor.15. to oculi,ī nouiſsima tuba & mortui reſurgēt incorrupti. Tubarū enī crepitꝰ,vocis metitur elatio. Et clamauit, Lazare exi foras.Cur etiā nomē additur, niſi forte ne aliꝰ reſuſcitatꝰ ,p alio videretur,aut fortuita magis reſurrectio q̄ impata?Audiuit ergo defunctꝰ, & exiuit foras de monumēto,ligatus pedes & manus inſtitis, & facies eius oratio colligata erat. Cōprehēde ſi potes quē admodū clauſis oculis iter carpat,victis pedibꝰ gradū dirigat,ī ſeparabili greſsu,ſeparabilię ,pgreſsu. Manebāt vicula, nec tenebāt:tegebātur oculi ſed videbāt.Videbat deniq; q reſurgebat,qui ābulabat, qui deſerebat ſepulchrū. Virtute enī diuinæ præceptiōis operāte,na- F tura ſuū nō requirebat officiū,& tā q̄ in exceſsu poſita, nō iā ſuo ordini,ſed diuino nutui ſeruiebat. Rūpebantur priꝰ mortis q̄ ſepulturę vicula,agebatur prius q̄ parabatur inceſsus.Si miraris hæc,diſce qui impauerit,tū mirari deſines.Ieſus Chriſtus dei virtus,vita,lux,reſurrectio mortuorū,virtus erexit iacētē,vita greſsum extulit,lux fugauit tenebras, repauit obtutū, reſurrectio viuendi gratiā reformauit. Fortaſſe moueat qđ Iudæi lapidē tollunt,Iudæi inſtita ſoluūt,ne forte & tu ſolicitus ſis qui lapidē de monumēto tuo tollant,quaſi vero qui ſpūm reffidere poterat,lapidē mouere nō poterat, aut vicula rūpere,qui vinctū fecerat ambulare,aut deo perire facię qui opertis oculis lumen infuderat, aut fin dere petrā q̄ poterat reformare naturā. Sed vt vel oculis ſuis crederent,qui credere mente nolebāt,remouēt lapidem, vidēt cadauer,fœtorē ſentiunt,inſtita rumpunt. Non poſsunt negare defunctum quē aſpiciūt reſurgentē,vident ſigna mortis,& vitæ munera. Quid ſi dum conantur,labore ipſo emendantur? Quid ſi dum audiunt,vel auribus ſuis credūt?Quid ſi dum intuētur? vel oculis ſuis corrigūtur? Quid ſi dū rūpunt vincula, mentes ſuas ſoluunt?Quid ſi dū Lazarus exuitur, popu

G lus liberatur: dū Lazarū abire ꝓmittūt, ipsi ad dominū
reuertūtur? Deniq; multi qui venerāt ad Mariā: vidētes
quæ facta fuit, crediderūt. Nec hoc solū exēplū edidit
domin⁹ noster Iesus Christ⁹, sed alios quoq; resuscita
uit, vt nos vel exēplis viberiorib⁹ crederemus. Resuscitauit adolescētē filetu viduæ matris inflexus, quādo accessit & tetigit loculum dicēs: Adolescēs, tibi dico surge, & resedit qui erat mortu⁹, & cœpit loqui. Statim vt
Lucæ. 6. audiuit: stati resedit, stati lotutus est. Alia enim virtutis gratia, alius ordo naturę. Nā quid de archisynagogæ filia loquar, i cuius obitu flebāt turbæ, tibicines ꝓsonabāt? Eteni ad finē mortis pōpa funeris exhibetur. Quā
Mat. 9. cito ad vocē domini cōuertitur spūs, redituq; corpus erigitur, cibus sumitur, vt vitæ testimoniū crederetur? Et quid miremur ad vocē dei refūdi animā, redire olsi bus viscera, cum meminerim⁹ ꝓphetici tactu corporis
3. Reg. 17. mortuū suscitatū? Helias orauit, & defunctū suscitauit ifātē. Petr⁹ in noīe Christi Thabitā surgere atq; ābula re præcepit: & redditā sibi pauperes gratulati crediderūt ꝓ alimētis, & nos adhuc ꝓ salute nō credimus? Illi resurrectionē alienā suis lachrymis redemerūt, nos no strā nec Christi redimim⁹ passiōe, q cū emitteret spiritū, vt ostēderet ꝓ nostra resurrectiōe se mortuū, seriē ipsā resurrectiōis exercuit. Simul enim vt clamās iterū
Mat. 27. voce magna emisit spūm, terra mota est, & petræ sciſsæ H sunt, & monumenta apta sunt, & multa corpa sctōrum dormientiū resurrexerunt, & exeuntes de monumēto post resurrectionē eius venerunt in sanctā ciuitatē, & multis apparuerunt. Si hæc lecta sunt cū emitteret spiritū, cur incredibilia putamus cū redire cœperit ad iudiciū, præsertim cū hæc resurrectio documētū illius resurrectiōis, & futuræ veritatis sit exēplū? Minus aūt exēplum est q veritas. Quis igitur in domini passione mo numēta aperuit, manū resurgētibus dedit, viam qua ciuitatē sctā peterē, demōstrauit? Si nemo fuit, fuit itaq; vis diuina quæ operaretur in corporibus mortuorum. Hoīs tu quæris auxilium, vbi opus dei cernis? Nō egent humanis diuina mysteria. Cælum deus fieri iussit, & factum est. Terrā creari statuit, & creata est. Quis humeris saxa cōuexit? quis cōgesit impensas? quis laboranti
I deo suā operā ministrauit? In momento hæc facta sunt. Vis scire q breuiē? Dixit, & facta sunt. Si dicto elementa cōsurgūt, cur dicto mortui nō resurgāt? Qui licet mortui sint, tamen aliquādo vixerunt, habuerunt spiritum sentiendi, habuerunt vires agendi, plurimumq; refert, capax animi nō fuisse, & exanimum remānisse. Diabo-
Mat. 4. lus dixit, Dic lapidi huic vt fiat panis. Cōfitetur iubente deo cōuerti posse naturā, Tu non credis iubēte deo reformari posse naturam? De solis cursu cælique ratione philosophi disputāt, & sunt qui putāt his esse credē dum, cū quid loquātur ignorent. Neq; enim cælū ascenderunt, axem dimensi, mundum oculis pscrutati sunt, quia nullus eorum cum deo in principio fuit, nullus eorum de deo dixit, Cum pararet cælum, cum ipso eram, & erā cum eo cōponens, ego erā cui aggaudebat. Si er-
Esaiæ. 66 go illis creditur, nō creditur deo qui ait, Quemadmodum cælum nouum, & terra noua quæ ego facio manere corā me, sic stabit nomē vestrum & semen vestrū, & erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omuis caro in cōspectu meo, vt adorent in Hierusalem dixit domin⁹ de⁹, & exibunt, & videbunt mēbra hoīm qui prævaricati sunt in me. Nā vermis eorū nō morietur, & ignis eorū nō extinguetur, & erunt in aspectum vniuerſæ carnis. Si terra renouatur & cælum, cur dubitemus hominē posse renouari, ꝓpter quem terra facta & cælum est? Si prevaricator seruatur ad pœnā, cur iustus nō ppetuatur ad gloriā? Si vermis nō moritur peccatorum quemadmodum interibit caro iustorum? nęc est enim resurrectio, sicut verbi ipsi⁹ sono exprimitur, vt qđ cecidit, hoc resurgat: qđ mortuum fuerit, reuiuiscat. Et hæc est series & causa iustitię, vt quoniā cor- K
poris animiq; cōmunis est actus, quæ anim⁹ cogitauit, corp⁹ efficit: vtrūq; in iudiciū veniat, vtrūq; aut pœne dedatur, aut gloriæ reseruetur. Nā ꝓpmodū ablurdū videtur, vt cū animi legē lex carnis impugnet, & mens plerūq; qđ odit hoc faciat, quādo inhabitās i hoīe peccatū carnis operatur: animus subdatur iniuriæ, alienæ reus culpæ: caro quiete potiatur autor erūnæ: & solus atteratur q nō solus errauit: aut solus gloriā referat, q nō solus glorię militauit. Plena, ni fallor, & iusta ratio. Sed ego rationē à Christo nō exigo. Si ratiōe conuincor, fidē abnuo. Credidit Abrahā deo, & nos credam⁹: vt qui sumus generis, etiā fidei simus hæredes. Credidit & Dauid, ꝓpter qđ locutus est: & nos credamus, vt possimus loqui, scientes quoniā qui suscitauit dominū Iesum Christū, & nos cū Iesu suscitabit. Hoc enī ꝓmisit qui nunquā mētitur deus. Hoc ꝓmisit veritas in Euāgelio suo dicēs, Hæc est autē volūtas eius qui misit me, vt Ioānis. 6.
omne qđ dedit mihi, non pdā ex eo, sed resuscitē illud in nouissimo die. Nec satis putauit semel dixisse, sed etiā repetijt, expressione firmauit. Sic enī sequitur, hęc est enim voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filiū, & credit in eum, habeat vitā æternā, & resuscitabo eum in nouissimo die. Quis hoc dicit? Vtiq; is qui mortuus plurima defunctorū corpora suscitauit. Si deo nō credimus: nec exemplo credimus. Nō credimus qđ ꝓmisit, quādo etiā qđ nō ꝓmisit effecit? Ipse au tē quā causam moriendi habuisset, nisi habuisset causā L
resurgendi? Etenim quoniā dei mori nō poterat sapiētia, resurgere autem nō poterat quod mortuum nō erat: assumitur caro quę mori posset, vt dū moritur qđ solet: qđ mortuū fuerat, hoc resurgeret. Neq; enī potest esse nisi per hominem resurrectio: quoniā sicut per hominem mors, ita per hominem resurrectio mortuorū. Ergo resurrexit hō, quoniā hō mortuus, & resuscitatus hō, sed resuscitās deus: tunc secundum carnē hō, nunc per omnia deus. Nunc enim secundum carnem 2. Cor. 5.
iam nō nouimus Christum, sed carnē per gratiā tenemus, vt ipsum primitias quiescentium, ipsum primogenitū ex mortuis nouerimus. Primitiæ vtiq; eiusdē sunt generis atq; naturę, cuius & reliqui fructus, quorū prolatiore prouentu primitiua deo munera deferuntur, sacrum munus pro omnibus, & quasi reparatę quædam liba naturæ. Primitię ergo quiescentium Christus. Sed vtrū suorum quiescentiū, qui quasi mortis exortes dulci quodā sopore tenentur, an omniū mortuorū? Sed sicut in Adā oēs moriuntur, ita in Christo oēs viuificabuntur, Itaq; sicut primitiæ mortis in Adā, ita etiā primitię resurrectiōis in Christo oēs resurgūt. Sed nemo desperet, neq; iustus doleat cōmune consortium resurgēdi, cū præcipuū fructum virtutis expectet. Oēs quidē resurgēt, sed vnusquisq;, vt ait apostolus, in suo ordine. Cōmunis est diuinę fructus clementia, sed distinctus ordo meritorū, Dies omnibus lucet, sol omnes populos fouet, pluuia possessiones omnium vberiore imbre fœcundat. Omnes nascimur, oēs resurgemus, sed i vtroq; vel viuendi, vel reuiuiscendi gratia dispar diuersaq; cōditio. In momēto enim, in ictu oculi, in nouissima tuba & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Quinetiā in ipsa morte quiescunt alij, viuunt alij. Bona quies, sed vita melior. Deniq; Paulus ad vitā excitat quiescentem dicens, Surge qui dormis, & exur Ephe. 5.
ge à mortuis, & illuminabit tibi Christus. Ergo hic excitatur vt viuat, vt similis Pauli sit, vt possit dicere, Quia nos qui viuimus, nō præueniemus eos qui dormierunt. Non enim cōmunē hunc viuendi loquitur vsum, spirādiq; cōmerciū, sed meritū resurgēdi. Nā cū dixisset: Et mortui qui in Christo sunt, resurgēt primi: subiecit deinde, Et nos qui viuimus, simul cū illis rapiemur in nubib⁹ obuiā Christo i aera. Vtiq; mortuus est Paulus,

A & passiōe venerabili vitā corporis cum immortali gloria cōmutauit. Nū fefellit ergo qui se viuētē scripsit in nubibus obuiā Christo esse rapiendum? Hoc enī de Enoch legim⁹ aut Helia, sed & tu rapieris i spū. Ecce currus Heliæ: ecce ignes etsi nō videtur, parantur vt iustus ascēdat, innocēs trāferatur, & tua vita mori nescit. De
Mat. 16. nię Apostoli mori nescierūt. Vnde dictū est, Amē amen dico vobis, multi ex his astātibus non gustabunt mortē donec videāt filiū hoīs veniētē in regno suo. Vi uit enī qui nō habet qđ moriatur i eo, qui nō habet ex Aegypto calciamentū aliquod vt vinculū, sed exuit il lud priusq; corporis huius deponat officiū. Non solus itaq; Enoch viuit, quia nō solus est: rapietur & Paulus obuiā Christo. Viuunt etiā patriarchæ, neq; enī aliter
Lucæ. 20. deus Abrahā, de⁹ Isaac, & deus Iacob, nisi mortui viuerēt, diceretur. Deus enim mortuorū nō est, sed viuentiū. Viuemus & nos, si gesta moresq; maiorū voluerim⁹ imitari. Miramur patriarcharū præmia, imitemur obsequia, prædicemus gratiā. Nō elcis inducēt, se culi laqueos incidamus, arripiam⁹ opportunitatē temporis, prescriptū legis, clementiā vocatiōis, desideriū passionis. Exierunt de terra sua Patriarchæ, & nos exeamus, ꝓposito de corporis potestate nos exeam⁹, illi exilio: sed exiliū nō putarūt qđ deuotio obiret, nō necessitas imperaret. Illi terrā solo matarūt, nos cęlo terrā mutemus. Illi habitatiōe, nos spū. Illis illuminatū stellis cælū ostenderit, sapientia nostri cordis oculos illuminet. Sic typus veritati, & veritas cōcurrit typo. Abrahā paratus hospitib⁹, fidelis deo, impiger ministerio, prom
B pt⁹ officio, trinitatē in typo vidit, hospitalitatē religio ne cumulauit, tres suscipiēs, vnū adorās, & ꝓsonarū distinctiōe seruata, vnū tamē dominū noiabat, tribus honorificentiā muneris deferēs, & vnā significās potestatē. Loquebatur enī in eo nō doctrina, sed gratia: & melius credebat ille, qđ nō didicerat, q nos qui discimus. Nemo enī typū fallauerat veritatis, & ideo tres vidit, sed vnitatē veneratur. Tres mēsuras similaginis ꝓmit, vnū immolat vitulū, satis credēs vnū esse sacrificium, triū munus: vna hostia, triū gratia. Nā in quatuor regibus quis nō itelligat qđ materialis elemēta naturę prefigurato dominicę passionis indicio, & oia sibi mūdana subiecerit, fidelis in bello, abstinens in triūpho, qui donis nō hoīm ditescere, sed dei mallet. Generare se posse filiū senex credidit, immolare posse se filiū pater iudicauit: nec patrius trepidauit affectus, cum senis dexterā pietas adiuuaret. Sciebat enī acceptiorem deo filiū immolatū esse q sanū. Ergo adducit ad sacrificiū filiū dilectissimū: & quē sero suscēperat, cito obtulit:
C nec paterni noīs appellatiōe reuocatur, cū ille patrem vocaret, hic filiū. Chara quidē noīm pignora, sed amabiliora præcepta. Itaque licet cōpatercrtur corda, vota durabant. Distrinxit sup filiū gladiū paterna manu, & patrio pcussit affectu. Ne periret pœna trepidauit, ne iđ erraret, dextera deficeret, sēsit pietatis affectū, sed nō omisit deuotiōis negociū, & ꝓperabat obsequiū etiā cū audiret oraculū. Vnde nos quoq; deū oibus quos diligim⁹ præferam⁹, patri, fratrib⁹, matri, vt possit nos seruare dilectos, sicut in Abrahā vberiorē remunereto rē q ministrū videm⁹. Obtulit quidē filium pater, sed deus nō sanguine sed pietate placatur. Ouē ꝓ hoīe demōstrauit in ligno, vt & filiū patri redderet, nec periret hostia sacerdoti. Itaq; nec Abrahā parricidio cruētat⁹, nec deus sacrificio defraudatus est. Vidit ꝓpheta, nec affectauit iactātiā, nec tenuit pertinaciā, ouē ꝓ hoīe mutauit: quo magis ostēditur q religiose obtulerit, quē tā libēter receperit. Et tu si deo mun⁹ tuū offeras, non amittes. Sed auari sum⁹, de⁹ vnicū filiū morti ꝓ nobis obtulit, nos nostros negamus. Vidit hoc Abraham, & agnouit mysteriū, salutē nobis i ligno futurā: nec latuit i vno eodęq; sacrificio aliud esse qđ videretur offeri, aliud qđ poſset occidi. Imitemur ergo Abrahę deuo D
tiōem, imitemur Isaac bonitatē, imitemur castimoniā. Bon⁹ plane & pudic⁹ vir, deuot⁹ deo, castus vxori, qui iniuriā nō reddidit, excludētib⁹ cessit, pœnitētes eosdē recepit, nec ꝓteru⁹ cōtumaciæ, nec dur⁹ gratiæ, litiū fugitās cū recederet, facilis veniæ cū reciperet, ꝓfior bonitate cū ignosceret, petebat societatis consortiū, adiūxit cōiuiū voluptatis. Imitemur etiā in Iacob typū christi, sit ei⁹ i nobis aliqua similitudo factorū, erimus cōsortes si fuerimus imitatores. Matri obediuit, fratri cessit, socero seruiuit, mercedē de lucris non de gregis diuisiōe quæsiuit. Nō auara diuisio, vbi lucratiua portio. Nec illa ociosa significatio, scala de cælo, qđ ꝓ crucē christi ągelorū atq; hoīm futura cōsortia viderē tur: cui obstupefactū esset femur, vt i femore suo agno sceret generationis hæredē, & obstupefactio femoris, passionē ꝓphetaret hæredis. Videm⁹ igitur cælū patere virtuti: nec hoc esse paucorū. Multi enī veniēt ab o-
riente, & ab occidēte, & aquilone, & austro, & recum- Matth. 8.
bēt i regno dei, delectationē ꝓpetuæ quietis sepultis animorū motib⁹ exprimentes. Sequamur Abrahā moribus, vt nos eripiat i gremiū suū, & tāq; Lazarū suæ humilitatis hęredē, ꝓprijs circūfusū virtutib⁹ pio foueat ąplexu. Nō enī nos in gremio corporali, sed in quodā bonorū factorū amictu sācti patriarchę ꝓbata deo suscessio fouet. Nolite, inqt, seduci, de⁹ nō irridetur. Ad- E
uertim⁹ q graue sit sacrilegiū resurrectionē nō credere. Si enim nō resurgem⁹, ergo christ⁹ gratis mortuus est, ergo christ⁹ nō resurrexit. Si enī nobis nō resurrexit, vtiq; nō resurrexit, qui sibi cur resurgeret, rationē uō habebat. Resurrexit i eo mūd⁹, resurrexit i eo cælū, resurrexit i eo terra. Erit enī cælū nouū, & terra noua. Sibilantē nō erat necessaria resurrectio, quē mortis vincula nō tenebāt. Nā etsi secūd ū hominē mortuus, in ipsis tamen erat liber infernis. Vis scire q liber? Factus sū
sicut hō sine adiutorio inter mortuos liber. Et bene li- Psal. 87.
ber, qui se poterat suscitare, iuxta qđ scriptū est. Solui te hoc tēplum, & in triduo resuscitabo illud. Et bene Ioānis. 2.
liber, qui alios desecrēdebat redēpturus. Factus est autē sicut hō, non specie vtiq;, sed veritate formatus, quia & hō est, & quis cognoscet eū? Eteni similitudine hominum factus, & specie inuentus vt hō, humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, vt per illā scilicet obedientiā eius gloriā viderem⁹, gloriā quasi vnigeniti secundum sanctum Ioannē. Ita enim scripturę figura seruatur, vt & vnigeniti gloria, & perfecti hominis natura seruetur in christo. Itaq; adiutore nō eguit. Neque enī eguit cū faceret mundum, vt egeret cum redimeret: nō legatus, nō nuncius, sed ipse dominus saluum fe F
cit eū. Ipse dixit, & facta sunt, ipse dominus saluum fecit eum: vbiq; ipse, quia per ipsum oia. Quis antē adiuuaret eū in quo creata sunt oia, & oia in ipso constant. Quis adiuuaret eū qui oia in momēto facit, & in nouissima tuba mortuos suscitat? Nō quia prima aut secunda nō possit aut tertia, sed ordo seruatur, nō quo difficultas sero vincenda, sed legitimus numerus explicandus sit. Tēpus autē arbitror de tubarū specie dicere, quoniā seruio ꝓpinquat ad finem, vt nostri quaq; cōsummādi eloqui⁹ tuba signū sit. Septē tubas legim⁹ in Apocalypsi Ioannis, quas septē sumpsere angeli, vbi habes quoniā septimus angelus tuba cecinit, & facta est vox magna de cælo dicēs: Factum est regnum hui⁹ mundi dei & Christi ei⁹, & regnabit in secula seculorū. Tuba quidē & ꝓ voce accipitur, quia habes: Quoniā ecce o- Apoc. 4
stium apertum in cælo, & vox prima quā audiui, sicut tubæ loquentis mecum, & dicentis: Ascende huc, & ostēdā tibi quæ oportet fieri. Legim⁹ etiā: Canite initio mensis tuba. Sed etiā alibi: Laudate eum in sono tubæ. Ergo quid sibi vult tubarum significatio, omni virtute debem⁹ aduertere, ne quasi fabulā aniliter accipiētes

G periclitemur,si indigna dogmate ſpirituali,nec cõueniẽ
tia ſcripturarũ eminentiæ ſentiamus.Nã cũ legim⁹ bel
Ephe. 6. lũ nobis eſse nõ aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduer
ſus ſpiritalia nequitiæ quæ ſunt in cælestibus : nõ carna
lia vtiq; arma,ſed fortia deo æstimare debem⁹. Non e-
nim ſatis eſt tubã videre nec ſonũ ei⁹ audire, niſi pro-
prietatẽ ſonit⁹ intelligas. Etenĩ ſi incertã vocẽ det tu-
ba,quis parabit ſe ad bellum? Vnde oportet vocis tubæ
nos ſcire virtutẽ,ne videamur barbari cũ tubas huiuſ-
modi audiam⁹ aut loquimur . Et ideo cũ loquimur,
orem⁹ vt eas nobis ſpũſsãt⁹ interpretetur. Requiram⁹
igitur in ſcripturis veterib⁹ quid de tubarũ genere le-
gerim⁹,ſciẽtes eas ſolẽnitates quę Iudęis lege præſcri-
ptæ ſunt,ſuperiorũ eſse vmbrã celebritatũ, cæleſtiũq;
feſtorũ. Hic enĩ vmbra,illic veritas. Per vmbrã ad ve-
ritatẽ puenire nitamur. Cui⁹ figura etiã alibi expreſsa
Leuit.10. eſt. Habes enĩ quia locut⁹ eſt domin⁹ ad Moyſen . Lo-
quere filijs iſrael,dicẽs:Mẽſe ſeptimo , vna menſis erit
vobis requies in memoriale tubarũ vocata , ſancta erit
vobis. Omne opus ſeruile nõ facietis, accendetis holo-
cauſtũ domino. In Numeris autẽ locutus eſt dominus
Nume.10 ad Moyſen dicẽs:Fac tibi duas tubas ductiles , argẽteas
H facies eas,& erunt tibi ad euocãdam ſynagogã, & pro-
mouenda caſtra,& tuba canes in illis, & colligetur oĩs
turba ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Si autẽ in vna
tuba cecineris,ad te venient omnes principes & duces
iſrael: & tuba canetis ſignificationẽ primã, & ꝓmoue-
bunt caſtra,& cõſtituentur ad Orientẽ. Et tuba canetis
ſignificationẽ ſecũdam,& ꝓmouebunt caſtra, & con-
ſtituentur ad Liba . Et tuba canetis ſignificationẽ ter-
tiã , & promouebũt caſtra,quæ cõſtituentur ad Boreã.
Et tuba canetis ſignificationẽ quartã , & ꝓmouebũt ca
ſtra quæ conſtituentur ad Aquilonẽ . Significationẽ tu
ba canẽt in ꝓmotu eorũ,& cõgregabitis ſynagogã. Tu
ba canite & nõ ſignificatione,& filij Aaron ſacerdotes
tubis canẽt, & erit vobis legitimũ ſempiternũ in proge
nies veſtras. Si autẽ exieritis in bellũ in terrã veſtrã: ad
uerſarios qui reſiſtunt vobis,ſignabitis tubis , & remini
I ſcimini corã deo,& liberationẽ habebitis à mortuis ve
ſtris. Et in diebus lætitiæ veſtræ , & in diebus feſtis ve-
ſtris,& in neomenijs veſtris concinite tubis, & in holo
cauſtis & ſacrificijs ſalutaribus veſtris , & erit vobis in
cõmemoratiõe veſtra corã domino,ait domin⁹. Quid
igitur dies feſtos in potu & in epulis æſtimabimus? Sed
nemo nos in manducando dijudicet. Nouim⁹ enĩ quia
lex ſpiritalis eſt. Nemo ergo nos iudicet in eſcis aliqui
bus,aut in potu , aut in parte diei feſti,aut neomenijs,
aut ſabbato,quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem
Chriſti. Corpus itaq; Chriſti requiramus , quod nobis
quaſi nouiſsima tuba vox de cælo paterna monſtrauit,
tunc cũ dicebant Iudæi quia tonitruum factum eſt illi.
Corpus Cæriſti qđ iterũ tuba nobis nouiſsima reuela-
bit quoniã ipſe dominus in iuſsu archangeli, & in tuba
domini deſcendet de cælo , & mortui qui in Chriſto
ſunt reſurgẽt. Vbi corpus,illic aquilę, vbi Chriſti cor-
pus,ibi veritas . Septima igitur tuba hebdomadis re-
quiẽ videtur ſignificare,quæ nõ ſolũ in diebus & an-
nis & periodis eſtimatur (vnde & iubileus ſacratus eſt
numerus)ſed etiam annum ſeptuageſimũ cõprehẽdit,
quãdo in Hieruſalẽ regreſsus eſt populus , qui ſeptua-
ginta annis i captiuitate duravit, in cẽteſimis quoq; e-
1.Reg.19. tiã & i milleſimis ſacri obſeruatio minime præteritur.
Neq; enim ocioſe dixit: Reliqui mihi ſeptem milia vi-
rorum qui nõ flexerũt genna Baal. Ergo vmbra futuræ
quietis in diebus,mẽſibus,annis, mundi ipſius tempore
figuratur: & ideo per Moyſen mandatur filijs Iſrael vt
ſeptimo mẽſe vna mẽſis ſingulis fiat requies i memoria
le tubarũ,nec ſeruile aliquod opus , ſed deo ſacrificiũ
offeratur,eo qđ in ipſo ſine hebdomadis quaſi mundi
ſabbato ſpiritalia à nobis nõ carnalia opera flagitẽtur.

Qđ enim carnale,ſeruile: quiá animo caro ſeruit, libe- K
rũ innocentia fecit culpa vernaculũ. Oportuit igitur ꝑ 1.Cor.13.
ſpeculũ & in ænigmata fieri ſpiritalia . Nunc enim per
ſpeculum videmus,tunc facie ad faciem . Nunc ſecũdũ
carnem militamus,tunc ſpiritu videmus diuina myſte
ria. Et ideo verę legis character in noſtris moribus ex-
primatur,qui in dei ambulamus imagine,quoniam iam
legis vmbra tranſiuit,vmbra Iudæis carnalibus, imago
nobis,veritas reſurrecturis. Tria enĩ hæc ſecundum le-
gẽ eſse cognouimus,vmbrã,imaginẽ, veritatẽ. Vmbrã
in lege,imaginem in Euangelio , veritatem in iudicio.
Sed chriſti omnia,& in chriſto omnia, quem nunc ſe-
cundum veritatem videre non poſsumus, ſed videmus
quaſi in quadam imagine , futurorum vmbram in lege
perſpeximus. Ergo chriſtus nõ vmbra, ſed imago dei,
nõ vacua imago,ſed veritas. Et ideo per Moyſen lex:
quia vmbra per hominẽ, figura per legem , per reſum
veritas . Neq; enim veritas aliunde , niſi per veritatem
ꝓcederet. Si quis ergo hanc imaginẽ dei videre deſide
rat,debet diligere deũ,vt diligatur à deo , & ſit iã non
ſeruus,ſed amicus,qui mandata dei fecerit, vt poſsit in
troire in nubem , vbi eſt deus. Ipſe fariet ſibi rationa-
biles tubas duas ductiles argento probato, hoc eſt pre
cioſo verbo cõpoſitas & ornatas , quibus non raucum L
increpans terribili ſonitu murmur interſtrepat, ſed ſu
blimes gratiæ deo cõtinua iubilatione fundantur . Ta-
lium enim tubarum ſonitu mortui ſuſcitantur, nõ cre- *alias z-
pitu vtiq; aeris,*ſed verbo veritatis animatu . Et fortaſ ris.
ſe duæ iſtæ tubę ſunt,per quas diuino ſpiritu Paul⁹ in- 1. Cor.14
crepuit dicens: Orabo ſpiritu, orabo & mẽte : pſallam
ſpiritu,pſallam & mente . Altera enim ſine altera ne-
quaq; videtur vocationẽ habere perfectã. Nec tamẽ o-
mnium eſt vtraq; canere tuba,nec eſt omnium vniuer-
ſam colligere ſynagogam,ſed ſolis ſacerdotibus & mi
niſtris dei canentibus iſta prærogatiua defertur , vt qui
cũq; audierit & ſecut⁹ eò fuerit vbi eſt dei gloria, & ad
tabernaculum teſtimonij præmatura intentione conue
nerit,opera poſsit ſpectare diuina , & legitimum illud
æternumq; domicilĩ in ſuæ poſteritatis ſeriem prome
reri. Tunc enim bellum cõficitur, hoſtis fugatur, quan Rom.10.
do ſpiritus gratia concinit , & mentis induſtria. Sũt &
illę ſalutares tubę,ſi corde credas,& ore cõfitearis. cor
de enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit
ad ſalutem. Hac igitur gemina tuba ad illam ſanctam
terrã,reſurrectiõis ſcilicet gratiam peruenitur: & ideo
ſemper tibi concinat, vt ſemper audias dei voces : ſem
per te angelorum prophetarumq; oracula excitẽt atq; M
commoueant,vt ad ſuperiora feſtines in locum taber-
naculi admirabilis vſq; ad domum dei , in voce exulta
tionis & confeſsionis ſonitus epulantis. Non enim ſoli
hoſtes harum tubarum ſonitu vincuntur , ſed & dele-
ctationes: & dies feſti,& neomeniæ ſine his eſse nõ poſ
ſunt. Nemo enim poteſt niſi diuini hauriat ꝓmiſsa ſer-
monis,& reſultãtibus credet oraculis,exultare dies fe-
ſtos lętitię,aut neomenias agere,quib⁹ ſe corporali gra
tia & ſeculari occupatione vacuatũ, Chriſti repleri lu-
ce deſideret. Sacrificia quoq; ipſa deo probata eſse nõ
poſsũt,niſi cõfeſsio vocis aſpiret, quæ ſacerdotali obla
tione ad obſecrandam dei gratiam populos excitare
conſueuit. Itaq; ſimus prædicatores domini , & laude-
mus eum in voce tubę,nõ exigua de virtute eius & vi-
lia ſentientes,ſed ea quæ poſsint aurem mentis imple-
re,& intimæ conſcientię penetrare ſecretum,& ea quæ
corpori cõueniant,diuinitati nõ putemus aptãda . Nec
diuinę magnitudinẽ poteſtatis humanis viri⁹ metia-
mur,vt quæramus quõ quis reſurgat,aut quali corpore
veniat,aut quẽadmodũ ſoluta coeant,lapſa reparẽtur.
Hęc enim arbitrio dei ſimul vt ſtatuũtur ſiẽt,nec ſẽ
ſibilis tubarũ expectatur audit⁹, ſed inuiſibilis potẽtia
magnificẽtiæ cæleſtis operatur . Deo enĩ velle ꝓ facto

A eſt,nec reſurrectionis requirendus niſus,ſed fructus no
bis eſt expetendus. Quæ ꝓcliue celebrabitur,ſi exina-
niti vitijs plenitudinẽ ſpiritalis myſterij conſequamur
gratiãq; renouatã caro ſumat à ſpiritu,& fulgorẽ lucis
æternæ anima mereatur à Chriſto. Sed nõ ſolũ ſingulo
rũ, verum etiã vniuerſitatis iſta myſteria ſunt. Aduerte
enim iuxta typum legis ordinẽ gratiæ. Cũ tuba prima
cecinerit,orientales cõgregat quaſi ꝓcipuos & electos.
Cum ſecunda,ſuppares meritis qui ſcđm Libanum ſiti
dereliquerint ludibria nationũ. Cũ tertia,eos qui tanq̃
in mari exagitati iſtius flatu mundi ſæculi huius fluctu-
bus vacillarint. Cum quarta,illos qui dura mentiũ ne-
quaq̃ ſatis poterit eloquij ſpiritalis mollire præcepto,
& ideo ſcđm Boreã vocati ſunt. Boreas enim ſcđm Sa-
lomonem durus eſt ventus. Itaq; licet in momẽto reſu
ſcitentur oẽs,omnes tamen meritorum ordine ſuſcitã-
tur. Et ideo primi reſurgent,qui maturo deuotionis oc
curſu, & quod á antelucano fidei exortu prodeuntis ſo
lis æterni radios receperunt. Qđ vel de patriarchis iux
ta veteris ſeriem teſtamenti , vel de Apoſtolis iuxta euã
gelium iure memorauerim. Secundi aũt qui ritũ gen-
tium relinquẽtes, ab errore ſacrilego trãſierunt in ec-
cleſiæ diſciplinã. Et ideo illi primi ex patrib⁹, iſti ſecũ
di ex gẽtibus. Ab illis enim lux fidei cœpit,in iſtis vſq;
ad mundi occaſum ſuſcepta durauit. Tertij ſuſcitantur
&qui ab Auſtro,& qui ab Aquilone ſunt. His quatuor
B terra diſtinguitur,his quatuor annus ſcluditur, his qua
tuor eccleſia cõgregatur. Oẽs enim qui ſacroſanctę ec-
cleſiæ copulati, diuini noĩs appellatiõe cẽſentur , prę-
rogatiuã reſurrectionis,& delectationis ęternę gratiam
cõſequentur: quoniã venient ab oriente & occidente,&
ab aquilone & auſtro,& recũbent in regno dei. Nõ enĩ
Luc.13 exigua mundũ ſuũ Chriſtus luce cõplectitur : quando
quidẽ à ſummo cœlo egreſsio eius,& occurſus eius vſq;
Pſal.18. ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcõdat á calore eius.
Oẽs enim benign⁹ illuſtrat, nec refutare leuẽ, ſed emẽ
dare vult : nec excludere durum eccleſia , ſed mollire
deſiderat. Et ideo eos in Cãticis cãticorum eccleſia , in
Mat.11. euãgelio Chriſtus inuitat,dicens: Venite ad me oẽs qui
laboratis & onerati eſtis,& ego reficiã vos. tollite iugũ
meum ſuꝑ vos,& diſcite quia mitis ſum,& humilis cor-
C de. Eccleſiæ quoq; vocẽ inuitãtis agnoſce. Dicit enim:
Canti.4 Exurge aquilo,& veni auſter,perfla ortum meũ,& de-
fluant vnguenta mea. Deſcendat frater meus in ortum
ſuum,& edat fructum pomiferarũ ſuarum. Sciens enim
iam tunc etiam ortum tibi fore opera fructuoſa, Chri-
ſto tuo fructum de talibus pollicebare,quę primo te in
cubiculũ dixiſti regis introductã, diligens vbera ſuper
vinum,cũ diligentem amares,lactantem quæreres,pe-
ricula pro religione cõtemneres,deinde à Libano ſpõ
ſa rogaris vt venias, iudicio domini adhuc tota formo
ſa,tota irreprehenſibilis. Sic enim ſcriptum eſt: Totaes
formoſa proxima mea,& reprehenſio nõ eſt in te. ades
huc à Libano. Poſtea ipſa iam nullos eque lapſus,iam
nullos impetus deſcendentes à Libano pertimeſcens,
Aquilonem & Auſtrum aduocas,perflari cupiens ortũ
tuum,vt in alijs vnguenta tua defluant, in alijs multipli
ces fœcũditatis tuę fructus offeras Chriſto. Et ideo bea
tus qui cuſtodit verba prophetiæ huius, quæ nobis re-
ſurrectionem euidentioribus teſtimonijs reuelauit di-
Apoc.20 cens: Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtãtes ante ſe
dem,& libros aperuerunt,& alius liber apertus eſt , qui
eſt vitæ,& iudicati ſunt mortui de ſcriptis in libris ſecũ
dum facta ſua,& dedit mare mortuos qui in ipſo erant,
& inferi dederunt mortuos qui penes ſe erant. Ne ergo
dubites quemadmodum reſurgãt quos iferi reuomũt,
mare reddit. Accipe etiã quãdo promittatur gratia fu-
tura iuſtorum. Et audiui,inquit, vocem magnã de cœ-
Apoc.21. lo dicẽtem: Ecce tabernaculum dei cũ hoĩbus,& habi
tabit cũ illis,& ipſi populus eius erunt,& ipſe deus cum
illis erit illorũ deus, & delebit omnẽ lachrymã ab ocu D
lis eorum,& mors nõ erit amplius, neq; luctus,neq; cla
mor,neq; dolor vltra erit. Cõpara nũc ſi placet atq; cõ
tende vitã hãc cũ illa vita. Elige ſi potes perpetuã cor-
poris vitã in labore ærumnaq; miſerabili tantarũ cõmu
mutationum, votorũq; tædio, faſtidio voluptatũ. Nõne
ſi deus iſta ꝓpetuare velit,illa diligeres? Nã ſi ꝑ ſe ipſa
fugienda eſt,vt ſit moleſtiarũ fuga,requies grũarum:
quãto magis ea requies eſt expetenda , cui futurę reſur
rectionis voluptas ꝓpetua ſuccedet, vbi nulla criminũ
ſeries,nulla illecebra delictorum? Quis in dolore tam
patiens,qui nõ mortẽ oret? Quis in infirmitate tam cõ-
ſtans,vt non optet mori ſe potius q̃ debilẽ viuere? Quis
in mœrore tã fortis,vt nõ deſideret eo ſe vel mortẽdo
defungi? Qđ ſi ipſi nobis dum viuimus diſplicem⁹, cum
viuendi finem ꝓſtitũ eſse nouerimus : quãto amplius
vitæ nos tæderet iſtius ſi ſine fine futuros nobis labores
huius corporis cerneremus? Quis eſt igitur qui ſe velit
mortis exortẽ? Aut quid grauius immortalitate miſera
bile? Si in hac vita,inquit,in Chriſto tãtum ſperantes ſu
mus,miſerabiliores ſumus oibus hominibus : non quo 1.Co.15.
in Chriſto ſperare eſt miſerum, ſed quia Chriſtus ſpe-
rãtibus in ſe,vitã alterã ꝓparauerit. Hæc enim pecca
to obnoxia eſt,illa prẽmio reſeruata. Ipſos curſus bre-
ues noſtrarum ætatum quãtũ videmus nobis afferre fa
ſtidium? Puer adoleſcentiã deſiderat , adoleſcẽs annos
ſibi maioris metitur ætatis , iuuenis beneficio æui florẽ
tis ingratus,ſenilẽ honorificentiã concupiſcit. ita om- E
nibus ex natura venit velle mutari,contra ſectas philo
ſophorum, qui vel animã ſolã durare dicant poſt cor-
poris mortem , vel μετεμψύχωσιν credãt , quia eius nos
quod ſumus,pœnitet. Deniq; etiã ipſa poſtremum vo-
ta faſtidio ſunt: & quæ mereri optauimus, cum merueri
mus,abdicamus. Vnde non immerito etiam ſancti viri
prolõgatum incolatum ſuũ ſępe doluerunt. Doluit Da
uid,doluit Hieremias,doluit Helias. Si ſapientibus cre-
ditur: & hi in q̃bus diuinus ſpiritus loquebatur,ad me-
liora properabãt. Si reliquorum iudicia ſciſcitamur,vt
oẽs in vnã conueniant ſententiã, quanti mortem mœ-
rori,quanti mortem formidini prætulerunt, iudicãtes
videlicet grauiorẽ metum mœroris eſse q̃ mortẽ. adeo
ſuis malis mors non timetur,ſed vitæ miſerijs ante fer-
tur,cum expetitur morientis exitus, & euitatur formi-
do viuentis. Sed eſto , huic vitæ reſurrectio ꝓferatur.
Quid? philophi ipſi gen⁹ poſt mortẽ aliqđ repererũt,
quo nos vti magis q̃ reſurgere delectabit? Et illi quidẽ
qui dicunt animas immortales eſse , non ſatis mulceре F
me poſsunt cũ ꝓ parte me redimunt. Nam quæ poteſt
eſse gratia,vbi non totus euaſi? Quæ vita ſi in me opus
dei occidat? Quæ iuſtitia,ſi naturæ finis mors ſit,errã-
ti & iuſto vitæ cõmunis? Quę veritas, vt quia ipſa ſe mo
ueat,& ſemper moueatur anima,immortalis eſse creda
tur,quod nobis in corpore commune cum beſtijs: ante
corpus qđ geratur incertũ, nec ex cõtrarijs colligatur
veritas,ſed deſtruatur? An vero illorũ ſententia placet
qui noſtras animas, vbi ex hoc corpore emigrauerint,
in corpora ferarũ variarum q̃ animãtium trãſire cõme
morant? Aut certe hæc Circeis medicamẽtorum illece
bris cõpoſita eſse ludibria pœnarũ ipſi philoſophi,diſ-
ſerere ſolent , nec tã illos qui perpeſsi iſta ſimulẽtur, q̃
ſeuſus eorũ qui iſta cõfinxerint,velut Circeos populos
ferunt in varia beſtiarũ monſtra cõuerſos? Quid enim
tã ſimile ꝓdigij q̃ homines credere in habitũ ferarum
poſse mutari? Quãto maioris eſt prodigij gubernatri-
cem hominis animam , aduerſam humano generi be-
ſtiarum ſuſcipere naturã, capacẽq; rationis ad irratio-
nabile animal poſse trãſire, q̃ corporis effigies eſse mu
tatas? Vos ipſi hæc deſtruitis qui docetis . Nam magi-
cis incantata carminibus portento huius conuerſionis
genera tradidiſtis. Ludũt hæc poetæ, reprehẽdũt phi-

Diui Ambrosij

ORATIO DE EXITV. VITA, AC VIRTVTIBVS THEODOSII IMPERATORIS, habita in celebritate quadragesimi diei obitus sui, Honorio principe filio eius assistente.

HOC NOBIS motus terrarum graues, hoc iuges pluuię minabātur, & vltra solitū caligo tenebrosior denuntiabat, qđ clemētissim⁹ Imperator Theodosius recessur⁹ esset è terris. Ipsa igitur excelsū eius elementa mœrebāt. Cœlū tenebris obductū, aer perpetihorrens caligine. Terra quatiebatur motibus, replebatur aquarū alluuionibus. Quid ni mundus ipse defleret eū principē cōtinuo esse rapiendū, per quem dura mundi istius tēperari solerēt, cū criminū pœnas indulgentia præueniret? Et ille quidē abijt sibi in regnū qđ nō deposuit, sed mutauit in tabernacula Christi iure pietatis ascitus, in illā Hierusalē supernā, vbi nūc positus dicit: Sicut audiuimus, ita & videmus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri, quam deus fundauit in æternum. Sed plurimos tanq̄ paterno destitutos præsidio dereliquit, ac potissimū filios. Sed non sunt destituti quos pietatis suę reliquit hęredes. Non sunt destituti quibus Christi acquisiuit gratiā, & exercitus fidē, cui documento fuit deum fauere pietati, vltoréq; esse perfidiæ. Eius ergo principis & proxime conclamauimus obitum, & nunc quadragesimū celebramus assistēte sacris altaribus Honorio principe: quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob quadraginta diebus humatiōis officia detulit, ita & hic Theodosio patri iusta persoluit. Et quia alij tertiū diem & trigesimum, alij septimum & quadragesimum obseruare cōsuerunt, quid doceat lectio, cōsideremus. Defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioseph pueris sepultoribus, vt sepelirēt eū. Et sepelierūt sepultores Israel, & repleti sunt ei quadraginta dies, sic enim dinumerātur dies sepulturæ. Et luxit eum Aegyptus septuaginta diebus. Hæc ergo sequenda solēnitas, quā præscribit lectio. Sed etiā in Deuteronomio scriptum est: Quia planxerunt filij Israel Moysen diebus triginta, & consummati sunt dies luctus. Vtraque ergo obseruatio habet autoritatē, qua necessariū pietatis impletur officiū. Bonus itaq; Ioseph, qui formam pio muneri dedit, quē amabat pater, cui dixit: Adiuuet te deus meus, & benedicat te benedictiōe terræ! habētis omnia propter benedictionē mamillarū & vuluæ, benedictionis matris tuæ, & propter benedictionem patris tui. Pij patris soboles bona. Celebrat ergo & iste quadragesimam patris Iacob supplantatoris illius, & nos celebramus Theodosij quadragesimā, qui imitatus Iacob supplantauit perfidiā tyrannorū, qui absconditi simulacra gentium. Omnis enim cultus idolorū fides eius absconditi. Omnes enim ceremoias obliterauit, qui etiam ijs qui in se peccauerāt, doluit quā dederat perijsse indulgentiam, & veniam denegatam. Sed non negabunt filij quod donauit pater, nō negabunt etiamsi quidā interturbare conatus sit. Neq; enim poterūt negare quod in cōmune donauit, qui soluūt quod singulis dedit. Nihil gloriosius exitus tanti principis habuit, qui omnia iam filijs tradidisset, regnū, potestatē, nomen Augusti. Nihil inquam speciosius est in morte seruatum est, q̄ quod immane quantis promissa annonarū exigendarū relaxatio dū moratur, facta est successio ei⁹ indulgentiarū hęreditas, vt ille qui voluit impedire, sibi odiū fecerit, fidelem difficile est. Si magnum est misericordem aut fidelē quēcunq; hominem inuenire, quāto magis imperatorē, quē potestas ad vleiscendū impellat, sed reuocet tamen ab vltione miseratio? Quid præstantius fide Imperatoris, quē non extollat potentia, supbia nō erigat, sed pietas inclinet? De quo Salomon præclare ait: Iniqui regis imitatio similis rugitui leonis, sicut autem ros in herba, sic & hilaritas eius. Quantū igitur est deponere terrorē potentię, præferre suauitatem gratiæ? Beneficiū se putabat accepisse Augustę memorię Theodosius cum rogaretur ignoscere. Et tunc ppior erat venię, cum fuisset commotio maior iracundiæ. Prętogatiua ignoscendi erat, indignatum fuisse. Et optabatur in eo qđ in alijs timebatur, vt irasceretur. Hoc erat remedium reorum, quoniam cū haberet supra omnes potestatē, quasi parens expostulari malebat, q̄ quasi iudex punire. Sępe trementes vidimus quos obiurgabat, & cōuictos sceleris, cum desperassent, solutos crimine. Vincere enim volebat, nō plectere: æquitatis iudex nō pœnę arbiter, qui nunq̄ veniā cōfitenti negaret. Aut si quid esset quod occulta cōscientia inuoluerat, deo seruabat. Hanc vocē eius homines magis q̄ pœnam timebant, quod tanta imperatorē ageret verecundia, vt mallet sibi homines religione q̄ timore astringere. Maximum philosophorū impunitatē ferunt dedisse ijs facinoribus, quę per iram cōmissa forēt: sed scriptura diui Psal.4 na melius ait: Irascimini, & nolite peccare. Maluit peccatum recidere q̄ excusare. Satius est indignatione laHeb.11 dem clementię reperire, q̄ ira in vltionē excitari. Quis ergo dubitabit filij eius maximū præsidiū fore apud deum? Domino fauēnte Arcadius imperator iam valiAba.2. dus inuentus est. Honorius cōtinuo pulsat adolescētiæ 4.Re.22. fores, puectior ætate q̄ Iosias. Ille enim destitutus pa- &.23. tre orsus imperiū vsq; ad tricesimū & primum annū re- 3.Reg.15 gni sui perduxit ætatē, & placuit domino quod prę cę- 2.Para.16 teris regibus Israel domini pascha celebrauit, & ceremoniarū aboleuit errores. Asa quoq; adhuc inualidus corporis robore, cū regnādi curricula recepisset, qua- draginta annis regnauit in Hierusalem: quoniam cum Aethiopū infinita vrgeretur atq; innumerabili multitudine, sperauit à domino, & ī paucis se posse saluari. Vtinā tā fidelis processu q̄ exordio. Nā seruatus in paucis & victor, postea à Syrijs auxilia relicto domino postulauit, & medicos adhibuit ad pedū dolorem. Accepto enim tanto indicio diuini fauoris, auxiliatorem suū nō derelinquere debuit, sed tenere. Ideo ei nec medici pfuerunt, & quasi incredulus mortē impleuit. Sed illorū patres Abias & Amos ambo infideles. Theodosius vero plenus timoris dei, plenus misericordiæ, sperauit quod liberis suis apd Christū præsul assistat, si dominus propitius sit rebus humanis. Bonum est misericors homo, qui dū alijs subuenit, sibi cōsulit, & in alieno re medio vulnera sua curat. Agnoscit enim se esse hominem, qui nouit ignoscere, & vias Christi sequitur, q̄ carne suscepta maluit in hūc mundū redēptor venire q̄ iudex. Vnde pulchre Psalmista dixit: Dilexi, quoniā audiet dominus vocē orationis meæ. In quo psalmo dum legitur, velut ipsum Theodosium loquētem audimus. Psal.114 Dilexi, inquit. Agnosco vocem pią, cuius testimonia vocis agnosco. Et vere dilexit, qui officia diligētis impleuit, qui seruauit hostes, qui dilexit inimicos, qui ijs à quibus sīti fimus ingrati, sed pij pignorib⁹ principis sedulum ac patriū impendamus affectum. Soluite filijs eius quod debetis patri. Plus debetis defuncto, q̄ debuistis viuenti. Etenim si in liberis priuatorū nō sine graui scelere minorū iura temerātur, quanto magis in filijs imperatoris? Addatur, & cuius imperatoris? Imperatoris Prou.20. pij, imperatoris misericordis, sperati fidelis, de quo non mediocre locuta est scriptura, dicens. Magnum & honorabile est homo misericors. Inuenire aut virum

Gen.50 Deut.34 Gen.49 Psal.64 Psal.26 1.Cor.15 Gene.15 4.Reg.6. Rom.13 Deut.6.

FINIS.

G ad ſublimia & ſuperna ſubrigeret, dicebat: dilexi. Nihil
hoc plenius, nihil expreſsius. Interrogabát angeli vel
archágeli: Quid egiſti in terris? (occultorũ enì ſol⁹ cognitor deus) dicebat: dilexi. Hoc eſt dicere: Legẽ iple
ui, Euágelium nõ prætermi. Hoc eſt dicere, morte me
obtuli, & tota die exiſtimat⁹ ſum ſicut ouis occiſiõis. Et
ideo cõfido, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq;
virtutes, neq; altitudo, neq; pfundũ, neq; creatura alia
poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Chriſto
Ieſu domino noſtro. Hoc mandatum legis etiã in Euã
gelio dominns Ieſus docet eſſe ſeruãdum, cũ dicit ad
Ioan.21 Petrũ: Simõ Ioánis diligis me? Et ille reſpõdit: Tu ſcis
domine quia diligo te. Et iterũ dixit: Simõ Ioánis dili
gis me? Et iterũ reſpõdit, Etiã domine tu ſcis, qa diligo
te. Et tertio interrogatus ait: Oía tu ſcis, tu ſcis qa amo
te. Cõfirmauit itaq; charitatẽ trina reſpõſio, vel abole
uit trinę negatiõis errorem. Et hic trinã reſponſionẽ ſi
Pſal.114 quẽrim⁹, inuenim⁹. Dilexi, quoniã audiet domin⁹ vocẽ
orationis meæ. Dilexi, quoniã inclinauit aurẽ ſuã mihi
vt in diebus meis inuocarẽ eum. Dilexi, quia tribula-
tionẽ & dolorẽ inueni, & pro nomine dei mei pericula
H inferni nõ refugi, ſed expectaui vt cõprehendere & in-
uenire me poſſent. Et pulchre ait: Dilexi: quia iam cur
ſum vitæ huius impleuerat. Vnde & Apoſtolus in paſ-
2. Tim.4 ſione iã poſitus ait: Certamẽ bonum certaui, curſum cõ
ſummaui, fidẽ ſeruaui. Quod reliquum eſt, repoſita eſt
mihi corona iuſtitiæ. Magnus dominus, qui nobis de-
dit certamina, quibus mereatur qui vicerit coronari.
Dilexi, inquit, cõfidens, quoniã audiet domin⁹ vocem
orationis mee. Dilexi, & ideo inclinauit aurem ſuã mi
hi, vt iacentem erigeret, mortuum ſuſcitaret. Nõ enim
deus inclinat aurem ſuã vt audiat corporaliter, ſed vt
cõdeſcendat nobis quo nos audire dignetur, & infirmi
tates noſtræ releuare ſubſtantiæ. Inclinat ſe nobis, vt
noſtra ad deum aſcendat oratio. Voce nõ indiget, qui
miſericordiam defert. Neq; enim voce indiguit, q Moy
ſen tacentẽ audiuit, & nõ loquentẽ, ſed interpellantem
gemitibus ineffabilibus ad ſe clamare dicebat. Nouit
I de⁹ & ſanguinẽ audire, cui nulla vox ſubeſt, lingua nõ
ſuppetit, ſed accepit vocẽ ſacræ titulo paſſionis. Cla-
mauit in martyrio, clamauit in parricidio qd⁹ pertulit
pro ſacrificio. Dilexi, inquit, & ideo diligens feci volũ
tatẽ domini, & innocaui eum nõ in paucis, ſed in omni
bus diebus vitæ meæ. Nã certis diebus inuocare, nõ om
nibus, faſtidientis eſt, nõ ſperantis, & pro vſu affluentiũ
cõmodorum mercedem gratiarum referre, non p de-
1. Theſ.5. uotionis affectu. Et ideo Paulus in omnibus, inquit, gra
tias agite. Quando enim nõ habes qd⁹ deo debeas, aut
quando ſine dei munere es, cui quotidie viuendi vſus à
1. Cor.4 domino eſt? Quid enim habes quod non accepiſti? Er-
go quia ſemper accipis, ſemper innoca. Et quia qd⁹ ha-
bes, à domino eſt, debitorẽ te ſemp eſſe cognoſce. Ma-
lo tamen vt quaſi diligens q̃ coactus debitum tuum ſol
uas. Audis dicentẽ: Circundederunt me dolores mor-
tis. Ego tamen & in mortis dolore dominum dilexi. Pe
ricula inferni inuenerunt me, non timentẽ vtiq;, ſed a-
mãtem, ſed ſperantẽ. qd⁹ nullæ me anguſtiæ, nulla pſe-
Roma.5 cutio, nulla pericula, nullus gladius ſeparat à Chriſto.
Deniq; volens inuenit tribulationem & dolorẽ, ſciens
quia tribulatio patientiã operatur, patientia p̃bationẽ
probatio ſpẽ. Etenim quaſi bonus athleta queſiuit cer
tamina, vt coronã inueniret: quã tamẽ nõ ſuis viribus,
ſed domini auxilio nouit ſibi eſſe donatã. Non enì po-
tuiſſet vincere, niſi eũ qui certãtes adiuuat inuocaſſet.
Miſer homo cõgreditur vt vincat, & ipſe in periculum
ruit, niſi domini nomẽ affuerit, ſi cum veretur orauerit
dicens: O domine libera animã meã. Hinc illud Apoſto
Roma.7 licũ: Video legẽ carnis meæ repugnantem legi mentis
meę, & captiuantem me in lege peccati, qd⁹ eſt in mem-
bris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de cor-

pore mortis huius? gratia dei p Ieſum Chriſtũ dominũ K
noſtrũ. Ille vincit, qui gratiã dei ſperat, non qui de ſua
virtute præſumit. Cur ergo nõ præſumas gratiã, cũ ha-
beas præſulẽ certaminis miſericordiã? Miſericors enim Pſal.114
& iuſtus dominus, & deus noſter miſeretur. Bis miſeri-
cordiã poſuit, ſemel iuſtitiã. In medio iuſtitiæ eſt, gemi
no ſepto incluſa miſericordiæ. Superabundãt enì pec-
cata, ſuperabundet ergo miſericordia. Apud dominũ
omniũ virtutum abundãtia eſt, quia dominus virtutum
eſt. Neq; tamen iuſtitia ſine miſericordia eſt, neq; ſine
miſeratione iuſtitia, quia ſcriptũ eſt: Noli eſſe nimium Eccle.7
iuſtus. Quod ſupra menſuram eſt, etſi bonum eſt, ta-
men tu non ſuſtines. Menſuram ſerua, vt ſcd'm menſu-
ram recipias. Nõ impedit tamen iuſtitia miſericordiã,
quia miſericordia ipſa iuſtitia eſt. Diſperſit dedit pau- Pſal.111.
peribus, iuſtitia eius manet in ęternum. Nouit enim iu-
ſtus debere ſe infirmis atq; inopibus ſubuenire. Vnde
dominus veniens ad baptiſmũ, vt nobis infirmantibus
peccata donaret, ait ad Ioannem: Sine modo. Sic enim Mat.3.
decet nos implere omnem iuſtitiã. Liquet igitur iuſti-
tiam eſſe miſericordiã, & miſericordiam eſſe iuſtitiã.
Etenim ſi dei nos miſericordia non ſuſtentaret, quo-
modo in ipſo exordio paruuli viueremus, cũ effuſi vte
ro de calidis in frigida, de humidis in arida piſciũ mo-
re iactemur, quos naufragos in hanc vitã quidã naturæ L
fluctus expuerit? Ratio deeſt, ſed gratia diuina nõ defi-
cit. Ipſe ergo cuſtodit paruulos, aut certe eos q̃ ſe paru-
ulos humili cõfitentur affectu. Bona igitur humilitas,
quæ liberat periclitantes, iacentes erigit. Nouit eam il-
le qui dixit: Ecce ſum ego, peccaui, & ego paſtor male- 2.Reg.24
feci, & iſti in hoc grege quid fecerũt? Fiat manus tua in
me. Bene hoc dicit qui regnum ſuũ deo ſubiecit, & pœ
nitentiã geſsit, & peccatum ſuum confeſsus veniam po
ſtulauit, ipſe per humilitatẽ peruenit ad ſalutem. Hu-
miliauit ſe Chriſtus, vt omnes eleuaret. Ipſe ad Chriſti
peruenit requiem, qui humilitatem Chriſti fuerat ſecu
tus. Et ideo quia humilẽ ſe præbuit Theodoſius impe-
rator, & vbi peccatum obrepſit, veniam poſtulauit: cõ-
uerſa eſt anima eius in requiem ſuam, ſicut habet ſcri-
ptura quæ dicit: Conuertere, anima mea in requiẽ tuam Pſal.114
quia dominus benefecit mihi. Pulchre dicit animę cõ-
uertere, quaſi diuturno cuiuſq; operis ſudore exercitæ,
vt à labore conuertatur ad requiẽ. Cõuertitur equ⁹ ad
ſtabulũ vbi curſum impleuerit: nauis ad portũ, vbi ad
ſtationẽ fidam à fluctuũ mole ſubducitur. Sed quid eſt
qd⁹ ait: Ad requiem meam, niſi ſecundũ illud intelli-
gas qd⁹ ait dominus Ieſus: Venite benedicti patris mei, Math.25.
hæreditate poſsidete paratum vobis regnum à conſti-
tutione mundi? Tanq̃ enim poſſeſsionem hæreditariã, M
de qua recipimus quæ promiſsa ſunt nobis. Fidelis de⁹
quæ ſemel ſeruis ſuis præparat, non ſubtrahit. Si fides
noſtra maneat, manet & ſponſio. Vide ò homo circa te
gratiam Chriſti adhuc in terris quas teris, & in cœlo
poſsides. Ibi ergo ſit cor tuum, vbi eſt poſſeſsio tua.
Hæc eſt requies quæ iuſtis debetur, negatur indignis. Pſal.94
Vnde ait dominus: Sicut iurani in ira mea, ſi introibũt
in requiem meã. Qui enim non cognouerunt vias do-
mini, non ingrediuntur in requiẽ domini. Qui autẽ bo
num certamen certauit, & curſum cõſummauit, ipſi di
citur: Conuertere in requiem tuam. Bona requies præ-
terire quę mũdi ſunt, & in illis quæ ſupra mundũ ſunt
cœleſtium cõſortijs requieſcere ſecretorũ. Hęc eſt re- Pſal.54.
quies ad quã properauit, dicens: Quis dabit mihi pen-
nas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Hanc ſan-
ctus requiem ſuam nouit, ad hanc requiem conuerten-
dum animę ſuæ dicit. Erat ergo anima in requie ſua,
ad quã dicit eſſe redeundum. Hæc eſt requies ſabbati
magni, vt vnuſquiſq; ſanctorum ſupra mũdi ſenſibilia
ſit in illo ſtelligibili ſecreto totus intẽtus atq; adherẽs
deo. Hęc eſt requies illa ſabbati quo requieuit deus ab

A omnibus operibus mundi iſtius. Feriatus his ſæculi cu-
ris Theodoſius ſe ereptum gaudet, & eleuat animã ſuã
atq; ad illã perpetuã dirigit requiẽ, pulchre ſibi cõſul-
tum aſserẽs, qd⁹ eripuerit animã ei⁹ deus, de morte quã
mortẽ frequenter in hoc ſęculi iſtius lubrico ſuſtine-
bat, inquietus fluctibus peccatorũ: eripuerit etiã oculos
eius à lachrymis. Fugit enim dolor, & triſtitia, & gemi-
Apoc.21. tus. Et alibi habemus: Deleuit omnẽ lachrymã ab ocu
lis eorũ, & mors nõ erit amplius, neq; luct⁹, neq; clamor
neq; dolor. Si ergo mors nõ erit, laplum ſentire nõ po
terit in illa requie cõſtitutus, ſed placebit deo ĩ regio-
ne viuorũ. Nõ enim vt hic homo inuolutus eſt mortis
corpore obnoxio lapſib⁹ atq; delictis, ita & illic. Ideoq;
regio illa viuorũ eſt, vbi anima eſt, quæ ad imaginẽ & ſi
militudinẽ dei facta eſt, nõ caro figurata de limo: ideo
in terrã reuertitur, anima ad requiẽ feſtinat ſupernam,
cui dicitur: Cõuertere anima mea in requiẽ tuã, in quã
feſtinauit intrare Theodoſius, atq; ingredi ciuitatẽ Hie
ruſalẽ, de qua dictũ eſt: Et reges terrę ferent gloriã ſuã
in illã. Illa eſt vero gloria quæ ibi ſumitur, illud regnũ
2.Cor.5 beatiſsimũ qd⁹ ibi poſsidetur, ad qd⁹ feſtinabat apoſto
lus, dicẽs: Audemus ergo, & cõſentimus magis peregri
nari de corpore, & adeſse ad dominũ: & ideo connitì-
mur ſiue abſentes ſiue preſentes placere illi. Abſolutus
igitur dubio certamine fruitur nunc auguſtæ memorię
Theodoſius luce perpetua, trãquillitatę diuturna, & p
ijs quæ in hoc geſsit corpore, munerationis diuinę fru
B ctibus gratulatur. Ergo quia dilexit Auguſtæ memoriæ
Theodoſius dominũ deum ſuum, meruit ſanctorũ cõ-
ſortia. Et ego vt quidẽ ſermonẽ meum per orationem
cõcludam, dilexi virum, miſericordẽ, humilẽ ſperio,
corde puro & corpore mãſueto præditum, qualẽ do-
Eſa.66. minus amare cõſueuit, dicẽs: Supra quẽ requieſcã, niſi
ſupra humilẽ & mãſuetum? Dilexi virum, qui magis ar
guentẽ q̃ adulantẽ probaret. Strauit omne quo vteba-
tur inſigne regium, defleuit in eccleſia publice pecca-
tum ſuum, qd⁹ ei aliorũ fraude obrepſerat. Gemitu & la
chrymis orauit veniã. Quod priuati erubeſcunt, non
erubuit imperator publice agere pœnitentiã, neq; vll⁹
poſtea dies fuit, quo non illũ doleret errorẽ. Quid qd⁹
præclaram adeptus victoriam, tamẽ quia hoſtes in acie
pſtrati ſunt, ſuſtinuit à cõſortio ſacramentorũ, donec
domini circa ſe gratia filiorum exprimeretur aduẽtu?
Dilexi virũ, qui me in ſupnis ſuis vltimo ſpiritu requi-
rebat. Dilexi virũ, qui cum iã corpore ſolueretur, ma-
gis de ſtatu eccleſiarũ q̃ de ſuis periculis angebatur. Di
lexi ergo fateor, & ideo dolorẽ meũ intimo viſcere do
C lui, & prolixiore ſermonis proſecutione ſolandũ puta
ui. Dilexi, & præſumo de domino, quod ſuſcipiat vocẽ
orationis meę, qua proſequor animã piã. Circundide
Pſal.114 runt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt
me. Multorũ enim pericula ſunt, ſed remedia pauco-
rum. In omnibus ſacerdos periclitatur, in omnib⁹ reis
angitur. Quod enim alij patiuntur, ipſe ſuſtinet: & ite-
rum liberatur cũ alij qui tenentur periculis, liberãtur.
Conteror corde, quia ereptus eſt vir quẽ vix poſſum⁹
inuenire. Sed tamen tu ſolus domine innocandus es, tu
rogandus, vt eum in filijs repræſentes. Tu domine cu-
ſtodiens etiam paruulos in hac humilitate, ſaluos facio
ſperantes in te. Da requiẽ perfecto ſeruo tuo Theo-
doſio, requiem quã præparaſti ſanctis tuis. Illo cõuerta
tur anima eius, vnde deſcẽdit, vbi mortis aculeũ ſentire
nõ poſsit, vbi cognoſcat mortẽ hãc nõ hominis finem eſſe, ſed culpę. Quod enim mortuus eſt, peccato
mortuus eſt, vt iã peccato locus eſſe nõ poſsit. Reſur-
get autem, vt perfectior renouato munere vita repara-
retur. Dilexi, & ideo p̃ſequor eũ vſq; ad regionem viu-
orum, nec deſeram, donec fletu precibus inducã virũ
quo ſua merita vocant, in montẽ domini ſanctum, vbi
perennis vita, vbi corruptelæ nulla cõtagio, nullus ge-

mitus, nullus dolor, nulla cõſortia mortuorũ, vera re- D
gio viuentiũ, vbi mortale hoc induat imortalitatẽ, & 1.Cor.15
corruptibile hoc induat incorruptionẽ. Magna reges,
quę votũ impleat diligẽtis, pulcherrima, pmiſsio. Ideo
centeſimus quartus decimus pſalmus inſcribitur. De-
niq; ſupra in quartodecimo pſalmo perfectionẽ homi
nis accepimus, ſed illic formatus pfectus licet vir, ſed
adhuc peccato obnoxius, quia viuit in ſęculo. Hic vera
perfectio eſt, vbi iã culpa ceſsauit, gratia ppetuæ quie-
tis affulſit. Ideo cẽteſimus quartus decimus pſalmus, qa
remuneratio charitatis eſt, vnde domini paſcha quar-
tadecima luna formã celebritatis accepit: quoniã q̃ paſ
cha celebrat, debet eſſe pfectus, debet amare dominũ
Ieſum, qui diligẽs populũ ſuũ pfecta charitate, ſeſe ob
tulit paſsioni. Et ſic diligamus nos quoq;, vt ſi neceſſe
fuerit, p̃ domini nomine mortẽ nõ fugiamus, nullũ exi
ſtimemus dolorẽ, nihil metuamus. Perfecta enim cha-
ritas timorẽ expellit foras. Grãde numeri myſterium,
quãdo pater filiũ vnicũ p̃ nobis omnibus tradidit, cũ 1.Ioan.4
pleno luminis ſui orbe luna fulgeret. Ita eſt enì eccle-
ſia, quæ pie paſcha celebrat domini noſtri Ieſu Chriſti
ſicut luna pfecta in ęternum manet. Quiſquis bene hic
domini paſcha celebrat, in lumine ppetuo erit. Quis
ſplẽdidius celebrauit, q̃ qui ſacrilegos remouit erro-
res, clauſit templa, ſimulachra deſtruxit? in hoc Ioſias E
rex ſuperiorib⁹ antelat⁹ eſt. Manet ergo ĩ lumĩe Theo
doſius, & ſanctorũ cœtibus gloriatur. Illic nũc cõplecti
tur Gratianũ iã ſua vulnera nõ mœrentẽ, quia inuenit
vltorẽ. Qui licet indigna morte preuent⁹ ac prępreptus
ſit, requiẽ animę ſuæ poſsidet. Ille bonus vtercq; & pieta
tis interpres, largius miſericordię ſuæ cõſortio delecta
tur. De quibus bene dicitur: Dies diei eructat verbum. Pſal.18.
Cõtra aũt Maximus & Eugeni⁹ in inferno quaſi nox no
cti indicat ſcientiã, docẽtes exẽplo miſerabili q̃ durũ
ſit arma ſuis principib⁹ irrogare. De quibus pulchre di
citur: Vidi impiũ ſuperexaltatũ & eleuatũ ſup cedros
Libani, & tranſiui, & ecce nõ erat. Trãſiuit enim pius de Pſal.36
caligine ſæculari ad lumẽ æternũ, & nõ erat impius qui
eſſe deſiuit iniquus. Nunc ſe Auguſtæ memorię Theo
doſius regnarę cognoſcit, quando in rego domini Ie-
ſu Chriſti, & cõſiderat tẽplum ei⁹. Nũc ſibi rex eſt, quã
do recipit etiã filiũ Gratianũ, & pulchra iã dulciſſima
ſibi pignora quæ hic amiſerat; quando eius flaccilla ad
hæret fidelis anima deo, quando patrem ſibi redditum
gratulatur, quando Coſtantino adhæret. Cui licet ba-
ptiſmatis gratia in vltimis cõſtituto omnia peccata di
miſerit, tamen qd⁹ primus imperatorũ credidit, & poſt F
ſe hæreditatem fidei principibus dereliquit, magni me
riti locũ reperit, cuius temporibus cõpletum eſt illud
propheticũ: in illo die erit qd⁹ ſuper frenũ equi eſt, ſan
ctum domino omnipotenti. Quod illa ſanctæ memo-
riæ Helena mater eius infuſo ſibi ſancto ſpiritu reuela-
uit. Beatus Conſtantinus tali parente, quæ imperanti
filio diuini muneris quęſiuit auxiliũ, quo inter prælia
quoq; tutus aſsisteret, & periculum nõ timeret. Magna
fœmina, quæ multo amplius inuenit qd⁹ imperatori cõ
ferret, q̃ qd⁹ ab imperatore acciperet. Anxia mater p̃ fi
lio cui regnũ orbis Romani ceſserat, feſtinauit Hiero-
ſolymã, & ſcrutata eſt locũ dominicę paſsionis. Stabu-
lariam hanc primo fuiſſe aſserunt, ſic cognitã Conſtã-
tio ſeniori, qui poſtea regnum adeptus eſt. Bona ſtabu
laria, quæ tã diligenter præſepe domini requiſiuit. Bo-
na ſtabularia, quæ ſtabularium nõ ignorauit illum qui
vulnera curauit à latronibus vulnerati. Bona ſtabula-
ria, quæ maluit exiſtimari ſtercora, vt Chriſtũ lucrifa-
ceret. Ideo illũ Chriſt⁹ de ſtercore leuauit ad regnũ, ſe
cundum quod ſcriptũ eſt: Quia ſuſcitat de terra inopẽ
& de ſtercore erigit pauperem. Venit ergo Helena, Pſal.2
cœpit reuiſere loca ſancta, infudit ei ſpiritus vt lignum
crucis requireret, accedit ad Golgothã, & ait: Ecce lo-

G cus pugnæ,vbi est victoria? Quæro vel vexillũ salutis, &non inuenio. Ego,inquit,in regnis,&crux domini in puluere?ego in aulis,& in ruinis Christi triũphus? Ille adhuc latet,& latet palma vitæ æternæ?Quomodo me redemptã arbitror,si redẽptio ipsa nõ cernitur? Video quid egeris diabole,vt gladius quo peremptus es,obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit,nec latere aquã passus est. Tollatur igitur ruina,vt vita appareat: Promatur gladius, quo veri Goliæ caput est amputatum. Aperiatur humus,vt sal⁹ fulgeat. Quid egisti diabole,vt abscõderes lignum,nisi vt iterũ vinceres? Vicit te Maria, quæ genuit triũphatorẽ quæ sine imminutione virginitatis edidit eũ qui crucifixus vinceret te,&mortuus subiugaret. Vinceris & hodie,vt mulier tuas insidias deprehẽdat. Illa quasi sanctã dominũ gestauit,ego crucem eius inuestigabo. Illa generatũ decuit,ego resuscitatũ. Illa fecit vt deus inter homines videretur,ego ad remediũ peccatorũ diuinũ de ruinis eleuabo vexillũ. Aperit itaq; humum, decutit puluerẽ,tria patibula cõfusa reperit,quæ ruina conte-
xerat,inimicus absconderat. Sed non potuit obliterari Christi triũphus. Incerto hæret vt mulier, sed certã in
H daginẽ sanctus spiritus inspirat, eo q; duos latrones cũ domino crucifixi fuerint. Quærit ergo mediũ lignum, sed poterat fieri vt patibula inter se ruina cõfunderet, casus mutaret,& inuerteret. Redit ad euangelij lectionẽ,inuenit quia in medio patibulo prælatus titul⁹ erat
Ioan.19. Iesus Nazarenus rex iudæorũ. Hinc collecta est series veritatis,titulo crux patuit salutaris. Hoc est quod petentibus iudæis Pilatus reſpdit: Quod scripsi,scripsi. id est,non ea scripsi quæ vobis placerent,sed quæ ætas futura cognosceret,nõ vobis scripsi,sed posteritati, ꝓpemodũ dicens: Habeat Helena quæ legat vnde crucẽ domini recognoscat. Inuenit ergo titulũ,regẽ adorauit,nõ lignũ vtiq;,quia hic Gentilis est error,& vanitas impiorũ. Sed adorauit illũ qui pepẽdit in ligno, scriptus in titulo, illũ qui sicut scarabeus clamauit,vt persecutoribus suis peccata donaret. Anuida mulier festinabat tangere remediũ immortalitatis, metuebat calcare sacramentũ salutis. Læto corde, & trepidanti vestigio
I quid facæret nesciebat. Pertendit tamẽ ad cubile, veritatis lignũ refulsit, & gratia micuit,vt quia iam fœminam visitauerat Christus in Maria,spiritus in Helena visitaret: docuit etiam quod mulier ignorabat, & deduxit in viam quam mortalis scire non poterat. Quæsiuit clauos,quibus crucifix⁹ est dominus,&inuenit. De vno clauo frenos fieri præcepit,de altero diadema intexuit vnũ ad decorẽ,alterũ ad deuotionẽ vertit. Visitata est Maria vt suã liberaret,visitata est Helena vt imperatores redimerentur. Misit itaq; filio suo Constantino diadema gemmis insignitũ,quas precio sior ferro innexas crucis redemptionis diuinæ gemma connecteret. Misit &frænum,vtroq; vsus est Constantinus,&fidem transmisit ad posteros reges. Principiũ itaq; credentiũ imperatorum, sanctum est quod super frenum: ex illo fides vt persecutio cessaret,deuotio succederet. Sapiẽter Helena egit,quæ crucẽ in capite regũ leuauit &locauit,vt crux Christi in regibus adoretur. Nõ insolẽtia ista,sed pietas est,cum defertur sacræ redẽptioni. Bonus itaque clauus Romani imperatoris, qui totũ regit orbem, ac vestit principũ frontem, vt sint prædicatores qui persecutores esse cõsueuerunt. Recte in capite clauus,vt vbi sensus est,ibi præsidiũ. In vertice corona,in manib⁹ habena. corona de cruce,vt fides luceat,habena quoq; de cruce,vt potestas regat,sitq; iusta moderatio,nõ iusta præceptio. Habeant hoc etiam principes Christi fibi liberalitate conceſsum,vt ad imitationẽ domini dicatur
Psal.20. de imperatore Romano: Posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Ex illo gratulatur ecclesia,erubescit iudęus,non solũ erubescit,sed etiam torquetur,
quod ipse sibi autor cõfusionis est. Dũ insultat Christo K
cõfessus est eũ regem, dũ regem iudæorũ appellauit, sacrilegiũ suũ quinõ credidit,cõfitetur. Ecce inquiũt: et crucifixim⁹ Iesum,vt Christiani & post mortẽ resurgãt,&mortui regnẽt. Nos crucifiximus quẽ reges adorãt. Quẽ nõ adoramus,ipsi adorãt. Ecce & clau⁹ in honore est: & quẽ ad mortẽ impresimus, remediũ salutis est,atq; inuisibili quadã potestate dęmones torquet. Putabamus nos vicisse,sed victos fatemur. Iterũ Christus resurrexit,&resurrexisse eũ principes agnouerũt. Iterũ viuit,qui nõ videtur. Nunc maior nobis contentio, nũc pugna nobis vehemẽtior aduersus eũ cui regna famulãtur, cui seruit potestas,illũ contẽpsimus, qũo regibus resistemus? Ferro pedũ eius reges inclinãtur. Reges adorãt,& Fotiniani diuinitatẽ eius negãt? Clauum crucis eius diadematí suo prę ferũt imperatores,& Arriani eius imminuunt? Sed quęro, quare sanctũ sup frenum, nisi vt imperatorũ insolentiã refrenaret, compti meret licentiam tyrannorum, qui quasi equi in libidines adhinnirent,quod liceret illis adulteria impunecõ mittere? Quæ Neronũ, quæ Caligarũ cæterorũq; ꝓbra cõperimus,quibus nõ fuit sanctũ super frenũ. Quid ergo aliud egit Helenę operatio, vt frena dirigeret, nisi vt omnibus imperatoribus sancto dicere spiritu videretur: Nolite fieri sicut equus & mulus, sed in freno & Psal.31.
chamo maxillas eorũ cõstringeret, qui se nõ agnoscerẽt reges,vt regerẽt sibi subditos? Prona enim potestas L
in vitiũ ferebatur, & more pecudũ vaga sese libidine polluebant: ignorabãt deũ, restrinxit eos crux domini,&reuocauit à lapsu impietatis. Leuauit oculos eorũ vt Christũ in cœlo quærerẽt. Exuerũt se chamo ꝓfidię, susceperũt frena deuotiõis & fidei,secuti dicentẽ: Tol
lite iugũ meũ super vos. Iugũ enĩ meũ suaue est,& on⁹ Matth.11.
meũ leue est. Inde reliqui principes Christiani, præter vnũ Iulianũ,qui salutis suæ autorẽ reliquit,dũ philosophiæ se dedidit errori,inde Gratian⁹ & Theodosi⁹. Nõ ergo mentita est prophetia, dicẽs: Ambulabunt reges Isa.60.
in lumine tuo,ambulabũt plane, ac maxime Gratian⁹ & Theodosius præ cęteris principes no iã armis militũ sed meritis suis tecti,nõ purpureũ habitũ,sed amictum induti gloriæ. Qui cũ hic delectarẽtur absolutiõe mulorũ,quãto magis illic pepercisse se plurib⁹ recẽsendo pietatis suę recordatione mulcẽtur,qui nũc luce fruuntur cãdida,lõge meliora illic,q̃ hic posidebãt, habita
cula consecuti,dicentes: O Israel, q̃ magna est domus Baruch.3
domini,& q̃ ingens locus professionis eius: magnus, & nõ habẽs finẽ. Et perfuncti maximis laboribus inter se cõferunt: Bonũ est viro cũ portauerit iugũ graue à iu- Thren.3
uentute,sedebit singulariter,&silebit, quia portauit iugũ graue. Qui enim iugum graue portauit à iuuentute M
requieſcit: postea remotus à turba præcipuũ locũ quie
tis suę possidet,dicens: Quoniam tu singulariter in spe Psal.4.
cõstituisti me. Portauit iugũ graue à iuuentute sua La- Luc.16
zarus pauper,ideo singulariter in sinu Abrahæ requieſcit diuinæ testimonio lectionis. Portauit iugum graue Theodosius à iuuentute,quando insidiabantur eius saluti qui patrem eius triumphatorẽ occiderant. Portauit iugũ graue,quãdo subijt pietatis exiliũ,quando infusis Romano imperio barbaris susceꝑit imperiũ. Portauit iugũ graue,vt tyrannos Romano imperio demoueret. Sed quia hic in labore,ibi in requie. Sed iã venia mus ad Augusti corporis transmissionem. Fles Honori germen Augustũ,&lachrymis piũ testificaris affectũ qđ inhonorũ adhuc honore tumuli patris corp⁹ ꝑ spatia multa trãsmittis. Sed &patriarcha Iacob ꝓpter populũ liberandũ quẽ tetra fames graui vrgebat periculo,relicta domo senex ad peregrina contendit, atq; ibi defunctus,ad sepulchrũ patriũ ꝑ aliquot dies filio, ꝑsequẽte deduct⁹ est. Nec derogatũ est aliq̃d meritis eius, sed magis acceſsit ad laudẽ,qđ ꝑ suis carẽs dedita do-

A mus sorte,quodã supremi funeris peregrinatus est exilio. Fles etiã imperator Augustę,quod non vsq; Constãtinopolim reuerendas reliquias ipse profequeris. Eadẽ tibi causa nobiscũ est,omnes iusto dolore ꝑsequimur: omnes,si fieri posset, deductores tecũ esse cuperem⁹. Sed Ioseph ad finitimã accesit prouinciam. Hic multa interiacent regionũ diuortia,hic maria transfretanda sunt. Nec hoc quidem tibi laboriosum, nisi te teneret respublica,quam boni imperatores & parentibus & filijs prætulerunt. Deniq; ideo te imperatorẽ pater fecit, dominus cõfirmauit,vt nõ solũ militares patri,sed oibus imperares. Nec vereare ne inhonorę inhonorẽtur quo cũq; accesserint reliquię triũphales. Nõ hoc fẽtit Italia quę charos spectauit triũphos, quę à tyrãnis iterũ liberata cõcelebrat suæ libertatis autorẽ. Nõ hoc Constãtinopolis,quæ scd'o ad victoriã principẽ m. sit, quẽ cum vellet tenere,nõ potuit. Expectabat quidẽ in reditu ei⁹ triũphales solẽnitates,& titulos victoriarũ. Expectabat totius orbis imperatorẽ stipatũ exercitu Gallicano,& totius orbis subnixũ viribus. Sed nũc illud Theodosi⁹ potẽtior,nũc glorioſior redit,quem angelorũ caterua deducit,quẽ sanctorũ turba ꝑsequitur: Beata plane quę paradisi incolã susceꝑis,&habitatorẽ supernæ illi⁹ ciuitatis augusto sepulti corporis tenebis hospitio.

FINIS.

INDEX EPISTOLARVM DIVI AMBROSII MEDIOLAN. EPISCOPI.

EPISTOLAE LIBRI PRIMI.

Ambrosius iusto, exponẽs q̃d significet illud didrachmum, cuius dimidiũ Hebræus præcipitur offerre ꝓ redemptione animæ suæ. Epistola I.
Ambrosius Simpliciano,explanãs quid sibi velit quod Moyses post oblatum sacrificium, & immolatas domino salutares hostias, dimidiam partem sanguinis in crateras miserit, dimidiam autem ad altare fuderit. Epistola II.
Ambrosius Simpliciano, causam reddens cur Moyses propheta maximus inueniatur magis Aaron fratris consilium q̃ suum probaſse. Cur etiam tam difficile tamq; rarum sit pœnitentiam peccati gerere in hac vita homini. Epistola III.
Ambrosius Irenæo, declarans quomodo intelligendũ sit quod in Exodo legitur: Abominanda apud Aegyptios immolemus deo? Qualibus præterea ductoribus,& qua via ad ecclesiã Christi perueniatur. Qui illam ingrediantur,& quid eis in ipsa sit agendum. Epistola IIII.
Ambrosius Felici Comensi episcopo, asserens se & lectione sermonis illius,& spe futuri aduentus refocillatum,simulq; vt venire non negligat adhortans. Epistola V.
Ambrosius Irenæo, Pythagoricũ mandatũ cõmemorãs, quo ille discipulos suos cõmunem atq; vsitatam populo viã ingredi,phibuit, & vt idẽ à sacerdotib⁹ obseruetur,multiplici ratione ꝑsuadens. Epist. VI.

EPISTOLAE LIBRI SECVNDI.

Ambrosius Simpliciano,elegãter de vera libertate ac etiam seruitute disputans,fortissimisq; argumẽtis solum sapientem vera libertate gaudere, & omnẽ insipiẽtem seruum esse comprobans, atq; ad illam amplectendam plurimum cohortans. Epistola VII.
Ambrosius Faustino,eundẽ propter obitum germanæ acerbo dolore mœrentẽ,cõsolans. Epist. VIII.
Ambrosius Bellicio graui ægritudine priusq; in dominum Iesum crederet iactato, postea vero reualescẽte,illum ex diuinę visitationis pietate in fide Christi confortans,&ad aliorum sacramẽtorũ perceptionem exhortans. Epistola IX.

EPISTOLAE LIBRI TERTII.

Ambrosius simpliciano,pulchre de veris diuitijs,ac cõtraria paupertate differens, & q̃ omnis solusq; sapiens vere diues, atq; insipiens pauper sit, demonstrans. Epistola X.
Ambrosius Irenæo,versiculum illum,speciosus forma &c. græco sermone annotatum voluens, pluribusq; rationibus & exemplis nos prouocans vt illi summo bono quod est dominus Iesus, quo nihil est speciosius, animo intẽdamus,illud quæramus,illud intueamur,illud teneamus,in illo versemur, illi adhæreamus,& in eo pascamur. Epistola XI,
Ambrosius Irenæo,prosequens illud verbum Aggæi ꝓphetæ: Si tempus vobis est vt habitetis in domibus cælatis?multo ex hoc nos sermone commonens vt in superioribus domibus,& non in vallestribus & subterraneis habitemus,taleſq; domos nosmetipsos domino ędificemus. Epistola XII.

EPISTOLAE LIBRI QVARTI.

Ambrosius Irenæo,hanc quæstionem: Vtrũ sit aliqua apud deũ differentia charitatis eorũ qui à pueritia & eorum qui iuuentutis aut posterioris ætatis processu crediderunt,dissoluens. Epistola XIII.
Ambrosius Irenęo,errorem remouens,ne quis eum de quo in superiori epistola dictum est, q̃ duas habebat vxores,duas afcemisse sibi animas intelligat. Epistola XIIII.
Ambrosius Irenæo,causam reddens cur lex prohibuerit mulieres vti veste virili, atq; viros idui stola muliebri. Epistola XV.
Ambrosius Irenæo, epistolã ad Ephesios summaria ac breui explanatione perstringens. Epist. XVI.
Ambrosius clericos quosdam qui propter leue aliquã offensionẽ ab officio desistunt,redarguit,& ad constantiam hortatur. Epistola XVII.

EPISTOLAE LIBRI QVINTI.

Ambrosius Horontiano, eum docens ex Michæa propheta quomodo anima vetus & infirma à recto itinere deuians lapsa sit: quoue processu conuertatur, gradumq; reparet ac reformet, & vt in ꝓposito suo perseueret admonens. Epistola XVIII.
Ambrosius Horontiano, disserens quẽadmodum animam euangelicã quę est ecclesiæ filia, dominus resus primo susceperit,erudierit,atq; consummauerit Epistola XIX.
Ambrosius Horontiano,quæ sit diuina hæreditas defi niens,& cur tanti æstimetur, vt propter eam plerique morti se offerant. Epistola XX.
Ambrosius Horontiano,quęstionẽ de natura & subsistãtia animæ subtili resp̃sione dissoluẽs. Epi. XXI.
Ambrosius Horõtiano,superioris quęstionis resp̃sionẽ latius explanãs atq; cõplens. Epist. XXII.
Ambrosius Horõtiano, dubitationẽ tollẽs de quo spiritu dictum sit, quia postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Epistola XXIII.
Ambrosius Marcello, narrãs se causam veternosi iurgij inter illum & fratrem ac sororem componendi tanq̃ arbitrum susceꝑisse,rationemq; huiusce modi compositionis exponens. Episto. XXIIII.
Gratianus Augustus beato Ambrosio, vt ad se docendum veniꝛe festinet postulans, & vt scripturis atq; argumentis spiritum sanctum deum esse cõuincat, rogans. Epistola XXV.
Ambrosius Gratiano Augusto, epistolam ipsius plurimum commendans, suaq; voluntati se satisfactũrum pollicens. Epistola XXVI.
Ambrosius Valẽtiniano imperatori, legationis suæ expositionem insinuans. Epistola. XXVII.

Ambrosius Theodosio imperatori, seipsum excusans, & vt ille facinoris sui pœnitentiam agat, rationibus atq; exemplis suadens, rogans, hortãs, & admonẽs, Epistola XXVIII.
Ambrosius Theodosio imperatori vindicari iubẽti in episcopum & Christianos qui synagogam incenderunt, vehementer eum ob hoc arguẽs, atq; vt aliam epistolam dictare iubeat, & quod prius iussum fuerat emendet, exhortans. Epistola XXIX.
Ambrosius Valentiniano, eundem rogans atq; conueniens ne ad petitionem gentilium aras eorum imperatorio decreto instaurari iubeat, ostendens q; ex tali decreto, primum deo, deinde patri & fratri iniurias irrogari. Epistola XXX.
Symmachi verbis præfecti persuadẽtis ritus veteres circa cultũ deorũ esse seruãdos, ad iperatores relatio.
Ambrosius Valentiniano imperatori, relationi Symmachi respondens, aptissimisq; confutationibus eã refellens. Epistola XXXI.
Ambrosius Valentiniano imperatori, recusans certare cum Auxentio Arriano in consistorio imperatore iudicaturo, ex eo qđ in causa fidei episcopi de laicis in ecclesia, & non laici de episcopis in consistorio debeant iudicare. Epistola XXXII.
Sancti Ambrosij in Auxentiam de Basilicis tradendis inuehentis, suosq; ad constantiam atq; tolerantiam exhortantis, Oratio.
Ambrosius Marcellinæ sorori suę, refellens illi quid in causa de basilicis tradendis factum sit, & in quo statu res ipsa nunc consistat. Epistola XXXIII.
Ambrosius Theodosio imperatori, decessum Valentiniani Augusti vehementer se dolere, aptissimũq; pro sepultura eius locum præparatum esse insinuãs. Epistola XXXIIII.
Ambrosius Eusebio episcopo, apparitori præfecturę offensam quam contraxerat esse remissam, Faustinumq; paruulum tussi laborantem ad sororem venisse referens. Epistola XXXV.

EPISTOLAE LIBRI SEXTI.

Ambrosius Sabino episcopo, eos qui indignum duxerint q; Paulinus venditis facultatibus, & læculo relicto, secretum quoddã elegerit, confutans & cõprobans, quod non ignominiosum aut turpe, sed gloriosum sit, opprobriosum, vilem & nudum fieri pro Christo. Quid etiam denudatio ipsius Dauid figuerit, exponens. Epistola. XXXVI.
Ambrosius Chromatio, ex illo quod in libro Numerorum à Balaam dictum esse legitur, quia non mentitur deus, nec est augurator in Israel: discutiens vnde habuerit iste qui augur erat, vt oraculum dei loqueretur, & figura manifestaret. Epist. XXXVII.
Ambrosius Horontiano, rationẽ huic quęstioni reddens, cur prius oia vel volatilia, vel terrestria, vel quæ in aq̃s sunt, p ducta fuerint, q̃ homo ꝑpter quẽ cũcta illa creata sunt, formaretur. Epi. XXXVIII.
Ambrosius Horotiano, de diuisione ꝓphetica quæ operatorem atq; opera distinxit, ratione quoq; sex dierũ quibus factus est mũdus, & mysterio septimi atq; octaui numeri subtiliter diserens. Epist. XXXIX.
Ambrosius Sabino, libellos illi mittens, atq; rogans vt scrutanter discutiat, & quæ corrigenda decreuerit, arbitrij sui iudicio corrigat. Epistola XL.
Ambrosius Sabino, ex eo quod illi cõplacuit vsus epistolarũ, spondens se frequẽtius eũ scriptis suis, præsertim cũ solus sit, velle alloqui, solitudinẽq; plurimũ cõmendans atq; suadens. Epistola XLI.
Ambrosius Sabino, de paradiso quid alij senserint referens, & quæ sua de mystico paradiso sit sentẽtia, pulchra expositione declarans. Epist. XLII.
Ambrosius Sisynnio, pietatem illius commendans qđ filio ignouerit, qui eo inconsulto vxorem acceperat. Epistola XLIII.

EPISTOLAE LIBRI SEPTIMI.

Ambrosius Constantio, in suscepto ecclesiæ gubernamine illum confortans, ac diligenti cõmonitione instituens qualẽ se debeat coram plebe domini exhibere loquẽdo, docendo, admonendo, hortãdo, ꝑsuadendo, obsecrando, vt vitijs & terrenis cupiditatibus renũcient, virtutes sectentur, bonorũq; operũ diuitias querant, & domino in sobrietate & gratia & tota mentis sedulitate seruiant. Demũ idẽ aliã quãdam ecclesiam commendans. Episto. XLIIII.
Ambrosius Sabino, causam reddens cur post scripturã prius directã codicem apertius scriptũ trãsmiserit. Cur etiam propriam manum stylo suo affixerit, ad epistolarem inde ludum eum inuitãs, & vsum illius exponens, Epistola XLV.
Ambrosius Eusebio, iucunditatẽ illius in filijs & filiorũ benedictionem recensens. Epistola XLVI.
Ambrosius Irenæo, confutans errorẽ cuiusdam maledici Apollinaristæ, qui non potest audire quod dominus noster Iesus Christus pro nobis seruitutẽ susceperit. Epistola XLVII.
Ambrosius Irenæo, ꝑsequens illud qđ in Hieremia scriptũ est: Clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit: naturã istius auis describẽdo, & eam diabolo ac membris suis adoptando. Epistola XLVIII.
Ambrosius Syricio, narrãs illũ Prisco adueniẽti literas dedisse, & se eidẽ reuertẽti alias reddidisse. Et quia vtrũq; eorũ officio remuneratus sit, etiã eius officij preciũ incremẽta debere adipisci gratiæ. epi. XLIX.
Ambrosius Attico, scribens literas suas Priscũ sibi, & se illi alias reddidisse, Priscũ dilectiõi suæ amplius cõmendans. Epistola. L.
Ambrosius Felici, significans tuberũ sibi missorũ partem amicis direxisse. Et illum quod se tamdiu nequaq̃ reuiserit, arguens. Epistola LI.
Ambrosius Romulo, quæstioni illius, cur videlicet deꝰ dixerit: Ponam cœlũ æreum, & terram ferream, satisfaciens. Epistola LII.
Ambrosius Titiano, illi congaudens quod à Rufino liberatus sit, quem sibi grauiorem iudicẽ in negocio cum nepte sua arbitrabatur. Epistola. LIII.
Ambrosius Syricio, gratum sibi asserens cũ & ab ipso literas accipiat, & ille aliquos de cõseruitio suo dirigat, eosq; se diligere contestans, qui non patiũtur se à suo munere diutius abesse, & ad sequendum dominum Iesum suadens. Epistola LIIII.
Ambrosius Fœgadio & Delphino episcopis, insinuans Polybiũ vt vtriq; eorũ scriberet popolcisse, ac post datam epistolam vtriusq; nomine conscriptam, altera exegisse, & ei se illam dedisse. Epist. LV.
Ambrosius Romulo, de eo quod Aaron populo poscẽti sibi deos fieri aurũ detraxerit, & q̃ eo auro figuratum sit vituli caput, & quod Moyses tã dure indignatus sit vt iuberet quemq; insurgere in necẽ proximi sui, quid ipse sentiat exprimens. Epist. LVI.
Ambrosius Seuero episcopo, scribens cõpresbyterum suum Iacobum Campaniæ sibi ad requiescendũ litora, vbi orationi vacet, & deo seruiat, elegisse, se vero in medio omnium molestiarum freto versari cõquerens. Epistola LVII.
Ambrosius studio, pia illi persuasione respõdens quid in causa cuiusdam criminosi potius agere debeat. Epistola LVIII.
Ambrosius sacerdotibus quibusdam & omni clero plebis Thessalonicensium, de obitu, vita, virtutibus, & conuersatione sancti viri Acholij. Epist. LIX.
Ambrosius Anysio sancti Acholij successori, de successione eius congaudens, vitamq; sancti Acholij commendans, & illius adolescentiam, iuuentutem atque senectutem benedicens. Epistola LX.
Ambrosius Candidiano, splendorem sermonis, & fulgorem affectus eius commendans, illiq; benedictionem optans. Epistola LXI.

EPISTOLAE LIBRI OCTAVI.

Ambrosius Irenæo, quæstionem cur dominus deus mãna pluerit populo patrum, & nunc non pluat, dissoluens. Epistola LXII.
Ambrosius Iusto, diserens quod veteres quos plerisq; secundum artem scripsisse negant, secundum gratiã quæ super omnem artem est, scripserint: de quorum tamen scriptis ij qui de arte scripserunt, artem inuenerunt. Epist. LXIII.
Ambrosius Syagrio Veronensis ecclesię episcopo, literis illius respondens, eumq; vehementer arguẽs de iudicio attentato in causa cuiusdam virginis per turpes quasdam personas accusatæ, & cur causam istam ad se reuocauerit, & qualem in ea sententiam pronũciauerit, exponens. Epist. LXIIII.
Ambrosius Syagrio, pro castitatis contumelia dolentem querelam faciens, atq; ex scripturis sanctis ostendens quantum maiores nostri reuerentię detulerint castimoniæ, quatũmve vltionis studium aduersum temeratores pudicitiæ fuerit. Epist. LXV.
Ambrosius Paterno, eũdem quia filio neptem, ex filia copulare voluit, redarguens, & vt ab ea discedat intẽtione, commonens. Epist. LXVI.
Ambrosius Quinegio, illum de consultatione sua cõmendans. Epist. LXVII.
Ambrosius Antonio, amorem eius in se, & sui animum in illum commemorans. Epist. LXVIII.
Ambrosius Alypio, literas illius sibi esse redditas, & se suis respondisse literis significans. Epist. LXIX.

EPISTOLAE LIBRI NONI.

Ambrosiꝰ Vigilio, instituẽs eũ qũo plebẽ docere debeat, ac inter cætera vt coiugia ex alienigenis refugiãt, Sampsonisq; exemplo comprobans q̃ pniciosũ sit alienigenę mulieris copulã asciuisse. Epist. LXX.
Ambrosius Irenæo, occasione eius quod in Apostolo scriptum est: Lex enim iram operatur, &c. quęstionem cur lata sit lex, absoluens. epist. LXXI.
Ambrosius Irenæo, causam reddens cur pleraq; in lege præcepta sint quæ per euangelium vacuata videntur, vt est circuncisio corporalis, & obseruatio sabbati, aliaq; plura huiusmodi, Cur etiam lex pædagogus dicatur. epist. LXXII.
Ambrosius Clementiano, vim apostolicæ disputationis in superiori epistola notatæ aperiens, simũlque ostendens iudæum non esse secundum adoptionem hæredem. epist. LXXIII.
Ambrosius Horontiano, ex eo quod ab apostolo commemoratum est, Abraham credidit deo, & reputatũ est ei ad iustitiam, &c. colligens quod ij magis Abrahę filij sunt qui ex fide hæredes sunt, ipsam quoque fidem plurimum commendans. epi. LXXIII.
Ambrosius Bellicio, exponens quid sibi velit illud q̃ dominus Iesus videns à generatione cæcum, exspuit, & fecit lutum, & superunxit oculos cæci, &c. epistola. LXXV.
Ambrosius Studio, quæstionẽ ab eo propositam quam in quadam epistola superius ad eundem scripta absoluit, latius ac plenius pertractans & absoluens. epistola LXXVI.
Ambrosius Constantio, causam reddens cur circuncisio veteris testamenti autoritate quasi vtilis imperetur, & noui testamẽti magisterio quasi inutilis repudietur, aduersantiumq; obiectiones arguta responsio ne dissoluens. epist. LXXVII.

EPISTOLAE LIBRI DECIMI.

Ambrosius Theophilo, dolenter conquerens de statu causę discordiarũ inter Euagriũ & Flauianũ, & quid eũ in hac re agere velit, exponẽs. epi. LXXVIII.
Ambrosius Theophilo & anysio, excusans se de iudicio ferendo inter Bonosum episcopũ & accusatores eius, illiq; causam istam cõmittens. Nolẽ præterea approbans merito abhorruisse blesphemiã quorundam qui inuiolatam virginem Mariam plures peperisse filios mentiuntur. epist. LXXIX.
Syricius papa Mediolanensi ecclesię, narrãs quid actũ sit contra hæreticos qui sub velamento pij nominis serpentino sermone catholicam veritatem corrumpere, ac fideles Christianos sauciare moliti sunt, admonensq; vt ab illis se custodiant. epi. LXXX.
Ambrosius, Basianus & cæteri Syricio papæ, pastoralem illius solicitudinẽ circa ouile Christi custodiendum, & lupos arcendos cõmendantes, virginitatẽq; contra istorũ dementiam coniugio præferentes, immaculatam præterea Christi genitricẽ Mariam, ratione, testimonijs, figuris, & exemplis astruentes in partu virginem permãsisse, Præconia deniq; viduitatis attexentes, ac tandem iouinianum & reliquos hæreticos esse dãnatos insinuantes. epist. LXXXI.
Ambrosius Vercellensi ecclesiæ, & eis qui inuocãt nomen domini nostri Iesu Christi, dolenter conquerẽs quod ipsa sola adhuc sacerdotem non habeat, illosq; admonens vt parentũ exempla sequantur ad postulandum sacerdotem. Horum præterea errorem qui nullum dicunt esse abstinẽtię meritum, vel virginitatis fructum, rationibus scripturis & exemplis cõfutans, voluptatem quoq; condemnans, & ieiunium, abstinentiam, temperantiam ac virginitatem excellenter commendans, Vercellenses deinceps ad constantiam & alias virtutes exhortãs. Quodque maxime in ꝑpiscopi petitione abesse debeat malignitas. Ac tam dem qualis in episcopum eligendus, qualęsve & ipsi esse debeant, exponens. epi. LXXXII.
Ambrosius episcopis per Aemiliã constitutis eos de celebritate paschali instruens. epi. LXXXIII.
Ambrosius sacrę virgini Demetriadi, magnis præconijs veram humilitatem exaltãs, aduersantemq; illi superbiam digna vituperatione confundens. Ac per hoc ipsam ad elationẽ cauẽdam, & prędidio syncerę humilitatis armãdã ꝑsuadẽs. epist. LXXXIIII.

FINIS INDICIS.

Diui Ambrosij

MEDIOLANEN. EPISCOPI

EPISTOLARVN LIBER I.

DIVI AMBROSII ad iustum, exponentis quid significet illud didrachmum cuius dimidium Hebræus præcipitur offerre pro redemptione animæ suæ. epist. I.

AMBROSIVS iusto. Pulchre admones frater vt epistolares fabulas, & sermonem absentium ad interpretationẽ absentium ad interpretationem conferamus oraculi cęlestis, interrogãs me quid significet illud didrachmum cuius dimidium Hębręus ꝓcipitur offerre ꝑ redẽptione animę suę. Quid enim tam cõsociabile, q̃ de diuinis rebus sermonẽ cõtexere? nst aũt di

G midiū didrachmi drachma. Redēptio aūt animę fides. Fides ergo drachma, quā illa mulier in euangelio, vt legimus, amiſsam diligēter requirit, lucernā accendens,
Lucæ. 15. & mundus domum ſuam: & ſi inuenerit, conuocat amicas & vicinas, petens cōgratulari eas ſecū, qđ inuenerit drachmam quā perdiderat. Magnū enim damnū animę ſi quis fidē amiſerit, vel gratiā, quā fidei precio acquiſiuit ſibi. Et tu ergo accēde lucernā tuā. Lucerna tua oculus tuus eſt, ille interior oculus ſcilicet mētis, iſtam lucernā accēde, quæ accipit oleum ſpiritale, & lucet in tota domo ſua. Quere drachmam, redēptionem animæ tuæ: quā qui amiſerit, turbatur: qui inuenerit, exultat. Eſt & redēptio animæ miſericordia. Redēptio enim animę hominis, diuitiæ eius ſunt, quibus vtiq; fit miſericordia, quę ſumptu pauperes iuuat. Fides igitur gratia, gratia miſericordia, miſericordia redēptio eſt animę, quæ drachma, hoc eſt integro precio ſummę plenioris expēditur. Sic enim ſcriptū eſt dicēte domino
exo. 30. ad Moyſē: Qđ ſi acceperis cōputationē filiorū iſrael in viſitatiōe ipſorū, & dabūt ſinguli redēptionem aiæ ſuæ domino, & non erit in his ruina in viſitatione eorū. ut hoc eſt quod dabūt quotquot perambulāt viſitationē, didrachmi dimidiā partē, qđ eſt ſecūdū didrachmum ſanctū. V ginti oboli didrachmū. Dimidia aūt pars didrachmi illatio domino. Omnis qui intrauerit viſitare à viginti annis & ſupra, dabūt illationē domino. Qui dies eſt, non adijciet: & qui pauper eſt, nō minorabitur à dimidia parte didrachmi, cū cœperint dare oblationē domino, & exorare p animabus ſuis. Et accipies
H pecuniā illationis à filijs iſrael, & dabis illā in opus tabernaculi teſtimonij, & erit filijs iſrael legitimum memoriale in cōſpectu domini, & orare pro animabus veſtris. ita ergo deerat vel dies qui plus offerret, vel pauper qui minus haberet, ſi in pecunia dimidiū didrachmū iſtud nō in virtute eſſet. Vnde aduertēdū quod nō materialis iſta ſed intelligibilis drachma ſit, quæ ex æquo ab omnibus conferenda exiſtimabatur. Denique etiam de illa cæleſti eſca (Eſca autem & delectatio alimenti cæleſtis ſapiētia eſt, qua veſcebātur in paradiſo locati, qui erat indeficiēs animæ cibus, quē vocauit mā
ibidē. 16. na diuinus ſermo) ita legimus diſtributionem factā per ſingulas animas, vt æqualis fieret diuiſio. Et collegerunt ſecūdum diſpoſitionem Moyſi, is qui plurimū, & qui minimū, & menſurā fecerunt Gomor, & nō abundauit & ſuperfuit ei qui multū: & ei qui minus, nō defuit. Vnuſquiſq; enim pro numero animarū qui apud ſe erat in tabernaculis, collegerūt p ſingula capita Go
Eccle. 7. mor, id eſt menſurā vini, ſicut habet interpretatio. Eſt autem menſura ſapientię: quæ ſi ſupra menſuram ſit, nocet, quia ſcriptum eſt: Noli eſſe multum ſapiens. Et Paulus docuit ſecundū menſuram dari diuiſionē gratiarum, cū dicit: Quia vnicuiq; datur manifeſtatio ſpi-
1. Cor. 12. I ritus ad vtilitatē, alij ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientię ſecundū eūdem ſpiritum, alteri fides in eodē ſpiritu, alij gratia ſanitatū in vno ſpiritu, & diuidi eam gratiam ſecundū voluntatē ſpiritus. Quod diuidit, æquitatis eſt, quod autem ſecundū voluntatem ſuā diuidit, poteſtatis. Vel quia id velit vnicuiq; conferre qđ profuturum nouerit. Gomor ergo menſura eſt, & menſura vini, quod lætificat cor hominis. Quid autem niſi ſapientiæ potus, iucunditas cordis eſt? Hoc eſt illud vinum quod miſcuit in cratere ſapientia, & offert bibendum, vt ſumamus nobis ſobrietatem & prudentiam, quod ea æqualitate trāſſundi oportet ſenſibus & cogitationibus noſtris, & omnibus motibus, quia intra hāc noſtram ſunt domū, vt ſciamus poſſe abundare omnibus, deficere nulli. Plenius autem de ſanguine Chriſti intelligitur, cuius ad gratiam nil minuitur, nihil adaugetur. Et ſi parum ſumas, & ſi plurimum hauries, eadem perfecta eſt omnibus menſura redemptionis. Paſ

cha quoq; domini, hoc eſt, agnum ita patres epulari in K
bentur, vt ſecundū numerum animarū epulentur ſuarum, neq; plures, neq; pauciores, neq; alijs plus dari, alijs minus, ſed ſecundū animas ſingulorum: ne aut fortiores amplius ſumant, aut infirmiores minus. Gratia enim æqualis ſingulis diuiditur, redēptio diuiditur, domū diuiditur. Neq; plures oportet eſſe, ne quis vacuus ſpei & redēptionis recedat. Plures ſunt quando aliqui extra numerū ſunt, ſancti numerati ſūt omnes, & capil
2. Tim. 2. li eorū. Cognouit enim dominus qui ſunt ipſius. Neq; pauciores, ne magnitudine gratiæ ſit ad recipiendū infirmior. Et ideo omnes æqualitatē deuotionis & fidei deferre præcepit ad paſcha domini, id eſt, ad trāſitum. Paſcha autem eſt quādo anima irrationabilem deponit paſsionem, ſumit autem bonam compaſsionem, vt compatiatur Chriſto, & tranſitū eius in ſe ſuſcipiat, vt inhabitet in ea, & deambulet, & fiat eius deus. Gratia itaq; equalis per omnes, virtus autē diuerſa in ſingulis. Vnuſquiſq; ergo portionē competententē ſuis viribus
Mat. 20. ſumat, ne aut fortior indigeat, aut oneretur infirmior. Habes hoc in euangelio, quia merces æqualis omnibus ſoluitur in vinea laborantibus, ſed pauci ad brauium,
2. Tim. 4 pauci ad coronam perueniunt, pauci dicunt: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Alia eſt enī merces liberalitatis & gratię, aliud virtutis ſtipendum, laboris remuneratio. Ergo didrachmum redemptio eſt, imo dimidiū didrachmi. Redimit aūtē nos à morte, redimit à ſeruitute, ne ſubiecti ſimus mundo, cui renunciamus. Vnde
Matt. 17. dominus in euangelio dicit ad Petrum vt vadat ad mare, & mittat hamum, in ore piſcis inuentum ſtaterem ſumat. & det p domino & pro ſe, exigētibus didrach- L
ma. Hoc eſt igitur didrachma quod exigebatur ſecundum legem, ſed non debebat illud filius regis, ſed alienus. Quid enim ſe Chriſtus redimeret ab hoc mundo, qui venerat vt tolleret peccatum mundi? Quid ſe à peccato redimeret, qui deſcenderat vt omnibus peccatum dimitteret? Quid ſe redimeret à ſeruitute, qui ſe exi-
Exo. 21. naniuerat, vt vniuerſis libertatem daret? Quid ſe redimeret à morte, qui carnē ſuſceperat, vt morte ſua omnibus reſurrectionem acquireret? Non vtique opus habuit redemptione redemptor vniuerſorum, ſed ſicut circunciſionem accepit vt legē impleret, & ad baptiſmum venit vt impleret iuſtitiā, ita etiā didrachma exigentibus ſolutionem non recuſauit, ſtatim ſtaterem p
didrachma iuſsit pro ſe & Petro dari. Maluit enim ſupra legē ſoluere, q̄ id quod erat legis negare. Oſtendit autē contra legē iudeos facere, qui ab vno didrachmū exigerent, cū dimidiū didrachmi exigendum Moyſes
Roma. 10 preſcripſerit. Et ideo & pro ſe & p Petro tāq; ſingulas drachmas in ſtatere ſolui mādauit. Bonus autē cenſus Chriſti, qui ſtatere ſoluitur, quia ſtatera iuſtitia eſt, iuſtitia autem ſupra legē. Deniq; finis legis Chriſtus eſt,
M ad iuſtitiā omni credēti. Hic ſtater in ore piſcis inuenitur, illius piſcis quem capiunt piſcatores hominū, illi9 piſcis qui pōderat ſermones ſuos, vt igne examinatos proferat. Hūc ſtaterem neſcierūt iudæi, quē proditori dederunt. Lex autē dimidiū didrachmi pro redēptiōe animæ exigit, quā drachmā deo deputat, quia totū didrachmū vēdicare nō poterat. Vix enim in iudeo vel portio deuotionis poterat inueſtigari. Qui autem verus eſt liber, verus Hebræus, totus eſt dei: totū quod habet, libertatis eſt. Nihil habet illius qui libertatē recuſat, dicēs: Dilexi dominū meū, & vxorē, & infantes: nō adibo liber. Quod nō ſolum ad dominū, ſed etiam ad eius refertur infirmitatē qui ſe ſubiecerit mūdo quod diligat mundū, vel mentē ſuā, id eſt, nō huius autorem volūtatis. Nec ſolū ad vxorē, ſed etiā ad delectationē refertur, quæ domeſticā non illam æternā curam ſuſcipit. Huic ergo ad limen & oſtium ſuum dominus ſuus aurem pertūdit, vt meminerit ſermonis ſui quo ſeruiem

A tutem ēlegit. Et ideo tu Chriſtiane iſtum ne imiteris, quia tibi ſcriptū eſt, nō vt didrachmū dimidiū (ſi tamē
Mat. 19. vis pfectus eſſe) deo offeras, ſed vt omnia tua vēdas, & des pauperibus. Nec vt portionē ſeruitutis mūdo reſerues, ſed vt totū te abneges, & domini crucem tollas, & ſequaris eū. Cognouim9 itaq; ideo dimidiū didrachmi lege poſtulari, quia dimidiū generi hui9 mundi ſer nabatur, id eſt, cōuerſationi ſeculari, & vſui domeſtico & poſteritati reſeruabatur, quib9 neceſſe erat & ſortē ex ſorte, id eſt, tranſmiſſionis deputari. Vnde & domi nus tētātibus ſe Phariſæis ſubdola interrogatione vtrū ſuaderet cēſum dari Cæſari, reſpōdit: Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerūt ei denarium, in quo erat imago Cæſaris. Ait illis: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei deo. oſtendens illos ita eſſe imperfectos, qui ſibi pfecti viderētur, vt prius Cæſari q̄ deo ſoluerēt. Quib9 enim prior eſſet cura mundi, ab ijs prius ſoluendū foret qđ erat mūdi. Vnde & ait: Reddite, id eſt, vos reddite quę
Danie. 1. ſunt Cęſaris, apud quos figura & imago inuenitur Cęſaris. Illi ergo Hebręi pueri Ananias, Azarias, Miſael, ille Daniel ſapiētior, q̄ nō adorauerūt imaginem regis, q̄ nō receperūt eā, qui nihil de illa mēſa regis accipiebāt, nō tenebantur ad ſolutionē tributi. Nihil enim eo
B rum quæ ſub rege terreno erant, poſsidebant, Ergo eorū imitatores nō ſoluūt tributū, qubi9 portio deus eſt. Ideo dominus ait: Reddite, id eſt, vos reddite qui protuliſtis imaginē Cęſaris, apud quos inuenitur. ego aūtē nihil debeo Cæſari, quia nihil huius mundi habeo. Ve
Ioan. 14. nit enim huius mundi princeps, & in me inueniet nihil. Nihil debet Petrus, nihil apoſtoli mei, quia nō ſūt de hoc mundo. Et ſi in hoc mundo ſunt, ego miſi eos in hunc mundum. Sed iam nō ſunt de hoc mūdo, quia mecum ſunt ſupra mundum. Ergo quod diuinæ legis eſt, ſolui iubetur, non quod Cęſaris. Et tamen & ipſum perfectus, id eſt, prędicator euangelij iam nō debebat, qui plus prædicabat. Non debebat filius dei, non debebat & Petrus in adoptionem a patre aſcitus per gratiā.
Mat. 14. ſed ne ſcandalizētur, inquit, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ibi ſtaterem, illum ſumens da iis p me & te. O magna myſteria, dat dimidiū didrachmi qđ lex iubebat, & non negat quod legis eſt, quaſi factus ex muliere, ſub lege factus. ſecundū incarnationē locutus ſum. Ex muliere ſecundum ſexum. mulier ſexus eſt, virgo ſpecies. ſexus generis, virgo integritatis.
C In quo ergo venit ſub lege, in eo factus eſt ex muliere, id eſt, in corpore. Et ideo didrachma ſolui iubet p ſe & Petro, quia vterq; ſub lege generati. iubet ergo ſecūdū legē ſolui, vt eos qui ſub lege erāt, redimeret. Et tamen ſtaterem dari iubet, quo vectes imponerent ori ſuo, ne ex multiloquio peccatum admitterent. Et iubet dari in ore piſcis repertum, vt agnoſcerent verbū. Qui enim quod legis eſt, exigebāt: cur quod legis eſt, neſciebant? Verbū enim dei ignorare nō debebant: quia ſcri
Deut. 30. ptum eſt: Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Totum igitur didrachmū deo ſoluit, qui ſeculo nihil reſeruauit. Deo enim iuſtitia ſoluitur, quæ eſt mentis ſobrietas. Deo ſoluitur ſermonis cuſtodia, quæ eſt ſermonis ſobrietas. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore aūt cōfeſsio fit ad ſalutē. Poteſt autem, & drachma
Roma. 10 pro veteri teſtamento accipi, didrachmū pro vtriuſq; teſtamenti precio, quia ſecundum legem vnuſquiſque pe legem redimebatur. Qui autem ſecundum euāgeliū redimitur, ſoluit drachmam ſecundum legem, ſangui ne redimitur Chriſti ſecundum gratiam, geminam habens redemptionem, & deuotionis, & ſanguinis. Nec enim fides ſola ad perfectionem ſatis eſt, niſi etiā baptiſmatis adipiſcatur gratiam, & ſanguinem Chriſti redēptus accipiat. Bona ergo drachma quæ deo ſoluitur,

Non eſt drachma denarius, ſed diuerſum eſt. Denique D
in denario imago Cæſaris eſt, in drachma imago dei: Quia vnius eſt dei, ad imitationem ipſius, ab vno incipit, & infinitum diffunditur. Et iterū de infinito numero in vnum quaſi in finem omnia reuertuntur: quia deus & principium & finis omnium eſt. Vnde nec numerū monada, ſed elemētum numeri quib9 ea cura eſt appellauerunt. Et hoc propterea diximus, quia ſcriptū
Apoc. 1. eſt: Ego ſum α & ω: primus, & nouiſsimus, &, Audi iſrael: Domin9 deus tu9 deus vnus eſt. Et tu ergo ad ſimilitudinē domini vnus eſto atq; idem. Non hodie ſobrius, cras ebrioſus: hodie pacific9, craſtina die litigioſus: hodie frugi, craſtina die incontinens. Mutatur enī vnuſquiſq; morum varietate, & fit alter, in quo non agnoſcitur quod fuit, & incipit eſſe quod nō fuit, ſui de gener. Graue eſt enī mutari in peius, ſed eſto ſicut imago in drachma, immutabilis, eūdem habitum ſeruans. Quotidie videns drachmam, attende imaginem: hoc eſt, videns legem, attende in lege imaginem dei Chriſtum. Quia ipſe imago dei inuiſibilis & incorruptibilis, luceat tibi velut in ſpeculo legis. Cōfitere eum in lege, vt eum in euangelio recognoſcas. Si cognouiſti in mādatis, recognoſcis in operibus. Vale, & ſi non infructuoſe didrachmum iſtud cōmiſsum mihi arbitraris, iterum ſi quid habes, committere ne dubitaueris.

¶ Sancti Ambroſij ad Simplicianū, explicantis quid ſibi velit quod Moyſes poſt oblatum ſacrificiū, & im- E
molatas, dominо ſalutares hoſtias, dimidiam partē ſanguinis in crateras miſerit, dimidiam autē ad altare fuderit.

Epiſtola II.

AMBROSIVS Simpliciano. Motum te cum legeres. ſignificaſti mihi, quid ſibi velit qđ Moyſes poſt oblatū ſacrificiū, & immolatas domino ſalutares hoſtias, dimidiā partē ſāguinis in crateras miſerit, dimidiā aūt ad altare effuderit. Sed quid eſt qđ ipſe dubites, & à nobis requiras, cum fidei & acquirendę cognitionis diuinæ gratia totū orbē peragraueris, & quotidianæ lectioni noctur nis ac diurnis vicib9 omne vitę hui9 tēp9 deputaueris, acri præſertim ingenio etiā intelligibilia cōplectens? Vtpote qui etiam philoſophiæ libros q̄ à vero ſint deuij demōſtrare ſoleas, & plerosq; tā manes eſſe, vt pri9 ſcribētū in ſuis ſcriptis ſermo quā vita eorū defecerūt. Tamen quia collatio ſermonis, vt pecunię, magno eſt vſui atq; ea maximus in cōmune emolumētū negociationis p fect9 paratur: qđ mirabilis ſit iſta ſanguinis di F
uiſio, reticere nō queo. Pars enim eius moralem ſapiētiæ diſciplinam videtur ſignificare, pars myſticam. Illa quę in crateras mittitur, moralis eſt: hęc quę ad altare effunditur, myſtica: eo quod diuino munere & aſpiratione quadam humanis infundatur mentibus, vt conuenientia & fidei plena de deo ſentiant. Deniq; qui locuti ſunt de eius maieſtate, & de cęleſtib9, vel apoſtoli, vel ſancti prophetæ, non niſi ex reuelatione demon 2. Cor. 12
ſtrata ſibi loqui auſi ſunt. Vnde Paulus & raptum ſe in
prradiſum, & audiſſe ſe verba quę non licet homini lo Actu. 7.
qui, in epiſtola ſua teſtificatus eſt. Stephanus quoq; vidit cęlos apertos, & Ieſum ad dexteram dei ſtantem. Eſa. 6.
Et Eſaias propheta vidit ſedentem. Nam de Moyſe quid loquar, de quo dicit ſcriptura qđ nō ſurrexit am Deut. 34.
plius propheta in iſrael ſicut Moyſes, qui vidit dominum facie ad faciem in omnibus ſignis & prodigijs quę fecit in terra Aegypti? Myſtica ergo deo libantur, qui ſplendore diuinæ ſapientiæ, cuius pater & genitor eſt, inflammat animæ vigorem, ac mentem illuminat. Sapientia autem dei Chriſtus, in cuius pectore recumbebat ioannes, vt de principali illo ſecretoq; ſapiētię hauſiſſe diuina proderetur myſteria. Deniq; ipſe conſcius

G muneris hoc ſcripſit,qui ſibi quod acceperat vendicare,& ſua aſsignare ingenio reformidabat.Sed & ipſe do
Ioan. 20. minus dicebat apoſtolis os ſuũ aperiens: Accipite ſpiritum ſanctũ, quo declarauit ſe eſse qui Moyſi dixerat:
Exo.4. Ego aperiã os tuũ,& inſtruãte quid debeas loqui. Ergo hæc ſapiẽtia diuina inenarrabilis, impermixta atq; incorrupta ſanctorũ animis ſui infundit gratiam, & cognitionẽ reuelat,vt ſpeculẽtur ei⁹ gloriã.Illa autẽ moralis ſapientię diſciplina eſt,quę mittitur in crateras,& ex illis percipitur atq; hauritur.Crateres igitur ſenſuũ receptacula.Crateres oculi ſunt duo,aures ſunt, nares ſunt,os quoq; aliæ partes cõuenientes muneri.Oculi enim viſum recipiũt & miniſtrãt,auditũ aures, odorẽ nares,ora guſtatũ,& cætera.In iſtos crateres verbũ illud in quo eſt principatus ſacerdotij vel ꝓphetiæ, effundit ſanguinis ſui partes,vt viuificet atque animet irrationabiles portiones, & faciat rationabiles. Deniq; vbi legis diuinę pręcepta numerauit atq; annũciauit populo,Theoriam poſtea intelligibilis illi⁹ arcæ teſtimonij vel cãdelabri vel thymiamatis locuturus immolauit hoſtias,& libauit,ſanguinis partẽ infundens altaribus ſacris,partẽ autem infudit crateribus. Fit ergo diuiſio myſticę illius,hoc eſt,diuinę moraliſq; ſapientiæ.
H λόγος eni diuiſor eſt animarũ atq; virtutũ. λόγος autẽ verbũ dei validũ & acutũ,qđ pertrãſit & penetrat vſq; ad diuiſionem animæ,virtutes quoq; diſtinguit & diuidit,cui⁹ miniſter Moyſes diuiſioẽ ſanguinis virtutũ genera diſtinxit. Et qa nihil præ cęteris in lege,niſi Chriſti aduẽt⁹ annũciatur,atq; eius præfiguratur paſſio,vide ne iſta ſit hoſtia ſalutaris,quã verbũ deus in ſemetipſo obtulit,atq; in ſuo immolauit corpore. Qđ primo moralẽ i euãgelio,ſed etiã in lege docuit diſciplinam, & in ſua patiẽtia atq; in ipſo actu & opere monſtrauit, tãq; in crateras ita in mores noſtros ſenſuſq; trãſfudẽs velut ſubſtantiã quãdã & vitalia ipſa ſapientiæ, quibus mentes hominũ viuificauit ad virtutis ſeminariũ, & inſtituta pietatis.deinde accedẽs ad altare effudit hoſtię ſuæ ſanguinem.Itaque ſiue ita hęc accipias, pius vt arbitror ſenſus eſt: ſiue ſecũdũ Salomonẽ velis,concurrit eque,vt quia ſanguinẽ miſit in crateras Moyſes pro-
Prouer. 9 pheta,cognoſcas ipſũ eſse ſanguinẽ de quo ſcriptũ eſt quia ſapiẽtia miſcuit in cratere vinũ ſuũ dicẽs vt relinquerẽt inſipientiã,& quererẽt ſapẽtiã. Hauritur ergo de cratere ſapientia,hauritur diſciplina,hauritur intellectus,hauritur correctio,hauritur vitæ emẽdatio,hauritur morũ & cõſiliorũ tẽperatio,pietatis gratia, virtutis incrementum,fons vbertatis. Quod vero ad altare effundit ſanguinẽ,intelligere licet ablutionẽ mũdi, remiſſionẽ omniũ peccatorũ. Eteni ſanguinẽ illũ ad altare quaſi hoſtiam effundit ad multorũ exhauriẽda pec
I cata. Agnus enim hoſtia eſt, ſed agnus nõ irrationabilis naturæ,ſed diuinę potẽtiæ,de quo dictũ eſt: Ecce a-
Ioan.1. gn⁹ dei,ecce qui tollit peccatũ mũdi.Nõ ſolũ eni mũdauit ſãguine delicta vniuerſorũ, ſed etiã diuina potestate donauit.An nõ tibi videtur effudiſse ſãguinẽ ſuũ, de cui⁹ latere ſupra ipſũ paſsionis altare aqua cucurrit & ſãguis?Vale,& nos parẽtis affectu dilige, vt facis.

¶Diui Ambroſij ad Simplicianũ, cauſsã reddẽtis cur Moyſes ꝓpheta maximus inueniatur magis Aaron fratris cõſiliũ q̃ ſuum probaſse, Cur etiam tam difficile tamq; rarum ſit pœnitẽtiã peccati gerere in hac vita homini. Epiſtola. III.

Deu. 34. AMBROSIVS Simpliciano. Quãtus ſit vnuſquiſque i ſuo munere,exẽplo debet eſse lectio,quę iure te mouit,qđ Moyſes ille quo nemo prælentius deũ vidit,neq; ſurrexit ãplius in Iſrael ꝓpheta qui deũ facie ad faciẽ ſicut Moyſes videret,ille qui quadra
Exo. 34. ginta dieb⁹ cũ deo iugiter & noctib⁹ fuit cũ legẽ acciperet in mõte, ille inquã cui de⁹ dabat quos loquẽretur ſermões,inuenitur magis Aarõ fratris cõſiliũ q̃ ſuũ ꝓbaſse.Fuit ergo quiſq; hominũ Moyſe prudentior & inſtructior?Atq; ipſũ Aarõ poſtea cũ Maria circa Aethiopiſsæ pſonã legim⁹ erraſse,ſed hoc ipſũ diligẽter diſcute, vbi Moyſes ſcientia præponderet, vbi Aaron cõſilio.Moyſes magnus ꝓpheta, qui de Chriſto dixit: Sicut me,ipſum audietis,& de quo ipſe domin⁹ ait: Si Luc. 16.
Moyſen & ꝓphetas nõ audiunt:nec ſi quis ex mortuis ad illos abierit,credẽt.Ergo in cauſsa ꝓphetiæ præfertur Moyſes ſicut ꝓpheta. Vbi autẽ cauſsa & munus & officium ſacerdotij eſt,prefertur Aarõ ſicut ſacerdos. Tractem⁹ ergo ipſum locũ. Immolatus erat hircus ꝓ Leuit.10.
peccato, & oblatus in holocauſtũ. Quęſiuit eũ poſtea Moyſes,& cõbuſtus erat. Et iratus eſt Moyſes ad filios Aaron Eleazar & Ithamar, qui ſuperfuerant, dicens: Quare nõ manducaſtis quod oblatũ eſt pro peccato in loco ſancto?Quoniã quidẽ ſancta ſanctorũ ſunt hæc vobis manducare, vt auferatis peccatum ſynagogæ,& intus mãducandũ eſse,ſicut mihi pręceptũ eſt,ait. Cũ ergo iratũ eũ vidiſset Aarõ,placide reſpõdit ei: Si hodie obtulerint pro peccato ſuo holocauſta ſua contra dominũ,& acciderint mihi talia,mãducabo quod ꝓ peccato obtulerũt hodie?nũquid placebit domino?Et audiuit Moyſes,& placuit illi.Quid iſta ſignificent, conſiderem⁹.Nihil peccare,ſolius eſt dei: emẽdare ſapiẽ- L
tis eſt,& corrigere erratũ,& pœnitẽtiã gerere peccati. Id tamẽ eſt difficile in hac vita hominũ. Quid enim tã rarũ q̃ vt inuenias virũ qui ſeipſum coarguat, & factũ condẽnet ſuũ?Rara itaq; confeſsio de peccato,rara pœnitentia,rara in hominibus verbi eius aſsertio. Repugnat enim natura,repugnat verecundia. Natura, quia omnes ſub peccato:& qui carnẽ gerit,culpę obnonius eſt.Ergo repugnat natura carnis, & illecebra ſeculi in nocẽtiæ integritatiq. Repugnat etiã verecundia, quia erubeſcit vnuſquiſq; propriã culpã fateri,dũ præſentia magis q̃ futura cogitat. Studebat autẽ Moyſes peccati vacuã reperire animam,vt exuuias erroris deponeret, & nuda culpæ ſine vllo ſui pudore diſcederet.Sed non inuenit,quia cito impet⁹ irrationabilis preuenit, & flãma quędã celerrimi motus animam depaſcitur, atque exurit eius innocentiã.Præponderãt enim futuris præſentia,& violẽta moderatis,& plura paucioribus,& iucunda ſerijs,& aſperis mollia,& triſtibus Iæta,& illecebroſa rigidioribus,& prępropera tardioribus. Velox enĩ eſt iniquitas,quę ad nocendũ occaſiones ſuggerit, quia veloces pedes eius ad effundendũ ſanguinẽ. Lẽta autẽ virtus omnis & diuturna cunctatrix ante iudicat, & adorienda incipit.Ita mens boni,ſpeculatrix cõſiliorum ſuorũ eſt,priuſq; examinat quid decorũ atq; honeſtum:iniquitas vero opere cogitationẽ anteuertit. Pi- M
gra igitur & verecũda eſt pœnitentia, qa premitur & reuocatur preſentiũ pudore.Solis enĩ intendit futuris, quorũ ſpes ſera,tardior fructus, & ideo petitio ipſa tardior.Inter hęc ſpei & virtutis molimina præcurrit impudẽtia, & ſpẽ præſentiũ pœnitẽtia excluditur, & tãq; exuritur affect⁹ ei⁹,& huiuſmodi aboletur i vitijs.Quę rit eã lex,& nõ inuenit. Ambuſta eſt enĩ feruore & fumo iniquitatis.& indignatio quędã legis mouetur.Dicit Moyſes deuorandã fuiſse pœnitentiã in ſanctiſsanctorum,ſacerdotes quaſi ſegniores increpat. Reſpõdit Aarõ,quidũ debere eſse iudicium ſacerdotale,nec facile male ſanæ cõſciẽtię cõmittẽdũ id muneris, ne fiat error deterior priore. Vaſe enĩ fœtido vel oleũ vel vinũ facile corrũpitur ac deterioratur. Quo aũt poterat vbi ignis alien⁹ erat,peccatũ exuri,& hoc ſub cõſpectu domini,cui,& occulta ſũt cognita?Nũquid poteſt placere domino ſi quis cũ adhuc verſetur in iniquitatib⁹, & iuſticiã corde incluſã teneat,dicat ſe agere pœnitẽtiã:Simile eſt ac ſi quis ægerſe ſanũ ſimulet, magis æ-

A nihil ei ꝓdeſse põt ſimulatio ſanitatis, cũ verbo adumbretur,nõ vllo fulciatur ſubſidio virtutis. Ignis itaq; alienus eſt libido. Ignis alien⁹ eſt oẽ iniuſtitiæ incẽdiũ cupiditatis. ignis eſt alien⁹ omnis ardor auaritiæ.Hoc igni nemo mũdatur,ſed exuritur. Nã vbi iſte ignis alienus eſt,ſi quis i cõſpectu ſe offerat domini, ignis eũ cę-
Leuit.10. leſtis abſumit, ſicut Abiud & Nadab quos exuſsit ignis cælestis pariter cũ ijs quę ꝓ peccato ſacris fuerãt oblata altaribus.Qui ergo vult mũdare peccatũ ſuũ,ignem à ſe remoueat alienũ.Illi ſoli igitur ſe offerat qui culpã nõ hominẽ exurit.Qui ſit iſte ignis,audi dicentem: Quia Ieſus baptizat in ſpũſancto & igni. Hic eſt ignis qui ſiccauit hæmorrhouſę ꝓ duodecim annos ſanguinẽ ꝓfluẽtẽ.Hic eſt qui peccatũ Zachęi abſtulit dicẽtis
Lu.19. qđ dimidiũ bonorũ ſuorũ daret pauperibus, & ſi cui quicq̃ abſtulit,redderet quadruplum.Hic eſt ignis qui abſterſit culpã latronis.Ignis enim cõſumẽs eſt, qui dixit ei:Hodie mecũ eris in paradiſo. Illos itaq; ſanauit, quib⁹ ſimplicẽ & purã reperit cõfeſsionẽ, nihil maligni,nihil fraudulẽtũ. Deniq; Iudas ad remediũ puenire nõ potuit,cum diceret: Peccaui quod tradiderim ſanguinem iuſtum:qui alienũ ignẽ voluebat in pectore ſuo,qui eum inflammauit ad laqueũ. Indignus enim remedio fuit,quia non intimo mentis conuerſus ingemuit,& ſedulo geſsit pœnitentiã. Tantæ enim pietatis eſt dominus Ieſus, vt & ipſi donaret veniam ſi Chriſti
B expectaſset miſericordiam.Hãc ergo culpã ſacerdotes non auferunt,neq; peccatũ eius qui in dolo ſe offert, & adhuc in ſtudio delinquẽdi eſt.Nõ enim poſsunt epulari in eo quod plenum fraudis,& ſerpentis interius cicatricis eſt.Cibus enim ſacerdotis eſt in peccatorũ remiſsione.Vnde ait princeps ſacerdotum: Meus cibus
Ioan. 4. eſt vt faciam voluntatẽ patris mei qui in cælo eſt. Quæ eſt voluntas dei,niſi ea,cũ conuerſus ingemueris,tunc ſaluus eris?in illo erga ſubdolo cib⁹ nullus eſt. Deniq; nec ipſe epulãdi ſuauitatẽ capere poteſt in quo nõ ſyncera & pura conſcientia eſt. Amaritudo enim fraudis epulandi ſuauitatẽ obducit:nec permittit mala cõſciẽtia vt reficiat & paſcat obnoxium animum pœnitẽtia. Ideo ergo talis affectus, talis petitio, talis pœnitentia non eſt vſui aut voluptati ſacerdotibus. Meritoq; hircus ille qui pro peccato oblatus eſt in holocauſtũ,quia nõ fuit ſyncera hoſtia,exuſt⁹ eſt,quia in eius ſacrificio ignis alienus repertus eſt. Non eſt itaq; complacitũ & acceptum ſacrificium deo.Nõ eſt enim acceptum niſi quod fuerit in diuitijs ſynceritatis & veritatis probatũ.
Leuit.10. Ideo & alibi legis duos hircos,vnum in quo ſors domi
Mat.24. ni,alterum tranſmiſsionis. illum in quo ſors domini, offerri atque immolari pro peccato:illum vero i quo ſors tranſmiſsionis,dimitti in deſertum: vt accipiat populi iniquitates vel alicuius peccatoris.Sicut enim duo ſunt in agro,& vnus eorũ aſsumitur, alius derelinquitur:ita ſunt duo hirci,vnus q̃ ad ſacrificiũ eſt vtilis,a-
C lius qui in deſertũ dimittitur.Hic nulli vſui neq; edendus neq; epulandus à ſacerdotũ filijs. Sicut enim ex ijs quę alimentorum ſunt qđ bonum eſt editur, qđ inutile aut malũ,proijcitur:ita & bona opera epulatoria dicimus,quæ ſunt eſui. Non placebit ergo domino ſi mãducet ſacerdos ſacrificiũ in quo fraus ſit oblationis,nõ ſedulæ cõfeſsionis ſynceritas.Et ideo hircus iſte in deſertũ dimittẽd⁹ eſt,vbi errauerũt patres noſtri, errauerunt in eo, & nõ potuerũt ad reſurrectiõis terrã puenire,ſed iterijt à terra memoria eorũ.Deniq; quæ ſũt epulatoria opera,audi.Et erũt ſabbata terræ nobis eſcæ.Epulatoria enim & refectoria requies i deo, quæ facit aĩ trãquillitatẽ.Vnde & nos etiã in ſermone requeſcam⁹. Vale,& nos,vt diligis,dilige:quia nos te diligimus.

¶Diui Ambroſij ad Ireneum, declarantis quomodo intelligendũ ſit qđ in Exodo legitur, Abominanda apud Aegyptios immolem⁹ deo. Qualib⁹ præterea D
ductorib⁹,& qua via ad eccleſiam Chriſti perueniatur,Qui illam ingrediantur, & quid eis in ipſa ſit agendum. Epiſtola IIII.

AMBROSIVS Irenęo.Mouerite ſignificaſti mihi eo qđ legeris,Abominãda aqud Aegyptios immolemus deo. Sed habuiſti quo iſtud iolueres, Exo.8.
quia in Geneſi ſcriptũ eſt qđ Aegyptij paſtorẽ pecorũ abominabãtur.Nõ vtiq; ꝓpter hominẽ,ſed ꝓpter pecora,illi enĩ aratro terrã inuertebãt. Abraham autẽ & Iacob,& poſtea Moyſes, Dauid, paſtores fuerũt, regalẽ quãdã in hoc munere diſciplinã induẽtes. Oderãt ergo Aegyptij immolata ſacrificia.i. pfecta ſtudia virtutũ,& plena diſciplinæ. Qđ ergo vitioſi oderũt,hoc apud bonos ſyncerũ ac piũ eſt. Opus virtutis deteſtatur luxurioſus helluo,refugit Aegypti⁹,ita corpus quod illecebras diligit, auerſatur animæ virtutes, abominatur ſperiũ,refugit virtutum diſciplinas, & oĩa opera quæ huiuſmodi ſunt. Quę ergo Aegypti⁹ refugit,Aegypti⁹ ille & nõ hõ,hæc tu ãplectere, qui habes humanitatis ſciẽtiã. Illa autẽ declina quę illi ſequũtur atq; eligunt, quoniã duo ſibi iſtã cõgruere nõ poſsunt, prudẽtia,& inſipiẽtia.itaq; ſicut iis quæ in quoda cenſu imprudentiæ atq; intemperantiæ ſunt, abdicat ſe prudentia,abdicat cõtinentia,ita eorum omnis exors inſipiens eſt atq; incontinens, quæ in bonis atq; in hæreditate ſapientis viri ſunt & continẽtis. Deniq; ſanctę illę E
tali cõiugio Lia & Rachel,vna laborioſa, altera aſpiratio fortis,refugiẽtes nõ generis neceſsitudinem, ſed morum diſcrepãtiã,cum viri exerciti Iacob ſermone edoctæ eſsẽt quod vellet diſcedere,vt Laban & filiorũ eius inuidiam declinaret atq; ignauiam, reſpõderunt: Nunquid eſt nobis portio aut hæreditas ĩ domo patris noſtri,& nõ ſicut alienæ exiſtimamur ei? Vẽdidit enĩ Genę. 31.
nos,& deuorauit pręcium noſtrum. Ecce primũ, quia ignauus & inuidus laborioſam & diſciplinæ tenacem alienat à ſe ac defugit,ſeſeque cupit ſeparare:quoniam eas oneri eſse cernit ſibi,& putat ſe lucrum feciſse qđ alienauit eas,& hoc eſse ſuum precium iudicat, eumq; fructũ voluptatis ſuæ. Nunc audiamus quomodo quæ habet virtus,non habeat ignauia. Aiunt enim omnes diuitiæ & gloria,quã tulit deus patri noſtro,nobis erit & filijs noſtris.Merito deo arbitro dicunt eſse ſublata, quia ipſe eſt autor bonorũ, cuius gratia ignaui exuũtur,quia decorem hæreditatis diuinæ capere improbi atq; infirmi non queunt,ſuccedit autem intentus, & ſpiritum in ſe fortis habens. Quis autem fortis niſi ſolus deus, qui omnia coercet & regit?His ergo debetur hæreditas dei.Vnde & Eſaias dicit: Eſt hęreditas credentibus in domino.Et pulchrẽ ait: Eſt hæreditas, ipſa enĩ ſola hæreditas eſt,alia nõ eſt. Neq; enim cæcus theſaurus hęreditas eſt,neq; caduca omnia hæreditatis habẽt cõmodum.Sola eſt illa hęreditas, in quibus eſt portio F
deus.Vndeſanctus domini dicit: Portio mea domin⁹.
Et alibi:Hęres factus ſum teſtimoniorum tuorum.Videas quę poſsideat iuſtus, mandata dei, oracula eius, pręcepta eius.In his diues eſt,his paſcitur, in his delectatur quaſi in omnibus diuitijs. Hęc ergo poſsidentes Lia & Rachel,opes patrias non requirebant,in quibus erat pecunia adultera,irrationabilis ſpecies,& ſpiritualis expers vigoris.Deniq; quaſi diuites & liberę non eũ diuitem ſed egentẽ arbitrabãtur.Omnis enim bonarũ & liberalium cõſors diſciplinarũ neminem inſipiẽtiũ diuitem putat,ſed inopem atq; egenum,abiectũ quoq;, & ſi regalibus diuitijs affluat, & ſuperbus auro ſuã iactet potẽtiã. Fugiẽda eſt igitur talium ſocietas,& ſi aliqua generis copulentur neceſsitudine. Noxiæ ſunt enim cõuerſationes cum inſipientibus, & inficiunt ſobriã mẽtẽ ac decolorãt:quia ſicut adhærẽs ſancto ſan-

G ctus eris:ita cũ peruerſo peruerſus eris. Frequẽter enĩ accidit vt quis cõtra ꝓpoſitũ ſnum intẽperãtẽ audiẽs, cũ velit ipſe cõtinẽtię diſciplinã tenere, fuco inſipientiæ coloretur, meritoq; cõtrariæ ſibi ſunt & repugnantes diſciplina atq; inſolẽtia. Vnde cum vir exercitatus earũ ſententiã quæreret, vocẽ emittunt probatæ iã diu turno exercitio virtutis. Nunquid eſt nobis portio aut hęreditas in domo patris noſtri? Id eſt, cõſulis nos vtrũ velim⁹ ab eo recedere? Quaſi vero nõ cognoueris qđ nullã habeam⁹ cupiditatẽ eius ſocietatis, neq; nos duLcis pluribus ſecularĩ diuitiarũ cupiditas teneat, aut lætitia luxuriæ. Hęc ſunt quę nos miſeria aliena nobis duxim⁹. Hęc ſunt quæ plena inopiæ atq; egeſtatis arbitramur. Adiiciũt etiã cauſsã ſucceſsiõis, quia verã gloriã, & boni theſauri copias amiſit Labã, in quib⁹ maximus vigor datus eſt mẽtis, & bona moneta imaginis dei & ſimilitudinis, quia ſpiritualẽ monetã amiſit, quia ſplendida magis ſeculi elegit, q̃ vera & vtilia vitæ ſuę, quorũ decor expertẽ diuinorũ bonorũ prẽterit: quoniã ille quæ putat pulchra, in ijs ſe fallit ipſum & decipit. Vnde audi eius verba & iudicia. Secutus ſãctum Iacob, & filias ſuas, ne forte apud eas ſuorũ vitiorũ reperiret aliquid, & reuocãdi ad ſe haberet auctoritatẽ, coarguens iuſtũ, cũ ratiõe eſset redargutus, & nihil reſpondere ac referre poſſet, quo eũ deberet tenere: Si annunciaſses, inquit, mihi, emiſiſſẽte. In quo ꝓdidit quod iuH ſtus fugerit, ne eũ proſequeretur, ne deduceret, ne tali comitatu ſtipatus ꝓcederet. Primũ qđ multorum dominorũ mãcipio ſe ſubijcere non debuit, vt ab eo tãq̃ ſeruulus mãcipi mitteretur. Deinde quia vir exercitio intentus, & quærens verã viã ad virtutẽ perſequi, nõ hominẽ deductorẽ, ſed oracula queſiuit cęleſtia. Quę me, inquit, hinc prẽceperunt abire, & nũc comitãtur viantẽ. Sed qũo me dimiſiſses? An cũ lętitia tua, quę plena eſt mœſtitudinis, cũ typanis ſcilicet atq; organis immoderata modulãtib⁹, & ſonis tibiarũ ſuauibus inſuauia reſultãtib⁹ ſonis diſſonis, crepitib⁹ diſcrepãtibus, vocibus mutis, cymbalis animã feriẽtibus. His me delectari poſſe credidiſti? his reuocari? Hæc ſunt quæ ego fugi: nec vereor verborum tuorũ inuidiã. Fugi, ne me talia ſequerẽtur, ne quid de tuis accipiens abirẽ, Nõ enĩ talib⁹ deductorib⁹ ad eccleſiã Chriſti ꝓuenitur, ad quã tẽdebat Iacob, vt eo deduceret populorũ copias, inueheret nationũ diuitias, poſteritatẽ infunderet, fugiens vmbrã inaniũ rerũ, præferẽs iſenſibilis ſimulachris virtutum ſpirantem decorẽ, plauſibilibus prẽponẽs ſeria. Vides enim quẽadmodũ conuiuia gentiles adornent, feſta annuncient, ſed ea pijs mentibus infeſtiora ſunt:I quia ijs plerię decipiũntur, dulcib⁹ capiũtur epulis, capiũntur ſaltantium choris, dũ ieiuna noſtra fugiũt, dũ ea ſibi aſpera putant, dũ corpori noxia & moleſta arbitrãtur. An opinatus es quia aurũ tuũ deſideraret? Sed nõ habes aurum igne examinatũ, quo iuſti probantur. An quia argentum cuperẽ? Sed non habes argentum, qui nõ habes ſplẽdorem alloquij cęleſtis. Sed fortaſſe ſperaui quod adijceres mihi ad obſequium ſeruulos tuos. Ego vero liberos quęro, fugio ſeruos peccati. Sed forte comites itineris & duces viarũ neceſſarij fuerũt. Vtinã ſequi poſſent, ego illis monſtrarẽ domini vias. Sed qui deum neſcitis, vias ei⁹ quomodo nouiſtis? Vias eius ingrediũtur electi à domino. Non quicũq; intrant eas, ſed tamen nemo excluditur. Sequatur qui paratus eſt, ingrediatur viam quæ ducit ad Meſopotamiam, vt qui eã petit, per aquas tranſeat, aquas Tigris atq; Euphratæ, fortitudinis atq; iuſtitię, per lachrymas pœnitẽtiæ, baptiſmũ gratię. In ea eſt virtus exercit⁹ dei. Omnes enim qui ſunt in eccleſia, deo militant. In ea eſt grex ille inſignis diuerſarũ virtutum, quem Iacob ſibi elegit. Omnis enim ſine ſigno anima, indocta & inerudita eſt, diſciplinarũ neſcia, quę autẽ inſignita, eadẽ diues operarum, & gratiarum opima. Ad eã qui venit, iratum fratrem reconciliet prius: Ad eam qui venit, Sichimã prę K cioſam illam & actuoſam inhabitet virtutum officinam, vbi læſæ caſtitatis grauis vltio. Ad eam qui venit, luctetur cum deo, vt ad imitationem eius ſe exerceat, ad humilitatem Chriſti & paſsiones eius cõgrediatur. Tollat crucẽ ſuã, & Chriſtum ſequatur. Deniq; bonus cõgreſſor non æmulatur, non inflatur, imò etiam bene dicit congredientem ſibi tali munere. Sequamur ergo ſanctũ Iacob, & vias eius, vt perueniam⁹ ad eas paſsiones, ad eas cõgreſsiones, perueniamus ad murũ, perueniamus ad patientiam matrem fidelium, & ad patrem Iſaac, id eſt iucunditatis capacem, lætitiæ redundantẽ, Vbi iã patientia, ibi lętitia: quia poſt tribulationes patientia, patiẽtia autem probatione operatur, in qua eſt ſpes, de qua non cõfundimur, quoniam qui non fuerit cõfuſus crucem Chriſti, nec Chriſtus cõfundetur i eo. Vale fili, & nõ erubeſcas patrem interrogare, qui non erubeſcis in paſsionibus Chriſti gloriari.

¶ Diui Ambroſij ad Fœlicem Comenſem epiſcopum, ſe & lectiõe ſermonis illius, & ſpe futuri aduẽtus reſocillatũ aſſerentis, ſimulq; vt venire non negligat adhortantis. Epiſtola v.

L

AMBROSIVS Fœlici Comenſi epiſcopo. Etſi habitu corporis minus valebam, tamen vbi ſermonẽ vnanimis mihi pectoris tui legi, nõ mediocrem ſumpſi ad cõualeſcẽdum gratiã, quaſi quodã tui alloquij pulegio refotus, ſimul quia celebrẽ vtrique noſtrum annunciaſti diẽ affore, quo ſuſcepiſti gubernacula ſummi ſacerdotij, de quo ante momentũ cũ fratre noſtro Baſsiano loquebar. Ortus enim ſermo de Baſilicę, quam condidit apoſtolorum nomine, dedicatione, dedit hunc ſermoni viã, ſiquidẽ ſignificabat qđ ſedulo tuæ quęreret ſanctitatis preſentiã. Tum ego noſtris fabulis intexui diẽ natalis tui, qui foret in exordio ipſo calẽdarum nouẽbrium, eumq; (ſi nõ fallerer) appropinquaſſe, & craſtina celebrandum die, vnde poſthac non excuſaturum promiſi ego de te, quoniã & tibi id de me licet. Promiſi illi, exegi mihi. Præſumptum enĩ habeo quod affuturus ſis, quia debes adeſſe. Nõ ergo te magis meum ꝓmiſsum tenebit, q̃ tuum inſtitutum, qui id in animum induxeris, vt quod oportet facias. Aduertis itaq; quia nõ tam promiſsi audax, q̃ tui conſcius fratri ſpopondi. Veni igitur, ne duos ſacerdotes redarguas, te qui nõ affueris, & me qui tã facile promiſerim. Natalem autẽ tuum proſequemur noſtris orationibus, & tu noſtri in tuis votis nõ obliuiſcaris. Te noſter ſpiritus comitabitur, tu quoq; cum ingredieris ſecundum M tabernaculũ qđ dicitur ſancta ſanctorũ, facito noſtro more, vt nos quoq; tecum inducas cũ ſpiritu. Adolens aureum illud thymiamaterion, nos ne intermiſeris. Ipſum eſt enim quod in ſecũdo tabernaculo eſt, de quo plena ſapientiæ oratio tua ſicut incenſum dirigitur ad cęleſtia. Ibi arca teſtamẽti vndiq; auro tecta, id eſt, doctrina Chriſti, doctrina ſapiẽtiæ dei. ibi dolium aureũ habens mãna, receptaculũ ſcilicet ſpiritalis alimonię, & diuinæ promptuarium cognitionis. ibi virga Aaron inſigne ſacerdotalis gratię aruerat ante, ſed in Chriſto reflоruit. ibi cherubim ſup tabulas teſtamẽti lectionis cognitio ſacræ. ibi propitiatoriũ, ſupra quod i excelſis deꝰ verbũ eſt, imago inuiſibilis dei, quod tibi dicit: Loquar tecũ deſuper ꝓpitiatoriũ de medio duorũ Cherubin. Sic enim loquitur nobiſcũ, vt nos eius ſermonem intelligamus: vel quia nõ mũdana, ſed intelligibilia loquitur, ſicut ait: Aperiã in parabolis os meũ. Vbi enim Pſal.77. Chriſtus, ibi omnia, ibi doctrina eius, ibi peccatorũ remiſsio, ibi gratia, ibi ſeparatio mortuorũ ac viuẽtium. Et Aaron quidẽ ſemel ſtetit in medio eorũ obijciẽs ſe

A ne mors trãſiret ad viuentiũ agmina à funeribus mortuorũ. Hic autẽ quaſi verbũ ſemper ſtat i ſingulis, quẽ nos nõ videmus intra nos, ſeparans rationabiles virtutes à cadaueribus paſsionũ letaliũ, & peſtilentiũ cogitationũ. Hic ſtat quaſi qui in hũc mũdũ venerit vt aculeũ mortis hebetaret, deuoratoriũ ei⁹ obſtrueret, viuẽtib⁹ ęternitatẽ gratię daret, defunctis reſurrectionẽ cõcederet. Huic tu militas; bonã militiã, huius depoſitũ cuſto
Deut. 15. dis, hui⁹ pecuniã fœneras, ſecũdũ quod ſcriptũ eſt: Fœnerabis gẽtibus. Bonũ fœnus ſpiritalis gratiæ, quod veniens domin⁹ cũ vſuris exiget, & cũ te bene diſpẽſaſſe ſuenerit, dabit tibi plura ꝓ pauciorib⁹, eritq; mihi fructus dulciſſim⁹, qđ meũ in te iudiciũ cõprobabitur, ordinatio nõ reprehẽdetur, quã accepiſti per impoſitionẽ manuũ mearũ, & benedictionẽ in noie domini Ieſu. Fac ergo bonum opus, vt in illo die mercedẽ inuenias, & ego in te, & tu in me requieſcamus. Multa meſſis Chriſti, ſed pauci operarij, & difficile reperiũtur q̃ adiuuẽt. Verũ hoc vet⁹, ſed potẽs eſt domin⁹ q̃ mittat operarios ĩ meſsem ſuã. Certe in illo ordine Comẽſiũ iã plerię cœperũt credere magiſterio tuo, & doctrina tua verbũ dei receperũt, ſed q̃ dedit credẽtes, & adiu-
B tores dabit, quo & tibi excuſandi auferatur neceſsitas, quod ſerius nos inuiſeris: & mihi crebrior tuę prælẽtię refundatur gratia. Vale, & nos dilige, vt facis.

¶ Diui Ambroſij ad Irenæum, pythagoricum mandatum cõmemorantis, quo ille diſcipulos ſuos cõmunẽ atq; vſitatã populo viã ingredi prohibuit: & vt idem à ſacerdotibus obſeruetur, multiplici ratione ſuadentis. Epiſtola. VI.

AMBROSIVS Irenæo. Pythagoricũ mandatũ in aliquorũ ſcriptis prædicari inuenimus, quo ille diſcipulos ſuos cõmunẽ atq; vſitatã populo, phibuerit ingredi viã. Sed hoc vnde aſsũpſerit, non eſt incognitũ. Nã cũ ex populo iudæorũ (vt plerię arbitrãtur) genus duxerit, ex ei⁹ diſciplina deriuauit etiã magiſterij prædicta. meritoq; magnus apud philoſophos habitus, æqualẽ (vt aiũt) vix reperit. Legerat itaq;
Exo. 3. in Exodo Moyſi diuino prædictũ eſſe oracuIo: Solue calciamẽtũ pedũ tuorũ. Id etiã prędictũ Ieſu Naue, vi delicet vt detritæ & popularis vię deponerẽt puluerẽ, q̃ viã domini ambulare deſiderarẽt. Legerat prędictũ eidẽ Moyſi, vt mõtẽ cũ ſacerdotib⁹ aſcẽderet, popul⁹ aũt deorſũ ſtaret. Separauit igitur ſacerdotes à populo, & poſtea ipſum Moyſen introire intra nubẽ prædicit. Vides diuiſiones? Nihil in ſacerdotibus plebeiũ requiri, nihil populare, nihil cõmune cum ſtudio atq; vſu & moribꝰ incõditę multitudinis? Sobriam à turbis
C grauitatẽ, ſeriã vitã, ſingulare põdus dignitas ſibi vendicat ſacerdotalis. Qũo enĩ poteſt obſeruari à populo qui nihil habet ſecretũ à populo, diſpar a multitudine? Quid enim in te miretur ſi ſua in tẽ recognoſcat, ſi nihil i te aſpiciat quod vltra ſe inueniat, ſi quę in ſe erubeſcit, in te quẽ reuerẽdum arbitratur offendat? Super egrediamur igitur plebeias opiniones, & ſtrata quędã gregalis cõuerſationis, ac detritæ vię orbitas declinemus, ac vulgaris ſemitæ ſolũ, quã currit ille cuius vita leuior curſore, de quo dicitur. Trãſiuit, & nõ vidit, ſed quæramus nobis viã inacceſsam ſermonibus inſolẽtiũ, inuiã operibus imperitorũ, quã nullus maculoſus detegerat, maculoſus ſcilicet ignauię ſuę ſordib⁹, & fumo iniquitatis oblitus, tenebriſq; & parietinis quibuſdam animæ ruinoſus, qui nullã virtutis ſuauitatem guſtauerit, aut certe limis eam ſpectandã magis q̃ directo affectu, & aperto ſinu mẽtis ſuſcipiendã arbitratus ſit: & quod plerię amãt, qui ſibi faceti atq; vrbani videtur, pulchritudinem ſapiẽtię in dedecus verſutiæ transfigurantes, veram nõ intuens gratiã, tanq̃ in nocte poſitus nõ credit in die viuẽtibus: quia de numero Themanorum & D Sabęorũ eſt deficientiũ & auertentium ſe à veritate, de quibus dicit Iob: Videte vias Themanorum, & ſemitas Sabęorũ: quia cõfuſionem incidẽt qui in ciuitatibus & diuitijs ſpem habent. ita & vos inſurrexiſtis in me ſine Iob. 6. miſericordia: vnde viſo vulnere meo timete. Has igitur deuias ſemitas declinãtiũ, & illũ deficientiũ pulue rẽ, qui ꝓpter ſuã appetentiã cecidẽrũt ſępe in deſerto, derelinquamus. Cõuertamur autẽ, & ſequamur ſapientię viã quã nõ calcauerũt filij glorificãtium ſe & iactantiũ, q̃ interit⁹ ignorat, mors neſcit, quia de⁹ direxit eã. Abyſsus dixit, nõ eſt in me, mare dixit, nõ eſt mecum. Iob. 28. Sed ſi quęris viã ſapientię & diſciplinæ, colere deũ atq; ei ſubditũ eſſe, ſapiẽtia eſt: abſtinere autẽ à peccatis, diſciplina eſt. Quid igitur nobis cũ iſti? ſeculi via, in qua eſt tẽtatio, imò ipſa vita hois tẽtatio eſt, & exilior q̃ ſermo fabularũ, habitare in luteis domib⁹, dies & noctes in lucris ponere, & de lucris ſemper cogitare, & ſicut mercenarius diurnã mercedẽ quærere, atq; vt cicadas aiunt, aura quadã paſci cupiditatũ? Vere ſicut cidadas, quia de die in diẽ viuunt, queſtuq; rũpuntur ſuo. Quid enim aliud ſunt homines nullius põderis, nullius diſciplinæ, niſi vt videãtur ſicut cicadæ, ad mortẽ nati diurnã, ſtrepẽtes magis q̃ loquẽtes? Qui ſub ardore feruentiũ cupiditatũ ſe mulceãt cãtu ſibi noxio, ſtatimq; occidãt, nullũ fructũ ferẽtes, nihil habẽtes gratiæ. Horã igitur viæ noxiæ, tortuoſæq; ſerpẽtiũ, qui venenato laplu corporis ſeſe trahũt, atq; i ſpirã nequitię ſeſe colligũt, & erigere non queunt ad cęleſtia. Ingrediamur autem portas domini, portas iuſtitię, quas iuſtus q̃ fuerit ĩgreſſus, confitetur domino. Sed hęc paucorũ ingreſsio, Vn de domin⁹ ait: Quia anguſta porta, & arcta eſt via quę Mat. 7. ducit ad vitã, & pauci ſunt qui inueniũt eam. Lata autem porta & ſpatioſa via quã multi gradiũtur, ad mortem dirigit, & viatores ſuos eo ducit. Sit ergo via noſtra anguſtior, virtus exuberantior, trames preſsior, fides ſublimior, callis arctior, vigor mẽtis exũdãs, ſemitæ rectę, quia inflxibilia ſunt virtutũ veſtigia. Vnde Salomon: O qui dereliquerũt ſemitas rectas, ſit greſs⁹ ad ſuperiora, quia meli⁹ eſt aſcẽdere q̃ deſcẽdere. Deniq; Eſa. 31. ſicut lectũ eſt hodie: Væ ijs qui deſcẽdunt in Aegyptũ. Nõ vtiq; trãſire ĩ Aegyptũ, criminoſũ eſt, ſed trãſire in mores Aegyptiorũ, trãſire ĩ eorũ ꝓfidiã, eſcæ cupiditatẽ, luxuriæ deformitatẽ, qui eo trãſit, deſcẽdit: qui deſcẽdit, cadit. Declinemus itaq; Aegyptium hoiem, & nõ deũ. Vitijs enim ſuis etiã ipſe rex Aegyptiorũ ĩ poteſtatem eſt datus, cuius cõparatione Moyſes deus exiſtimatus eſt, imperãs regnis, ſubijciens ſibi poteſtates. Vnde ei dictum legimus: Faciam te in deum regi Pha- Exo. 7. raoni. Vale, & nos, vt facis, quaſi filius dilige.

LIBER SECVNDVS.

DIVI AMBROSII ad Simplicianũ, eleganter de vera libertate ac etiã ſeruitute diſputãtis, fortiſſimiſq; argumẽtis ſolũ ſapiẽtẽ vera libertate gaudere, & omnẽ iſipiẽtẽ ſeruũ eſſe cõprobãtis, atq; ad illã amplectendã plurimũ cohortãtis, Epiſt. VII. F

AMBROSIVS Simpliciano. Proximo cum veteris amoris vſu familiaris inter nos ſermo cederetur, delectari te inſinuaſti mihi cũ aliquid de Pauli apoſtoli ſcriptis coram populo ad diſputãdũ aſsumerẽ, qđ ei⁹ ꝓfundũ in conſilijs vix cõprehẽdatur, ſublime i ſentẽtijs audientẽ erigat, diſputantẽ accendat, tũ quia i

G plerisq; ira se ipse suis exponat sermonib9, vt is qui tractat, nihil inueniat quod adijciat suũ, ac si velit aliquid dicere, Grãmatici magis q̃ disputationis fungatur munere. In eo etamẽ, tum quoniam & veteris affectũ amicitiæ, & qđ plus est, paternę gratiæ amorem recognosco: (nã vetustas habet aliquid cũ plurib9 cõsociabile, patrius amor non habet:) tũ quia non ieiune me fecisse iam quod postulas arbitrat9 es, parebo volũtati tuæ: admonitus præsertim & prouocat9 exẽplo meo, quod mihi nõ difficillimum, quia nõ magnum aliquẽ sed me ipsum imitabor, cũ in meos non magnos aliquos vsus reuertor. Et de cõsilijs quidem, cum beatæ vitę imago atque effigies nostro sermone exprimeretur, putamus eam factã complexionem, vt plurib9 fortasse alijs, tibi certe amanti nostri nõ improbemur, licet difficilius sit tuo iudicio q̃ plurium non displicere. Sed iudicij pondus affectu ableuas, eoq; mihi blandior. Hæc autẽ epistola quoniã te absentẽ offendit, de sententijs Pauli est apostoli, qui nos à seruitute in libertatem vocat, dicẽs: Precio empti estis, nolite fieri serui hominũ, ostendẽs libertatem nostram *in Christi esse sapientia. Quę sẽ- *alias in cognitiõe esse sapiẽtię.
tẽtia magno à philosophis fluctuata atq; iactata est disputationis molimine, dicẽtibus quia omnis sapiens liber, omnis autẽ insipiens seruiat. Sed multo hoc prius Dauid filius dixit, qui ait: Stultus sicut luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non testibus mergitur.
Vbi enim sapientia, ibi virtus animi, ibi cõstantia & fortitudo. Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, nõ
H augetur rerum mutationibus: nec vt paruulus fluctuat, vt circunferatur omni vento doctrinæ, sed manet perfectus, in Christo, fundat9 charitate, radicatus fide. Sapiens ergo defectus rerum ignorat, & varium animum nescit, sed fulgebit sicut sol iustitiæ, qui in regno patris sui fulget. Vnde tamen hoc plenius hauserit philosophia, de qua patrum disciplina & prudentia, considere mus. Nonne primus Noe cũ aduertisset quia insipienter filius suus Cham riserat nudatũ patrem, maledixit
Gẽne.9. ei dicens: Maledictus Chã, seruus domesticus erit fratribus suis, & præposuit ei fratres eius dominos, qui sapienter patris senectutem honorandã putarunt. Nõne etiam fons ille disciplinarum omniũ Iacob vbertatem disputationis huius omnium pectoribus infudit, qui sapientiæ merito prælatus est fratri seniori? Denicq; pater pius qui inter duos filios affectu certaret paterno, sed disceptaret iudicio (Affectus enì necessitudine fertur, meritis autem iudicia formantur) cum diuideret alteri
I gratiam, alteri misericordiam, sapienti gratiam, insipienti misericordiam, quia ad virtutem le proprijs viribus erigere nõ poterat, nec spontaneũ gressum attollere, benedixit eum vt seruiret fratri suo, & esset ipsius seruus: ostendens ita deteriorẽ esse seruitute insipiẽtiã, vt remedio ei seruitus sit, quia stultus regere se non potest: & nisi moderatorẽ habeat, præcipitatur, pprijs voluntatibus. Diligẽs ergo pater & consulens seruum eũ fratris sui fecit, vt eius regeretur cõsilio. Ideo incõsultis populis sapientes quiq; adhibẽtur rectores, qui plebeiã insipientiam vigore proprio regant, vt potentię specie dominẽtur, quo vel inuitos auctoritate potestatis subijciant ad obediendũ prudẽtioribus, & obsequẽdũ legibus. Imposuit igitur insipiẽti velut in domino iugũ, & cui in gladio suo viuẽdũ dixerat, libertatẽ negauit, ne temeritate laberetur: præfecit ei fratrẽ, cui9 auctoritate & moderatione subiectus proficeret ad conuersionem. Et quia seruit9 habet discretionẽ (Est enim necessitatis infirmior, voluntatis fortior, quia pulchrius est bonũ qđ nõ ex necessitate fit, sed ex volũtate) ideo ei primo iugũ iposuit necessitatis, postea benedictionem ei voluntariæ subiectionis impartiuit. Non igitur natura seruũ facit, sed insipientia: nec manumissio liberũ,
K sed disciplina. Denicq; Esau liber natus est, & seruus factus est. Ioseph vendit9 in seruitutẽ est, & electus & ad potestatẽ, vt suis emptoribus imperaret. Nõ dedignabatur tamen obsequiũ sedulitatis, sed tenebat virtutis fastigiũ, cõseruabat libertatẽ innocẽtię, integritatis autoritatẽ. Vnde pulchrè Psalmista ait: In seruum venũ datus est Ioseph, humiliauerunt in cõpedibus pedes eius. In seruũ, inquit, venũ datus est. nõ seruus factus. Humiliauerũt pedes eius, non animam eius. Quo enim humiliata est anima, de qua dicit: Ferrũ pertrãsiuit anima eius? Nã cũ aliorũ aĩas peccatum trãseat (Ferrũ enì peccatũ est, qđ est penetrabile) Ioseph sancti anima ita nõ patuit peccato, vt magis peccatũ ipsa penetraret. Denicq; nec herilis illecebra flexus est delinimẽto, nec immerito flãmas nõ sẽsit libidinis, quia maiorẽ diuinæ flagrabat ardorẽ gratię. Vnde & hoc pulchre de eo dictũ est: Quia eloquiũ domini vsit eũ, quo restinxit ignitas diaboli faggittas. Quomodo hic seruus, qui eruditi principes populi in illa frumentaria dispẽsatiõe, vt futuræ inopiæ consulerẽt, & declinando prouiderent? Aut quomodo seruus, qui totã terrã acquisiuit, & vniuersum populum Aegyptiorũ in seruitutem redẽgit? Non vt cõditionem seruitij ignobilis irrogaret, sed vt tributũ constitueret, prẽter possessionẽ tamẽ sacerdotalẽ, quã à tributis immunẽ reseruauit, vt apud Aegyptios quoq; inuiolabilis haberetur religio sacerdotalis. Nõ fecit igitur eũ seruum venditio. Nam vtiq; negociatoribus erat vẽditus. Verũ si preciũ spectes, multos inuenies qui emerunt sibi puellas formæ elegantioris
L quarũ amore capti turpi seruitio sese dederũt. Videbatur Apeme cõcubina Darij regis sedẽs ad dexterã ei9 auferens de capite eius diadema, & suo imponẽs vertici, palmis faciem eius sinistra manu verberãs, quam rex aperto ore intuebatur, gaudẽs siquãdo arrideret ei mulier: quod si ea indignaretur, miserũ se atq; afflictum putabat, vt potestate submissa blanditias obtexeret, & cõciliari sibi eã deprecaretur. Sed quid iste magno allegamus ambitu: Non videmus plerũq; in potestatẽ piraticã vel immanium Barbarorũ redactos parentes à filijs redimi? Nunquid leges pecuniæ potiores q̃ leges naturę? Nunquid in seruitute accrescit pietas? Plerique emptores leonũ sunt, & tamẽ nõ dominãtur leonibus, sed ita subijciũtur versa vice, vt si exasperatos eos excutere cerunice toros viderint, fugiãt & delitescãt. Nihil ergo præiudicat pecunia, quæ plerũq; sibi dominos emit: nihil tabulæ auctionales, quibus emptor frequẽter adiudicatur atq; addicitur. Cõtractus nõ mutat gen9, nec sapientiæ libertatem adimit. Denicq; famulo sapiẽti multi (vt scriptũ est) seruiunt liberi, & est seruus intelligẽs qui regat dominos stultos. Quem ergo magis liberum censes? Sola est sapientia libera, quæ diuitibus pauperes præficit, & quæ seruos pprijs fœnerare dominis fa- M
cit, fœnerare nõ pecuniam, sed intellectũ, fœnerare talentum illius dominici æterniq; thesauri qui nunq; corrũpitur, cuius & vsura præciosa est, fœnerare illud intelligibile eloquiorũ argentum cęlestiũ, de quo lex dicit? Fœnerabis gentibus, tu autem non mutaberis. Qđ Hebræus fœnerauit gentibus, ipse autem non accepit à Deu.15.
populis doctrinam, sed tradidit, cui aperuit dominus thesaurum suum, vt gentes pluuia sermonis sui faceret humescere, & fieret princeps gẽtium, ipse autem supra se principẽ nullum haberet. Liber est ergo qui sapiẽs est, precio emptus oraculorum cœlestium, illo auro, illo argento emptus sermonis diuini, precioq; emptus sanguinis (nõ enim minimum est emptorem agnoscere) precio emptus gratiæ, qui audiuit & intellexit dicentem: Qui sititis, ite ad aquã: & quicũq; non habetis ar- Esa.55.
gentum, ite, emite, & bibite, & mãducate. Liber est ille qui progrediens in bellum, si viderit mulierem bonam aspectu, & deprędat9 opes inimicorũ suorum, repertã

A illic concupierit eam, dem ptis superfluis, & indumẽto captiuitatis detracto, in vxorẽ eã sibi copulauerit, iam nõ seruã, sed liberã. intelligit enim famulatui prudentiam & disciplinã non subiacere. Ideoq; lex dicit: Non venundabitur pecunia. Omne enim preciosum nõ est
Iob.28 dignum. Et Iob dicit: Attrahe sapientiam in interiora. Non illi cõparabitur Aethiopiæ topazion, qđ' auro habetur argentoq; preciosius. Sed nõ ille solũ liber q̃ dominũ licitatorẽ nõ pertulit, aut tollentẽ digitũ non vidit, sed ille magis liber, qui intra se liber est, qui legib9 naturæ liber est, legẽ sciens naturę præscriptã esse moribus, nõ conditionibus, & mensurã officiorũ consentaneũ nõ hominis arbitrio, sed naturæ disciplinis. Vtrũ igitur iste liber tibi tantũmodo, an quidã censor videtur, & præfectus moribus? Vnde vere ait scriptura, quia pauperes diuitum præpositi erunt, & priuati vtiq; administratiõium. An tibi liber videtur qui pecunia suffragiũ sibi emit? Qui plausum populi magis q̃ iudiciũ requirit prudẽtium? Ille ergo liber est qui popularibus auris mouetur? Ille qui reformidat sibilum vulgi? Sed nõ
B ista libertas, quã manumissus accipit, & palma lictoris donatus acquirit. Nõ enim munificentiã, sed virtutẽ libertatẽ esse arbitror, quæ non suffragijs defertur alienis, sed magnanimitatẽ propria vendicatur ac possidetur. Sapiens enim semper liber, semper honoratus, sem
1. Timo.1 per is qui præsit legibus. Denicq; iusto nõ est posita lex, sed iniusto. Iustus enim ipse sibi lex est, nõ habens necesse lõgius sibi arcessere formã virtutis, quã corde in
Prouer.5 clusam gerat, scriptũ habens opus legis in tabulis cordis sui, cui dictũ sit: Bibe aquã de tuis vasis, & de puteorũ tuorũ fontibus. Quid enim nobis tã proximũ q̃ dei verbũ? Hoc est verbũ in corde nostro, & in ore nostro, qđ nõ videmus & tenemus. Sapiẽs ergo liber, quoniam qui ea facit quę vult, liber est. Sed nõ oĩs bona volũtas sed sapiẽtis est omnia quæ bona sunt velle. Odit enim malum, quia qđ bonũ est elegit. Ergo si quod bonum est elegit, arbiter electionis, & eligens operatiõis liber est, quia quod vult facit. Liber ergo sapiens. Sapiẽs oĩa quæ facit, bene facit. Qui autẽ bene facit omnia, rectè facit omnia. Qui vero rectè facit omnia, vtiq; inoffense & irreprehensibiliter, & sine damno, & cõmotione sui facit omnia. Cui igitur hoc subest, vt inoffense faciat, faciat irreprehensibiliter, faciat sine cõmotione sui, sine dãno: nihil insipiẽter facit, sed sapiẽter omnia. Qui autem sapienter facit, nihil habet quod metuat. Metus enim in peccato est. Vbi autẽ nulla formido, ibi libertas: vbi libertas, ibi potestas faciendi quod vult. Solus ergo sapiens liber est. Etenim qui neq; cogi potest, neq;
C prohiberi, is nequaq̃ seruus. Sapientis autem est neque cogi, neq; prohiberi. Non est igitur seruus sapiẽs. Prohibetur enim qui non fungitur ijs quę desiderat. Quæ autem desiderat sapiens, nisi ea quæ virtutis & disciplinæ sunt, sine quibus esse non potest? In ipso enim sunt, nec diuelluntur ab eo. Quod si diuelluntur, iam non sapiens, qui sit sine virtutis vsu ac disciplina, quib9 ipse se fraudet si non sit voluntarius virtutis interpres. Quod si cogitur, manifestum est quod inuitus faciat. In omnibus aũt factis aut à virtute correctiones sunt, aut à malitia prolapsiones, aut media ac indifferentia. Virtutis non coactus, sed voluntarius executor est sapiens, quo niã oĩa quę placẽt agit: malitiã fugitans, nec somnium eius admittit. Indifferentibus ita nõ mouetur, vt nullis momẽtis sicut vulgus hominũ huc atq; illuc inclinetur sed tanquã in statera mens eius equa lance pendeat, vt neq; ad voluptaria propendat, neq; omnino ad ea quæ sunt auersanda, vel leuiter studium inclinet suum, sed immobilis maneat affectu. Vnde liquet quia nihil inuitus facit sapiens, neq; cogitur: quia si seruus esset, coge
1.Cor.9. retur, liber igitur est sapiens. Apostolus quoq; sic definit dicens: Nõ sum ergo liber, non sum Apostolus. Sed
adeo liber, vt cũ subintrassent quidã tentare libertatẽ D
eius, nec ad horam ipse (vt ipse ait) cederet subiectioni, vt veritas euãgelij prędicaretur. Qui ergo nõ cessit, volens prædicauit. Vbi volũtas, ibi merces volũtatis. Vbi necessitas, ibi obsequiũ necessitatis. Melior ergo volũtas q̃ necessitas. Velle ergo sapientis est, parere & seruire infipiẽtis. Hęc etiã Apostoli definitio dicentis: Si enì volens hoc ago, mẽcedẽ habeo, si aũt inuitus, dispẽsatio mihi credita est. Sapiẽti igitur merces defertur, sapiens aũt ex volũtate facit. Liber itaq; secundũ Apostolũ sapiẽs. Vnde & ipse clamat: Vos enim in libertatẽ vo- Galat.5.
cati estis, tantũ ne libertatẽ in occasionem carnis detis. Sequestrata lege Christianum inuitus videatur legi iuc cũbere, vocat in Euangeliũ, qđ voluntas & prædicat, & operatur. Iudæus sub lege, Christianus per Euangeliũ. In lege seruitus, in Euangelio libertas, vbi cognitio sapientiæ. Oĩs ergo qui Christũ recipit, sapiẽs: qui aũt sapiens, liber. omnis igitur Christianus & liber & sapiẽs. Docuit me tamẽ Apostolus qđ' vltra ipsam libertatem sit, vt & seruire libertas sit. Cũ liber, inquit, essẽ, omniũ 1.Cor.9
me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Quid est vltra. Libertatem nisi habere spiritũ gratię, habere charitatẽ? Libertas enim liberũ facit hominibus, charitas amicũ deo. Vnde ait Christus: Vos autem dixi amicos. Bo- E
na charitas, de qua dicitur: Per charitatẽ spirit9 seruite inuicem. Seruunt & Christus, vt omnes liberos faceret. Manus eius in cophino seruierũt, qui non rapinam arbitratus esse se æqualem deo, formã serui accepit, & omnia omnibus factus est, vt omnibus salutem afferret. Cuius imitator Paulus & quasi sub lege erat, & quasi sine lege viuebat pro eorum vtilitrte quos cupiebat lucrari, & infirmis volens fiebat infirmus, vt eos cõfitmaret, & currebat vt cõprehenderet, & corp9 suũ castigabat, vt potestates aereas in Christo triũpharet. Est ergo sapienti & seruire libertas. Vnde colligitur quia stulto & imperare seruitus est: & quod peius est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis & grauiorib9 seruit. Seruit enim propriis passionib9, seruit cupiditatibus suis, quarũ dominatũ nec nocte potest fugere, nec die, quia intra se dominos habet, intra se seruitiũ patitur intolerabile. Gemina enì seruitus est, altera corporis, animarũ altera. Domini autem corporis quidẽ homines, animarum autem malitiæ & passiones, à quibus sola animi libertas sapientem vindicat, vt seruitio ei liceat exire. Quæramus igitur illum vere sapiẽtem, vere liberum, qui quãuis sub pluriũ hominũ dominatu degat, libere dicit: Quis est qui mecum iudicio contenHiere.2
dat? Tu solus manum tuam à me abstine, à cuius conF
spectu non potero me abscondere, & timor tuus nõ me
Psal.50. percellat. Quem se cutus Dauid rex ait: Tibi soli peccaui. Regali enim subnix9 fastigio, quasi legsi domin9 legibus reus non erat, soli deo obnoxius tenebatur, qui
1.Cor.4 dominus est potestatum. Alium audi liberum: Mihi autem pro minimo est vt à vobis dijudicer, vt ab humano die, sed neq; meipsum dijudico. Nihil enim mihi sum conscius, qui autem dijudicat me, dominus est. Vera libertas hominis spiritualis, qa dijudicat omnia, ipse autẽ à nemine dijudicatur, nec à quacunq; creatura participe, sed soli deo se subditũ nouit, qui sol9 sine peccato est, de quo dicit Iob: Viuit dominus, qui sic me iudicat. Solus enim ille potest iudicare iustum, cuius in conspectu cœlũ non est mundũ, nec stellarum pura & clara lumina. Quis est qui Sophoclea in medium serat carmina dicentia: iupiter mihi præest, nullus autẽ hominum? Quanto antiquior Iob, quanto vetustior Dauid? Agnoscãt ergo de nostris se habere quęcunque præstantiora locuti sunt. Quis igitur sapiens, nisi qui ad ipsa peruenit diuinitatis secreta, & manifestata sibi cognouit occulta sapientiæ? Solus igitur sapiens, qui duce deo vsus est ad cognoscenda veritatis cubilia, &

G mortalis homo immortalis dei hæres, & ſucceſsor eſt
factus p gratiã, & quidã iucũditatis particeps, ſicut ſcri-
Pſal.44 ptũ eſt: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ,
præ cõſortibus tuis. Si quis igitur propius ipſa introſpi-
ciat rerũ negocia, cognoſcet quãta ſapiẽti adiumenta,
& quãta in ipſis inſipienti naufragia ſint, quid huic ad
iumẽto libertas, illi impedimento ſeruitus ſit. Inſurgit
enim ſapiẽs quaſi victor debellatis à ſe ac triũphatis li-
bidinis, timoris, ignauiæ, mœſtitudinis, cæteriſq; vitijs,
donec ea de poſſeſsiõe ſuæ mẽtis eliminet, & oibus ter
minis finibuſq; ſuis, ppulſet atq; arceat: quoniã dux cau
tior nouit excurſus cauere latrocinantiũ, & quæ dã furta belli, quæ iniquiſsimi animæ noſtræ aduerſarij igni-
tis ſæpe pertentant ſpiculis. Sunt enim nobis quædã &
1.Cor.7. in pace prælia, & in bello pax. Vnde & ille ait: Foris pu
gnę, intus timores. Sed in his omnibus ſuperamus pro-
pter eũ qui dilexit nos. Dicit quia neq; anguſtijs, neq;
perſecutionibus, neq; fame, neq; periculo mortis terre
tur. Qui vero hęc timet, qui mortẽ reformidat, qũonõ
ſeruus? Seruit profecto, & miſerã quidẽ ſeruitutẽ. Nihil
enim ſic animã ad omnẽ ſeruitutem deijcit, quomodo
formido mortis. Quomodo enim ſe erigat abiectus &
vilis ſenſus atq; ignobilis, demerſus in omnẽ infirmita
tis voraginẽ vitæ huius cupiditate? Vide q̃ ſeruus: Ab-
Gene.4 ſcondã me, inquit, & ęro gemens & tremens ſuper terrã
& erit, omnis qui inuenerit me, occidet me. Itaq; quaſi
ſeruus ſignum accępit, nec ſic tamen necem potuit eua
H dere. Seruit igitur peccator formidini, ſeruit etiã cupi
ditati, ſeruit auaritię, ſeruit libidini, ſeruit malitię, ſer-
uit iracundiæ: & videtur huiuſmodi ſibi liber? Sed ma-
gis ſeruit q̃ ſi ſub tyrannis poſitus. Illi autẽ liberi ſunt,
qui legibus viuunt. Lex autem vera ſermo rectus, lex
vero non inſculpta tabulis, nec ære inciſa, ſed impreſ-
ſa mẽtibus, atq; infixa ſenſibus, quãdo ſapiens non ſub
lege, ſed ipſe ſibi lex eſt, opus legis in corde ſuo cõti-
nẽs, naturali ſibi ſtylo & quadã inſcriptione formatũ.
Tantum ne igitur cæcitatis eſt, vt nõ videamus mani-
feſtas rerum expreſsiones, & virtutum imagines? Et q̃
indignũ, vt populi integri obediant humanis legibus,
quo ſint libertatis participes: ſapientes autem veram le
gem naturæ expreſsam ad imaginem dei, veramq; ra-
tionem ſigniferam libertatis negligant & derelinquãt,
cum in ea tanta libertas ſit, vt paruuli ſeruire vitijs ne-
ſciamus, alieni ab ira, exortes auaritiæ, ignari libidinis.
Quã miſerũ igitur, vt qui naſcimur in libertate, moria
mur in ſeruitute. Sed hoc fit leuitate animi, atq; infir-
mitate morum, quia curas inanes voluimus, & opera-
mur ſuperuacua. Sapientius autem cor actumq; & opus
radicatum eſse decet atq; immobile. Hoc docuit Moy-
ſes quando manus ei grauiores fiebant, ita vt vix ſuſti-
neret eas Ieſus Naue. Ideoq; vincebat populus quando
Exod.17. non perfunctoria gerebantur opera, ſed plena põderis
atq; virtutis, non nutantis animi, nec titubantis affectu,
I ſed fundatæ mentis ſtabilitate. Ergo ſapiens extendit
manus ſuas, ſtultus autem contrahit, ſicut ſcriptum eſt:
Quia ſtultus cõplexus eſt manus ſuas, & vorauit viſce-
Eccle.4 ra ſua, carnalia magis cogitans q̃ ſpiritualia. At non fi-
lia Iudæ, quæ expandens manus clamauit ad dominũ:
Tu ſcis qui falſum teſtimonium aduerſum me dicunt.
Danie.13, Melius eſt arbitrata nõ peccare, & incidere in calũnias
accuſantium, q̃ peccatũ ſubire ſub impunitatis velami
ne. Ergo contẽptu mortis ſeruauit innocentiam. Sed
nec filia Iepte, quæ votum patris de immolatione ſua
proprio atq; hortatorio firmauit aſsẽſu. Nõ enim ego
Iudicũ. 11 de cõtẽptu mortis libros philoſophorũ depromo, aut
Gymnoſophiſtas Indorũ, quorum præ cæteris Calani
laudatur reſponſum Alexãdro, cum eũ iuberet ſequi.
Qua me, inquit, laude dignũ Græciam petere poſcis,
ſi poſsum cogi facere quod nolo? Et vere plenus au-
toritatis ſermo, ſed magis mẽs libertatis. Deniq; & epi
ſtolam ſcripſit. Calanus Alexandro: Amici perſuadent K
tibi manus & neceſsitatẽ inferre Indorũ philoſopho,
nec in ſomnijs videntes noſtra opera. Corpora enim
transferres de loco ad locũ, animas nõ coges facere qđ
nolunt, nõ magis q̃ ſaxa & ligna vocẽ emittere. Maxi-
mus ignis viuentibus corporibus dolorẽ inurit, & gi-
gnit corruptionẽ, ſuper hunc nos ſumus, vmẽtes enim
exurimur. Nõ eſt rex neq; princeps qui extorqueat no
bis facere quod nõ ppoſuimus. Nec ſimiles ſumus Græ
ciæ philoſophorũ, qui verba p rebus meditati ſunt ad
opinionis celebritatẽ. Nobis res ſocię verbis, & verba rebus: res celeres, & ſermones breues, in virtute no-
bis libertas beata eſt. Præclara verba, ſed verba: pręcla
ra cõſtantia, ſed viri: pręclara epiſtola, ſed philoſophi.
Apud nos aũt & puellæ de mortis appetentia ſublimes
vſq; ad cœlũ erexere virtutũ gradus. Quid Theclam,
quid Agnen, qđ Pelagiã loquar, quæ tanq̃ nobilia vitu-
lamina pullulãtes, ad mortẽ quaſi ad immortalitatẽ ſe
ſtinauerũt? Inter leones virgo exultauit, & prodeuntes
beſtias expectauit intrepida. Et vt noſtra cũ Indorum
Gymnoſophiſtis cõferamus: quod ille verbis gloriatus
eſt, ſanctus Laurentius factis probauit, vt viuus exure-
retur, & flãmis ſuperſtes diceret: Verſa, manduca. Haud
degener Abrahamidarũ & Maccabæorum concertatus L
puerorũ, quorũ alij ſuper flãmas canebant, alij cũ exu-
rerentur non rogabant vt parceretur, ſed inuehebãtur
vt amplius perſecutor inflãmaretur. Liber igitur ſa-
piens. Quid aũt ſublimius ſancta Pelagia, quæ vallata à
perſecutoribus priuſq; tamen in eorũ conſpectũ veni-
ret, aiebat: Volens morior, nemo me continget manu,
nemo oculo proteruo violabit virginẽ. Mecũ ferã pu-
dorem, mecum incolumẽ verecundiã. Nullũ prædo-
nes lucrum ſuę capient inſolentiæ. Pelagia Chriſtũ ſe-
quetur, libertatem nemo auferet, nemo captiuam vide
bit liberam fidem, inſignemq; pudicitiã, & proſapiam
prudentiæ. Quod ſeruũ eſt, hic manebit nullos in vſus
debitum. Magna igitur piæ virginitatis libertatis, quæ
ſepta agminibus perſecutorũ, inter maxima pericula
integritatis & vitæ nequaquam inclinata eſt. At non ille
cui dominatur ira, ſubijcitur enim iugo peccati. Homo Ioan.8
enim iracũdus peccatum effodit. Qui autem peccatum
facit, ſeruus eſt peccati. At nõ ille liber qui ſeruit auari
tiæ. Non poteſt enim poſsidere vas ſuum. Non ille li-
ber qui ſeruiens deſiderijs & voluptatibus vago fluitat
errore. Nõ ille liber qui curuatur ambitu: ſeruit enim
alieno imperio: ſed ille liber qui poteſt dicere: Omnia
mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca 1.Cor.6
ventri, & venter eſcis. Ille liber qui ait: Quid enim li-
bertas noſtra iudicatur ab infideli cõſcientia? Libertas ibidem.
igitur ſapienti nõ inſipienti conuenit: quoniã qui deli- Prouer.26
gat lapidem in fundibulo, ſimilis eſt ei qui dat impru-
denti claritatẽ, ſeipſum vulnerat, atq; ſibi potius dum
intorquet iaculum, affert periculũ. Certe ſicut tormẽ-
to acerbatur, & geminatur malũ ſaxi ruina, ſic inſipiẽ- M
tis in libertate ruina vehemẽtior eſt. Recidenda igitur
inſipienti poteſtas, nõ adijcienda libertas eſt. Seruitus
enim ei conuenit. Ideoq; addidit: ſpinę naſcũtur in ma
nu ebrioſi, ſeruitus autem in manu imprudentis: quia
ſicut ille vulneratur ſuis poculis, ita inſtpiẽs ſuis factis.
Ille bibẽdo ſe peccato inſerit, iſte operãdo ſe culpę ad
iudicat, & factis ſuis trahitur in ſeruitutem. Videbat ſe
Paulus in captiuitatẽ trahi à lege peccati, & ideo vt li- Roma.7
beraretur, confugit ad libertatis gratiam. Non ſunt igi
tur liberi inſipientes, quibus dicitur: Nolite fieri ſicut Pſal.31
equus & mulus, quibus non eſt intellectus. In freno &
chamo maxillas eorũ cõſtringe, qui nõ appropinquãt
tibi. Multa flagella peccatorum: quia multis flagellis
opus eſt vt eorum imprudẽtia coërceatur. Diſciplina
hoc exigit, nõ inclemẽtia. Deniq; q̃ parcit baculo ſuo
odit filium ſuũ, ſimul quia vnuſquiſq; graui? ſuis pec-

A catis flagellatur. Grauia enim delictorũ põdera, grauia
criminũ verbera, ſicut onus grauantur graue, & infli-
gunt animæ cicatrices, & putreſcere faciunt mẽtis vlce
ra. Deponamus igitur tã grauẽ ſeruitutis ſarcinã, renũ
ciemus luxuriæ ac delicijs, quæ nos quibuſdam aſtrin-
gunt nexibus cupiditatũ, & vinculis ligant. Nihil enim
proſunt deliciæ ſtulto. Et quicũq; à pueritia dederit ſe
delicijs, manebit in ſeruitute, vt viuens mortuus ſit. Re
cidatur ergo luxuries, deliciæ reſecentur. Etſi quis fuit
luxurioſus, valedicat ſuperioribus. Reciſa enim vinea fru
ctum affert, ſemiputata frondeſcit, neglecta luxuriat.
Ideoq; ſcriptũ eſt: Tanq̃ agricultura homo imprudens
& tanq̃ vinea homo egẽs ſenſu, ſi reliqueris eũ, deſert9
erit. Colamus ergo corpus hoc noſtrũ, caſtigem9 illud
redigamus ad ſeruitutẽ, nõ illud deſpiciamus. Sũt enim
mẽbra noſtra arma iuſtitiæ, ſunt & arma peccati. Si ele
uẽtur, arma iuſtitię, ſunt, vt peccatũ in his nõ domine
tur, ſi mortuũ fuerit peccato, nõ regnabit in eo culpa,
& erunt mẽbra noſtra à peccato libera. Nõ obediam9
Roma.6 igitur cupiditatibus eius, neq; exhibeamus membra no
ſtra arma iniquitatis peccato. Si videris mulierẽ ad cõ
cupiſcẽdum eã, mẽbra tua arma peccati ſunt. Si locut9
es ad ſolicitandã eã, lingua tua & os tuũ mẽbra peccati
B ſunt. Si abſtuliſti terminos à patribus poſitos, membra
tua arma peccati ſunt. Si feſtinaſti velociorib9 pedib9
ad effundẽdum innocẽtium ſanguinem, mẽbra tua ar-
ma iniquitatis ſunt. Cõtra ſi vidiſti egenum, & induxi-
ſti in domum tuã, mẽbra tua arma iuſtitiæ ſunt. Si eri-
puiſti iniuriã accipientẽ, vel eũ qui ducebatur ad mor
tẽ, ſi ſcidiſti chirographum debitoris, mẽbra tua arma
iuſtitiæ ſunt. Si cõfeſsus es Chriſtum (Arma enim intel
lectus labia ſapiẽtiæ) labia tua mẽbra iuſtitię ſunt? Qui
Iob.29. poteſt dicere: Oculus erã cæcorum, pedes claudorum,
pater infirmorũ: mẽbra eius mẽbra iuſtitiæ ſunt. Ergo
liberati à peccato, quaſi precio empti ſanguinis Chriſti
nõ ſubijciamur ſeruituti hominum vel paſsionũ. Non
erubeſcamus peccatum noſtrum fateri. Vide q̃ liber q
poterat dicere: Nõ reueritus ſum multitudinem popu
li, vt non annunciarẽ in conſpectu omnium peccatum
Prouer. 8 meũ. Qui enim cõfitetur domio, exuitur à ſeruitute. iu
ſtus enim accuſator eſt ſui in principio ſermõis. Nõ ſo
lum liber, ſed etiã iuſtus: ſed iuſtitia in libertate eſt, &
libertas in cõfeſsione. Simul enim ac cõfeſsus quis fue
rit, abſoluitur. Deniq; Dixi, pnunciabo aduerſum me
iniuſtitiã meã domino, & tu remiſiſti impietatẽ cordis
Pſal.31 mei. Mora ergo abſolutionis in confitendo eſt, confeſ
ſionem ſequitur peccatorũ remiſsio. Sapiens eſt igitur
C qui confitetur. Liber cui peccatum dimiſsum eſt, nul-
la iam trahens æra peccati. Vale, & nos dilige, vt facis,
quia & ego te diligo.

¶ Diui Ambroſij ad Fauſtinum, eundem propter obi-
tum germanæ acerbo dolore mœrentem conſolan
tis. Epiſtola VIII.

AMBROSIVS Fauſtino. Acerbo te dolitu-
rum dolore obitum germanæ tuæ nõ igno
rabã, non tamẽ vt, à nobis te ablegares, ſed
vt nobis redderes. Nã etſi minus iucũda ſo
latia mœrentibus, tamen nonnunq̃ neceſsaria ſunt. Tu
aũt abiſti in ſecreta montiũ, & inter ferarũ diuerſaris
ſpelęa, omni humanæ conuerſationis vſu abdicatus, &
quod grauius eſt, iudicio tuo. Tantum ne de te cõme-
ruit germana tua, vt propter quã excellere apud te de
buit cõditio humana, quæ tam egregiã fœminam tulit,
propter eam apud te minoris prærogatiuæ ſit? Illa cer-
te vita excedens hoc ſe mulcebat ſolatio, quod te ſibi
ſuperſtitem derelinqueret, parentem nepotibus, præ-
ſulem paruulis, auxiliatorem deſtitutis. Tu ita te & ne-
potibus & nobis abnegas, vt cõſolationis illius fructum
non ſentiamus. Illa te chara pignora vocãt nõ ad do- D
lendũ, ſed ad conſolandũ, vt cũ te videt, matrẽ ſibi nõ
credãt obiſse. In te eã recognoſcãt, in te eius præſentiã
teneãt. In te vitã eius ſibi manere arbitrẽtur. Sed doles
qđ dudũ florẽtiſſima repente occiderit. Verũ hoc no
bis cõmune nõ ſolũ eſt hominibus, ſed etiã cũ ciuitati
bus terriſq; ipſis eſt. Nẽpe de Bononienſi veniens vrbe
à tergo Claternã, ipſam Bononiã, Mutinã, Regiũ dere-
linquebas, in dextera erat Brixillum, à fronte occurre
bat Placentia, veterẽ nobilitatẽ ipſo adhuc nomine ſo
nans, ad læuã Apœnini inculta miſeratus, & florentiſſi-
morũ quondã populorũ caſtella cõſiderabas, atq; affe
ctu relegebas dolenti. Tot igitur ſemiruinatarũ vrbiũ ca-
dauera, terrarũq; ſub eodem cõſpectu expoſita funera
nõ te admonẽt vnius, ſanctæ licet & admirabilis, fœmi
nę deceſsionẽ conſolabiliorẽ habendã, pręſertim cum
illa in perpetuũ proſtrata ac diuruta ſint, hæc autẽ ad
tẽpus quidẽ erepta nobis meliorẽ illic vitã exigat citatq;
nõ tam deplorandã q̃ proſequendã orationibus reor.
Nec mœſtificandã lachrymis tuis, ſed magis oblationi
bus animã eius domino cõmendandam arbitror. Ve-
rum forte alſeras ſecurum te de meritis ei9 ac fide, ne-
quire tamẽ ferre deſiderium, quod eam iam nõ videas
ſecundũ carnem, idq; tibi ſummo doloriſit. Nec illud
te mouet Apoſtolicũ quod ait: Quia neminem noui- E
mus ex hoc ſecundum carnem: & ſi cognouimus ſecun 2.Cor.5
dum carnem Chriſtum, ſed nunc iã nõ nouimus. Caro
enim noſtra ppetua eſse ac diuturna nõ poteſt, neceſse
eſt occidat vt reſurgat, neceſse eſt reſoluatur vt requie
ſcat, vt fiat quidã finis peccati. Et ideo multos cogno-
uimus ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus.
Ipſum dominũ Ieſum cognouimus (inquit Apoſtolus)
ſecundum carnem, ſed nunc iam nõ nouimus. Iã enim
carnis depoſuerat exuuias, iam ſpecie hominis non vi-
debatur, iam pro omnibus mortuus erat, & omnes in il
lo mortui, ſed vt per ipſum renouati, & viuificati ſpiri-
tu iam non ſibi, ſed Chriſto viuerent. Vnde & alibi ait
idem Apoſtolus: Viuo aũt iam non ego, viuit autem in Galat.2.
me Chriſtus. Meritoq; qui ante cognouerat ſecundum
carnem Chriſtũ, iã operationes eius inuiſibiliter agno
ſcens, iam non carnem eius ſed potẽtiam ſeruans, qui
ante perſecutor diſcipulos hominis, & pediſequos car
nis infeſtis odijs vrgebat, poſtea doctor gentium fact9
veneratores mateſtatis eius ad prædicationem euãgelij
inſtruere atq; informare cœperat. Et ideo addidit: Si
quis in Chriſto noua creatura, id eſt, q̃ pfectus in Chri 2.Cor.5
ſto noua creatura eſt, quoniã qui caro eſt, imperfectus F
eſt. Deniq; ipſe dominus ait: Non permanebit ſpiritus Geneſis.7
meus in iſtis hominibus, quoniã carnes ſunt. Carnalis
itaq; non eſt in Chriſto, ſed ſi quis in Chriſto eſt, noua
creatura eſt, non naturæ nouitate formatus, ſed gratiæ.
Vetera itaq; quę ſecundum carnem erant, tranſierunt,
facta ſunt noua omnia. Quæ illa? niſi quæ criba doctus
in regno cœlorũ nouit, ſimilis illius patrisfamilias qui Mat.13
profert de theſauro ſuo noua, & vetera: neq; vetera ſine
nouis, neque noua ſine veteribus. Ideo & eccleſia dicit:
Quia noua & vetera ſeruaui tibi. Sed tranſierunt vete- Cant.7.
ra, id eſt, legis myſteria abſcõdita: in Chriſto facta ſunt
omnia noua. Hæc eſt noua creatura, de qua Apoſtolus
ad Galatas ait: In Chriſto enim Ieſu neq; circũciſio ali- Galat.5
quid valet, neq; præputium, ſed noua creatura. Per quã
iam renouata caro floret, & fructũ inuenit gratiæ, quæ
ante inueterati flagitij ſpinas habebat. Quid ergo eſt
quod mœreamus, ſi iam ad animã dicitur: Renouabi-
tur ſicut aquilæ iuuentus tua? Quid eſt quod ingemiſca
mus pro mortuis, cum iam reconciliatio mundi apud Pſal.102
deum patrẽ facta ſit per dominũ Ieſum? Quoniam er-
go Chriſti beneficia tenemus, cũ apud omnes, cũ apud
te, p Chriſto legatione fungimur, vt noueris irreuoca-
bilia eius eſse dona, vt credas quo ſemp credidiſti, neq

Gnímio mœrore tuã in dubiũ adducas ſententiam, quia ideo peccatum factus eſt dominus Ieſus, vt tolleret peccatum mundi, & eſſemus in illo omnes iuſtitia dei, iam non culpæ obnoxij, ſed iuſtitiæ remuneratione ſecuri. Vale, & nos dilige, quia noſte diligimus.

¶ Diui Ambroſij ad Belliciũ, graui ægritudine priuſq́ in dominum Ieſum crederet iactatum, poſtea autẽ reualeſcere incipientẽ, illum ex diuinæ viſitationis pietate in fide Chriſti confortantis, & ad aliorum ſacramentorum perceptionem exhortantis. Epiſto. IX.

AMBROSIVS Bellicio. iactatũ te graui ægritudine ſignificaſti mihi credidiſſe in dominũ Ieſum, & iã cœpiſſe reualeſcere. Ad ſalutẽ igitur ea infirmitas fuit, pl⁹aculei q̃ periculi ferẽs, qa diu ꝓmiſsũ remordebas. Hoc eſt qđ Deut.32 ait: Percutiã, & ſanabo. Percuſsit infirmitate, ſanauit fide. Vidit enĩ interiorẽ affectũ tuum nõ vacuũ piæ cupiditatis, ſed executi dilationibus. Et ideo admonere malnit, ita vt ſalutẽ nõ lęderet, deuotionẽ excitaret. Qũo enim ſaluti noceret qui ſolet dicere, vt legimus in euã gelio: Ego veniã, & curabo eũ? Ergo & cũ à tuis inuitaretur vt inſeret domum tuam, ſine dubio dixit: Ego ve- Mat.8. niã, & curabo eũ. Et ſi nõ audiſti eũ, ille tamẽ quaſi de⁹ inſenſibiliter locutus eſt. Etſi nõ vidiſti eũ, ille tamen qđ̃ te incorporaliter inuiſerit, dubitari nõ poteſt. Sed H vidiſti eũ, qui credidiſti ei: vidiſti eũ, qui recepiſti eum hoſpitio tuæ mentis, vidiſti eũ ſpiritu, vidiſti eũ oculis interioribus. Tene ergo hoſpitẽ nouum diu expectatũ ſed ſero ſuſceptũ, in quo & viuimus, & ſumus, & mouemur. Guſtaſti igitur fidẽi prima exordia, non fiat verbum occultum in corde tuo. Hæc omnis gratia eſt, hoc omne munus. Nemo enim penetralia domus de ingreſſu æſtimat. Siquidẽ oĩs fructus in interioribus eſt. Neq; Eſaię.64. enim ſapiẽtia eſt à feneſtra reſpicere in domũ, & ſtultitia hoĩs audire ꝓ oſtium. Alia ſunt ſacramẽtorum pa- 1.Cor.2 fectorũ myſteria, quę oculus nõ vidit, nec auris audiuit quæ præparauit deus diligentibus eum, vt dixit ſcriptura. Alia ſunt illa quæ de gloria futura annũciarunt Prophetę, quibus reuelatum eſt, & euãgelizarunt ſancti, ſpi- 1.Pet.1 ritu dei miſſo de cœlo, in quæ cõcupiſcunt & angeli videre, vt ait apoſtolus Petrus. Alia ſunt illa in quibus eſt mundi redẽptio, peccatorũ remiſsio, gratiarũ diuiſio, ſacramẽtorum participatio: quæ cum acceperis, tũc mirabere tãtum donatum eſſe homini, vt illud mãna qđ̃ I miramur fluxiſſe de cœlo Iudæis, nec tantæ operatiõis iudices ad ſalutem fuiſſe. Illud enim quicunq; accepe- Nume.32 runt, in deſerto mortui ſunt, pręter Ieſum Naue, & Caleph. Hoc ſacramentum quicunq; guſtauerit, non morietur in æternum. Sanet te dominus Ieſus, Vale.

LIBER TERTIVS.

DIVI AMBROSII ad Simplicianum, pulchre de veris diuitijs, ac contraria paupertate diſſerẽtis, & quod omnis ſoluſq; ſapiens vere diues, atq; inſipiens pauper ſit, demonſtrantis Epiſtola X.

AMBROSIVS Simpliciano. Vi 1.Pet.3. debamur proxime in diſceptationes incidiſſe philoſophię, cum de Apoſtoli Pauli epiſtola ſumentes exordium, tractaremus, q, omnis ſapiens liber. Verum poſtea cũ Petri apoſtoli epiſtolam legerẽ ad nerti q, omnis ſapiens etiã dines. Nec ſexum exceperit, qui fœminas ornatum omnem nõ in precioſis monilibus, ſed in bonis moribꝰ habere ſcripſit. Nõ enim, inquit, ſit exterinſecus capillorũ implicatio, aut auri circumpoſitio, aut habitus veſtimẽtorũ ornamẽtũ, ſed ille abſcõditus cordis homo. Duo ſunt igitur, & eſe hominem in homine, & illum eſs diuitẽ, qui ſibi nullarũ diuitiarũ vſum requirat. Pulchre autẽ cordis hominẽ dixit, eo q, totus ſapiẽtiæ ſit abſcõditus, ſicut ipſa ſapientia quæ nõ videtur, ſed intelligitur. Nemo ante Petrum tali expreſsione vſus eſt, vt diceret cordis hominẽ. Exterior enim homo plurima in ſe mẽbra habet. Interior aũt cordis homo totus ſapientię eſt, plenus gratiæ, plenus decoris. In incorruptiõe, inquit, quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt ante deũ diues. Et vere diues, qui in cõſpectu dei poteſt dites videri, in cuius cõſpectu terra exigua, mundus ipſe angu ſtus eſt. Sed ſolum illum deus diuitẽ nouit, qui ſit diues ęternitati, qui non opũ, ſed virtutum fructus recondat. Quis autẽ ante deum diues, niſi quietus & modeſtus ſpiritus, qui nunquã corrumpitur? Nonne tibi videtur dines qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis, vt nihil cõcupiſcat, nullis exagitetur cupiditatũ procellis, nec vetera faſtidiat, & noua quærat, & ſemper deſiderãdo fiat in ſummis diuitijs inops? Ea eſt pax vere diues, quæ ſuperat omnẽ mentẽ. Dines pax, diues modeſtia, dines fides. Fideli enim totus mũdus poſſeſsio eſt. Diues ſimplicitas. Sũt enim & diuitię ſimplicitatis, quę nihil diſcutit, nihil contractũ, nihil ſuſpectũ aut fraudulentum putat, ſed puro ſe fundit affectu. Diues bo- L nitas, quã ſi quis ſeruauerit, paſcitur in diuitijs cœleſtis hęreditatis, & vt antiquioribus exẽplis ſcripturæ vtamur, beatus, inquit, vir quẽ arguit dominus. Admonitionem autẽ dei ne reculaueris. In fame liberabit te à morte, in prælio de manu ferri liberabit te, & à flagello linguæ te abſcondet. Feræ beſtiæ pacificę erũt tibi, & ſcies quod in pace erit domus tua. Mitigatis enim carnis huius paſsionibus, quæ militare aduerſum animam ſolent, tabernacula tua ſine perturbatione erũt, domꝰ ſine offenſione, ſemẽ ſine defectu poſteritas ſicut odor agri pleni, ſepultura ſicut meſsis. Siquidem quãdo alij ſuum defectum arbitrãtur, tunc aceruus tritici ſui ſupnis maturus infertur apothecis. Merito iuſtus ſemper fœnerat, iniquus indiget. Ille iuſtitias fœnerat manda to dei pauperibus & egenis. At vero inſipiens & quod putat ſe habere, nequaq̃ poſsidet. An putas illũ poſside re, qui theſauro ſuo die ac nocte incubans, auara & miſera torquetur ſolicitudine? Ille vero eget, & ſi alij dines videtur, ſibi pauper eſt, qui non vtitur eo quod habet, qui adhuc alia rapit, alia deſiderat. Vbi enim nullus cupiditati modus, qui fructus diuitiarũ? Nemo eſt M diues, qui quod habet ſecum hinc auferre non poteſt. Quod enim hic relinquitur, nõ noſtrũ, ſed alienũ eſt. Diues Enoch, qui quod habuit ſecũ tranſtulit, & omnẽ Geneſis.5 illum bonitatis ſuæ cenſum cœleſtibus intulit recepta culis: qui ideo raptus eſt, ne cor eius malitia mutaret. Diues Helias, qui virtutũ ſuarũ theſauros curru igneo 4.Reg.2. ſublimis ſedibus æthereis inuexit. Et tamen iſte nõ mediocres diuitias hęredi reliquit, quas ipſe non amitteret. Quis hunc pauperem vel tunc dixerit, cum victus 3.Reg.17 quotidiani indigens alimonia mitteretur ad viduam, vt paſceretur ab ea, quando ad eius vocem cœlũ claudebatur & aperiebatur, quando ad eius verbum hydria farinę & vas olei nõ deficiebat per triennium: ſed abundabat, nec minuebatur vſu, ſed replebatur? Quis illum pauperem dixerit, ad cuius voluntatem deſcendebat ignis, quem in via flumina nõ cõcludebãt, ſed in ſuum fontem recurrebant, vt ficco propheta tranſiret pede? Duos finitimos vetus hiſtoria deſcribit, regẽ Achab, & pauperem Nabutham: quẽ horũ pauperiorẽ, quem 3.Reg.21 ditiorem credimus? Alter regali fulcro diuitiarũ prędi tus, inexplebilis inſatiabiliſq; opib⁹ ſuis, exiguã pau

peris vineam deſiderauit. Alter deſpiciens animo, βασιλέων τὰς πολυχρύσους τυχας imperialeſq; gazas, ſuo erat contentus palmite. Nonne videtur hic magis dines, hic magis rex, q, ſibi abũdabat, ſuas regebat cupiditates, vt nihil alienũ cõcupiſceret: ille aũt egẽtiſsimus, cui aurũ ſuũ vile, alien⁹ palmes preciоſiſsim⁹ exiſtimabatur? Sed qua ratione egẽtiſsimus, cognoſce: Quia diuitiæ iniuſtæ cõgregatæ euomũtur, radix aũt iuſtorum manet, & vt palma floret. An nõ egẽtior paupere is q̃ tã quã vmbra præterijt? Hodie impius exaltatur, cras non erit, nec inuenietur aliquis locus eius. Quid eſt itaq; diuitẽ eſſe, niſi abundare? Quis aũt abundat qui ſit animo cõtractior? Qui aũt animo cõtractior, vtiq; anguſtior. Quæ igitur in anguſtijs abundãtia? Nõ ergo diues q̃ nõ Pſal.33 abundat. Vnde pulchre Dauid: Diuites, inquit, eguerũt & eſurierũt: Quoniã cũ haberẽt ſcripturarũ theſauros cœleſtiũ, eguerunt qui nõ intellexerũt, & eſurierũt qui nullũ ſpiritualis gratiæ guſtarunt cibũ. Nihil igitur affectu ſapientis ditius, nihil inſipientis egentius. Nã cum regnũ dei pauperũ ſit, quid eſse locupletius poteſt? Et ideo pręclare apoſtolus: O altitudo, inquit, diuitiarum Rom.11 ſapientię & ſcientiæ dei. Pręclare etiã Dauid, qui in via Pſal.118 teſtimoniorũ cœleſtiũ quaſi in omnibus diuitijs delectabatur. Expreſse Moyſes qui ait: Neptalim ſatietas ac Deut.33 cipientiũ. Neptalim, abundantia ſignificatur latina interpretatione, vel dilatatio. Ibi ergo abundãtia, vbi ſatietas. Vbi aũt fames cupiditatũ, vbi inexplebilis appetentia, ibi vtiq; paupertas. Sed quia vix vlla rei pecuniæ vel mũdi huius cupiditas ſatietatẽ habet, ideo addi dit: Et replebitur benedictione. Secundum hæc Petrus 1.Pet.3 Apoſtolus definiuit non in auro & argento, & indumẽtis fœminarum eſse ornamẽtum, ſed in occulto cordis homine atq; abſcondito: vnde nulla ſe, exuat cultũ pietatis, ornatum gratiæ, vitæ æternę hæreditatem. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

¶ Diui Ambroſij ad Irenæũ, verſiculum illũ: Speciоſus forma, & cætera, greco ſermone annotatũ voluentis, pluribuſq; rationibus & exemplis nos prouocãtis, vt illi ſummo bono quod eſt dominus Ieſus, quo nihil eſt ſpecioſius, animo intendamus, illud quæramus, illud intueamur, illud teneamus, in illo verſemur, illi adhæreamus, & in eo paſcamur. Epiſtola XI.

AMBROSIVS Irenæo. Inter legẽdum cum paululum requiſiuiſsem animo, quia lucubratione deſtiteram, verſiculum illũ cœpi mecũ voluere, quo veſperi in vigilijs vſi fueramus. ὡράιος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. Leve re nihil ſpecioſius illo ſummo bono, cuius etiam prędicatio ſpecioſa eſt nimis, & maxime perſeuerãtis ſermonis proceſsus, & quædã apoſtolicæ prædicationis veſtigia. Sed illa qui poſsunt? Quibus donauit deus non ſolum vt Chriſtum annunciarent, ſed etiam pro illo patrentur. Nos quantũ poſsumus intẽdamus illo animum, & in illo ſimus, illud animo teneamus, qđ̃ eſt pulchrũ, decorum, bonum, vt fiat illuminatione eius & fulgore ſpecioſa anima noſtra, & mens dilucida. Nam ſi oculi noſtri cũ aliqua obducũtur caligine, paſcũtur agrorũ viriditate, & ſpecie nemoris vel collis herboſi omnem inæqualitatem ægreſcentis obtutus repellunt, & quadã ſalubri ſpecie pupillæ ipſæ atq; orbes colorari videtur: quãto magis hic mentis oculos cũ illud ſummũ intuetur bonũ, & in eo verſatur, atq; eo paſcitur, ſplẽdeſcit atq; enitet, vt fiat illud quod ſcriptũ eſt: Tanq̃ adipe & Pſal.62 pinguedine repleatur anima mea. Deniq; qui ſcienter agnoſcit animas gregis ſui, curam adhibet herbis campeſtrib⁹, vt ſint ei paſcua plurima. Herbis enim ſuauioribus & agni pinguiores fiunt, & ſuccus lactis ſalubrior quibus paſcuis vſi ſunt diuites illi qui manducauerunt & adorauerunt. Sunt enim bona fidei paſcua, in quibus collocatur ſanctus dei. Eſt ergo & fœnum quo aluntur greges ouium, qui emittũt vellera ſapientiæ, & dãt amictum prudentiæ. Et fortaſse hoc eſt fœnum montanũ, in qđ̃ verba deſcẽdunt prophetę ſicut nix ſuper fœnũ & qđ̃ diligenter colligit ſapiẽs, vt ſint ei oues ad veſtitũ ſpiritalis vtiq; velaminis. Habet ergo cibũ ſuũ & amictum anima quæ illi ſummo bono adhęret, qđ̃ eſt diinũ, quod Apoſtolus Petrus ſuadet quærendũ, vt ꝑ eius cognitionis acquiſitionẽ diuinæ ſimus cõſortes naturę, 2.Pet.1. Huius cognitionẽ aperit ſanctuis ſuis deus bonus, & donat hoc de theſauro ſuo bono, ſicut teſtificatur lex ſacra dicens. Quia iurauit dominus patribus tuis dare ti- Deut.26. bi & aperire theſaurũ ſuũ bonum, de quo theſauro cœleſti dat pluuiã terræ ſuæ, benedicere omnia opera manuũ tuarũ. Hæc eſt pluuia eloquiũ legis qđ̃ irrorat animã illã fœcundã & fertilẽ bonorũ operũ, vt habeat humorẽ gratię. Huius boni cognitionẽ quærebat Dauid Pſal.26 ſicut ipſe ſignificat dicens: Vnam petij à domino, hanc requirã, vt inhabitem in domo domini omnes dies vitæ meæ, vt delectationes domini, & conſiderẽ tẽplum eius. Deniq; hoc eſse ſummum bonum ſubtexuit ſtatim in eodem pſalmo: Credo videre bona domini in terra viuentiũ. Hic enim quæritur, illic facie ad faciẽ plene videtur. Hoc bonum in domo dei eſt, in illo ſecreto eiꝰ E ac receſsu. Vnde iterum ait: Replebimur in bonis do- Pſal.64 mus tuæ. Alibi quoq; hanc ſummam eſse benedictionis expreſsit, dicens: Benedicat te dominus ex Sion, & vi- Pſal.127 deas quæ bona ſunt Hieruſalem. Ideo beatus qui illic habitat in ingreſsu fidei, hoſpitioq; mentis, deuotionis habitaculo, cõuerſatione virtutis. In illo igitur ſimus, atq; in eo maneamus, de quo & Eſaias dicit: Quã ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantiũ bona. Pſal.52. Qui ſunt qui euangelizant, niſi Petrus, niſi Paulus, niſi oĩs Apoſtoli? Quid euangelizant nobis, niſi dominum Ieſum? Hic eſt pax noſtra, hic eſt bonum illud ſummũ quia ipſe bonus ex bono: Ex arbore enim bona bonus fructus legitur. Deniq; & ſpiritus eius bonus qui ex ipſo accipit, & deducit dei ſeruulos in viã rectam. Quis autẽ habens ſpiritũ dei in ſe, neget bonũ, cũ ipſe dicat: An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Hoc bonũ Mat.20. veniat in animã noſtrã, in noſtræ mentis viſcera, quod propitius deus dat petentibus ſe. Hic eſt theſaurus noſter, hic eſt vita noſtra, hic eſt ſapientia noſtra, iuſtitia noſtra, paſtor noſter, & paſtor bonꝰ, hic eſt via noſtra. Vides quãta bona in vno bono. Hæc bona nobis prædicant Euangeliſtæ. Hæc bona requirens Dauid, ait: Quis oſtendit nobis bona? Et oſtendit ipſum eſse bo- Pſal.4 nũ, ſubijciens: Signatum eſt in nobis lumen vultus tui. Quis aũt lumen vultus patris, niſi ſplendor gloriæ, & imago inuiſibilis dei, in quo & videtur & clarificatur pater, ſicut ipſe clarificat filiũ ſuum? Ipſe eſt ergo dominus Ieſus ſummũ bonum quod nobis annuntiatũ à prophetis, prędicatũ ab angelis, promiſsum à patre, euangelizatum eſt ab Apoſtolis. Qui nobis tanquã maturitas aduenit. Nec ſolum tanq̃ maturitas, ſed tanquã maturitas in montibus adeſt, vt nihil acerbum, nihil immaturũ in noſtris conſilijs ſit, nihil immite, nihil aſperum in operibus ac moribus, qui primus euangelizans bona affuit. Vnde & ait: Ipſe qui loquebar: adſum, id Eſaię.52 eſt, qui loquebar in Prophetis, adſum in corpore quod ſuſcepi ex virgine, adſum iterior imago dei, character ſubſtantiæ, & adſum vt homo, ſed quis cognoſcit me? Hominẽ enim viderunt, ſed operibus ſupra hominem crediderunt. An non vt homo cũ Lazarũ fleret, & rurſus ſupra hominẽ cum eũ reſuſcitaret? An nõ vt homo cum vapularet, turſus ſupra hominẽ cum totius mũdi peccatũ tolleret? Ad illum igitur properemus, in quo ſummũ eſt bonũ, quoniã ipſe eſt bonitas, ipſe patientia

G Israel,qui ad pœnitentiã te vocat,ne venias in iudiciũ, sed accipias remissionẽ peccatorũ. Agite,inquit,pœnitentiã.ipse est de quo clamat Amos ꝓpheta: Exquirite
Amos.5 bonũ.ipse est summũ bonũ,qui nullius indiget,& abũ
Colos.2 dat oibus. Facile abundat in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter.Facile abundat de cuius plenitu-
1oan.1. dine oẽs accepimus,&in illo repleti sumus,vt dicit nuã gelista. Hoc igitur verum & summũ bonũ si illo cõcupiscibili suo & delectabiliaia gustauerit,& duabus his hauserit affectionibus,excludens dolorẽ & formidinẽ incredibiliter exæstuat. Osculata enim verbũ dei mo-
Psal.118. dũ nõ capit,nec expletur,dicẽs: Suauis es domine,& in iucunditate tua doce me iustificationes tuas. Oscula dei verbũ,cõcupiscit super omnẽ decorẽ,diligit super omnẽ lętitiã,delectatur sup oĩa aromata,cupit frequẽter videre,sæpe intẽdere,cupit attrahi, vt sequi possit.
Canti,1. Vnguentũ,inquit,exinanitum est nomen tuũ: ꝓpterea te diligimus adolescentulæ, ꝓpterea certamus,sed cõprehendere te nõ possumus. Attrahe nos, vt possimus currere,vt odore vnguentorũ tuorũ accipiamus virtutẽ sequẽdi. Festinat etiã interna mysteria videre,ipsam requiẽ verbi,ipsam boni illius summi habitationem & lucẽ eius,&claritatẽ. In illo sinu ac recessu primo festinat audire sermones eius: &cũ audierit, super omnem
Psal.18 suauitatẽ accipit. Doceat te, ꝓpheta qui gustauit & ait: Quã dulcia faucibus meis verba tua,sup mel &fauũ ori meo. Quid enim aliud desiderat anima quę semel suaH uitatẽ verbi gustauerit, quę semel claritatẽ ei⁹ viderit?
Exod. 34 Moyses in mõte positus quadraginta diebus legem accipiens,cibũ corporis nõ requirebat. Helias ad illã festi-
3.Reg.19. nãs requiẽ rogabat vt acciperetur anima sua à se Petr⁹
Mat.17 aspiciens &ipse in mõte dominicæ resurrectionis gloriã,nolebat descendere, dicens: Domine,bonũ est nos hic esse. Quãta igitur illa diuinę substãtiæ gloria,quãta verbi bona,in quę cõcupiscunt &angeli prospicere? Anima igitur quæ illud videt, corpus hoc nõ requirit, minimãq; sibi familiaritatẽ cũ eo esse debere intelligit renũciat sæculo,abducit se à vinculis carnis,exuit omnibus voluptatũ istarũ nexibus. Denicꝙ Stephanus ie-
Actu.7. sum videbat,& lapidari nõ formidabat: imo cũ lapida
2. Cor.12 retur,nõ pro se,sed pro illis à quibus perimebatur rogabat. Paulus quoq; raptus vsq; ad tertiũ cœlũ,cũ corpore esset an sine corpore,nesciebat. Raptus inq; in paradisum,vsum proprij iã nõ sentiebat corporis, & audiens verba dei,quomodo ad corporis infirmitates descẽdere ret erubescebat. Itaq; sciẽs quid vidisset in paradiso vel quid audisset,clamababat, dicẽs: Quid adhuc velut viuentes de hoc mũdo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis quæ sunt oĩa ad corruptelã ipso vsu. Volebat enim nos in figura esse istius
I mũdi nõ in possessione atq; vsu, vt ita vtamur hoc mũdo tanq; nõ vtamur,tanq; prætereuntes, nõ tanq; resident es,ambulates tanq; in imagine seculi,nõ in cupiditate vt velocissima dispositione ipsam imaginẽ huius mundi trãseamus. Denicꝙ ipse fide ambulans nõ specie peregrinabatur à corpore,sed aderat domino: &cũ esset in terris,nõ in terrenis,sed in cœlestibus conuersabatur. Ergo anima nostra quæ deo vult appropiquare,eleuet se à corpore,semper illi summo adhęreat,illi bono qđ est diuinum,quod est semper,& quod erat ab initio,& quod erat apud deum, hoc est dei verbũ. ipsum est illud diuinũ in quo viuimus,&sum⁹,&mouemur. ipsum est quod erat in principio,ipsum est quod est. Dei enim
Actu.17 filius Iesus Christus in nobis, inquit, est: in quo non fuit est &nõ,sed est in illo,fuit. ipse dixit Moysi vt di-
Exod.3. ceret: Qui est,misit me. Cum hoc igitur anima nostra sit,&sit(si fieri potest)semper,vt nostrum possit quis di-
Psal.118. cere: Anima nostra in manibus tuis semper. Erit aũt,si non in carne sit,sed in spiritu. Erit,si se terrenis nõ misceat. Cũ enim ad carnalia reflectitur,tũc illi illecebra obrepit corporis,tũc ira &indignatione exęstuat,tũc K mœstitia afficitur, tunc supinatur per arrogantiã, tunc dolore affligitur. Hę sunt ęgritudines animę graues,qbus plerunq; ad mortẽ cogitur,dũ oculi eius cæcantur, vt nõ videant veræ lumẽ gloriæ,& diuitias æternæ hæreditatis. Qđ si eos ad deũ semper intendat, accipiet à Christo fulgorẽ sapientiæ,vt illuminatum in agnitione dei habeat obtutũ, vt videat illã spẽ nostræ vocationis,aspiciat illud qđ est bonũ,&placitũ,& perfectum. Qđ enim bonũ,cõplacitum patri: qđ cõplacitum,ꝓpe
Luc.6 &tũ: sicut habes in euãgelio, vbi dicit dominus: Diligite inimicos vestros, vt imitemini patrẽ qui pluit super iustos &iniustos,qđ est vtiq; bonitatis. Et postea conclu dit dicẽs: Estote perfecti sicut pater vester qui in cœlis est,ꝓfectus est. Charitas enim ꝓfecta est, denicꝙ plenitudo legis est. Quid aũt tã bonũ q̃ charitas,quæ malũ nõ cogitat? Et ideo terras fugito,in quibus inuidia est, vbi ambitio,vbi contentio. Boni ergo illius capacẽ se anima tua præbeat,vt supra nubes volet,sicut aquila renouetur,sicut aquila pennas emittat,vt renouatis alarũ remigijs alta petera nõ reformidet,hanc dubitationẽ relinquat. Terrenũ enĩ habitaculũ grauat animã. Exuat vetera,abijciat errorꝰ desideria,abluat oculos suos, vt videat illum fontẽ veræ sapiẽtię,illũ fontem vitæ ęternæ,qui affluit atq; exundat omnibus, nullius indigens.
Rom.11 Quis enim dedit illi, cum ex ipso, & per ipsum, & in
L ipso omnia sint? Vitæ igitur fons est summũ illud bonũ ex quo viuendi subsistantia ministratur omnibus. ipsum autem in se habet vitam manentem,à nullo quasi inops accipit. Largitur bona alijs,nõ aliũde assumit sibi. Neque enim nostri indiget. Vnde &ait ex ꝓsona hominis:
Psal.15 Quoniam bonorum meorum non indiges. Quid ergo pulchrius q̃ ei appropinquare,ei adhęrere? Quę maior voluptas est,q̃ quod is qui viderit,& de fonte aquę vinę gratis gustauerit? Quid potest aliud desiderare? quæ regna? quas potestates? quam pecuniã? cum aduertat q̃ mi seræ etiam hic regum conditiones sint, q̃ mutabiles imperij status,q̃ exigua vitæ huius spatia, quanta in ipso imperio seruitia,cũ ad aliorũ nõ ad suũ viuãt arbitriũ? Quis aũt peculiatus ad vitam ęternã transit, nisi virtutum fultus peculio,quod receptũ omnibus, solis diuitibus impossibile pronunciatur? Non ergo his vti beatũ est, sed illud videre quo ista despicias,& vana veris refellas,atq; inania & cassa iudices,illam nudę veritatis
Canti.4 pulchritudinẽ diligas,quę has sęculi fucosissimas vanitates redarguat. Erige igitur oculos anima tuos, illos de quibus tibi verbũ dei dicit: Corde nos cepisti soror
M mea sponsa,corde nos cepisti vno ab oculis tuis. Ascẽ de in palmam,vince sęculũ,vt teneas verbi altitudinẽ. imaginem istam mũdi foris relinque, foris malitiam, introduc aũt bonitatẽ mentis, quæ habet gratiã in ligno vitæ,si lauerit stolam suam,& ingrediatur in ciuitatem,quæ vera est patria sanctorũ, in qua dei est tabernaculum,circa quod scribæ domini prætẽdunt,vbi nõ
1oan.8 dies,aut sol,aut luna lumen ministrãt,sed ipse dominꝰ lumẽ est totã illam ciuitatẽ illuminãs. Est enim lux mũdi. Non vtiq; lux visibilis,sed animarũ quæ in hoc mũdo sunt,intelligibilis claritudo quibus se splendenti lumine rationabilis infundit prudentię,& vt prædicatur in euangelio, incorporeæ virtutis inflammans vapore secreta mentiũ,animorũq; penetralia. Si quis igitur in cola esse cœperit illius ciuitatis supernæ, incola videlicet cõuersatiõe ac morib⁹,nõ discedat ab ea, nõ exeat non reflectat vestigium,non corporis dico,sed mentis vestigium. Non reuertatur retro. Retro luxuria, retro impuritas est. Denicꝙ ascendens ad montem Loth, retro reliquit Sodomitana flagitia. Quæ autem respexit retro,non potuit ad superiora euadere. Non ergo pedes tui retro,sed mores reuertantur. Non fiant manus tuæ remissę, & deuotionis tuę ac fidei genua disolu-

A ta. Non fiat voluntatis tuæ recidiua infirmitas,nõ vllus intercursus criminũ. Si ingressus es? mane, peruenisti? cõsiste,saluãs salua aĩam tuã. Ascẽdens directũ attolle gradũ,nullus inde tuto redit. Hinc via,inde ruina est. Hinc ascensus,inde precipitiũ. Ascendẽdi quidẽ labor sed descendendi periculũ. Sed potens est dominus,qui te fundatum illic custodiat,septũ propheticis muris,& apostolicis turribus. Ideo tibi dicit dominus: Intrate,
Mat.24 calcate,quia absistit vindemia. Intus nõ foris simus. Et in euãgelio dei filiꝰ dicit: Qui est in tecto,nõ descẽdat vasa sua tollere. Non vtiq; de hoc tecto dicit, sed dicit de illo. Extendit cœlum sicut camerã. Intus ergo esto intra Hierusalẽ,intra animã tuã pacificã,mitẽ atq; trãquillã. Nõ exeas de ea, neq; descendas vas tuũ istud aut honoribus aut diuitijs aut arrogantia attollere. Intus esto,vt per te alienigenæ nõ transeant,peccata animam tuã non transeant,vanę operatiões & cogitationes manes,non transibunt aũt si susciteueris bellum pro deuotionis & fidei certamine, pro veritatis studio aduersus
Philip.4. passionum illecebras,& sumpseris arma dei aduersum spirituales nequitias,& astutiam diaboli,qui pertentat sensus nostros fraude ac dolo, quem mansuetus bellator facile poterit, qui non serat iurgia, sed sicut decet seruum domini,cum modestia fidem doceat,& eos qui
B aduersãtur,redarguat. De hoc dicit scriptura: Qui mã suetus est,bellator exurgat,& infirmꝰ dicat: Omnia possum in eo qui me confortat. Hac fide fretus etiam qui infirmus est prævalebit, & erit sancta anima eius, & stillabunt ei montes prophetici vel apostplici dulcedi
Ecclę.23. nem,& colles fluent lac,qualis ille collis qui lactis potum Corinthijs dabat,& fluent ei aquæ de iuis vasis, & de puteorum suorum fontibus,vel de ventre eius aquæ viuæ,spirituales videlicet, quas fidelibus suis spiritussãctus ministrat, qui etiam animam tuam dignetur rigare,vt abundet in te fons aquæ salientis in vitam æternã. Vale,& nos vt filius dilige, quia nos te vt parentes diligimus.

¶Diui Ambrosij ad Irenæũ,prosequentis illud verbũ Aggæi prophetę: Si tẽpus vobis est vt habitetis in domibus cęlatis? multo ex hoc nos sermone commonẽtis vt in superioribus domibus,& non in vallestribus & subterraneis habitem⁹,talesq; domos nosmetipsos domino ędificemus. Epistola XII.

AMBROSIVS Irenęo. Vbi superiorem absoluti epistolam,& perferendam tibi tradidi,venit in mentem illud quod dominꝰ in manu Aggei prophetæ locutus est,dicens:
Aggei.1. Si tẽpus vobis est vt habitetis in domibus cęlatis? Quid
C ergo istud est,nisi in superioribus habitandum,non in vallestribus & subterraneis habitaculis? Qui enim infra terram habitant, non possunt ædificare templum dei, & dicunt: Non venit tempus vt ędificetur domus domini: simul quia luxuriosum est hypogæa quærere, captantium frigus æstiuum,eo quod resoluti delicijs æstus aliter ferre ac tolerare nequeant,& ideo requirãt vmbrosa penetralia: vel quod desidiosi ignaua sub terris agãt ocia: deinde quod tenebrosa illos & opaca delectent magis,quibus operiri flagitia sua credant,secundum il
Ecclę.23. lud: Tenebræ circundant me & parietes,quem vereor? Sed frustra hoc sperant, cum profunda abyssi & abscõdita deus cernat,& omnia deprehendat antequã fiant. An non Helias in hypogęis, non Heliseus habitabant?
3.Reg.17. Denicꝙ alter mortuum viduæ filium tulit ad superiora in quibus consueuerat sedere, & ibi eum resuscitauit.
4.Reg.4. Alteri quoq; Sunamitis illa magna mulier (vt scriptura testificatur) in superioribus hospitium parauit, & ibi concipiendę sobolis,quia non habebat,meruit prę rogatiuam, eiusdemq; resuscitati pignoris vidit mira-

cula. Quid de Petro dicam, qui ad horam sextam ascẽ D dens in superiora, baptizandarũ gentiũ cognouit mysteria? at vero parricida Absalon in valle sibi regis,titulum statuit,& in fossam proiectus est,cum esset peremptus. Ergo sancti ascendunt ad dominum, flagitiosi ad vitia descendunt. Sancti in montibus,criminosi in vallibus. Deus enim montium est,& non deus vallium. Qui ergo illic,id est in domibus habitabant vallestribus,in quibus non habitat deus,dominum dei in se habere nõ poterant. Hanc enim dominus quęrebat ab illis domũ, vt semetipsos ædificarent, atq; intra se dei templum viuis fidei lapidibus attollerent. Neq; enim terrenorum parietum cõstructiões, & siluestrium ligna culminum desiderabat,quæ cum fuisset, manus diruerat hostilis: sed illud templum quærebat quod in hominũ conderetur mẽtibus,quibus dicendũ foret: Vos estis tẽplum
2.Cor.6 dei,in quo habitaret dominus Iesus, & vnde ad redemptionem vniuersorum ꝓcederet: vt in vtero virginis sacra reperiretur aula,in qua rex habitaret cœlestium & corpus humanum dei templum fieret,quod etiã cum solutum esset,in triduo resuscitaretur. Sed hanc domũ non luxuriosi ædificant,qui cælatas inhabitant domos & cęlato argento delectantur. Sordet enim illis purum argentum,ita & istis sordet simplicis habitationis locꝰ. Sinuant spatia domorũ,& adijciendo adijciunt, cõiun gentes domum ad domũ, & villam ad villam,effodiũt terram,vt elementũ quoq; eorum cedat habitaculis,& quasi terræ filij intra eius recondantur vterũ,& absconE dantur aluo. Isti plane sunt de quibus dicit Hieremias:
Hiere. 22 Vę qui ædificant domũ suã nõ cũ iustitia. Qui enim cũ iustitia ædificat,non in terrenis ædificat,sed in cœlestibus. Aedificasti,inquit,domũ,metire superiora eius, perflatilia distincta fenestris,& contignata cedro,& illita minio. Metitur autem superiora, cui contemplatus
Canti.4 iudicium dei,iudicat iudicium humilis,& iudiciũ pauperis. Qui autem in auaritiã intendit,& in sanguinem innocentis,non ędificat superiora cũ iudicio: nec mẽsuram tenet,quia non habet Christum: nec aspirare sibi diuinæ flatus,explorat gratię,nec pleni luminis splẽdorẽ requirit,nec illita minio habet cœnacula: cui nõ
F potest dici: Sicut rẽsticula coccinea labia tua. Nõ sępe lietur,inquit,huiusmodi. Qui enim viuum se sub terram infodit,& tanq; in sepulchro sepeliuit, eripuit sibi mortuo requiẽ sepulturæ. Depositus itaq; in valle corporaliũ delectationũ,nõ inuenit sepulchrũ de quo possit resurgere. Huiusmodi ergo vir nec tẽplum deo ędificat,quia nõ nouit tempus correctionis suæ. Quomo-
1. Tim.5 do enim possũt tales homines templum ædificare, qui
Psal.41 quasi ferę ac bestię in spelæa ferarum & bestiarum latibula sese receptant,atque in foueas se serpentiũ more demergunt, & consuetudine fraudulentę vulpis infodiunt? Sed nec sepulchrum sibi condit qui ante tempus moritur. Viuens enim mortuus est, nec audit vocem Aggæi, id est epulantis, vt interpretatio declarat: quoniam non ingreditur tabernaculum dei in voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Quomodo enim vocem eius audit,qui opera eius non videt? Nam si videret,audiret verbum quod in eius manu factũ est,delectatus eius actibus quibus pulsauit & apertum est ei, & descendit in eius animã,vt epuletur in eo syncerita-
Aggei.1. tis & veritatis cibus. Ergo quia non audiuit, fit iterum in manu Aggæi verbũ,& dicit: Surgite de cælatis & depressis malitia domibus,& ascẽdite in montem scriptu rarum cœlestiũ,& cædite lignũ sapientię,lignum vitę, lignum cognitionis, & dirigite vias vestras, ordinate actus vestros vt habeãt ordinem suum debitũ, qui necessarius & vtilis est ad ędificandum domini domum. Nam si nõ feceritis: nec cœlũ dabit rorẽ suũ, id est, sermo cœlestis,qui sicut ros descẽdit super fœnũ,nõ tẽperabit feruidos corporaliũ mot⁹ passionũ: nec ignita re

G stinguet diuersarum spiculą cupiditatũ,nec terra ei⁹id
cũ anima fructus dabit, eo qđ arescat,nisi repleatur irriguo verbi dei,&perfundatur à rore cælesti,spirituali vbertate gratiæ. Et quia sciebat desides esse habitantes in hypogeis,&voluptatũ gurgustijs. Excitabo,inqt illis spiritũ Zorobabel de tribu Iudę,& Iosedec sacerdotẽ magnum,vt excitẽtur ad ædificationẽ diuinę domus. Nisi cũ dominus ædificauerit sibi domũ,inuanum laborauerunt qui ædificãt eã. Ipse est Zorobabel iugis redundãtia,vtpote fons vitæ,&verbũ dei, p qđ omnia &ex quo oia,&oia in ipso. Hæc dicit redundãtia:Si ys sitit,veniat ad me,&bibat. Hoc est profluuium indeficientis meatus.› Profluuiũ quoq; nocturnũ legimus qđ est Zabulon,id est ꝓpheticum, sed etiã & ipsum huius fluenti infusione resplenduit,per qđ euanuit illud profluuiũ vanitatis in Iezabel,quæ inimica veritati, & aduersaria prophetarum eloquijs, ita dilacerata est canũ morsib⁹,vt nullũ eius supereset vestigiũ, sed toto corpore suo cum oibus posteritatis suæ insignibus extingueretur, Ipse igitur Zorobabel ex tribu Iudæ,ipse Ieſus magn⁹ sacerdos,& tribu designatus &nomine,duo significari videtur,& vn⁹ eximitur. Qui idẽ quasi potens nãtus ex potente quasi redẽptor ortus ex virgine, in vtriusq; idem naturæ diuersitate diuiduæ, vnius filij H dei veritatẽ gigas impleuit. Excitaturus itaq; à mortuis Zorobabel sanctum ait: Adhuc ego mouebo semel cælum &terrã. Et maria &desertum mouerat ante hęc,cũ de Aegypto liberaret populum suum,quando in cœlo colũna erat ignis,terra inter fluctus, murus in mari, via in aqua, in deserto messis quotidiana frugum cœlestiũ multiplicabatur, petra soluebatur in fontes aquarum. Sed mouit &postea in passione domini Iesu,quãdo cœlum tenebris obductũ,sol refugit,petræ scissæ, tumuli aperti,mortui resuscitati, draco victus in fluctibus suis vidit piscatores hominum nõ solum nauigãtes in mari sed etiã ambulantes sine periculo. Desertum quoq; motum, quando infructuosus nationum populus in messẽ cœpit deuotionis &fidei flauescere,& eousq; deserti & gentium cõmotio facta est, vt apostolorũ quos direxit ad gentes vocandas,tanta esset &tam vehemens prędicatio,vt in omnẽ terram exiret sonus eorum,&in fines orbis terræ verba eorum. Tanta inq; cõmotio deserti, vt plures filij fierent desertæ, q; eius quæ habebat virũ. Et floreret desertum vt lilium,introirẽt electa gẽtium ad residuos populi,quo reliquię saluæ fierent per electionem gratiæ. Et replebo›,inquit, domum hanc argẽto meo &auro,eloquijs cœlestibus,quę sicut argentum I igne examinatũ,& veri claritate luminis,sicut auro spirituali in sanctorũ occultis mẽtibus refulgente. Has ditias cõfert ecclesię suæ, quibus intelligibiles thesauri replentur,&gloria augetur domus sup priorẽ gloriam quã populus habuit electus. Pax enim & tranquillitas animæ super omnẽ domus gloriã est, quia pax superat omnẽ sensum,Hæc est pax sup pacẽ, quę dabitur post tertiã cõmotionem cœli,maris,terræ,deserti, quando destruct oẽs potestates &principatus. Cœlum enim & terra transibunt,& omnis istius mundi figura, & vnusquisq; in rõphæa insurget ad fratrem suũ,id est, verbo penetrante medullas animę,vt destruatur quicquid est contrariũ,currus ex Ephren,& equus ex Hierusalẽ, vt Zacharias dixit. Et sic erit pax per omnia,vt nullis obsistentibus corporis passionibus, aut incredulæ mentis impedimẽtis,fiat in oibus Christus,subdita patri exhibens corda vniuersorũ. Vnde &ad ipsum solũ mystice dicitur:Sumã te Zorobabel,& ponam te sicut signaculum,quia te elegi. Etenim cũ fuerit anima nostra pacifica,vt dicatur ei: Cõuertere cõuertere Sunamitis, qđ pacificã significat,&vt tuo nomine vtar,ἐμφυτικῶς,tunc accipiet in se sicut signaculum Christũ, id est imaginẽ dei,vt sit ad imaginem:quoniã qualis cœlestis, tales &

cœlestes. Et oportet nos portare imaginẽ cœlestis, id K
est pacem. Atq; vt sciamus verum esse, habes in Canticis,in vltimo,iam perfectæ animæ dici,qđ &tibi dicat dominus Iesus: Pone me vt signaculum brachium tuũ, Cantic.8.
vt luceat pax in corde tuo, & in operibus tuis Christus & formetur in te sapientia,&iustitia,& redemptio. Vale fili,&nos dilige,quia nos te diligimus.

LIBER QVARTVS.

DIVI AMBROSII ad Irenæũ hanc quæstionem Vtrum sit aliqua apud deum differentia charitatis eorum qui à pueritia,& eorum qui iuuentutis aut posterioris ætatis processu crediderint,dissoluentis, Epistola XIII.

AMBROSIVS Irenæo. Differẽtia charitatis vtrum sit aliqua apud deũ, eorũ qui à pueritia crediderint, & eorũ qui iuuẽtutis aut posterioris ætatis processu, prudẽter requirendũ putasti. Nã hocquoque scriptura diuina nõ prætermi L
sit,neq; intactũ reliquit. Siqui dẽ dominus deus noster ad Iohel prophetã nõ ocioſe Iohel.1.
ait: Lamentare ad me super spõsam præcinctã saccũ in virum eius virginalẽ,dolens synagogã quæ antea virginitate sua desponsata dei verbo foret, vel animã certe quę bonis meritis decidisset,vita offendiculũ incidisse peccatorũ flagitijs,vt odia contraheret, & inquinamẽto impietatis,ac perfidiæ obsoleta sordibus,miserabili esset despectui,lõge mutata ab illius sponsæ gratia quæ ante meruerat audire: Sponsabo te mihi in fide,& iusti Oseę.2.
tia,& misericordia. Nec immerito lamẽtabilis pronũciatur,quę tantorũ munerũ amiserat preciũ,& virtutũ dotaliũ tã graue subierat dispendium, vt ei virginalis spõsus eriperetur. Nostris enim meritis verbũ dei nobis aut viuit, aut moritur. Nã si bona studia atq; opera nostra sint,viuit atq; operatur in nobis dei verbũ,si tenebrosæ cogitatiões operationesq; nostrę sint, occidit nobis sol iustitiæ. Et ideo lamentandũ pręcipit pro ea anima. Nã sicut illis gratulandũ, &epulandũ est,cũ quibus spõsus est, ita illi animæ lugendũ cui spõsus fuerit ereptus,sicut de apostolis scriptũ est in euãgelio: Quò Matth.9
niã cũ auferetur ab eis spõsus, tũc ieiunabũt in illis diebus. Ergo &hæc anima habebat ante lętitiã &exultatiõnẽ,cũ haberet παράδεισικὸν λόγον. Et ideo non ieiunabat, M
quia dies erãt epularũ &refectionis,cũ adesset sponsus nuchęs quibus aderat,vbertatis affluentiã cœlestis alimẽti,copia vini rigatus, qđ corda hominũ lętificãtur. sed posteaq; spõsum factis amisit suis,iubetur in cilicio agere pœnitentiã peccatorũ suorũ, & deflere semetipsam, quia mortuus est ei crucifixus pro ea Christus, qui est πνευματικὸς λόγος. Si à prima ętate conuenit,nec alterius anima hæc videtur experta copulã,sed à principio virginalẽ fidei suę florẽ Christo dicauit, atq; ipsi primis fœderata pietatis mysterijs sacros iuuẽcula cultus recepit, ipsa est Israelitica anima veteris ꝓpiæ ex genere patriarcharũ: quę si inoffensum fidei seruasset curriculũ, magni meriti foret sponsa verbi virginalis tanq; illa quę apprehendit iustitiã, & obuiauit illi quasi mater,&quasi mulier à virginitate suscepit illã. Altera quoq; est acquisita ex gẽtibus,& vtraq; sponsa vnius verbi,qđ est magnũ mysterium. Idq; tibi demõstratur in libro regnorũ. Siquidem Dauid duas vxores habuit I.Reg.2
Achinaã Iezrahelitẽ, & Abigeam acquisitã sibi postea. illam rigidiorem, istam misericordiæ plenam & gratiæ,spiritalem ac liberalem animã, quæ reuelata facie

A patrẽ vidit speculata eius gloriã,quę suscepit diuinum illum paternæ gratiæ rorẽ,vt habet nois interpretatio. Quid autẽ ros patris,nisi dei verbum,qđ humore fidei atq; iustitię infudit corda vniuersorum? Pulchrè igitur huic aiæ verus Dicit dauid,qđ illi Abigeæ dictũ est, Benedict⁹ domin⁹ deus Israel,qui misit te hodie huc obuiã mihi,& benedicti mores tui. Et iterũ dicit ei, Ascẽde in pace in domũ tuã,vide,audiui vocẽ tuã,& reueri
Cant.2. tus sum faciẽ tuã. Deniq; in Cãticis etiã hæc verba sunt spõsi ad spõsã, Ostẽde mihi faciẽ tuã, & isinua mihi vocẽ tuã. Et tũc quidẽ dimissa est,quoniã alterũ habebat virũ,qui dicebatur Hebraice Nabal, latine insipiens, durus,inhospitalis,inhumanus. ingrat⁹, qui officia nesciret referre: sed postea q̃ defunctus est vir ei⁹, solutã à lege viri accepit eã sibi in vxorẽ ꝓpheta Dauid. Per cuius copulã ecclesię creditur ex gentibus significantur mysteria,quæ amisso viro cui ante iũcta fuerat,trãsiuit ad Christum,cẽsu pio diues humilitatis & fidei, misericordiæ quoq; dotata patrimonio. Sed hoc loco nõ ista deploratur,sed illa Achinaã quæ fuit male fortis in fratrẽ. Et ideo ille frater fact⁹ est in cõmotionẽ.
Psal.43. Vnde ex persona eorũ dictũ est, Posuisti nos in parabolã in gẽtibus,cõmotionẽ capitis in populis. Quam nuB tantẽ inueniens diabolus,sicut leo diruit,& iucunditatẽ eius abstulit. Vineã eius & ficũ euertit,sub quibus solebat ãte requiescere,& arescere fecit fruct⁹ ei⁹. Quos
Iohel.1. aridos miseratus atq; albentes siccitate nimia dicit ad prophetã deus, Lamentare ad me super sponsam pręcinctam cilicio,& super virum eius virginalẽ, id est super aię huiusmodi vel synagogę virũ mortuũ. Cui loco alio expostulãs dicit, Eo qđ oblita ꝓpositi sui, oblita charitatis,immemor gratię,de via disciplinæ,superiorẽ vxoris affectũ amiserit. Meritoq; suis eã sermonibus redarguit,memorãs & retexens eiusdẽ blãditias,& pietatis vocacula. Nõ sicut domesticũ me vocabas, & patrẽ & initiatorẽ virginitatis tuę. Ergo huic aiæ cui per intemperãtiã eius mortuũ est dei verbũ, & ille παράβατικὸς νόμου occidit, luctũ indicit, intercessorẽ adhibet,vt vocetur ad pœnitentiã,quo possit mereri misericordiã. Illi autẽ quæ bona intellectu,& decora aspectu valde,sicut Abigea acquisita sibi erat in prælio,denictis aduersarijs,& mortuo viro qui vallatus nequitijs spiritualibus repugnabat ac resistebat ne sibi speciosa
C vxor adimeretur,quasi victor & diligens sponsus iucũditatem confert & gratiam, emundans eam ab omnibus pulchritudinis eius impedimentis, & exuens vestimentis captiuitatis: vt depositis omnib⁹ capitis sui capillis, id est peccatorũ criniculis,qui quasi superflui nostro in corpore videntur,quoniam si vir comã nutriat, ignominia est illi: in vnitate fidei,in virum perfectum, in mensurã ętatis plenitudinis Christi studeat occurrere,vt omnem deponat animi perturbationẽ,& charitate fundata augeatur in domino Iesu,& vniuerso ac quirat incrementa corpori. Hæc est anima illa quã lex demonstrat tibi in specie mulieris bonę, quã si videris
Deut.21. in prędam,& concupieris accipere in vxorem tibi: induces,inquit, eam in domum tuam, vt tota ei committas interiora domus tuę omnium tuorum viscerũ possessionem,auferas ei⁹ superflua,tondeas lapsus,& noua cula non satis acuta,ne faciat dolum, tuarum exuuias passionum,atque inanes sensus recidas. Ideo ait, Rades eius caput,quo nulla obstacula patiantur oculi sapientis,qui sunt in capite eius. Et sedebit,inqt,triginta diebus in domo tua,peccata propriæ deplorans natiuitatis,& commẽta nequissimi patris diaboli, qui vult congregare quæ nõ generauit: vt huius mystici numeri purificatione mundata,cõiugi claues adipiscatur. Et pulchrè ait, Postea intrabis ad eam,vt totus ingrediaris in animã tuã,atq; intra ipsam te colligas, & in ea habites: apud eã commorare,in ipsa tibi sit ois cõuersatio,vt sis

nõ in carne,sed in spiritu,& proponas adiungere eam D
tibi ad consortium vitę,sciens quoniã cõmunicabit te- Sapien.8.
cum de bonis, & perfunctus eius gratia, dicas puer autem erã ingeniosus,& sortitus sum animã bonã. Et illa Cantic.8.
tibi respõdeat, Assumã te, & inducã te in domum matris meę,& in secretum eius quæ me concepit. Bona mater animarum Hierusalem illa ‖ quę i cælo est. Erit ergo vxor tua,& inueniens te osculabitur te. Et si postea displicuerit tibi quod castiget corpus suum, & seruituti redigat,nõ patieris eam seruire,id est voluptatibus corporis,nec subijcies eam carni, sed liberam permanere patieris: nec alienabis eam,hoc est enim vendere: nec contemnes eam,sed permittes seruire eam deo suo in castitate fidei,& bonorum operum sobrietate. Vale,& nos dilige,quia nos te diligimus.

¶Diui Ambrosij ad Irenęum,errorem remouentis ne quis eum de quo in superiori epistola dictum est qđ duas habebat vxores, duas asciuisse sibi animas intel ligat. Epistola XIIII.

AMBROSIVS Irenæo, Supiore epistola scripsimus liberãdã ab aduersarijs animã nostrã,& cum ea indissociabilis vitæ subeundum consortium. Et quia sermo iste nobis Deut.21.
de Deuteronomio exemplum assumpsit assertiõis suę, E
quo loci subiectum est de viro qui duas vxores habebat,vnam odibilem,alteram amabilem? non perfunctorie motus videris ne forte duas animas istum sibi asciuisse aliquis intelligat: quod fieri nequaquam potest. Verum ipse nõ ignoras quod interdum scriptura cum allegoriam dicit: alia ad speciem synagogæ,alia ad ecclesiam refert: alia ad animam, alia ad verbi mysteriũ: alia ad diuersas species & qualitates animarum: quę discernit qui dijudicat spiritu. Vnde sequenti capitulo legis non duas animas,sed diuersas qualitates vnius animę comprehensas arbitror. Est enim amabilis animæ species,quę concupiscit voluptaria,quæ laborem fugit, copunctiones declinat,iudicium dei negligit. Ideo amabilis, quia dulcis & suauis ad tẽpus videtur, quæ mẽtem nõ afficiat,sed oblectet. At illa altera tristior, quæ zelo dei conficiatur,sicut vxor seuera scortari comparem suum nolit,non patiatur,nõ sinat, nihil indulgeat corpori,nihil voluptati & delectationi relaxet, abdicet occulta dedecoris,dura laborum sequatur, grauia periculorũ. Si igitur peperierint ei ambę, non poterit, inquit,primitiuũ filiũ amabilis in hęreditatis institutio F
ne præponere primitiuo filio odibilis, cum sciat odibilis filium primitiuum esse. In quo non tam prælationem simpliciter significari puto quasi inter primitiuos duos,q̃ expressionẽ solũ odibilis filium primitiui habere prærogatiuam. Primitiuus enim primogenit⁹ est, Exod.13.
sancti autem primogeniti sunt, quia omnis masculus adaperiens vuluam sanctus domino vocabitur. Non tamen omnis primogenitus sanctus. Non enim sanctus Esau,qui vtique primogenitus,sancti autem primoge- Numer.3.
niti sunt. Denique habes in Numeris, Ecce tuli Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam,à filijs Israel. Mihi enim in quo die percussi omne primitiuum Aegypti, sanctificaui omne primogenitum Israel. Ergo Leuitas pro primogenitis accepit,quasi sanctos enĩ primogenitos esse cognoscimus: ex epistola ad Hebręos scripta, in qua habem⁹: Sed appropinquastis Sion monti, & ciuitati Hierusa- Heb.12.
tem,& decem milibus angelorum, & ecclesię primitiuorum. Ergo sicut primogeniti ecclesię sancti, sic & Leuitę, quoniam ipsi quoque primogeniti. Non enim nascendi ordine sancti,sed sanctificationis munere. Leui enim tertius filius fuit Liæ,non primus vtique. Qui autem sanctificatus, ipse aperit vuluam. Quam vuluam?

Psal. 57. Audi dicentem. Errauerunt peccatores ab vtero. Quia
G intellexisti primogenitum qui aperit vuluam, intellige
vterum bonę matris, quo non errant sancti, sed pecca
tores. Leuitæ autem auferuntur de medio Israel, quia
nihil habent commune cum populo, cuius primogeni
ta secularia destruunt. Primogenita enim seculi alte-
Gala. 1. rius matris sunt, à cuius vtero segregatus Paulus est cũ
ad gratiam vocaretur dei. Et ideo de medio populi
segregatus, verbum recepit, quod est medium in cor-
Ioan. 1. de nostro. Vnde & illud dictum est, Medius autem ve-
strum stat, quem vos non videtis. Non ociosus itaque
nobis à lege in legem excursus fuit, vt primogenitum
nõ esse amabilis illius, id est remissioris & voluptariæ
filium diceremur, quanuis prępositi capituli verba hęc
Deut. 21. exprimant, dicente scriptura, Non poterit filium ama
bilis primitiuum pręponere, cum sciat filium odibilis
primitiuum esse. Ille est vere primitiuus, qui sanctę ma
tris sanctus est partus, sicut illa vera mater, à cuius vte-
ro non errant veri filij, sed peccatores. Ergo ille nõ ve
ræ matris filius, nõ primitiuus verus, sed quasi primiti-
uus inuatur sumptu ne egeat. non vt dines sit honora-
tur. Hic autem dupla ex omnibus accipit, vt abundet:
Gene. 45. sicut etiam in Genesi habes patriarchas à fratre suo Io
seph geminę singulos stolæ donatos munere cum re-
mitterentur ad patrem, vt significarent fratrem reper
tum Ioseph, quẽ defunctum esse crediderat pater. Pri
Deut. 21. mogenitus itaq; hæreditatis accepit prærogatiuam, di-
cente scriptura, Hic est initiũ filiorum eius, & huic de-
bentur primogenitalia. A primogenito igitur dei filio
H & finis) initium sanctus nuncupatur, initium filius, cui
debetur primitiarum prærogatiua, secundum illud ad
Gene. 21. Abraham dictum, Eijce ancillam, & filium eius. Non
enim hæres erit filius ancillę cum filio meo Isaac. Qđ
magis ad hęreditatẽ virtutum q̃ pecuniæ spectare diui
Ibidem. no oraculo docetur, dicente deo, Omnia quæcunque
tibi dixerit Sara, audi vocem eius, quoniam in Isaac vo
cabitur tibi semen. Quæ erat alia in Isaac, nisi sanctita-
tis hæreditas, quę nobilitáret patrem? Et filium quidẽ
ancillæ super nationes prefecit, quasi simpla conferens
patrimonij; filio autem Saræ dupla dedit, cui non solũ
temporalia, sed etiã superna & perpetua collata sunt.
Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

¶Diui Ambrosij ad Irenæum, causam reddentis cur
lex ꝓhibuerit mulieres vti veste virili, atq; viros in-
dui stola muliebri. Epist. xv.

AMBROSIVS Irenæo. Pertulisti ad me qua
si filius quęsiuisse aliquos de te quid sibi ve
lit quod tam seuere lex immundos eos di-
xerit qui alieni sexus vte rentur vestib⁹, vel
viros scilicet vel mulieres. Sic enim scriptum est, Non
Deut. 22. erit res viri super mulierem, neq; induetur vir stolam
muliebrem, quia immundus est domino omnis qui fe-
cerit hoc. Et si vere discutias, incongruum est quod ip
I sa abhorret natura. Cur eni homo nõ vis videri esse qđ
natus es? Cur alienam tibi assumis speciem? Cur men-
tiris fœminam. vel tu fœmina virum? Suis vnũquemq;
sexum induit natura indumẽtis. Deniq; diuersus vsus,
diuersus color, motus, incessus, diuersę vires, diuersa
vox est in viro & fœmina. Sed etiam in reliqui generis
animãtibus alia species leonis, alia leenę, alia vis, alius
sonus: alia tauri, alia vitulæ. In cęruis quoque quantum
distat sexus, tantum discrepat species, vt eos etiam emi
nus possis discernere. In auibus vero etiam propria ad
vestitum est inter eos & homines comparatio. In illis
enim sexum naturalia ipsa indumenta discernunt. Pa-
uimares speciosi, fœminæ non item pennarum vario
pinguntur decore. Fasianis quoq; diuersꝰ color, qui di
stinguat sexꝰ discretionem. Quid in pullis? quã canora K
vox galli? nocturnisq; vicibus solenne munus ad excita-
tandum & canendum? Nunquid illa mutãt speciẽ suã?
Cur nos mutare desideramus? Et quidem Græco more
influxit vt fœminę virilibus quasi succinctioribus tunicis vtantur. Esto tamen vt illæ imitari videantur melio
ris sexus naturam. Quid uiri qui inferioris sexus men-
tiri speciem volunt? Mẽdacium & id verbo turpe est,
nedum in habitu. Deniq; in templis vbi mendacium fi
dei, ibi mẽdacium naturæ. Illic alsumere viros mulie-
brem vestem, gestũq; fœmineum, sacrũ putatur. Vnde
lex dicit quia immundꝰ erit domino omnis vir qui sto
lam muliebrem induerit. Arbitror autem quod nõ tã
de veste, q̃ de moribus dixerit vel de vsib⁹ nostris atq;
actibus, quod alius virum, alius fœminã deceat actus.
Vnde & apostolus ait, quasi interpres legis: Mulieres
nostrę in ecclesia taceant. Nõ enim permittitur eis lo-
qui, sed subditas esse, sicut lex dicit, Si quid; utẽ volũt
discere, domi viros suos interrogent. Et ad Timotheũ: 1. Tim. 2.
Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Doce
re autem mulieri non permitto, neq; dominari in virũ.
Quã deforme autẽ virum facere opera muliebria. Er-
go & pariant, ergo parturiant qui crispãt comam sicut
fœminę. Et tamen illæ velantur, isti bęlligerantur. Ve-
rum habeant excusationem qui patrios vsus sequũtur.
sed tamen Barbaros, vt Persę, vt Gothi, vt Armenij. L
Maior quidem est natura q̃ patria. Quid de alijs dici-
mus, qui hoc ad luxuriam deriuandum putant, vt cala-
mistratos & torquatos habeant in ministerio, ipsi pro-
missa barba, illos remissa coma? Merito illic seruatur
castimonia, vbi nõ tenetur sexus distinctio. In quo eni 1. Cor. 11.
dẽtia naturę magisteria sunt, dicente Apostolo, Decet
mulierem non velatam orare deum? Nec ipsa natura
docet vos. Quod vir quidem si comam habeat, ignominia est illi: mulier vero si capillos habeat, gloria est
illi, quoniam quidem capilli pro velamine ei sunt. Hęc
sunt quæ referas requirentibus. Vale, & nos vt filius di
lige, quia nos te vt parentes diligimus.

¶Diui Ambrosij ad Irenęũ, epistolã ad Ephesios sum
maria ac breui explanatione perstringentis.
Epistola. xvi.

AMBROSIVS Irenęo. Poposcisti vt summam ẽ
pistolæ quæ ad Ephesios scripta est, inculcare
mus tibi, quę obscurior videretur, nisi eius di-
stinctiones colligas, quibus persuadendum putauit a-
postolus de dei regno nobis non desperandum. Pro-
posuit itaque primum, quod bonis maximum solet esse
ad studia virtutis incitamentum, præmiorum spem, &
promissorum cęlestium hæreditatem, quę in passione
Christi & resurrectione appropinquauerint. Deinde M
subiecit non solum in paradisum reditum nobis refor
matum esse per Christum, sed etiam cęlestis soli hono
rem per consortium Christi corporis carni huic esse
impartitum, vt de ascendendi possibilitate iam non du
bites, qui cõsortia tua i carne Christi regno cælesti ad-
hærere recognoscas, per sanguinẽ eius recõciliationẽ
factã omniũ quæ vel in terra vel in cælo sunt. Qui ideo
descẽdit, vt captiuitatẽ nostrã auerteret. Ideo ascẽdit,
vt ꝓpleret oĩa p apostolos, prophetas, sacerdõtes, con-
firmationẽ vniuersorũ, & cõgregationẽ gentium. Finẽ
autem spei esse nostrę charitatem ipsius, vt augeamur
in ipso per oĩa, quia ipse est caput vniuersorũ, ad quem
omnes secundum mensuram operationis in vnum cor
pus ędificatione charitatis assurgimus. Non ergo de-
sperandum quod capiti suo membra adhæreant, præ-
sertim cum in adoptionem filiorum dei ab initio sim⁹
prędestinati per iesum Christum in ipso: quam præde
stinationem probauit, asserẽs illud quod ab initio prę

A nunciatum est, Quia relinquet homo patrem & matrẽ,
& adhærebit vxori suæ, & erunt ambo in carne vna, sa-
cramentũ esse Christi & ecclesiæ. Siergo Adæ & Euæ co
pula sacramentum magnum est in Christo & in eccle-
sia, certum est quòd sicut Eua os de ossibus viri fuit, &
caro de carne eius, & nos membra simus corporis Chri
sti, os de ossibus Christi, & caro de carne eius. Nulla au
tem epistola tantum benedictionis increpuit in plebem
dei quantum ista, in qua non solũ benedictos nos à deo,
sed in omni benedictione benedictos & spirituali & in
cælestibus significauit diuinæ locuples gratiæ testis, &
prædestinatos nos in adoptionem filiorum, in filio quo
que dei nos cumulatos gratia, abundasse ea ad cogno-
scendum mysterium æternę voluntatis, tum præterea in
plenitudine temporum, cum pacificarentur omnia in
Christo, & quæ in terra sunt, & quæ in cælo, sorte nos in
ipso constitutos, vt quæ legis sunt implerentur in no-
bis, & quæ gratiæ: cum etiam secundum legem electi
videremur in iuuentutis ætate, quę est vita immaculata,
nihil habentes lasciuiæ puerilis, & senilis infirmitatis.
Docti quoque prælium non solum aduersus carnem &
sanguinem, sed etiam aduersus omnem militiam spiri-
Ephe. 6. tualis nequitiæ, quæ est in cælestibus, viuidis gerere vir-
tutibus. Itaq; sicut illis sortito obtigit capta ex hoste ter
B rarum possessio, ita nobis cecidit sors gratiæ, vt simus
possessio dei, qui renes possidet nostros, id est seminari
um castitatis & temperantiæ. Quæris hanc sortem agno
Actuũ. 1. scere? recordare illam quæ cecidit super Mathiam, vt in
Psal. 67. duodecimum apostolorum numerũ subrogaretur. Sed
etiã propheta Dauid ait, Si dormiatis inter medias sor-
tes. eò quòd is qui medius inter veteris sortem & noui te
stamenti est recumbens in vtroque, ad regni cælestis trã
Nume. 27 quillitatem ascisciturit. Hãc sortem filiæ Salphe petebãt
hæreditatis paternæ, & earum petitio diuino iudicio ꝓ-
bata est. Sed illæ petebãt in vmbra. Salphe enim vmbra
oris significatur. In vmbra ergo sermonis petebant, lo-
quebantur quod non reuelabatur. Paternæ itaque hære
ditatis petitio Salphe filiab⁹ in vmbra sermonis erat, no
bis autem est in euangelij splendore, & reuelatione gra
tiæ. Simus itaque nos possessio dei, & ille nobis portio,
in quo sunt diuitiæ glorię & hereditatis eius. Quis enim
diues nisi solus deus, qui omnia creauit? Sed multo ma-
gis diues misericordia, qui omnes redemit, & nos se-
cundum carnis naturam iræ filios & morti obnoxios
Ephe. 2. mutauit quasi auctor naturæ, vt simus filij pacis & chari
tatis. Quis enim naturam mutare potest nisi qui creauit
naturam? Itaq; suscitauit mortuos, & viuificatos in Chri
sto sedere fecit in cælestibus in ipso domino Iesu. Non
C quo quisquã hominum prærogatiuam sedendi meruerit in illa sede dei, de qua pater soli filio dixit, Sede à dex
Psal. 109. tris meis: sed quia in illa carne Christi per consortium
eiusdem naturæ caro omnis humani generis honorata
est. Nam sicut ille in nostra carne subditus legitur per
vnitatem carnis, & obedientiã corporis, in quo fuit obe
diens vsque ad mortem, sic & nos in illius carne consi-
demus in cælestibus. Non ergo sedemus, sed in Christo
sedemus, qui solus sedet ad dexteram dei filiꝰ hominis,
Mat. 26. sicut ipse dixit, A modo videbitis filium hominis sedẽ
tem ad dexteram dei. In eo enim abundauit gratia eius
& bonitas super nos in Christo Iesu, vt operibus mortu
os, per fidem redemptos, saluatos gratia tantæ donaret
liberalitatis munere, in quo velut resuscitata etiam ipsa
natura nouæ sensit creaturæ gratiam, vt in bonis operi-
bus ambulemus creati in Christo, qui ante obnoxiæ hæ
reditatis vitio degenerauimus. Etenim sublatis inimici-
tijs quæ erant in carne ante, pax facta est vniuersitatis in
cælo, vt essent homines sicut angeli in terra, vt essent
gentes vnum atque Israelitæ, vt in homine vno & no-
uus homo & vetus sublato pariete maceriæ, qui vtrun-
que diuisioso obice diuidebat, inter se cõuenirent. Nã
cum huius natura carnis iras discordias ac dissensiones
excitauisset, lex nos damnatorum nexuisset vinculis, D
Christus Iesus insolentiam atque intemperantiam car-
nis mortificatione compressit, legem mandatorum in
decretis euacuauit, in quibus ostendit non secundum li
teram interpretanda legis spiritualis dogmata, cum &
sabbati ignaua ocia & corporalis superflua destrueret
circuncisionis, atque omnibus accessum ad patrem in
vno referaret spiritu. Quomodo enim potest discordia
esse, vbi vna vocatio, vnum corpus, & vnus spiritus est?
Quid enim aliud descendens operatus est dominus Ie-
sus, nisi vt de captiuitate nos in libertatem vendicaret,
& illam captiuitatem vinctam perfidiæ vinculis sibi ca-
ptiuam faceret alligatam sapientiæ compedibus, mitten
te vnoquoque prudente pedes suos in compedes eius, si
cut scriptum est, Et cum descendisset, ascenderet, vt im
pleret omnia, & nos omnes de plenitudine eius accipe-
remus? Ideóque primũ repletos spiritu suo posuit in ec- Ephe. 4.
clesia apostolos, prophetas alios, alios euangelistas, ali-
os autem pastores & doctores, vt eorum adhortationi-
bus consummaretur profectus credentium, & minis-
terij fidelis opus cresceret, ædificaretur vnusquisque ædifi
catione virtutum in mensurã ætatis interioris, quæ men
sura perfectior vitæ immaculatæ, id est perfecti viri, ac-
cipiens de plenitudine Christi recipit gratiæ plenitudi-
nem. Quis autem vir perfectus est nisi ille qui absolutus
infantia puerilis ingenij, atque adolescentiæ incerto ac
lubrico, & immoderato iuuentutis calore, in viri per- E
fecti firmitatem successerit, atque ad illam morum ma-
turitatem adoleuerit, vt non facile deuij disputatoris al
loquio flectatur, & quasi quadam doctrinæ irrationabi-
lis turbidiore in scopulos iactetur procella, ad erroris re-
media se conferens, & qui veritatem non solum in ser-
mone, sed etiam in operibus sequatur suis, & ædificatio
nem charitatis in se suscipiat, vt in vnitate fidei & agni-
tionis occurrat, & quasi membrum nõ desit capiti suo,
id est Christo, qui est caput omnium, ex quo totum cor-
pus fidelium & sapientium per harmoniam rationabi-
lem verbi: hoc est enim συναρμολογουμένον ἁρμονίᾳ τῆ
λόγου σωτηρίου, id est harmonia verbi compaginatum
& compactum atque cõnexum: per omnem iuncturam
ministrationis, in mẽsuram vniusciuiusque partis aug-
mentum corporis facit, in ædificationem sui in charita
te, vt assurgat vnum templum dei in omnibus, & vnum
domicilij cælestis habitaculum in spiritu vniuersorum.
In quo non solum sanctorum hominum, sed omniũ cre
dẽtium, omnium etiam superiorum rationabilium vir-
tutum ac potestatum, connexionem fidei spiritũsq; acci
piendam arbitror, vt per harmoniam quandam virtutũ F
ac ministeriorum corpus vnum ex omnibus rationabi-
lis naturæ spiritualibus adhæreat capiti suo Christo, ita
ædificationis compage connexa, vt ne tactu quidem iun
ctura singulorum adhærentiũ discrepare videatur. Hoc
est enim quod dixit Græc⁹ ἁφὴν τῆς χορηγίας κατ' ἐνέρ-
γειαν ἐν μέτρῳ: quod non difficile erit tanto architecto
secundum mensuram vniuscuiusque meritorum, ac fi-
dei conuenientem sibi connectere, cum ædificatio cha-
ritatis ruinam offensionis excludat atque obstruat. Nõ
est ergo dubitãdum cælestium potestatum adhæsura ad
hoc templum ædificandum consortia. incongruũ quip
pe intelligi quod ita assurgat humanę charitatis ædifica
tio in templum dei, vt fiat in nobis habitatio dei in spiri
tu, non sic autẽ in cælestibus potestatibus. Cuius rei gra
tia, vt maturius in nobis ædificatio huiusmodi procede-
ret, hortatur nos Apostolus aperire oculos cordis, eleu-
are ad superiora, agnitionem dei impense quærere, ve
ritatem discutere, absc̃dere in corde mãdata dei, depo
nere erroris desideria, dedecoris occulta, renouari per
gratiam sacramentorum, temperare iracundiam, com-
motionẽ ante occasum solis relaxare, cauere ne supio-
ra tua occupet aduersarius, spiritus ille habens potesta-
tem, qui se immersit in cor Iudę, & cõminuit animæ eius

G iamuas, ne posset resistere, furem excludere, mendacem auertere, exurgere à mortuis, sobrietatē assumere, vxorem vito vt ecclesiam Christo debere esse subditam, virum pro vxore animam suam offerre, sicut se pro ecclesia tradidit Christus. Postremo quasi bonum bellatorē sumere arma dei ac prætendere semper, non solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam aduersum spirituales nequitias, ne à suis emolliri, ab extraneis capi possit. Hæc breuiter comprehensa vt potui perstrinxi. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad clericos quosdam qui propter leuē aliquam offensionem ab officio desistunt, redarguentis, & ad constantiam exhortantis.

Epistola. XVII.

AMBROSIVS clericis. Plerūque humanis obrepit mentibus, vt aliqua leui perstricti offensione, si non illis cedant pro studio voluntaria, officio desistant. Quod in alio genere hominum tolerabile: in ijs verò qui rei diuinę intendūt, plenum doloris. Sunt enim aliqui in clericorum munere, quibus inimicus obrepere studet, si alias eos non potuerit circunuenire, vt læsis huiusmodi ferat cogitationes: Quid mihi prodest in clero manere, subire iniurias, labores perpeti, quasi non possit ager meus me pascere, aut si ager desit, quasi aliter exercere sumptū nequeam? Itaque huiusmodi cogitationibus etiam boni mores ab officio retrahuntur: quasi vero hoc solū sit in clerico, vt sumptum expediat suum, & nō vt diuinum sibi post mortem potius subsidium locet: quāquam ille post mortem abundet, qui tutus hic potuerit decernere aduersum tot inimicorum insidias. Vnde Ecclesiastes ait:

Eccles. 4. Optimi duo super vnum, quibus est merces bona in labore ipsorum: quia si ceciderit vnus, alter erigit socium suum. Vbi sunt duo optimi super vnū nisi vbi Christus est, & is quem Christ⁹ tuetur? Quia si ceciderit qui cum domino est Iesu, erigit eum Iesus. Sed qua ratione dixit:

Psal. 68. In labore ipsorum? Ergo & Christus laborat? Vtiq; labo
Ioan. 4. rat, qui ait: Laboraui clamans. Laborat, sed in nobis. De
nique ad puteum fatigatus sedebat. Sed quomodo labo
2. Cor. 11. ret, docuit nos Apostolus minore exemplo dicēs: Quis
Mat. 25. infirmatur, & ego non infirmor? Docuit & ipse domin⁹
sua voce: Aeger eram, & non visitastis me. nudus erā, &
4. Reg. 4. non operuistis me. Laborat vt me iacentem erigat, Vn
I de in Helisæo figura domini præcesit, qui proiecit se vt
mortuū erigeret, in quo symbolū est quod nobis Chri
stus commortuus sit, vt nobis resurgeret. Proiecit itaq;
se vsque ad nostram Christus fragilitatem, vt nos erige
ret. Proiecit se, non cecidit, sed erexit consortem. Ipse
Psal. 44. enim consortes nos sibi fecit, vt scriptum est: Quia vn
ctus est oleo iustitiæ præ consortibus suis. Vnde pulchre
ait Ecclesiastes: Quoniam qui ceciderit, alter erigit soci
um suum, non ipse erigitur. Christus enim non alterius
Ioānis. 2. auxilio atque ope erectus est, sed ipse se resuscitauit. De
nique soluite, inquit, hoc templum, & in triduo illud re
suscitabo. Hoc autem dixit de templo corporis sui. Nec
immerito erectus non est ab alio qui nō cecidit. Nam &
ille qui à secūdo erigitur, cecidit: & qui cecidit, indiget
auxilio vt erigatur. Quod & subiecta docent, dicente
scriptura: væ illi vni cum ceciderit, & non est secundus
qui eum erigat, quia & si dormiant duo, est calor illis.
Commortui enim sumus Christo, & ideo conuiuimus.
Christus nobis commortuus est, vt nos calefaceret, qui
ait: Ignem veni mittere in terram. Mortuus erā, sed quia
Lucæ. 12. in baptismate commortuus Christo sum, accepi lumen
vitæ à Christo. Et qui in Christo moritur, per Christum
calefactus vitæ & resurrectionis vaporem accipit. Frigi
dus erat puer, calefecit eum Helisæus spiritu suo, dedit
4. Reg. 4. ei vitæ calorem. Condormiuit ei, vt eum calor quietis
eius qui in simbolo consepultus ei fuerat, excitaret. Frigidus itaque est qui nō moritur in Christo. Calefieri nō
potest cui ignis ardens non appropinquat. Inualescere

non potest alteri qui secum non habet Christum. Et vt K
cognoscas secundum mysterium dictum, non secundū
numerum, quia optimi duo quàm vnus, subiecit mysti- Eccles. 4.
cum, Et spartum triplex non corrumpitur. Tria enim
quæ non sunt composita, non rumpuntur. Trinitas itaq;
incompositæ naturæ rumpi non potest, quia deus vnum
& simplex & incompositum est quicquid est. Quod au
tem est: permanet, non subijcitur. Bonum est itaque ad
hærere alteri, & inferere collum in torques eius, & subij
cere humerum, & portare illum, nec tædiare ad vincu
la, quia de domo alligatorum exiuit qui regnet, puer il
le qui super regem seniorem & stultum est. Idcoq; qui
eum sequuntur, alligati vinculis sunt. Denique Paulus Ephe. 3.
vinctus Iesu Christi. Vnde & ipse Iesus captiuam duxit
captiuitatem. Non satis visum est ei soluere captiuitatē,
quam diabolus imposuerat, ne iterum liberos vacantes
que inuaderet, sed perfecta absolutio existimata est sub
Christo degere, & injicere pedes in compedes sapientię
ipsius, captiuum esse vt sis liber ab aduersario. Recte pu Esa. 9.
er, quoniam puer natus est nobis. & vere optimus puer,
cui dictum est à patre deo: Magnum tibi est vocari pue
rum meum. Sapiens quoque, vt Euāgelium docet: Quia Lucæ. 2.
proficiebat ætate & sapientia. Conuenienter etiam pau 2. Cor. 8.
per, quia cum diues esset, pauper fact⁹ est, vt nos sua in
opia ditaret. Et ideo non fastidit in regno suo pauperē,
sed exaudit eum, & liberat ex omnibus angustijs & mo
lestijs. Sub hoc ergo viuamus, vt rex ille senior & stul
tus nullam habeat potestatem supra nos. Qui dum vult
regnare quasi voluntatis suæ dominus, nec sub vinculis L
esse domini Iesu, inueteratus in peccatis, stultitiæ inci
dit deformitatem. Quid enim stultius quàm relictis cæ
lestibus ad terrena intendisse, & postlabitis perpetuis
elegisse ea quæ caduca sunt & fragilia? Nemo ergo di
cat: Non est nobis portio in Iacob, neq; hæreditas in Is
rael. Nemo dicat, non sum in clero, quia scriptum est:
Date Leui cleros eius. Et iterum Dauid ait: Quia is qui
inter cleros duos medius requiescit, ipse ad superna alis
euolat spiritualibus. Non dicas de deo tuo, grauis mihi
est: nec de loco tuo, inutilis mihi est, quia scriptum est:
Locum tuum noli relinquere. Vult enim auferre eum
aduersarius, vult te abducere, quia inuidet spei tuæ, in
uidet muneri. Sed tu quicunque in clero es domini, por
tio eius & possessio, noli recedere de domini possessio Psal. 138.
ne, vt dicas domino: Possedisti renes meos, suscepisti
me ex vtero matris meæ. Et ille tibi quasi bono seruo di
cat: Transi, recumbe. Valete filij, & seruite domino,
quia bonus dominus.

LIBER QVINTVS.

Diui Ambrosij ad Horontianum, eum docentis ex M
Michea propheta quomodo anima vetus & infirma à re
cto itinere deuians lapsa sit: quóve processu conuerta
tur, gradúmque reparet ac reformet, & vt in proposito
suo perseueret admonentis.

Epistola. XVIII.

AMBROSIVS Horontiano. Prophetæ quidem congregationem gentium, atque ecclesiæ annunciarunt ædificationem futuram, sed tamen quia in ecclesia nō so lum fortium animarum iugis profectus, verumetiam infirmorum lapsus, & rursus conuersio est, ideo possumus ex propheticis libris colligere quemadmodum, aut præclara illa, & fortis anima sine vlla gradiatur offensione, aut infirmior labatur, aut lapsa reparet, ac reformet gradum. Itaque sicut in Canticis canticorum beatæ illius animæ continuos processus legimus, ita in Michea, de quo nobis propheta sermo ex-

A ortus est, consideremus lapsæ cōuersionem. Non enim ociose te mouit: Et tu Bethleem domus Ephrata, quod dictum est ab hoc propheta. Quomodo enim potest domus furoris esse, vbi Christus natus est? Hoc enim expri munt locorum vocabula, sed illustrant operationum mysteria. Ac primum consideremus quid interpretatio nis in latino habeat Micheas. Significat autē, quis à deo: vel, vt alibi inuenimus, quis iste, Morathi filius, id est hę
Mat. 11. redis. Quis autem hæres nisi filius dei, qui ait: Omnia mi hi tradita sunt à patre? Et cum ipse esset hæres, nos esse voluit cohæredes. Merito quis iste, non è populo vnus, sed electus ad gratiam dei, in quo loquitur spiritus sanctus, qui prophetare cœpit in diebus Ioathan & Achaz, & Ezechiæ regum. Quo ordine significatur visionis perfectus. A malis enim regibus ad boni regis peruenit tempora. Et ideo quoniam anima afflicta sub malis ante laborabat regibus, quem processum conuersionis suæ haberet, considerandum videtur. Destructa erat quasi infirmior, & omnis munitio eius facta erat via transeuntium, & incursus passionum, luxuriæ delicijs resoluta ac contrita erat, ac relegata à facie domini. Turris eius
Esa. 5. squalida erat, quæ posita est (vt in Esaiæ cantico legimus) in medio florentis vineæ. Squalet etenim, quando vitis aresćit, & ouis sua errat. Regrediente autem vi
B tis viriditate, vel oue, splendet. Nihil enim squalidius iniquitate, nihil splendidius iustitia. Ad hanc turrim reuocatur ouis, quando anima reuocatur à lapsu, & in illa oue Christi regnum redit, quod est initium, quia ipse est initium & finis, vel initium salutis, sed tamen corripitur prius, eò quòd tam grauiter errauerit, & dicitur ei: Vt quid cognouisti mala, nunquid rex non erat tibi? Hoc est, habebas regem qui te regeret & tuere tur, deuiare à iustitię tramite non debuisti, relinquere vias domini qui tibi rationabiles sensus impartiuit. Vbi erant cogitationes tuæ, vbi consilia, quibus præuidere iniustitiam, propulsare iniquitates insito tibi vigore po tuisti? Cur comprehenderunt te dolores parturientis, vt parturires iniquitates, & pareres iniustitias? Nullus enim maior est dolor, quàm is qui peccati mucrone vulnerat cōscientiam, neque vllum grauius est onus quàm peccatorum sarcina, & pondus flagitiorum. Deprimit animam, curuat vsque ad terram ne se erigere possit. Grauia fili grauia nimis delictorum pondera. Denique
Lucæ. 13. illa in Euangelio mulier quæ curuata erat, speciem præ tendens animæ laborantis, à Christo potuit solo erigi. Huic ergo animæ dicitur: Viriliter age, & appropinqua filia Sion vt parturias. Dolores enim parturientis tri
Roma. 5. bulationem operantur, tribulatio patientiam, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confun
C dit in æternum. Simul egeritur atque excluditur omne quod aduersum est bonis moribus, ne residentia eius fructescant semina, atque in nouos iterum germinent partus. Nec ociose dantur ei cornua & vngulæ, vt conterat omnes manipulos areæ, sicut vitulus Libani. Nisi enim manipuli contriti fuerint, palęæ ventilatæ, fructus apparere interiores & absolui nequeunt. Cōminuit igitur atque excutit prius anima proficiens passionum superflua, vt fructus suos demonstrare possit in ipsa segete. Quanta aduersa sunt quæ partus impediant bonos, hæc prius extirpanda sunt, ne his fructifera internecentur animę sata. Tunc etiam illud prospicit prouidus ani mæ consultor, vt concludat eam in voluptatibus suis,
Psal. 88. atque intercludat eius cupiditates, ne in ijs delectetur. Vtiles enim sunt correptiones parentis, qui non parcit, vt obedientem præceptis salutaribus præstet animam fi lij sui. Virga enim visitat, sicut legimus: Visitabo in virga iniquitates eorum. Itaque qui virga maxillam percutit Israeliticæ animæ, erudit eam ad disciplinam patientiæ dominica correptione. Nemo enim desperare debet quicunque corripitur atque arguitur. Qui enim diligit filiū, corripit. Nemo de remedio diffidat. Ecce tibi vbi

domus furorem videntis erat, ibi domus panis est: vbi D
crudelitas, ibi pietas: vbi pœna innocentium, ibi vniuer
forum redemptio, sicut scriptum est: Et tu Bethleem do
Mich. 5. mus Ephrata non es minima inter principes Iudæ. Ex te
enim exibit princeps in Israel. Bethleem domus panis
est, Ephrata domus furorem videntis. Hoc habet interpretatio istorum nominum. In Bethleem natus est de
Maria Christus, eadem autem Bethleem quæ Ephrata.
In domo igitur furoris generatus est Christus, & ideo
iam non domus furoris, sed domus panis, quia panem
recepit eum qui descendit de cælo. Domus autem panis furorem videntis Ephrata, quia illic Herodes dum
Christum requirit, perimi statuit infantulos, vnde vox
Hiere. 31. in Rama audita est Rachel plorantis filios suos. Sed iam
Mat. 2. nemo timeat, quia requies illa quam quærebat Dauid,
Psal. 131. audita est in Ephrata, inuenta est in campis syluæ. Tunc
adhuc sylua erat nationum congregatio, sed postea
quam in Christum credidit, fructuosa facta est, quia be
nedicti ventris fructum recepit. Mortua est ergo Ra
chel parturiens, quia iam tunc quasi patriarchæ vxor
furorem Herodis videbat, qui nec minusculæ ætati pe
percit. Simul quia in Ephrata & peperit Beniamin spe
cie superiorem, mysterio posteriorem, Paulum scilicet,
qui antequam generaretur, non minimos dolores ma
tri præstitit, cuius filios persequebatur. Et illic mortua
& sepulta est, vt nos commortui & cōsepulti cum Chri
sto in ecclesia resurgamus. Inde enim alia interpretatio E
ne, vel fœcundata, vel repleta fructibus, Ephrata signi
ficatur. Hic tamen, id est in libro prophetico inuenim⁹
διαγνοσὲς ἐ⁷, id est, in paucioribus es. In Matthæo autem: Mat. 2.
Et tu Bethleem domus Iudæ non es in paucioribus. Ibi
domus Iudæ, hic domus Ephrata, in quo verborum di
screpantia, non sensuum est. Nam & Iudæ interior vi
dit furorem, & exterior pertulit. Et in paucioribus est,
quia pauci sunt qui intrant in domum panis per angu
stam viam. Et non est in paucioribus, id est de proficien
tibus, quæ Christum non agnouit. Nec minima est, quæ
est domus benedictionis, & diuinæ gratiæ receptacu
& in eo minima cui is qui aliquid confert Christo, vide
tur deferre. Et qui appetit ecclesiam, Christum appetit.
In quouis minimo enim Christus aut læditur aut hono
ratur, secundum quod ipse ait: Quod enim vni horum Mat. 25.
minimorum fecistis, mihi fecistis. Ipsam autē Bethleem
esse quæ est Ephrata, docet lectio Genesis, vbi ait: Mor
Gene. 35. tua est autem Rachel, & sepulta est in via Ephrata, ipsa
est Bethleem. In via sepulta est sancta Rachel, quę typus
fuit ecclesiæ, vt transeuntes dicāt: Benedictio domini su
per vos, & venientes veniant in exultatione. Omnis itaq;
ánima quæ recipit panem illum descendentem è cœlo,
domus panis est, hoc est panis Christi, quæ habitantis in
se panis cælestis firmamento alitur, & corde confirma
tur. Vnde & Paulus ait: Omnis enim vnus panis sumus. F
Omnis anima fidelis Bethleē est, sicut Hierusalem dici- 1. Cor. 10.
tur, quæ pacem & tranquillitatem habet superioris Hie
rusalem quæ in cælo est. Verus panis est qui fractus & cō
minutus satiauit vniuersos. Quinta autem traditio hoc
habet: Dom⁹ panis. beth domus est, leem panis dicitur.
De aliorum traditionib⁹ propter perfidiam Iudaicam,
ne ipsi se redarguerent, vel ab ipsis præteritum putam⁹,
vel sublatum ab alijs. De Iudæ quoque tribu esse Beth- Iudic. 19.
leem docet lectio in Iudicum libro, quia vir ille Leuita
accepit sibi concubinam de Bethleem Iudę, & irata est
ei cōcubina eius, & rediit in domum patris sui in Beth
leem Iudæ. Egressus itaque Christus à diebus seculi (tūc
enim nobis incipit seculū, quando dies salutis) & egres
sus ad currendā viam, dedit Israel vsque ad temptus pa
rientis, cui aduenit Christus, aduenit fœcunditas, adue
nit part⁹, sicut euenit ecclesiæ, quæ peperit plures quàm
quæ filios habebat, & peperit septē, id est legitimos, tran
quillos, pacificos. Incipit ergo concipere anima, & for
mari in ea Christus, quę receperit aduentum eius, & pa-

G scitur in diuitijs eius vt nihil ei desit, vt videtes etiam eã
aliæ animæ reuertãtur ad viam salutis, & erit ei pax, sed
non potest probari nisi tentationibus. Tunc enim pax
eius existimabitur & trãquillitas, cum excluserit vanas
cogitationes vel compresserit, cum motus omnes edo-
muerit passionum insurgentium, cum increbuerint an
gustiæ, persecutio, fames, periculum, gladius. Tunc erit,
inquit, pax, quia in his omnib⁹ superamus propter eum
qui nos dilexit, quoniam confidimus in eo, quia neque
mors neque quidquis tentationũ nos ab eius diuellat cha
ritate & separet. Tunc ergo dabit tentationes eius vt iu
sti probentur. Et dominus quidem dat tẽtationes ea vo-
Roma. 8. luntate, vt neminem decipi velit. Sed quia plerique vin-
cuntur infirmi tentationibus, qui fortes sunt probãtur.
Tunc illis erit ros à domino, tunc requies, tunc erit ani-
ma iusti sicut catulus leonis in ouilibus. Quod euangeli
co exemplo ad Christum referre nõ dubitauerim, quia
ipse dixit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris
Mat. 13. sui. Comprimẽtur enim quadrigæ eius, irrationabiles
scilicet impetus & mot⁹ istius corporis: sodabitur illud:
2.Cor. 7. Foris pugnæ, intus timores: sed vbique, id est intus & fo
ris tranquillitas erit, & non erit qui respondeat & resi-
stat bonæ voluntati, quia obedientia carnis sublato pa-
riete macerix, cum fuerint vtraque vnum, omnes abole
bit discordias. Siqua autem anima infirma, sicut ille se-
cundum carnẽ Israel, titubauerit, & ab illa Christi cha-
ritate persecutionibus turbata se aliquantulum separa
H uerit, corripitur atque arguitur quasi infida, quasi ingra
ta, quasi incredula, quæ liberata à vanitatibus seculi in
eas respiciendo reciderit, à qua non munera, non tauro
rum sacrificia, sed tãtummodo vt bonum cognosceret,
Mich. 6. iustitiam faceret, postulatum est. Renunciatũ est, inquit,
tibi homo quid sit bonum, aut quid dominus exquirit à
te, nisi vt facias iudicium & iustitiam, & diligas miseri-
cordiam, & paratus sis ire cũ domino tuo. Sed quia non
seruauit hæc illa infirmior anima, ideo domin⁹ ait: Heu
me quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe,
& sicut racemum in vindemia. Audiens ergo hæc pro-
pheta in quo loquebatur deus, ait ad illam animã: Heu
me anima quòd nõ est plenus timoris à terra. Vel si ipse
dominus dicit, miseratus futuras pro peccatis vltiones,
atque pro nostris erroribus ingemiscens. Audiens hæc
anima, quia seminum suorum fructus non colliget, nul
lum messe amissa firmamentũ inueniet sui, premet oli-
uam, & vnctionem lætitiæ non habebit, neque bibet vi-
I num iucunditatis. Cognoscens etiam in operibus car-
nis omnia plena sanguinis, plena circũscriptionis, frau
dum, fallaciæ, ficta officia pietatis, compositas simulatio
nes, & inimicos sibi omnes qui in domo sunt, ideóque
proximi sibi corporis motus cauendos, qui sunt grauis
animæ nostræ aduersarij, conuertitur, & de deo sperare
incipit, & intelligens vere inimicam sibi carnem existe-
re, ait ad eã: Noli supergaudere mihi inimica mea, quia
cecidi, sed resurgam, quia si sedero in tenebris, domin⁹
illuminabit me. Considerans etiam insultare sibi aliquã
potestatem quæ resistebat sibi ne meliorem sequeretur
viam, & inequitare quod tradita esset in interitum car-
nis, vt diuersis attereretur malis, quæ vel à domino pro-
pter peccatorum solutionem decernerentur, vel ab ini
quo propter inuidiam conuersionis, vt ad se reuocaret
afflictam, dicit: Adhuc iram domini sustinebo, qui vel
lapsam castigat, vel tibi potestatem affligẽdi dedit, quia
peccaui, sustinebo tamen donec iustificet causam me-
am. Nisi enim cõfessa fuero, & exoluero precia iniqui
tum mearum, non potero iustificari. Cum autem fuero
iustificata, soluẽs duplicia peccata, educet iudicium me
um deponens indignationem, quia satisfactum senten-
tiæ est. Educet me ad lumen, vt videam iustitiam eius, &
aspiciam delectationem eius. Videbit hoc lumen recon
ciliationis meæ inimica mea, id est diaboli nequitia, &
operietur confusione, quæ nunc dicit: Vbi est deus tuus?
Videbit in me misericordiam eius, videbit pietatem. Et K
ideo non audiamus eum quandoque in aduersis aliqui-
bus seculi, cum aut dolor corporis est, aut filiorũ amis-
sio, vel cæterarum necessitudinum, non audiamus in-
quam dicentem: Vbi est deus tuus? Tunc eius tentatio-
nes cauendæ sunt, cum grauis vrget dolor, tũc animam
ægram auertere studet. Ergo anima quæ illum nõ audie
rit insidiantẽ sibi, videns postea mirabilia dei, videns se
in cælo, diabolum autem sicut colubrum reptantem in
terrestribus, gratulabitur dicens: Quis deus sicut tu, au-
ferens peccata, & transferens impietates? Qui non fuisti
memor indignationis tuæ, sed sicut in mari mersisti ini-
quitates nostras sicut Aegyptiũ plumbum, & redisti ad
misericordiam voluntarius, quã gemino contulisti mu
nere, dimittens peccata, atque abscondens, secundum
quod scriptum est: Beati quorum remissæ sunt iniquita Psal. 31.
tes, & quorum tecta sunt peccata. Alia enim sanguine fi
lij tui abluis, alia donas nobis, vt bonis operibus & con
fessionib⁹ nostros errores tegamus. Quod ergo ait: Au
ferẽs peccata, ad remissionem pertinet, quia penitus ea
tollit, ita vt non sint, quorum memor nõ erit. Quod ve-
ro ait: Transferens iniquitates, eò quòd cõfitentibus no
bis lapsus nostros, & obumbrantibus eos bonæ opera-
tionis fructu, referantur in authorem culpæ, & peccati L
incentorem. Quid enim aliud agit qui culpam fatetur,
nisi vt aduersantis nequitiæ spiritualis dolo se & mali-
tia trãsductũ probet? In eo itaq; gratias agit anima ista,
quia & aufert dominus peccata, & transfert iniquitates,
& demergit in profundum maris. Quod potest & ad ba
ptismum referri, quo Aegyptius mergitur, Hebræus re-
surgit, & quo altitudine sapientiæ & bonorum operum
abundantia tegantur peccata superiora, per diuitias mi
sericordiæ dei nostri, qui memor promissionis suæ quã
dederat Abrahæ, hæredem eius animam non est passus
perire. Et illa quidem anima hoc reuocatur modo. Tu
autẽ fili qui à primo flore pueritiæ es hæres ecclesiæ quæ
te suscepit & tenet, perseuerato in ppósito, memor gra-
tiæ dei & muneris quod per impositionẽ suscepisti ma-
nuum mearum, vt & in hoc gradu sicut in ministeriosa
cro fidem tuam demonstres atque industriam, & expe-
ctes remunerationem domini Iesu. Valẽ, & nos vt fili
us dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianum, differentis quem-
admodum animam euangelicam, quæ est ecclesiæ filia,
dominus Iesus primo susceperit, erudierit, atque con-
summauerit.

Epistola. XIX. M

AMBROSIVS Horontiano. Superiore epi-
stola de ea anima sermonem contulimus,
quæ itineris sui deuios aliquos habuerit
anfractus, vt vetus Israel secundum carnẽ
fluctuans, quia & ipse liberabitur per do-
mini nostri Iesu Christi gratiam, cum intrauerit pleni-
tudo gentium, licet ista leuiore errore conuersione sese
reformauerit. Hac vero epistola de ecclesiæ filia nobis
sermo sit, quã dominus Iesus quẽadmodũ primo susce-
perit, erudierit, cõsummauerit in suo euãgelio, cõsidere
mus. Suscepit itaq; eam primo tuendã in cõfusione posi
tã, (Exul enim paradisi vbi nisi in cõfusione degeret ani-
ma vniuscuiusq; hois?) deduxitq; eam in Bethleem. Iam
profectus susceptæ animæ significatur, quòd ascẽdit ad
domũ panis, in qua famẽ fidei & sterilitatem nesciat. De
nostrarũ animarũ genere & ordine loquor, quibus nos
viuimus & mouemur, nõ de aliqua specialiter. Non enim
de proprietate & specie alicuius, sed de genere, vt dixi,
animarum disputandum putamus. Descendit in Aegy-
ptum Christus, patrociniũ & ductum nostræ animæ fe-
rens, inde rediit in Iudæam. Fuit in deserto, fuit in Ca-
pharnaũ, fuit iuxta fines Zabulon circa maritima, tran-
siuit p sata, fuit in Bethphage, fuit in Ephren, in Betha-
nia, inde trãsiuit in paradisum, vbi se caprẽdũ dedit, pas

A sus est in Golgotha. Omnes isti processus animæ nostræ
sunt, per quos exercitata gratiam piæ institutionis inue-
nit. Nam posteaquam exclusa de paradiso conditio hu-
mana in Adam & Eua in castellum relegata est, vagari
cœpit huc atque illuc, errabunda circunferens vestigia
sine vllo delectu. Tempore complacito sibi exinaniuit
se domin⁹ Iesus, vt exulem in se susciperet, & veteri re-
formaret gratiæ. Itaque inuentã recursu anfractu erro-
ris reuocauit ad paradisum, vt euãgelij docet lectio. Per
fata eam duxit, vt ieiunam pasceret, primum in deser-
to, deinde in Capharnaum agri non vrbis incolatu, de-
inde iuxta fides Zabulon, circa nocturna profluuia, id
est prophetarum obscuriora ænigmata, vt disceret pre-
tendere ad fines gentium, quo omnes conuenirent, nec
timeret fluctus vitæ huius & procellas, quia habet Chri-
stus naues Tarsis, intelligibiles scilicet, quæ percurrant
mare, & ad templi cõstructionem pias merces deuehãt.
In huiusmodi nauibus nauigat Christus, & in puppe tã-
quam bonus gubernator trãquillo quiescit mari. Com-
motio excitatur, & increpat ventos, vt suis tranquillita
tem refundat. Transiens quoque ad gentes hanc animã
liberat, quæ legis vinculis tenebatur, ne transiret ad na-
tionum consortia. Venit in Bethaniam in locum obe-
B ditionis, ideo ibi mortuus suscitatur. Cum enim caro
subdita fuerit animæ, tunc iam non quasi mortua iacet
in sepulchro suo conditio humana, sed resuscitatur per
gratiam Christi. Ibi etiam se pro dei nomine passioni
discit offerre. De loco obeditionis, vt Ioannes docet, in
Ephren ducitur, id est ad bonorum fructuum fœcundi-
tatem. inde in Bethaniam reducitur, id est obediẽtiam.
Semel enim quę piæ subiectionis fructum gustauerit, ser
uare eam, & in ea probari sæpius nequaquam recusat.
Vnde iam probata Hierosolymam venit, digna quæ sit
templum dei, in qua Christus habitaret. Denique se-
dens super pullum asinæ dominus Iesus cum gratulatio
ne & gaudio innocentis suscipitur ætatis. Postea in pa-
radiso verba vitæ æternæ docentur. Vnde etiam domi-
nus se permisit capi, sicut Ioannes scribit euangelista, si
gnificans animam nostram vel potius conditionem hu
manam solutis erroris vinculis eo vnde electa erat in
Adam, per Christum regressam. Vnde & latroni illi cõ
Lucæ. 23. fitenti dicitur: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris
in paradiso. Ille dixerat: Memento mei cum veneris in
regnum tuum. Christus non de regno respondit, sed
ad causam: Hodie mecum eris in paradiso. id est, refor-
mandum est ante quod amissum est, postea conferen-
dum id quod augendum est, vt per paradisum ad regnũ
perueniatur, non per regnum ad paradisum. Seruatur
discipulis quod plus conferatur pro laboribus, ideóque
incolatum promisit, regnum distulit. Itaque is qui sub
C ictu mortis conuertitur, & confitetur dominum Iesum,
meretur incolatum paradisi. Qui vero multo ante se
exercuit, & Christo militauit, acquisiuit populorum ani
mas, pro Christo se obtulit, habeat paratum stipendijs
suis dei regnum, cuius se remuneratione donatum gau-
Mat. 16. deat. Ideoque Petro dicitur: Tibi dabo claues regni cæ-
lorum. Ex latrocinio conuersus requiem habet, in apo-
stolatum probatus accepit potestatem. Hæc est anima
euangelica, hæc est de gentibus, hæc filia ecclesiæ, longe
meliore cursu quàm illa ex Iudæa proiecta, ad dominũ
Iesum & ad superiora se bonis consilijs & operibus at-
tollens, quam suscepit in Golgotha Christus, vbi Adæ
1. Cor. 15. sepulchrum, vt illum mortuum in sua cruce resuscita-
ret. Vbi ergo in Adam mors omnium, ibi in Christo om
nium resurrectio. Vale fili, & nos dilige, quia nos te di
ligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianum, quæ sit diuina hæ-
reditas definientis, & cur tanto æstimetur, vt propter eã
plerique morti se offerant.

Epistola. XX.

AMBROSIVS Horõtiano. Non ociosę quę- D
rendum putasti quæ sit rei diuinæ hæredi-
tas, & cur tanto æstimetur, vt propter eam
plerique etiam mortem suam offerãt. Ve-
rũ si consideres quia & vsu humano hære
ditatis pecuniariæ gratia facit vt venerabiliora fiãt iura
pietatis, quia hoc quoque plus defertur parentibus, ne
læsa pietas patris vlciscatur se exhæredatione vel abdi-
catione cõtumacis pignoris, mirari, pfecto desines quæ
sit tanta diuinæ hæreditatis appetentia. Est autem hære-
ditas prpósita Christianis omnibus. Sic enim dicit Esa
ias: Est hæreditas credentibus in dominum. Quæ speră-
tur ex repromissione, non ex lege. Quod veteris testa-
menti exemplo probatur, dicente Sara: Expelle ancil- Gene. 21.
lam, & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cũ
filio meo Isaac. Filius Saræ Isaac, filius ancillæ Ismael.
hi ante legem sunt. Ergo antiquior repromissio quàm
lex. Nos secundum Isaac filij per repromissionem, Iu-
dæi secundum carnem filij ancillæ. Nobis mater libera,
quæ non parturiebat, & postea ex repromissione effudit
peperitq; masculum: illis mater Agar, generans in serui
tutem. Liber est cui gratia promittitur, seruus cui iugũ
legis imponitur. Prius ergo nobis repromissio quàm il-
lis lex, & secundũ naturam antiquior libertas quàm ser
uitus. Libertas igitur ex repromissione, ex lege seruit⁹.
Sed licet repromissio ipsa ante legem fit, vt diximus, ex
repromissione autem libertas, in libertate charitas, secũ
dum legem tamen est charitas, quæ maior libertate est.
Non ergo serui. Et quomodo scriptum est: Laudate ser- Psal. 124.
ui dominum? Quomodo ipse Apostolus ait: Sed vt serui Ephe. 6.
Christi facientes volũtatem dei ex animo cum bona vo
luntate? Verum est & seruitus libera, quæ est volũtaria, E
de qua Apostolus ait: Qui liber vocatus est, seruus est
Christi. Hæc est seruitus ex animo, non ex necessitate.
Itaque nos serui quidem sumus creatoris nostri, sed li-
bertatẽ habemus, quam per gratiam Christi accepimus
generati ex repromissione secũdum fidem. Vnde quasi
ex libera geniti, libertatis sacrificium deferamus signa-
ti in fronte, sicut liberos decet, vt non cõfundamur, sed
gloriemur signati spiritu, non carne. Quibus recte dici Gala. 5.
tur: State, & nolite iterum iugo seruitutis cõtineri. Non
dixit, nolite seruire, sed nolite iugo seruitutis contine-
ri. Est enim grauius iugum seruitutis q̃ seruitus. Deniq;
Isaac filio suo Esau petenti benedictionem ait: Ecce ab Gene. 27.
vbertate terræ erit tibi benedictio, & à rore cæli à sum-
mo, & super gladiũ tuũ viues, & seruies fratri tuo. Erit
autẽ, cũ deposueris & solueris iugum illius à collo tuo.
Quomodo istud cõuenit, vt seruiat cũ soluerit iugũ fra
tris à collo suo, nisi distantiã esse intelligamus seruitu-
tis? Quæ igitur sit differentia, ipsa nobis exponat lectio.
Bonus Isaac, & bonus nobis, qui secũdũ ipsum in liber-
tatem nascimur: & bonus pater vtriq; filio. Deniq; quòd F
vtrunq; diligeret, circa alterũ affectu pbauit, circa alte-
rum benedictione. Seniori enim filio dixerat, vt cibum
deferret sibi, & acciperet benedictionẽ: sed dum ille mo
ram facit, & cibum agrestẽ & forensem requirit, frater
iunior domesticum detulit ex ouium grege. Bonus cib⁹
omnium Christus est, bonus cibus est fides, suauis cibus
misericordia, iucundus cibus gratia. Hos cibos epula-
tur populus ecclesiæ. Bonus cibus spiritus dei, bonus ci
bus peccatorum remissio. At vero ille prædurus cibus
rigor legis, terrorq; pœnarũ. Agrestis cibus obseruãtia
literæ potius q̃ gratia indulgentiæ. Deniq; ille populus
sub maledicto, nos in benedictione. Velox cibus fides, Roma. 10
Prope est enim verbũ in ore tuo, & in corde tuo: tardi-
or cibus legis. Deniq; dum lex expectatur, populus erra
uit. Contulit igitur benedictionem pater impigro & fi-
deli filio: sed quia bonus pater erat, seruauit & seniori fi
lio benedictionẽ, vt eũ seruũ faceret fratris sui, non quo
familiã suã degeneri vellet seruituti addicere, sed quia
is qui regere se non potest & gubernare, seruire debet,

G & subditus esse prudentiori, vt eius regatur consilio, ne
sua stultitia præcipitetur, & labatur temeritate. Pro be-
nedictione igitur huiusmodi confertur seruitus. Deni-
que inter bona annumeratur, inter collatam terræ vber
tatem, & rorem cæli à summo. Sed quia dixerat, Super
gladium tuum viues: ne ei fortitudinis aut potestatis no
ceret præsumptio, addidit: Seruies fratri tuo, vt carnis
fructus vberes, & diuinæ rorem adipiscaris gratiæ, & eũ
sequaris qui te suo gubernaculo regat. Sed tunc erit
istud, Cum deposueris iugum eius à collo tuo, vt volun
tariæ seruitutis mercedem habeas, non iniuriam subeas
necessitatis. In honora huiuscemodi seruitus, quæ necef
sitate cogitur. Honorata autẽ quæ pietate defertur. Vn-
de apostolus: Si volens hoc ago, mercedem habeo. si in-
uitus, dispensatio mihi credita est. Melius vtique merce
dis præmium quàm dispensationis obsequium est. Nos
igitur non contineamur seruitutis iugo, sed charitate
spiritus seruiamus, quia dicit apostolus: Per charitatem
spiritus seruite inuicem. Timor legis est, charitas euan-
gelij. Denique initium sapientiæ timor domini. Plenitu
do autẽ legis charitas. Tamen & ipsa lex dicit, Et in hoc
H verbo omne mandatum instauratur, & in isto vno, in-
quit, sermone impletur: Diliges proximum tuum. Hoc
est igitur quod proposuimus: quia etsi ex lege seruitus,
tamen secundum legem libertas. Charitas enim liber-
tatis, timor seruitutis est. Est igitur & charitas legis, &
seruitus charitatis, sed lex charitatis prænuncia est, cha
ritas euangelij piæ seruitutis arbitra est. Non superflua
itaque lex, quæ tanquam pædagogus prosequitur infir-
miores. Infirmitatem dico morum, non corporum. In-
fantes enim sunt qui fari verbum dei nescíunt, qui eius
opera non recipiunt. Nam si ætas senectutis vita imma-
culata, vtique ætas adolescentiæ est vita maculosa. Lex
Gala.3. ergo pædagogus fuit, id est, nomos, donec fides veniret.
Et quasi infirmi, inquit, custodiebamur à lege, conclusi
in eam fidem quæ reuelanda foret. Postquam autem fi-
des aduenit, non dicit euãgelium, sed fidem. Ea est enim
sola fides, quæ est in euangelio. Nam licet iustitia dei in
eo reuelatur, quæ est ex fide in fidem, tamen sic illa legis
est fides, si ei accedat fidei plenitudo. Merito ergo fides
ista quasi sola dicitur, quia illa sine hac fides non est, sed
in hac confirmatur. Deniq; vbi hęc fides venit, plenitu-
do aduenit, aduenit filiorũ adoptio, cessauit infirmitas,
abijt infantia, in virum perfectũ assurgim⁹, Christũ in-
duimus. Quomodo igitur infirmus & paruulus esse po
test, in quo Christus est dei virt⁹? Ergo ad perfectionem
venimus, perfectionis præcepta accepimus. Audisti ho-
Ioan.5. die lectum: Non possum ego à me facere quicquam. si-
cut audio, & iudico. Audisti lectum: Ego nõ accuso vos,
Ibidem. ego non iudico. Ego non accuso, Moyses vos accusat,
I in quem speratis. Audisti lectum: Si ego testimoniũ per-
hibuero de meipso, testimonium meum non est verum.
Didici qualis iudex, qualis testis esse debeam. Nõ enim
quasi infirmus dicit, Non possum ego à me facere quic-
quam, sed infirmus ille qui sic intelligit. Nihil quidem
sine patre facit filius, quia communis operatio, & vnitas
potestatis est. Sed hoc loco quasi iudex loquitur, vt co-
gnoscamus homines in iudicando quòd non ex volun-
tate nostra & potestate, sed ex equitate debeamus forma
re sententiam. Constitue aliquẽ reum coargutum & cõ-
uictum criminis, non astruẽtem defensionis genera, sed
deprecantem, ac voluentem se ad genua iudicis. respon
det ei iudex: Non possum à me facere quicquam. Iustitia
in iudicando, non potentia est in iudicando. Ego nõ iu-
dico, sed facta tua de te iudicãt. Ipsa te accusant, & ipsa
te condemnant. Leges te adiudicant, quas iudex non cõ
uerto, sed custodio. Nihil ex me ego profero, sed ex te
forma iudicij in te procedit. Secundum quod audio, iu-
dico, non secũdum quod volo, & ideo iudicium meum
verum est, quia non volũtati indulgeo, sed æquitati. Cõ
sideremus itaque quæ sit iudicandi religio: Dominus cæ
li atq; terratum iudex omnium dicit: Non possum à me K
facere quicquã. sicut audio, & iudico. Et homo dicit do- Ioan.19.
mino suo: Nescis quoniam potestatem habeo dimittere Ioan.5.
te, & potestatem habeo crucifigere te? Quare dominus
non potest? Quia iudicium, inquit, meum verum est. Nõ
enim quæro voluntatem meam, sed volũtatem eius qui
misit me, id est, non voluntatem hominis quem videtis:
non arbitrium hominis, quem vos hominem tãtummo- Mat.26.
do iudicatis: non voluntatẽ carnis, quia spiritus prom-
ptus, caro autẽ infirma: sed voluntatem diuinam, quę au
thor legis, arbitraq; iudicij est. Similiter & testis verus Prou.27.
est, qui non sibi, sed alij fert testimonium. Scriptum est
enim: Laudet te proximus tuus, & nõ os tuum. Pulchre
autem dicitur Iudæis mystice: Ego vos nõ iudico, id est,
ego vniuersorum redemptio, ego peccatorum remissio
vos non iudico, quia me non recepistis. Non iudico, qui
libenter indulgeo. Ego non iudico, qui sanguine meo
redimo peccatores. Ego non iudico, qui deleo iniquita-
tes, & memor non ero. Ego non iudico, qui malo vitam
quàm mortem peccatoris. Ego non iudico, quia non dã
no, sed iustifico cõfitentes. Moyses vos accusat. ille vos
arguit, in quem speratis: ille accusat vos, quia iudicandi
non habet potestatem, quę eius debetur authori. Ille er-
go in quem speratis, accusat: iste in quem sperare nolui
stis, absoluit. Magna, Iudæi, imprudentia. Merito accu-
santur in criminibus suis, quia accusatorem elegerunt,
& bonum iudicem refutarunt. Ideoq; deest illis absolu-
tio, pœna non deest. Rectè ergo fili à lege cœpisti, in euã
gelio confirmatus es, à fide in fidem, sicut scriptum est: Abac.2.
Iustus enim ex fide viuit. Vale, & nos dilige, quia nos L
te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianũ, quæstionẽ de natura & subsstantia animæ, subtili responsione dissoluentis.

Epistola. XXI.

AMBROSIVS Horontiano, Quæsisti à me vtrum anima cælestis esse videatur subsstantiæ. Non enim aut sanguinem, aut ignem, aut neruorum harmoniam animam putas, vt vulgus philosophorum interpretatur, aut vt illa patricia quædam eorum prosapia Platonis disputat, quod ipsum se mouet, & non mouetur ab alio, ipsa tibi anima videtur: vel certe vt Aristoteles acri ingenio quintum quoddam elementi genus induxit, probasti, id est, entelechian, ex quo cõponeres & velut fingeres animæ subsstantiam. De quo tibi Esdræ librum legendum suadeo, qui & illas philosophorum nugas despexerit, & abditiore prudentia, quam collegerat ex reuelatione, perstrinxerit eas subsstantiæ esse superioris. Apostolus quo que etsi non expressit, tamen intelligendum nobis reliquit quasi bonus magister, & spiritualis agricola occul tis doctrinæ seminibus excitans discipulorum ingenia, quòd animæ nostræ potioris creaturæ sint, & cuiusdam M
præstantissimæ naturæ. Cum enim dicit quia vanitati Rom.8.
creatura subiecta est, non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe, quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ dei, ostendit non mediocrem animarum esse gratiam, quarum vigore & virtute in adoptionem filiorũ dei assurgit humanum genus, habens in se quod ad similitudinẽ & imaginem dei tributum est sibi. Animæ enim neque tactu aliquo comprehenduntur, neq; visu corporeo videntur, & ideo præferunt illius incorporeæ & inuisibilis naturæ similitudinem, & supergrediuntur subsstantia sua corpoream & sensibilem qualitatem. Quæ enim videntur, temporalia sunt, temporalia significãt, tempora libus agglutinantur. Illa autem quæ non videntur, ęterno illi & summo adhærent bono, atque in ipso viuunt, & sunt & mouentur, nec ab eo, si boni cõsulunt, se patiuntur separati ac diuidi. Vnaquæq; ergo anima videṡ se corporeo isto clausam gurgustio, quę tamen terrenę hu ius habitationis cõsortio nõ degenerauerit, ingemiscit

Sapiẽ.9. grauata corporis huius coniunctione: quia corruptibi-
A le corpus grauat animam, & inclinat terrenum habita-
culum mentẽ multarum cogitationum. simúlq; cogno-
2.Cor.5. scens quia per fidem ambulat, non per speciem, pere-
grinari vult de corpore, & adesse ad dominum. Aduer
timus igitur quomodo vanitati creatura subiecta sit, nõ
ex volũtate sua, sed ex diuino arbitrio, quo dispositum
est animas corporibus cõiungi oportere propter spem
earum, vt dum sperant bona, dignas se præstent cælesti
remuneratione. Omnes enim nos oportet adesse ad tri-
bunal Christi. Ideo vnius cuiusq; anima præuideat repẽ
denda sibi merita conuersationis suæ. Et pulchre ait:
Propria corporis, id est, quod suscepit regẽdum, vt si be
ne rexit, primũ referat, propter quod in spe subiecta est.
si male, supplicium, quia nõ sperauit in deum, nec ad il-
lam adoptionem filiorum, & ad veræ libertatem affecta
Rom.8. uit gloriæ. Docuit igitur Apostolus quòd humani gene
ris creatura subiecta vanitati sit. Quid enim tam subie-
ctum vanitati q̃ homo & q̃ anima eius? De consortibus
2.Cor.5. eius dicit: Cum sum⁹ in corpore isto, ingemiscimus gra
Psal.143. uati. Sed & Dauid dicit: Homo vanitati similis factus est
Psal.38. Et: Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Vita itaq; ho-
mines in hoc seculo vanitas est. Huic vanitati subiecta
est anima. Itaq; sanctus cũ facit quæ sunt corporis, non
sponte facit, non volẽs, sed propter eum qui subiecit in
spe, facit, vt ei pareat. Ab hoc igitur exẽplo animæ pro-
B grediamur ad creaturas reliquas, Propone tibi solẽ, lu-
nam, & stellas, quæ cæli lumina etsi præclaro fulgent ni
tore, creaturæ sunt tamen, & ad quotidianum ministeriũ
vel surgunt vel occidunt, seruientes dispositioni creato
ris æterni, ministrantes splendorem quo vestiuntur, at-
que die noctẽque emicant. Quotiens sol iste obtexitur
nubibus, quotiens obiectum afferunt terræ, cum è regio
ne eius luminis sui radius fuerit repercussus: oriuntur
ipsi: sed vt ait scriptura, Luna nouit occasus suos. Nouit
quando pleno orbe suo luceat, quando exinanito. Stel-
læ quoq; nebulis obductæ vanescunt, quæ sustinent mi-
nisterium huius mundani vsus, non sponte vtiq;, sed in
spe, quia sperant etiam huius labores gratiam ab eo qui
subiecit eas. Ideoq; propter eum sustinẽt, id est, propter
eius voluntatem. Nec mirum si patienter sustinent, cum
sciant dominum suum, & creatorem omnium siue quæ
in cælo, siue quæ in terra sunt, suscepisse nostri corpo-
ris fragilitatem, nostræ conditionis seruitutem. Cur er-
go illa seruitutem corruptionis suæ non patienter susti
neant, cum dominus omnium pro toto mundo se humi
Phil.2. liauerit vsq; ad mortem, serui formam susceperit, pecca
C tum mundi, maledictum etiam pro nobis factus sit? Illi-
us ergo imitantes bonitatem cælestes creaturæ, licet in-
gemiscant quod mundi huius vanitati subiectæ sint, cõ
solantur se tamen quod liberabuntur à seruitute corru
ptionis in libertatem gloriæ, cum filiorum dei adoptio
venerit, quæ est vniuersorum redemptio. Cum enim in
trauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis Israel saluus erit
Mat.27. Cui enim nõ ignoscit populo, qui ignoscit etiã illi per-
secutori suo qui dixit, Crucifige crucifige: Sanguis eius
super nos & super filios nostros? Sed quia vanitati etiam
cælestis subiecta creatura est, licet istud in spe, etiam ho
rum perfidiam & temulentiam vanitate huius mundi la
psam pertinere ad veniam patietur veritatis pietas, &
redemptio vniuersitatis. Ergo vt concludamus, &
ille tantus ac talis sol, & illa luna quã noctis tenebræ nõ
operiunt, & illæ stellæ quæ sunt ornamenta cæli, serui-
tutem corruptionis nunc sustinent, quia corruptibile o
mne corpus. Siquidem & cæli peribunt, & cælum & ter
ra præteribit. Postea autem & sol & luna & cætera stel-
larum lumina requiescent in gloria filiorum dei, quan-
1.Cor.15. do erit deus omnia in omnibus: qui & i te & in nobis sit
per suam plenitudinem & misericordiã. An ipsos quoq;
angelos qui in istius mundi laboribus diuersa sustinent
ministeria, sicut in Apocalypsi legimus Ioannis, non in
gemiscere credimus cum adhibentur pœnarum & exci D
diorum ministri? Qui habentes vitam beatam mallent
vtiq; eam in illo superiore tranquillitatis suę statu cur-
rere, quàm nostrorum peccatorum pœnis vltricibus in
terpolari. Etenim qui gaudent vnius peccatoris redem
ptione, vtiq; tantorũ peccatorum erumnis ingemiscunt
Si igitur etiam cęlestes creaturę & potestates seruitutem
corruptionis sustinẽt, sed in spe, vt pro nobis postea &
nobiscum lætentur, etiam nos passionis huius temporis
futuræ spe & expectatione consolemur gloriæ. Vale fili
& nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, superioris quæstio nis responsionem latius explanantis atq; complentis,

Epistola. XXII.

AMBROSIVS Horontiano. Superior epistola tuæ inquisitioni respondit. Hæc meæ respon sionis portio est, quę non soluat, sed impleat superiorem. Nam dum vlteriora recenseo, mouit me fateor quia addidit: Scimus enim quòd om-
nis creatura congemiscit: cum in priori capitulo fine ad Rom.8.
iectione dixerit quia creatura vanitati subiecta est. Non enim omnem creaturam, sed creaturam subiectã dixit. Et iterũ ait: Quoniam & ipsa creatura liberabitur à ser- E
uitute corruptionis. Tertio autem addidit quòd omnis creatura cõgemiscat. Quid sibi igitur vult ista adiectio Nisi forte quia non omnis creatura subiecta vanitati est & quia non omnis vanitati subiecta est, non omnis à ser uitute corruptionis liberabitur. Quid enim liberetur a seruitute quæ vanitatis & corruptionis eius expers atq; immunis sit? Omnis autem congemiscat, non in suo, sed in nostro labore, & comparturiat illum fortasse spiri-
tum salutis, spiritum iucunditatis, expectans adoptio-
nem filiorum dei, vt communem de redẽptione huma-
ni generis consequatur lætitiam & exultationem. Aut
propter charitatem igitur suam omnis ingemiscit no-
strum laborem, aut propter membrum sui corporis, cu
ius caput Christus est. Sed siue ita vt diximus, siue sim-
pliciter subiectam creaturam omnẽ dixerit congemisce
re & comparturire, vt voles intellige. Nunc illud consi
deremus quod adiecit: Non solum autem illa, sed etiam
nos primitias spiritus habentes ipsi intra nos ingemisci F
mus, adoptionem filiorum expectantes. redemptionem
corporis nostri. Quid sit adoptio filiorum, superior pa
gina docet. Et ideo exponendi sensus gratia ad superio
rem recurrendum est paginam. Qui spiritu, inquit, fa-
cta carnis mortificat, viuet. Nec mirum si viuat, cum fi-
lius dei fiat qui habet spiritum dei. Adeo filius dei, vt nõ
accipiat spiritum seruitutis, sed spiritum adoptionis fi
liorum, eousque vt testimonium spiritui nostro sanctus
spiritus reddat quòd sumus filii dei. Testimonium au-
tem hoc est spiritus sancti, quòd ipse est qui clamat in
cordibus nostris, Abba pater: sicut ad Galatas scriptum Gal.4.
est. Sed & illud grande testimonium quòd filii sumus
dei, quia sumus hæredes dei, cohæredes autem Christi.
Cohæres autem est eius qui conglorificatur ei. Conglo-
rificatur vero ille qui patiendo pro ipso, compatitur ei.
Et vt nos hortetur ad passionem: adiungit: quia omnia
quæ patimur, minora sunt & indigna quorum pro labo Rom.8.
ribus tanta rependatur futurorum merces bonorum,
quæ reuelabitur in nobis, cum ad dei imaginem refor-
mati gloriam eius facie ad faciem aspicere meruerimus.
Et vt magnitudinem reuelationis futuræ extolleret,
addidit quod & creatura hanc reuelationem expectet
filiorum dei, quæ nunc vanitati subiecta est, non spon
te, sed in spe, quia sperat de Christo gratiam ministe-
rii sui, vel quia & ipsa liberabitur à seruitute corruptio
nis, vt assumatur in libertatem glorię filiorum dei, vt sit
vna libertas creaturæ, & filiorum dei, cum reuelata fue-
rit eorum gloria. Verum nunc dum reuelatio procra-

Gstinatur,congemiſcit omnis creatura expectãs adoptionis & redemptionis noſtræ gloriam, parturiens iam illum ſpiritum ſalutis,& voluens liberari à vanitatis ſeruitio. Cui coniunxit Apoſtolus etiam ſanctorum gemitum,qui habent primitias ſpiritus, nam & ipſi ingemiſcunt. Quanuis enim de ſuo merito ſecuri ſint,tamen quia futura eſt adhuc redemptio totius corporis eccleſiæ,compatiuntur. Cum enim adhuc membra patiuntur corporis ſui,quomodo alia membra licet ſuperiora non compatiuntur mẽbris vnius corporis laborantibus?Vnde puto dixiſſe Apoſtolũ quia tunc & ipſe filius ſubiect⁹ erit,qui ei ſubiecit omnia. Qui enim adhuc laborant,nondum ſubiecti ſunt,in quibus fortaſſe adhuc ſitit Chriſtus,adhuc eſurit,in quibus nudus eſt, eò quòd non impleant verbũ dei, non induant Chriſtum, qui eſt indumentum credentium,amictus fidelium.Sed & illi ĩ quibus æger eſt,adhuc medicina indiget, & ideo nondum ſubditi. Subiectio enim iſta virtutis eſt,non infirmitatis. Deniq; in fortibus & facientibus mandatum dei,ſubiectus eſt dei filius.Nunc autem magis in iis laborat qui non ſubueniunt laborantibus, quàm in illis qui ſibi poſtulant ſubueniri. Hæc eſt pia interpretatio & vera ſubiectionis domini Ieſu, qui ideo ſe ſubiiciet, vt ſit deus omnia in omnibus. Senſum Apoſtolicum percurrimus,nunc conſideremus qui ſunt primitias ſpiritus habentes.Et ideo legem interrogemus quid ſit quod primitiarum vel initii nomine declarauerit.Initia,iquit, areæ & lacus tui non fraudabis. Et infra?Initia primitiarum tuarum inferes in domum domini dei tui. Aliæ ſunt primitiæ,aliæ decimæ.Primitię maioris gratię,ſanctificationis obſeruantiſſimæ. Ideo placuit Abel, quia non eſt ſuum munus moratus, qui de primitiuis ouium obtulit. Licet aliqui diſtantiam velint eſſe inter primitias & primogenita,id eſt quę primo naſcũtur,eò quòd collectis ſeminibus quaſi ex omnibus initia offerantur?areę tamen de meſſe quod primum tollitur,id offertur domino,ſed de hoc alias.Sanctificari autem videtur primitiarum munere tota areæ meſsis, ſed ipſæ ſanctiores primitiæ ſunt.ſimiliter ſancti primitiæ ſunt domini,præcipue Apoſtoli.Primum enim deus poſuit in eccleſia Apoſtolos,qui & pleraq; prophetarunt, & euangelizarunt dominum Ieſum,quia primi receperũt eum. Recepit eum Symeon propheta.Zacharias propheta Ioannes filius eius,Nathanael,in quo dolus non erat,&ideo ſub ficu requieſcebat.Ioſeph qui dicebatur iuſtus ,qui ſepeliuit eum.Iſti ſunt primitiæ fidei noſtræ,ſed tamen eadem cæterorum natura ſeminum,quæ primitiarum,licet in aliquibus minor gratia.Potens eſt enim deus ex lapidibus filios Abrahæ excitare.Et tibi exemplum de ipſo domino Ieſu. In reſurrectione mortuorum primogenitus ex mortuis dicitur.Eundem ipſe Apoſtolus primitias ſignificauit dicens: In Chriſto omnes viuificantur,vnuſquiſque autem in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus, deinde ii qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt. Eadem in illo corporis veritas quæ in nobis, ſed tamen & primogenitus ex mortuis dicitur,quia primus reſurrexit: & primitiæ, quia ſanctior omnibus fructus, qui etiam cæteros conſortii ſui fructus ſanctificauit. Ipſe etiam initium eorum qui ad imaginem,quaſi imago inuiſibilis dei, in quo ſecundum diuinitatem nihil corporeum, nihil temporale, quia ſplendor eſt gloriæ paternæ, & imago ſubſtantiæ eius. Produximus ſermonem epiſtolarem,dum volumus quid ſint primitiæ ſignificare. Primitiæ ergo noſtri apoſtoli electi ex omnibus præſentis temporis fructibus ,quibus dictum eſt:Et maiora his facietis. Fudit enim ſe in eos gratia dei. Iſti inquam ingemiſcebant expectantes redemptionem totius corporis,&adhuc ingemiſcunt,quia multorum eſt labor qui adhuc fluctuant.Et ſi aliquis ad ſuperiora ſe litoris ſubſiſtat, & adhuc medio corpore cædatur fluctibus ,ingemiſcit & comparturit,donec totus euadat. In

1.Co.15.

Exod.34.

Col.1.
1.Cor.15.

Heb.1.

Ioan.14.

gemiſcit vtiq; qui adhuc nobis dicit:Quis infirmatur,& ego non infirmor?Non ergo nos moueat quod ita ſcriptum eſt: Qui primitias ſpiritus habentes,ipſi intra nos ingemiſcimus adoptionem filiorum, expectantes redẽptionem corporis noſtri.Sẽſus enim apert⁹ eſt, eo quod primitias ſpiritus habentes ingemiſcunt,adoptionem filiorum expectantes. Quæ adoptio filiorum, redemptio totius corporis eſt, quando facie ad faciem quaſi dei filius per adoptionem videbit illud diuinum & ęternũ bonum.Eſt enim adoptio filiorum in eccleſia domini,quãdo clamat ſpiritus: Abba pater:ſicut habes ad Galatas. Sed illa erit perfecta,quando reſurgent omnes in incorruptione,honore,gloria,qui merentur dei faciem videre.Tunc enim vere redemptam ſe humana iudicabit cõditio.Vnde Apoſtolus gloriatur dicens: Quia ſpe ſalui facti ſumus.Saluat enim ſpes,ſicut & fides, de qua dicitur:Fides tua te ſaluum fecit. Ergo creatura quæ nõ ſpẽ te,ſed in ſpe vanitati ſubiecta eſt, ſpe ſaluatur, ſicut & Paulus cum ſciret lucrum ſibi eſſe mori, vt cum Chriſto eſſet ſolutus corpore,permanebat in carne propter eos quos Chriſto acquireret.Spes autem quid eſt niſi futurorum expectatio? Vnde ait:Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes.Non enim quæ videntur,ſed quæ non videntur,æterna ſunt,Nam quod videt quis,quid ſperat? Videmur enim tenere ea quę videm⁹.Quomodo ergo quę tenemus ſperamus? Nihil igitur eorum quæ ſperantur videtur. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit quæ præparauit deus diligentibus eum. Ergo ſi ſperari non poteſt quod videtur,non bene habent aliqui,Nam quod videt quis,quid & ſperat?Niſi & forte ſi intelligas, nam quod videt quis,quid & ſperat,vel quid expectat? Quia illud verum eſt quia id ſperamus quod non videmus:& ideo quanuis abeſſe videatur à nobis expectamus illud per patientiam.Expectans enim expectaui dominum,& reſpexit me.Ideo ergo expectamus patienter , quia bonus eſt dominus ſuſtinentibus eum. Et videtur conuenire,quia reddidit patientiam. Expectamus quæ ſperamus,& non videmus. Multum enim facit qui ſperat & ea expectat quæ non videntur,& propterea quod intendat mentem ad illud, omne quod eſt ſuſtinet. Pulchre autem dicitur:Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes, de poteſtatibus iſtius ſeculi, de dignitatibus,de diuitiis. Vides neſcio quem faſcibus præminentem & curribus, nihil habet ſpei in curribus qui videntur.Nec in ipſo cęli elemento ſpes eſt,ſed in domino cæli. Nec Chaldæus in ſtellis ſpem habet quas obſeruat,nec diues in poſſeſſionibus,auarus in vſuris ,ſed ille ſpem habet qui in eũ ſpem ſuam ponit quem non videt,id eſt in domino Ieſu qui medius noſtrum ſtat,& non videtur. Deniq; oculus non vidit,nec auris audiuit quæ præparauit dominus diligentibus eum.

Rom.8.

Pſal.39.

Rom.8.

1.Cor.2.

M

Diui Ambroſii ad Horontianum, dubitationem tollentis de quo ſpiritu dictum ſit quia poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Epiſtola XXIII.

AMBROSIVS Horontiano. Concatenantur ſibi epiſtolę noſtrę,vt tanquam inter preſentes videamur ſermonem cedere. Ita ego ex tua interrogatione , tũque ex mea explanatione epiſtolis ſcribendis materiam damus. Moueri enim te indicaſti de quo ſpiritu dictum ſit quia poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.Superiora igitur repetamus,vt lectio manifeſtet quod quærimus. Similiter,inquit, & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtræ orationis. Nonne tibi videtur ſpiritus ſanctus, qui aditor nobis eſt,ſicut ille cui dicitur:Adiutor meus es tu,ne de relinquas me , neque deſpicias me deus ſalutaris meus? Quis enim alius ſpiritus qui poſsit docere Paulũ quid oraret ? Docet autem ſpiritus Chriſti, ſicut & Chriſtus,orare diſcipulos ſuos. Quis autem poſt Chriſtum

Rom.8.

Pſal.29.

Adoceret niſi ſpiritus eius,quem ipſe miſit vt doceret, & dirigeret noſtras orationes?Oramus enim ſpiritu, oramus & mente.Vt bene mens poſsit orare, præcedit ſpiritus,& deducit eam in viam rectam, ne obrepant carnalia,ne minora, ne etiam maiora viribus. Vnicuique enim datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Deniq; ſcriptum eſt:Petite magna, & parua adiicientur vobis. Petite cęleſtia,& terrena adiicientur.Ergo vult nos maiora petere,non in terrenis morari.Ille autem ſcit quid tribuat,diuidens ſingulis prout vult. Dicit enim interdum,ſciens menſuram quam nos ignoramus,Non poteſtis hæc modo accipere. Peto mihi paſſionem martyrii. ſpiritus promptus eſt, ſed videns infirmum carnis meæ,ne dum maiora cupio, minora amittam, dicit: Nõ poteſt hæc accipere. Quales occaſiones habui, & de ipſo propè fine reuocatus ſum. Nouit enim bonus medicus quæ eſca cui apta ſit infirmitati,& eui tẽpori ad profectum valetudinis.Interdum oportunitas eſcæ ſanitatem reddit. quòd ſi importune aliquis accipiat,aut non conuenienter,implicatur periculo . Ergo quia nos neſcim⁹ quid orem⁹, & quomodo oporteat,poſtulat pro nobis ſpiritus ſanctus,eſt enim aduocati noſtri Ieſu,& poſtulat gemitibus ineffabilibus. Dolet enim pro nobis & Chriſtus.Et deus pater dicit:Ventrem meum doleo.Et frequenter indignantem eum legimus & dolentem, Gemit autẽ vt auferat peccata noſtra, doceat nos agere pœnitentiam.Eſt enim pius gemitus,& plenus authoritatis, de quo dicit Propheta: Et gemitus meus nõ eſt abſconditus à te.Non enim latebat vt Adam,ſed dicebat: Ecce ego paſtor, & grex iſte quid deliquit? Ego peccaui,in me vindica. Ex hoc igitur gemitus ſpiritus dei,& ille prophetæ gemitus, bene ineffabilis, quia cæleſtis.Ea enim quæ in cælo audiuit Paul⁹,ineffabilia audiuit, vt fari ea homines non debeant: ſed quæ occulta hominibus, deo nota ſunt.Nouit enim omnia qui ſcrutator eſt cordis,ſed illa ſcrutatur quæ mundauit ſpiritus.Nouit ergo deus quid poſtulet ſpiritus, & quæ ſpiritus ſapientia ſit,quia interpellat pro ſanctis , ſicut habes : quia & ſpiritus interpellat pro nobis . Pro quibus enim Chriſtus paſsus eſt , & quos ſanguine mundauit ſuo, pro iis interpellat & ſpiritus . Vale, & nos vt filius dilige,quia nos te diligimus.

1.Cor.14

Hiere.4.

Pſal.37.

1.Par.21.

2.Cor.12.

C Diui Ambroſii ad Marcellũ narrantis ſe cauſam veternoſi iurgii inter illum & fratrem ac ſororem componendi tanquam arbitrum ſuſcepiſſe , rationémque huiuſcemodi compoſitionis exponentis, V

Epiſtola. XXIIII.

AMBROSIVS Marcello. Apud me decurſus ẽ tui textus negocii quod non intuliſti, ſed recepiſti,quia,erat & pietatis neceſsitas,& probandæ in pauperes liberalitatis voluntas. Cognoui autem ſecundum ſacræ formam præceptionis in qua me iuit & beatiſsimi Apoſtoli authoritas & tuæ doctrinæ ac vitæ forma & diſciplina. Nam cum ipſe arguerem quod adhuc inter vos maneret veternoſum iurgium,cognoſcendi mihi neceſsitatem partes impoſuerunt.Etubui recuſare,fateor,cum præſertim rogati vtriuſq; partis intuicem ſe laceſserent dicentes , vt meo ſub examine liqueret cui parti maiora iuris vel iuſtitiæ ſuffragia forent. Quid plura? Cum iam concluſi eſſent dies,& paucarum horarum ſupereſſe ſpatium,quibus tamen alia audiret præfectus negocia, petierunt cauſę patroni prorogari paucorum dierum tempora,vt ego reſiderẽ cognitor. Tãtus ardor erat Chriſtianis viris ne prefectus,de epiſcopi iudicaret negocio . Aiebant præterea neſcio quæ geſta indecora,& pro ſuo quiſq; ſtudio iactabat,quę epiſcopo potius iudice quã præfecto examinari oporteret.His cõfuſus,ſimul admonitus apoſtolicę preceptionis quę arguit dicens: Nonne de iis qui intus ſunt vos iudicatis? Et iterũ: Secularia igitur iudicia ſi habueritis contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtitue ad iudicandum. Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiẽs quiſquã qui poſsit iudicare inter fratrem ſuum:ſed frater cum fratre iudicio contendit,& hoc apud infideles. Recepi cognitionem, ita tamen,vt compoſitionis eſsem arbiter. Videbã enim qđ ſi pro tuis iudicarem partibus, poſset ille non acquieſcere.ſi pro illo ferretur ſentẽtia, obediret tua & ſanctæ ſororis defenſio. Erat ergo iniqua decernẽdi conditio. Poſset etiã illis videri ſuſpecta neceſsitudinis ſacerdotalis gratia. Quando enim victus quemuis alium quàm ſe æquiorem putat?Et quod verum eſt, erant vetuſti iurgii intolerabilia vtrique parti diſpendia,ſi finis eius aut fructu careret,aut liberalitatis ſolatio. Cum igitur anceps iudicium,ius controuerſum, multiplices ab vtraq; parte actiones cernerem,inuidiæ plenas ſupplicationes reſcriptorum quoque obreptiones obtexerent,aduertere etiam graui conditione illum ſi viciſſet, acturũ de duplis fructibus,& de ſumptib⁹ annoſæ litis,tuo autem officio non conuenire,vt expenſas iurgii poſceres, nec competere vt quicquam de fructib⁹ poſſeſſor ageres quos percepiſſes,malui iurgium compoſitione ſedare, quàm pronuntiatione acerbare. Alia enim habebant exitari iurgia. Tum,quod eſt grauiſſimum,& ſi iurgia ſit blata forent, erant tamen odia manſura quæ apud bonos mores diſpendii ſunt. inter hos æſtus poſitus, cum me perſona ſacerdotis, fœminei ſexus viduæ grauitas, amici quoque contemplatio, trino quodam non perfũctorio conueniret nomine,illud ſequendum putaui, vt neminẽ vinci vellem,& omnes vincere. nec fefellit ſententia. Viciſtis enim omnes germanitati, viciſtis naturę viciſti ſcripturæ dicenti: Quare nõ magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? vt pute ſa te grauatum iactura iuris,damno pecuniæ. Meliora vtique ſacerdotibus damna quàm lucra ſeculi ſunt. Beatius eſt enim dare quàm accipere.Sed forte dicas , fraudẽ nõ debui,pati iniuriã nõ debui perpeti,damnum ſubire. Quid ergo?Inferre velles? Sed & ſitu nõ inferres, ille ſe paſsum diceret.Itaque vide quid dicat Apoſtolus: Quare non magis fraudem patimini? vt prope videatur qui non patitur feciſſe. Tolerare enim debet qui fortior eſt.Verum quid ego ita tecum ego,quaſi hoc meum & non tuum ſit? Tu enim obtuliſti quaſi arbiter litis vt ſoror in diem vitę ſuę poſsideret partem prędii,poſt obitum eius fratri cederet omnis poſſeſsio.Neque quiſquam eum vel tuo vel eccleſiæ conueniret nomine,ſed ſibi haberet, ſi ita mallet,vt nihil diſpenſaret eccleſię. Hoc cum ego prædicarem,& præferrem tantam animo tuo infuſam liberalitatis gratiam, reſpondit germanus tuus placere ſibi oblationem ſi metus deteriorandę poſſeſsionis decederet. Quemadmodum enim fœmina,& quod eſt ampli⁹,vidua, poſſeſsionem regeret tributaria? Quid ſibi profuturum quod ſibi iura poſſeſsionis cederes, ſi maiora ex iculto agri ſubeũda ſibi dãna ãbi traheret? Mouebat hoc vtriuſque partis togatos.Itaque omnium conſpirante aſſenſu placuit vt Lætus ãgrum ſuſciperet & certum numerũ frumẽti,vini, olei,ſorori quotãnis pẽſitaret Ergo ſanctę germanæ tuæ nõ ius,ſed ſolicitudo deceſsit, nõ fruct⁹ ſed culturæ labor,nõ reddit⁹, ſed incerti euentus quædã (vt dicitur vulgo) alea. Si tempeſtates ventorum graues prouentũ impedierint ſorori tamen tuæ ſua vbertas manebit. Si inimia ſiccitate aruerint locorum gignentia, ſorori tamen tuæ ſtata non minuetur fœcunditas. Sibi aſcribit Lætus conditionem oblationis ſuæ. ſi neceſsitates temporum & extraordinariæ incubuerint exactiones,germana tua beneficio tuo & diſpendio Læti immunis erit. Lætus autẽ ſe proprietate locorum ſolabitur. Viciſtis ergo omnes, Lætus, quia ius loci adeptus eſt quod non tenebat ſoror,quia annuis potietur fructib⁹,iam ſine lite,ſine iur

D

E

F

Actu.26.

1.Cor.6.

G g'o.nemo tamen plenius, nemo glorioſius q̃ tu viciſti, qui dum erga ſororem confirmari vis liberalitatem tu am,in vtrunque eam fraternæ conſortem neceſsitudinis contuliſti. Nam & fratri conceſsiſti proprietatem, & ſorori vſusfructum. Nihil autem adimitur eccleſiæ, quod pietati acquiritur. Charitas enī nō damnū,ſed lucrum Chriſti eſt. Denique charitas, fructus ſpirituſsancti eſt. Apoſtolico igitur caractere cognitio decurſa eſt Gala.5. Dolebamus ante quòd litem haberes. Profuit iurgium vt formam indueres apoſtolicæ vitæ & præceptionis. Illud ſacerdotio non congruebat,hæc tranſactio & apoſtolicam decet normam. Nec vereare ne immunis ſit atque exors eccleſia liberalitatis tuæ. Habet & illa fructus tuos, & quidem vberiores, habet fructus doctrinæ tuæ,habet tuæ vitæ ſtipendium,habet fœcunditatem quam tuis inſtitutis rigaſti. His diues redditibus non quærit temporalia, quia æterna poſsidet. Addidiſti autem ei non ſolum apoſtolicos, ſed etiam euāgelicos fru Lucæ.16. ctus.domin⁹ enim dixit:Facite vobis amicos de iniquo mammona. Feciſti & tu amicos, & quod mirabile eſt, ex diſsidentibus. Feciſti in ius germanitatis redire fratres. feciſti eos hac charitate, hac gratia ſecuros qđ ſuſpiciantur in ęterna tabernacula. Chriſto igitur authore,& duobus arbitris ſacerdotibus, te qui formam prior dediſti,me qui ſentētiam prompſi, facta pax nō clau dicabit,quando tanta fidei conuenerūt ſuffragia,vt per A fidia non poſsit eſse ſine pœna. Arabit Lætus ſorori,cui antea alienos inuidebat labores:meſsē Lętus ſorori colliget,in qua ante ferre non poterat alienas donationes: deferet fructus ad ſororis horrea,& hoc lætus faciet, recepta iam etiam nominis ſui proprietate. Tu interea cō format⁹ in Apoſtolum Chriſti aſsumens propheticam Pſal.138. authoritatem dices ad dominū: Poſsediſti renes meos. Hæc melius Chriſtum poſsesſio decet, vt virtutes ſacerdotis poſsideat ſui,hos fructus capiat, qui ſunt integritatis & cōtinentiæ,& quod eſt amplius, charitatis & trā quillitatis. Vale,& nos dilige,quia nos te diligimus.

Gratiani Auguſti ad beatum Ambroſium,vt ad ſe decendum venire feſtinet poſtulantis, & vt ſcripturis atq; argumentis ſpiritum ſanctum deum eſse conuincat rogantis,

Epiſtola. XXV.

AMBROSIO religioſo ſacerdoti omnipotentis dei Gratianus Auguſtus. Cupio valde vt quem recordor abſentem, & cum quo mente ſum, cum eodem corpore ſim præſenti. I Feſtina igitur ad me religioſe ſacerdos, vt doceas doctrinam vere credentem, non quo contentioni ſtudeā, aut velim magis deum verbis q̃ mente complecti, ſed vt magis aperto pectori reuelatio diuinitatis inſideat. Docebit enim me ille quem non nego,quem fateor deū ac dominum eſse meum, non ei obiiciens quam in me video creaturam, qui Chriſto nihil me addere poſse cōfiteor. Veruntamen vt etiam patri me commendem filium prædicando,non ego in deum verebor inuidiam, non me talem laudatorem putabo,qui diuinitatem verbis augeam. Ego infirmus & fragilis, quantum poſsum prædico,non quantum eſt ipſa diuinitas. Rogo te vt mihi de ipſo tractatu quem dederas, augendo illic de ſpiritu ſancto fidelem diſputationem, ſcripturis atq; argumentis deum eſse cōuincas. Diuinitas te ſeruet per multos annos,& cultor dei ęterni quē colim⁹ Ieſum Chriſtum.

Diui Ambroſii ad gratianum Auguſtum, epiſtolā ipſius plurimum commendantis, ſuæq; voluntati ſe ſatisfacturum pollicentis. Epiſtola XXVI.

BEATISSIMO Auguſto Gratiano,& Chriſtianiſsimo principi Ambroſius epiſcopus. Non mihi affectus deſuit Chriſtianiſsime principum. Nihil enim habeo quod hoc verius & glorioſius dicā. Non inquā mihi affectus deſuit,ſed affectum verecundia retardauit quo minus clementiæ tuæ occurrerem. Reuertentitamē ſi nō occurri veſtigio, occurri animo, occurri voto, in quo maiora ſunt officia ſacerdotis. Occurri dico. Quando enim abſui,quem toto ſequebar affectu,cui ſenſu ac mentibus inhærebam? Et certe maior animorū præſentia eſt. tuum quotidianum iter legebam, nocte ac die in tuis caſtris cura & ſenſu locatus,orationū excubias prętendebam,& ſi inualidus merito, ſed affectu ſedulus. Et hæc quidem cum pro tua ſalute deferebamus,pro nobis faciebam⁹. Nihil hic adulationis eſt,quā tu nō requiris, ego alienā noſtro duco officio; ſed plurimū gratiæ quā dediſti. Scit ipſe noſtri arbiter quem fateris, & in quem pie credis,refici viſcera mea tua fide,tua ſalute,tua gloria,męq; nō ſolum officio publico debitas pendere preces,ſed etiam amore priuato. Reddidiſti enim mihi quietem eccleſiæ,perfidorum ora,atq;(quod vtinam)& corda clauſiſti,& hoc non minore fidei quām poteſtatis authoritate feciſti. Nā quid de literis recētib⁹ loquar? Scripſiſti tua totam epiſtolam manu,vt ipſi apices fidem tuam pietatemq; loquerentur. Sic Abraham ſua manu quondam vitulum occidit, vt hoſpitibus epulantibus miniſtraret, nec in miniſterio religioſo aliorum adiumenta quæſiuit. Sed ille priuatus aut domino & angelis aut domino in angelis deferebat,tu Imperator dignatio ne regali honoras infimū ſacerdotem. Sed domino defertur cum ſeruulus honoratur. Ipſe enim dixit: Quod vni horum minimorum feciſtis,mihi feciſtis. At ego humilitatem tantummodo prædico in imperatore ſublimem, ac non amplius fidem, quam vere conſcia meriti tui mente dixiſti, quam docet te ille quem non negas. Quis enim alius docere te potuit, vt ei non obiicias quā in te vides creaturam? Nihil moralius, nihil expreſsius dici potuit. Creaturam enim Chriſtum dicere,pro obiectu contumeliæ eſt,non pro confeſsione reuerentiæ. Deinde quid tam inſolens,quàm id eū exiſtimare quod nos ſum⁹? Docuiſti igitur me,à quo te diſcere velle profiteris,nihil tale adhuc legi,nihil tale audiui. q̃ pium autem illud,q̃ admirabile, quòd in deo non vereris inuidiam,de patre remunerationem pro filii amore præſumis & laudando filium, non ei te poſse aliquid addere confiteris, ſed velle vt etiam patri te filii prædicatione commēdes. Quod vtiq; ſolus te docuit ille qui dixit, Qui me diligit, diligetur à patre meo. Addidiſti ad hæc,quia tu Ioan.14. infirmus & fragilis non te talē laudatorem putabis, vt diuinitatem verbis augeas, ſed quantum poſsis prædices, non quantum eſt ipſa diuinitas. Hæc infirmitas in Chriſto fortior eſt, ſicut & apoſtolus dixit: Cum infirmor tunc potens ſum. hæc humilitas excludit fragilita- 2.Cor.12. tem. Veniam plane,& feſtinabo vt iubes,vt hæc præſens audiam,vt hæc præſens legā,cum ex tuo ore procedunt Miſi autem duos libellos,quorum iam quia tuæ elementiæ ſunt probati periculum nō verebor. De ſpiritu vero interim veniam ſcriptioni peto; quoniam quē iudicem mei ſim ſermonis habiturus agnoui. Interim tamen ſententia & fides tua de domino & ſaluatore deprompta de dei filio,redūdat ad aſsertionem vberrimam,per quam ſancti quoque ſpiritus diuinitas ſempiterna credatur,vt non ei obiicias quam in te vides creaturam, nec deum patrem domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritui ſuo exiſtimes inuidere. Quod enim creaturæ caret communione,diuinum eſt. Si dominus fauerit,huic etiam clementiæ tuæ ſatisfaciam voluntati, vt cuius accepiſti gratiam, eum plane in dei gloria præminentem ſuo nomine exiſtimes honorandum. Beatiſsimum te & florentiſsimum deus omnipotens pater domini noſtri Ieſu Chri

A ſti tueri ætate prolixa, & regnum tuum in ſumma gloria & pace perpetua confirmare dignetur,domine imperator Auguſte,diuino electe iudicio, principum glorioſiſsime.

Diui Ambroſii ad Valentinianum imperatorem,legationis ſuæ expoſitionem inſinuantis, Epi. XXVII.

AMBROSIVS Valētiniano imperatori. Etſi ſuperioris legationis meæ fides ita approbata ſit tibi,vt ratio ei⁹ à me non quæreretur. Satis enim claruit eoipſo quòd aliquot dies retentus ſum intra Gallias,me violentiam à Maximo non recepiſſe, neq; iis aſtipulatum quæ ad voluntatem eius magis quàm ad pacem propenderent. Deniq; non commiſiſses ſecundam legationem,niſi primam probaſſes. Sed quia regredienti mihi decernendi ſecum impoſuit neceſsitatem,ideo hac epiſtola expoſitionem legationis meæ inſinuandam putaui, ne cuiuſquam ſermo viri prius vana intexeret, quàm reditus meus integra & ſyncera veritatis expreſsa ſignaculo manifeſtaret, Cū peruenissem Treuiros,poſtridie proceſsi ad palatium. Egreſsus eſt ad me vir gallicanus, præpoſitus cubiculi eunu- B chus regius. Poposci adeundi copiam,quæſiuit num reſcriptum haberem clementiæ tuæ. Reſpondi habere. Retulit non poſse me niſi in conſiſtorio videri. Dixi nō eſse hunc morem ſacerdotalem,certe eſse aliqua de quibus ſerio deberem cum ſuo principe cōfabulari. Quid plura? Conſuluit eum, ſed eadem referenda credidit,vt liqueret etiā priora ex illius arbitrio deprompta. Dixi tamē alienum id quidem à noſtro munere,ſed me recepto officio non defuturum, gratiam mihi eſse humilitatem in tuo præſertim,& quod verum eſt,fraternæ pietatis negocio. Vbi ſedit in conſiſtorio, ingreſsus ſum, aſſurrexit vt oſculum daret. Ego inter conſiſtorianos ſteti,hortari cœperunt alii vt aſcenderē, vocauit ille. Reſpondi ego: Quid oſculariseum quem non agnoueris? Si enī me agnouiſſes,nō hoc loco videres. Cōmotus es inquit,epiſcope? Non inquam iniuria, ſed verecundia, quòd alieno conſiſto loco. Et prima, inquit,legatione ingreſsus es conſiſtorium. Nec illud inquam mei erroris fuit. vocantis non ingredientis vitium eſt. Cur, inquit,ingreſsus es? Quia inquam tunc vt inferiori pacem C petebam,nunc vt æquali. Cuius,inquit,beneficio æquali Reſpondi. omnipotentis dei,qui Valentiniano regnum quod dederat reſeruauit. Ad poſtremum erupit dicens: Quoniam me luſiſti, & ille Bauto qui ſibi regnum ſub ſpecie pueri vendicare voluit:qui etiam Barbaros mihi immiſit, quaſi ego non habeam quos poſsim adducere, cum mihi tot milia Barbarorum militent, & annonas à me accipiant: Quod ſi ego tunc quando veniſti non eſſem retent⁹. quis mihi obſtitiſset & virtuti meæ: Ad hęc ego leniter: Non opus eſt inquam vt commouearis,cum cauſa nulla ſit commotionis. ſed patienter audias quæ referātur iſtis. Propterea & ego veni,quia prima legatione dum mihi credis, per me deceptum te eſse aſserebas, Glorioſum mihi eſt hoc pro ſalute pupilli imperatoris. Quos enim epiſcopi magis quàm pupillos debemus tueri? Scriptum eſt enim: Iudicate pupillo,& iuſtificate viduam, & eruite iniuriam accipientem. Et alibi: Iudices Iſa.1. viduarum,& patres orphanorum. Tamen non exprobrabo beneficium meum Valentiniano, vt verum eloquar. Vbi ego tuis legionibus obſtiti quo minus influeres in Italiam? Quibus rupibus? qua acie? quibus numeris? An vero corpore meo clauſi tibi Alpes? Vtinam hoc meum eſset, obiectionem non timerem, non vererer criminationes tuas. Quibus promiſsis luſiſti vt paci acquieſceres? Nonne intra Gallias iuxta vrbem Mogontiacum comes Victor occurrit mihi quem direxiſti vt pacem rogaret? In quo ergo te fefellit Valentinianus, qui prius, pacem à te rogatus eſt quàm poſtularet? In quo fefellit Bauto qui deuotionem Imperato D ri exhibuit tuo? An quia principem ſuum non prodidit? In quo ego te circumſcripſi? Qui vbi primum veni, cum diceres quòd Valentinianus ad te quaſi filius ad patrem venire deberet, reſponderim non eſse æquum vt aſpero hyemis tempore puer cum matre vidua penetraret Alpes. Sine matre autem tanto itineri dubiis rebus committeretur. De pace nobis legationem commiſsam, non de aduentu eius promiſsionem: ſpondere nos id non potuiſse: certum eſt, quod mandatum non erat, me certe nihil ſpopondiſse, adeo vt diceres, Expectemus quid Victor reſpōſi referat. Illum autem liquet me retento peruenisse. Mediolanum, negatumq; ei quod poſtulabat De pace tantum conſpirare ſtudia, non de aduentu Imperatoris, quem moueri non oporteret. Præſens eram vbi Victor rediit. Quomodo ergo reuocaui Valentinianum? Legati iterum miſsi ad Gallias, qui eius aduentum negarent, apud Valentiam Gallorum me repererunt: milites vtriuſque partis qui cuſtodirent iuga montium, offendi reuertens. Quos ego tuos reuocaui exercitus? quas de Italia reflexi aquilas? quos immiſit Barbaros Bauto comes? Et quid mirum ſi hoc Bauto feciſset, tranſeamus genere, cum tu miniteris imperio Romano Barbarorum auxilia, & turmas tranſlimitanas, quibus commeatus prouinciaE lium tributa ſoluebant? Vide autem quid interſit inter tuas minitationes, & Valentiniani Auguſti pueri manſuetudinem. Tu flagitabas quod Barbaroruin ſtipatus agminibus Italiæ te infunderes. Valentinianus Hūc nos atque Alanos appropinquātes Galliæ per Alemanniæ terras reflexit. Quid habet inuidiæ ſi Bauto Barbaros cum Barbaris fecit decernere? Quoniam dum tu militem Romanum occupas, dum is aduerſum ſe vtrinque prætendit, in medio Romani imperii ſinu Iuthungi populabantur Rhetias. Et ideo aduerſus Iugum hunc Hunnus accitus eſt. Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam, & iam vicinia mali urgebat Gallias, coactus eſt triumphos ſuos deſerere, ne tu timeres. Confer vtriuſque factum. Tu feciſti incurſari Rhetias, Valentinianus ſuo tibi auro pacem redemit. Aſpice illum, quoque qui tibi ad dexteram aſsiſtit,quem valentinianus cum poſset ſuum dolorem viciſci,honoratum ad te redire fecit. Tenebat eum in ſuis terris,atque in ipſo nuncio necis fraternæ frenauit im F petus: nec tibi vicem etſi non patilis dignitatis,ciuſdem tamen neceſsitudinis retulit. Confer ergo te iudice vtriuſque factum. Ille tibi fratrem tuum viuentem remiſit,tu illi vel mortuum redde. Quid illi reliquias germani abnegas, qui tibi aduerſum ſe auxilia non negauit? Sed vereris ne exuuiarum reditu renouetur militibus dolor? Hoc enim allegas. Quem viuentem deſeruerunt eum defendent peremptum? Quid eum mortuum times, quem occidiſti cum poſses reſeruare? Hoſtem inquis meum peremi. Non ille tuus hoſtis, ſed tu illius. Ille iam non ſentit defenſionem. Tuam cauſam conſidera. Si quis aduerſum te hodie imperium in his partibus vſurpandum putet, quæro te, vtrum te hoſtem illius dicas, an illum tibi? Niſi fallor, vſurpator bellum infert, Imperator ius ſuum tuetur. Ergo quem non debueris occidere, eius reliquias negas? Habet Valentinianus Imperator vel fratris exuuias, pacis tuæ obſides. Et quomodo allegabas quòd eū nō mādaueris occidi, quē prohibes ſepeliri? Poterit igitur credi quod ei non inuideris vitam, cui etiam ſepulturam inuideſ? Sed ad me reuertar. Audio te queri quòd ſe ad Theodoſium Imperatorem potius contulerint qui ſunt cum Valentiniano Imperatore. Quid igitur futurum ſperabas, cum tu refugientes eos ad pœnam poſceres, captos necares, Theodoſius autem muneribus ditaret, donaret honoribus? Quos inquit, occidi? Reſpondi ei, Balionem. At quem virum? qualem bellatorem? Hæcci-

G ne fuit iusta causa exitii, quòd Imperatori suo fidem ser uauit? Non ego, inquit, eum iusi occidi. Respondi: Hoc audiuimus quòd occidi iussus sit. Sed inquit, si ipse sibi vim non intulisset, iuſseram eum deduci Cabillonum, & ibi vnum exuri. Respõdi, Ergo propterea & illud creditum est quòd eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, comes vtilis? Ita tum discessi, vt se tractaturum diceret. Postea cũ videret me abstinere ab episcopis qui cõmunicabant ei, vel qui aliquos deuios licet à fide ad necem petebant, commotus eis iussit me sine mora regredi. Ego vero libenter, etsi me plerique infidias cuasurum non crederent, ingressus sum iter, hoc solo dolore percitus, quòd Hyginum episcopum senem in exilium duci comperi, cui nihil iam nisi extremus superesset spiritus. Cum de eo conuenirem comites eius, ne sine veste, sine plumatio paterentur extrudi senem, extrusus ipse sum. Hæc est expositio legationis meæ. Vale Imperator, & esto tutior aduersus hominem pacis inuolucro bellum tegentem. Vale.

Diui Ambrosii ad Theodosium imperatorem, seipsum excusantis, & vt ille facinoris sui pœnitentiã agat rationibus atq; exemplis suadentis, rogantis, hortantis, & admonentis, Epistola XXVIII.

AVGVSTISSIMO Imperatori Theodosio Ambrosius. Et veteris amicitiæ dulcis mihi recordatio est, & beneficiorũ quæ crebris meis intercessionibus summa gratia in alios cõtulisti, gratiæ memini. Vnde colligi potest quòd non in grato aliquo affectu aduentum tuum semper mihi ante hac exoptatissimum declinate potuerim. Sed qua causa hoc fecerim, breuiter expediam. Soli mihi in tuo comitatu ius naturæ ereptum videbam audiendi, vt & loquendi priuarer munere. Motus eni frequenter es quòd ad me peruenissent aliqua quæ in cõsistorio tuo statuta
Lucæ.8. forent. Ego ergo expers communis vsus sum, cum dicat dominus Iesus nihil esse occultum quod non manifestetur? Verecundia igitur qua potui satisfeci imperiali arbitrio, & prospexi ne aut ipse causam cõmotionis habeas, cum id egerim, ne quid ad me de imperialibus deferatur statutis: aut ego cum fuero præsens, aut non audiam per metum omnium, & quasi conniuentis famam subibo: aut ita audiam vt mihi aures pateant, vox interI cludatur, vt audita non possim eloqui, ne eos qui in suspicionem proditionis venerint, lædam in periculo.

Quid igitur facerem? Non audirem? Sed aures non possem cæra veterum fabularum claudere. Proderem? Sed quod in tuis iussis timerem, in meis verbis deberem cauere, ne quid cruentum committeretur. Tacerem? Sed quod miserrimum forte omnium, alligaretur conscientia, vox eriperetur. Et vbi illud, Sed si sacerdos non di-
Ezech.3. xerit errantibus qui errauerit, in sua culpa morietur, & sacerdos reus erit pœnæ, quia non admonuit errantem. Accipe illud Imperator Auguste, quòd habeas fidei studium, non possum negare: quòd deitimorem, non diffiteor. Sed habes naturæ impetum, quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiam: si quis stimulet in mala insuscitas, vt eum reuocare vix possis. Vtinam si nemo mitigat, nullus accendat: libenter eum committo tibi: ipse te reuocas, & pietatis studio vinclis impetum naturæ. Hunc ego impetum malui cogitationibus tuis secreto committere, quàm meis factis publice fortasis mouere. Itaque malui officio meo aliquid deesse quàm humilitati, & requiri in me ab aliis sacerdotis authoritatem, quàm à te desiderari in me amantissime honorificentiam, vt represso impetu integra esset consilii eligendi facultas. Prætendi ægritudinem corporis reuera grauem, & nisi à viris mitioribus vix leuandam: vel emori tamen maluissem quàm aduentum tuum biduo aut triduo non expectarem. Sed quid facerem, non erat. Fa- K ctum est in vrbe Thessalonicẽsium quod nulla memoria habet, quod reuocare non potui ne fieret. Immo quod ante atrocissimum fore dixi, cum totiens rogarem: & quod ipse sero reuocando graue factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, propter aduentum Gallorum episcoporum synodus conuenerat, nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit, non erat facti tui absolutio in Ambrosii communione. In me etiam amplius commissi ex aggeraretur inuidia, si nemo diceret dei nostri reconciliationem fore necessariam. an pudet te Imperator hoc facere quod rex propheta author Christi secũdum carnem prosapiæ fecit Dauid? Illi dictum est quia dies qui 2.Reg.12
haberet plurimos greges, vnam pauperis ouem propter aduentum hospitis eripuit & occidit: & cognitio quod in hoc ipse argueretur, quia ipse fecisset, ait: Peccaui domino. Noli ergo impatienter ferre Imperator si dicatur tibi: Tu fecisti istud quod Dauid regi dictum est à propheta. Si enim hoc sedulo audieris, & dixeris: Peccaui domino. Si dixeris regale illud propheticum: Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus ante dominum nostrum qui fecit nos: dicetur & tibi. Quoniam pœnitet te, dimittit tibi dominus peccatum tuum, & non morieris. Iterum cum Psal.64.
plebem numerari iussisset Dauid, percussus est corde, L
& dixit ad dominum: Peccaui vehementer quod fece- 2.Re.24.
rim hoc verbum. & nunc domine auser iniquitatem serui tui quòd deliqui vehementer. Et missus est iterum ad eum Nathan propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, & quam vellet eligeret, famem tribus annis in terra, aut tribus mensibus fugeret à facie inimicorum suorum, aut triduo mortem i terra. Et respondit Dauid: Angustiæ sunt tria hæc vehementer, veruntamen incidam in manũ domini, quoniam multæ misericordiæ eius nimis, & in manus hominis non incidam. Culpa autem erat, quoniam voluit scire numerum totius plebis quæ secum erat: quod scire deo soli debuit reseruare. Et cum, inquit, mors fieret in plebe ipso primo die ad horam prandi, cum vidisset Dauid percutientem angelum in plebem, ait Dauid: Ego peccaui, & ego M
pastor malignum feci, & hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Itaque pœnituit dominum, & iussit angelo vt parceret plebi, sacrificium autem offerret Dauid. Erant enim tunc sacrificia prodelictis, hæc nunc sunt sacrificia pœnitentiæ. Itaque ea humilitate acceptior deo factus est. Non enim miran dum peccare hominem, sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet deo. Iob sanctus & Iob.31.
ipse potens in seculo, ait: Peccatum meum non abscondi, sed coram plebe omni annunciaui. Ipsi immani regi Saul dixit Ionathas filius suus: Noli peccare in ser- 1.Reg.18.
uum tuum Dauid, & vt quid peccas in sanguinem innocentem, occidere Dauid sine causa? Quia etsi rex erat, peccabat tamen si occideret innocentem. Denique etiam Dauid cum iam regno potiretur, & audisset Abner innocentem occisum à Ioab duce militiæ suæ, ait: 2.Reg.3.
Innocens sum ego & regnum meum amodo & vsq; in æternum à sanguine Abner filii Ner. & ieiunauit in dolore. Hæc ideo scripsi, non vt te confundam, sed vt regum exempla prouocent vt tollas hoc peccatum de regno tuo. Tolles autem humiliando deo animam tuam. Homo es, & tibi venit tentatio, vince eam. Peccatum non tollitur nisi lachrymis & pœnitentia. Nec angelus potest, nec archangelus: dominus ipse, qui solus potest Mat.28.
dicere, Ego vobiscum sum. si peccauerimus, nisi pœnitentiam deferentibus nõ relaxat. Suadeo, rogo, hortor, admoneo, quia dolori est mihi, vt tu qui pietatis inauditæ exemplum eras, qui apicem clementiæ tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot periisse non doleas innocentes. Etsi in prœliis felicissime ege-

A ris, & si in alijs quoq; laudabilis, tamen apex tuorũ operũ pietas semper fuit. Id tibi inuidit diabolus qđ habebas præstantissimũ. Vince eũ dũ habes adhuc vnde possis vincere. Noli pecato tuo aliud peccatum addere, vt vsurpes quod vsurpasse multis officit. Ego certe in omnibus alijs licet debitor pietati tuæ, cui ingratus esse nõ possum, quã pietatẽ multis Imperatoribꝰ præferebam, vni adequabam. Ego inq̃ causam in te cõtumacię nullã habeo, sed habeo timoris, offerre non audeo sacrificiũ si volueris assistere. An quod in vnius innocentis sanguine non licet, in multorũ licet? Non puto. Postremo scribo manu mea quod solus legas. Ita me dominus ab omnibus tribulationibus liberet, quia non ab homine, neq; per hominem, sed aperte mihi interdictum aduerti. Cũ enim elsem solicitus, ipsa nocte qua proficisci parabã, venisse quidem visus es ad ecclesiam, sed mihi sacrificiũ offerre non licuit. Alia prętereo, vt potui cauere. Sed pertuli amore tuo, vt arbitror. Dominus faciat vt oĩa cũ tranquillitate cedant. Multifarie deus noster admonet, signis cœlestibus, prophetarũ prœceptis, visionibus etiam peccatorem vult nos intelligere, quo rogemus eũ vt perturbationes auferat, pacẽ vobis imperantibus seruet, fides ecclesiæ & tranquillitas perseueret, cui prodest Christianos & pios esse Imperatores. Certe vis probari deo: omnis rei tempus, vt scriptũ est: Tempus, inquit, faciendi domine. Et tempus beneplaciti deus. Tunc offeres, cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta fit deo. Nõne me delectaret habere gratiam Imperatoris, vt secundũ voluntatẽ tuã agerem, si causa peteretur? Et simplex oratio sacrificium est, hæc veniã refert, illa offensionem: quia hæc habet humilitatẽ, illa contẽptum. Dei enim vox est q, malit vt fiat mandatũ eius, q̃ deferatur sacrificiũ. Clamat istud deus, ad populũ Moyses annunciat, ad populos Paulus prædicat. Id facito qđ intelligis in tempore plus placere. Misericordiã, inquit, malo q̃ sacrificium. Quare non illi magis sint Christiani qui peccatum cõdemnant suum, q̃ qui defendere putant? iustꝰ enim in exordio sermonis accusator est sui. Qui se accusat cũ peccauerit, iustus est, nõ ille qui se laudauerit. Vtinã imperator etiã ante mihi potius credidisse, q̃ cõsuetudini tuæ: dũ puto q, cito ignoscis, cito reuocas, vt sæpe fecisti: & tu prœuentus es, & ego nõ declinaui qđ cauere nõ debuerã. Sed gratias domino, q vult seruulos suos castigare, ne pdat. Istud mihi cõmune est cũ prophetis, & tibi erit cõmune cũ sanctis. An ego Gratiani patrẽ non oculis meis præferam? Debent veniam sancta alia pignora tua. Dulce mihi nomẽ antetuli, quibꝰ amo rẽ cõmuniter detuli. Amo, diligo, orationibus prosequor. Si credis sequere. si inq̃ credis, agnosce qđ dico. C
Si non credis, ignosce quod facio in quo deũ prefero. Beatissimus & florẽtissimus cũ sanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua Imperator Auguste.

¶Diui Ambrosij ad Theodosium Imperatorem vindicari iubentem in episcopum & Christianos qui synagogam incenderunt, vehementer eum ob hoc arguentis, atq; vt aliam epistolam dictari iubeat, & qđ prius iussum fuerat emendet, exhortantis.

Epistola XXIX.

CLEMENTISSIMO principi ac beatissimo Imperatori Theodosio Augusto Ambrosius Episcopus. Exercitꝰ semper iugibus fere curis sum Imperator beatissime, sed nũquam tanto in æstu fui, quanto nunc, cum video cauendum ne quid sit quod asscribatur mihi etiam de sacrilegij periculo. Itaq; peto vt patienter sermonem meum audias. Nam si indignus sum qui à te audiar, indignus sum qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas cõ- D
mittas preces. Ipse ergo nõ audies eum quem pro te audiri velis? Non audies pro se agentẽ, quem pro alijs audisti? Nec vereris iudicium tuum, ne cum indignum putaris quem audias, indignum feceris qui pro te audiatur. Sed neq; imperiale est libertatem dicendi negare, neq; sacerdotale quod sentiat nõ dicere. Nihil enim in vobis Imperatoribus tam populare & tã amabile est, q̃ libertatẽ etiam in ijs diligere qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Siquidẽ hoc interest inter bonos & malos principes, quod boni libertatẽ amant, seruitutẽ improbi. Nihil etiam in sacerdote tam periculũ apđ deũ, tam turpe apud homines, q̃ quod sentiat non libere denunciare. Siquidem scriptũ est: Et loquebar de testimo Psal. 118
nijs tuis in cõspectu regum, & non cõfundebar. Et alibi: Fili hominis, speculatorẽ te posui domui Israel, in Ezech.3.
eo, inquit, vt si auertatur iustus à iustitijs suis, & fecerit delictũ quia non distinxisti ei, hoc est, nõ dixisti quid sit cauendum, non retinebitur memoria iustitiæ eius, & sanguinem eius de manu tua exquiram. Tu autem si distinxeris iusto vt nõ peccet, & ipse nõ peccauerit, iustus vita viuet, quia dixisti ei: & tu animã tuam liberabis. Malo igitur Imperator bonorum mihi esse tecum q̃ malorum consortium, & ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentiꝫ mei periculo inuoluetis, libertatis bono iunctis. Nõ ergo importunus indebitis me intersero, alienis ingero, sed debitis obtempero, mandatis dei nostri obedio. E
Quod facio primum tui amore, tui gratia, tui studio. conseruandæ salutis. Si id mihi vel nõ creditur, vel interdicitur, dico sanæ diuinæ offensæ metu. Nam si meũ periculum te exueret, patienter me pro te offerrẽ, sed non libenter. Malo enim te sine meo acceptum deo esse & glorioſum periculo. Sin autẽ silentij mei dissimulationiq̃ culpa & me ingrauat, nec te liberat, malo importuniorem me q̃ inutiliorẽ aut turpiorẽ iudices. Siquidem scriptum est, dicẽte sancto apostolo Paulo, cui
2. Tim.4 us nõ potes doctrinã refellere: insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patiẽtia & doctrina. Habemus ergo & nos cui displicere plus periculi sit præsertim cũ etiam Imperatoribus non displiceat suo quemq; fungi munere, & patienter audiatis vnumquẽq; pre suo suggerentẽ officio, imo corripiatis si non vtatur malitiæ suę ordine. Quod ergo in ijs libenter accipitis qui vobis militant, num hoc in sacerdotib⁹ potest molestum videri, cũ id loquamur non quod volumus sed quod iubemur? Scis enim lectum: Cum stabitis ante reges & præsides, nolite cogitare quid loquamini, da Mat.10.
bitur enim vobis in illa hora quid loquamini. nõ enim F
vos estis qui loquimini, sed spũs patris vestri qui loquitur in vobis. Et tamẽ si in causis reipublicę loquar, q̃is etiã illic iustitia seruãda sit, nõ tanto astringar metu si nõ audiar. In causa vero dei quẽ audies si sacerdotem nõ audies, cuius maiore peccatur periculo? Quis tibi verũ audebit dicere si sacerdos nõ audeat? Nouit re pium, clementẽ, mitem atq; tranquillum, fidem ac timorẽ domini cordi habentem: sed plerunq; aliqua nos fallunt. Roma.10
Habent aliqui zelũ dei, sed non secundum scientiã. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat, cauendũ arbitror. Non pietatem tuã erga deum, lenitatẽ in hominibus, obligatus sum beneficijs tuarum indugentiarũ. Et ideo plꝰ metuo, amplꝰ solicitor, ne etiam ipse tuo me postea iudicio condẽnes, quod mea aut dissimulatiõe aut adulatione prolaptionem non euitaueris. Si in me peccari viderem, non deberẽ tacere. Scriptũ est enim:
Matth.18. Si frater tuus in te peccauerit, corripe illũ primo, dein de increpa duobus & tribus testibus, si te non audierit, dic ecclesiæ. Causam ergo dei tacebo? Quid igitur sit quod metuã, consideremus. Relatum est à comite Orientis militarium partium incensam esse synagogam, idq́ue autore factũ episcopo. Iussisti vindicari in cæte-

G ros,synagogam ab ipso ædificari episcopo. Nõ astruo
expectandã fuisse assertionẽ episcopi. Sacerdotes enim
turbarũ moderatores sunt,studiosi pacis,nisi cũ & ipsi
mouẽtur iniuria dei,aut ecclesiæ cõtumelia. Sit aliquis
iste episcopus feruentior in exustione synagogæ,timi-
dior in iudicio: Non vereris Imperator ne acquiescat
sententiæ tuæ,ne prævaricaretur non times? Non etiam
vereris quod futurum est ne verbis resistat comiti tuo?
Necesse erit igitur vt aut prævaricatorẽ aut martyrem
faciat. Vtrunq; alienum temporibus tuis,vtrunq; perse-
cutionis instar, si aut prævaricari cogatur, aut subire
martyriũ. Vides quo inclinet causæ exitus, si fortẽ episcopum putas,caueto martyriũ fortioris,si inconstantẽ
declina lapsum fragilioris. Plus enim astringitur qui la-
bi infirmum coegerit. Hac proposita conditione puto
dicturum episcopũ quod ipse ignes sparserit,turbas cõ-
pulerit,populos concluserit,ne amittat occasionẽ mar-
tyrij,&pro inualidis subijciat validiorem. O beatũ mẽ-
dacium,quo acquiritur sibi aliorũ absolutio,sui gratia.
Hoc est Imperator quod poposci ego, vt in me magis
vindicares,& hoc si crimen putares, mihi ascriberes.
Quid mandas in absentes iudicium? Habes præsentem,
habes confitentem reum. Proclamo quod ego synago-
gam incenderim,certe quod ego illis mandauerim, ne
esset locus in quo Christus negaretur. Si obijciatur mi-
hi,cur hic non incenderim? Diuino iam cremari cœ-
H pit indicio,meum cessauit opus. Et si verum quæritur,
ideo segnior fui,quia non putabam hoc vindicãdum.
Quid facerẽ,quod nullo vltore sine præmio foret? Tã-
gunt hęc verecundiam,sed non reuocant gratiã,ne fiat
opus quod dei summi contrahatur offensio. Esto tamẽ
nemo episcoporum ad hoc munus conueniat. Rogaui
enim clemẽtiam tuam: & licet ipse hoc reuocatum ad-
huc non legerim,reuocatũ tamen constituamus. Quid
si alij timidiores dũ mortẽ reformidant, offerãt vt de
suis facultatib⁹ reparetur synogoga,aut comes vbi hoc
compererit primo constitutum, ipse de Christianorũ
censu exædificari iubeat: Habebis Imperator comitem
prevaricatorem,&huic vexilla cõmittes victricia,huic
labarum,hoc est Christi sacratum nomine, qui syna-
gogam instauret,quæ Christum nesciat? Iube labarum
synagogæ inferri,videamus si non resistunt. Erit igitur
locus iudæorum perfidiæ,factus de exuuijs ecclesiæ: &
patrimonium quod fauore Christi acquisitum est Chri
stianis,hoc transferetur ad donaria perfidorum? Legi-
mus tẽpla idolis antiquitus condita,de manubijs Cim-
brorum,de spolijs reliquorum hostium. Hunc titulum
Iudæi in fronte synagogæ suæ scribent: Templum im-
I pietatis factum de manubijs Christianorum. Sed disci-
plinæ te ratio Imperator mouet. Quid igitur est am-
plius disciplinæ species,an causa religiõis? Cedat opor
tet censura deuotioni. Non audisti Imperator, quia cũ
nusisset iulianus reparari tẽplum Hierosolymis, quod
diuino,qui faciebant repagulum,igne flagrarunt? Non
caues ne etiam nunc faciat? Adeo à te non fuit iubendũ
vt iulianus hoc iusserit. Quid tamen mouet? Vtrũ quia
quodcunque ædificium publicum exustum est,an quia
synagogæ locus? Si ædificio incenso mouetis vilissimo
(quid enim in tam ignobili castro esse potuit) non re-
cordaris Imperator quantorum Romæ domus præfe-
ctorũ incensæ sunt,& nemo vindicauit? Imo si quis im-
peratorium voluit factum seuerius reprehendere, eius
magis qui tanto est perculsus dispendio, causam grau-
uet. Quid igitur dignius vt Calinici castri in parte ali-
qua ædificiorum incendium, an vrbis Romæ vindican
dum existimaretur si oporteret? Tamen Constantino-
poli dudum domus episcopi incensa est,& filius demẽ
tiæ tuæ intercesit apud patrem,vt & suam, hoc est filij
imperatoris iniuriam,& domus sacerdotalis incendiũ
non vindicares. Non consideras Imperator ne & hoc
cum vindicari iusseris, ipse iterum interueniat ne vin- K
dicetur? Sed bene illud acquisitum est à patre filio. Di-
gnum erat enim vt suã iniuriã prius ipse donaret. Bene
illud cum gratiæ distinctione diuisum est, vt & filius p
sua,& pater pro filij iniuria rogaretur. Hic nihil est qđ
filio reserues,&vide ne quid deo deroges. Non est er-
go causa tantæ commotioni idonea, vt propter ędificij
exustionem in populum tam seuere vindicetur. Multo
autem minus quia synagoga incẽsa est, perfidiæ locus.
impietatis domus,amentiæ receptaculum, quod deus
damnauit ipse. Sic enim legimus per os Hieremiæ di- Hiere.7
cente domino deo nostro: Et faciam domui vbi inuc-
catum est nomen meum super ipsam, in qua confiditis
vos,&loco quem dedi vobis & patribus vestris,sicut fe
ci Sylo: & proijciam vos à facie mea,sicut proieci fra-
tres vestros omne semen Ephren. Et tu noli orare pro
populo isto,&noli postulare illis misericordiã,&;neq;
acceseris ad me pro illis,quia non exaudiam te. An nõ
vides quid isti faciunt in ciuitatibus iudæ? Deus se pro
illis prohibet rogari quos tu vindicados putas. At cer
te si iure gentium agerem,dicerem quantas ecclesiæ ba
silicas iudæi tempore imperij iuliani incenderint,duas
Damasci,quarum vna vix reparata est, sed ecclesiæ nõ
synagogæ impendijs. Altera basilica in formibus hor-
ret ruinis. Incensæ sunt basilicæ Gasis,Ascalone,Bery-
to,& illis fere locis omnibus,& vindictam nemo quæsi- L
uit. Incensa est basilica & Alexãdriæ à gentibus & iu-
dæis,quæ sola præstabat cæteris. Ecclesia non vindica-
ta est,vindicabitur synagoga? Vindicabitur etiam Va-
lentinianorũ phanũ incensum? Quid est enim nisi pha
num,in quo est cõuentus gentiliũ? Licet getiles duode
cim deos appellent, isti triginta & duos æonas colant,
quos appellãt deos. Nã & de ipsis cõperi relatũ & præ-
ceptũ vt in monachos vindicaretur,qui prohibentibus
iter Valẽtinianis quo psalmos canentes ex cõsuetudi-
ne vsq; veteri pergebant ad celebritatẽ Maccabæorũ
martyrũ,moti insolentia incenderunt phanum eorum
in quodã rurali vico tumultuarie conditũ. Quod se of
ferre habent tali optioni,cum meminẽrint tẽpore Iu-
liani illum qui aram deiecit,&turbauit sacrificium,dã
natum à iudice fecise martyrium? itaq; nunq; alias ille
iudex qui audiuit eũ,nisi persecutor habitus est,nemo
illũ cõgressu,nemo illum vnq; osculo dignũ putauit.
Qui nisi iam esset defunctus,timerem Imperator ne in
eum tu vindicares,quanq; vindictã cœlestem nõ eua-
serit suo superstes hæredi. Sed refertur cognitionẽ mã
datam iudicij,scriptumq; eo q; nõ referre debuerit,sed
vindicare. Requirenda quoq; sublata donaria,vt omit-
tam alia. Incensæ sunt à iudæis ecclesiarum basilicæ,&
nihil redditum est,nihil repetitũ,nihil quæsitũ, Quid M
autem habere potuit synagoga in castro vltimo,cũ to
tum quicquid illic est,nõ multum sit, nihil preciosum,
nihil copiosum? Quid deinde de incendio potuit rapi
iudęis insidiãtib⁹? Artes istę sunt iudęorũ volentiũ ca-
lũniari,vt dũ ista quęrũtur,mãdetur extra ordinẽ mili
taris cẽsura iudicij,mittatur miles forta sse dictur⁹ qđ
hic aliquãdo ante tuũ Imperator dixit aduẽtũ. qño po
terit nos Christ⁹ iuuare,qui p iudęis aduersus Christũ
militam⁹? Qui mittũtur ad vindictã iudęorũ,suos pdi-
diderũt exercit⁹, nostros volũt pdere. In quas pręterea
nõ profiliãt calũnias,qui etiã Christo falsis testimonijs
calũniati sunt? In quas non profiliant calumnias hoies
& circa diuina mendaces? Quos non autores seditiõis
fuisse dicant? Quos nõ appetant,etiã quos nõ recognoscãt,vt catenatorũ ordines innumeros spectẽt de Chri-
stiano populo,vt captiua videãt colla plebis fidelis,vt
condãtur in tenebras dei seruuli, vt feriãtur securib⁹,
dẽtur ignibus,tradãtur metallis, ne pœna cito trãseat?
Hũc dabis triũphũ iudęis de ecclesia dei? Hoc trophęũ
de Christi populo? Hæc gaudia Imperator perfidis?

A Hanc celebritatem synagogæ? Hos luctus ecclesiæ? Re-
feret Iudæorum populus hãc solennitatem in dies fe-
stos suos,& inter illos profecto numerabit, quibus aut
de Amorræis,aut de Chananæis triũphauit, aut de Pha
raone rege Aegypti,aut de Nabuchodonosor rege Ba-
byloniæ manu liberari potuit. Addet hanc celebrita-
tem significans se de Christi populo triumphum egis-
se. Et cùm ipsi Romanis legibus teneri se negent, ita vt
crimina leges putent, nunc velut Romanis legibus se
vindicandos putent? Vbi erant istæ leges cum incende-
rent ipsi sacratarum basilicarum culmina? Si Iulianus
non est vltus ecclesiam,quia prævaricator erat, tu Im-
perator vlcisceris synagogę iniuriam quia Christianus
es? Et quid tecum posthac Christus loquetur? Non re-
cordaris quid Dauid sancto per Nathan,pphetam man
2.Reg.7. dauerit? Ego te de fratribus tuis minorem elegi, & de
priuato Imperatorem feci,Ego de fructu seminis tui in
sede Imperiali locaui. Ego tibi subieci nationes barba
ras,ego tibi pacem dedi,ego tibi inimicum tuum in po
testatem tuam captiuum deduxi. Frumentum non ha-
bebas ad exercitus alimoniam, ipsorum hostium ma-
nu patefeci tibi portas,aperui horrea,dederunt tibi ho
stes tui commeatus suos quos sibi parauerãt. Ego per-
turbaui hostis tui cõsilia,vt se ipse nudaret. Ego ipsum
vsurpatorem imperij ita vinxi, ac mentem eius ligaui,
B vt cum haberet adhuc fugiendi copiam,tamen cũ om-
nibus suis tanquam metuẽs ne quis tibi periret, ipse se
clauderet. Ego comitem eius atque exercitum ex altera
parte naturæ,quos ante dispersera, ne ad belli societa-
tem coirent,ad supplementum tibi victoriæ congre-
gaui. Ego exercitum tuum ex multis indomitis conue-
nam nationibus quasi vnius gentis fidem & tranquilli-
tatem & concordiam seruare præcepi. Ego cùm pericu
lum summum esset ne Alpes infida Barbarorum pene-
trarent consilia,intra ipsum Alpium vallum victoriam
tibi contuli,vt sine damno vinceres. Ego te triumpha-
re feci de inimico tuo, & tu de plebe mea das meis ini-
micis triumphum? Nonne propterea Maximus destitu-
tus est,quia ante ipsos expeditionis dies cũ audisset Ro
mæ synagogam incẽsam, edictum Romã miserat quasi
vindex disciplinæ publicæ? Vnde populus Christianus
ait: Nihil boni huic immineret. Rex iste Iudæus factus
est,defensorem istũ disciplinæ audiuimus. Quem mox
Christus probauit, qui pro peccatoribus mortuus est.
Si de sermone hoc dictum est, quid de vltione dicetur?
Ille igitur statim à Francis,& à Saxonum gente,in Sici-
lia,Siciæ,Petauione, vbiq; denique terrarum victus est.
C Quid pio cõmune cũ perfido? Abolẽda cũ impio sunt
etiã impietatis exẽpla. Quod illi nocuit,& quo victus
offendit,hoc non sequi debet,sed dãnare qui vicit. itaq;
illa tibi nõ quasi ingrato recensui,sed quasi iure colla-
ta enumerauí, vt his admonitus cui plus collatum est,
plus diligas. Deniq; hoc respondenti Simoni dixit do-
Lucæ.7. minus Iesus: Recte iudicasti. statimq; conuersus ad mu-
lierem quæ pedes eius vnguento vnxit typum ecclesiæ
gerẽs,ait Simoni: Propter quod dico tibi: Remissa sunt
peccata eius multa,quoniam dilexit multum. Cui autẽ
minus dimittitur,minus diligit. Hæc est mulier quæ in
domum Pharisæi intrauit, & eiecit Iudæum, Christum
autem acquisiuit. Ecclesia enim synagogam exclusit.
cur iterum tentatur vt apud Christi famulum, hoc est
de pectore fidei,de domo Christi synagoga excludat ec
clesiam? Hæc ego Imperator amore & studio tui in hũc
sermonem contuli. Debeo enim beneficiis tuis quibus
me petente liberasti plurimos de exiliis,de carceribus,
de vltimæ necis pœnis, vt malle debeam pro salute tua
etiam offensionem tui animi non timere. (Nemo maio
re fiducia vtitur,quàm qui ex affectu diligit. Nemo cer
te debet lædere qui sibi consulit) ne tot annorum con-
ceptam cuiusq; sacerdotij gratiam vno momento
amittam. Et tamen nõ damnũ gratiæ deprecor,sed salu
tis periculum. Quanquam quantum est imperator, vt D
quærendum aut vindicandum non putes quod in hunc
diem nemo quæsuit,nemo vnquam vindicauit? Graue
est fidem tuam pro Iudæis periclitari. Gedeon cum oc-
cidisset sacratum vitulum, dixerunt gentiles, Dij ipsi Iudicũ.6.
iniuriam suam vindicent. Quis habet synagogam vin
dicare? Christus quem occiderunt, quem negauerunt?
An deus pater vindicabit eos qui nec patrẽ recipiunt,
qui filium non receperunt? Quis habet Valentiniano-
rum hæresim vindicare? quam pietas tua,quomodo vin
dicat,cum eos excludi iusserit, nec conueniendi vsur-
pare copiam? Si Iosiam tibi obijciam regem deo proba
tum, hoc in istis damnabis quod in illo probatum est.
Certe si mihi parum fidei defertur,iube adesse quos pu
taueris episcopos, tractetur Imperator quid salua fide
agi debeat. Si de causis pecuniariis comites tuos consu-
lis, quanto magis in causa religionis sacerdotes domi-
ni æquum est consulas? Consideret clementia tua quan
tos insidiatores habeat ecclesia, quantos exploratores:
leuem rimam si offenderint,figent aculeum. Secũdum
homines loquor. Cæterum plus hominibus deus time-
tur, qui etiam imperatoribus iure præfertur. Si amico
suo aliquis, si parenti aut propinquo deferendum exi-
stimat,recte ego & deferendum deo, & eum præferen-
dum omnibus iudicaui. Cõsule tibi Imperator, aut pa-
tere me consulere mihi. Quid resp̃debo postea si cõ- E
pertum fuerit data hinc autoritate aliquos Christiano
rũ aut gladio,aut fustibus,aut plumbis necatos? Quo-
modo hoc purgabo factũ? Quomodo excusabo apud
episcopos? Qui nunc quia per triginta & innumeros
annos presbyterii quidam gradu functi,vel ministri ec
clesiæ retrahuntur à munere sacro,& curiæ deputãtur,
grauiter gemunt. Nam cum ij qui vobis militant, certo
militiæ tempore seruentur,quanto magis etiam eos cõ
siderare debetis qui deo militant? Quomodo inquam
hoc excusabo apud episcopos qui queruntur de cleri-
cis,& impressione grani vastari scribũt ecclesias? Hoc
tamen in notitiã clemẽtiæ tuæ peruenire volui, de hoc
vt placet,arbitrio tuo consulere,& temperare dignabe
ris. Illud autẽ quod me angit,& iure angit,exclude atq;
eijce: Ipse facis quicquid fieri iussisti. Aut si ille facturus
non est,malo te magis esse clementem, quàm illum nõ
fecisse quod iussus est. Habes in quibus domini adhuc
debes circa imperium Romanum inuitare clemẽtiam.
Habes quibus amplius quàm tibi speres. Illorum gra-
tia,illorum salus te in hoc sermone conueniat meo: ne
causam tuam alieno committas iudicio. Integra adhuc
tibi sunt omnia. In hoc me ago deo nostro pro te obli- F
go,nec vereris sacramentum. Nunquid deo displice-
re poterit quod pro eius emendatur honorificentia? Ni
hil mutaueris certe in illa epistola,siue missa,siue non-
dum missa est,dictari iube aliam, quæ plena fidei, ple-
na pietatis sit. Tibi integrum sit emendare, mihi nõ est
integrum dissimulare. Antiochenis tuam donasti iniu
riam,inimici tui filias reuocasti, nutriendas apud affi-
nem dedisti matri hostis tui,misisti de ærario tuo sum-
ptus. Hæc tanta pietas,tanta erga deum fides hoc facto
obfuscabitur? Tu igitur qui armatis pepercisti hostib⁹,
& seruasti inimicos tuos,ne quęso,tãto studio putes vin
dicandum in Christianos. Nunc Imperator rogo vt nõ
aspernanter acceperis me & pro te & pro me timẽtem.
Sancti enim vox est, Vt quid factus sum videre contri-
tionem populi mei,vt offensam incurrã dei? Ego certe
quod honorificẽtius fieri potuit feci,vt me magis audi-
res in regia,ne si necesse esset,audires in ecclesia.

Diui Ambrosij ad Valentinianum, eundem rogan-
tis atque conuenientis ne ad petitionem gẽtilium aras
eorum imperatorio decreto instaurari iubeat, ostendẽ
tisque ex tali decreto,primum deo,deinde patri & fra-
tri iniurias irrogari.

AMBROSIVS episcopus beatissimo principi & Christianissimo Imperatori Valentiniano. Cũ omnes hoies qui sub ditione Romana sunt, vobis militẽt Impatoribus terrarũ atq; principibus, tũ ipsi vos oipotenti deo & sacrę fidei militatis. Aliter enim salus tuta esse nõ poterit, nisi vnusquisq; deũ verũ, hoc est deum Christianorũ, à quo cũcta regũtur, veraciter colat. Ipse enĩ solus verus est deus, qui intima mẽte veneretur. Dii enĩ gẽtiũ dęmonia, sicut scriptura dicit. Huic igitur deo vero quisquis militat, & qui intimo colẽdũ recipit affectu, nõ dissimulationẽ, nõ cõniuẽtiã, sed fidei studiũ & deuotionis ẽpendit. Postremo si nõ ista, cõsensum saltẽ aliquẽ nõ debet colẽdis idolis & prophanis ceremoniarũ cultibus exhibere. Nemo enĩ deũ fallit, cui oia etiam cordis occulta manifesta sunt. Ergo cum à te Impator Christianissime fides deo vero sit exhibẽda, cũ ipsius fidei studiũ cautio atq; deuotio, miror quomodo aliquibus ĩ spem venerit quòd debeas aras dijs gẽtiũ tuo istau rare præcepto, ad vsus quoq; sacrificiorum, pphanorũ prębere sumptũ. Q̃ enĩ iãdudũ vel fisco vel arcę est vẽdicatũ, de tuo magis cõferre videbere, quàm de suo reddere. Et de dispẽdiis querũtur qui nũquã nostro sãguini pepcerũt, qui ipsa ecclesiarũ ædificia subruerũt. Petunt etiã vt illis priuilegia deferas, qui loquẽdi & docẽdi nostris cõmunem vsum Iuliani lege, pxima denegarũt, & priuilegia illa quibus sępe decepti sunt etiã Christiani. Nõnullos enĩ illis priuilegijs partim per imprudentiã, partim propter publicarum necessitatũ molestias declinandas irretire voluerunt, & quia nõ omnes fortes inueniũtur, etiã sub principibus Christianis pleriq; sunt lapsi. Sed hæc si iam sublata nõ essent, auferenda tuo imperio cõprobarem. At cum per totum fere orbem à pluribus retro principibus inhibita interdictaq; sint, Romæ autẽ à fratre clementiæ tuæ augustæ memoriæ Gratiano fidei veræ ratione sublata sint, & datis antiquata rescriptis: ne quæso vel fideliter statuta cõuellas, vel fraterna præcepta rescindas. De negocijs ciuilibus si quid statuitur, nemo putat esse temerandũ, & pręceptũ de religiõe calcatur? Nullus obrepat iuniori ætati tuæ. siue ille gẽtilis est qui ista deposcit, nõ debet mẽtem tuã vinculis suæ superstitionis innectere, sed proprio studio docere & admonere te debet quemadmodũ veræ fidei studere debeas, quando ille tanto motu veri vana defendit. Deferẽdum meritis clarorũ virorum & ego suadeo, sed deum certum est omnibus præferendũ. Si de re militari est consulendũ, debet exercitati in pręlijs viri expectari sententia, consilium cõprobari. Quãdo de religiõe tractatus est, deum cogita. Nullius iniuria est, cui deus omnipotens antefertur. Habet ille sententiã suam. Inuitum nõ cogitis colere quod nolit, hoc idem vobis liceat Imperator, & vnusquisq; patienter ferat si nõ extorqueatur Imperatori quod moleste ferret si ei extorquere cuperet Imperator. Ipsis gẽtilibus displicere consuevit prævaricantis affectus. Libere enim debet defendere vnusquisque fidele mentis suæ & seruare propositum. Quod si aliqui nomine Christiani tale aliquid decernendum putant, mentem tuam vocabula nuda non capiant, nomina casa non fallant. Quisquis hoc suadet, sacrificat, & quisquis hoc statuit. Tolerabilius tamen est vnius sacrificium, q̃ lapsus omnium. Totus hic Christianorũ periclitatur senatus. Si hodie gentilis aliquis Imperator, quod absit, aram statueret simulacris, & eo cõuenire cogeret Christianos, vt sacrificantibus interesset, vt oppleret anhelitus & ora fidelium cinis ex ara, fauilla de sacrilegio, fumus ex busto, & in ea curia sententiã diceret vbi iurati ad arã simulacri in sententiam cogerẽtur: (ꝓpterea enim interpretãtur aram locatam, vt eius sacramento, vt ipsi putant, vnusquisq; cõuentus consuleret in medium, cum curia maiore iam Christianorũ numero sit referta) ꝓsecutionem esse crederet Christianus qui cogeretur tali optione ad senatum venire: quod fit plerunq; nam etiã iniurijs conuenire coguntur. Te ergo Imperatore Christiani in arã iurare cogentur? Quid est iurare nisi eius quẽ testare fidei tuæ præsulem, diuinam potentiã confiteri? Te Imperatore hoc petitur & postulatur, vt aram iubeas eleuari, sumptum sacrificijs prophanis dari. Sed hoc non potest sine sacrilegio decerni. Vnde rogo te ne id decernas, statuas, vel in eiusmodi decreta subscribas. Conuenio fidem tuam Christi sacerdos. Omnes conuenimus episcopi, nisi incredibile hoc & repentinũ ad aures peruenisset hominũ, quod tale aliquid esset vel ĩ cõsistorio suggestum tuo, vel à senatu petitũ: sed absit vt hoc senatus petisse dicatur. Pauci gentiles cõmuni vtuntur nomine. Nam & ante biẽnium ferme cum hoc petere tentarent, misit ad me sanctus Damasus Romanæ ecclesiæ sacerdos, iudicio dei electus, libellum quẽ Christiani senatores dederũt, & quidem innumeri, postulantes nihil se tale mandasse, non congruere gentilium istiusmodi petitionibus, nõ prębere consensum, quęsti etiam publice priuatimq; se non cõuenturos ad curiam si tale aliquid decerneretur. Dignum est tẽporibus vestris, hoc est Christianis temporibus, vt dignitas Christianis senatoribus abrogetur, quo gentilibus senatorib⁹ prophanę deferatur volũtatis effectus? Hũc libellum ego fratri clementiæ vestræ direxi. Vnde constitit non senatum aliquid de superstitionis impensis mandasse legatis. Sed fortasse dicatur: Cur dudum nõ interfuerint senatui, cum ista peterentur? Satis loquuntur quid velint qui non interfuerunt, satis locuti sunt qui apud Imperatorem locuti sunt. Et miramur tamen si priuatis resistendi Romæ eripiunt libertatem qui nolũt esse liberum tibi non iubere quod non probas, nõ seruare quod non sentis. Et ideo memor legationis ꝓxime mandatæ mihi, conuenio iterum fidem tuam, cõuenio mentem tuam, ne vel respondendum secundum huiusmodi petitionem gentilium censeas, vel in eiusmodi responsa sacrilegiũ subscriptionis adiungas. Certo refer ad parentem pietatis tuę principem Theodosium, quem super omnibus fere maioribus causis consulere consuesti. Nihil maius est religione, nihil sublimius fide. Si ciuilis causa esset, diuersæ parti responsio seruaretur. causa religionis est, episcopus cõuenio. Detur mihi exẽplũ missę relatiõis, vt & ego plenius respõdeã, & sic de oibus cõsultus clemẽtię tuę parẽs respõdere dignetur. Certe si aliud statuitur, episcopi hoc æquo animo pati & dissimulare nõ possumus, licebit tibi ad ecclesiã cõuenire, sed illic nõ inuenies sacerdotẽ, aut inuenies resistentẽ. Quid respondebis sacerdoti dicẽti tibi: Munera tua nõ querit ecclesia, quia tẽpla gentiliũ munerib⁹ adornasti? Ara Christi dona tua respuit, quoniã arã simulacris fecisti. Vox enĩ tua, man⁹ tua, & subscriptio tua, op⁹ est tuũ. Obsequiũ tuũ domin⁹ Ies⁹ recusat & respuit, quoniã idolis obsecutus es. Dixit enĩ tibi: Nõ potestis duobus dominis seruire. Priuilegia tua sacratę deo virgines non habent, & vendicant virgines Vestæ? Cur sacerdotes dei requiris, quibus petitiõcs ꝓphanas gentiliũ prętulisti? Alieni erroris societatẽ susciꝑe non possumus. Quid respõdebis his verbis, puerum esse te lapsum? Omnis ætas perfecta Christo est. Omnis deo plena pueritia fidei comprobatur. Paruuli etiam Christũ intrepido aduersus persecutores ore cõfessi sũt. Quid respondebis germano tuo? Nonne tibi dicet: Victum mę esse non credidi, quia te Imperatorem reliqui. Mori non dolui, quia te hæredem habebam. Imperio me decedere non ingemui, quia imperia mea, præsertim de religione diuina, omnibus seculis mansura credebam. Hos ego titulos piæ virtutis erexeram, has de seculo manubias, hæc spolia de diabolo, has ego de aduersario omnium exuuias offerebam, in quibus æterna victoria est. Quid mihi plus potuit meus hostis auferre?

Abrogasti decreta mea: quod adhuc ille qui contra me leuauit arma, non fecit. Nunc grauius telum corpore recipio, quòd à fratre mea statuta damnantur. Meliore parte mei apud te periclitor. Illa enim mors corporis, ista virtutis est. Nunc mihi abrogatur imperium, & qđ est grauius, abrogatur à tuis, abrogatur à meis, & id abrogatur quod in me etiam mei aduersarij prædicarunt. Si volens acquieuisti, damnasti fidem meam. si inuitus cessisti, prodidisti tuam. Ergo, quod grauius est, & in te periclitor. Quid respondebis etiam patri? qui te maiore dolore conueniet dicens: De me fili pessime iudicasti, qui putasti quòd ego gentilibus conniuẽtiam prę stitissem. Nemo ad me detulit aram esse in illa Romana curia, nunquam tantum nefas credidi, quod in communi illo Christianorum gentiliúmque concilio sacri ficarent gentiles, hoc est insultarent gentiles præsentibus Christianis, & inuiti Christiani interesse sacrificijs cogerentur. Multa & diuersa crimina me imperante cõmissa sunt, vltus sum quæcunque sunt deprehensa. si quis tunc latuit, debet ergo dicere me probasse quod ad me nemo detulerat? De me pessime iudicasti, si mihi superstitio aliena, non fides mea seruauit imperium. Vnde cum aduertas Imperator, deo primum, deinde patri & fratri iniurias irrogari si quid tale decernas, peto vt id facias quod saluti tuæ apud Deum intelligis profuturum.

Symmachi vrbis præfecti persuadentis ritus veteres circa cultũ deorũ esse seruãdos, ad Impatores relatio.

VBI primum senatus amplissimus, semper que vester, subiecta legibus vitia cognouit, & à principibus pijs vidit purgari famam temporum proximorum, boni secuti authoritatẽ secutus, euomuit diũ pressum dolorem, atque iterum me querelarum suarũ iussit esse legatum. Cui ideo diui principis denegata est ab improbis audientia, quia non erat iustitia defutura, domini Imperatores Valẽtiniane, Theodosi & Arcadi inclyti victores, ac triumphatores semper Augusti. Gemino igitur functus officio, & vt præfectus vester gesta publica prosequor, & vt legatus ciuium mandata cõmendo. Nulla est hic dissensio voluntatum, quia iam credere homines desierunt, aliquorum ministri regũ cogun tur se studio præstare si discrepent. Amari, coli, diligi, maius imperio est. Quis ferat obfuisse reipublicæ priuata certamina? Merito illos senatus insequitur, qui potentiam suam famæ principis prætulerunt. Noster autẽ labor pro clementia vestra ducit excubias: Cui enim magis cõmodat quòd institutа maiorum, quòd patriæ iura & fata defendimus, q̃ temporum gloriæ? Quæ tũm maior est, cum vobis contra morem parentum intelligitis nil licere. Repetimus igitur religionũ statum qui reipublicę diu ꝓfuit. Certè numerentur principes vtri usque sectæ, vtriusque sententiæ, proximus eorum cere monias patrum coluit, recentior non remouit. Si exemplum non facit religio veterum, faciat dissimulatio ꝓximorum. Quis ita familiaris est barbaris, vt arã victoriæ non requirat? Cauti in posterum sumus, & tãlium rerum ostenta vitamus. Reddatur tamen saltem nomini honor qui numini denegatus est. Multa victoriæ debet æternitas vestra, & adhuc plura debebit. Auersentur hanc potestatem quibus nihil profuit, vos amicum triumphis patrociniũ nolite deserere. Cunctis potẽtia ista votiua est, nemo colendam neget quam profitetur optandam. Quod si huius omnis non est etiã iusta vitatio, ornamentis saltem curiæ decuit abstineri. Præstate oro vos vt ea quę pueri susciꝑimus, senes posteris relinquamus. Consuetudinis amor magnus est. Merito diui Constantij factum diu non stetit. Omnia vobis exempla vitanda sunt, quæ mox remota didicistis. Aeternitatem curamus famæ & nominis vestri, ne quid futura ætas inueniat corrigendum. Vbi in leges vestras & verba iurabimus, qua religione mẽs falsa terrebitur, ne in testimonijs mentiatur? Omnia quidem deo plena sunt, nec vllus perfidis tut⁹ est locus: sed plurimum valet ad metum delinquendi etiam præsentia religionis vrgeri. Illa ara concordiam tenet omnium, illa ara fidem conuenit singulorũ, neq; alicd magis authoritatẽ facit sentẽtijs nostris, q̃ quod oia quasi iuratus ordo decernit. Patebit ergo sedes prophana periurijs, & hoc inclyti principes mei probabile iudicabunt, qui sacramẽto publico tuti sunt? Sed diuus Cõstantius idẽ fecisse dicitur, cætera potius illius principis æmulemur, qui nihil tale esset aggressus, si quis ante se alius nõ deuiasset. Corrigit enĩ sequentẽ lapsus prioris, & de reprehẽsione antecedẽtis exempli nascitur emẽdatio. Fas fuit vt parẽs ille clemẽtiæ vestræ in re adhuc noua nõ caueret inuidiam. Num potest etiã nobis eadem defensio cõuenire si imitemur quod meminimus improbatum? Accipiat æternitas vestra alia eiusdem principis facta, quæ in vsum dignius trahat. Nil ille decerpsit sacrarũ virginum priuilegijs, repleuit nobilibus sacerdotia, Romanis cęremonijs nõ negauit impensas, & per omnes vias æternæ vrbis latũ secutus senatũ, vidit placido ore delubra, legit inscripta fastigijs deũm nomina, percontatus est templorum origines, miratus est cõditores. Cumq; alias religiones ipse sequeretur, has seruauit imperio. Suus enĩ cuique mos, suus cuiq; ritus est. Varios custodes vrbibus & cultus mens diuina distribuit. Vt animæ nascẽtibus, ita populis fatales genij diuidũtur. Accedit vtilitas, quæ maxime homini deos asserit. Nam cũ ratio oĩs in operto sit, vnde rectius q̃ de memoria atq; documentis rerũ secundarum cognitio venit numinũ? Iam si longa ætas autoritatem religionibus faciat, seruanda est tot seculis fides, & sequendi sunt nobis parẽtes, qui secuti sunt fœliciter suos. Romã nũc putemus assistere, atq; his vobiscũ agere sermonibus: Optimi principes patres patriæ reuemini annos meos, in quos me pius ritus adduxit, vtvtar cęremonijs auitis. Neque enim me pœnitet viuere meo more, quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit: hæc sacra Hannibalem à mœnibus, à capitolio Senonas repulerunt. Ad hoc ergo seruata sum, vt longæua reprehendar? Videam quod instituendum putatur? Sera tamen & contumeliosa est emendatio senectutis. Et go diis patrijs, dijs Indigetibus pacẽ rogamus. Aequum est, quicquid omnes colunt, vnum putari. Eadem spectamus astra, commune cælum est, idem nos mundus inuoluit. Quid interest qua quisque prudẽtia verum requirat? Vno itinere non potest perueniri ad tam grande secretum. sed hæc ociosorũ disputatio est. Nunc pręces nõ certamina offerimus. Quanto eommodo sacri ærarij vestri Vestalium virginum prærogatiua detracta est? Sub largissimis imperatoribus denegatur quod parcissimi præstiterunt? Honor solus est in illo velut stipendio castitatis. Vt vittæ earum capiti decus faciunt, ita infigne ducitur sacrificij, vacare munerib⁹. Nudum quodammodo nomen immunitatis requirunt, quoniam paupertate ac dispendio tutæ sunt. Itaque amplius laudi earum tribuunt, qui aliquid rei detrahunt. Siquidẽ saluti publicæ dicata virginitas crescit merito, cum caret præmio. Absint ab ærarij vestri puritate ista compẽdia, fiscus bonorũ principũ nõ sacerdotũ dãnis sed hostium spolijs augeatur. Vllum ne lucrum compensat inuidia? Et quia auaritia in mores vestros non cadit, hoc miseriores sunt quibus subsidia vetera decerpta sunt. Etenim sub impatoribus qui alieno abstinẽt, qui resistunt cupiditati, ad solam detrahitur amittentis iniuriã, quod desideriũ nõ mouet auferẽtis. Agros etiã virginibus & ministris deficientium voluntate legatos fiscus retentat. Oro vos iustitiæ sacerdotes, vt vrbis vestræ sacris reddatur priuata successio. Dicent testamẽta securi, & sciant sub principibus non auaris stabile esse quod scripserit. Delectet vos ista fœlicitas generis

G humani. cœpit causæ huius exẽplum ſolicitare moriẽtes. Ergo Romanę religiones ſub Romana iura nõ ptinent? Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus caſus fecit caducas? Capiunt legata liberti, ſeruis teſtamentorum iuſta cõmoda non negantur, tantum nobiles virgines, & fatalium ſacrorũ miniſtri excludũtur prædijs hæreditate quæſitis. Quid iuuat ſaluti publicæ caſtum corpus dicare, & imperij æternitatem cælestibus fulcire præſidijs, armis veſtris, aquilis veſtris amicas applicare virtutes, p oĩbus efficacia vota ſuſcipere, & ius cũ oĩbus non habere? Itaq; melior eſt ſeruitus quæ hominibus impenditur. Rẽpublicam lædimus, cui nunq̃ expedit vt ingrata ſit. Nemo me putet ſolam cauſam religionũ tueri. ex huiuſmodi facinoribus orta ſunt cũcta Romani generis incõmoda. Honorauerat lex parentũ Veſtales virgines, ac miniſtros deorũ, victu modico, iuſtiſq; priuilegijs. Stetit muneris huius integritas vſq; ad degeneres trapezitas, qui ad mercedẽ vilium baiulorũ ſacræ caſtitatis alimẽta verterũt. Secuta eſt hoc factũ fames publica, & ſpem ꝓuinciarũ oĩm meſsis ægra decepit. Nõ ſunt hęc vitia terrarũ, nihil imputamus aſtris. Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec auena fruges necauit, ſacrilegio annus exaruit. Neceſse enim fuit perire oĩbus quod religionibus negabatur. Certe ſi eſt huius mali aliquod exemplũ, imputemus tantam famẽ vicibus annorũ. Grauis hãc ſterilitatẽ aura cõſtrinxit, ſylueſtribus arbuſtis vita producitur, & rurſus ad Dodonæas arbores plebis ruſticæ inopia conuolauit.
H Quid tale ꝓuinciæ ptulerũt cũ religionũ miniſtros honor publicus paſceret? Quãdo in vſum hominũ cõcuſſa quercus, quãdo nullæ ſunt herbarũ radices, quãdo alternos regionũ defectus deſeruit fœcũditas mutua, cum populo & virginibus ſacris cõmunis eſset annona? Cõmẽdabat enim terrarũ prouẽtus victus antiſtitũ, & remediũ magis q̃ largitas erat. An dubium eſt ſemper ꝓ copia omniũ datum, quod nunc inopia omnium vendicauit? Dicet aliquis ſumptum publicum denegatum alienæ religionis impendijs. Abſit à bonis principibus iſta ſententia, vt quod olim de cõmuni quibuſdã tributum eſt, in iure fiſci eſse videatur. Nam cùm reſpublica de ſingulis conſtet: quod ab ea proficiſcitur, fit rurſus ꝓprium ſingulorum. Omnia regitis, ſed ſuum cuiq; ſeruatis, plusq; apud vos iuſtitia q̃ licentia valet. Conſulite certe munificentiã veſtrã, an hæc publica velit exiſtimari quæ in alios trãſtuliſtis? Semel honori vrbis delata cõpendia deſinũt eſse tribuentiũ: & quod à principio beneficiũ fuit, vſu atq; ætate fit debitũ. Inanẽ igitur
I metum diuino animo veſtro tentat incutere ſi quis aſſerit cõſcientiam vos habere præbentiũ, niſi detrahentiũ ſubieritis inuidiã. Faueãt clementiæ veſtræ ſectarum omniũ arcana præſidia: & hæc maxime quæ maiores veſtros aliquãdo inuerunt, vos defendãt, à nobis colãtur. Eum religionũ ſtatũ petimus, qui diuo parẽti culminis veſtri ſeruauit imperiũ, qui fortunato pricipi legitimos ſuffecit hæredes. Spectat ſenior ille diuus ex arce ſydera lachrymas ſacerdotũ, & ſe culpatũ putat more violato, quẽ libenter ipſe ſeruabat. Præſtate etiã diuo fratri veſtro alieni cõſilij correctionẽ, tegite factũ quod ſe natui diſplicuiſſe neſciuit. Siquidẽ conſtat ideo excluſam legationẽ, ne ad eũ iudiciũ publicũ pueniret. Proæſtimatione eſt tẽporũ ſuperiorũ, vt nõ dubitetis abolere quod probandum eſt principis non fuiſſe.

Diui Ambroſij ad Valentinianum Imperatorem, relationi Symmachi reſpondentis, aptiſsimiſque confutationibus eam refellentis. Epiſtola. XXXI.

AMBROSIVS epiſcopus beatiſsimo principi, & clementiſsimo Imperatori Valentiniano Auguſto. Cum vir clariſsimus præfectus vrbis Symmachus ad clementiam tuam retuliſset, vt ara quę de vrbis Romę curia ſublata fuerat, redderetur loco, & tu Imperator licet adhuc in minoris æui tyrocinio florentibus neruis K annis, fidei tamen virtute veteranus obſecrata gentilium non probares, eodem quo comperi puncto libellũ obtuli, quo licet comprehenderim quæ ſuggeſtioni neceſsaria viderentur, popoſci tamen exemplum mihi relationis dari. Itaque non fidei tuæ ambiguus, ſed prouidus cautionis, & pij certus examinis hoc ſermone relationis aſsertioni reſpondeo, hoc vnum petens, vt non verborum elegantiam, ſed vim rerum expectandam putes. Aurea enim (ſicut ſcriptura diuina docet) eſt lingua ſapientium literatorum, quæ phaleratis dotata ſermonibus, & quodam ſplendentis eloquij velut coloris preciosi coruſco reſultans, capit animorum oculos ſpecie formoſi, viſuq; perſtringit. Sed aurum ſi diligentius manu tractes, foris precium, intus metallũ eſt. Volue quæſo atque excute ſectam gentilium, ꝓprecioſa & grandia ſonant, veri effœta defendunt. Deum loquuntur, ſimulacrum adorant. Tria igitur in relatione ſua vir clariſsimus præfectus vrbis propoſuit quæ valida putauit. Quòd Roma veteres, vt ait, ſuos cultus requirat. Et quod ſacerdotibus ſuis virginibuſque Veſtalibus emolumenta tribuenda ſint. Et quòd emolumentis ſacerdotum negatis fames ſecuta publica ſit. In prima propoſitione, flebili Roma queſtu ſermonis illachrymat, veteres, vt ait, cultus ceremoniarum requirens. Hæc ſacra, L inquit, Hannibalem à mœnibus, à capitolio Senones repulerunt. Itaque dum ſacrorum potentia prædicatur, infirmitas proditur. Ergo Hannibal diu ſacris inſultauit Romanis, & dijs cõtra ſe dimicantibus vſque ad muros vrbis vincẽdo peruenit. Cur ſe obſideri paſsi ſunt, pro quibus deorum ſuorum arma pugnabant? Nam de Senonibus quid loquar, quos capitolij ſecreta penetrantes Romanæ reliquiæ non tuliſsent, niſi eos pauido anſer ſtrepitu prodidiſset? En quales templa Romana pręſules habent. Vbi tunc erat Iupiter? An in anſere loquebatur? Verum quid negem ſacrorum ritus militaſſe Romanis? Sed etiam Hannibal eoſdem deos colebat. Vtrum volunt igitur eligant. Si in Romanis vicerunt ſacra, in Carthaginẽſibus ergo ſuperata ſunt. ſi in Carthaginenſibus triumphata, nec Romanis vtique profuerunt. Faceſsat igitur inuidioſa illa populi Romani querela. Non hæc Roma mandauit. Alijs illa eos interpellat vocibus. Quid me caſso quotidie gregis innoxij ſanguine cruentatis? Non in fibris pecudum, ſed in viribus bellatorum trophea victoriæ ſunt. Alijs ego diſciplinis orbem ſubegi. Militabat Camillus qui ſublata capitolio ſigna, cæſis Tarpeiæ rupis triumphatoribus reportauit, ſtrauit virtus quos religio nõ remouit. M Quid de Attilio loquar, qui militiam etiam mortis impendit? Africanus non inter capitolij aras, ſed inter Hãnibalis acies triumphum inuenit. Quid mihi veterum exempla profertis? Odi ritus Neronum. Quid dicam bimeſtres Imperatores, & terminos regum cum exordijs copulatos? Aut forte illud eſt nouum, Barbaros ſuis exceſsiſſe finibus? Nunquid etiam illi Chriſtiani fuerunt, quorum miſerabili nouóque exemplo alter captiuus Imperator, ſub altero captiuus orbis, fefelliſſe quæ victoriam promittebant, ſuas ceremonias prodiderũt? Nunquid & tunc nõ erat ara Victoriæ? Pœnitet lapſus, & vetuſta canicies pudendi ſanguinis traxit ruborem: Non erubeſco cum toto orbe longæua cõuerti, verum certe eſt quia nulla ætas ad perdiſcendum ſera eſt. Erubeſcat ſenectus quæ emendare ſe non poteſt. Non annorum canicies eſt laudãda, ſed morum, nullus pudor eſt ad meliora tranſire. Hoc ſolum habebam commune cum barbaris, quia deum antea neſciebam. Sacrificium veſtrum ritus eſt beſtiarum cruore reſpergi. Quid in mortuis pecudibus quæritis dei voces? Venite & diſcite in terris cæleſtem militiam. Hic viuimus, & illic militamus. Cæli myſterium doceat me deus ipſe qui cõdidit, non homo qui ſeipſum ignorauit. Cui magis

A de deo q̃ deo credã? Quomodo poſsum vobis credere qui fatemini vos ignorare quod colitis? Vno, inquit. iti nere non poteſt perueniri ad tam grãde ſecretũ. Quod vos ignoratis, id nos dei voce cognouimus. Et quod vos ſuſpicionibus quæritis, nos ex ipſa ſapientia dei & veritate compertum habemus. Non cõgruũt igitur veſtra nobiſcum. Vos pacem dijs veſtris ab Imperatorib⁹ obſecratis, nos ipſis Imperatoribus à Chriſto pacem rogamus. Vos manuum veſtrarum adoratis opera, nos in iuriam ducimus, omne quod fieri poteſt, deum putari. Non vult ſe deus in lapidibus coli. Deniq; etiã ipſi philoſophi veſtri iſta tulerunt. Quod ſi vos ideo Chriſtum deum negatis. quia illum mortuum eſse non creditis: (neſcitis enim quod mors illa carnis fuerit, non diuinitatis. quæ fecit vt credentium iam nemo moriatur) quid vobis imprudentius, qui contumelioſè colitis, & honorificè derogatis? Veſtrum enim deum lignum putatis. O contumelioſa reuerentia, Chriſtũ mori potuiſse non creditis? O honorifica peruicacia. Sed vetera, ſiquit, reddenda ſunt altaria ſimulacris, ornamenta delubris. Repoſcantur hæc à cõſorte ſuperſtitionis: Chriſtianus Imperator aram ſolius Chriſti didicit honorare. Quid manus pias & ora fidelia miniſteriũ ſuis cogũt ſacrilegijs exhibere? Vox Imperatoris noſtri Chriſtũ reſultet, & illum ſolum quem ſentit loquatur, quia cor regis in manu dei. Nunquid Imperator gentilis aram Chriſto leuauit? Dum ea quæ fuerunt repoſcunt, exemplo ſui admo
B nent quãtum Chriſtiani Imperatores religioni quã ſequuntur debeant deferre reuerẽtiæ, quãdo gẽtiles ſuperſtitionibus ſuis omnia detulerunt. Dũ cœpimus, etiã ſequamur. Nos ſanguine gloriamur, illos diſpendiũ mouet. Nos hęc victoriæ loco ducimus, illi iniuriam putãt. Nũquam nobis amplius contulerunt q̃ cum verberari Chriſtianos atque proſcribi ac necari iuberẽt. Præmiũ fecit religio quod perfidia putabat eſse ſupplicium. Videte magnanimos: per iniurias, per inopiã, per ſupplicium nos credimus, illi ceremonias ſuas ſine quæſtu manere poſse non credunt. Habeant, inquit, Veſtales virgines immunitatem ſuam. Dicant hoc qui neſciunt credere quod poſset eſse gratuita virginitas, prouocent lucris qui diffidunt virtutibus. Quot tamen illis virgines præmia promiſsa fecerũt? Vix ſeptẽ Veſtales capiuntur puellæ. En totus numerus quem inſulæ vittati capitis, purpuratarum veſtiũ murices, pompa lecticę miniſtrorum circunfuſa comitatu, priuilegia maxima, lucra ingentia, præſcripta denique pudicitię tẽpora coegerunt. Attollant mentis & corporis oculos, videant plebẽ pudoris, populum integritatis, conciliũ virginitatis. Non
C vittæ capiti decus, ſed ignobile velamen, vſui nobile caſtitatis: nõ exquiſita ſed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpurarũ inſignia, nõ luxus deliciarũ, ſed vſus ieiuniorũ: nõ priuilegia, nõ lucra: õnia poſtremo talia, vt reuocari ſtudia putes, dum exercentur officia. Sed dum exercetur officium, ſtudium prouocatur, ſuis caſtitas cumulatur diſpendijs. Non eſt virginitas quæ precio emitur, non virtutis ſtudio poſsidetur. Non eſt integritas quæcunque tanq̃ in auctione nummario ad tempus ſolicitatur compendio. Prima caſtitatis victoria eſt facultatum cupiditates vincere, quia lucri ſtudium tentamentũ pudoris eſt. Ponamus tamen ſubſidia largitatum conferenda virginibus, quæ Chriſtianis munera redundabunt, quòd tantas opes ſufficiet ærarium? Aut ſi arbitrantur ſolis Veſtalibus cõferẽdum, nõ pudet vt qui totum ſibi ſub Imperatoribus gentilibus vendicarunt, ỹdem ſub principibus Chriſtianis nõ putent nobis ſortem debere eſse communem? Sacerdotibus quoque ſuis & miniſtris queruntur alimenta publica nõ præberi. Quãtus hinc verborũ tumultus increpuit? At cõtra nobis etiã priuatæ ſucceſsionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo cõqueritur. Non enim putamus iniuriã, quia diſpendium non dole
D mus. Si priuilegium quærat ſacerdos, vt onus curiale declinet, patria atq; auita & omniũ facultatũ poſseſsione cedendum eſt. Quomodo hanc gentiles ſi haberent in grauarent querelã, quod ſacerdos ferias miniſterij ſui emat totius patrimonij ſui damno, & priuatus vniuerſæ commoditatis diſpẽdio vſum publici mercetur obſequij, prætendens communis ſalutis excubias, domeſticæ inopiæ ſe mercede ſolatur, quia miniſteriũ non vendidit, ſed gratiam cõparauit. Cõferte cauſas. Vos excuſare vultis decurionem, cũ eccleſiæ excuſare non liceat ſacerdotem. Scribuntur teſtamenta tẽplorũ miniſtris, nullus excipitur prophanus, nullus vltimæ cõditionis, nullus prodigus verecũdiæ: ſoli ex omnibus clerico cõmune ius clauditur, à quo ſolo pro omnibus votum cõmune ſuſcipitur, officium cõmune defertur: nulla legata vel grauium viduarũ, nulla donatio. Et vbi in moribus culpa nõ deprehenditur, tamen officio mulcta præſcribitur. Quod ſacerdotibus phani legauerit Chriſtiana vidua, valet: quod miniſtris dei, nõ valet. Quod ego non vt querar, ſed vt ſciãt quid nõ querar, cõprehẽdi. Malo enim vos pecunia minores eſse q̃ gratia. Sed refert ea quæ vel donata vel relicta ſunt eccleſiæ, non eſse temerata. Dicant & ipſi quis templis dona detraxerit, quod factum eſt Chriſtianis. Quæ ſi facta eſsent gentilibus, redderetur potius q̃ inferretur iniuria. Nunccine demum iuſtitia prætẽditur, æquitas poſtulatur? Vbi tũc erat iſta ſententia, cùm direptis Chriſtianorum omnium facultatibus, ipſos vitales anhelitus ſpiritus inuideE rent. & nullis vſquã negata defunctis inhiberent ſupremæ commercia ſepulturæ? Quos gentiles præcipitarũt, maria reddiderunt. Fidei iſta victoria eſt. quod & ipſi iam facta maiorum carpunt ſuorum: ſed quæ melioratio, vt eorum mẽnera petant, quorũ geſta condemnãt? Nemo tamẽ donaria delubris, & legata aruſpicibus de negauit: ſola ſublata ſunt prædia, quia non religioſe vtebantur ijs quæ religionis iure defenderent. Qui noſtro vtuntur exemplo, cur non vtebãtur officio. Nihil eccleſia ſibi niſi fidẽ poſsidet. Hos redditus præbet, hos fructus. Poſseſsio eccleſiæ ſumptus eſt egenorum. Numerent quos redemerint tẽpla captiuos, quæ contulerit alimenta pauperibus, quibus exulibus viuẽdi ſubſidia miniſtrauerint. Prædia igitur intercepta, nõ iura ſunt. En quod factũ, quod triſte piare nefas: fames, vt aiunt, publica vindicauit, quia vſui omnium proficere cœpit quod, ꝓficiebat cõmodis ſacerdotũ. Propterea ergo detractis, vt aiunt, arbuſta exuta corticibus ſucco miſerabili deficiẽtiũ ora lambebãt. Propterea Chaoniã frugẽ glande mutãtes rurſus in pecudũ paſtus, & ad infœlicis victus alimenta reuocati, cõcuſsa quærcu famem in ſiluis miſerã ſolabãtur. Noua videlicet prodigia terrarũ F quæ nunq̃ ante acciderãt, cùm ſuperſtitio gentilis toto orbe ferueret. Reuera quando ante vacuis auenis ſeges fallax auari vota luſit agricolæ, & ſpem ruſticæ plebis queſita ſulcis frugis herba deſtituit. Et vnde Græcis oracula habitæ ſuæ quærcus, niſi quia remedium ſilueſtris alimoniæ cæleſtis religionis donũ putarũt? Talia enim ſuorũ munera credũt deorũ. Quis Dodonæas arbores niſi gẽtiũ populus adoranit, cùm pabulũ triſte ſacri nemoris honore donaret? Non eſt veriſimile quod indignantes eorũ dijid ꝓ pœna intulerũt, quod ſolebãt placati cõferre pro munere. Quæ autem æquitas, vt paucis ſacerdotibus dolentes victum negatũ, ipſi omnibus denegarẽt, cũ inclementior eſset vindicta q̃ culpa? Nõ eſt igitur idonea quę tantam ægritudinem mundi fallentis cauſa conſtrinxerit, vt virẽtibus ſegetibus ſubita ſpes anni adulta moreretur. Et certe ante plurimos annos tẽplorum iura toto orbe ſublata ſunt. Modo ne demum dijs gentilium venit in mentem ſuas iniurias vltum ire? Propterea nec aſsueto curſu Nilus intumuit, vt vrbicorum ſacerdotum diſpendia vindicaret, qui nõ vindicauit ſuorũ? Eſto tamen ſi ſuperiore anno deorũ ſuorum

G iniurias vindicatas putant, cur præsenti anno cõtẽptui fuere? Iam enim nec herbarũ vulsis radicibus rusticana plebs pascitur, nec baccæ sylvestris explorat solatia, nec cibum de sentibus rapit, sed operum læta fœlicium dum messes suas & ipsa miratur, explevit votis satietate iciuniũ, vsurarios nobis reddidit terra prouẽtus. Quis ergo tam nouus humanis vsibus, vt vices stupeat annorum? & tamen etiam superiore anno plerásque nouim⁹ prouincias redundasse frugibus. De Gallijs quid loquar solito ditioribus? Frumentum Pannoniæ quod nõ seuerant vendiderunt, & fœcunda Rhetia fertilitatis suæ nouit inuidiam. Nam quæ solebat tutior esse ieiunio, fœcunditate hostem in se excitauit. Ligutiam Venetiásque autumni frumẽta pauerunt. Ergo nec ille sacrilegio annus exaruit, & iste fidei fructibus ãnus efloruit. Negent etiam quod largo fœtu vineæ redundauerint. Itaque & messem fœneratã recepimus, & liberalioris vindemiæ beneficia possidemus. Postremus supereſt & maximus locus, vtrũ ea quæ vobis profuerint Imperatores restituere subsidia debeatis. Ait enim, Vos defendant, à nobis colantur. Hoc est fidelissimi principes quod ferre non possumus, quia exprobrãt nobis vestro se nomine dijs suis supplicare, & vobis nõ mãdantibus sacrilegium immane cõmittunt, dissimulationẽ pro cõsensu interpretantes, Sibi habeant præsidia sua, suos si
H possunt, illa defendant. Nam si ijs à quibus colũtur, auxilio esse nõ possunt, quomodo possunt vos defendere, à quibus nõ colũtur? Sed maiorum, inquit, seruãdus est ritus. Quid quòd omnia postea in melius profecerunt? Mundus ipse qui vel primũ coactis elementorum per inane seminibus tenero orbe concreuerat, vel cõfuso adhuc indigesti operis caligabat horrore, nõne post ea distincto cœli, maris, terrarumq; discrimine, rerũ formas quibus speciosus videtur, accepit? Exutę humentibus tenebris nouum terræ stupuere solem. Dies in exordio non refulget, sed in processu tẽporis incremẽto luminis micat, & caloris exæstuat. Luna ipsa quæ prophẽticis oraculis species ecclesiæ figuratur, cũ primũ resurgens in mẽstruas reparatur ætates, tenebris noctis abscõditur, paulatimq; cornua sua complens, vel è regione solis absoluens, clari splẽdore fulgoris irrutilat. Exercerti in fructus terrę ante nesciebãt, post vbi imperare atuis solicitus cœpit agricola, & informe solũ vestire vinetis, sylvestres animos domesticis mollitæ cultibus exuerunt. Anni ipsius ætas prima, quæ nos vsu parili colorauit, nutu gignentiũ: sed in processu lapsuris floribus vernat, postremis adolescit fructibus. Nos quoque vti rudes sensus habemus infantiæ, sed mutati in ãnos
I igenij rudimenta deponimus. Dicãt igitur in suis omnia manere debuisse principijs, mundum tenebris obductum, quia splendore solis illuxerit, displicere. Et q̃to gratius est animi tenebras depulisse q̃ corporis, fideiq; iubar emicuisse q̃ solis? Ergo & mũdi sicut omniũ rerum, primæua viam mutarunt, vt venerabilis canæ fidei sequeretur senectus. Quos hoc mouet, reprehendãt messem, quia sera fœcunditas est. reprehendant vindemiam, quia in occasu anni est. reprehendant oliuam, quia postremus est fructus. Ergo & messis nostra fides animarũ est, ecclesiæ gratia, meritorũ vindemia est, quę ab ortu mundi virebat in sanctis, sed postrema ætate se diffudit in populos, vt aduerterent omnes non rudibus animis irrepsisse fidem Christi. Nulla enim sine aduersario corona victoriæ: sed exposa ea opinione quæ ãte conualuit, id quod erat verum, iure prælatum. Si ritus veteres delectabant, cur in alienos ritus eadem Roma successit? Omitto absconditam precio humum, & pastorales casas auro degeneri renitentes. Quid (vt de ipso respondeam quod queruntur) captarum simulacra vrbium, victósque deos, & peregrinos ritus sacrorum, alienæ superstitionis æmuli receperunt? Vnde igitur exemplum quod currus suos simulato Almonis in flumine lauat Cybele? Vnde Phrygij vates, & semper inuisa K
Romanis nõ æquæ Carthaginis numina? Quã cælestem Aphri mitrã, Persæ plerique Venerem colunt, ꝑ diuersitate nominis, nõ ꝑ numinis varietate. Sic deam esse & Victoriã crediderũt, quæ vtique munus est, nõ potestas. donatur, nõ dominatur, legionũ gratia, nõ religionum potẽtia. Magna igitur dea, quã militũ multitudo sibi vẽdicat, vel præliorũ donat cuẽtus. Huius arã strui in vrbis Romæ curia petunt, hoc est, quo plures cõueniunt Christiani. Oĩbus in tẽplis araę, ara etiã in tẽplo victoriã rũ, quãdo numero delectãtur, sacrificia sua vbique concelebrant. Quid est nisi insultare fidei, vnius araę sacrificiũ vendicare? Ferendũ ne istud, vt gentilis sacrificet, & Christianus interfit? Hauriãt oẽs, inquit, hauriãt vel inuiti fumũ oculis, symphoniã auribus, cinerẽ faucibus, thus naribus, & auertantiũ licet ora excitata focis nostris fauilla respgat. Nõ satis illis sunt lauacra, nõ porticus, nõ plateæ occupatæ simulacris. Etiã ne in cõi illo cõcilio nõ erit cõmunis cõditio? Obstringetur pia senatus portio obtestãtiũ vocibus, adiurantiũ sacramẽtis? Si refutet, videbitur mẽdaciũ prodere. si acquiescat, sacri legiũ cõfiteri. Vbi, inquit, in leges vestras & verba iurabimus? Ergo mensurã quæ legibus tenetur inclusa, cæremonijs gentium suffragiũ colligit, fidem stringit iam non solum præsentium, sed absentium etiã? Et quod est amplius, Imperatores, fides vestra pulsatur. Vos enĩ cogitis si iubetis. Cõstãtius Augustę memoriæ nõdum sacris initiatus mysterijs cõtaminari se putauit si aram illã videret. Iussit auferri, nõ iussit reponi. Illud auctoritatẽ facti habet, hoc præcepti nõ habet. Nemo sibi de absentia blandiatur, præsentior est qui se animis inserit q̃ qui oculis ꝓtestatur. Plus enim est mente connecti, q̃ corpore copulari. Vos senatus cogendi cõsilij præsules habet, vobis coit, vobis cõscientiã suã, nõ dijs gentium præstat, vos liberis suis nõ tamen fidei suæ perfert. Hæc est charitas expetẽda, hæc est charitas maior imperio, si fides tuta sit quæ seruat Imperiũ. Sed fortasse aliquẽ mo
M neat ita fidelissimum principem destitutũ: proinde qua si meritorum precium caducis æstimetur præsentium. Quis enim sapiens non in orbe quodam atque circuitu locata humanarum rerum nouit negocia, quia non eosdem semper successus habent, sed variant status, & mutant vices? Quem beatiorem Cneo Pompeio Roma na templa miserunt? At is cum tribus triumphis terrarum cinxisset orbẽ, pulsus acie, bello profugus, & sui terminis exul Imperij. Canopei manu spadonis occubuit. Quem nobiliorem Cyro Persarum totius Orientis terræ regem dederũt? Is quoque cũ principes potẽtissimos aduersantes vicisset, victos reseruasset, muliebribus armis fusus interijt. Et ille rex qui superatos etiam cõsessus honore donauerat, execto capite, & intra vtrẽ plenũ cruoris satiari iussus incluso, fœmineis imperijs ludibrio fuit. Adeo in istius vitæ curriculo nõ patia paribus, sed longè diuersa referũtur. Quẽ etiã magis sacrificijs deditum q̃ Carthaginensium ducem Hamilcarem reperimus? qui cũ toto prælij tẽpore inter acies positus dimicãtes sacrificiũ faceret, vbi partẽ suorũ victam esse cognouit, in ipsos quos adolebat se præcipitauit ignes, vt eos vel cruore suo restringueret, quos sibi nihil profuisse cognouerat. Nã de Iuliano * quid loquar? qui cũ responsis aruspicũ male credulus esset, ademit sibi subsidia reuertendi. Ergo in cõmuni casu non est cõmunis offensa. Neminẽ etenim promissa nostra luserunt. Respõdi lacessẽtibus tanq̃ nõ lacessitus. Refellendæ etenĩ relationis, nõ exponẽdæ supstitionis mihi studiũ fuit. Te tamen Imperator ipsa eorũ relatio faciat cautiorẽ. Nam cũ de supioribus principib⁹ texuisset, quia prior eorũ numerus cęremonias patrũ coluit, recẽtior nõ remouit, addidisset etiã, si exẽplũ religio veterũ nõ facit, faciat dissimulatio ꝓximorũ: euidẽter docuit quod & fidei tuæ debeas, vt gẽtilitij ritus nõ sequaris exẽplũ: & *Iulio.

A pietati, vt fratris statuta non violes. Si enim pro suis dũ taxat partibus eorum dissimulationem principũ prædicarunt, qui cum essent Christiani, decreta tamen gentilium minimè remouerunt, quãto magis amori debẽt deferre fraterno, vt qui dissimulare deberes, etiã si quid forsitan non probares, ne fraternis derogares statutis, & nunc teneas quod & fidei tuæ, & germanitatis necessitudini iudicas conuenire.

Diui Ambrosij ad Valentinianum Imperatorem, recusantis certare cum Auxentio Arriano in consistorio Imperatore iudicaturo, ex eo quòd in causa fidei Episcopi de laicis in ecclesia, & nõ laici de episcopis in cõsistorio debeant iudicare. Epistola XXXII.

CLEMENTISSIMO Imperatori & beatissimo Augusto Valẽtiniano Ambrosius Episcopus. Dalmatius me tribunus & notarius mandato, vt allegauit, clementiæ conuenit tuæ, postulans vt & ipse iudices eligerem, sicut elegisset Auxentius. Nec tamen expressit eorum nomina qui fuerant postulati, sed id addidit qđ in consistorio esset futura certatio arbitro pietatis iudicio tuæ. Cui rei respondeo, vt arbitror, cõpetenter. Nec
B quisquam cõtumacem iudicare me debet, cum hoc asseram quod Augustæ memoriæ pater tuus non solũ sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Hæc enim verba rescripti sunt: hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quinetiam si alias quoque argueretur episcopus, & morum esset examinanda causa. etiam hanc voluit ad episcopale iudicium pertinere. Quis igitur cõtumaciter respondet clementiæ tuæ? Ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem? Nisi forte vilis quibusdã tanti Imperatoris existimatur sententia, cuius & fides confessionis constantia comprobata est, & sapientia melioratæ reipublicæ profectibus prædicatur. Quando audisti clemẽtissime Imperator in causa fidei laicos de episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris simus immemores, & quod deus donauit mihi, hoc ipse alijs putem esse credendum? Si docen
C dus est episcopus à laico quid sequatur, laicus ergo disputet, & episcopus audiat, episcopus discat à laico. At certe si vel scripturarum seriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquam fidei episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de episcopis iudicare? Eris deo fauente etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc cẽsebis qualis ille episcopus fit qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus deo fauente vir maturioris æui dicebat, Non est meũ iudicare inter episcopos. Tua nunc dicit clementia, Ego debeo iudicare? Et ille baptizatus in Christo inhabilem se ponderi tãti putabat esse iudicij: clemẽtia tua, cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta seruãtur, arrogat de fide iudicium, cum fidei ipsius sacramenta nõ nouerit? Qualesautem elegerit iudices, possumus existimationi relinquere, quando eorum nomina timet prodere. Veniant plane si qui sunt ad ecclesiam, audiant cum populo, non vt quisquam iudex resideat, sed vnusquisque de suo affectu habeat examen, eligat quem sequatur. Agitur de istius ecclesiæ sacerdote. si audierit illum populus, & putauerit melius dispũtare, sequatur fidem eius. non inuidebo. Omitto quia iam ipse populus iudicauit: taceo quia eum quem habet, de patre tuæ clementiæ postulauit: taceo quia pater pietatis tuæ quietem futuram spopondit si electus susciperet sacerdotium. Hanc fidẽ secutus sum promissorum. Quod si de aliquorum peregrinorum assentatione se iactat, ibi sit episcopus, vnde sunt ij qui eum episcopatus putant nomine esse donandum. Nam ego nec episcopum noui, nec vnde sit scio. Vbi illud cõstituimus Imperator, quod iam ipse tuum D
iudicium declarasti, immo etiam dedisti leges, ne cui esset liberum aliud iudicare? Quod cũ præscripsisti alijs, præscripsisti & tibi. Leges enim Impator fert, quas primus ipse custodiat. Visne igitur experiar, vt incipiãt ij qui iudices eliguntur, aut aduersus tuam venire sententiam, aut certe excusare quod Imperatoris tam seuero, & tã districto imperio non potuerint obuiare? Sed hoc contumacis non modesti est sacerdotis. Ecce Imperator legem tuam iam ex parte rescindis, sed vtinam non ex parte, sed invniuersum. Legem enim tuam nollẽ esse supra dei legem. Dei lex nos docuit quid sequamur, humanæ leges hoc docere non possunt. Extorquere solent timidis commutationem, fidem inspirare non possunt. Quis erit igitur ille qui cũ legat per tot ꝓuincias vno momẽto esse mandatũ vt quicũq; obuiauerit Imperatori, feriatur gladio: quicunq; dei tẽplum non tradiderit, protinus occidatur: Quis inquã est qui possit vel vnus, vel inter paucos dicere Imperatori, lex tua mihi non probatur? Non permittitur hoc dicere sacerdotibus, permittitur laicis? Et iudicabit de fide, qui aut gratiam sperat, aut metuit offensam? Deinde ipse cõmittã vt eligam iudices laicos, qui cùm tenuerint fidei veritatem, aut proscribantur, aut necentur, quod lex de fide lata decernit? Ego igitur aut præuaricationi offeram homines, aut pœnæ? Non tanti est Ambrosius, vt propter se deijciat sacerdotium. Non tanti est vnius vita, quanti est dignitas omniũ sacerdotũ, quorum de cõsilio ista dictaui, intimantibus ne forte etiã gentilis esset aliquis
E aut Iudæus qui ab Auxentio esset electus, quibus traderemus de Christo triumphum, si de Christo iudicium committeremus. Quid illos aliud nisi Christi iniuriam audire delectat? Quid illis aliud potest placere, nisi (qã absit) vt Christi diuinitas denegetur? Cum ijs plane bene cõuenit Arriano, qui creaturã Christum dicit, quod etiam Gentiles ac Iudæi promptissimè cõfitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi synodo: meritóque concilium illud exhorreo, sequens tractatum concilij Niceni, à quo me nec mors nec gladius poterit separare. Quam fidem etiam parens clementiæ tuæ Theodosius beatissimus Imperator & sequitur, & probauit. Hanc fidẽ Galliæ tenent, hanc Hispaniæ, & cum pia diuini spiritus cõfessione custodiunt. Si tractandum est, tractare in ecclesia didici: quod maiores fecerunt mei. Si conferendum de fide, sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factũ est sub Constantino. Augustæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus. Factum est etiam sub Constantio Augustæ memorię Imperatore paternę dignitatis hęrede. Sed
F quod bene cœpit, aliter cõsummatum est. Nam episcopi synceram primo scripserãt fidẽ, sed dum volunt quidam de fide intra palatiũ iudicare, id egerũt, vt circunscriptionibus illa episcoporũ iudicia mutarentur. Qui tamen inflexam statim reuocauere sententiam. Et certe maior numerus Arimini Niceni cõcilij fidem ꝓbauit, Arriana decreta damnauit. Si ad synodũ prouocat Auxentius, vt de fide disputet: licet non sit necesse propter vnum tot episcopos fatigari, qui etiam si angelus de cælo esset, paci ecclesiarum non deberet præferri: cum audiero synodum congregari, & ipse nõ deero. Tolle igitur legem, si vis esse certamen. Venissem Imperator ad consistoriũ clementiæ tuæ vt hæc coram suggererem, si me vel episcopi vel populus permisissent, dicentes de fide in ecclesia coram populo debere tractari. Atq; vtinam Imperator nõ denunciasses vt quo vellem pergerem. Quotidie prodibã, nemo me asseruabat. Debuisti me quo volueras destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc mihi à sacerdotibus dicitur, Non multũ interest vtrũ volẽs relinquas, an tradas altare Christi. Cũ enĩ reliqueris, trades. Atq; vtinã liquido mihi pateret qđ Arrianis ecclesia minime traderetur: sponte me offerrẽ

G tuę pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiam de alijs omnibus inuadendis ecclesijs est præceptū? Vtinā cōfirmetur vt ecclesijs nullus molestus sit, optovt de me, qualis videtur, sententia proferatur. Dignanter igitur Imperator accipe quod ad consistorium venire non potui. Ego in consistorio nisi pro te stare non didici, & intra palatium certare non possum, qui palatij secreta nec quæro, nec noui. Ego Ambrosius episcopus hunc libellum obtuli clementissimo Imperatori, & beatissimo Augusto Valentiniano.

Diui Ambrosij in Auxentium de basilicis tradendis inuehentis, suósque ad constantiam atque tolerantiam exhortantis, oratio.

VIDEO vos præter solitum subitò esse turbatos, atque aseruantes mei. Miror quid hoc sit, nisi forte quia per tribunos me vidistis aut audistis Impiali mādato esse cōuētū vt quo vellē abirē hinc, & si qui vellent, sequēdi potestatē haberēt. Metuistis ergo ne ecclesiam desererē, & dū saluti meæ timeo, vos relinquerē? Sed quid & ipse mādauerim, potuistis aduertere, desererē ecclesiæ mihi voluntatē subesse nō posse, quia plus dominū mundi q̄ seculi huius Imperatorē timerē. Sane
H si me vis aliqua abduceret ab ecclesia, carnem meā exturbari posse, nō mentē. Paratum me esse vt si ille faceret quod solet esse regiæ potestatis, ego subirem quod sacerdotis esse consueuit. Quid ergo turbamini? Volens nunquā ius deseram, coactus repugnare non noui. Dolere potero, potero flere, potero gemere. aduersus arma, milites, Gotthos quoq; , lachrymæ meæ arma sunt. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Fugere autem, & relinquere ecclesiam non soleo, ne quis grauioris pœnæ metu factum interpretetur. Scitis & vos ipsi quòd imperatoribus soleā deferre, non cedere, suppliciis me libenter offerre, nec metuere quæ parātur. Vtinā essem securus q̄d ecclesia hæreticis minimè traderetur: ad palatium Imperatoris item libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, vt in palatio magis certarē q̄ in ecclesia. Sed in cō sistorio nō reus solet Christus esse, sed Iudex. Causam fidei in ecclesia agendam quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat. inclinatum iam vel imperatoris iudiciū, q̄d lata lege patefecit, quo impugnat fidem: vel sperata ambientium quorundam studia non requirat. Non cōmitto vt quisquā vendat iniuriam Christi. Circunfusi milites, armorū crepitus, quibus vallata est ecclesia, fidē nō terrēt meā, sed mentē exagitāt, ne dum me tenetis, pernicioſum aliquid vestræ oboriatur saluti. Ego enim iā
I didici nō timere, sed vobis timere plus cœpi. Sinite quę so vestrū sacerdotē congredi, habemus aduersariū qui
1.Pet.5. lacessit. Aduersarius enim noster diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quē deuoret, vt Apostolus dixit. Accepit sine dubio, accepit (non fallimur, sed admonemur) tentādi huiusmodi potestatem, ne forte corporis mei vulneribus possim à fidei intentione reuocari. Legitis & vos quia multis alijs tētauit sanctum Iob diabo-
Iob.1.&.2 lus: ad postremum potestatem huiusmodi petijt, & accepit, vt tentaret corpus eius: quod perfudit vlceribus. Cū esset propositum vt ecclesiæ vasa iam traderemus, hoc responsi reddidi, Me, si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris esset, libenter offerre: templo dei nihil posse decerpere: nec tradere illud quod custodiēdum nō tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse cōsultū, recedat à Christi iniuria. Hęc plena humilitatis sunt, &, vt arbitror, plena affectus eius quem Imperatori debet sacerdos. Sed quia lucta nobis est nō solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam (quod Ephe.6.
F grauius est) aduersus spiritualia nequitiæ, quæ sunt in cælestibus, tentator ille diabolus per ministros suos certamen auget, vulneribus corporis mei experiendum arbitratur. Scio fratres vulnera hæc quæ pro Christo exci pimus, nō esse vulnera quibus vita amittitur, sed propagatur. Sinite quæso esse certamen, spectatores vos esse decet. Considerate quia si quē habet ciuitas vel athletā, vel alterius nobilis artis peritū, optat offerre certamini. Cur in maioribus rebus repudiatis, quod vel in minoribus velle consuestis? Non metuit arma, non barbaros, qui mortē nō timet, qui nulla carnis voluptate retinetur. Certe si dominus huic nos certamini deputauit, frustra peruigiles tot noctibus & diebus custodias exhibetis. Implebitur Christi voluntas. Omnipotens enim noster est dominꝰ Iesus. hęc est fides nostra. Et ideo q̄d fieri mandat, implebitur, nec cōuenit vos diuinæ obuiare sententiæ. Audistis quod hodie lectum sit, Pullum fi- Lucæ.19.
bi asinæ saluator per apostolos iussit adduci, mādauitque vt si quis resisteret, diceretur, Dominus operam eiꝰ desiderat. Quid si & nunc pullum istum asinæ, hoc est animalis quod grauem sarcinam portare consuenit, sicut est humana conditio, cui dicitur, Venite ad me oēs Mat.11.
qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam, tollite iugū meū, quia leue est: Quid si inquā pullum istum
L ad se modo iussit adduci missis apostolis, illis qui iam exuti corpore incōprehensibilem oculis nostris angelorū speciem gerunt? Nonne si ab aliquo resistatur, dicent, Dominus operam eius desiderat? Si resistat vel vitæ huius cupiditas, si resistat caro & sanguis, si resistat conuersatio corporalis, quia aliquibus forsitan grati videmur: sed qui nos hic diligit, multo amplius diliget si
Philip.1. sinat fieri hostiam Christi: quia dissolui, & cū Christo esse, multo melius: etsi manere in carne, magis necessarium propter vos. Nihil est ergo quod vereamini fratres dilectissimi. Scio enim quia quicquid passus fuero, pro Christo patiar. Et legi quod eos timere nō debeam qui possunt carnē occidere. Et audiui dicentē: Qui per Matt.10.
diderit animā suam propter me, inueniet eam. Ergo si vult dominus, certū est quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina, quid veremini? Seruū Christi non custodia corporalis, sed domini prouidentia sepire cōsueuit. Turbati estis quia apertas reperistis geminas fores, quas captus oculis quidam dum hospitium propriū repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite quòd nihil suffragetur humana custodia. Ecce vnus qui videndi munus amisit, soluit vestra vniuersa munimina, & custodias lusit. Dominus autē suę misericordiæ custodiā nō amisit. Nōne ante biduū, vt memi
M nistis, etiam illud repertū est, quod à parte læua basilicæ ingressus quidā peruius fuit, quē putabatis clausum esse atq; munitum? Sepserunt nempe armati basilicam, explorabant hos atq; illos aditus. cæcitate perfusi sunt, vt quod apertū erat, videre nō possent. Itaq; per plurimas noctes q̄d apertū fuerit, non ignoratis. Desinite ergo solicitari: quia hoc erit quod Christus iubet, & hoc esse expedit. Denicq; exēpla vobis legis, pferā. Heliæus
4.Reg.6. quærebatur à rege Syriæ. missus erat exercitus qui eum caperet. circūuallatus erat vndiq. cœpit timere eius seruulus, quia seruulus erat, hoc est, nō erat liberæ mentis, & liberæ potestatis. Petiuit aperiri eius oculos sanctꝰ prapheta, & ait, Respice, & vide quāto plures sint pro nobis, q̄ contra nos. Et respexit, & vidit angelorum milia. Aduertitis igitur quod seruulos Christi ij magis custodiant qui non videntur, quàm qui videntur. Sed & illi si custodiunt, vestris custodiūt orationibus aduocati. Legistis nēpe eosipsos qui Heliæum quærebant, ingressos esse Samariā ad eumipsum quem capere gestiebant, cui nō solum nō potuerunt nocere, sed ipsius aduersus quē venerāt, intercessione seruati sunt. Petrus quoq; apostolus vtriusque rei vobis edat exemplum. Nam vbi eum

Actu.12. Herodes quæsiuit & cepit, recepit in carcerē. Nō enim
A recesserat dei seruulus, sed steterat timoris ignarus. Orabat pro eo ecclesia, sed apostolus in carcere quiescebat, quod est indicium non timentis. Musus est angelus qui dormientem excitaret, per quē Petrus productus è carcere, mortē ad tempus euasit. Idem Petrus postea vicio Simone cum præcepta dei populo seminaret, doceret castimoniam, excitauit animos gentiliū: quibus eū quærētibus Christianæ animæ deprædatæ sunt vt pauliſper cederet. Et quāuis esset cupidus passionis, tamē contemplatione populi precantis inflexus est. Rogabatur enim vt ad institutendum & confirmandū populum se reseruaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit, & videns sibi in porta Christum occurrere, vrbemq; ingredi, ait: Domine, quo venis? Respōdit Christus: Venio iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinū pertinere responsum. Christus enim nō poterat iterum crucifigi, qui carnem passione susceptæ mortis exuerat. Quòd enim mortuus est, mortuus est semel: quòd autē viuit, viuit deo. Intellexit ergo Petrus quòd iterum Christus crucifigendus esset in seruulo. Itaque sponte remeauit, interrogantibus Christianis responsum reddidit, statimq; correptus, per crucē suam honorificauit dominū Iesum. Videtis igitur quod in seruu-
B lis suis pati velit Christus. Quid si & huic seruulo dicit: Illum volo sic manere, tu autem me sequere: & de hac arbore gustare vult fructum? Nam si illius cibus erat vt faceret voluntatem patris, idem cibus illius est vt nostris passionibꝰ epuletur. Nōne, vt de ipso domino sumamus exemplum, quando voluit, passus est: & cum quæreretur, inuentus est? Quando autem hora nō venerat passionis, per medium quærentium transibat, & videntes eum tenere non poterant. Quo vtique euidēter ostendit quia quādo dominus vult, vnusquisq; inuenitur & capitur. Quando autem differt, etiam si quærentium manibus occurrat & oculis, nō tenetur. Ego ipse non quotidie vel visitandi gratia prodibam, vel pergebam ad martyres? Non regiam palatii prętexebā eundo atq; redeundo? Et tamē nemo me tenuit, cum exturbādi me haberent, vt prodiderunt postea, voluntatem dicentes, Exi de ciuitate, & vade quo vis. Expectabam fateor magnum aliquid, aut gladium pro Christi nomine, aut incendium. At illi delicias mihi pro passionibus obtulerunt, sed athleta Christi nō delicias sed passiōes suas exigit. Nemo ergo vos turbet quòd aut carrū præparauerāt, aut dura, vt videbatur sibi, Auxētii ipsius qui
C se dicit Episcopū, ore iactata. Plericq; narrabant percussores præmissos, pœnam mortis esse decretā: nec illa timeo, & ista nō desero. Quo enim abibo, vbi nō omnia plena gemitus sint atq; lachrymarum, quādo per ecclesias iubentur eiici catholici sacerdotes, resistētes gladio feriri, curiales proscribi, omnes nisi mandatū impleuerint? Et hæc episcopi manu scripta, & ore dictata, qui se vt probaret doctissimum, vetus nō omisit exemplum.
Leginus enim in propheta quod viderit falcē volan-
2.Cor.11. tem. Hanc imitatus Auxentius gladium volantem per omnes vrbes direxit. Et Satanas transfigurat se in angelum lucis, & in malū imitatur eius potentiam. Tu domine Iesu vno momento mundum redemisti. Auxentius vno momento tot populos, quod in ipso est, trucidabit, alios gladio, alios sacrilegio. Meā basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus. Cui bene præ
Psal.49. sens respondit lectio: Peccatori autē dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? id est, non cōuenit paci & furori, non conuenit Christo & Belial. Meminisstis etiam
3.Reg.21. quod lectū est hodie, Nabuthe sanctū virum possessorē vineæ suæ interpellatū petitione regia vt vineam suam daret, vbi rex succisis vitibus olus vile sereret, eumq; respondisse, Absit vt ego patrum meorū tradam hæreditatem. Regem cōtristatum esse quòd sibi esset alienū ius relatione iusta negatum, sed muliebri consilio decep-

tum. Nabuthe vites suas vel proprio cruore defendit. D
Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus ecclesiā Christi? Quid igitur à me responsum est cōtumaciter? Dixi enim conuentus: Absit à me vt tradā Christi hæreditatem. Si ille patrum hæreditatem non tradidit, ego tradam Christi hæreditatē? Sed & hoc addidi. Absit vt tradam hæreditatem patrum, hoc est hęreditatem Dionysi qui in exilio in causa fidei defunctus est, hæreditatem Eustorgii confessoris, hæreditatem Myroclis, atq; omnium retro fideliū episcoporum. Respōdi ego quod sacerdotis est: quod imperatoris est, faciat imperator. Prius est vt animam mihi quàm fidem auferat. Ac cui tradam, presens lectio euangelii docere nos debet, quid petatur, à quibꝰ petatur. Audistis nēpe legi quòd cùm Christus super pullū asinæ sederet, clamabant pueruli, & molestē ferebant Iudæi. Deniq; interpellauerunt do- Lucæ.19.
minum Iesum dicētes vt faceret eos tacere. respōdit: Si hi tacebunt, lapides clamabunt. Deinde ingressus templum, eiecit nūmularios, & cathedras, & columbas vendētes in templo dei. Lectio nempe ista nulla nostra dispositione recitata est, sed casu, quæ præsentibus bene aptatur temporibus. Semper ergo Christi laudes verbera perfidorum sunt. Et nunc cùm laudatur Christus, dicunt hæretici quia seditio commouetur, dicūt hæretici quia his mors paratur. & verè mortē habet in laudibus E
Christi. Quomodo enim laudes eius ferre possūt, cuius infirmitatē prædicant? Itaq; & hodie cū laudatur Christus, Arrianorū amentia verberatur. Gerasseni præsentiam Christi ferre non poterant, isti peiores Gerasenis nec laudationem Christi sustinere possunt. Vidēt pueros Christi gloriam concinētes, quia scriptū est: Ex ore Psal.8.
infantium & lactentiū perfecisti laudem. irridentistam ætatulam fidei plenam, cùm dicunt: Ecce quid clamant? Luc.19.
Sed respondit iis Christus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt. hoc est, fortiores clamabunt, clamabunt & iuuenes, clambunt & matriores, clamabunt & senes, isti lapides ad illum iam solidati lapidem de quo scriptum
Psal.117. est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. His igitur laudationibus inuitatus templum suum Christus ingreditur, & flagellum prehendit, & eiicit de templo nūmularios. Non patitur enim in suo tēplo pecuniæ esse vernaculos, non patitur in suo tēplo esse eos qui vendant cathedras. Quid sunt cathedræ, nisi honores? Quid sunt columbæ nisi simplices mentes vel animæ fidem candidam & puram sequentes? Ego ergo inducam in templum quem Christus ex- F
cludit? Iubetur enim exire qui dignitates vendit & honores. Iubetur enim exire qui vēdere vult simplices mētes fideliū. Ergo Auxētius eiicitur, Mercurinus excluditur. Vnum portentum est, & duo nomina. Etenim ne cognosceretur quis esset, mutauit sibi vocabulum: vt quia hic fuerat Auxentius episcopus Arrianus, ad decipiendam plebem quā ille tenuerat, se vocaret Mercurium. Mutauit ergo vocabulum, sed perfidiam nō mutauit. Exuit lupū, & induit lupum. Nihil prodest quod mutauit nomen, quid sit agnoscitur. Alius in Scythiæ partibꝰ dicebatur, alius hic vocatur. nomina pro regionibus habet. Habet ergo iam duo nomina: & si hinc alio perrexerit, habebit & tertiū. Quomodo enim patietur vt maneat ei vocabulum ad tanti sceleris iudicium? Minora fecit in Scythia, & ita erubuit vt mutaret vocabulum, sceleratiora hic ausus est, & volet, quocunque perrexerit, nomine suo prodi tantorū populorū sanguinem? Manu sua scribet, & poterit consistere animo? Paucos excludebat dominus Iesus de templo suo, Auxentius nullum reliquit. De templo suo Iesus flagello eiicit, Auxentius gladio. Iesus flagello, Mercurinus securi. Pius dominus flagello exturbat sacrilegos, nequa persequitur pios ferro. De quo bene dixistis hodie: Leges suas secum ferat. Feret etiam si nolit, feret conscientiam suam. Et si non fert chartulam, feret sanguine in-

G ſcriptam animā ſuam, etſi atramento inſcriptā epiſtolam nō feret. Scripta eſt Iuda culpa tua graphio ferreo
Hiere.17. & vngue adamantino, & ſcripta in pectore tuo, hoc eſt ibi ſcripta vnde proceſsit. Is mihi etiam audet mentionem facere tractādi, plenus ſanguinis, plenus cruoris? Qui quos non potuerit ſermone decipere, eos gladio putat eſse feriēdos, cruentas leges ore dictās, manu ſcribens, & putans quod lex fidem poſsit hominibus impe
Galat.2. rare. Nō audiuit & id quod hodie dictū eſt: Quoniam non iuſtificatur homo ex operibus legis? Aut, Per legē legi mortuus ſum, vt deo viuam? id eſt, per legem ſpiritualē interpretatione legis eſt mortuus corporali. Et nos p legē domini noſtri Ieſu Chriſti moriamur huic legi, quæ ſancit decreta perfidiæ. Nō lex eccleſiam con
Roma.1. gregauit, ſed fides Chriſti. Lex enim non eſt ex fide, iuſtus autem ex fide viuit. Iuſtū ergo fides non lex facit, quia nō eſt per legē iuſtitia, ſed per fidem Chriſti. Qui autem fidem repudiat, & legis iura præſcribit, ipſe ſe te ſtatur iniuſtum, quia iuſtus ex fide viuit. Hanc ergo legem quiſq; ſequatur qua firmatur Arimineſe conciliū,
Galat:4. in qua creatura dictus eſt Chriſtus? Sed aiunt: Miſit deus filium ſuum factū ex muliere, factum ſub lege. Ergo factum legunt, hoc eſt creatum. Nōne hoc ipſum cōſiderāt quod propoſuerunt, quia factus dicitur Chriſtꝰ, ſed ex muliere, hoc eſt, ſecundū partum virginis factꝰ
Galat.3. eſt, qui ſecundum diuinam generationē ex patre natus eſt? Legerunt & hodie quia Chriſtus nos redemit de
H maledicto legis, factus pro nobis maledictū. Nunquid maledictū Chriſtus ſecundū diuinitatē eſt? Sed quare maledictū dicatur, Apoſtolus te docet dicens, quia ſcri
Deut.21. ptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Hoc eſt, qui in carne ſua noſtrā carnē, in ſuo corpe noſtras infirmitates & noſtra maledicta ſuſcepit, vt crucifigeret. Nō enim ille maledictus, ſed in te maledictus. De-
2.Cor.5. nique habes alibi: Qui peccatū non cognouit, ſed pro nobis peccatū factus eſt: quia noſtra peccata ſuſcepit, vt ſacramento ſuæ paſsionis aboleret. Hæc ego fratres coram ipſo apud vos plenius diſputarē, ſed certus nō ignaros vos eſse fidei, veſtrum refugit examen, & gentiles quoſdā quatuor aut quinque ferme hoſes eligit cognitores ſibi, ſi tamen aliquos elegit, quos vellē adeſse in cœtu omniū, non vt de Chriſto iudicēt, ſed vt maieſtatem audiant Chriſti. Tamen illi iam de Auxentio p nunciauerunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ maior eius condemnatio, q̄ quod ſine aduerſario apud iudices ſuos victus eſt? Ergo & ipſorum ſenten-
1.Cor.6. tiam contra Auxentium iam tenemus: & quod gentes elegit, iure damnandus eſt, quia Apoſtoli præcepta di-
I miſit, cum Apoſtolus dicat: Audet aliquis veſtrum aduerſus alterū habēs negocium, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? Aut neſcitis quoniā ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et infra ait: Sic nō eſt inter vos ſapiens quiſq̄ qui poſsit iudicare iter fratres, ſed frater cū fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Vides quia quod ille obtulit, contra auctoritatē apoſtoli fit? Vos eligite vtrum Auxentium, an Paulum ſequi debea mus magiſtrum. Sed quid dicam de Apoſtolo, cùm ipſe
Eſa.31. dominus clamet per prophetā: Audite me populꝰ meus qui ſcitis iudiciū, quorū i corde lex mea eſt. Deꝰ dicit, Audite me populꝰ meus, qui ſcitis iudiciū: Auxentius dicit, Neſcitis iudiciū. Videtis quia iā deū contemnit in vobis, qui ſententiā cæleſtis refutat oraculi. Audite me, inquit, populus meꝰ, dicit dominus. Nō dicit audite gētes, nō dicit audite Iudei. Iam enim non populus dei qui fuerat, populus erroris eſt factus. Et qui populus erroris erat, populus dei eſse cœpit, quia in Chriſtum credi
2.Cor.3. dit. Iſte ergo populus iudicat, cuius in corde lex diuina eſt, non humana, lex nō atramento ſcripta, ſed ſpiritu dei viui non in charta exarata, ſed in corde ſignata: lex gratiæ, non cruoris. Quis igitur vobis iniuriam facit, qui recuſat veſtram, an qui eligit audientiam? Conclu-

ſus vndiq; ad verſutiam patrū ſuorū confugit, de impe K
ratore vult inuidiam cōmouere, dicēs iudicare debere adoleſcētem catechumenum ſacræ lectionis ignarū, & in cōſiſtorio iudicare. Quaſi vero ſuperiore āno quando ad palatium ſuum petitus, cum præſentibus primatibus ante conſiſtorium tractaretur, cū imperator baſilicam vellet eripere, ego tūc aulæ tontēplatione regalis infractus ſim, conſtantiam nō tenuerim ſacerdotis, aut iminuto iure diſceſserim. Nonne meminerūt quod vbi me cognouit populos palatium petiſse, ita irruit, vt vim eius ferre nō poſsent, quādo comiti militari cū expeditis ad fugandam multitudinem egreſso obtulerunt omnes ſe neci pro fide Chriſti? Non tunc rogatus ſum vt populum multo ſermone mulcerem? Sponderem fidem quòd baſilicam eccleſiæ nullus inuaderet? Et cùm pro beneficio meum ſit officium poſtulatū, tamen quòd populus ad palatium veniſset, mihi inuidia commota eſt. In hāc igitur inuidiam me redire deſiderant: reuocaui populum, & tamen inuidiam non euaſi: quam quidem inuidiam ego temperādam arbitror, nō timendam. Quid enim timeamus pro Chriſti nomine? niſi forte illud mouere me debet quod aiunt, Ergo nō debet imperator vnam baſilicā accipere ad quam procedat: & plus vult Ambroſiꝰ poſse q̄ imperator, vt imperatori prodeundi facultatem neget? Quod cū dicūt, apprehēdere ſermones noſtros geſtiūt, ſicut Iudæi qui L
Chriſtū verſuto ſermone tentabāt dicentes: Magiſter Mat.22.
licet tributum dare Cæſari, aut non? Semper ne de Cæſare ſeruulis dei inuidia commouetur? Et hoc ad calūniam ſibi arceſsit impietas, vt imperiale nomen obtendat? Et iſti poſsunt dicere quòd eorū nō habeāt ſacrilegium, quorum imitantur magiſterium? Et tamen videte quanto peiores Arriani ſunt q̄ Iudæi. Illi quærebant vtrum ſoluendū putarent Cæſari ius tributi, iſti imperatori volunt date ius eccleſiæ. Sed vt perfidi ſuum ſequūtur authorem, ita & nos quæ nos domin9 & author noſter docuit, reſpondeamus. Conſiderans enim Ieſus dolum Iudæorum dixit ad eos: Quid me tentatis? oſtendite mihi denarium. Et cum dediſsent, dixit: Cuius ima Ibidem.
ginē habet & inſcriptionē? Reſpōdentes dixerunt Cæſaris. Et ait illis Ieſus: Reddite que ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo. Ergo & ego dico illis qui mihi obiici unt, Oſtendite mihi denarium. Ieſus Cæſaris denarium vidit, & ait: Reddite Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & quæ dei ſunt deo. Nunquid de eccleſiæ baſilicis occupandis poſ ſunt denarium offerre Cæſari? Sed in eccleſia vnā ima M
ginem noui, hoc eſt, imaginem dei inuiſibilis, de qua di Gen.1.
xit deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Illam imaginem de qua ſcriptum eſt: Heb.1.
Quia Chriſtus ſplendor gloriæ, & imago ſubſtantiæ eius. In iſta imagine patrem cerno, ſicut dixit ipſe domi Iohā.14.
nus Ieſus: Qui me videt, videt & patrem. Non enim hęc imago à patre eſt ſeparata, quæ vnitatem me docuit tri- Ibidē.10.
nitatis, dicens: Ego & pater vnum ſumus. Et infra: Om- Ibidē.16.
nia quæcunq; habet pater, mea ſunt. Et de ſpiritu ſancto dicens quia ſpiritus Chriſti ſit, & de Chriſto acce- Ibidem.
pit, ſicut ſcriptum eſt: Ille de meo accipiet, & annuncia bit vobis. Quid igitur non humiliter reſponſum à nobis eſt? Si tributum petit, non negamus. Agri eccleſiæ ſoluunt tributum. Si agros deſiderat imperator, poteſtatem habet vendicandorum, nemo noſtrum interuenit. Poteſt pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris inuidiam, tollant eos ſi libitum eſt. Imperatori non dono, ſed non nego. Aurum quærunt, poſſum dicere: Argētum & aurū non quæro. Sed inuidiam faciunt quia aurū erogatur, nec ego hanc inuidiam per horreſco. Habeo ærarios. Aerarii mei pauperes Chriſti ſunt. Hunc noui congregare theſaurum. Vtinam hoc mihi ſemper crimen adſcribant, quia aurū pauperibus erogatur. Quòd ſi obiiciunt quòd defenſionē ab iis requiram, non nego, ſed etiam ambio. habeo defenſionē,

A ſed in orationibus pauperum. Cæci illi, & claudi, debiles & ſenes, robuſtis bellatoribus fortiores ſunt. Deniq; munera pauperum deum obligant, quia ſcriptum eſt:
Prou. 19. Qui largitur pauperi deo fœnerat. Præſidia bellatorū diuinam ſæpe gratiam non merentur. Hymnorū quoq; meorū carminibus deceptū populum ferūt. Plane nec hoc abnuo. Grāde carmē iſtud eſt, quo nihil potentius Quid enim potentius q̄ confeſsio trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes ſtudent fidem fateri, patrē & filiū & ſpiritū ſanctū norūt verſibus prædicare, Facti ſunt igitur omnes magiſtri, qui vix poterant eſse diſcipuli. Quid igitur obaudientius poteſt eſse q̄ vt Chriſti ſequamur exēplū, qui ſpecie
Philip. 2. inuentus vt homo humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem? Deniq; omnes per obedientiam
Roma. 5. liberauit. Sicut enim per inobedientiā vnius hominis peccatores conſtituti ſunt plurimi, ita & per vnius obedientiā iuſti conſtituentur multi. Si ergo ille obediens, accipiant obedientiæ magiſteriū, cui nos inhæremus, dicentes iis qui nobis de imperatore inuidiam faciunt: Soluimus quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo Tributū Cæſaris eſt, non negatur. Eccleſia dei eſt, Cæſari vtiq; non debet addici, quia ius Cæſaris eſse nō poteſt dei templum. Quod cū honorificētia imperatoris
B nemo dictū poteſt negare. Quid enim honorificentius, q̄ vt imperator eccleſiæ filius eſse dicatur? Quod cū dicitur ſine peccato dicitur, cū gratia dicitur. Imperator enim bonus intra eccleſiam, non ſupra eccleſiā eſt. Bonus enim imperator quærit auxiliū eccleſiæ nō refutat. Hæc vt humiliter dicimus, ita conſtanter exponimus. Sed incendia aliqui, gladiū, deportationem minantur.
Pſalm. 63 Didicimus Chriſti ſeruuli nō timere. Non timentibus nunq̄ eſt grauis terror. Deniq; ſcriptū eſt: Sagittæ infantium factæ ſunt plagæ eorum. Satis igitur propoſitis reſponſum videtur. Nunc illos interrogo quod Saluator
Lucæ.20. interrogauit: Baptiſmū Ioannis de cælo eſt, an ex hominibus? Et non potuerunt reſpondere ei Iudæi. Si baptiſmum Ioannis non ſoluerūt Iudæi, Auxentius ſoluit baptiſmum Chriſti? Non enim iſtud ex hominibus eſt baptiſmū, ſed de cælo, quod detulit nobis conſilii magni angelus, vt iuſtificemur deo. Cur igitur rebaptizandos Auxentius fideles populos putat baptizatos in nomine trinitatis, cum Apoſtolus dicat: Vna fides, vnū
Ephe. 4. baptiſma? Et ſe hominum dicit aduerſarium eſse, non Chriſti, cum conſilium dei ſpernat, & condemnet baptiſmum, & quod Chriſtus nobis ad redimenda noſtra
C peccata donauit.

Diui Ambroſii ad Marcellinam ſororē ſuam, referentis illi quid in cauſa dę Baſilicis tradendis actū ſit, & in quo ſtatu res ipſa nunc conſiſtat,

Epiſtola. XXXIII.

QVONIAM omnibus epiſtolis ferè ſolicite quæris de eccleſia, accipe quid agatur. Poſtridie q̄ accepi literas tuas quibꝰ ſigni ficaueras qd̄te exagitarēt ſomnia tua, molles inquietudinum grauiū cœpit moueri. Nec iā portiana, hoc eſt, extramurana Baſilica petebatur, ſed Baſilica noua, hoc eſt intramurana, quæ maior eſt. Cōuenerūt me primo principes virtutū, viri comites cōſiſtoriani, vt & Baſilicā traderē, & procurarē ne quid populus turbarū moueret. Reſpōdi quod erat ordinis, templū dei tradi à ſacerdote non poſse. Acclamatum eſt ſequēti die in eccleſia, etiam præfectus eo venit cœpit ſuadere vt Baſilica portiana cederemꝰ. Populus reclamauit. Ita tunc diſceſsum eſt, vt intimaturū ſe imperatori diceret. Sequēti die, erat autē dominica, poſt lectiones atque tractatū dimiſsis catechumenis ſymbolū aliquibus cōpetentibus in baptiſteriis tradebam Baſilicæ. Illic nunciatū eſt mihi cōperto, quod ad portianam Baſilicā de palatio decanos miſiſsent, & vela ſuſ-

penderēt, populi partem eo pergere. Ego tamen manſi D
in munere, miſsam facere cœpi. Dum offero, raptū cognoui à populo Caſtulum quendam quem preſbyterū dicerent Arriani. Hunc autem in platea offenderant tranſeuntes. Amariſsime flere, & orare in ipſa oblatione deum cœpi, vt ſubueniret, nec huius ſanguis in cauſa eccleſiæ fieret, certe vt meus ſanguis pro ſalute nō ſolum populi ſed etiā pro ipſis impiis effunderetur. Quid multa? Miſsis preſbyteris & diaconibus eripui iniuriæ virum. Condēnationes illico grauiſsimæ decernūtur, primo in corpus omne mercatorū. Itaq; ſanctis diebus hebdomadis vltimæ quibus ſolebāt debitorum laxari vinculo ſtridūt catenæ. imponuntur collo innocentiū, exigūtur ducēta pondo auri intra totum triduū. Reſpōdent aliqui ſe tantum aut duplū ſi peterentur daturos, dummodo ſeruarent fidem. Erant pleni carceres negociatoribus. Palatina omnia officia, hoc eſt memoriales agentes in rebus, apparitores diuerſorū comitum temperare à proceſsu iubētur ſpecie qua ſeditioni intereſſe prohibebantur, honoratis multa minabantur grauiſsima niſi Baſilicam traderent. Feruebat perſecutio: ac ſi aperuiſsēt portā, prorupturi in omne facinus videbantur. Conuenior ipſe à comitibus & tribunis vt Baſilicæ fieret matura traditio, dicētibus imperatorem iure ſuo vti, eò quòd in poteſtate eius eſsent omnia. Reſpondi, E
ſi à me peteret quod meū eſset, id eſt fundū meū, argentum meum, ius huiuſmodi meum me non refragaturū quàmq̄ omnia quæ mea ſunt, eſsent pauperum. Verū ea quæ diuina, imperatoriæ poteſtati non eſse ſubiecta. Si patrimonium petitur, inuadite: ſi corpus, occurram. Vultis in vincula rapere? vultis in mortē? voluptati eſt mihi. Non ego me vallabo circunfuſione populorum, nec altaria tenebo vitā obſecrās, ſed pro altaribus gratius immolabor. Horrebam quippe animo cum armatos ad Baſilicam eccleſiæ occupandam miſsos cognoſcerem, ne dum Baſilicam vēdicāt, aliqua ſtrages fieret quæ in perniciem totius vergeret ciuitatis. Orabam ne tante vrbis vel totius Italiæ buſto ſuperuiuerem. Deteſtabar inuidiam fundendi cruoris, offerebam iugulum meum. Aderant Gotthi tribuni, adoriebar eos dicens: Propterea vos poſseſsio Romana ſuſcepit, vt perturbationis publicæ vos præbeatis miniſtros? Quo tranſibitis ſi hæc deleta fuerint? Exigebatur à me vt compeſcerem populum. Referebam in meo iure eſse vt nō excitarem, in dei manu vt mitigaret. Poſtremo ſi me incentorem putarēt, iam in me vindicari oportere, vel abduci me in quas vellent terarū ſolitudines. His dictis illi F
abierunt, ego in baſilica veteri totum exegi diem, inde, domum cubitū me recepi, vt ſi quis abducere vellet, inueniret paratum. Ante lucem vbi pedem limine extuli, circūfuſo milite occupatur baſilica. Idq; à militibus imperatori mādatū dicitur, vt ſi prodire vellet, haberet copiam, ſe tamen præſto futuros ſi viderent eum cum catholicis conuenire. Alioquin ſe ad eum cœtū quē Ambroſius cogeret, tranſituros. Prodire de Arrianis nullus audebat, quia nec quiſq̄ de ciuibꝰ erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gotthi. Quibus vt olim plauſtro ſedes erat, ita nunc plauſtrum eccleſia eſt. Quocunque fœmina iſta proceſserit ſecū ſuos omnes cœtus vehit. Circunfuſam baſilicā eſse gemitu populi intellexi, ſed dum legūtur lectiones intimatur mihi plenā populi eſſe baſilicam etiam nouā, maiorem videri plebem q̄ omnes cum eſsent liberi: lectorem efflagitari. Quid plura? Milites ipſi qui videbantur occupaſse baſilicam, cognito quòd præcepiſsem vt abſtinerētur à cōmunionis cōſortio, ad conuētum hunc noſtrū venire cœperunt. Quibus viſis turbantur mulierū animi proripit ſeuna. Ipſi tamē milites ſe ad orationē veniſse, nō ad præliū loquebantur. Clamauit aliqua populus. q̄ moderate, q̄ cōſtanter, q̄ fideliter poſcebat vt ad illam pergeremus baſilicā. In illa quoq; baſilica fertur quod populꝰ præſen

G tiam flagitabat meam. Tunc ego hũc adorsus sermonem sum: Audistis filii librũ legi Iob, qui soleni & munere est decursus, & tempore. Sciuit & vsu hunc librũ etiam diabolus intimandum, quo virtus omnis suæ tẽtationis aperitur & ꝓditur. Et ideo se hodie motu maiore cõcussit. Sed gratias deo nostro, qui nos ita firmauit fide atq; patientia. Vnum Iob miraturus ascenderam, omnes Iob quos mirarer inueni. In singulis vobis Iob reuixit, in singulis sancti illius patiẽtia & virtus refulsit. Quid enim præsentius dici potuit à Christianis viris, q̃ id quod hodie in vobis spiritus sanctus est locutus? Rogamus Auguste, non pugnamus. Non timem⁹, sed rogamus. Hoc Christianos decet, vt & tranquillitas pacis optetur & fidei, veritatisq; cõstantia, nec mortis reuocetur periculo. Est enim præsul dominꝰ, qui saluos faciet sperantes in se. Sed veniamus ad propositas lectiones. Videtis diabolo tentandi licẽtiam dari, vt boni probentur. Inuidet inimicus bonis profectibus, tẽtat diuersis modis. Tentauit sanctum Iob in patrimonio, tentauit in filiis, tẽtauit in dolore corporis. Fortior in suo corpore tẽtatur, infirmior in alieno. Et mihi meas diuitias quas in vobis habeo, volebat auferre, & hoc tranquillitatis vestræ patrimonium dissipare cupiebat.

H Vos quoq; ipsos mihi bonos filios gestiebat eripere, ꝑ quibus ego quotidie instauro sacrificium. Vos ruinis quibusdã publicę perturbationis conabatur inuoluere. Duo igitur iam genera tentationis excepi. Et fortasse quia infirmiorem me dominus deus nouit, adhuc in corpus meum non dedit potestatem. Et si ipse cupiam & si offeram, adhuc me fortasse huic certamini imparẽ iudicat, & diuersis exercet laborib⁹. Nec Iob ab isto cœpit certamine, sed in hoc cõsummauit. Tẽtatus est autẽ Iob nũciis coaceruatis malorum, tentatus est etiam per
Iob. 2. mulierem, quæ ait: Dic aliquod verbũ in deum, & morere. Videtis quãta subito moueãtur. Gotthi, arma, gentiles, mulcta mercatorum, pœna sanctorum. Aduertitis quid iubeatur cùm mandatur: Trade basilicã, hoc est, dic aliquod verbũ in deum, & morere. Nec solũ dic aduersum deum, sed etiam fac aduersus deum. Mandatur, Trade altaria dei. Vrgemur igitur præceptis regalibus, sed confirmamur scripturæ sermonibus: quæ respondit: Tanq̃ vna ex insipientibus locuta es. Non mediocris igitur ista tentatio. Nanque asperiores tẽtationes has esse cognouimus, quæ fiunt per mulieres. Denique per Euam etiã Adam supplantatus est: eoq; factũ est vt à mandatis cælestibus deuiare. Quo errore cognito, prævaricatricis conscientiæ reus latere cupiebat,
Gene. 3 sed latere nõ poterat, & ideo ait ei deus: Adam, vbi es?
I Hoc est, quid eras ante? vbi nunc esse cœpisti? vbi te cõstitueram? quo ipse transgressus es? Agnoscis esse te nudum, quia bonæ indumenta fidei perdidisti. Folia sunt ista quibus nunc velare te quæris. Repudiasti fructum, sub foliis legis latere cupis, sed proderis. Recedere à domino deo tuo propter vnã mulierẽ desiderasti, propter ea fugis quem videre quærebas. Cũ vna muliere te abscondere maluisti, relinquere speculum mundi incolatum paradisi, gratiam Christi. Quid dicã quòd etiam
3. Re. 19. Heliam Iezabel cruenta persecuta est? quòd Ioannẽ Ba
Matt. 14. ptistã Herodias fecit occidi? Singulæ tamen singulos. Mihi quo minora longe merita, eo tentamenta grauiora. Virtus infirmior, sed plus periculi. Succedunt sibi mulierum vices, alternantur odia, commenta variãtur, seniores conueniuntur, prætexitur regis iniuria. Quæ ratio igitur est aduersus hunc vermiculum moliri graviores tentationes, nisi quia non me, sed ecclesiã perse quuntur? Mandatur denique: Trade basilicam. Respõdeo: Nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere Imperator expedit. Domũ priuati nullo potes iure temerare, domũ dei existimas auferẽdam? Allegatur, imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respõdeo: Noli te grauare impator, vt putes te in ea quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed si vis K
diutius imperare, esto deo subditus. Scriptum est: Quæ dei deo, quæ Cæsaris Cæsari. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotẽ ecclesiæ. Publicorũ tibi mœniũ ius commissum est, nõ sacrorum. Iterum dicitur mandasse, Debeo & ego vnam basilicam habere. Respõdi: Non tibi licet illã habere. Quid tibi cũ adultera? Adultera enim quæ nõ est legitimo Christi coniugio copulata. Dum hæc tracto, suggestum est mihi cortinas regias esse collectas: refertam autem populo basilicam præsentiam mei posse re: statimq; eo conuerti sermonem meum, dicens: Quàm alta & profunda oracula sunt spũs sancti. Matutinis horis lectũ est, vt meminissetis fratres, Psal. 78.
quod summo animi dolore respondemus: Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam. Et reuera venerunt gentes, & plus etiam q̃ gentes venerũt. Venerunt enim Gotthi, & diuersarũ nationum viri, venerũt cũ armis, & circunfusi occupauerũt basilicã. Hoc nos ignarituæ altitudinis dolebamus, sed nostra imprudentia aliud opinabatur. Venerunt gentes, sed verè in hæreditatem tuam venerunt. Qui enim gentes venerunt, facti sunt Christiani. Qui ad inuadendã hæreditatem venerunt, facti sunt cohæredes dei. Defensores habeo quos hostes putabam: socios teneo, quos aduersarios exstimabã. Cõpletũ est illud quod de domino Iesu Dauid propheta cecinit: Quia factus est in pace locus eius, & con L
fregit cornua arcuũ, scutum, & gladiũ, & bellũ, Cuius Psal. 75.
enim hoc munus, cuius opus, nisi tuum domine Iesu? Videbas ad templum tuum armatos venire, hinc geme re populum, & frequentem adesse, ne basilica dei traderetur: inde vim militibus, imperatori: mortem ante oculos mihi: ne quid inter hæc furori liceret, insteuisti te domine mediũ, & fecisti vtraq; vnum. Compescuisti armatos dicens profecto: Si ad arma concurritur, si in templo meo lis commouetur, quæ vtilitas in sanguine meo? Gratias itaq; tibi Christe: non legatus, neq; nun- Psal. 29.
cius, sed tu domine saluum fecisti populũ tuũ, cõscidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitia. Hæc ergo dicebam miratus imperatoris animũ studio militum, ob secratione comitũ, precatu populi posse mitescere. In terea nunciatur mihi missum notariũ qui mandata deferret. Concessi paululum, mandatũ intimat. Quid tibi visum est, inquit, vt contra placitũ faceres? Respondi: Quid placitũ sit ignoro, quid ve temere factum dicatur, incertum habeo. Ait: Cur presbyteros ad Basilicã destinasti? Si tyrannus es, scire volo, vt sciam quemadmodum me aduersum te præparem. Retuli dicens me M
nihil in præiudiciũ feciſse ecclesiæ: eo tempore quo au dieram occupatam esse à militibus basilicam, gemitũ tantummodo liberiorem habuisse: multisq; adhortãtibus vt eo pergerem, dixisse, Tradere basilicam nõ possum, sed pugnare nõ debeo. Postea vero q̃ cognouerim cortinas regias inde esse sublatas, cũ me populus eo ire deposceret, direxisse presbyteros, me tamẽ noluisse ire sed dixisse, Credo ĩ Christo quod ipse nobiscũ faciet ĩperator. Si hæc tyrãnis videtur, habeo arma, sed ĩ Christi nomine, habeo offerendi mei corporis potestatem. Quid moraretur ferire si tyrannũ putaret? Veteri iure à sacerdotib⁹ donata imperia, nõ vsurpata? Et vulgo di
ci quòd imperatores sacerdotiũ magis optauerint q̃ im Ioan. 6.
perium sacerdotes. Christus fugit, ne rex fieret. Habemus tyrannidem nostram. Tyrannis sacerdotis, infirmitas est. Cùm infirmor, inquit, tunc potens sum. Ca- 2. Cor. 12.
uere tamen ne ipse sibi tyrannũ faceret, cui deus aduersarium nõ excitauit. Non hoc maximum dicere, quod tyrannus ego sim Valentiniani, qui se meæ legationis obiectu queritur ad Italiã nõ potuisse transire. Addidi quia nunq̃ sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrãnos sæpe sunt passi. Exactus est totus ille dies in mœrore nostro scisæ tamen ab illudẽtibus pueris cortinæ regiæ. Ego domum redire nõ potui, quia circunfusi erant milites,

A qui basilicam custodiebant. Cum fratribus psalmos in ecclesiæ basilica minore diximus. Sequẽti die lectus est de more liber Ionæ, quo cõpleto hunc sermonem adorsus sum. Liber lectus est fratres quo prophetatur, quòd peccatores in pœnitentiã reuertantur. Acceptũ est ita vt speraretur in præsenti futurũ. Addidi quòd vir inst⁹ etiam offensam contrahere voluisset, ne vel spectaret vel denũciaret excidium ciuitati. Et quod lugubre esset illud dictũ. Contristatus quoq; sit quòd aruisset cu-
Ionæ. 4. curbita. Deum quoq; dixisse ad Prophetam: Si tristis es pro cucurbita? Respõdisse Ionam: tristis. Dixisse domi num, si illud doleret quòd exusta esset cucurbita, quãto magis sibi curæ esse oportere tantæ plebis salutem? Et ideo excidiũ quod paratum toti vrbi fuerat, remouisse. Nec mora, nunciatur imperatorẽ iussisse vt recederent milites de basilica, negociatoribus quoq; quod exacti de condemnatione fuerant redderetur. Quæ tũc plebis totius lætitia fuit? qui totius populi plausus? quæ gratia? Erat autem dies quo sese dominus pro nobis tradidit, quo in ecclesia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nunciare milites, irruentes in altaria oculis significare pacis insigne. Tunc agnoui quòd deus vermẽ antelucanũ percusserat, vt tota ciuitas seruaretur. Hæc gesta sunt, atq; vtinã iam finita, sed grauiores motu futu-
B ros plena commotionis imperialia verba indicãt. Ego tyrãnus appellor, & plus etiã quàm tyrannus. Imperatorẽ comites obsecrarent vti prodiret ad ecclesiã idq; petitu militũ facere se dicerẽt. respõdit: Si vobis insferit Ambrosius, vinctum me tradetis. Quid post hãc vocẽ superstit, cõsidera. Quam vocẽ omnes cohorrue runt, sed habet à quibus exasperetur. Deniq; etiam speciali expressione Calligonus præpositus cubiculi mandare mihi ausus est: Me viuo tu contemnis Valentinianum? Caput tibi tollo. Respondi: Deus permittat tibi vt impleas quod minaris. Ego enim patiar quod episcopi tu facies quod spadones. At vtinam dominus auertat eos ab ecclesia, & in meo omnia sua tela conuertant, meo sanguine sitim suam expleant.

Diui Ambrosii ad Theodosium imperatorẽ decessum Valentiniani Augusti vehemẽter se dolere, aptissimumq; pro sepultura eius locum præparatũ esse insinuantis, Epistola. XXXIIII.

C AMBROSIVS Theodosio Imperatori. Silentium meũ rupit sermo clementiæ tuæ. Nihil enim in tam tristibus rebus melius facere in animum induxerã, q̃ si fieri posset meipsum abdere. Sed quia in secessu aliquo delitescere, & sacerdotio exire nõ poterã, vel silentio intra me latebã. Doleo enim fateor dolore acerbo, non solũ quòd immatura ætatæ Valẽtinianus Augustus decesserit, sed etiã quòd informatus fide, ac tuis institutis tantã deuotionẽ erga deũ nostrũ induerat, atq; tanto in me incubuerat affectu, vt quẽ ãte persequebatur, nũc diligeret: quem ante vt aduersariũ repellebat, nunc vt parentẽ putaret. Quod ego nõ pro recordatiõe iniuriæ veteris exprompsi, sed pro testimonio conuersionis. Illud enim alienum, hoc suum, quod à te infusum sibi ita tenuit, vt matris persuasionem excluderet. Ille se à nutritum præferebat, ille vt sedulum patrem desiderãbat. Ille simulato à quibusdam aduentus mei nuncio, impatienter præstolabatur. Quinetiam illisipsis publici doloris diebus cũ sanctos & summos sacerdotes domini intra Gallias haberet, vt à me tamen sacramentis baptismatis initiaretur, scribendum arbitratus est. Quod etiam si non rationabiliter, amabiliter tamen erga me suum studium testificatus est. Hunc ergo nõ intimo anhelem spiritu, secretisq; mẽtis atq; animi visceribus amplectar? Hunc mihi mortuum putẽ? Immo mihi magis viuum. Quas ego domino deferebam gratias, quod ita in me conuersus esset, quod ita emenda- D
tus, quasi senioris cuiusdam ætatis mores iduisset: quas clementię tuę quod eum non solum regno reddidisses sed etiam quod est amplius, institutisses fidei & pietatis tuæ disciplinis. Hunc ergo non doleam æui integrum, antequàm sacramentorum quæ desiderauit adipiscere tur gratiã repentina obisse morte? Refrigerasti animũ quod etiam ipse dignatus es ferre testimonium dolori. Te imperator arbitrum teneo affectus mei, te mœ mentis interpretem. Sed flendi tempora alias non deerunt. Nunc de sepultura eius, quoniam scripsit clementia tua ita hic procurandum. Sed exors recessit baptismatis. quid cognouerim, non repressi. Est hic porphyreticum labrum pulcherrimum, & in vsus huiusmodi aptissimum. Nam & Maximianus Diocletiani socius ita humatus est. Sunt tabulæ porphyreticæ præciosissimæ, quibus vestiebatur operculum quo regales exuuiæ claudantur. Hoc fuerat præparatum, sed expectabatur rescriptum clementiæ tuæ, cuius perceptione recreatæ sunt sanctæ filiæ tuæ, filii tui. Valentiniani sorores, quæ se grauibus afficiunt modis, & amplius exagitabãtur quòd diu nihil scriberetur sibi. Vnde iis nõ parum accesit solatii, sed dũ inhumatæ sunt reliquiæ, nequaq̃ sibi parcũt. Videntur enĩ sibi germani sui quotid ianum funus tenere. Et reuera cũ fine fletu magno E
ac fine dolore grauì nũquàm sint, tamen quotiescunq; eò accedunt, exangues reuertuntur, Et ipsis igitur consuletur, & charissimis exuuiis, si acceleretur sepultura. ne æstiuo penitus soluantur calore. Vix enim superiorem æstatem transegimus. Mandatum tuum seruo, & commendo domino. Diligat te dominus, quia tu domini seruos diligis.

Diui Ambrosii ad Eusebium episcopum, apparitori præfecturæ offensam quam contraxerat esse remissam, Faustinumq; paruulum tussi laborantem ad sororem venisse referentis,

Epistola. XXXV.

AMBROSIVS Eusebio episcopo. Apparitor præfecturæ qui propter operas portuenses offensam contraxerat, iam in portu nauigat, opportunè autem aduenit. Nam simul vt accepi literas tuas vidi præfectũ, rogaui pro eo, ignouit illicò, iussi retrahi epistolam quam de facultatibus eius publicandis dictauerat. Quòd si tardius venisset, nemo magis probasset ĩexplicabile illud opus esse portus reformandi, quàm iste qui illic naufragium fecerat, nisi te habuisset gubernatorem, vt aliter non posset in de nisi nudus exire. Faustinus paruulus tussi laborat, ad sanctam sororem curatũ venit. & venit sponte. Expertus enim est melius sibi ventrem curari. Denique & me medicum putat, expectat prandium. Itaq; hic bis ad diẽ curatur, & cœperat pulchrè valere, sed dum eum nimio amore abstinere gestiunt, tussire deventre plus cœpit, & laborabit adhuc, nisi ad medicamenta sua reuertatur. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

LIBER SEXTVS.

DIVI AMBROSII ad Sabinũ episcopum eos qui indignum duxerint quòd Paulinus venditis facultatibus, & seculo relicto, secretum quoddam elegerit, confutantis & comprobantis quod non ignominiosum aut turpe, sed gloriosum sit, opprobriosum, vilem & nudum fieri pro Christo. Quid etiam denudatio ipsius Dauid figurauerit, exponentis. Epistola XXXVI.

G AMBROSIVS Sabino Episcopo. Paulinum splendore generis in pattibus Aquitanię nulli secūdū vēditis facultatibus tā suis q̄ etiā cōiugalibus, i hos se induisse cultus ad fidē cōperi, vt ea in paupe res cōferat quę redegit in pecuniam, & ipse pauper ex diuite fact⁹ tanquā deo neratus graui sarcina, domui, patrię cognationi quoque valedicat, quo impensius deo seruiat. Elegisse autem secretum affirmatur Nolanę vrbis, vbi tumultum fugitans quum exigat. Matrona quoq; virtuti & studio eius proxime accedit, neq; à proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum iura suis prędiis, virum sequitur, & exiguo illic coniugis contenta cespite solabitur se religionis & charitatis diuitiis. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hęc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta prædituꝝ eloquentia migrasse à senatu, interceptam familiæ nobilis succesionem? ferri hoc non potse. Et cum ipsi capita & supercilia sua radant si quando Ifidis suscipiunt sacra, si forte Christianus vir attentior
H sacrosanctæ religionis vestē mutauerit, indignum facinus appellant. Equidem doleo tantam esse in mendacio obseruantiam, in veritate negligentiam, vt confundantur plerique attentiores ad sacrosanctam religionem videri, non considerantes vocem dicentis:
Lucæ. 9. Qui me confusus fuerit coram hominibus, confundar & ego eum coram patre meo qui est in cælis. Sed non confusus est Moyses, qui cum esset ascitus in do-
Exo. 2. mum regiam, thesauris Aegypti opprobrium Christi præferendum putauit. Non confusus est Dauid qui an-
2. Reg. 6 te arcam testimonii coram omni populo saltauit. Non cōfusus est Esaias, qui nudus & discalciatus ibat
Esa. 20. per populos oracula clamās cælestia. Quid vtiq; tā deforme visibili spectaculo q̄ histrionicos sinuare gestus, & fœmineo vsu mollire membra? Deliciarū comes & luxurię ludibriū est lasciua saltatio. Quid illud quod
Psal. 46. ipse cecinit dicēs: Omnes gentes plaudite manibus? Nē pe si corporalia cōsideremus, tanquā muliebrib⁹ inter mixtum choreis putamus eū cōcrepare manibus, & tur
Ezech. 21 pi sono plaudere. Nam & de Ezechiel dictū est: Plaude manu, & percute pede. Sed hæc quæ corporeo aspectu fiunt turpia, sacrosanctæ religionis contemplatione reuerenda sunt, vt qui ista reprehēdunt, ipsi i laqueos re-
2. Reg. 6. prehensionis animas suas induant. Denique reprehendit
I Michol saltantem Dauid, & ait ad eū: Quid honorificatus est hodie rex Israel, quia denudatus est hodie ante oculos puellarū suarum? Et respondit ei Dauid: Coram domino ludā qui elegit me pro patre tuo, & pro vniuersa domo eius, vt constitueret me regē super populum suum Israel. Et ludam corā domino, & denudabor adhuc sic, & ero nugax ante oculos tuos, & cū puellis quibus dixisti me denudatū, honorificabor. Non erubuit igitur Dauid fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio, verecundatus est. Ludebat enim domino puer suus, & ideo amplius placuit: quia ita se humiliauit deo, vt regale posthaberet fastigiū & vltimū exhiberet deo quasi seruulus ministerium. Denique illa quæ saltationē huiusmodi reprehendit, sterilitatis damnata non dedit sobolem regiam ne superbos crearet: & quod verū est, nullā est adepta posteritatis suæ meritorū; successionē. Quod si quis adhuc dubitat, accipiat euāgelicū testimonium. Dixit
Mat. 11. enim dei filius: Cantauimus vobis, & non saltastis. Derelicti sunt itaq; Iudæi qui nō saltauerunt, qui nesciērūt manibus suis plaudere. Ascitæ sunt gentes quæ spiri-
Eccle. 4. tualē deo plausum dederunt. Stultus enim cōplexus est manus suas, & deuorauit viscera sua, id est, corporalib⁹ se implicauit negociis, & deuorauit viscera sua ficut mors prævalens, & ideo non inueniet vitam æternam. K Sapiens autem attollens opera sua, vt lucerent coram patre suo qui in cęlis est, non assumpsit sed eleuauit vicera sua vsq; ad resurrectionis gratiā. Hæc gloriosa sa piētis saltatio, quam saltauit Dauid, & ideo vsq; ad sedem Christi sublimitate spiritualis saltationis ascēdit vt videret atq; audiret dicentē dominum domino suo: Sede à dextris meis. Ergo si nō absurde cecidisse nobis
Psal. 109 hanc de saltatione interpretationē iudicas, nō supersedeas adhuc lectionis laborē, vt etiam de Esaia mecum recenseas, quod bene tibi cognitū est, illū nō ludibriosē sed gloriosissime denudatū esse in cōspectu populorum occursantiū, vt pote qui oracula domini ore proprio resultabat. Sed forte aliquis dicat: Non igitur erat turpe vt vir nudus omnino iret per populos, cum ei & virilis sexus & muliebris occurreret? Nō ipsa species offendebat oculos omnium, & maxime mulierū? Nōne ip si nos inspicere nudos plerūq; reuereremur. Denique idcir co indumētis operiuntur genitalia hominum, ne deformi visu obtutū aciemq; perstringant oculorum intuentium. Acquiesco & ego, sed considera quæ figura sit facti huius, quid ve prætēdat species huiusmodi. Eò quòd ita nudi ambulabunt pueri Iudæorū & virgines in captiuitatem deducti, sicut puer, inquit, meus Esaias vadit nudus & excalciatus. Potuit quidem hoc & sermone exprimere, sed exemplo acerbare maluit, vt species ipsa L plus ineuteret horroris, & quod in prophetæ corpore auersabātur, in se pertimescerent. In quo igitur horror grauior turpitudinis, in corpore prophetæ, an in perfidorum peccato quod tantā meritis suis ærumnā incidit
Psal. 84. captiuitatis? Quid si in pphetico corpore nihil opprobrii? Ille enim corporalibus nō intendebat, sed spiritualibus. Nanq; in excesu mentis non dicit: Audiam quid loquar, sed quid loquatur in me deus. Neq; attēdit vtrū nudus, an vestitus sit. Denique Adam ante peccatū nudus
Gen. 3. erat, sed nudū se nesciebat, quia erat indutus virtutibus. Posteaquam vero peccatū commisit, nudū se esse vidit & texit. Noe nudatus erat, sed nō erubescebat, quia erat plenus iucunditatis, & spiritualis lætitiæ. Denique qui eū risit vt nudum, ipse mansit perpetuę obnoxius opprobrio turpitudinis. At vero Ioseph ne turpiter nudaretur vestē reliquit, & nudus aufugit. Quis igitur turpis, ille qui vestē alienā tenuit, an is qui suam exuit? Sed vt
Actu. 7. plenius liqueat quia nō se, neq; ea quę iuxta pedes sunt prophetæ aspiciunt, sed cælestia: Lapidabatur Stephanus, & videbat cœlos apertos, & Iesum ad dexteram dei stantem. Et ideo lapidum ictus non sentiebat corpori, M non considerabat vulnera, sed oculis erat Christo affixus, illi adhærebat. Ergo & Esaias nudū se non conspicabatur, sed diuinæ vocis organum se præbebat, vt promeret quod in eo loquebatur deus. Sed esto vt se videret, poterat nō facere quod iubebatur? Poterat turpe arbitrari quod imperabat deus? Sara quia risit, incredulitatis coarguta est. Abrahā laudatus, quia in verbo dei
Gen. 18. nō hesitauit. Et donatus remuneratione maxima, quia iubente deo piè posse fieri credidit etiā parricidiū. Hic igitur quid verecūdiæ esset prophetæ, vbi aliud geretur, & aliud figurabatur? Iudæi propter flagitia sua destituia domino deo, cœperant vinci ab aduersariis suis cōferre se volebāt ad Aegyptios, vt sibi essent præsidio aduersum Assyrios, qui redire magis ad fidē, si bonos consulerent, debuissent. Iratus dominus significat vanam illos spem gerere, qui offensam domini putarunt maiore peccato leuandam, cum illi ipsi vincēdi forent in quorum auxiliis populus Iudæorum confideret. Hoc secundum historiam. Figura autem illa, quia in Aegyptiis confidit qui luxuriis deditus est, mancipatus lasciuiæ. Nemo autē se luxui cōmittit, nisi qui recedit à præceptis dei veri. Vbi autem cœperit quis luxuriari, incipit deuiare à fide vera. Ita duo cōmittit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis sacrilegia. Ergo qui nō

A sequitur dominum deum suum, ingurgitat se luxuriæ ac libidini, pestiferis corporis passionibus. Qui autem se ingurgitauerit atq; immerserit huiusmodi volutabris,
Exod. 32 perfidię laqueos incurrit. Sedit enim populus manducare & bibere, & fieri sibi deos poposcit. Vnde docet dominus quoniā qui duobus istis flagitiorum generibus dederit animam suam, exuitur indumento non vestis laneæ, sed viuidæ virtutis, cuius amictus non temporalis, sed æternus est. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Chromatiū, ex illo quod in libro Numerorum à Balaam dictum esse legitur: Quia non mentitur deus, nec est augurator in Israel: discutientis vnde habuerit iste qui augur erat, vt, oraculū dei loquetur, & futura manifestaret, Epi. XXXVII.

AMBROSIVS Chromatio. Nunquid nam mentitur deus? Sed non mentitur, quia impossibile est mētiri deū. Impossibile quoq; istud, nunquid nā infirmitatis est? Nō vtiq;, Nam quomodo omnia potest, si aliquid efficere nō potest? Quid ergo ei impossibile? Nō quod virtuti arduū, sed quod naturę eius contrariū. Impossibile, inquit, est
B ei mentiri. Impossibile istud nō infirmitatis est, sed virtutis & maiestatis: quia veritas non recipit mēdacium, nec dei virtus leuitatis errorē. Ideoq; sit deus verax, omnis autem homo mendax. Veritas itaq; semper in eo est, fidelis manet, mutare se & negare nō potest. Si enim verum se negat, mentitur. Mentiri autem non virtutis sed infirmitatis est. Nec mutare se potest, quia natura eius nō recipit infirmitatē. Hoc igitur impossibile eius plenitudinis est, quæ minuere se & augere non potest. nō infirmitatis, quę in eo quod se auget, imbecilla est. Ex quo colligitur impossibile dei potentissimum esse.
1. Cor. 1. Quid enī potētius q̄ nescire quicquid infirmitatis est? Est tamen & aliud infirmū dei, quod fortius est hominibus: & stultum dei, quod sapiētius est hominibus: sed hoc crucis, illud diuinitatis. Si ergo quod ifirmū eius, potentia est: quod potentiæ, quomodo infirmum est? Sit
Nūe. 23. igitur nobis positum, quia non mentitur deus. Sed nec augurator auguriū in Israel, secūdum legē dei. Quomodo ergo Balaā prohibitū se oraculo dei dicit vt vadat ad maledicendū populo Israel, & init, & occurrit ei angelus domini qui eū prohiberet pergere, ita vt obsisteret asinæ eius quæ vehebat eum, & nihilominus & ipse
C dixit ei vt iret, sed hoc diceret quod sibi infunderetur? Si augurator nō est in Israel, vnde isti oraculū dei quod futura manifestauit, qui augur erat? Si oraculum dei loquebatur, vnde meritum diuinæ aspirationis assumpserat? Sed nō miteris infusum auguri à domino quod loqueretur, quando infusum legis in euangelio etiā principi sygnagogæ vni ex persequentibus Christū: Quia
Ioan. 11. oportet vnū hominē mori pro populo. In quo nō prophetiæ meritū, sed assertio veritatis est, vt aduersariorū testimonio manifestaretur, quo perfidia non credētium, vocibus suorum augurū redargueretur. Ideo Balaam ille Chaldæus accitur ad fidem, vt Chaldæorū superstitio conticesceret. Non igitur cōfitentis meritum, sed vocātis oraculū est reuelāte dei gratia. Quid igitur contraxit offensionis, nisi quia aliud loquebatur, aliud machinabatur? Deus enim vas mundū requirit, nō immunditia inquinatum & sordibus. Tentabatur igitur Balaam, non probabatur. Erat enim plenus fallaciæ ac doli. Denique cū primo consuluisset vtrū ad illū vanitatis populū deberet pergere, & prohibitus esset, excusauit: postea missis legatis honoratioribus, promissis vberioribus, muneribus cumulatioribus illectus, qui renūciare debuerat, iterum consulēdum putauit, quasi deus precio aut muneribus inflecteretur. Respōsum est quasi auaro, nō quasi ei qui verū quęreret, vt illuderetur potius quam informaretur. Cœpit ire, occurrit ei angelus D in angusto, domonstrauit se asinę, non demōstrauit auguri. Illi se reuelauit, istū obtriuit: tamen vt aliquando & ipse cognosceret, aperuit oculos eius: vidit, & adhuc tamen nō credidit euidēti oraculo: & qui vel oculis cre Iudicū. 6.
dere debuisset, inuoluta & ambigua respondit. Tūc indignatus dominus, per angelū dixit: Vade, & quęcunq; tibi inspirauero, hęc dices, id est, nō quę vis, sed quę ego geris loqui. Quasi organum inane sonum meis præbebis sermonibus. Ego sum qui loquar, non tu: qui ea quę audieris resultabis, & quæ non intelliges. Nihil profici es eūdo qui sine mercede remeabis pecuniæ, & sine profectu gratiæ. Denique ea prima vox eius est: Quid maledicam cui nō maledicit deus? Vt ostenderet non in sua volūtate esse benedictionem Hebræi populi, sed in dei gratia. A summis, inquit, montibus conspiciam eū, quoniam non oculis cōprehendere possum hunc populū qui habitabit solus fines suos, non locorum possessione distērminans, sed virtutis incolatu, & morum singularium proprietate, in æterna diffundens secula. Quis enim annumerabitur ei de nationibus aliis, qui finitimorum populorum excedit consortia iustitiæ sublimitate? quis cōstitutionē generationis eius colliget? Corpora quidem eorum humanis seminibus concreta & figurata aduertimus, sed de superioribus & mirabilibus seminariis animæ eorum pullulauerunt. Moriatur anima E
mea in animis eorum, moriatur hanc corporalem vitam, vt in animis iustorum illius æternæ vitæ adipiscatur gratiam. In quo iam tunc sacramenti huius cælestis & sacri baptismatis reue lata est magnificētia, per cuius operationem moriūtur homines culpę veteri, & iniquorum operibus, vt nouitate vitæ in cōsortia iustorū trāsfigurati, in eorū mores resurgāt. Et quid mirum de hominibus, cū moriantur peccato, vt deo viuant? Hæc audiens Balach, indignatus est dicens: Ad maledicendū te adduxi, & tu benedicis? Respondit ille: Calumniā patior de eo quod nescio. Ego enim nihil meum loquor, sed quasi cymbalum tinniens sonum reddo. Iterū alio atq; alio transductus, cūvellet maledicere, benedicebat
Non est labor in Iacob neq; dolor, deus illum protegit Et ifra iubet parari aras septē & sacrificia. Vtiq; debuit discedere, sed per infirmitatem mētis, & mutabilitatem sententię putabat quod auertere posset dei voluntatem Ipse autem per excesum mētis aliud cupiebat, & aliud loquebatur. Quam speciosa, inquit, habitacula tua ô Hebræorum militia. Tabernacula tua sicut nemora obumbrātia, sicut paradisus supra fluuiū, & sicut cędrus secus aquas. Exibit homo ex Iacob, & obtinebit multas F
gentes, & attolletur regnum eius in altū, in terris quoq; extendet principatum suum in Egyptum. Qui benedicent eum, benedicētur: & qui maledixerint ei, maledicti erunt. Quem igitur nisi Christi populum significat & benedicit deus? In cuius medullas verbum dei descēdit vsq; ad diuisiouem animę, artuum quoq; & medullarū: in quo habuisset Balaam gratiam domini, si id ex sen Heb. 4.
tentia & affectus sui proposito fecisset. Sed quia reuincitur mala mens consiliis suis, & occulta animi produntur exitu, ideo sequentibus insidiis animus eius aperitur. Vnde & dignā mercedem suæ inuenit maleuolentiæ. Nam cum adueniret quod nō posset in excesu mētis positus maledicere, dat consilium regi dicens: Illa sint oraculorum quæ deus præcepit, accipe consiliū ad uersus oracula dei. Populus iste iustus est, habet protectionem dei, quia nō diuinationibus & augurijs sese dedit, sed soli æterno deo: ideo cæteris fide præstat. Interdum tamen & fideles mentes corporis labūtur illecebra, & formæ lenocinio. Sunt tibi mulieres plurimæ, & plereq; nō indecores pulchritudine. Virilis autē sexus nullo magis lubricus quam muliebri decore cito capitur, & maxime si ardor mentiū alloquiis inflammetur frequētibus, & quasi facibus inardescat, si spem potien-

G di hauriat,affectũ deferat. Iaciãt igitur mulieres tuæ vo
cibus ſuis hamos ,nec difficiles primos congreſsus ſuos præbeãt, ſed & viſu faciles,& dictu affabiles circum
errent,& toto ſe circunfundant exercitui, atque hos ar
te tractent viros , vt concubitu non indulgeant,niſi a
moris nutui fidem conſortio ſacrilegii comprobaue
rint. Sic enim poterũt cæleſti protectione deſtitui , ſi ip
ſi a domino deo ſuo ſacrilegiis deuiauerint. Non igitur
iuſtus Balaam vt pote conſiliarius fornicationis & ſa
crilegii , ſicut euidenter etiam in Apocalypſi ſcriptum
eſt Ioannis euangeliſtę,dicente domino Ieſu ad angelũ
Apoca. 2 eccleſię Pergami : Habes illic tenẽtes doctrinã Balaam,
qui docebat Balach mittere ſcandalũ corã filiis Iſrael,
manducare immolata, & fornicari. Ita habes & tu tenẽ
tes doctrinã Nicolaitarũ . Quo apparet inde Manichęo
rum ſacrilegia manaſſe,qui miſcent atq; adiungunt ſa
crilegium turpitudini. Ergo nec deus iniuſtus , nec mu
tabilis eius ſententia. Deprehendit enim mentem eius,
& occulta cordis , & ideo tentauit eum quaſi diuinum,
non elegit quaſi prophetam. Et vtiq; vel tantorum ora
culorum gratia, & reuelationum ſublimitate conuerti
debuit,ſed animus nequitię plenus verba prompſit, nõ
H fidem detulit , conſiliis infirmare cupiens quod annun
ciabat futurum. Et quia oraçula fraudare non poterat,
conſilia fraudulenta ſubminiſtrabat, quibus leues po
puli Iudęorum tentati quidem ſunt,ſed non expugnati
Vnius enim viri ſacerdotis iuſtitia, ſolutũ eſt omne fa
cinoroſi hominis cõſilium:multoq; mirabilius pervnũ
hominem potuiſſe liberari exercitum patrum,quã po
tuiſſe decipi. Hoc munuſculum ſanctę menti tuæ tranſ
miſi,quia vis me aliquid de veterum ſcriptorum inter
pretationibus paginare Ego autem aſsumpſi epiſtolas
familiari ſermone attexere redolentes aliquid de patrũ
moribus,quarum guſtum ſi probaueris,poſt hęc huiuſ
modi mittere non verecundabor. Malo enim ſenilibus
verbis de ſupernis rebus hallucinari tecũ , quod græce
dicũt ἀνοληρχίαις γεραλαίαις περὶ τῶν ἄνω ἀνοληρχίδαι,
vt enitente Rebecca futuræ eccleſiæ animo videns my
ſteria,malo inquam hallucinari tecum verbis ſenilibus
ne videar artem deſiſſe,quam cõcitatioribus deflare ali
quid iam nec ſtudiis noſtris aptum nec viribus. Vale,&
nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Horontianum,rationẽ huic quæ
ſtioni reddentis,cur prius omnia vel volatilia vel terre
ſtria,vel quæ in aquis ſunt,producta fuerint,quàm ho
I mo,propter quem cuncta illa creata ſunt, formaretur:

Epiſtola XXXVIII.

AMBROSIVS Horontiano. Moueri te
inſinuaſti mihi lecto hexaemro quod ip
ſe ſcripſi,quia cũ tantũ diuinæ ſcripturæ
ſerie vel ſtylo ſermõis mei collatũ aduer
teres homini, quãtũ nulli in hac terra ani
mantium,prius oía vel volatilia,uel terreſtria, vel quę
in aquis ſunt, produxerit terra uel aqua , quàm homo
propter quem illa creata ſunt generaretur : eiuſq; rei
rationem de me requirere,quam & Moyſes filuerit, &
ego non auſim attingere. Et forte ille oraculi interpres
diuini conſilio conticuerit,ne cæleſtis diſpoſitionis ar
bitrum ſe & conſiliarium præſtare videretur. Aliud eſt
enim loqui quod infundebatur a dei ſpiritu , aliud vo
luntatem dei interpretari . Nos autem non quaſi inter
pretes dei,ſed quaſi ex vſu humano rationis ſeminaria
colligentes , exiſtimamus poſſe nos ex eo quod huma
no vſui in cæteris rebus ipſe dominus infuderit,opina
ri quoniam decuit hominem poſtremum creari . Et e
Mat. 22. nim qui conuiuium adornat,vt ille euangelicus dicit
(oportet enim diuina diuinis conferamus,quo melius
colligere poſsimus)vtiq; omnia prius præparat,tauros
& ſaginata occidit , & tunc amicos ad cœnam inuitat.
Prius ergo quæ leuiora ſunt parantur , & tunc rogatur
honoratior. Vnde & dominus homini ante animalium K
cæterorum præparauit epulas , tunc ipſum quaſi ami
cum ad ſuum vocauit cõuiuium. Et vere amicum quaſi
charitatis diuinę participem,& hęredem glorię. Deniq;
ipſe dicit: Amice,quomodo huc veniſti ad nuptias? Prę
cedentia ergo miniſteria ſunt,amicuſq; poſtremus ro
gatur. Accipe aliud. Quid eſt mũdus niſi quidam agon
plenus certaminũ? Vnde & in Apocalypſi dominus ait: Apoc. 2.
Vincenti dabo coronam vitę. Et Paulus ait : Certamen 2. Tim. 4.
bonũ certaui. Et alibi: Nemo niſi qui legitime certaue
rit,coronatur. Huius agonis inſtauratorvtiq; omnipo
tens deus eſt . Qui igitur agonẽ ſuſcipit in hoc ſeculo,
nonne oía præparat quę agoni ſunt neceſsaria , & tũc
Athletas vocat paratis præmiorũ infulis certaturos ad
coronã,ne moram patiatur qui vicerit,ſed præmio do
natus recedat? Præmia ergo hominis, terrarum fructus
ſunt,& cæli lumina. Illa ad vitæ præſentis vſum, hęc ad
ſpem vitæ æternæ . Quaſi athleta igitur poſtremus in
greditur in agonem , erigit ad cælum oculos,videt quia
& cæleſtis creatura vanitati ſubiecta eſt non ſponte,ſed Rom. 2.
propter eum qui ſubiecit in ſpe. Videt quia omnis crea
tura congemiſcit expectans redemptionem. Videt quia
omnis manet labor,erigit oculos, videt coronas lumi
num,lunæ & ſtellarum globos cõſiderat. Quoniã iuſti
qui vicerint,erũt ſicut ſtellę in cælo .Et caſtigat corpus
ſuum,ne ſibi aduerſetur in certamine ,vngit oleo miſe L
ricordiæ,exercet diurna virtutis paleſtra,puluere ſe ob
linit ſtadii,currit nõ quaſi in incertũ,ictus dirigit,lacer
tos excutit,ſed nõ inuacuũ', percutit aduerſariũ quem
non videt , quia illum ſolum attendit,cui cedũt omnes
etiam qui nõ videtur, in cuius nomine poteſtates aereæ
diuerberãtur. Ille ergo ictũ librat,& Chriſtus percutit.
Ille calcem leuat,& Chriſtus in vulnus dirigit . Deniq;
etſi non videbat Paulus quos cæderet,nõ quaſi aera ta
men cædebat, quia in Chriſti prædicatione omnes ſpi
rituales nequitias quæ ſibi aduerſabantur conuulnera
bat. Non immerito ergo poſtremus homo ingreſsus eſt
ſtadium,cui parabatur corona, vt eum præcederet cæ
lum,quaſi ſui premium. Sed non ſolũ aduerſus nequi- Ephe. 6.
tiæ ſpiritualia quæ ſunt in cæleſtibus , ſed etiam aduer
ſus carnem & ſanguinem lucta nobis,lucta aduerſus ſa
tietatem,lucta cũ ipſis frugibus terræ,lucta cũ vino quo
etiam iuſtus inebriatus eſt , quo etiam integer Iudæo
rum exercitus ſupplantatus eſt: lucta cum feris beſtiis,
lucta cũ volatilibus cęli,quibus caro ſaginata non redi
gitur in ſeruitutem: lucta cũ periculis itinerum,pericu I. Cor. 11.
lis fluminum , vt ait Paulus : lucta cum virgultis arbo
rum,quibus cædebãtur Apoſtoli. Videſ quanta certa- M
mina. Terra ergo exercitiũ eſt hominis,cælum corona.
Aut quaſi amicum igitur præcedere debuerunt miniſte
ria , aut quaſi athleta corona & præmia . Specta aliud.
In omnibus rebus præſtantiora ſunt principia & finis.
Si domum conſideres , potiora omnibus fundamenta
& culmina. ſi agrum,ſatio & meſsis,plantatio & vinde
mia. Quãm iucũda inſitiua arborũ,q̃ fructus votiui. Ita
ergo & cælum primo eſt conditum, nouiſsimus homo
quaſi quędam cęleſtis in terris creatura . Nam etſi cor
pore cum beſtiis confertur,animo tamen cęleſtibus an
numeratur. Sicut enim portauimus imaginem terreni, I. Cor. 15.
ita portemus & imaginem cęleſtis. Quomodo non cęle
ſtis,qui ad imaginem & ſimilitudinem factus eſt dei? Re
cte ergo in conſtitutione mundi primum cęlum , & no
uiſsimum cęlũ,in quo quod vltra cęlũ eſt,deus cęli eſt.
Deniq; de eo magis accipitur: Cęlũ mihi thronus. Non
enim deus ſupra elementũ ſedet,ſed in corde hominis Ioan. 14.
Vnde & dominus ait: Veniemus ad eum,& manſionem
apud eũ faciemus. Principium ergo operis mũdani cæ
lum,finis homo. Cęlum de mundo,homo ſupra mun
dum. Illud enim mũdi portio,iſte paradiſi incola,Chri
ſti poſſeſsio. Cęlum incorruptibile putatur,& præterit:
homo corruptibilis habetur, & icorruptionem induit.

A Illius figura perit,iſte quaſi immortalis reſurgit. Vtrũ
que tamen manus domini fecerunt ſecundum ſcriptu
Pſal. 101. ræ authoritatem. Sicut enim de cælis legimus: Et opera
Pſal. 118. manuum tuarum ſunt cęli: ita & homo dicit: Manus tuę
fecerunt me,& plaſmauerunt me. Similiter quoq; enar
rant dei gloriam: & vt cælum ſtellarum fulget ſplendo
ribus,ita & homines meritorum luminibus micãt,quo
rum opera coram patre ſuo lucent,qui eſt in cælis. Fir
mamentum cæli ſupernum illud,hoc quoque non diſ-
Mat. 16. ſimile firmamentum,de quo dictum eſt: Super hanc pe
tram ędificabo eccleſiam meam. Illud firmamentũ ele
mentorum,hoc virtutum. Iam illud præſtantius ſuxe
runt oleũ de firma petra. Petra enim caro Chriſti , quæ
cælum & totum mundum redemit . Quid illa attexam,
& quaſi toto ſtadio te vrgeam,quòd hominem deus di
uinæ fecit conſortem naturæ , ſicut in epiſtola Petri le-
2. Pet. 1. gimus? Vnde non immerito quidam ait: Cuius & genus
ſumus. Dedit enim nobis de cognatione ſua,rationabi
lis ſcilicet naturæ,vt quæramus illud diuinum quod nõ
Act. 17. longe eſt ab vnoquoque noſtrum,in quo & viuimus &
ſumus & mouemur. Cùm itaque cõtuliſſet homini qđ
eſt gratiarum maximum,quaſi chariſsimo & domeſti-
co animanti conceſsit ea quæ in hoc mundo ſunt om
nia,vt nullius indigeret quod eſset neceſsarium vel ad
vitam, vel ad bonam vitam . Quorum alia miniſtraret
abundantia copiarum terreſtrium ad voluntatis per-
functionem, alia cognitio ſecretorum cæleſtium , quæ
mentem inflammaret hominis amore , & deſiderio di-
B ſciplinarum,per quas ad ſublime illud diuinorum pe
netralium poſsimus peruenire. Vtrunque igitur præſtã
tiſsimum , vt & ſubiectas haberet omnes mundi opes,
omnia volatilia,terreſtria,etiam piſces,& vſum maris,
tanquam rex elementorum,ac ſine labore,ſine indigẽ
tia,ad imitationem & ſimilitudinem venerandi autho-
ris abũdaret omnibus , atque in ſumma degeret copia,
& vias ſibi aperiret,gradiũſque admoueret,per quos ad
cæli aſcendat regiam. Cuius difficilis itineris viatorem
non facile reperies,illũ virum qui ita ſit animi inductio
ne formatus ac voluntate,vt minima ſibi cum ſuo cor-
pore ſit familiaritas,neq; in vllũ ingrediatur vitiorũ cõ
tubernium,nullis aſsentantiũ pumicetur ſermonibus,
neq; in rotis ſecundorum temporũ poſitus humiles fa-
ſtidiat,mœſta fugiat,ſanctorũ laudes excutiat atq; ele-
uet. Neque gloriæ ardore aut pecuniæ præſumptæ ſpei
omnem exurat cupiditatẽ . Cuius animum nõ inflectat
mœſtitia,nõ frangat iniuria,nulla ſolicitet ſuſpicio,li-
bido nõ exagitet,nõ expugnẽt paſsiones corporis,non
inequitet vanitatũ appetẽtia,voluptatum gratia. Iam ſi
adiungas ei virtutes,caſtimoniam,ſobrietatẽ,ac tẽperã
C tiam, facile refrenare potens ſit immoderatos impetus
leuium paſsionum,menſurãmque imponat delectatio-
nibus ſuis & cupiditatibus. Aequitate ambigua diſtin-
guat , tranquillitate mentis dubia componat . Et velut
compoſitis omnibus corporis & mẽtis iurgijs,quaſi bo
nus arbiter inoffenſam teneat exterioris hominis atque
interioris concordiam,placidans eos in ſemetipſo,ac ſi
cauſa exigat,nullus eum malus cõſiliarius reuocet me-
tus paſsionis corona. Is plane non ſolum quaſi amicus,
ſed etiam quaſi filius aſsumetur â patre,vt diuitias glo-
riæ & hæreditatis eius adipiſcatur. Merito ergo poſtre-
mus quaſi finis naturæ formatus ad iuſtitiam inter cæte
ra animantia iuſti arbiter. Et ſi licet exemplum arceſſe
Rom. 10. re , ſicut inter homines finis legis Chriſtus ad iuſtitiam
Pſal. 72. omni credenti,& nos tanq̃ iumenta contẽplatione do-
mini: ſic enim propheta ait, κτῆνος ἐγενήθην πρὸς σέ, id
eſt,iumentum exiſtimatus ſum apud te: & quę tamen cõ
paratio,cùm ille pereuntes redemerit,nos immolemus:
ille ſeruos ad libertatem vocauerit,nos liberis irroge-
mus captiuitatem? Sed quis ſimilis deo proceſsit? Tamẽ
poſtremus creaturarum omnium homo,ſpecie gratus,
mente ſublimis, vt omni eſset creaturæ miraculo . In
quo ad ſimilitudinem æterni dei νοῦς eſset inuiſibilis, D
humana ſpecie amictus. Hinc eſt νοῦς animæ vigor,prin
cipatum animæ & corporis ſibi quaſi rectos vendicans.
Quem etiam ſi non vident animalia cætera , tamen re-
formidant,ſicut nos Deum,quem quia non videmus,ti
memus,& eo plus metuimus,quia non videmus . Nam-
que vt ad imaginem eius & ſimilitudinem , ſicut ſcrip-
tum eſt,præſumamus dicere,cùm ille ſe fundat maieſta
tis ſuæ plenitudine,& videat omnia,cælum,aerem,ter-
ram,mare,complectens vniuerſa,& penetrans per ſin-
gula,vt eum nihil prætereat,& nihil ſit quod non conſi
ſtat in eo,atq; ex ipſo pendeat,& ipſius plenum ſit,ſicut
ipſe ait: Cælum & terram ego compleo, dicit dominus: Hiere. 23.
ita νοῦς hominis videt omnia,& non videtur, habẽs ſui
inuiſibilem ſubſtantiam,diſciplinis & conſilijs ac ſenſi
bus comprehendit latentia. penetrat occulta maris,at-
que omnũ diffuſa terrarũ latibula vtriuſq; ſcrutator
naturæ,ad ſimilitudinem dei ſummi, quẽ imitatur & ſe
quitur,cuius imago pro exiguis portionibus in ſingulis
figuratur . Eleuans quoque ſe in aerẽ, & eius nubiloſa
prętergrediẽs,ad cæli alta ſe dirigit , ſtudio cognitiõis,
& ardore ſapiẽtiæ,vbi pauliſper ſtupefactus admiratio
ne ſtellarũ cæleſtiũ,& luminum delectatus claritate, P
ſpiciens deſuper mundanã iſta, conferẽs quoque ſe ad
heſperũ atque arcturum & cæteros illos ἀστραλαγεῖς πλα-
νήτας, & videſ quòd inoffenſus ille ſit error , quem ſine
errore,quo magis omnia obeãnt, intexere atque ober-
rare videãtur, maiore ſe cupiditate attollit ad ipſũ gre-
mium patris,in quo eſt vnigenitus dei filius enarrans ſe E
creta dei,& facie ad faciem poſtea reuelanda. Hunc ta-
men quibus dignatur,ex parte demõſtrat,atque in æni-
gmate,ſimulq; de ſpiritu & vultu ſuo ſple ndorẽ lumi-
nis more torrentis effundit,vt eo illuminatus dicat : Et
ſum vndiq;,& ferte non poſsum. Et Dauid ait: De vul- Pſal. 16.
tu tuo iudiciũ meũ prodeat. Hoc igitur mentis vigore,
vt reuertar vnde digreſsus ſum,quo & externa ſubigit,
& ſeparata & diſtantia videt , & validiora viribus ani-
malia ſubijcit,tantam cæteris venerationem ſui infun-
dit,vt certatim quaſi regi obediãt,voci eius obſecũdẽt.
Et cũ ſint irrationabilia,rationẽ agnoſcãt,& diſciplinã
eam imprimat,quã natura nõ tribuit . Denique vidẽtes
feræ eius manſuetudinem , eius imperio manſueſcunt.
Sæpe ſuſpenderũt morſus ſuos reuocãte ſono vocis hu
manæ. Videmus innoxio canũ dente lepores ſine vulne
re capi. Leones quoque ipſos, ſi vox hominis reſultaue
rit,prædam dimittere. Pardos atque vrſos incitari ac re F
uocari vocibus: equos plauſu hominũ fremere,ſilentio
mollire curſũ. Deniq; ſæpe ſine verbere prętereũt ver-
beratos . Ita vehemẽtius illos incitat linguæ flagellum.
Quid vero de muneribus loquar? Nutrit aries vellera,
vt placeat homini,atque in fluuio merſatur. vt nitorem
augeat. Oues quoque meliora pabulo legũt,vt ſuauiore
ſucco lactis fœta diſtẽdãt vbera,ſubeũt partus dolores,
vt homini ſua munera ferãt. Tauri depreſſo ſulcis p to
tum diẽ aratro gemunt . Cameli prætersubeundi one-
ris obſequia tondẽdos ſe exhibent vt arietes, quo velut
regi diuerſa animalia tributũ ſuũ conferant,pendantq;
vectigal annuum. Equus tanto ſe iactans equite,glome-
rat greſsus ſuperbos, atque ad domini aſcenſum dorſa
ſinuat? herili terga ſubſternit ſedili. Sed ne forte adhuc
moueat quòd nouiſsimus homo factus ſit , idem equus
nos doceat non ad contemptionem referendũ eſse, ſed
honorem. Portat poſteriorẽ ſuum,nec deſpicit,ſed re-
formidat,& per diuerſa eum ſuo circũfert labore. Vno
momento homo longinqua obit , circumerrat diſtan-
tia,tum equis ſingularibus, tum quadrigis triumphali-
bus. Et quoniam triumphales memorati quadrigas,ne
ceſse eſt attexam ijs currus Heliæ , quibus per aera ve-
ctus eſt. Currus elephantorum,quibus homo victor aſ-
ſiſtens,cùm ſit poſtremus,priores regit. Sic quoque gu-

G bernator nauis in puppi sedet, & totam nauem gubernat. Vnde puto illud non ociosum esse in euangelio qđ dominus Iesus in puppi dormiebat, denique excitatus imperauit vento & mari, & sedauit tempestatem, ostendens ideo se nouissimum venisse, quia gubernator ve-
1.Cor.15. nit. Vnde Apostolus ait: Factus est primus homo Adã in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum vificantem. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Et addidit: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Recte ergo nouissimus quasi totius summa operis, quasi causa mundi, propter quem facta omnia, quasi omnium habitator elementorum inter feras viuit, cum piscibus natat, super aues volat, conuersatur cũ angelis, terrã inhabitat, & cælo militat, sulcat mare, aere pascitur, cultor soli, viator profundi, piscator in fluctibus, in aere auceps, in cælo hæres, Christi cohæres. Hæc secundũ industriam. Accipe etiam quod supra hominis substantiam. Moyses in imo ambulauit mari, in summo Apostoli. Abacuch sine pennis volauit. Helias in terris vicit, & in cælo triumphauit. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianũ, de diuisione prophetica quæ operatorẽ atque opera distinxit. Ratione quoque sex dierum quibus factus est mundus, & mysterio
H septimi atque octaui numeri subtiliter disserentis.

Epistola. XXXIX.

AMBROSIVS Horontiano. Diuisionem egregiè aduertisti propheticam, vel potius diuinam. Non enim sua Moyses, sed infusa & reuelata sibi scripsit, ea præcipuè quæ sunt de constitutione mundi, quæ diuisio operatorẽ atq; opera distinxit. Nam cũ aliud impassibile esset, aliud passionis receptabile: quod erat impassibile, ad deũ opatorem retulit. quod autem passibile, sine anima, sine motu proprio, motũ & animã & figurã à creatore accipiẽs suo, deputauit huic mundo. Quem factum nõ oportuit sine gubernatore & quodã patre indefensum relinqui. Et ideo inuisibilem deũ visibilis huius mundi rectorem esse, & quasi tutorem, apertissimè describit. Quod ergo inuisibile, sempiternũ: quod autem videtur, tẽporale. Sex itaq; diebus factũ mundũ exprimit, non qđ Deus tempore indiguerit ad constitutionẽ eius, cui intra momentum suppetit facere quæ velit, (dixit enim, & facta sunt) sed quia ea quæ fiunt, ordinẽ quærunt. Ordo autẽ
I tempus & numerum plerunque exigit. Illud quoq; præcipuè, quoniam nobis ad operãdum formam daturus, numerum dierum seruauit & tempora. Nos enim tempore indigemus vt aliquid maturius agamus, ne præcipitemus consilia atque opera nostra, ne ordinem prætermittamus. Cùm enim dominum legimus, vt scriptura ostendit, cum sapientia & quodam consilio & dispositione fecisse & ordine, vt primo cælũ faceret quod est pulcherrimum, oportet vt eo primũ oculos erigamus, illo nobis contendendũ esse arbitremur, illam sedẽ terrenis omnibus præferendã putemus. Sex itaq; diebus mundũ creauit, septimo die requieuit ab operibus suis. Bonus septimus numerus, quẽ non Pythagorico & cæterorum philosophorũ more tractamus, sed secundum formam & diuisiones gratiæ spiritualis. Septẽ enim virtutes principales sancti spiritus propheta Esaias cõplexus est. Hæc hebdomas sicut ipsa patris & filij & spiritus sancti venerabilis trinitas, sine tempore, sine ordine, author numeri, nõ sub numeri lege deuincta. Itaque sicut ad æternæ trinitatis gratiã cælũ, terrã, maria formata, sicut sol, luna, & stellæ: ita etiam ad illum septenariũ virtutũ spiritualiũ circuitũ atque orbẽ operationis diuinæ vigore præstantẽ, septenariũ quoddam ministeriũ planetarum creatum aduertimus, quo hic mundus illuminatur. Quarũ concurrere fertur militia ad earũ numerum quas inerrabiles ferũt stellas, & vt græci dicunt ἀπλανεῖς. Septentrio quoque inde latinè nomen accepit quòd septẽ in eo fulgor stellarũ irradiet, in quem maxime gubernatores quasi ducẽ feruntur intendere. Descẽdit hæc de cælo in terras prægrogatiua. Nam vt transeam septiformẽ capitis nostri gratiã in oculis duobus, auribus & naribus binis, ore quoque per qđ magnã suauitatẽ percipimus: quantũ istud miraculi quod septimo mẽse in plerisq; origo legitima formatur, & qui fuerit editus, vitalis generationis curricula sortitur: octauo autẽ mẽse interdicta naturali lege pariẽdi cernimus tẽpora, ac si forte letalis necessitas partus clausura laxauerit, periculũ pariter generãtis properetur & pignoris. Sed tamẽ ille septimanus, etsi bene nascatur, ad labores nascitur: qui autem octaua die regenerationis sortitur mysteria, cõsecratur per gratiã, & ad hæreditatem regni cælestis vocatur. Magna in virtutibus spiritus sancti hebdomadis gratia, eadẽ tamen hebdomade sonat, ogdoen consecrat. in illa sonus, in ista fructus est: ideoq; octauo die soluta paradiso reddidit spiritus gratia, quos extorres sua fecerat culpa. Nouit ogdoen istã, quã octauã latinè dicimus, vetus testamẽtum fiquidẽ ait Ecclesiastes: Da partẽ illis septem, & illis quidem octo. Hebdomas Eccles.11.
veteris testamenti est, octaua noui, quando Christus resurrexit, & dies omnibus nouæ salutis illuxit. Ille dies, Psal.117.
de quo ait Propheta: Hic dies quẽ fecit dominus, exultemus & lætemur in eo. quo die se fulgor plenæ atq; per- L
fectæ circuncisionis humanis pectoribus infudit. Propterea & vetus testamentũ dedit partẽ octauæ in circuncisionis solẽnitate. Sed illa adhuc in vmbra latebat. Venit sol iustitiæ, & cõsummatione passionis propriæ reuelauit sui luminis radios, quos retexit omnibus, & vitæ claritatẽ aperuit æternæ. Isti ergo sunt septẽ & octo, de quibus & Osee dicit quòd eo numero cõduxerit sibi, & acquisierit fidei plenitudinem. Sic enim habes: Et Osee.3.
abij, & cõduxi mihi quindecim argẽteis, & choro hordei, & semichoro hordei, & neuel vini. Cõducẽdã autẽ ei meretricẽ dominus præceperat. In supioribus itaq; manifestũ est quòd cõduxit eã, qui etiam mercedis quãtitatem expressit. Quindecim autem argentei ex septẽ, & octo constant. hebdomadam itaque & octauam significant. Duorum igitur testamentorum, id est plenæ fidei precio prophetia consummationẽ accepit fidei, ecclesia plenitudinem. Primo enim testamento Israel acquisitus est populus, secundo nationum & gentium. Fide ergo plena conducitur meretrix, vel ex gentibus copulam sui quærens, vel ex adultero Iudæorum populo, qui dominum suum & authorem virginalis fidei dereliquerat, conuentus suos totius orbis spatio diffundens. Quod autem dixit, in choro & in semichoro hor- M
dei: in choro mensuræ plenitudo est, in semichoro semiplena mensura. Plenitudo in euangelio, semiperfectio in lege: sicut legimus dicente domino: Non veni le- Mat.5.
gem soluere, sed implere. Et alibi habemus dicẽte domino per Michæã prophetã: Quia tũc pax erit in terra Mich.5.
Israel, cũ venerit Assyrius in terrã eius, & insurrexerint in eũ septẽ pastores, & octo morsus hominũ. Tũc enim plena pax est fideli populo ab omnibus tẽtationibus & vanitatibus absoluto, cùm mundi huius vanitatem excluserint de cordib⁹ nostris pax & gratia. Pax veteris, gratia noui testamenti. Septem pastores, præcepta legis sunt, quibus grex adhuc quasi irrationabilis in virga Moysi per desertũ ductus & gubernatus est. Octo morsus hominum, mandata euangelij, & dominicioris allocutio. Corde enim creditur ad iustitiam, ore cõfessio fit ad salutem. Boni morsus, per quos vitæ æternæ munus gustauimus, peccatorum remissionem in Christi corpore deuorantes. In veteri testamento amarus morsus est mortis. propterea dictum est: Deuorauit mors præualens. In nouo testamento suauis morsus est vitæ, quæ

A mortem absorbuit. Propterea Apostolus ait: Deuorata
1.Cor.15. est mors in victoria sua. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? Atque vt apostolicis vtamur testimonijs, vbi hominem fecit deus, requieuit ab omni-
Heb.4. bus operibus suis in die septima. Sed quia populus Iudæorum per contumaciam contempsit mãdata dei sui, ait dominus: Si introibunt in requiem meam. Et ideo aliam deus præfiniuit diem, de qua dicit: Hodie si vocẽ meam audieritis. Duos enim dies comprehendit scri-
Ibidẽ.13. ptura generales, Heri, & hodie. De quibus dicit: Imitamini fidem Iesu Christi, heri & hodie, ipse est in seculа. In superiore die promissio est, in consequenti solutio. Sed quia hesterna die neque Moyses neq; Iesus Naue populũ induxit in requiẽ, hodierna die Christus in-
Psal.2. duxit, cui dixit pater: Ego hodie genui te. Per suam enĩ resurrectionem Iesus populo requiem comparauit. Requies enim in cælo, non in terra est. Requies nostra, do-
Lucæ.23. minus est Iesus, qui ait: Hodie mecum eris in paradiso. Quid igitur opus est, vt explorem ortus signorum atq; obitus, quorum ad exortũ duris inarata vomeribus fin dantur noualia, vel ad occasum læta messis recumbat? Vna mihi stella abundat pro omnibus, stella splendida & matutina, cuius ad exortum seminata est non frugũ, sed martyrum seges, quando Rachil ploranit filios suos, vt lachrymis ablutos suis pro Christo offerret infantulos: cuius stellæ obitus non cremiorum insensibiliũ, sed spirantium defunctorũ triumphales manipulos detumulis resuscitauit. Celebretur itaq; hebdomas, eò qđ per septem ætatum cursus vita hominum vsque ad senectutẽ transcurritur, sicut Hippocrates medicinę magister scriptis explicuit suis. Prima ætas infantia est, se-
B cunda pueritia, tertia adolescẽtia, quarta iuuentus, quinta virilis ætas, sexta æui maturitas, septima senectus. Est ergo infans, puer, adolescens, iuuenis, vir, veteranus, senex. Solon autem decem fecit ætatum ordines per annos septenos, ita vt prima ætas infantiæ vsque ad emissionem sit dentium, quibus conficiat cibũ, sermonẽmq; distinguat, vt possit effabilis videri. Pueritia quoq; vsq; ad annos pubertatis procedit, & genitalia tentamenta. Adolescentia vsque ad barbæ lanuginem. Iuuenta vsq; ad perfectæ virtutis processum. Quinta ætas virilis est, apta copulis coniugalibus per totam hebdomadam. Sexta quoq; hebdomas virili deputatur ætati, & ad prudẽtiæ processum habili, & ad agendum strenuæ. Septima quoq; hebdomas & Octaua æui maturum, & sensum vi-
gentem, & sermonem non insuauis alloquij gratia prędituм produnt. Nona hebdomas reliquias adhuc habet aliquas virium, lingua ac sapiẽtia mollior. Decima vero hebdomas mensuram implet, ad quam is qui peruenire potuerit, non immaturo temporum cursu pulsabit mortis sera vestibula. Ergo Hippocrates & Solon
C vel septem ætates vel hebdomadas ætatum norunt, in illis se hebdomas præferat. Octaua autem vnam & perpetuam ætatem inuehit, qua excrescimus in virum perfectum in agnitione dei fidei plenitudine, in qua legitimę ætatis mẽsura impletur. Est etiam in visceribus nostris hebdomadis explorata gratia. Ferunt enim septẽ quoq; esse in nobis interiora viscera, stomachum, cor, pulmonem, lien, hepar, renes duos. Septẽ quoq; exteriora, caput, posteriora, ventrem, binas manus, & binos pedes. Præstantissima hęc, sed obnoxia dolori. Quis autem dubitet maius esse octauæ munus quę totum renouauit hominem, vt iam nihil possit dolere? Itaque septima mundi ætas conclusa est, octaua illuxit gratia, quæ fecit hominem iam non huius mundi esse, sed supra mundum.
Philip.1. Iam enim non vitam nostram, sed Christum viuimus. Nobis enim viuere Christus & mori lucrũ. Itaque iam non in carne, sed in fide viuimus Christi. Vnde colligimus, quia conclusus est mundi dies. Denique nouissima hora venit domin⁹ Iesus, & pro nobis mortuus est, & omnes in illo mortui sumus, vt viuamus deo. Non ergo nos qui eramus viuimus, sed viuit Christus in no- D
bis. Abijt ergo hebdomas, venit octaua. Abijt heri, venit hodie, illud hodie quod promissum est, quo admoniti sumus vocem dei audiendam & sequendam. Abijt ergo ille dies testamenti veteris, venit dies nouus, quo testamentum consummatum est nouum, de
quo dicit: Ecce dies veniunt, dicit dominus, & confir- Hiere.31.
mabo domui Israel, & domui Iudæ testamentum no- Hebr.8.
uum, non secundum testamentum quod feci patribus illorum in die qua apprehendi manus ipsorum educere illos de terra Aegypti. Et qua ratione mutatum sit testamentum, adijcit: Quoniam ipsi non manserunt, inquit, in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Abierunt sacerdotes legis, legis tribunalia. Accedamus ad sacerdotem nouum, ad sedem gratiæ, visitatorem animarum nostrarum, sacerdotem non secundum legem mandati carnalis creatum, sed secundum virtutem infatigabilem electum. Non enim ipse sibi honorem præripuit, sed electus à patre est, sicut ipse pater
ait: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Psal.109.
Melchisedech. Nouus ergo sacerdos videmus quid obtulerit? Alij sacerdotes pro se offerebant, & pro populo suo, hic quia non habuit peccatum, vt pro se offerret, pro vniuerso mundo se obtulit, & per sanguinem suum intrauit in sancta sanctorum. Hic est ergo sacer- Heb.9.
dos nouus, & noua hostia, non ex lege, sed supra legem: aduocatus mundi, lux seculi: qui dixit: Ecce venio. & venit. Ad quem accedamus in abundantia fidei, adorantes, & obsecrantes, & sperantes in eum, quem non videmus oculis, sed affectu tenemus, cui est omnis E
honor semper & gloria. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Sabinum, libellos illi mittentis, atque rogantis vt scrutanter discutiat, & quæ corrigenda decreuerit, arbitrij sui iudicio corrigat. Epist. XL.

AMBROSIVS Sabino. Remisisti mihi libellos, quos tuo iudicio probatiores habebo. Ideo misi alios non iudicij fauore delectatus, sed promissa à te, & petita à me veritate illectus. Malo enim tuo corrigatur iudicio si quid mouet, priusquã foras prodeat, vnde iam reuocandi nulla facultas sit, q̃ laudari à te quod ab alijs reprehẽdatur. Itaq; arbitrũ te eorũ quę postulas rogaui. Neq; enĩ legi à te mea quæ nõnunq̃ tribuo i vulgus, sed in tuæ calculũ venire sentẽtiæ desideraui. Non erit lõgi subsellij ista iudicatio & mora, vt dictũ est antiquit⁹. Facile est tibi de nostris iudicare. Ego certe huc inuitatu tuo prodeũdum putaui, tuũ est liquido decernere, & scrutanter discutere quę corrigas, ne tibi vitio vertãt ea quæ nobis potuerũt obrepere. Nescio quo enĩ
modo præter imprudẽtiæ caliginẽ quæ me circunfun- F
dit, vnũquẽque fallunt sua scripta, & aurem prætereũt, atque vt filij etiam deformes delectãt, sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant. Incautius plerunque aliquid promitur, aliquid accipitur maleuolenti⁹, aliquid exit ambiguum, tuum quia alieno examinanda iudicio, non pro nostra debemus magis quàm p aliena opinione trutinare, & discutere omnes scrupulos male uolentiæ. Assume igitur beneuolo animo aurem versutiæ, & pertracta omnia, sermones ventila, si in ijs nõ forenses blanditiæ, & suasoria verba, sed fidei synceritas est, & cõfessionis sobrietas. Notam appone ad verbum dubij põderis, & fallacis stateræ, ne quid pro se esse aduersarius interpretetur. Esto vt reuincatur si congredi cœperit. Male se habet liber qui sine assertore nõ defenditur. Ipse igitur pro se loquatur, qui ꝓcedit sine interprete. Habetur hic tamen, non egredietur à nobis, nisi à te acceperit authoritatẽ. Itaque cũ eũ fide tua, pdire iussęris, committetur sibi. Tamen quoniam non in sermo 1.Cor.4.

G ne est regnum dei, sed in virtute: verbum si offenderit, virtutem professionis interrogato. Professio autem fidei sententia est, quam aduersum Sabellianos & Arrianos ita à maioribus traditam tenemus, vt patrem Deum, & filium eius vnigenitum, & spiritum sanctum veneremur, hanc trinitatem vnius esse substantiæ, maiestatis, diuinitatis. In hoc nomine patris & filij & spiritus sancti baptizare nos, quemadmodum scriptum est: Filium itaque coæternum patris suscepisse carnem, natum de spiritu sancto & virgine Maria, æqualem patri secundum diuinitatem in Dei forma, id est, in omni plenitudine diuinitatis, quæ in illo habitat, vt dixit Apostolus, corporaliter, qui in persona hominis formam
Col. 2. Philip. 2. serui accepit, & se humiliauit vsque ad mortem. Ergo & aduersus Photinum hæc nobis sententia est: aduersus Apollinarem autem legitima circunspectio, vt confiteamur sicut in dei forma nihil ei defuit diuinæ naturæ & plenitudinis, sic in illa forma hominis nihil ei defuisse quo imperfectus homo iudicaretur, qui ideo ve-
H nit, vt totum hominem saluum faceret. Neque enim decebat vt qui perfectum opus in alijs consummauerat, hoc imperfectum in se esse pateretur. Si enim aliquid ei defuit, non totum redemit. Si non totum redemit, fefellit igitur qui dixit ideo se venisse, vt totum hominẽ saluum faceret. Sed quia impossibile est mẽtiri deo, nõ fefellit ergo: quia ita venit, vt totum redimeret, & saluũ faceret. totum vtique suscepit quod erat humanæ perfectionis. Nostra sententia huiusmodi est, vt meministi. Si verba alicubi mouent, non præiudicãt fidei. Etenim seruonem dubium mens non dubia obumbrat, & defendit à lapsu. Hæc tecum prælusimus, quæ in libros nostrarum epistolarum referam si placet, atque in numerum reponam, vt tuo cõmendentur nomine, & tuis ad nos, & nostris ad vos literis augeatur mutuus amor per dominum, vt ita legas quo iudices, & quod mouerit, scribas ad me. Amor enim verus constantia probatur. Placet iam quod senibus vsu facilius est, quotidiano & familiari sermone epistolas texere, & si quid de scripturis diuinis obuium inciderit, attexere Vale frater, & dilige amantem tui, quia plurimum te diligo.

Diui Ambrosij ad Sabinum, ex eo quòd illi complacuit vsus epistolarum, spondentis se frequentius eũ scriptis suis, præsertim cum solus fit, velle alloqui, solitudinemq; plurimum commendantis atque suadentis.

Epistola. XLI.

AMBROSIVS Sabino. Quoniam tibi quoque complacuit nostrarum vsus epistolarum, in quibus quidam inter absentes præsentiũ sermo est, pergam frequentius te in meis scriptis & cum solus sum alloqui. Nunquam enim minus solus sum, q̃ cũ solus esse videor, nec minus otiosus q̃ cũ otiosus. Certe pro arbitrio arcesso quos volo, atque adiungo mihi quos magis diligo, aut quos aptiores arbitror, nemo interpellat, nemo interpolat. Tũc ergo te magis teneo, & de scripturis confero, & prolixiorem simul sermonem cedimus. Sola erat Maria, & loquebatur cum angelo. Sola erat quando superuenit in eã spiritus sanctus, & virtus altissimi obumbrauit eam. Sola erat, & operata est mundi salutem, & concepit redẽptionem vniuersorum. Solus erat Petrus, & totum per orbem consecrandarum gentium cognouit mysteria. Solus erat Adam, & non est præuaricatus, quia mens eius
Act. 10. Gene. 2. &. 3. adhærebat deo. Postquam vero ei mulier adiuncta est, non potuit inhærere mandatis cælestibus, & ideo se abscondebat quando deus deambulabat in paradiso. Et nunc deambulat in paradiso deus, quando diuinas scripturas lego. Paradisus est Genesis liber, in quo virtutes pullulant patriarcharum. Paradisus Deuteronomium, in quo germinant legis præcepta. Paradisus euangeli-
I ũm, in quo arbor vitę bonos fructus facit, & æternę spei K mandata diffundit per vniuersos populos. Audiens itaque, Diligite inimicos: Audiens, Dimitte omnia tua & Mat. 5. sequere me: Audiens, Qui te percutit in maxilla, præbe Luc. 6. ei alteram: & hæc non faciens, & vix diligens eum qui me diligat, non dimittens quæ habeo, iniuriam acceptã vlcisci volens, & sublatum mihi extorquere, cùm scriptura dicat etiam aliud, id est, plus quàm petitũ aut creptum est, concedendum: video me contra mandata dei facere. Et aperiens oculos conscientiæ deambulare mihi deum præsentem recognosco, cupio me abdere, cupio velare, sed nudus sum deo, apud quem nuda & intecta sunt omnia. Erubescens itaque tegere pudenda faci nora desidero, quasi membra mei corporis: sed quia de us omnia videt, solijs obumbratus, latebris tectus appareo. Puto me abscondi, quia corpore amictus sum. Ipsa est tunica pellicea cum qua Adam de paradiso eiectus est, nec à frigore tutus, nec tectus ab opprobrio, sed & iniuriæ & culpæ patens. Liquet igitur ex his quia soli eũ L sumus, tunc nos offerimus deo, tunc mentem ei nostrã aperimus, tunc amictũ fraudis exuimus. Solus erat Adã quando in paradiso constitutus est, solus erat & quando ad imaginem dei factus est, sed non erat solus quando de paradiso eiectus est. Sol⁹ erat dominus Iesus quã do mundũ redemit. Non enim legatus neque nuncius, sed ipse dominus solus saluum fecit populũ suum: etsi nũquam solus est ille, in quo pater est semper. Vnde & nos soli simus, vt dominus nobiscum sit. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Sabinũ, de paradiso quid alij senserint referentis, & quæ sua de mystico paradiso sit sententia, pulchra expositione declarantis. Epist. XLII.

AMBROSIVS Sabino. Lecto hexaemero vtrũ paradisum subtexuerim, requirendum putasti, & quam de eo haberem sententiam significandum, idq; velle te studioſè cognoscere. Ego autem iam dudum de eo scripsi, nondum veteranus sacerdos. Sententias autem de eo diuersas esse plurimorum comperi. Nam Iosephus, vtpote historiographus, locum dicit refertum arboribus virgultisque plurimis, irrigari etiam flumine qui diuidatur in quatuor fluuios. Collecta etenim in vnum congregatione aquarum, non se penitus exinaniuit terra, & fraudauit irriguis suis, sed hodieq; in fontes prorumpit, & deducit meatus fluminum, quibus pignora sua quasi pia mater plenis lactat vberibus. Alij alias. Omnes tamen con M gruunt in paradiso & lignum vitæ radicatum, & lignũ scientiæ quę discernat bonum & malum, cętera quoque ligna plena vigoris, plena viuificationis, spirantia, & rationabilia. Ex quibus colligitur paradisum ipsum non terrenum videri posse, nõ in solo aliquo, sed in nostro principali, quod animatur & viuificatur animæ virtutibus, & infusiõe spiritus dei. Denique Salomon in spiritu paradisum in homine esse euidenter declarauit. Et quia mysteria exprimit vel animæ & verbi, vel Christi & ecclesiæ, ideo ait de virgine anima, vel ecclesia quam volebat virginẽ castã assignare Christo, Paradisus con Can. 4. clusus soror mea sponsa, paradisus cõclusus, fons signatus. Paradisus græcè, latinè ortus dicitur. Denique Su- Dan. 13. sanna in paradiso erat, & sic legitur latinè. Et Adam in Gene. 2. paradiso erat, & sic legimus. Ergo non te moueat quòd alij codices latini ortum habent, alij paradisum. Ibi ergo est casta vxor, vbi virgo. Licet virgo excepta habeat clausura & signacula sua, sed vtraque in paradiso, vt aduersum æstus corporis & carnis flagrantiam refrigeretur virtutũ vmbraculis. Ergo paradisus in principali nostro est, sylueſcens plurimarũ opinionum plãtarijs, in quo principaliter lignum vitæ constituit deus, id est pietatis radicem. Ea est enim vitæ nostræ substantia, si

A domino & deo nostro debitos cultus deferamus. Constituit etiam scientiæ boni & mali seminarium. Homo enim solus in cæteris animantibus terrenis habet scientiam boni & mali. Alia quoque illic plantaria diuersa, quorum fructus virtutes sunt. Sed quia scientiæ capax hominis affectus cognitus est deo quòd citius ad astuti am inclinaretur, quàm ad summum prudentiæ, (Neque enim iudicem qui fines certos in anima nostra constitu it, operis sui qualitas latere poterat) eliminare voluit astutiam de paradiso, quasi prouidus author nostræ salutis, & vitæ studium, & disciplinam pietatis infundere. Ideoq; præcepit homini ab omni ligno quod est in paradiso, gustandum, de ligno autem scientiæ boni, & mali non esse gustandum: sed quia creatura omnis passioni obnoxia, ideo delectatio sicut serpentino illapsu humanis irrepsit affectibus. Itaque non immerito sanctus Moyses delectationem serpentis figurauit similitudini. Prona est enim in ventrem sicut serpens, non pedibus incedens, aut vllis eleuata cruribus, sed sinuoso flexu totius velut corporis sui lubrica. Ei terra cibus est sicut serpenti, quoniam escam nescit cælestem. Corporalibus enim pascitur, atque in varias mutatur species
B cupiditatum, & tortuosis angulatur anfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus vnusquisque se euiscerat luxuriosus, helluo internecat, abliguritor perimit. Quantos ruperunt vina, dissoluit ebrietas, diſtẽdit crudi tas? Nunc intelligo qua causa dominus deus insufflauit in faciem hominis. Ibi enim sensus omnis, ibi sedes atque illecebra delectationis, in oculis, auribus, naribus, atque in ore, vt sensus nostros aduersus delectationem fortiores faceret. Hæc ergo nobis, sicut serpẽs astutiam, infudit. Non enim delectatio, sed labor & diuturna meditatio cum Dei gratia dat perfectam prudentiam. Tamen quia serpentis fraudibus inuoluta est humani generis hæreditas, in eo astutiam serpentis sequamur, vt caput nostrum non proijciamus in pericula, sed præ cæteris integrum custodiamus. Caput autẽ nostrum Christus est. Hoc maneat incolume, vt serpentis venena nobis non possint nocere. Bona est enim sapientia cum hæreditate, id est cum fide, quoniam est hæreditas credentibus in dominum. Quod si primus ille homo qui cum deo loquebatur in paradiso positus, labi tam facile potuit, ex terra creatus virgine, quę ad verbum dei formata & creata recenti fuerat exortu, nondum ea parricidali cædiumq; concreta sanguine, flagitijs & dedecore polluta, nondum carne nostra damnata maledicto obnoxiæ hęreditatis: quanto facilius post-
C ea lubrica ad peccandum via maius aduexit humano generi præcipitium, cùm deterior tolerabiliori per vices generationis succeſserit? Etenim si Magnetis lapis tantam naturæ vim habęt, vt ferrum ad se trahat, & trãsfundat se in illius speciem, ita vt pleriſque experiri volentibus cum plures annulos ferreos ad eum lapidẽ admouerint, omnes pari teneat modo, deinde si ei annulo cui adhæserit lapis, alium admoueas annulum, & rursus per ordinem singulis substituas, licet in omnes penetret per ordinem ex illo lapide vis naturæ, tamẽ priores nexu vehementiore constringit, posteriores remissiore: quanto magis humani generis conditio atque natura ex puriore statu in deteriorem lapsa est, quando nequiorem attigit? Nam si per eas speeies minuitur natura quæ non sunt culpæ capaces, quanto magis per animos atque artus labe pollutos scelerum virtus eius hebetatur? Vnde quia excreuerat malitia, abolita innocen
Rom. 5. tia fuerat, non erat qui faceret bonitatem, non erat vsq; ad vnum: venit dominus, qui reformaret naturæ gratiam, immo augeret, vt vbi superabundauit peccatum, superabundaret gratia. Ergo liquet & quia author hominis deus, & quòd deus vnus, non multi dij, sed vnus qui mundum operatus est, & vnum non multos mundos, vt dicunt philosophi. Primum igitur mũdum creauit, deinde habitatorem mundi, cui totus mundus patria fo D ret. Nam si hodie quocunque accesserit sapiens, vbique ciuis est, vbique sua omnia intelligit, nusquam se peregrinum, nusquam hospitem iudicat, quanto magis ille primus homo totius erat mundi incola, & vt græci dicunt, κοσμοποιὸς ΛΟΓΟΣ, opus dei recens, confabulator assiduus, ciuis sanctorum, complantatus virtutibus, præpositus omnibus terrenis animantibus, marinis, volatilibus, totum mundum suam possessionem putabat, quẽ dominus tuebatur vt opus suum, neque vt bonus parẽs atque author deserebat? Denique eousque creatum fouit, vt abdicatum redimeret, eliminatũ reciperet, mortuum passione filij sui vnigeniti resuscitaret. Est ergo hominis author deus, & diligit opus suum operator bonus, nec derelinquit bonus pater, quem etiam sicut diues paterfamilias cẽsu propriæ hæreditatis redemit. Caueamus ergo ne hominem istum, id est νοῦν, mulier illa, id est passio sensuum nostrorum, delectatione & ipsa decepta atque illusa effœminet, & circunscriptum in leges suas & sententiam trahat. Fugiamus delectationẽ sicut serpentem. multas artes habet, & maxime in hominem. Nam alia animantia cibi auiditate capiuntur, homo quanto plures sensus oculorum auriũmque habet, tanto maiora pericula. Vale, & nos dilige, vt facis, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Sisynniũ, pietatẽ illius cõmendãtis, quòd filio ignouerit qui eo incõsulto vxorẽ accepe rat. Epistola. XLIII. E

AMBROSIVS Sisynnio. Quod filio nostro remisisti meo rogatu, quia te inconsulto vxorẽ acceperat, pietati magis tribuo quàm nostro amori. Plus est enim pietatẽ ipsam de te impetrauisse, quàm cuiusquam petitionem. Certe sacerdos tunc magis impetrat, cum virtus prævalet. Sacerdotis enim petitio, doctrina pietatis est. Impetrauit igitur natura, impetrauit filius, eo plenius, quia postulati contemplatio temporalis solet esse, virtutis autem diuturnus habitus, & iugis animarũ inductio. Pulchrè itaque gestum, vt te patrem recognosceres: simul quia iusta indignatio fuit. Malo enim culpã fateri, vt plus laudetur paterna indulgentia. Sed & ipsa paterna offensio fuit, quoniam venturam in locum filiæ tuæ debuisti eligere iudicio, cui fieres pater. Nanque aut natura filios suscipimus, aut electione. In natura casus est, in electione iudicium: magisque in adoptatis offendimus quàm in genitalibus filijs: quia genitales filios esse degeneres, ad naturam refertur: ascitos vel adoptione vel copula dedecores esse, nõ nisi errori adscribitur. Fuit ergo qđ succenseres filio, sed fuit etiam quod remitteres, quia si F bi vxorem elegit. Acquisisti filiam sine electionis periculo. Si bonam duxit, tibi acquisiuit gratiam. si errauit, recipiendo meliores facies, refutando deteriores. Maturiore quidem cõsilio puella filio à patre traditur, sed maiore obsequij ꝓposito à filio ad patrẽ ducitur, & à viro lecta ingreditur soceri domũ, dũ metuit & filius displicere iudiciũ suũ, & nurus ministeriũ. Illum pater næ electionis prærogatiua attollit atq; erigit, istã offensionis humiliat metus, inclinat verecundia. Non habebit filius quod in vxorem referat quasi exors culpæ si quid fortasse offensum sit, quod habet vsus: immo amplius elaborabit vt in vtroq; suum possit probari & in vxore iudicium. & in se obsequium. Feciſti igitur quod boni parentes, vt cito ignosceres, sed obsecratus. Nam anteq̃ rogareris, non erat ignoscere, sed factũ probare. Deinde diutius differre veniã, & tibi acerbũ, & illis inutile. Neq; enim paterna viscera diutius tolerare possent. Summæ deuotionis proposito Abrahã filiũ suum secundum oraculũ dei offerebat in holocaustũ, & quasi exors naturæ exerebat gladium, ne mora sacrificiũ de- Gene. 21.

G colorarer: tamẽ vbi abstinere â filio iussus est, gladium libenter recõdit: & qui immolare vnigenitum fidei intentione properabat, maiore pietatis studio festinauit ouem subrogare sacrificio. Ioseph quoque vt fratrem iuniorem teneret, simulabat iracundiam fratribus, & compositam â se furti fraudem indignaꝰ est: tamen cũ aduolueretur ad genua eius vnus ex fratribus Iudas, flerent alij, fraterno victus & compassus affectu, diutius tenere non potuit simulationem seueritatis, remotisq; arbitris aperuit fratribus quod germani sui essent, & ipse esset Ioseph quẽ vendidissent: nec se memorem suę esse iniuriæ, & non fraternæ venditionis acerbitatem fraternè excusare, atque id quod posset arguere, ad altiores causas referre, eò quod ita oportuisset fieri procurã te deo, vt transiret in Aegyptum qui gentem suam frugis externæ egentem pasceret, vt sterilitatis tempore alẽ dis patri & filijs subsidio foret. Quid autem de sancto
2.Reg.14 Dauid loquar, qui degenerem filium, & fraterno oblitum sanguine, ad vnius mulieris petitionem paternis visceribus mentem emollitus domo recepit? Ipse ille euã
Lucæ.15. gelicus pater adolescentiorem filium qui prodegerat omnem substantiam â patre acceptam viuẽdo luxurio se, regredientem tamen vnius sermonis inflexus humilitate, quod in patrẽ peccasse se fatebatur, occursu pio fouit, supra collum eius cecidit, primam illi stolam, an nulum & calceamenta deferri iussit, atque honoratum osculo, donatum munere, admirabili susceptio cõuiuio.
H Horum te imitatorem præbuisti pietate patria, qua proxime ad deum accedimus: & ideo ego prompte filiã nostram adhortatus sum vt etiam hyemali tempore vię laborem exciperet, commodius hybernatura non solum in hospitio, sed etiam in affectu paterno, cum iam successerit indignationi gratia: quãdo quidem vt plenè te ad similitudinem atque imitationem sanctorum referres, eos accusauisti qui compositis mendacijs animum tuum aduersum filios excitandum arbitrati sunt. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

LIBER SEPTIMVS.

DIVI AMBROSII AD CONSTANTIVM, IN
suscepto ecclesiæ gubernamine illum confortantis, ac
diligenti commonitione instituentis qualem se debeat
I coram plebe domini exhibere loquendo, docendo, admonendo, hortando, persuadendo, obsecrando, vt vitijs & terrenis cupiditatibus renuncient, virtutes sectentur, bonorumq; operum diuitias querant, & domino in sobrietate, & gratia, & tota mentis sedulitate seruiant. Demum eidem aliam quandam ecclesiam cõmendãtis.

Epistola. XLIIII.

AMBROSIVS CONSTANTIO.
Suscepisti munus sacerdotij, & in puppe ecclesiæ sedens nauim aduersus fluctus gubernas. Tene clauum fidei, vt te graues huius seculi turbare non possint procellæ. Mare quidem magnũ & spatiosum, sed noli vereri,
Psal.23. quia ipse super maria fundauit eã, & super flumina præparauit eam. Itaque non immerito inter tot mundi freta ecclesia domini tanquam supra apostolicam ædificata petrã immobilis manet, & inconcusso aduersum impetus sæuientis sali perseuerat fundamine. Alluitur vndis, non quatitur, & licet frequenter elementa mũdi huius magno in ista resultent fragore, habet tamen quo laborantes excipiat, tutissimum portum salutis. Sed tamen & si in mari fluctuat, currit in fluminibus, & vide ne in illis fluminibus magis, de quibus dictum est, Eleuauerunt flumina vocem suam. Sunt enim flumina quę
Psal.92. de ventre eius fluunt, qui potum â Christo acceperit, & K
de spiritu dei sumpserit. Hæc ergo flumina cum redundant spirituali gratia, eleuant vocem suam. Est & fluuius qui decurrit in sanctos suos sicut torrens. Est & fluminis impetus, qui lætificat animam pacificam atq; tranquillam. Ex huius fluminis plenitudine quicunque acceperit, sicut Ioannes euangelista, sicut Petrus, Paulus, eleuat vocem suam, & sicut apostoli euangelicæ prædicationis vocem vsque in totos fines orbis terrarum canoro diffuderunt præconio, ita & iste incipit euãgelizare dominum Iesum. Accipe ergo â Christo, vt tuus sonus exeat. Mare est scriptura diuina, habẽs in se sensus profundos, altitudinẽ propheticorũ ænigmatũ, in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt ergo & fluuij dulces atque perspicui, sunt & fontes niuei qui saliãt in vitam æternam, sunt & sermones boni sicut faui mellis, & gratæ sententiæ quæ animos audientiũ spirituali quodam potu irrigent, & præceptorũ moralium suauitate mulceant. Diuersa igitur scripturarũ diuinarũ fluenta. Habes quod primũ bibas, habes quod secundum, habes quod postremũ. Collige aquam Christi, illam quæ laudat dominũ. Collige aquã de pluribus locis quã effundunt nubes propheticæ. Quicunq; colligit de mõtibus L
aquam, atq; ad se trahit, vel haurit è fontibus, & ipse rigat sicut nubes. Imple ergo gremium mẽtis tuæ, vt terra tua humescat, & domesticis irrigetur fõtibus. Ergo qui multa legit & intelligit, impletur: qui fuerit impletus, alios rigat. Ideoq; scriptura dicit: Si impletæ fuerint nu Eccles.11
bes, pluuiã in terram effundẽt. Sint ergo sermones tui pfluj, sint puri & dilucidi, vt morali disputatione suauitatem infundas populorum auribus, & gratia verborũ tuorũ plebem demulceas, vt volẽs quo ducis sequatur. Quod si aliqua vel in populo vel in aliquibus cõtumacia vel culpa est, sint sermones tui huiusmodi vt audiẽtem stimulent, compungant male conscium. Sermones enim sapientum tanq; stimuli. Stimulauit & dominus Iesus Saulum, cũ esset persecutor. Quam salutaris fuerit stimulus, considera, qui ex persecutore apostolũ fecit dicẽdo: Durũ tibi est vt aduersus stimulũ calces. Sũt Act.9.5
etiam sermones sicut lac, quos infudit Paulus Corinthijs. Qui enim fortiorẽ cibum epulari nõ queunt, succo lactis ingenij sui exercẽt infantiam. Eloquia tua plena intellectus sint. Vnde & Salomon ait: Arma intellectus labia sapientis. Et alibi: Labia tua alligata sint sensu, id est, fulgeat sermonũ tuorũ manifestatio, stellectus
M
coruscet, & alloquiũ tuum atq; tractatus aliena nõ indigeat assertione, sed sermo tuus velut armis suis sese ipse tueatur, nec vllũ verbũ tuũ inuanũ exeat, & sine sensu prodeat. Est enim alligatura quæ constringere solet animorum vulnera: quam si quis reijcit, desperatam sui prodit salutẽ. Et ideo circa eos qui graui vlcere vexantur, vtere oleo sermonis quo foueas mẽtis duritiã. Appone malagma, adiunge alligaturã salutaris præcepti, vt vagos & fluctuãtes circa fidẽ, vel erga disciplinæ obseruantiam, nequaq; saluto animo & remisso vigore patiaris perire. Admone igitur plebẽ domini atq; obsecra vt abundet in operibus bonis, renũciet flagitijs, nõ accẽdat flammarum incẽdia. Non dicã in sabbato, sed in oĩ tempore, ne comburat corpus suũ, fornicatio & immũditia non sit in dei seruulis, quia immaculato seruimus dei filio. Nouerit vnusquisq; se, & vas possideat suũ, vt subacto quodã sui corporis solo, fructus expectet debitos. Nec spinas & tribulos ei terra sua germinet, sed dicat & ipse, terra dedit fructus suos. atq; in hac dumosa quondam passionũ fragilitate, insitiua virtutum efflorent. Edoce etiã atq; institue vt faciant quod bonũ est, & vnusquisq; nõ intermittat opus probabile, siue â pluribus videatur, siue sine arbitro sit. Abundat enim sibi locuples testis conscientia. Fugiat etiã mala opprobria, etiam si se credat non posse conuinci. Nam etsi clausus parietibus sit, & opertus tenebris, sine teste, sine cõscio,

A habet tamen facti arbitrum quem nihil fallat, ad quem facta clamant omnia. Denique clamauit & vox sanguinis. Sibi ipsum vnusquisque animum suum feuerum iudicem sui, vltorẽ sceleris, & vindicem criminis habet. Denique timens & tremens oberrabat Cain parricidalis facinoris luẽs pœnas, vt ei remedio sua mors fuerit, quem vagum exulem formidato per omnia momenta terrore mortis per mortem exuit. Nemo igitur vel solus vel cum altero aliquid turpe aut improbũ faxit. Et si quis solus est, seipsum præ cęteris erubescat, quem maxime debet vereri. Nec cõcupiscat plurima, quia & pauca ei plurima sunt. Paupertas & opes, inopiæ & satietatis vocabula sunt. Nec diues est qui indiget aliquo, nec pauper qui non indiget. Nec quisquam viduam spernat, circunscribat pupillum, fraudet proximum suum. Væ enim illi qui congregatam dolo habet substantiam, & in sanguine ædificat ciuitatem, id est animam suam. Hæc est enim quæ ædificatur sicut ciuitas. Hanc ciuitatem non ædificat auaritia, sed destruit: non ædificat libido, sed exurit atque incendit. Vis bene ædificare ciuitatem? Melius est exiguum cum dei timore, quàm the
Prou.15. sauri magni sine timore. Diuitiæ hominis ad redemptionem animæ debent proficere, non ad destructionem. Et thesaurus redemptio est, si quis eo bene vtatur: & iterũ laqueus est, si quis vti nesciat. Quid enim
B homini pecunia sua, nisi quoddam viaticum est? Multa oneri, moderata vsui. Viatores sumus vitæ huius. Multi ambulant, sed opus est vt quis bene transeat. Cum illo enim dominus Iesus, qui bene transit. Ideóque legis:
Esa.43. Si transeas per aquam, tecum sum, flumina te non concludent: nec ignis exuret vestimenta tua, si trãseas. Qui autem ignem alligat in corpore suo, ignem libidinis, ignem immodicæ cupiditatis, nõ transit, sed exurit in-
Prou.22. uolucrum istud animæ suæ. Præclarior est bona existimatio quàm pecunia, & super omnes argẽti aceruos bona est gratia. Fides ipsa abundat sibi, satis superq; censu suo diues. Sapiẽti quoque nihil alienũ nisi quod virtuti incongruum. Quocunque accesserit, sua omnia, totus mũdus possessio est, quoniam toto eo quasi suo vtitur. Quid igitur circunscribitur frater? quid fraudatur mercenarius? Non magna, inquit, lucra de mercede meretricis, id est lubricæ istius fragilitatis. Meretrix ista nõ specialis, sed publica est. Non vna mulier, sed vaga omnis cupiditas meretrix est. Omnis perfidia, omnis fallacia meretrix, non illa sola quæ corpus prostituit suum, sed omnis anima quæ spem suam vendit, quæ deformes quæstus & degenerem stipem quærit. Et nos mercenarij sumus, qui ad mercedem laboramus, & huius operis no
C stri mercedẽ speramus â domino nostro & deo. Si quis
Lucæ.15. cognoscere vult quàm mercenarij sumus, audi dicentem: Quantis panibus mercenarij patris mei abundant, ego autem hic fame pereo. Et infra: Fac me, inquit, sicut vnum mercenariorum tuorum. Omnes mercenarij, omnes operarij. Qui tamen fructum expectat laboris, consideret quòd is qui alium mercede fraudauerit debita, & ipse fraudabitur sua. Fœneratum istud offendit, & postea cumulatione mensura exoluet. Ergo qui non vult amittere quod est perpetuum, non eripiat alij quod temporale est. Nemo etiam in dolo loquatur ad proximum suum. Laqueus est in labijs nostris, & sæpe vnusquisque sermonibus suis non explicatur, sed inuoluitur. Fouea alta est os maleuoli, grande innocentiæ præcipitium, sed maius maleuolentiæ. Innocens dum credit facile, cito labitur, sed tamen iste lapsus resurgit: maledicus autem suis artibus præcipitatur, vnde nũquam
exiliat atque euadat. Põderet ergo vnusquisque sermo-
Prou.11. nes suos non cum fraude & dolo. Statera fallax improbabilis apud deum. non illam stateram dico quæ merce dem appendit alienam. & in vilibus quidem rebus raro constat fallacia, sed statera verborum ipsa apud deũ est execrabilis, quæ prætendit pondus grauitatis sobrię,
& subnectit versutias fraudulentiæ. Hoc maxime con- D
demnat deus, si decipiat aliquis proximum suum promissorum benignitate, & subdola in iniquitate defœneratum opprimat, nihil sibi profuturus salutiæ suæ artibus. Quid enim prodest homini si totius mundi capiat Matt.16.
opes, animam autem suam vitæ æternæ defraudet stipendio? Alia pijs mentibus consideranda statera, qua singulorum facta trutinantur, in qua plerunque ad iudicium peccata propendunt, aut bene gesta peccatis præponderant. Væ mihi si præcedant flagitia, & ad mortis præiudicium letali vergant pondere, tolerabilius si subsequantur. Omnia tamen manifesta domino & ante iudicium: nec bona possunt latere: nec ea quæ plena sunt offensionis, abscondi. Quàm beatus qui radicẽ vitiorum resecare potuerit auaritiam. Is profecto stateram hanc non reformidabit. Auaritia enim plerunque sensus hebetat humanos, & peruertit opiniones, vt quæ stum pietatem putẽt, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. Merces autem magna pietatis est: & quæstus sobrietatis, habere quod vsui est satis. Quid enim in hoc mundo profunt diuitiarum superflua, cum in ijs & nulla adiumenta nascendi sint, nec impedimenta morien-
di? Nam & sine integmento in hoc mundo nascimur, & sine viatico discedimus, sine hæreditate sepelimur. Pendet per singulos nostrorum statera meritorum: at- E
que exiguis vel boni operis, vel degeneris flagitij momentis huc atque illuc sæpe inclinatur: si mala vergant, heu me: si bona, præsto est venia. Nemo enim â peccato immunis: sed vbi propendunt bona, eleuantur peccata, obumbrantur, teguntur. Ergo die iudicij aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum tanquam molari depressos lapide mergent. Grauis est enim vtpote talento plumbeo suffulta iniquitas, intolerabilis auaritia, atque omnis superbia, tetra fraudulentia. Et ideo hortare plebem domini sperare magis in domino, abundare in diuitijs simplicitatis, in quibus ambulet sine laqueo, sine impedimẽto, Bona etiam puri sermonis synceritas, & locupleS. apud deum, etiam si inter laqueos ambulet. Tamen quia alij nescit insidias aut vincula innectere, nõ alligatur. Illud quoque præcipuum, si persuadeas vt nouerint humiliari, sciant verum humilitatis colorem, naturam nouerint. Multi habent humilitatis speciem, sed virtutem non habent:
multi eam foris prætendunt, & intus impugnant. Ad fu Eccle.19.
cum præferunt, ad veritatem abiurant, ad gratiam ne- F
gant. Est enim qui nequiter humiliat se, & interiora ei? plena sunt doli. Et est qui se nimium submittit ab humilitate multa. Non est ergo humilitas nisi sine fuco, si- Rom.5.
ne fraude. Ipsa est vera quæ habet piam mentis synceritatem. Magna virtus eius. Denique per inobedientiam vnius hominis mors introiuit, & per obedientiam vnius domini Iesu Christi facta est vniuersorum redemptio. Sciuit humiliari sanctus Ioseph, qui cum esset â fra Psal.104.
tribus in seruitutem venditus, vel â negociatoribus coemptus, humiliatus in compedibus, vt scriptura dicit, virtutem humilitatis didicit, infirmitatem repudiauit. Itaque emptus in Aegypti partibus â seruo regio coquorum præposito, non prosapiæ nobilis conscientia, quasi germen Abrahamidarum, dedignatus obsequia vernacula, fastidiuit degenerem conditionem, sed magis gnauum se & fidelem herili imperio præbuit, alto intendens consilio nihil interesse in quo statu quis probabilem se præstaret, sed illum esse finem bonorum, vt in quocunque statu probarentur: illudq; præcipuum, si magis mores commendarent statum, quàm status mores. Etenim quo status inferior, eo virtus eminentior. =
Talem itaque se exhibebat, tam sedulum, vt ei dominus suus totam domum suam crederet, ipsi omnia committeret. Vnde & vxor eius oculos iniecit in eum capta formæ venustate. Nihil enim ad nos si petulantibus oculis aut ætas expetitur, aut pulchritudo. Ars desit, nullum =

G est crimen decoris:illecebra facesſat,inoffenſa eſt ſpecies,& formæ gratia . Itaque percita atque animi furens interpellat iuuenem,& cogente libidine victa paſſionũ ſtimulis crimen fatetur . Verum ille abiurat flagitium, dicens nec moribus Hebræorum conuenire nec legibus vt alienum violent thorum quibus cura eſt tuendi pudoris,vt integri nuptiarum integris ſocientur virginibus , nec vlli conueniant fœminæ quæ legitimi vſu thori neſciat:religionemq; ſibi eſse ne ebrius turpis intemperantiæ,ingratus herilis indulgentiæ,cui obſequium deberet,ei grauem inferret contumeliam.Nunquid erubeſcebat illum vilem dominum tamen dicere, & ſeruum fateri? Quinetiam cũ ambiret mulier,obſecraret etiã metu proditionis,vel amoris ſui lachrymas funderet ad extorquendi neceſsitatẽ,nec miſericordia flexus ad flagitij conſenſum,nec coactus metu,& precib⁹ reſtitit,nec minis ceſsit,præponẽs præmijs periculoſam honeſtatem, quàm turpem remunerationem caſto pudori.Iterum quoque mulier maioribus adorſa tentamẽtis,cum inflexibilem aduerteret,etiam ſecundo immobilem paſsione,effera impudentia vires miniſtrante,iuuenem aggreditur,veſte apprehenſa ad cubile trahens, complexum offerens, & pene ceperat, niſi exuiſset Ioſeph veſtem qua tenebatur , ne exueret amictum humilitatis,indumẽtum pudoris.Sciuit igitur humiliari, qui
H humiliatus eſt vſque ad carcerem:& cum ſuſtineret calumniam,maluit crimen falſum ſubire,q̃ verum referre.Sciuit inquam humiliari, qui humiliabatur pro virtute.Humiliabatur in typo eius qui ſe erat humiliatur⁹ vſque ad mortem,mortem autem crucis : qui venturus erat vt vitam hanc de ſomno reſuſcitaret, & ſomnium eſse hunc viuendi vſum doceret,in quo diuerſæ cõmutationum vices tanquam ebriæ,& nihil ſolidũ,nihil firmũ,tanq̃ dormientis ſomnium videntes non videmus, & audiẽtes nõ audimus,& mãducãtes nõ ſatiamur,gratulãtes nõ gratulamur,currẽtes nõ peruenimus . Vanæ ſpes hominũ in hoc ſeculo,qui ea quæ nõ ſunt,tanquã quæ ſint ſequenda arbitrẽtur . Itaq; inanes & vacuæ re-
I rum ſpecies tanqtã in ſomno venerũt,abierunt,aſtiterunt,euanuerunt. Circũfuſæ & diſperſæ ſunt,teneri videntur,& non tenentur. Denique vbi quis audiuit dicẽtem,Surge qui dormis, & de ſeculi iſtius ſomno exurre
Ephe.5. xit:falſa hæc intellexit omnia: euigilauit, & fugit ſomnium,fugit poteſtas,abijt cura patrimonij,formæ venuſtas,honorũ ſtudiũ.Hæc enim ſomnia ſunt,quibus non mouẽtur qui vigilãt corde,ſed dormiẽtes exagitantur. Vadatur hunc ſermonẽ meum ſanctus vir Ioſeph, non eſse perpetua nec diuturna quæ ſunt hui⁹ ſeculi,qui ab initio nobilis genere,cenſu diues, ſubito ignobilis ſeruulus,& (quod ipſam ſeruitij vilitatẽ acerbat) degeneris domini ære emptum mancipiũ.Minus enim vile putatur ſeruire libero.geminatur autem ſeruitus,vbi ſeruitur vernaculis.Seruus igitur ex genere præclaro,pauper ex patre diuite,de amore ad odiũ,de gratia ad ſupplicium,rurſus de carcere ad aulam, de reatu ad iudicium traductus,neq; aduerſis fractus eſt,neq; eleuatus ſecundis. Aſtipulatur etiam momentarias eſse vices rerũ etiam ſancti Dauid frequenter variatus ſtatus , qui deſpectus patri,preciоſus deo , triumpho nobilis,inuidia vilis,accitus ad miniſterium regium, electus ad affinitatem,poſtremo faciẽ & ora mutatus,exul regni,fugitans parricidiũ,nũc ſua offẽdicula deplorabat, & rurſus alie
Pſal.118. na remouebat,cõciliato hęrede nobilior q̃ decolorato. Expertus igitur oĩa,pulchrè dixit:Bonũ mihi quòd humiliatus ſum. Quanq̃ hoc & ad eum poſsit referri , qui cum eſset in dei forma,facilis inclinare cęlos , deſcẽdit tamen,& formam ſerui accipiẽs noſtras portauit infirmitates:qui præuidens ſanctos ſuos,non quaſi rapinam ſibi proprium honorẽ aſsumere,ſed ſubijcere ſe æqualibus,& alios ſibi anteferre,dixit: Bonũ mihi eſt qđ hu-
1.Cor.15. miliatus ſum. Bonũ mihi eſt quod me ſubiecit, vt ſubiecta mihi ſint omnia,& ſit deus omnia in omnib⁹.Hãc K
infunde humilitatem ſingulorum animis , & te ipſum formam præbe omnibus,dicens:Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.Diſcant bonorum operum diuitias quærere,& morum eſse locupletes.Pulchritudo diuitiarum non in ſacculis diuitum , ſed in alimentis pauperum eſt . In illis infirmis & egenis melius opes lucent. Diſcant itaque pecunioſi non ſua ſed ea quæ ſunt Chriſti quærere,vt illos & Chriſtus requirat, vt illis ſua largiatur.Impendit pro illis ſanguinem ſuum,effudit illis ſpiritum ſuum,offert illis regnum ſuum. Quid amplius dabat qui ſeipſum obtulit? Aut quid eſt quod non ſit daturus pater,qui pro nobis vnicum filiũ tradidit mor-
ti? Admone igitur illos ſeruire domino in ſobrietate & gratia,& tota mentis ſedulitate,erigere oculos ad cæleſtia,nihil ponere in lucro niſi quod vitę æternę ſit.Nam iſte omnis huius quæſtus ſeculi,animarum diſpendium eſt.Denique omnium detrimentum paſsus eſt qui volebat Chriſtum lucrari:quod etſi mirabiliter dixerit,minus tamen expreſsit q̃ acceperat.Hic enim de alienis lo- Lucæ.9.
cutus eſt,Chriſtus autem dixit: Qui vult poſt me venire,abneget ſeipſum ſibi,vt ipſe ſuum detrimentum ſit, quo fiat lucrum Chriſti. Caduca hæc omnia,cum damno, ſine lucro:illud ſolum eſt lucrum, vbi fructus perpetuus , vbi æternæ merces quietis. Commendo tibi L
fili eccleſiam quæ eſt ad forum Cornelij , quo eam de proximo interuiſas frequentius,donec ei ordinetur epiſcopus.Occupatus diebus ingruentibus quadrageſimę, tam longè non poſsum excurrere . Habes illic Illyrios de mala doctrina Arrianorum,caue eorum zizania,nõ appropinquent fidelibus, non ſerpant adulterina ſemina.aduertunt quid propter ſuam perfidiam acciderit ſibi,quieſcant,aut veram fidem ſequantur . Difficile quidem imbuti animi infidelitatis venenis abolere poſsũt impietatis ſuæ glutinum,ſi tamen in ijs virus infauſtum inoleuerit : nec facile ijs credendum putes.Nerui enim ſunt , & quidam artus ſapientiæ , non temere credere, maxime in cauſa fidei:quæ raro perfecta eſt in hominibus.Tamen ſi quis eſt qui licet ſuſpectæ ſit infirmitatis, & annuncijs affectus,purgare habitam de ſe opinionem venit,permitte,vt ſatisfeciſse ſe putet:indulge aliquantulum . Cuius enim excluditur ſatisfactio, auertitur animus.Nam etiam medendi periti cum vident notas ægritudines , vt ipſi appellant , medicinam quidem
M non adhibent , ſed tamen medicinæ tempus expectant, nec deſerunt inualidum,ſed lenioribus verbis,aut quibus poſsunt palpant delinimentis, ne aut intermiſsa ægritudo deſperatione animi grauęſcat, aut crudior medicinam reſpuat,eò quòd ad maturitatem peruenire ne queat ſi indigeſtæ inſolens rerũ huiuſmodi medicus adhibeat manus . Siquidem & pomum cum immaturum exagitatur,cito deperit.Et quia de agro exẽplum ſumpſimus,præcipe illis inuiolata confinij ſeruare iura, paternos cuſtodire terminos quos lex tuetur . Supra fraternam charitatem frequẽter eſt vicini gratia.Ille enim ſæpe longe,hic in proximo eſt,vitæ omnis teſtis,cõuerſationis arbiter. Delectet eum per finitima ſpatia laxare liberum pecus,& in herba viridi proiectũ ſecura captare ocia.Seruos quoque dominus iure ſeruitij ſubditos habeat pro moderamine coertionis quaſi animæ cõſortes.Paterfamilias enim dicitur, vt quaſi filios regat, quoniam & ipſe dei ſeruus eſt , & patrem appellat dominum cæli,moderatorem poteſtatum omnium.
Valę,& nos dilige,vt facis,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Sabinum , cauſam reddentis cur poſt ſcripturam prius directam codicem apertius ſcriptum tranſmiſerit . Cur etiam propriam manum ſtylo ſuo affixerit, ad epiſtolarem inde ludum eum inuitantis,& vſum illius exponentis.

Epiſtola. XLV.

A AMBROSIVS Sabino. Tranſmiſi petitum cõ dicem ſcriptum apertius atq; enodatius q̃ ea ſcriptura eſt quam dudum direxi,vt legendi facilitate nullum iudicio tuo afferatur impedimẽtum.Nam exẽplaris liber nõ ad ſpeciem ſed ad neceſsitatẽ ſcriptus eſt. Non enim dictamus oĩa & maxime noctibus, quibus nolumus aliis graues eſse ac moleſti:tum quia ea quæ dictantur, impetu quodam proruunt,& profluo curſu feruntur. Nobis autẽ quibus cura eſt ſenilem ſermonẽ familiari vſu ad vnguem diſtinguere,& lento quodam figere gradu,aptius videtur propriam manum noſtro affigere ſtylo,vt nõ tam deſlare aliquid videamur q̃ abſcondere,neq; alterum ſcribẽtem erubeſcamus , ſed ipſi nobis conſcii ſine vllo arbitro, non ſolum auribus , ſed etiam oculis ea ponderemus quæ ſcribimus.Velocior eſt enim lingua q̃ manus,
Pſal.44. dicente ſcriptura : Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis.Sed forte dicas quia velocitatẽ ad ſcribẽtem retulit.Non te fallit tamen id ſignificari, quòd ſcribæ velociter ſcribentis celeritas ſola poſsit linguę prophęticæ excipere ſermões. Apoſtolus quoq; Paulus ſua ſcribebat manu,ſicut ipſe ait, Mea manu ſcripſi vobis. ille propter honorificentiam, nos propter verecundiã. Tamen dum adhuc habes de libris iudicium,interluda mus epiſtolis:quarum eiuſmodi vſus eſt,vt diſiuncti locorum interuallis,affectu adhæreamus: in quibus inter abſentes imago refulget præſentiæ , & collocutio ſcripta ſeparatos copulat: in quibus etiam cum amico miB ſcemus animum , & mentem ei noſtram infundimus. Iani ſi,vt hortaris,aliquid & de veteribus ſcriptis redoleat in epiſtolis, non ſolum animi conglutinari videtur per veræ doctrinæ profectum , ſed etiam plenioris colloquii ſpecies & forma exprimi , vt inter quærendi & reſpondendi mutuas vices aſsumpta concertatio in vnum conducere,& coram videatur amicos locare,qui tali ſe laceſsunt & complectuntur munere. Quid autẽ maiorum noſtrorum exempla proferam , qui epiſtolis ſuis fidem infuderunt populorum mentibus,atq; ad integros & cõfertos ſcripſerunt populos , & præſentes ſe eſse cum abſentes ſcriberent ſignificarunt, dicente ſancto Apoſtolo quia abſens erat corpore, ſed præſens ſpiritu,nõ ſolum cum ſcriberet,ſed etiam cum iudicaret? Denique abſens per epiſtolam cõdẽnabat, & idem abſoluebat per epiſtolã. Epiſtola enim Pauli quædã effigies erat eius præſentiæ,& forma operis.Nõ enim vt aliorum epiſtolæ graues,inquit, & fortes , præſentia autem corporis infirma,& ſermo contẽptibilis,talis & apoſtoC li, ſed talis huius epiſtola, vt talis eſset forma præcepti, qualis eſset operationis ſubſtantia , quia quales ſumus inquit, verbo per epiſtolas abſentes, tales & præſentes ſumus in opere.Imaginem præſentię ſuæ in epiſtolis expreſsit, fructum teſtimonii in opere ſignificauit. Vale, & nos dilige,vt facis.

Diui Ambroſii ad Euſebium, iucunditatem illius in filiis,& filiorum benedictionem recenſentis,

Epiſtola XLVI.

AMBROSIVS Euſebio.Fauſtinus vterque tibi redditus eſt , nobis vtrunq; ambroſium pignus reſedit. Ipſe habes quod primũ in patre,& quod iucũdiſsimũ eſt in filio minore, quia & virtutis apicem tenes,& humilitatis exhibes gratiam:nos quod medium inter patrem & iuniorẽ filium. Tecũ ſumma totius domus , & perpetuati vocabuli iugis ſucceſsio . Apud nos parca mediocritas , quæ & de ſummo pendeat, & in poſteriore ſubſiſtat. Tecũ igitur requies vtriuſq; noſtrũ, quæ cũ inuicem nobis refunditur,omnẽ animi abſtergit ſolicitudinẽ. Tecum is qui & moribus & operibus ſuis & ſobole tali inuenit gratiam apud dominũ noſtrũ . Tecum is qui inter mundi huius procellas ſpiritalem nutriuit columbam,quę ei fructus afferat pacis vncta oliua integritatis. Tecum is qui æ- D
dificauit aram deo, quem benedixit deus & filios eius dicens,Creſcite, & multiplicamini.Cum quo teſtamentũ Gene.9.
pacis ſtatuit ſuæ, vt ſit ei & filiis eius in progeniem æternam.Habes igitur hæredem diuinæ benedictionis, conſortem gratiæ , participem iuſtitiæ . Sed vide quæſo ne iſte noſter Noe agricola,bonus plantator feracis vineę cũ fuerit amoris & gratię tuę iebriatus poculo, tãquam crapulatus à vino,diutius quieti indulgeat:ac ſi forte in dormierit, excitet eum Sem noſtri deſideriũ . Eſt & ibi Iapheth iunior ex fratribus , qui pietatis reuerentia patrem induat, quem pater & dormiẽs videat , nec vnquã de pectore dimittat ſuo, quin ſemper oculis & cõplexu teneat,atq; euigilans intelligat quæ ei fecerit filius ſuus iunior, qui latitudo latinè dicitur, eò quòd ſ labiis eius diffuſa gratia,& ſit in moribus propter quod benedixit eum dominus , quia ipſe tanq̃ bonus retrorſum rediẽs patrem texit pio charitatis velamine , & detulit pietati honorem,de quo & pater ait,Lętificet deus Iapheth in domibus Sem. Vnde & in enumeratione generationũ præfertur ſeniori fratri,in benedictione ſubſtituitur. Præfertur propter honorem nominis,ſubſtituitur propter prærogatiuam ſenioris ætatis, & honorificentiam naturæ debitam. Sem autem dicitur latinè nomen . Et bene hic noſter Ambroſius bonum nomen , in quibus domibus lętetur Iapheth,quia potius eſt nomen bonum ſuper multas diuitiarum copias.Sit ergo & iſte benedictus,& gratia eius ſuper aurum & argentum,ſit in portione eius ſemen Abrahæ,ſint benedictiones in poſteritate , & omni familia iuſti viri:Sed maledictus nemo, benedicti omnes.Benedictus enim Saræ fructus.Salutãt te Ambroſii , ſalutat Parthenius dulciſsimus, ſalutat Valentinianus paratus ad humilitatem , quod hebraicè Chanaan dicitur,quaſi puer fratris ſui , cui & nomine ſuo ceſsit. Et ideo tanquàm Nemroth gemini gigas nominis,vena- Geneſ.10
tor egregius ſuper terram,de quo dictum eſt,Tanquàm Nemroth gigas venator ante dominum.Nanq; ingenio ſubruſticus,viribus valibus , quos ingenio æquare non poteſt,viribus ſuperat, vt Comacinas rupes geſtare ſecum , & faciẽ tauro propior vultu videatur exprimere, poſt habitum ſe indignatus,& paterno exutũ vocabulo metropolitanũ virũ Bononienſi ſubditũ,quia infantiæ neſcit blanditias, & de nutricis gremio ſe illæſus excuſſit.Vale,& nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Ireneũ,confutantis errorẽ cuiuſdam maledici Apollinariſtæ,qui nõ poteſt audire quòd F
dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis ſeruitutem ſuſceperit, Epiſtola XLVII.

AMBROSIVS Irenæo. Quem ſcripſiſti maledici ſermonis ſeminatorem, leuiſsimus eſt, qui iam veneni ſui mercedẽ recepit. Siquidẽ reſpõſum eſt ei publice? & quod priuatũ ſeruerat,palam meſsuit. Ego autem vanũ ante & inuiſorẽ tantum habebam . At vbi iſte ſermo ad aures peruenit meas,ſtatim reſpondi quòd eum virus infecerit Apolliſtare,qui non poteſt audire quòd dominus noſter Ieſus pro nobis ſeruitutem ſuſceperit in iſtiuscorporis ſuſceptione,cũ apoſtolus clamet quod formã ſerui acceperit Philip.2.
Hoc munimentum,hæc ſepes eſt fidei noſtræ. qui hanc deſtruit,deſtruetur ipſe,ſicut ſcriptũ eſt. Quia deſtruẽ- Eccle.10
tem ſepem mordebit ſerpens.Equidẽ primo leniter mãdaui ei,qua ratione bonam rem malo animo facis? Ego enim beneficio annumero ſi quis mea legens ſcripta dicat mihi quod videatur moueri . Primum quia & in iis quæ ſcio,falli poſsum.Multa autem prætereunt, multa quibuſdam aliter ſonant.Pulchrũ eſt,ſi fieri poteſt,cauere omnia.Deinde quia non debeo moleſtè ferre ſi cũ de apoſtolicis & ipſis euãgelicis dominiciſq; verbis plerię multas quæſtiones ſerant, etiam in meis ſcriptis re-

G periant de quo diſputandũ putent. Plericq; enim ſtudio indulgent ſuo, vt iſte qui, ꝓpterea orbẽ circuiuit vt quę reret quem reprehenderet, non quem ſibi imitandum arbitrarętur. Hic igitur vt arroderet aliquid de meis ſcriptis, cauſam ſibi amplam reperit, quoniam eo loci vbi dixit dominus Ieſus: Confiteor tibi domine pater
Mat.11. cæli & terræ: diximus ideo dictum, vt nos intelligamus patrem filii eſse, & dominum creaturæ. Quanquam in pſalmo euidenter dominũ dixerit patrem filius. Viderunt me, & mouerunt capita ſua: adiuua me domĩe deus meus. Etenim ſecũdum formam ſerui locutus dominũ
Pſal.108. vocauit quem patrem nouerat, æqualis in dei forma ſeruum ſecundum carnis ſubſtantiam ſe prædicans. Seruitus enim carnis, dominatus autem diuinitatis eſt. Aduertis igitur primum pro tua admirabili prudentia ea quæ in euangelio dicuntur, ad euangelii tempus referri, quo dominus Ieſus inter homines humana ſpecie conuerſa
2.Cor.5. batur. Nunc ergo ſecundum hominẽ iam nõ nouimus Chriſtũ. ſit ita viſus & cognitus veteribus, iam tranſierunt vetera, & omnia noua facta ſunt. Omnia tamen ex deo, qui nos ſibi per Chriſtũ recõciliauit. Eramus enim mortui, & ideo vnus pro omnibus mortuus, & vnus pro omnibus ſeruus factus eſt. Quid dicã, ſeruus factus eſt? Peccatum, opprobrium, maledictum factus eſt. Dixit enim apoſtolus, Quia pro nobis peccatũ factus eſt, quia
H maledictum factus eſt dominus Ieſus. Dixit quia cum ſibi ſubiecerit omnia, tunc & ipſe ſubiectus erit. Dixit &
Actuũ.3. Petrus, In nomine Ieſu Nazareni ſurge, & ambula. Dixit quia glotificauit puerum ſuum Ieſum, & nemo ca-
Apoca.5. lumniatur de tempore. In Apocalypſi autem & agnus
Pſal.21. dictus eſt à Ioanne, dictus eſt in pſalmo vermis, & non homo. Hæc omnia factus eſt, vt noſtræ obtunderet mortis aculeum, noſtrã ſeruitutem tolleret, maledicta peccata, opprobria deleret. Hæc & alia quæ conſulenti cuidam, & multo plura à te ſcripſiſti relata, cum ſcriptura diuina habeat, quemadmodum quiſq; dubitabit dicere quæ pie ſcripta ſunt, quoniã ad gloriam Chriſti ſpectãt non ad imminutionem? Nam cum de dono eius, hoc eſt manna dictum ſit, quia & qui minus collegit, non diminuit: & qui plurimũ, nõ ampliauit: vnde potuit ipſe velminui vel augeri? Quid enim in eo imminutũ eſt quod noſtrã ſeruitutẽ noſtras infirmitates ſuſcepit? Erat humiliatus, erat in ſerui forma, ſed idem in gloria dei patris. Erat vermis in cruce, ſed idem dimittebat peccata etiam perſecutorũ ſuorũ. Erat opprobriũ, ſed idem ma
Eſaię. 40 ieſtas domini, ſicut ſcriptum eſt: Et videbitur maieſtas domini, & videbit omnis caro ſalutare dei. Quid amiſit cui nihil minus eſt? Nõ habebat quidem ſpeciem neque decorem, ſed habebat plenitudinẽ diuinitatis. Infirmus exiſtimabatur, ſed non deſtiterat eſse dei virtus: vi
Philip.2. debatur vt homo, ſed fulgebat in terris maieſtas diuina & patris gloria. Vnde pulchrè Apoſtolus eiuſdem verbi repetitione vſus eſt, dicens de dõmo Ieſu: Quia cum in forma dei eſset, non rapinam arbitratus eſt eſse ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſeruiaccipiẽs. Quid eſt in dei forma, niſi in plenitudine diuinitatis, in illa perfectionis diuinæ expreſsione? Ergo cũ eſset in plenitudine diuinitatis, exinaniuit ſe, & accepit plenitudinem naturę & perfectionis humanæ. ſicut deo nihil deerat, ita nec hominis conſummationi, vt eſset perfectus in vtraq; forma. Vnde & Dauid dicit: Speco
Pſal.44. ſus forma præ filiis hominum. Concluditur Apollinariſta, nec quo ſe vertat habet, ſuis clauditur retibus. Ipſe enim dixerat, Formam ſerui accepit nõ ſeruus lectus eſt. Iterum ergo interrogo, quid eſt in forma dei? In natura dei. Sunt enim, ait Apoſtolus, qui non ſunt natura
Gala.4. dii. Quæro quid ſit formam ſerui accipiens? Sine dubio perfectionem naturæ & conditionis (vt dixi) humanæ, vt eſset in hominum ſimilitudine. Et pulchrè non carnis, ſed hominũ dixit ſimilitudinẽ, quia in carne eadem Sed quia ſine peccato erat ſolus, omnis autem homo in peccato, in ſpecie hominis videbatur. Vnde & prophe-
K ta ait: Et homo eſt, & quis cognoſcit eum? Homo ſecundum carnem, ſed vltra hominem ſecundum diuinã operationẽ. Deniq; cũ leproſum tãgeret, homo videbatur, Matth.8.
ſed vltra hominem cũ emũdaret. Et cum Lazarũ fleret Iohan.11.
mortuum, quaſi homo flebat: ſed ſupra hominẽ erat cũ mortuum iuberet vinctis pedibus exire. Homo videbatur cum penderet in cruce, ſed ſupra hominẽ cũ reſerectis tumulis mortuos reſuſcitaret. Nec ſibi blandiatur virus Apollinare, quia ita legitur, Et ſpecie inuentus vt
Phlip.2. homo. Non enim negatus eſt homo Ieſus, cum alibi ipſe Paulus de eo dicat, Mediator dei & hominum homo
1.Tim.2. Chriſtus Ieſus, ſed confirmatus eſt. Id enim eſt vſus & moris ſcripturæ ſic ſignificare. Sic & in euangelio legimus: Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à
Ioannis.1. patre. Sicut ergo quaſi vnigenitus dicitur, & non abnuitur vnigẽitus dei filius, ita vt homo dicitur, & perfectio fuiſse in eo hominis non negatur. Cum eſset igitur in forma ſerui humiliatus vſq; ad mortem, erat tamen in dei gloria. Quid ei igitur obfuit ſeruitus? Seruus autem factus legitur, quia, legitur factus ex virgine, & creatus in carne. Omnis enim creatura ſeruit, dicẽte propheta,
Pſal.118. Quia vniuerſa ſeruiunt tibi. Vnde & deus pater ait, Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto vnxi eum. Ipſe vocabit me, pater meus es tu, deus ſalutis meæ: & ego primogenitum ponam eum. Et in alio pſalmo: Cuſtodi
L animã meã, quoniam ſanctus ſum, ſaluum fac ſeruum tuum. Et infra in eodem pſalmo: Da poteſtatem puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ. Cõgeſi enim patris & filii voces, vt ei non argumenta humana, ſed diuina reſponderẽt oracula. Alibi inquit, In manus tuas
Pſalm.3. cõmendo ſpiritũ meũ. Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos, ſuper omnes inimicos meos factus ſum opprobrium. Et in eodem pſalmo: Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuũ. Per Eſaiam quoq; dicit ipſe filius dei, Ex vte-
Eſaię.49. ro matris vocauit dominus nomen meum, & poſuit os meum vt gladium acutum, & ſub tegmento manus ſuæ protexit me. Poſuit me ſicut ſagittam electam, & phare tra ſua texit me, & dixit mihi, Seruus meus es Iſrael. Di citur enim dei filius, & Iſrael, ſicut alibi, Iacob puer me us, Iſrael dilectus meus. Solus enim vere deum patrem non ſolum vidit, ſed etiam enarrauit. Et ſequitur, In te glorificabor. Et ego dixi, in vacuum laboraui, & in nihilum dedi vires meas, ideo iudicium meum ante domi num, & dolor meus ante deum meũ. Et nunc ſic dicit dominus: Qui finxit me ſeruũ ex vtero ſibi ad congregan
M dum Iacob & Iſrael. Quis congregauit dei populũ niſi Chriſtus? Quis glorificatus eſt ante dominum? Quis eſt dei virtus? Cui dixit pater, Magnum tibi eſt vocari te puerum meũ? Et cui dicit, Ecce poſui te in teſtamentum generis mei, in lucem gentium, vt ſis in ſalutem vſq; ad extremum terræ? De quo etiam per os Ezechiel locutus
Ezech.34 eſt dicens: Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, & reget eos ſeruus meus Dauid, & erit eorum paſtor, & ego dominus ero illis in deum, & Dauid in medio eorum princeps. Dauid vtiq; rex iam defunctus erat, & ideo verus Dauid, verus humilis, verus mãſuetus, verus manu fortis dei filius hoc annunciatur nomine: qui etiam in Za-
Zacha.3. chariæ prophetæ libro ſignificatur, dicente deo patre: Ecce ego mittam ſeruum meum, oriens nomen eſt ei. Nunquid quia habeat veſtimenta ſordida, ideo fulgorem diuinitatis ſuę ſol iuſtitię non habebat? Et quid plura? An infirmius putamus ſeruitium eſse quàm peccatũ, quàm maledictũ, quàm opprobriũ, q̃ infirmitates, quas pro nobis ſuſcepit, vt à nobis auerterentur? Factus eſt enim hæc omnia, vt vniuerſa vacuaret. Sed hęc ideo non recipiunt quod ſeruus, opprobrium: peccatum, maledictum factus ſit, quia verbum & carnem vnius aſſerũt eſſe ſubſtantiæ, & dicunt, ergo qui nos redemit, ſeruus dictus eſt, & peccatum debuit dici. Nec aduerterunt quòd hæc. Chriſti gloria ſit, quia ſeruitutẽ ſuſcepit. ſ. corpore

A ſuo, vt libertatẽ omnibus redderet: peccata noſtra portauit, vt mundi peccatũ tolleret. Seruus, peccatũ, maledictum factus eſt, vt tu peccati ſeruus eſse deſiſteres, te
Deut.21. diuinæ ſententiæ maledicto abſolueret. Ille ergo maledictum ſuſcepit tuum. Maledictus enim omnis qui pen
Philip.2. det in ligno. Ille maledictũ in cruce factus eſt, vt tu benedictus eſses in dei regno. Ille dehoneſtatus & depreciatus eſt, nec aliquid exiſtimatus. Ille dicebat, Inuacuũ laboraui. per quem meruit Paulus dicere: Nõ inuacuũ laboraui, vt boni operis fructum, & euangelicæ prædicationis gloriam ſuis conferret ſeruulis, per quam vni uerſi ſarcina laboris abſoluerentur. His igitur auditis derelictus eſt in dimidio dierum ſuorũ perdix, qui clamauit vt congregaret quæ non peperit, & oppreſsus eſt voce domini Ieſu. Denique adornat fugã. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Irenæũ proſequẽtis illud quod in Hieremia ſcriptũ eſt, Clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit: naturã iſtius auis deſcribendo, & eã diabolo ac membris ſuis adaptando, Epiſt. XLVIII.

Hiere.17. AMBROSIVS Irenæo. Clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit. Licet enim mihi de ſuperioris fine epiſtolæ ſequentis mutuari exordium. Celeberrima quæſtio, &
B ideo vt poſsimus eã abſoluere, quid de natura auis iſtius habeat hiſtoria, cõſideremus. Nã & hoc conſiderare nõ mediocris prudentię eſt, ſiquidem & Salomon cognouit naturas animaliũ, & locutus eſt de pecoribus, & volatilibus, & de reptilibus, & de piſcibus. Dicitur itaq; auis iſta plena eſse doli, fraudis, fallaciæ, decipiendi venatoris vias calleat, atq; artes nouerit, vt eũ à pullis auertat ſuis omniaq; tentamenta verſutiæ nõ prætermittere, quo poſsit venantem abducere à nido & cubilibus ſuis. Certè ſi inſiſtere aduerterit, tandiu illudit, quãdiu ſoboli fugiendi ſignum tribuat & poteſtatem. Quã vbi euaſiſse ſenſerit, tũc ſe & ipſa ſubtrahit, & lubrica arte deceptum inſidiantem relinquit. Fertur etiam promiſcuæ eſse permixtionis, vt in fœminas cum ſummo certamine mares irruant, & vaga caleſcant libidine. Vnde impurũ & maleuolum & fraudulentũ animal aduerſario & circũſcriptori generis humani, falla ciſsimoq;, & impuritatis authori conferẽdum putatur, Clamauit ergo perdix, qui à perdendo nomen accepit, Satanas ille, qui latine contrarius dicitur. Clamauit in Eua primum, clamauit in Cain, clamauit in Pharaone, Dathan, Abiron, Chore, Clamauit in Iudæis, quando
C petierũt ſibi fieri deos eũ Moyſes legẽ acciperet. Clamauit iterũ, quãdo ſaluatore dixerũt: Crucifigatur, cru
Mat.27 cifigatur, Sãguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Clamauit quando ſibi regem fieri poſtulauerunt, vt recederẽt à domino deo rege. Clamauit in omni vano & perfido. His vocibus congregauit ſibi populos quos nõ creauerat. Deus enim hominẽ ad imaginem ſuam fecit, & diabolus ſibi hominem vocis ſuæ fraude ſociauerat. Congregauit ſibi nationum populos faciens diuitiasnõ cũ iudicio. Vnde in prouerbio eſt de diuite auaro: Quia perdix iſte cõgregat diuitias nõ cum iudicio. At vero meus Ieſus quaſi iudex bonus cum iudicio omnia agit, qui venit, ſicut ſcriptum eſt, dicẽs: Ego loquor iuſtitiam, & iudicium ſalutis. Ea igitur gratia deprædatus eſt perdicem illum diabolum, abſtulit ei malecongregatas diuitias multitudinis reuocauit ab errore animas gentium, menteſq; nationum deuiantium. Et quia diaboli voce deceptos ſciebat, & ipſe vt vincula nexúſque veteris erroris ſolueret, clamauit primum in Abel, cuius clamauit vox ſanguinis, Clamauit in Moyſe, cui dixit: Quid clamas ad me? Clamauit in Ieſu. Naue. Clamauit in Dauid, qui ait: Clamaui ad te, ſalua me. Clamauit in omnibus prophetis. Vnde & ad Eſaiam di
D cit: Clama. & ille ait: Quid clamabo? Clamauit in Salomone conuocans cum altiſsima prædicatione ad ſapiẽtiam: Venite, edite de meis panibus, & bibite vinũ quod miſcui vobis. Clamauit etiam in corpore ſuo, ſicut ſcaExo.32.
rabæus in ligno. Clamauit vt inſidiatorem falleret & circũueniret, dicens: Deus deus meus quare me dereliquiſti? Clamauit vt deſpoliaret reſpondẽs latroni: Amẽ amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Itaq; vbi clamauit Ieſus, continuo perdix ille à congregatis in dimidio dierum ſuorum derelictus eſt. Vnde & quidam naturę perdicis etiam iſtud aptandum putarũt, eò quòd aliena diripiat oua, & foueat ſuo corpore, atq; hac ſua fraude partus alienos ſtudeat acquirere. Sed (quod aiunt, cornicis oculum, habent enim & volatilia ſuas artes) vbi iſtud aduerterit cuiuſ aut ſingula oua direpta aut cubile fuerit inuaſum, ſolicitata ſoboles errore ſimilitudinis, ſpeciei ſimulatione decepta, & ſi infirmior viribus, induit ſe atq; armat verſutia, & cum labor omnis impenſus nutrimentorum educantem ex hauſerit, atq; adoleſcere pulli cœperint, tunc vocem emittit, & quadam pietatis tuba prolem aduocat. Quæ naturali quodam auditu excitata agnoſcit parentem, & ſimulantem deſerit. Ita cum vult congregare quæ non peperit amittit quos nutriendos putauit. Non ſuperfluo igitur & Ieſus clamauit, vt quia totius mũdi populus voce perdicis, blanditiis, arte, ſpecie deceptus ab autore proprio deniauerat lubricas artes ſecutus, veri parentis voce re
E uocatus fallacem relinqueret, atq; in dimidio dierum eius fraudulentum deſereret, id eſt ante huius finem ſeculi, cui nos eripuit dominus Ieſus, & ad vitam æternam vocauit. Itaq; nunc mortui mundo, viuimus deo. Cum igitur perdix iſte penitus à falſis filiis derelictus fuerit, tunc erit ſtultus ille quem elegit deus. & ſapientem con
1.Cor.1. fudit, ſaluus: quoniam quæ ſtulta ſunt mundi, elegit deus. Ideo ſi quis videtur ſapiens eſse in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Vale fili, & nos dilige vt facis quoniam nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Syricium, narrantis illum Priſco aduenienti literas dediſse, & ſe eidem reuerenti alias reddidiſse. Et quia vtrunq; eorum officio remuneratus ſit, etiam eius officii precium incrementa debere adipiſci gratiæ, Epiſtola XLIX.

AMBROSIVS Syricio. Priſco amico & equoq; meo dediſti aduenienti literas. Ego quoq; reuertenti reddidi, quas & pro officio. & pro amore debui. Vtrunq; igitur noſtrum ſuo officio remuneratus eſt, quo & mihi tuas, & meas tibi reſtituit. Ideo eius officii precium incrementa debet adipſci
F gratiæ. Vale, & nos frater dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Atticum, ſcribentis literas ſuas Priſcum ſibi, & ſe illi alias reddidiſse, Priſcũ dilectioni ſuæ amplius cõmendantis, Epiſtola. L.

AMBROSIVS Attico. Priſco meo dediſti literas, Priſcus meus mihi reddidit, & ego Priſco. Tu Priſcum vt ſoles dilige, & plus etiam quàm ſoles, quod eo ſuadeo, quia & ipſe Priſcum meum facio plurimi. Eſt enim erga eũ priſcus hic noſter amor, qui à pueritia iam inde nobis cum ætate accreuit ſimul, ſed eum multo poſt vidi tempore, vt vere mihi non ſolum nomine, ſed etiam tanti interuallo temporis priſcus aduenerit. Vale, & amantes tui dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Felicẽ, ſignificantis tuberum ſibi miſſorum partem amicis direxiſse, & illum quòd ſe tandiu nequaquam reuiſerit arguentis,
Epiſtola. LI.

G AMBROSIVS Felici. Misisti mihi tubera, & quidem miræ magnitudinis, vt stupori forent ea tam grandia. Nolui in sinu, vt aiunt, abscondere, sed aliis quoq; demonstrare malui. Itaq; partem direxi amicis, partem mihi reseruaui. Suaue munus, non tamen ita præpotens vt comprimeret querelam meã iure excitatam, quòd nos tandiu amãtes tui nequaquam reuisas. Et caue post hac ne maiora inuehas tubera. Nam huius nominis diuersa ratio. Vt enim grata in munere, ita in corpore atq; in affectu molesta sunt. De te impetra quo minus te abesse doleam. Nam causa commotionis meę desiderium est tui. Effice si potes, vt minus gratus sis. Rem exposui, causam probaui. Intorquẽda est amentata illa nõ manipularis sententia. metuisti certe, sed vide quàm mouear, vt delectet iocari, postea tamẽ ne excusaueris. Etenim quanuis tua hæc vectigalis mihi sit excusatio, malè de te iudica, nec de me melius, si aut tuam absentiam muneribus compensandam, aut me muneribus redimendum putes. Vale, & nos amantes tui dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Romulum, quæstioni illius, cur vi delicet deus dixerit: Ponam cælum ęreum, & terram ferream, satisfacientis, Epistola LII.

H AMBROSIVS Romulo. Cum sis in agro, miror qua ratione de me quærendum putaueris cur dixerit deus: Ponam cælum ęreum, & terram ferream. Nam species ipsa agri & præsens fertilitas docere nos põt quanta clementia sit aeris, & cæli indulgentia, quando dignatur deus vbertatem dare: quando autem sterilitas quemadmodum clausa omnia, spissus aer, vt in rigorem ęris solidatus putetur. Vnde alibi habes quia in diebus Heliæ clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex. Significatur igitur clausum cęlũ ęreum esse, vsum sui terris negare. Terra quoq; ferrea est: cũ puentus abnuit, & iacta sibi semina tanquam hostili duritia genitali excludit aluo, quæ gremio solet blandæ matris fouere. Quando enim ferrum fructificat? Quando æs imbres relaxat: His igitur miserandam famen minatur impius, vt qui pietatem filiorum communium domino & patri exhibere nesciunt, careant nutrimento paternę indulgentiæ, sit illis cælum æreum concreto aere, & solidato in metalli rigorem, sit illis terra ferrea partus suos nesciens, & quod plerunq; inopia habet, discordias serens. Rapto enim vtuntur qui victu indigent, vt alienis dispendiis famem suam ableuent. Iam si & offensa inhabitantium huiusmodi sit, vt diuina commotione iis inferantur prælia, verè terra est ferrea, telorum segetibus inhorrens, & suis nuda fructibus fœcunda ad pœnam sterilis ad alimoniam. Vbi autem abundantia: Ecce ego pluo vobis panes, dicit dominꝰ. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Leuit. 26 Deut. 28.

Lucæ. 4.

Diui Ambrosii ad Titianum, illi congaudentis quòd à Rufino liberatus sit, quem sibi grauiorem iudicem in negocio cum nepte sua arbitrabatur, Epistola LIII.

I AMBROSIVS Titiano. Venit tibi innocens victoria, vt sine voti amaritudine potiaris victorię securitate. Rufinus enim ex magistro officiorum factus est in consulatu prefectus prætectorio, ac per hoc plus posse cœpit, sed tibi iam nihil obesse. Est enim aliarum prefectus partium. Quàm gaudeo vel illi vt amico, quia honore auctus inuidia leuatus est, vel tibi vt filio, quia liberatus es ab eo quem tibi grauiorẽ iudicem arbitrabare, vt si de negocio desinueris cum tua nepte, pietatis tuæ sit, non formidinis. Ideoq; promptior esto decisioni, cuius & spes potior, & fructus est. Spes, quia pater neptis tuæ, qui de illius sententia sibi plurimum blandiebatur, iam quod de eo spe-

ret non habet. Ille enim alia curat, præterita negligit, K vel cum illo quod tunc gerebat, depositi officio: iste negocii sui meritum, non sententiæ patronum considerat. Et fructus iucundior est, vt tibi referatur decisionis gratia, qui potueris iam spernere, & non spreueris, pietatem spectans necessitudinis, non stimulum offensionis. Vale, & nos dilige vt filius, quia nos te vt parentes diligimus.

Diui Ambrosii ad Syricium, gratum sibi asserentis cum & ab ipso literas accipiat, & ille aliquos de cõseruitio suo dirigat: eosq; se diligere cõtestantis qui nõ patiuntur se à suo munere diutius abesse, & ad sequẽdum dominum Iesum suadentis: Epistola LIIII.

AMBROSIVS Syricio. Gratũ est mihi cùm literas accipio tuas. At cum de conseruitio nostro aliquos dirigis, vt fratrem nostrum, & conpresbyterum Syrum tuis es prosecutus literis, geminatur lętitia. Sed vtinam fructus fuisset iste diuturnior. Nam statim vt venit, recurrẽdum putauit: quod quidem ad desiderium meum plurimum minuit, ad sui gratiam multum addidit. Nam ego diligo eos vel presbyteros vel diaconos qui cum aliquo processerint nequaquàm se patiuntur à suo diutius abesse munere. Dicit enim propheta: Non laboraui sequens post te. Quis autem potest laborare sequens Iesum, cũ ipse dicat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam? Sequamur ergo Iesum semper, nec desinamus. Quòd si semper sequamur, nunquã deficimus. Dat enim vires sequentibus se. Itaq; quo propior virtuti fueris, eo fortior eris. Plerunque cum sequimur, dicitur nobis ab aduersariis: Vbi est verbum domini? veniat. Sed nos non fatigemur sequendo, nõ auertamur subdolæ interrogationis impedimento. Dicebatur hoc prophetæ cum mitteretur in carcerẽ cũ demergeretur in voraginẽ luti: Vbi est verbum domini? veniat. Sed ille multo magis secutus est, & ideo ad brauium peruenit, ideo accepit coronam, quia non laborauit qui sequebatur Iesum. Non est enim labor in Iacob, nec dolor videbitur in Israel. Vale, & nos dilige, quia & nos amantem nostri vt parentem diligimus.

L Mat. 11.

Diui Ambrosii ad Fœgadium & Delphinum episcopos, insinuantis Polybium vt vtriq; eorum scriberet poposcisse, ac post datã epistolã vtriusq; noie cõscriptam alteram exegisse, & ei se illam dedisse, Epistola. LV.

AMBROSIVS Fœgadio & Delphino episcopis. Polybius filius noster cũ de Africanis regressus partibus, in quibus proconsula M rem iurisdictionem egregiè repræsentauit aliquantulos nobiscum exegisset dies, summa gratia se meis visceribus infudit. Deinde cũ abire hinc & demea re vellet, popposcit vt vtriq; vestrum scriberem. Promisi futurum. Itaq; dictaui epistolam, & vtriusq; cõscriptam nomine dedi. Postulauit alterã. Dixi ad vtrũq; vestrum datam more vsuq; nostro, eò quòd sancta mens vestra non epistolarũ numero, sed coniunctione nominũ delectaretur. Nec perpeti posset vt fieret vocabulorũ separatio, quorũ affectus conueniret. Ideoq; præscriptũ nostro muneri vt vteremur charitatis cõpẽdio. Quid plura? Exegit alterã, dedi, vt neq; illi negarem quod poscebat, nec mihi immutarẽ quod in vsum venerat, Ita & ille habet quod vtriq; reddat: quia id solum prætendit, ne cũ alteri reddidisset, alteri vacuus foret. Et ego vobis indiuisæ gratiæ munus, sine vllo dependam offensionis periculo, & diuisionis scrupulo: cum præsertim etiam hæc forma scriptionis apostolicæ sit, vt & vnus ad plures, vt Paulus ad Galatas: & duo ad vnum possint scribere, sicut scriptum est, Paulus vinctus Iesu Christi, &

A Timotheus frater, Philemoni. Salutem vobis dico, diligite nos, & orate pro nobis, quia ego vos diligo.

Diui Ambrosii ad Romulum, de eo quòd Aaron populo poscenti sibi deos fieri, aurum detraxerit, & quòd eo auro figuratũ sit vituli caput, & quòd Moyses tã dure indignatus sit, vt iuberet quẽq; insurgere in necem proximi sui, quid ipse sentiat exprimentis, Epi. LVI.

AMBROSIVS Romulo. Epistolarum genus propterea repertum, vt quidam nobis cum absentibus sermo fit, in dubiũ nõ venit. Sed fit hoc vsu exemploq; pulchrius, si interparentẽ ac filios crebra & iucunda alloquia cedantur, vt verè inter disiunctos corpe quædã imago referatur præsẽtiæ. His enim adolescit officiis amor, sicut tuis ad me, aut meis ad te augetur literis. Sed hoc multo locupletius proximis tuæ dilectionis experiri cœpi affatibus, quibus me consulendum putasti quid sibi vellet quòd Exo. 32. Aaron aurũ detraxerit populo poscenti sibi fieri deos, & quòd ex auro figuratũ sit vituli caput, & quòd Moyses tam dure indignatus sit, vt iuberet proximũ quẽque insurgere gladiis in necem proximi sui. Magnum est enim nullum pati absentibus damnũ irrepere nõ solũ suauitatis, sed etiã collationis & liberalis scientiæ. Quid B igitur de eo sentiam quoniam exposcis, cõferẽdi magis q̃ exponẽdi studio loquar. Cũ Moyses in monte Syna legem acciperet, populus erat cũ Aaron sacerdote. Et quãuis frequenter ad culpam lubricus, tamẽ quãdiu lex dabatur, sacrilegio errasse nõ proditur. Verum vbi diuinum conticuit oraculum: peccatũ irrepsit, vt peterẽt sibi fieri deos. Coactus Aaron petit annulos eorum, & inaures mulierũ, quæ tradita in ignem missit, & conflatum est vituli caput. Neque excusare tantum sacerdotẽ possumus, neq; cõdemnare audemus. Non imprudens tamen qui annulos Iudæis & inaures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur, nec fidei signaculum habere poterant, nec ornamenta aurium. Denicq; & patriarcha Iacob abscondit inaures cũ simulacris gentium, quando in Sichimis abscondit, vt nullus audiret superstitiones gentiliũ. Pulchrè autẽ dixit: Deponite annulos & inaures aureas, quæ sunt inaures mulierũ vestrarum. Non quo virorũ inaures relinqueret, sed quod vi ros nõ habere manifestaret. Congruè quoq; inaures auferuntur mulieribus, ne iterum Eua vocem serpẽtis audiret. Et ideo quia sacrilegium audierant, conflatis earum inauribus conflata est imago sacrilegii. Qui enim 3. Reg. 12. male audit, conflare sacrilegiũ solet. Cur autem caput vituli exierit, sequentia docent: quia significabatur fu C turum quod Hieroboam posteriore tẽpore hoc genus sacrilegii induceret, vt populus Hebræorum adoraret vitulos aureos, siue quòd omnis perfidia similis immanitatis atque insipientiæ bestialis sit. Cuius rei indignitate percitus fregit tabulas Moyses, & cõminuit vituli caput, atq; in puluerẽ redegit, vt omnia impietatis aboleret vestigia. Fractæ sunt enim primæ tabulæ, vt reparentur secũdæ, quibus per euangelii prædicationem perfidia comminuta euanuit. Sic Moyses typum illum Psal. 28. dissipauit Aegyptiũ, & altitudinẽ extollentem se compressit æternæ legis authoritate. Vnde & Dauid ait: Et confringet dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquã vitulũ Libani. Itaque absorbuit populus omnẽ perfidiam ac superbiã, ne eũ absorberet impietas & arrogãtia. Melius est enim vt vnusquisq; prævaleat carni 1. Cor. 15. & vitiis ei⁹, ne dicatur de eo quia deuorauit eũ mors prevalẽs, sed dicatur magis: Deuorata est mors in victoria Psal. 109. sua. Vbi est mors victoria tua? Vbi ẽ mors aculeꝰ tuus? Et de domino dictũ: De torrẽte in via bibet. Quia acetũ accepit, vt absorberet vniuersorũ tẽtationes. Quod autem occidi fecit à proximis proximos, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum euidens quia præfe-

renda est religio necessitudini, pietas propinquitati. D Ea est enim vera pietas quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus. Vnde & ipse Moyses ad filios Leui dixit: Qui paratus est à domino, veniat ad me. Et Exo. 32. dixit illis: Hæc dicit dominus deꝰ Israel. Imponite vnusquisq; gladium suum in femore suo, & pertransite. vt contemplatione atq; amore reuerentiæ diuinę perimeretur omnis affectus necessitudinis. Et occisa quidem scribuntur tria milia hominũ. Nec numeri inuidia meuemur, quia melius est paucorum supplicio vniuersos exui, q̃ in omnes vindicari. Neq; vero aliquid durum videtur pro vindicta iniuriæ cælestis. Denicq; sanctiora cæteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarũ, quorum portio deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norũt: quoniam sanctis omnia deus est. Et etiam ille Leuita verus vltor & vindex qui carnem interimit, vt seruet spiritũ, qualis erat ille qui ait: Castigo corpus meum, & seruituti redigo. Quid autem tam proxi- 1. Cor. 9. mum quàm caro animę? Quid tam proximũ quàm sunt passiones corporis? Eas i se Leuita bonus interimit spiritali gladio, qui est verbum dei bis acutum & validum. Est & gladius spiritus, qui pertransit animam, sicut ad Mariam dictum est: Tuam ipsius animam pertransibit Lucæ. 2. gladius, vt reuelẽtur multorum cordium cogitationes. Nonne caro animæ fraterno quodam copulatur cõsortio? Nonne etiã menti nostræ affinis & propinquus sermo est? Cum igitur cõprimimus sermonem ne multiloquio peccatum incidamus, ius germanitatis abrumpimus, & fraternæ vinculum propiquitatis dissoluimus. E Irrationabile quoq; suum anima tanquã cognatum ratiõabili vigore dissociat. Sic ergo Moyses docuit populum insurgere in proximos suos, per quos fides reuocaretur, virtus impediretur, vt defecaretur in nobis quicquid à virtute deuium foret, confusum erroribus, vitiis innexum. Hac institutione populi meruit vt non solum deliniret indignationem diuinam, atq; offensam auerteret, verũ etiam conciliaret gratiã. Pro captu itaq; nostro quid sentiremus, quoniam cõsuluisti expressimus. Ipse si quid melius habes, nobis comparticipato, vt ex te & ex nobis discamus quid potius eligẽdum & sequendum sit. Vale, & vt filius nos dilige, quoniam & nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Seuerum episcopũ, scribentis cõpresbyterum suum Iacobum Campaniæ sibi ad requiescendum littora vbi orationi vacet, & deo seruiat, eligisse, se vero in medio omnium molestiarum freto versari conquerentis, Epistola. LVII.

AMBROSIVS Seuero episcopo. Exvltimo Per F fidis profectus sinu Iacobus frater & cõpresbyter noster Campaniæ sibi ad requiescendum littora, & vestras elegit amœnitates. Advertis quibus in locis quasi ab huius mundi vacuam tẽpestatibus suppetere sibi posse præsumpserit securitatem vbi post diuturnos labores reliquum vitæ exigat. Remota enim vestri ora littoris nõ solum à periculis, sed etiam ab omni strepitu trãquillitatem infundit sensibus, & traducit animos à terribilibus, & sæuis curarum æstibus ad honestam quietem, vt illud commune omnium specialiter vobis videatur congruere & conuenire quod ait Dauid de sancta ecclesia: Ipse super ma Psal. 23. ria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. Etenim liber animus à Barbarorum incursibus, & præliorum acerbitatibus, vacat orationibus, inseruit deo, curat ea quæ sunt domini, fouet illa quæ pacis sunt & tranquillitatis. Nos autem obiecti Barbaricis motibus & bellorum procellis in medio versamur omnium molestiarum freto, & pro his laborib⁹ & periculis grauiora colligimus futuræ vitæ pericula. Vnde de nobis propheticum illud concinere videtur pro laboribus: Vidita-

G bernacula Aethiopum. Etenim in istius mũdi tenebris quibus obumbratur veritas futurę perfectionis, cùm anum tertium & quinquagesimum iam perduxerim in hoc corpore situs, in quo tam graues iam dudum sustinemus gemitus, quomodo nõ in tabernaculis Aethiopum tendimus, & habitamus cũ habitantibus Madian? Qui propter tenebrosi operis cõscientiã diiudicari etiã
1. Cor. 2. ab homine mortali reformidant. Spiritualis enim diiudicat omnia, ipse autem à nemine diiudicatur. Vale frater, & nos dilige, vt facis, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Studium, pia illi persuasione respondentis quid in causa cuiusdã criminosi potius agere debeat, Epistola LVIII.

AMBROSIVS Studio. Recognosco puræ affectum mentis, & fidei studium, & domini nostri Iesu Christi timorem. De quo etiam ego vererer responsum referre, cõstrictus altero quod est cõmissum vobis propter custodiã legum, altero autem propter misericodiam & gratiam, nisi de hoc apostolicã haberes authoritatẽ, quia nõ sine causa gladium portat qui iudicat, dei enim vindex est in eos
H qui male agunt. Quod tamen etsi cognitum tibi foret, non ociosè sciscitandum putasti. Nam nõ sunt extra ecclesiam tamen qui in aliquos capitalem sententiam ferendam existimauerunt. Plericę etiam sponte se abstinent, & laudantur quidem, nec ipsi eos posumus non prædicare, quia authoritatem apostoli eatenus obseruamus, vt iis communionẽ non audeamus negare. Vides igitur quid authoritas tribuat, quid studeat misericordia. Excusationem habebis si feceris: laudem si non feceris. Sed si non potueris facere nec tamen innocentes atterere squalore carceris & absoluere, plus quasi sacerdos probabo. Potest enim fieri vt causa cognita recipiatur ad sententiam reus, qui postea aut indulgentiam sibi petat, aut certe sine graui seueritate (quod quidã ait) habitet in carcere. Scio tamen plerosq; gentilium gloriari solitos quòd incruentam de administratione prouinciali securim reuexerit. Si hoc gẽtiles, quid Christiani facere debent? Ad omnia tamen accipe responsum
Iohãnis. 8 saluatoris. Nam cũ adulteram reperissent Iudęi, obtulerunt eam saluatori captantes, vt si absolueret eam, videretur legem soluere, qui dixerat: Nõ veni legem soluere, sed implere. si damnaret, videretur aduersum finẽ venisse propositi sui. Hoc igitur prævidens dominus Iesus, inclinato capite scribebat in terra. Quid scribebat
Hiere. 22. nisi illud propheticũ: Terra terra scribe hos viros abdicatos? quod de Iechonia lectũ est in Hieremia prophe
I ta. Cùm Iudæi interpellant, in terra scribuntur nomina Iudæorum. Cùm adeunt Christiani, non scribuntur in terra fidelium nomina, sed in cælo. In terra autẽ scribuntur abdicati à patre proprio, qui patrem tentant, & contumelias irrogant authori salutis. Cùm interpellãt Iudæi, inclinat caput Iesus, & quia non habet vbi reclinet caput suum, iterum erigit quasi dicturus sententiam, & ait: Qui sine peccato est, prior lapidet eam. Et iterum inclinato capite scribebat in terra. Audientes illi exire cœperunt singuli incipientes à senioribus: vel quòd ipsi plura haberent crimina qui diu vixerant, vel quia priores vim intellexerunt sententiæ, quasi prudentiores: & cœperunt sua magis peccata deflere, qui alieni criminis venerant accusatores. Recedentibus ergo illis remansit solus Iesus, & eleuans caput ad mulierẽ ait: Vbi sunt qui te accusabant? nemo te lapidauit? Et illa respondit, nemo. Dicit ei Iesus: Nec ego te dãnabo, vade. & ammodo vide ne pecces. Non damnat quasi redemptio, corrigit quasi vita, quasi fons abluit. Et quia quando se inclinat Iesus, ideo inclinat vt iacentes eleuet, ideo ait remissio peccatorum: Nec ego te damnabo. Habes quod sequaris. Potest enim fieri vt ille crimino sus possit ha-

K bere spem correctionis: si fine baptismo est. vt possit accipere remissionem: si baptizatus, vt pœnitentiã gerat, & corpus suum pro Christo offerat. Quante sunt ad salutem viæ? Et ideo maiores maluerunt indulgentiores esse circa iudices, vt dum gladius eorũ timeretur, & reprimeretur scelerũ furor, nõ incitaretur. Quòd si negaretur cõmunio, videretur criminosorũ vindicata pœna. Maluerunt igitur priores nostri vt id in voluntate magis abstinentis, quàm in necessitate sit legis. Vale, & nos dilige, quia nos quoq; te diligimus.

Diui Ambrosii ad sacerdotes quosdam, & omnem clerum plebis Thessalonicensium, de obitu, vita, virtutibus & conuersatione sancti viri Acholii.
Epistola LIX.

AMBROSIVS Anatolio, Numerio, Seuero, Philippo, Macedonio, Ammiano, Theodosio, Eutropio, Claro, Eusebio, & Timotheo dominis sacerdotibus, & omni clero plebis Thessalonicensium dilectis salutem. Dum semper affixum tenere animo desidero virũ sanctum, atq; omnes actus eius quasi in specula positus exploro, hausi nimia indagine solicitudinis amaritudinem nunciiL celerioris, & quod adhuc mallem nescire, cognoui in cælestibus iam requiescere virum sanctum Acholium, quẽ in terris requirebamus. Quæritis quis hoc annunciauerit, cũ vestræ sanctitatis nondum venissent literæ? Non teneo authorem nũcii, & vsu quidem venit vt non libẽter teneamus nuncium mœstitudinis sed tamen clausomari, occupatis terrarum Barbarica infestatione regionibus, cum deesset qui aduenire potuerit, nõ defuit qui nunciaret, vt mihi videatur ipse sanctus annunciasse se nobis, eò quòd iam perpetuo laboris sui potiretur stipẽdio, & solutis vinculis corporis inter angelorũ ministeria Christo adhæreret, cupiens amantis sui errorem absoluere, ne illi longæuitatẽ vitæ huius deprecaremur, cui vitæ æternæ iam præmia deferebantur. Abiit ergo, non obiit, & emigrauit à nobis veteranus Christi Iesu cælo, terrąq; istius solum mutans, & plaudens alis atq; remigiis spiritualibus dicit: Ecce elongaui fugiens. Cu Psal. 54.
piebat enim apostolico spiritu iam dudum terras relinquere, sed tenebatur votis vniuersorum, sicut de Apostolo legimus, quia remorari eum diutius in carne erat Philip. 1.
ecclesiæ necessarium. Viuebat enim non sibi, sed omnibus, & populis erat vitæ æternæ minister, vt prius eius fructum etiam in aliis quàm in se adipsceretur. Est igitur iam superiorũ incola, possessor ciuitatis æternæ illius Hierusalem quæ in cælo est. Videt illic vrbis eius mensuram immensam, purum aurum, lapidem preciosum, M
lumen sine sole perpetuum, & hæc omnia iam dudum quidem sibi comperta, sed nunc facie ad faciem manifesta videns dicit: Sicut audiuimus, ita & videmus in ciui- Psal. 47.
tate domini virtutum, in ciuitate dei nostri. Ibi ergo positus appellat populum dei dicẽs: O Israel q̃ magna est Baruch. 3
domus dei, & q̃ ingens locus possessionis eius, magnus & non habens finẽ. Sed quid hoc est? Dum merita viri considero, & quasi discedentẽ spiritu sequor, & sancto rum choris deducentibus intermisceor, nõ merito vllo sed affectu penè sum oblitus mei. Ita ne ergo raptus est nobis murus fidei, gratiæ, & sanctitatis, quem totiens in gruentibus Gotthorũ cateruis nequaquàm tamẽ potuerunt Barbarica penetrare tela, expugnare multarũ gentium bellicus furor? Deniq; in cæteris populatores locis, illic pacem rogabãt: mirantibusq; quid sibi sine milite vllo obsisteret, à prudentioribus intimabatur Helisæi intus imitatorem degere, ætate supparem, non impare m spiritu: cauerent ne exemplo Syriaci agminis sibi quoq; cæcitas offunderetur. Et tamen circa discipulos suos diuersa dona Christi sunt. Helisæus quidem in Samariam captiuas acies induxit Syrorũ. Sanctus autem

Actu. 12. A Acholius precibus suis fecit vt de partibus Macedoniæ victores fugaret. Nonne & hoc intelligimus virtutis superioris fuisse, vt vbi miles nullus aderat, illic pellerẽtur sine milite? Nonne & hoc cæcitatis est vt fugerent, quos nullus vrgebat, sed vrgebat & præliabatur sanctus Acholius, nõ gladiis, sed orationibus: nõ telis, sed meritis? An incognitum nobis est dimicare sanctos etiã cum ferientur? Nonne ociosus erat Helisæus? Ociosus scilicet corpe, sed vibrabat spiritu, & orationibus præliabatur, quãdo in castris Syriæ vox equitum & vox virtutis magnæ audiebatur, adeo vt putarent Syri aliorũ regum aduersus se venire exercitus, qui populo Israel adiumento forent, vnde perculsi magno fugerunt pauore, ita vt leprosi quatuor qui mortis egressi fuerant desiderio, castra hostiũ deprædarentur. Nonne in Macedonia similia dominus per orationes sancti Acholii fecit miracula, aut prope maiora? Non enim inani metu nec superflua suspicione, sed sæuiente lue, & ardenti pestilentia perturbati Gotthi ac territi sunt. Denique tunc fugerunt vt euaderent, regressi postea pacẽ rogarunt vt viuerẽt. Vidimus itaq; in tanti viri meritis superiora secula, & opera pphetarũ quæ legebamus aspexi
B mus. Quasi Helisæus inter arma, inter acies, dum vixit versatus est, meritis suis cõponens prælia. Deniq; vbi se curitas cohabitãtibus reddita est, quod ipso fuit durius bello sanctũ exhalauit spiritum, & quasi Helias vsq; ad cælũ eleuat⁹est, nõ curru quidẽ igneo, nec equis igneis, nisi forte illa nõ vidimus, nec in cõmotione aeris, sed in volũtate & placiditate dei nostri, & sanctorũ angelorum lætitia, qui ad se tantũ virũ transisse gratulabantur. Certe dubitare illa nequaq̃ possumus, quãdoquidẽ reliqua cõgruerũt. Siquidẽ eodem momẽto quo ille ad huc eleuabatur, velut quodã melotidis suæ demisso amictu sanctũ Anysiũ discipulũ suum induit, & sui vestiuit insulis sacerdotii, cuius meritũ & gratiã non nũc primũ audio, nec in vestris epistolis didici, sed i vestris literis recognoui. Nã quasi præscius successurũ sibi, etsi pmissis tegebat, tamẽ iudiciis designabat, adiutũ se ei⁹ cura, labore, officio mẽorãs, vt iã declarare cõsortẽ videretur, qui nõ quasi nou⁹ ad summũ sacerdotiũ veniret, sed quasi vetus sacerdotii executor accederet. Cui
Mat. 15. pulchre cõuenit dictũ illud euangelicũ: Euge bone serue & fidelis, quoniã super pauca fidelis fuisti, super multa te cõstituã. Hæc mihi de sancto Acholio vobiscũ cõmunia. Illud tamẽ speciale, quo deuinct⁹ sum beatæ memoriæ viro, quia tribuit mihi vt eũ non ignoratẽ. Nam cum eo veniẽte ad Italiã ægritudine cõfectus tenerer, vt nõ possem occurrere, ipse ad me venit, & visitauit. Quo studio, quo affectu ipse in me, & ego in eum irruimus? C Quo gemitu mala istius seculi, & ea quæ hic acciderẽt, deplorauimus, ita vt lachrymarũ profluuio vestem infunderemus, dum salutatione exoptatissima, mutuo desiderio & expetito diu fruimur, adhæremus amplexu. Itaque quod voti mei erat, illius beneficii fuit, quia potui illum videre. Nam etsi maior portio, & plenior cognitio sit in spiritu videre quos diligimus, tamen etiã in figura corporis videre desideramus. Sic aliquando reges terræ quærebant faciem Salomonis videre, & audire eius sapientiam. Discessit igitur à nobis, & nos in hoc reliquit salo: sed quod illi vtile, id multis ipso Barbarico furore est grauius: quia illum iste depellebat, hunc nobis quis poterit repræsentare? Sed repræsentat dominus & seipsum in discipulo repræsentat. Repræsentant iudicia vestra, quibus dictum est: Date Leui manifestos eius, & veritatem suam: Viro sancto dedistis manifestũ eius, vtpote eius institutione fundatũ, dedistis imitatorẽ viri eius qui dixit patri suo, & matri suæ, nõ vidi te, & fratres suos nõ sciuit, & filios nõ recognouit, & custodiuit verbũ domini, & testamentũ eius obseruauit. Narrabunt populi iustitiam eius. Talis viri vita, talis hereditas est, talis cõuersatio, talis successio,

Ille se monasteriis puer dedidit, & intra Achaiam an- D
gusto clusus tugurio, gratia tamen multarũ terrarum peragrauit diuortia, ad summum sacerdotium à Macedonicis obsecratus populis, electus à sacerdotibus, vt vbi ante fides per sacerdotẽ claudebatur, ibi postea per sacerdotem muralia fundamenta fidei confirmarẽtur, Non aliter etiam eius discipulus imitatione, qui & ipse dixit patri suo & matri suæ, nõ vidi te. Non vidit enim studio, non vidit affectu, & fratres suos non sciuit, quia deum scire desideraut. Et hic recognouit verbum domini, & custodiuit testamentum eius, & imponit honorem in ara eius semper. Benedic domine fidem eius, sanctitatem, sedulitatem. Benedictio tua veniat super caput eius, & super verticem ipsius. Sit honorificus inter fratres suos, sit in eo tauri species, vt ventilet corda inimicorum & sanctorum mentes demulceat, & iudicium sacerdotum tuorum i eo sicut lilium floreat. Valete fratres, & diligite me, quia ego vos diligo.

Diui Ambrosii ad Anysium sancti Acholii successorẽ, de successione eius cõgaudẽtis, vitãq; sancti Acholii cõmendantis, & illius adolescentiam, iuuentutẽ atq; senectutem benedicentis. Epistola LX.

AMBROSIVS episcopus Anysio fratri. Iãdudum te teneo, & si nunc primum lego, meritisq; compertum habeo quem oculis nõ videram. Doleo quidẽ illud accidisse, sed hoc
E successisse gaudeo: quia licet superstite me non optauerim illud contingere, sperauí tamen post illius sancti viri exitum hoc solum posse merito succedere. Tenemus ergo te sanctæ memoriæ Acholii dudum discipulum, nunc successorem hæredẽq; eius vel honoris vel gratiæ. Magnum meritũ frater gaudeo tibi, ne vno quidem momento de successore tanti dubitatum viri: & magnum onus frater tanti nominis pondus subisse, tantæ libræ, tantiq; examinis. Quæritur in te Acholius, & ficut erat in affectu tuo, ita in officiis dæsideratur illius virtutis, illius disciplinæ effigies, illius fortitudo animi in tam senili corpore. Vidi fateor virum, nam & hoc meritis illius debeo quòd illum viderim. Vidi ita illum esse in corpore, vt extra corpus putarem. Vidi imaginem illius qui se siue in corpore siue extra corpus nesciens, raptum ad paradisum viderat. Ita enim percurrebat omnia excursu frequenti, Constantinopolim, Achaiam. Epirum, Italiam, vt iuniores eum non possent consequi. Cedebant fortiores corpore, quia eum si
F ne impedimento esse corporis nouerant, vt eo tantum pro velamine vteretur, nõ pro officio, certe ad seruitiũ, non ad subsidium. Ita enim affecerat corpus suum, vt in eo mũdum crucifigeret, & mundo semetipsum. Benedictus dominus, & benedicta adolescẽtia eius quam exegit in tabernaculis dei Iacob, positus in monasteriis, in quibus cũ quæreretur à parentibus vel proximis Mat. 12.
dicebat: Qui sunt fratres mei, aut quæ mater mea? Non noui patrem vel matrem, vel fratres meos, sed eos qui audiunt verbum dei, & faciunt. Benedictus etiam processus iuuentutis ipsius, in qua ad summum electus est sacerdotium, maturo iam probatus virtutum stipendio Venit enim tanquam Dauid ad pacem populi reformãdam. Venit tanquam illa nauis aurum secum intelligibile vehens, & ligna cedrina, & lapides preciosos, vt illas columbæ pennas deargentatas, quibus medias inter sortes somno pacis & tranquillitatis sopore dormiunt. Est enim sanctorum etiam somnus operatius, secun- Canti. 5.
dum quod scriptum est: Ego dormio, & cor meum vigilat. Et secundum quod Iacob sanctus diuina dormiens videbat mysteria, quæ vigilans non viderat, de cœlo ad Gene. 28.
terras aerem peruium sanctis, respicientem dominũ, & pollicentem terræ eius possessionẽ. Itaq; breui somno dormiens ipetrauit quod magno labore postea acquisiuit. Hereditas eius est enim somnus sanctorum, feriatus

G ab oĩbus corporis voluptatibus, ab omni animi pertur
batione,'tranquillitatem menti inuehens, placiditatem
animæ,tanquã ſoluta nexu corporis ſe ableuet, & Chri
ſto adhæreat. Hic eſt ſomnus vita ſanctorũ,quam viue-
bat ſanctus Acholius,cuius benedicta etiã ſenectus ipſa
eſt. Verè ſenectus illa venerabilis,quæ nõ canis,ſed me
ritis albeſcit. Ea eſt enim reuerẽda canicies,quę eſt cani
cies animæ in canis cogitatiõibus & operibus effulgẽs.
Quæ eſt enim verè ætas ſenectutis, niſi vita imaculata,
quæ nõ diebus aut mẽſibus, ſed ſeculis propagatur, cu
ius ſine fine eſt diuturnitas,ſine debilitate longeuitas?
Quo enim diuturnior,eò fortiór(eò quòd diutius eã vi
tam vixerit)in virũ perfectũ excreſcit. Huius igitur ſuc
ceſſorẽ te domin⁹ nõ ſolũ honore,ſed etiã morib⁹pro
bet, & ſumma fũdare dignetur gratia,vt ad te quoq; po
puli cõcurrãt,de quib⁹ dicas:Qui ſunt iſti qui ſicut ne-
bulæ volãt,& ſicut columbę cũ pullis ſuis?Veniãt quoq;
ſicut naues Tarſis quæ accipiant frumentum quod Sa-
lomon verus impartiuit viginti menſuras tritici,Accipiant oleum & ſapientiã Salomonis, & ſit pax inter te,
& populum,& teſtamentũ pacis cuſtodias. Vale frater,
& nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Candidianum, ſplendorem ſermonis,& fulgorem affectus eius commẽdantis, illiq; benedictionem optantis, Epiſtola. LXI.

H AMBROSIVS Candidiano fratri. Sũmus quidem ſplendor in ſermone eſt tuo,ſed magis in affectu elucet mihi. Nam in epiſtolis men
tis tuæ aſpicio fulgorẽ dilectiſsime frater ac beatiſsime. Dominus te benedicat,& det tibi ſui gratiã Nã & ipſe in epiſtolis tuis vota magis quàm mea merita recognoſco. Quæ enĩ merita mea tãtis tuis æquẽtur ſermonibus? Dilige nos frater,quia nos te diligimus.

LIBER OCTAVVS.

DIVI AMBROSII ad Irenæum,quæſtionem, Cur dominus deus manna pluerit populo patrum, & nunc non pluat,diſſoluentis.
Epiſtola. LXII.

I AMBROSIVS Ireneo. Queris à me cur dominus deus manna pluerit populo patrum, & nunc non pluat. Si cognoſcis,pluit, & quotidie pluit de cælo manna ſeruientibus ſibi. Et corporeum quidẽ illud manna hodie pleriſq; in locis inuenitur,ſed nunc non eſt tanti res miraculi:quia venit quod perfectum eſt. Perfectum autem panis de cælo, corpus ex virgine, de quo ſatis euangelium te docet. Quanto præſtantiora hæc ſuperioribus? Illud enim manna,hoc eſt panem illum qui manducauerunt,mortui ſunt:hunc autem panem qui manducauerit, viuet in æternum. Sed eſt ſpirituale manna,hoc eſt pluuia ſpiritualis ſapientiæ, quæ ingenioſis & quærentibus de cælo infunditur, & irrorat mentis piorum,& obdulcat fauces eorum. Qui igitur intellexerit infuſionem diuinæ ſapientiæ, delectatur, nec alium cibum requirit, nec in ſolo pane viuit, ſed in omni verbo dei. Qui curioſior fuerit quærit quid ſit iſtud quid melle dulcius ſit, Reſpondet illi miniſter dei:Hic eſt panis quem dedit tibi deus manducare. Qui ſit iſte panis, audi. Sermo, inquit, quem ordinauit deus. Hęc ergo ordinatio dei,hęc alimonia alit animã ſapientis,& illuminat atq; obdulcat, reſplendens veritatis coruſco, & mulcens tanquam fauo quodam diuerſarum virtutum ſuauitate,& ſermone ſapientiæ. Fa ui enim mellis ſermones ſunt boni, ſicut ſcriptũ eſt in Matth. 4.

Prouerbiis. Cur autem minutũ ſit,cauſam accipe: quia & granum ſinapis minutũ eſt,quod comparatur regno cælorum, & fides quæ ſicut granum eſt ſinapis, poteſt montes tollere, & iactare in mare. Et fermento ſimile eſt regnum cælorum quod abſcondit mulier in farinæ menſuris tribus donec fermentetur totum. Et Moyſes caput vituli aurei comminuit ſicut puluerem, & miſit in aquam,& dedit populo bibere. Increaſsatum enim erat cor eorum perfidiæ immanitate,vt emolliretur,& ſi dei ſumeret ſubtilitatem: Deniq; illa mulier quæ bene emoluerit aſsumetur, ea autem quæ male emoluerit de relinquetur. Emole ergo & tu fidem tuam, vt ſis ſicut illa anima quæ Chriſti in ſe charitatem excitat,quam mirantur aſcendentem virtutes cælorum quod ſine offenſione aſcendat, & ex hoc mundo aſcendat cum lætitia & iucunditate, ſicut vitis propago, & ſicut fumus ſe aſſuperna ſubrigat fragrans odorem reſurrectionis piæ, & ſuauitatem fidei, ſicut habes ſcriptum: Quæ eſt hæc quæ aſcendit à deſerto ſicut vitis propago, fumo incenſa,odorificata myrrha & thure ab omnibus puluerib⁹ vnguenti? Pulchre ſubtilitatem eius expreſsit pulueriscomparatione, & vnguenti cõmemoratione, quia in Exodo ſubtile legimus, & ex multis compoſitum thymiama illud eſſe incenſum propheticum quod eſt ſanctorum oratio, vt dirigatur in conſpectu domini, ſicut & Dauid dicit:Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Deniq; græcus κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου dixit. Et in Apocalypſi Iohãnis legimus quia ſtetit angelus ante altare habens thuribulum aureum, & data ſunt ei thymiamata multa de orationibus ſanctorum omnium. Et aſcendit,inquit,ſumus thymiamatum orationum ſanctorum de manu angeli in cõſpectu dei. Et vmbilicus animæ ac venter,ſubtilis eſt illius quæ aſcendit ad Chriſtum. Ideoq; laudatur voce ſponſi dicentis: Vmbilicus tuus crater tornatilis non deficiens muſto, vẽter tuus aceruus tritici minuti inter lilia. Eſt enim in omni doctrina tornatus, & potus ſpiritualis non deficiens plenitudine, & cæleſtium ſecretorum cognitione. Venter quoq; animæ myſticus ſicut vmbilicus, quò venter non ſolum fortem eibum ſumit quo corda firmantur,ſed etiam ſuauẽ ac florulentum quo delectantur. Et fortaſſe hoc docuit Moyſes multis orationibus & piis illud mitigandum ſacrilegium. In libro quoq; regnorum cũ ſe dominus ſancto reuelaret Heliæ, vox auræ tenuis præceſsit, & ſtatim ſe ei dominus reuelauit, vt cognoſcamus ea quæ corporea ſunt, craſſa eſſe & pinguia: & quæ ſpiritalia, mollia & ſubtilia, vt nõ poſsint comprehẽdi oculis. Deniq; & ſpiritus ſapientiæ ſubtilis & mobilis legitur ĩ libro Sapientiæ: quia eſt in illa ſpiritus intelligẽtię ſanctus', vnicus, multiplex, ſubtilis & mobilis, qui ſermones ſuos molat prius ne quid offendat vel in ſenſu, vel in alloquio. Deniq; illi Babyloni cũ deſtruetur, dicitur: Et vox molæ nõ audietur in te amplius, Hoc igitur manna ſubtile erat,& ad diem colligebatur, in diem alterum non ſeruabatur,eò quòd inuenta ſapiẽtiæ in tẽpore ſint gratiora, nec tam miranda quæ ſpatio temporis reperiuntur, q̃ illa quæ præſentis funduntur ingenii viuacitate: ſiue quia futura reuelãtur myſteria, eò quòd ſeruatum manna vſq; ad ſolis exortum, eſui iam eſſe non poſſet, id eſt vſq; ad Chriſti aduentum habere gratiã. Oriente autem iuſtitię ſole, & ſplendidioribus Chriſti corporis & ſanguinis ſacramentis refulgẽtibus ceſſarẽt inferiora, perfecta illa ſumenda populo forent. Vale, & nos dilige, quia nos quoq; te diligimus. Pro. 16. K Lucæ. 13. Ibidem. Exo. 23. 3. Reg. 19. M Sapiẽ. 7. Exo. 16. Canti. 3. Exod. 30. Pſal. 140. L Apoca. 8. Canti. 7.

Diui Ambroſii ad Iuſtum, diſſerentis quòd veteres quos pleriq; ſecundũ artem ſcripſiſse negant, ſecũdum gratiam quæ ſuper omnẽ artem eſt ſcripſerint, de quorum tamen ſcriptis ii qui de arte ſcripſerunt, artem inuenerunt, Epiſtola LXIII.

A AMBROSIVS Iuſto. Negant plerique noſtros ſecundum artem ſcripſiſse. Nec nos obniti
mur. non enim ſecũdum artem ſcripſerũt, ſed ſecundum gratiam, quæ ſuper omnem artem eſt. Scripſerũt enim quæ ſpiritus ijs loqui dabat, Sed tamen ij qui de arte ſcripſerunt, de eorum ſcriptis artem inuenerunt, & condiderunt commenta artis, & magiſteria. Denique in arte requirũtur præcipue, vt ſit ἀιτίομ, ὕλη, ἀποτέλεσμα. Cum igitur legamus ſanctum Gene. 22. Iſaac patri dicere, Ecce ignis,& ligna, vbi hoſtia? quid horũ deeſt? Nã qui quærit, dubitat: qui reſpondet quærẽti, pronunciat,& dubitationẽ abſoluit. Ecce ignis,id eſt ἀιτίομ: & ligna, id eſt ὕλη, quæ Latine materia dicitur. Tertium quid ſupereſt niſi ἀποτέλεσμα, q̃d filius queſiuit, pater retulit dicenti, vbi hoſtia? Deus, inquit, prouidebit ſacrificiũ fili. Differamus pauliſper myſterium. Oſtendit deus pendentem arietem cornibus. Aries autẽ eſt verbum plenum tranquillitatis,& moderationis,atque patientiæ,quo oſtenditur bonum ſacrificium iuſtitiæ etiam ſapientiam, & prudenter emerendi ac propiti Pſal. 4. andi rationẽ cognoſcere. Vnde & propheta ait, Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. Itaq; iuſtitiæ, ita vt ſapiẽtiæ ſacrificium eſt. Ecce ergo mens calida & feruens vt ignis quæ operatur. Ecce & intelligibilia, id eſt materia, vbi eſt tertium intelligere. Ecce color, vbi eſt videre. Ecce ſenſibilia, vbi eſt ſentire. Materia enim nõ ab oĩbus videtur, ideóque deus dat munus intelligẽdi, & ſentiẽdi, & videdi. Verbũ ergo dei ἀποτέλεσμα eſt, id eſt definitio & cõſummatio diſputationis, quod infunditur prudẽtioribus, & dubia cõfirmat. Pulchrè autẽ etiã ij qui in aduentũ Chriſti non crediderunt, ſeipſos reuincunt, vt
B confiteantur quod negandum putant. Dicũt enim arietem verbũ dei, & non crediderũt paſſionis myſteriũ, cũ in illo myſterio verbũ dei ſit, in quo impletum eſt ſacrificium. Ergo primum accendamus in nobis ignem mẽtis, vt operetur in nobis. Quæramus ſubijcientes materiam quid ſit quod nutriat animam, tanquam in tenebris requiramus eam. Neque enim vel patres ſciebant quid eſſet manna. Inuenerunt, inquit, manna, dicentes ipſum eſſe ſermonem & verbum dei, vnde omnes diſcipliną fonte iugi ac perpetuo fluunt ac deriuantur. Hæc eſt eſca cæleſtis. Significatur autem ex perſona dicẽtis, Exod. 16. Ecce ego pluam vobis panes de cælo. ἀιτίομ ergo, eò q̃d operatur deus, qui irrigat mentes rore ſapientiæ. ὕλη, quia videntes animæ & guſtantes delectantur, & requirunt vnde ſit illud ſplendidius luce, dulcius melle. Reſpondetur eis ſcripturæ ſerie, Hic eſt panis quem dedit vobis mãducare dominus, & hoc eſt verbum dei quod diſpoſuit deus vel ordinauit, quo paſcitur anima prudentium & delectatur. Eſt candidum & ſuaue, veritatis ſplendore illuminans, & virtutum ſuauitate demulcens audientium animas. In ſe enim didicerat propheta quid eſſet conſummandæ rei ἀιτίομ. Nam cum mitteretur ad populum dei liberandum, ad regem Aegypti,
C ait: Quis ſum ego vt vadam, & educam populum à regis poteſtate? Reſpõdit dominus, Ego ero tecum. Interrogabat Moyſes, Quid dicam illis ſi requirãt iterũ, quis eſt dominus qui miſit te? & q̃d nomen eſt illi? Dixit dominus, Ego ſum qui ſum. Dices: qui eſt, miſit me. Hoc eſt 2. Cor. 1. verũ nomen dei, eſſe ſemp. Vnde & apoſtolus de Chriſto, Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in nobis eſt, qui per nos prædicatus eſt, per me & Syluanũ & Timotheũ. Exod. 4. nõ fuit in illo, inquit, eſt & nõ, ſed eſt in illo fuit. Reſpõdit Moyſes, Si nõ crediderint mihi, neq; obedierint voci meæ, dicẽtes, quia nõ apparuit tibi deus, quid dicã illis? Dedit illi ſigna facere, vt crederetur quia à domino miſsus eſt. Tertio ait Moyſes. Non ſum dignus, & graci li voce ſum, & tardioris ligua, quomodo me audiet Pharao? Reſpõſum eſt ei, Vade, & ego aperiã os tuum, & inſtruã te quid debeas loqui. Interrogationes ergo illæ in medio & reſpõſiones habent ſapiẽtiæ ſemina & theoriam. Gratũ tamen ἀποτέλεσμα eſt, quia ait. Ego ero tecũ. D
Et quãuis dederit ei ſigna facere, tamen dubitãti iterum (vt ſcias quia ſigna nõ credẽtibus,, pmiſsum autẽ credẽtibus) reſpõdit ad infirmitatẽ vel meriti, vel voti, Ego aperiam os tuum, & inſtruã te quid debeas loqui. Perfectũ ergo ἀποτέλεσμα ſeruatũ eſt. Habes hoc & in euangelio, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperiẽtur vobis. Pete ἀπὸ τοῦ αἰτίου, id eſt, ab authore quære. Habes ὕλην, intelligibilia quibus quæras. Matth. 7. pulſa, & aperit tibi deus verbum. Quæ petit, mens eſt, quæ operatur ſicut ignis intelligibilia, in quibus mentis ardor operatur ſicut ignis in lignis. aperit verbum tibi deus, quod eſt ἀποτέλεσμα. Habemus & alibi in euangelio dicente domino, Cum autẽ tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eritis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Habes hoc & in Geneſi dicente Iſaac, Quid eſt quod tã cito inueniſti fili? Qui dixit, Quod tradidit dominus de Gene. 27. us tuus in manus meas. ἀποτέλεσμα dominus eſt. qui p dominũ quærit, inuenit. Laban deniq; qui per dominũ Gene. 31. nõ quæſiuit, quia quærebat idola, non inuenit. Pulchre autẽ quod dicũt, horos ſeruauit. Primus eſt horos, Va- E de affer mihi de venatione tua vt manducẽ. Excitat atq; adolet velut igni quodã adhortationis ſuæ mẽtem eius, vt operetur & quærat. Secũdus horos, Quid eſt quod tã cito inueniſti? Hic in interrogatione eſt. Tertius horos in reſpõſione. Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas. ἀποτέλεσμα deus eſt, qui cõcludit & conſummat oĩa: de quo dubitandum nõ eſt. Eſt & ille horos de ſpontaneis, Si non ſeminaueritis, non metetis. Nam etſi cultura prouocet ſemina, tamen natura ſpontaneo quodam vt ſurgãt in ijs operatur ingenio. Vnde Apoſtolus, 1. Cor. 3. Ego plantaui, inquit, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat eſt quicquam, neq; qui rigat, ſed qui dat incrementũ deus. Dat tibi deus in ſpiritu, & in corde tuo ſeminat dominus. Age ergo vt inſpiret, & ſeminet vt metas. ſi nõ ſeminaueris, nõ metes, quaſi admoneris vt ſemines. nõ ſeminaſti, nõ metes: ſententia eſt. Principio finis cõuenit. principiũ ſemen eſt, ſi nis meſsis. Diſce, inquit, ex me. natura adiuuat diſcentẽ, deus autẽ author naturæ eſt. Dei quoq;, vt benedicemus, quia hoc naturę eſt, perdiſcere. Duri enĩ corde nõ diſcũt. Incremẽta per naturã quę diuini habet gratiam muneris, conſummationẽ & perfectionẽ deus dat, id eſt illa præſtantiſsima & diuina trinitatis natura & ſubſtãtia. Vale, & nos dilige, vt facis, quia nos te diligimus. F

Diui Ambroſij ad Syagriũ Veronẽſis eccleſiæ epiſcopũ, literis illius reſpõdentis, eumq; vehemẽter arguẽtis de iudicio attẽtato in cauſa cuiuſdã virginis per turpes quaſdã perſonas accuſatæ, & cur cauſam iſtã ad ſe reuocauerit, & qualẽ in ea ſentẽtiã pnunciauerit exponẽtis.
Epiſtola. LXIIII.

AMBROSIVS Syario Veronẽſis eccleſiæ epiſcopo. Proſpiciendum eſſe ne de noſtro ob
loquãtur iudicio chariſsimi noſtri Veronẽſes, proprijs texuiſti literis. Non arbitror fore, certe nõ ſolẽt. Aut ſi obloquãtur, de quo obloqui ſoleant, haud dubiè liquet, cũ exaſperati huc veniãt, pacifici ad te reuertãtur, præſertim cum hoc iudiciũ noſtrũ cum fratribus & cõſacerdotibus noſtris participatũ, pceſserit. Tu autẽ ſine alicuius fratris cõſilio hoc iudiciũ tibi ſolus iudicandum putaris, in quo tamen ante iudicium præiudicium feceris, vt puellã Zenonis ſanctæ memoriæ iudicio probatam, eiuſq; ſanctificatã benedictione, poſt tot annos ſine authore criminationis, ſine accuſatore, ſine profeſſore delationis, in periculũ reatus deducendã arbitrarere. Cui inuidia eſſet à vanis, ab hæreticis, vt ipſi volunt, à turpibus perſonis cõflata p ſcelus,

G per auaritiam, per intemperantiam, quærentibus proprij libertatem flagitij, ab ijs postremo qui domo eius
ejecti atque eliminati forent, quòd discolora opera subtexerent, quàm prima fronte suæ professionis prætendebant. Huiusmodi accusatores, huiusmodi testes in tuo
constituebas iudicio, qui neque accusare audebãt, neq; delationis se nexu obligare, atque ita inspectioni adiudicandã constituebas virginem, quam nullus argueret,
nullus deferret. Vbi hęc cognitionis solẽnitas? Vbi talis
iudicandi formula? Si leges publicas interrogemus, ac-
Deut. 17. cusatorem exigunt: si ecclesiæ, duobus, inquit, & tribus
testibus stat omne verbum: sed illis testibus qui ante hesternũ & nudiustertius non fuerint inimici, ne irati nocere cupiant, ne læsi vlcisci scelerẽ velint. Inoffensus igitur
affectus testium quæritur, ita tamẽ vt accusator prius in
medium procedat. Ipsi illi presbyteri Iudæorum man⁹
Danie. 13. suas prius supra caput imposuerunt Susannæ, & accusationem professi sunt, & pariter addiderunt testimonij
authoritatem quã imprudenter populus sub errore positus acceperat. Sed diuino iudicio per prophetã retexit
& redarguit omnipotens deus, vt liqueret omnibus eos
velle inuidiã præseminare aduersum innocẽtis periculum, qui deficerẽtur accusatiõis argumẽto, & firmamẽto probationis, coniicientes videlicet qđ si præoccupatis
H vulgi auribus inuidia mentẽ incesseret, præiudiciũ examinadæ veritatis inferret. Etenim cũ audita præueniũt,
aurẽ obstruũt, animũ occupãt, ne probatio desideretur,
vt rumor pro conuicto teneatur crimine. Nos igitur accusatorẽ exegimus, & authorẽ totius scenæ Maximum
perurgendum arbitrati sumus. Verum ille accusationẽ
quam studio informauerat, verbo detulerat, deseruit, p
fessione, & tamen affectu vrgebat, arte exequebatur, sed
refugiebat nomine, quod diffideret probationi. Deniq;
sparsis rumoribus, sed etiam epistolis compositis & destinatis quæsiuit acerbare inuidiã delationis, sed nequa
quam opprimi potuit integritas & circunueniri. Nam si
habuisset probationes, nunquam inspectionem tua sententia flagitauisset. Quid igitur sibi velit, & quo spectet
quòd obstetricem adhibendam credideris, nõ possum
aduertere. Itáne ergo liberum erit accusare omnibus, &
cum probatione desiterint. patebit vt gentilium secretorum petãt inspectionem, & addicentur semper sacræ
virgines ad huiusmodi ludibria, quæ & visu & auditu
horrori & pudori sunt? Denique nõ mi'nima etiã in tuis
literis tentatę expressionis verecũdia est. Quæ ergo sine
dãno pudoris in alienis auribus resonari nõ queunt, ea
I posunt in virgine sine eius tentari verecundia? Inuenisti tibi vile mancipium, procacem vernulã, cur nõ abutaris pudibũdo ministerio, & exponas eius modestiã, cũ
præsertim nihil sanctius in virgine sit q̃ verecundia? Nõ
enim sacra virgo vt corpore tantũmodo integra sit quæritur, & non vt in oibus eius inoffensus maneat pudor.
Virgo domini suis est nexa fulcris ad sui probationem,
nec alienis dotibus eget vt se virginem probet, nec abditorum occultorumq; inspectio, sed obuia omnibus modestia astipulatur integritati. Nõ placet deo quã nõ suorum grauitas morũ probat. Non probatur domino quę
vnius obstetricis indiget testimonio, qđ plerunq; quæritur precio. Ea ergo tibi loculpes videtur ad fidẽ, quæ &
redimi & falli potest, vt excuset ream, & crimen tegat,
aut nesciat, & nõ posit flagitiũ deprehẽdere? Neque vero illud iustum arbitror quod tuis cõprehẽdisti literis,
quia nisi inspecta fuerit, integritas periclitetur, & incerto sui fluctuet. Ergo oẽs quæ inspectæ nõ sunt, periculũ
subierũt pudoris? Ergo & quæ nupturæ sunt, prius inspiciãtur vt nubãt? Probatiores ergo, & quæ velandæ sunt,
prius subijciẽdæ sunt huiusmodi attrectationi. Non enim
visitantur, sed attrectantur, & rectius secundum tuã sententiam inspicitur non probata q̃ consecrata. Quid qđ
etiã ipsi archiatri dicunt nõ satis liquido cõprehẽdi inspectionis fidẽ, & ipsis medicinæ vetustis doctoribus id

K sententiæ fuisse? Nos quoq; vsu hoc cognouimus, sæpe
inter obstetrices obortam varietatẽ, & quæstionẽ excitatam, vt plus dubitatum sit de ea quæ inspiciendam se
præbuerit, q̃ de ea quæ nõ fuerit inspecta. Siquidem & p
ximo id comperimus exemplo. Nam quædam conditionis seruilis Altini inspecta & refutata, postea Mediolani, nõ meo quidẽ iussu, sed Nicenti ex tribuni & notarij
domini vel patroni sui voluntate visitata est à peritissima & locupleti fœmina huiusmodi artis: & cum simul
ista suppeterent, vt neque paupertas obstetricis suspectã
faceret fidẽ, neque indocilitas imperitiam, tamẽ adhuc
manet quæstio. Quid profuit igitur eã inspici, cũ dãnatio maneat? Nam vt quisque voluerit, aut imperitã medicam aut redemptã asseret, ita sine effectu vllo iniuria in
spectionis est. Quid deinde fiet? Quotiens cunque emerserit qui nõ credat, totiẽs virgo attrectabitur? Nam si vn
quam se visitandã abnuerit, secũdum assertionẽ tuã de
crimine cõfitebitur. Et facilius est vt refutet quod nunq̃
fecerit, q̃ qđ fecerit. Variabũtur igitur obstetrices, ne lu
spectæ aliqua repetatur gratiæ. Erit itaque inter plures,
quanq̃ paucorũ etiã in magnis vrbibus hic vsus medendi sit, Erit inquã vel maleuola vel imperita, quã pudoris
claustra prætereant, & per imperitiam integro notam
L affigat pudori. Vides in quod periculum inducas virginalem professionem dum obstetricem adhibendam putas, vt iam non solum verecundiæ suæ dispẽdio, sed etiã
obstetricis incerto periclitetur. Nunc consideremus qđ
obstetricis officium sit. Legimus etiã in veteri testamento obstetrices, sed non inspectrices. Denique ad parturientes ingrediebãtur, nõ ad virgines, vt part⁹ susciperẽt,
nõ vt pudorẽ examinarẽt. Vnde & obstetrices dictæ, eò
quòd obsistant dolori vel certe pignori, ne laxatis vteri
genitalibus claustris in terrã defluat. Secundo & tertio
loco in scripturis inuenimus obstetrices adhibitas, sed
vbique partui, nusquam inspectioni. Primo vbi Rachel Gene. 35.
partur.t, deinde vbi Thamar parit, tertio vbi necandos Ibidẽ. 38.
mares Pharao mãdat Hebræorũ obstetricibus: quãdo re Exodi. 1.
spõderũt illæ, nõ eo more Hebræas fœminas parere quo
pariunt Aegyptiæ, sed Hebræas prius parere q̃ introeãt
obstetrices ad eas. Qui locus vt superiori vtilis ad Hebræorũ salutẽ, ita reliquo cõfragosus ad obstetricũ fidẽ,
quæ didicerũt mentiri pro salute, & fallere p excusatione. Quid igitur suspecta & dubia captamus, cũ maiora
sint alia examinandæ veritatis documẽta & testimonia,
in quib⁹ expressiora insignia vel temerati pudoris sint?
M Quid enĩ est qđ magis publicũ sit, q̃ offensa pudoris, &
defloratio virginitatis? Nil profecto qđ magis se probet
q̃ castitatis dispendiũ. Tumescit aluus, & incedentẽ fœtus sui onera grauant, vt prætermittamus alia quibus se
vel tacita, pdit cõscientia. Ac forte sterilitatis obtẽtu abscõdi in aliquib⁹ posit flagitiũ. Hic vero cũ edit⁹ part⁹
& expositus vel necat⁹ (dũ inuidiæ magis q̃ pbationi cõsulitur) dissipatus sit p aures vniuersorũ, strãgulata est
libertas calũniarũ. si peperit, nẽpe Veronæ fuit, viseba-
tur frequẽter à virginibus & mulieribus. In honore enĩ
semp erat. Visebatur & à sacerdotibus, ppter pudicitiæ
reuerentiã, & grauitatis speculũ. Quõ ergo potuit occu
lere crimẽ qđ se vel specie sui, pderet? Quõ texit vterũ?
quõ nõ refugit aspectũ mulierũ, oculos salutantiũ? quõ
pturiẽs vocẽ repressit? Sed hoc nõ patitur dolor. Denique scriptura hos maximos dicit dolores qui sunt pturiẽtis. Sic enĩ inquit, Dies domini subito venit, & iprouisus adest, vt dolor part⁹ qui intercludit oia effugia delitescẽdi. Hęc est verior documẽtorũ fides, quã erubescũt
& mulieres. Denique Helisabeth occultabat se mẽsib⁹
quique, eò quòd sterilis conceperat in senectute. His signis & ipsa Mariæ virginitas apud ignaros mysterij, pbri suspectabatur. Vnde & Ioseph cui desponsata erat
virgo, suspectum habebat vitium, dum adhuc nesciret
dominicæ incarnationis sacramentum. Quid ergo? negamus inspiciendas virgines interim, Qđ nusquã lege-

A rim. non astruo, nec verũ arbitror. Sed quia pleraq; ad
speciem facimus, non ad veritatem, & erroris gratia cõ
pluria frequenter prætendimus, sunt enim qui nesciant
rectè facere nisi metu pœnæ: relinquamus hoc illis quas
non verecundia reuocat à lapsu, sed solus iniuriæ deter-
ret met⁹, apud quas nulla cura pudoris, & castitatis gratia, sed pœnę timor est. Relinquamus vernaculis quib⁹
formido est deprehẽdi magis q̃ peccasse. Absit à virgine sacra vt obstetricẽ nouerit. partus putatur, & remediũ doloris ducitur, nõ examẽ pudoris. Relinquam⁹ etiam illis si quę grauibus appetitę calũnijs, oppresę testimonijs, strãgulatę argumẽtis, ad id confugiãt, vt se offerãt inspectioni, quo vel corporis, pbẽtur custodia, si tamen deprehẽdi põt: in quib⁹ nutat pudoris gratia, & disciplina integritatis. Malè tamẽ se habet causa vbi potior est carnis q̃ mẽtis prærogatiua. Malo morũ signaculo, q̃ corporis claustro virginitatem exprimi. Iam illud
præclarũ, qđ scripsisti insinuatũ tibi à quibusdã qđ nequaq̃ tibi cõmunicarẽt si eã sine visitatione susciendã
crederes. Ergo iudicandi accepisti formulam. Quales illi qui volũt præscribere sacerdotibus quid sequi debeamus? Liberauimus itaque te à cognitiõis grauissimæ necessitate, ne necesse haberes formulam mandatam exequi. Quid nobis futurum est qui eorum studijs non obtemperauimus? sed tamẽ scio illic plerosque esse qui timeant dominũ. Nam & hic vidimus dudum, & illic esse comperimus qui compositam hanc querantur calũniam, quos aiunt eò offensos fuisse Maximo, quòd ista
virgo non circumeat domos, nec eorum matronas salutet atque ambiat. Quid igitur fiet quo tanto eam exuemus crimine? Quomodo persuadebimus vt cultus assumat nouos, suos exuat? Graue flagitium virginem intra
B secreta domus degere, claudi penetralibus suis. Sic certe lectio docet Mariam domi repertam cum ad eam Gabriẽl archãgelus venisset. Susanna fugiens turbarũ inducitur. Denique cũ se lauaret, paradisum claudi iubebat. Quid aũt præsertim in virgine, cui⁹ præcipuũ opus
verecũdia, quę secreta est, tutius secreto, ad oẽs actus expeditius? Munia enim pudoris induit, non concursationis. Sed de aliis videro, tuæ nunc mihi respondendũ epistolæ est. Te miror frater, qui tantopere defendas Maximum non fuisse accusatorem, sed parentis dolore doluisse inuidiam sparsi rumoris, cum ille se inimicũ & aduersarium litigatorem proposito iam iurgio negare nõ
potuerit aduersus sacram virginem iudicia attentauisse, muroq; interiecto discretas ædes vxoris suæ ac virginis, diuisam germanitatis inter sorores societatem, aliaque proh dolor, & quòd virgo in agro affinitatis suę refugisset consortium. Quomodo ergo non accusator,
qui affectum accusatoris iamdudum exercuit? qui sermone suo accusationẽ detulit? aures tuas impleuit clamore? & testes auditionis deduxit? cognitionem poposcit? Quamlibet argumẽtatus negare nõ potuisti quod
C ad Indiciam scripseris quoniam Maximus seu impulsu aliorum, seu dolore proprio, crimẽ graue detulerit. Sola hæc epistola satis est ad excusationis testimoniũ. Neque enim te ego tuis ad me datis literis vrgendum putaui, sed ijs lectis quas ad virginem dederas, aduerti diuersum esse quod ad me scripseras, & tamen cum epistolæ
tuæ sibi non conuenirent, consulendum te non arguẽdũ putaui. Quid igitur sibi vult illa argumentatio, quia illud detulerit quod ad me scripseras, delatam videlicet eam in turpi crimine, ita vt editum & obrutum partum dici asserat? Quasi verò istud ad Indiciam non ad me scripseris. Illa vbi audiuit literis tuis Maximũ subduci accusationi, literas tuas protulit, quibus eũ criminis delatorẽ probauit: ad me datas nõ legerat, nec quid haberẽt sciebat. Ego autem exhorrui à primo calumniam, quia aduertebã nõ crimẽ intẽdi, sed iniuriam virginis desiderari, cuius inspectio & visitatio postulabatur,
nõ aliquod flagitiũ deferebatur. Quis enĩ istud à princi-

pio fraude cõpositũ nequaq̃ sibi cõgruere & conuenire D
nõ arbitraretur? Cucurisse mulieres viles ad monasterium, iactasse partũ virginis, & necẽ pignoris, de monasterio rumorẽ per populos sparsum, eumq; affluxisse in
aures noui affinis Maximi, ab ipso interpellatũ episcopum, dimissas eas quæ dixisse ferebantur, atque in fugã
coactas, vt apud nos patuit eos qui audisse se dicerẽt, ad
ecclesiam vocatos prodisse, Renatum & Leontium duos illos iniquitatis viros quos apposuit Iezabel, redarguit Daniel; suborn auit Iudæorum populus, vt authorem vitæ suæ falso appeteret testimonio: Qui tamẽ cũ
simul composuissent flagitium, simul ingressi essent viam, & ne quid præteream, adiuncti Maximo, comitanti
bus (vt dixit Leontius) ijs qui illũ rumorem sparserãt, tamen vbi in meo astiterunt iudicio, cũ primò de origine causæ quærerem, diuersa & distantia prompsere, nõ locorũ separati, sed mendaciorũ diuortio. Cũ igitur sibijpsi nõ conuenirent, Mercuriũ & Leam vilissimæ conditionis & detestabilioris nequitiæ personas amandauissent, aufugisset Theudule non ignara obijciendi sibi facinoris, quod ante lectum Renati sola cubitauisset, ancilla præsto esset alia quæ stupro eiusdem Renati se
diceret coinquinatã: die ipso qui dictus erat cognitioni, E
subtraxerunt se episcoporum conuentui, licet etiã pridie subito se profecturos idem Renatus clamauerit. Vn
de ego iudicio præscripsi diem, & tamen nullo accusante, nullis testimonijs perurgentibus insinuaui sanctæ sororiq; quod peteres coram ipsa inspici & visitari memoratam virginem. At illa sanctè inspectionem quam recusauit, sed testimonium non declinauit, dicẽs nihil se in Indicia comprehendisse nisi quod esset virginalis pudoris & sanctitatis. Habitasse eam Romæ in domo nostra nobis absentibus, nulli eam se virorum familiaritati dedisse, optare cum ea sibi à domino Iesu partem reseruari in regno dei. Paternam quoque filiam nostram interrogaui, qđ ab ea nunq̃ soleat discedere, cuius charitas vitæ huius testimoniũ est. Itaque etsi quod iniurata diceret, fidei sacramento cõferendũ foret, sub obtestatione tamẽ, pfessa est aliena criminis quo appetebatur, nec quicq̃ in ea scire se bonę vacuũ cõuersationis. Nutricẽ quoq; liberę cõditionis interrogauimus, cui & status haud quaq̃ degeneri seruitio obnoxius libertatẽ vera fatẽdi daret, & fides atq; ętas adveritatẽ astipularetur, & officiũ nutricis ad cognitionẽ secreti. Ea quoq; nihil se indecorũ vidisse, nihil sibi quasi parẽti cõmissũ à virgine aliqua dignũ reprehẽsiõe. His motĩ Indiciã inoffẽsi virginẽ muneris, pnũciauimus. Maximũ aũt & Renatũ, & Leontiũ ita inuoluit sẽtẽtia, vt Maxio si errorẽ emẽ F
daret, spes reditus reseruaretur, Renat⁹ aũt & Leontius excõmunicati manerẽt, nisi forte, pbata sui pœnitẽtia, & huius facti diuturna deploratiõe, dignos se prębereẽt
mia. Vale frater, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Syagriũ, p castitatis cõtumelia dolentem querelam facientis, atque ex scripturis sanctis ostendentis quantum maiores nostri reuerentiæ detulerint castimoniæ, quantùmve vltionis studiũ aduersum temeratores pudicitiæ fuerit, Epistola. LXV.

AMBROSIVS Syagrio. Quæ sint in nostro iudicio decursa, cõperta retines, & ideo nũc quasi aię portionem cõuentio meę, habens apud te, p castitatis cõtumelia familiatẽ & dolẽtẽ querelã. Ita ne oportuit inhonoratã atque inauditã virginitatis causam adiudicari, vt non posit absolui? Hoc est nisi sua iniuria, nisi ab honesto pudore traducatur ad indecorẽ sui corporis oblationẽ, grãde videlicet relatura sui testimoniũ, vt exponatur lubrico, & pcaitatis notetur. Hãc igitur prærogatiuã detulisti integritati, huiusmodi honorificẽtiã, qua se lacessi aut iuitari gaudeãt quę hoc munus recipiẽdũ putãt, vt

G amittãt libertatẽ cõmunis aſſertionis, nec ſe iure tueantur vel ſanctæ legis, vel publico, vt non accuſatorẽ exigat, nõ accerſitorẽ vrgeat, ſed impudentiã ſolã induat, ac ſeſe proijciat ad iniuriã? Non ita maiores noſtri deſpicabilẽ habebãt caſtimoniã, cui tantũ deferebant reuerentiæ, vt bellum aduerſum temeratores pudicitiæ ſuſcipiendum putarent. Denique tantum fuit vltionis ſtudium, vt omnes tribules de Beniamin tribu extinguerẽtur, niſi ſexcentos qui bello reliqui forent, natura editioris loci defendiſſet. Sic enim lectiõis diuinę ſerie expreſsum tenetur, cuius tenorem recenſere congruit. Le-
Iudic. 19. uites vir animo maior q̃ opibus, habitabat in partibus montis Ephren. Ei quippe tribui ſortito obtigerat locꝰ in poſſeſsionem tertæ datus pro funiculo hæreditatis. Is ſibi accepit iugalem de Iudæ Bethleem. Et vt ſe habẽt prima copularum exordia, ardebat iuuenoula immodica animi cupiditate: ſimul quia ſimilibus eius non fungebatur, exardeſcebat magis, atque immane exæſtuabat. Vnde quia nihil referebatur ex parte adoleſcentulæ, vel leuitate amoris, vel vi doloris, quod haudquaquã mercede pari ſecum decerneret, cum eadem expoſtulabat, hinc frequens iurgium, quo mulier offenſa clauſes
H remiſit, domum reuertit. At ille amore victus, qui quod ſperaret nõ habebat aliud, cum quartum iam menſem fluere cerneret, eo contendit, fretus quod conſilio parentum emolliretur animus adoleſcentulæ. Occurrit ꝓ foribus ſocer, generum introduxit, filiam reconciliauit, & vt lætiores dimitteret, triduo tenuit, quaſi repararet nuptias, ac volenti abire, quartum quoque diem cõperendinauit, prætenta humanitatis ſpecie moras innectendo. Pati modo cum etiam quintum diem vellet adiungere ſuperioribus, & iam nouæ deeſsent cauſæ morandi, paterno tamen affectu retinendę filiæ deſiderium non deſoret, promiſsam profectiõis copiam diſtulit in meridiem, vt viam cibo curati adorirentur. Poſt epulas quoque volẽs dilationem attexere, eò quòd iam veſper appropinquaret, generi precibus, ægre licet, tamen acquieuit. Ille iter ſuum perrexit lætus animi, quod dilectam ſibi recuperauiſſet, qui vno comitati ſeruulo cum iam declinaret dies, feſtino viam celerabant gradu. Mulier vehebatur iumento, viro nullus ſenſus laboris, qui fructu deſiderij ſimul & vatio mulieris ac vernaculi ſermone viam leuaret. Denique vbi Hieroſolymam appropinquarunt, quæ triginta ſtadijs aberat, quam Iebuſæi tenebant, ſuggeſsit puer deflectendum in ciuitatem, quia
I ſub noctem ſuſpecta eſsent etiam illa quæ tutiora ſunt, cauendáque tenebrarum ambigua, maxime quia locorum incolæ non eſsent de filijs Iſrael. Et ideo præuertẽdum ne quid aduerſa ſtudia gerentes inſidiarum inferrent, vt obſcuro noctis dolum quærentibus ad perpetrã dũ facinus ſatis opportuno. Sed domino eius haud quaquam placuit ſententia, vt inter alienigenas hoſpitio ſuccederent, cum Gaba & Rama non longe abeſsent ciuitates Beniamin. Itaque prævalens ſententia poſthabuit ſeruuli ſuggeſtionem, quaſi ex conditione conſiliũ æſtimaretur, & non conſilio quãuis infima conditio ableuaretur. Et iam ſol in occaſu erat, denique vix occurrit, cũ iam vrgeretur veſpere, in ciuitatem ſuccedere. Gabaonitæ incolebãt locum, inhoſpitales, immites, intolerabiles, omnia tamen tolerabiliora q̃ ſi aliquẽ hoſpitio recepiſsent. Deniq; cõmodius huic viro Leuitę ceſſerat ſi in Gabaa hoſpitium non recepiſset. Verũ ne quid deeſset offenſionis, primo ingreſsu diuerſorium nõ reperit: & cum in publico ſitus alienam miſericordiam imploraret, offendit aduenientẽ ex agro ſenẽ, quẽ veſper ex opere agreſti cõpulit nocti decedere. Et cũ eſset ei cõſpicuus, rogatꝰ quo iret, & vnde aduẽtaret, reſpõdit, de Bethleem Iudæ reuertor, cõtendo ad montẽ Ephren, & mulier eſt mecũ, ſed ecce huc diuerti, & nemo eſt qui hoſpitio recipiat, & requieſcẽdi vſum miniſtret. Non quo cibi aut potꝰ ſibi, aut pecori pabulorũ eſset indigẽtia, ſed

tecti hoſpitio, phiberentur: preſto eſse illa, nudum tecti K hoſpitiũ deſiderati. Ad ea ſenior benigne ſatis & placide, Pax, ſquit, tibi, & ſuccede hoſpes pariter & ciuis. Nã & mihi origo de mõtis Ephrẽ partibus, & hic hoſpitalis habitatio, ſed tẽpore diuturno incolatus ſedes fundauit. Itaque receptos domicilio, miniſterio ſui & ſubſidijs hoſpitalibus iuxta fouit. Hortabatur ad lætitiã ſenior, & frequẽtioribus ꝓuocabat poculis, vt vino adoleret curarũ obliuio, cũ ſubito circũſiſtunt eos Gabaonitæ iuuenes ad omnẽ proiecti libidinem, nihil pẽſum ac moderatum habentes, quos forma mulieris illexerat, & in omnem amentiã præcipitabat. Capti enim eius decore, & per ſenectutem hoſpitis, atque infirmitatẽ ſubſidij accepta ſpe potiendi poſcunt mulierẽ, & pulſant ianuam. Itaq; egreſsus ſenior rogabat eos ne hoſpitales mentes turpi flagitio fœdarent, & reuerendum ius etiam indomitis Barbararum gentium nationibus violandũ arbitrarentur: contribulem illum ſibi, Iſraelitem virũ legitimi thori ſubnixum copula nõ ſine indignatione cæleſtis arbitri tanta affici contumelia. Quod vbi parum procedere aduertit, eſse ſibi filiam virginem adiecit, illam ſe offerre maiore parentis dolore, ſed minore gratiæ hoſpitalis diſpendio, publicum flagitiũ priuato de- L
decore tolerabilius habere. At illi exagitati æſtu furoris, & inflammati incentiuo libidinis, eò amplius ardebãt formam iuuenculæ, quo magis negabatur. Et iuſtitiæ exortes ridebant verba æquitatis, filiam ſenis, quia minore inuidia ſceleris offerebatur, deſpectui habentes. Itaque cum piæ nihil proficerent preces, & ſeniles fruſtra hoſpes manus tenderet, deſperato præſidio rapitur mulier, & per totam noctẽ iniuriæ impletur. At vbi lux finem intemperantiæ dedit, ianuam hoſpitalem repetit, non quo viri conſpectum expoſceret, quem magis declinandum putaret contumeliæ pudore miſerabilis, ſed vt affectum viro referret, quæ caſtitatem amiſerat, & contumeliæ ſuæ funus lamentabili ſpecie ante ianuam hoſpitalem exponeret. Egreſsus itaq; Leuita cũ iacentem inueniſset, arbitratus quod verecundia vultũ nequaquam attollere auderet, conſolari cœpit, quia nõ voluntate, ſed inuita tantæ iniuriæ ſuccubuiſset, hortari aſsurgere, & ſecum repetere domum. Sed vbi nullũ reſponſum referebatur, quaſi quieſcentem maiore voce è ſomno excitare. Verum vbi mortis ſupremæ patuit fides, impoſitas iumento reliquias domum pertulit, & M
diuiſos artus mulieris in partes duodecim miſit per ſingulas tribus Iſrael. Quo commotus vniuerſus populus conuenit in Maſphat, atque ibi querela per Leuitam cognita, omnes in bellum exarſere, ſtatuentes neminẽ virorum fas eſse in tabernaculũ ſuccedere prius q̃ de tanti ſceleris authoribus vltio capeſseretur: animiſq; ruebant in prælium. Sed conſilium prudentiorum præuertit ſententiam, non temere confligendum bello cum ciuibus, ſed prius verbis experiendum de flagitio, & decernendum conditionibus pro delictis. Neque iuſtum videri vt paucorum ſceleris precium ad omnes perueniret, & priuata adoleſcentium peccata ſtatum ſalutis publicæ labefactarent. Itaque miſerunt viros qui denũciarent Gabaonitis vt tanti reos flagitij offerrent. Sin autem, cognoſcerent non minoris eſse criminis tantũ facinus defendiſse, q̃ exercuiſse. Verum illis ſuperba referẽtibus, conſilia pacis bello mutata: neque primo aut ſecundo conflictu, cum plurimi à paucis afflictarentur, cedendum Iſraelitæ aduerſis prælijs exiſtimauerunt. Quadringenta enim milia virorum bellantium, aduerſum vigintiquinque milia Beniamin tribus & ſeptingentos Gabaonitas expertos belli Iuuenes decertabãt. Et cum ſiniſtra ſorte duo ſibi iam cecidiſsẽt prælia, animi tamẽ promptus haudquaq̃ depoſuit Iſrael vincendi fiduciã, & vlciſcendi præſumptam ſpem. Sed quia cauſa numeroq; præſtantiores, inferiores pugnæ euentu pedẽ retulerant, diuinam offenſam rati, ieiunio & fletu maximo

A reconciliationem gratiæ cæleſtis affectauere. Itaq; oratа domini pace acriores in bellum reuertũtur, vtpote quibus oraculũ animos dederat, ſpem accumulauerat. Et ſimulato à fronte quod cederetur, ac diſpoſitis per noctẽ inſidijs à tergo vrbis, in qua locata erat manus hoſtium, dum hi cedunt, & illi inſectantur, inuadendi vrbem vacuam facta copia, & mox admoto ſtatimq; adulto incẽdio, flãmarum fragor atque æſtus furens captæ vrbis ſpeciem manifeſtarũt. Quo & ſuis fracti animi, & erecti hoſtium. Nam & Beniamin viri clauſos ſe & circunuẽtos rati prius q̃ à tergo inuaderẽtur, diſpergere ſeſe, atq; in deſertũ fugere cœperũt, & contra Iſrael gemino agmine vrgere eos, ac palantes perſequi. Cęſa itaque vigintiquinque milia, id eſt omnes fere de viris Beniamin, præter ſexcẽtos, qui arrepto ſcrupeæ rupis munimẽto, partim loci ingenio & ſubſidio naturę, partim deſperatione victoribus terrori fuere. Nam ſecundæ res cautionis admonent, in aduerſis vltio pro victoria habetur. Nec fœminarum numerus tanti diſcriminis exors fuit, ſed omnis tribus Beniamin muliebris ſexus cum pueris & puellis omniq; ætate gladio aut igne extinctus, ſacramẽ tumq; additum ne quis tribus illius viro filiam ſuam in vxorem daret, quo reparandi nominis omnis aboleretur ſucceſsio. Belli finis ſimul atque iræ factꝰ, & furor in pœnitentiam vertit, armiſq; poſitis in vnum conuenientes viri Iſrael fleuerunt fletum magnum, & celebrarunt ieiunium, dolentes vnam tribũ periſse ex fratribus, atq; extinctam populi ſui validam manum: iure quidem pro
B delicti precio bellatum aduerſum propugnatores flagitiorum, ſed miſere in ſua populum cõuerſum viſcera, & bello ciuili vtrunque afflictum. Lachrymarum effuſio mouit paſsionem animi, & affectum perculit, ſæuitię
Iudic. 21. ratio ſucceſsit. Miſsiq; legati ad ſexcentos illos Beniamin viros, qui peſ quatuor menſes edito ſe præruptarũ tuebantur rupium, aut deſerti indigentia, quæ multitudini obſidentium periculoſa foret, deplorauerunt communem illam eſse erũnam, quod illi contribules, iſti cognatos & ſocios amiſiſsent, ſed tamen non penitus interceptam reparandæ tribus ſucceſsionem: cõſulere ſe in medium quomodo & ſacramenti fides ſibi cõſtet, & tribus vna nequaquam à corpore auulſa intercidat. Altari itaque poſito reconciliationis, & pacis oblatum ſacrificium. Et quia Iabis Galaad populus erat pœnæ & maledicto obnoxius, Obſtrinxerat enim ſe omnis Iſrael magno ſacramento, vt ſi quis non aſcẽdiſset cum eo ad puniendum flagitium, morte moreretur: duodecim milia bellatorũ directa, vt & viri omnes & mulieres ferro extinguerẽtur, ſolas virilis thori exortes reſeruarẽt adoleſcentulas. Interfectis itaq; omnibus Iabis Galaad, ſolæ virgines quadringentæ exitio cæterorum ſuperfuerunt. Quas accipiens Iſrael ſtatuit viros Beniamin belli metum deponere, & in coniugium ſibi ſumere integras æui ac pudoris puellas: quibus & cauſa eſset apud
C viros integra, quòd nemo ſuorum aduerſum eos bellũ ſuſceperat, & charitatis gratia, quia ꝓpter eos ſupremo ſupplicio ereptæ forẽt. Hoc igitur modo quadringẽtis iuuenibus quæſita copularum conſortia ſunt. Sed quia ducenti numero ſupererant, quibus iugales deerant, iis quoque ſine fraude ſacramentorum conſultum accepimus. Dies feſtus in Sylo quotannis celebratur. Ibi exultare ſolitæ virgines, & choreas ducere in honorem religionis, aliæ præire matribus, & totum iter agmine vianтum repleri. Dixit vnus ex ſenioribus, Si ducenti illi tribus Beniamin viti intra vineas ſiti excubias tenderent, donec ſe omnis fœminea turba effunderet, & ſurgentes ex vineis vnuſquiſque quam occurſus dederat, vxorem ſibi vendicaret, fraudi id nequaquam futurum: populũ etenim fauere reparandæ tribus ſucceſsioni, propter ſacramentum impartire nõ poſse filiarum ſuarum ſocietatem, neque tamen contra ſacramentum videri ſi prohibendum non putaret, quia ſacramento neque cogen

di neque prohibẽdi neceſsitas impoſita videretur, illos D
ſibi ſine metu conſulere oportere. Sane ſi puellarum parentes vindictam efflagitarent, partim prece, partim etiam retorquẽdo in ipſos inuitę cuſtodię, ſeſe reuocaturos: quia cũ ſcirẽt Beniamin viros exortes eſse iugalium, cũ filiabus ꝓceſserint: dignã ſane tribum iam nõ pœna, ſed miſericordia: ſatis durè ſęuitum in eos? & debellatã corporis ſui partẽ: immoderatius exarſiſſe plebem, vt ſucceſsionẽ domeſticam extingueret, atq; ex ſuis necaret: placere deo nõ perire populo tribũ, neq; pro vna muliere tam acerbe cõſuli. Probauerũt conſilium Iſraelitę, executi ſunt viri Beniamin, & diſpoſiti in vineis loco opportuno & tempore, plenas fœminei agminis vias occupauerũt. Præbuit illis feſtũ nuptiarum religionis ſolẽnitas. Auulſę de cõplexu patrũ filiæ tanquam in manum ab ipſis parẽtibus tradebãtur, & velut pactam è gremio matris non abduci, ſed prodire arbitrareris. Ita tribus Beniamin pene intercepta atque extincta breui floruit, documentũ exhibens quod magno exitio ſit inſolẽtibus vindicta pudicitiæ, & læſæ caſtitatis vltio. Nec hoc ſolo loco, ſed pleriſq; ſcriptura hoc docet. Nam & Gene. 12.
in Geneſi legimus exercitum quæſtionibus regẽ Aegy- E
pti Pharaonem quod Saram attentauiſset, & tamen alienam eſse vxorem neſciebat. Eſt igitur domino caſtitatis tuendæ voluntas, quanto magis eſt defenſandæ integritatis? Vnde nulla debet virginibus ſacris irrogari iniuria. Quæ enim non nubunt, & qui vxores non ducũt, habentur ſicut angeli in cælo. Et ideo cæleſti gratiæ nõ inferamus corporalem contumeliam, quoniam potens eſt deus, quem nec præuaricatio prætereat, & moueat accepti ſibi muneris & cõſecratæ virginitatis acerba & grauis contumelia. Vale frater, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Paternum, cũdẽ quia filio neptẽ ex filia copulare voluit redarguentis, & vt ab ea diſcedat intentione, commonentis. Epiſtola. LXVI.

AMBROSIVS Paterno. Paterni quidem vnanimis mei ſalutationem legi, ſed conſultationem haudquaquam paternam, vt velis filio neptem copulare ex filia, ſed nec auo tenec patre dignam. Itaque quid conſulueris, conſidera. Omne enim quod agere volumus, prius nomen facti eiꝰ interrogemus, & tunc vtrum laude an vituperatione dignum ſit, exiſtimabimus. Verbi gratia, miſceri mulieri quibuſdam voluptas eſt, medicorum etiam pueri corporibus vtile ferunt. Sed conſiderandum vtrum coniugi, an extraneæ, deinde nuptæ, an innuptæ? Si quis deſponſata ſibi & tradita vtatur, coniugium vocat. Qui alienæ expugnat pudorem, adulterium facit, cuius vel ſolo nomine reprimitur plerunque tentandi audacia. Hoſtẽ ferire victoria eſt, reum æquitas, innocentem homicidiũ. Quod ſi quis percipiat animo, reuocat manum. Ergo etiam tu quid conſulas, quæſo tecum retractes. Coniugium vis inter filios noſtros componere. Quæro vtrum F
pares copulandi, an impares ſint. Sed niſi fallor, compares appellari ſolent. Boues qui iungit ad aratrum, equos ad currum, pares eligit, & vt ætas conueniat & forma: nec natura diſcrepet, nec decoloret diuerſitas. Tu copulare paras filium tuum, & neptem ex filia, hoc eſt vt accipiat ſororis ſuæ filiam, diuerſa licet matre quàm ſocrus editus. Interroga nominũ religionẽ. nempe auunculus iſte illius, illa huius neptis vocatur. Nec ipſe te reuocat ſonus nominum, cum hic auum reſonet, illa hoc nomen ad auunculum quod ad auum referat? Quanta deinde etiam reliquorum confuſio vocabulorum. Idẽ auus & ſocer vocabere, ea quoque tibi neptis & nurus diuerſo nomine nuncupabitur. Mutuabuntur etiã fratres diuerſa vocabula, vt illa ſocrus fratri ſit, iſte gener ſorori. Nubat auunculo ſuo neptis, & immaculatorum pignorum charitas illecebroſo amore mutetur? Super hoc igitur meam à ſancto viro epiſcopo veſtro expecta.

G ri ſententiam non opinor neque arbitror. Nam ſi ita eſ
ſet,& ipſe ſcribendum putaſſet. Non ſcribendo autem
ſignificauit quod nequaquam hinc dubitandũ arbitre-
tur. Quid enim eſt quod dubitari queat,cum lex diuina
etiam patrueles fratres prohibeat conuenire in coniu-
galem copulam qui ſibi quarto ſociãtur gradu? Hic au-
tem gradus tertius eſt, qui etiam ciuili iure à conſortio
coniugij exceptus videtur. Sed prius ſacræ legis ſcita in
terrogemus. Prætendis enim in tuis literis quod permiſ
ſum hoc diuino iure connubium huiuſmodi pignori-
bus exiſtimetur,eò quòd non ſit prohibitum. Ego autẽ
& prohibitum aſſero: quia cum leuiora interdicta ſint
de patruelibus fratribus,multo magis hoc quod artio-
ris eſt plenum neceſsitudinis, interdictũ arbitror. Qui
enim leuiora aſtringit,grauiora non ſoluit,ſed alligat.
Quod ſi ideo permiſsum putas,quia ſpecialiter non eſt
prohibitum,nec illud prohibitum ſermone legis repe-
ries,ne pater filiam ſuam accipiat vxorẽ. Nunquid ideo
licet,quia nõ eſt prohibitum? Minime. Interdictum eſt
enim naturæ iure,interdictum eſt lege quæ eſt in cordi-
bus ſingulorum. Interdictũ eſt inuiolabili præſcriptio-
ne pietatis,titulo neceſsitudinis. Quanta huiuſmodi in
uenies non eſse interdicta lege per Moyſen edita, & ta-
men interdicta ſunt quadam voce naturæ. Multaq; ſunt
1.Cor.6. quæ licet facere,ſed non expedit. Omnia enim licẽt,ſed
H non expediunt: omnia licent,ſed non ædificant. Si ergo
etiam ab ijs nos reuocat Apoſtolus quæ non ædificant,
quomodo faciendum putamus quod & non licet legis
oraculo,& non ædificat diſcrepante pietatis ordine? Et
tamen illa ipſa vetera quæ fuerant duriora, temperata
1.Corin.5 ſunt per euãgelium domini Ieſu. Tranſierunt vetera,
ecce facta ſunt noua. Quid tam ſolenne quàm oſculum
inter auunculum & neptem,quod iſte quaſi filiæ debet,
hæc quaſi parenti? Hoc igitur inoffenſæ pietatis oſculũ
ſuſpectum facies de talibus cogitãdo nuptijs,& religio-
ſiſsimum ſacramentum charis pignoribus eripies. Sed
ſi diuina te præterierunt,ſaltem imperatorum præcepta,
à quib9 ampliſsimum acceperis honorem, haudquaquã
præterire te debuerunt. Nam Theodoſius Imperator eti
am patrueles fratres & conſobrinos vetuit inter ſe con
iugij cõuenire nomine,& ſeueriſsimam pœnam ſtatuit
ſi quis temerate auſus eſset fratrum pia pignora, & ta-
men illi inuicem ſibi æquales ſunt: tantũmodo quia ꝓ-
pinquitatis neceſsitudine, & fraternæ ſocietatis ligãtur
vinculo, pietati eos voluit debere quod nati ſunt. Sed
dicis alicui relaxatum: Verum,hoc legi non præiudicat.
Quod enim in commune ſtatuitur, ei tantum proficit,
cui relaxatum videtur. Longe diuerſa iniuria. Illùd ta-
men licet in veteri teſtamento legimus,vt aliquis vxorẽ
ſuam ſororem diceret, iſtud in auditum, vt quiſquam
neptem ſuam in vxorem accipiat, & coniugem dicat.
I Iam illud pulcherrimum quod negaſti neptem tuam
auunculo ſuo tuo filio propinquo ſemine conuenire,
quia non agnationis ei legitimo iure, ſed cognationis
copuletur neceſsitudine. Quaſi vero & vterini fratres,
id eſt diuerſo patre,ſed eadem matre geniti poſsint di-
uerſo ſexu inter ſe coniugio conuenire, cum & ipſi a-
gnationis ius habere non queant, ſed cognationis tan-
tum ſibi titulo connexi ſint. Vnde oportet ab ea diſce-
das intentione,quæ etiam ſi liceret,tamen tuam famili-
am non propagaret. Debet enim tibi filius noſter nepo
tes, debet etiam neptis chariſsima pronepotes. Va-
le cum tuis omnibus.

Diui Ambroſij ad Quinegium,illum de conſultatio
ne ſua commendantis. Epiſtola. LXVII.

AMBROSIVS Quinegio. Quàm ingenuo te
commendaſti pudore,quia de eo conſu le
res quod non probares,ſed morem gere-
res parenti,vt pietatem non læderes,ſecu
rus quod non aliud à me poſset referri,ni
ſi quod ſanctas deceret neceſsitudines. Ego vero liben-
ter tua in me onera ſuſcepi, & auo neptem, vt opinor, K
refudi. Quam neſcio plane qua opinione nurũ ſibi fie-
ri deſiderabat,vt auum ſocero mutaret. Plura non op9
eſt, ne hoc quoque accedat ad verecundiam. Vale fili,
& nos dilige,quia nos quoque te diligimus.

Diui Ambroſij ad Antonium, amorem eius in ſe, &
ſui animum in illum commemorantis.
Epiſtola. LXVIII.

AMBROSIVS Antonio. Nunquam es tacitus
mihi, nec vnquam tuo me tranſmiſsum ſilẽ
tio querar,qui ſciam quòd tuo nõ deſim pe-
ctori. Nam cum id pendas quod pluris eſt,
qui potes id negare quod ſæpe etiã in multos defluit nõ
tam amoris vſu,quàm officij viciſsitudine? Ego vero eti
am ex meo animo tuam vicem æſtimo,vt nunquam me
tibi,& te mihi abſentem putem, quoniam ſemper ani-
mis hæremus. Nũquam tuas literas mihi deeſse opiner,
aut meas tibi,cum te quotidie coram alloquar,in te ocu
los,ſtudia,atque omnia officia mea dirigam. His tecum
delectat congredi. Nam literæ tuæ (vt aperte cum indi-
uiduo pectoris mei loquar) verecundari me faciunt. Vn
de peto vt ſuperſedeas gratiarũ relatu. Mihi enim mei L
in vos officij ſumma merces eſt, ſi me debito erga vos
muneri non defuiſſe arbitrarer. Vale, & nos dilige,
quia ego quoque te diligo.

Diui Ambroſij ad Alypium,literas illius ſibi eſse red
ditas,& ſe ſuis reſpondiſse literis ſignificantis.
Epiſtola LXIX.

AMBROSIVS Alypio. Antiochus vir conſula
ris reddidit mihi eximietatis tuæ literas, nec
ſuperſedi reſpõdẽdi munere. Nam per me-
os homines dedi literas,& ni fallor,alia ob-
orta copia geminaui epiſtolam. Sed quia non tam reme
tienda amicitiæ munia,quàm contumeliam non cumu-
landam arbitror, oportuit ipſo præſertim regrediente
qui me tanto literarum tuarum affecit nomine, referri
aliquod officium ſermonis mei,vt ego vtrique veſtrum
& ille tibi abſolueretur qui debebat referre quod acce-
perat. Vale,& diligentes te dilige.

LIBER NONVS.

DIVI AMBROSII AD VIGILIVM,INSTITVEN M
tis eum quomodo plebem docere debeat,ac inter cæte-
ra,vt coniugia ex alienigenis refugiãt,Sampſoniſq; ex-
emplo comprobantis quàm perniciosum ſit alienigenę
mulieris copulam aſciuiſse.

Epiſtola LXX.

AMBROSIVS VIGILIO. POPO-
ſciſti à me inſtitutionis tuæ inſi-
gnia, quoniam nouus accitus es
ad ſacerdotium. Et quoniam te-
ipſum ædificaſti,vt oportuit,qui
dignus habitus es tanto munere:
quomodo & alios ædifices, ſigni
ficandum videtur. Primum om
nium cognoſce eccleſiam tibi domini cõmiſsam,ideo-
que vitãdum ſemper ne quid obrepat offenſionis,& fiat
velut cõmune corpus eius gentilium admixtione. Vnde
ſcriptura tibi dicit, Ne accipias vxorẽ de filiab9 Chana Gene.24
næorũ,ſed vade in Meſopotamiam in domum Bathue-
lis,id eſt,domum ſapiẽtiæ,& eius tibi acquire copulam.
Meſopotamia autem regio eſt in partibus orientis, quæ
duobus maximis per ea locorum Euphrate & Tigri flu
minibus circunuenitur, quibus origo eſt in Armeniæ
locis. Influunt autem diuerſo meatu in mare rubrum,&

A ideo Meſopotamię nomine ſignatur figura eccleſię,quę
maximis fluentorum prudentiæ irriguis atque iuſtitiæ
fœcundat mẽtes fidelium,quibus ſacri baptiſmatis,cu-
ius typus præceſsit in rubro mari,infundit gratiam,cul
pamq; abluit. Doce ergo plebem vt non ex alienigenis,
ſed ex domibus Chriſtianis coniugij quæratur copula.
Nemo fraudet mercenarium merce debita, quia & nos
mercenarij ſumus dei noſtri, & ab eo mercedem labo-
ris noſtri expectamus. Et tu quidem ô quicunque es ne-
gociator, mercenario tuo mercedem pecuniariam ne-
gas,id eſt vilem,caducam: tibi autem negabitur merces
promiſsorum cæleſtium. Non fraudabis ergo,vt lex di-
Deut.24. cit,mercenarium mercede ſua. Non dabis pecuniam tu
am ad vſuram,quoniam ſcriptum eſt,quòd is qui pecu-
Pſal.14. niam ſuã non dedit ad vſurã, habitabit in tabernaculo
dei. Nam ille eſt ſupplantator,qui vſurarũ captat emo-
lumenta. Itaq; vir Chriſtianus ſi habet,det pecuniã qua
ſi nõ recepturus,aut certe ſortem quam dedit,receptu-
rus. Habet in ea nõ mediocrẽ vſuram gratiæ. Alioquin
decipere iſtud eſt,non ſubuenire. Quid enim durius q̃
vt des pecuniam tuam non habenti, & ipſe duplum exi
gas? Qui ſimplum non habuit vnde ſolueret, quemad-
Thobi.4 modum duplum ſoluet? Exẽplo nobis ſit Thobias, qui
nũquam requiſiuit pecuniam quam dederat,niſi extre-
B mo vitæ ſuæ tempore,magis ne fraudaret hæredẽ,quàm
vt depoſitam pecuniam cogeret ac recuperaret. Populi
ſæpe conciderunt fœnore,& ea publici exitij cauſa exti
tit. Vnde nobis ſacerdotibus id præcipue curæ ſit, vt ea
vitia reſecemus,quæ in plurimos videntur ſerpere. Ho-
ſpitem dote voluntarium magis quàm ex neceſsitate eſ
ſe oportere,ne in hoſpitio deferendo inhoſpitalem af-
fectum animi ſui prodat,& in ipſa hoſpitis ſuſceptione
per iniuriam violetur gratia, ſed magis excolatur offi-
ciorum vſu,& aliquo humanitatis miniſterio. Non enĩ
à te munera exiguntur ditia,ſed officia voluntaria,ple-
Prou.15. na pacis,& conuenientis concordiæ. Meliora ſunt enim
olera cum amicitia & gratia, q̃ ſi exquiſitis dapibus ad-
Iudic.20. ornetur conuiuium,ſi deſit affectus gratiæ. Legimus ꝓ-
emptos graui populos excidio propter violata iura ho-
ſpitij Leuitis de Ephren. Propter libidinem quoq; com
miſsa bella atrocia. Sed prope nihil grauius q̃ populari
alienigenæ,vbi & libidinis & diſcordiæ incentiua,& ſa
crilegij flagitia conflantur. Nam cum ipſum coniugium
velamine ſacerdotali & benedictione ſanctificari opor
teat,quomodo poteſt coniugium dici, vbi non eſt fidei
concordia? Cum oratio communis eſse debeat, quomo
do inter diſpares deuotione poteſt eſse coniugij com-
munis charitas? Sæpe plerique capti amore fœminarum
Num.25. fidem ſuam prodiderunt, vt patrum populus in Beel-
phegor. Vnde Phinees arrepto gladio interfecit Hebræ
C um & Madianitem fœminam, & mitigauit indignatio-
nem diuinam,ne totus populus extingueretur. Quid de
pluribus exemplis loquar? Ex multis vnum proferam,
vt eius commemoratione liqueat quàm perniciosum ſit
alienigenæ mulieris aſciuiſse copulam. Quis fortior,&
ab incunabulis ſuis munitior dei ſpiritu quàm Nazaræ-
us Sampſon? Et ipſe proditus eſt, & ipſe per mulierem
non potuit ſuam tenere gratiam. Cuius generationis &
vitæ totius ſeriem hiſtorico digeſtam ſtylo enarrabim9
ſecundum ſacri libri continentiam,quæ in hũc eſt mo-
dum,non verborum ſerie,ſed ſenſu. Multos per annos
Hebræorum populum ſubditum Palæſtini ac ſubiectũ
habebant, quoniam fidei prærogatiuam amiſerat, qua
victoriam patres adepti fuere. Non penitus tamen inter
ciderat inſigne electionis apud authorem ſuum,& funi
culus hæreditatis. Sed quia rerum ſecundarum inſolen
tia ſæpe extollebantur,dabat eos plerunque in poteſta-
tem hoſtium,vt more ingenij humani remedium malo
rum de cælo ſibi quærerent. Tunc enim deo ſubditi ſu-
mus,cum aduerſis aliquibus vrgemur. Secundæ res mẽ
tem extollunt. Quod cum alias vſu probatum ſit,maxi D
me in ea rerum cõuerſione qua rurſus ad Hebræos à Pa
læſtinis verſa vice res mutatæ. Nanque cum diuturna in
iuria longæ ſubiectionis ita eſsent depreſsa Hebræorũ
pectora, vt nullus virili ingenio ad libertatem animos
tollere auderet, ortus eſt illis Sampſon diuino oraculo
prædeſtinatus,magnus vir,nec in pluribus numerãdus,
ſed in paucis præſtantiſsimus,& quod ſine vlla contro-
uerſia ſit,viribus corporis omnium facile primus, eoq;
ingenti admiratione nobis ſpectandus à principio,non
illa quæ temperantiæ & ſobrietatis iam inde à pueritia
vini abſtinens præclara inſignia dedit, nec illa quæ in-
tonſo capite Nazaræus ſacra diu ſeruauit cuſtodia: ſed
ab adoleſcentia, quæ in alijs ætas mollior, in hoc egre-
gia,atque ſupra humanum modũ perfectæ virtutis ſtu-
penda facinora effecit, quibus diuini oraculi mox ape-
ruit fidem, quòd non perfunctorie tanta eum anteiſset
gratia, vt deſcenderet angelus per quem ortus eius præ
ter ſpem parentibus annunciaretur, futuri regimen &
præſidium ſuis. Nam grauibus iam diu Palæſtinorum
imperijs afflictabantur. Pater illi erat de tribu Dan ti-
mens deum,haud ignobili genitus loco, præſtans cæte-
ris: mater vtero ſterilis,ſed animi virtutibus haud infœ
cunda: quæ propriæ hoſpitio mentis recipere meruit vi
ſionem angeli, mandatum tenuit, oraculum impleuit.
Nec tamen paſsa ſine viro ſcire vel diuinitatis ſecretũ,
inſinuauit marito viſum ſibi hominem dei præclara ſpe E
cie futuræ ſobolis ferentem oracula: qua pollicitatione
ſeſe fidentem cum coniuge fidem promiſsorum cæleſti
um participare. Quod vbi comperit,pie deum precatus
orauit,vt ſibi quoque viſionis eius gratia tribueretur,di
cens: In me domine angelus veniat tuus. Vnde ego arbi
tror,non zelo mulieris quæ eſset ſpectabilis pulchritu- Iudic.13.
dinis,aliquid eum ſuſpectum habuiſse,vt quidam exiſti
mauit,ſed magis diuinæ zelo gratiæ prouocatum,con-
ſpectus ſacri voluiſse participari munere. Neque enim
vitijs animi praue affectus tantam apud deum inueniſ-
ſet gratiam,vt angel9 in eius domum reuerteretur, qui
monitis ijs quæ vſus oraculi poſtulauiſset,ſubito flam-
mæ vehementis eleuatus ſpecie,ſeſe recepit. Id formido
loſum viro mulier ſalubrius interpretata, in gaudium
vertit,atque ademit ſolicitudinem, eò quòd proſpero-
rum indicium non aduerſantium ſit viſere deum. Tali
bus è cælo commendatus inſignibus,vbi primum ado-
leuit,coniugio mentem intẽdit,ſiue quòd vagam ac fa-
miliarem adoleſcentulis abhorreret animo lubricæ li-
bidinis conſuetudinem, ſiue quia iam cauſa quærebã-
tur quemadmodum à ceruicibus plebis ſuæ auerteret
Palæſtinorum potentiam duráque imperia. Pergens ita
que in Thanata (vrbi hoc nomen eſt in illis poſitæ lo-
cis,quæ tunc Palæſtinorum incolis frequentabatur) vir F
ginem aſpexit grata ſpecie,& vultu decoro,& parentes Ibidẽ.14.
proprios quorum comitatu ſultus gradiebatur, orauit
vt eam in coniugium ſibi poſcerent. Verum illi ignorã
tes quòd eò intentio vergeret,vt Palæſtinis aut negantí-
bus infeſtior foret, aut acquieſcentibus affectus inferen
dæ in ſubditos iniuriæ demeretur, cum ex coniunctio-
ne æqualitas,par & gratia conſortij iure accreſceret,aut
ſi quid offenſum eſset,longius vltionis ſtudia procede-
rent, quaſi alienigenam declinandam arbitrabantur.
Sed vbi flectere animum pignoris legitimorum obiectu
fruſtra experti, in arbitrium eius volentes conceſsere.
Recepta itaque petitiõe, Sampſon cum ſibi promiſsam
reuiſeret diuertit,& pauliſper de aggere deflexit,conti-
nuóque occurrit ei leo ferus de ſylua, agreſti libertate
ſæuior. Comes nullus,telum in manib9 haudquaquam
ſuppꝺitabat. cedere pudor,& conſcia virtus fiduciam
dare,irruentem in ſe brachijs amplexus necat,& lacer-
torum nodo exanimatum, præter aggerem ſupra ſylue
ſtria germina proiecit ac dereliquit. Locus erat lætꝰ pa

G buli hærboſo gramine, vinetis conſitus. Itaque apud di
lectiſsimam ſibi ſponſam exuuias feræ credidit ſine mo
mento futuras, cum talium rerum tempora non terribi
libus ſpolijs, ſed mitibus gaudijs & feſta fronde fiant ve
nuſtiora. Deniq; poſt eadem regrediens via fauũ in vte
ro leonis offendit, atque abſtulit, donum parentibus ac
puellæ futurum. Talia enim ſpõſam munera decent. ac
deguſtato melle fauum prædictis edendũ dedit, cauſam
repreſsit. Sed forte quadã die nuptialis feſti celebraba-
tur conuiuium, læta in epulis iuuentus mutuis ſe ad lu-
dum inuitabat ſermonibus, cum alius alium ſalſiore di
cacitate perſtringeret, ſicut ſe huiuſmodi vſus habet,
certamen lętitię accẽdebatur. Ibi tũ quæſtionẽ huiuſmo
di propoſuit Sãpſon iuuenibus coepulãtibus: De mãdu
cante exiuit eſca, & de forti proceſsit dulce. Abſoluẽti-
bus pollicẽs prẽmiũ quaſi mercedẽ ſapiẽtiæ triginta ſin
dones, & totidẽ ſtolas ſecũdũ numerũ virorũ comeſsã
tium, aut mulctã ignorãtibus. Qui cũ enodare implexa,
& diſtinguere ambigua nequirent, mulierẽ eius partim
minis exagitando, partim fatigãdo precibus, eo impule
re, vt à viro poſceret quæſtionis eius abſolutionem, inſi
gne futurã coniugalis gratiæ in mercedẽ amoris. Atque
H ea ſeu animi territa, ſeu muliebri ingenio inflexa, velu-
ti pio quæſtu maritalis odij dolorẽ prætexere cœpit qã
ſecretum viri conſors totius vitę & conſocia nõ compe
riſset, ſimiliſq; cæteris habita foret, cui arcanũ viri pro-
prium non crederetur. Odiſti me, inquit, & non amaſti,
Iudic.14. quam celaſti vſq; adhuc. His atq; cæteris talib⁹ inuictus
certe animus, muliebribus emollitus blanditijs, aperuit
dilectæ propoſitã queſtionẽ, & illa ciuib⁹. A quibus vix
tãdem ſeptimo die qui præſcriptus abſoluendæ parabo
lę fuerat, ante occaſum ſolis comperta ſoluta ſunt, atq;
in hunc modum relata. Quid fortius leone? quid dulci-
us melle? Et ille reſpõdit: Nec muliere aliquid perfidio-
ſius. Nam ſi non domuiſſetis vitulam meam, nunquam
intelligeretis parabolam meam. Et ſtatim deſcendit in
Aſcalonam, & triginta viros peremit, quorum exuuias
auferens, eos qui propoſitam queſtionem ſoluerãt, pro-
miſso munere donauit. Abſtinuit autem coniugio puel
lę cuius perfidiam deprehenderat, atque in patriam do-
mum ſeſe recepit. Turbataq; animi iuuencula quę indi-
gnationẽ læſi, ferociam fortiſsimi fraudi ſibi futurã iu-
ſta formidine perhorreſceret, in alterius viri conceſsit
nuptias, quẽ tamen paranymphum ſibi Sampſon quaſi
fidum ſodalẽ, cũ duceret eam vxorẽ, aſciuerat, nec ſic ta
men prætento licet cõiugio offenſionis periculũ auer-
tit. Nanq; vbi res prodita, volentiq; ad coniugẽ redire,
intercluſa copia, quod pater eã alij viro nupſiſſe dice-
ret, ſororẽ ſane eius ſi vellet, ducere liceret: ſtimulo in-
I iuriæ exulceratus, publicã excogitauit vltionẽ capeſſe-
re domeſticæ cõtumelię indignatione: correptiſq; vulpi
bus adulta æſtate, cũ iam matura eſsent in agris frumen
ta, binas ſibi inuicẽ cauda ad caudã ligauit, atq; in medi
um earũ ardentẽ inſeruit facẽ, nodoq; aſtrinxit inexolu
bili, & vltor iniurię ſuper manipulos meſsis dimiſit fru
mentarię, quã ſecuerãt incolæ Paleſtinorũ. At illę igitur
exterritæ quacunq; præcipites cõuoluebãtur, ſpargebãt
incendiũ, & exurebat ſpicas eorum. Quo diſpendio cõ
moti, quod omnes ſibi locorum fructus interierant, fa-
ctum principibus ſuis intimauerunt. Et illi miſerunt vi
ros in Thannatam qui mulierem quæ variato fidẽ coni-
ugio mutauerat, ac totam eius domum parẽtẽſque igni
inuoluerent, quòd ea cauſa ſuæ vaſtitatis & iniuriæ foret,
nec oportuiſſe lædi virum pronunciãtes qui poſset ma
lo ſe publico vlciſci. Nec tamen Sampſon populis Paleſ
tinorum delicti gratiam fecit, atque eo vidictæ fine con
tentus fuit, ſed concidit eos ſtrage maxima, plurimiq;
eorum ferro interiere. Ipſe autem cõceſsit in Ethan ad
torrentem in deſerto. Petra illic erat munitio tribus Iu
dæ. Palæſtini vero qui eum non auderent laceſsere, nec

munitionis prærupta arduaq; ſuperare, tribum Iudę de- K
nunciato adorſi vrſere prælio: quod ſubditos ſibi & tri
butarios perditum iri nequaquam iuſtum & æquum at-
que ex vſu videretur publico, pro alieno præſertim faci
nore: conſulentes in mediũ, tradi ſibi deſignatorẽ tanti
flagitij poſtulauerũt, atq; ita illis quod ab eo cõmiſsum
eſset, futurum ſine noxa. Qua præſcripta ſibi conditio-
ne viri de tribu Iudæ tria milia ex ſuis congregãtes aſcẽ
derunt ad eum, & præfato quod eſsent ſubditi ij Paleſti
norum, quibus ſibi neceſsitas obediendi nõ ex arbitrio,
ſed ex periculi formidine maneret, facti ſui inuidiã re-
torquebãt in eos qui ius cogendi habebant. Tum ille, Et
quæ, inquit, iuſtitiæ forma eſt genus Abrahamidarum,
vt circunſcriptæ primo coniugis, deinde abductæ per-
niciosa mihi vindicta ſit, & ſine periculo domeſticã in-
iuriam non licuerit vlciſci? Tantũ ne inclinatis animos
ad turpe vernularũ obſequiũ, vt executores vos alienæ
præbeatis inſolẽtiæ, atq; in voſmetipſos vertatis man⁹?
Si pereundũ eſt quia dolorem habui liberum, iuuat peri
re manibus Palæſtinorũ. Tẽtata domus, ſolicitata vxor.
Si nõ licuit mihi viuere ſine eorum fraude, ſaltem lice-
at mori ſine ſcelere veſtro. Retuli ego acceptam iniuri-
am, non intuli. Vos exiſtimate an digna viciſsitudo fue L
rit. Illi de damno fructuum queruntur, ego de coniugis
amiſsione. Conferte manipulos meſsis, & ſociam thoa-
ri. Dolorem meum ipſi probauerunt, cuius iniurias vin
dicauerunt. Videte quo vos miniſterio dignos putant.
A vobis eum morte affici volunt, quem ipſi vltione di-
gnum de ijs qui me læſerant iudicauerunt, & qui vindi-
ctæ præbuere miniſterium. Sed ſi adeo ſubdita ſuperbis
corda geritis, tradite me hoſtiũ manibus, vos nolite oc-
cidere. Non mortem abnuo, ſed verum fugio contagiũ.
Verum ſi formidine ceditis inſolentibus, alligate vin-
culis manus: inermes licet, inuenient ſibi arma nodis ſo
lutæ. Certe conditioni impoſitæ ſatis futurum arbitrati
ſunt, ſi viuentem in poteſtatem daretis. Quibus illi au-
ditis, quanuis tria milia virorum aſcenderant, ſacramẽ
tum dederunt quod à ſe vitæ eius vis nulla irrogaretur,
tantummodo patiens vinculorum eſset, vt deditionem
eius patrarẽt, quo vacui fierẽt eius cuius arguebantur fa
cinoris. Accepta itaque fide ſpelæo egreſsus deſcendit pe
træ munitionẽ: ac duobus innexus funibus, vbi appro-
pinquare accitos ad ſuſcipiendum Palæſtinorum vali-
dos videt, infremuit ſpiritu, & vniuerſa dirupit vincula,
atq; arripiẽs maxillã aſini iacentẽ percuſsit mille viros,
fugauit alios grãdi virtutis ſpectaculo, cũ inermo & vni
cederent armatorũ agmina. Et qui cõminus auſi fuerãt M
congredi, facili negocio nullo labore obtruncati: alijs
fuga exitium dempſit. Vnde hodieq; Agon loco nomen
eſt, quod ibi Sampſon glorioſum certamẽ virtute egre-
gia conſummauerit. Sed vtinam q̃ fortis in hoſtem, tam
moderatus in victoria fuiſset. Verũ quod facile vſu ve-
nit, inſolens rerum ſecundarũ animus, qui debuit euen
tum pugnæ diuino fauori & præſidio deferre, ſibi arro-
gauit, dicẽs: In maxilla aſini deleui mille viros. Nec arã Iudic.15.
ſtatuit deo, nec hoſtiã immolauit, ſed negligens ſacrifi
cij, aſsumptor gloriæ, vt triumphum ſuum perpetuo cõ
ſecraret nomine, vocauit locum maxillæ interfectionẽ.
Et mox ſiti grauiter cœpit inardeſcere, & potus deerat,
nec iam ferre ac tolerare poterat. Vnde intelligẽs quod
nihil tam facile eſset humanæ opis quod ſine diuino ad
iumento non difficile foret, exclamauit atque obſecra-
uit ne ſibi deus omnipotens in offenſam verteret, quod
imprudenter incauto ſermone ſibi aliquid aſsignauiſ-
ſet. Quinetiam illam victoriã deo deputabat dicens: Tu
dediſti in manu ſerui tui ſalutem magnam hanc, & nũc
ſubueni, quia ecce morior ſiti, & in poteſtatem eorum
de quibus tantum donaſti triumphum, ſitis neceſsitate
adiudicor. Quomodo dei miſericordia, cũ proieciſset
ille maxillã, aperuit ſciſsurã eius, & fons erupit ex ea, &

A bibit Sampſon, & reſumpſit ſpiritum, & vocauit locũ
inuocationem fontis, eò quòd victoriæ iactantiam in-
uocationis precibus emendauiſset. ita diuerſa iudicia
mature edita, quod & arrogantia cito offenſam incur-
reret, & humilitas ſine vlla offenſione ſeſe recõciliaret.
Verum vbi decurſa ſerie bellum Palæſtinorum cõpo-
ſuit, & ſuorum declinans ignauiam, & hoſtilem deſpi-
ciens manum, Gazam ſeſe cõtulit (ea ciuitas erat in lo-
cis Palæſtinorũ) & habitabat illic in diuerſorio. Quod
cognitum Gazæi haud quaquam diſſimulatione, præte
rierunt, ſed feſtinantes circundederunt diuerſoriũ eius
& obſsederunt vniuerſos aditus domus, ne fugam in no
ctem componeret. Itaq; Sampſon cognito quid pararet
ur, compoſitas inſidias noctis medio præuertens, colũ-
na domus manibus amplexus, materiem totam & cul-
minis molem ceruice valida ſuſtentans, in verticem mõ
tis altiſsimi tranſportauit, qui imminebat vrbi Hebron
quæ populis Hebræis incolebatur. Cum libero & vago
motu tranſgrederetur, non ſolum regionis paternæ ter
minos, ſed etiam morum limites, & maiorum obſerua-
tione præſcriptos, eam ſibi futuræ mox cladis peſtem in
uenit. Namque parum fida expertus alienigenæ vxoris
prima connubia, qui debuiſset cauere vel poſtea, rur-
ſus Dalilæ mulieris fornicariæ copulam non declina-
uit, & cum eam diligeret impenſè, tentandi ſe cauſam
B dolis hoſtilibus præſtitit. Aſcendentes enim Palæſtini
ad eam, polliciti ſunt pecuniam viritim daturos mille
& centum denarios, ſi proderet eis in quo ille fiduciam
virtutis ſuę conſtitutam haberet, quo cognito circunue
niri & capi poſset. At illa quæ ſemel ſe pæcuniæ proſti-
tuerat, aſtute ſatis & callide inter epulas & illecebras a
moris quaſi admirans fortitudinis eius eminẽtiam, quæ
rere cœpit quo tandem genere tantum præſtaret reli-
quorũ virtutibus, ſimul & quaſi pauida atq; ſolicita ora
re, vt dilectæ ſuæ cõmitteret qui nexus aſtrictũ alienæ po
teſtati ſubſterneret. Ille autem adhuc ſobrius & fortis
animi aduerſus delinimenta meretricia dolum dolo re
tulit, dicens: quia ſi vitibus virentibus adhuc & non ari
Iudic.16. dis alligaretur, infirmitate corporis adæquaret aliorum
ſimilitudinem. Quo Palæſtini per Dalilam ſibi comper
to, cum vitea ſoporanti circundediſsent vincula, quaſi
de improuiſo excitum, haud degenerem offendere no-
tæ & ſolitæ fortitudinis, cum ſolutis nexibus virtus li-
bera multis licet reſiſteret ac repugnaret. Sed vbi id pa-
rum proceſsit, rurſus Dalila quaſi deriſa & conque-
rens repetere artes ſuas, & fidem amoris poſcere non
prætermittebat. Cui Sampſon validus adhuc conſilii,
C dolum ridens, ſignificauit ligatum ſe ſeptem funibus
qui adhuc ſine vſu forent, venturum ſe in poteſtatem
hoſtium. ſed & hoc fruſtra fuit. Tertio quoq; tanquam
de myſterio deprompſit, iam lapſuro propior, ſi diſſo-
luti eſsent crines ſeptem capitis ſui, & quaſi in cubitum
intexti, diſcederet ab eo virtus ſua. Et hoc quoque luſit
infidiarum fabricatores. Ad poſtremum cum illuſum
ſibi totiens procax mulier deplorauiſset, indignam ſe
habitam dolens cui committeretur arcanum, dilecti-
que id quod pro remedio quæreret, ad proditionem ſu-
ſpectari videret, lachrymis fidem coegit: ſimul quia de-
bebatur inuictæ ad id tẽpus fortitudinis viro, vt incide-
ret erumnam, ſancius animi ſecretum aperit, prætende
re in ſe virtutem dei, & eſse domino ſanctificatum, ſe
cundum eius præceptum comam paſcere, quæ ſi atton-
deretur, deſinere Nazaræus eſse, & propriæ virtutis
vſum amitteret. Palæſtini per mulierem comperta in-
firmitate viri, ſceleris mercedem afferunt, vt precio ob-
noxia dolum patraret. At illa meretriciis delinimentis
ſeſum amoris in ſoporem compulit, & tonſore adhibi
to ſeptem crines capitis eius admota nouacula abſcidit
Continuóque interdicti præuaricatione vires minutæ.
Denique ex ſomno experrectus: faciam, inquit, ſicut ſo
leo, & excutiã me ſuper aduerſarios. ſed nec animi ſui

alacritatem nec virtutem agnouit, nec vigor erat nec D
gratia manebat. Itaq; reputans ſecum improuidè ſe mu
lieri aduerſariorum credidiſse, vt caluatus tentare vlte
rius aliquid damnatus ifirmitatis nequiret, cęcatus ocu
los vinculis manus præbuit, & compedibus innexus car
cerem intrauit multis ſibi incognitum tempeſtatibus.
Et iam proceſſu temporis creſcere ei coma cœperat.
Itaq; cum eſset celebre conuiuium, Palæſtinorum con-
uentui producitur de carcere Sampſon, ac ſtatuitur in
populi conſpectu. Erant tria milia ferme hominum vi-
rilis ac muliebris ſexus, & grauibus in eum inſultaba-
bant conuitiis, circunagebant ludibriis, quod durius &
vltra ipſam captiuitatis ſpeciem viro ingenitæ virtutis
conſcio tolerabatur. Nam viuere & mori, naturæ fun-
ctio: ludibrio eſse, probro ducitur. Cupiens igitur tan-
tam contumeliam vel vltione ſolari, vel morte in reli-
quum pręuertere, ſimulato quòd infirmitate corporis &
nodis compedũ ſuſtentare ſeſe nequiret, popoſcit à pue
ro qui dirigebat vias eius, vt admoueret eum ad colum
nas proximas quibus domus omnis ſuffulciebatur. Et
admotus, vtraq; manu fulcra totius comprehendit ædi-
ficii, atq; intentis ad feſta ſacrificii Palæſtinis, quod Da-
goni deo ſuo deferebant, per quem ſibi aduerſariũ ſuũ
datum in poteſtatem arbitrabantur, muliebris perfi-
diæ dolos beneficiis annumerantes cæleſtibus, exclama
uit ad dominum dicens: Domine adhuc ſemel memor E
pueri tui eſto, vt pro duobus oculis meis vindictam tri-
buas de nationibus, ne dent gloriã ſuis diis, quod ipſis
inuantibus me in poteſtate acceperint, nec vitam meã
pluris facio, moriatur anima mea cũ Paleſtinis, vt agno
ſcant ſibi infirmitatem meam non minus quàm virtutẽ
exitialem fuiſse. Concuſsit itaq; columnas magna vi, ac
diſsoluit & comminuit eas, quas ſecuta ruina ſuperioris
culminis & ipſum inuoluit, & vniuerſos qui deſuper
aſpectabant percutiauit. Ibi magna vis marium fœmi-
narumq; promiſcue exanimata, & triumphus quæſitus
perempto ſupra omnes ſuperiores victorias haud qua-
quam degenere & decolore exitu. Nam etſi inuiolabilis
ad id locorum & deinceps, atq; incomparabilis in hac
vita expertis belli fuerit viris, tamen in morte ſeipſum
vicit, & inſuperabilem geſsit animum, vt contemneret
& quaſi nihilo haberet vitæ finem omnibus formidolo
ſum. Virtutis igitur fuit quod victoriam numero diem
clauſit, nec captiuum exitum ſed triumphalem inuenit.
Circunſcriptum autem fuiſse à muliere, naturæ potius
quàm perſonæ aſcribendũ: quia humana conditio ma- F
ior, quàm culpa inferior. Premitur enim & cedit illece-
bris flagitiorum. Itaque cũ ſcriptura ei teſtificetur quòd
plures in morte quàm in lumine vitę iſtius poſitus occi
derit, videtur ad aduerſariorum magis exitium captus
quàm quo ipſe deiectior fieret. aut minor eſset. Non eſt
enim ſe expertus inferiorem, cuius ſepultura præſtãtior
quàm potentia fuit. Denique non telis, ſed cadaueribus
hoſtium preſsus humatus eſt, proprio tectus triumpho,
clarum inſigne relinquens poſteris, eò quòd populum
ſuum quem captiuum inuenerat, viginti annis in liber-
tate iudicio ſuo rexit, & ſepultus in patrio ſolo libertа-
tis hęredem dimiſit. Hoc ergo exemplo liquet alienige-
narum conſortia refugienda, ne pro charitate coniugii
proditionis inſidiæ ſuccedant. Vale, & nos dilige, quia
nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Irenæum, occaſione eius quod in
Apoſtolo ſcriptum eſt: Lex enim iram operatur, &c.
quæſtionem cur lata ſit lex, abſoluentis,

Epiſtola LXXI.

AMBROSIVS Irenæo. Decurſa lectione Apo-
ſtoli, non perfunctorie motus es quia au-
diſti hodie lectum: Lex enim iram ope- Rom. 4.
ratur. Vbi autem non eſt lex, nec præuari-
catio. Vnde & conſulendum arbitratus es cur lata ſit

G lex si nihil proderat,immo oberat,quæ operaretur iracundiam, & prævaricationem introduceret. Equidem secundum interrogationem tuam certum est non fuisse legem necessariã quæ per Moysen data est. Nã si naturalem legem, quam deus creator infudit singulorum pectoribus,homines seruare potuissent,nõ fuerat opus ea lege quæ in tabulis scripta lapideis implicauit atque innodauit magis humani generis infirmitatem, q̃ elaqueauit atq; absoluit. Esse autem legem naturalem in cordibus nostris etiã apostolus docet,qui scribit: Quia plerunq; & gentes naturaliter ea quę legis sunt faciunt, & cum legem non legerint, opus tamen legis scriptum habẽt in cordibus suis. Ea igitur lex non scribitur, sed innascitur, nec aliqua percipitur lectione, sed profluo quodam naturæ fonte in singulis exprimitur, & humanis ingeniis hauritur. Quam debuimus vel futuri iudicii metu seruare, cuius testis conscientia nostra tacitis cogitationibus apud deum ipsa se prodit, quibus vel redarguitur improbitas, vel defenditur innocentia. Itaq; cum semper pateat domino,tum maxime in die iudicii manifestabitur, quando occulta cordis in examen venient quæ putabantur latere. Quorum tamẽ proditio, occultorum scilicet, nequaquã noceret si lex naturalis ineset pectoribus humanis. Est enim sancta, sine versutia, sine fraude cõsors iustitiæ, expers iniquitatis. Denique interrogemus infantiam, videamus si in ea crimen reperitur, si auaritia, ambitio, dolus, scutia, insolẽtia.
Nihil suum nouit, nullos honores sibi arrogat, præferre se alteri ignorat, fraudẽ nescit, vindicare sese nec vult nec potest. Insolentia quid sit, puro ac simplici nequit animo comprehendere. Soluit hanc legem Adam, qui voluit sibi arrogare quod non acceperat, vt esset sicut creator & conditor suus, & diuinum honorẽ affectaret. Itaq; per inobedientiam offensum traxit, & culpam incidit ex insolentia. Qui si non rupisset imperiũ, & obediens fuisset mandatis cælestibus, prærogatiuam naturę atq; ingenitæ sibi innocentiæ hæredibus propriis reseruasset. Ergo quia per inobedientiam prærogatiua naturalis legis corrupta atq; interdicta est, ideo scriptum legis existimatum est necessarium, vt vel partem haberet, qui vniuersum amiserat. Et cui perierat quod nascẽdo assumpserat, discẽdo saltem cognosceret & custodiret. Simul quia causa deiectionis eius superbia fuit: superbia autem orta est ex prærogatiua innocentiæ: debuit ea lex ferri quæ subditum deo & subiectum redderet. Nam sine lege peccatum nesciebatur, & minor erat culpa, vbi erat culpæ ignorãtia. Vnde & dominus ait: Si nõ venissem, & locutus fuissem iis, peccatum nõ haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato. Lata est ergo lex, Primum vt excusationem tolleret ne quis diceret, peccatum nesciui, quia præscriptũ non erat quid cauerem. Deinde vt omnes subditos faceret deo agnitione peccati. Omnes autem subditos fecit, quia nõ solũ Iudæis data est, sed etiam gentes vocauit. Proselyti enim ex gentibus sociabantur. Neq; vero exceptus videri potest qui vocat⁹ defuit, Lex enim quos vocauit, & alligauit. Vniuersorum itaque culpa operata est subiectionem, subiectio humilitatem, humilitas obedientiã generauit. Itaq; quia superbia culpã contraxerat, econtrario culpa obedientiam generauit. Vnde lex scripta quæ videbatur superflua, facta est necessaria vt peccatum peccato solueret. Sed ne rursus aliquis deterreatur, & dicat incremẽtum peccati factum esse per legem, & legem nõ solum non profuisse, sed etiam obfuisse arbitretur, habet quo solari suam possit solicitudinem, quia & si per legem superabundauit peccatum superabundauit & gratia. Quid sit hoc, intelligamus. Superabundauit peccatum per legem, quia per legem agnitio peccati, & cœpit mihi obesse scire id quod per infirmitatem vitare nõ possem. Ad cauendũ enim prodest præscire: sed si cauere nõ queã, obfuit nosse. Versa ergo lex in contrarium tamen ipso peccati incremento facta est mihi vtilis, quia humiliatus sum. Vnde & dixit Dauid: Bonum mihi quòd humiliatus sum. Humiliãdo autem me, solui vinculum erroris superioris, quo Adã & Eua exuerant omnẽ propriæ seriem successionis. Vnde & dominus quasi obediens venit, vt inobedientiæ & prævaricationis humanę laqueus solueretur. Itaq; sicut per inobedientiã peccatũ intrauit, ita per obedientiam peccatum solutũ est. Vnde & Apostolus ait: Quia sicut per inobedientiã vnius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita & per obediẽtiã vnius hoïs iusti constituentur multi. Habes igitur vnum, quia lex & superflua fuit, & facta est nõ supflua. Superflua in eo, quia nõ fuisset necessaria si illam legem naturalem seruare potuissemus. Sed quia non seruauimus, ista lex per Moysen necessaria facta est, vt doceret me obedientiam, & laqueum illum solueret prævaricationis Adæ, qui laqueus totam astrinxit hæreditatem. Creuit quidem culpa per legẽ, sed & culpæ author superbia, soluta est: idque mihi profuit. Superbia enim culpam inuenit, culpa autẽ gratiam fecit. Accipe aliud. Nõ fuit necessaria lex per Moysen. Denique subintrauit, quod vtique non ordinarium sed velut fortuitum significare videtur introitum, eò quòd in locum naturalis legis intrauerit. Itaq; si illa suum seruasset locum hæc lex scripta nequaquam esset ingressa. Sed quia illam legem excluserat prævaricatio ac propemodum aboleuerat, pectoribus humanis regnabat superbia, inobedientiaque sese diffuderat: ideo successit ista, vt nos scripto conueniret, & omne os obstrueret, vt totum mundum faceret deo subditum. Subditus autem mundus eò per legem factus est, quia ex prę scripto legis omnes conueniuntur, & ex operibus legis nemo iustificatur, id est quia per legem peccatum cognoscitur, sed culpa nõ relaxatur: videbatur lex nocuisse, quæ omnes fecerat peccatores: sed veniens dominus Iesus peccatum omnibus, quod nemo poterat euitare, donauit, & chirographum nostrum sui sanguinis effusione deleuit. Hoc est quod ait: Superabundauit peccatum per legem: superabundauit autẽ gratia per Iesum: quia postquàm totus mundus subditus factus est, totius mundi peccatum abstulit: sicut testificatus est Ioannes dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi Et ideo nemo glorietur in operibus, quia nemo factis suis iustificatur, sed qui iustus est, donatum habet, quia post lauacrum iustificatus est. Fides ergo est quæ liberat per sanguinem Christi, quia beatus ille cui peccatũ remittitur, & venia donatur. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Ioan.15.

Roma.3.

Pſal.118.

Roma.5.

Ioan.1.

Diui Ambrosii ad Irenæum, causam reddentis cur pleraque in lege præcepta sint quæ per euangelium vacuata videntur, vt est circumcisio corporalis, & obseruatio sabbati, aliaq; plura huiusmodi. Cur etiam lex pædagogus dicatur. Epistola. LXXII.

AMBROSIVS Irenæo. Audisti fili hodie lectũ in apostolo: Quia lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. Quo vno absolutas atbitror quæstiones quæ plerosque mouere consuerunt. Sunt enim qui dicunt: Cum legem deus Moysi dederit, quid causæ est vt pleraque in lege sint quæ per euangelium iam vacuata videantur? Et quomodo vnus vtriusque conditor testamenti, cum quod licebat in lege, per euangelium cœperit non licere: vt est circumcisio corporalis, quæ licet etiam tunc signo data sit, vt circumcisionis spiritualis veritas teneretur, tamen qua ratione vel in ipso signo fuit? Cur ista diuersitas existimatur, vt tunc circuncidi pietas crederetur, nunc impietas iudicetur? Deinde sabbati diẽ feriatum esse debere obseruabatur ex lege, ita vt si quis onus aliqd̃ lignorũ portasset, mortis fieret reus: nũc autem diem ipsum & oneribus subeundis & negociis obeundis sine pœna aduertimus deputari. Et pleraq; præcepta sunt legis, quæ præsenti tempore cessare videantur. Quid ergo causæ sit consideremus. Non enim ocio sẽ dixit apostolus quia lex pædagogus noster fuit in Christo. Pædagogus cuius est, maturioris, an adolescentis aut pueri, hoc est, ætatis infirmæ? Pædagogus ergo, sicut etiam interpretatio latina habet, doctor est pueri. qui vtique imperfectæ ætati non potest perfecta adhibere præcepta, quæ sustinere non queat. Deniq; per prophetam deus legis ait: Dabo vobis præcepta non bona, hoc est non perfecta. Quod enim bonum, vtiq; perfectum. Idem autem deus euangelio perfectiora seruauit Siquidem ait: Nõ veni legem soluere, sed implere. Quæ igitur istius causa distantiæ, nisi humana varietas? Sciebat duræ ceruicis populum Iudæorum, lapsum humilem, perfidiæ promptiorem, qui aure audiret & non audiret, oculis videret & non videret, lubrico quodam infantiæ leuem, & immemorem præceptorum, & ideo legem tanquam pædagogum mobili plebis ingenio & mẽti adhibuit infirmæ, ipsãque legis præcepta moderatus, aliud legi voluit, aliud intelligi: vt insipiẽs saltem quod legeret custodiret, & à præscripto literæ non recederet, sapiens intelligeret diuinæ mentis sententiam, quam si tera non resonaret: imprudens seruare legis imperium prudens mysterium. Ideo lex seueritatem gladii habet tanquam pædagogus baculum, vt imperfectæ plebis infirmitatem pœnæ saltẽ denunciatione deterreat. Euangelium autem indulgentiam habet, quòd peccata donantur. Iure ergo ait Paulus quia litera occidit, spiritus autem viuificat. Litera igitur occidit exiguam corporis portionem: spiritus intelligens circuncisionem totius animæ corporis quæ custodit, vt superfluis amputatis (quid enim tam superfluum, quàm auaritiæ vitia, libidinisq; peccata, quæ natura non habuit, culpa quæsiuit?) castimonia teneatur, frugalitas diligatur. Signum igitur circuncisio corporalis, veritas autem circuncisio spiritualis est. Illa membrum amputat, ista peccatum. Nihil imperfectum in homine natura generauit, nec tanquam superfluũ iubebatur auferri: sed vt auerterent qui partem sui corporis amputabant, multo magis amputanda peccata, recidendos eos qui delicta sua dent, etiam si quadam vnitate corporis connecterentur sicut habes scriptum: Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. Ergo sicut pueris, ita Iudæis mandata sunt non plena præcepta. sed ex parte: & velut vnam membri sui partem mundam seruare præcepti sunt, qui totum corpus suum mundum seruare non poterant. Sabbati quoq; ferias vno die in hebdomada celebrare iussi sunt, vt nulli oneri subderentur, quia à mundanis operibus absoluti vtinam sic abiissent, vt in illud perpetuum futurorum sabbatum seculorum nulla secum grauium veherent onera delictorum.
Sed quia lubricum populum deus nouerat, partem infirmioribus diei vnius obseruatione præscripsit, plenitudinem fortioribus reseruauit. Synagoga diem obseruat, ecclesia immortalitatem. In lege igitur portio, in euangelio perfectio est. Populus Iudæorum ligna porta re prohibetur, hoc est illa quæ consumuntur incendio. Vmbram tenet qui solem refugit. Tibi sol iustitiæ, vmbram impedimento esse non passus, apertum gratię suę lumen infundens ait: Vade, & amodo vide ne pecces. Tibi æterni illius solis imitator ait: Si quis autem superædificauerit super fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulã: vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim domini manifestabit, quoniam in igne reuelabitur. Et vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et ideo illud superædificemus supra Christũ, Christus enim nostrum est fundamẽtum

Mat.5.

Ioan.8.

1.Cor.3.

quod non exuratur, sed melioretur. Aurum melioratur igitur melioratur argentum. Audisti aurum & argentum, putas hoc materiale, congregare desideras, sed In dis operam. Hoc aurum & argentum onus habet, fructum non habet. Onus quærentis est, sumptus hæredis. Hoc aurum sicut lignum exuritur, nõ perpetuatur. Hoc argentum in die illo detrimentum vitæ tuæ, nõ lucrum affert. Aliud aurum, aliud argentum à te quęritur, hoc est sensus bonus, verbũ optimum, de quibus dicit deus, quia dat vasa aurea & argentea. Hæc sunt munera dei, eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplo. Gratia sensus tui, nitor casti sermonis exigitur: splendor fidei, nõ tinnitus argenti. Hoc manet, illud perit: hoc mercedem habet, & migrat nobiscũ: illud detrimentũ habet, quod hic relinquitur. Si quis diuitum putat quod illud argentum repositum & reconditum ei suffragari possit ad vitam, onus inane portat, quod iudicii ignis absumat. Hic relinquite ligna vestra diuites, vt onus vestrum futuro incendio incrementum non addat. Si erogaueris, minuetur onus: & quod remanserit, onus nõ erit. Noli auare recondere, ne fias nudo quidem nomine Christianus opere Iudęus, cum aduerteris onera tua tibi esse suppli cio. Dictum est enim tibi non per vmbram, sed in sole, Cuius opus manserit, mercedem accipiet: si cuius arserit, detrimentum patietur. Et ideo tãquam perfectus eruditus in lege, confirmatus in euangelio, vtriusq; fidem susципe testamenti. Beatus enim qui seminat super omnem aquam, vbi bos & asinus calcat, sicut hodie lectum est: hoc est qui seminat super populos, qui sequuntur testamenti vtriusq; doctrinam. Bos est ille aratorius, legis iugum portans, de quo lex dicit: Boui trituranti os nõ alligabis. qui habet scripturarum cornua diuinarum. Pullum autem asinę dominus in euangelio in figura populi gentilis ascendit. Puto autem (quoniam dies est verbũ dei) quòd etiam illud intelligere debeamus, quia bos habet cornua plena terroris, taurus ferociã habet, asinus mansuetudinem, quod bene ad præsentia deriuatur, quia beatus qui & seueritatem & mansuetudinem tenet, vt altero disciplina seruetur, altero innocẽtia nõ opprimatur. Nimia enim seueritas extorquet plerunq; terrore mendacium. Deus diligi maluit quàm timeri. Dominus ergo charitatem exigit, seruus timorem, cum perpetuus in homine terror esse non possit, quia scriptum, sicut hodie lectum est: Ecce in timore vestro ipsi timebunt quos temebatis. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

D

E

Pſal.11.

Eſa.23.

Deut.25.

1.Cor.9.

Lucæ.19.

Diui Ambrosii ad Clementianum, vim apostolicę disputationis in superiori epistola notatæ aperientis, simulq; ostendentis Iudæum non esse secundum adoptionem hæredem, Epistola LXXIII.

F

AMBROSIVS Clementiano. Etsi sciam quòd nihil difficilius sit quàm de apostoli lectione disserere, cũ ipse Origenes longe minor sit in nouo q̃ in veteri testamẽto, tamẽ quoniam superiore epistola visus tibi sum cur pædagogus lex diceretur, nõ absurde explicauisse hodierno quoq; sermone vim ipsam apostolicę disputationis meditabor aperire. Superiora enim lectiõis eius hoc habẽt. Eò quòd ex operibus legis nemo iustificetur, sed ex fide: quoniã qui ex operib⁹ legis sunt, sub maledicto sunt: Christus autẽ redemit nos de maledicto legis, fact⁹ p nobis maledictũ. Non ex lege igitur hæreditas data est, sed ex repromissione. Eteni Abrahæ dictæ sunt repromissiones & semini eius quod est Christus. Lex itaq; prævaricationum gratia posita est, donec veniret semẽ cui repromissum est, & ideo conclusa sunt oĩa sub peccato, vt repromissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus, Postquã venit autẽ fides, iam nõ sub lege, hoc est sub pædagogo

Gala.3.

G sumus,quia sumus filii dei, & omnes sumus in Christo Iesu. Si autem omnes sumus in Christo Iesu, ergo Abrahæ semen sumus secundum promissionem hæredes.
Hæc est apostolicæ cõclusio sententiæ. Sed occurrit adhuc ei quod poterat etiam Iudæus dicere, Et ego hæres sum,quoniam sub lege sum. Lex autem,vetus dicitur testamentum. Vbi autẽ testamentum, ibi hæreditas. Et licet ad Hebræos ipse dixerit quia testamentum nõ valet
Hebr.9. nisi mors intercedat testatoris, id est,quoniã testamentum nõ valet q̃diu viuit testator, sed eius morte firmatur:tamen quia in Hieremia dominus locutus est de Iu-
Hiere.12. dæis& ait:Facta est hæreditas mihi sicut leo: hęredes eos negare noluit. Sed sunt hæredes sine re,sunt & cum re. Et dicuntur hæredes testatore viuente, qui scripti sunt, sed sine re. Sunt etiam hæredes paruuli, qui nihil differunt à seruulo, quoniam sub curatoribus sunt & actoribus. Ita, inquit,& nos eramus Iudæi sub elementis mũ-
Gala.4. di huius seruientes. Postq̃ vero venit plenitudo temporis,& Christus aduenit,iam nõ sumus serui, sed liberi, si credamus in Christum. Ergo dedit illis speciem hæreditatis,possessionem negauit. Habent nomen hæredis, vsum nõ habent:quia sicut paruuli hæredes nomen nu dum hæreditatis nõ authoritatẽ vsurpant, iubẽdi ius & vtendi nõ habent,quia plenitudinẽ suæ ætatis expectãt, vt à curatoribus liberentur. Sicut ergo paruuli,ita & Iu-
Mat.23. dæi sub pædagogo sunt. Lex pædagogus est. Pædagogus ad magistrum ducit. magister noster solus est Christus. Nolite dicere vobis dominum & magistrum, quia dominus & magister vester vnus est Christ9. Pædagog9 timetur, magister viam salutis ostendit. Timor ergo ad libertatem perducit, libertas ad fidem, fides ad charitatem, charitas acquirit adoptionem, adoptio hæreditatẽ.
H Ergo vbi fides, ibi libertas. seruus enim sub metu, liber ex fide. Ille sub litera, iste sub gratia: ille in seruitute, iste in spiritu. Vbi aũt spirit9 domini, ibi libertas. Si igitur vbi fides, ibi libertas: vbi libertas, ibi gratia: vbi gratia, ibi hæreditas: Iudæus autẽ litera nõ spiritu in seruitute est: qui non habet fidem, non habet spiritus liber-
1.Cor.3. tatem. Vbi autem nulla libertas, nulla gratia. Vbi nulla gratia, nulla adoptio. vbi nulla adoptio, nulla successio. Tanquam clausis ergo tabulis cernit hæreditatem, non possidet, authoritatem non habet lectionis. Nam qũo dicit, Pater noster, qui verum dei filium negat, per quem adoptiuus acquiritur? Quomodo testamentum nuncupat,qui mortem testatoris negat? Quãdo liberta-
1.Petri.1. tem vsurpat qui negat sanguinem quo redemptus est? Hic enim est nostræ præcium libertatis, sicut Petrus dicit: Sanguine precioso redempti estis, non agni vtique,
I sed eius qui mansuetudine & humilitate tãquam agnus aduenit,& totum mundum vna sui corporis hostia liberauit, sicut ipse ait:Sicut agnus ductus sum ad immolan-
Ioan.1. dum. Vnde & Ioannes ait:Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Ergo Iudæus hæres in litera, non
Gala.4. spiritu, tanquã paruulus est sub curatoribus & actoribus. Christianus autem qui plenitudinem temporis agnouit, qua Christus aduenit factus ex muliere, factus
Ephe.4. sub lege,vt omnes qui sub lege erant redimeret, Christian9 inquã per vnitatẽ fidei & agnitionẽ filii dei in virum perfectum, in mẽsuram ætatis exurgit plenitudinis Christi. Vale fili,& nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, ex eo qđ ab Apostolo commemoratum est: Abrahã credidit deo, & reputatum est ei ad iustitiã &c. colligentis quòd ii magis Abrahæ filii qui ex fide hæredes sunt, ipsam quoq; fidẽ plurimum commendantis, Epistola LXXIIII.

Gene.15.6 AMBROSIVS Horontiano. Si Abraham credidit deo,& reputatũ est ei ad iustitiã: quod autẽ reputatur ad iustitiam,ex incredulitate ad fidem est: vtiq; ex fide iustificamur,nõ ex operibus legis. Abrahæ autem ipsi duo filii Ismael & K
Isaac,vnus de ancilla,alter de libera. Et responsum huiusmodi,vt expelleret ancillã, & filiũ ancillę. nõ enim hæredem fore ancillæ filium. Et ideo non ancillæ nos filios esse,sed liberæ, qua libertate nos Christ9 liberauit. Vnde colligitur quòd ii magis Abrahæ filii,qui ex fide. Præstant enim fidei q̃ generationis hæredes. Lex pædagogus est,fides libera. Abiiciamus ergo opera seruitutis,teneamus gratiam libertatis. Deseramus vmbram, solem secuti,ritus Iudaicos deseramus. Circũcisio mẽbri vnius nihil prodest. Deniq; ait Apostolus:Ecce ego
Gala.5. Paulus dico vobis quoniam si circũcidamini, Christus vobis nihil proderit. Non quia non possit, sed quia indignos beneficiis suis iudicet,qui vias eius deserant. Et
Exod.4. quidem ante Sephora circuncidit filium suum,& periculum depulit quod imminebat. Sed tunc profuit cum Christus adhuc perfecta differret,cũ paruulus esset populus credentium. Venit non paruulus, sed perfectus in omnibus dominus Iesus. Circuncisus est primo secundum legem,ne legem solueret:postea per crucem, vt le-
L gem impleret. Cessauit ergo quod ex parte est, quia venit quod perfectum est. Crux enim in Christo nõ vnum mẽbrum, sed totius circuncidit superfluas voluptates. Fortasse adhuc quæritur qua ratione circũcidi ex parte voluerit,quivenerat perfectam circuncisionem demonstraturus. De quo non puto esse diutius deliberandum. Nam si peccatum factus est, vt nostra peccata mundaret:si maledictũ pro nobis fact9 est,vt legis maledicta vacuaret:ea ratiõe & circũcisus ꝓ nobis est, vt circũcisionem legis auferret,daturus salutẽ crucis. Spũ igitur ex fide spẽ iustitiæ expectãdam nobis asserit Apostol9, &
in libertatem vocatos, libertatem nostram in occasionem carnis non debere conferre. Siquidem neq; circuncisio aliquid valet,neq; præputiũ,sed fides quæ per charitatem operatur. Et ideo scriptum est: Diliges dominũ Deuter.6
deum tuum. Qui autem diligit,vtiq; credit:& credendo vnusquisq; diligere incipit. Deniq; Abraham credidit, & sic diligere cœpit:& credidit nõ ex parte, sed per omnia. Aliter enim habere plenam non poterat charitatẽ, M
quia scriptum est:Charitas credit omnia. Si non credit 1.Cor.13.
omnia,non videtur charitas esse perfecta. Ergo perfecta charitas omnem fidem habet. Nõ tamen facile dixerim quòd continuo omnis fides perfectam charitatem habeat,quia Apostolus dixit:Si habeam omnem fidem ita vt montes transferam,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest. Etenim cum tria sint maxime in viro Christiano,spes,fides,charitas:maior his charitas. Sed arbitror propositi gratia hoc dixisse Apostolum. Neq; enim videtur mihi qui habeat omnem fidẽ, ita vt montes transferat,charitatem nõ habere: quomodo & illud,Si habeat aliquis omnia mysteria, & omnem scientiam, quomodo non habeat charitatem, cum dicat Ioannes,quia omnis qui credit quia Iesus Christus est, de deo natus est:Et supra ipse dixerit: Quoniam qui de
1.Ioan.4; deo nat9 est nõ peccat? Vnde colligitur, Si is qui credit quia Iesus Christ9 est,de deo natus est. & qui de deo natus est,nõ peccat:vtiq; is q̃ credit,quia Iesus Christ9 est, non peccat. Si quis autẽ peccat,nõ credit. Qui aũt non credit,nõ diligit. Qui autẽ non diligit,peccato obnoxius est. Ergo non diligit qui peccat. Charitas enim mul-
1.Pet.4. titudinem operit peccatorũ. Quòd si charitas peccandi excludit affectum,quando quidẽ etiam timorem excludit foras, plena est vtiq; perfectæ fidei charitas. Deniq;
Luc.17. apostoli qui futuri erant amici, dixerunt: Adauge nobis fidem. petentes à bono medico vt infirmantem in se fidem sanaret. Infirmabatur adhuc fides in iis, cum audiret etiam Petrus. Minimæ fidei,quare dubitasti? Ergo
Matt.14. fides velut præuia charitatis occupat animam,& præparat semitas venturæ dilectioni. Sic omnis fides est, vbi perfectio charitatis. Ideo puto dici quia charitas credit omnia, hoc est facit fidem omnia credere, &

A habere hmõi animam oẽm fidem. Ac ꝓ hoc vbi perfecta charitas, ibi omnis fides:sicut vbi perfecta charitas, spes omnis. Deniq; sicut omnia credit, ita scriptum est quia sperat omnia. Ideo maior,quia spem fidemq; com-
1.Cor.13. plectitur. Hanc charitatem habens nihil timet,quia charitas timorem excludit foras, & ideo ablegato & exuto timore omnia suffert,omnia sustinet. Qui ergo per charitatem omnia sustinet, non potest timere martyrium. Et ideo quasi victor alibi in fine ait:Mihi enim mundus crucifixus est, & ego mundo. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Bellicium, exponẽtis quid sibi velit illud quod dominus Iesus videṡ à generatione cæcũ, expuit,& fecit lutum,& superunxit oculos cæci,&c.
Epistola LXXV.

AMBROSIVS Bellicio. Audisti frater lectionẽ Euangelii,in qua decursum est quòd præteriens dominus Iesus vidit à generatione cæcum. Ergo nec nos quidem præterire debemus quem prętereundum dominus non putauit,præsertim cum à generatione cæcus fuerit,quod nõ ociose est positum. Est enim cæcitas quæ plerunq; viã grit udinis
B aciem obducit oculorum, eademq; temporis spatio mitigatur. Est cæcitas quæ humorum infusione generatur. Ea quoq; vitio plerunq; sublato, medicinæ arte depelli tur:vt cognoscas quia quod iste sanatur qui à generatione sua cæcus est,nõ artis est,sed potestatis. Donauit enim dominus sanitatem,nõ medicinam exercuit. Eos enim sanauit dominus Iesus quos nemo curaret. Quam stoli dia autem Iudæi qui interrogant: Hic peccauit, an parentes eius? debilitates corporum referentes ad merita delictorum. Et ideo dominus ait:Neq; hic peccauit, neq; parentes eius:sed vt manifestarentur opera dei in illo.
Quod enim naturæ defuit,creatori competit reformare, qui autor naturæ est. Vnde addidit:Cum in hoc mundo sum,lux sum huius mundi. Hoc est,omnes possunt
Pſal.33. videre quia cæci sunt,si me lumen requirant. Accedite & vos,& illuminamini,vt videre possitis. Deinde quid sibi vult quod is qui vitam refundebat imperio salutem præcepto dabat,dicẽs mortuo:Exi foras, & egressus est Lazarus de sepulchro,dicẽs paralytico:Surge,tolle gra-
Ioan.11. batum tuum:& surrexit paralyticus,& cœpit grabatum
Mar.2. ipse portare,in quo solutus mẽbris omnibus portabatur? Quid inquam sibi vult quod expuit & fecit lutum,
C & superunxit oculos cæci, & dixit ei: Vade & laua in
Ioan.9. Syloa,quod interpretatur missus, & abiit & lauit & videre cœpit? Quæ ista ratio est? Magna ni fallor,Plus enim videt quem Iesus tangit. Simul & diuinitatem & sanctificationem eius aduerte. Quasi lux tetigit, & lumen infudit. Quasi sacerdos per figuram baptismatis mysteria gratiæ spiritualis impleuit. Expuit,vt aduerteres quia in
Ibidẽ.15. teriora Christi lumen sunt. Et vere videt qui Christi mundatur internis. Lauat saliua eius, lauat sermo eius, sicut habes: Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Quod autem lutum fecit,& superunxit oculos cæci,quid aliud significat, nisi vt intelligeres quia ipse hominem luto illito reddidit sanitati, qui de luto hominem figurauit, & quod hæc caro luti nostri per baptismatis sacramenta æternæ vitæ lumen accipiat? Accede & tu ad Syloam, hoc est ad eum
Ioan.7. qui missus est à patre,sicut habes:Mea doctrina non est mea,sed eius qui me misit. Diluat te Christus, vt videas. Veni ad baptismum,tempus ipsum adest. veni festinus,vt & tu dicas: Abii & laui,& videre cœpi. Vt & tu dicas: Cæcus eram, & videre cœpi. Vt & tu dicas:sicut iste refuso lumine ait: Nox præcesserit, dies appropinquauit. Nox erat cæcitas. Nox erat cum Iudas accepit buc-
Rom.13. cellam à Iesu, & tunc introiuit in eum Satanas. Iudæ
Ioan.13. nox erat, in quo diabolus erat. Ioanni dies erat, qui in Christi pectore recumbebat, Petro quoq; dies erat cum D
lumen Christi videret in morte. Nox erat aliis, sed Petro dies erat. At vero ipsi Petro nox erat quando Christum negabat. Deniq; gallus cantauit, & flere cœpit vt emendaret errorem. Iam enim dies appropinquabat. Interrogabant Iudęi cęcum Quomodo vidisti? Grandis amentia. Interrogabant quod videbant, interrogabant causam,cum factum viderent. Et maledixerunt ei dicẽtes: Tu fis discipulus eius. Maledictio eorum benedictio est,quia benedictio eorum maledictio est. Tu fis inquiunt discipul9 eius. Tũc prosunt quãdo nocere se credũt. Vale fili,& nos dilige,vt facis,quia nos te diligim9.

Diui Ambrosii ad Studium, quæstionem ab eo propositam quam in quadam epistola superius ad eundem scripta absoluit,latius ac plenius pertractantis & absoluentis, Epistola. LXXVI.

AMBROSIVS Studio, Etsi superiore epistola hanc quam proposuisti quęstiunculam absoluerim, tamen aliquid plenius requirenti tibi vt filio efferre atq; exculpere non superfederim. Ac semper quidem decantata quæstio, & celebris absolutio fuit mulieris eius quæ in libro euangelii quod secundum Ioannem scribitur, adulterii rea oblata Christo est. Id enim Iudæorum commenta est tergiuersatio,vt si contra legẽ absolueretur,contra legẽ prolata domini Iesu sententia teneretur. Si autem damna-
E ta esset ex lege,vacare Christi videretur gratia. Sed vehementior facta est posteaquàm episcopi reos criminum grauissimorum in publicis iudiciis accusare, alii & vrgere vsq; ad gladium supremãque mortem,alii accusationes huiusmodi & cruentos sacerdotum triumphos probare cœperunt. Quid enim aliud isti dicunt quàm dicebant Iudæi reos criminum legibus esse publicis puniendos, & ideo accusari eos etiam à sacerdotibus in publicis iudiciis oportuisse, quos asserunt secundum leges oportuisse puniri? Eadem causa est, sed numerus minor,hoc est non dispar iudicii quæstio, sed pene dispar iniudia. Vnam Christus puniri ex lege nõ passus est,isti minorẽ numerũ asserunt esse punitũ. At quo loco hoc iudicat Christus? Nam plerunq; secundũ qualitates locorum in quibus docebat famulos suos, dispu-
Ioan.10. tationes suas formare dignatus est, vt in porticu Salomonis,hoc est sapientis deambulans loquebatur: Ego & pater vnum sumus:vt in templo dei dicebat: Mea doctrina non est mea,sed eius qui me misit. Hoc quoq; iudicium in templo positus exercet, sicut scriptum est in
Ioan.8. posterioribus. Sic enim habes: Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio docens templo,& nemo apprehendit eum. Quid est gazophylacium? Collatio fidelium, sumptus pauperum,requies egenorum, iuxta quod sedens Christus,vt habes secundum Lucam, duo æra mu-
Lucæ.12. lieris viduæ diuitum muneribus censuit præferẽda, di- F
uino videlicet testimonio præferens opimæ præmiis largitatis sedulę liberalitatis affectum. Qui tale habebat iudicium,videam9 quid ipse iuxta gazophylaciũ positus conferebat. Non enim ociose viduã prætulit duo æra mittentẽ. Preciosa ista paupertas est, fidei opulenta mysterio. Ista sunt duo æra quę Samaritanus ille euangelicus ad eius curanda vulnera qui incidit in latrones, stabulario dereliquit. Ergo & ista specie vidua in typo ecclesiæ hoc gazophylacio sacro conferendum putauit, quo pauperum sanarentur vulnera, peregrinorum ieiunia sedarentur. Vnde & nunc quid Christus conferat spiritualiter te oportet expendere. Diuidebat enim populis argentum igne examinatum eloquiorum cælestium, & imaginis regiæ pecuniam populorum annumerabat affectibus. Nemo plus misit quàm qui totum donauit,satiabat esurientes,replebat inopes,illuminabat cæcos, redimebat captiuos, paralyticos erigebat,

G mortuos resuscitabat,& quod est amplius, conferebat absolutiones reorum, peccata donabat. Hæc sunt duo æra quæ misit ecclesia posteaq̃ accepit à Christo. Quid enim sunt duo æra nisi precium noui & veteris testamẽti? Precium scripturæ, fides nostra est. Nam quod legitur,pro intelligentis æstimatur arbitrio. Remissio igitur peccatorum vtriusq; precium testamẽti est,quæ per agnum in typo annũciata est, in veritate completa per Christum. Ideo habes neq; septem dierum purgationẽ sine trium dierum esse purgatione. Septem dierũ purgatio secundum legem, quæ in specie præsentis sabbati, spirituale sabbatum annunciauit:trium dierum purgatio secundum gratiam,quæ euangelii testificatione signatur, quia tertio die dominus resurrexit. Vbi pœna præscribitur,debet esse pœnitentia peccatorum: vbi remissio donatur,gratia est. Præcedit pœnitentia, sequitur gratia. Neq; pœnitentia ergo sine gratia, neq; gratia sine pœnitentia. Debet enim pœnitẽtia prius damnare peccatũ, vt gratia possit abolere. Ideo typum legis accipiens Ioãnes baptizauit in pœnitentia, Christus ad gratiam. Septimus ergo dies legis mysteriũ signat, Octauus resurrectionis:sicut habes in Ecclesiaste: Da partem illis septem,& illis octo. Nam & in propheta Osee legisti dictum ad eũ, Conduc tibi fornicariam quindecim denariis.eò quòd gemino ære veteris & noui testamenti, hoc est integro fidei precio, mulier illa vago quodã & meretricio gentium conuenarũ comitatu fulta cõduci H tur.Et conduxit,inquit,eam gomor hordei,& semigomor. Per hordeum significat quia imperfectos vocaret ad fidem,vt perfectos redderet. Per gomor intelligitur plena mensura,per semigomor semiplena mẽsura. Plena mensura in Euangelio est, semiplena in lege, cuius plenitudo nouum est testamentum. Siquidẽ ipse dominus ait:Nõ veni legem soluere, sed implere. Nec ociose quindecim anabathmorum psalmos Dauidicos legimus,& quindecim gradibus ascendisse solẽ cum Ezechias iustus rex vitæ huius acciperet cõmeatum. Significabatur enim esse venturus sol iustitiæ, qui gradus quindecim veteris & noui testamenti illuminaturus esset præsentiæ suæ lumine, quibus nostra fides ad vitam ascendit æternam. Vnde & hoc quod hodie in Apostolo lectum est,mysticum reor,eò quòd quindecim diebꝰ apud Petrum manserit. Videtur enim mihi quòd Apostolis sanctis scripturæ diuinæ interpretationem sermone secum vario conferentibus pleni luminis refulserit I claritudo,ignorantię vmbra decesserit. Sed iam veniamus ad mulieris huius adulteræ absolutionem. Oblata erat à scribis & pharisæis domino Iesu adulterii rea, & hac oblata fraude, vt si eam absolueret, legem soluere videretur:sin vero damnaret, propositum sui mutaret aduentus, quia peccata omnium remissurus aduenit. Denique supra ait? Ego non iudico quenq̃. Offerentes ergo eam dixerunt: Hanc mulierem inuenimus publicè mœchantẽ. Scriptũ est enim in lege Moysi omnem mœchã lapidari. Tu vero quid dicis de ea? Quæ cum dicerent:Iesus inclinato capite digito scribebat in terra. Et cũ expectarẽt vt audirent eũ,erigẽs caput dixit? Qui sine peccato est, prior lapidet eã. Quid tã diuinũ q̃ ista sententia,vt is peccata puniat qui exors ipse peccati sit? Quomodo enim feras alieni vltorem,& proprii criminis defensorem? Nonne se magis ipse condemnat, qui in alio damnat quod ipse committit? Hoc autem dixit: Et scribebat in terra. Quid? Vtiq; dicens, Festucã quæ in oculo est fratris tui vides, trabem autem quæ in oculo tuo est non vides. Libido enim velut festuca est, cito accenditur, propère consumitur. Sacrilegium perfidiæ,quo Iudæi negabant propriæ salutis authorem, sceleris magnitudinem personabat. Scribebat autẽ in terra digito quo legem scripserat. Peccatores in terra scribuntur, iusti in cælo, sicut habes dictum ad discipulos: Lucæ.10. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Secundo autem scripsit,vt gemino testamento Iudæos sci K as esse damnatos. Audientes autem hoc verbum exierunt foras vnus post vnum, incipientes à senioribus,& sedebant cogitates de se. Et remansit solus Iesus,& mulier in medio stans. Bene ait quod exierunt foras qui nolebãt esse cũ Christo. Foris litera est,intus mysteria. Sequebantur enim diuinarum lectionum quædam velut arborum folia, non fructum, qui viuebant in vmbra legis,& solem iustitiæ videre non poterant. Deniq; discedentibus illis remansit solus Iesus,& mulier in medio stans. Donaturus peccatum, solus remanet Iesus, sicut ipse ait: Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in sua,& me solum relinquatis. Non enim le- Ioan.16. gatus neq; nuncius, sed ipse dominus saluum fecit populum suum. Solus remanet, quia non potest hoc cuiq̃ hominum cum Christo esse cõmune vt peccata condonet. Soli us hoc mundus est Christi,qui tulit peccatũ mũdi. Meruit & mulier absolui, quæ recedentibus Iudæis remansit sola cũ Christo. Eleuans autem caput Iesus dixit mulieri:Vbi sunt qui te accusabant? Nemo te lapidauit? Et illa respondit:Nemo domine. Et ait ad illam Iesus:Nec ego te damnabo, vade & amodo vide ne pecces. Vide lector diuina mysteria,& clementiã Christi. Cum accusatur mulier,caput Christus inclinat,eleuat autem vbi defecit accusator. Ita nullum damnari vult,absolui omnes. Breuiter autem omnes hæreticorum interimit quæstiones dicendo,Nemo te lapidauit:qui dicũt Christum diem nescire iudicii, vel qui ait: Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram nõ est meum dare vo- Mat.20. bis:ecce & hic ait?Nemo te lapidauit? Quomodo vtiq; interrogat quod videbat? Sed interrogat nobis, vt nosceremus non esse lapidatam. Est etiam humani affectus hæc cõsuetudo,vt interrogemus sæpissimè quod videmus. Et ideo mulier respõdit:Nemo domine Hoc est dicere: Quis potest lapidare quam ipse non damnas? Quis potest alium sub talis sententiæ cõditione punire? Cui respondit dominus:Nec ego te damnabo. Adiuerte quomodo propriam sententiam temperauit,vt iudeide absolutione mulieris calumniari nihil posset, sed in se magis calumniam retorquerent si quieri vellent. Dimittitur enim mulier, non absoluitur,quia deerat accusator,non quia innocens approbatur. Quid ergo quererentur qui priores à persecutione crimitis, & ab executione supplicii destiterunt? Addidit autem deuiæ:Vade, & amodo vide ne pecces. Emendauit ream,non crimen absoluit. Etenim seueriore sententia culpa damnatur si vnusquisq; crimẽ suum oderit,& in se incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur persona magis quam culpa punitur. Vbi vero culpa deponitur,absolutio personæ est,pœna peccati. Quid est ergo: Vade, & amodo vide ne pecces?Hoc est,Ex quo te Christus re M demit,corrigat gratia quam pœna non emendaret,sed plecteret. Vale fili, & nos dilige vt filius, quia nos te vt parentes diligimus.

Diui Ambrosii ad Constantium, causam reddentis cur circuncisio veteris testamenti autoritate quasi vtilis imperetur, & noui testamenti magisterio quasi inutilis repudietur,aduersantiumq; obiectiones arguta responsione dissoluentis, Epistola. LXXVII.

AMBROSIVS Constantio. Nõ mediocris plerosq; mouet quæstio, qua causa circuncisio & veteris testamenti authoritate quasi vtilis imperetur,& noui testamẽti magisterio qua si inutilis repudietur,cum præsertim Abraham primus oraculum circuncisionis celebrandæ acceperit,qui diem domini Iesu vidit & gauisus est. Quod vtique in eui denti est, quia non corporalibus, sed spiritualibus legis diuinæ intenderit: & ideo veram dominici corporis passionem in agni conspexerit immolatione.

A Quid ergo dicemus secutum patrem Abrahã vt id primus institueret quod eius nõ sequeretur hæreditas? Aut qua ratione circunciduntur infantulorum corpora,& in ipso ortu subiiciuntur periculis,& hoc imperari oraculo,vt discrimen salutis fiat de mysterio religionis? Quid hoc significat? Latet enim causa veri, & oportuit aut aperto aliquid mysterio significari, aut non periculoso mysteriorum iudicio mandari. Cur vero signũ testamenti diuini in ea datur parte membrorum quę visu inhonestior existimatur? Aut qua gratia ipse operator corporis nostri in ipso nostræ generationis exordio circuncidi opus voluit suum & vulnerari, & cruentari & abscindi partem quam velut necessariam(quia omnia disposuit ordinate)cum cæteris membris faciendam putauit? Aut enim præter naturam est hæc portio corporis nostri,& non oportuit habere omnes homines quod esset præter naturam: aut secundum naturam est, & non decuit amputari quod secundum naturæ perfectionem creatum foret,cum præsertim alieni à portione domini dei nostri id præcipuè irridere soliti sint. Deinde cum propositum sit deo,vt frequẽter ipse testificatus est, plures ad sacræ obseruantiam prouocare religionis,quanto magis inuitarentur si non aliqui circuncisionis ipsius aut periculo aut opprobrio reuocarentur? Ergo vt ad prima redeamus,& propositum prosequamur ordinem,de ipsa circuncisionis qualitate dicendum videtur
B Cuius gemina debet esse defensio,quia duplex est accusatio. Vna quæ irrogatur à gentilibus, altera quæ ab iis qui de populo dei sunt existimatur. Vehementior autem gentilium, qui viros circuncisione signatos etiam opprobrio & illusione dignos arbitrãtur. Sed etiam ipsorum sapientissimi quiq; ita circuncisionem approbant, vt electos suos erga cognoscenda & celebranda mysteria circũcidendos putent. Deniq; Aegyptii,qui & geometriæ & colligendis syderum cursibus operã intẽdũt suã,impiũ iudicãt sacerdotẽ qui nequaq̃ habeat circuncisionis insigne. Nam neq; magici carminis sapientiã, nec gæometriã nec astronomiã iudicãt viã suam obtinere sine circuncisionis signaculo. Et ideo vt impetrã di vim operationi adhibeant suæ, purgationem quandam vatum suorum circuncisionis arcano celebrãdam existimant. Reperimus autem in historia veterum non solos Aegyptios, sed etiã Aethiopum & Arabũ & Phœnicum aliquos circuncisione erga suos vsos. Et hãc putant se adhuc probandæ viam seruare rationis,eò quòd sui corporis primitiis & sanguinis initiati insidias dæC monum quas illi generi nostro moliũtur,exiguæ partis arbitrentur consecrationibus destruendas: vt qui totius hominis saluti nituntur nocere, infirmari operationem suam putent circuncisionis sacræ vel lege vel specie. Arbitror enim quod in præteritum ipse dæmonum princeps cessare suas artes erga noxiæ operationis effectum existimauerit,si ei nocere conaretur quem signaculo circũcisionis sacrę initiatum aduerteret,aut ei qui videretur in hoc saltem munere legi diuinę obtempere. Iam qui singulorum membrorum officia diligenter expendit,nõ ociosam causam in hac mẽbri huius portiuncula existimare poterit, qua ratione non solum circuncidatur puer, verumetiam octauo circũcidatur die: quando incipit mater pignoris nati in sanguine esse puro,quæ ante octauum diem fertur in sanguine immundo sedere. Hæc aduersum eos dicta sint qui nulla nobis vnitate fidei sociantur,& ideo tanquam aduersum dissidentes, difficilior disputandi locus. Responsum autem fibi huiusmodi habeant qui credunt in dominũ Iesum, 1.Petri.1. quod nudare noluimus cũ aduersum opiniones gentilium disputaremus. Nam si redempti sumus non corruptibilibꝰ argẽto & auro,sed precioso sanguine domini nostri Iesu Christi,(quo vtiq; vẽdẽte, nisi eo qui nostrũ iam peccatricis succesionis ære quæsitum seruitiũ possidebat?)sine dubio ipse flagitabat precium,vt seruitio exueret quos tenebat obstrictos. Preciũ autem nostræ liD berationis erat sanguis domini Iesu,quod necessario soluendum erat ei cui peccatis nostris venditi eramus. Donec igitur hoc precium pro omnibus solueretur hominibus,quod dominici sanguinis effusione pro omnium fuit soluendum absolutione,opus fuit singulorum sanguine,qui lege & consuetudinis ritu sacræ præcepta sequerentur religionis. Sed quia precium pro omnibus solutũ est,posteaq̃ passus est Christus dominus,iam nõ opus est vt viritim sanguis singulorũ circuncisione fundatur,cum in sanguine Christi circuncisio vniuersorũ celebrata sit,& in illius cruce omnes simul crucifixi simus cum eo,& consepulti in eius sepulchro,complantati similitudini mortis eius,vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Quod si quis,vt Marcion & Manichæus, reprehendendum dei putat esse iudicium,quia vel oraculum de circuncisione celebranda edẽdum putauit esse, vel legem qua sanguinis effusio mandatur, necesse est vt is etiam dominum Iesum reprehendẽdũ arbitretur,qui non exiguum,sed multũ sanguinẽ pro huius mũdi effudit redẽptione,& hodie quoq; nos fundere iubet sanguinem nostrum pro tãto religionis certamine,dicẽs: Qui vult me sequi,tollat crucem suam,& sequatur me. Si autem ne- Mat.16. quaquam iusta est accusatio cum aliquis totũ se pro pietate offerat,& multi sanguinis se mundet effusione,quo modo legem posumus reprehendere exigui stillam exigentem sanguinis, cum prædicemus dominum Iesum E multi effusionem sanguinis,& totius corpotis mortem imperantem? Nec ipsum circũcisionis signaculũ & species feriabatur, quo populus dei velut quodã sigillo signatus corporis discernebatur à cæteris nationibus.
Nunc autẽ Christi donatus nomine signũ corporis nequaquã requirit,qui prærogatiuã diuinæ meruit nuncupationis. Quid autẽ absurdum si propter pietatem aliquid doloris vel laboris inferri videbatur,quo plus deuotio per hæc certamina probaretur? Pulchrũ etiam vt ab ipsis vitæ incunabulis insigne religionis adolesceret, & puderet vnũquenq; ætatis prouectioris vel labori vel dolori cedere,quorum vtrunq; tenera infantia vicisset. Sed iam leui circuncisionis dolore non opus est Christiano populo,qui mortem domini circunferẽs,per momenta singula fronti propriæ mortis contẽptum inscribit, vtpote qui sciat sine cruce domini salutẽ se habere non posse. Quis enim acu vtatur ad præliandum, cum telis instructus sit validioribus? Iam illud quiuis facile refellendum aduertit,quia propositum est pleroscp; potuisse ad sacræ religiõnis prouocari obsequium, nisi essent doloris timore vel laboris contuitu reuocati. Et potuit hoc terrere maiorem quod infantuli plerisq; sustinebãt sine periculo? Esto tamen aliquos infantulos Iudæorum cum dolorem circuncisi corporis plagæq; ferutis sustinere nõ potuerint,defunctos fuisse: sed hoc nec cæteros deterrebat prouectiori ætate robustos,& laudabiliorem faciebat eum qui præceptis obediset cælestibus. Quod si hoc in exiguo dolore arbitrãtur confessionis fuisse obstaculũ,quid de martyrio dicũt? Nam si reprehendunt circuncisionis dolorẽ,reprehendant & martyrum mortem,per quos cumulata nõ minuta religio est. In tantum autem abest nocuisse fidei circuncisionis dolorem,vt probabiliorem fidem faciat dolor. Maior enim fidei gratia,si quis pro religione contẽnat dolorem. Et hic magis habet præmium q̃ ille qui ideo dolorem voluit circũcisione subire,vt gloriaretur in lege, & laudẽ ex hominibus magis q̃ ex deo quæreret. Oportuit igitur circuncisionem ex parte fieri ante eius aduentum, qui totum circũcideret hominem. Ex parte enim debuit assuescere humana cõditio quẽadmodũ in id quod perfectum est crederetur. Si autẽ oportuit circuncidi,in qua magi parte mẽbrorum oportuit circuncisionẽ fieri q̃ in ea quæ quibusdam videretur inhonestior, vt iis quæ pu

G tarentur ignobiliora esse membra corporis nostri, honestatē abundantiorē circundarent: & quæ inhonesta sunt nostra, honestatē abūdantiorē haberēt? Vbi enim magis vir sanguinis sui admoneri debuit, q̄ in ea parte quæ ministerium errori exhibet? Nunc tempus est vt & illis respondeamus qui dicūt: Si ea pars corporis nostri secundum naturā est, nequaquam eam amputari oportuisse: si non est secundum naturam, nō debuisse simul nasci. Qui quoniam tam arguti sunt, & ipsi mihi respō deant vtrum secundum naturam successio humana sit quæ generationibus adolescit, an cōtra naturā. Si enim secundum naturam, nunq̄ igitur intermittenda est. Et quomodo integritas virorum, virginitas puellarū, abstinētia viduarum, continentia coniugum prædicatur? Nullum ergo studiū quærendæ successionis feriari debuit. Sed ipse author naturæ nō vtiq; generationi obsecutus est, qui de se cum esset in corpore cōstitutus, præbuit magisterium, & hortatus est discipulos ad integritatem dicens: Sunt spadones qui se castrauerūt propter regnum cælorum. qui potest capere, capiat, Cum sit autem homo cōpositus ex corpore & anima (Satis est enim interim hoc dicere, & silere de spiritu) non est in vtroq; idem secundum naturam: sed quod est secundum corporis naturam, id cōtra naturam est animę. Et quod secundum naturam est animæ, id contra naturam est corporis: vt si dicam, quod secundum naturam est visibili id contra naturā est ei quod non videtur. Et quod secūdum naturā est ei quod non videtur, id cōtra naturā est visibili. Nihil ergo incongruū in hominibus dei si fiant aliqua cōtra naturam corporis, quæ sint secundum animæ naturam. Qui autem dicunt quoniā plures credidissent si circūcisio nō fuisset, ii sibi respōsum hoc habeāt quoniā plures crederēt si martyria nō essēt: sed præstātior est fortitudo paucorum, q̄ remissio plurimorū. Sicut autē plurima baptismatū genera præmissa sunt q̄a secuturum erat verū illud vnū in spiritu & aqua sacramentū baptismatis, quo totus redimitur homo: ita plurimorum circumcisio præmittenda fuit, quia secutura erat circumcisio dominicæ passionis, quā pertulit Iesus quasi agnus dei vt tolleret peccatum mundi. Hæc ideo scripsimus, vt ostenderemus quia & debuit præmitti circumcisio quæ foris est, & ea iam post aduentum domini iure videatur exclusa. Nunc autē circūcisio est necessaria quæ in occulto est, sicut Iudæus prælatior qui in occulto in spiritu non litera: quoniā cum sint in homine duo homines de quibus dictum est: Et si qui foris est homo noster, corrumpitur secundū desiderio ris, sed qui intus est, renouatur de die in diem. Et alibi: Cōdelector enim legi dei secūdū interiorē hoiem. Interior est homo noster qui est ad imaginē & similitudinē dei factus, exterior [illegible] figurat⁹ è limo. Sic deniq; & i Genesi duas tales creaturas dei ostēdit, secūdo creatū hominē significās. Sicut ergo duo hoies, ita & gemina cōuersatio est, vna interioris hominis, altera exteriores. Et quidē plerique actus interioris hois peruenīūt exteriorē hoiem, quēadmodū castimonia interioris hois erā sit etiā ad castitatē corporis. Qui enī adulterium cordis ignorat, idē vtiq; nescit corporis adulteriū. Nō tamē etiam illud est cōsequēs, vt qui nō adulterauit corpe, non adulterauerit etiā corde, secūdū illud: Quoniāq; viderit mulierē ad cōcupiscendū eā, iā adulterauit eā in corde suo. Nā etsi adhuc nō sit adulter corpe, tāmē iā affectu adulter est. Ergo est interioris hominis circumcisio. Nā qui circumciditur, totius carnis illecebras tanq̄ præputium exuit, vt sit in spiritu, non in carne, & spiritu mortificet corporis sui actus. Et hæc est quæ in occulto est circūcisio, sicut Abraham ante in præputio erat, postea factus est in circūcisione. Sic interior homo noster quādo est in carne, tanquam in præputio est: quādo autem iam nō est in carne, sed in spiritu, incipit esse in circuncisione, non in præputio. Sicut autem qui circūciditur, non totam carnem exuit, sed solum præputiū, vbi corruptela frequentior: ita qui in occulto circūciditur, carnem illam exuit de qua scriptum est: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius vt flos fœni. aruit fœnum, & flos eius decidit. verbum autem domini manet in æternū. Et remanet caro, quæ vidēbit salutare dei, sicut scriptum est: Et videbit omnis caro salutare dei. Quę sit ista caro, munda aures, vt intelligas. Talis ergo debet esse in occulto circumcisio, vt nullam habeat comparationem cum ea quæ foris est circūcisione. Et ideo qui in occulto Iudæus est, ipse præstat, qui est à Iuda cuius manus supra ceruicem inimicorum eius, qui recubans requieuit vt leo, & vt catulus leonis, quem laudant fratres eius. Ab hoc Iuda non deficit princeps, quia sermo eius principes facit, qui non subiiciantur illecebris secularibus, & captiuentur voluptatibus istius mundi: Et quia ipse Iudas in hanc generationem venit, ideo plurimi qui postea generati sunt, proficiunt vt virtutū principatu gaudeant. Habeamus itaq; circūcisionem in occulto, & occulto Iudæum, qui est spiritualis. Spiritualis autem, vtpote princeps, diiudicat omnia, ipse autem à nemine diiudicatur. Debuit ergo legis mandato præscripta circūcisio quæ ex parte erat, cessare posteaq̄ venit qui circūcisionem faceret totius hominis, & impleret circumcisionem legis. Quis autem est iste nisi qui dixit: Non veni legē soluere, sed implere? Quanq̄ si diligenter intendas & illa sit ratio qua iā cessare debuerit præputii circumcisio, quia plenitudo gentium venit. Non enim Gētibus circumcisio mādata est, sed semini Abraham. Sic enim habes in primo oraculo: Et dixit deus ad Abraham: Tu autem testamentum meum obseruabis, tu & semen tuū post te in progenies eorum. Et hoc est testamentū meū quod obseruabis inter me & vos, & semē tuum post te in progenies eorum: Circumcidetur vestrum omne masculinū, & circumcidetis carnem præputii vestri, & erit in signo testamenti inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur vobis, omne masculinū in progenies vestras. Vernaculus domus tuæ & pecunia emptus ab omni filio alterius qui nō est ex semine tuo, circūcisione circumcidetur, & erit testamentum meū in carne vestra in testamentum æternum. Et incircūcisus masculus qui non circumciderit carnem præputii sui octaua die, exterminabitur anima illa de generatione illa, quia testamentum meū trāsgressus est. Hebræus quidem negatur habere de octaua die, sicut Aquila significat. Sed non in Aquila omnis authoritas, qui quasi Iudæus in litera præteriit nec posuit octauū diē. Interim & octauum diem & in signo datā circūcisionem audisti. Signū autem rei maioris indicium est, indicium veritatis futuræ, & datum testamentum Abrahæ & semini eius, cui dictū est: In Isaac erit semen tuum. Ergo circumcidi licuit Iudæum vel domi eius natum, vel pecunia eius emptum. Nō possumus deriuare hoc ad alienigenā aut proselytū, nisi fuerit in domo Abrahæ nati aut pecunia eius empti, vel seminis eius. Deniq; nihil dixit de proselytis, de quibus quando voluit dicere noīauit eos, sicut habes: Et locutus est dominus ad Moysen dicēs: Loquere ad Aaron, & ad filios eius, & ad oēs filios Israel, & dices ad eos: Homo homo à filiis Israel, & à proselytis qui sūt appositi vobis quicūq; fecerit holocaustū. Vbi ergo cōprehēdit eos, ibi lex eos tenet. Vbi oraculo nō significātur, quomodo astringi videntur? Si habes deniq; Dic filiis Aarō, quādo de sacerdotibus dicit. Habes quādo & de Leuitis dicit. Ergo omnifariam claret etiam secundum literā legis, quanq̄ lex spiritualis sit, & secundum ipsam tamen literam ad circunsionem teneri nō potuisse nationum populos, sed ipsam circūcisionē in signo fuisse donec plenitudo gētium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, circuncisus corde, non exigua mēbri vnius parte. Ergo satis & excusata à nobis & exclusa est Iudeorū manes hodieq; circumcisio. Quod autē reprehēsioni eam dicunt fuisse

I

2. Cor. 4.

Roma. 7.

Mat. 19.

1. Cor. 2.

Matt. 5.

K

Esa. 40.

Gene. 49.

L

Gene. 17.

M

Heb. 11.

Rom. 11.

A vel esse gentilibus, primum non habent reprehendere ipsi vel irridere quod alij consortes faciunt sui. Esto tamen fuerit quod irriderēnt. Quid hoc nos mouere debet, cum ipsa crux domini Iudæis scandalū, Græcis stultitia, nobis autem virtus dei sit atque sapientia? Et ipse dominus dixerit, Qui me confusus fuerit coram hominibus, cōfundar & ego eum corā patre meo qui est in cęlis. Docēs nos ijs quę ridētur ab hominibus, non cōmouendos, si qua pro religionis obsequio deferuntur.

Luc. 9.

LIBER DECIMVS.

DIVI AMBROSII AD THEOPHILVM, DOLENTER conquerentis de statu causę discordiarum inter Euagrium & Flauianum, & quid eum in hac re agere velit exponentis. Epistola. LXXVIII.

B AMBROSIVS THEOPHILO. NON habet quod vrgeat Euagrius, & habet quod metuat Flauianus, ideoq; refugit examen. Dent fratres veniam dolori iusto, quia p̄ ipsos vniuersus orbis concutitur. Et illi tamen nostro nō compatiuntur dolori, perstringi saltem se æquanimiter ferant ab ijs quos vident sua pertantorum curricula temporum vexari intentione. Inter hos etenim duos nihil quod ad Christi pacem pertineat, eligentes, grauis toto orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta synodus Capuensis tandem obtulerat portum trāquillitatis, vt omnibus per totum orientem daretur communio catholicam cōfitentibus fidem, & duobus istis tuę sanctitatis examen impartiretur, fratribus & consacerdotibus nostris Aegyptijs pariter confidentibus: quia hoc verum iudicium futurum arbitrati sumus, quod neutri parti sociata communione aliquo fauore protenderet. Cum ex his igitur æquissimæ synodi constitutis speraremus iam remedium datum finemq; oblatum discordiæ, scribit sanctitas tua iterum fratrem nostrum Flauianum ad precum auxilia, & imperialium rescriptorū suffragia remeauisse. Frustra ergo tantorum sacerdotum fusus labor, iterum ad huiꝰ seculi iudicia reuertendum, iterum ad rescripta, iterum vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria, iterum inualidi corpore patriam peregrino mutabunt solo, iterum sacrosancta altaria deserentur, vt in longinqua proficiscamur, iterum pauperū turbæ episcoporū, quibus ante onerosa paupertas non erat, externæ opis egentes compellentur inopiam gerere, aut certe victum inopum itineris vsurpare. Interea solus ex lex Flauianus (vt illi videtur) non venit quando omnes conueniC mus. Fœnerator & debitor inuicem sibi occurrunt, isti sibi nō possūt occurrere, solus exors Flauianus (vt ipse vult) sacerdotalis cōsortij, qui nec imperialibus decretis nec sacerdotum cōuentui præsentiam faciat sui. Nec tamen etiam hoc moti dolore, fratri Euagrio donamus speciē bonæ causę, qui eò defensabilior sibi videtur, q̄d eum refugit Flauianus, aut quòd habere se alterum arbitratur æqualem, vterq; alienæ mægis ordinationis vitijs q̄ suis fretus. Quos tamen nos in meliorem vocamꝰ viam, vt malimus eos suis potiꝰ bonis q̄ alieno vitio defendi. Qua de re quoniam proprijs texuisti literis posse typum reperiri aliquem quo possit auferri fratrum discordia, cum sancta synodus cognitionis ius vnanimitatis tuæ cæterisq; ex Aegypto consacerdotibus nostris cō miserit, iterum oportet fratrem nostrum Flauianum cōuenias, vt si in eo perseuerauerit quo veniendum nō putet, saluis cōcilij Niceni, sed etiam synodi Capuensis statutis, illibata pace vniuersorum ita consulas, vt non videamur destruere quod ædificatū est. Si enim quæ ædificaui destruo, præuaricatorē me ipse constituo: ac si quæ destruxi, iterum ædificem. Seruetur ergo impartitæ pa- D cis gratia inter vniuersos, & nihilominꝰ declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit. Sane referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrū Romanæ sacerdotem ecclesiæ, quoniam præsumimus ea te iudicaturum quæ etiam illi displicere nequeāt. Ita enim vtilè erit consultum sententiæ, ita pacis & quietis securitas, si id vestro statuatur consilio quod cōmunioni nostræ dissensionem nō afferat, vt nos quoque accepta nostrorū serie statutorū, cum id gestū esse cognouerimus quod ecclesia Romana haud dubie comprobauerit, lęti fructum huiusmodi examinis adipiscamur.

Diui Ambrosij ad Theophilum & Anysiū, excusantis se de iudicio ferēdo inter Bonosum Episcopū & accusatores eius, illisq; causam cōmittentis. Eosdem præterea approbātis meritò abhorruisse blasphemiā quorundam qui inuiolatam virginem Mariam plures peperisse filios mentiuntur. Epistola. LXXIX.

AMBROSIVS Theophilo & Anysio. Accepi literas vestras quibus vel pro veritate, vel pro modestia nostram sententiam scisciE tari voluistis. Sed cum huiusmodi fuerit cōcilij Capuensis iudicium, vt finitimi Bonoso atque eius accusatoribus iudices tribuerentur, & prę cipue Macedones qui cum Episcopo Thessalonicēsi de eius factis vel cognoscerent, aduertimus quod nobis iudicādi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie synodus, rectę de ijs quę comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Vestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, vel elabendi, vel accusatoribus vel accusato copiam dare. Vicem enim synodi recepistis, quos ad examinandum synodus elegit. Denique cū Bonosus episcopus post iudiciū vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium qui eius sententiam consuleret, interdictam sibi ecclesiam irrumpere atque ingredi, responsum est ei quod nihil temerandum foret, sed omnia modestę patienter ordine gerenda. Neque cōtra sententiam vestram tentandum aliquid, vt quod videretur vobis iustitiæ conuenire, statueretis, quibus hanc synodus dederat authoritatem. Ideo primum est vt ij iudicent quibus iudicandi facultas est data. Vos enim totius (vt scripsimus) synodi vice decernitis. Nos quasi ex synodi authoritate iudicare non conuenit. Sane non possumus negare de Mariæ filijs iure reprehensum, meritóque vestram sanctitatem abhorruisse, quòd ex eodē vtero virginali ex quo secundum carnem Christus natus est, alius partus effusus sit. Neque enim elegisset dominus Iesus nasci per virginem, si eam iudicalset tam incontinentem fore, vt illud genitale dominici corporis, illam aulam regis ęterni concubitus humani semine coinquinaret. Qui enim hoc astruit, nihil aliud nisi perfidiam Iudæorum astruit, qui dicunt eum nō potuisse nasci ex virgine. Nam si hanc accipiant à sacerdotibus authoritatem, & videatur Maria partus fudisse plurimos maiore studio veritatem fidei expugnare contendent. Et vbi est illud quod scriptū est, dicente domino ad matrem de Ioanne euangelista: Mulier ecce filius tuus, & rursus ad Ioannem de Maria: Ecce mater tua? Quid sibi istud vult quod cum in cruce dominus positus peccatū mundi tolleret, pronunciauit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur nisi vt claudat sua ora perfidia, obmutescat, ne matrem domini aliquo audeat temerare conuitio? Testis est ergo idem arbiter, idem materni pudoris assertor quod desponsata fuerit viro tantummodo Ioseph, nulla tamen coniugalis coitus consuetudine thori iura cognouerit. Neque enim eam susceptura ex Ioseph filios, à viri cōsortio separare voluisset. Sed si hoc parum est, addidit testimonium euangelista dicens, quod susceperit eam discipulus in suam. Nunquid ergo diuortium fecit? nunquid à viro abduz.).

Ioan. 19.

Gxit atque abstulit? Ergo qui hoc legit in euangelio, quomodo quasi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamentum filij est de matris integritate, hæc Mariæ locuples integri pudoris hæreditas, hic totius finis cõsummationis. Denique hoc dixit, & emisit spiritum, cõsummans omne mysterium bono fine pietatis. Legimus etiam & omnia percurrimus vel de eo quod fratri nostro, & Coepiscopo Basso in consortium regẽdæ ecclesiæ datus est Senecio, vel de cæteris, vnde vestræ normam expectamus sententiæ.

Syricij Papæ ad Mediolanensem ecclesiam, narrantis quid actum sit contra hæreticos qui sub velamento pij nominis serpentino sermone catholicam veritatem corrumpere, ac fideles Christianos sauciare moliti sũt, admonentisque, vt ab illis se custodiat.

Epistola LXXX.

SYRICIVS Mediolanensi ecclesiæ. Optatẽ semper fratres charissimi dilectionis & pacis vestræ synceritatis gaudia nunciari, ita vt vicissim discurrentibus literis sospitatis indicio iuuaremur vestro, quia non patitur nos quietos ab incursione sua vacare hostis antiquus ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, se ante decepit. Pudicitiæ aduersatius, luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur, ab
H stinentia puniẽdus odit ieiunia, ministris suis prædicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia repercussus dicentis, Manducemus & bibam⁹, cras enim moriemur. O infœlix audacia, ô desperatæ mentis astutia. Tam incognitus sermo hæreticorum intra ecclesias cancri more serpebat, vt occupans pectus, totum hominem præcipitaret in mortẽ. Et nisi dominus sabaoth laqueum quem parauerat dirupisset, scena tanti mali & hypocrisis publicata multorum simplicium corda traxerat in ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, malẽs per spatiosa volare, q̃ arctæ viæ iter per laborem transire. Qua de re necessarium satis fuit mihi quæ hic gesta sunt, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorãtia sacerdotis quispiam pessimorum ecclesiam irrumpẽtium sub religioso nomine contagio violaret: sicut scriptum est domino dicente, Multi venient
Mat.7. ad vos in vestimẽtis ouium, intus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos. Ii videlicet qui quasi vtilitate Christi nosse se iactent, vt sub velamento pij nominis gradientes domum orationis ingressi, sermonem serpentinæ disputationis effundant, vt sagittẽt in obscuro rectos corde, atque veritatẽ catholicam vertendo ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant, atque ouium simplicitatem defraudẽt. Et quidem multarum hæresium malignitatẽ ab apostolis nunc vsque didicimus, & experti abrogauimus: sed nunquã tales canes ecclesiæ mysteriũ latratibus fatigauerunt, qua
I les nunc subito hostes fidei erumpentes doctrina perfidię polluta, cuius sint discipuli, verborum fructibus ꝓdiderũt. Nam cum alij hæretici singula sibi genera quæstionum male intelligendo proposuerint conuellere atque concerpere de diuinis institutionibus: isti non habentes vestem nuptialem, sauciantes catholicos, noui & veteris testamenti (vt dixi) continentiam peruertentes, illecebroso atque ficto sermõe aliquot Christianos cœperunt iam vastare, atque suæ dementiæ sociare, intra se continẽtes nequitiæ suæ virus. Verum illecti blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt, & desperatæ mentis furore conciti passim in furorem gentilium publice à fidelibus Christianis viris genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatẽ subito scriptura honorifica videntur esse delati, vt sacerdotali indicio detecta diuinæ legi contraria spiritua
li sententia deleantur. Nos sane nuptias non aspernanter accipimus quibus velamine intecti sumus, Sed virginum nuptias deo deuotas maiore honorificentia venera- K
ramur. Facto igitur presbytero constitit doctrinæ nostræ, id est Christianæ legi esse contraria. Vnde apostoli secuti præceptum, quia aliter quàm quod accepimus annunciabant, omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum quàm totius etiam cleri vna suscitata fuit sententia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Prontinus, Martianus, Ianuarius & ingeniosus, qui authores nouæ hæresis & blasphemiæ inuenti sunt, diuina sententia & nostro iudicio in perpetuum damnati extra ecclesiam remanerent. Quod custoditu ram sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & presbyteros meos Crescentem, Leopardum, & Alexãdrum, qui religiosi officium fidei possint spiritu adimplere feruentes.

Diui Ambrosij, Bassiani, & cæterorum ad Syricium Papam, pastoralem illius solicitudinẽ circa ouile Christi custodiendum, & lupos arcendos commendantium, virginitatẽmque contra istorum dementiam coniugio præferentium. Immaculatam præterea Christi genitricem Mariam, ratione, testimonijs, figuris & exemplis astruentium in partu virginem permansisse. Præconia denique viduitatis attexentium, ac tandem Iouinianum & reliquos hæreticos esse damnatos infinuantium.

Epistola LXXXI.

DOMINO dilectissimo fratri Syricio Papæ L
Ambrosius Episcopus, Bassianus Episcopus, & cæteri. Recognouimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi ianuam serues, & pia solicitudine Christi ouile custodias, dignus quem oues domini audiant & sequãtur: & ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurres quasi prouidus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ feralisq̃ vlulatu dominicum ouile dispergãt. Laudamus hoc domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur si luporũ rabie grex domini perhorruit, in quibus Christi vocem nõ recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem seruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cælestium remunerationum inducere, quasi Christiana sit palma quã tribuit. (Hinc enim plurimi abundant tituli præmiorum) simul se isti condemnare coniugio. Sed quæ potest laus esse coniugij, si nulla virginitatis est gloria? Neque vero nos negamus sanctificatum à Christo esse coniugium, diuina vo Gene.2.
ce dicente: Erunt ambo in carne vna, & in vno spiritu. Sed prius est quod nati sumus, quàm quod affecti, multoq̃ præstantius diuini operis mysterium, quàm humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, sed M
melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo, Qui iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc enim cogitat quæ dei sunt, illa quę mundi. Illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum: illa sub lege, ista sub gratia. Bonum coniugium, per quod est inuenta posteritas successionis humanæ: sed melior virginitas, per quam regni cęlestis hereditas acquisita, & cælestium meritorũ reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus euenit: Denique speciale donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque ipse repræsentauit qđ elegit in matre. Quanta dementia funestorum latratuum, vt ijdem dicerent Christum ex virgine non potuisse generari. Quidam ferunt ex muliere, sed ex his humanorum pignorum patrib⁹ virgines permanere. Alijs ergo præstat Christus quod sibi (vt dicunt) præstare non potuit? Ille vero qui carnem suã suscepit, etsi homo factus est, vt hominem redimeret, atque à morte reuocaret, inuitatus tamen quasi deus munere venit in terras, Esaiæ.42.
vt quẽadmodum dixerat: Ecce facio omnia noua: partu Apoc.21.

A etiam immaculatæ virginis nasceretur, & sicut scriptũ est, vt crederetur nobiscum deus. Sed de via peruersitatis produntur dicere: Virgo concepit, sed non virgo generauit. Quæ potuit ergo virgo concipere, potuit virgo generare: cum semper cõceptus præcedat, partus sequatur. Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis angelorum dicentiũ,
Quia non est impossibile deo omne verbum. Credatur symbolo Apostolorum quod ecclesia Romana iteratũ semper custodit & seruat. Audiuit Maria vocem angeLucæ.1. li, & quæ ante dixerat, Quomodo fiet istud? non de fide generationis interrogans, respondit postea: Ecce ancilla domini, contingat mihi secundũ verbum tuum. Hæc est virgo quæ in vtero concepit, virgo quæ peperit filiũ.
Esaiæ.7. Sic enim scriptum est, Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium. Non enim concepturam tantummodo virginem, sed & parituram virginem dixit. Quæ autem est
Ezechie. 44. illa porta sanctorum, illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo, inquit, pertransibit per eam nisi solus deus Israel? Nonne est hæc porta Maria, per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc porta iustitiæ,
Matth.3. sicut ipse dixit, Sine nos implere omnem iustitiam. Hæc porta est beata Maria: de qua scriptum est, quia dominꝰ pertrãsibit per eam, & erit clausa post partum, quia virgo concepit & genuit. Quid autem incredibile si contra vsum originis naturalis peperit Maria & virgo pma
Psal.113. net, quando contra vsum naturæ mare vidit & fugit, atque in fontem suum Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidem quod virgo peperit, quando legimꝰ
B quòd petra vomuit aquas, & in mõtis speciem matris vnda solidata est. Non ergo excedit fidem quòd homo exiuit de virgine, quando petra profluxit, scaturiuit ferrũ super aquas. ambulauit homo super aquas. Ergo si ho-
Esaiæ.19. minem vnda portauit, nõ potuit hominem virgo generare: atque hominem de quo legimus: Et mittet illis dominus hominem qui saluos faciet eos, & notus erit dominus Aegyptijs? In veteri itaque testamento virgo Hebræorum per mare duxit exercitum: in nouo testamento virgo generis aula cælestis electa est ad salutẽ. Quid
Lucæ.2. autem etiam viduitatis attexamus præconia, cum in euã gelio post virginis celeberrimum partum Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo annis septẽ à virginitate sua, & hæc vidua annorum octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens die ac nocte? Et merito habilis viduitas. De
Ione.3. nique si Adam sic exegisset ieiunium, non fuisset nudus
Mat.17. effectus. Niniuen amor ieiunij liberauit. Et ipse dominus ait: Non eijcietur nisi per orationẽ & ieiunium. Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? cum iam dignum præmiũ retulerunt illi perfidiæ suæ, qui ideoq̃ huc venerunt, ne superesset locus in quo non dominarentur, qui vere se Manichæos probauerunt, non credẽ
C tes quia ex virgine vtiq̃ veniisset. Quænã hæc est suppar nouorum Iudęorum amentia? Si veniisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse. Ergo in phãtasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redemptor noster. Manichæus est qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat, & ideo non est illis remissio peccatorum. Sed est impietas Manichæorum, quam & clementissimus execratus est Imperator, & omnes qui illos viderunt, quasi quę dam contagia refugerunt, sicut testes sunt fratres & cõpresbyteri mei Crescens, Leopardus, Alexander, sancto feruentes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex vrbe quasi profugos repulerũt. Ita Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum, Genialem, Martianum, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua dãnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Incolumem te & florentissimum deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater. Item subscriptio. Ego Eusẽtius Episcopus saluto sanctitatem tuam in domino, D
& huic Epistolæ subscripsi. Maximus Episcopus, Felix Episcopus, Bassianus Episcopus, Theodulus Episcopꝰ, ex iussu domini Episcopi Geminiani, ipso præsente Aper presbyter subscripsi. Eustasius Episcopus, Constantius Episcopus, Eustasius Episcopus, & omnes ordines subscripserunt.

Diui Ambrosij ad Vercellẽsem ecclesiam, & eos qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, dolenter conquerentis quòd ipsa sola adhuc sacerdotem nõ habeat, illosq̃ admonentis vt parentum exempla sequantur ad postulandũ sacerdotẽ. Eorumq̃ præterea errorẽ qui nullũ dicũt esse abstinẽtiæ meritum, vel virginitatis fructum, rationibus, scripturis & exemplis cõstãtis, voluptatem quoq; condẽnantis, & ieiuniũ, abstinentiã, tẽperantiã ac virginitatẽ excellenter cõmendãtis. Vercel lenses deinceps ad constantiã & alias virtutes exhortantis. Quodq̃ maxime in episcopi petitione abesse debeat malignitas. Ac tandem qualis in episcopum eligendus, qualesve & ipsi esse debeant exponentis.

Epistola LXXXII.

AMBROSIVS seruus Christi vocatus episcopus, Vercellensi ecclesiæ, & ijs qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Gratia vobis à deo patre & vnigenito filio eius adimpleatur in spiritu sancto. Confligor dolore, quia ec- E
clesia domini quæ est in vobis, sacerdotẽ adhuc nõ habet, ac sola nũc ex omnibus Ligugiæ atque Aemiliæ Venetiarúmq; vel cęteris finitimis Italiæ partibus huiusmodi eget officio quod ex ea aliæ sibi ecclesiæ petere solebant, & (quod verecundius est) mihi adscribitur vestra intentio, quæ affert impedimẽtum. Nam cum sint in vobis dissẽsiones, quomodo possumus aliquid aut nos decernere, aut vos eligere, aut quisquã acquiescere, vt inter dissidẽtes susc ipiat hoc munus, quod inter cõuenięntes vix sustineatur? Hęc est illa cõfessoris institutio, hæc iustorum soboles patrum, qui sanctũ Eusebium quem nunquam ante cognouerant, posthabitis ciuibus simul vt viderunt, & probauerunt: tantumq̃ interfuit vt probaretur, quantum vt videretur? Merito vir tantus euasit quem omnis elegit ecclesia, merito creditum quod diui no esset electus iudicio, quẽ omnes postulauissent. Con uenit igitur vt sequamini exemplum parentum, præsertim cum à sancto confessore institutos meliores patribus esse oporteat, quãdo vos melior doctor instituit atque erudiuit, modestiæq̃ vestræ & concordiæ insigne edere, vt congruatis assensu ad postulandum sacerdotem. Etenim si iuxta dominicam sententiam, quod duo
bus conuenerit super terram, de omni re quamcunque Mat.18.
petierint, fiet inquit à patre meo, qui in cælis est: vbi enim sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum: quanto magis vbi plena est in nomine domini congregatio? Vbi vniuersorum postulatio con F
gruit, dubitare vos nequaquam oportet ibi dominum Iesum & voluntatis authorem, & petitionis arbitrum fore, & ordinationis præsulem, vel largitorem gratiæ. Facite ergo vos dignos videri quorum in medio Christus sit. Vbi enim pax, ibi Christus: quia pax Christus. Vbi iustitia, ibi Christus: quia Christus est iustitia. Sit in medio vestrum, vt videatis eum, ne dicatur & vobis: Medi- Ioãnis.1.
us autem vestrum stat, quem vos non videtis. Non illũ viderunt Iudæi, in quem non crediderunt: nos illum de uotione conspicimus, fide cernimus. Stet igitur in medio vestrum, vt aperiantur vobis cæli qui enarrant gloriam dei, vt voluntatem eius faciatis, & operemini opꝰ eius. Qui videt Iesum, cæli ei aperiuntur, sicut aperti Actuũ.7.
sunt Stephano dicenti: Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem ad dexteram dei. Stabat Iesus quasi aduocatus: stabat quasi solicitus, vt Stephanum athletam suum certantem iuuaret: stabat quasi paratus vt coronaret suum martyrem. Stet igitur & vobis, vt eum non ti-

G meatis ſedentem. Sedens enim iudicat, ſicut Daniel di-
Danie.7. cit: Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt: & antiquus
dierum ſedit. In octogeſimo autem primo Pſalmo ſcri-
Pſal.81. ptum eſt: Deus ſtetit in congregatione deorum, in me-
dio autem deos diiudicat. Stet vobis. Sedēs igitur iudi-
cat, ſtans iudicat, & iudicat imperfectis, inter deos autē
diiudicat. Stet vobis vt defenſor, vt bonꝰ paſtor, ne vos
lupi incurſent graues. Quo non ocioſe noſtra admoni
tio deflectit. Audio enim homines qui dicunt nullum eſ
ſe abſtinentiæ meritum. nullum frugalitatis, nullam vir
ginitatis gratiam, pari omnes æſtimari precio, delyrare
eos qui ieiunijs caſtigent carnem ſuam, vt menti ſubdi-
tam faciant. Quod nunquam feciſſet, nunquam ſcrip-
ſiſſet ad inſtruendum alios Paulus apoſtolus, ſi delyra-
1. Cori.9. mentum putaſſet. Gloriatur itaque dicens: Sed caſtigo
corpus meum, & ſeruituti redigo, ne alijs prædicās ipſe
reprobus inueniar. Ergo qui non caſtigant corpus ſuū,
& volunt prædicare alijs, ipſi reprobi habētur. An quic
quam tam reprobum, quām qđ ad luxuriam, ad corru-
ptelam, ad laſciuiam prouocat, quām incitamentum li-
bidinis, incontinentiæ fomes, incendium cupiditatis?
Quæ iſtos Epicureos noua ſchola miſit, non philoſo-
phorum, vt ipſi aiūt, ſed imperitorum, qui voluptatem
prædicent, delicias ſuadeant, caſtimoniam nullius eſse
1. Ioan. 2. dicant vtilitatis? Fuerunt nobiſcum, ſed non fuerunt ex
H nobis. Neque enim pudet dicere quod dicit Euangeliſta
Ioannes. Sed hic poſiti primo ieiunabāt, intra monaſte-
rium continebantur, nullus erat luxuriæ locus, interdi
cta ludibrioſæ diſputationis licentia. Hoc delicati non
potuerunt ferre. Abierunt, deinde volentes redire non
ſunt recepti. Pleraque enim audieram quæ deberent ca
uere. Monueram, nihil profeceram. Efferueſcentes ita-
que diſſeminate talia cœperunt, quibus incentores eſ-
ſent vitiorum omnium. Miſerabiles, perdiderūt vtique
quod ieiunauerunt. Perdiderunt quod ſe aliquo conti-
nuerunt tempore. Nūc itaque diabolico ſtudio inuidēt
aliorum operibus bonis, quorum ipſi fructu exciderūt.
Quæ virgo audiat nullum præmium eſse integritatis, &
nō ingemiſcat. (Abſit enim vt facile credat) certe vt nō
ſtudia deponat, & intentionem ſuæ mētis inflectat? Que
vidua quum cōceperit nullum eſse fructum viduitatiſ,
malit ſeruare fidem cōiugij, & in triſtibꝰ degere, quām
lætioribus ſe credere? Quæ coniugij diſtricta vinculo, ſi
audiat quod nullus honos caſtitatis ſit, non poſsit incu
rioſa tentari corporis aut mentis facilitate? Et ideo ec-
cleſia quotidie in lectionibus ſacris, in ſacerdotum tra-
ctatibus laudem pudicitiæ, gloriam integritatis perſo-
1. Cor.5. nat. Fruſtra ergo dicit Apoſtolus, Scripſi vobis in epi-
ſtola, ne commiſceamini fornicarijs. Et ne forte dicant,
I Non de omnibus mundi nos dicimus fornicarijs, ſed di
cimus quòd qui fuerit in Chriſto baptizatus, haberi iam
non debeat fornicarius, ſed qualiſcunque vita eius ac-
cepta ſit deo: ideo addidit Apoſtolus: Non vtique for-
nicarijs huius mundi. Et infra: Si quis frater nominatur
fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiēs, aut maledicus,
aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi nec cibum qui-
dem ſumere. Quo enim mihi de ijs qui foris ſunt iudica
Ephe.5. re? Et ad Epheſios. Fornicatio & omnis immunditia &
auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Et
infra. Hoc enim ſcitote quòd omnis impudicus, aut im-
mūdus, aut auarus, qđ eſt idololatra, nō habet hæredita
tem in regno Chriſti & dei. De baptizatis vtiq; dictum
liquet. Ipſi enim accipiūt hæreditatē, qui baptizantur in
morte Chriſti, & cōſepeliuntur cum Chriſto, vt cū ipſo
reſurgāt. Ideo hæredes dei, cohæredes Chriſti. Sūt hære
des dei, quia tranſcribitur in eos dei gratia: cohæredes
Chriſti, quia renouātur in vitā ipſius. Hæredes quoque
Chriſti, quia datur illis per mortē ipſius tanꝙ teſtatoris
hereditas. Iſti igitur magis ſibi debēt attēdere qui habēt
quod poſsint amittere, ꝙ qui nō habēt. Iſti maiore agere
cuſtodia, iſti cauere vitiorum illecebras, erroris incita-

menta, quæ maxime cibo potuq; oriuntur. Deniq; ſedit Exo.32.
populꝰ māducare & bibere, & ſurrexit ludere. Ipſe quo K
que Epicurus, quem iſti ſibi magis ſequēdum ꝙ Apoſto
los putant, aſſertor voluptatis, etſi neget inuectricē ma
li eſse voluptatem, non negat tamen ex ea fieri quædam
ex quibus generētur mala. Denique nec luxurioſorum
vitam reprehenſibilem videri, quæ repletur delectatio-
nibus, niſi vel doloris vel mortis quatiatur metu. At-
que hic quàm alienus à vero ſit, etiam hic deprehendi-
tur, quod voluptatem in homine deo authore creatam
aſſerit principaliter: ſicut Philuminaris eius ſectator in
Epitomis ſuis diſputat, & huius allegat hiſtoricos eſse
authores ſententiæ. Sed hoc diuina ſcriptura redargui-
t, quæ ſerpentis inſidijs atque illecebris infuſam Adæ at
que Euæ voluptatem docet. Siquidem ipſe ſerpens volu
ptas ſit, & ideo variæ ac lubricæ & velut veneno quodā
corruptelarum infectæ paſsiones voluptatis ſint. Appe-
tentia igitur voluptatis cōſtat acceptum Adam excidiſ-
ſe mandato dei, & fructu gratiæ. Quomodo igitur volu
ptas ad paradiſum reuocare nos poteſt, quæ ſola nos pa
radiſo exuit? Vnde & dominus Ieſus volens nos aduer-
ſus diaboli tentamenta fortiores reddere, certaturus ie-
iunauit, vt ſciremus quia aliter illecebras mali non poſ
ſemus vincere. Denique ipſe diabolus primum tētamē- L
torum ſuorum ſpiculum de voluptate intorſit dicēs. Si Mat. 4.
filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Vnde ait domi
nus: Non in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo
dei. & noluit facere, cum poſſet, vt magis lectionis ſtu-
dio ꝙ voluptatis intendere nos ſalutari præcepto doce-
ret. Et quia iſti ieiunandum negant, qua cauſa Chriſtus
ieiunauerit aſtruant, niſi vt nobis exēplo eſset eius ieiu
nium. Deniq; in poſterioribus docuit nō facile malū poſ Ibidē. 17.
ſe niſi noſtro vinci ieiunio, dicēs, Hoc genus nō ejicitur
niſi in oratione & ieiunio. Quid etiā ſibi vult ſcriptura Actuū. 10
quæ docet ieiunaſſe Petrū, & ieiunāti atq; oranti de ba-
ptizandis gentibus reuelatū myſteriū, niſi vt oſtenderet
etiā ipſos ſanctos cum ieiunant, tunc fieri præſtātiores? Exod.34.
Deniq; Moyſes cū ieiunaret, legē accepit. Et ideo Petrus
cū ieiunaret, edoctus eſt noui teſtamenti gratiā. Daniel Danie.14
quoq; ieiunij merito ora clauſit leonū, futurorūq; tēpo-
rū vidit negocia. Aut quæ nabis ſalus eſse pōt niſi ieiu-
nio eluerimus peccata noſtra: cū ſcriptura dicat: Ieiuni Tobię.4.
um & eleemoſyna à pctō liberat? Qui ſunt ergo hi præ- &.12.
ceptores noui qui meritū excludāt ieiunij? Nōne gētilū
vox iſta eſt dicentiū: Māducemus & bibamus? Quos be
ne irridet Apoſtolus dicēs: Si ſecundū hominē pugnaui 1.Cor.15.
Epheſi ad beſtias, quid mihi prodeſt, ſi mortui nō reſur
gūt? Māducemus & bibamus: cras enim moriemur. Hoc
eſt: Quid mihi, pfuit vſq; ad mortē cōtētio, niſi vt homi
nē redimerem meum? Qui fruſtra redimitur ſi nulla eſt M
ſpes reſurrectionis. Ac p hoc ſpe oī redēptionis amiſsa
māducemus & bibamꝰ: ne amittamus fructū præſentiū,
qui futurorū nullū tenemus. Illorū ergo eſt cibis & poti
bus indulgere, qui nihil poſt mortē ſuā ſperāt. Denique
Epicurei dicūt aſsertores voluptatis, quia mors nihil ad
nos. Quo demōſtrāt corpore ſe tātū nō mēteviuere: nec
animæ fungi, ſed carnis ſolius munere, qui ſeceſsione
animæ corporiſq; diſſolui munus ſuæ vitæ omne exiſti-
ment, perire merita virtutū, atq; animæ omnē vigorē, to
tos ſe deficere cū corporis ſenſu, nihil reliquiarū ſupeſ
ſe animæ, cum ipſum corpꝰ nō ſtatim reſoluatur. Prius
ergo diſſoluitur anima ꝙ corpus: cū ſecūdū ſuā opinio-
nem vel carnē & oſsa cōſiderare debeāt, quę poſt mortē
ſuperſunt, ſecūdū veră autē aſsertionē negare nō debe-
ant reſurrectionis gratiam. Merito ergo hos redarguēs
Apoſtolus monet nos ne talibus labamur opinionibus, Ibidem.
dicēs. Nolite ſeduci, corrūpunt mores bonos colloquia
mala. Sobrij eſtote iuſte, & nolite peccare. Ignorantiam
enī dei quidā habēt. Bonū ergo ſobrietas, quia peccatū
ebrietas eſt. Quid quod ille Epicurus defenſor volupta
tis, cuius ideo frequentem facimus mentionē, vt hos aut

A gentilium diſcipulos, & Epicuræa ꝓbemus ſectā ſequi,
aut illū ipſum quē ipſi philoſophi à ſuo excludūt cōſor
tio tanꝙ patronū luxuriæ, tolerabiliorē his eſse docea-
mus? Clamat ergo ille (vt Demarchus aſserit) quia non
potationes, neq; comeſsationes, nec filiorū ſoboles, nec
fœminarū copulę, nec piſcių copia, alioruṁq; huiuſmo
di, quę ſplēdido vſui parātur cōuiuij, ſuauē vitā faciant,
ſed ſobria diſputatio. Deniq; addidit quòd copijs cōui-
uij moderate vtātur, qui nō immoderate eas querūt. Suc
co ſolo & pane vel aqua qui libēter vtitur, deſpuit deli-
ciarū epulas, quia multæ ex his generātur moleſtiæ, Etiā
alibi dicūt: Non immoderatę epulæ, nō potationes, volu
ptatis ſuauitatē generāt, ſed cōtinēs vita. Cū igitur illos
abdicauerit philoſophia, hos non excludit eccleſia? Si-
quidē & illi, qđ malā cauſam habēt, ſe aſsertionibꝰ ſuis
impugnāt frequēter. Nam etſi principalis eorū ſentētia
ſit quòd nullā ſuauitatē voluptatis putent niſi quæ cibo
potuq; percipiatur, tamē intelligētes in tā reprehēſibili
definitiōe verſari ſe ſine ſummo dedecore nō poſse, ac,
deſeri ab oībus, fuco quodā probabiliū diſputationū ea
colorare voluerūt, adeo vt diceret quidā ex ijs: Dum ſtu
demus delectationi per epulas & cantus, amiſimus eam
quę per verbi, quo ſolo ſalui eſse poſsumus, infunditur
perceptionē. Nōne iſti diſpares, diſcolores in hac multi
B formi diſputatione nobis videtur, quos adeo ſcriptura
cōdēnat, vt nō prēterierit eos quos Apoſtolus redargue
bat, dicēte Luca in actibus apoſtolorū, qui eum librū hi
ſtorico ſtylo ſcripſit: Quidā autē Epicuræi & Stoici phi
Actu.17. loſophi diſputabāt cū eo, & quidam dicebāt, Quid vult
hic ſeminiuerbius? Alij autē, Nouorū dęmoniorū vide-
tur, pnūciator eſse. Ex hoc tamen numero nō immunis
gratiæ abijt Apoſtolus. Siquidē etiā Dionyſius Ariopa-
gites cū Damari vxore ſua alijſq; multis credidit. Itaq;
illi doctiſsimorū & eloquentiū cœtus ſimplici diſputa-
tione victos ſe eſse credētiū exēplo manifeſtarūt. Quid
igitur ſibi iſti volunt qui tentāt eos puertere quos acqui
ſiuit Apoſtolus, quos redemit Chriſtus ſanguine ſuo?
Quid eſt qđ aſserūt baptizatos intēdere nō debere vir-
tutū diſciplinis, nihil illis obeſse comeſsatiōes, nihil vo
luptatū affluētiā, inſipiētes eſse eos qui ijs careāt: virgi-
nes oportere nubere, filios facere, ſimiliter & viduas ite
rare qđ ſemel male virili admixtione experte ſint, etiā ſi
ſe cōtinere poſsint, errare eas quæ nolūt iterare copulā?
Quid ergo? Placet vt hominē exuētes, induamus pecu-
dē: & expoliātes Chriſtū, veſtiamur aut ſuperueſtiamur
amictus diaboli? Sed quū ipſi doctores gentiū ne hone-
ſtatē quidē cum voluptate copulandam putauerint, eō
quòd pecudem viderentur cū homine induere: nos bel
uinos vſus humano infundamus pectori, & rationabili
menti inſcribamus irrationabiles ritus ferarum? Quan
quam multa genera ſint animantiū quæ amiſso pari cō-
C cubitui indulgere neſciant, & tanꝙ ſolicitariæ vitæ æuū
exigant: plurimā quoque hærbis veſcātur ſimplicibus,
nec alio niſi fonte puro ſitim reſtinguere nouerint: ca-
neſque videamus frequēter interdicto cibo tēperare ſo
litas, vt ieiuna fame ora ſuſpendāt ſi imperetur abſtinē-
tia. Ab hoc igitur reuocātur homines, qđ didicerūt per
hominē etiā mutæ nō prævaricari beſtiæ? Quid autē pul
chrius abſtinentia, quæ facit etiā iuuentutis annos ſene-
ſcere, vt fiat morū ſenectus? Nanque vt redūdantia cibo
rum ac temulentia etiā maturior ætas caleſcit, ita mitiga
tur iuuentutis ferocitas epularum parſimonia, irriguó-
que fontis: & exterior ignis aquæ infuſione extinguitur:
non mirum ſi etiam interiora æſtus corporis fluuiali po
tu refrigerātur. Cibo enim fláma alitur ac deficit. Siqui-
dem fœnū, ſtipulam, lignum, oleum, aliaq; huiuſmodi
alimēta ignis ſunt, quibus paſcitur: ea ſi detrahas, vel nō
ſuggeras, etiā ignis ſopitur. Similiter ergo vapor corpo
ris cibo alitur aut minuitur: cibo excitatur, cibo ſoluī-
tur. Luxuria igitur mater libidinis eſt. Quid quòd natu-
ræ cōueniēs tēperantia eſt, atque illi diuinæ legi quæ in

ipſo rerum ortu omnes fontes potui, fructꝰ arborū eſui D
dedit? Vinum poſt diluuiū iuſtus ad tentationem ſui re-
perit. Vtamur ergo tēperātiæ naturali cibo, vtinā; poſ-
ſimus. Sed quia nō omnes fortes, ideo Apoſtolus ait: Vi 1. Tim.5.
no modico vtere, ꝓpter frequentes tuas infirmitates. Nō
ergo propter voluptatem bibendū eſt, ſed ꝓpter infir-
mitatē. Pro remedio igitur parcius, pro delicijs redun-
dantius. Denique Helias quē dominus ad virtutis eru- 3.Reg.19.
diebat profectionē, ad caput ſuū collyridā & vas aquæ
reperit, & ideo in virtute eſcæ illius quadraginta diebꝰ
ieiunauit. Patres noſtri quum mare tranſirent pedibus,
aquam non vinū bibebant. Daniel & Hebræi pueri pa- Danie.1.
trio cibo, & aquæ potu, illā furorem leonū repreſsit, iſti
ardentem ignem innoxio videre tactu circa mēbra ſua
paſci. Et quid de viris loquar? Iudith luxurioſo Holo- Iudith. 12
pherni haud quaquā inflexit cōuiuio, ſolo titulo ſobrie
tatis deſperatū lacertis virilibus reportauit triumphū,
patriam obſidione exuit, ducem militiæ ſuis manibus
occidit. Exemplum euidens quod & illum terribilē po-
pulis bellatorem virum luxuria ſua emolliuit, & hanc
fœminam tēperātia cibi fortiorē viris fecit. Non hic in
ſexu ſuo victa eſt natura, ſed in cibo ſuo victa eſt, & re-
gem ſuperbum ſuis inclinauit ieiunijs. Anna octoginta
quatuor annos in viduitate ſua ieiunijs & obſecrationi
bus in templo die ac nocte ſeruiēs, Chriſtum agnouit. E
Quem Ioannes abſtinentiæ magiſter quidam nouus ter
rarum angelus annunciauit. O ſtultū Heliſęum qui ſyl-
ueſtribꝰ ramis & amaris paſcebat prophetas, Immemo
rem ſcripturarum Eſdram, qui memoria ſcripturas red
didit, Inſipiētem Paulum, qui gloriatur ieiunijs, ſi nihil
profunt ieiunia. Sed quomodo non proſunt, quibus vi-
tia purgantur? Quæ ſi deferas cum humilitate, cum mi-
ſericordia, vt Eſaias ſpiritu diuino locutus eſt, oſsa tua Eſaię. 58.
pinguęſcent, & eris ſicut ortus ebrius. Pinguęſcit igitur
anima tua, virtuteſq; eius ſpiritualiadipe ieiunij, & fru-
ctus tui multiplicantur vbertate mentis tuæ, vt ſit in te
ſobria ebrietas, ſicut illud eſt poculum de quo ait pro-
pheta, Et poculum tuum inebrians ꝙ præclarū eſt. Sed Pſal.22.
nō illa ſolum laudabilis quæ parca eſt ciborū tēperātia,
ſed etiā illa quæ concupiſcentiæ. Denique ſcriptum eſt,
Poſt concupiſcētias tuas ne eas, & à voluptate tua veta- Eccle. 18.
re. Si dederis animæ tuæ concupiſcentiā, gaudio eris ini
micis tuis. Et infra, Vinū & mulieres apoſtatare faciunt
etiam ſapientes. Vnde Paulus etiam in ipſis coniugijs tē
perantiam docet. Eſt enim velut quidam adulter incon
tinens in matrimonio, qui legem apoſtolicam prævarica-
catur. Quid autem loquar quāta ſit virginitatis gloria,
quæ meruit à Chriſto eligi vt eſset etiā corporale dei tē-
plum, in qua corporaliter (vt legimus) habitauit pleni- Coloſ.2.
tudo diuinitatis? Virgo genuit mundi ſalutem, virgo pe
perit vitam vniuerſorum. Sola ergo non debet eſse vir-
ginitas, quæ omnibus in Chriſto profuit? Virgo porta- F
uit quē mundus iſte capere aut ſuſtinere nō poteſt. Qui
cum ex Mariæ naſceretur vtero, genitale tamen ſeptum
pudoris, & intemerata virginitatis conſeruauit ſignacu
la. Itaque in virgine Chriſtus reperit quod ſuū eſse vel-
let, quod ſibi omniū dominus aſsumeret. Per virū aūt &
mulierem caro eiecta de paradiſo, per viginem iūcta eſt
deo. Quid de altera Moyſi Maria loquar, quæ fœminei
dux agminis pede tranſmiſit pelagi freta? Quo munere
autem venerabilis Theclaetiam leonibus fuit, vt ad pe-
des prædæ ſuæ ſtratæ impaſtæ beſtiæ ſacrum deferrēt ie-
iunium, nec procaci oculo virginē nec vngue violarēt
aſpero, quoniā & ipſo aſpectu virginitatis violatur ſan
ctitas? Denique qua reuerentia virginitatis locutus eſt
ſanctus Apoſtolus, De virginibus præceptū domini nō 1. Cor. 7.
habeo, conſiliū autē do tanꝙ miſericordiā conſecutus à
domino? Præceptū nō habet, conſiliū habet. Non enim
precipitur quod ſupra legē eſt, ſed magis dato ſuadetur
conſilio. Nec authoritas preſumitur, ſed demonſtratur
gratia: nec à quocunque demōſtratur, ſed ab eo qui mi-

G fericordiam dei meruit. Horũ ergo meliora q̃ apostolorum cõsilia? Apostolus dicit, Cõsiliũ do. isti diſsuadẽdũ putant. ne qua ſtudeat virginitati. Cuius quãtam laudẽ breui verſiculo ꝓpheta expreſserit, vel potius Chriſtus
Canti. 4. in propheta, debemus cognoſcere. Ortus, inquit, clauſus ſoror mea, ort⁹ clauſus, fons ſignatus. Chriſtus hoc dicit ad eccleſiam, quam vult eſse virginem ſine macula, ſine ruga. Bonus ortus virginitas, quæ plurimos boni ferat fructus odoris. Ortus clauſus, quia vndique vallata eſt muro caſtitatis. Fõs ſignatus, eò quòd virginitatis ſit fons & origo pudicitiæ, quæ inuiolata cuſtodiat integritatis ſignacula, in quo fonte imago dei luceat: quia cum mũditia corporis cõgruit etiã puritas ſimplicitatis. Non poteſt dubitare quiſquã quòd eccleſia virgo ſit, quã etiã in Corinthijs deſpondit Apoſtolus Paulus virginem caſtam aſsignare Chriſto. In ſuperiore igitur epiſtola dat conſilium, & exiſtimat bonum eſse munus virginitatis, vt nullis inſtantis ſeculi turbetur neceſsitatibus, nulla illuuie coinquinetur, nullis exagitetur procellis. In poſteriore ſpõſor eſt Chriſto quòd virginitatẽ eccleſiæ in illius plebis cõſignare poſsit integritate. Reſponde mihi nunc Paule qua ratione propter inſtantem neceſsitatem des conſilium: quoniã qui ſine vxore eſt, ſolicitus, inquit, eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo. Et
1. Cor. 7. addidit: Et mulier innupta & virgo cogitat quæ ſunt domini, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Habet igitur murũ ſuum aduerſus mũdi huius turbines, & ideo ſepto diuinæ munita protectiõis nullis ſeculi flabris inquietatur,
H Bonum ergo conſilium, quia in cõſilio vtilitas eſt, & in præcepto laqueus. Conſilium inuitat voluntarios, præceptũ aſtringit inuitos. Siqua ergo ſecuta fuerit conſilium, & eam non pœnituerit, acquiſiuit vtilitatem. Si quã vero pœnituerit, nõ habet quod accuſet Apoſtolũ. Ipſa enim de infirmitate ſua iudicare debuit, & ideo ſibi voluntatis ſuæ rea eſt, cuius grauiore q̃ ferre poſset laqueo ſe ac nodo ligauit. Itaque tanquam bonus medicus qui & fortioribus ſtabilitatem virtutis cõſeruare cupiat, & infirmis ſalubritatem dare, alijs dat cõſiliũ, alijs demon
Roma. 14 ſtrat remediũ. Qui infirmus eſt, olera manducet, accipiat vxorẽ: qui validior eſt, fortiorẽ virtutis cibum expe-
1. Cor. 7. ctet. Meritoq; adiunxit: Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus nõ habẽs neceſsitatẽ, poteſtatẽ autẽ habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Mulier vincta eſt legi quãto tẽpore vir eius viuit. Quod ſi dormierit vir eius, libera eſt: cui vult nubat, tantũ in domino. Beatior autẽ erit ſi ſic permãſerit, ſecundũ meũ cõſiliũ. Puto enim q̃d & ego ſpiritũ dei habeo. Hoc eſt cõſilium dei habere, explorare diligẽter omnia, & quæ meliora ſunt ſuadere, & quæ tutiora demonſtrare. Prouidus doctor multas oſtendit vias, vt qua vult vnuſquiſq; quã ſibi accõmodam arbitratur incedat, dũmodo occurrat quo poſsit incapt⁹ prætẽdere. Bona virginitatis via, ſed ſublimis & ardua validiores requirit. Bona etiam viduitatis, non tam difficilis vt ſuperior, ſed cõfragoſa & aſpera cautiores exigit. Bona etiam matrimonij, plena & directa lõgiore circuitu ad caſtra ſanctorũ perueniunt. ea plurimos recipit. Sunt ergo virginitatis præmia, ſunt merita viduitatis, eſt etiam coniugali pudicitiæ locus. Gradus ſingularũ ſunt & incrementa virtutũ. State igitur in corde veſtro, ne quis vos ſubruat, ne quis poſsit ſubuertere. Docuit nos Apoſtolus quid ſit ſtare, hoc eſt
Exodi. 3. quod Moyſi dictũ eſt: Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Nemo enim ſtat niſi qui fide ſtat, niſi qui fix⁹ ſtat
Deute. 5. ſui cordis ſentẽtia. Alibi quoq; legimus, Tu autẽ hic ſta mecũ. Vtrũque ad Moyſen à domino dictum eſt, Vbi tu ſtas, terra ſancta eſt: & hic ſta mecũ. hoc eſt, mecũ ſtas, ſi ſtes in eccleſia. Ipſe enim locus eſt ſanctus, ipſa terra fœcunda ſanctitatis, & opima virtutũ meſsib⁹. Sta ergo in eccleſia, ſta vbi tibi apparuit, ibi ego tecũ ſum. Vbi eſt eccleſia, ibi firmiſsima ſtatio tuæ mentis eſt: ibi funda-

mentum animi tui, vbi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis in rubo, ego in carne propterea ignis, vt tibi K
luceam, vt tuas ſpinas & tua peccata conſumã, & meam tibi demonſtrẽ gratiam. Stantes ergo in corde veſtro lupos fugate ab eccleſia quærẽtes prædam tollere. Non ſit in vobis deſidia, non ſit prauum os, lingua amarior. No
lite in concilio vanitatis ſedere. Scriptum eſt enim: Nõ Pſal. 25
ſedi in concilio vanitatis. Nolite audire detrahentes ꝓximis, ne dum auditis alios, prouocemini vt & ipſi detrogetis proximis, & dicatur vnicuique veſtrum: Sedens ad Pſal. 49
uerſus fratrem tuum detrahebas. Sedentes detrahunt, ſtantes autem dominum benedicunt, quibus dicitur: Ec- Pſal. 133
ce nunc benedicite dominum omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo domini. Qui ſedit (vt de corporeo vſu loquar) quaſi ocio, & reſoluitur corpore, atque intentionẽ mentis relaxat. Stat autẽ ſpeculator, puidus, & explorator impiger, peruigil cuſtos, qui prætendit in caſtris.
Bellator quoq; ſtrenuus ante expectatũ ſtat in agmine, 1. Cor. 10
qui vult aduerſarij cõſilia præuenire. Qui ſtat, videat ne cadat. Qui ſtat, obtrectare neſcit. Ocioſorũ etenim fabulæ ſunt, quibus obtrectatio ſeritur, malignitas prodi- Pſal. 15
tur. Vnde ait ꝓpheta: Odio habui cõgregationem malignorũ, & cũ impijs nõ ſedebo. Et in trigeſimoſexto pſal- Pſal. 36
mo, quẽ præceptis referſit moralibus, in principio ſtati
poſuit: Noli æmulari inter malignãtes, neque æmulatus fueris facientes iniquitatẽ. Malignitas plus nocet q̃ malitia, quia malignitas nec purã ſimplicitatem habet, nec apertã malitiã, ſed abſconditam maleuolentiam. Difficilius autem cauentur occulta, q̃ quæ ſunt cognita. Vn- L
de & ſaluator noſter à ſpiritibus malignis cauendũ admonet, quod nos blandarum ſpecie voluptatum capiant, ceterarumq; rerum ſimulatione, cum ambitionem, honorem, auaritiam, diuitias, ad ſuperbiã potentiæ lenocinia prætendunt. Itaque cũ in omni actu, tum maxime in epiſcopi petitione abeſse debet malignitas, in quo vita formatur omniũ, vt placido & pacifico iudicio præferatur vir omnibus, qui eligatur ex omnibus, & qui mereatur omnibus: Etenim manſuetus homo, cordis medicus eſt. Huius ſe medicũ etiã dominus in euãgelio loquitur dicens: Non opus eſt ſanis medicus, ſed ijs qui Mat. 9
male habẽt. Bonus medicus, qui infirmitates noſtras accepit, ſanauit ægritudines: & tamẽ iſte (ſicut eſt ſcriptũ)
non ſe honorificauit fieri ſummũ ſacerdotẽ, ſed qui locutus eſt ad eum, pater dixit, Filius meus es tu, ego ho- Hebræ. 5
die genui te. Sicut & alibi dicit, Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Qui quoniã typus futurus erat ſacerdotũ omniũ, ideo carnẽ ſuſcepit, vt in diebus carnis ſuæ preces & ſupplicationes deo patri cũ magna voce & lachrymis offerret, & ex ijs quæ paſsus eſt, quãuis eſset filius dei, diſcere videretur obedientiã, M
quã nos doceret, vt nobis fieret author ſalutis. Denique cõſummatis paſsionibus tanq̃ cõſummatus ipſe ſanitatẽ dedit omnib⁹, peccatũ tulit omniũ. Ideo & Aaron ſacerdotẽ ipſe elegit, vt nõ humana cupiditas in eligendo ſacerdote preponderaret, ſed gratia dei: nõ voluntaria oblatio, nec ꝓpria aſsumptio, ſed cæleſtis vocatio: vt is offerat munera ꝓ peccatis, qui poſsit affici ꝓ peccãtib⁹: quia & ipſe, inquit, geſtat infirmitatẽ. Non ſibi quis honorẽ debet ſumere, ſed vocatus à deo. ſicut & Aaron, ita & Chriſtus nõ ex ſe ſibi accepit ſacerdotiũ. Denicq; cum ab Aaron per genus ducta ſucceſsio, generis magis tenere hæredes, q̃ iuſtitiæ cõſortes, ꝓpterea ad typum illius Melchiſedech quem in veteri teſtamẽto legimus, verus Melchiſedech, verus rex pacis venit, ver⁹ iuſtitiæ rex venit. Hoc enim habet nominis iterpretatio, ſine patre, ſine matre, ſine generationis enumeratione, neque initiũ dierũ, neque finẽ vitę habens, q̃d & ad filiũ dei refertur, qui matrẽ in illa diuina generatione neſciuit, patrem in hoc virginis Mariæ partu ignorauit, ex patre ſolo natus ante ſecula, ex virgine ſola ortus in hoc ſeculo. Initium dierũ habere vticq; nõ potuit, qui erat in principio. Quos

A modo vitæ finem haberet, qui vitæ auctor omnibus eſt? Ipſe principium & finis omnium. Sed refertur ad exemplum, vt tanquam ſine patre & ſine matre ſacerdos eſse debeat, in quo non generis nobilitas, ſed morum eligatur gratia, & virtutũ prærogatiua. Sit in eo fides, & morum maturitas, non alterum ſine altero, ſed vtrũque in
vno cum bonis operibus conueniat & factis. Vnde nos
Hebræ. 6. apoſtolus Paulus eorum vult eſse imitatores, qui per fidem, inquit, & patientiã poſsidẽt repromiſsiones Abrahæ, qui per patientiam promiſsæ ſibi benedictionis meruit accipere & poſsidere gratiam. Imitatores nos ſancti Aaron Dauid propheta debere eſse admonet, qui eũ
Pſal. 89. inter ſanctos domini ad imitandum nobis conſtituit, dicens, Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter inuocantes nomen eius. Dignus plane vir qui ſequendus proponatur omnibus. Nam cum dira mors, ꝓpter cõtumaces in plebem ſerperet, medium ſe inter viuentes morient. ſq̃ obiecit, vt mortem ſiſteret, ne plures perirent. Vere vir mentis & animi ſacerdotalis, qui ſe pro domini grege quaſi paſtor bon⁹ pio obijceret affectu. Itaque infregit aculeum, mortis impetum tenuit, tranſitum negauit. Pietas meritum adiuuit, quia pro ipſis ſe obtulit qui reſiſtebant. Diſcant igitur diſsidẽtes timere domini cũmotionem, ſacerdotes placare. Quid?
B Dathan & Abiron & Chore nõne propter diſsenſionẽ
Nume. 16 hiatus terræ abſorbuit? Nam cum inſtigaſsent Chore & Dathan & Abiron ducentos quinquaginta viros aduerſus Moyſen & Aaron, vt ſepararent ſe ab ijs, inſurrexerunt illi dicentes, Satis ſit vobis quod tota ſynagoga ſanctorum eſt, & in ipſis eſt dominus. Vnde iratus domin⁹ locutus eſt ad omnem ſynagogam, Conſideraui & nouit dominus qui ſunt eius, & ſanctos adduxit ad ſe: & quos non elegit, non adduxit ad ſe. Et iuſsit dominus, vt eligerent ſibi arulas, & incenſum ponerent Chore & omnes qui cum eo inſurrexerant aduerſum Moyſen & Aaron ſacerdotes domini, vt qui electus eſset à domino, ipſe ſanctus confirmaretur inter leuitas domini. Et dixit Moyſes ad Chore, Audite me filij Leui, Nunquid hoc puſillum eſt vobis quod ſeparauit vos deus à ſynagogis Iſrael? Et infra, Quæritis ſacerdotio fungi? Sic tu & omnis ſynagoga tua congregare ad deum? Et Aaron quis eſt, quia murmuratis de eo? Cõſideratis igitur quæ offenſionis cauſæ extiterint, quòd ſacerdotio fungi indigni vellent, & propterea diſsiderent, quod immurmurarent improbantes in ſacerdotis ſui electione iudicium dei. Propterea totum populum metus ingens corripuit, pœnæ terror inuoluit vniuerſos. Obſecrantibus tamen omnibus ne paucorum inſolẽtia omnes perirent,
C deſignantur ſceleris rei, & à totius populi corpore ducẽti quinquaginta cum auctoribus ſuis ſeparantur. immigiẽs terra in medio plebis ſcinditur, aperitur in profundum ſinus, abripiuntur noxij, & ita ab omnibus mundi huius ablegantur elementis, vt nec aerem hauſtu, nec cælum viſu, nec mare tactu, nec terram contaminarent ſepulchro. Ceſsauit pœna, non ceſsauit malitia. ex hoc ipſo immurmuratio exorta populi, quòd per ſacerdotes periſset populus. Qua indignatione dominus perdidiſset omnes, niſi Moyſi & Aaron primo precibus inflexus, poſt etiam obiectu ſacerdotis ſui Aaron maluiſset ingratos maiore veniæ pudore donare ijs quorũ abnuebant gratiam. Ipſa prophetiſsa Maria, quæ cum fratrib⁹ pedẽ trãſierat freta maris, quia Aethiopiſsæ myſterium adhuc neſciens immurmuauerat aduerſus fratrẽ Moyſen, lepræ maculis inhorruit, vt vix tanto abſoluta eſset contagio, niſi Moyſen rogaſset. Quanuis ad typum ſynagogæ illa refertur admurmuratio, quæ Aethiopiſsæ, id eſt eccleſiæ ex gentibus ſacramentum ignorans quotidiano immurmurat conuitio, & inuidet ei plebi cuius fide etiam ipſa exuetur à perfidiæ ſuæ lepra, ſecundum quod legimus quia cæcitas ex parte Iſrael contigit donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalnus fieret. Et vt aduertamus, quia in ſacerdotibus diui- D
na magis q̃ humana operatur gratia, vna ex multis quã Moyſes per tribus acceperat & recõderat, virga Aaron floruit, atque ita diuini indicij munus ſpectãdũ in ſacerte populũ aduertit, ac deſtitit parẽ ſibi humano iudicio vendicare gratiã, qui ante parẽ ſibi prærogatiuã cõpetere arbitrabatur. Virga autẽ illa quid aliud oſtendit, niſi q̃d nunq̃ ſacerdotalis marceſcat gratia, & ſũma humilitate habeat in ſuo munere cõmiſsæ ſibi florẽ poteſtatis, vel quia id quoq; ad myſteriũ referatur? Nec ocioſe, ppe exitũ vitæ Aaron ſacerdotis hoc factũ putamus. Declarari videtur populus ſenior, ſacerdotalis lõgeuæ infidelitatis vetuſtate carioſus, qd̃ vltimus tẽpotibus imitatio ne eccleſiæ reformatus in ſtudia fidei & deuotiõis, emortuum iam tot ſeculis rediuiua gratia, florẽ emittat. Quid autẽ aliud ſignificatur quod poſt defunctum Aaron nõ vniuerſo populo, ſed ſoli Moyſi qui eſt in ſacerdotibus domini, imperauit deus vt exuuis Aaron ſacerdotis filium eius indueret Eleazarum, niſi vt cognoſceremus q̃d ſacerdos cõſecrare ſacerdotẽ debeat, & ipſe eũ induere veſtimentis, hoc eſt virtutibus ſacerdotalibus, ac tunc ſi nihil ei deeſse indumẽtorum aduerterit ſacerdotaliũ, & apte quadrare omnia, ſacris eũ adhibeat altaribus? Supplicaturus enim ꝓ populo, eligi à domino, ꝓbari debet E
à ſacerdotibus, ne quid ſit quod in ipſo grauiter offendat, cuius officiũ eſt, ꝓ aliorũ offenſa interuenire. Neq; enim mediocris virtus ſacerdotalis eſt, cui cauendũ non ſolum ne grauioribus flagitijs ſit affinis, ſed ne minimis quidẽ: vt ſit prõptus ad miſericordiã, promiſsum nõ remordeat, lapſum reuocet, cõpatiatur dolori, manſuetudinẽ teneat, pietatẽ diligat, iram repellat vel decoquat, ſit quidã lituus plebis excitandæ ad deuotionẽ, mitificãdæ ad tranquillitatem. Vetus dictum eſt, aſsueſce vnus eſse: vt vita tua quandam picturam exprimat, eandem ſeruans ſemper imaginem quam acceperit. Quomodo poteſt vnus eſse, qui nunc iracundia inflammatur, nunc indignatione graui exæſtuat, nunc vultu excandeſcit, nunc pallore immutatur, per momenta varius & diſcolor? Sed eſto ſit naturæ iraſci, aut plerunque cauſæ, hois eſt tamen tẽperare iracundiã, non leonino raptari furore. nõ norit aſsueſcere clamori, nõ ferere nec acerbare familiare iurgiũ. Scriptũ eſt enim: Vir iracundus effodit peccatum. Non eſt vnus duplici corde, non eſt vnus qui ſe cohibere neſcit in iracundia: de quo pulchre Dauid
Pſal. 4. ait: Iraſcimini, & nolite peccare. Non iram imperat, ſed indulget naturæ, quam homo præuenire non poteſt, mitigare poteſt. Ergo etſi iraſcimur, affectus noſter motũ recipiat ſecundum naturam. Quis enim ferat ſi ipſe ſe gubernare nequeat, qui alios gubernandos receperit? F
Ideoq; Apoſtolus formã dedit, quia & epiſcopum eſse
1. Timo. 3 oportet irreprehenſibilẽ. Et alibi ait: Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſse ſicut dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, nõ vinolentũ, nõ percuſſorem, non turpis lucri cupidum: Nam quomodo conueniunt ſibi diſpenſantis miſericordia, & cupiditatis aua ritia? Hæc poſui quę cauenda acceperim. Virtutũ autem magiſter Apoſtolus eſt, qui cũ patientia redarguendos doceat cõtradicẽtes, qui vnius vxoris virũ præcipiat eſse: nõ quo exortẽ excludat cõiugij, nã hoc ſupra legem præcepti eſt: ſed vt coniugali caſtimonia ſeruet ablutionis ſuę gratiã. Neq; iterum vt filios in ſacerdotio creare Apoſtolica inuitetur authoritate. Habentẽ enĩ dixit filios, nõ facientẽ, neq; cõiugiũ iterare. Quod ideo nõ prętermiſi, quia plericq; ita argumẽtantur, vnius vxoris virũ dici poſt baptiſmũ habitę, eò quòd baptiſmo vitium ſit ablutum, quo afferebatur impedimentũ. Et vitia quidẽ atque peccata diluuntur omnia, vt ſi quis contaminauerit ſuum corpus cum plurimis quas nulla coniugij lege ſociauerit, remittantur ei omnia: ſed coniugia non reſoluuntur ſi quis iterauerit. Culpa enim lauacro nõ lex ſoluitur. Nulla enim culpa coniugij, ſed lex eſt. Quod

G legis est igitur, non remittitur quasi culpa, sed tenetur quasi lex. Ideo Apostolus legem posuit dicens: Si quis sine crimine est vnius vxoris vir. Ergo quia sine crimine est vnius vxoris vir, teneatur ad legem sacerdotij suscipiendi. Qui autē iteruerit coniugiū, culpā quidem nō habet coinquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis. Diximus quid legis est, dicamus etiā quid rationis. Sed prius cognoscamus nō solū hoc Apostolū de episcopo & presbytero statuisse, sed etiā patres in cōcilio Niceni tractatus addidisse, neque clericum quemquam debere esse qui secunda coniugia sortitus sit. Quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, seruandam marito fidem, quam ipse priori coniugio non seruauerit? Aut quid interest inter populum & sacerdotem si iisdem astringerentur legibus? Debet præponderare vita sacerdotis, sicut præponderat gratia. Nam qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire. Quām resistebam ne ordinarer: postremo cum cogerer, saltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præscriptio, præualuit impressio. Tamen ordinationem meam occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit, ius cogētis est. Si non deest humilitas competēs sacerdotio: vbi causa non hæret, vitium nō imputatur. Quod si in alijs ecclesijs tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio, quāta cura expetitur in Vercellēsi ecclesia, vbi duo pariter exigi videntur ab episcopo, monasterij continētia, & disciplina ecclesiæ? Hæc enim primus in occidentis partibus diuersa inter se Eusebius sanctæ memoriæ coniunxit, vt & in ciuitate positus instituta monachorū teneret, & ecclesiam regeret iciunij sobrietate. Multum enim adiumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentiæ, & normam integritatis iuuentutem astringat, & versantes intra vrbem abdicet vsu vrbis & conuersatione. Hinc illi processerunt viri, Helias, Heliæus, Ioānes, Elizabeth, qui pelliceis tunicis & caprinis exuuijs induti, inopes atque egentes, angustijs & doloribus afflicti, in solitudinibus errabant, inter alta & condensa montium, inuia rupium, speluncarum horrida, foueārum vadosa, quorū cōuersatione dignus orbis terrarū nō erat. Hinc illi Daniel, Ananias, Azarias, Misael, qui in aula regia pascebātur, ieiunio alebātur tanq̄ in desertis cibo aspero, potuq̄ obuio. Meritoq̄ regij seruuli regis præualuerūt, & captiuitatē decusso iugo cōtempserunt, potestates subegerūt, elemēta vicerūt, naturam ignis extinxerūt, euitauerūt flāmas, obtuderūt aciē gladij, strinxerūt leonum ora: & vbi infirmiores fieri existimabātur, ibi fortiores reperiebātur. nō refugiebāt ludibria humana, qui cęlestia sperabāt præmia. nō horrebāt tenebras carceris, quibus æterni luminis gratia refulgebat. Hos secutus Eusebius sanctus exiuit de terra sua, & de cognatione sua, & domestico ocio peregrinationem prætulit. Pro fide quoque exilij dura præoptauit atque elegit, cōiūcto sibi sanctæ memoriæ Dionysio, qui posthabuit imperatoris amicitiā exilio volūtario. Itaque memorabiles viri circūdati armis, vallati exercitu cū rapētur de ecclesia, maiore triūphabāt de imperio, quia cō tumelia terrestri mercabātur mētis fortitudinem, regni potentiā: quibus militaris armorū strepitus extorquere nō potuit fidē: subegerūt bestialis animi feritatē, quę nocere sanctis nequiuit. Ira enim regis, ira leonis vt in prouerbijs habes. Confessus est victū se esse, qui rogabat vt mutarēt sentētiā. Sed illi validiorē calamum suū ferreis gladijs arbitrabātur. Denique vulnerata est perfidia vt occideret, nō est vulnerata sanctorū fides, nō desiderārūt patriū sepulchrū quibus referuabatur cæleste domicilium. Erraverūt toto orbe, vt nihil habētes, & possidentes omnia. Quocūque missi essent, locus deliciarū putabatur. Neque enim illis quicq̄ deerat, quibus fides locu

I

ples abūdabat. Denicq̄ locupletabāt alios ipsi inopes ad K
sumptū, opimi ad gratiā: tentabātur, sed nō mortificabātur, in ieiunijs, in laboribus, in custodijs, in vigilijs. Eua ferūt de infirmitate fortes, nō expectabāt deliciarū illecebras quos saginabat fames, non adurebāt eos torrida æstatis, quos refrigerabat æternæ spes gratiæ. Non frangebat glacialis plagæ frigiditas, quibus feruenti spiritu vernabat deuotio. Non verebantur vincula hominum, quos Iesus soluerat. Non desiderabant redimi à morte, qui præsumebāt à Christo resuscitari. Denique sanctus Dionysius exegit votis vt in exilio vitam poneret, ne regressus cōfusa institutis & vsu infidelium studia plebis aut cleri inueniret. Meruitq̄ hanc gratiam vt pacem domini tranquillo affectu secū referret. Itaque vt Eusebiq̄ sanctus prior leuauit vexillū cōfessionis, ita beatq̄ Dionysius in exilij locis, ppiore martyrib9 titulo exhalauit. Hæc igitur patientia in sancto Eusebio monasterij coaluit vsu, & durioris obseruationis consuetudine hausit laborū tolerantiā. Nāque hæc duo in attētiore Christianorū deuotione præstātiora esse quis ambigat, clericorū officia, & monachorū institutа? Ista ad comitatem & moralitatē disciplina, illa ad abstinentiā assuefacta atq̄ patientiā. Hæc velut in quodam theatro, illa in secreto. Spectatur ista, illa absconditur. Ideo bonus Athleta ait, L
Spectaculum facti sumus huic mundo. Dignus sane qui spectaretur ab angelis cū luctaretur: vt ad Christi brauium perueniret, cum certaret vt in terris vitam angelorū institueret, in cælo nequitiā angelorū refelleret. Colluctabatur enim nequitijs spiritualibus. Merito mundus eum spectabat, vt mundus imitaretur. Hæc ergo vita in stadio, illa in spelunca. Hęc aduersum cōfusionē seculi, illa aduersus carnis appetentiā. Hæc subijciēs, illa refugiens corporis voluptates. Hæc gratior: illa tutior. Hæc se ipsam regens, illa semetipsam coercens. Vtraque tamen se abnegans, vt fiat Christi, quia perfectis dictū est: Mat.16.
Qui vult post me venire, abneget seipsum sibi, & tollat Gala.2.
crucem suam, & sequatur me. Sequitur ergo Christum
qui potest dicere: Viuo autem iam non ego, viuit vero
in me Christus. Negabat se Paulus, cum sciens, quia vincula & tribulationes eum manerent, in Hierusalem voluntarius se offerret periculis dicēs: Nec facio animam Actum.20
cariorem mihi, dummodo consummem cursum meū,
& ministerium verbi quod accepi à domino Iesu. Denique circunstantibus plurimis plorantibus & obsecrantibus, non reflexit animum. ita fides prompta dura sui censor est. Hæc ergo dimicat, illa se remouet. Hæc illecebras vincit, illa refugit. Huic mundus triumphatur, illi exultat. Huic mundus crucifigitur, vel ipsa mundo, illi ignoratur. Huic plura tentamenta, & ideo maior victoria: illi infrequentior lapsus, facilior custodia. Denique ipse Helias, vt confirmaretur verbum oris eius, miM
sus est à domino, vt se ad torrentem absconderet Cha- 3.Reg.17.
rith. Minabatur Achab, minabatur Iezabel, timuit Heli &.19.
as, & exurrexit, & iterum in virtute escæ intelligibilis quadraginta diebus ambulauit, & quadraginta noctibus vsque ad montem Oreb, & introiuit in speluncam, & requieuit ibi, & sic postea missus est vt vngeret reges. Duratus igitur ad patientiam est solitudinum incolatu, & tanquam pastus ad virtutis adipalem agresti alimento processit fortior. Ioannes quoque in deserto adoleuit, & dominum baptizauit, & conscientiam illic prius Lucæ.3.
exercuit, vt postea regem increparet. Et quia de sancti
Heliæ habitatione deserti, nomina locorum non ociosa quasi feriati præteriuimus, quid significet repetendum videtur. Missus est Helias ad torrentem Charith, ibi eum corui alebant, mane panem afferebant, ad vesperam carnes. Non immerito mane panis afferebatur, qui cōfirmat cor hominis. Quo enim cibo nisi mystico alueretur, ppheta? Ad vesperā caro ministrabatur. Intelligę quę legis, quia Charith intellect9 est. Oreb omne cor quasi cor dicitur. Bersabe quoq̄ puteus septimi, aut iu-

A ramenti latina interpretatio est. Primum Helias in Bersabe est, cōcesit ad sanctæ legis mysteria, diuinicq̄ iuris sacramenta. Postea ad torrentē mittitur, ad illum flumi nis impetum qui lætificat ciuitatem dei. Vtrunq̄ aduertis vnius auctoris testamētum. vetus scriptura quasi puteus profunda atq̄ obscurior: vnde cū labore haurias, non plenam, quia adhuc qui impleret eam, nō venerat.
Denicq̄ postea ait: Nō veni legem soluere, sed implere. Mat.5.
Ideo ad fluuium trāsire sanctus à Christo iubetur, quoniam qui de nouo testamento biberit, non solū flumen est, sed flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. flumina intellectus, flumina cogitationis, flumina spiritualia, quæ tamen perfidiæ aruerūt tempore ne sacrilegi biberent, potarent perfidi. Ibi prophetā domini agnoscebāt corui quem nō agnoscebāt Iudei. Pascebāt corui, quem genus regale illud & nobile persequebatur. Quæ est Iezabel quæ persequebatur, nisi synagoga vane fluēs, vane abūdās scripturis, quas neq̄ custodit, neq̄ intelligit? Pſal.146.
Qui corui pascebant, nisi quorū pulli eum inuocāt, qui
iumentis dat escam, vt legimus, pullis coruorum inuocantibus eum? Sciebant illi corui quē pascerent, qui iuxta intellectum erant, & ad illum cognitionis sacræ fluuium escam vehebant. Pascit prophetam, qui intelligit, qui custodit quæ scripta sunt. Date ipsum ei cibū, fides
B nostra ei alimentū, nō erit profectus, mētes ille nostras sensusq̄ pascitur, in nostro sermo eius intellectu epulatur. Damus ei panem qui in lumine Euangelii positi cōferimus ei nostri firmamenta cordis. His alitur, his viget, his ieiuna diu replet ora, quibus Iudæorum perfidia nullum fidei cibū subministrat. Ieiunus est illis omnis sermo propheticus, cuius adipem interiorē non vident æsus & tenuis qui impinguare eorū fauces nō potest. Fortasse ideo deferebāt ad vesperā carnes, quasi fortiores cibos, quos infirmi ingenio Corinthii non poterant sumere, & ideo lacte potabantur Apostolico. Esca ergo fortior ad vesperam mundi huius deferebatur, mane panis. Et ideo quia dominus hanc ministrari mandauit alimoniam, bene illud propheticū dici ei hoc loco cōuenit, Exitu matutino & vespere delectabis. Et infra: Para Pſal.64.
sti cibum illorum, quia ita est præparatio eius. Sed satis de magistro dictū puto, nunc discipulorum vitam prosequamur: quia in illam se laudē induerūt, hymnis dies ac noctes personant. Hęc nempe angelorum militia est, semper esse in dei laudibus, orationibus conciliare creatoris, atq̄ exorare dominū studēt, lectione vel operibus continuis mentem occupant, separati à cœtu mulierū, sibiipsi inuicem vitam præbent, custodiam. Qualis hæc vita, in qua nihil sit quod timeas, & quod imiteris plurimum adest: ieiunij labor compēsatur mentis placiditate, leuatur vsu, sustentatur ocio, aut fallitur negocio, non oneratur mūdi solicitudine, non occupatur alienis
C molestijs, nō vrgetur vrbanis discursibus. Huic vel seruando vel edocendo muneri aduertitis qualis adhibendus magister sit, quem reperire possumus si vestra humanitas aspiret, si vos donetis inuicem vobis, si quis ab altero se læsum nō putat. Non enim hæc sola est forma iustitiæ, vt non lædas eum qui te non læserit, sed etiam illa, vt etiā ei remittas qui te læserit. Lædimur plerumq̄ fraude alterius, dolo proximi. Nūquid hoc virtutis putamus, vt dolū vlcisci amur dolo, fraudē referamus fraudibus? Etenim si iustitia virtus est, crimine debet vacare nec improbitatem improbitate refellere. Quæ enim virtus, hoc à te fieri, quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis, non vltio est. Nihil autem interest cui malefacias, vtrum iusto, an iniusto, cum te malefacere non oporteat. Neq̄ distat quomodo malignus sis, vtrū vindicandi studio, an voto nocendi, cum malignitas in vtroq̄ genere non careat reprehēsione. Nam malignū Pſal.36.
esse, ab iniusto nihil distat: ideoque dictum est: Noli malignus esse inter malignantes, neque æmulatus fueris facientes iniquitatem. Et supra idem: Odio habui congregationem malignātium, Omnes vtiq̄ complexus est, nul D
lum excepit: malignitatem tenuit, nō causam interrogauit. Quæ autē melior forma quām iustitiæ diuinæ? Dicit enim dei filius: Diligite inimicos vestros. Et iterum di- Mat.5.
cit: Orate pro calumniantibus & persequentibus vos.
Eousq̄ perfectis studium adimit vltionis, vt lædentium charitatem imperet. Et quoniam in veteri scriptura dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam. Et in Euangelio Deut.32.
ait orandum pro iis qui læserint, ne in eos vindicet qui vindicandum promisit. Vult enim ex tua dimittere voluntate, in quo ex sua conuenitur promissione. Quod si vindictam requiris, habes quia iniustus amplius suis punitur opinionibus quām iudiciarijs seueritatib9. Et quoniam nemo potest esse sine aliquibus aduersis, id agamus, ne nobis nostro iudicio aduersa accidant. Nemo enim grauius alieno cōdēnari potest iudicio, q̄ insipiēs suo, qui sibi est auctor malorum. Vnde molesta & plena contētionis declinemus negocia, quæ neque fructum habent, & impedimentū afferunt. Quanquam id agere debemus, ne nos arbitrii nostri pœniteat, aut facti. Prudentis est enim prospicere ne frequēter eum pœniteat sui. Nunq̄ autem pœnitere, solius est dei. Quis vero iustitiæ fructus, nisi mentis tranquillitas? Aut quid est iuste viuere, nisi cum trāquilitate viuere? Qualis forma fuerit domini, talis totius domus est status. Quod si domi quæruntur ista, quanto magis in ecclesia, vbi & diues & pauper, seruus & liber, Græcus & Scytha, honoratus & plebeius omnes in Christo vnum sumus? Nemo presumat, quia diues est, plus sibi deferendum. Ille est diues in ecclesia, qui pauperi non sibi diues est. In ecclesia quidem fidelis diues est. Fideli enim totus mundus diuitiarum est. Quid enim mirum si mundū fidelis possidet? Christi hæreditatem possidet, quę preciosior est mundo. Sanguine precioso redempti estis: omnibus vtique non solis pecuniosis dictum est. Sed vultis diuites esse? Sequimini dicentem: Sancti in omni conuersatione estote. Non diuitibus dicit, sed omnibus, quia sine discrimine personarum iudicat, vt bonus testis eius Apostolus dicit: Et ideo nō in remissione, non in fastidio, non in exaltatione cordis, sed in timore, inquit, hoc incolatus vestri tempus conuersamini. Tempus accepistis hac in terra, non perpetuitatem. quasi tempore vtamini, qui sciatis vos migraturos. Nolite in diuitiis confidere. quia omnia illa hic relinquūtur. Sola vos comitabitur fides. Erit sane etiam iustitia comes, si fides præuia sit. Quid vos palpāt diuitiæ? Non auro vel argento, non possessionibus, non sericis vestibus de vana vestra conuersatione redempti estis, sed precioso sanguine Christi Iesu. Ille ergo diues F
est qui fuerit hæres dei, Christi cohæres. Noli pauperem contemnere, ille te diuitem facit. Noli egentem fastidire. Iste pauper clamauit ad dominum, & dominus exau Pſal.33.
diuit eum. Noli inopem refutare, & Christus pauper fa- 2.Cor.8.
ctus est, vt te inopia sua diuitem faceret. Noli quasi diues te attollere: Sine pecunia misit apostolos suos. Mat.10.
Denique primus eorum dixit: Argentum & aurum non Actu.3.
habeo, sed fidem habeo. Gloriatur in paupertate quasi refugiat contaminationem. Argentum, inquit, & aurum non habeo, sed fidem habeo. Satis dives sum in nomine Iesu, quod super omnem hominem est. Argentum non habeo, sed nec requiro. Aurum non habeo, sed nec desidero, sed habeo quod vos diuites non habetis. Habeo quod pluris esse etiam vos arbitremini.
Dono pauperibus, vt in nomine Iesu dicam: Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta. Sed vultis diuites esse? estote pauperes. Tunc eritis per omnia diuites, si fueritis pauperes spiritu. Non census diuitem, sed animus facit. Sunt enim qui se humiliant in multis diuitiis & recte ac prudenter. Satis enim diues omnibus naturæ lex est, cui cito inuenias quod abundet. Cupiditatibus autem omnis diuitiarum abundantia, inopia est.
Denicq̄ nemo pauper nascitur, sed fit. Non ergo naturæ

G paupertas,ſed opinionis eſt:ideoq; cito inuenitur diues naturæ,difficile cupiditatis. Etenim quo plus vnuſquiſque acquiſierit,plus ſitit,& quaſi quadã inardeſcit ebrietate cupiditatũ ſuarũ. Quid quaſi neceſſariũ queritis cumulum diuitiarũ?Nihil tam neceſſarium, q̃ cognoſcere quid non ſit neceſſariũ. Quid in carnem retorquetis excuſationẽ?Non corporis venter inſatiabilẽ, ſed mentis auaritia facit. Nunquid caro ſpem futuri abſtulit? Nũquid caro ſpiritualis gratiæ ſuauitatẽ ademit? Nunquid caro fidem impediuit?Nunquid caro aliquid furoris dominis vanis opinionibus adiudicauit? Plus amat caro moderatam frugalitatẽ, qua exuitur onere,induitur ſalubritate,qua ſolicitudinem deponit,aſſumit trã-
Prou. 13. quillitatem. Sed nec ipſæ diuitiæ vituperabiles. Denicq; redemptio animæ viri,diuitiæ eius:quoniam qui pauperi donat,redimit animam ſuã. Eſt ergo & his materialibus diuitiis virtuti locus. Quaſi gubernatores eſtis in magno mari. Si bene quis gubernat ſuum nauigium, cito tranſit fretum,vt perueniat ad portum. Qui autẽ neſcit regere ſuũ cenſum, onere ſuo mergitur. Ideo ſcriptum eſt:Poſſeſsio diuitum,
Prou. 10. ciuitas firmiſſima. Quæ eſt iſta niſi Hieruſalem quæ in cælo eſt,in qua regnum dei? Bona hæc poſſeſsio,quæ fructus perpetuos facit. Bona poſſeſsio,quæ nõ hic reliquitur, ſed illic poſſidetur. In hac poſſeſsione qui fuerit dicit: Portio mea dominus. Nõ dicit,portio mea ab illis vſq; ad illos porrecta & diffuſa terminos. Nõ dicit, portio mea inter illos vicinos, niſi forte inter apoſtolos, inter ꝓphetas,inter ſanctos
H dei. hæc eſt enim iuſti portio. Non dicit, portio mea in pratis,nõ in ſyluis,non in campis,niſi forte in cãpis ſyl-
Pſal. 131. uæ,in quibus inuenitur eccleſia,de qua ſcriptũ eſt:Inuenimus eã in cãpis ſyluæ. Nõ dicit, portio mea greges e-
Pſal. 32. quorũ. Mendax enim equus ad ſalutẽ. Nõ dicit, portio mea armẽta boum,aſini, oues, niſi forte inter illa enumerat armenta quę agnoſcũt poſſeſsorẽ ſuum,& in illa aſina vult conſortium habere quæ non refugit præſepe Chriſti. Et illa ouis ſibi portio eſt, quæ ad immolandũ ducta eſt,& ille agnus coram tondente ſine voce qui nõ aperuit oſ ſuum,cuius in humilitate iudicium exaltatũ eſt. Bene ait Coram tondente, qui ſuperflua nõ propria in illa depoſuit cruce,qui corpus exuit,nõ diuinitatem amiſit. Non quicunq; ergo dicit, Portio mea dominus. Nõ auarus dicit,quia venit auaritia,& dicit:Mea portio es,ego te ſubditũ habui,mihi ſeruiſti,mihi te in illo auro vendidiſti,mihi te in illa poſſeſsione adiudicaſti. Nõ dicit luxurioſus portio mea Chriſtus: quia venit luxuria,& dicit:Mea portio es, ego te in illo mihi mancipaui conuiuio,in illis epularum reatibus,ego te addictum
I teneo gulæ & vuæ chirographo. An ignoras quia cari? tibi fuit menſæ tuæ q̃ vitæ præciũ? Tuo te iudicio reuinco,nega ſi potes,ſed non negare potes. Denique nihil ad vitam referuaſti,totum ad menſam expendiſti. Non poteſt dicere adulter, portio mea dominus: quia venit libido,& dicit:Ego ſum tibi portio,mihi te in illius adoleſcentulæ addixiſti amore, in illius nocte meretricis in meas leges in mea iura migraſti. Non dicit proditor, portio mea Chriſtus:quia ſtatim irruit in eum nequitia
Ioan. 13. mali,& dicit: Fallit te domine Ieſu meus iſte. Habemus exemplum, quia cũ Iudas panem à Chriſto accepiſſet, immiſit ſe in cor eius diabolus quaſi poſſeſsionem ſuã vendicans,quaſi portionis ſuæ ius retinens,quaſi dicẽs: Non eſt tuus iſte,ſed meus, meus certe miniſter,tuus ꝓditor. meus plane iſte eſt: denique tecum recumbit, & mihi ſeruit: tecum epulatur, & mecum paſcitur. A te panẽ accepit,à me pecuniam. Tecũ bibit, & mihi tuum ſanguinem vendit. Quam vera diceret, probauit. Denicq; Chriſtus receſsit ab eo, ipſe quoque Iudas reliquit Ieſum,ſequitur diabolum. Quam multos dominos habet qui vnum refugerit. Sed nos non refugiamus. Quis refugiat eum quem ſequuntur alligati vinculis,ſed vinculis voluntariis quæ ſoluunt non alligant, quibus vinculis gloriantur dicentes: Paulus vinctus Ieſu Chriſti,& Timotheus? Glorioſius ab hoc ſtringimur, q̃ ab aliis abſoluimur & relaxamur. Quis igitur fugiat pacem? quis fugiat ſalutem? quis fugiat miſericordiã? quis fugiat redemptionem? Videtis filii quales euaſerint qui hæc ſecuti ſunt,quomodo operẽtur defuncti. Quarum virtutum laudem miramur, earum ſtudeamus adipiſci induſtriam:& quas prædicamus in aliis,eas in nobis taciti recognoſcamus. Nihil molliculum,nihil infractum
Mat. 11. ad laudem peruenit. Regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud. Feſtinantes patres agnum manducabant. Feſtina eſt fides, ſalutis deuotio, ſpes impigra contradictiones animi non amat, ſed traductionem ab infructuoſo ocio ad fructum laborum. Quid in craſtinum differs? Potes & hodiernum diem lucrari. Cauendum eſt enim ne & illum non teneas,& hunc amittas. Non exiguum detrimentum eſt vel horæ vnius, & vna hora totius vitæ portio eſt. Sunt iuuenes qui cito volunt ad ſenectutem peruenire, ne ſubiaceant diutius ſeniorum arbitrio. Sunt etiam ſenes qui velint ſi poſſint ad iuuentutem redire. Quorum ſtudium neutrum probo,quia iuuenes faſtidioſi præſentium quaſi ingrati mutationem viuendi requirunt,ſenes dilationem,cum poſſit & iuuenta ſeneſcere moribus,& ſenectus virere operibus. Neque enim emendationem morum magis ætas affert q̃ diſciplina. Quanto ergo magis nos oportet ſpẽ attollere ad regnũ dei, vitæ vbi nouitas, vbi gratiæ erit L
non ætatis commutatio. Non ocio,non ſomno merces paratur. Nullum opus dormiẽtis eſt,nullus fructus ocii immo magis diſpendium. Ocioſus Eſau amiſit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere quàm quærere. Laborioſus Iacob apud vtrunq; parentem inuenit gratiam. Et tamen cum ſuperior eſſet Iacob virtute & gratia,ceſſit fratris indignationi, qui ſibi prælatum fratrem iuniorem dolebat. Ideo ſcriptum eſt,Date locum iræ, ne alterius indignatio te quoq; in peccatum trahat,dum vis reſiſtere,dum vis vindicari. Potes & ab illo & à te remouere culpam,ſi cedendum putes. Imitare patriarcham,qui de conſilio matris lõginqua petiit. Et matris cuius? Rebeccæ vtiq;,hoc eſt patientiæ. Cuius enim niſi patientiæ hoc conſilium eſſe poterat? Amabat mater contra affectum pii amoris dimitti filium. Maluit enim ſibi eum exulare q̃ deo. Et quia bona mater,vtriq; detulit,iunioti filio benedictionẽ quam conſeruare poterat. Non enim filium filio,ſed impigrum ocioſo prætulit,fidelem infido. Sed etiam filio ipſi ſeniori non parum contulit amãdo minorẽ filium,ne parricidiũ faceret. Itaq; quoniam ob pietatẽ non propter improbitatẽ exulabat à parẽtibus, loquebatur cũ deo, augebatur cen M
ſu, liberis, gratia. Neq; his tamen elatus eſt cũ fratri occurreret, ſed humiliatus adorauit, nõ vtiq; illum immitem, illum furibundum, illũ degenerem, ſed eum quem in fratre conſiderabat, ideoq; adorauit ſepties, numero ſcilicet remiſsionis, quia nõ hominẽ adorabat, ſed deũ, quem in carne hominis eſſe venturũ præuidebat ſpiritu, vt tolleret peccata mundi. Quod tibi ex Petri reſpõſione aperitur myſterium, dicente eo: Si peccauerit in
Mat. 18. me frater meus, quotiens remittam ei? Vſque ſepties? Vides quoniam peccatorum remiſsio, typus erat illius magni ſabbati, illius quietis perpetuæ gratiæ, & ideo contẽplatione donatur. Sed quid ſibi vult quòd & vxores, & filios,& oẽs diſpoſuit ſuos, & præcepit vt & ipſi adorarent ſuper terram? Non vtiq; vt elemẽtum quod plerũq; repletur ſanguine, in quo officina eſt ſcelerũ, aut vaſtis plerunq; horret cautibus, aut præruptis rupibus, aut ſterili & ieiuno ſolo,ſed, vt carnẽ præſidio nobis futuram. Et fortaſſe hoc illud eſt myſteriũ quod edocuit dominus dicens: Non ſolum ſepties,ſed & ſeptuagies ſepties. Et vos igitur donate iniurias veſtras, vt ſitis filii Iacob. Nolite exaſperari ſicut Eſau. Imitamini ſanctum Dauid, qui tãquam bonus magiſter reliquit nobis

Pſal. 108. quod imitaremur, dicens: Pro eo vt diligerent me, detra-
A hebant mihi, ego autem orabam. & cum maledíceretur orabat. Bonum ſcutum oratio, qua contumelia excludi tur, maledictũ repellitur, & in ipſos qui maledixerunt, frequenter retorquetur, vt ſuo telo vulnerentur. Male dicent, inquit, & tu benedices, Ambiẽda hominum maledictio, quæ acquirit dominicam benedictionẽ. Quod
Heb. 13. ſupereſt chariſſimi, cõſiderate quia Ieſus extra portam paſſꝰ eſt, & vos egredimini de hac terrena ciuitate, quia
Philp. 3. ciuitas veſtra ſuperior eſt Hieruſalem: ibi conuerſamini, vt dicatis: Noſtra autem cõuerſatio in cælis eſt. Ideo Ieſus exiuit de ciuitate, vt vos exeuntes de hoc mundo ſupra mundum ſitis. Moyſes ſolus qui deum videbat, extra caſtra habebat tabernaculum quando loquebatur cum deo: & hoſtiarum quæ pro peccato fiebant, ſanguis quidẽ altaribus inferebatur, quia nemo intra mundi huius vitia poſitus peccatũ deponit, nec ſanguis eius acceptus eſt deo, niſi de corporis huius exeat inquinamento. Hoſpitalitatem diligite, per quam ſanctus Abraham inuenit gratiã. Hoſpitio ſuſcipere filiam Sara meruit efforta iam ſenectute. Loth quoq; Sodomitani excidii euaſit ignem. & tu potes ſuſcipere angelos, ſi aduenientibus officium tuum offeras. Quid de Raab dicam quæ hoc munere inuenit ſalutem? Compatimini iis qui alligati tenentur vinculis. tanq̃ ſimul alligati. Conſola-
Eccle. 7. mini in luctu poſitos. Melius eſt enim ire in domum lu-
B ctus, q̃ in domũ gaudii. Illinc officii meritũ, boni, hĩc vitium lapſus refertur. Poſtremo illuc mercedem ſperas, hic recepiſti. Sentite laborantibus tanq̃ ſimul laborantes, Mulier viro deferat nõ ſeruiat: regẽdam ſe præbeat, nõ coercendã. Indigna eſt coniugio, quę digna eſt iurgio. Vir quoq; vxorẽ tanq̃ gubernator dirigat, tanq̃ cõſortem vitæ honoret, participet vt cohæredi gratiæ. Matres ablactate filios, diligite eos, & orate pro iis vt longæui ſuper terrã ſint: non in terra, ſed ſuper terram. Nihil enim longæuum in hac terra, & quod eſt diu, breue eſt, & magis lubricum. Monete eos vt magis crucem domini tollant, quàm hanc vitã diligant. Maria mater domini ante crucem filii ſtabat. Nullus me hoc docuit, niſi ſanctus Ioannes euangeliſta. Mundum alii concuſſum in paſſione domini conſcripſerunt, cælum tenebris obductum, refugiſſe ſolem, in paradiſum latronẽ, ſed poſt piam confeſsionem, receptum. Ioannes docuit, quod alii non docuerũt, quemadmodũ in cruce poſitus matrẽ appellauerit. Pluris putatur quòd victor ſuppliciorũ pietatis officia matri exhibebat, q̃ quòd regnũ cæleſte donabat vitæ ęternę. Nã ſi religioſum eſt quòd latroni donatur venia, multo vberioris pietatis eſt quòd à filio ma
C ter tanto affectu honoratur. Ecce, inquit, fili? tuus, Ecce mater tua. Teſtabatur de cruce Chriſtus, & inter matrẽ atq; diſcipulum diuidebat pietatis officia. Cõdebat dominus non ſolum pubicũ, ſed etiam domeſticum teſtamentum, & hoc eius teſtamẽtũ ſignabat Ioãnes, dignus tanto teſtatore teſtis. Bonũ teſtamentũ non pecunię, ſed
Pſal. 44. vitæ æternæ, quod non atramẽto ſcriptum eſt, ſed ſpiritu dei viui, qui ait: Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis. Sed Maria nec minor q̃ matrẽ Chriſti deceſſit, fugiẽtibus apoſtolis ante crucem ſtabat, & piis ſpectabat oculis filii vulnera, quia expectabat nõ pignoris mortem, ſed mundi ſalutem. Aut fortaſſe quia cognouerat per filii mortem mundi redemptionem aulam regalis, etiam ſua morte putabat ſe aliquid publico additurum muneri. Sed Ieſus non egebat adiutore ad redem-
Pſal. 87. ptionem omniũ qui omnes ſine adiutore ſeruauit. Vnde & dicit: Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber. Suſcepit quidẽ affectũ parentis, ſed non quæſiuit alterius auxiliũ. Hanc imitamini matres ſanctæ quæ in vnico filio dilectiſſimo tãtum maternæ virtutis exemplũ edidit. Neq; enim vos dulciores liberos habe-
1. Pet. 2. tis, neq; illud virgo quærebat ſolatium, quòd alium poſſet generare filium. Domini ſeruis imperate quaſi cõdi tione ſubditis, ſed ita vt naturæ eiuſdem cuius vos eſtis, D
cõſortes eſſe eos memineritis. Serui quoq; dominis ſeruite cum volũtate. Etenim vnuſquiſq; quod natus eſt, patienter debet ſuſcipere. Nec ſolũ bonis, ſed etiam aſperioribus obedite dominis. Nam quę eſt veſtræ ſeruitutis gratia ſi bonis ſeruiatis ſedulo? Sed etiam aſperos promereamini. Nam liberi quoq; nullam habent mercedem ſi peccantes puniantur à iudicibus, ſed illa merces eſt ſi etiam nõ peccantes. Et vos ergo contemplatione domini Ieſu etiam ſi difficilibus ſeruiatis dominis cum patientia, mercedem habebitis. Siquidem ipſe dominus iuſtus ab iniuſtis paſsus eſt, & patientia mirabili peccata noſtra ſuæ affixit cruci, vt qui illũ imitatus fuerit, peccata ſua ſanguine ſuo diluat. Ad ſummam conuertimini omnes ad dominum Ieſum. Sit in vobis vitæ huius delectatio in bona conſcientia, patientia mortis cum ſpe immortalitatis, confirmatio reſurrectionis cũ Chriſti gratia, veritas cũ ſimplicitate, fides cũ confidentia, abſtinentia cũ ſanctitate, induſtria cũ ſobrietate, cõ uerſatio cum modeſtia, eruditio ſine vanitate, ſobrietas doctrinæ fidelis ſine hæreſis temulentia.

Diui Ambroſii ad Epiſcopos per AEmiliam conſtitutos, eos de celebritate paſchali inſtruentis,

Epiſtola. LXXXIII. E

DOMINIS Fratribus dilectiſsimis epiſcopis per AEmiliã cõſtitutis, Ambroſius epiſcopus. Non mediocris eſſe ſapientiæ diem celebritatis definire paſchalis, & ſcriptura diuina nos inſtruit, & traditio maiorũ qui conuenientes ad ſynodũ Nicenã, inter illa fidei vt vera ita admirãda decreta, etiam ſuper celebritate memorata congregatis peritiſsimis calculãdi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quaſi quendam conſtituere circulũ ex quo exemplum in annos reliquos gignere tur. Hunc circulũ Ennea decaterida nuncupauerunt, ſequentes illud, quòd non debeamus vana quadã opinione ſuper celebritate huiuſmodi fluctuare, ſed vera ratione cõperta ita omniũ cõcurrat affectio, vt vna nocte vbi que ſacrificium pro reſurrectione domini deferatur. Domini fratres dilectiſsimi eò vſq; à vero nos deuiare non conuenit, nec vago ingenio diſcrepare, vt quædam neceſsitas celebritatis hui? omnibus ſit impoſita Chriſtianis: quando quidẽ ipſe dominus eũ elegit diem quo paſcha celebraret, qui cũ obſeruatię veræ ratione concurrit. Scriptum eſt enim: Venit autẽ dies in qua neceſ- Lucæ. 22.
ſe erat paſcha immolari, & miſit Petrum & Ioannem dicens: Euntes ite parate nobis paſcha, vt manducemus. F
At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad illos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret homo amphoram aquę portans. ſequimini eum in domũ in quam intrat, & dicetis patrifamilias: Dicit tibi magiſter, Vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cũ diſcipulis mãducẽ? Ipſe vobis oſtendet in ſuperioribus locũ magnum. ibi parate. Aduertimus igitur quod non ad terrena deſcẽdere, ſed in ſuperioribus locum magnũ ſtratum quærere debeamus, vt domini paſcha celebremus. Abluere etiam ſenſus noſtros quadam ſpirituali aqua fontis æterni, & deuotæ celebritatis tenere menſuram, nec opinione vulgari dies quoſdam explorare lunares, cũ Apoſtolus dicat: Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. timeo ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Nã incipit eſ- Gal. 4.
ſe cõtrarium, Sed aliud eſt obſeruare gentilitio more, vt qua luna quid adoriendũ ſit iudices, vt puta quintam eſſe fugiendam, nihilq; ea inchoandũ. Varios quoq; ourſus lunę obeũdis negociis cõmendare, vel cauere quoſdam dies, quemadmodũ pleriq; poſteros dies vel Ægyptiacos declinare conſuerunt. Aliud eſt enim obſeruantiam religioſæ menti intendere in eũ diem de quo ſcriptum eſt: Hic eſt dies quem fecit dominus. Nam etſi ſcri Pſal. 117.
ptum ſit quòd paſcha domini quartodecimo die menſis Exo. 12.

G primi celebrari debeat, & vere quartamdecimam lunã ad celebrandum dominicæ seriem passionis inquirere debeamus, tamẽ ex hoc possumus intelligere quòd ad huiusmodi solẽnitatem vel ecclesiæ perfectio, vel claræ fidei plenitudo quæratur, sicut dixit propheta cum lo-
Psal.88. queretur de filio dei, Quia sedes eius sicut sol in cõspectu meo, & sicut luna perfecta in æternũ manebit. Inde est quod ipse dominus cùm opera in terris miranda fecisset, quasi iam fundata humanarũ mentium fide, tem-
Ioan. 17. pus passionis esse memorauit dicens: Pater venit hora, clarifica filiũ tuũ, vt filius tuus clarificet te. Hanc enim celebrandæ passionis claritudinẽ quæsitam alibi docet
Lucæ.13. dicens: Ite, dicite illi vulpi: Ecce eiicio dæmonia hodie, & cras sanitates perficio, & sequẽti cõsummor die. His vtiq; consummatur Iesus qui incipiunt esse perfecti, vt plenitudinẽ diuinitatis & redẽptionis eius fide sua credant. Ergo & diem & horã exquirimus, vt scriptura nos instruit. Propheta etiam Dauid dicit: Tempus faciendi
Hiere.8. domine petens accipere sensum ad cognoscenda domini testimonia. Ecclesiastes ait: Omni rei tempus. Hieremias clamat: Turtur & hirundo, agri passeres agnouerunt tempora introitus sui. Quid autem euidentius q̃
Esa.1. de passione domini dictum videri, Agnouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe domini sui? Agnoscamus ergo hoc præsepe domini, in quo alimur, pascimur & reficimur. Hoc igitur tempus præcipue scire debemus, quo per vniuersum orbẽ consona sacræ noctis fundatur oratio, quia & tẽpore cõmendãtur preces, sicut scriptum est: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis
2.Cor.6. adiuui te. Hoc est tempus de quo Apostolus dixit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vnde necesse fuit, quia etiã post Aegyptiorũ supputationes,
H & Alexandrinæ ecclesiæ definitionem, Episcopi quoq; Romanæ ecclesiæ per literas plericq; meã adhuc expectãt sententiam, quid existimem scribere de die paschæ. Nã licet futuri diei paschæ inciderit quæstio, tamen etiam in reliquum quid tenendum videatur aperimus, siqua quæstio talis incurrerit. Duo autem sunt obseruãda in solennitate paschæ, quartadecima luna, & primus mensis, qui dicitur nouorum. Itaque ne à veteri testamento videamur discedere, ipsum de paschæ celebrandæ die
Exo.12. capitulũ recenseamus. Monet Moyses populum dicẽs custodiendũ mensem nouorum, eum primum esse mensem prædicans. Ait enim: Hic mensis vobis principium mensium, primus in mensibus anni, & facies pascha do-
Ioan.1. mino deo tuo quartadecima die mensis primi. Lex nempe per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Ipse ergo qui legem locutus est, postea veniẽs per virginem nouissimis temporibus ple-
Mat.5. nitudinem legis consummauit, quia venit non legem soluere, sed implere, & celebrauit pascha hebdomadæ
I in qua fuit quartadecima luna, quinta feria. Deniq; ipsa die (sicut superiora docent) pascha cum discipulis manducauit. Sequẽti autem die, hoc est sexta feria, crucifixus est, luna quintadecima. Sabbato quoq; magno illo sextadecima fuit. Ac per hoc septimadecima luna resurrexit à mortuis. Vnde hæc lex paschæ nobis seruãda est, vt non quartamdecimã obseruemus in die resurrectionis, sed in die magis passionis, aut certe aliis proximis superioribus diebus. Quia resurrectionis celebritas die dominica celebratur, dominica autem ieiunare non possumus, quia Manichæos etiam ob istius diei ieiunia iure damnamus. Hoc est enim in resurrectionem Christi non credere, si legem quis ieiunii die resurrectionis indicat, cum lex dicat pascha edendũ cum amaritudine, hoc est cum dolore, quod tanto sacrilegio ho-
Psal.117. minum auctor salutis sit interemptus. Die autem dominica exultandũ propheta docet dicens: Hic est dies quẽ fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Ergo non solum passionis diem, sed etiam resurrectionis obseruari oportet à nobis, vt habeamus & amaritudinis & lætitiæ diem. illa ieiunemus, isto reficiamur. Vnde si inci- K
derit, sicut futurum est, proxime, quartadecima luna mẽsis primi die dominica, quia neq; dominica ieiunare debemus, neque tertiadecima luna die sabbati incidente ieiunium soluere, quod maxime die passionis est exhibendum, in altera hebdomada celebritas paschæ est differenda. Siquidem sequitur quintadecima luna qua pascha est Christus, & erit secunda feria: tertia quoq; feria erit sextadecima luna, qua domini caro in sepulchro quieuit, cum quarta etiam feria septimadecima luna futura sit, qua dominus resurrexit: Cum igitur triduũ illud sacrũ in hebdomadam proxime concurrat vltimã, intra quod triduũ & passus est, & quieuit, & resurrexit, de quo triduo ait: Soluite hoc templum, & in triduo re- Ioan.2.
suscitabo illud: quid nobis potest molestiam dubitationis afferre? Nam si ea res scrupulum mouet, quia quartadecima luna non celebramus ipsum diem vel passionis, vel resurrectiõis, ipse dominus nõ quartadecima luna passus ẽ, sed quintadecima, & septimadecima resurrexit. Quod si mouet quia quartãdecimam lunam transeuntes, quæ die dominica incidit, hoc est quartodecimo calendas Maii, sequenti dominica instaurãdam celebritatem suademus, authoritas extat huiusmodi. Nã
temporibus paulo superioribus cũ incidisset quartade L
cima luna mensis primi in dominicam diẽ, sequenti altera dominica celebrata solennitas est. Octogesimo autem anno & nonagesimo tertio, ex die imperii Diocletiani, cum quartadecima luna esset nono kalendas Aprilis, nos celebrauimus pascha pridie kalendas Aprilis. Alexãdrini quoq; & Aegyptii, vt ipsi scripserũt, cum incidisset quartadecima luna & vigesimo & octauo die Pharmutii mẽsis celebrauerũt pascha quinta die Pharmutii mensis, quæ est pridie kalendas Aprilis, ac sic cõuenere nobiscum. Rursus nonagesimo & tertio anno à die imperii Diocletiani, cum incidisset quartadecima luna in quartumdecimum diem Pharmutii mensis, quæ est quinto idus Aprilis, quæ erat dominica die, celebratum est pascha dominica Pharmutii vigesimo & primo die, qui fuit secũdum nos quintodecimo kalendas Maii, Vnde cum & ratio sit & exemplum, nihil super hoc mouere nos debet. Nunc illud est, quod enodandum videtur, quia plericq; putant secundo mense nos celebraturos pascha, cum scriptum sit: Custodi primum mensem nouorum. quod non potest incidere vt præter mensem M
nouorum pascha celebrẽt, nisi qui quartãdecimam ita obseruant secundum literam, vt non alio nisi ipso celebrent die. Deniq; in futurũ Iudei duodecimo, nõ primo mense celebraturi sunt pascha, hoc est tertio kalendas Aprilis secundũ nos: secundũ AEgyptios autem vigesimoquarto die Phamenoth mensis, qui est non primus mensis, sed duodecimus, & incipit sexto kalendas Aprilis, & finitur septimo kalẽdas Maii. Ergo secũdũ AEgyptios primo mense celebraturi sumus dominicam paschæ, hoc est septimo kalendas Maii, qui est dies trigesimus Pharmutii mensis. Nec absurdum arbitror vt inde obseruandi mensis trahamus exemplum, vbi primum pascha celebratum est. Vnde & maiores nostri in tractatu concilii Niceni eũ diẽ endecateride, si quis diligẽter intendat, statuendum putarũt, & ipsum mensem nouorum recte custodierũt, quia ĩ AEgypto hoc primo mẽse noua secantur frumenta. Hic autem mẽsis & primus est secundum AEgyptiorum prouentus, & primus secundum legem, & octauus est secundum consuetudinẽ nostram. Indictio enim Septembri mense incipit. Octauo igitur mense kalendæ Aprilis sunt. Incipit autem mensis non secundum vulgarem vsum, sed secũdum cõsuetudinem peritorum ab æquinoctio, qui dies est duodecimo kalendas Aprilis, & finitur vndecimo kalendas Maii. Inde maxime intra hos triginta & vnum dies sæpe celebrati paschæ dies. Sed cum ante biẽniũ celebrauerimus paschæ dominicam vndecimo kalendas Maii,

A hoc est trigesimo die mensis, secundum nostrã scilicet calculationem, moueri non debemus si & proxime trigesimo die Pharmutii mẽsis celebraturi sumus paschæ dominicam. Verum si quis mensem secundũ inde existimat, quia post triduum cõpleti mensis qui compleri videtur vndecimo kalendas Maii, paschæ dominica erit illud consideret, quia quartadecima luna quæ quæritur quartodecimo kalendas Maii erit, hoc est intra præscriptum mensis numerum. Lex autem diem passionis exigit intra primũ nouorum debere celebrari. Satis factũ est igitur secundum plenitudinem lunæ, cui ad complẽdum mensem superfunt tres alii dies. Non ergo in alterum mensem recidit, quando intra eundem mẽsem qui primus est, pascha celebrabitur. Ad literam autem nos teneri non oportere (licet consuetudo celebrandi paschæ ipsa nos instruat) tamẽ & Apostolus docet, qui ait:
1.Cor.4. Pascha nostrum immolatus est Christus: Sed & proposita lectio docet literam non consequendã. Sic enim habes, Et facies pascha domino deo tuo quartodecimo die mensis primi. Diẽ pro luna dicit. Vnde peritissimi quo
B que secundum legem lunari cursu computant mensem & ideo cum à pluribus nonis lunæ cursus incipiat, hoc est, dies primus, vides nonas Maii adhuc ad mensem primum nouorum computari posse. Ergo & iuxta legis sententiam primus hic mensis est. Deniq; μῆνας lunam vocant Græci, vnde μῆναι Græce dicunt menses, & naturalis vsus nationum exterarum lunam pro diebus appellet. Alium autem diem passionis, alium resurrectionis celebrandum, veteris quoq; testamenti series ostendit, Sic enim habes: Agnus sine macula mũdus consumatus anniculus masculus erit vobis, ab ouibus & hœdis sumetis, & erit vobis in obseruatione vsque in quartamdecimam mensis huius, & occidetis illum tota multitudo synagogæ filiorum Israel ad vesperum, & sumẽt de sanguine eius, & ponent super duos postes, & super limen ostii domus, in quibus manducabunt eum inter semetipsos. manducabunt carnem hanc noctu igni assam. Et infra: Et edetis illum cum solicitudine paschæ. Pascha est enim domini, & pertransibo in terram Aegyptiorum in nocte illa, & percutiam omne primitiuum in Aegypto ab homine vsq; ad pecus, & in omni terra Aegypti faciã vindictam ego dominus, Et erit vobis sanguis in signo in domibus, in quibus eritis ibi, & videbo sanguinem, & protegam vos, & non erit in vobis plaga exterminii. Et conteram terrã AEgypti, & erit dies hic
C vobis memorabilis & solennis, & diem festũ agetis eum domino in progenies vestras, legitimum sempiternum, diem festum agetis illum. Aduertimus & passionis diem descriptum in ieiunio, quia ad vesperum occidendus est agnus, licet vltimum tempus pro vespere posimus accipere, secundum Ioannem qui ait: Pueri, nouissima hora est. Sed & iuxta mysterium vespere diei constat oc-
1.Ioan.2. cisum, quando tenebræ statim factæ sunt. & ieiunium deferendum eo die verum est, quia ita edetis illum cum solicitudine. Ieiunantibus enim solicitudo adheret. Resurrectionis autem die exultatio refectionis est atq; lætitiæ, quo die videtur exisse populus ex AEgypto primitiuis AEgyptiorũ necatis, quod posteriora euidentius docent, quibus ait scriptura: Quia postquàm fecerunt Iu-
Exo.12. dæi pascha, sicut præcepit Moyses, factum est circa mediam noctem, & dominus percussit omnem primitiuũ in terra Aegypti à primitiuo Pharaonis. Et vocauit Pharao Moysen & Aaron nocte, & dixit illis: Surgite & exite de populo meo, & vos & filii Israel ite & seruite domino deo vestro. Et vrgebant Aegyptii populum festinantes quàm celerrime expellere. Denique sic profecti sunt Israelitæ, vt non occurreret sibi azyma fermentare. Eiecerunt enim eos Aegyptii, & nõ potuerũt sustinere, apparatum sibi fecerant in via. Reseratum est igitur diem resurrectionis obseruãdum post dies passionis. Qui di-
es resurrectionis non quartadecima luna debet esse, sed posteà, vt vetus loquitur testamentum, quia dies resur- D
rectionis is, cum egrediens populus de Aegypto in mari & in nube baptizatus, vt Apostolus dicit, mortem vicit panem spiritualem accipiẽs, & potum de petra hauriẽs spiritualem. Nec passionem domini die dominica posse celebrari, etiã si quartadecima luna in dominicã incideret, adiungendam hebdomadẽ alterã, sicut, & septuagesimo sexto anno die imperii Diocletiani factum est. Nam tunc vigesimo octauo die Pharmutii mensis, qui est septimo kalendas Maii, dominicam paschæ celebrauimus sine vlla dubitatione maiorum. Simul etiam lunæ cursus & ratio suffragatur, quoniam vigesima prima Psal.140.
luna proximum pascha celebrandum est. Nam vsq; ad vigesimamprimam lunam cõsueuit extendi. Ergo cum tot veritatis indicia concurrant, iuxta maiorũ exempla festum publicæ salutis læti exultãteq; celebremus, postes nostros vbi est ostium verbi quod sibi Apostolus optat aperiri, fide passionis dominicæ colorantes. De hoc ostio dicit etiam Dauid: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circuitus labiis meis, vt nihil aliud nisi sanguinẽ Christi loquamur, quo mortem vicimus, quo redempti sumus. Fragret in nobis odor Christi. Ipsum audiamus, in illum & mentis & corporis oculos dirigamus, opera eius mirãtes, beneficia prædicãtes super limen ostii nostri sacræ redẽptionis cõfessio resplende- E
at. Sumamus feruenti spiritu sacramentũ in azymis sinceritatis & veritatis, pia doctrina gloriam patris & filii & spiritus maiestatem inuiduam concinentes.

Diui Ambrosii ad sacram virginem Demetriadem, magnis præceniis veram humilitatem exaltantis, aduersantẽque illi superbiam digna vituperatione confundentis, ac per hoc ipsam ad elationem cauendam, & pręfidio synceræ humilitatis armandam, persuadentis,

Epistola LXXXIIII.

AMBROSIVS Episcopus sacræ virgini Demetriadi. Cum splendissimæ sanctimoniæ tuæ sublime propositum super humilitatis fundamenta consistere pie & sapienter intelligis, in hoc vsque ô sacra virgo Demetrias dignationem tuæ dignitatis inclinas, vt prouectiones tuas etiam meo stylo exigas adiuuari. Quod ego, ad tenuitatem facultatis meæ respiciens, omnibus modis recusarem, neq; tam maturo & erudito animo cohortatiunculas meas adhi- F
bere præsumerem, nisi fiduciam efficiendi id quod iubetur, à iubente conciperẽ, & tuis meritis atq; orationibus confiderem esse præstãdum vt oriatur in deserto aqua, & fient in sicca terra flumina. Vnde collaborandũ tibi mecum est, vt qui sapientiam præstat paruulis, & linguas mutorũ facit disertas, iubeat de cordis mei aridita te profluere quod sitis tua digne possit haurire. Quæ ergo materia stylo dabitur, & vnde loquendi tecum causa sumetur? Si laudes tuas scribere aggrediar, & maiorum seriem quæ per te multũ illustratur, euoluam, onerosum me forte & impudentẽ videri posse arbitror, qui vel humanæ tibi gloriæ tentationẽ adulando ingeram, vel tuis actutorum prædicationibus ingeniũ meum par esse præsumam. Si vero de commendando virginitatis bono disserã, superflua erit eius nunc propositi insinuatio, quod tu à primo ætatis tuæ flore sine humanis cohortationibus elegisti, & de quo iter ipsa principia multi qui tunc in ecclesia præminebant, merito nõ siluerũt. Valde enim mirabile erat, & inter præcipua diuinæ gratiæ exempla numerandum, quòd virgo Anicia super omnes fastigium trahẽs beatæ nobilitatis euecta, de cuius fœcunditate auis atq; atauis responsura posteritas, & familiæ votis expectabatur & patriæ. conuerso repente animo, desiderio cælestium nuptiarũ declinasti mortale coniugium. Et vt omnem prosapiam tuam etiam huius virtutis titulo consecrares, primam stirpis tuæ perpe-

G tuam & virginem filio virginis ſpopõdiſti. Illam ergo ætatem tuam,& illa principia rationabiliter doctiſſimi viri ſuis adhortationibus incitarũt. Et licet plantationi ſuæ ſummus agricola valida ad profectum tuum incrementa præberet, cooperatores tamẽ gratiæ dei opportunæ piam adhibuere culturam, vt germen tenerũ fortitudinis robur acciperet, & dignos generoſitate ſua fructus propoſiti tui arbor afferret. Noſtris autem paginis quid erit loci,& poſt ornatiſſima ſcripta excellentium magiſtrorũ quid vtilitatis in eo quem indicere dignata es ſermone reperies, niſi forte quia & illorum in doctrinis & tuis ſtudiis ad ſublimiores gradus virtutũ conſuetudo proficit,cauẽdam te elationis admoneam, & humilitatis tibi ſynceritatem fida ſuggeſtione commendem, vt in omnibus actionibus in quibus tibi es bene conſcia,nunq̃ audeas eſse ſecura. De hoc igitur cõgruentiſſimo tibi & ſaluberrimo bono quod dominus donauerit,diſſeramus,vt inſpẽctioni noſtræ non tantũ viſibilia eius, ſed etiam occulta reſerẽtur. Eſt enim multiplex virtutis iſtius qualitas,& licet in exteriorib⁹ quoque pulchra ſit,in intimis tamen ſuis multo eſt ſpecioſior,multoq; luculentior,vbi nihil obſcurum,nihil turH bidum,nihil eſt inquietũ:quia pax multa diligẽtibus le Pſal. 118. gem dei,& nõ eſt illis ſcãdalum. Acceſſuri autẽ ad beatæ humilitatis intuitum, omnẽ illam obiectionem quæ ignauos & inconſtantes animos deprimit, repellamus. Nec generale nomen ita nos à iudicio diſcretionis excludat, vt omnes quoquo modo humiles putemus eſse laudabiles. Imitatur quidem plerũq; neceſſitas volũtatem,& ab imagine modeſtiæ parum differt forma ſegniꝛ tiæ. ſed aliud eſt quod grauat, aliud quod exercet, nec in eundem finem venit labor indeclinabilis miſeriæ,& expetitæ fortitudo patientiæ. Vnũ eſt paupertatis vocabulum, ſed non vna mens pauperum: quia nõ idem eſt gaudere bene expenſis diuitiis, quod aut gemere de nõ acquiſitis, aut dolere de perditis. Timoris etiam quo deus metuitur, nulla eſt in appellatione diſtinctio. Sed aliud eſt timere quia peccaueris,aliud timere ne pecces. Et ibi eſt formido de ſupplicio, hic ſolicitudo de præmio. Ob hoc enim de illo ſeruili metu dicitur quia per- 1.Ioan.4. fecta charitas foras mittit timorẽ. De hoc vero liberali: Pſal.18. Timor domini ſanctus manẽs in ſeculũ ſeculi. Remota itaq; illa ſpecie humilitatis, quæ tota ſine fructu eſt, voluntarios tantũ pendamus affectus. Qui etiã ſi in gradibus meritorũ inueniuntur impares, non ſunt tamen ab ipſa virtute diſcordes. Prima ergo humilitatis ratio in cõmunis vitæ verſatur officiis,quibus & diuina clemẽtia cõciliatur,& ſocietas humana cõnectitur. Multum I enim ad roborandũ dilectionem valet cum ſecundum doctrinã Apoſtolicam inuicem ſe homines honore prẽueniunt,& alter alterũ ſuperiorẽ exiſtimantes, amant ſeruire ſubiecti,& neſciunt tumere prælati: cum & pauper diuitem non ſibi dubitat anteferre, & diues pauperem ſibi gaudeat æquare, cũ & ſublimes non ſuperbiũt de claritate proſapiæ, & pauperes nõ extolluntur de cõmunione naturæ. Cũ deniq; non plus tribuitur magnis opibus,q̃ bonis moribus, nec maior ducitur phalerata iniquorũ potentia,q̃ rectorũ inhonora iuſtitia. Ab hoc æquo & modeſto iure cõcordiæ,in quo nullũ eſt de gradu ſuperiore certamẽ, nec fœlicitas aut inflat propria, aut vrit aliena. Pulchre & mirabiliter à plerisq; profici tur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & ſe extra omnem conſtituit dignitatem, & mauult apta eſse iniuriis accipiendis,q̃ idonea repellẽdis:vt impleatur quod Mat.5. ait dominus: Qui vult tecũ iudicio contẽdere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit mille paſsus,vade cum illo & alia duo. Illud quod Apoſtolus docet dicẽs: Quare nõ magis iniu- 1.Cor.6: riam accipitis?quare non magis fraudem patiminí? Tales enim multũ ad imitationem ipſius domini noſtri & 2.Cor.8. ſaluatoris accedunt,qui cum diues eſset, pauper factus

K eſt:& cum malediceretur,non maledicebat,& percuti- 1.Pet.2. enti ſe non comminabatur. Et quoniam dixerat, Diligite inimicos veſtros,benefacite iis qui vos oderũt:vt huiuſmodi beneuolẽtiam confirmaret exemplo, ipſe pro iis à quib⁹ crucifigebatur orabat. Qui ergo fideliter & ſcienter intelligũt quo opere ſaluati, & quo precio ſint redempti,nolunt de mundi huius ſapientibus, nolũt eſ ſe de fortibus,quoniam ſicut ait Apoſtolus: Quæ ſtulta 1.Cor.1. ſunt mundi,elegit deus,vt confundat ſapientes:& infirma mundi elegit deus,vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus: & quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt,deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius, id eſt vt nemo ſe placere deo per mũ di ſapientiã putet,quæ tota carnalis eſt,& à vera ſapientia cum omni ſua vanitate deſtruitur. Dominus enim nouit cogitationes ſapientiũ,quoniam vanæ ſunt. Cum Pſal.93. itaq; diſcipuli veritatis humanam gloriam fugiunt, & à temporalium amore deſciſcunt,vt quæ dei ſunt ſapiãt, non quę hominũ:proficiunt ſenſibus,nõ deficiunt,neq; vigorem cordis amittunt, ſed excellẽtiſsimæ intelligentiæ lumen accipiunt, viuentes quidẽ in hoc mundo ſed omnes mundi ſtrepitus relinquentes,vt redimant tempus,quia dies mali ſunt. Quo autem precio quies huius temporis aptius comparatur,q̃ vt ipſi mundo omnes diuitiæ, omnes dignitates, & vniuerſarum cupiditatum materiæ refundãtur, & ſancto beatoq; commercio ema L tur Chriſtiana libertas,fiantq; filii dei de paupertate diuites,de patientia fortes, de humilitate ſublimes? Non enim,vt dilectores huius ſeculi putant parui cordis aut ſegnis eſt animi terrenas opes ſpernere, honores occiduos faſtidire,nec ibi gloriã quærere,vbi laudatur peccator in deſideriis animę ſuę,& qui iniqua gerit,benedicitur. Vnde ſi vere intelligatur, contemptus iſte rerum præſentium ad quæ tendat,& qualia concupiſcat, nihil huiuſmodi mentibus rectius, nihil inuenietur electius, quæ ſacratiſsimis deſideriis vniuerſa tranſcendũt, neq; ad vllam creaturam q̃is potẽtem atque mirabilem,ſed ad ipſum omniũ viſibiliũ & inuiſibilium ambiũt creatorem, cui appropinquare clareſcere eſt, quem timere gaudere eſt, cui ſeruire regnare eſt. Sed hæc virtus quæ temporalis copiæ & patientiæ negligens ad vitam æternam anguſta & ardua mittitur,non debet voluntarios pauperes in conſortium Chriſtianæ humilitatis admit M tere,eos autẽ à ſocietate boni huius excludere qui ampla prædia,magnificat patrimonia,& multas in hoc ſeculo poſsidẽt facultates,cũ in populo dei multi ſemper qui diuitiis bene vterẽtur extiterint, nec vllo modo vel dici vel cogitari liceat quod Abraam & Iſaac & Iacob quorum ſe eſse deum dominus proteſtatus eſt, ideo vera humilitate caruerint,quia pauperes nõ fuerunt. Aut quod,vir ſacratiſsim⁹ Melchiſedech,domini & ſaluatoris noſtri præferens formam,non fuerit perfecte humilis,quia & ſacerdotio eminebat &regno. Vel quòd beato Iob,de quo deus pronunciat dicẽs:Nunquid conſide Iob.2. raſti ſeruum meũ Iob,quòd nõ ſit ei ſimilis in terra,homo ſimplex & rectus,& timẽs deum.& recedens à malo ideo virtus iſta defuerit, quia erant(ſicut ſcriptum eſt) in poſſeſsione eius ſeptẽ milia ouiũ,& tria milia camelorum,quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ,ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes orietales. Quaſi tunc iſtius gratiæ particeps factus eſt,quando omnibus facultatibus perditis, vniuerſa quoq; familia filiiſq; priuatus, & percuſsus vulnere peſsimo à plãta pedis vſque ad verticem capitis, teſta ſaniem radebat,ſedẽs in ſtercore, ad imaginem elationis poſtmodum reuocatus eſt,quando corporis incolumitate renouata,ſeptem rurſus filiorũ triũmque filiarũ factus eſt pater,& duplo in vniuerſam ſubſtantiam eſt ditatus augmẽto. Abſit autem ab animis fidelium tam irreligioſa perſuaſio,vt cuiquã ſanctorũ quibus deus & diuitias eſt largitus & honores,ad capiendum veræ hu-

A militatis meritum credatur vel opulentia obfuiſſe vel dignitas,cũ eis ad huius virtutis prouectum vtraq; profuerint. Quanuis enim tota vita hominis tentatio ſit ſuper terrã,& tam abũdantia quàm inopia materia ſoleãt eſse peccati,cum vel diues extollitur ad ſuperbiam,vel pauper profilut ad querelam,extiterunt tamen in omni tempore,& in noſtra quoq; ætate nõ deſunt ſicut & boni pauperes,ita & boni diuites. Nec fruſtra beatus Apoſtolus Paulus Timotheum admonet dicens: Diuitibus 1.Tim.6. huius ſeculi præcipe non ſuperbẽ ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum,ſed in deo qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum,bene agere, diuites fieri in operibus bonis. facile tribuere,cõmunicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonũ in futurũ, vt apprehendant veram vitam. Quod vtiq; fieri in vniuerſa eccleſia quæ per totum mundũ eſt diffuſa, nõ dubiũ eſt, & pauperes Chriſti non eorum tantũ facultatibus ſuſtineri, qui vt expeditiores dominum ſequerentur,ſimul ſe omnibus ſuis opibus exuerunt,ſed eidem operi etiam illorũ ſubſtantias deſeruire,qui poſſeſsionibus ſuis non aliter q̃ rebus pauperũ præſint, vt eccleſiaſticæ vtilitati ſub quadam procuratione famulẽtur, elaborantes ſinguli pro ſuarum virium portione vt ad victum atq; veſtitum familiæ dei neceſsaria conferãtur, & ſimul proſpicientes vt in domibus ipſorum ſub iuſto ſanctoq; moderamine omnes & benignitas foueat,& diſciplina contineat,di- B cente Apoſtolo: Si quis autẽ ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet,fidem negauit,& eſt infideli deterior. Cum itaq; eccleſia dei, quæ eſt corpus Chriſti,ita ſit multimoda varietate contexta,vt in vnum decorem etiam quæ non ſunt paria,concurrant, & de omni genere hominum, & de omni gradu officiorum, de omni menſura operum, de omni qualitate virtutũ fiat totius ædificationis inſeparabilis connexio, & indifferens pulchritudo,nec deſit ſoliditati quod non defuerit portioni,tantaq; ibi ſit pax,tantaq; cõcordia, vt nõ poſ ſit eſse niſi omniũ quod eſt etiam ſingulorũ,indubitanter apparet copulatricem quandã eſse virtutem, qua ſibi confœderatur & concinit multiplex ſanctorũ vnitas & ſpecioſa diuerſitas,Hæc autem virtus vera humilitas eſt,quæ inter quoſlibet meritorum gradus nunq̃ ſui poteſt eſse diſsimilis. Nam & in officiorum viciſsitudine, & in manſuetudinis lenitate,& in voluntariæ pauperta tis electione,inuenitur multa diſtantia,& alter altero in propoſiti ſui deuotione aut maior aut minor eſt. In vera autem humilitate nihil diuiſum, nihilq; non ſolidũ eſt,& ideo omnes participes ſuos vnum facit, quia inæqualitatem ipſa nõ recipit. Huius igitur boni proprietas in confeſsione eſt gratiæ dei,quæ tota repellitur niſi tota ſuſcipitur. Sicut enim alienus eſt à numero fideliũ C & à ſorte ſanctorũ,qui ſ aliquo à catholica veritate diſſentit:ita extra gratiam efficitur qui aliquid de eius plenitudine diffitetur, quaſi homo auxilio dei in quadam actionum ſuarũ parte egeat, ſitq; vllum tẽpus,vllúmve momentũ quo pernicioſum illi eſse nõ poſsit ſi ab eo ſpiritus ſanctus defuerit. Qui vtiq; ſecundũ veræ deitatis eſſentiam vbiq; totus eſt,& omnia cõprehẽdit,ſed ab illis modo quodam intelligitur recedere,quos deſtiterit gubernare. Ceſsatio quippe auxilii eius pro abſentia accipitur,quam ſibi inſaniſsime vtilem putat,qui in iis quæ recte geſserit, ſe magis q̃ deum gaudet operatum. Plene ergo & veraciter confitenda eſt gratia dei,de cuius hoc primum mu- 1.Cor.2. nere eſt,vt auxilium ipſius ſentiatur. Propter quod dicit Apoſtolus: Nos autem non ſpiritum mundi accepimus,ſed ſpiritum qui ex deo eſt, vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Vnde ſi quis eſt qui aliqua ſe habere exiſtimat bona quorum nõ deus largitor ſit, ſed ipſe ſibi author exiſtat, manifeſtũ eſt hunc nõ dei ſpiritũ habere ſed mundi,& de illa ſecularis ſapientię tumere doctrina,de qua dicit dominus: Perdam ſapientiam ſapiẽ-

tium,& prudentiã prudentiũ reprobabo. Vbi ſapiens? D vbi ſcriba?vbi conquiſitor huius ſeculi?nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? ſecundum quam(ſicut ait Apoſtolus)quidam cum cognouiſsent deũ, nõ ſicut deũ glorificauerunt,aut gratias egerunt,ſed euanue Rom.1. runt in cogitationibus ſuis.& obſcuratum eſt cor inſipiens eorum. dicentes enim ſe eſse ſapientes, ſtulti facti ſunt. Vides ne qualis ſuperbis retributio debeatur, & quali mercede repleantur,qui ſi quo modo ad cognitionem veritatis acceſserint, ſuæ hoc ſapientiæ tribuunt, & de naturali ingenio gloriantur,tanq̃ deũ non dei munere,ſed proprii intellectus facultate cognouerint? Omnia quidem elementa mundi, & vniuerſæ creaturarum naturæ,hoc ipſa ſui exigũt ſpecie, vt inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt,intellecta conſpiciantur:& in pulchritudine cæli & terræ quædam ſunt paginæ ad omnium oculos ſemper patẽtes,& authorẽ ſuum nunq̃ tacentes, quarum proteſtatio doctrinam imitatur magiſtrorum, & eloquia ſcripturarum. Sed quid illud eſt quo corporeorũ ſenſuum exteriora pulſantur in agro cordis cui impẽditur iſta cultura,nec radicẽ poteſt figere,nec germen emittere,niſi ille ſummus & verus agricola poten E tiam ſui operis adhibuerit, & ad vitalẽ profectũ ea quæ ſunt plantata perduxerit? Siue enim contẽplatio creaturarum,ſiue ſacrorũ ſeries voluminũ, ſiue ſcientia diſſerentium ſyncero & aſsiduo teſtimonio prædicet veritatem,neq; qui plãtat eſt aliquid,neq; qui rigat, ſed qui in 1.Cor.3. crementum dat deus. Inter omnes igitur lapſus hominum,inter omnia cõmiſsa peccãtium,nulla eſt grauior q̃ ſuperborum ruina,maxime cũ ipſa elatio in dei tẽdit iniuriam. Nam aliter inflantur qui cupiditate extollentiæ ſingularis omnibus appetunt anteferri, aliter vero intumeſcunt qui dei auxilium refutantes, quæ fieri ſine ipſius opere nõ poſsunt,ex ſua perfici virtute cõtẽdunt & ſpem ſuam à domino auferunt,atq; ad ſe tranſferũt, Hiere.17. vt adimpleatur in eis quod ſcriptum eſt: Maledictus homo qui ſpem habet in homine, & firmat carnẽ brachii ſui,& à domino diſcedit cor eius. Hæc ſuperbia à diabolo ſumpſit exordium,qui quoniam ſua(quam à creatore acceperat)potẽtia & dignitate ſibi placuit,ſeq; authoris ſui gloriæ comparauit,cum iis angelis quos in cõſenſum impietatis ſuæ traxerat, à cæleſti ſublimitate deiectus eſt. Et ideo primis hominibus nocere potuit, quia illis male credulis per mendacia venenata perſuaſit vt F meliores ſe futuros putarẽt ſi in libertatẽ ſui arbitrii p filirẽt,q̃ ſi in legis datæ cuſtodia permanerẽt. Siue itaq; in lapſu diaboli,ſiue in prævaricatione hominis, initiũ peccati ſuperbia eſt:quæ congruenter & anaritia nominatur,quia vtraq; appellatio eũ ſignificat appetitum qui & ſuam menſuram cõcupiſcat excedere, & non dignetur diues eſse niſi propriis, tanq̃ habeat hoc ſimile deo, vt bonorum ſuorũ ipſe ſibi fons,ipſe ſibi ſit copia. Hæc autem elatio de peruerſo vſu donorum dei naſcitur. Nã ſi cõditor naturarũ nulla pulchra,nulla ſublimia naturis rationabilibus cõtuliſſet,vnde ſe extollerent nõ haberent. Nemo enim de iis quæ non accepit ſuperbit,nec inflari quiſq̃ de eo poteſt quod à participatione ei⁹ alienum eſt. Nunq̃ gloriatur de ſobrietate temulẽtia,neq; de beneuolẽtia inuidus,aut de lenitate ſæuus,vel de caſtitate extollitur impudicus. Ipſa ſe à virtutibus vitia ſe cernunt,& cum in peccatis agitur,non inſita per naturam,ſed ex mala voluntate concepta & propria diligũtur,quia ſicut ſcriptũ eſt:Mendax de proprio loquitur. Cum autẽ in bonis & rectis actibus laudabilis vita ducitur, dei eſt quod geritur,dei eſt quod amatur. Omne Iacobi.1. enim datũ optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt,deſcendens à patre luminũ. Vnde quia inter vitia aut nulla eſt aut rara iactãtia, & facile ſpernitur qui de opprobrio gloriatur:malum ſuperbiæ maximè virtutibus eſt cauendũ, quia nullis opportunius inſidiatur q̃ quibus laus iuſta debetur. Cum ergo per ineffabilem

G misericordiã dei captiuis libertas, peditis ſalus, mortuis vita reparatur, cum in ſacramẽto crucis & reſurrectionis Chriſti ad nouitatẽ redit vetuſtas, & ad innocẽtiam regeneratur impietas, antiquus hoſtis malignus fremit, & acrius inardeſcit: & cum innumeris nocendi artibus humanũ genus nitatur euertere, ſerens diſcordias, incitans iras, acuens cupiditates, ſuadens turpia, falſa commentans, & errorum laqueos per opinionum commenta multiplicans, plus vritur de virtute ſtantiũ q̃ lætetur de fragilitate labentium. Multi enim ſeruientes deo, & in lege eius die ac nocte meditãtes, crucifixerunt carnem ſuam cũ deſideriis & concupiſcentiis, omniumq; illecebrarum incentiua domuerunt: non damnis victi, non perſecutionibus fracti, non proſperitatibus deprauati, mundũ iſtum nec dilexere obſequentẽ, nec timuere terrentẽ. Tantã itaq; firmitatẽ, & tã ſublime propoſitũ qua impugnatione diabolus poſſet adoriri, niſi vt quibus nõ potuerat perſuadere vitiorũ amorem, immitteret laudis cupiditatem, & inde nouiſsima inſtrueretur tentatio, vnde nocuit prima deceptio? Nõ itaq; deſidioſis & tepidis, neq; inertibus & incultis, ſed magis quibuſdã animis ſedulis & bonorũ actuum probitate luculentis. per gloriam irrepſit humanã: & quos impulſione non mouit, elatione deiecit. Quanto enim clariores erant meritis, tanto eos aptiores ſuis inuenit
H inſidiis. In paradiſo namq; eccleſiæ conſtitutos, & virtutum deliciis abundantes ad confidentiã liberi incitauit arbitrii, vt profectus ſuos in ſe cõſtituerent, & ad arborem propriæ voluntatis manum præſumptionis extenderent. Reſtiterunt quidem huic impietati recta innumerabilia corda ſanctorũ, & nõ ſolum docti quiq; pontifices, verumetiã vniuerſales eccleſię plebes, apoſtolicę ſedis exemplo inſaniam noui dogmatis horruerũt: ſed inuenerunt quoſdã viperina cõſilia quibus doctrinę ſuę virus infunderent, quorum linguam per dolos falſæ rationis armarent, Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulenta laudatio, & illæſæ per omnes homines originalis defenſio dignitatis. Hinc Adæ peccatum exemplo poſteris aſſerebatur nocuiſſe, nõ tranſitu: & q̃ illi poſsibile fuerat non violare mandatũ, tam liberũ eſse vnicuiq; declinare delictum. Hinc euacuatio baptiſmatis paruulorum, qui ſola adoptione donari, nullo autem reatu dicerentur abſolui. Hinc poſtremo diuinæ gratiæ ſimulata & inſyncera cõfeſsio, quæ ſecundũ merita daretur, non ex qua merita naſcerẽtur: quam patrem ſuperbæ prædicationis quidam ſibi cũ cætera abnuerent, ſeruauerunt. Sed hoc eos aut nimis imperite aut valde nequiter feciſse non dubium eſt, vt omnium hominum generalem ruinam meritorum priuilegio ſubleuarent, &
I cum inter noſtros originalis peccati vulnera faterẽtur, inter ſuos tamen hoc tenere oſtenderent, quod primorum hominũ preuaricatio ſolis imitatoribus obfuiſset. Naturalem autem facultatem nihil ſui in alieno amiſiſſe peccato, cui poſsibile eſset & liberum per voluntariã deuotionem promereri gratię largitatem. Verum iſtam damnati dogmatis portionẽ catholicæ mẽtes facile intelligunt, & merito deteſtantur. Dicente enim domino
Mat.9. Ieſu: Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores: conuincũtur iſti in ſuperbia etiam ſine voce clamare, Sani ſumus, opus medico non habemus, Quæ nobis expectanda ſunt præſidia de ope gratiæ, quibus ſuppetunt vires de incolumitate naturæ? Nõ autem fruſtra Ioannes proIoan.1. teſtatur, & dicit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Nec fruſtra ſcriptum eſt: Nemo mundus à
Iob.15. ſorde, nec infans cuius vnius diei vita eſt ſuper terram.
Iob.14. &, Quis poterit facere mundũ de immũdo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? Propter quod ſicut nunc
Ioan.3. in eccleſia manet conſtitutio ſaluatoris dicentis: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorũ: ita ſacratiſsime erat in lege præcautum vt natus puer niſi die circumcideretur octauo, K exterminaretur anima eius de populo ſuo, nullũ in hæreditate Iſrael habitura conſortiũ. Quæ omnia & multo plura documenta non tanta cura ſacris paginis ſpiritus ſanctus inſeruiſset, ſi talis eſset natura in filiis Adã, qualis in ipſo eſt principaliter inſtituta. Sed quia filius dei venit vt ſolueret opera diaboli, & vt quæreret ac ſaluaret quod perierat: manifeſtũ eſt omnes in Adam damnationi obnoxios eſse naſcendo, niſi in Chriſto liberati fuerint renaſcendo. Vnde vigilanter nobis cõſiderandũ eſt, in ipſo regenerationis munere quid geratur. Quanuis enim ad vnum concurrant omnes eiuſdẽ myſterii portiones, aliud tamen eſt quod viſibiliter agitur, aliud quod inuiſibiliter celebratur. Nec idẽ eſt in ſacramento forma quod virtus, cum forma eũ humani miniſterii adhibeatur obſequio, virtus autem per diuini operis præſtetur effectum. Ad cuius vtique potentiam referendum eſt quod dum homo exterior abluitur, mutatur interior, & fit noua creatura de veteri, vaſa iræ in vaſa miſericordiæ transferuntur. & in corpus Chriſti conIoan.1. uertitur caro peccati. De impiis iuſti, de captiuis liberi, de filiis hominũ fiunt filii dei: qui non ex ſanguinibus neq; ex volũtate viri, neq; ex volũtate carnis, ſed ex deo Rom.8. nati ſunt. Quod quia indubitanter accipimus, veriſimum eſt quod Apoſtolus docet dicens: Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur, ii filii ſunt dei. Vnde videant cuius ſe haberi filios velint qui definierint omnes homines voluntate propria regi, cum idem Apoſtolus proteſteL tur & dicat: Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic nõ eſt eius. Refutata igitur ſuperborum impia vanitate, quibus in peccatum etiam illa quæ in eis videntur laudanda, vertuntur: nos illam humilitatem cui virtus & gloria dei eſt eligamus, ſcientes prophetam Dauid eciniſſe de ſanctis: Domine in lumine vultus tui ambulabũt, Pſal.88. & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua iuſtitia exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorũ tu es. Qui & alibi piiſsime cõfitetur dominum in ſanctis ſuis eſse laudandum dicẽs? Mirabilis deus i ſanctis ſuis, deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. Huic Pſal.67. etiam Hieremias cõcordat, & dicit: Hæc dicit dominus: Hierc.9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & ſcire quia ego ſum dominus. Ipſe vero intellectus & ſcientia vnde habeantur, pandunt Prouerbia Salomo- Prou.2. nis, & dicunt: Quoniam dominus dat ſapientiã, & à facie eius ſciẽtia & intellectus. Vnde in Eccleſiaſtæ libro ipſius legimus quòd & corda & opera iuſtorum in manu dei ſint, & tantum in ſtudiis ſuis proficiant, quãtum eos ille prouexerit. Quãtũcunq;, inquit, laboraueritho mo vt quærat, non inueniet. Et quodcunq; dilexerit ſa- M piens vt ſciat, non poteſt inuenire, quia vniuerſum hoc vidit cor meum, quia iuſti & ſapiẽtes & operationes eorum in manu dei. Tale eſt quod Apoſtolus prædicat di- 1.Cor.12. cens: Omne verbum bonum, & omne opus ſanctum, donum eſt ſpiritus ſancti, ſine quo nihil recte agatur. Ideo, inquit, notum vobis facio quòd nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero ſunt gratiarum, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundẽ ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alteri operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus diuidẽs ſingulis prout vult. Sunt & alia innumerabilia teſtimonia quæ ex paginis & noui & veteris teſtamenti quadam

A conclamatione confirment hanc eſse veræ humilitatis excellentiſsimam dignitatem, vt omnia quæ hominem faciunt Chriſtianum, ad diuinæ gratiæ donum referantur. Sed tantam multitudinem ſententiarum in vnum congerere, immodicum, preſertim cum mihi ſermo eſſet ad ſanctimoniam tuam, cui ex formula eorum quæ commemorauimus, omnia ſe aut recordanti offerent, aut legenti, licet quędã etiam breuiſsima tantæ ſint plenitudinis, tantæq; virtutis, vt nullo aduerſantis ingenio poſsint in ſenſum alium detorqueri. Nam quæ contradictio admitti poteſt in eò quòd ipſa veritas diſcipulis
Ioan.15. ſuis per Euangelium Ioannis dixiſse narratur? Sicut palmes, inquit, non poteſt facere fructum niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Nonne conuincitur palmes elatus quod omni fertilitate vacuatur ſi vitis vbertate non alitur? Quis enim ſine auxilio gratiæ fructum poteſt afferre iuſtitiæ? Aut quis audet dicere ſe à Chriſto non diuidi, qui Chriſtum in ſe diffitetur
B operari? An forte verendum eſt ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur deus, ad ipſum dicimus eſse referenda? Quod nequaquam eſse conſequens veritatis oſtenditur. Operãte enim ſpiritu dei iuuatur arbitrium, nõ aufertur, & hoc agit gratia, vt voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, ſeductionibus circunſepta, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus ſuis, ſed per opem miſerentis medici curata reualeſcat, & gaudeat ſe non interrogantem edoctam, & non quærentem eſse quæſitam: quia im
Eſa.52. pletur quotidie quod Eſaias propheta prędixit: Quibus non eſt annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierũt, intelligẽt. Quomodo autẽ hoc fiat, Ioãnes apoſtol9
1.Ioan.5. docet dicens: Scimus quia ex deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum deum, & ſimus in vero filio eius. Quod vtique nunc eadem potentia dominus indefinenter operatur, qui ait:
Mat.28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Vt ergo miſericordiam dei quæramus, dei miſericordia eſt qui ait: Miſerebor cui miſer
Exo.33. tus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericordiam
Roma.9. præſtitero. Vnde mire per Hieremiam idem dominus manifeſtat quòd dei gratiam nemo præueniat merito ſuo, ſed propter dilectionem qua deus diligit, etiã auerſos ad miſericordiam trahi. Dilectione, inquit, æterna
Hiere.31. dilexite, propterea traxi te ad miſerationem, quia ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael. Cui ſententiæ Io-
1.Ioan.4. annes quoque apoſtolus cõgruit dicens: Non quaſi nos dilexerimus deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos. Et infra: Nos ergo diligamus, quoniã deus prior dilexit nos. Paulus quoque apoſtolus in eadem eſt ſententia, dicens
2.Tim.1. in epiſtola ad Timotheum ſecunda: Collabora euange-
C lio ſecundum virtutem dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecũdum propoſitum ſuum, & gratiam quæ data eſt nobis
Ad Tit.2. ante tempora æterna. Ad Titum etiam ſcribens docet nullo bono hominis merito dei gratiam præueniri. Eramus, inquit, & nos inſipientes aliquando, increduli, errantes, ſeruiẽtes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odiẽtes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis ſpiritus ſancti, quem effudit abunde in nos per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternę. Omnis igitur illuminatarum mentium pius motº alienari quidem non poteſt à propria hominis voluntate: ſiquidem nihil recte faciet niſi quod volẽs egerit: ſed vt ad id quod æquum & vtile eſt, animi tendat intentio, de illius æternæ & incõmutabilis voluntatis inſpiratiD ne concipitur. Et ſicut arte medici fit in oculis caligantibus, vt poſsint videre quod nõ vident, nec tamen non ipſorum eſt viſio quam medicina contulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus per ſpiritũ ſanctum acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebroſæ iam & deficientes lucernæ lumen accipiunt, nec tamen niſi ipſarũ
Luc.12. erit, quicquid fulgoris acceperint. Vnde dicit dominus Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? Et idẽ iubet, lucernæ noſtræ ſint ſemper ardentes, vt ſcilicet ſuperno igne accenſus animus nõ tepeſcat, ſed ſtudeat ſemper ardere: ac ſi vigorem eius aliqua turbarit aduerſitas, vnde cœpit inflammari, inde poſcat ignirri. Proinde quia manifeſtiſsime & prophetica & euangelica & apoſtolica doctrina nec ſuperbos nos vult eſſe, nec deſides: cooperatores nos eſse oportet gratię dei, vt illam excitantem, iuuantem, locupletantem, & quoti die prouehentem vigilanter & ſobrię ſubſequamur, nũ quam ceſſantes ab actione gratiarum, quia inter ſecunda vitæ iſtius & aduerſa, quibus gemina ſemper tentatio ne pulſamur, ſi proficimus, inde alimur: ſi ſtamus, inde ſubſiſtimus: ſi recidimus, inde reparamur. Dicit enim ſpiritus per prophetã Dauid: A domino greſſus hominis Pſal.36. ditigẽtur, & viam eius volet. Cum ceciderit, nõ collidetur: quia dominus ſupponit manum ſuam. Non itaque fruſtra præcipitur vt boni ſimus, cum dicitur: Declina à Ibidem. malo, & fac bonum. Sed nec fruſtra per Hieremiã dicit Hiere.32. domin9: Timorẽ meũ dabo in cor eorũ, & viſitabo eos, E vt bonos eos faciam. Nec ſuperflua erat præceptio Pauli apoſtoli ad Romanos dicẽtis: Noli vinci à malo, ſed vin Roma.12 ce in bono malum. Cum Corinthijs dicat: Oramus au- 2.Cor.13. tem ad deũ vt nihil mali faciatis. In omnibus enim monitis dei atque mandatis vna eademq; ratio eſt & diuinę gratiæ, & humanæ obedientiæ. Nec ob aliud vnquam datur præceptum, niſi vt quæratur præcipientis auxilium. Voces enim docentium, & literę paginarum quæ ad eruditionem audientium vel legentium deo ſeruiunt, non carent eius virtute cui ſeruiunt: & quando id quod iubetur, ab obediente perficitur, tunc effectus diuini operis declaratur. Vigilant autem tentatoris inſidię, vt vbi profecit deuotio, ſubrepat elatio, & vt homo de bono opere in ſe potius quàm in domino glotietur. Sed ſolicitudo nos Apoſtoli contra hoc periculum monet dicentis: Phil.2. Cum timore & tremore veſtram ſalutẽ operamini. Deº eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quanto ergo excellentius in mãdatis dei quique proficiunt, tanto maiores habent cauſas formidinis & tremoris, ne de ipſis probitatis augmentis mens ſibi bene conſcia, & laudis auida, in ſuperbiæ rapiatur exceſsus, & fiat immũda vanitate, dum ſibi videtur clara virtute. Sed cõtra hoc periculum quid beatus Petrus in prima epiſtola prædicet, audiamus. Si quis, inquit, lo- 1.Petri.4. quitur, tanq̃ ſermones dei: ſi quis miniſtrat, tãquam ex F virtute quam adminiſtrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per Ieſum Chriſtum, cũi eſt gloria & impe rium in ſecula. Item idem in epiſtola ſecunda: Gratia, 1.Petri.1. inquit, vobis adimpleatur in recognitione domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nunc omnia nobis diuina virtute ſua quæ ad vitam & pietatẽ pertinent, donauit per agnitionem ſuã, qui vocauit nos propria gloriæ virtute, per quam maxima nobis & precioſa promiſsa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo eſt cõcupiſcentiæ corruptionem. Si ergo omnia quæ ad vitam & pietatem pertinẽt, deus nobis diuina ſua virtute donauit, nihil magis fugiendum eſt quàm appetitus huius concupiſcentiæ, quæ virtutem negat diuini operis, amore proprię dignitatis. Et cũ alię cupiditatis ea tantum bona quibus aduerſantur imminuant, hæc dũ omnia ad ſe trahit, ſimul vniuerſa corrũpit. Cum itaq; totius ſuperbiæ generale nomẽ odioſum ſit, ſiue illa de honore ſuo, ſeu de nobilitate, vel de im-

G modicis opibus intumeſcat,hæc pars ipſius omnibus tẽ
tationibus nocẽtior inuenitur, quæ videtur ijs quas per
ditas cupit, amica eſse virtutibus. Sed quia ſublimiora
quæque grauius corruũt, gaudet princeps ſuperbiæ eos
quos potuerit ſua impulſione proſternere, ad celſiora
creuiſſe. Huic autem malo firmiſſimum bonum humi
litatis occurrit. Quam ideo diximus veram, quia omni
um virtutum inexpugnabilis fortitudo,& quædam ſuo
rum eſt vita membrorum. Diſcernimus enim illam ab
ijs officijs quæ poteſt etiam cum mundi ſapientibus ha
bere communia, & in eo proprietatem ipſius definim⁹,
quod per omnia deo ſubditur. Nec poteſt quicquam de
meritis ſuis perdere, quorum cauſas atque prouectus nõ
in ſe,ſed in ſuo authore conſtituit. Dignum quippe eſt
vt imago dei deo ſplendeat,& inde pulchra, inde ſit cõ
pta dicens: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui do-
Pſal.4. mine. A lioquin adultera eſt,& à diuino aliena cõiugio,
ſi alterius cuiuſquam decorem in ſpeculo ſui cordis o-
ſtentat,aut vllis alijs monilibus acquieſcit ornari,niſi il
lis quæ de theſauris ſponſi per ſancti ſpiritus pignus ac
cepit. Si autem quælibet anima Chriſtiana huius debet
continentiæ ſoliditate muniri,quia omnes nuptiale ſa-
cramentum in quocunque vocationis ſuæ ordine ſuſce
perunt,quanto magis perſonæ tuæ dignitas præſidio hu
ius virtutis armanda eſt, cui de opulẽtiſſimis gratiæ dei
donis tam multiplex ſe ingerit materia gloriandi? Quã
H uis enim cõmunis tibi ſit cum multarum virginum pu-
ritate virginitas, non tamen facile reperitur quæ poſsit
tibi magnificentia domus & ſplendore antiquiſsimæ fa
miliæ comparari. De quibus vt non ſuperbias, nec tibi
hoc ipſum quod eis Chriſtum præpoſueris, adſcribas.
ipſa eſt vera humilitas, vera charitas, vera virginitas.
Ab omni quippe cõtaminatione mens libera eſt,quæ ſi-
ue in ſe,ſiue in pximo nihil diligit, niſi quod ex deo eſ-
ſe nouit. Nam amare aliquid quod non ex opere & ſpi-
ritu dei ſit,nõ eſt caſta dilectio,& ſufficit tẽtatori ſubli-
mes & claras animas hac illuſione violaſse, vt quas ad
illicita non impulit,placendi ſibi ad elationẽ deiecerit.
De hac charitate ſine dubio Apoſtolus loquebatur, &
iſtius proprietatem ſubtiliſsimis diſcretionibus eliqua-
bat dicens: Si linguis hominũ loquar & angelorũ,chari
1. Cor.13. tatem autem non habeã,factus ſum velut æs ſonans,aut
cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & no-
uerim myſteria omnia,& omnem ſciẽtiam, & habuero
omnẽ fidẽ,ita vt montes transferam,charitatem autem
non habeã,nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos paupe-
I rum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meũ
vt ardeam,charitatẽ autem nõ habuero, nihil mihi ꝓ-
deſt. In quarum definitionum formula multo labora-
remus obſcurio, niſi ſequentia demonſtrarent quæ eſ-
ſet ſpecies iſtius charitatis,cui ſoli tot operum labores,
tot virtutũ merita nõ perirent. Eſto enim vt multiplex
loquendi peritia,quæ non ſolũ ad omnẽ humanæ facũ-
diæ artem, ſed etiam ad angelici eloquij peruenerit fa-
cultatem,ſi charitate careat,inutili æris ſono & tinnitui
ſit comparabilis cymbolorum. Eſto vt habens prophe-
tiam,ſcientiam,habens fidem dæmonibus imperantem
nihil ſit,quia charitate ſit vacuus, vt etiã ille ab hac eſse
poſsit alienus qui in alimoniam pauperum ſuas diſtri-
buerit facultates, vel qui corpus ſuum igne torrendum
pro Chriſti confeſsione tradiderit, incredibile videre-
tur,niſi beatus Paulus hoc diceret, qui tamen cũ eiuſdẽ
charitatis mẽbra deſcriberet,docereté; qualis eſset hęc
virtus ſine qua nullæ poſsint prodeſse virtutes, Chari-
tas inquit patiens eſt,benigna eſt,charitas non æmula-
tur,non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitio-
ſa,non quærit quæ ſua ſunt,& reliqua. Inflatio ergo, &
ambitio,& propriorum bonorũ ſuperba defenſio poſ-
ſunt deſtruere eleemoſynas, poſsunt euacuare marty-
ria: ſi & magnas opes amore quis humanæ laudis effun-
dat, & ſæua ſupplicia non ea fortitudine quam deus tri
buit,ſed ea quã de ſe præſumpſit excipiat. Hoc eſt enim K
propria fiducia inflari, hoc vanam gloriam quibuſlibet
ambire diſpendijs, hoc poſtremo eſt nolle habere quæ
dei ſunt,& ibi ſuum conſtituere meritum,vbi diuinum
ceſsarit auxilium,hæc ſuperbia omni peccato nocenti-
or,omni genere eſt elatiõis inſanior. A quibuſlibet enĩ
lapſibus delictorum facile ſurgitur,quando opem à re-
paratore ſuo poſcit eliſus. Huic autem ruinę nihil ſub-
uenit, quia aut difficile peccatum ſuum ſuperbus agno
ſcit, aut etiã ſi intellexerit,non currit ad medicũ,ſed de
ſe ſibi remediũ pollicetur, nec vnq̃ ibi ꝑficit cura, vbi
morbus eſt ipſa medicina. Hunc autem corruptiſsimũ
peſtilẽtiæ iſtius flatũ ſpirit⁹ veræ humilitatis & veræ cha
ritatis excludit. In nullo enim hæ virtutes ab inuicẽ di-
uiduũtur,& ambarum tam indiſcreta cõnexio eſt,vt qui
in vna earũ cõſtruitur,ſimul vtraq; potiatur. Sicut enim
pars charitatis eſt humilitas,ita pars humilitatis eſt cha
ritas. Et ſi illa recolamus quæ ſine bono charitatis infru
ctuoſa eſse Apoſtolus definiuit, inueniemus eadem ſi-
milem habere charitatem ſi eis humilitas vera defuerit.
Quem enim fructum habebit aut cum inflatione ſcien-
tia,aut cum humana gloria fides,aut cum iactantia lar-
gitas,aut cum elatione martyrium? Vnde quia in diſtri-
ctione ſuperbię & humilitas tendit & charitas,de vtraq;
habeatur dictum quicquid de vna eſt diſputatum. Su-
pereſt nunc ſacratiſsima dei virgo vt ſobrio caſtóque L
iudicio ſancti cordis tui arcam diſcutias,& aculeo toti-
us elatiõis obtrito inueſtiges in te atque dinumeres quæ
& qualia tibi ſponſus tuus dona cõtulerit,quę à me non
oportuit recẽſeri,ne aut plura contexerem,aut pauciora
percurrerem. Verecũdiæ enim tuæ onerosa foret etiã
vera laudatio,& ipſe contra diſputationẽ meã faceret,ſi
cui ab humana gloria cõtinentiã ſuaſiſsem,ad eandem
te tuis præconijs incitarẽ. Ipſa erga aulã tuæ mẽtis ingre
dere,& in ſecretario puriſsimæ cõſcientiæ tuæ quia tibi
poſita ſint ornamẽta circunſpice,& quicquid ibi ſplẽ
didũ,quicquid pulchrũ preciosũq; reperis,diuini ope
ris & muneris eſse ne dubites, ita vt in omnibus bonis
opulentiæ tuæ & gratiam donatoris, & ius propietatis
agnoſcas. Accepiſti enim quæ habes,& quicquid tibi di
ligẽtia tui laboris accreuit,per ipſum tibi eſt auctũ, per
quẽ fuerat inchoatum. Itaq; vtendum tibi eſt ijs quæ lar
gitus eſt deus, & ab eodem ſemper eſt petendũ vt donis
eius fideliter & ſciẽter vtaris. Quid enim nobis bonipo
teſt eſse ſine ipſo, quandoquidẽ etiã vt recte oremus, ex
ipſo eſt, dicẽte Apoſtolo: Nam quid oremus ſicut opor- Roma.8.
tet,neſcimus,ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemi- M
tibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit
quid deſideret ſpiritus,quoniam ſecũdum deum poſtu-
lat pro ſanctis. Et ne dubium eſset de quo ſpiritu loque
retur,iam ſupra dixerat: Non enim accepiſtis ſpiritum
ſeruitutis iterũ in timorem,ſed accepiſtis ſpiritum ado-
ptionis filiorum,in quo clamamus, abba pater. Itaque
ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro,quoniã
ſumus filij dei. Si autem filij,& hæredes: hæredes quidem
dei,cohæredes autem Chriſti,ſi tamen compatimur, vt
conglorificemur. Implet igitur ſpiritus ſanctus organũ
ſuum,& tãquam fila chordarum tangit digitus dei cor-
da ſanctorum. Qui ideo cum die pentecoſtes in apoſto
los plebẽmque credentium,ſicut à domino fuerat pro-
miſsus, influeret, in ſpecie linguarum apparuit ignea-
rum, & loquelis omnium nationum eos ſuper quos in-
ſederat,fecit affari,vt dubium non eſset per ipſius inſpi
rationem vtilem affectũ,rationabilẽ ſermonem animis
fidelium miniſtrari: ſicut ipſe dominus diſcipulis ſuis
inſinuauit,& dixit: Cum aũt tradẽt vos,nolite cogitare Mat.10.
quomodo aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in
illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loqui
mini,ſed ſpiritus patris qui loquitur in vobis. Quod nõ
in ſolo magnarũ tribulationũ tẽpore credam⁹ fieri,ſed
etiã in pace præſtari. Audiamus Apoſtolum definiẽtem

A quòd ipſæ quoque cogitationes noſtræ niſi à deo nobis
inſitæ fuerint,rectæ eſse non poſsint. Fiduciam, inquit,
2.Cor.3. talem habemus per Chriſtum ad deum, non quòd ſuffi
cientes ſimus cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis,
ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Vnde cũ ſanctorũ ani
mis ex deo ſit vt illis meditatio, iuſta petitio, efficax a-
ctio ex deo ſit,in fide firmitas, in tribulatiõe patiẽtia,in
perſecutiõe victoria, magna eſt in vera humilitate fœli
citas,cui deus dilectio, deus ſapiẽtia,deus conſiliũ,deus
fortitudo eſt. Nec dubie iſta ſubiectio iã ex magna parte
in illi⁹ futuræ beatitudinis eſt cõſtituta cõſortio, vbi de
us erit oĩa in omnibus. Qã ideo in hac vita ad plenũ nõ
poteſt obtineri, quia nondum mortale noſtrum induit
immortalitatẽ,nec corruptio tranſiit in incorruptionẽ,
caro adhuc cõtra ſpiritum,& contra carnẽ ſpiritus cõ-
cupiſcit. Nec inuenitur in vllo hominum tanta concor
dia,vt legi mentis lex quæ membris eſt inſita,non repu-
1.Ioan.1. gnet. Propter quod ex omniũ ſanctorum perſona accí-
pitur quod Ioannes Apoſtolus ait: Si dixerimus quoniã
peccatum non habemus,noſipſos ſeducimus,& veritas
1.Ioan.3. in nobis non eſt. Cum tamen idem ipſe dicat: Qui na-
tus eſt ex deo,peccatum non facit,quoniam ſemen ipſi-
us in eo manet,& non poteſt peccare, quoniam ex deo
natus eſt. Vtrunque ergo verum eſt: quia & nemo ſine
peccato eſt,in eò quòd nemo eſt ſine lege peccati: & qui
natus ex deo,peccatum non facit, quia per legem men-
tis,id eſt per charitatem quæ dei ſemen eſt,peccatum nõ
1.Pet.4. facit. Charitas enim operit multitudinem peccatorum:
& ſine qua nullum prodeſt bonũ,per quam deletur om
Sapien.9. ne peccatum. Dum igitur corpus quod corrumpitur ag
B grauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum
multa cogitantem: non quidem obtinetur, vt iam ani-
ma in omnibus deus ſit, quia nullus eſt ſine tentationis
Iacobi.1. ſtimulo,& ſine mutabilitatis incerto. Sed quia omne da
tum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum
eſt,deſcendens à patre luminum,ſine dubio inde habe-
tur virtutum omnium portio,vnde habebitur plenitu-
do: & tanto quiſque eſt beatior, deoque coniunctior,
quanto plus in eo fuerit gratiæ diuinæ quàm actionis hu
manæ. Benedic itaque domino in omni tempore,& laus
eius in tuo ore ſit ſemper. Anima autem tua non acquie
ſcat niſi in domino laudari. Superbi quidem refragabũ
tur,ſed manſueti hæc audient,& lætabuntur.

De inuentione corporũ ſanctorum Geruaſij & Pro-
thaſij,diui Ambroſij epiſcopi ad ſororem ſuam.

Epiſtola. LXXXV.

DOMINAE ſorori vitæ atque oculis præferẽ
dæ,frater. Quia nihil ſanctitatem tuam ſo
leo eorũ præterire quę hic te gerantur ab-
ſente, ſcias etiam ſactos martyres à nobis
repertos. Nam cum baſilicam dedicaſsẽ,
multi tanquam vno ore interpellare cœperant dicẽtes:
C Sic in Romana baſilica dedices. Reſpõdi,faciam,ſi mar
tyrum reliquias inuenero. Statimq; ſubijt veluti cuiuſ-
dam ardor præſagij. Quid multa? Dominus gratiã de-
dit,formidantibus etiam clericis inſsi eruderati terram
eo loci qui eſt ante cancellos ſanctorum Felicis atq; Na
boris. Inuẽi ſigna conuenientia. adhibitis etiam quib⁹
per nos manus imponẽda foret, ſic ſancti martyres emi
nere cœperunt, vt adhuc nobis ſilentibus arriperetur
vrna,& ſternereturꝓna ad locũ ſancti ſepulchri. In-
uenimus miræ magnitudinis viros duos, vt priſca ætas
ferebat. Oſsa omnia integra, ſanguinis plurimum. In-
gens concurſus populi per totum illud biduum. Quid
multa? Condiuimus integra,ad ordinem tranſtulimus,
veſpere iam incumbente ad baſilicam Fauſtæ, ibi vigi-
liæ tota nocte,manus impoſitio. Sequenti die tranſtuli-
mus ea in baſilicam quam appellãt Ambroſianam. Dũ
tranſferimus,cæcus ſanatus eſt. Talis mihi ad populum
fuit ſermo. Cum tam effuſam, tamq; inauditam conſi-
derarem conuentus veſtri celebritatem, & diuinæ gra-
tiæ munera quæ in ſanctis martyribus refulſerunt, im- D
parem me,fateor,huic muneri iudicabam, nec fieri poſ
ſe vt ſermone abſoluerem, quod vix poſsimus animo
intendere,oculis comprehendere. Sed vbi ſanctarum le
gi cœpit ſeries ſcripturarum, largitus eſt ſpiritus ſan-
ctus, qui locutus eſt in prophetis, quo dignum aliquid
tanto cœtu & expectatione veſtra martyrũque ſancto
rum meritis proferamus. Cœli enarrant,inquit,gloriam
dei. Cum legitur hic pſalmus, occurrit quod non tam
elementa materialia quàm cæleſtia merita dignum deo
præconium deferre videantur. Hodierna tamen fortui- Pſal.8.
ta lectione patuit,qui cæli enarrant gloriam dei. Aſpici
te ad dexteram meam, aſpicite ad ſiniſtram reliquias ſa
crosanctas,videtis cæleſtis conuerſationis viros ſpectã-
tes animi ſublimis trophæa. Iſti ſunt cæli qui enarrant
gloriam dei. Hæc opera manuum eius quæ annunciat
firmamentum. Non enim eos ſecularis illecebra, ſed di
uini operis gratia ad firmamentum ſacratiſsimæ paſsio
nis euexit. Multoq; ante morum virtutumq; documen-
tis annunciauit in his martyrium,quod aduerſus lubri-
cum ſæculi huius ſtabiles permanſerunt. Cælum erat
Paulus,qui ait: Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Cæli erãt
Iacobus & Ioannes, denique filij tonitrui nũcupantur,
& ideo quaſi cælum Ioannes verbum apud deum vidit.
Ipſe dominus Ieſus perpetui luminis erat cælum, cùm E
enarraret dei gloriam, ſed eam quam nemo ante con-
ſpexerat. Et ideo dixit: Deum nemo vidit vnquam niſi Ioan.1.
vnigenitus filius,qui eſt in ſinu patris,enarrauit. Opera
quoque manuum dei ſi quæris,audi Iob dicentem: Spi-
ritus diuinus qui fecit. Et ideo aduerſus diaboli tenta-
menta firmatus, inoffenſæ veſtigium conſtantiæ reſer-
uauit. Sed veniamus ad reliqua. Dies,inquit,diei eructat
verbum. Ecce veri dies, quos nulla caligo noctis inter-
polat. Ecce veri dies pleni luminis & fulgoris ęterni,qui
non perfunctorio ſermone verbum dei,ſed intimo cor
de eructarunt, in confeſsione conſtantes, in martyrio
perſeuerantes. Alius pſalmus lectus dicit: Quis ſicut do
minus deus noſter qui in altis habitat,& humilia reſpi-
cit in cælo & in terra? Reſpexit ſane humilia dominus,
qui latẽtes ſub ignobili ceſpite reliquias ſanctorum ſuæ
eccleſiæ reuelauit,quorum anima in cælo,corpus in ter
ra. Suſcitans à terra inopem,& de ſtercore erigens pau-
perem. Quos videtis vt eos cum principibus populi ſui
collocarit. Principes populi quos alios niſi ſanctos mar
tyres æſtimare debemus,quorum iam in numerum,diu
ante ignorati Prothaſius Geruaſiuſque proferũtur, qui
ſterilem martyribus eccleſiam Mediolanẽſem, iam plu
rimorum matrem filiorum,lætari paſsionis propriæ fe- F
cerint & titulis,& exemplis? Nec hoc abhorreat à vera fi
de: Dies diei eructat verbum,anima animæ,vita vitę,re-
ſurrectio reſurrectioni. Et nox nocti indicat ſcientiam,
hoc eſt caro carni, quorum paſsio veram fidei ſciẽtiam
omnibus indicauit. Bonæ noctes, noctes lucidæ quæ ha-
bent ſtellas. Sicut enim ſtella à ſtella differt in claritate,
ita & reſurrectio mortuorum. Non immerito autẽ ple-
rique hanc martyrum reſurrectionem appellãt. Videro
tamen vtrum ſibi an nobis certi martyres reſurrexerũt.
Cognouiſtis,immo vidiſtis ipſi multos à dæmonijs pur-
gatos. Plurimos etiam vbi veſtem ſanctorum manibus
contigerunt, ijs quibus laborabant debilitatibus abſo-
lutos. Reparata vetuſti corporis miracula, quo ſe per
aduentum domini Ieſu gratia terris maior infuderat,
vmbra quadam ſanctorum corporum pleroſque ſana-
tos cernitis. Quanta oratia iactitantur? Quanta indu-
menta ſuper reliquias ſacratiſsimas vt tactu ipſo medi-
cabilia repoſcantur? Gaudent omnes extrema linea cõ-
tingere,& qui contigerit,ſaluus erit. Gratias tibi domi-
ne Ieſu quod hoc tempore tales nobis ſanctorum mar-
tyrum ſpiritus excitaſti,quo eccleſia tua præſidia maio-
ra deſiderat. Cognoſcant omnes quales ego propugna-
tores requiram,qui propugnare poſsint,impugnare nõ

G soleant. Hos ego acquisiui tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini noceant. Tales ego ambio defensores, tales milites habeo. Quorum quo maiora, eò tutiora patrocinia sunt. Horum etiã illis ipsis qui mihi inuident, opto præsidia. Veniant ergo & videant stipatores meos, talibus me armis ambiri non nego. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. Helisæum scripturæ diuinæ series refert, cum ab exercitu Syrorum esset obsessus, dixisse timenti seruulo, ne timeret, quia plures inquit pro nobis sunt quàm contra nos. Et vt hoc probaret, petisse vt oculi Giezi aperirentur, quibus innumeros adesse vidit prophetæ exercitus angelorum. Nos etsi eos videre non possumus, sentimus tamen. Erant clausi isti oculi quàm diu obruta sanctorum corpora delitescebant. Aperuit oculos nostros dominus, videmus auxilia quibus sumꝰ sæpe defensi. non videbamus hęc, sed habebamus tamẽ. Itaque trepidantibus nobis quasi dixerit dominus: Aspicite quantos vobis martyres dederim: ita referatis oculis gloriam domini speculamur, quę est martyrum passione præterita, & operatiõe præsens. Euasimus fratres. nõ mediocrem pudoris sarcinã. patronos habebamus, & nesciebamus. Inuenimus vnũ hoc quo videamur præ H stare maioribus. Sanctorum martyrum cognitionẽ quã illi amiserunt, nos adepti sumus. Eruuntur nobiles reliquiæ sepulchro ignobili, ostenduntur cælo trophęa. Sãguine tumulus madet, apparẽt cruores triumphales, notæ inuiolatæ, reliquiæ loco suo & ordinatæ repertę, auul sum humeris caput. Nunc senes repetunt audisse se aliquando horum martyrum nomina, titulõmque legisse perdiderat ciuitas suos martyres, quæ rapuit alienos. Etsi hoc dei munus est, tamen gratiam quam temporibus sacerdotij mei dominꝰ Iesus tribuit, negare nõ possumus: quia ipse martyr esse nequeo, hos vobis martyres acquisiui. Succedant victimæ triumphales in locum vbi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est: isti sub altari, qui illius redempti sunt passione. Hunc ego locum prædestinaueram mihi. Dignum est enim vt ibi requiescat sacerdos, vbi offerre cõ suevit. Sed cedo sacris victimis dexteram portionem, locus iste martyribus debebatur. Condamus ergo reliqui as sacrosanctas, & dignis ædibus inuehamus, totũmque diem fida deuotione celebremus. Acclamauit populus vt in dominicum differretur diem martyrũ depositio, sed tandem obtentum, vt sequenti fieret die, Sequenti die talis mihi ad populum iterum sermo fuit.

Item de natali domini. xv.
Item de natali domini. xvi.
Increpatio de kalendis Ianuarijs. xvii.
De sancta Epiphania. xviii.
Item de sancta Epiphania. xix.
Item de eodem. xx.
Item de die sancto Epiphaniæ. xxi.
Post Epiphaniam. xxii.
De quadragesima. xxiii.
Item de quadragesima. xxiiii.
Item de quadragesima. xxv.
Item de quadragesima. xxvi.
De ieiunijs. xxvii.
Exhortatio ad plebem, & de eo quod scriptũ est in Euãgelio: Sicut fulgur coruscans de cælo, ita erit aduentꝰ filij hominis, & de duobus in lecto vno. xxviii.
Item de eodem. xxix.
De eleemosyna. xxx
Item de eleemosyna. xxxi.
De hospitalitate in Euangelio. xxxii.
In tempore ieiunij non luxuriandum esse. xxxiii.
De quadragesima. xxxiiii.
De ieiunio domini in deserto, & quomodo non solo pane viuit homo. xxxv.
Item de quadragesima xxxvi.
Item de eodem. xxxvii.
Item de ieiunijs & quadragesima. xxxviii.
De ieiunijs & eleemosynis. xxxix.
De ieiunijs Niniuitarum. xl.
De gratia baptismi. xli.
De hostibus carnalibus non metuendis, & post cibum gratias deo referri debere. xlii.
Item de eodem. xliii.
De sancto Latrone. xliiii
Item de eodem. xlv.
De pœnitentia Petri apostoli. xlvi.
De fide Petri apostoli. xlvii.
De sepultura domini. xlviii.
De accusato domino apud Pilatũ, & de Susanna. xlix.
Item de eodem. l.
De Iuda Scarioth. li.
De die sancto paschæ. lii.
De innouatione fidelium. liii.
Item de eodem. liiii.
De cruce Christi. lv.
Item de cruce Christi. lvi.
De sepulchro domini nostri Iesu Christi. lvii.
De Maria Magdalene. lviii.
De auaritia & Anania. lix.
De festo Pentecostes, & de psalmo centesimonono. Sermo. lx.
Item de pentecoste. lxi.
Item de pentecoste. lxii.
De natali sancti Ioannis baptistæ. lxiii.
Item de eodem. lxiiii.
Item de Ioanne Baptista. lxv.
De natali sanctorum apostolorum Petri & Pauli. lxvi.
Item de eodem. lxvii.
Item de eodem. lxviii.
De natali sancti Eusebij, Vercellensis episcopi. lxix.
Item de depositione sancti Eusebij. lxx.
De natali sancti Laurentij leuitæ & martyris. lxxi.
De natali sancti Cypriani. lxxii.
Item de sancto Cypriano. lxxiii.
De natali martyrum. lxxiiii.
In natali sanctorum Canti, Cantiani, & Cantianillæ. lxxv.
De natali sanctorum martyrum. lxxvi.
De natali sanctorum Octauij, Aduentitij, & Solutoris Tauricorum. lxxvii.
De eo quod propheta ait ad filios Israel, Caupones ve-

Pſal.19.

4. Reg.6.

Sermonum diui

AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI, IVXTA ORDINEM TEMPORVM QVIbus cogruunt.

INDEX.

De grano sinapis. Sermo i.
Item de grano sinapis. ii.
De psalmo vigesimo primo. iii.
De camelo. iiii.
Quòd simile sit regnum dei fermento. v.
De margarita. vi.
De eo quod scriptum est: Reddite quæ sunt dei deo, & de militantibus. vii.
De sabbato quo dominus manũ aridam curauit. viii.
De vnitate charitatis. ix.
De eo quod scriptum est: Quis maior est in regno cælorum. x.
De mirabilibus. xi.
De natali domini. xii.
Item de natali domini. xiii.
Item de natali domini. xiiii.

A stri miscent aquam vino. lxxviii.
De eo quod dicit dominus in euangelio, Vulpes foueas habent. lxxix.
Increpatio ad plebem, & de eo quod ait dominus, Qui habet, dabitur ei: & cantauimus vobis, & non saltastis. lxxx.
De eo quod scriptum est in euangelio, Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. lxxxi.
De defectione lunæ. lxxxii.
Increpatio ad populum de absentia sua. lxxxiii.
Post increpationẽ cõsolatio ad populum. lxxxiiii.
De Barbaris non timendis. lxxxv.
Item de eodem. lxxxvi.
De sancto propheta Helisæo. lxxxvii.
De bellico tumultu. lxxxviii.
De dedicatione basilicæ. lxxxix.
De passione beatæ Agnetis. xc.
De inuentione sanctorum Getuasij & Prothasij. xci.
De baptismo sancti Augustini. xcii.

FINIS.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

SERMONES.

De grano sinapis. Sermo. I.

B IBENTER NOS PRAEDICARE, & gratãter opus dei facere, manifestum est. Sed cũ videmus plures è fratribus pigrius ad ecclesiã cõuenire, & dominicis præcipue diebus minime cælestibꝰ interesse mysterijs, prædicamꝰ inuiti: nõ quo nos pigeat loqui, sed quia negligentiores prædicatio nostra grauet potius, nõ emendet. Ideo inuiti loquimur, & tacere non possumus. Prędicatio enim nostra in plebe aut regnum operatur, aut pœnam: regnũ credulis, perfidis pœnã. Quisquis enim frater dominicis non interest sacramentis, necessariò apud deum castrorum desertor est diuinorũ. Nam quo modo se excusare potest qui sacramentorum die prandium sibi domi præparans, prandium cælestẽ cõtemnit, & ventris curam faciens, animæ suæ negligit medicinã? Dicit dominus in sancto euangelio, sicut lectio decursa testatur: Cui simile est regnum dei, & cui simile illud existimabo? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in ortum suum, & creuit, & facta est arbor, & volucres cæli quieuerunt in ramis eius. Lucæ.13.

C Mouet fortasse sensus vestros cur regnũ dei tam præclarum atque tam magnificum grano sinapis exiguo cõparetur, & spei nostræ tam grande solatium, rei vilissimæ simile esse dicatur, præsertim cum alibi idem dominus discipulis suis dicat: Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis huic monti, tollere & iactare in mare. Igitur si fides mira est, quę potest ab ipsis sedibus montium fundamenta transferre, necesse est ergo & granum sinapis magnum est, ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerim non specie, sed virtute, & fidei qualitate, non oleri comparandum, sed vigore acrimoniæ cœquandum. Nam si diligenter intendamus, inuenimus recte à domino hanc similitudinem comparatam. Sicut enim granũ sinapis prima fron te specie sui est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circunferens, non indicans suauitatem: at vbi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, vt mirum sit in tam friuolis granis tantum ignem fuisse conclusum: cuius etiã seminis cibum homines hyemis præcipuè tempore magna pro suauitate percipiũt, quatenus repellãt frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciãt: sæpe etiã ex hoc capiti adhibent medicinam, vtsi quid inualidũ, si quid ægrotum fuerit, sinapis igne curetur: Ita ergo & fides Christiana prima fronte videtur esse patua, vilis & tenuis, non potentiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiam submini strans. At vbi diuersis tentationibus teri cœperit, statim vigorem suum prodit, actimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, vt & ipsa ferueat, & participantem sibi ardere compellat: sicut in sancto Euangelio Amaon & Cleophas dixerũt, dum cum ipsis post passionem dominus loqueretur: Nonne cor nostrum erat ardens in nobis in via, dum aperiret nobis dominus Iesus scripturas? Ergo granum sinapis membrorum viscera calefacit, fidei autem vigor cordium peccata comburit. Et illud quidem asperum algẽtem frigoris remouet, hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis iniquos humores decoquit corporum, fides autem libidinum fluenta consumit. Et per illud medicina capiti procuratur, per fidem autem spirituale caput nostrum, quod est Christus dominus, sæpius refouetur. Sed & fidei iuxta comparationem sinapis sancto odore perfruimur, sicut ait beatus Apostolus: Quoniam Christi bonus odor sumus deo. Igitur sanctum martyrem Laurentium grano sinapis possumus comparare, qui diuersis attritus passionibus, per totum orbem gratiam meruit sui fragrare martyrij, qui antea constitutus in corpore erat humilis, ignotus & vilis. posteaquam vexatus, laceratus, exustus est, vniuersis per totum mundum ecclesijs odorem suæ nobilitatis infudit. Recte igitur huic comparatio copulatur. Siquidem granum sinapis cum teritur, accenditur: Laurentius cum patitur, inflammatur. Illud feruorem attritionis suæ euomit, hic ignem plurima vexatione suspirat. Sinapis inquam vasculo calidi vapore decoquitur. Laurentius in craticula flammarum igne torretur. Ardebat itaque extrinsecus beatus martyr tyranni sæuientis incendijs, sed maior illum intrinsecus Christi amoris flamma torrebat. Et quanuis rex improbus ligna subijceret, incendia maiora supponeret, tamen sanctus Laurentius has flammas fidei calore non sentit, & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Nec enim potest visceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidebat. Iacet licet ante pedes tyranni exusta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus demoratur in cælis. Extenditur ergo super flammarum ignitos globos, & sæpius versatur in latera, sed quanto plus pœnarum patitur, tanto ampliùs Christum dominum pertimescit: nouo admirationis genere alius illum torquet, & alij sæuientes tormenta proficiunt. deuotiorem Laurentium saluatori supplicia atrociora fecerunt. 2.Cor.2.

Item de grano sinapis. Sermo II.

SVPERIORE dominica parabolam domini differentes in qua ait: Cui simile est regnum cælorum, & cui simile illud existimabo: Simile est grano sinapis, & cætera, multa perstrinximus quibus probaremus regnum dei grano sinapis non immerito comparari, & instantiam in sola esse existimatione verborum, non in collatione virtutum. Siquidem fides Christiana, quæ regnum est, eundem vigorem obtineat quem sinapis natura depromit. Nam sicut cum sinapis succum sumimus, vultu contristamur, fronte contrahimur, ad la-

G chrymas promouemur, & ipſam ſalubritatem corporis noſtri cum quodam fletu auſteritatis accipimus. Illinc enĩ nos amaritudo exaſperat, acrimonia penetrat, hinc calor igneĩ ſaporis accendit, & toto perturbati corpore tunc magis ſani efficimur, cum amplius deploramus. Ita ergo & cum fidei Chriſtianæ mandata percipimus, cõtriſtamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas promouemur, & ipſam noſtram ſalutem cum quodam fletu ac mœrore conſequimur. Inde enim ieiunia nos exaſperant, illinc peccatorum conſcientia macerat, hinc patrimonij iactura cõturbat, & toto contriſtati habitu magis ſalutem conſequimur, ſi amplius deflea
Mat.16. mus, ſecũdum quod ait dominus: Vos plorabitis & plãgetis, ſeculum autem gaudebit. Sicut autem cum ſinapi caput forte curãdum eſt, iubemur abraſos capillos demere, vt nudo corpori perfectius medicina proueniat: ita & cum anima per fidem curãda eſt, præcipimur ſubſtantiam à nobis ſeculi auferre, impedimenta auri argẽtiq; deponere, vt nudæ & ſoli animæ congruentius ſpiritualis medicina proueniat. Quiſquis enim rebus mundi & diuitijs ſeculi obuolutus eſt, huic fidei medicina nõ proderit. Ergo quod ſuccus ſinapis in corpore, hoc fides Chriſtiana operatur in anima. Sed quoniam in eadem dominica ſententia ſcriptum eſt. Quod acceptum homo miſit in ortum ſuum, & creuit, & facta eſt arbor,
H & volucres requieuerunt in ramis eius: diligentius requiramus quis iſte ſit cui hæc cuncta conueniant. Diximus ſuperius, ſanctis martyribus, quia diuerſis attriti ſunt paſſionibus, naturam ſinapis poſſe congruere. Sed quoniam dicit ſcriptura: Et excreuit, & facta eſt arbor, & volucres requieuerũt in ramis eius: arbitror hoc ipſi Chriſto domino rectius comparari, qui naſcendo in hominem humiliatus vt granum eſt, aſcẽdendo ad cælum exaltatus vt arbor eſt. Granum plane Chriſtus eſt dum patitur, arbor eſt cum reſurgit. Granum inquam eſt cũ famem eſuriens ſuſtinet. Arbor eſt cum quinque panibus ſaturat quinque milia virorum. Ibi ſterilitatem humana conditione patitur, hic ſatietatem propria diuinitate largitur. Granum autem dixerim dominum cũ cæditur, contemnitur, increpatur: arborem autem cum cæcos illuminat, mortuos reſuſcitat, peccata condonat.
Ioãnis.12. Quod autem granũ ſit, ipſe dicens in euangelio ait: Niſi granum tritici cadens in terram mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet. Huius igitur grani, hoc eſt domini ſaluatoris velut ſinapis acrimoniam atque amaritudinẽ Iudæi minime ſuſtinentes, contemſerunt ſuccum cæleſtis diſciplinæ accipere, dicẽtes illuminato illi cæco: Tu
I ſis diſcipul⁹ eius, nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Ipſi quoque Moyſi mandata penitus ignorantes, qui præcepit illis ſpecialiter hanc amaritudinem comedẽdam: cũ
Exodi.12. paſchæ illis celebrandæ ſacramenta diſponeret, ait: Mã ducabitis illud cum amaritudine. paſcha enim domini eſt. Non enim, ſicut illi putant, iuſſit hærbarum vilium acerrimos ſuccos cum aſsis agni carnibus manducari, ſed mandatorum Chriſti vtiliter amaros ſermones præcepit cum ipſo ſacramento paſſionis dominicæ deuorari. Nonne enim amari videntur ſermones domini, cum dicit: Si vis perfect⁹ eſſe, relinque omnia tua, & veni ſequere me? & cum dicit non habendas duas tunicas, neq; peram, neq; calceamenta? Amaritudo iſta ſermonũ, medicina eſt animarum. Quod autẽ ait Euãgelium, Quod acceptum homo miſit in ortum ſuum: quem eſſe hominem hũc putamus qui acceptum granum velut ſinapis granũ in ſuo orto ſeminauit? Ego illũ eſſe arbitror, de quo euangeliſta refert: Ecce autem Ioſeph qui erat decurio ab Arimathia, acceſsit ad Pilatum, petens vt depoſitum corpus domini ſepeliret: quod acceptum tradidit ſepulturæ, quæ in orto fuerat præparata. atque ideo ait ſcriptura: Quod acceptum homo miſit in ortum ſuum. Ergo Ioſeph ortus floſculorum erat diuerſis odoribus plenus. ſed necdum in eo tale germen inſeuerat. Fragra
K bat quidẽ ſpecialis animæ eius ortus varia ſuauitate virtutum, ſed necdum Chriſtum cum aromatibus in cordis ſui ſecreto poſuerat. Ita dum ſaluatorẽ in ortuli ſui monumento ſepelit, magis illum in animæ ſuæ intimis collocauit. Ramos autem huius arboris requiramus. In
L uenies quia ramus eſt Petrus, ramus eſt Paulus, rami ſũt omnes Apoſtoli vel martyres, ad quos ſi quis ſe fortiter tenere voluerit, fluctibus ſeculi minime ſubmergetur, quin potius ſub vmbra illorum latitans, gehennæ non patietur ardorem, ſecurus à diabolicæ tempeſtatis procella.

De pſalmo vigeſimoprimo. Sermo. III.

PSALMI qui lectus eſt ſeriem decurſuri, diligenter prius debemus intẽdere quid in ſuperſcriptione cõtineat, vt cognita eius origine, intelligentiam ipſius facilius cõſequamur, & manifeſtato capite poſſit rectius membra diſtribui. Scribitur enim ita: In fine, p ſuſceptione matutina pſalmus ipſi Dauid. Niſi fallor, ſuſceptio matutina ſolis ortum ſemper anteuenit, & prius quam orbem radiorum clarus ſplendor illuminet, matutinum noctiũ tenebris terminũ ponit, ac reſoluta ſenſim caliginum cæcitate, rebus cunctis facies quædam ac lumen infunditur. Et cum veluti ſub vna materia tenebrarũ mundus in confuſione iacuerit, interueniẽte matutino diuerſa ſpecierũ varietate diſtinguitur, hoc eſt, cum omnia cæca fuerint, oculi omnium reparãtur. nox enim quodammodo aufert oculos mundo, aurora reſtituit, atque ita ante matutina ſuſceptione perfruimur, vt gloriоſius poſtmodum ſolis ſplendorem patiamur. Sed quoniam ſic dicit Apoſtolus: Lex ſpiritualis eſt, & ſpiritualia comparanda ſunt: ſolem hic iuſtitiæ arbitror deſignari, hoc eſt Chriſtum dominum, qui nobis ignorantiæ tenebris, & peccatorum cæcitate ſubmerſis cæleſtis doctrinæ ſuæ lumen infudit, & quos nõ habebamus, oculos cordis inſeruit, & velut radios quoſdam Apoſtolos ſuos miſit, qui nos de morte teterrima delinquentes liberarent, & paulatim reſolutis in nobis tenebris peccatorum, matutina ſuſceptione conueſtirent, vt perfecti facilius poſſimus tolerare ſolis ardorem, hoc eſt, primum nos præceptis facilioribus erudirent, quo capacio
M res efficerent cæleſtium ſecretorum. Huius itaque ſolis iuſtitiæ matutino peccatorum caligo tota perimitur, ſicut ipſe propheta ait ex perſona domini: In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ. Hoc eſt, orientе in nobis ſole iuſtitiæ, qui habitaculum domini ſumus, omnis cogitatio iniqua ſubuertitur. Cuius ſolis eti am beatus Salomon meminit ex perſona reputantium ſibi ac dicentium peccatorum: Sol non ortus nobis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis. Hanc quoque matutinã ſuſceptionem in euangelio ſancto poſſumus adſcribere Mariæ Magdalenæ, quæ maturè ac diluculo ad monumentum vigilans, ſaluatoris reſurrectionẽ domini prima ſuſcepit. Et clareſcente mundi ſole, ſolis iuſtitiæ ortum præ omnibus ſola cognouit, ac ſuſceptione quidẽ matutina gauiſa eſt diẽ redditũ, ſed magis gauiſa Chriſtum à mortuis ſuſcitatũ: atque in ipſa cõpleta eſt prophetia: Ad veſperũ demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. Totus autem hic pſalmus digeſtus eſt ex perſona domini ſaluatoris. Quippe cum plura de eo in nouo ſint poſita teſtamento. Dicit itaque: Deus deus meus reſpice in me. & reliqua. Quare aſsũpti hominis agit cauſam, & interrogare quodammodo videtur, dicens: Deus omnium, qui es omniũ deus meus, cur me dereliquiſti? nihil enim conſcius ſum. Secundum prophetã enim
Pſal.100. Sapien.5. Pſal.39. Pſal.21. Eſa.53.
N neſciebat peccatũ, nec erat dolus in ore eius. Hęc autem dicit vt manifeſtaret propter nos ſe eſse derelictũ, quorum peccata portabat, ac videntes diſceremus pro ipſo ſancto & iuſto mori, cũ p peccatoribus ille moreretur. Denicq; hac voce in paſsione vſus eſt, ſicut in euangelio legimus: Ely ely lammazabathani? hoc eſt: Deus deus

A meus, quare me dereliquiſti? Hac inquam voce vſus eſt, quod prophetia annunciauerat, vt rei exitus approbaret. Et quoniam ſequentia penè manifeſtata ſunt, illum
Pſal.21. inſpiciamus verſiculum, in quo ait: Ego autem ſum vermis, & non homo. Cur totius dominus creaturæ vermiculo ſe voluerit comparari. Poſſumus hoc quidem humilitati primitùs aſsignare, quæ ſanctorum virtus eſt maxima, ſicut ſanctus Moyſes ante deum animal ſe irrationabile profitetur: Dauid pulicem ſe ſæpe commemorat. Sed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nulla extrinſecus admixtione alieni corporis, ſed de ſola & pura terra procreatur, ideo illum compa ratum domino, quoniam & ipſe Saluator de ſola & pu-
Exodi.16. ra Maria generatur. Legimus etiam in libris Moyſi de manna vermiculos procreatos. Digna plane & iuſta cõparatio. Siquidem de manna vermiculus gignitur, & dominus Chriſtus de virgine procreatur. Quin potius ipſam Mariam manna dixerim: quia eſt ſubtilis & ſplendida: ſuauis & virgo, quæ velut cœlitùs veniens cunctis eccleſiarum populis cibum dulciorem melle de-
Ioannis.6 fluxit: quem qui edere aut manducare neglexerit, vitam in ſemetipſo habere non poterit, ſicut ipſe dominus ait: Niſi quis manducauerit meam carnem, & biberit meum ſanguinem, non habebit vitam in ſemetipſo, ſed potius ipſe cibus in iudicium cõuertetur, ſicut Apo-
1.Cor.11. ſtolus dicit: Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſi bi manducat. Filijs Iſrael ſubtiliter prophetatum eſt in veteri teſtamento. Manna enim illis contra diuina præ-
B cepta tractantibus, vermes effecti ſunt, id eſt contumaciæ vltores & iudices. Quæ ſimilitudo Chriſtum indicat dominum, quem qui ſuauem cibum & dulcem po-
Ioan.5. tum haurire neglexerit, iudicem patietur, ſicut ipſe ait: Neque enim ipſe pater iudicat quemquam, ſed omne iu dicium dedit filio. Nam quod idem ſit vermis & iudex,
Eſa.66. alibi propheta teſtatur de peccatoribus, dicens: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur
Pſal.12. vſque in hodiernum diem. Quod autem ait: Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem: hoc factum in euangelio reperimus, quod milites quatuor qui crucifixerunt ſaluatorem, in quatuor partes eius ſibi diuiſerunt veſtimenta. Veſtimentum vero eius quod aſsutum non erat, ſed erat de ſuperiori contextum, ſorte perceperunt. Quæ igitur iſta veſtimẽta ſint, videamus, qui milites, quodve etiam veſtimentum. Veſtimenta eſse puto prophetias vnum canentes, & vnum per omnia nunciantes. Aduerſarij ſaluatoris, hoc eſt peruerſi hæretici, qui quotidie in illum tãquam milites manus impias iniecerunt, hoc eſt pro ſua diui-
C dunt ſibi voluntate, & vnum corporis veſtimẽtum per varia membra diſtribuunt, atque ſpoliantes dominum, ſua falſa dogmata veſtierunt. Veſtimentum autem eius quod non erat conſutum, ſapientiam eius cæleſtem poſſumus approbare, quia ait, ſed erat de ſuperiori contex tum. Noſtra enim ſapientia hoc eſt humana conſuitur. Aſsuitur enim cum liberos damus ad ſtudia grammaticis, tradimus philoſophis, erudimus, vt ſapientia in illis quæ non erat, acquiratur. Domini autem ſapiẽtia nõ
Ioan.7. aſsuta eſt, non quæſita. Non enim didicit à magiſtro, ſicut ipſi Iudæi dicunt: Quomodo hic literas nouit, cum non didicerit? Et ipſe dicat: Mea autem doctrina non eſt de hoc mundo, ſed eius qui me miſit, hoc quod ait de ſuperiori contextum, quo veſtitu vel quibus omnibus veſtimentis eccleſia catholica ſemper amicta eſt, ſicut pro pheta ait: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.

De camelo. Sermo. IIII.

Mat.19. DICIT in euangelio dominus Ieſus Chriſtus: Amen dico vobis: Facilius eſt enim tranſire camelum per foramẽ acus, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Que ſententia vereor ne forte vobis conueni-
D at, qui diuitias ſeculi huius aut habetis, aut quæritis. Sicut enim cameli, animal quod eſt tortuoſum atque deforme, peruerſitas ipſa corporis per anguſtiſsimam acus cauernam præterire non patitur, ita & diuites onerati auaritia, & cupiditate fœdatos, ipſa vitæ deformitas per arctã viam regni minime introire permittit. Ait
Mat.7. enim idem dominus: Arcta & anguſta via eſt quæ ducit ad vitam. Igitur in camelo difficultatem quæſtus præſtat habitudo membrorum. In diuite autem impedimẽtum magnitudo efficit peccatorum. Gibbus enim quidam eſt animæ, turpe quid vel cogitare vel facere ac mẽtis quædam tortuoſa deformitas, immundis rebus ſemper intendere, & ab eccleſiæ ſancto limine curis ſecularibus auocari. Vnde mihi videtur hanc deformitatem corporis propheta ſpiritualiter elocutus, fœditatẽ morum potius indicaſse, cum dicit: Non glorietur gibberoſus ſicut rectus. Quaſi ſi diceret: Non glorietur peccator vitiorum ſuorum prauitate diſtortus, ſicut gloriatur iuſtus conſcientię bonæ ſimplicitate directus. Quanuis enim ô peccator proceritate corporis gaudeas, quanuis ſcapularum tuarum æqualitate læteris, anima tamen
E tua morum prauitate deformis eſt. Recte ergo camelo comparatus eſt diues. Siquidem illum à trãſitu acus corporis craſsitudo reuocat, hunc ab ingreſsu eccleſiæ patrimonij ſolicitudo detentat. Et ſicut illum paruum foramen non capit oneratum mole membrorum, ita & hunc introitus ſanctus non ſuſcipit grauatum cumulo delictorum. Vterque habet propriam ſarcinam ſuam. ille oneratus eſt carnibus, iſte peccatis: & ſicut ille inhabilis eſt anguſtiſsimæ acus cauernæ, ita & hic inconueniens eſt beatiſsimo dei regno: niſi quod camelum corpore compoſitum natura, hunc autem prauum voluntas efficit. Hæc autem dico fratres de ijs qui feſtiuiſsimã diem ſanctæ epiphaniæ ne in eccleſia procurarent, patrimoniorum ſuorum compedibus ſunt detenti, & terreno quodam obligati ſunt vinculo, vt venire eis ad domum domini non liceret. Non quòd eos quippiam detinet, ſed quòd ita propriis ſint actibus implicati, vt iam arbitrium viuendi ſuæ poteſtatis amiſerint: & dum ſoli citudinem patrimonijs exhibẽt, animarum medicinam penitus nõ requirunt. Quid mihi ô diues difficultatem temporis obijcis? Quid neceſsitatem ingeris repentinã? Si cor habes, intellige quia omni neceſsitate maior neceſsitas eſt ſalutis: & vtilior eſt cauſa, prius curare vitã, tunc peculij damna ſarcire, ne dum augmentum patrimonij quærimus, ſentiamus animæ detrimentum. Sed forte iudicem metuis, quem in ſecretario reliquiſti. Mihi crede quod magis deum iudicẽ metuere debebis, qui
F de ipſo tuo iudice iudicabit. Illũ ergo metuis qui mox accipiet ſucceſsorem: dominum non metuis, cui nemo aliquando ſuccedit? Conſidera itaque iudicij imminentem diem, & inextinguibiles gehennæ flammas, ſtridorem horrendum dentium, tenebrarum vltimum crucia tum. Et ſi potes, relicta eccleſia ſecularibus ſolicitudinibus implicare. Vereor enim ne dum mũdi diuitias quæritis, inueniatis potius diuitias peccatorum: & repertis theſauris ſeculi, cæleſtes theſauros amittatis.

Quòd ſimile ſit regnum dei fermento. Sermo. V.

ET IPSI ſcitis fratres quòd ex qua die vobiſcum eſse cœpi, non ceſſaui omnibus vos dominicis admonere mãdatis, & partim hortando, partim increpando præcepta vobis ingerere, ita vt pleriſq; pius pater fuerim: nonnullis autem durus magiſter extiterim. Patrem enim me ſibi gratulatus eſt quiſquis ſermonem meum libenter amplexus eſt: durum autem magiſtrum ſenſit qui conſcientiam ſuam prædicatione mea percuſſam eſse condoluit. Sed nihil mea intereſt, dummodo ſiue pietate, ſiue cẽſura Chriſtus annuncietur in vobis,

G quamuis & ipsa censura sit pietas, quæ ideo circa negligentiores filios adhibetur, vt timore discant quod amore neglexerant. Non quòd omnes filios non æqualiter diligat pater, sed quòd indulgentia patris sit, pro diuersitate morum exhibere pietatis affectum, vt blandum filium exhortatione prouocet, contumacem vero austeri
tate cõueniat, de vtriusque tamen correctione securus,
Heb. 12. quoniam hunc amore verberat, illum seueritate castigat, sicut ait beatus Apostolus: Omnis quidem disciplina in præsenti nõ videtur esse gaudij, sed mœroris, post ea vero fructum pacificum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Igitur quoniam tot tractatibus meis profecisse vos credo, libet quædam vobis diuinarum diserere literarum, vt intelligam quòd id quod dixerim, fidei viua citate capiatis. Ait dominus in sancto euangelio: Cui si-
Lucæ. 13. mile existimabo regnum dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farina, donec fermentatum est totum. Fermenti vim atq; virtutem omnibus notam esse non dubium est. Nam cũ sit magnitudine parvum, specie simplex, naturâ commune, tantam fortitudinem intrinsecus gerit, vt cum reconditum fuerit in farina, succus hoc totã massam faciat esse quod ipse est,
H & ita semper vniuersum cumulũ aspersionis suæ vigore diffundit, vt omnem ipsam magnitudinẽ pollinis faciat fermẽtum, ac si res ipsa fortitudine sua molem sibi proprij vigoris acquirit. Hoc autem faciunt mulieres vt viris suis salubriorem panem, & cibum vtilem diligenter exhibeant. Sed quoniam lex spiritualis est, & euãgelium specialiter parabolarum ratione subsistit, videamus quid sit fermentum, quæ mulier, quid farina. Legi-
Ioan. 12. mus in sancto euangelio, dicente domino Christo de se ipso: Nisi granum tritici cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multũ fructum affert. Ergo si triticũ dominus, & dominus est fermentum, quia non nisi de tritico fieri solet: recte ergo fermento dominus comparatur, qui cum esset specie homo, humilitate paruus, imbecillitate deiectus, tanta intrinsecus sapientiæ virtute pollebat, vt doctrinam ipsius mundus ipse vix caperet, qui cum se cœpit per totum orbem diuinitatis vigore diffundere, statim omne hominum genus in substantiam suam sui potestate protraxit, vt & iugum spiritus sui sancti infunderet omnibus, hoc est Christianos cunctos faceret esse qđ Christus est. Nam quòd homo dominus Iesus vnus & solus esset in mundo, tanquam fermentum in massa recondi
I tum, vniuersos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhæserit, efficitur & ipse fermẽtum, tam sibi vtilis, quàm idoneus vniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitione securus. Sicut igitur fermentum cum in cumulum conspergendum est farinarum, cõfringitur, comminuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, vt dispersam illam farinæ multitudinem in vnum vigorem constringat, atque in solidum corpus redigat, quod in puluerismodum ipsa diminutione languebat, faciatq; coniunctione sui vtilem massam, quod propria dissolutione vidobatur inutile: sic ergo & dominus Iesus Christus cum esset totius mundi fermentum, diuersis passionibus cõfractus, laceratus, & dissolutus est, & succus eius pro salute nostra, qui est preciosus sanguis, effusus est, vt admixtione sui omne genꝰ humanum solidaret quod per diuersa antra resolutum iacebat. Sic enim velut fermentum quoddam nos qui farina ex gentibus videbamur esse, adhæsimus. Nos inquam qui per totum orbem dispersi & diminuti penitus iacebamus, vigore passionis Christi in ipsius corpus redacti sumus, sicut beatus Apostolus ait: Quoniam sumus corpus Christi, & membra. Nos igitur qui ex nationibus in puluerismodum
5. de terræ facie iactabamur, aspersione sanguinis domini in massam soliditatis eius aggregamur. Mulier autem quæ dicitur abscondere in farina fermentum, quæ est nisi sancta ecclesia, quæ quotidie doctrinam Christi in K
cordibus nostris conatur abscondere? Ipsa inquam est mulier quæ in alio loco etiam molere dicitur, sicut ait dominus: Erunt duæ molentes, vna assumetur, & vna Mat. 24.
relinquetur. Molit enim sancta ecclesia per legem, per Apostolos, per prophetas, cum catechumenos facit, & asperitatem gentilitatis dissipat atque comminuit, vt emolitos eos in farinæ modum aptos faciat fermento dominici sanguinis adhærere. Fermentum enim dixerim totam domini passionem. Fermentum enim salutis nostræ est symbolum, sine quo fermento vel symbolo nemo potest vitæ æternæ substantiam promereri. Et quia duas Euangelium describit molentes, atque vnam ecclesiam diximus salubriter molere, alteram quam nisi synagogam accipere debemus? Molit enim & ipsa per Moysen & prophetas, sed inutiliter molit, si-
Rom. 10. cut dicit Apostolus de Iudæis: Aemulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Inutiliter inquam molit synagoga, quia massam suam Christi doctrina non temperat. Atque ideo enitandum præcepit synago-
Mat. 16. gæ dominus esse fermentum, dicens: Cauete vos à fermento Pharisæorum. Temperatum est enim sanguinibus & crudelitatibus Iudæorum dicentium de domino: L
Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vnde ait Euangelium: Erunt duæ molentes, vna assumetur, & vna relinquetur. Assumetur enim in requiem æternam sancta ecclesia, quæ domino cibum sanctitatis emoluit. Relinquetur ad molas cruenta synagoga gyrum semper passura suæ perfidiæ.

De Margarita. Sermo VI.

SATIS ad correctionem vestram arbitror posse sufficere fratres dilecti, quòd anteriore dominica, pfecturus nulla vobis sacrarum literarum spiritualia dona largitus sum, sed tantum vos increpãs & argu-
ens pro peccato, sine aliqua prædicationis consolatione dimiserim. Volui enim vos hoc ipsum intelligere quàm grauiter peccaueritis, quòd diuina eloquia audire mini
me meruistis. Hæc enim sacerdotum vehemẽs & copio- M
sa vindicta est, indignis quibusq; literarũ cælestiũ sacra
Mat. 7 menta non credere, nec (sicut ait dominus) dare sanctũ canibus, neq; margaritas proijcere porcorũ pedibus in culcandas. Perdit enim cælestis margaritæ gratiam quisquis eam fœdissimo peccatori circundare conatur. Gẽma enim, sicut ipsi scitis, nisi auro non conuenit, margarita nisi preciosis monilibus nõ aptatur. Estote ergo aurum optimum, estote monile preciosum, vt possit in vobis margarita spiritualis includi. Margarita enim Christus est dominus, quam nẽgociator ille diues in Euangelio venditis omnibus rebus suis emere festinauit, & maluit omnes quas habebat seculi gẽmas amittere, tantum vt vnam Christi emeret margaritam. Vnde & ego fratres ꝓ magnitudine quod admiseratis delicti, nolui vobis pandere euãgelicæ refectionis eloquia, sed magis ingerere animosæ indignationis iniuriam, & prius vos verberibus spiritualibus emendare, ac sic margaritæ dilare muneribus. Malui inquam peccatum vestrum incusando acriter increpare, q̃ leniter dissimulando nutrire. Quisquis enim fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur vt peccet. Nolo autem putetis quod non de amore faciam vos sæpius verberando. Filius enĩ Prouer. 3.
qui castigatione dignus est, plus amatur, sicut ait scriptura sancta: Quem enim diligit dominus, corripit: castigat autem omnem filium quem recipit. Dicite mihi si non dolendum fuerit hoc peccatum, sic vos salutis immemores tunc fuisse, vt beatissimis apostolis Petro & Paulo honorificentiam minime reddideritis, cum ipsos esse sciatis doctores gentium, authores martyrũ, principes sacerdotum, nec voluerit is eorũ natalem nobiscum

A festiuissimum celebrare, atq; illi cælesti interesse conuiuio, in quo pro martyrum tanta lætitia substantiam vitæ ipse nobis dominus ministrauit: Vultis autẽ scire quantis bonis fraudati fueritis? Interrogate fratres qui tunc mecum pariter affuerunt, quàm refecti à dominica mensa discesserint, vel quales secum domum spirituales diuitias reportauerint. Vnum scio, quòd si quis illa die honoratus aut diues ob natalem filii sui ad decimum vsq; miliarium ad prandium rogauisset, propter accuratas epulas, & inæquales mẽsuras, absq; dubio vos ituros fuisse. Igitur fratres quotiensc̃unq; martyrũ memoriã celebramus, prætermissis omnibus seculi actibus sine aliqua dubitatione concurrere debemus, reddere illis honorificentiam qui nobis salutem profusione sui sanguinis pepererunt, qui tam sacrata hostia pro nostra propitiatione domino sunt oblati, præsertim cũ dicat ad sanctos suos omnipotens deus: Qui vos honorat, me honorat: & qui vos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat martyres, honorat & Christum: & qui spernit sanctos, spernit & dominum.

De eo quod scriptũ est: Reddite quæ dei sunt deo, & de militantibus, Sermo VII.

B NONNVLLI Fratres qui aut militis cingulo detinentur, aut in actu sunt publico constituti, cũ peccãt grauiter, hac solent à peccati sui pœna se voce excusare, quod militant: & ne bene aliquãdo faciãt, occupatos se malis actibus conquerũtur perinde quasi militia hominum nõ & volũtas in culpa sit. Ita quod ipsi gerunt, officiis suis adscribũt. Non enim militare delictum est, sed propter prædã militare peccatũ est. Nec rẽpublicam gerere criminosum est, sed ideo agere rẽpublicã, vt rem familiarem potius augeas, videtur esse damnabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus sunt stipendia cõstituta, ne dum sumptus quæritur, præda grassetur. Illud autẽ quale est quod cũ ob errorẽ aliquem à seniorib⁹ arguũtur, & reputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaserit, cædem cur turbulẽtus admiserit, statim respondeat: Quid habebam facere homo secularis aut miles? nunquid monachus sum, professus aut clericus? Quasi omnis qui clericus non est aut monachus, possit ei licere quod non licet. Prescribitur norma viuẽdi, omnis ad bene agendum prouocatur sexus, ætas & dignitas. Igitur nemo se publicis excusset actibus, nemo occupatione militiæ conqueratur. Apud omnem Christianũ prima honestatis debet esse militia.
C Nã vt id quod dicimus, authoritate euãgelica comprobemus, videamus lectionem quæ paulo ante decursa est. Ait enim euangelium: Venerunt autem & publicani ad
Lucæ. 3. Ioannem, vt baptizarentur ab eo, & dixerunt ad eũ: Magister, quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius exigatis quàm quod cõstitutũ est vobis. Honesta plane publicanorũ interrogatio, ac sancti prophetę iusta responsio Illi enim solicite interrogant, ne aut ignorãtes plus exigendo peccatum incidant, aut cessantes publicani deciant functionem. Hic autem moderate præcipit, vt & iniquitas locum non habeat, & constitutum habet victigal effectum. Non enim dixit: Nihil exigatis, sed nihil amplius exigatis. Vnde intelligimus quod apud deum nõ tam exactio q̃ exactio iniqua damnetur. Dicit enim
Mat. 22. 5 ipse dominus: Reddite quæ dei sunt deo, & quæ cesaris cæsari. Igitur quod cæsar præcipit, ferendum est: quod imperator indicit, tolerandum est. Sed fit intolerabile dum illud præda exactionis accumulat. Hoc autẽ quale est quod iidẽ ipsi qui huiusmodi necessitates procurãt, fraudes ac rapinas suas cõmodum vocant, cũ ipsa præda inferatur incõmodum? Illud autem addunt sceleribus suis, vt quos indefensos viderint, ipsos potius perse quantur: & putãt se necessitates decepisse publicas, nisi domos deceperint orphanorũ: ita vt quorum pater ante D
biduũ forsitan fuerit amicus, collega vel frater interueniente morte eiusdẽ liberi habeantur tanq̃ ignoti, viles & miseri. Vidua autem siqua fuerit, aut sic iniuriis exagitatur vt nubat, aut si voluerit in castitatis permanere proposito, dando munera sua facultates vix permanẽt. Cum his ergo fraudibus repleuerit sacculos suos, videbis illos lætos & accuratos ad ecclesiam properare, & deo gratias agere quasi ab ipso illis hæc pecunia conferatur, illud quoq; peccantes, quod rapinarũ suarũ deũ volunt esse participem. Dicit autem sanctum Euangelium: Interrogauerunt illum & milites, Quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes: Neminem concutiatis, sed contenti estote stipendiis vestris. Hic iam cognoscere se debet omnis homo qui militat. Nõ enim tantum de iis militãtibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, sed quisquis militiæ suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles adscribitur. Atq; ideo hæc sententia potest dici, verbi gratia, militibus, protectoribus, cunctisq; rectoribus, & cuicunq; qui stipendia sibi decreta consequitur. Si amplius quærit, tanquàm calumniator & concussor Ioannis sententia condẽnatur. Vsq; adeo autem hoc inoleuit malum, vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrũpantur iura, sententia ipsa venalis sit, & nulla iam causa possit esse sine causa. Hæc autẽ diuina sententia quæ ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri, qui etiam si non militare vidẽtur seculo E
tamen domino & deo militamus, sicut ait Apostolus:
Nemo militans deo, obligat se negociis secularibus. Vi
demur inquam non militare remissis ac fluentibus tu- 2. Tim. 2.
nicis, sed habemus militiæ nostræ cingulum, quo castimoniæ interiora constringũtur: de quo cingulo dominus ait ad Apostolos suos: Sint lumbi vestri præcincti,
& lucernæ ardentes in manibus vestris. Milites igitur Lucæ. 12.
Christi sumus, & stipendia ab ipso donatiuumq; percipimus, sicut dicit beatus Apostolus: Qui dedit nobis pi 2. Cor. 1.
gnus spiritus, hoc est, qui spiritus sancti nos remunerationẽ ditauit. Si quis ergo Christianorũ hoc donatiuo contentus forte nõ fuerit, & querit amplius, incipit hoc ipso carere quod meruit. Quod specialiter cõtingit hæreticis Arrianis: Dum enim nescio quid amplius quærunt, inuenientes erroris spiritum, gratiæ Christi spiritum perdiderunt. Nam & catholicus clericus hac sentẽtia retinetur. Si enim nõ contentus stipendiis fuerit quæ de altario domino iubente cõsequitur, sed exercet mercimonium, intercessiones vendit, viduarum munera libenter amplectitur, hic negociator magis potest videri q̃ clericus. Nam licet dicere possum⁹, nemo nos inuasoris arguit violentiæ, nullus accusat, quasi non interdum maiorem prædam à viduis blandimenta cliciant quàm tormenta: non interest apud deum vtrum vi an circunuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

De sabbato quo dominus manum aridam curauit. Sermo VIII.

DILIGENTER vos audisse credo fratres Euãgelicam lectionẽ quæ nuper lecta est, vbi dominus Iesus Christus ingressus sabba- Lucæ. 6.
to synagogam, hominis ibi habentis manum aridam spirituali medicina curauit, non appositis hærbarũ succis, nõ pigmentorũ medicaminibus colligatis, sed verbo iubens, & in ira præcipiẽs refudit corpori sanitatẽ. Ira inquã, sicut ait Euãgelista, restituit vigorẽ dexteræ. Vnde intelligimus qualis dominicæ benignitatis sit sanitas, cuius indignatiõis talis est medicina: at quẽadmodũ placat⁹ prodest, qui ita misericordiam iratus. Verbo igitur iubet vt arenti dexteræ venarum succos infunderet. Non mirum est si is arentem reparauit dexteram, qui totum corpus de arẽti puluere

G procreauit,& id verbi imperio reſtituit, quod in princi
pio factura operationis inſtituit:velut authorem ſuum
plaſma cogноſcēs obſequitur ei portiūcula, cui totum
ſe deberet in maſſa. Sed videamus quæ ſit in ſynagoga
manus arida, quæ nihil corpori prodeſt,quando operi-
bus ſiccauit,quando etiam primū arida eſse cœperit, re
quiramus. Non enim vnius hominis tantum per ſaluato-
rē cauſa geritur,nec vnius hominis imbecillitas pro
curatur, ſed totius generis humani ſanatur. infirmitas.
Nulli autem dubium eſt dexteram vel totius corporis
præclariorē portionem hoc officii gerere, vt diurna ali
menta ſuo corporis ſubminiſtret,&prouidētia quadam
ad fruendam vitam membra cætera paſcat ac nutriat.
Hanc igitur dexterā in Iudaico populo ſcribas eſse di-
xerim vel doctores,qui velut præclarior portio in pha-
riſæorū corpore a domino conſtituti,neglexerunt & in
cætera mēbra ſua prophetarū oracula velut eſcam vitæ
æternæ porrigere,atq; ideo doctrina eorum tanquā ma-
nus aruit imbecillis,quia fontem perennis ſapiētiæ non
quæſiuit,Propterea deniq; factum eſt vt quaſi contracta
dextera clauem ſcientiæ tenere nō poſſet,ſicut ait domi
Lucæ. 11. nus: Væ vobis ſcribæ & phariſæi qui abſcōditis clauem
ſcientiæ,& reliqua. Hæc autē clauis Chriſtus eſt domi-
H nus,quo ad credulitatē fidei pectorū arcana referantur
Mat.16. Iſta clauis,ſicut ait dominus Petro:Tibi dabo clauem re
gni cælorum. Ergo aruit dextera ſynagogæ manus, re
linquens Chriſtum,quę prius erat in principibus Iudeo
rum,& deterioraūit. Quiſquis enim Chriſti fontem de-
ſerit,& debilitatur protinus,& areſcit. Sed inuenio ip-
ſam manum quondam cæteris mēbris fuiſſe meliorem
Sanctus enim Moyſes dux Iudaici populi, velut clarior
corporis ſui dextera fuit cum legem porrigendam me-
ruit à diuinitate percipere. Dextera inquā erat ſanctus
Moyſes, quifilios Iſrael velut manu prouida cæleſti mā
na nutriit. Hæc plane eſt dextera quæ Iamnem & Mam-
brem magos niuei ſplēdoris nitore conuicit. Ita enim
ſcriptum habes. Atq; ideo magorum diſtinctæ ſunt tene
bræ,quia Moyſi meritis lucens dextera coruſcabat. Sed
videamus,manus iſta quando primūm arida cœperit eſ
ſe vel mortua. Ego illam primūm in Adam aruiſſe con
firmo, cum contra vetitum domini interdictæ arboris
poma decerpſit, ac tunc ſuccum immortalitatis amiſit.
Et ſiccata quodāmodo eſt,quando hominē ad imaginē
dei factum peccato ſuo ſolui facit in puluerē. Atq; vtinā
ſola manus in peccato teneretur obnoxia:quod eſt grau-
ius,omne corpus morte damnatū eſt,cū dextera prima
I peccauerit. Nec mireris ſi membrum dexteræ in Adam
non manſit intregrum. vigor enim in illa æternitatis ex
aruit. Nam ſicut Moyſi dextera cuſtodiētis mandata do
mini niueo fulgore reſplenduit, ita & Adæ dextera præ
uaricantis præcepta mortifero pallore cōtracta eſt. Hāc
igitur Adæ manū ſaluator curat in ſynagoga, hoc eſt to
tius generis humani imbecillitatē ſanare feſtinat. Dicit
etiam illi:Extende manū tuā, qui eam idolis immolan-
do contraxit. Dicit illi: Extende manum tuam, qui per
eam res orphanorum viduarūq; geſtit inuadere. Sed &
tu qui putas te manū habere,& ſanam, caue ne auaritia
contrahatur. Quin potius extende eam pro miſericor-
dia frequenter ad pauperē, pro hoſpitalitate ſæpius ad
peregrinū. Extende eā pro peccatis ſemper ad dominū.
Eccli. 4. Eſto miſericors,eſto largus. Obſerua quod ait prophe
ta: Ne ſit manus tua ad accipiendum porrecta, ad ero-
gandum contracta. Sic enim manus tua ſana eſse pote-
rit:bonis vero operibus extendatur.

De vnitate charitatis. Sermo IX.

LEGIMVS In libro qui Apoſtolorum actibus adſcribitur,tātam ſub memoratis vi-
ris deuotionē plebis fuiſſe,ita populi Chri
ſtiani floruiſſe primitias,vt poſt acceptam
fidem nemo domum propriam ſibi defen
deret,& nemo ſuum aliquid vendicaret,ſed iure frater- K
nitatis eſsent illis cuncta communia, ſcilicet vt qui eo-
dem conſortio religionis tenebantur, eodem cōſortio
fruerentur & vita, hoc eſt. vt quibus erat vna fides, eſset
& vna ſubſtantia: & quibus erat communis Chriſtus,
communis eſset & ſumptus. Nephas etenim putabant
religioſi viri ſibi participem non aſciſcere in ſubſtan-
tia,qui particeps eſset in gratia:atque ideo in fraternita-
te omnibus communiter vtebantur,niſi quod maior eſt
fraternitas Chriſti quàm ſanguinis. Sanguinis enim fra
ternitas ſimilitudinem tantummodo corporis refert,
Chriſti autem fraternitas vnanimitatem cordis animæ-
que demonſtrat,ſicut ſcriptum eſt: Erat autem creden- Actuū.4.
tium cor vnum,atque anima vna. Vere ergo ille frater
eſt,qui non tam corpore quàm vnanimitate germanus
eſt. Verus inquam frater eſt cuius idem ſpiritus & volun
tas in fratre eſt. Melior igitur eſt(ſicut dixi) Chriſti fra-
ternitas quàm ſanguinis. Sanguinis fraternitas inter-
dum ſibi inimica eſt, Chriſti autem fraternitas ſine iter
miſsione pacifica eſt. Illa inter ſe communia cum æmu-
latione diuidit,hæc etiam propria cum gratulatione cō
municat. Illa in cōſortio deſpicit ſæpe germanum, hæc
aſsumit frequenter alienum. Tanta ergo,ſicut dixit,illo
tempore Chriſtianæ plebis deuotio fuit,vt nemo domū L
ſuam,diceret,nemo proprium aliquid vendicaret,ſicut
ait ſanctus Lucas dicens:Et nemo quicquam ex eo quod
poſsidebat,ſuum eſse dicebat,ſed erant illis omnia cō-
munia. Nemo enim inquam erat quiſquam egens inter
ipſos. Beata igitur plebs, quæ dum plures diuites habet
in Chriſto, nullum in ſeculo habuit indigētem: & quæ
dum æternas cogitat diuitias,à fratribus temporalem re
pulit paupertatem. Vendebant enim, ſicut ait ſcriptu-
ra,prædia & domos ſuas & precia venditorum ante pe-
des Apoſtolorū ponebāt, vt erogarēt prout cuiq; opus
eſset. Videte ſanctorū virorū fidem, quēadmodum pro
pter Chriſtū toto ſpoliabantur patrimonio,& nihil ſibi
reliqui faciebant. Non enim verebantur ne eſurirēt ipſi
dum timebant ne alius eſuriret. Hæc igitur ſub Apo-
ſtolis fuit ī plebe deuotio:modo quid ſimile reperimus?
Et certe idem Chriſtus in nobis. Idem quidem Chriſtus
in nobis,ſed non idem animus eſt in nobis. Eadē in ple
be fides,ſed non in plebe eſt ipſa largitio. Ita alter de al
terius inopia non cogitat,vt illud ſit quod dicit Apoſto 1.Cor.11.
lus: Alius quidem eſurit, alius ebrius eſt. Nam plerique
Chriſtiani non ſolum propria nō diſtribuūt, ſed etiam
diripiunt aliena. Non ſolum inquā colligētes pecunias M
ſuas,ad pedes Apoſtolorū nō deferunt, ſed etiam con-
fugientes fratres ſuos protrahunt à pedibus ſacerdotū.
Nunc eſt illud tempus quod deſcribit beatus Apoſto-
lus dicens:In nouiſſimis diebus abūdabit iniquitas mul
torum,& refrigeſcet charitas Modo enim abundat aua
ritiæ iniquitas, quæ ante largitatis bonitate ceſsabat: &
refrigeſcit fraternitatis charitas, quæ prius Chriſti amo
re feruebat. Tunc enim ſub Apoſtolis fraternitatis di-
lectio fuit,vt tunc in conuentu ſuo non aduenerit indi-
gentia: tanta autem modo Chriſtianitatis diſsimulatio
eſt,vt in cœtu noſtrovix inuenias locupletem:Locuple
tem autem vix inueniri dico non tam facultatibus, ſed
operibus. Ait enim apoſtolus: Diuites ſint in operibus 1.Tim.6.
bonis. Locupletem autem illum in eccleſia intelligi vo
luit,qui diues eſt ī Chriſto. Nam & ibi quod ait ſub apo
ſtolis neminem indigentem fuiſſe, oſtendi vtique tan-
ta eos gratia fidei fuiſſe præditos,vt omnes cæleſtium di
uitiarum abundauerint largitate. Raro igitur hoc tem-
pore inuenimus in Chriſtiano populo locupletem. Etſi
pleriq; in domibus auro ſint diuites, tamē in eccleſia iu
ſtitia ſunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro
eo quod prævalent,operātur, nec hoc eſt gratum quod
offerunt,nec illud eſt ſatiabile quod reſeruāt. Dixit do- Genes.4.
minus ad Cain cū offerret munera, Si autē recte offeras
recte autem nō diuidas,peccaſti, quieſce. Sic & tu Chri

A ſtiane non recte diuidis qui de tanto auro tuo maiorem
partem mammonæ reſeruas,quā domino largiaris. Sic
nāq; Ananias in actibus Apoſtolorum dum putat ſe re-
cte offerre & non recte diuidit pecuniā quā obtulit, per
didit:& quam domi reſeruauit,amiſit. Pecuniam inquā
pariter perdidit & ſalutem. Dum enim ex eo quod pro
miſerat,partem ſubtrahit, ſacrilegii ſimul condēnatur
& fraudis. Sacrilegii,quod deum in pollicitatione fefel
lerit. Fraudis,quod de integris munerib⁹ portionē quā
Actuū. 5. dam putauerit ſubtrahendā. Ait enim apoſtolus Petrus
Non es mentitus hominib⁹,ſed deo. Si ergo, fratres, A-
nanias cōdemnatur cum non totū dederit quod de ſuo
ipſe promiſerat,quid cenſemus de eo qui non vult red
dere qđ alius repromiſit? Videte ergo &vos fratres quid
promiſeritis deo cū primum gratiā fidei percepiſtis. Ec
ce abundant in ciuitate noſtra hoſpites ſiue peregrini,
facite quod polliciti eſtis,ne dicatur &vobis quod Ana
niæ dictum eſt,Non mentiti eſtis hominibus,ſed deo.

De eo quod ſcriptum eſt, Quis maior eſt in regno cælorum, Sermo X.

B SI diligenter audiſtis euangelicam lectio-
nem,intelligere poteſtis,quæ miniſtris ac
ſacerdotibus dei reuerentia debeatur,vel
qua ipſos clericos inuicē humilitatis ſedu
ſitate oporteat præuenire. Ait enī domin⁹
Mat.18. percōtātib⁹ diſcipulis quis eorū in regno cęlorū maior
eſset futurus,ſtatuto corā omnib⁹ puerulo, Quicūque
humiliauerit ſe ſicut puer iſte, hic maior erit in regno
cælorū. Vnde itelligimus quòd humilitate puenitur ad
regnū, ſimplicitate penetratur ad cælū. Quiſquis ergo
cupit diuinitatis tenere faſtigia,humilitatis ima ſectetur
Rom. 12. Quicunq; vult fraternitatem obtinere: præueniat obſe
quendo,ſicut ait Apoſtolus:Honore inuicem præueniē
tes. Vincat eā officiis,vt poſsit vincere ſanctitate. Si enī
te non leſit frater,obſequium meretur vt diligas. Quod
ſi forſitan læſit,magis obſequium meretur vt vincas.
Hæc enim noſtra Chriſtianitatis ſumma eſt. vt amantī-
bus viciſsitudinem. Iedentibus patientiam rependam⁹.
Qui enim fuerit patientior ad iniuriam, potentior con
ſtituetur in regno. Non enim ad imperium cælorū per-
uenitur ſupbia, diuitiis, prefectura, ſed humilitate, pau
perie, lenitate. Arcta autem & anguſta via eſt quæ ducit
ad regnum. Quiſquis ergo honoribus inflatus fuerit,&
auri theſauris dilatatus,tanquam onuſtum & impeditū
animal per anguſtum regni iter tranſire non poterit. Si
mul etiam vt ſe exiſtimat peruenisse, ſarcinam eius exi
gua porta non capiens, repercuſsam limine retrorſum
C redire cogit. Tam enim anguſta eſt diuiti porta cæleſtis
quām eſt camelo acus foramen exiguum. Vnde ait do-
Mat.19. minus:Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire
quā diuitem in regnum cælorum. Sicut enim cameli a-
nimal tortuoſum atque deforme exigua acus cauerna
præterire non patitur,ita & diuitem auarum atque men
dacē arcta cæli iantua minime ītrare permittit. Nā ideo
nudi in ſeculo naſcimur,nudi etiam accedim⁹ ad laua
crum,vt nudi quoque & expediti ad cæli ianuam prope
remus. Quām autē incongruum & abſurdū eſt vt quē
nudum mater genuit,nudum ſuſcipit eccleſia, diues in
trare velit in cælum? Propterea adoleſcenti illi diuiti in
Euangelio à ſaluatore dicitur, qui ſibi iuſtus videbatur
& ſanctus,& omnia legis mandata compleſse:Si vis per
fectus eſse vende omnia tua, & da pauperibus. Vſque
adeo enim nuda virtus apta cælo eſt, vt quamuis iuſtus,
quamuis ſanctus,aurum vel diuitias poſsidens, non poſ
ſit eſse perfectus. Talem enim voluit adoleſcentem illū
dominus ad paradiſum redire,qualis Adam fuerat de
paradiſi ſublimitate deiectus. Nudus enim Adam inco
la paradiſi fuit. Deniq; poſt peccatum nuditatē ſuam vi
dens,folio pudēda cōtexit. Prius enī quām peccaret,ho
neſtatis erat colore veſtitus. atq; ideo nuditatē in hone- D
ſtam non natura inſtituit,ſed delicti reatus inuenit. Nā
& ſancti angeli in ſplendidiſsimo habitu cōſtituti, non
quòd tunicis operiuntur & palliis, ſed cū ſit in illis nati
uitatis ſuæ nuda ſubſtantia, veſtiti videntur eſse quod
ſancti ſunt. Sic igitur & Adam cuſtodiens honeſtatis an
gelicæ dignitatem, erat quidem nudus mundanis veſti-
bus, ſed immortalitatis erat ſplendore veſtitus. Nihil
pranum reſpiciebant eius oculi, non cor eius turpe ali-
quid cogitabat, erat apud honeſtas mentes nuditas ipſa
veſtita. Sicut enim apud nequam homines turpis cogi-
tatio concupiſcens veſtibus non arcetur, ita apud ſanc-
tos viros honeſta ſimplicitas ad concupiſcendum nudi
tate non trahitur:ſed ſicut vitioſis ad corruptelam nu-
da ſunt omnia, ita religioſis ad caſtimoniā operta ſunt
vniuerſa. Quod autem ait Euangelica lectio: Qui ſcan- Mat.18.
dalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, ex
pedit ei vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collo eius,&mer
gatur in profundum maris: Puſillos hic non ætate pue-
ros,ſed malitia parvulos dicit,ſicut Apoſtolus ait: Mali
tia paruuli eſtote,vt ſenſibus perfecti ſitis. Qui ſunt iſti
niſi clerici idonei,& monachi religioſi vel laici? Quiſ- 1.Cor.14
quis igitur irreuerens aut contumelioſus extiterit, hac
velut pœna plectetur, vt iformi ſaxo religato illi ad col E
lum, præcipitetur in mare. Sed videamus cur ſcandali-
zantibus Chriſtianis iſta pœna data ſit,aut quid ſibi ve-
lit ipſa ſententia. Puto enim illa aliquod myſterium con
tineri. Quaſi vero non ſufficeret in mare homini demer
gendo ſaxum qualecunque non magnum aut enorme,
ſed molæ aſinariæ lapis ei religetur ad collum, vt cum
perituro homine pereat res vſui neceſsaria. Sed puto
hoc magis eſse quod in ſcripturis aſini figura populus
gentilium nuncupatur,qui clauſis oculis circa ignoran
tiæ molam erroris ſui gyro pertrahitur,& in illa curſus
directione veſtigiis ſæpe redeuntibus inuitus vſui labo-
rat alieno. Nonne enim tibi videtur molam aſinariam
voluere gentilis populus quandiu imperitiæ ſuælabore
verſatur? Naturæ quidem vinculis alligatus vt verbum
dei molat,deum cæli quęrat,ſed opertæ mentis cæcitate
ſuffuſus,vt vultus animi erigere ad deum,cordis oculos
leuare non poſsit ad cælum. Sed quoniam molam aſina
riam ſaxum eſse conſtat, videamus ſi & paganorū talis
eſt mola. Talis plane eſt. Saxi enim mola eſt paganorum
Iupiter Herculeſq; lapideus,circa quos cæcis oculis fre-
quenti errore circumeunt. Cæcos inquā dixerim eorum
oculos qui putant ſe videre quod nō vident. Aſpiciētes
enim ſaxum deum ſe videre confingunt. Attamen qui
molam voluit,cōſummādi aliquādo finem operis habet
exeundi ſpem gerit laboris. Cui vero mola aſinaria ad F
collum ſuſpenditu, portat lapidem qui portare iugum
domini recuſauit. Aſinus ergo ad molam, cæcus ad la-
pidem,gentilis ad ſaxum,qui adorat eum quem non vi-
det nec agnoſcit. Deus enim non in manufactis habitat,
nec in metallo aut ſaxo cognoſcitur. Hic ergo gentilis
populus cum perſecutionem Chriſtiano intulerit, hac
pœna plectetur,vt cum ſua ſacrilega mola iudicandi ſe
culi fluctibus demergatur.

De mirabilibus, Sermo XI.

QVANTORVM Mirabilium operator ſit do
minus Ieſus Chriſtus, ītelligere poſsumus
ex hac euāgelica lectione, qua deſcribitur
tāta p eū beneficia ī populū fuiſse collata
vt prouocatæ hominū turbæ ad audiēdū
illum magis irruerent q̄ rogarēt,& medicinā ſalutis nō
ſperarēt per humilitatis gratiā, ſed per impatientiæ
iniuriam, ita vt irruentes (ſicut ait euangelium) turbas à
domino Ieſu non deſertum ſepararet, non ſynagoga re
pelleret, non reuerentia diuinitatis perarceret. Hæc eſt
enim conſuetudo infirmantium, vt dū ſperant ſuis ęgri

G tudinibus medicinam,ab importuna petitione nõ loco prohibeantur,non tẽpore:sed quanto plus medetur ille qui ſanat,tanto amplius ille importunus eſt qui laborat.Ergo cum dominus illis ab irruentibus turbis ſemotus in terra eſse non poſset,aſpiciens in mari duas naui culas,vnam nauem Petri omni feſtinatione conſcendit vt importunitatis iniuriam vel aquarum natura depellere t,quia eam doctoris reuerẽtia minime coercebat,atq; exinde cœpit de nauicula Petri ad homines doctrinæ ſuæ verba profundere. Videte miſericordiã ſaluatoris ſeparatur quidem ab hominibus corpore, doctrinæ tamen iis vtilitate cõiungitur. Vbique miſeretur, vbique prodeſt. In terra poſitus per tactum languores corporum ſanat,in mari conſtitutus per doctrinam vulnera curat animarum. Sed videamus quæ ſit iſta nauicula Simonis Petri,quã adducendam de duabus magis opportunam dominus iudicauit,quæ & totum ſaluatorẽ præſtat ab iniuria,& credulitatis hominibus largiatur eloquia. Inuenimus enim iam dominum nauigaſse in alia naui,& grauibus iniuriis laceſsitum. Nauigauit enĩ cũ Moyſe in mari rubro, quando populum Iſrael per vndarum fluenta tranſuexit.Sed grauibus eſt affectus iniuriis, ſicut ipſe ait in euangelio ad Iudæos, Si crederetis Moyſi, & mihi crederetis. Iniuria autem ſaluatoris eſt Ioan. 5. incredulitas ſynagogæ.Ergo Petri nauem elegit,Moyſi deſerit, hoc eſt,ſpernit ſynagogam perfidam, fidelem H. aſsumit eccleſiam.Duæ enim quaſi nauiculæ adeo deſtinatæ ſunt,quæ in hoc, tanquam in mari, mundo ſalutẽ Mat.4. hominibus piſcarentur,ſicut ait dominus apoſtolis:Venite faciãvos piſcatores hominũ.Ex his ergo duabus nauiculis vna relinquitur ad terram inanis & vacua, altera producitur in altum onuſta vel plena. Vacua enim ſynagoga relinquitur in littore,quia Chriſtũ cum prophetarum amiſit oraculis. Onuſta autem eccleſia in altum aſsumitur , quia dominum cũ apoſtolorũ doctrina ſuſcipit.Synagoga,inquam,remanet ad terras quaſi terrenis inhærens operationibus:eccleſia autem in altitudinem reuocatur,tanquã cælorum profunda ſacramenta diſcutiens , in illam ſcilicet altitudinẽ de qua Apoſto- Rom. 11. lus ait: O altitudo diuitiarum ſapietiæ & ſcientiæ dei. Propterea dicitur Petro: Duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum generationis diuinæ. Quid enĩ Mat. 16. tam profundum quã quod ait Petrus ad dominum: Tu es Chriſtus filius dei viui? Quid tam terrenũ quã quod Lucæ. 4. de domino dixerunt Iudæi: Nonne hic eſt filius Ioſeph fabri?Ille altiore conſilio natiuitatem Chriſti diuinitus approbauit,hi mente viperea generationem cæleſtem carnaliter exiſtimant.Vnde ait ſaluator Petro: Quia nõ I caro & ſanguis tibi hoc reuelauit,ſed pater meus qui in cælis eſt.Phariſæis autem dicit: Quomodo poteſtis bona loqui,cum ſitis nequã?Hanc igitur ſolam eccleſię nauem aſcendit dominus,in qua Petrus magiſter eſt conſtitutus dicente domino:Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Quę nauis in altum ſeculi iſtius ita natat,vt pereunte mũdo,omnes quos ſuſcipit,ſeruet illeſos. Cuius figuram iam in veteri videmus teſtamento. Sicut enim Noe arca naufragante mundo cunctos quos ſuſceperat, incolumes reſeruauit,ita & Petri eccleſia conflagrante ſeculo omnes quos amplectitur,repræſentabit illæſos . Et ſicut tunc tranſacto diluuio ad arcam Noe columba ſignum pacis detulit,ita & tranſacto iudicio ad eccleſiam Petri Chriſtus gaudium pacis referet quia ipſe columba vel pax eſt, ſicut promiſit dicens: Ite Ioan. 16. rum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Sed quoniam hanc eandem nauiculam Petri de qua nunc dominus cæleſtis doctrinæ ſuę ſacramenta depromit,le Mat.8. gimus in Matthæo dormiente in eadem domino ventis inſurgentibus perturbatam,ita vt cuncti Apoſtoli mortis periculum formidarent: videamus quæ cauſa eſt quòd vna eadẽmque nauicula hic tranquillitate doctrinam populis tribuit, ibi in tempeſtate diſcipulis metũ mortis inducit,præſertim cum ibi etiam cũ ceteris Apo F ſtolis Simon Petrus eſset.Hęc autem eſt cauſa periculi. Erat ibi Simon Petrus, ſed erat pariter & proditor Iudas. Quanuis illius fides fundaret nauiculam,huius tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas eſt vbi ſolus Petrus nauigat,tempeſtas vbi Iudas adiungitur. Licet eſset Petrus firmus ſuis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris.Metuẽtibus igitur diſcipulis,anxiante Petro dormiebat dominus. Durũ forte videatur quod anxiante Petro dormiebat. dormiebat Petro,nauigabat Iudę.Vnius igitur delicto cũctorum merita quatiuntur.Obdormit Chriſtus, ventorum ſpiramina cõcitantur. Quiſquis enim peccatum admittit,ſtatim & dormire ſibi facit dominum, & procellam ſibi ſpirituũ ſuſcitat immundorum. Neceſse eſt autẽ diabolica inſurgat tempeſtas,cum dominica ſerenitas conquieſcit. Igitur ſi vnius Iudæ peccato cuncti periclitantur Apoſtoli hoc exemplo caueamus perfidum,caueamus proditorẽ ne per vnum plures fluctuemus. Quinetiam huiuſmodi abiiciamus de noſtra nauicula, vt non obdormiat, ſed vigilet in nobis dominus, atque eo vigilante nulla nos ſpiritualis nequitiæ procella concutiat. Vbi enim fides integra eſt,ibi ſaluator docet, vigilat, & exultat:ibi requies,ibi tranquillitas, ibi cũctorum eſt medicina. Vbi autẽ fidei eſt admixta perfidia,ibi Chriſtus torpet,dormit,& peior eſt ibi metus,ibi tempeſtas,ibi omnium eſt L diſcrimen. Pro actibus enim noſtris dominus nobis ob dormit aut vigilat.

De Natali Domini, Sermo XII.

VERVM eſt quod ait ſanctus Ioannes baptiſta de domino ſaluatore dicens: Illum oportet creſcere,ne autem minui. Siquidem hoc primum etiam ipſis temporibus approbetur. Ecce enim in natiuitate Chriſti dies creſcit,& Ioannis natiuitate decreſcit. Illo orente lux proficit,hoc naſcẽte minuitur. Ipſa enim quodãmodo tẽpora famulãtia partibus ſuis, cũ detrimẽtũ faciunt,ſeruus gignitur. cũ autẽ dominus naſcitur cõſequitur augmẽtũ. Profectũ plane facit dies cũ mũdi ſaluator oritur : defectũ patitur cũ vltimus propheta generatur. Scriptũ eſt enim:Lex & prophetę vſq; ad Ioannẽ. Atque ideo neceſse erat vt obſcuraretur legis obſeruatio , vbi Luce. 15. euocatio,vbi euãgelii gratia refulgebat:& ceſſaret prophetia veteris teſtamẽti,cũ noui teſtamẽti gratia ſuccedebat.Ergo in natiuitate domini proficit dies. Nõ mirũ M ſi proficit dies,quã ſplendidiſsima lux veritatis illumi- Ioanis. 1. nat. Ait enim euãgeliſta de Chriſto domĩo: Erat lux vera,quæ illuminat omnẽ hominem. Cur nõ illuminaret mundum?Atq; ideo dies quæ lucẽ humano geueri peperit,prius ipſa eiuſdẽ lucis fulgore reſpleduit,& cõcluſa iam ſpatia ſua noctium tenebras dominicę lucis nitore diſcuſsit.Occupauerat enim totam diem noctium longitudo,niſi in ipſa dierũ breuitate Chriſti refulſiſset aduentus. Qui ſicut ortu ſuo humani generis peccatorum tenebras diſcuſsit,ita & die natiuitatis ſuæ caliginum tenebras amputauit , & vno eodemq; ortu lucem pariter intulit & hominibus & diebus . Vnde non eſt mirum ſi creſcit dies,quæ gemino fulgoris ſplendore veſtitur.
Sed videamus adhuc quomodo dominus ſaluator creſcat,Ioannes baptiſta decreſcat. Diximus in ſuperioribus quòd Ioannes quidem figuram legis prophetarũq; geſtauerit : neceſse erat ergo vt deficeret lex euangelio coruſcante , & minueretur Iudaicus populus populo Chriſtiano ſurgente . Quis enim dubitat de natiuitate domini ſynagogæ eſse cõuenticula vacuata,plebes multiplicatas eccleſiæ,& mirũ in modum quotidie Chriſtũ per Chriſtianos ſuos creſcere , Ioannem minui per Iudæos?Hos diei dominici ſplendore fulgere,illos obſcuritate noctium laborare.Nox enĩ, ſuper Iudæos quodã-

A modo maior incubuit , ex quo dixerũt de nece ſaluatoMat.27. ris:Sanguis huius ſuper nos,& ſuper filios noſtros. Maioribus plane ſunt noctium tenebris obſcurati , ex quo conati ſunt diem veritatis occidere. Hoc autẽ quod dicimus,vt verius approbare poſsimus,vtriuſq; natiuitatem breuiter exponamus . Ecce enim cũ naſcitur Chriſtus,exultant angeli , paſtores peruigilant , magi adueniunt,ſtella præcedit,& cuncta quæ ſunt in cælis terriſq; pulcherrima,ipſi domino deferũtur . Deferuntur enim illi,gloria per angelos, claritas per ſtellam , religio per magos,ſimplicitas per paſtores.Et quòd apud ipſum ſolum futura eſsent hæc omnia , naſcenti illi vniuerſa famulantur.Cum autẽ Ioannes concipitur.Zacharias obmuteſcit,ſolennis conceditur ſacerdos,Helizabeth mater abſconditur,ſignificãs poſt ortum ſuum legis ſilentium,amiſsionem ſacerdotii,latebras ſynagogæ,Dubium autem nõ eſt quòd Ioannes natus phariſeis iuſtitiam legis abſtulerit, quod cõceptus patri abſtuli vocis obſequium.Creſcit igitur dominus ſemper, Ioannes baptiſta minuitur.Non ideo minuitur , quod meritis aliquid derogetur,ſed quoniam ſaluatoris quotidie accumulatur gloria,illius minor fieri videtur. Lucerna denicq; vocatur Ioannes,dicente domino:Ille erat lucerna ardens
B Lucernæ igitur obſcuratur lumen cũ radius ſolis effulget,& defectionem quandam lampadæ ſuę patitur,cum clarioris lucis ſplendore ſuperatur. Quis enim ſapiens lucernam requirat in ſole? Nõ quidem extinguitur , ſed neceſsaria non habetur,hoc eſt , quis ad Ioannis pœnitentiæ baptiſmum veniat,cum poſsit ſaluatoris baptiſmo ſaluari?Non quidem illud reprehenditur , ſed hoc magis vtile & neceſsarium iudicatur, quia in eo remiſsio peccatorum tribuitur.

Item de Natali Domini, Sermo XIII.

QVA gratia vel quibus laudibus hunc diem Natalis domini prædicemus,pro ſus igno ro. In tãta enim feſtiuitate ad magnificãdũ deum humana loquela nõ ſufficit. Nam ſi tunc cum naſcebatur Chriſtus , angelorũ voce laudatus eſt,nunc humana laudandus eſt voce cũ regnat.Supergreditur enim illius tẽporis feſtiuitatẽ noſtra ſolennitas.Siquidem tunc ſtupuerunt illi tantũ naſcentem dominũ,nos illum ſuſcipimus naſcentem , reſurgẽtem pariter & regnantem.Tanto igitur facundior laudatio eſse debet humani tẽporis, quanto ſunt maiora miracula.Sed quoniã dignam prædicationẽ exhibere non poteſt humana fragilitas , ad angelorũ nos præconia conferamus.Et quia merito eos æquiparare nõ poſſumus,deuotione comitemur,hoc eſt in ea feſtiuitate ea
C dem qua illi lætitia,nos ſententia perſultemus dicentes: Lucæ.2. Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.Digna plane & iuſta ſententia quæ in natiuitate Chriſti & deo honorem repræſentat in cælis,& hominibus pacẽ præſentat in terris . Ante ſaluatoris enim ortum nec cæleſtia reuerentiam deferebãt, nec terrena requiem poſsidebant.Sed videte quid dicat ipſa ſententia:Pax in hominibus bonæ voluntatis. Non in quibuſcunque hominibus,ſed bonæ voluntatis hominibus,vt intelligas pacem Chriſti nõ debiti eſse,ſed meriti. Non enim eam meriti angeli in ea nocte qua paſtores naſcentem dominum ſuper gregem ſuum vigilias obſeruantes primi præ omnibus didicerunt . Ipſi enim primi ortum ſaluatoris ante omnes homines intimantibus angelis cognouerũt. Vnde mirum eſt quòd prius redemptionem ſeculi potuerint ſcire q̃ principes .Nõ enim angeli annunciauerunt regibus , non iudicibus , ſed hominibus ruſticanis . Non ergo iam mirandum eſt ſi Chriſti gratiam ante ſcire meruerit innocentia quàm poteſtas, & prius cognoſcere veritatem ſimplex ruſticatio quàm ſuperba dominatio. Quod enim cognouerũt paſtores, principes cognoſcere nequiuerunt. Vnde & btus Apo- D ſtolus ait: Quã nemo principum ſeculi huius cognouit, 1. Cor. 2. & reliqua . Ergo in natiuitate domini angeli pariter cũ paſtoribus ſunt lætati,excelſam vero dicentes gloriam. Nam vicinis quodãmodo & iunctis choris dei gloriam prędicauerunt. Vnde & credo coſdem angelos in eiuſdem domini cadẽ feſtiuitate ſimuli nobiſcum lætitiæ vicinitate gaudere . Nam qui ſolẽt propter Chriſti ortum alloqui paſtores,non poſsunt propter eiuſdem Chriſti gaudium non inquirere ſacerdotes . Siquidem & quod tunc ad illos ſuper gregem ſuum vigilias obſeruantes nocte intempeſta locuti ſunt , huius tẽporis myſterium deſignabant.Nam illo facto hoc vtiquę monſtrabatur, gregem populum,noctem ſeculum,ſacerdotes eſse paſtores,qui iugi ſuper plebẽ ſolicitudine vigilantes propter Chriſtum ab angelis minime deſeruntur.Hodierna igitur die ſecundum carnem natus eſt dominus , ita ſecreto , ita ſilentio,vt ortũ eius ſeculum penitus ignoraret.Ignorauit enim ſeculum , quia & extra conſcientiam patris natus,& extra ordinẽ naturę cõceptus.Nam Ioſeph cõceptũ ſuſcepit filium quem nõ genuit ! Maria partum edidit quẽ ſexus conſuetudine non creauit. Sic igitur natus eſt dominus,vt ortum eius nemo futurum ſuſpicaretur,nemo crederet,nemo ſentiret. Quẽadmodum crederent hoc futurũ ,quod poſtea quàm factũ eſt, factum eſse vix credunt?Nam quòd ita latenter & ſecre to ſaluator deſcenſurus eſset in virginem, iam ante Da E uid propheta teſtatus eſt dicens: Deſcendet ſicut pluuia Pſal.71. in vellus . Quid enĩ tam ſilenter & ſine ſtrepitu fit , q̃ cũ imber in lanę vellus infunditur?Nullius aures ſono verberat , nullius corpus humore repercuſsionis aſpergit: ſed ſine inquietudine hominũ totum imbrem per multiplices effuſum partes toto corpore in ſe trahit , vniusmeatus ſciſsuram neſciẽs,ſolida mollitie plures prębẽs meatus:& quod clauſum videtur per denſitatem, eſt patulum per tenuitatẽ. Recte ergo Maria velleri comparatur,quæ ita concepit dominũ,vt toto eum hauriret corpore , nec eius diſciſsuram corporis patereturſed eſset mollis ad obſequium,ſolida ad ſanctimoniã . Recte inquã Maria velleri comparatur,de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur . Vellus plane Maria eſt, ſiquidẽ de molli finu eius agnus egreſsus eſt, qui & ipſe matris laniciũ,hoc eſt carnẽ geſtãs,molli vellere cũctorum operit vulnera populorũ.Omne enim peccati vulnus Chriſti lana ſuffunditur , Chriſti fouetur ſanguine, & vt ſanitatem recipiat indumento veſtitur.

Item de Natali domini. Sermo XIIII.

LÆTITIA quanta ſit,quantuſque concurſus cum imperatoris mundi iſtius natalis celebrandus eſt,bene noſtris: quemadmodum duces & principes, omnes etiam mili F tantes accurate ſericis veſtibus accincti, operoſis cingulis auro fulgente preciofis ambiunt ſolito nitidius in conſpectu regis incedere . Credunt enim maius eſse imperatoris gaudium,ſi viderit maiorem ſuę apparationis ornatum, tántoque illum lætum futurum, quanto ipſi fuerint in eius feſtiuitate deuoti,vt quia Imperator tanquàm homo corda non conſpicit, affectum eorum circa ſe probet vel habitum contiendo:ita fit vt ſplendidius ſe accuret quiſquis regem fidelius diligit. Deinde quia in die Natalis ſui ſciunt eum largum futurum,ac donaturũ plurima vel miniſtris ſuis,vel iis qui in domo eius abiecti putantur & viles , tanta prius theſauros eius replere diuitiarum varietate feſtinant, vt in quantũ prorogare voluerit, intantũ prorogatio copioſa nõ deſiit, & ante volũtas donãdi deficiat , q̃ ſubſtãtia largiendi.Hæc autẽ ideo ſolicite faciunt,quia maiorem ſibi remunerationẽ pro hac ſolicitudine ſperant futurã Si ergo fratres ſeculi iſtius homines propter præſentis honoris gloriam terreni regis ſui natalis diem tãta ap-

G paratione ſuſcipiunt,qua nos accuratione æterni regis noſtri Ieſu Chriſti natalem ſuſcipere debemus?qui pro deuotione noſtra nō nobis tēporalem largietur gloriā, ſed æternā,nec terreni honoris adminiſtratione dabit quæ ſucceſsore finitur.ſed cælestis imperii dignitatem, quæ nō habet ſucceſsorem.Qualis autem noſtra remuneratio ſit futura,dicit propheta,Quæ oculꝰ nō vidit, Eſaię.64. nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit,quæ præ 1.Cor.2. parauit dominus diligentibus ſe. Quibus indumentis nos exornari oportet?Quod autē diximus nos,hoc eſt animas noſtras,quia rex noſter Chriſtus nō tam nitorem veſtiū q̄ animarū requirit affectum,nec inſpicit ornāmēta corporū,ſed cōſiderat corda meritorū,nec fragilis ſinguli præcingētis lumbos operoſitatem miratur ſed fortis caſtimoniæ reſtringentis libidinē ad pudicitiam plus miratur.Ambiamꝰ ergo inueniri ante ipſum probati fide,compti miſericordia,moribus accurati:& qui fidelius Chriſtum diligit, nitidius ſe mandatorum eius obſeruatione cōponat, vt vere nos in ſe credere videat, cum ita in eius ſolennitate fulgemus, & lætus ſit quo nos perſpexerit puriores. Atq; ideo ante complures dies caſtificemus corda noſtra, mundemus cōſcientiam,purificemus ſpiritū,ac nitidi & ſine macula immaculati domini ſuſcipiamus aduētum, vt cuius natiuitas per immaculatā virginem conſtitit eius natalis per im- H maculatos ſeruulos procuretur. Quiſquis enim in illa die ſordidus fuerit ac pollutus, natalem Chriſti ortūq; nō curat;interſit licet dominicæ feſtiuitati corpore, mē te tamen longius à ſaluatore ſeparatur,nec ſocietatem habere potuerunt immūdus & ſanctus, auarus & miſericors,corruptus &virgo, niſi quod magis ingerēdo ſe indignus offenſionē cōtrahit.cū minime ſe cognoſcit. Dum enim vult officioſus eſse, iniurioſus exiſtit :ſicut ille in Euangelio,qui in cœtu ſanctorū inuitatus ad nuptias venire auſus eſt veſtem nō habēs nuptialem.&cū alius niteret iuſtitia, alius luceret fide,alius caſtitate fulgeret, ille ſolus cōſcientiæ fœditate pollutus, cunctis ſplendentibus deformi horrore ſordebat.Et quāto plus ſimul diſcūbentiū beatorū cādebat ſanctitas,tanto magis peccatorū illius apparebat improbitas,qui potuerat minus diſplicuiſse forſitan ſi in cōſortium iuſtorū minime ſe dediſſet. Propterea ergo ſublatus manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur,nō ſolū quòd peccator erat,ſed quia cū peccator eſset ,ſanctitatis ſibi meritum vendicabat. Igitur fratres ſuſcepturi natalem domini,ab omni nos delictorū fœce purgemus ,repleamus theſauros eius diuerſorum munerum donis , vt in die ſancta ſit vnde peregrini accipiant;reficiātur viduæ pauperes veſtiantur.Nam quale erit ſi in vna eadēmque domo inter ſeruulos vnius domini,alter exultet in holo- I ſericis,alter conſumat in pannis:alius æſtuet cibo,alius fāmem friguſq; ſuſtineat : ille eructet heſternam indigeſtionis crapulam ,hic heſternā iciunii inediam nō reſoluat?Aut quis erit noſtræ orationis effectus, ſi petimus vt liberemur ab inimico, qui non ſumus liberales in fratres?Simus imitatores domini noſtri.Si enim ille pauperes in cæleſti gratia voluit nobis eſse cōſortes , cur nobis nō ſint in ſubſtantia terrena cōſortes? Nec extranei ſint alimoniis qui fratres ſunt ſacramētis ,niſi quòd rectius apud dominū per ipſos agimus cauſam noſtram, vt noſtris eos alamus ſumptibus qui illi gratias agant. Quicquid autē pauper dominū benedicit ,illi proficit, quod faciente dominus benedicitur :& ſicut ſcriptū eſt de illo,Væ illi homini per quē nomen domini blaſphematur:ita & de iſto ſcriptum eſt, Pax huic homini , per quem nomē domini benedicitur ſaluatoris. Quale autem eſt meritū largientis,vt ſolus quis operetur in domo,& per multos eccleſia dominū deprecetur?Et quod ille fortaſsis petere de diuinitate nō audeat , plurimorū interpellantiū ratiōibus; etiā quod deſperabat accipiat Quod adiutoriū noſtrū cōmemoratis beatus Apoſtolus ait:Vt per multos gratiarūactio referatur pro nobis. Et K iterum:Vt fiat accepta ſanctificata in ſpiritu ſancto.

Item de Natali domini. Sermo XV.

SATIS abūdēq; dixiſse me credo ſuperiore dominica quēadmodum cōpti vel nitidi natalē domini ſuſcipere debeamus, & ſuperuenientem feſtiuitatē eius ambitiōe retinere. Retinere inquam,vt ſi dies ſolēnitatis trāſeat , apud nos ſanctificationis eius beatitudo permaneat. Hæc enī gratia natalis eſt domini ſaluatoris, vt in futurū ad prædeſtinatos trāſeat,in prēteritū remaneat ad deuotos. Oportet ergo eſse nos ſanctitate puros, mūdos pudicitia,nitidos honeſtate,vt quo diem feſtum aduenire propinquius cernimus, hoc accuratius incedamus. Si enī mulierculæ ſolēt aliquas ſuſcepturæ maculas veſtiū ſuarū aqua diluere,cur nō magis nos accepturi natalem domini maculas animarū noſtrarum fletibus abluamus?Et illæ quidem ſi à deo infectæ obſcuræ ſordibus fuerint,vt maculas ſola aqua nō purget,ad ducunt mollitiem olei,ſaponis etiam acrimoniam: nos quoq; ſi tam graue peccatū fuerit,vt minime ſolis fletibus aluatur,addamus miſericordię oleum,acrimoniāq; L ieiunii. Nullum enim tam graue delictum eſt quod nō purgetur abſtinentia,eleemoſynis extinguatur. Ait enī Eccle.5. ſanctus propheta:Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Magna ergo eſt eleemoſyna quæ ardentium criminum globos benevolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum,vt quanuis offenſus deus,quāuis criminibꝰ prouocatus cogatur liberare eleemoſynis, quē diſpoſuerat punire peccatis.Cogitur enim à nobis quodammodo,dum compellitur prō actibus noſtris mutare ſententiam,& in vno eodemq; homine nunc ſeueritate iudicis permoueri,nunc patris pietate blandiri. Pater enim nobis deus eſt cum bene agimus: iudex noſter eſt cū peccamus. Cōpellitur ergo operibus noſtris dominus vt nobis ſuam miſericordiā largiatur: atq; ideo Mat.11. ipſe in euangelio ſancto dicit, A diebus Ioānis baptiſtæ regnum cælorū cogitur.Regnū cælorum non niſi Chriſtus eſt dominus,qui regnat in cælis.Cogi autē verbum tunc ſolet dici,cum res aliqua rarior aſſidua operatione denſatur.Ex quo ergo Ioānes baptiſta ſaluatoris an nunciauit aduentum,ex eo regnum cælorum quod prius fluidum & remiſsum apud Iudæos iacebat, credētiū populorum cœpit aſſiduitate denſari, & omnis illa regni raritas prædicationū frequentatione ſolidari. Tam enim rarum fuit apud Iudæos regnū,vt tranſiret ad gentes,tam fluidum vt emanaret ad populos. Nunc autē tā ta credentium cogitur denſitate,vt fixum & ſolidū maneat ſine fine,ſicut ſcriptura dicit: Et regni eius nō erit finis. Cogimus ergo regnum cælorū, & vim quodāmodo facimus,ſicut ait euangelica lectio: Et vim facientes diripiunt illud.Vim inquam facimus domino nō cōpellendo,ſed flēdo:nō prouocādo iniuriis, ſed lachrymis exorando:nō blaſphemando per ſuperbiā,ſed per humilitatē mœrendo.O beata violentia, quæ nō indignatione percutitur, ſed miſericordia condonatur. Beata inquā violentia quæ vim patienti bonitatē elicit, & vtilitatē tributi inferenti.Mala res admittitur,& de iniuria nemo cauſatur:vis admittitur, & religio propagatur. Quiſquis enī violētior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto. Aggredimur ergo in itinere dominū,ſi quidē ipſe eſt via,& more latronū ſuis eū ſpoliare nitimur,cupimus illi auferre regnū,theſauros,& vitā:ſed ille tā diues & largus eſt vt nō abnuat,nō reſiſtat; &cum omnia dederit,nihilo minus omnia ipſe poſſideat.Aggredimur inquā illum nō ferro, non fuſte,nō ſaxo, ſed manſuetudine,bonis operibus, caſtitate. Hæc ſunt arma fidei noſtræ, quibus in congreſsione certamus. Vt

A autem his armis vt in vi inferenda poſsimus , ante corporibus noſtris vim quodammodo faciamus,expugnemus mēbrorū vitia,vt virtutum præmia conſequamur. Prius enim ipſi regnare debemus in nobis , vt regnum poſsimus diripere ſaluatoris. Ait ergo euangelium : Et vim facientes diripiunt illud. Raptores igitur ſumus.raptores autem non niſi diripiunt aliena. Agnoſco veram eſse ſententiam.Chriſtū enim eccleſia rapuit ſynagogæ & alienæ gētis regnū vim faciendo poſsedit. Nam ſaluator miſsus ſub lege,natus in lege,nutritus iuxta legem, dum à Iudæis negligitur,à gentibus occupatur:& dum à ſacerdotibus perditur , à peccatoribus inuenitur , ſicut Mat.21. ipſe ait,Publicani & peccatores præcedūt vos in regno cælorū. Raptores igitur ſumus.mirandum nō eſt,quippe qui à tali authore deſcēdimus.Scriptū eſt enim de pa Gene. 49 triarcha noſtro Beniamin:Lupus rapax.Rapit enī quod ſuum nō eſt.ita & nos velut filii rapacis lupi alienarum paſtorem ouium noſtra intentione prætripimus.ſicut ip Mat.25. ſe dicit: Non ſum miſsus niſi ad oues perditas domus Iſrael. Rapitur itaq; Chriſtus cum à Iudæis dimittitur , & ab aliis prædicatur . Rapitur Chriſtus cum occiditur à Iudæis,& ſepelitur à nobis.Rapitur Chriſtus à vigilantibus diſcipulis,à dormientibus perditur phariſæis: ſicut Mat.28. mentiendo ipſi confeſsi ſunt , dum cuſtodias ponerent ſepulturæ,poſt reſurrectionem domini dicentes : Quia diſcipuli eius nocte venerunt ,& furati ſunt eum nobis Ephe.5. dormientibus.Vnde ſpiritualiter intelligimꝰ quia Chriſtum omnes dormientes perdunt , vigilant es inueniūt: B Atque ideo apoſtolus dicit:Surge qui dormis,& exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus . Vides ergo mortuum eſse qui ita dormit, vt non cuſtodiat ſaluatorem. Et ideo illi phariſæi velut mortui non potuerunt ſeruare viuentem.Propterea fratres non dormiamus,ſed vigilemus circa ipſum dominū noſtrum ſaluatorē, vt appoſitis iugiter cuſtodiis nemo illum auferat de ſepultura pectoris noſtri,nec dicamus aliquando:Venerunt,& dormiētibus nobis furati ſunt eum. Habemus enim inimicos,qui Chriſtum de cordibus noſtris ſi obdormieri mus auferre nitātur.Vnde peruigili cura ſeruemus eum in ſepulchro animarū noſtrarū.ibi perquieſcat, ibi dormiat,ibi cum voluerit & reſurgat.

Item de Natali domini. Sermo. XVI.

BENE quodāmodo ſanctam hanc diem natalis domini ſolem nouū vulgus appellat, & tāta ſui anthoritate id cōfirmat,vt Iudei etiam atq; gentiles in hac voce conſentiāt Quod libēter amplectēdū nobis eſt , quia oriente ſaluatore non ſolum humani generis ſalus,ſed etiam ſolis ipſius claritas,innouatur:ſicut ait Apoſtolus Vt per ipſum reſtauret oīa ſiue quæ in cælis , ſiue quæ in terra ſunt,Si enī obſcuratur ſol cū Chriſtus patitur,neceſse eſt illum ſplendidius ſolito lucere cū naſcitur . Et C ſi Iudęis mortē operantibus offundit tenebras,cur non Mariæ parturienti vitā exhibeat claritatē?Aut quare nō credamus quod naſcēte Chriſto ſol ad obſequiū lucidior aduenerit ,cū magos ad idiciū clarior ſtella præceſserit? Et ſi ſtella per diē alieni tēporis officiū miniſtrauit, cur nō credamus quòd ſol quoq; nocturnis horis aliquā tulū aduētu maturiore decerpſerit?Ex eò deniq; factum puto vt nox decreſceret,dū ſol feſtinus ob dominicę natiuitatis obſequiū ante mūdo lucem protulit,q̄ nox cur ſum ſui tēporis cōſummaret. Quin potius, ipſam noctē fuiſse nō dico,nec aliquid obſcuritatis habuiſse,in qua paſtores peruigilant,exultant angeli, aſtra deſeruiunt. Nec mirari debemus quòd in natiuitate Chriſti noua omnia facta ſunt,cū nouū hoc ipſum fuerit quod virgo peperit.Si autem præter ſolitū natiuitas extitit , & præter ſolitum obſequia ſunt delata.Ergo oriente domino paſtores peruigilant,exultāt angeli,ſol obſequitur, ſtel la famulatur . Et quidem angeli vel paſtores gaudia ſua D voce vel ſermonibus proſequuntur : elementa autē iſta gaudia ſua,quia voce nō poterant, officio proteſtantur Sol igitur præter conſuetudinem in hac feſtiuitate matutinus illuxit.Nec mirum.Si enim ad Ieſu Naue oratio nem defixus ſtetit in die , cur non ad Ieſu Chriſti natiui Ioſue. 19. tatem feſtinus promoueret in noctem?Solem igitur nouum hanc diem vulgus appellat : & cum dicit nouum, vtiq; & veterem eſse demonſtrat.Veterem autem dixerim huius mundi ſolem;qui defectionem patitur,qui parietibus excluditur,qui nubibus obſcuratur . Veterem dixerim ſolem,qui vanitati ſubiacet,qui corruptionem metuit,qui iudicium pertimeſcit. Scriptū eſt enim : Sol Iohelis.2. conuertetur in tenebras,&luna in ſanguinem. Veterem inquam dixerim,qui ſceleribus intereſt hominum,adulteria nō refugit,homicidiū nō declinat .Et cū omne genus hominū nolit eſse medium cū aliquod crimē admittitur,hic ſolus in cūctis facinoribus ſtat .Ergo quia hūc veterē eſse manifeſtū eſt,nouum quem niſi Chriſtū dominū reperimus?de quo ſcriptum eſt:Orietur vobis ſol Malach. iuſtitię.de quo etiam ex perſona peccatorū dicit prophe 4. ta:Sol non eſt ortus nobis,& iuſtitiæ lumen nō lux:t no Sapien. 5 bis.Hic enim ſol,cū diaboli tenebris vniuerſus mūdus eſset oppreſsus,& caligo referta criminibus ſeculorum poſsideret,dignatus eſt vltimo tēpore,hoc eſt incūbēte iam nocte,ortum ſuæ natiuitatis infundere.Primo quidem ante lucem , hoc eſt anteq; illuminaret iuſtitiæ ſol, velut matutinū quoddam prophetarū miſit oraculum, E ſicut ſcriptum eſt, Mittebam prophetas meos ante lucem.Poſtea vero ipſe cum ſuis radiis,hoc eſt cum apoſtolorum ſuorum fulgore ſplēduit , ac tanta mundum veritatis luce diſcuſsit, vt diaboli tenebra nullos offenderet.Hic eſt igitur ſol nouus qui clauſtra penetrat,inferna reſerat,corda rimatur.Hic nouus eſt ſol,qui ſpiritu ſuo viuificat mortua, corrupta reparat , ſuſcitat iam defuncta:vel qui calore ſuo purgat ſordida,exurit fluida,decoquit vitioſa.Ipſe inquā eſt qui in cunctis actibus noſtris perſpicit oīa opera noſtra , & nō tam condēnat crimina q̄ emendat . Hic plane eſt ſol iuſtus & ſapiens, qui non ſine diſcretione ſicut iſtius ſol mundi bonis ac malis ſimiliter circunfertur,ſed quodam iudicio veritatis,ſancto lucet,occidit peccatori.Hoc autē inter vtrunque intereſt ſolem,quòd ille iudicium metuit, hic iudicium comminatur : quòd ille corruptionis miniſter eſt hic æternitatis eſt dominus : quòd ille creatura eſt , hic creator.Tamē iſtum mūdi ſolem,priuſquàm oritur, ad huc ante lucē propter neceſsariosvſus hominū ſolet lucerna præcedere . Habet autē & Chriſtus ſol lucernam Pſal.131. ſuam quæ eius ortū præceſsit:ſicut dicit propheta: Paraui lucernā Chriſto meo,Quæ autē iſta lucerna ſit,oſten Ioan.5. dit dominus dicens de Ioanne Baptiſta : Ille erat lucer- F na ardens.Ipſe autem Ioannes,vt præcedens lucernæ lumen exiguum,ait:Ecce venit poſt me,cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius:ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni . Simul etiam intelligens lumen ſuum ſolis radiis offuſcandum, ante prædicit:Illum oportet creſcere,me autem minui. Sicut enim Ioānis . 3. lucernæ claritas deſtruitur ſolis aduentu,ita & Ioannis pœnitentię baptiſmum ſuperueniente Chriſti gratia vacuatum eſt.Videamus igitur , hic ſol noſter nouus quo fonte naſcatur:ſicut eſt verū, deo oritur authore . Diuinitatis ergo eſt filius.Diuinitatis inquàm incorruptæ,integrę,illibatæ,intelligo plane myſteriū.Ideo enim ſecūda natiuitas per immaculatam Mariam , quia prior per diuinitatem conſtiterat illibata , vt cui prior natiuitas glorioſa extitit eius ſecūda contumelioſa nō fieret,hoc eſt,vt quemadmodum virgo diuinitas ędiderat,ita eum & virgo Maria generaret. Habere etiam apud homines patrem ſcribitur , ſicut legimus in euangelio dicenti- Mat.13. bus phariſæis , Nonne hic eſt filius Ioſeph fabri , & mater eius Maria eſt ? In hoc quoque aduerte myſte-

G rium. Faber pater dicitur Christi. Et plane pater faber deus, qui totius mundi opera fabricatus est. Et planè faber, sed qui in diluuio Noe arcam fabricare disposuit. Faber inquam est qui ordinauit Moysi tabernaculum, arcam testamenti instituit, templum Salomonis erexit. Fabrum dixerim, qui mentes rigidas expolit, cogitationes superbas recidit, humilia facta sublimat. Hic autem faber circa arbores curuo vtitur ferramẽto: sicut in euãgelio legimus, dicẽte Ioanne: Iam securis ad radices arMat.3. borum posita est. Omnis arbor nõ faciẽs fructũ excidetur, & in ignẽ mittetur. Hoc enim agit totũ, vt vtiles cælestis fabricæ arbores in futuro componat, infructuosas vero eunlsas radicitus flammarum cõsumat incendio.

Increpatio de kalendis Ianuariis. Sermo. XVII.

EST Mihi aduersus perosq; de vestris fratres querela non modica, de his loquor qui no biscum natalẽ domini celebrãtes, gentiliũ se feriis dederũt & post illud cæleste cõuiuiũ superstitiosis sibi prãdiũ parauerũt, vt qui ante lætificati fuerãt sanctitate, inebriarẽtur postea vanitate, ignorãtes quod qui vult regnare cũ Christo nõ possit gaudere cũ seculo: & qui vult inuenire iustitiam, debeat declinare luxuriã. Alia enĩ ratio est vitæ æternæ
H alia desperatio lasciuiæ temporalis. Ad illam virtute aſcenditur, ad istam perditione descẽditur. Atq; ideo qui vult esse diuinorum particeps, nõ debet esse socius idolorum. Idoli enim portio est inebriare vino mentẽ, ventrem cibo distendere, saltationibus membra torquere, & ita prauis actibus occupari, vt cogaris ignorare quod deus est. Vnde sanctus apostolus hæc prænidens dicit.
2.Cor.6. Quæ portio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci cum tenebris, aut quæ pars fideli cum infideli, qui autem cõsensus templo dei cum idolis? Ergo si nos sumus templum dei, cur in templo dei colitur festiuitas idolorum? Cur vbi Christus habitat, qui est abstinentia, temperantia, castitas, inducitur comessatio, ebrietas atq; la
Mat.6. sciuia? Dicit saluator, Nemo potest duobus dominis seruire, hoc est deo, & mammonæ. Quomodo igitur potestis religiose epiphaniam domini procurare, qui iam kalendas, quantum in vobis est, deuotissime celebrastis? Ianus enim homo fuit vnius conditor ciuitatis, quæ Ianiculum nũcupatur, in cuius honorẽ à gentibus kalẽdæ sunt Ianuariæ nuncupatæ. vnde qui kalendas Ianuarias
Gala.4. colit, peccat, quoniam homini mortuo defert diuinitatis obsequium. Inde est quod ait apostolus, Dies obseruatis, & menses & tẽpora, & annos. timeo ne sine causa
I laborauerim in vobis. Obseruauit enĩ diem & mẽsem, qui his diebus aut non ieiunauit, aut ad ecclesiam non processit. Obseruauit diẽ qui hesterna die nõ processit ad ecclesiam, processit ad campum. Ergo fratres omni studio gentilium festiuitatem & ferias declinemus, vt quando illi epulantur & lẽti sunt, tunc nos simus sobrii atque ieiuni, quo intelligant lætitiam suam nostra abstinentia condemnari. Non solum autem gentiliũ, sed &, Iudæorum consortia vitare debemus, quorum etiam confabulatio est magna pollutio. Hi etenim arte insinuant se hominibus, domos penetrant, ingrediuntur prætoria, aures iudicum & publica inquietant, & ideo magis prævalent, quo magis sunt impudentes. Hoc autem nõ recens in ipsis, sed inueteratum & originarium malum est. Nam olim iam & dominum saluatorem intra prætoriũ persecuti sunt, & præsidis eum iudicio condemnarunt. In prætorio ergo à Iudæis innocentia oppri
mitur secretum proditur, religio condemnatur. Cum enim Christus occiditur, omnis in eo veritas & iustitia condemnatur, quoniam ipse est innocentia, religio sanctitatis, atque mysterium.

De sancta. Epiphania. Sermo. XVIII.

EVANGELICA Scriptura refert, sicut lectũ K nuper audiuimus: dominum ad Iordanẽ baptismi causa venisse, & in eodẽ flumine mysteriis se cælestibus cõsecrari voluisse. Quod mirari nõ debemus, cur hoc baptismatis ipsius dominus & magister fecerit, quia ipsa ait, Qui fecerit sic & docuerit, maximus vocabitur i regno Mat.5. cælorum. Facere igitur prius voluit quod faciendũ omnibus imperabat, vt bonus magister doctrinã suam nõ tam verbis insinuaret, q̃ actibus exerceret, & ad finem nos gestu pariter confirmaret & sensu. Hoc autem totũ hodierna die gestum esse manifestum est. Quod ita verum esse ipsa possumus colligere ratione. Ratio enim exigit vt post diẽ natalis dominici, licet interpositis annis, eodem autẽ tẽpore hæc festiuitas sequeretur, quam & ipsam festiuitatem natalem appellandam puto, Tunc enim natus hominibus, hodie renatus est sacramentis. tunc per virginem editus, hodie per mysterium generatus. Ita enim disposuit dominus non longe inter se hominum vota distare, vt in vno tempore quem genitum gratulabantur in terra, sanctificatum lætarentur in cælis: vt qui partum virginis angelis annunciantibus posfidebant, dei filium cælis testantibus retinerent, certiq; essent homines quia ipse esset filius dei, quem virgo pepererat, diuinitas agnoscebat. Noui enim partus noua
L merentur obsequia. Ibi cum secundum hominem nasci tur, mater eum Maria sinu circunfouet. Hic cum secundum mysterium gignitur, pater eum deus voce compleMat.9. ctitur. Ait enim, Hic est enim filius meus, ĩ quo bene cõplacui. ipsum audite. Mater ergo partui molli blãditur gremio, pater filio pio testimonio famulatur. Mater inquam eum adorandum magis ingerit, pater colendum gentibus manifestat. Sinu igitur retinetur à matre cum nascitur sed pater ei sinus sui fotũ iugitur subministrat. Legimus enim eum sine intermissione in patris gremio Ioánis.1. quiescentem, dicente euãgelista: Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Libenter ergo i sinu sanctorũ quiescit dominus. vnde & Ioannis euangelistæ sinum, vt in eo accumberet, libẽter elegit. Sinus ergo in quo Christus requiescit, non corporis gremio præparatur, non vestimentorum ambitione cõponitur, sed cælestium virtutum operatione colligitur. Nam Christi sinus erat in Ioanne euangelista fides, in deo patre diuinitas, in Maria matre virginitas. Ibi sinus Christi est vbi habitaculum est virtutum. Ibi reclinat caMat.8. put suum, vbi domicilium cælestium inuenit præceptorum. Nam ideo peccatoribus & infidelibus dicit, Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos: filius autem ho
M minis non habet vbi caput reclinet. Igitur dominus le sus hodie venit ad baptismum, & corpus suum sanctum voluit aqua dilui. Dicat fortasse aliquis, Qui sanctus est quare voluit baptizari? Audi ergo. Ideo baptizatur Christus, non vt sanctificetur ab aquis, sed vt ipse aquas sanctificet, & purificatione sui purificet fluenta illa quę tangit. Consecratio enim Christi, consecratio maior est elementi. Cum enim saluator abluitur, iam tunc in nostrũ baptismũ tota aqua mundatur, & purificatur fons, vt se cuturis postmodũ populis lauacri gratia ministretur. Precedit ergo Christus per baptismũ, vt Christiani post eum cõfidenter populi subsequãtur. Intelligo ergo mysteriũ. Ita enim & columna ignis præcesit per mare rubrũ, vt intrepidũ iter Israel filii sequerẽtur, & ipsa prius per aquas gressa est vt venientibus post se viandi semitam præpararet. Quod factũ, sicut apostolus dicit, mysteriũ baptismi fuit. Baptismũ plane quodãmodo fuit, vbi homines nubes operibat, venda portabat. Sed hæc omnia operatus est Christus dominus idem qui & modo, qui sicut tũc p mare filios Israel in ignis colũna præcesit, ita nũc per baptismũ Christianos populos in corporis sui colũna præcedit. Ipsa inquã est colũna quę tũc sequẽtium oculis præstitit, modo lucem credentiũ cor-

A dibus subministrat. Tunc in fluentis vndarum solidauit semitam, modo in lauacro fideiveſtigia corroborat: per quam fidem, sicut filij Israel, qui intrepidus ambulauerit, persecutorem Aegyptium non timebit.

Item de sancta Epiphania. Sermo XIX.

DEVLTANDVM est nobis fratres charissimi quòd votis nostris vota succedunt, qđ gaudijs gaudia cumulãtur. Ecce enim adhuc natalis dominici solemnitate corda nostra persultant, & iam festiuitate sanctę Epiphaniæ gloriamur. Gratias igitur agere debemus domino, qui nos frequenter visitat vt sæpe lætificet, & iam copiosius requirit vt numerosius benedicat. Quanuis igitur gentilis (licet vane) numerus ad solemnitatem lętetur propter diuersitatem dominorum suorum, tamen plures nobis festiuitates præstat vni⁹ dei visitatio, quàm illis multorum demoniorum superstitiosa præsumptio. Nam sicut eos veritate religionis vincimus, ita votorum numero superamus. Epiphaniæ ergo hodie procuramus gaudia. Quærat aliquis quid interpretetur hoc verbum, scilicet quia Epiphania Græcè, Latinè dicitur apparitio. Ergo quia tunc primum apparuit saluator in mundo, ipsa dies eodem vocabulo Epiphania nuncupata est. Quomodo autem apparuerit requiramus, non qđ
B in mundo ante non fuerit, cum mundus per ipsum factus sit, sed quòd tunc primum signis atque miraculis credentium cordibus deus Christus illuxerit, & in tenebrosas conscientias hominum fidei splendor aduenerit. Cum igitur deus vbique sit, & vniuersa possideat, tã quam non visus antea apparuisse dicitur. Apparuit autem non tam oculis hominũ, quàm saluti. Nam etsi prius natus ex virgine oculis carnalibus videbatur, tamen non apparebat, quoniam virtutem eius adhuc fidei aciEsa.6. es ignorabat. Vnde Iudæis per prophetam dicitur, Videntes videbitis, & non videbitis. Hoc est saluatorem quem cernerent oculis corporalibus, spirituali lumine non viderent. Postea enim quàm diuinitatem suam mirabilibus declarauit, humanis mẽtibus tanquam nouus & inopinatus apparẽs, oculos quosdam cordis infudit, vt cognosceret sensus quem nõ cognouit aspectus. Vnde fit vt nos Christum dominum per fidem, quem nun quam vidimus, contemplemur: Iudæi quẽ perspexerunt oculis, palpauerunt manibus, hodieq; non videant. Requiramus igitur quod signũ operatus sit vt diuinitatem suã populis declararet. Dicitur hoc primũ fecisse miraculũ, vt aquam mutaret in vinũ. Magnum plane signũ, et ad dei credendũ sufficiens maiestatẽ. Quis enim non
C miretur in aliud quàm erant elementa esse translata? Nemo enim potest mutare naturã, nisi qui dominus est naturæ. Credendum est iam ex hoc mortalem hominẽ in immortalitatem posse conuerti, quando vilis substãtia in preciosam est conuersa substantiam. Nolo enim auditor nomina tantum perspicias vini & aquæ: sed si vis potentiam comprobare, virtutem rerum aspice. Facto enim hoc altius nescio quid demonstratur. Nam cũ dominus aquam vertit in vinum, nõ tam hoc operatur ne discumbentibus desit ebrietas, sed vt credentibus sit æternitas. Siquidem propterea in mundum venerit Christus, non vt conuiuarum cellaria procuraret, sed vt saluti hominum prouideret: nec vt hydrias substantia boni odoris impleret, sed vt animas gratia sancti spiritus irrigaret. Ergo cum ex illa vili aqua vini optimi saporẽ voluit gustare conuiuas, magis voluit ex hac vili carne resurrectionis cælestis sapientiam gustare credẽtes. Nã hoc signũ totum vtique resurrectionis mysterium continet. Aqua enim vilis, pallens & frigida, in vinum versa, scilicet preciosum rubrum vel ignitũ, hoc significat, hominis substantiã conditione vilem, imbecillitate pallentem, morte in resurrectione in gloriam commutandam, quæ est æternitate preciosa, gratia colorata, spiritu D immortalitatis ignita. Hoc igitur dignũ est credere dominũ operari voluisse, vt per hoc terrenũ signũ, futurũ iam tunc à sapientibus cæleste mysteriũ videretur. Nam si mirabile est vtique quæ defecerant conuiuijs vina supplesse, quãto est mirabilius vitã quæ est exhausta, hominibus reparasse? Et si gloriosum est aquã in vinũ mutare, quãto est gloriosius peccata in iustiam cõmutare, & mores potius tẽperare q̃ pocula? Audeo dicere illas hydrias non solũ illi conuiuio, sed vniuerso mũdo precio sam illam ministrare substantiã, nisi quod nobis melius administrant. Cõstat enim ex ipsis vasculis illos hausisse ebrietatem, nos haurire iustitiã. Illos percepisse vini poculũ, nos calicem salutis accipere: & si dici fas est, apud illos pertransisse quod biberant, apud nos vero permanere quod sumpsimus.

Item de eodem. Sermo XX.

MEMINIT sanctitas vestra fratres superioris prædicationis nostræ, qua descripsim⁹ beatos apostolos vno viso miraculo, hoc est aqua in vinum à saluatore cõuersa, in eum protinus credidisse. Ita enim ait euãgelista de domino: Et manifestauit gloriã suã, & credide Ioan.2.
runt in eũ discipuli eius. Quod factũ nõ ideo tantũ scriE ptũ est, vt illorũ sub quibus factũ est fidei gloria mõstretur, sed & propter nos, qui eodem deuotionis exẽplo credulitatis gloria, puocamur. Christus enim quod operatus est, non illis tantũ operatus est quos habebat tunc præsentes, sed & nobis postea secuturis: vt licet maiores nostri tempore nos præcederent, tamen signorũ gratia non præirent. Quæ enim illis exhibita est præsentia rerum in mirabilibus virtus, eadem virtus nobis literarũ thesauro cõseruata: vt nobis præstaret pagina, quod illis gerebat historia: immo in nobis geritur quicquid nobis ingeritur, quicquid nobis infinuatur, vt scripturarum speculo dictaretur: & potentiã domini quam illi carnalibus oculis cernerẽt, nos spirituali lumine videremus. Et crediderunt in eũ, & manifestauit gloriã suã discipulis suis. Quàm bene potentiã domini subsequitur deuotio seruulorũ: & quod magister docet opere, di scipuli in corde describũt. Ecce cui manifestatur virt⁹ operantis, & fides prædicatur manifesta credentiũ. Prędicãda plane Apostolorũ fides, quæ viso vno signo credidit in omnipotentiã saluatoris: & Apostoli dũ miran tur aquã in vinũ versam, ipsi ex omni fęce peccatorũ similiter sunt conuersi, & instar facti miraculi ex vili supstitione gẽtiliũ in preciosam deuotionẽ credentiũ sunt translati. Et vt aqua in vinum versa, sapore, rubore, calore conditur: ita scientiæ, quod erat in his insulsum, ac F.
cepit saporẽ: quod pallens, gratiæ sumpsit colorẽ: quod frigidum, incaluit immortalitatis ardore. Magnificãda igitur apostolorum fides, quæ ideo Euangelico sermone descripta est, vt & illis esset ad laudẽ, & nobis pficeret ad exemplũ. Sed quod peius est, his illis laus sua permanet, nos exempla nõ permouẽt. Nam quãto posteriores sumus tẽpore, tãto & inferiores merito. Illi enim viso vno signo statim domino crediderũt, nos acceptis ad huc tot beneficiorũ mirabilibus dubitamus. Dubitam⁹ inquã, quia præsentia diligimus, dũ futura nõ credimus: diuitias amamus in seculo, dũ eas accipere cunctamur à Christo. Iracundia immoderate extollimur, dũ retributionis iudiciũ nõ timemus. Cæterũ qui nouit scriptũ esse: Quo iudicio iudicaueritis, eodem iudicabitur de vo
Mat.7. bis: ablq; dubio lenis moderatus & mitis est, & plus bonitate cogit, q̃ seueritate cõpellit: amicus indulgẽtię, familiaris est veniæ: vt dũ eã frequẽter impartit, à domino semp accipiat. Siquidẽ prudẽtis sit rectoris ita terrenos honores agere, vt honorificẽtiã cælestis dignitatis acquirat. Et si interdũ vigorẽ dicẽdi in nobis corporis obtũ-

G dat infirmitas, tamen ſtudio deuotionis veſtræ fortiores efficimur. Nam quo vos ſtudioſius auditis, eo nos libentius prædicamus, & virtus nobis loquendi additur cum vos intelligendi accommodatis auditum. Quis nõ conetur illic verbi cælestis ſemen iacere, vbi illud puri cordis fœcunda terra ſuſcipit? Quis inquam non illic verbum ſaluatoris collocare velit, vbi illud non ſecularium ſolicitudo præfocet, ſed diſciplinarum ſpiritualium virtus enutriat? Ergo fratres quia in ſancta Epiphania exultauimus videntes miracula ſaluatoris, debem⁹ facere qđ illius temporis diſcipuli tunc fecerunt. Quod autem dixi vidiſſe nos modo quod olim geſtum eſt, videmus plane, videmuſque quotidie. Ea enim ſunt Chriſti miracula, vt non iniquitate prætereant, ſed gratia cõualeſcant: non obliuione ſepeliantur, ſed virtutibus innouentur. Apud potẽtiam enim dei nihil eſt abolitum, nihil præteritum, ſed pro ſui magnitudine omnia illi in præſenti ſunt, totum illi tempus eſt hodie. Vnde & ſanctus propheta dicit: Mille anni ante oculos tuos tanquã dies vna. Quod ſi omne ſeculi tempus vna dies eſt domino, eadem quæ mirabilia ſaluator patribus operatus eſt, operatus & nobis eſt. Vidimus igitur & nos ſicut maiores noſtri mirabilia domini, cum pari ea cum illis ſtupore ſuſpeximus. Guſtauimus & nos ſicut illi de ipſis hydrijs. Siquidem illi de his poculum vini bibe-
H runt, nos ſalutis calicem ſumpſerimus. Debemus ergo facere viſo ſigno domini quod noſtri fecere priores. Si enim eadem in nobis diuinitatis refulſit gratia, eadem & fidei apud nos debet eſſe deuotio. Dicit enim Euangeliſta de domino hoc miraculo perpetrato: Et manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt diſcipuli in eum. Credere ergo debemus, ſicut tunc Apoſtoli crediderunt. Dicit autem & alius: Et nos Chriſtiani ſumus, credimus in dominum ſaluatorem. Sed credere opus eſt opere, non ſermone, non lingua, ſed corde, ne & nobis dicatur: Eſa.29. Plebs hæc labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.

Pſal.89.

Item de die ſancto Epiphaniæ. Sermo. XXI.

PLERIQVE in hac ſancta Epiphaniæ die hactenus à domino mirabilia facta eſſe commemorant, vt rogatus ad nuptias aquæ ſubſtãtiam in vini ſpeciem commutaret, ac liquorem fontium in meliorem vſum ſui benedictione transferret, miniſtros hauſiſſe aquam de puteis, vinum in hydrijs inueniſſe, atque vtiliore diſpendio perdidiſſe quod impleuerant, reperiſſe quod deerat, tunc⁹q; primum hoc mirabili ſigno diuini
I tatis ſuæ declaraſſe virtutem. Nonnulli autẽ in hac ſancta die ab Ioanne baptizatum eum in Iordane teſtãtur, atque in lauacri eius gratia interfuiſſe loquendo deum patrem, ſanctum quoque ſpiritum deſcendiſſe. Nec mirum ſi in domini lauacro myſterium non defuit trinitatis, cum noſtrum lauacrum trinitatis compleat ſacramẽtum. Neque enim poterat dominus nõ primum circa ſe exhibere, quod erat poſtea humano generi præceptur⁹, cum omnia non ſui cauſa, ſed noſtræ gratia ſalutis efficeret. Aut nũquid propter ſe baptizari voluit, cum peccatum non haberet, ſicut dicit propheta: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore eius? Sed propter nos vtique, qui multorum criminum peccatis obnoxij opus habeam⁹ vt in Chriſti baptiſmo purgaremur, atq; ideo venit dominus ad lauacrũ, non vt purificetur ipſe aquis, ſed vt nobis aquarum fluenta purificet. Ex quo enim ille in aquis ſe merſit, ex eo omnium credentium peccata deleuit. Neceſſe eſt autem vt omnium peccata deleuerit qui omniũ peccata ſuſcepit, ſicut ait Euangeliſta, Hic eſt agnus dei, hic eſt qui tollit peccatum mundi. Mirum ergo in modum vnus mergitur, & ſalus omnium reparatur. Adeſt ergo deus pater cum baptizatur dominus, adeſt ſpiritus ſanctus. Videte ſaluatoris bene- K uolentiã, qua ſolus ſe in paſsiõe cõtumelijs ſubdidit, in lauacro ſolus gratiam non quæſiuit, vult participes eſſe gloriæ. Adeſt ergo, ſicut dixi, pater, adeſt & ſpiritus ſanctus, & quia deus videri nõ poteſt, ſpiritus in columba, pater deſcendit in voce: quod⁹q; ſolum ad aſtruendam fidem hominibus neceſſarium erat, exhibet ſaluatorẽ. Fides enim noſtra niſi auditu non conſtat & viſu: ideo ſe ſpiritus in columba oculis ſubdit, pater in voce ſe auribus ſumminiſtrat. Nam niſi propter noſtram creduli tatem iſta fieri oportuiſſet, potuit pater & ſpiritus tanquam inuiſibilis deus ad verbum filium inuiſibili prolapſione deſcendere. Igitur propter noſtrã fidem aperto cælo ſpiritus ad Chriſtum, pater ad filium, vox deſcendit ad verbum. Verbum enim Chriſtus eſt, de quo ſcribitur: In principio erat verbum. Bene inquam pater vox, & filius verbum dicitur, quia verbum non niſi, de voce procedit. Conueniunt itaque ſibi vox & verbũ, & ſaluti hominum prouident ſocietate myſterij. Qua autem ratione ſpiritus ſanctus ad Chriſtum in ſpecie columbæ deſcenderit, videamus vtrum ſit aliqua ſimili tudo columbæ vel domini, ſicut eſt vocis & verbi. Et plane non parua. Columbam enim etiam ipſum dominum dixerim, quia eſt alacer, mitis & ſimplex. Columba eſt, quia ſanctos ſuos eſſe præcipit vt columbas, dicens: Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Quod autem co- L lumba Chriſtus ſit, propheta dicit ex perſona ipſi⁹, deſcribens poſt paſsionem reditum eius ad cælum: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Cum ergo Chriſtus dominus initiaret eccleſiæ ſa- Pſal.54. cramenta, cælo ſuperuenit columba. Intelligo myſterium, agnoſco etiam ſacramẽtum. Columba enim ipſa eſt quæ nunc ad eccleſiam Chriſti in baptiſmo venit, quæ quondam ad arcam Noe in diluuio properauit, tunc illi ſecuritatem annuncians oliuæ ramo, modo huic æternitatem conferens diuinitatis indicio. Tunc ſignum pacis ore afferens, modo ipſa pacem Chriſtum ſui ſubſtantia ſuperfundens. In Iordane igitur baptizatus eſt dominus. Multa mirabilia in hoc flumine ſæpius facta eſſe ſcriptura commemorat, inter cætera dicens: Et Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Puto autem eſſe Pſal.113. mirabili⁹ quod domino Ieſu Chriſto ibi poſito factum eſt. Ante enim retrorſum aquæ conuerſæ fuerant, modo retrorſum peccata conuerſa ſunt. Et ſicut tunc impetus fluminis alueum ſui curſus perdidit: ita & nunc impetus peccatorum dominiũ ſui erroris amiſit. Quod quidem in propheta Helia iam illo in tempore factum 4.Reg.2. puto. Sicut enim Helias in Iordane diuiſionem fecit vndarum: ita & ſpiritus domini in eodem Iordane ſeparationem operatus eſt peccatorum. Ille ſtare fluenta M præcepit, hic crimina. Et ſicut ſub Helia fluctus primordia fontium de quibus exierant petiuerunt: ita & ſub Chriſto domino homines ad originis ſuæ infantiã, de qua fuerant exorti, ſunt reuerſi.

Poſt Epiphaniam. Sermo. XXII.

AD OMNES vos fratres prędicationem meam in die ſancta Epiphaniæ peruenisſe credo, & ad vos præcipue catechumenos: in qua deſcripſimus tunc, nonnullis aſſerentibus, aquam in vinum fuiſſe conuerſam: pleriſque autem teſtantibus, illa die in Iordane dominum baptizatum. Quod licet à diuerſis alterutrum factum eſſe credatur: ego tamen vtrunque factum eſſe confirmo, & aliud ſignum de alio contineri. Vtrunq; enim factum eſt. Nam cum baptizatus eſt dominus, & myſterium lauacri inſtituit, & humanum genus velut vilem aquam in æternam ſubſtãtiã diuinitatis ſapore cõuertit. Similiter & cũ hydrias plenas liquore fontium vertit in vinũ, vtrũq; operatus eſt, & ſpeciẽ magis neceſſariã nuptijs præſtitit, &

A demonſtrauit cõrpora hominum per lauacrũ ſpiritus- ſancti replenda eſſe ſubſtãtia. Quod alibi ipſe domin⁹
Mat.9. manifeſtius declarauit dicẽs in vtres nouos vinũ nouũ eſse condẽdũ. In nouitate enim vtrũ lauacri putritas, ſpiritus ſãcti gratia ſignificatur in vino. Igitur vos catechu menos diligentius oportuit hoc audiſſe, quibus magis eſt neceſſarium, vt ſenſus veſter, qui ignorantia trinitatis vt aqua nunc friget, agnitione myſterij incaleſcat vt vinum, & animarum veſtrarum liquor vilis & tenuis in precioſam & fortem gratiam transfundatur, vt vini vice ſapiamus quod bonum eſt, redoleamus quod ſuaue
2. Cor.2. eſt, & poſsimus dicere illud apoſtoli: Quoniam Chriſti bonus odor ſumus deo. Catechumenus enim priuſquã baptizetur, ſicut aqua iacet, riget & pallet. Fidelis autem ſicut vinum fortis & ruber eſt. Catechumenus inquam ſicut aqua nullius ſaporis, nulli⁹ odoris, nullius eſt præcij, nec ſufficiens ad vſum, nec delectabilis ad reficiendum, nec tolerabilis ad ſeruandum. Nam ſicut aqua cũ ſeruatur diutius, in deterius verſa intra ſemet putreſcit & fœtet, ita & catechumenus cum diutius catechumenus permanet, in deterius conuerſus intra ſemet vileſcit & deperit. Ait enim dominus, Niſi quis renatus fue-
Ioãnis.3. rit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum. Qui autem non intrat regnum, neceſſario rema net in inferno. Recte autem vino comparatur fidelis. Si cut enim ex cunctarum creaturarum ſubſtantia omnis res vetuſtate deperit, ſolum vinum proficit vetuſtate: ita ex omni genere hominum cunctis antiquitate pereun-
B tibus, ſolus Chriſtianus proficit vetuſtate. Et ſicut vinum in dies ſingulos aſperitatem ſuam decoquens, ſaporis dulcedinem, ſuauitatem odoris acquirit, ita & Chriſtianus ſucceſſu temporis delictorum ſuorũ aſperitatem decoquens, ſapientiam ſibi diuinitatis beneuolentia trinitatis aſsumit. Ergo in hac ſancta die baptizatus eſt dominus. Videte quam bene ordinauerit vt & in natali ſuo natus ſit, & in Epiphania ſit renatus, vt nec longe à ſe ſalutis humanæ vota diſtarent, & æternas ſaluatori iugiter gratias ageremus: tunc & vota noſtra celebrata ſunt, quo Chriſto eccleſia copulata eſt, ſicut ait Ioannes, Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Propter has ergo nuptias ſaltare nos conuenit. Siquidem & Dauid rex pariter & propheta cùm multa cecinerit, & ante arcam ſaltaſſe dicatur. Elatus enim gaudio in ſaltationem prorupit. Præuidebat enim in ſpiritu per Mariam
Pſal.18. de germine ſuo eccleſiam Chriſti thalamo ſociandam, de quo ait: Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Atque ideo præ cæteris prophetarum authoribus plus cantauit, qua lętior cunctis per hęc gaudia ſuos poſteros coniungebat, & ad propria vota omnes gentes ſolito dulcius inuitabat: nos quoque docuit quid ipſis facere deberemus in nuptijs, cum ille ante nuptias tota exultatione lætatus ſit.

De quadrageſima. Sermo. XXIII.

SANCTAE quadrageſimæ rationem, cuius hodie initium celebramus, frequenter edi dimus, & cur tot dierum numero ieiunemus, ſæpe docuimus. Diximus enim quòd dominus Ieſus Chriſtus hũc eundem numerum ieiunij conſecrauit, & continuatis diebus nocti buſq; nõ capiens cibum, vnum ieiunij corpus effecerit, hoc eſt, licet diei ordo noctis interrumperetur aduẽtu, nõ tamen interruptus eſt ordo ieiunij. Vnde erãt apud eum plura temporũ curricula, ſed abſtinentię dies vna, oſtendens nobis ita nos hunc numerum integrum ieiunare debere, vt quia totam quadrageſimam complecti non poſsumus ſopito & vno ieiunio, vel quotidianis eã dem ſine intermiſsione ieiunijs celebremus, vt ſi quiſquam vnam diem abſtinendo prætermiſerit, totam quadrageſimam violarit, & propter modici temporis cibũ magni fructum laboris amiſerit. Sed dicit aliquis, Qua D dragesimę aliquotiẽs accepimus rationẽ, & eã conſecrata à domino frequẽter audiuimus: ſed cur eadẽ quadragesima quadraginta & duos dies habeat, audire geſtimus. Legimus in veteri teſtamento cũ ſanctus Moyſes filios Iſrael de iugo Aegyptiæ captiuitatis eruceret, vt iterã eos repromiſsionis induceret, quadraginta & duorũ dierũ eum ad memoratã terrã manſionibus peruenisſe, tãtoq; illũ temporũ numero potitũ eſse promiſsis, quanto & nos promiſsis nobis à ſaluatore perfrui gratulamur. Eodẽ inquã numero Moyſes per mãſiones peruenit ad requiẽ, quo & nos p ieiunia properamus ad cęlũ. Ieiunia enim noſtra manſiones quædã ſunt, per quę iter ſpiritualiter facientes animæ virtutibus ambulamus, & diurno profectu repromiſsæ nobis terræ viciniores efficimur, ita vt citius perueniat qui deuotius ieiunarit. Pedes enim quidã animæ pernices ſunt fides atq; ieiunij, qui citò de humilibus ad altiora cõſcendũt, citò de terrenis ad cælestia gradiũtur. De his pedibus dicit apoſto- E lus: Quàm ſpecioſi pedes euangelizantiũ bona. Hos pedes lauari præcepit dominus, ſicut apoſtolus ait de vidua, Si ſanctorũ pedes lauit. Digni enim honorẽ euãgelizantiũ pacẽ pedes ſunt, qui ſpirituales ac nitidi doctri- 1. Tim. 5. na ſuper hominũ corda gradiũtur. Quadraginta etiam & duorũ dierũ numero Iſrael populus peruenit ad fluẽta Iordanis: Eodẽmq; dierũ circulo Chriſtianus popul⁹ peruenit ad fluenta baptiſmatis. Et ſicut ait ꝓpheta, Ior E danis conuerſus eſt retrorſum, illic introeunte Iſraeli- Pſal.113. ta in aquã fluminis, vnda ſuperfugit, hic deſcendente in fontem Chriſtiano criminũ peccata diffugiunt: Et mirum in modum illic retrorſum conuerſis fluuius in originem ſuam reuertitur, hic in poſterum reuocatus homo in originis ſuæ infantiam reparatur. Ibi fontem ſuũ de quo egreſsa fuerat vnda perquirit, hic hominem ſuũ à quo exierat innocentia recognoſcit. Ibi exinanitur alueus fluctibus, hic euacuantur corda criminibus. Ibi vt ſeruos dei illic aqua cœnoſa non madidet, hic famulos dei conſcientia tetra non polluat. Iordanis enim quidã eſt fons lauacri per quẽ qui tranſiuerit, relictis ſordibus paradiſum repromiſsionis ingreditur. In hoc ergo quadragenario & duali numero Iſrael populus relinquens Aegyptũ rubri maris fluẽta tranſcẽdit: & nos quoque in ipſo numero relinquẽtes mundi Aegyptũ, gehẽnæ ardẽtis ſtagna trãſimus. Illos in fluctibus vnda ſuſtentat, nos ignis flãma non vrit. Illis ſolidatur aqua, nobis refrigeſcit incẽdiũ. Et cõtra naturæ vſum per æſtũ ſiccatur mare, per fontẽ baptiſmi gehẽna miteſcit. In hoc inquam myſtico numero filij Iſrael peruenientes ad myrrhã, cũ F præ amaritudine aquã haurire nõ poſsent, (habebat enĩ fons aquã, ſed dulcedinem nõ habebat: erat delectabilis ad viſionẽ, ſed ſyncerus nõ erat ad ſaporẽ) injecto in eã per Moyſen ligno, dulcedinẽ ſuauiter potarũt: auſterita tem quã noxia vnda geſtabat, ligni abſtulit ſacramẽtũ. Quod quidẽ in figura factũ puto. Aquam enim amarã myrrha, legem eſse arbitror veteris teſtamenti, quæ lex Leui. 24. prius quàm cruce tẽperaretur domini, erat immitis. Iubebat enim oculum pro oculo, dentem pro dente dari, & velut auſteris nullum miſericordię refrigerium porrigebat. At vero vbi ligno euangelicæ paſsionis eſt tem perata, ſtatim amaritudinem ſuam ſuauitate cõmutãs, Pſal. 118. dulcem ſe cunctis præſtitit ad potandum, ſicut ait pro- Mat.5. pheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſup mel & fauum ori meo. Dulcia enim ſunt eloquia quæ iubẽt, Si quis te percuſserit in maxillam, præbe ei & alteram. Si quis tibi auſert tunicam, relinque illi & pallium, Hæc eſt ergo illa amaritudo quæ dulcedine commutata eſt, id eſt auſteritas legis euangelij gratia temperata eſt. Amara enim eſt legis litera ſine crucis myſterio, de qua ait apoſtolus: Litera occidit. At vbi paſsionis illi ſacra- 2. Cor. 3. mẽta iunguntur, omnis eius ſpiritualiter amaritudo cõditur. Et de ea dicit apoſtolus: Spiritus autem viuificat. Ibidem.

G Item de quadragesima. Sermo. XXIIII.

RETINENT adhuc fesus vestri fratres, nos hoc superiore dominica prædicasse quod huius quadragesimæ nostræ figuram illæ quadraginta & duæ mãsiones habuerint, per quas populus Israel exiens de Aegypto, diurno profectu terram repromissionis intrauit, & quasi quibusdam salutis gradibus post iugum seruitutis ascendit ad regnum. Figura inquam fuit in illis mansionibus ieiuniorum nostrorum, non solum in quantitate numeri, sed etiam in obseruatione virtutum. Non enim tantum filij Israel in itinere deserti corporeis gressibus ambularunt, quantũ in via domini religiosis actibus profecerunt. In via plane ambulauerũt domini quę illos potauit in fluctibus, & pauit è cælo. Esuriẽtibus enĩ in eremo manna non defuit, periclitantibus in mari terra non fugit. Ibi mare in semitam sternitur, hic cælũ ad pabulum referatur. Propter gratiam famulorũ dei Iordanis fluenta sua retinet, aquam suam myrrha commutat. Illic retrorsum conuersa, quæ sequebatur vnda præcedit. Hic in melius temperata quæ amarum stillabat vena dulcescit. Et mirum in modum fluuius cursum perdidit, fons saporem. Sed quoniam diximus filios Israel veniẽtes ad myrrham, aquæ amaritudine laborasse, eamq; nõ nisi ligni iniectione potare potuisse, typum quoq; in
H illa fuisse veteris testamenti, videamus quo exinde proficiẽs populus ipse peruenerit. Peruenit in locum qui
// dicitur Elim, in quo erãt duodecim fontes purissimi, &
// septuaginta virentiũ multitudo palmarum. Videte mysterium dei quemadmodũ post amaritudinem legis, fluenta euangelicæ pietatis exuberent. Ibi fons vnus austerus est ad bibendũ, hic plures, omnes dulces sunt ad potandum. Ibi post fatigationem nulla refectio, hic post laborem refrigerium atque victoria. Sitientibus enim fontes ministrantur, palmæ vincentibus offeruntur. Palmæ inquam offeruntur vincẽtibus, quia post legis duritiam ad euangelij gratiam peruenisse, vicisse est. Præmium enim quoddam victoris est os viuo fonte diluere, dexteram triumphali palma munire. Per fontẽ enim lingua confessoris purificatur, per palmam dextera martyris honoratur. Illa quia Christi exaltauit gloriam, hęc quia aram sacrilegij recusauit. Præmium enim quoddam est palma martyrij, quæ confitenti linguæ dulcem fructum tribuit, & victrici dexteræ glorioſum præstat ornatum. Est plane palma martyribus suauis ad cibum, ymbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virẽs, semper vestita folijs, semper parata victorię. Atque ideo
I non marcescit palma, quia martyrum victoria non marcescit. Ipsæ denique palmæ sedenti super asinam & venienti ad templũ domino à populis offerũtur. Cum enim discipuli vestimenta sua sternerent, & iter Christo suis amictibus communirent, non habuit maius præmium nisi palmas quod ei deuotio plebis offerret, significans stratis in itinere vestibus impollutam viam esse in mundo, oblatis palmis ipsum mundi esse victorem. Ipse inApoc 5. quam victor est, de quo ait scriptura, Vicit leo de tribu Iudæ. Ipse plane victor, qui destruxit diabolicam mortem, vitam illuminauit æternam. Palmæ igitur aduenięti erigũtur Christo. Scriptum est, Iustus sicut palma flo
Psal. 91. rebit. Recte ergo aduenienti iusto eriguntur vexilla iustitiæ, & authori suorum obsequuntur tituli triumphorum. Prius autẽ quàm tollantur palmæ, iter domini vsq; ad templum discipulorum vestibus operitur, & vt impolluta sit semita saluatoris, apostolorũ amictibus communitur. Quod quidẽ in mysteriũ factũ puto. Via enim Christi quæ ducit ad templum, fides eius est atq; doctrina. Hanc igitur viã discipuli, vt nos sine offensione gradiamur, amictus proprij corporis exuentes suo strauere martyrio, vt inter diuersarum gentium turbas iustitiæ semitam membrorum suorum vestimenta substernãt, & cœnosam myrrhaginem mundi operiant, & impollutam viam saluatoris ostendant. Ad duodecim ergo fon K tes post myrrham venit populus Israel. Legimus in propheta: Benedicite domino de fontibus Israel. Dominus Christus est qui non nisi per apostolorũ ora discitur discipulorumq; doctrinam. Apostoli dicendi sunt fontes, qua velut oẽs purissimi gratia prędicationis exuberãt, & post amaritudinem legis, venarum suarum larga sapientia sacramenta poculi dulcedinem stillant. Nec mirum si potus dulcis est fontium, in quorum sinu cibus dulcior est palmarũ. Apostoli ergo sunt fontes, qui totius terræ faciem doctrinæ suæ flumine rigauerunt, & fa
tigatis gentium populis potum diuini mysterij propinarunt. Septuaginta autẽ palmas iuxta fontes apostolicos generatas, septuagita illos discipulos dixerim, qui secũdo ab apostolis gradu, pter salutẽ hominũ à domino Luce. 10. dirigũtur, quos Lucas euãgelista describẽs binos & binos asserit destinatos. Qui vere velut palmæ post curas hoim cũ exultatione redeũtes gloriantur apud dominũ sibi & demonia esse subiecta. Recte igitur cõparãtur palmis, qui palmarum præmio diaboli extitere victores.

Item de quadragesima. Sermo XXV.

IN TELLEX ISSE vos credo fratres cur hic nostra ieiunia illis mansionib⁹ comparauerim, in quibus populus Israel tanquam in procinctu quodam posit⁹ Pharaonem regem quotidiano labore superauit, & ab L inimicis suis quasi quibusdam castris mansionum sese statione defenderit, ita vt quicunque ex illo comitantiũ numero diurnæ stationis spatia nõ confecit, aut Pharao illũ occupauit, aut solitudo peruasit. Sic ergo & nos ꝓpositũ nobis quadraginta dierũ iter debemus omni labore conficere, & quibusdã quasi castris nos ieiuniorũ deuotione munire. Castra enim nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendũt. Denique stationes vocantur, quòd stantes & cõmorantes in eis inimicos insidiantes repellamus. Castra plane sunt ieiunia Christianis, à quibus si quis aberrauerit, à spirituali Pharaone inuaditur, aut peccatorũ solitudine deuoratur. Peccatorum autem solitudinẽ patitur qui deseritur societate sanctorum. Murus igitur quidam est Christiano ieiunium inexpugnabilis diabolo, intransgressibilis inimico. Quis enim vnquam Christianorũ ieiunauit, & captus est? Quis sobrius mansit, & victus est? Temulentum aggreditur diabolus, luxuriosum oppugnat inimicus. Vbi autem ieiunum viderit, fugit, metuit, pertimescit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate prosternitur. Prosternitur inquam infirmitate, quia Christiana infirmitas fortitudo est, Vnde 2. Cor. 12. ait apostolus, Cum infirmor, tunc fortior sum. Sed requirit aliquis, quemadmodum fortis infirmitas? Tunc M est fortis infirmitas, quãdo caro tabescit ieiunijs, anima puritate pinguescit. Quantum enim illi ciborum succus subtrahitur, tantũ huic iustitiæ virtus augetur. Tũc igitur homo imbecillis quidem est ad secularia, sed fortis est ad diuina opera. Tũc enim magis de deo cogitat, tunc iudicium metuit, tunc vincit inimicum. Ait enim saluator de diabolo, Hoc genus non eijcitur nisi in ieiu Mat. 17. nio & oratione. Dicit vtiq; à diabolo energumenum non nisi ieiunijs posse purgari. Videte ergo quæ ieiunij virtus sit, quantam homini suo præstet gratiam, quòd tantam præstet alteri medicinam: quemadmodum proprium sanctificet hominem, quòd ita purificet alienũ. Mira enim res est, alter ieiunat, & alteri prodest ieiunantis vtilitas. Ergo fratres abstinentiæ arma minime deponamus, & quadraginta dierum ieiunia sine intermissione curemus. Hic est enim perfectus numerus ad vincendum. Dominus enim diabolũ postea quàm quadraginta dies ieiunauit, euicit, non quòd non & ante ieiunia eũ vincere potuisset, sed vt ostenderet nobis tunc nos diaboli posse esse victores, cũ per quadragita dies victores ieiunando desideriorum carnalium fuissemus. Eum au

A tem qui hunc numerum consecratum gulæ intemperãtia violasset, tanquam imbecillem & miserum facile eũ ab inimico posse superari. Quam enim potest in altero diaboli improbitatem vincere, qui gulæ intemperantiam in seipso nõ vincit? Priusergo homo tui victor esto, vt possis esse victor alterius. Sunt enim intra te proprij tibi hostes, qui quotidie te oppugnant. Ecce enim auaritia te diuitiarum ambitione circunuenit, luxuria epularum suauitate captiuat, hæresis scientiæ peruersitate peruertit. Vince ergo inimicos proprios, vt vincere possis alienos. Non enim fratres leue peccatum est, fidelib⁹ indictam quadragesimam à domino ieiunare, & ieiunia consecrata ventris voracitate dissoluere. Scriptum est, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si vis ergo Christianus esse, debes quod Christus, facere. Ille qui peccatum non habebat, quadragesimam ieiunauit, tu nõ vis quadragesimam ieiunare qui peccas? Ille inquam peccatum non habebat, sed pro nostris ieiunauit peccatis. Qualis ergo apud cõscientiam tuam Christianus es, cum Christo pro te esuriente tu prandes? Cum saluatore pro te ieiunante tu re
B ficeris? Non igitur, sicut dixi, leue peccatum est, indictũ violare ieiunium. Nam vt hoc exemplis breuiter ap-
1. Reg. 14 probemus, legimus in libris regum, cum Saul rex Israel bellum contra Allophylos gereret, vniuerso eum exercitui indixisse ieiunium, & abstinentibus cunctis eũ cõtra aduersarios pugnare cœpisse. Bonus plane rex, qui hostes suos nõ tam armis quàm deuotione vincebat, & plus dimicabat religione quàm telis. Cum ergo Saul abstinentiam diei suis omnibus indixisset, & Ionathas ei⁹ filius præcepti nescius inter medias hostium acies victor incedens fauum mellis intincta sceptri summitate gustasset, tanta indignatio repente commota est, vt & differretur victoria, & diuinitas læderetur. Denique nec bello finis imponitur, nec regi responsum propheticũ datur. Vnde intelligimus quòd Saul hostes non tam virtute militum, quàm militum abstinentia superabat. Deni que vnius culpa cunctis confertur ignauia, & vnius delicto omnib⁹ generatur infirmitas. Deficit enim virtus in exercitu, vbi deficit in obseruatiõe ieiunium. Quod vt peccatum Saul ex ipsa diuinitatis offensione cognouit,
C statim Ionathæ dixit non esse parcendum, sed peccatũ admissum effusione eius sanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul regem fuerit religionis obseruantia, qui offensum deum optauit etiam parricidio mitigare. Et quanta sit resoluti culpa ieiunij, quæ non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Ionathas indictum à patre ieiuniũ quia resoluerit, morti addicitur: qui sciens indictũ à Christo resoluit ieiuniũ, quid meretur? Ergo fratres statutum nobis custodiamus obseruatione ieiunium, vt hostes nostros spirituales carnalesq; vincamus. Habemus enim, sicut nostis, carnales hostes. Ieiunemus igitur vt eos & exercitus noster & Saul superet & obtineat. Nec in abstinentia positi declinemus ad fauum. Fauus enim quidam mundi est voluptas seu vitia,
Pro. 5. quæ sicut scriptum est, ad tempus quidem impinguant fauces, nouissima amariora sunt felle.

Item de quadragesima. Sermo XXVI.

NON vsque adeo contristari debemus fratres, quod in his quadragesimæ diebus tẽtatio nobis tribulationis aduenit, quoniã & saluatorem nostrũ propter ipsam quadragesimam videmus esse tentatum. Minus ergo dolere debemus seruuli, quia domini habem⁹ exemplum. Vbi enim est similis cum Christo deuotio, si milis est & cum Christo tentatio. Conditionẽ enim nobis tolerandi imponit conditio ieiunãdi. Credimus autem, sicut saluator noster diabolum cum tentaretur obtinuit, ita & nos hostes nostros cũ tribulamur posse de-

uincere. Ieiunia enim Christi tentari possunt, non pos- D sunt superari. Augustias quidem in obseruatiõe habẽt, sed prosperitatem tribuũt & salutem. Videamus igitur inter cæteras tentationes qua dominũ diabolus arte lacessat. Cum enim super pinnam staret templi saluator, Matt. 4. ait diabolus, Si fili⁹ dei es, mitte te deorsum. & reliqua. Verè diabolicæ fraudis astutia cõsuetudinis suæ nititur argumẽto. Semper enim religiosos de superiorib⁹ deijcere ad inferiora conatur, & de sanctis ac venerãdis actibus deducere ad terrena & cœnosa festinat, vt qui stat puritate mentis in summitate templi, proijciat se in profundũ infernum contagiõe peccati. Nam cum dominũ de pinna templi deijcere nititur, vtique de perfecto religionis cultu eũ remouere conatur. Pinna enim loci sancti, perfectio cælestis est sacramẽti. Recte autẽ dominus super pinnam templi stare dicitur, quia de ipso scriptũ est, Qui ambulat super pennas ventorum. Super pẽnas Psal. 103. enim ventorum quodammodo ambulat dominus, cum super morum nostrorum alacri conuersatione volatu incedit. Pennæ enim nobis sunt boni mores, qui nos alleuatos à terræ humilibus in cæli altiora tollunt, & volatu quodam mentis de Tartari tenebris educunt, & ad paradisi amœna perducunt. Quorum morũ pennas habere propheta desiderans ait, Quis dabit mihi pẽnas co Psal. 54. lumbæ, & volabo & requiescam? Super hanc ergo pinnam templi saluator stare dicitur, hoc est quasi in quodam templo fidei nostræ consistere. Vnde ait apostol⁹, 1. Cor. 3. Vos estis templum dei, & spirit⁹ dei habitat in vobis. In hoc igitur tẽplo stãs dominus nec recedẽs increpat diabolum dicens: Scriptum est, Non tentabis dominũ deũ Deut. 6. tuum. Hoc est, non tentabis eum quẽ putas tanq̃ homi- Mat. 4. nem ad inferiora pellendum, sed magis tanquam deum & dominũ ipsum noueris adorandum. In his ergo ieiuniorum diebus tentamur ad similitudinem saluatoris. E Similiter enim & nos hostes nostri de pinna templi, hoc est de obseruatione quadragesimæ turbare conãtur. Dũ enim terrores ingerũt, dum insidias parant, cupiũt nos de arce religiõis abducere. Dicitur autem ei à domino, Non tentabis sanctos viros & famulos dei. Quos enim tanquam humiles conculcandos putatis, sentietis tanq̃ strenuos honorãdos. Sunt enim, sicut dixi, plerique fratres quos hostes nostri de perfectione religionis abducunt: qui dum præsens malum metuunt, putant deum nostræ salutis immemorem, nescientes quòd deus nullius est immemor, sed immemorem illũ nostri tunc nos facimus, cum peccamus. Cum enim mala operamur, auertit faciem: cum nephanda loquimur, aurem obstruit: & ideo bonitatem suam à nobis deus non tam ipse retrahit, quàm nostra illum delicta reijciunt. Ait enim idẽ F dominus per prophetam ad eos qui erant in tribulationibus constituti, Nunquid non valet manus dei eruere vos? & reliqua. Vides ergo quoniam inter deum & hominem peccata separãt. Tolle igitur peccata de medio, & deum tibi proximum tu fecisti. Quomodo enim potest fratres obliuisci nostri deus, qui etiam capillos capi tis nostri in euangelio apud se dicit esse numeratos? Si Luce. 12. enim capillorum nostrorum meminit, multo magis nostrarum animarum meminit. Per numerum enim curã circa nos solicitudinẽmque cognoscimus. Nemo enim numerat nisi quod vult diligentius custodire, nemo numerat nisi qui veretur ne fraudem absque numero patiatur. Pastor vt saluum gregem habeat, eum frequẽter annumerat. Denique dominus qui est bonus pastor, cũ vna ouicula de centum ouibus aberrasset, recurrens ad numerum proprijs eam ad gregem humeris reportauit. Vsque adeo ergo habetur sub tutela qui habetur in numero, vt errans proprijs apportetur humeris, ne quid de numero minuatur. Nolite ergo putare fratres quòd vel minimi cuiusquam obliuiscatur. Deus enim omniũ meminit, omnium recordatur, tãtum vt non nostris interuenientibus peccatis ei inferatur obliuio.

G De ieiunijs. Sermo. XXVII.

2.Cor.6. TESTIMONIVM perhibet ſanctus apoſtolus de prophetis dicens, Tempore, inquit, acceptabili exaudiui te, & i die ſalutis adiui te. Et ſubſequitur ipſe, Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Vnde & ego teſtificor vobis hos eſse dies redemptiõis, hoc eſse tempus cælestis quodammodo medicinæ, in quo tẽpore omnium vitiorum noſtrorum labem & vniuerſa vulnera peccatorum ſanare poterimus, ſi medicum animarum noſtrarum fideliter exoremus vt præcepta eius tanquam ſuſcepti idonei minime diſpernamus. Tunc enim languidus ægritudinis ſuæ inuenit medicinam, ſi omni ſolicitudine medici mandata ſeruauerit. quòd ſi aliud faciat cum aliud iubetur, increſcẽte morbo non medicus, ſed præuaricator in culpa eſt. Medicus autem
Deute.32 eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ait, Ego occidã, & viuificabo: percutiam, & ſanabo. Occidit enim quodammodo antequam viuificet dominus. Occidit enim primũ in nobis homicidia, adulteria, ſcelera, furta, per baptiſmum, & ſic nos tanquam nouos homines æternitatis immortalitate viuificat. Morimur ergo peccatis, vi delicet per lauacrum: regeneramur autem vitæ per ſpi-
Roma.6. ritum, ſicut ait ſanctus apoſtolus, Quoniam mortui eſtis delictis veſtris, et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Conſepulti enim eſtis cum illo per baptiſmum in mortem. Occidimur enim quodammodo cum deſinimus eſse quod fuimus. Nouo enim pietatis genere in vno eodẽmque homine mors operatur & vita. Moritur enim concupiſcentia peccatorum, viuificatur ordo virtutum. In vno nanque eodem homine impius &
H adulter occiditur, vt miſericors renaſcatur & caſtus. In terimitur idololatria, vt religio propagetur. Fornicator & ebrioſus extinguitur, vt continens & ſobrius procreetur. Sic ergo mortificat dominus, vt viuificare faciat: ſic occidit, vt proſit: ſic verberat, vt emendet. Hæc eſt igitur circa homines ſuos eius tota ſeueritas, vt in his peccata puniantur, anima conſeruetur: auferantur deteſtanda vitia, virtutes optimæ nutriantur. Vſqueadeo autem hac pia occaſione domini cernimus pleroſque conuerſos in tantũ ad melius ꝓfeciſſe, ſic de peſsimis optimos factos, vt cũ videas eos credas renatos hoſies, cũ nõ videas mutatas eſse perſonas. In tantũ enim in nobis id qđ prius eramus interimitur, aufertur, extinguitur, vt id quod poſtea ſumus, denuo natũ eſse credamus: vnde natiuitas hæc ſecũda, ptioris vitę finẽ iam fuiſſe ſignificat.
Quod autẽ ait, Ego percutiã, & ſanabo: Percutit plane præceptis ſuis peccatores vt ſanet, mandatis verberat vt emendet, ieiunia præcipit, indicit cõtinentiã, iudiciũ cõminatur, & triſtẽ gehẽnę metũ excutiens adhibet medicinã, vt dum futura pertimeſcimus, præſentia corrigamus. Sic nanq; Paulũ apoſtolũ percutiendo ſanũ reddi
Actuũ.9. dit. Cũ enim eſset ꝓſecutor, impius & blaſphem⁹, & quidẽ ad deuaſtãdas eccleſias Damaſcũ properaret, ſubito
I fulgoris cęleſtis eũ terrore percuſsit, vt euãgelici ſplẽdoris eũ luce perfunderet, Et carnaliũ luminũ orbem mutauit, vt ſpiritualiũ oculorũ illuminaret aſpectũ. Corporis eũ debilitate perterruit, vt fidei deuotione ſaluaret. Surgẽs ergo à terra Paulus, exteriorib⁹ quidẽ oculis nõ videbat homines, nõ aetẽ, ſed mẽtis luminibus Chriſtũ videbat de cælo. Deniq; in tantũ profuit domini iſta pcuſsio, vt de Iudæo Chriſtianus, de blaſphemo apoſtolus, de Saulo Paulus exiſteret, & conſq; mutauit veterẽ cum moribus hominẽ, vt etiã mutaret & nomen. Habẽtes igitur huiuſmodi medicum qui percutiendo ſanat, mortificando viuificat, ſubdamur ei cũ omni patientia ad curandũ, vt quicquid vlceribus fœtidum eſse perſpexerit, incidat, amputet, execet, vt reſectis omnibus diaboli vulneribus, hoc ſolũ in nobis faciat remanere qđ dei eſt. Iſtud autẽ præceptũ eius eſt primum, vt his quadraginta diebus ieiunijs, orationibus, vigilijs opera cõmodemus. Ieiunijs enim laſciuia corporis caſtigatur, K orationibus deuota ſaginatur anima: vigilijs diaboli in fidiæ depellũtur. Deinde cũ iſtis mãdatorũ obſeruationibus fuerit hoc tẽpus impletũ, tunc purgata & fatigata tot obſeruationibus aĩa, ad baptiſmũ veniẽs ſpũs ſancti inũdatiõe reficitur, & quicquid in ea diuerſarũ ægritudinũ ardor exiccauerat, cælestis gratiæ rore perfũditur, vnde ponẽs veteris hoĩs corruptelam, nouę indolem iuuentutis acquirat. Et mirum in modum in vno eodemq; homine delictis ſãctitas, iniquitati iuſtitia, ſenectuti ſuccedit infantia, nouoq; natiuitatis genere alter eſt qui renaſcitur, cũ ipſe ſit qui peccauit. Sic nãq; Helias quadra
3.Reg.9. ginta dierũ ac noctium curriculo cõtinuato ieiunio, to tius mundi longam ac nimiam ſiccitatem meruit imbrium rore reſtinguere, & ardentẽ terrarum ſitim cælestis pluuiæ largitate perfundere. Quod quidem in figuram noſtri factum eſse cognoſcimus, vt nos quoq; horũ qua draginta curriculo dierũ ieiunãtes, ſpiritualem baptiſmatis pluuiam tribubus noſtris iam diu aridam terram cęleſtis deſuper imber infundat, & longam gentiliũ ſic citatem lauacri inundatio ſalutaris irroret. Siccitatem enim & ardorem animæ ſuæ patitur, quiſquis baptiſmi gratia non rigatur. Horum ergo dierum noctiumq; ieiunio Moyſes ſanctus meruit cum deo loqui, ſtare & conſiſtere, & de manu eius legis præcepta ſuſcipere. Quanuis enim illum ab obtutibus dei conditio humana ſubtraheret, ieiuniorum tamen gratia proximum illum diuinitatis conſortio faciẽbat. Hæc enim in nobis virtutũ L portio dei eſt, vt ieiunemus frequenter, quoniam ſemper deus ipſe ieiunat. In quocunque igitur plus operum ſuorum ineſse perſpexerit, ipſi magis familiaris intim⁹
Exodi.33 & amicus eſt, ſicut ſcriptura dicit, Et Moyſes loquebatur cum deo facie ad faciem, ſicut quis loquitur cũ amico ſuo. Vnde & dominus Ieſus Chriſtus reſurrectionis gloriam præcepturus, virtutes ſuas quadragita dierum noctiúmque ieiunio dedicauit, vt oſtẽderet non panem eſse vitam hominum. His itaque dierum quadraginta ieiunijs reconciliatur deus, aperiuntur cæli, inferna reſerãtur. Igitur & nos fratres dilectiſsimi ieiunemus continue & deuote hoc ſpatio tẽporis, vt ꝓpitietur nobis dominus, pateãt nobis cęli, inferna contra nos nõ valeant.

Exhortatio ad plebem, & de eo quod ſcriptum eſt in euangelio, Sicut fulgur coruſcans de cælo, ita erit aduentus filij hominis. & de duobus in lecto vno.

Sermo. XXVIII.

PRAVCORVM admodum dierũ occupatiõe detẽtus cœtui veſtro videor defuiſse, & alterius eccleſiæ neceſsitatibus euocat⁹, mi M nime vobis ſtudiũ ſolitũ dependiſse. Sed quãuis vobis nõ affuerim corpore, tamẽ à vobis amore nõ defui: & peregrinat⁹ ſum licet cõuerſatione mẽbrorũ, tamẽ veſtri ſpũs non fui peregrinus, niſi qđ maiore intra me deſiderio vos tenebã, vt quos aſpectus mihi ſubtraheret, dilectio præſentaret: vel quos obtutibus nõ videbã, corde cõplecterer. Erã enim ſolicit⁹ in dies ſingulos quẽadmodũ feſtinanter quotidie ad eccleſiã veniretis: & quanq; eſsem de veſtra deuotione ſecurus, trepidabã tamen, quia hoc ipſum qđ in vobis noueram, non videbã. Hic enim affectus paternæ pietatis eſt, vt de abſentibus liberis nõ tam certa ſpe gaudeat, q; ſoli cita cogitatiõe deſperet, & ſimul ac eos videre deſierit, amare plus nouerit: ac per hoc intelligimus qđ amor inter preſentes gratũs ſit, inter abſentes moleſtus. Erã ergo de vobis anxius, mœſtus & trepidus, ne quis me abſẽte per negligentiã caderet, ne quis diaboli inſidijs laberetur. Meminerã enim luporũ rabiem abſentibus plus prævalere paſtoribus. Sed domino gratias, quòd & vos illæſos cuſtodiuit, & paruitatem meam reuocauit incolumem. Igitur quoniam poſt tẽpus ſpiritualibus epulis

A reficere nos debemus, videamus quid euangelica lectio proſequatur. Ait enim dominus, ſicut nuper audiuim⁹,
Lucæ.17. de aduentus ſui tempore: Sicut fulgur coruſcans de cælo, ita erit aduentus filij hominis. Et addidit in conſequentibus, In illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. duæ molentes in piſtrino, vna aſsumetur, & vna relinquetur. Mouet fortaſse vos fratres, cur dominus aduentum ſuum indicans, noctis ſe tempore oſtenderet aduenturum. Vtique eius aduentum magna cum claritate diei, magno cum nitore & timore ſuſcipi debere à cunctis, frequenter audiuimus ſacris literis prædicatum: priuſquã dominus Chriſtus adueniat, Antichriſtum regnaturum, qui ita tenebras humano generi ſuæ prauitatis infundet, vt lucem veritatis nemo pene reſpiciat, & caligine propria operiens mentes hominũ, cæcitatem quandam ſpiritualibus oculis exhibebit. Nec mirum ſi diabolus emittat iniquitatis tenebras, cum ipſe nox ſit omnium peccatorum. Ad huius igitur terræ caliginem depellendam velut fulgur quod dam Chriſtus aduenier. Et ſicut lucęſcente die nox ſub uertitur, ita coruſcante ſaluatore Antichriſtus effugatur, nec vlterius poterit diſſeminare iniquitatis ſuę tenebras, cum lumen veritatis effulſerit. Quod ait autem: Il
B la nocte erũt duo in lecto vno, vnus aſsumetur, & vnus relinquetur: hic iam reſurrectionis meritum demõſtratur, quod pro qualitate viuendi, ſit gratia reſurgendi: ac tanta in ſingulis quibuſq; reſurrectionis eſse diſtantia, vt duobus etiam pariter dormientibus, & in vna ſede quieſcentibus, æqualis non poſsit eſse aſsumptio. Quãuis enim eodem conſortij lectulo teneantur, pro meritis tamen alter eorum rapietur ad cælum, alter relinquetur in terris. Lectus enim quidam noſter communis eſt terræ huius ampliſsimum ſolum, in quo corpora noſtra depoſita tutiſsima ſede requieſcunt. In hoc autem lectulo ille mollius dormit, quiſquis duri⁹ in vita ſe geſserit. Poſsumus enim ipſa membra noſtra lectulos noſtros ꝓprios nuncupare, in quibus animæ noſtræ veluti in quo
Pſal.40. dam ſtrato ſuauiſsime demorantur. Quod quidem ſanctum prophetam ſenſiſse arbitror cũ dicit, Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Beatus enim eſt ille cuius ſtratum dominus in ipſius infirmitate conuertit, vt qui fuerit paulo ante adulter, iracũdus & petulãs, & cunctorũ ſcelerũ infirmitatib⁹ plenus, fiat caſtus, humilis & modeſtus. De quo ſtrato ſpiritualiter ad paraly
Marci.2. ticum dictum eſt à domino: Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula. Non enim tam in eo admirationis aliquid erat
C vt cõfracti lectuli lignei cratem portaret paralyticus, q; vt reſoluti corporis membra & debilitate cõfracti velut animæ ſuæ neceſsariũ lectulũ paralyticus ipſe geſtaret, & corã poſitis Iudæis proprijs abiret pedibus, qui manibus allatus fuerat alienis. In hoc plane, ſicut dixi, cõplenda eſt prophetica illa ſentẽtia, Verſaſti ſtratũ eius in infirmitate eius. vt verſa vice portaret lectũ, in quo fuerat paulo ante portatus: vt anima illius quæ prius vaſculo corporis ferebatur, poſtea corpus ſuum ipſa vtilius circunferret. Poteſt etiam accipi quod ait: Erunt duo in le
Luce.17. cto vno, vnus aſsumetur, & vnus relinquetur: Chriſtianorũ plebs, & populus Iudæorum, qui velut vno lectulo, hoc eſt vna mandatorum lege tenentur, & velut ſimili reſurrectionis ſpe gloriantur. Tunc igitur Chriſtianorum beatus populus aſsumetur in gloriam, Iudæorum autem execrabilis conuentus relinquetur in terra.

Item de eodem. Sermo. XXIX.

SVPERIORE dominica capitulum euangelicum diſserentes, partem quandam ex illo perſtrinximus, ſupereſt vt ſequẽtia decurramus. Deſcripſimus enim quid eſset quod ait dominus, In illa nocte erunt duo in lecto vno, & reliqua. Nunc ergo videamus quod reliquum eſt. Dicit enim eadem diuina ſententia: Erũt duæ D molẽtes in piſtrino, vna aſsumetur, & vna relinquetur. Primum igitur conſiderandũ eſt quomodo conſtet mõlentis officium. Deinde quæ ſint duæ quæ molere dicuntur. Tertio quod piſtrinũ ſit, qui ve molitionis effectus. Nulli dubium eſt quod molere aliter non conſtat niſi duobus lapidibus apparatis & conuenientibus ſibi, vt alteri ex ijs magnitudo alterius imponatur, & illum quidẽ lapidem qui prior ſolo ſternitur, eſse pigrum & tardũ, & pene, vt ita dixerim, ocioſum, ac niſi ſuperioris participatione lapidis ornaretur, fortaſsan neceſsarius nõ videretur. Ita dum ille operatur, etiã iſte vtilis inuenitur. Ille autem, id eſt ſuperior lapis, tanta velocitate operis circũfertur, vt fallens oculos in ipſa celeritate ſtare creE datur, & pũtetur immobilis eſse dum currat, qui quanto violentius actus fuerit, tanto opus perfectius conſumatur. Ita ergo prior lapis ſtat, iacet, & pene nihil prodeſt: ille vero alter quæ inferuntur, cuncta ſuſcipit quæ venitint, vniuerſa complectitur, & per cauernulas quaſdam vterq; quod operatur acquirit. Qui molit autẽ, hoc habere videtur officij, vt peruigili cura granorum aſperitate confracta, ex intimis eorum occultiſque viſceribus ſimilaginem medullamq; producat, & ſordium leuitate diſcuſsa, in apertum proferat omne quod purum
E eſt, ex quo mundiſsimum panem cõficiens gratiam domini cõſequatur. Hos igitur duos molares lapides, duo eſse arbitror teſtamenta, hoc eſt legem Moyſi, & euangelium domini, quæ ita ſunt diſpoſita vel parata, vt ſibi teſtamentum vtrunq; conueniat, ſicut ait ſaluator: Non Matt.5.
veni legem ſoluere, ſed adimplere. Et ad vicem molarũ aliud prius ſolo poſitum, aliud inſuper collocatũ. Hoc eſt legem primum hominibus conſtitutũ, deinde ad ꝓfectum euangelium. Quæ lex velut inferioris molæ ſaxũ ita erat tarda, pigra, & penitus ocioſa, vt quicquid operando acceperat, id omne perdiderit, dicente de Iudæis propheta: Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſũt. Pſal.13.
non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Ergo niſi euangelium ſuperpoſitum fuiſset, adhuc lex veluti tarda & grauis iaceret in terra Iudaica, & vnius pro uinciæ cooperiretur anguſtijs. Niſi euãgelium inquam datum eſset, lex neceſsaria omnino non eſset. Hoc autem lex operabatur ſine euangelio, quod vno ſaxo fieri poteſt. confringere poterat, non prodeſse, ſicut ait beatus apoſtolus: Lex autem iram operatur, gratiam vero Roma.4.
non præſtat. Stante ergo lege euangelium datum eſt, quod veteri ſuperpoſitum teſtamento vtrunque conde corat, ac tanta velocitate operis circunfertur, vt volubi litate ſui ſeculum omne circumeat, hoc eſt inferna viF ſitet, cælestia penetret, terrena colluſtret. Quod euangelium tanquam ſuperior cunctos credentes ſuſcipit, omnes aduenientes accipit, & veluti per quaſdam cauetnulas præceptorum ad interiora tranſmittit, vt ibi hinc inde duorum teſtamentorum ſalutaribus mandatis aſperitate molita, perducat omne quod purum. Quam ſimi
Ezech.1. litudinem teſtamentorum Ezechielem prophetam arbitror perſtrinxiſse cum dicit rotam in medio rotæ eſse connexam. Harum igitur molarum operatione, id eſt noui ac veteris teſtamenti, hoc agit ſancta eccleſia cura peruigili, vt peccatorum aſperitate diſcuſsa, ex occultis cogitationibus medullam mundi cordis eliciat, & cælestibus mandatis mandata ex intimis ſpiritualia alimenta producat. De quibus alimentis Paulus apoſtolus ait: Lac vobis potum dedi, non eſcam. Et iterum: 1.Cor.3.
Perfectorum autem eſt ſolida eſca, qui propter habitum ſenſus exercitatos habent, & reliqua. Ac ſpiritum Hebre.5.
noſtrum omni humanitate purificans, velut ſimilaginem deo offerre contendit, ſicut Dauid ſanctus ait: Sacrificium deo ſpiritus contribulatus. Tanta autem ve- Pſal.5.
locitate circunfertur euangelium, vt non niſi ſapientes curſum eius intelligant, quem beatus Paulus intelligẽs ait: Vt ſermo dei currat & clarificetur in nobis. Inſipi-2.Theſ.3.

Gentium autem oculis videtur euangelium ſtare cum nō vident. Stare inquam illud putant, cum mandata eius negligunt, cum non credunt euentura eſse quæ ſcripta ſunt. Molit autem & ſynagoga, ſed inutiliter molit, quippe quæ vno ſaxo, hoc eſt ſolo veteri teſtamento nititur laborare, atque ideo non tam molit illa quàm diſſipat & confringit. Propterea enim opus eius diſplicet, & ad Iudæos dicitur per prophetam: Et ſi offeratis ſimilaginem, vanum eſt.

De eleemoſyna. Sermo. XXX.

Ecclę.3. DICIT ſcriptura diuina, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Magna plane & cunctis ambienda ſententia, quæ hominibus pene iam mortuis & peccatorum ſuorum incendio arefactis rediuiuū quoddam beneficium pollicetur, vt interueniente eleemoſyna, ſicut aqua intermortuis, ſuccus refrigeriū arescentibus infundatur, hoc eſt vt miſeri hoies qui in morte peccatis aruerāt, ad vitā eleemoſynis reuiuiſcāt, ſitiq; illis miſericordia fōs ſalutis, quib⁹ auaritia fuerat mortis incendiū, vt flāmas quas ſibi peccando incenderant, largiendo reſtinguant, atq; vtiliore commercio qui pecuniam quondā dederat vt adulteriū perpetraret, nunc pecuniam eroget vt adulter eſse iam deſinat, & emat ſibi quodāmodo innocentiam, qui ſibi emerat aliquando
Lucæ.11. peccatum. Dicit enim dominus ad diſcipulos ſuos: Date eleemoſynam, & ecce omnia mūda ſunt vobis. Quanuis ergo pollutus, quanuis multis criminibus circunſeptus, ſi eleemoſynas feceris, innocens eſse cœpiſti. Abſtergit enim eleemoſyna qđ auaritia polluebat, & maculam quam res alienas diripiendo contraxeras, tuas erogando purificas. Vide ergo quæ ſit miſericordiæ gratia, quæ vna & ſola virtus cunctorum eſt redemptio peccatorum. Videamus nanque interpretationem ipſius diuinæ ſententiæ, vt intelligamus cui rei eleemoſyna comparetur. Ait enim: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit delictū. Aqua ergo miſericordiæ cōparatur, ſed aquam inuenio de fonte procedere, neceſſe mihi eſt miſericordiæ fontem quærere. Inuenio plane fontē miſericordiæ, fons de quo dicit prophetа: Quo
Pſal.35. niam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus
Ioan.4. lumen. Ipſe inquam eſt fons qui in euāgelio à Samarita na muliere, ſicut lectum nuper audiuimus, aquam poſtulat, ſed peccata condonat: aquam putei reprobat, ſed
I fontem vitæ perennis indulget. Ait enim: Omnis qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum. qui autē biberit ex aqua quam ego dabo illi, non ſitiet in æternum. Aquam ergo ſaluator à muliere poſtulat, & ſitire ſe ſimulat, vt ſitientibus æternam gratiam largiatur. Neque enim poterat fons ſitire, neq; in quo eſt aqua viua, poterat vndam terrenæ ſecis haurire. Sitiebat ergo Chriſtus? Sitiebat plane, nō potum hominum, ſed ſalutē ſitiebat, non aquam mundi, ſed redemptionem generis humani. Mirum igitur in modum fons ſuper puteum ſedens miſericordiæ ibidem fluenta producit, & mulierem ſexto iam non viro ſed adultero fornicantem viui meatus vnda purificat, nouoq; admirationis genere mulier quæ ad puteum Samarię meretrix aduenerat, à Chriſti fonte caſta regreditur, & quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportauit. Statim etiam indicante domino ſua peccata recognoſcens, confitetur Chriſtum, annunciat ſaluatorē, & relinquēs aquæ vaſculum ad ciuitatem non fert hydriam, ſed refert gratiam. Vacua quidē videtur reuertione, ſed plena reuertitur ſanctitate. Plena inquam redit, quia quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix. Et quæ hydriæ vaſculum amiſerat, Chriſti plenitudinē reportabat, in nullo ciuitati ſuæ inferens detrimentum. Etenim ſi aquam ciuibus non intulit, tamen fontem ſalutis inuexit. Sanctificata ergo per fidem Chriſti mulier domum rediit. De hac igitur dixiſſe prophetam puto, Prou.10.
K Eiuſmodi eſt iniqua via mulieris meretricis, quæ cū ſe abluerit, nihil ſe dicit feciſſe prauū. De hac plane dictū eſt, quæ poſtea q̄ eſt fonte abluta ſaluatoris, delictorū vitia non meminit, virtutē prædicationis aſsumit, & viua aqua abſtergēs maculas ſuas ad euangelizandū nō conſcięntia peccati retrahitur, ſed fidei calore cōpellitur. Nihil enim ſe dicit feciſſe prauitatis, dū ſit nuncia veritatis: & obliuione abnegat impudicitiā, dū deuotione præ dicat caſtitatem. Hæc enim virtus Chriſti eſt domini, vt quanuis peccator qui eius vnda ſe lauerit, denuo in virginē reparatus non meminerit ante quod fecerit, & rediuiua natiuitate infantiæ innocentiam præferat, iuuentutis ſcelera non agnoſcat; ſitiq; virgo fide Chriſti, qui fuerat adulter corruptione peccati.

Item de eleemoſyna, & de muliere Samaritana. Sermo XXXI.

RETINET veſtra dilectio ante dies cum ſermonē ad vos de eleemoſynis faceremus primitus, nos originē miſericordiarū quę rere voluiſſe, & reperto earū fonte virtutū oſtēdiſſe, qđ mulieris Samaritanæ ſordes melius Chriſti vnda diluerit, q̄ Samariæ aqua purgarit, & quòd mundius miſericordia deterſerit peccata q̄ puteus. Mundius plane miſericordia quàm puteus detergit maculas, quia putei aqua tantum corporis cutem L
abluit, miſericordiæ autem bonitas animæ interna purificat. Hoc etiam demonſtraſse quod huic euangelicæ mulieri illa prophetica meretrix conueniret, quæ poſtea quàm viua aqua ſe lauit, obliuione poſſeſsa prauitatis, nitore puritatis exultat. Neq; enim de meretrice huius mundi talem ſentētiam propheta diceret, cuius pollutio non ſolum aqua non diluitur, ſed etiā polluit ipſa
1.Cor.6. quod tangit, dicente apoſtolo, Qui autem ſe iungit meretrici, vnum corpus eſt. Quod ſi vnū corpus tactu ſuo efficit, & in cohærentem ſibi ignominiæ ſuæ membra transfundit, quomodo poteſt purificari ipſa, cum polluat? Quę ergo ſit iſta meretrix, quę iſta Samaritana mulier, cuius adulterij ſordes fons Chriſti deterſerit, ſolicitius requiramus. Ego hanc mulierem eccleſiam eſse puto de gentibus congregatā, quæ & tranſactis annis quinque milibus, cum in ſexto milleſimo anno idolorū fornicationibus ſubiaceret, omnem ignominiam ſuā adueniente Chriſti fonte purgauit, & maculas quas adulterii ſacrilegijs cōtraxerat, fide ſaluatoris abſterſit, ac relinquens ſicut inanem hydriā priorem patrium curſum
vniuerſo orbi domini annunciauit aduentum. Hæc in- M
quam illa eſt meretrix quæ poſteaquam lota eſt, nihil ſe dicit feciſſe prauum. Poſtea quàm enim eccleſia baptiſmi nitore purgata eſt, diabolicæ impietatis non meminit, religione veritatis exultat, factaq; de meretrice virgo non recordatur priorum, ſed gloriatur in integritate. Ait ergo propheta, Sicut aqua extinguit ignē, ita elee Eccle.3.
moſyna extinguit peccatum. Sępe quidem videmus hoc fieri, vt aqua effuſa flammarum reſtinguat incendia, ſed & econtrario interdum videmus quòd immenſi ignium globi aquarum fluenta conſumant, & veluti ab aquis accepta eſca vehementius rediuiuis ardoribus conualeſcant, ita vt videatur aqua non extinxiſse incendia, ſed auxiſſe. Quænam eſt illa aqua quæ conſumit flammas, nec ipſa conſumitur à peccatoribus, ſed gehennæ conſumit incendia? Quæ dum per baptiſmum infunditur, & ipſa in hominibus & Tartari reſtinguit ardorem.
Viuit plane in hominibus, ſicut ait dominus: Aqua au- Ioan.4.
tem quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis, & reliqua. Mirum ergo in modum aqua Chriſtus vna eadēmque operatione & viuificat & extinguit. Viuificat enim animas, delicta reſtinguit, has lauacri ſui refrigerio reparat, illas gurgitis ſui vnda conſumit. Et quod ad maiorem baptiſmatis pertinet gratiā, apud ſuperos

A myſterium celebratur, & apud inferos gehenna reſtinguitur. hic fluunt aquæ, & illic tepeſcit incendium, hic in fonte hō mergitur, & illic de tartaro liberatur. Sed nec mirum ſi in baptiſmi ſacramento aperiatur infernum, cum tunc quoque reſeretur & cælum. Aperiuntur enim hæc elementa, vt ad lauacrum Chriſti conueniat libertas & gratia. Libertas enim reſurrecturis tribuitur gratia regnaturis. Illi eruuntur de pœna, hi aſsumuntur in gloria. Illi qui erant ſerui peccati, liberi fiunt iuſtitiæ. Hi qui anguſtijs ſeculi tenebantur, paradiſi amœna percipiunt. In baptiſmo ergo Chriſti aperiuntur cęli, aperiuntur & tartara. Inde vt ſpiritus ſanctus aduenilluc vt miſericordia ſaluatoris accedat: deferatur de cælo vita, mors à tartaro deſtruatur. Ita igitur eleemoſyna extinguit peccata, ſicut aqua baptiſmi gehennę extinguit incendium. Ergo eleemoſyna quodammodo animarum aliud eſt lauacrum, vt ſi quis forte poſt baptiſmum humana fragilitate deliquerit, ſuperſit ei vt iterū
Lucæ.11. eleemoſynis emundetur, ſicut ait dominus: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Niſi, ſi quod ſalua fide dixerim, indulgentior eſt eleemoſyna quàm lauacrum. Lauacrum enim ſemel datur, & ſemel veniam pollicetur. Eleemoſynam autem quotiens feceris, totiens veniā promereris? Hi ergo duo miſericordiarū fontes ſunt qui & vitam tribuunt, & peccata condonant. Qui vtrunque cuſtodierit, regni cælestis honore ditabi
B tur. Qui autem maculato fonte viuo, ad miſericordiæ ſe fluenta contulerit, & ipſe miſericordiam cōſequetur

De hoſpitalitate in Euangelio, Sermo XXXII.

ADVERTIT ſanctitas veſtra fratres euangelicam lectionem, quemadmodum dominus diſcipulis ſuis inter cęteras exequēdas virtutes etiam hoſpitalitatis iura præſcripſerit.
Mat.10. Ait enim: In quancunque ciuitatem introieritis, interrogate quis in ea dignus eſt, & ibi manete, donec exeatis: & reliqua. Sancta plane & diuina ſententia, quæ & diſcipulis eligendi optionem primitus detulit, & facilitatē penitus amputauit. Prouidit enim modum ſtatuendo, ne vir ſanctus aut citus eſset in iudicando, aut leuis in hoſpite commutando. Sicut enim nobis permiſit arbitrium, ita & voluit nos tenere cōſtantiam. Quàm enim reprehenſibile eſt vt vir qui euangelium annunciat, & doceat errandum non eſse, ipſe per diuerſos incipiat oberrare, & domum cui pacem dixerat, deſerere: hoſpitem cui benedictionem intulerat, cōtriſtare? Magna enī hoſpitalitatis eſt gratia, nec facile violanda, omnibus aperta eſt, omnibus parata eſt, & ſanctos libēter ſuſcipit, & peccatores tolerat patienter. Sed repetamus ſanctam ipſam diuinámque ſententiam. Si enim in litera placet, & in myſterio forſitan plus placebit. Ait igitur, vt cum
C intramus in ciuitatem, interogemus quis in ea vel hoſpes dignus, vel idonea domus ſit, & ibi maneamus donec dies profectionis adueniat. Quę ſententia altiorem nobis tribuit intellectum. Nō enim mihi videtur de huius ſeculi hoſpite vel domo iuſsiſse, nec tam diligenter inquirere, ſed de illo magis qui nos uſque ad diem exitus noſtri poſsit inoffenſos, ſoſpites, illæſosq; ſeruare. Nā huius ſeculi hoſpitē cito lædimus, cito offendimus, interdum ei & poſt triduum diſplicemus. Fidelis igitur domus, & hoſpes dignus inquiri iuſsus eſt. Quæ dom⁹ fidelior eccleſia? quis hoſpes dignior ſaluatore? Iſte peregrinos vt filios ſuſcipit, illa ſuſceptos refouet vt ifantes. Iſte hoſpitibus, ſicut experti ſumus, pedes lauare geſtit, illa menſam parare feſtinat. Quos enim ſaluator viua aqua refrigerat, hos reficit cæleſtibus cibis eccleſia. Hunc igitur hoſpitem Euangeliſta inquiri iuſsit, & vſque ad diem exitus noſtri cū hoc habitare præcepit, ne aliqua leuitate medio tempore aliorſum forſitan emigremus, hoc eſt, qui ſemel in Criſtum credidim⁹, nō
D iterum velut tranſgreſores ad idola recurramus. Scriptum eſt enim: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, Mat.6.
Dum enim vni placere geſtit, alterum ſentit iratum. Chriſtum igitur hoſpitem deſerere nō debemus, quem admodum & Petrus Apoſtolus cum ſuis ſimilibus, deſerentibus aliis dominum non reliquit. Sed dicamus quod ille ad ſaluatorem dixit: Domine, ad quem ibimus
Ioan.6. Verba vitæ æternæ tu habes, & nos credimus. Ecce executor cæleſtiū præceptorum, qui quoniam Chriſti non mutauit hoſpitium, meruit cum Chriſto regni cæleſtis habere conſortium.

In tempore ieiunii non luxuriandum eſse, Sermo XXXIII.

DIXIMVS Superiore dominica hoc eſse ſi dei noſtræ opus primum, vt horum quadraginta dierum curriculo deuotiſsime ieiunemus, & iſtam eſse cauſam ſalutis noſtræ, ſi hoc tempore abſtinentiæ operam commodemus. Atque ideo fratres dilectiſsimi inſpicere debemus quæ ſit huius forma ieiunii, vt reſpiciamus quanta ſit eius vtilitas. Eſt enim interdum inutile & inane ieiunium, quod licet ventrem & omnia viſcera ſucco ſaturitatis exhaurit, non tamen acceptum eſt deo, quia mentem & intimos ſenſus minimę vinculo iniquitatis euacuat. Quid enim prodeſt ieiunare viſceribus, & E
luxuriare venatibus? abſtinere cibis, errare peccatis? caſtigare corpus inedia, mentem exercere nequitia? vinū forte non bibere, & ebrium cogitatione malignitatis incedere? niſi quod facilior cauſa eſt ſaturi ſiue temulenti, quàm iniqui pariter & ieiuni. Ille enim peccare aliquando definet qui ebrius aliquando obdormit, hic autem errare non ceſſat qui exercitatus malis ieiuniis ſemper inuigilat. Vnde inutile & inane eſt tale ieiunium quod inedia membra debilitat, & animam à perditione non liberat. De quo ieiunio dicit ſanctus propheta ex perſona domini: Vt quid mihi ieiunaſtis? non tale ieiu-
Eſa.58. nium elegi, dicit dominus. An putatis illum ieiunare fratres qui primo diluculo non ad eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum loca ſancta perquirit, ſed ſurgens congregat ſeruulos, diſponit retia, carnes producit, ſaltus ſyluáſque perluſtrat? Seruulos inquam ſecum pertrahit, fortaſſe magis ad eccleſiam feſtinantes: & vo luptatibus ſuis peccata accumulat aliena, neſciens reum ſe futurum tam de ſuo delicto, quàm de perditione ſeruorum. Tota igitur die venatibus immoratur, nunc clamorem immoderatum effert, nunc ſilentium latenter indicit, lætus ſi aliquid ceperit, iratus ſi id quod non habebat amiſerit, & tanto ſtudio gerit, quaſi ideo in- F
dictum ieiunium fuerit vt venetur. In his ergo luxuriis fratres dicite quis cultus ſit dei, quæ mentis poſsit eſse deuotio, qui propterea ieiunat, non vt deo atque oratio nibus vacet, ſed vt tota die ocioſus & liber propriis exerceat voluptate? Quanuis igitur qui eiuſmodi es frater veſpere ad domum redeas, quanuis declinante iam ſole manduces, potes videri tardius te refeciſse, non tamen domino ieiunaſse. non enim potes videri voluptatem tuam exercens, feciſse domini voluntatem. Hæc enim voluntas eſt domini, vt ieiunemus à cibis pariter & à peccatis. Abſtinentiam in dicamus corpori, vt à vitiis magis animam abſtinere poſsimus. Frenum enim quoddam eſt luxuriantis animæ corpus exhauſtum. Quiſquis enim ieiunat & peccat, lucrum eſcarum feciſse videtur, non ſalutis, & parcendo copiis, repleſse cellarium, non mentem ſaginaſſe virtutibus. Nonnulli autem diuinorum immemores præceptorum ita circa ſeruos ſuos & ſubditos ſibi poteſtatem dominationis exercent, vt in his diebus non dubitent flagris eos cædere, pœnis afficere, compedibus præpedire. Et ſi forte cum ad reficiendum venitur, tar-

G dius minister affuerit, statim eum verberibus laniare, & prius se satiare seruuli sanguine, q̃ conuiuii voluptate. Horum tale ieiunium est, quod ideo ieiunatum est, non vt diuinitatis misericordiam prouocaret, sed vt clamorem familiæ ingemiscentis effunderet. Quisquis autem cupit de deo misericordiam promereri, ipse debet prior esse misericors. Scriptum est enim: Qua mẽsura mẽsi fueritis, eadem mensura remetietur vobis. Et quòd magis dolendum est, Christianus dominus Christiano in his diebus seruo non parcit, minime respiciẽs quod etsi seruus est conditione, gratia tamen frater est. Etenim similiter Christum induit, iisdem participat sacramentis, eodem quo & tu, vtitur deo patre: cur te non vtatur vt fratre? Sunt enim plerique qui de venatibus redeuntes, magis canum quàm seruorum curam gerunt, & faciunt eos iuxta se vel recumbere vel dormire, quotidianum illis cibum sui præsentia ministrantes: qui vtrum serui eius fame moriantur ignorant, & quod est grauius, nisi diligenter his præparatum fuerit, pro cane seruus afficitur. Vides enim in nonnullorum domibus nitidos & crassos canes discurrere, homines autem pallẽtes & titubantes incedere. Isti ergo miserebũtur aliquãdo pauperibus, qui minime suis famulis & domibus miserentur? Scire igitur debem⁹ fratres hoc acceptum deo esse ieiunium, non solum vt abstinentia castigemus corpora, sed etiam humilitate animas induamus. Simus ad seruulos mites, blãdi ad extraneos, misericordes ad paupetes. Surgentes primo diluculo ad ecclesiam festinemus, referamus deo gratias, peccatis veniam postulemus, rogantes præteritis delictis indulgentiam, cautelã futuris. Tota die sit nobis vel oratio vel lectio. Qui literas nescit, sanctum virum perquirens eius confabulatione pascatur, nulli actus seculi actus diuinitatis impediant, non ludus tabulæ mentem auocet, non voluptas canum sensus abducat, non negotii cõpendium animã auiditate peruertat. Quicquid enim aliud præter mãdata tũ dei feceris, quanuis abstineas, nõ ieiunas. Hoc est enim salutare ieiunium, vt sicut abstinetur corpus ab epulis, ita & anima refrenetur à vitiis. Illud etiam fratres ad perfectionem ieiunii tacendum non est, vt qui abstinemus & minime prandemus, hoc tẽpore prandia nostra pauperibus prærogemus. Hæc enim est vera iustitia, si te esuri-
I ente de cibo tuo alius satietur, & tu prædictis tui ieiuniis dominum roges, & ille pro te satiatus exoret. Vtrunq; tibi proficiens, & tua fames, & saturitas mẽdicorum. Cẽterum qui sic abstinet, vt nihil pauperibus de suis epulis largiatur, videtur quæstum sibi suum fecisse ieiunii & negociationem parcẽdo. Ad hoc enim abstinuit, nõ vt placeret deo, sed ne amplius erogaret. Atque ideo bona eleemosyna cum ieiunio, quasi non quoddam negociationis genus, vt tam parce viuat, vt abstinentia sua monachos clericósque præcedat, Nisi hoc iterẽsit, quod illi hoc quæstus causa faciunt, nos salutis: illi pecuniæ compendio animas macerant, nos propter animarum lucrum nostra corpora castigamus.

Lucæ. 6.

De quadragesima,

Sermo XXXIIII.

NONNVLLI Christianorum fratres existimantes se diuinitatis præcepta religiosius obseruare, prætermissa deuotione quadragesimæ, cuius hodie curamus exordiũ quinquagesimã se facere mẽtiuntur, cum id neque diuinis literis iubeatur, neque traditum sit authoritate maiorũ. Sola igitur hoc faciũt animi præsumptione: & dum putant se deuotius agere, superstitiosius conuersantur. Dicit se obseruare quinquagesimã qui forte quadragesimã implere vix posit. Bonũ est quidem cunctis temporibus ieiunare, sed melius quadragesimã ieiunare cum Christo. Hanc enim quadragesimam nobis dominus suo ieiunio cõsecrauit. Quo dixi ieiunio, non ieiuniis. Vnum enim ieiunium domini fuit, quia continuatis quadraginta diebus & noctibus cibum omnino non sumpsit. Quisquis ergo Christianus consecratam ieiunando non impleuerit quadragesimam, præuaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quòd legem diuinitus pro salute sua datam prandendo ipse rescindit. Rescindis enim legem, qui exemplum ieiunii domini non custodis. Qualis autem Christianus es, cum domino ieiunante tu prandes? Qualis Christianus es, cum Christo esuriente tu reficeris? Ille pro salute tua famem sustinet, tu pro peccatis tuis ieiunare formidas? Dicite enim mihi, interrogo vos qui in quadragesima prandetis, si non in conscientiis vestris rei estis, quod abstinente toto populo vos soli contra præceptum domini deuoratis: si non vobis rubor est cum exitis in publicum, ne quis vobis ieiunus occurrat: aut si non cogitatis cum ad ecclesiam proceditis, quemadmodum pacem episcopo porrigatis, ne forte ipso spiritu oculi vestri vos reprobet? Quod si hæc non cogitatis forsitan, vehementer erratis. Scire enim debetis, cum in quadragesimæ diebus ieiuno pransus occurrit, non bene de illo iudicat qui ieiunat. Hoc enim ideo dico, quia audio complures, quod grauius est, fideles, alternis in quadra
L gesima hebdomadis abstinere, & cõsecratum illum dierum numerum gula intemperanti violare, hoc est prandere septem dierum curriculo, & septem dierum spatio ieiunare. Quibus hoc dico, cur etiam per illos septem dies fraudem sibi faciant ieiunãdo, cum illis ieiunium tale non prosit? Quanuis enim abstineat quis certis diebus, quanuis ciborum dulciora alimenta non sumat, non tamen illi accepto fertur quadragesimæ ieiunium, quod non diebus quadraginta ieiunat. Pudet dicere, senes & aniculæ quadragesimam faciunt, iuuenes & iuuenculæ non faciunt. Omni igitur solicitudine tempus sacratissimum celebremus, non prætereat nos dies absque ieiunio, non nos transeat vna hebdomada absque vigiliis. Ille enim facit quadragesimam, qui ieiunando & vigilando ascendit ad pascha. Nam sicut reliquo anno ieiunare præmium est, ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim voluntaria sunt ieiunia, ista necessaria. illa de arbitrio veniunt, ista de lege. ad illa inuitamur, ad ista compellimur. Sed videamus iste
M quadraginta dierum sacratissimus numerus vnde habere cœpit exordium. Legimus primum in veteri testamento Noe temporibus, cum omne genus humanum scelerata iniquitas occupasset, tot dierum numero patefactis cataractis cæli aquarum pluuias defluxisse, & mysterio quodam quadragesimæ inundatione orbi terrarum facta, non tam diluuium quàm baptismum contigisse. Baptismum plane fuit per quod in peccatoribus iniquitas sublata est, Noe iustitia conseruata. Ita ergo & modo nobis dominus illius temporis quadragesimam dedit, vt constituto dierum numero, patefactis cælis pluuia nos misericordiæ cælestis irroret, & inundatione facta per baptismum lauacri salutaris nos imber illuminet, & sicut tunc factum est, aquarum fluctibus extingua tur in nobis delictorum iniquitas, virtutum iustitia conseruetur. Ipsa enim quæ sub Noe, & modo vertitur ratio. Baptismum enim peccatori diluuium est, consecratio est fideli. Per lauacrum enim domini saluatur iustitia, necatur iniustitia. Quod in vno eodémque factum
Actuũ. 9. videmus Apostolo Paulo, qui priusquam præceptis spiritualibus lauaretur, erat blasphemus, persecutor, & Saulus. At vbi pluuia super eum lauacri cælestis influxit, necatur blasphemus, necatur persecutor, necatur & Saulus, viuificatur Apostolus, viuificatur iustus, viuificatur & Paulus. Vsque adeo autem perdidit veterem cum actibus hominem, vt cum moribus mutaret & nomen. Quisquis ergo in hac deuotione quadra-

Gene. 7.

A gesimæ dominica mandata seruauerit, necabitur in eo diabolica impietas apostolica autem reseruabitur gratia, & succedens quodãmodo sibi moritur ea parte qua peccator est, viuificatur ex illa parte qua iustus est. Videamus etiam si álibi in scripturis hunc mysticum quadragesimę numerum posim⁹ inuenire. Legimus quòd
Exod. 16. sanctus Moyses in eremo quadraginta annorum cutriculo filios Israel cælesti manna nutrierit. Bonus ergo numerus, qui semper cælum aperit. Bonus inquam numerus, per quem iustitia Noe saluatur, & Israel filii saginantur. Vnde & nos obseruemus hunc numerum vt aperiantur nobis cæli, quatenus & pluuia nos gratiæ spiritualis irroret, & spiritualium sacramentorum manna reficiat. Instar enim patrum nostrorum hac obseruatione quadragesimæ & iustificamur & pascimur. Iustificamur lauacro, pascimur sacramentis. Sed dicet aliquis, filios Israel in eremo quando manna saturati sunt, minime ieiunasse. Ego autem dico illos non nisi abstinentiæ tunc vocasse, atque ideo cælestis alimoniæ gratiam meruisse. Primum quia desertum omne ieiunium est, quia anxietas solitudinis concupiscentiam repellit escarum deinde in eremo vnde accurate epule? vnde vina preciosa? vnde quadraginta annorum tempore qualiscunque substãtia? Intelligimus ergo ieiunasse filios Israel, quia cognoscimus illis escarum copiam defuisse, & tunc sum
B psisse cibum, quãdo largienti domino placuisset. Satis autem diu ieiunat qui cum Christi voluntate se reficit. Vsque adeo vero abstinentia filiorum Israel in eremo placuit saluatori, vt quorundam etiam inter ipsos intẽperãtia notaretur, ita vt quisquis auidior duplum mannæ cibum sibi collegerat, hic hac iniuria feriretur, vt nõ tam cibum sibi inueniretur seruasse quàm vermes, scilicet vt quia supra moderatam refectionem concupierat, velut stimulis quibusdam conscientiæ in morem vermium vrgeretur. Igitur & nos fratres obseruantes quadragesimæ quotidiana & moderata ieiunia, & tanquam in eremo constituti, nihil deliciarum secularium cogitemus. nulla nos cupiditatum corporalium dulcedo solicitet. Simus sobrii, simus casti. habentes quidem conuersationem vtribus, possideamus mente desertum. Si ita abstinẽtes egerimus, erit vt cælestis mannę reficiamur alimonia, & nullis vermium stimulis cõpũgamur.

De ieiunio domini in deserto, & quomodo non in solo pane viuit homo,

Sermo XXXV.

C MEMINISSE Debet vestra dilectio, hoc meo anteriore dominica prędicasse, & dedisse rationem cur dominus quadragesimam ieiunauerit, vel cur ipsa ieiunia in desergo transegerit. Diximus enim hæc omnia obseruasse eum nõ iustificationis suæ causa, qui erat vir
go per omnia, sed nostræ salutis gratia: vt quorum generatio per intemperantiam peccauerat, per abstinentiam sanaretur. Videamus igitur quid illo in tempore vel in ipsa solitudine gestum sit, Dicit enim euangelista affuis
Mat. 4. se ibi diabolum, & saluatorem eius versutia fuisse tentatum. Ait nanque sacra lectio, esuriſse dominum, & dixisse illi diabolum: Si filius dei es, dic lapidi huic vt fiat panis. Videte artem domini qua aduersarium fraude circumuenit. Post multa ieiunia esurire se simulat, vt diabolum quem ieiunando iam vicerat, iterum esuriendo solicitet. Spem enim illi congrediendi ex infirmitate famis quodammodo tribuit, vt dum veluti contra imbecillem congreditur, glorioſius superetur. Hæc enim est vera victoria, vt quia Adam immortalem glorioſum & repulantem subuerterat, nunc ab homine mortali humili atque esuriente vincatur. Cernens enim esurientem diabolus dominum, hominem putat, dubitat saluatorem, & ideo ait: Si filius dei es, dic lapidi huic D vt fiat panis. O misera satanæ & extrema congressio. diabolus in deserto tentationis solida arma non inuenit, deest illi de paradiso amœnitas arborum: deest illi consiliatrix Eua, deest illi pomorum speciosa deceptio, & quia non inuenit cibum quem offerret esurienti, postulat in cibum saxa mutari. Vndique excluſus, vndique defraudatus, ad pauimenta se confert. Satis enim manifeste ostendit vastitatem sibi eremi restitisse, cum putat propter inopiam rerum etiam elementa posse conuerti. Postulat igitur in panem lapides commutari.
Versutus & callidus scit quid petat, nouit factum esse quod dicit. Meminit enim in veteri testamento sitientibus aquam de lapide profluxisse, vult etiam hic esurienti cibum de lapide ministrare. Retinet enim duritiam petræ in liquorem fontium resolutam. Cupit etiam hic asperitatem saxi in panis dulcedinem transformari. Suspicatur enim ipsum esse Christum, qui hæc operari soleat de natura saxorum, sicut ait apostolus Paulus, Bibebant de spirituali consequenti petra.
Petra autem erat Christus. Suspicabatur inquam ipsum esse Christum cum postulabat vt de lapide panem face I. Cor. 10.
ret, sed putabat tantùmmodo solum hominem cum esurientem videbat. Saluator autem versutiam eius mira responsione condemnat. Nec facit quod dicit diabolus, ne videatur pro arbitrio aduersarii virtutis suæ glori- E
am declarare. Nec tamẽ respondit nõ posse fieri, qui ne gare nõ poterat quod sæpe iam fecerat. Igitur nec aquiescit petenti, nec denegat exploranti, ac per hoc & potentiam virtutis suæ suo referuat arbitrio, & versutiam ad Mat. 4.
uersarii diuino confutat eloquio. Respondit ergo illi:
Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei.
In quo sunt vitæ alimenta cælestis. Verbum autem dei Ioan. 1.
Christus est dominus, sicut euangelista dicit, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Quisquis ergo verbo Christi pascitur, terrenum pabulum non requirit. Nec enim potest seculi panem cupere, qui pane reficitur saluatoris. Habet enim dominus suum panem immo panis ipse saluator est, sicut docuit dicens: Ego Psal. 103.
sum panis qui de cælo descendi. De quo pane dicit propheta, Et panis cor hominis confirmat. Quo ergo mihi panem quem offert diabolus, cum habeam panẽ quem Christus impartit? Quo mihi cibum per quem protoplastum de iectum memini, Esau primitiuis fraudatum vidi Gene. 3.
Iudam Scarioth proditionis scelere denotatum? Adam enim per escam paradiſum perdidit, Esau per lentem honorem primatus amiſit, Iudas per buccellam apostolatus sublime deposuit. ex quo enim buccellam sumpſit, non iam apostolus cœpit esse, sed proditor. Sic enim scriptum habes, dicente domino: Cui intinctum panem Ioan. 13.
dedero, ipse me tradet. Et continuo post buccellam introiuit in illum satanas. Non bonus cibus post quem F
negatur dominus, post quem ingreditur inimicus. Non bonus cibus post quem Christus respuitur, deuoratur Antichristus. Non bonus cibus qui benedictione caret, maledictione completur. Illa ergo esca nobis necessaria est quæ vitam præstat, quæ animam pascit, post quam sequitur Christus, inimicus excluditur. Illam escam accipere debemus quam saluator nõ diabolus subsequatur, quæ perceptione sui confessorem faciat, non proditorem. Quàm bene autem ieiuniorum tempore verbum dei dixit, eò quòd reficit, vt ostenderet ieiunia nostra non debere seculi actibus occupari, sed sacris literis exerceri. Negligit enim famem corporis qui pabula lectionis intendit, nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi cælestis acquirit.
Ipsa est enim refectio quæ saginat animam, quæ impinguat viscera, cum de diuinis scripturis cibum eloquii perennis accipimus. Ipsa est esca quæ vitam æternã tribuit, & insidias à nobis diabolicæ tentationis excludit. Quòd autẽ sacrarũ literarum lectio vita sit, dominus te

Ioan.6. G ſtatur dicens: Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita eſt.

Item de quadrageſima. Sermo XXXVI.

ANTE dies deuotionem ſanctæ quadrageſimæ prædicantes, ſacrarum literarum exempla protulimus, quibus approbaremus hūc quadragenarium numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum, ſed diuinitus conſecratum, nec terrena cogitatione inuentum, ſed cæleſti maieſtate præceptum. Atque ideo qui cōſtitutū numerum vna die mandūcando præterit, non vt vnius diei violator accuſatur, ſed vt totius quadrageſimę tranſgreſſor arguitur. Vnde bonum eſt homini vt dictum numerum ſine labore ieiunet, & totius quadrageſimæ conſequatur pariter ſanctitatem. Hæc autem non tam ſacerdotum præcepta quàm dei ſunt. Atque ideo qui ſpernit, non ſacerdotem ſpernit, ſed Chriſtum qui in ſuo loquitur ſacerdote. Videamus igitur quo tempore hanc obſeruantiam nobis indixerit dominus, ſi nō veluti per iſtam deuotionem cuncta elementa voluerit habere profectum. Ecce enim in-
H dicta quadrageſima, conſtricta hyemali gelu terra reſoluitur, & aquarum fluenta meatus ſuos glacie liquefacta recipiunt. ſic quoque corporum noſtrorum hoc eodem tempore contracta ſceleribus peccata ſoluuntur, & vitæ noſtræ purior curſus liquefacto rigore diaboli meatum ſuum priſtinum recognoſcit. Terra inquam indicta quadrageſima aſperitatem deponit hyemis, ego indicta quadrageſima aſperitatem reiicio delictorum. Illa terra aratris ſcinditur, vt mundanis ſit congrua frugibus: mea terra ieiuniis exaratur, vt cæleſtibus ſit apta ſeminibus. Sicut enim redditum vberiorem capit qui frequentius vexando exercet campum, ita maiorem gratiam percipit qui exercet corporis ſui campum ſæpius ieiunando. Ecce enim abſtinentiæ tempore hærba ſegetum reuiuiſcit in meſem, ſurculus arboris conatur in fruticem, palmes vineæ pubeſcit in gemmam, & omnia de inferioribus ad altiora ſe ſubrigunt. ita hoc eodēmque tempore hominum ſpes intermortua reuiuiſcit in poſterum, fides perdita reparatur in gloriam, temporalis vita proficit in æternum, & omne genus humanum ad cæleſtia ſe ſubrigens, ab inferis ad altiora conſurgit. Modo ferrum geſtans argicola ſarmenta deputat vinearum. Ita & nunc euangelium tractans epiſcopus ſordes amputat populorum, & iſto quadragena-
I rio curriculo vniuerſæ hoc agunt creaturę, quatenus depoſitis ſuperfluis ornatæ vel comptæ in paſcha procedant. Modo omnia ſunt in partu, vt tunc reperiantur in fructu. Tunc enim contra naturæ ſpeciem ſpina profert roſam, calamus fragrat lilium, ſuauitatem arida virgulta depromunt, & ita cuncta floribus adornantur, vt feſtiuitatem diei magni creatura ipſa nitore ſui celebrare credatur. Igitur & nos hoc eodem ieiuniorum tempore producamus de ſpinis noſtris roſas, hoc eſt de peccatis iuſtitiam, de ſeueritate miſericordiam, de auaritia largitatem. Iſtæ enim ſpinæ ſunt corporis noſtri, quæ præfocant animam, de quibus ait ſcriptura: Spinas & tribulos tibi germinabit terra. Germinat enim mihi terra mea ſpinas, ſi me corporalis libidinis titillatione cōpungit. Generat mihi tribulos, cum me diutiarum ſeculi cupiditate diſcruciat. Spina enim Chriſtiano, auaritiæ ſuæ radix eſt. Spina viro bono honoris ambitio eſt. Videntur enim ſpecie apud ſuos grata eſſe, ſed
Gene.3. lædunt. His ergo niſi vigilando & ieiunando carere non poſſumus, quin potius per abſtinentiam ipſæ ſpinæ vertentur in roſam. Producit enim ieiunando libido caſtimoniam, ſuperbia humilitatem, ſobrietas parcitatem. Hi enim ſunt flores vitæ noſtræ, qui ſuaue Chriſto redolent, qui odorem bonum deo ſpirant. Vnde ait
2.Cor.2. Apoſtolus: Quoniam Chriſti bonus odor ſumus deo. Hanc ergo quadrageſimam largitus eſt nobis dominus K vt huius tēporis ſpatio in morem totius creaturæ nunc concupiſcamus virtutum germina, vt in die paſchæ fructum iuſtitiæ proferamus. Hoc autem quadragenario numero ſe ipſe dominus Chriſtus exercuit, non vt profectū ipſe caperet, ſed vt profectū ſalutis nobis oſtēderet. Hæc enim erat in illo ſpina peccati, quæ verteretur in florem. Ipſe enim erat flos natus non de ſpina ſed
Eſa.11. de virga, ſicut ait propheta: Exibit virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet. Virga enim erat Maria, nitida, ſubtilis & virgo, quæ Chriſtū velut florē integri tate ſui corporis germinauit. Cōtinuatis ergo quadraginta diebus hæc ieiunia non eſuriens dominus procurauit, ſed dicit illum euangeliſta eſuriſſe poſtea. Quomodo ergo potes fieri vt qui tot dierum numero famē ſitimque non ſenſerit, poſtea eſurierit? Eſuriebat plane, nec negare poſſumus quòd eſurierit. Eſuriit enim non cibum hominum, ſed ſalutem, nec eſcarum ſecularium epulas concupiuit, ſed animarum deſiderauit cæleſtium ſanctitatem. Cibus enim Chriſti eſt redemptio populorum, cibus Chriſti eſt paternæ voluntatis
L effectus, ſicut ipſe ait: Meus autem cibus eſt vt faciā voloan.4. luntatem patris qui me miſit. Vnde & nos eſuriamus cibum non qui terrenis epulis apparatur, ſed qui diuinarum ſcripturarum lectione colligitur. Ille enim corpus ad tempus nutrit, hic autem animam reficit in æternum.

Item de quadrageſima, Sermo XXXVII.

SIBENE retinet fratres veſtra dilectio, hac ſuperiore dominica prædicauimus quid ſanctam quadrageſimam abſtinendo ipſe dominus conſecrauerit, & tot dierum nocti ūque curricula cibum omnino non capiens, vnum ac ſolidum ieiunii corpus effecerit, quod in totum non obſeruare, ſacrilegū eſt: ex parte violare peccatū eſt. Hoc enim fecit cauſa ſalutis noſtræ, vt rem vtilem non ſolum doceret verbis, ſed etiam exēplis inſtrueret, vt iiſdem veſtigiis quibus ad fidē currimus, ad abſtinentiam grademur. Sed videamus quæ cauſa ſterit vt ieiunia ſaluator indiceret, & ipſe ſibi primum vt bonus humani generis medicus ieiunaret. Bonus enim medicus poculum quod ægro daturus eſt, prior guſtat, vt peritiam artis ſuæ ante in ſe ipſe demonſtret, & experimentum æger accipiens ſecurus ſit de poculo, ſecurior de ſalute. Deinde quo loci hoc ipſum tempus ieiunii procurarit. Dicit enim euangeliſta abſtinuiſſe domi M
num quadraginta diebus & noctibus in deſerto. Arbi- Mat.4.
tror itaque cauſam hanc eſſe ieiunii, vt quia primus Adam in paradiſo conſtitutus per intemperantiam gulæ gloriam immortalitatis amiſerat, eandem immortalitatem ſecundus Adam Chriſtus per abſtinentiam repararet. Et quia contra mandatum dei guſtans de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc ſecundum mandatum domini ieiunans, vitæ iuſtitiam mereretur. Hoc enim agit ſaluator, vt iiſdem veſtigiis quibus admiſſa fuerint delicta, purgentur, hoc eſt vt quia homo manducando deliquerat, corrigat abſtinendo: vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando deſpiciat. Adam enim Euam non niſi intemperantia prouocante cognouit. Quandiu autem manſit in illis intemerata parcitas, manſit & impolluta virginitas: quandiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tandiu & à pudendis ieiunauere peccatis. Fames enim amica virginitatis eſt, inimica laſciuiæ. Saturitas vero caſtitatem prodigit, nutrit illecebram. Igitur, ſicut dixi, hoc agit dominus, vt iis præiudiciis quibus homo obnoxius peccato fuerat, liberetur. Propter ea nanque per omnia ſecundum ſimilitudinem Adæ

A naſci voluit, vt ſecundum ſimilitudinem omnia hominis peccata diſſolueret. Adam enim de terra virgine natus eſt, & Chriſtus de Maria virgine procreatus. Illius maternum ſolum necdum ſciſſum fuerat, iſtius maternum ſacretum nunquam concupiſcentia violatum.
Adam dei manibus plaſmatur ò imo, Chriſtus dei ſpiritu formatur in vtero. Vterq; ergo oritur cum patre, vterque virgine vtitur matre, vterque, ſicut Euangeliſta dicit, filius dei eſt, ſed Adam creatura eſt filius, Chriſtus
Lucæ.3. vero ſubſtantia. Hoc ergo agit dominus ſicut Adam ſecundus, vt quod prior homo manducando perdiderat, hoc alter ieiunando recipit, ac legem in paradiſo abſtinentiæ datam in deſerto cuſtodit. Sciebat enim præceptum dei nō vnius loci legē eſſe, ſed mundi. Non enim intereſt, diuinitatis mandatum vtrum domi: an in agro cuſtodias, cū vbiq; ſit qui præcepit. In deſerto itaque ſaluator implet mandatum dei, vt ibi Adam ſaluaret erran
tem, vbi fuerat de paradiſi poſſeſſione proiectus. Adam enim expulſus de paradiſo, inculti mundi deſerta ſuſtinuit. In deſerto ergo primum homini ſalus refunditur, vbi non ſunt epulę, vbi deſunt deliciæ, vbi (quod eſt omnium malorum cauſa) deeſt & mulier. Potuerat enim Adam inter illas paradiſi inconcuſſus ſtare delicias, ſi Eua ibidem cum diabolicis illecebris non fuiſſet. Con-
B ueniens ergo eſt deſertum ſaluti, vbi nō eſt Eua quæ perſuadet, nō eſt mulier quę blanditur. Videte rem miram, in paradiſo cum Adam diabolus dimicat, vbique inſidiatur homini, vbique congreditur: ſed vbi mulierem inuenit, vincit: vbi mulierem non inuenit, victus abſcedit. Formam igitur dedit nobis deus in hoc facto, vt ieiuniorum tempore tanquam deſertum habitantes abſtineamus epulis, voluptate, muliere, nec coniungatur nobis Eua, ne nos à caſta obſeruatione illecebroſa perſuaſione ſubuertat. In deſerto enim quodammodo videtur habitare qui quadrageſimæ tempore ieiunus & caſtus eſt. Deſertū plane quoddā ipſum corp⁹ eſt Chriſtiani cum non repletur cibis, nō poculis irrigatur, ſed arētis inediæ ſqualore negligitur. Deſertum ſquam eſt corpus noſtrum cùm abſtinentia marceſcit caro, ſiti pallor obducitur, & contemptu rerum totius hominis ſpecies inculta fordeſcit. Tunc Chriſtus dominus habitat deſertum pectoris noſtri, cum noſtram terram fame ſqualidam ac ſiti aridam eſſe reperit, ſecundum quod ait pro-
Pſal.62. pheta Dauid: Sicut in terra deſerta & inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Aliter enim ſicut in ſancto ei apparere non poſſumus, niſi terra corporis noſtri fuerit deſerta mundanis deliciis, inuia diabolicis concupiſcentiis, & inaquoſa libidinoſis illecebris. Tunc habitans ſaluator hoc deſertum corporis noſtri, omnes
C ibi diaboli factiōes exuperat, & ſecretū ac ſecurū à cogitationibus ſeculi eſſe ſuū facit habitaculū, vt deinceps nos intra noſmetipſos veluti in ſolitudine conſtituti, non niſi cælum reſpiciamus & terram, hoc eſt non cogitemus alium niſi cæleſtis regni dominum, & terrenæ reſurrectionis authorem.

Item de ieiuniis, & quadrageſima. Sermo. XXXVIII.

PROPITIA Diuinitate ecce iam penè tranſegimus quadrageſimæ indicta ieiunia, & præcepta Chriſti domini abſtinentiæ devotione compleuimus. Supereſt nunc vt quemadmodum famuli eius Moyſes & Helias hunc ſacratiſsimum numero obſeruando, gratiam meruerunt, ita & nos hoc ipſum tempus cuſtodiēdo mereamur, ſitque ſimilis remuneratio in perceptione præ-
3.Reg.18. mii, quorum ſimilis labor eſt in obſeruatione ieiunii. Helias enim cum eſſet clauſum humanis iniquitatibus cælum, & nulla mundanis rebus deſuper pluuiarum ſtillaret vbertas, atque omnia longę ſiccitatis ſqualore langu- D
guerent, & eſſet fames magna vniuerſo generi humano (quoniam enim cœlum pluuiam non dabat, nec terra pabulum germinabat) tunc Helias ſanctus reſerauit ieiuniis ſuis cælum, terram orationibus fœcundauit. Illius enim ſiccitatem conuertit in pluuiam, huius ſterilitatem reſoluit in partum. Tāta enim eius precibus orbem terrarum imbrium largitas irrigauit, vt atida renuiſceret, mortua reſurgerent, languentia ſanarentur. Et ita rebus cunctis fontium quidam meatus infuſus eſt, vt purificatione facta per pluuiam, omnia creaturarum vitia lauarentur, atq; inūdationis illius beneficio totius mundi ſpecies innouata conſurgeret. Igitur & nos eadē quæ Helias obſeruantes ieiunia, adhibitis precibus clauſum cęlum noſtris competentibus reſeremus, quatenus illos lauacri ſalutaris imber illuminet. Clauſum enim illis eſt cælum, quandiu nondum de cælo ſpiritus ſanctus ad
ueniens eorum corda viuificat. ſiccitatem quodammodo patiuntur, quia nondum gratia baptiſmatis irrigantur. Laborant etiam fame magna, quoniam velut eſurientes cæleſtia ſacramenta deſiderant. Referemus ergo illis cælum, vt adueniente deſuper ſpirituali pluuia, eorum terra lauacri irriguo ſatietur, & delictorum ſterilitate depoſita incipiant fructus germinare virtutum.
Etenim cæleſtis imber vitia peccatorum diluit, iuſtitiæ incrementa producit, diſcutit aridum concupiſcentiæ puluerem, lætificat vtilem caſtimoniæ puritatem, obru- E
it auaritiæ ſordidam fęcem, nutrit æternam miſericordiæ largitatem. Sicut enim ſuperueniente Heliæ pluuia omne pabulum terra produxit, ita & ſuperueniente Chriſti lauacro omnem iuſtitiam anima germinauit.
Et ſicut illic pluuiarum fontes irrigauerunt orbem, vt viuificarentur hærbarum mortificata iam ſemina, ita & fons baptiſmatis irrigat genus hominum vt animarum mortificata corda vitificet. Hoc ergo obſeruantium iſta ieiunia eſt meritum, vt orationibus eorum aut innouetur mundus, aut fratres denuo renaſcantur.
Reſerandum igitur competentibus noſtris eſt cælum, quoniam adhuc clauſum eſt apud illos. Clauſum eſt enim cælum, quoniam myſterium nondum perſpicient trinitatis. Clauſo enim ſibi cælo, ſuper cælum quid agitur ignorant, nec ſcire poſſunt quæ ſit filii patriſq; ſubſtantia, niſi prius mundi elementa tranſcēderint. Tunc enim poterit quis trinitatis aſpicere diuina myſteria, cum cælos ſua virtute habuerit apertos ſicut beatus Ste-
phanus martyr reſeratuit ſibi martirio ſuo cælos, & ſtantem vidit ad patris dexteram ſaluatorem, ſecun- Actuū.7.
dum quod ipſe ait: Ecce video cælos apertos, & ſtantem Ieſum ad dexteram dei. Ergo cui clauſi ſunt cæli, agen- F
dum eſt vt aperiantur illi, quatenus ſuper cælos Chriſtum poſſit aſpicere. Nam quandiu clauſi ſunt homini, Chriſtum non poteſt videre regnantem. Quemadmodum autem clauſi cæli aperiendi ſunt, inquirere nos oportet. Puto autem aliter eos aperiri non poſſe niſi claues Petri apoſtoli ſumpſerimus, quas domino largiente
ſuſcepit, ſicut ipſe dixit: Tibi dabo claues regni cælo- Mat.16.
rum. Immo rogemus Petrum vt ipſe nobis tanquam bonus ianitor regiæ cæleſtis aperiat. Quæ autem iſta clauis ſit, diligentius requiramus. Clauem Petri fidem eſſe dixerim Petri, per quam cęlos aperuit, penetrauit inferna ſecurus, maria calcauit intrepidus. Tanta enim apoſtolicæ fidei virtus eſt. vt cuncta illi elementa pateant, hoc eſt non illi angelicæ claudantur iantræ, non portæ prætaleant Tartari, non aquarum fluenta ſubſidant. Iſta autem ipſa clauis quam fidem dicimus, videamus quemadmodum conſtet, quemadmodum ſolida ſit. Arbitror illam duodecim artificum operatione conflatam. Duodecim enim apoſtolorū ſymbolo fides ſancta cōcepta eſt, qui velut periti artifices in vnum cōueniētes, clauē ſuo cōſilio cōflauerūt. Clauē enī quandā ipſum ſymbolū dixerim, per quod reſeratur diaboli tenebræ, vt lux Chri-

G sti aduenient: aperiuntur conſcientiæ clauſa peccata, vt iuſtitiæ fulgeant opera manifeſta. Igitur hæc clauis oſtẽ denda eſt fratribus noſtris, vt & ipſi tanquam diſcipuli Petri inferna ſibi referare, cælos aperire conſuescant.

De ieiuniis, & eleemoſynis. Sermo XXXIX.

NON dubio fratres contriſtari vos quotienſ cunque abſentem me à vobis neceſsitas facit. Dum enim quem diligitis non videtis, tanquam boni filii pietatis ſtimulis laboratis. Sed ego quanuis corpore vos interdum deſeram, tamen vos ſpiritu non relinquo. Quocunque enim iero, dilectio veſtra me ſequitur. vbicunque fuero, ibi mecum veſtra fraternitas commoratur. Quiſquis enim in Chriſti mandatis permanet, neceſse eſt vt Chriſti adhæreat ſacerdoti: & licet longe poſitus videatur, ſit tamen proximus dum illum vnius fidei gratia repræſentat. Ille ſe ſane ſeparatum à ſacerdotibus putet, qui actibus malis ſeparatus à Chriſto eſt. Atque ideo fratres vos qui mandatum ſaluatoris facitis, quanuis abſentes à me fueritis corpore dilectione tamẽ mihi minime defuiſtis. Ita quos ſeparabat longitudo terra-
H rum, Chriſti gratia connectebat. Sunt autem nonnulli inter vos fratres, quorum licet vultus in eccleſia videamus, cor tamen in agris eſse cognoſcimus: & præſentiam quidem eorum conſideramus in plebe, ſed conuerſationem eorum inuenimus in rure. De terra enim ſem
Gene.3. per cogitant, de terra tractant, quæ terrena ſunt ſapiunt His conuenit diuina illa ſententia: Quia terra es, & in terram ibis. Qui ideo aliquando ad eccleſiam veniunt nõ quia ex fide Chriſtiani ſunt, ſed ne Chriſtiani ab hominibus non putentur. Quibus cum ieiunium indicitur, de intemperie ſe temporis ſemper excuſant. Dicũt enim æſtiuis menſibus, dies longa eſt, torrentior ſol eſt, ſitim ferre non poſsumus, poculis nos refrigerare debemus. Hyemis vero tẽpore graue frigus eſt, rigores ſunt peſsimi, algorem tolerare nequimus, eſcis calefieri nos oportet. Ita homines quorum animus ſemper eſt in prã dio, prãdendi ſibi cauſas inquirunt: & dum ſe à ieiuniis excuſant, tempora creatoris accuſant. Dic mihi ô delicate Chriſtiane, qui æſtum ſolis ieiunando ferre non po
Matth. 8. tes, nunquid æſtus quem ſuſtentaturus es, tortentior eſt gehẽna? Nũquid hyems cui retrudẽdus es, horridior eſt tenebris? In exteriores enim tenebras abiicientur peccatores. ibi erit fletus, & ſtridor dentium: ſicut ait dominus Stridor inquam dentium inſtar hyberni temporis erit in illis tenebris. Ergo ſicut penetrante algore hyemis, toto homines corpore contremiſcunt, ita & interueniente conſcientia frigida delictorum, graui peccatores
I dentium ſtridore quatientur. Ita miſer peccator dum hic hyberni rigorem meruit, ibi tenebrarum frigus incurrit. Dum hic æſtum ſolis euitat, ibi gehennæ ſuſtinebit ardorem. His autem ipſis hominibus cum dixeris vt aliquid pauperibus largiantur, ſtatim tibi obiiciunt, neceſsitates infinitæ ſunt, tributa ſunt grauia, fiſcalia explicare non poſsumus. Et tanta tibi ingerunt, vt quaſi reum te ſtatuant cur hoc ipſum illos volueris commonere. Non intelligentes quòd omnibus neceſsitatibus, ſalutis ſit neceſsitas præferenda, & quòd tributum reddere, alii prodeſt: eleemoſynam facere, ipſi proficiat qui largitur. Tributi enim redditio illi præſtat beneficium qui accipit, eleemoſynę autem operatio ſibi confert meritum qui miniſtrat. Tributi inquam redditio detrimentum infert ſoluenti, eleemoſynæ erogatio lucrum tribuit eroganti. Ditior enim fit vir miſericors poſtea quàm minus habere incipit pauperibus largiendo. Beata igitur eſt eleemoſyna, quæ & accipientem reficit, & lę
2.Cor. 9. tificat erogantem. Hilarem enim datorem diligit deus. Atque ideo melius eſt illi prius dare. Letus ergo & hilaris eſt qui pauperib⁹ ſubminiſtrat. Recte plane lętus eſt quia per numulos paucos, æternos theſauros ſibi cæleſtes acquirit. Et contra ſemper triſtis eſt & mœſtus qui tributa diſſoluit. Nec immerito triſtis eſt, qui ad ſolutionem non dilectione adducitur, ſed terrore conſtringitur. Chriſti enim debitor lætus, cæſaris triſtis eſt, quia hunc ad ſoluendum amor cogit, illum pœna compellit Hic præmiis ꝓuocatur, ille ſuppliciis coarctatur. Dicit ſanctus Apoſtolus: Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, & neque in incerto diuitiarum ſperare 1.Tim.6.
Vides ergo ô dives quia ſunt tuæ incertæ diuitiæ. quid ergo aurum congregas, in quo nulla certa fiducia eſt? Auri tui auaritia ceſset, & terra eſt: ſolidi tui cupiditas auferatur, & ſordes ſunt. Aurum enim & argentum vilis eſt & abiecta materies. vbi aurum increuit humana concupiſcentia, tunc & his ſpeciebus accreuit ambitio. Aurum enim & argentum non precioſum natura inſtituit ſed hominum voluntas effecit.

K

De ieiuniis Niniuitarum, Sermo XL.

LEGIMVS In prophetis cum Niniue ciuitati ſubuerſio diuinitus immineret, & iuxta ſẽtiam dei deſtruẽdi illam tempus ingrueret, conſiſtentes in ea aliud non habuiſse præſidiũ, niſi vt abiectis crapuloſis epulis, ieiunia continuata ſuſciperent, & diuitiarũ ambitione ſepoſita, humilitate ſe paupertatis induerent, ſcilicet vt exinde remedium perciperent, vnde his perditio cõtingebat, hoc eſt vt iram diuinitatis quam luxuriando prouocauerant, abſtinendo lenirent: & offenſam quam in eos ſuperbia contraxerat, humilitas mitigaret. Dicitur enim illa tribulatione ipſe rex depoſita imperiali purpura, regali ambitione ſubmota, mẽbra ſua cilicio præcinxiſſe, atq; ſacco ſe diebus ac noctibus volutaſse. Sapiens ergo rex, qui ſciret quẽadmodum aduerſa ſibi ſuperare deberet. hoſtes enim virtute ſuperabat, deum autem humilitate vincebat. Sapiẽs plane rex, qui intellige ret quibus armis vteretur pro temporis qualitate. Cùm enim inſidiantur illi homines, apprehendit arma bellica: cum itaſcitur ei deus, corripit arma iuſtitiæ. Sapiens inquam rex, qui pro ſalute ciuium peccatorẽ ſe magis confitetur eſse q̃ regem. Obliuiſcitur enim ſe regem eſse, vbi deum regem omnium pertimeſcit: nec potentiæ ſuæ meminit, vbi potentiam diuinitatis agnoſcit. Obliuiſcitur ergo ſe regem eſse dum proiicit purpurã, dum diadema deponit, cilicio autẽ veſtitur & ſacco, ieiuniis perſeuerat, orationibus immoratur. Mira res, dum ſe regem hominum eſse non meminit, rex incipit eſse iuſtitiæ. Religioſus igitur princeps non perdidit imperium, M
ſed mutauit. Principatum enim ante militaris diſciplinæ tenuit, nunc cæleſtium diſciplinarum obtinet principatum. Non inquam perdidit imperium, quia ſiue ferro ſiue iuſtitia pro ciuium ſalute primus inuigilat. Primus plane inuigilat, quia vt tota ciuitas ieiunaret, famem ſibi rex primus indixit, & ſolus omnium cauſa prior cœpit eſurire quàm miles. Neceſse enim erat vt qui potentior cunctis fuerat, deuotior fieret vniuerſis. Exemplo igitur ſuo præparat religionis exercitum, non armis ſed ſola deuotione munitum, iubet omnem ſexum, omnem ætatem à diurnis epulis abſtinere. Additur religio ſo exercitui numerus, cum in tali deuotione etiam infantia militare compellitur. Pietas enim eſse creditur in tali cauſa, paruulis quoque cibi ſubſtantiam denegare. Non enim ſufficiebat ad placandum deum peccantium ſatisfactio, niſi ſeniorũ quoquo peccata, paruulorum innocẽtia deploraret, & fletibus alienis delicta ſua iuuentus ablueret. Iſta autem fratres omnia in commonitionem noſtri facta eſse nemo eſt qui neſciat, vt quotienſcunque tribulationibus perurgemur, ad hæc præſidia concurramus, vt puta aduerſarius imminet, inimicus in promptu eſt: ieiunemus, & vincamus. Solent
Ione.3. L

A quidam homines quotienſcunq; neceſsitatem arduam nimis patiuntur, ad proximas gentes auxilii cauſa deſtinare legatos. Nos, quod eſt melius, legationem ad deum per ieiunia deſtinemus, ab ipſo imploremus auxilia, ad ipſum nos corde & orationibus cõferamus. Auxilium enim illi non aliunde rogando petiuerũt, ſed de ſuis ie iunãdo viſceribus exegerunt. Cur enim petat ab altero qui intra ſe poteſt inuenire quod quærit? Quanto enim deo viciniores fuerimus, tanto aduerſarii noſtri à nobis
Pſal.72. longius repellentur. Oportet igitur proximos nos fieri deo, quoniam dicit propheta: Ecce qui elongant ſe à te, peribunt. Quòd ſi à deo qui longe ſunt, peribũt: vtique qui ſunt proximi, ſaluabũtur. Aliter ergo proximi deo eſse non poſsumus, niſi ad eum orationibus & eleemoſynis propinquemus, deus enim ipſe miſericors, ieiunus & ſanctus eſt. Atque ideo qui vult proximus deo eſſe, debet imitari hoc eſse quod eſt deus. Tota igitur in tribulatione Niniuitarum ciuitas ieiunauit. Bene dixi, tota. Non ſolum enim ſenes, iuuenes & infantes, ſed etiam pecudes legimus ieiunaſse. Mira res, ieiunat pro ciuitatis peccato, quem peccati conditio non conſtringit Vnde & nos fratres temporum anguſtias ſuſtinẽtes, omnes pariter ieiunare debemus, & miſericordiam dei cunctorum abſtinentia deplorare. Nam quale ſit, hoc Chriſtianum pro ſalute ſua non facere, quod pecudes hominum ſalute fecerunt? niſi quòd ſtolidior pecude eſt qui indicto pro ſe à ſacerdote ieiunio nõ ieiunat. Non enim
B pecus eſt qui non intelligit quid illi immineat. quid incumbat? Et pecus quidem videns declinat foueam, cauet præcipitia, tu autem non vis ieiunando periculum declinare quod cernis: Deſperationis enim genus eſt, tunc te manducare cum abſtinere debeas: tunc gaudere cum debeas deplorare. Deſperatione Apoſtolus dicit,
1.Cor.15. quod à nobis auertat deus: Manducemus & bibamus, crac enim moriemur. Ieiunemus ergo fratres ſine intermiſsione, vt hoſtes noſtros orationibus & abſtinẽtia ſuperare poſsimus per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum

De gratia baptiſmi, Sermo XLII.

QVIA Conſtat, ſicut ante dies proſecuti ſumus, Ieſum Chriſtum non ſui cauſa baptizatum eſse, ſed noſtri: debemus fratres dilectiſsimi (vobis catechumenis loquor) gratiam baptiſmatis eius omni feſtinatione ſuſcipere, & de fonte Iordanis quem ille benedixit, benedictionem conſecrationis haurire, vt in eum gurgitẽ in quẽ ſe illius ſanctitas merſit, noſtra peccata mergantur, ſcilicet vt eadẽ aqua quæ dominũ circundedit, & ſeruulos circumpurget, quatenus ex venerabili Chriſti lauacro nobis vnda ſancta proficiat, & iiſdem veſtigiis atque myſteriis quibus benedictionem à ſaluatore eſt mutuata, nos fœtu beatiore purificet, gratiámque
C quam à Chriſto ſuſcepit, in Chriſtianos refundat.
Ergo fratres tingi debemus eodem fonte quo Chriſtus, vt poſsimus eſse quod Chriſtus. Nam, quid ſalua fide dixerim, licet baptiſmum vtrunque ſit domini, tamen gratius puto hoc baptiſmum eſse quo nos abluimur. quàm illud quo ſaluator baptizatur. Hoc enim celebratur per Chriſtum, illud celebratum eſt per Ioannem. In illo ſe magiſter excuſat, in iſto nos ſaluator inuitat. In illo iuſtitia ſemiplena, in iſto trinitas eſt perfecta. Ad illud ſanctus venit, ſanctus egreſsus: ad iſtud peccator venit, & ſanctus abſcedit. In illo benedictio confertur myſteriis in iſto myſteriis delicta donantur. Baptizari ergo fratres debemus eodem gurgite quo ſaluator. ſed vt eodem fonte mergamur, non nobis orientalis petenda eſt regio, non fluuius terræ Iudaicæ. Vbi enim nunc Chriſtus, ibi quoque Iordanis eſt.
Eadem conſecratio quæ orientis flumina benedixit, occidentis fluenta ſanctificat. Vnde & ſi nomen forte fluuio aliud ſit de ſeculo, ineſt tamen illi myſterium de D
Iordane. Deniq; iiſdem ſacramentis res agitur quibus & tunc geſta eſt, niſi quòd gratia pleniore. Tunc enim trinitatem carnalibus oculis vidimus, modo eandẽ trinitatem fidei oculis contemplamur. Tunc Chriſtũ vix humanus vultus aſpexit, nunc eundem mens humana complectitur. Tunc ſpiritus ſanctus velut columbæ ſpecie hominẽ circunfudit, modo ſe in interiora hominis ipſa virtute diuinitatis infundit. Tunc pater à domino propter filium longo auditu vocis aduenit, modo autẽ deſcendit ad nos pariter ipſe cũ filio. Plenior ergo gratia eſt vbi deus non aſsumpta ſpecie deſcendit ad homines, ſed propria ſubſtantia deſcendere dignatur ad filios. Ibi enĩ tanquam incredulis fidem vult, ſignis corporalibus perſuadere, hic tanquam fidelibus gratiam ſpirituali virtute conferre. Plenioris ergo gratiæ eſt deum videre ſicut eſt deus, q̃ videre eũ ſic vt requiras eum. Hic eſt perfecta trinitas, ibi adhuc ſcrutanda diuinitas. Plenior igitur eſt gratia deum propria virtute cognoſcere, q̃ in aſsumpta ſpecie ſuſpicari. Faciamus ergo ipſi pro nobis quod deum videmus feciſse pro nobis, faciamus circa nos quod fieri circa ſe Iohannes optauit. Quanto magis peccatores nos humiles & ignari gratiã hanc debemus ambire. Videte miſericordiã ſaluatoris. hoc nobis ſponte defertur, quod propheta poſtulans nõ meretur accipere. Quid autem cauſę ſit quòd Ioannes petierit Chriſti baptiſmum, & non acceperit, debemus ad- E
uertere. Ait enim illi dominus poſtulãti: Sine modo. ſic Matt.3.
enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Scimus autẽ quòd Ioannes baptiſta typum legis gerebat. iuſtum ergo erat vt ipſe baptizaret dominum, ſcilicet vt quẽadmodum ſecundum carnem de Iudæis ſaluator eſt genitus, ita & ſecundum ſpiritum de lege euangelium naſceretur, vt vnde ſucceſsionem ducebat originis, exinde & traditionem conſecrationis acciperet. Hoc eſt igitur quod ait: Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Iuſtum enim erat vt mandata legis quæ ipſe condiderat, ipſe compleret, ſicut alibi dicit: Nõ veni legẽ ſoluere, ſed adimplere,

De hoſtibus carnalibus non metuendis, & poſt cibum gratias deo referri debere, Sermo XLIII.

FREQVENTER admonui vos fratres, vt dũ licet, dum tempus in ſpatio eſt, ſaluti veſtrę omnibus modis conſuleretis, & in hac vita breui vitam vobis prouideretis æternam. Sapiens enim quiſque itelligit quòd hæc vita homini non ad quietem data ſit, ſed ad laborẽ hoc eſt vt hic laboret, & in poſterum requieſcat. Hic autem requies nulla eſt. Tantis enim malis hæc vita repleta eſt, vt comparatione eius mors remedio putetur eſ- F
ſe, non pœna. Nam ideo breuem illã deus fecit, vt moleſtiæ eius, quia proſperitate non poterant, temporis exiguitate finirentur. Deniq; ſanctus Iob dicit: Piraterium eſt vita hominis ſuper terram, hoc eſt ſiue quòd homines in hac vita omnia experiantur mala. Piraterium enim latine experimentũ dici poteſt. Seu certe piraterii, quod in hac vita circa homines diabolus tanquam pirata deſæuiat. Piraterium enim habitaculum piratarum eſt. Tandiu ergo in piraterio ſumus, quandiu in hac carne poſiti prædonum ſpiritualium tentationibus ſubiacemus. quanuis in hac ipſa vita etiã carnales nobis, qui ſunt barbari, piratæ non deſunt, minus tamẽ eos timeo qui & ſi auferunt patrimonia, non poſsunt auferre iuſtitiam: ſi aurum tollunt, Chriſtum tollere certe non poſſunt: ſi diripiunt argentum, non poſsunt diripere ſaluatorem. Quis igitur non feſtinet habere ſibi Chriſtũ quẽ non poſsit ab eo nec prædo diripere, nec hoſtis auferre, nec captiuitas ſeparare? Qui enĩ habet Chriſtum hominem non veretur inimicum. Quid enim facturus ſa

G pientiꝰ Pecora eius abducetꝰ hoc etiam morbi lues facere consueuit. Armenta diripietꝰ istud damnum abactores tolerando iam didicit. Ipsum fortasis nō illi admouet tædia, sed remouet. hoc enim illi intulit, quod maiore cum molestia febris afferret, præsertim cum dicat dominus Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam
Mat.20. autem non possunt occidere. Illi igitur spirituales plus metuendi piratæ sunt, qui non solum corpora hominū sed & animas spoliare consueuerunt: qui non tam aurum mundi, quā aurum fidei auferre nituntur: qui non tam seculi substantiam, quā Christi sapientiam deprædantur. Nam ipsi nobis spirituales hostes hos carnales immittūt, vt probemur in tribulatione positi, q̄ simꝰ cō fidentes in deo, q̄ de solo ipso remedium postulemus Sunt enim quidam qui in tribulatione positi dicant malis artibus hostes vincere, iisdē eos artibꝰ debere superari, desperantes de deo, à dæmonibus victoriam flagitantes. Miseri homines, nesciunt quid faciunt, quid loquā tur. Dum enim rebus suis metuunt, obliti sunt religionis ac fidei. Qui res quidem suas forte non perdent, sed quod est amplius, suas animas perdiderunt. Dicit sanctus Iob: Si bona excipimus de manu domini, quare nō
Iob.2. mala tolerabimus? Hoc est, si bonis superuenientibus iucundamur, quare non & aduersis accidentibus confortemur? Aduersa tolerare, sapienti virtutis exercitiū insipienti prævaricationis est occasio. Dixi ergo frequē
H ter vt in hac vita breui, vitam vobis prouideatis æternā: quod doleo cur hoc facere contemnatis. Cum enim ieiunandum dicimus, præter paucos nemo ieiunat. Cum eleemosynas faciendum, maior auaritia vos constringit. Orare autem, & gratias deo agere quid sit, plerosq; de vobis etiam arbitror ignorare, qui surgentes primo diluculo non nisi de prandio cogitent: cum pranderint somno se tradent, nunquam diuinitati gratias referentes, quæ illis & prandium ad refectionem, & somnum dederit ad quietem. Vtique tu Christiane si es vtilis, meminisse debes cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, num si aliquid de tuo cuicunque largiris, expectas vt tibi gratias agat, vt benedicat domū de qua ei humanitas sit tributa? Qui si forte gratias non agit, quemadmodum à te denotatur ingratus? Ita ergo & à nobis expectat qui nos pascit deus, vt pro præstitis abeo escis illi gratias referamꝰ, & saturati donis ipsius laudes ei dicamus. Hæc enim beneficiorum est retributio diuinorum, vt cum refecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. Cæterum si accipientes diuina munera, taciti & immemores fuerimus: tanquam ingrati & indigni eorum subministratione fraudabimur: vt deū quē
I beneficiis non cognouimus, malis ingruentibus requiramus, & aduersis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratias non egimus ad fruendum: sicut nunc contingit vt qui in pace pigri fuimus ad laudes referendas, modo in tribulatione trepidi existimus ad pericula deploranda.

Item de eodem, Sermo XLIIII.

SATIS abundeq; dixisse me credo superiore dominica ad correptionem eorum qui diuinis muneribus perfruētes gratias nō referunt creatori, & vtentes beneficiis cælestibus tanquam ingrati & indigni beneficiorū nō remunerātur auctorē. Ingrati inq̄, qui deū nec quasi serui metuunt dominum, nec quasi filii honoMalac.1. rificant vt parentem. Dicit per prophetam deus: Si dominꝰ sum, vbi timor meus? si pater, vbi amor meꝰ? Hoc est, si seruus es, redde domino timoris obsequium: si filius, exibe patri pietatis affectum. Tu autem cum gratias non agis, deum nec diligis nec vereris. Vnde aut contumax seruus, aut superbus es filius. Qui est igitur vtilis Christianꝰ semper debet patri ac domino suo laudes dicere, & in eius gloriam omnia procurare, sicut ait K
beatus Apostolus dicens: Siue manducatis, siue bibitis, 1.Cor.10
siue aliquid facitis, omnia in gloriam dei. Videte quale viri Christiani Apostolus voluit esse conuiuium vt magis fides Christi, quàm prandii fagina comedatur, & plus reficiat hominem dominici nominis frequens inuocatio, quàm epularum multiplex & copiosa collatio, meliusque pascat esurientē religio q̄ fagina. Omnia, inquit, in gloriam dei. Omnes ergo actus nostros Christo vult socio vel teste compleri, hac scilicet ratione, vt bona ipso authore faciamus, mala propter ipsius cōtubernium declinemus. Erubescit enim mala facere qui scit Christum se habere participem. Christus autem in bonis adiutor est, in malis noster est conseruator. Ergo cū diluculo surgimus, debemus priusquam procedamus è cubiculo, gratias agere saluatori, & ante omnes actus seculi, actus habere pietatis, qui nos quiescentes & dormientes in lectulis custodiuit. Quis enim nisi deus dormientem custodit hominem? qui ita resolutus in somnum, & oblitus sui vigoris humani, à se alienus efficitur vt nesciat quid ipse sit, vbinam demoretur, adesse sibi certe ipse non possit Necessariusigitur deus adest dormientibus, quia dormientes sibi adesse non possunt: & à nocturnis insidiis genus hominū ipse custodiat, quia L
id temporis ad custodiēdum alter nemo peruigilat. Debeo ergo illi gratiam qui vt ego securus dormiam, ille peruigilat. Ipse enim nos deus ituros cubitum quodam gremio quietis suscipit, & thesauro pacis recondito seruat, & caliginum quadam tuitione in lucem defendit, vt malitia inimicorum hominum repellatur tenebris, quæ non potest benignitate depelli, & pacem fessis præstet obscuritas, quam nō præstabat humanitas. Dū enim nescit homo vbi suū aduersariū persequatur, pacē quā volens præstare noluit, præstat inuitus. Debemus ergo surgentes gratias Christo agere, & omne diei opus insigno facere saluatoris. Nonne cum adhuc gentilis esses, solebas signa perquirere: quæ signa quibus rebus esse nt prospera, magna inquisitione colligere? Iam nunc nolo erres in numero, scito quia in vno signo Christi omnium rerum est tuta prosperitas. Qui in hoc signo seminare cœperit, vitæ fructum consequetur æternæ.
Qui in hoc signo iter facere aggreditur, ad cælum vsq; perueniet: In hoc igitur nomine omnes actus nostri dirigendi sunt, & ad ipsum totius vitæ nostræ commotio Actu.17.
referenda, quia sicut ait Apostolus. In ipso viuimus & mouemur & sumus. Sed & cum vespera diem claudit, ipsi debemus per psalterium laudem dicere, & gloriam eius modulata suauitate concinere, quo operum nostrorum consummato certamine, veluti victores requiem. mereamur, & laboris quædam palma sit soporis oblitio M
Hoc autem vt faciamus fratres, non solum docemur ratione, sed etiam admonemur exemplis.
Nonne enim videmus minutissimas aues cum illucescentem diem aurora producit, in quibusdam nidorum cubiculis varia dulcedine personare, & id studiose agere priusquam procedant, vt creatorē suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant: & quemadmodum vnaquæque earum quoniam confessione nequit, modulis prodat obsequium, ita vt videatur sibi deuotius gratias agere, quæ dulcius personauit: hoc etiam peracto diei cursu similiter facere? Quid ergo sibi vult ista certis temporibus disposita cantilena, & iugis intentio, nisi gratiarum quedam sit immoderata confessio? Pastori enim suo auis innoxia, quia sermone
non potest, suauitate blanditur. Habent enim & aues Mat.6.
pastorem suum, sicut ait dominus: Respicite volatilia cæli, quoniam non nent, neque metunt, & pater vester qui est in cælis, pascit illas. At quibus tandem cibis pascuntur aues? vilissimis scilicet & terrenis. Aues ergo propter viles escas gratias agunt: tu preciosissimis epulis pasceris, & ingratus es? Quis igitur non erubescat

A sensum hominis habens, sine psalmorum celebritate diem claudere, cum ipse aues ad gratificandum psalterii suauitate persultēt, & eius gloriam nō versuum dulcedine personare, cuius laudem volucres modulata cā tilena pronūciāt? Imitare ergo frater minutissmas aues mane & vespere creatori gratias referendo. Et si es deuotior, imitare luscíniam, cui quoniā ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem vincens operi tuo adde nocturna curricula, & insomnem suscepti laboris industriam psalterii serie consolare. Et quia de his auibus mentionem feci quæ noctibus vigilāt, nolo te imitatorem esse noctuæ, quæ licet per noctem vigilet, per diem tamen pigra vel cæca est, quæ grādibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorē solis horrescit. Mirum enim in modum illuminatur obscuritate luce cæcatur. Istud animal hæreticorum figura est atq; gentilium, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Saluatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt vana, non respiciunt sempiterna. De his ait dominus: Oculos habent, & non videbunt: in tenebris ambulant. Sunt enim acuti ad superstitiosa, hebetes ad diuina: qui dum se putant subtilibus euolare sermonibus, tanquam noctuæ veri luminis splendore turbantur.

De sancto latrone, Sermo XLIIII.

B VONIAM hesterno die de Latrōe fecimꝰ mentionē videamus quis ipse latro sit qui in cruce domino constituto non solū peccatorum suorum veniam cōsequitur, sed etiam paradisi amœnitate donatur, vt qui propter scelera dānatus fuerat ad pœnam, ꝓpter fidem transferetur ad gloriā, fueritq; illi crux quā pertulit, nō tam supplicii dānatio, q̄ salutis occasio. In cruce enim positus Christū dominū nostrū credidit crucifixum. Et ideo qui cōsortio passionis vtitur, cōsortio paradisi cō donatur. Beatus enī latro dū suppliciū patitur, regnū cę leste consequitur. Ecce reus dicitur, sicut cui dānari ad tēpus expediuit. Nō enī pueniret ad gloriā, si nō contra ditꝰ et set ad pœnā. Videamꝰ inquā cur tātorū criminū reus tam cito à saluatore paradisum ꝓmeretur, cū alii multorum temporū lachrymis frequētibúsque ieiuniis vix delictorum suorum veniam consequantur. Magna fratres & multiplex causa est. Primum quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est, vt præsentem pœnam despiceret, ac de futura veniam precaretur, & magis crederet vtile sibi esse de æterno iudicio petere, q̄ de temporali supplicio postulare. Reminiscens enim
C scelerum suorum, & pœnitudinem gerens, plus incipit dolere quod sperat, quàm sentire quod patitur. potuit enim nisi de futuris amplius cogitasset, qui in Christū semel crediderat, de præsenti magis supplicio deprecari. Deinde illud ad gratiā eius maioris est meriti, quòd Christum in cruce positum credidit: & passio quæ aliis
1.Cor.1 scandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio multis scandalum fuit, sicut dicit Apostolꝰ: Nos autem prædicamus Christum crucifixū: Iudæis quidē scādalum, gentibus autem stultitiam. Recte ergo meretur paradisum qui crucem Christi non putauit esse scandalum, sed virtutem. Dicit enim idem apostolus, Ipsis vocatis Iudæis Christum dei virtutem, & dei sapientiā. Recte plane & dominus huic donat paradisum, quia quē Iudas Scarioth in ortulo paradisi distraxerat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res, cōfitetur latro quem discipulus abnegauit. Mira inquam res, latro honorificat patientem, quem Iudas prodidit osculantē. Ab hoc
Luc.23. pacis blandimenta venduntur, ab illo crucis vulnera prædicantur. Ait enim, Memento mei domine cum veneris in regno tuo. Hæc est fidei plena deuotio, vt cū de vulneribꝰ domini profluēs sanguis cernitur, tūc de potestate eius venia postuletur: cum videtur eius humilitas, tunc magis timeatur eius diuinitas: cum morti addictus putatur tunc regis illi honorificētia deferatur. Iste enim fidelis latro non credidit moriturum quem annū ciat regnaturum: non putat subdendum inferis, quem dominaturum confitetur in cælo: non arbitratur eum apud Tartarum detineri, à quo se etiam postulat liberari. Cernat licet eius hiantia vulnera, spectet ipsius sanguinem profluentem, deum tamen credit quem reū ne scit, iustum fatetur quem non meminit peccatorē. Ait enim illi alteri exprobranti latroni, Nos quidem rectè digna factis recipimus, hic autem nihil mali gesit. Intellexit enim quòd pro alienis peccatis has plagas susciperet, pro alienis sceleribus hæc vulnera sustineret: & sciuit quòd illa in corpore Christi vulnera non essent Christi vulnera, sed latronis: atq; ideo plus amare cœpit postq̄ in corpore eiꝰ sua vulnera recognouit. Ait enī propheta, Quoniam ipse infirmitates nostras portat & pro nobis dolet. Nos autē existimabamus eum esEsaię. 53.
se in dolore, liuore eius nos sanati sumus. Plus ergo in cruce positus, liuorem eius cernens latro diligit deum. Mira res, plus in cruce latro Christum diligit, quàm Iudas dilexit in cœna. Ille per cibū supplantat magistrū, hic tradidit dominum per dolorem, sicut ait propheta,
Qui edebat panes meos, adampliauit aduersum me sup Psal. 40.
plantationem. Cognouit igitur hic latro omnē dei passionem ex ipsius fieri voluntate, & in potestate eiꝰ esse vel morti animam tradere, vel ad vitam iterum remeare, sicut ipse ait, Potestatem habeo ponendi animā meā E
& potestatem habeo iterum sumendi eam. Vsque adeo Ioan.10.
autem illum liberum ab inferni legibꝰ iudicauit, vt etiam se ab his poscēret liberari.

Item de eodem sancto latrone. Sermo. XLV.

MEMINIT fratres vestra dilectio me dedisse rationem cur tantorum criminum inueteratus latro, & scelerum suorum cō fessione damnatꝰ, paradisum in ipso supplicii patibulo potuerit promereri, & tā ta fuerit celeritate saluatus, vt peccata eius gratia præuenerit antequam pœna, & prius in malis suis gloriari cœperitꝰ, quàm puniri. Non enim patitur suppliciū, dū paradisum promeretur. Petro dicitur à Christo, Non potes me modo sequi, sequēris postea. Et huic dicitur: Hodie mecum eris in paradiso. Tanquam discipulus ille differtur, & hic tanquam socius inuitatur. Ille adhuc reseruatur ad præmium, etiam ad consortium iste diligitur. Non potest, inquit, me modo sequi. Impossibile est Petro sequi dominum, etiam facile latroni est esse cum domino. Hodie mecum eris in paradiso. Non
Luc.23. in aliud differtur tempus, non in diem alteram reseruatur. Ipsa hora qua paradisus deum suscepit, suscepit & F
latronem. vnus passus est pro salute cunctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua reseratur. Sed hanc tantam gloriam latroni fides præstitit. Fides enim est quæ peccata cooperit, quæ vincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes. quanuis enim delinquentium grandis culpa sit, fidei tamen maior est gratia. Plus enī credidisse Christo, quàm seculo deliquisse, & plenioris est meriti veniā sperasse de domino, quàm culpam contraxisse de mūdo. Sicut enim perfidia criminosum fecit: ita fides perfecit innocentem. Denicq; Iudas posteaq̄ fidē perdidisse, innocētiā apostolatꝰ amisit, omniū enim criminum reus factus est posteaq̄ virtutum omnium dominum denegauit. Sicut ergo sufficit isti ad scelera deseruisse Christum: ita illi sufficit ad innocentiam domino credidisse. Facit igitur & fides innocentes latrones, & perfidia apostolos criminosos. Magna igitur & perfecta fides in illo latrone fuit. Magna plane est & ad mirabilis fides quæ Christum crucifixum glorificari magis credidit quàm puniri. In hoc enim totius forma salutis est. Saluatorem tūc maiestatis dominū reco-

C

G gnoſcit,cum videtur humilitatis patientia cruciari. Vn
de ait Apoſtolus: Si cognouiſſent,nunquam dominum
maieſtatis crucifixiſſent. Hæc inquam perfecta fides eſt
Chriſtum in cruce deum non reum credere. Vnde ille
latro iuſtificatus eſt,quia Saluatore in patibulo conſti-
tuto Iudæis inſultantibus,& vel criminoſa dicentibus,
Math. 27. Libera teipſum ſi poteſt: ille certus de diuinitate ei⁹, &
ſecurus de volũtate,ſe magis poſtulat liberari. Magna
inquã fides in illo latrone fuit, & ſanctis apoſtolis com
paranda,niſi quòd & forte præceſserit: præceſsit etenim
deuotione,qui præceſsit & præmio. Prior enim latro ad
paradiſum quàm apoſtoli peruenerunt. Deniq; Petrus
dominum ſequitur,& iſte comitatur. Dominus autem
ſecundum fidem & meritum tribuit & remunerationis
Zach. 13. obſequium. Omnes enim,ſicut legimus,in paſsione Sal
Matt. 26. uatoris diſcipuli trepidarũt,omnes eum pene cum tra-
deretur reliquerunt,factum eſt ſicut ſcriptum eſt: Per-
cutiam paſtorem,& diſpergentur oues gregis. Deniq; fi
dem Petrus nec admonitus potuit cuſtodire. totiens la
pſus eſt,quotiens ne laberetur admonitus. Et niſi mo-
dum quẽdam tertio denegãdi ei domin⁹ ſtatuiſset, for
ſitan ſæpius interrogatus, ſæpius abnegaſset. Tantam
enim trepidationẽ diſcipulis intulit paſsio Saluatoris,
vt qđ apoſtolo Chriſtus ante ꝓdixerat, ancilla deſtrue
ret,& magis prœualeret oſtiaria ad perfidiã, quàm apo-
ſtolus ad cautelam. Non bona oſtiaria,quæ Petrũ ideo
H in domum ſacerdotis includit, vt à fide Saluatoris ex-
cludat. Male Adam induxit Eua,male Petrum introdu
xit ancilla. Illa excluſit à paradiſo,hæc excluſit à Chri-
ſto. Illa perſuaſione ſua virum decepit,hæc interroga-
tione ſua apoſtolum circumſcripſit. Illa ad prœuari-
candum Adam impulit,hæc Petrum cõpulit ad negan
dum. Et idem ſexus in vtraque oſtiarię officium gerens
aut excludit à vita,aut includit ad mortem.

De pœnitentia Petri apoſtoli, Sermo. XLVI.

I X I M V S fratres quòd ad ſimilitudinẽ Euę
D Petrum oſtiaria mulier quoque deceperit
& ſicut Adam fœmina circumſcripſit,ita
& apoſtolum fœmina circumuenerit. Vſi
tatus enim ab decipiendũ ſexus eſt,fraudis ſuæ vaſculũ
in oſtiaria diabolus recognouit. Fides vero nõ niſi per
mulierẽ oppugnari cõſueuit. Ibi Adã per Euã ſuperat,
hic Petrũ vincit per oſtiariam. Fuit enim,ſicut legimus
in paradiſo delitiarum diabolus: nec defuit,ſicut intel
ligimus,in prætorio Iudæorum. Ibi imminebat Satanas
I ſerpens,hic Iudas coluber purgebat. Eſt ergo eadem ſi
militudo deceptionis in Petro quæ in Adam fuit,quoni
am eadem eſt & ſimilitudo mandati. Accepit enĩ à do-
mino vterq; mandatum, Adam ne tangeret,apoſtol⁹ ne
negaret. Ille ne lignum ſcientiæ præſumeret,hic ne cru
cem ſapientiæ præteriret. Sed tranſgrediens vterq; præ
ceptũ pari modo delinquũt. Guſtat ille quod non licet,
loquitur iſte quod non decet, & tamen facilior negatio
Petri,q̃ Adæ prœuaricatio. Citius enĩ apoſtolo quàm
protoplaſto ſubuenitur. Hunc etenim deus ad veſperũ
Geneſis. 3. requirit errantem,illum dominus pullorum cantu de-
* Delicti. negantẽ. Adam reus facti nudus erubuit, Petrus conſci
us dicti * correctus ingemuit. Ille tanquàm deprehẽſus
feſtinat ad latebras,hic tanq̃ emendatus prorũpit ad la
chrymas. Velut latẽti enim & celanti à diuinitate Adę
dicitur, Adam vbi es? Non quòd Adã cõſpectũ domini
latere potuerit,ſed quòd peccatrici conſcientiæ nullus
locus tutus vel certus ſit dum metuit deprehẽſor. Re-
pexit dominus,& apertis oculis eius emendauit errorẽ.
Pſal. 33. Recte oculis emendat,quia ſcriptum eſt, Oculi domini
ſuper iuſtos,& aures eius in preces eorum. Ergo Petrus
prorupit ad lachrymas,nihil voce precat⁹. Inuenio enĩ
quod fleuerit,non inuenio quid dixerit. Lachrymas ei⁹
lego,ſatisfactionem nõ lego. Recte plane Petrus fleuit
& tacuit,quia quod defleri ſolẽt, non ſolet excuſari: &
quod defendi non poteſt,ablui poteſt. Lauat enim la-
chryma delictũ quod voce pudor eſt confiteri. Lachry K
mæ ergo verecundiæ conſulunt pariter & ſaluti nec e-
rubeſcunt in petẽdo,& impetrant in rogando. Lachry
mæ inquam tacitæ quodammodo preces ſunt. veniam
non poſtulant,& merentur: cauſam non dicunt,& mi-
ſericordiam conſequuntur. niſi quòd vtiliores lachry-
marum præces ſunt quàm ſermonũ, quia ſermo in pre
cãdo forte fallit,lachryma oĩno nõ fallit. Sermo enim
interdum non totum profert negotium,lachryma ſem
per totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non vti
tur ſermone quo fefellerat, quo peccauerat, quo fidem
amiſerat,ne per id ei non credatur ad confitendũ quo
vſus fuerat ad negãdũ, ac per hoc mauult cauſam ſuam
flere q̃ dicere,& quod voce negauerat,lachrymis con-
fiteri. Inuenio autem & aliud cur tacuerit Petr⁹, ne tam
cito veniæ poſtulatio per impudẽtiam plus offenderet
quàm impetraret. Solet enim citius mereri indulgentiã
qui verecundius deprecatur. In omni igitur culpa ante
flendum eſt,ſic precandum. Scimus iam hoc exemplo
quemadmodum noſtra peccata curem⁹. Ecce nihil no
bis apoſtolus nocuit quod negauit, & plurimũ profuit
quòd emendauit. Deniq; imitemur eum dicentem alibi Ioan. 21.
Cum enim tertio interrogaretur à domino, Simõ amas
me? Reſpõdit tertio, Domine tu ſcis quia diligo te. Ait
dominus, Paſce oues meas. Et hoc tertio, quod quidem
dictum ad cõpenſationẽ prioris profecit erroris. Qui
enim dominũ tertio negauerat,tertio cõfitetur: & quo-
tiens culpam delinquendo contraxerat, totiens gratiã
diligendo conquirit. Videte ergo quantum fletus pro- L
fuerit Petro: antequàm fleret, lapſus eſt: poſteaq̃ fleuit,
erectus eſt: & qui ante lachrymas prœuaricator extitit,
poſt lachrymas paſtor aſsumptus eſt: & alios regendos
accepit,qui prius ſe ipſe non rexit.

De fide Petri Apoſtoli, Sermo XLVII.

S T R V X I M V S ſuperiore dominica ſanctũ
Petrum in Saluatoris paſsione ſine erroris-
bus profeciſse, & poſteaquã negauit domi-
um deum, fuiſse meliorem. Fidelior enim
factus eſt poſtq̃ fidem ſe perdidiſse defleuit, atque ideo
maiorẽ gratiam reperit quã amiſit. Tãquã bonus enim
paſtor tuendum gregẽ accepit,vt qui ſibi ante infirmus
fuerat,fieret omnibus firmamentum: & qui ipſe interro
gationis tentatione nutauerat,cæteros fidei ſtabilitate
fundaret. Deniq; pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum Matth. 16.
petra dicitur,ſicut ait domin⁹: Tu es Petr⁹,& ſuper hãc
petram ædificabo eccleſiam meam. Petra enim dicitur,
eò quòd primus in nationibus fidei fundamenta poſue
rit,& tanquã ſaxum immobile totius operis Chriſtiani
compagem molemq; contineat. Petra ergo pro deuoti
one Petrus dicitur,& pro virtute domin⁹ nuncupatur,
ſicut ait Apoſtolus: Bibebant autem de ſpirituali conſ- M
ſequenti eos petra. Petra autem erat Chriſtus. Recte eõ 1. Cor. 10.
fortium meretur nominis, qui conſortium meretur &
operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum po
ſuit, Petrus plantat, dominus incrementum dat, domi-
nus irriguũ ſubminiſtrat. Petrus enim ter[illegible]⁹ ſu
is proficit, fletib⁹ ſuis gaudet, periculis ſuis creſcit. Sic
nanq; in mari dũ ſuper vndas temerarius viator ingre-
ditur, nutat inceſsu, ſed cõualeſcit affectu. periclitatur
corpore, ſed deuotiõe nõ labitur. mergitur pedib⁹, ſed
Chriſti dextera ſuſtẽtatur, ſuſtẽtat fides quẽ vnda mer
gebat: & quẽ fluctuũ procella turbabat, ſaluatoris dile
ctio cõfirmabat. Ambulauit enĩ in mari Petr⁹ magis di
lectiõe q̃ pedib⁹. Nõ enĩ videbat vbi pedũ ve[illegible] po-
neret, videbat aũt vbi figeret veſtigiũ charitatis. Nam
enĩ poſit⁹ cõſiderat dominũ, & amore ei⁹ duct⁹ deſcen
dit in mare: nõ cogitat labentes aquas, nõ fluenta currẽ
tia: & dũ Chriſtũ reſpicit, non reſpicit elementum. Cre
dit fide etiam inter vndas ſolidum inuenire veſtigium.
Iactetur licet fluctib⁹ mare, ventis pelagus cõturbetur.
nõ tamen turbatur Petri ſemita, quę deuexit ad dominũ.

A Ambulat igitur ſuper aquas Petrus, & ſub pedibus eius
Exo. 14. mollis vnda non cedit. Legimus in veteri teſtamento
filios Iſrael per mare rubrum ſiccis in itineribus am-
bulaſſe, & ad ſecuritatem gradientium, ne laberetur
vnda, in ſoliditatẽ quandã eam fuiſſe mutatam. Quan-
to hoc melius vbi ambulante Petro nec mutatur vnda,
nec labitur, nec ſolidatur aqua, nec refugit? Meli⁹ iquã
eſt, vbi eadem vnda quæ fluctuat, & ſuſtentat: vbi idem
gurges qui mergitur, & famulatur. Illic vt portaretur
per mare populus Iſrael, meatum ſuũ natura perdide-
rat: hic portatur in aquis Petrus, & curſum ſuũ fluenta
nõ perdũt. Temerarius ergo viator Apoſtolus noui iti
neris viam carpit, modo curuati gurgitis molem aſcen
dit, modo ſubſidentis ſinus vndam deſcendit, & inter
marinos fluctus aſcenſus illi itineris deſcenſusq; non
deeſt: ſed vbi turbatus ventis, exagitatus procellis inci-
pit timere quod credidit, ſtatim ei gurges ſubtrahitur,
vnda ſubducitur, mox defatiſcente fide fatiſcit ſemita,
tunc exclamans dominũ ſeſum, ſaluũ ſe fieri depreca-
tur: quem apprehenſum manu ſaluator liberat, & ob-
Matth. 14 iurgat dicens: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Hoc eſt,
cur tam paruæ fidei es, vt qui credendo mare ambulare
cœperas, non id perſeuerando tranſires? Scriptum eſt
enim: Qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit.
Sed dum cunctaris & dubitas, iter quod ingreſsus fue-
B ras, perdidiſti. Cur inquam tam modicæ fidei es, vt non
ea fide qua venire cœperas, peruenires? Intellige ergo
quia in mari credulitas te portabat, perfidia ſummer-
gebat. Igitur fratres ſanctus Petrus dum fluctuat, dum
mergitur, dum periclitatur, ſic peruenit ad dominum,
oſtendens nobis quod nõ niſi per pericula properatur
ad Chriſtum. Multi enim diabolici fluctus ſunt in hoc
mundo, tentationum multa naufragia, à quibus ita li-
berari poſſumus, ſi clamantibus manum ſuam Salua-
tor extenderit. Nos ergo clamare ad dominum non ceſ
ſemus, ille auxilium ſolitum non negabit.

De ſepultura Domini, Sermo XLVIII.

E Eſterna die ſatis accepiſſe vos credo fra-
tres dilecti tractatibus domini & fratris
noſtri præſentis epiſcopi, qui tanta facun
dia res diuinas diſſeruit, vt prædicatio e-
ius plena fuerit ſacerdotij gratia, oratoris
eloquentia, inſtitutione doctoris. Nec mirum ſi is qui
in pontificio primatus honorem obtinet, obtineat etiã
in prædicãdo primatus eloquiũ, & virtutes dei quas ſan
cti pectoris arcano depromit, fœcundi ſermonis ora-
tione commendet, atq; ideo paruitatẽ meã ſcio auribus
veſtris minus ſolito placituram. Quis enim contentus
C ſit potare de riuulo, cum poſsit haurire de fonte? Terra
enim aquarum tenuem rorem omnino non ſuſcipit
poſteaquam eam largus pluuiarũ imber infuderit. Sic
igitur veſtra dilectio inũdãta ſancti ſacerdotis eloquio,
ſermonis mei patietur, vile faſtidiũ. Quãuis enim do-
ctus vir, quãuis diſertus orator, elinguis videbitur ſi cœ
perit loqui præſente meliore. ſed tamẽ habet ſolatium
ſuũ iſta cõfuſio. Nihil enim ruboris eſt comparatione
ſummi ſacerdotis diſplicere minimũ ſacerdotẽ, præſer
tim cũ iuuare me poſsit beatorũ inſigne conſortiũ. Si
Pſal. 17. enim Dauid vnius ſocietate ſancti alterũ ſanctum fieri
poſse promat dicens: Cum ſancto ſanctus eris: cur ego
me, quãuis imperitũ, quamuis peccatorem, non putem
fieri poſse prædicatorẽ virtutũ domini tantorũ cõſor-
tio magiſtrorũ? Igitur quoniã beatiſsimus frater noſter
ſanctorũ apoſtolorũ laudes magno eſt ꝓſecutus elo-
quio, debemus & nos ipſius ſepulturã domini prædica
re: vt qua vnius corpis mẽbra videmus ſimilib⁹ obſe-
quiis procurata, ſimilibus quoq; integrũ corpus prædi-
cationibus exornetur. Videamus ergo de domini cor-
Lucæ. 23. pore poſtea q̃ de cruce deponitur, quid geratur. Acce-
pit illud Ioſeph ab Arimathia vir iuſtus, ſicut ait Euan
geliſta, & in nouo ſuo ſepeliuit monumẽto, in quo nõ-
dum quiſq̃ poſitus erat. Beatũ ergo corp⁹ domini Chri D
ſti, quod cũ naſcitur, vtero virginis gignitur: cum rece
dit, iuſti tumulo cõmẽdatur. Beatũ plane corpus, quod
virginitas peperit, & iuſtitia cuſtodiuit. Cuſtodiuit il-
lud Ioſeph tumulus incorruptũ, ſicut ſeruauit illud Ma
riæ vterus illibatũ. Hic enim viri pollutione nõ tangi-
tur, ibi mortis corruptione nõ læditur. Vbiq; beato cor
pori defertur ſanctitas, vbiq; virginitas. purus illud vẽ-
ter cõcipit, nouus tumulus includit. Dominica ergo &
virgo vulua, & virgo eſt ſepultura. Quin potius ipſam
ſepulturã vuluã dixerim. eſt enim ſimilitudo non par-
ua. Sicut enim dominus de matris vulua viuus exiuit,
& de Ioſeph viuus ſepultura ſurrexit: & ſicut tunc de
vtero ad prædicandũ natus eſt, ita & nũc ad euangeli-
zandũ renatus eſt de ſepulchro: niſi quod glorioſior
iſta eſt q̃ illa natiuitas. Illa enim corp⁹ mortale genuit,
hęc edidit imortale. Poſt illã natiuitatẽ ad inferos de-
ſcenditur, poſt hanc remeatur ad cęlos. Religioſior pla
ne iſta eſt quàm illa natiuitas. Illa enim totius mũdi do
minũ nouẽ menſibus in vtero clauſum tenuit, hæc au-
tem triduo tantum tumuli gremio cuſtodiuit. Illa cun
ctorum ſpem tardius protulit, hæc omnium ſalutem ci
tius ſuſcitauit.

De accuſato domino apud Pilatũ, & de Suſanna.

Sermo XLIX.

M I R V M forſitã videatur vobis fratres, cur
dominus apud præſidem Pilatũ à princi-
pibus ſacerdotũ accuſetur, & taceat, nec
E nequitiã eorũ ſua reſponſione cõuincat,
cum vtiq; ingeſtã accuſationẽ nõ niſi re-
fellere ſoleat ſubſecuta defenſio. Mirũ inquã ſit fratres,
quod arguatur Saluator, & taceat. Taciturnitas enim
interdum pro conſenſu habetur. Videtur enim confir
mare quod obiicitur, cum non vult reſpondere quod
quæritur. Accuſationem ergo ſuam dominus tacendo
confirmat? Non plane accuſationẽ ſuam tacendo con
firmat, ſed deſpicit: non refellẽdo. Bene enim tacet, qui
defenſione non indiget. Ambiat defendi qui metuit ſu
perari: feſtinet loqui qui timet vinci. Chriſtus autẽ cum
condemnatur, & ſuperat: cum iudicatur, & vincit: ſicut
ait propheta: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vin-
cas cũ iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui ante iu-
dicium, cui ipſum iudicium erat plena victoria? Vincit
enim cum iudicatur Chriſtus, quia ſic innocens appro
batur. Vnde ait Pilatus: Innocens ego ſum à ſanguine
huius iuſti. Melior eſt igitur cauſa quę non defenditur, Pſal. 50.
& probatur: plenior iuſtitia eſt quæ non verbis aſtruí-
tur, ſed veritate fulcitur. Taceat lingua neceſse eſt, vbi
ipſa æquitas ſibi adeſt. Taceat lingua in bono negocio,
quia & malas cauſas obtinere cõſueuit. Nolo ſic defen-
di iuſtitiam, ſicut ſolet iniquitas excuſari. Quod vincit
Chriſtus, non orationis eſt ſed virtutis. Scit enim Salua
tor, qui eſt ſapientia, quomodo tacendo vinceret, quo Matth. 27
modo non reſpondendo ſuperaret, atq; ideo cauſam F
ſuam mauult comprobare q̃ dicere. Quæ enim res illũ
compelleret ad loquendum, cum ſilentium ſatis ſuffi-
ceret ad vincendum? Sed fortaſse metus eum cogeret,
ne ſalutem perderet, niſi quòd ipſa erat tota cauſa vi-
ctoriæ. Suam enim ſalutem perdidit, vt ſalutem om-
nium lucraretur. In ſe vinci maluit, vt victor eſset in
cunctis. Sed quid de Chriſto loquar? Suſanna mulier
inimicos ſuos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielẽ
iudicem verborum ſe ratione defendit, non patrocinij
ſermone tutata eſt, ſed in ſancta fœmina tacente lin-
gua pro ea caſtitas loquebatur. Caſtitas enim Suſannæ
aſſuit in iudicio, quæ eam defendit & in paradiſo. Ibi
enim pudori ei⁹ cõſuluit, hic ſaluti. ibi ne macularetur
pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. Caſtitas er-
go Suſannæ & preſbyteros & impudicos conuicit in
paradiſo, & in iudicio falſos accuſatores obtinuit.
Biſque victrix reos facit teſtimonij, quos reos fecerat

G adulterii,atque tandem iudicem meretur castitas. Danielem puerum iuniorem necdum pubescentis ætatis. Multum igitur de deo pudicitia consequitur,cum iudicem virginem promeretur. Secura enim est de victoria castitas,cui est iudicatura virginitas. Pudicitiæ autem causam nisi vir pudicus audire non debuit. talem enim arbitrum meretur castimonia,apud quem non periclitetur verecundia. Cognito igitur Daniel Susannæ negocio,cum eam falsis accusationibus vellet plebs imperita damnare,ait idem: Mundus ego sum à sanguine huius. Quo dicto peccãtis populi reuocauit errorem. Hac ergo voce circa Susannam Daniel vtitur,qua circa dominum vsus est & Pilatus. Ait enim Pilatus: Mundus ego sum à sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia soluitur pudicitia,qua est absoluta iustitia. sed Daniel melius quàm Pilatus. Ille enim pudicum sanguinẽ non condemnat,sed liberat: hic autem iustum sanguinẽ & cõfitetur,& tradit. Quid enim profuit testimoniũ perhibuisse innocentiæ, & velut reum addixisse nequitiæ, nisi quod grauius peccatum est, vnum eundemq; & pronunciare iustum,& tradere criminosum? Ipse enim iniquitatis suæ testis est,qui ore absoluit, & corde condemnat. Lauerit licet manus suas Pilatus,tamen sua facta non diluit. Et quamuis abstergere se putauerit iusti sanguinem de suis membris,eo tamen sanguine mens eius tenetur infecta. Ipse enim occidit Christũ qui eum tradidit occidendum. Iudex enim constans & bonus, ne sanguinem innocẽtis addiceret,nec inuidiæ cedere debuit,nec timori. Daniel ergo melius quàm Pilatus. Ille
H peccantis populi reuocauit errorem, hic autem furentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

Item de eodem. Sermo L.

ANTE dies prosecuti sumus sanctæ Susannæ iudicium simile admodum fuisse iudicio saluatoris,& iisdem criminationibus laborasse memoratæ castitatem fœminæ, quibus Christi laborauit integritas. Similiter enim persecutores in Susanna passa est pudicitia, sicut & in Christo passa est iustitia. Illa enim dũ in adulterio conuincit presbyteros, ipsa tanquam adultera retinetur. hic dum in sacrilegio arguit Pharisæos, ipse tanquam sacrilegus accusatur. Quod quidẽ sacrilegium in Pharisæis maius adulterium vocari potest. Grauius est enim religionis adulterum esse quàm corporis, & plus est integritatem diuinitatis lædere, quàm integritatem hominis violare. Condemnatur ergo Susanna,cõdemnatur & dominus. Illa quia castitatẽ corporis tuebatur,hic quia religionis castimoniam defendebat. Si-
I milis igitur erat in vtroque causa iudicii, nisi quòd meliore vsa est iudice Susanna quàm dominus. Hũc enim præses iudicat,hanc propheta. Hunc audit vir qui Pharisæorum seditionibus terrebatur, hanc audit puer qui sancto spiritu replebatur. Iste quod sentit,cõstanter pronunciat,non defendit. Susannæ enim iudex quam absoluit,& liberat: domini cognitor quem absoluit, damnat & tradit. Simile ergo fuit pene per omnia Susannæ dominicq; iudicium. Siquidem nec accusatio in iis fuerit ipsa dissimilis. Susannam enim seniores deferũt,dominum Iudas accusat. Illam doctores sui,hunc discipulus proprius criminatur. Susannam inquam pseudopresbyteri arguunt, prodit pseudoepiscopus saluatorem. Episcopus enim & Iudas fuit, sicut ait propheta de eodẽ
Psal. 108. dicens, Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Sed nec locus fratres in vtraque causa videtur esse dissimilis. Susanna enim in paradiso ab accusatoribus circumuenitur, dominus in ortuli paradiso à traditoribus circundatur. Illa ibi insidiatores patitur, iste hic sustinet proditorem. Videamus autem exitum vtriusque iudicii. Susannæ accusatores tanquam falsi testes prophetica sententia feriuntur, & eiusdem crimi nis puniuntur rei, cuius damnare innocẽtis sanguinem gestiebant. Domini autem traditorem non inuenio à iu K
dice esse damnatum. Non enim damnat eum Pilatus, non damnat populus, sed quod est grauius, se ipse condemnat, & cessante iustitia iudicatur. Quẽ enim alter iudicat, potest vtcũq; esse excusabilis: reus autem sine excusatione est qui conscientiæ suæ iudicio condemnatur. Quem alter iudicat, potest quandoq; à suo iudice sperare indulgentiam: qui se ipse iudicat, à quo indulgentiam postulabit? Referens enim Iudas dominici sanguinis preciũ ait Iudæis, Peccaui quòd tradiderim sanguinem innocentem. Magnum igitur dominicæ inno- Matt. 27.
centiæ testimonium est, dum accusator eius & cõfitetur de scelere, & reus est de mercede. Dum enim miser refudit venditionis precium, putat se facinoris sui soluere posse contractum. Sed nec iste absoluitur. Dũ enim author venditionis suæ reus est, cõstat istos sceleratum cum sacrilego iniisse contractum. Sua ergo sentẽtia Iudas proditor cõdemnatur. Mirum forte sit vobis quòd non eum populus iudicauerit, nõ præses addixerit. Hoc sacrilegi solet esse iudicium, vt impietatem suam ipse dum recordatur, & puniat: scelus suum dum recognoscit, & vindicet. Omnium enim supergreditur sentẽtias qui à sua conscientia, sua sententia condemnatur. Hoc inquam sacrilegi solet esse iudicium, vt conscius facti ipse se damnet, sicut ait apostolus Paulus de hæretico di
cens, Hæreticum hominem post vnam & secundã correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmo L
di est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Ipse ad Titũ 3.
enim se damnat hæreticus, cum de ecclesia ipse se proiicit, & de cœtu sanctorum nullo cõpellente procedit. Ipse enim ostendit quid mereatur à cunctis, qui suo iudicio separatur à cunctis. Ipse inquam se damnat hæreticus, quia cũ omnes criminosi, episcopi sententia proiiciantur de cõsortio Christiano, hæreticus cuncta præueniens sententia suæ volũtatis abiicitur. Tali ergo hæreticus quali & Iudas pœna dãnatur. vt idem sui & reus sit sceleris, & iudex sit vltionis. Tali inquam hæreticus quali & Iudas pœna damnatur, nec immerito, quia dominum quem ille vendidit, iste blasphemat: quem ille persecutoribus tradidit, quotidie iste persequitur. Persequitur enim hæreticus dominum, cum diuinitatẽ ei derogat, & asserit creaturam.

De Iuda Scarioth. Sermo LI.

RETINET dilectio vestra nos hoc proxima dominica prædicasse, quòd Iudas Scarioth propria sententia condemnatus, ad Pharisæos dominici mercedem sanguinis reportarit, & actus pœnitentia reiuderit venditionis precium, sed conscientiæ suæ non resoluerit scelus. Deniq; post redditum precium laqueo se suspendit, vt qui se mulctauerat pecunia, mulctaret & vita. Intelligens enim quantum scelus admiserit, non suf M
fecit ei sacrilegii carere mercede, nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicauit quòd Christum vitã omnium tradidisset. Seuerissimus igitur iudex sui Iudas vel in vlciscendo confitetur quem negauerat in trahendo. Restituit ergo pecuniam Pharisæis, sed nec pharisæi eam libenter accipiunt. Dicunt enim inhibitum sibi esse in suis eã habere thesauris. Videte igitur quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quàm inde Iudas reiicit, hinc pharisæi in loculos non recludunt. Iusti enim sanguinis precium pertimescit iniquitas possidere. consilium tamen incunt pharisæi, vt ex ea ager figuli comparetur, in quo peregrinorũ corpora collocentur. Quod quidem prouidentia factum puto, vt precium Saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministret: non sacrilegis sit ad lusum, sed defũctis sit ad sepulchrũ, vt iã exinde Christus & viuos sanguinis sui passiõe redimat, & mortuos preciosa passione susciṗiat. Precio ergo dominici sanguinis ager figuli cõparatur. Legimus in scripturis quod totius ge-

A neris humani salus redempta sit sanguine Saluatoris,
1. Petri. 1. sicut ait apostolus Petrus: Non enim redẽpti estis corruptibilibus auro vel argẽto, sed precioso sanguine agni incõtaminati & immaculati Iesu Christi. Igitur si precium vitæ nostræ sanguis est domini, vide ergo quia illa non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quàm totius mundi incolumitas sempiterna. Ait enim euangelista, Non enim venit Christus vt iudicet mundum, sed
Ioãnis. 3. vt saluetur mundus per ipsum. Vide inquam ne pecunia illa non tam comparati sit agri parua portio, quàm totius mundi copiosa possessio, sicut ait Dauid prophe
ta: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,
Psal. 2. & possessionem tuã terminos terræ. Ager ergo iste mũdus hic totus est, in quo nos dispersi & disseminati domino fructũ boni operis germinam9. Sed fortasse perquiras à me, si ager mundus est, quisnam sit figulus qui mundi possit habere dominatũ? Nisi fallor, ipse est figul9. qui vascula corporis nostri fecit è limo, de quo di
cit scriptura, Et fecit deus hominem de limo terræ. Ipse
Genes. 2. est figulus qui carnium nostrarum cœnosum lutum va
pore sui spiritus animauit, & materiem fluidam atq; terrenam ignito calore decoxit. Ipse inquã est figulus qui nos per manus suas formauit ad vitam, per Christum
2. Cor. 3. suum reformauit ad gloriã, sicut ait apostolus, Ad eandem imaginem reformamur de gloria in gloriam, scili
cet vt qui à priore factura propriis vitiis corruimus, in
B secũda natiuitate figuli huius misericordia reparemur, hoc est qui per Adæ transgressionẽ morte cõcidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgam9. Ipse plane est
Esaiæ. 45. figulus, de quo dicit beatus apostolus: Nunquid dicit.
Roma. 9. figmentum ei qui se finxit, cur me fecisti hic? Et iterum: Nunquid non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidẽ vas in honorẽ, aliud vero in contumeliam? Ex eodẽ enim luto corporis nostri deus pro meritis singulorum alios reseruat ad pœnam, alios ad gloriam. Istius itaq; figuli ager Christi sanguine emptus est peregrinis. Peregrinis inquã qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur, vt quibus non est in mundo possessio, iis in Christo sit sepultura. Istos autẽ peregrinos quos esse dicim9 nisi deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nihil possidentes in mũdo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim qui mundum nõ possidet, hic totum possidet saluatorem. Ideo autẽ peregrinis Christi sepultura promittitur, vt qui se à carnalibus vitiis tanquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mũdo sumus, & tanq̃ hospi-
C tes in hac luce versamur, sicut ait apostolus dicens: Et-
2. Cor. 5. enim dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Peregrini inquam sum9, & nobis saluatoris sanguinis precio empta est sepultura. Cõsepulti enim sumus,
Coloss. 2. sicut ait Apostolus, cum illo per baptismum in mortẽ. Baptismũ igitur Christi nobis est sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur, & veteris hominis conscientia resoluta, in alterã natiuitatem rediuiua infantia raparamur. Baptismum inquam saluatoris nobis est sepultura, qui & ibi perdimus ante quod viximus, & ibi denuo accipimus vt viuamus. Magna igitur sepulturæ huius est gratia, in qua nobis & vtilis mors infertur, & vita vtilior cõdonatur. Magna inquam huius gratia sepulturæ, quæ & purificat peccatorem, & vificat motientem.

De die sancto Paschæ, Sermo LII.

NON immerito fratres hodierna die psalmus hic legitur, in quo propheta exultandum præcipit & lætandum. Omnes enim creaturas ad huius diei festiuitatem Dauid sanctus inuitat. Nam in hac die per resurrectionẽ Christi aperitur Tartarus, per Neophytos ecclesiæ innouatur terra, cælum per spiritum sanctum reseratur. Apertus enim Tarta- D
rus reddit mortuos, innouata terra germinat resurgentes, cælum reseratum suscipit ascendentes. Deniq; ascẽdit latro in paradisum, sanctorum corpora ingrediuntur in sanctam ciuitatem, ad viuos mortui reuertuntur, & profectu quodam in resurrectione Christi ad altiora cuncta elementa se tollunt. Tartarus quos habet reddit ad superos, terra quos sepelit, mittit ad cælum, cælum quos suscipit, repræsentat ad dominum. Et vna eadẽq; operatione saluatoris passio eleuat de imis, suscitat de terrenis, collocat in excelsis. Resurrectio enim Christi defunctis est vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Omnem ergo creaturam ad festiuitatem resurrectionis Christi Dauid sanctus inuitat. Ait etiim exultandum in hac die quam fecit dominus, & lætandum. Sed dicit aliquis, si in die gratulandum est, iis vtiq; gratulãdum est quos dies ipsa complectitur. Cælum autem & Tartarus extra huius mundi diem sunt cõstituta. Quomòdo igitur possunt ea elementa ad festiuitatem huius diei vocari, cuius diei ambitu non tenentur? Sed hic dies quẽ fecit dominus, penetrat omnia, vniuersa continet, cælum & terram Tartarumq; cõplectitur. Lux enim Christus non parietibus obstruitur, non elementis diuiditur, non tenebris obscuratur. Lux inquam Christi dies est sine nocte, dies sine fine, vbique splendet, vbique radiat, vbique non deficit. Quod autem iste dies Christus sit, Apostolus dicit, Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Præcessit, inquit, nox, non sequitur: vt intel
ligas superueniente Christi lumine, & diaboli tenebras E
effugari, & peccatorum obscura non subsequi, & iugi Rom. 13.
splendore præteritas caligines depelli, surrepentia delicta prohiberi. Nam quia hic dies Christus, cœlum, terrã, Tartarũq; collustret, scriptura testatur. Quod enim
super terram fulgeat, dicit Ioannes: Erat lux vera, quæ Ioan. 1.
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod in inferno luceat, ait propheta, Qui sede- Esaiæ. 9.
bant in regione vmbræ mortis, lux orta est illis. Quod in cælis iste permaneat, refert Dauid dicens: Ponam in
Psal. 18. seculum seculi semen eius, & sedem eius sicut dies cæli. Quis autem est dies cæli nisi Christus dominus: de quo dicitur per prophetam, Dies diei eructat verbum? Ipse est enim dies filius, cui pater dies diuinitatis suæ
Eccli. 24. eructat arcanum. Ipse inquam est dies qui ait per Salomonem, Ego feci vt oriretur in cælo lumen indeficiẽs. Sicut ergo diem cæli nox omnino non sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorum tenebræ non sequuntur. Semper enim dies cæli splendet, lucet & fulget, neque aliqua potest obscuritate concludi. ita & lumen Christi semper micat, radiat, corruscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi: Vnde ait euange-
lista Ioannes: Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam F
non comprehenderunt. In resurrectione ergo Chri- Ioannis 1.
sti elementa omnia gloriantur. Nam & solem ipsum arbitror esse in hac die solito clariorẽ. Necesse est enim vt sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit: & cuius mortem lugubri quadam caligine prosecutus est, eiusdem vitam nitidioris lucis splendore susciṗiat: & tanquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulturæ, modo coruscet in resurrectionis obsequium. In passione enim Christi caliginem se nocte circundedit, & Iudæorũ facinus mundo teste congemuit. Indicium enim quoddam doloris in sole est, tanto sceleri officium luminis denegasse, & vltione quadã Iudæorum oculis tenebras infudisse: vt quorum mentem cæcitas inuaserat, eorum oculos cæcitas occuparet, nec luceret eis mundi lumen, à quibus fuerat lumẽ salutis extinctum. Damnatio igitur quædã ingeritur Pharisæis, vt tenebras in die iudicii peccatoribus repromissas iam apud superos patiantur. Aut superos ergo crucifixo immorantur tenebræ. Quid mirum si apud superos sunt tenebræ, cum lux descendit

G ad inferos? Igitur fratres omnes in hac die ſancta exultare debemus, nullus ſe à communi lætitia peccatorum conſcientia ſubtrahat, nullus à publicis votis delictorum ſarcina reuocetur. Quãuis enim peccator, in hac die de indulgentia non debet deſperare, eſt enim prærogatiua non parua. Si enim latro paradiſum meruit, cur non mereatur veniam Chriſtianus. Et ſi illi dominus cum crucifigitur miſeretur, multo magis huic miſerebitur cum reſurgit. Et ſi paſsionis humilitas tantũ præſtitit confitenti, reſurrectionis gloria quantum tribuit deprecanti? Largior enim ad præſtandum ſolet eſſe, ſicut ipſi ſcitis, læta victoria, q̃ addicta captiuitas.

De innouatione fidelium. Sermo LIII.

MAGNVM fratres & mirabile donum conceſsit nobis deus hunc paſchæ ſalutarem diem, in quo reſurgens dominus reſurrectionem præſtitit vniuerſis, & de imis ad altiora conſcendens, nos quoq; ad ſuperiora de inferiorib⁹ in ſuo corpore ſubleuauit. Sumus enim ſecundũ Apoſtolũ omnes Chriſtiani corp⁹ Chriſti & membra. Reſurgente igitur Chriſto omnia neceſſario cum eo ſua viſcera ſurrexerunt. Dũ enim ille ab
H inferis tranſiit ad ſuperos, nos de morte tranſire fecit ad vitam. Paſcha enim Hebraice, tranſitus dicitur vel ꝓfectus, ſcilicet quia per hoc myſterium de peioribus ad meliora trãſitur. Bonus tranſitus eſt trãſire de peccatis ad iuſtitiã, de vitiis ad virtutes, ad infantiã è ſenectute. Infantiam autẽ dixerim non ætatis, ſed ſimplicitatis. habent enim & merita ætates ſuas. In occiduis enim prius conſtituti eramus ſenio peccatorum, reſurgente Chriſto renouati ſumus innocentia paruulorum. Habet & Chriſtiana ſimplicitas infantiam ſuam. Sicut enim infans neſcit iraſci, fraudare non nouit, referre nõ audet, ita & Chriſtianitatis infantia lædentibus non iraſcitur, ſpoliãtibus non reſiſtit, cædentibus non repugnat. De-
Matth. 5. nique, ſicut iuſsit dominus, etiã orat pro inimicis, auferenti tunicam relinquit & pallium, verberãti maxillã, præbet & alteram: niſi quod in hoc melior eſt Chriſti infantia q̃ naturæ. Illa enim peccare neſcit, iſta contemnit. illa per infirmitatem innoxia eſt, iſta eſt innocens per virtutem. Atque ideo laudi magis ſcribẽdum eſt non tam malefacere nõ poſſe q̃ nolle. Ergo ſicut diximus, ætates quædam ſunt meritorum. nam & ſenectus morum inuenitur in pueris, & innocentia infantum reperitur in ſenibus. Denique quod in iunioribus ſene-
Sapiẽ. 4. ctus quædam ſit honeſtatis, dicit propheta, Senectus enim venerabilis non diuturna, nec numero annorum computata. cani ſunt enim ſenſus hominis. Ad Apoſtolos autem iam ſeniores & maiores natu dicit domi-
I Matth. 18. nus, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut puer iſte, non introibitis in regnum cælorum. Reuocat igitur eos ad originis ſuæ fontem, & retrorſum ad infantiam redire compellit, ſcilicet vt qui corpore fragili ſenuerant, innocentiæ moribus renaſcantur, ſicut ait Saluator: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ
Ioannis 3. Matth. 18. intrabit in regnum dei. Dicitur ergo apoſtolis: Niſi cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut puer iſte. non dicit, ſicut pueri iſti, ſed ſicut puer iſte. vnum elegit, vnum proponit. Videamus igitur quis ille tantus ſit qui diſcipulis proponitur imitandus. Non hunc arbitror eſſe de plebe, non de publico, non de multitudine cæterorum, præcipue qui per apoſtolos vniuerſo mũdo tribuit ſanctitatis exemplum. Non inquam hunc de publico eſſe arbitror, ſed de cælo. ipſe eſt enim de cælo puer, de quo
Eſaiæ. 9. dicit Eſaias propheta: Puer natus eſt nobis, filius datus
1. Pet. 2. eſt nobis. Ipſe plane puer eſt, qui ſicut innocens cũ malediceretur non remaledixit, cum percuteretur nõ repercuſsit, quin potius in ipſa paſsione pro ſuis orauit inimicis dicens: Pater dimitte eis, neſciunt enim quid faciunt. Ita ſimplicitatem quam infantibus natura tri- K
buit, dominus miſericordiæ bonitate cumulabat. Iſte Lucæ. 23.
ergo puer eſt, qui imitandus paruulus proponitur & ſequendus. Nam ipſe dicit, Tolle crucem tuam, & Matth. 16.
ſequere me.

Item de innouatione fidelium. Sermo LIIII.

RETINET ſanctitas veſtra fratres me hoc nuperrime prædicaſſe, quòd homo in iuniorem ætatem per iuſtitiam reformetur, & quamuis ſeſsus ſenio, rurſus in puerũ innocentiæ morib⁹ renaſcatur, ita vt interueniente myſterio ex vetulis iterum videamus infantes. Innouatio enim quædam eſt, deſinere quod eras, aſſumere quod ante non fueras. Innouatio inquam eſt, vnde & Neophyti nuncupantur, quòd nouitate quadã maculas vetuſtatis abiecerint, gratiam ſimplicitatis aſſumpſerint, dicente apoſtolo: Deponentes veterem ho
minem cum actibus eius, induite nouum qui ſecundum Coloſ. 3.
deum creatus eſt. Vnde & Dauid ſanctus ait, Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Intelligens per gratiam Pſal. 102.
baptiſmi occidua vitæ noſtræ poſſe reuiuiſcere, & iuuentute quadam renouari poſſe id quod in nobis fuerat delictorum vetuſtate collapſum. Vt autem intelligas quia de gratia baptiſmatis propheta loquitur, innouationem ipſam aquilæ cõparauit, quæ auis aſsidua cõmutatione habitus ſui longam ducere fertur ætatem, & L
vetuſtis iam fatiſcentibus plumis noua pennarum ſucceſsione iuueneſcere, ita vt depoſitis antiquitatis exuuiis, rediuiua indumentorum natiuitate ſe veſtiat. Vnde intelligimus quòd ſenectutem aquilæ non ſentiunt membra, ſed plumæ. De nouo ergo ſe veſtit, & pullulantibus pennis vetuſta mater iterum renouatur in pullum. Pullis enim tunc comparanda eſt, quando radiantibus plumis neceſſe eſt illi rurſum meditari rudem volatum, & alarum olim exercitata remigia, tanquam nouella volucris, intra nidum pigra compeſcere. quãuis illi ſit volandi notitia de conſuetudine, deeſt tamen illi de pennarum raritate fiducia. De baptiſmatis igitur gratia hoc ſpiritus pſalmographus prophetauit. nam vtiq; Neophyti noſtri nuper baptizati, tanquam aquilæ depoſitis vetuſtatis exuuiis, noua ſanctitatis indumenta ſumpſerunt, & fatiſcentibus antiquis maculis ſicut plumis leuibus, rediuiua gratia immortalitatis ornantur, ita vt in his ſenectutis occidua peccata ſenuerint, vita non ſenuerit. Tanquã aquila in pullum, ſic illi in infantiam reuocati. Eſt eis ſeculi de cõuerſatione notitia, ſed adeſt illis iuſtitiæ de reparatione ſecuritas. Quid igitur ſanctus Dauid dicat, adhuc diligentius videamus. Non enim ait, Renouabitur ſicut aquilarum, ſed ſicut
M aquilæ iuuentus tua. Vnius ergo aquilę renouandam in nobis aſſerit iuuentutem, quam vnam & ſolam aquilã recte Chriſtum dominum dixerim, cuius iuuentus renouata eſt tunc, cum à mortuis reſurrexit. Depoſitis enim corruptelæ corporalis exuuiis, rediuiua carnis aſſumptione refloruit, ſicut ipſe ait per prophetam, Et Pſal. 27.
refloruit caro mea, & ex voluntate mea cõſitebor illi. Refloruit, inquit, caro mea. Videte quo verbo vſus eſt. nõ ait floruit, ſed refloruit. Non enim refloreſcit niſi quod ante floruerit. Floruit autem caro domini, cum primũ
de Mariæ virginis illibata vulua proceſsit, ſicut ait Eſa Eſaiæ. 11.
ias dicens: Exibit virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Refloruit autem cum ſucciſo per Iudęos corporis flore, rediuiua de ſepulchro reſurrectiõis gloria germinauit, & in floris modũ odorẽ pariter & nitorem cũctis hominibus immortalitatis afflauit odorem, bonorum operum ſuauitatẽ, circũferens nitorẽ, incorruptelam perpetuæ diuinitatis oſtendens.

De cruce Chriſti. Sermo LV.

A SECVLI ferunt fabulæ Vlyſsem illum qui decennio marinis iactatus erroribus ad patriam peruenire nõ poterat, cum in locum quendam curſus illum nauigii detuliſset, in quo Sirenarum dulci cantus crudelis varietate reſonabat, & aduenientes ſic blanda modulatione mulcebat, vt non tam ſpectaculum voluptatis caperent, q̃ naufragium ſalutis incurrerent. Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ, vt quiſquis audiſset vocis ſonitum, quaſi quadam captus illecebra non iam tenderet ad eum quem volebat portum, ſed pergeret ad exitium quod nolebat. Igitur cũ Vlyſses incidiſset hoc dulce naufragiũ, & ſuauitatis illius vellet declinare periculum, dicitur inſerta cera auribus ſociorũ ſeipſum ad arborẽ nauigii religaſſe, quo & illi carerent perniciosa auditus illecebra, & ſe de periculo nauigii curſus auferret. Si ergo de Vlyſse illo refert fabula quod eum arboris religatio de periculo liberarit, quãto magis prędicandum eſt quod vere factum eſt, hoc eſt quod hodie omne genus hominũ de mortis periculo crucis arbore eripuit? Ex quo enim Chriſtus domin⁹ religatus in cru
B ce eſt, ex eo nos mũdi illecebroſa diſcrimina velut clauſa aure tranſimus. Nec pernicioſo enim ſeculi detinemur auditu, nec curſum melioris vitæ deflectimus in ſcopulos voluptatis. Crucis enim arbor non ſolũ religatum ſibi hominẽ patriæ repræſentat, ſed etiam ſocios
Lucæ. 23. circa ſe poſitos virtutis ſuæ vmbra cuſtodit. Quod antẽ crux ad patriã poſt multos errores redire nos faciat, do minus declarat dicens latroni in cruce poſito: Hodie mecum eris in paradiſo. Qui vtiq; latro diu oberrãs ac naufragus aliter ad patriã paradiſi, de qua primus homo exierat, redire nõ poterat, niſi fuiſset arbori religatus. Arbor enim quædã in nauí, eſt crux in eccleſia, quæ inter totius ſeculi blanda & pernicioſa naufragia incolumis ſola ſeruatur. In hac ergo naui quiſquis aut arbori crucis ſe religauerit, aut aures ſuas ſcripturis diuinis clauſerit, dulcem procellã luxurię non timebit. Sirenarum enim quædã ſuauis figura eſt mollis cõcupiſcẽtia voluptatũ, quæ noxiis blandimentis conſtantiã captæ mentis effœminat. Ergo dominus Chriſtus pependit in cruce, vt omne genus hominũ de mundi naufragio liberaret. Sed vt omittamus Vlyſsis fabulã, quæ ficta non facta eſt, videamus ſi qđ in ſcripturis diuinis exẽplũ ſimile poſsumus inuenire, quod dominus per ſemetipſum
Nume. 21. poſtea completurus, per prophetas ſuos ante promiſerit. Legimus in veteri teſtamento cũ Moyſes ſanctus filios Iſrael de captiuitate Aegypti produxiſſet, atq; idẽ populus in deſerto graui à ſerpẽtibus incurſione laboraret, nec aliqua illis armorũ defenſio poſſet obſiſtere, tunc ſanctũ Moyſen diuino repletum ſpiritu, ſerpentẽ
C æreum affixum ligno inter medias morientiũ erexiſſe turbas, & mandaſſe populo vt de illo ſigno ſpem gererent ſanitatis, atq; hac re tantã medicinam contra morſum aſpidum proueniſſe, vt quiſquis vulneratus in illam ſerpẽtis crucem aut reſpiceret, aut ſperaret, ſtatim remedium ſalutis acciperet. Cuius facti etiam domi-
Ioannis 3. nus in euangelio meminit dicens, Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. Vnde ſi affixus ſerpens ligno filiis Iſrael contulit ſanitatem, quanto magis ſalutem præſtat populis dominus in patibulo crucifixus? Et ſi figura tantum profuit, quantum prodeſſe credimus veritatem? Serpens igitur primus crucifigitur. Recte plane, vt quia primus apud deum peccauerat diabolus, primus crucis ſententia feriretur. In ligno enim crucifigitur, rationabiliter factum, vt quia homo in paradiſo per arborem concupiſcentiæ deceptus fuerat, nunc idem per ligni arborem ſaluaretur, atque eadem materia quæ cauſa mortis fuerat, eſſet remedium ſanitatis. Deinde poſt ſerpentem in ſaluatore homo ipſe crucifigitur, ſcilicet vt poſt
D authorem puniatur & facinus. Per primã enim crucem vindicatum eſt in ſerpentẽ, per ſecundã in venena ſerpentis: hoc eſt, primũ author ipſe punitur, deinde eius malignitas cõdemnatur. Virus enim quod perſuaſione ſua in hominem tranſfuderat, nũc reiicitur, nũc curatur. Nã cũ homo paſsioni addicitur, nõ morti traditur, ſed mortis in eo facinus emendatur. Hoc enim egit dominus per hominem quem ſuſcepit, vt dum innocens patitur, præuaricationis illius diabolicæ in eo inobedientia corrigatur, & deinceps liber à culpa fieret, ac liber eſſet à morte. Habẽtes igitur dominum Ieſum, qui nos paſsione ſua liberauit, in ipſum aſpiciam⁹ ſemper, & de ipſius ſigno ſperemus noſtris vulneribus medicinam, hoc eſt, Si forte nobis venenũ auaritiæ ſe diffũdit, ipſum conſideremus, & ſanat. Si ſcorpionis nos libido cõpungit, ipſum rogemus, & curat. Si terrenarũ cogitationum nos morſus lacerãt, eundem precemur, & viuimus. Hi enim ſunt ſpirituales ſerpẽtes animarũ noſtrarum, propter quos cõculcãdos dominus crucifixus eſt, de quibus ipſe ait: Super ſerpentes & ſcorpiones ambu Lucæ. 10.
labitis, & nihil vobis nocebunt.

Item de cruce Chriſti. Sermo LVI.

DIXIMVS heſterna die quòd crux domini ſalutem generi contulerit humano, & verum eſt. Paſsio enim illius noſtra redemptio eſt, mors eius vita noſtra eſt. Ideo autem mala hæc cuncta ſuſtinuit, vt nos bona omnia ſentiremus. Ideo crudelitatem in ſe exerceri maluit, vt nobis miſericordiã largiretur. Bon⁹ ideo in nos ita eſse voluit, vt ante in ſe eſset immitis. Auferẽs enim per crucẽ humani generis iniurias, omnes eas in ſua paſsione conſumpſit, vt vlterius non eſset homini quod noceret. Grande ergo cru- E
cis eſt ſacramentum: & ſi intelligamus, per hoc ſignum etiam mundus ipſe ſaluatur. Nam cum à nautis ſcinditur mare, prius ab ipſis arbor erigitur, velum diſtenditur, vt cruce domini facta, aquarum fluenta rumpãtur, & hoc dominico ſecuri ſigno portũ ſalutis petunt, periculum mortis euadunt. Figura enim ſacramenti quædam eſt velũ ſuſpẽſum, in arbore, quaſi Chriſtus ſit exaltatus in cruce, atq; ideo cõfidentia de myſterio venẽte homines ventorũ procellas negligunt, peregrinationis vota ſuſcipiunt. Sicut autẽ eccleſia ſine cruce ſtare non poteſt, ita & ſine arbore nauis infirma eſt. Statim enim diabolus inquietat, & illã ventus allidit. at vbi ſignum crucis erigitur, ſtatim & diaboli iniquitas repellitur, & vẽtorũ procella ſopitur. Sed & bonus agricola cũ parat terræ ſolũ vertere, & vitæ alimẽta perquirere, non niſi per ſignũ crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale ſubiicit, affigit aures, ſtiuam inſerit, figuram crucis imitatur. Compactio enim ipſa ſimilitudo quædã eſt dominicæ paſsionis. Cælũ quoq; ipſum huius F
ſigni figura diſpoſitũ eſt. Nã cũ quatuor partib⁹, hoc eſt oriente & occidente, ac meridiano & ſeptentrione diſtinguitur, quatuor quaſi crucis angulis continetur. Ipſius etiã inceſsus hominis cũ manus leuauerit, crucem pingit, atq; ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipſo quoq; mẽborũ geſtu paſsionẽ domini fateamur. Tunc enim citius noſtra exauditur oratio, cũ Chriſtum quem mens loquitur, etiã corpus imitatur. Hoc etiã exẽplo Moyſes ſanctus cũ contra Amalech bellũ gereret, non armis, non ferro, ſed eleuatis eum ad deum manibus ſuperauit. ſic enim habes ſcriptum: Cum eleuaſset manus ſuas Moyſes vincebat Iſrael: cum autem depoExodi 17.
ſuiſſet manus ſuas, cõualeſcebat Amalech. Hoc igitur dominico ſigno ſcinditur mare, terra colitur, cælũ regitur, homines cõſeruantur. Hoc iquã dominico ſigno etiã referantur inferna. Nam ex quo homo dominus Ieſus qui ipſam crucem geſtabat, ſepultus in terra eſt, veluti dirupta ab eo exarata terra omnes quos retinebat mortuos germinauit. Sed videamus dẽ hoc ipſo domi-

Gni corpore posteaquam de cruce deponitur quid geratur. Accepit illud Ioseph ab Arimathia vir iustus, sicut
Lucæ. 23. ait Euangelista, & in nouo suo sepeliuit monumento, in quo nõdum quisq̃ positus erat. Beatum ergo corpus domini Christi, quod cũ nascitur, vtero virginis gignitur: cũ recedit, iusti tumulo cõmendatur. Beatum plane corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptũ, sicut seruauit illud Mariæ virginis vterus illibatum. Hic enim viri pollutione nõ tangitur, ibi mortis corruptione nõ læditur. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbique virginitas. Nouus illud venter cõcipit, nouus tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulturã vuluã dixerim. est enim similitudo non parua. Sicut enim dominus de matris vulua viuus exiuit, ita de Ioseph sepultura viuus surrexit: & sicut tũc de vtero ad prædicãdum natus est, ita & nunc ad euangelizandũ renatus est de sepulchro, nisi quòd gloriosior ista est q̃ illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illã natiuitatẽ ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cælos. Religiosior plane est ista q̃ illa natiuitas. Illa enim totius mundi dominũ nouẽ mẽsibus in vtero clausum tenuit, hæc autem triduo tantum tumuli gremio
H custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit, hæc omnium salutem citius suscitauit.

De sepulchro domini nostri Iesu Christi.
Sermo LVII.

EXORTASSE quis dicat de prioris dominicæ prædicatione, in qua prædicauim⁹ non minorem esse gloriam quòd tumulus Ioseph susciterit dominũ, q̃ quòd eũ sanctæ Mariæ vterus procrarit: quæ cõparatio ventris & tumuli, cũ illa ex intimis visceribus ediderit filium, hic autem solummodo locũ præstiterit sepulturæ? At ego dico non minorẽ Ioseph affectum fuisse q̃ Mariæ. Siquidem illa vtero dominũ, hic corde concepe rit. Illa saluatori mẽbrorum suorum secretum præstitit, hic secretũ sui corporis nõ negauit. Illa dominũ pannis inuoluit cum natus est, hic linteis cum recesit. Illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit. Conueniunt ergo sibi obsequia, cõuenit & affectus. Vnde necesse est & meritum conuenire: nisi quod angelus Mariam ad obsequium admonuit, Ioseph autem sola iustitia persuasit. Ioseph in suo sepulchro posuit dominum. Legimus in propheta: Sepulchrum patens est
Psal.5. guttur eorum. Si ergo sepulchrũ patens est guttur hominum, vide ne forte secundum hanc similitudinem dominum Ioseph non tam in sepultura terrena posuerit, q̃ in monumento sui pectoris collocarit, & custodiẽ
I dum illum susceperit non tam memoria fragili elementorum, q̃ memoria sancta virtutum. Hæc enim virtutum fidelis est memoria, quæ intra se continens Christum, lædi eum hæreticorum corruptione non patitur. De qua memoria in sacris dicit dominus. Quotiẽscũq; hoc facietis, in memoriam mei facietis, donec veniam: Quotienscũq; enim Christum loquimur, totiens eum sacri oris memoria commendamus. Sepulchrum ergo patens est guttur eorum. Recte plane dicit propheta. Sepulchrum enim Christi patens est euangelistarũ beatum guttur, per quod illud æterno literarum thesauro condiderunt. Patens autem sepulchrum ideo dicitur, quia qui vult ad Christi peruenire mysterium, non ingreditur ad illud nisi per euangelicæ scripturæ secretũ. In literarũ enim sacrarum quasi quodã nouo vasculo commendandus est dominus. Quisquis igitur illum videre desiderat, ibi & passionis eius sacramentum inuenit, & resurrectionis gloriam recognoscit. Patens ergo guttur sanctorũ est. Vnde Apostolus ad Corinthios
2.Cor.6. ait: Os nostrum patet ad vos ô Corinthii. inuitans eos vt per prædicationis suæ semper apertã ianuam ingrediamur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectoris
K memoria collocatur dominꝰ à Ioseph, vt in iustitiæ sede requiescat, & habeat filius hominis vbi caput reclinet. Videamus igitur quare saluator in aliena sepultura ponatur, ac suam non habeat sepulturã. Ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorũ moriebatur salute. Mors enim ista non illi illata est, sed nobis delata. Mors ista non illi accidit, sed nobis proficit. Vt quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortẽ propriã non habebat? Vt quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? Vt quid illi sepultura, qui tridui tantũ temporis spatio non tam in sepulchro mortuus iacuit, q̃ velut in lectulo dormiens conquieuit? Ipsa enim temporis breuitas declarat somnum potius fuisse q̃ mortem. Sepulchrum autem, mortis est habitaculũ necessariũ. Necessarium ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui vita est: nec opus habebat semper viuens domicilio defunctorũ. Recte autem hanc vitã nos in nostro sepulchro condidimus, vt cũ ipso viuificante mortem nostram à mortuis surgerem⁹. Vnde & illa Maria Magdalene quæ dominum inter cæteros defunctos in sepulchro quærebat, arguitur, & dicitur illi, Quid quæris? viuentem cum mortuis? Hoc est, Quid quæris apud inferos, quem rediisse iam constat ad superos? Quem illa adhuc nõ intelligens, nec cognoscens, respõdit illi, Do
Ioan.20. mine si tu tulisti eũ, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego illũ tollam. Existimabat enim illum, sicut dicit scriptura, hortulanũ esse. Sancta ergo & simplex fœmina Christum requirebat à Christo, ac deuotione mentis prophetat & nescit. Ait enim domino de semetipso: Si tu tulisti eũ dicito mihi. Recte interrogat, si tu tulisti eũ. Ipse enim tulit corpus suum, qui suscitauit. ipse tulit corpꝰ, qui illud iacens & dormiens sua aspiratione collegit. ipse tulit corpus, qui diuinitatis illud virtute gestãs por
L tat ad cælos. Atque ideo mulier sapienter interrogat & requirit: Si tu tulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eũ? Hoc est, si illud auferẽs de sepulchro ad paradisum trã stulisti. Audierat enim illum dicentem latroni, Hodie
Lucæ.23. mecum eris in paradiso. Aut certe de infernis in patris
Coloſ.3. dextera collocasti, sicut ait apostolꝰ, Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexteram dei. Beatus ergo qui ita quærit Christum dominum, vt credat eum & in paradiso constitutũ, & in cælestibus collocatum. Nam qui eum aut in infernis requirit, aut tumulis, dicitur ei, Quid quæris? viuentem cum mortuis.

De Maria Magdalene, Sermo LVIII.

HAERET adhuc sensibꝰ vestris fratres, hoc nos ante dies pauciſsimos prædicasse, quòd Maria Magdalene non leuiter fuerit obiurgata, cur post resurrectionẽ dominum quæreret in sepulchro, quòd non reminiscẽs verborũ eius, quibus ab inferis tertia die rediturum esse dixerat, putaret eum inferni legibus detineri. Arguitur enim non leuiter cur nõ memoraretur
M resurrectionis promissum, ac mortis scrutaretur iudicium. Fides enim humilis & ignara quærit quod nescit, obliuiscitur quod docetur. Festina quidem est ad obsequiũ, sed nõ perfecta est ad credendũ. anxia enim est de dominicæ carnis iniuria, sed incerta est de resurrectionis gloria. plorat quidẽ amore Christi, sed mœret desperatione corporis nõ reperti. periisse putat quẽ iam regnare cõstabat. scrutatur enim in tumulo quẽ vocare potiꝰ deberet è cælo. Increpatur igitur sãcta Maria tãq̃ pigrior ad credendũ, & cum, sera licet, dominũ cognouisset, dicitur ei à saluatore: Noli me tãgere, quia nõdũ ascẽdi ad patrẽ. Noli me tãgere, increpatiõis verbũ est, hoc est, noli me tangere manibꝰ, quoniã resurrectionẽ
Ioan.20. meam mentis obliuione nõ retines. Non potes me cor-

A poris tenere complexibus, quoniam fidei perfectiõe nõ tangis. Prohibetur tactu quæ amisit auditum. Noli me, inquit, tangere, quia nondum ascendi ad patrẽ. Videamus quomodo nondum ad patrem ascenderit Christus, cum ipse dicat, quia pater in me, & ego in patre, a quo per indiscretam diuinitatis substantiam nunq̃ est
Ioan.3. separatus. Dum enim vnus in vno manet, semper patrẽ filiũq; simul esse significat. Aut nunquid illuc ascẽdere se dicit filius, vbi ante habitat q̃ ascẽdat? Dixit enim idẽ dominus: Nemo ascendit in cælum nisi qui descẽdit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Si ergo cũ descendit Saluator, in cælo est, multo magis etiam priusquã ascendat, in cælo est. Sed vide ne forte ad obiurgationem Mariæ vox ista ptineat, cui pauloante inter sepulchra quẽrenti dominum dicitur, Quid quæris? viuentẽ cum mortuis? Nunc addatur, noli me tangere, quia nondũ ascẽdi ad patrem. hoc est, quid me cõtingere cupis, quę me dũ inter tumulos quæris, adhuc ad patrẽ ascendisse nõ credis: quæ dum me inter inferna scrutaris, ad cælestia rediisse disfidis: dum inter mortuos quæris, viuere cũ deo patre meo non speras. Nondum, inquit, ascendi ad patrem. hoc est, tibi nondũ ascendi ad patrem, quia apud fidem tuam adhuc detineor in sepulchro. Quantũ in te est enim, adhuc humilibus immoror, adhuc ihæreo terrenis, quia nondũ me fides tua eleuauit ad cælum. Quid ergo me festinas contingere vt dei filium, quẽ redeuntẽ ad patrem mentis deuotione nõ sequeris: Quisquis igitur vult cõtingere dominũ saluatorẽ, prius illum debet
B fide sua ad dexteram diuinitatis imponere, & credulitate cordis collocare in cælestibus potius quàm inter defunctos inquirere. Illi autẽ ascendit dominus in patrẽ,
Ioan.14. qui eum semper esse credit in patre. Ascẽdit beatis apostolis ad patrẽ, quibus ait: Qui me videt, videt & patrẽ. Ascendit Ioanni euangelistę, qui apud patrẽ eum quæsiuit & reperit, atq; ideo ait: Et verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ. Ascendit etiã beato Paulo, qui nõ contentus solum se scire quod nouerat, nos quoq; docuit
Col.3. quemadmodum saluatorem in cælestibus quæreremus, dicẽs: Quæ sursum sunt quærite: vbi Christus est in dextera dei sedens. Et vt nos ab hac humili vel terrena inquisitione Mariæ penitus submoueret, addidit dicens: Quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Ergo iam non super terram, nec in terra, nec secundum carnem debemus quærere saluatorem si volumus cum in-
2.Cor.5. uenire atq; contingere, sed secũdum diuinæ maiestatis gloriam, vt dicamus cum apostolo Paulo: Nunc autem secundum carnem non nouimus Christũ. Igitur & Stephanus beatus fide sua non super terram quæsiuit Christum, sed stãtem illum ad dei dexteram recognouit. ibi illum reperit, vbi mentis deuotione quæsiuit. Nõ solum autem Stephanus in cælo videt Christum, sed eũ & martyrio suo tangit. Tangit enim dominum, cum pro inimicis suis orans velut fide sua tenens illum dicit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Intelligite ergo quãta deuotionis est gloria: Maria iuxta dominũ cõstituta eum tangere non meretur, Stephanus in terris positus Christum tangit in cælo. Illa inter angelos præsentẽ nõ videt saluatorẽ, Stephanꝰ intra cælos dominũ cernit absentẽ,

De Auaritia & Anania. Sermo LIX.

C RETINET dilectio vestra fratres ante dies cũ plebis eius quæ sub beatissimis Apostolis fuit, vnanimitatẽ largitatẽq; prædicare mus, vsq; ad Ananię nos auaritiã pueniſse qui illo tẽpore in totius generis purissima vita tanquã ouis morbida solus inuentus est. Tãta enim infectus erat auaritiæ pestilentia, vt sanctus eum Petrus
Prou.22. non tam emendare voluerit quàm damnare. Legerat enim. Eiice de concilio pestilentem, & exibit cũ eo omnis contentio. Solus ergo in cœtu sancto pestilens fuit, qui cunctis contemptu pecuniæ. lucrum vitæ requirentibus, ipse tantum lucrum magis pecuniæ mercatus est quàm salutis, & dum precii sperat compendium, animę D reperit detrimentũ. Ab apostolis igitur Ananias auarus inuentus est, iã nostra excusatur humilitas. Minus enim mirandum est abundare sub nobis hoc vitium, cũ sub apostolis cœperit pullulare: & si illorũ authoritas hæc in Anania emẽdare nõ potuit, nobis quid imputabitur si eadem in plerisq; fratribus corrigerre nõ valemus? In Anania enim Petrus auaritiã si potuisset corrigere, non punisset: sed dũ illum punit, alios corrigit. Voluit enim vt pœna ad vnũ, metus autem ad plurimos perueniret. Exemplum ergo auaris omnibus in Anania propositũ est, vt qui eiusdẽ criminis reus fuerit, eiusdẽ supplicii in iudicii die sententia feriatur. Grande igitur malũ est auaritia, immo malorum omniũ est origo, sicut ait Apo
1.Tim.6. stolus; Radix autem omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide. Vides ergo quia qui pecuniam appetit, fidem perdit: qui aurũ redigit, gratiam prodigit. Auaritia enim cæcitas est, errorem religiõis inducit. Cæca inquam est auaritia, sed diuersis fraudum occulta ingeniis, nõ videt quæ diuinitatis sunt, sed cogitat quæ cupiditatis sunt. Semper enim quanuis dives sit, cogitat vnde vel ex malo adquirere. totam vitam negocium putat, cõpendiorum etiam omnia supprimens, inanis præstatiõis suæ fœnus imponit. Erubescit vsuræ nomen, & lucrum nõ erubescit vsuræ. Semper ergo auarus alieno vtitur, alieno se pascit damno, & illi præda egestas alterius est, illi lætitia fletus alienus, sicut nuper factum vidimus. Quot amissa deplorant, super quæ inuasa plerique gratulantur? Ecce senex pater captum deflet filium, & tu iam super eũ velut seruulum gloriaris. Innocens rusticus perditum ingemiscit iuuencum, & tu eo rus tuum excolere disponis, & fructus te putas posse capere gemitibus alienis. Ecce religiosa vidua tota supellectile diſpoliatã domum suam dolet, & tu eadem supellectile domum tuam ornatam esse lætaris. Dic mihi o Christiane, non compungeris, non cõstringeris cum vides in hospitio tuo lachrymas E alienas? Dicit scriptura sancta ad filios Israel: A bestia
Exo.22. captum ne tetigeritis. pollutum enim & contaminatum est quicquid fera cruenta cõtigerit. Et per hoc deterior bestia est quisquis sumit quod bestia superauit. Dic igitur mihi tu Christiane, cur prædam relictam a prædonibus præsumpsisti? Cur laceratum & contaminatum, sicut ipse putas, tuis ædibus importastis? Cur quod hostilis superauit bestia, tu seruior bestia deuorasti? Aiũt plerique lupos leonum subsequi solere vestigia, & non lõge ab eorum venatibus aberrare, scilicet vt rabiem suam rapina satient aliena: & quod leonum saturitati remanet, id luporum rapacitate consummatur. Sic & isti auaritię lupi prędonum vestigia subsecuti sunt, & quod illorum rapacitati superauit, horum cederet feritati. Sed forsitan emisse te dicis, & ideo auaritię crimen euadis. Non ita solet constare emptio atq; venditio. Bonum est emere, sed in pace, quod propria volũtate venditur, nõ in deprędatione. Respice contractus originem, venditionis authorẽ, precii quantitatẽ, & intelligis prędę magis, non venditiõis emptorem. Vnde enim barbaro auri gemmarumq; monilia? Vnde pellito serica vestimenta? Vnde rogo Romana mancipia sumis? Scimus ea com prouincialium nostrorum esse vel ciuium. Facit ergo vt Christianus & ciuis, qui ideo emit vt reddat. F

De festo Pentecostes, & de psalmo centesimonono. Sermo LX.

NOSSE credo vos fratres quę sit ratio quòd venerabilem hanc pentecostes diem nõ minore lętitia celebremus, q̃ sanctum pascha curauimus, & quod eadem deuotione huius solẽnitatis obseruantiã decurrimus, sicut illius obsequia festiui tatis impleuimus. Tũc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus, orationibus pernoctanter institimus: vnde necesse est similis obser-

Guantia ſimilem lætitiam ſubſequatur. Eſt lætitia plane conſimilis. tunc enim ab inferis reſurgentem ſuſcepimus ſaluatorem, modo autem ſpiritum ſanctum expectamus è cælis. tunc anxii vel ſoliciti Chriſti prædicabamus aduentum, modo trepidi vel ieiuni Paracleti deſideramus aduentum. In omnibus enim deus ſaluti prouidit humanæ. Tunc enim nobis ad reſurgendū. Tartara ſaluator aperuit, modo nobis ad regnandū Paracletus cæleſtia reſeranit. Et quibuſdam quaſi profectuū gradibus tunc de morte ad vitam didicimus remeare, modo autem de terris ad cælos meditamur aſcendere. Hæc autem omnia operatur in nobis Chriſtus dominus, qui priuſquam rediret ad cælos, promiſit diſcipulis ſuis dicens, Cum autem aſcendero, rogabo patrē meū, & mittet vobis alium Paracletū qui vobiſcum ſit in æternum, ſpiritum veritatis. Vnde credendum eſt ad patrē peruenieſſe Chriſtū, cum videmus ad apoſtolos deſcendiſſe Paracletū. Credendum inquā eſt, ſicut ait de Saluatore Dauid, in dei dextera conſidere, quia cernimus ſpiritū ſanctū, ſicut promiſit dominus, in diſcipulis exultare.

Pſal. 109. Ait ergo ꝓpheticus pſalmorū: Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis. Secundū conſuetudinē noſtrā illi confeſsus offertur, qui aliquo opere perfecto victor aduenies honoris gratia promeretur vt ſedeat. Ita ergo & homo Ieſus Chriſtus paſsione ſua diabolū ſuperans, reſurrectiōe ſua inferna reſerās, tanquā perfecto ope ad cælos victor aduenies audit a deo patre, ſede ad dexterā

H meam. Nec mirum ſi vnius ſedis offertur filio cōſeſsus a patre, qui vnius eſt ſubſtantiæ & naturæ cū patre. Cur autem ad dexteram filius eſse dicatur, moueat aliquem fortaſse. Licet enim dignitatis gradus non ſit vbi plenitudo diuinitatis eſt, tamen ideo ad dexterā ſedet filius, non quo proferatur patri, ſed ne inferior eſse credatur. Et ideo ad dexterā filius, quia ſecūdum Euangeliſtā ad dexterā oues, ad ſiniſtrā vero cōſtituētur hœdi. Neceſse eſt ergo patrē otium primus agnus obtineat, & ſecuturo immaculato gregi locū dux immaculatus anticipet,

Apoca. 17 ſicut ait Ioānes in Apocalypſi dicēs: Hi ſunt qui ſequuntur agnū quocunq; vadit, qui ſe cū mulieribus nō coinquinauerūt. Refert ergo ꝓpheta Dauid: Dixit dominus domino meo, Sede ad dexterā meā. hoc eſt, dominus pater domino deo Chriſto filio throni ſui offert ſublimē cōſeſsum, & honoris gratia ad dexterā ſuā illū æterna

Actuū. 7. ſede cōſtituit. Legimus aūt in Actibus Apoſtolorū, dicē te btō Stephano cū lapidaretur a Iudæis: Ecce video cælos apertos, & ſtantem dominū Ieſum ad dexterā dei. Videamus ergo quę ſit ratio quod idē dominus a Dauid ſedens prophetatur, ſtans vero a Stephano prædicatur. Primo omnium deus qui incorporalis eſt & inuiſibilis,

Ioan. 4. Eſt enim ſpūs, ſicut ait dominus: Deus aūt ſpiritus eſt: ſe

I dere aut ſtare quomodo poteſt: deinde autem quali ſub ſellio ſede at deus, qui infinitus eſt & immēſus, & intra ſe ipſe magis creaturā cunctam cōtineat. Hæc autē propterea a ſanctis viris dicta arbitror eſse de domino, nō quo ſint cōtraria ſibi, ſed vt modo eius omnipotentia, modo miſericordia deſcribatur. Nā vtiq; pro poteſtate regis ſedere dicitur, pro bonitate intercеſsoris ſtare ſuggeritur. A it enim btūs Apoſtolus:

1. Ioan. 2: Quia aduocatū habemus apud patrē Ieſum Chriſtum. Iudex ergo eſt Chriſtus cū reſidet, aduocatus eſt cū aſsurgit. Iudex plane Iudeis, aduocatus Chriſtianis. Hic enim ſtās apud patrem, Chriſtianorū licet peccantiū cauſas exorat, ibi reſidet cū patre Phariſæorū perſequentiū peccata cōdēnans. Illis indignans veheméter vlciſcitur, his interueniēs lenit er miſeretur. Hic ſtat vt ſuſcipiat Stephani martyris ſpiritū, ibi reſidet vt cōdēnet Iudæ ꝓditoris admiſsum.

Item de Pentecoſte, Sermo LXI.

CIRE debet ſanctitas veſtra fratres hanc ſanctam Pentecoſtes diem qua ratione curemus, vel cur iſtorū quinquaginta dierum numero ſit nobis iugis & continuata feſtiuitas, ita vt hoc omni tempore neq; ad obſeruandū indicamus ieiunia, neq; ad exorandum deū genibus ſuccidamus, ſed ſicut dominica ſolemus facere, erecti & feriati reſurrectionē domini celebramus. Dominica enim nobis ideo venerabilis eſt atq; ſolēnis, quia in ea Saluator velut ſol oriens diſcuſsis infernorum tenebris luce reſurrectionis emicuit, ac propterea ipſa dies ab hominibus ſeculi dies ſolis vocatur, quòd ortus eam ſol iuſtitiæ Chriſtus illuminet. Inſtar ergo dominicæ tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes iſti dies velut dominici deputantur. Reſurrectio enim dominica eſt. Nā in dominica reſurgens Saluator reuerſus ad homines eſt, & poſt reſurrectionem tota quinquageſima cum hominibus commemoratus eſt. Aequalis ergo eorum neceſsarium vt eſset feſtiuitas, quorum æqualis eſset & ſic quātitas. Sic enim diſpoſuit dominus, vt ſicut eius paſſione in quadrageſimæ ieiuniis contriſtaremur, ita eius reſurrectione in quinquageſimæ feriis lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquageſima, quia in his diebus nobiſcum dominus commoratur. Non inquam ieiunamus præſente domino, quia ipſe ait: Nunquid poſsunt filii ſponſi ieiunare quandiu cum illis eſt ſponſus? Cur Luca. 5. L enim abſtineat corpus à cibo, cum anima præſentia dominī ſaginatur? Non poteſt enim eſse ieiunus qui reficitur gratia ſaluatoris. Societas enim Chriſti quodāmodo eſca eſt Chriſtiani. Reficimur ergo in quinquageſima nobiſcum domino conuerſante. Cum autem poſt hos dies aſcendit ad cælum, iterum ieiunamus, ſicut ait idem Saluator, dicens: Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Cū enim Chriſtus aſcendit ad cælum, noſtris aufertur obtutibus, famem patimur non corporis, ſed amoris, & non tam cibi ieiunio q̄ deſiderio laboram⁹. Deſideria enim quædam noſtri ſuſtinent oculi dum non perſpiciūt quę requirunt, ſicut ait propheta: Deferunt oculi mei dum Pſal. 68. ſpero in deo meo. Defecerunt enim prophetæ oculi, quia nondum videbat quem ſperabat ſe eſse viſurū. Sic nanq; apoſtolorū defecerunt oculi cū eūtem ad cælum dominū nequeunt intueri, ſecundū quod ait Lucas dicens: Et videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit Actuū. 1. eum ab oculis eorum. Stabant enim beati apoſtoli toto ſuſpenſi corpore, & aſcēdentē ad cælum dominū, quia inceſsu pedū non poterant, oculis ſequebantur: & licet ad deducēdū ſaluatorē viſio humana deficeret, fidei tamen deuotio nō deficit. Vſq; ad nubē enim Chriſtū deducunt, vſq; ad cælos autē cum Chriſto fidei deuotione

Philip. 3. comitantur. Vnde ait Apoſtolus, ſciens fidē noſtram in cælis eſse cū domino: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Nubes ergo ab oculis apoſtolorū ſuſcepit ſaluatorem. Videamus ergo quę iſta nubes ſit, q̄ ſplendida, q̄ præclara, quę lucem mundi Chriſtū ſuſcipere meretur. Neq; enim poterat obſcura eſse ac tetra vel tenebroſa, quia ſcriptū eſt, Et tenebræ eam non cōprehenderunt. Ioan. 1. Tenebræ enim lucē geſtare nō poterāt. Illa enim eſt nū M bes quæ aſcendentē ſuſcipit Chriſtū, quę & teſtimoniū Matt. 17. Chriſto etiam in mōte perhibuit, de qua ait Euangeliſta: Vox in nube audita eſt dicens: Hic eſt filius meus dilectus: ipſum audite. Non igitur nubes ſuſcepit Chriſtum, ſed deus pater recepit filiū, & occurſu quodā pietatis aſcendētē illum gremio molliore cōplectitur. Nā ideo pater dicitur ſuſcipere filiū nubis vmbraculo, vt oſtendatur refrigerio quodā fouere eius vulnera paſsionis. Poſt crucē enim, poſt iniurias, poſt inferos non eſt maius Chriſto refrigeriū, niſi quod virtute diuinitatis obūbraretur, ſicut in natiuitate eius ad Mariam dicitur: Et virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Altiſsimus ergo pa Lucæ. 1. ter, qui naſcente Chriſto obumbrauit in virtute Marię, aſcēdentē eū ſuſcepit in nube. Semper enim deus quos poſt iniurias perducit ad requiē, protegit eos nubis vmbraculo, ſicut filios Iſrael liberatos de Aegypto nubis colūna protexit, & vt poſt multū laborē eos in terram

A repromiſsiōis induceret. refrigerii fouit vmbraculo, ſi-

Pſal. 104. cut ait Propheta: Expandit nubē ad protegendum eos. Expandit enim nubem, ne ſiccitate eremi fatigarentur, etiam ſolis ardore. Lætemur ergo in hac ſancta die, ſicut in paſcha lætati ſumus. Eſt enim in vtraq; die ſimilis, eadēq; ſolēnitas. In paſcha enim omnes gētes baptizari ſolent. In pētecoſte autem apoſtoli baptizati ſunt,

Actuū. 1. ſicut ait dominus diſcipulis ſuis aſcenſurus ad cælū: Ioānes baptizauit aqua, vos autē ſpiritu ſancto baptizabimini, quem accepturi eſtis non poſt multos hos dies. Et ideo dicit Lucas: Cūm autem complerentur dies pentecoſtes, factus eſt ſubito ſonus de cælo tanquam aduenientis ſpiritus validi, ſeditq; ſuper ſingulos eorum.

Item de Pentecoſte, Sermo LXII.

NON incōmode ante dies cōplures, ſicut retinetis fratres, prædicatio noſtra proceſsit, in qua deſcripſimus quòd caro domini re diuiua velut in nitore floris de tumulo ger minauerit, quē tumulū ſitū in ortulo euangeliſta teſtatus eſt, vnde nō incōgrue ꝓſecuti ſum⁹. Cō ueniens enim erat vt flos precioſior in ortulo gigneretur, & bonæ frugis cōmendatū ſolo ſemen, intra ſepta

B domeſtica tamen virētia ſalutem omnium pullularet, Chriſti enim reſurrectio cunctorū eſt redēptio populorum. Ergo in ortulo Saluator rediuiuum corpus aſsumit, & inter florētes arbores & candētia lilia carne iam mortua refloreſcit, & ita germinat de ſepulchro, vt germinātia & nitētia cuncta reperiat. Sic enī poſt hyemalis rigoris frigidam quodāmodo ſepultura pullulare elemēta omnia feſtinarūt, vt reſurgente domino & ipſa cō ſurgerent. Nam vtiq; ex reſurrectione Chriſti aer ſalubrior eſt, ſol cādidior, terra fœcūdior, ex eo ſerculus in fruticē, hærba creſcit in ſegetē, vinea pubeſcit in palmitē. Si igitur cū refloreſcit Chriſti caro, omnia floribus veſtiuntur, neceſse eſt vt cū idem fructū affert, etiā vniuerſa fructificent, ſicut ait idē dominus: Niſi granū triti

Ioan. 12. ci cadens in terrā mortuū fuerit, ipſum ſolū manet. cū aūt mortuū fuerit, multum fructum affert. Refloruit igitur dominus cū reſurrexit è tumulo: fructificat, cū aſcēdit ad cælū. Flos eſt cū de inferioribus terræ gignitur, fructus eſt cū altiſsima ſede reconditur. Granū eſt, ſicut ipſe ait, cū ſolus crucem patitur. fructus eſt, cū plurima apoſtolorū crudelitate circundatur. His enim poſt reſurrectionē quadraginta diebus cum diſcipulis cōuerſatus, tota illos ſapientia maturitatis edocuit, & ad bonam frugē eos omni diſciplinarū fœcūditate cōuertit. Deinde aſcendit ad cælū, ad patrem ſcilicet, fructū carnis præferens, in diſcipulis iuſtitiæ ſemina derelinquēs. Aſcēdit ergo ad patrē dominus. Meminit ſanctitas veſtra quòd aquilæ illi de pſalterio, cui⁹ innouatā iuuētutem legimus, cōparauerim ſaluatorē. Eſt enim ſimilitudo nō parua. Sicut enim aquila humilia deſerit, alta petit, cælorū victima cōſcendit: ita & Saluator humilia inferni deſeruit, paradiſi altiora petiit, cælorū faſtigia penetrauit. Et ſicut aquila relictis terrenis ſordibus ſubli-

C me volans prioris aeris ſalubritate pfruitur, ita & dominus terrenorū fœcem deſerens peccatorū, in ſanctis ſuis volitans, purioris vitæ ſimplicitate lętatur. Per omnia igitur aquilæ comparatio conuenit Saluatori. Sed quid facim⁹ quòd aquila prędā facit frequēter i alienū? Neć in hoc tamen diſsimilis eſt Saluator. Prædā enim quodāmodo ſuſtulit, cū hominē quē ſuſcepit, iferni raptum faucibus portauit ad cælū, & alienæ dominatiōis,

Pſal. 67. id eſt diabolicæ poteſtatis ſeruum de captiuitate erutū duxit ad altiora captiuum, ſicut ſcriptum eſt in prophe ta: Aſcendēs in altū captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quæ ſentētia vtiq; ſic intelligitur, eo quòd captiuitatē hoīs, quē ſibi diabolus captiuauerat, illi eruēdo ſibi domin⁹ captiuarit, & ipſam (ſicut ait) captiuitatem ęptam ad cælorum alta ſuſtulerit. Vtraque D igitur captiuitas vno vocabulo nuncupatur, ſed nō æqualis vtraque eſt. Diaboli enī captiuitas ſeruituti ſubiicit: Chriſti autem captiuitas reſtituit libertati. Aſcēdit, inquit, in altum, captiuam duxit captiuitatē. Quam bene triumphum domini propheta deſcribit. Solebat, ſicut dicunt, regum triumphantium currus, captiuorum pompa præcedere. Ecce dominum eundē ad cælos non præcedit, ſed comitatur glorioſa captiuitas. non ante vehiculum ducitur, ſed ipſa euehit ſaluatorem. Quodam enim myſterio dum filius dei filium hominis ſuſtulit ad cęlum, ipſa captiuitas portatur, & portat. Quod autem ait, Dedit dona hominibus: hoc victoris iſigne eſt. Poſt triumphum enim victor ſemper dona largitur, & ꝓprio regno reſidens ſeruulorū gaudia muneratur. Sic Chriſtus dominus victor diabolicum poſt triumphum reſidens ad dexteram patris, hodierna die diſcipulis dona largitus eſt, non auri talenta, non argenti metalla, ſed ſpiritus ſancti cæleſtia munera, vt inter cætera apoſtoli etiam linguis variis loquerentur, hoc eſt, vt Hebræę nationis homo, Chriſti gloriam Romanæ facundiæ, eloquentia pertonaret, & redemptionem generis humani peregrinæ aures, quia Iudæa prædicante lingua non caperent, propria loquela cognoſcerent. Omnis lingua in

Pſal. 18. E prædicatione Chriſti reſoluitur, vt maieſtatem eius omnis loquela fateatur, ſicut ait ſanctus Dauid: Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiātur voces eorum. Ne miremini autem quod ad dexteram patris reſidere dixi filium. Ad dexteram enim reſidet, non quia maior patre, ſed ne minor patre eſse credatur, ſicut hæretici blaſphemare conſueuerunt. Sicut enim diuinitas honorificentiæ, gradum neſcit, ita ſcriptura ſancta nouit obuiare blaſphemiis.

De natali ſancti Ioannis Baptiſtæ, Sermo. LXIII.

IN ſancti ac beatiſsimi Ioannis Baptiſtæ laudibus, cuius natalē hodie celebramus, quid potiſsimū prædicē neſcio, vtrū quòd mirabiliter natus ſit, an quòd mirabilius ſit occiſus? Nat⁹ enim eſt in ꝓphetia, in veritate perēptus eſt: naſcendo nūciauit Saluatoris aduentū, moriendo condemnauit Herodis inceſtū. Vir enim ſanctus & iuſtus, & qui pręter communem hominū natiuitatē ex repromiſsiōe generatus fuerat, hoc de deo meruit ne cōmuni cū cæteris de ſeculo morte diſcederet, ſed corpus quod domio donāte ſuſceperat, dominū cōfitēdo deponeret. Ergo Ioannes per oīa voluntatē domini fecit, quia propter op⁹ domini & natus eſt & defunctus. Nā vt natiuitatis eius ſeriem breuiter repetamus, cū eſsent pater ei⁹ Zacharias & mater eius Helizabeth ætatis ſenectute defeſsi, & nulla filiorum prole gauderent, procrādi etiam illis liberos tēpus floretiſsimū præteriſset, ita vt de ſuſcipiēda iam ſobole ipſa etiam eos vota deficerēt, ſubita per angelū repromiſsione donātur, & naſci Ioannē Gabriel ſanctus annūciat dicens: Ne timeas Zacharia, ecce Lucæ. 1. exaudita eſt deprecatio tua, & vxor tua Helizabeth cōcipiet & pariet filium. Exaudita eſt, inquit, oratio tua. vnde intelligimus quòd Ioannem Zacharię iuſtitia magis orando genuerit, q̄ Helizabeth ſenectus procurādo ſuſceperit. Hinc inquam intelligim⁹ quod Ioannē obſecratio creauerit, nō voluptas. Cum enim materni uteri viſcera ætatis ſenectute frigeſcerēt, & feſsi corporis mē F bra fœcūditatis gratiā perdidiſsent, cōtra impoſsibilitatem corporis, cōtra ſterilitatē viſcerū, Zacharię precibus Helizabeth vterus intumeſcit, & cōcipit Ioannem, nō natura, ſed gratia. Vnde neceſse erat ſanctū naſci filium, qui non tā cōplexibus q̄ orationibus gigneretur. Minus autem mirari debemus quod tantā Ioannes gratiā in naſcēdo meruerit. debuit enim præcurſor & præuius Chriſti aliquid ſimile habere natiuitati domini ſaluatoris. Siquidem dominus de virgine gignitur, Ioannes de ſterili procreatur. Ille adoleſcentula, iſte de iam

G fessa generatur. Habet ergo & huius natiuitas aliquid gloriæ atq; miraculi. Quãuis enim vilior partus mulieris videatur esse quã virginis, tamẽ sicut Mariam suspicimus quod virgo peperit, ita in Helizabeth miramur quod anicula procreauerit. Quod quidem factũ, mysterium aliquod arbitror cõtinere, vt Ioannes qui veteris testamenti figuram gerebat, senis mulierculæ frigido sanguine nasceretur. Dominus autem qui regni cælestis euangelium prædicaret, feruentis iuuenculæ flore progrederetur. Maria enim conscia virginitatis miratur fœtum viscceribus inuolutum. Helizabeth autẽ conscia senectutis erubescit partum vtero prægrauato. Dicit enim Euangelista: Occultabat se mensibus quinque. Lucæ.1. Illud autem quàm mirandum, quòd idem Gabriel archangelus vtriusq; natiuitatis officium repræsentat, Zachariam solatur incredulum, confidentem Mariam cohortatur. Ille cur dubitauerit, vocem perdidit: hæc quia statim credidit, verbum salutare concepit. Hoc etiam in laudibus Ioannis minime tacendum videtur, quod nõdum natus etiam prophetat, & adhuc in materni vteri sinibus constitutus, aduentum Christi, quia voce non poterat, gaudiis confitetur. Dicit enim Helizabeth ad sanctam Mariam. Simul vt facta est vox salutatiõis tuæ, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Exultat enim Ioannes antequã nascatur, & priusquam mundi oculis H habitum recognoscat, iam spiritu mundi dominum recognoscit. In quo arbitror propheticã conuenire sententiam, quæ dicit: Priusq; te formarẽ in vtero, noui te: Hiere.1. & priusq; exires de vulua, sanctificaui te. Vnde mirari nõ debem⁹ quod ab Herode missus in carcerẽ, clausus Christũ semper suis discipulis intimaret, cũ etiam clausus in vtero eundem dominum gestibus prędicauit.

Item de natali sancti Ioannis Baptistę,
Sermo LXIIII.

SANCTI Ioannis Baptistę natalem hodie prosecuturus tacere vellem, & laborẽ atque imperitiam meam silentio coercere. sed enim ipsa vis nominis minime me silere permittit. Nam nuncupatio vocabuli ipsius, pectoris nostri vrget secreta, silentii nostri resolui arcana, & quod dissimulatione reticetur, admiratione compellitur. Si enim pater Zacharias cum eum nominauit, vocem recepit: quanto magis nos cum laudemus illum, eloquiũ promeremur: & si illius os cum in seculo nasceretur aperuit, quanto magis cum pro Christo patitur, ora nostra fœcũdat. Cũ enim Zacharias pater eius, ꝓpter incredulitatẽ natiuitatis illius ab angelo Gabriele silentii esset taciturnitate mulctatus, etiam diu I mutus verborũ dispendio mẽtis secreta velaret, subito nato Ioanne filio, cũ apud proximos esset cõtentio quo noie vocaretur, offerũtur patri tabulę, vt vocabulũ eius pro sui arbitrio ipse describeret, & quod sermone non poterat, literis loqueretur. tunc mirũ in modũ acceptis pugillaribus vt stylũ figeret, linguã resoluit, ac literas sermone præuenit, & Ioannem non testatus est, sed locutus. Videte igitur sancti Baptistę meritũ, vocem patri reddidit, sacerdoti eloquentiã reparauit. Videte inquã meritũ. os quod angelus alligauerat, Ioannes absoluit: quod Gabriel obstruxerat, paruulus reserauit, quãquã & ipse sit angelus, sicut scriptũ est de eo: Ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã. Respicite igitur Ioannẽ, quanta vis sit eius vocabuli, cuius nũcupatio reddidit muto vocem, patri pietatẽ, populo sacerdotem. Prius enim erat tacẽs lingua, sterilis filio, priuatus officio: at vbi Ioannes nascitur, fit repente pater propheta vel pontifex, loquela vsum recipit, prolẽ affectio suscipit, sacerdotẽ fũctio recognoscit. Cũ ergo tanta vis sit eius vocabuli, dicturi de eo, & si tacere volumus, silere nõ possum⁹. Ipse enim Ioãnes vox clamãtis dicitur. Quis igitur qui vocẽ laudet & taceat? clamorem admiretur & mutus sit? Ait enim ipse de se: Ego sum vox clamantis in deserto. Videte quid dixerit, Non enim ait tantũ: Ego sum vox, sed K & clamantis vox, scilicet vt ad fidem consequendã, vox aures penetret, clamor corda concutiat, vox regnũ prædicet, clamor iudicium comminetur. Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam saluator testimonium perhibet, dicens: Inter natos mulierum maior non est Ioanne baptista. Præcellit cunctis, eminet vniuersis, antecedit prophetas, supgreditur patriarchas, & quisquis de muliere, inferior est Ioanne. Sed debemus diligẽter inquirere cur ita dominus dixerit, hoc est, inter natos mulierum, & non potius dixerit, Inter filios virorũ non est maior Ioanne, cum vtique mulieres natos sine viris habere non possint. Hoc autem dixit quia numerosior est proles mulierum quam virorum. Est enim mulieris filius, qui viri filius non est. Deniq; sancta Maria genuit filium, qui patrem hominẽ nõ haberet. Dominus enim est mulieris filius, & viri filius non est, sicut dicit Apostolus: Natum de muliere, factum sub lege. Vt qui matrẽ in terris habet, patrem haberet in cælis. Ergo in laudem Ioannis fœcũdioris sex⁹ generatio ponitur, vt nullius ab eo natiuitas separetur. Dicit forte aliquis, si iter. natos mulierum maior est Ioannes, nunquid etiam maior est Saluatore? Absit. Ioannes enim natus mulieris, L Christus autem virginis natus est. Ille corruptibilis vteri sinibus effusus est, iste impollutæ vuluæ flore progenitus. Ideo autem cum Ioannis natiuitate domini generatio deputatur, ne dominus extra veritatem videretur esse conditionis humanæ.

De sancto Ioanne Baptista, Sermo LXV.

DIXIMVS superiore dominica cum silentii nostri veniam peteremus, quòd pro salute communi sacerdotibus etiam tacentibus doctrina euangelica non taceat, & quòd silentiũ eorum suppleret diuina sententia. Semper enim diuina scriptura loquitur & clamat, sicut scriptum est de Ioanne: Ego sum vox clamantis in deserto. Non enim tantum in illo tempore clamauit Ioannes, quo Phariſæis annũcians dominum saluatorem, dixit: Parate viã domini, rectas facite semitas domini dei nostri, sed & hodie clamat in nobis, & vocis suæ tonitruo deserta nostrorum concutit peccatorum. Ac licet sancta martyrio morte dormierit, vox tamen eius viuit. dicit enim & nobis hodie: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Semper enim scriptura diuina clamat & loquitur. Vnde & ad Cain dicit de⁹: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Nulla vtique sanguini vox est, sed clamare dicitur sanM guis qui innocens effusus est, nõ tam vere quam causa, & interpellare dominum non prosecutiõe eloquii, sed indignatione commissi, ac reatum suum non tam verborum accusare sermonibus, quàm conscientię ipsius criminatione constringere. Quãuis enim malũ factum si in verba producatur, excusatiõnem fortasse recipit, Matth.3. nisi conscientia reuocetur, non potest excusari. Conscientia enim reatum suum semper tacita sine cõtradictione cõuincit & iudicat. Hodieq; ergo Ioãnes clamat & dicit: Parate viã domini, rectas facite semitas eius. Parare ergo iubemur viam domini, scilicet non aggerem itineris, sed fidei puritatẽ. Dominus enim nõ terrenã se mitã carpit, sed per secreta mẽtis icedit. Siquid igitur in hac via fuerit morib⁹ asperũ, crudelitate durũ, cõuersatiõe pollutũ, iubemur mũdare, exæquare, cõponere, vt psal.67. supueniẽs dominus non offendat in nobis, sed magis reperiat viã castitate purã, ꝓcliuẽ fide, eleemosynis emi nentẽ. Quòd autẽ tali itinere incedere soleat dominus, propheta describit dicẽs: Iter facite ei qui ascẽdit super occasum, dominus nomẽ est ei. Sed videamus ipse Ioannes qui parare viã domino iubet, quam ipse viam paranerit Saluatori. Per omnia plane aduenięte Christo tramitẽ viæ suæ composuit & direxit. Nam fuit vtique ieiunus, humilis, parcus, & virgo, Omnes enim has virtutes eius euangelista describens ait: Ipse autem Ioannes

A vestitũ habebat de pilis camelorũ, & zona pellicea circa lumbos eius. Esca autem eius erant locustæ, & mel syluestre. Quæ igitur maior causa humilitatis in ꝓpheta, quam cõptis mollibus vestimẽtis, pilorũ asperitate vestiri? Quæ deuotior fides, quã præcinctum zona partum esse semper ad omne seruitutis obsequium? Quæ præclarior abstinẽtia, quã spretis vitę huius deliciis, stridulis vesci locustis ac melle syluestri? Quæ omnia hæc quoniã prophetæ vsui erant, arbitror in his ipsis ꝓphetiam fuisse. Nã vtiq; cũ prænũcius Christi vestimentum habebat camelorũ asperitate contextum, quid aliud significat, nisi quod ipse Christ⁹ aduenięs vsurus esset in dumẽto humani corporis, quod erat peccatorũ asperitate densatum, & quod velut immũdissimæ bestiæ, hoc est gẽtilis populi circũdatus exuuiis deformitatem eius ipse gestaret? zona vero pellicea quid aliud demõstrat, nisi hanc fragilẽ carnem nostrã, quæ ante aduẽtũ Christi dominabatur ad vitia, post aduentũ eius restrictam esse ad virtutem: & quæ ante luxuriando dilatabatur in pinguedinẽ, nunc abstinẽdo attenuaretur in pellẽ? Exi tũ vero eius q̃ beatũ legimus, scilicet quod psaltria regis filia post illam inimicã voluptatẽ caput eius petierit. Quid mirũ psaltria occidit ꝓphetã, quia luxuria semper est inimica iustitiæ: & quod iniquitas sine cessatione persequitur veritatẽ? In quo facto grande mysterium continetur. Nam vtiq; ipsa psaltria synagogæ est cõparãda, quę Christũ dũ luxuriatur, occidit. Quod autẽ Matth.11. ista psaltria synagoga sit, dicit dominus ad Iudæos: Cã tauimus vobis, & nõ saltastis. Cur autẽ a Ioannis corpore caput ablatum sit, manifesta res est. Ioãnes (sicut scri 1.Cor.11. pturis astruitur) typum legis gerebat. De domino autem legimus, quia viri caput Christus est. Ergo cũ à Ioannis corpore caput eius aufertur, Christus quodammodo à Iudæis legis cultoribus separatur. Remansit enim illis sine saluatore lex exanimis & truncata. Nam ex eo vtiq; Iudæi diuina nõ sapiunt, ex quo sine capite esse cœperũt. Iter igitur facit domino qui inter cæteras continẽtiæ virtutes matrimonii limitem non excedit, nec cõiugii præscriptũ terminũ adulterina permixtiõe cõmaculat. Sunt enim nonnulli qui cũ legibus vxores duxerint, cõtra diuinitatis legẽ sibi sociant cõcubinas, non intelligẽtes quid contrahendo matrimonia, ꝓtiis vinculis cõstrinxerunt. Qui enim legibus ducit vxorẽ, Gene.21. profitetur se contra legẽ nõ esse facturũ. Reũ ergo ipse se statuit, qui adhibẽdo sibi adulterã ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis, vxorem nõ habeo, ideo mihi ancillã sociaui. Audi quid dicat scriptura ad Abraham: Eiice ancillã, & filiũ eius: non enim hęres erit filius ãcillæ cũ filio libere. Si igitur ancillæ filius hæres non est, ergo nec filius est. Cur autem quæritur tale coniugium de quo susceptus filius nec succesiõis possit hęres esse nec sanguinis? Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui nõ habet originis priuilegium. Cur inquã quæritur tale contuberniũ, de quo nati, nõ filii sint matrimonii, sed testes sint adulteriũ? Cur huiusmodi suscipiuntur adulteri, qui patri pudori sint, non honori? Dicit scriptura, Adulterorũ filii in cõsummatiõe erunt, & Sapien.3. ab iniquo thoro semen exterminabitur. Mulier igitur C tua si talibus moribus prædita est, vt mereatur consortiũ, mereatur & nomen vxoris, præsta concubinæ tuæ libertatẽ & nomẽ vxoris, ne tu adulter sis potius quã maritus. Sed & ille iter facit domino Christianus qui professionis suæ exhibet ei fidele seruitiũ, & castitatẽ quam promisit, custodit tam mẽte q̃ corpore. Sunt enim pleriq; qui singulariter vitam proponẽtes, singuli esse nõ possunt, sed quærũt sibi cõtubernia, atq; vtinã fratrũ. Inuenisti Christianũ monachũ, cui cum fratre nõ conuenit, & libẽtius ei cõuenit cũ sorore, qui nõ sequitur seniorẽ vtilia cõmonentẽ, & sequitur adolescẽtulũ incõgrua cachinnantem. eius & si syncere corpus sit, anima nõ potest esse synceris. Sed & ille clericus iter domino facit, qui secundum euangelium viuit, & per omnia obtem- D perat sacerdoti. Aliqui enim cũ sint minus subditi, molestę ferũt cum à senioribus arguuntur. Dicunt, grauiter irascitur episcopus, patientior esse deberet. Audi ergo optime clerice, sacerdotis exigis patientiam, & tui non exigis disciplinam? Nescis quia mihi salutis causa arguere aliquando permissum est, tibi nunquam pecca- 2.Timo.4 re concessum est? Dicit enim Apostolus: Increpa opportune, importune argue. Esto ergo in omnibus subditus sacerdoti, si vis eum esse mansuetum.

De natali sanctorum apostolorum Petri & Pauli, Sermo LXVI.

CVM omnes beati apostoli parem gratiam apud dominum sanctitatis obtineant, ne scio quo tamen pacto Petrus & Paulus videntur præ cæteris peculiari quadam in saluatorẽ fidei virtute præcellere. Quod quidem ex ipsius domini iudicio possumus approbare. Nam Petro ficut bono dispensatori clauem regni cælestis dedit. Paulo tanquam idoneo doctori magisterium ecclesiasticæ institutionis iniunxit, scilicet vt quos iste erudierit ad salutem, ille susoipiat ad quietem: & quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cælorum. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & Paulus accepit. Clauis enim dicenda est qua ad fidem peccatorũ dura referantur, mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus clausum tenetur, in palam rationali manifestatione producitur. Clauis inquam est quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gra- E tiam ad æternitatem mysterii salutaris includit. Ambo igitur claues à domino perceperunt, scientiæ iste, ille potentiæ, diuitias immortalitatis ille dispensat, scientię thesauros iste largitur. Sunt enim scientiæ thesauri, sicut scriptum est, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Ergo beatus Petrus & Paulus emi- Colo.2. nent inter vniuersos apostolos, & peculiari quadã prærogatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui prępo natur, incertum est. puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione, & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putamus quod vna die, vno in loco, vnius tyranni toleruere sententiam. Vna die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset. Sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrunq; constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandẽ loco martyrii pertulerũt? In vrbe Roma, quę principatũ & caput obtinet nationum, scilicet vt vbi caput superstitiõis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gẽtiliũ principes habitabant, illic ecclesiarũ principes morarẽtur. Cuius autẽ meriti sint beatissimi Petrus & Paulus, hinc possu- F mus intelligere, quod cum dominus Orientis regionem propria illustrauerit passione, Occidentis plagam, ne quid minus esset, vice sui, apostolorum sanguine illuminasse dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martyrium nobis contulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati apostoli sanguinẽ profuderũt. Sed videamus causam quare ista perpessi sunt, scilicet quod inter cętera mirabilia etiã magũ illum Simonem orationibus suis de aeris vacuo pręcipiti ruina prostrauerunt. Cum enim idem Simõ se Christũ diceret & tanq̃ filiũ ad patrem asscreret volando se posse cõscẽdere, atq; elatus subito magicis artibus volare cœpisset, tũc Petrus fixis genibus precatus est dominũ, & precatione sancta vicit magicam leuitatem. Prior enim ascẽdit ad dominum oratio q̃ volatus, & ante peruenit iusta petitio q̃ iniqua præsumptio. Ante Petrus in terris positus obtinuit quod petebat, q̃ Simon peruenirent in cælestia quo tendebat. Tunc igi-

G tur Petrus velut vinctum illum de sublimi aere deposuit,& quodam præcipitio in saxum illidens eius crura confregit. Et hoc in opprobrium facti illius,vt qui pau lo ante volare tentauerat,subito ambulare non posset: & qui pẽnas assumpserat,plantas amitteret. Sed ne forte hos mirum videatur,quod magus iste præsente apostolo pẽr aerem aliquandiu volitauerit: hoc patientia Petri fecit. Permisit enim illum sublimius ascendere, vt altius caderet. Voluit enim in excelsum leuari ad cõspectum omnium, vt ruentem illum de excelso oculi omnium peruiderent. Hæc igitur est iniquitatis elatio, vt in altum se ferat,in sublime se erigat. Sed sancta oratio oẽm humiliat superbiã,vniuersam deijcit vanitatẽ.

Item de natali sanctorum apostolorum Petri & Pauli. Sermo LXVII.

NATALEM beatissimorum apostolorũ Petri & Pauli hodie celebrãtes,diuersis epulis nos reficere debemus,& tantam festiui tatem magna cum lætitia celebrare. Quis enim talium virorũ solennitatẽ nõ magna cũ lætitia debet celæbrare? Quis enim taliũ virorũ solẽ
A nitate nõ magnos sibi exhibeat apparatus, vt quo plus expẽderit,plus se apostolos cõfirmet amarẽ? Verũtamẽ nõ opus est proprio sumptu ad refectionẽ nostrã,nã na tali suo sanctus Petrus ipse nos reficit. Est enim omnibus copijs refertũ vas ei,quod illi de cælo esuriẽti dela tũ est. Igitur qui esurit sicut Petrus,reficitur ipse cũ Petro. Vt quid ergo præparemus nobis propriũ prãdiũ,cũ apostolico ferculo saginemur? Cur nobis inquiramus terrenas epulas,cum cælestes copias habeamus? Dicit enim sanctus Lucas in Actibus Apostolorũ, post oratione
Actu.10. esuriẽti Petro circa horam sextam aperto cælo vas quoddã splendidũ velut linteum fuisse delatum, in quo erant quadrupedia & repentia terræ,& volatilia cæli,& dixisse dominũ ad eũ: Petre surge, immola & manduca. Ecce Petrus qui dicit alibi,Aurum & argentũ nõ est mihi: nunc contiuij eius vasculum splendidius est argento. Et qui propter Christũ argenti speciẽ refutasset,per Christum argenti nitore dicatur. Prãsuro igitur Petro desunt cocorũ apparatus, desunt obsequia famulorũ,sed quod est melius,ministeria diuina nõ desunt, & vtili commutatione sancto viro quod deest in terris, abundat in cælis. Vt reficiatur enim Petrus, non cellarium sollicite referatur,sed cælum ipsum protinus aperitur. Legimus in scripturis sanctum Heliam in deserto
3.Reg.17. coruis ministrantibus pastũ: quanto melius Petrus, cui
I non paruam escam tetra auis porrigit,sed integrũ cõuiuium multitudo angelica sumministrat? Post orationẽ ergo esurijt Petrus. Mirandum cur sanctum virum post orationẽ fames sequatur,cũ soleat fames oratione depelli,esuriens anima nõ nisi obsecrationibus saginari? Sed puto Petrũ post orationem non cibũ esurisse hominum,sed salutẽ,nec inedia vexatũ esse corporis,sed inopia credentiũ laborasse. Cum enim Iudaicus populus perfidus & ingratus,illo prædicante Christo nõ crederet,famem quodammodo Petrus sui officij sustinebat. Famẽ enim patitur qui minime fructum sui laboris assequitur. In cœnaculũ igitur ad orationẽ festinus ascendit. Bene ait i cœnaculũ ad orationẽ ascẽdisse Petrum, quia omnis sanctus quando orat,relinquẽs humilia vel terrena in altũ mentis extollitur,& in sublime suspẽsus rapitur,& cogitatiõe sancta cælo vicinus efficitur. Atq; ibi esuriẽti illi,hoc est cogitãti in cordis sui sublimiori loco pro salute Iudaici populi, offertur vas diuersorũ generũ animalibus plenũ,velut diuinitate dicente illi: Tu in Iudæos solos esuris,ecce famẽ fidei tuæ cunctarũ gentium diuersitate reficio. Nam vtiq; diuersa animalia collecta in vno vasculo,diuersarũ gẽtiũ cõgregatio collecta in vna ecclesia demõstratur,quæ ecclesia in illius vasculo splendido dum non habet maculam neque ru K
gam,lintei nitore resplendet. In qua primum animal deo ex gentibus Centurio Cornelius est imolatus. De hoc ergo vasculo suo hodie nos reficit petrus. Cũ enĩ videmus gentilium turbas ad fidem Christianitatis accurrere,simul cũ apostolis gratulamur. Non enim mortui sunt quorum curamus natalem hodie,sed renati viuunt pane,quia participes effecti sunt Christi, qui vita est omnium. Quamuis enim corpora passiõe cæsa sint, interruptus tamen non est ordo viuentium. Iugiter enĩ & deo gratias agunt,& laudes saluatori referunt, nisi quòd resoluta membrorũ sarcina magis adhærẽt Christo,sicut ait Paulus: Dissolui,& cum Christo esse,quanto melius? Non ergo dicenda est mors qua interueniẽte
Philip.1. caremus persecutoribus, & Christo mortuum socians lucrum efficit morientis,sicut ait beatus Apostolus: Mihi enim viuere Christus est,& mori lucrum. Illa autem vera est mors,quæ etiam viuentem hominem peccatorum morte constringit: qui quamuis viuere videatur, sceleribus tamen suis morti iam videtur addictus, sicut ait Apostolus de illa deliciosa vidua: Hæc autẽ viuens, mortua est.

Item de eodem, Sermo LXVIII. L

NOTVM omnibus vobis est fratres, & vniuerso mundo notissimum,quòd beatissimorum Petri & Pauli natalis est hodie, nec aliquam partem orbis latere potest tanta deuotio. Siquidẽ
Psal.18. de ijs dicat Dauid propheta: In omnẽ terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum. In omnem terram mirabilium Petri virtus diffusa est,& in fines orbis terræ epistolarum Pauli verba penetrarunt. Quis enim non audiuit quod primum Petrus sedẽti ad portam spaciosam claudo,& ex matris suæ olim ventre
Actu.3. iam debili pedum restituerit firmitatem, vt quod natura minus contulerat,apostolica gratia repararet? Cum enim idem claudus stipem rogans, aliquid pecuniæ se ab apostolis crederet accepturum,ait illi Petrus, Argentum & aurum non habeo,sed quod habeo, hoc do tibi. In nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Beata plane largitas,quæ petenti argẽtum quidem non contulit,sed contulit sanitatem. Beata largitas,quæ de thesauris suis aurum non protulit, sed protulit medicinam. Beatus & ille claudus,qui dum stipem quærit pecuniæ,diuitias incolumitatis accepit. Hoc enĩ ab Apostolis donatum meruit, quod nullis thesauris à medicis redimere potuisset. Primum ergo signum mirabilium suorum Petrus fecit claudo pedum restituendo vestigia. Diximus frequenter ipsum Petrũ à domino nũ
Matth.16. cupatum,sicut ait: Tu es Petrus & super hanc petram M
ædificabo ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est super quam ædificatur ecclesia,recte prius pedes sanat: vt sicut in ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Recte inquam primum in Christiano pedes curat,vt iam nõ intrepidus nec imbecillis possit super petram ecclesie,sed robustus & fortis incedere. Vbi autem verba Pauli apostoli non leguntur? Quis locus ea non literis inscribit, corde retinet,conuersatione custodit, quia Paulus à domino vas electionis est nominatus, Bonum vas in quo præciosa mandatorum Christi præcepta conduntur. Bonum vas de cuius plenitudine substantia vitæ populis semper erogatur,& plenum est. Optima apostolorum nomina,petra,& vasculum,necessaria domui saluatoris. Domus enim fortitudinis petra cõstruitur,vtilitate vasis ornatur. Petra ad firmitatẽ ne labãtur sustentat populos,vas ad custodiam ne tentẽtur operit Christianos. Exitus vero eorũ de hoc seculo quã beatus fuerit,nemo est qui nesciat. Nam prima hæc in illis beatitudo est,quod ambo vna die pasi esse nascuntur,scilicet vt quos vna fides seruitio deuinxerat, vna dies marty-

A rio coronaret. Deinde ipsa passio licet diuersa in singulis fuerit,tamen quãta referta est gratiæ sanctitate? Nam Petrus crucis, sicut Saluator, exitũ tulit,& à dominicæ deuotionis similitudine nec morte discret9 est, scilicet vt quẽ imitabatur fide,imitaretur & passione. De Paulo vero ceruice,cũ eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vnda quã sanguinis,& mirum in modũ sanctum apostolum baptismi gratia in ipsa cæde extitisse splendidum potius quàm cruentum. Quæ quidẽ res in sancto Paulo stupenda non est. Quid
1. Cor. 3. enim mirum si abundat lacte nutritor ecclesiæ, sicut ipse ad Corinthios ait: Lac vobis potum dedi,non escam. Hæc est plane repromissionis illa terra quam patribus nostris deus promisit dicendo: Dabo vobis terram fluentem lac & mel. Nõ enim de hac terra locutus est quæ manantibus aquis cœnum inuoluit,lutumq; permiscet sed de illa terra Pauli,& similium Pauli,quæ iugiter purum suauæq; distillat. Quæ enim Pauli epistola nõ mel le dulcior est,lacte cãdidior? Quæ epistolæ tanquã vbera ecclesiarum populos enutriunt ad salutem. De ceruice ergo apostoli pro sanguine lac manauit. Legimus in ipso quoniam caro & sanguis regnum dei non possi
1. Cor. 1. debunt. Igitur iam Paulus possidet regnũ, quoniãm ca
B ret & sanguine,qui impedire dicitur regnaturũ. Adhuc ergo Paulus in terris positus etiam in regni cęlestis substantiam transformatur.

De natali sancti Eusebij Vercellensis episcopi, Sermo. LXIX.

AD sancti martyris Eusebij laudem aliquid addere velle,decerpere est. Tam ineffabilium enim doctrinarum magister extitit, vt merita eius facilius operib9 cognosci possint,quàm sermonibus explicari. Tantum autem de eo conscientia retinet,quantum oratio narratio nõ prævalet. Igitur gesta illius non verbis adornãda sunt, sed perstringenda sentẽtijs,præsertim qui scimus eam rem comere nos nõ debere sermonibus,quam videmus iam
1. Cor. 4. comptam esse virtutibus,cum dicat Apostolus, Regnũ dei non in sermone est,sed in virtute. Ergo ad merita ei9 aliquid addere velle,decerpere est,me[illegible]e,qui & ignarus rerum gestarum sim, & literarum imperitus sacrarum,& rudis sacerdotalium functionum. Potuissent autem prædicare sancti hæc præcessores mei vlu fa
C cilius,experimento probatius,doctrina præclarius dominũ & pattem specialiter beatum Exuperantium loquor,qui fuit eius minister in sacerdotio,comes in martyrio, particeps in labore. In cuius vultibus sanctum quoque Eusebiũ videre nos credimus, & quasi in quodam speculo bonitatis illius imaginem contuemur. Facile enim cognoscimus qualis magister fuerit,cuius talem videmus esse discipulum. Sed quoniã confessionis illius similis hũc gloria comitatur, maulit reticere laudes paternas,ne ꝓprias pariter iactare videatur. Quid ergo de martyris Eusebij gloria prædicem, cuius tota plebs ista fit gloria? Et cum dicat scriptura, Gloria patris est filius sapiens: quantæ huius sunt gloriæ,qui tantorum filiorum sapientia & deuotione lætatur? In Christo enim Iesu per euangeliũ ipse vos genuit. Quicquid ergo in hac sancta plebe potest esse virtutũ & gratiæ,in sancti Eusebij magisterio reperitur. Ex hoc autẽ quasi quodam virtutum fonte lucidissimo riuulorũ hæc putas emanauit. Nam quia castitatis vigore pollebat,propositũ virginitatis instituit, Quia abstinentiæ gloriabatur angustiis,monachorũ introduxit forte seruitium. Quia blandimentis erat præditus lenitatis, cunctorum ciuiũ in deũ prouocauit affectũ. Quia põtificii admirationẽ fulgebat,plures è discipulis sacerdotij sui elegit hæredes. Quamuis igitur nonnulli liberis suis relinquãt auri argẽtiq; thesauros, nemo tamẽ sãcto Eusebio ditiores reliquit. Siqdẽ oẽs extiterũt aut sacerdotes,aut martyres. Nã vt cætera taceã,illud quã admirabile est, quod in hac sancta ecclesia eosdẽ monachos instituit, D
quos clericos,atq; iisdem penetralibus sacerdotalia officia contineri,quibus & singularis castimonia conseruatur,vt else in ipsis viris contemptus rerum, & accuratio leuitarum: vt si videris monasterij lectulos, instar orientalis propositi iudices. si deuotiones cleri perspexeris,angelici ordinis obseruationes gaudeas. Illud autem tacendum omnino non arbitror,quòd cum Arrianorum detestanda perfidia,totam cum vniuerso mundo Italiam perturbasset,atq; eiusdem pestilentiæ sacerdotes simplicitatem sancti Dionysij martyris captiuassent,ita vt subscriptionis,eius vinculum retinerent,qua illum è manibus eorum sapientia liberauit? Sicut enim ait sanctus Paulus, Factus sum Iudæis tanq̃ Iudæus, vt Iu 1.Corin.9
dæos lucrifacerem,ita Eusebius hæreticis hæreticum se esse mentitus est,vt de hæresi filiũ liberaret. Dixit enim se eorum consentire perfidiæ,hoc sibi placere quod illis,sed quod sibi filium Dionysiũ in subscribendo præponerent,grauiter se moueri. Vos enim,inquit, qui dicitis filium dei patri deo æqualẽ esse nõ posse, cur mihi filium prætulistis? Qua illi ratione permoti, statim sancti Dionysij chirographum deleuerunt,priorem locum subscribendi beato Eusebio deferẽtes. Quos ille increpans & irridens ait, Neq; ego me vestris sceleribus polluo,neq; filiũ meum vobiscũ participare permitto. Vn-
Lucæ.16. de cũ dicat euangeliũ in hac generatione prudentiores filios tenebrarũ esse q̃ lucis,ecce hic ipsis tenebris prudentior filius lucis inuentus est. Tunc illi graviter indignantes ita nequitiam suã fuisse delusam, nouis eũ per Constantiũ principem passionibus vexauerunt. Nam E
post multas iniurias Orientis plagæ illum in exiliũ relegarunt,in quo tãta passus est, vt martirij inuictã gloriã reportaret. Dicitur enim inter cætera passionũ genera hoc pœnale passionis suppliciũ pertulisse, vt dum interrogaretur ab Artianis,& se eorũ cõmunicare perfidiæ denegasset,scalarũ procliui tractu supinis pedibus ad imum vsq; pertraheretur,& iterũ reuocatus ad summum,interrogatus/denuo/cũ eadem respondisset, eadẽ pateretur,ac sic frequentem interrogationem frequenter huiusmodi suppliciũ fuerit subsecutum. In qua passionẽ sancti Eusebij martyris licet fuerit quassatum caput,elisum corpus,membra confracta,animus tamen fidei transit inuictus. Nam quanto plus illũ Arriana perfidia corporaliter lacerabat,tanto magis eum catholica integritas spiritualiter refouebat. Quem quidem scalarum ascensum atq; descensum possumus dicere quẽ Iacob somnians prophetarit: & sicut ille vidit etiã istas scalas ab imo ad cęlestia vsq; ptingere,sic quidẽ per has & Eusebius ascendit ad cælũ, & Arriani ad inferos descenderunt. Vnde fratres sanctum Eusebium Macabæorum martyrum choro annumerandum puto. Siquidem illi singulis membris martyrium pertulerunt, hic autẽ totius corporis passione dominum sit confessus, nec di F
sparem eorum esse gratiam quos etiam dies vna in martyrio copulauit.

Item depositio sancti Eusebii. Sermo. LXX.

DEPOSITIONVM sancti Eusebii hodie celebramus. Quid est depositio? Nõ illa vtiq; quæ sepeliendis in terra membrorum reliquiis clericorum manibus procuratur,sed illa qua homo vinculis carnalibus absolut9, liber iturus ad cælũ terrenũ corpus exponit. Ipsa plane est depositio,in qua cõcupiscere abiicimus,cessamus delinquere peccare desinimus,& totũ quicq̃ saluti est graue,quasi abiecta sarcina oneris,exponimus. Nã ideo hæc dies pro celebritate maxima procuratur,quia vere est summa festiuitas,mortuũ esse vitiis,soli vigere iustitiæ. Vnde & depositiõis ipsa dies natalis dicitur,quòd delictorũ carcere liberati,libertati nascimur Saluatoris. Sed videamus,sanctus Eusebius cũ qua gloria ad hanc diẽ depositionis aduenerit. Dicitur enim ante aliquantũ

G temporis exitus ſui manifeſta reuelatione vidiſſe ſe kalendis Auguſti de monte ad mõtem volare,& prophetia quadam hoc interpretatus eſt hac die exituru ſe eſse de corpore. In quo facto neſcio quid primum ſit admirandum,vtrum quod meruit exit9 ſui finem noſse, an quod ſcire potuerit quæ illum poſt exitũ gratia perma
Pſal.38. neret. Dicit ſanctus Dauid: Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum. & reliqua. Ecce quod propheta optauerat, martyr accepit. notiã quã ille exorat, iſte cõſequitur, niſi qđ ſalua fide dixerim, amplius promereatur. Ille enim finẽ poſtulat noſſe, iſte etiam vltra finem quid futurum eſset agnoſcit. Ille vſque ad exitũ quid deſit ignorat, iſte poſt exitũ qđ ſuperſit edixit. Volare ergo ſe in hac die vidit martyr Euſebius, ſicut ſcimus. Volare non poteſt niſi quod purum, leue atque ſubtile eſt, cuius nec ſynceritas intẽperantia retardatur, nec alacritas nec velocitas mole graUatur. Grauari autẽ volatum dico nõ tam mole mẽbrorum q̃ delictorũ. Vnde puto etiam in ipſis auibus ideo velocius columbam pene præ omnibus volitare, quòd alacritatẽ & innocentiam comitetur. Denique ſanctus Dauid cum puritate mentis volare concupiſceret, non alterius animantis niſi columbæ optauit alas, dicens:
Pſal.54. H Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ. & volabo & requieſcam? Intelligebat enim quòd altiorã facilius penetrant ſimplicitate mentis quàm leuitate pennarũ. Volauit ergo hac die ſanctus Euſebi9. Feſtiuemus iam eius innocentiam de volatu, & puritatem eius de ipſa elatione iudicemus. tanquam columba enim in domo dei degens aſsumpſit ſpirituales pẽnas, & requieuit in mõte. Et licet ipſe de monte ad montem volare ſe dixerit, tamen in ipſa tranſlatione maiorem requiem fuiſse ſignifico. Quid enim aliud eſt de monte ad montem volare niſi de ſaluatoris gratia ad patris gloriã properare? Ipſi
Dani.2. enim ſunt montes, ſicut dicit Propheta: Mons de monte ſine manibus concidentiũ, hoc eſt filius de patre abſque vllius creationis acceſsu.

De natali ſancti Laurentii leuitæ & martyris.

Sermo LXXI.

BEATISSIMI Laurentii martyris, cuius natalem hodie celebramus, paſsionem noſſe vos credo. & quãta in perſecutione pertulerit, dilectionẽ veſtram ſcire poſse nõ dubito. Tanta enim martyrio eius gloria extitit, vt paſsione ſua mundum illuminauerit vniuerſum. Illuminauit mũdũ planè Laurẽti9 eo lumine quo ipſe ſuccenſus eſt, & flammis quas ipſe pertulit, omniũ Chriſtianorum corda calefecit. Quis enim hoc exem-
I plo nolit pro Chriſto ardere cũ Laurentio, vt poſſit à Chriſto cum Laurentio coronari? Quis nolit ad horã ſuſtinere Laurentii ignem, vt æternum gehennæ nõ patiatur incendium? Beati igitur Laurentij prouocamur exemplo ad martyrium, accendimur ad fidem, in caleſcimus ad deuotionem. Et ſi nobis perſecutoris flamma deeſt, fidei tamen flamma non deeſt. Non ardemus quidem corpore pro Chriſto, ſed ardemus affectu. Nõ ſubiicit mihi perſecutor ignem, ſed ſuggerit mihi ignẽ deſiderium ſaluatoris. Eſse autem ſaluatoris ignem legimus in euangelio, dicẽte eodem domino: Neſcitis quia
Luc.12. ignem veni mittere ſuper terrã, & quid volo niſi vt accendatur? Quo igne ſuccenſi Amaus & Cleophas dixe-
Luc.24. runt: Nonne cor noſtrum ardẽs erat in nobis in via cũ aperiret nobis Ieſus ſcripturas? Hoc igitur etiã ſanctus Laurentius igne ſuccenſus, flammarum non ſenſit incendium: & dum Chriſti ardet deſyderio, perſecutoriſpœna non ardet. Inquantum enim in illo fidei ardor feruet, in tantum ſupplicii flamma frigeſcit. Corporali enim beatus Laurentius dum laborat incendio, hinc ãmore Chriſti ſuccenditur, inde perſecutoris flãma torquetur, ſed diuinus ſaluatoris ardor materialẽ tyranni reſtinguit ardorẽ. Quanuis enim in fauillam membra ſoluantur, fidei tamen fortitudo non ſoluitur. Corpo- K
ris detrimentum ſuſtinet, ſed lucrum ſalutis adquirit. Non enĩ fratres beatus Laurenti9 cita vel ſimplici paſſione perimitur. Nam qui gladio percutitur, ſemel moritur: hic autem longa & multiplici pœna cruciatur, vt mors differatur, & non deſit ad ſupplicium, & deſit ad finem. Dicitur enĩ ab illo ſæuiſsimo pſecutore hæc illi conſtituta pœna, vt ardentium expoſita mole carbonũ inſuper eum ferrea crate diſtentum lenta flamma conſumeret, vt nõ tã inflãmando cito interimeret hominẽ q̃ diu exurẽdo torqueret. ita cum vnum latus exuſtum perſecutor cerneret, aliud latus ignibus obiiceret exu-
Dani.3. rendum. Legimus Ananiam, Azariam & Miſael beatiſſimos pueros à rege in camino ignis incluſos, in pœnarum ſuarum deambulaſse flãmis, & igneos globos pedibus cõculcaſse. Vnde & beatus Laurentius non minori eſt gloria prẽferendus. Siquidem illi in pœnarum ſuarum flãmis ambulãt, hic in ipſo ſupplicii ſui igne diſcumbit. Illi veſtigiis pedum conculcant incendia, hic laterum ſuorum deuotione reſtinguit. illi inquam ſtantes in pœnis eleuatis manibus orabant dominũ, hic autem proſtratus in ſua pœna toto corpore deum deprecatur. Iterum ergo beatus Laurentius exuſtis lateribus in dorſum ſupinus vertitur, & renes eius ignib9 exurũ
Pſal.138. L tur. vt impleretur pſalmi ꝓphetia, quę dicit ex perſona Laurentii: Proba me domine, & tenta me, vre renes meos & cor meum. Duplici ſe vtique poſtulat igne cõburi. nam ſi de vno & ſolo mundi igne loqueretur, ſufficeret renẽs tantũ exurendos incendiis obtuliſse, cor autem niſi Chriſti flãma non vrit, ſicut Amaus & Cleophas dixerunt: Nonne cor noſtrum erat ardens in via, cum aperiret nobis domin9 ſcripturas? Atq; ideo ad cõprobandum deuotionem ſuam geminum ſibi ignẽ poſtulat. vt luctamine habito oſtendat in ſe plus poſse amorẽ Chriſti, q̃ pœnã tyrãni. Honoremus igitur fratres beatum Laurentium, qui dum fide ſua perſecutoris flãmas vicit, oſtẽdit nobis per ignem fidei gehennæ incendia ſuperare, & amore Chriſti diẽ iudicii non timere.

De natali ſancti Cypriani, Sermo LXXII.

SANCTI Cypriani feſtiuitatẽ, ſicut omnibus notum eſt, hodie celebram9, & natali, ſicut dicunt, imminẽte vindemia, natalem eius martyrii procuramus. Conueniunt igitur vota noſtra, & mũdi. Mundus
Numer.13 vindemiarum vbertate lætatur: nos ſanctorum paſſione gaudemus. Quæ quidem paſsio vindemiis cõparanda eſt. Sicut enim vuarum expreſsione vinum funditur ita & ſanctorum martyrio vini vice ſanguis effunditur niſi quòd vua temporales fructus præſtat, paſsio ſempi- M
ternos. Recte ergo martyrium vindemiis comparatur. Habet enim & ebrietatem ſuam, habet & calicẽ ſuum, de quo dicit propheta Dauid: Et calix tuus inebrians
Pſal.22. quàm preclarus eſt. Et ipſe domin9 in paſsionis ſuæ ex itu conſtitutus ait, Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à me
Matth.26 calix iſte. Et iterum propheta: Calicem ſalutaris accipi
Pſal.115. am, & nomen domini inuocabo. Recte inquam calix martyrio comparatur, quia ſicut calix cũ bibitur, omnis humor noxius vini calore decoquitur: ita & martyrii poculũ cum hauritur, oẽs peccatores feces paſsionis gloria temperantur. Vinũ ergo quoddã ſalutare martyrii eſt, quod cordi lætitiã præſtat, calore fidei animę puritatẽ. Vinũ plane eſt ſpirituale de illa vua quæ pro ſalutẽ omnium pependit in ligno. Sicut enim botrus redditurus vinum prius in vinea quadã naturę arte ſuſpẽditur: ita & Chriſtus redditurus vinũ ſpirituale martyrii in cruce quadã prouidentia diuinitatis aptatur. Ipſe
Numer.13 plane botr9 quẽ duo exploratores illi, hoc eſt Ieſus Naue & caleb filius Iephone in phalanga ad filios Iſrael propriis humeris detulerunt. Quod quidem factũ iam tunc præfigurabat aduẽtum domini ſaluatoris. Nã botrus in phalanga ſuſpẽſus, in cruce Chriſtus appenſus

A oſtenditur. Duo autem in phalanga portantes vuam, duo populi demonſtrantur, Chriſtianus vtique, & Iudæus. Et ſicut mos eſt portantium, vnus præcedens, alter ſubſequẽs: ita prior Iudæorũ deſignatur populus, Chriſtianorum ſecundus. Et ſicut antecedẽs quod portat nõ videt, & retrorſum idem ſemper habens quadam dorſi auerſione contemnit: qui autem ſequitur, ſemper id oculis perſpicit, ſemper cuſtodit obtutibus, ſemper corporis vicinitate potitur: ita ergo Iudæus, & Chriſtianus populus. Iudęus enim prior eſt, Chriſtum in lege portat, &
Pſal. 68. retrorſum eum ponens quadam dorſi auerſione contẽnit: vnde ait propheta: Obſcurentur eorum oculi ne videant, & dorſum ipſorum ſemper incurua. Chriſtianus vero ſequens populus Chriſtum ſemper oculis aſpicit, ſemper cuſtodit obtutibus, & quadam graduum ſuorũ vicinitate complectitur. Et quãto eum ille populus prauo itinere poſt ſe relinquit, tanto eum iſte directo curſu feſtinat attingere.

Item de ſancto Cypriano. Sermo LXXIII.

Hic ſermo adſcribitur Maximo epiſcopo Mediolanenſi.

ANTE dies, cum beatiſsimi martyris Cypriani celebraremus natalẽ, ſuauiſsime in eius feſtiuitate iucũdati ſumus. quia enim hoc vindemiarum in tempore paſsus eſt, tãquam &
B nos de vindemia dulces & varios fructus ex eius paſsione collegimus. Impinguauit enim nos & refecit muſto martyrij ſui. Eſt enim muſtum quod reficit & inebriat Chriſtianum, ſed ebrietas illa magis ſobriũ facit. Qui enim inebriatur cæleſti gratia, exobriatur ſarcina pec-
Iſa. 5.2. catorum. Hoc nanque muſto repleti ſancti Apoſtoli, ſicut ait ſcriptura, alienis linguis dei magnalia loquebãtur. In quo facto patiter ebrij eſse videbantur, & ſobrij. Ebrij enim putabantur, quod in ijs loquela præter naturam altera perſonabat. Sobrij erant, quod iuxta conſuetudinem mentis deum deuotione laudabant. Quod qui dem non relatione aliqua aut impudentia contigit, vt viri ſancti peregrino ſermone loquerentur, ſed prouidentia diuinitatis factum eſt, vt quia ad magnificẽdum deum vna loquela non ſufficit, per plurẽs linguas mentis
Eſaię.5. deuotio ſolueretur. Iucundati enim ſumus, quia de vinea domini ſabaoth, ſicut dicit propheta, domus Iſrael eſt, quæ domus nos ſumus. Secundum fidem enim Iſrae-
Gala.5. litæ nos ſumus. Vnde dicit Apoſtol9: Quia ſi ex fide ſũt ij, filij ſunt Abrahæ. Quoniam igitur nos ſumus Iſrael, vinea dõmini ſumus, videamus diligenter ne ex palmi-
C te operis noſtri non naſcatur dulcedinis vua, ſed fellis,
Eſaię.9. ne dicatur nobis quod Iudæis dictum eſt per prophetã: Suſtinui vt faceret vuam, fecit autem ſpinas: & non iuſtitiam, ſed clamorem. Quãm dura conditio, vt poſſeſſio quę domino ſuo ſuauitatis fructus afferre debuit, ſpinarum illum aſperitate compunxerit. Hoc eſt, cum Iudæi ſaluatorem debuerint tota fidei deuotione ſuſcipere, ſpinarum eum coronauerunt paſsione. Quæ corona quidem, quantum in Iudæis eſt. erat iniuriarũ contumelia: quantum in domino, erat corona virtutum. Cõpun-
Ioan.19. gunt ergo Iudæi dominum dum coronant, compungũt dum crucifigunt. Vnde ait ſcriptura ſancta: Videbũt in quem compunxerunt. Igitur fratres videte ne & nobis dicatur: Suſtinui vt faceret vuam, fecit autẽ ſpinas. Hoc eſt, ne ſpinas quas domino Iudæi cruentis impoſuerunt manibus, nos iniquis ſenſibus apponamus, &
Mat.13. compungamus eum non aſperitate ſentium, ſed operum prauitate. Sunt enim ſpinæ cordis, quæ verbum dei etiam vulnerare conſueuerunt, de quibus meminit in euangelio Saluator, dicens ſeminãtis ſemen cecidiſse inter ſpinas, & creuiſse eas, ac ſuffocaſse quod ſatum eſt. Quæ autẽ ſpinæ ſint, ipſe proſequitur dicens vtiq; ſolicitudines eſ ſe mundanas, quæ cum creſcunt in corde hominis, mandata in eo ſaluatoris ſuffocant. Quis enim vnq̃ ſolicit9 de mũdo, potuit bene ſolicitus eſse de Chriſto? Quis dũ lucris domus ſuæ prouidet, vtilitatibus eccleſiæ potuit
1. Cor.7. prouidere? Vnde ait Apoſtolus: Qui ſine vxore eſt, ſoli- D
citus eſt quæ ſunt domini, quomodo placeat deo: qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mũdi, quomodo placeat vxori. Ergo fratres videte ne vinea veſtra nõ vuas, ſed ſpinas faciat, ne vindemia veſtra non vinum afferat, ſed acetum. Quiſquis enim vindemiam legit, & pauperibus non largitur: ille acetum colligit, non vinum. Quiſquis meſses recondit, & indigentibus nõ miniſtrat, iſte non alimoniæ fructus repoſuit, ſed tribulos auaritiæ congregauit. Nam propterea ait ſcriptura de
Gene.3. terra veſtra: Spinas & tribulos germinabit tibi.

De natali martyrum. Sermo. LXXIIII.

DIGNVM & congruũ eſt fratres vt poſt lætitiam paſchæ quam in eccleſia celebrauimus, gaudia noſtra cum ſanctis martyribus cõferamus, & ijs annũciemus domini
2. Cor.2. cæ reſurrectionis gloriam, qui conſortes
2. Timo.2 ſunt dominicæ paſsionis. Qui enim ſocij ſunt contumeliæ, debent & participes eſse lætitiæ. Ita enim dicit beat9 Apoſtolus: Sicut ſocij paſsionum eſtis, & reſurrectionis eritis. ſi tolerabimus, inquit, & conregnabimus. Qui ergo tolerauerunt mala propter Chriſtum, debent & gloriam habere cum Chriſto. Annunciemus inquam ſanctis martyribus dominicę paſchę gratiam, vt dum ſepulturæ illius prædicamus relata clauſtra, & horũ ſepulchra referentur. Dum corpus illius mortuum dicimus
E tepẽtibus venis ſubito viguiſse, horum quoq; membra, iam frigida immortalitatis calore foueãtur. Eadẽ enim ratio martyrem ſuſcitat, quæ & dominũ ſuſcitauit. Nã ſicut viam paſsionis eius experti ſunt: ita experientur & vitæ. Scriptum eſt enim in pſalmo: Notas mihi feciſti vi-
Pſal.15. as vitæ. Hoc vtique in reſurrectione ex perſona dicitur ſaluatoris, qui dum poſt mortem ab inferis redit ad ſuperos, incipiat notam habere viam vitæ quæ ante habebatur ignota. Ignota enim erat ante Chriſtum via vitæ, quę nullius adhuc reſurgentis fuerat temerata veſtigio. At vbi domin9 reſurrexit, nota facta ſolo attrita eſt plurimorum. De quibus ſanctus euãgeliſta ait: Multorum
Mat.27. corpora ſanctorum ſurrexerunt cum eo, & introierunt in ſanctam ciuitatem. Vnde cùm dominus in reſurrectione ſua dixerit, Notas mihi feciſti vias vitæ, poſsum9 & nos iam dicere domino: Notas feciſti nobis vias vitę. Ipſe enim nobis notas fecit vias vitę, qui nobis ſemitam manifeſtauit ad vitam. Notas enim mihi fecit vias vitæ, cum me docuit fidem, miſericordiam, iuſtitiam, caſtitatem. His enim peruenitur itineribus ad ſalutem: & licet nos in reſolutione corporis mortis vmbra circun
Ioan.11. det, tamen greſsus ſuos vita non deſerit, ſed inter ipſas medias inferni leges incunctanter Chriſti virtutibus
F ambulamus. Vnde ait ſanctus propheta: Nam & ſi am-
Pſal.22. bulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Quod manifeſtius dominus ait, de fideli dicens: Qui autem credit in me, non morietur. Et licet moriatur, viuet. Ergo fratres cum ſanctis martyribus paſchæ domini gloriam conferamus. Conferamus inquam: & licet melius nouerint omnia, tamen nos illis prædicemus quemadmodum de ſepulchri gremio reſurrexit ad ſuperos. Illi nobis reuelent quo pacto de inferni profundo remeauerit ad ſepulchrum. Notum inquam nobis faciant quemadmodum in exanime iam corpus & frigidum ſeſe calor infinuauerit, ſpiritus ingeſserit, ſanguis infuderit, & gelatas humore venas priſtini vigoris pulſus agitauerit. Notum inquam nobis faciant quẽadmodũ organũ corporis diſſipatum in priorem ſtatum neruorum rurſus coaptauerit reſoluta cõpago, & harmoniam viſcerum iam ſilentem in veterem concentum ſpiritus viuificans animauerit. Sacerdotes ergo prædicent quæ ſaluator poſt reſurrectionem mirabilia geſsit ad ſuperos, martyres reuelent quãta in ipſa morte refrigeria operatus ſit in defunctos.

G In natali sanctorum Canti, Cantiani, & Cantianillæ. Sermo. LXXV.

HODIE beatissimorum Canti, Cantiani, & Cantianillæ natalis est. Quàm bene & iucundè tres martyres vno pene vocabulo nuncupantur. Nec mirum si similes sunt nomine, qui sunt similes passione, si vna est illis apud homines appellatio, quibus apud deum est vna vocatio. Vniter enim vocati sunt à domino, non interpositò tempore aliter & aliter passi, sed omnes eodē ictu pariter martyrium pertulerunt. Quod quidem illis parentiua quadam à Christo affectione cōcessum est, vt congruerent meritis qui vocabulis concordabāt: & qui erant consanguinitate fratres, fierent etiam sanctitate germani: & quorum membra vnius corporis substātia vegetabat, eorum animas eiusdem fidei confessio coronaret. Refert autem de beatis supradictis historia, quòd tempore passionis cum eos persecutor inquireret, ascēso vehiculo iunctis mulabus eos secedere voluisse: & cū non longe ab vrbis mœnibus iter agerēt, vnum animal de subiunctis subito corruisse, atque ita illos à persecutoribus comprehēsos tentos ad pœnam. Quod factum quàm glorioſum ſit, & à diuinitate diſpoſitum, debem⁹ aduertere. Semper enim deus quos elegit, hos victores subuectione sublimi in aulam regni cęlestis inducit. Nā
4. Reg. 2. H sicut Helias curru applicito quasi ascendit ad cęlum: ita & isti vehiculo admoto ad martyrium peruenerunt, & quadriga sicut illum euexit ad requiem, ita hos portauit ad gloriam. Et quāuis illa ignea quadriga fuerit, hæc tamen inferior non habenda est, quia illa vnum gestauit prophetam, hæc tres martyres sustentauit. Sed dicit aliquis: Glorioſius est gestari quadriga ignea quam terrena. Nec hoc plane defuit sanctis viris. Nam sicut Heliā ignea quadriga portabat, ita & martyres fides ignea iā ferebat. Ferebat inquam illos Christus, qui ipse ignis est, qui
Deute. 4. ignis est, de quo scriptum est: Dominus noster ignis cōsumens est. Ergo cum beatos de quib⁹ loquimur, persecutor vrgeret, vehiculum conscenderūt. Qua causa? vt
Hebre. 12 fugerent? Absit. Non vt fugerent, sed vt ad martyriū citius peruenirent: non vt latitarent, sed vt Christianos secūctis transeuntibus manifestius approbarent. Cæterum occultius inter plures in ciuitate latere potuerant, tutius per diuersa singuli fugæ præsidium commendare. At vero vbi quis congregatione habita stratis vehiculis apparatu disposito per aggerem publicum egredi tur, illic non fuga dicenda est, sed profectus est. Sancti enim viri hoc facto velut in triumphali curru positi cōtestabātur dicētes: Ecce persecutor, ecce proficiscimur, ecce præcedimus, quid resides? quid moraris? Subsequere nostra vestigia. Nolumus enim videri inuiti ducti ad
I pœnam, qui præcedere nos profitemur ad gloriam.

De natali sanctorum martyrum.

Sermo. LXXVI.

SI quantum me necesse est dicere, & vos oportet audire, tantum prosequi corporis mei posset infirmitas: profecto omnes excusati essemus: sed ego infinuando præceptum, vos exequendo mandatū. Sed quoniam imbecillitate percellimur, quo minus quantum oportet dicere valeamus, excuset nos mentis deuotio, quos non excusat prædicationis oratio. Hoc est, etsi à laudibus domini lingua cessam⁹, mirabilia tamen eius fidei operibus approbemus, si nō loquimur verbis eius gloriam, factis exequamur eius gloriam, quoniam dictis facta priora sunt. Nam dominus in euangelio ita dicit:
Mat. 5. Qui fecerit sic, & docuerit sic, magnus vocabitur in regno cælorum. Audis ergo quoniam præcedit factum, subsequitur doctrina. Siquidem bene facere, prima doctrina est. Cessantibus enim verbis hoc ipsum docet hominem opus optimum, dum videtur: quod etsi voce aures non excitet, virtute corda tamen compungat. Quis enim bonum factum videns non gaudeat, miretur, imK itetur, ac veluti tacito magistro, vtens eius exemplo doceatur? Dictis igitur facta precedunt. Immo sine factis dicta nihil prosunt. Nam ideo & dominus fieri voluit, sic doceri, ne sine bono opere, verborum inutilis esset & superstitiosa iactatio. Melius ergo docemur facto quàm voce. Deniq; sancti martyres etsi voce tacent, factorum virtute nos edocent: etsi lingua silent, martyrij passione persuadent. Vnde quanuis distertus orator facundia sua me doceat, id tamen quod vtile est mihi, melius disco exemplo sanctorum, quàm assertione verborū. Citius mihi persuadent oculi quod cernunt, quàm auris potest insinuare quod præterit. Auditui enim cito irrepit obliuio. Oculorum autem historia semper inspicitur. Quis enim non omnibus horis momentisque conspiciat quemadmodum tunc beati martyres propter nomen Christi diuersis subiacuere supplicijs, & de ipsis pœnis quodammodo triumphabant? Quanto enim plura patiebantur, tanto se victoriosissimos credebant. Victoria enim est martyris, Iudicium persequentis, sicut scriptum est: Et vincas cum iudicaris. Cum iudicatur enim martyr, & condemnatur, tunc vincit atque prosterPſal. 50. nit. Tali enim iudicio non est addictus ad mortem, sed absolutus ad requiem. Ac per hoc, manifestissima ratione viciſse est, non periſse. Constat igitur sanctos martyres plus passione docere quàm voce, quāquam ipſamet L
Apoc. 6. passio sine voce non sit. Legimus enim animas eorum sub ara dei clamare vel dicere: Quousque sanctus & verus non vindicas sanguinem nostrum? Nam & deus dicit de sanguine Abel ad Cain: Vox sanguinis fratris tui Gene. 4. clamat. Clamare igitur dicitur sanguis qui innocens effusus est, non tam voce, q̄ causa. Sic & sanctorum martyrum animæ clamant, dum fidem atq; innocētiam suam sensibus nostris ipsa passione commendant.

De natali sanctorum Octauij, Aduentitij, & Solutoris Tauricorum. Sermo. LXXVII.

VM omnium sanctorū martyrū fratres deuotissime natalem celebrare debemus, tū præcipue eorū solēnitas tota nobis veneratione curāda est, qui in nostris domiciliis propriū sanguinē profuderūt. Nam licet vniuersi sancti vbiq; sint, & omnibus p̄sint, speciali ter illi tamen p̄ nobis interueniūt qui & supplicia ptulere p̄ nobis. Martyr enim cū patitur, nō sibi tantū patitur, sed & ciuibus. Sibi enim patitur ad præmiū, ciuibus ad exēplum. Sibi patitur ad requiē, ciuibus ad salutem. Exēplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus cōtumelijs vitā æternā quærere, mortē didicim⁹ nō timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, in quo alter tortus est, vt alius saluaretur. Alter carnificem pertulit, vt Christum alter agnosceret. Alter morti addict⁹ Mj
est, vt alius vita potiretur æterna: & ad postremum sanctus occisus est, vt peccator euaderet. Beati igitur martyres nec sibi vixerūt, nec sibi sunt mortui. Exemplum enim nobis reliquerunt bene viuendo conuersationis, tolerādo fortiter passionis. Nam ideo dominus per totū mundū diuersis in locis pati martyres voluit, vt tanquā idonei testes nos præsenti quodā fidei exēplo suæ cōfessionis vrgerent, vt humana fragilitas quæ prædicationi dominicæ aditu lōgiore vix credit, vel præsenti oculorū testimonio martyrio crederet beatorum. Cuncti igitur martyres deuotissime percolendi sunt, sed specialiter ij venerādi sunt à nobis, quorū reliquias possidemus. Illi enim nos orationib⁹ adiuuāt, isti etiā adiuuāt passione. Cū his autē nobis familiaritas est. Sēper enim nobiscū sunt, nobiscū morantur, hoc est, & in corpore nos viuētes custodiūt, & de corpore recedētes excipiunt. Hic ne peccatorū nos labes absumat, ibi ne inferni horror inuadat. Nā ideo hoc à maioribus, quibus est vt sanctorū ossibus nostra corpora sociemus, vt dū illos Tartarus metuit, nos pœna nō tangat: dum illis Christus illumi-

A nat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes euadimus inferi tenebras eorum proprijs meritis, attamen consocij sanctitate. Ait
Mat. 16. enim dominus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt ei. Si ergo apostolo & martyri Petro inferni porta non præualet: quisquis sociatur martyri, tartaro non tenetur. Martyres enim inferni porta non possidet, quoniam eos paradisi regna suscipiunt. Nam videmus eos vtique iam regnare. Cernimus enim ab ijs frequēter obsessos immundissimis dæmonibus homines liberari, ita vt cælesti medicina & captiua anima de diaboli laqueis eruatur, & ipse diabolus vinculis igneis alligatus producatur de sua captiuitate captiuus, vt qui prædam paulo ante ceperat, ipse subdatur in prædam. Hęc & alia potiora mirabilia per sanctos fieri omnibus notū est. Et ideo fratres veneremur eos in seculo, quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis ossibus parentum nostrorum iungimur: ita & eis fidei imitatione iungamur. In nullo enim ab ipsis separari poterimus, si sociemur illis tam religione quàm corpore.

De eo quod propheta ait ad filios Israel, Caupones vestri miscent aquam vino. Sermo. LXXVIII.

B NON incōmode ante dies paucos prosecuti sumus functionem hanc sacerdotalem vicem quandam negocij retinere, & quæstū esse non modicum hoc clericatus officiū. Est quęstus plane non modicus, vbi lucrū non pecuniarum, sed adquiritur animarum. Est magna negociatio, vbi redemptio hominis constat non annumciatione precij, sed annuciatione præcepti. Præceptum enim Christi talentum quoddam est pretiosum, quo salus comparatur, quo vita redimitur: & magna est redemptio, cum & precium datur, & pecunia non videtur. Talentum ergo magnum præceptum est saluatoris, quod cōmodati vice apud idoneos profiteare potest, apud negligentes non potest deperire. Alijs enim cum multiplici gratia restituitur, ab alijs cum pœnatum vsura deposcitur. Christus enim talentum quod cōmendat, necesse est vt requirat, & soluēti gratiam referat, non soluentem subdat iniurijs: Subdit plane iniurijs more mūdi, vt debitor qui redhibitione substantiæ satisfacere non potest, satisfaciat vel corporis vltione. Hoc ergo talentum fratres nos prædicatione nostra vestris pectoribus commēdamus, vt lucrum aliquod salutis vestrę domino designemus. Rationem daturi sumus qualiter aut prædicatio nostra proficiat, aut obedientia vestra fructificet. Nō enim sine causa euangelium annunciat, apostolus clamat, sacerdotes loquuntur: in cuiuscunq; aures vox sancta peruenerit, aut beatus erit deuotione, aut reus de cōtestatione. Loquimur enim beatitudinem credentibus,
C cōtestamur iudicium criminosis. Mercimonium igitur est administratio sacerdotū. Vnde & propheta dicit ad filios Israel: Caupones vestri miscent aquam vino. Non enim de ijs cauponibus Esaias sanctus loquitur qui publicis ministerijs seruientes, meram vini speciem fraudulenta aquæ colluuione permiscent (nec enim hoc ad beatū virū more iudicis seculi pertinere poterat, cū corruptis tabernarū vasculis minus ebrioso potu populus vteretur) sed de illis vtique cauponib⁹ loquitur qui prę sunt ecclesijs, non tabernis: qui sitientibus populis non concupiscentiæ calicem porrigūt, sed virtutis: nō ebrietatis ministrant poculum, sed poculum saluatoris. Istos ergo caupones propheta arguit & obiurgat, & queritur eos vino aquæ speciem permiscere. Hoc increpat in eis: eum functionum diuinarum essent præsules, sectatores rerum facti sunt humanarum, sicut ipse ait propheta: Sectamini vnusquisque domum suam. Quisquis enim sacerdos relicto pontificatus officio, mundi oblectationibus delectatur, hic aquam vino permiscet, hoc est, reb⁹ sanctis & feruidis inserit res viles & frigidas. Sed & sic
D possumus accipere, quòd ijdem Iudæorum sacerdotes aquam vino miscuerint, cum dominum saluatorem nō sicut deum susciperent, sed sicut hominem iudicarent, & synceræ ac meræ eius diuinitati turbidū quiddam ac Ioan. 10.
sordidum inferre voluerint, dicētes ad eum: Quia cum Ibidem. 8
sis homo, facis teipsum deum. Et iterum, Nos ex prostitutione non sumus nati. Dum enim se ab adulterio prostitutionis excusant, illum in diuinitate natiuitatis suæ adulterare nituntur. Sed adhuc diligētius videamus quid sit quod ait, Permiscēt aquam vino. Legimus vinum in Lucæ. 5.
ecclesia specialiter abundare, sicut in euangelio dictum est vinum nouum in vtres nouos esse condendum. Hoc est, in nouos homines neophytos spiritus sācti gratiam conferendam. Si igitur preciosa & spiritualis vini gratia abundat in ecclesia, aqua vilis & fœtida nō nisi in synagoga est referenda. Fœtida enim synagogæ aqua est, quæ baptismate suo peccata nō diluit, sed adquirit: quæ hominem non purificat proprio lauacro, sed polluit. Denique sicut in vini vtribus ecclesia honoratur, ita & cum aquæ vtre synagoga proijcitur. Nam illa Agar quæ typum synagogæ gestabat, de qua ad Abraham dicitur, Gene. 21.
Eijce ancillam, & filium eius: vtique cum eijceretur, nō cum vini sed cum vtre aquæ de tabernaculis effugatur. Certe domus Abrahæ erat diues, locuples, abundans: at tamen non vinum, non oleum, non panem accepit, quę sunt vitæ alimēta firmissima. Et rectę vitæ synagoga, alimenta nō accepit, quia vitam quæ est Christus, ignorat: aqua sola æger protrahitur, languidus sustentatur. Con
E ueniēs enim erat vt quæ viuentis non merebatur alimoniam, vel solatiū morientis acciperet. Arguuntur enim sacerdotes Iudæorū cur ecclesiastico vino pretioso aquam synagogę abiectam iam & reprobatam voluerint permiscere. Aqua enim in ecclesia miscerī nō solet, sed mutari, sicut dominus inuitatus ad nuptias hydrias plenas aqua nō vino miscuit, sed mutauit in vinū. Ne quid Ioan. 2.
enim in sancto conuiuio vilitatis Iudaicæ resideret, maluit naturam vertere, q̄ adulterare substantiam.

De eo quod dominus dicit in Euangelio, Vulpes foueas habent. Sermo. LXXIX.

SI diligenter animaduertit euāgelicum capitulum quod lectum est, vestra dilectio: sensus vestros id ipsum capitulum potuit penetrare cur dominus (sicut scriptura refert) cum ab altero interpellatus fuerit, vt Mat. 8.
eum quocunque ijsset, causa religiosi seruitij sequeretur: alteri magis dixerit, Sequere me: & illo spreto atque despecto, aliū potius tacentē nec opinātem̄ delegerit. Et cū vtiq; acceptius volūtarium obsequiū esse soleat q̄ coactū, & seruitiū plus placeat non quod imperio exigitur, sed quod spōte defertur: cur ergo iste respuitur, cur velut indignus etiam recusatur? Ait enim ad eum domi
F nus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius hominis non habet vbi caput reclinet. Primum itaque hoc considerare debemus, quod non est acceptor dominus personarum. Est enim æquus iudex & iustus: sed p̄ qualitate horum rependat dilectionis affectum, & eum eligat nō qui verbis promptus, deuotione piger, sed qui fuerit lingua tacitus, mente deuotus, de quo dicit p̄pheta: Tacitum te faciens, sapiēs videberis. De illo autē qui Prou. 17.
petulanter loquitur, refert scriptura: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum: Mat. 7.
sed qui fecerit voluntatem meam. Hinc ergo discimus quòd ad dominum non tam ore quàm corde clamandū est. Igitur Saluator noster, qui cogitationes hominū sentit, & prouideat, audiens quidem vocis obsequium, mentis autem versutiam recognoscēs, tali illum animali cōparat, quod aliud voce indicet, aliud moribus operetur. Vulpes latratu canis resonat, dolo rapinam fraudis exercet. Tacentem ergo nec opinantem assumit. Taccbat quidē lingua, sed spiritu loquebatur. Intelligimus enim

G quàm deuotus fuerit,qui ſicut ipſe aſseruit,patrem reli-
Lucæ.9. quit mortuũ,vt vitę dominũ reperiret. Ait enim,Permitte mihi prius ire,& ſepelire patrẽ meũ. Mortuũ ergo illum reliquerat,quem vt reuertẽs ſepeliret exorat. Non eum dolor retinuerat,non mors retardauerat,quia feſtinabat ad vitã. Necdum moriẽtis clauſerat oculos, necdum rigentia membra condiderat:ſtatim vt cõperit aduenisse dominum,oblitus paternæ pietatis,affectũ maiorem pietate credidit plus Chriſtum diligere,q̃ parẽtem.
Pſal.44. Legerat enim fortaſse propheticam lectionẽ quæ dicit: Obliuiſcere populum tuum,& domum patris tui. Propterea oblitus eſt patrem,dum memor eſt in ſaluatorẽ.
Mat.10. Audierat enim euangelium domini: Qui plus diligerit patrem aut matrem,non eſt me dignus. Ita cum Tobias iuſtificetur cur ſepulturę cauſa prandium dereliquerit, hic probatur cum cauſa Chriſti,patris reliquerit ſepulturam. Ille enim non veretur ne interueniẽte opere terreni prandij epulas prætermitteret,hic metuit ne interueniente mora refectionem panis cęleſtis amittat. Vnde cum Chriſti contemplatione ſepulturam omnibus debeamus, hic amore Chriſti patris deſeruit ſepulturam.
Lucæ. 9. Diſcutiamus itaque primo illius interpellationẽ, reſpõſionemq; domini ſaluatoris. Ait enĩ ille,Sequar te quocunque ieris. Prompta quidem,ſed ſuperba reſponſio. Iturus enim ad paſsionem erat dominus,deſcẽſurus ad inferos,aſcenſurus ad cælũ:nunquid in omnibus illum poteſt fragilitas humana comitari? Stulta magis eſt iſta præſumptio,q̃ religioſa cõfeſsio. Siquidẽ & Petro Apoſtolo dicitur à domino, cũ exiſtimaret ſe ſequi per omnia ſaluatorem,Quo vado,nõ potes me modo ſequi. Et
Ioan.13. H cum pertinaciter inſiſteret, ac ſe ab eo nec morte diceret ſeparandũ,tanq̃ iactãtię cõdẽnatus audit qđ eſset dominũ tertio negaturus. Ita qui promittebat à confeſsione Chriſti nec morte diuelli,ab eius ſocietate interrogatione ancillulæ ſeparatur:& niſi modũ quendam ſtatuens,tertio eũ dixiſset dominũ negaturũ, forſitan ſæpius interrogatus,frequentius denegaſset. Quid ergo reſpõdetur illi petulanti? Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli nidos,& filius hominis non habet vbi caput reclinet. Videte cui rei ſubtiliter comparetur. Eſt enim hoc genus animalis fallax,& inſidijs ſemper intentum, rapina fraudes exercens,quod nihil tutum, nihil ocioſum, nihil patitur eſse ſecurum,quod inter ipſa quoq; hominũ domicilia prædã requirat. Quam cõparationem non ſolum propter illũ ſcriptam puto, ſed ꝓpter pleroſq; etiã Chriſtianos,qui ore quidẽ dominum cõfitentur, moribus autẽ vulpiũ fallacia diuerſantur. Omnis enim Chriſtianus qui ſua vult peccata celare,hic ſpiritualiter vulpes eſt. Sicut vulpes propter fraudes ſuas latibulis demoratur, ita & peccator tacẽs propter cõſcientiã ſuam peccatorũ foueis deliteſcit. Et ſicut illa non audet inter medias hominũ turbas morum ſuorũ oſtendere fallaciam,ita & hic erubeſcit in media eccleſia conuerſationis
I ſuæ nequitiã confiteri. Vulpem plane dixerim omnem Chriſtianum qui ſuo inſidiatur vicino,qui quotidie nititur fines alienos arrodere,fructus inuadere, animalia deuorare,& quod eſt familiare huic tẽpori,nõ iam vulpiũ more pullos,ſed luporũ more rapere porcos:qui dũ ſuo labore poſsit ſe iuuare,ferarũ rabie prędam captat alienã. Hæreticos etiam oẽs arbitror vulpibus cõparandos,qui cũ in domo domini habitare nõ poſsint,cõuenticula ſibi quædã velut foueas præparant tenebroſas, in quibus pertinaciter latẽtes inſidiantur eccleſiæ,vt ſiqua innocens anima forte præceſserit,velut pullum gallinæ matris abſorbeant. Inſidiantur inquam vulpes eccleſię, hoc eſt hęretici euangelicæ illi gallinæ de qua ait dominus: Quotiens volui congregare filios tuos ſicut gallina colligit pullos ſuos ſub alas ſuas:ſed ipſa ſicut Samſon ardentes faces vulpibus religauit.
Mat.23.

Increpatio ad plebem, & de eo quod ait dominus: Qui habet,dabitur ei: & cãtauim⁹ vobis,& nõ ſaltaſtis.

REQVENTER ſtuduerãm apũd me ipſum fratres ſubtrahere vobis dominicæ prædicationis eloquia, ac nõ elargiri ſæpius ſermonum cæleſtium ſacramenta. Siquidem nihil profit offerre pabula recuſati, & potum porrigere minime ſitienti: cum id quod offeras, nõ tam libenter hauriat,q̃ faſtidioſe velut turbulentũ reddat: atq; ita fit vt & poculi ſyncritas vitietur, & cauſas delicti faſtidioſus peccator inueniat. Sic ergo & charitati veſtræ ingerere dominici poculi prædicationem forte ſuperfluũ eſt, cum id anima veſtra clauſis viſceribus non tam ſitienter hauriat,q̃ diſsimulãter infundat. Fundit enim mãdatum domini qui illud aure ſua percipit, corde non continet. In ſuperficie enim quadam corporis illud geſtans,ac minime ad interiora tranſmittẽs qđ audiuit,dũ obliuiſcitur, ſerię prædicationis effundit,& ita domũ vacuus repedat,qui de eccleſia onuſt⁹ exierat. Dicite enĩ mihi,quis de vobis cũ ad hoſpitiũ redierit,dicit,hodie audiuimus epiſcopũ de eleemoſynis diſputantem,rem vtilẽ prædicauit,debemus pauperibus miſereri? Profecutus etiã eſt de idolorum execrãda cultura,requiramus ne ignorantibus nobis in poſſeſsione noſtra ſit idolũ. Admonuit etiã feſtinare debere catechumenũ ad gratiã fidei, offeramus familiolæ noſtræ fidẽ vt quiſquis eſt fidelis accipiat,ne forte ratio ſalutis eorum quæ ratur à nobis,quia vita eorũ noſtro pendet arbitrio. Ne
L mo de dei rebus cogitat, nemo de die iudicij loquitur, quaſi aut per oĩa victuri,aut per omnia morituri. Mihi credite, ita viuimus in hoc ſeculo, vt corpore moriamur. ita morimur,vt rationi reddendæ viuamus. Moritur interim homo,ſed actuum cauſa non moritur: viuẽte autẽ cauſa neceſse eſt, vt cauſæ ſuæ perſona nõ deſit, ſicut ait propheta: Ecce homo,& opera eius. Volueram ergo ſubtrahere vobis dominicæ prædicatiõis eloquia, non quòd iratus hoc facerẽ, ſed vt euangelicã ſententiã cuſtoditẽ. Ait enim dominus: Qui habet, dabitur ei: & qui nõ habet,id qđ habet auferetur ab eo. Habenti ergo dari iuſsit,& nõ habẽti nõ ſolũ nõ dari,ſed & id qđ habet auferri. Quæ ſententia ſuperflua vobis forſitan videtur: ego autẽ dico recte ac ſapiẽter dominũ præcepiſse. Habẽti ergo iubetur dari. Meretur plane accipe qui ita laborauit vt ꝓpria ſolicitudine animę ſuę diuitias ſpiritales adquireret: vtputa quis cõtinẽtię forti,ꝓpoſito cœpit caſtimonię cuſtodire virtutẽ: meretur audire quæ caſtitatis remuneratio ſit futura, vt ad virtutis obſeruãtiam audiẽs remunerationis gloriã facilius poſsit pugnã quã cœpit atterere. Alius ad miſericordiã prõptus debet audire quia ipſi miſerebitur deus. & qui hãc terrenã ſubſtã
M tiã cæleſtibus diuitijs repẽſauit, neceſse eſt vt auſcultans viciſſitudinẽ cęleſtiũ premiorũ promptior ac libentior opus domini proſequatur, & ad miſericordiæ quod habet bonũ,largitatis addat augmentũ. ideo ait dominus. Qui habet,dabitur ei. hoc eſt,qui diues fuerit bonis opibus, hic magis euãgelica prædicatione ditetur. Cæterũ ſi fornicatori prędices,& dicas quòd virgo debeat pmanere,& auaro quòd oĩa ſua diſtrahere debeat atq; donare, ſtultitia illi eſt. Hanc autẽ prædicationẽ ridiculã putat, ſicut ait Apoſtol⁹: Animalis autẽ homo nõ percipit quę ſunt ſpiritus. ſtultitia enim eſt illi. Tale enĩ eſt ijs prædicare quod perfectũ eſt, quale ſi mendicũ pãnis obrutũ holoſerica velis induere, & eſurientẽ ruſticum placento delectare. neceſse eſt vt ab vtroq; recuſetur oblatio. Illi enĩ diſplicet holoſerica, qui neceſsaria magis frigori veſtimenta deſiderat. huic placentũ amarũ, dum eſcã magis ſaturitatis exquirit. Iſtis ergo perſonis auferenda potius ſunt quæ ſua ſunt, ſicut ait euangelium, Etiam id quod habet auferetur ab eo. hoc eſt, cogẽdus eſt fornicator pannos ſuæ corruptionis abijcere, cõpellendus aurus eſt panẽ ſuæ cupiditatis exponere. Vereor autẽ fratres ne hæc euangelica lectio pleriſq; de vobis cõgruat,

A quæ ait: Cantauimus vobis,& non ſaltaſtis. lamentauimus, & non ploraſtis. Annunciamus ergo vobis regni cælestis gaudium, & minime corda veſtra motu quodã alacritatis exultant. Prædicamus triſte iudicium, & ſenſus veſtri ad pœnitentiam in lachrymas nõ prorũpunt. Infidelitatis enim genus eſt, in diuinis rebus nec gaudere proſperis, nec flere contrarijs. Saltationem ergo à nobis requirit dominus, non vtique ſinuoſi volubilitatem corporis, ſed extollentis ſe fidei ſanctitatem. Sicut enim qui corporaliter ſaltat, nunc in aere ſuſpenditur, nunc ad altiora iactatur, nunc alternis ſaltibus loca diuerſa colluſtrat, ita & qui ſpiritualiter ſaltat interueniente fide, modo in aeris ſublimitatẽ erigitur, modo ad ſyderũ altiora tollitur, modo diuerſis cogitationũ ſaltib⁹ para diſum cælumq; colluſtrat. Et ſicut qui corporaliter ſaltat, volubilitate membrorum ſe exercẽs gyrum ſibi ſaltationis adquirit, ita & qui ſpiritualiter ſaltat fidei alacritate ſemper mouẽs, gyrum ſibi totius orbis aſsumit. Solẽt autem homines ſicut mos eſt, in ſuis votis, hoc eſt nuptijs, præcipue ſaltare vel canere: vnde & nos habemus votiuas nuptias, in quibus ſaltare vel canere debeamus. Vota enim noſtra celebrãntur quando Chriſto eccleſia copulatur, ſicut Ioannes: Qui habet ſponſam, ſpõ
B ſus eſt. Propter has ergo nuptias ſaltare nos conuenit, Siquidem Dauid rex pariter & propheta dum multa cecinerit, ante arcam teſtamenti etiam ſaltaſse dicatur. Elatus enim gaudio, in ſaltationem prorupit. Prævidebat enim in ſpiritu Mariam de germine ſuo Chriſti thalamo ſociandam. Vnde ait: Et ipſe tanquam ſpõſus procedens de thalamo ſuo. Ideo ipſe præ cæteris prophetis rum authoribus plus cantauit, quia lætior cunctis per hæc gaudia ſuos poſteros coniugabat, & ad propria vo taſolito dulcius inuitans, docuit nos quid in ipſis nuptijs facere deberemus, cum ille ante nuptias tanta exultatione ſaltauerit ante arcam. Ergo ſaltauit propheta Dauid ante arcam. Arcam autem quid niſi ſanctam Mariam dixerimus? Siquidẽ arca intrinſecus portabat teſtamenti tabulas, Maria autem ipſius teſtamenti geſtabat hæredem. Illa intra ſemet legem, hæc euãgelium retinebat. Illa dei vocem habebat, hæc verbum: veruntamen arca intus foriſq; auri nitore radiabat, ſed & ſancta Maria intus foriſq; virginitatis ſplendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro, iſta cæleſti.

De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio: Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit.

Sermo. LXXXI.

C DVPLEX eſt tentationum ſpecies. aut enim tribulatio cor vexat humanũ, & ſicut aurum in camino per patientiam probatur vnuſquiſque & agnoſcitur, aut interdum etiam ipſa vitæ proſperitas ad tentationẽ cedit hominibus. Similis nanque eiuſdem ignauiæ eſt, in aduerſis humilem ac miſerabilem fieri, & in proſperis inſolenter efferri. Exemplum plane quod non debemus animo deijci in aduerſis, habem⁹ magnificum Iob indignari in triſtibus penitus neſcientem, qui omnẽ diaboli violentiam velut torrentis cuiuſdam aduerſus ſe turbinem venientẽ immobili corde & inconcuſſa mentis viuacitate ſuſcipiens, tanto clarior ex tentationibus factus eſt, quanto difficiliora & periculoſiora ei ſunt ab inimico intentata certamina. Exempla vero eorum qui per ſecundos vitæ ſucceſsus proſperitateſq; tentantur, multa quidem habemus & alia, non minus tamen eius qui nunc de Euãgelio recitatus eſt, diuitis, qui alias quidem recõditas premebat diuitias, alias vana ſpe inaniter præſumebat, dum benignitas dei auiditatis eius intẽ perantiam non ſtatim ab initio nec continuo, vt publicare cœperit punit. Quinimmo & reconditas diuitias nouis nihilominus & aduentitijs cumulat, ſi forte eum aliquando nimietate ipſa ſatiatum, ad ſenſum & intelligentiam humanitatis adduceret, animamq; per abundã
D tiæ nimietatem ſuaderet aliquid de indigentibus cogitare. Sed videamus quid de eo dicit ſermo diuinus. Homi nis, inquit, cuiuſdam diuitis, fructus vberes ager attulit, & cogitabat intra ſemetipſum dicens: Quid faciam? Deſtruam horrea mea, & maiora ędificabo. Dicis fortaſse, cur ager hominis nihil boni operaturi, vberes attulit fructus? Vt magis magiſq; dei pattentia noſceretur, dum ad huiuſmodi homines beneficia ſuæ benignitatis extẽdit. Pluit enim ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſolem ſuũ oriri iubet ſuper bonos & malos. Verum talis iſta benignitas dei ſicut per nimiam patientiam, facultatem cõuerſionis & emendationis indulget: ita maiora & grauiora ſupplicia coaceruat, vt conuertat ingratos. Largitus ergo eſt deus imbres vberes agris hominis auari, ſolẽ præſtitit ad nutriendas ſegetes, multiplicandáſque fruges, vt aceruos diuitis augeret in omnibus moderata temperies. Igitur quæ à deo præbẽtur etiam ingratis, iſta ſunt, terræ fœcunditas, aeris temperies, fructuũ lætitia, & boũ ſubſidia, & omnia quibus anni prouentus fœcundis ſucceſsibus adimpletur. Quæ vero ab homine procedunt, qualia quæſo ſint videamus. Auguſt⁹ animus, & parum putans omne quod naſcitur, cuiuis abundantiæ deeſse ſemper aliquid cõputans, tum deinde inhumanum propoſitũ impertiendi cuiquam cauſam nullam idoneã putat. Vide beneficijs diuinis diues q̃ ingratus exiſtit. Cõmunis hominũ naturæ non meminit, æquum non putat E ſaltem ex ſuperfluis aliquid egẽtibus impertiri, ſcriptũ non legit, nec recordatur præceptũ eſse vt fides & miſericordia nõ deſerant ſe, & confringe eſurienti panẽ tuũ. Et quęcunque vel à propheticis vel à cæteris doctoribus quotidie prędicantur, diues nec audit, nec videt, nec intelligit. Si horrea quidem diruit, & maiora reædificata fructibus largioribus replet, auaritia tamen diuitis cor, & propoſitum non repletur. ſemper enim ſtudet cumulare noua veteribus, & augmentis præſentibus ſuperare præterita: & dũ cumulis ſemper creſcentibus ſolidos cupit vincere numeros conditorũ, ad iſtos inextricabiles cogitationũ exitus deuolutus eſt, vt nec veteribus cederet, nec ſufficeret nouellis. Propterea ergo caſsæ quidẽ cogitationes eius, ſolicitudo vero inutilis & inanis. Quid, inquit, faciam? Quis nõ talẽ miſereatur? Quis nõ infœlicitatem eius doleat? Anguſtatur ex abũdantia, cõſtringitur & coarctatur ex opulentia. Infœlix in præſentibus bonis, infœlicior in futuris: & vt video, ager ei nõ tam redditus largiores quàm gemitus attulit grauiores. Terra ei nõ fructuum copiam, ſed curarum moleſtiam germinauit: ita vt curis ac mœroribus ſtimulatus, egentibus & ſeurientibus ſimiles perferat cruciatus. Denicq; & egeni vox iſta eſt: Quid faciam? vnde cib⁹? vnde veſtitus? Eadem conqueritur & diues, Quid faciam? vbi recondam? Iiſdem cruciatibus pro ſolicitudine facultatũ F quibus pauper pro egeſtate torquetur. Vides diuitem, nec opimis copijs poſse lætari, ſed mentem eius abſumit ac ſoluit affluentia, dum nullo intellectu humanitatis admonitus ſentire non poteſt id ſibi abundare quod alijs deeſt. Non enim apoſtolicis commonitionibus accommodat aurem ſuam, vt diſcat ab eo abundantię ſuę rationem, cum dicit: Vt veſtra abũdantia fiat, id eſt proficiat ad aliorum inopiam. Et quidem mihi videtur talis hæc paſsio animæ ſimilis eſse ijs qui tantum gulæ indulgent, vt dirumpi magis nimio cibo eligant, quàm alicui indulgere reliquias. Sed recordare ô homo, quis eſt qui largitus eſt tibi teipſum: qui fis, in memoriam reuoca. Seruus es Dei, & diſpenſatio tibi commiſsa eſt dominicæ facultatis. Recordare ergo quis eſt qui tibi iniunxit officium diſpenſandi familiam ſuam. Quid eſt quod multis prælatus es? non eſt vtique ſine cauſa quod tibi à bono & iuſto deo officium tribuitur largiendi, alijs neceſsitas imponitur indigendi. Diſpenſatorem igitur cõ ſeruorũ tuorũ te ex dominicis facultatibus eſse cognoſce. Nec exiſtimes quòd omnia vẽtri & delicijs tuis tẽr-

G ra. ꝓducat. Que in manibus habes, cõmissa tibi magis q̃ concessa cognosce. Paruo tẽpore aliquantulũ super ijs lætaris, & abuti eis voluptuosius delectaris. cũ vero hæc pariter cũ vita nostra defluxerint, ratione dispensatiõis nostræ vocamur domino reddituri. Hic mihi te pauliſp indulge ô qui es qui diuitiarũ dispẽsatione in hoc mundo sortitus es, & te in illo terribili dei iudicis tribunali astãte paululum quid vacans, si tamen vacare potes à diuitiarum solicitudinibus, intuere. Cum interrogari cœperis, Commissas tibi opes cum quibus egentibus diuisisti, quibus necessitatem patiẽtibus subuenisti, quos de carceribus, de vinculis, de gladio profusa pecunia liberasti, quibus pupillis pater, cui viduæ vir castis prouisionibus extitisti, pecunia mea, fructus mei quid apud te operis, quid vtilitatis habuere? Tu ad hæc sine dubio respondebis, Omnia simul cõposita ac recõdita clausstris validissimis & signaculis tutissimis communiui, nulli quicq̃ tribui, quinimmo & ad custodiẽda ea vigilias me as addidi, curas impendi, solicitudines tribui. Sed stulto cõsiliario vsus es temetipso. deliberans enim ait, Quid faciã? Cõsequens vtiq; erat te de talibus liberũ ante dicere, Aperiam horrea mea, & replebo esurientes animas pauperum, patefaciam quæ recondita sunt, & inuitabo indigẽtes, ac releuabo afflictos, imitabor beatũ Ioseph, & humanitatis voce ꝓclamabo: Si quis indiget panib⁹, veniat ad me, & gratiã quam dominus indulgentiori liH beralitate mihi largitus est, communem cum omnibus faciã. Velut ex cõmunibus ergo fontibus hauriat vnusquisque quod sufficit. Sed tu nihil tale non solum proloqueris, verum nec cogitas quidem, quinimmo hominibus quidem diuina inuides beneficia, tuam vero ipsius animam malignis consilijs affligis, & cogitas abundãtiam dei humanam facere penuriam. Aderant qui animam repeterent, qui pignus huius vitæ reuocarent, & ille adhuc ad animam de opulẽtia loquebatur, hac nocte auferendæ à se animæ dicebat: Anima, habes bona multa in annos multos, manduca, bibe, & epulare. Sed vide dispẽsatione iusti iudicij dei. indulget ei prodere ac ꝓferre omnia consilia sua, publicare sententiam suam, vt & ipse dignam tali mente ac voto condẽnationis sentẽtiam ferat. Quod vtiq; propterea scriptum est, non tantum vt quid ille passus sit noscerem⁹, sed quomodo nos effugere debeamus ne similiter cõdemnemur. Quòd si difficile tibi putas ô homo magnificentiam diuinæ largitionis imitari, imitare terram. si leuare sursum oculos non potes, saltem ea quæ deorsum sunt, & in pedibus tuis, intuere. Affer tu fructum sicut terra, noli esse deterior insensibili elemẽto. Illa enim fructus quos affert, nõ suis vsibus vendicat, sed tuis ministrat obsequijs. Tu veI ro fructus illi⁹ solus inuadis, & tibi soli cõcludis. Quod si tantum auiditatis te morbus astringit, vt tua velis facere omnia, accipe & ad hoc salutare remedium. Beneficium largientis præbenti magis permanet quàm suscipiẽti. Nam misericordia quidem ad indigentem peruenit, gratia autem multiplicatæ mercedis permanet tribuenti. Esurienti dedisti panem. ille quidem pastus est & refectus, sed ad te redit quod dedisti, cũ fructib⁹ & vsuris. Quod si difficile putas, considera frumentũ quod seminatur in terra, si nõ ad seminantis potius q̃ ad suscipientis lucra cedit. ita etiã dum cibus tribuitur indigẽtibus, cum multo fœnore diuinæ gratiæ restituetur in posterum. Sit ergo tibi finis agriculturæ huius, initium cælestium sationũ. Seminate enim, inquit, vobis ad iustitiã. Quid ergo afflictaris, quid temetipsum excrucias luto Prou. 22. & latetibus concludens humanæ vitæ subsidia? Scriptũ non legis: Melius est nomen bonum super diuitias multas? Si ergo & tu gloriã ex diuitijs quæris, cognosce quia melius est mille filiorum quos per misericordiam filios adquisieris, patrem vocari, quàm mille aureorum domi num dici. Facultates nanq; relinquẽtur hic etiã si nolumus, bonorũ vero operũ cõsciẽtia nobiscũ pariter pergit ad deum. Et cõsidera quanta tibi dum erit gloria, cũ K te omnis ille populus qui ex promptuarijs tuis pastus est & refectus, pro tribunali magni illius & iustissimi iudicis caterua constipãte circundabit, pastorẽ te suũ, ac tutorem piũ, & misericordẽ patrem omni gratiarum voce testabitur. Quòd si magistrat⁹ in theatris mimis & athletis & gladiatoribus, aliisq; huiusmodi generibus hominũ totũ pene patrimoniũ suũ largitur ac prodigit, vt vnius horæ fauorẽ vulgi adquirat, nihil sibi vlterius ꝓ futurum: tu dubitas & cunctaris munificus esse in huiusmodi largitionibus, in quibus iudex residet deus, fauentium & acclamãtium vulgus est angeli: Vbi omnes qui à seculo fuerũt sancti, laudatores & prædicatores tui sunt: Vbi laus & fauor nõ simul cũ die cessat, sed cũ seculis permanet: Vbi corona tibi nõ auri, sed iustitiæ dabitur: Vbi non honores vnius vrbis, sed cælorum regna mereberis? Et hæc omnia conquiruntur per misericordias pauperũ, per dispensationes indigẽtium, in quibus cibi corruptibilis precio inçorruptibilẽ regni cælorum gloriã æternamq; mercaris. Veni ergo, si videtur, si horũ quæ dicimus, apud te fides vera est, & diuitias nostras cõsulte & vtiliter disponamus, præparemus noua & præclarissima munera, edamus primam cãdidam in vestiL tu & indumentis nudorum, secundam vero non minus nobilẽ, fessas & pereuntes fame animas reparemus, tertiam nihilominus editionẽ famosissimam præparemus, circumeamus vrbem, & requiramus eos qui ne ad miserendum quidem poscendam per debilitatẽ venire potuerunt, præstemus sumptũ, quæcũq; sunt necessaria largiamur: nec te pigeat visitare ægrũ, requirere clinicum. Memento quoniam & nos cũ decumberemus in grabato nostro, cum essemus debiles, & nõ possemus ipsi per nos ire ad dominũ, deus ipse venit ad nos. Misit enim filium in similitudine carnis peccati, qui nobis attulit cibum seipsum. ipse enim panis vitæ, qui de cælo descendit, & vitã dat huic mũdo. Et quo ore quæso, qua impudentia panẽ de cælo accipientes nos, panẽ de terra non damus fratribus? Quod si adhuc nobis sufficit copia patrimonij, edamus etiam illam nouissimam, sed non minus fauorabilem editionem. Eamus ad carceres, requiramus vinctos, humanis miserijs & angoribus cõdoleamus. In his enim omnibus tibi occurrit Christus, qui cũ sit incõprehẽsibilis secundũ deitatis naturã, inuenietur tamen abs te per opera misericordiæ. Ipse enim dixit: Quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & potaMatth.25. stis me: nudus, & operuistis me. Vides qualia munera præparat sermo diuinus. Ibi histriones accipiunt & gladiatores, & perit omne quod perditis datur, hic in istis M esurientibus ac sitiẽtibus & nudis, ægris ac vinctis, Christus se suscipere ꝓfitetur. Quid ergo agis ô diues? quid cogitas? quid deliberas? Christo esuriente tu horrea tua claudis? Immo nõ claudis, sed minora destruis, & maiora reædificas? Christo indigente vestitu, tuæ vestes tineis consumuntur? Christo egente tu aurum quæris, aurum desideras, aurũ recondis, omnia aurũ vides, aurũ tibi vigilanti cogitatio est, & somnia dormienti? Sicut enim ij qui per insaniam mente translati sunt, nõ iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident: ita etiã mens auari auri semel vinculis cupiditatis astricta, semp aurũ, sem per argentũ videt, semper redditus cõputat. Gratius aurũ intuetur q̃ solẽ videt. Ipsa eius oratio & supplicatio ad dominũ, aurũ quærit, & vellet atq; optaret vt omnia ei in aurũ cõuerterẽtur. Deniq;, quod potest, frumentũ in aurũ conuertere conatur, vinũ in aurũ mutat, lana ei aurũ efficitur, omnes fructus eius, omne negotiũ, omne quod mouetur, in aurum vertitur. Interdum etiam vsuræ atte nequissima ex ipso auro aurũ nascitur. Sed quid agis? Nec satietas vnquã nec finis aderit cupiditati. Nam interdum pueris gulæ nimium deditis indulgemus desideratos cibos auidius sumere, vt nimietate ipsa satiati horrescãt, & auertãt se de reliquo ab huiusce modi cupiditate. Auaritia tamen nihil tale patitur, sed quãto plus A inuenerit, tanto amplius quærit. Sed quid dicit scriptura diuina? Diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere. Tu vePsal. 61. ro fluentes diuitias obstruis & concludis, vt intra locos tuos stagnantes etiam irruptiones operentur. Inde denique est quod etiam horrea tua rũpunt & deijciunt, paternis non contentæ clausstris, & auitos terminos excedẽtes. Sed quid dicis? Maiora inquit reædificabo. At hoc satis incertum est, quis tibi reædificandi tempus indulget? Velocius enim tu deijceris, q̃ illa erigantur. Verum ille dies habebat & malignę cogitationis finẽ dignũ, & terminum competentem. Vos autem fratres si mihi auscultatis, referate aditus promptuariorum vestrorũ, & largior diuitijs vestris atque fluẽtior exitus procuretur quàm dudum fuerat quæsitus ingressus, tanquam affluẽtissimus fluuius ad segetes rigandas multis deriuationibus trahitur per omnem terram misericordię affluẽtia. An nescitis, quia puteorũ aqua si frequentius hauriatur, & salubtior efficitur, & abundantior: quòd si ociosa remanserit & immobilis, inutilior & corruptior fit: si moueatur & operetur, cõmunę omnibus & vtilẽ proferet fructum? Mete ergo vberes pecuniæ tuæ fructus, oratiões dico pauperũ, intercessionemq; sanctorũ, qui pro te, of ficiorũ tuorũ memores apud iustũ iudicẽ deum dignis operũ tuorũ allegationibus postulẽt. Caueamus exemplum diuitis istius, qui dũ præsentes diuitias cõcludit, & de futuris solicitudinẽ gerit, diuitijs pariter abreptus & vita, ꝓtrahitur ad tribunal horrificũ, in quo accusatrix B quidẽ hui⁹ assistit ipsa illa quæ & toti⁹ vitæ eius comes extitit auaritia, defensor vero & intercessor nusquã vlsus apparet. Circũspectat nanq; sanctorũ multitudinem diuinis tribunalibus assistentẽ, & intẽtis ac solicitis oculis circunlustrat si quẽ forte videat charũ sibi ac familiarẽ in hac vita obsequio suo factũ, nec vsquã tamen vllũ inuenit. Null⁹ est qui dicat: Domine, dign⁹ est cui ignoscas, dilexit enim gentẽ nostram, & ecclesiam ipse ædificauit. Nullæ viduæ quæ procedẽtes & flentes rogent Petrum, ostendentes vestimenta sua quę eis largitus est diMat.5. ues. Nullus ergo miserebitur ei qui nõ est misertus. ScriLucæ.6. ptum est enim: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et iterum: Date, & dabitur vobis. Et qua mensura mẽsi fueritis, eadem remetietur vobis. Sed ne hæc fortassis aduersus eũ tèmere & immeritoIbidem. coaceruare videamur, sermones ipsius percõtemur, & videamus cũ ei fruct⁹ ager vberes attulisset, quid sentit. Facit saltem hoc quod vtique etiam auaro facere cõ petebat? Orat deum & deprecatur vt fructus ad maturitatem sine læsione perueniant, ne grando verberet, ne turbo vastet, ne procella subuertat. Solent enim & hæc frugibus sæpe iam maturis incidere. Nihil horũ, sed destruere parat horrea, maiora ædificare. Et ipse quidem C in corde suo loquitur, sed qui videt in occulto, intra se loquentem audit in cælis, propterea ei & inde respõnsa Lucæ. 12. redduntur. Quæ autẽ sunt quæ loquitur? Anima, inquit, habes multa bona, manduca, bibe, & epulare. Nonne, si dici ita potest, muti animalis vox ista est? Si enim porcinam animam habuisset, quid ei aliud quàm manducandi & bibendi bona nunciare debuerat? Nunc autem ita totus animalis homo est, & totus carneus, vt animã suã carnalibus & corruptibilibus escis existimet esse pascẽdam, & ea quæ in secessum egeruntur, animæ præparat ad vtendum. Cuius vtiq; natura talis est, vt virtutib⁹ alatur, vt verbo dei saginetur, vt intellectibus pijs & religiosis disciplinis atq; exercitijs excolatur. Sed quid tale habes bonum? Hæc bona ad animam defer. Verum tibi quoniam deus vẽter est, & totus seruus es carnis, audi di Ibidem. gnam appellationem qua te nõ hominũ quisquam, sed ipse dominus appellat. Ait enim: Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ præparasti, cui⁹ erũt? Ipsis illis æternis cruciatibus maior est stultitiæ nota. Qui enim paulo post erat rapiendus à vita, quæ cogitat? De-

struam inquit horrea mea. Cui ego respondeo, & recte D quidem facis. nam vere destruere debes horrea iniquitatis, & ea quæ male ædificaueras, manibus tuis ipse subuertere: destruere promptuaria, ex quibus nullus misericordiam consecutus est: deijcere ac subuertere mãmonæ obscura & tetra domicilia. Destruam inquit horrea mea, & maiora ædificabo. Quod si & ista repleueris, quid quæso facturus es? Et iterum sine dubio destrues, & iterum reædificabis. Et quis finis stulti huius laboris & vani, & instãter ædificare, & instantius destruere? Si vis ergo ostendam tibi horrea iam parata, esurientium pauperum ventres, in ipsis tuos conclude thesauros. Tales Mat.6. enim tibi thesauri seruabuntur in cælis, in quibus neq; tinea comedit, neq; fures effodiunt & furãtur. Sed dicis, Cum secunda horrea repleuero, tunc dabo pauperib⁹. Longos tibi promittis annos, & satis lata vitæ spatia polliceris. Talis ista promissio non futuram continet humanitatem, sed præsentis misericordiæ dilationẽ. Quid enim nunc misericordiã fieri vetat? Frumenti copia est, tempus anni prosperum, esurientes præsto sunt flentes, nudi circunstant gementes, vincti de carceribus, & ægri de lectulis miserabiliter & flebili lamentatione circunstrepunt, tu misericordiam quid in crastinum differs, cum hodie crudelis & immisericors sias? Audi saltẽ sapientissimi cõsiliũ Salomonis. Ne dicas inquit, abi nũc, & redi crastino, & dabo tibi. Non enim scis quid pariat Prouer.3. superuentura dies. Sed ne huiusmodi mandata suscipias, aures tibi obstruit auaritia. Non te oportebat gratias Ibidẽ.27. agere deo, exultare & lætari quod non ipse mendicans alienas circuis fores, sed alij ante tuas ianuas sedent à te E misericordiam postulantes? Tu vero difficilis es ad prębendum, cõtristaris ac declinas ne quis tibi paulo molestior cogente necessitate paupertatis existat, quasi non potuisset fieri vt esses vnus ex ijs qui ante ianuam tuam fame perditi iacent. & tu quidem satis digne, nam voto, mente, ac proposito pauperes, & totius boni egenus. Cũ enim non habeas charitatẽ, cũ tibi desit humanitas, desit fides, desit spes in deo, cũ tibi desit misericordia, quid te egestuosius, quidve mẽdicius? Pars tua cũ tineis & muribus horreorũ tuorũ rosorib⁹ erit. Qui vtiq; si talia nõ videres, si non corrũpi ea cerneres & consumi, quis tibi suadere posset aliquid inde largiri? Sed als: Quid iniustum est si cũ aliena nõ inuadam, propria diligẽtius seuo? O impudẽs dictũ, propria dicis? quæ? ex quibus recõditis in hũc mundũ detulisti? Quãdo in hanc ingressus es lucẽ, quando de ventre matris existi, quibus quæso facultatibus, quibusq; subsidijs stipatus ingressus es? Aduentum tuum in hunc mũdum discе ab Apostolo Paulo dicente: Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed 1. Timo. 6 nec auferre quidem quid possumus. habentes autem victum & vestitum, his contẽti simus. Terra communiter omnibus hominibus data est, proprium nemo dicat q̃d F è communi plus q̃ sufficeret sumptũ, & violenter obtentum est. Verũtamen nudus ex ventre matris existi, nudus nihilominus & reuerteris in terram. Et si quidẽ terræ elementum putas fortuito substitisse, impius es qui ignoras conditorem deum. si vero agnoscis beneficium largitoris, grat⁹esto creatori, & require apud temetipsũ rationem cur plus tibi q̃ cæteris præstitit. Nunquid iniquus est deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitę subsidia, vt tu quidem esses affluens & abundans, alijs vero deesset, & egerent? An idcirco magis quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare: tu vero susceptis dei muneribus etsi in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquũ, si tam multorũ vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, q̃ qui multorum alimenta, suum non vsum, sed abundantiã & delicias facit? Neq; enim minus est criminis habenti tollere, q̃ cum possis & abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est quẽ tu detines: nudorum indumentum

G est quod tu recludis: miserorum redemptio est & absolutio, pecunia quam tu in terrâ defodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare quod velis. Bona quidem ais sunt verba, sed melius est aurum. Nihil mirum. nam & siquis cum impudicis de pudicitia loquatur, & scorta vituperet & exprobret, ij animi quibus libido dominatur, & ex ipsa cõmonitione ad impudicitiam multo acrius accenduntur. Sed tibi iterum ante faciem adducã ipsas futuri iudicij dei formas, vt intelligas quales tibi gemitus recõdas. O quàm multi precij vbi in die
Mat.25. iudicij sermo ille videbitur de quo superi⁹ diximus, qui ait: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis præparauit pater meus à constitutione mũdi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Qualis tibi rursum horror, qualisq; sudor, quales tenebræ superueniẽt
Ibidem. audiẽti condẽnationis illius sententiã, qua dicitur: Discedite à me maledicti: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Neq; enim in his verbis qui alia inuasit arguitur, sed is qui non cõmuniter vsus est ijs quæ habuit, condẽnatur. Nos quidem quod vtile credidimus, cõmonuimus. Si quis autẽ obedire vult diuinis præceptis, non ignorat quæ sit repromissionum merces. Qui vero obedire non vult & negligit, manifesta est ignis æterni cõminatio, cuius opto vos expertes effici & alienos, & effugere pœnas impijs repromissas, faciẽtes illud quod scriptum est, vt redemptio animæ vestræ sint diuitiæ vestræ, & ad præparata pergatis regna cælestia, per eũ qui
H vos vocauit, Christum Iesum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De defectione lunæ. Sermo. LXXXII.

ETipsi videtis fratres qđ mea non cessat humilitas omni circa vos solicitudine laborare & ad frugem bonam vos tota festinatiõe cõuertere: sed quãto plus laboro vobiscũ, tanto amplius cõfundor in vobis. Cum enim video tot commonitionibus meis nullum vos habere profectum, labor meus iam non gratulationi est, sed rubori. Dicit beatus Apostolus: Quis plantat vineam, & de fructu ei⁹ non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Ecce ego pasco gregẽ Christi, & gregis fructum extorquere non valeo. pasco gregẽ domini, & nulla ex eo religiositatis alimenta percipio. Nulla enim me fidei eius dulcedo lætificat, sed quicquid ex eo profluit, asperum & amarum est. Tũc enim pastor Christiani gregis lacte reficitur, quando bonorum operum eius candore lætatur. Quis enim fratres in vobis nõ grauiter ferat? nõ tamen de omnibus dico. Sunt enim inter vos quos ad religionis cultum debeatis habere exemplo. Quis inquã nõ moleste ferat sic vos esse vestræ salutis immemores, vt etiam cælo teste peccetis? Nam cum ante dies plerosI que de vestræ auaritiæ cupiditate pulsauerim, ipsa die circa vesperum tanta vociferatio populi extitit, vt irreligiositas eius penetraret ad cælum. Quod cum requirerem quid sibi clamor hic velit, dixerũt mihi quod laboranti lunæ vestra vociferatio subueniret, & defectũ eius suis clamoribus⁹ adiuuaret. Risi equidem, & miratus sum vanitatẽ, quod quasi deuoti Christiani deo ferebatis auxilium. Clamabatis enim, ne tacentibus vobis perderet elementum tãquam infirmus enim & imbecillis, nisi vestris adiuuaretur vocibus, non posset luminaria defendere quæ creauit. Bene igitur facitis, qui diuinitati exhibetis solatium, vt vobis iuuantibus possit cælum regere. Sed si vultis hoc plenius facere, cunctis & totis noctibus peruigilare debetis. Nam quotiẽs putatis vobis dormientibus luna vim passa est, & tamen de cælo non corruit? Aut nunquid semper circa vesperum defectum patitur, non aliquando & circa lucem laborat? Sed apud vos vespertinis tantum horis laborare consueuit, quando copiosa cœna venter distenditur, quãdo maioribus poculis caput mouetur. Tũc igitur apud vos laborat luna, quando laborat & vinum. Tunc inquã apud vos turK batur carminibus globus lunæ, quando calicibus turbã tur & oculi. Quomodo igitur ebrius videre potes circa lunam quid agatur in cœlo, qui circa te non vides quid agatur in terra? Hoc est plane quod ait sanct⁹ Salomon Eccle.27. dicẽs: Stultus sicut luna mutatur. Mutaris enim sicut luna, dum stultus & insipiens ad motum eius, qui Christianus fueras, incipis esse sacrilegus. Sacrilegiũ enim creatori committitur, dum imbecillitas adscribitur creaturæ. Mutaris ergo sicut luna, vt qui paulo ante fidei deuotione fulgebas, postea perfidiæ infirmitate deficias. Mutaris sicut luna, dum cerebrum tuum ita exinanitur sapientia, sicut lunæ obscuritas: te vero teterrimæ tenebræ mentis inuadunt: atque vtinam ô stulte sicut luna mutaris. Illa enim cito ad plenitudinem suam redit, tu ad sapientiam nec sero cõuerteris. Illa velociter colligit qđ amiserat lumen, tu nec tarde fidem recipis quam negasti. Grauior ergo tua quàm lunæ mutatio est. Luna defectum luminis patitur, tu salutis. Quàm bene igitur scriptum est de sapiente: Et permanebit cum sole. Perma- Psal.71. net enim sapiens cum sole, cum constantia fidei permanet cum Saluatore. Sed dicit aliquis: Luna igitur non laborat? Laborat plane, negare non possumus, sed laborat cum cæteris creaturis, sicut ait Apostol⁹ dicẽs: Quia omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Et infra: Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute Roma.8. corruptionis, & reliqua. Liberabitur inquit à seruitute. Vides ergo quoniam luna non laborat carminibus, sed laborat obsequijs: non laborat periculis, sed laborat ofL ficijs: non laborat vt pereat, sed laborat vt seruiat. Vanitati enim creatura subiecta est non sponte, & reliqua. Ergo lunæ à statu suo non sponte mutatur, tu de sensu Ibidem. tuo sponte mutaris. Illa in diminutionem sui conditione deducitur, tu in detrimentum tui voluntate pertrahe ris. Nolo igitur frater ita sis sicut luna cum deficit, sed esto sicut quando est plena atque perfecta. Scriptum est enim de iusto: Sicut luna perfecta in æternum, & testis Psal.88. in cælo fidelis.

Increpatio ad populum de absentia sua. Sermo. LXXXIII.

DEBEREM fratres post hos complures dies aliquid vberius prædicare, & reuertens à tanto examine sacerdotũ, dulci vos sermone reficere. Bene dixi examine sacerdotũ, quia sicut apes de diuinarũ scripturarũ floscul is suauia mella cõficiũt, & quicquid ad medicinã pertinet animarũ, oris sui arte cõponũt. Recte cõparãtur apibus sacerdotes, quia sicut apes castitatẽ corporis præferũt, cibũ vitæ cælestis exhibẽt, aculeum legis exercẽt. Puri enim ad sanctificationem, suaues ad refectionem, seueri sunt ad vltionẽ. Apibus plane sunt comparãdi, qui velut alueario quodã gratiã matris ecclesiæ M continent, in qua diuersorũ meritorũ cellulas dulcissimis prædicationib⁹ cõponẽtes, de vno saluatoris examine christianorũ examina multa ꝓducũt. Cũ sẽp fratres nõ cessauerim vos paterna pietate corripere, miror nihil vos tot meis cõmonitionib⁹ ꝓfecisse, & doleo qđ frues prædicatio mea nõ vos ꝓfectu aliquo salutis cortigat, sed quadã cõtestationis pœna cõstringat. Prædicatio enim sacerdotis in plebe saluãdis est correctio, cõtestatio iudicãdis. Contestamur enim illis ante iudicium quod illos maneat in ipso iudicio, vt tunc omni excusatione submota, & rei sint de peccatis, & obnoxij cõtemptu. Vnde & ego interdum parcẽs vobis tacere vellem, sed malo vos contumaciæ causas reddere, quàm me negligentiæ sustinere iudicium. Comperi enim fratres qđ per absentiã meam ita rari quiq; ad ecclesiam veniatis, ita pauci admodum procedatis, quasi me proficiscente mecũ patiter veneritis, & quasi cum necessitatibus ego pertrahor, vos mecũ traxerit ipsa necessitas. Pariter ergo à domo dei absentes sumus: Sed hoc interest, quòd me absentem necessitas efficit, vos voluntas. Nesci-

A tis quia etsi ego ab ecclesia desum, Christus ab ecclesia sua, qui est vbiq;, non deest? Venis frater ad ecclesiã, non inuenis ibi episcopum: sed si fideliter venis, inuenies ibi episcoporum episcopũ Saluatorem. Nã Christianus qui tunc tantũ procedit ad ecclesiã quando episcopus præsens est, nõ tam dei causa videtur processisse q̃ hominis nec impleſse Christiani timẽtis officium, sed amici deferentis obsequium. Quid autẽ ego vos arguo, cũ possi tis me vno sermone cõuincere? Conuincor enim cũ in hac parte clericos vobis magis video negligẽtes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres emendare nõ possim? Aut qua fiducia succẽseam laicis, cum à consortibus pudoris verecundia cõticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor, Sunt certe quidam deuoti, sunt & alii negligentes. ego neminem nomino, conscientia sua vnumquemq; conueniat.

Post increpationem consolatio ad populum. Sermo LXXXIIII.

AMARIOR Fortasse fuerit increpatio mea superiore dominica, quòd plerosq; de vobis acrius magisterii seueritate conuenerimus, & sim prosecutus quæ aliquot nõ blandimẽ ta deferrent, sed tristitiam irrogarent. Verũ nihil mea interest. ego enim gaudio, sciens discipuli tristitiam magistri esse lætitiam. Tunc enim auditor proficit, quãdo
B austeriora annũciat prædicator, ei salus gignitur quãdo tristitia emẽdationis ingeritur. Dicit enim beatus apo-
2.Cor.7. stolus, Nam quæ secundum deum est tristitia, salutem stabilem operatur. Recte ergo lætor, quia salutem operor cum obiurgo: mœreat licet filius mei asperitate sermonis, me tamen delectat, qui proficere illum intelligo
Hebræ.12 per mœrorem. Ait sanctus apostolus, Quis est enim filius quẽ non verberat pater? Non enim osculatur semper pater filium, sed & aliquando castigat. Ergo quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur Habet enim & amor plagas suas quæ dulciores sunt, cũ amarius iferũtur. Dulcior enim est religiosa castigatio,
Prou.27. q̃ blanda remissio. Vnde ait propheta: Dulciora sunt vulnera amici, q̃ volũtaria oscula inimici. Igitur fratres quia post increpationis meæ vtilia verba credo vos benignitate sensuum profeciſse, de sacris literis aliqua cõferamus. Sicut enim fons qui non solito humore distillat, exagitatur surculis, & ita largior inuenitur, ac primum ex eo turbida aqua producitur, vt vnda purior subsequatur: sic ergo & sanctitas vestra asperata quidẽ fuerat austeritate sermonis, sed deuotior facta est dulcedine pietatis. Turbulentũ enĩ quiddã vestri animi forC sitan retinebant, sed iam ex vestris moribus profluit om
Mat.16. ne quod putum est. Videamus ergo quid sit quod ait ad discipulos suos dominus, Vos autem quem me dicitis? Non igitur tanquam ignarus interrogat dominus quid de eo populi discipuliq; sentirent, sed tanquam sciens vniuersorum mentes, fidem manifestare voluit singulorum, vt quod corde credebant ore narrarent. Alii enim Heliam esse credebant dominum, alii Hieremiam, alii Ioannem baptistam, Petrus solus Christum dei filium cõfitetur. Gradus quidam sunt fidei: & qui deuotius cre
Ibidem. dit, religiosius confitetur. Pro hac deuotione dicitur Petro: Beatus es tu Simon Bariona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis, Et ego dico tibi: Tu es Petus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cum vocaretur ergo Simon, per hanc deuotionem vocatus est Petrus Legimus di
1.Cor.10. cente Apostolo de ipso domino: Bibebant de spirita li petra, Petra autem erat Christus. Recte igitur quia petra Christus, Simon nuncupatus est Petrus, vt qui cum domino fidei societatem habebat, cum domino haberet & nominis dominici vnitatem, vt sicut à Christo Christianus dicitur, ita & à petra Christo Petrus apostolus vocaretur. Sed nec populorũ opinionem possumus reprobare, qui vnum de prophetis dominũ D existimabant. Nam ideo nonnulli velut Heliam saluatorem forsitan putauerunt, quia ad cælos Helias sicut Saluator ascendit, sed non sicut Helias Christus est. Ille enim ad cælos rapitur, iste regreditur. Ille tanquam infirmus ignea quadriga subuehitur, hic tanquam deus propria virtute portatur. Ille sicut homo dicitur, hic sicut Saluator ascendit. Ille ducẽtes sequitur angelos, comitantes sibi angelos iste præcedit. Denique iidem angeli remeantes in terram à domino Saluatore dixerunt ad apostolos: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cæ- Actuũ.1. lum? Hic Iesus qui receptus est à vobis, sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in cælum.

De Barbaris non timendis, Sermo. LXXXV.

IXIMVS anteriore dominica Niniuitas in tribulatione positos diuinitatis misericor
D diam per abstinentiam meruisse, & ciuitatẽ suam de periculo iciuniis, liberalse, tanq; eos fuisse sapientię, vt nõ alienis se prę
fidiis defenderent, sed propria deuotione saluarẽt. Nã non statim desperauerunt de salute sua, quia audierũt à propheta cum ciuitatis se mœnibus subuertendos: sed quanto proximum annũciabatur excidiũ, tanto magis religiosis actibus armabantur, nec reliquerunt euertendam ciuitatem suam, sed in ea potius permanserunt sapientes scilicet, vt quæ ciuium vexabatur peccatis, ci-
E uium orationibus saluaretur: & cui perditionem mala conuersatio intulerat, ei salutem deuotio religiosa conferret. Iustũ enim erat vt quos fuerat passa peccatores, eosdem haberet proprios defensores. Ciuitati enim nõ nisi propter ciuium peccata infertur excidium. Desine ergo peccare, & ciuitas non peribit. Quid fugis patriã? Si vis saluus esse, tua poti⁹ peccata subterfuge. Si tu pec
care desieris, victus est inimicus. Dicit ad Abrahã scri- Gene.18.
ptura diuina per decem iustos patriã posse saluari. Igitur si iusti sunt qui saluam faciunt patriam, vtiq; iniusti sunt qui relinquunt. Et si illi propter præsentiam suam consequuntur gratiam, necesse est vt ii propter desolationem mereatur offensam. Iniustus plane & impius est filius qui periclitantem desẽrit matrẽ. Mater enim quo dammodo dulcis est patria, quæ te genuit, quæ nutriuit quæ vt fugere possis diuitem te fecit. Nam si nõ tibi supeteret sumptus copiosa substantia, fuge præsidium nõ haberes: atq; ideo auaritia ductus, dum metuis diuitias tuas perdere, impius in matrẽ esse nõ dubitas. Vnde in telligimus plus te pecuniæ tuæ consulere quàm saluti. Dic mihi ô bone ciuis, cur fugere disponis, cur patriam derelinquis? Captiuitatem fortasse metuis. Da veniam, non intelligis, nescis quòd hæc est prima captiF uitas, patriam non videre, & quòd grauius est omnima lo hostili, peregrinationis exilium. Solet qui aliquid sceleris admiserit, huiusmodi pœna damnari, vt pellatur patria, regionis incognitis relegetur. Hoc igitur malum propria tibi prouides voluntate, quod solet supplicii causa damnatus excipere. Sed ponamus te forti esse animo, & equanimiter tolerare posse peregrinationis iniuriam. Dic mihi, qua inter extraneos libertate victurus, nonne cum loqui cœperis, obiicietur tibi, Vnde iste exul, vnde iste fugitiuus aduenit? Nam & nostram ciuitatem opprimere nititur, sicut patriam suam presit. Ita autem aporiaberis, ita cõturbaberis, vt libertati tuæ metuens verearis ne ingenuitatis tuæ ibi non inuenias assertorem. Mihi crede, in aliena patria tanta audiꝛ es, quanta in tua patria aliis sæpe dixisti. Illud autem nolo dicere quod quanuis diuersis in patria tua copiis per fruaris, statim vt exieris de domo tua, mendicus & pauper es. Dici ergo deus ad Abraham per decem iustos ciuitatem posse saluari. Male igitur de te sentis populeChristiane, si in tanto cœtu nostro ad saluandã ciuitatẽ decem iustos esse nõ credis. Dum enim deseris patriã

r

G profiteris non in ea esse dignos quorum meritis liberetur. At ego vereor ne omnibus in ea iustis relictis, tu solus qui deseris inueniaris iniustus. Sed nolo de decē iustorum numero te perturbes. legim⁹ etiam quòd de Sodomitarum excidio meritis suis Loth solus liberauerit ciuitatem, quod magis valuerit ad saluādum vnius gratia, quàm ad euertendum peccata multorum. Exeūti enim illi de Sodomis hospitii causa Segor parua conceditur. Quod si iusto hospitii donatur ciuitas, quāto magis iusto patria conceditur?

Item de eodem. Sermo. LXXXVI.

s SAEPE dixisse me memini quòd hostiū tumultus bellicosos timere minime debeam⁹, nec quamlibet copiosam hostiū multitudinem formidare, quoniā sicut ait dominus, maior est qui in nobis est, q̄ qui in hoc mundo. Hoc est, potentior est ad protegēdos famulos suos Christus, q̄ diabolus ad instigandos inimicos. Quauis enim idem diabolus colligat sibi turbas, & crudeli eas armet insania, tamen facile destruūtur, quia melioribus populū suum Saluator circundat auxiliis. Ait enī propheta: Immittet angelum dominus in circuitu
Psal.33. timentium eum, & eripiet eos. Quòd si angelus domini timentes eum de periculis eripit, non potest timere Bar-
H barum qui timuerit saluatorem, nec potest metuere hostis impetum qui Christi præcepta seruauerit. Præcepta enī Christi, arma sunt Christianis, & diuin⁹ timor terrorem à nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt quibus nos Saluator instruxit, oratio, misericordia, atq; ieiunium. Ieiunium enim melius q̄ murus tuetur, misericordia facilius liberat quā rapina, oratio longius vulnerat quàm sagitta. Sagitta enī nō nisi proxime conspectum percutit aduersarium. Oratio autem longius positum vulnerat inimicum. Sic nanque Helisæus propheta cum eū vellet rex Syriæ captiuare, ac sub
4.Reg.6. dere ditioni, multisq; eum armatorum cinxisset agminibus, non est territus, non turbatus, sed annūcianti puero ait: Noli timere, plures enim nobiscū sunt quàm cum illis. O fides sancti prophetæ, nō timet aduersarios quos prospicit, quoniā sit angelos secū esse quos credit. Non metuit terrenas insidias, quia cælestia adesse sibi nouit auxilia. Plures, inquit, nobiscū sunt, q̄ cum illis. Mira res, plures è cælo defensores meretur sanctitas, q̄ in terris oppugnatores adduxit improbitas. Plures nobiscum sunt, quàm cum illis. Videte beatitudinis meritum, propheta nunciat etiam de multitudine, cum puer adhuc incertus sit de salute. Spirituales oculi carnalibus quanto plus cernunt? Hic perspicit armatorum numerum, & ille non cernit defensionis iudicium. Quan-
I ta est diuina misericordia? defertur hominibus beneficium, nec videtur auxilium: periclitantem cōsequūtur, & nesciunt. Hæc est enim pietas saluatoris, vt interueniat saluti, ac non se prodat aspectu. sentiatur beneficiis, & nō cernatur obtutibus. Vnde errat qui putat cū prosperè aliquid gesserit, propria se fortitudine superasse. Scire enim debet quòd aduersarii meritis magis q̄ virtute vincūtur, & nō tam virtute q̄ sanctitate superātur, sicut sanctus Helisæus hostes suos nō armis superabat, sed oratiōe vincebat. Nā cū idē ministro suo ad depellē dū ei⁹ timorē plures adesse diceret defensores, nec metus ab illo posset auferri, tunc orauit ad dominū dicēs: Domīe aperi oculos ei⁹ vt videat. & apti sunt oculi ei⁹ & vidit, & ecce mons totus plenus equitatu. & reliqua. Oratio ergo prophetæ aperuit oculos pueri. nō mirum si oratio aperuit oculos, ut videret exercitus. Non mirū inquā si nouos inserit oculos, qui noua promeretur auxilia. Aut cur nō aciei producat obtutū, qui acies istruxerat angelorū? Cur inquā nō oratione sua hebetudinē pupillarū deteqeret, qui meritis suis caliginē nubiū penetrauit? Necessario ergo sanctus Helisæus hoc facto ministro formidoloso præstitit securitatē cui iā refude-
K rat claritatem, & remouerat visionis cæcitatem, geminoq; eum remunerans beneficio, absoluit eius metum, absoluit obtutum, minus timere cœpit postq̄ plus videre promeruit. Nam & pacem pariter promeruit, & visum. In montibus ergo cernuntur armati, apparet eos vere descendisse de cælo, quorū aduētus primū in montibus reperitur. Ipsa enim locorum proximitas hoc demonstrat, quòd descendentes de cælo nō nisi iuga collium sibi vicina calcauerint. Tunc igitur orauit Helisæus, & omnem hostilem exercitū cæcitate percussit. Nō mirum si aduersariis cæcitatē intulit qui famulo largit⁹ est claritatē, & si hostib⁹ aufert visum qui ministro præstat aspectū. Vbi sunt qui dicunt plus q̄ præces sanctorū hominum arma posse? Ecce vna oratio Hælisæi totum exercitum vulnerauit, & vnius prophetæ meritis omnis est hostiū numer⁹ captiuatus. Quæ cateruę regū, quę turba militum talem victoriā perpetrarūt. vt ita hostes prosternerent, vnde illis nullus occumberet? Hæc est vera, hæc incruenta victoria, vbi sic aduersarius vincitur, vt de vincentibus nemo lædatur.

De sancto propheta Helisæo, Sermo. LXXXVII.

E MIRVM Forsitan videatur quòd āte dies sancti Helisæi gratiā describentes diximus in defensionem ipsius de cælis auxilia descendisse, & armatos equites siue quadrigas ei diuinitus affuisse, altitisse etiā circa ipsum quadrigā igneā. Magna quidē res, sed in vito sancto miranda nō est. Quid enim mirū si is auxilia meretur è cælo, cuius animus semper in cælo est? sicut ait Apostolus: Philip.3. Nostra autem cōuersatio in cælis est, Ergo si nostra conuersatio in cælis est, & cælestium cōuersatio potest esse nobiscum: hoc est, vt qui vita viuim⁹, angelorū recte cō sortium mereamur. Est ergo sanctè viuentibus quędam inter se cognatio, cōiunctio atque societas: nec interest vtrum in cælis maneant, an in terris: angelici sint habitus, vel humani, dummodo in iis sit eadem vita vel sanctitas. Conuersatio enim connecti quos separat elemētum, & diuersis licet corporibus diuidantur, iisdem tamen actibus coniunguntur. Atque ideo fit vt sancti sibi quodam consortio cohærentes a se inuicem non discedant, & modo angeli ad terras veniat, modo homines ad cælestia transferantur, ac profectu meliore quibus vita communis est, incipiunt illis viuendi etiam elementa esse communia. Sed dicit aliquis: Frequenter audiuimus angelos ad homines descendisse, audire etiam cupimus quando homines ad cælestia transmigrarint. Manifesta res est, & in promptu posita. Helias magister Helisæi nō 4.Reg.2.
M ne angelis ducentibus raptus ad cælum est, & quadriga ignea impositus quasi in quodam triumpho victor ascēdit? Victor enim extiterat non gentium Barbararū, sed secularium voluptatū. Siquidē graviores inimici sunt pravi mores q̄ hostes infesti, vt faciliūs itelligamus hoc tempore malignitatē hostium vinci posse q̄ morū. Ergo Heliā angeli ad cælum perferunt. Helisæum angeli qui magistrum portauerunt, discipulum tuebantur, & noti tia quadam obsequia quæ patri exhibuerant, etiam filio deferebāt. Ipse enim Heliæ spiritualis est filius, ipse eius hæres est sanctitatis. Recte autem Helisęus Helię spiritualis filius dicitur, qui ascendens ad cælum, spiritum duplicem ei suæ gratiæ dereliquit. Cum enim data esset facultas Helisæo vt peteret quid vellet prius q̄ ab eo reciperetur Helias, petiuit vt duplex spiritus Heliæ fieret in ipso. Tunc dixit Helias, dure petisti, sed fiet tibi. O hę reditas preciosa, in qua plus hæredi relinquitur q̄ habetur, plus cōsequitur qui accipit, q̄ possideret qui largitur. Preciosa plane hæreditas, quæ dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur. Igitur Helias cum simplicē sanctitatis ipse haberet spi-

A ritum, Helisæo duplicem dereliquit: Mirum ergo in modum plus Helias gratiæ dimisit i terris, quàm secum portauit ad cælos: & licet ipse ad altiora totus transfertur corpore, apud filium tamen maiore manet sanctitate. De Helisæi autem meritis quid dicamus, cuius hæc prima laus est quòd patrem voluit gratia superare, dum dari sibi amplius postulat, quàm scit apud eū esse qui possidet? Auarus quidem est in petendo, sed idoneus in promerendo: Dum enim à patre plus exigit q̄ habebat, facit eum meritis suis plus præstare q̄ poterat. Nam cum idē Helisæus post ascensum sui magistri venisset Hiericho, & rogaretur à ciuibus vt in eadem consisteret ciuitate, dixerunt: Commoratio oppidi bona est, sed aquæ malæ & steriles sunt. Tunc præcepit sibi dari vas fictile, & recondito in eo sale veniens ad exitus aquarum proiecit in aquas, dicens: Hæc dicit dominus, sanaui aquas istas, non erit ex eis moriens neq; sterilis. & sanatæ sunt aquæ vsq; in hunc diem. Videte ergo Hælisæi quanta sint merita, cuius prima in ciuitate hospitalitas, filiorum est magna fœcunditas. Dum enim sterilitatem auertit aquarum, succesionem largitur hæredum. Non enim hoc facto vnum Helisæus sanauit hominem, aut vnius domus præstitit medicinam, sed totius ciuitatis populum reparauit. Si enim tardius hoc fecisset, interueniente sterilitate senescentibus cunctis ciuitas sine habitatore re-
B manserat. Igitur Helisęus dum curauit aquam, curauit & plebem: & dum fontem benedixit vndarum, fontem quendam idulsit animarum. Nam sicut sanctificatione eius de occultis terræ venis aqua sana prodiuit, ita de occultis vuluę visceribus soboles sana processit. Nō enim sola tātum fluenta benedixit Helisæus quæ fontium iam gremio tenebātur, sed & illa quæ humido terrę solo adhuc indiscreta paulatim erāt in posterum defluxura.
Vnde ait scriptura ad exitus aquarum benedixisse Heli
1.Cor.10. sæum, vt stillantē aquam prius sanctificatio susciperet q̄ sinus fontis includeret. Igitur quoniam dicit Apostolus Paulus, Hęc in figura contingebant illis: videamus ergo ipsa figura quam habebat veritatē, hoc est, requiramus quæ sit ista ciuitas quæ sterilitate laborabat, vel quid sibi
Gala.4. velit vas fictile, quid etiam vt aspersi sales afferant suaui tatem. Legimus in eodē Apostolo dictum esse de ecclesia. Lætare sterilis quæ nō paris, erumpe & exclama quæ non parturis. Ergo ecclesia est illa sterilis ciuitas quæ ante aduentum Christi aquarum vitio, hoc est sacrilegio gentilium populorum sterilitatem sustinens, deo filios procreare non potuit. at vbi venit Christus, velut vas fictile assumens corpus humanum, sanauit aquarum vitia, hoc est resecauit sacrilegia populorum: & statim ecclesia quæ erat sterilis, cœpit esse fœcunda. Vnde & Apostolus dicit: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ nō parturis, quia multi filii desertæ ma-
C gis quàm eius quæ habet virum. Plures enim filios ex ea ecclesia quæ erat sterilis, procreauit, q̄ synagoga, quæ erat fœcunda, susceperit. Aspersi autē sales qui sunt qui attulerunt medicinam, facile cognoscemus. dicit domi
Mat.5. nus ad Apostolos suos: Vos estis sal terræ. Ergo si Apostoli salibus cōparati sunt, recte figura completur. Sicut tunc effusi de vasculo sales condierunt aquas, ita & nunc missi à Saluatore Apostoli populos condiunt vniuersos, vt ablata sterilitate vitiorum, prolem incipiant germinare virtutum.

De bellico tumultu. Sermo. LXXXVIII.

MOVET Fortasse vos fratres, quòd tumultus bellorum, & incursiones præliorum fieri audiuimus assidue: & cur nostris temporibus fiāt, dilectionē vestrā fortasse plus moueat. Sed hæc causa est, quia quanto magis
Lucæ.21. proximi sumus mūdi excidio, tāto magis regno sumus proximi Saluatoris. Ipse enim dominus ait: In nouissimis diebus exurget gens aduersus gentem, & regnum D
aduersus regnum: cum autē videritis bella, & terræ motus, & fames, scitote quoniā in proximo est regnum dei. Ergo vicinitas ista bellorū vicinū magis nobis Christū esse demonstrat. Atq; ideo venientē aduersariū timere non debeo, quia per hæc signa venire potius itelligo Saluatorē. Quāuis enim iste metū incutiat temporalē, ille tamē deserit sempiternum. Potens est idem dominus vt & hostilem à nobis repellat pauorē, & suam nobis præsentiam largiatur. Per hos igitur bellorum tumultus, mundi quoddam significatur excidium. Futurum enim iudicium dei hæc inquietudo præcedit. Est autem quoddam commonitionis idicium dei, videre quod metuis, vt possis intelligere plus superesse quod metuas. Dum enim cauti sumus ad ea quę cernim⁹, cautiores ad illa efficimur quæ speramus. Vir autem sapiens his actibus terrenis instruitur quēadmodū futuri seculi debeat declinare iudicium. Dum enim perspicit in hac communi pertubatione priores viros tuitiones mœnib⁹ præparare, ipse admonetur quēadmodū i futura euersione mundi defensionem Christianis præparet animabus. Cernimus armari ciuitatis portas, debemus etiam prius in nobis portas armare iustitiæ. Sunt enim portæ iustitię de quibus sanctus propheta dixit: Aperite mihi portas Psal. 117.
iustitiæ. & reliqua. Tunc autem ciuitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portæ iustitiæ muniantur. E
Cæterum nihil prodest muros munire propugnaculis, & deum prouocare peccatis. Illa enim constituitur ferro, saxis & sudibus: hæc armetur misericordia, innocentia, castitate. Illa telorum multitudine custoditur, hæc orationum frequentia defendatur. Et ad plenam tuitionem vrbium portas principum solent signa præcedere. Animarum autem nostrarum portas signum Saluatoris anticipet. Ergo fratres propter futurū mundi iudicium armis nos cælestibus muniamur, accingamur lorica fidei, salutis galea protegamur, verbo dei velut spirituali gaudio defendamur, qui enim his armis instructus fuerit, nec præsentē perturbationē metuit, nec futurū iudicium pertimescit. Siquidem sanctus Dauid hac deuotione protectus, Goliam illum fortissimum armatum & inermis occiderit, & virum bellicosum sub munitionibus vndiq; circūseptum sola fidei virtute prostrauerit, Cum enim sanctus Dauid non operietur galea, non precinge retur clypeo, nō lancea vteretur, occidit illum nō telo ferreo, sed gladio spirituali. Quāquis enim iermis oculis hominum videretur, satis tamē erat gratia diuinitatis armatus. Verum ipse spiritualis gladius non fuit gladius. Non enim gladio Golias, sed lapide prostratus occubuit. Legimus in scripturis lapidis vocabulo Christū figuraliter designari, sicut ait propheta. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput angu
li, Igitur cum lapide Golias percutitur, Christi virtute F
prosternitur. Et in qua tandem corporis parte percutitur? In fronte scilicet. Gentilis enim & sacrilegus homo ibi percutitur à Christo, vbi deerat Christus, & ibi infertur ei mortis exitium, vbi signum salutis non inuenitur. Quanuis enim esset Golias vndiq; armorū protectione munitus, frons tamē eius patebat ad mortem: quia signaculum Saluatoris non gestabat. Atq; ideo ibi perimitur vbi nudus à dei gratia reperitur. Hæc autem in figura facta esse nemo est qui nesciat, Nam & Dauid armorum indumentis sese āte præcinxerat: sed cum esset in iis grauis & impeditus, ita vt ambulare vix posset, eadem sine cunctatione proiecit, significans arma illa huius mundi vana & luxuriosa esse opera, quibus qui se permiscere voluerit, tāquam grauis & gradiendi ad cælum cursum liberum non habebit. Simul & illud nos docuit, quòd non in armis tantum speranda victoria est, sed in nomine Saluatoris oranda.

De dedicatione Basilicæ. Sermo. LXXXIX.

G LEGIMVS In ſancto Euangelio, cum Centu-
rionis cuiuſdam ſeruus qui erat illi precio-
Lucæ.7. fior, grauí paralyſi ægritudine laboraret,
& per ſeniores Iudæorum ille centurio ro-
garet Saluatorem vt eius doloribus mede-
retur, Erat enim, vt ait ſcriptura, moriturus: inter cæte-
ra ad maiorem commendationis gratiam ſeniores dixiſ
ſe domino: quia dignus eſt vt hoc illi præſtes. diligit eni
gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Si
ergo commendatur domino qui ædificauit ſynagogam
quanto eſt commendatior qui ędificauit eccleſiam? Et ſi
is meretur gratiam qui impietatis receptaculum præſti-
tit, quanto maiorem meretur gratiam qui religioni do-
micilium præparauit? Et ſi ille cæleſti miſericordia viſi-
tatur qui conſtruxit locum vbi Chriſtus ſemper negа-
tur, quanto magis viſitandus eſt qui fabricari fecit tabe
naculum vbi Chriſtus quotidie prædicatur? In centurio
ne enim dominus non quid operis fecit, ſed qua mente
operatus ſit cõprobauit. Nam qui tempore quo nõdum
Chriſtiani erãt, ſolicite ſynagogam fecit: ſi fuiſſent vtiq;
Chriſtiani, intelligitur quòd multo ſolicitius feciſſet ec
cleſiam: ſed tamen licet ſynagogam ædificet, Chriſtum
prædicat. in ipſo enim opere commonet Phariſæos, de-
bere illos ſuſcipere Saluatorem: & demõſtrat propterea
ſe tabernaculum amplius edidiſſe, vt multipliciter do-
mini gloriam loquerentur. Si enim credit in Chriſtum
H conditor ſynagogæ, multo magis credere debet habita
tor ipſius ſynagogę. Centurio ergo ſi iuſtificatus eſt pro
pter opus fragile vel terrenũ, iuſtificandus plane eſt vir
clariſſimus & prouidentiſſimus comes noſter propter
opus tam perpetuum vel cæleſte: qui comes ſicut eſt cen
turione dignitate potior, ita & fide debet eſſe deuotior.
Sapiens vir & religioſus comes, qui quãtum in bello Im
peratori militat, tantum & in pace militat Saluatori: &
quantum feſtinat de hoſtium manibus captiuos eruere.
tanto magis feſtinat à diaboli ſe ſacrilegio liberare. Ibi
inimicos terreni regis interficit, hic aduerſarios domi-
ni cæleſtis inſequitur. Ibi Barbaros vincit, hic dæmones
Sapiens inquam, qui ſicut comes Imperatoris eſt, ita &
comes Chriſti eſſe deſiderat. Nam benevtiq; & religioſe
agendo dignitatem ſuam cupit eſſe perpetuam, ſecun-
Hiere.26. dum quod ſcriptum eſt in propheta: Et vos ô boni reges
bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & audite vo-
cem domini dei veſtri, & pœnitebit dominũ mali quod
locutus eſt aduerſus vos. Ergo cum Centurio rogaret
dominum vt de morte eruaret ægrotantem, & vellet do
minus ad domum Centurionis pergere, in qua ſeruulus
decumbebat, ait Centurio: Domine, non ſum dignus vt
Lucæ.7. intres ſub tectum meum. Excuſat igitur Centurio, & ne
ſub tectum eius ingrediatur dominus, indignum ſe di-
cit. Ecce dignus eſt comes noſter ſub cuius tectum ho-
I die Saluator ingreditur. Videamus, ipſa Centurionis ex
cuſatio quam habeat gratiam. Ait enim hodie: Non
ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed dic tantum
verbo, & ſanabitur. O fides Chriſtiana, quæ cum humi-
litate totum impetrare conſueſti. Ecce religioſus Centu
rio ad accipiendam ſalutem dignior fit dum ſe profite-
tur indignum: & dum ædes ſuas iniurioſas putat, magis
eas honorificas fecit & gratas. Magnæ enim & perfectæ
fidei vir, qui intelligeret Chriſtum cælorum eſſe, dum
verebatur ne hoſpitii ſui eum anguſta non acciperent.
Ergo contradicente Centurione nõ pergit ad domũ do
minus. Non pergit dominus, ſed pergit domini medici
na. non viſitat ægrum Saluator, ſed viſitat ſanitas Salua
toris. De fratribus vero noſtris ſanctis viris Vitaliano
& Maiano quid dicam? Scio illos gloriam ab hominibus
non quærere, niſi à ſolo deo, ſed tamen laudem eorum
& ſi ego taceam, ipſa opera loquuntur. Ad ipſorum e-
nim laudem pertinet quicquid in aliis paulo ante lauda
uimus. Nam hoc tabernaculum etſi plurimi conſtruxe
runt, hi tamen ſumptu operati ſunt vno aſſenſu. Et quo
tandem ſumptu cum ſint in ſeculo mediocres & tenu-
K es? Illo ſcilicet de quo ait Apoſtolus: Abundãtia fidei, &
diuitiis ſimplicitatis. Eſt enim ſanctis viris ſemper dues
ipſa paupertas. Vnde credo hos beatos hanc eccleſiã nõ
minus orationibus q̃ impẽdiis fabricaſſe. Sic enĩ oporte
bat vt opus Chriſti precibus magis creſceret, q̃ cemen-
tis. Totã enim ſubſtantiam in huius facturam operis ex
penderunt, & ipſis certe nihil deeſt. Ipſa plane eſt, ſicut
diximus, dues locupleſq; paupertas, quæ expendit om-
nia. Sed hæc à deo benedicta eſt, ſicut illa vidua de qua
dicit dominus in Euangelio: Mulier hæc vidua pauper
plus quàm omnes miſit. nam omnes hi ex abũdanti ſibi
miſerunt in munera dei. Hæc autem totum victum ſu-
um quem habuit miſit.

De paſſione beatę Agnetis virginis, Sermo. XC.

SERVVS Chriſti Ambroſius virginibus ſa-
cris. Diem feſtum ſacratiſsimę virginis ce
lebremus. Hinc pſalmi reſonent, inde cõ-
crepent lectiones. Hinc populorum turbę
lætentur, inde ſuſtententur pauperes Chri
ſti. Omnes ergo gratulemur in domino, & ad ędificatio
nem virginum, qualiter paſſa ſit Agnes beatiſsima, ad
memoriam reuocemus. Tertiodecimo ætatis ſuæ anno L
mortem perdidit, & vitam inuenit, quia ſolum vitæ di-
lexit authorem. Infantia quidẽ computabatur in annis
ſed erat ſenectus mentis immenſa. Corpore quidem iu-
uencula, ſed animo cana. Pulchra facie, ſed pulchrior fi
de. Dũ à ſcholis reuertitur, à præfecti vrbis filio adama
tur. Cui⁹ parẽtes dũ requiſiſſet, & inueniſſet, cœpit of-
ferre plurima, & plura ꝓmittere. Deniq; detulerat ſecũ
precioſiſsima ornamẽta, quæ à beata Agne veluti quędã
ſtercora ſunt recuſata. Vnde factum eſt vt iuuenis maio
ri perurgeretur amoris ſtimulo, & putans eam meliora
velle accipere ornamenta, omnium lapidum precioſo-
rum ſecum detulit gloriam, & per ſeipſum, & amicos,
& notos, & affines, cœpit aures virginis appellare, diuiti
as, domos, poſſeſsiones, familias. atq; omnes huius mun
di diuitias repromittere, ſi conſenſum ſuum eius coniu
gio non negaret. Ad hæc beata Agnes tale fertur iuueni
dediſſe reſponſum: Diſcede à me fomes peccati, nutri-
mentum facinoris, pabulum mortis: diſcede à me, quia
iam ab alio amatore præventa ſum, qui mihi ſatis me-
liora te obtulit ornamenta, & annulo fidei ſuæ ſubarra
uit me, longe te nobilior & genere & dignitate. Ornauit
me inæſtimabili dextrocherio. Dextram meam & col-
lum meum cinxit lapidibus precioſis. Tradidit auribus
meis inæſtimabiles margaritas, & circundedit me ver-
nantibus atque coruſcantibus gemmis. Poſuit ſignum
in facie mea, vt nullum præter ipſum amatorem admit-
tam. Induit me cyclade auro texta, & immenſis monili-
bus ornauit me. Oſtendit mihi theſauros incomparabi- M
les, quos mihi ſe daturum ſi ei perſeuerauero, repromi-
ſit. Non ergo potero ad contumeliam prioris amatoris
vel aſpicere alium, & illum derelinquere cum quo ſum
charitate deuincta. Cuius generoſitas celſior, poſſibili-
tas fortior, aſpectus pulchior, amor ſuauior, & omni gra
tia elegantior. A quo mihi iam thalamus collocatus eſt
cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Iam mel
& lac ex ore eius ſuſcepi. Iam amplexibus eius caſtis a-
ſtricta ſum, iam corpus eius corpori meo ſociatum
eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater vir
go eſt, cuius pater fœminam neſcit. Cui angeli ſeruiunt
cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur, cuius odo-
re reuiuiſcunt mortui, cuius tactu fouentur infirmi, cu-
ius opes nunquam deficiunt, cuiuſque diuitiæ non de-
creſcunt. Ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione
committo. Quem cum amauero caſta ſum: cum tetige-
ro, munda ſum: cum accepero, virgo ſum.

Nec deerũt poſt nuptias filii, vbi partus ſine dolore ſuc
cedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur. Audiens
hæc inſanus iuuenis, amore carpitur cæco, & inter an-

A guſtias animi anhelo cruciabatur ſpiritu. Inter hæc le-
cto proſternitur, & per alta ſuſpiria amor medicis ape
ritur. Fiunt nota patri quæ fuerunt inuenta à medicis,
& eadem paterna voce quæ fuerant iam dicta à filio, ad
petitionem virginis renoluuntur. Abnegat Agnes bea-
tiſsima, & ſe nullo pacto prioris aſſerit ſponſi fœdera
violare. Cunq; pater diceret in faſcibus prefecturæ ſe a-
gere, & idcirco non ſibi quenuis illuſtriſsimum virum
etiam poſſe præferri, cœpit tamen vehemẽtiſsime ſqui-
rere quis eſſet ſponſus de cuius ſe Agnes poteſtate iacta
ret. Tunc extitit quidã ex parafitis eius, qui diceret hanc
Chriſtianam eſſe ab infantia, & magicis artibus ita oc-
cupatã, vt dicat Chriſtũ ſuũ ſponſum. Audiens hæc præ
fectus lætus efficitur, & miſſa apparitione cũ ingẽti ſtre
pitu ſuis eam tribunalibus præcipit ſiſti. Et primo qui-
dem blandis eam ſermonibus ſecretius prouocat, dein-
de terroribus pulſat. Sed virgo Chriſti nec blandimen-
tis ſeducitur, nec terrore cõcutitur, ſed eodẽ vultu, eodẽ
animo perſeuerat, & terrentẽ ſimiliter ſicut blandientẽ
animo deridebat. Videns itaq; Symphronius præfectus
tantam in puella conſtantiam, parentes eius alloquitur.
Et quia erãt nobiles, & vim eis inferre nõ poterat, titulũ
eis Chriſtianitatis oppoſuit. Sequẽti nãq; die Agnem ſi-
bi præſentari iubet. Et iterũ iterumq; repetẽs, replicare
cœpit de iuuenis amore ſermonem. Cũq; omnis ſermo
eius caſſo labore deficeret, ſiſti eam iterum ſuis tribuna
libus iuſsit. Cui & dixit: Superſtitio Chriſtianorum, de
B quorum te magicis artibus iactas, niſi à te fuerit ſegrega
ta, nõ poteris inſanias abiicere pectoris, neq; æquiſsimis
conſiliis præbere cõſenſum. Vnde te ad venerandã de-
am Veſtam properare neceſse eſt, vt ſi perſeuerantia vir
ginitatis placet, eius die noctuq; ſacrificiis reuerendis in
ſiſtas. Ad hæc beata Agnes dixit: Si filium tuum, quam-
uis iniquo amore vexatum, tamen viuẽtem hominem re
cuſaui: hominem vtiq; qui eſt rationis capax, qui & audi
re, & videre, & palpare, & ambulare poteſt, & flore lucis
huius cum bonis frui: ſi ergo hunc cauſa amoris Chriſti
nulla poſſum ratione reſpicere, quomodo poſſum ido
la muta & ſurda, & ſine ſenſu, & ſine anima, colere, &
ad iniuriam ſummi dei ceruicem meã vanis lapidibus
inclinare? Audiẽs hæc præfectus Symphronius dixit: Cu
pio conſultum infantiæ tuæ, & adhuc te deos blaſphe-
mantem idcirco differo, quia annos tuos infra ſenſum
aſpicio. Noli ergo temetipſam ita deſpicere, vt motus
deorum incurras. Beata Agnes dixit: Noli infantiã cor-
poralem ita in me deſpicere, vt putes me te velle habere
propitium. Fides enim non in annis, ſed in ſenſibus in-
uenitur. Et deus omnipotens mentes magis comprobat
quàm ętates. Deos autẽ tuos, quorum motus me incurre
re non vis, ipſos iraſci permitte, ipſi loquantur, ipſi hoc
mihi præcipiant, ipſi iubeant ſe coli, ipſi iubeant ſe ado
C rari. Verum quoniam ad hoc video te tendere quod im
petrare non poteris, quicqũid tibi videtur, exerce. Sym-
phronius præfectus dixit: Vnum tibi e duobus elige, aut
cum virginibus deæ Veſtę ſacrifica, aut cũ meretricibus
ſcortaberis in cõtubernio lupanari. Et longe erunt à te
Chriſtiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, vthãc
calamitatẽ intrepido animo te poſſe perferre confidas.
Vnde, vt dixi, aut ſacrifica deæ Veſtæ ad laudem gene-
ris tui: aut ad ignominiam natalium tuorum, eris publi-
cæ abiectionis ſcortum. Tunc beata Agnes cum ingenti
conſtantia dixit: Si ſcires quis eſt deus meus, non iſta ex
ore tuo proferres. Vnde ego quia noui virtutem domi-
ni mei Ieſu Chriſti, ſecura contemno minas tuas, credẽs
quòd neq; ſacrificem idolis tuis, neq; polluar ſordibus
alienis. Mecũ enim habeo cuſtodem corporis mei ange
lum domini. Nam vnigenit⁹ dei filius quẽ ignoras, mu
rus eſt mihi impenetrabilis, & cuſtos mihi eſt nunquam
dormiens, & defenſor mihi eſt nunquã deficiens. Dii au
tem tui aut ærei ſunt, ex quib⁹ cucumæ melius fiunt ad
vſus hominũ: aut lapidei, ex quibus ſternuntur platęæ.

Diuinitas ergo nõ in lapidibus vanis habitat, ſed in ęx D
lis. Non in ære aut aliquo metallo, ſed in regno ſuperno
conſiſtit. Tu autem & ſimiles tui niſi ab idolorum cultu
receſſeritis, ſimul vos pœnæ concludent. Sicut enim illę
igne conflati ſunt vt funderentur, ſic colentes eos perpe
tuo incendio cõflabuntur: non vt fundantur, ſed vt cõ
fundantur in æternum, & pereãt. Ad hæc infanti⁹ iudex
iuſsit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci, ſub vo
ce præconis dicentis Agnem ſacrilegam virginem, diis
blaſphemiam inferentem ſcortum lupanaribus datam
Statim autem vt expoliata eſt, crine reſoluto tantam dẽ
ſitatem capillis eius diuina gratia conceſsit, vt melius vi
deretur fimbriis eorum, quàm veſtibus tecta. Ingreſsa
autem tẽ ꝑpitudinis locũ, angelum domini ſita præpara-
tum inuenit, vt circũdaret eam immenſo lumine, ita vt
nullus poſſet eam præ ſplendore reſpicere. Fulgebat e-
nim tota cellula illa quaſi radians ſol in virtute ſua: &
quanto quis curioſior oculis eſſe voluiſſet, tanto ſibi vi
ſus aciem obtundebat. Cumq; ſe in orationem domino
proſtrauiſſet, apparuit ante oculos eius ſtola candidiſ
ſima, & apprehendens eam induit ſe, & dixit: Gratias ti
bi ago domine Ieſu Chriſte, qui me in numero ancilla-
rum tuarum cõputans, veſtẽ mihi hanc largiri præcepi-
ſti. Ita nanq; ad menſuram corpuſculi eius aptũ erat in-
dumentum, & ita nimio candore cõſpicuũ, vt nullus du
bitaret hoc angelicis manibus præparatũ. Interea lupa
nar efficitur locus orationis, in quo omnis qui fuiſſet in-
greſsus, adoraret & veneraretur, dans honorẽ immẽſo
lumini, & mũdior egrederetur foras, q̃ fuerat intus ingreſ
ſus. Cũq; hæc agerẽtur, præfecti filius qui author erat hu E
ius ſcelcris, venit ad locum cũ ſodalibus ſuis iuuenculis
inſultaturus puellæ, cũ quibus libidinis ſuę ſe poſſe cre
debat ludibriũ exercere. Et ingreſsos ãte ſe furẽtes pue-
ros & turpiter ſæuientes, cũ omni veneratione & ingen
ti admiratione egreſsos cœpit impotentes arguere, atq;
vanos & molles ac miſeros iudicare. Et irridens locum
in quo virgo orabat, audacter ingreſsus eſt. Et vidẽs tan
tum lumen circa eam, non dedit honorem deo, ſed irru
ens in ipſum lumen, priuſquã vel manu eam contingeret, cecidit in faciem ſuã, & præfocatus à diabolo expi-
rauit. Videntes autẽ ſocii eius quod moras intus faceret
putabant obſcœnis eũ operibus occupari. Et ingreſsus
eſt vnus ex iuuenibus qui ei familiarior erat, vt congra F
tularetur inſultationi eius, & mortuum eum inuenien⁹,
exclamauit voce magna dicẽs: Piiſsimi Romani ſuccur
rite, magicis artibus iſta meretrix præfecti filium inter-
fecit. Fit repẽte concurſus populorum ad theatrum, &
varia furentis populi acclamatio. Alii dicebãt magam,
alii innocẽtem, alii ſacrilegam cõclamabant. Præfectus
autem audiens filium ſuum interiſſe, cũ ingenti tumul
tu venit ad theatrũ. Et ingreſsus locũ in quo corpus fi-
lii eius iacebat exanime, cum ingenti clamore dicebat:
Crudeliſsima omniũ fœminarũ, ad filium meũ voluiſti
apodixin tuæ artis magicæ demonſtrare? Et cũ talia atq;
alia huiuſcemodi verba repeteret, & cauſas mortis eius
ab ea vehementer inquireret, ait ad eum beatiſsima A-
gnes: Ille cuius voluntatem volebat perficere, ipſe in eũ
poteſtatem accepit. Quare autem omnes qui ad me in-
greſsi ſunt, ſani ſunt? Quia vniuerſi dederunt honorem
deo, qui miſit angelum ſuum, & induit me hoc indumẽ
to miſericordiæ, & cuſtodiuit corpus meum, quod ab ip —
ſis cunabulis Chriſto conſecratum eſt, & oblatum. Vi-
dentes ergo ſplendorẽ angelicum adorabant omnes, &
abſcedebant illæſi. Hic autem impudẽs ſtatim vt ingreſ
ſus eſt, ſęuire cœpit & fremere. Cumq; manum ſuam ad
me contingendum aptaret, dedit eum angelus domini
in reprobam quam conſpicis mortẽ. Dicit ei præfectus:
In hoc apparebit quia nõ magicis artibus iſta geſſiſti, ſi
deprecata fueris ipſum angelum vt reſtituat mihi filiũ meum ſanum. Cui beata Agnes dixit: Licet fides ve-
ſtra hoc impetrare non mereatur à domino, tamen quia

G tempus est vt virtus domini mei Iesu Christi manifestetur,egredimini omnes,vt solitam ei orationem offeram Cunq; vniuersi fuissent egressi, prosternens se in faciem planam, rogare cœpit dominum vt iuuenem susciteret.Orãte autem illa,apparuit angelus domini,qui eleuauit eam flentem,& cõfortans animum eius, iuuenem susciauit. Qui egressus foras cœpit voce publica clamare & dicere:Vnus deus in cælo,& in terra,& in mari, qui est deus Christianorum. Nam omnia templa vana sunt.Dii qui coluntur,omnes vani sunt, & penitus nec sibi possunt nec aliis aliq̃ auxiliũ exhibere. Ad hãc vocem omnes arusp̃ices,& templorum pontifices conturbabantur,& fit per eos vehementior q̃ fuerat seditio populorum,atque omnes vna voce clamabant: Tolle magam, tolle maleficam, quæ & mentes mutat, & animos alienat. Præfectus autẽ videns tanta mirabilia,obstupuit.Sed veritus proscriptionem si contra templorum põtifices ageret, & Agnen cõtra suã sententiã defensaret, vicariũ ad seditionem populi iudicẽ dereliquit:ipse autem tristis abscessit,quòd eam non potuit post resurrectionem filii sui liberare.Tunc vicarius Aspasius nomine,iussit in conspectu ominum ignem copiosum accendi,& in medium eam præcepit iactari flãmarum. Quod cum fuisset impletum, statim in duas partes diuisæ sunt
H flammæ,& hinc atq; illinc seditiosos populos exurebãt, ipsam autem penitus in nullo contingebat incendium. Eo magis non hoc virtutibus diuinis,sed maleficiis reputantes,dabãt fremitus inter se populi, & infinitos clamores ad cælos. Tũc beata Agnes expandens manꝰ suas in medio ignis,his verbis orationem fudit ad dominum Omnipotens,adorande,colende,tremende pater domini nostri Iesu Christi benedico te, quia per filium tuum vnigenitum euasi manus hominum impiorum, & spurcitias diaboli impolluto calle transiui. Ecce & nunc rore cælesti perfusus per spiritum sanctum focus iuxta me moritur. flãma diuiditur,& ardor incendii huiꝰ ad eos à quibus in me ministratur, effunditur. Benedico te pater prædicande, qui etiam inter flãmas intrepidã me ad te peruenire permittis. Ecce iã quod credidi video: q̃d speraui,iam teneo:quod concupiui,complector,Te cõfiteor labiis & corde,te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio viuum & verum deum,qui cum domino nostro Iesu Christo filio tuo,& cũ spiritu sancto viuis & regnas in cuncta secula seculorum,amen. Cumq; complesset orationem,ita omnis ignis extinctꝰ est, vt nec te
por quidem incendii remaneret. Tunc Aspasius vrbis Romæ vicarius, populi seditionem nõ ferens,in guttur
I eius gladium mergi præcepit. Atq; hoc exitu, roseo sui sanguinis rubore perfusam Christus sibi sponsam & martyrem consecrauit.Parentes vero eius,nullam penitus tristitiam habentes, cum omni gaudio abstulerunt corpus eius. & posuerunt illud in prædiolo suo non lõge ab vrbe,in via quæ dicitur Numentana. Vbi cum oĩs turba Christianorũ concurreret, insidias à Paganis pessi sunt: & videntes populum infidelium super se venientem armatum,omnes fugerunt. Aliquanti tamen lapidum ictibus læsi euaserunt.Emerẽtiana autem, quæ fuerat collactanea eius,virgo sanctissima,licet catechumena,constanter intrepida stabat immobilis,& his verbis exprobrabat eos.Superflui,miseri,caduci, atq; atrocissimi,deum omnipotentem colentẽ occidistis, & percussione lapidum homines innocentes iugulastis. Hæc & his similia dum turbis furentibus diceret,lapidata est ab eis,& orans iuxta sepulchrũ Agnes beatissimæ emisit spiritum. Nõ dubiũ est quòd in suo sanguine sit baptizata, quæ pro defensione iustitiæ dum cõfiteretur dominum, mortem constanter excepit. Eádem deniq; hora fit terræ motus vehementissimus: & cum nimia esset cæli serenitas,tãtæ coruscationes,tantaq; fulgura & tonitrua extiterũt, vt pars maxima insani populi expiraret.Vnde factum est vt nullus penitus ex eo aduenienti bus ad sepulchra sanctorũ aliquas molestias excitaret. K
veniẽtes autẽ parentes beatæ Agnes cũ sacerdotibus nocte,abstulerunt corpus sanctæ Emerentianæ virginis,& sepelierunt illud in confinio agelli beatissimæ virginis Agnes. Igitur dum parentes beatæ Agnes assiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum eius, vidẽt in medio noctis silentio exercitum virginum,quæ omnes auro textis cycladibus indutæ.cum ingenti lumine prætreibant.Inter quas vident beatissimam Agnem simili veste fulgentem,& ad dexteram eius agnũ niue candidiorem.Hæc itaq; dum viderent parentes eius, & qui simul erant,stuporem mentis incurrunt.Sed beata Agnes rogat sanctas virgines parumper gradum figere. Et stans parentibus suis dixit: Videte ne me quasi mortuam lngeatis,sed congaudete mihi & congratulamini, quia cũ his omnibus lucidas sedes accepi. Et illi sum iuncta in cælis, quem in terris posita tota animi intentione dilexi Et his dictis pertransiit. Hæc visio publice ab omnibus qui viderãt quotidie vulgabatur. Vnde factũ est vt post aliquantos annos ad Constantiam Constantini filiam hoc factum ab his qui viderant, narraretur. Erat enim ipsa Constantia regina virgo prudentissima, sed ita ob sessa vulneribus, vt à capite vsq; ad pedes nulla mẽbrorum pars libera remansisset.Accepto autẽ consilio, spe recuperandæ salutis venit ad tumulum martyris nocte, & licet pagana, tamen credula animi intẽtione preces fideliter fundebat.Quod dum faceret,repentina somni suauitate corripitur.Et vidit p visum beatissimã Agnẽ L
talia sibi monita præferentem:Constanter age Constantia, & crede dominũ Iesum Christũ filium dei esse Saluatorem tuum, per quẽ modo consequeris omniũ vulnerum quæ in corpore tuo pateris sanitatem. Ad hanc vocem Constantia euigilat sana,& sic sana,vt nec signũ in eius membris alicuius vulneris remaneret. Reuersa igitur ad palatium sanissima,facit gaudium & patri suo Augusto,& fratribus suis imperatoribus. Coronatur ciuitas tota:fit lætitia militantibus atq; priuatis, & vniuersis audientibus hæc. Infidelitas gentium confundebatur,& fides dominica lætabatur. Interea patrem & fratres Augustos rogat vt basilica beatæ Agnes construeretur, & sibi illic mansoleum collocari præcepit. Currit hæc opinio ad omnes, & quotquot credẽtes ad eius tumulum aduenissent, sanabãtur,quacunq; fuissent infirmitate detenti. Quod facere Christum nullus dubitat vsq; in hodiernũ diem.Perseuerauit autem Constantia Augusti filia in virginitate,per quam multæ virgines & mediocres,& nobiles,& illustres, sacra velamina susceperunt.Et quia fides mortis damna non patitur, vsq; in hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnem beatissimam quasi in corpore manentem attendunt,& eius M
exemplo agentes viriliter,integræ perseuerant,credentes sine dubio quòd perseuerantes perpetuę victorię palmam acquirãt.Hæc ego Ambrosius seruus Christi dum in voluminibus diuinis inuenissem scripta, nõ sum passus infructuoso silentio tegi. Ad honorem igitur tantæ martyris,sicut gesta eius agnoui,conscripsi,& ad ædificationem vestram,o virgines Christi, textum passionis eius credidi destinandum, obsecrans charitatem spiritus sancti, vt labor noster in vestra imitatione fructum in conspectu domini valeat inuenire. Amen.

De inuentione corporum sanctorum Gerualii & Prothasii, Sermo. XCI.

HESTERNO Tractaui versiculũ, Dies diei eructat verbũ, prout nostri tulit capit ingenii:hodie mihi nõ solũ superiore tẽpore,sed præsenti quoq; prophetas videtur scriptura diuina.Nã cũ diebus ac noctibꝰ continuatã videã sanctitatis vestræ celebritatẽ,istos esse dies prophetici carminis, oracula declarare hesternum atq; hodiernũ,de quibus opportunissime dicitur: Dies

A diei eructat verbum, & istas noctes de quibus aptissime disputatur,quia nox nocti indicat scientiam. Qui enim aliud hoc biduo nisi verbum dei intimo eructastis affectu,& scientiam vos habere fidei probauistis? Cui tamẽ celebritati vestræ,qui solent,inuident. Et quia celebritatem vestram inuidis animis ferre nõ possunt,causam celebritatis odere,atq; amentiæ in tantum prodeunt,vt negent martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur.Sed hoc non mirum. Siquidem tanta est incredulorum perfidia,vt tolerabilior sit diaboli confessio.Dicebat enim diabolus:Iesu fili dei viui, quid venisti ante tempus torquere nos:Et cum hæc audirent Iudæi Mat.8.
ipsi tamen dei filium denegabant. Et nunc audistis clamentes dæmones & confitentes martyribus quòd penas sarre non possint,& dicentes: Quid venistis vt ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Arriani dicũt? Non sunt isti martyres,nec torquere diabolum possunt, nec aliquem liberare,cum tormenta dæmonum ipsorũ voce probentur,& beneficia martyrum remediis cæcorũ & absolutorum indiciis declarentur.Negãt cęcũ illumi natũ,sed ille non negat se sanatum.Ille dicit:Video qui nõ videbam.Ille dicit:Cęcus esse desiui.& probat facto
Isti beneficiũ negant,qui factum negare nõ possunt.Notus homo est,publicis cum valeret mãcipatꝰ obsequiis,
B Seuerus nomine,lanius ministerio. Depositurat officiũ postq̃ inciderat impedimentũ. Vocat ad testimoniũ homines quorũ ante sustentabatur obsequiis. Eos iudices suæ visitationis accersit,quos habebat testes & arbitros cæcitatis.Clamat, quia vt contigit fimbriã de veste martyrum,qua sacræ reliquiæ vestiuntur, redditum sibi lumen sit,Nonne simile illud est,atq; illud quod in Euangelio legimꝰ?Vnius enim potentiam laudamꝰ authoris: nec interest vtrũ opus fit,an munus, cum & muneret in opere,& operetur in munere. Quod enim alius faciendũ donauerit,hoc in aliorũ opere nomẽ eius operatur.
Ioãnis. 9. Legimus ergo in Euangelio, Iudæos cũ viderent in illo cæco sanitatis remedium,requisisse parentũ testimoniũ Interrogabant,Quomodo:videt filius vester? cum ille diceret,Cæcus cũ essem,modo video. Hoc & iste dicit: Cæcus fui,& modo video.Interrogate alios si mihi non creditis,interrogate extraneos,ne astipulari mihi parẽtes putetis.Detestabilior istorum q̃ Iudæorũ pertinacia Illi cum dubitarent,vel parentes interrogabant. Isti occulte interrogant,palam negant,iam non operi increduli,sed authori.Sed quæro qui nõ credant, vtrũ à martyribus possint aliqui visitari,hoc est Christo nõ credere.Ipse enim dixit:Et maiora his facietis.an ab istis mar
Ioan. 14. tyribus,quorum merita iamdudum vigent,corpora du
C tyribus inuideant? Si mihi, nunquid à me aliquæ virtutes fiunt?Nunquid meo opere,meo nomine? Cur igitur mihi inuident quod meum non est? Si martyribus,(restat enim vt si mihi non inuident, martyribus inuidere videantur)ostendunt alterius fidei fuisse martyres, quã ipsi credunt.Neque enim aliter eorum operibus inuiderent,nisi fidem in his fuisse eam quam isti non habent, iudicarent.Fidem illam maiorum traditione firmatã, q̃ dæmones ipsi negare non possunt,sed Arriani negant. Audiuimus hodie dicentes eos quibus manus imponebatur neminẽ posse esse saluum qui patrem & filium,& spiritum sanctum negaret, qui trinitatis omnipotẽtem virtutem non crederet.Confitetur hoc diabolꝰ, sed Arriani nolunt fateri.Dicit enim diabolus,sic torqueatur quemadmodum ipse à martyribus torquebatur qui spiritusancti deitatem negarit. Nõ accipio a diabolo testimonium,sed confessionem. Inuitus dixit diabolꝰ, sed exactus & tortus. Quod nequitia supprimit, extorquet iniuria.Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nescĩt Arriani. Quanta perpessi sunt, & quemadmodum Pharao malis suis indurantur. Dicebat diabolus,vt scriptũ legimus,Scio te quis sis.Tu es filius dei viui. Dicebant Iudei:Nescimus quis sit.Dicebãt hodie,& superiore die D
vel nocte dæmones,Scimus quia martyres estis. Et Arriani dicunt: Nescimus: nolumus intelligere, nolumus credere.Dicunt dæmones martyribus:Veniũ is perdere nos?Arriani dicunt,Non sunt dæmonum vera tormenta,sed ficta & cõposita ludibria. Audiui multa componi,hoc nemo vnquam fingere potuit vt dæmoniacum se esse simularet. Quid illud quod ita exagitari eos videmus quibus manus imponitur? vbi hic locus fraudi est? vbi suspicio simulandi? Sed non ego ad suffragium martyrum vsurpo vocem dæmoniorum. Beneficius sacra passio suis comprobetur.Habet iudices, sed purgatos:habet testes,sed absolutos.Melior vox est quam sanitas loquitur eorũ qui debiles aduenerũt. Melior vox est quam sanguis emittit. Habet enim sanguis vocẽ canoram,quæ de terris ad cælum peruenit. Legistis dicente domino:Sanguis fratris tui clamat ad me. Et hic san- Genes.
guis clamat coloris indicio: Sanguis clamat operationis præconio:Sanguis clamat passionis triumpho.Satis factum est petitioni vestræ,vt condendas hesterno in hodiernum diem differremus reliquias.

De baptismo sancti Augustini, Sermo. XCII.

VO DIS his diebus cõtigit,fratres humanissimi vidistis,quibꝰ domini nostri Iesu Christi summam potestatem & clementiam in E
telligere potuimus, memoriæq; mandare debemus,quod in nulla re magis Christianis gratulari possumus quàm quod hoc tempore,& ætate nostra mirandum oculis nostris vidimus.Diuinæ clementiæ innumeras gratias agere debemus,quòd Augustinus afer Carthaginensis, philosophus acutissimus, contempto gentilium cultu ad veram Christianam religionem diuino nutu tandem peruenit.Hoc resurrectionis tempus duplici lætitia celebrandum est,Christi licet victoria potito, ac deleto inferorũ imperio,& Augustini conuersione, quæ Christianis plurimum confert. Quis expugnauit animum?quis superauit?Non argumenta,non vis aliqua verborũ,sed dei duntaxat virtus & clementia. Nonne rhetor hic habebatur præstantissimus?Nonne eius doctrina accinctus Mediolanum venit,vbi à cunctis ciuibꝰ honorifice susceptus est? Ad quid tãta liberalium disciplinarum eruditio,tantũ philosophiæ acumen?Ad quid illud acre ingenium,illa dialectica,cæteræque artes sine præceptore adeptæ?Ad hoc vt diuina potentia magis eluceat mortalibus. Quo Aristotelica institutio,in disputando simulationes,difficultates tendebant,versutiæ, contentiones & astutiæ, quibus maxime erat instructus, argumentáque cõtra sacrarum literarum scripturas cum vna essemus adducta, in
quibus diuinũ quandoq; implorabamꝰ auxilium? Quo F
tanta in dicendo hominis gratia, tanta in dicendo copia atque facundia,vt non temere eius dicta dissolui potuissent?Ad hoc vt fides Christi stabilitetur. Sæpius me eum tentasse intelligitis,quo inter dissensiones nostras virtus diuina operaretur. Optabam mirum in modum hominem tantæ doctrinæ illuminari,à quo summa gloria & splendor, vt in merito Christianæ fidei oriri posset. Verum etiam Augustinus tanta interdum pertinacia, & disputationis suæ acrimonia ac vehementia nos vrgebat, vt inter supplicationes nostras quod deus ab eius captionibus nos auerteret, rogare coacti simus. Matris eius Monicæ precibus & lachrymis pene continuis, nostrisq; orationibus aliquantisper adhærere cœpit, & prædicationibus nostris aliquando interesse cupiebat, in quibus fidei nostræ synceritatem omnibus disciplinis, & omnium artium argumentis antecedere ostendebamus.Diuino tandem auxilio, Christi veram religionem amplexus est,vnde humanũ genus, & Christi fideles merito iubilare possunt. Veruntamen Simpliciano nostro probatæ sanctitatis viro non minores gra-

G tiæ agendæ ſunt, à quo Auguſtinus de religione beata, fœlicique vita inſtructus eſt. A quo idem multa de Chriſti fide tum exempla, tum miracula accepit, quibus ſi qua hæreſis rubigo eſſet, penitus animum abſterſit, quibus à ſe omnis dubitationis timor procul propulſatus eſt. Quantis fratres chariſsimi lachrimis errorem confeſsus eſt ſuum? quanto luctu conuerſionis diuturnitatem conqueſtus eſt? quibus verbis & quo dolore ſeram pœnitentiam damnauit? dimidiam enim ferme vitæ ſuæ partem inter gentilium mores ac vanas diſciplinas, mundanóſque errores conſumpſit. Iubilate de tanta victoria, in qua Auguſtinus tanquam dux cum commilitonibus ſuis Adeodato, & Alypio ſocio captiui noſtri ſunt. Hæc quidem captiuitas Auguſtinum beatum faciet, regnum dei parabit. Triumphare tamẽ viſus eſt Auguſtinus illa præſertim hora in qua nouum hominem ſacro baptiſmate induimus, in quo vna nobiſcum diuino quodam inſtinctu hymnum cantauimus de Chriſti fide. Et vt vberius inſtrueretur, & à cæteris gentilium opinionibus & erroribus remoueretur, totum cognitioni animum intendit. Nouum in Chriſti fide militem habemus, accerrimum contra gentiles hoſtem, contra hæ reticos inuictiſsimum Imperatorem. Nouum Chriſtia- H num nouis veſtimentis, cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nos ipſi præcinximus, quod Simplicianus noſter ingenti lætitia donauit. Agamus gratias domino Ieſu Chriſto ingentes, qui religioni noſtræ talem ac tantum principem inſtituit. Gaudeamus omnes in domino, qui omnia virtute ſua continet, & incomprehenſibili maieſtate vniuerſa complectitur. Gaudeant angeli Auguſtini tam celebri conuerſione. Gaudeant cælum & vniuerſa terra, benedicant omnes dominum, quia ad conferendum hominibus ſubſidium creauit & illuminauit Auguſtinum, à quo tanquam religionis exordio Chriſtiani auxilium caperent, & ſuffragium. A quo denique religionis conſtitutiones oriri poterunt. Hanc Auguſtini conuerſionem in futurum homines diuinis proſequentur honoribus. Amen. Videtur prop hetia

OPERVM DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI, TERTII TOMI FINIS.

D. AMBROSII
Epiſcopi Mediolanenſis operum

Tomus Quartus, continens explanationes, hoc eſt ea quæ faciunt ad interpretationem diuinarum ſcripturarum, veteris teſtamenti, deniq; noui.

D. ERASMVS LECTORI. S.

HIC Quartus Tomus complectitur ſcripturarum explanationes, in quibus eſt libellus de Salomone, argutus & eruditus, ſed nonnihil diſſonans à ſtylo Ambroſiano.

Additæ ſunt duæ precationes præparantes ſacerdotem aditurũ miſſæ munus: quas vt pias nec indoctas fateor, ita iudico non eſſe Ambroſii.

In noui teſtameti voluminibus nihil admixtũ alienum comperi, niſi quod in ſingulas Pauli epiſtolas adiecit argumenta neſcio quis, Ambroſii titulo: aut certè quæ poſuerat Ambroſius, contaminauit, præſertim in epiſtolas ad Romanos, ad Corinthios, & ad Galathas: & in ipſis commentariis alicubi videntur adiecta quædam, alicubi decurtata.

CATALOGVS.

Hexameron libri	VI.	De Salomone lib.	I
De paradiſo lib.	I.	De iis qui initiantur myſteriis	I
De Cain, & Abel	II.	De ſacramentis Eccleſię	VI
De Noë, & arca	I.	De dignitate ſacerdotali	I
De Abraham Patriarcha	II	Precatio præparans ad miſſam	
De Iſaac, & anima	I	Commẽtarii in. XII. pſalmos Dauidicos, nempe. I. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLIII. XLV. XLVII. XLVIII, & LXI. hactenus nuſquam impreſſi.	
De Iacob & beata vita	II		
De Ioſeph patriarcha	I		
De benedictionibus patriarcharum	I		
De Nabuthe Ieſraëlita	I		
De Helia, & ieiunio	I	Commentarii in pſalmum	CXVIII
De Tobia	I	Scholiorum in Euange. Lucæ	X
De interpellatione	IIII	Commentarii in omnes epiſtolas Pauli	
Apologia Dauid	I		

A Diui Ambroſii MEDIOLANENSIS EPISCOPI HEXAMERON LIBER PRIMVS.

De opinionibus philoſophorum circa rerum principia, mundique vnitatem ac durationem errantium.

Caput I.

ANTVMNE opinionis aſsumpſiſſe homines; vt aliqui eorum tria principia cõſtituerent omnium, deum, & exemplar, & materiam: ſicut Plato, diſcipulíque eius: & ea incorrupta & increata, ac ſine initio eſse aſseuerarẽt: deúmque nõ tanquam creatorem materię, ſed taquã artificem ad exemplar, hoc eſt ideam intendentem, feciſse mundum de materia quam vocant hylen, quæ gignendi cauſas rebus omnibus dediſse aſseratur: B ipſum quoque mundum incorruptum, nec creatum aut factum exiſtimarent: alii quoque, vt Ariſtoteles cum ſuis diſputandum putauit, duo principia ponerent, materiam, & ſpeciem: & tertium cũ iis quod operatoriũ dicitur, cui ſuppeteret competenter efficere quod adoriũdum putaſset? Quid igitur tam inconueniens, quàm vt æternitatem operis cum dei omnipotentis coniungerent æternitate; vel ipſum opus deum eſse dicerent, vt cælum & terram & mare diuinis proſequerentur honoribus? Ex quo factum eſt vt partes mundi deos eſſe crederent: quanuis de ipſo mundo non mediocris inter eos quæſtio ſit. Nam Pythagoras vnum mundum aſserit, alii innumerabiles dicunt eſse mundos, vt ſcripſit Democritus, cui plurimum de phyſicis authoritatis vetuſtas detulit. Ipſum quoque mundum ſemper fuiſse & fore Ariſtoteles vſurpat dicere. Contra autem Plato nõ ſemper fuiſse, ſed ſemper fore præſumit aſtruere. Plurimi verò nec fuiſse ſemper, nec ſemper fore ſcriptis ſuis teſtificantur. Inter has diſſenſiones eorum quæ poteſt eſse veri æſtimatio, cum alii mundum ipſum deũ eſse dicant, quod ei mens diuina, vt putant, ineſse videatur: alii partes eius, alii vtrũq; in quo nec quæ figura ſit deorum, nec qui numerus, nec qui locus aut vita poſsit aut cura cõprehendi? Si quidem mundi æſtimatione vo- C lubilem, rotundum, ardentem, quibuſdam incitatum motibus, ſine ſenſu deum conueniat intelligi, qui alieno non ſuo motu feratur.

De confutatione præmiſſarum opinionum per ſanctum Moyſen docentem in principio deum feciſse cęlum & terram. Caput II.

MENDE diuino ſpiritu præuidẽs ſanctꝰ Moyſes hos hominũ errores fore, & iam forte cœpiſse, in exordio ſermonis ſui ſic ait: In principio fecit deus cælũ & terrã.) Initium rerum, authorem mũdi, creationẽ materię cõprehendẽs vt deum cognoſceres ante initiũ mũdi eſſe, vel ipſum eſse initium vniuerſorum: ſicut in euangelio dei filius dicentibus ſibi. Tu quis es, reſpondit: Initium, quod & loquor vobis. & ipſum dediſse gignendis rebus initium, & ipſum eſse creatorem mundi; non idea quadã duce imitatorem materiæ, ex qua nõ ad arbitriũ ſuum, ſed ad ſpeciem propoſitam ſua opera formaret. Pulchrè quoque ait: In principio fecit.) vt incomprehenſibilem celeritatem operis exprimeret, cùm affectũ prius operationis impletæ, quàm indicium cœptæ expli- D cuiſset. Quis hoc dicat, aduertere debemus. Moyſes vtique ille eruditus in omni ſapientia AEgyptiorum, quem de flumine collectum filia Pharaonis vt filium dilexit, & ſubſidiis regalibus fultum, omnibus ſeculari prudentiæ diſciplinis informari atq; inſtrui deſiderauit. Quj cum de aqua nomen accepiſſet, non putauit tamen dicendum quod ex aqua cõſtarent omnia, vt Thales dixit. Et cum eſset in aula educatus regia: maluit tamen pro amore iuſtitiæ ſubire exilium voluntarium, quàm in tyrannidis faſtigio peccati perfunctione deliciis acquirere. Denique priuſquàm ad populi liberandi munus vocaretur, naturali æquitatis ſtudio prouocatus, accipientem iniuriam de popularibus ſuis vltus, inuidiæ ſeſe dedit, voluptatíque eripuit: atque omnes regiæ domus declinans tumultus, in ſecretum AEthiopiæ ſe contulit, ibique à cæteris negociis remotus, totum diuinæ cognitioni animum intendit, vt gloriam dei videret facie ad faciem. Cui teſtificatur ſcriptura ga hemo ſurrexit amplius Propheta in Iſrael ſicut Moyſes qui ſciuit dominum facie ad faciem. Non in viſione, ne- Deut.34. que in ſomnio, ſed ore ad os cum deo ſummo locutus: neque in ſpecie, neque per ænigmata, ſed clara atque pſpicua præſentiæ diuinæ dignatione donatus. Is itaque Moyſes aperuit os ſuum, & effudit quæ in eo dominus loquebatur, ſecundum quod ei dixerat cũ eum ad Pharaonem regem dirigeret: Vade ergo, & ego aperiam os tuum, & inſtruam te quid debeas loqui. Etenim ſi quod Exod. 4. de populo dimittendo diceret, à deo acceperat, quantò magis quod de cælo loqueretur? Denique non in perſua E ſione humanæ ſapientiæ, nec in philoſophiæ ſimulatoriis diſputationibus, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis tanquam teſtis diuini operis auſus eſt dicere: In principio fecit deus cælum & terram. Nõ ille vt atomorum concurſione mundus coiret, ſerum atque ociosum expectauit negocium: neque diſciplinam quandam materiæ, quam contemplando mundum poſsit efficere, ſed authorem deum exprimendum putauit. Aduertit enim vir plenꝰ prudentiæ, quòd viſibiliũ atque inuiſibilium ſubſtantiarum, & cauſas rerum mens ſola diuina contineat, non vt philoſophi diſputant, validiorem atomorum complexionem perſeuerantiæ iugis præſtare cauſam: & iudicauit quòd telam araneæ texerẽt qui ſic minuta & inſubſtãtiua principia cælo ac terris darent, quæ vt fortuito cõiungerentur, ita fortuito ac temere diſsoluerentur, niſi in ſui gubernatoris diuina virtute conſtarent. Nec immerito gubernatorem neſciunt, qui non nouerunt deum per quem omnia regũtur & gubernantur. F

Quòd non vanis abduci debeamus opinionibus, ſed ſequi ipſum Moyſen, qui & authorem mundi nouit & gubernatorem. Caput III.

SEQVAMVR ergo eum qui & authorem nouit & gubernatorem, nec vanis abducamur opinionibꝰ. In principio, inquit. Quàm bonus ordo, vt illud primum aſsereret, quòd negare conſueuerunt, & cognoſcerent principium eſse mundi, ne ſine principio mundum eſse homines arbitrarentur. Vnde & Dauid cum de cælo & terra & mari loqueretur, ait: Omnia in ſapiẽtia feciſti. Dedit ergo prę- Pſal.103. cipium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, † ne anarchon, ne increatum, & diuinæ conſortẽ ſubſtantiæ crederemꝰ. Et pulchre addidit de celeritate cõditionis Fecit, ne mora in faciendo fuiſse æſtimaretur: vt vel ſic intelligerent homines quàm incomprehenſibilis operator eſset, qui tantum plus breui exiguóque momento ſuę operationis abſolueret, vt volũtatis effectus ſenſũ tẽporis præueniret. Nemo operantem vidit, ſed agnouit

† informẽ materiã.

Psal.148. operatum. Vbi igitur mora, cum legas: Quia ipse dixit,
G & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt? Nec artis igitur vsum nec virtutis expendit, qui momento suæ voluntatis maiestatem tantæ operationis impleuit, vt ea quæ non erant, esse faceret, tam velociter, vt neque voluntas operationi præcurreret, neque operatio voluntati. Miraris opus, quæris operatorem. Quis principium tanti operis dederit, quis tam cito fecerit, subiecit statim dicens: Quia deus fecit cælum & terram. Audisti authorem, dubitare non debes. Hic est in quo benedixit Melchisedech Abraham patrem multarum gentium dicens Benedictus Abraham deo summo, qui fecit cælum & ter-
Gene.14. ram. Et credidit Abraham deo, & ait: Extendam manum meam ad deum summum, qui fecit cælum & terrã. Vides quia hoc non homo inuenit, sed deus annunciauit. Deus est enim Melchisedech, qui est rex pacis & iustitiæ, nec initium dierum neque finem habens. Nũ mirum ergo si deus qui est sine initio, initium omnibus dedit, vt quæ non erant, esse inciperent. Non mirum si deus qui omnia virtute sua continet, & incomprehensibili maiestate vniuersa complectitur, fecit hæc quæ videtur: cum etiam illa fecerit quæ non videntur. Inuisibilia autem iis quæ videntur potiora esse quis neget, cũ ea quæ videntur, temporalia sint, æterna autem quæ non videntur? Quis dubitet quod deus hæc fecerit, qui per pro-
Esaiæ.40. phetam locutus ait: Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & vniuersam terram clausa manu: Quis statuit montes in libra, & rupes in statera, & nemora in iugo? Quis cognouit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit, vel quis instruxit eum? De quo etiam alibile gimus: Quia tenet circuitum terræ, & terram velut ni-
Hiere.51. H hilum fecit. Et Hieremias ait: Dii qui non fecerunt cælum & terram, peribunt à terra, & de sub cælo isto. Dominus qui fecit terram in virtute sua, & correxit in sapientia sua orbem, & in sua prudentia extendit cælum, & multitudinẽ aquæ in cælo. Et addidit: Insatuat? est homo à scientia sua. Qui enim corruptibilia mundi sequitur, & ex his putat quod diuinæ possit naturæ comprehendere veritatem, quomodo nõ infatuatur versutæ disputationis astutia? Dum ergo tot oracula audias quibus testificatur deus quod fecerit mundum, noli eum sine principio esse credere, quia quasi sphæra mundus esse dicatur, vt principium eius nullum videatur extare: & cum intonat, quasi in circuitu omnia commoueantur: vt vnde incipiat, vbi definat, nõ facile cõprehẽdas: quia circuitus principium sensu colligere impossible habetur. Nec enim sphæræ potes initium reperire, vel vnde cœperit globus lunæ, vel vbi definat menstrua lunę defectio. Neque verò si ipse non comprehẽdas, idcirco nõ cœpit, aut nequaquam definet. Si ipse circuitũ vel atra-
I mento vel graphio ducas, vel centro exprimas, vnde cœperis, aut vbi desieris, interuallo interposito, non facile vel oculis colligis, vel mente repetis: & tamen & cœpisse & desiuisse ipse tibi testis es. Nam et si sẽsum subterfugit, veritatem non subruit. Quæ autem initium habẽt & finem habent: & quibus finis datur, initium datum cõstat. Finem autem mundi futurum ipse saluator docet in euangelio suo dicens: Præterit enim figura huius mũdi: Et cælum & terra præteribunt: Et infra: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem mundi. Quomodo ergo coæternum deo mundum asserunt, & creatori omnium sociant, atque æqualem esse disputãt creaturam, corpũsque materiale mundi inuisibili illi atque inaccessibili naturæ diuinæ coniungendum putant, cũ præsertim secundum suam sententiam non possint negare, quoniam cuius partes corruptioni & mutabilitati subiacent, huius necesse est vniuersitatem iisdem passionibus quibus propriæ portiones eius sunt obnoxiæ, subiacere:

De multiplici relatione & acceptione principii, &

quibus modis intelligi possit in principio deum fecisse K
cælum & terram. Caput IIII.

PRINCIPIVM igitur esse docet qui dicit: In principio fecit deus cælum & terram.) Principium aut ad tempus refertur, aut ad numerum, aut ad fundamentum, quo in ædificanda domo initium fundamentum est. Principium quoque peruersionis & deprauationis dici posse scripturarum cognoscimus authoritate. Est & principium artis, ars ipsa ex qua artificum diuersorum deinceps cœpit operatio. Est etiam principium bonorum operum finis optimus, vt misericordiæ principium est deo placere quod facias. Etenim ad conferẽdũ homi nibus subsidiũ maximè prouocamur. Et etiam virtus diuina quæ hac exprimitur appellatione. Ad tempus refertur si velis dicere in quo tempore deus fecit cælũ & terram, id est in exordio mũdi quando fieri cœpit, sicut ait
Prouer.8. sapientia: cum pararet cælum, cum illo eram. Ad numerum autem si referas, ita conuenit vt accipias: In primis fecit deus cælum & terram: deinde colles, regiones, fines inhabitabiles. Vel sic: Ante reliquas visibiles creaturas, L
diem, noctem, ligna fructifera, animantiũ genera diuersa, cælum & terram fecit. Si verò ad fundamentum referas, principium terræ fundamenta esse legisti, dicente sapientia: Quando fortia faciebat fundamenta terrę, eram penes illum cuncta componens. Est etiam bonæ principium disciplinæ, sicut est illud: Initium sapientiæ est ti-
Ibidem. mor domini: quoniam qui timet dominum, declinat errorem, & ad virtutis semitam vias suas dirigit. Nisi enim
Eccl.1. quis timuerit deũ, non poterit renũciare peccato. Quod æque etiam de illo possumus accipiere, Mensis hic initium mensium erit vobis. quanuis & de tempore istud accipiatur, quia de Pascha domini loquebatur, quod veris
Exodi.12. initio celebratur. In hoc ergo principio mensium cęlũ & terram fecit, quod inde mundi capi oportebat exordiũ vbi erat opportuna omnibus verna temperies. Vnde & annus mũdi imaginẽ nascẽtis expressit, vt post hybernas glacies atque hyemales caligines serenior solito verni tẽporis splẽdor eluceat. Dedit ergo formã fructus annorũ curriculis mundi primus exortus, vt ea lege ãnorũ vices surgerẽt, atq; initio cuiusq; anni produceret terra noua feminum germina, quo primum dominus deus dixerat: Germinet terra herbam fœni, seminans semẽse cundum genus & secũdum similitudinem, & lignũ fructiferum faciens fructum. Et statim produxit terra hærbam fœni, & lignum fructiferum. in quo nobis & moderationis perpetuæ diuina prouidentia, & celeritas terræ germinãtis ad æstimationem vernæ sufragatur ętatis. M
Nã etsi quocunq; tempore & deo iubere promptum fuit & terrę obedire naturæ, vt inter hybernas glacies & hyemales pruinas, cælestis imperii fotu germinans terra fœtum produceret, non erat tamen disp ositionis æternę, rigido stricta gelu in virides subito fructus laxari arua, atque horrentibus pruinis florulenta miscerí. Ergo vt
Exodi.12. ostenderet scriptura veris tempora in cõstitutiõe mũdi ait: Mensis hic vobis initium mensium: primus est vobis in mensibus anni. Primum mensem, vernum tempus appellans. Decebat enim principium anni, principium esse generationis, & ipsam generationem mollioribus auris foueri: Neque enim possent teneta rerum exordia aut asperioris laborem tollerare frigoris, aut torrentis ęstus iniuriã sustinere. Simul illud aduertere licet, quia iure concurrit vt eo tempore videatur in hanc generationem atque in hos vsus ingressus tributus, quo tempore ex hac generatione ĩ regenerationem legitimus est trãsit? Si qdẽ verno tẽpore filii Israel Aegyptũ reliquerunt, & per mare trãsierunt, baptizati in nube & in ma-
1.Cor.10. ri, vt Apostol? dixit: Et eo tẽpore domini quotannis Iesu Christi pascha celebratur, hoc est animarum transitus à vitiis ad virtutem, à passionibus carnis ad gratiam

A sobrietatẽmque mentis, à malitia nequitięque fermento ad veritatem & synceritatem. Regeneratis itaq; dicitur: Mensis hic vobis initium mensium: primus est vobis in mensibus anni. Derelinquit enim & deserit qui abluitur, intelligibilẽ illum pharaonem principem istius mũdi, dicens: Abrenuncio tibi diabole, & angelis tuis, & operibus tuis, & imperiis tuis. Nec iam seruiat ei vel terrenis huius corporis passionibus, vel depraua tæ mentis
Num.24. erroribus: qui demersa omni malitia vice plumbi, bonis operibus dextera læuáque munitus, inoffenso seculi huius freta studet transire vestigio. In libro quoque qui inscribitur de Numeris, ait scriptura: Initium nationũ Amalech, & semen eius peribit. Et vtique nõ omnium nationum primus est Amalech, sed quia per interpretationem Amalech rex accipitur iniquorum, iniquæ autem gentes sunt: vide ne principem mundi huius accipere debeamus qui imperat nationibus voluntatem suam scientibus: cuius semen peribit. Semen autem eius impii & infideles sunt, quibus ait dominus: Vos ex patre diabolo estis. Est etiam initium mysticum, vt illud est: Ego
Ioan.1. sum primus & nouissimus, initium & finis. Et illud in euangelio præcipue, quod interrogatus dominus quis esset, respondit: Initium, quod & loquor vobis. Qui vere & secundum diuinitatem est initium omnium, quia nemo ante ipsum: & finis, quia nemo vltra ipsum: & secũdũ euangeliũ initiũ est viarũ domini in opera eius: vt
B per ipsum discerent hominum genus vias domini sequi, & operari opa dei. In hoc ergo principio, id est in Chri-
Ioan.1. sto, fecit deus cęlum & terram: quia per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factũ est in ipso, vita erat: quia in ipso cõstant omnia. Et ipse est primogenitus omnis creaturæ, siue quia ante omnẽ creaturam, siue quia sanctus, quia primogeniti sancti sunt, vt primogenitus Israel: non quia ante omnes, sed quia sanctior cæteris. Sanctus autem dominus supra omnem creaturam & secundũ corporis susceptionem, quia so-
Roma.8. lus sine peccato, solus sine vanitate. Omnis autem creatura subiecta vanitati est. Possumus etiam intelligere, In principio fecit deus cælum & terram, id est ante tempus: sicut initium viæ, nondum via: & initium domus nondũ domus. Denique alii dixerunt ἐν κεφαλαίῳ, quasi in capite, quo significatur in breui & in exiguo momento summa operationis impleta. Sunt ergo & qui principium non pro tempore accipiant, sed ante tempus, ἐν κεφαλαίῳ vel caput: vt dicamus latine quasi summam
Psal.18. operis, quia rerum visibiliũ summa cælum & terra est, quę nõ solũ ad mundi huius spectare videntur ornatum sed etiam ad iudicium rerum inuisibilium, & quoddam argumentum eorum quæ non videntur, vt est illud Pro
C pheticum: Cæli enarrant gloriam dei, & opera manuũ eius annunciat firmamentum. Quod secutus Apostolus aliis verbis in eadem concluſit sententia, dicens: Quia
Roma.1. inuisibila eius per ea quæ facta sũt intelligũtur. Authorẽ enim angelorum & dominationum & potestatũ facile intelligimus eum qui momento imperii sui hanc tãtam pulchritudinẽ mũdi ex nihilo fecit esse quę nõ erat, & non de extantibus aut rebus aut causis donauit habere substantiam.

Quod hic mundus diuinæ sit specimẽ operationis, ac diuinę maiestatis insigne. Quodque filius imago sit dei, & splendor paternæ gloriæ. Et quod per ipsum & in ipsum creata sint omnia. Caput V.

EST ergo hic mũdus diuinæ specimen operationis: quia dum optus videtur, præfertur operator. Namque vt istarum artium aliæ sunt actuosæ, quæ sunt in corporis motu, aut sono vocis: cessauit motus aut sonus, nihil superfuit nec remãsit spectantibus vel audientibus: aliæ theoreticæ, quæ vigorẽ mentis excerceant, aliæ huiusmodi vt cessante quoque operationis officio, operis munus appareat; vt D
ædificatio atque textura, quæ etiam tacẽte artifice peritiã eius ostendant, vt operatori operis sui testimonium suffrageturi: Similiter etiã hic mundus diuinæ maiestatis insigne est, vt per ipsum dei sapientia manifestetur. Quem videns Propheta, simul & ad inuisibilia oculos mentis attollens, ait: Quã magnificata sunt opera tua do
Psal.103. mine, omnia in sapientia fecisti. Nec ociosè vtique factũ legimus: quia gentiles plerique qui coæternum deo mũdum volunt esse, quasi adumbrationem virtutis diuinæ asserunt etiam sua sponte subsistere: & quanuis causam eius deum esse fateantur, causam tamen factam volunt non ex voluntate & dispositione sua, sed ita vt causa vmbræ corpus est. Adhęret enim vmbra corpori, & fulgor lumini, naturali magis societate, quàm voluntate arbitra. Pulchre ergo ait Moyses quia fecit deus cælum & terram. Non dixit quia subesse fecit. Non dixit quia causam mundo vt esset præbuit: sed fecit quasi bonus quod foret vtile, quasi sapiens quod optimum iudicabat, quasi omnipotens quod amplissimum præuidebat. Quomodo autem quasi vmbra esse poterat, vbi corpus non erat, cum incorporei dei corporea adumbratio esse nõ possit? Quomodo etiã incorporei luminis splendor possit esse corporeus? Sed si quæris splendorẽ dei, filius est imago dei inuisibilis. Qualis ergo deus est, talis imago. Inuisibilis deus etiam imago inuisibilis. Est enim splendor gloriæ paternæ, atque eius imago substantiæ. In prĩcipio, inquit, fecit deus cælum & terrã. Et factus est ergo mundus: & cœpit esse, qui non erat. Verbum autem E
dei in principio erat, & erat semper. Sed etiã angeli, dominationes & potestates etsi aliquãdo cœperunt, erant tamen iam quando hic mundus est factus. Omnia nãque creata & condita, sunt visibilia & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia inquit, per ipsum facta sunt, & in ipsum creata sunt. Quid est, in ipsum creata? Quia ipse est hæres patris eò quod à patre in ipsum transierit hæreditas, sicut pater dicit: Posce à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Quæ tamen hæreditas à patre transit in filium, & in patrem reuertitur à filio. Egregie itaque apostolus & hoc loco filium dixit authorem omniũ, & maiestate sua cõ
Psal.2. tinentem omnia. Et ad Romanos de patre ait: Quoniam ex ipso, & per ipsũ, & in ipso sunt omnia. Ex ipso principium & origo substantiæ vniuersorum, id est ex volũtate eius & potestate. Omnia enim ex eius voluntate cœperunt, quia vnus deus pater, ex quo omnia. Etenim tam quam ex suo fecit: quia vnde voluit fecit, Per ipsum continuatio, finis in ipsum. Ex ipso ergo materia, per ipsum operatio quæ ligauit atque cõstrinxit vniuersa. In ipsũ F
quia & quandiu vult omnia eius virtute manent atque consistunt, & finis eorum in dei voluntatem recurrit, & eius arbitrio resoluuntur.

Quod in principio temporis cælũ & terrã deum fecisse, ad præsentẽ sufficiat assertionẽ, & cur author prolixiorem vitauerit collectionẽ. Qãq; de qualitate & substãtia cæli, terræ quoq; vel qualitate vel positione, satis sit ad scięti ã quod scripturarum diuinarũ series cõprehẽdit, eò quod nihil prosit ad spem futuræ vitæ discutere vel enumerare ea quæ in disputationibus suis philosophi se mutuo refellentes texuerũt. Caput VI.

IN principio itaq; temporis cælum & terram deus fecit. Tempus enim ab hoc mundo, non ante mundum. Dies autem tẽporis portio est, non principium. Et quanquam lectionis seriem possimus astruere, quod primo die diẽ fecerit dominus & noctẽ, quę sunt vices temporum, & secundo die firmamentum fecerit quo discreuit aquam quæ sub cęlo est, & aquam quæ super cęlum: tamen satis est ad præsentem assertionem, quod in principio cęlum fecerit,

Gvnde prærogatiua generationis & cauſa : & terram fecerit,in qua eſset generationis ſubſtantia . In his enim quatuor illa elementa creata ſunt,ex quibus generantur omnia iſta quæ mundi ſunt . Elementa autem quatuor, aër,ignis,aqua & terra,quæ in omnibus ſibi mixta ſunt. Siquidem & in terra ignem reperies,qui ex lapidibus & ferro frequenter excutitur:& in cælo, cum ſit ignitus & micans fulgentibus ſtellis polus , aqua eſse poſsit intelligi, quæ vel ſupra cælum eſt,vel de illo ſuperiore loco in terram largo frequenter imbre demittitur. Quæ pluribus colligere poſsemus , ſi quid ad ædificationem eccleſiæ iſta proficere videremus . Sed quia his occupari infructuoſum negotium eſt , ad illa magis intendamus animum,in quibus vitæ ſit profectus æternæ . De qualitate igitur & ſubſtantia cæli ſatis eſt ea promere quæ in Eſaiæ ſcriptis reperimus, qui mediocribus & vſitatis ſermonibus qualitatem naturæ cęleſtis expreſsit, dicēs quod firmauerit cælum ſicut fumum , ſubtilem eius naturam nec ſolidā cupiens declarare. Ad ſpeciē quoque eius abundat,quod ipſe de cæli firmamento locutus eſt quia fecit de⁹ cælum ſicut cameram,quod intra cęli ambitum vniuerſa claudantur quæ vel in mari geruntur,& terris. Quod ſimiliter ſignificatur cum legitur: Quia cælum dominus extendit . Extenditur enim vel quaſi pellis ad tabernacula habitationesque ſanctorū,vel qua ſi liber,vt plurimorum ſcribantur nomina qui Chriſti gratiam fide & deuotione meruerunt,quibus dicitur: Lucæ.10. Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo. De terræ quoque vel qualitate vel poſitione tractare , nihil pſit ad ſpem futuri,cum ſatis ſit ad ſcientiam , quod ſcripturarum diuinarum ſeries comprehendit,quia ſuſpendit terram in nihilo. Quid nobis diſcutere vtrū in aëre pendeat, an ſuper aquam , vt inde naſcatur controuerſia quomodo aëris natura tenuis & mollior molem poſſit ſuſtentare terrenam? Aut quomodo,ſi ſuper aquas, non pondere mergatur in aquam grauis terrarum ruina? Aut quomodo ei maris vnda non cedat,& in latera eius ſeſe loco ſuo mota diffundat? Multi etiam in medio aëris terram eſse dixerunt, & mole ſua immobilem manere , quod æquabili motu hinc atque inde ex omni parte propendeat . De quo ſatis putamus dictum à domino ad Iob ſeruum ſuum,quando locutus per nubem Iob.38. ait: Vbi eras cum fundarem terram? Indica mihi ſi habes ſcientiam. Quis poſuit menſuram eius, ſi noſti? Aut quis eſt q ſuperinduxit menſuras ſuper eam , aut ſuper quid circuli eius confixi ſunt? Et infra: Concluſi mare portis,& dixi: Vſque huc venies,& non tranſibis,ſed in te comminuentur fluctus tui . Nónne euidenter oſtendit deus omnia maieſtate ſua conſiſtere in numero,pondere atque menſura? Neque enim creatura legē tribuit, I ſed accepit,& ſeruat acceptam. Non ergo quod in medio ſit terra,quaſi æqua lance ſuſpenditur,ſed quia maieſtas dei voluntatis ſuæ eam lege conſtringit,vt ſupra inſtabile atque inane ſtabilis perſeueret : ſicut Dauid Pſal.92. quoque propheta teſtatur dicens : Fundauit terram ſuper firmamentum eius non inclinabitur in ſeculum ſeculi. Nō vtiq; hic quaſi tantūmodo artifex deus,ſed qua ſi omnipotens prędicatur,qui non centro quodam terram,ſed præcepti ſui ſuſpenderit firmamento nec eam inclinari patiatur . Non ergo menſuram centri,ſed iudicii diuini accipere debemus, quia non artis menſura eſt,ſed poteſtatis . Menſura iuſtitiæ menſura cognitionis,quia omnia non tanquam immenſa prætereant ei⁹ Plal.74. ſcientiam,ſed cognitioni eius tanquam dimenſa ſubiaceant . Neque enim cum legimus,Ego confirmaui columnas eius : verè colūnis eam ſubnixā poſsumus æſtimare , ſed ea virtute quæ ſuffulciat ſubſtantiam terræ Pſal.103. atque ſuſtineat . Denique quia in poteſtate dei ſit terræ conſtitutio,etiam hinc collige quod ſcriptum eſt : Qui aſpicit terram,& facit eam tremere. Et alibi: Adhuc ego ſemel concutio terram. Non ergo libramentis ſuis immobilis manet,ſed frequenter dei nutu & arbitrio com- K mouetur,ſicut & Iob dicit : Quia dominus cōmouet eā Iob.26. à fundamentis: columnæ autem eius exagitantur. Et alibi: Nuda inferna in conſpectu eius , & non eſt morti inuolucrum,extendens boream pro nihilo , ſuſpendens terram in nihilum,alligans aquam in nubibus ſuis. Columnæ cæli auolauerunt, & expauerunt ab increpatione eius,virtute mitigauit mare,diſciplina ſtrauit cetum clauſtra autē celitiment eū. Voluntate igitur dei immobilis manet & ſtat in ſeculum terra . ſecundum Eccleſiaſtæ ſententiam & voluntate dei mouetur,& nutat.

Non ergo fundamentis ſuis nixa ſubſiſtit,ne fulcris ſuis ſtabilis perſeuerat,ſed dominus ſtatuit eam,& firmamento voluntatis ſuæ continet : quia in manu eius omnes fines terræ . Et hęc fidei ſimplicitas argumentis omnibus antecellit. Laudēt alii quod ideo nuſquam decidat terra,quia ſecundum naturam in medio regionem poſsideat ſuam , eo quòd neceſse ſit eā manere in regione ſua, nec in partem declinari alteram : quando contra naturam non mouetur,ſed ſecundum naturam, prædicent artificis diuini & operatoris æterni excellentiam. Quis enim artificū nō ab illo accepit? aut quis dedit mulieri⁹ texturæ ſapientiam, aut varietatis diſcipli- L nam? Ego tamen qui profundum maieſtatis eius, & artis excellentiam non queo comprehendere,non diſputatoriis me libramentis committo , atque menſuris: ſed omnia repoſita in eius exiſtimo poteſtate, quod voluntas ei⁹ fundamentum ſit vniuerſorum,& propter eum adhuc mundus hic maneat. Quod apoſtolicæ quo Roma.8. que licet aſtruere authoritatis exēplo. Scriptum eſt enī: Quia vanitati creatura ſubiecta eſt,non ſponte, ſed propter eum qui ſubiecit in ſpe . Liberabitur autem & ipſa creatura à ſeruitute corruptionis,cum gratia diuinę remunerationis affulſerit . De natura autem & qualitate ſubſtantię cæli quid enumerem ea quę diſputationibus ſuis philoſophi texuerunt: cum alii compoſitum cęlum ex quatuor elementis aſserant, alii quinta quandam naturam noui corporis ad conſtitutionem eius inducant,atque affingant æthereum eſse corpus, cui neq; ignis admixtus ſit,neque aër , neque aqua,neque terra: quod huiuſmodi elementa ſuum quendam curſum habeant atque vſum & motum naturę,vt grauiora demergant & in pronum ferantur, vacua & leuia in ſuperiora ſe ſubrigant. Eſt enim proprius cuique motus.

In ſphæræ autem circuitu iſta confundi,& vim ſui curſus amittere , quoniam ſphæra in orbem ſuum voluitur,& ſuperiora inferioribus, ſuperioribus quoque inferiora mutantur . Quorum autem ſecundum naturam motus mutati ſunt , horum neceſsario ferūt mutariſo lere qualitates ſubſtantiarum ſuarum. Quid igitur de- M fendimus æthereum corp⁹ eſse,ne videatur corruptioni obnoxium ? Quod enim compoſitū ex corruptibilibus elementis eſt ,neceſse eſt reſoluatur . Nam hoc ipſo qđ diuerſę eadem ſint elementa naturę , ſimplicem & inuolubilem motum habere non poſsunt, cum ſe diuerſus elementorum motus impugnet. Vnus enim motus omnibus aptus eſse non poteſt,& elementis diſtantibus conuenire. Nam qui leuibus accommodus eſt , fit incommodus grauioribus elementis . Itaque quādo ad ſuperiora motus cęli eſt neceſsarius , terrenis grauatur: quando ad inferiora decurſus expetitur,igneus vigor il le violenter attrahitur. Etenim contra naturę ſuę vſum deorſum cogitur. Omne autem quod in contrariū cogitur,non naturę ſeruiens ſed neceſsitati,cito ſoluitur,& in ea ſcinditur ex quibus videtur eſse cōpoſitū,in ſuam quāq; regionem ſingulis recurrentibus. Hęc igitur alii conſiderantes ſtabilia eſse non poſse, ęthereum corpus cęli ſtellarūq; eſse arbitrati ſunt,quintā quādā naturam corporis introducētes, quo diuturnā cęli putarēt māſuram eſse ſubſtantiā. Sed non iſta opinio Prophetice potuit obuiare ſententiæ,quam diuina quoque domini Ie-

Á ſu Chriſti maieſtas dei noſtri in Euangelio comproba uit. Dixit enim Dauid: Principio terram tu fundaſti do-
Pſal. 101. mine,& opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribūt, tu autem permanes,& omnia ſicut veſtimentum veterascent,& tanquam amictum mutabis ea,& mutabuntur: tu verò ipſe es,& anni tui non deficient. Quod adeo pbauit in Euangelio dominus,vt diceret: Cælum & terra
Matt. 24. præteribunt,mea autem verba non præteribunt. Nihil igitur agunt qui propter cæli aſserendam perpetuitatē, quintum corpus æthereum introducendum putāt: cum æque videant diſsimilem cęteris adiunctam membri vnius portionem labem corpori magis aſſerre conſueniſse. Simul illud aduerte, quia Propheta Dauid cū terram ptiori loco nominauit,& poſtea cælum,credidit opus eſse domini declarandum . Quando enim dixit, Et facta ſunt : nihil intereſt quid prius exprimas,cum ſimul vtrunque ſit factum : ſimul ne eo ſaltem prærogatiua cælo diuinæ videatur adiudicata ſubſtantiæ , vt primogenitæ creaturæ priuilegio potior æſtimetur. Itaque illos ſuis relinquamus contentionib⁹, qui mutuis diſputationibus ſe refellunt. Nobis autem ſatis eſt ad ſalutem non diſputationum controuerſia,ſed præceptorum veritas: nec argumentationis aſtutia,ſed fides mētis,vt ſeruiamus creatori potius quam creaturæ qui eſt deus benedictus in ſecula.

B Quomodo quave ratione terra facta in principio fuerit inuiſibilis: Et cur deus cum res fecit, non ſimul ornatus illis congruos donauerit. Caput VII.

TERRA autem erat inuiſibilis,& incompoſita.) Bonus artifex prius fundamentū ponit: poſtea fundamēto poſito , ædificatiōis mēbra diſtinguit,adiungit ornatū. Poſito igitur fundamento terræ,& cofirmata cæli ſubſtantia,duo enim iſta ſunt velut cardines rerū ſub texit: Terra autem erat inuiſibilis,& incompoſita.) Quid eſt Erat, niſi ne forte in infinitum & ſine principio extē dant opinionem ſuam,& dicant: Ecce quia materia , id eſt hyle, ſicut philoſophi dicunt, etiam ſecundum ſcri-
C pturam diuinam non habuit initium? Verum hoc dicē-
Gene.4. tibus reſpondebis quia ſcriptum eſt : Erat autem Cain operarius terræ. Et de eo qui Iubal dictus eſt, habet ſcriptura: Hic erat pater qui demonſtrauit pſalterium & ci-
Iob.1. tharam . Et homo erat in Auſitide regione, cui nomen Iob. Deſinant ergo de verbo quæſtionem mouere, cum præmiſerit Moyſes quia fecit deus terram . Erat ergo ex quo facta eſt . Nam ſi ſine principio eam dicunt eſse, iam non ſolum deum,ſed etiam hylen ſine principio dicentes,deſiniant vbi nam erat. Si in loco,ergo etiam locus ſine principio fuiſse aſtruitur ; in quo erat materia rerum quæ principium non habebat . Quod ſi abſurdum videtur de loco crēdere, videte ne forte volatilem terram debeamus æſtimare, quæ non habens fundamentum, alarum remigiis ſuſpendebatur. Vnde ergo ei alas ſumimus, niſi forte huc deriuemus prophetici ſermonis interpretationem: A pennis terræ prodigia auditimus. Et illud: Væ terræ nauium pennæ? Sed hoc ſi accipiam⁹, in quo aere volabat terra? Sine aere enim volare non poterat. Sed aer adhuc eſse non poterat, quia non erat. Eſse non poterat, quia non erat ſine rerum materia elementorum facta diſtinctio, cum ipſa adhuc elementa facta non eſsent. Vbi ergo erat materia iſta alarum ſuffulta remigiis? In aere, quia aer corpus eſt mundi. Corpus autem eſse aerem docet lectio, quia emiſſa ſagitta in locum quem iaculator intendit, inciſus aer ſtatim in ſeipſum reſolutus eſt. Vbi ergo erat hyle , niſi forte dicatur quadam dementi intentione, quia in deo erat? Ergo de⁹ qui eſt inuiſibilis naturæ atque inuiolabilis , qui lucem habitat inacceſsibilem, incōprehenſibilis & puriſsim⁹ ſpiritus, locus erat materiæ mundialis,& erat in deo nō

di portio, cum de hoc mundo non ſit nec mens ſcruti- D
lorum eius, ſicut habemus ſcriptum : De hoc mūdo nō ſunt, ſicut ego non ſum de mundo? Quemadmodum er Ioan.17. go viſibilia inuiſibilibus,& ei qui ordinem ac decorem donauit omnibus , incōpoſita cōpulabantur, niſi forte quia dixit: Terra autem erat inuiſibilis?) & inuiſibilem eam per ſubſtantiam credant: & ideo quia aquis operta viſibilis corporeis oculis eſse non poterat, quemadmodum pleraque in profundo aquarum ſita viſum oculorum aciēmque prætereunt. Non enim deo aliquid inuiſibile , ſed creatura mūdi creaturæ vtique æſtimatione cenſetur. Inuiſibilis etiam terra, quia nondum lux quæ illuminaret mundum, nondum ſol: poſtea enim luminaria facta ſunt cæli. Quod ſi ſolis radius plerúmque etiam aquis operta illuminat,& profundo merſa ſplendore luminis ſui prodit, quis dubitet deo ea quę in profūdo ſunt, inuiſibilia eſse nō poſse: niſi forte ſic accipiamus inuiſibilem terram, quod nondū verbo dei & protectione viſitabatur , quæ hominem non habebat propter quem domin⁹ reſpiceret in terram, ſicut ſcriptum eſt: Dominus reſpexit ſuper filios hominum, ſi eſt intelligens, aut requirens deum? Et alibi ait: De cælo iaculatus eſt iudiciū: terra tremuit,& quieuit. Et merito inuiſi- Pſal.13.
bilis, quia incompoſita, quæ figuram & ſpeciem congru- Pſal.75.
entem adhuc non acceperat a proprio conditore. Et
fortaſse dicant: Cur enim deus, ſicut dixit,& facta ſunt E
non ſimul ornatus congruos rebus aſsurgentibus donauit elementis, quaſi non potuerit cælum inſignitum ſtellis ſubito vt creatum eſt reſulgere,& floribus ac fructibus terra veſtiri? Potuit vtique, ſed ideo primo facta, poſtea compoſita declarantur, ne vere increata, & ſine principio crederentur, ſi ſpecies rerū velut ingeneratæ ab initio, nō poſtea additæ viderentur. In cōpoſita terra legitur,& iiſdē à philoſophis æternitatis quibus de⁹ priuilegiis honoratur. Quid diceret ſi ab initio ei⁹ pulchritudo vernaſset? Demerſa aquis deſcribitur, velut cuidam principiorū ſuorū addicta naufragio,& adhuc a nonnullis facta nō creditur. Quid ſi decorem primogenitum vendicaret? Accedit illud quod imitatores nos ſui deus eſse voluit, vt primo faciam⁹ aliqua, poſtea ve- F
ſtemus: ne dum ſimul vtrūq; adorimur, neutrum poſſimus implere. Fides autem noſtra quodam gradu creſcit. Ideo primum fecit deus, poſtea veſtiuit, vt eundē credamus ornaſse qui fecit, & feciſse qui ornauerit: ne
alterum putemus ornaſse, alterū creauiſse , ſed eundē vtrunque eſse operatum, vt primo faceret, poſtea componeret, ne alterū ſine altero crederetur. Habes in Euā-
gelio huius rei euidens teſtimonium. Nam ſuſcitaturus Ioan.11.
Lazarum dominus, iuſsit vt Iudæi remouerent lapidē de ſepulchro, vt mortuum videntes, poſtea reſuſcitatū crederent. Deinde vocauit Lazarum,& reſurrexit,& ligatis manibus & pedibus exiit foras. Nonne poterat remouere lapidē, qui poterat mortuum ſuſcitare? Et qui potuit defuncto vitam reddere, non potuit nexus ſolue re vinculorum? Cui vinctis pedibus greſsum dedit, huic non potuit ruptis vinculis inceſsum reddere? Sed vtiq; aduertimus quod voluit primo demonſtrare mortuum vt oculis ſuis crederent: deinde reſuſcitare, tertio iubere vt ipſi vincula funeris ſoluerent, vt inter iſta fides infunderetur infidelibus,& per gradus quoſdā credulitas naſceretur.

Quomodo & quam ob cauſam terra fuerit incompoſita,& quod p tenebras quæ erant ſuper faciē abyſsi, nō intelligantur malæ poteſtates, quod earum malitiam deus creauerit. Quod etiam ſpiritus qui ferebatur ſuper aquas, non pro alio q ſpiritu ſancto accipiatur, cū aperta demonſtratione quod malitia ex nobis orta ſit, & nō a deo creatore condita.

Caput VIII.

G FECIT ergo primũ deus cælum & terram, & ea tamen non quasi perpetua, sed quasi corruptibilis creaturæ consummationi voluit subiacere. Vnde
Esaiæ. 51. in Esaiæ libro ait: Tollite in cælũ oculos vestros, & aspicite terram deorsum, quia cælum vt fumus solidatum est, terra autem vt vestimentum veteraſcet. Hæc terra est quæ antè erat incõposita. Nondum enim erãt maria suo fine distincta, & ideo vago fluctu, & profundo gurgite terra inundabatur. Considera quia etiam nunc paluſtri vligine terra inhorrere consueuit, nec patiens est vomeris vbi infusus terris humor exundat. Erat ergo incomposita, vtpote solertis agricolæ inarata culturis, quia adhuc deerat cultor. Erat incomposita, quia nuda gignentium, nec thoris herbosa riparum, nec opaca nemoribus, nec læta fœgetibus, nec vmbrosa superciliis montium, nec odora floribus, nec grata vinetis. Meritò incomposita, quæ ornatibus indigebat, cui deerant vitium serta gemmantium. Ostendere enim voluit deus quia nec mundus ipse haberet gratiam, nisi eum vario cultu operator ornaſset. Cælũ ipsum intextum nubibus, horrorem oculis, mœstitiam animis excitare consueuit. Terra imbribus madefacta, fastidio est, Maria procellis turbata, quos non incutiunt metus? Pulcherrima est rerum species, sed quid esset sine lumine? quid sine temperie? quid sine aquarum
H congregatione, quibus ante dimersa poli huius habebãtur exordia? Tolle Solem terris, tolle cælis stellarũ globos, omnia tenebris inhorrescunt. Sic erant antequam lumen huic mundo dominus infũderet. Et ideo scriptura ait: Quia tenebræ erãt super abyssum.) Tenebræ erant, quia splendor deerat lucis. Tenebræ erant, quia aer ipse tenebrosus est. Aqua ipsa sub nube tenebrosa est, quia tenebrosa aqua in nubibus aeris. Erant ergo tenebræ super abyssos aquarum. Non enim malas intelligendum arbitror potestates, quod dominus earum malitiam creauerit, cùm vtiq; nõ substantialis, sed accidẽs sit malitia, quæ à naturæ bonitate deflexit. Itaq; in constitutione mundi opinio malitiæ interim sequestretur, ne diuinæ operationi, & pulchertimæ creaturæ, ea quæ decolora sunt, admiscere videamur, maxime cũ sequatur: Et spiritus dei superferebatur super aquas.) Quẽ etsi aliqui pro aere accipiant, aliqui pro spiritu, quẽ spiramus & carpimus aure huius vitalis spiritum, nos tamen cum sanctorum & fidelium sententia congruẽtes, spiritum sanctum accipimus, vt in constitutione mundi operatio trinitatis eluceat. Præmisso enĩ quia in prin
I cipio fecit deus cælum & terram, id est in Christo fecit deus, vel filius dei deus fecit, vel per filiũ deus fecit: quia
Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil supererat plenitudo operationis in spiritu sicut scriptum est: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris
Psalm. 32 eius omnis virtus eorum. Itaq; quemadmodum in psalmo docemur operationem verbi, quod est verbum dei, & virtutem quam dedit spiritus sanctus: ita hic prophe ticum resultauit oraculum, quia deus dixit, & de⁹ fecit, spiritus quoque dei superferebatur super aquas. Ornando enim polo cæli, germinaturis terris pulchrè spiritus superferebatur, quia per ipsum habebant nouorũ partuum semina germinare, secundum quod dixit prophe
Psal. 103. ta: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Denique Syrus, qui vicinus Hebræo est, & sermone consonat in pleriſque & congruit, sic habet: Et spirit⁹ dei foucbat aquas.) Id est viuificabat, vt in nouas cogeret creaturas, & fotu suo animaret ad vitam. Nam etiam spiritum sanctum legimus creatorem, dicẽte Iob: Spiritus diuinus qui fecit me. Siue ergo spiritus sanctus superferebatur super aquas, tenebræ contrariarum virtutum super eas esse non poterant, vbi locum sibi tanta gratia vendicabat. Siue, vt quidam volunt, aër rem accipiant, respondeant qua ratione spiritum dei dixerit, cum satis fuerit spiritum nuncupare. Hi ergo voluntate à domino deo nostro quatuor primum elementa K generata, cælum, terram, mare, aerem, eo quòd causę rerum, ignis & aer, terra & aqua sint, ex quibus mũdi species constat & forma. Vbi igitur tenebræ nequitiarũ spiritualium locum habere potuerunt, cum augustæ hui⁹ decorem figuræ mundus induerit? Nunquid timul malitiam deus creauit? Sed ea ex nobis orta, non à creatore deo condita, morum leuitate generatur, non vllam creaturæ habens prærogatiuã, nec authoritatem substantiæ naturalis, sed mutabilitatis vitium, & errorem prolapsionis. Eradicari hanc deus vult de animis singulorũ. Quomodo eam ipse generaret, cum clamet prophetata: Definite à malitiis vestris. Et præcipuè sanct⁹ Dauid: Pſalm. 36
Define, inquit, à malo. & fac bonum? Quomodo ergo ei initium à domino damus? Sed hæc opinio feralis eorum qui perturbandam Ecclesiam putauerunt. Hinc Marcionis, hinc Valentini, hinc pestes illæ Manichæorum funesta sanctorum mentibus tentauerũt inferre cõtagia. Quid nobis ipsi in lumine vitę tenebras mortis inquirimus? Scriptura diuina salutem suggerit, vitæ odorem fragrat, vt suauitatem legens capias, non præcipitii discrimen incurras. Simpliciter lege ô homo, non tibi ipse foueam prauus interpres effodias, simplex sermo est. Quia fecit deus cælum & terram. Fecit quod non erat, nõ quod erat. Et terra erat inuisibilis, ex quo
L facta est, erat: & erat inuisibilis, quia exundabat aqua, & operiebat eam. Et erant super eam tenebræ superfusæ, quia nondum erat lumen diei, nõdum Solis radius, qui solet & sub aquis latentia declarare. Quid ergo dicunt quod deus creauerit malum, cum ex contrariis & aduersis nequaquam sibi aduersa generentur? Nec enim vita mortem generat, nec lux tenebras. Nõ enim sicut mutabilitates affectuum, ita etiam generationum progressiões sunt. Illæ ex cõtrariis in cõtraria propositi de flexione vertuntur: istæ non ex contrariis in aduersa deflectũtur, sed ex eius dẽ generis vel authoribus vel causis creatę, in similitudinem sui referũtur authoris. Quid igitur dicemus? Si enim neque fine principio est quasi in creata, neque à deo facta, vnde habet natura malitiam? Nam mala esse in hoc mundo nullus sapiẽs denegauit, cum sit tam frequẽs in hoc seculo lapsus ad mortẽ. Sed ex iis quæ iam diximus, possumus colligere quia nõ est viua substantia, sed mentis atque animi deprauatio, à tramite virtutis deuia, quæ incurioſorum animis quã frequenter obrepit. Non igitur ab extraneis est nobis quàm à nobisipsis maius periculum. Intus est aduersarius, intus autor erroris, intus inquam clausus in nobismetipsis. Propositum tuum speculare, habitum tuę mentis explora, excubias obtende aduersum mentis M tuæ cogitationes, & animi cupiditates. Tuipse tibi es causa improbitatis, tuipse dux flagitiorum tuorum, atque incentor criminum. Quid alienam naturam accersis ad excusationem tuorum lapsuum? Vtinam te ipse non impelleres, vtinã non præcipitares, vtinam non in uolueres aut studiis immoderatioribus, aut indignatione, aut cupiditatibus, quæ nos innexos velut quibusdã retibus tenent. Et certe in nobis est moderari studia, cohibere iracundiam, coërcere cupiditates, in nobis est etiam indulgere luxuriæ: adolere libidines, inflammare iracundiam, vel inflammati aurem accõmodare, eleuari magis superbia, effundi in sæuitiam, quã reprimi humilitate, diligere mansuetudinem. Quid naturam accusas ô homo? Habet illa velut impedimenta quædam senectutem & infirmitatẽ. Sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior, in consiliis vtilior, ad constantiam subeundæ mortis paratior, ad reprimẽdas libidines firmior. 2. Cor. 12.
Infirmitas quoq; corporis, sobrietas mentis est. Vnde ait Apostolus: Cum infirmor tunc potens sum. Itaque non in virtutibus, sed in infirmitatibus gloriabatur. Responsum quoque diuinum refulsit oraculo salutari: quia virtus in infirmitate consummatur. Illa cauenda

A quæ ex nostra voluntate prodeunt delicta iuuentutis, & irrationabiles passiones corporis. Quorum igitur nos sumus domini, horum principia extrinsecus nõ requiramus, nec deriuemus in alios, sed agnoscamus ea quæ à priæ nostra sunt. Quod enim possumus nõ facere si nolumus hui⁹ electionẽ mali nobis potius debemus quàm aliis adscribere. Ideo etiam in iudiciis istis voluntarios reos, non ex necessitate cõpulsos, culpa stringit, pœna condemnat. Neq; enim si per furorẽ aliquis innocentẽ peremerit obnoxius morti est: quinetiã ipsius diuinæ legis oraculo, si quis per imprudẽtiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatẽ, vt possit euadere. Hoc igitur de eo quod proprie malũ videtur, dictum sit. Mala enim nõ sunt nisi quæ crimine mentẽ implicãt, & conscientiam ligant. Cæterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinẽ, mortẽ, nemo sapiens mala dixerit, nec in malorũ sorte numerauerit: quia nec contraria istis in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videtur. Nõ ociosę nobis excursus iste processit, vt probaremus tenebras & abyssum simpliciter accipiẽda. Erant enim tenebræ de obũbratione cæli: quia omne corpus vmbram facit, qua obũbrat vel finitima vel inferiora, & ea maximè quæ operire atq; includere videtur. Includit autẽ cæli polos: quia
B cælum sicut camera extenditur, quẽadmodum supra de monstrauimus. Non ergo principalis erat tenebrosa substantia: sed quasi vmbra secuta est mundi corpus caligo tenebrarum. Itaq; momento diuinæ præceptions mũdus asurgens, intra se inclusit vmbram: vt si quis in campi medio quẽ sol meridianus illuminet, locum aliquem repente obsepiat, & densis ramorum frondibus tegat: nõn ne quòd splendidior foris species loci eius effulgeat, hoc horrenti desuper scena gurgustium eius intus obscurius fit? Aut vnde antrum, clausum vndiq; huiusmodi locum vocarunt: nisi quòd atro inhorrescat situ, atq; offusione tenebrarum? Iste ergo tenebræ super aquarũ abyssos erant. Nam abyssum multitudinem & profundum aquarum dici, lectio Euangelii docet, vbi rogabant saluatorem dæmonia ne iuberet illis vt in abyssum irent. Sed qui docebat voluntates dæmoniorum non esse faciendas, præcepit illis vt irent in porcos. Porci autem se in stagnum aquarum præcipitarunt, vt quod recusabant dæmonia non euaderent, sed digno præcipitio demergerentur. Erat ergo hæc mundi incomposita species & forma.

De creatione lucis, per quam ornata sunt prius condita, & de distinctione inter lucem & tenebras, atq; ita inter diem & noctem. Caput. IX.

C ET spiritus, inquit, dei superferebatur super aquas, & dixit deus: Fiat lux.) Merito præmissus est spiritus dei, vbi diuina incipere habebat operatio. Fiat, inquit, lux. Vnde vox dei in scriptura diuina debuit inchoare, nisi à lumine? Vnde mundi ornatus, nisi à luce exordium sumeret? Frustra enim esset si non videretur. Erat quidem deus ipse in lumine, quia lucem habitat inaccesibi
1. Tim. 6. lem. Et erat lumen verum, quod illuminat omnem hoIoan. 1. minem venientem in hunc mundum. Sed etiam lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur. Qui ædificium aliquod dignum habitaculo patrisfamilias struere desiderat, antequam fundamenta ponat vnde lucem ei infundat explorat: & ea prima est gratia: quæ si desit, tota domus deformi horret incultu. Lux est quæ reliquos domus commendat ornatus. Fiat, inquit, lux.) Plena vox luminis non dispositionis apparatum significat, sed operationis resplendet effectu. Naturæ opifex lucem locutus est, & creauit. Sermo dei voluntas est, opus dei natura est. lucem creauit, tenebras illuminauit. Et dixit deus: Fiat lux, & facta est lux.) Non ideo dixit, vt sequeretur operatio, sed dicto absoluit negocium. Vnde D pulchre Dauidicum illud: Dixit & facta sunt. quia dictũ impleuit effectus. Author ergo lucis deus: locus autem & causa tenebrarum mundus est. Sed bonus author ita lucem dilexit, vt mundum ipsum infuso aperiret lumine, atque eius speciem venustaret, Resplenduit igitur subito aer, & expauerunt tenebræ noui luminis claritatẽ. Represit eas, & quasi in abyssos demersit, repẽte per vniuersa mundi fulgor lucis infusus. Pulchre itaque & propriè dixit. Facta est lux.) Sicut enim cito lux cælum, terras, maria illuminat, & momento temporis sine vlla cõprehensione retectis surgentis diei splendore regionibus, nostro se circũfundit aspectui, ita ortus eius cito debuit explicari. Quid miramur si deus locutus est lucem, & caliganti mundo lumen emicuit, quando si quis inter aquas mersus, oleum ore emiserit, clariora faciat ea quæ profundi tegebantur occultis? Dixit deus, non vt per vocis organa quidam sonus sermonis exiret, nec vt linguę motus cæleste formaret alloquium, atque aerem istum quidam verborum strepitus verberaret, sed vt voluntatis suę cognitionem 4proderet operationis effectu. Et di + Alias cogitatio nem.
screuit inter lucem & tenebras. Et vidit deus lucem quia bona est.) Dixit, & sonum vocis nullus audiuit: discreuit, & operationis molimina nemo deprehẽdit. vidit, & oculorũ ei⁹ itentionẽ null⁹ aspexit. Et vidit, inq̃t, de⁹ lucẽ, quia bona est, Nec quẽ ignorabat vidit, nec id quod ne E sciebat ante aut non viderat, comprobauit: sed bonorũ operum proprium est, vt externo commendatore non egeant, sed gratiam suam cum videntur ipsa testentur. Pl⁹ est quod probatur aspectu quàm quod sermone laudatur. Suo enim vtitur testimonio, nõn alieno suffragio. Quod si apud nos oculis iudicium emittitur, quibus simul & gratia venustatis, & rerũ mẽsura cõprehenditur: quãto magis deus oia quæ ꝓbat videt & quæ videt ꝓ- Pſal. 33.
bat, secũdum quod scriptum est: Quia oculi domini super iustos? Lucis natura huiusmodi dicit, vt non in numero, non in mensura, nõ in pondere, vt alia, sed omnis eius in aspectu gratia sit. Propriis itaq; sermonibus naturam lucis expressit, quæ videndo complacet, quoniam ipsa videndi officium subministrat. Nec immerito tãtũ sibi prædicatorem potuit inuenire, à quo iure prima laudatur, quoniam ipsa fecit vt etiam cætera mundi membra digna sint laudibus. Vidit ergo deus lucem, & vultu suo illuminauit, & vidit quia bona est. Non ex parte dei sed ex generali iudicium est. Itaque non in splendore tã F tummodo, sed in omni vtilitate gratia lucis probatur.
Vnde & discretio fit inter lucem & tenebras, vt separata lucis natura atq; tenebrarum, nihil videatur intra se habere confusum. Et vocauit deus diem lucem, & tenebras noctem vocauit.) Vt & nomine ipso diem noctẽmque distingueret. Aduertimus itaq; quod lucis ortus ante quàm solis, die videatur aperire, (principia enim diei, noctis exitum claudunt) finisq; temporis & statutus limes nocti & diei videatur esse præscriptus. Diem sol elarificat, lux facit. Frequenter cælum nubibus texitur, vt sol tegatur, ne vllus radius eius appareat: lux tamẽ diem demonstrat, & tenebras abscondit.

Quod non diei nox, sed dies nocti secundum scriptũram anteferatur, & de vnitate diei in quo cælum & terra cæteraque sunt condita & creata. Caput. X.

ET FACTVM est vesperę, & factum est mane dies vnus.) Quærunt aliqui, cum prius vesperum, postea mane scriptura memorauerit, ne forte noctem prius quàm die significare videatur. Nec aduertunt primo quod præmiserit diem dicendo: Et vocauit deus diem lucem, & tenebras vocauit noctem. Deinde quod vesper finis diei sit, & mane finis noctis. Ergo vt prærogatiuam & primatus na-

G tiuitatis dei daret, prius finem diei significauit, post quã
secutura nox est, deinde postea finem noctis adiunxit.
Eousq; autem noctem diei scriptura anteferre non potuit, vt & diei & noctis tẽpora, diei appellatione concluserit, & tanquam principalis authoritatem nominis ven
dicauerit. Et hanc scripturæ esse consuetudinem, vt po
tiori apellationem deputet, frequentibus exemplis pro-
Gene. 47 bamus. Siquidem & Iacob dixit: Dies vitę meæ pusilli &
Psal. 86. mali. Et iterum: Omnes dies vitæ meæ. Et Dauid posuit:
dies annorum meorũ non & noctes. Vnde aduertimus
ea quæ nunc in specie historiæ traduntur, vim statuisse
legis in posterũ. Principium ergo diei, vox dei est: Fiat
lux & facta est lux. Finis diei vesper est. Iam sequens di
es ex noctis fine succedit. Sententia autem dei euidens,
quia diem primo vocauit lucem, & secundo vocauit te-
nebras noctem. Præclare etiam vnum, non primum diẽ
dixit. nam secuturo secundo & tertio die, & deinceps re
liquis, primum potuit dicere: & hoc ordinis videbatur:
sed legem statuit vt vigintiquatuor horæ diurnæ atq; no
cturnæ, diei tantum nomine definiantur, vt si diceret, vi
gintiquatuor horarum mensura, vnius diei tempus est.
Sicut enim virorum generatio computatur, & intelligi-
tur etiam fœminarum, quia nectuntur secunda potio
ribus: ita etiam dies numerantur, & noctes æstimantur
H adiunctæ. Sicut igitur circuitus vnus, ita dies vnus. Nam
plerique etiam hebdomadam vnam, vnum diem dicunt
quod in se quasi in vnum redeat, diem, & quasi septies in
se recurrat. Est autem & circuitus figurarum à se incipe
re, & in se reuerti. Vnde & seculum vnum interdum scri
ptura dicit. Nam etsi aliis locis secula appellat, videtur
magis diuersitates statuum publicorum vel negociorũ
significare, quàm seculorum successiones aliquas defini
re, Quia dies domini magnus & præclarus. Et alibi: Vt
quid vobis quærere diem domini? Et hic tenebræ, & non
lux. Manifestum est enim quod male cõsciis & indignis
dies ille tenebrosus sit, quo fulgebit innocentia, & mens
noxia cruciabitur. Cæterum quod sine interpolatione
noctium, & successione tenebrarũ dies perpetuus ille re
munerationis æternæ futurus sit, scriptura nos docet.
Pulchre autem vicem vtranque vnum dicturus diẽ, ma-
tutino eum fine cõclusit, vt & à luce inchoare diem do-
ceret, & in lucem definere. Non enim est integrum diei
tempus & noctis, nisi fuerit expletũ. Vnde & nos semper
Rom. 13. quasi in die honeste ambulemus, & abiiciamus opera te
nebrarum. Noctem enim ad quietẽ corporis datam esse
cognoscim9, nõ ad muneris alicuius & operis functionẽ
quæ somno & obliuione transcurritur. Non sit in nobis
I comessatio, ebrietas, cubile, impudicitia. Non dicamus,
Eccli. 23. Tenebræ & patietes operiunt nos, & quis scit si videbit
altissimus? Sed sit in nobis amor lucis, & cura honesta-
tis, vt tanquam in die ambulantes, opera nostra coram
deo lucere cupiam9. Cui est honor, laus, gloria, potestas
cum domino nostro Iesu Christo, cũ spiritu sancto, à se
culis & nunc & semper, & in omnia secula seculorum.
Amen.

CAPITA SECVNDI LIBRI HEXAMERON.

De transitu authoris per recapitulationem factorũ die primo, ad opera secundi diei, cum deprecatione audi torum, & instructione qualiter dicenda debeant pen-
sare. Caput. I.

De creatione firmamenti, & discretione inter aquam & aquam: Et vtrum vnum tantum sit cælum, an plures, ac de confutatione philosophorum asserentium or-
bes stellarum motu suo dulcem quendam & plenum suauitatis sonum reddere. Caput II.

De firmamento vtrum sit hoc quod in superioribus cę-
lum apellatum est, an aliud: Et quomodo aqua vera su K
per cælos esse posit, cum reprobatione opinionis eo
rum qui hoc destruere conantur. Caput. III.

Quæ sit inter cælos & firmamentum differentia, & firmamentum vnde nuncupatum sit. Quæ etiam aliorũ
sit sententia de prædictorum distinctione.
Caput. IIII.

De laude ac probatione operis secundi diei, eiusdẽmq; clausione. Caput. V.

FINIS.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

HEXAMERON LIBER SECVNDVS

DE DIE SECVNDO.

De transitu authoris per recapitulationẽ factorũ die primo, ad opera secundi diei, cum deprecatione audito rum, & instructione qualiter dicenda debeant pensare, Caput. I.

IN PRIMVM vel potius vnum (maneat enim & Prophetici præ rogatiua sermonis) vt potuimus absoluimus: in quo conditum cæ lum, terram creatam, aquarũ exundantiam, circunfusum aerem, discretionem factam lucis atq; te L nebrarũ, dei omnipotentis, & dominiIesu Christi, spiritus quoq; sancti operatione cognouimus. Quis ergo non miretur dissimilibus mẽbris disparem mundũ in corpus vnum assurgere, & insolubili concordiæ charitatisq; lege in societatem & connexionem sui tam distantia conuenire, vt quæ discreta natura sunt, in vnitatis & pacis vinculum velut indiuidua compactione nectantur? Aut quis hęc videns possibilita tem rationis infirmo ingenio timetur? Quæ omnia vis diuina incomprehensibilis humanis mentibus, & ineffa bilis sermonibus nostris, voluntatis suæ authoritate cõ nexuit. Fecit igitur deus cælum & terram, & ea quasi au thor esse præcepit, non tanquam figuræ inuentor, sed tã M quam operator naturæ. Nam quomodo sibi conueniunt operatoria impassibilis dei virtus, & passibilis materiæ natura, tãquam altera ab altera quo indignerint mutuantes? Nam si increata mareria, videtur ergo deo creandæ potestas materiæ defuisse, & ab ea operationi subiacentia mutuata. Si vero incomposita, mirum admodum cœternam deo materiem decorem sibi non potuisse conferre, quæ substantiam non à creatore acceperit, sed sine tempore ipsa posederit.
Plus ergo inuenit operator omnium, quàm contulit. In uenit materiem, in qua posit operari: contulit autẽ figu ram, quæ decorem inuentis rebus afferret. Vnde excipiendus à cæteris tanquam dies vnus, non conferendus * Alias, cum cæteris tanquam dies primus est, vnde * funda- quo.
menta rerum omnium posita, & causæ esse cœperunt quibus mundi huius atque vniuersæ visibilis creaturæ sulta substantia est. Quare ad secundi diei admiranda opera sermo nobis prodeat, quorum eminentia non se-
cundum tractatus nostri possibilitatem, sed secundum scripturam ad laudem referenda est creatoris. Vos igi-
tur quæso vt naturaliter æstimare, quæ dicimus pro-
babiliter, ac simplici mente & sedulo ingenio pensare dignemini, non secundum philosophiæ traditiones & inanem seductionem suasoria verisimilia colligentes, sed secundum regũlam veritatis quæ oraculis diuini sęc

A monis exprimitur, & contemplatione tantæ maiestatis
Psal. 118. fidelium pectoribus infunditur, quia scriptum est: Con-
firma me in verbis tuis. Narrauerunt mihi iniusti exerci
tationes, sed nõ sicut lex tua domine, omnia præcepta tua
veritas. Non ergo secundum elementorum naturas, sed
secundum Christum, qui omnia quæ voluit fecit abun-
dans plenitudine diuinitatis suæ, consideremus quæ fa-
cta sunt, & naturæ possibilitatem interrogemus. Neque
enim cùm in euangelio leprosum curaret, cæcis visum
refunderet, populus qui aderat & spectabat, illum medi
cinæ ordinem recognouit, sed potestatem domini mira
tus, dedit (vt scriptum est) deo laudem. Neque secũdum
numerum AEgyptiorum, & cursus syderum, mensuras
Exod. 15. elementorum, extendit manum suam Moyses vt diuide
retur mare rubrum, sed diuinæ imperio potestatis obtẽ
perans. Vnde & ipse ait Dextera manus tua domine glo
rificata est in virtute, dextera manus tua domine confre
git inimicos. Illò igitur sancta plebs eleua mentẽ tuam,
& totum animum tuũ confer. Non sic deus videt quem-
admodum homo. deus in corde, homo in facie. Nec sic
igitur homo videt, quemadmodum deus. Audis quia de
us vidit, & laudauit. Noli igitur tuis oculis æstimare quę
facta sunt, opinionibusq; colligere: sed quę vidit & pro-
B bauit, ea tu retractanda non putes.

De creatione firmamenti, & discretione inter aquam & aquam: & vtrum vnum tantum sit cælum, an plures, ac de confutatione philosophorum asserentium orbes stellarum motu suo dulcem quendam & plenum suaui tatis sonum reddere. Caput II.

DIXIT deus: Fiat firmamentum inter mediam aquam, & sit discernens inter aquã & aquam. Et factũ est sic.) Audi verba dei: Fiat, dicit. Iubentis est, non æstimantis. Im-
perat naturæ, non possibilitati obtemperat: non mensu-
ras colligit, non pondus examinat. Voluntas eius, men-
sura rerum est. Sermo eius, finis est operis. Fiat, inquit, fir
mamẽtum inter mediam aquam) Firmũ est omne quod
statuit deus. Et satis pulchrè præmisit: Fiat firmamẽtum,
antequam subiiceret, inter mediam aquam: vt tu prius
crederes firmamẽtum ex præcepto dei factum, quàm de
aquarum proflua qualitate dubitares. Si naturam elemẽ
torum consideres, quomodo inter aquas solidatum est
firmamentum? Illæ profluunt, illud constringitur: illæ
currunt, hoc manet. Et fit, inquit, discernẽs inter aquã)
Sed aqua confundere non discernere solet. Quomodo
iubet quod scit secundum elementorum rationem esse
contrarium? Sed cum sermo eius ortus naturæ sit, iure
C vsurpat dare legem naturæ qui originem dedit. Sed pri
us consideremus quid sit firmamẽtum, vtrum ipsum sit
quod in superioribus cælum appellauit, an aliud: & si
duo cæli, an plures. Nam sunt qui vnum cælum esse di-
cant, nec alterius cæli faciendi, cum esset vna hyle, vt ip
si aiunt, potuisse suppetere substantiam, quoniam cum
omnis superiori cælo esset expensa, nihil reliqui fuit
quod ad ædificationem secundi cæliterti ve proficeret.
Alii verò innumeros cælos & mundos esse asserunt,
quos irrident sui. Nõ enim nobiscum illis maior quàm
cum suis pugna est: qui geometricis numeris & necessi-
tatibus contendunt probare quod aliud cælum esse nõ
posit, nec pati naturam vti secundum aut tertium sit,
nec operatoris virtutem idoneam vt multos cælos face-
ret. Et quis non hanc eorum artificem facundiam irri-
deat, qui cum ex vna atque eadem causa plura eiusdem
generis ab hominibus fieri posse non abnuant, de creа-
tore omnium dubitent vtrum plures cælos facere po-
tuerit, de quo scriptum est: Dominus autem cælos fecit:
Psal. 113. Et alibi: Omnia quæcunque voluit fecit? Quid enim dif-
ficile ei, cui velle fecisse est? Fluitat igitur illis imposi-
bilitatis ratio, cum de deo disputant, cui vere dicitur: D
Quia impossibile tibi nihil est. Itaque nos non solum
secundum sed etiam tertium cælum esse negare non pos
sumus, cum apostolus raptum se ad tertium cælum scri 2. Cor. 12.
ptorũ suorum testificatione cõfirmet. Dauid etiam cæ
los cælorum, in illo laudantium dominum constituit
choro. Quẽ imitantes philosophi, septem stellarum, so-
lis & lunæ globorum consonum motum introduxe-
runt, quorum orbibus vel potius globis connexa me-
morant omnia, quos sibi innexos & velut insertos versa
ri retro, & contrario cæteris motu ferri arbitrantur, eó-
que impulsu & motu ipsorum orbium dulcem quen-
dam & plenum suauitatis atque artis & gratissimi mo-
dulaminis sonum reddi, quo modo scissus aer tam artifi-
ci motu, & acuta cum grauibus temperante, ita varios
æquabiliter concentus efficiat, vt omnem supergredia-
tur musici carminis suauitatem.
Huius rei fidem si requiras atque expetas sensu nobis &
auditu probari, hæsitant. Nam si vera forent, quomodo
tanto motu orbium concrepante, cum ille cælestis or-
bis cui affixos ferunt stellarum cursus, qui sine inter-
missione voluuntur, concitatiorem habeat conuersio-
nem, atque acutum sonum excitet, hic autẽ lunaris gra-
uissimum, non audiretur à nobis, cum leuiora audire so
leamus? Fidem ergo eius disputationis si testimonio no-
stro & auditus munere exigamus probari, referunt ob-
surduisse aures nostras, & hebetiorem nobis sensum au
diendi factum, propter illam à principio nostræ genera E
tionis concepti sonitus consuetudinem.
Et exemplum afferunt, eò quòd Nilus fluuiorum maxi-
mus, eo videlicet loco vbi se ex altissimis montibus in
Catadupa illa præcipitat, magnitudine fragoris sui au-
res accolarum obstruat, vt audiendi munere carere di-
cantur. Sed facile his ipsa respondet veritas. Nam qui
tonitrua audimus nubium collisione generata: tanto-
rum orbium conuersiones, qui maiori vtique sicut mo-
tu ferri æstimantur, ita vehemẽtiores sonitus excitarẽt,
non audiremus? Addunt præterea ideo sonum hunc nõ
peruenire ad terras, ne capti homines per suauitatem e
ius atq; dulcedinem quam celeberrimus ille cælorũ effi-
cit motus ab orientalibus partibus vsque in occasum,
propria negocia atq; opera derelinquerẽt, & omnia hic
ociosa remanerent, quodam humanæ ad cælestem sonũ
mentis excessu. Sed ea quæ sunt aliena ab studio nostro
& à diuinæ lectionis serie, iis qui foris sunt relinquamus
Nos inhæreamus scripturarum cælestium magisterio.

De firmamento vtrũ sit hoc quod in superioribus cæ lum appellatum est, an aliud. Et quomodo aqua vera su per cælos esse posit, cum reprobatione opinionis eorũ qui hoc destruere conantur. Caput III.

PROPOSITVM igitur nobis est, quia dixit p deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit discernens inter aquam & aquam.) Et hinc tractatus, vtrum hoc firmamentum appellet quod antè iam fecit, de quo scri-
ptum est: In principio fecit deus cælum & terram. Nec fallit quod aliqui ante nos ita acceperint, eò quòd supra creatum authore deo & conditum cælum scriptura ex-
presserit, hic expositionem operis creationisque diffu-
derit, vt ibi quasi summæ operis breuiter comprehensa sit, hic operationis qualitas per ipsas concurrentium re rum digesta sit species.
Sed mouet nos qa & nomen aliud significatur, & species solidior, & causa discernitur, & persona cooperatoris adiungitur. Sic enim scriptum est: Et discreuit deus in-
ter medium aquæ quæ erat sub firmamento, & inter me dium aquæ quæ erat super firmamentum.) Et primo volunt id destruere quod frequenti scripturarũ lectio-
ne inolitum nostris & impressum est mentibus, quia

G aquæ ſuper cælos eſse non poſsint:dicentes rotundũ eſſe orbẽ illũ cęli,cuius in medio terra ſit,& in illo circuitu aquam ſtare non poſse,quod neceſse eſt defluat & labatur,cum de ſuperioribus ad inferiora decurſus eſt.

Quomodo enim aqua ſuper orbẽ,vt aiunt,ſtare poteſt, cum orbis ipſe volua tur?Hæc eſt illa verſutia dialecticæ. Da mihi vnde tibi reſpondeã. Quod ſi non detur,nullũ verbum refertur.Petunt ſibi concedi,axem cæli torqueri motu concito : orbem autem terræ eſse immobilem, vt aſtruant aquas ſuper cælos eſse non poſse,quod omnes eas voluendo ſe axis effunderet:quaſi vero, vt concedam illis quod poſtulant,& ſecundum eorum opiniones illis reſpondeam,negare poſsint in illa altitudine & profundo & longitudinem eſse & latitudinẽ, quam nemo poteſt comprehendere niſi is qui impletur in omnẽ plenitudinem dei,vt apoſtol⁹ ait. Quis enim poteſt facile eſse diuini operis æſtimator?Eſt ergo latitudo in ipſa cæli altitudine.Sunt etiam, vt de his dicamus quæ ſcire poſsumus pleraq; ædificia foris rotunda, int⁹ quadrata: & foris quadrata,intus rotunda, quibus ſuperioraſunt plana,in quibus aqua hærere ſoleat. Quæ tamen ideo dicimus,vt aduertant opiniones ſuas opinionibus veri ſimilioribus reuinci poſse,& deſinant tatum opus dei hu
H manæ operationis & noſtræ poſsibilitatis contemplatione metiri.Nos autem ſcripturarũ ſeriem atque ordinem quærimus,ſequimur,& opus contemplatione æſtimamus authoris,quid dictum ſit,& quis dixerit & cui dixerit.Fiat,inquit,firmamentum in medio aquæ,& ſit diſcernens inter aquas.Audio firmamentum fieri per præceptum quo diuideretur aqua, & ab inferiore ſuperior diſcerneretur.Quid hoc manifeſtius?Qui iuſsit diſcerni aquam interiecto & medio firmamento,prouidit quẽ admodum diuiſa atque diſcreta manere poſsit. Sermo dei virtus naturæ eſt,& diuturnitatis ſubſtantia quo ad
Pſal.148. uſque velit eam manere qui ſtatuit,ſicut ſcriptum eſt: Statuit ea in ſeculum ſeculi,præceptum poſuit,& nõ preteribit.Et vt ſcies quia de iſtis aquis hoc dixit quas tu negas poſse in ſuperioribus cæli eſse, audi ſuperiora.
Ibidem. Laudate eum cæli cælorũ, & aquæ quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen domini.Nonne quaſi aduerſanti tibi dixit: Quoniam ipſe dixit & facta ſunt : ipſe mandauit, & creata ſunt.Statuit ea in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit,& non præteribit?An non videtur tibi author idoI neus qui legem ſuo operi daret?Deus eſt qui dicit,venerabilis naturæ,inæſtimabilis magnitudine,immenſus in remunerationibus,incõprehenſibilis in operibus,cuius altitudinem ſapientiæ quis inueſtigare facilis ? Iſte dicit filio,id eſt dicit brachio ſuo,dicit virtuti ſuæ.dicit ſapiẽtiæ ſuę, dicit iuſtitiæ.Et fecit filius quaſi potẽs,fecit quaſi virtus dei,fecit quaſi ſapiẽtia dei,fecit quaſi iuſtitia diuina.Cum hæc audis,quid miraris ſi ſupra firmamẽtum cæli potuit tantæ maieſtatis operatione vnda ſuſpendi? De aliis hæc collige, de iis quæ viderunt oculi hominũ: quomodo ad Iudæorum tranſitum, ſi rationem quæris, ſe vnda diuiſerit.Non ſolet hoc eſse naturæ, vt aqua ſe diſcernat ab aqua,& in profundo interfuſiones aquarũ terræ medio ſeparentur,Gelauerũt,inquit: fluctus,& firmamenti ſpecie curſum ſuum inſolito fine frenarunt.

Nonne potuit etiam aliter Hebræum populum liberare Sed tibi voluit oſtendere,vt eo ſpectaculo etiã illa quæ non vidiſti,æſtimares eſse credenda.Iordanis quoq; reflexo amne in ſuum fontem reuertitur. Hærere aquam cum labitur,& ita ſurſum redire in ſuperiora ſine vllo repagulo,impoſsibile habetur. Sed quid impoſsibile ei qui dedit poſse quib⁹ voluit?Dedit poſse infirmitatib⁹, vt infirmus dicat : Omnia poſsum in eo qui me confor-
Phil.4. tat. Dicãt certe quẽadmodum aercogatur in nubẽ,vtrũ pluuia nubib⁹ generetur,an ſinu nubiũ colligatur. Videmus plerunq; exire nubes de montibus. Quæro vtrũ de terra aſcendat aqua,an ea quæ ſuper cælos eſt, largo imbre deſcendat.Si aſcendit, vtiq; contra naturã eſt vt aſcendat in ſuperiora q̃ grauior eſt, & portetur aere,cũ K aer ſubtilior ſit. Aut ſi cõciti orbis totius motu rapitur aqua,ſicut imo orbe rapitur.ita ſummo orbe diffunditur.Si fundi,vt volunt, non deſinit:rapi vtiq; non deſinit:quia ſicut axis cæli ſemper mouetur & aqua mouetur,& aqua ſemper hauritur.Si deſcendit,manet ergo iugiter ſupra cælos quæ habet vnde deſcendat. Deinde quid obſtat ſi confiteatur quia aqua ſupra cælos ſuſpenſa ſit?Nam quo verbo dicunt terram ĩ medio eſse ſuſpẽſam,& immobilem manere,cum vtiq; grauior ſit quam aqua,ea ratione poſsunt dicere non præcipitari aquam orbis illius cæleſtis conuerſione,quæ ſuper cælos eſt. Sicut enim terra inani ſuſpenditur, vel pondere librato vndique immobilis perſeuerat,ita & aqua aut grauioribus aut æquis cum terra ponderibus examinatur. Ideoque non facile ſuperfunditur mare terris, niſi cum iubetur exire.Deinde cum ipſi dicant volui orbẽ cæli ſtellis ardentibus refulgentem, nonne diuina prouidentia neceſsario proſpexit vt intra orbem cæli & ſupra orbẽ redunderet aqua quæ illa feruentis axis incendia temperaret?Propterea quia exũdat ignis & feruet, etiam aqua exundauit in terris,ne eas ſurgentis ſolis & ſtellarũ micantium ardor exureret,& tenera rerum exordia inſoli
L tus vapor læderet.Quanti fontes fluuii, lacus irrigãt terras,quia eas internus quidam ignis vaporat. Vnde enim aut arbores germinarent,aut frumẽta vel ſata prorum perent,vel orta coquerentur,niſi ea interior quoque ignis animaret?Qui etiam de ſaxis frequenter excutitur, & de ipſo ſepe dũ cæditur ligno exilit.Ergo ſicut neceſſaria ignis creatura, vt ordinata & diſpoſita permaneat,cælique elementia temperet aquarum rigorem: ita etiam aquarum redundatia non ſuperflua, ne alterum altero conſumeretur, quia niſi conueniens vtriuſque menſura ſit,ſicut ignis aquam exſiccat,ita & aqua extinIob.38. guit ignẽ.Ideoque pondere & menſura examinauit vniuerſa.Numerata enim ſunt ei & ſtillicidia pluuiarum, ſicut in libro Iob legimus.Sciẽs vel rerum facilem defectum fore,vel ſolutionem vniuerſitatis ſi alterum exuperaretur ab altero, ita vtriuſq; temperauit diſpendia, vt neq; plus ignis excoqueret,neque exuberaret aqua, q̃ imminutio fieret vtriuſque moderata, quę & ſuperfluũ detraheret,& neceſsarium reſeruaret. Itaque cũ tãta de terris erumpant maximorum fluẽta amnium,Nilus effuſo AEgyptũ ſtagnans flumine, Danubius de occidentalibus partibus Barbarorum,atque Romanos interſecans populos,donec Ponto ipſe cõdatur,Rhenus de iugo Alpiũ vſque in Oceani pfunda curſus ſuos dirigẽs, Romani memorandus aduerſus feras gentes murus imperii,Padus maritimorum cõmeatuũ Italicis ſubſidiis fiM dus inuector,Rhodanus rapido concitus curſu Tyrrhe ni equoris freta ſcindens,in quo nõ mediocre fertur nauigantium periculũ,dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decertãt:itemque de ſeptentrionali parte Phaſis Caucaſeis montibus fuſus,cum plurib⁹ aliis in Euxinũ ſe præcipitans mare:prolixum eſt ſingulorum perſequi fluuiorum nomina,qui vel in noſtrum mare deriuãtur, vel exinaniuntur Oceano : Cum tanta igitur vbertas aquarum ſit,tamen plerumque terra meridianę plagę torretur ardoribus,atque æſtu ſoluta fatiſcit in pulueremiſerandi agricolæ labore conſumpto,vt frequenter ad potum ſiccatis puteis,arido gurgite ſubſidium vitale deficiat.Et erit quidem quando dicat abyſso,Deſerta eris, Eſa.6. & omnes fluuios ſiccabo:ſicut per Eſaiam futurum annunciauit.Sed etiam antequãm ille dies adueniat, diuino præſcitus arbitrio,nõ minimum inter ſe ipſa elementorum natura decernit.Crebro itaque aut inundationibus mundus hic quatitur,aut nimio æſtu & ariditate vexatur.Noli igitur incredibilem opinari aquarum multitudinem,ſed reſpice ad vim caloris,& incredulus non eris. Multum eſt quod ignis abſorbet : quod vel ex illo nobis debet eſse manifeſtum,cum medici vaſa quędã

A anguſta ore,pleniora deſuper,intus cõcaua, leui lucernæ concepto lumine affigunt corpori,quemadmodum calor ille omnem in ſe rapiat humorẽ. Quis igitur dubitet quod ignitus æther, & magno feruens vapore in flammaret atque exureret omnia, niſi lege quadam ſui prohiberetur authoris, vt nec flumina,nec lacus, nec ipſa maria vim eius poſsint reſtinguere? Et ideo deſup aqua impetu quodam deſcendens, in tãtos plerunque imbres rumpitur,vt flumina,lacus repente repleantur ipſa maria exundent.Vnde frequenter & ſolem videmadidum atque rorantem. In quo euidens dat indiciũ quòd alimentum ſibi aquarum ad temperiem ſui ſumpſerit.Tantum autem ineſt illis impugnandæ veritatis ſtudium, vt ſolem ipſum negent calidæ naturæ eſse,eo quod albus ſit,non rubicundus aut rutilus in ſpeciem ignis;Et ideo,aiũt quod nec ignitus natura ſit,& ſi quid habet caloris,ferunt ex nimio motu conuerſionis accidere. Quod ideo dicendum putant, vt nihil videatur humoris conſumere, quia calorẽ quo humor vel minuitur vel plerunque exhauritur,nõ habeat naturalẽ. Sed nil agunt cum iſta componunt, quia nihil intereſt vtrum ex natura colorem quis habeat, an exp aſsione
B aliqua atque ex cauſa,quia ignis omnis cõſumptor humoris eſt, vel huiuſmodi materiæ quam flamma conſueuit exuere.Nam ſiue ex lignis haudquaquam ſemiuſtulatis, ſed interſe colliſis ignis excuſsus excipiatur foliis,æque flammam adolet,ac ſi de igne accendas faciem:ſiue de flammæ lumine lumen accendas, eadem ſpecies & narura eſt luminis,ac ſi illud non naturalis ignis adoleuerit,ſed quem accidens cauſa generauerit Vel hinc ſaltem contemplentur ſolis calorem quod diuerſa ei deus conſtituit curſus ſui loca & tempora : ne ſi ſemper in iiſdem moraretur locis, quotidiano ea vapore exureret.Mare ipſum ideo ferũt ipſi ſalſam atque amaram aquam habere,quod ea quæ fluuiis in freta in fluat,calore abſumatur, tantumque vapore diurno cõſumi, quantum quotidie ex diuerſis fluuiorũ curſibus inuehebatur. Quod ex ſolis quadam diiudicatione fieri perhibetur,quid quod purum ac leue eſt, ſibi rapit: quod graue atque terrenum,relinquit,ex quo remanet ſalſum illud atque aridum quod ſine vſu ac ſuauitate potandi ſit.

Quæ ſit inter cælos & firmamentum differentia, & firmamentum vnde nuncupatum ſit: Quæ etiam aliorum ſit ſententia de prædictorum diſtinctione.

Caput. III.

C SED reuertamur ad propoſitũ.Fiat firmamentum inter medium aquę.)Non moueat,ſicuti iam dixi,quia ſupra cælũ ait, hic dicit firmamẽtum,quoniam & Dauid dicit: Cæli enarrant gloriam dei, & opera
Pſal.18. manuum eius annunciat firmamentum.hoc eſt,mundi opus cũ videtur,ſuũ laudat authorem.Inuiſibilis enim maieſtas eius per ea quæ videntur,agnoſcitur.Et videtur mihi nomen cælorum cõmune eſse, quia plurimos cælos ſcriptura teſtificatur:nomen autem eſse ſpeciale firmamentũ.Siquidẽ & hic ita habetur: Et vocauit deꝰ firmamẽtũ cælũ.)Vt videatur ſupra generaliter dixiſſe in principio cælũ factũ,vt omnẽ cæleſtis creaturæ fabricam cõprehenderet:hic autẽ ſpecialem firmamenti huius exterioris ſoliditatẽ,quod dicitur cæli firmamẽtum,ſicut legimus in hymno Prophetico: Benedictus es in firmamento cæli : Nam cælum, quod οὐρανὸς Græce dicitur,Latine quia impreſsa ſtellarum lumina velut ſigna habeat,tanquã cælatum appellatur:ſicut ar
Danie. 3. gentum quod ſignis eminentibus refulget, cælatum dicimus. οὐρανὸς autem ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν ἄνωθεν dicitur, quod videatur τὴν ὅλην ὁρᾶν ἄνωθεν γῆν :igitur terræ quæ obſcurior eſt,οὐρανὸς nuncupatur,quia lucidus eſt,tanquam viſibilis.Vnde puto & illud dictũ: Volatilia cæli ſemper videt faciem patris mei qui in cælis eſt.Et volan D
tia circa firmamentum cæli,eò quòd poteſtates quæ ſunt in illo viſibili loco,ſpectent hæc omnia,& ſubiecta ſuis habeant conſpectibus,Denique clauſum cælum dictum 3.Reg.17.
eſt temporibus Heliæ,quãdo Achab & Iezabel perfidia regnabat, cui populus regalis ac religio deſeruiret,eò quòd nemo ad cælum oculos erigebat,nemo eius authorem venerabatur,ſed ligna & lapides adorabant.Vnde hoc colligimus : quia in maledictionibus populi Iſrael Leuit.26.
dixit deus:Erit tibi cælũ ſuper caput tuũ æreum, & terra tua ferrea:quãdo precium perfidię luens populus Iudæorum,intemperie cæli,& terræ infœcunditate multatur.De cælo enim cauſa fertilitatis. Denique & Moyſes Deut.33.
benedictiones tribui Ioſeph à finibus cæli & rore & abyſsis fontium deorſum venientibus,& ſecundum orã à Solis curſu & à conuenientibus menſibus & à vertice montium & collium æternorum dedit,eò quòd moderatione cæleſti terrarum fœcunditas nutriatur.Ferreũ ergo cælum eſt,quod nullum exudat humorem, quando nullis nubibus imber rũpitur.Eſt etiã 4 ferreũ cęlũ,ſub 4 Alias,
obſcurus aer,preſsus atq; nebuloſus colore ferrugineo. enim.
Quãdo rigore frigoris ſtringitur terra, tũc velutiſuper caput noſtrũ humor ſuſpẽſus videtur,& p̃ momẽta imminere.Plerunq; etiam glacialibus ventorum flatibus rigentes aquæ conſolidãtur in niuem, & rupto aere nix funditur.Neq; enim firmamentum hoc poteſt ſine aliquo rumpi fragore aut penetrari.Ideo & firmamentum dicitur,quod non ſit inualidum nec remiſsum. Vnde & de tonitruis, quæ concepto intra ſinũ nubium ſpiritu, cum ſe vehemẽter eruptura eliſerint,magno cõcrepant E
ſonitu,ait ſcriptura:Firmãs tonitrua. A firmitate ergo firmamentum eſt nuncupatum,vel quod diuina virtute firmatum ſit,ſicut ſcriptura nos docet dicens: Laudate eum in firmamento virtutis eius. Nec præterit retuliſse aliquos cælos cælorum ad intelligibiles virtutes, firmamentum ad operatorias,Et ideo laudare cælos vel enarrare gloriam dei,& opera manuum eius annunciare firmamentum.Sed nõ quaſi ſpiritalia,ſed quaſi opera mũdi enarrant,quemadmodum ſupra diximus. Alii quoq; purificatorias virtutes interpretati ſunt aquas quæ ſuper cælos ſunt.Accipimus hęc quaſi ad tractatus decorem: Nobis tamen non alienum videtur atque abſurdum ſi aquas veras propter illam cauſam quam diximus intelligam⁹. Nã & reos & gelu & frig⁹ & æſtus ſecũdũ hymnũ Propheticũ benedicunt dominũ, benedicit & terra:& illa nõ ad intelligibiles naturas referimus, ſed ad veritatem,Laudant etiam dracones dominũ,quia natura eorum & ſpecies cum videtur,non minimũ vel decoris offundit,vel in eſse rationis oſtendit.

De laude ac probatione operis ſecundi diei, eiuſdem que clauſione. Caput V.

ET vidit deus quia bonũ eſt.)Facit filiꝰ quod vult pater,laudat pater quod facit filius.Ni F
hil in illo naturæ degeneris inuenitur, cuius opus à paterna non degenerat volũtate Vidit vtiq;,non oculis corporalibus intendit,ſed definiuit plenitudini gratiæ conuenire, vt mihi eius iudicium cognoſceretur.Nos enim ſolemus etiam de iis quæ diu nata ſunt diſputare.Et quid mirum ſi de opere retractare poſsint,qui de ipſius operatoris generatione faciũt quæſtiones?Ipſum in iudicium vocant, ipſum inæqualem atque degenerem aſserere conãtur.Ideo legis:Et dixit deus,& fecit deus.Eodem pater & filius maieſtatis honorantur nomine.Et vidit deus quia bonum.) Dixit tãquã omnia quę pater vellet ſcieti,& vidit tanquã omnia quæ filius faceret ſcientia tenens,& efficiẽs operatione conſorti.Vidit quia bonum.) Non vtique cognouit quod

G neſciebat,ſed probauit quod placebat,Non quaſi incognitum palcuit opus, quia nec quaſi incognitus pater
Matt.3. qui complacuit in filio,ſicut ſcriptum eſt: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Scit autē ſemper filius voluntatem patris,& pater filii,audit patrem filius ſemper,& pater filium per vnitatem naturæ voluntatis atq; ſubſtantiæ. Denicq; teſtatur hoc in Euāgelio ſuo
Ioan.11. filius dicens ad patrem: Sciebam quia ſemper me audis. Imago eſt enim inuiſibilis dei filius: omnia patris quaſi imago exprimit,omnia eius quaſi ſplendor gloriæ illuminat nobis atque manifeſtat. Videt & filius patris opus,ſicut & pater filii,ſicut & ipſe dominus declarauit: Non poteſt filius facere à ſe quicquam,niſi quod viderit facientem patrem. Vidit ergo facientem patrem & vidit
Ioā.5.&.8 per ſecretum ſuiſibilis naturæ. Et audit ſimiliter. Denicq; ait Sicut audio,iudico: & iudicium meum verū eſt,quia non ſum ſolus,ſed ego,& qui miſit me pater. Hoc myſticum eſt,illud morale Vidit mihi,probauit mihi.

Actuū.10 Quod deus probauit,tu reprehenſibile ne dixeris: quoniam quod deus mundauit,tu commune ne dixeris ſcriptū tibi eſſe meminiſti. Ergo bonum + dei nemo blaſphemet. Si firmamentum bonum,quantò magis bonus eius creator, etiam ſi Arriani nolint, Euuomiani reclament,radicis degeneris fructꝰ deteriorꝰ? Vidit,inquit,deus quia bonum.)Solent artifices ſingula prius facere,& poſtea habilicommiſsione connectere: & qui vultus hominum vel corpora excudunt de marmore, vel ære fingunt,vel cæris exprimunt, non tamen ſciunt quemadmodum ſibi poſsint membra ſingula cōuenire,& quid gratiæ adferat futura connexio: & ideo aut laudare non audent,aut pro parte laudant! Deus verò tanquam æſtimator vniuerſitatis præuidēs quæ futura ſunt, quaſi perfecta iam laudat quæ adhuc ī primi operis exordio ſunt, finem operis cognitione præueniens. Nec mirum ſi apud quem rerum perfectio,non in cōſummatione operis,ſed in ſuæ prædeſtinatione eſt volūtatis,laudat ſingula quaſi conuenientia futuris,laudat plenitudinem ſingulorum venuſtate compoſitam. Illa eſt enim vera pulchritudo,& in ſingulis mēbris eſſe quod deceat,& in toto,vt in ſingulis gratia,in omnibus forma conuenientis plenitudo laudetur. Sed iam etiam ſecundus nobis claudatur dies,ne dum opus aſtruimus firmamēti,infirmiores eos qui audiunt,dicendi prolixitate faciamus, dum in noctē ſermo producitur,quæ adhuc carens lunæ ſtellarumq; lumine,(nondum enim luminaria creata ſunt cæli) obſcuritatem poſsit afferre remeantibus: ſimul vt cibo potuque curentur corpora,ne animis epulantibus
I fragilitas carnis de nocturno quoque ieſunio queratur.

+ Alias, bonum nomen dei ne blaſphemes.

CAPITA TERTII LIBRI HEXAMERON.

De introductione tertii diei,cum increpatione hominū quod imperio dei inſenſibilibus elementis parētibus, ipſi non obediunt,exhortatione quoq; vt populus in vnam eccleſiam domini congregetur. Caput. I.

De inuiſibilitate & apparitione terræ p ſcripturæ probationem. Et quomodo aquę congregatę fuerint i vnam collectionem,cum deſtructione opinionum contradicentium. Caput II.

Quomodo aquarum per omnem ferè terram diffuſarū vna dicatur collectio,cū & hodie diuerſa ſint maria.

Quomodo etiam congregatio vna potuerit omnes illas aquas recipere,atque exinanire terras, quæ ante fuſo per vniuerſum flumine ſtagnabantur. Caput III.

Quid ſit quod ait dominus,Et appareat arida: & non dixerit,Et appareat terra. Caput IIII.

De eo quod à quibuſdam additum perhibetur: Et congregata eſt aqua in collectiones ſuas. &c. De probatione quoque,& ſingulari ac mira laude maris. Caput. V.

Quomodo conuenerit vt terræ daretur ſpecies & gratia germinādi,& viriditas agri: ac de virtute & vtilitate huius vocis qua deus dixit: Germinet terra herbam virentem fœni &c. cum redargutione eorū qui hanc prerogatiuam ipſi Soli adſcribunt. Ca. VI.

Cur prius pecori pabulum,quā cibus homini ſit creatus: ſimplexq; victꝰ & naturalis cibus reliquis cibis antelatus ſit. De cōmēdatione quoq; ipſius,ac de myſterio herbæ virentis,& floris fœni: cum exhortatione noſtri ad imitationem illius herbæ, & confutatione Manichæi,aliorumque hereticorum. Caput. VII.

De germine,ac ſeminaria virtute,& admirabili germinationis & fructificationis modo,terreque vtilitate. De laude quoq; agri pleni,& ſalubritate ſucci herbarū,virgultorūq; ac foliorū remediis. Cap. VIII.

De tetuſione cauſationis quod cum vtilibꝰ etiam letalia & perniciosa generentur. Caput IX.

Quomodo terra ſecundum genus ſuum dicatur proferre ſemina, cum plerunque ſemina iacta degenerent. Ac de diuerſitate ſeminis diaboli & ſeminis Chriſti filii hominis,& quando iſte homo verbū ſuū ſeminauerit ſuper terram. Caput X.

De ortu arborū atque roſarū, & quomodo roſa humanæ vitæ ſpeculū præferat. Caput XI.

De ſingulari vitis commendatione. & quomodo exemplum eius ad noſtræ vitæ inſtitutionem arceſſendum ſit. Caput XII.

De arborum varietate,ac diuerſis earum vtilitatibꝰ & ornatibus fructuūque ſuorum atque ſuccorum proprietatibus & medelis. Caput XIII.

De ſimplicium pomorum differentia, foliorumque diuerſitate. Caput XIIII.

Quod inexplicabile ſit ſingularum rerū exquirere proprietates: & de varia mutatione ipſius aquæ quæ omnium virgultorum nutrix eſt. De diſcrepantia quoque lachrymarum arborum, quæ eiuſdem aquę alluuione generantur: ac tandem de diffuſioris perſcrutationis excuſatione. Caput. XV.

Quemadmodum ad verbum domini,quod omni aquarum curſu eſt redundantius, ſubitò omnis virgultorum creatura effloruerit,& victum atque medelam miniſtrauerit. Quomodo præterea vniuerſa gignentia aut ſemina habeant, aut aliqua quæ cum virtute ſeminum videantur conuenire. Ac de magna dei virtute in ſingulis. Caput XVI.

De reprehenſione ſurditatis humani cordis. Et de incomprehenſibili admirādaque dei etiā in paruis prouidentia. De primo quoque cultore vitium, & commendatione vini. Caput XVII.

FINIS.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

HEXAMERON LIBER TERTIVS, DE DIE TERTIO.

De introductione tertii diei,cum increpatione hominum quod imperio dei inſenſibilibus elementis parentibus,ipſi non obediunt: exhortatione quoque vt populus in vnam eccleſiam domini congregetur. Caput I.

A DIES TERTIVS nobis hodie in ſermone naſcatur,qui ortus eſt in lectione: preclarus dies,qui terram à naufragio liberauit,dicēte Deo Congregetur aqua quæ eſt ſub cælo,in congregationem vnam.) De quo prefationem adoriri placet. Congregetur aqua, dictū eſt, & congregata eſt: & frequenter dicitur, congregetur populus,& non congregatur. Non mediocris pudor eſt, imperio Dei inſenſibilia elementa parere & homines non obedire,quibus ſenſus ab ipſo tributus eſt authore Et fortaſse hic pudor fecerit vt hodie plures conuenire tis,ne quo die congregata eſt aqua in congregationem vnam,eo die populus nequaquām congregatus in eccle
Pſal.79. ſiam domini videretur. Nec hoc ſolum obedientis aquę exemplum habemus. nam & alibi ſcriptum eſt: Viderunt te aquæ Deus,viderunt te aquæ, & timuerunt. Neque enim veriſimile non videtur de aquis dictum, quando alibi quoque idem Propheta ait: Mare vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Hoc enim vere factum quis ignorat,quod ad Hebræorum tranſitum mare fugerit,quando ſe vnda diuiſit,tranſiuit populus pul
B uerulento veſtigio,periſſe mare credens,fugiſſe fluctus? Denique credidit hoc AEgyptius,& ingreſus eſt: ſed illi rediit vnda quæ fugerat. Nouit ergo aqua & congregari & timere,& fugere quando Deus præcipit. Hanc imitemur aquam,& vnam congregationem Domini, vnam eccleſiam nouerimus. Congregata eſt quondam aqua ex omni valle,ex omni palude,ex omni lacu. Vallis eſt hæreſis,vallis eſt gentilitas,quia Deus montium eſt,non
3.Re.20. vallium. Denicq; in Eccleſia exultatio eſt,in hæreſi & gētilitate fletus & mœror. Vnde ait: Diſpoſuit in conualle
Pſal.83. fletus. Ex omni igitur valle congregatus eſt populus catholicus. Iam non multæ congregationes ſunt, ſed vna eſt congregatio,vna eccleſia. Dictum eſt & hic:
Congregetur aqua ex omni valle. & facta eſt congregatio ſpiritalis,& factus eſt vnus populus: ex hæreticis & gentilibus repleta eccleſia eſt. Vallis eſt ſcena: vallis eſt circus,vbi currit mendax equus ad ſalutem,vbi humilis & abiecta contentio,vbi litium fœda deformitas. Ex his igitur qui circo inhæreret cōſueuerant, fides creuit eccleſiæ,quotidianus cœtus augetur. Palus eſt luxuria,palus eſt intemperantia,palus eſt incontinentia: in qua vo
C lutabra libidinum ſunt,beſtiarum murmura, latibula paſsionum vbi merſantur quicunq; inciderint, & non emergunt: vbi labuntur pedum veſtigia fluitant ſingulorum inceſsus: vbi fulicæ ſe dum lauant,polluunt: vbi flebiles deſuper gemitus columbarum: vbi pigra teſtudo cœnoſo hæret in gurgite: denique aper in palude,ceruus ad fontes. Ex omni igitur palude,vbi quaſi ranæ veterem querelam canebant,congregata eſt fides,congregata eſt puritas animi,mentisque ſimplicitas. Congregata eſt aqua ex omni lacu,& ex omni fouea, vt nemo fodiat foueam fratri ſuo,in quam ipſe incidat: ſed omnes ſe inuicem diligant,omnes ſe inuicem foueant, & quaſi vnum corpus diuerſa ſe membra ſuſtentent: quos non mortiferi cantus,& acroamata ſcenicorum,quæ mētem emolliant ad amores,ſed concentus eccleſiæ, & cōſona circa dei laudes populi vox,& pia vota delectent: quibus nō purpurea peripetaſmata,nō aulea preciosa ſpectare voluptati ſit,ſed hanc pulcherrimam mundi fabricam, hanc diſtantem inter ſe elementorum copulam: cælum ſicut cameram extenſum,vt inhabitantes in hoc mundo tegat,terram ad operandum datam,diffuſum aerem, clauſa maria,populum hunc diuinæ operationis organum,in quo diuini modulamen reſultet oraculi, & Dei ſpiritus intus operetur,templum iſtud ſacrarium trinitatis,ſanctitatis domicilium. eccleſiam ſanctam,in qua refulgent aulea cæleſtia,de quibus dictum eſt: Dilata locū tabernaculorum tuorum,& auleorum tuorum: fige, ne
Eſai.54 parcas: longiores fac funiculos tuos,& palos tuos cōfir- D ma: adhuc in dexteram & ſiniſtram extende,& ſemen tuum gentes hæreditate poſsidebit,& ciuitates deſertas inhabitabis. Habet ergo aulea, quibus attollit vitam bonam,peccata tegit,culpam obumbrat. Hæc eſt eccleſia, quæ ſuper maria fundata eſt,& ſuper flumina præparata Supra vos enim confirmata eſt & præparata,qui ſicut flu
Pſal.92. mina puro in eam mundi fonte decurritis,de quibus dictum eſt: Eleuauerunt flumina domine,eleuauerunt flumina vocem ſuam à voce aquarum multarum. Et addidit: Mirabiles elationes maris,mirabilis in excelſis Dominus. Bona flumina. hauſiſtis enim ex illo perenni & pleno fonte à quo fluitis quod fluitis, qui ait vobis: Qui
Ioan.7. credit in me(ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de ſpiritu quē incipiebāt accipere qui crediturī erāt in eum. Sed iam quaſi boni Iordanes reuertimini mecum in originem.

De inuiſibilitate & apparitione terræ per ſcripturæ probationem. Et quomodo aquæ congregatæ fuerint in vnam collectionem: cum deſtructione opinionum contradicentium.

Caput II.

ONGREGETVR, inquit, aqua quæ ſub cælo eſt, E in congregationem vnam,& appareat arida.
C Et factum eſt ſic.) Fortaſse parum [crediderit aliquis ſuperioribus ſermonibus noſtris, quibus tractauimus inuiſibilem ideo fuiſse terram, quod aquis operta tegeretur, vt corporeis oculis videri non poſset. Ad ſe enim Propheta retulit, hoc eſt ad noſtram conditionem, non ad diuinæ maieſtatem naturę, quæ vtique omnia videt. Sed vt aduertatis quia non quaſi noſtri ingenii probandi gratia, ſed veſtræ cauſa inſtructionis ſuſcepimus hunc tractandi laborem: adſtipulante nobis lectiōis ſerie teſtificamur, quę aperte probat, poſt congregationem aquæ quæ erat ſuper terram, & poſt deriuationem eius in maria, apparuiſſe aridam. Deſinant ergo qui nobis, dialecticis diſputationibus moue
+ iurgia re negocia + ſolent, dicentes: Quomodo terra inuiſibilis, cūm omni corpori naturaliter & ſpecies & color inſit: omnis autem color ſit ſubiectꝰ aſpectui? Clamat Dei vox: Congregetur aqua, & appareat arida.) Et iterum ſcriptura dicit: Congregata eſt aqua in congregationem vnam,& apparuit arida.) Quid opus fuit iterare, niſi oc
F currendum quæſtionibus iudicaſſet Propheta? Nónne videtur dicere: Non dixi inuiſibilem ſecundum naturam, ſed ſecundum ſuperfuſionem aquarum? Denique addidit ſublato velamine apparuiſſe aridam, quæ antè non videbatur. Iterum quoque quæſtiones alias afferunt, dicentes: Si in congregationibus diuerſis aqua erat, quomodo ſi illæ congregationes in ſuperioribus erant, non defluebat aqua in eum locum ad quem poſtea domini imperio deriuata eſt? Natura enim aquarum ſponte in inferiora prolabitur. Sin vero in inferioribus erant illæ congregationes, quomodo contra naturā ſuā aqua ad ſuperiora conſcendit? Itaq; aut ſecundū naturales curſus imperio non eguit: aut cōtra naturā imperio proficere nō potuit. Cui quæſtioni facile reſpondebo, ſi mihi ipſi ante reſpondeant, ante præceptū domini hanc aquarum fuiſſe naturam vt laberetur & flueret. Non enim ex vſu hoc habet cæterorum elementorum, ſed ſpeciale & proprium: non ex quodam ordine, ſed magis ex voluntate & operatione Dei ſummi. Quid iuſserit Deus, audiunt. Vox autem Dei, efficiens natura eſt. Eam vocem effectus operationis impleuit. Cœpit labi aqua, & in vnam confluere congregationem, quæ antè erat diffuſa per terras,& plurimis receptaculis inhærebat. Curſum eius ante non legi, motum eius ante non di-

G dici:nec oculus meus vidit,nec auris audiuit. Stabat aqua diuerſis locis,ad vocem Dei mota eſt.Nónne videtur quia naturam ei huiuſmodi vox Dei fecit, & ſecuta eſt creatura præceptum,& vſum fecit ex lege? Primæ enim conſtitutionis lex formam in poſteros dereliquit. Denique ſemel diem fecit & noctem.Ex illo manet vtri uſque ſucceſsio,& diuturna reparatio. Iuſsa eſt etiam a qua currere in congregationem.Ex illo currit,fontes la buntur in fluuios,in freta currunt flumina, lacus deriuantur in maria:ipſa ſe aqua præcedit,vrget,& ſequitur Vnus eſt ductus,vnum corpus.Et cum ſit altitudo diuerſa,indiſcreta tamen dorſi eius æqualitas.Vnde & æquor appellatum arbitror, quod ſuperficies eius æqualis ſit. Reſpondi ſecundum illorum propoſitum, illi nunc reſpondeant mihi,ſi vnquam viderint fontes ex inferioribus ſcaturire,de pauimento aquam ſurgere. Quis eam cogit? Vnde prorumpit? Quemadmodum non deficit? Quomodo fiat vt ima ſolidiora vndam vomant? Hæc ſecundum occultæ ſecreta naturæ.

Cæterum quis ignorat quod rapido plerunq; impetu in ima deſcendens,in ſuperiora ſe ſubrigat, atq; in ſupercilium montis attollat:plerunq; etiam canalibus manu artificis deriuatiua,quantum deſcenderit tantũ rurſus H aſcendat? Itaq; ſi vel impetu ſuo fertur,vel artificis deriuata ingenio,contra naturam ſuam ducitur & eleuatur, miramini ſi diuini operatione præcepti aliquid ad vſũ naturæ eius acceſsit,quod in vſu ante non fuerit? Dicãt nunc mihi quomodo tanquam in vtrem congregauerit aquas matis,vt ſcriptũ eſt:quomodo eduxerit de petra aquam. Qui potuit de petra educere aquam quæ non erat,non potuit aquam educere quæ erat? Percuſsit petrã & fluxerunt aquæ. clamat Dauid,& tortentes inundaue Pſal.77. runt. Et alibi:Super montes ſtabunt aquæ. Habes in euã Pſal.103. gelio quod cum grauis eſset procella,& magn9 in mari Mat.8. motus,ita vt trepidarent apoſtoli naufragii periculum, excitauerunt dormientem in puppi dominum Ieſum,& ſurgens imperauit vento & mari: ſedata tempeſtas eſt, refuſa tranquillitas.

Qui potuit imperio mare totum ſedare,nõ potuit aquas imperio mouere? Atqui in diluuio ſic accepimus, quod eruperint abyſsi fontes,& quod induxerit poſtea ſpiritum,& ſiccauerit aquam. ſi nolunt obediſse naturam, vſumque elementi imperio dei eſse conuerſum:vel hoc concedãt,potuiſse immiſso vento aquas currere, quod quotidie videmus in mari,vt inde aquæ currant, vnde I flauerit ventus. Si tempore Moyſi excitato auſtro validoſiccatum eſt mare, eodem modo ſiccari non potuit congregatio aquarum, & in mare profluere aqua, quæ poſtea diuiſa eſt in profundo? Sed diſcant naturam poſſe conuerti, quando petra aquas fluxit, & ferrum aquæ ſupernatauit,quod vtique Heliſæus orando facere meruit,non imperando. Si igitur Heliſæus ferrum leuauit contra naturam. Chriſtus aquas mouere non potuit.

Ioan.11. Sed mouit,qui potuit dicere,Lazare veni foras:& mortuum ſuſcitauit. Deus enim quod iubet,facit.

Itaque pari exemplo dictum accipe:Congregetur aqua, & congregata eſt. Dicendo autem congregetur,non ſolum mouit eam de loco,ſed etiam ſtatuit in loco,vt non præterflueret,ſed maneret. Hoc vtique maioris miraculi eſt,quomodo omnes congregationẽs in vnam congregationem defluxerint:& vna congregatio non adimpleta ſit. Nam & ſcriptura hoc inter mirabilia con Eccliſ.1. ſtituit dicendo: Omnes torrentes eunt in mare,& mare non adimpletur. Vtrunque igitur ex præcepto dei, vt & fluat aqua,& non ſuperfluat. Circunſcripta igitur impoſito fine maria clauduntur,ne ſuperfuſa terris inundent omnia,& deſtituto aruorum cultu,munus terræ fœcũditatis impediant. Cognoſcant igitur diuini eſſe præcepti,operationiſque cæleſtis. Ait enim dominus per nubem,ad Iob inter alia etiam de maris clauſtro: Iob.38. Poſui ei fines,apponens clauſtra & portas. Dixi autem ei:Vſque huc venies,nec tranſgredieris,ſed in te ipſo K conterentur fluctus tui. Nónne ipſi videmus mare frequenter vndoſum,ita vt in altum fluctus eius tanquam mons aquæ præruptus inſurgat, vbi impetum ſuum ad littus illiſerit, in ſpumas reſolui, repagulis quibuſdam arenæ humilis repercuſsum,ſecundum quod ſcriptum Hiere.5. eſt:Aut non timebitis me,dicit dominus, qui poſui arenam fines mari? Infirmiſsimo itaq; omnium vilis ſabuli puluere vis maris in tempeſtate cohibetur,& velut habenis quibuſdam cæleſtis imperii à præſcripto ſibi fine reuocatur,violentique æquoris motus in ſeſe frangitur atque in reductos ſinus ſuos ſcinditur. Cæterum niſi vis ſtatuti cæleſtis inhiberet,quid obſtaret quin per plana AEgypti,quę maxime humiliorib9 iacẽs vallibus campeſtris aſseritur,mare rubrũ AEgyptio pelago miſceretur? Denique docent hoc qui voluerunt hæc duo ſibi maria connectere, atque in ſe tranſfundere: Seſoſtris ſane AEgyptius,q. antiquior fuit,& Darius Medus, qui maioris contuitu potentiæ in effectum voluit adducere quod ab indigena fuerat ante tentatum. Quæ res indicio eſt,quod ſuperius eſt mare Indicum, in quo mare rubrũ, quàm æquor AEgyptium,quod inferius alluit. Et fortaſse ne latius ſẽ mare effunderet, de ſuperiorib9 ad inferiora præcipitans, ideo molimina ſua rex vterque reuocauit. L

Quomodo aquarum per omnem fere terram diffuſarum vna dicatur collectio, cum & hodie diuerſa ſint maria. Quomodo etiam congregatio vna potuerit omnes illas aquas recipere,atque exinanire terras,quæ ante fuſo per vniuerſum flumine ſtagnabantur.

Caput III

QVAERÓ nunc,cum dixerit, Colligatur aqua in collectionem vnam:) Quomodo diffuſas per lacus, paludes, ſtagna, aquas, & ſuperfuſas vallibus & campis omnibuſque planioribus locis, currentibus fontibus atque fluminibus vna potuerit recipere collectio:aut quomodo vna collectio cum hodiéque diuerſa ſint maria. Nam & Oceanum mare dicimus,& Tyrrhenum,& Adriaticum, & Indicum,& AEgyptiũ,& Pontum,& Propontidẽ, & Helleſpontum, & Euxinum, Egæum, Ionium,Atlanticum. Plerique etiam Creticum, & ſeptentrionale Caſpium appellant mare. Vnde conſideremus ſcripturæ verba M quæ librato ſunt trutinata examine. Colligatur, inquit,aqua in collectionem vnam.) Vna aquarum iugisque & continua congregatio eſt, ſed diuerſi ſinus maris,vt quidem de ſcriptoribus forenſibus ait: Nanque portus maris noſtri ſinus ampliſsimus. Meritoq; in diuerſis locis diuerſa ſunt nomina, quia vocabula aquis ex regionum vocabulis adhęſerunt. Vna autem congregatio aquarum, eò quòd iugis vnda atque continua ab Indico mari vſque ad Gaditani orã littoris & inde in mare rubrum, extrema circunfuſo orbem terrarum includit Oceano, interius quoque Tyrrheno Adrias, Adriæ cætera miſcentur, nominibus diſtincta non fluctibus. Vnde pulchre habes quia deus congregationes aquarum vocauit maria. Ita & vna eſt generalis collectio,quæ dicitur mare, & multę collectiones quæ maria pro regionibus nuncupãtur. Sicut enim multæ terræ,vt Aphrica,Hiſpania,Thracia,Macedonia,Syria,AEgyptus,Gallia,atque Italia,pro regionũ appellantur vocabulis,& vna eſt terra: ita multa dicuntur Pſal.88. pro locorum appellationibus maria,& vnum eſt mare,ſicut ait propheta dicens: Tui ſunt cæli, & tua eſt terra,orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundaſti, Iob.38. aquilonem & mare tu creaſti. Et ad Iob ipſe dominus ait,Concluſi autem mare portis. Nunc quia de vna collectione diximus,illud occurrit, vtrum cum per omnẽ fere terrã & ſuper terrã fuerint diffuſæ aquæ per valle-

A ſtria agrorum,concaua mõtium,planiciemque camporum,modo æquoris fuſa congregatio vna potuerit omnes illas aquas recipere, atque exinanire terras quæ antẽ fuſo per vniuerſum flumine ſtagnabatur. Nam ſi tũc operta erant omnia,non diceret,viſa eſt terra,niſi tectã vellet locis omnibus demonſtrare. Si diluuium Noe tẽpore abſcondit & montes, quando aquarum iam & ſup cælos, & infra firmamẽtũ fuerat facta diſcretio, quanto magis dubitari non poteſt etiam montium vertices illa ſuperfuſione latuiſſe? Quo igitur illa omnis aquarum redundantia deriuata eſt? Quæ receptacula eam tam cõtinua atque connexa abſorbere potuerunt? De quo multus nobis poteſt ſermo ſuppetere. Primum quia potuit creator omnium, & ipſarum terrarum ſpatia diffũdere Quod aliqui ante nos confirmantes,propria poſuerunt ſententia. Ego, quid facere potuerit nunc prætermitto: quid fecerit,quod aperte ſcripturarum authoritate non didici,quaſi ſecretum prætereo,ne forte etiam hinc aliAeſai.49. as ſibi quæſtiones requirant. Aſsero tamẽ ſecundũ ſcripturas, quia potuit locorum humilia, & camporum aperta diffundere,ſicut ipſa ait: Ante te ambulabo,& mõ B tes planos faciam. Potuit etiam ipſa aquarum vis profundiora ea facere quæ inſederat,tanto fluctuum motu. tantoque æſtu concitatioris elementi, qui quotidie ima pelagi torquere,& arenas verrere ſoleat de profundo. Quis deinde ſciat inquantum ſe illud magnum & inauſum nauigantibus atq; intentatum nautis fundat mare, quod Britannias frementi includit æquore, atque in vlteriora & ipſis fabulis ſacceſsa ſecreta ſe porrigit? Quis deinde colligat quantum Lucrino & Auerno in Italia, Tiberiadi quoque in Paleſtina, & ei lacui qui inter Palæſtinam & Aegyptum Arabiæ deſerta prætendit, portubuſque diuerſis Auguſti,atque Traiani, cæteriſque per vniuerſum orbem infuſũ addiderit mare? Si ſunt etiam nõ confuſi lac9,& ſtagna quæ non miſcẽtur fluctib9, vt Larius & Benacus. Albanus quoque,aliique plures,quo modo vna congregatio aquarum? Sed quemadmodum dicitur,quia fecit deus duo luminaria,id eſt Solem & Lunam,cum ſint vtique & ſtellarum lumina:ita & vna cõgregatio dicitur,cũ ſint plurimæ. Neque enim annumerantur quæ non conferuntur.

Quid ſit quod ait dominus: Et appareat Arida: & nõ dixerit, & appareat terra Caput IIII.

C SED vt videtur, quoniam de mari loquebamur,aliquãtulum exundauimus: ad propoſitum reuertamur, & conſideremus quid ſit quod ait dominus: Cõgregetur aqua in vnã congregationem,& appareat Arida: & non dixerit,terra. Quod præclare poſitum quis non aduertat? Terra enĩ poteſt & luto eſse permixta,aquis madida,cuius ſpecies ſuperfuſis aquis non appareat. Arida autem non ſolum ad genus,ſed etiam ad ſpeciem terrarum refertur, vt ſit vtilis,ſulcabilis, & apta culturis. Simul proſpectum eſt ne videatur Sole magis quã dei præcepto eſse ſiccata,q; Arida facta eſt antequam Sol crearetur. Vnde & Dauid diſcernens mare & terram, ait de domino deo: Quoniã Pſal.94. ipſius eſt mare,& ipſe fecit illud: & Aridam manus eius fundauerunt. Arida enim expreſsio naturæ eſt, terra appellatio quædam ſimplex negocii, quæ in ſe habeat proprietatem: Sicut enim animal generis ſignificatio eſt,cui ineſt proprium aliquid & excellens, rationabile autem proprium eſt hominis:ita & terra poteſt communitur dici vel ſcatens aquis,vel deſerta,& inuia, & ſine aqua. Ergo & illi quæ ſcatet aquis,ineſt vt habeat aridi Pſal.106. tatem. Remota enim aqua incipit eſse Arida,ſicut habes ſcriptum: Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim. hoc eſt, de terra aquoſa aridã fecit. Habet ergo terra propria qualitatẽ ſuã, ſicut & ſingula elementa habent. Nam & aer humidam qualitatem, & aquam frigidam,& ignis calidam. Et hoc eſt principale principium elementis ſingulis,quod ratione colligim9. Comprehendere autem ſenſibiliter & corporaliter ſi velim9 velut connexas & compoſita reperimus,vt ſit terra arida & frigida, aqua frigida & humida, aer calidus & humidus,ignis calidus & ſiccus: & ſic ſibi per has iugales qualitates ſingula miſcentur elementa. Nam terra cũ ſit aridæ & frigidæ qualitatis, connectitur aquę per cognationem qualitatis frigidæ,& aquæ aëri, quia humid9 eſt aer. Ergo aqua tanquã brachiis quibuſdã duobus frigoris & hũoris, altero terram, altero aërem videtur amplecti,frigido terrã,aërẽ humido. Aër quoq; medi9 inter duo cõpugnãtia per naturam,hoc eſt inter aquã & ignẽ vtrumq; illud elemẽtũ conciliat ſibi,quia & aquis humore,& igni calore coniungitur. Ignis quoq; cum ſit calidus & ſiccus natura,calore aeri annectitur, ſiccitate autem in cõmunionẽ terræ ac ſocietatẽ refunditur,atq; ita ſibi per hunc circuitũ & chorũ quendã concordiæ ſoci etatiſq; conueniunt. Vnde & græce σοιχεῖα dicuntur,quæ latine elementa dicimus, quod ſibi conueniant & concinant. Huc autem progreſsi ſumus quia ſcriptura ait quod deus vocauerit terram aridam, hoc eſt quia quod principale eſt eius,nũcupauit proprietatẽ naturæ. Naturalis enim proprietas ſiccitas eſt terris. hæc ei prærogatiua ſeruata eſt. Principalis ergo ſiccitas ſubeſt etiã vt ſit frigida,ſed non præferuntur ſecunda primis. Vt autem E humida ſit,aquarum affinitati ſociatur. Ergo illud ſuũ, iſtud alienum. Suum quod arida,alienum quod humida Author itaque naturæ quod primo donauit,hoc tenuit: quia iſtud ex natura,illud ex cauſa. De principalibus igitur,non ex accidentibus terræ debuit proprietas definiri,vt ſecundum prærogatiuam qualitatis eius informaretur noſtra cognitio.

De eo quod à quibuſdam additum perhibetur: Et congregata eſt aqua in collectiones ſuas &c. De probatione quoque,& ſingulari ac mira laude maris.

Caput V.

ET vidit deus quia bonum.) Non prætermitto quia aliqui nec in Hebræo putant eſse, nec in cæteris interpretationibus, quia Congregata eſt aqua in collectiones ſuas, & apparuit arida. Et vocauit deus aridam terram, & collectiones aquarum vocauit maria. Cũ enim dixerit deus quia factum eſt ſic,ſatis eſse putant vocem operatoris ad celebratæ operationis indicium. Sed quia in aliis quoque F creaturis habet & definitionem præceptionis, & repetitum operationis vel indicium vel effectum: ideo nos non putamus abſurdum id quod perhibetur additum, etiam ſi cæteris interpretibus vel veritas doceatur ſuppetere,vel authoritas. Multa enim non ocioſè à ſeptuaginta viris Hebraicæ lectioni addita & adiuncta comperimus. Vidit ergo deus quia bonum mare. Etſi pulchra ſit ſpecies eius elementi, vel cum ſurgentibus albeſcit cumulis ac verticibus vndarum, & cautes niueorant aſpergine,vel cum æquore criſpanti clementioribus auris & blando ſerenæ tranquillitatis purpuraſcẽte præfert colorẽ, qui autem emin9 ſpectantibus frequẽter offunditur, quando nõ violentis fluctibus vicina tũdit littora,ſed velut pacificis ambit & ſalutat amplexib9 quàm dulcis ſonus,quã iucundus fragor,q; grata & conſona reſultatio: Ego tamen nõ oculis eſtimatũ creaturæ decorem arbitror,ſed ſecundum rationem operationis iudicio operatoris conuenire & congruere definitum. Bonum igitur mare: Primum, quia terras neceſsario ſuffulcit humore,quibus per venas quaſdã occulte fucũ quendã haud inutilẽ ſubminiſtrat. Bonum mare tãq; hoſpitium fluuiorum, fons imbrium, deriuatio alluuionum, inuectio commeatũ, quo ſibi diſtantes populi copulantur, quo præliorũ, remouẽtur pericula, quo barba

Gricus furor clauditur, ſubſidium in neceſsitatibus, refu
gium in periculis, gratia in voluptatibus, ſalubritas va-
letudinis, ſeparatorum coniunctio, itineris compendiũ,
tranſfugium laborantium, ſubſidium vectigalium, ſte-
rilitatis alimentum. Ex hoc pluuia in terras trãſſundi-
ditur. Si quidem de mari aqua radiis ſolis hauritur, &
quod ſubtile eius eſt rapitur: deinde quanto altius ele-
uatur, tanto magis etiam nubium obumbratione frige-
ſcit, imber fit, qui non ſolum terrenam temperat ſicci-
tatem, ſed etiam ieiuna arua fœcundat. Quid enume-
rem, inſulas quos velut monilia plerumque prætexit, in
quibus ii qui ſe abdicant intemperantiæ ſeculari illece
bris, fido continentiæ proposito eligunt mundum late-
re? & vitæ huius declinare dubios anfractus? Mare eſt
ergo ſecretum temperãtiæ, exercitium continentiæ, gra
uitatis receſsus, portus ſecuritatis, tranquillitas ſeculi,
mundi huius ſobrietas: tum fidelibus viris atque deuo-
tis incentiuum deuotionis, vt cum vndarum leniter al-
luentium ſono certent cantus pſallentium, plaudant in
ſulæ tranquillo fluctuum ſanctorum choro, hymnis ſã-
ctorum perſonent. Vnde mihi vt omnẽ pelagi pulchri-
tudinem comprehendam quam vidit operator? Et quid
plura? Et quid aliud ille concentus vndarum, niſi qui-
dam concentus plebis eſt? Vnde bene mari plerunque
comparatur eccleſia, quæ primo ingredientis populi a-
gmine totis veſtibulis vndas vomit: deinde in oratione
totius plebis tanquam vndis reſluentibus ſtridet: tum
reſponſoriis pſalmorum, cantu virorum, mulierum,
virginum, paruulorum, conſonus vndarum, fragor re-
ſultat. Nam illud quid dicam, quod vnda peccatum ab-
luit, & ſancti ſpiritus aura ſalutaris aſpirat? Det nobis
dominus illa ſucceſsuum flumina proſpero ligno curre
re, tuto portu conſiſtere, nequitiæ ſpiritalis grauiora
quam ferre poſsumus tentamenta neſcire, fidei ignora-
re naufragia, habere pacem profundam: et ſiquando ali
quid ſit quod graues nobis ſeculi huius excitet fluctus,
euigilantem pro nobis habere gubernatorem dominũ
Ieſum, qui verbo imperet, & tempeſtatem mitiget, tran-
quillitatem maris refundat, cui eſt honor & gloria. laus
perpetuitas à ſeculis, & nunc & ſemper, in omnia ſecula
ſeculorum. Amen.

Quomodo conuenerit vt terræ daretur ſpecies & gra
tia germinandi, & viriditas agri, ac de virtute & vtilitate
huius vocis qua deus dixit: Germinet terra hærbã viren
tem fœni &c. cum redargutione eorum qui hanc prærо-
gatiuam ipſi Soli adſcribunt. Caput VI.

DISCEDENTE aqua conueniebat vt ſpecies ter
ræ daretur & gratia, vt inuiſibilis & incompo-
ſita deſineret eſse. Nam plerique etiam hoc di
cunt eſse inuiſibile, quod ſpeciem non habet:
& ideo accipiunt terram inuiſibilem fuiſse, nõ quia vi-
deri non poſset à ſummo deo vel angelis eius, (nam ad
huc homines creati nõ erant, vel etiã pecudes) ſed quia
ſine ſua ſpecie erat. Species autẽ terræ eſt germinatio, &
viriditas agri. Vnde vt & viſibilem eam & compoſitam
faceret deus, ait: Germinet terra hærbam fœni, ſeminans
ſemen ſecũdum genus ſuum, & lignum fructiferum faci
ens fructum ſecundum genus ſuum, cuius ſemen ſuum
ſit in ipſo. (Audiamus verba veritatis: quorum ſeries ſa
lus eſt audientium. Prima enim illa vox dei ſingulis cre
aturis impertita gignendis, lex naturæ eſt, quæ terris in
omne æuum remãſit futuræ ſucceſsionis datura preſcri
ptum, quemadmodum vel generandi vel fructificãdi in
reliquum vſus adoleſceret. Prima itaque germinatio eſt
quando naſcentia videntur erumpere: deinde cũ erupe-
rit & pfecerit germẽ, fit hærba: herba quoq; vbi paululũ
pceſcerit, fit fœnũ. Quàm vtilis, quàm vehemens vox:
Germinet terra hærbã fœni. Hoc eſt, ipſa per ſe germi-
net terra, nullũ alterius quærat auxiliũ, nõ cuiuſquã indi
geat miniſterio. Solent enim plerique dicere: Niſi clemen K
tior ſolis calor tepefecerit terras, & quodãmodo radiis
ſuis fouerit, nõ põt germiare terra: & propterea gẽtes di
uinũ honorem deputãt Soli, quod virtute caloris ſui ter
rarum penetret ſinꝰ, ſpatſãque foueat ſemina, vel rigen
tes gelu venas arborum relaxet. Audi ergo deum velut
hanc vocem emittentem: Conticeſcat ineptus ſermo ho
minum qui futurus eſt, faceſsat vana opinio: Antequam
Solis fiat luminare, herba naſcatur: ãtiquior eius ſit pre
rogatiua quàm ſolis. Ne error hominum conualeſcat,
germinet prius terra quam fotus Solis accipiat. Sciãt o-
mnes Solem authorem non eſse naſcentiũ. Dei clemen
tia terram relaxat, dei indulgentia prorumpere facit fru
ctus. Quomodo Sol viuendi vſum miniſtrat oriundis,
quando illa prius diuinæ operationis viuificatione ſunt
edita, quàm Sol in hos viuendi vſus veniret? Iunior eſt
hærbis, iunior fœno.

Cur prius pecori pabulum quàm cibꝰ homini ſit crea
tus, ſimplexque victus & naturalis cibus reliquis cibis
antelatus ſit: de cõmendatione quoque ipſius, ac de my
ſterio hærbæ virentis & floris fœni, cũ exhortatione no
ſtri ad imitationem illius hærbæ, & confutatione Mani-
chæi aliorumque hæreticorum: Caput VII.

ET forte mirentur aliqui quod prius pecori
pabu'um q̃ cibꝰ hoi ſit creatus. In quo pri
mũ, pfundũ dei conſiliũ debemus aduerte L
re, quod etiã minima quęq; non negligat, ſi
cut in euãgelio ſapientia dei dicit: Reſpicite volatilia cę
li, quoniam nõ ſerunt neq; metunt, neq; congregant in Matth. 6.
horrea, & pater veſter cæleſtis paſcit illa: nõne vos plu
ris eſtis illis? Cum enim illa paſcuntur dei gratia, nemo
ſibi debet de ſua induſtria & virtute blandiri. Deinde
quia ſimplicem victum & naturalem cibum reliquis ci-
bis debuit anteferre. Hic enim ſobrietatis eſt cibus, reli-
qui deliciarum atque luxuriæ. Hic communis omnibus
animantibus cibus, ille paucorum. Exemplum itaque
frugalitatis, magiſteriũ parſimoniæ eſt, hærbæ ſimplicis
victu oleriſq; vilis aut pomi cõtentos eſse oẽs oportere,
quẽ natura obtulit, quẽ liberalitas dei prima donauit. Il
le ſalubris, ille vtilis cibus, q̃ morbos repellat, q̃ reſecet
cruditates, nullo hoꝰm paratus labore, ſed diuino effu-
ſus munere, ſine ſatione fruges, fructus ſine ſemine, tam
dulcis, tam gratus, vt etiam repletis voluptati atque vſui
ſit. Denique ad primas datus menſas, ad ſecundas remã
ſit. Quid autem creaturæ huius attexam miraculum,
& ſapiẽtiæ operatricis argumentum exprimam? In hac
enim germinum ſpecie, & in illo virentis hærbæ mune- M
re imago eſt vitæ humanæ, & naturæ conditioniſque no
ſtræ inſigne quoddam ſpectatur, & ſpeculũ elucet. Illa
hærba & flos fœni, figura eſt carnis humanæ, ſicut bo-
nus diuinitatis interpres organo ſuæ vocis expreſsit, di-
cens: Clama. Quid clamabo? Omnes caro fœnũ, & om-
nis gloria hominis vt flos fœni. Aruit fœnum, & flos de
cidit: verbũ autẽ domini manet in æternũ. Dei ſentẽtia,
vox humana eſt. Dicit deus, Clama: ſed in ipſo Eſaia lo
quitur. Ille reſpondit: Quid clamabo? Et tanquam quid Eſai. 40.
loqueretur audiſset, adiũxit: Ois caro fœnũ. Et vere. Vi-
ret enĩ & gloria hois ĩ carne quaſi fœnũ: & quæ putatur
eſse ſublimis, exigua quaſi hærba eſt, præmatura vt flos,
caduca quaſi fœnũ: germinat vitæ veriditatẽ in ſpecie
nõ in fructu ſoliditatem: hilarioris vitæ quaſi flos prætẽ
dens iucunditatẽ, breuiori ſpacio occaſura, ſicut hærba
fœni, quod priuſquam euellatur areſcit. Quæ enim firmi
tudo in carne, quæ ſalubritas poteſt eſse diuturna?
Hodie videas adoleſcentem validum, pubeſcentis ætatis virtute florentem, grata ſpecie, ſuaui colore: craſtina
die tibi facie & ore mutatus occurrit: & qui pridie tibi
lautiſsimus decoræ formæ viſus eſt gratia, alio die mi-
ſerãdus apparet, ægritudinis alicuius infirmitate reſo-

lutus. Pleroſque aut labor frangit, aut inopia macerat,
aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut ſenectus
debilitat, aut euiratos deliciæ reddunt, luxuria deколо-
rat. Nónne verum eſt quia aruit fœnum, & flos deci
dit? Aliis abauis atauiſque nobilis, & maiorem hone-
ſtatus infulis, proſapiæ veteris clarus inſignibus, ami-
cis abundans, ſtipatus clientibus, & vtrumque latus te-
ctus, ſecum producẽs maximam ac reducens familiam,
repente aliqua accidentis periculi mole turbatus, deſti-
tuitur ab omnibus, à ſodalibus derelinquitur, impugna
tur à proximis. Ecce verum eſt quia ſicut fœnũ vita ho
minis, priuſquam euellatur, areſcit. Eſt etiam qui du-
dum vbertate affluens copiarum, liberalitatis fama per
ora volitãs ſingulorum, clarus honoribus, præminens
poteſtatibus, tribunalibus celſus, ſolio ſublimis, beatus
populis æſtimatus, dum præconum clamore deducitur,
ſubita rerum conuerſione in eum earcecẽ rapitur, quo
alios ipſe detruſerat, & inter reos ſuos imminentis pœ-
næ deflet eruinam. Quantos pridie caterua plaudẽ-
tium, & inuidioſa fauentis populi frequens domum põ
pa deduxit, & nox vna glorioſæ illum ſplendorem de-
ductionis aboleuit, ac repentinus lateris dolor effuſis
gaudiis luctuoſam grauis ſucceſsionem mœroris ad-
miſcuit. Huiuſmodi igitur eſt gloria hominis, ſicut
flos fœni. Quæ etiam cum defertur, nihil operibus
adiungit, in qua nullus fructus acquiritur, & cum amit B
titur euaneſcat, omnẽ ſcenam hominis, & quam deſuper
obũbrabat repente deſtituens, & quam intus animabat.
Atquẽ vtinam imitaremur hanc hærbam, de qua ait do
minus: Germinet terra hærbam fœni, ſeminans ſemen
ſecundum genus ſuum, & ſecundum ſimilitudinem.)
Seminemus igitur ſemen ſecundum genus. Quod ſit
genus, audi dicentem oportere nos quærere illud diui-
num, ſi quo modo illud tractare poſsimus aut intenie-
te, quamuis non longe ſit ab vnoquoque noſtrum. In ip Actu. 17.
ſo enim viuimus, & ſumus, & mouemur, ſicut qui-
dam veſtrũ, inquit, dixerunt, cuius & genus ſumus. Se-
cundum hoc genus ſeminemus ſemen, nõ in carne, ſed
in ſpiritu. Non enim carnalia ſed ſpiritualia ſeminare
debemus, qui ad vitam peruenire volumus æternã. Quæ
ſit autem ſimilitudo, nõ ignoras, qui ad imaginem & ſi-
militudinem dei factus es. Hærba generi reſpondet ſuo
tu non reſpondes tuo generi? Tritici granum ſparſum
terræ, generis ſui gratiam reddit, & tu degeneras? Fruges
non adulterant ſui ſynceritatem ſeminis; tu adulteras
puritatem animæ, vigorem mentis, corporis caſtitatem
Non agnoſcis optus eſse te Chriſti? Manibus ſuis, vt le- C
gimus, te ille formauit, & tũ Manichæe alterum tibi aſ-
ſciſcis authorem? Pater deus dicit ad filium: Faciamus
hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & tu
Photiniane dicis quia in conſtitutione mundi adhuc
non erat Chriſtus? Et tu Eunomiane dicis quia diſſimi-
lis eſt patri filius? Nam ſi imago: non diſſimilis vtique,
ſed totum ex toto exprimens patrem, quem pater ſub-
ſtantiæ ſuæ vnitate ſignauit. Pater dicit: Faciamus & tu
cooperationem negas? Quod dixit pater, filius fecit: &
tu æqualem negas, in quo complacuit patri?

De germine, ac ſeminaria virtute, & admirabili ger-
minationis & fructificationis modo, terræque vtilitate.
De laude quoque agri pleni, & ſalubritate ſucci hærba-
tum, virgultorumque ac filiorum remediis. Cap. VIII.

GERMINET, inquit, terra hærbam fœni ſe-
cundũ genus. (In omnibus quæ dicuntur
naſcẽtia terræ, primũ germẽ eſt: vbi ſe pau
lulũ ſuſtulerit, fit hærba, poſtea fœnũ inde
fit fructus. Sũt naſcẽtia quæ radice germi
nãt, vt arbores quæ non ſũt ſatæ, ex aliarũ arborũ radi-
ce naſcuntur. In arundine videmus quomodo in extre-
mo eius velut quidam ſit nodus è latere, & inde alia arũ
do germinat. Eſt ergo in radice vis quędam ſemina D
rii. Inſitiua quoque in ſuperioribus germinant. Aliis et
gõ à radice, aliis diuerſo munere ſeries ſucceſsionis ac-
quiritur. Ineſt enim naſcentibus ſingulis aut ſemen,
aut virtus aliqua ſeminaria, & ea ſecundum genus, vt
quod naſcitur ex ea, ſimile eorum quæ fata ſunt, vel quo
rum de radice ſit, germinet. De tritico triticum, de mi-
lio milium, de piro pirus albo flore prorumpit, caſta-
nea quoque ſurgit de radice caſtaneæ. Germinet, inquit,
terra hærbam fœni ſecundum genus. Et continuò par-
turiens terra nouos ſe fudit in partus, & induit ſe ami-
ctũ viriditatis, gratiam fœcunditatis aſsumpſit, diuer-
ſiſque compta germinibus proprios ſuſcepit ornatus.
Miramur quòd tam cito generauerit, quanto maiora mi
racula ſunt, ſi ſpectes ſingula, quemadmodum vel iacta
in terram ſemina reſoluantur, ac niſi mortua fuerint, nul
lum fructum afferant: ſi vero fuerint quadam ſui morte
reſoluta, in vberiores fructus reſurgant. Suſcipit igi-
tur granum tritici putris gleba, & ſparſum cohibet oc-
catio, ac velut materno terra gremio fouet & cõprimit.
Inde cũ ſe granũ illud reſoluerit, hærbam germinat, gra
ta ipſa iam ſpecies hærbeſcentis viriditatis, quæ ſtatim
genus ſatiui ſimilitudine ſui prodit, vt in ipſo ſuæ ſtir-
pis exordio cuius generis hærba ſit recognoſcas, atq; in
hærbis fructus appareat, paulatiq; adoleſcit vt fœnũ cul E
moq; pubeſcens erigitur & aſsurgit. Aſt vbi ſe genicula
ta iam ſpica ſuſtulerit, vaginæ quędam futuræ frugi pa-
rãtur, in quibus granum formatur interiꝰ, ne tenera eiꝰ
primordia aut frigus lædat, aut ſolis æſtus exurat, aut
ventorum inclementia, vel imbrium vis ſæua decutiat.
Succedunt q̃dã ordines ſpecie mirabili arte formati, vel
ad ſpeciem grati, vel ad tutamen nexu quodam inter ſe
naturalis colligationis aſtricti, quam prouidentia diui-
na formauit. Et ne frugis numeroſioris pondere velut
quędam cedat fultura culmorũ, vaginis quibuſdamiſe
culmus includitur, vt geminatis viribus frugem poſsit
multiplicem ſuſtinere, ne impar oneri curuetur in terrã
Tum ſupra ipſam ſpicam vallum ſtruitur ariſtarum,
vt quaſi quadam in arce prætendat, ne auium minorum
morſibus ſpica ſuis exuatur fructibus, aut veſtigiis pro-
teratur. Quid dicam quemadmodum clementia dei
humanæ proſpexerit vtilitati? Fœneratum terra reſtitu-
it quod acceperit, & vſurarũ cumulo multiplicatum.
Homines ſæpe decipiunt, & ipſa fœneratorem ſuũ ſor
te defraudant: terra fidelis manet. Et ſiquando nõ ſolue
rit, ſi forte aduerſata fuerit frigoris inclementia, aut ni-
mia ſiccitas, aut immenſa vis imbrium, alio anno ſupe-
rioris anni damna compenſat: ita & quando prouentus
ſpem deſtituit agricolæ, nihil terra delinquit: & quãdo
arridet vbertas, fœcundæ matris ſe partus effundit, vt F
nunquã vllum diſpendium ſuo inferat creditori. Quæ
vero ſpecies pleni agri? Qui odor? Quæ ſuauitas? De ſpecie
Quæ voluptas agricolarum? Quid digne explicare poſ agri pleni
ſumus, ſi noſtro vtamur alloquio? Sed habemus ſeri
pturæ teſtimonia quibus agri ſuauitatem benedictio-
ni & gratiæ ſanctorum aduertimus comparatam, di-
cente ſancto Iſaac: Odor filii mei ſicut odor agri pleni. Gene. 27.
Quid tibi deſcribam purpuraſcentes violas, candida De violis
lilia, rutilantes roſas, depicta rura nunc aureis, nunc va liliis, & ro
riis, nunc luteis floribus, in quibus neſcias vtrum ſpe- ſis.
cies ampliùs florum, an vis odora delectet? Paſcuntur
oculi grato ſpectaculo, lõge lateque odor ſpargitur, cu-
ius ſuauitate complemur. Vnde diuine dominus ait: Et
ſpecies agri mecum eſt. Cum ipſa eſt enim, quam ipſe
formauit. Quis enim aliũs artifex poſsit tãta rerũ ſingu
larũ exprimere venuſtatẽ? Conſiderate lilia agri: quan-
tꝰ ſit candor in foliis, quemadmodum ſtipata ipſa folia
ab imo ad ſummũ videantur aſsurgere, vt ſcyphi expri-
mant formam, vt auri quædam ſpecies intus effulgeat,
quæ tamen vallo in circuitu floris obſepta nulli pateat
iniuriæ. Si quis hunc florem decerpat, & ſua ſoluat in

folia, quæ tanti est artificis manus quę posit lilii speciē reformare? Quis tantus imitator naturę, vt florem hunc redintegrare præsumat, cui dominus tantum testimonium dedit vt diceret: Nec Salomon in omni gloria sua sic vestiebatur, sicut vnum ex istis? Rex opulentissimus & sapientissimus inferior iudicatur quàm huius floris pulchritudo est. Quid enumerem succos hærbarum salubres? Quid virgultorum ac foliorum remedia? Ceruus æger ramusculos oleæ mandit, & sanus fit. Locustas quoque folia oleæ arrosa liberāt ab ægretudine. Rubi folia superiacta serpenti, interimunt eum. Culices nō tangēt te si absinthii hærbam cum oleo coquas, & eo te perunxeris.

Mat.6.

De remediis virgultorum

De retusione causationis quod cum vtilibus etiam talia & pernicioſa generentur. Caput IX.

SED forte dicant aliqui: Quid quod cum vtilibus etiam letalia & pernicioſa generantur? Cum tritico conium, quod inter alimēta vitæ noxium reperitur, & nisi prævisum fuerit, consueuit saluti nocere. Inter alia quoque nutrimenta vitæ helleborum deprehenditur. Aconita quoq; fallunt frequenter, & decipiūt colligentem. Sed hoc ita est, ac si reprehendas terram quia non omnes homines boni. Sed qu od plus est accipe, quia nō omnes boni angeli in cælo. Sol ipse præ nimio calore spicas torret, adurit autem gignentium prima exordia. Luna quoque viātibus iter demonstrat, latronum prodit insidias. Num igitur dignum est in his quæ vtilia sunt posthabentes cōditoris gratiam confiteri, propter aliqua alimentorum noxia creatoris prospiciētiæ derogemus? quasi vero omnia gulæ causa debuerint procreari, aut exigua sint quæ ventri nostro diuina indulgentia ministrauerit. Definitæ nobis escæ sunt, & notæ omnibus, quæ & voluptatem generent, & corporis salubritatem. Singula autem eorum quæ generantur è terris, specialem quandam rationem habent, quæ pro virili portione complent vniuersæ plenitudinem creaturæ. Alia ergo esui, alia alii nascuntur vsui. Nihil vacat, nihil inane germinat terra. Quod tibi putas inutili, aliis vtile est, immo ipsi tibi frequenter alio est vsu vtile. Quod escam non adiuuat, medicinam suggerit: & sæpe eadē quæ tibi noxia sunt, auib⁹ aut feris innoxium ministrant pabulum. Denicq; sturni vescuntur conio, nec fraudi est eis, quoniā qualitate sui corporis venenū succi letalis euadunt. Frigida enim vis eius est succi, quā subtilibus poris in cordis sui sedē ducentibus, pręcoci digestione prævenient priusquā vitalia ipsa pertentet. Helleborum autem periti loquūtur escam esse & alimoniā coturnicum, eō quod naturali quodam temperamento sui corporis vim pabuli nocentis euitent. Etenim si ratione medicinæ plerumque ad salubritatem humani quoque corporis temperatur, cui videtur esse contrarium: quāto magis proprietati naturæ ad cibum proficit, quod medica manu cōuertitur ad salutem? Per mandragoram quoq; sōnus frequētur accersitur, vbi vigiliarum egri afflictantur incōmodo. Nam quid de opio loquar, qđ etiā nobis quotidiano ppe vsu innotuit, quoniā dolores eo grauissimi internorū sępe viscerū sopiūtur? Nec illud prēterit, quod conio pletiq; furores libidinū marcuerūt, & helleboro vetustæ passiones ægri corporis sunt solutę. Nō solū igitur nulla in his reprehensio creatoris, sed etiā incremētū est gratiarū. Siquidem quod ad periculū putabas esse generatum, ad remedia tibi salutis operatur. Nam & id quod periculi est per prouidentiam declinatur: & id quod salutis, per industriam non admittitur. An vero oues & capræ ea quæ sibi noxia sunt declinare didicerunt, & solo odore per quoddam naturæ ministerium, cum sint rationis expertes, rationem tamen euadendi periculi vel tuendæ salutis agnoscūt, noxiáque pariter ac profutura distinguūt, ita vt plerumq; cum armata venēnis tela ſerserint, notas petere herbas, atque his remedium vulneri dicātur adhibere? Cibus illis ergo medicina est, vt resilire sagittas videas è vulnere, & fugere venena, non serpere. Denique cruis cibus venenum est. Coluber ceruum fugit, leonem iaterficit. Draco elephantē ligat, cuius ruina mors victoris est. Et ideo summe vtrinque certatur, ille vt pedem alliget, in quo casus victi sibi nocere nō possit, iste ne posteriore extremus pede, aut calle capiatur angusto, vbi vel ipse se non queat retorquere, & draconē graui proterere vestigio, vel sequentis elephanti auxilium non habeat. Ergo si irrationabilia animalia norunt quibus sibi aut medicentur hærbis, aut subsidiis opem afferant: homo nescit, cui rationabilis sensus innascitur? Aut tam alienus à vero est, vt quæ cuique apta sint vsui minime deprehendat: aut ita naturæ ingratus bonis, vt quoniam taurini hausſus sanguinis letalis est homini, propterea putet laboriosum animal aut nasci nō debuisse, aut sine sanguine debuisse generari, cuius virtus ad cultum agrorum vtilis, aut ad vsum plaustrorum habilis, ad alimoniam suauis, diuerso munere fulcit agricolas, quibus deus, si bona sua norint, vniuersa donauit dicens: Germinet terra hęrbam fœni, spirans semen secundum genus. Non solum enim spontaneam alimoniam comprehendit quę est in herbis & radicibus, atque in arborum reliquisq; fructibus, sed etiā eā quę industria cōparatur, & cultu rusticani laboris acquiritur. Quā decorum autem quod non statim fūdere terras semen iusſit & fructus, sed primum germinare, deinde herbescere cāpos statuit, postea secundum proprietatem sui generis semen adolescere, vt nunquam aruorum vacaret gratia quæ grato primum decore vernarent, postea fructuum suggererent vtilitatem.

Quomodo terra secundum genus suum dicatur proferre semina, cum plerunque semina iacta degenerent. Ac de diuersitate seminis diaboli, & seminis Christi filii hominis, & quando homo verbum suum seminauerit super terram. Caput X.

SED forte quis dicat: Quomodo secundum genus terra profert semina, cum plerumque semina iacta degenerent, & cum bonum triticū fuerit seminatum, decolor eius species, & iserior forma reddatur? Sed hoc siquando accidit, nō ad translationes generis, sed ad ægritudinē quandam & inæqualitatem seminis videtur esse referendum, Non enim desinit esse triticum si aut frigore aduratur, aut imbre madidetur, sed specie magis quā genere, colore quoque & corruptione mutatur. Denique frequēter madidata frumenta in sui generis speciem reuertuntur si aut sole aut ignib⁹ torreantur, aut diligentibus commissa culturis, aēris temperie terrarunque feracium vbertate foueātur. Itaq; reparatur in sobole, quod degenerauerat in parente. Vnde non periclitamur ne præceptum illud dei cuius vsus naturæ inoleuit, in reliquum successionis vitio destitutum sit, cum hodieq; in seminib⁹ generis sui syn ceritas reseruetur. Nam lolium, & reliqua adulterina semina quæ frugibus sæpe miscentur, zizania nuncupari euangelii lectione cognouimus: sed ea proprium quoddam genus habent, non ex tritici semine in aliud genus seminis decolori mutatione tanſlata degenerem traxēre naturā. Denicq; hoc docet dominus dicens: Simile est regnū cælorū homini qui seminauit bonū semē in agro suo: cū autē dormirent hoīes, venit inimicus eius, & sup seminauit zizania inter triticum. Aduertim⁹ vtiq; quòd zizania & triticū, vt noībus, ita & genere videantur esse discreta. Denicq; & serui dixerūt ad patrēfamilias: Domine, nōne bonū semē seminasti ī agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Aliud enī est semē diaboli, aliud semen est Christi, qđ seritur

Matt.13.

ad iustitiam. Denique aliud filius hominis, aliud diabolus seminauit. Adeo diuersa natura vtriusque seminis, vt contrarius seminator sit. Quod seminat Christus, regnū est dei: quod seminat diabolus, peccatū est. Quomō igitur potest vnius generis esse regnū atq; peccatum? Sic est, inquit, regnū dei, quēadmodū si homo iactet semen super terrā. Est & homo quiseminat verbū, de quo scriptum est: Qui seminat, verbū seminat. Hic homo verbum seminauit super terram, quādo dixit: Germinet terra hærbam: & subito terrarum germina pullularunt, & diuersæ rerum species refulserunt. Hinc pratorū virens gratia abundantiam pabuli ministrauit, inde camporum spica flauescens, imaginem pelagi fluctuantis commotione segetis vberioris expressit. Sponte omnes fructus terra fuggessit: etsi arata sine cultore esse non potuerat (nondum enim erat formatus agricola) inarata tamen opimis messibus redundabat, & haud dubiū quin maiora prouentu. Siquidem nec cultoris desidia terrarum destituere poterat vbertatem. Nunc enim fœcunditas vnicuique pro merito laboris acquiritur, vbi cultus spectatur agrorum: & negligentia vel offensa aut diluuiis pluuiarum, aut terram ariditatibus, aut grandinis ictu, aut quacunque ex causa soli vberis sterilitate multatur. Tunc autem prouentu spontaneo terra fructus locis omnibus inuehebat, quoniam is præceperat qui vniuersorum est plenitudo. Verbum enim dei fructificabat in terris, nec vllo adhuc erat terra damnata maledicto. Antiquiora enim mundi nascentis exordia, quā nostra peccata sunt, & recentior culpa propter quam condemnati sumus in sudore vultus nostri panem manducare, sine dolore alimenta nescire. Denique hodieque fœcunditas terræ veterem affluentiam spōtaneo vsu fertilitatis operatur. Quā multa sunt enim quæ adhuc spōte generantur. Sed etiam in his ipsis quæ manu quæruntur, magna ex parte manent nobis diuina beneficia, vt frumenta ipsa quiescentibus inferantur. Quod propositæ docet lectionis exemplum, dicente domino quia sic est regnum dei quemadmodum si homo iactet semen super terram, & obdormiat, inquit, & exurgat nocte & die & semen germinet, & increscat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primo hærbam, deinde spicam, deinde plenum triticum in spica. Et cum produxerit fœtum, statim mittit falcem, quoniam adest messis. Dormienti igitur tibi ô homo & nescienti fructus suos vltro terra producit. Dormis & surgis, & frumenti per noctē incrementa miraris.

Marci.4.

De ortu arborum atque rosarum, & quomodo rosa humanæ vitæ speculum præferat. Caput XI.

DIXIMVS de hærba fœni, nunc dicamus de ligno fructuoso faciente fructum secundum genus, cuius semen eius in ipso sit. Dixit, & facta sunt: & subito vt supra floribus hærbarum quę viriditatibus, ita hic nemoribus terra vestita est. Cō currerunt arbores, consurrexēre syluæ, vertices repente montium frondūerunt. Hinc pinus, hinc cupressus in alta se extulerunt cacumina, credi & picęa conueniunt. Abies quoque non contenta terrenis radicibus atque aërio vertice, etiam casus marinos tuto subitura remigio, nec solum ventis, sed etiam fluctibus certatura processit. Necnon & laurus asurgēs, odorem suum dedit, nunquam suo exuēda velamine. Vmbrosæ quoque ilices verticem protulerūt, inhorrentem comam hyberis quoque temporibus seruaturæ. Hoc enim in singulis priuilegium natura tenuit in reliquum, quod sub ictu mundi surgentis accepit, & inde manet sua ilicibus prærogatiua, manet cupressib⁹, vt nulli venti eas crinis sui honore despolient. Surrexerat antè floribus ſmixta teneris sine spinis rosa, & pulcherrimus flos sine vlla fraude vernabat: postea spina sępsit gratiā floris, tāq; humanę speculum præferens vitæ, quæ suauitatem perfunctionis suæ finitimis curarum stimulis sępe compungat. Vallata est enim elegantia vitę nostræ, & quibusdam solicitudinibus obsepta, vt tristitia aditūcta sit gratiæ. Vnde cū vnusquisq; aut suauitate rationis, aut ꝓsperioris cursꝰ successibus gratulatur, meminisse culpæ eum conuenit per quam nobis in paradisi amœnitate florentibus, spinæ mentis, animique sentes iure condēnationis adscripti sunt. Irrutiles igitur ô homo licet aut splendore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis, semper tibi spina ꝓxima est. Semper inferiora tua respice, sup spinas germinas, nec prolixa gratia manet. Breui vnusquisque decurso ætatis flore marcescit.

D

De singulari vitis commendatione, & quomodo exemplum eius ad nostræ vitæ institutionē arcessendū sit. Caput XII.

SANE vt caduca tibi noueris communia esse cum floribus, ita etiam læta cum vitibus, quibus generatur vinum quo cor hominis lætificatur. Atque vtinam ô homo huius generis imiteris terris exemplum, vt ipse tibi lætitiam iucunditatemque fructifices. In teipso suauitatis tuæ gratia est, ex te pullulat, in te manet, in teipso tibi, id est in teipso quærenda iucunditas tuæ est conscientiæ. Ideo ait: Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus. Primum omnium nihil gratius florentis odore vitis. Siquidem de flore earum succꝰ expressus poculi genus conficit, quod & voluptati & salu ti sit. Deinde quis non miretur ex acini vinatio vitem vsque in arboris summum cacumē prorumpere, quā velut quodam amplexu fouet, & quibusdam brachiis ligat, & circundat lacertis, pampinis vestit, sertis vuarum coronat? Quæ ad imitationem vitę nostræ primum viuam de figit radicem: deide quia natura flexibilis & caduca est, quasi brachiis quibusdam, ita & clauiculis quicquid cōprehenderit stringit, hisque se erigit & attollit. Huiꝰ est similis plebs ecclesiæ, quæ velut quadam fidei radice ſlātatur, & reprimitur humilitatis ꝓpagine de qua pulchre ait propheta: Vineam ex AEgypto transtulisti, & plantasti radices eius, & arbusta eius, & replesti terram, operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros dei. Extēdisti palmites eius vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius. Et per Esaiam ipse dominus locutus est dicens: Vinea facta est dilecto, in cornu, in loco vbēri: & maceria circundedi, & circunfodi vineam Soreth, & ædificaui turrim in medio eius. Circundedit enim eā velut vallo quodam cælestium præceptorum, & angelorum custodia. Immittit enim angelus domini in circuitu timentium eū. Posuit in ecclesia velut turrim apostolorum & prophetarū atq; doctorū, qui solent pro ecclesiæ pace prætendere. Circūfodit eam quando exonerauit terrenarum mole curarū. Nihil enim magis mentem onerat, quā istius mūdi solicitudo, & cupiditas vel pecuniæ vel potētiæ. Quod tibi demōstratur in euāgelio, cū legis, quia illa mulier quæ habebat spiritū infirmitatis, inclinata erat, vt sursum respicere non posset. Curnata enim erat anima eius, quæ inclinabatur ad terrena cōpēdia, & cælestē gratiā non videbat. Respexit eam Iesus, & vocauit, & statim mulier onera terrena deposuit. His cupiditatibus etiam illos oneratos fuisse demonstrat, q bus ait: Venite ad me ōnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Ergo illa anima mulieris quasi circunfossa respirauit, & erecta est. Sed eadē vitis vbi circū fossa fuerit, religatur & erigitur, nē reflectatur ī terram. Recidūtur alia sarmēta, alia ꝓpagātur. Reciduntur quæ inani effusione luxuriant, propagantur ea quæ bonus agricola iudicauerit fructuosa. Quid ego adminiculorum ordines, iugationisque describā gratiam, quæ verè atque manifeste æqualitatem docent in ecclesia esse seruandam, vt nemo se diues aut honoratus extollat, nemo

Prouer.5.

Pſal. 79.

Eſai.5.

Pſal.33.

Lucæ.13.

Matth.11.

G pauper deiiciat,ignobiliſque deſperet? Omnib⁹ ſit in ecclesia par atque vna libertas. Omnibus impertiatur iuſtitia communis,& gratia. Ideo turris in medio eſt,que exemplum de illis ruſticanis, de illis circũferat piſcatoribus,qui virtutum arcem tenere meruerunt. Quorũ exẽplis noſter erigatur affectus,neque humilis & deſpicabilis iaceat,ſed vniuſcuiuſque mens ad ſuperiora ſe ſubri-
Philip.3. gat,vt audeat dicere: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Vnde ne aliquibus procellis ſeculi poſsit reflecti,& tempeſtate deduci,clauiculis illis & circulis quaſi ãplexibus charitatis proximos quoſque cõplectitur, & in eorum coniunctione requieſcit. Charitatis eſt igitur quæ
1.Ioan.4. nos ſuperioribus nectit,cælõque inſerit. Qui enim ma-
Ioan.15. net in charitate,deus in eo manet. Vnde & dominus ait: Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt fructum afferre à ſe niſi manſerit in vite,ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis,vos palmites eſtis. Euidenter igitur exẽplum vitis ad noſtræ vitæ inſtitutionẽ accerſendum eſſe ſignauit: quæ primum veris tepefacta temperie gemmare perhibetur: deinde ex ipſis ſarmentorum articulis fructum emittere: de quibus oriens vua formatur, paulatimque augeſcens immaturi partus rẽti net acerbitatem,nec poteſt niſi matura iam & cocta dulceſcere. Veſtitur interea viridantibus pãpinis vinea,qui bus & aduerſum frigus omnemque iniuriam nõ exiguo munitur ſubſidio, & à ſolis ardore defenditur. Quid autem eo vel ſpectaculo gratius,vel fructu eius dulcius, vi
H dere ſerta pendentia velut quędam ſpecioſi ruris monilia,carpere vuas vel aureo colore,vel purpureo reniten-
tes? Hyacinthos cæteraſque gemmas fulgere exiſtimes, coruſcare ĩdicos,albarum emicare gratiam gemmarũ. Nec aduertis ex his admoneri te homo ne ĩmaturos fructus tuos dies ſupremus inueniat,aut plenæ tempus ætatis opera imparata dedeceant? Acerb⁹ enim fruct⁹ amarior eſſe cõſueuit: nec poteſt dulce eſſe, niſi quod ad̃maturitatis perfectionẽ adoleuerit. Huic viro perfecto nec frigus horridæ mortis,nec ſol iniquitatis nocere cõſueuit,quia obumbrat eũ gratia ſpũalis,& omnia mundanę cupiditatis & corporeæ libidinis reſtinguit incendia,defendit ardores. Laudent te quicũque conſpiciunt,& agmina eccleſiæ velut quędã palmitũ ſerta mirentur, ſpectent ſinguli fidelium pulchra animarum monilia, delectẽtur maturitate prudentiæ ſplendore fidei,cõfeſſionis
Pſal.127. decore, inſtitiæ pulchritudine, vbertate miſericordię, vt dicatur tibi: Vxor tua ſicut vitis abundans in laterib⁹ domus tuæ: eò quod redundantiam vitis fructiferæ copioſæ munere liberaliter imiteris.

I De arborum varietate,ac diuerſis earum vtilitatibus & ornatibus,fructuũque ſuorum atque ſuccorum,proprietatibus & modelis, Caput XIII.

Sed quid ego in ſola vite immoror,cum omnia genera arborum vtilia ſint, alia ad fructum nata,alia ad vſum data? Nam & quibus non eſt fructus vberior,tamen vſus precioſior eſt. Ce-
De cedro drus ſuſpendendis tectorum apta culminibus eò quod huiuſmodi materies & ꝓcera ſit ſpaciis,nec onerosa parietibus. Lacunaribus quoque comendiſque faſtigiis ha-
De cupreſſo. bilis eſt cupreſs⁹. Vnde & eccleſia dicit in Canticis: Trabes dominũ noſtrũ cedrinæ, lacunaria noſtra cupreſſina. in his eſſe declarans decora ſui ornamẽta faſtigii,qui quaſi trabes verticem eccleſiæ ſua virtute ſuſtineat, &
De lauro faſtigium eius exornent. Laurus & palma ad inſigne vi-
& palma. ctoriæ. Lauro victorum capita coronantur, palma manus victricis ornatus eſt. Vnde & eccleſia ait: Dixi aſcen-
Canti.7. dam in palmam,tenebo altitudines eius. Quæ eminentiam videns verbi, & ſperans quod ad eius altitudinem poſsit aſcendere,& ſcientiæ ſummitatem,dicit: Aſcẽdã in palmam,vt omnia inferiora relinquat,& ad ſuperiora conẽdat,ad brauium Chriſti,vt ſuaues eius fructus carpat,& guſtet. Suauis enim virtutis eſt fructus. Popu K
lus quoque coronis arbor vmbroſa victricibus, & ſalix De popu.
lẽta vitibus habilis vinciendis,quid aliud myſtice decla & ſalice.
rant,niſi bona eſse Chriſti vincula, quæ nocere non ſoleant,vincula gratiæ,vincula charitatis,vt vnuſquiſque ſuis vinculis glorietur, ſicut gloriebatur & Paulus di- ad Philem.
cens, Paulus vinctus Ieſu Chriſti. His ligatus vinculis moncm.
dicebat. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Vinculis abſtinẽtiæ,vinculis charitatis. His ligatus vinculis etiam Dauid ait: In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus Pſal.136.
organa noſtra. Buxus quoque clemẽtorũ apicibus vtilis De buxo
exprimendis,leui materia vſũ manus puerilis informat. Vnde ait ſcriptura: Scribe in buxo. Simul vt admoneat Eſai.30.
te ipſa materia quæ ſemper viret, nec vnquam foliis exuitur ſuis,ne vnquam ſpei tuæ diſſimulatione nuderis, ſed ſemper tibi per fidem germinet ſpes ſalutis. Quid ego enumerem quanta varietas arborum,quãm diuerſus in ſingulis & pulchrer ornatus,quam patulæ fagi, quam procerę abietes,quam comantes pinus, quã vmbroſæ illices,q̃ populi bicolores,q̃ nemoroſa & rediuiua caſtanea,quę ſimul vt exciſa fuerit,tãquã ſyluã ex ſe pullulare conſueuit? quẽadmodũ in arborib⁹ ipſis ętas aut ſeniis aut nouella deprehẽditur. iunioribꝰ ei exiliores rami,ãtioribꝰ validiora & nodoſa ſũt brachia. Illis folia leuigata atque diffuſa,iſtis contracta & aſpera. Sunt etiã arbores quæ ſenili atq; emortua radice ſucceſsionẽ ſui,ſi forte cędãtur,reparare nõ nouerint: aliæ q̃bus aut iuuẽt⁹ viret,aut natura fœcũdior eſt,q̃bus exciſio lucro poti⁹ quã detrimẽto ſit, vt ꝑ plures ſui rediuiua ſucceſsione renouentur heredes. Eſt etiam quod mireris,ipſis ſexus in pomis,eſt diſcretio ſexus in arboribus. Nam vi- L
deas palmam quæ dactylos generat, plerũque inclinan- De palma
tem ramos ſuos,& ſubiacentem, & concupiſcentiæ atq; mare &
amplexus ſpeciem prætendentem ei arbori quam marẽ fœmina.
palmam appellãt pueri ruſticorum. Illa ergo palma fœminea eſt, & ſexum ſuum ſubiectionis ſpecie cõfitetur. Vnde locorum cultores præiaciunt ramis eius dactylorum vel palmarum ſemina maſculorum, quibus illi fœmineæ arbori velut quidam ſenſus perfunctionis infunditur,& expetiti concubitus gratia repræſentatur. Quo munere donata rurſus erigitur, & eleuat ramos ſuos, & in veterem ſtatum comam ſuam rurſus attollit. De ficu quoque eadem opinio eſt. Ideoque plerique De ficu.
ſecundum domeſticam & fructiferam ficum, agreſtem ficulneam feruntur inſerere, eò quod cito fructus fœcũdæ illius & domeſticæ ficus vel aura tentati aliqua, vel æſtu, defluere ferãtur in tertam. Vnde gnari huius remedii, groſsis arboris agreſtis alligatis ad illam feracem arborem,medentur eius infirmitati,vt poſsit fructus proprios reſeruare, iam iamque ſi deforent remedia lapſuros. Quo admonemur velut quodam ænigma M
te naturæ nõ refugere eos qui à noſtra fide & conſortio
ſeparati ſunt, eò quod & gentilis, qui fuerit acquiſitus, quo grauior fuerit aſſertor erroris,eo vehementior poſt fidei defenſor exiſtere. Et ſi quis de hæreticis conuertatur,velut confirmet eam partem in quam ſe commutata opinione contulerit,maxime ſi habeat aliquid dirę ętum naturæ, vt vinida poſsit eſse eius ſententia, ſi adminiculetur ei attentio ſobrietatis,obſeruantia caſtitatis. Profunde ergo circa eum ſtudium tuum, vt ſimilitudine fructiferæ illius ficus de præſentia & coiunctione agreſtis illius arboris tuam poſsis corroborare virtutem. Ita enim tua nec diſſoluetur intentio,& diligentiæ fructus & gratię reſeruabitur. Quam multa ſunt autem quæ doceant naturalem duritiam poſse deligentiæ ſtudio tẽperari,q̃bus affert cult⁹ ruralis exẽplum. Nam
plerũque cito florent mala granata,& fructũ afferre nõ poſsunt, niſi congruis peritorum remediis excolantur plerunque ſuccus vaneſcit interior, & foris ſpecies eius pulchra prætenditur. Quæ non immerito compara tur eccleſiæ, vt habes in Canticis ad eccleſiã dictum: Vt

A cortex mali punici genæ tuæ. Et infra: Si floret vitis,ſo-
Canti.4. ruerunt mala granata. Eccleſia enim bonum fidei fulgorem confeſsionisque prætendit, tot martyrum ſãguine ſpecioſa: & (quod eſt amplius) Chriſti cruore dotata, ſimul plurimos intra ſe fructus vſu iſtius pomi ſub vna
De amygdalis. munitione conſeruans,& virtutum negocia multa complectens. Sapiens enim ſpiritu celat negocia. Amygdalis quoque hoc genere medicati feruntur agricolæ, vt ex amaris dulces fiant fructus, vt & terebrent eius radicem arboris & in mediũ inſerant ſurculum eius arboris quã Græci πεύκην, nos piceam dicimus. Quo facto ſucci amaritudo deponitur. Ergo ſi agricultura conuertit ſtirpiũ qualitates, nonne ſtudia doctrinæ,& diſciplinæ attentio mitigare poſsunt quaſlibet ægritudines paſſionum? Nemo ergo poſitus vel in adoleſcentiæ vel in intemperãtiæ lubrico,de ſui cõuerſione deſperet. Ligna plerumq; in meliores vertuntur vſus,& non poſsunt hominũ corda mutari? Docuimus nõ ſolum inter diuerſi generis arbores eſse fructuum diuerſitates, ſed plerumque ĩ eadẽ ſpecie arborum compugnare ſibi fruct⁹. Alia enim ſpecies maſculorum, alia fœmineorũ fructuũ, ſicut de dactylis ſupra diximus. Quis autem poſsit comprehendere varietatem,ſpeciem,gratiãque pomorũ, ſingularum quoque vtilitatem arborum, fructuũ, ſuccorũq; proprietatẽ quæ cuique rei apta videantur, quẽadmodũ agris viſceribus hominum amariora poma medicentur, & inflatitionem aſperitatemq; interiorem temperent, qũeadmodũ rurſus humorũ aſpera, pomorum dulcibus temperẽ
B tur? Deniq; ea medicina antiquior, quę hærbis curare cõ ſueuit & ſuccis, nec vlla firmior ſanitas, quàm quæ ſalubribus reformatur alimentis. Vnde ſecundum naturam docemur quia ſola nobis eſca medicina eſt. Hærbis certe vlcera aperta clauduntur, hærbis curantur interna. Ideoque medicorum eſt opus, hærbarum poteſtates noſcere. Hinc enim medendi vſus inoleuit,

De ſimplicium pomorum differentia, foliorumque diuerſitate. Caput. XIIII.

Sed vt ad ſimplicia poma reuocemus ſtylum alia ſunt quæ coquuntur ſole, alia quæ teſtis aut corticibus clauſa complentur. Mala & pira, vuarum quoq; genera õnia nuda obiecta ſunt ſoli: nucis autem & node nucleique fructus, & teſta opertus & cortice alitur, tamen & ipſe calore ſolis atque nutritur: & quãtũ pinea dẽſitate nucleus abſcõditur, tanto ſolis calore nutritur. Quanto deinde domini prouidentia, vt vbi mollior fructus, ibi folii denſitudo validius tegumentum tuendo deferat pomo quod videmus in fructu ficulneæ. Delicatiora itaque validioribus munienda ſunt, vt & ipſe quoq; domin⁹ ꝑ Hieremiã docet dicẽs: Sicut ficus iſtas bonas recognoſcã trãſlatos iuda, quos emiſi de loco iſto in terrã Chaldęorũ in
Hiere.24 bona, & confirmabo oculos meos ſuper illos in bona.
C Tãquã delicatos enĩ velut quodã miſericordię ſuę validiori ſepſit tegmine, ne teneri fructus maturius interirent. Denique de ipſis etiam in poſterioribus dicit: Deli-
Baruch.4 cati mei ambulauerunt vias aſperas. Quibus infra ait: Cõſtantes eſtote filii, & proclamate ad deum. Hoc enim
Ibidem. ſolum aduerſus omnes procellas atque iniurias inuiolabile tegmen, impenetrabile munimentum eſt. Vbi ergo teneri fructus, ibi craſsiora tegmina & munimẽta foliorũ. Contra aũt, vbi fruct⁹ validiores, ibi teneriora folia, vt malus arbor docet. Fructus enĩ validus nõ multo in-
De pino. diget ꝓtectiõis auxilio, nã ꝓtectionis craſsioris vmbra pomo nocere pl⁹ poſset. Denique doceat nos pampin⁹ naturæ gratiã, & diuinæ ſapientiæ interna myſteria. Videmus enim ita ſciſsum atque diuiſum, vt trium foliorũ ſpeciem videatur oſtendere: ita pars media diſtincta eſt vt niſi inferioribus hæreret, ſeparata ſpectantibus videretur. Ea autem ratio videtur ſeruata naturæ, vt & ſolem facilius admittat, & vmbram obtexat. Denique procerius media pars eius extenditur, & in ipſa ſummitate tenuatur, vt plus pulchritudinis quam tegumenti præferat. Etenim brauii ſpecies videtur effingere, ſignificans quod vua inter pendentes cæteros fructus habeat principatum, cui tacito quodam iudicio naturæ, ſed eui denti indicio innaſcitur ſpecies & prærogatiua victoriæ. Secum igitur habet brauium ſuum, quo & mitti men ſibi præbetur aduerſum iniurias; atque ab his pariter imbriumque violentiam: & impedimentum non aſſertur ad recipiendum Soliſ calorem, quo tepefacta ali- De foliis
tur, coloratur, augetur. Ficulneæ quoque folium æque ficulneæ.
prope vt pampinus quãdrifida interſcinditur diuiſione quod eò clarius videtur, quo maius eſt folium: ſane non ita vt pampinus vel ora omni, vel ſummitate criſpanti. Sicut enim in ficulneæ folio craſsitudo validior, ita in pampino ſpecies elegantior. Craſsitudo igitur folii proficit ad tempeſtatis iniuriam repellendam, intercisio ad fructus gratiam vaporandi. Denique hoc genus pomi grandinem non cito, matturitatem cito ſentit: quia & latere videtur aduerſum iniurias, & patere ad gratiam. Quid ego foliorum deſcribam diuerſitates, quemadmodum alia rotunda, alia longiora, alia flexibilia, alia rigidiora ſit, alia nullis facile ventis labẽtia: alia quę leui motu decũtiantur aturarum?

Quod inexplicabile ſit ſingularum rerum exquire re proprietates,& de varia mutatione ipſius aquæ, quæ om- E
nium virgultorum nutrix eſt. De diſcrepantia quoque lachrymarum arborum, quæ eiuſdem aquæ alluuione generantur: ac tandem de diffuſioris perſcrutationis excuſatione. Caput XV.

Inexplicabile eſt ſingularũ rerũ exgrere proprietates,& vel diuerſitates earũ manifeſta teſtificatione diſtinguere, vel latentes occultáſq; cauſas indeficiẽtib⁹ apetire documentis. Vna nempe atq; eadẽ eſt aqua,& in diuerſas plerũq; ſeſe mutat ſpecies, aut inter arenas flatu, aut inter cautes ſpumea, aut inter nemora viridantior, aui inter florulenta diſcolor, aut inter lilia fulgentior, aut inter roſeta rutilantior, aut in gramine liquidior, aut in palude turbidior, aut in fõte perſpicacior, aut in mari obſcurior, aſsũpto locorũ quibus influit colore decurrit. Rigorẽ quoq; pari ratione cõmutat, vt inter vaporantia ferueat, inter vmbroſa frigeſcat, ſole repercuſsa exæſtuet, nimbis irrigata glacialihumore caneſcat: quemadmodum ſapor eius ipſe conuertitur, vt nunc aſperior, nunc amarior, nunc vehementior, nunc F
auſterior, nunc dulcior pro ſpecierum qualitate quibus iſuſa fuerit aqua, varietur. Aſperatur imaturioribꝰ ſuccis, tunſo cortice nucis, foliiſq; contritis, amarior ſit abſinthio vino vehementior, auſterior allio, graueſcit veneno, melle dulceſcit. Si vero ei lentiſcum, terebinthi quoq; fructus, vel nucis interior pars miſceatur, in olei mollẽ naturã facile tranſfũditur. Cũ ſit autẽ nutrix õnium virgultorũ, diuerſos ſingulis vſus miniſtrat. Si radices alat, vel nubibus ſuſa deſcendat, diſcretas dat oibus vires, radicẽ imping uat, caudicem puehit, ramos diffũdit, folia virefcere facit, fructum alit ſemina, pomũ augere conſueuit. Ergo cum eadem ſit omniũ nutrix, alia arborum genera triſtiores ferunt ſuccos, alia dulciores alia tardos, alia præmaturos. Ipſæ quoq; inter ſe diſcrepant ſuauitates. Alia ſuauitas vinea, alia in olea, alia in ceraſis, alia in ficu: diſcreta i malo, diſpar in dactylo. Tactus ipſe aquæ alibi ſuauis, alibi aſperior, plerũq; pinguior eſt. Pondere quoque diſtat frequenter, vt ſpecie. Nam pleriſq; locis grauior, pleriſq; leuior æſtimatur. Non mirum igitur ſi cũm ipſa à ſe diſcrepet, diſcrepant etiam inter ſe lachrymæ arborum quæ eiuſdem aquæ alluuione generantur. Et cum vna ſit omnium cauſa diuerſus ſingulorum vſus, diuerſa natura eſt. Aliam

G vim habet ceraſi arboris lachryma,aliam lętiſci.Diſpa
rē quoq; balſami guttā odoratā Orientis ligna ſudare p
duntur,diuerſum quoq; lachrymarū gen⁹ virgulta feru
larū in AEgypto ac Libya quadā vi naturæ ſecretioris il
lachrymāt. Quid autē tibi referā (clemētē licet eſse ſermo
nē) qđ electrū lachryma virgulti ſit, & in tāte materiæ ſoliditatem lachryma durefcat: Nec leuib⁹ id aſſerti
tur,teſtimoniis quādo folia,aut ſurculorum minutiſsimæ
portiones,aut exigua quædā animātiū genera in electro
ſæpe reperiātur,quæ videtur,cū adhuc gutta eſset mol
lior,recipiſse,& ſolidata tenuiſse. Sed quid ego vili ſer
mone decerno cū alta atq; pciosa ratiōe naturæ, cū iſto
ſermone humano alatur ingeniū, naturā autē omnium
prouidētia diuina formauerit? Vnde velut habenis qui
buſdam verborum cohibēda diffuſio eſt,ne quod Salo
moni ſpecialiter ſapientiæ munere diuinitus videtur eſ
ſe collatum,vſurpatorie videamur exponere differētias arborum,& virtutes radicū,& quęcūque ſunt abſcō
Sapien.7. dita & improuiſa,ſicut ſcriptū eſt:quę nec ab ipſo tamē
manifeſto produntur,vt mihi videatur potuiſse eum di
ſputare de virgultorum generibus,non potuiſse tamen
plenius omne ſecretum creaturæ explicare ratione.

Quēadmodum ad verbum domini, quod omni aqua
rum curſu eſt redundantius, ſubito omnis virgultorum
H creatura efflorueri,& victum atque medelā miniſtraue
rit. Quomodo prætereа vniuerſa gignentia aut ſemina
habēt,aut aliqua quæ cum virtute ſeminū videantur cō
uenire. Ac de magna Dei virtute in ſingulis.

Caput XVI.

QVOD ſi irriguis aquarum plerumque & ſe
getes lætiores ſunt & vitides fabę,& ortorum multiplex ſuſcitatur & reſuſcitatur
gratia,ſi viridātibus thoris fluuiorū exun
dantium ripa decoratur: quemadmodum ad verbū do
mini,quōd omni aquarum curſu eſt redundantius, ſubito creatura virgultorum omnis efflorueri? Feſtinarunt
campi non commiſsam ſibi frugem edere,ignorata otti
olerum genera,florum miracula germinare, ripæ flumi
num ſe veſtire myrtetis: properauerūt arbores cito ſur
gere,cito ſe flore induere, victum homnibus,pecori pa
bulum miniſtrare. Fructus communis eſt omnibus, vſ⁹
quoq; eſt datus ōnibus. Simul vtrūq; arbores germinarunt,aliud quo veſceremur, aliud quo refrigerāte vmbra defenderemur à Sole. Cibus in fructibus, amœnitas
in foliis:tamē qa præſcia erat ꝓuidentia creatoris quōd
fructū ſibi maxime humana auiditas vendicaret, reliq;s
prouidit animātibus, vt ſpecialē his donaret alimoniā.
Itaque eſca his nō mediocris in foliis eſt,in corticibuſq;
ſiluęſtribus: ea quoq; quę ad vſum medendi proficerent
I id eſt ſucci, lachrymæ, ſurculi, pariter miniſtrata ſūt. Ita
q; illa quę poſt experimēto, uſu, & exēplo vtilia cognouimus,ea à principio creaturæ vſui apta donauit præſci
entia diuinæ maieſtatis, & de ſinu terrarum iuſsit exire.
Et quia iuſsit dominus vt germinaret terra hærbam fœ
ni, & lignum fructiferum faciens fructum ſecundum ge
nus ſuum, cuius ſemen eius in eo: ne forte quis dicat in
multis arboribus neque fructum neque ſemen videri,&
putet diuinum in aliquo vacillare præceptum, vt à veri
tate ſit dubiū: illud aduertat, quia nequaq; fieri pōt vt nō
aut ſeminibus vtantur vniuerſa gignētia, aut habeāt ali
qua quę videantur cum virtute ſeminū cōuenire. Idq;ſi
quis diligenter intēdat, manifeſta teſtificatione poterit
cōprehendere. Nihil videtur ſeminis habere ſalices, ha
bēt tamē in foliis granū quoddā quod habeat virtutē ſe
minis,vt eo cōmiſſo terris, tanquā poſito ſurgat arbor
de ſurculo, & tāq; de ſemine ſe exuſcitet grano. De gra
no itaq; illo radix primū coaleſcit, de radice pullulat
nō ſolū ſalicis,ſed etiā reliquarū ad ſimilitudinē huius
modi generis arborū ſilua. Habēt autē & radices virtutē ſeminis. vndeplericq; ea ſatiōe ſi cremētū ſui nemoris
propagauerunt. Magna dei virtus in ſingulis. Nec mire K
tur aliquis ſi in virgultis magnam dei dixi eſse virtutem
Si quidem magnam ſuam virtutem dixit in locuſtis eſse
& bruchо,eò quod diuinæ maieſtatis offēſa magno mo
deramine ſterilitatis Iudaicæ atque inopiæ ſoluereturo.
Magna enim virtus ſapientia, magna virtus prouidētia
Indigni etenim erāt qui vterentur fœcūditate terrena,q
terrarum læſerant creatorē. Et vere magnus, qui miſera
bili fame nephas tantæ ꝓietatis vlciſcitur. Itaque ſi ma
gna virtute Dei ſterilem bruchum terra generauit,quā
to magis virtute magna quæ fœcunda ſunt procreat?
Quis pineam videns non ſtupeat tantam diuino præcepto artem inolitam impreſamque naturæ: quemadmo
dum ab ipſo centro diſtantibus licet menſuris pati aſ
ſurgat glutino, quo proprios ſouet fructus? Itaque per
circuitum eadem ſpecies, & ordo ſeruatur, & quidā in
ſingulis plagis nucleorum partus exuberat, atque in or
bem redit fructus gratia, Itaque in pinea iſta imaginem
ſui natura videtur exprimere, quæ à primo illo diuino
cæleſtique mandato priuilegia accepta cuſtodit,& par
tus ſuos quadam annorum vice & ordine reſeruat, do
nec conſummatio tēporis ſpleatur. Sed vt in hoc fructu
gratam ſpeciem ſui ſignat, ita etiā in myricis, id eſt hu L
milibus virgultis figurā improbæ calliditatis expreſsit.
Sicut enim duplici corde viri vbique preſto ſunt, & gra
tiam ſimplicitatēque apud bonos prætendunt, & vitio
ſiſsimis glutinantur: ita etiā in aquoſis & in deſertis cō
trario quodā vſu hæc virgulta naſcūtur. Vnde & Hiere
mias dubia morū atque inſyncera myricis comparauit.

De reprehenſione ſurditatis humani cordis, & de in
comprehenſibili admirandaque dei etiā in paruis pro
uidentia. De primo quoque cultore vitium, & commen Hiere.7.
datione vini. Caput XVII.

GERMINET, inquit, terra hærbā virētē.) Et
ſtatim omni ſurgēte germine terra cōple
ta eſt. Et homini dicitur: Dilige dominum
deū tuū: & non eſt charitas dei ōniū infu- Deute.6.
ſa viſcerib⁹. Surdiora corda hominū ſunt
quā dura ſaxorū. Terra idebitos fruct⁹ nobis miniſtrat,
dū obſecūdat authori: nos debitū mun⁹ negam⁹, dū nō
veneramur authorē. Vide ſi paruis quę ꝓuidētia ſit dei:
& quia cōprehendere nō potes, mirare quō alia ſēp flo
rentia reſeruauerit, alia mutatiōes habere voluerit expo
liationis & amict⁹. Inter cana niuium, pruinas frigorū,
viriditatē ſuā arua conſeruant: & cū ipſa tecta ſint gelu,
partus ſui tamen haud exiguā ſpeciē viriditatis obtexūt
In ipſis quoque generibus arborū quæ diuturnis frondi
bus veſtiuntur, nō mediocris diſtantia eſt. Seruat indu
mentum ſuum ſemp olea vel pinus, ſed tamen folia ſua
ſępe cōmutant: nec ea quaſi diuturna, ſed quaſi ſucceda
nea prætendunt ſuæ arboris pulchritudini, ꝓpetui inte- M
gritate veſtitus vice muneris obūbrantes. Palma autem
virens ſemp manet, cōſeruatione & diuturnitate, nō im
mutatiōe foliorū. Nā quæ primo germinauerit folia, ea
ſine vlla ſubſtitutionis ſucceſsione conſeruat. Imitare
ergo eam ô homo, vt dicatur & tibi: Statura tua ſimilis
facta eſt palmæ. Serua viriditatē pueritiæ tuæ, & illius in Canti.7.
nocētiæ naturalis quā à primordio recepiſti, vt plātatus
ſecus decurſus aquarū, fructū tuū in tempore tuo habe
beas præparatū, & foliū tuū nō defluat. Hanc viriditatē
gratię ſemp florentis in Chriſto ſecuta eccleſia dicit: In Canti.2.
vmbra ei⁹ cōſugi, & ſedi. Hāc prerogatiuā doni virētis
acceperūt & apoſtoli, quorū nec folni vnq; potuit elabi
vt eorū etiā vmbra curaret ęgrotos. Obūbrabat enī infir
mitati corporis, fides mētis, & florētia merita virtutum.
Mane ergo plantatus in domo domini, vt in atriis eius ſi
cut palma floreas, & aſcendat in te gratia eccleſiæ, vt ſit
odor narium tuarum ſicut mala, & fauces tuæ ſicut vi
num optimum, vt inebrieris in Chriſto. Bene admonuit
iſte verſiculus repetere penē intermiſsum, quia dixim⁹

A præcepto domini vitem etiam pullulaſſe, quam poſt di
luuium à Noe plantatā eſse cognouimus. Sic enim ha
Gen.9. bes, quia Noe agricola erat terræ, & plātauit vitem, & bi
bit de vino eius, & obdormiuit. Non ergo Noe author
eſt vitis, ſed plantationis. Neq; enim niſi eam reperiſſet
ante generatam, plantare potuiſſet. Cultor ergo nō au
thor eſt vitiū. Deus autem qui ſciret quod vinū ſobrie
potatum ſanitatem daret, augeret prudentiā immodice
ſumptū ad vitia cauſas daret: creaturā dedit, abundanti
am humano arbitrio reſeruauit, vt parſimonia naturæ
eſset magiſterium ſobrietatis: abundantiæ noxium, la
ſumq; temulentiæ ſibi aſcriberet humana conditio.
Deniq; & ipſe inebriatus eſt Noe, & obdormiuit conſo
pitus à vino. Itaq; per vinū patuit deformitati, qui per di
luuium excreuit ad gloriam: ſed dominus & in eo crea
turæ gratiam reſeruauit, vt eius fructum nobis conuer
teret ad ſalutem ac per eum nobis remiſsio peccatorum
proueniret, Vnde pie Iſaac dixit: Odor Iacob, odor agri
pleni, id eſt naturalis odor. Quid enim pleno rure ſuauius? Quid vitis odore iucūdius? Quid fabæ flore gratius? Vnde quāuis ingenioſe quis ante nos dixerit, non vi
Gen.27. tem aut ſicum patriarcha olebat, aut frugem, ſed virtu
tum ſpirabat gratiam: ego tamen & odorem ipſum ter
ræ ſimplicē atq; ſyncerū pro gratia benedictionis acci
piam, quam fraus nulla cōpoſuit, ſed veritas indulgētiæ
cæleſtis infudit. Deniq; inter benedictiones ſacratiſsi
mas computatur vt contribuat nobis dominus à rore cę
li vim vini, olei, atq; frumenti. Cui eſt honor, laus, & glo
B ria, perpetuitas à ſeculis, & nunc, & ſemper, & in omnia
ſecula ſeculorum. Amen.

CAPITA QVARTI LIBRI HEXAMERON.

De pulchrè introducta exhortatione, vtcum in lectio
ne exoriendus ſit Sol, oculi & aures emundentur, & Sol ipſe cautè aſpiciatur, ne deus eſse credatur, ſed ex eius admirabilitate & laude creator ipſius admiretur atq; laudetur, qui terrā fecit etiam ſine Sole eſse poſſe fœcundam, vt & ipſa natura voce quadam ſuorū mu
nerum teſtatur. Caput I.

Qua ratione etiam auris ſit emundanda, ac cæleſtibus oraculis admonenda. Et quam ob cauſam facta ſint luminaria, quodq; non ſint fœcunditatis terrarū au
thores, ſed De⁹ pater per dominū Ieſū oia liberalita te fertilitatis impertiat. Quomodo prætерea intelligē dum ſit propheticum illud: Fecit Solem in poteſtatem diei, & lunam in poteſtatem noctis. Caput. II.

De dubitatione quæ occurrere poſset circa diſcretionē inter diem & noctem, ac lucem & tenebras: & de ſolu tione eiuſdem. Caput III.

C Quomodo luminaria facta ſint in ſigna, & de acuta ac diffuſa confutatione quorundam tentantium exprimere natiuitatum qualitates: qualis videlicet futurus ſit vnuſquiſq; qui natus ſit. Caput. IIII.

Quemadmodum prætacta luminaria ſint & in tempora & in dies, & in annos. Caput V.

Quomodo duo luminaria ſuperius commemorata, ma gna dici poſsint, & de magnitudinis eorum probatio ne, mendaciq; aſpectus noſtri iudicio. De admirando quoque Solis moderamine ac temperamento.
Caput VI.

Quod luna quædam ſimilia habeat cum Sole eius con ſorte ac fratre: pleraq; etiā ab eo diſtincta. Ca VII.

De myſterio defectus & minutionis Lunæ. De eius quo que laude, ac deriſione eorum qui eam magicis car minibus deduci poſse credunt. Caput. VIII.

De clauſione quarti diei, cum redargutione eorum qui numerum quartum cauere conſuerunt. Caput. IX.

D

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI HEXAMERON LIBER QVARTVS, DE DIE QVARTO.

De pulchre introducta exhortatione, vt cum in lectio ne exoriendus ſit Sol, oculi & aures emundentur, & ſol ipſe caute aſpiciatur, ne deus eſse credatur: ſed ex eius admirabilitate & laude creator ipſius admiretur atque laudetur, qui terram fecit etiam ſine ſole eſse poſse fœcundam: vt & ipſa natura voce quadam ſuorum mu nerum teſtatur. Caput. I.

QVI VINDEMIAM colligit, vaſa prius quibus vinū infunditur, mū dare cōſuevit, ne ſordes aliqua vi ni gratiam decoloret. Quid enim prodeſt ponere vitem ordine, fo dere quotannis, aut aratris ſulcos ducere, putare, ſubrigere, adiūge re vlmis, & quodam connubio co pulare, ſi tanto labore vina quęſita, in vaſe coaceſcant? Matutinos quoq; Solis ortus ſi quis ſpectare deſiderat, e E mundat oculos ſuos, ne quid pulueris, ne quid purgamē torū oculis eius inſideat, quo intuentis hebetetur obtu tus, neue aliqua caligo nebuloſa corporeos viſus ſpectā tis obducat. Nobis in lectione exoriendus eſt Sol, qui an te non fuerat. Primum iam diem ſine Sole tranſiuimus: ſecundum ſine ſole tranſegimus: tertium ſine ſole con fecimus: quarto die iubet deus fieri luminaria, Solem, & Lunam, & ſtellas. Sol incipit. emunda oculos mētis ô ho mo, & animiq; interiores obtutus, ne qua feſtuca peccati aciem tui præſtringat ingenii, & puri cordis turbet aſpe ctum. Emunda aurem, vt vaſe ſyncero ſcripturæ diuinæ nitida fluenta ſuſcipias, ne qua ingrediatur contagio. Præcedit Sol, magno iubare diem, magno mundum cōplens lumine, vaporans calore. Caue ô homo ſolā eius perpendere magnitudinem, ne nimius fulgor eius viſus tuæ mentis obcęcet: & qui è regione in radium eius intē dit, repercuſso lumine omnem ſubito amittit aſpectū: ac niſi in cæteras partes vultum ſuum oculoſque cōuer tat, æſtimat ſe nihil videre, & intuendi munere eſse frau datum. ſi vero deflectat obtutum, integrum ſibi officium perſeuerat. Caue igitur ne & tuum radius eius exo riens confundat aſpectum. Et ideo prius firmamentum cæli aſpice, quod ante Solem factum eſt: terram aſpice, que antequam Sol prodiret, cœpit eſse viſibilis atque cō poſita: germina eius aſpice, anteriora Solis lumine. An terior rubus quàm Sol; antiquior herba quàm Luna. F Noli ergo deum credere, cui vides dei munera eſse præ lata. Tres dies tranſacti ſunt, & Solem nemo quæſiuit, & luminis claritas abundauit. Habet enim & dies ſuam lu cem: quæ præcurſor eſt Solis. Non igitur te tanto ſplen dori Solis temere committas. Oculus eſt enim mundi, iucunditas diei, cęli pulchritudo, naturæ gratia, præſtan tia creaturę. Sed quando hunc vides, authorem eius con ſidera: quando hunc miraris, lauda prius ipſius creato rem. Si tam gratus eſt Sol, qui conſors & particeps eſt creaturæ: quàm bonus eſt Sol ille iuſtitiæ? Si tam vel ox iſte, vt rapidis curſibus die ac nocte luſtret omnia: quan tus ille, qui vbique ſemper eſt, & maieſtate ſua com plet omnia? Si admirabilis qui iubetur exire: quàm ſupra admirationem qui dicit Soli, & non exoritur, vt le gimus? Si magnus eſt qui per horarum vices locis aut ac cedit, aut decedit quotidie: qualis ille, qui etiam cum ſe exinaniret, vt nos eum poſsemus videre, erat lumen ve rum, quod illuminat omnē hominem venientem in hūc mundum? Si præſtantiſsimus qui obiectu terræ patitur

Agg. 2. sæpe defectus: quãtæ maiestatis qui ait: Adhuc semel ego
G mouebo terram? Illũ terra abscõdit, istius motũ non po
test sustinere, nisi voluntatis eius substãtia fulciatur. Si
cæco damnũ est huius Solis gratiã non videre, quanto
magis peccatori damnũ veri luminis munere defrauda
tum, perpetuæ noctis tenebras sustinere? Ergo cũ vides
Solem, attende terram, quæ antè fundata est: attẽde her
bam fœni, quæ præstat ordinis priuilegio: attende ligna
quæ plaudunt quod priora luminibus cæli esse cœperũt
Nunquid merita fœni maiora quàm Solis? aut nunquid
potior ligni prærogatiua? Absit vt insensibilia tanti mu
neris præferamus ministro. Quid igitur præuidit altitu
do sapientiæ & scientię dei vt prius inciperent ligna es
se, quàm illa duo mundi luminaria, & quidam cælestis
oculi firmamenti, nisi vt cognoscerent omnes diuinæ te
stimonio lectionis terram sine Sole posse esse fœcundã?
Nam quæ potuit sine Sole prima rerum semina germi
nare, potest vtiq; semina accepta nutrire, & proprio fo
tu sine calore Solis partus edere. Hac igitur voce qua
dam suorum munerum clamat natura: Bonus quidem
Sol, sed ministerio, non imperio: Bonus meæ fœ
cunditatis adiutor, sed non creator: Bonus meorum al
tor fructuum: sed non author. Interdum partus meos &
ipse adurit, frequenter mihi & ipse dãno est, plerisq; me
H locis indotatã relinquit. Nõ sum ingrata cõseruo, mihi
est in vsum datus, mecum labori est mãcipatus, mecum
subiectus est vanitati, mecũ corruptionis subditus seruî
tuti. Mecum congemiscit & comparturit, vt veniat ado
ptio filiorum, & humani generis redemptio, qua posi
mus & nos à seruitio liberari: Mecum assistẽs laudat au
thorem: mecum hymnũ dicit domino deo nostro. Vbi
maior est gratia, ibi mecum est ei commune cõfortium.
Vbi Sol benedicit, ibi terra benedicit. Benedicunt ligna
fructifera, benedicunt pecora, benedicunt volucres. In
mari positus illum nauta accusat, me desiderat: in mon
tibus illum pastor declinat, ad mea germina, ad meas fe
stinat arbores, quibus exæstuans obumbretur, ad meos
fontes sitiens & lassus accurrit.

Qua ratione etiam auris sit emundanda, ac cælestî
bus oraculis admouẽda. Et quam ob causam facta sint
luminaria. Quodq; nõ sint fœcunditatis terrarũ author
res, sed deus pater per dominum Iesum omnia liberali
tate fertilitatis impertiat. Quomodo præterea intelligẽ
dum sit propheticũ illud: Fecit Solẽ in potestatem diei,
& lunam in potestatem noctis. Caput. II.

Matt. 18. SED ne oculorũ tibi exiguum videatur esse
I testimoniũ, emunda aurem, admoue eam
cęlestibus oraculis. Duob⁹ enim & tribus
testibus stat omne verbum. Audi dicẽtem:
Fiant luminaria in firmamẽto cęli ad illu
minationẽ terrę.) Quis hoc dicit? Deus dicit Et cui dicit
nisi filio? Deus ergo pater dicit: Fiat Sol. & filius fecit So
lẽ. Dignũ enim erat vt Solẽ mũdi faceret sol iustitię. Ip
se ergo eũ in lumen adduxit, ipse eũ illuminauit, ipse ei
Psal. 118. donauit fundendi luminis potestatem. Factus est ergo
Sol: ideo & ipsi seruit, quoniam dictum est: Fundasti ter
ram, & permanet. Dispositione tua permanet dies, quo
niam vniuersa seruiunt tibi. Etenim cui dies seruit, quo
modo non seruit Sol, qui factus est in potestatem diei?
Quomodo non seruit Luna, & stellæ, quæ factæ sunt in
potestatem noctis? Etenim quanto maiorem his gratiam
creator donauit, vt aer solito amplius Solis claritate re
splendeat, dies serenus luceat, noctis illuminentur tene
bræ, per lunæ stellarumque fulgorem cælum velut qui
busdam floribus coronatũ ita ignitis luminaribus mi
cet, vt paradiso putes vernante depictum, spirantium ro
sarum viuis monilibus renitere: quanto igitur amplius
his decoris videtur esse collatum, tanto amplius debent
Cui enim plus committitur, plus debet. Et ideo bene à
plerisq; ornamentum cæli est nuncupatum, eõ quod sit K
stellarum monile pretiosum; Atque vt sciamus quia fer
tilitas terrarum non calori solis adscribitur, sed diuinę
indulgẽtiæ deputatur, ait Propheta: omnia à te expectãt Psal. 103.
vt des illis escam in tempore. dante te illis, colligent si
bi: aperiente te manũ tuam, vniuersa implebũtur vber
tate. Et infra: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & re
nouabis faciem terræ. Et in Euangelio: Considerate vo Matt. 9.
latilia cæli, quia neque serunt nec metũt, & pater vester
cælestis pascit illa. Non ergo Sol aut Luna fœcunditatis
authores sunt, sed de⁹ pater per dominum Iesum omni
bus liberalitatem fertilitatis impertit. Pulchre autẽ ex
posuit nobis Propheta quid sit quod ipse ait: Quia fecit Psal. 103.
deus Solem in potestatem diei, & Lunam in potestatem
noctis. Nã & in isto Psal. 103. de quo supra diximus, scri
psit: Fecit Lunã in tempora, Sol cognouit occasum suũ
Cum enim dies horas suas complere cœperit, Sol debi
tum sibi cognoscit occasum. Est ergo in diei potestate
Sol, & Luna in potestate noctis, quæ temporũ vicibus
obedire compellitur, & nunc impletur lumine, atq; va
cuatur: licet plerique hunc locum mystice de Christo &
ecclesia videantur accipere, quod agnouit Christus pro Ioan. 17.
prii corporis passionem, qui ait: Pater, venit hora, clari
fica filium tuum: vt ille occasu suo omnibus donaret vi
tam æternam, qui perpetuę mortis vrgebantur occasu,
& ecclesia tempora sua habeat, persecutionis videlicet
& pacis. Nam videtur sicut Luna deficere, sed non defi
cit. Obumbrari potest, deficere non potest: quæ aliquo
rum quidem in perfecutionibus discessione minuitur.
vt martyrũ confessionibus impleatur: & effusi pro Chri
sto sanguinis clarificata victoriis, maius deuotionis suæ L
& fidei toto orbe lumen effundat. Nanque luna luminis
imminutionem habet, non corporis, quando per vices
menstruas deponere videtur lumen suum, vt mutuetur
à Sole: quod facile puro aere atq; perspicuo, quãdo nul
la eam obducta nebula caligantem facit, colligi potest.
Orbis enim lunæ integer manet, & si nõ similiter totus
vt pars eius effulgeat. Et qualis videri solet cũ plenus est
luminis, talis est magnitudine, sed per vmbram quandã
lumine suo vt videatur, apparet. Inde cornua eius reful + viduat⁹
gent, quia corpus eius in orbem diffunditur, & velut de
ficiente portionis luce sinuatur.

De dubitatione quæ occurrere posset circa discretio
nem inter diem & noctem, ac lucem & tenebras: & de so
lutione eiusdem. Caput. III

MOVERI autem potest quod ait, Vt fiant lu
minaria ad illuminationem super terram
quæ discernãt inter diẽ & noctẽ.) Quia &
supra iam vbi lumen fecit, dixerat: Separa
uit deus inter lucẽ ac tenebras, & factum
est vespere & mane dies vnus. Sed cõsideremus quia ali
ud est lumẽ diei, aliud lumen Solis, & Lunę, & lumẽ stel M
larũ, eò quod Sol ipse radiis suis fulgorẽ diurno lumini
videatur adiungere, quod vel ortus diei potest prodere,
vel occasus. Nam ante solẽ lucet quidem, sed non reful
get dies, qui amplius quoque meridiano Sole respl̃det.
Quod ostendit Propheta dicẽs: Et educet sicut lucẽ iusti Psal. 36.
tiam tuam, & iudicium tuum sicut meridiem. Non solũ
enim lumini, sed etiam meridiano lumini sancti iustiti
am cõparauit. Deinde non solun vnũ signum, sed etiam
duo voluit esse diurnæ discretionis atque nocturnæ, vt
& lux discretionẽ faciat, & Solis exortus: & iterum lucis
defectus, & stellarũ ort⁹, inter occasũ dies distinguat, &
noctis exórdium. Nam vbi occiderit Sol, manet tamen
adhuc aliquid reliquiarum diei, donec tenebræ terram
operiant: & tunc Luna oritur, & stellę. Et de nocte qui
dẽ apertè liquet quia Luna & stellarũ illuminatio noctis
spacia testantur. Siquidẽ per diem fulgorem illum lunæ
rem, stellarũque omniũ, sol exortus abscõdit. De die au

A tem vel ipsa Solis flagrãtia docere nos potest, diuersam
diurni luminis & Solis esse naturam, & ipsam esse spe
ciem discolorem. Simplex est enim lucis species, vt lu
men præbeat. At vero Sol non solũ virtutem illuminan
di habet, sed etiam vaporandi, igneus est enim. Ignis au
tem & illuminat, & exurit. Vnde dominus volens Moysi
ostendere suæ operationis miraculum, quo eum ad obe
diendi studium prouocaret, atq; ad fidem inflammaret
eius affectum: in igne visus est in rubo, & rubus non ex
urebatur, sed tantum splendere ignis species videbatur.
Alterum igitur munus ignis vacabat, alterum operaba
tur. Vacabat exustionis vis. operabatur illuminationis.
Ideo stupebat Moyses, quia contra naturam suam ignis
non exurebat rubum, qui etiam vehementiorem materi
em consueuit exurere. Sed domini ignis illuminare so
let, exurere non solet. At forte dicas, quomodo scriptũ
est: Ego sum ignis consumẽs? Bene admonuisti. Non so
let consumere, nisi sola peccata. In retributionibus quo
que meritorum colligimur diuidi ignis naturam, vt ali
os illuminet, alios exurat: illuminet iustos, exurat impi
os. Non eosdem quos illuminat, exurit: & quos exurit, il
luminat: sed illuminatio eius inextinguibilis est ad per
functionem bonorum: exustio vehemens ad supplicia
peccatorum. Sed reuertamur ad discretionem diei ac no
ctis. Oriente diei lumine nox fugatur, decedente die nox
B infunditur. Non est ènim lucis societas vlla cũ tenebris
siquidem naturali lege hoc dominus in prima operatio
ne sua constituit. Etenim quando lumen fecit deus, & di
scretionem fecit inter lucem ac tenebras. Denicq; in ipso
die iam Sole infuso terris, videmus vmbram vel homi
nis vel virgulti alicuius à lumine separari, vt mane ad
occasum dirigatur, vesperi retorqueatur in orientem,
meridianis horis ad septentrionẽ inclinetur: lumini ta
men nõ confunditur atq; miscetur, sed cedit & refugit.
Similiter & nox cedere videtur diei, & se ab eius lumine
declinare. Est enim, vt peritiores probarunt qui nobis
vel ætate vel munere præcucurrerunt, vmbra terræ. Na
turaliter enim vmbra corpori atq; adiungitur, adeo vt
etiam pictores vmbras corporũ prius quàm pinxerint,
nitantur exprimere: idque artis esse asserant, non inter
mittere vim naturæ: & quasi naturalis iuris præuaricator
habeatur, cuius pictura non etiam vmbram suam expri
mat. Ergo sicut in die, cum è regione Solis aliquod cor
C pus occurrit ex ea parte qua lumen repercutitur, vmbra
subsistit, sic cũ decedẽte die è regione luminis eius aut
Solis terræ obiectus occurrit, obumbratur aër. Vnde li
quet quod noctem faciat vmbra terrarum.

Quomodo luminaria facta sint in signa, & de acuta
ac diffusa confutatione quorundam tentãtium exprime
re natiuitatũ qualitates, qualis videlicet futurus si vnus
quisq; qui natus sit, Caput IIII.

EXCIT ergo Solem, & Lunam, & stellas, & præsti
tuit illis mensuras temporũ Soli diurnas, lunæ
stellisq; nocturnas, vt iste augeat diei gratiam,
illæ vmbram tenebrasq; illuminent. Et sint in
signa, & in tempora, & in dies, & in annos.) Diuisa tem
pora habent, paresq; mensuras pro mensiũ vicibus Sol
& Luna cum stellis, & sunt in signa. Non possumus ne
Lucę. 21. gare quod ex Sole & Luna signa aliqua colligãtur. nam
Matt. 24. & dominus dixit: Et erunt signa in Sole, & Luna, & stel
lis. Et quærentibus apostolis signum aduentus eius, re
spondit: Sol obscurabitur & luna non dabit lumen su
um, & stellæ cadent de cælo. Hæc dixit fore signa futuræ
consummationis: sed cõueniens debet curæ nostræ mẽ
sura seruari. Denique nonnulli natiuitatum tentauerũt
exprimere qualitates, qualis futurus sit vnusquisque qui
natus sit: cum hoc non solum vanum, sed etiam inutile
sit quærentibus, impossibile pollicentibus. Quid enim
tam inutile, quàm vt vnusquisq; persuadeat sibi hoc es
se quod natus est? Nemo ergo debet vitam suam, statum D
moresque mutare, eniti quo melior fiat. Sed ĩ ea persua
sione neq; probũ potes laudare; nec cõdẽnare improbũ,
q̃ necessitati natiuitatis suæ respõdere videatur. Et quo
modo dominus aut præmia proposuit bonis, aut impro
bis pœnas, si facit necessitas disciplinam, & conuersatio
nem stellarum cursus informat? Et quid est aliud quàm
hominem de homine exuere, si nihil moribus, nihil in
stitutioni, nihil studiis de relinquitur? Quàm multos vi
demus ereptos criminibus atq; peccatis, in meliorẽ sta
tum esse cõuersos? Redempti sunt apostoli, & congrega
ti ex peccatoribus: non vtique natiuitatis suæ hora, sed
Christi eos sanctificauit aduentus, & hora dominicę pas
sionis redemit à morte, Latro ille dãnatus capitis, ille cũ
domino crucifixus, non beneficio natiuitatis suæ, sed fi Lucæ. 23.
dei confessione ad paradisi æterna transiuit. Ionam in
mari non vis natiuitatis, sed dissimulatio diuinæ præce
ptionis præcipitauit & offensa, eundemque cetus excipi
ens, ad indicium futuri mysterii post triduum reuomuit
& prophetiæ merito gratiæ reseruauit. Petrum de carce
re imminenti morte perimendum angelus Christi, non
stellarum series liberauit. Paulum cæcitas conuertit ad
gratiam, & percussum à vipera, turbatumq; naufragio,
non remedia natiuitatis, sed deuotionis merita seruaue E
runt. Quid de illis dicimus, qui eorum precibus, cũ fuis
sent mortui, resurrexerũt? Vtrum illos sua natiuitas, an
apostolica gratia resuscitauit? Quid opus fuit vt se ieiu
niis periculisque committerent, si ad quod volebant, na
tiuitatis beneficio poterant peruenire? Quod si credidis
sent: dum expectant, fatorum necessitatem, nunq̃ ad tã
tam peruenissent gratiam. Inutilis igitur ista persuasio.
Quid quod etiam impossibilis? Nam vt de eorũ aliquid
disputatione sumamus redarguendi gratia, non probã
di: magnam vim dicunt esse natiuitatis, eamque minutis
quibusdam & certis colligi oportere momentis: ac nisi
verius colligatur, summam esse distantiam. breui enim
atomo, exiguoque momento distare natiuitatem inopis
& potentis, egentis & diuitis, innocentis & noxii, & ple
runque eadem hora generari longæuitati debitũ, & pri
ma pueritiæ ætate moriturũ, si reliqua disparia sint,
pũcto aliquo discreta. Hoc quemadmodũ possint colli
gere, respondeant. Constitue partũ fœminæ. Obstetrix
vtique eũ primo cognoscit, explorat vagitũ, quo natiui
tas colligitur: attendit vtrum masculus sit, an fœmina.
Quot vis inter has moras prꝛterire momenta? Pone ma
thematicum præparatum. Nunquid potest vir interesse
puerperio? Dum mandat obstetrix, audit Chaldæus, po- F
nit horoscopum in alterius fortẽ. Iam nati fata migra- De horo
runt. de altero quæritur, & alterius genitura proponi- scopo.
tur. Pone verã esse eorũ opinionẽ, de natiuitatũ neces
sitatibus non posse verã esse collectionẽ. Puncta transi
eunt, fugit tẽpus irreparabile. Non est dubiũ quod tem
pus in atomo, & in momento, in ictu oculi sit, adducor
vt credã, quando omnes in atomo, in momento, in ictu
oculi resuscitamur, vt Apostolus protestatur dicẽs: Ec- 1. Cor. 15.
ce mysteriũ vobis dico: Omnes quidẽ resurgemus, non
omnes autẽ immutabimur, in momento, in ictu oculi, in
nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent
incorrupti, & nos immutabimur. Inter effusionẽ & sus
ceptionem depositionemque pignoris, inter fletum eius
& nunciũ, quot atomi transierunt? Et hoc vt simpliciter
ista texuerim. Nam & ipsi vitalem illũ signorum duode
cim circuitum in duodecim partes diuidũt: & quia tri
ginta diebus sol duodecimam partem Sphæræ eius quæ
inenarrabilis habetur, regreditur, quo gyrus Solis anni
circuitu compleatur, ſ triginta portiũculas quas μορίδας
Græci vocant, vnamquamque duodecim illarum distri
buunt portionem. ipsam quoq; portiũculam in sexagin
ta vices conferũt. Rursus vnũquodque de illis sexaginta
sexagies secãt. Quàm incõprehẽsibile est, in quo sexage
simo tot sexagesimę portiunculæ natiuitatis momenta

G constituant: & qui singulorum signorum sit aut motus
aut species in natuitate nascentis? Vnde cũ impossibile
sit tam subtiles minutias temporis comprehendere, exi-
gua autem minutia inuehat vniuersitatis errorẽ, totũ
negocium plenum est vanitatis. Disputatores eorum,
quæ sua sunt, nesciunt: quomodo aliena nouerũt? Quid
sibi immineat, ignorant: quomodo possunt aliis, quæ si-
bi futura sunt, denunciare? Ridiculũ est credere, quia si
possent, sibi potius prouiderẽt. Iam illud q̃ ineptum, vt
si quis signo arietis ortum esse se dicat, ex vsu pecudis ę-
stimetur præstantissimus consilio, quod in grege huius-
modi emineat pecus: aut locupletior, eo quod vestitũ ha
beat aries naturalem, & quotannis lucrum capiat indu-
menti, eoque viro illi familiaria videãtur quæstuum esse
compendia. Similiter & de tauri & de piscium signis ar
gumentantur vt ex natura vilium animantium cæli mo
tus, & signorum interpretandas existimẽt potestates. Ci
bus ergo noster viuẽdi nobis decreta cõstituit, & alimẽ-
ta nostra nobis, id est, aries, taurus, & piscis morũ impri
munt disciplinam: Quomodo igitur de cælo nobis cau
sas rerum, & substantiã vitæ huius accersunt, cũ ipsis cæ
lestibus signis causas motus sui ex qualitatibus elcæ vi-
lis impertiant? Liberalẽ aiunt signo ortũ arietis, eò quod
lanam suam aries nõ inuitus deponat: & huiusmodi vir
tutem vilis animantis malunt naturę deputare, quã cæ-
lo vnde & serenitas nobis fulget, & pluuia sæpe descen-
dit. Laborioſos & patientes seruitii, quos nascentes tau
rus aspexerit, quia anima laborioſum & assuetum iugo
spontanea seruituti colla submittens. Percussorẽ quo-
que, cuius natiuitatẽ Scorpius in sua parte cõplexus sit,
& malitiæ venena reuomentem, eò quod animal venena
tum sit. Quid igitur authoritatẽ viuendi daturum te si-
gnorum cælestium dignitate prætendis, & de nugis qui-
busdam argumẽtum assertionis assumis? Nam si de ani-
malib⁹ assumptæ huiusmodi morum proprietates, cæli
motibus imprimũtur: & ipsum videtur bestialis naturæ
potestati esse subiectũ ex quo causas vitalis substantiæ
quas hominibus impertiret, accepit. Quod si hoc abhor
ret à vero, multo magis illud ridiculũ, veri eos subsidio
destitutos, hinc fidem suæ disputationis accersire. Dein
de illud cõsideremus, quod planetas illa signa appellãt,
quorum motibus formari asserunt vitæ nostræ necessi-
tates. Siue igitur, vt nomẽ sonat, semper vagentur: siue
vt ipsi dicunt, quod concito motu ferantur, & decies mi
lies in die, aut si hoc incredibile videtur multiplicẽ spe-
I ciem innumera sui conuersione commutent: fide caret
quod tam vago sui errore, & tam celeri motu fixam no-
bis atque immobilem viuendi substantiam sortẽque de
cernant. Feruntamen non esse equales omnium motus
sed aliorum celeriores, aliorum tardiores esse circuit⁹,
vt in eadem hora & videant se frequẽter, & frequenter
abscondant, dum aliud ab alio præteritur. Aiunt autem
plurimum referre vtrũ ortũ generati benefica signa vi-
deãt, an malefica & noxia: & in eo natiuitatis esse distã-
tiã, quod benefici signi aspectus plurimũ cõferat, malefi
ci & noxii plurimũ noceat. Sic enim eadẽ signa quæ ve-
nerantur appellare cõsueuerunt. Necesse enim habeo
eorũ vti nominibus, quorũ vtor assertionibus, ne igno
rata magis quã vacuefacta atq; destructa sua argumenta
cõmemorent. Itaq; cum illũ vagum celeremq; motum
non queant cõprehendere, sæpe fit vt per illam pũcti &
momenti incomprehensibilis subtilitatem ponant be-
nefici signi aspectũ, vbi grauis atque nocitura incurrat
offensio. Et quid mirũ si ibi ludũtur homines, vbi signa
innoxia blasphemãtur? Quæ si natura noxia esse credũ
tur, deus ergo summus arguitur si fecit quod malum est,
& fuit improbitatis operator. Si vero ex sua voluntate
putantur assumpsisse quod noceat insontib⁹, & nullius
adhuc facinoris pessimi sibi cõscius, quibus pœna adscri
bitur anteq̃ culpa: quid tam irrationabile, quod etiã ir-
rationibilium bestiarum excedat immanitatem, vt vsus
fraudis aut gratiæ non meritis hominũ deputetur, sed si K
gnorũ motibus deferatur? Nihil inquit ille deliquit, sed
noxia eum stella conspexit: Saturni ei sidus occurrit: a-
uertit se paululum, & erumnam ab se abstulit, & crimen
aboleuit. Sed hęc eorum sapientia telæ araneæ compara
tur, in quam si culex aut musca inciderit, exuere se non
potest: si vero validiorũ animantiũ vllum genus incur-
risse visum est, pertrãsiuit, & casses rupit infirmos, atque
inanes laqueos dissipauit. Talia sunt retia Chaldæorum
vt in his infirmi hæreant, validiores sensu offensionem
habere nõ possint. Itaque vos, quia validiores estis, cum
videritis mathematicos, dicite: Telam araneæ texũt, quæ
nec vsum aliquem potest habere, nec vincula, si tu non
quasi culex aut musca lapsu tuæ infirmitatis incurras,
sed quasi passer aut columba casses inualidos præpetis
volatus celeritate dissoluas. Etenim quis prudentium
credat quod signorum motus, qui ad diẽ sæpe mutantur
& multipliciter i se recurrũt, insignia deferãt potestatũ
Nam si ita esset, quantæ ad diẽ regalium natiuitatum ex
primerẽtur figuræ? Quotidie ergo reges nascerẽtur, nec
regalis i filios trãsmitteretur successio, sed sẽp ex diuer
so statu, q̃ ius iperialis acq̃reret potestatis oriẽtur. Quis
igitur regum genituram filii sui colligit si ei debeatur
imperium, & non proprio successionem regni in suos L
transcribit arbitrio? Legimus certe quod Abia genuit
Asa, & Asa genuit Iosaphat, & Iosaphat genuit Ioram,
& Ioram genuit Oziam: & reliqua omnis vsque ad capti
uitatem per reges generis pariter & honoris ducta suc-
cessio est. Nunquid quia reges fuerunt, signis cælestibus
formandos motus suos imperare potuerunt? Quis e-
nim hominum potest habere in his dominatum? Dein-
de si ad necessitatem genitalem, non ad institutа mo-
rum actus nostri factaque referantur, cur leges proposi-
tæ sunt, iura etiam promulgata quibus aut pœna impro
bis decernitur, aut securitas defertur innoxiis? Cur non
venia datur eis, cum vtiq̃, vt ipsi aiunt non sua voluntа-
te, sed ex necessitate deliquerint? Cur laborat agricola,
& non magis expectat vt inelaboratos fruct⁹ priuilegio
suæ natiuitatis inuehat receptaculis horreorum? Si ita
natus est vt ei diuitiæ atque opes affluant, vt sibi sponta-
neos redditus sine vllo semine atque opere terra partu-
riat: non vomerem aruis imprimat, non curuæ manum
falci admoueat, non legendę vindemiæ subeat expen-
sam, sed vltro ei in omnes ferias vina fundantur fluẽtia,
sponte ei oleum nullis inserta caudicibus siluestris oleę
bacca desudet: nec diffusi æquoris trãsfretaturus pericu
lum, propriæ salutis solicitus mercator horrescat, cui
ocioso potest, vt aiunt, quadam sorte genitali diuitiarũ
thesaurus illabi. Sed non hæc est vniuersorum senten- M
tia. Denique piger depresso aratro terrã scindit agricola,
nullus arat, nudus serit, nudus Sole feruẽte tostas æstate
colligit fruges: & negociator ipatiẽs flantibus Euris in-
tuto plerunque nauigio sulcat mare. Vnde importunita
tem eorum temeritatemque condemnans propheta aits
Erubesce Sydon, dixit mare. Hoc est, si pericula vos non Esa.23.
mouent: vel pudor comprimat, verecundia confundat.
Erubesce Sydon, in qua nullus virtuti locus, nulla salu-
tis cura, nulla iuuentus pro excubiis patrię bello dedita
armisq; exercitata, sed omnis solicitudo de quæstu, om
ne studium mercaturæ. Semen, inquit, mercatorum si-
cut messis. Quæ autẽ merces homini Christiano, si non
ex voluntate, sed ex necessitate curas suas & opera com
ponit? Vbi enim directa necessitas, ibi inhonorata indu
stria.

Quemadmodum prætacta luminaria sint & in tempo
ra, & in dies, & in annos.

Caput. v.

MVLTA diximus, plura nolumus, ne quis ea
quæ à nobis de illorum assertionibus vsur
pantur ad refellẽdũ, ad re cognoscẽdũ as-
sumpta arbitretur. Nam quæ pueri risimus, ea senes cõ-
memorare qui possumus? Nunc ad ea quæ secundum le
ctionem superſunt, dirigamus stylum. Sint, inquit, lumi
naria in signa, & in tempora, & in dies, & in annos) De si
gnis diximus, tempora autẽ quę sunt, nisi mutationum
vices, hyems, ver, æstas, atq; autumnus? In istis igitur tem
Dehyce- poribus aut velocior est trãsitus Solis, aut tardior, Alia
me. enim perstringit radiis suis, alia inflammat caloribus su
is. Itaq; cum Sol meridianis partib⁹ immoratur, hyems
nobis est. Nam cum sol longius abest, terra rigescit ge-
lu, stringitur frigore, & plurima noctis vmbra terras o-
perit, vt multo prolixiora sint noctis spatia quàm diei.
Hinc oritur causa vt hybernis flatibus nimia vis niuium
Devere. pluuiarũmque fundatur. Cum vero ex meridianis dece
dens partibus supra terram redit, noctis ac diei exequat
tempora: & quo magis moras suis adiungit cursibus, eò
paulatim temperiem aeris huius reducit, & reuocat au-
rarum clementiam, quæ fouens omnia repetendos cogit
in partus, vt terra germinet, ad resoluta sulcis semina re
uiuiscant, virescant arbores, ad perpetuitatem quoque
conseruandi generis eorum quæ vel in terris sunt, vel
De æstate aquis gaudent, annuis fœtibus successio propagetur.
Ait vbi ad ęstiuas conuersiones in septentrionem se sub
rigit, spatia diurna producit, noctis vero artat & ad-
stringit. Itaq; quo magis vsu assiduo aeri huic copulatur
atque miscetur, eo amplius & ipsum aerem vaporat, &
terrarum exiccat humorem, adolescere facit semina, &
B tanquã in succos viriles matureſcere poma siluarũ. Tum
quia flagrantior est, minores vmbras facit in meridiano
quoniam ex alto hunc illuminat locũ. Vnde & Synago-
Canti.1. ga dicit in Canticis canticorum: Annuncia mihi quem
dilexit anima mea, vbi pascis, vbi manes in meridiano,
ne forte fiam circumamicta super greges sodaliũ tuorũ.
Hoc est: Annũcia mihi Christe, quẽ dilexit anima mea.
Cur non potius quem diligit? Sed Synagoga dilexit, ec-
clesia diligit: nec vnquam circa Christũ suum mutat af-
fectum. Vbi inquit pascis, vbi manes? Sequi
te cupio quasi alumna, quæ quasi copulata ante retine-
bar: & greges tuos q̃rere, quæ amisi meos. In meridiano
pascis, hoc est in ecclesię loco, vbi iustitia resplẽdet, vbi
fulget iudicium sicut meridies, vbi vmbra non cernitur
vbi maiores sunt dies, quod eis Sol iustitiæ tanquã æsti
uis mensibus diutius immoretur, Denique dies domini
Ioel.2. non est breuis, sed magnus: quia scriptum est: Donec ve
Gen.47. niat dies domini magnus. Vnde & Iacob ait: Omnes die
es vitæ meæ quos ago, breues & maligni. Etenim maligna
lux dubia. Ergo dies breues dubiæ lucis sũt, & vmbrosi:
dies magni sine vmbra sunt: vt plurimi in aliquibus lo-
cis feruentioribus vsu exemploque cognouerunt. Syna
goga itaq; diebus breuibus & malignis, cuius typum ple
rumque Iacob in persona sua exprimit, vel populi eius,
vmbram habebat plurimam, quæ Solem iustitiæ non vi
debat, & videbat illum non ex alto super caput suũ, sed
Canti.2. ex meridiano illuminantem, quando hyems erat. Eccle-
siæ autẽ dicitur: Hyems abiit, discesit sibi, flores visi sũt
in terra, tempus messis adueuit. Ante aduentum Christi
hyems erat, post aduentum Christi flores sunt veris, &
C messis æstatis. Ex meridiano ergo & ex gentium conuer
sione illuminantem videns obũbrabatur. Populꝰ autẽ
Esa.9. gentium qui erat confusionis ac gentilis, qui sedebat in
tenebris, vidit lucem magnam: qui sedebant in regione
vmbræ mortis, lux orta est illis. Magna lux diuinitatis,
quam nulla vmbra mortis interpolat. Ideoque ex alto il
Luc.1. luminat, quia & hoc scriptum est, dicente Zacharia: In
quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare iis qui in
tenebris & vmbra mortis sedent. Est sane & aliqua salu
Psal.16. tis vmbra, nõ mortis, vt est illud: Sed vmbra alarum tua
rum protege me. Vmbra quidem, quia corporis est: vm
bra, quia crucis: sed vmbra salutis, quia in ea erat pecca-
torum remissio, & resuscitatio mortuorum. Exemplum
ergo possumus accipere, quia hyemales dies breues, vm
bras maiores habẽt: æstiui dies maiores, sed vmbras mi D
nores habẽt. Medio quoque die minor vmbra, quàm in
principio est diei vel fine: & hoc apud nos in parte Occi
dentis. Cęterum sunt qui dicant quod per duos toti⁹ an
ni dies sine vmbra fuerint ĩ partib⁹ meridianis, eò quod
habentes super verticem suum solem, vndique per cir-
cuitum illuminentur: vnde ἄσκιοι dicuntur græce. Pleri
que etiam fuerunt sic è regione ex alto ferri Solem, vt p
angusta puteorum aquã quæ ĩ profundo est, viderint re-
fulgere. Esse autem dicũtur in meridiano qui ἄσκιοι vo
cantur, eò quod vmbram ex vtroq; latere transmittant.
Vmbra enim è regione Solis ambulantibus post tergũ
est, vtputa si contra Orientem pergas matutinis horis: si
contra meridianam plagam contendas medio die: si cõ
tra Occidentem in occasu diei. Ex tribus igitur partibus
fit tibi Sol obuius, ex Oriente, ex meridiano, ex Occiden
te. Mane & sero post tergum est, meridie quoq; à latere:
at vero à septentrione nunquam est Sol, & ideo vmbra.
Si contra septentrionem dirigas, siue mane, siue sero, si-
ue meridie, nõ potest esse post tergũ Sol. Sũt enĩ in hoc,
quẽ nos incolimus, orbe terrarũ, circa meridiẽ positi q̃
in Australem plagam videantur vmbram transmittere.
Hoc autem fieri dicitur summo æstu, cum ad Aquilonẽ
Sol dirigit. Postea nos Autumnus excipiẽs, infringit qui De Au-
dem æstuum magnitudinẽ, sed paulisper relaxato ac de tumno.
posito calore per tẽperiẽ medii moderaminis, sine frau-
de nos atque vlla noxa flatibus tradit hyemalibus. Sint,
inquit, etiam in dies.) Non vt faciãt dies, sed vt in eis ha-
beant principatum, vt ortum diei vberiore Sol illumi- E
net gratia, vt per totum diem designandi habeat eius po
testatem cursus sui munere. Sic accipiũt nonnulli quod
ait Propheta: Solem in potestatem diei, Lunam & stellas
in potestatem noctis. Circunferunt enim lumen. In an- Psal.135.
nos quoq; ordinati sunt Sol & Luna: Luna p trecentos
dies duodenis vicibus cursum confieiens, cõsummat an
num secundum Hebræos, aliquibus diebus adiectis se-
cundum Romanos: bissexto semel intra quinquennium
vnius diei adiectione celebrato. Solstitialis quoq; annus
est, cum Sol expleto per omnia signa circuitu, in id vn-
de principium cursus sui sumpsit, recurrit. Annua en
fertur ei totius spatii esse perfunctio.

Quomodo duo luminaria superius cõmemorata ma
gna dici possint: & de magnitudinis eorum probatione
mendacię aspectus nostri iudicio. De admirando quo-
que Solis moderamine ac temperamento.

Caput. vi.

IN CIT ergo de⁹ hęc duo luminaria, quę magna
possumus accipere, non tam aliorum compa-
ratione magna, quàm suo munere: vt est cælũ
magnum, & mare magnum. Nã & magnus sol
qui complet orbem terrarum suo calore, vel Luna suo F
lumine: nec solum terras, sed etiam aẽrem hunc & mare
cælique faciem. Quæ in quacunque parte fuerint cæli, il
luminant omnia, & æque spectantur à cunctis, vt ea tan-
quam suis tantum regionibus immorari, & sibi tantum
adesse atq; lucere singuli populi credant, cũ similiter lu
ceant vniuersis, vt nemo his propiorem alium q̃ ipse est
arbitretur. Exemplũ magnitudinis eorũ euidẽs, quod o-
mnibus hominibus orbis Lunæ idem videtur. Nam etsi
interdum augeatur lumen eius atq; minuatur, tamen ea
dem nocte qualis mihi apparet, talis & omnibus. Nam si
lõge positis minor videretur, propius constitutis maior
refulgeret, & prodereat angustiarum & exiguitatis indi-
cium. Etenim reliqua alia longe positi minora arbitra-
mur, propius contuentes maiora credimus. quo magis
finitimus fueris, eò tibi eius rei quam cernis, magnitudo
cumulatur. Solis radius nulli ꝓpior, nulli lõginquior
est: similiter & Lunæ globus æqualis est omnibus. Si
milis Sol & Indis & Britannis eodem momento videtur

G cum oritur. Nec cum vergit in occasum, minor apparet Orientalibus quàm Occidentalibus: nec Occidentalibus cum oritur inferior q̃ Orientalibus æstimatur. Quantũ distat, inquit, Oriẽs ab Occidẽte. Hæc enim inuicem sibi distant. Sed Sol à nullo distat, nulli præsentior, nulli absentior est. Nec te moueat quod tanq̃ cubitalis tibi orbis videatur Solis cũ oritur, sed cõsidera quantum inter sit spatii inter Solem & terras, quod aspectus nostri infirmitas sine magno sui non potest transire dispendio. Caligat aspectus noster, nunquid Sol caligat aut Luna? Angust⁹ noster obtutus nũquid ideo angustiora efficit quæ videtur? Species minuitur, non magnitudo detrahitur. Neque enim infirmitatis nostræ passiones passioni luminarium debemus adscribere. Mentitur noster aspectus. Noli ergo fidele æstimare eius iudiciũ. Fit cælestium minor spectaculi figura, non sui forma. De summo vertice montiũ si subiectum oculis tuis campũ spectare desideras, atq; illic armẽta pascẽtia, nónne formicarum similia corpora iudicabis? Si mar espectes è specula aliqua littorali, nónne tibi nauiũ maximæ inter cæruleos fluctus & vela candẽtia refulgentes, velut colũbarum volitantium speciem eminus posito videntur obtexere? Quid ipsæ Insulæ, quæ mare diuidunt, terrarum arua diffundunt, quàm angusto æstimantur fine cõcludi: quemadmodum rotunda apparẽt de asperis, spissa de raris? Has ergo infirmitates vísus tui perpẽde: & eorum quæ astruimus fidem, ex te ipso arbiter iustus factus accersi. Si vis magnitudinem Solis non solum oculo mentis, sed etiam corporis æstimare, cõsidera quanti stellarũ globi axem cæli videantur obtexere, & innumeris insignire luminibus: non queunt tamen tenebras noctis & H cæli nubila detergere. Simul vt Sol ortus suis signa præmiserit, omnes stellarum ignes sub vnius luminaris fulgore vanescunt, aperitur aer, cæliq; facies purpurascẽti rubore perfunditur. Adhuc spirans exordium, & iã momentanea celeritate pleni luminis micat splẽdor, & surgentis Solis præuia aura dulcis aspirat. Dic mihi quæso, nisi magnus orbis esset, quomodo magnũ posset orbem illuminare terrarũ? Quid autem loquar de tanto temperamento & moderamine conditoris, qui eam mensurã muneri Solis attribuit, vt neq; vapor eius igneus, vt videtur, terrarum venas, succos, rerumq; species infusus exureret: neq; iterum per tanta mundi spatia refrigeratus, nullum terris semen caloris inoleret, sed ieiunam atque inopem fructuum derelinquens, ad nullam fertilitatis gratiam vaporaret?

Quod Luna quædam similia habeat cũm Sole eius cõsorte ac fratre, pleraq; etiam ab eo distincta.

Caput. VII.

I SIMILIA de Lunæ ratione cõueniunt, quæ de consorte eius ac fratre memorauimus. Siquidẽ in id se induit ministerium, in quod & frater, vt illuminet tenebras, foueat semina, augeat fructus. Habet etiã pleraque à fratre distincta, vt quẽ toto die calor humorem terræ exiccat, eundem exiguo noctis tempore ros reponat: nam & ipsa Luna larga roris asseritur. Denique cũ serenior nox est, & Luna pernox, tunc largior ros fertur arua pfundere. Et plerig; sub aere quiescentes, quo magis sub lumine fuissent Lunę, eo plus humoris se capite collegisse senserunt. Vnde & in Canticis cãticorum Christus dicit ad Ecclesiam: Quoniam caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctis. Tum deinde minuitur & augetur, vt minor sit cũ resurgit noua: & cũm sit imminuta, cumuletur. In quo grande mysterium. Nam & defectui eius compatiuntur elementa: & processu eius, quæ fuerint exinanita, cumulantur, vt animantium cerebrum, maritimorum humida. Siquidem pleniores ostreæ reperiri feruntur, multaque alia, cum globus lunaris adoleuerit. De arborũ quoque internis idẽ allegant, qui hoc vsu proprio compere runt. Videmus ergo ortum eius & defectum, rationis esse, non infirmitatis. Nunquam enim tantam rebus mutationem daret, nisi præstantem virtutem haberet, & gratiam à conditore collatam. Aerẽ quoque nonnulli etiã docti & Christiani viri allegauerunt Lunæ exortu solere mutari: sed si id mutationis lunaris quadam fieret violentia, ad omnes ortus eius intexeretur nubibus cælum, pluuiæ funderẽtur. Denicq; cũ ante dies paucos esset sermo de pluuia, quæ fore vtilis diceretur, ait quidam: Ecce neomenia dabit eã. Et quamuis cupidi esemus imbriũ, tamen eiusmodi assertiones veras esse nolebã. Denique delectatus sum quod nullus imber effusus est donec precibus ecclesiæ datus, manifestaret nõ de initiis Lunæ spectandum esse, sed de prouidentia & misericordia creatoris. Sane Euripi cũ exundent vndique secundũ reliquas species Lunæ, & acceptos fluctus refundãt, vel etiam ipsi magno ferantur impetu: in ortu tamen eius stant placidi, quoadusque luna sine lumine est. At vero vbi eã dierum accessus auxerit, tunc in suos cursus refluos retinet tuntur. Ampotis quoque, quę in Oceano esse perhibetur, cum reliquis diebus ordinem suum seruare dicatur lunari exortu euidens mutationis suæ fertur indicium dare: vt mare ipsum occidentale, in quo spectatur Ampotis, solito amplius accedat & recedat, & maiore æstu feratur, tanquam Lunę quibusdam aspirationibus retrorsum trahatur, & iterum iisdem impulsum ac retractum in mensuram propriam refundatur.

De mysterio defectus & minutionis Lunæ. De ei⁹quo que laude, ac derisione eorum qui eam magicis carminibus deduci posse credunt. Caput VIII.

VNDE si miraris quomodo defectum Luna patiatur, cũ tãtam vim mutationis habeat suæ: cõsidera & in eo magnum esse mysterium, quod eius exẽplo cognoscis ô homo nihil rerũ humanarũ esse posse, & mũdanæ totius creaturæ, quod non aliquãdo resoluatur. Nãsi etiã Luna, cui tantũ dominus cõmisit ministeriũ, vt illuminet orbẽ terrarũ, & crescit & deficit, quia omnia ex nihilo orta vsq; ad perfectionẽ venerunt, & iterũ pfecta minuuntur: cælum enim & terra præteribunt: cur non id moderationis assumimus, vt neq; in aduersis abiiciamus animum: (qui enim omnia fecit ex nihilo, facile te quoq; potẽs est ad summa & perfecta prouehere: & rursum non extollemur in ꝓsperis, neq; in potestate aliqua nos diuitiisq; iactemus, neq; in viribus corporis aut pulchritudine gloriemur, in quo est facilis corruptio, crebra mutatio: sed manentẽ in futurũ animi gratiã persequamur? Nam si te lunę contristat occasus, quæ se semper reparat ac reformat: multo magis contristare te debet si anima profectu virtutis impleta cum fuerit, postea per inconstantiam mentis atq; incuriã à suo deflexa proposito, studia sua sæpe commutet. quod est inspiẽtiæ & insciẽtię. Vnde & scriptura ait: Stultus vt luna mutatur. Et ideo sapiens non cum luna mutatur, sed permanebit cum Sole. Vnde non luna est particeps stultitiæ, quia nõ luna mutatur vt stultus, sed stultus vt Luna. Denique semen iusti sicut luna perfecta in æternum manet, & testis in cælo fidelis. Aliud enim est fungi ministerio, aliud citra inferri ingenio, & sensus infirmitate fixam non habere sententiam. Luna pro te laborat, & propter voluntatem dei subdita est. Vanitati enim creatura subiecta est: non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe. Illa ergo non sponte mutatur, tu sponte mutaris. Illa congemiscit & cõparturit in sua mutatione: tu non intelligis, & gratularis frequẽter. Illa tuam redemptionem frequẽter expectat, vt à cõmuni totius creaturæ seruitio liberetur: tu & tuæ redemptioni: & illius liberati affers impedimentum. Tuæ ergo non suæ stultitiæ est, quod dum tu expectaris, & nec sero conuerteris, adhuc & illa muta-

K

ἀμοιρὶς græce dicta quasi ἀνωμαλὶς significat maria reciprocationem æstuariis vicibus accedẽtis ac recedẽtis. Erasmus.

L

M

Eccle.27.

Pſal.88.

Roma.8.

A tur. Noli ergo Lunam oculo tui corporis æstimare, sed mentis viuacitate. Minuitur Luna vt elementa repleat. Hoc est vere grande mysterium. Donauit hoc ei qui omnibus donauit gratiam. Exinaniuit eã vt repleat, qui etiam se exinaniuit vt omnes repleret. Exinaniuit enim se vt descenderet nobis: descendit nobis, vt ascẽderet omnibus. Ascendit enim, inquit, super omnes cælos, vt impleret omnia. Itaq; qui exinanitus aduenerat, de plenitudine sua apostolos adimpleuit. Vnde vnus ex his dicit:

Ephe.4.

Ioan.1.

Nam de plenitudine eius omnes nos accepimus. Ergo annunciauit Luna mysterium Christi: non mediocris, in qua signũ posuit suum: nõ mediocris, quæ typum dilectæ habet ecclesiæ: quod significat Propheta dicens: Oriẽ

Pſal.71.

tur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis donec extollatur Luna. Et in Canticis dominus de sua sponsa ait

Cant.6.

Quænam est hæc prospiciens tanquam diluculum, speciosa sicut Luna, electa vt Sol? Et merito speciosa sicut Luna ecclesia, quę toto mundo refulsit, & tenebras sæculi huius illuminans dicit: Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Pulchre ait, prospiciens, quasi suos de su

Rom.13.

Pſal.13.

periore prospectans, sicut habes: Dominus de cælo prospexit super filios hominum. Prospiciens ergo ecclesia, sicut Luna defectus habet & ortus frequẽtes: sed defectibus suis creuit, & his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, & confessorum martyriis coronatur. Hæc est vera Luna, quę de fratris sui luce perpetua lumẽ sibi immortalitatis & gratiæ mutuatur. Fulget enim ecclesia non suo, sed Christi lumine, & splendorem sibi ar

Galat.2.

cessit de Sole iustitiæ, vt dicat: Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Christus. Beata plane, quæ tantum in

B signe meruisti. Vnde te non tuis neomeniis, sed typo ecclesię beatam dixerim. In illis enim seruis, in hoc dilige

Virgil. de pharmaceutria.

Ouid. in Metamor de Medea

ris. Quàm ridiculum autem quod te plerig; credunt homines magicis carminibus posse deduci. Aniles istę fabulæ ac vulgi opiniones. Quis enim opus deitanto ministerio deputatum arbitretur Chaldæis superstitionibus posse tentari? Lapsus sit ille, qui se trãsfigurat in angelum lucis, & deductus voluntate propria, non carminum potestate. Sane & in hoc quasi ecclesia putaris posse loco tuo & statione deduci: Multi tentant ecclesiam, sed sagæ artis ei carmina nocere non possunt. Nihil incantatores valẽt vbi Christi canticũ quotidie decãtatur. Habet incantatorem suum dominum Iesum per quem magorũ incantantiũ carmina, & serpentiũ venena euacuauit: & ipsa sicut serpens exaltatus, deuorat colubros AEgyptiorum. Ferale licet carmen immurmuret, hebetatur in Christi nomine. Sic & Elymam magũ Paulus non solum magicæ artis infirmitate, sed etiam oculorũ amissione cæcauit. Sic Petrus Simonem alta cęli magico volatur petentem, dissoluta carminum potestate deiecit & strauit.

De clausione quarti diei, cum redargutione eorum C qui numerum quartum cauere consueuerunt.

Caput. IX.

PVLCHRE igitur, vt arbitror, cessit dies quartus. Quomodo ergo quartum plerique consueuerunt cauere, & inutile putant hoc numero aliquid ordiri, quo totus noua luce mundus emicuit? An finistris Sol cœpit auspiciis? Et quomodo aliis potest bona signa dare, qui sibi eligere diẽ sui nescíuit exortus? Aut quomodo signa eius probant, cuius ortũ non probant? Quid etiã de Luna dicimus, quę & quarto die cœpit, & q̃tadecima diẽ signat salutis? An displicet numer⁹ quo celebratur mysteriũ redẽptionis? Ideo dæmones declinã dũ fore persuadẽt numerũ eũ, quo eorũ destructa neqtia est. Ideo gentiles nihil adoriẽdũ asserũt, quia sciũt tunc primum artes suas vacare cœpisse & populos gentiles ad ecclesiam demigrasse. Lunam certe quartam, si pura fuerit, neq; obtusis cornib⁹, dare reliquis diebus vsq;

ad exactum mensem indiciũ serenitatis existimant. Nolunt ergo eisdem exordiis inchoare, quib⁹ serenitas inchoatur. Sed iam cauendum ne nobis in sermone dies quartus occidat, Cadunt enim vmbræ maiores de montibus, lumen minuitur, vmbra cumulatur.

D

CAPITA QVINTI LIBRI HEXAMERON.

De introductione quinti diei per repetitionẽ superioribus diebus factorum. Ac de obedientia aquarum ad producendum diuersa animantium genera: & increpatione hominis, qui sibi datis nõ contentus interdicta alimenta gustauit. De inenarrabili quoq; eorum multitudine quæ momento paruerunt mandato domini dicentis: Producant aquæ reptilia. &c. Et reptilia quæ dicantur. Caput I.

De virtute huius sermonis: Producãt aquæ reptilia. &c. Et quod multo plura in mari quàm i terris sint. De singulari quoq; aquarum gratia, quæ ex viuentibus in ipsis declaratur. Caput II.

De multis ac diuersis pisciũ generibus & vsibus, de pietate, successionis puritate, & pudicitia ipsorum, ac reprehensione hominis cõmixtionem diuersorum seminum in animalibus procurantis. Caput. III. F

De bonitate matris aquæ in pisces suos. atq; exhortatione hominis vt ex hoc discat quæ sit parentis & filiorũ necessitudo. Quodq; ꝓpria natura, specialis vsus, ac separata quædam à cæteris viuendi substantia sit pisciũ. Caput. IIII.

De dentibus ac violenta piscíũ auaritia seinuicẽ deuorantium. Et quod in signum facti sint, vt in iis nostrorum morum vitia videamus, exemplaque caueamus. Quod præterea homo sit piscis, ex pulchræ comparationis inductione, & ad pericula cauenda diligenti admonitione. Caput. V.

Quod homo sit piscis ex euangelicæ veritatis attestatione. Quod etiã boni & mali pisces sint, cũ exhortatione vt bonus piscis hamum, retia, ac finum Petri non timeat. Qua ratione præterea Euangeliũ pro mari positum sit. Caput. VI.

De instructiua admonitione hominis, quia piscis est, vt super vndas exiliat, & pericula caueat, astutiam serpentiũ imitando. Quodq; astuti simus circa quærenda & obseruanda coniugia, ex pulcherrimi exempli de vipera adaptatione. Caput. VII. F

De fraudulento ingenio polypi, & astutia cancri ad cibum prædandũ: notatione quoq; hominum qui simili ingenio ac fraude alios circũuenire & decipere nitũtur: cum persuasiua adhortatione vt homo propriis sit cõtentus, alieníq; dãnis nõ pascatur. Caput. VIII.

De præscientia Echini maritimi, futuram tempestatem aut tranquillitatẽ nauigantibus prænunciantis: & vnde tam exiguum animal hoc munus acceperit. Ac de indulgentię dei creatoris ingenti præconio. Caput IX.

Quod vnũquodq; gen⁹ piscíũ præscripta sibi habeat domicilia, cũ increpatione humanę auiditatis. Qua ratione etiam quędã genera quandoq; mutent loca, & vnde hoc habeant ingenium. De specialibus quoque aliquorum piscium virtutibus. Caput. X.

De singulari Atlantici maris cõmendatione ex iis quæ in ipso nascuntur aut fiunt, cũ conclusione sermonis de piscibus. Caput XI.

De pulchra introductione sermonis de natura auium habendi. Caput. XII.

De ordine dicendorũ, ac natura auium quæ circa aquas maris fluminũq; versantur. Caput. XIII.

Cur post descriptionẽ piscíũ de iis auibus quæ assuetæ sunt aquis, sermo successerit, & de diuersis exinde a-

G uium generibus ac differentiis. Caput. XIIII.
A quibus auibus exordiũ ſequentis ſermonis ſumendũ ſit. Ac de gruibus quomodo ſolicitã exerceant cuſtodiam, & volantes ſeruent ordinem, exemplumq; exercendæ politiæ præbuerint hominibus. De commendatione præterea ſtatus antiquæ reipub. Et de cauſa atq; accuſatione humanę incuriæ. Caput. XV.
De iconiis, quẽadmodum proficiſcantur quo pergẽdũ putant. Qualiter etiã à cornicibus deducantur, atq; ad iuuẽtur in bellis. Et de earundem cornicũ cõmendabili hoſpitalitate, humanęq; negligentię increpatione De illarum quoque erga patres ſuos pietate, & noſtræ impietatis notatione. Caput. XVI.
De hirundinis materna ſedulitate, induſtria, ac pietate in filios. De commendatione præterea paupertatis ipſius, & moleſtia atq; improbitate noſtra: cũ paupertas, inopia, vel indigentia nobis occurrerit. Caput. XVII.
Vt ex vſu & pietate cornicũ diſcant homines amare filios, & de fœminarum noſtri generis patrumq; in filios impietate, & hinc de excuſatione accipitrũ & aquilarum, qui duram aduerſus fœtus ſuos feruntur habere inclementiam, de pietate quoq; fulicę, quæ abdicatum aquilæ pullum cum ſua prole cõnectit & nutrit. Caput XVIII.
De turturis viduitate, exhortationeque mulierum vt diſcant quanta ſit viduitatis gratia, quæ etiam in auibus
H prædicatur. Caput. XIX.
De integritate auium, quæ, vt in vulturibus deprehendi tur abſq; concubitu, & ſine vllo maſculorum ſemine conęipiunt & generant. Ac de confutatione eorũ qui impoſsibile putant quod virgo Maria conſeruata virginitate dei filium peperit. Caput. XX.
De natura & admiranda induſtria ac diligentia apum, quæ velut quandam rempublicam curare videntur. Caput XXI.
De conſideratione eius quod ait Propheta: Producant aquæ reptilia &c. ac de diuerſitate quam inter ſe habent aues. Caput XXII.
De imitatione vermis Indici chamæleontis, leporum, atque phœnicis, vt illorum exemplis ad cõmutationis fidem, quæ in reſurrectione futura eſt, prouocemur. Vnde etiam vultures habeant vt quibuſdã ſignis mortem hominum annuncient. Quod denique vſque ad locuſtam diuina gratia penetrauerit. Caput XXIII.
De natura & proprietatibus auium nocturnarum, videlicet luſciniæ, noctuæ, veſpertilionis, & galli, quarum
I vſu & exemplis admonemur & inſtruimur. Caput XXIIII.
De deuota authoris ad dominum Ieſum Chriſtum deprecatione, cum clauſione quinti diei. Caput. XXV.

FINIS.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI HEXAMERON LIBER QVINTVS, DE DIE QVINTO.

De introductione quinti diei per repetitionem ſuperioribus diebus factorum. Ac de obedientia aquarum ad producendum diuerſa animantium genera, & increpatione hominis, qui ſibi datis non contentus, interdicta alimenta guſtauit. De inenarrabili quoque eorum multitudine quæ momento parauerunt mandato domini dicentis: Producant aquæ reptilia. &c. Et reptilia quæ dicantur. Caput I.

TERRA DIVERSIS VESTITA K germinibus virebat omnis, cælũ quoq; Sole & Luna geminis vultus ſui luminibus, ſtellarũq; inſignitũ decore fulgebat. Superat elementũ tertium, mare ſcilicet, vt & ipſe gratia viuificationis diuino ꝓueniret munere. AEthereo enim ſpiritu omnes terrarũ fœtus alũtur. Terra quoque ſemina reſoluẽs, vniuerſa viuificat: & maxime tunc primum verbo dei iuſsa virideſcere, viuificationis munere pullulabat. Vacabat aqua, & à diuinæ operationis feriata beneficio videbatur. Habet adhuc creator quod illi conferat, quo munia terrarum poſsit æquare: reſeruabat ei vt & ipſa propriũ ſibi, & ſpeciale aliquid prærogatiuæ collati ſibi muneris vendicaret. Viuificat prius terra, ſed ea quæ ſpirantem animam non habebãt Aqua iubetur ea producere quæ viuentis animæ vigorẽ dignitatemq; præferrent, & ſenſum tuendæ ſalutis, & fugiendæ mortis acciperent. Dixit itaque deus, Producãt aquæ reptilia animarũ viuentium ſecundum genus ſuũ, & volatilia volãtia ſecus firmamentum cęli. Venit mãdatum, & ſubitò aqua iuſsos fundebatur in partus: genera fluuii, viuificare lacus: mare ipſũ cœpit diuerſa reptilium genera parturire, & ſecundum genus effundere L quodcunq; formauerat. Non exigui gurgites, nõ cœnoſæ paludes vacabãt, quin omnia datam ſibi creãdi aſsumerent poteſtatem. Piſces exilibant de flumine, delphines præludebant in fluctibus, conchæ ſaxis, oſtreæ adhærebãt profundis, adoleſcebant echini. Væ mihi, ante hominem cœpit illecebra abundantia copiarum, noſtræ mater luxuriæ, ante hominem delitię, Prior ergo hominum tentatio quã natura. Sed nihil creatura deliquit: alimenta dedit, non vitia præſcripſit. Hæc tibi communia dedit, ne tibi aliqua velut propria vendicares. Tibi ſuos fructus terra producit, tibi ſcaros & accipẽſeres, & omnes fœtus ſuos generant aquæ: & his non contentus, interdicta tibi alimẽta guſtaſti. Ad inuidiam tuam omnia congeruntur, vt prævaricatio tuæ auiditatis oneretur. Sed neq; quã multæ ſpecies & nomina ſint, poſsumus enarrare, quæ omnia momento diuinæ præceptionis animata ſunt. Simul coibat forma corporis, & operabatur anima, vitalis etiam vigor reliquæ virtutis. Repleta erat terra germinibus, mare impletum animantibus. Ibi inſenſibilia pullulant, hic ſenſibilia verſãtur. Interris quoque aqua ſuas ſibi vendicat portiones. Lambunt terram M piſces aquarum, & ex ea ſibi prędam requirunt. Culices quoque & ranunculi circa genitales ſtrepunt paludes, & ipſę audierunt domini mandatũ, dicentis: Producant aquæ reptilia animarum viuentium.) Scimus reptilia dici genera ſerpentum, eò quod ſuper terram repant: ſed multo magis omne quod natat, reptandi habet vel ſpeciem vel naturam. Nam etſi in profundum qui ſe demerſerint, aquam videantur findere: tamẽ cum ſupra innatant, repunt toto corpore, quod trahunt ſuper quędam Pſal. 103. dorſa aquarum. Vnde & Dauid ait: Hoc mare magnum & ſpacioſum, illic reptilia quorũ nõ eſt numerus. Quin etiam cum pleraque pedes habeant, & ambulãdi vſum eò quod ſint amphibia, quæ vel in aquis vel in terris viuant, vt ſunt focæ, crocodili, equi fluuiales, quos hippopotamos vocant, eò quod hi generẽtur Nilo in flumine tamen cum in alto aquarum ſunt, nõ ambulant, ſed natant: nec veſtigio vtuntur pedis ad incedendum, ſed tantum remo ad reptandum. Siquidem & nauis acta remis labitur, & aquas ſulcat carina.

De virtute huius ſermonis: Producant aquæ reptilia. Et quod multo plura in mari quàm in terra ſint, De ſingulari quoque aquarum gratia, quæ ex viuentibus in ipſis declaratur.

Caput II.

A PRODVCANT aquæ reptilia, dixit dominus. Breuis ſermo, ſed vehemẽs, & late patens, cõmunẽ minimis & maximis naturã infudit. Eodẽ momẽto ꝓducitur Bẽlena, quo rana: eiuſdem vi operatiõis naſcitur. Non laborat in maximis deus, non faſtidit in minimis. Nec doluit natura parturiens delphinas, ſicut non doluit cum exiguos murices cochleaſq; produceret. Aduerte ô homo quanto plura in mari quàm in terris ſint.
De generibus piſcium. Numera ſi potes omnia piſcium genera, vel minutorũ, vel etiam maximorũ: ſepias, polypos, lithoſtracos, carabos, cancros, & in his innumerabilia ſui generis. Quid dicam genera ſerpentium, dracones, murænas, anguillas? Nec prætermittam ſcorpios, ranas, teſtudines, muſtelas quoque, & canes maritimos, vitulos marinos, cete immania, delphinas, focas, leones. Quid attexam etiam merulas, turdos, pauos quoque, quorum etiam colores in auibus videmus expreſsos: vt nigri merulæ, paui diuerſo colore dorſa & colla depicti ſint: turdi aluo varij, & cætera quorum ſibi terræ ſpecies & nomina vendicarunt? Nam prius in mari iſta cœperunt, diuerſiſq; fluminibus. Siquidem aqua prior animarum viuentium reptilia diuino nutu imperata produxit. Adde hanc gratiam, quòd ea quæ timemus in terris, amam⁹ in aquis. Etenim noxia in terris, in aqua innoxia ſunt: atq; ipſi angues ſine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Muræna, quam ferunt aliquid habere noxium, eſca preciоſior eſt. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus fere præſtat alimẽtis. Plura ſi quis vult cognoſcere, à diuerſis locorum piſcatorib⁹ quærat. nemo enim poteſt omnia comprehẽdere. Canes lane & in mari caue, quos & ĩ eccleſia moleſtos eſse & cauẽdos Apoſtolus docet, dicens: Cauete canes, cauete malos operarios. Muſtelæ grauis in terris odor, in aquis ſuauis. Terrena ſe nouit vindicta fœtoris vlciſci: hæc non minorẽ habet gratiam capta, quàm libera. Vẽgue te inhonoratum noſtra proſecutione Tymallé, ꝓtimittam, cui à flo renomen inoleuit: ſeu Ticini vnda te fluminis, ſeu amœni Ateſis vnda nutrierit, flos es. Denique ſermo teſtatur, quod de eo qui gratam redolet ſuauitatem, dictum facete ſit, Aut piſcem olet, aut florem. ita idem pronunciatus eſt piſcis odor eſse qui floris. Quid ſpecie tua gratius? Quid ſuauitate iucundius? Quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo ſpiras. Quid loquar coruorum, † quid etiam luporum teneritudines? Neſcit hos lupos agnus timere. Tanta eſt aquarum gratia, quarum † vituli figurantur & leones, vt his propheticum illud dictum de eccleſię ſanctitate iure cõueniat: Tunc lupi & agni ſimul paſcentur, leo & bos ſimul paleas manducabunt. Nec mirum, quandoquidem etiam in eccleſia aquę illud operantur, vt prædonum ablata nequitia cum innocentibus comparetur. Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum eſt igitur quod in regibus adoratur: aquarum eſt ſpecies illa quæ fulget. Adde porcos maris etiam Iudæis gratos: quia nihil eſt commune quod non aqua abluat, & ideo cõmunes eos ſicut in terra editos æſtimare non poſsunt.

De multis ac diuerſis piſcium generibus & vſibus: de pietate, ſucceſsionis puritate, & pudicitia ipſorum, ac reprehẽſione hominis commixtionem diuerſorum ſeminum in animalibus procurantis. Cap. III.

ENNVMERI itaque vſus, innumera genera piſciũ. Alij oua generant, vt ij quos tractas vocant, & aquis fouenda committũt. Aqua igitur animat & creat, & adhuc mãdati illius primi tanquam legis perpetuæ munus exequitur, blanda quædam mater animantium. Alij viuos fœtus edunt de ſuo corpore, vt muſtelæ, & caniculæ, & cete ingentia: delphines & focæ, aliaq; cætera huiuſmodi. Quæ cum ediderint partus, ſi quid forte inſidiarum terroriſq; præſenſerint circa catulos ſuos quẽ quam moliri, quo tueantur eos, vel teneræ ætatis pauorem materno affectu comprimant, aperire ora, & innoxio partus ſuos dente ſuſpendere, interno quoque recipere corpore, & genitali feruntur aluo abſcondere. Qui ſi humanus affectus hanc piſcium pietatẽ poſsit imitari? Oſcula nobis ſatietati ſunt, illis non ſatis eſt aperire viſcera, natoſq; recipere, ac renocare integros, atque iterum fotu quodam eos ſui caloris animare, & ſpiritu alere, duóſque in corpore vno viuere, donec aut ſecuritatem deferãt, aut corpore ſuo obiecto natos ſuis defendant periculis. Quis hæc videns, & ſi poſsit obtinere, nõ tantæ piſcium pietati cedat? Quis non miretur & ſtupeat? Seruat natura in piſcibus quod non ſeruat in hominibus. Pleræq; ex ſuſpicione nouercalibus odijs appetitos ſuos occiderunt filios: aliæ in fame, vt legimus, partus proprios comederunt. Humanis pignoribus mater ſepulchrum facta eſt: piſcium proli parentis eſt vterus ſicut murus: vallo quodam internorum viſcerũ pignora inoffenſa conſeruat. Diuerſa igitur piſcium genera diuerſos vſus habent: alij oua generãt, alij viuos pariunt atque formatos. Et qui oua generant, non nidos texunt vt aues, non diuturni fotus laborem induunt, non cum moleſtia ſui nutriunt. Cecidit ouũ, quod aqua gremio quodam naturæ ſuæ quaſi nutrix blãda ſuſcepit, & animal cæleri fotu reddidit. Continuo enim tactu parẽtis animatum ouum cecidit, & piſcis exiuit. Tum deinde q̃ pura & inuiolata ſucceſsio? Nullus alteri, ſed genere ſuo miſcetur: Thymallus † Thymallo: Lupus Lupo: Scorpena quoq; caſtitatem immaculati connubij generi ſuo ſeruat. Itaq; habet pudicitiam generis ſui, ſed venenum generis ſui non habet. non enim percutit Scorpena, ſed reficit. Neſciunt igitur alienigenarum genera piſcium adulterina contagia, ſicut ſunt ea quæ coeũt aſinorum equarumq; inter ſe genera, quæ magna cura hominum perpetrantur: vel rurſus cum equus aſinæ miſcetur: quæ ſunt vera adulteria naturæ. Nam vtique maius eſt quod in naturæ colluuionem cõmittitur, q̃ quod in perſonæ iniuriã. Et homo iſta procuras, interpres adulterij iumentalis: & illud animal preciоſius putas qđ adulterium, q̃ quod verum eſt? Ipſe genera alia confundis, diuerſaq; miſces ſemina, atq; ad vetitos coitus plerunq; cogis inuitos, & hoc induſtriã vocas? Hoc quia de hominibus facere non potes, vt diuerſi generis cõmixtio fœtum poſsit excudere, tollis homini quod natus eſt, & virum de viro exuis: abſciſsaq; corporis parte, ſexum negas, ſpadonem efficis: vt quod negauit natura in hominibus, impleret audacia.

De bonitate matris aquæ in piſces ſuos, atq; exhortatione hominis vt ex hoc diſcat quæ ſit parẽtis & filiorũ neceſsitudo. Quoq; propria natura, ſpecialis vſus, ac ſe parata quædam à cæteris viuendi ſubſtantia ſit piſcium.

Caput. IIII.

QVAM bona autẽ mater ſit aqua, etiã hinc conſidera. Tu ô homo douiſti abdicationes patrum in filios, ſeparationes, odia, offenſas: diſce quæ ſit parẽtis & filiorum neceſsitudo. Viuere piſces ſine aqua nõ queunt, nec à ſui parentis conſortio ſeparati, neque à ſuæ altricis diſcerni munere: & ſit hoc natura quadã, vt ſeparati moriãtur illico. Neq; enim vt oia huius aeris viuunt ſpiramine, quia hauriẽdi ſpiritus & reſpirãdi natura his nõ ſuppetit: alioquin ſub aquis ſemper nõ poſsent viuere, non capientes ſpiritus infuſionem. Quod eſt nobis ſpiritus, illis eſt aqua. Sicut nobis ſpiritus, ita illis aqua viuendi miniſtrat ſubſtantiam. Nos intercluſo cõmeatu ſpiritus, quia nec breui quidem ſpatio poſsumus exortes eſse ſpus vitalis, ſtatim extinguimur. Piſces quoq; ſublati de aqua, ſine ſubſtantia ſui viui eſse non poſsũt.

† tithymallus. De Scorpena.

G Et causa manifesta est, quoniam nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit spiritum: & cũ sit ipse pleriscq; penetrabilis, spiritus infusione interiorem calorẽ refrigerat. Thorax enim vt suscipit alimenta, ita superflua ciborum, & succos salubres, sanguinémque discernit. Fit pulmo peruius, vnde facilius ad eum potest aspiratio spiritus peruenire. Pisces vero branchias habent, quas nunc plicant & colligunt, nunc explicant atque aperiunt. In hãc ergo collectionem & apertionem dum suscipitur aqua, & transmittitur ac penetrat, respirationis munus videtur implere. Propria igitur natura est piscium, nec communis cum cæteris, specialis vsus, & à cęteris viuendi quædam separata & secreta subsũtia. Propterea non nutriuntur, neque vt terrena animalia manus humanæ tactu & alimento & delinimento aliquo delectantur, sed etiam si seruantur, in viuarijs suis viuunt.

De dentibus ac violenta piscium auaritia se inuicem deuorantium. Et quòd in signum facti sint, vt in ijs nostrorum morum vitia videamus, exemplàque caueam⁹. Quòd præterea homo sit piscis, ex pulchræ comparatio nis inductione, & ad pericula cauenda diligenti admonitione. Caput v.

H Vid autem de densitate dicam dentium? Non enim vt bos aut ouis ex vna parte dẽtes habent, sed vtraque pars armata est dẽtib⁹, quia in aqua sunt: etsi diutius cibum versarent, & non cito transmitterẽt, aquarum alluuione de dẽtibus eorum esca posset auferri ac dilui. Ideo densos & acutos habent, vt cito incidant, cito conficiant, cibum facile & sine aliqua mora & dilatione transmittant. Denique non ruminãt. solus tamen Scarus in his ruminare perhibetur: vt ferunt quibus aut euentus aut vsus fuit aut studium talia comprehendere. Sane nec ipsi à suis potentiæ euasere violentiam, & auaritiæ potentiorum subiecti vbique inferiores sunt. Quo quisque infirmior, eo prædæ patet. Et plerique qui dem hærbis pascuntur, ac minutis vermibus. Sunt tamẽ qui inuicem se deuorent, & sua carne pascantur. Minor apud illos esca maioris est: rursus ipse maior à validiore inuaditur, & fit esca alterius prædator alieni. Itaque vsu venit vt cum ipse alium deuorauerit, ab alio deuore tur: & in vnum ventrem vterque veniat cum voratore proprio deuoratus: sitq; simul in vno viscere prædæ vindictæq; consortium. Et ipsis postea sponte hæc accreuit iniuria, sicut in nobis non ex natura cœpit, sed ex auaritia. Aut quia ad vsum hominum dati sunt, in signũ quo I que facti sunt, vt in his nostrorum morum vitia videremus, & caueremus exempla, ne quis potior inferiorem inuaderet, daturus in se potentiori exemplum iniuriæ. Itaque qui alterum lædit, sibi laqueũ parat, in quem ipse incidat. Et tu piscis es, qui viscera inuadis aliena, qui de mergis infirmum, qui cedentem persequeris vsque in profundum. Caue ne dum illum sequeris, incidas ipse in validiorem: & deducat te in alienas insidias, qui tuas vitat, priusque tuam spectet erumnam, qui te persequen te propriam reformidabat. Quid interest inter diuitem improbæ cupiditatis ingluuie absorbẽtem infirmorum patrimonia, & Silurum de minorum piscium viscerib⁹ aluũ replentem? Defunctus est dives, & nihil ei sua spolia profuerunt: immo magis cum rapinarum suarum detestabiliorem fecit infamia. Captus est Silurus, & inutilis præda detecta est. Quanti in eo reperiũtur qui alios deuorauerunt? Et tu dives habes in sinu tuo alterius prædatorem. Ille habebat facultates pauperis, quas inuaserat: tu cum opprimens, duo patrimonia tuis facultati bus addidisti: & adhuc tanto non satiaris augmento: & dicis quòd alios vindicaueris, cum eadem cõmittas quæ vlciscẽris: iniusto iniustior, & iniquo iniquior, auaro auarior. Vide ne idem te qui piscem illum finis inueniat: hamum caue, caue retia. Sed præsumis de potẽtia, quòd nemo tibi possit resistere. præsumebat & Silurus quòd hamum nemo sibi iaceret, nemo retia tenderet: & si inciderit, vniuersa dirumperet: & tamen fuscinam nõ eua sit, aut nexus vinculi validioris incurrit, quibus se non posset exuere. Sine dubio & hominũ iniquitas quo graniora commiserit, eo magis scelere suo tuta esse nõ poterit, quin aliquando dissoluat quod scelerũ precio cõstat difficile posse vitari.

De Scaro

De Siluro

Quòd homo sit piscis ex euangelicæ veritatis attestatione. Quod etiam boni & mali pisces sint, cum exhortatione vt bonus piscis hamum, retia, ac sinum Petri nõ timeat. Qua ratione præterea Euangelium pro mari positum sit. Caput. VI.

Piscis ergo es ô hõ. Audi quia piscis es: Simile est regnum cælorum reti misso in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Cum autem esset impletum, duxerunt id ad littus, & sedentes elegerũt optimos in vasis suis, ma los autem foras miserũt. Sic erit in consummatione seculi: Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Sunt ergo boni & mali pisces. boni seruantur ad precium, mali statim ardẽt. Bonum piscem nec retia inuoluunt, sed eleuant. Nec hamus internecat atque interficit, sed precioſi vulneris perfundit sanguine: in cuius otis confessione bonum precium reperitur, quo tributum Apostolicũ, & cẽsus Christi possit exolui. Sic enim scriptum est, dicente domino: Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? A filijs suis, an ab alienis? Et respondente Petro, Ab alienis, ait dominus: Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ibi staterem. illũ sumens, dà eis pro me & te. Noli igitur ô bone piscis Petri hamum timere, nõ occidit, sed consecrat. Noli quasi vilem te comtemnere; quia vides corpus infirmum. habes in ore tuo quod & pro Petro & pro Christo offeras. Noli timere Petri retia, cui dicit Iesus: Duc in altum, & laxate retia. Non enim in sinistram partem mittit, sed in dexteram, sicut iussus à Christo est. Noli timere sinũ eius, quia dictum est ei: Ex hoc eris homines viuificans. † Ideo misit retia, & complexus est Stephanum, qui de Euangelio primus ascendit, habens in ore suo staterem iustitiæ. Vnde confessione constanti clamauit dicẽs: Ecce, video cælos apertos, & filium hominis stantẽ ad dexteram dei. Pro hoc pisce stabat dominus Iesus. sciebat enim esse in ore eius precium sui census. Denique glorioso martyrio & Petri iudicium atque doctrinam, & Christi gratiam locuples asserto impleuit.

Matth. 13.

Matth. 17

Luc. 5.

† capiens.

Actuũ. 7.

De instructiua admonitione hominis, quia piscis est, vt super vndas exiliat, & pericula caueat, astutiam serpentium imitando: Quòdque astuti simus circa quærenda & obseruanda coniugia, ex pulcherrimi exempli de vipera adaptatione. Caput. VII.

Nec te moueat quòd pro mari Euãgelium posui. Euãgeliũ est, in quo Christus ãbulauit: Euangeliũ est, in quo licet titubauerit Petrus, non tamen negauit, quãdo per dexterã Christi fidei munimẽtum stationis inuenit: Euangelium est, de quo martyr ascendit. Euangelium est mare, in quo piscãtur apostoli, in quo mittitur rete quod simile est regno cælorum: Euangelium est mare, in quo Christi figurantur mysteria: Euangelium est mare, in quo Hebræus cuasit, Aegyptius interempt⁹ est: Euangelium est mare, in quo est sponsa Christi ecclesia, & diuinæ gratiæ plenitudo, quæ supra maria fundata est, sicut dixit Propheta: Ipse super maria fundauit eam. Exili super vndas ô homo, quia piscis es: non te opprimant seculi istius fluctus. Si tempestas

Psal. 23.

A est, pete altum & profundum: si serenitas, lude in fluctibus: si procella, caue à scopuloso littore, ne te in rupem furens æstus illidat. Scriptum est enim: Estote astuti sicut serpentes. Et quia de serpẽtibus astutis propositum exemplum est, simus astuti circa quærenda & seruanda coniugia, diligamus tributa nobis consortia. Et si ij qui longinquis fuerant ortus sui tempore regionibus separati, inter se conuenerint, & si vir ad peregrina contenderit: nulla longinquitas, nulla absentia complacitam minuat charitatem. Eadem lex præsentes absentésque connectit, idem naturæ vinculum inter distantes & consistentes coniugalis charitatis iura constringat. Eodem iugo benedictionis vtriusque colla sociãtur, etiam si alter obeat separatarum regionum longa diuortia: quia non corporis cervice, sed mentis, iugum gratiæ receperunt. Vipera nequissimum genus bestiæ, & super omne quod serpentini est generis astutior, vbi coeundi cupiditatem assumperit, murænæ maritimæ notam sibi requirit copulam, vel nouam præparat: progressaq; ad littus, sibilo testificata præsentiam sui, ad coniugalem amplexum illam euocat. Muræna autem inuitata non deest, & venenatæ serpenti expetitos vsus sine dispertit con iunctionis. Quid sibi vult sermo huiusmodi, nisi ferendos esse mores coniugum: etsi absens est, eius operiendam præsentiam: sit licet asper, fallax, inconditus, lubricus, temulentus? Quid peius veneno, quod in coniuge

Mat. 10.

De vipera.

B muræna non refugit? Vocata non deest, & serpentis lubricum sedula charitate complectitur. ille tua mala portat, & leuitatis fœmineæ facilitatem: tu virum tuum non potes ô mulier sustinere? Adam per Euam deceptus est, non Eua per Adam. Quem vocauit ad culpam mulier, iustum est vt eum gubernatorem assumat, ne iterum fœminea facilitate labatur. Sed horridus & incultus est. Semel placuit. Nunquid vir frequenter est eligẽdus? Comparem suum & bos requirit, & equus diligit: & si mutetur alius, trahere iugum nescit compar alterius, & se nõ totum putat. Tu iugalem repudias tuum, & putas sæpe mutandum: etsi vno defuerit † die, superducis ritualem: & statim incognita causa, quasi cognita, pudoris exequeris iniuriam? Vipera, absentẽ requirit, absentem vocat, & blando proclamat sibilo: atque vbi aduentate cõparẽ senserit, venenum euomit, reuerentiam marito deferẽs, verecundata nuptialem gratiam. Tu mulier aduenientẽ de lon⁹inquo maritum contumelijs repellis. Vipera mare prospectat, explorat iter coniugis: tu iniurijs viam viro obstruis: tu litium moues venenum, non reijcis: tu cõiugalis amplexus tẽpore dirum virus exæstuas: nec erubescis nuptias, nec reuereris maritum. Sed etiã tu vir, (possumus enim etiam sic accipere,) deponẽ tumorem

† alias de serit.

C cordis, asperitatem morum, cum tibi sedula vxor occurrit: propelle indignationem, cum blanda coniux ad charitatem prouocat. Non es dominus, sed maritus: non ancillam sortitus es, sed vxorem. Gubernatorẽ te deus voluit esse sexus inferioris, non præpotentem. Redde studio vicem, redde amori gratiam. Vipera venenum suũ fundit: tu non potes duritiam mentis deponere? Sed habes naturalem rigorem: debes temperare eum contemplatione coniugij: reuerentia coniunctionis. † Potest & sic: Nolite quærere viri alienum thorum, nolite insidiari alienæ copulæ. Graue est adulterium, & naturæ iniuria. Duos primum deus fecit, Adam & Euam: hoc est, virum & vxorem. Et vxorẽ de viro: hoc est de costa Adã: & iussit ambos esse in vno corpore, & in vno spiritu. Quod vnum separas corpus, vnum diuidis spiritum: naturæ adulterium est. Sed hoc docet murænæ & viperæ, non iure generis, sed ardore libidinis expetitus amplexus. Discite ô viri: qui alienam permolere querit vxorẽ, cuius serpentis sibi ascisciscere cupiat cõtubernium, cui etiam comparandus ipse serpenti sit. Festinat ad viperã, quæ se in gremium viri nõ directo tramite veritatis, sed lubrico deuij amoris infundit. Festinat ad eam, quę venenum suum resumit: vt vipera, quę fertur peracto cõiunctionis munere, venenum quod euomuerat, rursus haurire. Adultera enim vipera est. Vnde & Salomon ait qđ is qui fuerit temulentus, cum per vinum libido feruere consueuerit, tanquam à colubri ictu extenditur, & tanq; à cornuta diffunditur illi venenum. Et vt scias quòd de adultera dixit, adiecit: Oculi tui cum viderint alienam, os tuum loquitur peruersa. Nec quisquam velut contraria posuisse nos credat, vt & ad bonum, & ad malum vi peræ huius exemplo vteremur, cum ad institutionem vtrunque proficiat, si erubescamus aut fidem non exhibere dilecto, cui exhibet serpens: aut reliquentes sancta coniugia, lubricà & nocitura salutaribus præferamus: quod facit qui cum serpente miscetur.

† alias reuerẽ. cõiũctionis deponat ari mi feritatem. Noli te &c.

Proue. 23.

De fraudulento ingenio polypi, & astutia cancri ad cibum prædandum: notatione quoque hominum qui simili ingenio ac fraude alios circũuenire & decipere nituntur: cum persuasiua adhortatione vt homo proprijs sit contentus, alienisque damnis non pascatur.

Caput. VIII.

Et quia de astutia cœpimus sermonẽ sub texere, qua vnusquisq; fratrem suum circũuenire & decipere nititur, & in nouas se fraudes componere: vt quem vi obtinere non potest, circumscribat dolo, & fuco quodam artis obducat: fraudulentum illud polypi ingenium non prẽteribo, qui vadoso in littore petrã nactus, affigitur ei: atque eius nebuloso ingenio colorem subit, simili specie terga obductus plurimos piscium sine vlla E fuspicione fraudis allapsos, dum natãdo nõ præcauẽt, & saxum opinantur, cassibus furtiuæ artis includit, & si nu quodã suæ carnis intercepit. Sic spontanea venit præda, & talibus capitur argumẽtis: qualia sunt eorum qui ingenium suum sæpe commutant, & diuersas nocendi artes mouent, vt singulorum mentes sensusq; pertentẽt, cum continentibus continentiam prædicantes, in coitu intemperantium tanquam deuij ab studio castitatis, & demersi intemperantiæ voluptabris: vt qui eos audiũt aut vident, incauta facilitate se credant: eoq; citius labũtur, dum distinguere non norunt, nec cauere quod noceat, dum grauior sit & magis noxia improbitas, benignitatis obumbrata velamine. Et ideo cauẽdi sunt qui crines suæ fraudis, & brachia longe lateq; dispergunt, vel speciem induunt multiformẽ. Et isti enim polypi sunt, nexus plurimos habẽtes, & callidorum ingeniorum vestigia, quib⁹ irretire possint quicquid in scopulos sue fraudis inciderit. Cancer quoque quas cibi gratia præstigias De cancstruit? nanq; & ipse ostreo delectatur, & carnes eius epu cro. lum sibi quærit. Sed quia vt appetens cibi, ita prospiciẽs est periculi: quoniam cum difficilis est venatio, tum periculosa: (difficilis, quia testis validioribus esca interior includitur. nã velut muris quibusdã mollitiẽ carnis F præcepti imperialis interpres natura muniuit: quã medio testarũ quodã sinu concauo nutrit ac fouet, & quasi in quadã valle diffundit: & ideo cæsa omnia tentamenta sunt cancri, quia aperire clausum ostreũ nulla vi potest: & periculosum est si chelas eius includat) ad argumenta confugit, & insidias noua fraude molitur. Itaque quia omnia genera delectatione mulcẽtur, explorat siquando ostreũ remotis in locis ab omni vẽto cõtra Solis radios diptychũ illud suũ aperiat, & referet clausTra testarũ, vt libero aere visceris sui voluptatẽ quandã capiat: & tunc clanculo calculũ immitẽs, impedit conclusionem ostrei, ac sic aperta clausTra reperiẽs, tuto inserit chelas, visceraq; interna depascitur. Sunt ergo homines qui cancri vsu in alienæ vsum circunscriptionis irrepant, & infirmitatem propriæ virtutis astu quodam suffulciãt, fratri dolũ nectant, & alterius pascantur erũna. Tu autem proprijs esto contentus, & aliena te damna non pascant. Bonus cibus est simplicitas, innocentiæ

G ſuæ bona habens: inſidiari neſcit alienis, nec auaritiæ facibus inardeſcit: cui lucrum omne ad virtutem diſpendium eſt, ad cupiditatem incendium. Et ideo beata eſt, ſi bona ſua nouerit, cum veritate paupertas, & omnibus præferenda theſauris: quia melius eſt exiguum cum dei timore, quàm theſauri magni ſine timore eius. Quantũ eſt enim quod hominem alat? Aut ſi quæris quod etiam alijs abundet ad gratiam, id quoque nõ multum eſt. Melior enim eſt hoſpitalitas in oleribus cum gratia, quàm vitulorum pinguium præparatio cum diſcordia. Vtamur ergo ingenio ad quærẽdam gratiam, & ſalutem tuendam: non ad alienam circunſcribendam innocentiam. Licet nobis vti exemplis maritimis ad profectũ noſtræ ſalutis, non ad alienum periculum.

De præſcientia Echini maritimi, futuram tempeſtatem aut tranquillitatem nauigantibus prænunciantis: & vnde tam exiguum animal hoc munus acceperit. Ac de indulgentiæ dei creatoris ingenti præconio.

Caput. IX.

De Echino. ECHINVS animal exiguum, vile ac deſpicabile, maritimum loquar, plerunque index futuræ tempeſtatis aut tranquillitatis annuncius ſolet eſſe nauigãtibus. Denique cum procellam ventorum præſenſerit, calculum validum arripit: eúmque velut ſaburram velut, & tãquam anchoram trahit, ne excutiatur fluctibus. Itaque non ſuis ſe librat viribꝰ, H ſed alieno ſtabilit & regit pondere. Quo indicio nautæ velut ſignũ futuræ perturbationis capeſsunt, & ſibi præcauent, ne eos imparatos turbo improuiſus inueniat. Qui Mathematicus, qui Aſtrologus, quive Chaldæus ſic poteſt ſiderum curſus, cæli motus & ſigna comprehendere? Quo ingenio iſta collegit? quo doctore percepit? quis ei fuit tanti interpres augurij? Sæpe homines confuſionem aeris vident, & ſæpe falluntur, quod plerunque ea ſine tempeſtate diſcutiatur. Echinus nõ fallitur, Echinum ſua nequaquam ſigna prætereunt. Vnde exiguo animali tanta ſcientia, vt futura prænunciet? Quo magis in eo nihil eſt quo tantam habet prudentiam, credo quòd per indulgentiam domini rerum omnium id quoque præſcientiæ huius munus acceperit. Etenim ſi fœnum deus ſic veſtit, vt miremur: ſi paſcit volatilia: ſi parauit coruis eſcam: pulli enim eius ad dominum clamant: ſi mulieribus dedit texturæ ſapientiam: ſi aranearum, quę tam ſubtiliter ac docte laxos caſſes ſuſpendit in foribus, ſapientiæ non reliquit immunem? ſi ipſe virtutem equo dedit, & ſoluit de ceruice eius formidinem, vt exultet in campo, & occurrens regibus irrideat, odoretur bellum eminus, excitetur ſono tubæ: ſi hæc irrationabilia pleraq́; & alia inſenſibilia, vt fœnum, vt lilia, re I pleuit ſuæ diſpoſitione ſapientiæ: quid dubitamus quod etiam Echino contulerit huius gratiam præſcientiæ? Nihil enim inexploratum, nihil diſſimulatũ reliquit. Omnia videt, qui paſcit omnia: omnia replet ſapientia, qui omnia in ſapientia fecit, vt ſcriptum eſt. Et ideo ſi Echinum viſitationis ſuæ exortem non prætermiſit, ſi eum conſiderat, & futurorum informat indicijs, tua non cõſiderat? Immo vero conſiderat, ſicut teſtatur eius diuina ſapientia dicens: Si reſpicit volatilia, ſi paſcit illa, nonne vos pluris eſtis illis? Si fœnum agri, quod hodie eſt, & Mat.6. cras in ignem mittitur, deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei?

Quod vnumquodque genus piſcium præſcripta ſibi habeat domicilia, cum increpatione humanæ auiditatis. Qua ratione etiam quædam genera quandoque mutent loca, & vnde hoc habeant ingenium. De ſpecialibus quoque aliquorum piſcium virtutibus.

Caput. X.

AN VERO ſine quadam dote naturæ manere piſcibꝰ etiam illam putamus gratiam, quod vnumquodque genus piſciũ præſcripta ſibi domicilia habet, quæ ſui generis nullus excedat, non in K curſet alienus? Quis gæometra his diuiſit habitacula, nullis rumpenda temporibus? Sed gæometram audiuimus, thalaſſometram nũquam audiuimus, & tamen piſces menſuram ſuam norunt: non muris vrbium, portiſq́; præſcriptam, non ædificijs domorum, nõ agrorum finibus limitatam, ſed mẽſuram eius quod oporteat, vt tantum ſatis ſit vnicuique quantum ad vſum abundet, non quantum auiditas quædam immoderata ſibi vendicet. Lex quædam naturæ eſt, tantum quærere quantum ſufficiat ad victum, & alimentorum modo ſortem cenſere patrimonij. Hoc genus piſcium in illo ſinu maris alitur & gignitur, illud in alio. Denique non reperies confuſa genera piſcium, ſed quod hic abundat, alibi deeſt. Et iterum ille ſinus maris cephalos alit, lupos ille: ille ſaxatiles, locuſtas alius. Non eſt libera vagandi poteſtas, nec tamen intercluſa montibus copia, aut fluuijs interlabentibus tranſitus impeditur, ſed vſus naturæ impreſsus tanquam patriæ finibus vnumquemque ſe retinere, & vltra incolas prodire ſuſpectum. At nobis longe alia ſententia eſt, mutare exilio domos, incolarum faſtidio teneri, aduenarum captare gratiã, transferre terminos perpetuos, quos poſuerunt patres noſtri, agrum ad agrum iungere, domum ad domum. Deficit terra hominibus, ſternuntur & maria. Rurſus pro ſingulorum L libidine inciditur terra, mare infunditur, vt inſulas faciant, vt poſsideant freta, ſpatia maris ſibi vendicant iure mancipij, piſciumq́; iura ſicut vernaculorum conditione ſibi ſeruitij ſubiecta commemorant. Iſte inquit ſinus maris meus, ille alterius. Diuidunt elementa ſibi potentes. His oſtreæ in fluctibus nutriuntur, his in viuario piſcis includitur. Luxuriæ nec mare ſufficit, niſi apothecas habeant oſtrearum. Itaque ętates earum numerant, & piſcium receptacula inſtruunt, ne cõuinia diuitis mare non poſsit implere. Nam vicini nomen quibus audiunt auribus? quibus oculis intuentur poſſeſsiones eorum? Quemadmodum dies noctęſq́; excogitant vt aliquid proximi auferant? Nunquid ſoli habitabitis ſuper terram? clamat Propheta. Cognoſcit hæc dominus, & Eſaiæ.5. vindictæ reſeruat. Quantum aliena à piſcibus auiditatis rapina? Illi naturalia captant ſecreta, & vltra terminos orbis terrarum mare norunt, quod nullæ interpolant inſulæ, nec terra aliqua interiacet, vel vlterius vlla ſit poſita. Illic igitur vbi diffuſum late mare ominẽ ſpectandi vſum, vtilitatis gratia nauigandi intercludat audaciam, condere ſe feruntur cete illa immenſa genera piſcium, æqualia montibus corpora, vt tradiderunt nobis qui videre potuerunt: illic quietum æuum exigunt, De Cetis. diſcreta ab inſulis, & ab omnibus maritimarum vrbium contagijs ſeparata. Habent ſuas regiones, & habita M cula diſtributa, manent in his inoffenſo vicinorum limite, nec vago tranſitu mutationes quærunt locorum, ſed tanquam patriũm ſolum diligunt, & in his immorari dulce arbitrantur. Quæ ideo elegerunt, vt ſolitariam vitam remota poſsint arbitrorum interpolatione tranſigere. Sunt tamen aliqua genera piſcium qui non ingenij facilitate loca mutent, ſed foueẽdi partus neceſſitate, quæ opportuno atque legitimo procurantes tempore, ex plurimis locis à diuerſo ſinu maris innumeri velut communi conſilio cõuenientes, coniuncto agmine Aquilonis flatus petũt: & ad illud ſeptentrionalium mare partium quadam naturæ lege contendunt. Dicas, ſi aſcendentes videas, Rheuma quoddam eſſe, ita prorumpunt, fluctuſq́; interſecant, per Propõtidem in Euxinum Pontum violento impetu profluẽtes. Quis piſcibꝰ hæc annunciat loca, præcepta, tempora? Quis tribuit diſpoſitionem viandi, comitandi ordinem, metas, & tempora reuertendi? Homines ſuum imperatorem habent, cuius expectatur imperium. procedit teſſera, proponuntur edicta prouincialibus, vt conueniant, Tribunis militum literæ diriguntur, dies ſtatuitur, & plerique ad dies

A ſtatutos occurrere non queunt. Quis imperator piſcibꝰ præceptum dedit? Quis doctor hanc tribuit diſciplinã? Qui metatores itinera diſponunt? Qui duces iter dirigunt, vt nullius deſit occurſus? Sed agnoſco quis ille ſit imperator, qui ordinatione diuina ſenſibus vniuerſorũ ſuum infundat imperium, qui tacitus mutis animantibus naturalis diſciplinæ ordinem tribuat: nec ſolũ magna penetret, ſed etiã per minima queq́; ſe fundat. Diuinæ legi piſcis obſequitur, & homines contradicunt. Piſcis ſolenniter obaudit mandata cæleſtia. An contẽptibilis tibi videtur, quia mutus eſt, rationiſq́; expers? Sed vide ne tu tibi magis incipias eſse contemptui, ſi irrationabili irrationabiliior deprehendaris. Quid autem rationabilius hoc piſcium tranſitu, cuius rationem quidẽ verbis non explicant, ſed factis loquuntur? Pergunt enĩ ætatis tempore ad fretum Ponti, eò quòd reliquo maris ſinu hic ſinus dulcior ſit. Non enim tandiu Sol eo freto, quandiu cæteris immoratur: eáque fit cauſa vt non omnem aquam exhauriat quæ dulcis atque potabilis eſt. Quis autem ignorat quòd etiam ea quæ maritima ſunt, aquis plerunque dulcibus delectẽtur? Denique dum flumina ſequuntur, & ad ſuperiora aſcendunt, frequenter alieni piſces generis capiuntur in fluuijs. Cum hæc igitur cauſa Pontum illis faciat gratiorem, vel quod æſtus tẽperet ſolennis illic flatus Aquilonis, tum opportunio rem cæteris iudicant in quo generare, & partus poſsint B proprios enutrire: quòd teneri fœtus laborem alienæ regionis ferre vix poſsint, quos illic fouet aeris blanda clemẽtia. Itaq; peracto munere, omnes ſimul eo quo venerant agmine reuertuntur. Quænam iſta ſit ratio, conſideremus. Obiectus eſt Ponti ſinus Boreæ, cæterorúmque ventorum violentiſsimis flatibus: vnde grauis illic procella furit, & tempeſtates mouentur, ita vt de profundo arena verratur, cuiꝰ rei fluctus arenoſus indicio eſt, qui ventorum motu inſurgens altius, tum põdere grauior, haud dubiè non ſolum nauigantibus, ſed etiam maritimis ipſis animantibus intolerabilis habetur. Accedit illud, quod complurima & maxima Ponto flumina miſceantur, cum hyberno tẽpore ſinus ipſe frigidiore torrentium rigeſcat allapſu. Propterea piſces tanquam arbitri fluentorum, æſtate illic aſpirantis auræ clemẽtiam captare conſueuerunt, cuius amœnitate perfruiti, rurſus hyemis aſperæ declinare contendunt, & Septentrionalis plagæ ſæua fugientes, in reliquos ſe ſinus conferũt, in quibꝰ aut ventorũ mollior ſit placiditas, aut Solis ſoleat vernare temperies. Nouit igitur piſcis pariendi tempus, quod pro magno myſterio dixit Salomon in Sapientia. Nouit tempus eundi atque redeundi, nouit tempus perfunctionis & iactationis, & nouit vt nõ queat fallì: quia non rationis æſtimatione, & diſputationis argumento vtitur, ſed inſpiratione naturæ, quæ vera eſt ma- C giſtra pietatis. Denique omnes animantes præſcripta habent pariendi tempora, homo ſolus indiſcreta atque cõfuſa. Reliqua genera clementiã temporis quærunt, mulieres ſolæ partus ſuos inclementer effundunt. Vaga enim & intemperans libido generandi, vagam pariendi ætatem exhibet. Piſces tanta maria tranſmittunt, vt vtilitatem aliquam generi ſuo quærant. Nos quoque diffuſa æquora transfretamus. Sed quanto honeſtius quod ſucceſsionis amore, quàm quod pecuniæ auiditate ſuſcipitur? Deniq; illis ad pietatem, nobis ad queſtum tranſmiſsio deputatur. Illi ſobolem præferunt omnibus mercibus chariorem, nos mercem longe imparem ad periculi vicem miſera lucri cupidine reportamus. Itaque illi patriam repetunt, nos derelinquimus. Illis natando incrementum generis acquiritur, nobis minuitur nauigãdo. Quis igitur neget diuinitus illis infuſum ingenium eſse huiuſmodi atq; virtutem? cum videat iſtos in Aquilonem tam ſolennem obeundæ fœcunditatis peregrinationem vitaciingenio componere, alios in exiguo corpore tantum validitatis aſsumere, vt maximas nauium D plenis currentes velis, in medijs fluctibus ſiſtãt: ſicut breuis piſciculus Echeneis tanta facilitate memoratur nauem ingentem ſtatuere, vt quaſi radicatam mari hærere videas, nec moueri. Aliquandiu enim immobilẽ ſeruat. An & huic putas ſine creatoris munere tantum potuiſſe ſuppetere virtutis? Quid gladios loquar, aut ſeras, aut canes maritimos, aut balenas, aut zigenas? Quid etiam turturis centrũ, & hoc mortuę? Sicut enim viperę os ſi quis calcauerit, recẽs dũtaxat, grauiꝰ q̃ venenũ nocere perhibetur, & immedicabile vulnꝰ ſerpere, ita etiã turtur aculeo ſuo mortua amplius q̃ viua periculi afferre memoratur. Lepuſculus quoq; timidũ animal in terris, in mari formidabile, citam, & quæ non facile poſsit auferri, corruptelam ſuehit. Voluit enim te creator nec in mari ſatis ab inſidiantibus eſse ſecurum, vt propter pauca quę noceant, quaſi in excubiis poſitus, arma fidei ſemper & ſcutum deuotionis accinctus, à domino tuo debeas ſalutis ſperare præſidium.

De ſingulari Atlantici maris cõmendatione ex iis quæ in ipſo naſcuntur aut fiunt, cum cõcluſione ſermonis de piſcibus.

Caput. XI.

VENIAMVS ad Atlanticum mare. Quàm in- E gentia illic & infinitæ magnitudinis cete, quæ ſi quando ſupernatant fluctibus, annantare inſulas putes, montes altiſsimos ſummis ad cælum verticibus eminere. Quæ nõ in acta, nec in litoribꝰ, ſed in Atlantici maris pfundo ſeruntur videri, vt eorum cõſpectu nautæ à nauigandi in illis locis præſumptione reuocentur, nec ſecreta clemẽtorum adire ſupremæ terrore mortis vſurpent. Sed iam aſsurgamus ipſi de profundo maris, & aliquantulũ ſermo noſter emergat, ad ſuperiora ſe ſubrigat. Spectemus ea quæ vſitata multis, & plena ſint gratiæ, quomõ aqua in ſalis vertatur ſoliditatem, vt ferro ſæpe cędatur, quod de Britannicis ſalibus nihil mirum, qui in ſpeciem marmoris validi, ciuſdẽ metalli niueo candore reſplẽdent, ſalubres corporis cibo, & potui nimis grati. Quomodo etiam non indecorus lapis coralium in mari herba ſit: ſi in aerem transferatur, lapidis firmitate ſolidetur. Vnde etiam oſtreis preciоſiſsimam margaritam natura infixerit, quomodo eam maris aqua in tam molli carne ſolidauerit. Quæ difficile apud reges inueniuntur, ea in littoribus quaſi vilia iacent vulgo, & in ſaxis aſperis & cautibus colliguntur. Aureum etiam vellus aqua nutrit, & lanam in memorati ſpeciem metalli gignunt littora, cuius colorem nullus adhuc eorum qui fucis diuerſis obducunt vellera, imitari potuit: adeo natura maritimæ gratiam humana implere neſcit induſtria. Scimus qua ſolicitudine vellera ouium etiam minus preciоſa curentur: ſint licet optima, nequaquam tamen his fucus innaſcitur. Hic naturalis color eſt, quem nullus adhuc fucus æquauit. hoc quoque piſcis eſt vellus. Sed & ipſi murices qui inſigne dãt regium, ſunt maritimi. Et quæ pratorum gratia, vel ortorum amœnitas poteſt cerulei maris æquiparare picturam, Aurum licet in pratis flores refulgeant, auri quoque fulgorem in mari lana reſplendet: & illi cito marceſcunt, iſta diu duratura ſeruatur. Lilia in ortis eminus nitent, vela in nauibus. Hic odor, illic ventus aſpirat. Quæ vtilitas in folio? In nauibus quanta commercia? Lilia ſuauitatem narium, vela hominum ſalutem inuehunt. Adde piſces ſalientes, & delphinas ludentes. Adde rauco ſonantes fluctus murmure. Adijce currentes naues ad littora, vel de littoribus exeuntes. Cum è carceribus mittuntur quadrigæ, quanto ſtudio ſpectantium & amore certatur? Equus tamen inuanum currit, non inuanum nauigia. Ille inuanum, quia vacuus: iſta ad vtilitatem, quia plena frumenti. Quid ijs gratius, quæ non verbere aguntur, ſed ventorum ſpiramine: vbi nemo refragatur, ſed om-

G nes fautores sunt: vbi nemo vincitur quicunque peruenerit, sed omnes puppes quæ peruectæ fuerint, coronantur: vbi palma merces salutis, victoria precium regressionis est? Quãtum etiam distat inter directos cursus ac reflexos? Isti perpetuantur, hi resoluuntur. Adiũge remigũs contexta littora, quibus vexillum exeundi aura de cælo est. Itaque aurigæ plausum inanem referunt, hi soluunt vota seruati. Quid de Iona dignum loquar, quem cetus excepit ad vitam, reddidit ad prophetandi gratiã? Emẽdauit aqua, quem terrena deflexerant, psallebat in vtero ceti, qui mœrebat in terris. Et vt vtriusque redemptio non prætereatur elementi, terrarum salus in mari ante præcessit, quia signum filij hominis, signum Ionæ. Sicut iste in vtero ceti, sic Iesus in corde terræ. In vtroq; remedium, maius tamen in mari pietatis exẽplum, quoniam exceperunt pisces quem homines refutarunt: & quem homines crucifixerunt, pisces seruauerũt. Petrus quoque in mari titubabat, sed non labebatur: & confessus in fluctibus, negauit in terris. Itaque illic quasi deuotus manu apprehenditur, hic quasi oblitus aspectu censorio cõuenitur. Sed iam rogemus dominum, vt sermo
H noster quasi Ionas ejiciatur in terram, ne diutius in salo fluctuet. Et bene iam exiuit cucurbita, quæ obũbret nos à malis nostris, sed & ipsa procedẽte sole arefacta admonet requiescẽdum, ne interæstuare incipiamus ingenio, & nobis etiam verba deficiant. Certe plus nobis quam Niniuitis data est in aquis remissio peccatorum.

De pulchra introductione sermonis de natura auium habendi. Caput. XII.

ET cum paululum conticuissem, iterũ sermonem adorsus aio: Fugerat nos fratres dilectissimi necessaria de natura auiũ disputatio, & sermo huiusmodi nobis cum ipsis auibus euolauerat. Fit eni natura quadam, vt hi qui aliquid intuentur, vel dicendo exprimere volunt, eorum qualitatem quæ vel intuentur vel loquuntur assumant, vt & cum pigrioribus immoremur, & cum velocibus celeri rapiamur aspectu, stylo quoque aut tardiore vtamur aut rapidiore. Itaq; cum cauco ne
I mari demersa præteream, & aquis operta me lateant, effugit omne volatile, quia dum inclinat9 imos aquarum gurgites scrutor, aerios non respexi volatus, nec vmbra saltem pennæ mẽ præpetis reclinauit, quæ in aquis relucere potuit. Verum vbi omne negocium expeditũ putaui, & absolutum mẽ credidi, & diem quintum cõsummatum arbitratus sum, venit in mentem auium natura, quæ cum eunt cubitũ, quasi pacto latæ munere, æthera cantu mulcere consueuerunt: quod velut soleniter surgente & occidente die instaurare consuerunt, vt decursi vel adoriendi nocturni iuxta ac diurni temporis laudes suo referant creatori. Magnum igitur incentiuũ excitandæ nobis deuotionis amiserã. Quis enim sensum hominis gerens non erubescat sine Psalmorum celebritate diem claudere, cum etiam minutissimæ aues solenni deuotione & dulci carmine ortũ9 dierum ac noctium prosequantur? Redeat igitur nobis volaticus sermo, qui pene fuerat elapsus ex oculis, & aquilę modo alta petẽs, volatus suos sub duxerat nubibus, nisi quia oculos ablu
K ti aqua dum de gurgite leuamus ad cælum, speculati vacuum aeris volatibus ferri, ad necessitatem styli putauimus esse reuocandum. Eritis vos iudices, qui estis aucupes verbi, vtrum consultius euolasset, an vtiliter in nostra retia sit relapsus. Nec vereor ne fastidium nobis obrepat in volatilibus requirendis, quod non obrepsit in gurgitibus perscrutandis, aut aliquis nobis in disputatione obdormiat, cum possit auium cantibus excitari. Sed profecto qui inter mutos pisces vigilauerat, non dubito quod inter canoras aues somnum sentire non possit, quin tali ad vigilandum gratia prouocetur. Neq; vero vile putetur quod potuit præterire, cũ sit tertia pars
K in animantibus creaturæ. Tria enim genera animantiũ esse nõ dubiũ est, terrenũ, volatile, aquatile. Deniq; sic scriptũ est: Producãt aquæ reptilia animarũ viuentiũ secundũ genus, & volatilia volãtia super terram secus firmamentum cæli secundum genus.) Reuocamur ad superiora sicut obliuiosi viatores, qui cum incõsulto præterierint, in sua reuertentes vestigia, incuriæ suæ multã repetito itineris labore suscipiunt. Est tamen etiam bonus viator qui dispendium regressionis, reliqui itineris compendiosa celeritate compenset, vt mihi faciendum arbitror: maxime cum de auibus sermo sit, quæ solent oculos hominũ volatu ꝓperatiore perstringere. Quid enim conuenit ijs immorari, in quibus celeritas placere consueuit? Auius igitur atque inusitatus in tali genere scriptionis sermo noster canoris auibus resonet ac resultet. Sed vnde mihi cygnea carmina, quæ etiã sub grauí mortis imminentis terrore delectãt? Vnde mihi illos naturalis modulos cantilenæ, quibus paludes sonorę cantus edunt dulcissimi suauitatem? Vnde mihi vocem psitaci, dulcedinẽmque merularum? Vtinam saltem luscinia canat, quæ dormientem de somno excitet. Ea enim auis significare solet diei surgentis exortũ, & effusiorem diluculo deferre lætitiam. Tamen si illorum suauitas deest, sunt gementes turtures, & raucæ co
L lumbæ, tum etiam cornix plena voce pluuiam vocat. Vnde rurale auiarium sermone quo possumus, scientia quam nos rusticani docuerunt, persequamur.

De ordine dicendorum, ac natura auium quæ circa aquas maris fluminũmque versantur. Caput. XIII.

DE aquatilibus reptilibus quoniam diximus, arduum est vt subito ad aues cæli sermo noster ascendat. Et ideo de ijs auibus prius dicamus, quæ circa aquas maris fluminumq; versantur, cum quib9 possum9 emergere. Itaq; ab halcyone sermonẽ adoriamur. Ea est auis maritima, quæ in littoribus fœtus suos edere solet, ita vt in arenis oua deponat medio fere hyemis, Nam id temporis fouendis habet deputatum partubus, quando maxime insurgit mare littoribus, vehementioriq; fluct9 alliditur, quo magis repentinæ placiditatis solennitate auis huius eluceret gratia. Namque vbi vndosum fuerit mare, positis ouis subito mitescit, & omnes cadũt ventorũ procellæ, flatusq; aurarũ quiescũt, ac placidum vẽtis stat mare, donec oua foueat halcyon sua. Septẽ autẽ dies fotus sunt: quibus decursis educit pullos, fœtusq; ab-
M soluit: illico alios quoque septem dies adiungit, quibus enutriat partus suos; donec incipiãt adolescere. Nec mireris tam exiguum nutrimenti tempus, cũm absolutio fœtuum tam paucorum dierum sit. Tantam autem gratiam minuscula auis diuinitus indultam habet, vt hos quatuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent, quos & halcyonidas vocant, quibus nullus motus procellosæ tempestatis horrescit. Nónne vos pasceribus pluris estis? dominus ait. Si igitur auis minusculæ contemplatione & insurgit mare, & repente comprimitur, atque aspera hyemis inter ingruentes procellas tẽpestatẽsque ventorum detergit cęli nubila, fluctusq; cõponit elementis omnibus subito infusa tranquillitas: quantum præsumere debeas ô homo ad imaginem dei factus, agnoscis: si tamen auiculæ istius fidem studio deuotionis imiteris. Illa tempestates videns insurgere, sæuire ventos, inter hyberni sæua non reuocatur nec reflectitur, sed impellitur. Deniq; in littore sua oua cõstituit, vbi ea relabente fluctu madida adhuc arena suscipiat: nec insurgentes fluctus quos immurmurare atq; allabi videt, reformidat. Et ne putes quòd ouorum videatur habere contẽptũ, cõtinuo vbi deposuerit oua, nidificat, & suo partus corpore fouet, nec saluti propriæ alluuio-

Luc. 12.

A ne littoris pertimescit, sed secura de dei gratia, ventis se committit & fluctibus. Parum est hoc. Adiungit totidẽ alios ad nutriendum dies, nec interim turbari tot diebus infidi maris tranquillitatem veretur, tentátque meritum suum naturæ iam solennitate fundatum, & teneros fœtus nõ latibulis aliquibus abscõdit aut tectis, nec includit cauernis, sed nudo & rigenti committit solo, nec defendit à frigore, sed diuino fotu quo magis cętera despiciat, tutiores fore existimat. Quis nostrũ paruulos suos non vestimentis tegat, tectisq; abscondat? Quis nõ claudat eos septis cubiculorum? Quis non ita diligenter vndique fenestras obstruat, ne qua possit aura penetrare? Merito quos tã solicite induimus ac fouemus, exuimus eos clementiæ cælestis inuolucro: halcyon vero
De mergis. quos nudos proijcit, eos diuino vestit indumento. Nec vos præteribo mergi, quibus ab assiduitate mergẽdi nomen hoc hæsit, quomodo sæpe mergentes aurarum signa colligitis, & prędidentes tempestatem futuram, propе medio reuolatis ex æquore, & ad littorum tuta cũ clamore contenditis. Quomodo etiam fulicæ quæ maritimo delectamini profundo, refugiẽtes posteaquàm prænsenseritis commotionem maris, in vado luditis. Ipsa ar
De fulicis
De ardea dea quę paludibus inhęrere consueuit, notas deserit sedes, imbrẽsque formidans, supra nubes volat, vt procellas nubium sentire non possit. Consideremus diuersas volucres maris, quemadmodum imminente ventorum motu ad tutiora & tunc temporis dulciora sibi stagna se conferant, atque in abscondito terrarum sinu incognita sibi alimenta rimẽtur. Nocturnas autem anserum
De anseribus. quis non miretur excubias, qui vigilias suas etiam cantus assiduitate testantur? Denique eo etiam Romana capitolia à Gallo hoste seruauerunt. Merito illis debes Roma quod regnas. Dii tui dormiebant, & vigilabant anseres. Ideo illis diebus anseri sacrificas, non Ioui. Cedunt enim dii vestri anseribus, à quibus se sciunt esse defensos, ne & ipsi ab hoste caperentur.
B

Cur post descriptionem piscium, de iis auibus quæ assuetæ sunt aquis, sermo succeserit, & de diuersis exin de auium generibus ac differentiis. Caput. XIIII.

PVLCHRE autem post descriptionem pisci um, de iis auibus quæ assuetæ sunt aquis, sermo succesit, quia & ipsæ similiter vsu natandi & munere delectantur. Vnde & prima cognatio videtur auib9 istis esse cũ piscibus, quoniam natandi communia quædam videntur vtriusque generis esse consortia. Secunda quoq; cognatio omnibus auibus & piscibus est, eò quòd volandi vsus species sit natandi. Sicut enim aquam natando piscis incidit, ita auis aerem volatu celeri secat. Atq; vtri-
C que generi similiter cauda suppetit, alarumq; remigiũ, vt pisces ad priora se alis subrigant, atque ad vlteriora procedant. Caudæ quoque gubernaculo vel quo velint se facile conuertant, vel impetu quodam è regione iter suum dirigãt. Aues quoque aeri volatibus suis velut aquis innatant, & quasi quædam extendunt brachia. Cauda quoque se vel ad superiora subrigunt, vel ad inferiora demergunt. Vnde quoniam in nõnullis idem vsus & species, ideo de aquis vtriusque generis natiuitas diuina præceptione processit. Dixit enim deus: Producãt aquæ reptilia animarum viuentium secundum genus, & volatilia volantia secus firmamentum cæli secundum genus.) Non immerito igitur quia de aquis genus vtrunque producitur, natãdi proprietas vtriusque suppeditat. Sane cũ & coluber lubricus, omnésque serpẽtes: (ideo enim serpendi nomen est inditum, quia nõ possint ambulare, sed serpere) dracones quoque simili modo vt pisces pleрique sine pedibus sint: nullum animi genus pedum officio caret, quia omnibus victus è terris; & ideo pedũ munere fulciuntur, quia huiusmodi ad escam quærendam indigent ministerio. Itaque aliæ volucres vnguibus armantur ad raptum, vt accipitres & aquilæ, quæ rapinam venationis exercent: Aliæ vel ad incedendum, vel ad cibum sibi parandum vsu ministerioq; potiuntur accommodo. Vnum autem nomẽ auium, sed genera diuersa. Quæ quis possit memoria aut cognitione comprehendere? Sunt itaque aues quæ carne vescuntur. Ideo his vngues asperi, curuatum atque acutum os, velox volatus, quoniam rapto viuunt, vt possint facile corripere prædam quam sequũtur, propere vel ore vel vnguibus euiscerare. Sunt etiam aues quę reperto pascuntur semine, aliæ diuerso & fortuito cibo. Est etiam diuersitas copularum, quarum gratia carent feræ quæ intendũt rapinis. Nam propter auiditatem prædandi, vel propter insidias explorandi, nec ipsis inter se conuenit, & ideo declinãt sui copulam. Refugit enim auaritia consortium plurimorum, deinde coniunctio plurimorum facile ipsa se proderet. His ergo auibus nihil est copulatorium, præter iugale consortium. Ergo aquilis accipitribusq; hic vsus est vitæ. Contra vero palumbes, grues, sturni, corui atque cornices, etiam turdi gaudent plurimorum connexione, Alia quoque auium genera enchoria, quę manent in locis semper. Alia aduentitia, quæ obeunt regiones alias. & peracta hyeme reuertũtur. Sunt alię quę hyeme redeunt, æstate peregrinantur à nobis, siue quod alia hyemis tempore ad calidiora se conferant, siue qđ plerąq; rursus æstatem in iis locis exigant, quæ amœniora
E nouerunt. Turdi denique autumni fine, hyemis cõfinio, quasi exacta æstate se referunt. Quibus nos inhospitali immanitate molimur insidias, & diuerso genere nunc infida decipula decipere, nunc visco eos fallere, nunc laqueis captare contendimus. Ciconiæ reditus vexillum veris attollit. Grues qui alta petunt, amant frequenter peregrinari. Aliæ aues ad manum se subijciunt, & mensæ herili assuescunt, tactuq; inuicẽtur. Aliæ reformidãt. Aliæ iisdem quibus homines domiciliis delectãtur. Aliæ secretam in disertis vitam diligunt, quæ requirendi sibi victus difficultatem libertatis amore compensant. Aliæ vocibus tantum strepunt. Aliæ canoro delectantur suauiq; modulamine. Quædam ex natura, aliæ ex institutione diuersarum vocum obloquuntur discrimine, vt hominem putes locutum cum locuta sit auis. Quam dulcis merularum, quàm expressa vox psitaci est. Sunt etiam aliæ simplices, vt columbæ. Aliæ astutæ, vt perdices, Gallus iactantior, Pauo speciosior. Sunt etiã vitæ in auibus & operum diuersitates, vt aliæ ament in commune
F consulere, & collatis viribus velut quandam curare rẽpublicam, & tanquam sub rege viuere. Aliæ sibi quæque prospicere, imperium recusare: & si capiantur, indigno velint exire seruitio.

A quibus auibus exordium sequentis sermonis sumẽdum sit. Ac de gruibus quomodo solicitam exerceãt custodiam; & volantes seruant ordinem, exemplumq; exercẽdæ politiæ præbuerint hominibus. De cõmendatione præterea status antiquæ reipublicæ. Et de causa atque accusatione humanæ incuriæ. Cap. XV.

AB iis igitur ordiamur, qui nostro vsui imitationẽ dederunt. In illis enim politia quędam & militia naturalis, in nobis coacta atque seruilis. Quàm iniussi & volũtario vsu grues in nocte solicitam exercent custodiam, dispositos vigiles cernas, & cæteris consortib9 generis quiescentibus, alię circumeunt & explorant, ne qua ex parte insidiæ tententur, atq; omnẽ deferunt impigro sui vigore tutelã. Post vbi vigiliarũ fuerit tẽpus impletum, perfuncta munere, in somnũ se prædicto clangore cõponit, vt excitet dormiẽtẽ, cui vicẽ muneris traditura est. At illa volẽs suscipit sortẽ, nec vsu nostro inuita & pigrior somno renũciat, sed impigre suis excuti
De gruibus.

G tur stratis, vicem exequitur, & quam accepit gratiam, pa
ri cura atque officio repræsentat. Ideo nulla desertio,
quia deuotio naturalis: ideo tuta custodia, quia volũtas
libera. Hunc etiam volantes ordinem seruãt, & hac mo
deratione omnem laborẽ alleuãt, vt per vices fungãtur
ductus sui munere. Præcedit enim vna, & præcurrit cete
ris præstituto sibi tempore, & quasi ante signa præcurrit,
deinde conuertitur, & sequenti sortem ducẽdi agminis
cedit. Quid hoc pulchrius, & laborẽ omnibus & honoꝛ
rem esse communem, nec paucis arrogari potentiã, sed
quadam in omnes voluntaria sorte trãscribi? Antiquæ
hoc reipublicæ munus, & instar liberæ ciuitatis est. Sic
ab initio acceptam à natura exemplo auium politiã ho
mines exercere cœperunt, vt communis esset labor, cõ
munis dignitas, per vices singuli partiri curas discerẽt,
obsequia imperiãque diuidere, nemo esset honoris ex
ors, nullus immunis laboris. Hic erat pulcherrimus re
rum status, nec insolescebat quisquam perpetua pote
state, nec diuturno seruitio frangebatur, quia & sine in
uidia erat ordine muneris & tẽporis moderatione dela
ta promotio, & tolerabilior videbatur quæ cõmuni ca
debat sorte custodia. Nemo audebat alium seruitio pre
mere, cuius sibi succes suri in honorẽ mutua forent sub
eunda fastidia. Nemini labor grauis, quem dignitas se
cutura releuaret. Sed postquam dominandi libido ven
dicare cœpit indebilitas, & susceptas nolle deponere po
testates, posteaquam militia non ius commune cœpit es
se, sed seruitus, posteaquam nõ ordo factus est suscipiẽ
H dæ potentiæ, sed studium vendicandæ, cœpit etiam ipsa
laboris functio durius sustineri: & quæ non est volunta
ria, cito locum relinquit incuriæ. Homines quàm inuiti
subeunt vigiliarum munia, quàm ægre vnusquisque in
castris periculum fortius excubat, quod tuendum sibi
regali præceptione committitur. Proponitur pœna de
fidiæ: & tamen plerunq; obrepit incuria, non seruantur
excubiæ. Necessitas enim quæ inuito imponit obsequi
um, affert plerunq; fastidium. Nihil est enim tam facile
quin habeat difficultatem quod facias inuitus. Ergo &
iugis labor auertit affectum, & continua & diuturna po
tentia gignit insolentiam. Quem inuenias hominũ qui
spõte deponat imperium, & ducatus sui cedat insigne,
fiatq; volens numero postremus ex primo? Nos autem
non solum de primo, sed etiam de medio sæpe conten
dimus, & primos discubitus in conuiuio vẽdicamus: ac
si semel delatum fuerit, volumus esse perpetuum. Ideo
inter graues æquanimitas in laboribꝰ est, humilitas in po
testatibus. Admonentur vt exerceant custodiæ vices, nõ
admonentur vt de potestatibus decedant, quia ibi natu
I ralis quies somni interpellanda, hic voluntaria sedulitatis gratia præstanda est.

De ciconiis quemadmodum proficiscantur quo pergendum putant. Qualiter etiam à cornicibus deducantur, atq; adiumentur in bellis. Et de earundem cornicum commendabili hospitalitate, humanaq; negligentię increpatione. De illarum quoq; erga pattes suos pietate, & nostræ impietatis notatione. Caput. XVI.

De ciconiis.

CICONIAS ferũt collecto proficiscẽdi agmine, si quo pergendum putant, & simul ple
risq; circa orientẽ locis iuchi, & quasi tes
sera militari pariter omnes mouẽri. Exer
citũ credas cũ signis suis pergere; sic ómnes viandi comitandiq; & præcundi ordinem seruant.
De cornicibus. Cornices autem deducunt eas ac dirigunt, & velut quibusdam turmis stipatricibus prosequuntur, adeo vt adiumẽta quędam bellantibus aduersus inimicas aues cõferre credantur, & propriis periculis bella aliena suscipere. Cuius rei indicium est, quia nullæ per interuallum aliquod temporis residere in illis locis reperiuntur. Et quia cùm vulneribus reuertẽtes manifesta quadam sanguinis sui voce cæteris q; loquuntur indiciis, grauium se K certaminum subiisse conflictum. Quis igitur illis pœnã desertionis indixit? Quis derelictæ militiæ supplicia pre scripsit formidolosa, vt nulla prosequẽdis hospitalibus turmis sese subtrahere nitatur, sed certatim omnes deductionis munere officioq; fungantur? Discant homines hospitalia seruare iura, & ex auibus cognoscãt quid religionis hospitibus sit deferendum, quod obsequium deputandum, quibus cornices etiam pericula sua negare non soleant. His igitur nos ianuas claudimus, quibus aues etiam animas suas conferunt? & quos illæ consortio prosequuntur discriminis, eos tecti prohibemus hospitio? & quorum illæ bella suscipiunt, his nos bella fre quenter inferimus? Mentior si non Sodomitanis hæc fuit causa supplicii, aut Aegyptius furor, genti hospitæ dũ bellum conatur inferre, inhospitalitatis pœnas infidæ naufragio plebis exoluit. Quàm vero rationabilium ex cedat pietatem ac prudentiam auis huius clementia, cõ siderandum, quam nec post exemplum quidem irratio
nabilium quisquam nostrorum imitari poterit. Nam de
positi patris artus per lõgæuũ senectutis plumarũ tegmi L
ne alarũmque remigio nudatos, circunstans soboles pẽ
nis propriis fouet. Et quid dicam collatitio cibo pascit,
quando etiam ipsa reparat naturę dispendia, vt hinc at
que inde subleuantes senem fulcro alarum suarum ad
volandum exerceãt, & in pristinos vsus desueta iam re
uocent pii patris membra? Quis nostrum leuare ægrum
non fastidiat patrem? Quis fessum senem suis humeris
imponat, quod in ipsa historia vix credibile habetur?
Quis, vt pius sit, non hoc seruilis mandat obsequium?
At vero auibus non est graue quod pietatis est plenum,
non est onerosum quod soluitur naturæ debito. Non re
cusant aues pascere patrem, quod etiam præscripta ne
cessitate sub tentore pœnarum plerique hominum re
cusarunt. Aues non scripta, sed nata lex stringit. Aues
ad hoc munus nullo præcepto cõueniunt, sed gratiæ na
turalis officio. Aues non erubescunt reuerendi senis mẽ
bra portare. Est enim victoria pietatis: quod eousque fre
quenti testificatione percrebuit, vt congruæ mercedem
remunerationis inuenerit. Nam Romanorum vsu pia
auis vocatur. Et quod vix vni imperatori cõsulto sena
tus delatum dicitur, hoc istæ aues in commune meru
erunt. Habent ergo aues istæ decreta patrum ad propriæ
insigne clementiæ. Pios enim filios, patrum prius opor
tuit iudicio prædicari. Habent etiam vniuersorum suf
fragia. Nam retributio beneficiorum antipelargosis no M
minatur. Pelargos enim ciconia dicitur. Virtus itaque
ab his nomen accepit, cum relatio gratiarum ciconiæ
vocabulo nuncupatur.

De hirundinis materna sedulitate, industria ac pieta
te in filios. De commendatione præterea paupertatis ip
sius, & molestia atque improbitate nostra cum paupertas, inopia vel indigentia nobis occurrerit.

Caput XVII.

HABEMVS auiariæ sobolis erga cultus pa
trios pietatis exẽplum. Accipiamus nunc
maternæ sedulitatis in filios grãde docu
mẽtum. Hirũdo minusculo corpore, sed De hirun
egregię pio sublimis affectu, quæ idiga re dine.
rum omnium preciosiores auro nidos struit, quia sapiẽ
ter nidificat. Nidus enim sapientiæ preciosior est auro.
Quid enim sapientius, q̃ vt & volandi vaga libertate po
tiatur, & hominũ domiciliis paruulos suos & tecta com
mendet, vbi sobolem nullus incurset? Nam & illud est
pulchrũ, vt à primo ortu pullos suos humanæ vsui con
uersationis assuescat; & præstet ab inimicarũ auium in
sidiis tutiores. Tum illud præclarum quia gratia domos
sibi sine vllo aditu ita q̃ artis perita componat. Legit
enim festucas ore, easq; luto illinit, vt conglutinare pos
sit. Sed quia lutũ pedibus nõ potest deferre, summitatem
pennarum aqua infundit, vt facile his puluis adhæreat,

A & fiat limus, quo paulatim festucas vel minutos surculos sibi colligat, atque adhęrere faciat. eo genere nidi to
tius fabricam struit, vt quasi pauimenti solo pulli eius
intra ædes suas sine offensione versentur, nec pedem ali
quis interserat per rimulas texturarũ aut teneris frigus
irrepat. Sed hoc industriæ iudicium † prope commune
† alias of ficium. multis auibus: illud vero singulare, in quo est præclara
cura pietatis, & prudentis intellectus & cognitionis insi
gne, tum quædam medicæ artis peritia, quod si qua pulli
eius fuerint cæcitate suffusi oculos siue compuncti, ha
bet quoddam medendi genus quo possit eorum lumina
intercepto vsui reformare. Nemo igitur de inopia que
ratur, quòd vacuas pecuniæ proprias ædes reliquerit.
Pauperior est hirundo, quæ vacua æris abũdat industria
AEdificat, nec impendit: tecta attollit: & nihil aufert pro
ximi, nec indigẽtia & paupertate ad nocẽdum alii com
pellitur, nec in graui filiorum imbecillitate desperat.
Nos vero & paupertas afficit, & inopiæ necessitas vexat
& plerosq; indigentia cogit in flagitiũ, impellit in crimẽ
Lucri quoq; studio in fraudes versamus ingenium, apta
mus affectum, atq; i grauissimis passionibus spem depo
nimus, fractique animo resoluimur, improuidi & iner
tes iacemus, cum de diuina miseratione tunc sperandũ
amplius sit, cum præsidia humana defecerint.

Vt ex vsu & pietate cornicum discant homines amare filios. Et de fœminarũ nostri generis patrũmq; i filios
impietate. Et hinc de excusatione accipitrũ & aquilarũ,
B qui diũ aduersus fœtus suos ferũtur habere inclementiam. De pietate quoq; fulicæ quę abdicatũ aquilæ pullũ
cum sua prole connectit & nutrit. Caput. XVIII.

DISCANT Homines amare filios ex vsu & pietate cornicum, quę etiam volãtes filios
comitatu sedulo prosequuntur, & solicite
ne teneri forte deficiant, cibũ suggerũt, ac
plurimo tẽpore nutriendi officia nõ relin
quunt. At vero fœminę nostri generis cito ablactãt etiã
illos quos diligunt: aut si ditiores sunt, lactare fastidiunt
Pauperiores vero abiiciunt paruulos & exponũt, & de
prehensos abnegãt. Ipsę quoq; diuites, ne per plures su
um patrimoniũ diuidatur, in vtero partus, pprios necãt
& patricidalibus succis i ipso genitali aluo pignora sui
ventris extinguunt, priusq; aufertur vita, quàm traditur.
Quis docuit nisi homo filios abdicari? Quis reperit tam
immitia patrum iura? Quis inter naturæ fraterna cõsor
tia fratres impares fecit? Vnius diuitis filii diuersa sorte
ceduntur. Alius totius paternæ sortis adscriptionibus
inundatur, alius opulentæ hæreditatis patriæ deplorat
exhaustam atque inopem portionem. Nunquid natura
diuisit merita filiorum? Ex pari omnibus tribuit quod
ad nascendi atque viuendi possint habere substantiam.
C Ipsa vos doceat non discernere patrimonio, quos titulo
germanitatis æquastis. Etenim quibus dedistis commu
niter esse quod nati sunt, non debetis his vt id commu
niter habeant in quod à natura substituti sunt, inuidere
De accipi tribus. Accipitres ferũtur in eo duram aduersum proprios fœ
tus habere inclementiam, quòd vbi eos auerterint ten
tare volatus primordia nidis eiiciunt suis, continuóque
eliminant, ac si morentur, propulsant pennis atq; præci
pitant, verberant alis, coguntq; audere quod trepidant,
nec vllum postea deferũt his munus alimoniæ. Quid mi
rum tamen si rapere assueti, nutrire fastidiunt? Conside
remus ad hoc eos esse generatos, vt etiam aues ad cauen
dum formido exerceat, ne passim curas relaxent, sed
pericula prædonibus declinãda prospiciant. Deinde cũ
his natura quoddã prædandi munus inoleuerit, magis à
tenero pullos suos instituere videntur ad prędam, quàm
pastus abdicare compendiis. Cauent ne in tenera ætate
pigrescant, ne soluãtur deliciis, ne marcescant ocio, ne
discant cibum magis expectare q̃ quærere, ne naturę suę
deponant vigorem. Intermittunt studia nutrienti, vt in D
vsus rapiendi audere compellant. Aquila quoque pluri De aquila
mo sermone vsurpatur quòd suos abdicet fœtus, sed nõ
vtrunque, verũ vnum ex pullis duobus. Quod aliqui fie
ri putauerunt geminandorũ alimentorum fastidio. Sed
id nõ arbitror facile credendũ, præsertim cum Moyses
tantum testimoniũ pietatis in pullos suos huic dederit
aui, vt diceret: Sicut aquila protegit nidũ suum, & super
pullos suos confidit, & expandit alas suas, & assumpsit Deut. 32.
eos, & suscepit super scapulas suas: dominus solus duce
bat eos. Quomodo ergo expandit alas suas, si occiderit
alterum? Vnde puto non auaritia nutriendi eum incle
mentẽ fieri, sed examine iudicandi. Semper enim fertur
probare quos genuit, ne generis sui inter omnes aures
quoddam regale fastigium degeneris partus deformitas
decoloret. Itaq; asseritur quòd pullos suos radiis Solis
obiicat, atque in aeris medio pio paruulos vngue suspẽ
dat: ac si quis repercussus Solis lumine intrepidam ocu
lorum aciem inoffenso intuendi vigore seruauerit, pro
batur quòd veritatem naturæ synceri obtutus constan
tia demõstrauerit, Sin vero lumina sua perstrict9 radio
Solis inflexerit, quasi degener & tanto indignus parente
rejicitur, nec æstimatur educatione dignus, qui fuit indi
gnus susceptione. Non ergo cum acerbitate naturæ, sed
iudicii integritate condemnat: nec quasi suum abdicat,
sed quasi alienum recusat. Hanc tamen, vt quibusdam
videtur, regalis auis inclementiã, plebeiæ auis excusat
clementia. Auis enim cui fulica nomen est, quæ grę De fulica
ce dicitur Phœne, susceptum illum siue abdicatum siue E
non agnitum aquilæ pullum cum sua prole connectit,
atque intermiscens suis, eodem quo proprios fœtus ma
ternæ sedulitatis officio, & pari nutrimentorum submi
nistratione pascit & nutrit. Ergo Phene alienos nutrit,
nos vero nostros immiti crudelitate proiicimus. Aquila
vero si proiicit, non quasi suum proiicit, sed quasi dege
nerem nõ recognoscit: nos, quod peius est, quos nostros
recognoscimus, abdicamus.

De turturis viduitate, exhortationęque mulierum vt discant quanta sit viduitatis gratia, quæ etiam in auibus prædicatur. Caput XIX.

SED veniamus ad turturem, quã lex dei velut De turtu-
castæ hostiæ munus elegit. Deniq; cũ domi re.
nus circũcideretur oblataest, quia scriptum
est in lege domini vt darent hostiã par turtu
rum, aut duos pullos columbarũ. Hoc est enim verum
Christi sacrificiũ, pudicitia corporalis, & gratia spirita
lis. Pudicitia ad turturem refertur. ad columbã gratia.
Fertur etenim turtur vbi iugalis proprii fuerit amissio
ne viduata, pertæsum thalamos & nomen habere con
iugii: eò quòd primus amor fefellerit eam dilecti morte
deceptam, quoniam & infidelis ad perpetuitatem fuit, & F
amarus ad gratiam, qui plus doloris ex morte q̃ suauita
tis ex charitate generauerit. Itaq; iterare coniunctionẽ
recusat, nec pudoris iura aut cõpaciti viri resoluit fœ
dera, illi soli suam charitatẽ reseruat, illi custoditnomẽ
vxoris, Discite mulieres quanta sit viduitatis gratia, quę
etiam in auibus prædicatur, Quis igitur has leges turtu
ri dedit? Si hominem quero, non inuenio. Homo enim
nullus est ausus, quando nec Paulus ausus est leges tenẽ
dæ viduitatis præscribere. Denique ipse ait: Volo ergo 1. Tim. 5.
iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse,
nullam occasionẽ dare aduersario. Et alibi: Bonũ est il- 1. Cor. 7.
lis si sic permaneãt, quod si se nõ cõtinẽt, nubãt. Melius
est enim nubere q̃ vri. Optat Paulus i mulieribus, quòd
in turturibus perseuerat. Et alibi iuniores hortatur vt
nubant, quia mulieres nostræ turturũ pudicitiã imple
re vix possunt. Ergo turturibus deus hunc infudit affe
ctum, hanc virtutẽ cõtinentiæ dedit, qui solus potest pre
scribere quod omnes sequãtur, Turtur non vritur flore

G iuuentutis,non tẽtatur occasionis illecebra. Turtur ne-
scit primam fidem irritam facere, quia nouit castimoni
am seruare prima connubii sorte prætermissa.

De integritate auium,quæ,vt in vulturibus depre-
henditur, absque cõcubitu,& sine vllo masculorum se
mine concipiunt & generant. Ac de confutatione eorũ
qui impossibile putant quôd virgo Maria cõseruata vir
ginitate dei filium peperit. Caput xx.

IXIMVS de viduitate auium, eámque ab illis
primum exortam esse virtutem:nunc de inte-
gritate dicamus, quæ in pluribus quidem aui-
bus ita esse asseueratur,vt possit etiam in vul-
turibus deprehendi. Negantur enim vultures indulge-
De vultu ribus re concubitu,& coniugali quodam vsu, nuptialisq; co-
pulæ sorte misceri,atq; ita sine vllo masculorum conci
pere semine, & sine cõiunctione generare,natósque ex
his in multã ætatem longæ vitæ procedere, vt vsque ad
centum annos vitæ eorum series producatur, nec facile
eos angusti æui finis excipiat. Quid aiunt qui solent no
stra ridere mysteria cum audiunt quôd virgo generauit
& impossibilem innuptæ,cuius pudorem nulla viri cõ-
suetudo temerasset,existimant partum? Impossibile pu
tatur in dei matre,quod in vulturibus possibile non ne
gatur? Auis sine masculo parit,& nullus refellit: & quia
desponsata viro. Maria peperit, pudoris eius faciũt quæ
stionem? Nonne aduertimus quôd dominus ex ipsa na-
H tura plurima exempla ante præmisit,quibus suscepti in
carnationis decorem probaret, & astrueret veritatem.

De natura & admiranda industria ac diligentia a-
pum quæ velut quandam rempublicam curare viden-
tur. Caput. xxi.

VNC age quæ aues velut quandam rempu
blicam curare videantur expediã, atq; vi-
tæ huius ætates agere sub legibus. Hic eni
reipublicæ vsus est,leges omnibus esse cõ
munes, atque obseruari eas deuotione cõ
muni. Vno omnes teneri vículo, nõ alteri ius esse quod
alius intelligat sibi non licere:sed quod liceat,licere om
nibus:& quod non licet omnibus,nõ licere. Esse etiam
communem reuerentiam senatorum,quorum consilio
respublica gubernetur,commune omnibus vrbis domi
cilium,communis conuentationis officium,vnum præ-
De apib⁹ scriptum,omnibus vnum esse consiliũ. Magna hæc,sed
quanto in apibus præstantiora,quæ solæ in omni gene
re animantium communem omnibus sobolem habent
vnam omnes incolunt mansionem,vnius patriæ claudũ
tur limine,in commune omnibus labor,communis ci-
bus communis operatio, cõmunis vsus & fructus est,cõ
I munis volatus. Quid plura? Communis omnibus ge-
neratio,integritas quoq; corporis virginalis omnib⁹ cõ
munis,& partus,quoniã neq; vllo concubitu miscẽtur,
nec libidine resoluũtur,nec partus quatiũtur doloribus
& subito maximũ filiorũ examẽ emittunt,é foliis & hæ
bris ore suo prolem legentes: Ipsæ sibi regem ordinant,
ipsæ sibi populos creant,& licet positæ sub rege,sint ta-
men liberæ. Nam & prærogatiuam iudicii tenent,& fide
deuotionis affectũ: quia & tanq; á se substitutũ diligũt,&
tanto honorãt examine. Rex autẽ nõ sorte ducitur,quia
in sorte euent⁹ est,non iudiciũ, & sæpe irratiõabili casu
sorte meliorib⁹ vltimus quisq; præfertur:neq; imperitæ
multitudinis vulgari clamore signatur, quæ nõ merita
virtutis expendit,nec publicæ vtilitatis emolumenta ri-
matur,sed mobilitatis nutat incerto:neq; priuilegio suc
cessionis & generis regalibus thronis insidet. siquidem
ignatus publicæ cõuersationis,cautus atq; eruditus esse
non poterit. Adde adulationes atq; delicias,quæ teneris
inolitæ ætatibus vel acre ingenium eneruare consueue-
runt,tum institutiones spadonũ, quorũ plericq; suo ma-
gis quæstui,q; vsui publico animũ regis inclinãt. Apibus
autem rex naturæ clarus formatur insignibus,vt magni K
tudine corporis præstet & specie:tum(quod in rege pre
cipuum est)morum mansuetudine. Nã etsi habet acule
um,tamen eo non vtitur ad vindicandum. Sunt enim le
ges naturæ non scriptæ literis,sed impressæ moribus,vt
leniores sint ad puniendum qui maxima potestate poti-
untur:sed & apes illæ quę non obtemperauerint legibus
regis,pœnitenti se multant condẽnatione,vt immorian
tur aculei suivulneri:Quod Persarum populi hodieque
seruare dicũtur,vt pro cõmissi precio ipsi in se propriæ
mortis exequantur sententiam. Itaque nulli sicut reges
Persarũ tam grauissimas in subditos habent leges. Non
Indi,non populi Sarmatarũ tantã,quantã apes reueren
tiam deuotionis obseruant,vt nullæ è domibus exire au
deant,nõ in aliquos prodire pastus, nisi rex fuerit egres
sus,& volatus sibi vẽdicauerit principatum. Processus
autem est per rura redolentia,vbi inhalantes orti flori-
bus,vbi fugiẽs riuus per gramina,vbi amœna riparum:
illic ludus alacris iuuẽtutis, illic campestre exercitium,
illic curarum remissio. Opus ipsum suaue:de florib⁹,de
hærbis dulcibus fundamina castrorum prima ponun-
tur. Quid enim aliud est fauus, nisi quædã castrorũ spe-
cies? Denique ab his præsepibus apũ fucus arcetur. Quæ
castra quadrata tantũ possunt habere artis & gratię,quã
tum habent crates fauorũ, in quibus minutæ ac rotun-
de cellulæ cõnexione sui inuicem fulciũtur? Quis enim
architectus eas docuit hexagonia illa cellarũ indis creta
laterum æqualitate componere,ac tenues inter domorũ L
septa ceras suspendere,stipare mella, & intexta floribus
horrea,nectare quodam distendere? Cernas omnes cer-
tare de munere,alias inuigilare quærẽdo victualia,alias
solicitam castris adhibere custodiam, alias futuros ex-
plorare imbres & speculari cursus nubium, alias de flo
ribus ceras fingere,alias rorem infusum florib⁹ ore col
ligere:nullam tamẽ alienis insidiari laboribus,& rapto
vitam quærere:atque vtinã raptorũ insidias nõ timerent
Habent tamen spicula sua, & inter mella fundunt vene
num,si fuerint lacessitæ,animásque ponunt in vulnere
ardore vindictę. Ergo mediis castrorũ vallibus humor
ille roris infunditur,paulatimque processu temporis in
mella cogitur, cũ fuerit liquidus ab exordio, & coalitu
cere floruque odore fragrare mellis incipit suauitatem.
Merito quasi bonam operariã scriptura apem prędicat,
dicens: Vade ad apem,& vide quomodo operaria est.
Operationẽ quoque q̃ venerabilẽ mercatur, cuius labo
rem reges & mediocres ad salutẽ sumũt. Appetibilis eni M
est omnib⁹ & clara. Audis quid dicat Propheta? Mittit
vtiq; te vt apiculæ illius sequaris exẽplũ, imiteris opera
tionẽ. Vides q̃ laboriosa, q̃ grata sit. Fructus eius ab om
nibus desideratur & quęritur, nec pro personarũ diuer
sitate discernitur,sed indiscreta sui gratia regibus parti-
ter ac mediocribus equali suauitate dulcescit. Nec solũ
voluptati, sed etiam saluti est,fauces obdulcat,& curat
vulnera,internis quoque medicamẽtũ infundit vlceri-
bus. Itaque cum sit infirma robore apis,valida est vigo-
re sapiẽtiæ,& amore virtutis. Denique regem suum sum
mã protectione defendunt, & perire pro eo pulchrum
putant. Incolumi rege nesciunt mutare iudicium,men-
tem inflectere:amisso fidem seruandi muneris derelin-
quunt,atque ipsæ sua mella diripiunt, quod is qui prin-
cipatum habuit muneris,interẽptus est. Itaque cum aues
aliæ vix in anno edant singulos fœtus,apes geminos cre
ant,& duplici cæteris fœcunditate præponderant.

De consideratione eius quod ait propheta:Producant
aquæ reptilia &c. ac de diuersitate quã iter se habẽt aues
Caput xxii.

CONSIDEREMVS nũc quid sit quod ait:Pro
ducant aquæ reptilia animarum viuentiũ,
& volatilia volãtia super terrã secũdũ
genus,& secus firmamẽtũ cæli) Cur super

A terrã dixerit,certum est, quia victum de terra quærũt.
Secus firmamentum autem cæli quomodò, cum aquilæ
vltra cæteras aues volent,& tamen ipsæ non secus firma
mẽtum cæli? Sed quia Græce οὐρανὸς dicitur quod latine
cælũ appellamus: οὐρανὸς autem ἀπὸ τῆ ὁρᾶσθαι, id est à
videndo,ideo quôd aer perspicuus sit,& ad videndũ pu
rior,in aere volitantia genera dixit animantium. Et ne
moueat quod ait. Secus firmamentum cæli:non proprie
firmamentum hic posuit,sed abusiuè,eò quôd compara
tione ætherei illius corporis etiam iste aer quem posi-
mus oculis comprehendere,quasi crassior & densior vi
cem habeat firmamenti. Nunc quia diximus quę volati
lia quã naturam habeant & gratiã,& ea pauca de multis
neq; enim vacat vniuersa describere,cũ sint similia,atq;
eiusdem generis:tamen aues ipsæ quã inter se diuersita-
tem habeant,consideremus. Inueniemus enim cornicis
pedes velut quibusdã digitis distantibus separatos atq;
diuisos,Corniorum quoq; atq; pullorũ aliter etiam for-
matos à natura pedes,Auium quæ carne vescũtur, quasi
incuruos atq; sinuatos,velut ad prædam paratos. Ea ve-
ro quæ natandi habent vsum & consuetudinẽ,latos ha-
bẽt pedes, & membrana quadã illos digitos pedum sibi
copulatos atque cõiunctos. In quo admirabilis patet ra
tio naturæ,vt & illa ad volandum vel ad rapiendum ci-
B bum vsu accommodo fulciantur, & ista ad natandum
adiumenta habeant competentia,quo melius aquis pos
sint supernatare,& quasi remis quibusdam,ita pedibus
suis membranæ illius extensione latioribus aquarũ fluẽ
ta propulsent. Cygnus quoq; cur proceriore collo vta-
Decygno tur,in promptu est, vt quia est paululum segnior corpo
re,nec facile potest aquarum inferiora penetrare,cerui-
cem extendat ad prædam,quæ quasi præuia reliqui cor-
poris escam quã inuenerit,rapiat atq; eruat de profundo.
Adde & illud, quia suauior & magis canorus per proce
ra modulus colla distinguitur,& longiore exercitatiõe
purior lõge resultat. q̃ dulcis etiã in exiguo cicadis gut-
ture cantilena,quarũ cantibus medio æstu arbusta rum
pũtur,eò quôd magis canoræ meridianis caloribus,quo
puriorem aerem id tẽporis attrahunt spiritu, eo cantus
resonant clariores. Nec apes ipsæ insuaue quiddã canũt
Habent enim gratã in rauco illo vocis suæ murmure
suauitatem, quã nos fracto tubarũ sonitu lentius primũ
videmur imitari, quo crepitu ad excitandos animos in
vigorem nihil aptius æstimatur. Et hæc illis gratia ma-
net:cum pulmonem respirandiq; munus atque vsum ne
C quaq̃ habere prodantur sed aerio vesci spiramine. De-
nique si quis eas superfundat oleo, propere necãtur, eo
quôd obstructis poris aerium spiramẽ illud haurire nõ
possint cõtinuóque si quis acetũ his superfundat, illico
reuiuiscũt,eò quôd vis aceti cito illos poros qui concre
tione olei obstruuntur,humore feratur aperire.

De imitatione vermis indici Chamæleontis, leporum
atque Phœnicis, vt illorum exemplis ad commutatio-
nis fidem quæ in resurrectione futura est,prouocemur.
Vnde etiam vultures habeant vt quibusdam signis mor
tem hominum annuncient. Quod denique vsq; ad locu
stam diuina gratia penetrauerit. Caput. xxiii.

ET quia de volatilibus dicimus, nõ putamus
alienum ea complecti quę de verme indico
tradit historia, vel eorũ relatio qui videre
potuerunt. Fertur hic corniger vermis cõ
uerti primum in speciem caulis,atque in eã mutari natu
ram,inde processu quodã fieri habilius nec eam tamen
formã figurãque custodit:sed laxis & latioribus foliis vi
detur pennas assumere. Ex his foliis mollia illa Seres de
Mat.11. pectunt vellera, quæ ad vsus sibi proprios diuites ven-
dicarunt. Vnde & dominus ait: Quid existis in desertũ
videre? hominẽ mollibus vestimẽtis indutum? Ecce qui
mollibus vestiuntur,in domibus regum sunt. Chamæ-
leon quoque diuersas species fertur variõ colore men- D
tiri. Lepores certe, quod de proximo facile cognouim⁹
hyeme albescere,ætate in suum colorem redire nõ du-
bium est. Hæc ideo libaui, vt ad commutationis fidem
quæ in resurrectione futura est, etiam ista exempla nos
prouocent,sed ita, vt cõmutationem illã dicam⁹ quã
Apostolus euidẽter expressit dicens: Omnes quidem re
surgemus,nõ omnes autem imutabimur. Et infra ait: Et
mortui resurgent incorrupti,& nos imutabimur. Oportet 1.Cor.15.
enim corruptibile hoc induere incorruptelã,& mor
tale hoc induere immortalitatẽ. Plericq; enim commu
tationis genus & formas quas non acceperant interpre
tati, nequaq̃ præsumptionis indebitæ incongrua vsur-
patiõe caruerũt. Phœnix quoq; auis in locis Arabiæ phi De Phœ-
betur degere, atque ea vsque ad annos quingentos lon nice.
gæua ætate procedere. Quæ cum sibi finem vitæ adesse
aduerterit,facit sibi thecam de thure & myrrha & cæte
ris odoribus,in quam impleto vitę suæ tempore intrat,
& moritur. De cui⁹ humore carnis vermis exurgit,pau
latimque adolescit, ac processu statuti temporis induit
alarũ remigia,atq; in superioris auis speciẽ formãq; re-
paratur. Docet igitur nos hæc auis vel exẽplo sui resur
rectionẽ credere,quæ & sine exẽplo & sine rõnis perce-
ptione ipsa sibi insignia resurrectiõis instaurat. Et vtiq;
aues propter hominem sunt,nõ homo propter aues. Sit
igitur exẽplo nobis,quia author & creator auiũ sanctos
suos in perpetuum perire non patitur, qui auem vnicã E
perire non passus, resurgenti eã sui semine voluit repa
rari. Quis igitur huic annunciat diem mortis, vt faciat
sibi thecam, & impleat eam bonis odorib⁹, atque ingre
diatur in eam,& thoriatur illic vbi odoribus gratis fœ-
tor funeris possit aboleri? Fac & tu ô homo tibi thecam
expolians veterem hominem cum actibus suis, nouum
indue Theca tua,vagina tua Christ⁹ est, qui te protegat
& absc̃odat in die malo. Vis scire quia theca protectio
est? Pharetra,inquit,mea protexi eum. Theca ergo tua
est fides:imple eam bonis virtutum tuarũ odorib⁹, hoc
est,castitatis,misericordiæ,atque iustitię,& in ipsa pene
tralia fidei suaui factorum præstantium odore redolen
tia totus ingredere:ea te amictum fide exitus vitæ huius
inueniat,vt possint ossa tua pingue fœcere,& sint sicut or
tus ebrius,cuius cito semina suscitãtur. Cognosce ergo 2.Tim.4.
diem mortis tuæ,sicut cognouit & Paulus,qui ait: Certa
men bonum certaui,cursum cõsummaui,fidem seruaui,
reposita est mihi corona iustitiæ. Intrauit igitur in
thecam suam quasi bon⁹ Phœnix, quam bono repleuit
odore martyrii. Interrogabo te:tu autem respondemi- F
hi vnde vultures mortem hominum signis quibusdam
annunciare consueuerint:quo indicio edocti atque in-
structi sint,vt cum bellum lachrymabile inter se aduer
sæ acies instruant, multo prædictæ volucres sequantur
agmine, & eo significent quia multitudo hominum ca-
sura sit bello futura præda vulturibus? Quod vtique ex
specie institutionis humanæ quadam videntur ratione
colligere. Vsque ad locustam quoque gratia diuina pe- Locusta.
netrauit,quæ cum agmine conferto regionis cuiusce oc
cupauerit latitudinem,innoxio primum fertur habita-
culo,nec fructus inhospitali incursione depascitur,nisi
diuinæ signum præceptionis acceperit. Etenim sicut in
Exodo legimus, ea quoque cælestis vltionem offensio-
nis exequitur,piæ ministra vindictæ. Hanc quoque auis
deuorat Seleucis:sic enim græco auis hæc nũcupatur no
mine,data ad remedium malorum quæ locusta consue-
uit inferre, cui creator inexplebilem dedit deuorandi
naturam,vt insatiabili pastu plagam quam supra dixi-
mus posit extinguere.

De natura & proprietatibus auium nocturnarum,
videlicet lucinæ,noctuæ,vespertilionis, & galli,quarũ
vsu & exemplis admonemur & instruimur.
Caput xxiiii.

SED quid hoc est? Dum sermonem producimus, ecce iam & nocturnæ aues circũuolãt, & in eo ipso in quo finiendum sermonẽ admonent, sui quoq; assumẽdam commemorationẽ producunt. Repetunt diuersæ aues auiaria sua, quas vesper nocte cogit decedere, & se in latibulis suis abdunt, canoro occasum diei carmine prosequentes ne immunes abeãt gratiarũ actionũ, quib⁹ creatorẽ suũ ois creatura collaudat. Habet etiã nox carmina sua quibus vigilias hoĩm mulcere cõsueuit, habet & noctua suos cãtus. Quid aũt de luscinia dicã, quæ pernigil custos cũ oua quodã sinu corporis & gremio fouet, ilomnẽ lõgæ noctis laborẽ cantilenę suauitate solatur, vt mihi videatur hæc summa eius esse intẽtio, quo posit nõ min⁹ dulcib⁹ modulis, q̃ fotu corporis animare in fœtus oua quæ foueat. Hanc imitata tenuis illa mulier, sed pudica in vsum molæ lapidem brachio trahẽs, vt posit alimentum panis suis paruulis non deesse, nocturno cãtu mœstum paupertatis mulcet affectum. Et quanuis suauitate luscinię non posit imitari, imitatur tamen eam seduli tate pietatis. Noctua ipsa quemadmodũ magnis & glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarũ caligẽtẽ non sentit horrorẽ: & quo fuerit nox obscurior, eo contca vsum auium cæterarum inoffensos exercet volatus. Exorto aũt die, & circũfuso splendore Solis, visus ejus hebetatur, quasi quibusdam erret in tenebris. Quo indicio sui declarat esse aliquos qui cum oculos habeant ad videndum, videre non soleant, & visus sui officio solis fungantur in tenebris. De cordis oculis loquor quos habent sapientes mũdi & nõ vident, in luce nihil cernunt in tenebris ambulant, dum dæmoniorum tenebrosa rimantur, & cæli alta se videre credũt, describentes radio mundũ, mensurã aeris ipsius colligẽtes. Porro aũt â fide deuij, perpetuæ cęcitatis tenebris iplicantur, habẽtes in proximo diẽ Christi, & lumẽ ecclesiæ, & nihil videntes. aperiũt os quasi sciẽtes oia, acuti ad vana, hebetes ad æterna, & lõge disputatiõis anfractu prudẽtes, insćii proprię insćitiæ. Cęcitatẽ itaq; dũ cupiũt subtilibus euolare sermonibus, quasi noctuæ i lumine euanuerũt. Vesperti lio animal ignobile, â vespere nomẽ accepit. Est aũt volatilis, cadẽq; quadrupes, & dẽtibus vtitur, quos in aliis auibus reperire nõ soleas. Parit vt quadrupedia, nõ oua sed pullos viuentes. Volitat autẽ in aere auiũ more, sed crepusculo vespertino consueuit offundi. Volitat autẽ non aliquo pennarum sed mẽbranæ suæ fulta remigio, quo sus pensa velut pennarum volatu circunfertur atq; vegetatur. Habet & illud hoc vile animal, quod sibi inuicem adhærent, & quasi in speciem botri ex aliquo loco pendent: ac si se vltima quęq; laxauerit, omnes resoluuntur. Quod fit quodã munere charitatis, quę difficile in hominibus huiusmodi reperitur. Est etiam galli cantus suauis in noctib⁹, nec solum suauis, sed etiam vtilis, qui quasi bonus cohabitator & dormientem excitat, & solicitum admonet, & viantem solatur, processum noctis canora significatione protestans. Hoc canẽte latro suas relinquit insidias. Hoc ipse lucifer excitatus oritur cælumq; illuminat. Hoc canente mœstitiã trepidus nauta deponit, omnisq; crebro vespertinis flatibus excitata tempestas & procella mitescit. Hoc canente deuotus affectus exilit ad precandum, legendi quoque munus instaurat. Hoc postremo canente, ipsa ecclesiæ petra culpam suã diluit, quam priusq̃ gallus cantaret, negãdo cõtraxerat. Istius cantu spes omnibus redit, ægris leuatur incõmodum, minuitur dolor vulnerũ, febrium flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus titubantes respicit, errantes corrigit. Denicq; respexit Petrũ, & statim error abcessit: pulsa est negatio, secuta cõfessio. Quod nõ fortuito ætcidisse, sed ex sententia domini, lectio docet. Sic enim scriptũ est, quia dixit Iesus ad Simonẽ: Nõ cãtabit gallus priusq̃ me ter abneges. Bene fortis in die Petrus, nocte turbatur, & ante galli cantũ labitur, & labitur etiam tertio, vt scias non inconsulta effusione sermonis esse prolapsum, sed mentis quoq; mutatione turbatum. Idem tamen post galli cantum fit fortior, & iam dignus quem Christus aspiciat. Oculi domini super iustos. Agnouit venisse remedium, post quod iam errare non posset: & in virtutem ab errore mutatus, amarissime fleuit, vt lachrymis suis deleret errorem.

De luscinia.

De noctua.

De vesperlione.

De gallo.

Mat.27.

Psal.33.

Deuota authoris ad dominũ Iesum Christũ deprecatio cum clausione quinti diei. Caput XXV.

RESPICE nos quoq; domine Iesu, vt & nos propria recognoscamus errata, soluamus piis fletibus culpam, mereamur indulgentiam peccatorum. Ideo consulto sermonẽ protraximus, vt nobis quoq; gallus cãtaret & loquentibus subueniret, quo si quod delictũ obrepsisset in verbo, culpam Christe donares. Da quæso lachrymas Petri, nolo lætitiã peccatoris. Fleuerunt Hebræi, & per mare sunt dehiscentibus vndis liberati. Lætatus est Pharao quòd Hebræos tenebat inclusos: & mari mersus cum populo suo occidit. Exultauit & Iudas in mercede proditionis suæ, sed ipsius se mercedis laqueo strangulauit. Fleuit errorem suum Petrus, & meruit vt aliorũ abolereț errores. Sed iam tempus est quo finire sermonẽ & claudere debeamus. Tempus est quo melius aut tacetur aut fletur. Tempus est quo celebratur indulgẽtia peccatorum. Nobis quoq; gallus iste mystic⁹ in sacris cantet, quoniam iam Petri gallus in nostro sermone cantauit. Fleat pro nobis Petrus, qui pro se bene fleuit, & nos pia Christi ora conuertat. Approperet Iesu domini passio, quæ quotidie delicta nostra condonat, & munus remissionis operatur. Bonus dominus dimittere ieiunos non vult, ne quis deficiat in via. Si ille dicit, Misereor huius turbæ, quia triduum est quod perseuerant mecum, & nõ habet escam, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via: cuius intẽta sermoni Maria apparatus recusabat epularum: quanto magis nos considerare debemus quia non multi sunt qui in verbo dei viuunt, & ideo refectio corporis desideratur? Certe illius triduo nostrum hoc postridie laboriosius est. Et ideo qui cum auib⁹ lusimus cum gallo cantauimus, iam domini canamus mysteria, & ad corpus Iesu conueniant aquilæ peccatorum ablutione renouatæ. Iam enim cetus ille magnus verum nobis Ionam reddidit: & gratulemur quòd factus est nobis vespere diesquintus, fiat nobis mane dies sextus.

Mat.15.

CAPITA SEXTI LIBRI HEXAMAERON.

De introductione sexti diei, cum vrbana auditorum ad coronationem inuitatione. Caput. I.

De nunc dicendis, & ordine in eis seruando. Quomodo etiam secundum authoris sententiam accipiendæ sint naturæ vniuscuiusque generis. vbi scriptura dicit Producat terra animam viuentem &c. cum arrogantiæ â se repulsione. Caput II.

Quomodo per dei verbum in constitutione mundi animantium generibus præscripta sit lex generationis & successionis. Quod præterea volens ad vsum hominis deriuare quæ genita sunt, nõ debet veritatem propriæ naturæ vnicuiq; generi denegare, cum increpatiua admonitione vt homo more pecudum viuere caueat. De quibusdam quoq; animalibus quorum proprietates vitare debemus. Caput III.

De quadrupedibus quibusdam animalibus in quorũ natura est aliquid quod imitari debemus. Caput IIII.

Qua ratione dominus aliis bestiis ãgustiora, aliis prolixiora colla formauerit. Et de elephãtorũ descriptiõe quantum ad mẽbra, & proprietates eorũ. Caput. V.

De prælibatione commendationis humanæ creaturæ, secũdum authoris sententiam accipiẽdę sint naturę vniuscuiusq; generis vbi scriptura dicit? Producat terra animam viuentem &c. cum arrogantiæ ab se repulsione Caput II.

Nvnc age naturas bestiarum dicamus, & hominis generationẽ. Audio enim iamdudũ aliquos insusurrare dicẽtes: Quãdiu alicna discimus, & nostra nescim⁹? Quãdiu de reliquis animãtib⁹ docemur sciẽtiam, & nosmetipsos ignoramus? Illud dicat quod mihi prosit, vnde meipsum nouerim. Et iusta est quæstio, sed ordo seruandus est quem scriptura cõtexuit, simulq; quia nõ possumus plenius nos cognoscere, nisi prius quæ sit omnium natura animantiũ, cognouerimus. Producat, inquit terra animã viuentem secũdum genus, quadrupedes & serpentes, & bestias terræ secundum genus, & pecora secũdum genus, & omnia repẽtia terræ ad genus. Et fecit de us bestias terræ, & omnia pecora ad genus, & omnia repentia terræ ad genus. Et vidit deus quia bona, & dixit deus: Faciamus hominẽ.) Hoc loco nõ ignoro quosdam bestiarũ & pecorũ & serpentiũ terrę species alio retulisse, vt hæc ad immanitates criminum stultitiam peccatorum, nequitiam cogitationum referrẽt. Ego autem simplices naturas vniuscuiusq; generis accipio. Nec vereor ne quis me pauperis conuiuæ præsumptioni conferendum putet, qui studio humanitatis complures roget, nec his quicquam nisi viles & vsitatos apponat cibos, & tenui mensæ pauperis apparatu plus reprehẽsionis incurrat ex fastidio conuiuarũ, q̃ gratiæ referat ex hoc hospitalitatis affectu. Nec enim Helisæum amici quasi malum conuiuam agrestia apponentem olera refutarũt. Simile vanis relationibus exquisitũ illud & accuratũ opipare conuiuiũ est, in quo phasiani aut turturis species apponitur, & in his pullus manducatur: aut pullus infertur, & ostreis est fartus, aut spondylis. aut poculum bibitur quod diuerso colore atq; odore ſ alienos mutetur sapores: maritimã terrenis, terrena maritimis farciuntur.

Hoc est reprehendere prouidẽtiam creatoris, qui nobis ad victum omnia donauit, quod non illa miscuerit. Sed hæc dulcia primo videntur, & postea fiunt amara. Quo enim copiosior fuerit luxuries, eo perniciosior intẽperãtia est. Helisæus autem amara apposuit, sed postea facta sunt dulcia. Denicq; qui ãte in illo cibo mortem putabãt postea in eo suauitatis & vitæ gratiam sunt adepti. Neq; rursus formidini est ne plures videar iuitasse, q̃ possum pascere, & vobis panes deficiant verborum meorũ: quia & Helisæus etsi merito inimitabilis, nobis imitandus fide, non consideraut quãtos panes haberet, sed quos haberet, dividere omnibus voluit & sufficere oĩbus iudicauit. Itaq; decẽ panes hordeaceos dividere in plebem iussit ministro. Et dixit minister: Quid? dabo hoc in cõspectu centum virorum? Et respondit: Da, & manducẽt, quoniã hæc dicit domin⁹: Mãducabũt, & reliquẽt. Fides igitur vestra faciet abũdare pauperis linguæ conuiuiũ. Nec vereor ne ieiunia vos edaciores faciant, quo minus repleti & esurientes ac vacui reuertamini, quia scriptum est: Confirmat iustos dominus, & in diebus famis saturabũtur. Multo pulchrius est hordeaceos panes nõ erubescere & apponere quod habeas, q̃ negare. Helisæus qui sibi nihil reliquit, populis abundauit. Helisæus ergo hordeaceos panes nõ erubuit apponere, nos erubescim⁹ simplices intelligere creaturas, quæ simplicib⁹ & suis declarantur vocabulis? Cælum legimus, cælum accipiamus: terram legimus, terrã intelligamus frugiferã. Quid mihi quærere quæ sit eius mensura circuitus, quã gæometræ centũoctoginta milibus stadiorũ æstimauerunt? Libẽter fateor me nescire quod nescio, imo quod scire nihil prodest. Melius est genera terrarum scire q̃ spatia, quæ circũfuso mari, interiectis Barbarorũ regionibus, suffusa atq; inuia paludibus humo, quẽadmodũ possumus cõprehendere? Quod impossibile esse homi

A cum exhortatione vt homo seipsum noscat, & sibi attendat. Caput VI.

De nostrę creationis serie. Et quid sit imago dei, cum ite rata adhortatione vt homo sibi attendat, & seipsum sciat. Caput VII.

De climatiori tractatu quid sit ad imaginẽ dei: & vtrũ de ea dici potuerit, Faciamus hominẽ ad imaginẽ nostrã vtrum præterea secundum corpus an secundum animam iustificatiõ conferri videatur: cum vehementio ri incitatione vt homo seipsum cognoscat, & sibi attendat. Caput. VIII.

De præstantia, decore & gratia humani corporis, ac mẽbrorum ipsius. Caput IX.

De fine sermonis, & completione sexti diei, cum humili gratiarum actione. Caput. X.

FINIS.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPI. SCOPI HEXAMAERON SEXTVS LIBER, DE DIE SEXTO

B

De introductione sexti diei, cum vrbana auditorum ad coronationem inuitatione. Caput I.

SEXTVS iste est dies, quo mundare creaturæ origo concluditur. Et ideo etiã sermonis nostri quẽ de rerum exordiis assumpsim⁹, finis paratur. Qui etsi per quinq; iam dies non mediocri labore nobis processerit, tamen hodierno die maiore curatũ accrescit fœnore, quia in hoc & superiorum dierum periculum est, & totius summa certaminis. Etenim si in fidibus aut cãtibus & athletarũ contẽtionibus crebris licet & maximis ludicris, tamẽ superiores dies sine vllo coronæ transigunt; dispendio, postremus autem dies habet sortem coronæ, in quo & certandi periculum est, & cedendi opprobrium, & vincendi præmium: quanto magis in hoc tanto agone sapientiæ tanto non paucorum, sed vniuersorum iudicio, cum hodie nobis velut quædã certaminis corona ꝓcedat, maior solicitudo ãgit, ne & superiorum effundamus laborẽ dierum, & præsentis subeamus pudorem? Neq; enim eadem dicendi conditio, quæ canẽ di atq; luctandi, cum in illis ludus offensionis, in isto lapsus sit mortis. Illic si pecces, spectantium fastidium est, hic damnum est audientiũ. Assistite igitur mihi tãquam coronę iudices, & igredimini mecum in hoc magnum & admirabile totius visibilis theatrũ creaturæ. Etenim si is qui explorãs nouorum aduentus hospitum, toto eos circunducit vrbis ambitu, præstantiora quęq; opera demonstrans, non mediocrẽ locat gratiam: quanto magis sine fastidio accipere debetis quod velut quadam sermonis manu per hanc commune vos circunduco patriam, & singularum rerũ species & genera demonstro, ex omnibus colligere cupiens quanto vobis creator vniuersorum gratiam vberiorem quàm vniuersis donauerit? Vobis igitur hæc corona proponitur, vos hodie cupio vestro iudicio coronare. Non enim nos athletarum modo marcentia serta deposcimus, sed viride vestræ sanctitatis examẽ, quo decernatis per omnes quidem creaturas prouidẽtiam penetrare diuinam, sed cum cæteris vobis commune corporeæ fragilitatis esse consortium, præ cæteris tamen vos animi virtute constare, quę sola nihil habet commune cum cæteris.

De nunc dicendis, & ordine in eis seruãdo. Quõ etiã secũdum authoris sententiam accipiẽdę sint naturę vniuscuiusq; generis vbi scriptura dicit? Producat terra animam viuentem &c. cum arrogantiæ ab se repulsione

Psal.36.

Esaiæ.40 nibus ſcriptura demonſtrat, dicente deo: Quis menſus
G eſt manu aquam, & cælum palmo, & vniuerſam terram
clauſa manu? Quis ſtatuit mõtes in libra, & rupes in ſta
tera, & nemora in iugo? Et infra: Qui tenet gyrum terræ
& habitantes in ea ſicut locuſtas, qui ſtatuit cælum vt ca
meram. Quis igitur æqualem ſibi cum deo poteſtatẽ &
ſcientiam audeat vẽdicare, vt quæ deus maieſtatis ſuę eſ
ſe proprio ſignauit oraculo, hæc ſibi homo ad cognitio
nem ſuppetere poſſe præſumat? Certe Moyſes eruditus
erat in omni ſapientia AEgyptiorum: ſed quia ſpiritum
dei accepit, quaſi miniſter dei inanem illã vſurpatoriã
philoſophiæ doctrinam veritatis rationi poſthabuit, &
ea deſcripſit mihi quę noſtræ ſpei accõmoda iudicauit,
quòd terrã fecerit deus, quòd produxerit terra iuxta dei
omnipotentis ſperiũ operationẽq; domini Ieſu virgulta
de terris, & oẽm animã viuentẽ ſecundũ genus. An ille
putauit dicendũ quantũ de ſpatio aeris occupet vmbra
terræ cũ Sol recedit à nobis, dicẽq; adducit, inferiora axis
illuminãs, & quemadmodũ in regionem mũdi huius in-
cedens lunę globus eclipſim faciat: quando quę nihil ad
nos, quaſi nihil profutura præteriit? Vidit enì in ſancto
ſpiritu, non illas marceſcentis iam ſapientiæ vanitates
ſequendas, quæ rebus inexplicabilibus mẽtem noſtram
occupant, ludũtq; operam: ſed ea potius deſcribenda,
quæ ad virtutis ſpectauere profectum.

H Quomodo per dei verbum in conſtitutione mundi
animantium generibus præſcripta ſit lex generationis
& ſucceſsionis. Quod præterea volens ad vſum homi-
nis deriuare quæ genita, ſunt, non debet veritatem pro-
priæ naturæ vnicuiq; generi denegare, cum increpatiua admonitione vt homo more pecudum viuere caueat
De quibuſdam quoque animalibus quorum proprieta
tes vitare debemus. Caput III.

IN HAEREAMVS Igitur propheticis dictis,
nec ſpiritus ſancti quaſi vilia deſpectui ha
beamus alloquia. (Producat, inquit, terra
animã viuentem pecorũ & beſtiarũ & re-
ptiliũ.) Quid argumẽta moralia, vbi eui-
denter creaturarum terreſtrium natura formatur? Currit
enim in conſtitutione mũdi per omnem creaturam dei
verbum, vt ſubito de terris omnia quæ ſtatuit deus ani-
mantium genera producantur, & in futurum lege præ-
ſcripta, ſecundum genus ſibi ſimilitudinẽmque vniuer
ſa ſuccedant, vt leo leonem generet, tigris tigridem, bos
bouem, cygnus cygnum, aquila aquilam. Semel præce-
ptum, in perpetuum inoleuit naturæ. Et ideo miniſterii
ſui obſequium præbere terra non deſinit, vt priſcæ ani-
mantium ſpecies reparabili generis ſucceſsione in no-
uas reparẽtur ætates. Sed vis ad vſum hominis deriuare
I quæ genita ſunt? Noli veritatem vnicuiq; generi naturæ
propriæ denegare, & multo magis ea ad gratiam aptabis
humanam. Primum quia omnia genera pecorum, beſtia
rum ac piſcium, in aluum natura proſtrauit, vt alia ven
tre repant, alia quæ pedibus ſuſtinentur dimerſa magis
quadrupedo corporis greſsu, & velut affixa terris vide-
as eſse q̃ libera. Siquidẽ erigendi ſe non habent faculta
tem. de terra victum requirunt, & ventris in quem deſle
ctuntur, ſolas ſequuntur voluptates. Caue ô homo pecu
dum more curuari. Caue ne in aluum te non tam cor-
pore quàm cupiditate deflectas. Reſpice corporis tui for
mam, & ſpeciem cõgruentem celſi vigoris aſsume. Si ſo
la animalia prona paſcuntur, cur te in edẽdo ſternis ip-
ſe, quem natura nõ ſtrauit? Cur eo delectaris, in quo na-
turæ iniuria eſt? Cur noctes & dies cibo intentus pecо-
rum more terrena depaſceris? Cur illecebris corporali
bus deditus, ipſum te inhonoras, dum ventri atque eius
paſsionibus deſeruis: Cur intellectum tibi adimis, quem
tibi creator attribuit? Cur te iumẽtis comparas, à quib9
Pſal.31. te voluit deus ſegregari dicens: Nolite fieri ſicut equus
& mulus, quibus nõ eſt intellectus? Aut ſi te edacitas equi

intemperantiáque delectat, & adhinnire ad fœminas vo K
luptati eſt, delectet in freno maxillas tuas chamóque cõ
ſtringi. Si crudelitate paſceris ferarũ hæc rabies eſt, quæ
propter ſęuitiam trucidantur. Vide ne in te quoque cru
delitatis tuæ vertatur immanitas. Piger aſinus, & expoſi De aſini
tus ad prædam, ſenſuque tardior, quid aliud docet ni pigritia.
ſi nos viuaciores eſse debere, nec deſidia corporis ani-
mique pigreſcere, confugere ad fidem, quæ onera gra-
uia alleuare conſueuerit? Fraudulenta vulpes foueis ſe De vulpis
latibuliſque demergens, nonne indicio eſt infructuo- fraudulẽ
ſum eſse animal, odióque dignum propter rapinam, de tia.
ſpectu propter infirmitatem, & ideo ſuæ incautum ſalu
tis dum inſidiatur alienis? Perdicem aſtutam, quæ aliena De perdi
oua diripiat, hoc eſt perdicis alterius, & corpore foueat cis aſtutia
ſuo, ſed fraudis ſuæ fructum habere nõ poſse, quia cum
eduxerit pullos ſuos, amittit eos: quia vbi vocem eius au
dierint quæ oua generauit, relicta ea ad illam ſe natura
li quodam munere & amore conferunt, quam veram ſi
bi matrem ouorum generatione cognouerint, ſignifi-
cantes hanc nutricis fungi officio, illam parentis. Sic ita
que ĩcaſsum proprios fundit labores, ac fraudis ſuæ pre
cio multatur. Vnde & Hieremias ait: Clamauit perdix,
& congreganit quæ non peperit, id eſt oua congreganit Hiere.17.
& clamauit quaſi ouans ſuæ fraudis effectu. Sed ludit
operam, quia impenſo labore alii educat, quos ipſa diu-
turnæ fotu ſedulitatis animauerit. Hui9 imitator eſt dia
bolus, qui generationes creatoris æterni rapere conten L
dit, & ſi quos inſipientes & ſenſus proprii carentes vigo
re potuerit congregare, fouens eos illecebris corpo-
ralibus, vbi primum vox Chriſti paruulis fuerit infuſa,
diſcedunt, atque ad eam ſe conferunt matrem quæ pul-
los ſuos ſicut auis materno amore complectitur. Con-
gregauit enim diabolus gentiles, quos nõ creauerat: ſed
vbi in euangelio ſuo vocem Chriſtus emiſit, ad eum ſe
potiſsimum contulerunt, quos ſub vmbra alarum ſua-
rum ipſe ſuſcepit, & matri dedit eccleſiæ nutriẽdos. Leo
naturæ ſuæ vi ſuperbus, ferocitatem ſui aliarum ferarũ De leonis
generibus miſcere neſcit, ſed quaſi rex quidã plurimo- ſuphia &
rum dedignatur conſortium. Qui etiam cibum faſtidit ferocitate
heſternũ, etiam ipſas ſuæ eſcæ reliquias auerſatur. Quæ
autem ſe ei ſociare fera audeat, cuius voci tantus natura
liter ineſt terror, vt multa animantium quæ per celerita
tem poſſent impetum eius euadere, rugientis eius ſoni-
tu velut quadam vi attonita atque icta deficiãt? Nam de De colo-
pardi ſpecie nec ſcriptura ſiluit, quòd varietate coloris ris pardi
motus varios animę ſuæ prodat. Dicit enim Hieremias: varietate.
Si mutabit AEthiops pellẽ ſuã: & pardus varietatẽ? Nõ Hiere.13.
ſolum enì de figura, ſed etiã de mobilitate furoris iſtud
accipitur, eò quòd tenebroſis & iniquitis ac mobilibus
infidæ mẽtis atque animi mutationibus decoloratus po
pulus Iudæorum, boni propoſiti gratiam iam tenere nõ
poſsit, nec ad emẽdationem vllã correctionẽmq; remea M
re, qui ſemel ferinam induerit immanitatem.

De quadrupedibus quibuſdam animalibus, in quo-
rum natura eſt aliquid quod imitari debemus.
Caput. IIII.

ES T tamẽ etiam in natura quadrupedũ quod
imitari nos ſe mo adhortatur propheticus
quo exemplo caueamus deſidiam, exiguita
te vel infirmitate corporis à virtutis ſtudio
non reflectamur, neque reuocemur ab vllius propoſiti
magnitudine. Exigua eſt enim formica, quæ maiora ſu- De formi
is audet viribus: neq; ſeruitio ad operandũ cogitur, ſed cæ. indu-
ſpontaneæ propoſito proſpicientiæ futura alimentorũ cæ induſtria.
ſubſidia ſibi præſtruit, Cui9 vt imiteris induſtriam, ſcri
ptura cõmonet te dicens: Confer te ad formicã ô piger, Prouer.6
& ęmulare vias eius, & eſto iſta ſapientior. Illa enim nul
lam culturã poſsidet. neq; eam quę ſe cogat habẽs, neq;
ſub domino agens: quẽadmodũ preparat eſcam, quę de
tuis laborib9 ſibi meſsem recõdit: & cũ tu plerũq; egeas

A illa non indiget. Nulla ſunt ei clauſa horrea, nullæ im-
penetrabiles cuſtodię, nulli inuiolabiles acerui. Spectat
cuſtos, furtáq; prohibere non audet. Aſpicit ſua damna
poſſeſſor nec vindicat. Nigro conuectatur agmine prę
da per campos, feruent ſemitæ comitatu viantiũ, & quæ
cõprehẽdi anguſto ore nõ poſsũt, humeris grandia fru
menta truduntur. Spectat hæc dominus meſsis, & eru-
beſcit tam parca piæ induſtriæ negare cõpendia. Quid
autem de canibus loquar, quibus inſitũ eſt natura qua-
dam referre gratiam, & ſolicitas excubias pro domino
rum ſalute prætendere? Vnde ad immemores beneficii,
& deſides atque ignauos clamat ſcriptura: Canes muti,
neſcientes latrare. Sunt enim canes qui nouerint latra-
re pro dominis, nouerit ſua tecta defendere. Vnde & tu
diſce vocem tuam exercere pro Chriſto, quando ouile
eccleſiæ incurſant lupi graues. Diſce in ore tuo verbũ
tenere, ne quaſi mutus canis cõmiſſam tibi fidei cuſtodi
am quodã prævaricationis ſilentio deſeruiſse videaris.
Talis canis viator & comes angeli eſt, quẽ Raphael in li
bro prophetico non otioſe ſibi & Tobiæ filio adiungẽ
dum putauit, quando perrexit vt Aſmodæum fugaret,
firmaret copulã coniugalẽ. Memoris enim affectus gra
tia pellitur dęmonium, ſtrabilitur coniugiũ. Mutæ itaq;
ſpecie beſtiæ ſanctus Raphael angelus Tobiæ inuenis
quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ eru-
diebat affectum. Quis enim non erubeſcat gratiã bene
B de ſe merentibus non referre, cum videat etiam beſtias
refugere crimen ingrati? Et illæ impertitæ alimoniæ ſer
uant memoriam, tu non ſeruas ſalutis acceptæ? Vrſa in
fidians licet, vt ſcriptura ait, eſt enì plena fraudis fera,
tamen fertur informes vtero partus edere, ſed natos lin
gua fingere, atque in ſpeciẽ ſui ſimilitudinẽmq; forma-
re. Non miraris in fera tam pii oris officia, cuius naturã
pietas exprimit? Vrſa igitur partus ſuos ad ſui effingit ſi
militudinem, tu filios tuos inſtituere ſimiles tui non po
tes? Quid quod etiam medendi induſtriam non præter
miſit? Siquidem graui affecta cæde, & conſauciata vul-
neribus mederi ſibi nouit, herbę cui nomẽ eſt phlomos
vt Græci appellant, vlcera ſubiiciẽs ſua, vt ſolo curẽtur
attactu. Serpens quoque paſtu feniculi cæcitatem repel
lit exceptam. Itaque vbi oculos obduci ſibi ſenſerit, no
ta remedia petit, nec fraudatur affectu. Teſtudo viſceri
bus paſta ſerpentis, cũ venenũ aduerterit ſibi ſerpere,
origano medicinam ſuæ ſalutis exercet. Et cum ſit vo-
lutabris paluſtribus merſa, curare ſe tamen proprio nõ
uit antidoto, certoq; auxilio ſanitatis, poteſtates herba-
rum etiam ipſa ſcire ſe comprobat. Videas etiam vulpẽ
lachrymula pinus medentem ſibi, & tali remedio immi
nentis mortis ſpatia proferentem. Clamat ipſe domin9
in Hieremiæ libro: Turtur & hirundo, agri paſseres cu-
ſtodierunt tempora introitus ſui: populus autem meus
non cognouit iudicia domini. Nouit hirũdo quãdo ve-
niat, quando etiam reuertatur. Nouit etiam pia auis an
nunciare aduentus ſui teſtimonio veris iudicium. No-
uit etiam formica explorare ſerenitatis tempora. Nam
cum aduerterit madidatos imbre fructus ſuos humeſce
re, explorato diligentius aere quãdo iugem poſsit ſerua
re temperiem, aceruos reſerat ſuos, & de cauernis foras
ſuis humeris exportat, vt iugi ſole propria frumenta ſic
centur. Denique haudquaq; illis dieb9 omnibus rũpi de
nubibus imbres videris, niſi cũ fruges ſuas horreis pro
priis formica reuocauerit. Boues pẽdẽte pluuia ad præ
cepia ſe tenere nouerunt. Iidem vbi naturali ſenſu
mutationem cæli collegerint, foras ſpectãt, & vltra præ
ſepia ceruices extendunt ſuas vna omnes ſpecie, vt pro
dire ſe velle teſtentur. Ouis ſub aduentu hyemis inex-
plebilis ad eſcam infatiabiliter hærbam rapit, eò quòd
præſentiat aſperitatem hyemis futuram, vt ſe prius hær
bæ pabulo farciat, q̃ gelu adurente omnis hærba defici-
at. Echinus iſte terrenus quem vulgo hericium vocant.
ſi quid inſidiarũ præſenſerit, ſpinis ſuis clauditur, atq;
in ſua ſe arma colligit, vt quicunq; cum contingendum D
putauerit, vulneretur, Idémq; echinus futuri prouidens
geminas ſibi reſpirandi vias munit, vt quando Boream
flaturum collegerit, ſeptẽtrionalẽ obſtruat: quando No
to cognouerit detergi aeris nubila, ad ſeptentionalẽ ſe
cõferat, vt flatus declinet obuios, & è regione nociturос
Vnde dignam domino laudem propheta detulit dicens
Quàm magnificata ſunt opera tua domine, omnia in ſa Pſal. 103.
pientia feciſti. Oia penetrat diuina ſapientia, implet oia:
idóq; locupleti9 ex irrationabiliũ ſenſib9, q̃ ex rõnabiliũ
diſputatione colligitur. Validius eſt enì naturæ teſtimo
nium, q̃ doctrinæ argumentum. Cui animanti incogni-
tum eſt quemadmodum ſuam tueatur ſalutem, ſi virtus
ſuppetit, refiſtendo: ſi velocitas, fugiendo: ſi aſtutia, præ
cauendo? Quis eas vſum medendi, hærbarũmq; docuit
habere notitiam? Homines ſumus, & ſæpe ſpecie hærba
rum fallimur, & plerumque quas ſalubres putamus, no
xias reperimus. Quoties inter dulces epulas cibus leta-
lis irrepſit, & inter ipſas aulicorum excubias miniſtro-
rum, vitalia regum feralis eſca penetrauit? Feræ ſolo
norunt odore noxia & profutura diſcernere. nullo præ De natu-
nunio, nullo pręguſtatore carpitur herba, nec lædit. Meli- ræ admi-
or enim magiſtra veritatis natura eſt. Hęc ſine vllius ma randa vir
giſterio ſuauitatem ſanitatis noſtris infundit ſenſibus, tute
eadem doloris acerbitatem docet eſse fugiendam.
Hinc vita dulcior, mors amarior. Hæc commendat le-
enæ catulos ſuos, & immitem feram materno mollit af- E
fectu. Hæc tigridis interpellat ferocitatem, & imminen- De tigri-
tem eam prædæ reflectit. Namque vbi vacuum raptæ ſo dis pictа
bolis cubile reperit, illico veſtigiis raptoris inſiſtit. At il te in pro-
le quanuis equo vectus fugaci, videns tamen velocita- lem, &
te feræ ſe poſse præuerti, nec euadendi vllum ſuppetere ius delu-
ſibi poſse ſubſidium, technam huiuſmodi fraude mo- ſione.
litur: vbi ſe contiguum viderit, ſphæram de vitro pro-
icit. At illa imagine ſui luditur, & ſobolem putat, reuo
cat impetum, colligere fœtum deſiderans. Rurſus inani
ſpecie retenta, totis ſe ad comprehendendum equitem
viribus fundit, & iracũdię ſtimulo velocior fugienti im
minet. Ille iterum ſphæræ obiectu ſequentem retardat,
nec tamen ſedulitatem matris memoria fraudis exclu-
dit, caſsam verſat imaginem, & quaſi lactatura fœtus re
fidet. Sic pietatis ſuæ ſtudio decepta, & vindictam amit-
tit, & prolem. Quid nobis ſcriptura affert quæ dicit?
Filii diligite patres veſtros, parentes nolite ad iracundi-
am prouocare filios veſtros? Natura hoc beſtiis infun- Ephe.6.
dit, vt catulos proprius ament, fœtus ſuos diligant.
Neſciunt ille odia nouercalia, nec mutato concubitu
parentes à ſobole depraуantur, neque nouerunt præfer
re filios poſterioris copulę, ſuperioris autem negligere.
norunt pignora ſua, neſciunt charitatis differentiam.
odiorum incentiua, offenſionum diſcrimina. Sim- F
plex ferarum natura eſt, neſcit veritatis calumnias.
Sic enim omnia temperauit deus, vt quibus minus ratio
nis daret, plus indulgeret affectus. Quæ fera pro catu-
lis ſuis non ipſa potiſsimum ſe offerat morti? Quæ fera
fœtus ſuos innumeris licet obſeſsa cuneis armatorum
non ſuis viſceribus tegat? Ingruat licet telorum ſeges, il
la tamen paruulos ſuos muro ſui corporis ſeptos immu
nes præſtat periculi. Quid dicit homo qui mandatũ ne
gligit, naturã obliterat: filius patrem deſpicit, pater abd
cat filium, & hoc putant ius eſse, vbi damnatur fœcun-
ditas. Se potius pater damnat, qui facit irritũ eſse quod
genuit. Et hoc putatur authoritatis eſse, vbi ſterilitate
natura multatur. Exortẽ rationis canẽ eſse nemo dubi De canis
tauerit: tamen ſi ſenſus eius vigorem conſideres, cenſes ſagacite
eum ſentiendi ſagacitate vim ſibi rationis aſciſcere. De & vigore
nique quòd pauci in gymnaſiis conſtituti, qui totã in di ſenſus.
ſcendo vitę lõgeuitatẽ cõtriuerint, vix potuerũt cogno
ſcere, vt ſyllogiſmorũ cõiunctiões cõtexerẽt, hoc natu
rali canes eruditione cõprehẽdere facile poterit eſtima
ri. Nam vbi veſtigiũ leporis ceruiue repererit, atque ad

G diuerticulum ſemitæ venerit, & quoddam viarum compitum quod partes in plurimas ſcinditur, obiens ſingularum ſemitarum exordia tacitus ſecum ipſe pertractat velut ſyllogiſticam vocem ſagacitate colligendi odoris emittens: aut in hanc partem inquit, deflexit, aut in illâ aut certe in hunc ſe anfractum contulit, ſed nec iſtam, nec illam ingreſsus eſt: ſuper eſt igitur vt in iſtam ſe partem ſine dubitatione contulerit. Quod homines vix ꝓlixa compoſitæ artis meditatione cõponunt, hoc canibus ex natura ſuppetit, vt ante mendacium deprehendant, & poſtea falſitate repudiata inueniant veritatem. Nonne totos dies conterunt philoſophi propoſitiones ſibi in puluerem diuidentes, qui radio ſibi deſcribunt ſingulas, & ex tribus, cum vnam earũ veram eſse neceſſe ſit, duas primo interficiunt tanquam mendatio congruentes, & ſic in ea quæ relicta eſt, vim veritatis inhære re definiũt? Quis tam tenax poteſt eſse beneficii, & memor gratiæ: quandoquidem pro domino etiam in latro
De mẽoria beneficiorũ, & fidelitate canum. nes inſilire nouerunt, & extraniorum accẽſsus prohibere nocturnos, & mori pro dominis, & commori cum dominis ſint parati? Sæpe etiam necis illatæ euidẽtia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt, vt muto eorum teſtimonio plerũq; ſit creditum. Antiochiæ ferunt in remotiori parte vrbis crepuſculo necatũ virum, qui canem ſibi adiunctum haberet. Miles quidam prædandi ſtudio miniſter cædis extiterat. tectus idem tenebroſo adhuc diei exordio in alias partes conceſserat. iace-
H bat inhumatum cadauer, frequens ſpectantium vulgus aſtabat. canis queſtu lachrymabili domini deflebat erũ nam. Forte is qui necẽ intulerat (vt ſe habet verſutia humani ingenii) quo cõuerſandi in medio authoritate præſumpta fidem aſsiſceret innocentiæ, ad illam circunſpectantis populi acceſsit coronam, & velut miſerans appropinquauit ad funus. Tum canis ſequeſtrato pauliſper queſtu doloris, arma vltionis aſsumpſit, atq; apprehenſum tenuit, & velut epilogo quodam miſerabile carmen immurmurans, vniuerſos conuertit in lachrymas fidem probationi detulit, quòd ſolum tenuit ex plurimis, nec dimiſit. Deniq; perturbatus ille, quòd tam manifeſtum rei indicem, neq; odii, neq; iimicitiarum, neq; inuidiæ, aut iniuriæ alicuius poterat obiectione euacuare, crimen diutius nequiuit refellere. Itaq; quod erat difficilius, vltionem perſecutus eſt, quia defenſionem præſtare nõ potuit. Quid nos dignũ noſtro referimus creatori, cuius cibo veſcimur, & diſſimulamus iniurias, & ſæpe inimicis dei eas quas à deo accepimus, epulas exhibemus? Quid agniculis ſimplicius, quos minuſculæ paruulorum comparamus infantiæ? Sæpe ex his in magno
I grege agniculus per ouilia tota vagatus errat à matre, & cum eam reperire non poſsit, balatu frequenti abſentem incitat, vt reſponſuræ vocem excitet, quo ab eius ſono errabunda replicet veſtigia. multis licet verſetur in milibus ouium, recognoſcit vocem parentis, feſtinat ad matrem, lactis quoq; materni notos ſibi fontes requirit. quanuis cibi deſiderio detineatur & potus, tranſcurrit tamen aliena vbera grauida, licet humore lactis exundent. ſolam matrem requirit, ſolius ſibi materni vbetis pauperes ſuccos ſignificat abundare. Illa quoq; inter multa agniculorum milia ſolum filium nouit, vnus quanuis plurimorũ balatus, eadẽ ſpecies, ſed illa tamen fœtum ſuum diſcernit à cæteris, & ſolum filium tacito pietatis teſtimonio recognoſcit. Paſtor errat in diſcretione ouium, agniculus in agnitione matris neſcit errare. Paſtor fallitur ſpecie ſed ouis pietate non fallitur. Vnus odor omnibus, ſed tamen habet natura odorem ſuum domeſticum, quẽ ſoboles chara ſpeciali quadam videtur proprietate redolere. Habet ſuos vſus natura, & ſenſus domeſticos. Vix infantulo cœperunt dẽtes prorumpere, & iam nouit ſua arma tentare. Nondũ catulo dentes, & tanquam habeat, ore proprio ſe quærit vlciſci. Nondum ceruo cornua, & tamen fronte præ-
ludit, atq; ea quæ nondum expertus ſit tela minitatur. K
Lupus ſi prior hominem viderit, vocem eripit, & deſpi De erepti one vocis hominis
cit eum tanquam victor vocis ablatæ. Idem ſi ſe præuiſum ſenſerit, deponit ferociam, non poteſt currere. à lupo.
Leo gallum, & maxime album veretur. Caprea vulnera
ta dictamum petit, & de vulnere excludit ſagittas. Norunt & beſtiæ remedia ſua. Leo æger ſimiam quærit vt deuoret, quo poſsit ſanari. Leopardus capreæ agreſtis ſanguinem bibit, & vim languoris euitat. Omnis fera æ gra canis hauſto curatur ſanguine. Vrſus æger formicas deuorat. Ceruus oleæ ramuſculos mandit. Ergo feræ norunt expetere ea quæ ſibi proſunt, tu ignoras o homo remedia tua? Tu neſcis quomodo virtutum eri pias aduerſario, vt te tanquam præuentus lupus effugere non poſsit, vt oculo tuæ mentis eius perfidiam deprehendas, & prior curſum verborum eius impedias impudentiam eius, & acumen diſputationis obtundas. Quod ſi te, ille præuenerit, vocem tibi aufert: & ſi obmutueris, ſolue amictum tuum vt ſermonem reſoluas. Et ſi in te inſurrexerit lupus, petram capis, & fugit. Petra tua Chriſtus eſt. Si ad Chriſtum confugias, fugit lupus nec terrere te poterit. Hanc petram quæſuit Petrus cum titubaret in fluctibus, & inuenit quod quæſuit. quia dexteram amplexus eſt Chriſti. Quid dicã allio homines delecta- Quod al
ri, & illud ad eſcã ſumere, quod & leopardus fugit? Deniq; ſicubi allium aliquis confricandũ putauerit, leopar liũ fuget leopardũ
dus inde exilit, nec reſiſtit. Cuius venenata fera odorem L
non poteſt ſuſtinere, id tu pro cibo ſumis, & viſceribus infundis internis? Sed medicatur interdum doloribus. Sumatur pro medicamento, non pro cibo: ſumatur ab ægrotantibus, non ab epulantibus. Medicamentũ quæris, & ieiunium fugis, quaſi maius aliud remedium reperire poſsis. Ieiuni hominis ſputum ſi ſerpẽs guſtauerit, moritur. Vides quanta vis ieiunii ſit, vt & ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & merito ſpiritalẽ. Quantam dominus etiam minuſculis infudit prudentiam? Turtur nido ſuo, ne pullos ſuos incurſet lupus, ſquillæ folia ſuperiacit. Nouit enim quod huiuſmodi folia lupi fugere conſuerint. Nouit vulpecula quomodo poſteritatem foueat ſuam, & tu ignoras, tu negligis quomodo aduerſum lupos nequitiæ ſpiritalis poſteritatem vitæ huius habeas tutiorem?

Qua ratione dominus aliis beſtiis anguſtiora, aliis prolixiora colla formauerit. Et elephantorum deſcriptio quantũ ad membra, & proprietates eorum.
Caput. v.

SED reuertamur ad ſeriem creaturę, & con M
ſideremus qua ratione dominus aliis beſtiis anguſtiora colla formauerit, vt leoni bus atq; tigridibus, vrſis quoq; aliis prolixiora, vt elephantis, & camelis. Nonne
euidens cauſa eſt, quia illis feris quæ carne veſcũtur, nõ Elephãti promuſcis.
erat opus prolixitate ceruicis? Nõ enim in terras paſcẽdi gratia ceruicem atque ora deiiciunt, ſed aut ceruum inuadunt, aut bouem ouemq; diſcerpunt. Camelus vero cũ ſit altior, quomodo hærbis minutiſsimis paſceretur, niſi longiora vſque ad terram colla ad vſum paſti onis extenderet? Itaque camel⁹ ꝓ ratione proceritatis ſuæ prolixiora colla ſortitus eſt. Equus pro ratiõe. bos quoq; ſimili modo. hæc enĩ paſcũtur hærbis. Elephãtus autem etiã prominentem promuſcidẽ habet: quia cum ſit eminentior cunctis, ſe inclinare ad paſcendum non poteſt. Itaq; promuſcidis ad colligendum cibum vtitur miniſterio. Ea immani beſtiæ largi potus infundit humorem, ideoq; concaua eſt, quo ad reſtinguendam tantæ beluæ ſitim plenos lacus hauriat, aut collecto flumine poſsit vndare potantẽ. Ceruix ſane minor eſt q̃ poſ de eiuſdẽ
cit tãti corporis moles, ne ea quoq; oneri magis eſset q̃ ſeruice
vſui. Ideoq; nec genua iflectit, quia rigidiorib⁹ op⁹ fuit

A cruribus, quo velut columnis tãta poſsit membrorum machina ſuſtineri. Calcaneum leuiter incuruat, rigent cætera pedũ à ſummo vſq; ad imũ. Nec ſicut nos in ancilas nos ſæpe deponimus, ita ſe etiã beſtia poteſt tanta deflectere, meritoq; nõ voluẽdi ſe, neq; recubãdi vſum cum cæteris animantibus poteſt habere communem.
Cur trabibus fulcia tur. Fulcitur hincinde trabibus maximis, vt in ſomno aliquantulum ſine periculo reflectatur, quia pes eius nulla artuum coniunctione diſtinguitur. Manſuetis igitur veluti quædam fulcra eorum quibus hic vſus eſt parantur ingenio. Feris autem & agreſtibus quia nemo huiuſmodi quibus ſuſtentari queant fulcra ſubſternit, hinc venit vſus periculi. Nãq; arbori innixi aut coſtas fricant, aut in ſomno ſeſe relaxant. Quæ nonnunquam victa atque inflexa tãto corpore frangitur, atq; ille qui ſeſe in eandẽ refuderat, corruit, nec erigere atq; eleuare ſe poteſt, ibiq; iacens interit, aut gemitu ſuo proditus ſternitur, dũ ventre cæterisq; iuxta mollioribus ad vulnus patet. Nã dorſum eius cæteraq; exteriora nõ vlla facile ſolent tela penetrare. Sunt autem qui propter ebur
De iſidiis quæ elephãtis ꝓpter ebur parantur. has illis inſidias parent, vt arbores eas quibus ſe applicare conſueuerint, ex alia parte qua infreq̃tior vſus eis ſit, aliquantulũ recidant, vt reflectente ſe elephanto, pondus membrorũ eius ſuſtinere non poſsint, ruinãq; eius arceſsant. Sed ſi quis iſta reprehendit, reprehendat etiã altitudines ædificiorũ, quæ citius grauẽ minãtur ruinam, & difficilius lapſa reparantur. Verũ ſi illa aut propter pulchritudinẽ, aut propter ſpeculã frequẽter attollimus, hæc quoq; elephantis probare debemus, quia ma
B gnum rebus bellicis vſum miniſtrãt. Inde gens Perſarum ferox bellis, valida ſagittis, omniũq; telorum iactu
De vſu quem elephãti rebus bellicis miniſtrant. quia de ſuperiorib⁹ ad inferiora validiore niſu tela tor quentur, acies eorum velut gradientibus turribus ſepta procedit. In mediis campis tanq̃ de muro dimicant, & velut in arce quadã & ſpecula collocati ſpectant magis bella q̃ ſubeunt. Ita alieni à periculo videntur, tuti molibus beſtiarũ. Quis enim eos adire audeat, cum deſuper iaculis facile figatur, inferius elephantorũ conteratur incurſu? Deniq; cedũt illis ãcies & armatorũ cunei, & caſtra illa quadrata ſoluuntur. Intolerabili nanq; impetu in hoſtes ruunt, vt nullo agmine bellatorũ, nulla conſtipatione militum, nullo clypeorũ retardentur obiectu. velut quidã mobiles montes verſantur in prælijs, & vt colles alto eminent vertice, mugitus fragore omnium perturbant confidentiam. Quid his faciat pedes
C quamuis lacertis validus, & manu promptus, cum ſibi ſeptus armatorũ populis gradiendi motu murus occurrat? Quid faciat eques, cum equus eius perterrefactus tantæ beſtiæ immanitate diſſugiat? Quid faciat ſagittarius, cum deſuper ferrata virorum corpora iaculi ictũ ſentire non poſsint: beſtia quoq; nec nuda facile penetrabilis ferro ſit, & munita loricis obuias ſine ſui periculo acies ſecet, & conterat turmas? Itaque vt immenſa ædificia, ita elephanti fundamentis validioribus ſuſtinentur, alioquin imparibus fulti pedibus intra breuem
De longitudine vitæ elephãtorum. laberentur ætatem. Nunc autem & trecentis & amplius ferunt annis vitã producere, quia omnia ſibi ad magnitudinem membra conueniunt. Ideoq; non diſtincti vt nobis ſed compacti artus ſunt, quo ſint robuſtiores. Quàm cito hominibus, ſi diu ſteterint, aut velocius cucurrerint, vel iugiter ambulauerint, genua vexantur & plantæ. Cõiuncta enim & articulata facilius q̃ cõcreta atq; ſolidata, aut doloris ſenſum, aut caſum offenſionis admittũt. Et quid miraris ſi veſtiti armis timẽtur, quandoquidẽ dentibus ſuis tanq̃ naturalib⁹ ſpiculis ſemper
De dentibus quib⁹ armantur elephãti. armati ſunt? Promuſcide ſua quicquid inuoluerint frãgunt: pede quicquid compreſserint, velut quodã lapſu ruinæ ingentis exanimant. Inuoluunt promuſcide nemora ad ſui eſcam, & quaſi quidam altiſsimi dracones
De ꝓmuſcidis & serpentiniſ quos ceperint ſpiris flagellant. Plerũq; eas in orbẽ colligunt, maxime cum de terra cibus legitur, aut potus hauritur. Documento itaq; nobis ſunt quòd pedis vinihil ſuperfluum ſit creatũ, & tamẽ hæc tantæ molis beſtia ſubiecta nobis imperiis ſeruit humanis. ribus. D

De prælibatione cõmendationis humanæ creaturæ, cũ exhortatione vt homo ſeipſum noſcat, & ſibi attendat. Cap. VI.

LEGENTIM quoniam de hominis creatura dicturi ſumus, commẽdationem ei præſtruere & prælibare debemus. Videbatur nihil elephãtis creatura habere robuſtius, nihil tam terribile vel procerũ, nihil tam ferum q̃ leones vel tigrides ſunt: & hæc ſeruiunt homini, & naturam ſuam humana inſtitutione deponunt, obliuiſcũtur quod nata ſunt, induunt quod iubẽtur. Quid multa? Docentur vt paruuli, ſeruiũt vt infirmi, verberãtur vt timidi, corriguntur vt ſubditi, in mores tranſeunt noſtros, quoniã motus proprios perdiderunt. Mirabilis igitur natura in maximis. Mirabilis enim in excelſis dominus, mirabilis etiã in minimis. Sicut enim non minus plana camporum q̃ montium alta miramur, nec plus altitudinem cedri ſtupemus, quàm vitis aut oleæ breuis fœcunditatem: ita non amplius miror elephantum quia procerus eſt, quàm murem qui terribilis elephãto eſt. Naturæ igitur hæc potentia eſt, vt terribilia aliis, aliis meticuloſa ſint. Eſt enim donata prærogatiua quædã ſingulis crea- E
turis, vt quibuſdã priuilegiis propriis fulciantur. Formidabilis tauris elephantus, murem timet. Leo quidem rex ferarum, exiguo ſcorpionis aculeo exagitatur, & veneno ſerpentis occiditur. Eximia leonis pulchritudo comantes ceruice thoros excutit, vel ſublato pectore attollit ora. Sed quis non miretur tam breui ſcorpionis aculeo vt incorporeum putes, ingentium corporũ exire mortẽ? Nec hoc quiſq̃ reprehendat, quòd creator ſerpentes creaturis ſuis, aliãq; vel animantiũ vel herbarum genera venenata miſcuerit. Nata ſunt enim hæc ad correptionẽ noſtrã non ad deformationem. Nam quæ ignauis, aut infirmis, aut impiis plerũq; offenſioni atq; terrori ſunt aliis vſui. Ita ſunt hæc vt pædagogi paruulis, amari videntur, acerbi & moleſti, formidabiles verbere, libertatem laſciuiendi negant, neceſsitatem diſciplinæ exigunt, pueriles animos, ne luxu defluãt, terrore conſtringunt, ideoq; horum auſteritate frugi euadũt, ſobrii, continentes, laudi magis quàm ludo dediti. Vides quid terribilia illa flagella proficiant? Sic & ſerpentes flagella ſunt eorum quibus infirma animi ætas, & quædam puerilis mentis eſt virtus: cæterum fortioribus nõ Pſalm. 90
cere non poſsunt. Deniq; cõfidẽti in domino dictũ eſt: Act. 28.
Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & cõculcabis F
leonẽ & draconẽ. Paulũ momordit vipera, & putabant eum quaſi peccatorũ vix de naufragio ſeruatũ, veneno eſse moriturũ: ſed poſteaquam inuiolabilis permanſit excuſsa in ignẽ vipera, plus apud intuentes veneratiõis inuenit. Sed & ipſe dominus ad omnes ait: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic ſaluus erit: qui vero non Mar. 16.
crediderit, condemnabitur. Signa autem credentium hæc dixit fore, vt ſerpentes manu mulceant, venena his atq; omne mortiferum, etiã ſi biberint, nocere nõ poſsint. Tua igitur tibi magis incredulitas ô homo, quàm venena metuenda ſerpẽtiũ ſunt. Time igitur illa, vt ſaltem dum formidantur illa, ad fidem prouocare te poſsint. Quòd ſi deum non times, vel vltricia perfidiæ venena formides. Nunc quoniam & elephantes vides tibi ſubditos, & leones eſse ſubiectos, noſce teipſum ô homo, quod non (vt ferunt) Apollinis Pythii, ſed Salomonis ſancti eſt, qui ait: Niſi ſcias te formoſam in mulieribus, quanquam multo antea Moyſes in Deuteronomio ſcripſerit: Attende tibi ô homo: Attende tibi, ait lex. Et propheta ait: Niſi ſcias te. Cui hoc dicit? Formoſa, inquit, in mulieribus. Quæ eſt pulchra in mulieribus, ni-

G si anima, quæ in vtroq; ſexu præſtãtiã poſsidet pulchritudinis? Et merito decora eſt, quæ non terrena ſed cæleſtia, non corruptibilia ſed incorrupta deſiderat, in quibus decus pẽrire nõ ſoleat. Corporalia enim omnia, pceſſu ætatis, aut ægritudinis inæqualitate marceſcunt. Huic attẽde, dicit Moyſes, in qua tu totus eſt, in qua melior tui portio eſt. Denique interpretatus eſt dominus
Matth. 7. quis ſis tu, dicens: Attendite vobis à falſis prophetis. Iſti enim animam debilitant, mentem ſubtruunt. Nõ igitur caro tu es. Quid enim eſt caro ſine animæ gubernaculo, mentis vigore? Caro hodie ſumitur, cras deponitur. Caro tẽporalis, anima diuturna. Caro amictus eſt animæ, quæ ſe induit quodã corporis veſtimento. Non igitur tu veſtimentũ es, ſed qui veſtimento veteris. Ideo tibi dicitur vt expolians veterẽ hominẽ cum actib⁹ eius, nouum induas, qui nõ in corporis qualitate, ſed in ſpiritu mentis & agnitione renouatur. Non, inquam, caro
1.Cor.3. es tu. Neq; enim carni dicitur. Tẽplum enim dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos. Et alibi, Tẽplum dei vos eſtis, & ſpiritus ſanctus habitat in vobis. Sed renouatis dicitur & fidelibus, in quibus permanet ſpiritus dei. In carnalib⁹ autem nõ permanet, quia ſcriptum eſt: Non permanebit ſpiritus meus in iſtis, quoniam carnes ſunt.

H De noſtræ creationis ſerie. Et quid ſit imago dei, cũ iterata adhortatione vt homo ſibi attendat, & ſeipſum ſciat. Caput VII.

SED prius ipſius creationis noſtræ ſeriem conſideremus. Faciamus, inquit, hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã.) Quis hoc dicit? Nõnne deus qui te fecit? Quid eſt deus? Caro, an ſpiritus? Nõ caro vtiq;, ſed ſpiritus. Cuius ſimilis caro eſſe nõ poteſt, quia ipſe incorporeus & inuiſibilis eſt, caro autẽ cõprehenditur & videtur. Cui dicit? Non ſibi vtiq;, quia nõ dicit faciã, ſed faciamus. Nõ angelis, quia miniſtri ſunt: ſerui autẽ cum domino, & opera cũ authore nõ poſsũt operationis habere cõſortiũ: ſed dicit filio, etiam ſi Iudæi nolint, etiam ſi Arriani repugnent. Sed & Iudæi conticeſcant, & Arriani cũ ſuis paribus obmuteſcãt, qui dum vnum à conſortio diuinæ operationis excludunt, plures inſerunt, & prærogatiuã quam filio negant, ſeruulis donãt. Sed eſto vt adminiculo ſeruulorũ ad operandum deus vobis indiguiſſe videatur. Si operatio communis eſt cũ angelis deo, nunquid deo & angelis imago communis eſt? Nunquid angelis diceret: Faciamus hominẽ ad noI. ſtram imaginem & ſimilitudinẽ? Sed qui ſit imago dei,
Col.1. audi dicentem: Qui eripuit nos, inquit, de poteſtate tenebrarum, & trãſtulit in regnum filii charitatis ſuę, in quo habemus redemptionem, remiſsionem peccatorũ, qui eſt imago dei inuiſibilis, & primogenitus vniuerſæ creaturæ. Ipſe eſt imago dei patris, qui ſemp eſt, & erat in principio. Denicq; imago eſt qui dicit: Philippe, qui vi
Ioan. 14. det me, videt & patrẽ. Et quo tu cũ imaginẽ viuam patris viuentis videas, dicis: Oſtẽde nobis patrem? Nõ credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Imago dei virtus eſt non infirmitas, imago dei ſapientia eſt, & imago dei iuſtitia eſt. Sed ſapientia diuina eſt ſempiterna iuſti-
Ioan. 10. tia. Imago dei eſt ſolus ille qui dixit: Ego & pater vnum ſumus. Ita habens ſimilitudinem patris, vt diuinitatis & plenitudinis habeat vnitatem. Vbi dicit, Faciamus: quomodo inæqualitas? Cum iterum dicat, Ad ſimilitudinẽ noſtram: vbi eſt diſsimilitudo? Sic & in euãgelio vbi dicit, Ego & pater, vtiq; non vna perſona eſt. Vbi autem ait, Vnum ſumus: nulla eſt diſcrepantia diuinitatis aut operis. Non igitur in vtroq; vna perſona, ſed vna ſubſtantia eſt. Et bene addidit, Sumus, quia ſemper eſſe diuinum eſt, vt coæternum credas, quem putabas diſsimilem eſſe. Aeternus eſt enim, de quo dicit Moyſes: Qui
Exod.3. eſt, miſit me. Pulchre etiã illud præmiſit: Ego & pater. Nam ſi patrem præmiſiſſet, tu minorem filium iudicares. Sed præmiſit filium, quem non conuenit credi patre ſuperiorem. Adiunxit patrem, vt aduertas deum patrem & filium eius ordinis præiudicio nõ teneri. Attende, inquit, tibi ſoli. Aliud enim ſumus nos, alia ſunt noſtra, alia quæ circa nos ſunt. Nos ſumus, hoc eſt, anima & mens. Noſtra ſunt corporis membra, & ſenſus eius. Circa nos pecunia eſt, ſerui ſunt, & vitæ iſtius apparatus. Tibi ergo attende, & teipſum ſcito, hoc eſt nõ quales lacertos habeas, nõ quantam corporis fortitudinẽ, non quantas poſseſsiones, quantam potentiã, ſed qualem animam ac mentẽ, vnde omnia cõſilia proficiſcuntur, ad quam operum tuorũ fructus refertur. Illa eſt enim plena ſapientiæ, plena pietatis atque iuſtitiæ, quoniã omnis virtus à deo eſt. Cui dicit deus: Ecce ego Hierusalem pinxi muros tuos. Illa anima à deo pingitur, quæ habet in ſe virtutũ gratiam renitentẽ, ſplendorẽq; pietatis. Illa anima bene picta eſt, in qua elucet diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ imago ſubſtantiæ. Secundũ hanc imaginẽ quæ refulget, pictura preciosa eſt. Secundum hanc imaginẽ Adam ante peccatũ: ſed vbi lapſus eſt, depoſuit imaginem cæleſtis, ſumpſit terreſtris effigiem. Sed fugiamus hanc imaginem quæ intrare ciuitatem dei non poteſt, quia ſcriptum eſt: Domine in ciui- Pſal.72.
tate tua imaginem eorũ ad nihilum rediges. Et non in- L
trat indigna imago, & quę intrauerit excluditur, quia non intrabit, inquit, in eam omne cõmune, & qui facit execrationem & mendaciũ, ſed ille intrabit in eã cuius in fronte agni nomẽ ſcriptum eſt. Anima igitur noſtra ad imaginẽ dei eſt. In hac totus es homo, quia ſine hac nihil es, ſed es terra, & in terram reſolueris. Denique vt
ſcias quia ſine anima caro nihil eſt: Nolite, inquit, time- Mat.10.
re eos qui poſsunt corpus occidere, animã autem non poſsũt. Quid igitur in carne præſumis, qui nihil amittis ſi carnem amiſeris? Sed illud time, nè animę tuę defrau deris auxilio. Quam enim dabit homo commutationem pro anima ſua, in qua nõ exigua ſui portio, ſed totius humanę vniuerſitatis ſubſtãtia eſt? Hæc eſt pẽr quã Mat.16.
cæteris ferarum auiũmq; nominaris animantibus. Hęc eſt ad imaginem dei, corp⁹ autem ad ſpeciem beſtiarũ. In hac pium diuinę imitationis inſigne, in illo cũ feris ac beluis vtile conſortium.

De elimatiori tractatu quid ſit ad imaginẽ dei. Et de anima quomodo ſit ad imaginem dei. Et vtrũ de ea dici potuerit: Faciam⁹ hominẽ ad imaginẽ noſtram: vtrũ pręterea ſecundum corpus, an ſecundum animam iuſtificatio conferri videatur, cum vehementiori incitatione vt homo ſeipſum cognoſcat, & ſibi attendat.

Caput VIII.

SED tractemus elimati⁹ quid ſit ad imaginẽ dei Caro nunquid ad imaginẽ dei eſt? Ergo in deo terra eſt, quia caro terra eſt? Ergo corporeus M
deus? Ergo infirmus vt caro, paſſionibuſque ſubiectus? Et forte caput tibi videatur ad ſimilitudinẽ dei, quia eminet: aut oculi, quia intuẽtur: vel aures, quia audiũt. Si altitudinẽ ſpectes, nũ proceri videmur, quia paululũ vertice eminemus à terris? Sed id non pudet, cò nos ſimiles dei dici, quia ſerpentibus cęteriſq; reptantibus, aut quia damulis atque ouibus aut lupis celſiores ſumus? Et quãto in hac parte cameli nobis atq; elephãti proceriores ſunt? Obtutus eſt quidem pręſtans ſpectare elementa mundi, cognoſcere quæ nullius annuncier, ſed tuus deprehendat aſpectus. Verũ hoc ipſum quantum eſt quod videmus, vt cò ad ſimilitudinem dei nos eſſe dicamus, qui omnia videt, ſpectat omnia latenter deprehendit affectus, ſcrutatur cordis occulta? Non pudet hoc dicere cum ipſe me totum videre non poſsim? Quod ante pedes eſt video, quod à tergo eſt videre non

A poſsum. Ceruicem meam neſcio, nõ noui occipitium, renes meos videre non poſsum. Similiter quantum eſt quod audiuimus, cum id quod paululũ diſtet, videre & audire non poſsim? Si interiecti parietes ſint, impeditur aſpectus, impeditur audit⁹. Deinde corpus noſtrũ vno in loco hæret, anguſto includitur ſpatio. Omnes feræ liberationes ſunt homine, omnes etiã velociores. Nõ ergo caro poteſt eſſe ad imaginem dei, ſed anima noſtra quę libera eſt, & diffuſis cogitationibus atq; conſiliis huc atq; illuc vagatur, quę conſiderãdo ſpectat omnia. Ecce nũc ſumus in Italia, & cogitamus quæ ad orientales aut occidentales partes ſpectare videntur, & cũ illis verſari videmur, qui in Perſide ſunt conſtituti, & illos videmus qui degunt in Aphrica. ſi quos cognitos nobis ea terra ſuſceperit, ſequimur proficiſcẽtes, inhæremus peregrinantibus, copulamur abſentibus, alloquimur ſeparatos, defunctos quoq; ad colloquiũ reſuſcitamus, cõſque vt viuentes cõplectimur, & tenemus, & vitæ officia his vſumq; deferimus. Ea igitur eſt ad imaginẽ dei, quæ nõ corporeo æſtimatur, ſed mentis vigore, quæ abſentes videt, trãſmarina viſu nouit, percurrit aſpectu, ſcrutatur abdita, huc atq; illuc vno momento ſenſus ſuos per totius orbis fines & mundi ſecreta circũfert, quæ deo iungitur, Chriſto adhæret, deſcendit in infernũ, atque aſcẽdit, libera verſatur in cælo. Denique audi dicentẽ: Noſtra autẽ conuerſatio in cælis eſt. Non eſt ergo ad imaginem dei, in qua deus ſemper eſt? Sed audi quia ad imaginem dei. Dicit enim apoſtolus: Nos itaque oẽs reuelata facie gloriã dei ſpeculantes, ad eandẽ imaginẽ reformamur à gloria in gloriam ſicut à domini ſpiritu. Quia igitur cognouimus animã eſſe ad imaginem dei,
B nunc conſideremus vtrũ de anima potuerit dici. Faciamus hominem ad imaginẽ. Sed audi & iſtud, quia ani-
2.Cor.3. ma nomine hominis nuncupatur. Scriptum eſt enim in Geneſi: Filii autẽ Ioſeph qui facti ſunt illi in Aegypto: animæ nouẽ. Omnes ergo animæ quæ intrauerunt cum Iacob in Aegyptũ, ſeptuagintaquinq;. Et multo aptius anima vel homo Latine, vel Græce ἄνθρωπος dicitur, alterũ ab humanitate, alterũ ab intuẽdi habens viuacitate, quę magis animæ q̃ corpori cõuenire non dubiũ eſt. Cui rei etiã illud iure concurrit dictũ in Threnis Hieremiæ: Bonus eſt dominus ſuſtinentibus eum: animæ quæ quęrit eum. De hominibus dixit, & animã adiiciendam putauit. Melius enim quęrit iſta ſi ſola ſit, abducens ſe à corporis cœno, & à cupiditate carnali. Ipſa eſt ad imaginem dei, conformis domini Ieſu. Qui autem conformes filii dei, ſancti ſunt. Sic enim legimus, dicente Paulo: Scimus autẽ quoniã diligentibus deũ omnia concurrunt in bonũ, iis qui ſecundũ propoſitũ vocati ſunt ſancti, quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui, vt ſit ipſe primogenit⁹ in multis fratrib⁹. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vo-
Roma.8. cauit, hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit, hos & C
clarificauit. Vtrum igitur ſecundũ corpus, an ſecundũ animã iuſtificatio tibi conferri videatur, quæſo reſpondeas. Sed dubitare non potes, cũ iuſtitia, vnde iuſtificatio deriuata eſt, mentis tuæ vtique nõ corporis ſit. Pict⁹ es ergo ô homo, & pictus à domino deo tuo. Bonum habes artificem atque pictorẽ. Noli bonã delere picturã, non fuco ſed veritate fulgentẽ, nõ cera expreſsam, ſed gratia. Deles picturã mulier ſi vultum tuum materiali candore oblinias, ſi acquiſito rubore perfundas. Illa pictura vitii nõ decoris eſt. Illa pictura fraudis nõ ſimplicitatis eſt. Illa pictura temporalis eſt, aut pluuia aut ſudore tergitur. Illa pictura fallit & decipit, vt neque illi placeas cui placere deſideras, qui intelligit non tuũ ſed alienũ eſſe quod placeas: & tuo diſpliceas authori, qui videt opus ſuum eſſe deletũ. Dic mihi: Si ſupra artificẽ aliquem inducas alterum, qui opus illius ſuperioris nouis operibus obducat, nõnne indignatur ille qui opus ſuum adulteratũ eſſe cognouerit? Noli tollere picturã dei, & picturam meretricis aſsumere, quia ſcriptũ eſt: D
Tollam ergo membra Chriſti, & faciam membra me- 1.Cor.6.
retricis? Abſit. Quòd ſi quis adulterat opus dei, graue crimen admittit. Graue eſt enim crimen, vt putes quod melius te homo q̃ deus pingat. Graue eſt vt dicat de te deus, Non agnoſco colores meos, non agnoſco imaginem meam, non agnoſco vultũ quem ipſe formaui, reiicio ego quod meum nõ eſt. Illum quære qui te pinxit, cum illo habeto cõſortium, ab illo ſume gratiã cui mercedem dediſti. Quid reſpõdebis? Quòd ſi graue eſt adulterare opus dei, quid de illis dicemus qui interficiũt opus dei, qui humanũ ſanguinem fundunt, qui vitam q̃ deus donauit extorquent, qui dicunt: Tollamus iuſtũ, quia inutilis eſt nobis? Vnde bene lectũ eſt hodie: Vul- Matth. 8.
pes foueas habẽt, & volucres cæli nidos, vbi requieſcãt: filius autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet. Vulpes ergo ſe abſcondit in fouea, auis ſe tuetur in nido: homo non abſconditur in fouea, ſed decipitur. Fouea vero os hominis eſt, fouea alta pectus eſt hominis, vbi ſunt noxia & fraudulenta, conſilia, malæ cogitationes. Tu ambulas, & alius tibi foueã parat. In medio laqueorum ambulas, quos abſconderunt tibi in via inimici tui. Omnia ergo circumſpice, vt effugias ſicut damula de retibus, & ſicut auis de laqueo. Damula retia aſpectus viuacitate declinat: auis deuitat laqueos, ſi ad ſuperiora ſe conferat, & terrena ſuperuolet. In ſuperio
ribus enim nemo tendit retia, laqueum nullus abſcon- E
dit. Ideo cuius cõuerſatio in ſupernis eſt, huius non ſolet in prædam venire captura. Sed quid miraris ſi homo decipitur ab homine, quãdo filius hominis vbi requieſceret non habebat? Et ille quidem talem hominẽ fecit, in quo caput ſuum reclinaret. Sed poſteaq̃ in pectore noſtro non requies proximi cœpit eſſe ſed fouea, poſteaq̃ alter alteri nectere cœpit inſidias quem iuuare deberet, caput ſuũ Chriſtus auertit à nobis. Sed poſtea tamẽ maluit illud morti offerre pro nobis. Noli igitur eſſe fraudulentus, crudelis, immitis, vt in te Chriſtus caput reclinet. Denique cum feciſſet piſciũ beluas, cũ feciſſet ferarum genera & beſtiarũ, nõ requieuit. Requieuit autem poſteaq̃ hominẽ ad imaginem ſuam fecit. In Eſaię. 66.
quo requieſcat, audi dicentẽ: Supra quem requieſcã, niſi ſuper humilẽ & quietum, & trementẽ verba mea? Eſto ergo humilis & quietus, vt in tuo deus requieſcat affectu. Qui non requieuit in beſtiis, multo magis non requieſcit in pectore beſtiali. Sunt enim animi beſtiales, ſunt feræ forma hominum indutæ, de quibus dicit dominus: Attendite vobis à falſis Prophetis, qui veniũt ad
vos in veſtitu ouium, intus autem ſunt lupi rapaces. In Matth. 7.
his ergo non requieuit deus. Sed requieuit in moribus humanis, quos fecit deus ad imaginem ſuam & ſimilitu- F
dinem, quãdo fecit virum, qui non debet velare caput ſuum, quoniã imago & gloria eſt dei. Huius viri animæ dicit: Ecce ego Hieruſalẽ pinxi muros tuos. Non dixit: pinxi ventrem tuum. non dixit: pinxi inferiora tua. ſed dixit: Pinxi muros tuos, valida ſe aſſerẽs homini murorum dediſſe præſidia, vt ſi peruigil ſpeculator in portis ſit, obſidionis poſsit periculũ ꝓpulſare. Dicit itaque: Non tibi voluptates dedi, non illecebras cupiditatum, non incentiua luxuriæ, nõ alieni decoris cõcupiſcẽtiã, ſed dedi tibi fundamẽta muralia, dedi tibi turriũ excelſa faſtigia, in quibus cõſtitutus expugnari ab hoſte nõ metuas, nec ingruentiũ legionũ terribilia licet tentamẽta formides. Denicq; habes in Eſaia, quia iuſti anima dicit vel eccleſia: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obſeſsa. Munita per Chriſtũ, obſeſsa per diabolũ. Sed nõ debet obſidionẽ vereri cui Chriſt⁹ adiutor eſt. Munitur enim
gratia ſpirituali, & ſecularibus periculis obſidetur. Vn- Cantic.8.
de & in canticis habes dictũ: Ego murus, & vbera mea turres. Murus eſt eccleſia, turres eius ſunt ſacerdotes, quibus abundat & de naturalibus verbum, & de moralibus diſciplina. Cognoſce ergo te decora anima, quia

G imago dei es. Cognosce te homo, quia gloria es dei. Au di quomodo gloria. propheta dicit: Mirabilis facta est cognitio tua ex me. hoc est, in meo opere tua mirabilis est facta maiestas. In consilio hominis tua sapientia prædicatur. Dum me intueor, quē tu in ipsis cogitationibus occultis & internis affectibus deprehendis, scientiæ tuę agnosco mysteria. Cognosce ergo te ô homo quantus sis, & attende tibi, ne quando laqueis implicatus diabo
1. Pet. 5. li fias præda venantis, ne forte in fauces tetri illius leonis incurras, qui rugit & circuit quærens quē deuoret. Attēde tibi vt cōsideres quid in te intret, quid ex te exeat. Non de cibo dico, qui absorbetur & egeritur, sed de cogitatione dico, de sermone aſsero. Nō in te intret alieni thori concupiscentia, non irrepat in tuam mentem, nō rapiat oculus tuus transeuntis fœminæ pulchritudinem, animus non includat, nō sermo tuus tētamentorum machinas nectat, non in dolo prodat, nō maledico proximum aspergat opprobrio. Venatorem te fecit
Hiere. 16. deus, non expugnatorem, qui dixit: Ecce ego mitto venatores multos. venatores non criminis sed absolutionis, venatores non culpæ vtiq; sed gratiæ. Piscator Christi es, cui dicit: A modo eris homines viuificans *. Sic
Lucæ. 5. *capiens. mitte retia tua, sic mitte oculos tuos, sic mitte sermones tuos, vt nullum opprimas, sed alleues fluctuantem. Attende, inquit, tibi. Sic sta ne cadas, sic curre vt ad brauium peruenias, sic certato vt sæpe decernas, quia legitimo debetur corona certamini. Miles es, hostem dili-
H gēter explora, ne tibi nocturnus irrepat. Athleta es, manibus aduersario propior esto q̄ vultu, ne oculū feriat tuum, Liber obtutus sit, argutus incessus, vt irruentem effundas, cedentem occupes, vulnus vigilanti aspectu exeas, forti congressu repellas. Quòd si fueris vulneratus, attende tibi, curre ad medicū, quære remediū pœnitentiæ. Attende tibi, quia carnem habes quæ cito labitur. veniat tibi bonus animārū medicus sermo diuinus, aspergat tibi oracula domini tanq̄ medicamenta salubria. Attende tibi, ne fiat verbū absconditum in corde
Deut. 8. tuo iniquum. Serpit enim sicut venenū, quòd & letalia infert cōtagia. Attende tibi ne obliuiscaris deū qui fecit te, ne nomen eius in uanum accipias. Attende tibi, lex dicit, ne cum manducaueris, & satiatus fueris, & domos ædificaueris, & habitare cœperis, & pecoribus tuis repletus fueris, & auro & argento abundaueris, & omnibus quæcūq; tibi fuerint, in multitudine exaltes te cor
1. Cor. 4. de, & obliuiscaris dominum deū tuum. Quid enim habes homo quod non accepisti? Nónne hæc omnia sicut umbra prætereunt? Nónne domus tua hæc puluis & ruina? Nónne hæc omnia fabula? Nónne seculi thesaurus vanitas est? Nōne tu ipse es cinis? Respice in sepulchra hominū, & vide quid ex te nisi cinis & ossa remanebūt,
I hoc est ex corpore tuo: Respice, inquā, & dic mihi quis ibi diues, quis pauper sit. Discerne inopes ac potentes. Nudi omnes nascimur, nudi morimur. Nulla discretio inter cadauera mortuorū, nisi forte quòd grauius fœtent diuitū corpora distenta luxurie. Quē audisti pauperē cruditate defunctum? Prodest illi inopia sua, exercet corpus, non opprimit. Nec tamen auditim⁹ iustum
Psal. 36. derelictum, & semen eius quærens panem: quoniā qui bene operatur in terra sua, abundat alimentis. Attende ergo tibi diues, quia & tu carnem portas sicut pauper. Attende tibi pauper, quia anima tua preciosa est: & si caro mortalis, diuturna anima: & si tibi deest pecunia, nō deest gratia: & si non est domus ampla, non diffusa possessio, cælum patet, terra libera est. Omnibus in cōmune elementa donata sunt, patent æque diuitibus atq; pauperibus ornamenta mundi. Nunquid pulchriora preciosissimarū domorum aurata laquearia, q̄ cæli facies stellis insignita fulgentibus? Nunquid latiora diuitum rura, q̄ spatia terrarum? Vnde ad eos qui domum ad domum, & villam ad villam iungunt, dictum est: Nūquid
Esaiæ. 5. soli habitabitis super terram? Maiorem domum tu habes pauper, in qua clamas, & exaudiris. O Israel, inquit K
Baruc. 3. Propheta, q̄ magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius, magnus, & non habet finem, altus & immensus. Domus dei diuiti est cōmunis & pauperi. Difficile est tamen diuitem intrare in regnum dei. Sed forte doles quòd nullum tibi auratorum lychnorum lumen refulgeat. Sed multo illustrior tibi lumine circunfuso luna resplendet. De hyeme forsitan quereris, quia nulla tibi hypocausta anhelantibus ignibus vaporentur: sed habes solis calorem, qui tibi orbē terrarū tēperet, & hyberno te defendat à frigore. An illos beatos putas, qui seruorū sequentium stipantur cateruis? Sed qui alie nos pedes requirunt, suis vti nescinnt. Deniq; à paucis præceduntur, à plurimis portantur. Nisi forte illud miraris, quòd abundant auro, argento, pecunia. Quantis abundant vides, quantis egeāt non vides. Sed eburneis lectis accūbere preciosum putas, & non consideras preciosiorem esse terram, quæ pauperi thoros graminum sternit, in quibus dulcis requies, suauis est somnus, quē ille aurea compositus sponda tota peruigil nocte quærit, & non capit. O quanto te ille beatiorem iudicat vigilans quiescentem. Illud prætereo, quod multo est prę
L stantius, quoniam iustus vir qui hic egerit, illic abundabit: & qui hic laborem tolerauerit, illic consolationē habebit. Qui autem hic receperit bona, illic mercedē eorum sperare non poterit. Paupertas enim mercedem suam reseruat, census absumit. Attende ergo tibi pauper, attende diues, quia in paupertate & diuitiis tentamenta sunt. Ideo quidam sapiens dicit, Diuitias & paupertatem ne dederis mihi. Et qua ratione petierit hoc dicit: Satis est enim homini habere quod sibi sufficit. Quia diuitiæ vt epulis ventrem, ita animum curis solicitudinibusq; distendunt. Ideoq; petit constitui sibi quæ opus sunt & sufficientia. Ne repletus, inquit, mendax fiam, & dicam, Quis me videt? aut factus pauper, furtum faciam, & iurem in nomine domini. Fugienda igitur & cauenda sunt tentamenta mūdi, ne pauper desperet, ne opulens insolescat. Scriptum est enim: Cum expuleris gentes, & cœperis vti terris eorum, ne dicas: Virtus mea & manus mea hanc mihi possessionem parauit. Sic est qui opes suas merito adscribit suo. Et ideo quasi probatus proprium non agnoscit errorē, sed longo trahit fune peccatum. Nam si credat quod accessio pecuniæ, aut fortuiti euentus, aut turpis astutiæ sit, non habet locum insolentia, in quibus aut nulla laus, & inanis labor, aut cupiditas inuerecunda sit, modū nescions ponere voluptati.

De præstantia, decore & gratia humani corporis, ac membrorum ipsius. Caput IX. M

SED iam etiam de ipso aliqua dicenda sunt corpore hominis, quod præstantius cæteris decore & gratia esse quis abnuat? Nam & si vna atque eadem omnium terrenorum corporum videatur esse substātia, firmitudo & proceritas, quibus dam maior in bestiis: forma tamē humani corporis est venustior, status erectus & celsus, vt neq; enormis proceritas sit, neq; vilis & abiecta pauxillitas, tum ipsa habitudo corporis suauis & grata, vt neq; beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas tenuis infirmitati. Ac primum omniū cognoscamus humani corporis fabricam instar esse mundi. Siquidē vt cælū eminet aeri, terris maria, quæ velut quædā membra sunt mundi: ita etiam caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus emi nere, præstantissimumq; esse omnium tanq̄ inter elementa cælum, tanq̄ arcē inter reliqua vrbis mœnia. In arce autem hac regalem quandam habitare sapientiam secundum Propheticum dictum, Quia oculi sapientis in capite eius: hanc esse cæteris tutiorem, & ex illa omnibus mēbris vigorem prudentiāq; deferri. Quid enim

De præstantia capitis.

De laude oculorū. Eccles. 2.

robur & validitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum, nisi capitis velut principis sui imperialis quædam adminiculetur potestas? Ex hoc enim aut destituuntur vniuersa, aut omnia fulciuntur. Quid agat fortitudo, nisi oculo duce vtatur in prælio? Quid fuga, si desit obtutus? Carcer est totū corpus tenebroso inhorrēs situ, nisi oculorū illuminetur aspectu. Quod ergo Sol & Luna in cælo, hoc sunt oculi in homine. Sol & Luna duo mundi lumina: oculi autem quædam in carne sidera fulgent desuper, & inferiora claro illustrant lumine, nec patiuntur noctis quibusdā nos tenebris implicari: speculatores quidā nostri die ac nocte excubāt. Nam & ex sopore membris cæteris citius excitantur, & vigilantes circumspectant omnia. viciniores enim sunt cerebro, vnde omnis manat vsus vigendi. Neque vero præpropere quisquam huc descēdisse me credat, quòd relicto vertice oculos prædicem, cum alienum non sit summam rem in parte laudare. Oculos enim certum est esse capitis portionem. Caput itaq; oculis explorat omnia, auribus occulta rimatur, cognoscit absc̄dita,
De vertice & cęsarie. audit quid aliis agatur in terris. Ipse autem vertex capitis q̄ suauis & gratus. Quàm speciosa cæsaries, q̄ reuerēda in senibus, q̄ veneranda in sacerdotibus, q̄ terribilis in bellatoribus, q̄ decora in adolescētibus, q̄ compta in mulieribus, q̄ dulcis in pueris. Aliū sextum crinita non
De gratia capitis. decet, aliū tonsa nō decet. Ex arboribus licet quę humani sit gratia capitis, æstimare. In capite arboris omnis est fructus, ibi omnis est pulchritudo, illius coma nos aut à pluuiis tegit, aut defendit à Sole. Tolle arbori comā,
B tota arbor ingrata est. Quanto igitur maior humani capitis ornatus est, qui cerebrum nostrum, hoc est sedem originemq; nostrorū sensuum capillis capitis munit & vestit, ne aut frigore vexetur aut æstu? Illic enim fons vniuersorum est: & ideo vbi iniuria nocet, ibi gratia præminet. Quid sine capite est homo, cum totus in capite sit? Cum caput videris, hominem agnoscis. Si caput desit, nulla agnitio esse potest, iacet truncus ignobilis sine honore, sine nomine. Sola ære fusa principum capita, & ducti vultus de ære vel de marmore, ab hominibus adorantur. Non immerito igitur huic quasi consuli tori suo cætera membra famulantur, & circunferunt illud seruili gestamine sicut numē, atq; in sublime locatum vehunt. Vnde censoria potestate quo vult dirigit quorundam obsequia seruulorum, & præcepta singulis obeunda decernit. Videas imperatori suo singula gratuito stipendio militare. Alia portant, alia pascunt, alia defendunt, & ministerium suū exhibent, parent vt principi, ancillantur vt domino. Inde velut quædam proce
C dit tessera, quam debeant pedes obire regionem, quæ militiæ munia manus cōsummandis operibus exequantur, quam venter abstinendi vel edendi formam imposita teneat disciplinæ. Huic frons libera, nudis aperta
De frōte. temporibus, quę mentis habitum specie sui prodat, nūc læta; nunc tristior, nunc directa ad seueritatem, nūc ad lenitatem remissior, quæ signis forensibus internā exprimat voluntatem. Imago quædam animi loquitur in
De supercilio. vultu, fidei basis, in qua quotidie domini nomen inscribitur & tenetur. Eam geminæ sepes *superciliorum sęquuntur, quæ oculis munimenta prætendunt, prætexūt gratiam, vt & venustas decoris arrideat, & diligentia protectionis assistat. Si quid enim de capite sordiū decidat, aut arenæ puluis, aut ros nebulæ, aut humescentis verticis sudor, excipitur supercilio, ne teneras offensa acie visiones mollium perturbet oculorum. Adhærent velut quibusdam montium superciliis oculi, vt & protegente montis cacumine tutiores sint, & tanquā in summo locati, de quadam scena superiore vniuersa prospectent. Neq; enim oportebat eos humiles esse, sicut aures, vel os, ipsosq; narium interiores sinus. Specula enim semper in alto est, vt aduenientiū cæteruarum hostilium explorari possit aduentus, ne improuiso oc-

*alias tupes.

De situ oculorum.

cupent ociantem vel vrbis populum, vel imperatoris exercitum. Sic latronū quoq; cauentur incursus, si exploratores in muris, aut turribus, aut montis excelsi supercilio sint locati, vt desuper spectent plana regionū, in quibus insidiæ latronum latere non possint. In mari quoq; positus si quis terræ appropinquare se coniicit, in ipsa mali fastigia, & celsa antennarum cornua voti explorator ascendit, & adhuc inuisibilē reliquis nauigantibus eminus terram salutat. At forte dicas: Si specula editior necessaria fuit, cur non supra summū verticem capitis oculi constituti sunt, sicut cancris vel scarabæis in summo sunt, quibus licet nullū caput appareat, colla ac dorsa tamen cætero corpore celsiora sunt? Sed illis testa valida, nec tam tenuis membrana sicut nobis quæ facile possit offendi, ruboq; & cæteris interscindi sentibus. Aliis quoque animantibus huiusmodi species, vt possint oculos aut ad cernicem conferre, vt equi ac boues, ac propemodum omnes ferę: aut ad alas suas, vt aues, quo tuta quiete potiantur. Nobis autē & in summa propemodum corporis parte constitui oculos oportuit tanquam in arce, & ab omni vel minima offensione defendi: quæ duo sibi cōpugnantia videbātur. Nam si in humili essent propter tutamen, munus impediretur: si in vertice, paterent ad iniuriā. Itaq; ne vel vsui muneris aliquid detraheretur, vel aliquid ppulsandam in-
E iuriam non prospiceretur, eo loco oculos cōstituit, cui supercilia desuper non minimum protectionis impertiant, subter malæ aliquantulum eleuatæ haud exiguū munitionis adiungant, interiorem partem sępiant nares, exteriorem quoque frontis malarumq; gibbi extuberent: & licet ossium compage connexa, & equata cōfinia circumuallare videātur, inter hæc medii sunt ocu
De orbibus oculorum. lorum orbes, & tuti ad cauendum, & ad intuendum liberi, & decori ad gratiam, vtpote in Crystalli speciem
De pupillis oculorum. refulgentes. In quorum medio pupillæ sunt, quæ videndi munus operantur. Hæ ne qua incidentis iniuriæ offensione lædantur, pilis hincinde consertis velut quodā
Mat. 7. vallo per circuitum muniuntur. Vnde tutum auxilium
De cerebro. postulans Propheta ait: Custodi me domine vt pupillā oculi. vt protectionis, diuinæ fieret ei tam solicita & tuta
De pupillis pupillarū Psal. 16. custodia, q̄ pupillam oculi tutissimo quodā naturæ valo munire dignatus est, Simul quia innocentia & integritas leui sorde aspersa violatur, & gratiæ suæ munus amittit. Et ideo prospiciendum ne quis eam puluis erroris oblimet, aut vlla vexet festuca peccati, quia scriptum est: Eiice primum trabem de oculo tuo, & tūc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Itaque propter oculos ferunt medendi periti cerebrū hominis in capite locatum: alios autem nostri corporis sensus propter cerebrum finitimo quodam esse domicilio constitutos. Initium enim neruorum & omnium sensuum voluntariæ commotionis cerebrum est, atque inde omnis
De arteriis, ac corde. eorum quæ diximus causa manat. Initium autem arteriarum insiti caloris, quo animantur & tepefiunt vitalī, cor esse plerique arbitrantur. Sensuum autem singu-
F De neruis lorum velut organum nerui sunt, qui velut chordæ & fides quædam de cerebro oriuntur, & per partes corporis in singula quæq; officia deriuantur. Ideóq; mollius est cæteris cerebrum, quia omnes suscipit sensus, vnde omnes nerui quærunt vniuersa quę vel oculus viderit, vel auris audierit, vel odor inhalauerit, vel lingua increpuerit, vel os saporis acceperit. Quod enim molle, ad compassionem aptius: quod autē durū ex aliquo rigore neruorum, ad agendū efficacius. Præstantissimū quoq;
De auditu & auribus. audiendi munus est, & visui suppar gratia. Ideo aures extantiores, vt & ornatus decorā præferant, & excipiāt omne illud quicquid de vertice sordiū humorisve defluxerit, simul vt in earū sinibus vos repercussa fine offensione interiores ingrediatur anfractus. Nam nisi ita esset, quis non ad omnē fortioris sonum vocis attonitus redderetur, cum inter ipsa subsidia frequenter im-

G prouiso ictus clamore nos obsurdescere sentiam? Tu velut quædam propugnacula videas prætendere aduersus frigoris asperitatem, caloris flagrantiã, vt neq; frigus penetret ductus patentes, neq; nimius adurat æstus. Sinuatio autẽ interiorũ aurium, modulandi quendã numerum præstat & disciplinam. Siquidem per anfractus aurium quidam rythmus efficitur, & modulis quibusdam ingressę sonus vocis exprimitur. Tenaces præterea sermonis accepti ipsos esse anfractus aurium, vsus ipse nos docet. Siquidem velut in concauis montium, vel in recessu rupium, vel in anfractu fluminũ vox auditur dulcior, & responsa suauia referẽs Echo resultat. Ipsæ quoq; sordes aurium non inutiles, quæ ligant vocem, vt tenacior eius in nobis & memoria sit & gratia. De naribus autem quid loquar, quæ binio & procero foramine antrum quoddam recipiendis odoribus præstant, vt non perfunctorie odor transeat, sed diutius inhæreat naribus, & earum ductu cerebrum sensusque depascat? Ideo diutius odor fragrat acceptus, quàm sermo resonat, aut visus apparet. Plerũq; quod momento breui fueris odoratus, toto die tibi spirat in naribus. Per eas quoq; purgamenta capitis defluunt, & sine fraude atque offensione aliqua corporis deriuantur. Est etiam non mediocris sensus in tactu, atq; in eo voluptas probamus quæ oculis probare non possumus. Postremum quoque officium est oris aut linguæ, quòd tamen omnibus vires ministrat. Nam neque oculi vigorem videndi haberent, nisi virtutem substantiæ corporalis acciperent, quæ cibo defertur & potu: neq; aures audiendi, aut nares odorandi, aut manus tangendi, nisi corpus omne confortetur alimentis. Deficimus enim viribus nisi eas cibi cõpetentis assiduitate reparem⁹. Deniq; cõfecti fame nullis oblectantur sensuum voluptatib⁹, sed quasi exortes eorũ delinimenta nõ sentiunt. Quid ego describam dentiũ vallũ, quo cibus cõficitur, & plenæ fit vocis expressio? Quæ sine dentibus alimonia delectaret? Deniq; æui maturos plerũq; cernimus hoc ipso citius senescere, quod amissis dentibus nullam possint cibi virtutẽ validioris assumere. Ideo muta infãtia, quia nõ habet adhuc organũ vocis Linguę quoq; nõ solum in loquendo, sed etiã in edendo munus precipuissimum est. Ea enim velut plectrũ loquentis, & quædã edentis est manus, quę defluentem cibum dentibus suggerit & ministrat. Vox quoque aeris quodam remigio vehitur, & per inane portatur, eademq; vis quę aerem verberat, I nunc commouet, nunc demulcet audientis affectũ, iratum mitigat, fractum erigit, solatur dolentem. Sit igitur nobis canorum cõmune cum auibus. Sed apud quem, quo sono vocis vtatur, quod est rationabile, non potest cum omnibus animantibus irrationabilibus scilicet esse commune. Nam & ipsi sensus communes nobis suat cum animantibus cæteris: sed tamen non eadem his cæteris animantes industria vtuntur. Erigit bucula ad cælum oculos, sed quid spectet ignorat. Erigunt feræ, erigunt aues: omnibus est liber aspectus, sed soli inest homini eorum quæ aspicit affectus interpres. Spectat oculis ortus obitúsq; signorum, videt ornamentum cæli, miratur stellarum orbes, fulgores quoque diuersos intelligit signorum, quando Hesperus surgat, quando Lucifer: cur ille vespertinus, hic matutin⁹ irradiet, quos motus Orion habeat, quos Luna defectus, quemadmodum Sol suos notit occasus, circuitus quoque cursus sui solennitate custodiat. Audiunt quoq; animantes cæteræ, sed quis præter hominem audiendo cognoscit? Secreta sapientiæ solus homo ex omnibus generibus quæ in terris sunt, auditu & meditatione & prudentia colligit, qui Psal.84. potest dicere: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Hoc est preciosissimum, quòd homo diuinę vocis sit organũ, & corporalibus labiis exprimit cæleste oraEsa.40. culum, sicut illud est: Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum. Accepit quod diceret, & clamauit. Sibi habeant prudentiã suam qui radio cæli spatia terrarũq; describunt, Sibi habeant intellectum suum, de quo dicit dominus: Et intellectum prudentium reprobabo. 1.Cor.1. Neque numeros, orationis ac modos, & modulos muficæ sapientiæ hoc constituam loco, sed eam sapiẽtiam definio, de qua dicit Propheta: Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi. Quid autem loquar de osculo oris, quod pietatis & charitatis est pignus? Osculantur se & columbæ. Sed quid ad humani osculi venustatem, quo amicitiæ insigne humanitatisq; prefulget, in quo plenæ charitatis fidelis exprimitur affectus? Vnde & dominus velut prodigii genus in proditore condemnans ait: Iuda, osculo filium hominis tradis? Hoc est, Charitatis insigne conuertis ad signum proditionis, & infidelitatis iudicium? pacis hoc pignore veteris ad officium crudelitatis? Bestiali igitur oris obsequio inferẽ tem potius necem, q̃ charitatis fœdera deferentem, diuinæ arguit vocis oraculo. Illud quoq; præcipuũ, quòd soli homines ore exprimimus quę corde sentimus. Itaque cogitationes tacitæ mẽtis, oris sermone signantur. Quid est igitur os hominis, nisi quoddã sermonis adytum, fons disputationis, aula verborum, prõptuariũ voluntatis? Absoluimus velut quandam humani corporis regiã, in qua sit licet quædã quantitas portionis, forma tamen vniuersitatis est. Sequitur guttur, per quod totius L corporis vitale commercium, & spiritus huius cõmeatus infunditur. Succedunt brachia, validi lacertorum thori, validæ ad operandum manus, & procerioribus digitis habiles ad tenendum. Hinc aptior vsus operãdi, hinc scribendi elegantia, & ille calamus scribæ velociter scribentis, quo diuinæ vocis exprimuntur oracula. Manus est quæ cibum ori ministrat. Manus est quę preclaris enitet factis, quę conciliatrix diuinę gratię sacris infertur altaribus, per quam offerimus & sumimus sacramenta cęlestia. Manus est quę operatur pariter atq; dispensat diuina mysteria, cuius vocabulo non dedignatus est se dei filius declarari, dicente Dauid: Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Psal.117. Manus est quę fecit omnia, sicut dixit deus omnipotẽs: Nónne manus mea fecit hęc? Manus est totius corporis propugnaculum, capitis defensatrix. Quæ cum sit loco inferior, totum verticem comit, & honesto venustat ornatu. Quis digne explicet pectoris cratem, ventrisque mollitiem. Aliter enim viscera molliora nõ possent foueri, & intestinorum sinus duris hauddubie ossibus lę derentur. Quid tam salutare quàm vt pulmo cordi fini timo limite iungeretur, vt cum exarserit cor ira & indignatione, pulmonis sanguine atque humore citius tem peretur? Ideóque mollior pulmo est, quia madet semper, simul vt rigorem indignationis emolliat. Hęc ideo strictim percurrimus, vt tanq̃ indocti obuia perstringere, non tanquam medici plenius scrutari videamur, & persequi quę naturę latibulis abscondita sunt. Lien quoque cum iecore habet viciniam fructuosam, qui dũ assumit quo ipse pascatur, abstergit quicquid sordidũ deprehenderit, vt per fibras iecoris minutiores, ciborũ possint tenues atque subtiles reliquię transire, quę vertantur in sanguinem, viribúsque proficiãt, & non cum fimo & sordibus egerantur. Intestinorum vero circũplexi orbes, & sine aliquo licet nodo, sibi tamen inuicem nexi, quid aliud nisi diuinam prospiciẽtiam creatoris ostendunt, vt non cito esca pertranseat, & statim à stomacho decurrat? Quòd si fieret: iugis fames, & continua vorandi libido hominibus gigneretur. Exinanitis enim visceribus & exhaustis dum momentaria effusione vacuarentur, necesse erat inexplebilem atque insatiabilem cibi & potius generari cupiditatem, quam sine dubio matura mors sequeretur. Ideóque prouide conficitur primum esca in vtero superiore, deinde in iecore coquitur, quousque vapore digestus transfundi-

De narib⁹ & odoratu.

De tactu. De officio oris, & cibo & potu

De dentibus.

De mune re linguę.

De sermone oris.

De guttu re.

De brachiis, manib⁹ ac digitis.

De singulari præconio manuum.

De intestinis.

De Stomacho.

A tur succus eius in reliquas corporis partes, eáque substantia artus aluntur humani, quam iuuenes accipiunt ad incrementũ, senes ad perseuerãdũ: reliquum autem velut superfluũ per intestina deducitur, & per illud ex

De ano. transuerso ostium deriuatur. Denique etiam in Genesi arca Noe ad fabricã humani corporis accipitur, de qua dixit deus: Fac tibi arcam ex lignis quadratis, nidos facies in arca, & bituminabis eam intus & foris bitumine, & sic facies arcam. Et infra: Ostiũ vero facies ex trãsuerso, inferiora autem arcæ bicamerata & tricamerata facies. Hoc ergo significat dominus, quòd ostium ex posteriori sit parte, per quod egerãtur ciborum superflua. Decore enim creator noster ductus reliquiarum à vul-

De pudẽdis. tu hominis auertit, ne dum aluum purgamus, inquinaremus aspectum. Simul illud considera, quòd ea quę pu-

De venis. doris plena sunt, eo loco constituta sunt, vbi operta vestibus elucere non possint. Venarum pulsus, vel infirmitatis internuncius, vel salutis est. Eædem tamen cũ toto diffusæ sint corpore, neque nudæ atque intectæ sunt, & ita lenibus operiuntur visceribus, vt explorandi copia sit, & celeritas sentiendi, quando nulla est viscerum

De ossib⁹ crassitudo quæ pulsum possit obducere. Ossa quoque omnia tenui operta sunt viscere, & reuincta neruis, præcipue tamen capitis leui tecta sunt corio. Vnde quo possint aliquod aduersum imbres & frigora habere munimen, capillis densioribus vestiuntur. Quid de genitalibus loquar, quæ venis è regione ceruicis per renes lumbósque deductis, suscipiunt genitale semen ad munus

De capillis. De genitalibus. De officio pedum. De genu. & ad gratiam procreandi? Quid de officio pedum, qui totum corpus sine vlla sustinent oneris iniuria? Flexibile genu, quo prę cęteris domini mitigatur offensa, ira

Phil.2. mulcetur, gratia prouocatur. Hic enim patris summi erga filium donum est, vt in nomine Iesu omne genu curuetur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & om

B nis lingua confiteatur quoniam dominus Iesus in gloria est dei patris. Duo enim sunt quæ præ cęteris deum mulcent, humilitas, & fides. Spes itaque exprimit humilitatis affectum, & sedulæ seruitutis obsequium. Fides æquat filium patri, atque vtriusque eandem gloriam cõ

Cur duo tantum pedes homini. fitetur. Recte autem nõ plures sed duo sunt homini pedes, quaterni enim pedes feris ac beluis sunt, bini auibus. Et ideo vnus quasi de volatilibus est homo qui alta visu petat, & quodam remigio volitet sublimium co

Psal.102. gitationum. Et ideo de eo dictũ est: Renouabitur sicut

Phil.3. aquilæ iuuentus tua. eò quòd propior sit cælestibus, & sublimior aquilis, qui possit dicere: Nostra autem conuersatio in cælis est.

De fine sermonis, & completione sexti diei, cum humili gratiarum actione. Caput x.

C SED iam finis sermoni nostro sit, quoniam completus est dies sextus, & mundani operis summa concluſa est, perfecto videlicet homine, in quo principatus est animantium vniuersorum, & summa quædã vniuersitatis, & omnis mundanæ gratia creaturæ. Certe deferamus silentium, quoniam requieuit deus ab omnibus mundi operibus, requieuit autem in recessu hominis, requieuit in eius mente atque proposito. Fecerat enim hominem rationis capacem, imitatorem sui, virtutum æmulatorem, cupidũ cælestium gratiarũ. In his

Esa.66. requiescit deus, qui ait: Super quẽ requiescã, nisi supra humilem & quietum, & trementem verba mea? Gratias ergo domino deo nostro, qui huiusmodi opus fecit in quo requiesceret. Fecit cælum, non lego quòd requieuerit. fecit terram, non lego quòd requieuerit. fecit solẽ, lunã & stellas, nec ibi lego quod requieuerit, Sed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuit, habẽs cui peccata dimitteret. Aut forte tũc iam futuræ dominicæ passionis præcessit mysterium, quo reuelatum est quia requieſceret Christus in homine, qui requiem sibi præ D stinabat in corpore pro hominis redẽptione: secundũ quod ipse dixit: Ego dormiui, & requieui, & exurrexi, Psal.3. quoniã dominus suscepit me. Ipse enim requieuit qui fecit, Cui est honor, gloria, perpetuitas à seculis, & nũc & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

LIBER DE DIGNITATE HVMANAE conditionis, notata in eo quod scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, qui sancto Ambrosio authori à quibusdam adscribitur, feliciter incipit.

Qua ratione homini tanta dignitas sit collata. Cap. I.

FACIAMVS hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. Tanta itaque dignitas humanæ conditionis esse cognoscitur, vt non solo inbẽtis sermone, sicut alia sex dierum opera, sed consilio sanctæ trinitatis, & opere maiestatis diuinæ creatus sit homo, vt ex primæ conditionis honore intelligeret quantum deberet suo conditori, dum tantum in cõditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor, vt tanto ardentius amaret conditorẽ, quãto mirabilius se ab eo esse conditum intelligeret. Nec ob hoc solũ quòd consilio sanctæ trinitatis sic excellenter à conditore cõditus E est, sed etiam quòd ad imaginem & similitudinẽ suam ipse creator omnium eum creauit, quod nulli alii ex creaturis donauit.

De dignitate hominis sumpta ex ratione imaginis. Cap. II.

QVAE imago diligentius ex interioris hominis nobilitate est cõsideranda. Primo quidem quòd sicuti deus vnus semper vbique totus est, omnia viuificans, mouens & gubernans, sicut Apostolus confirmat, quòd Actuũ.17. in eo viuimus, mouemur & sumus: sic anima in suo corpore vbiq; tota viget, viuificãs illud, mouẽs & gubernans. Nec enim i imaiorib⁹ corporis sui mẽbris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota, & in maximis tota. Et hæc est imago vnitatis omnipotẽtis dei quã anima habet in se. Quæ quoq; quandam sanctę trinitatis habet imaginẽ. Primo in eò, quia sicut deus est, viuit & sapit: ita anima secundũ suum modum est, viuit & sapit. Est quoq; & alia trinitas in ea, qua ad imaginem sui F cõditoris perfectę quidẽ & summæ trinitatis, quæ ex patre & filio & spiritu sancto, condita est. Et licet vnius illa naturæ, tres tamen in se dignitates habet, id est, intellectum, voluntatem, & memoriam. Quod idẽ, licet aliis verbis, in Euangelio designatur cũ dicitur: Diliges do- Matt.22. minũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. id est, ex toto intellectu, & ex tota voluntate, & ex tota memoria. Nam sicut ex patre generatur filius, & ex patre filióque procedit spiritus sanct⁹, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria, sicut facile à sapiente quolibet intelligi potest. Nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus, nec horum trium vnũ aliquod, quantum ad suam pertinẽt beatitudinẽ, sine aliis duobus integrum constat. Et sicut deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus est, non tamen tres dii sunt, sed vnus deus tres habens personas: ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria: non tamen tres animæ in vno corpore, sed vna anima tres habens dignitates: atque in his tribus eius imaginem mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex quibus quasi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere conditorem,

G vt inquantum intelligitur diligatur, & quãtum diligitur semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas: immo nec hæc duo sufficiunt nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis & diligẽtis maneat deus, vt sicut non potest esse momentum quo homo non vtatur vel fruatur dei bonitate & misericordia, ita nullum debeat esse momẽtum quo præsentẽ eum nõ habeat memoria. Et ideo dilectissime fili, iuste mihi videtur dictum interiorẽ hominẽ imaginẽ esse dei. Anima enim nominatur totus interior homo, qua viuificatur, regitur, continetur lutea illa massa humectata succis, ne arefacta dissoluatur. Deus dicitur vis illa ineffabiliter magna, & innumerabiliter sapiens, vt scriptum est: Magnus dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius nõ est Psal.146. numer9. & incõparabiliter suauis, vt alibi dicit: Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia Psal.144. opera eius. Ex qua, & per quam, & in qua sunt omnia quæ sunt, reguntur omnia quæ sunt, cõtinentur omnia quæ sunt. Omnia dico ipsam vniuersitatẽ, quæ est totũ, quod aliud est q̃ ipse qui fecit, & non est factus, sed ipse est ex quo, & qui ex eo, & quo. Quod ipse deus ex quo est, pater dicitur à nobis pauperibus sensu, pauperioribus verbis: quod qui ex eo, filius dicitur: quod quo, spiritus sanctus. Ideo autẽ dicitur deus pater, quia ipse est ex quo, & sapientia est qua ordinantur omnia, & dilectio qua se volunt omnia ita manere vt ordinata sunt. Ex quo ergo, & qui ex eo, & quo se diligũt ipsa duo, tria sunt, & illa tria ideo vnũ, quia sic sunt ex vno illa duo, vt tamẽ ab ipso non sint separata, sed ex ipso sunt, quia non à se. & in ipso, quia nõ separata, & ipsum ipsa quod ipse, & ipsum ipse quod ipsa, & nõ ipsum ipsa quid ipse, & nõ ipsa ipse quæ ipsa. Vis ista deus est, & ipse deus
H tria est, & vnusquisq; horũ trium deus est, & omnia tria illa non dii, sed deus est. Ad imaginẽ ergo suam conditor, vt dictũ est, fecit animam hominis, quæ tota dicitur anima. Non autem aliud significo hominis q̃ animam cum mentem dico, sed propter aliud animã, & propter aliud mentem. Nam totum quod viuit, hominis anima est. Cum autem anima in se agit se, & ex se, & per se sola, mens dici solet, sensus vero ad sua ministeria implens cõsuetius anima dicitur. Mens ergo scire gignit, & amat scire quod scit. Non illud scire dico, quod repente scitur res aliqua, quæ ante nesciri putabatur, sed illud vnde & aliquid & omne quicquid scitur vel nescitur, sciri potest. Illud ergo scire mens gignit, & cum genitũ est, scientia potest dici. Sunt ergo iam duo, mẽs, & quod ipsa mens scit: restat tertium vtrisque commune. Omnis mens quicquid scit, amat scire. Amor non minus q̃ inter duos est, amantem & quod amatur. Vnus est ergo amborum amor, qui & tertius est. Non autem potest negari hoc totũ vnã esse animã, & vnam animam hæc tria esse. Sicut enim hæc tria vere vna anima
I sunt, sic non minus vere vna anima est hoc vnum, & hoc alterum, & hoc tertium. Comparet igitur se hæc creatura tã eminens creatori suo supereminẽti sibi, excepto hoc, & multum supra se amoto, quòd omnis bonitas, & omne bonum, & omnis bonitatis & boni dulcedo creatoris à seipso est, Creatura vero nõ solũ quod est, sed etiam quod talis est, ab alio est, non à se: & ipsa quod est, semper est, licet & ipsa anima quodam modo suo incõmutabilis est. Nã semper anima est postquam esse cœperit, & scit, & scire vult. Comparet ergo, vt dixi, se anima eo modo quo potest creatori suo, vt dicatur mẽs pater quia gignit scire: dicatur scire filius, quia ex alio est, & nõ est aliud q̃ ipsum quod ipse est ex quo est: dicatur amor spiritus sanctus, quia amborũ est eorum qui se amant. Vnde in nostris scripturis sæpius amor, id est charitas, quæ in deo est erga nos, & quæ à nobis in deum, spiritus ipse appellatur. Et hæc de imagine ô dilectissime fili habeto.

De dignitate hominis sumpta ex ratione similitudinis. K
Caput III.

NVNC vero de similitudine aliqua intellige, quæ minoribus cernẽda est, vt sicut deus creator qui hominem ad similitudinẽ suam creauit, est charitas, est bonus & iustus, patiẽs atq; mitis, mundus & misericors, & cætera virtutũ sanctarum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, vt charitatem haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiens atque mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes quãto plus quisque in seipso habet, tanto propius est deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit) aliquis per deuia vitiorum, & diuortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat, tũc fiet de eo quod scriptũ est: Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui maior honor potuit homini esse, q̃ vt ad similitudinem sui factoris cõderetur, & eisdẽ virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur: Dominus regnauit, decorem indutus est, id est omniũ Psal.92. virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus, aut infœlicior miseria, quàm vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum delabatur similitudinem? Quapropter ô dilectissime, quisq; diligentius attendat primę cõditionis suæ excellentiam, & venerandam in seipso sanctæ trinitatis imaginem agnoscat, honoremq; similitudinis diuinæ ad quem creatus est, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat; vt quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabilius que in secundo reformauit. L

FINIS.

CAPITA LIBRI DE PARADISO.

De difficultate inuestigandi & explanandi quid, vbi, ac qualis sit paradisus: quod tamen authorem paradisi, de quo in Genesi legitur, inuenire possimus, ac de plantatione eiusdem secundum mysticam interpretationem. Qua etiam ratione videatur paradisus esse anima, in qua virtus vnaquæq; plantatur. Cap. I.

Quod lignum scientiæ boni & mali fuerit in paradiso. Et qua ratione in scripturis diuinis non facile debeamus reprehẽdere aliquid quod intelligere non possumus. Cur etiam lignum scientiæ boni & mali in paradiso sit exortũ, & à deo permissum, similiterq; serpẽs ac diabolus, quamuis pleriq; velint diabolũ in paradiso non fuisse. Præterea quid per serpentẽ, mulierẽ atq; virum, quidã intelligi existiment. Caput II.

Quæ subsidia in tolerandis periculis habeat anima per paradisum figurata, ex fonte diuiso in quatuor initia siue flumina, in quibus quatuor virtutes principales exprimuntur, quæ etiam velut mundi istius inclusę- M
runt tempora. Caput III.

De apprehensione hominis, & positione eius in paradiso vt operaretur & custodiret. Et qua ratiõe extra paradisum vir factus sit, mulier vero intra paradisum. Quid præterea interesit inter operari & custodire, & cur primus homo in paradiso legitimi laboris speciẽ susceperit. Caput IIII.

De præceptis Adæ in paradiso datis, & de huius quæstionis: Cur deus vbi præcepit ex omni ligno edendum, singulariter dixerit Edes: vbi autem de ligno scientiæ boni & mali, pluraliter Edetis dixerit, absolutione. Quodq; ei interpretatio Symmachi nõ præiudicet. De responsione quoq; ad tres quæstiones, quas plerique

A quorum author Appelles est, proponunt. Cap. V.

De solutione aliarum quarundam quæstionũ, quas circa obeditionẽ & cognitionẽ præcepti faciũt. Cap. VI.

De pertractatione quæstiõis vnde mors acciderit Adæ, vtrum videlicet à natura ligni, an à deo. Cap. VII.

De absolutione quæstionũ quas quidã circa præscientiã dei de præuaricatione Adæ, & impressionẽ opinionis boni & mali faciunt. Caput VIII.

Cur deus cum mandatum daret homini, de manducando & non manducando putauerit esse mandandum. Quę etiam ratiõe dominus deus Adæ dixerit: Morte moriemini: & quid intersit vtrum aliquis dicat morie mini, an addat, morte moriemini. Cap. IX.

De absolutione quæstionum incidentium circa factionem mulieris Adæ. Caput X.

De solutione quæstionum occurrentium circa adductionem bestiarũ & volatiliũ ad Adã, soporem quoq; ipsius Adæ, atq; existentiam bestiarum & pecorum in paradiso. Caput XI.

De sapientia serpentis, & causa inuidiæ, argumentisq; quibus confidebat se posse hominem vincere. Quo-
B modo etiam aggressus fuerit mulierem. Quòd præterea neq; detrahere aliquid debeamus diuinis mandatis, neq; addere. Vtrum deniq; præter adiectionem quæ mandato per mulierem fuit applicata, quod additum est, obfuisse videatur: & ex quo ligno deus dixerit esse gustandum. Caput XII.

Quomodo tentamenta diaboli plena sint mendacii. Et de deceptione mulieris, & lapsu Adæ. Quemadmodũ etiam cognorint se esse nudos, & succinctoria sibi fecerint, & quid significent. Caput XIII.

De voce domini deambulantis ad vesperum, & interrogatione vel potius increpatione Adam: Vbi es? Cur præterea ante increpetur Adam, cum mulier ante gustauerit, & quid mulier pro sua excusatione responderit: ac de mysteriis istorum. Caput XIII.

Qua ratione veniabilis fuerit deceptio mulieris. Et quẽ admodum serpens typus sit delectationis, & de sententia damnationis in serpentem, ac etiam condemnatione Adæ, & discretione inter istas sententias. Caput XV.

C Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI de paradiso Liber vnus.

De difficultate inuestigandi & explanandi quid, vbi, ac qualis sit paradisus. Quod tamẽ authorem paradisi de quo in Genesi legitur, inuenire possimus, ac de plantatione eiusdem secundum mysticam interpretationẽ. Qua etiam ratione videatur paradisus esse anima, in qua virtus vnaquæque plantatur. Caput I.

DE PARADISO ADORIEN dus sermo non mediocrẽ æstum nobis videtur incutere, quidnam sit paradisus, & vbi sit, qualisve sit, inuestigare & explanare cupientibus, maxime cum Apostolus siue in corpo-
2.Cor.12. re, siue extra corpus nesciat, raptum se tamẽ dicat vsque ad tertium cælum. Et rursus: Scio, inquit, huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autẽ non gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Si enim voluero gloriari, non ero stultus. nam veritatem dico. Ergo si huiusmodi paradisus est, vt cum solus Paulus, aut vix D
aliquis Pauli similis, cum in hac vita degeret, videre potuerit: idem tamen siue in corpore, siue extra corpus viderit, meminisse non possit: audierit tamen verba quibus prohibitus sit vulgare quod audierat: quo tandem modo nos paradisi situm poterimus absoluere, quem nec videre potuimus, & si potuissemus videre, tamen prohiberemur aliis intimare? Simul cum Paulus extollere se reuelationum sublimitate sit veritus, quanto magis nobis studendum est id solicitius indicare, cuius etiam reuelatio obnoxia sit periculo? Non hylen igitur hunc paradisum æstimare debemus, & ideo relinquamus Pauli esse secretum. Tamen quoniam legimus in Genesi a deo paradisum esse plantatum secundũ orientem, & ibi esse positum hominem quem plasmauit deus: iustius paradisi authorem iam possumus inuenire. Quis est enim qui potuit fingere paradisum, nisi omnipotens deus, qui dixit, & facta sunt? Nunquid indigens eorum quæ generari vellet? Ipse ergo plantauit paradi-
sum, de quo dicit Sapientia, Omnis plantatio quam nõ Matth. 15.
plantauit pater meus, eradicabitur. Bona angelorum plantatio, bona sanctorum. Sancti enim sub ficu & vite ducuntur in illo pacis futuræ tempore, in quibus typus est ãgelorum. Ergo paradisus est plurima ligna habens, sed ligna fructifera, ligna plena succi, atque virtu- E
tis, de quibus dictum est: Exultabunt omnia ligna siluarum. Ligna semper florentia viriditate meritorum, si- Psal.95.
cut illud lignum quod plantatum est secus decursus a- Psal.1.
quarum, cuius folium non defluet, quia totus in eo fructus exuberat. Hic ergo paradisus est. Locus autem eius Psal.35.
in quo est plantatus, voluptas dicitur. Vnde & sanctus Dauid ait: Ex torrente voluptatis tuæ potabis eos. Legi fti enim: Quia fons procedit ex Eden qui rigat paradisum. Hæc igitur sanctorum flumina quæ plantata sunt in paradiso, quasi profluo quodam torrentis spiritus Psal.35.
irrigantur. De quo alibi ait: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Est autem ciuitas illa quæ sursum est, Hierusalem libera, in qua diuersa sanctorum merita pullularunt. In hoc ergo paradiso hominem deus posuit quem plasmauit. Intellige etiam quod non eum hominem qui secundum imaginem dei est positus, sed eum qui secundum corpus. Incorporalis enim in loco non est. Posuit autem eum in paradiso sicut solem in cælo, F
expectantem regnum cælorum, quemadmodum creatura expectat reuelationem filiorum dei. Ergo si paradisus est in quo erant exorta virgulta, videtur paradisus anima esse, quæ multiplicat semen acceptũ, in qua virtus vnaquaque plantatur. In qua erat etiam lignum vitæ, hoc est sapientia, sicut dixit Salomon: quia sapien- Sapien. 7.
tia non de terra exorta est, sed de patre. Est enim splendor lucis æternæ, & manatio omnipotentis gloriæ.

Quod lignum scientiæ boni & mali fuerit in paradiso, & qua ratione in scripturis diuinis non facile debeamus reprehendere aliquid quod intelligere non possumus. Cur etiam lignum scientiæ boni & mali in paradiso sit exortum, & à deo permissum, similitérq; serpẽs ac diabolus: quamuis pleriq; velint diabolum in paradiso non fuisse. Quid præterea quidã per serpentem, mulierem atq; virum, intelligi existiment. Caput II.

ERAT autem lignum scientiæ boni & mali in paradiso. Sic enim habes: Quia produxit deus lignũ speciosum ad aspectũ, & bonũ ad escã, & lignũ vitæ in paradiso, & lignũ scientiæ boni & mali. Postea videbimus vtrum & hoc lignum speciosum ad aspectum, & bonũ ad escã fuerit, sicut cætera. Eo enim loco hoc opportunius disputabitur, quo hominẽ ex hoc gustantẽ ligno inuenimus esse deceptum. Interim nihil habemus quod nunc reprehendere debeamus, etsi rationem scire non possimus.

G Neq; enim in hac creatura mundi ſiqua nobis difficilia intellectu videntur,& incõprehenſibilia ingenio noſtro,temerario quodam debemus condemnare iudicio,vt creaturam ſerpentium,venenatiq; alicuius animantis:quippe homines qua ratione ſingula quæq; ſint facta,intelligere adhuc & ſcire non poſſumus. Sic ergo & in ſcripturis diuinis nõ facile reprehendamus aliquid quod intelligere non poſſumus. Sunt enim plurima quæ non noſtro ingenio metienda ſunt,ſed ex altitudine diſpoſitionis & verbi ſunt æſtimanda. Pone enim, ſine præiudicio tamen aſſertionis futuræ, ideo tibi hoc lignum de ſciẽtia boni aut mali diſplicere, quia poſteaquam guſtauerunt ex eo homines, intellexerunt ſe nudos. Attamẽ ad conſummationem diuinæ operationis dicam tibi & hoc lignum in paradiſo exortũ, & ideo à deo eſſe permiſſum,vt poſſimus ſupereminentiã boni ſcire. Quomodo enim ſi nõ eſſet ſcientia boni & mali,inter bonum & malum diſcretionẽ aliquam diſceremus? Nam neque quod malum erat,malum iudicaremus eſſe, niſi eſſet ſcientia boni. Sciẽtia autem boni eſſe non poſſet,niſi eſſet mali. Neq; rurſus quod bonum erat,ſciremus bonum eſſe,niſi eſſet ſcientia mali. Cape exemplum de ipſa conditione humani corporis. Nempe habet & amaritudinem quandã fellis:quæ,ſi in commune proſpicias,ad ſalutem hominis vtilis inuenitur.
H Ergo & quod malum putamus,plerunq; nõ per omnia malum eſt,ſed in commune vtile. Nam ſicut fel in parte eſt corporis, & tamen ad totius vtilitatem corporis prodeſt, ita vtilitati omnium profuturam ſciens deus ſcientiam boni & mali,in parte conſtituit,vt in commune prodeſſet. Deniq; ſerpentẽ in paradiſo inuenis,vtiq; non ſine dei voluntate generatum. In ſerpentis autẽ figura diabolus eſt. Fuiſſe enim diabolũ in paradiſo etiã Ezechiel propheta docet:qui dicit ſuper principẽ Tyri: In voluptate,inquit,paradiſi factus es. Principem Tyri autem in figura accipimus diaboli. Nunquid & hinc accuſabimus deum,quia theſauros eius altitudinis & ſcientiæ abſconditos in Chriſto & occultos comprehẽdere nõ poſſumus,niſi quos ipſe reuelare dignatus eſt? Reuelauit tamen vt ſciremus etiam diaboli malitiam ad ſalutem prodeſſe hominibus,non quòd diabolus,pdeſſe velit,ſed quòd malitiam eius etiam repugnantis
I conuertit nobis dominus ad ſalutem. Deniq; huius malitia Iob ſancti viri fecit eſſe virtutem & patientiam clariorem. Huius malitia iuſtitiam eius exercuit, vt certaret & vinceret,& victoriam corona ſequeretur: Nemo enim niſi qui legitime certauerit coronatur. Ioſeph quo-
2. Tim.2. que caſtimonia nunquam ad noſtri memoriam perueniſſet,niſi mulier domini eius cõtubernalis ignitis diaboli ſpiculis incitata tentaſſet eius affectum,niſi poſtremo affectaſſet eius interitum,quo clarior eſſet caſtimonia viri, qui mortem pro caſtitate contempſerit. Vis ſcire conſiliũ dei? Nempe diabolo authore neces videntur iuſtis hominibus præparari,exerceri quoq; parricidia filiorum. Attamen dominus etiam Abraham hac arte tentauit,vt immolari ſibi filium ab eodem poſtularet. Qua tentatione Abraham fidelis eſt domino comprobatus,quid à deuotiõis obſequio nec dilecti filii miſeratione reuocatus ſit. Ita ergo & lignũ ſcientiæ boni & mali in paradiſo,quod erat ſpecioſum ad viſum, & bonũ ad eſcam ſpecie videbatur. Non enim vſu bonũ ad eſcam erat,quoniã eſca eius videtur hoibus obfuiſſe Ergo eſt quod ſingulis noceat, in commune proſit, vt inde nocuit diabolus, ſed præter illum oẽs Apoſtolos coronauit,qui malitiæ eius tentamenta vicerunt. Itaque neq; dubitandum,neq; reprehendendũ quod in paradiſo diabolus erat,quãdoquidẽ occludere ſanctis non potuit iter ne quis aſcẽderet. Neq; enim iuſtis habitationẽ incolatus tanq; poſſeſſor eripuit. Eſto enĩ vt aliquos de ſides atq; vitioſos ab incolatu ſupnæ poſſeſſiõis auerterit, illud multo ãguſtiꝰ,multòq; pulchriꝰ,quod ſãctorũ orationibus excluditur,cũ cõpletum fuerit illud: Videbam ſatanã ſicut fulgur de cælo cadentẽ. Ergo non metuamus eum,qui eouſq; infirmus eſt, vt & ipſe caſurus ſit in terrã. Accepit quidẽ tentandi licentiã, ſed nõ accepit copiam ſubruendi,niſi ſua ſponte labatur infirmus affectus,qui ſibi auxiliũ nõ norit accerſire. Et ideo qua fraude tentauerit primum hominẽ, quidve in homine putauerit eſſe tentandũ,quo ordine,qua arte,cognoſcere opus eſt,vt cauere poſſimus. Pleriq; tamẽ qui volunt in paradiſo diabolum non fuiſe,licet in cælo aſtantẽ cũ angelis legerimus,ne in iſto ſermone videantur offendi,ſecũdum ſuam accipiunt voluntatem interpretationem iſtius lectionis. Nanque ante nos fuit qui per volũtatem & ſenſum præuaricationẽ ab homine memoraK Lucæ.10. uerit eſſe cõmiſſam,in ſpecie ſerpentis figurã accipiẽs delectatiõis,in figura mulieris ſenſum animi mentiſq; conſtituens,quã ἀνδρόνοιαν vocant Græci. Deceptã autem per ſenſum præuaricatricem ſecũdũ hiſtoriam mẽtem aſſeruit,quã Græci ἀνὴρ vocant. Recte igitur in Græco ἀνὴρ viri figuram accipit, γύναιον mulieris. Vnde & quidam Adam ἀνὴρ terrenum interpretati ſunt. Dominus autem virgines illas in Euangelio accenſis facibus vel extinctis expectantes ſponſi aduentum pro ſenſibus vel integris ſapientium,vel corruptis inſipientium poſuit. Nã ſi Eua,hoc eſt ſenſus primæ mulieris, accenſas habuiſſet faces,nunquam præuaricationis ſuæ nos criniculis implicaſſet,neq; ex illa virtutis imortalitate cecidiſſet.

Quæ ſubſidia in tolerandis periculis habeat anima per paradiſum figurata ex fonte diuiſo in quatuor initia ſiue flumina,in quibus quatuor virtutes principales exprimuntur,quæ etiam velut mundi iſtius incluſerunt tempora. Caput III. L

Ezech. 28

EST ergo paradiſus terra quædam fertilis,hoc eſt anima fœcunda,in Edẽ plantata, hoc eſt in voluptate quadam,vel exercitata terra in qua animæ ſit delectatio. Eſt etiã νοῦς tãquam Adam,eſt & ſenſus tanquam Eua. Ac ne haberes quod ad infirmũ retoqueres naturę,vel ad obnoxiam in tolerandis periculis conditionem,cõſidera quę habeat anima iſta ſubſidia. Erat fons qui irrigaret paradiſum. Qui fons, niſi dominus Ieſus Chriſtus, fons M Pſal.35. vitæ æternæ, ſicut & pater? quia ſcriptum eſt: Quo- Ioan.7. niam apud te fons vitæ. Denique flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et fons legitur,& fluuius legitur, qui irrigat paradiſi lignũ fructuoſum, quod ferat fructum in vitam æternam. Hic ergo fons, ſicut legiſti: Fons enim procedit, inquit, ex Eden, id eſt in anima fons eſt. Vnde & Salomon ait: Bibe aquam de tuis vaſis,& de puteorum tuorum fontibus. Hic eſt fons qui Prouer.5. procedit ex illa exercitata & plena voluptatis anima. Hic fons qui irrigat paradiſum,hoc eſt virtutes animæ eminẽtiſſimo merito pullulantis. Et diuiditur, inquit, hic fons in quatuor initia. Nomen eſt vni Phiſon, hic eſt qui circuit omnem terrã Euilath,vbi eſt aurum. Terræ autem illius aurum bonũ eſt,vbi eſt carbunculus,& lapis praſius. Et nomẽ ſecundi Geon,hic eſt qui circuit omnem Aethiopiam. Et flumen tertium Tigris, hic eſt qui vadit contra Aſſyrios. Et flumen quartum eſt Euphrates. Hæc igitur quatuor ſunt flumina,hoc eſt Phiſon ſecũdũ Hebræos Phiſon dicitur, Ganges aũt ſecundũ Græcos: qui fluit cõtra In diã. Geon autem Nilus,qui circuit terrã Aegypti vel Aethiopiã. Meſopotamia autẽ dicitur,quòd Tigris & Euphrates incluſerint eam, eò quod inter duo hæc flumina conſtituta ſit, quod etiam longe poſitis nomen ipſum & opinio cõmunis expreſſit. Sed quẽadmodum fons dicitur ſapientia dei? Fons enim eſt ſecundum euangelium dicens: Si quis ſitit, ve- Ioan.7. niat ad me,& bibat. Fons eſt & ſecundum prophetam qui ait: Venite & edite de meis panibus,& bibite vinum Prouer.9.

A quod miſcui vobis. Sicut ergo fons vitæ eſt ſapientia, fons gratiæ ſpiritalis: ita fons virtutum eſt cæterarum quæ nos ad æternæ curſum dirigunt vitæ. Ex hac igitur anima quæ culta eſt,nõ ex ea quæ inculta, fons iſte procedit vt irriget paradiſum,hoc eſt quædam diuerſarum fruteta virtutum, quarum ſunt quatuor initia in quæ ſapientia iſta diuiditur. Quæ ſunt quatuor initia virtutum,niſi vnum prudentiæ,aliud temperantiæ,tertium fortitudinis, quartum iuſtitiæ, quæ etiam ſapientes iſtius mundi ex noſtris aſſumpta,in ſuorum ſcripta librorum tranſtulerunt. Itaque ſicut fons ſapientiæ, ita etiam flumina iſta quatuor quædam ex illo fonte manantia ſunt fluenta virtutum. Piſon igitur prudentia eſt,& ideo habet bonum aurum, ſplendidum carbunculum,& praſium lapidem. Aurum enim pro inuentis prudentibus frequenter accipimus. Vnde & dominus per prophetam ait: Dedi illis aurum & argentum. Et
Pſal.67. Dauid de prudentibus dicit: Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatę,& poſteriora dorſi eius in ſpecie auri: eò quòd veteri & nouo qui inhæſerit teſtamento,in ipſa ſecreta ſapientiæ dei diſputationis poſsit vbertate procedere. Hoc ergo bonum aurum
B dicit,nõ monetale,quod corruptibile ac terrenũ eſt. Habet etiam ſplendidum,inquit,carbunculum,in quo qui dem animæ noſtræ viuit igniculus. Habet & praſium lapidem,qui viride quiddam atque vitale coloris ſui ſpecie oſtentare videatur. Virent enim arbuſta quæ viuũt, areſcunt contra quæcunq; moriuntur. Viret terra dum floret,virent & ſemina dum prorũpunt. Et bene primo
Gene.2. loco hic fluuius poſitus eſt Phiſon,qui ſecundum Hebræos feoiſon dicitur,hoc eſt oris mutatio,qui non vnã gentẽ circunfluit, ſed etiã per Lydiam fluit. Non enim anguſta quædam, ſed diues vtilitatum prudentia eſt, quæ pluribus profit. Ideo prima, vt ſi quis de paradiſo fuerit egreſſus,velut quoddam eum prudentiæ flumen excipiat,ne cito poſsit areſcere,ſed per hanc ad paradiſum facile reuertatur. Hic fluuius à multis hominibus frequẽtatur, pulchritudinẽmq; & fertilitatẽ maximam habere perhibetur. Et ideo prudentia in ſpecie huius accipitur,quæ plurimos fructus attulit in domini ſalua
Pſal.18. toris aduentu. Atq; in extrema terrarũ fluit,quia per ſapientiam omnes homines ſunt redempti. Vnde & dictum eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines terræ verba eorum. Secundus eſt fluuius Geon, iuxta quã lex data eſt Iſraelitis,cum eſſent in Aegypto cõſtituti,vt ex Aegypto recederẽt,& ſuccincti lumbos ederent agnum,quod inſigne eſt temperantiæ. Caſtos enim & ſanctificatos oportet domini paſcha celebrare.
C Et ideo iuxta iſtum fluuium legitima primo obſeruantia conſtituta eſt,quia ſignificat nomen hoc quendam ſterilitatis hiatum. Sicut igitur terra quæcunq; vel purgamenta vel frondes in eo ſunt,hiatu abſorbet,ita caſtitas omnes corporis paſſiones abolere conſueuit. Meritoq; ibi primum obſeruantiæ cõſtitutio,quia per legẽ abſorbetur carnale peccatum. Bene ergo Geon, in quo figura eſt caſtitatis,circumire terram Aethiopiam dicitur,vt abluat corpus abiectum, & carnis viliſſimæ reſtinguat incendium. Aethiopia enim abiecta & vilis latina interpretatione ſignatur. Quid autẽ abiectius noſtro corpore? Quid tam Aethiopiæ ſimile, quod etiam nigrum eſt quibuſdam tenebris peccatorum? Tertius eſt fluuius Tigris, qui vadit contra Aſſyrios, ad quem præuaricator Iſrael captiuus eſt ductus. Hic fluuius dicitur velocior eſſe omnibus,quẽ incolunt Aſſyrii, hoc eſt dirigentes. hoc enim ſignificat interpretatio. Ergo quicunq; fortitudine animi præuaricantia corporis vitia captiuauerit,dirigens ad ſuperna, iſte huius fluminis ſimilis æſtimatur. Et ideo etiam fortitudo de illo qui eſt in paradiſo dei fonte emanat. Fortitudo autem quodã curſu rapido reſiſtentia queq; tranſuerberat,nec aliquibus curſus eius impedimẽtorũ hæret obſtaculis.

Quartus eſt fluuius Euphrates, qui latine fœcunditas D atq; abundantia fructuum nuncupatur,præferẽs quoddam inſigne iuſtitiæ,quæ omnẽ paſcit animam. Nulla enim abundantiores videtur habere fructus virtus,q; æquitas atq; iuſtitia,quæ magis aliis q; ſibi prodeſt, vtilitates ſuas negligit,communia emolumenta præponens. Pleriq; Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι dictum putant, hoc eſt à lætando,eò quòd hominum genius nullo magis q; iuſtitia & æquitate lætetur. Cauſam autem curcæteri qua cõmeant fluuii,deſcribuntur regiones locorum: qua Euphrates commeat,nõ deſcribatur,illã accipimus,quia aqua eius vitalis aſſeritur, & quæ foueat atque augeat. Vnde Auxen eum Hebræorum & Aſſyriorum prudentes dixerunt: contra autem fertur eſſe aqua aliorum fluminum. Deinde quia vbi prudentia, ibi & malitia: vbi fortitudo, ibi iracũdia: vbi tẽperantia, ibi intẽperantia plerũq; eſt, aut alia vitia ſunt. Vbi autẽ iuſtitia, ibi cõcordia virtutũ eſt cæterarũ. ideo nõ ex locis qua fluit. hoc eſt, nõ ex parte cognoſcitur: Nõ enim pars eſt iuſtitia, ſed quaſi mater eſt omnium. In his ergo fluminibus quatuor, virtutes principales quatuor exprimuntur, quę veluti mundi iſtius incluſerunt tẽpora. Primum igitur tempus ex mundi principio vſque ad diluuium prudentię fuit, quo in tẽpore iuſti numerantur, Abel à deo iuſtus dictus: & Enos, hoc eſt homo ad E imaginem dei factus, qui ſuperauit inuocare nomen domini dei: & Enoch, qui dicitur latine dei gratia, raptus ad cælum: & Noe, qui & ipſe iuſtus, & quędam requietis directio. Secundum tempus eſt Abraham & Iſaac & Iacob, reliquorúmque numerus patriarchatum, in quibus caſta & pura quędam temperantia religionis eſſulſit. Immaculatus enim Iſaac per repromiſsionem Abrahę datus eſt filius, non tam corporalis partus, q; diuinæ munus prę ferens indulgentię, in quo vera immacula- Gala.3. ti figura prę cęſsit, vt Apoſtolus docet dicens, Quia Abrahę dictę ſunt repromiſsiones, & ſemini eius. Nõ dicit ſeminibus, tanquã multis, ſed ſicut in vno: & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Tertium tempus eſt in Moyſi lege, & cęteris prophetis. Deficiet enim me tempus enarrandi de Gedeon, Barac, Sampſon, Salomone, Dauid & Samuel, & cęteris ꝓphętis: Anadia, Azaria, Miſael, Daniel, Helia, Heliſęo, qui per fidem deuicerũt regna, opa- Heb.11. ti ſunt iuſtitiã, percęperũt repromiſsiones, obſtruxerũt ora leonũ, extinxerunt virtutem ignis, effugerunt acies gladii, eualuerunt de infirmitate, fortes fuerunt in bello, caſtra cęperunt exterorum. Non immerito igitur in his ſpecies fortitudinis eſt. Sęcti enim ſunt, ſicut infra habes, tẽtati, in mactatione gladii mortui. Circumierũt in caprinis pellibus, egentes, anguſtiati, & doloribus afflicti, quorum meritis non erat dignus orbis. In ſolitudinibus errantes, in montibus, in ſpeluncis, & in foueis F terrę. Recte igitur in his ſpeciem fortitudinis collocamus. Secundum autem euangelium digna eſt figura iuſtitię quia virtus eſt in ſalutem omni credenti. De- Matth.3. niq; ipſe dominus ait: Sine modo. ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Quę quidem patens cęterarum eſt fœcunda virtutum quadam vi. In quo aliqua harũ quas diximus principalis eſt virtus, in eo etiam cę terę prę ſto ſunt, quia ipſę ſibi ſunt connexę concretęq; virtutes. Nam vtiq; Abel iuſtus & fortiſsimus, ac patientiſsimus Abraham, & prudentiſsimi prophętę, & Moyſes eruditus in omni ſapientia Aegyptiorum, maiorem honeſtatem ęſtimauit Aegypti theſauris opprobrium Chriſti. Et quis ſapiẽtior quàm Daniel? Salomõ quoq; ſapientiam popoſcit, & meruit. Dictum eſt ergo de quatuor virtutum fluminibus, quorũ potus eſt vtilis. Et quia Phiſon aurum bonum terrę, & carbunculũ, & lapidem praſium habere dictus eſt, hoc quoque quale ſit conſideremus. Videtur enim nobis tanquã aurum bonum Enos, qui prudenter dei nomen ſcire deſiderauit. Enoch autem qui tranſlatus eſt, & mortem non vi-

G dit,carbunculus quidam est lapis boni odoris, quē operibus suis sanctus Enoch deo detulit,gratiam quandam factis & moribus spirans. Noe vero tanquā prasius lapis vitalem colorem prætulit. Siquidem diluuii tempore solus velut affuturæ constitutionis vitalis semen in illa arca est reseruatꝰ. Ergo benę paradisꝰ,qui plurib⁹ fluminibus irrigatur,secundum orientē,non contra orientem,hoc est secundum illum orientem cui nomen est oriens,id est secundum Christum, qui iubar quoddam æternę lucis effudit,& est in Eden,hoc est in voluptate.

De apprehensione hominis,& positione eius in paradiso vt operaretur & custodiret. Et qua ratione extra paradisum vir factus sit,mulier vero intra paradisum. Quid præterea interfit inter operare & custodire,& cur primus homo in paradiso legitimi laboris speciem susceperit. Caput. IIII.

T apprehendit deus hominem quem fecit, & posuit eum in paradiso operari & custodire.)
E Vides quoniam qui erat apprehenditur. Erat autem in terra plasmationis suæ. Apprehēdit ergo eum virtus dei,inspirans processus & incrementa virtutis. Deniq; in paradiso eum collocauit, vt scias apprehensum quasi afflatum diuina esse virtute. Quo loci illud aduerte,quia extra paradisum vir factus est,& mulier intra paradisum: vt aduertas quid nō loci,non generis nobilitate,sed virtute vnusquisq; gratiam sibi comparat. Deniq; extra paradisum factus,hoc est in inferiore loco,vir melior inuenitur:& illa quæ in meliore loco,hoc est paradiso facta est,inferior reperitur. Mulier enim prior decepta est,& virum ipsa decepit. Vnde Apostolus Petrus subiectas fortiori vasi mulieres sanctas viris suis velut dominis obedire memorauit. Et Paulus ait:Quia Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Deinde contemnendum quia nemo debet sibi facile præsumere. Nam ecce illa quæ in adiumentum facta est viro, præsidio virili indiget,quia vir caput est mulieris. Ille autem quia adiumentum vxoris habiturum se esse credebat, lapsus est propter vxorem. Vnde nemo debet facile alteri se credere,nisi cuius virtutem probarit. Nec arrogare sibi qui se pro auxilio putarit ascitum,sed magis si in uenerit fortiorem,cui se putabat esse præsidio, ab ipso gratiam mutuetur,sicut & viros mulieribus honorem impertire apostolus præcipit Petrus dicēs:Viri similiter cohabitantes secundū scientiā tanq̄ infirmiori vasi muliebri imptiētes honorē tāquā coheredi gratiæ vitæ, vt ne impediantur orationes vestræ. Ergo positus est in paradiso vir,facta est in padiso mulier. Sed etiā tūc priusq̄ à serpente mulier deciperetur,habuit viri gratiam,quoniam de viro sumpta est: licet hoc sacramentum magnum sit,sicut Apostolus dixit. Et ideo causam vitæ ex eo traxit. Ideoque de viro tantum scriptura dixit: Quia posuit eum in paradiso operari & custodire. Non idem est operari & custodire. In opere enim quidam virtutis processus est,in custodia quædam consummatio operis deprænditur,eo quòd quasi consummata custodiat. Hæc duo ab homine requirūtur,vt & operib⁹ noua quęrat,& parta custodiat,quod est generale. Philon autem quoniā spiritalia Iudaico nō capiebat affectu, intra moralia se tenuit,vt diceret,hæc duo quæri,opera in agro, custodiam domus. Et quāuis paradisus opibus,inquit, ruralibus non egeret,tamen quia primus homo lex poste ritatis futurus erat,ideo legitimi etiam in paradiso speciē suscepit laboris,vt nos ad operationē, & custodiam debiti officii,& hæreditariæ successionis munus astringeret. Hæc duo ergo à te exiguntur, siue moraliter, siue spiritualiter. Quod etiā psalmus te,propheticus docet, quia scriptū est:Nisi dominus ædificauerit domū,inuanū laborauerūt qui ædificāt eā. Nisi domin⁹ custodierit ciuitatē,inuanū laborauerunt qui custodiūt eam. Vides illos laborare qui in operis sunt ædificationisq;,pcessu, istos vero vigilare qui iam custodiam perfecti operis receperunt. Vnde & dominus apostolis quasi iam perfectioribus,Vigilate,inquit,& orate ne intretis in tentationem. Docens perfecte naturæ munus & plenæ virtutis gratiam esse seruandam,nec quenquam etiam perfectiorem,nisi vigilauerit,sui debere esse securum,

De præceptis Adæ in paradiso datis, & de huius quæstionis:Cur deus vbi præcepit ex omni ligno edendum,singulariter dixerit edes:vbi autem de ligno scientiæ boni & mali, pluraliter edetis dixerit,absolutione. Quòdq; ei interpretatio Symmachi non præiudicet. De responsione quoq; ad tres quæstiones quas pleriq;,quorum author Apelles est,proponunt. Caput V.

T præcepit dominus deus Adæ dicens: Ex omni ligno quod est in paradiso ad escam, edes:
E de ligno autē quod est scientiæ boni & mali, non edetis. Qua die aūt māducaueritis ex eo, morte moriemini.) Qua ratione vbi præcepit ex omni ligno edendū,singulariter dixerit,Edes:vbi autem de ligno scientiæ boni & mali,pluraliter Edetis dixerit,non ociosa quæstio. Verum si diligenter intendas, scripturarū authoritate absolui potest. Quod enim bonum,hoc est faciendum. Quod autem bonū & faciēdū, consonans & adhærēs. Quod vero turpe,hoc dissonās, incompositum atque discretum est. Et ideo domin⁹ vnitatē semper intendēs,secundū vnitatē præcepit. Deniq; vnitatem operatur,qui fecit vtraque vnum. Nec solum vtraq;,sed etiam omnes vnus fecit. Omnes enim vnum corpus & vnum spiritum esse nos insit. Per omnia autem primogenitus,cum sit in vnitate cū patre, coniunctissimus patri semper est,quia verbū erat apud deum. Deniq; ait:Ego & pater vnū sumus. vt vnitatē sibi maiestatis & diuinitatis cum patre esse monstraret. Sed & nos vnum esse præcepit,& suæ naturæ vnitatis similitudinem in nos gratiæ adoptione transfudit, dicens: Pater,sicut ego & tu vnum sumus,ita & isti in nobis vnum sint. Ergo ibi bonū præcipit, tanquam ad vnum præcipit,dicens:Non edes. Vnitas enim prævaricari non potest. Vbi vero de ligno scientiæ boni & mali dicit non esse gustandū,quasi ad plures dicit: Non edetis. Quod enim prohibitorium est,tanq̄ pluribus imperatur. Ego tamen aliud puto,& quid futurum sit,in ipso iā dei sermone reperio. De omni ligno gustandū Adæ soli præcepit,quem seruaturum sciebat. De ligno autem scientiæ boni & mali non esse gustandum, iam non singulariter sed pluraliter dicit. Sciebat enim prœuariturum mulierem,& ideo per pluralitatem ostendit non seruaturos,quia plurium discreta sententia est. Et quantum ad septuaginta virorum sententiā spectat, solutum est quod mouebat. Sed quia Symmachus vtrumq; singulariter dixit,intelligimus id secutum, quia in lege quoq; cum populum alloquitur deus,singulariter loquitur,si cut habes,Audi Israel,domin⁹ deus tuus dominus vnus est,& diliges dominum deum tuum. Nec mihi præiudicat Symmachi interpretatio, qui vnitatem patris & filii videre non potuit,etsi aliquoties in sermone & Aquila & ipse confessi sint. Nec quisquā de eo quòd prævaricatutum populum diuina mandata singulariter alloquitur,putet superiori nostro obuiū esse sermoni,qa populus Iudæorum etiam singulariter data præscripta violauit. Lex enim spiritualis est:& ideo alterum in sermone,alterum in prędestinatiōe diuino populum deus alloquebatur oraculo. Deniq; ait:Non coques ouem in lacte matris suę. Facilis ab hinc præceptorum cęlestium series videretur,nisi quęstionem plurimi commouerēt. Quibus responderi oportet à nobis,ne simplices mentes malitiosa interpretatione traducant. Plerique enim

1.Pet.3.
1.Tim.2.
Ephe.5.
Pſal.126.
Ioan.17.
Deute.6.
Exodi.

A quorū author Apelles,sicut habes in triceſimo & octauo tomo eius,has quæstiones proponūt: Quomodo lignum vitæ plus operari videtur ad vitam, q̄ insufflatio dei? Deinde si hominem non perfectū fecit deus: vnusquisque autem per industriam propriam perfectionem sibi virtutis ascisit: nonne videtur plus sibi homo acquirere,q̄ ei deus cōtulit? Tertium obiiciunt. Et si homo non gustauerat mortem,vtique quam non gustauerat: scire non poterat. Ergo si non gustauerat,nesciebat: si nesciebat,timere non poterat. Frustra igitur deus mortem pro terrore obiecit,quā homines non timebāt. Discamus igitur quod ibi lignum vitæ, vbi etiam lignum sciētiæ boni & mali produxerit deus. Habes enim quia produxit lignū vitæ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, hoc est in medio paradisi. Apud nos enim ītelligitur quod in medio produxerit. Ergo in medio paradiso & vita erat, & causa mortis. Intellige quia non homo fecit vitam, sed vel operando,vel custodiendo mandata dei potuit in-
Col.3. uenire. Erat autem vita,sicut Apostolus dixit, abscondita cum Christo in deo. Homo ergo siue in vmbra vitæ erat propter figuram futuram, quia vmbra est hæc
insufflationē quæ nunc nostra vita in terra, siue in quodam pignore
B go pignus immortalitatis,sed in vmbra vitæ positus. ab sconditam vitam cum Christo in deo vulgari quodam tactu & aspectu videre & capere non potest. Etsi nondum peccator,nō tamen incorruptæ inuiolabilisq; naturæ,vt pote qui postea peccato lapsus est, nequaquam autem adhuc peccator. Deniq; in vmbra vitæ erat. Qui autem peccatores sunt,in vmbra mortis sunt. Peccato-
Esa.6. rum autē populus,sicut Esaias docet,sedebat in vmbra mortis,cui lux orta per dei gratiam,non per suæ virtutis est meritum. Ergo inter insufflationem dei,& escam ligni,vitæ nulla discretio,Nec hominem quis potest dicere plus sibi posse acquirere,q̄ diuina ei largitate collatum est. Vtinam acceptum tenere possemus, Labor etenim noster eò proficit,vt quæ tributa sunt resumam⁹. Tertium illud quod propositum est,quia qui mortem non gustauerat, mortem timere non poterat,facile ex communis naturæ vsu absolutionem habet. Est enim natura insitum omnibus,vt etiam quæ nondum sibi nocere experta sunt,quasi noxia reformident. Vnde enim columbæ in ipso ortus sui visu terror accipitris? Vnde lupi ouibus formidabiles? pullis milui? Quod si in iis quæ irrationabilia sunt animātia,quidā de aduerso genere animantium naturalis est terror,vt etiam irrationabilia sensum fugiendæ mortis accipiant,quanto magis in primo homine rationis vtiq; plenissimo, naturalis quædam opinio mortis debuit esse vitandæ?
C

De solutione aliarum quarundam quæstionum quas circa obeditionem & cognitionem præcepti faciunt, Caput VI.

RVRSVS faciunt alias quæstiones hoc modo:Non semper malum est non obedire præcepto. Si enim bonum est præceptum, honesta est obeditio. Quòd si improbū præceptū, nō obedire vtile Ergo nō semp malū est nō obedire præcepto,sed bono præcepto nō obedire improbū est. Bonum autē est operatoriū cognitionis boni & mali lignum,quandoquidem & deus & bonum & malum nouit. Deniq; ait:Ecce Adam factus est tanq̄ vnus nostrum. Si igitur bonum est sciētiam habere boni & mali,bona autem est quā etiam deus habet:videtur qui interdicit eā hoibus,nō recte interdicere,idq; proponere. Sed si intelligant quid sit cognoscere, quā vim habeat hoc verbum,si sic intelligant quemadmodum oportet: cognouit enim dominus qui sunt ipsius:cognouit vtique eos qui vnum ex pluribus facti sunt,in quibus in-
2.Tim.2. habitat,& in quibus perambulat:Cognoscere vtiq; non in sola & perfunctoria scientia est,sed in eorum operaD tione quæ oporteat fieri. Oportuit autem hominē obedire mandato,nō obediendo autē prævaricatus est. Igitur qui non obediuit,errauit,quia prœuaricatio peccatū est. Verumetiam si extenuare velint vim cognitionis,vt perfunctoriam scientiā boni & mali interdictā putent, in eo quoq; prævaricationis culpa est,nō obeditum esse mādato,quia etiam tumultuariam scientiā boni & mali domin⁹ deꝰputauit inhibendā. Alia quæstio: Qui nō cognoscit bonum & malū, nihil à paruulo distat. Paruuli autē apud iustum iudicē nulla est culpa. Iust⁹ autē operator mūdi nunq̄ paruulum vocasset in culpā propter quod non cognouerat bonū & malum,quia paruulus sine vllo est crimine prævaricationis & culpæ. Verum cum in superioribus dixerimus duplicem esse intellectum scientiæ boni & mali:si perfunctoriā scientiā accipimus,vtiq; falsum est quòd nihil distet a paruulo qui nō cognouit bonū & malum. Si autem falsum est quòd nihil distet a paruulo,ergo non paruulus Adam. Si non paruulus,adscribitur vtiq; ei quasi nō paruulo peccatū. Si peccatū ascribitur,sequitur pœna peccatū, quia dignus inuenitur pœna qui peccatum vitare non potuit. Potest etiam fieri vt etiam qui scientiā non habet boni & mali,paruulus nō sit: quoniam priusquā sciuit puer bonum & malum, nō credidit malitiæ. Et iterū habes: E
Esa.8. Quia priusquā sciet puer vocare patrem & matrem, ac cipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ. Perfectus ergo qui operatur bonū etiā si boni & mali scientiā non adeptus sit:vt multi priusquā sciant legem, ipsi sibi lex sunt. Quod Apostol⁹ priusq̄ disceret,Non cōcupisces, malum esse concupiscentiā nesciebat. Deniq; ipse ait:
Rom.7. Peccatum nō cognoui nisi per legem. Nam concupiscē tiam nesciebam,nisi lex diceret:Non concupisces. Ad quam partem etiā puer potest esse perfectus iure naturæ priusquā sciat concupiscentiā crimen esse,vel cōcupiscentiæ crimen admittat. Ergo secundum perfunctoriam scientiam nouit deus hominem scire quod malū est,ne quasi imperfectus vitare non posset. Nō obediendo autem mandato incurrimus in culpam: ergo culpā fatemur. Rursus autē si altam & profundam scientiam dicimus boni & mali,quæ quidē profunda scientia perfectū facit,nō statim autē puulus qui ad altā & pfundā sciētiā puenire nō potuit:recte ergo sicut nō puulus cō dēnatur. Iterum quæstiones serunt. Qui nescit,inquit, bonum & malum,ne ipsum quidem nouit esse malum non seruare mandatum,nec ipsum bonum nouit quod est obedire mandato. Et ideo quia non nouerat, venia, inquit,dignus fuit qui non obediuit,non cōdemnatione. Quæ quidem quæstio de his absolutionem habet, B
quæ ante memorauimus. Considerare enim potuit homo ex iis quæ deus ante ei contulerat,quòd insufflationem dei accepit,quod erat in paradiso voluptatis locatus,summam authori obedientiam deferēdam. Et ideo si vim nescíebat boni & mali,tamen quia tantorum author dixerat de ligno scientiæ boni & mali nō esse gustādum,fidem præceptori seruare debuerat. Non enim ab eo peritia,sed fides exigebatur. Intelligebat vtiq; omnibus præminere,personam iubentis spectare debuerat. etsi non intelligebat vim qualitatémque iussorum,scie bat tamen præceptori deferendam esse reuerētiam. habebat in natura hanc opinionem,etsi non habebat iudicium boni & mali. Denique & mulier serpenti dicit: Ex omni ligno paradisi manducabimus,de fructu autem ligni quod est in medio paradisi,dixit deus, nō mā ducabitis ex eo. Ita ergo sciebat obediendū esse manda to,vt diceret:Ex omni fructu māducabimus, quod dominus imperauerat:de ligno autem quod est in medio paradiso,imperatum a deo dicit non esse gustandum, ne morte morerentur. Ergo sciuit deferendum esse mādato,sciuit vtique malum esse prævaricari, & ideo iuste prævaricata damnatur. Accipe aliud, si assumptio

G de ligno ſcientiæ boni & mali ita operatoria erat,vt bonũ & malũ agnoſceretur,quod videtur ſcriptura oſtendere dum dicit quia vbi manducauerunt ambo, aperti ſunt oculi eorum,& cognouerũt quod nudi eſsent,hoc eſt,aperti ſũt oculi cordis,& cognouerũt turpe eſse nudos ſe degere: ſine dubio vbi guſtauit mulier de ligno ſcientiæ boni & mali,peccauit,& ſe peccaſse cognouit. Quæ igitur ſe peccaſse cognouerat, vel virum ad peccati cõmunionem inuitare non debuit. Illiciendo autẽ virum,& dando ei quod ipſa guſtauerat,nõ vitauit, ſed iterauit peccatum. Nam vtiq; ſi vere rationem ſpectes, eum quem diligebat,non trahere ad conſortiũ pœne, ſed magis ab eo quod cognouerat ipſa ꝯſe peccatũ,vel inſcientẽ reuocare debuerat:quãuis videatur hæc mulier ſciẽs quòd poſt culpam in paradiſo eſse nõ poſset, metuiſse ne ſola de paradiſo eiiceretur. Deniq; abſconderũt ſe ambo poſt culpã. Excludendã igitur ſe eſse cognoſcẽs,cõſortio viri quẽ diligebat,noluit defraudari. Iterum accipe:Non cognitio mali malum eſt, ſed cum actus implet malitiam,Non enim ſtatim qui nouit malum,quod malũ eſt facit,ſed qui quod malum eſse nouit operatur. Incentiuũ autẽ ad operandum quod malum eſt,aut iracundia aut cupiditas eſse conſueuit. Nec ſtatim neceſse eſt vt habẽs ſcientiã mali faciat quid improbũ nouit,niſi aut iracũdia aut cupiditate vincatur.

H Vnde quod diximus incẽtiuũ peccãdi,vel ira vel cupiditas eſt,vel plerunq; formido,licet ex formidine oriatur cupiditas,dum vnuſquiſq; vult vitare quod metuit. Et ideo recte iracundiam & cupiditatẽ duorũ reliquorum poſuimus incentiua vitiorũ. Cõſideremus igitur vtrum Eua his ad vitiũ ſtimulis incitata ſit. Sed neq; iraſcebatur marito,neq; cupiditate victa eſt:in ſecundo dũtaxat errat,vt edendum viro daret quod iam ipſa guſtauerat. Primo fuerit cupiditas author erroris vt ipſa ederet,ſequentiſq; fuit cauſa peccati. Quod enim iam guſtauerat,deſiderare nõ poterat,& guſtando mali fuerat ſciẽtiam cõſecuta. Malum igitur quod aduerterat,in virum deriuare non debuit,neque coniugem proprium prævaricatorem diuini facere mandati. Sciens igitur prudẽſq; peccauit, ſciens virum in ſuum traxit errorem. Alioquin inuenietur falſus eſse de ligno ſcientiæ boni & mali ſermo,ſi etiam poſteaquam de ea arbore manducauit,ſcientiam mali habere non potuit. Quod ſi verus eſt ſermo,cupiditatis vtique cauſam habere nõ po-

I tuit:licet plerique ſic excuſandum putent,quod dil. gẽs virum ab eo timuerit ſeparari,& hanc cauſam cupiditatis prætendant,quòd eſse voluerit cum marito.

De pertractatione quæſtionis vnde mors acciderit Adæ,vtrũ videlicet à natura ligni,an à deo. Cap. VII.

TERVM alia quæſtio ſubrepit, vnde mors acciderit Adæ, vtrum à natura ligni eiuſmodi,an vero à deo. Si naturæ hoc ligni aſcribimus,videtur ligni huius fructus viuificanti inſufflationi dei præſtare. ſiquidem viuificauerat inſufflatio, fructus huius ligni traxit ad mortem. Aut ſi deum operatorem mortis eſse memoramus,dicũt quod gemina eũ opinione accuſemus, quòd aut ita immitis vt noluerit ignoſcere,cum poſſet ignoſcere:aut ſi ignoſcere non potuit,videatur infirmus. Vi deamus igitur quomodo diluendũ ſit. Niſi fallor,mortis cauſa inobedientia ſint:& ideo homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa, non habens deum ſuæ mortis authorem. Neque enim ſi medicus præſcripſerit ægrotanti a quibus videatur cauendum,atque ille ab interdictis nõ putauerit abſtinendum: cauſa ei mortis eſt medicus: ſed vtique ipſe ſibi reus mortis eſt propriæ. Itaque deus qua ſi bonus medicus prohibuit ne Adam nocitura guſtaret. Iterum accipe:Scire bonum melius eſt quam neſcire:& ei qui bonum ſciat,pulchrum eſt ſcire quod malum eſt, vt ſciat cauere quod malum eſt, vt prudens ſubeat cuſtodiæ cautionem. Rurſus autem non ſatis eſt hoc ſolum ſcire quod malum eſt,ne malum ſciẽs ſcien K tia boni incipias defraudari. Pulchrius eſt igitur vt vtrũque norimus,vt & quia ſcimus bonum, fugiamus quod malum eſt:& ex eo quod cognoſcimus malum, boni gratiam præferamus. Sed ita debes vtrunque ſcire, vt profunde noueris,& quod noueris exequaris, actuſque ſcientiæ congruat. Alioquin tolerabiliorem ſcriptura indicat eum qui vtrunque neſciat,quàm qui perfunctorie vtrunque cognouit. Grauat enim ſcire quod vel exequi vel vitare non poſsis. Grauat ſcire ſine vſu atq; opere cognitionis profundę. Denique obeſt ad exiſtimationem medico ſcire quid proſit & quid noceat ægro, niſi cognitione ea quemadmodum oportet vtatur: & ideo non eſt cognitio bona niſi ea vtaris vt oportet. Item accipe:Non fruſtra lignum ſcientiæ boni & mali productum eſt in medio paradiſi: & ſi cuicunque homini productum eſset,ſuperflua interdictio. Sed neque fruſtra factum eſt,neque alii niſi homini factum eſt, qui mandatum accepit,vt non ſolo eo, ſed eo cum cæteris vteretur. Nam ſi multa diſcutias,complura reperies, & plane innumera,quæ ei qui vti neſciat, poſsint nocere. Nec ipſas diuitias inuenies fructuoſas ſi habens diues ſubſidia largitatis,neget alimenta pauperibus,excludat inopem ſubſidio deſtitutum, aliena extorqueat, quia prævalet poteſtate. Pulchritudo ipſa,& gratior corporis forma frequenter in vitiũ quàm deformitas trahit. Nũquid igitur quiſquã deformiores quàm pulchriores filios habere deſiderat,& inopes potius liberos ſuos cupit eſse quàm diuites? Plura ſunt huiuſmodi quæ nõ ad L impudentiã largientis referenda ſunt,ſed ad male vtentis errorẽ. Et ideo vtentẽ accuſandũ potius q̃ donãtem.

De abſolutione quæſtionũ quas quidam circa præſcientiam dei de prævaricatione Adæ, & impreſsione opinionis boni & mali faciunt. Caput VIII.

ITERVM quæſtio. Sciebat prævaricaturũ deus Adam mandata ſua,an neſciebat? Si neſciebat,non eſt iſta diuinæ poteſtatis aſsertio. Si autem ſciebat,& nihilominus ſciens negligenda mandauit,nõ eſt dei aliquid ſuperfluum præcipere. Superfluo autẽ præcepit primoplaſto illi Adæ quod eum nouerat minime ſeruaturũ. Nihil autẽ deus ſuperfluo facit. Ergo non eſt ſcriptura ex deo. Hòc enim obiiciunt qui vetus nõ recipiunt teſtamentum,& has interſerunt quæſtiones. Verum hi ſua ſententia & opinione vincendi ſunt. Cum enim noui teſtamenti non refutant fidem; M exemplo ſunt arguendi vt vetus credant:quoniam cum ſibi diuina præcepta & facta conueniãt, vnius authoris teſtamentum vtrunq; liquet eſse credendũ. Diſcant igitur non ſuperfluum,nõ iniuſtũ etiã prævaricaturo præſcriptũ eſse mãdatũ. Nã & ipſe dominus Ieſus elegit Judam,quẽ proditorẽ ſciebat. Quẽ ſi per imprudentiã electum putãt,diuinæ derogant poteſtati. Sed hoc æſtimare non poſsunt,cum ſcriptura dicat quia ſciebat Ieſus quis eum proditurus eſset. Conticeſcãt igitur repugnatores iſti veteris teſtamenti. Sed quoniam etiam gentiIoan.13. libus,ſi forte iſtud obiecerint,reſpondẽdũ videtur, qui exẽplum non recipiũt,rationẽ exigunt:accipiunt etiam ipſi qua ratione dei filius vel prævaricaturo mandauerit,vel elegerit proditurũ. Venerat dominus Ieſus oẽs ſaluos facere peccatores:etiã circa impios oſtẽdere ſuã debuit voluntatem. Et ideo nec proditurũ debuit prætierire,vt aduerterent oẽs quòd in electiõe etiam proditoris ſui,ſeruandorũ omnium inſigne prætẽdit, nec in eo læſus eſt vel Adam quia mandatũ accepit, vel Iudas quia electus eſt. Non enim neceſsitatẽ deus vel illi prævaricationis,vel huic proditionis impoſuit, quia vterq; ſi quod acceperat cuſtodiſset,à peccato potuit abſtinere. Deniq; nec Iudæos oẽs credituros ſciebat, & tamen Matth.1 ait:Non veni niſi ad oues perditas domus Iſrael. Ergo

A non in mandante culpa eſt,ſed in prævaricante peccatũ eſt. Et quod in deo fuit,oſtẽdit omnib9 quòd oẽs voluit liberare. Nec tamen dico quia prævaricationẽ neſciebat futurã,immo quia ſciebat aſsero,ſed nõ ideo pereũtis proditoris inuidiam in ſe debuit deriuare,vt adſcriberetur deo quod vterq; ſit lapſus. Nunc autẽ vterque redarguitur,atq; reconuincitur,quia & ille mandatũ neglegeretur accepit,& hic etiã in apoſtolat9 munus aſſcitus eſt,vt vel beneficio dei reuocaretur a proditiõis affectu: ſimul vt dum alii reuincũtur,prodeſset omnibus: Non enim conſisteret peccatũ ſi interdictio nõ fuiſset. Non conſiſtẽte autẽ peccato,non ſolum malitia ſed etiã virtus fortaſse nõ eſset:quę,niſi aliqua malitiæ fuiſsent ſemina,vel ſubſiſtere vel eminere non poſset. Quid eſt enim peccatum,niſi prævaricatio legis diuinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum? Non enim auribus corporis de mandatis cæleſtibus iudicamus, ſed cũ eſſet dei verbum, opiniones quædam nobis boni & mali pullulauerunt,dum id quod malum eſt, naturaliter in telligimus eſse vitandum:& id quod bonum eſt, naturaliter nobis intelligimus eſse præceptum. In eo igitur vocem domini videmur audire, quod alia interdicat, alia præcipiat. Et ideo ſi quis nõ obedierit illis quæ ſemel à deo præcepta credimus,pœnæ obnoxius æſtimatur:dei autem præceptum non quaſi in tabulis lapideis atramento legimus inſcriptum,ſed cordibus noſtris te

2.Co.3. nemus impreſsum ſpiritu dei viui. Ergo opinio noſtra ſibi legem facit. Si enim gẽtes quę legẽ non habent,naturaliter ea quæ legis ſunt faciũt:eiuſmodi legẽ non habẽtes ipſi ſibi ſunt lex,qui oſtẽdunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Opinio igitur humana ſibi tanquã dei lex eſt. Iterum hinc aliam faciunt quæſtionem,vt ad vi-

8 cem mandati eius quod diximus in hominis opinione conſiſtere,hãc ipſam opinionẽ impreſsam a deo nobis

B tanquã præſcriptũ diuinæ legis accuſent. Nouerat, inquit,hominem peccaturum qui creauit eum, & has opiniones boni & mali impreſsit,an non nouerat? Vt ſi dixeris quia non nouerat,alienum à maieſtate dei ſentias. Si autem dixeris quia ſciens deus peccaturũ hominem, communes tamẽ opiniões ei boni & mali impreſsit, vt propter admixtionem malorum vitæ perpetuitatẽ ſeruare non poſset:ſicut in illo non præſagum futuri, ita in hoc nõ bonum deum ſignificare videatis. Atq; hinc argumentãtur quia non eſt creatura hominis à deo facta. Nã ſicut ſupra oſtẽdim9 eos dicere quòd nõ eſt mãdatum dei,ſic & hic dicunt. Non ergo creatura hominis à deo,quia deus malũ non fecit. Homo autem opinionem accepit mali,dum à malis præcipitur abſtinere,Hoc autẽ genere alium bonũ deum, alium operatorem hominis conãtur aſserere. Quibus reſpondendum eſt illico ſecundũ opinionẽ ſuam. Si enim hominẽ nolunt à deo factum,quia peccator eſt homo, & hoc refugiunt,ne bonus deus peccatorem feciſse videatur; quia non putant bonum qui fecerit peccatorẽ:dicant vtrum operatorẽ hominis à deo factum putent. Si enim à deo factus ille(vt dicũt)operator eſt hominis,quomodo bonus deus operatorem mali fecit? Vtiq; non bonus. Nam qui peccatorem facit non bonus,cauendum ne grauius ſit operatorem peccatoris feciſse. Debuit enim bonus deus prohibere natiuitatem eius qui peccati ſubſtantiã

C habebat inducere. Quòd ſi dicũt non eſse genitum operatorem, requirendum vtrum bonus deus potuerit inhibere quoquo modo incipientem malitiam, an non potuerit. Si enim nõ potuit,infirmus: ſi potuit & nõ fecit,non bonus. Ergo ſi ſibi iſta non congruunt,nec ſuæ ſibi hæreticorum conueniunt opiniones. Requiramus ne forte ratiõis fuerit,qua cauſa deus ſiue geniti ſiue nõ geniti illius operatoris ſic velit malitiã introire in hunc mundũ,cum poſsit inhibere. Itaq; ſeruantes vnũ & eundem deum bonũ atq; operatorẽ, id ſi poſsimus aſtruamus,quod gratiæ vtriq; conueniat,nec accuſationis eo-

D rum declinemus inuidiam,qui ita dicũt: Quomodo bonus deus qui non ſolum paſsus eſt introire in hũc mundum malitiam,ſed etiam in tantam confuſionem venire permiſit? Verum hæc accuſatio tunc locum haberet, ſi ita animæ vim & intimæ ſecreta mentis inficeret, vt nullo pacto poſset aboleri, & immedicabilium vulnerum menti atq; animæ noſtræ virus inſideret. eſset enim aptior huius quærelæ locus,quod cũ omnia poſsit deus, hominem tamen perire ſit paſsus. Verum cum deus noſtri miſericors reſpuẽdi erroris remedia reſeruauerit, abolendiq; omnis contagii non aboleuerit facultatem: quomodo irrationabile vel iniuſtum eſt ſi permiſit noſtrum materiale tentari quadam trepidatione fragilitatis humanæ,& fœneratior poſtea gratia per pœnitentiã delictorum in hominis rediret affectum, & fragilitatis ſuæ conſcius,quòd tam facile à diuinorum mãdatorum ſerie deuiando trepidauerit,tãquam clauum animæ fluctuantis mandata cæleſtia timeret amittere, diuinæ miſericordię tribuens quod recepit amiſsum, & ſibi aliquid vſurpans gratię quod reuertit.

Cur deus cum mandatũ daret homini,de manducãdo & non manducando putauerit eſse mandãdũ. Qua etiam ratione dominus deus Adæ dixerit, Morte morieminí:& quid interſit vtrum aliquis dicat moriemini,an addat,morte moriemini. Caput IX.

NVNC quæ ſit illa ratio conſideremus, quid ſit iſtud quòd cum mandatum daret homini de illa admirabili beatáq; vita præſcribẽs,ne cõtra faciens morte moreretur, de manducãdo & non manducando putauerit eſse mãdatũ. Sunt enim qui putant nequaquam mandatum iſtud conuenire cęli & terræ atq; omnium creatori:nequaquam dignum incolis paradiſi,eò quòd illa vita ſimilis angelorum ſit. Et ideo non terrenum & corruptibilem hunc cibum eſui E fuiſse poſsumus æſtimare,quia qui non bibunt neq; mãducãt,erũt ſicut angeli in cælo. Cum igitur in cibo neq; præmiũ ſit,quia eſ ca nos non commendet deo:neq; magnum periculũ ſit,quia neq; quod intrat in os, coinquinat hominem,ſed quod exit de ore: videtur ſine dubio à tanto authore non eſse præceptum, niſi hunc cibũ ad illud propheticũ referas,quod pro magno præmio dominus de ſanctis pollicetur ſuis:Ecce qui ſeruiũt mihi, Eſa.65. manducabunt,vos autẽ eſurietis. Hic eſt enim cibus in quo vita definitur æterna,quo quiſquis fuerit defraudatus,morte morietur. Quãdoquidẽ panis viuus atq; cæleſtis ipſe dominus eſt,qui vitã dat huic mundo. Vnde & ipſe ait:Niſi manducaueritis carnẽ meã,& biberitis ſanIoan.6. guinem meum,nõ habebitis vitam ęternam. Erat ergo panis aliquis de quo præſcripſerat edendum paradiſi incolis. Quis ille? Accipe quẽ dicat:Panem,inquit, angelorum manducauit homo. Eſt enim bonus panis ſi facias voluntatẽ dei. Vis ſcire qui bonus panis? ipſe filius manducat hunc panem,de quo ait:Meus cibus eſt vt faIoan.4. ciam voluntatẽ patris mei qui in cælis eſt. Iterum videamus qua ratiõe domin9 deus Adæ dixerit:Morte morieminí:quid interſit vtrũ aliquis dicat,moriemini: an addat,morte moriemini. Oſtẽdere enim debemus nihil ſuperfluũ in dei eſse mãdato. Itaq; hoc arbitror,cũ duo ſibi ſint cõtraria,mors & vita: ſecũdũ ſimplicẽ ſermonẽ à vita viuere dicimus, à morte mori. Si autẽ geminare F velis vtrũq;,quia vita vitã facit,dicitur, Vita viuit: ſicut habes in lege. Et quia mors mortẽ facit, dicitur: Morte morietur. Nõ eſt autẽ ſuperflua iſta geminatio. eſt enim vita ad mortẽ,& eſt mors ad vitã:quia quis & dum viuit moritur,& dum moritur viuit. Fiunt ergo quatuor diſtinctiones,vita viuere,morte mori,morti viuere,vitę mori. Cum igitur hęc ſe ita habeãt, vſus & conſuetudinis præiudicium debemus excludere,quia vſus hoc habet, vt communiter dicatur viuere & qui vitæ viuit, & qui morti viuit:& cõiter dicatur mori vel ille qui morti moritur,vel ille qui vitæ. Itaq; ex quatuor illis duo ſignifi-

G eat,vt dicat viuentem viuere,nec melius deteriusq; diſtinguat,& dicat morientem mori, nec inter malam & bonã mortẽ videatur eſse diſcretio.Nã indiſcreta quædam vita ſignificatur,qualis irrationabilium aut etiam paruulorum,& indiſcreta mors æque ſequeſtratio. Igitur vſu communi quid ſit vita viuere, & quid ſit morte mori,& quid ſit viuere morti,& mori vitæ,cõſiderem⁹. Puto enim ſecundũ ſcripturas,quia vita viuere admirabilem quandam illam vitam beatamq; ſignificet,& hũc viuendi vſum ſpirandiq; munus cum beatæ vitæ gratia veluti cõiunctum,& quadã participatione permixtũ demonſtrare videatur.Hoc eſt enim vita viuere, virtute viuere,beatæ vitæ actus habere in iſtius corporis vita.Contra aũt morte mori quid eſt aliud niſi cum morte corporis deformitatem ſignificare morientis, cuius & caro cõmuni viuendi munere defraudetur, & anima vitæ æternæ vſum habere non poſsit? Eſt etiam qui vita moritur,vt qui viuit corpore,ſed actu moritur ſuo:qua Pſal.54. les illi ſunt quibus ait propheta: Deſcẽdunt in infernũ 1.Timo.5. viuentes.Et illa de qua Apoſtolus dicit: Quoniam viuens mortua eſt.Quartũ ſupereſt, quòd ſunt qui etiam morte viuunt,vt martyres ſancti, qui vtiq; moriũtur vt viuant.Moritur caro,ſed viuit gratia mortuorum . Ergo abſit a nobis vt participes mortis viuamus, ſed contra participes vitæ moriamur. Sanctus enim nec vitæ iſtius ſe vult eſse participem,qui ait: Cupio diſſolui, & Philip.1. cum Chriſto eſse,multo enim melius.Et alius: Heu me Pſal.119. quòd incolatus meus prolongatus eſt . Dolẽs vtiq; cum cõſortia vitæ ſperet æternæ,iſtius vitæ fragilitate ſe cõ H tineri.Et ideo poſsum ecõtrario dicere, quia etſi vita viuere bonũ eſt,vitæ tamen viuere ambiguũ ſit . Poteſt enim dici quis vitæ viuere,hoc eſt,vitę æternę iſtius vita corporis militare.Poteſt etiam dici vitæ viuere, hoc eſt vel quemcunque vel ſanctum iſtius vitæ habere deſiderium corporalis . Vt verbi gratia ſi quis ideo honeſte putet eſse viuendum , vt is longæuitatẽ vitæ bonis actibus conſequatur,quales pleriq; infirmiores ſunt quos hęc vita delectat.Sicut ergo vitę viuere quid ſit accepimus:quid ſit morti mori accipiamus , vel morte mori. Poſsunt enim eſse qui moriãtur morti,& qui viuãt vitę. Nam qui nõ ita viuit,vt ſecundũ mortẽ animæ ſuæ viuat,is morti moritur,quia non eſt obnoxius morti, id eſt nexus eum erũnoſsę mortis amiſit,nõ conſtringitur vinculis mortis æternę.Mortuus eſt morti,hoc eſt mortuus eſt peccato,mortuus eſt pœnæ . Cui cõtrarium eſt pœna viuere,hoc eſt quando quis viuit ad pœnã , viuit ad mortem. Qui autem moritur ad pœnam,moritur ad mortem.Eſt etiã qui in hac vita poſitus moriatur ad vitam,ſicut ille qui ait:Viuo autẽ iam non ego, viuit autẽ I in me Chriſt⁹.Peccato enim mortuus eſt,deo viuit,hoc eſt,mors in eo mortua eſt,ſed vita viuit, qui eſt dominus Ieſus.Ergo bona vita eorum qui deo viuunt , mala vita eorum qui peccato viuunt.Eſt etiam media vita,vt animantium cæterorum,ſicut habes ſcriptum : Producat terra animã viuentẽ ſecundũ genus . Eſt vita etiam mortuorũ,vt deus Abrahã,& deus Iſaac,& deus Iacob, quia deus mortuorũ nõ eſt,ſed viuorũ.Sunt etiã quibus cõmunitas eſt quædã mortis & vitæ , de quibus ait apoRoma . 6. ſtolus dicẽs:Si cõmortui eſtis,& cõuiuetis.Si enim complãtati,inquit,ſumus ſimilitudini mortis eius , ſimul & reſurrectiõis erimus:ſciẽtes quia vetus homo noſter ſimul confixus eſt cruci,vt deſtruatur corpus peccati,vt vltra nõ ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato.Sicut aũt figuras multas vitæ diximus,ita etiam mortis inuenimus.Dicitur enim mors Ezec.18. mala,ſecũdum illud:Anima quæ peccat,ipſa morietur. Dicitur & mors cõiter,ſicut habes verbi gratia quia Adam vixit tot annos,& mortuus eſt , & appoſitus eſt ad patres ſuos.Dicitur etiã mors per baptiſmatis ſacramẽRoma.6. tum,ſicut habes:Cõſepulti ſumus cũ illo per baptiſmũ in morte.Et alibi:Si aũt mortui ſumus cũ Chriſto , credimus etiã quòd ſimul viuem⁹ cũ illo. Vides quia mors K quidem appellatione dicatur,ſed hæc vita ſit noſtra.

De abſolutione quæſtionum incidentium circa factionem mulieris Adæ. Caput x.

ITEM alia quæſtio,(quia dixit dominꝰ:Nõ eſt bonum ſolum eſse hominem.)Primo omnium cognoſce quiã in ſuperioribus vbi hominem finxit deus de limo terræ, non addidit:Vidit deus quia bonum eſt, quẽadmodum in ſingulis operibus ſuis.Nam ſi dixiſset illic bonum eſse quia homo factus eſt,inueniretur hoc eſse contrarium,vt hic bonum non eſse diceret, cũ in ſuperioribus bonum eſse dixiſset . Sed hoc ibi cognoſce vbi ſolum Adam fecit.Cęterum vbi cõmuniter cõprehendit virum & mulierem factos , licet ne ibi quidẽ dixerit,ſpecialiter tamen quia poſtea habet, Vidit deus omnia quæ fecit,& ecce erant bona valde: euidenter eſt declaratũ bonũ eſse quòd & vir ſit factus,& mulier.Sed ex hac quæſtione alia quæſtio rurſus emerſit . Quomodo enim quãdo ſolus factus eſt Adã , nõ dictum eſt bonum eſse factum Adã: quando aũt & mulier ex eo facta eſt,tũc eſse bona omnia cõprehẽſum eſt:Licet illic omnẽ laudauerit creaturã,& vniuerſitatis creatio ſit phata,quoniã in homine naturæ prædicata cõitas eſt : tamẽ nõ videtur ociоſum qua ratiõe vbi ſolus factus eſt Adã, non ſolũ nequaq; prædicatio boni cõplacito operi adiecta ſit,ſed etiã dictum ſit nõ bonũ eſse ſolũ hominẽ, cũ ſciamus quòd antequã fieret mulier , nõ errauerit Adã: poſtea vero q; mulier facta eſt,prior diuinũ, præuaricata mãdatũ,etiã virũ ſuũ traxerit in errorẽ, & icẽtiuũ ei⁹ extiterit.Si igitur viro culpę author eſt mulier , quẽadmodũ pro bono videtur adiecta? Verũ ſi cõſideres quia deo vniuerſitatis eſt cura , inuenies plus placere domio debuiſse id in quo eſset cauſa vniuerſitatis,q; cõdẽnãdũ fuiſse illud in quo eſset cauſa peccati.Et ideo quia ex viro ſolo nõ poterat humani eſse generis ,ppagatio, ,pnũciauit dominus non eſse bonum ſolũ hominẽ , Maluit enim deus plures eſse quos ſaluos facere poſset, & quibus donaret peccatũ,q; vnum ſolũ Adã qui liber eſset a culpa.Deniq; quia idẽ vtriuſq; author eſt opis, venit in hunc mũdũ vt ſaluos faceret peccatores.Poſtremo nec Cain parricidii reum priuſquã generaret filios , paſsus eſt interire.Ergo propter generationẽ ſucceſsionis humanę debuit mulier adiici viro.Deniq; hoc ipſa verba declarant dicẽtis dei non bonũ ſolum eſse hominẽ.Nã etſi mulier prior peccatura erat,tamẽ redẽptionem ſibi paritura nõ debuit ab vſu diuinæ operationis excludi. 1.Timo.2. Quãuis enim Adã non eſt ſeductus , mulier aũt ſeducta & in præuaricatione fuerit:ſalua tamẽ,inquit,erit per fi M liorũ generationẽ:inter quos generauit & Chriſtũ. Nec illud ociоſum quòd nõ de eadẽ terra de quã plaſmatus eſt Adã,ſed de ipſius Adæ coſta facta ſit mulier, vt ſcire mus vnã in viro & muliere corporis eſse naturã, vnum fontẽ generis humani.ideo nõ duo à principio facti vir & mulier,neq; viri duo,neque duæ mulieres, ſed primũ vir,deinde ex eo mulier.Vnã enim naturam volens hominum conſtituere deus,ab vno principio creaturæ huius incipiens,multarũ & diſparium naturarum eripuit facultatem.Faciamus,inquit,ei adiutorium ſimile ſibi. Adiutoriũ ad generationẽ cõſtitutionis humanę intelligimus.Et vere bonũ adiutoriũ.Nã ſi ,p meliore accipis adiutoriũ,maior quædam in cauſa generationis operatio mulieris reperitur:ſicut iſti⁹ terrę, quę ſemina primo accepta cohibendo paulatim fotu ſuo adoleſcere facit,& producit in ſegetẽ.In eo igitur adiutoriũ bonum mulieris:quanquã etiam inferior dicatur adiutor , vt & in vſu reperimus humano,quia dignitate potiores plerumq; adiutorem meriti inferioris aſciſcunt.

De ſolutiõe queſtionũ occurrẽtiũ circa adductionẽ beſtiarũ & volatiliũ ad Adã,ſoporẽ quoq; ipſi⁹ Adę,atque exiſtẽtiã beſtiarũ & pecorũ in paradiſo. Cap. XI.

A SPECTA nunc cũr deus adhuc finxerit de terra omnes beſtias agri , & omnia volatilia cæli,& adduxerit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea. Qua ratione hoc factum eſt, cum tantummodo beſtias agri, & volatilia cæli ad Adam adduxerit deus?Erant enim pecora ſecundum genus ſuum.Deniq; habes infra: Quia impoſuit Adam nomina omnib⁹ pecoribus , & omnibus beſtiis agri . Adæ autem non eſt inuentus adiutor ſimilis illi. Quæ igitur adſolutio eſt,ni ſi quia indomitæ beſtiæ,& volatilia cæli diuina poteſtate ad hominẽ deducãtur? De pecoribus autem domitis congregandis & homo habuit poteſtatem. Itaque illud diuinæ operationis fuerit , hoc humanæ diligentiæ . Simul accipe qua cauſa omnia deducta ſint ad Adam : vt in omnibus videret ex vtroque ſexu ſubſtantiam conſtare naturæ,id eſt,ex maſculo & fœmina,& ipſe vſu ex emploq; cognoſceret neceſsarium ſibi conſortium mulieris adiectum. Et immiſit, inquit, deus ſoporẽ in Adã, & obdormiuit . Quis eſt iſte ſopor , niſi quia pauliſper ad coniugium copulandum cum intendimus animum, veluti intentos oculos ad dei regnum,inclinare atq; inflectere videmur ad quendam ſomnum iſtius mundi, & pauliſper obdormire diuinis,dum in ſecularibus mundaniſq; requieſcimus?Deniq; poſteaq; ſoporem immiſit in Adam dormiuit, tunc ædificauit dominus deus coſtã quã ſumpſit de Adam,in mulierẽ. Bene ædificauit dixit, vbi de mulieris creatiõe loquebatur, quia in viro & mu B liere domus videtur quædam plena eſse perfectio . Qui ſine vxore eſt,quaſi ſine domo ſit,ſic habetur . Sicut enĩ vir publicis officiis,ita mulier domeſticis miniſteriis habilior æſtimatur. Cõſidera quia ex corpore coſtam ſumpſit,non ex anima portionem, hoc eſt, nõ anima ex anima,ſed os de oſsibus meis,& caro de carne mea,hæc vocabitur mulier.Ergo cauſam humanę generatiõis agnouimus . Sed quia pleroſque mouet qui diligentius intuentur , quomodo ſi vel primo magnum munus dei fuit circa homines , vt in paradiſo homines collocarentur, vel poſtea magnorum remuneratio videretur eſse meritorum, vt ad paradiſum iuſtus vnuſquiſque rapiatur, dicuntur etiam beſtiæ,& pecora agri,& volatilia cæli in paradiſo fuiſse.Vnde plerique paradiſum animam hominis eſse voluerunt, in qua virtutum quædam germina pullulauerint. Hominem autem & ad operãdum , & ad cuſtodiendum paradiſum eſse poſitum,hoc eſt,mentem hominis,cuius virt⁹ animam videtur excolere,nec ſolum excolere,ſed etiam cum excoluerit cuſtodire.Beſtiæ autem agri,& volatilia cæli quæ adducũtur ad Adã, noſtri irrationabiles motus ſunt,eò quòd beſtiæ vel pecora quædam diuerſæ ſint corporis paſsiones , vel turbulentiores,vel etiam languidiores.Volatilia autem cæ C li quid aliud æſtimamus , niſi inanes cogitationes , quæ velut volatilium more noſtram circunuolant animam, & huc atque illuc vario motu ſæpe traducunt?Propterea nullus inuentus eſt menti noſtræ ſimilis adiutor, niſi ſenſus, hoc eſt, αἴσθησις . Similem ſibi ſolam νοῦς noſter potuit inuenire. Sed forte arguas, quia hæc quoque deus in tali paradiſo locauit , hoc eſt paſsiones corporis , & vanitatem quandam fluctuantium vel inanium cogitationum,quod ipſe noſtri fuerit author erroris. Conſidera quid dicat.Habete,inquit, poteſtatem piſcium maris,& volatilium cæli,& omnium repentium,quæ repũt ſuper terram.Vides quòd ille tibi tribuerit poteſtatem, vt de omnibus iudicare tu debeas, ſingulorũ genera iudicii tui ſobria definitiõe diſcernere.Vocauit ad te omnia deus , vt ſupra omnia mentem tuam eſse cognoſceres.Cur quæ tibi ſimilia minime reperiſti,aſciſcere tibi & copulare voluiſti ?Dedit tibi certe ſenſum quo vniuerſa cognoſceres,& de cognitis iudicares: meritoq; de illo fœcundo paradiſi agro eiectus es,quia non potuiſti ſeruare mandatum. Sciebat enim deus eſse te fragilem, ſciebat iudicare nõ poſse, ideo dixit quaſi fragilioribꝰ: Nolite iudicare vt non iudicemini.Ergo quia ſciuit in- Mat.7. firmum te eſse ad iudicandum , voluit obedientem eſse D mandato.ideo præceptum poſuit. Quod ſi non præuaricatus eſses, periculum incerti iudicii incidere nequiuiſſes. Itaque quoniam iudicare voluiſti , ideo addidit: Ecce Adam factus eſt tanquã vnus ex nobis,vt ſciat bonum & malum. Voluiſti tibi arrogare iudicium, pœna praui iudicii refutare non debes . Poſuit tamen te contra paradiſum,ne memoriam eius poſsis abolere. Denique iuſti in paradiſum ſæpe rapiuntur , ſicut Paulus raptus eſt in paradiſum,& audiuit verba ineffabilia. Et tu ſi à primo cælo ad ſecundum , à ſecũdo cælo ad tertium mẽtis tuæ vigore rapiaris, hoc eſt, quod primum vnuſquiſque homo eſt corporalis, ſecundo animalis , tertio ſpiritalis:Si ita rapiaris ad tertium cælum,vt videas fulgorem gratiæ ſpiritalis: Animalis enim homo quæ ſunt 1.Cor. 2. ſpiritus dei neſcit: & ideo tertii cæli aſcenſio tibi eſt neceſsaria,vt rapiaris in paradiſum: rapieris iam ſine periculo, vt poſsis diiudicare omnia, quia ſpiritalis diiudicat omnia,ipſe autem à nemine diiudicatur.Et fortaſse quaſi adhuc fragilis audies verba ineffabilia quæ non licet homini loqui:& tũc quod acceperis reſeruato, & q̃d audieris cuſtodito. Paulus apoſtolus cuſtodiebat ne laberetur,vel alios certe faceret errare. Aut fortaſse ideo dixit Paulus quia non licet homini loqui , quia erat adhuc in corpore cõſtitutus,hoc eſt,videbat iſtius corporis paſsiones,videbat legem carnis ſuæ repugnantem legi mẽtis ſuæ.Hoc enim malo intelligi,ne videamur quẽdam adhuc futuri periculi iactare errorem. Si enim vel E propter hanc vitam ſecuritas,vt nullos præuaricationis poſt hanc futuræ laqueos formidemus:ergo quicunque fuerit in paradiſo aſcenſione virtutis , audiet myſteria dei arcana illa atq; ſecreta , audiet dicentem dominum tanq; latroni illi à ſcelere ad confeſsionem,& ad fidei la Lucæ. 23. trocinium reuertenti:Hodie mecum eris in paradiſo.

De ſapientia ſerpentis,& cauſa inuidiæ,argumẽtiſq; quibus confidebat ſe poſse hominem vincere. Quomodo etiam aggreſsus fuerit mulierẽ. Quod præterea neq; detrahere aliquid debeamus diuinis mandatis, neq; addere:Vtrum denique præter adiectionem quæ mandato per mulierem fuit applicata,quod additum eſt,ob fuiſse videatur,& ex quo ligno deus dixerit eſse guſtandum.

Cap. XII.

ERAT autem ſerpens ſapiẽtior omnium beſtiarum quæ erant ſuper terram,quas fecit dominus deus.Et dixit ſerpẽs mulieri : Quid vtiq; dixit deus ne edatis ab omni ligno quod eſt in paradiſo?) Cum dicit ſapientiorem ſerpẽtem, intelligis quẽ loquebatur,id eſt illũ aduerſariũ noſtrũ,qui tamen F habet huius ſapientiã mũdi.Sed & voluptas atq; delectatio bene ſapiẽs dicitur,quod & carnis appellatur ſapiẽtia,ſicut habes:Quia ſapiẽtia carnis inimica eſt deo . Et Roma.8. ad exquirẽda delectationũ genera aſtuti ſunt,qui appetentes ſunt voluptatũ . Siue ergo delectationem intelligas,quædã eſt diuino aduerſa mandato, & inimica ſenſibus noſtris.Vnde Apoſtolus ait:Video aliam legem in Roma.7. membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuã tem me in lege peccati.Si autem ad diabolum referas,verus inimicus eſt generis humani.Quæ autem cauſa inimicitiarum niſi inuidiæ? Sicut ſalomon ait : Quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum . Inuidiæ autem cauſa , beatitudo hominis in paradiſo poſiti . Et Sapien.2. ideo quoniam ipſe diabolus acceptam tenere non potuit,inuidit homini,eò quòd figuratus è limo,vt incola paradiſi eſset,electus eſt.Cõſiderabat enim diabolus quòd ipſe qui fuiſset ſuperioris naturę,in hæc ſecularia & mũdana eciderat,homo autem inferioris creaturæ ſperabat æterna. Hoc eſt ergo quod inuidet dicens: Iſte inferior adipiſcetur quod ego ſeruare non potui? Iſte de terris migrabit ad cælum , cũ ego de cælo lapſus in terram

G sim? Multas vias habeo quibus hominem decipere possim. De limo factus est, terra ei mater est, corruptibilib⁹ inuolutus est. Etsi anima superioris naturæ, tamē & ipsa lapsui potest esse obnoxia in corporis carcere constituta, quādo ego lapsum vitare nō potui. Est igitur via prima vt decipiatur dum conditione sua maiora desiderat. Hic enim quidam conatus est industriæ. Deinde carnis est quod nō habeat desiderare. Postremo in quo videor ego omnibus esse sapientior, nisi circunscribam hominem, & versutia & fraude contendam? Itaq; machinatus est vt non primo Adam adoriretur, sed Adam per mulierem circunscribere conaretur. Non adorsus est eum qui coram acceperat cæleste mandatum, sed eam adorsus est quę à viro didicerat, nō à deo quid obseruaret, ac ceperat. Neque enim habes quia mulieri dixit deus, sed quia Adæ dixit: & ideo per Adā cognouisse mulier æstimanda est. Cognoscēs igitur hoc loco tētamenti genus, plurima etiā aliis locis tentamenti genera reperies. Alia sunt per principem istius mundi, qui quædā venena sapientiæ in hunc mundū euomuit, vt vera putarent homines esse quæ falsa sunt, & specie quadam hominū caperetur affectus. Non enim semper quasi apertus hostis ingreditur, sed sunt quędam potestates quę amorē simulent, gratiāmq; prætendant, vt paulatim cogitationibus nostris venenum suæ iniquitatis infundat: a quibus oriuntur illa peccata quæ vel ex delectatione, vel ex quadā mentis facilitate nascuntur. Sunt etiam aliæ potestates
H quæ veluti colluctantur nobiscum. Vnde Apostol⁹ ait:
Ephe.6. Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, & rectores huius mundi tenebrarum harum: aduersus nequitiam spiritalium, quæ sunt in cælestibus. Volūt enim hac quadam contentione nos frangere, & veluti quoddam animæ nostræ corpus elidere. Vnde & Paulus quasi bonus athleta non solum ictus aduersantium potestatum vitare cognouerat, verumetiam aduersantes ferire. Vn-
1.Cor.9. de & ait: Percutio pugnis, non vt aera cædens. Et ideo quasi bonus athleta ad coronam meruit peruenire. Ergo multiplicia tentamenta sunt diaboli. Et ideo bilinguis serpēs habetur, atque lethalis, eò quòd diaboli ministeri aliud lingua loquatur, aliud corde meditetur. Sunt & alij ministri, qui & cordis & vocis suæ infectas veneno veluti verborum suorum iactant sagittas, quibus dominus ait: Generatio viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? Et dixit serpens mulieri: Quid vtique dixit deus ne edatis ex omni ligno quod est in medio paradiso? Et dixit mulier serpenti: Ex omni ligno paradisi manducabimus, de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit deus: Non manducabitis ex eo, neque tangetis ex eo, ne moriamini. Cum
I audieris sapientiorem bestiis omnibus esse serpentem, hic eius iam quære versutiam. Simulat se verba dei dicere, & proprios intexit dolos. Cum enim dixisset deus: Ex omni ligno quod est in paradiso, edetis ad escam: de ligno autem quod est scientia boni & mali, non edetis: qua die autem manducabitis ex eo, morte moriemini: serpens quasi interrogans mulierem, cum dixisset deus, Ex omni ligno quod est in paradiso, edetis: de ligno autem vno non edetis: inseruit mendacium, vt diceret, Ab omni ligno non edetis: cum de vno tantum ligno scientæ boni & mali præceperit deus non esse gustandum. Qua ratione autem fefellerit, nihil mirum, quia ijs qui aliqnem circunscribere conantur, consuetudo est fallere. Non est igitur interrogatio ociosa serpētis. Sed vt scias in mandato nullum vitium esse potuisse, respōdit mulier, & ait: Ex omni ligno paradisi manducabimus, de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit deus: Non manducabitis ex eo, neq; tangetis ex eo, ne morte moriamini. In mandato quidem nullum vitiū est, sed in relatione mandati. Etenim quantum præsens lectio docet, discimus nihil vel cautionis gratia iunge-
K re nos debere mandato. Si quid enim vel addas vel detrahas, præuaricatio quædam videtur esse mandati. Pura enim & simplex mandati forma seruanda, vel testimonij series intimāda est. Plerūq; testis dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adijcit, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur vel quod bonū videtur, addēdum est. Nanq; hic quid offensionis habet prima specie, quod addidit mulier: Neque tāgetis ex eo quicquā. Tangetis enim deus non dixerat, sed, Non edetis. Sed tamen lapsus incipit esse principium. Nam quæ addidit, vel superfluū addidit: vel addendo de ꝓprio, se impleni intellexit dei esse mādatum. Docet igitur nos præsentis seriei lectionis neque detrahere aliquid diuinis debere mādatis, neq; addere. nam si Ioānes hoc iudicauit de suis scriptis: Si quis appoſuerit, inquit, ad hæc, Apoc.22.
adijciet in illū deus plagas quæ scriptæ sūt in libro isto: & qui dēpserit de verbis his ꝓphetiæ huius, delebit de⁹ partē illius de libro vitæ: quāto nihil diuinis mādatis est detrahēdum? Hinc ergo cœpit præuaticatio prima esse mādati. Et plerique putāt hoc vitiū nō esse mulieris, sed Adæ fuisse: ita Adā dixisse mulieri, dum eā vellet facere cautiorē, vt adderet mādasse deum, Neque tāgetis ex eo quicquam. Habemus enim quia Adam nō Eua mandatum acceperit à Deo. Nondū enim mulier formata fuerat. Ipsa quidem verba Adæ quibus mulieri dicit, formā seriemque mandati non prodit lectio: sed intelligimus per virum ad mulierem seriem transisse mandati. Vide L
rint tamen alij quid sentiant, mihi tamen videtur à muliere cœpisse vitium, inchoasse mendacium. Nam etsi de duobus videatur incertum, tamen sexus prodit qui prius potuerit errare. Adde quia præiudicio illa constringitur, cuius & postea prior error inuentus est. Viro enim mulier, non mulieri vir author erroris est. Vnde
1.Tim.2. & Paulus ait: Adam, inquit, non est deceptus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Nunc videamus vtrum præter adiectionem quæ mandato est applicata, quod additum est, obfusse videatur. Nam reuera si bonum est, neque tangetis ex eo, & ad cautionem proficebat: cur deus hoc minime interdixerit, immo nō interdicendo permisisse videatur? Itaque vtrunque quærendum, qua ratione nec permiserit, nec interdixerit. Sunt enim qui dicant, qua ratione quod fecit videri, non iussit & tāgi: Verū cū in eo ligno audieris naturā fuisse sciētiæ boni & mali, potest æstimari quia noluit te malū tangere. Satis est enim nobis videre Satanā sicut fulgur de
Luce.10. cælo cadentē, secundū vocē domini, & dantē escam nō luminis sed noctis & tenebrarū filiis, quia scriptum est:
Psal.73. Dedit eum in escam populis Aethiopum. Hoc igitur de eo dictum est, quod non mandauerit tangi. Quod autem non prohibuerit, quid intelligam, accipe. Sunt multa quæ nocent si ante voluerimus haurire, q̄ quæ sint il
M la cognoscere. Nam & de cibis & potu plerūque vsu venit. Quippe si id quod amarum est, ante cognoscas, indues patientiam. Et si intelligas illa quæ sunt amara, ꝓdesse, & indues tolerantiam, ne offendat amaritudo te repentina, & incipias reuicere profutura. Prodest ergo ante cognoscere, vt ex eo quod cognoueris profuturū, nec amara fastidias. Sed hæc minus nocere possunt: illud quod magis, nisi prouideatur, nocere possit, aduerte. Gentilis quidam est, ad fidem tendit: Catechumenus est, maiorē vult accipere doctrinæ & fidei plenitudinē. caueat ne dum vult discere, male discat, & discat à Fotino, discat ab Arrio, discat à Sabellio: tradat se huiusmodi magistris quorū quædā eū teneat authoritas: & inductus quadā magistrorū præsumptione, teneris sensibus impressa diiudicare nō noverit. Priusigitur oculis mētis perspiciat quid sequatur, videat vbi vita sit. Tangat deniq; diuinarum vitalia lectionum, vt nullo prauo offendatur interprete. Legit ille Sabellius: Ego in patre, & Ioan.14.
pater in me: & dicit vnam esse personam. Legit Fotinus: 2.Tim.2.
Quia mediator dei & hominū homo Christus Iesus. Et Ioan.7.

A alibi, Quid me vultis occidere hominem? Legit etiā Ar-
Ioan.14. rius quia dixit, Quoniā pater maior me est. Legitur qui dem manifestum, sed qua ratione dictum sit, debet ante pertractare secum, vt rationem dictorum possit aduertere. Ducitur quadam magistrorum authoritate, & ꝓfu
Leui.24. isset ei non quæsisse, quām talem inuenisse doctorē. Sed etiam gentilis si quis scripturas accipiat, legit: Oculum
Mat.5.1 pro oculo, dentem pro dente. Legit etiam: Si scandalizauerit te dextera tua, abscinde illam. non intelligit sensum, nō aduertit diuini arcana sermonis. peius labitur, quām si nō legisset. Et ideo docuit quemadmodum dei
1.Ioan.1. verbum inuestigare deberent: non perfunctorie, nō improuide, sed diligēter atque solicite. Quod erat, inquit, ab initio, quod audiuimus, & quod vidimus, oculis nostris perspeximus, & manus nostræ perscrutatæ sunt de verbo vitæ: & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis. Vides quod ante velut manibus quibusdam perscrutatus sit dei verbum, & postea annunciauerit: & ideo nihil Adæ & Euæ fortasse nocuisset verbum, si pertractantibus diligenter mētis quibusdam manibus ante tetigisset. Infirmi enim pertractando, & diligentius requirendo, vniusquiusque quam non intelligunt possunt inuestigare sententiam. Certe illi infirmi id lignū in quo scientiam mali esse cognouerant, ante, quemadmodū tangerent, debuerant perscrutari. Nam & mali sæpe nobis potest prodesse cognitio. Et ideo diaboli fraudes vel in
B hac legimus lectione, vel in prophetia, vt discamus quē admodū artes eius cauere possimus. Cognoscenda sunt enim tentamenta eius, non vt sequamur, sed vt docti in structique caueamus. Sunt hoc loco qui dubitationē habeant vtrum ex omni ligno ita dixerit deus esse gustandum, aut cum de omni ligno, ita de scientię boni & mali ligno gustaretur: an vero de omni ligno gustandum, de solo ligno scientiæ boni & mali dixerit non esse gustandum. Qui ne id quidem putant inutilis esse rationis, quod quanuis noxia esca huius ligni fuerit, tamen si cum cæteris ederetur, noxia esse non possit: quandoquidem etiam antidotum Theriacum de corpore serpentis confici solere dicatur, quod vtique virus corpúsque serpētis cum solum sumitur, nocet: cum admiscetur aliis, sanitati est & saluti. Sciētia quoque boni & mali, si quis sapientiæ habeat, si quis vitæ semper intendat, si quis cætera virtutum genera consequatur, nequaquam inutilis æstimatur. Hac igitur ratione plerique putauerunt posse etiam illud intelligi, vt videatur deus id inhibuisse, ne absque cæteris solum lignū scientiæ boni & mali gustaret, non prohibuisse cum cæteris. Et hoc ideo putant dictum, quia ait deus ad Adam: Quis tibi indicauit quoniam nudus es, nisi de ligno à quo præceperam tibi ab
C hoc solo ne manducares, manducasti? Quod videretur dare aliquem interpretandi locū, nisi mulier in superioribus dicente serpente, Quid vtique dixit deus, Ne edatis ab omni ligno qđ est in paradiso? respōdisset. Quod est in medio paradisi, dixit deus, Non manducabitis ex eo. In quo quanuis mulieris præuaricaturæ fides videatur infirmior, tamen non omnibus Adam spoliabo virtutibus, vt videatur in paradiso nullam assecutus fuisse virtutem, nihil de cæteris gustauisse lignis priusquā culpam incidisset, quām fructus esse aliquos consecutum. Non spoliabo ergo Adam, ne genus humanum omne
Mat.18. dispoliem: quod innocens est antequam sensum accipiat scientiæ boni & mali. Neque enim ociose dictum est: Nisi conuersi fueritis, & efficamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum cælorum. Puer enim cum maledicitur, non remaledicit: cum percutitur, non repercutit: ambitionum & rapinarum tentamenta non nouit. Ergo verius puto, quod ne cum aliis quidem fructibus lignum edendū esse præcepit. Nam etsi bona sciētia perfecto, imperfecto tamen inutilis est. Imperfectum auserim omnem hominem dicere, quando ipse Paulus qua-
Philip.3. si imperfectus dicat: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem si comprehendam. Et ideo Mat.7.
imperfectis dicit dominus: Nolite iudicare, vt non iudi- D
cemini. Ergo imperfecto inutilis scientia. Denique pec- Roma.7.
catum nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Et infra: Sine lege enim peccatū mortuum est. Quid enim mihi ꝓderat scire, quod vitare nō poteram? Quid mihi proderat scire, quod lex carnis meæ impugnaret? Impugnatur Paulus, & videt legem carnis suæ repugnantē legi mentis suæ, & captiuari se in lege peccati. Nec de cō scientia sua præsumpsit, sed per Christi gratiam confidit se à mortis corpore liberandum: Et tu quēquam opinaris scientē non posse peccare? Paul⁹ dicit: Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malū, hoc ago: & tu arbitraris homini prodesse scientiam, quæ delicti augeat inuidiā? Esto tamen vt perfectus peccare nō possit. In Adam deus oēs homines prævidebat, & ideo ꝓmiscue generi non cōueniebat humano habere scientiam boni & mali, quam per carnis vitia, vt oportebat, exercere non poterat.

Quomodo tentamenta diaboli plena sint mendacii. Et de deceptione mulieris, & lapsu Adæ. Quemadmodum etiam cognouerint se esse nudos, & succinctoria sibi fecerint, & quid significent. Caput. XIII.

DISCAMVS igitur tentamenta diaboli plena esse mendacij. Vix enim vnum verum videtur ex iis quæ pollicit⁹ est, reliqua falsa composuit. Sic enim habes: Et dixit serpens mulieri: Non morte moriemini. Ecce vnum falsum: nam morte mortuus est homo, qui secutus est ꝓmissa serpentis. Deinde addidit: Scit, inquit, deus, quia quacunq; die comederitis ex eo, adaperiētur oculi vestri. Hoc solū verū, quia infra habes, quia mādu cauerunt ambo, & aperti sunt oculi eorū. Sed hoc verū quod noceret. Deniq; non omnibus aperire oculos vtile, quia scriptum est: Videbunt, & non videbūt. Sed statim agglutinatum mendaciū est, quia adiunxit: Et eritis sicut dii, scientes bonum & malum. In quo licet aduertere Idololatriæ authorem esse serpētem, eò quòd plures deos induxisse in hominum videatur errorem, quadam serpentis astutia. Et hoc fefellit, quia homo sicut dii non solum enim sicut dii esse homines desierunt, sed etiam
Psal.81. qui quasi dii erant, quibus dictum est: Ego dixi, dii estis: sui gratiā perdiderunt. Et vidit mulier quia bonū est lignū ad manducandū, & quia gratū oculis ad vidēdū, & speciosum est ad intuēdum. Infirma author iudicii, quæ de eo quod non gustauerat, iudicabat. Et ideo nō facile, nisi si qđ diligentius pertractauerimus, qđ interiore probauerimus affectu, videtur ad opus aliquod esse sumendū. Accipiens, inquit, de fructu eius mādu cauit, & dedit F
viro suo simul, & mādu cauerūt ambo. Bene prætermissum est vbi decipitur Adā, quia nō sua culpa, sed vitio lapsus vxoris est. Et aperti sunt, inquit, oculi eorū, & cognouerunt qđ nudi essent. Et ante quidē nudi erant, sed nō sine virtutū integimentis. Nudi erant propter motū simplicitatē, & qđ amictū fraudis natura nesciret. Nunc autem multis simulationum inuolueris mens humana velatur. Ergo posteaquam spoliatos se illa synceritate, & simplicitate viderunt integræ incorruptæq; naturæ, quærere mundana & manufacta cœperunt, quibus nuda suæ mentis operirent: delectationes delectationibus, & mundi huius vmbratiles voluptates velut folia foliis assuentes, quibus obumbrarent genitale secretum. Nam quomodo clausos oculos corporis habuit Adā, qui omnia animātia ita vidit, vt his & nomen imponeret? Quomodo cognouerunt? Id est, interiore & altiore scientia, non tunicam sibi, sed virtutum deesse velamina. Et assuerunt folia ficus, & fecerūt sibi succinctoria. Ficū hoc loco pro qua specie debeamus accipere, diuinarum nos docet series lectionum. Quādoquidem sanctos esse qui

G sub vite & ficu requieſcunt, ſcriptura memoraueꝛit, & Salomon dixerit: Quis plãtat ficum, & de fructu eius nõ manducat? Et dominus ad ficum venerit, ſed ideo ſit of fenſus, quòd non inuenerit fructum, ſed folia tantũ. Do cet ergo me Adam quid ſint folia, qui poſteaquã peccauit, de foliis ficus fecerit ſibi ſuccictorium, qui de fructi bus magis eius guſtare debuerit. Iuſtus fructũ eligit, fo lia peccator. Quis eſt fructus? Fructus, inquit, ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, modeſtia, Gala.5. continentia, dilectio. Non habebat fructum, qui gaudiũ non habebat: Non habebat fidem, qui prꝛuaricatus erat mandatum dei: Non habebat continentiã, qui de interdicto ſibi guſtauerat ligno. Ergo quicunq; prꝛuaricatur mandatum dei, ſpoliatur atq; nudatur: & ſit ipſe ſibi tur pis. vult ſe operire quibuſdam ficus foliis, fortaſe quibuſdã inanibus vel vmbratilibus ſermonibus, quos cõpoſitis mendaciis aſſuens, & verbum de verbo ſtruens, ad operiendam conſcientiam ſuæ mẽtis, factiq; velamẽ peccator intexit, vt pudenda ſua cõtegat. Iacit enim ſupra ſe folia, qui culpam velare deſideras, aut diabolum delicti memorat authorem, aut carnis prætendit illece bras, aut alium quempiam perſuaſorem prodit erroris. Et de ſcripturis diuinis frequenter promit exempla qui bus iuſtos in culpam perhibet incidiſſe, dicẽs, ſi forte in ſtupris fuerit deprehenſus, Et Abraham cum ancilla cõ cubuit, & Dauid alienam adamauit, & ſibi aſciuit vxo rem. Aſsuit enim ſibi quædam exempla de prophetica rum ſerie ſcripturarum, fructum earum nõ putat requi rendum. Nonne tibi videtur etiam Iudæi folia aſsuere, H dum legis ſpiritalis verba corporaliter interpretantur? Quorum interpretatio fructum omnẽ viriditatis amit tit, damnata maledicto ariditatis æternę. Bona igitur in terpretatio, hoc eſt, ſpiritalis ficus eſt fructuoſa, ſub qua iuſti ſanctiq; requieſcunt. Quam qui plantauerit in ani mis ſingulorum, ſicut Paulus ait: Ego plantaui, Apollo 1.Cor.3. rigauit &c. manducabit ex ea fructum. Mala autem in terpretatio fructum ferre, viriditatem ſeruare non pote rit. Quod igitur grauius eſt, hac ſe Adam interpretatio ne ſuccinxit eo loco, vbi fructum magis caſtitatis ſe ſuc cingere debuiſſet. In lumbis enim quib⁹ præcingimur, quædam ſemina generationis eſse dicuntur. Et ideo ma le ibi ſuccinctus eſt Adam foliis inutilibus, vbi futuræ generationis non fructum futurum, ſed quedam pecca ta ſignaret, quæ manſerunt vſque in aduentum domini Saluatoris. Ceterum poſteaquam dominus aduenit, ficũ inuenit incultam: rogatus ne eam iuberet excidi, vt cole retur permiſit. Et ideo iam non foliis, ſed diuino ſuccin Lucæ.12. gimur ſermone, quia ipſe domin⁹ ait: Sint lumbi veſtri Mat.10. præcincti, & lucernæ ardentes &c. Vnde etiam pecuniã I in zonis noſtris portare prohibet. Non enim ſecularia, ſed æterna debet zona noſtra ſeruare.

De voce domini deambulantis ad veſperam, & in terrogatione vel poti⁹ increpatione Adam: Vbi es? Cur præterea ante increpetur Adam, cum mulier ante guſta uerit: & quid mulier pro ſua excuſatione reſpõderit, ac de myſteriis iſtorum. Caput. XIIII.

ET audierunt, inquit, vocem domini deam bulantis ad veſperam.) Quæ eſt ambula tio dei, qui vbique ſemper eſt? Sed puto de ambulationem quandam eſse dei per di uinarum ſeriem ſcripturarum: in quibus dei quædam verſatur præſentia, cum audimus quia ipſe Pſal.33. aſpicit omnia, & oculi domini ſuper iuſtos: cũ legimus, Mat.9. Quia Ieſus ſciebat cogitationes eorum: cum legimus, Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Ergo dum hæc recenſemus, quaſi deambulantem cognoſcimus deum. Fugerat ergo peccator, non quo dei poſſet latere cõſpe ctum, ſed intra conſcientiam ſuam latere cupiebat, ope ra ſua lucerne nolebat. Iuſti eſt enim facie ad faciem vi dere, quia iuſti mens non ſolũ deo præſens eſt, ſed etiam K cum deo diſputat, ſicut ſcriptum eſt: Iudicate pupillo, et Eſaiæ.1. iuſtificate viduam, & venite diſputemus, dicit dominus. Ergo cũ legit peccator has ſcripturas diuinas, audit vo cem dei quaſi ambulantis ad veſperam. Quid eſt ad ve ſperam, niſi quia culpam ſuã ſero cognoſcit, & ſero ve nit quædam erroris prætexti verecundia, quæ errorem prævenire debuerat: Nam dũ culpa feruet in corpore, et anima exagitatur corporis paſſionib⁹, non cogitat deũ ſenſus errãtis, hoc eſt, nõ audit deũ ambulantẽ in ſcrip turis diuinis, ambulantem in mentibus ſingulorũ. Dicit enim deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos am bulabo, & ero illorũ deus. Ergo cũ in animæ ſenſum re Leui.26. dierit poteſtatis formido diuinæ, tũc erubeſcimus, tunc nos geſtimus abſcondere: tũc in peccatorũ noſtrorũ po ſiti cogitationibus, in medio ligni paradiſi vbi peccaui mus, deprehẽdimur, latere cupientes, & arbitrantes qđ deus non requirat occulta. Sed ſcrutator animorũ & co gitationũ vſq; ad diuiſionẽ animæ penetrans dicit, Adã vbi es? Quomodo loquitur de⁹? nũquid voce corporea? Non vtiq;, ſed virtute quadã præſtantiore, q̃ vox corpo ris poteſt eſse, fundit oracula. Hanc vocem eius prophe tæ audierũt, hanc vocem fideles audiũt, impii non intel ligũt. Deniq; in Euangelio habes quod audiuit Euange Ioan.12. liſta dicẽtem patrem: Et clarificaui, & iterũ clarificabo: L ſed Iudæi non audierunt. Deniq; dicebãt: Tonitruum fa ctũ eſt. Illis ergo ſicut ſupra habes quia ſentiebatur de ambulãs deus, qui nõ deãbulabat: ſic audiebatur loquẽs deus, qui nõ loquebatur. Sed quid loquatur, conſideremus: Adam vbi es? Adhuc in his remedium ſanitatis eſt, quia audiunt dei verbum. Denique Iudæi, qui ſibi clau ſerunt aures ne audirent: hodieq; non merentur audire. Deinde habent remedium, qui ſe abſcõderunt. Nam qui abſconditur, erubeſcit: qui erubeſcit, conuertitur: ſi cut ſcriptum eſt: Confundantur & cõuertantur omnes Pſalmo.6 valde velociter. Deinde hoc ipſum quod vocat, indiciũ ſanaturi eſt, quia dominus quib⁹ miſeratur, & vocat. Di cendo autem: Vbi es? non locum quærit qui nouit arca num. neque enim deus clauſos oculos habebat, vt non videret latentem. Denique ideo dixit, Factus eſt Adam tanquam vnus ex nobis, quia aperuit oculos. Et hic qui dem aperuit oculos, vt culpam ſuam videret, quam vita re nõ potuit. Magis enim poſtquam peccauimus, neſcio quo modo, noſtra delicta cognoſcimus: & tunc pecca tum eſse intelligimus, quod antequam peccaremus, non putabamus eſse peccatum. Certe non quaſi peccatũ pu tabamus eſse damnandum. nam ſi damnaremus, nõ ad mitteremus. Deus autem omnium videt culpas, & om nium delicta cognoſcit: ſuper omnium animam, ſuper omnium occulta oculos habet. Quid eſt ergo: Adã vbi M es? Id eſt, non in quo, ſed in quibus es? Non ergo interro gatio eſt, ſed increpatio. De quib⁹, inquit, bonis, de qua beatitudine, de qua gratia in quam miſeriam recidiſti? Dereliquiſti vitam æternam, & attumulatus es morti, cõ ſepultus errori. Vbi eſt illa tua bene ſibi conſcia confi dentia? Timor iſte culpam fatetur, latebra prꝛuaricatio nem. Vbi ergo es, hoc eſt, non in quo loco quæro, ſed in quo ſtatu. Quo te perduxerunt peccata tua, vt fugias de um tuum quem ante quærebas? Fortaſe moueat cur ante increpatur Adam, cum mulier ante guſtauerit? Sed à prꝛuaricatione ſexus infirmior cœperit, à verecũdia & excuſatione fortior, vt fœmina erroris cauſa fuerit, vir pudoris. Et dixit mulier: Serpens decepit me, & manducaui. Veniabilis culpa, quam ſequitur profeſsio delicto rum. Ideo nõ deſperata mulier, quæ nõ reticuit deo, ſed magis cõfeſsa peccatũ eſt, quam medicabilis ſecuta ſen tentia eſt. Bonum eſt condemnari in peccato, & flagella ri in delicto, vt cum hominibus flagellemur. Denique Cain quia voluit crimen negare, indignus iudicatus eſt qui puniretur in pẽtõ, ſed remiſs⁹ eſt ſine preſcripto pœ næ, fortaſse nõ tã maiori crimine parricidij, illud enim

A commiſit in fratrem, q̃ ſacrilegii, quod deo credidit mẽ tiẽdũ, dicẽs: Neſcio, nũquid ego cuſtos fratris mei ſum? Et ideo accuſatori diabolo eius accuſatio reſeruata eſt, vt cũ eius angelis flagelletur, qui cum hominib⁹ noluit Pſal.72. flagellari. Denique de talibus dictum eſt: Non eſt decli natio mortis eorum, & cum hominibus nõ flagellabun tur. Alia ergo ratio mulieris, quæ licet culpam prꝛuarici cationis inciderat, tamen de paradiſi lignis habebat ad huc virtutis eſcam: & ideo dixit peccatum ſuum, & re putatum eſt ei ad veniam. Iuſtus enim accuſator eſt ſui Prou.18. in principio ſermonis. Neque enim poteſt quiſquã iuſti ficari à peccato, niſi fuerit peccatum ante confeſsus. Vñ de dominus ait: Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Ergo Eſaiæ.43. quia Eua ipſa cofeſsa delictum eſt, mitior ſequitur & p futura ſententia, quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret, vt ad virum ſuum conuerſa ſeruiret. Pri mum, ne eã facile delectaret errare: deinde vt ſub fortio re vaſe locata non traduceret virum, ſed magis viri cõ ſilio & ipſa regeretur. In quo quidẽ myſteriũ Chriſti & Eccleſiæ euidenter agnoſco. Deſignatur enim Eccleſiæ ad Chriſtum futura conuerſio, & religioſa ſeruitus ſub dita dei verbo, quæ multo ſit melior, quàm ſeculi huius Mat.4. libertas. Denique ſcriptum eſt: Dominum deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. Hæc igitur ſeruitus dei do num eſt. Denique inter benedictiones numeratur hui⁹ ſeruitutis obſequium. nam & Iſaac in loco benedictio nis eam dedit Eſau filio ſuo, vt ſeruiret fratri ſuo. Deni que benedictionem ille poſcebat. etſi vnam ſibi cogno B uiſſet eſse præreptam, tamen aliam poſtulabat dicens: Nunquid vna benedictio tibi eſt pater? Per hanc igitur ſeruitutem illam, qui per gulam primitias ſuas ante ven diderat, & ſtudio venatioꝰ agreſtis gratiam benedictio nis amiſerat, credidit ſeipſo futurũ eſse meliorem ſi ty pum Chriſti veneraretur in fratre. Hac enim ſeruitute pollet populus Chriſtianus, ſicut & dominus ad diſcipu Mat.20. los ſuos ait: Qui vult inter vos primus eſse, ſit omnium ſeruus. Deniq; hanc ſeruitutẽ operatur charitas, quæ & Gala.5. ſpe maior & fide eſt. Vnde ſcriptũ eſt: Per charitatẽ ſer uite inuicem vobis. Hoc eſt ergo myſteriũ quod ait Apo Iphe.5. ſtolus eſse in Chriſto & in eccleſia Hæc eni vere in prꝛuaricatione ante fuit, ſed ſalua erit per filiorum genera tionem in fide, & charitate, & ſanctificatione, cum caſti 1.Tim.2. tate. Prꝛuaricata vtique in patribus generatio hominũ, ſalua per filios: vt quod in Iudæis offenderat, in Chriſtia na poſteritate corrigeret.

Qua ratione veniabilis fuerit deceptio mulieris. Et quemadmodum ſerpẽs typus ſit delectationis, & de ſen tentia damnationis in ſerpentem, ac etiam condemna tione Adæ: & de diſcretione inter iſtas ſententias.

Caput. XV.

C SERPENS, inquit, me ſuaſit.) Et hoc venia bile deo viſum eſt, eò quòd noſset multas 2.Cor.11. ad decipiendum vias eſse ſerpentis: quia transfiguratur in angelum lucis, & minii ſtri eius ſicut miniſtri iuſtitiæ ſunt, falſa i ponẽtis rebus ſingulis nomina, vt temeritatem dicat eſ ſe virtutem, & auaritiæ nomen imponat induſtriæ. Ser pens enim mulierem decepit, virum mulier ad prꝛuari cationem de veritate deduxit. Serpentis typum accepit delectatio corporalis: mulier ſymbolum ſenſus eſt no ſtri, vir mentis delectatio. Itaque ſenſum mouet, ſenſus menti transfundit quam acceperit paſsionem. Delecta tio igitur prima eſt origo peccati. Ideóq; nõ mireris cur ante ſerpens damnetur iudicio dei, ſecundo mulier, ter tio vir. Secundum erroris ordinem, damnationis quoq; ordo ſeruatus eſt. Delectatio enim ſenſum, ſenſus autẽ mentem captiuam facere cõſueuit. Vt ſcias autem quia ſerpens typus eſt delectationis, damnationem eius ad uerte. Supra pectus, inquit, tuum, & in vtero tuo ambula bis. Qui ſunt qui in vtero ſuo ambulant, niſi qui ventri & gulæ viuunt, quorum deus venter eſt, & gloria in pu dendis eorum, qui terrena ſapiũt; & cibo onerati ad ter D rena curuantur? Bene ergo delectationi ait, quæ cibis in Philip.3. tenta terram videtur manducare; Supra pectus tuum & in vtero tuo ambulabis, & terram manducabis omnib⁹ diebus vitæ tuæ. Tollenda eſt omnis excuſatio diaboli, ne forte malitiæ ſuæ aliquid poſsit obtendere, vt dicat iniquitatem ſuam ex cõdemnatione veniſse, & ideo ad nocendum hominibus pertinaciter obniti, quia ideo dã natus eſt vt noceret. Quod videtur eſse proximum opi nioni, ſi tanquam damnationis accipimus iſtam ſenten tiam. Non enim deus ad hoc ſerpentem damnauerat vt noceat, ſed quid futurus eſset, oſtendit. Et quidem ten tatio illa quod amplius hominibus proſit, ſuperius de monſtrauimus: ſed tamen cum legerimus quod ſcriptũ eſt, dicente deo: Honorificantes me, honorificabo, & cõ temptor mei honore priuabitur: licet nobis ex his ver bis aliquid æſtimare. Deus enim operatur quod bonum eſt, non quod malum. Ergo doceant te verba diuina, quia operatur gloriam, pœnam relinquit. Honorifican tes me, inquit, honorificabo: honorem bonorum opera tionis ſuæ eſse declarans. Et contemptores, inquit, mei non dixit, honore priuabo, ſed honore priuabuntur. Non ſuę operationi deputans eorum iniuriam, ſed quid futurum eſset oſtendens. Ergo hic non dixit, Faciõ te ſũ pra pectus tuũ, & in vtero tuo ambulare, & terram man ducare omnes dies vitæ tuę: ſed ambulabis, inquit, & mã ducabis: vt prædixiſse magis de ſerpẽte quę futura ſunt, videretur, quàm præſcripſiſse quid faceret. Terra, in- E quit, tibi cibus erit, non anima. nam & hoc peccatorib⁹ 1.Cor.5. prodeſt. Vnde & Apoſtolus tradidit huiuſmodi in in teritum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Pectore autem & ventre ait reptare ſerpen tem, non tam propter corporis figuram, quàm quòd p pter terrenas cogitationes de illa cæleſti beatitudine ſit lapſus. Pectus enim frequenter receſsus quidam accipi tur ſapientiæ. Et ideo Apoſtolus ſupra pectus Chriſti re clinat caput, non in terram deiecit. Ergo ſi ſapiẽtia dia boli feris immaniſsimis comparatur, quib⁹ intra pedes pectus ſit: ſed etiam homines qui terrena ſapiũt, hęc in teriore affectu eriguntur ad cælum, vtero videntur re ptare per terrã: vtiq; ventrẽ animæ noſtræ nõ corruptibi libus ſeculi huius implere, ſed magis dei verbo ſatiare debemus. Bene igitur Dauid perſonã ſuſcipiẽs Adæ di cit: Humiliata eſt in puluere anima mea, adhæſit in terra Pſal.43. vẽter meus. Adhæſit enim, dũ configuratur ſerpẽti, qui paſcitur iniquitate terrena. Ideóq; nos Apoſtolus confi gurari dicit oportere Chriſto, vt virtus Chriſti præten dat in nobis. Quæ ſententia non putatur in ſerpentem grauis, cum etiam Adam, qui leuius peccauit, tali cõdẽ natur ſentẽtia. Scriptũ eſt enim: Maledicta terra in ope ribus tuis. In triſtitia manducabis eam oẽs dies vitæ tuæ. Videtur certe ſimilitudo quædã eſse ſentẽtiæ, ſed tamen F in ipſa ſimilitudine magna diſcretio. Intereſt enĩ vtrũ manducet aliquis terrã, ſicut ſerpẽti dictũ eſt quia terrã mãducabit: an vero ſicut homini dictum eſt: In triſtitia manducabis; Adiectio enim iſta, in triſtitia, diſcretionẽ facit. Diſcretiõ quã vim habeat, cõſidera. Bonũ eſt mihi in triſtitia magis terrã mãducare, q̃ in delectatione, hoc eſt vt in actu quodã & ſenſu corporis cõtriſtari videar, q̃ delectari in peccato. Multi enim ꝓpter nimias iniqui tates nõ ſuſcipiũt peccatį cõſcientiã. At vero ille qui ait: 1.Cor.9. Caſtigo corpus meũ, & ſeruituti redigo: contriſtatur in noſtrorũ pœnitẽtia peccatorũ, quia ſua tãta delicta non habuit, vt in his cõtriſtari deberet. Deniq; & nobis ſua det vtilẽ iſtam eſse triſtitiã, quæ ſecundũ deum, nõ ſecũ dum ſeculũ eſt. Oportet, inquit, vos cõtriſtari in pœnitẽ tia ſecundum deum. nam ſecundũ deum triſtitia ſalutẽ 2.Cor.7. operatur, ſeculi autem triſtitia mortẽ operatur. Sed & de veteri teſtamẽto accipe illos ad gratiam peruenisse, qui cõtriſtabantur in operibus corporalibus: illos verò in ſupplicio remãſiſse, qui delectabãtur huius mũdi ope

G ribus. Denique Hebræi qui ingemiſcebãt in laborib⁹ Aegypti, iuſtorũ gratiã cõſecuti ſunt. Et quia panẽ in triſtitia mãducarunt, eſca donati ſunt ſpiritali. Aegyptii vero, qui talia opera cũ exultatione celebrabãt, regi deteſtabili ſeruiẽtes, nullã veniam ſunt adepti. Sed & illa diſtinctio, quod ſerpenti dicitur quia terram mãducabit: Adæ autem, In triſtitia, inquit, mãducabis, & cum ſudore manducabis. Manducabis fœnũ agri: vt quẽdam intelligamus in his eſse proceſsum, & quando terrã manducamus, in quadam malitia eſse videamur: quando fœnum, in quodam proceſsu: quando vero panem, cũ conſummata fuerit fortitudo. Ergo & nos habeamus, proceſſum vitæ huius, ſicut habuit & Paulus qui dicit: Viuo autem iam non ego, hoc eſt, non ego qui terram ante manducabam: non ego qui fœnum, quia omnis caro fœnũ: ſed viuit in me Chriſtus, hoc eſt, viuit panis ille viuus, qui venit è cælo, viuit ſapientia, viuit gratia, viuit iuſtitia, viuit reſurrectio. Deinde conſidera quia non eſt maledictus homo, ſed maledictus eſt ſerpens. Nec terra in ſe maledicta eſt, ſed maledicta, inquit, in operibus tuis. Ad animam dictum eſt. Tunc terra maledicta eſt, ſi habeas opera terrena, id eſt opera ſecularia. Et maledicta H non in vniuerſum, ſed vt ſpinas & tribulos generet, niſi fuerit humanę ſtudio operationis exercitata. Quod ſi eã exercuerimus in labore quidẽ & ſudore, ſed tamen panem mãducabimus. Repugnat enim lex carnis legi mentis. Et laborandum nobis eſt ac deſudandum vt caſtigemus corpus, & ſeruituti redigamus, & quæ ſunt ſpiritalia ſeminem⁹. Si enim carnalia ſeminauerimus, quæ carnalia ſunt metemus. ſi vero ſpiritalia ſeminauerimus, metemus ea quæ ſunt ſpiritalia.

Gala.2. Eſa.40. Gala.6.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE CAIN ET ABEL.

Quid Author in hoc opere proſequi intendat ex continuatione huius libri ad ſuperiorem. Et de generatione Cain & Abel. Quid etiam per iſtos duos fratres, ſimiliterq; per Eſau & Iacob iuxta vnum intellectum myſtice atq; moraliter ſignificetur. Caput. I.

De myſterio in præmemoratis fratribus ſecundũ ſcripturam & authoris intelligẽtiam figurato. Et quid per hoc intelligi detur quod in libris Regum legitur: Et appoſitus eſt ad patres ſuos. De cõparatione præterea Iſaac & Moyſi quantũ ad typum & figuram quę in eis præceſsit: & qua ratione de Moyſe non legatur ſicut de cæteris quia deficiens mortuus eſt, ac de ignorantia ſepulturæ ipſius. Caput. II.

I Quid iuxta moralẽ interpretationem author ſignificari velit per hoc quod ſuperius cõmemoratum eſt: Et adiecit parere Abel. Et de ſtatibus ac officiis Abel. & Cain. Qua ratione etiã, cum ante generatus ſit Cain, in deſcriptione vitæ ſtatus & operis vſus Abel prius commemoretur. Caput III.

Quod non ſolum naturæ exemplis, ſed & fidelibus diuinæ ſcripturæ teſtibus comprobetur malitiam tempore præcedere virtutem. Et quemadmodum ſecundum myſterium latens in literis duæ mulieres vnicuique noſtrum cohabitent, inimicitiis & diſcordiis diſſidentes, quarum vna voluptas, altera vero virtus nominatur. De voluptatis quoque deſcriptione, & retibus ipſius, fallacibuſq; ſuaſionibus quibus mentem hominis capere nititur. Caput. IIII.

De occurſu virtutis ſaucium & cito caſurum miſerãtis Ac ne inter moras illecebris demulcẽtibus mens capiatur, pulchertimis illã rationibus à fallaci voluptate auertẽtis, & ad ſe trahẽtis: cũ deteſtatiõe cõmemoratę meretricis, & falſitatis ipſius detectione. Qđ etiã dominus Ieſus docuerit quẽadmodũ aduerſus huius mũdi tẽtationes reſiſtatur: & de tribus laqueis quos illi diabolus tetẽderat. De vitupatione quoq; gulæ atq; auaritię, & cõtrariarũ virtutũ cõmẽdatiõe. Cap. V.

K

De rememoratiua ſuperiorũ recapitulatione, & tribus nõ prætereũdis quib⁹ dominus Ieſus officia humanæ deuotionis definiuit: & quẽadmodũ mens hæc audiens, ſe à voluptate auertat, & virtuti adiũgat, ſtudiãq; illius eligat, quibus & ſanctus Iacob vir plenus exercitationis mentẽ intẽdit. Quodq; ideo paſtor ouiũ inducatur, quia ſperitare corpori, & ſenſib⁹ eius, ac vóluptatibus, votiq; modũ tenere, præſtãti⁹ æſtimetur, q̃ regere populos, vel vrbibus præeſse. Cap. VI.

De oblatione Cain ex fructib⁹ terræ, & criminatiõe illius: ac de informatione & inſtructione p legẽ diuinã quomodo vota ſolui debeant. Caput. VII.

Quod prima voti gratia ſit celeritas ſolutiõis, vt ex ſtudio imolationis Abrahę, & ſcriptura diuina, & vocatiõe Zacchæi cõprobatur. De ſcitatione quoq; ac admonitiõe vt cito vota noſtra ſoluamus. Cap. VIII.

De reprehẽſione Pharaonis, qui vt pro eo rogaretur, in craſtinũ diſtulit: & exaltatus mente deũ obliuiſcebatur. Quãtumq; humilitas orationẽ cõmendet. Et qđ melior votorũ ſit ſolutio laudare deũ. Quod prętereа illa cõmẽdanda ſit orationis & voti diſciplina, vt non diuulgemus orationẽ, ſed abſcondita teneamus L myſteria, ſicut Abrahã & patres tenuerunt, & quẽad modum dominus in Euangelio docuit: & quæ in oratione cauere debeamus. Caput. IX.

De tranſitu ad aliud vitium oblationis ipſius Cain, qui obtulit nõ de primis fructibus primitias deo, & quid p primitias intelligatur. Quodq; Abel obtulerit hæc munera, & etiam talia qualia lex probauerit, cũ pulchra myſteriorũ legis explanatione: & quẽadmodũ interiora mũdare dæbeamus, & ibidem quærere quæ domino ſanctificemus. De ſimilitudine quoq; conceptionis ac parturitionis fœminarum & animæ, partuumq; eiuſdem diſtinctione. Caput. X.

Diui Ambroſij

MEDIOLANENSIS EPI SCOPI DE CAIN ET ABEL LIBER PRIMVS.

Quid Author in hoc opere proſequi intendat ex cõtinuatione huius libri ad ſuperiorem. Et de generatiõe Cain, & Abel. Quid etiam per iſtos duos fratres, ſimiliterq; per Eſau & Iacob iuxta vnum intellectum myſtice atque moraliter ſignificetur. Caput I.

M DE PARADISO IN SVPERIORIBVS pro captu noſtro, vt potuimus, quod dominus infudit, ſenſus inuenit, digeſsimus, in quibus Adæ atque Euę lapſus eſt comprehẽſus. Nunc quoniam illa penes authores non ſtetit culpa, ſed qđ peius eſt, deteriorem inuenit hæredem, ſequentem adoriamur hiſtoriam: & ea quæ ſecundum ſcripturas annexa ſunt diuinas, noſtro opere proſequamur. Adam autem cognouit Euam mulierem ſuam, quæ concepit & peperit Cain, & dixit: Acquiſiui hominem per Deum. Quæ acquirim⁹, ex quo, & à quo, & per quid acquiramus, conſiderari ſolet. Ex quo, tanquam ex materia: à quo, quis author: per quid, tanq̃ per aliquod inſtrumentũ. Nũquid hic ſic dicit: Acquiſiui hominem per Deum, vt Deũ intelligas inſtrumẽtum? Non vtiq;, ſed vt intelligas authorem & operatorẽ Deũ. Vnde magis deo detulit, cũ dixit: Acquiſiui hominem per

A Deum, vt & nos cũ aliquid acquirimus, vel omnes euentus ſecũdos deo magis deferre, q̃ nobis arrogare debeamus. Et adiecit parere Abel. Cũ adiicitur aliquid, quod prius erat, tollitur. Idq; colligitur ex Arithmeticæ proportionibus, aut animæ cogitationibus. addito enim numero, fit alius numerus, aboletur ſuperior: & cogitatio accedens noua excludit ſuperiorem. Ergo cũ adiicitur Abel, aufertur Cain. Quod nominum interpretatione plenius deprehẽditur. Cain etenim dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret: Abel, qui omnia referret ad Deum, pia deuotus mentis attentione, nihil ſibi arrogans, vt ſuperior frater, ſed totum tribuens cõditori qđ accepiſset ab eo. Duæ itaque ſectæ ſunt ſub duorum fratrum nomine compugnãtes inuicem, & contrariæ ſibi. Vna quæ totũ mẽti ſuæ deputat tanq̃ principali, & quaſi cuidam cogitationis & ſenſus & motus omnis authori, hoc eſt, quæ omnes inuentiones humano adſcribit ingenio: Altera, quæ tanq̃ operatori & creatori omnium deo defert, & eius tanquam parentis atq; rectoris ſubdit oĩa gubernaculo. Illa prior Cain ſignificatur, hęc poſterior Abel dicitur. Has duas ſectas aĩa vna parturit: & ideo germanæ habentur, quòd vno fundantur vtero. Sed cõtrarię ſunt, quia oportet eas, cùm quodã animę partu edi tæ fuerint, diuidi ac ſeparari. Compugnãtibus enim hoſpitium eſse vnum perpetuo non poteſt. Denique RebeB ca cum duas naturas humani ingenij parturiret, vnã mali, alteram boni, eáſq; exilire intra vterũ ſentiret ſuum, (Eſau enim typus erat malitię, Iacob figurã bonitatis gerebat) mirata quid illud eſset quod diſcordiam quandã concepti cerneret fœtus, conſuluit Deum vt paſſionem proderet, medelam daret. Itaque precanti eſt reſpõſum Genes.25. editum: Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo exibunt. Quod ſi ad animam referas, eandẽ genitricem boni & mali intelliges: quia ex eodem fonte animæ vtrũque demanat. Sed hoc ſobrij ſolet eſse vtię iudicij, vt repudiato malo enutriat quod bonũ eſt, atque confirmet. Priũs ergo quàm pariat, bonum eſt exhibere reuerentiam deo debitam, vt ipſi totum deferat, ſua non præferat. Cum vero genuerit cõfeſsionem qua defertur deo, deponit cordis ſui tumorem. Adiiciens ergo Deus bonum animæ dogma Abel, abſtulit improbũ dogma Cain.

De myſterio in pręmemoratis fratribus ſecũdũ ſcripturam & authoris intelligentiam figurato. Et quid per hoc intelligi detur, quod in libris Regum legitur: Et appoſitus eſt ad patres ſuos. De comparatione præterea Iſaac & Moyſi quantum ad typum & figuram quæ in eis præceſsit. Et qua ratione de Moyſe non legatur ſicut de ceteris quia deficiens mortuus eſt: ac de ignorantia ſepulturæ ipſius. Caput. II.

C Ego tamen hoc loco ſecũdum ſcripturam myſterium magis duorum populorum intelligo, quod deus adiiciendo eccleſiæ ſuæ fidẽ piæ plebis, abſtulit perfidiam populi prævaricantis, quandoquidem verba ipſa hoc ſignificare videantur, dicente deo: Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo exibunt. Hæc figura Synagogæ & eccleſię in his duob⁹ fratribus ante præceſsit, Cain, & Abel. Per Cain parricidalis populus intelligitur Iudæorũ, qui domini authoris ſui, & ſecundum Mariæ virginis partum fratris, vt ita dicam, ſanguinem perſecut⁹ eſt. Per Abel autem intelligitur populus Chriſtianus adhærens deo, Pſal.72. ſicut & Dauid ait: Mihi autem adhęrere deo bonum eſt. Pſal.118. Et vt cæleſtib⁹ ſe attexeret, & à terris ſepararet. Et alibi: Defecit, inquit, anima mea in verbum tuum. eò quòd ordinem viuendi atq; vſum non in terrenis voluptatibus, ſed in verbi agnitione poſuiſset. Ex quo cognoſcitur, nec illud ociоſe ſcriptum eſse, ſed perpenſe atque examinatè, quod legimus in Regnorum libris: Et appoſitus eſt ad patres ſuos. Intelligi enim datur quòd patrum ſimilis fuerit fide. Vnde claret non ad ſepulturam corporis, ſed ad conſortiũ vitæ relatum. Denique de Iſaac nõ D perfunctoriè ſcriptum putatur quod requirens corporis iſtius ſpeciem quæ animæ ſuæ attexebatur, appoſitus ſit ad genus ſuum, eò quòd patris ſui morib⁹ adhæſerit. Pulchre autem ad genus ait, non ad populum, ſicut alibi. Nam legimus aliis locis appoſitos fuiſse ad populũ ſuum. Sed iſti non tam præſtantes: præſtantior autẽ, qui paucorum ſimilis fuerit, & non plurimorum. Plures in populo ſuo quàm genere. Et præſtantius dicitur paucorum ſimilem eſse, q̃ plurimorum. Qui ergo dei erat generatus promiſsione, qui ad ſacrificium probandæ pietatis electus, qui vnius vxoris, hoc eſt ſolius ſapientię ſocietate contentus, ſuperni illius generis, quod eſt vnũ, ſi biq; ſemper conueniens, non plebeiæ vilitatis imitator aſtruẽdus fuit ſcripturæ diuinæ teſtimonio. Etenim vbi labor, doctrinæ meditatio, illic cũ pluribus cõmune collegiũ, & quoddã populare conſortiũ eſt. Audiẽdo enim pleriq; proficiũt, quos nominauit populũ. Vbi autẽ nõ humana traditione, ſed ingenioſa collectione ſine vſu laboris diſciplina percipitur, illic ſublimis generis incorrupta ſynceritas eſt. Et ideo Iſaac tanq̃ dei mun⁹ ad genus ſuũ magis q̃ ad populum appoſitus legitur, vt diuinorũ potius q̃ humanorũ imitatorẽ eſse ſedulũ recognoſcas. Beata & illa mens, quæ ſpecies & ipſum genus F ſupergrediens, meretur audire quod dictum eſt ad Moyſen cũ ſepararetur à populo: Tu autẽ ſta mecũ. Nã ſicut i Iſaac dominicæ incarnationis typus humanæ generatio Exod.34. nis ſupergreſsus cõſuetudinẽ, vicit priores, ita vt in eo non vulgaris popularisq; gratia, ſed ſpecialis prærogati E ua præcelleret, ſicut lectio docet: Abrahæ enim dictę ſũt repromiſsiones, & ſemini eius: non dicit & ſeminibus, Gala.3. tanquam in multis, ſed ſicut vni, hoc eſt ſemini tuo, qđ eſt Chriſtus: ita etiam in Moyſe venturi doctoris figura, qui legẽ doceret, Euãgeliũ prędicaret, impleret teſtamẽtum vetus, nouum cõderet, cæleſte populis alimentũ daret, humanæ dignitatẽ cõditionis exceſsit eòuſq;, vt dei donaretur nomine: ſicut habemus ſcriptum dicẽte domino: Poſui te Deum Pharaoni. Etenim victor paſſio- Exodi.7, num omniũ, nec vllis captus ſeculi illecebris, qui omnẽ iſtã ſecundum corpus habitationẽ cæleſtis puritate conuerſationis obduxerat, mentẽ regens, carnẽ ſubiiciens, & regia quadam authoritate caſtigans, nomine dei vocatus eſt: ad cui⁹ ſimilitudinẽ ſe perfectæ virtutis vberta te formauerat. Et ideo non legimus de eo, ſicut de cæteris, quia deficiens mortuus eſt, ſed per verbum dei mortuus eſt. Deus enim neque defectionem aut diminutionem patitur, neque adiectionem capit. Vnde & addidit ſcriptura: Quia nemo ſcit ſepulturam eius vſque in hodiernum diem. quod ad tranſlationem magis quàm ad interitum intelligas. Mors enim ſeceſsio quædã eſt animæ & corporis. Mortuus igitur eſt per verbũ dei, vt ait ſcriptura, non ſecundum verbum: vt aduertas non nuncium mortis, ſed gratiæ munus expreſsum, qui tranſlatus magis quàm derelictus eſt, cuius nemo nouit ſepulturã. Quis enim in terrenis reliquias eius potuit deprehendere, quem ſecum eſse dei filium in Euãgelio demonſtrauit? Denique & Helias ſimul eſt à quibuſdã viſus, qui tranſlatus curru eſt, non ſepultus nec mortuus legitur, viuit enim, qui cum dei filio eſt. Moyſes autem mortuus quidem legitur, ſed per verbum dei mortuus, per quod Pſal.32. facta ſunt omnia. Verbo autem dei cęli firmati ſunt. Per verbum igitur dei non lapſus operis, ſed firmamentum eſt. Non ergo tanquam relapſus in terram deprehenditur corporis ſolutione, ſed tanquam verbi cæleſtis operatione donatus & munere, vt quietem magis caro eius, quàm buſtum acceperit. Bene autem inter dominum & ſeruum ſeruatur diſtantia, vt prærogatiuam dominij intelligas, ſerui gratiam. De Moyſe legitur quia ſepulturã eius nemo ſcit: de Chriſto autem, ſepultura eius de terra ſublata eſt: quia ille ſecundum myſterium legis expectabat redemptionem, vt reſurgeret: hic ſecundum Euan-

G gelij donum redemptionem non expectabat,ſed donabat.Et ideo ſepultura eius ignorata non eſt,ſed eleuata: quã diutius creatura tenere non potuit, quia per ipſum omnis creatura properauit à corruptionis ſeruitijs eleuari.Nemo ergo ſcit ſepulturam Moyſi,quia vitam eius omnes nouerũt.Chriſti autem ſepulturam vidimus,ſed nunc iam non nouimus,qui reſurrectionem eius agnouimus.Debuit enim cognoſci tumulus eius,vt reſurrectio manifeſtaretur.Et ideo in Euangelio tumulus ſumma expreſsione deſcribitur.In lege non quæritur, quia licet reſurrectionem eius lex annũciauerit, nobis tamẽ Euangelij ſeries pleniſsime comprobauit.

Quid iuxta moralem interpretationẽ author ſignificari velit per hoc quod ſuperius cõmemoratum eſt: Et adiecit parere Abel. Et de ſtatibus ac officijs Abel, & Cain. Qua ratione etiam, cum ante generatus ſit Cain, in deſcriptione vitæ ſtatus & operis vſus Abel prius cõmemoretur. Caput. III.

VT ergo quod propoſuimus,compleamus, Adiecit,iquit,parere Abel, hoc eſt, melio rem Eua,quæ grauiter ante peccauerat,ex ſe generauit ſententiã, vt ſuperioris ſentẽtiæ aboleret errorẽ.Mẽtior niſi hoc in vniuerſis cõprobatur.Ita enim naſcimur, vt ante infirmus H infantiæ ſexus in nobis ſit,poſtea pueritiæ corporis tantummodo curam ſciens,nullum cultum,nullam habẽs obſeruantiam diuinorum. Vnde & euidenti naturæ nouitate ortum Ieſum Chriſtum ex virgine vt probaret ꝓ Eſa.7. pheta,ait:Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum & mel manducabit priuſquam ſciat malum aut bonum:nõ cre Eſaiæ.8. det malitiæ,vt eligat quod bonum eſt.Et infra:Priuſquã ſciat puer vocare patrem ac matrem, accipiet virtutem Damaſci,& ſpolia Samariæ contra regem Aſſyriorum. Solus enim fuit qui non eſt captus ſeculi huius vanita- Philip. 2. te,& carnali tumore: vtpote qui ſe humiliauit factꝰ obediens vſque ad mortem.Longe vnicuique noſtrũ diſſimilis, quia nos fruſtra extollimur mente carnis inflati. Iob.15. Vnde & nemo ſine peccato,nec vniꝰ dici infans. Ille autem peccatum non fecit. Et ideo in nobis ante naſcitur Cain ſeipſum præferens:poſtea Abel generatur, in quo ſit reuerẽtia diuinitatis. Prius ergo irrepit quod malum eſt,poſtea agnoſcitur quod bonũ eſt. Vbi autem bonũ, ibi iuſtum:vbi iuſtitia,ibi ſanctitas:hoc eſt, Abel qui adhæret deo.Et factus eſt,inquit,Abel paſtor ouium,Cain autem operabatur terram. Non eſt ocioſum quòd cum antẽ generatus ſit Cain,vt lẽctio docet, prælatus ſit hoc loco Abel:nec idem ſit ordo nominum, qui eſt ordo naturæ. Quid ſibi vult mutatio ordinis, vt prius iunioris I meminerit,vbi ſcribitur vitæ ſtatus,operiſq; vſus? Officiorum interrogemus diſtãtiam, vt colligamus cauſam prælationis,Operari terram vſu prius eſt,gratia inferius quàm oues paſcere. Hoc enim inſtar eſt cuiuſdã doctoris & principis. Meritoq; prior ſe à vetuſtioriꝰ inchoauit,iunior recentiora prætulit,quæ nullas ſpinas,nullos tribulos germinarent, nulli ſententiæ eſsent obnoxia. Deniq; peccati reus Adam de paradiſo dimiſsus eſt voluptatis, vt operaretur terram. Recte ergo vbi naſcuntur hi fratres,ſeruatur etiam in prædicando ordo naturæ:vbi vero exprimitur diſciplina viuendi,ſeniori iunior antefertur:quia etſi tempore iunior,virtute præſtantior eſt. Innocentia enim tẽpore poſterior eſt quàm malitia,& quadam ſuppar ætate:ſed meritorum nobilitate Sapiẽ.4. antiquior Senectus enim venerabilis eſt, non annis incana, ſed moribus. Et ætas, inquit, ſenectutis vita immaculata. Vbi ergo generatio exprimitur, præueniat Cain:vbi diſciplinarum fit prædicatio,præcurrat Abel. Adoleſcentiam igitur, & ipſam in exordiis iuuentutem variarum illecebris paſsionũ feruere quis abnuat? Sed vbi maturior ætas ſucceſserit, tanquam pubeſcentis la- K ſciuiæ tempeſtate diſcuſsa trãquillitatem refundi, & in quoſdam portus quietos laſsæ animę nauigium ſubducere.Itaque graues motus noſtræ adoleſcentiæ fida ſenectutis ſtatione placidantur.

Quòd non ſolum naturæ exemplis, ſed & fidelibus diuinæ ſcripturæ teſtibus comprobetur malitiam tempore præcedere virtutem. Et quemadmodum ſecundũ myſterium latens in literis, duæ mulieres vnicuique noſtrum cohabitent, inimicitiis & diſcordiis diſsidentes, quarum vna voluptas, altera vero virtus nominatur. De voluptatis quoque deſcriptione,& retibus ipſius,ſallacibuſque ſuaſionibus quibus mentem hominis capere nititur. Caput IIII.

NE ergo dubites talibus naturæ admonitus exemplis,quòd malitia præcedat tempore, ſed iuueneſcat infirmitate.Habet illa ætatis ſtipendiũ, virtus autẽ prærogatiuã gloriæ, qua plerũq; iuſto iniquus iudici cedit, Cuius rei teſtis eſt fidelis diuina ſcriptura, quæ docet Eſau cognomine ſtultitię virũ ceſsiſse patiẽter primatꝰ ſuos fratri ſuo Iacob,ita vt diceret: Vt quid mihi prima Gene.25. tus?Sed quos iſte poſthabuit,hos vir cognomẽto exercitationis prædituſ quæſiuit mereri. Nonne tibi videtur Eſau tanquam in agone victus,& propriæ mentis infirmitate,imparem ſe exiſtimãs ceſsiſse victori coronam, L quem videbat nullis paſsionum illecebris inflecti,quarum ipſe puluerem ſuſtinere non poterat? Vt quid mihi,inquit,primatus? Apud ignauos enim nulla ſunt inſignia virtutis,apud ſapientes prima habentur.ſtudia enim virtutis quædam inſtrumenta ſunt.Itaque ſicut bellator ſine armis eſse non poteſt,ita nec ſine exercitatione virtus. Vnde & dominus in Euangelio ait: A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum cogitur,& cogentes diri- Mat.11. piunt illud. Et alibi: Quærite regnum dei, & ecce om- Mat.6. nia preſto ſunt vobis.Non dormientibus,neque ociantibus,ſed vigilantibus & laborantibus pollicentur præmia,& labori merces parata eſt. Qui licet non ſuauis ad gratiam,tamen fructuoſus ad præmium eſt. Docet hoc ſermo legis,ſicut ſcriptum inuenimꝰ:Si fuerint, inquit, Deut. 21. vni homini duę vxores,vna earũ dilecta,altera odibilis: & pepererint ei ambę filios,dilecta & odibilis, & fuerit primitiuus filius mulieris odibilis:qua die hæredes reliquerit filios in ſubſtãtia ſua,nõ poterit primatũ dare filio mulieris dilectæ,omittẽs filiũ odibilis: ſed primitiuũ filiũ odibilis cognoſcẽs,det illi dotẽ ex oĩbus quæ inueniuntur ei:quia ipſe initiũ filiorũ eius eſt,& ipſi debẽtur primitiæ. Quàm ꝓfunda latẽt myſteriorũ ſecreta in literis?Recognoſce anima partus tuos,& odibilis iſtius mulieris quære myſterium.Intra te ea inuenies,ſi requiras. M Repete cogitationes,relege ſenſus tuos, & cui primitiæ debeãtur,agnoſces.Duę enim mulieres vnicuiq; noſtrũ cohabitãt,inimicitiis ac diſcordiis diſsidẽtes,velut quibuſdam zelotypiæ cõtentionibus noſtrę replẽtes animę domũ. Vna earum nobis ſuauitati & amori eſt, blandæ conciliatrix gratiæ,quæ vocatur voluptas. Hanc nobis opinamur ſociam ac domeſticam: illã alteră immitem, aſperam,feram credimus,cui nomen virtus eſt.Illa igitur meretricio,ꝓcax motu,infracto per delicias inceſſu, nutãtibus oculis,& ludentibus iaculans palpebris retia, quibus precioſas iuuenũ animas capit,(oculus enim meretricis,laqueus eſt peccatoris)quẽcunque viderit ſenſu dubio prætereuntem in angulo tranſitus domus ſuę,ſermonibus adoritur gratioſis,faciens iuuenũ volare corda,domi inquieta,in plateis vaga,oſculis ꝓdiga,pudore vilis,amictu diues,genas picta. Eteni quia verũ decorem naturę habere non poteſt,adulterinis fucis affectatæ pulchritudinis lenocinatur ſpeciẽ,non veritatẽ. Vitiorũ ſuccincta comitatu,nequitiarũ choro circunfuſa,

A dux criminum talibus verborum machinis murum mẽ
Prou.7. tis aggreditur humanæ: Sacrificiũ pacis eſt mihi: hodie reddo vota mea:hac ex cauſa progreſsa ſum obuiã tibi deſideraſ faciem tuã inuenire.Inſtitis texui lectum meum,& tapetis ab AEgypto ſtraui.Aſperſi lectum meum croco,domum autẽ meam cinnamomo:veni, fruamur amicitia vſq; in diluculum:veni,colluctemur cupidine. Hanc enim per os Salomonis ſpeciem fornicariæ videmus expreſsam. Nam quid tã meretricium, q̃ ſecularis voluptas?quæ à feneſtra domus ſuæ intrat,oculis prima tentamenta præludens:& penetrat cito,ſi tu in plateam proſpiciens,id eſt in publicas tranſeuntium vias, nõ in legis interna myſteria obtutũ mentis intendas. Ea profecto eſt quæ validioribus vinculis velut cubile quoddã cõſociatæ nobis cõmunitatis intexit,vt qui reclinauerit ſe,ligetur. & opprobrioſæ fraudis velamine operit corporis ſui ſtratum ad ſolicitandos iuuenum animos,abſentiam viri,hoc eſt,incuriam legis obtexens.Lex enim abſens peccantibus eſt.Nam ſi adeſset,non delinqueretur.Et ideo ait:Non enim adeſt vir meus in domo,abiit autem viam longiſsimam inuolucro pecuniæ accepto in manu. Quid hoc eſse dicam,niſi forte quia diuites pu
B tant nihil eſse quod non cedat ſuæ pecuniæ, & in gratiã ſui legem velint eſse venalem? Spargit odores ſuos voluptas,quia Chriſti odorem non habet. Theſauros demonſtrat,regna promittit, amores ſpondet continuos, inexploratos cõcubitus pollicetur,ſine pædagogo diſciplinas,ſine monitore ſermones,vitam ſine ſolicitudine, mollem ſomnũ,inexplebilem cupiditatẽ. Seducẽs eum inquit, multo blandimẽto ſermonũ, & laqueis labiorũ ſuorũ alligans, domũ aduſq; attraxit. At ille ſecutus eã circunuenitur.Nitebat aula regio luxu ſplendida,cęlatis parietibus, & ſolo humido natabãt pauimenta vino. Fragrabat vnguento humus, ſpinis cooperta piſcium, & marcentibus iam floribus lubrica. Illic comeſsantiũ tumultus,concertantiũ clamor, litigantium cædes,concentus cœnantiũ, ſaltantiũ ſtrepitus,tidentium cachinnus,laſciuientiũ plauſus,cũfuſa omnia,nihil naturæ ordine.Saltatrices tonſæ,& criſpãtes pueri coma; epulantium cruditas,edentium ructus,ebriorum ſitis,heſterna crapula,hodierna temulẽtia, repleta vomitu bibẽtium pocula,maiore odore ebrietatis, q̃ ſi recẽtia tantum vina fragrarent.Ipſa in medio ſtans,Bibite,inquit,& inebriamini,vt cadat vnuſquiſq;,& non reſurgat,Ille apud
C Hiere.51. me primus, qui omniũ perditiſsimus. Ille meus eſt, qui ſuus nõ eſt.Ille mihi gratior,qui ſibi nequior.Calix aureus Babylonis in manu mea inebrians omnẽ terram,à vino meo biberunt omnes gentes. Qui eſt ergo inſipientior,diuertat ad me, & indigentibus ſapientia præcipio dicens:Panibus abſconditis ſuauiter vtimini, & aquam Eſa.22. furtim dulciorẽ bibite). Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Tranſiet vita noſtra tanq̃ veſtigia nubis, Sapien.2. & tanq̃ nebula diſſipabitur: Venite ergo fruamur bonis quæ ſunt,& vtamur creatura tanq̃ in iuuẽtute celeriter.Vino precioſo & vnguẽtis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos rõſis anteq̃ marceſcant. Nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra, vbiq; reliquamus ſigna lætitiæ. Hæc omnia relinquuntur,nihil ſecũ quis ferat, niſi quod corporis voluptate quis perceperit.Denique ipſam ego inſtitui philoſophiam,nec eſt alia verior niſi ea quę bonũ aſſerit quod ſuaue atque iucundum ſit.Ergo vel philoſophiæ vel ſapientiæ Salomonis credite.

De occurſu virtutis ſauciũ & cito caſurũ miſerantis. Ac ne inter moras illecebris demulcentibus' mens capiatur, pulcherrimis illã rationibus à fallaci voluptate auertẽtis,& ad ſe trahẽtis, cum deteſtatione commemoratæ meretricis,& falſitatis ipſius detectione. Quod etiam dominus Ieſus docuerit quemadmodum aduerſus huius mũdi tenetationes reſiſtatur, & de tribus laqueis quibus illi diabolus tetenderat. De vituperatione quoque D gulæ atq; auaritiæ,& contrariarum virtutum commendatione. Caput V.

IIS auditis,velut ceruus ſagittatus in iecore hærct ſaucius. Quem miſerãs virtus,& caſurũ cito videns, improuiſa occurrit veritate.ne inter moras illecebris demulcentibus mens capiatur humana.Palã,inquit, apparuit tibi nõ quærenti me. Ne fallat imprudentẽ, & circunueniat te mulier effrenata & luxurioſa, quæ non nouit pudorem:ſedet in foribus domus, in ſella palam in plateis aduocans prætereuntes. Nunc igitur fili audi Prouer.7 me, & intẽde verbis oris mei: Non declinet in vias eius cor tuum.Multos enim vulnerando adiecit, & ſunt innumerabiles quos trucidauit. Viæ inferorum domus eius,deducentes in ſeceſsum mortis. Auferigitur prauũ os,& iniuſta labia lõge à te propelle.Oculi tui rectavide- Prouer. 5 ant,noli intendere fallaci mulieri. Mella enĩ diſtillabũt à labiis mulieris fornicariæ, quæ ad tempus impinguat fauces tuas,poſtea vero amariorem felle inuenies. Dies me citius defecerit q̃ vitia eius exponam, quæ tamen in Prouerbiis ore ſapientiæ deſcripta atq; expreſsa ſunt. Nõ te vincat formæ concupiſcentia.Adulterina eſt,fucis illita, nequaq̃ vero ac ſyncero fulgẽs decore.Neque capiaris oculis.circunfuſa enĩ retia ſunt. Eſto magis ſimilis illius & ſequere eum qui ſalit ſuper mõtes, & tran Canti.2. ſilit ſuper colles, proſpiciens per feneſtras, eminens ſuper retia.Mala ſunt voluptatis vincula.Oculos delectat demulcet aures,ſed mentem inquinat, multa mentitur, E falſa adiungit, vera ſubducit,ſpõdet pecuniam, aurum offert, ſed aufert diſciplinam. Tu autẽ accipe potius diſciplinã q̃ pecuniã,& ſcientiã ſuper aurũ probatũ. Meli or eſt enĩ lapidibꝰ preciofis. Non te celabo quæ ſumma eius ferũtur, ne videar operire quæ diſplicẽt in voluptate,& obumbrare quæ placeant, Eleuat enim & extollit mentem ſuaſorriis verbis, oſtendit omnia regna terræ dicens:Hæc omnia tibi dabo ſi procidẽs adoraueris me Ibi tu caue ne capiaris prætерlabentibus & non manen Luc.4. tibus,in quibus magna tẽtatio eſt.Docuit te certe dominus Ieſus quẽadmodũ aduerſus huiuſmodi tentationes reſiſtas. Tetenderat diabolus primũ laqueũ gulæ dicẽs Si filius dei es,dic huic lapidi vt panis fiat. Reſpõdit dominus: Nõ in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo dei.Laqueum ſoluit hoc dicto. Poſuit iterum diabolus ſecundũ iactantiæ laqueũ, qui etiã bonã mentẽ proſperis currentem ſemitis ſolet ſtrangulare.Et duxit illũ,inquit,in Hieruſalẽ,& ſtatuit eum ſupra pinnaculũ templi,& dixit illi:Si filius dei es,mitte te hinc.Scriptum eſt enim quod angelis ſuis mandauit de te vt conſerF uent te,quia in manibus tollent te,ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Itaque cum poſset ſine vllo periculo mittere ſe dominus Ieſus,cui ſuppeterent ſpiritales volatꝰ:tam ẽ ne iactãtiæ genꝰ eſset,reſpondit diabolo:Nõ tentabis dominum deum tuũ. Simul docuit nos cauere ne faciamus voluntatem diaboli. Si ergo vere iactantia declinanda eſt,quãto magis nemo debet falſa iactare pro veris? Terti ꝰ ſupereſt laqueus auaritiæ atq; ambitionis. Oſtẽdit in monte poſito oĩa regna terrę in momento temporis. Bene in momento, quia diuturna eſse nequeunt. Paululum expecta, & cito trãſeunt. Itaq; qui ſequuntur ea,in monte ſibi eſse videntur,ſed non ſunt perpetui,ſicut habes ſcriptũ: Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſuper cedros Libani, & trãſiui, & ecce Pſal.39. non erat.Sed qui maxime ea facit, adorare videtur diabolum,cui deus venter eſt,& in pudendis gloria. Tu autem in deo gloriã quære, qui tibi ait: Dominum deum Philip.3. tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies,a quo æterna accipias Luc.4. nõ temporalia. Tamen ſi quem etiam iſta delectent, ab eo moderatius petũtur,qui verꝰ omniũ fons eſt.Nã & ipſa peculiaria quę poſsidere ſibi videtur diabolꝰ aliena

G sunt,sicut ipse dixit:Tibi dabo potestatem hanc vniuersam & gloriam eorum,quia mihi tradita sunt. Ab eo ergo spera. licet breuis vitæ nõ sit longum viaticum requirẽdum,tamen ab eo spera qui vniuersam creaturã condidit,qui diabolo ea ad tẽpus tradidit, non vt possideat sed vt tentet. Nõ enim poterat corona esse sine certamine. Probandi erant dubii,vt iusti coronarentur. Dedit itaq; diabolo ea,quia in his ipsis pœna accipientis est si vti nesciat. Quid est enim thesaur⁹ luxurioso, nisi,sumptus luxuriæ? Sed non luxuriosus,sed frugi probatur.
Et ideo vtere quasi frugi iis quæ tibi apponuntur, vt nõ cum manducas multũ,odibilis fias. Vigiliæ enim & tor-
Eccli.31. menta viro edaci. Et infra: Si coactus fueris in edendo, surge & vome,& refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. Plurimos itaq; gula sua occidit,nullum frugalitas. Innumeris vina nocuerunt, nulli parsimonia. Pleriq; inter epulas fudere animas, & mẽsas proprio repleuere sanguine. Aliis cruditas vocem simul rapuit & sensum: & si aliquibus cruditas noxia nõ fuit,his ruinam fecit ebrietas: alios in crimen egit ebrietas: & si ipsa crimen non sit,alios ad egestatem redegit. Postremo audi quos Christus excludat. Cum itrauerit,inquit,
Luc.13. pater familias & clauserit ostiũ, incipietis foris stare, & pulsare ostium dicentes:Aperi nobis. & respõdẽs dicet: Nescio vos vnde estis,recedite à me operarii iniquitatis Tunc incipietis dicere:Manducauimus coram te, & bibimus,& in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vnde estis. Audistis quid de manducantibus dixe-
Luc.6. rit. Audi nunc quid de ieiunãtibus dicat:Beati qui nunc esuriunt & sitiunt,quia saturabuntur. Et infra:Væ vobis
H qui saturati estis,quoniam esurietis. Sed vis manducare, vis bibere? Veni ad cõuiuium sapientiæ, quæ inuitat omnes cum magna prædicatione dicens: Venite,& edite pa-
Prouer.9 nes meos,& bibite vinum quod miscui vobis. Delectant cantica quæ epulantem demulceant? Audi hort antem audi cantantem ecclesiam, non solum in canticis sed
Canti.5. etiam in Cãticis Canticorum: Manducate proximi mei & bibite,& inebriamini patres mei. Sed hæc ebrietas sobrios facit,hęc ebrietas gratiæ, nõ temulẽtiæ est. Lætitiã generat,non titubantiam. Nec verearis ne in conuiuio ecclesiæ aut gratiodores tibi,aut dulces cibi,aut diuersi potus,aut conuiuæ nobiles desint,aut decentes magistri. Quid Christo nobilius, qui in conuiuio ecclesiæ & ministrat,& ministratur eiusdẽ conuiuæ recumbentis annecte te lateri,acte deo coniunge. Nec fastidias mensam quam Christus elegit,dicens: Introibi in ortum meum soror mea sponsa, vindemiaui myrrham cum aromatibus meis,manducaui panẽ meum cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo. In orto,hoc est in paradiso est cõuiuium ecclesiæ vbi erat prius Adam quàm peccatum cõmitteret. Ibi recũbebat Eua priusquàm culpã
I crearet & pareret. Ibi vindemiabis myrrhã,hoc est Christi sepulturam, vt cõsepultus cũ illo per baptismum in mortem,quemadmodum ille surrexit ex mortuis, & tu resurgas. Ibi manducabis panẽ qui confirmat cor hominis. Mel gustabis,quo tuarũ dulcescat meatus faucium. Vinum bibes cũ lacte, hoc est cum decore & synceritate,siue quòd meri pura simplicitas sit, siue quòd immaculata gratia,quæ in remissionem sumitur peccatorum siue quòd paruulos consolationis suę lactet vberibus,vt ablactati in deliciis,in plenitudinẽ perfectæ ætatis adolescant,Succede ergo in hoc cõuiuiũ. An metuis ne angu-
stior domus & breuis conuiuii locus te comprimat? O
Baruch.3 Israel quàm magna est domus dei, & ingẽs locus possessionis eius,magnus, & nõ habet finem,altus & immensus. Ibi fuerunt gigãtes illi qui ab initio fuerunt statura magna,scientes prælium. Non hos elegit deus. Et merito non elegit,quia prælium nõ pacem sciebant. Et ideo tu pacẽ disce, vt eligaris à deo. Sed ne forte incomptam domus magnitudinem putes, & diuersoria te colũnata
Sapien.9 delectent:Sapientia ædificauit sibi domũ,& sculpsit columnas septem. Ipse etiam dominus Iesus multas man- K
siones apud patrẽ suum esse commemorat. In hac ergo domo epulaberis animæ cibo, potuq; mentis, vt postea nõ esurias neq; sitias vnquam. Qui enim mãducat,manducat vsq; ad satietatẽ: & qui bibit, vsq; ad ebrietatẽ bibit. Sed hæc ebrietas pudicitiæ custos est. Illa vini ebrietas fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viscera,animus ignescit,anima exurgitur. Seuus criminum stimulus libido est,quę nunq̃ manere quietum patitur affectũ Nocte feruet,die anhelat,de somno excitat, à negocio abducit,à ratione reuocat, aufert consilium, amantes inquietat,lapsos inclinat,castis insidiatur, potiendo inflãmat,vsuq; accenditur. Nullus peccandi modus,& inexplebilis scelerũ nisi morte amantis extingui non potest. Et ideo ait Apostolus: Fugite fornicationẽ. 1.Cor.6.
vt velocis fuga tanq̃ furiosæ dominæ declinare sæuitiã & tetro seruitio exire possimus. Nã quid de auaritia dicã, insatiabili pecuniæ cupiditate,& quadam æris libidine, quæ quo plura abstulerit, eo magis inopem esse se credit? Omnibus inuida,sibi vilis,in summis diuitiis inops, affectu extenuat quod censu abundat. Nullus rapiendi modus, vbi nulla mensura cupiẽdi. Sic inflammat animum,sic igne suo pascit animũ,vt hoc solo distet,quod illa formarũ adultera sit, ista terrarũ. Elementa cõcutit mare sulcat,terrã effodit,cælũ votis fatigat, nec sereno grata nec nubilo,condemnat prouẽtus annuos,fœtusq; terrarũ arguit. Sed hæc ægritudo est animæ, nõ sanitas.
Deniq; Ecclesiastes dicit: Est languor malus quem vidi Eccliſ.
sub sole,diuitias custodiri in malum possidentis eas. Et L
supra: Qui diligit argentum, non satiabitur argento, nec est finis acquisitionis eorũ,Si quæris thesauros, accipe inuisibiles & occultos,quos i cæli altissimis, nõ quos in terrarum venis requiras. Esto pauper spiritu, & eris dives qualicunq; censu, quia non in abundantia diuitiarum vita est hominis,sed in virtute ac fide. Istæ te diuitiæ verum diuitem facient,si is in deum dives.

De rememoratiua superiorum recapitulatione, & tribus non prætereundis,quibus dominus Iesus officia humanæ deuotionis definiuit, & quemadmodum mẽs hęc audiens se à voluptate auertat,& virtuti adiũgat, studia quę illius eligat,quibus & sanctus Iacob vir plenus exercitationis mentem intendit. Quodq; ideo pastor ouium inducatur, quia imperitare corpori & sensibus eius ac voluptatibus,votique modum tenere, præstantius æstimetur,quàm regere populos,vel vrbibus præesse.

Caput. VI.

AVDISTI Voluptatis mysteria, audisti etiam M
copiarum nostrarum munera, quas ego nõ supellectili operiendas, sed scripturæ nudis sermonibus demonstrandas putaui, vt sua luce refulgerent,vt ex se ipsæ vocẽ emitterent sibi inuicem. Neq; enim sol & luna interprete indigent,Habent interpretẽ fulgorẽ sui luminis, quo totus repletus orbis est. Illis illuminatio est fides sine indice,quædã, vt ita dicam,intestata testis,quæ alieno non indiget testimonio, & subito se vniuersorũ oculis effundit. Non ergo nunciantur opera nostra sed clamãt,& se ipsa nunciant. Sane vt & hoc quod laboriosum in nostris ducitur, non
Matt.15. prætereã,fides exigitur,studiũ desideratur,facta quęruntur. His enim tribus dominus Iesus deuotionis humanæ officia diffinit dicens:Petite,& dabitur vobis:quærite,& inuenietis:pulsate,& aperietur vobis. Et infra:Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, similis est viro sapienti. Hæc qui studiose fuerit prosecutus, primatus benedictionis accipiet, sicut patriarcha Iacob, qui continentia & fide humanarum supplantauit vestigia passionum. Iste ait: Misericordiam mei habuit deus, & sunt mihi omnia. Hanc itaq; misericordiam nos fide, studio,operibusq; mereamur,quib⁹ disciplinis inuenit Israel gratiam dei,& per ipsam omnia. Non enim mun-

A di huius copias,sed virtutum disciplinas sibi suppetere gaudebat. Has nobis substituamus hæredes, quas sanctus Abraham in Isaac filio suo substituit sibi, omnem operum suorum deputans hereditatem sapienti & iusto viro, nec vllum ius hæreditarium ancillis vel ancillarum filiis derelinquens,sed tãtummodo donationis munera. Perfectæ enim virtutes totum accipiunt gloriæ patrimonium,vsitatis & mediocribus vile aliquid aspergitur. Et ideo Agar,quæ aduena Latine dicitur atque accola, & Cethura quæ odorifera significatur, hæredes non sunt. Qui enim mediis vtitur disciplinis, accola non in habitator est sapientiæ. Odore aspersus, non fructu expletur. Sanitatem autem cibus non odor inuehit, quia odor fructuum nuncius est. Principales itaque disciplinas sequentibus, & indigenas accolis agnoscimus præferendas,Hoc secundum ingenium,At vero secundum mysterium,Abraham pater gentium, semini suo legitimo,quod est Christus, hæreditatem omnem fidei suæ detulit,quia in hac terra velut aduena fuit,vt vitæ huius odorem magis quàm fructũ referret. Hæc cũ audit mens auertit se à voluptate,virtutisq; adiũgit, veri decoris admirans gratiam,purum affectum,simplicem sentẽtiam, mediocrem vestem, hoc est non in persuasione sermo-
B nis,sed in ostẽtatione spiritus,qualis est Apostolicæ formæ sententiæ,amictum sapientiæ atq; pietatis omni preciosiorem auro refulgens:tamen chorum prudentiæ, tẽperantiæ,fortitudinis, iustitiæ suscipens, quæ fragrabat odorem disciplinarum,incutientes reuerentiã,infundẽtes gratiam. Itaq; talibus mota elegit studia virtutis,quibus Iacob vir plenus exercitationis mentem intẽdit suã. Et ideo ouium pastor inducitur,eò quòd imperitare corpori & sensibus eius ac voluptatibus,votiq; modum tenere,ne velut ouis vagetur incerta, præstantius æstimatur quàm regere populos,vel præesse vrbibus. Difficili
C us enim quispiam se quàm alterum regit. Animum vincere,iracundiam cohibere, cõpugnãtesq; leges carni & mentis in vnũ cogere,immortalis cuiusdã est viri,quem inferni porta nõ susceperit. Denique ipse sibi legislator vendicauit hoc munus,vt oues pasceret Iethro, qui dicitur superfluus,& ageret i desertũ: eò quòd irrationabilem & superflui vulgarisq; sermonis loquacitatẽ in secreta quædam sobriæ doctrinę coegit mysteria. Ideóque AEgyptiis abominationi erant pastores ouium. Omnes enim qui corporis dediti passionibus huiusmodi, & voluptatibus indulgent suis,disceptatorẽ verbi doctorẽq; virtutis quadam execratione declinãt. Et ideo per ænigmata hæc docuit Moyses apta deo esse sacrificia,quę refugit omnis insipiens,hoc est opera & præcepta virtutis. Ideoq; pastor Abel, Cain autem operator terræ legitur, qui in fratre suo vir insipiens formam speciẽmque virtutis expressam ferre non potuit.

De oblatione Cain ex fructibus terræ, & criminatione illius, ac de informatione & instructione per legẽ diuinam quomodo vota solui debeant. Caput. VII.

D fructũ est post dies, obtulit Cain ex fructibus terrę munus domino.)Duplex culpa. vna quod post dies obtulit,altera quod ex fructibus,nõ ex primis fructib⁹. Sacrificiũ autem & celeritate cõmandatur & gratia.
Eccli.5. Vnde præcepũ est:Si voueris votũ,nõ facias morã redde illud. Melius est enim nõ vouere votum, q̃ vouere & non reddere. Cũ enim moram facis,nõ reddis votũ. Est autem postulatio bonorũ à deo cum soluendi muneris promissione. Et ideo cũ impetraueris quod petisti, ígrati est tardare promissum. Sed interdũ aut negligentibus irrepit obliuio impetratorũ, aut tumidis & elatis:arrogare euentus sibi,hebetis cordis est, & bonũ quod agit, vel quod à deo cõsequitur, propriis virtutibus vẽdicare nec authoris deputare gratiæ, sed ipse se suorũ bonorũ autorem ducere. Tertium genus est peccati quidem mi-
D noris,sed supparis arrogantiæ, eorũ scilicet qui datorẽ bonorum deũ non negãt,sed quæ acciderint,ea sibi propter prudentiam suam cęterarũq; merita virtutum iure delata arbitrantur. Propterea etiam diuina dignos hãbitos gratia,quod nequaquam viderẽtur indigni quibus talia diuinis beneficiis prouenirent. Ne quid ergo huiusmodi accidat,vnde votũ tuum tibi in peccatũ fiat, lex te informauit atq; instruxit, dicẽte domino qui legem dedit: Attẽde tibi ne obliuiscaris beneficia domini dei tui
Deut.8. &,non custodias mãdata & iudicia & iustitias illius quæ ego præcipio tibi hodie,vt cũ manducaueris,& repletus fueris,& cũ domos bonas ędificaueris,& habitare cœperis in eis,& oues tuæ & boues tui cum repleti fuerint, & cum ære,argẽto & auro completus fueris, & omnia possidere cœperis, & plena fuerint horrea tua, exaltes cor tuũ, & obliuiscaris dominũ deũ tuum. Tunc ergo obliuisceris dominum cum oblitus fueris tui. Si autem cognoscas infirmum te esse,cognosces deum esse super omnia, & immemor esse non poteris vt ei reuerentiã debitam soluas. Disce nunc quemadmodum vnusquisque monea tur ne se ipse authorem suorum putet bonorum. Ne dicas,inquit,in corde tuo, virtus mea & potentia mea fecit mihi virtutem hanc magnam: sed in mente tua habebis dominum deum tuum,quoniam ipse dat vires vt facias virtutes. Vnde bene Apostolus quasi le-
1.Cor.4. gis interpres nõ gloriabatur in virtute sua, sed minimũ
E Apostolorum se esse dicebat,& quicquid esset,gratię dicens esse,non meriti sui, nihilq; nos habere quod non acceperimus. Quid enim,inquit,habes quod non accepisti? Si autem accepisti,quid gloriaris quasi non accepe ris? Dicisti ergo humilitatẽ magis sequi q̃ arrogantiã, sedulitatẽ affectare quàm potestatẽ. Accepisti salutaria præcepta, noli negligere vtilia instrumenta medicinæ, quibus fibra omnis letalis vulneris exsecatur. Ille quoq; qui se iustificat,ne infletur cordis sui tumore,& ipse accepit salubre mandatũ,in huiusmodi sententiã resultan-
Deut.9. te oraculo: Ne dicas in corde tuo cum consumere cœperit dominus deus tuus gẽtes illas à cõspectu tuo,dicens: Propter iustitiam meam induxit me dominus possidere terram istam. Sed propter iniquitates gentiũ istarũ extirpauit illos dominus à facie tua. Nõ propter iustitiam tuam,non propter bonitatem tuam,nec propter æquitatẽ
F cordis tui intrasti possidere terrã istam,sed propter iniquitatem gentium disperdidit eos dominus à cõspectu tuo, & restituit testamentum quod iurauit patribus vestris. Testamẽtum perfecta dei gratia est,Nihil enim imperfectum dat deus, perfecta autem virtus est, & opera virtutis. Testamentum autem dicitur quo defertur bonorum hæreditas. Merito & testamentum dicitur,& diuinum, cum ea quæ vere bona sunt, attestatione mandatorum cælestium conferũtur. Et testamentum dicitur quoniam sanguine dedicatum est, vetus in typo,nouũ in veritate. Quo testamento diuinæ gratiæ pignus tene-
Ioan.3. mus,quia sic dilexit deus hunc mũdum, vt vnigenitum
Roma.8. filium suum pro nobis omnibus daret. Vnde perfectionem gratiæ prædicans Apostolus ait: Quomodo nõ etiam cum illo omnia nobis donauit?

Quod prima voti gratia sit celeritas solutionis; vt ex studio immolationis Abrahæ,& scriptura diuina, & vocatione Zacchæi cõprobatur. De incitatione quoq; ac admonitione vt cito vota nostra soluamus.

Caput. VIII.

PRIMA igitur voti gratia est celeritas solutionis. Deniq; Abrahã filium suum ad holocaustũ insus offerre, nõ post dies vt Cain obtulit, sed exurgẽs mane strauit asinã suam,& adhibuit secũ duos pueros, & Isaac filiũ suũ,& concidẽs ligna ad holocaustũ, surgẽs abiit,& venit ad locũ quẽ dixerat ei de⁹, die tertia. Primo ad uerte immolantis studium maturũ atq; festinum, vt mo-

Gra expectationis non eſset, niſi donec audiretur oraculũ Deinde vt ſterneret aſinam ſuam, obſequiũ omne ipſe ſuſciperet, & ſacrificio neceſsaria præparat, duabus quo que fide & ſpe virtutibus comitantibus hoſtiam ſuã duceret, de poteſtate dei cert⁹, & de bonitate ſecur⁹. Quod autem ait: Die tertia: vel quod cõtinua eſse debeat & perpetua deuotio. Tripertitum eſt enim tẽpus, præteritum, præſens, & futurum. Quo admonemur quòd nec præteritorum beneficiorũ dei vel præſentium vel futurorũ ir repere debet vlla obliuio, ſed tenax gratiæ memoria per ſeuerare. & obedientia non deeſse. Vel quia is qui ſacrificat: ni vnũ ſplendorẽ, in vnam lucẽ debeat credere trinitatis. Eteni qui fideliter ſacrificat, dies lucet, nox nulla eſt. Sic & i Exodo Moyſes ait: Viam trium dierum ibimus, & immolabimus domino deo noſtro, Sed etiam ali bi cum viſus eſset deus Abrahæ ad ilicẽ Mambre Reſpiciens, inquit, Abraham oculis ſuis vidit, & ecce tres viri ſtabãt ſuper eũ. Et videns, occurrit obuiam illis ad oſtium tabernaculi ſui, & adorauit ſuper terrã, & dixit: Domine, ſi inueni gratiam ante te. Tres vidit, vnum adorauit. Tres menſuras offert ſimilaginis. Nam etſi immenſus deus, tamẽ menſuram omnium tenet, ſicut ſcriptum eſt. Quis menſus eſt manu aquam, & cælũ palmo, & vniuerſam terram clauſa manu? Perfectæ igitur in perſonis ſingulis trinitati, interiore mentis arcano, hoc eſt, ſimilaginis ſpiritalis ſanctus patriarcha ſacrificiũ deferabat Hæc eſt ſimilago quam in Euangelio molit mulier illa quæ aſsumetur. Vna enim, inquit, aſsumetur, altera relinquetur. Aſsumetur eccleſia, relinquetur ſynagoga. Vel mens bona aſsumitur, improba derelinquitur. Vt ſcias autem quia & Abrahã in Chriſtum credidit: Abraham, inquit, diem meum vidit, & gauiſus eſt. Et qui credit in Chriſtum, credit & in patrem. Et qui perfectè credit in patrem, credit in filium & ſpiritum ſanctum. Tres ergo menſuræ, vna ſimilago, hoc eſt, vnum erat ſacrificium quod venerabili trinitati pari quadam menſura deuotionis & congrua plenitudine pietatis oblatum eſt. Adhuc cognoſce celeris ſtudia deuotionis. Cucurrit, inquit, & accepit vitulum vnum tenerum & bonum, & dedit puero, & feſtinauit facere eum. Vbiq; impigra deuotio, & ideo deo fuit munus eius acceptũ. Habes & alibi vt ſolis ortum oratione præuenias, Occurre, inquit, ad ſolis ortũ. Habes in Euãgelio dicẽtem dominum Ieſum Zaccheę feſtinãs deſcende. Et ille quia ipetrauerat quod volebat, vt Chriſtum videret, & amplius impetrauerat vt videretur & vocaretur à Chriſto, feſtinans deſcendit & accepit illum gaudens. Et ideo probauit dominus eius affectũ, & eum celeri remuneratione donauit, dicẽs Quia hodie ſalus domui huic facta eſt. feſtinauit enim & dominus ad beneficium, & ideo nõ expectauit vt promitteret & impleret omnia, ſed ãte fecit, poſtea declarauit. Dixit enim: Facta eſt ſalus: quòd vtiq; prævenieti ſeruit, nõ promittenti. Iuſtus ergo votum ſuum celeritate commendat Et ideo patres noſtri feſtinantes manducabant paſcha ſuccincti lumbos, & pedes ſuos calceamentorum exuentes vinculis, & tanq; onus corporeũ deponentes, vt eſsent parati ad tranſitũ. Paſcha enim domini tranſitus eſt à poſsionibus ad exercitia virtutis. Et ideo paſcha domini dicitur, quoniam & tunc i typo illo agni veritas dominicæ poſsionis annũciabatur, & nunc eius celebratur gratia. Cito ergo hoc quęre anima, vt cito etiam audias, ſicut audiuit & Iacob: Quid eſt hoc quod tã cito inueniſti fili? Et ille ſecundum dogma reſpondit, Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas. Cito dat deus: quia dixit, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt. Verbum enim dei (nõ ſicut quidã ait) opus eſt, ſed operans: ſicut habes ſcriptum: Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Præuenit omnia. Eſt enim ante omnia ſicut pater, & in omnibus ſicut ĩdem pater, penetrans omnia. Validum enim & acutum, & omni gladio acutius eſt penetrans vſq; ad diuiſionem animę & ſpiritus, artuũq; & medullarũ. Prævenies omnium cogitationes: de quo ait pater deus: Iam videbis ſi comprehẽdit te verbum meũ, aut nõ. Vbi enim deus, & verbum eſt ſicut dixit: Veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus. Et ſicut habes in aliis de deo lectum, Ego ſteti hic priuſquam tu: ita & verbum dicit: Priuſquam ſtares ſub arbore fici, vidi te. Et de ipſo dictum eſt verbo, hoc eſt filio dei: Medius autem veſtrum ſtat, quem vos neſcitis. Vbicunq; enim ſancti, ibi i eorum medio dei verbũ, in ſingulorum præcordiis complens maria & terras. Et cum hic eſt, etiam alibi eſt, non mutato loco, ſed repleto vbique ſui præſentia. Vbi enim eſt qui eſt per omnia, & in omnibus, nullum locum immunem ſui relinquens. Et vbi adeſt erat, & vbi erat adeſt. Et ideo qui nouit velox eſse verbum dei, cito petit, & cito impetrat.

De reprehenſione Pharaonis, qui vt pro eo rogaretur in craſtinum diſtulit, & exaltatus mẽte deum obliuiſcebatur. Quantũq; humilitas orationem commendet. Et quòd melior votorũ ſit ſolutio, laudare deũ. Quòd præterea illa cõmendãda ſit orationis & voti diſciplina, vt non diuulgemus orationẽ, ſed abſcõdita teneamus myſteria. ſicut Abraham & patres tenuerunt, & quẽadmodum dominus in Euangelio docuit: & quæ in oratione cauere debeamus. Caput IX.

AT vero Pharao qui opinionibus vanis & inanibus ſtudium impẽdebat ſuũ: ranis repleta AEgypto, ſonum inanẽ rerum & ſtrepitũ vanium reddentibus, dicenti Moyſi, Conſtitue mihi quando pro te orem, & pro famulis tuis, & pro populo tuo, vt exterminet dominus ranas: cum debuerit in tanta poſitus neceſsitate rogare vt iam oratet, nec differret, reſpondit, Craſtina die: ocioſus & negligens motæ pœnam AEgypti ſoluturus excidio. Itaq; ille vbi impetrabat, immemor fiebat gratiæ, & exaltatus mente carnis ſuæ obliuiſcebatur deum. Humilitas autem cõmendat orationem. Siquidem & Phariſæus ille reprehenſus eſt, qui ieiunia ſua velut beneficia enumerabat & tanq; obiectabat deo, & ſe criminum memorabat exortem. Publicanus autem prædicatus eſt, qui à longe ſtans nolebat oculos ad cælũ leuare, ſed percutiebat pectus ſuũ dicens: Domine deus, propitiare mihi peccatori. Et ideo diuina eum ſententia prętulit dicẽs: Quia deſcendit hic Publicanus iuſtificat⁹ magis quàm Phariſæus. Ille enim iuſtificatur qui peccatum proprium cõfitetur, ſicut locutus eſt ipſe dominus: Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Et Dauid ait: Sacrificium deo ſpiritus contribulatus. Et iterum: Cor contritum & humiliatum deus non ſpernit Hieremias quoq; ait: Anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te. Ergo & Pharao, & rex Aſsyrius qui dicebat: Quis deorum gentium iſtarum liberabit terram ſuam de manu mea? quomodo liberabit dominus deus tuus Hieruſalem de manu mea? exaltatione ſua deiecti ſunt. Iuſtus autẽ, ſicut Iacob, ad authorem deum refert quæcunque fuerit bona conſecutus, dicens de omnibus quæ ſibi proſperari cognouerit: Quoniam tradidit ea dominus deus in manus meas. Hæc igitur melior votorum ſolutio eſt, ſicut & Dauid ait: Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſsimo vota tua. Laudare deum commendare eſt votũ, & ſoluere. Vnde & Samaritanus ille aliis antefertur, qui cũ leproſis aliis nouem ſecũdũ præceptũ domini mundatus à lepra, ſolus regreſsus ad Chriſtum amplificabat deum, & agebat gratias. De quo Ieſus ait: Non fuit ex illis qui rediret, & gratias ageret deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, & vade: quia fides tua te ſaluum fecit. Eſt etiam illa commendandæ orationis & voti diſciplina, vt non diuulgemus orationẽ ſed abſcondita teneamus myſteria, ſicut tenuit Abrahã, qui ſubcinericias fecit. Tenuerunt & patres qui coxere cõſperſum quod extulerãt de AEgypto, ſubcinericia fa

Acientes azyma, quæ Græcè ἄζυμα dicunt, eò quòd abſcondãtur in cinere, ſignificantes fermẽtum illud quod abſcondit mulier illa Euangelica mẽſuris tribus donec fermẽtaretur totum: myſteriorum quoq; innuentes premẽdam eſse doctrinam. Quod apertius dominus in Euãgelio docuit ſic dicens: Tu autẽ cum orabis, intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio patrem tuũ ora in abſcõdito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes autẽ nolite multum loqui. Et infra: Scit enim pater veſter quid vobis opus ſit ãtequam petatis ab eo. Cubiculum tuũ mentis arcanũ, animiq; ſecretũ eſt. In hoc cubiculum tuũ intra, hoc eſt, intra in alta præcordia, totus ingrederẽ de corporis tui exteriori veſtibulo, & claude oſtium tuũ. Quid ſit oſtium tuũ, diſce: Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circuitus labiis meis. Et Paulus petit orari pro ſe, Vt aperiatur mihi, inquit, oſtium verbi ad loquendũ myſterium Chriſti. Sed ille, vt pote electus ad Euangelii prædicationẽ, recte ſibi oſtiũ verbi optabat aperiri, quia de ore eius exibat ſalus gentium, de ore eius prodibat vita populorum. Nos autem claudamus oſtium ne culpa intret, ne lapſus aliquis ſermonis exeat. Intrat culpa ſi lapſus exierit. Audi quomodo intret culpa. Ex multiloquio, inquit, nõ effugies peccatum. Exiuit multiloquium, peccatum intrauit, quia in multiloquio nequaq; quiſi exeat ſermo trutinatur, imprudenter labitur: licet ipſum vltra menſuram aliquid loqui grande peccatũ ſit. Et ideo caue ne imprudenter loquaris. Labia enim imprudẽtis inducunt eum ad mala. Caue ne in oratione te extollas. Oratio enim humilianBtis ſe nubes penetrabit. Caue ne incaute ſymboli vel dominicæ orationis diuulges myſteria. An neſcis q̃ graue ſit in oratione contrahere peccatum, vbi ſperas remediũ? Certe dominus per Prophetam docuit hoc graue eſſe maledictum, dicens: Et oratio eius fiat in peccatum, Niſi forte mediocre id tibi putas eſse. Diffidere eſt enim de potentia dei, æſtimare quod non audiaris niſi clamaueris. Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament paſsiones tuæ: clamet ſanguis tuus, ſicut ſancti Abel, de quo dixit deus ad Cain: Vox ſanguinis fratris tui ad me clamat. Audit enim in occultis qui mundat in occultis. Nos niſi loquentem aliquem audire nõ poſsumus: apud deũ loquũtur nõ verba, ſed cogitationes. Et vt hoc verũ ſcias, dicebat dominus Ieſus ad Iudęos: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Nõ iterrogantis vox iſta eſt, ſed ſcientis Quod tibi manifeſtat Euangeliſta dicens: Ieſus autem ſciebat cogitationes eorum. Sicut ergo filius nouit, nouit & pater. Filium noſse cognouiſti, patrem noſse audi conſiliarium & teſtem patris dicentem: Scit enim pater veſter quid vobis opus ſit, ãtequam petatis ab eo. Coque ergo ſubcinericiã tuam vapore ſpiritus ſancti. Coque etiã animi paſsiones verbi calore. Et ſi crudiores ſunt paſsiones tuę, nuper fortaſse de AEgypto egredięres, operito eas, & lento calore excoque, ne Cfortiorem ignem dũ ferre non poſsint, ſeminſtulentur potius q̃ coquantur. Sunt enim plurima quæ præmaturo ſermone infidis auribus vel infirmis quaſi icocta commíttas, ad quę auertatur auditor, & cũ horrore faſtidiat: ſi coctiora guſtaret, ſpiritalis cibi perciperet ſuauitatem Diuine autem dominus Ieſus & bonitatem te docuit patris, qui bona nouerit dare, vt quæ bona ſunt, à bono poſcas & impenſe & frequenter monuit orandum, non vt faſtidioſa continuetur oratio, ſed vt aſsidua frequenter effundatur. Plerunq; inanis gloria longæ precationi, in termiſsæ autem prorſus obrepit incuria: Deinde monet vt cũ ipſe veniam tibi poſcis, tum maxime largiendam aliis noueris quo precẽ tuam operis tui voce commendes. Apoſtolus quoq; docet orandũ ſine ira & diſceptatione. vt nõ turbetur, nõ interpoletur oratio tua. Docet etiam orandũ in omni loco, cũ Saluator dicat: Intra incubiculũ tuum. Sed intellige cubiculũ nõ incluſum patrietibus, quo tua membra claudãtur, ſed cubiculũ quod in te eſt, in quo ĩcludũtur cogitationes tuæ, in quib⁹ verDſantur ſenſus tui. Hoc orationis tuæ cubiculũ vbique tecum eſt, & vbique ſecretum eſt, cuius arbiter nullus eſt niſi ſolus deus. Orandum autem præcipue & pro populo doceris, hoc eſt pro toto corpore, pro membris omnibus matris tuæ, in quo mutuæ charitatis eſt inſigne. Si enim pro te roges, tãtummodo pro te rogabis. Et ſi pro ſe tantum ſinguli orẽt, minor peccatoris q̃ intercedentis eſt gratia. Nunc autem quia ſinguli orant pro omnibus, etiam omnes orant pro ſingulis. Ergo vt concludamus, ſi pro te roges: tantum, vt diximus, pro te rogabis. Si autem pro omnibus roges, omnes pro te rogabũt. Si quidem & tu in omnibus es. Ita magna remuneratio eſt vt orationibus ſingulorum acquirantur ſingulis totius plebis ſuffragia. In quo arrogãtia nulla, ſed humilitas maior eſt, & fructus vberior.

De tranſitu ad aliud vitium oblationis ipſius Cain qui obtulit nõ de primis fructib⁹ primitias deo, & quid per primitias intelligatur. Quòdq; Abel obtulerit hæc munera, & etiam talia qualia lex probauerit, cum pulchra myſteriorũ legis explanatione: & quẽadmodum interiora mũdare debeamus, & ibidem quærere quæ domino ſanctificemus. De ſimilitudine quoque cõceptionis ac parturitionis fœminarũ & animæ, partiumq;, eiuſdem diſtinctione. Caput. X.

SED iam tẽpus eſt alio tranſire, quoniam de Eeo quod poſt dies obtulit Cain, plene diximus. Factus eſt indicium reſupini; cùm ipſa poſtulatio voti matura eſse debeat, ne videamur de humanis artibus, hoc eſt, mẽdendi peritia, hærbarúmq; ſuccis, ſperaſse magis remedium, q̃ de deo ſubſidiũ popoſciſse. Ad ipſum enĩ prius eſt confugiendum, qui noſtræ curare poſsit animę paſsiones. Verum homines quidam præpoſtero ordine ante ſibi ab hominibus opem arceſsunt. Vbi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur diuini poſtulandam fauoris gratiã. Concluſo ergo illo & cõuicto Cain crimine, aliud oblationis vitiũ diſcutiamus. Obtulit, inquit, à fructib⁹ terræ, nõ à primis fructib⁹, primitias deo Hoc eſt primitias ſibi prius vẽdicare, deo autem ſequentia deferre. Itaque cum vere anima corpori tãquam ſeruo domina ſit præferenda: vtique primitias eius, hoc eſt animæ prius q̃ corporis offerre debemus. Primitiæ animæ, primat⁹ ſunt bonarũ diſciplinarũ. Quæ licet tẽpore poſteriores ſint, q̃ corporis primitiæ, quæ ſunt eſca, incrementũ, viſus, auditus, & tactus, odor, vox: mens autem & ſenſus pars animæ, pars corporis eſt: tamen priores ſunt diſciplinis. Quarũ primitiua eſt puro corde & Fſimplici ſermone oblata deo gratiarũ actio. Hæc munera obtulit Abel, & ideo reſpexit deus in munera eius quoniam à primitiuis obtulit. Accedit ergo quia de primitiuis ouium, & de adipibus earum: cõſidera quia nõ de inſenſibilibus, ſed de animantibus obtulit. Plus eſt enim animalis q̃ terren⁹. ſiquidẽ animalis proxim⁹ ſpiritalis eſt. Non enim prius quod ſpiritale eſt, ſed quod 1.Cor.15.animale, deĩde quod ſpiritale. Quod animale ſpirat, habet vitalẽ ſpiritũ, non ita quod de terrarum fructibus. Deinde obtulit nõ ſecunda, ſed prima: non exigua, ſed pinguia. Talia enĩm lex probauit, & iuſsit offerri, ſicut ſcriptũ eſt: Et erit, inquit, cũ inducet te de⁹ in terrã Chanaæorum, ſicut iurauit patribus tuis, & dabit tibi, tolles omne quod aperit vuluam maſculinũ domino. Omne quod aperit vuluã de armẽtis & pecorib⁹ tuis, quęcũque nata fuerit tibi maſculina, ſanctifica domino. Omne Exo. 13.quod aperit vuluam aſinæ, mutabis illud oue: ſi aũt non mutabis, redimes illud. Quid tã profundi myſterii, tam altæ ſecretæq; ſapientiæ, q̃ in quibuſdam inuenis verborum ſimplicium? Deprehendas licet atq; hauries vbertatem gratiæ ſpiritalis. Chanaæi etenim mobiles & in

G quietí ſunt, Cum igitur in eorum terram fueris ingreſſus,quos aduertis propter leuitatem,inquietudinem, & inſtabilitatẽ morũ,poſſeſsione deiectos,tu teneto conſtantiam:Non te vilis ratio,non leuis ſermo perturbet, Hoc eſt enim Chananæus,mobilis ſermo,affectus inſtabilis, & inquieta contentio. Sed magis tranquillitatem cordis,& animi ſerenitatem placidꝰ ſeruato. vt tanq̃ in ſalo maris tutam nauibus ſtationem portu quodam tuæ mentis exhibeas. Hanc poſſeſsionem tibi dominus pollicetur, & quodam ſacramẽti promttiit vinculo,vt conſtantiam tuam firmet. Neq; enim ideo deus iurat, quòd fide credentis indigeat,aut teſtimoniorum aſtipulationibus deſtitutus,ſuffragium ſacramenti requirat, ſicut homines qui fidẽ nobis aſciſcimus ſacramẽto,& ideo iuramus vt credamur vera dixiſſe.Deus autem & cum loquitur fidelis eſt,cuius ſermo ſacramentum eſt. Non enim propter ſacramentum fidelis omnipotẽs deus,ſed propter deum etiam fidele ſacramentum eſt. Qua ratione igitur Moyſes iurãtem deum inducit? Quia nos vſu quodam mortalium claudimur,& velut echini cortice quodam nos vulgaris opinionis inuoluimus, aut velut cochleæ quæ niſi intra teſtæ operimentum ſint, ſpirare non poſsunt, nec aerem liberum capere aut ſuſtinere: ſic nos non niſi intra quædam humanæ cõſuetudinis labula terrena verſamur. Vnde quia illud veriꝰ ſolemꝰ

H credere,qđ iureiurãdo firmatur: ne noſtra claudicet fides,iurare deſcribitur deus. Qui ipſe non iurat, ſed iurantiũ iudex,& vltor eſt periurantiũ:Deniq; ſcriptũ eſt Iurauit dominus, & non pœnitebit eũ, tu es ſacerdos in æternũ. Seruauit vtiq; quod iurauit, dedit nobis æternũ principẽ ſacerdotũ. Vt & tu quod iuraueris, ita noueris eſſe ſeruandum, vt quia per eum iuras qui nõ mentitur, ſcias eum futurum firmentiaris vltorem. Expulſis igitur inquietis & mobilibus cogitationibꝰ, dabit tibi deus vacuam poſſeſsionem cordis & mentis, vt eam cultu quo dã tranquillitatis exerceas, & fructum ex ea capias, nec ſuſtineas in ea Chananæos,hoc eſt turbidos ſenſꝰ recurrere, eradices gentilium vitiorum omne conſeptũ, lucos eorũ diruas quibus obumbratur veritas,& quidam liber cæleſtis viſus cogitationis horrore tenebroſæ diſceptationis abſcõditur. Sed hoc niſi diuino donatꝰ munere efficere nõ poteſt.ideo ait: Dabit tibi deus, hoc eſt cogitationes optimas,placida conſilia,tranquillas inuẽtiones. Cum dederit hæc,tolles omne quod operit vuluam maſculinum,& ſanctificabis domino. Non totum exigit à te deꝰ,qui totũ donauit. Multa enĩ ad vſum ſubſtantiæ largitur humanę,& hoc nõ poteſt eſse diuinum ſacrificiũ vbi eſt vſus naturę.Edere,bibere,dormire,aliáq; etiã miniſteria corporis dono ſunt tibi collata, nõ à te relata deo munera. Quicqd autẽ ſanctũ cogitaueris,hoc dei munus eſt, dei inſpiratio, dei gratia:ſicut econtrario illa quæ cum in vſu naturæ humanę ſint,non coinquinant hominem,ſed quod exit de ore, furta,falſa teſtimonia,ſacrilegia,hæc ſunt quæ coinquinant hominẽ.Interiora ergo noſtra mũdemꝰ, vt poſsit oblatio nõ diſplicere.Ibi queramꝰ omne quod aperit vuluã maſculinũ,hoc eſt iuſtũ & principale quod ſanctificare domino debeamus. Neq; enim hi nos corporei fœtus atq; conceptus partusq; ſanctificant,quibus vulua fœminea deplorato pudore virginitatis aperitur. Nã etſi mulier ſanctificat virũ & vir mulierẽ,tamẽ plerũq; cõtingit virginis vuluam etiam ſine coniugii ſanctitate reſerari.Neque rurſus ſola virilis eſt gratia: mulier aũt ſanctificationis aliena eſt,aut vtriuſq; ſexus cõfuſa natura eſt, vt vterque corporeos fundatur in partus. Habent ſua munia viri,habẽt mulieres ſexus ſui officia diſcreta. Generatio iſta ſucceſsionis humanæ mulierẽ decet,impoſsibilis eadem viro.Ergo ſi carnis vſui nõ quadrat hic ſenſus,officia animæ diſcutiamus. iſtam ſane inuenio quæ nullo diſcreta ſit ſexu:& cũ cõcipit,parit.Et ſicut fœminis dedit vuluã natura, in qua vniuſcuiuſque animãtis

generatio per mẽſtruas formatur ætates,ita eſt quædam K virtus animæ, quæ velut quodam vuluæ genitalis ſecreto cogitationum noſtrarum ſuſcipere ſemina, conceptus fouere,partus ſolet edere. Neq; enim aliter diceret Eſaias, In vtero accepimus & parturiuimus ſpiritum ſa Eſa.26. lutis:niſi vuluam animæ nouiſſet. Harũ generationum quædam fœmineæ ſunt,malitia,petulantia,luxuries,intemperantia,impudicitia, aliáq; huiuſmodi vitia,quibꝰ animi noſtri quædam eneruatur virilitas. Maſculinæ ſunt caſtitas,patientia,prudentia,temperantia, fortitudo,iuſtitia,quibus mens noſtra & caro ipſa firmatur,& ad obeunda impigre munia virtutis erigitur. Hos partus aluus ille Propheticus parturiuit.Et ideo ait:In vtero accepimus & parturiuimus ſpiritum ſalutis.Maſculum igitur & parturiuit & peperit qui ſpiritum ſalutis effudit.

CAPITA LIBRI SECVNDI
DE CAIN ET ABEL.

Qua ratione anima noſtra partus in clauſione ſuperioris libri commemoratos parturire ac parere debeat, & de maturiori & latiori iſtorum partuum proſecutione,cumpulchra legis ſuperius inductæ declaratione,latentiumq; myſteriorum apertione. Caput I. L

Quæ ſit vis primitiarum , & vtrum tempore æſtimentur primitiæ in ſanctitate. Et quod ante omnia fides nos debeat commendare deo . Quòdque ipſa cum operibus perfectis plenum & perfectum ſit ſacrificium,ſicut & ipſe dominus docet, & verba legis ſignificant. Caput II.

De aſtructione legis præmemoratæ per exemplũ de populo Hebręorum. Ac de myſteriis in lege recognoſcẽdis ex verbis domini in Euãgelio laborantes ad ſe vocantis. Quomodo etiam inquinamenta delictorum noſtrorum lauare,& quo precio crimina noſtra redimere debeamus. De redẽptoris quoque noſtri per Leuitem ſignificati in nos miſericordia , cum morali & ædificatiua affectus inſtructione. Caput III.

Qua ratione Moyſes primogenitos & redemptores cæterorum Leuitas appellauerit, ciuitatéſque Leuitarũ redemptrices ſignificauerit.Cur etiam non ſit abſurdum quòd facinoroſi cohabitent piis,& maculoſi ſacratis. Quódque non abhorreat à vero, quòd Leuites in ſe manus iniiciat, vt interficiat voluptates ſui corporis.De duobꝰ præterea principalibus in deo generibus virtutum, vno quo remittit, alio quo vindicat: & quomodo cum impius occiditur . Chriſtus inſundatur. Quódque ſemper egreſsus malitię virtutis opę M retur ingreſsum , ſicut & ingreſsus malitiæ virtutem excludit , vt Euangelicæ veritatis exempla comprobant Caput IIII.

De adipibꝰ & pinguedine ſacrificiorũ & hoſtiarũ.Ca.v

Quid ſibi volit quod dominus ait : Si recte offeras, non recte autem diuidas , peccaſti:quieſce . Et de quatuor generibus quibus ſacrificia cõmẽdabantur , quorum ſi aliquid deſit,ſacrificium non probatur, cũ pulcherrima iſtorũ morali interpretatione . Caput. VI.

Quod quia Cain ordinẽ diuiſionis non ſeruauit , dictũ ſit ei:Peccaſti,quieſce . Et quẽadmodum deus omnia docuerit,& quid moraliter illud ſignificet.Cap.VII.

Quomodo Cain admonitus vt quieſceret, auxerit inſolentiam , & flagitium accerbauerit . Et quid ſibi velit quod ait: Eamus in campum. Caput. VIII.

Qua ratione interrogauerit deꝰ Cain vbi eſſet frater ſuus , & de ipſius redargutione atque condemnatione, cum moralis intellectus explanatione. Caput. IX.

Qua de cauſa dixerit deus: Omnis qui occiderit Cain ſeptíes vindictam exoluet.Et qua ratione ſignum ſuper eum poſitum fuerit ne occideretur, cum pulchra morali interpretatione atque inſtructione. Caput. X.

A Diui Ambroſij
MEDIOLANENSIS EPI
SCOPI DE CAIN ET ABEL
LIBER SECVNDVS.

Qua ratione anima noſtra partus in clauſione ſuperioris libri commemoratos parturire ac parare debeat, & de maturiori & latiori iſtorum partuum proſecutione,cum pulchra legis ſuperius inductæ declaratione ,latentiũmque myſteriorum apertione. Caput. I.

Luc.21. NOS PARTVS ANIma noſtra parturiat , nec ſolum parturiat , ſecundum quod legitur, ſed etiam pariat , & diebus pariat impletis, ne immaturos partus dies iudicii deprehendat. De his enim partubus dixit dominus Ieſus : Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.Maturius igitur abſoluatur hic partus, &

B gitationes noſtræ bonorum operum proceſsibus explicentur,vt nihil imperfectum finis noſter inueniat nihil inexplicatum terminus vitæ noſtræ offendat, nihil tanquam in incude poſitum vſus noſtri operis relinquat.

Feſtina igitur anima formare partus tuos,properantius abſoluere , celerius quos genueris enutrire : Quæ tanti

Gal.4. forma ſit partus, demonſtrat Apoſtolus dicens : Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis . In hanc formam tota mentis noſtræ coaleſcant viſcera , & in illo genitali aluo animæ noſtræ Chriſtus refulgeat:Partus noſter fides ſit, nutrimenta noſtra præcepta doctrinæ ſint . His quædam cordis noſtri imbuatur infantia , inſtituatur pueritia , inuenieſcat adole-

Sapien.4 ſcentia,ſenecta caneſcat: AEtas enim ſenectutis vita eſt

1.Cor.4. immaculata.Itaque ea demum bona eſt animę ſenectus, quam nulla perfidiæ inquinamenta maculauerunt . Et ideo partus ſuos ab hac macula Paulus defendit : Ego vos,inquit,genui in Euangelio. ne cuius ſæua inſuſurratio rudis fidei tentaret infantiam.Maſculina igitur generabat,qui in virum perfectum populos quos docebat, fidei geſtiebat vnitate concurrere , & in agnitione filii dei perfectam plenitudinis Chriſti tenere menſuram,

Exo.13. Hoc enim ſacrificium acceptabile deo nouerat ,de quo

C ſcriptum eſt : Omne quod aperit vuluam maſculinum, domino.Et quia addidit :Omne quod aperit vuluam de armentis & de pecoribus quę ſunt tibi,maſculinum ſanctifica domino :ne quid obſcuritatis habeat,conſideremus. Dixerat de principalibus generationibus , hoc eſt plenis capacibuſque rationis : addidit & de gregalibus. hoc eſt reliquis velut plebeiis ſenſibus,qui irrationabilibus comparantur iumentis. Quæ tamen cum à rectore aliquo gubernantur , facile manſueſcunt & imperata exequi,& iugum ſubire,& ad vocem magiſtri accelerare gradũ aut ſiſtere,aut deflectere , aut aliqua munia ſui operis quę iubẽtur,humano quodã famulatu obedire cõ ſuerũt.Tantũ valet inſtitutio,vt vincat naturã.Itaq; illa quæ cõſortiũ noſtrę ſubſtantię nõ habẽt,agnoſcũt tamẽ noſtræ vocis imperiũ:& cũ ſuę naturæ nullam rationem habeant,noſtræ naturę rationem capeſsunt, & quodam modo trasfuſam acquirunt . Equos videmus populariibus incitari ſtudiis , gaudere plauſibus , blanditiis delectari magiſtri. Toruos leones cernimus naturalem feritatem imperata mutare manſuetudine,ſuam rabiem deponere,noſtros mores ſumere. Et cũ ſint ipſi terribiles, diſcunt timere.Cæditur canis vt pauęſcat leo:& qui ſua iniuria exaſperatur,coercetur aliena,alteriuſq; exẽplo frangitur . Quotiẽs parata præda & cibo obuio famem perpeti malunt dum offenſam magiſtri verentur? Quotiens repentino impulſi motu aperta ad morſus ora iuſ

ſi reſoluunt? Ita dum noſtræ voluntati obſequuntur, D ſuæ obliuiſcuntur . Non ita illæ feræ vel illa armenta equorum, vel genus omne pecudum quæ ſine rectore vagantur vllo, & omni domitoris gubernaculo deſtituta exaſperãtur.Et ideo apoſiti ſunt armentarii, opiliones, cæteriq; paſtores, quidam magiſtri gregum officia ſua ſingulis animantium commiſsorum ſibi cõditione formantes. Videtur ergo & ſenſuum noſtrorũ quoddam genus aliud domitum & mãſuetum, aliud indomitum, quod armentario quodam motu mẽtis velut deſide atque reſoluto prorũat ad irrationabiles delectatioẽs corporis.Manſuetum autem quod velut duci cuidam moderationi mentis ſe ſubiiciat & ſubdat. Quęcunq; ergo eius naturæ reguntur,ea ſunt maſculina atque perfecta Quæcunque autem ſine duce vllo plebeia præſumptione quadam dominantur,velut ciuitatis alicuius,quæ regis optimatúmq; cõſilio priuata ſit,ita corporis ſui omnem ſtatum & virilem vigorẽ muliebri quadam diſſolutione effœminãt.Ex his illa lex carnis eſt, quæ legem apoſtolicæ mentis impugnans, captiuam trahebat eam quadam lege peccati. Et ideo vt de illo mortis corpore liberaretur,ſpem ſuam Paulus omnem non in ſua virtute,ſed in Chriſti gratia reponebat. Vnde liquet quod hæ commotiones quæ ſecundum legem mentis ſunt, diuino fauore præcedunt, alii autem ſenſus ex voluntate corporea.Illa igitur quæ ſancta ſunt, primitiua ſunt noſtrorum ſenſuum. Ita velut de quodam grege ſunt, & vtilitate plebeia:quod varie videtur Moyſes nominibꝰ E ſignificaſſe diuerſis. Hoc enim declarat etiam illa area legis myſtica de qua ait: Initia areæ tuæ & lacus tui non nouiſſima facies. Primitiua filiorũ tuorum dabis mihi. Sanctæ cõmotiones ſenſuũ noſtrorũ, quæ ſecundũ virtutes ſunt,ipſæ ſunt primitiæ areæ ſpiritalis. Propterea etiam rurali areę cõparantur,in qua ventilantur frumẽta. Sicut enim in hac rurali area excutitur triticum atq; hordeũ,& dum ſæpius vẽtilatur,ſeparatur à paleis,quia paleæ cæteráq; purgamenta meſsis in diuerſum leuis aurę ſpiramine diſsipantur, illa vero quę ſolidiora ſunt, in locum eundem excuſo puluere relabuntur:ita cogitationum noſtrarum fruges quæ ſunt ſolidæ atq; optimę, purã atque ſyncerã exhibẽt virtutis alimoniã, ſicut ſcriptũ eſt: Quia nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni Deut.8. verbo dei. Quæ autẽ inutiles ſunt & vacuę,diſpergũtur vt fumus ac nebulæ: quia ſicut fumus oculis, ſic iniqui- Prou.10. tas vtentibus eam. Et recte fumo iniquitas comparatur, F quæ velut quadam ſeculari caligine aciem mentis obducit. Et ideo dominus dicit: Cum intraueritis in terram in quam induco vos, & cũ manducare cœperitis de panibus terrę illius,offeretis oblationem ſeparatam domino, primitias conſperſionis veſtrę,panem ſicut oblationem de area,& ſic auferetis primitias confuſionum veſtrarum,& dabitis domino. Confuſio nos ſumus, diuerſorum elementorũ quadam cõmixtione cõpoſiti. Siquidem frigidum calido, & humidũ ſicco miſcetur in nobis.Hæc cõſperſio multas habet carnis illecebras,&plurimas delectationes, ſed non ſunt hi primitiui huiꝰ corporis ſenſus,quia ex anima & corpore cõſtamus & ſpiritu.Hæc eſt cõſperſio pricipalis,in qua ſanctificari nos Apoſtolus cupit,ſicut ait:Ipſe autem deus pater ſanctifi 1.Theſ.5. cet vos per omnia,vt integer ſpiritus veſter & anima & corpꝰ ſine querela in die domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Cuius cõſperſionis primitiæ ſpiritales ſunt, hoc eſt inuentiones & generationes ſenſuum qui ex vigore animę procedunt.Sed non omnes primitiui ſenſus,niſi qui malitiæ & improbitatis atq; omnis erroris exortes ſunt. Sunt etiam neceſsariæ corporis delectationes,vt dormiendi,edẽdi,bibendi,deambulandi,& ceteri ſenſus huiuſmodi,ſed non in his primitiæ . Et ideo non in his ſed illis domini ſacramentum , vbi caſtitas , pietas, vbi fides atq; deuotio . Cuius rei manifeſtum & euidens exemplum eſt oblatio patriarchæ Iſaac,quem ſacrificii

G modo obtulit pater, nullius motu passionis inflexus humanæ, mundam offerens deo hostiam, vacuámque formidinis, & corporeæ cupiditatis immunẽ, cum ipsa pietas patris deuotioni cederet immolantis.

Quæ sit vis primitiarũ, & vtrum tẽpore æstimẽtur primitiæ, an sanctitate. Et quòd ãte omnia fides nos debeat commendare deo. Quodque ipsa cũ operibus perfectis plenum & perfectũ sit sacrificium, sicut & ipse dominus docet, & verba legis significant. Caput. II.

NVNC cõsideremus quæ sit vis primitiarum & vtrũ tẽpore æstimẽtur primitiæ, an sanctitate, hoc est, vtrum omnia primogenita sanctificationẽ habeãt primitiarũ. Primitiæ etenim fructuũ sanctæ secundum legẽ, quia in his optimum festinæ fidei sacrificiũ est, sed fiunt sanctæ deuotione, nõ tẽpore, quas nõ prouẽtus sanctificat, sed deuotio. Deniq; vbi celer prouẽtus est, si deuotio moretur, offensa contrahitur. Non ergo omnia primogenita sancta, sed omnia quæ sancta sunt, sunt etiam primogenita. Deniq; Cain primogenitus, sed non sanctus. Sanctus quoq; Israel dei popul⁹, sed nõ primus ætate, & tamẽ primogenitus appellatur, sicut scriptũ est in Prophetis: Primogenitus meus Israel. Leui sanctus, sed non primogenitus. Nam tertius Lyæ filius legitur, & tamen Leuitæ primogeniti nuncupati, quibus ab eo nomen est deriuatum. Scriptũ est enim ĩ Numeris: Ecce tu
H li Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogeni
Nume.3. to qui aperit vuluã à filiis Israel, & erunt mei Leuitæ. Mihi enim omne primogenitum, in qua die percussi omne primogenitum A Egypti, sanctificaui omne primogenitum Israel. Ergo Leuitæ primogeniti nuncupati, qui sanctificatione vtiq; cæteris filiis Israel antelati sunt. Qua
Heb.12. ratione primogeniti sunt, audi Apostolum dicentẽ: Sed appropinquastis Sion monti, & ciuitati dei viui Hierusalem quæ in cælo est, & decem milibus lętantiũ angelorũ & ecclesiarũ primitiuarũ, quæ scripta sunt in cælo. Quatuor ordines fecit: montis Sion, ciuitatis Hierusalem, celebritatis angelorũ, & ecclesiarũ primitiuarum. Tulit ergo dominus deus de medio populi Israel Leuitas, quia non humanarũ eos cõsortes voluit esse curarũ, sed diuinæ religionis ministros. Et primogenitos sibi fecit qui vuluã aperiunt spiritalẽ: & ideo non errant ab vtero natũræ, sicut diuersorum criminum peccatores, sed destructis cultoribus eliguntur. Vnde non habent cũ plebeia possessione consortium, nec in medio populi cõputantur. quia verbũ dei in medio sui possident, sicut scriptũ
Mat.18. est in euangelio: Vbi sunt duo vel tres congregati in no
Ioan.1. mine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et alibi: Medius vestrum stat, quem vos nescitis. Hinc ergo cognoscimus quòd ante omnia fides nos cõmendare deo debeat.
I Cum fidem habuerimus, elaboremus vt opera nostra perfecta sint. Siquidem hoc plenum est & perfectũ sacrificium, sicut ipse dominus docet dicens de donis & datis tuis: Obseruabitis offerre mihi in diebus festis meis, nihil detrahẽtes, neq; despicientes, sed plena & integra & perfecta offerẽtes. Festus autẽ dies domini est, vbi perfectarũ virtutũ gratia est. Quæ tunc perfectæ sunt, si solicitudinum secularium, & corporalis illecebræ victor animus delinimẽta voluptatis excludat, liber à seculo, deo deditus, nihilq; de tramite rectæ intẽtionis imminuens, nec affectus sui quoq; tẽpora nunc luxuriæ diuidẽs, nũc labori. Solus itaq; sapiẽs hanc celebrat solennitatẽ, nullus alius. Immunẽ enim mihi huiusmodi passionũ animam reperire difficile est. Diuide ergo secundum rationem animę principalia & obedientia, & tunc quid masculinum, quid ve fœmineũ sit, deprehẽdes. Nulla enim sine labore virt⁹, quia labor processus virtutis est. Quod
Exo.13. etiam legis ipsius verba significãt, quæ dicit: Omne quod aperit vuluam asinæ, mutabis oue. Immunda enim animalia lex à sacrificio separauit, & pro his ad vicem mun K da iussit offerri. Asinæ ergo partum, hoc est immũdum, iubet mutari oue, quæ munda & apta sacrificio est. Hoc est secundum literam. Cæterũ si quis sensum spiritalis intelligentiæ altius penetrauerit, considerabit quòd asina labriosum sit animal, quod fructuosum. Fructu ergo dicit mutandum laborem, vt finis operis sui fructus sit. Vel certe hortatur omnẽ laborẽ tuum, omnem industriam pro simplici commendabis affectu. Si autem non mutabis, inquit, redimes. Iubetur ergo secundum literam vnumquodque animal aliud pro immũdo animali offeratur, aut pretiũ, ne inter decimas fructuũ vel minus aliquid vel immundum videatur offerri. Intellectus autem profundior liberandam animam tuam docet, vt desistat ab iis quæ fructum non habent. Qui enim redimit se, liberat & quodã exuit debito. Relinquenda sunt opera, quæ verũ fructũ bonóscq; processus habere non possunt, qualia sunt ista mundana, quorũ vsus nõ potest esse diuturnus: In quibus ipse nudus & veri vacuus effectus est: & q̃ quis summo quæsitus fuerit labore, animam nihil iuuat. Ea enim quæ seruitutẽ animæ inferunt, inutilia sunt omnia, etsi nõ desit effectus. Magna videtur præliantium victoria, triũphantium gloria, sed frequenter ipsos videmus qui vicerint, rursus bellorum subiacere incertis, & transferri ad hostẽ euentu prælii, & eo ipso quo victores ante fuerint, fieri miseriores. Opus est ergo vt opera tua L ad deum dirigas, & eius tibi aspiret fauor. Athleta ipse qui suis nõ alienis decertat viribus, quoties cõgreditur, dubios casus subire se credit. Et cũ ad coronam peruenerit, intelliget citius hanc mundi gloriã tanq̃ coronæ ipsius folia marcescere. Gubernator cum in portus nauim duxerit, vix finem impositũ labori putat, & statim quærit laboris exordiũ. Soluitur corpore anima, & post finem vitæ huius, adhuc tamen futuri iudicii ambiguo suspenditur. Ita finis nullus vbi finis putatur. Vnde votis & pura conscientia & spiritu charitatis adhæreamus deo nostro, & diuinum nobis conciliemus fauorem præcantes, vt secularib⁹ curis tanquam ab imitibus & agrestibus dominis possimus absolui atq; exui, mundanóq; exire seruitio, in libertatem supernæ cognitionis, quæ vera & sola est libertas, vocati.

De astructione legis præmemoratæ per exemplũ de populo Hebræorũ. Ac de mysteriis in lege recognoscendis ex verbis domini in Euangelio laborantes ad se vocantis. Quomodo etiam inquinamenta delictorum nostrorum lauare, & quo precio crimina nostra redimere M debeamus. De redemptoris quoque nostri per Leuitem significati in nos misericordia, cum morali & ædificatiua affectus instructione. Caput. III.

PRO vt præceptum legis exemplo astruamus, cum deprimerent A Egyptii Iudæorũ populum in operibus variis, & luto ac lapide ingemuerũt filii Israel, & domini prouocauerunt in se misericordiam, Et dixit ad
Exo.3. Moysen: Ego exaudiui gemitũ filiorũ Israel, quomodo A Egyptii in seruitutẽ deprimũt eos, & memor fact⁹ sum testamenti mei. Vade & dic filiis Israel: Ego dominus, & educã vos de potẽtia A Egyptiorũ, & eruam vos de seruitute eorũ, & liberabo vos in brachio excelso, & iudicio magno: & sumam vos mihi in plebẽ, & ero vester deus, & scietis quoniam ego sum dominus deus vester, qui educam vos de potentia A Eyptiorũ, & inducã vos in terram in quã extendi manum meam. Ecce quomodo populus Hebræorũ fructu mutauit laborẽ, vt qui luto operabatur, spe regni operaretur æterni. Et ideo dominus in euangelio inanem populorũ gentilium miseratus laborem, qui lateres construerent lutulentæ superstitioni, & voluptati corporis dediti, solidũ fidei murũ ædificare non possent, velut ad quosdam asinę fœtus locutus

A ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Qua vocatione plenius mihi videor verba legis & mysteria recognoscere, quia asinã aut cõ mutandam oue docuit, aut redimendã pecunia, vt non solum asinæ partũ oue, hoc est mundis immunda mutemus, sed etiam redimamus. Quod videtur exprimi si prius sacrificio purificationis, & mysterio baptismatis delictorum nostrorũ inquinamenta lauemus, crimina quoq; nostra bonis operib⁹, fideiq; precio, & miseratione redimamus. Precium nostrũ sanguis est Christi. Vn
1.Pet.1. de & Apostolus Petrus ait: Non auro vel argẽto redem
1.Cor.7. pti estis, sed precioso sanguine. Et Paulus dicit: Precio empti estis, nolite effici serui hominũ. Vnde non ociose in sancto miramur euangelio quod pullum asinæ sederit dominus Iesus, quia populus gentilis cœpit esse Christi hostia, qui secundũ legẽ habebatur immũdus. Vnde & de Leuitis scriptũ est quòd sint redẽptiones eorum, eò quòd & sanctitate vitæ suæ & oratione peccata plebis leuarent. In quibus figuralis agni præcessit mysterium, verũ venturũ Leuiten, qui, pprii corporis passione tolleret peccatũ mũdi. Leuites significatur susceptus pro me, vel ipse mihi leuis. Ipse enim perfectæ virtutis habet impertiẽdæ populo sanitatis iudiciũ. Ipse ergo qui pro salute vniuersorũ expectatus aduenit, pro me est vtero editus virginali, pro me oblatus, p me gustauit mortẽ, pro me resurrexit. In quo omniũ hominũ susceptа est redẽptio, assumpta est resurrectio. Ipse est
B verus Leuites, vt nos Leuitas faceret adhærere deo, ipsi continuas preces fundere, de ipso salutẽ sperare, fugere terrena negocia, in dei possessione numerari, sicut scriptum est: Domine possideres nos. Ea est enim sola possessio, quæ nullis obnoxia tempestatibus, perpetuæ gratiæ ferat fructus. Redemptor Leuites est, quia vir sapiens redemptio insipientis est. Qui tanq̃ medicus ægrũ insipiẽtis animũ fouet, & quædã aspergit solidiora mẽti prudẽtiæ medicamina, imitatus illũ medicũ qui de cælo venit vt demonstraret hominibus prudentiæ vias, & sapientiæ semitas paruulis reuelaret. Videbat enim laborantes nõ posse sine remedio saluari, & ideo medicinã tribuebat ægris. Ideo omnibus opem sanitatis detulit, vt quicũq; perierit, mortis suæ causas sibi adscribat, qui curari noluit cũ remedium haberet quo posset euadere. Christi autem manifesta in omnes prædicetur misericordia, eo quòd ii qui pereunt, sua pereant negligẽtia: qui autẽ saluantur, secundum Christi sentẽtiã liberentur, qui omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Denique & Sodoma si habuisset quinquaginta iustos, nõ esset euersa: & si decẽ habuisset, esset redẽpta, eo quòd sermo remissionis peccatum
C animã seruitute exuat, & disciplinæ plenitudo perfectę mentẽ non sinat edaci libidinũ vapore consumi. Plurimũ tamen refert, & moralẽ ædificat affectum, si etiam numerũ iustorum simpliciter accipiamus prodesse populorum saluti. Cõprimit & refecat inuidiã, confundit improbitatem, virtutem incitat, auget gratiam. Nemo enim inuidere debet alteri laudẽ quę sibi profit: atq; imprǒbus quisq; redẽptorem suũ dum suscipit, frequẽter imitatur. Certe veneratur, plerũq; etiã diligit. Ipse etiã si se aliis profuturũ sciat, studiis augetur, eaq; gratia cõnectit populos, accumulat charitatẽ ciuiũ, vrbium gloriam. Quam beata ciuitas quæ plurimos iustos habet, q̃ celebrabilis ore omnium, quomodo benedicitur tota de parte, & beatus atq; perpetuus eius status existimatur. Quam gaudeo cũ aliquos mites ac sapiẽtes diu viuere video, cũ virgines castas, viduas graues aspicio longæuas, velut quandã in canã ecclesiæ curiã prætendant ipso quodã vultu & specie grauitatis, quod reuereãtur, quod imitentur, quo ad omnẽ morũ gratiam colorentur. Non enim ipsis gaudeo, cũ viuendo multa subeant tædia seculi huius, sed quia prosunt pluribus. Similiter D cũ aliquis huiusmodi decidit, q̃uis lõga senectute depositus, afficior, quia destituitur grex iuuenũ muro senili. Deniq; peritiæ vrbis aut malorũ imminentiũ vel futuræ labis hoc primum indicium est, si decidant viri consultores, vel etiã grauiores fœminæ. Hinc primũ ingruentium porta aperitur malorũ. Sicut ergo vrbs tota solidatur atq; augetur cœtu sapientiũ, vel obitu labefactatur: ita sermo grauis, & quidẽ senilis, plenus prudentiæ stabilire vniuscuiusq; animã, & cõfirmare mentẽ solet. Iam si accedat multarũ lectionũ vsus, plurimorũ præceptorũ & consiliorũ quidã senatus, velut perpetuũ vrbis eius quæ in singulorũ est præcordiis, statum efficit.

Qua ratione Moyses primogenitos & redemptores cæterorum Leuitas appellauerit, ciuitatesq; Leuitarum redemptrices significauerit. Cur etiã non sit absurdum quòd facinorosi cohabitent piis, & maculosi sacratis. Quodq; nõ abhorreat à vero quòd Leuites in se manus iniiciat, vt interficiat voluptates sui corporis. De duobus præterea principalibus in deo generibus virtutum, vno quo remittit, alio quo vindicat: & quomodo cũ impius occiditur, Christus infundatur. Quodq; semper egressus malitiæ, virtutis operetur ingressum, sicut & ingressus malitiæ virtutem excludit, vt Euangelicæ veritatis exempla comprobant. Caput IIII. E

IDEO ergo primogenitos & redẽptores cæterorũ Leuitas Moyses appellauit, quòd maturioris & vtilis sententiæ viri, altero senectutem quandã animæ præferant, altero redemptionẽ cõferant. Vnde & ciuitates Leuitarũ redemptrices significauit Moyses, quia is qui cõfugit ad eã animam in qua habitat dei verbũ, quæ vrbis modo munita atq; vallata sit, perpetuã libertatẽ acquirit sibi. Sicut enim in ciuitatibus Leuitarũ erat pœnarũ remissio, vt si quis ad eas confugeret qui nõ voluntariã necẽ hominis admiserat, nulli eũ occidere liceret, intra vrbes dũtaxat positũ Leuitarũ: ita quẽ peccati proprii pœnitet, quod aut imprudẽter aut inuitus admisit, si Leuitarum adhæreat incolatui, & ab his præceptorib⁹ qui dei mandata dispensant, recedẽdũ non putet, lex ipsa ab omni eum cõmissi flagitii pœna supplicioq; liberat. Nec absurdũ putes quòd facinorosi cohabitant piis, maculosi sacratis. Opus enim habẽt purificari qui aliquo polluti F sunt delictorum contagio. Et quodammodo diuerso genere causa concurrit. Sicut enim Leuites mundanis voluptatibus abdicatus, exul est culpæ ita sanguinis reus fugitiuus est patriæ. Sed hoc interest, quòd iste necessitate suos deserit propter metũ legis, minister autem dei humanarum consortiis renunciat passionum, & quadam carnalis illecebræ se abdicat necessitudine ,pter studia virtutis. Etiã illud nõ abhorret à vero, quòd etiã iste velut quasdã in se manus iniicit, vt interficiat voluptates sui corporis, & quendam suæ carnis operetur in- Exo.2.
teritum. Interficit nempe Moyses Aegyptiũ, & fugax factus est de terra Aegypti, vt declinaret eius terræ tyrannum. Sed non ante illum interfecisset Aegyptium hominem, nisi in se prius Aegyptiũ nequitiæ spiritalis interemisset, & abdicasset regaliũ luxum honorũ, maius patrimoniũ æstimans thesauris Aegypti opprobrium Christi. Quod stultis quidẽ videtur opprobrium, nobis autem illud opprobriũ dominicæ crucis virtus dei est atque sapientia. Accedit eo, quòd duo quædã in deo principalia sunt genera virtutum, vnum quo remittit, aliud quo vindicat. Remittuntur peccata per dei verbum, cuius Leuites interpres & quidã executor est. Remittuntur etiam per officium sacerdotis, sacrumq; ministerium. Puniuntur quoque per homines, sicut per iudices, qui potestate ad tempus vtuntur, sicut Apostо- Rom.13.
lus docet dicens: Vis autem non timere potestatẽ? Bo-

G num fac,& habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malũ feceris, time. Nõ enim sine causa gladiũ portat. Dei enim minister est vindex in ira ei qui malum agit. Puniuntur peccata etiam per populos, sicut legimus quia sæpe alienigenis dei iusu excitatis, propter diuinæ maiestatis offensam subiectus est populus Iudæorũ. Nec is quidẽ qui inuitus aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est. Siquidẽ lex ait de eo. Quia deus dedit eum in manus eius. Manus ergo eius instrumenti modo diuinæ vltioni ministerium præbuerũt. Leuites igitur minister remissionis est. Percussor autem,, quitamen non ex dispositione, sed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ minister est vltionis. Illud quoq; specta, quia cũ interficitur impius, Christus infunditur. Et vbi abominatio aboletur, sanctificatio cõgregatur, quia dominus dixit: In ea die qua
Nume.3. interfecero omne primogenitum Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel. Quod non ad vnum diem afflictionis Aegypti referes, sed ad omne tempus. Cum enim renunciatur improbitati, statim ascisciturvirtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemq; studio quo crimen excluditur, innocẽtia copulatur. Habes hoc in Euãgelio, quia vbi Satanas im
Ioan.13. misit se in cor Iudæ, Christus recessit ab eo: momẽtoq; eo quo illum recepit, hũc amisit. Denique sic scriptum est: Et post buccellam introiuit in eum Satanas. Dixit ergo illi Iesus: Quod facis, fac celerius. Quid illud? Vt quia introierat in illum Satanas, ipse abiret à Christo. Eiicitur itaque & excluditur, eò quòd iam cum domino Iesu esse non posit, quia cœperat esse cũ diabolo. Nulla enim communicatio Christi ad Belial. Vnde statim imperio expulsus abscessit, sicut legimus dicente Euangelista: Qui cum accepisset buccellam, exiuit cõtinuo:
H Erat enim nox. Non solum exiuit, sed continuo, & nocte exiit. Nec mirũ si noctis tenebras habebat, qui Chri
Ioan.13. stum deserebat. Verum sicut ipse receptus à diabolo, exclusus à Christo est: ita Zacchæus renuncians auaritiæ Christum recepit. Meritóque vidẽs studiũ eius quòd in arborem ascendisset vt transeuntem Iesum videret, dicit dominus: Zacchæ festinans descende: quia hodie
Luc.19. in domo tua manere me oportet. Et descendit festinãs, & excepit illum gaudens. Sed excipiẽdo Christum exclusit auaritiam, relegauit perfidiam, renunciauit fraudibus. Aliter enim non ingreditur Christus nisi vt vitia excludat, quia non cohabitat erroribus. Deinde de templo eiiciebat nummularios, quia ipse volebat habitare. Vnde Zacchæus hoc intelligens, quia Christum vetere suo suscipere affectu non poterat, superiora vitia exire suo iussit hospitio, vt Christus intraret. Merito igitur Pharisæis obmurmurantibus quòd dominus Iesus ad hominem peccatorem diuertisset manere, dixit ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorum omniũ do pauperibus: & si cui aliquid fraude abstuli, reddo quadruplum. In quo illis respondit qui dicebant peccatorem Christo hospitium non debuisse præbere. Hoc est, iam non sum publicanus, non sum ille Zacchæus, non
I prædo, non fraudator. Reddo quæ sustuli, reddo qui auferre consueueram. Iam dono pauperib⁹ quos ante nudabam, iam mea confero qui aliena rapiebam. Fugerũt crimina postquam Christus intrauit. Discussa est omnis carnalium cæcitas passionum, vbi æternæ vitæ lumen infusum est.

De adipibus & pinguedine sacrificiorum & hostiarum. Caput v.

DIximvs de primogenitis, dicamus etiam de adipibus, de quibus satis docet Dauid dicens: Sicut adipe & pinguedine repleatur aia mea.
Psal.62. Et supra ait: Et holocaustum tuum pingue fiat. hoc do-
Psal.19. cens acceptabile esse sacrificium, quod pingue, quod nitidum, & quodam pabulo fidei ac deuotionis, verbique cælestis vberiore alimonia saginatum est. Frequenter pingue opus dicimus quod spissum & operosum intelligi velimus: & optima hostia prædicatur, quæ non sit tenuis, non sit exilis. Vnde & sacrificium pingue recte nuncupamus quod optimũ cupimus declarare. Sed etiã illud documẽto est quod pingues vaccæ prophetica interpretatione annis fertilibus comparatæ sunt. K

Quid sibi velit quod dominus ait: Si recte offeras, nõ recte autẽ diuidas, peccasti, quiesce. Et de quatuor generibus quibus sacrificia cõmendabãtur, quorũ si aliquid desit, sacrificiũ non probatur, cum pulcherrima istorũ morali interpretatione. Caput VI.

CONSIDEREMVS nunc quid sit quod ait dominus: Si recte offeras, nõ autẽ recte diuidas, peccasti, quiesce. Quod indiciũ est deũ non muneribus oblatis placari, sed offerentis affectu. Deniq; cõdemnati oblator muneris Cain, quia pro conscientia insynceræ oblationis intellexit deo sacrificiũ suũ non probatũ, tristis est factus. Quãdo enim mens sibi recti est conscia, gratulatur, vel infusione quadã spiritali repletur animus gaudio, cũ alicuius vel studia vel opera à deo probãtur. Tristitia igitur Cain cõscientiæ testimoniũ, repulsæ indiciũ est. Et q̃uis obtulit munus, tamẽ quia non recte & iure diuisit, culpam incidit. Quatuor enim genera sunt quibus sacrificia cõmendabãtur. Si aut noua nouorum essent, aut frixa, aut diuisa, aut cõtinua. Noua nouorũ primo tẽpore anni, quæ specie in primogenitis fructib⁹ æstimabãtur: nunc autẽ reuelatũ est eos significari, qui per baptismatis sacramẽta renouãtur. Hoc est enim vere sacrificiũ primitiuum quando vnusquisque se offert L
hostiã, & à se incipit, vt postea munus suum possit offerre. Noua igitur fides renouatorum, valida, pubescẽs, incrementum virtutis acquirens, non remissa, non fessa, nõ senio quodã marcida, & vigore ignaua, apta sacrificio est, quæ pullulet quodã virenti germine sapientię, & iuuenili diuinæ cognitiõis feruore pubescat. Habeat tamen succum doctrinæ veteris. Sicut enim noui, ita & veteris testamenti debet doctrina cõcurrere, quia scriLeuit.25. ptũ est: Manducate vetera veterum, & vetera à facie nouorũ auferte. Cibus nobis sit cognitio patriarcharum, epuletur animus in prophetarum oraculis: tali sagina mens pascatur interior. Sed illa non species agni sit, sed veritas corporis Christi. Non vmbra legis præstringat oculos, sed aperte dominicę gratia passionis & splẽdor resurrectionis aciem mẽtis illuminet. Si autẽ offeres sacrificium de primitiuis ouibus, frixum in igne, frixum pingue, offeres sacrificiũ primitiuorũ, sicut scriptũ est, quod significat fidem tuã velut igni probatã esse debere, & sancto feruere spiritu. Deniq; coxit lentẽ Iacob, & M
fratri primatus benedictionis eripuit, quos vtiq; solida consequeretur fides. Hic ergo robustus & viuidus augebatur, ille autẽ qui cibũ suũ coquere nesciebat, fatigat⁹ atq; deficiens defluebat. Vtatur igitur verbo domini sicut igne virtus animæ tuæ. Vide iustũ Ioseph, sicut scriptum est: Eloquiũ domini vsit eũ. Torreatur fides tua
Psal.104. sicut spicæ mesium. Tunc enim maturitatẽ fructuum præferũt, cũ eas primo solis processu tẽpora æstiua torruerint. Sermo igitur plurimus scripturarũ animã confirmat, & quodã spiritalis gratię colorat vapore. Rationabilia quoq; inuenta corroborat, dissoluitq; omnem vim irrationabiliũ passionũ. Ideóq; Esau laxatis virtutis suæ nexibus dissolutus est. Illi autẽ qui succincti lũExo.12. bos non crudũ neq; coctum aqua sed assum igni caput
Luc.24. agni edere iubebantur, sicut habes in Exodo, forti ac fideli animo pedestri itinere maria transfretauerunt. In Euangelio quoq; assos pisces dominus Iesus manducabat, sicut scriptũ est: in quo plenitudo sancti spiritus redundabat. Et fortasse ideo deficiebat Esau, quia coctũ in aqua desiderabat cibũ, quẽ Iacob quasi inhabilẽ sibi donauit infirmo. Oblationem autẽ atq; orationẽ opor-

A tet non confusam esse, sed competenti diuisione distinctã. In omni enim cõfusione melior est distinctio, multo magis in oratione atq; oblatione, quæ nisi certas diuisiones habeat, fit obscurior. Ideo hostiæ plerũq; membra lex diuidi iubet, & holocausta offerri, vt sine admixtione & operimento aquæ nudũ sacrificiũ sit, eò quòd nuda atq; omnibus exuta inuolucris debet fides nostra seruare, ne vanis & fallacibus opinionib⁹ induatur, sed pura atq; syncera simplicitas mẽtis appareat: deinde in partes diuidatur cõgruas. Virtus enim genus est, quæ diuiditur in plurimas species. Sed principales quatuor sunt. Prudẽtia, tẽperantia, fortitudo, iustitia. Redoleat igitur oratio tua prudentiã erga cognitionẽ dei, & veritatem fidei. Redoleat tẽperantiã, quã etiam à coniugib⁹ exigẽdã putauit Apostolus dicens: Nolite fraudare inui
1.Cor.7. cem, nisi forte ex cõsensu ad tẽpus, vt vacetis orationi. Et lex castigatos ante hesternũ & nudiustertiũ diẽ ad sacrificium accedere iubet. Fortitudinẽ teneat oratio, vt nullo interpoletur metu, nulla lassitudine deficiat. Tũc enim debet esse intẽtio ad precandũ robustior, cũ vrgemur aduersis. Iustitiã custodiat precatio, quam si tenuisset Iudas, nõ in peccatũ facta esset eius oratio. Quando enim magis ab iniustis operibus ac prauis studiis abstinere debemus, q̃ tunc quando dei iustitiã deprecamur?
Matth. 4. Et ideo dominus, vt cordi nobis esset iustitia, Beati, inquit, qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, ipsorũ est enim regnũ cælorũ. Hæc enim defuit Iudæ. Nã si adB fuisset, nõ tradidisset dominum, non prodidisset magistrum. Defuit sacrificio etiã Cain iustius, qui si tenuisset iustitiã, domino debuit primitiua munera nõ posteriora deferre. Defuit itaque ei diuisio, id eóque responsum ait: Si recte offeras, nõ recte autẽ diuidas: peccasti, quiesce. Vides quantum sit vitii. Vbi deest diuisio, ibi totũ sacrificiũ refutatur. Superest vt de continua & iugi oratione dicamus, quod immorari nos & vacare orationi,
Luc.6. oportet. Pernoctabat dominus in oratione, non vt sibimet prodesset, sed vt nos doceret. Frequens enim oratio quandã operatur disciplinã orãdi, quia ipse vsus docibiles dei facit, indocibiles negligẽtia. Bona igitur exercitatio. Deniq; corporis virtus exercitatione augetur frequenti, aut inexercitata minuitur & labitur. Plurimi enim exercitii dissuetudine etiã naturalem dissoluere virtutẽ. Similiter animæ fortitudo exercitatiõis assiduitate solidatur, vt labor ipse disciplina fit, nõ oneri futurus, sed vsui. Hũc cibũ menti nostræ deferam⁹, qui multa attritus meditatione ac politus, cor hominis sicut illud cæleste manna cõfirmet. Quod nõ ociose tritum ac politũ accipimus, eò quòd cælestiũ scripturarũ alloquia diu terere ac polire debemus, toto animo & corde versantes, vt succus ille spiritalis cibi in oẽs se venas animę diffũdat. Ergo si tanq̃ pubescẽs adolescat fides quæ
C defectũ senescẽtis deuotiõis ableget, & spiritu ferueat, & congrua distinctione teneatur mẽsura legitimę diuisionis, & assiduitas cõmendet gratiã: tunc fit illud pingue & tanq̃ adipale precationis genus, de quo dicit scri
Psal.22. ptura: Impinguasti in oleo caput meũ. Sicut enim agni multo lacte pinguescũt, & sicut oues bene pastæ adipe nitent, ita apostolico succo pasta fideliũ pinguescit oratio. Horum si desit aliquid quę supra diximus, sacrificiũ nõ probatur. Ideóq; dictum est ad Cain: Si recte offeras, nõ recte autẽ diuidas: peccasti. Nãq; mundus ipse distincte legitur fact⁹, cũ esset ante incõposita pars eius, quia terra erat inuisibilis & incõposita. Nempe lux primum facta est, & vocauit deus lucem, & separauit deus inter lucẽ & tenebras, & vocatæ sunt tenebræ nox. Et per ordinem singula quòd facta sint legimus, cælum, terra, ligna fructifera, animalia diuersa. Distributa autẽ sunt leuiora superioribus, vt aer & ignis: & grauiora inferioribus, hoc est terra & aqua. Vtiq; simul omnia fieri iubere potuit deus, sed distinctionẽ seruare maluit, quam nos in omnibus imitaremur negociis, & maxime in visitudinibus gratiarum. In quibus nõ satis est reddere quod acceperis, sed commẽdare quod reddas. Nam si quis debitum soluat, & in referendo iniuriam faciat creditori, intolerabilius est vtiq; quàm non reddidisse quod debebat. Non ergo quantitas solutionis, sed animus reddentis, & qualitas consideratur, & affectus. Recte igitur Cain obtulit, quia oblatio insigne deuotiõis, & indicium gratiarum est: sed non recte diuisit, quia ante omnia deo debuit deferre primitias, vtà gratia inchoaret authoris. Etenim diuisionis hic ordo est, vt prima secundis, non primis secunda præcurrant, & cælestia terrenis, non terrena cælestibus præferantur. D

Quod quia Cain ordinẽ diuisionis nõ seruauit, dictũ sit ei: Peccasti, quiesce. Et quẽadmodũ deus omnia docuerit, & quid moraliter illud significet. Cap. VII.

SED quia Cain cõfudit hunc ordinẽ, dicitur ei: Peccasti, quiesce. Omnia docet deus. Primum ne pecces, vt in Adam monuit. Secundo si peccaueris, quiescas, vt in Cain doceris. Erubescere enim debemus, & cõdemnare peccatũ. nõ defendere, quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulatur. Et filendo corrigimur, contentione prolabimur. Sit saltẽ verecundia vbi non est absolutio.
Prou.28. Inde, illud: Iust⁹ in exordio sermonis accusator est sui.
Esa.43. Et iterum ab ipso domino alibi dictum legim⁹: Dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Quanta pudoris gratia, vt
E iustitiam teneat verecundia, quam culpa reatus abstulerit. Ideo autem ait, Quiesce, quoniam nõ habes quod excuses. Culpæ ipsius ad te conuersio est. Non enim frater ei adiicitur, sed error adscribitur, cuius, ipse sibi author est. In te, inquit, reuertetur crimẽ quod à te cœpit. Non habes in quo necessitatẽ magis q̃ mentem tuam arguas. In te retorquetur improbitas tua, tu princeps es illius. Bene ait? Tu princeps illius. Etenim impietas mater quædã est delictorũ: & qui grauiora peccauerit, in ce tera facile prolabitur. Quomodo enim potest ab humanis temperare qui diuina violauit, & hominibus bonus esse qui deum læsit? Atrociorem igitur scelerum reatũ vitia relíqua sequuntur, quoniã quo flagitiosa perpenderint, eò inclinant cætera. Tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis. Non te inuitum, nõ imprudentẽ error attraxit, sed volũtarius reus iudicio nõ lapsu fecisti, dolum, quo te diuinæ iniuriæ reum ipse conuincis.

Quomodo Cain admonitus vt quiesceret, auxerit insolentiam, & flagitiũ acerbauerit. Et quid sibi velit quod ait: Eamus in campum. Caput VIII.

ADMONITVS igitur vt quiesceret, auget in- F
solentiam, acerbat flagitiũ. Quid igitur sibi vult quod ait, Eamus in cãpum: nisi quia locus nudus gignẽtiũ eligitur parricidio? Vbi enim frater habebat occidi, nisi vbi fructus deesset? Tãquam præsagiẽs natura tanti sceleris loco germini denegauerat, quia non conueniebat, vt idem solũ & contagia parricidalis sanguinis reciperet præter naturam, & fructus secundum naturam germinaret. Merito ipse dicit: Eamus in cãpum. Nõ dicit, eamus in paradisum, vbi poma florent, non in aliquẽ cultum & fructiferum locum. Ipsi parricidæ indicãt fructum se sceleris habere non posse, nec penes eos fructum manere qui tantæ impietati præbuerint officium. Nã ipsam refugiunt elementorum benignitatẽ. vt iste Cain, qui videtur veritus ne largior boni terra prouentus triste facinus impediret, & liberalitatis assuetudine genitalis qua facit sibi fœtus & fructus varios germinascere, in hoc quoq; criminis apparatu vel muta specie sui fraternũ renouaret affectũ. Latro diẽ refugit quasi criminis testẽ. Lucẽ adulter erubescit, quasi adulterii conscią, parricida terrarũ fœcũditatẽ fugit. Quomodo enim poterat communis partus videre consortia, qui consortẽ sui sanguinis trucidabat? Ioseph in lacum mittitur siccum, Ammon in-

G tra domum occiditur. Iustum igitur natura est impertita iudicium, ea loca in quibus erat futurũ parricidiũ, muneris sui dote priuando, vt ex innocentis soli quadã damnatione ostenderet futura supplicia noxiora. Propter scelus igitur hominum & ipsa elementa damnantur. Denique Dauid montibus in quibus Ionatas cũm patre interemptus est, perpetuæ pœnam sterilitatis optanit dicens: Montes qui estis in Gelboe, neque ros neque pluuia cadat super vos, montes mortis.

4. Reg. 1.

Qua ratione interrogauerit deus Cain vbi esset frater suus, & de ipsius redargutione atque condẽnatione, cum moralis intellectus explanatione. Cap. IX.

NVNC cõsideremus qua ratiõe interrogauit de9 Cain vbi esset frater suus, quasi nesciret occisum. Sed quod ad scientiam dei spectat, negantem arguit, & inficianti quasi sciens respõdit: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Quod autẽ ad rationem profundã attinet, peccantes admonet ad pœnitentiam. Confessio enim, pœnarum compendiũ est. Inde in iudiciis secularibus impositi equuleo torquentur negantes, & quædam tangit iudicem miseratio confitentis. Est quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio crimen fateri, nec deriuare culpam, sed recognoscere. Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autẽ pertinacia denegantium. Vult te prouocare ad pœnitẽtiam deus, vult de se sperari indulgentiam, vult demonstrare tua confessione quod nõ sit author malitiæ. Nam qui peccatum suum ad quandam referunt, vt gentiles asserunt, decreti aut operis sui necessitatem, diuina arguere videntur, quasi ipsorũ vis causa peccati sit. Qui enim necessitate aliqua coactus occiderit, quasi inuitus occidit. Ea vero quæ à nobis sunt, excusationem nõ habent: quæ autem præter nos sunt, excusabilia sunt. Sed

H quanto grauius peccato ipso, ad deum referre quod feceris, & reatus tui inuidiam trãsfundere in authorẽ nõ criminis, sed innocentiæ? Perpẽde autem parricidę responsionem. Nescio inquit: Nunquid custos fratris mei ego sum? Etsi contumaciam prodat hic sermo, sonat tamen quia si bonũ fratrem considerasset, custos debuit esse pietatis. Quem enim magis q̃ fratrem seruare debuerat? Sed quomodo germanitatis seruaret officium, qui necessitudinis non agnouisset affectum? Aut quomodo fieri posset vt naturæ obedientiam deferret, qui deo reuerentiã nõ exhiberet? Negat primum quasi apud ignorãtẽ. Recusat fraternæ munus custodię, quasi exors naturæ. Declinat iudicem quasi liber arbitrii. Quid miraris si pietatem non agnouit, qui nõ agnouit authorẽ? Et ideo doceris hac serie scripturarum fidẽ esse radicẽ virtutum omnium. Vnde & Apostolus ait: Quia fundamentum nostrum Iesus Christus est: & quicquid supra hoc fundamentum ædificaueris, hoc solũ ad operis tui fructum, & ad virtutis proficere mercedem. Cõgrue igi

1. Cor. 3.

tur respondit dominus tam impudenter neganti dicẽs:

I Vox sanguinis fratris tui ad me clamat. Hoc est, cur nescis vbi est frater tuus? Soleratis cum duobus parentib9, inter paucos frater te latere nõ debuit. An quia parentes tui accusatores esse non possunt? Nolo enim vt ea necessitudo quæ est author salutis, fiat author pericu

Ioannis 3.

li. In te solo leges suas natura amiserit. Ideo ergo putas crimen latere, quia parentes accusare nõ debent. Sed eo maior est cõdẽnatio tua. Nã si chara necessitudinis nomina accusare nõ debẽt, multo magis nõ debent occidere. Sed si me testem abnuis, & refugis arbitrum, vox sanguinis fratis tui testis est, quæ ad me clamat. Illa te maiore authoritate arguit q̃ si frater viueret. Soli eratis: Quis eũ potuit alter occidere? Si accusas parẽtes, parricidã probas. Potuit fratrẽ occidere, qui non parcit parẽtibus. Potuit parricida esse, qui de parricidis se ortum ꝓbare desiderat. Et bene ait: Vox sanguinis fratris tui clamat, non frater clamat. Hoc innocẽtia & gratia germanitatis etiam in ipsa morte seruat. Non accusat frater, ne videatur parricida. Non accusat vox ipsius, non K anima eius, sed vos sanguinis accusat, quẽ ipse fudisti. Tuum te ergo facinus, nõ frater accusat. Simul querela criminosa adimitur. Non potest de alieno testimonio queri, qui crimẽ ꝓprio facinore cõfitetur. Minor est sermo q̃ factum. Est tamen etiã terra testis, quæ cœpit sanguinẽ. Et bene ait: Vox sanguinis fratris tui clamat de terra, non dixit, de fratris clamat corpore, sed de terra clamat. Et si frater parcit, terra non parcit. Si frater tacet, terra cõdemnat. Ipsa est in te & testis, & iudex. Testis acrior, quæ adhuc parricidii tui sanguine madet. Iudex asperior, quę tãto scelere coinquinata est, vt aperiret os suũ, & reciperet sanguinẽ fratris tui de manu tua. Et illa quidẽ aperuit os suũ, quasi exceptura de fratrib9 verba pietatis, nihil timẽs cũ fratres videret, quæ sciret ius germanitatis amoris incentiuum esse, nõ odii. Nam quomodo poterat parricidiũ suspectare, quæ adhuc nõ viderat homicidium? Sed tu effudisti sanguinem, cuius dolens ipsa cõtagiũ, Non augebit, inquit, virtutẽ suam dare tibi. Quãm innocens vltio, vt quæ tã grauiter violata fuerit, satis habẽs non prodesse, nõ quærat nocere. Non mediocre etiã dogma quod ait: Vox sanguinis fratris tui ad me clamat: quia deus iustos suos audit etiam mortuos, quoniã deo viuunt. Et merito pro viuentibus habẽtur, quia etiã si corporis gustauerint mortẽ, vitã tamen incorporeã capiũt, & illuminãtur suorũ splendore meritorũ, luce quoq; fruũtur æterna. Iustorũ ergo audit & sanguinẽ, auertit se autẽ à precibus impiorũ, quoniam etiã si videãtur viuere, miseriores tamen sunt omnibus mortuis, carnẽ suã sicut tumulũ circũferẽtes, cui infelicẽ infoderunt animã suam. Quid enim aliud est q̃ L sepulta quæ intra humũ voluitur, & terrenæ auaritiæ cupiditatibus cæterisq; vitiis includitur, vt gratiæ cælestis auram spirare non possit? Huiusmodi peccator à terra maledictus est, quæ est infima & postrema pars mundi. Superius vtique cælum, & quæ in cælo sunt, Sol, Luna, & stellę, throni, dominationes, principatus, & potestates, Cherubim & Seraphim. Non est ergo dubium quod eũ & superiora damnauerint quẽ inferiora dãnauerũt. Nam quomodo absoluitur puræ illi cælestiq; sententiæ, quẽ nec terræ potuerunt absoluere? Et ideo gemens & tremẽs inbetur esse super terrã. Euidens generalisq; ratio, quia omni improbo mala assunt, & assutura sunt. Quæ assunt, tristitiã operãtur: quæ futura, formidinem. Sed improbũ plus præsentia q̃ futura solicitant. Vnde & Cain dixit ad deum: Maior causa mea est. Si derelinques me, hodie à facie tua absc̃odam me. Nihil enim grauius q̃ errantẽ à deo deseri, vt se reuocare non possit. Mors peccatoris finẽ peccandi affert, vita autem diuino gubernaculo destituta precipitatur, & in grauiora prolabitur, vt si gregẽ pastor relinquat, incurrent bestiæ: ita cum deus deserit hominem, ingruit diabolus. Graue est, præsertim in sipiẽtibus, non habere rectorẽ. Serpit malitia, vulnus augetur, vbi medicina defuerit. Absc̃odit se autem qui velare vult culpam, & tegere peccatũ. qui enim male agit: odit lucẽ, & amat tenebras suorum & latibula delictorũ. Iustus autem non absc̃ondere à domino deo suo, sed ipse magis se offerre consuevit, dicens: Ecce sum ego, qui nõ habet criminosam conscientiam quã timeat deprehendi. Merito ergo se absc̃ondit male conscius, & ait: Omnis qui inuenerit me, occidet. Angustæ mẽtis homo presentẽ mortem veretur, perpetuam negligit, & diuinum iudicium nõ reformidat. Interitum solum corporis deprecatur. Sed à quo timebat occidi qui sólos parẽtes habebat in terris? Potuit quidẽ & incursus bestiarũ timere, qui legis diuinæ iura violauerat, nec præsumere de subiectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi. Potuit & parẽtes parricidas timere, qui docuerat parricidiũ posse committi, Potuerunt enim & parentes de filio discere, quod didicerunt posteri de parente.

A Qua de causa dixerit deus: Ois qui occiderit Cain, septies vindictam exoluet. Et qua ratione signum super eum positũ fuerit ne occideretur, cum pulchra morali interpretatione atq; institutione. Cap. X.

CONSIDEREMVS nunc qua causa dixerit deus: Omnis qui occiderit Cain, septies vindictam exoluet. Et qua ratione signũ super eũ ponitur ne occidatur parricida, cum prospectum non fuerit ne innocens occideretur. Octauus est homo, habet rationabile quo præstet cæteris, habet & quinq; corporis sensus. Habet etiam vocem, habet & generandi gratiam. Hæc septem nisi illo rationabili regãtur, subiecta morti sunt, et ideo stultus in his habet omne periculum sui. Qui ergo rationabile illud amiserit, frustra de istorum sibi vsu septem carnaliũ munerũ blandietur. Dissoluuntur hæc omnia nisi habenis quibusdã ratiõis astricta sint. Mors itaq; rationis, mortẽ operatur irrationabilium passionum. Sed illud melius quod septimus numerus quietis & remissionis est. Ergo qui alii non pepercerit peccato ri, & munus ei remissionis peccatorum inuiderit, ipse sibi spem remissionis eripiet, & erit in eo pari mensura vindicta de gratia. Quod autem signum posuit super Cain ne quis eum occideret, reflectere voluit errantem, & beneficio suo iuitare ad correctionẽ. Ipsis enim nos facilius cõmittere solemus, quorum habemus gratiam. Nec tamen magna cõcedit, sed in eo ipso imprudentiã insipientis vlciscitur. Qui cũ esset perpetuis sup

B pliciis obnoxius, non remitti sibi pœnam popoſcit, sed vitam corporis huius obseruãdam putauit, in qua plus erumnæ est q̃ voluptatis. Mors enim vna est in secessione animæ & corporis, & in fine istius vitæ: quæ simul vt venit, oẽs corporis dolores auferre nõ augere cõsueuit. Metus vero qui hãc vitã viuentibus frequẽter ingruit, mœstitiæ, dolores, gemitus, diuersiq; cruciatus grauitatum, & ægritudinum vulnera plurimas etiã mortes generi humano inferunt, vt ista mors remediũ esse videatur, nõ pœna. Non enim perẽptoria est, per quã nõ adimitur vita, sed ad meliora transfertur. Nam si nocentes moriũtur, qui gradũ à peccatis reuocare noluerint, vel inuiti: tamen finẽ non naturæ, sed culpæ adipiscuntur, ne plura delinquant, quibus vita fœnus est delictorum. Si autem bonæ spei cõpotes sunt, migrare magis quàm deficere credẽdi sunt. Inferitur hoc loco dogma de incorruptiõe animę, quod ipsa vera & beata vita sit, quam vnusquisq; bene conscius viuit multo purius ac beatius cum huius carnis anima nostra deposuerit inuoluerũ, & quodam carcere isto fuerit absoluta corporeo, in illum superiorem reuolans locum, vnde nostris infusa visceribus compassione corporis ingemuit, donec cõmissi gubernaculi munus impleret, vt carnis huius it-

C rationabiles motus rationabili ductu regeret & coerceret. Inde est quod postea prophetæ in captiuitatẽ cum populo Iudæorum transierunt, ne reliqua plebs suorũ destituta præsidio, consilióq; viduata, grauiorẽ subiret erumnã, sed magis frequẽtibus cõmonita oraculis prophetarum, ad dominum deum suum pio rediret affectu, ne aduersis captiuitatis attrita, prorueret in perfidiæ peccatũ, salutisq; perpetuæ remediũ desperaret. Redarguuntur itaq; hoc in loco qui vnicã hanc vitã putãt esse quæ sit in hoc seculo. Omnia plena lapsus, plena mœroris sunt, & redarguuntur simplici serie gestorũ. Ecce enim iustus, innocẽs, pius, propter gratiã deuotionis odia fratris incurrens, immaturus adhuc æui sublatus est parricidio: & iniquus, sceleratus, impius, etiã fraterna cæde pollutus longæuã duxit ætatẽ, duxit vxorẽ, posteritatẽ reliquit, vrbes cõdidit, & hoc meruit permissione diuina. Nõne in his aperte vox dei clamat, Erratis qui putatis hic esse omnẽ viuendi gratiã? Non intelligitis non aduertitis senectutẽ hanc miseriarũ esse veteranã, processionẽq; ætatis, ærumnarum stipendia, & Scyllæo quodã vsu circũsonari nos quotidianis naufragiis, tundi fluctibus, in scopulosis habitaculis degere, & in his delectari, sicut illud non tã æternũ animal q̃ immortale malũ. Ergo & isti Cain lõgæuitas indulta vindicta est, eò quòd vixit in metu, & prolixũ spatiũ multo cucurrit & infructuoso labore, qua pœna nihil grauius q̃ vt quis ipse sibi maiorũ causa pœnarũ sit. Vide igitur q̃ perpetua vita iustorũ, & nulla sit iproborũ. Iusti sanguis clamat & mortui, vita autẽ peccatoris absc̃oditur. Tertium est, quoniam cum parricidium esset admissũ, hoc est scelerũ principatus: vbi peccatũ obrepsit, statim & lex diuinæ mansuetudinis prorogari debuit: ne si cõtinuo vindicatum esset in reũ, homines quoq; in iudicando nullã patientiã moderationemq; seruarent, sed statim reos supplicio darẽt. Diuinæ autẽ sententiæ prouidẽtia huiusmodi est, vt magnanimitatẽ & patientiam doceret iudices, ne quis præpropere raperetur studio vindictæ, & ipsa deliberationis immaturitate puniret innoxiũ, aut pœnã acerbaret irati, nec tamẽ penitus inultum esse pateretur in eo qui nullam pœnitẽtiã sceleris induisset. Repulit enim eum à facie sua, & à parẽtibus abdicatũ, separatæ habitationis quodam relegauit exilio, eò quòd ab humana mãsuetudine trãsisset ad sæuitiam bestiarũ. Verũtamen homicidio noluit homicidam vindicari, qui mauult peccatoris correctionem q̃ mortem. Vnde in Lamech septuagies septies vindicatur, quia grauior culpa eius est, qui nec post damnationem se correxit alterius. Cain impetu quodam improuido ante peccauerat: Lamech vtiq; quod in altero reprehensum aduerterat, cauere debuerat. Suo quippe iudici sententia debebatur, ne quis passim reum esse feriẽdum putaret. Et vt ad mysteriũ venias, non debuit interimere eum qui vsq; ad naturalem terminum mortis suæ, agendæ habebat spatiũ pœnitentiæ. Excusare posset quòd se redemisset vel sera actione pœnitentiæ, nisi eum præmatura pœna rapuisset.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE NOE ET ARCA.

Quod dignum sit vt iustus Noe, qui ad renouandũ semen hominum reseruatus fuit, ad imitationem omniũ describatur, vt & nos requiescamus ab omni isti9 mundi solicitudine, operibusq; iniquitatis, ac terrenæ conuersationis cura. Caput I.
De significationibus nominũ triũ filiorũ Noe, & de instructiõe aciei, ac munitionibus bonitatis naturæ, quę nos ad huius mundi prælia generauit. Cap. II.
Quid significet quòd secuturo diluuio nõ solum Noe, sed & vniuersa generatio q̃ maxime abundauerit filiorum procreatione. Et quomodo beneficii gratiã sequi debeat sobriæ disciplinæ censura. Qua etiam ratione spiritus sanctus hominibus detur, non autem permaneat. Caput III.
Quod gigantibus qui fuerunt in terra ætate Noe, similes sunt homines cultui carnis suæ studentes. Et qui dicãtur filii dei. Et quo pacto deus dicatur irasci, aut moueri. Quemadmodũ etiam i[illegible]tionabilibus propter hominis peccatũ deletis, Noe tamen gratiã apud deum inuenerit. Cap. IIII.
Quomodo omnis terra dicatur fuisse corrupta, & tempus omnis hominis venisse ante deum. Cap. V.
De ædificatione arcę, & quemadmodum in ea descripta fuerit humani corporis figura. Quódq; nidi eiusdẽ, quibus singula corporis nostri membra significãtur, bitumine intus & foris linienda sint, ne facile corrumpantur. Caput VI.
De cõparatione arcæ Noe ad arcã fœderis quo ad materiã ligni, glutini, & cõmotionis. Quo etiã lõgitudo & latitudo arcę singulos humani corporis sensus denotent ad vsum aliquẽ esse cõpositos. Cap. VII.

G Quid significet ostiũ ex aduerso in arca factũ. Et quẽ-admodũ qui retro erãt, priores facti sunt. Ca. VIII.
Quid sit quòd inferiora arcæ bicamerata & tricamerata esse debeant. Et quòd deus per arcæ figurã voluerit nos edocere quẽadmodũ à diluuio intẽperãtię tuti essemus per remedium electionis iusti. Cap. IX.
De tribus causis ob quas muta animantia, quæ peccãdi sensum non habent, per diluuiũ subiecta sint pœnæ, cũ altiori mystica quadam interpretatione. Cap. X.
Quod absumptis omnibus terrenis diluuio, solus iustus se & domũ suã seruet: Et q̃ pulchre iuxta mysticã interpretationem dominus ad Noe dixerit: Quia vidi te iustum in generatione ista. Cap. XI.
Qua ratione de iumentis mundis septem & septẽ, masculus & fœmina iubeantur in arcam induci, de immundis autem duo & duo, secundũ naturalem atque moralem expositionem. Cap. XII.
Qua de causa postq̃ ingressus est Noe in arcã, post septem dies diluuiũ factũ fuerit. Quare etiam cũ latis fuisset quadraginta diebus dixisse diluuiũ fuisse, adiecerit & quadraginta noctibus. Et qua ratione quadraginta dieb⁹ durauerit. Quid præterea sibi velit quod inquit domin⁹: Et delebo omnẽ resurrectionẽ carnis à facie terræ. Quid postremo quod dicitur, & fecit omnia Noe quę mãdauit ei domin⁹ deus. Cap. XIII.
Qualiter sit cõsiderandũ quòd sexcẽtesimo anno Noe, vicesima & septima mensis factũ sit diluuiũ. Et quẽ-admodum omnes fontes rupti dicantur, ac cataractæ cæli apertæ, tam secundum literalem, q̃ etiam altiorẽ intellectum. Cap. XIIII.
Cur domin⁹ à foris arcã clausisse dicatur: Et quomodo exundante aqua arca ferebatur sup̃ flumina aquarũ, quæ. xv. cubitis sup̃ montes excelsos eminebat, iuxta
H literalẽ & allegoricam interpretationẽ. Cap. XV.
De euidẽti explanatione & allegoria eius quod scribitur: Deleuit deus omne quod erat super faciẽ terræ. Quare etiã scriptura dicat: Memor fuit domin⁹ Noe, & bestiarũ, & iumentorũ, & non fecerit mentionẽ de mitioribus quæ post hominem sunt, sed fortioribus. Qualisq; fuerit spiritus quẽ induxit dominus super terram vt cessarent aquæ. Cap. XVI.
Quid sit quod ait scriptura: Clausi sunt fontes aquarũ, & cataractæ cæli. Et de cõprehensione loci illius vbi dicitur: Et sedit arca septimo mense septima & vicesima mensis. Et quid sit ostium arcæ quod iustus aperuit vt emitteret coruũ non reuersurũ. Cap. XVII.
Quid sibi portẽdat quòd post coruũ nõ reuersũ colũba dimissa dicitur, quodq; Noe extẽdẽs manũ susceperit eã, & ad se introduxerit. Qdq; septẽ aliis dieb⁹ tenuerit colũbam, & iterũ eã emiserit. Cap. XVIII.
Cur colũba dicatur ad vesperũ esse regressa cũ ramo oliuæ in ore: Et vnde cognouerit Noe aquas defecisse. Et de columba tertio post dies septem emissa, quæ
I tamen non regrediebatur. Caput XIX.
Quid sibi velit illa adiectio, qđ scriptura alia die aquã minutam, alia siccatã terram cõmemorat. Quomodo etiam Noe tectum arcæ denudauerit. Et quod ait primum mensem vel secundum. Cap. XX.
Quare Noe nõ sua sponte exierit arcam, sed expectauerit oraculũ diuinũ, quo sibi dicebatur: Exi de arca, tu, & vxor tua, & filii tui. Et quare in ingressu, ordinis delectus fuerit habitus, vt primo ipse & filii, deinde vxores ingrederẽtur, in egressu autẽ id cõmutatum, vt fœminæ cũ viris exierint. Cap. XXI.
Qua ratione Noe circa arcam nihil fecerit nisi iussus à domino, & tamẽ post egressũ ab arca nõ monitus arã deo ędificauerit. Et quare dicatur deo, & nõ domino. Cur etiã sumpserit à bestiis & volatilibus mundis vt offerret holocausta. Quidq; sit quod ait domin⁹: Recogitans nõ adiiciã maledicere terræ. Cap. XXII.
De explanatione literali & morali eius quod dominus dixit: Semen & messis, hyems & æstas die & nocte nõ K
requiescent. Cap. XXIII.
De prerogatiua potestatis hominibus in cætera animalia attributa per id qđ domin⁹ benedixit Noe & filiis eius dicẽs: Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & dominamini ei⁹. Et qũo intelligatur quod subditur: Omnia reptilia quæ sunt viua, sint vobis in escã: cũ tamen quædã reptilia sint venenata. Cap. XXIIII.
An sub his verbis quib⁹ ait domin⁹, Sicut olera pabuli dedi vobis oĩa, oleribus magis q̃ carnalibus epulis vti debeamus. Et quẽadmodũ abstinere debeam ⁹à sanguine, in quo est anima: Ac de diuersis philosophorũ opinionibus circa naturã animæ. Cap. XXV.
Quod per hoc quod ait: Etenim vestrũ sanguinẽ & animarum vestrarum exquiram de omnibus bestiis, & de manu hominis fratris, detur intelligi hominẽ gratuius peccare qui fratri insidiatur. Et quis dicatur frater. Quare etiam dixerit: Ad imaginem dei fecit hominem, & nõ ad imaginem meam, cum reprobatione opinionis philosophorum qui negant deum habere curam super homines. Cap. XXVI.
Quomodo intelligendum quod inquit dominus: Non erit diluuium vt corrumpat omnem hominem. Et quod subdit: Arcum meum ponam in nube. Et quasis fuerit arcus ille. Cap. XXVII.
Qua ratione cum tres filios Noe, Sem, Cham, Iaphet, supra cõputauerit, hoc loco medii filii, id est Cham generationem prius comprehenderit. Et quomodo ille Chananęorum author fuerit. Cap. XXVIII.
Qũo Noe egressus ab arca, factus sit agricola. Et de differentia inter operatorẽ terræ, & agricolã. Quid etiã L
sit quòd iustus primũ vineã plantauerit, & nõ triticũ aut hordeũ. Et quid velit quod subdit: Bibit de vino, & iebriat⁹ est. Et de duplici specie ebrietatis, et gemia nudatione sapientis. Ac de opimentis animę. XXIX.
Quare non simpliciter dixerit: Vidit Cham nudationẽ patris, sed vidit Cham pater Chanaan. Et cur Cham nudatum patrem riserit. Cap. XXX.
De euidẽti pietatis affectu in bonis filiis Sem & Iaphet, qui nudatum amictu patrem videre cauerunt. Et quomodo mens sapiens retrorsum ambulet. Quid etiam significet quòd somno recedente Noe sobrius factus sit a vino. Et quare scriptura Cham, quem primo medium inter filios posuit, postea minorem appellauerit, dicens: Cognouit Noe omnia quæ fecit ei filius iunior. Cap. XXXI.
De benedictione Sem filii, & quare Noe dominum & M
deum dixerit, & specialiter deum filii sui Sem. Et qua ratione cum Cham peccauerit, non ipsum, sed filium illius seruituti addixerit. Et de benedictione filii Iaphet, & multiplici dilatatiõe bonorũ. Cap. XXXII.
Quid significet quòd post diluuiũ Noe dicitur vixisse trecẽtis & quinquaginta ãnis. Et quod de generatiõe Iaphet Rhodus & alię insulę sint nationũ. Ca. XXXIII.
Qua ratione Cham illius improbi filium seniorem scriptura fuisse memorauerit. Et quòd Christus Nęroth gigantẽ genuerit, qui erat venator ante deum. Et de interpretatione nominis Nemroth. Quodque idem principiũ fuerit regni Babylonis. Cap. XXXIIII.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI. LIBER DE NOE ET ARCA.

Quod dignum sit vt iustus Noe qui ad renouandum semẽ hominũ reseruatus fuit, ad imitationẽ omniũ describatur, vt & nos requiescam⁹ ab oĩsti⁹ mũdi solicitudine, operib⁹q; iniquitatis, ac terrenę conuersationis cura. Caput. I.

A NOE SANCTI ADORIMVR vitã, mores, gesta, altitudinẽ quoq; mẽtis explanare, si posumus. Nã cũ ipsa ꝓphetia dixerit nihil difficilius q̃ hominis interiora cõprehendere, quanto magis viri iusti mentem cognoscere? Etenim quem dominus deus ad renouandum semen hominum reseruauit, vt esset iustitię seminarium, dignũ est vt nos quoq; describam⁹ eum ad imitationem omnium, & requiescamus in eo ab omni isti⁹ mundi solicitudine, quam quotidie diuersis exagitationibus sustinemus. Pudet filiis superuenire, tædet cũ tot aduersa audiamus charissimorum, lucem hanc carpere, ipsarum ecclesiarum diuersos fluctus tempestatesq; vel præsentes subire, vel animo recipere. Quis tam fortis vt patienter ferat? Et ideo nobis quoq; affectanda hęc requies fuit, vt dum Noe sanctũ maiore intentione consideramus, reficiamus & nos, sicut omne gen⁹ in illo requieuit ab operibus suis, atque tristitia. Vnde & Noe di
Genes. 5. citur, quod latine dicitur iustus, vel requies. Denique & parentes eius dixerunt: Quia hic faciet nos requiescere ab operibus, & à tristitia, & a terra cui maledixit dominus deus. Quod vtique si ad ea quæ facta sunt, referẽdũ putes: cum diluuium sub eo factum sit, non requies hominibus, sed interitus videatur illatus, nec remissio malorum, sed cumulus miseriarum. Verũ si iusti viri mentem consideres, aduertes iustitiam solam esse quæ aliis
B potius nata est q̃ sibi: non quòd vtile sibi est quærat, sed quod omnibus. Hæc nos requiescere facit ab operibus iniquitatis: hæc reuocat à tristitia: quia dum ea quæ iusta sunt, gerimus, nihil timemus puræ conscientiæ securitate, non dolemus graui dolore. Nihil est enim quod maioris doloris sit, q̃ culpæ reatus. Requiescamus etiam ab omni cura terrenæ conuersationis, quæ corpus nostrũ atque animã frequentib⁹ vexat doloribus, vitãq; atterit

De significationibus nominum triũ filiorum Noe & de instructione aciei ac munitionibus bonitatis naturæ, quæ nos ad hui is mundi prælia generauit. Cap. II.

VT vero tres filii nati, Sem, Chã, Iaphet. Quę nomina significant bonum, & malũ & indifferens: vt & naturæ gratia bonitatẽ n habuisse, & malorum tentamenta ei nequaquam defuisse, & indifferentibus, hoc est velut supellectili virtutum abundasse videatur. Qua ratione autem malũ in medio posuerit, ratio euidens est, quia naturæ bonum omnibus ineſt: nec quasi naufragos in lucem proiicit: sed & sulfulsit virib⁹, vt non appriman tur tentamentis malitiæ, nec tanquam in ualidi succumbant, sed munit & vestit velut quibusdã
C tegumentis indifferẽtibus, quæ sunt salus, valetudo bona, pulchritudo, impigritia, diuitiæ, generis claritudo, vt ea dote muniti tueãtur bonitatem naturæ, & malum illud includant ne possit nocere. & quasi clausum strãgulent. Nõne cernimus velut aciem quãdam virtutum ordinatam in prælio, vt inferiores in medio sint, dextra leuaq; velut in cornibus validiores, per quos tota acies robur accipiat? Vnde & quidã poeta græcus ait: κακοὺς λ᾽ἐς μέσσῳ ἔλασσε, hoc est, malos autem in medium in seruit. Ita ergo & natura quasi bonus dux imperãte deo quæ nos ad huius mundi prælia generare nouerit, quæ bona habet, primo ordine constituit. quę officiant secũdo, quæ adiuuant tertio, vt tanquam in medio incluſus hostis, geminatis, quocũque se cõtulerit, opprimatur viribus, ne singulæ eorũ velut æquatis fatigentur prælii, & euadẽdi de anguſtiis naturalib⁹, ac serpendi latius facultatem haberet. Sed quia vbi generantur, hic ordo est vbi autem generant, Iaphet primo loco scribitur, tertio Cham: ideo ne contraria nos posterioribus dixisse quis arbitretur, etiam illius loci explananda ratio est. Bonũ quidem, quod velut in quadam naturæ nobilitate est, D
præcedit, malum autem sequitur. Sunt enim cogitationes mentis contrariæ, quæ vtique oriuntur postea. Hæc quandiu velut intus clausa sunt, nec tanquam in herbis germinant, quodam sinu bonę mentis foueantur ne prodeant. Nam quandiu in voluntate est malum, non in actu telechia, hoc est in opere atque affectu, bonitas mentis gubernatoris velut aurigæ modo cohibet vel refrenat malitiam tentantem prorumpere. Cũ vero efferbuerit, atque in vlcus eruperit, ne possit latius serpere, & finitima contaminare: tunc iusta succedit prouidẽtia, ne illud indifferẽs, quod secundũ bonũ dicunt, velut loco cedat, cum iam feruenti malo non possit resistere. Itaq; ne latius fundat virus noxiũ, & plurimas inficiat generando corruptiones: illud primum bonum, quod natura bonum est, dum locum mutat, ordinẽ mutat, vt quasi laboranti cornui opem ferat, & eam partem aciei suscipiat quæ plus laborat. Virtus enim bellatoris difficilioribus locis est necessaria: sicut etiam boni custodis præsentia ibi frequẽtior, vbi muri fragiliores. At ne qua pars sine defensore sit: dũ illud bonũ inclinatiora sustẽtat, tunc illud indifferẽs locũ superiorẽ suscipit, velut deputante sibi eam partẽ perfectiori bono. Nihil enim virtute perfectius. Indifferẽtia autẽ non habent robur validæ virtutis, sed eius augẽt & diffundũt gratiã. Vnde Iaphet dictus est, quod latitudo significatur latine.

Quid significet quòd secuturo diluuio nõ solũ Noe, sed & vniuersa generatio q̃ maxime abũdauerit filiorũ E
ꝓcreatione. Et qũo beneficii gratiã sequi debet sobriæ disciplinæ censura. Qua etiam ratione spiritus sanctus hominibus detur. Non autẽ permaneat. Cap. III.

NEC solum sanctus Noe abundauit filiorum generatione, sed etiam vniuersa se effudit q̃ maxime eo tempore generatio. Quod non ociosum videtur. Secuturo enim diluuio non debuit estimari defuisse gratiam fœcunditatis illi generationi quam diluuia absorbuerũt: vt quod fuit humani generis abũdantia, diuino deputetur gratiæ: quod diluuium secutũ est, nostris ascribatur iniquitatib⁹, qui peccatis nostris auertimus dei misericordiam. Sic & in posteriorib⁹ us in
uenies quod secuturã Aegypti sterilitatem præcesserit tempestate annorum fœcunditas. Principale est enim virtutis inchoare à beneficiis, & præseminare gratiam. Vnde & Dauid ait: Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi do- Psal. 100.
mine. Præcedit beneficii gratia, sequitur cẽsura sobriæ
disciplinæ. Diuinũ est igitur quòd bona præmittuntur F
nostrum quòd mutantur. Ipse hoc declarat deus, dicẽs: =
Non permanebit spiritus meus in hominibus, quia caro sunt. Spiritus sanctus, spiritus sapientiæ est, spiritus
cognitionis. Habet ergo sapientiam, habet & disciplinam: sicut & de Beseleel, qui sacrum tabernaculum di- =
uino oraculo iussus est facere, ait scriptura: Quia repletus est spiritu prudentiæ & disciplinæ. Hic ergo Exo. 31.
spiritus datur hominibus, sed non permanet. Qua autem ratione non permanet, causa proditur, quia caro sunt. Carnis enim natura disciplinæ repugnat, quia voluptati obtẽperat. Deniq; de solo domino Iesu scriptũ est: Super quem videris spiritum descendẽtem de cælo, Ioannis 1.
& manãtem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. In eo manebat, quem nulla corruptelæ carnalis impedimenta reuocabant quo minus incorruptæ & im- Actu. 2.
permixtæ ordinem disciplina teneret, cuius caro non vidit corruptionem.

Quòd gigantibus, qui fuerunt in terra ætate Noe, similes sint homines cultui carnis suæ studentes. Et qui dicantur filii dei: & quo pacto deus dicatur irasci aut moueri. Quemadmodum etiam irrationabilibus propter hominis peccatum deletis, Noe tamen gratiam apud deum inuenerit.

Caput IIII.

GIGANTES autem erant in terra in diebus illis.) Non poetarum more Gigantes illos terrę filios vult videri diuinæ scripturæ cõditor, sed ex angelis & mulieribꝰ generatos asserit, quos hoc appellat vocabulo, volens eorum exprimere corporis magnitudinẽ. Et cõsideremus ne forte Gigantũ sint similes homines cultui studẽtes carnis suæ, animæ autem nullam curam habentes: sicut illi qui de terra secundũ poeticam fabulam orti, mole corporis sui freti ferũtur habuisse contẽptum superorum. An dispares æstimandi sunt, qui cũ ex anima cõstent & corpore, mentis vigori (quo nihil habet anima pretiosius) auersantur, & se carnis huius imitatores velut maternæ exhibent stoliditatis hæredes? Itaq; inuanũ laborant, cælum votis vsurpantes superbis, & terrenis operibus incubãtes, qui electione inferioris, & contẽptu superioris consortii, tanq̃ volũtarii obnoxii peccatis grauiori condemnantur securitate. Plerũq; angelos filios dei vocat scriptura, quia ex nullo homine generãtur animæ. Itaq; viros fideles filios suos dici nõ est aspernatus deus. Sicut ergo viri probabilis vitæ filii dei vocantur: ita quorum carnalia sunt opera, hos filios dicimus carnis scripturarũ authoritate. Dicit enim Ioãnes euangelista: Quia quotquot dominũ Iesum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Ideo postea habes quia iratus dominus est, quoniã quãuis cogitaret, hoc est sciret, quia homo positus in terræ regione, carnem portans, sine peccato esse nõ posset (terra enim velut quidam tentationũ locus est, caróq; corruptelæ illecebra) tamen cũ haberent mentẽ rationis capacem, virtutemq; animæ infusam corpori, sine cõsideratione aliqua in lapsum ruerunt, ex quo reuocare se nollẽt. Neq; enim deus cogitat sicut homines, vt aliqua ei noua succedat sententia, neq; irascitur quasi mutabilis: sed ideo hæc legũtur, vt exprimatur peccatorum nostrorũ acerbitas, quæ diuinam meruerit offensam: tanq̃ cuiusque in creuerit culpa, vt etiam deus, qui naturaliter non mouetur, aut ira, aut odio, aut passione vlla prouocaꝰ videatur ad iracundiam. Minitatus est præterea quod deleret hominem. Ab homine, inquit, vsque ad pecus, & reptilibus vsque ad volatilia delebo. Quid læserant irrationabilia? Sed quia propter hominẽ illa facta erãt, eo vtique deleto propter quẽ facta sunt, cõsequẽs erat vt etiam illa delerentur: quia nõ erat qui his vteretur. Sensu autẽ altiore illud manifestatur, quia homo mẽs est, quę est rationis capax. Homo enim definitur animal viuũ, mortale, rationabile. principali igitur extincto, etiã sensus omnis extinguitur, eò quòd nihil reliqui ad salutem superfit cũ salutis fundamentũ virtus defecerit. Ad condemnationem autẽ cæterorũ, & ad expressionẽ pietatis diuinæ, dicitur Noe apud deum gratiam inuenisse. Simul ostenditur quòd hominẽ iustũ nõ obumbret aliorum offensio, quando ipse ad totius generis reseruatur seminariũ, qui non generationis nobilitate, sed iustitiæ & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis prosapia est: quia sicut hominũ genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Etenim familiæ hominum splendore generis nobilitantur, animarum autem clarificatur gratia splendore virtutis.

Quomodo omnis terra dicatur fuisse corrupta, & tempus omnis hominis venisse ante deum. Cap. v.

CORRVPTA est autem terra corã deo, & impleta est, inquit, iniustitia. Causa terrenæ corruptelæ manifestata est, eò quòd iniustitia hominũ terrã corruperit. Vnde & dominus deus ait: Tẽpus omnis hominis venit ante me, quia impleta est terra iniquitatibus suis. Tẽpus quidem omniũ hominũ in conspectu dei, & in eius voluntate est. Non enim, vt vulgo aiunt, fatale decretum alligatur. Sed tamẽ specialiter hic dictũ puto, quia in Euangelio dominus redẽpturus hominũ genus passione sui corporis, & emundaturus sanguine suo, sacramẽtóque baptismatis, ait: Pater venit hora, clarifica filium tuũ, vt & filius tuus clarificet te. Ergo quia in diluuio per arcã Noe seruatæ sunt reliquiæ generis humani ad seminarium reparationis & renouationis futuræ, ideo præmisit hic: Tempus omnis hominis venit, quia repleta est terra iniquitatibus suis. Hoc in figura. In veritate autẽ ait: Reliquiæ per dilectionem gratiæ saluæ factæ sunt. Ideóq; exclamat Apostolus dicẽs: Superabundauit peccatum, vt superabundaret gratia. Corrupit, inquit, omnis caro viam suam. Carnem hic posuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viã eius corruperit. Qui si intellexisset quod munus accepisset à deo, nõ vtique passus esset vt caro obstaret animæ virtutibus. Itaq; caro causa fuit corrumpẽdæ etiam animæ, quæ velut origo & locus est quidam voluptatis: ex qua velut à fonte prorumpunt concupiscentiarum malarumq; passionũ flumina, lateq; exundant. Quibus demergitur animæ quoddam excusso gubernatore remigium, cum ipsa mens velut quibusdam tempestatibus & procellis victa, loco suo cedit. Pulchre autem ait: Quia homo viam naturæ suæ corrupit. Nam via sua in paradiso erat, in illo beatitudinum tramite, in illo virtutum flore, in illa incorruptibili gratia, quam viam terrenis inquinauit vestigiis. Alii habent: Viam ipsius, hoc est dei. Hoc solet verbo domini declarari

De ædificatione arcæ, & quemadmodum in ea descripta fuerit humani corporis figura. Quódque nidi eiusdem, quibus singula corporis nostri mẽbra significantur, bitumine intus & foris linienda sint, ne facile corrumpantur. Cap. VI.

SED iam de ipsa Noe arca dicendum: quã si quis velut impensius considerare, inueniet in eius ædificatione descriptam humani figuram corporis. Quid est enim quod ait deus: Fac tibi arcam de lignis quadratis? Quadratum certe hoc appellamus, quod omnibus bene consistat partibus, & conueniat sibi. Itaque & deus author nostri corporis, naturæq; fabricator astruitur, & opus ipsum perfectum esse iis sermonibus significatur. Quadrata autem hominis membra esse euidens ratio, si consideres pectus hominis, consideres ventrem pari mensura longitudinis & latitudinis, nisi cũ voluptatibus & epulis ventre distento, mensura naturalis exceditur. Iam pedes & manus, brachia, femora, & crura quadripertita quis non ipso vsu aduertat? Sunt autem pleraq; eorum etsi non eiusdem longitudinis aut latitudinis, tamẽ quæ analogiam ita seruent, vt in iis quoq; congrua mensura ratióq; concurrat: longitudo prolixior q̃ latitudo sit, latitudo q̃ altitudo. Et sicut ligni arcæ trina distantia est, siquidẽ trecentorũ cubitorũ longitudinẽ, & quinquaginta latitudinẽ, & triginta cubitorũ altitudinẽ seruandã esse præscripsit: ita & in nostro corpore summa est, & media, & minima distãtia. Summa secundũ longitudinem, media secundũ latitudinẽ, minima secundũ altitudinẽ: totũ tamen corpus attextũ ex singulis mẽbris, quadratum videtur. Nam & in vsu ita est, vt eos quadratos dicamus, quos nec enormes proceritate, & validos robusti qualitate corporis æstimamus. Quid etiam sibi vult quod ait: Nidos facies in arca, nequaq̃ filendũ videtur. Naturaliter enim dictũ arbitror, eò quòd omne corpus nostrũ attextũ est sicut nidus, vt spiritus vitalis oẽs partes viscerum penetret, atq; de principali nostro fundat se per artus singulos. Nidi quidã sunt oculi nostri, quibus se visus inseruit. Nidi sunt nostrarum sinus auriũ, per quos auditus se infundit, & velut in foueam

altam deiicit. Nidus est narium, qui ad se odorem attrahit. Nidus est quartus maior cæteris, hiatus oris in quo nutritur donec adolescat sapor: & vnde vox euolat, in quo latet lingua, quæ velut organum vocis sonos eiꝰ artifici suauitate modulatur. Et cum sit ipsa irrationabilis rationabilem vocem exprimit. Nidus est hemicraneum Nidus est membrana illa quæ cerebrum fouet, & intra cohibet. Nidi sunt viscera pulmonis & cordis. Spiritus quidem nostri, hoc est eius quem carpimus, & quo alimur in hac vita, nidus est pulmo. Sanguinis autẽ & spiritus nidus est cor. Duo sunt enim eius vteri. Vnus quo sanguinem velut quodã sinu suscipit, & transfundit in venas: alter quo rigatus ex illo superiori deducit in arterias iugi meatu. Olfa quoque validiora nidos habẽt. Sũt enim intus cauata, in quibusdã foraminibus est medulla. In visceribus ipsis mollioribꝰ nidi cupiditatis aut doloris sunt. Et alia si quis consideret, etiam plures nidos inueniet in hac fabrica humani corporis. Vnde puto & illum in psalmo non solum mystice, sed etiam naturaliter dixisse: Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Est enim iã in hoc corpore nidꝰ pudicitiæ, in quo erat nidus irrationabilis cõ Psal.83. cupiscentiæ. Sed vbi ante partus deformes nutriebat libido, vbi nũc decoræ castitatis adolescit hæreditas. Illinies, inquit, eam bitumine. Ex multis ossibꝰ, neruisq;, & cęteris aliis constat humanum corpus. Et foris igitur & intus apta cõpage connexum sibi adhæret, & habitudine propria, quam ἁρμὸν Græci dicunt, tenetur, vt intus clausus spiritus qui infunditur, vel spiritalis substantia quæ intus operatur, veluti geminis constricta vinculis non euagetur: sed ad vnitatem aptam & continentem connexionẽmque validam cohibetur. Ideo bitumine constringi arca iubetur: est enim bitumen vehementis ad constringendum naturæ. Vnde græce dicitur πάφα παρὰ τῆ συνάπτειν, quod disiuncta connectat, nexũque cõstringat indissolubili, ita vt naturali vnitate sibi credas conuenire. Ob hanc causam intus & foris bitumine arca constringitur, ne connexio illa facile rumpatur.

De comparatione arcæ Noe ad arcam fœderis quo ad materiam ligni, glutini, & commotionis. Quomodo etiam longitudo & altitudo arcæ singulos humani corporis sensus denotent ad vsum aliquem esse compositos. Caput VII.

ALIBI autem, hoc est in Exodo, etiam deauratur foris & intus arca illa, quæ in sanctis est mundi intelligibilis imitatrix imago. Sicut enim preciosius aurum bitumine, ita illa quę in sanctis est arca, q̃ ista præstantior. Deniq; hic simpliciter ligna posuit, ibi autẽ ligna quidem, sed imputribilia cõprehẽdit, declarans merita sanctorũ. Addidit etiã illic supportatoria ἰmobilia esse, quod sanctorũ statio stabilis & firma sit: quia vitæ probabilis tramitẽ virtutis ductu secuti sunt, corruptelæ declinantes cõfortia. Hæc autem arca, vtpote in diluuio huc atque illuc motu impellebatur incerto, eô quòd peccatorum status mobilis sit, & vitæ eorum quodam redũdantiũ passionũ diluuio corruptioni obnoxię errore incõstãti vagentur. Nec illud prætereundũ, quod cũ dixisset, Et facies arcam trecentorum cubitorũ longitudine, & quinquaginta cubitorum latitudine, & triginta cubitorũ altitudine: addidit colligens: Facies arcam, & in cubito consummabis eam à summo: vt reliquo corpori mensuræ sibi conuenientis ad gratiã decore quadret caput hominis, tanquã regale arcæ adiungeret: ex quo cũ sensus omnes ad cæteras partes corporis transfunderẽtur, tũ maxime oculi velut spectatores & custodes, naturæ appositi prouidentia, prope totũ orbis nostri statum desuper cõtuerẽtur. Ipsáq; mens illic locata secundũ plurimorũ sententiã, Eccle.2. & maxime Salomonis, qui ait, Oculi sapientis in capite eius: quasi in aula imperiali virtutũ consilium sibi contrahat, quo stipata comitatu & ipsa munitior sit, & tanq̃ ex edito quodam tuendi totius corporis regnum impertiat, responsa proferre, per quem possimus nosipsos non solum retro respicere, nec solum quod ante pedes est videre, sed etiã cæli ipsius secreta, pfundo obtutu sapientiæ spectare. Ibi igitur summa nostræ salutis, vbi gratia. Inde custodia, inde etiã pulchritudo corpi toto acquiritur, quæ primũ in vultu vernat. Decet enim præstantiorem esse aulæ regalis nitorem, in qua sicut vsus maior, ita splendor est. Nanq; si spectes, singula quæ in hominis forma ad vsum aliquẽ composita videntur, vt visus ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, os ad loquendum: ita vsus ministrant, vt præstent decorẽ. Quam deformes sunt vultus cæcorum? Et quid mirũ si vultus hominis absq; oculis deformis est, quando ipsum cælum sine Sole nõ habet suũ decorem? Tristes sine Sole dies ducimus, noctes sine Luna non placent. ipsi enim sunt quidã mundi oculi. Detrahe stellarum lumina, & quædam est in cælo ipso cæcitatis deformitas. Pili ipsi qui orbem oculorum prætexunt, & velut quandã aciem prætẽdunt, ne sordes aliqua vel pulueris caligine pupilla lædatur: & ipsi excipiunt si quid fuerit illatum quod oculũ possit lædere: si lippitudine intercidãt, dedecet: si palpebra cõtractior fuerit: si radãtur supercilia, quæ præcioforũ monilium specie velut intexta gẽmis refulgent. Aurium quoq; vt necessarius vsus, ita decora species: quas si quis trũcauerit, toto vultui infert deformitatẽ. In quib9 ita laborant opus suum natura, vt ipsi anfractus cauernarũ mira prudẽtia sinuati, plurimum vtilitatis afferant, ne repente feriat secreta capitis sonus. Deniq; sæpe multos improuiso clangore cõsternari videmus, & attonitos, aut vocis alicuius, aut tumultus sono expauescere. Sordes ipsę quæ inter eosdem gignuntur anfractus, velut quodam glutino auditum ligant. Simul si vehementior pulsus fuerit alicuius sonꝰ, ifringitur ac retardatur, vt prænũciatus potiꝰ mulceat, q̃ improuisus interna cõcutiat. Vermiculi quoq;, si aurẽ penetrare tẽtauerint, quodã fordiũ visco tenẽtur. Nares fimæ contra naturã videntur. iam si incisæ fuerit, quomodo potest vita subsistere sublato spirandi meatu? Quẽ ad modum pecudis magis facies, q̃ vultus hominis æstimatur. Capilli capitis q̃ grato amictu caput vestiunt, velut quidã aulæ regię stipatores, ne cerebrũ aura lædat, aut imber feriat, aut Sol adurat. Quos ita tamẽ dedit natura, vt pro sexu aut prolixiores placeant, aut recisi, & pro ætate, aut plerũq; pro temporis & anni qualitate. In senibus grata canicies, in pueris prodigiosa: æstate delectat pressius, hyeme indulgentius: mulieribꝰ ornamento est coma, dedecori est viris. Denique Apostolus euidentius expressit hoc dicens: Nam ipsa natura docet vos quod vir quidem si comã nutriat, ignominia est illi: mulier vero si capillos habeat, gloria est illi. Quid de ipsa regia loquar, per quã aulici sermones prodeũt, quidã mentis nostræ indices, animiq; internuncii? Quid de ipso dentiũ ordine, qui cũ suo opere toti quidẽ corpori vires ministrent, tum etiam modulatores sunt vocis ipsius? De quib9 si quid ceciderit, vox claudicat. Hæc de capite, plixius diximus, quia oportuit sensus omnes in summo locari, vnde omnia per reliquas partes officia diuideretur. Capiti autẽ nostro à tergo ceruix, proxima, dextera leuaq; brachia sunt, quæ arcem imperialem tanquam fida tuentur custodia. Denique hæc in nobis validiora, quæ propiora capiti, hęc præstantiora. Pectus quoq; velut quoddam sacrariũ sapientię, & stomachus velut quidam testis (vt medici aiunt) & conscius secretorum capitis, compassionisq; cõsors, cui sua omnia vel salubria vel aduersa transfundat. Latera, naticę, femora, & crura, mẽsurę latitudinem ipsa specie significant, pedúmq; gressus. Qui etsi exiliores videntur, fiunt tamen latiores cum incedimus. 1.Cor.11.

G Quid significet ostium ex aduerso in arca factum. Et quēadmodū qui retro erant, priores facti sint. Ca. VIII.

ADdidit autē pulchre: Ostium ex aduerso facies.) Eam partem declarans corporis, per quam cibos egerere cōsueuimus, vt quæ putamus ignobiliora esse corporis, his honorē abundantiorem circundaret. Quod multo gratius scriptura expressit, q̄ Socrates in libro Platonis dixisse legitur. Nam istud in Moysi scriptis siue ipse Socrates, siue Plato, qui in Aegypto fuit, potuerit vel legere, vel ab aliis percipere qui legerant: decoro motus inuēto, ostiū sibi apertum putauit vt operatoris nostri consilium prędicaret, laudans, eò quòd id potissimum decori conuenerit, vt ductus quosdam vel exitus cuniculorum nostrorum à tergo auerteret, ne in purgationibus ventris
1. Cori. 12. cōspectus noster offenderetur. At vero Apostol⁹, Quæ videntur, inquit, membra corporis infirmiora, necessaria sunt: vno ac simplici verbo descriptiones philosophiæ supergressus, & quæ putamus ignobiliora esse mēbra corporis, his honorem abundantiorem circundamus: & quæ inhonesta sunt nostra, honestatē abundantiorem habent. Sobrietatis enim nostræ & temperantiæ indicium præcipue illic cognoscitur. Helluones enim aut distenduntur cruditate vsq; ad periculum, aut plerunq; soluuntur visceribus exinanitis. Quod pulchre etiam ad Ecclesiæ mēbra Apostolus retulit. Quæ enim
H inhonesta sunt nostra ac superflua, nisi luxuria, nisi lasciuia? Quibus si quis inuentę irretitus tempore, cum ad maturiorem ætatem processerit, veniat ad baptismum, renunciet superioribus, moresq; priores exuat, peccata deponat, consepeliatur cum domino Iesu Christo, crucifigatur ei mundus, & ipse mundo: nonne is peccatorū remissione donatus, abundantiorem honestatem, q̄ ille catechumenus, cuius vita innocentior, habere æstimatur? Et vt Apostoli ipsius exemplo vtamur, Iudæus erat, persecutor erat: vocatus ad gratiam Christi, cœpit esse Apostolus. Et quia plus ei dimissum est, plus cœpit diligere, abundantius cæteris apostolis laborare, vas electionis factus, doctor Gentium missus. Nōne etiam apostolorum ipsorum plurimis vberiorem & honestiorē con
I secutus est gloriam, qui ante & inhonestus & ingloriosus fuit, cum persequeretur Ecclesiam dei? Pauper iste debilis, in Ecclesia te redemit suis votis. Et vt maiora aperiamus mysteria, quid tam ignobile quàm gentilis populus? Pauper, vtpote qui nulla haberet eloquia dei, debilis, & vtroq; pede claudus, qui nec in legē nec in Euangelium credidisset: vocatus tamen credidit ei, baptizatus accepit gratiam. Itaq; quia plus ei dimissum est, plus diligit. Remansit Iudæorū populus, licet vno pede claudus: quāquam & in ipsa lege claudicet. Itaq; ille qui gloriosissimus habebatur, amisit omnia, mirabilem consiliarium, & prudentem architectum, & sapientem auditorem. Iste qui immobilis erat, adeptus omnia, fidei titulo, trophæo martyrum, angelorum gloriatur cōsortio. Ergo Plato quod potuit, sermonis nitorē adhibuit: Apostolus autem, qui habebat dei spiritum, reuelauit mysterium. Satis dictum est de ostio, quoniam qui retro erāt, priores facti sunt.

Quid sit quod inferiora arcæ bicamerata, & tricamerata esse debeant. Et quod deus per arcæ figurā voluerit nos edocere quemadmodū à diluuio intemperantiæ tuti esse mus per remedium electionis iusti. Caput IX.

NVNC illud quæramus quid sit quod ait dominus: Inferiora arcæ bicamerata & tricamerata facies. Inferiora quidem dicendo, aduertimus quod pulchre nos sentire voluerit inferiori loco æstimanda ciborum receptacula, hoc est ea viscera quæ acceptū cōficiunt cibū. Corruptibilis enim esca est. Quod autem corruptibile, nō superioribus sed inferioribus comparandum: simul quia cibus deorsum fertur: cuius exigua portio viribus corporis alimoniæq; K proficit. Reliqua vero pars aluo purgandą deducitur, quia intestina sunt per quæ descendūt ciborū superflua. Ita operator noster instituit, vt non extenta à stomacho ad imū, sed sinuata sint ac reflexa, quo vitæ nostræ vsus propagaretur. Nā si extenderētur intestina hominis quę suscipiunt & deducūt cibū, statim sine vlla pertransiret mora: & necesse esset semper esurire nos, iugiter epulari: aut edificiente alimentorum substātia, deficere ilico. Nunc autē in illa intestinorū reflexione ac sinuatione bipartita ac tripartita adhęret cibus, & descēdendo paulatim vires ministrat, succum infundit corpori, tenet satietatē, differt edendi appetentiā: nec subita effusio, nec repentina euacuatio est, nec inexplebilis appetentia est, nec insatiabilis epulandi libido. Primū ergo indigentia est, & fames. Deinde ex his sequitur edendi sine intermissione cōtinuatio. Quid autem deformius, q̄ semper ventri studere? Qui cum repletur, vacuandus est: cum vacuatur, replendus. Tertium quid superat, nisi mors inter ipsos cibos epulasq; permixta? Quomodo enim poterant diutius vitam producere simul edentes & esurientes, bibentes sitientesq;: & priusq̄ replerentur, exinanientes omne quod sumpserant, statimq; esurientes? Nunc autem, dum paulatim descendit esca, famem & cruditatem naturalis temperat prouidentia. Primum enim in stomacho, quem plerique vētrem appellant superiorem, cibus conficitur: deinde coquitur in iecore, atque eo digeritur vapore. Succus eius diuiditur certis
L viscerum portionibus, ex quo omne corpus valescit. Quod satis iuniorum incrementa, senum testificatur perseuerantia. Reliquum cibi in ventrem defluit, quem omnes ventrē appellamus sine adiectione. Plerique dicūt ventrem inferiorem, ex quo fimus necesse est (qui plenus iam corruptionis descēderat) egeratur per illud ex transuerso ostium. Hæc cum ita naturali institutione ad dei præceptionem composita videantur, tamen si non edendi à nobis agendiq; modus seruetur, tanquam exuberantibus passionibus generatur diluuium, & quę dam totius labes corporis. Intęperantia enim accendit libidinem, cruditatem generat, corruptelam creat. Itaque aut duritia interna tenduntur & quatiuntur doloribus, aut incocto ciborum humore, & indigestiōis asperitate inferior quidam intestinorum amictus raditur:
M quia velut chartæ specie geminus eorum amictus assemritur. Vnus exterior, quem continuum aiunt periti, vel qui curiosius scrutati sunt, à summo ad imum directus: Alius interior, tanquam lateribus attextus: vnde aiunt non totum solui cum raditur. Nam si continuus esset interior, immedicabilis eius scissura foret. illic per moram adiunctionum, adhærere ciborum reliquias. Quæ si adiunctiones soluantur, transire semesos cibos, & potus defluos, hoc est hominis diluuium. Vnde mihi videtur per arcæ huius figuram voluisse deum nos edocere quēadmodum ab hoc speciali tuti simus diluuio. Corruptela enim diluuii causa est: ea vbi erepserit, aperiuntur aquæ, ebulliunt omnes fontes cupiditatum, vt totum corpus tanto & tam profundo vitiorū fluuio mergatur. Nihil est enim quod tā miserę seruituti subiiciat hominem, q̄ libido, atq; eiusmodi cupiditates quæ iugo quodam criminum graui deprimunt miseram cōscientiam, vt se nequeat attollere, vtpote quę libertatē innocentiæ amiserit. Maximū ergo in hoc diluuio est remedium, vt iustū præferas, eūq; mandati cælestis executorem eligas. Quis est iustus in nobis, nisi mētis vigor, qui intra istam arcam includat omne animantium genus quod est super terram? Cohibe ergo & tu omnes irrationabiles passiones tuas, omnesq; sensus tuos menti subiice, animiq; imperiis assuesce. Euolare foras non sinas cupiditates tuas, exire in vulgus libidinem: & per rationabilem mentem poteris etiam irrationabilia tua: & immunda peccata ab omni periculo diluuii liberare.

A De tribus causis ob quas muta animātia, quę peccandi sensum nō habent, per diluuiū subiecta sint pœnæ, cū altiori mystica quadam interpretatione. Caput X.

OMNIA, inquit, quæ sunt in terra, morientur. Quid itaque muta deliquerant animātia, qua causa subiecta sunt pœnæ, quæ peccandi sensum non habent? Sed quemadmodum in bello cum imperator ab hoste occiditur, cōmoriturī eius exercitus, atque ois com
minuitur virtus militaris: sic non discrepare à iustitia visum est, cum interiret homo, cui regalem quandā dominus deus in omne animantium genus potestatem dedit, vt omnibus volatilibus, feris, bestiis imperiali præesset authoritate, quòd etiam pecudes, & quæcunq; erāt irrationabilia, cōmorerentur animalia. Denique si quā do est pestilentia, corrupto cæli tractu, prius ea quę sunt irrationabilia, lues dira contaminat, & maximè canes, equos, boues: atque ea inficit, quæ cum hominibus conuersari videntur. Sic morbi vis genus humanum implicat. Hæc igitur prima causa, vt arbitror, iustæ assertionis. Secunda illa, quia nemo accusat naturam cur reliqua corporis nostri membra moriātur solo capite sublato, cum multos videamus amputatis manibus & pedibus superuiuere. Sed non eodem cæterorum membrorum est prærogatiua, quæ capitis. Ideóque abscisso eo, vnde sensus nostri in reliquum corpus prodeunt, moriuntur etiam omnia membra: nec in eo aut operatoris prouidentia deseritur, aut substantiæ humanæ redar-
B guitur. Similiter ergo nemo nunc arguat, quia caput & principale quoddam cæterorum animalium homo est: quo moriente non debet mirum videri si cætera mo riantur animalia. Tertium illud est, quia rationis exper tia non propter se, sed propter hominem generata sunt animalia. hominis enim causa, esse præcepta sunt, eorū
Psal. 8. subiectione humana præstere conditio. Denique gratiæ hominis attribuit propheta dicens: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris: quia ,ppter ipsum illa omnia: alia propter vtilitatē, alia delectationis gratia, alia voluptatis. Consequēs ergo erat, vt cum deleretur homo à facie terræ, propter quem facta sunt, etiam ipsa pari delerentur occasu. Hæc secundum simplicem lectionis expositionem. Altior autem & profundior interpretatio illud attexit, quod vbi anima mole passionum curuatur graui, & quasi diuersarum cupiditatum mergitur æstu, terrenæ omnes cogitationes & cō-
C cupiscentiæ in præceps ruunt: quia peccator vnusquisq; quo grauiora flagitia commiserit, eo fit insolentior. Nā quę usu atque exercitatione improbitas augetur, & impunitate nutritur audacia. Recedit itaque ab omni respectu honestatis, & in eo terrena omnia moriuntur letalis peccati acerbitate, quæ vera perpetua morte pecca torem deleat. Nemo enim grauius moritur, quàm qui peccato viuit. Moriuntur in eo passiones singulæ, moritur visus, qui peccatum annunciat: qui mulieri fallaci intendit: qui capitur alieni vultus decore: quē oculi meretricis ligauerint: quem aspectus illaqueauerit fornicariæ. An nō videtur mori, qui sibi libidinis telum impresserit, qui spontaneus in foueam mortis irruerit? Moritur & auditus, cum refert crimina: cum solicitantis adulteri sermonem annunciat: cum inserit animis verba meretricis, quæ seducit iuuenem multo blandimēto ser monis, laqueis autem labiorum suorum illigat eū. Moritur ex silentio, si non confiteatur deo. Moritur multiloquio, quia scriptum est: Ex multiloquio non effugies peccatum. Moritur per iracundiam: cum prætergreditur mensuram vltionis. Omnis nanque postremo sensus moritur, si minister sit iniquitatis.

Quod absumptis omnibus terrenis diluuio, solus iustus se & domū suam seruet. Et quàm pulchre iuxta mysticam interpretationem dominus ad Noe dixerit: Quia viāi te iustum in generatione ista. Caput XI. D

ITIDEM quia terrena omnia moriuntur diluuio, solus autem iustus in æternum manet, ad ipsum dicitur: Statuam testamētum meum ad te: quia ipse diuinæ est hæres gratiæ, ipse cælestis possessor hęreditatis, beatissimorū consors bonorum. Et homines quidem cum moriuntur, patrimonium suum testamento transcribere solent: nec cedit hæreditas donec viuit testator. Deus autem cū sit sempiternus, transfundit iustis diuinæ hæreditatem substantiæ: & ipse nō indigens, donat sua sine vlla donationis dispendio, quem non grauant suorum consortes bo
2. Cori. 8. norum, magisq; fruitur eo quo nos vtimur. Denique dominus Iesus pauper factus est, cum dives esset, vt illius inopia ditaremur. Qui testamentum vtrunq; suo consummauit sanguine, vt nos vitæ suæ cohæredes, & mortis faceret hæredes, quo & vitæ haberemus consortium, & mortis beneficium. Multum autem tribuit iusto dicēdo: Statuam testamentum meum ad te, eò quòd rationabilis ipse vir sit testamentum dei. Ipse est enim hæreditas, ipse possessio, in quo virtus diuini testamenti est, in
Psal. 126. quo fructus iudicii, in quo hæreditas promissionis, de quo Dauid dicit: Ecce hæreditas domini filii merces fructus ventris. Sed iā salua expositione profundioris mysterii, ad reliqua pergamus. Intra, inquit, tu, & omnis domus tua in arcam, quia te vidi iustū in generatione ista. Manifeste fides propheticæ sententiæ etiam hoc astrui- E
tur loco: quia stultus sibi soli stultus est, sapiens autem sibi & plurimis sapit. Itaq; Noe iusti merito etiam domus ei⁹ in diluuio seruatur. sic in mari nauigantes, & in bello exercitus, si illis non desit gubernatoris peritia, istis imperatoris prudentia, à periculo tuti sunt aliena ope. Sed quia boni imperatoris bonus exercitus, ideo etiam laudem iusti in eo intelligimus non præteriri, qui talem instituit domum suam, vt virtutis fulgeret cōsortio. Meritoq; inuenit salutem cognatio: nec repugnat quia postea aut filius aut vxor offendit. Dormiebat iustus, cum erraret filius. Fœmina quoq;, vtpote sexus fragilioris, mole periculi turbata, quæ totum orbem diuino incendio perire crederet, quid miraris si virum non potuit sequi, cū ipse iustus ab angelis monitus vix euaserit? Quid autem mirum si homini obrepit error, aut serelaxat intentio? Argue ergo quia & iustus inebriatus est Sed hæc loco suo reseruanda arbitror: nunc quod superest, consideremus. Pulchre enim dixit: Quia vidi te iustum in generatione ista. Multi hominibus iusti videntur, pauci deo: aliter hominibus, aliter deo. Hominibus secundum vitæ speciem, deo secundum puritatem ani- F
mi, virtutis veritatem. Homines quæ foris sunt probant: deus quæ intus examinat. Perpense autem addidit, In generatione ista, vt neque superiores condemnaret, neque posteriores excluderet, rectēq; diluuiū factū astrueret interitu generationis eius, quæ non haberet consortium æquitatis. Hæc secundum literam. Altiōr autē sensus prouocat nos vt hoc putemus vigorem mētis in anima esse, & animā in corpore, quod paterfamilias in domo sua. Quod enim in anima mens, hoc anima in corpore. Si mens tuta est, tuta est domus, tuta est anima: si anima incolumis, incolumis caro. Mens enim sobria passiones omnes cohibet, sensus gubernat, sermonem regit. Ideóque bene dicit domin⁹ iusto: Intra tu, hoc est intra teipsum, intra tuam mentem, in tuæ animæ principale, ibi salus est, ibi gubernaculum foris diluuium, foris periculum. Si autē intus fueris, & foris tutus es: quia vbi mens sui arbitra est, bonæ sunt cogitationes, bonæ sunt executiones. Si enim nihil vitii mentem obūbret, syncerę cogitationes sunt. Si studio sit castitas cordi, si temperantia, nulla inardescit flamma libidinis, nulla vlcera proserpunt ægritudinis. Sobrietas enim mētis, medicina est corporis.

Qua ratione de iumentis mundis septem & septem,

G masculus & fœmina iubeantur in arcam induci: de immundis autem duo & duo, secundum naturalem atque moralem expositionem. Caput XII.

NVNC consideremus qua ratione induci in arcam iubet à iumentis mundis septem & septem, masculum & fœminã: ab immundis autem duo & duo, vt nutriatur semen in omnem terram. Et, vt ego arbitror, inire mundam asserit hebdomadam, quia mundus & sacer septimus numerus. Nulli enim miscetur, nec ab alio generatur. Ideoque virgo dicitur, quia nihil ex se generat. Meritóq; tanquam materni exors, immunisq; partus muliebris copulæ, etsi hebdomadas fœmineo nũcupetur nomine, virilis habet sanctificationis gratiã. Omnis enim masculus adaperiẽs vuluam, sanctus domino
Exo. 34. vocabitur. Et in propheta habes: Effudit, & peperit ma-
Esaiæ. 66. sculum, id est sanctum. Secundus autem numerus non est plenus, quia diuisus. Quod autem non est plenum, vacuum habetur. Septimus autẽ numerus plenus, quia hebdomas & decas: & similis illius primi, quia falsa est ad similitudinem illius, qui est semper, à quo profluunt & mouentur quæ sunt in omni genere virtutes. Hæc naturalia. De moralibus autẽ vt dicamus, non est dubium quin rationabile animæ nostræ in quinque sensus diuidatur, & vocem & generatorium, quæ natura videntur esse fœminea, quia sensus nostri in materialia & fecularia cito repunt. Vnde claret eos mollioris naturæ habe-
H re substantiam. Sed erudito & industrio viro munda omnia, quia sapientia exercitati viri & virtus, firmamẽtum his virili transfundit iudicio. Ergo prudentis & propositum gubernantis est infirmioris sexus qualitatem in fortiorem substantiam transferre. Valida enim sapientis & fixa sententia est: non mutabilis, vt stulti & insipientis, qui consilio nutat incerto: vt improbi, qui non quod verum & iustum sit eligit, sed quod sibi commodũ velit, scindit à vero, secernit à iusto. Iustitia enim singulare est bonum, per seipsam suo tãti spectatur precio, Iniquitas vero velut diuidua parit: nunc odio inflexa, nunc quæstu ea quæ sunt diuidenda confundit. Stul
Eccle. 27. tus enim vt luna mutatur: & versicolor, aut humorum
I varietate difformis, animam suam in leprosi corporis speciem turpi contagione commaculat, salubres cogitationes noxiis sæpe permiscens. Sed fortasse quia munda & immunda induci in arcam præcepit carnis animantia, iure mouere possit, quia dixi honestis disceptationibus indecoras non esse miscendas. Nec ego abnuo irrationabilium quidem, mundorum tamen motuum aliqua esse semina & quasi principia in anima nostra, & eorum qui mundi nõ sint. Natura enim hominis contrariorum capax est, vt & malitiæ in ea sit vis, & virtutis ingressus: meritóque in principio libri huius, qui est Genesis, per arboris speciem in paradisi medio, legisti boni & mali scientiam. De quo ligno scientiæ boni & mali præceptum est non esse gustandum, eò quòd mẽs nostra, in qua est cognitio & disciplina, boni & mali recipit notionem. Itaque naturæ opifex sicut ad propagãdum vel etiam reparandum genus animantia reseruauit, vt vniuersæ terræ animantium semine replerentur: ita etiam corporis nostri terrenam substãtiam vacuam non putauit passionum huiusmodi tanquam immundorum animalium relinquendam, quæ cum deliciis & luxurie tanquam vice diluuii ingurgitatur, memoratis fluctuat passionibus. Vbi autem sobrietate & continentia vnusquisque inundãtium vacuauerit diluuium passionum, & quandam animæ retexerit siccitatem, viuificare incipit suum corpus, & animæ puritatem, cui regnum sapientia est.

Qua de causa postquam ingressus est Noe in arcam, post septẽ dies diluuiũ factum fuerit. Quare etiam cum satis fuisset dixisse diluuium fuisse XL. diebus, adiecerit, & XL. noctibus: & qua ratione XL. diebus durauerit. Quid præterea sibi velit quod inquit dominus: Et dele- K
bo omnem resurrectionem carnis à facie terræ. Quid postremo quod dicitur: Et fecit omnia Noe quæ mandauit ei dominus deus. Caput XIII.

TELVD quoq; studio est quærere, quæ causa est cur postquam ingressus est Noe in arcam, & induxit animantia, post septem dies diluuium factum sit. Non enim ociosum videtur quod non aut plures aut pauciores interpositi sint dies, sed tot quot in constitutione mundi fuerunt. Sex enim diebus factus est mundus, septimo die requieuit deus ab operibus suis. Quo declarauit indicio ipsum se esse authorem mundi, atque diluuii. Mundum propter bonitatem suam condidit, diluuium fecit nostrorum merito delictorum. Admoniti sunt igitur homines vel ex numero dierum quibus mundus est conditus, quod conditorem suum non lachrymis solum & precatione, sed correctione morum reconciliare debuerant. Ergo spatium dedit ad pœnitentiam dominus, magis volens ignoscere, quàm punire, vt imminentis diluuii terrore suspensus ad veniam cogeret postulandam: quo dum periculum futuræ mortis horrescunt, impietati atque iniustitiæ renunciarent. Secundum, vt hinc quoque domini supra modum clementiam misericordis colligamus: quia multorum ãnorum offensionem à constitutione mundi, in finem vsq; contractam, paucis dieb⁹, si penituisset eos, voluit relaxare. Est enim deus peccati immemor, virtutis remunerator, sicut ipse ait in propheta: Ego sum: Ego sum qui deleo iniquitates, L
& memor nõ ero: tu autẽ memor esto, & iudicemur: dic Esaiæ. 43.
iniquitates tuas, vt iustificeris. Cũ enim aduerterit verã animæ refusam esse virtutẽ, tantũ ei honoris attribuit, vt non solum veniam superiorũ indulgeat peccatorũ, verũetiam gratiã & iustificationes impertiat. Expectauit ergo & septimo die ipso quo ab operatione requieuit, vt si venia posceretur, sequeretur correctio, & ab indignatiõe requiesceret. Illud quoq; curæ fuit nõ prætermittere, eò quòd diluuium factum dixerit quadraginta diebus, & addiderit, quadraginta noctibus. Scim⁹ enim diem dici, quũ Sol terras illuminãs signat: noctem, quã. circunfusæ tenebræ a diei claritate disterminant, & plerumq; à nobis ita diẽ significari, vt noctẽ nõ cõprehendamus, plerũq; vt cõplectamur. Significantes enim mẽsem triginta dierum, significamus & noctes. Vnde cum M
satis fuisset Moysi dixisse diluuium fuisse quadraginta diebus, cur addiderit quadraginta noctibus, quæritur. Et aliqui ita acceperunt qui ante nos fuerunt, vt & virorum & mulierum factus interitus demõstraretur: diem ad virum referentes, qui sit purior, similis lucis: noctem ad mulierem, quæ viro dormiente creata describitur: si múlq; quia vir prior quasi author, qui virtutẽ moueat mulieris, atq; in partus excitet, actu ille clarior publico, ista obscurior, tanq; domesticis clausa parietibus, & noctis proxima, secũdo orta loco, & creationis suę formata iam costę viri debens gratiam: superiori quoq; potioris obnoxia priuilegio, & pariendi vsu materialibus cõparanda. Consonans in vtroq; numerus periculi, quia peccata etiã cõsonantia: meritoq; nõ distant spatia tẽporũ. quia nõ distant merita delictorũ. Nõ mediocriter etiam scrutantur pleriq; qua ratione quadraginta dies diluuiũ fuerit. Et possumus dicere materialem numerũ tristioribus, hoc est delendę creaturæ deputatũ: hebdomadam autem constitutioni totius mundi, hoc est lætioribus. Sed fortasse referatur, quid quod etiã lex XL. diebus lata est, tot dies obseruauit Moyses in monte Sina, & demonstratus est, cum præscripta legis acciperet. Recte ergo eodem numero declinandorũ peccatorũ præcepta tribuuntur, quo pœnæ culpa est persoluta, vt cognoscamus quod de eodem vitæ tempore debeat ex correctione laus comparari, quo potest punienda culpa cõmitti. Vnde nunc iam non pœnæ præscripti sunt dies quadra-

A ginta, sed vitæ, vt hoc numero ieiuniis & orationibus
// crebrioribꝰ nostrorũ leuemus supplicia peccatorũ, atq;
// ad decreta legis intẽti deuotiõe ac fide nostrorũ corrigamus errorẽ. Itaq; per domini resurrectionẽ quadragesimus dies iã nõ habetur nouissimus, sed primus: atque inde vita numeratur, vbi ãte mortis numer⁹ ad cõsummationẽ mundi humani generis excidiũ cõputabatur. Et delebo, inquit dominus, omnẽ resurrectionẽ carnis à facie terræ. O cælestiũ pulchritudo verborũ, si quis se decoro intellectu pię mẽtis examinet. Indignatur deus peccatis nostris, sed non obliuiscitur pietatis. Minatur
// supplicium, sed non permittit excidiũ. Moderatur vindictam, reuocat seueritatẽ. Deleturũ se dicit omnẽ carnẽ, nõ à terra, sed à facie terræ. Florem decutit, radicem seruat, finit vt in profundo substantiæ virtus maneat
// humanæ, quæ in superficie laboret, intus pasibilis perseueret, immunisq; noxæ, ad eorũ substitutionẽ qui nõ sunt reatu obnoxii, reseruetur. Pulchre aũt posuit, Delebo, tanquã literarũ apices, qui delentur sine fraude librorũ, & sine imminutiõe tabularũ. Attramentum deletur, sed lignũ manet. Delentur elementa, vt scribantur plerũq; meliora. Atramentũ tollitur, substantia nõ exterminatur. Delebo, inquit, corruptelã carnis, vt scribã incorruptionẽ. Delebo resurrectionẽ carnis à facie terræ, vt scribã in cælestibus resurgẽtes. Delebo de libro terræ, vt scribã in libro vitæ. Deleantur domine meus, domine delcãtur cito elemẽta ferri, vt scribãtur elemẽta Christi. Aboleatur resurrectio terrena, vt cęlestis gra
B tia redũdet. Veni Moyses, præpara gremiũ, legẽ accipe, susçipe apices, quos iã misericordia diuina non deleat. Susçipe tabulas quas dominus statuat in æternũ. Vtinã ipse frãgas. Et ipsas mihi mea culpa sustulerat, nisi dominus reddidisset. Iure quidẽ Moyses indignatus est, ne haberẽt diuina priuilegia, qui nõ deferrẽt obsequia. Sed puto quòd nõ mihi eas, sed Iudæis fregeris. Fregisti Iudæis, recepisti mihi. Fractæ sunt priores, vt posteriores manerẽt. Fregisti eas in pectoribus Iudæorũ. Quid enim proderat vt tabulas tenerent, quarum scripta tenere nõ possent? Ecce secundas tabulas dicunt se tenere, sed nõ tenent. Dicunt se legere diuina elemẽta, sed nõ legunt.
Deute. 9. Digito dei scriptas esse tabulas Moyses dicit, illi digitũ dei non legunt, ferrum legunt. Atramentum vident, spiritum dei non vidẽt. Sed Ecclesia nescit atramentũ, spiritum nouit. Ideoq; Paulus nouit scribere, nõ atramento, sed spiritu dei viui. O sacrilegũ ineptũ populum Iudæorum. Homo spiritu dei scribit, & homo sub lege nu
C tritus, & illi volunt deum atramento scripsisse, nõ spiritu. Ergo vt ad superiora redeamus, delet deus resurrectionẽ carnis, tanq; apicum scriptionem: quo declaratur quod superfluam hominũ natiuitatẽ propter impietatẽ eius deleuit specie literarum: substantiam autem & conuersationẽ generis seruare humani voluit perpetuitate tabularũ, vt ex ea semẽ reliquum pullularet. Cui sententię cõuenire etiã illud videtur quod ait: Delebo, inquit, omnẽ resurrectionẽ carnis. Resurrectioni autẽ cõmuni vsu naturæ contraria videtur esse purgatio, qui purgatione rescinditur & reprimitur resurrectionis luxuria. Omne tamen quod purgatur, speciem amittit, substantiã suam seruat, atq; meliorat. Repressit igitur dominus purgatiõe diluuii corporeũ vsum, cõuersationẽq; generationis eius quę degenerauerat à decore naturę, & accepti muneris venustate. Hæc secundum literã. Quod autem ad altiorem pertinet sensum, diluuii species typus est purgationis animæ nostræ. Itaq; cum mens nostra se à corporalibus mũdi huius illecebris, quibus ãte delectabatur, abluerit: bonis quoq; cogitatiõibus veteris colluuiem cupiditatis absterget, tanquã purioribus absorbens aquis turbidorũ prius amaritudinẽ fluctorum. Et fecit, inquit, omnia Noe quę mãdauit ei dominus deus. fidus mãdata accipit, seruus imperia. Hic amici censetur loco, qui fecerit quæcũq; exequenda susceperit. Ille qui nutat obsequiis, oneri seruitutis addicitur. Denique D
& dominus Iesus dicit in Euãgelio: Vos amici mei estis, Ioan. 15.
si feceritis quæ ego præcipio vobis, Iam non dicam vos seruos. Mandatur ergo vt amico, mandatur vt ei qui valida charitate, sobrio consilio ea quæ mandata sunt exequatur. Nec fefellit dominum iudicium suum, impleuit iustus vniuersa, non partem, sed vniuersa quæ mandata sunt ei: & ideo scripturæ diuinæ accepit testimonium. Nec superfluum putes quia simul posuit dominum & deum. Nam & deus in domino, & dominus in deo, sed vt patris & filii intelligas commune præceptum. Aliqui tamen ante nos sic interpretati sunt, eò quòd dominum & deum dicendo hoc loco, & vindicaturi & ignoscituri geminam expresserit potestatem. Et quia hic vidicat prius in peccatores, ideo ante dominum dixerit: quoniam vero postea, vt iusti seminariũ propagaretur, iduI
get, ideo deum postea nominauerit. Denique facturus mundum, deus dicitur. In principio fecit deus cælum & terram. Et dixit deus, Fiat lux.

Qualiter sit considerandum quòd sexcẽtesimo anno Noe, vicesima & septima mensis factum sit diluuium. Et quemadmodum omnes fontes rupti dicantur, ac cataractæ cæli aperte tam secundum literalem quàm etiam altiorem intellectum. Caput XIIII.

EAS r etiam illa non perfunctoria cõsideratio, sexcentesimõ anno Noe, vicesima & septima mensis sit diluuium. Secundum mẽsem verni esse tẽporis nõ ambigitur, quãdo augẽtur nascẽtia, ager parturit, terrarũ pariter atq; animãtium fœtura se fundit. Tunc ergo fecit diluuium, quãdo dolor eorum maior foret qui in sua abundantia puniebãtur, tunc vltio terribilior, tanq; dicentis dei: Ecce oía secũdum liberalitatis diuinæ prouidentiæ gratiã dines natura generauit, omnia in vsum hominũ germinauit terra fœcũdior, segetes spectantur, tritico & hordeo cãpi replentur, comæ arborũ venturi fructus floribus vestiuntur: non deest terra obsequiis suis, non bestiæ desunt muneribus suis, quæ solennes soluuntur in partus, vt homini nihil desit: homo solus partubus suis deest, nescit authorem suum, à quo ei omnia ministrãtur, negligit conditorem. Despicit homo remuneratorem suum, cum deus opus suum non despexerit. Pereant cũ homine omnia, propter quem nata sunt omnia. In suis diuitiis consumatur homo, cum sua dote moriatur. Nihil ante hominẽ terra deliquerat, nullis errauit in fructibus: in homine solo se degenerasse cognoscit, spinas & tribulos pro fructibus ferẽs. Quod solum munus admirabile est, principale mentis interiit. Cur igitur omnia illa seruantur: Ideo non post collectos fructus infun F
ditur aqua, ne beneficium magis, q̃ diluuium terra sentiret. Denicq; verno apud Aegyptios tempore, sed mense diuerso, Nilus exundat, vt iaciendis seminibus terra mollescat, & blandiore sinu, clementiore gremio semina missa susçipiantur. Quod autem sexcentesimo Noe anno fit diluuiũ illud, videtur ostendere quia sexto die Adam creatus est. Idem numerus est, par & in authore & in reparatore seruatur, quia fons sexagesimũ & sexcẽtesimi, sextus est numerus. Idem autem & primus & septimus mensis dicitur. Sed magis primũ obseruare debemus, quòd post diluuiũ verno tẽpore colẽdorũ cura reparetur agrorũ, & placidi atq; vberis soli incipiat fœtura procedere. Quo significatur nunq̃ deum eo numero vel tẽpore interitum hominũ fuisse facturũ, quo fecit exordiũ, nisi immanibus delictis esset offensus. Simul veniam tẽporis & numeri ratio promittit, quod etiam iratus admoneatur tam præcedẽtibus causis beneficiorum suorũ, vt non penitus deleat eorũ substantiã, quos ipse donauit. Et rupti sunt omnes fontes Abyssi, & cataractæ cęli aperte sunt. Vim diluuii conuenienter scriptura expressit, dicens cælum & terrã pariter esse cõmota: è quibus elementis constat istius mundi omne prin-

G cipiũ. Vndiq; ergo influentibus aquarum molibus concluſum genus hominũ perurgetur. Hæc ſecũdum litẽram. Quod autẽ ad altiorẽ pertinet ſenſum, cæli ſymbolo mens humana ſignificatur: terræ autẽ appellatione corpus & ſenſus. Magna igitur naufragia, quãdo mẽtis pariter & corporis ſenſuũmq; omnium turbo & procella miſcẽtur. Diligẽter dicta penſemus. Plerũq; fraus mentis & dolus ſuum exercent venenum: ſed tamen ſobrietas corporis & cõtinentia obũbrant mentis improbitatem. Frequẽter incerto fidei atq; opinionis ſuę mẽs lubrica eſt, ſed tamen caro deliciis & luxuriæ vacat, vt fragilitas errorem mentis excuſet: ſicut multi ſunt hæreticorũ qui prætendere volunt corporis continẽtiam, vt aſſertionis ſuæ fidẽ teſtimonio ſobriæ carnis acquirant: etſi ſenſu lubrici, tamẽ quo minus turpes, aliquãto excuſabiliores habentur. Cum autem venena mẽtis, & cõtagia corporeæ obſcœnitatis, ſenſum omnẽ virorẽq; cõfundunt, atq; animus in certo lubricus motu, malitiæ fœdus atramẽto, crudelitatis furore ſuccẽſus, etiã corporalibus flagitiis incitatur, auarus quoq; affectus impatiens mediocriũ facultatũ, luxurię cupiditate, effundendiq; libidine præcipitatur in facinus appetendæ ſalutis alienæ: tunc magnũ eſt diluuium oĩbus pariter ingruentibus paſſionibus: tunc ſe inſipientia, iniuſtitia, temeritas, improbitas, perfidia, de ſuperiori parte tanquã cataH ractę mentis videntur effundere. Inde erũpunt de corporis fonte terreni libido, temulẽtia, luxuria, poſtremo diuerſorum criminum prolapſiones, quæ penitus & corporis robur & vigorem mentis efflœminant.

Cur dominus à foris arcã clauſiſſe dicatur: Et quomodo exũdãte aqua arca ferebatur ſuper flumina aquarũ, quę. xv. cubitis ſuper mõtes excelſos eminebãt, iuxta literalem & allegoricã interpretationem. Caput. xv.

ET clauſit dominus à foris arcã. Sermo manifeſtus eſt ſecundum literã. Claudenda fuit arca, & tuto ſepienda munimine, ne eã vaI ga diluuii fluẽta penetrarẽt. Altioris quoq; ſenſus non incongrua interpretatio, ſi corpus humanũ (cui arca hæc quæ deſcribitur figuratur) ſeptem corio indicemus à frigore æſtuq; defendi, quod artifex de⁹ ad omniũ mẽbrorũ protectionẽ naturalibus veſtiuit exuuiis, & quodam circũfuſo induit operimẽto, vt neq; frigore cõgelaſcat, nec æſtiuo calore ſoluatur. Exundauit igitur aqua, & leuauit arcã, & ferebatur ſuper ſummum aquarum. Non immerito exundauit aqua, quando cæli cataractę apertę ſunt, & de terra rupti ſunt fontes aquarum & flumina. Quod magna emphaſi dictum eſt. Vbi enĩ eruptio, ibi irrẽuocabilis effuſio ſit neceſſe eſt. Nec retineri facilis ingentiũ prolapſio fluentorũ. Manifeſtũ eſt igitur quod ſcriptũ eſt. Verũ ſi altius ſpectandum putes, caro noſtra diuerſis agitatur fluctibus, & freti modo fluctuat paſſionibus, quibus huc atque illuc tanq; ſuper vndas moleſtiarũ ſuarũ nunc fame, nunc ſiti, nũc cupiditate, nunc gaudio, nũc dolore iactatur. Illud quoq; nõ prætermittẽdum arbitror, quia ſcriptura non præteriit quãtis numero cubitis aqua ſuper terrã fuerit. Quindecim enim cubitis ſup excelſos montes aquã fuiſſe dixit. Simplex itaq; intellectus patet. Allegoria autẽ quinque ſenſus cõplectitur, qui ſunt in corpore noſtro velut excelſi mõtes, qui hanc carnẽ paſſionũ obumbrant, & plerunq; incurſantur beſtiis, & exagitãtur cõdẽſa & opaca eorũ. Vnde dominus per nationũ credẽtiũ fidẽ veniens ad Eccleſiam ſuam, venit à libano, ſicut habent Cantica canticorũ. Ita enim legimus: Ades huc à Libano ſpõ
Canti. 4. ſa, ades huc à Libano. Tranſibis & pertranſibis à principio fidei, à cubilibus leonũ, & mõtibus pardorum. quod gentiles populi, qui velut beſtialiũ paſſionũ graues patiebantur incurſus, nunc altitudine fidei, & ſublimitate deuotionis meant. Per hos igitur montes Chriſtus aduenit, cõprimens Euangelicis diſputationibus feroces K corporis motus, atque illã altitudinẽ cordis, & ſe extol
: lentẽ ſuperbiam obedientia & humilitate ſui deſtruẽs: meritóque fructus mãſuetudinis ferre cœperũt, quos ante grauiũ diluuia paſſionum ſubruebãt. De numero autẽ cubitorum ſic quidam ante nos æſtimauerunt, quòd quinque ſenſus tripliciter collectionẽ habeant, eò quòd viſus viſibile videt, & auditus audibile audit, & odorat⁹ odorabile odoratur, & guſtus guſtabile guſtat, & tactus quod tangẽdi ſubſtantiæ ſubiacet, tangit. Ideo quinque ſenſus tripliciter æſtimati ſunt: vel ſecũdum illud: Scri- Prou. 22.
be tibi tripliciter. Ego tamẽ commodius puto illud, vt ſenſus terreni hominis atque animalis & ſpiritalis acciam, quos illa diluuii fluenta tranſcenderint. Merito mortua eſt omnis caro quę mouebatur, Quod & ſecundum literã liquet, & proprie ac naturaliter carnis corruptelam indicio procelloſæ cõmotiõis expreſsit. Cõmotio enim vitioſa non eſt niſi per affectus corruptionem. Mouet enim voluptates caro, & ipſa voluptatib⁹ cõmouetur. Talis autẽ cõmotio corruptelã creat. Cauſa autẽ corruptelę, commotio iſtius mundi eſt, per quã anima vniuſcuiuſque degenerat. Cum enim vitioſæ paſſiones mentẽ mouẽt, corruptela generatur: cũ excitant ſtudia virtutũ, diſciplinæ profectus eſt. Omnis igitur qui erat in arida, mortuus eſt. Nec enim poterãt non mori quos tanti diluuii vnda dimerſerat. Hoc ſecundũ ſcriptũ ſeriẽq; verborum. Cæterũ ſi allegoriam quæras, nõ dubiũ eſt quia exẽplum ligni aridioris, quod ſimul vt lambere cœperit ignis exurit: ita anima niſi diuerſarũ humeſcat rore virtutũ, poculo quodã irrigata ſapientiæ, & fonte L iuſtitiæ, atque irriguo caſtitatis, tanq; arefacta radice vitali, cupiditatũ deflagrata incẽdio, vel profluuio carnis illiſa procũbit. Vnde ſemper epulari debet animus bonorum operũ cogitatiões, vt prudentiæ ſucco inebriata pingueſcat, quo nõ facile diluuii corporalis cedat iniuriæ, atque arida incuriæ ſiti euirata moriatur. Ideóque nos admonet dominus à fonte ſapiẽtiæ nõ recedere, pocula virtutis haurire, ne quis ſole iniquitatis areſcat, & procellam perſecutionis ſuſtinere nõ poſsit. Scriptum Lucæ. 19.
eſt enim: Quod ſi humido hoc faciũt, in arido quid fiet? M

De euidenti explanatione & allegoria eius quod ſcribitur: Deleuit deus omne quod erat ſuper faciem terræ. Quare etiam ſcriptura dicat: Memor fuit domin⁹ Noe. & beſtiarum, & iumẽtorum: & non fecerit mentionem de mitioribus quæ poſt hominem ſunt, ſed fortioribus. Qualiſque fuerit ſpiritus quem induxit dominus ſuper terram vt ceſſarent aquæ. Caput xvi.

DELEVIT, inquit, deus omne quod erat ſuper faciem terræ. Scripti euidens explanatio. Allegoria autem expoſitam nobis declarat ſuperbiam, quæ ſe extollit in hac terrena fragilique ſubſtãtia, & immemor diuinorum, humana deſpiciẽs, ipſum atrogantis viri habitum inceſsúmque deformat: quales deſcribit Eſaias Iudææ filias oculorum micantes nutibus, & alta ſe ceruice iactantes. Sunt enim huiuſmodi erigentes ſupercilia, inflato corde, elato pectore, ceruice reſupina, qui ſolum quidẽ veſtigiis pedũ perſtringant: toto autem ſe librent corpore, & inani ſuſpẽdant examine, in priora greſsu procedant, ad poſteriora verticem reclinantes, cęlum ſpectent, terram aũt faſtidiant, tanquam ceruicis dolori ſuffixi, vt eam inclinare non poſsint. Hos igitur deleuit de libro vitæ deus dicẽs: Ois
Lucæ. 1. qui ſe exaltat, humiliabitur: nec ſter merita ſanctorũ cõmentis adhærere facit cælestibus. Omnibus igitur qui extra arcam fuerunt interemptis, derelictus eſt Noe ſolus in arca cũ iis qui cũ ipſo erant. Nõ indiget iterpretatione ſermo ſimplicior. Concurrit intellectus cũ litera. Altior autẽ & interior ſignificatio demonſtrat iuſtum virũ amatorẽque ſapiẽtiæ tanquam arborẽ fructuoſam

A internecatis quæ eſcam eius ſolebant arrodere, comam obumbrare, coartare proceſsus ramorum, velut exortem irrationabilium paſsionum ſolum remanſiſſe cum ſuis. Sui autem ſunt puræ animi diſceptationes quæ virtuti adhæreant. Et bene addidit in arca remanſiſſe, quaſi vix credibile amputãtis corporalibus paſsionib⁹ videretur eum adhuc verſari in corpore: quod licet iam terrenis careret contagiis, incorruptam licet, corporis tamẽ adhuc ſubſtantiã reſeruabat, & velut incorpore⁹ corpore ſuperferebatur diluuio, nõ abſorbebatur, corpus quidẽ gerens quaſi in arcæ poſitus interno, ſed qui corpus ipſum inſuperabilis paſsionibus quaſi incorporeus in medio tantorum motuum gubernaret. Memor fuit dominus Noe, & beſtiarum, & iumentorum, vt inquit ſcriptura diuina. Mouentur plerique qua cauſa non dixerit ſcriptor quod etiam vxoris & filiorũ Noe memor fuit dominus, cum beſtiarum & iumentorũ fuerit memor. Sed cum dixerit quod Noe memor fuerit, in
B authore & præſule domus neceſsitates eius reliquas cõprehendit. Simul exprimi videtur quidam reliquarum conſenſus neceſsitudinum. Etenim cum omnes inuicem ſibi chari ſunt, vna eſt domus: cum autem diſcrepant, ſeparantur & ſcinduntur in plures domos. Vbi ergo charitas, ibi ſenioris nomine de quo pendent cæteri, domus omnis ſignificatur: vt ſi quis arborem dicat, etiam fructus qui in ea ſunt, pariter vno atq; eodem ſermone complectitur. Nec illud ociоſum quod primo dixit quia memor fuit deus Noe, deinde beſtiarũ, poſtea iumentorum, hoc eſt, cur non animantia quæ mitiora ſunt, poſt hominẽ nominauit, ſed fortiora. In quo videtur illa eſſe ratio, vt ea quæ fortiora erant, vtriuſq; partis vicinitate mãſueſcerent. Quod videtur etiam in illo
Iliad. Δ. verſu poetico declarari. κακοὺς δ' ἐκ μέσου ἔλασσεν. Hinc enim etiã poeta vſurpauit, vt diſpoſitionem dimicaturi ita ordinaret exercit⁹, quo inferiores collocaret in medio, quo magis hincinde à fortioribus iuuarẽtur, & dimicationem vtriuſq; partis aſsumerent. In his ſcripti ſeries manifeſtatur. Altiore autem ſenſu certum eſt quod iuſtus in medio habet, non in parte cogitationes cordis ſui: & quoad carpit hanc vitã, habeat neceſse eſt in corpore tanquã in illa arca beſtias graues. Nulla enĩ mens eſt, nulla anima quæ non recipiat etiam malarum motus agreſtes cogitationũ. Itaq; inſipientis anima ferinos acuit motus, atq; adolet venena ſerpentem, ſapienC tis aũt vigor mitigat & coercet. Et induxit domin⁹ ſpiritũ ſuper terrã, & ceſsauit aqua. Nõ puto hoc ita dictum, vt ſpiritus nomine ventum accipiamus. Neq; enim ventus poterat ſiccare diluuium. Alioquin cum mare ventis exagitetur quotidie, exinaniretur profecto. Nã quomodo non euacuaretur mare vẽtorum vi, cui ceſsiſset toto diffuſum orbe diluuiũ, vſq; ad Herculis, vt aiunt, columnas, & mare magnum tectis montium exceſſorũ verticibus exęſtuans? Spiritus igitur virtute inuiſibili diluuium illud repreſsum eſse non dubium eſt, cæleſti operatione, non flatu. Vnde ſcriptum eſt: Omnia à te exPſal. 103. pectant vt des illis cibum in tempore: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auferes ſpiritum eorũ, & deficient, & in puluerẽ ſuum cõuertentur. Emittes ſpiritũ tuum, & creabũtur, & renouabis faciem terræ. Eſt ergo ſpiritus cuius operatiõi cedere vniuerſa videãtur, in quo cæli ipſius virtus ſit, ſicut ſcriptum eſt: Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius om
Pſal. 32. nis virtus eorũ. qui ſpiritus eſt creator vniuerſorũ, ſicut etiam Iob dicit: Spiritus diuinus qui fecit me.

Quid ſit quod ait ſcriptura: Clauſi ſunt fontes aquarum, & cataractæ cœli. Et de comprehenſiõe loci illius vbi dicitur: Et ſedit arca ſeptimo menſe ſeptima & viceſima menſis. Et quid ſit oſtium arcæ quod iuſtus aperuit vt emitteret coruum non reuerſurum.

Caput xvii.

NVNC conſideremus quid ſit quod ait ſcriptura diuina: Clauſi ſunt fontes aquarum, & cataractæ cæli. Nec obſcurum arbitror. His enim cauſis minuitur diluuium, quibus creuit. Erupti erant fontes aquarum, apertæ fuerant cataractæ cæli, vt vndique influentibus aquis terra inundaretur. Debuerant claudi ea ex quibus diluuii origo manauit, vt eius inciperet eſse defectus. Hoc litera ſonat. Subtilior autem interpretatio exprimit, eò quòd diluuium animæ vitio mentis & luxuriæ corporalis influxerat, vt malitia paſsioni, paſsio malitiæ miſceretur: ingrediente medico dei verbo ad viſitationem animæ quæ diutina ægritudine laborabat, diſceptationum improbitate, & paſsionum acerbitate, prius debuerunt cauſæ ægritudinis amputari. Principium enim medicinæ eſt cauſas languoris incidere, ne diutius ea quæ nocent, ad incrementũ ægritudinis miniſtrentur. Quod nos etiam
Lucæ. 13. lex docet. Cum enim ſteterit lepra, vt iam non diffundatur, tunc ait mundam eſse lepræ ſtationem quandam & manſionem. Quicquid enim præter naturam mouetur, immundum eſt. Hæc igitur eſt animæ ſanitas, hæc ſalubritas mentis, vt affluentia ceſſet erroris, ſiſtatur culpa ne ſerpat. Ceſſante incentiuo culpæ atq; delicti, ſalus tuta eſt, atq; inoffenſus vigor animæ ſe refundit. Et
E ſedit, inquit, arca ſeptimo menſe, ſeptima & viceſima menſis. Niſi diligenter intendas, etiã ſecundum literam difficilis loci iſtius comprehenſio. Et primũ omniũ cauendum ne quem ſeptimi menſis repetitio crebra perturbet. Sic enim ſcriptum eſt, ſexcenteſimo anno, ſecũdum Hebraicam veritatem, menſe vero ſeptimo, ſeptima & viceſima menſis cœpiſſe diluuium, centum quin quaginta diebus fuiſſe infuſionem aquarum, ſediſſe arcam in monte ſeptimo menſe, ſeptima & viceſima menſis: poſtea minui cœpiſſe aquas, miſericordia dei centũ quinquaginta diebus diminutionem aquarum factam, poſtea apparuiſſe capita montium: deinde poſt quadraginta dies aperuiſſe oſtium arcæ ſanctũ Noe, dimiſſum coruum nõ reuertiſſe, dimiſſam columbam reuertiſſe vacuam, iterum dimiſſam reuertiſſe cũ ramo oliuæ, tertio poſt ſeptem dies dimiſſam nõ reuertiſſe, tunc aduerſiſſe Noe quòd aqua omnis receſsiſſet: ac ſic annus concluſus oſtẽditur ſeptimo mẽſe, ſeptima & viceſima menſis. Ac ſic annus cõcluſus oſtẽditur ſexcenteſimo primo anno Noe, in ſecundo anno, ſeptima viceſima menſis. Quod igitur ad explanationem apertã pertinet, eodem menſe atq; eodẽ die reſtituitur æqualitas terræ poſt diluuiũ, quo corrupta eſt incipiẽte infuſione diluuii. Veris enim tẽpore oĩs ager viret, & terra parturit fructus. Tũc incipiũt gẽmare arbores, germinare fructus. Diuitẽ erF go reformauit domin⁹ & reſtituit qualitatẽ. Menſe igitur ſecũdo, hoc eſt Aprili, (primus enĩm mẽſis Martius eſt, quo habet iuſtus natalẽ, quãdo noctiũ dierũq; æqualitas æſtimatur) hoc eſt octauo, vt Romani putãt, vel vt alii quinto kalẽ. April. mẽſe inquã ſecũdo, hoc eſt Aprili, ſeptima & viceſima menſis cœpit diluuium. Ver igitur initium anni æſtimatur non ſecundũ vſum tẽporis, ſed ſecũdum naturæ prærogatiuã, vt quia tunc ſpes ãni inchoat, & incipit ſe fructus oſtẽdere, tunc videatur anni eſse principiũ. Septimus autem menſis ſecundũ numerum is qui ſeptember dicitur computatur: quia etſi à ſeptembri menſe annus videatur incipere, ſicut indictionum præſentiũ vſus oſtendit, tunc enim ſeminum iactus: vere tamen ex quo plenior gratia ſe incipit demonſtrare, ex eo anni origo ſubducitur: & ideo qui alia ratione primus putatur, diuerſa æſtimatione ſeptimus habetur. Tunc ergo ſedit arca, hoc eſt in mẽſe ſeptimo, ſeptima viceſima menſis ſuper montẽ quadrati. Ex illo minui diluuiũ cœpit. Similiter conſidera quia eiſdẽ numeris quibus aliqua incipiunt, reſoluũtur: vt diluuium cœpit ſecundo menſe anni, ſeptima & viceſima menſis: centũ quinquaginta diebus influxit diluuiũ, centũ quin

G quaginta diebus aliis ceſsit diluuiũ: quadraginta dieb⁹ nimia vis cæleſti imbre & fontiũ eruptione exæſtuauit, quadraginta diebus aliis exactis viſa ſunt capita montiũ: vndecimo mẽſe, primo die menſis dimiſit coruum ſanctus Noe. ita conſtat eodem numero quo cumulatum eſt, diluuium eſse imminutum. Vnde docet nos ſcriptura ordinem eſse ſeruãdum. Quod autem oſtium ſit arce quod aperuit iuſtus, ſecundũ corporis rationem ſupra dictum eſt. Secundum altiorem autem interpretationem illud dicendum videtur, quod corporis ſenſus velut oſtiorum ſimiles habentur. Per hos enim tanq̃ per oſtia ingreditur in noſtram mentem velut quædam ſenſibilium comprehenſio. Ergo mens noſtra per hos ſenſus reſpicere videtur, & maxime per viſionem, quæ omnibus ſenſibus præſtabilior æſtimatur, quia domeſtica eſt luminis: & per eam aſpicientes cælũ, terrã, maria, ſolẽ quoq;, lunã, & ſtellas quibus axis ornatur, intelligimus deũ eſse operatorẽ mundi atq; rectorem, nec ſine authore deo tãtorũq; operum cõditore hęc potuiſse fieri credimus, aut poſse conſiſtere. Per hanc igitur feneſtram coruum primũ iuſtus emiſit. Quærenda cauſa, nec tamen latet quantũ ad literam pertinet: quia plerig; quaſi annũcium futurorũ coruum æſtimant, & voces eius obſeruant, volatuſq; rimantur. Senſus autem
// altior ſignificat quod omnis iuſtus quãdo mundare ſe
H incipit: quæ tenebroſa ſunt & immũda & temeraria, primo à ſe repellit. Siquidem omnis impudentia atq; culpa
// tenebroſa eſt, & mortuis paſcitur ſicut coruus. Lumini
// autẽ vicina virtus, quæ mentis puritate & ſimplicitate reſplendet. Et ideo tanquã emittitur & fugatur culpa,
// & ſeparatur ab innocẽtia, vt nihil remaneat in viri iuſti
// mente tenebroſum. Deniq; egreſsus coruus nõ reuertitur ad iuſtũ, quia fugitans culpa omnis æquitatis, nec
// probitati videtur & iuſtitiæ conuenire. Deniq; euaſiſse ſe credit iniuſtus tanquã de vinculis, cũ iuſtus ab eius ſe cõſortio ſeparauerit, diluuii cuiuſdam & corruptelæ familiaris, vt coruus, qui cũ ſiccitatẽ terræ nuſquã inuenerit, nõ reuerſus eſt, ſed remanſit. Cõſiderandum etiã quare nõ regreſsum dixerit coruũ donec ſiccaret aqua à terra, quaſi vero poſtea ſit regreſsus. Sed hæc locutio familiaris eſt ſcripturæ diuinæ. Siquidẽ & in Euangelio habes ſcriptum de ſancta Maria quod non cognouerit
Matth. 1. eã Ioſeph donec peperit filiũ, cũ vtiq; nec poſtea cognouerit. Deinde quæ eſt locutio iſta vt diceret, donec ſiccaret aqua à terra, nõ terra ab aqua. Et quidem vſus loquendi etiã hoc habere conſueuit. Tamẽ nonnulli ante nos æſtimauerũt, eò quòd immoderata quędã videatur vis exprimi paſſionũ hac locutiõe verborũ, quia turbidis paſsionibus ac procelloſis conſumatur anima: deficientibus autem & velut areſcentibus virtutẽ reſumat. Nõ redit igitur culpæ ſpecies in animã iuſti, quaſi ſiccã & mortuam derelinquens, & cui iam nocere nõ poſsit.

Quid ſibi portendat quòd poſt coruum non reuerſum columba dimiſsa dicitur, quòdq; Noe extendens manum ſuſceperit eam, & ad ſe introduxerit. Quòdq; ſeptem aliis diebus tenuerit columbam, & iterum eam emiſerit. Caput XVIII.

NEc illud vacuum, quòd poſtea columba dimittitur. Malitiam etenim ſimplicitas, & culpam virtus reſoluit. Malitia igitur amat diluuium, conſortium iuſtæ mentis refugit, & quaſi deſolata, & ſine aliqua ſtatione remanet, nullam habẽs cum virtute communionem. Virtus autem redit, amans iuſtorum conſortia, & largiẽdæ familiarior vtilitati, quæ conferat ſalutaria, & cauenda ea quæ ſunt nocitura cõmoneat: ſicut columba dimiſsa cum videret ceſsaſse aquam, reuerſa eſt tanquã plena iuſtitiæ, vt ei à quo miſsa fuerat, nunciaret quid adhuc cauere deberet, atque expectando fructu meliore poſtea potiretur. Quod autem columba nõ inueniens requiẽ ſuã regreditur ad eũ, ma- K
// nifeſtũ indiciũ dedit per huiuſmodi aues, quãtũ interſit
// inter malitiã & virtutẽ exprimi. Siquidem coruus ante dimiſsus, cũ aliquãto videretur amplius exundare diluuiũ, viſus eſt locũ inueniſse reſidẽdi. Et certe nõ eſt huiuſmodi coruus vt aliæ aues, quæ in aquis conuerſationem habere cõſueruũt. Cum ergo coruus vbi remaneret
// inueniſse videatur: colũba aũt nõ iuenerit, euidẽs ratio eſt altiore interpretatione ſignari quia malitia inquietis paſsionibus & cupiditatibus, quibus corrũpitur animã, ſe miſcere cõſueuit, & quaſi cognatis & domeſticis
// delectatur, ibiq; cõmorationẽ ſuã locat: virtus autẽ prima ſtatim ſpecie viſionis offenſa, regredi feſtinauit ad mẽtẽ animãq; iuſti, quòd illic diuerſoriũ ſibi tutiſsimũ ſit locatũ: eò quòd alibi tanq̃ colũba, ita huiuſmodi virtus ſtationẽ tutiſsimũ inuenire non poſsit. Tarde enim inter aſtutias iſtius mũdi & ſeculariũ fluctus cupiditatũ portum ſolet inuenire ſimplicitas. Itaq; ſicut iuſtitia, ve
// lut viſendi gratia progreſsa pauliſper, ad mẽtẽ optimã redire feſtinat, nec lõgius diſcedit à iuſto: ita etiã iuſtus & ſtudioſus virtutis vbi virtutẽ appropinquare nouerit, gremiũ ſuæ mẽtis expãdit. Quid enim ſibi vult quod vir ſtudioſus virtutis Noe extẽdẽs manũ, ſuſcepit eam, & introduxit ad ſe? Quod & ſecũdũ literã planum videtur: nõ tamen facile colligas, niſi viri ſapientis tibi nota ſit cõſuetudo, qui velut ſpeculatrice virtute vtitur, & ei explanãdorũ negociorũ gerẽdorũq; prærogatiuã quãdã videtur committere. Ea ergo virtus expẽdit naturas, vt ſi qua earũ ſibi videtur cõmittere profectũ, ei poſsit ad- L
// iungere. Cõmunis enim quędã eſt bonitas ſapientiæ, & liberalis & largæ vtilitatis: ita vt quas morigeras ſibi cernit, aſsociet: vbi autem propoſito ſuo viderit aliquorũ recalcitrare naturam, velut ad hoſpitiũ familiare ſibi re
// uolat & recurrit: quã ſapiẽs & induſtrius tanquã manu quã dã mentis feſtinat excipere, omne cor aperiens ſuũ, quo etiã eã abſentẽ tenebat. Nunq; enim poteſt ſapiens exors eſse ꝓpriæ virtutis. Quid prẽterea ſibi velit quòd tenuit ſeptẽ diebus aliis colũbã, & iterũ emiſit eã, niſi vt aduertas quod bonũ ſapiẽtis optimũq; propoſitũ ſemp ſibi etiã alios adiungere ſtudet, errantes emẽdare, corrigere vagantes? Si quẽ in principio reſilire cõſpexerit, tamen cõmutãdi eius & corrigẽdi non deſperet profectũ. M
Sicut enim bonus medicus etſi tẽpus medicinæ non ſit, tamen viſitationis ſpeculã ante præmittit, deinde nõ negligit iuſtæ expectationis excubias, & pauliſper paſsionibus cedẽs operitur facultatẽ medẽdi quæ fuerit obla
// ta, ſuũ non intermittit officiũ: ita ergo & ſapiens verbis ac diſputationibus, tanq̃ medicus medicamẽtis, contrarias curare deſiderat paſsiones. Et quia in omnibus remedio diuini fauoris vtendum eſt, ideo ſeptẽ expectauit dies, quibus mundus omnis deſcribitur abſolutus, & opatori requies miniſtrata, vt ex illo authore omnium ſumeretur diſciplina operationis humanæ.

Cur columba dicatur ad veſperum eſse regreſsa cum ramo oliuæ in ore. Et vnde cognouerit Noe aquas deſeciſse. Et de columba tertio poſt dies ſeptem emiſsa, quæ tamen non regrediebatur, Caput XIX.

REGRESSA eſt igitur columba ad veſperum habens folium oleæ & ramũ in ore ſuo. Nõ ociosę poſuit & veſperã, & regreſsam, & habẽtẽ foliũ oleæ & ramũ in ore ſuo, vt nõ fugitantẽ virtutẽ abitreris profectus futuri, ſi quos poſsit acquirere, neq; rurſus tanq̃ ſine lumine eã fuiſse cognoſcas, & quibuſdã tenebris occultam, ſed diurno cãdore fulgentẽ expectaſse vſq; ad occaſum diei, & ſic ad eũ regreſsam, apud quẽ etiã veſperi tenebras habere nõ poſſet. Foliũ quoque quod ſecũ detulit etſi breue illud folium detuliſse videatur, ſpem eorũ quos ſui pœniteret erroris, etſi non magnam, aliquam tamen ſignificauit.

A Folium enim ſine virgulto eſse non potetat. Ergo quaſi germinantis corruptionis, licet nõ magnum, aliquod tamen vexit inſigne & folium oleæ, in qua arbore oliua generatur, ex qua oleum conficitur, quo materiale hoc lumẽ fouetur, & tenebrarum fugatur obſcuritas. Quid
// autem magis quàm lumen familiare virtuti eſt? Folium ergo & ramulus inſigne eſt correptionis, correptio autem quaſi radicem ſui pœnitentiam habet, quæ pœnitẽtia non poteſt in turbidis, ſed in ijs qui ſpiritalem iam
// ſermonem acceperint, germinare. In ore quoque non
// fruſtra ramulus oleæ videtur eſse delatus, eò quòd virtus & ſapiẽtia in ſermone ſui habeat claritatem, & ipſa
// ſtatim ſpecie lumen eius effulgeat, maxime cum pacifica loquitur, quoniam hunc quoque ramulum petentes
// præferre conſueuerunt. Tulit ramulum, eò quòd ſimplicitas puritate ac ſynceritate ſemina quædam aurib⁹ noſtris vtilitatis infundit, & bonæ doctrinam virtutis, & ad
)) iuſtitiam prouocat, & inuitat ad præmium bonæ ſibi cõmiſsum diſciplinæ, aut gerendæ pœnitentiæ, & ſequendæ conuerſationis cupiditatem iniicit peccatori. Vnde & præterea cognouerit ſanctus Noe quia defecerit aqua à terra, ſicut ſcriptum eſt, conſiderandum videtur. Primo omnium ſecundum literam, quia potuit intelligere vtrum ſiccum an humidum folium eſset allatum. De inde quia non eſt huiuſmodi columba, vt poſsit fructus
B latentes ſub aqua eruere. Sed vtrum illud folium ante diluuium fuerit exortum, an tempore diluuii, contendum eſt tibi. Si ante diluuium, vir iuſtus gauiſus eſt fructum de veteri ſemine aliquem reſeruatum, & inde collegit miſericordiæ inſigne diuinæ, quod iam diluuium remouiſſet, quæ fructum demonſtraret, cui non potuiſſent nocere diluuia. Si diluuii tempore natum eſt folium, aduertit itaq; iuſtus noua ſemina miſericordiæ fructificaſse cælestis, vt radices arborum viuerent, & quaſi reſumpta anima fœtus germinarent vetuſtos, atque in aſsuetos partus redirent, quorum indicium præmiſsa folia demonſtrarent. Sed hoc alta potius interpretatione collegit, quia dominus deus noſter quanuis acerbis inimicitiis noſtræ offenſus ſit erroribus, tamen antiquæ nobis proſapiæ, patriæq; virtutis ſemen aliquod vel exiguum reſeruaret, ne penitus operis & creaturæ ſuæ omne
C circa humanum genus amputaretur inſigne. Vnde & Eſaias ait: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſsemus, & ſicut Gomorra ſimiles eſsemus in alterius nomine ciuitatis exprimens cæcitatis indicium, in alterius ſterilitatem. Ita enim lingua patria Chaldæi nũcuparunt Sodomam & Gomorram, cæcitatem & ſterilitatem ſignificantes. Meritóque dominus in huiuſmodi ſpecie ciuitatum amputauit magis humana vitia, quàm puniendos homines indicauit. Tertio dimittitur columba poſt ſeptem dies, atque eadem non regreditur. Vnde conſideremus ne id quod ſupra diximus, inueniatur eſse contrarium. Si verbo quidem columba, opere autem virtus non reuertitur ad iuſtum, ergo deſtitutus eſt iuſtus & defraudat⁹ munere ſuo? Ne-
)) quaquam. Nunquam enim vir huiuſmodi à virtute diſiungitur, nec cum ex ore emittit iuſtitiam, diſputationẽmque alterius virtutis inducit, virtute ſe exuit, & imi
)) tanda aliis æquitate diſpoliat, ſed vice ſolis alios illumi
)) nat, cum radios ſuæ lucis emittit. Ignis nempe calefacit appropinquantes, ita vt calorem naturæ ſuæ ipſe poſsi-
)) deat. Nunquid deficit lux diei cum totum mundum illuminat claritate? Habet inoffenſum curſum ſuum, illiba
)) tãmque naturam. Sic & iſta in columbæ ſpecie virtus, cum adhuc ferueret diluuium, ſecundum auem tamen
)) in terris, ſecundum virtutem in hominum paſsionib⁹: reuertitur ad iuſtum, quia in iniquorum pectoribus virtus vt poſset hærere, non potuerat inuenire. Et ideo in illo ſecundo diuerſorio ſui regrediens, hæret atque re-
)) quieſcit. At vero vbi deferbuerint diluuia paſsionum, & auditi verbi, compertęq; doctrinę plurimi ſtuduerint
)) eſse conſortes, iam non vnius patrimonium, ſed cõmu- D
ne bonum eſse incipit diſciplina virtutis, & tanquam ſapientiæ poculum hauritur à plurimis, qui ante ſitientes bibere noluerunt: ſicut nunc feruent diluuia in pectoribus Iudæorum, & cum aqua cæleſtis doctrinæ exundet, potiſque exuberet, non putant eſse potandum. Euangelium legitur, virtus exit de ſermone cęleſti, tractat ſacerdos in Eccleſia. Sed ne forte intra arcam ſolus poſitus nõ poſsit auditi, interdum & egreſsus eccleſiam, vbi Iudæus occurrerit, monet, exemplum affert cæleſtiũ ſcripturarum, Claudunt aures, ne vel inuitos fons abluat, & verbi dominici humor aſpergat. Si qui vero crediderint, currunt ad fontem, doctrinam expetunt, inſinuari ſibi Euangelium concupiſcunt, nec ſatiantur aſsiduita te potandi. Ita fonte ſapientiæ certatim repleri deſiderant, quem ante fugere geſtiebant. Quem fontem? Audi dicentem: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit
Ioan. 7. in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Quid ſibi velit illa adiectio quod ſcriptura alia die aquam minutam, alia ſiccatam terram commemorat. Quomodo etiã Noe tectum arcæ denudauerit. Et quod ait primum menſem vel ſecundum.

Caput. XX.

IN primo & ſexcenteſimo anno Noe primo E die menſis imminutam aquam dicit à facie terræ, in ſecundo autem menſe ſeptima, & viceſima die menſis ſiccatam terrã eſse cõmemorat. Quid ſibi vult illa adiectio de aquæ imminutione, cum ſupputata ratio ſuperior annum concluſiſse videatur, qui annus à ſecundo menſe incipit, & in ſecundum menſem anni alterius vſque progreditur? Niſi forte hic iuſti formam declaratam velimus accipere, vt primus annus is fuerit quo cœpit diluuium, poſt ſexcenteſimum ſcilicet annus primus, primus iterum annus & primus menſis poſt ſexcenteſimum annum, quando imminuta eſt aqua à facie terræ: eò quòd iuſtus in peccatorum generatione, quæ propter delicta deleta eſt, virtute primus erat, & in ſecunda generatione, quæ cœpit poſt diluuium, eo ordine, quia primus ſecundæ generationis fuit, & merito primus euaſerat. Recte enim ei honor defertur, qui & primæ generationis prim⁹ fuit, & poſteriorꝭ principium, qui meruerit & de illa euadere, & iſti ad ſeminarium propagari. Cum enim alti deperiſsent, ſo- F
lus vitæ egregię merito, & prærogatiua virtutis apud Deum diues, nõ eſt expertus malitiæ corruptelam, per quẽ factum eſt ne totum corpus generis humani vel abolitũ videretur in terris, vel à dei abſciſsum gratia relinqueretur. Et denudauit, inquit, Noe tectum arcę, Cum arcã, ſicut ſupra interpretati ſumus, pro ſpecie corporis accę perimus, quid ſit denudari corpus intelligamus, ſecundum altiorem ſcilicet ſenſum. Cæterum liquet quemadmodum arca potuerit aperiri ſecũdũ literam. Quod igitur tectum humani corporis ſit quod clauſum in diluuio fuit, niſi forte delectationem accipiamus, quæ operiebat corpus noſtrum, & quaſi tegebat per illum Adæ errorem? Et eò maxime tectis ſimilis æſtimatur, quia ſenſus omnis in capite, inde delectatio, quæ corpus omne ſubiectum habebat. Sed vbi mens iuſti viri ſobria atque integra à corruptione diluuii, diuinæ cognitionis inflãmata deſiderio exilire atque euolare voluit in ſuperiora, detexit omnia quæ erant impedimẽta, & ſpeciem voluptatis, quæ quodam operimento cæteras tegebat partes corporis, redoperuit ac retexit, vt non ſolum corpus à ſeruitio dominatricis ignobilis liberaret, verumetiam ea quæ erant incorporalia comprehẽderet. Quæ enim non videntur, æterna ſunt. Et ideo iuſtus quem nõ videbat dominum requirebat, corruptelæ exors, cupidus æternitatis. Quod autem ait primum mẽſem vel ſe-

Exodi.12. cundum,eumq; esse verni temporis diem,habes & alibi
G dictum:Hic mẽsis primus erit vobis in diebus anni. Qui enim in gratia primus post periculum, hic recte prærogatiuam primi mensis accepit. Ne te autem moueat qđ diximus supra solium in ramo repertum post diluuium potuisse generari: etsi sub aqua plerunq; hærbæ soleant germinare,tamen vt scrupulus omnis tollatur,quid magnum si deo iubẽte vno die, quo imminuta fuerit aqua, statim germinauit & terra,cum idem sit fructuum reparator & conditor,atque operis sui vsum non fuerit oblitus?Denique habes & in Genesi,statim quod iusserit, vt terra hęrbam pabuli germinaret,& lignum fructiferum cum fructu suo, & statim eiecit terra hærbã pabuli, habentem semen secundum genus suum, & lignum fructiferum: & ille dies vnus fuerit,quo hæc deus iusserit aut fecit Ergo beneficii sui deus non immemor, memor autẽ nostræ iniquitatis,opus suum eiusdem qua cœpit temporis quantitate reparauit.

Quare Noe non sua sponte exiuerit arcam,sed expectauerit oraculum diuinum, quo sibi dicebatur: Exi de arca tu & vxor tua:& filii tui. Et quare in ingressu ordinis delectus fuerit habitus, vt primo ipse & filii, deinde
H vxores ingrederentur: in egressu autem id commutatũ sit,vt fœminæ cum viris exierint. Caput. xxi.

IN dixit dominus deus ad Noe:Exi de arca tu & vxor tua & filii tui.) Itaque recedente aqua & siccata terra exire potuit Noe de arca. Sed iustus nihil sibi arrogat, sed totum se diuino cõmittit imperio. Et maxime qui cælesti fuerat ingressus oraculo,cæleste debuit vt egrederetur expectare responsum. Verecũda enim iustitia est,quia inuerecunda iniquitas, quæ vsurpat indebita,nec reueretur authorẽ. Nunc quæramus qua ratione quandiu ingrediebantur in arcam, hic ordo fuit ingredientiũ,vt primo ipse ingrederetur & filii eius,inde eius vxor,& vxores filiorũ eius:quando autẽ exierũt, cõmutatum sit. Nam scriptũ est: Exiuit ipse & vxor ei9, & filii & vxores filiorum eius. Et litera quidẽ significat in ingressu abstinentiam generationis,in egressu generationis vsum. Tunc enim pater cum filiis prius introiuit,& filii cũ parente,& postea vxor eius,& filiorum ei9 vxores,id est,non commiscetur sexus in introitu,com-
I miscetur in egressu. Aperte igitur velut ordine ipso ingressionis vocem quandam iustus emittit, tempus illud non esse concubitus neque deliciarũ,quo omnibus imminueret interitus. Vnde in Euãgelio dominus ait repre-
Lucæ.17. hendens quod temporibus Noe manducarent & bibe-rent vxores ducerent,& filias nuptum traderẽt: & ideo propter intemperãtiam eorum superuenisse diluuium. Mœroris igitur tempus illud,non lætitiæ erat. Et inde iustus consortio non delectabatur vxoris,vel filii iusti petebant copulam coniugalem. Quàm enim indecorum, vt quo tempore viuentes morerentur, tunc perituri generarentur? Postea autem recte ad seminarium cæterorum vsus & cura coniugii,cum diluuium recesserit. Itaq; non viri cum viris,sed fœminæ cum viris exeunt,vt viri lis in se interdicta permixtio, permissa autẽ virilis & fœmineę legitima sorte coniugii copula videretur. Sensus autem altior hoc habet:vbi periculum est,viriles quędã & fortiores disceptationes menti adhæreãt, & eo se mẽs quasi quãdam tueatur sobolem filiorum, quo tempestatibus & grauioribus passionibus acies quædã virilis occurrit. Decurso autem periculo, nihil obest si molliores cogitationes validioribus copulentur, non vt effœminentur â mollioribus fortiores, sed vt molliores sensus velut quibusdam virilibus roborentur, cum omnia consilia nostra ad virtutem,iustitiam,integritatem,fortitudinem dirigantur, & quodam vsu seminarioq; virtutũ creari atq; adolescere possint validiora cõsilia. Nõ est igitur vtile eũ vitiorũ aliqua confusio est,quæ mentẽ K occupet,serere aliquas cogitatiões atq; generare & parturire mentẽ. Cum autẽ compresse fuerint cupiditates, & mens requieuerit,tunc seminario quodã disceptationis accepto,virtutes possunt & bona opera germinari.

Qua ratione Noe circa arcam nihil fecerit nisi iussus à domino, & tamen post egressum ab arca non monitus aram deo ædificauerit. Et quare dicatur deo,& nõ domino. Cur etiã sumpserit â bestiis & volatilibus mũdis vt offerret holocausta. Quidq; sit quod ait dominꝰ: Recogitans non adiiciam maledicere terræ.

Caput xxii.

ET ædificauit,inquit,Noe aram deo.) Qua ratione supra dominus admonuit quæ faceret, & fecit Noe omnia: hoc autẽ quod non admonitus est fecerit, fortasse requiratur. Sed vtique dominus non debuit quasi auarus mercedem gratiæ postulare, & iustus eam intellexit veram actionem gratiarum esse, quæ non iuberetur, sed deferretur: itaque nec dilationem passus est. Etenim grata animi virtus passionem dubitationis excludit. qui autem debitũ gratiæ vt â se exigatur expectat,ingratus est. Quod autem ædificauit, inquit, deo & non dixit domino,sed deo:secundum nominis interpretationem, non coacta videtur hæc actio esse gratiarum quasi domino, sed virtus iusti morigera & grata quasi deo. Quod imperiale est,sequestrauit:quod beneficii,nominauit. Et ipsit â bestiis & â volatilibus mundis, & obtulit, inquit, holocausta. Litera euidens est, quod ea quæ incontaminata sunt, debemus offerre, in quibus affectus reluceat offerentis. Altior autem interpretatio hoc habet, quod bestiæ mundæ videntur sensus esse sapientis, volatilia autem intellectus, qui sunt longe subtiliores atque leuiores. Nunc vero consideremus diligentius quid sit quod ait: Et dixit dominus deus, Recogitans non adiiciam maledicere terram propter opera hominum, quia permanet cor hominis diligenter super mala â iuuentute. Non ergo adhuc percuteret omnem terram, sicut fecit omnibus diebus terræ. Etsi vindicauerat in hominum genus,tamen cognouerat quia vindicta legis ad timorem proficit,& cogitationem doctrinæ,magis quàm ad naturæ cõmutationem, quæ corrigi in aliquibus potest,in omnibus mutari non potest. Vindicauit ergo do M
minus,quod timeremus:pepercit, vt reseruaremur. Et vindicauit semel ad exemplum timoris, pepercit in reliquum ne dominaretur semper amaritudo peccati: simulq; si quis peccata cupiat sæpius vindicare,asper magis quàm censorius habetur. Ideoq; dicit dominus:Non adiiciam maledicere terræ propter opera hominum, id est quia pietatem suam circa vniuersitatem hominum voluit declarare,& tamen securitatem & negligentiam quandam mentibus humanis afferre nõ debuit, in paucos vindicat, plures reseruat. Deinde cum dicit, Non adiiciam, ostendit quod alleuet magis erumnas hominum quàm ingrauet, sciens quod penitus peccata hominum auferri nõ queant. Tanquam in Prouerbio: Si quis reti subtili haurire cupiat aquam,sic qui malitiam ex pectoribus hominum conatur auferre. Non adiiciam, inquit,maledicere terræ propter peccata hominum, quia permanet sensus hominis diligenter super mala â iuuẽtute. Vide quomodo studiose nos delinquere deus significet dicẽdo permanere super mala sensum hominis diligenter:quo dicto significare videtur diligenter cor hominis ad peccata propendere, & inesse principali nostro lubricum delinquendi, & quod peius est, studium non deesse. Ideo enim ait diligenter,quasi soliciti simus ne immunitas culpæ nobis posit obrepere. Deinde nõ in vnum malum dixit,sed in multa mala. Et â iuuentute addidit. Ex illa enim ætate crescit malitia, licet alibi le-

Iob.15. gerimus,quod nõ sit sine peccato nec vnius diei infans.
A Sed & infantia sine peccato nõ sit, propter corporis infirmitatem. Diligentia enim & studium peccandi incipiat à iuuentute, vt puer quasi infirmus peccet, iuuenis tanquam improbus,qui studiose cupiat peccata cõmittere, & in criminibus glorietur. Apud plerosque enim innocentia pro ignauia,& culpa pro laude habetur. Ita se luxuria & deliciis, & adulteriorum affectib9 iuuenes iactarè consuerunt. Crescit ergo cum ætatibus culpa. Omne igitur genus hominum iam non consumendum declarat cum dicit,Non adiiciam percutere omnẽ carnem:sed in parte vindicta seruatur.

De explanatione literali & morali eius quod dominus dixit, Semen & messis, hyems & æstas, die & nocte non requiescent. Caput. xxiii.

VID sit etiam quod ait: Semen & messis, hyems & æstas,die & nocte non requiscẽt? Secundum literam significat permansura manentibus secundum institutionem domini & statum suum incorrupta temporibus animalia,vel nemorosa futura omnia. Nam cũ corrumpuntur tempora, corrumpuntur etiam illa quæ tẽporibus suis quæq; gignuntur. Si autem confusio sit temporum,quomodo possunt cõfusione facta etiam ea quæ
B sunt gignentia permanere? Ergo tempora sunt quæ aut corrũpunt,aut reseruant,prout ipsa sui habuerint qualitatem. Idcóque annus ex contrariis ducitur, vere, autumno,æstate,hyeme,sicut harmonia cantilenę permixtis grauibus & acutis videtur cõsistere. Sic ergo & mundus iste ex contrariis continetur,aere & terra,igni & aqua. Nostra quoque corpora frigore & calore, humore & siccitate,quendam naturæ ordinẽ seruant. Nam si naturalis ordo ac mensura confunditur, tunc necesse est sequatur interitus. Ergo certum ordinem temporũ dominus remota cõfusione diluuii ad perseuerantiã mundi promittit futurum. Altior autem sensus hoc habet, vt,per semen intelligamus principium, per messẽ intelligamus finem. In vtroq; salutis est causa. Alterum sine altero imperfectum est,quia vbi principiũ est,finis quęritur,nec potest esse sublato fine principium, & finis in principium currit. Ergo semper in eadem recursurum, dum in hoc mundo est, genus memorat humanum, vt
C cum incipit annus finiatur,cum finitur incipiat,nõ medio mundus tempore resoluatur. Ita & mens quãdo aliquid videtur incipere,ad finem vsque contendat,& operis sui terminum quærat. Quando finit aliquod opus, non quasi consummato opere finiatur,sed in alia recurrat opera,& semper incrementa virtutis exerceat: quan doquidem videt quod in fructus suos semper terra renouetur,qui diuersi aut vere,aut æstate, vt in partibus oriẽtis,aut æstate autumnoq; nascantur, vt in partibus occidentis. Alio tempore terrarũ seminaria partus suos educunt,alio autem tempore fructus arborũ carpimus. Diuidui ergo fructus sunt necessarii,& voluptarii. Necessarii ex feminibus terrarum, at vero ex arborum fructibus voluptarii. Itaq; corpus nostrum tãquam vere, hoc est aere,cibo pascitur naturali. Aer autem Græco nomine,ver latino dicitur. Ideo scriptura de partibus orientis,& maxime Aegypti per quam transiuit Hebræus,vel ex partibus Phœniciæ sumpsit exemplum. Anima autẽ voluptariis,hoc est sapientiæ fructibus alitur: cui iterũ, vt corpori nostro contrarium frigus & æstus, ita timor & iracundia videntur aduersa. Sed quia in corpore est, & iracundiam habet & timorem,nec potest sine hac esse in corpore necessitate naturæ. Et ideo mens sapientis moderamina iusta dispẽsat,ne iram & timorem permisceat,& fiat confusio quædam animo illius atque diluium. Die quoque & nocte quod ait: per diem intelligis illuminantem virtutem,per noctẽ recognoscis tenebro-

D sam insipientiam. Itaque & in timore tanquam in frigo re potest esse illuminãs virtus. Similiter & iracundiam potest reprimere temperantia,vt in timore aliqui nõ penitus resoluantur, & magis timorem dirigant ad opera virtutis. Verbi gratia, si persecutor insistat: vt plus deũ timeas,& perpetua magis supplicia quàm præsentia putes esse vitanda,quę dum times,accendaris ad gloriam, perfidiæ iratus sceleri. Rursus iracundia succensus,diui no commotionem timore modereris.

De prærogatiua potestatis hominibus in cętera animalia attributa per id quod dominus benedixit Noe & filiis eius dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius. Et quomodo intelligatur quod subditur:Omnia reptilia quæ sunt viua,sint vobis in escam:cum tamen quædam reptilia sint venenata.

Caput. xxiiii.

ET benedixit dominus Noe & filiis eius dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & timor vestri & tremor erit omnibus quæ mouentur super terram, & in omnibus piscibus maris.) Hæc prærogatiua potestatis in cæteris animalibus videtur hominib9 attributa & in superioribus partibus. Sed eo loco vbi dixit quod deus hominem fecit,dicitur, Masculum & fœminam fecit eos,& benedixit eis dicens:Crescite & multiplicamini, & replete terram,& dominamini eius,& potestatem habete super pisces maris,& volatilia & bestias terræ & re E
ptilia. Quod ego admonui vt intelligas geminam hominis generationem expressam, vnam secundum imaginem dei,alteram secundum figmentum de luto terre. Denique illa creatio hominis de luto terræ, videtur esse facta post mundum, postquam requieuit deus ab operibus suis. Sero quodam modo terrenæ statuæ figmentum gignitur. Non erat pluuia super terram, nec homo terram operabatur. Tunc de limo terræ finxit deus hominem,& insufflauit in faciem eius spiritum vitæ,& factus est homo in animam viuentem. Ille autẽ sexto die, quasi perfecto numero quo omnia conclusa sunt opera dei,quasi perfecta operatione cõstitutus homo secundũ imaginẽ dei est, & cui etiã iste cõparatur qui in diluuio iustus inuẽtus est. Et ideo supra terrena omnia eũ constituit deus,sicut & illũ ad imaginẽ dei factũ, quia vtrunq; â vitiis terrenis tẽperabat. Ille qui ita generatus est,vt nihil terreno deberet contagio:iste qui in periculis fuerat approbatus, & examinatus in passionibus, & repertus quod in confusione non fuisset obnoxius passioni. Al- F
tior autẽ sensus habet quod iustus magnitudine & multitudine virtutis augetur atq; doctrina,& replet terram, quasi cor quoddã,in quo sit receptaculum intelligibilium. Ita nihil vacuum sapientia esse patitur, quod insipientia possit innadere. Domatis igitur non solum terrenis omnibus passionibus, sed etiam sensibus corporalibus, bestias quoq; sibi quodã terrore subiicit & timore, in quibus species videtur esse malitiæ atq; feritatis. Immitis enim & agrestis est ois malitia,inflatur aerio quodam tumore. Nec illud obscurũ quòd reptilia quędã letalium quandã habent speciem passionum, â quibus venenum quoddam menti videtur infundi. Omnibus ergo his imperat iustus,quibus non cõmiscetur,sed coercet ea,si mens eius nõ delectatione,non cupiditate ducatur,nõ tristitia & timore frangatur, nõ etiã luxuria atq; deliciis tanquã lubricum & caducũ vitę huius agat cursum, & continentia & tẽperantia abigat à se vir sapiens huiusmodi passiones. Sed quia subdidit statim, Omnia reptilia quæ sunt viua,erunt vobis in escam: ne forte te moueat quia ante de reptilibus diximus venenatis, cognosce alia esse reptilia venenata,alia mãsueta. De mãsuetis igitur reptilibus accipe,quæ etsi nõ omnia ventre & pectore repunt sicut colubri,exiguos tamen pedes ha

G bent, vt repere magis quàm ambulare videantur. Ergo venenatorum reptilium similes immundas in corpore accipe passiones, mansuetorum autem decoras. Omnis enim affectus qui est præter desormis delectationis illecebram, passio quidem est, sed bona passio. Cupiditas mollior est, & ira & timor hæ noxiæ animæ passiones sunt. Affectus autē innoxii passiones sunt. Et his viuendi quidā nobis vsus ministratur & causa, harū cibo vtimur ad vitæ gratiam, harum epulis delectamur.

An sub his verbis quibus ait dominus: Sicut olera pabuli dedi vobis omnia, oleribus magis quàm carnalib⁹ epulis vti debeamus. Et quēadmodum abstinere debeamus à sanguine, in quo est anima, Ac de diuersis philosophorum opinionibus circa naturam animæ.

Caput. XXV.

QVID est etiam quod ait: Sicut olera pabuli dedi vobis omnia? In quo & ij qui simpliciter intelligunt, vt non expendant sermonis examen, non nobis videntur esse contrarij. Sunt enim qui putant, vt olera ad escam nobis dei nutu attributa videantur, quo his magis quàm carnalibus epulis vti debeamus. Ego autem liberter his acquiescerem, vt generi hominum ad parsimoniam & temperantiam olerum vsus inolescceret, nisi viderem ab ijs qui non libenter accipiunt, posse referri mihi, quia non omnia olera esse homini inueniātur accōmoda. Deinde quia non omne hominum genus sapientiæ & continentiæ amore ducitur, vt cōtinentiam sequi possit. Et ideo quod generale præceptum est, ad portiunculam paucorum hominū deriuare non possumus. Omnibus enim hominibus hoc præceptum datur. Ideóque cōsideremus quid dixerit: Sicut olera, inquit, pabuli dedi vobis omnia, non olera omnia dedi vobis ad escam. Vtantur igitur qui vtuntur carne tanquam oleribus, nō ad distentionem, nec ad aruinam corporis, quam epulæ carnis facere consuerunt. Sed quemadmodum & olera non omnia ad escæ vsum habilia sunt: ita etiam nō omne viuum reptile accommodum ad vsum epulandi. Siquidem ab omnibus venenatis debemus abstinere: licet huc quoq; processerit luxuria, vt magis delectationi cō sulat quàm periculo, & in plerisq; refecto quod dicitur venenatū naturaliter inesse, reliquā partem ad cibū vēdicet, quæ etsi non plena periculi, tamen vicina periculo est, & corrupte la aliqua necesse est in totius succū se carnis infuderit. Plerisq; etiam sagittis venenatis transfigūt ceruos, & huiusmodi velocia animalia, & postea resecta quadam parte membrorum, reliquo corpore ad cibū vtuntur. Quod autē ad altiorē sensum pertinet, hoc est, vnde magis dictum est quòd irrationabiles passiones ita debeant menti sapientis, vt olera rustico esse subiecta, atq; his vtamur reptilibus cogitationibus, vt agrico la oleribus, quæ licet obesse non possunt, cibi tamen nō habent gratiam fortioris. Generale enim omnibus & cō mune præceptum, nō aliora indicit genera virtutū, quæ vtiq; paucorum sunt. Sed & si quis virtutum epulas fortiores sibi exhibere non possit, huiusmodi tamen habeat passiones, quæ non noceant, sed delectēt. Ideo in principio sanctus Moyses informauit nos atque instruxit de insufflatione animæ, vt non laboremur opinionibus diuersis philosophorum, qui sibi constare non possunt. Plerique enim varia senserunt, vti Tricias, & eius discipuli, sanguinem esse animam dicentes: istam vtique animam qua viuimus, quæ est sensibilis: non illam animam quæ rationabilis & intelligibilis interioris hominis æstimatur. Hippocrates autem etsi non Triciæ improbauit ingenium, nec disputationem eius redarguit, tamē sententiæ nō acquieuit. Aristoteles entelechian dixit. Ignē alii esse voluerunt. Nos igitur huiusmodi diuisionem teneamus, vt separemus quod est rationabile animæ, cuius substātia diuinus est spiritus, sicut ait scriptura quia insufflauit in faciem eius spiritum vitæ. Esse autem in ea nutrimentum quoddam vitale, quo hoc corpus animatur, esse etiam delectabile. Illarum igitur & vitalis & delectabilis animæ partium substantia, sanguis appellatur à quibusdam, licet etiam scriptura dixerit: Anima totius carnis, sanguis est. Proprie igitur animam carnis sanguinem appellauit. In carne enim delectatio & passio est, non mens & ratiocinatio. Tamen si diligenter intendas, hic locus illum explanat. Cum enim hoc loco animam sanguinem dixerit, vtique significauit aliud esse animam, aliud sanguinem, vt sit animæ substantia spiritus vitalis: sed ipsum spiritum vitalem non per se tantum & sine sanguine vsum afferre viuendi, sed commisceri sanguini: quia sunt quæ vocantur arteriæ velut receptacula spiritus, quæ non solum aerem purum ample ctuntur, sed etiam sanguinem, sed minorem longe sanguinis portionem. Gemina enim cum vasa sint, aliud est venæ, quæ φλὲψ Græce appellatur, aliud arteriæ. Vena plus habet sanguinis quàm spiritus, hoc est φλὲψ, arteria minus habet sanguinis, multo ampli⁹ spiritus. Iam temperatio pro diuersitate naturæ est hominum singulorum. Altior autem sensus delectare te debet, qui significat sanguinem animam ideo dictum, quia sanguis calidus & ignitus est, sicut est virtus. Quicunque igitur studio virtutis fuerit accensus, & vaporem laudis assumpserit, omnes delicias ventris excludit. Ea igitur cogitationum quæ sunt carnalia atque terrena, in virtutis, inquit, ardore positi reiicietis, quasi inhabilia spirituali cibo. Non enim carnem manducabat, hoc est terrenum aliquod cogitabat, qui dixit, Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælis est: studium hominibus virtutis inspirans, & cupiditatem diuinæ cogitationis infundens. Ergo terrenæ cogitationes & infirmæ quasi euiratæ & sine vsu sanguinis habentur. Et ille euiratus dicitur, qui sanguinis plurimum amiserit. etenim sanguinis amissione frigescit. Quisquis igitur diligens virtutum est, cibos ablegat & reiicit corporales, nisi quantum scit satis esse naturæ. Quisquis autem negligentior tanquam lubricum & aquosum vitæ istius fuerit cursum secutus, quasi amissis vestigiis in vterum decidit & ventrem. Itaque quæ sunt terrena desiderat, cibi cælestis alienus, & qui non possit dicere: Nostra conuersatio in cælis est. Ideoque vt ad secretos prouocaret, ait idem: Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis quæ sunt ad corruptelam ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ, in obseruatione religionis, & humilitate cordis, non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis.

Quod per hoc quod ait, Etenim vestrum sanguinem & animarum vestrarum exquiram, de omnibus bestiis, & de manu hominis fratris, detur intelligi hominem grauius peccare qui fratri insidiatur. Et quis dicatur frater. Quare etiam dixerit: Ad imaginem dei fecit hominem, & non, ad imaginem meam: cum reprobatione opinionis philosophorum qui negant Deum habere curam super homines.

Caput XXVI.

DENIQVE hunc sensum esse, posteriora approbant. Sic enim ait: Etenim vestrum sanguinem & animarum vestrarum exquiram de omnibus bestiis, & de manu hominis.) Bestiali malitiæ comparauit, immo etiam acerbauit iniquitatem hominis vltra bestiarum feritatem, dicendo, de manu hominis fratris. Etenim bestiæ nihil nobiscum habent commune naturæ, nullo velut fraterno iure deuinctæ sunt. Si nocent hominibus, quasi extraneis nocent. Naturæ iura non violant, germanitatis non obliuiscuntur affectum. Ideo grauius homo peccat qui fratri insidiatur, & dominus seuerius vindicaturum se esse promi-

A sit, dicens: Sanguinem hominis de manu fratris eius exquiram. An non frater est quem rationabilis naturæ quidam vterus effudit, & eiusdem matris nobis generatio copulauit? Eadem enim natura omnium mater est hominum, & ideo fratres sumus omnes, vna atque eadem matre generati, cognationisque eodem iure deuincti. Ideóque & dominus fratrem appellauit & eum à quo sanguis fratris exquiritur, significans magis ab his periculū pertimescēdū qui fraterno sibi iure sociātur. Hinc etenim insidiæ, hinc pericula frequentiora hominibus comparantur. Et vt specialia comprehendamus, fratribus specialius in hæreditatis diuisione frequenter odia succrescunt. Deinde si fratri amplius collatum fuerit à parentibus, fratres alii indignantur magis, & gratiam à parentibus collatam parricidio auferre conantur. Ista magis bella suspecta, bella non cibi tantum, sed singulorum domorum. Illos ergo dominus ad vltionis iudiciū comprehendit, quos magis insidiaturos sibi esse cognouit. Tertium est quod in eo fratrē dixit, non quo dignus pietatis nomine parricida sit, sed quo magis pietatis gratiam vocabulo, atque inde fiat sceleris incrementum, quo iustior sit vindicta scelesti. Ergo dominus deus noster vltionem promittit, vt vel sic frangatur metu, qui pietatis est oblitus, vt sciat quòd etiam si homines effugiat homicida, dei tamen iudicium non possit euadere,
B sed maiori & æterno supplicio reseruetur. Altiore autē sensu hoc intelligimus, non solum ab extraneorum, verumetiam à nostris hoc est domesticis nobis cogitationibus cauendum. Deinde obseruandum nobis non solum à malitia mētis, verumetiā ab ipsis sermonibus nostris. Ideoque ait: De multiloquio non effugies peccatū. Prou.10. Ergo hoc significari videtur, nō solū operis nostri, sed etiam sermonis qui est magis domesticus, rationem domino esse reddendam. Et ideo diligentius considerandum ne vel sermone vel opere contrahamus offensam, quia sicut ore confessio fit ad salutem, sic ore fit lapsus ad mortem. Qui effuderit, inquit, sanguinem hominis, pro sanguine hominis eius effundetur. Non errauit locutio, sed emphasis est, id est exaggeratio factaverborū, eo quòd is qui effuderit sanguinem hominis, ipse quasi sanguis effundetur, qđ spem ei hæreditatis eripiat: quia sicut sanguis effusus in terram hac atq; illac spargitur, ita impiorum anima à corpore fragilitatis more soluatur: quia & de anima dictum est mortem eius esse corruptionem, eò quòd gratię cælestis munere defraudetur, & velut collisa malitiæ scopulis salubritatis suæ corpus iminuat. Mouet etiam plerosque quod dixerit, Ad imaginem dei fecit hominem: & non dixit, ad imaginem meam, cum ipse sit deus. Sed intellige & patrem esse, & filium esse. Et licet per filium omnia facta sunt, tamen legi
C mus quia pater fecerit omnia, & fecerit per filium, sicut Psal.103. scriptum est: Omnia in sapientia fecisti. Siue ergo pater dicit, ad imaginem verbi fecit: siue filius dicit, ad imaginem dei patris fecit. Et ideo familiarem quandam & domesticam deo demonstrat hominis esse naturam, id est rationabilis hominis secundum quod ad imaginem dei creati sumus: eáque causa intultum non esse apud deum quod in domesticū animal sibi videat crudeliter & impie esse commissum. Causa ergo vindictæ additæ facit, vt primum excludamus philosophorum quorundā opiniones, qui negāt deum habere curam super homines: Deinde scientes prærogatiuam nostræ vltionis apud deum manere, neque in alios committamus quod diuino iudicio vindicandum sit, neque mortem ipsi vehementius pertimescamus, cum sciamus necati hominis innocentis apud deum nullum esse contemptum.

Quomodo intelligendum sit quod inquit dominus: Non erit diluuium vt corrumpat omnem hominem. Et quod subdit: Arcum meum ponam in nube. Et qualis fuerit arcus ille.

Caput XXVII.

NON erit, inquit, diluuium vt corrumpat omnē D hominem.) Dubium videtur: Vtrum enim diluuium non erit, intelligendum sit, quòd diluuium corrumpat terram: (hoc enim diluuia facere consuerunt) an vero non erit tale diluuium quo terra omnis corrumpatur, quod posteriora aperiunt cū dicit omnem terrā non corrumpendam. Ostendit enim diluuia quidem esse futura, sed non talia quibus possit omnis terra corrumpi. Sensus autem hoc altior habet, quod iam prouidentia futura fit domini, ne tantum fit diluuium corporalium passionum, vt anima omnis intereat. Et quidem nō audeo dicere quia videretur dominus statuere quod nullius anima possit penit⁹ interire. Quid enim de parricida dicimus? Quid etiam de homicida? Quid de adultero? quid de præuaricatore? Quas ei partes animæ ad veniam reseruamus? Vnde magis illud arbitror, quod prouocet dominus deus ne si quis leuiores alias habeat passiones, penitus diuinant desperet gratiam, nec omnimodis victurum se esse diffidat. Sed etiam si est luxuriosus, nec potest studium vitare luxuriæ, ab adulterio studeat tamen temperare: sit epulandi delectatio, non stuprandi sit. Etiam si nescio quis auarus qui aliena diripuit, eiecit pupillos, eliminauit viduas, postea tamen in penitentiam regressus restituat quod abstulit. Denique Zacchæus ideo veniam meruit, quia non solum restituturum se, sed quadruplum promisit quibus aliqua sustulisset, pauperibus quoque
E medietatem sui patrimonii donaturum. Consideremus etiam diligentius quid sit quod ait: Arcum meum ponā in nube, & erit signum testamenti æterni inter me & inter terram, & erit cū innubula venerit nubes super terram, parebit arcus meus in nube, & memor ero testamēti mei. Non enim (sicut plerique arbitrātur) arcum istū dicit quem aiunt homines esse quo pluuiarum signa alia qua declarentur, in quo colores diuersi tanquam radiorum solis nunc rutilantium, nunc lumine lucentiū clariore figurantur, vnde & pluuia futura significatur, eò quòd inconstantia quædam serenitatis versicolora specie demonstretur. Arcum hūc Irim quidam appellant. Sed absit vt hunc arcū dei dicamus. Hic enim arcus qui Iris dicitur, per diem videri solet, per noctem non apparet. Etiam per ipsum diem, si obductus aer tetris nubib⁹ fuerit, ne sic quidem videtur, ni forte cùm grauiores nubes se cœperint relaxare. Ergo videamus ne quia arcus quo sagittæ iaciuntur, nunc tenditur, nunc resoluitur: quandam extensionem & remissionem videatur scriptura significare, per quam neque penitus per nimiam extensionem vniuersa rumpantur, sed sit quædam mensura, & quoddam diuinæ virtutis examen. Est ergo virtus inuisibilis dei, quæ & specie istius arcus extēdendi & remittendi moderatur pro diuina voluntate, misericordia, potestate, quæ neque omnia cōfundi nimia solutione, neque dirumpi nimia irruptione patiatur. Quā ideo F in nubibus dicit poni, quia tunc maxime opus est diuinæ auxilio prudentiæ, quando agmina nubium in procellas tempestatésque cogūtur. Ideoq; dicit: Arcum meum ponam in nube, non sagittam ponam. Arcus enim instrumentum iaculandæ sagittæ est. Itaque non ipse arcus vulnerat, sed sagitta. Et ideo dominus in nubibus arcum magis quàm sagittam ponit, id est non illud quod vulneret, sed quod habeat terroris iudicium, vulneris effectum habere non soleat.

Qua ratione cū tres filios Noe, Sem, Cham, Iaphet, supra computauerit, hoc loco medij filij, id est Cham generationem prius cōprehenderit. Et quomodo ille Chanæorum author fuerit.

Caput. XXVIII.

QVA ratione autem cū supra tres filios Noe computauerit, Sem, Cham, Iaphet, hoc loco comprehenderit medij filij generationem? Hoc est quod ait: Cham autem pater erat Chanaam. Isti tres erāt filij Noe, & ma

Gxime cum illi duo iusti, iste iniustus medius. Iniusti ergo prius generatio quàm iustorum comprehenditur. Neq; enim possumus negare quod scriptū est: sed ad coacernandum delictum ipsi⁹ addita eius est generatio, qui cū haberet filium, & pater esset, solus ipse patrem non cognouit, qui magis cognoscere debuisset. Et ideo improbum habere meruit filium, quia improbus fuerat patri. Simul significat ex illo Chanaan Chananæos fuisse, qui post multas generationes à populo iusto oppressi, cesserunt in eius possessionem. Authorem ergo Chananæorum Chanaan fuisse manifestum est, qui fuit filius hui⁹ Cham, qui impius in patrem extitit. Altior autē sensus nominum interpretatione signatur. Cham enim calor est, Chanaan turbatio eorum. Qui enim calet, continuo mouetur & perturbatur: ideoq; euidentissime declaratur non tam hominem patrem hominum fuisse, sed passionem malam improbæ passionis generatricē, quæ esset à patris moribus hoc est ab vsu virtutis aliena.

Quomodo Noe egressus ab arca, factus sit agricola. Et de differentia inter operatorem terræ, & agricolam. Quid etiam sit quod iustus primum vineam plantauerit, & non triticum aut hordeum. Et quid sibi velit quod subdit, Bibit de vino, & inebriatus est. Et de duplici specie ebrietatis, & gemina nudatione sapientis. Ac de operimentis animæ. Caput xxix.

H IT cœpit Noe homo agricola esse terræ.) Videtur quidem prima specie Adę illi qui de terra factus est, comparari Noe vir iustus, quia & de illo scriptū est quod de paradiso eiectus cœperit operari terram: de isto quoque, quoniam egressus ex arca factus sit agricola. Et propemodum in vtroque processerat quędam forma diluuij, quia & Noe post diluuium, & Adam post mū di constitutionem secundum figmētum corporis. Nam vt mundus fieret, congregata est aqua in vnam congregationem, vt videretur terra, quæ ante non poterat per aquarum confusionem videri. Ergo sicut ille primigenes magister terrā videtur operatus, ita etiā egressus ex arca Noe seminatiōis & culturę author est fact⁹. Hęc putātur similia. Sed si verba cōsideres, quæ iam vim sensus altioris exprimunt, aliud est operatorē terræ esse, aliud

I agricolam. Alius enim tanq̄ mercenarij, alius tāquā patrisfamilias loco fungitur. Denique Cain qui fratrē occidit, erat operarius terræ. Et vt scias quia operari terrā magis seruile quàm liberum sit, maledicto parricidalis eius operatio comprehenditur. Denique scriptum est: Quoniam operaberis terram, & non augebit virtutem suam dare tibi. gemens & tremens eris super terrā. Terra autem caro nostra est, quam improbus operatur, bonus autem excolit. Ille quasi mercedem quærit è terra, iste quasi boni fructus capit gratiam disciplinæ, vt magis fructiferum faciat agrum suum, & qui domini possit respondere culturis, & indulgētiam cultoris ostendat. Operator autem quid aliud nisi escam tātummodo corporis sui quærit, ventris magis vsui studens, atque id solum explicare cōtentus quod sibi prodesse possit ad victum? Ille vero alius fructuum vtilitate pascitur. Quos fructus habeat iustus, agnoscis. Fructus autē spirit⁹ charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas. Bonus ergo agricola habet cōtinentiam, castitatem, vt si quæ arbores cito curuantur in terram, & effusius germinant, eas velut quadam temperantiæ suæ falce succidat, vt abijciant qđ infirmum est, germinēt quod decorum. Quid est quod iustus primum vineam plantat, & non aut triticum aut hordeum? Vnde autem vinea post diluuium corruptio nemq; terræ? Sed de hoc supra diximus, quia veris tēpore etiam corruptarum radices vitium pullulare potuerunt. Vnde illud maiore solicitudine soluendum arbitror, quia iustus prius quæ voluptuaria, quàm quæ necessaria sunt requirit. Necessarij enim fructus sunt tritici K & hordei, sine quibus non possumus viuere, vinum autem voluptarium, & causa delectationis datum. Quod, quia iustus est, ideo sibi magis hoc quod secūdum erat, quàm quod primum est vindicauit. Necessaria enim alimenta viuendi deo detulit quod erat. Superfluum autē vinum hominibus, & non necessarium. Sed forte dicas ita fine potu non posse homines viuere, quemadmodum etiam sine cibo. Necessarius est ergo potus sicut cibus. Non abnuo. Siti vtique necessarius à domino constitutus. non repugno. Et ideo ad potum necessariū fontes & flumina conuenit deriuare, quę non vtique manu hominis effecta, sed domini dei nostri iussu & operatione fluxerunt. Atne quia diximus operationem domini, ad illud retorqueas quod operatio Cain videtur maledictiones habuisse: considera non operationē maledicti nomen accipere, sed quia scriptū est, operari terram. Qui enim operatur terrā, mercenarius est. Ille autem non mercenarius, sed dominus, qui ait: Pater meus Ioan.5 vsq; modo operatur, & ego operor. Quid operatur huiusmodi operator? Audi: Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei qui in cælis est. Et bibit, inquit, de vino, Ioan.4 & inebriatus est. Non dixit, Vinum bibit. neque iustus vinum ebibit, sed de vino, hoc est de eius portione libauit. Ebrioſi est omne absorbere vinum, & intemperantis euacuare quod sumpserit. Continentia autem vtendi mensura legitima est. Ebrietatis itaque species gemina est. Vna quæ titubationem corpori afferat, atque eius supplantet vestigia, sensumque perturbet. Altera quæ mentem virtutis vaporet gratia, & omnem infirmitatem videatur auertere. Vnde Apostolus ait: Vino mo- L 1.Tim.5 dico vtere propter frequentes tuas infirmitates. Sicut enim isto bibendi moderamine vinum non infirmitati est, sed saluti, atque omnem infirmitatem alleuat corporis, ita etiam ebrietas illa præclara omnem infirmitatem carnis excludit, de qua scriptum est: Et poculum Psal.22 inebrians quàm præclarū est. Quæ sit ista ebrietas? Inebriamini, inquit, non vino in quo est luxuria, sed imple Ephes.5 mini spiritu sancto, Apostolus dixit. Et secundum literam igitur cautio est, & secundum sapientis altiorem sententiam laudatio est, Cautus est qui etsi nudatur, in domo tamen nudatur sua, vbi operimenta non desint, & quædam tegmina ebrietatis, vt vitia sua norit abscondere. Corporalia igitur nudum corpus tegunt, vt parietes & tecta: animæ autem quæ sint operimenta, videamus. Sed tunc operimenta reperimus, si enudationem eius discutimus. Gemina autem nudatio sapientis. Gemino igitur amictu mens nostra vestitur, si aut peccatum imprudens admiserit, (hæc est enim enudatio velut ebriæ mentis, vt nesciat quod delinquat, quasi quæ temulentia quadam ignorantiæ in vitium deducta labatur) aut rursus negligentiæ & ignorantiæ somno sepul M ta errorem suum nesciat. Quæ cum inciderimus, immo cum peccata plura inciderimus etiam per sciētiam (est enim naturalis quædam etiam nostræ infirmitatis ebrietas, vt impetu delectationis feramur in vitium, sicut plerique iuuenili accensi calore, aut luxuria & delectatione flammati, aut auaritiæ rapti cupiditate) certe omnibus his medicina quæratur, vt aliquis tegat huiusmodi infirmitatem suam, primum pudore quodam & verecundia, vt etiam si in lubrico sit adhuc positus delinquendi, det tamen emendationis insigne. Etenim plurimum interest vtrum peccata sua iactare desideret. In altero enim turpis impudentia, in altero tolerabilis verecundia spem futuræ correctionis ostendit. Alia est autē denudatio animæ, quæ velut quandam sarcinam corporis abijcit atq; exuit, sicut sepulchrum quoddam carnis effugiens. Sepulchrum enim patens est guttur huiusmodi hominum, in quo sepulchro velut attumulatur anima delectationibus, & cupiditatum passionibus onerata diuersis. Exuit igitur se à cōgestione terrena, & quasi

A retia quædam circunfusa euadit atque effugit, quæcunque se ab omni nudauerit passionum laqueo, & omnem illam deformem speciem terrenæ labis auerterit, vt lucem videat decoris æterni.

Quare non simpliciter dixerit: Vidit Cham nudatio nē patris, sed vidit Cham pater Chanaan. Et cur Cham nudatum patrem riserit. Caput xxx.

VAERO nunc cur non simpliciter dixerit, Vidit Cham nudationem patris: sed vidit Cham pater Chanaan. vtiq; Chanaan natus non erat: cur ergo nomen addidit filij, nisi vt & vitio authoris deformaretur hæreditas, & author filij nequitia grauaretur? Et pater igitur in filio, & in patre filius redarguuntur, habētes stultitiæ, nequitiæ, impietatis quoque commune consortiū. Nec poterat fieri vt bonū generaret filium qui bono patri nequam filius, & naturæ & eruditionis degener extitisset. Hæc secūdum literam. Quod autem ad altiorem sensum pertinet, omnes mores pessimi erroribus delectantur alienis. Non solum erroribus, sed etiam ijs quæ ipsis videantur mala esse, etiā si non sint. Nudum enim Noe se non sentiebat, qui amictu erat indutus sapientię. Denique nec Adam in paradiso positus nudum se puta B bat, nisi postea quàm commisit præuaricationis errorē. Et reus, amictu sapientiæ ac iustitiæ, mandatorum cælestium præuaricatione nudatus, nudum se vidit, & folijs operiendum putauit. Ridet igitur, Cham nudatum patrem videns. Omnis nanque improbus quoniā ipse deinius disciplinæ est, aliorum lapsus nō solum pro sui erroris solatio accipit, quod cōfortes inuenerit culpę, verumetiam improbo lætatur affectu, tāquam sua ipse delicta correxerit. Mala mens ergo lætatur præter propositum quid alicui accidisse sapienti: cum vtique corporis lapsus in vitio esse non debeat, etiam si lapsus putetur, nisi animus quoq; inclinetur ad culpam. Postremo venialia iudicentur huiusmodi errata, non odio prosequenda, nō habenda iudibrio. Sed mens, vt dixi, improba cum putat errasse sapientem, insultādum arbitratur ei, cuius sibi putat mores esse contrarios, quod peccatū suum velut tacito quodam sapientis testimonio redarguatur: eóque lætandum sibi, quòd iusto viro nec erudi tio ipsius profuerit, nec iustitia suffragata sit, nec ea quæ secundū corpus sunt, habuerint prosperos cursus. Hæc enim pro summis bonis apud improbos æstimantur, in diuitijs aut honore posita, quæ tamē nullum fructum ad laudem virtutis conferunt. Propterea insipientiæ defen C sores videntur, qui virtutis amatorem prosperorū munere esse fraudatum, qui omne bonum tēporalibus magis quàm perpetuis æstimandum putant.

De euidenti pietatis affectu in bonis filijs Sem & Iaphet, qui nudatum amictu patrem videre cauerunt. Et quomodo mens sapiēs retrorsum ambulet. Quid etiam significet quòd somno recedente Noe sobrius factus sit à vino. Et quare scriptura Cham quem primo medium inter filios posuit, postea minorem appellauerit dicens: Cognouit Noe omnia quæ fecit ei filius iunior.

Caput xxxi.

VID est quòd Sem & Iaphet imposuerūt vestimentum super humeros suos, & perrexerunt retrorsum, & operuerunt nudum patrem, & non viderunt nudationem eius? Litera euiden tem pietatis expressit affectum, quod nudatum amictu patrem boni filij videre cauerunt, ne paterna reuerētia vel ipso minuerętur aspectu. Siquidem etiam tacito vultu pietas frequenter offenditur. Vnde etiam Romæ vetus fuisse vsus dicitur, ne filij cum parentibus & maxime puberes intrarent lauacrum. Sensus autem altior hoc habet, quia insipiens præsentia tantummodo videt quæ in oculis sunt, futura non respicit, præterita nō D cogitat. Sapiens autem & præterita recordatur, & futura considerat. Omnis ergo mens sapiens retrorsum ambulat, hoc est præterita spectat, nec naturæ quodam vsu impeditur, nihil vacuum, nihil nudum suorum patitur esse gestorum. Operit quæ aliter gesta sunt, amictu quodam & gratia vel præsentis operis, vel futuri, vt nihil indecorum prętereat, nihil inornatum relinquat. Vnde & Philip.3. Apostolus superiora obliuiscebatur, priora appetebat, sed obliuiscebatur, vt absconderet persecutionis errores, vt tegeret superiora delicta, bonisq; operibus abun- Psal.31. daret. Beati enim & illi quorū tecta sunt peccata, id est si tegantur bonis operibus, & operiantur virtutum sequē tibus disciplinis. Et sobrius, inquit, factus Noe à vino. Manifestum est ex ebrietate intercedente somno sobrios fieri homines. Mens autē sobria est quādo & præterita & futura cognoscit. Sobria ergo erat mēs iusti & quā do ebria putabatur. Est enim præclarum poculum inebrians iustos. Illa autē vere inebrieatus erat qui ridebat patrem. Qui enim neque præteritam generationis gratiam, neq; præsentē reuerentiā patris, neq; futurā pœnā paternæ iniuriæ considerabat, vere ebrius erat, & quod putabat videre se, non videbat. Erat in illo profunda cæ citas, qui patrem videre non poterat. Nam si vidisset patrem, non vtiq; risisset. Neq; enim tridendus, sed verēdus E est pater. Multo autem amplius mentem iusti insipiens videre non poterat. Quomodo enim videbat, qui in eo putabat dubietatis errorem, vbi erat perfectus sapientię Sapiē.7. cæterarumq; virtutum vapor? sicut scriptum est: Vapor est enī virtutis dei. Quando enim mēs magis sobria est, quàm tunc quādo naturam omnium rerum, temporūq; præsentiū & futurorum ita spectat negocia, vt nulla in eo temporalis titubatio ebrietatis appareat? Quæro etiā qua ratiōe cum ante medium dixerit inter filios Cham, nunc iuniorem cōstituat? Sic enim scriptum est: Cognouit Noe omnia quæ fecit ei filius iunior. Nunquid ante scriptura in ordine generatiōis errauit? Non vtiq;. Quid ergo? Cōtraria nūc scripta sunt? Nō arbitror. Quomodo igitur soluitur, nisi iuniorem non ætate, non tempore accipias, sed rudem sensu, & in quadam intellectus infantia cōstitutum, qui prouectioris doctrinam ætatis nō hauserit, nec perceperit senile cōsilium? Cani enim qui- Sapiē.4. dem sunt sensus hominum. Et ideo inquit: Cum veneris ad seniorum consilium, claude os tuū. vt alibi habet sententia: Discendum enim prius est quàm loquēdum. Aures ergo paratas habe, vt aliquid de sapientiū cōsilijs cōsequaris. Lingua reprimenda est, auditio præparāda.

De benedictione Sem filij, & quare Noe dominū & deum dixerit, & specialiter deum filij sui Sem. Et qua ratione cum Cham peccauerit, non ipsum sed filium illius seruituti addixerit. Et de benedictione filij Iaphet, & F multiplici dilatatione bonorum. Caput xxxii.

BENEDICENS filium Sem ait Noe: Benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan seruus ei⁹.) Et dominū & deū dixit, & specialiter deū filij sui cui nomē Sem ē, eo qđ deus iustorū est, hoc est deus montiū, non vallium, qui gratiam habeant virtutis excelsæ. Denique qua ratione cū filius ei⁹ Cham peccauerit, nō ipsum sed filium eius seruituti addixit? Et fortasse ideo, quòd plus afficitur iniurijs filij sui, maxime quarum reus & author exisstat, & vehementius contristatur sui peccati damnationem à filio persolutam, qui non tam suo q̄ patris merito puniretur, deniq; qui doctrinæ paternæ discipulus esset filius, & pessimarum æmulus cogitationū, vno corpore vterq; vteretur & mente, eademq; malitia. Indifferenter igitur vel paternæ vel suæ malitiæ filius precium luit, quoniā improbitatis cōmune cōsortium est. Quod igitur p patris soluit improbitate, sine dubio & pro sua

G soluit culpæ eius reus: vel certe diutius pœna producitur cum etiam ad filium vsque pertendit, & successoris afflictio in tempora multa profertur. Hoc secundum literam. Cæterum non tam hic homines quàm mores cõprehenduntur, quorũ in vtroq; vna natura. Nam Cham calor, Chanaan commotio & inquietudo. Qui enim calidus est, vtique inquietus atque commotior est. In duobus igitur erat vna passio, & vnus affectus. Itaque cũ alter addicitur, vterque dãnatur. Cum sanctus igitur Noe benedicens filium suum Iaphet, ait: Dilatet dominus Iaphet, habitet in domib⁹ Sem, & fiat Chanaan seruus ei⁹: diximus supra Iaphet quasi indifferẽs bonũ significari. Indifferentia autẽ latitudinẽ habet, quæ est in salute, vigore, decore, fortitudine, diuitijs, gratia, nobilitate, amicis, potestatibus, & cæteris. Sed hæc licet indifferẽtia bona sint, tamen plerisq; nocuerũt qui ea nõ cum sapiẽtia & iustitia possederunt. Multos enim ebrios fecẽre diuitiæ, nobilitas & potestas superbos, pulchritudo luxuriosos, cuius suffragatio alienæ mẽtis corrupit castitatem. Ergo pro vtentis affectu horum quæ diximus indifferentiæ sunt, quorum vsus aut virtutibus regitur, aut certe sine gubernatione virtutum fraudi esse incipiũt, quæ post esse vtilitati.

H Quid significet quod post diluuium Noe dicitur vixisse trecentis & quinquaginta annis. Et quod de generatione Iaphet Rhodus & aliæ insulæ sint nationum.

Caput. XXXIII.

NVNC quoniam post diluuium Noe dicitur vixisse trecentis & quinquaginta annis, ne quaquam prætereũdum putamus. Nam in trecẽtis crucem Christi significari certum est, cuius typo iustus à diluuio liberat⁹ est. In quinquaginta Iubilæus est numerus remissionis, quo spiritus sanctus missus à cælo est, gratiam humanis pectoribus infundens. Perfecto igitur numero remissiõis, & gratiæ iustus curriculum vitæ huius impleuit. De generatione, inquit, Iaphet, Rhodus & aliæ insulæ sunt nationum. Non immerito latitudo dicitur, quando etiã in alteram partem naturæ, hoc est maritimã, generatio ei⁹ processit. Vere enim tanquam latitudo non sunt eo contẽta quod in vsum hominib⁹ natura præscripserat, hoc est terræ possessione, verumetiam ingressa est mare, ad insulas vsque processit. Hoc secundum literam. Secundum altiorem autem sensum, ea quæ extra sunt, quæ dicuntur bona, diuitiæ, potestates, honores, quasi diffunduntur latius, nec tamen his contenti sunt diuites quæ in manibus & in conspectu sunt, sed longe latéque diffundunt suas cupiditates, dum aut pecuniarum compẽdium de vlteriorib⁹ quæritur, aut honor à pluribus, aut potestas diffusior, aut cupiditas.

I Qua ratione Cham illius improbi filium seniorem scriptura fuisse memorauerit. Et quòd Chus Nemroth gigantem genuerit, qui erat venator ante Deum. Et de interpretatione nominis Nemroth. Quódque idẽ principium fuerit regni Babylonis. Caput XXXIIII.

NVNC quæro qua ratione Cham illius improbi filium seniorem scriptura fuisse memorauerit. Duo genera terræ. Vnum velut arenosum & puluerulentum, immo vt expressius dicam, puluis. Aliud genus terræ fructiferum atque fœcũdum, hoc est terra solidior & profunda. Quid igitur improbus nisi puluerem generat, ex quo generatio esse non possit? Idcóque propheta puluerem impijs comparauit dicens: Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Eò quòd etiam secum altiorem sensum infœcunda sit impiorum anima, quæ fructus vtiles generare nõ possit. Qua ratione etiam Chus Nemroth gigantem genuerit, qui erat venator ante deum? Quid aliud qui puluis & arena, generaret, nisi terrenum hominẽ, eò quòd impius cælestibus terrena præponat? Gigantes enim voluisse pugnare aduersum superna fabulæ inducunt, & terreno ascensu ascendendũ ad cælestia putauerunt. Altiore autem sensu illud significatur, quod qui terrenas diligit voluptates, eas sequitur, & putat his se posse ad dei gratiam peruenire, & regnum cæleste huiusmodi erroribus deferendum: is aduersum cælestia contumaci præliatur affectu. Propterea & in puerbio est de eo qui dereliquerit, sicut Nemroth gigas venator ante deum. Nemroth autem per interpretationem dicitur Aethiops. Color Aethiopis tenebras animæ squalorẽmq; significat, qui aduersus lumen est, claritatis exors, tenebris inuolutus, nocti similior quàm diei. Venatoris quoque vsus in siluis, inter feras ac bestias conuersatio eius. Irrationabilis ergo miscetur irrationabilibus passionibus, & ea quæ sunt malitiæ agrestis atque præduræ, venator huiusmodi explorare consuenit, atque his potiri atque delectari. Denique Nemroth huius principium regni Babylon, hoc est cõfusio, eò quòd malitia & potestas non in simplicitate & puritate, nõ in distinctione virtutis, sed in confusione vitiorum est.

FINIS.

L

CAPITA PRIMI LIBRI DE ABRAHAM.

De huius libri titulo, authoris intentione, tractandi ordine, rationisq; propositi negocij expositione. Cap. I.
De fidei Abrahæ singulari deuotione, quam obedientia admirabili comprobauit. Caput II.
De cæteris Abrahæ virtutibus, videlicet prudentia, iustitia, charitate, atq; parsimonia. Et quemadmodum rixas inter seruulos suos ac nepotis eius exortas, fibrã discordiæ amputando sedauerit. Caput III.
De defensione immunitatis adulterij Abrahæ, qui ex ancilla filium suscepit. Et cur circuncisio mandata fuerit, & tamen hodie non obseruetur. Cap. IIII.
De hospitalitate Abrahæ hospitũ explorantis aduentũ, & angelos hospitio suscipientis, cum diligenti exhortatione ad hospitalitatis illius imitationem. Cap. V.
De exitio Sodomorũ à domino Abrahæ reuelato, & de hospitalitate Loth aduenientibus angelis exhibita, criminisq; Sodomorum ob hospitalitatis violationẽ aggrauatione. Caput. VI.
De pudicitia Saræ vxoris Abrahæ sæpius tentata, & tandem à deo pulchra donata prole. Cap. VII.
De tentatione Abrahæ, & multiplici eius probatione. Caput. VIII.
De morte vxoris Abrahæ, fletúque eius, & sepulturæ officio. De solicitudine quoque ipsius ad prouidendum filio suo Isaac de vxore. Caput IX.

Diui Ambrosij MEDIOLANENSIS EPI SCOPI DE ABRAHAM LIBER PRIMVS.

De huius libri titulo, authoris intẽtione, tractandi ordine, rationisq; propositi negotij expositione. Cap. I.

ABRAHAM LIBRI HVIVS TITULUS est, quoniam per ordinem huius quoq; patriarchę gesta cõsiderare animũ subijt. De quo nobis moralis prio erit tractatus & simplex. Nam etsi altiori disputatione, processus quidã & forma virtutis, & species quædã exprima-

A tur, tamẽ quoq; actuũ eius vestigia spectare virtutis, pfect⁹ est. Etenim si ea quæ natura ad victũ generauit hominũ, nõ vnius, sed geminæ aut etiã vberioris gratiæ sunt, quanto magis ea quibus epulantur animi, non angusti sed abundantioris vsus & multiplicis cibi esse æstimari conuenit? Non mediocre autem aut ociosum negotium Etenim cum dominus deus noster hunc locupleti benedictionis suæ dote donauerit, vt eius gratia prouocaret cæteros, institutione corrigeret, Moyses quoque imitandum nobis descripserit, vt corda hominum in vitium labentia, huius viri contuitu velut quodam terreno busto resuscitaret: non perfunctorium debet videri si nos quoq; scrupulosius eiusdẽ viri versemus vestigia. Nam si sapientes huius mundi, & Plato ipse princeps philosophorum, non veram aliquam sed fictam & adumbratam sibi eam quam legimus πόλιν proposuit ædificandam, vt doceret qualem rempublicam esse oporteret: atque ita quam nec audierat nec viderat in aliqua vrbe describẽdam putauit, vt ii quibus hoc munus est, quem admodum rempublicam regerent, institui possent, & si condiscipulus Platonis Xenophon ille Socraticus fictis & ipse rebus personam voluit informare sapientis in eo libro quem κύρου παιδείαν inscribit, vt ex intimo philosophiæ sinu regis iusti & sapientis disciplina procederet: quanto magis nos non compositam figuram sapientis viri, sed expressam virtutem & diuino institutã magisterio recencere intentius, & vias eius debem⁹ prosequi, quem Moyses ita descripserit, vt retro quodammodo se ipse respiceret.

B De fidei Abrahæ singulari deuotione, quam obedientia admirabili comprobauit. Caput II.

MAGNVS plane vir, & multarũ virtutũ clarus insignibus, quem votis suis philosophia nõ potuerit æquare. Denicq; minus est quod illa finxit, quàm quod iste gesit, ma iórq; ambitioso eloquentię mẽdacio simplex veritatis fides. Itaq; cuiusmodi fuerit in eo viro deuotio, cõsideremus. Ea enim virt⁹ ordine prima est, quę est fundamentũ cæterarũ: meritóq; hanc ab eo primam exegit deus dicẽs: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Satis fuerat dixisse, de terra tua. Ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo. Sed ideo addidit singula, vt eius affectum probaret, ne forte aut imprudẽter cœpisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cælestibus pararetur. Sed sicut coaceruandafuerunt præcepta, ne quid lateret: ita etiam proponenda merita, † ne forte deperaret. Tentatur vt fortis, incitatur fidelis, prouocatur, † vt iustus. meritoq; exiuit, quemadmodum locutus est illi dominus. Et exiuit cum eo Loth. Hoc est quod pro magno inter septem sapientum dicta celebratur, ἐκ πουθεῦ, id est sequere deũ. Facto præuenit Abraham dicta sapientum, & secutus deum, exiuit de terra sua. Sed quia ante terra ei fuerat alia. hoc est regio Chaldæorum, de qua exiuit Thara pater Abrahæ, & in Charran demigrauit, & quia secum eduxit nepotem suum, cui dictum fuerat, Exi de cognatione tua: consideremus ne forte hoc sit exire de terra sua, de huius terræ, hoc est de corporis nostri quadam cõmoratione egredi, de qua exiuit Paulus, qui dixit: Nostra autem conuersatio in cælis est. & de illecebris & delectationibus corporalibus quas velut cognatas animæ nostræ dixit, quam compati necesse est corpori donec eius colligata vinculo adhæret. Ergo exire de conuersatione terrena, & à secularibus oblectamẽtis & superioris vitæ moribus atq; actibus debemus, vt nõ solum loca sed etiam nosmetipsos mutemus. Si cupimus adhærere Christo, deseramus corruptibilia. Sunt autem corruptilia in nobis, caro, delectatio, vox obnoxia passionibus corporalibus. Per vocem autẽ passiones intelligimus. Vnde quoniam anima σύμερες est, hoc est bipertita, & rationabile habens & irrationabile, quod diuiditur per carnem, & delectationis corporalis illecebras, cæterásq; passiones corporis: qui iustus est vir, rationabile animæ suæ ab irrationabili seiungere debet ac segregare. Hoc est enim exire de Charra tanquam de cauernis quibusdã & cuniculis latibulisq; egredi. Latere enim criminosæ conscientiæ est. Et nos igitur sequentes Abraham, exeamus de latibulis. Si enim filii Abrahæ sumus, opera Abrahæ facimus, vt luceant opera nostra bona coram deo, & cõram hominibus. Iust⁹ dicit opera sua regi, peccator seipsum occultat, sicut Adã se occultare cupiebat, sed latere non poterat. Paruit itaq; mandato Abraham, nec vlla legitur mora interuenisse. Egressus perambulauit vsque ad Sichem. Quod interpretatione Latina dicitur humerus vel ceruix: per quæ executionem præscripti operis intelligimus. Siquidem & infra habemus scriptum: Supposuit humerum suum ad laborãdum. Vnde per figuram locorum id expressum aduertimus, quod ad deuotionem suam sanctus Abraham non solum studio sed etiam efficacia probauerit fructuosa, qua ad quærcum vsq; peruenerit, Quo loco apparuit illi dominus, & dixit: Semini tuo dabo terram hanc. Vide quomodo promisso frequenti tanquam inualidum adhuc informet atq; instituat: & ipse memor sui, totum deo deputet, nihil sibi vindicet. Ideo & aram ædificauit deo, qui apparuit ei, & recessit inde in montem contra orientem Bethel, surgentem adhuc solem iustitię cupiens videre. Ideóq; non in vallibus sed in mõte tabernaculum sibi locauit, quia deus montium est, & non vallium. Et inuocauit nomen domini. Vbi Bethel, id est domus dei: ibi & ara. Vbi ara ibi & inuocatio dei nostri. Meritoq; processus tantos habuit, quia deum sperabat sibi auxilio fore. Exercetur athleta dei, & duratur aduersis, in desertum abiit, famem incidit, in AEgyptum descendit. Compererat in AEgypto lasciuiam esse, iuuenum luxuriem, petulantem cupiditatem, voluptatum intemperantiam. Aduertebat inter huiusmodi viros intutam vxoris pudicitiam fore, sibique coniugis pulchritudinem periculo futuram: monuit vxorem vt sororem se diceret. Quo docetur non magnopere decorem quærendum cõiugis, qui viro necem plerunq; gignere soleat. Non enim tã pulchritudo mulieris q̃ virtus eius & grauitas delectat virũ. Qui suauitatem querit coniugii, non tam superiorem censu ambiat, quàm necessitates non terreant maritales, non monilibus ornatam, sed moribus, Offendit plerunque virũ si se vxor nobiliorem nouerit. Hæc proxima superbiæ sunt. Sara non facultatibus ditior, nõ genere splẽdidior erat: ideo virum imparem non putabat, ideo quasi parem gratiam diligebat, ideo non censũ est retenta, non parentibus, nõ propinquis, sed virum proprium quocũque pergeret sequebatur, externa adiit, sororem se eius asseruit, contenta si ita esset necesse, se periclitari pudore quàm virum salute. Vt tueretur maritum, mentita est germanitatem, ne insidiatores pudoris eius tanquam æmulum & vindicem vxoris necarent. Denique simul vt viderunt illam AEgyptii, admirati quid speciosa esset valde, induxerunt illam ad regem suum, & cum Abraham bene egerunt, tanquam fratrem eius quæ placuisset regi honorantes. Afflixit autem dominus Pharaonem afflictionibus magnis & sęuissimis, & domum eius, propter Saram vxorem Abrahæ. Magnum testimonium documentúmque castitatis. Intuendus locus ita hortatorius, vt vnusquisq; se castum præbeat, alienum non effectet thorum, nec latendi spe, aut faciẽdi impunitate alienam vxorem incestet, non incuria aut stultitia prouocetur mariti, aut longiore absentia. Adest præsul coniugii deus, quẽ nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat, vicem absentis mariti tuetur, seruat excubias, immo sine excubiis deprehendit reũ anteq̃ faciat quod parauerit: in animis singulorũ, in mẽtibus vniuersorũ crimen agnoscit. Et si maritũ adulter fefelleris, non falles

C † alias præmia. † alias patur.

Phil. 3.

D

E

F

G deum: & ſi maritum euaſeris, & ſi iudicem fori luſeris, non euades iudicẽ totius mundi. Ille grauius vlciſcitur iniuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti. Maior eſt enim iniuria authorẽ cuſtodem thalami ſpretum & nõ confideratum. Ipſe quoq; Pharao, licet rex AEgyptiorum, quẽ & inſolentia regalis potentiæ ſupinaret, & AEgypti laſciuia atq; luxuries à ſtudio caſtitatis abduceret: vocauit Abrahã, & arguit eum dicens: Quid hoc feciſti mihi? Quare nõ dixiſti mihi quia vxor tua eſt, ſed dixiſti mihi quia ſoror tua eſt, & ſumpſeram eam mihi vxorem? & nunc ecce mulier tua ante te. Et ſi natura ferus ac barbarus s, tamẽ ſignificat etiam exteris ac barbaris moribus eſse curam pudoris, & adulterii etiam ſibi crimen cauendum. Qui prætendit ignorantiam, comdemnat intemperantiam. Nec mirum ſi barbarus ius nouit naturæ. muta animalia licet nullis conſtringantur legibus, ſunt tamen aliqua quæ non ſolum paribus ſuis copulæ ſeruent fidem, verumetiam coitus vnius caſtitatem cuſtodiant. Ita maior lex naturæ q̃ legum præſcriptio eſt. Non mirũ ergo ſi & iſte AEgyptius rex deũ timuit, qui hominẽ non timebat, & pœnam ſoluit adulterii qui nullis tenebatur reus legibus: ſtatimq; vbi alienam eſse cognouit vxorem, non ſolum marito reddidit verũetiam proſecutores dedit qui deducerent eum ne quis de populo barbaro irrogaret violentiã vel peculio viri, vel vxoris pudori. Pulcherrimus & hic locus ad
H incitandæ ſtudium deuotionis, quòd is qui deum ſequitur, tutus ſemper eſt. Et ideo deũ præferre debemus omnibus, nec patriæ contuitu, nec parentum filiorũq; gratia, nec vxoris contẽplatione reuocari debemus ab executione præceptorum cæleſtium, quia deus nobis omnia illa largitur, & potens eſt ſeruare quæ donat. Itaque magnum exemplum deuotionis Abrahæ, quòd cũ vxore ſpecioſa deſcendit in AEgyptum. Erat quidem iuſto viro cura coniugalis pudicitiæ ſed maius erat ſtudium maturandæ deuotionis, ne prætuliſse cuſtodiam thori mandatis videretur cæleſtibus. Itaq; quoniã propter deum cõtempſit omnia, recepit à deo multiplicata omnia, ſed primã deus pudicitiæ tribuit remunerationem, quã gratã ſciebat coniugi. Nam quia ſtudio obeũdi cæleſtis oraculi vxorem quoq; in periculũ deduxit pudoris, etiam caſtimoniam coniugii defendit.

De cæteris Abrahæ virtutibus, videlicet prudentia, iuſtitia, charitate, atq; parſimonia. Et quẽadmodum rixas inter ſeruulos ſuos ac nepotis eius exortas fibrã diſcordiæ amputando ſedauerit. Caput. III.

I PRIMAS igitur partes ſibi iuſto ordine vendicauit deuotio. Videamus & cæterarum virtutũ gratiã. Mulcebatur ſanctus Abraham nepotis præſentia, cui patriũ affectũ exhibebat. Incidit rixa inter ſeruulos nepotis & patrui. Aduertit prudẽtior, ſeruulorum diſſensionibus dominorũ concordiam ſolui ſolere, amputauit fibrã diſcordiæ, ne contagiũ ſerperet. Tolerabilius enim putauit vt copula ſequeſtraretur, q̃ gratia dirimeretur. Quod te facere oportet ſi forte huiuſmodi aliquid inciderit, vt ſeminarũ diſſẽſionis auferas. Neq; enim tu fortior q̃ Abrahã. Ille declinanda cenſuit nõ deſpiciẽda ſeruulorũ iurgia. Et ſi tu fortior, caue ne alter infirmior qui aurem præbeat ſeruulorum ſuſurris. Frequẽter induiſa ſeruitia inter parentes diſcordiam ſerunt. Diuide potius, vt maneat amicitia. Indiuiſa domus duos non ſuſtinet. Nõne melius eſt emigrare cum gratia, quàm eo habitare cum diſcordia? Ipſa quoq; cuiuſmodi eſse debeat diuiſio patriarcha edocet. Firmior diuidat, infirmior eligat ne habeat quod cõqueratur. Electionis enĩ ſuæ partem non poterit calumniari. Non reſidat occaſio reſiliendi, cui datur optio eligendi, nec diuiſor grauatur. Nam quo prudentior, eo cautior, vt nec in diuiſione circunſcribatur, nec in electione fraudetur. Diuiſit Abrahã: quia nõ capiebat, inquit, illos terra habitare ſimul, quia nimium diuites erant. Seculare vitium, vt diuites terra non capiat. Nihil enim ſatis eſt diuitum cupiditati. Quanto ditior quis fuerit, tanto auidior ad poſſidendum eſt. Extendere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Nũquid huiuſmodi Abraham? Minime, quãuis in principio & ipſe imperfectior. Vnde enim perfectio ante aduentum Chriſti? Nondum venerat qui diceret: Si vis perfectus eſse, vade vende omnia quæ habes, & Mat.19.
da pauperibus, & veni ſequere me. Tamẽ vt minime auarus electionem offert, vt iuſtus diſſenſionem amputat. Non ſit, inquit, rixa inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos, quia omnes nos fratres ſumus. Nõne ecce tota terra ante te eſt? Diſcede à me. ſi tu in dextram, ego in ſiniſtram: vel ſi tu in ſiniſtram, ego i dextram. Et leuauit oculos Loth, & elegit irrigua, regionem, inquit, Iordanis, quia tota irrigabatur, & erat ſicut paradiſus dei. Plerunque poſſeſsiones obueniunt hæreditariæ, aliæ vtiliores, aliæ amœniores. Non vtique in portione ſecundæ ſunt. Nam incipit minui ſingularum meritum. Sed ſi non queunt partes de vtilioribus conuenire, conferantur amœnæ vtilioribus. Diuerſa hominem ingenia ſunt. alios vtilia, alios amœna delectant. Infirmior amœniora eligit, vtiliora faſtidit. Villicus nõnunq̃ vtilis eſt, vel actor agri cõfertur vrbano: Si inſipiens ſit electOr, aut cocum eligit, aut vocalẽ, quem venuſtioris gra L
tiæ putat, refutat vtiliorem. Plerunq; etiam vbi fructus impares ſunt, prudentior amœniora declinat. Cito inuidiam mouent, cito in ſe excitant mentem auari. Hic tamen nihil dixit ſcriptura de eo quod alia pars vtilior, alia amœnior fuerit ne ſtudio Abraham cepiſse oculos adoleſcentis videretur. Amœnam partem vnam deſcripſit, non addidit alteram vtiliorem. Neceſse erat vt de tota regione duas partes faceret: deinde præſentia non abſentia diuidebat. Vna regio capere vtrunq; non poterat. Quod potuit ſummę eſse iuſtitię, electionem obtulit. Loth amœnam elegit, quę cito prędonum oculos incurrit. Hinc bellum inter reges, aduerſa rerum victoria, incolarum captiuitas. Itaque etiam Loth infirmioris conſilii precium luit, non terrarum infœcunditate, ſed amœnitatis inuidi deceptus, vt etiam ipſe captiuus educeretur, quoniã vitio ſeruilis nequitiæ à prudẽtiore deflexerat, & partẽ flagitioſorum elegerat. Sodoma enim luxuria atq; laſciuia eſt. Ideoq; declinatio Latina interpretatione dicitur Loth, quòd is vitia eligit
qui à virtute declinat, & ab æquitate deflectit. Quo com M
perto Abraham numerauit ſeruulos ſuos vernaculos, & cum trecentis decem & octo viris adeptus victoriam liberauit nepotem. Probatur diuiſionis affectus, quando ſic amabat nepotem, vt pro eo nec belli declinaret periculum. Quid eſt numerauit? Hoc eſt elegit. Vnde illud non ſolum ad ſcientiam dei refertur, ſed etiã ad gratiam iuſtorum, quod in euangelio dixit dominus Ieſus, Et capilli veſtri numerati ſunt. Cognouit autem domi- Luc. 12.
nus qui ſunt ipſius: eos autem qui non ſunt ipſius, nõ di 2. Tim. 2.
gnatur cognoſcere. Numerauit autem trecẽtos decem & octo, vt ſcias non quantitatem numeri, ſed meritum electionis expreſsum. Eos enim aſciſcit quos dignos numero fidelium iudicauit, qui in domini noſtri Ieſu Chriſti paſſionem crederent. Trecentos enim τ Græca litera ſignificat, decem & octo autẽ ſummam, ιη, exprimit nomen fidei. Ergo merito Abrahã victor, non populoſo exercitu. Denique eos quibus quinque regum arma ceſſerunt, cum paucis egreſsus vernaculis triumphauit Sed qui vincit, non debet arrogare ſibi victoriam, ſed deferre deo. Hoc Abraham docet, qui triumpho humilior factus eſt, non ſuperbior. Sacrificium deniq; obtulit, decimas dedit: ideoq; eum Melchiſedech (qui interpretatione Latina dicitur rex iuſtitiæ, rex pacis) benedixit. Erat enĩ ſacerdos ſummi dei. Quis eſt rex iuſtitiæ

Pſal.109. ſacerdos dei, niſi cui dicitur: Tu es ſacerdos in æternum
A ſecundum ordinem Melchiſedech, hoc eſt dei filius, ſacerdos patris, qui ſui corporis ſacrificio patrem noſtris repropitiauit delictis? Quantum autem illud quod de præda victoriæ nihil voluit contingere, nec oblatum ſumere? Minuit enim fructũ triũphi, mercedis ſuſceptio, & beneficii arrodit gratiam. Plurimum enim refert vtrum pæcuniæ an gloriæ dimicaueris. Alter mercenarii loco ducitur, alter dignus habetur conſeruatoris gloria. Iure ſanctus de præda vſurpare aliquid vel oblatum recuſat, ne dicat qui dedit, quia ego diuitem feci eum. hoc ſolum ſibi ſatis eſse teſtificatur, quòd paſtui prælian tium iuuenum profeciſset. Dicet aliquis: Cum ipſe vicerit, quomodo dicit ad regem Sodomorum, Nihil ſumã abs te: cùm præda vtique in poteſtate victoris fuerit? Do cet militarem diſciplinam, vt regi ſeruientur omnia. Sane iis qui ſecum fuiſſent in adiumentum fortaſse ſocia ti, partem emolumẽti tribuendam aſſerit, tanquam mercedem laboris. Ideóque quoniam ſibi mercedem ab homine non quęſiuit, à deo accepit, ſicut legimus ſcriptum Quia poſt hæc factum eſt verbum domini ad Abraham in viſu dicens? Noli timere Abraham, ego protegam te, merces tua multa erit valde. Non eſt ſerus ad remunerandum dominus: & cito promittit, & multa largitur:
B ne infirmos animos per dilationem aliquam ſubeat pœnitentia contempſiſse præſentia: & velut quadam vſuraria largitate compenſat, vt vberiora reſtituat ei qui captus non fuerit ablatione præſentium. Ab ipſo quoque domino mercedem quam poſtulet, conſideremus. Non diuitias vt auarus expoſcit, non longæuitatem vitæ iſtius vt meticuloſus mortis, non potentiam, ſed dignum quærit ſui hæredem laboris. Quid mihi, inquit, dabis? Ego autem dimittor ſine filiis. Et infra: Quia mihi ſemen ait non dediſti, vernaculus meus mihi hæres erit. Diſcant ergo homines coniugia non ſpernere, nec ſibi ſociare impares, ne huiuſmodi ſuſcipiat liberos quos hę redes habere non poſsint, vt vel transfundendæ hereditatis contemplatione, ſi nullo contuitu pudoris mouentur, digno ſtudeant matrimonio. Sed ſi Abrahæ ſententia ad corrigẽdum minus proficit, accipe oraculum dei huiuſmodi condemnãtis hæreditatem. Non erit, inquit, hæres tuus hic, ſed alter qui exierit de te, ille hæres tuus. Quem dicit alterum? Peperit enim & Agar filium Iſmahel: ſed nõ ipſum dicit, ſed dicit ſanctum Iſaac. Et ideo addidit: Qui exierit de te. Ille enim vere exiuit ex Abraham, qui legitimo coniugio procreatus eſt. Sed per Iſaac legitimum filium, illum verum legitimum poſſumus
C intelligere dominum Ieſum Chriſtum, quem in principio euangelii ſecundum Matthæum Abrahæ filium legimus, qui verum ſe Abrahæ geſsit hæredem, authoris illuminans ſucceſsionem, per quem Abraham reſpexit in cælum, & ſplendorem poſteritatis ſuæ agnouit nõ mi
1.Cor.15. nus illuſtrem, q̃ ſtellarum cæleſtium fulget claritas. Sicut enim ſtella differt à ſtella in claritate, ita & reſurrectio mortuorum, Apoſtolus dicit, eò quòd reſurrectionis ſuæ donans cõſortia, homines quos mors ſolebat terris abſcondere, regni celeſtis fecit eſse participes. Quomodo autem Abrahæ propago diffuſa eſt, niſi per hæreditatem fidei, per quam cælo comparamur, conferimur angelis, æquamur ſtellis? Ideo ait: Sic erit ſemen tuum. Et credidit, inquit, Abraham deo. Quid credidit? Chriſtum ſibi per ſuſceptionem corporis hęredem futurum
Ioan.8. Vt ſcias quia hoc credidit, dominus ait: Abraham diem meum vidit, & gauiſus eſt. Ideo reputatum eſt illi ad iuſtitiam, quia rationem non quæſuit, ſed promptiſsima fide credidit. Bonum eſt vt rationem præueniat fides, ne tanquam ab homine, ita à domino deo rationem videamur exigere. Etenim quàm indignum vt humanis teſtimoniis de alio credamus, dei oraculis de ſe non credamus? Imitemur ergo Abraham, vt hæredes ſimus terræ per iuſtitiã fidei, per quam ille mundi hęres factus eſt

De defenſione immunitatis adulterii Abrahę, qui ex D
ancilla filium ſuſcepit. Et cur circunciſio mandata fuerit, & tamen hodie non obſeruetur. Caput IIII.

SED fortaſse dicat aliquis: Quomodo Abrahã nobis imitandum proponis, cum de ancilla ſuſceperit filium? Aut quid ſibi vult hoc eſse, vt tantus vir huic errori fuerit obnoxius, cuius tanta opera miramur? Et ideo ne quodam more nauigantium, locum hunc, quẽ plerique vadoſum putant declinaſse videamur, rationem eiꝰ explanare cordi eſt. Nõ abnuo quòd Abraham de ancilla ſuſceperit filium, vt cognoſcas quoniam non ſuperioris cuiuſdam naturę ac ſubſtantiæ fuit Abrahã, ſed vnus ẽ numero & fragilitate vniuerſorum hominum. Deniq; & de regione Chaldęorum vocatus eſt, quos ſuperſtitioni vanæ intentos eſse magis q̃ cæteros accepimus: & ideo maiorem inuenit gratiam apud deum, quia poſterioribus renuncia
uit, ad priora ſe extendit, vt ſequeretur deum. Propoſitus eſt enim ad imitandum tibi, vt & tu aduertas quod ſi peccatis renuncies, poſsis emereri domini miſericordiam. Mouere tamen aliquos poteſt quod iam cum deo loquebatur, & ad ancillam introiuit, ſicut ſcriptum eſt: Quia dixit Sara ad Abraham: Ecce concluſit me dominus vt non pariam. intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex illa. Et ita factum eſt. Sed conſideremus primum, quia Abrahã ante legem Moyſi & ante Euangelium fuit, nondum interdictum adulterium videbatur. Pœna criminis ex tempore legis eſt, quæ crimen in E
hibuit: nec ante legem vlla rei damnatio eſt, ſed ex lege Non ergo in legem commiſit Abrahã, ſed legem præuenit: Deus in paradiſo licet coniugium laudauerit, nõ adulterium damnauerat. Non vult enim mortem peccatoris: & ideo quod præmii eſt, pollicetur: quod pœnæ, non exigit. Mauult enim mitibus prouocare, q̃ ſeueribus terrere. Et tu peccaſti cum gentilis eſses, habes excuſationem: veniſti ad eccleſiam, audiſti legẽ Nõ adulterabis; iam excuſationem delicti non habes. Tamẽ quoniam cum his mihi ſermo eſt qui ad gratiam baptiſmatis nomen dederunt: ſi quis tantum crimẽ fecit, ſciat ſibi tribuendam veniam, ſed quaſi ei qui crimen cõmiſerit: in reliquũ tamen abſtinẽdũ nouerit. Deniq; illi adul
teræ quã in euangelio obtulerũt ſcribæ & phariſæi, ignouit quidem dominus ſuperiora, ſed ait: Vade, & amodo Ioan.8.
vide ne pecces. Quod cum illi dicit, tibi dicit. Feciſti gẽtilis adulterium, feciſti catechumenus, ignoſcitur tibi, remittitur tibi per baptiſmum: Vade, & poſt hæc vide ne pecces. Habes vnam Abrahæ defenſionem. Secunda illa eſt quod non ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem poſthabuit thorum, ſed ſtudio quærendæ poſteritatis, & propagandæ ſobolis. Adhuc poſt dilu F
nium raritas erat generis humani: erat etiam religionis, ne quis non reddidiſse debitum videretur naturæ. Denique & Loth ſancti filiæ hanc cauſam quærendæ poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit.
Nec ociosum eſt quod vxor author facti inducitur, vt excuſetur maritus, ne vago raptus errore credatur: Simul vt diſcant mulieres diligere viros, nec agitari vana ſuſpicione pellicatus, aut inuidere priuignis, ſi ipſæ liberos non ſuſceperint. Vxori bonæ cordi erat excuſare apud virum ſterilitatem ſuam: & ne cauſa eſset viro quod liberos non haberet, ſuaſit vt intraret ad ancillam Hoc fecit Lya, hoc Rachel poſtea. Diſce mulier zelum deponere, qui ſæpe mulieres in furorẽ incitat. Sed & vos moneo viri, max'me qui ad gratiam domini tenditis, non commiſceri adulterino corpori: Qui enim ſe iungit meretrici, vnũ corpus eſt: nec dare hanc occaſionem diuortii mulieribus. Nemo ſibi blãdiatur de legibus hominum. Omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet

G quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab vxore debetur castimonia. Quicquid in eam quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adulterii damnatur crimine. Ergo aduertistis quid de beatis cauere, ne quis sacramentis se indignum præbeat. Accipite etiam aliud, quia huiusmodi intemperantia soluit charitatem cõiugii, superbas ancillas facit, iracundas matronas, discordes cõiuges, concubinas procaces, inuerecundos maritos. Simul vt ex domino cõceperit ancilla, spernit dominam suam, tanquã ditior partu: Domina se despici dolet, maritum author ẽ iniuriarum suarum arguit. Denique Sara ipsa marito ancillæ suæ potestatem dederat, & postea dicit ad eum, Iniuriam accipio ergo ex te. Dedi ãcillam meam in sinum tuum: vbi autem videt conceptum esse, spreta sum, inquit, coram ab ea: Iudicet deus inter me & te. Quantus dolor, quàm grauis querela sit fœminarum lectione exponitur. Da improuidum & leuem maritum qui morigerari nesciat, & diuortii causas exhibet. Sed Abraham vir moderatus & prudens: Ecce, inquit ancilla tua in manibus tuis, vtere ea quomodo tibi placuerit. Maluit enim vxorem tenere, quàm famulam. Nec hoc tamen plenum remedium. Accepit potestatem irata vxor
H & immoderatius vltione permissa vtitur. Quòd si Sara moderationem non tenuit, quę tenebit? Ideoq; scriptum est: Et afflixit eam Sara, & fugit à facie ei⁹. Duo sunt quæ comprehendit scriptura, vt & dominæ grauem indignationem exprimeret, & ancillæ tumorem ac superbiam. Quod afflixit eam Sara, ad iracundiam affligentis refertur. Quòd Agar fugit, contumeliam seruili patientia non ferebat. quæ sibi herilis contubernii vendicabat fastigium: indignata est iniuriam, quæ induerat insolentiam. Denique interroganti angelo quo iret, respondit: A facie Saræ dominæ meę ego fugio. Et hoc tumoris immodici, vt prius nomen diceret, postea dominam significaret. Illud ad iniuriam præmissum, hoc ad expressionem personæ additum. Non placuit angelo ancillæ insolentia. Et ideo dixit illi: Reuertere ad dominam tuam. Vtique non latuisset angelum si vi suppliciorum victa fugisset, & magis reprehendisset verberantis sæuitiam, quàm fugientis discessionem. Sed vt ostenderet quia tãquàm superbia fugiebat ne subiecta esset dominæ, addidit: Et humiliare sub manibus eius. Opto igitur vt hoc
I vitium nullus incidat: sed si quis inciderit, discat ancillam suam humiliare vxori suæ, ne dum vult ancillam vindicare, excludat vxorem. Ergo Abraham & vnus de populo erat gentili, & causa posteritatis introierat ad ancillam, quia vxor eius sterilitatem suam obumbrare cupiens, author eius facti fuerat viro: & tamẽ non ociosum est quod post hoc de⁹ statuit, quia alia eius opera probaret, pro huius facti pœnitentia dixit illi: Ego sum deus tuus, emerere in conspectu meo, & esto sine querela.

Quasi adhuc plene non emeruisset, qui desperaret sterilis partum vxoris, & de ancilla posteritatem quæreret. Esto, inquit, sine querela, hoc est irreprehensibilis, vt de te vxor non queratur, nec quisquam tua facta reprehendat. Mutat enim nomen litera addita, vt Abram vocaretur Abraham, hoc est de patre vano, sicut habet latina interpretatio, vocaretur pater sublimis, pater electus: vel de patre fieret & pater filii. Vanus erat cum deum ne sciret, electus factus est postquam cognouit deum: Pater erat cum de ancilla prolem haberet: sed pater filii non erat, quia non erat ei filius, qui non erat legitimo susceptus coniugio. Peperit Sara, & factus est pater filii: circũcidi iubetur, accepturus veri seminis hæreditatem. Non ne euidenter circumcisio carnis præceptum est castimoniæ, vt aliquis resecet libidinem carnis, & indomitas luxu ac lasciuia refrenet cupiditates? Etenim circumcisionis vocabulo id præscribitur, vt omnis impuritatis fœtor abstergatur, & incentiuum libidinis auferatur. Duabus vsi sumus defensionibus. Tertia quoq; est, quam nobis apostoli Paulitribuit authoritas, q̃ ait: Illa quę gessit Abraham vt de ancilla susciperet sobolem, in figuram K
facta sunt, & secundum allegoriam dicta. Allegoria est cum aliud geritur, & aliud figuratur, sicut etiam ipse Apostolus docet dicens: Sub lege volentes esse, legem Gala.4.
non legistis? Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos filios habuerit, vnum de ancilla, & vnum de libera: sed is quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Nam hæc sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar. Duos populos ostendens de Abrahæ generatione manare, vnum Iudæorum: qui legis syllabis seruiat, eò quòd de ancilla in seruitutem videatur esse generatus: alterum Christianum, qui ad remissionem peccatorum cælestis gratiæ libertatem acceperit. Quod ergo putas esse peccatum, aduertis esse mysterium, quo ea quæ in posterioribus erant futura temporibus, reuelabantur. Denique addidit: Vos autem fratres secundum Roma.3.
Isaac promissionis filii estis. Ideo, inquit nolite quærere opera legis, quoniam non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi. Et vt scias quia Christianis dixit: Et nos, inquit, in Christum Iesum credidimus, vt iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Agnoscamus ergo quoniam hæc quæ in figuram contingebant, illis crimini non erant: nobis autem erunt si ad correptionem nostram scripta cauere nolimus, sed magis id agamus, vt cum simus liberæ filii, quæ est Sara, legis laqueis seruiamus: cum Abraham liberã tenuerit: ancillam eiecerit. Quo loci plerosque moueri scio. Si enim bona est circumcisio, hodiéque L
teneri debuit: si inutilis, mandari non debuit, præsertim diuino oraculo. Sed cum Apostolus dixerit Paulus: Quia Abraham signum accepit circumcisionis: vtique signum non ipsa res, sed alterius rei est: hoc est non veritas, sed indicium veritatis. Denique ipse exposuit & expressit dicens: Signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ & fidei. Vnde non incongrue intelligimus quia circumcisio corporalis, signum circumcisio- Iohan.14
nis est spiritalis. Ergo signum mansit donec veniret veritas. Aduenit dominus Iesus, qui ait: Ego sum via, veritas, & vita. Qui non partem exiguam corporis in signo sed totum circuncidit hominem in veritate: signum destruxit: veritatem induxit: quia posteaquàm venit quod pfectũ est, quod ex parte erat, euacuatũ est: & ideo cessauit circumcisio partis, vbi refulsit circumcisio vniuersitatis. Iam enim non ex parte, sed totus homo saluatur, in corpore scilicet & anima. Scriptũ est enim: Qui vult post Luc.9.
me venire, abneget se ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hæc est perfectio circumcisionis, quia per M
corporis oblationem redimitur anima, de qua ipse dominus ait: Quoniam qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Superest illa nunc quęstionis portio, vtrũ debuerit pars præmitti, cũ esset ventura perfectio. Qui locus est facilis ad diluẽdũ vel ad discernẽdũ, si consideremus quibus pars mãdata sit, quibus seruata perfectio. Pars enim mandata est secundum legẽ populo Iudæorũ, illi dura ceruice, illi infirmo, illi qui deũ suum non cognouit. Cũ ergo partẽ nõ potuerit sustinere, quomodo perfectionẽ seruare potuisset? Vt si puerulũ literis imbuas, à singulis literarũ elementis inchoandũ est tibi, vt à singulis apicibus ad syllabas, à syllabis eum per ordinem ad nomina orationẽmq; deducas. Nec potest mare quisquã nauigare intrepidus, nisi qui ante in fluminibus nauigauerit. Deniq; si quid aut conficiẽdi itineris, aut leuandi oneris puero velis prouectioriq; mãdare, nunquid æquanda onera sunt, aut conferendus labor? Ita igitur noueris his perfectionẽ circũcisionis esse seruatam, quia Christo instituti validioribus idonei iuderentur, vt & fideles probarentur: quorum multitudo innumera crucem suam tolleret, quæ pro Christo animam deuoueret: & increduli nõ possent resistere, qui in

A totius corporis immolatione quæri salutem putarent. qui exiguum circuncisionis suæ sanguinem salutarem arbitrarentur. Considerandum autem quod in præputio positum vocauit deus, in præputio adhuc manenti legitimi filii promissa est hæreditas, vt non Iudæorum, tantummodo patrem, vt ipsi asserunt, sed omnium credentium authorem per fidem credas. Sara quoq; ante circũcisionem viri in vnius literæ adiectione non mediocri remuneratione benedicitur, vt principatũ virtutis & gratiæ haberet, de qua nationes & reges Gentium spondet futuros, vt in ipsa typus non Synagogæ, sed Ecclesiæ cõstitueretur. Quod autem promissio ex ea filio risit Abraham, non incredulitatis, sed exultationis indicium fuit. Deniqne procidit in faciem: qui adorauit & credidit: & adiecit: Si mihi centum annorum nascetur filius, & si Sara nonaginta annorum pariet? Et dixit: Ismahel hic viuat in conspectu tuo. Non est incredulus in promissis nec auarus in votis. Hoc est: Non dubito quod facias vt & cẽtum annorum seni dones filium, & naturæ author, naturæ metas relaxes. Beatus cui ista donantur, sed tamen etiam hic Ismahel, quem habeo de vernacula, viuat in conspectu tuo, abundat mihi gratia. Deniq; dominus & probauit eius affectum, & petitionem non abnuit, & sua promissa firmauit.

B

De hospitalitate Abrahę, hospitum explorantis aduẽtum, & angelos hospitio suscipientis, cum diligenti exhortatione ad hospitalitatis illius imitationem.

Caput. v.

DIXIMVS de Abrahę deuotione ac fide, prudentia, iustitia, charitate, parsimonia: nunc etiam de hospitalitate dicamus. Est enim non mediocris ea virtus. Vnde Apostolus principaliter eã in Episcopo esse oportere geminæ scriptionis docuit authoritate, vt præsto sit aduenientibus, & occurrat obuiam & itinera exploret, & afsit non quærẽtibus, & rapiat prætergredientes. Ante ostium sedebat Abraham, sedebat meridie. Quando alii requiescebant, iste hospitum explorabat aduẽtus. Merito illi deus apparuit ad quercum Mambræ, quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat. Et respiciens, inquit, oculis vidit, & ecce tres viri stabant supra illum. Et cum vidisset illos, cucurrit obuiam illis. Vide primo fidei mysterium. Deus illi apparuit, & tres aspexit. Cui deus refulsit in trinitate, non fine filio patrem susscipit, nec sine spiritu sancto filium
C confitetur, Hæc alibi plenius. Nunc moralis prosequendi propositum est loci. Non ociosus sedet, qui longe aspicit: nec aspexisse contentus, cucurrit obuiam. Festinauit occurrere, quia non satis est recte facere, nisi etiam matures quod facias. Festinanter enim manducare pascha lex iubet. Vberiores enim fructus habet celerata deuotio. Discę ergo quàm impiger esse debeas, vt possis prævenire hospitem, ne quis prævenìat, & te boni muneris defraudet. Copia bona est hospitalitas, habet mercedem suam, primum humanę gratię, deinde (quod maius est) remunerationis diuinæ. Omnes in hoc incolatu hospites sumus. Ad tempus enim habitandi habemus hospitium. Emigremus propere, cauеamus ne si nos duri aut negligentes fuerimus in recipiendis hospitibus, et
Luc.19. am nobis post uitæ istius cursum sanctorum hospitia denegentur. Vnde in Euangelio Saluator dicit: Facite vobis amicos de iniqua mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula sua. Deinde etiam in hoc corpore fitis plerumque oboritur peregrinandi necessitas. Quod ergo aliis negaueris, id in te ipse decernis: & quod aliis detuleris, eo te facis dignum videri. Si omnes eam sententiam non suscipiendi hospites sequantur, vbi erit requies peregrinantibus? Relictis igitur humanis habitaculis, captabimus secessus ferarum, cubilia bestiarum. Sed pauperiem prætendis. Non opes à te hospes requirit sed gratiam: non ornatum conuiuium, sed cibum obui- D
um. Melior est, inquit, hospitalitas cum oleribus ad amicitiam & gratiam, quàm si vitulos occidas ad præsepia cum inimicitiis. Hæc est grata hominibus, & accepta deo. Vnde dominus Iesus in Euangelio eum quicunque Mat.10.
dederit hospiti potum aquæ frigidæ, cælestium asserit præmiorum non exortem futurum. Denique Iacob ques adaquauit Rachel, & gratiam reperit, vxorem acquisiuit. Deinde qui scis an deum suscipias, cum hospitem putas? Abraham dum peregrinantibus defert hospitium, deum atque angelos eius hospitio suscepit: quanuis & cum hospitem suscipis, suscipias deum. Sic enim scriptum in Euangelio legis, dicente domino Iesu: Hospes Mat.25.
eram, & collegistis me. quod enim vni horum minimorum fecistis, mihi fecistis. Vnius horæ hospitio vidua illa quæ suscepit Heliam, & exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam de hydria farina deficeret. Helisæus quoque defuncti pignoris resuscitatione donata resoluit hospitii pensionem. Non sola tamẽ facilitas susceptionis, sed etiam sedulitas suscipientis & affectus quæritur. Vtrunque te Abraham docet. Cucurrit obuiam, rogauit prior, dicens: Domine, si inueni gratiam ante te, ne præterieris seruum tuum. Sumatur aqua, & lauentur pedes vestri, & refrigerate sub arbore, & sumam panem, & manducate, & postea transietis. Propter E
quod declinastis ad seruum vestrum. Tres videt, & vnũ deum appellat, ipsius solius se seruum fatetur. Deinde conuersus ad duos, quos ministros arbitrabatur, etiam ipsis deferre gestit obsequium: iam non iure debito seruitutis astrictus, sed blando sedulitatis nomine vsùque famulatus. Et festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, & dixit ei: Festina, & consperge tres mensuras similaginis, & fac subcinericia. Bonus maritus exortem religiosi muneris esse non patitur vxorem, nec auare sibi totum munus vsurpat. Recte igitur & pietatis & verecundiæ causa seruatur. Quod pietatis est, vult esse commune: quod pudoris est, integrum manet Saræ. Ante tabernaculum vir hospitum explorat aduentus: intra tabernaculum Sara tuetur fœminæ verecundiam, & opera muliebria tuto exercet pudore. Foris maritus inuitat intus Sara coniuium adornat. Nec solum ipse festinat Abraham, sed etiam festinandum dicit vxori, sociam deuotionis ostendens, nec fide disparem. Conspergе, inquit, tres mensuras similaginis, & fac subcinericia. Græce ἐγκρύφια dicuntur, hoc est absconditа, eò quòd latere debeat omne mysterium, & quasi operiri fidei silentio, ne prophanis temere diuulgetur auribus. Hoc F
pascitur diuina maiestas, hunc epulatur affectum, qui parcus loquendi sit: nec sacra in medium ferat. Breuiter autem mysterium docet Sara vnius similaginis tres mensuras faciens, quæ typum Ecclesiæ habet, cui dicitur: Læ Gala'. 4.
tare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis. Hæc enim quæ intimo fidẽ spiritu fouet, eiusdẽ diuinitatis asserens trinitatẽ, pari quadã mensura atque reuerentia patrẽ, filiũmq;, & sanctum adorãs spiritum. & maiestatis vnitate cõcelebrãs, personarũq; proprietate distinguens, hac deuotionem tuã fidei assertione conspergit. Mulier similaginẽ offert, hoc est interiora spiritalis frumenti vel granі illius de quo dictũ est quod nisi Ioan. 12.
in terram ceciderit nullum fructum affert. Vnde & prima vidit dominicæ resurrectionis mysterium, & festinauit non passim omnibus, sed solis Petro & Ioanni intimare sacrę salutis nuncium. Vir currat ad boues, sumat vitulum, & sacramentum dominicæ passionis festinato impiger studio, non lento ocio remissus accipiat, tradat illud puero, qui innocentiam teneræ seruet ętatis, dolũ nesciat, referire non nouerit, incorrupti corporis castimoniam custodiat. De quo puero ait dominus Iesus: Ni Mat.18.
si conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer iste, non intrabitis i regnũ cęlorũ. Huic puero & similib⁹ eius etiã

G ſanctus Dauid diuinæ laudationis diſpẽſat officium, dicens: Laudate pueri dominũ. Nec illud ocioſum, quod
Pſal.112. cucurrit ad boues, tenerum vitulum & bonum paſcit, & cum lacte appoſuit. Denique & in Exodo cum paſcha
Exod.12. domini declararet, ait Moyſes: Agnus ſine macula mundus cõſummatus anniculus maſculus erit vobis ab ouibus & hœdis. Sumetis & occidetis, inquit, illũ tota multitudo Synagogæ ad veſperum. Vnde & hic meridies eſt ſe deſcribitur quando Abraham domino offert hoſpitium. Sed ad cœnam vitulus immolatur, & cum lacte manducatur, hoc eſt non in ſanguine, ſed cum fidei puritate. Bonꝰ vitulꝰ, vt pote qui peccata dilueret. Tener, quia non dura ceruice, ſed molli iugum legis agnouit, crucis patibulum non recuſauit. Et merito tener, de cuius capite & pedibus & inteſtinis nihil relictum eſt, & os non eſt contritum ab eo, ſed totus epulãtium cibo ceſsit. Talem nobis legis figurauit vmbra, talem veritas Euangelii demonſtrauit. Manducauerunt, inquit, illi: Abraham autem ſtabat ſub arbore. Aduertimus humilitatis officium commendare humilitatem. Abraham ſtabat, & tu primam accubitionis partem occupas? Denique ea humilitas inuenit gratiam, vt promitteretur ei filius. Dixit autem ad illum: Vbi eſt Sara vxor tua? Qui reſpondit & dixit: Ecce in tabernaculo. Nunquid ignorabat dominus, qui in poſterioribus Sodomorum futura excidia denunciat, vbi Sara eſſet? Sed docere nos voluit quantus pudor eſse debeat fœminarum, ne procaci occurſu hoſpitum in ſe oculos inflectant, ſalua verecundia miniſterium ſuum exerceant. Abraham quoq; auribus tuis ingerit i tabernaculo Saram dẽgere, vt diſcas quid ab vxore exigas. Prouectior ætate iam Sara iuuenilem cuſtodit
H verecundiam, ideo dominus ſpopondit ei filium. Defecerant, inquit, Sarę fieri muliebria. Non ocioſe additum ne putares fœmineæ adhuc poſsibilitatis fuiſse vt pareret. Riſit autem Sara. Quod indiciũ futuri magis, quàm incredulitatis arbitror. Riſit enim, licet adhuc neſciens quid rideret, quod publicam eſset in Iſaac paritura lætitiam. Ideo negauit ſe riſiſse, quia ignorauit: ideo riſit, quia prophetauit.

De exitio Sodomorum à domino Abrahæ reuelato, & de hoſpitalitate Loth aduenientibus angelis exhibita criminiſq; Sodomorum ob hoſpitalitatis violationem aggrauatione. Caput VI.

I IXVRGENTES autem viri, cõſpexerunt in faciem Sodomæ & Gomorræ. Sicut viſitatio domini timẽtibus exhibetur, ita etiam impiis pœna peccati reponitur. Abraham deducebat hoſpites, ad humanitatis gratiam addebat obſequia. Sodomitæ pro pietatis officiis impuritatis augebant flagitia. Nõ celo, inquit, Abrahæ puero meo quæ ego facio. Senilis vtiq; ætatis Abraham ſuperius ſcriptura ſignificauit, quia nonaginta & nouẽ proceſsiſset annos: quomodo nunc puerũ dicit? Sed cũ immemorẽ ſenectutis, exploratorem indefeſsum, curſu impigrum, ſtandi patientiſsimum, deducendi ſtudioſiſſimum expreſserit, nonne conuenire nomen pueri videtur? Officiis merito puer dicitur, qui ſenile neſciebat faſtidium, pueritiæ innocentiã & obſequiũ deferebat. Datur itaque iuſto benedictionis gratia, & poſteritatis hęreditatis. Offenſa autem peccatorum exponitur. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorræ impletus eſt. Magna domini patientia vt non ſtatim peccatorem puniat, ſed diu differat, expectãs correctionem: nec commoueatur ad vlciſcendum, niſi peccator menſuram excedat, Vnde & dominus Ieſus in Euangelio ad Iudæos ait: Implete
Mat.23. menſuram patrum veſtrorum. Deſcendam itaque, vt videam ſecundum clamorem illorum venientem ad me, ſi conſummabũtur: ſin aũt, vt ſciã. Non ignorabat deus peccata Sodomorum, ſed propter te inſtruẽdum verba huiuſmodi loquebatur, vt tu propius ſcruteris eorũ cõ- K
miſsa in quos vindicandũ arbitraris. Deſcendã, inquit, vt videã hoc eſt, etiã tu deſcende cura, deſcende indaginis ſtudio, ne quid ſit quod fallat aut lateat abſentem, vt oculis facinus deprehendas. Eminus poſiti multa neſcire poſsũt. Quem clamorem autem ait, niſi forte quia ei quẽ nihil latet, clamãt omnia, clamare videtur ſi ngulorum crimina? Denique ad Cain dicitur: Sanguis fratris tui Gene.4.
ad me clamat, hoc eſt nõ latet, ſed clamat parricidiũ tuum. Itaq; velut excitatur deus flagitiorum noſtrorũ clamoribus, vt aliquãdo vindicet, qui libẽter ignoſcit. Denique Abrahæ petenti ne ſimul perderet iuſtos tanquã iniquos, & interroganti, Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, perdes illos: reſpondit: Non perdã, inquit, ciuitatẽ ſi fuerint in ea quinquaginta iuſti, & totum locum ſeruabo. Et ſic per ordinem interrogationũ, & reſpõſionũ vicem, etiam ſi decẽ iuſtos inuenerit in ciuitate, tamen propter paucorũ iuſtitiã, impunitatem toto populo promittit. Vnde diſcimus quantus murus ſit patriæ vir iuſtus, quemadmodum nõ debeamus inuidere ſanctis, nec temere derogare. Illorũ etenim nos fides ſeruat, illorũ iuſtitia ab excidio defendit. Sodoma quoq; ſi habuiſſet viros decem iuſtos, potuit non perire. Quid ſibi autem vult quòd ipſi qui ad Abrahã ſimul cũ domino venerãt Sodomam petierunt viri, niſi vt aceruaretur crimen eo L
rum, ſi quos iuſtus honorauerat, his maiore ſacrilegio impii vim conarẽtur inferre? Nam quod viros dixit, eui dens eſt ratio, quia ſpeciem præferebant virorum. Sodomam venerunt veſperi, meridie ad Abraham, quia iuſto refulget angelorum præſentia, Impiis tenebras affert.
Tamen poteſt referri etiam ad tempus dominicæ paſsionis, quod veſperi venerũt ad eum qui à Sodomitanis cõtagionibus & totiùs vrbis excidio erat liberandus. Veſper erat antequàm Chriſtus veniret: quia totus erat mũdus in tenebris. Veſper erat oĩbus, quos immaniũ delictorum ſqualor tenebroſus vrgebat. Venit dominus Ieſus, redemit ſanguine ſuo mũdum, lucem attulit. Venerunt autem angeli duo Sodomis ad veſperã: Vbi gratia largienda eſt, Chriſtus adeſt: vbi exercenda ſeueritas, ſoli aſsunt miniſtri, deeſt Ieſus. Sedebat Loth ad portam. Emendauerãt Loth ſanctum aduerſa captiuitatis, & ſolicitiorem fecerant. Itaq; proceſſu ætatis didicerat imitari parentẽ. Ad pórtam itaq; ſedebat, vt exciperet aduenientes. Denique exurrexit obuiã illis. Perfectior cucurrit
obuiam, iſte exurrexit, & adorauit in faciem ſuper ter- M
ram, & dixit: Ecce domini, declinate in domũ pueri veſtri. Et coegit illos diuertere. Qui dicebant: In platea manebimus. Commendatur hic iuſti ſanctitas, & angelorum gratia. Illi nolebant aduentum ſuum hoſpiti grauiorem videri: ille quidẽ inter quos habitaret, ſciebat, tamen domum ſuã offerebat periculis, quibus auferret hoſpites. Certe quo tardius acquieſcebãt, diutius tẽtando plenius cõprobabant. Viri autem ciuitatis Sodomorum circũdederunt domum ab infante vſq; ad ſenem, totus populus pariter. Præſtruitur iudicii diuini æquitas, ne forte quis diceret: Quid peccauerũt pueri, vt oẽs excidio inuoluerẽtur? Ita nullus illic iuſtus, nullus innocens fuit. Audi ſcripturam teſtificantẽ, Quia circunderunt domum ad infante vſq; ad ſenem, totus populus pariter. Nulla ætas erat culpæ immunis, ideo nullus immunis exitii fuit. Et qui poſsibilitatem perpetrandi criminis non habuit, habuit affectum. Effœtæ vires ſenum, ſed mens plena libidinis. Offerebat ſanctus Loth filiarum pudorem. Nam etſi illa quoque flagitioſa impuritas erat, tamen minus erat, ſecundum naturam coire, quàm aduerſum naturã delinquere. Præferebat domus ſuæ verecundiæ hoſpitalem gratiam, etiam apud barbaras gẽtes inuiolabilem: Denique illic quoq; inoffenſa hoſpitalitas eſt, vbi nec germanitas ſatis tuta eſt. Percuſſerunt autem illos angeli cæcitate, vt oſtium domus quod aperire cupiebant, non reperirẽt. Hic quidem mi-

A rabilis angelorum declaratur poteſtas, vt obſuſa impuris cæcitate, non reperirẽtur domus oſtia. Sed etiam illud oſtenditur, quia cæca eſt omnis libido, & ante ſe nõ videt. Simul quod hoſpitum manibus reuocatus eſt ſanctus Loth in domum, demonſtratur immemor periculi memor fidei, non eripuiſſe ſe periculo, ſed obtuliſſe.
Munitur pietatis locus, quod manifeſtata ſibi per angelos totius regionis euerſione, & generos habere Loth ſanctus inducitur, & monere eos vt fugerent: ſimul ne deſerendo eos, nec admonẽdo, minus pius videretur circa filiarum maritos, vel erroris earum cauſa ipſi aſsignaretur, quæ deſtitutę virili conſortio, concubitum inebriati expetiſsent patris. Non ergo indefenſum ſinit ſcriptura virum ſanctum relinqui, cum in ea & tradidiſſe maritis filias, & monuiſſe generos inducitur. Sed viſum eſt illis quod derideret eos, & tamen adhuc morabatur Loth vt perſuaderet generis ſuis: & pene non eſt profectus vt euaderet, niſi vrgentibus angelis, & tenẽtibus manus eius, egredi coactꝰ eſset. Nõ ergo profectus, ſed eductus eſt, & mandatum accepit ne reſpiceret retro, nec reſiſteret in tota regione illa, ſed in montem aſcenderet.
Hoc cum illi dicitur, omnibus dicitur. Si vis ergo & tu
B tro me. vt Chriſtum ſequeretur, Chriſtũ videret. Retro
Sodoma eſt plena flagitii, retro Gomorra vitiis ſcatens,
Coloſs.2. criminum regio. Ne tetigeritis, inquit Apoſtolus, ne attaminaueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam. Fuge ergo Sodomam, relíque ocyus, deſere elementa huius mundi, ne te imminentia inuoluant pericula, non reſiſtas fugiens, nec in tota vitiorum regione remoreris. Qui non reſpexit euaſit: quæ reſpexit, non potuit euadere. Excuſantur autem filiæ ſancti Loth, quia putauerunt non vicinæ regionis, ſed totius orbis fuiſse illud excidium, ſe ſolas cum patre ſuperſtites omnibus populis remanſiſse. Et ideo, ne genus deficeret humanũ paternum petiſse concubitum, vt ſemen generationis humanæ de patre ſuo reſuſcitarẽt. Nõ ergo libidinis vitium fuit, ſed generationis remedium, quod non puto criminis duci loco, Nam & Eua à viro ſumpta, ſupra cuius coſtam ædificata eſt mulier, os de oſsibus eius, & caro de carne eius, tamen propter ſeriem ſucceſsionis humanæ viro mixta eſt. Subducitur tamen huic admiſso conſcientia viri iuſti. Inebriatus enim vino, quid generet, neſciebat. Vnde nõ mirum ſi puellas decepit opinio quæ putarent totius populos orbis periſse. Non eadem eſset Loth ſancti excuſatio, qui audierat ab angelis locum illum: non totum mundum eſse periturũ. Sanè diſcimus vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere
C non poſsumus. Nam quæ ſobrii cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Parum eſt quòd ea inflãmat libidinẽ, accẽdit cupiditates corporis: ipſam quoq; mentem ſubruit, & animum capit, ſenſum extorquet. Neſciunt quid loquantur qui nimio vino indulgent, iacent ſepulti. Ideoq; ſi qua per vinum deliquerint, apud ſapientes iudices venia quidem facta donantur, ſed leuitatis notãtur authores. Quanta ipſa deformitas, vt ſoluantur vires, iceſsus vacillet? Multi ſe fortes putãt: num fortiores q̃ Loth? num continentiores q̃ Noe? Non vtiq;
vitia patriarcharum ſcriptura expoſuit, quos victos vino legimus: ſed vt tu diſceres quid caueres: Ille nudus iacuit, iſte filiarum errori patuit. Et Noe iuſtus deceptꝰ eſt quia vini vis adhuc ignorabatur: ſed i illo inſtructus es, ne tu ignorares, Loth filiabus ſe credidit, & per ſenectutem madidam vino ſolutus, commiſit inceſtum ignorãs tu ſic bibe, ne capiaris. Inſtruant Patriachæ non ſolum docentes, ſed etiam errantes. Ideo iteratũ eſt exemplum ebrietatis, vt confirmetur magiſterium cautionis.

De pudicitia Sarę vxoris Abrahę ſæpius tẽtata, & tandem à deo pulchra donata prole. Caput VII.

DENIQVE ideo tentatur Saræ pudicitia, D
vt exigatur omnium. Nam & Abimelech
in vxorem ſibi eam ſumpſerat, & dixit ei Gene.20.
in nocte deꝰ: Ecce tu morieris propter mulierem. Aduertimus adulteriũ diuino iudicio morte puniri. Ideoq; addidit: Hęc autem cõmoratur cũ viro. Habent quidem omnes viri mulieris q; concubitꝰ nulla legitimi matrimonii ſorte celebrati ſuam culpã. Diſcite etiã qui ad gratiã baptiſmatis tenditis, ve
lut quidã fidei cãdidati, continẽtiæ diſciplinã ſobriam.
Nulli licet ſine mulierẽ præter vxorẽ. Ideo coniugii tibi
datum eſt ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena mu
liere delinquas. Iunctus es vxori, noli quærere ſolutio- 1.Cori.7.
nem, quia non licet tibi vxore viuente vxorem ducere:
niam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimen eſt adulterii: hoc grauius, quod putas peccato tuo authoritatem lege quærendam. Tolerabilior eſt ſi lateat culpa, q̃ ſi culpę vſurpetur authoritas. Nec hoc ſolũ eſt adulterium cum aliena peccare coniuge, ſed omne quod non habet poteſtatem coniugii. tamen locus iſte docet grauius crimen eſse vbi celebrati coniugii iura temerantur, & vxorius pudor ſoluitur. Ideóq; cum prætẽderet Abimelech quòd vxorem alienam eſse ignorauerit, quam ſororem eſse vir ipſe ſuam dixerit, reſpõdit ei dominꝰ:
Ecce ego cognoui quoniã puro corde feciſti hoc: rex non afflictionis, vt Aegyptius, ſed
munitionis, quod Gerarum quibus præerat, docet interpretatio: non eſt dubium: cæteris operibꝰ eius indignationẽ domini eſse reuocatã, qui vere interioris arbiter eſt conſcientiæ, & animi ac mentis interpres. Denique non vt Pharao ille conuentus à Moyſe recuſauit & ſpreuit mandatum dei: nec obſequium diſtulit, ſed ſtatim vocauit Abraham, vxorẽ ſuam ei reddidit, precioſe ipſe multauit quòd vidiſſet alienam, dotem pudoris exoluit. Hinc quoque colligi poteſt Abimelech regem clementiora meruiſſe, quòd Abraham pro eo rogauit
& impetrauit, Peperit enim & vxor eius, & ancilla eius, F
quas ante concluſerat deus propter Saram vxorem Abrahæ. quod æque ad œconomiam pertinet, vt Saræ partus dei donatus promiſsione, etiam hoc fulciretur teſtimonio, cum aduertas dei offenſione & fœcundas ſterileſcere, & rurſum domini voluntate ſteriles fœcun- Eſa.66.
dari, iuxta quod ſcriptum eſt: Nonne ſterilem & parientem ego feci? dicit dominus. Quamuis ad Synagogæ illud & eccleſiæ myſterium dictum accipiatur, quia & Synagoga partus habere definit, quæ ſucceſsionis fraudata eſt poſteritate: & congregatio nationum, quæ ſteriliis erat cum deum ignoraret, partus cœpit habere æternos. Vnde lectũ eſt: Lætare ſterilis, quæ non paris: erum- Gala.4.
pe & clama quæ non paturis, quoniam plures filii deſertæ magis qui eius quæ habet virum. Genitus eſt autem Abrahæ filius Iſaac, cum eſset annorum centum.
Et tu ſi perfectus fueris, habebis poſteritatem lætitiæ, exultationis hæreditatem. Dixit & Sara: Riſum Gene.21.
mihi fecit dominus. Quincunque enim audierit, congratulabitur mihi. Non vtique hoc de generatione hac intelligitur, quæ cæſibus pleriſq; obnoxia eſt, vt interdũ

G melius fuerit nō generaſse,ſed de generatione qua vnuſquiſque peccator agens pœnitentiam, cum redimitur à morte,angelis ſolet exhibere lætitiā.Et dixit Sara: Quis annunciabit Abrahæ quoniam lactet infantem Sara: Moralis locus. Prouocantur fœminæ meminiſſe dignitatis ſuæ,& lactare filios ſuos. Hæc enim matrum gratia hic honos,quo ſe propriis commendent viris.Denique eos plus amare filios ſolent, quos ipſæ matres lactauerint vberibus ſuis. Fecit autem Abraham cœnam magnam quando ablactatus eſt Iſaac filius eius. Non mediocre iſtud,nec vſitatum.Non enim quia à nutricis lacte ſubductus eſt puer, magnum conuiuium exhibuit Abraham, ſed quia idoneus habitus eſt Iſaac fortioris gratiæ cibo,& virtutis alimento,non adhuc, vt Corinthii:lacte potandus,ſed epulis ſolidioribus mādatorum cæleſtium mentis ſuæ lacertos firmans. Proſperitatem cito ſequitur inuidia.Pepererat Sara, ablactauerat filium,vidit ancillæ filium ludentem cum filio ſuo Iſaac,& dixit ad Abraham:Eiice ancillam,& filium eius: Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Durum erat hoc viſum Abrahæ,vt eiiceret filium ſuum,licet eum quem ſuſceperat ex vernacula.Et tu noli te miſcere ancillæ,ne ſuſcipias ex illa filium,& vxor tua non
H patiatur cohæredem illum filio ſuo fieri. Vides enim hinc ſolui gratiam matrimonii.Certe ſi incidiſti,& habes filium,eiice illam,& filium eius. Melius eſt enim vt ancilla quā vxor recedat, & filius ancillæ quàm legitimus eiiciatur.Quod ſi dubitaueris,ſi cōtemperis vxoris tuæ ſententiam,& durum tibi viſum fuerit, dicit tibi deus quod dixit & Abrahæ. Quod illi enim dixit, tibi dicit,& omnibus dicit: Non ſit durum ante te de puero, & de ancilla.Omnia quæcunq; dixerit tibi Sara, audi vocem eius,quoniam in Iſaac vocabitur tibi ſemen.Nuſquam alibi dixit:Audi vocem vxoris tuæ,niſi hic: id eſt, feciſti iniuriam vxori tuæ & non mitigaſti affectum eius ſuſcepiſti ex ancilla filium, & non honoraſti vxoris filium.Nunquid poteſt in ancille filio ſemen tuum vocari? Non vtiq;. in legitimo enim filio vera ſucceſsio eſt. Sed vereris,quia filius tuus eſt,ne forte eiectus intereat atque occidat. Non ei deerit mea gratia. Omnes alit deus noſter,ſuſtulcit vniuerſos,& iuſtos & iniuſtos. Deniq; & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.Sicut fecit Abraham,facito & tu.Eiice ancillam,vt ſecura vxor & inoffenſa maneat domi,Eiice & ancillæ filium,vt non habeat hæreditatis conſortium,qui non habet originis priuilegium.

I De tentatione Abrahę, & multiplici eius probatione. Caput VIII.

ET FACTVM eſt poſt hæc verba,deus tentauit Abraham.) Aliter deus tētat,aliter diabolus. Diabolus tentat vt ſubruat, deus tentat vt coronet. Denique probatos ſibi tentat.Vnde & Dauid dicit:Proba me deus,& tenta me. Et ſanctum Abraham probauit ante, & ſic tentauit, ne ſi ante tentaret quàm probaſſet, grauaret.Probauit eum cum exire de Charra iuſſit,& obedientem reperit.Probauit cum fidei titulo fretus liberauit nepotem,cum de præda nihil attigit, cum promiſit ſeni filium,& cum eſset centum annorum .quanuis Saræ genitalia conſideraret mortua,tamen credidit,nec fide hæſitauit,qui poſset hæſitare ratione ſterilitatis aut ſenectutis.probauit eum holpitii ſedulitate. Probatum igitur quaſi fortiorem tentandum putauit maioribus, & quibuſdam imperiis durioribus. Et hic quidem exemplo docemur,quia veris probatur quis,tentatur autem cum poſitis & fictis. Non enim volebat deus immolari à patre filium, nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandam obtulit, ſed tentabat affectum patris,ſi dei præcepta præferret filio, nec paternæ pietatis contemplatione vim deuotionis inflecteret. Et dixit ad eum:Abraham.Abraham. Repetitione nominis mē K tem excitat, vt eſset paratior.Denique reſpondit illi:Ecce ego.Et dixit:Accipe filium tuū dilectiſsimum, quem dilexiſti Iſaac,& vade in terram excelſam, & offeres mihi illum holocauſtum in vno montium, quem tibi dixero.Non ſinit ocioſum eſse affectum patris. A principio eum ſtimulat & pungit pietatis aculeis & filii nomē addit ad nomen neceſsitudinis.& vim amoris. Non ſatis putauit dixiſse filium adiungit amantiſsimum,quem dilexiſti Iſaac. Quid eſt quod ait: Quem dilexiſti,& non dixit,quem diligis? Poſsumus quidem vti ad defenſionem ſcripturæ conſuetudine diuinæ,quia præteri ta plerunque ponit pro futuris vel præſentibus, vt in Mat.3. Euāgelio habes:Hic eſt filius meus dilectiſsimus,in quo complacui.cum vtique ſemper in filio placeat pater.Et Pſal.109. in pſalmo habes:Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis.cum ſemper ſedeat. Poſsumus tamē & amantiſsimum ad præſens accipere,& quem dilexiſti ad id,vt non recenti quodam impulſu amoris,ſed inolito diu & probato amore ſignificaret dilectum. Quod enim ad tempus augetur, ad tempus reſoluitur: quod autem diu aut ſemper placuit,cito aboleri non poteſt. Poteſt & illud non abſurdum videri, quia morituros plus diligimus.Hoc eſt,quem ante dilexiſti: quaſi iam non diligat immolandum. Nec ocioſe addit nomen ſancti Iſaac, hoc eſt,eum quem ſuſcepiſti de vxore vnicum,ſuſcepiL ſti in ſenectute, ſuſcepiſti tanquam fidei tuæ præmium remunerationem operum tuorum,ſuſcepiſti ex promiſſione dei,non coniugis fœcunditate, ex qua alium ſperare non poſsis.Offeres mihi holocauſtum: ſed prius vade in terram excelſam.Interponitur ſpatium,ne præcipitari ſubito videatur affectus, vt illa dilatione obrepat pietatis gratia,deſiderium patris. Adiecit:In vno montium,quem tibi dixero. Et hic ſimiliter vt dum aſcenderet ſenex,infringeretur impetus,laſaretur dextera,deficeret intentio:dum quæreret montem diſcere, dediſceret apparatum. Exurgens autem non ſolum ſequenti die,ſed etiam diluculo, vt attuliſse nox moras ſtudio ſeſtinantis patris videretur,ſtrauit aſinam ſuam, & ſumpſit ſecum duos pueros, & Iſaac filium ſuum,& conci- M dit ligna ad holocauſtum.Docemur parata oia ad ſacrificium dei ferre:diſcimus etiā apparatū ſacrificii,& miniſterii munus ipſi nobis vendicare,non delegare aliis. Senex Abraham,& diues pecoribus,atq; abundans ſeruitiorum,non quęſiuit comitatus ſui agmina:ipſe quoq; ligna cōcidit,& obſequia maiora viribus ſuis nō intermiſit.Venit autē ad locum quem dixit illi deus, die tertia,& cū duobus ipſe tertius proficiſcitur,hoſtiā ſuā ſecum duces,& die tertio ad locum ſacrificii venit. Salutaris hic numerus,& conueniēs ſacrificaturis. Denique & in poſterioribus Moyſes dicit ad Pharaonem regem AEgypti:Viā trium dierū ibimus, & immolabimus deo Exodi.3. noſtro, ſicut dixit nobis. Et rectè tertio die celebratur trinitatis ſacrificiū.Et reſpiciēs Abrahā oculis, vidit locum à longe.Solicite explorat,qui properat implere. Quanuis ſenilē ſtudio celeraret gradum, tamen hoc ſe rum putans,procedebat oculis: vigebāt ſingulorum officia mēbrorum,licet ſenilia membra nō poſsent vigere.Solet hebeſcere viſus ſenū,vt etiā propinqua nō faciles cōſpiciāt. Hic nō ſolū,vidit locū, ſed etiā lōge poſit⁹ aſpexit.Nec dubitauit vidiſse,ſed ait pueris ſuis: Sedete hic cū aſina,ego autem & infans pertrāſibimus vſq; illuc:& cū adorauerimus,reuertemur ad vos. Merito typus in aſina,quia & veritas in pullo aſinæ. In hoc enim animāte figuratur populos gētiliū, ante oneri ſubiectus nunc Chriſto ſubditus.Iſaac ergo Chriſti paſsuri eſt typus.Venit in aſina,vt crediturū populum nationū ſignificaret. Ideōq; & dominus cū ad ſubeundam pro nobis paſsionem veniret,pullum aſinæ ſoluit,quem ipſe conſcientia mitem atq; manſuetum iam Chriſto ſua terga credētem aſcenderat. Quod autem ait, Ego & puer per-

A tranſibimus viam,demonſtrat quod nō deficeret in tanto apparatu pater,nō cederet filius:aut qua pertranſirēt pietatis remedio tanti facinoris auſteritatem. Addidit: Ad vos reuertemur.Prophetauit quod ignorabat, ipſe ſolus diſponebat redire immolato filio,ſed dominus p os eius locutus eſt quod parabat.Captioſe autem loquebatur cum ſeruulis, ne cognito negocio aut impediret aliquis,aut gemitu obſtreperet,aut fletu.Accepit autem ligna holocauſti,& impoſuit Iſaac filio ſuo: accepit & ignem ipſe in manu,& machæram. Conſecratur ſacris hoſtia miniſteriis,& cōmendatur futura. Quæ pietatis hoſtia,pii antè miniſterii vectura eſt. Ligna Iſaac ſibi vexit,Chriſtus ſibi patibulum crucis portauit. Abrahā comitabatur filium,pater Chriſtum. Nec Iſaac ſolus,
Ioan.16. nec Ieſus ſolus.Deniq; ait:Solum me relinquetis,& nō ſum ſolus, quia pater mecum eſt. Dixit autem Iſaac ad Abraham patrem ſuum:Pater. Qui dixit: Quid eſt fili? Pulſatur pietatis vocabulis patris affectus, & fluctibus quibuſdam hinc atque inde tunditur. Filius vocat patrē,pater dicit fili,vt ipſo verborū ſono ſe recognoſcat pater.q̄ impoſsibile eſt vt ferire poſsit,cuius ſe vulneri ſubiicere optaret.Hæc nomina vitæ ſolent operari gratiam,nō miniſteriū necis.hæc vocabula incitare ad pietatem,non ad mortē ſolent.Addidit Iſaac dicens: Ecce ligna,vbi eſt ouis ad holocauſtū? Et hic prophetat ſermone,nō ſcientia. Ouis enim à domino ad ſacrificium parabatur.Reſpondit deniq; ſimiliter & Abrahā: Deus
B prouidebit ſibi ouē ad holocauſtū fili.Inflexibilis à ſtudio deuotionis miniſter vocare filiū frequenter non timet:ita erat intētionis ſoliditate fundatus:& hoc ſe meliorē patrē putabat,hoc ſibi in perenne manſurum indicabat filiū,ſi eum immolaret deo. Non ſolum autem hoc prophetauit quod ſtatim accidit, quia deus prouidit ſibi pro Iſaac hoſtiam,& reddidit patri filiū: verum illud magis,quod nō hæc hoſtia diuinę eſset diſpoſitionis,ſed alia eſset hoſtia quā deus ſibi pararet, vt mūdaret orbē terrarum:illa eſset omnibus acceptior,per quā multi patres offerrēt filios ſuos,& ſeparari ab hoc ſecu lo à filiis non timerent. Quotidie offerunt patres filios ſuos,vt moriantur in Chriſto,& conſpeliantur in domino. Quanti patres occiſis martyrio filiis lætiores ab eorū tumulo reuerterunt? Venit Abrahā ad locū ſacrificio prędeſtinatū,& ædificauit ibi arā,& impoſuit ligna. Quanta molimina immolaturi, ne raptus ſubito ad immolandū æſtimaretur? Et colligatis manibus ac pedibus Iſaac filii ſui,impoſuit eū in aram ſupra ligna. Nectit filio manib⁹ ſuis vincula pater, ne refugiēdo filius, & vi ignis exuſtus peccatū incurreret. Et dixit angelus: Abraham Abraham. Tenuit quodammodo manū eius diuina vox,& ictum vibrantis occupauit dexteræ. Non ſemel vocauit,ne aut nō plene audiret, aut fortuitā vocem putaret. Sic reuocauit, quēadmodum imperauit. Repetiuit vocē tanq̄ veritus ne præueniretur ſtudio deuotionis,& vna vox impetū ferientis reuocare nō poſſet.Non iniicias,inquit,manū in puerū, neque facias ei
C quicq̄.Nunc enim cognoui quia timeas deū tuū, & non peperciſti filio tuo dilectiſsimo propter me.Hoc eſt dicere:Affectum tuū inquiſiui, non factū exegi. Tentaui mentē tuā,ſi etiā filio dilectiſsimo nō parceres propter me.Non aufero quod donaui ipſe, nec hæredē inuideo quē largitus ſum nō habenti.Nec ocioſe hic quoq; ei dilectiſsimum filiū dixit,vt illud quod ſupra dixit, quē dilexiſti,ita dictū oſtenderet,ne æſtimares quod iam diligere deſiſset.Et reſpiciēs Abraham, vidit, & ecce aries vnus hærens in virgulto. Qua ratione arietem? Quaſi
Iſa.9. præſtantem vtiq; cętero gregi. Qua ratione ſuſpenſum? Vt aduerteres hoſtiam illā nō eſse terrenā. Qua cauſa
Pſal.148. cornibus ſuſpenſum,niſi quod carnē ſuā virtute ſuperiore à terris leuaret? iuxta quod ſcriptū eſt:Cuius principatus ſuper humeros eius. Quis vtiq; ſignificatur,niſi ille de quo ſcriptū eſt:Exaltauit cornu populi ſui? Cornu noſtrū Chriſtus eſt,qui præſtitit omnibus, ſicut le- D
gimus: Speciosus forma præ filiis hominū. Solus eleuatus & exaltatus à terris, quēadmodū ipſe nos docet, cū Pſal.44.
loquitur:Ego non ſum de hoc mundo,ego de ſupernis ſum.Hunc vidit Abrahā in iſto ſacrificio,huius paſsionem aſpexit.Et ideo ipſe dominus ait de eo: Abraham Ioan.8.
diem meum vidit,& gauiſus eſt. Vnde ait ſcriptura:Vocauit Abraham nomen loci illius, Dominus videt: vt dicāt hodie:Dominus in monte apparuit, hoc eſt quod apparuerit Abrahæ reuelans futuram ſui paſsionē corporis,qua mundum redemit:demonſtrans etiam genus paſsionis,cum ſuſpenſum oſtendit arietem, virgultum illud patibulum crucis. Et in hoc ligno præſtātiſsimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad ſe, vt ab omnibus cognoſceretur.Vnde & ipſe ait:Cū exaltaueritis fi- Ibidem.
liū hominis,tūc cognoſcetis quia ego ſum. Hinc quoq; promeruit deum Abraham. Denique hæc eſt tertia benedictio. Tres enim plenarias accepit benedictiones: Vnam poſt victoriam,qua liberauit nepotem, quando occurrit illi Melchiſedech, quando dixit ei dominus: Reſpice in cælum,& enumera ſtellas ſi poteris. ſic erit ſemen tuum. Et credidit Abraham deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam. Aliam quando iuſsus eſt nominari, & ſignaculum accepit circunciſionis: Tertiam,quando dilectiſsimum filium ſuum holocauſtū deo non dubitauit offerre. Hæc iterū benedictio præſtitit ſuperioribus. In illis enim propagationē ſeminis Abrahæ promiſit futuram. In hac autem ait: Et benedicentur in ſemine tuo omnes reges terræ,quoniā audiſti vocem meam. Et nos ergo audiamus vocē dei noſtri,& obediamus præceptis eius,ſi volumus apud eum inuenire gratiam.

De morte vxoris Abrahæ,fletuq; eius,& ſepultur⁹ of E ficio. De ſolicitudine quoq; ipſius ad prouidendum filio ſuo Iſaac de vxore. Caput IX.

LOCVS qui ſequitur, habet mortē vxoris, fletum mariti,ſepulturæ officium, quibus maritalis affectus probatur. Et ſurrexit,inquit,Abraham à mortuo. Docemur vt nō diutius inhæreamus mortuis, ſed quantū ſatis eſt officii,deferam⁹. Feſtinauit autem pro loco ſepulchri preciūm ſoluere,cum gratis daretur,vt non in alienis locis,ſed noſtris potius ædificemus tumulos parentum vel proximorum. Sæpe enim cum alienationibus poſſeſsionum venales fiunt quæ in iiſdem locis ſepulturæ ſunt.Hoc autem ideo abrahā fecit, quia nondum erant huiuſmodi dei templa,in quibus fidelium in domino reliquiæ conderentur. Senuerat itaq; Abrahā. quod boni eſt patris, debuit vxorē prouidere filio: ſed ꝓpter oraculū dei nō poterat redire eò,vnde iuſsus erat exire.Habitabat autem in terris Chananęorū, ex quorum genere legitimam ſucceſsionem ſibi quærere fugiebat.Et vocauit puerum ſeniorem domus ſuæ, & dixit ei vt iret in Charram,& de proximis ſuis vxorē peteret iuniori domino ſuo.Diſce hinc quòd etiā ſenioris ætatis ſeruuli pueri dicantur à dominis,vel à quibuſque F potioribus.Vnde & quidam poeta hoc ſequendum putauit,ſiue in eorum vſu qui ſibi docti & ſapientes videntur,ipſe hoc reperit,ſiue de noſtris ipſe tranſtulit, ſiue tranſlatū inuenit.Paſcite vt ante boues pueri,ſubmitti- Virgil. in
te tauros. Vnde & pueros dicimus quando ſeruulos ſi- Bucol.
gnificamus:nō ætatē exprimentes,ſed cōditionē. Aduer ægl.1.
te nūc virtutē boni patriſfamilias, & conſidera primū quod mun⁹, & cui mādet,vt & tu ita inſtituas ſeruulos, vt liberis tuis paternū affectū deferāt,officia exequātur. Inuentus eſt de ſeruulis ſenior, tamen qui ad vxorē ꝓuidendam domino iuniori eligeretur, & conſtrictus vt iuraret,& mitteret manū ſub femur domini ſui. Per femur generationē intelligimus: generatio autem Abrahæ, Chriſtus eſt. Vnde Apoſtolus ait: Abrahæ, inquit, dictæ ſunt promiſsiones,& ſemini eius.Non dicit,& ſeminibus,quaſi in multis,ſed ſicut in vno,& ſemini tuo,

G quod est Christus: ostendens per ipsum nobis sanctum sacramentum, per ipsum tutum auxilium fore. Cõstrinxit autem eum vt non de semine Chananæorum vxorẽ accersiret domino suo, quorum generis author patrem nõ honorauerat, & ideo maledictionis hæreditatẽ transmisit in suos: vt cognoscamus fidẽ, & quandã hæreditatem de authoris prosapia in iis requirendam, quos nobis volumus adiũgere. Cum sancto enim sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Si hoc in aliis, quanto magis in coniugio, vbi vna caro, & vnus spiritus est? Quomodo autẽ potest cõgruere charitas, si discrepet fides? Et ideo caue Christiane gentili aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue, inquã, gentilem aut Iudæam atq; alienigenam, hoc est hæreticã, & omnẽ alienã à fide tua vxorẽ accersias tibi. Prima coniugii fides, castitatis gratia est. Si idola colat, quorum prædicantur adulteria, si Christũ neget, qui præceptor & remunerator pudicitiæ: quomodo potest diligere pudicitiam? Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. Simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & cõiunctis precibus obsecrandus deus. Accedit aliud insigne castimoniæ, si credas à tuo deo tibi quod sortitus es coniugium datum. Vnde & Salomon ait: A deo, inquit, præparabitur viro vxor. Non possunt hoc dispares fide credere, vt ab eo quem non colunt, putent sibi connubii impartitam gratiã. Ratio docet, sed amplius exempla commouent, Species illecebra mulieris decepit etiam fortiores maritos, & à religione fecit discedere. Et ideo tu vel amori consule, vel errorem caue. Primum ergo in coniugio religio quæritur. Ideo Abrahã proximam quæsiuit dare vxorem filio suo. Et tu proximam quære. Quis est proximus? Qui fecit, inquit, misericordiam. In Euangelio hoc dixit dominus Iesus. Et tu proximam seminis Abrahæ require, & propinquã proximi tui. Semen Abrahæ Christus, ipse est proximus omnium, qui super omnes fecit misericordiam, tollens peccatum mũdi. Discе deinde quid in vxore quæratur: non aurum, non argentum quæsiuit Abraham, nõ possessiones, sed gratiã bonæ indolis. Deinde interrogat, si nollet venire mulier, vtrum nam eo filiũ domini sui duceret, ait: Attende tibi, ne reuoces filium meum illo. Dominus deus cæli, & deus terræ accepit me de domo patris mei, & de terra in qua natus sum, qui locutus est mihi, & iurauit dicens: Tibi dabo terram hanc, & semini tuo. ipse mittet angelum suũ ante te, & accipies filio meo vxorẽ inde. Quod si noluerit tecum venire mulier in terram hanc, purus eris à iuramento hoc. Quo profi ciat hoc, cõsidera diligentius. Nõ licet tibi accipere alienigenam. Sane si Christianam se faciat, & laudem habebis ex ea. Ne te quoq; si recusauerit Christiana fieri, studium nuptiarũ à fide deflectat, instruit lectio. Abraham enim sequentẽ deduci admonuit, residentem non expeti, nec eò filium pergere. Sane domini sui, qui se ab incolatu terræ in qua habitabat, adduxerat, non defutu ram misericordiã, vt præiret studio petitoris, & puellæ I inclinaret animũ. Quasi propheta hoc dixit in causa filii, & quasi moralis doctor docuit te sperare de domino, quod iuuare dignetur incremẽtũ fidei quærentẽ. Et surgens puer profectus est in Mesopotamiam, & iuxta voti sẽtiem quod proficiscens seruulus vouerat, occurrit ei Rebecca habẽs hydriam super humerum, virgo speciosa valde, quã vir non cognouerat. Descẽdit autẽ ad fontẽ, & impleuit hydriam, dedit puero bibere, adaquauit omnes camelos eius. Vnde puer Abrahæ accepit inaures aureas singularũ dragmarũ, & duas virias dedit in manus eius, decẽ aureorũ pondus earum, & quæsiuit ab ea si locus esset hospitio, & cuius esset filia. Simplicitas quidẽ moralis exprimitur, quod nullus fuerit vel in cõiugii petitione ambitioni locus, sed dominus præsul coniugii petitionem impleuerit. Tamen spectare licet Ecclesiæ mysteria. Vbi inuenitur Ecclesia, nisi in Mesopotamia? Inde quæritur, ibi accersitur, ibi duobus K stipatur fluminib⁹, lauacro gratiæ, & fletu pœnitentiæ. Etenim nisi peccata propria defleueris, nisi gratiam baptismatis acceperis, nõ tibi acquiritur Ecclesiæ fides, & quædã coniugalis copula. muniunt eam Tygris, hoc est prudentia: & Euphrates, hoc est iustitia, & illuminatio fructuosa, à barbaris separans gentibus. Virgo autẽ speciosa valde, cuius decorem nulla corrupit ætas. Speciosa valde, quia speciosus & ille præ filiis hominũ qui eã acquisiuit sibi: quã vir non cognouerat. nulli enim viro erat copulæ ius, sed soli Christo debita. Hydriã habens super humerũ, qua lauat actus hominum. Et quia ex cõgregatione gentilium constat, qua suos lauit: ideo legis quia descendit ad fontẽ, & impleuit hydriã, & ascendit. Samaritana illa venit ad fontem, sicut in euangelio scri Ioan.4. ptum est, sed non descẽdit: puteus ei videbatur, nec impleuit Hydriam. Denique ait: Hydriam non habeo. Nõ habebat vnde actus suos lauaret. Hæc sola descẽdit, hęc sola cognouit fontem verum: hoc est, non aquæ fontẽ, Psal.35. sed vitæ æternæ, sicut dixit Dauid: Quoniam apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen. Ideóq; habuit quod daret sitientibus, quia credidit. Nam quæ nõ credebat, ait fonti huic volenti sibi potum dare: Vnde mihi habes dare aquam viuam? Hæc autẽ habuit vnde non solum puerũ, sed etiã camelos adaquaret, quæ non solum iustos rigare consuevit, sed etiã iniustos replere. Ideo accepit inaures aureas, & virias quas misit Abraham, tanq̃ meritorum suorũ præmia. Fortasse audientes hæc filiæ quæ ad gratiã domini tenditis, & vos prouocemini vt habeatis inaures & virias, & dicatis: Quomodo prohibes hoc Episcope vt habeam⁹ quod Rebecca accepit pro munere, & hortaris vt similes simus Re- L beccæ? Sed non has inaures Rebecca habebat & virias, quæ lites in ecclesia serere solent, quæ labuntur frequenter: alias inaures habebat, quas vtinã vos habeatis, alias virias. Inaures Rebeccæ pii auditus insignia, & virię Rebeccæ ornamenta factorum sunt. Has inaures habebat, quæ non grauarent aurem, sed demulcerent: has virias, quæ manum non materiali auro onerarent, sed spiritali actu leuarent. Ideo & fratri & parentibus in hoc placuit ornatu. Et tu sume inaures quas tibi Abraham reliquit: sume quas transmisit virias. Audi verba domini dei tui, sicut ipse audiebat: exequere iussa sicut ipse præcepit implere. Pulcherrimus autem locus ad instruẽdos eos quibus aliquid iniungitur, quod nõ prius manducauit puer Abrahæ appositum sibi panem, q̃ mandatum domini exequeretur. Quo impetrato, vasa aurea & argentea & vestem dedit Rebeccę. Vbi sponsata est ecclesia, accepit vasa aurea & argẽtea, in quibus esset thesaurus fidei: sunt etenim vasa in honorem, sunt & in cõ tumeliam. Quæ sint ea vasa, audi: Habemus thesaurum 1.Cor.4. in vasis fictilib⁹. Vasa fictilia, corpora nostra sunt: fides nostra, thesaurus est. Et fortasse iam etiam ipsa corpora nostra, quæ thesaurum habent, aurea sunt, quia sunt plena prudẽtia: & argentea vasa sunt. quæ vidẽtur mandati cælestis alloquiis refulgere. Honorantur autem & M parentes muneribus, Consulitur puella nõ de sponsalibus (illa enim iudicium spectat parentum. Non est enim virginalis pudoris eligere maritũ) sed iam despon sata viro de profectionis consulitur die. Nec immerito dilationem non attulit: iure etenim properare debuit ad maritum. Vnde illud Eutripideon, quod mirãtur plerique, vnde translatum sit, manifestum est. Ait enim in Hermione in Andromacha Euripidisfabulo quitur. persona mulieris, quæ tamen maritũ volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: νυμφευμάτων μὲν πρῶτα ἐμὸν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἔξει, ἥτις ἐμὸν κρίνῃ τάδε. Hoc est: Spõsalium quidem meorum pater meus curã subibit: Hoc enim non est meum. Ergo quod ipsi philosophi mirati sunt, seruate virgines. Mulier etiã si qua amisso cito marito adolescentula laqueum infirmitatis suæ timet incidere, si vult, nubat, tantum in domino, vt

Psal.17.

Prou.19.

Lucæ.10.

H

I

A electionem mariti parẽtibus deferat, ne apperentię procacioris ęstimetur author, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet. Expetita enim magis debet videri à viro, q̃ ipsa virũ expetisse. Verecundiam præmittat antequã nubat, quo ipsum coniugiũ plus cõmendet verecundia. Sed illi verba imitãtur, opera imitari nequeũt. Ineſse quoq; in eo præclarũ ecclesiæ mysterium liquet, eò quòd nemo ausus sit eã ante Christum vocare. Soli enim Christo hæc erat vocandarum nationum reposita prærogatiua. Vocata autem non fecit moram, & ideo acceptior domino, quia populus Iudæorũ, qui erat ad cœnam vocatus, dignus non fuit venire: congregatio autem Gẽtium simul vt accersiri se vidit, occurrit. Denique vt scias non sine mysterio esse: cum veheretur camelo, venit ad sponsum, eò quòd populus nationũ belluina quadã horridus meritorum deformitate, qui formæ suæ nullũ haberet decorem, fidem esset atq; consensum ecclesię recepturus. Nec illud ociosum, quod cũ veniret Rebecca, vidit Isaac deambulantẽ: & cum interrogasset quis esset, cognito quod ipse esset cui duceretur vxor, descendit, & caput suum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptiis præire debere. inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia puellæ se obnuberẽt. Discite ergo virgines quemadmodum seruetis verecundiam, ne intecto capite prodeatis ante extraneos, cum Rebecca iam desponsata designatum maritum aperto capite non putauerit videndum. Quis ille est seruulus B qui prouidit has nuptias? Vnus vtique de Apostolis, & ille maxime qui ait: Viri fratres, vos scitis quia à diebus antiquis in nobis deus elegit ex ore meo audire nationes verbum euangelii. Vel ille qui doctor appellatus est Gentium. Ipsi enim cum leguntur, ait Ioannes Euangelista, acquirunt Christo animam, vt credat quæ ante nõ credidit: & cupientibus Christum videre, sermonibus demonstrant suis. Itaq; Abrahã celebratis filiis nuptiis, longæua ætate, & bona senectute compleuit diem.

FINIS.

CAPITA LIBRI SECVNDI
DE ABRAHAM.

De continuatione huius libri ad præcedentẽ, cum pulchra profundioris intellectus apertione: & qua ratione menti dicatur, sicuti & Abrahæ dictũ est, vt exeat de terra, cognatione, & domo sua. Quomodo etiam volens perfectã purgationem cõsequi, à tribus se debeat disiungere. Caput I.

De exitu Abrahæ, quẽadmodũ locutus est ei dominus. Et quod processus illius viri propositus sit nobis ad imitandum, & scriptus ad experimentum: ac qualiter reformet se mens in Abraham, & per gradus & incrementa se colligat. Caput II.

C De perambulatione Abrahę vsq; ad locum vbi dominũ sibi apparentem vidit: quem, quandiu Chaldæus fuit, videre non poterat. Quòd etiam mens quandiu Chaldaicis erroribus inflectitur, deum non videt. De ædificatione quoq; atæ per Abraham, & inuocatione nominis domini. Caput III.

De abitu Abrahæ & demoratione in deserto, descẽsuq; in Aegyptum. Quòd etiam mens tũc probetur ac tentetur quando est in deserto. Quid præterea significet quod Abraham descendens in Aegyptum dixit Saræ ne se vxorem sed sororem eius appellaret. Quid etiã increpatio Abrahæ per regem Aegypti, vxorisq; restitutio, & abeundi licentia. Caput IIII.

Discessus Abrahæ de Aegypto cũ vxore sua Sara quid significet. Quid etiã quod eo inducitur rediisse vnde in Aegyptũ descenderat. Cur præterea diuitias eius scriptura expresserit. Et vtrũ Loth quoq; nepos eius diues fuerit. Caput V.

Qua ratione scriptum sit: Et Loth qui ambulabat cum Abrahã. Cur etiã dictũ sit quòd non capiebat eos terra. Qui præterea sint pastores, & quorũ animantium. D Quæ rixa inter pastores Abrahæ, & inter pastores Loth, & quomodo illam sedare curauerit Abraham. Quanta quoq; præmiserit ne Loth discedere cogeretur. De insolentia deniq; ipsius Loth, & electionis nescientia. Et quid nos eligere debeamus. Caput VI.

Quomodo ex locutione domini ad Abraham, & ostensæ sibi terræ promissione doceamur quantũ mens suæ perfluis portionibus & irrationabilib⁹ exhaustis proficiat. Quemadmodum etiam instruamur ex triũphò quatuor regum contra quinq;, quantũ vitia vitiis adiuncta noceant. Cap. VII.

Quemadmodũ ex oblatione Melchisedech admoneatur mens plena prudentiæ ac iustitiæ, vt deuotior sit erga dei cultum. Quódque expeditione regis Sodomorum, vbi se vicisse putat, tentari se discat, & qualiter ex Abrahæ responsione contagium intemperantiæ declinare possit. Cur præterea post euentum belli, mercedẽ dominus spopõderit. Quid deniq; significet quòd Abrahę cura posteritatis fuit. Ac de mystica interpretatione totius sacrificii Abrahæ. Cap. VIII.

Quid sibi velit quòd post solis occasum excessus cecidit super Abraham. Et quomodo ei non tam quæ futura erant declarabantur, q̃ præscribebantur quæ facienda forent. Quid præterea singulariter per superiora author significari arbitretur. Caput IX.

Quid significetur oraculo domini ad Abraham dicentis: Semini tuo dabo terram hanc &c. Ad quid etiam pertineat Sara vxor Abrahæ, quę sterilis fuerat. Et quid ancilla eius Agar significet. Qua ratiõe præterea Sara cõclusa fuerit, & Agar filios pepererit. Cap. X.

Quid nos doceat oraculũ quo dictum est Abrahę: Circuncidatis omne masculinum vestrum &c. Quomodo etiam plerię; moueantur ex hoc quod dominus dixit: Quoniam qui non fuerit circuncisus ma- E sculus &c. Qua ratione præterea Saræ vna litera fuerit addita, ac de futuri filii promissiõe &c. Quid denique significet quod Abraham in faciem ceciderit. Et de promissi confirmatione, & responsione domini ad Abrahæ petitionem. Caput XI.

Diui Ambrosii
MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE ABRAHAM LIBER SECVNDVS.

De continuatione huius libri ad precedentem, cum pulchra profundioris intellectus apertione, & qua ratione menti dicatur, sicut & Abrahę dictum est, vt exeat de terra, cognatione, & domo sua. Quomodo etiam volens perfectam purgationem consequi, à tribus se debeat disiungere. Caput I.

MORALEM QVIDEM LOCVM F prosecuti sumus, qua potuimus intellectus simplicitate, vt qui legunt, morum possint sibi haurire magisteria. Sed quia ex vtraq; parte acuta est acies gladii, ex vtraq; parte præliaris: similiter verbum dei, quod est acutius omni gladio acutissimo, penetrans vsque ad diuisionẽ animæ, quocunq; conuerteris, paratum inuenies & opportunum vt animã legentis pertranseat ad reuelãda propheticarum scripturarum ænigmata. Vnde non absurdum reor referre ad altiora sensum, & per historiam diuersarum personarum virtutis formæ quendam proces

G sum explicare,maxime cū iam in Adam intellectus ꝓfundioris exordia degustaremus. Adam etenim mentē diximus, Euam esse sensum significauimus, serpentis specie delectationem expressimus: sed ibi de summa beatitudine, & quadam naturali virtutum amœnitate per circunscriptionem sensus & delectationis illecebram deflexus ad culpam est. Hic autem profectū mentis speculari datur. Hoc enim legislator prouide egit, vt quemadmodum lapsum mentis demonstrauit, vt illas erroris caueremus semitas, ita etiam processum mentis & quendam superiorem reditum significaret, vt quemadmodum infracta mēs reformare se posset, cognosceremus. Purgauerat enim terrā dominus in diluuii infusione, lauerat humanæ colluuionē fragilitatis. Sed non satis erat ad virtutū profectū, nisi vt instrueretur homo quēadmodū se regeret & gubernaret. Abraham mentis loco inducitur. Deniq; Abrahā transitus dicitur. Ergo vt mens quæ in Adā totam se delectationi & illecebris corporalibus dederat. In formam virtutis speciēq; transiret, vir sapiens nobis ad imitandū propositus est. Deniq; Abraham secūdū Hebræos & secundū Latinos pater dict⁹ est, eò quòd mens paterna quadā authoritate censione & solicitudine totū gubernet hominem. Hęc ergo mēs erat in Charra, id est in cauernis obnoxia variis passionibus. Ideóq; dicitur ei: Exi de terra tua, hoc est de corpore tuo. Exiuit de hac terra ille cuius cōuersatio in cęlis. Et de cognatiōe, inquit, tua. Cognati sunt animę nostrę corporis sensus. Diuiditur in duo anima nostra, in id quod rationabile, & in id quod est irrationabile. In eo autem quod est irrationabile, sensus sunt. Ergo cognati sunt partis rationalis, hoc est mentis. Et de domo tua, inquit, exi. Domus mētis prolatū est verbum. Sicut enim paterfamilias habitat in domo sua, & in potestate habet quēadmodum regat domum suam, ita etiā mens in sermonibus nostris habitat, & gubernat verba nostra, & vis ei⁹ ac disciplina in sermone elucet. Et bonus paterfamilias à primo vestibulo domus æstimatur: ita etiā de sermonibus nostris mens nostra perpenditur. Deniq; etiā modulū vocis pulsat & reuocat. Ergo qui vult perfectā purgationē consequi, disungat se ab his tribus, à corpore, à sensibus corporalibus, à voce. In quibus sunt omnes corporis passiōes, & circunscriptiones sensuū quib⁹ decipimur & illudimur. In nullo enim horū trium bonū. Nec in carne, quamuis Epicuri schola, pleriq; etiā voluptarii dirūpantur laudis corporis delectatione. Neq; in sensibus, qui sæpe luduntur. Neq; in sono vocis, quæ falsis plerūq; animam demulcet cantibus, est perfectū bonum hoc incorrupti bile. Manifesta autem fides. Mortuo etenim homine caro corrūpitur, sensus pereūt, vox amittitur, remanet mens immortalis, incorpoream vitam recipiens. Vnde in alteram terram vocatur plenam beatitudine, vbi nō falsa ꝓ veris, sicut in hac vita, sed viuā rerū cernat substantiam, eò quòd excusa corporis & sensuū & vocis nebulosa quadam imagine, corruptibilē caliginem de-
I ponat, & reuelata facie beatæ vitæ gratiam lustret obtutu. Benedicā, inquit, te, & faciam te in gentem magnam. Immortalitatem spondet cum genus promittit. Genus enim immortale videtur esse. Personæ mortales sunt singulorum, vt hominum, vt equorum, vt apum. De quibus ait quidam: At genus immortale manet. Tamen multo illud melius quod gentem magnam dixit ecclesiæ perpetuam posteritatē, & generationem illam supernam, quę vere magna est. Et peccato moriamur, ideo renascamur.

De exitu Abrahę quemadmodū locutus est ei dominus. Et quod processus illius viri propositus sit nobis ad imitandum, & scriptus ad experimentum, ac qualiter reformet se mens in Abraham, & per gradus & incrementa se colligat. Caput II.

EXIIT Abraham quemadmodum locutus est ei dominus. Hinc ferunt gentiles septē sapientium sententiam: Sequere deū, quasi inuentum suum, cum longe anterior non dico Abraham, sed Moyses fuerit, per quem lex data est dicens: Post dominum deum tuum ambulabis. Exiuit ergo Abraham, in quo non tam prouectio eius, q̄ animæ eius deuotio, & mentis libertas exiuit de corporis vinculis, de illecebris delectationis. Denique sic habes: Exiuit Abraham quemadmodum locutus est illi deus. Supra habes ei dixisse deum, in quo apertum imperium iubentis expressum: hic habes quemadmodum locutus est illi deus, quasi quidam confabulationis affectus comprehenditur. omnia enim fecit quæ statuta sunt. Ante factum igitur deus dicit quasi obnoxio, post factum loquitur quasi amico. Amicus est enim deo, qui facit quæ imperata sunt. Vnde & in Euangelio suo dicit dominus Ioann. 15.
Iesus: Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos. Sed (vt dixi) processus viri sapientis propositus est nobis ad imitandum, scriptus ad experimentum: nec perfectio. Adhuc enim reformat se mens in Abraham, quæ in homine primo lapsa est. Et ideo per gradus & incrementa se colligit. Vnde & addidit: Et abiit cum eo Loth, hoc est declinatio. Id enim nominis significat interpretatio, eò quòd vt viantes incognitam carpentes viam, semitis aliquibus sæpe falluntur, vt à directo deflectant tramite, & tamen si prudentes sunt, non deuiant, sed cunctabundi
L cet regionis ipsius contuitu viam colligunt: ita & Abraham nutabundus quidem, tamen tramitem veri sequebatur. Ducebatur plerunque falsa specie bonorum, sed non penitus inclinabatur. Perfecti est enim nō deflectere, prudentis non penitus declinare. Solus autem ille nunquam deflexit, de quo scriptum est: Ecce virgo Esa. 7.
in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabis nomen e- Luc. 1.
ius Emmanuel: butyrum & mel manducabit: priusquā sciat aut proferat mala, eligat bonum: quoniam priusquam sciat puer bonum aut malum, non credet malitiæ, vt eligat quod bonum est. Hoc Abraham facere nō poterat, vt prius bona eligeret, quàm mala sciret. Sed præceptis inhærebat cælestibus, ne declinaret à vero. Ideo etiam & septuaginta & quinque annorum describitur exisse de Charra, quod septuagesimo perfecto remissionis numero sensus is sit qui possit inflecti. Delectationes enim horum sensuum faciunt vt non semper erecta sit mēs nostra, sed aliquādo se inflectat, vt nō infra cauernas corporis se, intra latibula voluptatis abscondat. Tamen etiam in his cuniculis positus ita euasit vt sumeret vxorē suam, & nepotem, & omnem animam quascūq; possederat in Charrā. Prudentes enim & continentes virtutis atq; animę possessores sunt, decorem morum mansuetorum eligentes. Qui autem amatores corporis sunt, delectationibus eius irretiūtur: quia irrationabilium in corporis habitudine omnis virtus est, rationabilium autem in virtutibus animæ ac disciplinis. Propterea scriptum est quia possidebat ani- M
mam suam tanq̄ liberam regēs, & nulli seruituti obnoxiam. Hoc ergo habet intentio doctoris, eò quòd etiam in illis diuerticulis & anfractibus cōstitutus, vel adhuc æui recentioris vel nondum perfectioris disciplinæ, locum patentem ad vitia, non est ita inflexus ad culpam vt demigrare non posset. Deniq; mentem suam ab illa lubrica possessione defendit & transtulit.

De perambulatione Abrahæ vsq; ad locū vbi dominum sibi apparentem vidit: quem, quandiu Chaldæus fuit, videre non poterat. Quod etiā mens quandiu Chaldaicis erroribus inflectitur, deum non videt. De ædificatione quoque atæ per Abraham, & inuocatione nominis domini.

Caput III.

A ET perambulabat, inquit, Abraham vsq; ad locū Sichem ad quercū altā. Nónne videntur superflua esse, nisi rationē requiras, cū & altitudinē quercus nō prętermiserit? Sed vbi ratio est, nihil superfluū. Sichem enim vel humerus vel ceruix significatur, quod est laboris vel exercitationis indicium. Vnde & Iacob vir exercitatus filio suo Ioseph eam præcipuā dedit. Ergo quia neq; sine dote naturæ exercitatio ipsa per se perfectionem conferre potest, & naturæ gratia destituitur si desit exercitatio (est enim ingenioſi adminiculū diligentia) inducitur is vir ad cuius imitationē formaris ad naturæ gratiā adiūcta exercitatione, ita fundatior & excelsior factus, vt vsque ad quærcū altam transiret. Quæ arbor vt alta, ita etiam robusta, indicio est non facile animam Abrahæ seculi huius procellis esse curuatam, sed mansisse sublimē, vt se æternis inquisitionibus ad altitudinē diuinæ cognitionis eleuaret. Deniq; cōtinuo apparuit illi deus. Nusquam superius habes quod visus esset illi deus. Vnde liquet eo referendum, quia quandiu Chaldæus fuit, hoc est, nō solū in regione, sed etiam in opinione Chaldæorum, non poterat deū videre, quem intra mundū quærebat. Chaldæi enim mundū superiorē deum dicunt, & etiam sticarū domo, & stellarum cursu ferri asserūt ea quæ terrena sunt, & quodam coerceri vinculo. Vnde & deos stellas appellauerūt, eò quòd eas dominatū quendam habere supernū credāt, quia quædā stellis ad terrena compassio est. Oportuit autē eos æstimare quia quod
B compatitur, non imperatorum ius, nec dominatū quasi deus possit habere in eis quorum ægrescit compassione, cū sit & ipse mortalis & corruptibilis. Mundus quoque cum sit factus, vtiq; ipse deus non est, sed operator & conditor eius. Ergo mens quandiu Chaldaicis errori bus inflectitur, non videt deum, quem in iis quæ videntur, nō in iis quæ nō videntur, esse putant. Quæ autem 2. Cor. 4.
videntur, tēporalia sunt: nam quæ nō videntur, æterna. Sed non temporalis deus. Non igitur videtur. Non ergo mens ea videt deum, quæ disciplinam Chaldæorum sequitur. Vnde nec Abraham primum vidit. Quomodo autem poterat videre eum supra quem alterū esse arbitrabatur? Vbi vero ad aliam demigrauit, non regionem, sed veram religionem, paratam humilitati (hoc enim significat Chanaā) tunc deū videre cœpit, & eum cognoscere esse deum, cuius inuisibili virtute aduertit ea regi & gubernari. Hoc ergo scriptura docet, quia Abraham à stellarum obseruatione migrans deum vidit. Confirmatio testimonii adiungitur, quia in loco aram domino ædificauit, ei qui sibi apparuit. Impressus est enim typus iste validus in anima eius, & manifestata fides veritatis. Suppetit enim grato viro memoria, ingrato irrepit obliuio. Illi hærent à quibus adiuuatur, isti labuntur omnia quæ conferuntur. Statuit autem aram,
C sed non sacrificauit. Posset mouere nisi meminisset ꝓcessus mentis huius scripturæ serie seruari. Et ideo spectabat à deo genus discere sacrificādi. Aduertebat enim irrationabilis animantis & mutæ pecudis sacrificium dignam diuino cultu hostiam non videri. Nondum in Isaac typum cognouerat passionis futuræ, nondū Melchisedech dederat ei benedictionis gratiam, vt ista cognosceret. Recessit, inquit, inde in montē contra Orientem Bethel. Incrementū deuotionis, montis significat eminentia, cuius ascensio indicium est vberioris processus. Contra Orientē ideo, quia prophetabat venturum iustitiæ solem, quod illic sapiētia pararet sibi domum, & inde per virginem suū prædestinaret exortum. Volebat ergo cognoscendorum iam mysteriorum lumen accipere. Sicut enim sole mundus, ita splendore sapientiæ tota mens illuminabitur. Meritóque posuit contra Orientem Bethel. Domus enim dei dicitur Bethleem, in qua natus est Christus. Vnde ait per Prophetam de⁹: Michęæ. 5
Et tu Bethleem non es minima inter principes Iuda ex te enim exiet princeps, qui regat populum meum. Non D
dixit contra Bethleem, sed tabernaculum ipsum Bethleem appellauit. Ecclesia enim iustorum est tabernaculum. Iam illa quis non miretur mysteria, quod Bethleem iuxta mare Galilęæ est ab Oriente? Etenim anima quæ meretur templum dei appellari, vel ecclesia, tunditur secularium curarum fluctibus, sed non subruitur: cæditur, sed non labefactatur, commotiones fluctuum & insurrectiones passionū corporaliū facilis premere ac mitigare. Spectat aliorū naufragia ipsa immunis & exors periculi, parata semper vt illucescat sibi Christ⁹, atque illuminatione iucunditatem acquirat sibi. Sicut enim oculi pascūtur primo diei lumine ita etiā, mēs nostra alitur inuentis sapiētiæ, & quibusdā eius radiis videtur splendescere, Visibilis enim solis radiis terræ vaporantur, inuisibiles autē radii cordis nostri penetrant interiores recessus. Iterum ædificauit aram, & inuocauit in nomine domini. Processus fidei in domini inuocatione significauit. Hoc adiecit superioribus.

De abitu Abrahę, & demoratione in deserto, descensuq; in Aegyptum. Quod etiam mens tunc probetur ac tentetur quando est in deserto. Quid prætera significet quod Abrahā descendens in Aegyptum, dixit Saræ ne se vxorē sed sororem eius appellaret. Quid etiā increpatio Abrahæ per regem Aegypti, vxorisque restitutio, & abeundi licentia. Caput IIII.

ABIIT autem Abraham, & demoratus est in deserto. Tunc probatur mens, quando in quodā deserto est, vbi nulla cupiditatū lasciuia, nulla abundantia pecuniæ, nullus sumptus luxuriæ. Vtinā in hoc deserto esse possim, destitutus ab oi incētiuo cupiditatū, derelict⁹ ab omni delinquendi studio, expoliatus iactantia & tumore. Sed quia E
vel deus nos tētari patitur, vel tētator incurſat cū sibi vi detur in deserto mens esse quieta ab omni terrenarum voluptatū appetētia: in Aegyptū impellitur, vbi cōpungi possit. Stimulus enim mentis caro nostra est, & passiones eius cōpūctiones sunt nostræ. Ipsa est Aegyptus nostra, hoc est caro nostra, ipsa est afflictio. In hanc descendit mens nostra quando cogitat quæ carnalia sunt. Tunc autē ascendit quādo inuisibilia desiderat. Ideo & Abrahā dicitur descēdisse in Aegyptū, vt affligeretur. Patitur hoc mens nostra, interdū separat se à corpore, secernit vt singulariter agat, incorporalib⁹ intēdere at que adhęrere cupiēs. Interdū, ꝓpter colligationē animę & corporis inclinatur ad carnales voluptates, quibus infirma subiicitur, fortior nō tenetur. Afflictiōes igitur forti viro coronæ sunt, inualido infirmitates sunt. Vnde & ille nō timebat afflictiones, quibus ꝓbaretur merito, qui dicit: Nā & cū venissemus in Macedoniā, nullā requiem habuit caro nostra, sed in omnibus fumus afflicti, foris pugnæ, intus timores. Sed vt descenderet in 2. Cor. 7.
Aegyptū, fames cogit. Exoritur sæua mētis fames, quādo appetentia carnis huius exundat, & expectatæ æquę F
saluti aduersæ sunt. Redigunt nos in angustias corporis, cum habendi cupiditas irrepit luxuriæ suauitate, & cordis iactātia tentātur omnes. Inflectitur etiam sobrius animus, descēdit in Aegyptum, hoc est in afflictionem corporis. Sic tamen descendit, vt quasi aduena ad tempus incolere, non quasi ciuis possidere videatur. Iustus enim dixit: Aduena sum in terra hac. Et alibi: Heu Psal. 118.
me quod incolatus meus prolongatus est. Descendens Psal. 119.
autem Abraham in Aegyptū, hoc est ad feros & barbaros mores, qui virtuti deferre nescirent: ne nocerēt per inuidiam, dixit Sarę ne se vxorem eius diceret, sed sororem eius appellaret. Et hinc grande virtutis mysterium cui cito inuidetur. Et ideo vt inuidiam reprimat, humiliorem se prestare debet. Non sibi principatum super omnes vendicet, nō sibi soli sapientiā precipuam arro-

G get. Hęc eſt quã ſibi Salomon vxorem acquiſiuit. Vxor enim præcipue eſt viro debita. Itaq; omnes cupiũt tali ſe copula dignos videri, vt doleãt aliquẽ ſibi præferri. Quis tanta ſolus potiatur pulchritudine? Soror autem quodam vel iure germanitatis, vel nomine pleriſq; ſociatur. Et ideo verũ amatorem ſuũ integrũ ab iniuria reſeruat. Vnde videntes eam Aegyptii, qui nõ poſſent diſcernere, nec virtutis formã cognoſcere, vulgari æſtimantes iudicio, induxerunt ad tyrannũ, hoc eſt ad mentem ſuperbam, quæ pondus ſapientiæ non ſuſtinuit, & ideo afflicta eſt. Etenim cum animam improbam virtutis intrauerit ſermo, redarguit eam culpæ, erroriſque pudore afficit, & ꝓpſionis torquet dolore. Nãq; dum in quadam ſumus delinquẽdi libidine, nebulis quibuſdam inſipientiæ mens obducitur, & fumo quodam iniquitatis oculi eius caligantur, ne videat eorũ quæ cõcupiſcit deformitatem. Sed cum omnis nebula tranſierit, & ſapientiæ fulgor fulſerit, grauia tormenta exercẽtur in quodã male conſcii ſecretario. Itaq; grauior noſtra mens iudex eſt cõſcientiæ reatu, & iudicio pœnitentiæ. Quod ſi vel ægra per culpam, vel inualida per infirmitatem non potuerit ferre ac perpeti virtutis præſentiã, dimittit eam, atq; ſe relegat, ne patiatur eã volui in ſe, & adhærere cogitationibus ſuis. Et vt infirmiores oculi lucem refugiunt: ita mens inualida ſapientiæ fulgorem nõ ſuſtinet. Tales erãt Geraſeni, qui rogabãt vt tranſiret de finibus eorum dominus Ieſus. Denicq; & iſte rex Matth.8.
H Aegypti ait ad Abrahã? Quid hoc feciſti mihi? Quare nõ dixiſti mihi quia vxor tua eſt, ſed dixiſti quia ſoror tua eſt, & ſumpſeram mihi vxorẽ? Et nunc ecce mulier tua ante te, accipe, & recurre hinc. Intueamur animo in temperantẽ aliquem, qui intuitus caſtitatis gratiã, quodam captus eius decore ſequendã putet. Deinde pediſſequas eius neſciens quibus colligata incedit, & ſtipata aduenit, ſobrietatẽ ſcilicet, modeſtiam ac verecũdiam, parſimoniã cibi, fugam laſciuiæ, procacitatis, petulantiæ, cautionẽ fœmineam, ſolicitam cuſtodiam, ſubito aut ebrietatis ſucceſſus calore, aut ipſius carnis æſtu, ad occurſus formæ decentioris nequaq̃ ſe teneat, nec legi carnis repugnet: nónne dicit: Putaui rem faciliorem, caſtimoniã ſequi: ſupra humeros meos, ſupra vires meas eſt. Ratus cui iſta iungatur. Vale caſtitas, recede recede de finibus ſenſuũ meorũ. Recurre cito eò vnde huc veniſti, nõ ſuſtineo præſentiam tuam. Affligor grauibus quæſtionibus, dum tenendã te arbitror, quã tenere non poſſum. Cõuerſus deinde ad aliquẽ monitorẽ ſui, qui ſtuduerit in eius mentẽ inducere aſſuetudinẽ caſtimo-
I niæ, allegãs nõ arduam fore, nec impoſsibilem, ſed pluribus ſociã, finitimã ſtudioſis, conuenientẽ voluntatiis: Quid hoc, inquit, feciſti mihi? Quare non dixiſti mihi quia vxor tua eſt? Hoc eſt, quæ non perfunctorie, ſed legitimo teneatur coniugio, ſecũ maximam vehat dotem, quæ inuehat grauia onera matrimonii, & duræ fœnus coniunctionis. Sed dixiſti ſororem, nullis aſtrictam legibus, & naturæ ſociam, non iure aliquo dotalis cenſus ſuperbam ac potentẽ. Itaq; imprudens onerũ eius copulandam eam mihi & tenẽdam putaueram. Sed intellexi quòd pondus ſit in ea & ſarcina. Ecce mulierem tuã, id eſt, ecce perſuaſio tua ante te, accipe, & recurre. Nolo ante me ſit, nolo in meis cogitationibus. Tolle te hinc cum tuis cõſiliis, cum tua admonitione, cito tolle, cito recurre, moras tuas non fero, afflictiones ſunt mihi. Satis eſt quòd ante deceptus ſum. Et miſit alumnos ſuos quib⁹ vagatur pleriq; mens intẽperantior, voluẽs animo cogitationes luxuriæ, ambitionis, auaritiæ, & diuerſas illecebras offerens, vt eliminarent ac longe propellerent caſtimoniam, ne recurſum faceret in eos fines quib⁹ fuerat expulſa, quo ſecura iã & arbitrũ ſerioris libera, in peccatis ſuis redargui non formidaret.

Diſceſſus Abrahæ de Aegypto cum vxore ſua Sara quid ſignificet. Quid etiam quòd eo inducitur rediiſſe K vnde in Aegyptum deſcenderat. Cur præterea diuitias eius ſcriptura expreſserit. Et vtrum Loth quoq; nepos eius diues fuerit. Caput v.

DIſcessit itaq; Abraham inde habens ſecum vxorem ſuam Saram, hoc eſt, principalem, nõ ſeruientem. Ideo & dicitur illi: Audi Saram vxorem tuam. Quæ enim ſeruitio delictorum ſe exuit, principatum habet, non ſeruitium. Mens ergo validior principalem virtutem ſecũ habet, hoc eſt, imperitantem corporis ſenſibus, non obedientem. Quæ de Aegypto ſecum omnia retulit, nihil ibi diſciplinarũ ſuarum amiſit. Non colorata eſt intemperantia, inſolentia flagitiorum, immodeſtia, non expoliata eſt amictu ſedulæ ſobrietatis, non exuta veſtimento pudoris. Erat diues valde, vtpote cui nihil bonorum deerat, qui non alieni erat appetens, qui nullius indigebat quòd ſuum dici vellet. Hoc eſt enim eſſe diuitem, quòd ſatis voluntati ſit. Menſuram enim frugalitas habet, cenſus non habet, cuius modus in arbitrio quærentis eſt. Erat enim diues pecoribus, argento, & auro. Quid ſibi hoc vult? Non mihi videntur in homine iuſto ſeculares diuitiæ laudari. Vnde in pecoribus corporales ſenſus intelligo, quia & ipſi irrationabiles ſunt. In argento ſermonem, in auro mentem. Merito diues erat Abraham, quia regebat ſenſus irrationabiles. Denicq; & domuit & manſuetos fecit, vt fierent rationabiles. Habebat ſermonem fidei calore ſplendidum, purgatum ſpiritalis gra-
L tia diſciplinæ, habebat mentem plenam prudentiæ. Et ideo auro cõparatur mens bona, quia ſicut cæteris præſtat metallis: ita mẽs bona in homine cęteris potior eſt humanæ ſubſtantiæ portionibus. In tribus igitur cẽſus ſapientis, in ſenſu, in ſermone, mente, gradus quidam per ordinẽ factus: ſicut etiam in Apoſtolo legimus: Manet autem ſpes, fides, charitas: tria hæc: maior autem his 1. Cor. 13.
eſt charitas. Et mens igitur maior eſt, quia ipſa eſt quæ molit ſpiritale frumentum, vt purgationem ſenſuum ſermonumq; proferat. Seruatur vbiq; perſona ſapientis viri. Denique eò inducitur rediſſe Abraham, hoc eſt in Bethel, vnde in Aegyptum deſcenderat, vt agnoſcamus quòd etiã iuſti in domo dei poſiti, & verbo dei intenti tentantur quidem ſecularibus afflictionibus, ſed non alienantur à domo dei, & à cuſtodia præceptorum cæleſtium. Si vis contentus eſſe finibus, non extolli diuitiarum copiis, & rebus ſecundum gratiam voluptatũ fluentibus, hoc ſcias eſſe mentis optimæ, meditari ſemper principium & finem, eò procedere, & inde egredi, hoc eſt, bonũ. Bonum autem ſapientia eſt. Nemo enim bonus niſi vnus deus. Ab eo ꝓcedimus, creati ꝑ ipſum. Mar.10.
Ad eũ reuertimur, quia cũ Chriſto eſſe multo melius. Et vt ſcias quia bonũ eſt congruere principiũ & finem, M
ipſe ait bonus Ieſus: Ego ſum α & ω, principium, & finis. Mens igitur noſtra cũ ipſo ſemper ſit: ab eius tẽplo, Apoca.1.
ab eius verbo nunq̃ recedat. Semper in lectione ſcripturarũ ſit, meditationibus, orationibus, vt ſermo eius qui eſt, ſemper operetur in nobis, & vt quotidie procedentes in eccleſiam, vel domeſticis incubantes orationib⁹, ab ipſo incipiamus, & in ipſo finiamus. Ita totus hic vitæ noſtræ dies, & curſus diei, ab ſe ſumat principium, & in ſe deſinat. Sicut enim à principio vitæ credere & imitari ſalus eſt: ita perſeuerantia vſq; in finem neceſſaria eſt. Eſt autem mentis optimæ diligentia, vt verbo dei intenta nihil faciat irrationabile vnde triſtitiam ſubeat, vt iugiter actuum ſuorum bene conſcia, lætitiam bonæ ſeruet conſcientię. Quòd enim bonum, hoc ſine timore & ſine triſtitia eſt, id eſt, ſecũritatis & gratiæ plenum. Poſſeſsio enim iuſti grata eſt deo, inſipientium autem nullus gradus. Ideo Eſaias appropinquante bono ait: Fugiet dolor, & triſtitia, & gemitus. Ioannes Eſa.35.
quoque in Apocalypſi, Et ille, inquit, deus cum illis Apoc.21.

A erit, & delebit omnem lachrymam de oculis eorum, & mors nõ erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor vlterius. In reſurrectione enim iuſtorũ lætitia iugis erit & gratia, cum illud bonũ cœperit eſse cũ ſuis, quando requieſcent in ſinu Abrahæ, poſiti in eius tabernaculo, quod inter domũ vel ſermonẽ dei & gratiam fixum eſt: ſignificans innocẽtiam fideliũ agere gratias authori ſuo, qui non habent vnde eos pœniteat in hoc mundo fuiſse. Factis itaque ſimplicibus Abrahæ magnarũ inſtitutionũ documenta explicantur. Merito diues, qui etiã diſputationes philoſophorũ diuites facit, qui de eius actu præcepta formarent ſua. Eius ergo diuitias ſcriptura expreſserat, ſupererat cognoſcere vtrumnam Loth quoq; nepos eius, & ipſe, vtpote eiuſdem ſucceſsionis, diues fuerit. Sed ſcriptura eum pecoris tantũ abundantem aſserit. Denique ſic habet: Et Loth qui ambulabat cum Abrahã, erant oues & boues, & tabernacula. Non habebat argentũ, quia nondum iuſtus. Etenim argentum ignitum lingua iuſti. Non habebat aurũ, quod habebat ille qui vidit Chriſti poſteriora, de quo ſcriptũ
Pſal.62. eſt: Et poſteriora eius in ſpecie auri. Vidit illum Abra-
Ioan.8. ham, ſicut teſtatus eſt dominus dicens: Abraham diem meum vidit, & gauiſus eſt. Et ideo auri ſpeciem habere meruit & poſsidere.

Qua ratione ſcriptum ſit: Et Loth qui ambulabat cum Abraham. Cur etiam dictũ ſit quod non capiebat eos terra. Qui præterea ſint paſtores, & quorũ animantium. Quæ rixa inter paſtores Abrahæ, & inter paſtores Loth, & quomodo illam ſedare curauerit Abraham. Quanta quoq; premiſerit ne Loth diſcedere cogeretur.
B De inſolentia denique ipſius Loth, & electionis neſciẽtia. Et quid nos eligere debeamus. Cap. vi.

ILLVD quoq; nequaq̃ prætereundũ nunc arbitror, quod videtur etiam doctiores mouiſse, qua ratione ſit ſcriptum: Et Loth qui ambulabat cum Abraham, quaſi alter Loth qui non ambulabat cum eo ſecundum quod accepimus. Et putant plerique non ſolui quæſtionem. Ergo vt illis ſatisfaciamus, & à regula ſcripturæ non recedamus, vnã perſonam dicimus, duo negocia, quòd in vno eodemq; viro duæres ſignificãtur. numero vnus, nomine duplex. Declinatio enim dicitur Loth, ſicut habet latina interpretatio. Declinat autem quiſque ad bonum aut ad malum. Cum ergo Loth declinaret malum. hoc eſt, erro-
C rem, flagitium, crimen, iungebatur patruo. Cum declinaret bonum, hoc eſt, iuſtum, innocentẽ, ſanctum, religioſum, ſociabatur flagitio. Bene ergo dixit: Et Loth qui ambulabat cum Abrahã, quia adhuc non elegerat Sodomam, nõ habitabat cum flagitiorum authoribus. Poſtea enim cœpit habitare cũ Sodomis. Ideóq; quaſi à ſeipſo mutatus velut alter accipitur, non ſolũ à iuſto viro, ſed à ſeipſo deſciſcens. Denicq; quia ſtudio iam deflecti cœperat à patruo, non capiebat eos terra. Nulla enim ſpatia poſſunt ſatis eſse diſcordib⁹. Quietis & pacificis etiã anguſta abundant, diſſonis moribus etiam ſpatioſa artantur. Et quia à principio dixi mentem hic formari hominis, quæ à principio perfecta fuerat, ſed ꝑ incrementa & gradus quoſdam proficit, ideo ait: Non capit eos terra, hoc eſt, vna anima motus diuerſos non recipiebat naturaliter ſibi repugnantes. Poteſt tamen fieri vt interdũ nõ omnia in vno eodemq; perfecta ſint: poſsit tamẽ aliqua vitia ſua operire, vel motus ſuos tẽperare, aut ſi plura bona ſint quibus pauciora vitia operiat, aut repẽtinam commotionem conſilio maturiore flectat. Verum ſi ex vtraque plura concurrãt diſſona ac repugnantia, habitatio diſcrepantiũ virtutũ ac paſsionum in vna anima ſoluatur neceſse eſt. Figurate ergo animã ſecundũ philoſophos terram appellauit. Nã & Salomon ait: Tanq̃ agricultura homo imprudens. quæ D
ſi fœcunda ſit opimis ſegetum fructibus, abſcõdere poteſt ſpinas. Sin vero ſpinæ cõcurrant ariſtis ſecandi nulla eſt copia. Qui igitur paſtores ſint, & quorũ animantium, & quæ rixa inter paſtores Abrahæ & inter paſtores Loth, cõſideremus. Paſtores ſunt magiſtri gregum, vel diligentes & ſobrii, nõ ſinentes agrorũ culta obteri pedis veſtigiò, atq; aduri ſentibus, vel negligẽtes & remiſsi, & qui nõ reuocent pecus ſuũ, quo hærboſa & nõ fructuoſa paſcatur, ſed libere vagari per varios agri fructus ſinant. Iſtorũ ergo paſtorũ ſolers cuſtodia neceſsaria eſt, ne forte adſcribatur diligẽtib⁹ quod euertit negligentium incuria. Sed quia non ſermo de viſibilibus, ideo cuius pecoris paſtores ſint, conſideremus. Paſtores hos definire poſsumus. Paſtores, inquit, iumentorũ. Iumenta autem ſenſus corporis irrationabiles ſignificari accepimus. Qui ſunt ergo paſtores ſenſuum, niſi præceptores, & quaſi quidã rectores gregum, duces eorum, vel monitores alicuius ſermonis, vel mentis noſtræ cogitationes? Qui ſi paſtoralis diſciplinæ gnari & tenaces ſunt, non permittunt longius ſenſuum gregem vagari, & inutilib⁹ ac noxiis inhærere pabulis, ſed prouido doctore reuocant, & frenos rationis admouent, atque obſiſtunt renitentibus. Mali autem præceptores vel inutilis diſceptationis permittũt eos impetu ſuo ferri, & in præruptum ac periculum ruere, & culta obterere, fructuoſa depaſci, vt ſi qui ſunt in eadem anima virtutum huiuſcemodi fructus, eos quoq; diſſipent. Hinc ergo cogitationum noſtrarum diſcordia: cũ caro repugnat aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ, non E
mediocris pugna eſt: quãdo ipſe Apoſtolus vas electionis dominicæ dicit: Video legem carnis meæ repugnan- Rom.7.
tem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Sedare hanc pugnam ipſe nequiuerat, & ideo ad Chriſtũ refugit, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de cõrpore mortis huius? Hoc eſt, ne delectationi carnis adhæream. Quis igitur eſt qui his me ſoluat vinculis, & liberũ faciat, ſenſuſque ad ſobrietatem animę magis detorqueat, q̃ ad corporis temulentiam? Sed quia inter homines tantum non potuit rectorem inuenire, conuerſus ad deum, Gratia, inquit, dei per Ieſum Chriſtum dominum. Si fortior non commiſit virib⁹ quo corpus mortis euaderet, ſed auxiliũ queſiuit à Chriſto: quid nos facere oportet infirmiores? Hãc pugnam grauẽ eſse cognouit Abrahã, & ideo in principio cauendam putauit. Sapiẽti enim pacis eſt ſtudium, F
imprudenti amica iurgia. Non fit, inquit, rixa inter me & inter te, & inter paſtores meos & paſtores tuos, quia homines nos fratres ſumus. Patruum legimus Abrahã, & Loth eius nepotem: quomodo eum fratrem appellabat? Sed aduerte quia cauſas cõcordiæ ſapiens adhibet. Vnde præmiſit, homines ſumus. Omnes autem homines vnius naturæ partus ſunt iuxta eius concepti viſcera, & vno foti atque effuſi vtero. Vnde nobis iure quodam germanitatis velut fratres connectimur, ab vno patre conditi, & vna matre tanquam fratres vterini editi. Et ideo cũ ſimus rationabilis naturæ ſoboles, tanq̃ vterini nos diligere debemus amore mutuo, nõ impugnare ac perſequi. Multo autem verius ad vnam animã refertur, cuius rationabile cognatos habet, vt ſupra diximus, ſenſus irrationabiles: quod autem rationabile, virtutum habet copulam. Vnde fraterna quadam ſibi copulantur neceſsitudine vitia virtuteſque hominis, quia illa carnalis, iſtæ rationabilis animæ ſunt. Caro autem atq; anima velut quadã lege ſociãtur cõingii, ex quibus homo cõſtat: Homo igitur velut portiones ſuas fœderare debet, atq; ad pacẽ cogere. Sed quia nemo erat tantus qui carnem vinceret, ideo venit pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem macerię ſoluens, inimicitias in carne ſua legem mandatorum edictis euacuans, vt duos conderet in ſemetipſo, in vno nouo homine faciens pacem, vt reconciliaret vtroſq; in vno cor Ephe.2.

G pore deo,per crucem interficiens inimicitias in ſemet-
ipſo.Recte igitur ſe vt hominẽ infelicem dixit Apoſto
lus,qui tantum bellum intra ſe pateretur,quòd nõ poſ-
ſit reſtinguere. Denicꝙ cũ de vna portiũcula paſſionũ,
Prouer.16 hoc eſt iracundia diceret Salomon:Melior eſt,inquit,ſa
piens forti. Qui autem iracundiam cõtinet, melior eſt
q̃ qui vrbẽ capit. Beatus igitur qui hoc bellũ euaſerit,
etiam nõ aduena nec peregrinus, ſed ciuis ſanctorum,
& domeſticus dei,quẽ in terra poſitũ terrena non quа-
tiant.Hunc affectũ ſeruare cupiebat Abraham. Itaque
vt vir pacificus ait, primo: Non ſit rixa inter me & te.
Inde ait:Et inter paſtores meos, & paſtores tuos. Ter-
tium poſuit:Ecce,inquit,tota terra ante te,hoc eſt,ſi nõ
poteſt cõuenire,cedo omnibus, totũ cape ſi de loco aut
poſſeſsione diſſenſio eſt. Quod ſi moribus nõ cõuenit,
diſcede à me. Quanta autẽ prẽmiſit ne cogeretur diſce-
dere? Sed etiã hoc virtutis ac diſciplinæ eſt. Dixit enim
ante nos vir ex philoſophiæ perfectus diſciplina, qua-
tuor hæc bono viro ineſſe, Vt elaboret primum vt om-
nes amicos faciat.Secundũ, vt ſi non poteſt amicos fa-
cere,certe nec inimicos.Tertium,vt ſi nec iſtud ſuppe-
tit,ex ſententia diſcedat. Quartũ,ſi quis cedentẽ perſe-
quitur, vindicet ſe vt poteſt. Sed illa tria ſuperiora in
Abrahæ nõ ſermonibus nudis,ſed veris operib9 agno-
ſcimus. Quartum autẽ non ita eſt,quando etiã circa ce-
dentem ſeruauit affectũ parentis, vt eum non ſolũ non
perſequeretur,ſed etiã captũ erueret ac liberaret. De-
nicꝙ Apoſtolus cum tria illa doceat, quartum præceptis
Rom.12. ſuis ſoluit quòd addiderat philoſophia. Ait enim cum
pacificũ populum dei informare vellet: Si fieri poteſt,
H quod ex vobis eſt,cũ omnibus hominibus pacẽ haben-
tes.Deinde ſi hoc non poteſt, certe nec diſcordias nec
inimicitias moueat.Ideo addidit: Non vos vindicantes
chariſsimi.In quo & tertium illud excluditur, vt vin-
dicare nos nequaq̃ velimus.Sed date locum iræ. Habes
& quartum,vt diſcedas magis,& vindictam deo cõmit-
tas,q̃ tibi exigas,tanq̃ & hoc ſecundũ legem magis di-
ctum voluit videri.Nam ſecundũ Euangeliũ ſupra ha-
bes:Benedicite eos qui vos perſequuntur.Habemus hęc
2.Tim.1. præcepta ad Timotheum in ſecunda epiſtola. Propter
quam cauſam,inquit,admoneo te vt reſuſcites gratiam
dei,quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.
Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed virtu
2.Tim.2. tis,& dilectionis,& ſobrietatis.Et iterum: Tu autem fili
chariſsime fortitudinẽ cape in gratia. Habes ergo pri-
mæ præceptũ ſententiæ,vt erga omnes gratiã locet:dein
de ſi nõ poteſt præceptis ſuis omnes acquirere, caueat
ne verbis aliquos exaſperet,hoc eſt,ne inimicos faciat.
Vnde ait infra:Hoc commoneo teſtificans coram deo:
Noli verbis contendere,nihil vtile niſi ad ſubuerſionẽ
I audientiũ.Seruum autẽ domini nõ oportet litigare,ſed
manſuetũ eſſe ad omnes. Pulchre poſt pauca ſubiecit,
& cauſam præſtitit,quam Philoſophia non vidit. Cum
modeſtia,inquit,docentem qui reſiſtunt, nequãdo deus
det illis pœnitentiã ad cognoſcendam veritatẽ. Ad ter-
tium quoq; illud,vt diſcedamus ab eis cum quibus no-
bis conuenire non poteſt, habes additum, cum præce-
pit vt loquatur quæ decent ſanam doctrinã, deinde pu-
gnas legis declinet: hoc eſt, primum gratiam ſeminet,
deinde nullum litigando auertat:tertium eſt vt hæreti-
cum hominẽ poſt vnam correptionẽ deuitet,quia ſub-
Ad Titũ 2. uerſus eſt qui huiuſmodi eſt,& delinquit, cum ſit à ſe-
metipſo damnatus. Quàm argute ſuo iudicio dãnatũ,
noſtræ vltioni ſubtrahit,quaſi indignum in quẽ vindi-
Pſal.17. cetur. Dauid autem euidenter ſtudiũ vindictæ amouet
dicens:Si reddidi retribuentibus mihi mala. Ergo mẽs
viri ſapientis,eiuſdem animæ vel lapſus vel irrationabi
les motus ſtudet corrigere,ſibiq; coniungere. Poteſt e-
nim fieri vt quæ interdum diſplicent, emendentur cum
gratia, Effuſio patrimonii ſui recidatur, habet libe-
ralitatem ſine diſpendio. Verecundia interdum remiſ-
ſior eſt:ſi cõfirmetur,habet & pudoris gratiã,& propo- K
ſiti cõſtantiam.Commotio ſi temperetur,indignationis
horrorem deponit,aſsumit laudẽ vigoris. Quod ſi emẽ
dare non poteſt,non exaſperet. Intemperantia repre-
hendit ardorẽ libidinis,quã coniugio coerceat:ne dum
quæritur cõtinentia,obrepat impudicitia.Ideoq; bono-
rum magiſter:Dico,inquit,non nuptis & viduis, bonũ
eſt illis ſi ſic maneant,ſicut & ego. Quod ſi ſe nõ conti- 1Cor.7.
nent,nubant.Melius eſt enim nubere q̃ vri.Sunt aliquæ
mulieres immaturo deſtitutæ maritorum obitu, & ſe
continere nequeunt.Volo,inquit,iuniores nubere, fi-
lios procreare,matresfamilias eſse,nullam occaſionem 1.Tim.5.
dare aduerſario. Quòd ſi aliquas deliciæ delectẽt, & lu-
xuriati in Chriſto volunt,viduitatis affectantes gloriã,
germanitatẽ autem non cuſtodientes, eas deuitandas iu
dicat:vt habes ſcriptum:Adoleſcentiores viduas deui- Ibidem.
ta.Recte igitur Abraham cum bona venia voluit nepo-
tem dimittere,quem deflectẽtem à ſe tenere nõ poterat.
Sic & mens bona à præcipiti & diuerſo rationabiliũ la-
pſu ſecernat ſe ac ſeparet. Si tu,inquit,in ſiniſtrã, ego
in dexteram:vel ſi tu in dexteram,ego in ſiniſtram: hoc
eſt,quæ tibi in dextera ſunt,mihi in ſiniſtra ſunt: & quæ
tibi in ſiniſtra, mihi in dextera ſunt. Viro enim impru
denti in dextera ſunt quæ ſunt corporis, ea præfert, ea
conſtituit in meliorem partem, diuitias quoque & ho-
nores præponit. At vero immortalitatis adipiſcẽdæ gra
tiam in ſiniſtram habet, quæ ſapienti ad dexteram eſt. Prou.3.
Longitudo enim vitæ in dextera eius.Omnéſque animę
virtutes inſipiens vir in ſiniſtram eiicit. Prudens autem
vir has ſibi ad dexteram locat:quæ autem corporis, in
ſiniſtram. Et leuauit,inquit,Loth oculos,& aſpexit om
nem regionem Iordanis. Deflectentibus à vero, amica L
iactantia eſt. Denique vt Abraham humilius, qui ele-
ctionem obtulit: ita Loth inſolentius, qui electionem
vſurpauit.Virtus ſe humiliat, extollit autem ſe iniqui-
tas: qui ſe debuit committere maturiori,vt eſset tutior.
Denique eligere neſciuit. Nam primo leuauit oculos,
& reſpexit regionem, hoc eſt illam rem quæ non eſset
prima ordine,ſed tertia,hoc eſt nouiſsima. Prima ſunt
enim quæ ſunt animæ bona,Secunda quæ corporis, id
eſt ſalus,virtus,pulchritudo,formæ gratia. Tertia ſunt
quæ accidunt, hoc eſt, diuitiæ, poteſtates,patria,amici,
gloria.Regio igitur tertio loco ponitur.Eſt enim res ha
bitationis.Vidit igitur regionem quæ irrigabatur priuſ
quam euerteret deus Sodomam & Gomorram, ſicut pa
radiſus dei, & terra Aegypti, vſque dum venias Zo-
thopa. In quo niſi diligenter intendis,nunquid in eo er
raſse eum dicere potes,quòd elegit fluenta Iordanis, &
ea quæ irrigabantur ſicut paradiſus dei? Non vtique ſe-
cundum literam. Sed cum Iordanis deſcenſio dicitur,
deſcendit qui deſeruit virtutis conſortium, & ſpeciem
elegit,non veritatem.Paradiſus enim perfectæ beatitu-
dinis amœnitas, vel animæ fructuoſa fundamenta, in
qua ſapientiæ ſint,iuſtitiæ, cęterarũq; virtutũ plantaria.
Terra autem Aegypti corporalẽ ſubſtantiã ſignificat,
cuius plantaria ſunt ſenſus & paſsiones corporis. Sicut
enim vireta virtutum fontẽ habent Chriſtum, & ſpiri- M
talis vbertatẽ gratiæ,quo exuberent: ita intemperantia
fons quidam eſt paſsionum corporalium, quo aluntur
ſuperflua.Pulchre autẽ ait ſcriptura: Elegit ſibi Loth,
hoc eſt,declinatio,quia poſuit deus ante noſ bonum &
malum,vt vnuſquiſque eligat quòd velit.Non eligam9
ergo quòd ſpecie videtur iucundius, ſed quòd veritate
præſtet,ne cum ſit nobis tributa optio vt ſequamur po
tiora,leuemus oculos inflexi falſo amœnitatis decore,
veritatem autẽ naturæ velut deflexis obtutibus obum-
bremus. Quòd autẽ homines in Sodomis ſæui erant, &
peccatores in conſpectu domini valde, non mediocris
eſt hic œconomia,vt aduertas mitem deũ graui pecca-
torũ moueri acerbitate ad vlciſcẽdũ,nec merito potuiſ
ſe exorare Abraham Sodomitanis veniam, quia ſupra

A modũ flagitioſi erãt. Pleriq; ſunt quo nequiores,eo te-
ctiores,qui hominũ ſubterfugiũt indaginẽ, vbi res ſine
arbitrio gerũtur,vt falſo teſtimonio iuſtus circũueniа-
tur.Manet autẽ ante deũ iuſtus etiam ſi condẽnetur ab
hominibus,quia deus non iudiciorum exitus, nec cum
intextis nequitiæ commẽtis negocia,ſed nudam ſpectat
negociorum naturã.In examine autem hominum falſæ
opinionis error plerumq; obducit vim veritatis.Mane-
bat autẽ apud deũ Suſanna pudica valde,etiã cum dãna
retur adulterio:quia deus nõ aſsertionibus falſorũ, facti
examinabit fidẽ,ſed intimæ cõſciẽtiæ mẽtis iterrogabit.

Quomodo ex locutione domini ad Abrahã,& oſtẽ-
ſæ ſibi terræ promiſsione doceamur quantum mens ſu
perfluis portionibus & irrationabilibus exhauſtis pro-
ficiat. Quemadmodum etiam inſtruamur ex triumpho
quatuor regum contra quinq;,quantum vitia vitiis ad-
iuncta noceant.

Caput VII.

SEQVITVR locus quo euidenter docemur
quantum mens ſuperfluis portionibus &
irrationabilibus exhauſtis ,pficiat, & quã
tum vitia vitiis adiuncta mali afferãt,Non
enim ocioſe ſcriptura poſuit:Et dixit de9
ad Abrahã poſtq̃ receſsit Loth ab illo,Reſpice oculis,&
vide à loco in quo nũc tu es,ad Aphricũ,& Aquilonẽ,&
Orientẽ,& mare:quia omnẽ terrã quã tu vides,tibi dabo
B eam,& ſemini tuo inæternum. Hinc tanq̃ à fonte hau-
ſerunt.Stoici philoſophi dogmatis ſententiam, omnia
ſapientis eſse.Oriens enim & occidẽs,ſeptentriõ & me-
ridies,portiones ſunt vniuerſitatis.His enim tot9 mun-
dus includitur. Hæc cum ꝓmiſit de9 daturũ ſe Abrahę,
quid aliud declarat niſi ſapienti & fideli præſto omnia,
deeſse nihil? Vnde & Salomon in Prouerbiis ait: Eius
qui fidelis ſit,totus mũdus diuitiarũ. Quanto prior Sa-
lomon quam Zenon Stoicorũ magiſter,atq; author ſe-
tæ ipſius?Quanto prior q̃ ipſe pater philoſophiæ. Pla-
to,vel eius inuentor nominis Pythagoras? Quis autem
Eccle.27. fidelis niſi ſapiens? Stultus enim ſicut luna immutatur:
ſapiens autẽ immobilis fide permanet. Sed forte dicas:
Quomodo ſapientis totus mũdus? Quoniam ipſa natu-
ra dat illi ſortẽ omnium,etiã ſi ipſe nihil poſsideat. Do
mina eſt poſſeſsor ſapiẽtia, quæ ſua putat naturę mu-
nera,quoniam in vſum hominũ data ſunt,nec vllis in-
diget,etiã ſi deſint ei ad victũ neceſsaria.Namq; ſi muſi-
C cus organa,aut medicus medicamẽta,aut naucler9 quæ
ad nauis inſtrumentũ neceſsaria ſunt, etiã ſi quãdo non
habeat,habet tamen eoipſo quo poſsit his vti, etiã ſi ad
tempus vſus eorum nõ ſuppetat: quanto magis ſapiens
ſuum iudicat quicquid naturæ eſt,qui viuit ſecundũ na
turã.Non enim amittit ius ſuũ,qui meminit ſe ad imagi
nem dei factum,& ad homines à deo dictum:Creſcite &
multiplicamini,& replete terrã,& dominamini in eam,
& imperate piſcibus maris,& volatilibus cæli,& omni-
bus pecoribus,& omni terræ,& omnibus quæ repũt ſu-
per terram.Et nouit quia ſapientia omnium mater eſt,
& ipſa orbem terrarum poſsidet. Denique Salomõ qui
Sapien. 7. ſapientiã popoſcit & accepit à domino deo noſtro: Ipſe
mihi,inquit,dedit horũ quæ ſunt ſcientiã veram, vt ſciam
diſpoſitionẽ orbis terrarum, & virtutẽ elementorum,
initium & conſummationem & mediętatem omnium
rerũ,& diuiſiones tẽporum,& anni curſus,& ſtellarum
diſpoſitiones,naturas animalium,& iras beſtiarũ, vim
ventorum,& cogitationes hominum, differentias her-
barum,& virtutes radicum,& quæcũq; ſunt abſcondita
& improuiſa.Sed hæc nulli niſi perfecto ſuppetũt. De-
nicꝭ Abrahã quandiu adhęrebat ei Loth,hoc eſt defle-
xio morum,ſortẽ horum non acceperat. Vbi vero de-
flexionis ambiguo atq; anfractu abſoluto rectas virtu-
tum ſemitas continuis animæ ſuæ greſsibus cœpit car-
pere:in omnẽ terram poſſeſor mittitur, atq; dicitur ei:
Surge & perambula terrã in longitudine, quia tibi da-
bo eam,& ſemini tuo in æternum.Ergo qui ſapientiam
meruerit,& non fuerit ancillę filius, nõ peccati ſeruus, D
non ſucceſsioni carnis obnoxius,ſed liber, id eſt Saræ
illius non ſeruientis,ſed principãtis,bonæ ſtirpis,bonæ
indolis, perfectæ titulo virtutis, hæreditatem acquiret
vniuerſitatis.Dicitur ergo Abrahæ:Surge.Non corpo- Epheſ.5.
ralem aſsertionem ſignificat,ſed ſpiritalẽ,hoc eſt, Sur-
ge qui dormis,ſurge à terrenis,ſurge à corporalibus, re
linque terrena,cælũ aſpice:& exurge à mortuis, hoc eſt
ab operibus vanis,& diſputationibus Chaldæorum. In
tuere mundũ,intuere etiam illum qui poteſt totum do-
nare mundũ.In poſſeſsionẽ,inquit,tibi dabo mũdum,
quem deum ante credebas.Perambula terrã in longitu
dinem & latitudinem eius. Vtique intra momentum
terrã iſtam Perſarũ incluſam imperiis, ab Indiæ quoq;
littorib9,ad Hercules,vt aiunt,columnas,vel Britanniæ
extrema confinia nõ potuit perãbulare. Et potuit quaſi
indeuotus videri,qui cæleſti oraculo non obediſset, ſi
obeundæ huius terræ mandatum accepiſset. Sed cum
ſit eius deuotio probata,quia ad quærcum tantũmodo.
Mambre tranſtulerat tabernaculũ,vtiq; terram,hoc eſt
virtutem poſsumus perfectã intelligere,quæ bonos fru
ctus daret,& fœcundas inuentiones,cogitationũq; pri-
mitias,meritorũ vindemiã,frumẽto,vino & oleo reple-
ret interiorem domum,terram reſurrectionis quam ,p-
miſit patribus noſtris fluentem lac & mel,ſuauitate vi-
tæ,iucunditatis gratiam,ſplendorẽ gloriæ, cuius hæres
primus factus eſt primogenitus à mortuis dei filius Ie-
ſus Chriſtus.Et ideo nõ ſeminibus dixit,ſed ſemini, vt E
declararet illum qui hanc hæreditatem humano gene-
ri primus acquireret. Cognouimus bonæ mentis pro-
fectum,qui à vitio lubricæ deflexionis exurgens, quæſi-
uit ſtatum primum ſapientiæ,hæreditatẽ iuſtitiæ. Quan
tum autem noceant leuitati vitia adiuncta,docet ſequẽ
tium ſeries lectionũ.Nam illi quatuor reges de quinque
regibus triũphauerant,& adduxerunt equitatum Sodo
morũ totũ:cœperũt etiam Loth filiũ fratris Abrahæ, &
diſceſserunt. Quinque reges,quinque ſenſus corporis
noſtri ſunt,viſus,odorat9,guſtus,tactus,auditus. Qua-
tuor reges,illecebræ corpales atque mũdane ſunt,quo-
niam & caro hominis vt mũdus quatuor cõſtat elemen
tis. Merito reges dicũtur,quia habet ſuum culpa domi-
natum,habet regnũ grande.Vnde Apoſtolus ait: Non Roma. 6.
regnet peccatũ in veſtro mortali corpore.Senſus igitur F
noſtri facile delectationibus ſecularib9 ſe dedũt: & qua
dam eorũ poteſtate capiũtur.Corporales enim delecta-
tiones & illecebras huius ſeculi nõ vincit niſi mẽs quæ
fuerit ſpiritalis,adhærens deo,& ſe totam à terrenis ſe-
parans.Deflexio omnis his capitur. Vnde Ioannes ait:
Væ habitantibus in terra. Non vtique omnes homines Apoca. 8.
cõprehẽdit qui tunc vitæ huius curſum cõficerẽt (ſunt
enim & in terris poſiti quorũ cõuerſatio in cælis eſt)ſed
eos quos terrenæ cõuerſatiõis affectus ac huius ſeculi vi
cerit gratia.Ergo nõ habitatores,ſed accolæ ſumus ter
ræ huius.Accola enim tẽporalis diuerſorii ſpem gerit.
Habitator autem ſpem omnẽ atque vſum ſuæ illic ſub-
ſtantiæ locare videtur vbi habitãdum putauerit. Itaque
qui eſt terræ accola,habitator cæli eſt:qui autẽ habita-
tor terræ,poſſeſor eſt mortis.Numerauit Abraham tre
centos decẽ & octo vernaculos ſuos vſque Coba, quæ
eſt ad dextram Damaſci. Et numerus vitalis eſt.In ipſa
enim vita,ſi credamus,in paſsiõe, in noſe domini Ieſu:
nam hæc eſt nominis interpretatio huius quod dixi-
mus Coba,id eſt,vita.Ipſa & dextera Damaſci pulchre
eſse dicitur.Agni enim ad dexteram, hœdi ad ſiniſtrã.
Scit exercitata mens quos ad prelium conſummandum
ſibi adhiberet,quibus armis inſtrueret,quibus ducat ve
xillis.Non aquilarum præfert imagines, nec dracones,
ſed in cruce Chriſti & in Ieſu nomine ,pgreditur ad p-
lium,hoc ſigno fortis,hoc vexillo fidelis. Merito ergo
mens exercitata,quæ recipit veram ſapientiam iuſti vi-
ri. Iuſtitia autem ſolers correptionis eſt, ac arguendo

G reuocat peccatores,& ſtringit paſsionum impetus. Ideo dicit ſcriptura quia reuocauit omnem equitatū Sodomorū,hoc eſt,habenas tenuit,frena rationis impoſuit, reuocauit culpam,ſtrauit errorē. Equus enim ſtare neſcit,velox ad impetum,ceruicē exaltans ſuã,hinniēs ad libidinem. Quid tã ſimile peccati? Feruet enim primo culpa impetu,& omnē recti cogitationē præuenit, motúq; immaturo exilit,vt eã difficile ratio reuocare poſſit. Fertur in præceps,& aſcenſorem eius proiicit in mare,iſtud huius ſeculi ceruice tumida recuſans iugũ cor rectiõis. Et ſpecialis quædam forma libidinis, quæ vocē mutet hominis,verba amãtis corrumpit, ſuiſq; ſe prodat ſermonibus. Deniq; ad Iudam per Hieremiam dicit
Hiere. 13. dominus deus: Nunc videbitur ignominia tua, & adulterium tuum,& hinnitus,& alienatio fornicationis tuæ ſupra colles. Hũc iuſtus reduxit equitatũ, mores quoq; declinantis conuertit,& ad ſe vocauit,vt imitatores ſui fierent qui deflexerãt, quia ſenſus noſtri ad diſciplinã mentis recurrunt. Subſtantiã quoq; recipit. Non patrimonium vtiq; ſignificat,ſed vitalē animæ ſubſtantiam, in qua ſit precioſus cenſus,non ſtipula,nõ fœnũ,in quo fidelis ſit alloquii ſplẽdor,in qua noſtræ cẽſus ſubſiſtat ſpei. Hæc eſt enim vera noſtra ſubſtantia,quæ eſt ſapiẽtiæ diues copiis. hic immortalis ſubſtantia,corporis autem vel accedentiũ diurnus magis quã diuturnus vſus. Vnde quidam recte non putãt patrimonium dici ſubſtantiam. Non enim ſubſiſtimus in eo,cum & illis quibus deſit pecunia,vitæ tamen non deſit ſubſtantia.

Quemadmodum ex oblatione Melchiſedech admoneatur mens plena prudentiæ ac iuſtitiæ vt deuotior ſit erga dei cultum. Quodq; expeditione regis Sodomorũ, vbi ſe viciſſe putat,tentari ſe diſcat,& qualiter ex Abrahæ reſponſione contagium intemperantiæ declinare
H poſsit. Cur præterea poſt euentum belli mercedẽ dominus ſponderit. Quid deniq; ſignificet quod Abrahæ cura poſteritatis fuit. Ac de myſtica interpretatione totius ſacrificii Abrahę. Caput. VIII.

DE Melchiſedech i tractatu morali plene diximus,in quo & myſteriũ nequaquã præteritũ ac prætermiſsum eſt. Hoc loco aũt ſatis eſt illud admonere ſolũ, quòd mens plena prudẽtiæ iuſtitiæq; deuotior ſit erga dei cultũ,& decimas terræ gignentia in fructibus iuxta altiorẽ prudentiã in eo ſoluat,vt perfectionẽ omniũ ſenſuum atq; operum ſuorũ deo deferat nihil ſibi arroget: quæ ſe regere non poteſt,diuino niſi fauore fulta ſit. Denique vbi ſe viciſse putat,tentatur atque arguitur. Hoc exprimit & docet lectio,quia ſemper aduerſum paſsiones corporis mens noſtra tanquã in excubiis debet prætendere. Quid enim eſt quod ait? Rex,inquit, Sodomorum exiuit obuiam Abrahæ,& dixit: Da mihi homines, equos autem ſume tibi: niſi quod poſt has mihi luxuriæ victorias,vis quædam libidinis poteſt rationabili menti
I ſubrepere,vt infundat ei irrationabiles paſsiones? Sed perfectę mẽtis eſt,nihil de terrenis,nihil de corporalib⁹ illecebris aſsumere,abſtinere à terrenis. Ideo Abraham dicit: Nihil ſumam ab omnibus tuis. Quaſi contagium declinat intemperãtiæ, quaſi labem refugit corporaliũ ſenſuum,delectationes mundi reiicit, quærens quæ ſupra mundũ ſunt,hoc eſt extendere manus ad dominũ. Manus operaria virtus eſt animæ. Hanc non ad terrenæ arboris pomum,ſed ad dominũ extendit, Qui fecit, inquit,cælum & terrã,hoc eſt intelligibilẽ & viſibilẽ ſubſtantiam. Intelligibilis enim vſia cælum eſt, viſibilis vel ſenſibilis ſubſtantia terra eſt. Ergo ſignificat quod virtutem animæ ſuæ ad ſuperiora extendat,vt ex illa in telligibili ſubſtantia theoricæ vitæ induat altitudinem, ſpectans illa quæ non videntur,hoc eſt non terrena, nõ corporalia,non preſentia,ſed incorporalia,æterna,cæleſtia. De iſta autẽ viſibili ſubſtantia operatorię atq; ciuilis diſciplinæ capeſset gratiam. Subtexuit his oraculum domini dicentis: Noli timere Abraham,ego protegam te,merces tua erit valde. Quæro cur poſt euentum belli,ſpondendæ mercedis locus nũc erat: Minus enim mirabile faceret,ſi ſecutus promiſsum dei eſset hoſtem adorſus. Victoriæ ſecurus proceſserat ad triũphũ, magis inuitatus q̃ promptus ad gloriam,vel ad vlciſcendũ pietatis dolorẽ paratus. Propoſitũ piæ mentis mercedẽ non expetit,ſed pro mercede habet boni facti conſcientiam,& iuſti operis effectum. Anguſtæ mentes inuitentur promiſsis,erigãtur ſperatis mercedibus. Bona mens quæ ſine reſponſi cælestis ſyngrapha certamẽ arripuit, geminæ laudis fructũ acquirit ſibi, vt & confidẽtiſsimæ fortitudinis, & pleniſsimæ deuotionis gratiam locet. Quod de ſancto Abrahã eſtimari conuenit, quia & diuinũ fauorẽ non deſpici ſe iuſtis duxit erroribus, & hoſtẽ pertulit deſpectu periculi, quod glorioſe ſibi pro vl tione pietatis ſubeundũ putauit. Dei quoq; in eo prędicatur iuſtitia,qui remunerationem piis mẽtibus non ex neceſsitate promiſsi,ſed ex equitatis ſuę contẽplatione largitur,iudicans dignũ fore quòd hi qui militant ſine aliqua mercedis humanę remuneratione,repoſitum habeant prẽmiũ in eius bonitate,cui deuouendas animas ſuas eſtimauerint. Simúlq; adoreis bellicis ex vſu ipſius victorię,aut hominũ gratia paratũ eſt prẽmium: pietatis autem & parſimonię,puritatis,cęterarúmque velut priuatarũ virtutũ à deo ſoluitur. Quę manifeſta ſunt hominibus,ipſi remunerantur. Non omnia aũt manifeſta, ſed alia manifeſta,alia incerta,& maxime occulta cordis. Vnde & ille ait: Incerta & occulta cordis manifeſta L
ſti mihi. quorum ſpectator & ſcrutator deus eſt. Nõ ergo magnam mercedem promiſsiſet. Abrahæ,niſi putã animam ab omni contagione delictorũ iudicaſset. Sanctę tamen & propheticę menti cura maior poſteritatis perpetuę eſt. Partus enim ſapientiæ, & fidei hæreditatem deſiderat. Ideo ait: Quid mihi dabis? Ego autem dimittor ſine filiis. Eccleſiæ ſobolem deſiderabat,eã ſucceſsionẽ petebat quę nõ eſset ſeruilis,ſed libera: nõ ſecũ dũ carnẽ,ſed ſecundũ gratiã. Ideoq; huiuſmodi reſponſum diuinum reſultauit,quo electus audiuit: Reſpice in cęlum,& numera ſtellas,ſi potes numerare. Et dixit: Sic erit ſemen tuũ. Et credidit Abraham deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã. Quid credidit? Hoc eſt,non ſolũ multitudinẽ populorum in Chriſtũ credẽtiũ, ſed etiã cęleſtis gratię ſplẽdorẽ,& reſurrectionẽ vitę immortalis ſobolì eccleſię deferendã. Quid eſt autẽ quod ait: Eduxit eũ foras? Tanq̃ foras educitur ꝓpheta,vt exeat foras corporis,& anguſtias carnis operientis,ac ſpiritus ſancti infuſionẽm,vt velut quandam deſcenſionem videat. Oportet nos quoq; exire ex his diuerſorii noſtri ãguſtiis,mũdare animæ noſtræ locũ ab omni inquinamẽto, proiicere ſordes maleuolentiæ,ſi volumus ſpiritũ recipere ſapientiæ,quia in maleuolã animã non introibit ſapientia. Credidit autẽ Abrahã,non auri, nõ argenti illectus Sapien. 1.
M teſtimonio,ſed quia corde credidit ad iuſtitiam,In quo probatũ eſt eius meritum,in eo perſolutũ eſt prẽmium. Deniq; ſtatim fidei ei⁹ teſtimoniũ dominus dedit dicẽs: Ego ſum dominus de⁹ tu⁹,qui eduxi te de terra Chaldæorũ vt darem tibi terram hanc,vt hæres eſses eius. Et quia depoſuerat ſtudium Chaldæorũ,quærit Abraham: Quomodo,inquit,intelligam quia hæres eius ſum? Hoc eſt,iam diuinationes magnorũ repudiaui,doce quomodo ſciã me futurũ terræ eius hæredem. Qui quærit quomodo ſciat,nõ dubitat manifeſtante deo cognoſcere ſe poſſe,ſed formam vult acquirendæ cognitionis aduertere. Nam & in euangelio Maria cum audiſſet ab angelo quòd virgo paritura eſset filium,reſpondit: Quomo Luc. 1.
do fiet iſtud,quoniã virũ non cognoui? Et iure reſpondit. Hoc eſt,cũ id quod naturæ eſt,nõ ſuppetat,quia nõ ſolet parere virgo quæ viro non fuerit copulata: quęro

A quomodo præter inſtituta naturæ poſsim generare? Dixit autem illi dominus deus: Sume mihi vitulum trimũ, & capram trimam,& arietem trimum, & turturem, & columbam. Præterirem huiuſmodi interpretationem ſacrificii,niſi quibuſdã hinc ſcrupulũ naſci aduerterẽ, eò quòd aruſpicinæ quædam ſcribi videatur ſolẽnitas, quòd poſt immolationẽ diuiſa ſunt animalia,& contra faciem alterutrum poſita,& confedit illis Abrahã. Sed ſi vim interrogationis præmiſsę & futuræ reſponſionis conſideremus,aduertere poterimus ſpei noſtræ & fidei conuenire huius ſacrificii diſciplinam. Vitulus enim aratorium animal eſt, deditũ terræ & labori. Capra ad aquarum ſimilitudinẽ per ænigmata figuratur, eò quòd ὕδῃς Græce παρὰ τὸ ὑέσθαι nomẽ acceperit, ab eo quod eſt impetu ferri. Sic enim currit ſicut & aqua. Poſsum⁹ vel fluuiorũ ſono, curſu, vel maris violẽtis æſtimare fluctibus. Aeri comparatur aries, quia omnibus animantibus vtilius hoc animal generi eſse humano reperitur, quandoquidem & veſtis nobis vſum exhibet, ſicut aer huius ſpiritus vitalem nobis miniſtrat ſubſtantiam. Vnde & hunc ordinem factum puto, vt prius diceret: Sume mihi vitulum,& capram: & tertio loco diceret arietem: eò quòd prima illa, hoc eſt vitula & capra, terris & mari materialibus cõparentur elementis,& quia fœminea dicantur: at vero aries maſculinũ quoddã animal eſt, vehemens natura,& violentum cornibus. Similiter autem aeris huius ſpiritus vitalis eſt, vt maſcul⁹, author & cauſa gignentium, mouens terrarũ genitalia, & velut quaB dam ſe miſcẽs copula. Aliud ad terram, aliud ad mare, aliud ad aerem vitalem, myſtice figuratur horum trium animantium genus. Hæc traditio naturalis eſt: ſed etiam moralis concurrit & ſuppetit. In omnibus enim hominib⁹ caro, ſenſus,& verbũ eſt. Caro noſtra vitula eſt, laborat vt ſerat, laborat vt colligat, laborat vt pariat, innumeris fatigatur laboribus. Vnde & Græci ἀλάλαγμαι ἀπὸ τῆ δαμάσθαι λέγω, eò quòd dometur nimis. Maſculorum boum aratro & iugo fungitur. Fœmineos partus repręſentat cũ multo vbere. Caro quoq; noſtra vitę iſti⁹ ſubiugatur neceſsitatibus, crebris quatitur doloribꝰ, & multarum erumnarum quodã curuata partu ſeneſcit. Iam illud quis ignorat, quòd vehemẽtior ſit virtus animæ, cui velut nupta adhæret in iſtius vitæ curſu corporalis ſubſtantia? Senſus autem noſtri caprarũ modo velut ſaltu quodam alis exiliunt,& paſcuntur prærumpti onibus, impetu ſuo ipſi commotiões excitantes animæ,& concutientes eam. Ad omnẽ occaſionem præſto ſunt, vel occurſu fœminæ pulchritudinis, vel odore ſuauitatis alicuius. Auditu pariter & tactu mouentur velociter, quibus etiã animæ inflectunt conſtantiã, & velut à natura ſui alienant eam. Vnde plerique ὁρμητικὴν dictam putant, quia ὁρμὴ impetus dicitur, eò quòd ex quodam impetu ſenſuum inflexionis atque alienatiõis noſtræ cauC ſa naſcatur: fœminei aũt ſexus ſpeciem habet. Et etiam ſenſus noſtri διοδωτὰς Græce dicuntur fœmineo vocabulo. Efficætarũ modo animarũ cito vacuantur, vbi partus ſuæ generationis delectationiſq; effuderint, & iterũ excitatis cupiditatibus nouos referunt impetus. In ariete vero verbi ac ſermonis noſtri habetur ſimilitudo, quod ſit vehemens, ſicut & ſermo noſter efficax operationis, & quadã ornatus noſtri & tegminis cauſa ſit. Aries per vſum veſtium ordine quodam gregem ducens, ſicut ordo quidã vitæ vſuſq; noſtri verbo explicatur. Arbitror aũt quòd illud verbũ magis intelligere debeamus quod eſt verbũ dei, cũ quo aries iſte habere videatur non mediocrem cognationẽ. Quod verbum nos vere tegmine velleris ſui veſtiuit,& in domũ introducit æternæ ſalutis. Qui ſe pro nobis immoladũ obtulit, qui tanquã ouis Eſaię. 53.
ad victimam ductus eſt,& ſicut aries coram tondente ſe ſine voce,ſic non aperuit os ſuum. Ex quo ordinẽ quendam ſubſtantiæ habemus & ſacræ redemptionis, quod per ipſum cõditi ac redẽpti ſumus. Duplex igitur cauſa per verbũ, naturalis,& moralis. Naturalis qua cõdidit, D moralis qua redemit. Philoſophia quoq; geminam ſpeciem ſui conſtituit in verbo, naturalem,& moralẽ. Rationalis enim vtriuſq; portio eſt. Naturalem ſecundum mundi creationem, quam verbo aſsignat: moralẽ ſecundum iuſtitiã, & æqualitatem viuendi, cuius vita & ratio de verbo. Qua cauſa cum dies quadraginta compleren tur ex Mariæ virginis partu, tulerunt dominum noſtrũ Ieſum in Hieruſalem, vt offerrent domino ſecundum Luc. 2.
legem, & vt darent hoſtiam par turturum, aut duos pullos columbarum, eò quod in colũba ſpiritalis ſit, in turture incorruptæ generationis natura, vel immaculati corporis caſtimonia. Merito ergo ad ſacrificium iubentur poſt arietem turtur & colũba ſumi, vt verbo adhærere intelligas incorruptã caſtimoniã, & ſpiritalem gratiã. Et hoc ipſo quidem quòd aues poſuit, intelligere poſsumus cæleſtium meritorũ volatus. Sunt enim volucres cæli quæ veniunt & habitant in ramis eius arboris Matth. 13.
quæ de grano ſinapis ſurrexit, cui cælorum regnũ cõparatur, Et Ezechiel apertos ſibi cælos dicit,& vidiſse in- Ezech. 1.
ter alia etiam rotam vnam ſuper terram cõiunctam animalibus quatuor. Et infra: Audiebã, inquit, vocẽ alarũ eorum ſicut vocem aquarum multarũ, & vocem ſublimis dei: & cum irent vt vox verbi, ſicut vocem caſtrorũ. Vnde quidã ad libros philoſophiæ deriuarunt, eò quòd ipſum cęlum ſimile ſit. Deniq; Plato currum volucrem dixit eſse cælum, ex eo quod propheta dixerat, Cũ irent animalia, ibant & rotæ coniunctæ illis: & cum eleuarent ſe animalia à terra, eleuabantur rotæ. Sed propheta nõ cælum ipſum dixit, ſed aues eſse in cęlo. Denique & Da uid ait: Cęli enarrant gloriã dei, hoc eſt poteſtates cęle- Pſal. 18.
ſtes, velut cum ſpectatur pulchrũ elementũ, prędicatur E
operator. Animam autẽ deſcribit propheta, cuius motus ſunt quatuor, velut equi, λογιστικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, διορατικὸν. Hęc animalia quatuor, id eſt, homo λογιστικὸν, leo θυμικὸν, vitulus ἐπιθυμητικὸν, aquila διορατικὸν. Ideo ratio prẽmiſsa eſt, vt reliqua rationem ſequãtur. Ideo cum homine à dextris eſt leo, id eſt cum ratione cõmotio à dextris eſt. Iſta animalia quando eleuantur, eleuantur etiam rotę. Rota autem vita eſt ſuper terram, qua viuimus. Si animæ noſtræ motus quatuor eleuãtur, eleuatur & vita noſtra. Ideòque addidit: Quoniã ſpiritus vitæ, inquit, erat in rotis. Anima ergo magis Canti. 6.
currus eſt, quæ ait in canticis canticorum: Poſuiſti me currus Aminadab, id eſt domini noſtri. Non ergo philoſophię traditioni deſcriptio currit ꝓphetica. Deniq; vocem alarũ audiſſe ſe dicit propheta. Iſtę alę virtutes ſunt, quę de te poſcũtur. Qui tales offert hoſtias, fidem & caſtimoniam mentis, ſimplicitatis gratiam, charitatis & pacis effectũ, ipſe beatæ illius terrę agnoſcit hęredẽ: ſicut etiam dominus apertius in Euangelio declarauit dicens: Beati pacifici, quoniam ipſi deum videbunt. Vel quoniam ipſi poſsidebunt terram. Accipe aliã diuiſio- Matth. 5.
nem. Caro quoq; noſtra ipſa dei ordinatione diuiſa ha F
bet mẽbra. Duo oculi ſunt, binę aures, duæ genę, nares diuiſæ, dentiũ geminatus ordo, vbera, ſcapulæ, manus, latera, fœmora, genua, crura, pedes, nonne bina omnia, vt ſubnixa geminrtis ſubſidiis omnia noſtra videantur officia? Anima etiam diuiſionem ſuarum patitur portionũ. Nã διορατικὸν, hoc eſt ſuperiora, quaſi oculi quidam contrarii, rationabile eſt & irrationabile. Rationabile ipſum diuiditur circa mentem & ſermonem. Senſibile eius in auditũ & viſum, quibus vitę huius cumulatur gratia. Nam odor & guſtus vitales vſus videntur neceſsarium prębere miniſteriũ. Nares iugi flatu aſpirationem recipiendo vitalem, continuato quodã ſubſtã tiam hominis cibo paſcitur. Guſtus aũt potu epuliſque generatur. Quintus vero ſenſus, hoc eſt tactus, velut ad mixtus eſt illis quatuor. Odor & guſtus quędam magis alimenta ſunt corporis, quibus huius carnis militia ſubſiſtit. Viſus vero & auditus mentem adiuuant. Hę

G sunt diuisiones quæ secundum carnẽ nostram animãq; à summo operatore diuisæ sunt. Vnde oportet nos colligere quia etiam iste mundus velut per membra quædam gemina & tanquã antiprosapia sit distributus. Est enim terra in montes & in campos, vt sunt partes nostri corporis elatiores aliæ, aliæ planiores. Eminent scapulæ, & pedum superiora vel manuũ. Latera vero & inferiora ceruicis velut valles terræ & concaua. Quod & devola manus intelligere licet. Nam in ipso calcaneo pedis eminere alia, media autẽ sinuata quis nesciat? Aqua in mari salsa, in flumine dulcis vel in fontibus. Est aer hyberno frigidus tempore, veris mensibus temperatus, calidus æstate. Ergo ista diuisit operator. Mentẽ autem nostram, quæ modo auium, virtutũ diuersarum & vigoris sui vecta remigiis supra cælum euolat, non diuisit, quia trinitati adhæret diuidenti omnia, soli indiuisæ. Vnde philosophi superiorẽ mundi huius substantiam, quam æthera vocant, nõ ex cæterorum admixtione elementorũ constare volunt: sed splendidã, & multo refulgentẽ lumine, quæ non terræ sordidum, nec aquarũ humidũ, nec aeris nebulosum, nec ignis ipsius rutilũ quicquam recipiat, ex quinta quadã vsia esse asserunt: & velut volucrem mũdi huius mentẽ velociorẽ puriorẽmq; esse cæteris partibus. Nam aliæ mixtæ sibi & concretæ sunt. Nos autem nihil materialis cõpositionis immune atq; alienũ putamus, præter illam solam venerandæ trinitatis substantiam, quæ vere pura & simplex synceræ impermixtæq; naturæ est: quamuis aliqui putent de illa quinta vsia lucem esse clariorem, de qua dixerit Dauid quod deus circundatus sit lucem sicut vestimentum. Et Apostolus scripserit de ipso omnipotente quòd solus habeat immortalitatem, & lucem habitet inaccessibilem. Qua autem ratione dixerit quòd aues descẽderint supra diuisa corpora vitulæ, capræ atq; arietis, nõ facile dicã, nisi quòd omnia terrena, maritima, atque ipsa aera plena sunt insidiarũ ac perturbationum. Videtur enim aues istæ cibi causa descendisse supra corpora. Naturaliter aũt violentiores potioresque viribus sup infirmiores irruunt, & quasi mortuis corporibus incumbunt, ex improuiso frequentius irruentes: vel (quod verius puto) quia princeps mundi huius, & volucres cæli spiritalium nequitiæ, quæ sunt in eos qui mundana solicitudine curaque diuisi sunt, graui motu incessant, & velut cadauera mortuorũ dilacerant dente aspero. De his enim dictũ est: Relinque mortuos sepelire mortuos suos: quia sunt de regno diaboli, qui in seipsum diuisus est. Qui autem sunt dei, quibus dicit Iesus, Regnũ dei intra vos est: hi non sunt diuisi, quia adhærent deo, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus est. Erũt enim, inquit, duo in carne vna: qui aũt adhæret domino, vnus spiritus est. Isti ergo non sunt mortua corpora, vt volucres cæli comedãt eos, sed sunt spũs. Facit enim deus ãgelos suos spiritus. Denique supra colũbam & turturẽ non descendere runt, quia diuisæ istæ aues non erant. Non sunt enim diuisi iusti, quib⁹ dicitur vt sint simplices sicut colũbæ. Ideoque dicit Dauid quia & passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos. Hæc spectabat Abraham, hæc profundo & spiritali cõsiderabat intuitu. Ideóque scriptũ est, Consedit. Nõ quasi aruspicinæ, sed quasi cælestis reuelatiõis interpres, signa diuinæ operationis explorans. Mens enim directa ad Christi gratiam videbat hunc mundũ plenum esse iniquitatis, quæ velut à summo cæli volaret, & opprimeret infimos terræ: pudicitiam autẽ, fidem, synceritatem, nullis esse obnoxias passionib⁹: auaritiã vero & solicitudines seculi quibus suffocantur qui habẽt voluptates diuitiarũ, dilacerari ac diuidi. Vnde & diuisæ dictæ sunt, quòd mentẽ diuidãt, atque in diuersum scindant, & in partes trahant, nec sinant incorruptam esse & integram. Vir ergo pacificæ mẽtis cõsidebat & considerabat, quatenus prohibere cominus posset ea mala quæ hominibus inferuntur. Mens enim sapientis viri ac iusti mederi studet humanis casibus, & prohibere ac resecare animarum nostrarum labores. K

Mat.8.

Luc.17.

1.Cor.6.

I

Psal.103.

Mat.10.
Psal.83

Quid sibi velit quod post solis occasum excessus cecidit super Abraham: & quomodo ei non tam quæ futura erant declarabantur, quàm præscribebãtur quæ facienda forent. Quid præterea singulariter per superiora author significari arbitretur. Caput. IX.

DENIQVE quàm hoc Abraham spiritali & prophetico affectu fecerit, sequentia docent. Nam solis occasu excessus cecidit super eum: & ecce timor magnus & tenebrosus incubuit super eum. Excessus prophetis fieri solet, sicut habes prophetam dixisse: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Excedit enim mens prophetæ velut fines quosdam humanæ prudentiæ, quando repletur deo. Et ante euacuat se cogitationibus & disceptationibus seculi huius, vt adueniẽti gratiæ spiritali puram se & exinanitam præbeat. Superueniat in eam spiritus sanctus magna se vi infundens, ita vt mens hominis subito turbetur. Denique angelus venit ad Mariam, & cum sedulitate & gratia venit, & tamen Maria mota est in introitu eius. Vnde angelus ait ad eam: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum: & ecce concipies in vtero, & paries filiũ. Cognoscimus ergo quia quando venit gratia dei super propheticam mẽtem, subito irruit: & inde incubuisse & cecidisse super prophetas spiritum sanctum legim⁹, quia excessum patitur, & turbatur, & timet, & quibusdam ignorantiæ & imprudentiæ tenebris offunditur: sicut & in Actibus Apostolorum legimus quia circunfulsit lux super Saulum de cælo, & cecidit, & horrore animi turbatus est, & audiuit vocem de cælo dicentem: Saule Saule, quid me persequeris? Definit enim videre secularia, qui incipit audire diuina. Vnde & timorem Abrahæ & tenebras mirari non debes, quasi præter virtutẽ aut meritum eius acciderint, cum prophetarum consuetudini congruere aduertas, quando cognoscunt futura. Continuo aũt dictum habes ad eum: Sciẽdo scies quòd pereginũ erit semen tuum in terra non sua, & seruitio opprimẽtur, & nocebũt eis, & humiliabunt eos annis quadringentis. Merito tenebrosus horror magnus factus est, quia magna oracula deferebantur, cũ de populo seculorũ dabatur præceptũ. Quomodo tam facile capere istud mens humana poterat, maxime quæ admonebatur vt in hac peregrinaretur terra? Non enim tam quæ futura erant declarabãtur, q̃ præscribebãtur quæ facienda forent. Peregrinũ, inquit, erit semen tuum, siue quia omnes homines peregrini esse debeamus in hac vita: (omniũ etenim pater est Abrahã) siue quia verũ semen Abrahæ peregrinatur in hoc mũdo. Illud enim verum semen est, de quo dictum est: In Isaac erit semen tuum. Deniq; qui se Abrahæ hæredem agnosceret, ait: Aduena ego sum in hac terra & peregrinus, sicut omnes patres mei. Qui enim peregrinus hic fuerit, ciuis in cælo est. Qui autẽ in hac terra omnẽ animæ suæ substantiã constituendam putauerit, hæreditatemq; huius terræ acquirendam sibi exultauerit, à dei regno excludetur. Vnde Apostolus ad fideles viros & ciues Hierusalem illius quæ in cælo est, & ecclesię filios dicit: Ergo iã non estis peregrini, sed estis ciues sanctorũ, & domestici dei. Nõ ergo hęc terra nostra est, de qua potest princeps mundi huius dicere, ostendens omnia regna orbis: Tibi dabo potestatem hanc si procidẽs adoraueris me. erũt omnia tua quę sibi alieni vendicant, & seruitio opprimunt populũ dei, vt seruis ei⁹ nocere, & humiliare conẽtur sanctos dei. Denique ipse filius dei nihil sibi ex hoc mũdo vendicandum putauit: vnde ait: Venit mundo huius princeps, & in me inueniet nihil. Diuersi ergo domini in seruitute nos volũt tenere, incessit diabolus, infestãt L

Psal.115

Luc.1.

Actuũ. 9.

Ephes.2

Mat.4.

Ioan.14.

A angeli eius, passiones motúsq; corporis velut domestici
2. Cor.7. atque intestini hostes inquietant. Foris pugnæ, intus timores: foris pugnę, intus cupiditates. Aliena est enim interni corporis substantia puritati cordis, & ideo impugnat vel repugnat. Bellum ergo quotidianũ est, & inter eadẽ graue prælium, donec deus misericors diabolũ atque ministros eius iudicet, passiones restinguat, ac subiiciat menti sedulæ: Exquirat animas nostras de omnibus offensis, & periculi nostri authoribus, qui ait: Sanguinem aninarum vestrarum exquiram de manibus
Apoc.20. omnium bestiarum. Et vt Ioannes dixit: Quia mors & infernus missi sunt in stagnũ ignis. Itaque exibũt iusti, vt nihil de suo dimittant in hac terra, ne spolia eorũ resideant apud incolas & possessores istius terræ. Quæ etiam si abibunt de terra Aegypti ista, vasa quæ sumpserunt ab Aegyptiis mutuo vel aurea, inquit, vel argentea, quibus ad tempus vtẽtur, secum auferant, & deprædentur Aegyptios. Hæc vasa acceperunt voluntate domini, & secum ea auferunt, quia resurrectiõis filii sunt,
Lucæ. 21. quibus dicitur: Nõ peribit capillus de capite vestro. Vasa hæc Aegyptii dederunt, quæ de terra afflictionis sunt assumpta. Et sunt alia aurea, alia argentea, quia omnis creatura dei bona, & maxime hominis in terris præstantissima, quem honorauit deus vt inspiraret in faciẽ eius spiritum vitę, & omnibus præficeret animantibus. Hæc
2.Cor. 4. illa sunt vasa, de quibus dicit Apostolus: Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Hæc est vestis Aegyptiorum qua vestitur anima nostra, vt locupletior hinc recedat, & quo hic vehementer laborat, laberetur. Non solum enim omnis creatura ingemiscit & patitur, sed etiã nos donec veniat redemptio corporis nostri. Habet domi-
B nus curam operis sui, habet naturæ promptæ in plerisq; adorationem ac beneuolentiam. Neque excidi & perire patimur arbores quarum circa primos fructus nobis futura prorumpunt, si posteriore ætate aut ventus decutiat, aut sol adurat, aut suffulcienda & subministranda virtute, siccitatibus deficiat substantia, sed melioribus auris deferimus examinandas. Et ideo dominus deus noster bonæ voluntatis remunerator, etiam primæ futuræ indolis contemplationem habẽs, omne colligi patitur animæ nostræ patrimoniũ, & reseruari, futuri aduentus illud probaturus tempori: memor atq; sui muneris quod immortale voluit esse æquis, sed si culpa nõ obrepsisset & grauis, quæ fecit vt non expediret diu viuere, ait ad Abraham: Tu autem ibis ad parentes tuos cum pace, nutritus in senectute bona. Patitur nos discC dere ex hoc seculo, vt secessione animæ hoc corpus resoluatur in terrã suã, & finis sit peccati, deinde per resurrectionem reformetur diuinæ liberalitatis gratia. Ideo dicit ad Abraham: Tu ibis ad patres tuos. Nonnulli putauerunt patres esse elementa ex quibus cõstat caro nostra dum viuimus, & in quam resoluimur. Sed nos qui meminimus matrem nobis esse Hierusalem quæ sursum est, quæ libera est, quę est mater omniũ nostrorum, sicut dicit Apostolus: illos. asserimus patres, qui vitæ merito & ordine præcesserunt. Erat illic Abel pia victima, erat pius & sanctus Enoch, erat Noe, ad eos promittitur Abraham transitus. Transit enim qui de hac vita recedens, ad vitam demigrat alteram, quia viuit mens sapientis & iusti viri qui nutritus est in pace. Nam insipiens in bello nutritur & in discordiis, iust⁹ in senectute bona viuit. Non dixit longa sed bona, qui iustus bene senescit. Iniustorũ aũt nemo, q̃uis cornicibus viuacibus diuturniore vita vixerit. Nã diu viuere cõmune sapientibus atq; insipientibus est: Bene autem viuere speciale sapientis est, cuius senectus venerabilis, & ætas senectutis vita immaculata: non diuturna, inquit, neque numero ãnorũ computata, nec capillis canis in capite, sed sensib⁹. Ille ergo bene senescit, qui bene senserit. Quæ ta autem generatione reuertẽtur. Historia quidẽ Iudęis videtur conuenire, qui in Aegyptum transierunt, & de Aegypto transierunt. Quadringenti enim anni & triD ginta exacti illic eorum anni sunt, sed nõ omnes centenos, & quot excurrunt, annos vixerunt, sicut Moyses, aut Iesus Naue, vt quartę generationis tempus conueniat. Vnde mysticũ aliquid magis requiramus, cò quòd tetras omnibus numeris apta sit, & radix quædam decimæ ac fundamentum, hebdomadis quoque media. Deniq; nonagesimus tertius psalmus scribitur quarta sabbati, cò quòd hic numer⁹ medi⁹ sit priorũ & sequentiũ. Tres enim precedũt eum, primus, secũdus, tertius: & tres sequuntur, quintus, sextus, septimus. Qui hunc psalmũ canit, velut aptis numeris vitam istius mundi transigit, quasi tetragonis, & stabilis atque perfectus. In quatuor enim libris plenum euangelium atque perfectum est. Quatuor animalia mystica sunt. Mundi quoque istius partes quatuor sunt, ex quibus cõgregati filii ecclesiæ regnum Christi sacratissimum propagarunt, venientes ab Oriente atque Occidente, Septentrione & Meridie. Quadripartito igitur latere sancta surrexit ecclesia. De cas quoq; ex isto numero assurgit. Si enim cõnectas abvno vsque ad quatuor, hoc modo decimam facies. Computa vnũ, adde illi duo, fiunt tres: adde tribus tres: fiunt sex: & ad sex adde quatuor, fiũt decẽ. Tetras igitur decẽ implet, decas numerũ omnem complectitur. Quatuor quoq; ætates sunt hominis, puericia, adolescẽtia, iuuentus, maturitas. Paulatim assurgit & fundatur. Sapientia itaque summa prudentiæ quarto atatum ordine venit. Meritòque & si quis ante sub rege Aegypti fuit, maturioris tamen consilii exit de potestate eius: & legem igitur agnoscit sequendam. Tunc fit ei istius vitæ mare peruium. Similis ratio his quæ gignuntur solo. Vbi semen sparsum fuerit, soluitur humo. Et primo prorũpit in radicem, deinde germinat, formatur fructus, & postea matureścit. Arbores quoq; ipsę primum fructum ferunt, deinde adolescit fructus, accessu temporis mutat colorem, quarto ordine consummatur, hoc est nouissimo. Ita ergo & nos in terra hac afflictionis fugiamus lateres formare, sed lachrymis & gemitu vocemus domini misericordiam, vt mittat nobis Moysen & Aaron, hoc est legem & sacerdotem, illum verũ sacerdotem, & sacerdotum principẽ, qui licet inter homines versatur, dicebatur. Ecce spiritus ante faciẽ nostram Christus dominus: & liberet nos de terra Aegypti, vt pascha domini celebremus. Feramus etiam fructum fidei ab ipsa puritia, augeamus in adolescentia, coloremus in iuuentute, compleamus in senectute. Iam enim securis ad ra- Matth.3.
dicem arboris posita est, vt qui facit fructum, ferat. AdE ultam etiam maturãmq; segetem nostram messor inueniat, vt maturos fructus in apothecis recõdat, ne immaturos hyems deprehendat, ventus decutiat, pluuia corrũpat. Ego tamen arbitror significari magis, inter aduentũ domini priorem, & secundũ qui futurus est iudicii dies, tẽpus mediũ. Ideo enim & ad solis occasum viro huiusmodi factus est pauor magnus, quia occidente iam mundo futurũ sacrificiũ declarabatur quo mũdus redimeretur, fides esset hostia, quę non diuideretur a filiis Abrahæ. Nam qui eã diuidunt, nõ sunt Abrahæ filii. Matth. 13.
Fides comparatur regno cælorum. Simile est enim regnum cælorũ grano sinapis. Et simile est regnũ cælorũ negociatori qui emit agrum, & inuenit in eo margaritam preciosam. Regnũ cælorum indiuisum est, quia regnũ trinitatis vnũ est. Ideo perpetuũ atque ęternũ, quia indiuisum. Omne enim regnum diuisum facile destruetur. Hostia etiam foret pudicitia trinitati dicata, post illud sacrificiũ vitulę quoque, p. labor ibus, quia sacerdo talis est victima. Capræ autẽ, quia pro peccatis hostia. Arietis, quia pro omni mundo, & pro ipsis arietibus vel cælestibus. Non solũ pro hominibus, nec solum pro agnis, sed etiam pro hœdis quos peccatricis generationis fœtore exuit. Testificatur oraculũ futuros adhuc in terra afflictionis Abrahæ filios, vt in agone multorum

G & grauium certaminũ ſe probent,& ita cum multa ſupellectili aureorum & argenteorũ vaſorum ſpoliis opimis exeant & reuertantur animæ, atq; exeant preciosa poſsidẽtes corpora, diuerſarũ virtutum, & præcipue castimoniæ poſseſsionũ theſauro repleta, ſumptutæ etiã Chriſti iudicio de diabolo & eius miniſtris, cæteriſq; qui voluerunt nocere vindictam. Tunc erit pauor magnus etiam iuſtorum. Nemo enim ſine peccato. Omnes habebunt quod timeant, quia impleta peccata erunt. Et cum ſuperabũdauerit peccatũ, ſuperabundauit gratia.
Roma.5. Iterum cum iam ſol eſset ad occaſum, flãma facta eſt. Et ecce fornax fumigabunda, & lampades ignis, quæ pertranſierunt per media diuiſa illa. Etiam ſi dubitaretur de ſuperioribus, confirmarent ſequẽtia, quãdo flãmam factam ad occaſum legimus, quæ illuminaret veſpertina mundi tẽpora, & fulgeret in tenebris, ac reuelaret latentia. Deniq; continuo viſa eſt fornax fumigabunda. Cuius ſimilitudine exprimi videtur vita humana, quæ implicata iniquitatibus ſeculi iſtius atq; inuoluta, non habẽs veri fulgoris claritudinem, & ſplendorẽ ſynceri luminis, ſitus quaſi fornax æſtuat diuerſis cupiditatib⁹, & quibuſdam deſideriorum anhelat ignibus: foris velut quodam fumo obtexitur, ne videat veritatis faciẽ. Obumbratur itaque & obducitur quadam caligine oculus animæ, vt confundatur globo quodam fumigantis nebulæ, mentis aſpectus, ne pura ſit aſpectari negocia, do-
H nec cæleſtes lampades dirigit dominus Ieſus, hoc eſt ful-
Apoca.22 gorem gloriæ ſuæ. Quando, inquit, non indigebunt luce lucernæ, & lumine ſolis, quoniam ipſe dominus erit lux omnibus, & ipſe illuminabit omnia mundi iſtius, quorum ſupra cognita eſt diuiſio, nunc manifeſtata in lumine, nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc nec in parte, ſed facie ad faciẽ veritatis ſoliditas, atque illud quod perfectum eſt, poſsit videri.

Quid ſignificetur oraculo domini ad Abraham dicentis: Semini tuo dabo terram hãc &c. Ad quid etiam pertineat Sara vxor Abrahæ, quæ ſterilis fuerat: & quid
I ancilla eius Agar ſignificet. Qua ratione præterea Sara concluſa fuerit, & Agar filios pepererit. Cap. x.

POSTHÆC ſecutum eſt oraculũ dei dicẽtis: Semini tuo dabo terram hanc à flumine Aegypti vſq; ad flumẽ magnum Euphraten. Qui futuram gloriam demonſtrauerat, debuit etiam conferenda virtutũ merita polliceri. Ipſe enim & adiutor laborantium, & remunerator innocentium eſt. Aegyptus hic nomen non regionis ſed fluminis eſt. Sic enim veteres Nilum vocabant, ſiue quòd ipſe regioni nomen dediſset, ſiue quòd
Odiſs.ξ. regiõis accepiſset vocabulum. Deniq; & poeta Græcus teſtificatur ita eſse dicens: σῖσα Αἴγυπτος ποταμοῖο βίας ἐμμιελίσσας. Auguſtum autem & vile eſt vt putemus quod celeſtibus ſignis terrena ſponderit. Itaque conſideremus ne forte perfectam beatitudinem & conſummationem bonorum operum promiſerit. Perfecta enim beatitudo ex tribus iſtis videtur ſubſiſtere, corporis, atque animæ, & accidẽtibus bonis, quæ Græci ἐκτὸς dixerunt, vt ſit corporis caſtimonia, patientia, vel temperantia, ſit animæ prudentia atq; iuſtitia. Aegypti igitur flumen corporalia videtur ſignificare. Vnde & Geon dictus eſt ipſe fluuius, quia de terra figuratus eſt homo. Euphrates autem quæ ſunt animæ, eò quòd fons ſit iuſtitiæ cæterarũ virtutũ, quæ virtutes alias illuminet. Prudentia enim ſine iuſtitia nocet. Fortitudo quoq; niſi eam iuſtitia temperet, intolerabilis inſolentia eſt, furori quàm rationi propior, dominationi quàm libertati. Sobrietas & tẽperantia, priuata bona ſunt, nec vllius vis, niſi iuſta erga deum reuerentia, & fideli mente pietatem colas. Iuſtitia ſola eſt quæ virtutes omnes complectitur, & commendet omnes. Accidentia quoq; ſunt negociationes, mercaturæ, & agricolturæ, competentia quæſtus laborum, operũq; ruralium. Sunt etiam corporis accidẽtia, ſalubritas, & commoditas valetudinis, decus, fortitudo, K quæ ex tempore accidunt, & cum ætate mutantur. Non mediocrem hanc triplicem gratiam putes. Habes enim perfectionẽ perfectam in Euãgelio. Nã cũ dicit domin⁹ Matth.22. Ieſus legiſperito illi: Diliges dominũ deum tuum, animæ iuſtitiã mandat tenendã. Etenim ſi honorari parentes iuſtũ eſt, quanto magis parẽti omniũ fieri debet honorificẽtia? Rurſus cũ dicit: non occides, non adulteriũ, Matth.16. non furtum facies, nõ falſum teſtimoniũ dices: virtutes corporis ſeruandas admonet. In poſterioribus vero dicens, Nemo eſt qui relinquat domum aut parentes, aut vxorẽ, aut filios, ꝓpter regnũ dei, & non recipiat ſepties tantũ in hoc tẽpore: in ſeculo autem vẽturo vitam æternam poſsidebit: nonne incrementa bonorũ accidentiũ cum animæ corporiſq; remuneratione promittit? Hæc quæ ſimplicib⁹ verbis ſacra ſcriptura exprimit, magno quodã cothurno Ariſtoteles & Peripatetici perſonant atq; extollunt. Pythagoricũ quoq; dogma eſse teſtificantur ſui. Sed quis illorũ æquauit Abrahã tẽpore? Quis authoritate & ſapientia dominum, cuius oraculo triplicis huius gratiæ munus agnoſcit: Dantur autẽ ei tanquã in diſciplinã alienigenæ nationes, vt mens æqui obſeruantiſsima, recidat vitia, emendet errata. Magis tamen euidens eccleſiæ declaratur myſterium, quia per apoſtolos
L qui ſunt Iſraelitæ, quorum patres, & ex quibus patribus Chriſtus ſecundũ carnem ſub lege factus eſt, cõgreganda eccleſia foret, crediturus populus nationũ. Quos nõ ocioſe decẽ numero ſignificauit, ſed vt oſtenderet quia illi ante perfidi, vbi menſurã pietatis impleſsent, profecto eſsent fidei adepturi coronam. Deniq; ſequitur: quia Sara vxor Abrahæ ſterilis fuerat, quod ad eccleſiã pertinere, in ea expoſitiõe quam de moralibus ſcripſimus, apoſtolicis docuimus exẽplis. Eccleſia enim ſterilis videtur in hoc ſeculo, quia nõ ſecularia parturit, nec præſentia, ſed futura, hoc eſt nõ ea quæ videntur, ſed quę nõ videntur. Huius ancilla eſt ſynagoga, vel omnes hæreſes, quæ ſeruos nõ liberos creat. Ideóq; Agar dicitur habitatio. Etenim temporalis ſpem fouet, non perpetuæ M
poſsessionis gratiam tenet. Itaque vt non inſolẽs partu corporeo fiat ancilla eius, & ius eccleſię ſibi vẽdicet, dicitur ibi: Eiice ancillã & filiũ eius, non enim hæres erit filius ancillę cũ filio meo Iſaac. Sed etiã in ſingulis Sara eſt, & in ſingulis Agar. Sara virtus vera eſt, vera ſapientia: Agar autem eſt verſutia, tanquã ancilla perfectioris virtutis. alia enim ſapiẽtia ſpiritalis, alia ſapiẽtia huius mundi. Ideo etiã Aegyptia ſcribitur, quia philoſophica eruditio abundauit in Aegypto. Deniq; & Moyſes eruditus erat in omni ſapiẽtia Aegyptiorũ, ſed abiecit eam præferens Aegypti theſauris opprobrium pro Chriſti nomine. Nam ſi illam iudicaſset alicuius momenti eſse Exod.4.
ſapientiam, non vtiq; dixiſset: Precor domine, non ſum dignus ante heſternam & nudiuſtertianã diem, neq; ex quo cœpiſti loqui ſeruo tuo: gracili enĩ collocutione, & tardiore lingua ego ſum. Deniq; quaſi inerudito reſpõdetur ei quod erudiretur a domino: Ego aperiã os tuũ, & inſtruã te quod debeas loqui. Præclarũ autem myſterium, quod lex non ſatis plena erat vt perſuaderet populis, & gẽtes vocaret, vel quia clauſa foret vſq; ad Chriſti aduentum. Qui exponens nobis prophetica oracula, & proferẽs lectionis veteris teſtimonia, veluti quoddam os legis aperuit, vt fidei clamor in totũ peruenire orbem. Vnde & myſtice ait Sara: Concluſit me domin⁹ vt non pariam. intra ergo ad ancillam meam, & filium facies ex illa. vt agnoſcas in prędeſtinatione fuiſse ſemper eccleſiam dei, & paratã fidei fœcunditatem, quando iuberet dominus ꝓrũpere, ſed volũtate domini certo re- 2.Cor.6.
ſeruatã tẽpori. Deniq; ſcriptũ eſt: Tẽpore accepto exaudiui te, & ĩ die ſalutis adiuui te. Aduertim⁹ itaque quod feſtinabat fides eccleſiæ, ſed concluſa erat eius fœcunditas. Quo verbo demonſtratur quoniã expectabat partus ſui tẽpora, quia quod cõcluſum eſt, aperiri ſolet: qua

A ratione concluſa fuerit, docet te Apoſtolus dicẽs: Con-
Roma. II. cluſit enim deus omnia in incredulitate, vt omnibus miſereatur, vt non volentis neque currẽtis, ſed miſerentis dei eſet gratia, ne te ipſum iuſtificares, ſed omnia tribue deo qui te vocauit. Nemo enim pigreſcat, & excuſationem prætendat, quo ſerius credat quia ſcriptum eſt nõ volentis neque currentis eſse. Conſideret enim quid additum ſit: Sed miſerentis, inquit, dei. Talẽ te ergo præ-
Eſaiæ. 65. be bonis ſtudiis & prompta fide, vt deus tui miſereatur, & vocet te ſicut eccleſiam vocauit, dicens: Palam factus
Roma.10. ſum quærentibus me, apparui iis qui me non interrogabant. Et recte præmiſsa ſunt deteriora, vt meliora ſequerentur. Peperit ancilla ſeruos, vt eos eccleſia liberos faceret, & de ſeruitute populos ad libertatem vocaret, de culpa ad innocentiam, de offenſa ad gratiam. Singulorum quoq; hominum ſi ſpectes ordinem, non omnes à perfectis inchoauerunt, nec apud omnes tempore prima eſt, ſed merito antiquior perfecta virtus. Prudentis igitur mentis eſt conſiderare quandiu imperfecta eſt anima, quæ ſunt ſecum deliberet, vt vel in poſteriorib⁹ ſe exerceat virtutum diſciplinis, donec exercitii vſu vacuet. Dũ vero ſe erroris inuolucris exuerit, & ab omni enodauerit offenſione, conſummatam ſui purgationem exhibens, tunc ſuo nitatur ordine magnos partus edere. Præterea dicitur Abrahæ: Eſto ſine reprehẽſione. cui dabatur ſpiritus ſapientiæ ſanctus, bene mobilis, immaculatus. Oportet igitur viri ſapientis animam die noctuq; in exercitio iugi ſpecula prætendere, nunq; ſomno indulgentem, perpetuis vigiliis intentam deo, ad comprehenſionem rerum earum quæ ſunt, & ſingularũ cauſarum cognitionem. Sed etiam futurorum interpres ſa-
B pientia eſt, ſcit præterita, & de futuris æſtimat. Scit verſutias ſermonũ, & ſolutiones argumentorum. Signa & monſtra ſcit anteq̃ fiant, & euentus tẽporũ & ſeculorũ. Non poteſt igitur bonus atq; perfectus nõ eſse qui hanc acquiſierit, quia & omnẽ habet virtutẽ, & imago bonitatis eſt. Vnde & ſeculi iſtius ſophiſtæ traxerunt diffinitionẽ huiuſmodi, quod ſapiẽs vir bonus dicẽdi peritus ſit. Redeamus nũc ad donũ dei, quo nihil plenius. Quid enim melius ſapiẽtia? Quid peius vanitate? Quid deterius ſuperſtitione? Ideoq; tanq̃ ei cui promiſerat plenitudinẽ perfectionis, ait: Augebo te valde, & ponam te in gentes, & reges de te erunt, quia qui eius eſt, totus mundus diuitiarũ eſt, & augetur, nõ minuitur vt ſtultus. Ponitur in gẽtes Abrahã, hoc eſt, fides eius ad gẽtes tranſfertur, & reges ſeculi qui crediderũt, & ſe ſubiiciũt do-
C mino Ieſu, cui dicitur: Tibi offerẽt reges munera. Nec illud abſurdũ, quia ex genere Abrahæ nõ ſolũ reges erũt dignitate, verũ etiã illi reges qui peccato nõ ſeruiãt, nec vincat eos malitia, ſupra quos regnũ mors non habeat. Mentis quoq; bonæ cognouimus reges eſse & principes inuentiones, quæ ſicut Abrahã mediocris quidẽ generatiõis ꝓpũctus nõ habet, ſed abundat regalibus. Cui data eſt terra in poſseſsionẽ, vt dominetur corpori, nec ſit captiua carnaliũ voluptatũ, ſed quaſi famulatu debito obnoxia caro mẽti ſeruiat. Sc̃m pſonã aũt Abrahę euidẽs myſteriũ eccliæ, q̃ totũ orbẽ fidei hęreditate poſsedit: Bene pater electiõis dicitur pater fidei, pater pię cõfeſsiõis.

Quid nos doceat oraculum quo dictum eſt Abrahę: Circũcidatis omne maſculinũ veſtrum &c. Quomodo etiã plerię; moueãtur ex hoc quod dominus dixit: Quo niã qui nõ fuerit circũciſus maſculus &c. Qua ratione præterea Saræ vna litera fuerit addita, ac de futuri filii promiſsione &c. Quid deniq; ſignificet quòd Abraham in faciem ceciderit. Et de promiſsi confirmatione, & reſponſione domini ad Abrahæ petitionem. Cap. xi.

E TQUIA ad perfectum vocatur, oraculum per fectionis accipit, Circuncidatis, inquit, omne maſculinum veſtrum, & circũcidatis carnem veſtram. perfecta autem circunciſio ſpiritalis eſt. Denique & lectio hoc docet cum dicit: Circuncidite duritiam cordis veſtri. Ethic plerię; D
ita accipiunt, vt ſit: Circuncidite omne maſculinum veſtrum, hoc eſt mentem veſtram. nihil eſt enim mente validius. Deinde quia maſculinum ſanctum dicitur, Omnis maſculus adaperiens vuluam, ſanctus domino vocabitur. Quid autem mente ſanctius, quæ dat bonarum ſemina cogitationum, quibus aperit vuluam animę cõcluſam pariendi ſterilitate, vt poſsit illas inuiſibiles generationes edere vtero illo videlicet ſpiritali de quo dicit Eſaias: In vtero accepimus, & parturiuim⁹ ſpiritum ſalutis. Circunciſio ergo cordis intelligibilis, circunciſio etiam carnis mãdatur ſenſibilis. Illa in veritate, iſta in ſignaculo. Gemina itaque circunciſio, quia & animi & corporis quæritur abſtinentia. Deniq; Aegyptii quar todecimo anno circuncidunt mares, & fœminæ apud eos eodem anno circuncidi feruntur, quod ab eo videlicet anno incipiat flagrare paſsio virilis, & fœminarũ menſtrua ſumant exordia. Legis autem lator æternæ ſignaculum circunciſionis carnalis in ſolis maribus exigit, eò quòd ad mixtionis vſum vir muliere vehementior ſit, & ideo ipſius impetũ infringere voluit circunciſionis ſignaculo. Vel quia viri licito ſe errare credunt, ſi ſolo ſe abſtineant adulterio: meretricos autem vſus tanquam legi naturæ ſuppetere putant, cum præter conIugium nec viro liceat nec fœminæ miſceri alteri. Altiore autem interpretatione illud panditur, quod ſi mens purgata & circũciſa ſit, exuta ſuperfluis voluptatibus & cogitationibus reſtringit animam ad ſui caſtimoniam, puriſque ſenſibus infuſam bonorum facit partuũ genitricem. Octauo autem die circuncidi puerum lex iubet, myſtico idq; præcepto, quia ipſe eſt reſurrectionis dies. E
dominica enim die reſurrexit dominus Ieſus. Ergo ſi dies reſurrectiõis circũciſos nos & exutos nos inueniat delictorũ ſuperfluis, ab omni ablutos ſorde, mũdos a vitiis corporalibus, ſi hinc mũdus exieris, mũd⁹ reſurges. Circuncide igitur te non carne, ſed vitio carnali. Et circuncide tuum nõ ſolum vernaculum, ſed etiam precio emptũ. Si ad ſingula referas, vernaculi ſunt motus naturales: precio empti, ratiõe & doctrina acquiſiti. Egent autẽ illi & hi tanq̃ virgulta purgatione & inciſione luxuriæ, ne vagentur vt ſterilia ſarmenta, & obumbrent inutilia fructuoſis, velut quædam omni vitio diſtenta: multis incaſsum laborat: myſterii autẽ ratio dilucida. Vernaculi enim Iudæi, præcio empti ſunt gẽtes qui crediderũt, quia precio ſanguinis Chriſti redẽpta eſt eccleſia. Ergo & Iudæus & Græcus, & quicũq; crediderit, debet ſcire ſe circũcidere à peccatis, vt poſsit ſaluus fieri. Et domeſticus, & alienigena, & iuſtus, & peccator, circuncidatur remiſsione peccatorum, vt peccatũ nõ operetur amplius, quia nemo aſcendit in regnum cælorum F
niſi per ſacramentum baptiſmatis. Nec ꝓderit ſuperioris iuſtitia temporis, ſi in fine vitæ iuſtitiã dereliquerit. Ideo Paulus ait: Precio empti eſtis, nolite fieri ſerui ho- 1.Corin.7.
minum. Sunt enim cõtraria, quia ſeruitus peccato contrahitur, & precio peccatũ remittitur. Hæc igitur ſimplici expoſitiõe abũdare ad intellectũ opinamur. Ideoq; nec cubos geometriæ, nec tetragonum numerum philoſophie, necnõ cõfeſsionẽ, *vt aiunt, Pythagoricã, nec * forte, nec oris cohertionem.
ſemper virginis, vt appellant, hebdomadis numeros cura diſcutimus inani, nec ſolis radios formamus, nec cælum in puluere quærimus, nec intra anguſtos abacos orbem cõcludimus, ſed vera aperimus myſteria, vnam Roma.6.
ſalutẽ eſse Chriſti reſurrectionem. Complãtemur ergo ſimilitudini mortis eius, vt mereamur reſurrectionis conſortium. Et vetus homo noſter ſit crucifixus cruci, vt corpus deſtruatur peccati. Egregie autem infantiæ in primis vagitibus circũcidi mares lex iubet, etiã vernaculos: quia ſicut ab infantia circũciſio, ita & morbus. Nullum tẽpus vacuum debet eſse tutelæ, quia nullum eſt culpæ vacuum. Et infans reuocandus à peccato eſt, ne idololatriæ polluatur contagio, & ne adorare aſsue-

G scat idolum,& exoſculari ſimulacrum, parẽtis violare nidum,pietatẽ lædere. Simul ne quiſquã inflet̃ur quod ſibi iuſtus videatur, ætatis maturioris proceſſu Abraham circuncidi iubetur. Nec ſenex ergo proſelytus, nec infans vernaculus excipitur, quia omnis ætas peccato obnoxia,& ideo omnis ætas ſacramento idonea. Et erit inquit, teſtamentum meum in carne veſtra. Forſitan referatur hoc loco,quomodo ſpiritalem dicis circũciſionem, cum oraculum dicat: Erit teſtamentũ circunciſionis in carne veſtra? Quaſi vero animæ ſolius & nõ paſſionum corporis exigatur temperantia. Nam & viſus, & auditus,& odoris,& guſtus, & tactus, & vocis ipſius quæritur quædam caſtimonia: quia & viſus procacior habet crimen: & ideo ſcriptum eſt: Noli intendere falla
Prouer.5. ci mulieri, neq; capiatis oculis, neque abripiaris palpebris. Et in ipſo auditu crimen eſt, ſi ſeducat meretrix,& multo blandimẽto ſermonis & laqueis labiorũ ſuorum te alliget. Et in ipſo tactu crimẽ eſt, ideo tibi dicitur: Ne
Ibidem. multus fueris ad alienam, neq; continueris amplexibus non tuam. Et in voce culpa eſt. Laqueus enim fortiſſimus eſt homini ſua labia,& abducitur à labiis ſui oris.
Ibidẽ.25. Et mel ipſum noli multum edere, ne euomas. Oportet ergo vt omnium ſenſuum acuta ſit moderatio, ne aut impetus in vitium trahat, aut nimietas lædat, aut mora offenſioni ſit. Non ocioſe autem nec ſuperflue plerique hoc qui ſequitur loco moueri videntur, Ecquid ita dixerit dominus, quoniam qui non fuerit circũciſus maſculus,& non circunciderit carnem præputii ſui octauo
H die, peribit anima illa de genere ſuo,& teſtamentũ meũ interrupit. Graue enim putatur quod infanti octo dierum negligẽtia parentum fraudi eſset futura, ita vt interiret anima eius, cum ipſa lex etiam homicidæ qui tamen non voluntarium facinus necandi hominis imple uerit, ciuitates præſcripſerit ad quas cõfugiendo merea tur ſanguinis impunitatem. Quomodo ergo aut illic ratio habetur fortuitæ necis, aut hic ratio infantiæ non habetur, in qua crimen nõ potuit eſse aut diſſimulationis, aut voluntatis, niſi forte putent aliqui quoniã morte filii grauius puniuntur parentes? Sed iniuſtum putatur vt culpa nocentiũ inferatur pœna innocenti, vel ꝓpter pœnam nocentis innocens puniatur, aut fiat conſors ſupplicii qui diſpar eſt merito. Vnde putant quod
I de parẽte dicat exterminãdo, quod eius intereat anima, non paruuli. Sed valde ambiguum eſt, licet ſuffragetur huic aſsertioni quod ait, quia teſtamentum meum iterrupit. Itaque hoc ad intelligentem magis q̃ ad infantem referendum videtur. Alii grauiora parẽtibus vel filẽtio minitantem putant dominũ deũ, quo plus timeant maiores, quãdo nec infanti parcitur. Mihi autẽ ſatis liquido patet dictum de vniuſcuiuſq; mente. Diximus enim maſculi nomine mentẽ ſignificari, quòd ſit validus mẽtis vigor,& animam in ſui copulam trahat, ſitque vehementior tanq̃ ſexu potior,& virili validitate. Ergo hæc ratio eſt, quòd omnis mens quæ nõ fuerit circũciſa à ſuperfluis corporalib9,& purgata ſoleni munere vt exuat ſe paſsionibus & vitiis, interibit? Nõ caro, inquit, interibit, non homo, ſed anima illa interibit, quia potuit ſalua fieri ſi habuiſset purgationem. Nuda autẽ præſidii, & incircunciſi cordis colluuiõe infirmior, ſalutẽ generis ſui nõ potuit ſeruare: omne autem genus videtur immortale, vt homo genus eſt, vt vllus ſpecies eſt. Homo ſemper dicitur, vllus nõ ſemper, immo nõ deficit vllus. Deficit qui fidem nõ habet, perſona deficit vnius, conditio vel nomen hominum non deficit. Ex diuturno igitur & innoxio in id quod temporale eſt & noxium peccator deducitur, qui mẽtis ſuæ aſcribere debet infantiæ quod incautus fuit & intemperans, vel remiſsionẽ peccatorũ non acquiſiuit. Niſi enim quis renatus fuerit ex
Ioan.3. aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ dei. Vtiq; nullum excipit, non infantem, nõ aliqua præuentum neceſsitate. Habeãt tamen illam opertam pœnarũ immunitatem, neſcio an habeant regni honorem. Saræ K quoq; vna additur litera, ſcilicet r, vt vocaretur Sarra. Quod vtique par eſt, vt in ſuperioribus, nõ vnius adiectione penſari literę. Non enim munus deo eſt vna litera, ſed virtus literę, quæ exprimit muneris diuini gratiam. Sara enim dicitur ἀρχὴ ἰμὴ· hoc eſt poteſtas mea, vel principatus mei initium, vel regis. Sara Græce dicitur ἀρχὴ, Latine quæ regat. Illa mortalis, iſta immor- Hic videtur aliqs aſsuiſse suas nugas.
talis: illa ſpecialis, iſta generalis. Eſt namque in me prudentia, in me caſtimonia, in me virtus, in me iuſtitia, me ſolum regunt, & mihi dominantur, & ſunt mortales. Mat.24.
Moriente enim me ſoluuntur & moriuntur etiam illa: quæ autem prudentia generaliter dicitur, quæ caſtimonia, quæ fortitudo, cæteræq; virtutes principales, generaliter principales, & reginæ quædam immortales, in his poteſtas eſt immortale illud principale, ſicut eſt regina eccleſia, quæ non me vnum, ſed vniuerſos regit. Ergo ſpeciem in genus, partem in vniuerſitatem, corruptibilitatem in incorruptibilitatẽ conuerſam videmus: quæ omnia eccleſię conuenire certum eſt. Non enim ſpecialis hæc, ſed generalis ratio eſt, nec partis ſed vniuerſitatis ſalus. Ideoq; his præcedentibus cum vnũquemq; prudentia ſua ad hanc principalem & diffuſam per omnes ſalutem deduxerit, in qua fons ſapientiæ iuſtitiæq; eſt, requiritur generatio,& ille perfectus partus iucũditatis, cuius nomen eſt Iſaac. nulla enim melior eſt voluptas quam emendatæ gratia conſcientiæ. Hinc Epicuri traxerunt ſummum bonum voluptatem eſse, ſed eam corporis magis inquinamento quàm ſobrietate mentis æſti L
mauerunt. Quid eſt autem quod ait: Cecidit in faciem Abraham,& riſit? Et hic reuerentia ſignificatur, quod timuit deum velut libero riſu lædere, quãuis riſus lætitiam declararet viri iuſti, qui tantis gratulabatur promiſsis. Non enim dubitantis hic riſus, ſed credẽtis fuit. Simũlq; cadunt ante deum omnia, & mutãtur & tranſeunt, ſola il la immutabilis ſtat ſemper ſubſtantia. aut fortaſse & in hoc myſterio prophetauit Abraham dominũ Ieſum, quòd per ſuſceptionẽ dominici corporis & reſurrectionẽ tãti cõplenda oraculi gratia foret. Adorat igitur nõ elementũ terræ, de quo dictũ eſt: Et adorate ſcabellum eius, quoniã ſanctũ eſt. Vbi enim corpus, Pſal.98.
ibi & aquilæ, quæ adorauerunt verſantem in corpore. M
Et dixit, inquit, in corde ſuo: Si centũ annorũ naſcetur filius, & ſi Sara nonaginta annorũ pariet? Græcus ἐν τῷ διανοείσθαι poſuit, vt poſsimus æſtimare quia cordi ſuo qua ſi dixerit alternanti ſecum, ſi centenario naſcetur, & nonagenaria pariet? hoc eſt, ætas generandi præteriit. Deo omnia ſunt poſsibilia. Et ideo facile iſtud, vt ſenibus reuocet iuuentutis annos, vires refundat, ſterilibus det fœcunditatem. Nec illud prætereundum quod promiſsa ſibi generatione legitima reſpondit Abraham deo: Hiſmael viuat hic in conſpectu tuo. Iuſti eſt etiam pro peccatoribus interuenire. Et ideo vel hoc credãt Iudęi, quia & pro ipſis interuenit, ſi tamẽ credãt. hoc eſt enim viuere in cõſpectu dei, digna dei verbo negocia gerere. Ocu
li domini ſuper iuſtos. Vnde & domin9 ait, Etiam: Ecce Pſal.33.
Sara vxor tua pariet tibi filiũ. De Hiſmael aũt exaudiui te. Etiã cũ dicit, cõfirmat promiſsa. cõfirmatiuũ etenim verbum eſt. Et ideo prius generationẽ eccleſiæ confirmat futuram, vt verum recognoſceret propheta quod de Hiſmael ſe audiſse dixiſset deus, præuidens quia cæ- Roma.11.
citas ex parte Iſrael haberet contingere, donec plenitudo gẽtiũ intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Itaque ſicut teſtamenta hominũ prius hæredem ferunt, poſtea legatum exprimunt, melioribus hæreditatem, inferioribus legata: ita in deũ in teſtamento vnum, & nos hunc morem accepimus. Hæres ſcribitur natura bonus, nobilis, legitimo creatus coniugio. Legato donatur inferior. Promittitur aũt generatio ſequẽti anno, vt aduertas quã generationẽ polliceatur dominus, hoc eſt, nõ illã vteri corpalis Sarę, ſed iſtũ partũ eccleſię, q̃ eſset futu

A rus. Denique & infra ait: Reuertar ad te in futurum, & erit Saræ filius. In quo vtrunque poſsumus accípere, & hunc conuentum Eccleſiæ,& fidelium reſurrectionem. Tertiodecimo quoque anno quòd circũciditur Hiſmael, ratio euidens: quia is qui incipere habet vti cognitione fœminæ, ante debet recidere in ſe ardorem libidinis, vt ſuperfluis abſtineat commixtionibus, coniunctioni tantum legitimæ reſeruet. Mentem quoque ſapientis hoſpitalem eſse decet, vt etiam aliis impertiat ſui gratiam, & prudentiæ ſuæ fructum aliis quoque diuidat, atq; epulentur bonis doctrinæ cibis, epulumq; eius exhibeat deſiderantibus. Tunc præterea neſciat niſi ſecundum naturam viuere, in cuius inſtituto & ordine dei lex eſt. Nulli ſe tranſuerſali cupiditati miſcere nouerit, ſoliusq; ſapientiæ propter copulam. Mãdatis dei, ſeculi iſtius gloriã, & quãdã preſentis laudis hæreditatẽ præferre neſciat. Atq; vt altãribus domini ſuas immolet vtilitates, ita iudicij ignem non excipiat, neque reformidet, ſed magis etiam vt alios eripiat, elaboret.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE ISAAC ET ANIMA.

B De commẽdatione ſancti Iſaac tam ex paterna origine, & gratia, q̃ ex dominicæ generationis & paſsionis prę figuratione, quę & nomine ſuo ſignificatur: ac de aptione myſterij inter Chriſtũ p Iſaac deſignatũ, & animam repreſentatam per Rebeccam. Caput I.

De admonitione hominis vt intueatur qui ſit, quo ſalutem ſuam vitamq; tueatur, & quid ſit homo. Quidve ac qualis ſit anima tam ſecundum ſui naturam, quàm per irrationabilem ſui partem, qua obnoxia ſit corruptioni. Caput II.

De perfectę animę primiq; proceſsus eius deſcriptione, quomodo charitatis impatiens, & verbi moras non ferens, rogabat vt oſcula mereretur, & meruit deſiderare tum videre. Caput III.

De ſecundo perfectę animę proceſsu, quo introducta in cubiculum regis, cum mutua miſceret alloquia, in vmbra eius requieuit, & ſubito eius verbo de medio ſermone diſceſsit: quærenti tamen non diu abfuit, ſed ſaliens ſupra montes, & tranſiliens ſuper colles aduenit. Nec multo poſt quaſi capreolus aut ceruorũ hinnulus dum affatur dilectam, exiliuit & reliquit. Caput IIII.

De tertio ipſius animæ proceſsu, quo cum in cubili & noctibus, in ciuitate, in foro, & in plateis quæſitum nõ reperiſset, aliquando rationibus ſuis gratia quærentem reuocauit, adeo vt ab eius ſponſo propius vocaretur. Caput V.

C De ſummaria dictorum perſtrictione, cum inductione, & proſecutione quarti proceſsus perfectæ animæ quo ipſa iam dormiens, quanuis corde vigilaret, à ſponſo excitatur, vt continuo vocem pulſantis audiret. Sed moram paſsa dum ſurgit: quia velocitatem verbi non potuit comprehendere, dum aperit oſtium, tranſiuit verbum, & ipſa exiuit, & per vulnera charitatis requiſitum vix tandem inuenit, & tenuit, vt poſtea non amitteret. Caput VI.

De laudatione animæ à ſponſo, quod tam bene & conſtanter requiſierit eum, & quod tam fidelis, & verbo potens, & fructibus fœcunda diuerſis, quódque vna ſicut columba habens ſpiritus vnitatem, in qua ſit pax, quæ fecit vtraque vnum. Caput VII.

Anima dum laudatur à ſponſo, verecunde refugiens coram laudari. & renocata à ſponſo, quid dicat. De præconijs quoque bonæ animæ, ſingulariq; laudæ charitatis. Caput VIII.

Diui Ambroſii D

MEDIOLANENSIS EPIſCOPI DE SANCTO ISAAC ET ANIMA LIBER VNVS.

De commendatione ſancti Iſaac tam ex paterna origine & gratia, quàm ex dominicæ generationis & paſsionis præfiguratione, quæ & nomine ſuo ſignificatur. Ac de apertione myſterij inter Chriſtum per Iſaac deſignatum, & animam repreſentatam per Rebeccam.

Caput I.

N PATRE NOBIS SANCTI ISAac vel origo ſatis eſt expreſsa, vel gratia, cum ad omnem redundat gloriam quòd tanto & tam imitabili viro natus Abrahæ patri primum fuit. Neque vero iſtud mirabile, cum in eo dominicæ generationis & paſsionis figura præceſſerit. Siquidem & ſterilis anus ex promiſsione dei pepe- E
rit eũ, vt crederemus quòd potens eſt deus facere, vt poſsit & virgo generare. & oblatus vnicus ad immolandũ, qui & patri non periret, & impleretur ſacrificium. Itaque ipſo nomine figuram & gratiã ſignificat. Iſaac etenim riſus latine ſignificatur. Riſus autem inſigne lætitiæ eſt. Quis autem ignorat quòd is vniuerſorum lętitia ſit, qui mortis formidoloſæ vel pauore compreſso, vel mœrore ſublato, factus omnibus eſt remiſsio peccatorum? Itaque ille nominabatur, & iſte deſignabatur, exprimebatur, & annunciabatur. Ipſe eſt quem iam tunc perſequebatur ancilla, ipſe eſt propter quem iam tũc dicebatur: Expelle ancillam. nõ enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Ipſe eſt cui pater alienigenam acquiſiuit ſponſam. Ipſe eſt mitis, humilis, atque mãſuetus, qui veniente Rebecca, hoc eſt patientia, exiuit in campum abalienare. Sapientis enim eſt ſegregare ſe à voluptatibus carnis, eleuate animam, atque à corpore abducere, F
hoc eſt enim ſe hominem cognoſcere. Qui Chaldæorũ ſermone Enos dicitur, latinè homo. Enos autem, qui aſsumpſit & ſperauit inuocare deum, & ideo creditur eſse trãſlatus. Non videtur itaque homo eſse, niſi is qui in deum ſperat. qui autem ſperat in deum, non degere in terris, ſed quaſi tranſlatus adhærere deo, manifeſta viri interpretatione ſignatur. Bonus igitur Iſaac, verus, vtpote plenus gratiæ,& fons lętitiæ. Ad quem fontem veniebat Rebecca vt impleret hydriam. Dicit enim ſcriptura: Quia deſcendens ad fontem, impleuit hydriam,& aſcendit. Deſcendit itaque ad ſapientiæ fontem vel Eccleſia, vel anima, vt totum vas impleret ſuum, & hauriret puræ ſapiẽtiæ diſciplinas, quas haurire Iudæi de fonte profluo noluerunt. Quis iſte fons ſit, audi dicentem: Hiere.2.
Me dereliquerunt fontem aquę viuę. Ad hunc fontem currebat ſitiens anima prophetarum, ſicut & Dauid dicit: Sitiuit anima mea ad deum viuum. vt ſitim ſuã vber Pſal.41.
tate diuinæ cognitionis expleret, & inſipientiæ ſanguinem ſpiritalium rigatu diluueret fluentorum. Hic eſt enim fluxus ſanguinis, ſicut ſignificat lex, qui deoperitur quãdo vir ſedẽti in diebus ſanguinis ſui mulieri miſcetur. Mulier eſt delectatio corporalis illecebræ. Itaque cauẽ ne vigor mentis tuæ cœtu quodam corporeæ voluptatis inflexus emolliatur, atque in eius amplexus omnis reſoluatur, & fontem eius aperiat, qui debet eſse clauſus, & ſeptus intentionis ſtudio, & conſideratione rationis. Ortus enim clauſus, fons ſignatus. Nanque mentis reſo Canti.4.
luto ſenſu ſe corporales delectationes effundunt, pernicioſæ nimis, & in appetentiam plenam gratiis periculi proruentes: quòd ſi mentis vitidæ conſiderata manſiſset cuſtodia, refrenaſset.

De admonitione hominis vt intueatur qui sit, quo sa
lutem suam vitamq; tueatur, & quid sit homo. Quidve
ac qualis sit anima tam secundum sui naturam, q̃ per ir
rationabilem sui partem, qua obnoxia sit corruptioni.

Caput II.

INTVERE igitur ô homo qui sis, quo salutẽ
tuam vitámque tuearis. Quid est itaque ho
mo? Vtrum anima, an caro, an vtriusque co
pula? Aliud enim nos sum⁹, aliud nostrum:
alius qui indnitur, & aliud vestimentum. Legimus in ve
teri testamento, Omnes animæ quæ descenderũt in Ae-
gyptum, de hominibus dictum. Et alibi dictum est. Non
permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam
carnes sunt. De alterutro igitur legitur, quia homo dici
tur & de anima, & de carne. Sed illa discretio est, quod
vbi anima, p homine ponitur, Hebræus significatur deo
adhærens, nõ corpori, vt est illud: Anima benedicta om
nis simplex. Vbi autem caro pro homine nuncupatur,
peccator exprimitur, vt est illud: Ego aũt carnalis sum,
venundatus sub peccato. quod enim operor, nõ cogno
sco. Non enim quod volo ago, sed quod odi illud facio.
Hoc iam posterius de vtroque. Alius est enim qui vult,
alius qui odit, alius qui facit. Denicq; addidit: Si ergo q̃
odi, hoc facio, consentio legi, quoniam bona est: nunc
autem iam nõ ego illud operor, sed quod habitat in me
peccatum. Illud quoque expressi⁹: Video legem carnis
meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me
in legem peccati. & tamen cum vtrunque in se concer-
tantem hominem declarasset, hoc est interiorem & ex-
teriorem: in animæ magis quam in corporis parte simu-
lauit se constituere quod anima sua traheretur captiua
ad peccatum, in qua esse se mallet, & esse confirmat, di-
cẽs: Infœlix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Tanquã de extraneo hoste ita se desiderat libera-
ri. Non ergo sanguis anima, quia carnis est sanguis: ne-
que harmonia anima, quia & huiusmodi harmonia car
nis est: neque aer anima, quia aliud est flatilis spirit⁹, ali
ud anima: neq; ignis est anima, neque entelechia anima:
sed anima est viuens, qua factus est Adam in animã viuẽ
tem, eò quòd insensibile atque exanimum corp⁹ anima
viuificet & gubernet. Est & prestãtior homo, de quo di-
citur: Spiritalis autem diiudicat omnia, ipse autem à ne
mine iudicatur. Hic est præstantior cæteris. Vnde & Da
uid dicit: Quid est homo quod memor es eius, aut filius
hominis, nisi quod visitas eum? Homo vanitati similis fa
ctus est. Non ille secundum imaginem dei homo vanita
tis est: sed qui illud amisit, & in peccatum decidit, & in
materialia ista dilapsus est, iste homo est vanitatis. Ani-
ma igitur secundum sui naturam optima est, sed plerun
que irrationabilem sui partem obnoxia fit corruptioni,
vt inclinetur ad voluptates corporis, & ad impœniten-
tiam, dum mensuram rerum non tenet, aut fallitur opi-
nione, atque inclinata ad materiã, agglutinatur corpo-
ri. Sic visibile ei⁹ impeditur, & malitia repletur: quia dũ
intendit malitiæ, eius se vitijs replet, & fit defectu boni-
tatis intemperantior.

Gen. 46. Gene. 6. Rom. 7. 1. Cor. 2. Psal. 143.

De perfectæ animæ primiq; processus eius descriptio
ne, quomodo charitatis impatiens, & verbi moras non
ferens, rogabat vt oscula mereretur, & meruit desidera-
tum videre.

Caput III.

PERFECTA autem anima auersatur mate-
riam, omne immoderatum, mobile, mali-
gnum refugit ac respuit: nec videt, nec ap
propinquat ad illius terrenæ labis corru-
ptionem, diuinam intendit, terrenam au-
tem materiem fugit. Fuga autem est non terrena relin-
quere, sed esse in terris, iustitiam & sobrietatem tenere:
renunciare vitijs, non vsibus elementorũ. Fugiebat Da-
uid sanctus à facie Saul, nõ vtique vt terras relinqueret,
sed vt immitis & inobseruantis & perfidi declinaret cõ-
tagium. Fugiebat autem adhærens deo, sicut & ipse ait:

Adhæsit anima mea post te. Abducebat se, & ableuabat vitijs seculi huius, eleuabat animam suam sicut Isaac in campo, vel abalienabat, vel vralijs habẽt, deambulabat. Nam hoc quoque ostendit cum virtutibus familiare ha bere consortium, vt deambulet vnusquisque in innocẽ tia cordis sui, nullo vsu terrenis vitijs misceatur, atque irreprehensibilem viam inoffenso mentis carpat vestu-gio, nec vllum locũ in se aperiat corruptioni. Talis enĩ erat Isaac cum Rebeccam aduenientem expectaret, præ parans se copulæ spiritali. Veniebat enim iam cælestib⁹ dotata mysterijs, veniebat magna secum ornamenta au rium & manuum ferens, eò quòd auditu & operib⁹ emi neat Ecclesiæ pulchritudo, cui recte dictum aduertim⁹: Esto in milia milium, & semen tuum possideat aduersa riorum ciuitates. Decora igitur Ecclesia, quæ ex inimi cis gẽtibus filios acquisiuit. Sed potest hoc etiam ad ani mam deputari, quæ passiones corporis subigit, & ad vir tutum officia conuertit, repugnantẽsq; motus sibi obe-dientes efficit. Ergo vel anima patriarchæ videns myste rium Christi, vidẽs Rebeccã veniẽtem cũ vasis aureis & argẽteis, tanq̃ Ecclesiam cũ populo nationũ, mirata pul chritudinẽ verbi, & sacramentorũ eius, dicit: Osculetur me ab osculis oris sui. Vel Rebecca audiens verũ Isaac, verũ illud gaudiũ, verã lætitiã, desiderat osculari. Quid est igitur, Osculetur me ab osculis oris sui? Cõsidera vel Ecclesiã iam diu promisso sibi per Prophetas dominico aduentu per tẽpora multa susp̃ẽsam, vel animã quæ elo
uians se à corpore, abdicatis luxuriæ delicijs, voluptati-bus̃q; carnalibus, exuta quoq; solicitudine seculariũ va nitatũ, iam dudũ infusionẽ sibi diuinæ præsentiæ, & gra tiam verbi salutaris exoptet, cõmacerari quod sero ve-niat, & affligi. Ideoq; quasi vulneratã charitate, cum mo ras eius ferre nõ possit, conuersam ad patrem rogare, vt mittat sibi deum verbum: & causam qua sit ita impati-ens, declarare, dicentem: Osculetur me ab osculis oris sui. Non vnum osculum quærit, sed plura oscula, vt de-siderium suum possit explere. Quæ enim diligit, nõ est vnius osculi parcitate contenta, sed plura exigit, plura vendicat, & ita se amplius dilecto commendare consue uit. Denique illa in Euangelio sic probata est: Quia non cessauit, inquit, osculari pedes meos: & ideo remissa sũt ei peccata multa, quia dilexit multum. Ergo & hæc ani ma oscula verbi multa desiderabat, vt illuminetur diu-inæ cognitionis lumine. Hoc est enim osculum verbi, lumen scilicet cognitionis sacræ. Osculatur enim nos deus verbum, quando cor nostrum, & ipsum principale hominis spiritu diuinæ cognitionis illuminat, quo ani-ma donata charitatis pignore nuptiali, læta atq; ouans dicit: Os meum aperui, & duxi spiritum. Osculum est e-nim quo inuicem amantes sibi adhærent, & velut gratiæ interioris suauitate potiuntur. Per hoc osculum adhæ-ret anima deo verbo, per quod sibi transfunditur spiri-tus osculantis: sicut etiam ij qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum si-bi inuicem videntur infundere. Ostendens itaque non solam speciem verbi, & vultum quendam, sed omnia eius interiora diligere, adiungit ad osculorum gratiam: Quia bona, inquit, vbera tua super vinum, & odor vn-guentorum tuorum super omnia aromata. Illa osculũ popoposcit, deus verbum se ei totus infudit, & nudauit ei vbera sua: hoc est, dogmata sua, & interioris sapientiæ disciplinas, & vnguẽtorum suorum dulci odore fragra uit. Quibus capta, iam dicit vberiorem esse iucundita-tem diuinæ cognitionis, quàm lætitiam omnis corporeæ voluptatis. Aspirat enim in verbo odor gratiæ, & remis-sio peccatorum, quæ in totum diffusa mundum, omnia tanquam exinanito repleuit vnguento: quia per vniuer sos grauis vitiorum colluuies detersa est. Propterea, in-quit, adolescentulæ dilexerunt te. Attrahe nos, post odo rem vnguentorum tuorum curramus. Bona quidẽ pru-dentia, sed dulcis misericordia. illam enim pauci alse-

Psal. 62. Gen. 24. Ibidem. Cantic. 1. Luc. 7. Psal. 118. Cantic. 4. Cantic. 1.

quuntur, hæc ad omnes peruenit. Propter hanc inquit, indulgentiam tuam diligunt te animę renouatę spiritu.
Psal. 102. Vnde & ad animam dicitur: Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Ad animam enim loquebatur dicens: Be-nedic anima mea dominum. Et ideo festinat ad verbũ, & rogat vt attrahatur, ne forte derelinquatur: quia cur-rit dei verbum, & non est alligatum. Denique exultat tã
Psal. 18. quam gigas ad currendam viam. Et quia egressus eius à summo cælo, & occursus eius vsque ad summum eius: vidẽs se imparẽ tantę velocitati, dicit: Attrahe nos. Bona anima, quæ non pro se sola, sed p̃ oĩbus rogat. Attrahe, inquit, nos. Habemus enim cupiditatem sequẽdi, quam vnguentorum tuorum inspirat gratia. Sed quia cursus tuos æquare non possumus: attrahe nos, vt auxilio tuo fultæ, vestigijs tuis possimus insistere. Si enim tu attraxe ris, curremus & nos, & spiritalia velocitatis flabra capie mus. Deponitur enim sarcina quibus manus tua fulcro est: & oleum tuum infunditur, quo curatus est ille qui à
Mat. 11. latronibus vulneratus est. Ac ne impudens tibi videa-tur quod ait, Attrahe nos: audi dicentem: Venite ad me
Philip. 3. omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficia-am. Vides quod libenter nos attrahit, ne remaneamus sequentes. Sed qui vult attrahi, currat vt comprehen-dat, & currat superiora obliuiscens, & ea quæ sunt prio
Ioan. 13. ra appetens. sic enim poterit Christum comprehende-re. Prudenter ergo rogat vt attrahatur: quia non omnes sequi possunt. Denique Petro dicenti, Quo vadis? respondit verbum dei: Non potes me sequi modo, se-queris autem postea. Claues ei conmiserat regni cælo-rum, & sequẽdo se imparem iudicauit. Hanc tamen ani mam non distulit: quia non præsumebat, sed rogabat. Denicq; ait: Introduxit me rex in cubiculum suum. Bea-ta anima, quæ verbi ingreditur penetralia. Insurgens nã que de corpore, ab omnibus fit remotior, atque intra se metipsam diuinũ illud, si quo modo adsequi possit, scru tatur & quærit. Quod cum potuerit comprehendere, ea
2. Cor. 12. quæ sunt intelligibilia supergressa, in illo confirmatur, atque eo pascitur. Talis erat Paulus, qui sciebat se raptũ in paradisum: sed siue extra corpus raptum, siue in cor-pore, nesciebat. Assurrexerat enim anima eius de cor-pore, & se à visceribus & vinculis carnis abduxerat atq; eleuauerat, factusq; à semetipso alienus, intra semetipsũ tenuit verba ineffabilia quæ audiuit, & vulgare nõ potu it: quia aduertit ea loqui homini non licere. Anima er-go bona contemnit visibilia & sensibilia, nec cõsistit in eis, nec in despiciẽdis his immoratur & residet, sed ascẽ dit ad illa æterna, & inuisibilia, & plena miraculi, puro sensu se piæ mẽtis attollens. Etenim perfectioni studẽs, solũ illud bonum diuinitatis intendit, nec aliud quicq̃ requirendum putat: quia tenet quod summum est. Itaq; vir huiusmodi, in quo est animæ pulchritudo, solus sibi abundat: quia ipse sibi est satis. Nec solus aliquãdo est, cui præsul dominus adest.

Non est intuitus me sol. Filij matris meę pugnauerũt ad-uersum me: hoc est, impugnauerũt me corporis passio-nes; carnis illecebrę decolorauerũt me: ideo mihi Sol iu stitię nõ refulsit. Quo viduata præsidio, deuotionẽ meã, & obseruantiã plenã seruare nõ potui. Hoc est enim, Vi-neã meã nõ custodiui, quia spinas & nõ uam attulit: id est, faciẽs peccata pro fructib⁹. Et cũ de verbo loquitur, irradiãte sibi verbi splẽdore cõuersa ad ipsum dicit: Vbi pascis? Vbi manes in meridiano? Recte dicit, Vbi pascis? quia regulare est dei verbũ. Vbi manes? quia morale. In meridiano, quia mysticũ. Siquidẽ quia meridie Ioseph cum fratribus suis in conuiuio constitutus, futurorũ tẽ porũ mysteria reuelabat. Sed etiã Dauid ait: Reuela ad Psal. 36. dominum viã tuam, & spera in eũ, & ipse faciet & edu-cet sicut lumen iustitiã tuam, & iudicium tuum tãquam meridiem. Et ipse Paulus circũfulsisse sibi lumen meri-die asseruit, quãdo à persecutione est cõuersus ad grati am. Quæritur ergo quod derelicta sit, quod destituta sit pauper ex diuite. Abundabat enim munere gratiarum, sed egere cœpit vbi diuinæ præsentię sibi copia denega-ta est: & ideo vel quasi mercenaria haberi postulat, quæ ante sibi precioſioris copulę gratiã vendicabat. Cui re-spõdit verbum dei: Nisi cognoscas te decora inter mu-lieres, quæ quereris quòd relicta sis: nisi te cognoscas, ni si te pœniteat lapsus tui, nisi intẽtionẽ deuotiõis appro-bes, nisi fides tua & synceritas augeatur: querela nihil p̃ derit. Ac sic: Nisi cognoscas te quia decora es, nisi pul-chritudinem naturæ tuæ serues, & corporis te illecebræ non demergant, nec impedimenta detineant: nihil tibi naturæ melioris nobilitas suffragabitur. Cognosce igi-tur te, & naturæ tuę decorem, & exi quasi exuta uinculis pedẽ, & nudo exerta vestigio, vt carnalia integimẽta nõ sentias, vestigiũ mentis tuæ corporalia vnicum nõ im-plicent, vt pes tuus speciosus appareat. Tales enim sunt qui ad regnũ cælorũ annunciandũ eliguntur à domino, de quibus dictũ est: Quã speciosi pedes cuãgelizantium pacem. Talis Moyses, cui dicitur: Solue calciamentum pedum tuorum, vt vocaturus populum ad dei regnum, pri⁹ carnis exuuias deponeret, & nudo spiritu vestigiõ-que mẽtis incederet. Hoc est ergo quod ait: Exi tu in cal caneis gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pa-storum: quia per greges regnũ intelligimus, eò quòd põ testatis sit gregibus præsidere. Præsidet autem vnusquis-que sibi quadam potestate regali, si coerceat in se corpo poris luxus, & seruituti redigat carnem suam. Ideoq; di ctum est: Regnum dei intra vos est. Vnde pulchre ait ad Luc. 17. animã: Exi, id est exi à seruitio, exi à carnis imperio atq; dominatu: & exi non in carne, sed in spiritu, exi ad regi men potestatis. Ideóque addidit: Pasce hœdos tuos, hoc est, rege ea quæ in sinistra tua sunt. nam si non regãtur, facile labuntur. Coerce petulantiam, lasciuiam tui cor-poris, & luxuriam irrationabilem, edoma leues motus, pasce eos non in corpore is tabernaculis: sed in taberna culis pastorum, qui regere gregem norunt. Sunt enim amabilia tabernacula Israel, sicut nemora obumbran-tia super flumen: in quibus anima tanquam in procin-ctu bellico sita bonam exercet militiam, incursus explo rat hostiles. Virtutis labor quæret victoriam, vt possit equæ illi quæ Salomonis est comparari, velox ad curren dum, habilis ad partum: quoniam fœcunditas animę de sideratur & quæritur. Hæc ergo equa preciosa, & currus Pharao veloces, quod aliqui ad Ecclesiam referunt & ad populum. Sed de hoc mysterio alibi sæpius diximus, & maxime in Psalmo centesimo octauodecimo. Hoc au tem loco de anima dicendum suscepimus. Huius equæ similis æstimatur hęc anima: hoc est, propheticę vel apo stolicæ virtutis: eò quòd in eorũ ãnumeretur gregẽ, qui fœcunditate prędicationis suæ totius orbis terrarũ spa-tia respersérũt, & quãuis in corpore constituti, nulla ta-men cursus spiritalis sensere dispẽdia. Ideoq; laudatur, qđ cęlesti sibi illuminãte precepto, iã speciosa, iam pul-

Esa. 52. Exod. 3. Cantic. 1.

Canti. 1.

DENIQVE in illud diuini illi⁹ introducta secre tum, Exultem⁹, inquit, & lætemur in te: diliga mus vbera tua super vinum. Non enim in diui tijs auri, argentiq; thesauris, non in possessio-num fructibus, non in potestatibus, non in cõuiuijs, sed in solo deo exultat. eadem tamen anima cognoscens se corporis societate fuscatã, dicit ad alias animas, vel ad alias cælestes & appositas sacro ministerio potestates: Nolite aspicere me quoniam obfuscata sum, quoniam

G chra ſit,quę vultu præferat caſtitatis decorẽ,& redimicu
la ceruicis attollat, in qua ſunt patientiæ & humilitatis
inſignia. Talis animæ diligebat Iſaac verus decorem,hu
militatem,patientiam: & ideo partus eius auide require
bat. Concepit autem Rebecca,& patientia ſua nodũ ſte-
rilitatis abſoluit. Quid autem pariat prophetica atque
apoſtolica anima, conſideremus, & quomodo pariat.
Gen.25. Abijt,inquit,interrogare dominum, quia exultabãt in-
fantes in vtero eius. Et reſponſum accepit: Duæ gẽtes in
vtero tuo ſunt. eò quòd nihil ſpõte præſumat: ſed in oĩ-
bus ſummũ deũ præſulẽ poſcat ſuorũ cõſiliorum,ſimul
plena pacis atque pietatis,duos populos ſua fide & præ-
dicatione connectat,& tanq̃ vtero ſuo claudat. Quæ nõ
Gene.26. immerito ſoror magis quã vxor appellatur, eò quòd mi
tis atq; pacifica anima cõmunis magis pietatis quã ſpe-
cialis copulę nomẽ accipiat: & quia vniuerſis magis quã
Ibidem. vni ſe exiſtimet obligatã. Fodit autẽ puteos Iſaac,& plu
rimos quidem quos foderat pater eius, & repleuerant il
los poſt mortem Abrahæ patris illius alienigenę. Præ cę
teris tamen fodit hos puteos: vnum in conualle Gera-
H rim,& inuenit ibi puteum aquæ viuæ, & litem fecerunt
paſtores Gerarim cum paſtoribus Iſaac, eò quòd aquã
ſibi eius putei quaſi propriam vendicabãt: & vocauit no
men eius Iniuſtitiam. Et fodit alium, in quo orta eſt di-
ſceptatio,& impoſuit illi nomẽ Inimicitias. Et fodit ter
tium,in quo lis nulla inter paſtores commiſſa eſt, & vo
cauit eum Latitudinẽ. Fodit & puteũ iuramenti, & non
inuenit in eo aquam, & vocauit eum Puteum iuramẽti.
Quis hęc legens,terrena magis quã ſpiritalia opera eſſe
arbitretur,quòd vel Abraham fodit puteos,vel Iſaac,tã
ti videlicet Patriarchæ,vel etiam Iacob,ſicut & in Euan
gelio reperim⁹,velut fontes quidam generis humani,&
ſpecialiter deuotionis ac fidei? Quid eſt enim puteus a-
Prou.5. quæ viuæ,niſi profundæ altitudo doctrinæ? Vnde & A-
gar ad puteum angelum vidit,& Iacob ad puteum Ra-
I chel ſibi inuenit vxorem. Moyſes quoq; ſecus puteũ fu-
turi locauit merita prima coniugij. A puteo igitur viſio
nis aperire Iſaac adorſus eſt puteos,& bono ordine, vt
eius putei aqua primum rationabile animæ, oculũq; ei⁹
dilueret & foueret,quo viſum eius faceret clariorẽ. Fo-
dit etiam alios puteos plures. Vnde & ſcriptum eſt: Bibe
aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus.
Quanto plures fuerint, tãto eſt vberior redũdantia gra
tiarum. Fodit tamen puteũ,quem foderat pater Abrahã,
de quo litem fecerũt paſtores Gerarim,hoc eſt macerię.
Vbi enim maceria,ibi diuiſio inter repugnantes,ibi in-
iuſtitia: & ideo vocauit Iniuſtitiam. Alium quoque fo-
dit,& orta diſſenſione vocauit eum Inimicitias. In qui-
bus videtur elucere doctrina moralis, eò quòd ſublato
pariete macerię,ſolutę ſint in carne hominis inimicitię,
& facta ſint vtraque vnum in figura per Iſaac,in verita-
te per Chriſtum, meritoq; poſtea pura aqua in eo puteo
ſit reperta,tanq̃ doctrina moralis, vtilis ad hauriẽdum.
Puteus quoque latitudinis quid aliud ſignificat, niſi de
naturalib⁹ diſciplinam? Qua cauſa & latitudo dicitur,
quia ſine contentione,ſine lite iam quietus atque ſecur⁹
eſt qui mũdana hæc & ſenſibilia fuerit ſupergreſſus. Vn
de ſuperatis iam aduerſantibus & alienigenis cogitatio
nibus (quid enim tam alienum q̃ omnia ſecularia, quæ
perpetua eſſe non poſſunt?) poteſt ſapiens dicere: Dila
tauit dominus nobis,& auxit nos ſuper terram,quia ter
Gen.26. rena tranſcendit. Vltimus eſt puteus iuramenti, in quo
ei viſus eſt deus: & ait,Noli timere: tecum enim ſum. Et
benedixit eũ. Hæc doctrina iam myſtica eſt. Habes hæc
in Salomone: quia Prouerbia eius moralia, Eccleſiaſtes
naturalis, in quo quaſi vanitates iſtius deſpicit mundi:
myſtica eius ſunt Cantica canticorum. Habes & in Pro
pheta: Seminate vobis ad iuſtitiam, vindemiate ad fru-
ctum vitæ,illuminate vobis lumen cognitionis. Hoc eſt
enim lumen cognitionis,habere charitatis perfectionẽ.
1.Ioan.4. Ideóque dictum eſt: Nolite timere. Charitas enim timo-

rem excludit foras. Vt cognoſcamus autem quia Salo- K
mon ita hos interpretatus eſt puteos, vt ad moralem do
ctrinam & naturalem referret, & myſticam: in ſingulis
libris ſuis,quos de moralibus,vel naturalibus, vel my-
ſticis ſcripſit, poſuit hos puteos. Nam & in Prouerbijs
cum declinandam ſpeciem diceret ſecularis illecebræ,
Prou.5. ait: Bibe aquam de tuis vaſis,& de puteorũ tuorum fon-
tibus,& ſuperfluant tibi aquæ de tuo fonte. Et infra: Fõs
aquæ tuæ ſit tibi proprius, & iucundare cum vxore. eò
quòd aduerſus tentamenta mundi remedium nobis ve-
ra ſapiẽtia ſit,moralis quoque doctrina, quæ imaginem
mundanæ voluptatis meretricijs quibuſdam illitam fu-
cis irriguo ſuo diluat, & fluẽto ſui fontis abſtergat. De
Eccles.2. naturalibus quoq; habes in Eccleſiaſte dictũ: Feci mihi
piſcinas aquarum ad irrigãdum ex his ſaltum germiná
tem. Neque te moueat quod pro puteo piſcinas poſuit:
quia & Moyſes puteum latitudinis dixit,eò quòd à ſoli-
citudine omni & anguſtijs ſoluitur qui mundum hunc
pia mente tranſcenderit. Non immerito ergo piſcinas
habet Eccleſiaſtes, qui vidit nullam abundantiam eſſe
ſub Sole: ſed ſi quis abũdare velit, in Chriſto abundet.
Et de myſticis Puteus ſupereſt nobis,quem etiam ipſum
Canti.4. reperimus in Canticis canticorum,dicẽte ſcriptura: Fõs
ortorum puteus aquæ viuæ, & impetu deſcendens à Li-
bano. Etenim ſi myſteriorum altitudinem perſequeris,
puteus tibi videtur,tanquam in profundo ſita, myſtica
eſſe ſapientia: ſi vero haurire velis affluentiam charita-
tis,quæ maior & vberior eſt quàm fides & ſpes,tunc tibi
fons eſt. Exuberat enim charitas,vt & haurire eam com
minus,& rigare eius affluentia ortum tuum poſsis,ſpiri
talibus fructibus redundantem. Et quia ipſe puteus lati L
tudinis eſt,qui charitatẽ habet: ideo dixit, quia vbi cha-
ritas eſt,ibi impet⁹ magnus deſcẽdit à Libano. Ne quid
autem moueat quod & puteum & fontem eũdem dixit:
Ioan.4. etiam Euãgelium te inſtruat,in quo ſcriptum eſt: Quia
venit Ieſus in ciuitatẽ Samariæ,quę dicitur Sichar,iuxta
prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem
ibi fons Iacob. Et fatigatus,inquit,ſedebat ſic ſuper pu-
teum. Vnde ad myſticam doctrinam hunc referri pute-
um etiam ibi cognoſcimus: quia ibi Samaritana illa, id
eſt cuſtos,cuſtos autem cæleſtium præceptorum, hauſit
de puteo illo diuina myſteria,cognoſcens quia deus ſpi
ritus eſt,& non in loco adoratur, ſed in ſpiritu: & quia
meſsias venit,qui Chriſtus eſt. Et ideo qui adhuc expe- M
ctatur à Iudeis,iam venit. Quib⁹ auditis,mulier illa quę
ſpeciem Eccleſiæ gerit,legis ſacramẽta cognouit, & cre
didit. In ipſo quoq; Canticorum libro Salomon hãc tri
plicem ſapientiam euidenter expreſsit: licet in Prouer-
bijs dixerit: vt tripliciter ſibi ſcripſerit, qui ſapiẽtiã eius
vellet audire. Ait ergo in Canticis ſponſa de ſponſo: Ec
ce ſponſus eſt conſobrinus meus. Et ideo pulchra accli
natio noſtra opaca: trabes domorum noſtrarum Cedri,
lacunaria noſtra Cupreſsi. Poſsumus hoc de moralib⁹
accipere. Vbi enim requieſcit Chriſtus & Eccleſia, niſi
in operibus ſuæ plebis? Deniq; vbi impudicitia, vbi ſup
bia,vbi iniquitas erat,ibi ait dominus Ieſus: Filius autem
Matth.8. hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet. De naturali-
Canti.2. bus autẽ quid accipiamus? In vmbra inquit,eius cõcupi
ui & ſedi,& fruct⁹ eius dulcis in faucibus meis. Qui enĩ
terrena ſupergreditur,& cui mundana moriuntur: quo
niam crucifigitur ei mundus,& ipſe mundo: omnia quę
ſunt ſub Sole,refugit & contẽnit. De myſticis quoq; ait:
Cantic.2. Introduc me in domum vini,conſtituite in me charita-
tem. Etenim ſicut vineã ſuam, ita dominus Ieſus popu-
lum ſuũ quaſi vitis æterna quibuſdã brachijs charitatis
amplectitur. Cõſidera ſingula. In moralibus flos eſt in-
ter ſpinas liliũ,ſicut ipſe ait: Ergo flos campi,& liliũ con
uallium. In moralib⁹ ergo flos eſt, in naturalib⁹ Sol iuſti
tiæ,qui oriẽs & reſurgẽs illuminat,occidẽs obũbrat. Ca
Ephe.4. ue ne tibi occidat, quia ſcriptũ eſt: Sol nõ occidat ſuper
iracũdiã veſtrã. In myſticis charitas eſt, quia plenitudo

A legis eſt Chriſtus. Et ideo Eccleſia quæ diligit Chriſtũ, vulnerata eſt charitate. Hanc ergo charitatẽ ſuſcitat & reſuſcitat,donec vocẽ eius accipiat,& præſentiã eius ac cerſiat: quia quæſitus nõ ſolũ venit, ſed etiã ſaliẽs venit. Saliẽs ſuper mõtes,& trãſiliẽs ſuper colles. Super maioris gratiæ aſas ſalit,inferioris trãſilit. Vel ſic,ſaliẽs quomodo venit? Saltu quodã venit in hũc mundũ. Apud patrem erat,in virginẽ venit,& ex virgine in præſepe trãſiliuit. In præſepi erat,& fulgebat è cælo. deſcẽdit in Iordanẽ,aſcẽdit in crucẽ. deſcẽdit in tumulũ,ſurrexit è tumulo,& ſedet ad patris dexterã. Inde quaſi hinulus ceruorũ,qui deſiderat ad fontes aquarũ,deſcẽdit ad Paulũ, & circũfulſit eũ,& exiliuit ſuper Eccleſiã ſuam, quæ eſt Bethel,quod dicitur domus dei. Pauli enim vocatio, Eccleſiæ firmitudo eſt. Venit ergo,& primo poſt paricem eſt,vt inimicitias animæ & corporis ſoluat, ſublato pariete qui impedimentum concordiæ videbatur afferre. Deinde proſpicit per feneſtras. Quæ ſint feneſtrę, audi Prophetã dicentẽ: Feneſtræ apertę ſunt è cælo. Prophetas itaq; ſignificat,per quos dominus ad genus humanũ, priuſquã in terras ipſe deſcẽderet, locutus eſt. Et hodie ſiqua eum anima multũ requirat,multũ merebitur: miſe ricordię: quoniã qui multũ requirit, plurimum debetur ei. Si qua ergo anima eũ ſtudioſius quærat,lõge audit vo
B cem eius: & quanuis ab alijs requiratur,præ ipſis à quib⁹ quæritur, audit vocem eius. Videt eum ſalientem ad ſe venire,id eſt properantẽ atq; currentẽ, & tranſilientem eos qui infirmo corde virtutẽ eius capere non poſſunt. Deinde proſpicientẽ per ænigmata prophetarũ legẽdo eos,& tenendo eorũ ſermones,videt eum proſpicientẽ, ſcilicet quaſi per feneſtrã,non adhuc quaſi præſentẽ videt eminentem ſuper retia. Quid eſt hoc,niſi fortẽ q̃dã illa retia nobis ſunt, non illi? Retia, eò quòd adhuc illa anima intra ſenſibilia & mundana ſit poſita. Igitur adhuc in ſecularibus,ſed tamen quærenti eũ per retia oſtẽdit. Deniq; dicit ad animã eiuſmodi: Surge, veni proxima mea: id eſt, ſurge à delectationibus mũdi, ſurge à terrenis,& veni ad me, quæ adhuc laboras, & onerata es: quia ſolicita es quæ ſunt mundi. Veni ſupra mundũ, veni ad me: quia ego vici mundũ. Veni prope me, iam puſchra æternæ vitæ decore, iam colũba, id eſt mitis atq; mã
C ſueta, iam tota gratiæ ſpiritalis. Iure ergo iam retia time re non debet anima, cum is vocet ad ſe animam, qui tentantis & retibus mundi non potuit capi. Nam cũ nos homines ambulemus in medio laqueorum, per appetẽtiam eſcę ſimul & laqueis nexi, ille in corpore poſit⁹ retia non timebat, ſed eminebat ſuper retia, id eſt ſuper tẽtamẽta mundi, & corporis paſsiones, immo & alios emi nere faciebat. Ideóque & hanc animã fundare volens, dicebat: Surge, veni proxima mea, noli timere retia, iam præterijt hyems: id eſt, vẽnit paſcha, venit indulgẽtia, ad
Canti.2. tenit temiſsio peccatorũ, ceſsauit tentatio, imber abijt, procella abijt. Quaſi satio ante aduẽtum Chriſti hyems eſt: poſt aduentum eius flores ſunt. Vnde ait: Flores viſi ſunt in terra. Vbi ante ſpinæ, ibi nũc flores. Tempus, inquit, ſecandi aduenit. Vbi ante deſertum, ibi meſsis eſt. Vox turturis audita eſt i terra noſtra. Bene addidit Prophetа, Noſtra, quaſi admirans quod vbi ante impudicitia, ibi caſtitas. Ficus protulit groſsos ſuos. Quæ ante in fructuoſa iubebatur excidi, hæc fructus ferre iam cœpit. Sed quid dubitas quia groſsos dixit? Priores diſcutit, vt poſteriores meliores efferat: ſicut Synagogæ fructus abijcitur: Eccleſiæ autem renouatur. Et quanuis plena tranquillitas ſit, & adoleuerint myſteria, iterum tamen dicit: Surge ſecura in tegimento petræ, id eſt tuta præſidio paſsionis meæ, & fidei munimento. Suxerunt enim mel de petra, & oleũ de firmiſsima petra. Hoc integimento animæ piorum indutæ, iam nudæ non ſunt. Et hæc illa præmunitio, ideoq; & huic animæ ait: Et veni tu columba mea in tegimento Petræ iuxta præmunitio
N nẽ, oſtẽde mihi faciẽ tuã, & inſinua vocẽ tuã. Hortatur ad confidentiam, vt nõ erubeſcat crucem Chriſti, nec D
eius ſignaculum. Hortatur ad confeſsionem, vult omnes inſidias dimoueri, vt bonus odor fidei ſpiret, vt dies fulgeat, vt aduerſæ noctis vmbra non noceat: quoniam qui iuxta Chriſtum eſt, dicit: Nox præceſsit, dies appro- Rom.13.
pinquabit. Eſt & vmbra ſeculariũ, quæ præterijt: & dies cæleſtiũ Chriſtus, qui ſanctis ſuis lucet. Accipit hæc anima bona pignora charitatis.

De tertio ipſius animæ proceſsu, quo cũ in cubili & noctibus, in ciuitate, in foro, & in plateis quæſitũ non repe riſset, aliquãdo rationibus ſuis gratia quærentẽ reuocauit, adeo vt ab eius ſponſo ꝓpius vocaretur. Caput. v.

Sed quia ſemper ſoliciti eſse debemus, ſemp intenti, & quia verbũ dei ſicut capreola exilit, aut ſicut hinnulus ceruorũ, ſemper vigilet anima, & prætendat quæ requirit eum, & quæ tenere deſiderat. Ideo quaſi ſublapſum ſibi, In cubi
li, inquit, meo in noctibus quæſiui quem dilexit anima Cantic.3.
mea. Qui bene quærit, in cubili quærat, in noctibus quærat: nec dies feriatus, neq; noctes ſint. Nullũ tẽpus vacet à pietatis officio: & ſi nõ inuenerit primo, perſeueret in requirendo. Ideoq; dicit: Exurgã itaq;, & quærã in ciuitate, in foro, in plateis. Et fortaſse ideo nõ inuenit adhuc, quia in foro quæſiuit, vbi lites ſunt: in plateis, vbi nundinæ rerũ venalium. Non enim vlla Chriſtus pecunia cõparatur. Poſsum⁹ & ſic itelligere: In cubili quęrit Chriſtum, quæ requirit eum cum tranquillitate, cum pace. In noctibus quærit, quoniã per parabolas loquebatur. Poſuit enim tenebras latibulũ ſuum, & nox nocti indicat Pſal.17.
ſcientiam. Deinde quoniam quæ dicimus in corde noſtro, ea nos compungere in cubilibus debent. Sed tamẽ Pſal.18.
nec ſic inuenit, & ideo dicit: Exurgam, id eſt erigam & attollam intentionem meam, vt quæram impigre, quęrã E
ſolicite: introibo ciuitatem. Eſt & anima quæ dicit: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obſeſsa. Eſt ciuitas munita p Chriſtum, eſt ciuitas illa Hieruſalẽ in cælo, in qua abundant diuinæ legis interpretes, & diſciplinarum periti, p quos verbum dei quæritur. Quæram inquit, in foro illi⁹ ciuitatis, in illo foro vbi tractant iura conſulti, vbi oleũ venditur, quod euangelicæ virgines emunt, vt ſemper faces ſuæ luceant, nec eas fumus iniquitatis extinguat. Quæram, inquit, in plateis, in quibus ſuperfluunt aquæ, de illis fontibus prorumpentes de quibus Salomon dicit eſse potandum. Dum quærit igitur Chriſtum, inuenit cuſtodes qui in miniſterio ſunt: ab his requirit. Sed anima quæ Deum quærit, etiam cuſtodes tranſit. Sunt enim myſteria quæ etiam angeli concupiſcunt videre. 1.Petri.1.
Vnde Petrus ait: Nũciata ſunt, inquit, vobis per eos qui bus euãgelizauerũt ſpiritu ſancto miſso de cælo, in quẽ concupiſcunt angeli proſpicere. Ergo cum trãſierit cuſ- F
todes, verbum inuenit. Tranſiuit Ioannes, qui verbum apud patrem inuenit. Multi quoq; ſunt qui in ocio quærunt Chriſtum, & non inueniunt: & quærunt eum in perſecutionibus, & cito inueniunt. Et ideo quaſi poſt tẽtationes, quia in periculis fidelium ſuorum adeſt. Quàm modicum, inquit, cum tranſiui ab eis, inueni eum, tenui eũ, Canti.3.
& non dimiſi eum. Omnis enim qui quærit, inuenit: & qui inuenerit, adhęrere debet, ne poſsit amittere. Et quoniam per Euangelium in terris videmus cæleſtia myſteria figurata, veniamus ad illam Mariam, veniamus ad Magdalenam. Conſideremus quem admodum Chriſtũ in cubili corporis ſui, in quo defunctus iacebat, in noctibus quæſierint, quando dixit illis angelus: Ieſum qui crucifixus eſt quæritis? non eſt hic: ſurrexit enim. Quid Mat.28.
igitur quęritis? viuentem cum mortuis? Quid quęritis in ſepulchro eũ qui iam in cælo ſit. Quid quæritis in vincu Lucæ.24.
lis ſepulturæ, vniuerſorum vincula ſoluentem? Non ſepulchrum huic ſedes, ſed cælum eſt. Ideo dixit vna ex his: Quæſiui eum, & non inueni eum. Tamen dum va-

G dunt apoſtolis nunciare, miſeratus quærentes, occurrit
Matth. 28 eis Ieſus, dicens: Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenue
runt pedes eius, & adorauerunt eum. Tenetur ergo Ie-
ſus, ſed delectatur ſic teneri, quia fide tenetur. Denique
delectauit eum & illa mulier quæ tetigit eū, & curata eſt
Lucæ. 8. ſanguinis fluxu, de qua dixit: Tetigit me aliquis, nā ſen-
tio virtutem de me exiſſe. Tange ergo, & fide tene, & cō
ſtringe fideliter pedes eius, vt virtꝰ de eo exeat, vt ſanet
animam tuam. Et ſi dicat, Noli me tangere: tu tene. Se-
mel dixit, Noli me tāgere, quādo ſurrexit: & forte illi di-
xit quæ putabat furto eſſe ſublatum, & non virtute pro
pria reſuſcitatum. Denique in alio libro habes quia te-
nentibus & adorantibus dixit: Nolite timere. Tene ergo
& tu anima, ſicut tenebat & Maria, & dic: Tenui eum, &
non dimittam, cum dicebant ambæ: Teneamus te. Vade
ad patrem, ſed non relinquas Euam, ne iterum labatur.
Tecum eam ducito, iam non errantē, ſed arborem vitæ
tenentem, tecum rape tuis pedibus inhærentem. Tecum
aſcendam, noli me dimittere, ne iterum ſerpens venena
ſua fundat, ne iterum quærat fœmineum mordere veſti
giū, vt ſupplantet Adam. Dicat ergo anima tua: Teneo
te, & inducam te in domum matris meæ, & in ſecretum
eiꝰ quæ cōcepit me, vt cognoſcam myſteria tua, vt hau-
riam ſacramenta tua. Suſcipe igitur Euam iam nō ficul
neæ foliis adoptā, ſed ſancto amictā ſpiritu, & noua gra-
tia glorioſam: quia iam nō tanꝙ nudata abſcōditur, ſed
tanꝙ circūdata veſtimenti ſplendore fulgētis occurrit,
H quia veſtit eā gratia. Sed nec Adā primo nudus erat, quā
do cum innocētia veſtiebat. Videtes itaq; eā filiæ Hieru-
ſalem Chriſto inhærentē, & adhuc aſcendentē cum eo
(dignatur enim quærētibus frequēter occurrere, & con
Cantic. 3. deſcendere vt eos eleuet) dicūt: Quæ hæc eſt quæ aſcen-
dit à deſerto? Deſertus hic terræ locus & incultus vide-
tur, ſentibus & ſpinis noſtrorum obſitus delictorū: mi-
rātes videlicet quomodo anima quæ ante in inferno de-
relinquebatur, inhæreat dei verbo, & aſcendat ſicut vi-
tis propago in ſuperiora ſe ſubrigēs, velut fumus natus
ex igne, atq; alta petens, tū præterea bonis operibus fra-
Apoc. 8. gret. Odor autem ille orationis piæ redolet ſuauitatem,
quæ dirigitur ſicut incenſum in cōſpectu dei. Et in Apo
calypſi legimus quod aſcendit fumus incenſorū ex ora
tionibus ſanctorū: quæ incēſa referuntur per angelum,
ſanctorū orationes ſcilicet, ſuper altare illud aureū qđ
eſt ante ſedē, & tanꝙ ſuaue piæ precationis fragrat vn-
guentū, quia de æternorū & inuiſibilium, non de corpo
ralium petitione compoſitum eſt: præcipue tamen myr
I rhā redolet & thus, eò quòd peccatis mortua ſit, & deo
viuat. Hanc igitur aſcendentē & non reſiſtentem viden
tes, & meritorū eius odoribus delectantes, agnoſcentes
quoq; Salomonis illius pacifici eſſe ſponſam, etiam co-
mitatu ſedulo proſequuntur vſq; ad lectum Salomonis,
eò quòd ei vera requies in Chriſto debeatur. Lectꝰ enim
ſanctorum Chriſtus eſt, in quo vniuerſorum ſeſa ſecu
Gen. 25. laribus prælijs corda requieſcūt. In hoc lecto requieuit
Iſaac, & benedixit filium iunionē, dicens: Maior ſeruiet
minori. In hoc lecto recubans Iacob benedixit duode-
cim patriarchas. In hoc lecto recubans Archiſynagogi
filia ſurrexit à morte. In hoc lecto iacens viduæ defun-
ctus, mortis vincula Chriſti vocatꝰ voce diſſoluit. Per-
ducta igitur ſponſa vſq; ad ſponſi requiem nuptialē, ca
Cantic. 3. nunt dicentes charitatem filiabus Hieruſalē: Egredimi-
ni, & videte regem Salomonem in corona qua corona-
uit eum mater eius in die ſponſalium eius. Canunt epi-
thalamiū, & vocant cæteras poteſtates cælorum, vel ani
mas, vt videant charitatē, quā circa filias Hieruſalem ha
bet Chriſtus. Vnde & meruit coronari à matre filiꝰ cha
Coloſ. 1. ritatis, ſicut Paulus oſtendit dicens: Quia deus eripuit
nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum fi-
lij charitatis ſuæ. Charitatis itaque filius & ipſe charitas
eſt, nō ex accidētibus habēs charitatem, ſed habēs ſem-
per ſubſtantia ſua, ſicut regnū, de quo dicit: Ego in hoc
natus ſum. Ideóq; dicunt: Egredimini, id eſt, exite de ſo- K
licitudinibus & cogitationibus ſeculi, exite de anguſtijs
corporalibus, exite de vanitatibus mundi, & videte quā
rex pacificus in die ſponſaliū ſuorū habeat charitatem,
quām glorioſus ſit, quia corporibus reſurrectionem de
dit, & animas ſibi iunxit. Hęc magni eſt corona certami
nis, hoc præclarum munus ſponſalium Chriſti, ſanguis
eius & paſsio. Quid enim plus potuit dare, quī ſibi etiā
non pepercit, & pro nobis mortem ſuam obtulit? Ipſe
quoque dominus Ieſus delectatus fide animæ huius, cōfeſ-
ſione gratiæ, & collaudatis eius meritis, propius eam
adducit dicens: Ades huc à Libano ſpōſa, ades huc à Li Canti. 4.
bano, tranſibis & pertranſibis à principio fidei, à capite
Sanyr & Hermoniim, à ſpeluncis leonum, à montibus
pardorum: hoc eſt, Egredere de corpore, & totā te exue.
Nō potes enim mihi adeſſe, niſi ante peregrineris à cor
pore: quoniam qui in carne ſunt, peregrinantur à dei re
gno. Ades, ĩquit, ades. Bene repetiuit: quia ſiue preſens,
ſiue abſens, adeſſe & placere domino deo tuo debes.
Adeſto præſens, adeſto abſens, etſi adhuc in corpore es.
Mihi enim omnes præſentes ſunt, quorum fides mecum
eſt. Adeſt mihi, qui exit de ſeculo: adeſt mihi, qui me co
gitat, me ituetur, de me ſperat, cui ego portio ſum. Ad-
eſt mihi, qui abſuerit ſibi: adeſt mihi, qui ſe negauerit. Il L
le mecum eſt, qui intra ſe non eſt: quoniam qui in carne
eſt, non eſt in ſpiritu. Ille mecum eſt, qui ex ſeipſo egre-
ditur: ille iuxta me, qui extra ſe fuerit: ille mihi integer,
qui propter me perdiderit animam ſuam. Et ideo ades
deſponſata, tranſibis & pertranſibis à principio fidei.
Tranſit & pertranſit cæteros, & pertranſit quæ ad Chri-
ſtum peruenit. Tranſit fidei merito, & operum claritā-
te, quæ lucent ſicut Sanyr & Hermoniim: hoc eſt, via lu
cernæ tranſit deuictis tentationibus ſeculi, & ſuperatis
nequitiis ſpiritalibus, legitimi petens coronam certami
nis, & ideo meruit Chriſto iudicāte laudari. Ortus clau- Canti. 4.
ſus ſoror mea ſponſa, ortus clauſus, fons ſignatus, emiſ
ſiones tuæ paradiſus malorum granatorum cum fructu
pomorum. Laudatur ſponſa, eò quòd ortus ſit, habens
in ſe odorem agri illius pleni, de quo dicit Iſaac: Odor fi Gen. 27.
lij mei tanquam odor agri pleni. Bona ergo anima fra-
grat odores iuſtitiæ. Et fortaſe ager eſt patriarcha, or-
tus eſt anima inferioris alicuius, quaſi agri portio, & or
tus clauſus ne incurſetur à beſtijs: & fons ſignatus, quæ
integritate ſignaculi perſeuerante, quæ fide propria pec M
cata diluerit. Nam quæ de Eccleſia accepit, habet quod
ad virginitatis gratiam referat, eò quòd in paradiſo dele
ctationis poſita, ſine labore fructꝰ capiat ſpiritales, vt ei
patriarcharū animæ rurali quodā labore fructꝰ ſuos cō
ferant, quo iſta capere poſsit perpetuā ſuauitatem. Quæ
merito fons ſignatus dicitur, eò quòd imago dei inuiſibi
lis in illa exprimatur. Laudāt etiam munera animæ quæ
miſsa ſunt à ſpōſo, quibus dotata veniebat. Dos autem
piæ animæ boni odores ſunt, myrrha & aloe, quibus ſpi
rat ortorum gratia, & peccatorum fœtor adoletur. Itaq;
tanto ſecura præconio cōquieſcere Aquilonē graue vē-
tum petit, ne flores diſcutiat: ſpirare auſtrum: id eſt vult
hyemē præterire, & mollioris flatus vernare tēperiē. In-
uitat ſponſum in ortū ſuū. Deſcēdit ſpōſus, & fructuum
eius diuerſitate delectatus, lætatur qđ inuenerit fortiorē
cibū, inuenerit etiā dulciorē. Eſt eni velut panis quidam
verbi & mel, alius vehemētior, alius ſuaſoriꝰ ſermo. Eſt
& fides alia feruētior, vt vinū: alia lucidior, vt ſuccus eſt
lactis. Hūc cibū Chriſtus epulatur in nobis, hoc poculū
bibit, & eius potus ebrietate nos prouocat, vt ad melio-
ra & optima ab inferioribus faciamus exceſsum.

De ſummaria dictorū perſtrictione, cū inductione &
proſecutione quarti proceſsus perfectæ animę, quo ipſa
iam dormiens, quāuis corde vigilaret, à ſponſo excita-
tur, vt continuo vocē pulſantis audiret. Sed moram paſ
ſa dum ſurgit, quia velocitatem verbi non potuit cōpre

A hendere, dum aperit oſtium, tranſiuit verbū, & ipſa exi-
uit, & per vulnera charitatis requiſitum vix tandē inue-
nit, & tenuit, vt poſtea non amitteret. Caput. VI.

AVDIENS hoc anima, hauſit myſteriorum
ebrietatem cæleſtium, & velut ſoporata â
vino, & quaſi in exceſsu vel ſtupore poſita
Cantic. 5. dicit: Ego dormio, & cor meū vigilat. Cū
verbi preſentis lumine percuſsa, oculis re
quieuiſset inflexis, excitatur à verbo. Quartus autem
hic proceſsus eſt animæ. Primum etenim charitatis im-
patiens, & verbi moras nō ferens, rogabat vt oſcula me
reretur, & meruit deſideratum videre. Introducta quoq;
in cubiculum regis ſecundo, cum mutua miſceret allo-
quia, in vmbra eius requieuit, & ſubito eiꝰ verbo de me
dio ſermone diſceſsit: quærenti tamen nō diu abfuit, ſed
ſaliens ſupra montes, & tranſiliens ſuper colles, adue-
B nit. Nec multo pōſt quaſi capreolus aut ceruorum hin-
nulus, dum affatur dilectam, exiliuit & reliquit. Tertio
cum in cubili, & noctibus in ciuitate, in foro, & in plate
is quæſitū non reperiſset, aliquando rationibus ſuis gra
tia quærentem reuocauit, adeo vt etiam propius vocare
tur à ſponſo. Quarto ipſa iam ab eo dormiēs excitatur,
quāuis corde vigilaret, vt cōtinuo vocem pulſantis au-
diret. Sed moram paſsa, dum ſurgit, quia velocitatē ver
bi non potuit comprehendere, dum aperit oſtium, tran
ſiuit verbum, & ipſa exiuit in verbo eius, & per vulnera
requiſitum, ſed vulnera charitatis, vix tandem inuenit,
& tenuit vt poſtea non amitteret. Ad ſummam hæc cō-
pendioſo ſermone perſtrinxi. Nunc diſcutiamus ſingu
la, Etſi dormias, ſi modo deuotionem animæ tuæ nouе-
rit Chriſtus, venit & pulſat eius ianuam, & dicit: Aperi
mihi ſoror mea. Bene ſoror, quia nuptiæ ſpiritales ſunt
verbi atque animæ. Neque enim animę norunt coniu-
giorum fœdera, & vſus copulæ corporalis, ſed ſunt ſi-
cut angeli in cælo. Aperi, inquit, mihi, ſed extraneis clau
de, ſeculo claude, neque ipſa foras ad illa materialia pę-
deas: neque tuum relinquens lumen, alienum requiras:
quia materiale lumen tenebroſam infundit caliginem,
vt nō videatur lumen veræ gloriæ. Aperi ergo mihi, no-
C li aperire aduerſario, neque locū des diabolo. Aperi ip-
ſam te mihi, noli coartari, ſed dilatare, & adimplebo te.
Et quia decurſo orbo terrarum plus moleſtiarum & of
enſionis reperi, nec facile habui vbi requieſcerē: ideo
tu aperi, vt in te filius hominis reclinet caput, cui nō eſt
requies niſi ſupra humilem & manſuetum. Audiens ani
ma, aperi mihi, & caput totis plenum, hoc eſt tentationi
bus ſecularibus, ſubito turbata, & quaſi ſurrectura quæ
ſurgere iubebatur, ait cum aloen redolet & myrrhā, in-
ſignia ſepulturę: Exui tunicam meā, quomodo induā eā?
Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Veretur enī
ne iterum in tentationes reſurgat, ne iterum in culpā re
deat atque peccatum, & egreſsus ſuos virtutūmque pro
ceſsus terrenis incipiat veſtigijs inquinare. Certe etiam
hoc modo perfectionē virtutis ſuæ indicat, quæ tantam
Chriſti meruerit charitatē, vt ad eam veniat, & pulſet ia
nuam eius, & veniat cum patre, & cœnet cū eadē anima,
& ipſa cum eo: ſicut in Apocalypſi dixit Ioānes. Etenim
cum in ſuperioribus audiſset, Ades huc à Libano: & cū
aduerteret in carne ſe Chriſto adeſse non poſſe, ſed tūc
adeſse ſi adeſset in ſpiritu, conformans ſe ad eius volun
tatem, vt eſset & ipſa cōformis imaginis Chriſti: iam nō
ſentit carnis exuuias, iam quaſi ſpiritus exuens ſe corpo
ris coniunctione, iam quaſi oblita, & quæ, ſi velit, copiū-
læ illius meminiſse non poſsit, ait: Exui tunicam meam,
quomodo induam eam? Exuit enim tunicam illam pel-
liceam, quam acceperunt Adam & Eua poſt culpam, tu
nicam corruptelæ, tunicam paſsionum. Quomodo in-
duam eam? Non requirit vt induat, ſed ita ſignificat ab-
iectam, vt iam indumento ſibi eſse non poſset. Laui pe-
des meos, quomodo inquinabo eos? Hoc eſt, Veſtigia
mea laui dum egrederer, ac me eleuarē de corporis cō- D
tubernio, de illa cōnexione & familiaritate carnalis am
plexus: quomodo inquinabo eos, vt in corporis clau-
ſtrum, & illum tenebroſum paſsionum eius carcerē re-
uertantur? Dum hæc illa dicit, miſit operationem ſuam
verbum tanquam per cauernam, non adhuc facie ad fa-
ciem miſit, tanquam manum. Et venter, inquit, meus cō
turbatus eſt ſuper eū. Et ſurrexi ego aperire fratri meo.
Manus meæ diſtillauerunt myrrham, digiti mei myrrha
pleni ſunt ſuper manus clauſurę. Quid hoc ſignificet,
conſideremus. Primum operibus ſuis videtur, vt dixit,
deus verbum tanquam per cauernam, non plenè atque
perfectē: deinde augetur amor, & cōcepꝰ adoleſcit, atq;
ex ſeminibus eius quæ quodā vtero intelligibilis ſuſce-
perit anima, totā plenitudinē diuinitatis eius habitantē
in eo corporaliter, vt legimus, videre deſiderat. Surre-
xit, vt propius illud dei verbū videret. Et in hoc ipſo pę-
ceſsus eius ſignificatur, quod ſurrexit per vigorem atq;
virtutem. Præſentia enim verbi hauſit anima virtutem,
ſicut præſentia Mariæ, cùm vtero grauis eſset, erudiuit
Ioannem in vtero cōſtitutum, adeo vt exiliret in vtero,
& exultaret domini præſentiam recognoſcens. Surrexit
aperire, & opera eius & facta mortificata ſunt mūdo. Ta E
lis enim debet eſse anima quæ verbum eſt receptura, vt
moriatur mundo, & conſepeliatur in Chriſto: ſic enim
Chriſtus inuenitur, & tale ſibi quærit hoſpitium. Dein-
de ipſa miniſteria operationum, id eſt manus & digiti,
quibus comprehenditur Chriſtus, mortificantur: quos
digitos velut eminētia factorum noſtrorum opera poſ-
ſumus æſtimare. Itaque velut è complexu ſuo, cum iam
extenderet intelligibiles manus ſuas & digitos, vt com-
prehenderet verbum, tranſiſse ſibi illud, non tamen ad
huc pertranſiſse anima pia dicit. Et hoc proceſsum ha-
bet, quando tranſeat & pertranſeat animā verbum dei,
quia ſcriptum eſt: Et tuam ipſius animā pertranſibit gla Lucæ. 2.
dius, vt reuelentur multorum cordiū cogitationes. Hic
adhuc tranſitur, non pertranſitur, vt Maria in poſterio-
ribus forte pertranſitur, vbi tanquam ſignaculum poni
tur in medio eius dominus Ieſus. Denique ſtatim alius
profectus verbi tranſeuntis, quia exiuit anima in verbo
eius: hoc eſt, verbum eius ſecuta, exiuit de corpore, cle-
uans ſe de eius habitaculo, & peregrinam ſe faciēs ei, vt F
adeſset deo, & eſset ciuis ſanctorū. Simul enim & carnis
domeſtici, & dei eſse nō poſsum⁹. Ergo in hoc loco exi
re ſignificatur, vt dixi, anima, quādo abducit ſe à corpo
ris voluptatibus. Deniq; ſcriptū eſt Exi de Babylone, fu Eſaię. 48.
gięs à Chaldæis. Non vtiq; vt regionē Babylonis Hebræ
us fugiat, ſed vt mores, ꝓphetico admonetur alloquio,
ſiquidē ſint qui in Babylone ſunt, Hebræi, & de Babylo
ne exiſse moribus doceant. Nam & illi, de quibus dicit
Propheta quod ſedebant ſuper flumina Babylonis, ſed
in eius nō erant vitijs & cōfuſione. Nam quomodo erāt
in illa confuſione vitiorum, qui flebant gerentes pœnitē
tiam quod de arca deuotionis ac fidei, & virtutis pater-
næ meritis excidiſsēt? Quæ autem in verbo exit anima,
verbum requirit. Vnde & iſta cum quærit, incidit in cu-
ſtodes, qui circūeunt ciuitatē. Percuſserūt, inquit, me, Canti. 5.
& vulnerauerunt me, tulerūt palliū meum cuſtodes mu
rorum. Bene quidē quaſi ſponſa veniebat cū pallio, quo
obnuberet caput cum ſponſus occurreret: ſicut Rebec-
ca, quæ cognito quod Iſaac ſibi veniret obuius, deſcen-
dit de camelo, & pallio ſe operuit: ita & hæc anima nu-
ptialis veſtis præmittebat inſignia, ne forte reijceretur
quaſi veſtē nō habēs nuptialē, vel vt caput velaret pro-
pter angelos. Sed illi percuſserunt eam, vt amplius pro-
baretur. Exercētur enim animæ tentationibus. Tulerūt
ei pallium, quærentes ſi verum decorem nudæ virtutis
afferret: vel quia ſine integimēto quis in illam cæleſtem
ciuitatem debeat introire, nulla deferens ſecum operi-
menta fucorū. Sunt etiā qui requirāt ne qua anima exu-
uias ſecum vehat carnalis illecebræ, & concupiſcētiam

G corporalem. Nudatur pallio, cùm eius conſcientia manifeſtatur. Sed eſt & quę bene nudatur, cui licet imitari
Ioan.14. dicẽtem: Venit enim princeps huius mundi, & in me inueniet nihil: quia certe in illo ſolo nihil inuenit, qui peccatum non fecit. Beata & illa eſt in qua non grauia aut multa inuenit, ſed inuenit in ea amictũ fidei, & ſapiẽtiæ diſciplinam. Itaq; ſine diſpẽdio ſui, quia & ſi volet quis, nõ poteſt verã auferre ſapientiã: & ſi aduerſarius obſtrepat, ibi tamen vera innoxię cõuerſationis elucet integritas. Sine diſpendio ergo tranſiuit cuſtodes, & filiabus illius cœleſtis ciuitatis admixta verbũ requirit, & quærendo eius in ſe excitat charitatẽ, & vbi verbũ quærat, agnoſcit. Quod inter oratiões ſanctorũ moretur, & ipſis inhęreat, nouit: & quod eccleſiã ſuam vel animas iuſtorũ ſuorũ inter lilia paſcat, itelligit. Hoc myſterium tibi in Euãgelio dominus demonſtrauit, cũ in ſabbato duceret
I per ſeminata diſcipulos. Moyſes per deſertũ duxit populũ Iudæorũ, Chriſtus p ſeminata ducit, Chriſtus per lilia ducit, quia per paſſionẽ eius deſertũ floret vt liliũ. Sequamur ergo, vt in die ſabbati, illi⁹ magni ſabbati in quo requies magna eſt, fructus colligamus. Ne verearis ne phariſęi accuſent ſeminata colligentem. Etſi illi accuſant, ſed Chriſt⁹ excuſat, & ſimiles facit quas vult animas ſe ſequentes, Dauid illius, qui ſupra legem panes ꝓpoſitionis manducabat, nouæ gratiæ ſacramenta prophetica iam tunc mente proſpiciens.

H De laudatione animę à ſponſo, quòd tam bene & cõſtanter requiſierit eum: & quod tam fidelis, & verbo potens, & fructibus fœcũda diuerſis: quódque vna ſicut columba habens ſpiritus vnitatem, in qua ſit pax, quę fecit vtraque vnum. Caput. VII.

LAVDATVR itaque à ſponſo, quod tam bene & conſtãter requiſierit eum: ideoq; iam non ſolum ſoror dicitur, ſed etiam beneplacita nominatur, quaſi ei cõplacita, qui cõplacuit patri: & ſpecioſa ſicut Hieruſalem, ſicut admiratio ordinata, quod ciuitatis ætęrnę vniuerſa habeat myſteria, & admirationi ſit omnibus vidẽtibus eam: quia plena vt æquitas atque perfecta eſt, & fulgorem de verbi lumine mutuata, dum id ſemper intendit, ſit etiã terribilis ordine quodam ad ſummũ profecta virtutum. Ideoq; quaſi perfectæ dicit: Auerte oculos tuos à me, noli contra me intẽdere, deuotione nimia ac fide poſſibilitatem naturæ & cõditionis propriæ ſupgreſſa, quia lucem inacceſsibilẽ è regione intueri eſt graue. Auerte, inquit, oculos tuos à me, eò quòd plenitudinem diuinitatis eius, & ſplẽdorem veri luminis ſuſtinere nõ
I poſſit. Poſſumus tamen & ſic accipere: Auerte oculos tuos à me: Et ſi tu perfecta es, aliæ mihi adhuc redimendæ ſunt animæ, aliæ fulciẽdæ. Eleuas enim me videndo: ego autem ideo deſcẽdi, vt omnes eleuem. Etſi ſurrexi, & habeo patris ſedem, tamen orphanos non relinquam vos, paterno præſidio deſtitutos, ſed præſentia mea vos
Matth. 28 confirmabo. Habes in Euangelio hoc ſcriptũ: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationẽ mundi. Auerte ergo oculos à me, quia me eleuas. Quãto enĩ quis ad dominũ intendit, tanto amplius dominũ eleuat, & ipſe
Pſal.29. eleuatur. Vnde & ille ait: Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me. Sanctus enim exaltat dominum, peccator humiliat. Vult enim auertere illam oculos, ne eam conſiderãs, quod iam ad ſuperiora ſequi poſſit, eleuetur, & cæteras animas derelinquat. Ideo & in Euangelio non omnibus diſcipulis, ſed perfectioribus ſuam gloriã demonſtrauit. Cõſtitue nunc aliquem doctorem, qui rem obſcuram velit aperire audientibus: quemadmodũ etſi ipſe potens in ſermone ſit & ſcientia, condeſcendat tamen ad eorum inſcitiam qui nõ intelligant, & ſimplici, & planiore atque vſitato ſermone vtatur, vt poſſit intelligi. Si quis igitur inter audientes viuacior ſenſu ſit, qui
K facile ſequi poſsit, eleuat eum atque excutit. Hunc vidẽs doctor reuocat, vt patiatur magis doctorẽ humiliorib⁹ & planioribus immorari, quo & cæteri ſequi poſsint. Quod ait Aquila, ſonans vt reuelata: ſonantẽ ad admirationẽ dignã retulit, quaſi magna & ſonora habentem opera, reuelata ad operũ claritatẽ: vel quod eius anima opera luceãt cotã patre qui in cælis eſt. Vnde nõ ocioſe palliũ eius ſublatũ intelligis, vt aperta meritis & nuda fulgeret. Laudatur prętęrea qã fidelis, quod verbo potẽs, quòd fructibus fœcũda diuerſis, qã vna ſicut colũba habens ſpiritus vnitatem, in qua ſit pax, quæ fecit vtraq; vnũ: & quę non ſit cõpoſita ex diuerſis elementis diſcretæ compugnantiſq; naturę. Quid enim tam diuerſum q̃ ignis & aqua, aer & terra, ex quibus corporis noſtri creatura cõſtitit? Anima autẽ benedicta omnis ſimplex, quæ imitatur dicentẽ: Vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in Ioan.17.
me, & ego in te: & ipſi in nobis vnũ ſint. Hęc eſt enim cõ ſummatio atque perfectio. Vnde & addidit: Vt ſint vnũ, ſicut & nos vnũ ſumus, ego in his, & tu in me, vt ſint cõſummati in vnum. Hæc eſt ergo anima columba atque perfecta, quæ ſimplex atque ſpiritalis neque huius turbatur corporis paſsionibus, in quo foris pugnę, intus timores ſunt. Denique hoc verbo vnitatis concordiam & pacem ſignificari ſcriptura nos docet dicẽs: Multitudo eo- Actuũ.4.
rum credẽtium habebat cor vnum, & animam vnam, & non erat ſeparatio in eis vlla. Nec ocioſe fœcunditatis laudatur anima, non ſolum quòd ſit fœcũda virtutib⁹, ſed etiam quod nihil habeat in ſe mali. Illud enim decorum atque ſpecioſum eſt, in quo nihil ſit mali. Decorũ L
enim quod bonũ: quod autem indecorũ, hoc malũ. Speciosa fœcunditas eſt bonorũ operũ. Cõtraria enim ſpecioſitati ſterilitas: quoniam qui priuatur ſpecie vel decore, in eo eſt malũ: quod autẽ malũ, hoc ſterile & infœcũdũ. Cuius rei quod euidẽtius indicium quàm natura eſt? Terra enim quæ bona eſt, fertilis atque fœcũda: quæ autem mala, ea ieiuna atq; ſterilis: quę vero fertilis, hęc decora. Quid enim pleno agro pulchrius, cùm ſeges fluctuat, cum poma irrutilant, vel cum vuarũ ſerta dependent, aut baccis onuſta olea curueſcit, vel viridanti gramine montium vertices, vallium humilia veſtiuntur? Et vt ſcripturæ vtamur teſtimonio, Iocob decorus erat, & ideo erat odor agri pleni. Eſau hiſpidus erat & indecorus, & ideo agreſtis erat, qui fructus illos habere non poſſet. De ipſo quoq; domino poſteaq̃ Eccleſiæ fœcunditatẽ fecit aſsurgere, pulchre dictũ eſt: Dominus regna Pſal.92.
uit, decorẽ induit. Et alibi: Confeſsionẽ & ſpeciẽ induiſti. Liquet igitur decorũ id eſse qã fœcundũ, indecorum Pſal.103.
qã infœcundũ. Similis eſt cauſa animę ſoli, quia ea deco M
ra anima, quę fœcũda ſit meritis, fœcũda cõſilijs: ea inde cora quæ ſterilis infirmitate. Sed enim animæ ſunt ſteritas & materia. Nanque eam ſteritas fructu defraudat ſuo, inopiam infert, timorem incutit, adolet cupiditates & vanas opiniones. Sic anima cadit. Quid ergo eſt malitia, niſi boni indigentia? Suo enim defraudatur, atq; alieni indiget, exinanitur atq; repletur ſine menſura & modo. Materialia autem vitia animę obũbrant gratiã. Ignorantia & cõcupiſcentia animæ ſunt ægritudines, ſed ad ſpeciem magis quã ad materiem referuntur. Materia eſt caro, ſpecies eſt ignorantia & cõcupiſcentia. Cur igitur caro accuſatur, cum tantæ ſint in ſpecie labes? Quia nihil ſpecies poteſt ſine materia. Denicq; nihil ſpecies ſecuris ſine materia facit. Quid enim eſset cõcupiſcẽtia, niſi eam caro inflammaret? Friget in ſenibus, in pueris quoque (quia his corpus infirmum eſt) ardet, in adoleſcentib⁹ vis corporis feruet. Ex bonis igitur mala orta ſunt. Non enim mala ſunt, niſi quæ priuãtur bonis. Per mala tamen factũ eſt vt bona emineręt. Ergo indigẽtia boni, radix malitiæ eſt. Definitione boni malitia deprehenditur, quoniam per diſciplinam boni malum reperitur. Bonum autẽ nullius eget, ſibi abundat, menſurã & perfectionẽ quoq; tribuit omnibus, in quo vniuerſa cõſtãt,

A & de quo omnia pendent. Hæc boni natura eſt, quæ mẽtem replet. Circa hoc verſatur anima pura, hoc introſpicit; & in hoc deũ cernit, bonis omnibus abundat. Vnde
Cant.5. & ait: Fauces eius dulcedines, & totus deſiderium. Omnium enim bonorũ author eſt deus: & quę ſunt, eius profecto omnia ſunt, & nuſquam illic malũ: & ſi in illo mẽs noſtra maneat, malũ neſcit. Anima igitur quæ ĩ deo nõ manet, ipſa ſibi author malorũ eſt, itaq; peccat. Anima
Ezech.18 autem quæ peccat, ipſa morietur. Aureis enim vinculis ſoluta virtutũ, prona fertur præcipitio, & labitur ad inferiora. Anima autem beata eſt, quam nulla aduerſa corporis prælia expugnant. Hæc anima ſicut paſser laqueo contrito euolat. Eſcæ enim malorum ſunt voluptates corporis. His quiſquis intendit, laqueo innectit animam ſuam. Qui autem ab eſcis eius temperat, & de tenebris eius exit, eius anima fulget vt diluculum, de qua dicitur
Cant.6. Quænam hæc eſt proſpiciens tanq̃ diluculum, ſpecioſa ſicut luna? Proſpicit enim tãquam de domo liberta. Nec
Eccli.23. dicit: Tenebrę cooperiũt me, & parietes circundant me: & quis ſcit ſi videt altiſsimus? Sed ipſe, magis lucem exper
tit tanquam in ſuperioribus domus ſuæ, id eſt corporis
B ſui, & ſupra mundum poſita diuina intuetur: & ad æterna ſe eleuat, vt deo adſit, iam lumen ſuorum operũ ſicut luna orbem ſuum toto orbe circũferens. Quod autem Aquila ait, Sonans ſicut ſol: videtur illa axis cæleſtis cõuerſio, ſoliſq; & lunę & ſtellarum curſus, concentus glorum exprimi. A quibuſdã etiam noſtris videtur, qui quoniam non venit ad fidem, ſaltem propter gratiam ſuauitatis non videtur alienus.

Anima dum laudatur à ſponſo: verecunde refugiens coram laudari, & reuocata à ſponſo, quid dicat. De præ coniis quoque bonę animę, ſingularicq; laude charitatis. Caput VIII.

Cant.6. DVM laudatur à ſponſo: verecunde refugiens cõram laudari, deinde ſponſi amore vocata, ait: Ortum nucis deſcendi videre in natiuitate tor
rẽtis. Vbi enim eſt eccleſia, niſi vbi virga & gratia floret ſacer dotalis: Ibi eſt frequenter, vt in amaritudinibus & tentationibus probetur. Per nucem amaritudines intelligimus, per torrentem tentationes, ſed tamẽ
Pſal.123. tolerabiles, quia ſcriptum eſt: Torrentẽ pertranſiuit anima noſtra. Itaq; deſcendit in locũ amaritudinis, vbi floret vitis, & malorum granatorũ ſpecie diuerſus & multiplex fructus, qui velut vno tegmine totius corporis fide & charitate munitur. In illa ergo amaritudine non
C cognouit ſe anima. Corruptibile enim corpus aggrauat
Sapi.9. animam, & terrenum habitaculum cito inclinatur. Cognoſcere autem ſe debet. Sed tentatus eſt & Petrus, non ſe cognouit & Petrus: nam ſi cognouiſset, non negauiſſet authorem. Sed cognouit eum Chriſtus. Denique co
2.Tim.2. gnouit, quia etiam reſpexit. Cognoſcit enim dominus qui ſunt eius, & tanq̃ ſuũ miſericordiæ ſuæ frenis vt bonus rector reuocauit à lapſu. Rector ergo noſter Chri-
Canti.6. ſtus eſt. Ideóq; ait anima: Poſuit me currus Aminadab. Anima ergo currus, qui bonum rectorem ſuſtinet. Sicurrus eſt anima, habet equos vel bonos vel malos. Boni equi virtutes ſunt animæ, mali equi paſsiones ſunt corporis. Bonus ergo rector malos equos reſtringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi ſunt quatuor: prudentia, temperantia, fortitudo, iuſtitia. Mali equi, iracundia concupiſcentia, timor, iniquitas. Interdum ipſi equi inter ſe diſident, & aut iracundia protendit, aut timor, & ſe inuicem impediunt, & curſum retardãt. At vero boni
Matt.11. equi volant, & à terris ad ſuperiora ſe ſubrigũt, animãq; eleuant: maxime ſi iugũ habeant ſuaue, & onus leue dicentis: Tollite iugũ meum ſuper vos. Iugũ enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Ipſe rector eſt qui nouit equos proprios gubernare, vt æqualis omnium curſus ſit. Si velociter eſt prudentia, tardior iuſtitia, admonet
D flagello proprio ſegniorẽ. Si tẽperantia mãſuetior, for titudo durior, nouit populare diſcordes, ne forte currũ ſuum diſsipent. Itaq; licet intelligibili ſpectaculo videre vnãquamq; animam cum ſummo certamine ad cælũ rapi, feſtinantes equos qui priores peruenĩant ad brauium Chriſti, quo prius imponatur palma cæruicibus. Iſti ſunt equi ſubiecti fidei ingo, aſtricti vinculo charitatis, iuſtitiæ frenis, retinaculis ſobrietatis. Pulchre ait: Poſuit me currꝰ Aminadab, hoc eſt, pater populi. Ipſe aũt qui pater populi, idẽ pater Naaſon, id eſt ſerpentũ. Iam tu recole quis ſicut ſerpens in cruce pepẽderit pro
4.Reg.2. ſalute vniuerſorum, & intelligis illam animam eſse pacificam, cui pater deus preſul ſit, Chriſtus agitator: quia
Canti.6. ſcriptum eſt & hoc nomen in noſtris: Pater pater agita tor Iſrael. Hic ergo agitator dicit, Cõuertere Salamitis, conuertere. Bene & quaſi agitator ad currum dicit: Cõuertere Salamitis, hoc eſt, pacifica. Quæ enim pacifica eſt anima, cito ſe conuertit & corrigit, etiam ſi antè peccauit, & magis eam Chriſtus aſcendit, & regere dignatur, cui dicitur: Aſcende in equos tuos, & equitatus tuus Abacuc.3.
ſanitas. Et alibi: Miſi equos tuos Tharſis. Hi ſunt equi Chriſti. Aſcendit ergo equos ſuos Chriſtus, aſcẽdit verbum dei animas pias. Vnde cognoſcę quia & iſtam aſcẽdit, & perduxit eam ad locum palmæ, quãdo & dicit ad
Canti. eam: Quàm pulchra & ſuauis facta es charitas ĩ deliciis tuis. Statura tua ſimilis facta eſt palmæ, Et ipſa ait: Dixi, aſcẽdam in palmam. Sed etiam ipſa charitas palma eſt.
Rom.5. ipſa eſt enim plenitudo victorię. Plenitudo enim legis, charitas eſt. Curramus ergo, vt comprehendamus: cur
E ramus, vt vincamus. Qui vincit, aſcendit in palmam, & manducat fructus eius. Qui vicit, iã nõ currit, ſed ſe-
Apoca.3. det: ſicut ſcriptum eſt: Qui vicerit, dabo ei ſedere mecũ in ſede mea, ſicut & ego vici, & ſedeo cum patre meo in ſede ipſius. Hinc philoſophi curulia illa animarum in ſuis libris expreſsere certamina, nec tamẽ ad palmã peruenire potuerunt, quoniam ſummitatem verbi, & altitudinem illam animæ neſcierũt, quã cognouit hæc anima, in qua erat verbi conuerſio. Sic enim ait: Ego fratri
Canti.7. meo, & ſuper me cõuerſio eius. Hũc ſenſum tertio repetiuit diuerſe in Canticis canticorũ. In principio ait: Fra-
Canti.2. ter meus mihi, & ego ei, qui paſcitur in liliis vſque dum aſpiret dies, & amoueãtur vmbrę. Deinde ait: Ego fratri
Canti.6. meo, & frater meus mihi qui paſcitur inter lilia. In fine
Cant.7. ait: Ego fratri meo, & ſuper me conuerſio eius: Primum ad inſtitutionẽ animæ, ideo & præmiſit: Frater meus mihi, illo enim demonſtrãte ſe, etiam adhærendi deo ſum pſit affectum, quod ſequitur ſecundum profectũ, tertiũ ſecundum perfectionem. In primo quaſi in inſtitutione adhuc vmbras videt anima, necdũ verbi appropinquãtis reuelatione commotas, & ideo adhuc ei dies Euangelii non refulgebat. In ſecundo ſine vmbrarum cõfuſione odores pios carpit. In tertio iam perfecta requiem in
F ſe verbo miniſtrat, vt cõuertatur ſuper eã, & caput ſuũ reclinet, atq; requieſcat, meritóq; iam tenens quẽ antea quæſitum inuenire non poterat inuitat ad agrum ſuum dicens: Veni frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis. Supra ad ortum inuitabat, hic ad agrũ habentem non ſolum florum gratiam, ſed etiam triticũ & hordeum, hoc eſt ſolidiorũ firmamẽta virtutũ, vt fructus eius aſpiciat. Requieſcamus, inquit, in caſtellis. Ad quæ Adam cum de paradiſo eiectus eſset, fuerat relegatus, in his requieſcebat, ſed terram operabatur. Qua autem ratione exire eum in agrum vellet, intellectus manifeſtus eſt, vt quaſi bonus paſtor paſtat gregem ſuum, laſsos alleuet, reuocet errantes. Nam etſi iſta anima noua & vetera ſeruauit, tamen ſunt adhuc velut agni, qui lactis ſucco nutriendi ſunt. Ergo quaſi perfecta, nõ proſe, ſed pro aliis interuenit, vt de ſinu patris exeat, vt procedat foras tanquam ſponſus de thalamo ſuo, egrediẽs currat viam, vt infirmos lucretur, non in illo ſecreto patris ſolio, & in illa luce immoretur, quo inualidi equi

G conſcẽdere nõ queunt, ſed vt aſsumat & inducat in domum ſponſam atque ſecretum: vbi ſit foris, vt nobis intus ſit medius noſtrũ, & ſi nõ videatur à nobis. Vnde ait
Cant.8. Quis dabit te frater fratrem lactẽtem vbera matris meæ Inueniẽs te foris oſculabor te. Bona anima, quæ foris eſt, vt verbum intus ſit: illa extra corpus, vt verbum habitet in nobis. Aſsumãt te, inquit, & inducant te. Recte aſsumitur & inducitur verbũ dei, quia pulſat animã vt
Apoc.3. aperiatur ſibi oſtium. Et niſi apertũ ſibi oſtiũ inuenerit, nõ intrat. Si quis autem aperuerit ianuã, intrat & cœnat Sic ſponſa verbũ aſsumit, vt aſsumendo doceatur. Vnde nõ immerito aſcẽdit ad hanc ad ſuperiores manſiones, et ſemper proceſsum aceipit. Quod ſignificãt virtu
Canti.8. tes quæ dicũt, vel animæ: Quæ eſt hæc quæ aſcendit candida, innitens ſuper fratrem ſuũ? Superius dixerũt: Quænam eſt hæc, quæ proſpiciens tanq̃ diluculum, ſpecioſa ſicut luna, electa ſicut ſol? Hic plus quod diceretur inuẽtum eſt, eò quòd verbo dei innixa aſcẽderat. Perfectiores enim ſupra Chriſtum recumbunt, ſicut & Ioãnes in Chriſti pectore recumbebat. Ita ergo & hæc vel incũbebat in Chriſtũ, vel ſupra ipſum ſe reclinabat: aut certe quoniã de nuptiis loquimur, iam quaſi tradita in Chriſti dextera, in thalamũ ducebatur ſponſo. Et quia iã copula charitatis eſt, blanditur ei ſpõſus, edicit: Sub arbo
Ioan.6. re mali eleuaui te, illic parturiuit te mater tua, illic parturiuit te quæ peperit te. Bona anima, quæ requieſcit ſub
H arbore fructuoſa, & maxime boni odoris. Nã ſi Nathanael bonus, in quo dolus nullus erat, ſub arbore fici viſus eſt: vtique bona aĩa, quæ ſub arbore mali eleuata eſt ſponſo ſuo. Plus eſt enim eleuari q̃ videri, plus etiam à
Ioan.1. ſponſo eleuari. Nam etſi Nathanael videbatur ſub arbore, tamen anima eius ſponſa non erat, qui occulte veniebat ad Chriſtum, quia verebatur Iudæos. Non erat ſpecioſa ſicut lũna, electa vt ſol, quæ erat i vmbra, quia ſponſa per diem nubit, publice cõfitetur. Ideo iſta ſub arbore mali, illa ſub ficu, quia hæc confeſsionis ſuę odorem diffundebat lõgius, illa habebat puritatis innocentiæ ſuauitatem, flagrantiam ſpiritus non habebat. Illic, inquit, parturiuit te mater tua, illic parturiuit te quæ peperit te. Ibi enim naſcimur, ibi renaſcimur. Pariuntur autem in quibus Chriſti imago formatur. Vnde & Pau
Gal.4. lus ait: Filioli, quos ego parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Parturit enim qui in vtero accipit ſpiritũ ſalutis, & aliis infundit. Vnde quoniam iam formatus
Canti.8. in hac erat Chriſtus, ait: Pone me vt ſignaculum in cortuũ, vt ſigillum in brachium tuum. Signaculũ Chriſtus in fronte eſt, ſignaculũ in corde. In fronte, vt ſemper cõfiteamur: in corde vt ſemper diligamus: ſignaculum in brachio, vt ſemper operemur. Luceat ergo imago eius in confeſsione noſtra, luceat in lectione, luceat in operibus & factis, vt, ſi fieri poteſt, tota ei⁹ ſpecies exprima
I tur in nobis. Ipſe ſit caput noſtrũ, quia caput viri Chriſtus. ipſe oculus noſter, vt per illum videamus patrem. ipſe vox noſtra, per quam loquamur ad patrẽ. ipſe dextera, per quam deo patri ſacrificium noſtrũ offeramus. ipſe quoque eſt ſignaculum noſtrũ, quod eſt perfectionis & charitatis inſigne, quia diligẽs pater ſignauit filiũ
Ioan.6. ſicut legimus: Quẽ pater ſignauit de⁹. Charitas itaque noſtra chriſtus. Bona charitas. quando obtulit morti ſe
P dilectis: bona charitas, quæ peccatum remiſit. Et ideo aĩa noſtra induat charitatẽ, & charitatem huiuſmodi quę ſit valida vt mors, quia ſicut mors finis peccatorũ eſt, ita & charitas: quoniã q̃ diligit dominum, peccare de
1. Cor.13. ſinit. Charitas enim non cogitat malum, neque gaudet ſuper iniquitatẽ, ſed omnia ſuſtinet. Nã qui ea quæ ſua ſunt non quærit, quomodo aliena quærit? Eſt & mors illa valida per lauacrũ, per quod peccatũ omne ſepelitur & culpa dimittitur. Talis erat charitas quam deferebat
Lucæ. Euãgelica illa mulier, de qua domin⁹ ait: Remiſsa ſunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Eſt & illa mors ſanctorum martyrum valida, quæ culpam abolet ſuperiorẽ, & ideo valida. Cuius non impar eſt' charitas, K quæ adæquatur martyrum paſsioni, vt auferat meritum delictorũ. Zelus quoq; vt inferi, quoniã qui zelũ dei habet, pro Chriſto nec ſuis parcit. Itaq; & mortem habet charitas, & zelũ habet charitas, & alas ignis habet charitas. Denique Chriſtus diligẽs Moyſen, in igne ei apparuit. Et Hieremias habens in ſe donum diuinæ charitatis, dicebat: Et erat ignis inflammans in oſsibus meis: & Exo.3.
Hiere.20 diſsolu⁹ ſum vndique, & ferre nõ poſsum. Bona igitur charitas habens alas ignis ardentes, quæ volitat per pectora & corda ſanctorum, & exurit quicquid materiale atque terrenũ eſt, quicquid vero ſyncerum eſt probat, & quod contigerit ſuo igne, meliorat. Hunc ignẽ in terras miſit dominus Ieſus, & refulſit fides, accenſa deuotio, illuminata eſt charitas, iuſtitia reſplẽduit. Hoc igne inflã
Luc.24. mauit corda Apoſtolorũ ſuorũ, ſicut teſtatur Cleophas dicens: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis cũ aperiret ſcripturas? Alæ igitur ignis in flãma, ſcripturę ſunt diuinæ. Denique aperiebat ſcripturas, & ignis exiebat, atque audientium corda penetrabat. Et vere alæ ignis, quia eloquia domini, eloquia caſta, argentũ igne exami
Pſal.11. natum. Cũ Paulus quoque aſsumeretur à Chriſto, vidit circunfulſiſse ſuper ſe lumẽ & ſuper eos qui ſimul erãt, cecidit pauor, & probatior reſurrexit: denique Apoſtolus factus eſt, qui perſecutor aduenerat. Spiritus quoque ſanctus deſcendit, & repleuit totam domum in qua erãt plurimi ſedẽtes, & viſæ ſunt diſperſæ linguæ tãquã ignis
L Bonæ alæ charitatis, veræ alæ quæ volitabãt per ora Apoſtolorum, & alæ ignis quæ purgatum ſermonem loquebantur. His alis euolauit Enoch raptus ad cælum. His
Gene.5. alis euolauit Helias curru igneo, & equis igneis ad ſup
4.Reg.2. na tranſlatus. His alis dominus deus per columnã ignis
Exo.13. deducebat patrum plebem. Has alas habuit Seraphim quãdo ſumpſit carbones ignis de altari & tetigit os Pro
Eſa.6. phetæ, & iniquitates eius abſtulit, & peccata purgauit. Harum alarum igne purgati ſunt filii Leui, & baptizabantur populi nationum, ſicut teſtificatur Ioannes, dicens de domino Ieſu: Ipſe vos baptizabit in ſpiritu & i-
Matth.3. gne. Merito vri renes ſuos volebat & cor ſuum Dauid, quia alas igneas charitatis ſciebat non eſse metuendas. Merito Hebræi pueri in fornace ardenti non ſenticbant ignis incendia, quia charitatis eos flamma refrigerabat. Et vt plenius cognoſcamus quia alas habeat perfecta charitas, audiſti dudum dicentem: Quotiens volui con
Matt.23. gregare filios tuos ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas. Sumamus igitur has alas, quæ ſicut flamma ad ſuperiora dirigunt. Exuat vnuſquiſque animam
M ſuam inuolucris ſordidioribus, & quaſi aurum igne approbet deterſam luto. Sic enim purgatur anima, velut aurum optimum. Pulchritudo autẽ animæ ſyncera virtus & decor, verior cognitio ſuperiorum, vt videat illud bonum ex quo pendent omnia, ipſum autem ex nullo. Eo igitur viuit, atque intellectũ accipit. Vitę enim fons eſt ſummũ illud bonum, cuius in nobis accenditur charitas & deſiderium, cui appropinquare & miſceri voluptas eſt: quod ei qui non vidit, deſiderio eſt, & qui videt, ineſt, ideóque vniuerſa alia deſpicit, hoc vno mulcetur & delectatur, hoc eſt quod ſubminiſtrat vniuerſam ſubſtantiam, ipſum autẽ in ſemetipſo manẽs dat aliis, nihil
Pſal.15. autem in ſe ex aliis ſuſcipit. De quo Propheta ait: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorũ meorũ non eges. Hoc ſolum videre deſiderauit, ſicut ipſe alibi ait:
Pſal.26. Vnam petii à domino, hanc requiram, vt inhabitẽ in domo domini omnes dies vitæ meæ, & videam delectationem domini, & conſiderẽ templum eius. Si quis igitur purũ illud & incorporeũ ſummũ illud videre meruerit quid habet aliud quod deſideret: Denique Petrus gloriã reſurrectionis Chriſti vidit, & nolebat deſcẽdere, dicẽs
Matt.17. Domine bonum eſt nos hic eſse. Et quanto incõparabilior eſt illa diuinitatis gloria, & lux inacceſsibilis, quã ſi quis viderit, quid aliud cõcupiſcat? Non regna, nõ fa-

A cultates, honores, gloriã, poteſtates. Illis enim vti nihil beatitudinis eſt, hoc vti beatũ eſt, vt illa deſpiciens ad hoc cõuerſus maneat. Hanc igitur videns pulchrã imaginem ingrediatur intus, foris relinquat vultus corporis. Nam qui intuetur corpora, non debet introrſum inueri, ne more mergentis ſi gurgite rapiatur atq; abſorbeatur, & quaſi profundo demerſus nuſq̃ appareat. Fugiamus ergo in patriam veriſsimam. Illic patria nobis, & illic pater à quo creati ſumus, vbi eſt Hieruſalem ciuitas quę eſt mater omnium. Sed quæ eſt fuga? Non vtique pedum, qui ſunt corporis. Iſti enim quocunque currũt, in terra currunt, & de ſolo ad ſolum tranſeunt. Nec nauibus fugiamus & curribus, aut equis qui obligantur & cadunt, ſed fugiamus animo & oculis, aut pedibus interioribus. Aſsueſcamus oculos noſtros videre quę dilucida & clara ſunt, ſpectare vultum cõtinentiæ & temperantiæ, omnésq; virtutes, in quibus nihil ſcabrum, nihil obſcurum & tortuoſum ſit: & ſeipſum expectet quis, & conſcientiam ſuam, illum oculum mundet, ne quid ſordidum habeat. Quod enim videtur, non debet diſſonare ab eo qui videt, quoniam conformes nos deus imaginis voluit eſse filii ſui. Cognitum igitur nobis eſt illud
Actuũ.17 bonum, nec longe eſt ab vnoquoq; noſtrum. In ipſo enim
Marc.10. viuimus, & ſumus, & mouemur. Ipſius enim & genus ſumus, vt Apoſtolus gentiles poſuit ſignificari. Ipſum eſt
B bonum quod quærimus, ſolum bonum. Nemo enim bonus, niſi vnus deus. Hic eſt oculus qui magnum illum & verum decorem intuetur. Solem niſi ſanus & vehemens oculus nõ aſpicit, nec bonũ poteſt videre niſi anima bona. Fiat ergo bonus qui vult videre dominum, & quod eſt bonum. Huius boni ſimiles ſimus, & ſecũdum id operemur quæ bona ſunt. Hoc eſt bonũ quod ſupra omnem operationem eſt, ſupra omnem mentem atq; intel-
Thre.4. Col.3. lectum ipſum eſt quod ſemper manet, ad ipſum cõuertũtur omnia, in quo habitat plenitudo diuinitatis, & per ipſum reconciliantur omnia in ipſum. Et vt plenius deſiniamus quid ſit bonum, vita eſt bonum, quia ſemper manet, dans viuere, & eſt omnibus, quia fons eſt omniũ vita Chriſt⁹, de quo ait Propheta: In vmbra ei⁹ viuem⁹ Nunc enim vita noſtra abſcondita in Chriſto eſt: cum autem apparuerit Chriſtus vita noſtra, tunc & nos apparebimus in gloria. Ergo non timeamus mortẽ, quoniã requies eſt corporis: animæ autem vel libertas, vel abſolutio. Nec vereamur eum qui poteſt corpus interficere, animam autem non poteſt, quia non timeamus eum qui poteſt noſtra furari, Nos igitur animæ ſumus ſi volumus eſse Hebræi, de iis qui ſunt ſocii Iacob, id eſt imitatores eius. Nos animæ ſumus, noſtra autem membra ſunt ſeruanda ne ſcindãtur, ne inteteraſcant, ſed ille magis qui
C his vtitur, ſeruare ſe debet & cuſtodire.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE SANCTO IACOB.

Quod ad virtutum diſciplinam paſsionésq; coercẽdas neceſsarius ſit ſermo prudens ac bonus, & mens rationi intenta. Quódq; docibilis ſit virtus. Et quod licet ratio concupiſcentiã eradicare, & corporales motus auferre non poſsit, mens tamen ſobria refrenare atq; reprimere valeat quãuis grauẽ paſsionẽ. Cap. I,
De ordine ac differentia paſsionum. Et qua ratione temperantia q̃ maxime iſtarum paſsionum reſtinguat ardorẽ, corporalisq; ferocitatis habenas. Ac de magnis eiuſdem temperantiæ laudibus, quam & primis hominibus tenendam deus mandauit, & lex docet, vniuerſorúmq; infundit affectibus. Caput II.
Quod ſapientiam & diſciplinã doceri ſcriptura teſtetur. Ac de exhortatione ad ſtudium, & eius commẽdatione. Et quod nulli noſtram adſcribere debeamus culD pam niſi noſtræ voluntati. qua vel peccato vel iuſtitiæ ſeruimus. Quod præterea carnem iniuſte quaſi in firmam accuſemus, cum affectus non caro author ſit culpæ. Quod deniq; conſiderandum ſit in qua parte ſit an peccati vel iuſtitiæ tolerabilior ſit ſeruitus, & fructus vberior. Caput III.
Quantum dominus homini contulerit per dationẽ legis, & gratiæ adiunctionem. Et quid lex operata ſit in homine iuxta ſententiam Apoſtolicam. Ac de abſolutione duarum quæſtionum circa verba Apoſtoli incidentium. Caput. IIII.
Qua ratione lex nõ ſuffecerit, ſed vltra eam neceſsaria fuerit gratia per mortẽ Chriſti donata. Quodq; nos etiã cũ illo mori, reſurgere & verſari debeam⁹. Ca.V
Quid profuerit legis promulgatio. Quantum etiam vtilitatis atq; conſolationis homini attulerit gratia, & pignus charitatis Chriſti, cum incitatione ad repenſionem obſequii pro tantis beneficiis debiti, eorũdemq; beneficiorum conſolatiuã inductione. Caput VI.
Qualis ĩ nobis debeat eſse Chriſti charitas, & quod nulla aduerſa corporis vitæ beatę munus imminuunt.
Quodq; in ſe habeat remunerationem ſuam qui Chriſtum ſic ſequitur, ac beatus ſit. Quod etiam ſic beata vita ſit in hominibus, in quibus fuerit vita perfecta, & quæ ſit vita perfecta. Quid deniq; vir perfectus quęrat ac illi conueniat. Cap. VII.
E Quod quamuis ſapiens delectetur ſanitate corporis aut liberis, non tamen minus perfectus ſi illa amittat, & quòd nulla aduerſa intolerabiliter ferat, cũ expoſitio ne eorũ quę ad formã iuſti viri requirũtur. Ca. VIII.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPIſCOPI DE SANCTO IACOB ET VITA BEATA. LIBER PRIMVS.

Quod ad virtutũ diſciplinã paſsionésque coercẽdas neceſsarius ſit ſermo prudens ac bonus & mens rationi intenta. Quodq; docibilis ſit virtus, Et quod licet ratio concupiſcentiam eradicare, & corporales motus auferre non poſsit, mens tamẽ ſobria refrenare atque reprimere valeat quauis grauem paſsionem.

Caput I.

NECESSARIVS AD DISCIPLInã bonis omnibus ſermo plenus prudentiæ, & mens rationi intenta præcurrit virtutibus, paſsiones coercet. Docibilis enĩ virtus. Denique ſtudio & diſcẽdo quæritur diſsimulãdo amittitur. Alioquin Exo.20.
niſi ſermo bonus neceſsari⁹ eſset ad correctionẽ nunquã lex diceret: Nõ adulterabis. Sed quia nudus ſermo ad monẽdum vtilis, ad perſuadendũ infirm⁹ eſt, ideo adhibenda eſt rationis recta conſideratio, vt quod ſermo bonus præſcripſerit, ratio pleni⁹ tractata perſuadeat. Non enim ſeruili ad obediẽdum conſtringimur neceſsitate ſed voluntate arbitra, ſiue ad virtutẽ, ſiue ad culpã inclinamur. Et ideo nos aut liber affectus ad errorẽ trahit, aut voluntas reuocat rationẽ ſecuta. Paſsio autẽ grauiſsima culpæ cõcupiſcentia, quã ratio mollit & cõprimit. Emollire enim poteſt, eradicare nõ poteſt, quoniam anim⁹ qui eſt rationis capax, vt ſuarũ paſsionũ domin⁹, ſic repreſsor. Neque enim fieri põt vt facilis ad iracũdiam nõ iraſcatur, ſed vt ratione ſe temperet, indignationẽ cohibeat, ac puniẽdo

Psal. 4. se revocet,sicut & Propheta nos docet dicens:Irascimini,& nolite peccare. Concessit quod naturæ est,negauit quod culpæ est. Omnis itaq; temperantia ex aliis non ex se originem sumit,ideoq; secunda est. Nam aut de naturalibus suscipitur,aut de vtilibus. Itaq; aut naturalia tẽperat,aut vtilitatis asserton est. Deniq; nõ ibi excidit cõcupiscentiam, sed facit ne concupiscentiæ seruiamus. Quis enim tantus vt corporales motus possit auferre, nisi solus ille qui potuit de infructuosa ficulnea dicere, Luc.13. hoc est malitia Iudæorũ:Ecce anni tres sunt ex quo veni quærens fructũ in ficulnea hac,& nõ inuenio:succide ergo illam? Cui respondit seruus:Remitte illam & hoc anno,vsq; dum fodiam circa illã,& mittam cophinũ stercoris:& si quidem fructũ fecerit:sin autem,in futurũ succides illam. Merito ad dominũ retulit,quia excidendæ tẽporalis prolapsionis potestatẽ sibi ipse vendicare non poterat,sed domino reseruabat. Deniq; quem de hominibus meliorẽ & fortiorem assumemus q̃ sanctum Dauid,qui cupiditatẽ qua concupierat aquã de lacu Bethleem hostili intercluſam exercitu, sibi auferre non potuit,potuit mitigare? Nam cũ aliis vtiq; defuisse non inueniamus,id est tanto exercitus numero, cum vtiq; multo minus regi deesse potuerit ex cæteris fontibus aqua: irrationabilẽ quandã cõcupiscentiam passus desiderauit eam quæ hostiũ erat circũfusione vallata, vnde sine maximo periculo non facile potuisset deferri. Itaq; ait: Quis mihi dabit potũ de lacu qui est in Bethleẽ ad por- 2.Reg.23. tam? Et cum essent reperti tres viti qui hostium castra præciderent, & deferrent aquã quam summo desiderio desideraſset: cognoscẽs quod periculo alieno aqua sibi eadẽ constitisset,profudit illã domino,ne sanguinẽ illorum qui eam detulerant,bibere videretur. Quæ res indicio est quod concupiscentia quidẽ rationẽ præueniat sed ratio cupiditati resistat. Humanũ itaq; quod passus est Dauid,vt irrationabiliter cõcupisceret:sed illud laudabile,quod irrationabilem cõcupiscentiã rationabiliter parato fraudauit remedio. Dum laudo viros qui eruburunt desiderium sui regis,& maluerũt finem eius verecundiæ vel periculo propriæ salutis afferre: plus laudo eum qui erubuit in suo desiderio alienũ periculum, & aquã dubiæ sortis precio quæsitã sanguinis comparauit: simul quasi repressa victor cupiditate profudit aquam domino, vt ostẽderet quod concupiscentiã suam verbi consolatiõe restingueret. Potest igitur mẽs sobria impressione refrenare ac reprimere quanuis grauẽ passionem,& feruorẽ omnẽ cupiditatis flagrantissimẽ refrigerare,deriuare alio motus,& rectæ rationis tractatione despuere passiones. Etenim cũ deus hominẽ constituerat,& in eo mores sensusq; plantaret,tunc motibus eius imposuit regale mentis imperium,vt omnes sensus motusq; hominis eius vigore ac potestate regerentur. Adiunxit ad gratiam creaturæ, vt mentem ipsam diuinis reformaret præceptis, & sapientiæ instrueret disciplinis, quibus & cauẽda nosceret,& legenda cognosceret. Mẽs igitur recta ratione tenet disciplinam sapientiæ, vt diuinæ humana cognoscat eruditus in lege,per quam discit quas sibi subiicere debeat passiones.

De ordine ac differentia passionũ. Et qua ratione tẽperantia quàm maxime istarum passionũ restinguat ardorem,corporalisq; ferocitatis habenas. Ac de magnis eiusdẽ temperantiæ laudibus, quam & primis hominibus tenendam deus mandauit, & lex docet, vniuersorumq; infundit affectibus. Caput II.

PASSIONVM autẽ velut duces sunt naturalis delectatio & dolor. quas sequũtur cæteræ,Illæ enim cõplectuntur vniuersas,quarũ vtraq; nõ solũ corporis, sed etiã secũdũ animã passiones sũt. Et qa dixim⁹ subesse his alias passiones:ante delectationẽ cõcupiscẽtia, post delectationem gratulatio est. Ante dolorem autẽ est timor,post dolorem.tristitia. Commotio autẽ animi communis passio & delectationis & doloris est. Transcurram alias,id est,superbiam,auaritiam, ambitionẽ, contentionem,inuidiam,quæ sunt secundum animam passiones:transcurram etiam inexplebilem vorandi libidinem, effusionẽmq; luxuriæ atq; lasciuiæ, quæ vitia nexa sunt corpori,& secundũ illud operantur. Meritóq; tem perantia q̃ maxime istarum passionum restinguit ardorem,quę primum sobrietate atq; moderamine animum temperat,mentem informat. Deinde etiam delitiarum abstinentia restinguit habenas corporalis ferocitatis. Ideo lex recidit ciborum licentiam, epularũ copias,nõ solum vt resecaret luxuriam, verum etiam vt inhibẽtis contemplatione præcepti viam tractatione rationis aperiret,quæ irritamenta gulæ cæterásque recideret cupiditates,corporeas passiones motúsque cohiberet. Temperantia est igitur correctionis præuia, disciplinæ magistra. Ab hac profectus Iacob sanctus, primatus à fratre quos non habebat accepit:eiúsque prælatus assensu,docuit in relinquum intemperantes proprio sibi viles esse iudicio. Ab hac profectus Ioseph & calorem iuuẽtutis edomuit, & tẽtatum adulterinis animũ illecebris, rectæ rationis inductione firmauit. Deniq; quãuis fortis esset & validus,tamen tractatu rationis fulcire se maluit,dicens vxori domini sui: Si dominus meus nescit præter Gen.39. me aliquid in domo sua,& omnia quæcũquæ habet, dedit in manus meas neque subtractum est à me quicq̃ præter te,quæ vxor illius es: quomodo faciam verbum hoc malum,& peccabo coram deo? Hæc est igitur rectæ rationis tractatio,quã Græci λογισμὸν nũcupant, qua mẽs sapientiæ intenta solidatur. Pulchra enĩ ratio,quod nec beneficiis domini esse deberet ingratus, nec occultum posset esse peccatum, quod deo teste committeret, quẽ latere non posset. Bona igitur ratio,quę & hostilem plerumq; affectum exuit,& dolorem iniurię sequestrat. Denique & in acie plerunq; victorem victo mitigat, & feriturí mucronem tetardat, & rogantem morti eripit:eóq; subiectis parcere iusta ratio psuadet. Nã de excludẽdo vel mitigando iniurię dolore quis melior magister quã patriarcha Iacob, qui proprios coarguẽs filios Symeon & Leui,ait: Odiosum me feciſtis,ita vt fœtus videar. Et Gen.34. vtique vlti fuerant sororis iniuriam, quæ contra institu ta patria violato fuerat pudore temerata. nec potuit Iacob præceptor disciplinæ,custos pudoris,stuprum probare cõmissum, sed maluit insolentes ratione cohiberi,sciens quôd indignationem ratio tẽperare posset. Tẽperantia est igitur quę resecat cupiditates. Hanc primis hominibus tenendam mandauit deus,dicens:De fructu Gen.99. autem ligni quod est in paradiso,non edetis,neq; tangetis illud,ne moriamini. Et quia nõ est retenta,ideo trãsgressores virtutis egregiæ, paradisi exules facti sunt, & immortalitatis exortes. Hanc lex docet & vniuersorum infundit affectibus.

Quod sapientiã & disciplinam doceri scriptura testetur. Ac de exortatione ad studium, & eius commẽdatione. Et quod nulli nostram adscribere debeamus cupiam,nisi nostræ voluntati, qua vel peccato vel iustitiæ seruimus. Quod preterea carnẽ iniuste quasi infirmam accusem⁹,cũ affectus non caro author sit culpæ. Quod deniq; cõsiderandũ sit in qua parte,an peccati vel iustitiæ tolerabilior sit seruitus,& fructus vberior. Ca.III.

DOCERI autem & sapientiam & disciplinã scriptura testatur,de temperantia in lege,de cæteris in libro Iob. in quo scriptum est: Nonne dominus est qui docet intellectum & disciplinam? Et in Euangelio dominus ipse ait: Discite à me, Mat.11. quia mitis sum,& humilis corde. Et alibi ad discipulos Mat.28. ait:Ite,docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Vnde autem disciplinæ dicti? Aut quid aliud à Christo, nisi virtutũ operari præcepta discebãt? Deniq; Dauid ait: Venite filii,audite me, timorẽ domini docebo vos. Vtiq; timor dei de numero Psal.33. virtutum est via. Initium sapientiæ timor domini, per Eccli.1. quem ascisc̃itur piæ forma doctrinæ, de qua Paulus ait, Roma.6. Gratias autem deo,quod fuistis serui peccati, sed obedistis ex corde in eam formam doctrinę in qua traditi estis liberi autem à peccato,serui facti estis iustitiæ. Doctrina igitur facit vt possimus peruenire ad iustitiã. Potest igitur acquiri iustitia discendo. Intendamus igitur studio in formam Euangelicæ doctrinæ. Minimum studii plerũque pro maximo habetur. In studio enim sunt omnia per quod adhibetur obedientia:quæ in vtramlibet partem propenderit,aut culpam adiungit,aut gratiam. Hęc nos in primo Adam traxit ad mortem,hęc nos in Adam secundo ad vitam vocauit. Non est quod cuiquam nostram adscribamus culpam,nisi nostræ volũtati. Nemo tenetur ad culpã,nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen quæ inferuntur reluctantibus,voluntaria tantũ commissa sequitur delictorum iuidia, quod in alios deriuemus. Voluntariũ sibi militem legit Christus voluntariũ seruũ sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se prius peccato rum ære ei vendiderit. Quid carnem quasi infirmam accusamus? Membra nostra arma sunt iniquitatis, & arma iustitiæ. Audisti pauperẽ iniuriam accipientem, protexisti eũ,membra tua arma pietatis sunt,quibus pauperem ab iniuria vindicasti. Vidisti egenum, donasti eum muneribus dexteræ tuæ, mortẽ à tuo pectore repulisti. Prou.24. Vidisti eum qui dãnatur ad mortem,eripuisti eum,quia scriptũ est: Eripe eum qui ducitur ad mortẽ: mẽbra tua arma sunt iustitiæ, si iniuste hominẽ perire non patsus es. Vidisti mulierẽ,castigasti corpus tuum, mortificasti libidines,procaces meretricis oculos auersat⁹ deseruisti,membra tua arma sunt,& arma castimoniæ. Contra autem si oculus tuus vidit mulierẽ ad concupiscendum eam, aperuisti vulnus, impressisti telum corpori tuo, membra tua arma iniquitatis sunt. Vidisti possessionẽ pupillorum,& paternis eos expulisti sedibus, transtulisti terminos quos posuerunt patres tui,membra tua arma iniquitatis sunt. Affect⁹ igitur nõ caro author est culpę,caro autem voluntatis ministra. Non ergo vẽdat nos Rom.6. voluntas nostra. Clamat Apostolus: Nescitis quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum,serui estis eius cui obedistis, siue peccati in mortẽ,siue obeditionis ad iustitiã? Ergo si aut peccato seruimus aut iustitiæ,consideremus i qua parte seruitus tolerabilior,fructus vberior. Sed qui potest esse fructus in morte? Peccati enim stipendium mors: & ideo nullus in eo fructus est,sed pu 1.Cor.7. doris dispendium, cum ea quæ gessimus, erubescimus. Seruire autem iustitię,libertas est. Qui enim vocatus est in domino seruus,libertus est domini. Similiter qui liber vocat⁹ est,seruus est Christi. Vtraque conditio optima, esse sub christo quo & preciosa seruitus, & gloriosa libertas. Preciosa seruitus quasi tãti sanguinis precio comparata. Gloriosa autẽ libertas, quã nulla seruit⁹ culpæ, nulla peccatorum vincula constringunt, nulla flagitiorum onera, nulla criminum commercia degenerís nexui seruitutis addicant. Discę humilitatem ô homo,Apostoli vim cognosce magisterii. Seruum te dicis:libertus es:si liberum te iactas,seruus es. Nam & ille qui quasi seruus redemptus est,libertatem habet: & iste qui quasi liber vocatus est,bonũ est illi vt seruum Christi se esse cognoscat,sub quo seruitus tuta est, & libertas secura. Quis quasi idiotam Paulum vel in ipso iure asserit? Sciuit enim discernere inter libertum & liberum & ideo non perfunctorie sed proprie dixit: Qui enim vocatus est in domino seruus,libertus est domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Reuera enim omnes Christi liberti sumus,nemo liber. Omnes enim in seruitute generati. Quid seruili conditioni arrogantiã libertatis assumis? Quid titulos nobilitatis vsurpas seruilis hæreditas? Nescis quòd te Adæ atque Euę culpa mãcipauerit seruituti? Nescis quòd redemerit te Christus,non emerit? Non auro,non argento cõdemptí estis de vana vestra conditione,sed precioso sanguine agni, clamat Apostolus Petrus. Ergo redemptus à domino es, 1.Petri.1. seruus es qui creatus es, seruus es qui redemptus es, & quasi domino seruitutem debes, & quasi redemptori. Nec inferiorem putes libertinitatem sub Christo,quàm libertatem esse. Ad dignitatem æqualis, ad tuitionẽ præstantior est,ad gratiam par,aduersus lapsum cautior,ad uersus superbiam tectior. Ita libertatem accepisti, vt meminisse manumissoris tui debeas, vt patrono tuo noueris legitimum obsequium deferẽdum, ne ab ingrato reuocetur libertas. Quid te beatius, qui sub domino regnas,& sub patrono militas?

Quantum dominus homini contulerit per dationem legis,& gratiæ adiunctionem. Et quid lex operata sit in homine iuxta sententiam Apostolicam. Ac de absolutione duarum quæstionum circa verba Apostoli incidẽtium. Caput. IIII.

QVID autem est quod tibi non contulit dominus? Legem dedit,adiũxit gratiam. Lex peccatum denũciauit, sed in cõditione lubrica penitus cohibere nõ potuit. Cognoui enim peccatũ quod nescibã, cognoui concupiscentiã. Quod ante per ignorãtiam in me mortuum videbatur,reuixit,ego autem mortuus sum peccati vulnere. Cognitio culpæ quæ mihi profutura videbatur,hęc nocuit,vt scirem quod vitare nõ poterã, Peccatum enim prodidit, & per bonum denunciationis suæ peccati ipsius acerbauit inuidiã. Itaq; supra modũ factũ est peccatum mihi,quia cumulatũ est denũciatione mandati. Crescit enim culpa cũ proditur,nec cauetur. Quo modo ergo bonum mandatum quod mihi mors est? Aut quomodo nõ est mihi mors quod per bonum significationis suæ demonstrãdo peccatũ operatũ est in me mortem? Nam certũ est quod mihi accesit,dum quod facio agnosco peccatum,sicut ipse dominus ait: Si non venissem,& locutus fuissem his,peccatũ non haberẽt. Quid Ioan.15. miraris igitur si lex quibusdã morti sit, cum morti sit & dominí salutaris aduentus, per quem redempti sumus? Infidelis enim mortẽ sibi quærit ex gratia,manet autem mandati gratia. Etenim sicut cognitio venenatorum poculorum cõsummatur ad disciplinam medicinæ, sic diuinũ mandatũ ad vitã æternam. Sicut autẽ ei qui male vtitur noxiis potionibus, cognitio earũ in malum vertitur & periculum:& quo magis venena cognouerit, hoc se intelligit amplius periclitari:sic forma mãdatiis qui legem interpretantur,vel demonstrata atque interdicta peccata vitare non possunt,mortis author est. Sicut ergo bonum antidotum,etiam si imprudenti aut intemperanti non bonũ: sic bonũ mandatũ etiã si intemperanti non bonũ est. Ergo bonum mandatũ,quod alicui mors est. Respondsum igitur habe primæ propositionis, quia potest esse bonum mandatũ quod mihi mors est,bonũ per naturam salutaris præcepti, mors per intẽperantiã carnis. Et quia didicimus esse bonum mandatum,quod mihi mors est: nunc discutiamus quomodo non sit mihi mors,quod licet per bonum,mihi tamẽ operatum est mortẽ. Sic enim proposuit Apostolus: Quod ergo bonum est,mihi mors est? Absit. Sed peccatum,vt appareat Roma.7. peccatum,per bonum mihi operatum est mortem. Itaq; spectemus singula. Mandatum vtiq; legis est, lex autem spiritalis est,cuius gratiam video,pulchritudinẽ laudo, formam prædico, præceptũ admiror: sed quia carnalis sum ego,venũdatus sub peccato,trahor inuitus ad culpam. Etenim quasi seruo culpa dominatur. Itaq; odi crimen,& facio. Mens odit,caro concupiscit, ego tamẽ in

G vtraque,qui legi mente consentio, & carne quod nolo hoc ago. Bonum ergo mandatum,cui consentio:& mẽs bona,quæ quod bonũ est elegit. Bona ad iudicandũ.sed infirma plerũq; ad resistẽdũ:quia repugnat ei corporis appetentia,&captiuam eã trahit ad erroris illecebras. In quo periculo vnũ est remedium, vt quẽ lex non potuit, liberaret dei gratia. Sic enim scriptũ est:infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Itaq; fit vt licet peccatũ quod latebat, id est cõcupiscẽtia mea quã nõ putabã esse peccatũ, mortem mihi operata sit, dum proditur,& supra modũ factum sit ipsum peccatũ(erat enim peccatum etsi nesciebatur,sed cognitione coacer uatum est, & quasi ſcremẽtum erroris assumpsit, atque in naturã delicti cessit forma mãdati)mihi tamen mors non sit, cui promptum est ad Christum confugere,per quẽ soluimur omni mortis periculo. Absoluta igitur etiã secunda est propositio, quia mandatum mihi legis mors est,etsi mortẽ non operetur. Quod enim conturbamur,fragilitatis est:quod euadimus,Christi.

Rom.7.

Qua ratione lex nõ suffecerit, sed vltra eã necessaria fuerit gratia per mortem Christi donata. Quodque nos etiã cũ illo mori, resurgere & versari debeamus Ca. v.

H Ergo vt ad exordia sermonis huius reuertamur,mens bona est quæ habet tractatiõnem rationis,& intendit sapiẽtiæ disciplinis,sed grauis lucta est ei cum mortis corpore,& plerunque rationem mentis vincit carnis illecebra. Et ideo dominus primo legem dedit,cui mẽs hominis sese ad obtẽperandum dedit,& ei seruire cœpit vt esset subdita, sed caro subiecta non erat, quia sapientia carnis nõ est legi subdita,& præceptis eius repugnabat. Non enim poterat virtuti obedire cupiditatib⁹ dedita,& lenociniis carnalibus implicata. Ideo laborãdum est vt teneamus dei gratiam. Mens itaque bona,si rationi intẽdat:sed parum perfecta, nisi habeat gubernacula Christi. Venit enim dominus Iesus,qui nostras passiones cruci suæ affigeret peccata donaret:in cuius morte iustificati sumus, vt totus mundus eius mundaretur sanguine. Deniq; in morte ipsius baptizamur. Si igitur in ipsius morte dimittuntur nobis peccata,etiam peccatorum nobis passiones in illius morte moriantur,illius crucis clauis affixæ teneã-
I tur. Si in illius morte mortui sumus, quid igitur tãquam viuentes ad ea quæ sunt mundana reuocamur? Quid nobis cum elementis mundi? Quid cũ cupiditatibus? Quid cum luxuria atq; lasciuia,quibus in Christo mortui sumus? Quod si sumus in Christo mortui, i Christo resurreximus. Cum Christo igitur versemur,cum Christo superiora quæ sunt, non quæ corruptibilia & terrena quæramus. Christus resurgens à mortuis, veterẽ hominem affixum reliquit,nouum resuscitauit. Christus mortuus est, vt & nos peccato moreremur, deo resurgeremus. Mortua est caro nostra, quid igitur peccato reuiuiscit? Quid igitur peccato obedit? Quid igitur peccatum regnat in mortuis,cũ mors finis peccati sit? Mortui sumus carne,renouati sumus spiritu. Spiritu ambulemus,quia spiritum Christi accepimus. Si autem spiritus in nobis, ergo sit nobis caro mortua propter peccatum, spiritus vero viuat propter iustificationem. Sic quod erat impossibile legi,solutũ est si in spiritu ambulemus. Sic passiones sepelimus,si crucem huius corporis non resoluamus. Sic chirographum peccati quod deletũ est in cruce Christi,non rescribemus,si veteris hominis amictum quẽ exuimus,non induamus, Scriptum est enim in Can
Canti.5. ticis:Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Mortificata igitur nobis sunt corporis membra, cur eius pullulant vitia? Ideo lex non præualuit,quia carnem non mortificauit. Ideo quasi vmbra præteriit, non colorauit: ideo etiam obumbrauit nos à sole iustitiæ, quia exacerbauit K crimina. ergo & obfuit.

Quid profuerit legis promulgatio. Quantum etiam vtilitatis atque consolationis homini attulerit gratia,& pignus charitatis Christi, cum incitatione ad repensionem obsequii pro tantis beneficiis debiti, eorundẽmq; beneficiorum consolatiua inductione. Ca. vi.

Quid igitur profuit vt lex promulgaretur si profutura non erat? Habebamus iam legem naturæ,erat vnusquisque sibi lex, qui opus legis scriptum habebat in corde suo. Illam non tenuimus:cur addebatur ei altera,in cuius operibus caro non posset iustificari? Accessit vinculum,non solutio: addita est peccatorum agnitio,non remissio. Peccauimus omnes qui poteram⁹ excusationem prætendere per ignorantiam: os obstructũ est omnibus. Profuit tamen mihi, cœpi confiteri quod negabam,cœpi delictum meum cognoscere,& iniustitiam non operire,cœpi pronunciare aduersus me iniustitiam meã domino,& tu remisisti impietates cordis mei. Sed & illud mihi prodest, quod non iustificamur ex operibus legis. Non habeo igitur vnde gloriari in operibus meis posim,non habeo vnde me iactem,& ideo gloriabor in Christo. Non gloriabor quia iustus L sum,sed gloriabor quia redemptus sum. Gloriabor nõ quia vacu⁹ peccati sum,sed quia mihi remissa sunt peccata: Non gloriabor quia profui, neque quia profuit mihi quisquam,sed quia pro me aduocatus apud patrem Christus est,sed quia pro me Christi sanguis effusus est Facta est mihi culpa mea merces redemptionis, per quã mihi Christus aduenit. Propter me Christus mortem gustauit. Fructuosior culpa quàm innocentia. Innocentia arrogantem me fecerat, culpa subiectum reddidit. Habes igitur quibus latio profuit tibi legis. Sed dicis quia per legem superabũdauit peccatum. Sed vbi superabũ Roma.5. dauit peccatum,superabundauit & gratia. Mortuus es peccato homo,ergo lex iam nõ obest. Resurgis per gratiam,ergo lex profuit,quia acquisiuit gratiam. Accepisti etiam pignus Christi charitatis: quoniam qui pro te mortuus est,aduocatus est tibi,& sanguinis sui mercem M reseruat. Et qui peccatorẽ recõciliauit patri,multo magis cõmendat innocẽtẽ,& tuetur subditũ,quia sit innoxium. Tanti igitur beneficii debitor nõ rependes obsequium? Hæredem te fecit,cohæredẽ te fecit. Hæredẽ dei cohæredẽ Christi. Spiritũ tibi adoptionis ifudit. Numera hæc & ad iunge nõ tam ad debiti nexũ, q̃ ad muneris accepti conuersationem. Cohæres Christi es. si compatiare,si commoriare,si consepeliare. Cum Christo suscipe passiones eius, vt supra passiones eius cũ eodẽ esse merearis. Vide quomodo tibi peccata superiora donauit,vt nihil faceret obesse quod peccasti. Vide quomodo te hortatur ne amittas quod accepisti. Breuis huius laboris est meta,& corona fructus perpetui: tolerabilis passio,merces inæstimabilis. Quid enim te angit? An ignobilitatis abiectio? Sed erit tibi in futurũ gloriosa nobilitas deuotionis ac fidei. Num census teniior, victus angustior? Sed erũt tibi diuitiæ remunerationis æternæ, in quibus rei vllius egere non possis. Num amissio filiorum? Recipies perpetuos quos susceperas temporales, & dicetur de te, Beatus qui habet semen in Sion, & do- Roma.8. mesticos in Hierusalem. Indignæ,inquit,passiones sunt huius temporis ad futuram gloriam. Scriptura tibi dicit. Adde quia vita beata his aduersis secularium molestiarum aut passionũ corporaliũ non minuitur, sed magis probatur. Adde quod vel patrimonii dãna nõ sentit vel necessitudinum forti mẽte abscondi dispendia, absorbet dolorẽ. Adde quia nescit naufragia qui semper in portu tranquillitatis est. Quid illud quod labor tibi cõmunis est cũ oĩ creatura,quia ꝓpter te mũdus ipse seruitutem tolerat corruptionis, quia cũ sanctis tibi labo-

A tis hui⁹ & expectationis cõmune cõsortiũ est? Sol occasum suũ recognoscit,luna defectũ, errorẽ stellarum lumina,dũ totius corporis nostri expectatur redemptio. Sed vereris dubios vitæ anfractus, & aduersariũ insidias cũ habeas auxiliũ dei,habeas tantã eius dignationẽ,vt filio ꝓprio ꝓ te nõ pepercerit? Pulchro verbo vsa est scriptura,vt dei patris erga te piũ ꝓpositum declararet,qui morti ꝓ te totũ obtulit,quod in plenitudine diuinitatis nihil ipse amisit,& te redemit. Considera affectũ patriũ. Quod pietatis est,quasi morituri filii susceptum periculũ quasi orbitatis hausit dolorem ne tibi periret fructus redemptionis. Tantũ fuit domino studiũ tuæ salutis,vt ꝓpemodũ de suo periclitaretur, dũ te lucraretur. Ille pro pter te dispẽdia nostra susceptt, vt te diuinis insereret, cœlestib⁹ cõsecraret. Mire etiã addidit, Pro nobis oibus tradidit illũ: vt ostẽderet quòd ita omnes diligat, vt dilectissimum sibi filiũ pro singulis traderet. Pro quibus igitur quod super omnia est dedit, potest fieri vt nõ in illo vniuersa donauerit? Nihil enĩ excepit, qui omniũ cessit author ẽ. Nihil est igitur quod negari posse nobis verea mur,nihil est in quo munificẽtiæ diuinæ diffidere perse uerantiæ debeamus,cuius fuit tã diuturna & iugis vbertas,vt primo prædestinaret,deide vocaret, & quos vocaret,hos & iustificaret:& quos iustificaret, hos & clarificaret. Poterit deserere quos tãtis beneficiis suis vsque ad
B premia ꝓsecut⁹ est? Inter tot beneficia dei nũ metuẽdæ sunt aliquæ accusatoris isidiæ? Sed quis audeat accusare quos electos diuino cernit iudicio? Num deus pater ipse qui cõtulit,potest sua dona rescindere: & quos adoptione suscepit,eos à paterni affectus gratia relegare? Sed metus est ne iudex seuerior sit. Cõsidera quẽ iudicẽ habeas Nempe Christo dedit pater oẽ iudiciũ. Poterit te ergo il le dãnare,quẽ redemit à morte, ꝓ quo se obtulit, cuius vitã suæ mortis mercedẽ esse cognoscit? Nonne dicet,
Psal.29. Quę utilitas in sanguine meo, si danno quẽ ipse saluaui Deinde cõsideras iudicẽ, nõ cõsideras aduocatũ? Potest iste sęuiorẽ ferre sentẽtiam, qui interpellare non desinit vt paternæ recõciliationis in nos conferatur gratia.

Qualis i nobis debeat esse Christi charitas,& qđ nul la aduersa corporis vitę beatę munus imminuũt. Quòd que in se habeat remunerationẽ suã q Christũ sic sequitur,ac beat⁹ sit. Quòd etiã sic beata vita sit i hominib⁹ i quibus fuerit vita ꝓfecta,& quęsit vita ꝓfecta. Quid deni que vir perfectus quærat,ac illi conueniat. Caput. vii.

C Sed & siqua imminerẽt grauia, nequaq̃ nos à Christo separate deberẽt. Cur nos pro illo non etiã dura & acerba tolerem⁹, qui ꝓ no bis tã indigna suscepit? Ideóque debet in no
Canti.8. bis esse charitas, vt nullis periculis reuocemur à Christo. Scriptũ est enim: Aqua multa nõ poterit excludere charitatẽ,& flumina non concludẽt eã, quia torrentem transit anima diligẽtis. Nulla tẽpestas, nullum profundum periculũ, nullus terror mortis aut pœnæ vim charitatis imminuit. In his enim probamur in his beata vita est,etiam si multis periculis inundetur. Nõ enim frangi tur sapiẽs dolorib⁹ corporis, nec vęxatur incommodis sed etiam in erũnis beatus manet. Neque enim aduersa corporis vitæ beatæ munus imminuũt, neque de eius suauitate aliquid delibãt, quia nõ in delectatione corporis vitæ beatitudo est, sed in conscientia pura ab omni labe peccati, & in eius mente qui cognoscit quia quod bonũ est, hoc delectat, etiã si asperũ sit: quod autẽ indecorum etiã si suaue, nõ mulcet. Ergo causa bene viuẽdi non delectatio corporalis, sed mẽtis prudentia est: nõ caro quę subiecta est passioni, sed mens, quæ iudicat, quia nihil melius delectat q̃ consiliorũ honestas, & operũ pulchritudo. Ea igitur beatæ iterpres est vitæ. Melior est enĩ prudẽtia vel arbitra passionis q̃ passio, prestãtiúsq; quod iudicat, q̃ quod iudicio subiectũ est. Neque enim fieri potest vt ratione sit melius, quod est irrationabile. Habet ergo in se remunerationem suam qui sequitur Iesum, & in suo affectu præmium, etiã si dura sustineat: beatus tamen est suis moribus, beatus ipsis periculis, sicut dominus definiuit dicens: Beati qui persecutionem patiuntur Matth.5. propter iustitiam. Est ergo beata vita in hominibus, sed in his scilicet in quibus fuerit perfecta vita. Perfecta autem vita nõ sensibilis ista, sed illa rationabilis secũdum tractationem rationis, & mẽtis viuacitatem, in quo non est portio hominis, sed ꝓfectio, quę nõ tam est in cõditione hominis q̃ in operatione. Ea enim beatum facit. Huic igitur viro quid est bonum, nisi ipsi sibi quod habet? Et adest ei hoc bonũ, & causa ei erit futurorũ bonorũ. De hoc bono dixit Salomõ: Bibe aquã de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus. Superfluant tibi aquæ de tuo Prou.5. fonte, in tuas autẽ plateas discurrant. Sint tibi soli constitutæ, & nemo alienus particeps sit tibi. Fons aquæ tuæ sit tibi proprius. Vtere igitur ęterno bono tuo. Testimonium autem boni huius maximum, quoniam qui habet, alia non requirit. Quid enim requirat qui inferiora despicit? Præstantissimo autẽ inhæreat, sicut scriptum est: Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarũ confabuletur tibi. Amicitia autem præcedat te, & vna sit tecũ in omni tempore. Bona enim virtutum amicitia, & summi boni charitas. Nihil itaq; aliud quærit perfectus ille, nisi solum & præclarũ bonũ. Vnde & dicit: Vnã petii à domino, hanc Psal.26. requiram, vt inhabitẽ in domo domini omnes dies vitæ E meæ, & videam delectationem domini. Neq; vero eum tanquàm angustum inopémq; fastidias, quia vnius hominis velut solitaria societate contentus sit. Huius enim amicitia circundatus plutimus erit. Abundat enim huiusmodi viro ad beatitudinem & ad possessionem boni, & ideo nihil aliud desiderat. Nihil enim quasi nouũ expectat qui omnia habet. Nihil est enim boni quod nõ habeat, nec superfluis delectatur, sed necessariis, & eo ipso necessario quod nõ sibi, sed carni adhærenti sibi necessarium fatideóque indulget quod ab interioris hominis proposito nõ discrepet, quod faciat, vt itaque vnum, & reconciliet exteriorẽ hominẽ inxta atque interiorem deo, vt fiat in vtroque vnus spiritus. Huius igitur propositi vir nec dispendio minuitur, nec aduersis frangitur, F nec repagulis inhibetur, nec suorũ amissionibus mœstificatur. Ad cuius informationem dicit Apostolus: Nolu 1. Thes. 4 mus autem ignorare vos fratres de dormientibus, vt nõ tristes sitis, sicut & ceteri qui spem non habeant. Solatur enim se resurrectionis fide, & remunerationis gratia, nec recipit ea mente mœstitiam qua adhæret deo, & diuinæ præsentiæ voluptate lætatur. Qui autẽ cõtristatur his, non secundum deum contristatur. Quod autem nõ secundum deum, hoc plenum stultitię. A perfecto igitur abest huius mundi tristitia, quæ nõ secundum deum, & omnis solicitudo corporis erumnę. Huiusmodi enim inductioni mentis atque substantiæ non annumeratur habitudo corporis, & quidam exterioris vsus naturæ, cum simul aduersus delicias corporis, fragilitatẽque ipsam naturę, orbitatis dispendia, cõtumelias, inuictus animus vniformẽ debeat seruare cõstantiam, vt corpus ipsum scindat, sensusque exuat carnis, qui beatitudinis palmã habere desiderat, cuius fructus non in vnius portione sit sed in plurimarum, & si fieri potest, omnium sit virtutũ consortio. Nescit igitur perfectus incõmoda huius cõrporis, aut aduersa mundi, neque sentit, qui alienum ab homini metu, ne occidãt, animũ gerit. Non enĩ vita perfectior si his careat definitur, sed si ista cõtẽnat. Nã si ita definiretur, vt ea esset beata vita, quę ab huiusmodi casibus expers vacuáque reperiri posset: vtique his acceden tibus non posset beatus aliquis definiri. Ea igitur seque strata sunt, & hoc solum in æstimatione beatæ vitæ est requisitum, vt non in aliis, sed in possessione veri boni eius definitio teneretur, quoniam quod habet despuit, cætera nec requirit.

Quod quãuis sapiẽs delectetur sanitate corporis aut liberis, nõ tamen minus perfectus si illa amittat, & quod

G nulla aduersa intolerabiliter ferat: cum expositione eorum quæ ad formam iusti viri requiruntur. Cap. VIII.

QVAERO nunc vtrum sapiẽs delectetur sanitate corporis. Negare non possumus quòd delectetur secundũ naturam, & libenter accipiat non dolere aliquid quàm dolere, nisi forte pro Christo: pro quo, si causa poscat, & debilitatem corporis prõpte accipiat, & totum corpus suum morti offerat. Idem tamen etiam præter causam fidei atq; iustitiæ, si desit sanitas, non afficiatur animo, neq; frangatur dolore corporis, qui se potest virtutum perfectione solari. Quæro etiam vtrum delectetur liberis. Quis istud abnuat? Neq; enim durus & ferreus, sed perfectus quæritur. Tamẽ & si amittat liberos, non ideo minus beatus, qui non ideo minus perfectus. Quid enim perfectum beatum. Quin etiam si aduersa tolerat, quàm si secundis affluat, magis solet homini videri perfectus: quanuis neq; si desint, neq; si adsint externa cõmoda, aut corporalis lętitia, decedere quicq̃ virtuti soleat vel accedere. Sed plerisq; tam laudi fuit tolerasse aduersa fortiter, q̃ non incidisse. Verũ hæc specie æstimãtur, non pondere. Illud profundũ, virH rum iustũ nihil velle nisi illud solũ & præclarum bonũ, huic soli intendere hoc vnum in bonis ducere, non aliud cũ illo, sed solũ ipsum semper desiderare, hoc delectari: cui si aliud adiungatur quod delectet eũ, vt est filiorum suauitas: non illud amittitur, sed istud adiũgitur. Non enim minuũt accedẽti ad beatitudinẽ, quæ augere non possũt: quia plenũ illud & iuiolabile manet, i quod anima sese inducit, & cui se inseruit & ifudit. Manet sem per inter aduersa & delectabilia perfecta virtus, neq; aduersa de perfectione eius quicq̃ minuũt, neq; delectabilia adiungũt perfectioni. Quid enim est quod is qui ad summũ ascendit, aut dãni de caducis sentiat, aut cõmoditatis? Neq; vero (quod grauissimum apud plerosq; habetur) se miserũ putabit si in captiuitatem vel ipse veniat, vel eius filii: Nõ enim intolerabiliter feret quod habet natura, vel quod videtur domino. Deniq; iustus dixit bonũ verbũ quod locut⁹ est dominus, & dixit: Fiat pax & fides in diebus meis. Non vtiq; iustus iste Ezechias in filios deflexisse erumnã captiuitatis gratulabatur, sed volũtati domini obuiare nõ poterat, & ideo mãdata eius æquanimiter susciebat vt seruulus. Accedit illud,
I quod æstimare poterat posse & in captiuitate meritum eminere virtutis. Neque enĩ minus beatus Hieremias in captiuitate, minus etiam Daniel, minus Hesdras, minus beati Ananias, Azarias, & Misael, q̃ si in captiuitatẽ nõ incidisent: cũ ideo in captiuitatem ducti sint, vt populo & presentia in captiuitate solatia, & spem euadendæ captiuitatis afferrẽt. Perfecti est enĩ viri, cõmunitatem naturæ sustentare animi virtute, & ad meliora adducere, nec succũbere iis quæ plerisque terribilia & formidolosa videtur, sed quasi fortẽ militẽ grauissimorũ casuũ sustinere incursus, conflictus subire, & quasi prouidũ gubernatorẽ nauẽ in tẽpestate regere, atque occurrẽdo insurgentibus fluctibus magis vitare naufragiũ sulcando vndas q̃ declinãdo. Nõ iste in persecutione pauidus, nõ in tormentis mollior, ne torquentẽ exasperet: sed quasi athleta fortis, qui repercutiat verberantem, si nõ cædis, certe sermonis flagello, qui metuẽda multis torměta despiciat, dicẽs: Sagittę infantiũ factæ sunt plagæ eorũ. qui
Psal.63. cũ grauissima licet dolore luctetur, nec se miserabilem præbeat, sed ostẽdat tanq̃ in laterna lumen, etiam inter asperas procellas & grauissimos flatus suam lucere nec extingui posse animi virtutẽ. Non iste in suorũ iniuriis mollis, nec de sepulchro solicitus sui corporis, cui sciat cælũ deberi, non in captiuitate ciuicæ plebis abiectior, sed sicut iudex seuerus, infideliũ perfidiam errorẽsque cõdemnãs, vt Daniel, qui sacerdotũ furta ꝓdebat, & superstitiones eorũ redarguebat, ostendens nulla veritate subnixas, sed fraudibus adumbratas. Talis vir postremo est perfect⁹, q̃ omnes velit bene agere, nihilq; cuiquam accidere mali: & si præter voluntatem eius acciderit, ip K se tamen de propria voluntate nil amittit. Sed forte aliquis putet ægritudinem atque imbecillitatem corporis impedimento esse ad perfectionis munus implendũ, eò quòd non possint opera manuum vlla factaq; procedere. Verum ea sibi iustus impedimento esse non sentiet, immo etiam eum qui illa miserabiliter defleat corripiet, & quasi ignauũ arguet, quod plus in corporis vsu q̃ in animi virtute constituat: quod ea quibus seruiat desideret, cum habeat quod aliis magis possit iubere: quod in paupertate ingemiscat, qui possit supra mundi opes esse (Fideli enim totus mundus diuitiarũ est) quod ignobilitatem defleat, qui debeat despicere regias potestates, diuitibus & potentibus imperare. Hæc enim vita iusti: qui etiam quas habeat facultates, communes ęstimare debeat, immo etiam inopib⁹ diuidere, dispẽsare pauperibus, recidere voluntates proprias, tenuare sumptũ, adhibere parsimoniam temperantiæ, sobrietatem tenere in prosperis, patientiã in aduersis, in dolore tolerantiam, magnanimitatem in periculis, sanitatis perpetuæ vota nescire, mortis imminentis terrore non concuti, neque eum præstantiorẽ putare cui secũdum naturã liberi, propinqui, salubritas, lætitia, affluentia, redũdauerint, q̃ cui illa defuerint: neque externis seculi, sed virtutis domesticæ merito pensare. Illam quoque formã iusti esse quis abnuat, vt nihil metuat, nihil reformidet nisi virtutis dispendia, aliorũque vanas formidines compri mat quas habeant de periculorũ solicitudine, mortis timore, corporis infirmitate, vt doceat dissoluicorpore, & esse cũ Christo multo melius, vt ostendat quia operationes nõ impediuntur debilitatibus corporis, sed augentur, neque splẽdore generis, aut propinquorũ subsidiis, aut opibus, sed bono commendantur affectu: Neque enim minus beatus Helias q̃ Moyses, cum alter cibi indigus. melotide vili, sine filiis, sine sumptu, sine comite: alter populi ductor, lætus sobolæ, succinctus potentia, diuerso genere meritum æquale fundauerint, sicut in euãgelio declaratũ est, quando cum domino Iesu in resurrectionis gloria refulserunt. Videtur enim parẽ his quasi paribus gloriæ suæ testibus dedisse mercedẽ. Nec minus beatus Helisæus q̃ Dauid, cũ alter regib⁹ subditus, M
alter regali potestate præditus, propheticæ sanctificationis haud disparẽ sint adepti gratiã. Quid enĩ deest ei q illud bonum possidet, & habẽt sibi semper comitem societąue virtutẽ? In quo statu non potentissimus? In qua paupertate nõ diues? In qua generis ignobilitate nõ clarus? In quo ocio non laborioſus? In qua debilitate non vegetus? In qua infirmitate nõ fortis? In qua somni quiete feriatus, quẽ etiam quiescentẽ virtus propria non relinquit? In qua solitudine nõ stipatus, quẽ vita beata circundat, quẽ vestit gratia, quem gloriæ amictus illustrat? Non minus etiam ociosus q̃ cum operatur beatus, nec minus dormiẽs quã vigilans gloriosus: quia non minus dormiẽs quàm cũ vigilat, incolumis & sanus est. Quan- Psal. 43.
do autem feriatus videri potest, cuius mens semper operatur? Quando autẽ solus, qui cũ illo semper bonus est, de quo ait propheta: Replebimur in bonis domus tuæ? Quando abiectus, cui⁹ cõuersatio est in cælo? Quando non decorus, qui ad illius decori & solius boni se conformat similitudinẽ: qui etiã si mẽbris solutus sit, tamen mẽte se erigat? Et tanquã ille qui cithara canere solitus, si eã dissipatam resolutis neruis & cõfractam viderit, & vsum ei⁹ interruptũ, abiiciat eã, atque eius numeros nõ requirat, sed voce ipse se mulceat: ita & iste citharã corporis vitiosam iacere patietur, cor de se oblectabit, bonæ cõsciętię recordatione mulcebit, diuinis oraculis & scriptis propheticis alleuiabit, suaue illud & iucundũ a nimo tenẽs, mente complectens, cui nihil triste possit accidere, cum semper ei diuinæ præsentiæ aspiret gratia, & ipse sibi afsit summa animi trãquillitate perfusus.

FINIS.

CAPITA SECVNDI LIBRI DE S. IACOB.

A

Post continuationem huius libri ad superiorẽ, quemadmodum Iacob beatus fuerit etiam cũ patriam relinqueret, ac de definitione beati, & ex hoc quòd sancto Iacob nihil horum quæ ad meritum beatitudinis spectant, defuerit. Caput I.

De excusatione parentum sancti Iacob quòd iuniorem filium seniori prætulerint, simulq; de cautela parentum circa filios obseruanda. Et quali affectu Isaac & Rebecca de filiis certauerint: Qua ratione etiam Iacob vicerit, ac de commendabili mysterio eorũ quæ circa benedictionem ipsius facta sunt. Caput II.

Quid significet quòd celebrata benedictione postea senior frater aduenerit, & vt ipse benediceretur, cogendo elicuerit & impetrauerit. Cur præterea ea conditione, vt fratri suo seruiret. Cap III.

De ortu inuidię & minitatione Esau quòd fratrem occideret, & quemadmodum prouidendum sit ne parricidium sequatur, ac de profectione Iacob ad Laban. Caput IIII.

B De ditatione Iacob apud Laban, & ob id in inuidiam vocati, ac de diuina iussione vt in terram suam reuertatur. Qualis præterea vir iustus esse debeat si inuidia fuerit exorta. Quid deniq; significet inquisitio Laban, & nihil sui apud Iacob inuẽtio. Et ex hoc de beati Iacob excellenti commendatione. Caput V.

Quid significet quòd proficiscenti Iacob angeli dei occurrerunt. Quid sibi etiam velit quòd ipse fratri occurrens septies in terra adorauerit. Quid denique quòd petiturus à fratre concordiam, in castris dormiuerit. Cap. VI.

De lucta Iacob cum deo, & quid sit luctari cũ deo. Qua ratione etiam claudicauerit. De vindicta quoq; filiorũ eius in alienigenas propter sororis defloratio-
nem, & ipsius Iacob mansuetudine atque clementia. De responso præterea diuino sibi dato vt exurgeret & ascenderet in locum Bethel. Caput VII.

De commendabili sancti Iacob senectute, futurarumq; ac dubiarum rerum, finis quoq; vitę suę præuidentia, atq; agendorum dispositione. Caput VIII.

Qua ratione sanctus Iacob cũ in ipsis mortis esset diebus, merito prędicandus fuerit beatus multiplicique eius laude præsertim in patriarcharum benedictione. Quòd præterea neq; Ioseph, neque Esaias, neque Hieremias, neq; Daniel, neque mater Maccabæorum cum filiis, negandi sunt fuisse beati, licet grauia sustinuerint supplicia. Caput IX.

Quãtæ laudis fuerit sacerdotum sacerdos Eleazarus in suppliciorum constanti tolerationeConstanti tolerationeConstanti tolerationeConst

G ctionis accepit? Quàm pius erga parentes, vt præferri germano seniori materno affectu mereretur, & paternę benedictionis munere sacraretur. Quàm religiosus, vt fratrem recusaret lædere. Quàm verecũdus, vt patrem timeret fallere. Quàm honorificus, vt matri quòd iubeat non posset negare.

De excusatione parentum sancti Iacob, quòd iuniorem filium seniori prætulerint, simulq; de cautela parẽtum circa filios obseruãda. Et quali affectu Isaac & Rebecca de filiis certauerint. Quą ratione etiã Iacob vicerit, ac de cõmendabili mysterio eorum quæ circa benedictionem ipsius facta sunt. Caput II.

SED nec parẽtes nobis inexcusati relinquẽdi sunt, quòd iuniorem filium seniori prętulerunt. Simul cauendum ne quis dũ eorum intendit exẽplo, vnq; inter filios habeat iudiciũ, vt alterũ, diligendũ putet, alterum posthabendũ. Hinc excitantur enim odia fraterna, ac de pecuniæ vilis incremento facinus parricidale componitur. Eadẽ foueat prolem mẽsura pietatis. Esto tamen vt aliquid sibi amplius circa blandiorẽ aut similiorẽ rapiat affectus, par debet circa omnes esse forma iustitiæ. Plus cõfertur dilecto cui fratrũ amor quæritur, plus autem adimitur ei qui prælationis iniustæ oneratur inuidia. Minitabatur Esau quòd fratrẽ suũ occide-
H ret, nec fraterna eũ germanitas, nec parentũ reuerentia à patricidali furore reuocabat, & dolebat sibi benedictionem esse præceptam. Cuius vtiq; litigium se mansuetudine debebat probare, non scelere. Sed & Rebecca non quasi filiũ filio, sed quasi iustum præferebat iniusto. Etenim apud matrem piam mysteriũ pignori præponderabat. illũ non tam fratri præferebat q̃ offerebat domino, quem sciebat collatũ sibi munus posse seruare: in quo & alteri consulebat, quem diuinę subducebat offensæ, ne grauiore implicaretur reatu, si acceptæ gratiam benedictionis amitteret. Accipe tamen bonũ certamen inter parentes. Mater deferebat affectũ, pater iudiciũ. Mater circa iuniorem tenera pietate propendat, pater circa seniorẽ naturam honorificentiæ seruet. Hic magis honoret, illa plus diligat, dum singuli singulos foueant, non in vnũ vterq; conspirẽt, defraudẽt alterũ. Fiat æquitas inter diuersa certamina, & disparibus studiis par vtriq; ac æqualis parentũ amor & gratia conferatur, compensẽt alter quòd alter imminuit. Sic pio affectu Isaac patriarcha & sancta Rebecca certabant, vt
I neutrũ inferiorem facerent, sed vtrũque æqualem. Vicit tamẽ ille qui præferebatur oraculo, vicit impigritia tarditatem, mansuetudo duritiam. Dum alter venatu aspero prædam quærit agrestem, hic mitium cibos morum, hic domesticam gratiam, hic teneræ mansuetudinis atque pietatis pio patri dulces epulas ministrauit. Plus placet in animis quicquid occurrerit, quàm quicquid affectatum putaueris deferendum. Accessit ad oues Iacob, & attulit innocentiæ partus, vel sacræ prophetiæ munera, quia patriarchæ cibũ nullũ credidit dulciorẽ esse q̃ Christũ, qui sicut ouis ad occisionem ductus est,
Esaię.53. & sicut agnus ad victimam. Hunc publico parenti, vel populo cuius typum gerebat, cibum vtilem iudicabat, quo futura erat remissio peccatorum. Ideo stolam accepit fratris sui, quia senili præstabat sapiẽtia. Ideo iunior frater seniorem fratrem exuit, quia fide emicuit dignitate. Hanc stolam ecclesię typo Rebecca protulit, & dedit filio iuniori stolam veteris testamenti, stolam propheticam & sacerdotalem, stolam illam regalem Dauidicam, stolam Salomonis, Ezechiæ & Iosiæ regum, & dedit populo Christiano, qui vti amictu sciret accepto, quoniam populus Iudæorum eam sine vsu habebat, & proprios nesciebat ornatus. Iacebat hæc stola in vmbra abiecta atq; neglecta. Obscurabatur enim tenebrosa impietatis caligine, nec in angusto corde populi Iudaici latius poterat explicari. Induit eã Christianus populus, & refulsit, illuminauit eã suæ fidei claritate, & piorũ luce factorũ. Agnouit Isaac notum odorẽ generis sui, recognouit stolam scripturæ veteris, sed vocẽ plebis veteris non recognouit, & ideo cognouit esse mutatã. Manet enim hodie stola eadẽ, sed populi deuotioris canora cœpit esse confessio. Merito dixit: Vox quidẽ vox Iacob, manus autẽ manus Esau. Et odoratus est odorẽ vestimentorũ. Et fortasse illud est, quia non operibus iustificamur, sed fide, quoniam carnalis infirmitas operibus impedimento est, sed fidei claritas factorũ obũbrat errorem, quæ meretur veniam delictorum. K

Quid significet quòd celebrata benedictione postea senior frater aduenerit, & vt ipse benediceretur cogendo elicuerit & impetrauerit. Cur prętera ea cõditione, vt fratri suo seruiret. Caput III.

CELEBRATA benedictione, postea senior frater aduenit. Quo declaratur prius ecclesię regnũ q̃ synagogæ in prędestinatione delatũ, sed subintrasse synagogam vt superabundaret peccatũ, & cũ superabundasset peccatũ, superabundaret & gratia: simul clareret impigrũ militem regni cælestis candidatũ esse debere, vt præripiat benedictionẽ, & prærogatiuã suæ cõmendationis vsurpet. Vnde non est notatus à patre iunior filius, sed laudatus. Quod ait Isaac: Frater tuus veniens L
cũ dolo accepit benedictionem tuam. Bona enim vbi irreprehensibilis est, rapina. Irreprehensibilis autẽm rapina pietatis, quia à diebus Ioannis regnum cælorũ co-
Matth.11. gitur, & cogentes diripiunt illud. Festinantes autẽ fratres pascha celebrabant, qui festinantes manducabãt agnum, non demorantes: & fratrẽ Beniamin sanctus Ioseph piæ commento fraudis accersiuit & tenuit. Et ipse tamen vt benediceretur cogendo elicuit & impetrauit, sed eam benedictionem quę cum superiore congrueret & conueniret, vt seruiret fratri suo. Etenim qui imperare non poterat, & alterũ regere, seruire debebat, vt à prudentiore regeretur. Neque enim fuit sancti patriarchæ vt filium suum degeneri conditione seruitutis addiceret, sed vt bonus pater, cum duos haberet filios, vnum intemperantem, prudentem & sobrium alterum, vtrique consuleret. Intemperanti præfecit sobrium, & insipientem prudenti statuit obedire, quia insipiens nõ
Eccli.27. potest voluntarius virtutis esse discipulus, nec perseuerare in studio: quia stultus sicut luna mutatur. meritóq; ei libertatem proprii negauit arbitrii, ne velut nauis in fluctibus sine gubernatore fluitaret, sed subdidit eũ fra-
Proue.11. tri, secundum quod scriptum est: Seruit enim imprudens prudenti. Recte ergo eum subdidit, vt regentis imperio suum melioraret affectum. Ideo ait: Super gladi- M
um tuum viues, & seruies fratri tuo. Domina enim est pietas crudelitatis, & mansuetudo duris motibus præstat. Seruit omnis qui authoritatem puræ non habet conscientiæ, seruit quicunque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel mœrore deiicitur. Ser-
Ioan.8. uilis enim est omnis passio, quoniam qui facit peccatũ, seruus est peccati. &, quod peius est, multorum seruus est: qui subiectus est vitiis, multi se dominis addixit, vt seruitio ei exire vix liceat. At vero ille qui voluntatis suæ arbiter est, iudex consilii, interpres arbitrii, qui coercet corporeæ appetentiam passionis, qui ea quæ agit bene agit, bene autem agens recte agit, & qui recte agit, inculpate & irreprehensibiliter agit, habens suorum actuum potestatem: is profecto liber est. Nam qui omnia prudenter agit, & ita viuit vt vult, is solus est liber. Non conditio fortuitum seruũ facit, sed probrosa insipiẽtia. Denicq; famulus prudẽs regit dominos

A stultos, & probi serui dominis fœnerabunt. Quid fœnerabunt? Non vtiq; pecuniam, sed sapientiã, sicut & lex dicit: Fœnerabis gentibus multis, tu autem mutuum nõ
Deut.15. accipies. Fœnerabit Iudæus proselyto diuinæ legis oracula. Sed quia ipse legis mysteria videre non potuit, & quæ habebat nescisit oracula: qui literam fœnerabat gentibus, nunc ab his spiritalis doctrinæ gratiam mutuatur: meritóq; subiectus est seruituti, quoniã qui mutuatur, seruus est, quasi addictus fœnori creditoris. qui autem piæ doctrinæ fœnus impartit, is est princeps, sicut lex dicit: Princeps eris gentium multarum, tibi autem princeps ex ipsis nõ erit. Princeps enim est qui regit, qui & habet sapientiæ principatũ, quem habuit populus Iudæorum. Sed quoniam quod docebat, seruare non potuit: debet discere quòd docere nescisit. Hoc est igitur quod ait patriarcha Isaac: Seruies fratri tuo. Erit autem cum deposueris & solueris iugum illius à collo tuo. significans duos futuros populos, vnum ancillæ filium alterum liberæ: Seruit autem litera, libera est gratia. eũq; populum qui literæ intendit, tãdiu seruum fore, quãdiu spiritalis doctrinæ sequatur interpretẽ. Tunc
Roma.9. quoque illud futurum quod Apostolus ait: Vt reliquiæ saluæ fiant secundum electionem gratiæ. Seruies ergo fratri tuo, sed tunc senties seruitutis profectũ, cum voluntarius potius quàm coactus obedire cœperis fratri.

De ortu inuidiæ & minitatione Esau quòd fratrẽ occideret, & quemadmodum prouidendum sit ne parrici- B
dium sequatur, ac de profectione Iacob ad Laban.
Caput IIII.

HINC orta est inuidia, & minitabatur Esau quòd post obitum patris fratrem occideret. Sed si id acciderit, dicamus ad Rebeccam quemadmodum prouidendum sit ne inuidia iracundiam excitet, iracundia in-
// parricidium prorumpat. Veniat Rebecca, hoc est, induatur patientia, bona custos innocentiæ suadeat vt iræ locum demus. Concedamus aliquo longius, donec tempore indignatio molliatur, offensioni surrepat obliuio. Itaque patientia nec exilium reformidat, sed impigre suscipit, non tam vt periculum salutis, q̃ vt incentiuũ sceleris declinetur. Mater quoq; pia abesse sibi dilectissimum filium tolerat, plus ei collatura quem læsit,
// vtrique tamen consulens, vt alterum immunem à periculo, alterũ integrum præstaret à crimine. Audiuimus quid corporeis ebria cupiditatibus intemperantia locuta sit, cõsideremus quid vera virtus agat. Nihil requi-
C rit nisi dei gratiam, solum illud & summum bonum sequitur, solo eo contenta est, à quo accepimus omnia, ip-
Psal.15. si autem nihil conferimus, quia nullo indiget, sicut ait Dauid: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorũ meorum non indiges. Quo enim indiget qui abundat omnibus, & nobis largitur vniuersa, omnia sine defectu ministrat? Et profectus est Iacob, & dormiuit (quod est quieti animi indicium) & vidit angelos dei ascendẽtes & descendentes. hoc est, Christũ præuidit in terris, ad quem angelorum caterua descendit atque ascendit. obsequium proprio domino pio præbitura seruitio. Et venit ad puteum, vt biberet de suis vasis, & de puteorũ suorum fontibus, & superfluerent ei aquæ de suo fonte. Fons enim vitæ est in manibus iusti. Et venit ad Laban, & oues eius pauit. Iniquitas incomitata residet, sapientia regendi officium non omittit, nescit vel alienis vacare, nescit exul esse in peregrinis. Quomodo enim exxul quę vbiq; suum seruat, & in se habet quod possidet?
// Quasi mercenarius ingreditur iustus, & rector est. Qui sibi gregẽ multarũ præstantiũq; virtutum splendore fulgentem, euangelicæ prædicationis ministerio colligebat, vt potaturis ouib⁹ virgam storacinam & nucinam
// & de platano proponeret inuentis, quo concupiscẽtes beatissimæ trinitatis præfigurata mysteria, haudquaquã decolores fœtus piæ mentis conceptione formarent. Bo- D
næ oues, quæ bonorum partus operum fidei sacræ non degeneres ediderunt. Per storacem significatur incensum & sacrificium vespertinum, quòd deo patri defertur in psalmo. Per nucinam virgam sacerdotale Christo munus defertur. Hæc enim virga Aaron quæ reposita floruit, qua sacerdotalis gratia sanctificationis emicuit. Per platanum spiritalis fructus significatur vbertas, quia arbori huic vitis annectitur, vt per eius lata cõsortia partus sese vberes fundant. Siquidem dominicæ munera passionis, remissionémque omnium peccatorum adiuncta spiritus gratia dare consueuit.

De ditatione Iacob apud Laban, & ob id in inuidiã vocati, ac de diuina iussione vt in terram suam reuertatur. Qualis prætera vir iustus esse debeat si inuidia fuerit exorta. Quid denique significet inquisitio Laban, & nihil sui apud Iacob inuentio. Et ex hoc de beati Iacob excellenti commendatione. Caput V.

ITAQ; vt scriptura dicit, dies factus est valde, bonum gregẽ nutriens Christo, quẽ fidei titulo, & variarum virtutum nobilitabat insignibus. Itaque nec sibi videbatur angustus, censu fidei opimus, & Labæ filius vt opulentissimus in inuidiã vocabatur, qui suum gregem alieni gregis accessione accumulasset, & dixit ei deus: Reuertere in terram patris tui, & in gentem tuam, & ego ero tecum. ostẽdens nihil ei deesse cui adesset omnium plenitudo: hoc solũ abundare perfecte, in hoc cõstare omnia, & omnia ad ipsum referri, nihil ei nouum, nihil superfluum necessarium, cui pax fida supperet, per quã recõciliaret quę primo E
fuerãt discrepantia. Nec mirum si pacẽ haberet, qui columnam statuerat & vnxerat deo, quæ est ecclesia. Columna enim & firmamentũ dicta est veritatis. Eam vngit qui in Christum fidei, in paupẽres misericordię funditvnguentũ. Nunc consideremus qualis vir iustus esse debeat si inuidia fuerit exorta. Primum vt declinet eam. melius est enim sine lite abire, q̃ residere cum iurgio. Deinde vt alia possideat, quę secum auferre possit, vt in nullo teneri ab aduersario possit obnoxius, sed dicat: Cognosce si quid tuum est apud me. Et quæsiuit Laban, & nihil suum inuenit apud Iacob. Magnus vir & vere beatus, qui nihil potuit suum amittere, nihil alienum habere. hoc est, nihil minus habere, nihil superfluum. Itaque ille perfectus est, cui nihil deest, iustus cui nihil superest. Hoc enim est iustitiæ tenere mensuram. Quanta virtus, cui societas lucrum dabat, non irrogabat dispendium? Hoc est perfectum esse, adhærentibus sibi commodi plurimum dare, nihil afferre incommodi. Denique is qui nocere cupiebat, inanem eum non F
potuit dimittere. Sapiens enim nunquam inanis est, semper in se habens amictum prudentiæ, qui potest dicere: Iustitiam induebam, & vestiebam iudicium. sicut dixit Iob. Nanque hæc mentis sunt interna velamina,
Iob.27. quæ nemo alius possit auferre, nisi cum aliquẽ sua culpa despoliat. Denicq; sic despoliatus Adam, nudus inuentus est. At vero Ioseph etiam vestimento exteriore relicto, nudus non erat, qui salua habebat indumenta virtutis. Nunquam ergo inanis sapiens. Nam quomodo inanis, qui de plenitudine Christi accipit, & seruat acceptum? Quomodo inanis, cuius repleta est anima, quæ acceptæ gratiæ vestimenta custodit? Illud metuendum est, ne quis innocentiæ velamen amittat, ne impii sacrilegæ persecutionis intentione terminos iustitiæ prætergressi, vestimentum animæ ac mentis eripiant. Quòd non accidit nisi prius aliquem vox suæ iniquitatis exuerit. Vnde & Dauid dicit: Si est iniquitas in manibus
Psal.7. meis, decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meam & comprehendat. Nemo ergo ex inimicis potest tuam animam comprehen-

G dere, nisi prius inanis fuerit effecta. Noli igitur metuere eos qui possunt auri argentiq; compilare thesauros: Isti tibi nihil auferunt. Hoc enim auferunt quòd non habebas, hoc auferunt quòd possidere non poteras, hoc auferunt quòd non ornabat animam tuam, sed onerabat, hoc auferunt quòd nō locupletabat cor tuū, sed potius
Matth.6. deprimebat. Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit cor. tuum: sicut audisti, legisti hodie. Multi seris portarum suarum includūt aurum suum, ad hoc vestibus & claustris suis credunt. Multi vigiles adhibent, sed ipsi quoq; plus ipsos solent timere custodes. Multi defosso auro incubāt, aurū eorū sub terra, & cor eorū sub terra. Caue ergo ne & tu cor tuū terræ viuus infodias. Non ergo auri isti⁹ metuēdi fures. Ille tibi cauēdus est fœnerator, qui substantiā animæ tuæ scrutatur, si qua peccati grauioris æra contraxeris, qui cor tuum includit solo, qui animam tuam eo cespite obruit quo aurum texeris, qui mentem tuam gentesimarum incuruat thesauris, & graui cōdit sepulchro de quo nullus resurgit. Sequere sanctum Iacob, qui neque de alienis vitiis quicquam habebat, neque suarum virtutum erat inanis & vacuus, qui erat iustitiæ fructu repletus. Sed hæc moralia. Illud mysticū, quòd venit ad eum Laban, hoc est, dealbatus, quia
2.Cor.11. & satanas transfigurat se in angelum lucis: & cœpit ab eo sua requirere. Respondit ei Iacob: Cognosce si quid est tuorum apud me, hoc est, nihil tuorum habeo. Quære si quid agnoscis vitiorum & criminum. Nihil mecū abstuli, fraudum tuarum dereliqui consortia, illa non habeo, omnia tua tanq̄ cōtagium refugi. Et quęsiuit Laban, & nihil suum reperit. Quā beatus vir, in quo inimicus nihil inuenit quòd suum posset dicere, in quo diaH bolus nihil offendit quòd suum agnosceret. Imposs ibile videbatur istud in homine, sed typū gerebat eius qui
Ioan.14.6 dixit in Euangelio: Venit huius mundi princeps, & in me inueniet nihil. Nihil est enim quicquid est diaboli, quòd nullam potest habere perpetuitatem atque substantiam. Ipse autē est qui præfigurabatur in Iacob, dominus Iesus sponsus duorū coniugiorum, hoc est quidē legis & gratiæ, qui virginem Rachel ante dilexit, & prædestinatam sibi in coniugium pio amore affectauit. Sed quoniam alia tanq̄ lex subintrauit, & oculis infirmior obrepsit tanq̄ synagoga, quæ mentis cæcitate Christum videre nō potuit, superabundauit gratia sanctę Rachel, quæ supra primum illud est expetita coniugium, quæ ecclesiæ principatum futurum iam tūc nominis sui interpretatione signabat. Beata Rachel, quæ abstulit opprobrium suo partu. Beata Rachel, quæ abscondit cultus erroresque gentilium, quæ simulacra eorum plena esse immūdicitiæ declarauit. Nemo credat paternæ pietatis læsam esse reuerentiam, quòd stante patre sedit,
Mat.10. quoniam scriptum est: Qui plus diligit patrem aut matrem quàm me, non est me dignus. Vbi causa agebatur religiōis, fides debuit habere sedem iudicii, & quasi rea
I stare perfidia..

Quid significet quòd proficiscenti Iacob angeli dei occurrerunt. Quid sibi etiam velit quòd ipse fratri occurrens septies in terra adorauerit. Quid deniq; quòd petiturus à fratre concordiam, in castris dormiuerit.

Caput VI.

IAEC cousq; probata sunt, vt proficiscenti Iacob sancto angeli dei occurrerēt. Deniq; vidit castra dei applicātia, & ait: Castra dei hæc sunt. Perfectis enim & fidelibus diuina solent adesse præsidia. Perfectus autem qui cogitabat de reconciliatione fraterna, ita vt humilitate eam inuitaret, officiis acquireret, muneribus quoq; emēdam putaret. Occurrit itaq; fratri cum vxoribus & pignoribus suis, vt etiā si ipse indignaretur, necessitudinis obsequiis inflecteretur. Et adorauit septies in terra. Quid sibi istud vult esse? Lex dicit: Dominum deum tuum K
adorabis, & ipsi soli seruies. & hic adorat intemperan Deut.10.
tem, iracundum, minantem parricidale flagitium. Au terram adorauit, illam humano cruore concretam, ser pentium infusam venenis, aut ieiuna infœlicem glarea, aut duris atque asperis inhorrentem cautibus? Quid sibi etiam vult quòd septies adorauit? Hæreret solutio, nisi illud occurreret quòd Petro interroganti in euangelio, Si frater meus in me peccauerit, quotiens dimit- Mat.18.
tam ei, vsq; septies? respondit dominus Iesus: Non solum septies, sed vsq; septuagiessepties. Hoc igitur prophetico spiritu sanctus patriarcha significat, in aduenie tem respiciens, qui non solū vsq; septies, sed etiā septuagiessepties veniā fratri laxari iuberet, vt eius contemplatione contentus Esau, iniuriam quàm se accepisse putabat, remitteret fratri: & q̄uis læsus, in gratiam rediret: quia propterea carnem susceperus erat domin⁹ Iesus, & venturus in terras, vt multiplicatam nobis donaret veniam delictorum. Deniq; petiturus à fratre concordiā, dormiuit in castris. Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem & stabilitatem. Ideo dominus donū eius perfectioribus reseruauit dicens: Pacem meam re- Ioan.14.
linquo vobis, pacem meam do vobis. Perfectorum est enim non facile mundanis moueri, non turbari metu, non exagitari suspicione, non terrore concuti, nō dolore vexari, sed quasi in littore tutissimo aduersum insurgentes fluctus secularium procellarum mentē immobilem fida statione placidare. Hoc firmamentum Christianis mentibus Christus inuexit, pacē internam inuehens animis probatorum, vt non turbetur cor nostrū, L
neq; exagitetur animus. Hanc pacē super omnē mentē esse apostolus doctor aseruit, dicens: Et pax dei quæ Phil.4.
exuperat omnē mentem, custodiat corda vestra & sensus in Christo Iesu. Fructus itaque pacis est, non perturbari in pectore. Denique vita iusti quieta est, iniustus autem inquietudinis & perturbationis plenus est. Itaque amplius suis suspicionibus affligitur impius, q̄ alienis pleriq; verberibus: maioresq; vibices vulnerum in eius animo sunt, q̄ in eorū corpore qui ab aliis verberātur. Grande est intra se aliquē tranquillū esse, & sibi conuenire. Foris pax aut imperatoris solicita prouidētia, aut manu militū quæritur, aut bellorū prospero cedit euentu, aut interneciōe aliqua barbarorū, si in se hostili motu arma cōuertāt. In ea pace nulla nostra virtus, sed euētus est. Certe gloria pacis illius ad imperatorē refertur, istius pacis fructus in nobis est, quæ est in mentibus singulorum, quæ tenetur affectibus. Istius pacis maior est fructus, quo spiritalis nequitiæ tentamenta, quàm quo arma hostilia repellūtur. Ista pax sublimior, quæ corporaliū passionum excludit illecebras, perturbationesq; mitigat, q̄ ea quæ barbaricos sedat incursus. Plus est enim clauso intra te hosti resistere, q̄ remoto.

De lucta Iacob cum deo, & quid sit luctari cum deo. Qua ratione etiam claudicauerit. De vindicta quoque filiorū eius in alienigenas propter sororis defloratione, M
& ipsius Iacob mansuetudine atq; clemētia. De respon so præterea diuino sibi dato vt exurgeret, & ascenderet in locum Bethel.

Caput VII.

TAQVE Iacob qui cor suum ob omni simultate mundauerat, vt pacificū affectum gereret, postquam præcedunt omnia sua, solus remansit, & luctatus est cum deo. Quicunq; enim secularia negligit, ad imaginem similitudinemq; dei propius accedit. Quid est enim luctari cum deo, nisi virtutis succedere certamen, & cum superiore cōgredi, potiorēq; cęteris imitatorē fieri dei? Et quia insuperabilis erat fides eius atq; deuotio, secreta ei mysteria dominus reuelabat tangens latitudinē femoris eius, eò quòd ex eius erat generatione dominus Iesus oriundus ex virgine, qui deo nec impar nec inæqualis esset, cuius crucem obstupescētis femoris latitudo signabat,

A eò quòd diffusa per vniuersum mundū remissione peccati salutaris foret omnib⁹, qui stupore sui corporis ac sudore resurrectionē tribueret defunctorū. Vnde non immerito exort⁹ est sol sancto Iacob, cuius generi crux domini saluatoris illuxit: simul quia sol ei oritur iustitiæ, qui deū cernit, quia ipse est lumen æternū. Claudicauit autē Iacob à femore suo. Propter hoc non manducant hodieq; filii Israel neruū. Vtinā manducassent, & credidissent. Sed quia nō erāt facturi volūtatē dei, ideo non mādaucauerūt. Sunt & qui ita accipiant, quòd ideo claudicauerit ab vno femore Iacob, quia duob⁹ populis ex eius generatione manātibus, vnius stupor iā tunc circa fidei gratiam declarabatur futurus: ipse est ergo populus qui stupore perfidiæ claudicauit. Deniq; non multo post reuelationē istiusmodi, cum esset ab alienigenæ filio Dina filia Iacob deflorato virginitatis pudore temerata, fratres eius qui nō intellexerunt mysteriū, alienigenas qui societatē per coniunctionē generis offerebant, vindictæ studio peremerunt. Iacob autē qui morali mansuetudine clementiā diligebat, vel mystico spiritu sacramentū regenerandæ ex gentibus præuidebat ecclesiæ, inuitus & dolenter scenā illā exactæ vltiōis accepit. Vnde prophetāti aduentū domini Iesu, respon
Mich.5. sum diuinum est datū: Exurgens ascēde in locū Bethel, hoc est in domū panis, vbi natus est Christus, sicut Michæas propheta testatus est dicens: Et tu Bethleem domus Ephrata nō es minima, vt sis inter principes Iuda: Ex te enim exiet princeps Israel, & egressus eius ab initio, à die seculi. Vere domus panis, quæ domus Christi est, qui nobis panis salutaris aduenit è cælo, vt iam nullus esuriat, cibū sibi immortalitatis acquirēs. Vbi iubeB tur habitare patriarcha, vbi aram facere deo qui apparuit ei. Ibi deos accepit alienos, & absconditos eos sub lentisco: Ibi quoq; sepulta est Rachel in via Ephrata, hoc est Bethleē: Ibi etiam colūnam statuit Iacob supra monumentū eius. Quanta mysteria, quia ibi ecclesia dei, in qua apparet deus, & loquitur cū seruis suis. Ibi eripiuntur & absconditur simulacra gentiū. Fides enim ecclesiæ omnē obseruantiā gentilitatis aboleuit. Sed cur sub lentisco, quæro. Certe genus istud infructuosum est. Ibi ergo sunt dii gentiū, vbi nullus est fructus, Ibi inaures gentiliū infodiuntur quas dederunt Iacob, vt iam nouā linguā audire assuescant, veterē perfidiæ sonū nesciāt, obsurdescant aures eorū sacrilegio, & mundentur ad gratiā. Non immerito ibi sanctus Daniel falsum aduerC sus Susannam testimoniū deprehendit. Ibi enim volebat adhuc radices suas locare perfidia, sed latere nō potuit, quia à prophetico spiritu deprehensa est. Cōgruus autē error presbyteri veræ confessionis, vt ibi contami natā diceret castitatē, vbi gētiū defosa simulacra sunt. Sed veritas ecclesiæ non texit perfidiam, & aures gentilitatis obstruxit. Cōuenienter quoq; ibi sepulta est sancta Rachel, quia omnes qui baptizantur in Christo, con sepeliuntur cum eo. Sic enim docemur dicēte Apostolo: Consepulti enim sumus cū illo per baptismū in mor
Rom.6. tē, vt quēadmodū ille surrexit à mortuis propria virtute suscitatus, ita & nos per eius gratiā resurgamus. Tūc igitur vere absc̄ditur omnis error gentiliū, cū quis fuerit ablutus à vitiis, quia cōfixus cruci vet⁹ homo noster nescit iam veteri seruire peccato. Cōpetenter etiam columna statuitur supra monumentū Rachel, quia ecclesia est columna & firmamentum veritatis.

De cōmēdabili sancti Iacob senectute, futurarūmq; dubiarum rerum, finis quoq; vitæ suæ prævidentia, atq; agendorum dispositione.

Caput VIII.

SENVIT autem Iacob.) Ætate iam senuerat & moribus, sed certabant in eo impigra viuacitas iunētutis, & tranquillitas senectutis: Etenim & senectus virens gratia, & iuuentus cana in cōsiD liis, de qua dicit scriptura: Senectus enim venerabilis, & Sapien.4.
ætas senectutis vita immaculata. Ex hac vita fugit Iacob, qui bonis operibus præuenit tempus longæuæ senectutis: vt & fructum eius ante tempus carperet, & postrema eius in tempore non timeret. Beatus quidem & iuuenis qui bene viuit, sed beatus & senex qui bene vixit. Quòd enim iuuenis sperat, adeptus est senior, quòd senex fuit, optat hoc esse qui iuuenis est. Certe hic inquieti maris longiore sibi adhuc cursu manente, iactatur fluctibus, senex vero sicut in portu ita in statione est senectutis. Erat itaq; huiusmodi Iacob, qui vix sperāda iuuenibus bona, incolumi & tuta gratiæ claue iam clausa & obsignata tenebat. Quod autē possideas, eò quòd adhuc speres, præstabilius est. Erat ergo senex Iacob, ad quem iuuenes aduersa temporis alicuius tēpestate perculsi, tanq̄ in portum sese recipiebant: ipse autem tanq̄ in specula vitæ huius positus solicito prætendebat affectu, & longe ante rebus dubiis præuidebat remedia. Denique fames erat in tota terra, & senex depositus quæ alacres iuuenes ignorabant, primus audierat, primus admonuit filios suos in Aegypto exuberare frumentum, & proficiscendum vt emerent quæ sibi ad vsum necessaria forent. Libenter etiam ipse iuuenum consilio acquiescebat, vt etiam filium iuniorem simul mitteret. Et renunciantibus illis quòd Ioseph filius suus viueret, infracto licet corpore, sed viuida animi virtute, non expe
E ctauit vt filius ad se veniret, sed ipse magis perrexit ad filium. Pietati enim mensura ordinis nō præponderat. Nulla itaq; sensit impedimenta fessæ senectutis cū pergeret. Pietas enim leuabat laborem. Verum vbi recepti filii fructu potitus est, aliquanto exacto tempore decem & septem videlicet annorum, (quod secundum illam patriarchæ longæuitatem exiguæ portionis tempus est) finem vitæ sibi appropinquare cognouit. Vocauit itaq; Ioseph filium, & per generationis suæ futurum hæredē, constrinxit eum ne Aegypto sepeliretur. Acceptāque fide cum paulo pòst infirmaretur, benedixit patriarchas duodecim & prophetauit.

Qua ratione sanctus Iacob cum in ipsis mortis esset diebus, merito prædicandus fuerit beatus, multiplicique eius laude, præsertim in patriarcharum benedictione. Quòd præterea neque Ioseph, neque Esaias, neque Hieremias, neque Daniel, neq; mater Machabæorū cum filiis, negandi sunt fuisse beati, licet grauia sustinuerint supplicia.

Caput IX.

DICAT nunc aliquis non beatū Iacob cum in ipsis mortis esset diebus, qui pene plura cum deo q̄ cum hominib⁹ alloquia miscebat: non beatum cum oculi eius graua
F rentur in senectute, & non posset videre. Videtur enim cæcitas quibusdam esse grauis erumna calamitatis. Sed tunc quoque beatus Iacob, qui discernebat spiritu quod oculis discernere aspectuq; non poterat. Videbat futura qui æstimabatur non videre præsentia. Denique errauit & ipse Ioseph vt ad dexterā eius applicasset filium suum seniorem, & ad sinistram ipsi⁹, hoc est Iacob, applicuisset filium iuniorem, vt ætatis ordo benedictionis ordinem seruaret, cū extenderet dexteram suam super nepotem iuniorem, & sinistram super seniorem nepotem, & volenti filio patriam dexteram super Manasen seniorem conuertere, responderet: Scio fili scio, & hic erit in populū, & hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior illo erit. Et causam prælationis adiunxit dicens: Semen eius erit multitudo gentium. Adeo, licet impedito corporis aspectu, melius videbat, vt videntē doceret errasse. Quis enim melius videt, q̄ qui videt Christū? Aut quis potest dicere oculis impeditū eum, qui videbat in Christo refulgentem ecclesiam? Nónne igitur clarum est quòd debilitas bea-

G titudinem impedire non posſit? Ille oculorum impeditus munere, ille defatigatis corporis viribꝰ in lecto tanquam in ſepulchro corpus relinquēs: aſsurrexit in ſe, & longe ab aliis, atq; intra ſemetipſum ſeſe colligens, præſentibus ſe rebꝰ ſubduxerat, & nouiſsimorum dierum futuræ miſcebatur ætati. Sic enim ſcriptū eſt: Annuncia bo, inquit, vobis quæ occurſura ſunt vobis nouiſsimis diebꝰ. Quid igitur ei deerat cui deus aderat, qui ei profecturo dixerat: Deſcendā tecum in Aegyptū, & ego deducam te in perpetuum? Nec deſuit quando in eo ſpiritus ſanctus loquebatur: Quis tam potens in ſuo domicilio, q̄ iſte in alieno? Quis tam abundās in vbertate, q̄ iſte in fame? Quis tam fortis in iuuētute, q̄ iſte in ſenectute? Quis tam actuoſus in negocio, q̄ iſte in ocio? Quis tam velox in curriculo, q̄ iſte in lectulo? Quis tam lætus in flore adoleſcentiæ, q̄ iſte in mortis confinio? Quis tam diues in regno, q̄ iſte in peregrino loco? Deniq; reges benedicebat. Nec immerito pauper non erat, qui nullo indigebat. Pauper non erat, qui ſe pauperem nō putabat. Et quis pauperem dicat, cuius conuerſatione dignus orbis terrarū non fuit? Et ideo conuerſatio eius erat in cælo. Hic vero prædiues in diuitiis ſimplicitatis & ſynceritatis, decorus nitore animæ, q̄ corporis pulchritudine, quæ marceſcere nouit: ætate impiger, cui liceret cum vellet corporeo iſto exire gurguſtio, & ſuperna paradiſi mentis vigore penetrare, exultans ſpiritu, cum ſepulchri extrema mandaret. Non enim terreno ſe tumulo claudendum, ſed ſuperno recipiendū do
H micilio præſumebat, & ideo tanq̄ alteri mādabat ſepulchrum, ſui autem ſecurus mortem illam immortalitatem putabat. Videbatur corporis implicatus impedimēto, & vigilans in futura tempora præcurrebat affectu, dicens de perſecutoribus domini, qui de tribu Symeon & Leui authores erant nequitię proceſsu: In conſilio eorum non veniat anima mea, & in occurſum eorū non contendant viſcera mea. Quis autē tam validus in virtute, q̄ fortis iſte in infirmitate? qui dicebat: Maledictus furor eorū, quia ſuperbus & temerarius: & ira illorum, quia indurata eſt. Diuidam illos in Iacob, & diſpergam illos in Iſrael. Quis vero tā canorus cantibus, q̄ iſte vocibus, qui toto auditus eſt mundo, qui per omnes populos, per omnes auditur ætates? Quis tam ſuauiter ſeptē vocum differentias oblocutus, q̄ iſte ſeptemplici ſpiritus ſancti gratia reſultauit? Qui licet membris reſolutus, tamen attollens ſe animo, & erigens ſpiritu, corporis ſui tanq̄ citharę harmoniam diſſoluta membrorum compage deſtructā alta mente deſpiciens non requirebat, ſed ocioſam iacere humi patiebatur. Ipſe autē cantus emulcebat, interno & prophetico ſe modulamine delectabat dicens: Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tuæ ſuper dorſum inimicorū tuorū, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, ex germine mihi aſcendiſti: recumbens dormiſti vt leo, & tanq̄ catulus leonis. Quis ſuſcitabit illum? Et infra: Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ anaboladium ſuū. Hilares oculi eius à vino, & dentes candidiores lacte. Qui cantus dulcior, qui ſonus ſuauior, q̄ remiſsio peccatorū, & reſuſcitatio mortuorū? Hunc cantū ſanctus Dauid ille diuinæ organū vocis, & dominici ſermonis interpres, citharā cecinit ſpiritali. His modulis gratię, ſublimem illum animū mentēq; mulcebat. Hoc cantu mundi iſtius aſperā mitigauit, hoc ſonitu ſeculi dura molliuit, hoc
I pſalterio terrorem mortis infregit, hac ſuauitate chordarum inferna calcatiit. Sed audiamus etiā quæ ſanctus Iacob patriarcha admirabili illo ſuę organo mentis increpuit. Neptalim vitis remiſsa: porrigens in germine ſuo decorem. Filius meus ampliatus Ioſeph, filius meus adampliatus, zelo appetitus filius meus, filius meus adoleſcentior ad me reuertere. Et infra: Prævaluit ſuper benedictiones montiū, & deſideria æternorum collium. Quid dulcius benedictione? Quid gratius æternitate? Et ipſa verba ſunt cantus, & in verbis magna votorū ſunt K præmia, meritorū faſtigia. Quid ſuauius ſancto Ioſeph, qui nos liberauit ab opprobrio, crucis dominicæ ſacramento? Sicut enim maledictū factus eſt Chriſtus, vt maledictum ſolueret legis: & peccatum factus eſt, vt mundi peccatum tolleret: ita opprobrium factus eſt, vt gentilitatis opprobriū auferret. Sed illud opprobriū Chriſti, theſauris Aegypti præciosius æſtimatum eſt. Et ideo Moyſes Pharao regis aulam reliquit, & fidei elegit opprobrium, cui ſe opprobrio maria diuidebant. Ipſe ergo Neptalim vitis totum remiſsa mundum, vt omnibus populis vbertatem poculi ſpiritalis infunderet. Ipſe eſt ampliatus, habens nomē ſuper omne nomen: qui quoniam ſe pro omnibus obtulit morti, ideo audiuit à patre: Ad me reuertere. Loquebatur Iacob, & deus audiebatur. Ille benedicebat, & deus præſonabat dicens filio: Ad me reuertere, hoc eſt, poſt paſsionem reuertere. Reuertere ad ſedē tuā, reuertere cū trophæo, reuertere ad me, vt reſurgentē defuncti ſequātur, & tua poteſtate pater atq; exēplo reſurgant, vt fias primogenitus ex mortuis, vt ad dexterā ſedeas patris. Vnde & filius dixit: A- Matth.26.
modo videbitis filium hominis ſedentē ad dexterā virtutis dei. Neget quis beatum Iacob in ipſo mortis ſupremo, qui diuina fundebat oracula. Neget beatum Ioſeph in carcere, vbi ſapientiæ ſpiritu interpretabatur ſomniorū quæ audierat veritatē, & futurorū ſeriem reuelabat. Neget beatū Eſaiam, cum medius ſecaretur: Hieremiam, cū mergeretur: Daniel ſanctū, cum inter leones ſtaret intrepidus. & prandiū ei raptus ab angelo ꝓpheta deferret. Non vtiq; ideo beatus, quia alienū prandebat prandiū, ſed quia meritis ſuis impaſta leonum ora claudebat. Quis autē non beatam dixerit matrem Ma- L
chabæorum, quæ ſeptem filiorū funeribus octauam ſe addidit ad laudem cæleſtis triumphi?

Quantæ laudis fuerit ſacerdotum ſacerdos Eleazarus in ſuppliciorum conſtanti toleratione, quodq; ideo non minus, ſed magis fuerit beatus. Caput x.

NEc te Eleazare prætermittam, vtpote ſacerdotum ſacerdos, ſed tuis iuuandus oratis, qui genere ſacerdos, peritus in lege, maturus æui, cū oblatus eſses Antiocho perſecutori, nec tentamentis potuiſti capi, nec præmiis inflecti, nec ſuppliciorum acerbitatibus frangi. Deniq; à blandimētis cœpit, quia iudicabat tormenta ſua poſſe ſuperari. Erubeſco, inquit, canicię tuam, reuereor ſenectutē, miror prudentiam, cur abſtinendum bonis epulis putes, quas natura largitur? Relaxa iſtiuſmodi pernicaciam, expergiſcere aliquando, dum adhuc malo tibi perſuadere q̄ extorquere, ne victus ſuppliciis facias quod refutas ra- M
tione inuitatus. Ad hæc reſpondit ſenex: Nos Antioche non intentione ducimur, ſed reuerentia legis tenemur, quæ à ſuilla carne abſtinendum præcipit. Pulcherrimam creaturā iudicas, negare tamen non potes quòd potior ſit temperantia, q̄ voluptas: potior legis obediētia, quàm prenaricatio. Quòd ſi hoc leue putas, vt carne veſcamur ſuilla: qui in minimis legē cōtemſerit, quomodo in magnis tenebit? Aut ſi preciosa eſt creatura huiuſmodi, vindicaris: cum eo quod ſit pulcherrimū, defraudamur. Abſtinentia autem noſtra diſciplina eſt caſtimoniæ. Diſcimus enim reſecare luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiſcentias, delectationibus corporis obuiare. Fortitudinis quoq; exercitium eſt pœnis pro lege non cedere. Iuſtitiæ quoque inſigne atque prudentiæ, vt quod ſequendū legimus timore dei, morte propoſita reſeruemus. Quis eſcā imperet liberis? Quis autē ſe ridendū præbeat? In hoc ſeruiat, ſed nō ridebit. Nō ſum ita ſenex, vt mihi nō iuueneſcat animi fortitudo. Suſpenſus itaq; cū hinc atq; inde grauiter verberaretur, nec iam ferrēt ſenilia mēbra verberū pœ

A nas, laſsatis carnificibus atq; extēſoribus, in terram deflexus, inflexibilem mentem gerebat. Et quidā ſeu lon gæuam miſeratus ætatem, ſeu tentamētis circunuenire deſiderans, Reſpōde, inquit, tantummodo te manduca turum, nos te eſcæ eius immunem præſtabimus. At ille clamans, Nequaq̄ contingat mihi vt fiat ſenex incentiuum iuuenilis erroris, qui hucuſq; erā forma ſalutaris inſtituti. His ego ludibriis, vt paululū viuam, luctabor, & totius vitę labores addicam breuis viatico ſenectutis? Senectus portus debet eſſe, non naufragium vitæ ſuperiori. Non te negabo lex patria, non abiurabo vos ſancta inſtituta maiorum, nō decolorabo vos infulæ ſacerdotales, nō te perfidiæ puluere turbabo canicies. Quid multa? Immoriendo tormentis factus eſt cæteris magiſterium perſeuerantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur, in quo non potuerunt tormēta rationem vincere. An non beatus, qui potuit virtute animi victor eſſe pœnarum, pietatiſq; remigio ſeruare integram in tantis fluctibus paſsionem?

De admirabili patientia ac fortitudine ſeptem fratrū Machabæorū, quibus mater octaua addita fuit, qui ſuis ſuppliciis meritum beatæ vitæ acquiſierunt.

Caput XI.

B POſt ipſum ſtatuti ſunt pueri ſeptem cum matre. Inſultare licet tyranno, qui dū callide à ſene incipiēdum putat, magiſtrum eligit quo diſcipulos faceret fortiores, quorum velut puerilē ætatē præmiis prouocabat ad culpam, arguebat terroribus ad formidinē. At illi non degeneres tanto duci reſpondent: Quid contemnis vel circūſcribis vt pueros? Sed fides cana eſt, ſed valida diſciplina. Experire certe, ſubiice quibus placet pœnis puerilia viſcera, nō inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorū machinæ, q̄ legitimæ obſeruationis excubiæ. Quem vicit ſenectus, ſuperabit æmula ſenectutis pueritia. Sequimur patrē filii, diſcipuli doctorem. Collige ſuppliciorū inſtrumenta propoſita: meditationē patientiæ, non terrorē inſcitiæ afferunt dū videtur. Iuſsit maximū natu eligi. At ille ridens, Recte, inquit, naturæ ordinē ſeruas. Sed cur dei legē temerandam putas? Et pro pietate quidē omnes maximi ſumus, ſed tamen à me inchoatum gaudeo. Quod quæris tyranne, confiteor, nos ſummo deo ſeruire: & doces quid agere debeamus? Si tu tanta pertinacia vis extorquere veritatem, cur non omni virtute nos eam tenendam putemus? Quid plura? Adhibentur variarum genera pœnarū. Sed vicit pietas immanitatis furorem: excluſa eſt
C anima, non religio. Secundus acceſsit, nec degener fratris munia piæ confeſsiōnis impleuit. Et cum detraheretur mēbrana capitis, reſpondit: Aufertis quidē membranam, ſed habeo galeam ſpiritalem, quam non poteſtis auferre. Et vere hanc galeam nemo auferre poteſt, ſicut poſtea Apoſtolus docuit in Eccleſia domini, quia
1. Cori. 11. caput viri Chriſtus eſt, & eius ſumus membra. Recte puer iſtam diuino ſpiritu doctrinam apoſtolicam prævidebat. Exuebant immanes beſtiæ corium capitis, & pardalicis feritatibus ſæuiebant. At ille deficiēs, Quàm dulce eſt, inquit, mori ꝓ religione, q̄ ſuauis omnis acerbitas mortis pro pietate: quia manet horum remuneratio laborū. Tua ſunt rex grauiora tormenta, tu tuis vehementius torqueris ſuppliciis, quia vides vinci in poteſtate. Et hoc defuncto, tertiū ſtatui ſibi inſsit. Et cum eū partim tentaret inſidiis, partim cuperet terrore percellere, reſpondit ad eū: Non faciam voluntatem tuam, non ſuccumbā imperio tuo. Per beatā illā fratrum paſsionem, & nobilē vitam, nō negabo piā germanitatem. Quæ vis adhibeto ſupplicia, quibus magis vrgeas: hoc proficies aſperitate pœnarū, vt maiora teſtimonia noſtræ germanitatis accipias. Iuſsit itaq; ei linguā ampu- D
tari. At ille exclamans, Victus es, inquit, Antioche, qui organū vocis abſcindi iubes. Confeſsus es te reſpōdere nō poſse rationi, maioraq; probas linguæ noſtræ flagella, q̄ tua verbera. Nos enim tua verbera non timemus, tu noſtræ vocis flagella non potes ſuſtinere. Sed hæc pietatis flagella ſunt, tua flagella perfidię. Sed etiam lingua ſublata, grauius te ſuo cadēs murmure flagellabit. Euadere te putas Antioche ſi vocē eripias? Et tacentes deus audit, & magis audit. Ecce aperui os meū, laxaui linguā meam, abſcinde linguā: ſed non abſcindes conſtantiā, non virtutē auferes, non rationē obliterabis, nō eripies teſtimoniū veritatis, non eripies cordis clamorē. Si lingua amputatur, ſanguis clamabit, & dicetur tibi: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Audit enim ſangui
nis vocem, qui audit internas cogitationes. Tenebræ li- Eccli. 23.
cet operiant, & parietū ſepta circundent, dicat impius quia nullus ſibi teſtis aſsiſtat, exploret vniuerſa: videt omnia deus: nec eſt aliquod facinus quòd poſsit latere omniū iudicem deū, qui cognoſcit vniuerſa anteq̄ fiāt. Quid verba damus? Loquaciora ſunt vulnera: & ſi vulnera tegantur, & ſi abſcondatur cicatrix, non abſconditur fides: nec tamen plaudas quòd auferendo linguā, confeſsionem laudis eripias. Satis iam deū ſermone laudauī, nunc paſsione laudemus. Et hoc peremptō, iuſsit quartū vinciri ad rotam, vt eius vertigine membris omnibus ſolueretur. At ille cū torqueretur immaniter, Diſſoluis, inquit, corporis mēbra, ſed adiungis gratiā paſsioni, nec eripis ſolatium morti. Eſt enim vox tonitrui E
in rota, quia in bono & inoffēſo vitę iſtius curſu cęleſte reſultat oraculū, ſicut in Ioāne & Iacobo filiis tonitrui reſultabat. Itaq; illud quod legi, nunc manifeſtius recognoſco, quia rota intra rotā currit, nec impeditur. Teres enim vita ſine vlla offenſione in quauis paſsione verſatur, & intra hanc quoq; rota currit. Currit lex intra gratiam, & obſeruantia legis intra diuinæ curriculum miſericordiæ eſt. Nam quo magis voluitur, plus probatur. Potius eſt hic ab impiis aduerſa tolerare, vt ibi à domino conſolationē inuenire poſsimus. Et iſte conſummans curſum ſuū, abrupit ſpiritū, animamq; victor effudit. Quintus cū iſsteretur, cæſo prius, eidē iuſsit ignes admoueri, ſubiici incēdia. Manebat è vulneribꝰ cruor, & effoſsis vlceribus ſanguis effuſus ipſos flammarū extinguebat globos. At ille inter ignīū crepitus audiebatur dicens: Gratias tibi domine quod dediſti nobis dicere: Tranſibimus per ignem. Et ſicut alibi idem tuus di Pſal. 65.
cit Propheta: Igne nos examinaſti, ſicut igne examinatur argentū. Aſtabo tibi ſicut aurū purgatus incendio: & ſi quid fuit culpæ, ignis exuſsit. Itaq; & iſte transfiguratus à corruptela ad incorruptionē, vitā exhalauit. Sexto quoque admota tormenta ſunt. At ille: Noli, inquit, fruſtra errare, & tuæ hoc aſcribere poteſtati, quod iſta aduerſum nos exerceas. Noſtrorū hoc delictorū eſt preciū, vt peccātes puniamur. Et gratias domino, quod hic à nobis duplicia peccata exigūtur, vt ibi nobis cōſolatio deferatur. Gratias autē & tibi, quòd tam durus & im F
mitis es, vt talibus noſtris ſuppliciis domin⁹ in quē peccauimus, genti noſtræ propitius fiat. Nos quoq; ableuamus erūnam, dum fidei paſsionibus delectamur. Et iſte duris & aſperis dilaceratus ſuppliciis, appoſitus eſt ad frattes ſuos. Supererat iunior ex fratribus, & iam pudebat Antiochū immaturæ ætati ſe ita fuiſse ludibrio. Itaque dolis eū deſiderans circūſcribere, pollicebatur honores, diuitias, amicitiā ſuam, conſortiū ſecretorū. At vero pia mater ponebat filiū ſuū, dicens & huic ſicut cęteris: Neſcio quemadmodū in vterū meum introiſtis, neq; ego ſpiritum donaui nobis, neq; mēbra formaui, ſed hæc omnipotentis dei munera ſunt. Putauit Antiochus videns matrē ſolicitam, quòd ſaluti eius timeret, ipſi quoq; ſuadere cœpit vt filium ab intētione ſua reuocaret. At illa voce patria dicebat filio. Tu ſolus ſupereſ fili, ſumma votorum meorū, tu poſtremus clauſiſti

G partus meos tu poſtremus cõclude gaudia mea. Miſerere mei, quæ te in vtero tot menſium curriculo portaui, ne vno momento confundas ſenectutem meam, ne decolores tot fratrum tuorum trophæa, nec ſacrum eorũ comitatum relinquas, nec conſortium deſeras. Te adhuc iſti expectant triumphi. Aſpice in cælum, vnde hauſiſti ſpiritum, ad patrem omniũ: aſpice in terrã, quæ tibi ante alimoniã miniſtrauit: aſpice ad fratres, qui collegam requirunt: aſpice ad matrem, quæ tibi lac dedit: redde mercedem pii ſanguinis: noli à fratribus, noli à matre diuelli. Temporales opes ſunt quas promittit Antiochus, temporales honores: perpetua corona quæ à deo omnipotente defertur. Vos mihi ſeptem dierum lumina dedit dominus, ſextum iam diem clauſi, & omniũ opera bona valde. Debes mihi fili, vt quæ in illis ſex laboraui, in te requieſcã ſeptimo, tanq̃ à ſeculi operibus iam feriata. Itaq; propiens ſe iuuenis ait: Quid ſuſtinetis? Et multa vociferans, quòd nequaquã diuelli poſſet à fratrum conſortiis, quorum multo beatiora eſſent funera q̃ regis imperia, cum argueret conuitiis regem, & ipſe acerbis excruciatus tormentorum generibus vitæ huius munus abſoluit. Nouiſſima mater oblata eſt neci. Quis hanc beatam neget, quæ quaſi ſeptem vallata muneribus * inter corpora filiorum nullum ſenſit mortis incurſum? Quis, inquam, dubitet de eius beatitudine, quæ ſeptem turribus circundata, in paradiſi ſedem caput extulit: quæ ſeptem filiis cincta, ſacratiſſimum deo chorum, non ſolum canorum vocibus, ſed etiam paſſionibus, ad concinendas domini laudes cæleſtibus inuexit altaribus? Quàm bonus fidei partus, q̃ tutus portus iſte pietatis, q̃ ſplẽdida lucerna Eccleſiæ, ſepteno fulgens lumine, & octauo vtero cunctis luminibus oleum ſubminiſtrans. De quibus pulchre dicitur: Date partem illis ſeptem, & illis quidem octo, eò quòd in vtroq; numero conſortium gratiæ conſequantur, in lege nutriti, per gratiam coronati, ſeptem tanq̃ in ſabbato, octo tanq̃ in Euangelio. Pia mater ſupplemento paſſionis adiuncta, quæ in talibus filiis integram pietatis formam & parturiuit & peperit.

*muris.

Eccli. 11.

De ſingulari beatæ illius matris ſeptem filiorũ commendatione. Caput XII.

RECVRRVNT in memoriam ſermones ſanctæ fœminæ, dicentis ad filios: Ego vos genui, ego vobis ſuccum lactis infudi: nolite nobilitatem veſtram perdere. Sic aliæ matres reuocare à martyrio ſolẽt filios, non vocare. At iſta maternũ in hoc ponebat affectũ, ſi filiis vitã magis perpetuam q̃ tẽporalem ſuaderet. Spectabat itaq; pia mater filiorũ certamina, & quãuis maternorum viſcerum compaſsione quateretur, tamen pietatis ſtudio premebat dolorẽ. Et offerente Antiocho, cum poſſet ſalutem eligere filiorum, malebat periculum: cõpreſsisq; naturæ gemitibus, pœnas filiis optabat augeri, vt mors citius appropinquaret. Videm⁹ cõuerſa vota matris in filios, ne quem ſuperſtitem derelinqueret, ſed omnes piæ cohæredes mortis acquireret. Sed nec filii minores tali parente, qui ſe inuicem cohortabantur, qui dicebant vno ſtudio, & quadam animorum acie: Mortis aduerſæ impetum petamus. Tunc enim viuemus, cũ fuerimus mortui. Nemo pietatis ordinem derelinquat, nemo ſe ſubtrahat prælio triumphali. Non homini, ſed deo noſtras animas deuouimus: non homini, ſed authori omnium militamus. Talis hæc pugna eſt, vt ille glorioſius vicerit, qui crudeliùs occiſus fuerit. Itaq; nemo timuit, nemo trepidauit, nullus ad mortẽ ex tot fratribus pigrior fuit, ſed omnes, tanq̃ ad immortalitatis viã, ita ad mortem per acerba ſupplicia cucurrerunt, vt mater cõſona cernens filiorũ agmina, tanq̃ pia anima ſui mẽbra corporis in filiis offerebat, & per artus proprios videbatur ſibi ſubire torméta. Cadebant filii tormentis exulcerati, mortui ſuper mortuos aduoluebantur, corpora ſuper corpora volutabãtur, capita ſuper capita exſecabãtur. Refertus erat locus cadaueribus filiorũ, non fleuit mater nõ lamentata eſt, nõ oculos cuiuſquã preſsit aut ora morientis: non lauit vulnera, ſciens glorioſiores eſſe ſi euiſcerati & cõcreti pariter puluere & ſanguine viderẽtur, quales ſolent de bello redire victores, qualia ſolent trophæa ex hoſtibus reportare. Non ſuperiacienda velamina, non proſequendas exequias, niſi ſuæ quoq; comitatu mortis arbitrata eſt. Quæ cithara dulciores ederet cantus, q̃ morientes filii in tam grauibus ſuppliciis ediderant? Erumpebat enim naturæ gemitus, & inuitus ſpectares peremptorũ cadauera, ſicut fila chordarum audires heptachordum pſalterium triumphalibus gemitibus reſultare. Non ſic illecebroſi cantus ſirenum attraherent audientem. Illi enim ad naufragiũ trahunt, iſti ad ſacrificiũ victoriam. Nec ſic cygnea carmina aures animũq; mulcerent. Cygni enim naturæ ſorte moriuntur, iſti moriebantur amore pietatis. Non ſic rauca reſonant ſecreto in nemore columbarum murmura, vt vltima verba morientium cum ſumma ſuauitate reſonabant. Nec ſic Luna inter ſtellas refulget, vt inter filios mater: & cum eos ad martyrium illuminatura deduceret, refulgebat, & cũ amplexata victores in medio filiorũ iaceret. O vera mater adamãte fortior, melle dulcior, flore flagrantior: ô indiſſolubile pietatis vinculum, ô vere valida charitas ſicut mors dura, ſicut inferi zelus deuotionis ac fidei. Nulla tantarum diluuia paſſionum tuam potuerunt charitatem excludere, nulla inundare eam flumina tantarum acerbitatum. Sicut arca in illo mundi diluuio totius orbis ſpatiis innocua ſe rebatur, ita & tu aduerſus fluctus tam grauium paſſionum pietate immobilis reſtitiſti: & cum poſſes ſalutem filiorũ eligere, noluiſti. Quo affectu vos proſequar ſanctæ matris pia pignora? Quo penicillo ſermonis mei deſcribam formæ veſtræ & animarum ſimilitudinem? Stetiſtis inter exercitus regios, quibus totus fuit orbis terrarum ſubactus, quos India quoque in extremi maris ſecreta refugiens declinauit, & ſoli de rege ſuperbo ſine bellico conflictu victoriam reportaſtis. Vicerunt in vobis ſola arma pietatis, dedit pœnas tyrannus, & quia vos non potuit vincere, & quia atroci peremptus eſt morte.

H

I

K

L

FINIS.

CAPITA LIBRI DE SANCTO IOSEPH.

Cur poſt tractatum de Abrahã, Iſaac, & Iacob, hiſtoriã de ſancto Ioſeph author proſequi curauerit. Et qua ratione idem ſanctus nobis tanquam ſpeculum caſtitatis propoſitus eſſe debeat: vnde etiam à parentibus plus quàm cæteri filii fuerit dilectus. Quódque ea res inuidiæ cauſa fuerit. Cur etiam inuidiam ſanctorum diſcere debeamus. Caput I.

M

Qualis eſſe debeat affectus parentum, filiorumq; gratia. Et qua ratione Iacob reprehendendus non fuerit quia cæteris hunc puerum præferebat, in quo & gratia diuina per viſum ſomniorum refulſit. Quid præterea ſomnia iſta, patriſque obiurgatio, in quo pietas paterna non errabat, ſignificent. Caput II.

Quòd tãto ſomnio nõ incredulus fuerit Iacob patriarcha, qui futuræ incarnationis myſteria vidẽs, filium mittebat ad fratres. Et de præuiſione ipſi⁹ Ioſep à fratribus antequã ad illos appropinquaret, eorũdemq; ad occidendum ipſum conſilio: eiuſdem quoque libe ratione ac venditione. Et de iſtorum aliorumq; circa hæc concurrentium myſterio. Caput III.

De venditi Ioſeph ductione in Aegyptum, atq; eius emptione à præpoſito cocorum, quidque hoc ſignificet.

A De ſeruitutis præterea ipſius myſtica atque morali interpretatione. Caput IIII.

De ſingulari cõmendatione ſpecioſitatis & decoris, caſtitatis ac pudoris ſancti Ioſeph, ciũſq; impetitione à domina ſua ad concubitũ, & eiuſdẽ adulteræ telis. Ipſius quoq; Ioſeph recuſatiõe, fuga, veſtis relictiõe, accuſatiõe, incarceratiõe, atq; viſitatiõe diuina. C.V.

De inuectione in mulierem. Et de ſpadonibus etiam illatæ iniuriæ authoribus, q̃ fragilis & tenuis ſit eorum ſtatus: ipſorũq; offenſione, incarceratione, ſomniorũ viſione, & eorundẽ per ſanctũ Ioſeph interpretatiõe. Et quemadmodum omnis potentia, magnificentia, & gloria huius ſeculi nihil aliud ſit quàm ſomnium.

De myſterio præterea Hebræi ſomnium interpretantis, ac reprehẽſione ſpadonis immemoris & obliti interpretis ſui. De faſtu denicq; & fragilitate miniſtrorum regalium. Caput VI.

De liberatione ſancti Ioſeph, & honoris delatiõe ob interpretationẽ ſomniorum regis: de eorundẽq; ſomniorum myſterio. Qua ratione etiam ſanctus Ioſeph magis myſtica meruerit præmia. Ac de myſtica ſignificatione ornamentorum quibus honoratus fuit, necnon & vxoris ac filiorum, famis quoque, & apertiõis horreorum, atq; venditionis alimentorum. Ca. VII.

De exhortatione Iacob ad filios vt deſcendant in Aegyptũ, & emãt eſcas. Et de prectiõe decẽ fratrũ iuniore

B domi retento, ac de myſteriis prædictorum. Ca. VIII.

De reuerſione filiorum Iacob in Aegyptum poſtquã fames inualeſcebat, cum deductiõe Beniamin, & ſumptione munerum Ioſeph deferendorum, eorũmq; ad ipſum peruentione. Et de myſtica ratione geſtorum, & incidentium circa hæc. Caput IX.

De munerum paratione, & eorum illatione, inſtauratione q̃ conuiuii, cũ morali atq; myſtica ſingulorum expoſitione. Caput X.

De inebriatione fratrum conuiuantiũ, & inſertione ſcyphi argentei in ſaccum Beniamin, ſingulorũq; ſaccorũ requiſitione, ac inuentione ſcyphi in ſacco Beniamin. Et de myſteriis iſtorum. Caput XI.

Quemadmodum ſanctus Ioſeph ſe manifeſtauerit vt à fratribus cognoſceretur, & de aduocatione eorum ad ſe, acceſſuq; ipſorũ ad illũ. Quomodo etiã eos cõſolat⁹ fuerit, cũ myſtica dictorũ iterpretatiõe. C.XII.

De gaudio Pharaonis, quòd Ioſeph agnouiſſet fratres ſuos, & de exhortatione eius vt Ioſeph inuitet fratres vt veniant cum patre: illorúmque executione, & peruentione ad Iacob, narratiõéque ſingulorum: & quod Ioſeph adhuc viueret. Et de myſteriis circa hæc. Caput XIII.

C De Iſrael patris eleuatione ac profectione, & hoſtiarum circa puteum iuramenti immolatione, eiuſq; per dominum conſolatione, ac deſcenſu in Aegyptum cum animabus ſeptuaginta: & de myſteriis prædictorum.

De ipſius denique Iacob ad filios adhortatione vt cõgregentur ad audiendum ea quæ occurſura ſint eis in nouiſſimis diebus. Caput XIIII.

Diui Ambroſij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SANCTO IOSEPH LIBER VNVS.

Cur poſt tractatum de Abraham, Iſaac, & Iacob, hiſtoriam de ſancto Ioſeph author proſequi curauerit. Et qua ratione idem ſanctus nobis tanquam ſpeculũ caſtitatis propoſitus eſſe debeat: vnde etiam à parentibus plus quàm cæteri filii fuerit dilectus. Quodque ea res inuidiæ cauſa fuerit. Cur etiam inuidiam ſanctorum diſcere debeamus. Caput I.

D SANCTORVM vita, cæteris norma viuendi eſt. Ideóque digeſtam plenius accepimus ſeriem ſcripturarum, vt dum Abraham, Iſaac, & Iacob, cæteróſq; iuſtos legẽdo cognoſcimus, velut quendam nobis innocentiæ tramitem virtute eorum referatum imitantibus veſtigiis proſequamur. De quibus mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie ſancti Ioſeph hiſtoria occurrit. In quo cum plurima fuerint genera virtutum, præcipue inſigne effulſit caſtimoniæ. Iuſtum eſt igitur vt cum in Abrahã didiceritis impigram fidei deuotionem, in Iſaac ſyncerę mentis puritatem, in Iacob ſingularem animi laborũmque patientiam: ex illa generalitate virtutum in ipſas ſpecies diſciplinarum intendatis animum. Nam licet illa ſint diffuſiora, tamẽ iſta expreſsiora ſunt: eoque facilius mentem penetrant, quo magis circunſcripta ac determinata ſunt. Sit igitur nobis propoſitus ſanctus Ioſeph tanquam ſpeculum caſtitatis. In eius enim mori- Pſal. 7.
bus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam ſplendet caſtimoniæ comes nitor gratiæ. Vnde etiam à parẽtibus plus q̃ cæteri filii diligebatur. Sed ea res iuidię fuit: quod ſilentio prætereundum non fuit. Hinc enim argumentũ totius hiſtoriæ proceſsit: ſimul vt cognoſcamus perfectum virum non mouendum vlciſcendę dolore iniuriæ, nec malorum rependere vicem. Vnde & Dauid ait: Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quid autem E
eſset quod præferri Ioſeph mereretur cæteris, ſi aut lædentes læſiſset, aut diligentes dilexiſset? Hoc enim pleríque faciunt. Sed illud mirabile, ſi diligas inimicum tuum: quod ſaluator docet. Iure ergo mirandus qui hoc fecit ante Euangelium, vt læſus parceret, appetitus ignoſceret, venditus non referret iniuriam, ſed gratiam pro contumelia ſolueret: quod poſt Euangelium omnes didicimus, & ſeruare non poſsumus. Diſcamus ergo & ſanctorum inuidiam, vt imitemur patientiam, & cognoſcamus illos non naturæ præſtantioris fuiſſe, ſed obſeruationis: nec vitia neſciſſe, ſed emendaſſe. Quod ſi inuidia etiam ſanctos aduſsit, quanto magis cauẽdum eſt ne inflammet peccatores?

Qualis eſſe debeat affectus parentũ, filiorũque gratia. Et qua ratione Iacob reprehendendus non fuerit quia cæteris hunc puerum præferebat: in quo & gratia diuina per viſum ſomniorum refulſit. Quid præterea ſomnia iſta, patriſque obiurgatio, in quo pietas paterna non errabat, ſignificent. Caput II.

INSTRVIMVR igitur qualis eſse debeat affectus parentum, filiorúmque gratia. Amare liberos dulce, & impenſius amare præ- F
dulce. ſed frequẽter amor ipſe patrius, niſi moderatiõẽ teneat, nocet liberis: ſi aut nimia idulgentia dilectũ reſoluat, aut prælatio vnius cæteros ab affectu germanitatis auertat. Plus acquiritur filio cui fratrum amor acquiritur. Hæc præclarior munificentia patrum, hæc ditior hęreditas filiorum. Iungat liberos æqualis gratia, quos iunxit æqualis natura. Lucrum pietas neſcit pecunię, in quo pietatis diſpendium eſt. Quid mirarıs ſi propter fundum aut domũ oriũtur inter fratres iurgia, quãdo, ppter tunicã inter Iacob ſancti filios exarſit inuidia? Quid ergo? Reprehẽdendus Iacob quia præferebat vnum cæteris? Sed nec libertatem poſsumus auferre parentibus, ne eos plus diligãt, quos plus credũt mereri, nec filiis reſecare debemus ſtudiũ plus placẽdi. Denique & Iacob illũ pl⁹ amabat, in quo maiora virtutum inſignia præuidebat: vt nõ tã filiũ pater prætuliſſe videatur, q̃ ppheta myſteriũ: meritóque variã tunicã fecit ei, quo ſignificaret eũ diuerſarũ virtutũ amictu fra-

G tribus præferendũ. Deniq; in puero adhuc refulsit diuina gratia. Siquidẽ somniauit quod cũ alligasset, vt sibi videbatur per visum, manipulos cũ fratribus suis, surrexerit manipulus eius, & steterit erectus: conuersi autẽ fratrum manipuli adorauerint manipulũ suum. In quo vtiq; domini Iesu futura resurrectio reuelata est, quẽ & Hierosolymis cũ vidissent vndecim adorauere discipuli, & omnes sancti cũ resurrexerint adorabũt, fructũ bonorum operũ proferentes, sicut scriptum est: Venientes autẽ venient cũ exultatione, portantes manipulos suos. Vnde fratres, licet somnii fidẽ per inuidiã derogarent, interpretationẽ tamen eius propriis sermonibus exprimentes responderunt ei: Nunquid regnãdo regnaturus es nobis, aut dominando dominaturus es nobis? Regem enim venturum visio illa signabat, quẽ omnis caro generis humani inflexo adoraret genu. Vidit autem aliud somnium, & narrauit illud patri suo, & fratribus suis, eò quòd Sol & Luna & vndecim stellæ adorarent eum. Vnde obiurgauit illũ pater eius, dicens: Quid ergo erit hoc visum quod somniasti? Nunquid venientes ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Quis est ille quem parentes & fratres adorauerũt super terram, nisi Christus Iesus, quãdo eum Maria & Ioseph cum discipulis adorauerunt, deum verũ esse in illo corpore confidentes, de quo solo dictum est: Laudate eum
Psal. 148. Sol & Luna, laudate eum omnes stellæ & lumen? Obiurgatio autem patris quid significat, nisi duritiam populi Israel? Ex quibus Christus secundũ carnẽ, quẽ hodieq;
H deum esse non credunt, nec volũt adorare quasi dominum, quia ex se natum esse cognoscunt. Audiũt itaque responsa eius, sed non intelligũt: legunt ipsi quod eum Sol & Luna laudẽt, sed nolunt credere de Christo Iesu dictũ esse. Itaq; Iacob typo fallitur alieno, sed suo amore non fallitur. Pietas in eo paterna non errat, sed erraturæ plebis affectus exprimitur.

Quòd tanto somnio nõ incredulus fuerit Iacob patriarcha, qui futuræ incarnationis mysteria videns, filiũ mittebat ad fratres. Et de præuisione ipsius Ioseph à fratribus antequã ad illos appropinquaret, coruẽdemq; ad occidendum ipsum consilio: eiusdem quoq; liberatione, ac venditione. Et de istorum aliorũq; circa hæc concurrentium mysterio. Caput III.

NON ergo tanto somnio patriarcha non credidit, qui vtrũq; pariter gemino prophetabat oraculo, vt & personam iusti repræsentaret, & populi, quod deus venturus esset in terras, qui & diligeretur, & neçaretur à
I perfidis. Videbat igitur futuræ incarnationis mysteria, qui filiũ mittebat ad fratres vt videret si rectè sunt oues. Quas oues iam tunc in illo patriarchæ studio requirebat, nisi eas de quibus ipse dominus in Euangelio dixit:
Matth. 15. Nõ veni nisi ad oues perditas domus Israel? Et misit, inquit, in Sychem, quod interpretatione dicitur humerus siue dorsum, hoc est ad eos qui non conuerterentur ad dominum, sed fugientes, se à facie eius auerterent, quod
Psal. 20. est proprie peccatoris. Exiit enim Cain à facie dei. Et ꝓpheta dicit: Pones eos dorsum. Iustus autem nõ se auer-
Psal. 24. tit à domino, sed occurrit dicens: Oculi mei semper ad
Esa. 6. dominum. Et Esaias dicente domino, Quem mittam? sponte se obtulit dicens: Ecce ego. Et Symeon expectauit vt videret Christum dominum, & posteaquam vidit, quoniam remissionem peccatorum & totius mundi videbat redemptorem, quasi leuiatus à peccato, popo-
Lucæ. 2. scit vsu carnis huius absolui, dicens: Nunc dimittis domine seruum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Et Zachæus hinc primum suæ prerogatiuam commendationis inuenit, quod in arborem
Lucæ. 19. vt Christum videret, ascẽdit. Ergo Ioseph à patre missus est ad fratres, ab illo magis patre, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: ab illo patre de quo scriptum est? Deus filium suum mit- Roma. 8.
tens in similitudinem carnis peccati. Et errabat, inquit, K
Ioseph, quia fratres suos inuenire non poterat. Non immerito errabat, qui quærebat errantes. Eos enim agnoscit dominus, qui sunt ipsius. Denique & Iesus fatigatus ex itinere, sedebat supra puteum. Fatigabatur, quia non inueniebat dei populũ, quẽ quærebat: exierat enim à facie domini. Qui enim culpã sequitur, exit à Christo. Peccator exit, iustus intrat. Deniq; Adam se peccator abscondit, iustus autem dicit: Intret oratio mea in conspe- Psal. 87.
ctu tuo. Inuenit autem Ioseph fratres suos in Dothaim, quod significat defectionem. Vbi est enim nisi in defectione qui deum deserit? Nimirum deficiebant, qui non audiebant dicentem: Venite ad me omnes qui labora- Matth. 11.
tis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Venit igitur Ioseph in Dothaim, & præuiderunt eum de longe venientem, antequam appropiaret ad illos, & insæuiebant vt occiderent eum. Merito longe erant, qui erant in defectione: & ideo insæuiebant, quia non appropiauerat his Christus. Nam si appropiasset his typus Christi, fratrem vtiq; dilexissent. Sed prope esse nõ poterãt, qui parricidium cogitabant. Ecce, inquit, somniator ille venit: nunc ergo venite, & occidamus eũ. Nonne hæc verba dicebant qui de parricidali sacrilegio cogitabant? Sicut de ipsis Salomon ait: Tollamus iustum, quia inu- Sapiẽ. 2.
tilis est nobis. Et addiderunt in Genesi: Et videamus L
quid proderunt somnia illius. Hoc scriptum est de Ioseph, cõpletũ est de Christo, quando Iudæi in eiꝰ passio Matth. 27
H ne dicebant: Si rex Israel est, descẽdat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deum, liberet nũc eum si vult. Nunquid & ipsi fratres tam impii, vt fratrem occiderent? Et vnde tantorum merita patriarcharum, vt lex totius plebis eorum vocabulis designaretur? Quomodo conueniunt pietatis nomina, & sceleris insignia? Sed etiam iusti typo populi, non animi sui vitio laborabãt. Ideo omnis inuidia, ideo parricidii meditatio per figuram, pietas per affectum. Deniq; Ruben & Iudas germa nitatis pia iura seruantes, de manibus cæterorum eum liberare cupiebant: meritòq; Iudas paterna benedictione præfertur, cũ ei dicitur: Adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, & ipse erit expectatio gentium. Quod vtiq; soli conuenit Christo, cui repositum fuit vt adoraretur à fratribus, & expectaretur à gentibus, lauaret in vino stolam suam proprii corporis passiõe, quia carnem suam nulla peccati labe maculauit. Aser quoq; non vtique sed conuenire credebat. Aser pinguis panis eius, & ipse Aser cum principibus. Quid ver ipse Ioseph, cui dictum est, Filius meus ampliandus Ioseph, fi- M
lius ampliãdus meus, zelatus filius meus, filius meꝰ ado-
lescentior, ad me reuertere? In quẽ consiliũ conferentes maledicebant, in quo benedictio prævaluit, super benedictiões montiũ manentium, & desideria collium æternorũ. Quem significari intelligebat in se, nisi illum qui omnium merita supereminens, supra omniũ desideria sanctorum immensæ teneret apicem potestatis, quem voto nullus æquaret? Cõpensatur ergo in patriarchis invidia per gratiam, qui & excusantur à culpa, & reuelationis munere cõsecrantur. Nõ enim tam culpabile est dixisse quæ plebis sunt, q̃ beatum vidisse quæ Christi sunt. Subierunt personam peccatoris populi, vt acciperent gratiam domini redẽptoris. Certe culpam abolevit gratia, gratiam culpa non minuit. Et vt cognoscamus omne hoc de populo & domino Iesu mysterium esse: Venite, inquit, vendamus Ioseph Ismaelitis. Quid interpretationis habet nomẽ Ioseph, nisi quòd diuinam gratiam significet, & expressionẽ dei summi? Quis igi- Philip. 2.
tur venditur, nisi ille qui cum in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens? Neq; enim nos eum emisemus, nisi vendidissent sui. Male vendiderũt, pe-
ius emerunt. Vendiderũt negociatoribus boni odoris,

A emerunt à proditoribus. Vendidit eum Iudas, emerunt Ismelitæ, qui significãtur latina interpretatione, odio habentes deum suum. Ideo alibi viginti, alibi viginti & quinq; aureis, alibi triginta inuenimus emptum Ioseph: quia non omnibus vnius æstimatione prævalet Christus. Aliis minus, aliis amplius. Fides mentis incrementum est mercis religiosiori. Preciosior deus peccatori, preciosior & est redemptor. Pluris & illi valet qui plus habet gratiæ. Sed cui etiã multa donata sunt, plu-
Lucæ. 7. ris valet: quia cui plus remissum est, plus diligit, sicut ipse dominus in Euãgelio pronunciauit de illa muliere quæ super eius pedes effudit vnguentũ, & lachrymis lauit, & capillis suis tersit, & oculis siccauit, de qua ait ad Simonẽ: Propter quod dico tibi, Remissa sunt ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Interdum diuersitates precii, nõ solũ quantitatis habent, sed etiam numeri expressionem, sicut habes de vnguento quod ad sepeliendum se domi-
Mar. 14. nus effusum esse memorauit, dicente Iuda: Potuit hoc venire denariis trecentis. Quo numero non quantitas, sed significatio crucis videtur expressa. Ita hic quoque diuersitas vel viginti vel triginta aureorum vel argenteorum habet vel geminatæ vel triplicitatæ perfectionis indicium. Nã viginti quinq; aurei, Iubilei, qui est remissionis numerus, significant preciosissimã portionem. Hic quoq;, vt dominicæ passionis figuram aduertas, ait Iudas patriarcha: Tradamus Ioseph Ismaelitis, manus autem nostræ non sint iectæ super eum. Et bene superius dixerat: Manus autẽ nolite inferre illi.
Ioan. 18. Quod Iudæi in domini passione dixerunt, Nobis non licet interficere quẽquã. vt sermo Iesu impleretur, signi-
B ficans qua morte moriturus esset. Iam tunc ergo futuræ crucis præfigurabatur insigne, simul & quod exutus est tunicam: id est, carnem quã assumpsit, exutus est, decoram diuersitate virtutum. Ergo tunica eius, id est caro, non diuinitas cruentata est, & indumentum ei carnis, nõ immortalitatem vitæ auferre potuerunt. Hanc tunicam Iudaicæ bestiæ cruentauerunt, illæ de quib⁹ di-
Lucæ. 10. cit: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Quod autem lacus siccus erat, quid mirum si Iudæorum lacus
Psal. 87. aquam nõ habet, qui dereliquerunt fontem aquæ viuæ, fecerunt sibi lacus contritos? Et vt scias verum hoc esse mysterium, ipse de se dominus ait: Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in vmbra mortis. Illi igitur emunt Christum, qui boni odoris deferunt thymiama, quo adolent altaria piæ mentis. Vnde & Dauid græce hoc modo ait: κατευθὺν θάτω ἡ προσευχή με ὡσ-
Psal. 140. σὶ θυμίαμα ἐνώπιόν σου. Resinam quoque, qua marmora cõ-
C fracta sociantur. Est resina spiritalis, quæ fracturas animæ tuæ solidet, & diuulsa cõnectat, & soluta constringat. Hæc enim spiritalis resina corroborat, & quædã cõminuta animæ mẽbra componit, vt sine offensione so-
Hiere. 51. cientur. Deniq; Hieremias hanc quærit resinam, vt Babyloniam curet sanare si posset, dicens: Accipite resinã corruptioni eius, si quo modo sanabitur. Curauim⁹ Babyloniam, & sanata non est. Non est sanata Synagoga, quia resina ista migrauit ad Ecclesiam. Ideo ex Galaad veniebant negociatores de possessione, hoc est de inco-
Esaiæ. 35. latu testimonii, merces suas ad Ecclesiam transferẽtes, vt gentiũ peccata resina ista curaret. De quibus dicitur:
Actuũ. 3. Conualescite manus discussæ, & genua dissoluta. Fides syncera est. Hãc habebat Petr⁹ cũ diceret claudo: In no-
Actuũ. 9. mine Iesu Nazareni surge & ambula. Meritoq; surrexit & ãbulauit. Hãc habebat cũ diceret paralytico. Aenea, sanet te dominus Iesus, surge & sterne tibi. Et surrexit, & strauit sibi. Hãc habebat cũ diceret mortuæ: Surge in nose domini Iesu. Et defuncta surrexit. Hui⁹ resinæ tẽpe ramẽto lapides illi de quibus potẽs est dominus resuscitare filios Abrahæ, cõpaginãtur. Hui⁹ resinæ medicamẽto claudus erigitur, paralyticus reformatur, mortua resuscitatur. Illud quoq; quod hædi sanguine respersertũt tunicam eius, videtur significare quoniam falsis testimo D
niis appetentes, inuidiam deduxere peccati in omnium peccata donantem. Nobis agnus est, illis hœdus. Nobis agnus dei occisus est, quibus abstulit peccata mundi: illis hœdus, quorum acerbauit errores, delicta cumulauit. Ideóque ait: Implete mensuram patrum vestrorum, Meritòque Iacob posteritatis deplorans dispendia, qua Matth. 23.
si pater filium flebat amissum, quasi propheta flebat interitum Iudæorum. Denique scidit etiam vestimentum suum, quod in passione domini factum legimus à principe sacerdotum, in quo esset non priuata persona, sed publici munus officii. Et velum templi scissum est, & prophanata mysteria, vt esse nudatum populum saluta ribus indumentis, diuisum regnum talibus manifestare tur insignibus destruendum: quia omne regnum diuisum, facile destruetur. Et vere diuisũ, quando hoc quod erat Christi, cœpit esse etiam diaboli. Neque enim potebant indiuisi manere, qui à patre filium separabant.

De venditi Ioseph ductiõe in Aegyptum, atque eius emptione à præposito cocorum, quidque hoc significet. De seruitutis præterea ipsius mystica atque morali interpretatione. Caput IIII.

VENDITVS est ergo Ioseph, & duc⁹ in Aegyptum, emptus à præposito cocorũ. Non ociosa persona, quæ cruda ciborũ coqueret, vt epularentur animi fidei suauitate. nullus enim cibus scientia & doctrina dul-
cior. Erat antẽ in Aegypto cruda perfidia, quam nullus diuinæ cognitionis ardor, & veræ scientiæ cupiditas vlla molliuerat, non eloquia domini ignita decoxerant. Venditus est Ioseph in Aegypto, quia Christus ventu- E
Esaiæ. 50. rus erat ad eos quibus dictum est: Peccatis vestris venditi estis. Et ideo suo sanguine redemit, quos propria peccata vendiderant. Sed venditus Christus conditiõis susceptione, non culpæ peccatique precio tenetur, quia peccatum ipse non fecit. Precio igitur nostro debitum, non sua æra contraxerunt, chirographum sustulit, fœneratorem remouit, exuit debitorẽ · vnus exoluit quod ab omnibus debebatur. Non licebat nobis exire seruitio. Suscepit hoc ille pro nobis, vt seruitutem mundi repelleret, libertatem paradisi restitueret, gratiam nouam, consortii sui honorem relinqueret. Hoc de mysterio. Cæterum quod ad moralem pertinet locum, quia omnes vult saluos fieri dominus deus noster, = dedit per Ioseph etiã iis qui sunt in seruitute, solatiũ, attribuit magisterium, vt discerent etiã in vltima cõditio = ne posse mores esse superiores nec vllum statũ immunem esse virtutis, si animus vniuscuiusq; cognoscat carnem seruituti subditam esse, nõ mentem: multósq; ser- =
uulos esse dominis liberioris, si in seruitute positi à seruilibus putent operibus abstinendum. Seruile est omne F
peccatũ, libera est innocentia. Vnde & dominus ait: Om- Ioan. 8.
nis qui facit peccatũ, seruꝰ est peccati. Quomodo enim non seruus omnis auarus, qui pro exiguo pecuniæ lucello seipsum auctionatur? Timet enim ne congesta amittat, qui non vtenda congesserit, maiore periculo seruaturus, quo maiora quæsiuit. Quomodo non mẽdicus; cui sunt parua quæ possidet? Nam etsi mihi dives videatur, sibi eget: nec testimoniis sua vota solatur, qui quod optat, nescit credere: Quomodo autem non & ille seruus, qui subditus est libidini? Primum suis ardet incendiis, Esaiæ. 50.
& peccati sui facibus exuritur. Quibus recte dicit prophe ta: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quã accendistis. Suscipit omnes metus, insidiatur somnis singulorũ. vt vnius cupiditate potiatur, fit seruus omnium. Seruit igitur, ac miserã quidem seruitutem. qui ipse sibi dominos facit, ipse vult habere quos timeat. Nihil enim tam speciale seruitutis est, q̃ semper timere. Ille vero in quauis conditiõe seruituti semper liber, qui amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur: qui securus spectat præ-

G sentia,quem futura nō terrent.Nonne videtur tibi iste in seruitute dominari,ille autē in libertate seruire?Seruiebat Ioseph,regnabat Pharao:beatior huius seruitus, q̄ regnum illius.Denicq; tota Aegyptus collapsa esset fame,nisi regnum suum consilio seruuli subdidisset.Habent igitur vnde glorientur originales seruuli:Seruiuit & Ioseph.Habent vnde se consolentur qui ex libertate in seruitutem aliqua necessitate venerint.Habent quod imitentur,vt discant conditionem se mutare posse,non mores:esse & in vernulis libertatem,& in seruitute constantiam.Habent quod etiam domini per seruulos bonos sperent.Abraham filio per vernaculū inuenit vxorem.Benedixit dominus domum Aegyptii propter Ioseph, & facta est benedictio domini in toto censu eius, & in domo,& in agris.Et conuertit,inquit,omnia,quæcunq; illi erant,in manus Ioseph. Aduertimus quod ea quæ domini gubernare nō poterāt,seruuli gubernarūt.

De singulari cōmendatione speciositatis & decoris, castitatis ac pudoris sancti Ioseph,eiusque impetitione à domina sua ad concubitum, & eiusdem adulteræ telis.Ipsius quoq; Ioseph recusatione,fuga,vestis relictione,accusatione,incarceratione,atq; visitatione diuina.

Caput v.

H SED QVID de priuata domo dispositionis eius seruuli astruam, qui rexit imperium? Plus tamen est quod ante se rexit. Et cum esset decorus aspectu,& speciosa facie valde,venustatē sui vultus nō ad alienā deriuauit iniuriā,sed ad suā seruauit gratiā:hoc se pulchrio rem ratus,si non dispendio castitatis,sed cultu pudoris speciosior probaretur.Illum esse verum decorem, qui non alienos oculos caperet,nec fragiles mentes vulneraret,sed iudicia acquireret vniuersorum, fraudi nulli futurus,laudi sibi.Iam siqua petulantibus aspexit oculis,illius crimen solum est quæ male vidit, non huius qui male se nollet videri:nec in eo quod visus est,culpa est.Non erat in potestate seruuli vt non videretur, maritus debuit cauere oculos vxoris. Si ille nihil timebat de coniuge,arbitrabatur iste testimonium esse castimoniæ,non remissionem incuriæ.Discant tamen viri cauere etiam oculos fœminarum. Adamantur enim & qui nolunt amari.Denique adamatus est Ioseph,qui amantem contempserat.Et bene excusauit eum scriptura, dicens:Immisit oculos vxor domini eius in Ioseph: hoc est,non iste se ostentauit,nec cepit incautam, sed illa retia sua misit,& sidagine sui capta est.Laqueos suos sparsit,& suis hæsit vinculis.Dixit autem illi:Dormi mecū. I Prima adulteræ oculorum tela sunt, secunda verborū. Sed qui non capitur oculis,potest verbis resistere. Suppetit defensio vbi adhuc liber affectus est. Ideo scriptū est quia ille noluit.Primum igitur congressione mētis superauit,tanquā scuto animi irruentē repellens: deinde sermonē tanquā hastā vibrauit, vt se illa reuocaret. Et dixit vxori domini sui:Recte vxor domini,non ipsa domina dicitur,quæ nō potuit extorquere quod voluit imperare.Nā quomodo domina,quæ dominādi nō habebat affectū,quæ disciplinā dominæ non tenebat,quæ seruulis libidinis incentiua præstabat?Ille dominus,qui amantis non excepit faces:qui lenocinantis vincula nō sensit:quem nulla mortis formido perterruit: qui maluit liber criminis mori,quàm potentiæ criminosæ eligere consortium.Ille liber,qui turpe credidit vicē gratiæ non referre. Denique non vt meticulosus excusat, nec tanquam periculi timidus cauet,sed tanquam bene ficii herilis & innocentiæ suæ debitor fugit crimen ingrati,peccatique labem, & culpæ contagium quasi iustus horrescit.Tertium spiculum adultera interpellandi assiduitate vibrabat,sed Ioseph non audiebat eam. Habes post prima verba quid caueas.Non solum lubrica,sed etiam procax,importuna,petulās est libido, nec habet quod vereatur adultera.Quæ dispendia pudoris K prima non doluit,insidiatur vt capiat. Denique officii sui & commissi muneris ingressum gratia, remotis arbitris ac domesticis apprehendit eum, dicens:Dormi mecum.Excusatur Ioseph scripturæ testimonio, quia commissum à domino nequibat deserere obsequium. Non enim satis est quod securus sui domus interiora, quasi qui capi non posset,ingressus est:iustus debuit prævidere ne furenti copiam daret,& eius illa peccato periret. Sed qui aduersari sibi domini sui videbat vxorem, neglecti officii etiam à domino cauere debebat offensam.simul adhuc sermonis, non comprehensionis putabat audaciam.Excusatur quòd ingressus est, prædicatur quod elapsus est.Nec pluris fecit vestimenta corporis,q̄ animi castimoniam.Reliquit tanquā non sua,quæ adultera suis manibus detinebat: & aliena iudicauit,quæ tactu impudicæ potuerant comprehendi. Magnus quippe vir,qui venditus, seruile tamen nesciuit ingeniū,adamatus non redamauit,rogatus non acquieuit,comprehensus aufugit.Qui cum ab vxore domini conueniretur,teneri veste potuit,animo capi non potuit:ac ne ipsa quidē verba diu passus est. Cōtagium enim iudicauit si diutius moraretur,ne per manus adulteræ libidinis incentiua transirent.Itaque vestem exuit, crimē excussit,& relictis quibus tenebatur exuuiis,spoliatus quidem,sed nō nudus aufugit,qui erat tectior indumento pudoris.Non est enim nudus,nisi quem culpa nudauerit.Denique in superioribus habemus quod L Adam posteaquam dei mandatum prævaricatione deseruit;& peccati grauis æra contraxit,nudus erat. Vnde & ipse ait:Vocem tuam audiui in paradiso,& timui, Genes. quia nudus sum,& abscondi me.Intellexit enim se esse nudum,qui ifulas diuinæ protectionis amiserat.Et ideo latebat,quia vestem fidei non habebat, quam vtique prævaricando deposuit.Magnam rem vides.Ille nudus erat,qui tunicā non amisit:iste nudus non erat, qui vestimentis se exuit,quæ in manibus adulteræ dereliquit. Eadem scriptura illum nudū asseruit.hunc abnuit. Et ideo iste expoliauit se potius q̄ nudauit, qui incorrupta virtutum vestimenta seruabat,expolians se veterē hominem cum actibus suis,vt indueret nouum,qui secundum imaginem creatoris in agnitione renouatur. Ille autem nudus remansit,qui se iterum vestire nō potuit, singulari spolio virtutis exutus. Vnde pelliceam accepit tunicā,quia peccator habere non poterat spiritalem Reliquit igitur vestimenta Ioseph, & nudauit adulteræ inuerecundiam,quæ postea latere non potuit.Denique exiuit foras,& ipsa adulterii sui tentamenta vulgauit,exaltans vocem suam,eò quòd relictis vestibus Hebræus aufugerat.Ipsa igitur quod cælare debuerat, M debuit,vt composito crimine læderet innocētem. Iustus autem accusare non nouit,ideo impune hoc impudica faciebat.Illam igitur vere exutam dixerim,etiam aliena vestimenta seruantem, quæ omnia amiserat velamina castitatis:illum satis ornatum,satis defensum, cuius vox non audiebatur,& innocentia loquebatur.Sic Susanna posteaquā tacet,in iudicio melius locuta est oraculo,& ideo prophetæ meruit defensionem, quæ propriæ auxilium non quæsiuit. Illum ergo beatiorem dixerim cum in carcerem mitteretur,quia subibat pro castitate martyrium. Bonum enim munus pudicitia, sed minoris meriti cum periculum abest:vbi vero etiam salutis periculo defenditur,ibi plenius coronatur. Inaudita causa,inexplorata fide veri,tanquam reus criminis in carcerem Ioseph mittitur. sed eum dominus nec in carcere deserebat.Non turbētur innocentes cum falsis criminibus appetūtur,cum oppressa iustitia traduntur in carcerē. Visitat deus & in carcere suos,& ideo ibi est plus auxilii,vbi est plus periculi.Sed quid mirum si visitat deus in carcere positos,qui seipsum in suis in carcere inclusum esse memorauit,sicut habes scriptum.In Matth.

A carcere eram,& non venistis ad me. Quo non penetrat diuina misericordia? Inuenit Ioseph huiusmodi gratiam,vt qui fuerat clausus in carcere,ipse potius carceris claustra seruaret,cederet munere clauicularius, inclusos omnes in potestatem eius committeret.Itaq; Ioseph non solum carcerem nō sentiebat,sed etiam alios quoque carceris leuabat erumna.

De inuectione in mulierem.Et de spadonibus etiam illatæ iniuriæ authoribus,quàm fragilis & tenuis sit eorum status:ipsorūmq; offensione,incarceratione,somniorum visione,& eorundem per sanctum Ioseph interpretatione.Et quemadmodum omnis potentia, magnificentia,& gloria huius seculi nihil aliud sit q̄ somnium.De mysterio præterea Hebræi somnium interpretantis,ac reprehensione spadonis immemoris & obliti interpretis sui. De fastu denique & fragilitate ministrorum regalium. Caput VI.

IVVS igitur iniuriæ author mulier & spadones sunt.Sed mulier Aegyptiorū, quæ procaces cum viris solita miscere sermones,lacessere verecundos,refugientes insequi,pudentes perurgere: cum vitia sua non posset defendere,innoxios criminabatur, perfidiā misceris perfidiæ,aliena tenens, & alios ipsa condēnās, B modum nullum ponens furori. Quæ enim causa crudelitatis,nisi quòd cupiditatib⁹ suis obsisti videbat, & desideria sua vetita assensione fraudari? An propter quod aperiatur carcer vt suscipiat innocentes:soluantur catenæ reis,vt imponantur fidelibus: dimittantur veritatis adulteri,vt includatur qui fidei adulterium recusauit.De istis vero spadonibus quid dicam? qui exēplum debent esse spadonibus cæteris,quòd status eorum fragilis ac tenuis,& in voluntate regia spes omnis, quibus leuis offensa summum periculum sit,secūdæ autem res vile ministerium.Gloriabatur alter quod esset vini præpositus,vterq; offendit,missiq; in carcerem, & commēdati sancto Ioseph ab ipso carceris clauicolario, cum essent illic dies cōplures,viderunt somnium:& cum reuiseret eos Ioseph,tristes turbatósq; animi offēdit: quia turbabantur somnio,cuius interpretem nō inuenirent. Nōne per deum,inquit,interpretatio somnii est? Narra C te ergo mihi.Et narrauit præpositus vini somniū suum: Erat vitis in conspectu meo,in vite autē tres radices, & ipsa flores ferens,germina matura, & botriones vuarū: & calix Pharaonis in manu mea.Et sumpsi eam, & expressi in calice,& dedi calicē in manu Pharaonis. Et dixit illi Ioseph:Tres radices,tres dies sūt. Adhuc triduū, & memorabitur Pharao principatum tuum,& restituet te super officium tuū pristinū,& dabis calicem in manu Pharaonis.Sed memor esto per temetipsum cum bene tibi fuerit,& facies in me misericordiam,& memor eris mei ad Pharaonē,& educes me de carcere isto, quia furtiue captus sum de terra Hebræorū,& hic nihil mali feci,& miserūt me in lacum carceris hui⁹.Alteri⁹ somniū nō libet dicere.Meminisse certe verborū meorū, quod etiā tūc refugerim ei⁹ interpretationē: in eo cui⁹ exitū refugio,mortē perhorresco.De isto prius dicamus, qui sibi beatus videbatur,cum esset vini præpositus:& hunc summū credebat apicē omnis potētiæ,quod regi calicē dabat.Hæc gloria illius,hæc magnificētia in hoc seculo:hac defraudatus dolebat,huic reddit⁹ gratulabatur. Sed hoc somniū est,& omnis potētia seculi somniū, nō veritas est.Deniq; per somniū videt reddi sibi principatum suū.Esaias ita esse huiusmodi homines, qui in hoc Esaiæ.29. seculo delectantur secundis rebus:Sicut qui in somniis manducat & bibit,videtur sibi cibo & potu,dū dormit, repleri,sed cum euigilauerit,incipit esurire amplius,& tunc intelligit q̄ inanis ille cibis & potus fuerit somniātis:sic qui dormit i hoc seculo,nec oculos ad aperit mysteria diuina:quandiu somno grauatur corporis, putat alicuius momenti esse hanc secularem potētiam. quasi D in somnis eam videt:vbi euigilauerit,deprehēdit q̄ inanis huius seculi voluptas sit.Considera nunc illum verum Hebræum,illum non somnii,sed veritatis & præclaræ visionis interpretem,qui de diuinitatis illa plenitudine,ac libertate cælestis gratiæ in hunc corporeum carcerem venerat,quem non potuit seculi huius illecebra mutare,non vlla corruptela mundanæ voluptatis euertere:qui tentatus nō decidit,appetitus non appetiit,postremo adulterina quadam Synagogæ manu veste corporis apprehēsus,carnē exuit,liber mortis ascendit.Calumniata est meretrix vbi eū tenere non potuit, quē carcer nō terruit,nō inferna tenuerunt: quin etiam quo veluti puniendus descenderat,inde alios liberauit. vbi ipsi stringebantur mortis vinculis, ibi laxauit ipse vincula mortuorum.Considera ergo istum Hebræum, dicentē illi præposito spadonum,qui contraxerat offensam regiā,quē restituerat muneri suo: Memor esto per temetipsum cum tibi bene fuerit,& facies in me misericordiam,& memor eris mei. Ideo secundo repetiuit, quia sciebat non recordaturum quod euasisset iniuriā, cum potentiā recepisset.Ideo secundo admonuit, quia secūdo liberauit,vt si prioris beneficii eū memoria non teneret,vel posterioris subiret,nō despiceret authorem salutis suæ,nō perfida prævaricatiōe violaret.Sed quod pei⁹est,cito beneficii irrepit obliuio secūdis reb⁹.Redditus officio suo non est memor factus interpretis, sed E oblitus est eū.Sed & si ille obliuiscebatur,Christus non obliuiscebatur,sed loquebatur ei,& per seruulū loquebatur,dicens ad eum:Memor esto per temetipsum, hoc est vel officii tui contemplatione,quid audieris recordare. Sed etsi nunc oblitus es, memor eris mei,vt euadas periculum. Qui oblitus est beneficium, iam eleuatus potentia,nō recordabatur.Et hæc quanta potentia, vbi vini ministerium inundet? Omnis iactantia quia erat spadonum præpositus,qui vinum poculis regis ministrabat.Et factum est, inquit, post biennium. Mentio de hoc nostro spadone temporis non alia de causa, nisi quia & dies cōuenit:quia post biennii recepit officium, nec recordatus est,sed admonit⁹.Cognouit enim quòd etiā regnū ipsum in hoc seculo esset somniū:qui de suo somnio nō credidit.didicit etiā regna esse somnia, nec ipsorum potestates esse perpetuas.Sed cito hunc locum prætereat dolor,ne ipsa commemoratiōe crudescat, ne ipsius quidē sermonis mei meminisse delectet, quē tunc temporis vel effuderit dolor,vel extorserit Ecclesiæ cō- F tumelia.Admonitus ergo super somniū regis,ait:Peccatum meum recordor. Sera quidem ista est, sed vtinam vera confessio.Post peccatū fatetur,quod ante peccatū cauere debuerat. Quam cito oblit⁹ fueras: Memor esto mei.Scis nempe tunc temporis hunc fuisse sermonem, sed obtusas aures habebas fastu potentiæ,& vini ebrius non audiebas verba sobrietatis. Vel nunc memento mei,qui peccatū fero fateris. Quid rogas seruulū Christi?cur deum negas:Inebriare iam non vino, sed spiritu sancto.Recordare quid passus sis,cum quo dormisti somnum tuum, & somniasti somnium. Et ipse præpositus erat, & præpositus epularum regis, quæ ad opus pistorium pertinebāt.Sublimem se esse credebat, quia in potestate habebat panem regium, nesciebat multos anfractus esse huius potētiæ.Minabatur aliis ipse mox supplicio dedēdus extremo,nec audiuit eū qui licet seruulus domini,tamē loquebatur oraculum, quod ipsius iussu regis,de quo sibi plurimum blandiebatur, caput amissurus esset,esca auibus derelinquendus. Vel hoc te exemplum reuocare debebat vt perfidiæ non crede- 1.Reg. 21. res. Sunt & alia exempla de fastu & fragilitate mini- &.22. strorum regalium, quæ posteriorum temporis historia habet.Et Doech præpositus erat,& præpositus regis animalium,adde,si placet, mulorum, hoc est, spadonū animalium.Hic quoque sacerdotem domini detulit, &

G fraude regem cõmouit in ſacerdotis periculum, & hic Syrus erat. Num mentior, quando & patriæ facta conuiuunt? Aman quoque à cubiculo regis, & ipſe præpoſitus dum inuadere Eccleſias domini improba temeritate cõtendit, populúmq; fidelem ſpoliare ac perſequi, grauibus ſacrilegia ſuppliciis expendit.

De liberatiõe ſancti Ioſeph, & honoris delatione ob interpretationẽ ſomniorum regis: & de eorundẽ ſomniorum myſterio. Qua ratione etiam ſanctus Ioſeph magis myſtica meruerit præmia. Ac de myſtica ſignificatione ornamentorum quibus honoratus fuit, necnõ & vxoris ac filiorum, famis quoque, & apertionis horrearum, atque venditionis alimentorum. Cap. VII.

SED reuertamur ad iſtum vini præpoſitum, qui quaſi multo ebrius mero beneficii authorem oblitus eſt diu: aliquando tamen, vt regi prouideret interpretẽ, non quaſi gratus, ſed quaſi callidus intimauit ſeriem rei geſtæ. Quo cognito, rex quoq; eum iuſsit accerſiri de carcere, interrogauit ſi poſſet interpretari ſibi ſomnium. Cuius explanatione dele ctatus remouit iniuriam, honorem detulit. Itaq; videte ſi non præſentibus & iſta conueniunt. Iniuria illata eſt prius q̃ cognoſceretur à rege, gratia relata vbi regi eſt cognitis. Itaq; rex vacat culpa, quia & id quod excepit vir ſanctus iniuriæ, alienũ fuit: & id quod recepit, regis gratiæ eſt proprium. Somnium autem eius & interpre-
H tatio huiuſmodi eſt. Quæcũq;, inquit, facit deus, oſtendit Pharaoni. Septem vaccæ bonæ, ſeptem anni ſunt: & ſeptẽ ſpicæ bonæ, ſeptẽ anni ſunt. Somnium Pharaonis vnum eſt. Et ſeptem vaccæ macrę quæ aſcendebant poſt illas, ſeptem anni ſunt: & ſeptem ſpicæ macræ, & à vento corruptæ, ſeptem anni ſunt. Erit ſeptem annis fames. Verbum autem quod dixit, Quæcunq; fecit deus, oſtendit Pharaoni: Ecce ſeptem anni veniunt vbertatis magnæ in totam terram Aegypti. Veniũt autem ſeptem anni famis poſt hæc, & obliuiſcentur vbertatem in tota Aegypto, & cõſumet fames totã terrã, & non cognoſcetur vbertas terræ à fame futura poſt hæc. Valida enim nimium. Quod autem iterauit ſomnium Pharaonis, quia verum erit verbum à deo, & feſtinauit deus vt faceret illud. Vetus ſomnium, res recentes. Poſterioribus priora conſumpta ſunt: & vbi erat ante vbertatis copia, ibi rerum omnium facta eſt indigentia. Quod
I ſiquis huiuſmodi regi conſiliũ dediſſet vt aliquid de ſuperiori vbertate poſteriori principatus ſui ſeruaret ętati, reliquo quoq; tẽpori larga donandi affluentia redundaſſet. Sed immodica æui ſuperioris effuſio etiam poſteriora deſtituit, & homines diripientes vniuerſa, aliquem Ioſeph ei adhibere nolebant. Etſi nõ ego Ioſeph, (quis enim iſtud clamabat?) tamẽ vaccas illas pingues, non ſolum laſciuiam, ſed etiam incuriam diuinę ſignificare reuerẽtiæ. de perfidis enim dictum eſt: Tauri pingues obſederunt me. Et de Iudæorum populo ſcriptum eſt: Impinguatus & incraſſatus & dilatatus eſt, & dereliquit deum factorem ſuum. Et ideo ſomnium illud redundantiæ ſecularis perpetuum eſſe nõ poſſe, ſed fore tempus quo his fames dura ſuccederet. Nec tamen hoc ſomnium vni aut duobus demonſtratum arbitror, ſed omnibus propoſitũ, eò quòd ſeptẽ anni iſtius mũdi qui pingues ſunt, & ſeculari vbertate opimi, abſorbeantur ab illis ſeculis quæ futura ſunt, in quib⁹ perpetua quies & legis obſeruantia ſpiritalis, quam Effrem illa tribus patrum deo fructuoſa cuſtodit. Bona vacca non illa corporeo diſtenta vbere, ſed abundans ſpiritalis lactis & gratiæ, ſuper cuius decorem ceruicis deus ſedere ſe dicit, vt ſcriptũ eſt: Effrem vacca docta diligere victoriã. Ego enim tranſiui ſuper decorem ceruicis eius. Non ergo impinguet caput noſtrum oleũ peccatoris, nec falſi fructus delectare nos debent, ne dicatur & de nobis: Seminaſtis impietatem, & iniquitates eius vindemiaſtis. K Manducaſti fructum falſum, quia ſpiraſti in curribus tuis. Nec me mouet quod habes ſpicas macras, & vento corruptas, quia & Dauid tunc melior erat, quando ſicut aranea tabeſcebat: & ſpiritus contribulatus ſacrificium deo eſt: & illi præſtantiores euadunt, quos in hoc ſeculo grauibus iniuriis ſpiritus malignus exercuit. Vn de magis myſtica meruiſſe præmia Ioſeph arbitror, quia de myſticis eſt locutus. Quid enim ſibi vult annulus digito eius inſertus, niſi vt intelligamus pontificatum ei fidei eſſe delatum, vt alios ipſe ſignaret? Quid ſtola, quæ amictus eſt ſapientiæ, niſi tributum ei ab illo rege cæleſti prudentiæ principatum? Torques aureus intellectum bonum videtur exprimere. Currus quoque ſignificat faſtigium ſublime meritorum. Quis autẽ eſt qui ex gentibus accepit vxorem, niſi qui eccleſiã ex nationibus ſibi congregauit, & ſuſcepit ex ea filium Manaſſen, per quem oblitus eſt omnes dolores ſuos, quos habuit de ſacrilegiis Iudæorum? Suſcepit alium quoque filium Effrem, per cuius profectum claruit quod ſuſcepta in carne humilitas & diuinitatem non humiliauit, & gloriam cumulauit. Deniq; quicunque famem patiebantur, ad Ioſeph mittebantur. Qui ſunt iſti, niſi de qui bus dictum eſt: Conuertentur ad veſperam, & famẽ patientur vt canes? Erat autẽ fames non vnius loci, ſed totius terræ, quia nõ erat qui faceret bonitatẽ. Ideo dominus Ieſus ieiunia mũdana miſeratus aperuit horrea ſua, & myſteriorum cæleſtiũ theſauros ſcientiæ ſapientiæq; patefecit abſconditos, vt nulli alimenta deeſſent. Dixit enim Sapientia: Venite edite panes meos. Et ideo ab illo ſolo dicitur: Domin⁹ paſcit me, & nihil mihi deerit, qui ſaturatur à Chriſto. Aperuit ergo horrea ſua Chriſtus & vendebat, non æra pecuniæ, ſed fidei precium, & deuotionis ſtipendium quærens. Vendebat autem non paucis in Iudæa, ſed vendebat omnibus, vt ab vniuerſis nationibus crederetur. Et omnes regiones venerunt in Aegyptum ad Ioſeph emere. Obtinuerat enim eos fames. Omnes enim eluriunt, quos non pauerit Chriſtus. Emamus ergo alimenta, quibus famem poſsimus repellere. Nemo paupertatis ſuæ contemplatione reuoce tur, nemo vereatur qui argentum non habet. Non quæritur Chriſtus argento, ſed fide, quæ argento precioſior eſt. Denique emit eam Petrus, qui non habebat argentum. Argentum, inquit, & aurum non habeo, ſed quod habeo do tibi. In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula. Et propheta Eſaias dicit: Qui ſititis, ite ad aquam: & qui cunque non habetis argentum, ite emite & bibite & mã M ducate ſine argẽto & precio vini. Neque enim precium quæſiuit à nobis, qui pro nobis ſanguinis ſui preciũ ſoluit, quia non auro & argento, ſed precioſo nos redemit ſanguine. Ergo id precium debes quo redemptus es: etſi ille non ſemper exigat, tu tamen debes. Eme igitur tibi Chriſtum, non eo quod pauci habent, ſed eo quod omnes habent. Omnes habent per naturam, pauci offerunt per timorẽ. Suum eſt quod à te Chriſt⁹ repoſcit. Ipſe vi tam omnib⁹ dedit, ipſe pro omnibus mortem ſuam obtulit. Soluit pro authore quid ſoluturus es pro lege. Nõ mediocris iſte contractus eſt. Non omnes eum facile vident. Denique ille virgines in Euangelio quas veniens ſpõſus excluſit, ideo foris relictę ſunt, quia venale oleũ non emerunt. Vnde dicitur eis: Ite potius ad vendentes, & emite vobis. Et negociator non immerito prædicatur, quia vendidit omnia ſua, & emit margaritam.

De exhortatione Iacob ad filios vt deſcendant in Aegyptum, & emant eſcas. Et de perrectione decem fratrum iuniore domi retento. Ac de myſteriis prædictorum. Caput VIII.

ET Iacob dixit filiis ſuis: Quare pigri eſtis? Ecce audiui quia frumentum eſt in Aegypto. deſcendite illo, & emite vobis eſcas.) Nõ ſemel hoc Iacob dixit, quòtidie oib⁹ fi-

Pſal.18. Prouer.9. Pſal.22. L

Pſal.21. Deute.32. Oſee.10. Actu.3. Eſa.55. Matth.25. Matth.13.

A liis ſuis dicit, qui ſerius veniunt ad gratiã Chriſti, Quare pigri eſtis? Ecce audiui quia eſt frumentũ in Aegypto Ex hoc frumento granum eſt quod reſurgit. Qui igitur famem ſuſtinet, ſuæ ſegnitiei debet aſcribere. Ecce audiui, inquit, quia frumentum eſt in Aegypto. Citius itaque iuniores aliqui quàm ſeniores cõſuerunt audire, dum foris poſiti multa circũeunt. Sed hanc negociationem prius ſenex audit, ſed ille ſenex in quo eſt fidei lõ gæua canities. Prior ſenex intelligit, ſed ille ſenex in Sapien.4. quo eſt venerabilis ſenectus, & ætas ſenectutis vita immaculata. Nec omnes hanc negociationem ſuſcipiunt, niſi filii Iacob, & ipſi prouectioris ætatis. Ideo decẽ pergunt, non pergit iunior. Non miſit eũ pater, ne contingat, inquit, eum infirmitas. Adhuc obnoxius erat infirmitati Beniamin iunior. Patriarcha quidẽ legitur Beniamin, ſed ex tribu Beniamin ille Paulus præfigurabatur. Merito Iacob de eius infirmitate dubitabat. Deniq; infirmatus eſt vt ſanaretur, cæcitatem paſsus eſt, ſed hæc infirmitas ad ſalutem. Deniq; illa cæcitas lucem attulit. Accepimus hiſtoriam, cognoſcamus myſteria. Sine Beniamin patriarcha primo perrexerũt: ſine Paulo Apoſtolo. Vterq; non primus aduenit, ſed accerſitus à primis vberiorem mercem priorum ſuo fecit aduẽtu. Eſt, inquit, frumentum in Aegypto. hoc eſt, vbi maior Oſee.11. fames, ibi maior vbertas eſt. Magnum frumentum in Aegypto. Deniq; & deus pater dicit: Ex Aegypto vocaui filium meum. Ex iſto grano illa fœcunditas. Neque enim meſsis eſſe potuiſſet, niſi Aegyptii granum ãte ſeuiſſent. Eſt ergo frumentum quod nemo ante credebat eſſe. In hoc frumento negociãtur patriarchæ. Et illi qui dem argentum detulerunt, ſed bonus Ioſeph frumentum dedit, argentum reddidit. Non enim pecunia emi-
B tur Chriſtus, ſed gratia. Precium tuum fides eſt. Hac emuntur diuina myſteria. Portat autem frumentum hoc aſinus ille immundus in lege, ſed iam mundus per gratiam.

De reuerſione filiorum Iacob in Aegyptum poſtquam fames inualeſcebat, cum deductione Beniamin, & ſumptione munerum Ioſeph deferendorum, eorũq; ad ipſum peruentione. Et de myſtica ratione geſtorum & incidentium circa hæc. Caput IX.

TENEBATVR tamen Beniamin iunior, & patrio adhuc adhærebat affectu. Tenebant eum
C legis vincula, mos paternus. Fames inualeſcebat, quia ſero veniebat. Intercedũt pro eo duo, Ruben & Iudas, hoc eſt, humilitas atque confeſsio. His vadibus apud patrem vtitur, his committitur, quorum vnus primitiuus, alius reſuſcitatus. Lex primitiua, Euangelium reſuſcitatum. His deducitur Beniamin iunior, & bonis odoribus comitatus aduenit, portans ſecum reſinam, qua lapides marmorum connectuntur: eò quòd prædicatione propria tanquam ſpiritali reſina vinculos lapidẽs etiam ipſe connecteret: portans etiam mel, quo noxia vulneris interius exeduntur ſine aliqua acerbitate ſectionis. Tàlis enim Pauli prædicatio, vt putrem aboleret affectum, corruptúmque euacuaret humorem, diſputationis ſuæ aculeo vrere magis ægra mentis viſcera cupiens, quàm ſecare. Incenſum orationis, & caſiam & guttã ſepulturæ: inſignia eſſe Dauid ꝓpheta nos docuit dicens: Myrrha & gutta & caſia à veſtimẽtis. Venit Pſal.44. enim Paulus crucẽ domini prædicare ilicẽ ſemp virẽtẽ, & nuces quarum teſta durior, & fructus tenerior: meritóq; virga facerdotalis Aaron nucina, & Hieremiæ baculus huiuſmodi. Argentum quoq; duplex, non ocioſa munera eſſe quis dubitet: cũ & patriarchæ vita, & Apoſtoli ſermo ſemper vireſcat in pectoribus ſingulorum, & eloquium ſanctorũ ſicut argentũ igne examinatum, præcepti ſalubris fulgore reſplendeat? Nec immerito duplex argentum referunt, in quibus Pauli præfigura-

D batur aduentus, qui laborantes præſbyteros in verbo atque doctrina duplici honore donabat. Vidit autem ille Ioſeph, & Beniamin fratrem ſuum ex eadem matre. Iam videntur Hebræi, & videntur à Chriſto, qui verus Ioſeph eſt, quando cũ Pauli veniunt typo: & loquitur illis mitia atq; manſueta, vt pariter cibum ſumant. Supra autem quia ſine Beniamin venerunt, agnoſcebat quidẽ eos, ſed ab his ſe auertebat, vt ſcriptum eſt: & loquebatur his dura, quia ipſe non agnoſcebant eũ, à quo agnoſcebãtur. Pauli igitur merito profecerũt, quẽ domin⁹ Ieſus tanquam iuniorem fratrem ex eadem matre generatum amplius cæteris fratribus diligebat. Aduertant Iudæi quem dominum negauerunt, qui etiam crucifixus, ex ſynagoga tamen tanquã ex eadem ortos parente plus diligit, ſi vel ſero cognoſcant ſuæ ſalutis authorẽ. Sed priorũ conſcii delictorum non credũt tantam Chriſti eſſe miſericordiam, vt donet peccatũ, remittat iniuriam. Ideóque præfigurabãtur in patriarchis quales eſſent futuri. Inuitabantur ad gratiam, ad ſalutaris menſę vocabantur cõuiuiũ, & calumniam ſibi parari, inſidias fieri ſuſpicabãtur, & cœperunt ad hominem qui erat ſupra domum, in ianua domus cauſam ſuam agere velle. Adhuc dubitant introire, & ex operibus ſuis malũt iuſtificari, qui cauſam ſuã volunt aſtruere, q̃ gratiam ac E cipere: & ideo in portis redarguuntur. Qui aũt fructum veteri virginalis expectat, & hæreditatẽ domini filii mercem negociatur, non erubeſcit in porta, ſed in exitu vitæ huius repellit inimicum, ne ad altiora properãti conſcius culpæ grauioris obſiſtat. Vnde myſticè illis reſpõdit maior domus. Et is qui ſit, intellige, cũ legeris Moyſen fidelẽ in tota domo eius. Maiores enim dom⁹ Moyſes, Petrus & Paulus, & cæteri eius ſancti ſunt, Chriſtus autem ſolus eſt dominus, ſicut ſcriptum eſt: Quia Moyſes fidelis in tota domo eius tanquam famulus: in teſtimonium eorum quæ dicenda eſſent. Chriſtus autem tanquam filius in domo ſua, quæ domus nos ſumus, ſi libertatem & gloriam ſpei tenuerimus. Hic ergo maior domus reſpondit illis: Propitius ſit vobis deus: nolite timere. Deus enim veſter & deus patrum veſtrorum dedit vobis theſauros in ſacculis veſtris. Argentum veſtrum probum acceptum habeo. Illi enim dixerunt: Argentum vniuſcuiuſque in ſacculis noſtris inuenimus, ad pondus argentum noſtrum retulimus. O magna myſteria, & euidenter expreſsa. Hoc eſt dicere: Cur inflami ni argentum vos habere veſtrum in ſacculis ſæpius 1.Cori.4. vſurpatis? Quid enim habetis quod non accepiſtis? Si F autem accepiſtis, quid gloriamini quaſi non acceperitis? Iam ſaturati eſtis, diuites facti eſtis, quia argentum habere vos creditis, ſed argentum vobis deus patrum veſtrorum dedit, Ille de⁹ veſter, ille patrum veſtrorum deus eſt, quem negaſtis. Sed ignoſcit, ſed indulget, ſed recipit ſi reuertamini. Ipſe eſt qui veſtrum non quærit argentum, ſuum donat. Ipſe vobis dedit argentum in ſacculis veſtris. Iam ſacculi veſtri argentum habẽt, qui lutum habebant: & ideo veſter eſt qui dicit: Conſciſti ſaccum meum, & induiſti me lætitia. Lætitiæ munus Pſal.29. eſt Chriſtus, ipſe eſt argentum veſtrum, ipſe precium veſtrum. Non exigit à vobis dominus Ieſus frumenti ſui precium, non quærit veſtri pondus argenti. Argentum veſtrum reprobum eſt, argentum ſeculi non eſt bonum. Argentum veſtrum probum acceptum habeo. hoc eſt, non illud materiale argentum, ſed ſpiritale. Argentum veſtrum habeo, hoc eſt probum, quod fida deuotione quaſi Iacob filii detuliſti, quod ſine damno datur, & ſine vllo diſpendio numeratur, quandoquidem tali precio detrimentum mortis excluditur, lucrum vitæ acquiritur.

De munerum paratione, & eorum illatione, inſtauratione que conuiuii, cum morali atque myſtica ſingulorum expoſitione. Caput X.

G PARAVERVNT autem munera, donec introiret Ioseph meridie.) Accelerauit meridiē fides Pauli. Antea cæcus erat, postea cœpit videre lumē iustitiæ, quoniā qui reuelat ad dominum viā suam & sperat in
Psal.36. eum, dominus quoque educit tanquam lumē iustitiam eius, & iudicium eius sicut meridiem. Et Abrahæ quando deus apparuit ad ilicem Mambræ, meridies erat, cui de præsentia domini lux æterna fulgebat. Meridies est quando vero Ioseph verus in domū suam intrat vt prædeat. Tunc enim plus dies lucet, quando sacramenta celebramus. Et intulerunt, inquit, ei munera. Nos munera inferimus, ille instaurat conuiuium. Ille dicit: Apponite panes, quos soli Hebræi sumunt, Aegyptii manducare non possunt. Sed ante cōuiuium quanta dignatio, qui usus istius & sedulitatis & gratiæ? Morale mysteriū. Adhuc de calumnia quam sibi à Ioseph fieri putabant, fratres suspecti erant, ille inuitabat ad prandiū: horum nutabat affectus, illius perseuerat gratia. Primus appellat, primus interrogat, Quomodo habetis? Et iterū ait: Recte est pater vester senior? Superioris est inferiorē ad colloquiū prouocare, dare sermonis fiduciam, quærere nō solū de ipsis, sed etiā de parentibus. Respondent illi: Recte est pater noster, puer tuus. Ille seniorē dixit vt honoraret, illi puerū nominauerunt, vt deferrent humilitatis obsequium: quod senectus honoratæ sit dignitatis:
H pueritia autē subiecta videatur, & propior verecundiæ quàm superbiæ. Respiciens autē oculis vidit Beniamin fratrē suū ex eadē matre. Morale est, vt quos diligimus, eos videamus præ cæteris: & quos animi intentio habet priores, eos obtut⁹ offendat oculorū. Siquidē plerumq; circa alia mētis occupatiōe districti, quos habemus ante oculos, nō videmus: ita duce animo dirigitur noster aspectus. Vidit igitur Beniamin fratrē suum sanctus Ioseph, quem tenebat animo, quem oculis requirebat: quo absente fratres pene nō viderat: nec solū vidisse cōtēt⁹, quasi nescire interrogauit: Hic frater vester est adolescentior? Consuetudo & gratia charitatis est vt dilectos nobis non solum oculis, sed etiam sermone teneamus. Agnouerat Ioseph dilectum suū, sed ideo interrogabat vt quē tenebat animo, vox sonaret. Deniq; nō expectauit vt responderetur, sed continuo benedixit eū, & turbatus est desiderii sui fructu. Torquebātur autē viscera eius, quia cōplectendi eius quē desiderabat libertas differebatur. Deniq; ingressus in prōptuariū plorauit, & la
I uit faciē suam, & cōtinuit se. Grandis amoris aculei citò corda cōpungunt, nisi desiderii frena laxētur. Vinceba tur affectu Ioseph, differebatur consilio, ratio cū amore certabat. Eleuit, vt amoris pii æstus lachrymis tēperaret.
Psal.33. Hæc moraliter. Mystice autē, Vidit dominus Iesus Paulum. oculi enim domini super iustos. & dixit: Hic frater vester est adolescētior? Adhuc adolescētior dicitur, qui
Ephe.4. nondū maturā in canicie fidei gerebat ætatē, nōdum in virum perfectum excreuerat, in illā (sicut ipse ait) mēsu
Actuū.7. ram ætatis plenitudinis Christi. Deniq; adolescens legitur tantū ibi, vbi lapidātium Stephanū vestimenta seruabat. Et ideo Philemonem non adolescentiæ suæ, sed se-
ad Philo- nectutis similē esse cupit, vt scripsit: Magis obsecro, cū
mo. sis talis vt Paulus senex. Ideo adolescētiores viduas præ
1.Timo.5. dicat declinandas, nō propter ætatē, sed propter quandam pubescentium delictorum lasciuiam, immaturitatēq; virtutis. Cæterū maior in iuuene q̄ in sene laus castitatis est. Puto enim quod à vero nō sit alienum illud si intelligamus, quia cū hic Paul⁹ hæreret, & horrore correptus, quod cæcitas accidisset ei, inciperet tamē appropinquare dicēdo: Domine quid me vis facere? Ideo adolescentior dicebatur à Christo, vt qui vocabatur ad gratiam, excusaretur à culpa, quòd ea lubricæ fuisset ætatis. Deniq; vidit eum Christus, vbi lux circūfulsit eum. Et quia adolescentes magis metu q̄ ratione vocantur à vitio, adhibuit stimulum, & misseratus admonuit ne ad-
Actuū.9. uersus stimulum calcitraret. Turbatus est autē, sicut vi- K
Ioan.11. des & in Euangelio quia turbauit se spiritu cum Lazarū resuscitaret, & ibi fleuit, vt prius lachrymis suis mortui delicta lauaret. Sed intra se fleuit, & lauit faciē suam. Cæcitas Pauli, fletus est Christi. Lauit faciem suam, vbi lumen ei reparatur amissum. Lauit faciem suam Christus, vbi baptizatus est Paulus, per quem à pluribus videretur. Ideo in cōuiuio pars eius quinquipliciter maior effecta est, quod haberet superioribus anteferri non solum mentis prudentia, sed etiam militia corporis, & gratia castitatis.

De inebriatione fratrum conuiuantium, & insertione scyphi argentei in saccum Beniamin, singulorūmq; sacculorum requisitione, ac inuentione scyphi in sacco Beniamin. Et de mysteriis istorum. Caput XI.

BIBERVNT autem & inebriati sunt pariter cū eo.) A principio fidei maior Paulo prærogati- Actuū.9.
ua defertur, de quo dictum est ad Ananiam: Va
de, quoniam vas electionis est mihi, ad sufferendum nomen meum coram gētibus. A principio inebriatur ebrietate, sed sobria, vt & ipse cum sanctis dice- Psal.22.
ret: Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est. Et scyphus argenteus soli sacco eius inseritur. Nesciebat hoc Beniamin. Fallebatur Paulus, sed vocabatur. Mittitur post eum mane. Nox enim præcesserat castitatis, dies fidei appropinquabat. Per ordinē singulorū prius inspiciuntur sacculi. Docet te moralitatem scriptura diuina. Per ordinem ante discubuerunt in cōuiuio, contra eum primitiuus secundum ætatem. Vides quod seniori locus ille sit deferendus per ordinem. Iterum requiruntur sacculi singulorum, vt scias electum esse cæ-
L lesti iudicio. Discussit cæteros, hunc prætulit. In nullius alterius sacco scyphus argenteus inuētus est, nisi istius. Quid sibi vult quod insertus est sacculo? Ioseph quidē inebriauit vt falleret: syphum misit, vt fratrem quem diligebat, pia fraude reuocaret. Sed refulgent mysteria dinina. Hoc inuenit in nobis Christus argentum, quod ipse donauerat. Habemus naturæ argentum, habemus & gratiæ. Natura opus est creatoris, gratia munus est redemptoris. Et si non possumus videre dona Christi, ille tamen donat & operatur occulte, & donat omnibus: sed seruare paucorum est, & non amittere. Non omnibus tamen donat omnia. Triticū multis datur, scyphus vni, qui prophetico & sacerdotali donatur munere. Nō
enim omnes, sed Propheta dicit: Calicem salutaris acci Psal.115.
piam, & nomen domini inuocabo. In corpore igitur Pauli iam doctrinę cælestis eloquium refulgebat, cum esset eruditus in lege. Sed quia adhuc iustitiæ dei subiectus non erat, intra saccum erat scyphus, doctrina intra legem, lucerna intra modium. Missus tamen Ananias qui benedictionem daret, manum imponeret, saccū solueret. Sacco soluto reluxit argentum, & decidentibus squamis velut quibusdā sacci vinculis statim vidit. Vinculum eius perfidia erat, absolutio ei⁹ fides facta est. Et M
ideo tanq̄ soluto sacco, hoc est depositō legis velamīe, quod positū est supra cor Iudeorū, cōuers⁹ ad dominū, 2.Cor.3.
liber à nexu, adeptus gratiā libertatis, ait: Nos itaq; reuelata facie gloriā dei speculātes, ad eandē imaginē reformamur. Soluto enim calceamēto legis, nudo vestigio liberi sermonis Euāgeliū prædicabat. Tenebāt enim eum Iudæi, & impedire cupiebāt: sed vbi in eius sacco argentū replenduit, sciderūt vestimēta sua, & reuersi sunt retro. Libera ergo pro Christo paupere prædicatio nudauit populū Iudæorū, & oēm eorū rescidit gratiā. Ideōq; retro regressi sunt, qui ante se videre nō poterāt. Retro redeunt, qui Christū amittunt. Deniq; & in Euangelio Ioan.18.
cum corriperent ad mortem dominū Iesum, redeuntes retro ceciderunt in terram. Merito retro reuertebātur, qui in terrenam labem ab illa cælesti gratia decidebant. Nolebāt igitur moraliter redire sine fratre, mystice sine Paulo reuerti: quo amisso aserebāt in mœrorē deducō

A dam parentis populi senectutem. Et ideo Iudas apud Ioseph remanere cupiebat, ne videret mala quæ inuenirēt patrem suum, hoc est, iam præuidebat & cauere cupiebat mala quæ vēturа erant populo Iudæorū. Sed cū adhuc hæc ipsa ī typo illo principū populi Iudæorū libera prędicatio, fleuit Ioseph, hoc est, in illo plorauit Iesus.

Quemadmodum sanctus Ioseph se manifestauerit, vt à fratribus cognosceretur, & de aduocatione eorum ad se, accessuq; ipsorum ad illum. Quomodo etiam eos cō solatus fuerit, cum mystica dictorum interpretatione.

Caput. XII.

IT iussit omnes recedere, vt cognosceretur à fratribus.) Non venerat enim, sicut
Matth.15. ipse ait, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et emittens vocem cum fletu, Ego sum, inquit, Ioseph. Adhuc pater meus viuit? Hoc est, expandit manus suas ad populum non credentem & contradicentem, non legatum neque nunciū
Esa.52. quærens, sed ipse dominus saluum facere volens populum suum. Ego qui loquebar, ecce asum, inquit, & palam factus non quærentibus me, appareo ijs qui me non interrogabāt. Quid igitur aliud tūc clamauit, nisi, Ego
Ioan.18. sum Iesus, cum à principibus Iudæorum interroganti-
Matt.26. bus, Tu es filius dei? respondet: Vos dicitis quod ego sum. Cùm Pilato diceret: Tu dicis, quia rex sum ego, in hoc natus sum. Cum principi sacerdotum dicenti, Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis si tu es Christus
B filius dei, referret: Tu dixisti. Amen dico vobis, à modo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis, & venientē cum nubibus cæli. Hoc est ergo quod ait: Ego sum Ioseph, ego sum diuinæ potentiæ, Adhuc pater meus viuit? Hoc est, ego patrem nō nego, ego fratres agnosco, si aut vos fratrem, aut pater filium recognoscat. Adhuc ergo populus meus viuit, de cui⁹ populi familia fratrem mihi elegi? Accedite ad me, quia ego ad vos appropinquaui, & eousq; appropinquaui, vt per carnis susceptionem facerem me vestræ consortē naturæ. Nolite vel participē fugere vestræ societatis, si nō agnoscitis authorem salutis. Et accesserunt, inquit, ad illum. Et dixit: Ego sum Ioseph frater vester, quem vos tradidistis in Aegyptum. Nunc ergo nolite mœsti esse, neque vobis durum videatur quoniam huc me vendidistis. Ad vitam enim vestrā misit me deus ante vos. Quàm pia fraternitas, quàm dulcis germanitas, vt etiam parricidale excusetur admissum, dicēs diuinæ illud prouidentiæ fuisse, non impietatis humanæ: quādoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, sed à domino missus sit ad vitam. Quid aliud habet illa domini nostri Iesu Christi,
Lucæ.23. qui fratres omnes pietate superauit, in cruce positi inter
C cesio illa pro plebe, dicētis: Pater, ignosce illis, non enī sciunt quid faciunt? Quid aliud illa appellatio sanctitatis in medio discipulorum, dicētis: Pax vobis, ego sum,
Luc.23. nolite timere? Et cum conturbati & conterriti existimarent se spiritum videre, iterum dixit ad illos: Quid turbati estis? & quare cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte, ecce manus meas, & pedes meos, quia ego sum ipse. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Hæc ergo iam tunc futura posterioribus tēporibus mysteria reuelata sunt. Deniq; ex ipsis exprimuntur sermonibus, vt ipsum esse intelligamus & qui ante in Ioseph, & postea in suo locutus est corpore, quandoquidem nec verba mutauit. Ait enim tūc: Nolite mœsti esse. Et infra: Ascēdite ad patrē
Matt28. meum, & dicite illi: Hæc dicit fili⁹ tuus Ioseph: Fecit me deus dominum totius terræ Aegypti. Et in cuāgelio ait: Noli temere. Ite nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, & ibi me videbunt. Et infra ait: Data est mihi omnis potestas ī cælo & in terra. hoc est dicere: Diuinæ hoc fuit dispensationis vt acciperem potestatem, non acerbitatis humanæ. Non obijcit scelus, qui numerat præmi-
D um. Quod autem habetur in Genesi, Ad vitam enim vestram misit me deus ante vos, reddit in euangelio dicēs: Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hæc enim merces & vita sancto rum, quod etiam alios redemerunt. Illud quoque aduerte non ociosè scriptum in Genesi: Et eris prope me tu, & filij tui, & filij filiorū tuorū. Hoc est enim quod dixit in Mat.28.
euāgelio: Ecce ego vobiscū sum oībus diebus vsq; ad cō summationē seculi. Quàm euidēs quoq; illud mysteriū, quod veluti cōpleto omni mādato fratrem suū cōplecti tur Beniamin, & cecidit sup collū eius, sicut cōpleto euā gélio Christus Paulum amplectitur quibusdā misericor diæ suæ brachijs, & interna opiniōe curuatū, velut à collo in cælū erigit. Vnde & ille erectus à Christo, ait: No- Philip.3.
stra autem conuersatio in cælis est.

De gaudio Pharaonis quòd Ioseph agnouisset fratres suos, & de exhortatiōe eius vt Ioseph inuitet fratres vt veniant cum patre, illorumq; executione, & peruentione ad Iacob, narrationeq; singulorū, & quòd Ioseph adhuc viueret. Et de mysterijs circa hæc.

Caput. XIII.

ET gauisus est Pharao quod Ioseph agnouisset fratres suos. Vnde & diuulgata est vox in domo Pharaonis. Et hortatus est sanctum Ioseph vt fratres suos inuitet, vt veniant cum patre, &
E mandat impleri eorum sarcinas tritico, & vehicula dari.) Vnde hæc humanitas barbaro, nisi illud ostenderetur magnum mysterium, quoniam non inuidet ecclesia cum redimuntur Iudæi, & populus Christianus hac adiunctione lætatur, & quibus potest subsidijs iuuat, & mittit euāgelizātes regnū dei, quo maturius euocētur? Quibus dātur binæ stolę. Et alligat Paulū cū ei⁹ dicta depromit, cui trecēti aurei & quinq; stolæ diuersi coloris cōferuntur à Christo. Trecētos aureos habet, qui crucē prędicat Christi. Ideoq; ait: Neque enim iudicaui me scire 1.Cor.2.
aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & hūc crucifixū. Et bene aureos accepit, quia nō in suasorijs humanę sapiētiæ verbis, sed in ostēsione spirit⁹ prędicabat. Quinque autē stolas accepit, vel sapiētiæ multiplices discipli nas, vel quod nullis sensuū corporaliū capt⁹ illecebris, vbi alij periculū, ille teneret victoriā, qui oēs voluptates carnis singulari cōtinentia & virtute superaret, cui⁹ ingeniū studiūq; nulla corporis hebetaret infirmitas, qui 2.Cor.12.
F cum esset in corpore, corpus se habere nesciret. Deniq; raptus in paradisum, siue in corpe siue extra corpus nescions, audiuit verba ineffabilia quæ loqui homini non liceret, qui postremum nihil terrenum oleret in ter- 2.Cor.2.
ris, sicut ipse docet dicēs: Quia Christi bonus odor sumus deo in ijs qui salui fiūt. Præcellit igitur Paul⁹, & ei⁹ exuberat portio, sed tamē habēt & alij prædicatores gratiā suā, binas stolas accipiūt. Quasvtiq; illas? dubitare nō Prou.31.
debes, quia legisti de sapiētia dictū: Binas vestes fecit viro suo. Vna est mystica, moralis altera. Sed non oēs apostoli, nō omnes prophetæ, non oēs pastores, non omnes virtutes, non omnes habent gratiam curationum, non omnes linguis loquūtur. Vbi diuersa merita, diuersa & præmia. Mittuntur & patri munera. Filius honorat patrem. Christus populū suum inuitat, pmissis, inuitat muneribus. Portāt hæc munera asini illi inutiles & laboriosi ante, nunc vtiles: portant in typo Christi munera, portaturi in euāgelio munerū largitorē. Dimisit autem fratres suos, & abierunt. Et dixit illis Ioseph: Nolite irasci in via. Quàm bene docet ab iracundia pręcauendū, qđ ea posset etiā amātes sui separare germanos: & maxime in via fugiendā esse discordiā, vbi ipse viādi comitatus debet esse inuiolabilis, & gratiæ habere cōfortiū. Quid autē aliud ait dominus Iesus ex hoc corpore recessur⁹, cū discipulos dimitteret suos, nisi ne irasceretur in via, dicens: Pacē relinquo vobis, pacē meā do vobis? Vbi enī Ioan.14.
pax est, iracūdia locum nō habet, ablegatur discordia,

G fugatur diſsenſio. Hoc eſt ergo quod ait: Pacem meã do vobis: id eſt, nolite iraſci in via. Et vide ne in hac via dicat, hoc eſt in hoc curſu totius vitæ indignationẽ cauendam, quod ira ſæpe etiam innocẽtes in crimen abducat, quia dum iuſto amplius iraſcimur, & volum⁹ alienum coercere peccatum, grauiora peccata cõmittimus. Ideo Rom. 12. Apoſtolus ait: Non voſipſos vindicantes chariſsimi, ſed date locum iræ. hoc eſt, declinemus eam ne nos illa corripiat. Vnde dominus Ieſus dimittens ad euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga, id eſt vt & incentiua litis, & inſtrumẽta eriperet vltionis. Et aſcenderunt, inquit, de Aegypto, & venerũt in terram Chanaan ad Iacob patrem ſuum, & nunciauerunt illi dicentes: Quia Ioſeph filius tuus viuit, & ipſe eſt princeps toti⁹ terræ Aegypti. Quid eſt terra Chanaan quæ nutabat? Quid igitur tam euidẽs quàm Actuũ. 2. Apoſtolorum tempora deſignari? Quibus ingreſsis Iudæorum ſynagogas nutantes, domini Ieſu potentiã prædicabant, ſicut habemus in Actis Apoſtolorum, dicente Petro: Hunc ergo Ieſum reſuſcitauit deus, cuius nos teſtes ſumus. Dextera igitur dei exaltatus, repromiſſione ſpirit⁹ ſancti accepta à patre, effudit hoc donũ quod vos videtis. Aduertimus certe quomodo & viuere eum, & terræ totius principem dicat, quia aperiẽs horrea ſua ſpiritalis gratiæ donat omnibus vbertatem. Hæc dice-
H bant Apoſtoli, ſed Iudæi non credebant, ſed inijciebant manus in eos, ſed tradebant in cuſtodiam prædicatores ſalutis. Vnde & de Iacob ſcriptum eſt: Expauit mente. non enim credebat eis. Expauit affectu plebis incredulæ, ſed poſteaquam Chriſti geſta cognouit, tantis beneficijs & operibus delinitus reſumpſit ſpiritum dicens: Magnum mihi eſt ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit: ibo & videbo eum priuſquam moriar. Primum & maximum fidei fundamentum, in reſurrectionem Chriſti credere. Quicunque enim crediderit reſuſcitatum, feſtinus requirit, deuotus accipit, & intima deum mẽte veneratur. Credit enim quòd ipſe non moriatur, ſi credat in reſurrectionis authorem.

De Iſrael patris eleuatione ac profectione, & hoſtiarum circa puteum iuramenti immolatione, ciuſque per dominum cõſolatione, ac deſcenſu in Aegyptum cum
I animabus ſeptuaginta: & de myſterijs prædictorum. De ipſius denique Iacob ad filios adhortatione vt congregentur ad audiẽdum ea quæ occurſura ſint eis in nouiſſimis diebus. Caput XIIII.

PEr eleuans ſe Iſrael, venit ad puteum iuramẽti, immolauitq; hoſtiam deo patris ſui Iſaac.) Merito eleuatur q̃ feſtinat ad Chriſtum. Fides præcedit deuotionem. Prius ſe eleuauit, poſtea immolauit. Ille eni bene immolat, qui cognitionẽ diuinitatis inueſtigauerit. Dixit autẽ deus ad Iſrael in viſu nocte dicẽs: Iacob, Iacob. Qui dixit: Quid eſt? Et dominus ait: Ego ſum, de⁹ patrũ tuorum. Noli timere, deſcẽde in Aegyptum: in gentem enim magnam faciam te ibi. Ego deſcendam tecum in Aegyptum, & ego deducam te in perpetuum. Quemad modum quæ ipſi legunt non intelligunt: & Moyſen quẽ laudant, abnegant, cum eius ſcripturis credere nolunt. Quid euidentius quàm quod hoc loco inuitantur vt ad eccleſiam dei tranſeant, & qui ante intra Iudææ terminos coarctabantur anguſtos, ad populum dei migrent,
Pſal. 18. qui ex toto orbe ex omnibus nationibus cõgregatus in magnã factus eſt gentẽ? Denicp in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. Vocatur ergo à filijs ſuis Iacob, id eſt à Petro, Paulo, Ioanne, populus Iudæorũ inuitatur ad gratiam. Ipſe quoque deus noſter proprio eum hortatur oraculo, ſpondet ei profectum fidei, muneris ſui fructum, dicens ei: Ioſeph mittet manus ſuper oculos tuos. Nõ vticp ſanctus patriarcha ſolicitus erat à quo ei oculi clauderẽ tur, licet etiã intellectu ſimplici moralis exprimatur af- K fectus. Nam ſi eos quos diligimus, cupimus frequenter amplecti, quanto magis receſsuri ex hoc corpore, ipſo charorum pignorum tactu delectamur extremo, & hoc mulcemur viatico? Tamen myſtice licet nobis intelligere quod poſtea cogniturus deum ſit popul⁹ Iudæorum. Hoc eſt enim myſterium, quod verus Ioſeph immittet manus ſuper oculos eius, vt qui non videbat ante, iam videat. Veni ad euãgelium, lege quemadmodum cæcus ille ſanatus ſit, cui Ieſus manum impoſuit, & eius abſtulit cæcitatem. Non enim morituris Chriſtus manum imponit, ſed victuris: aut ſi morituris, recte, quia prius morimur, vt reuiuiſcamus. Non enim poſsumus deo viuere, niſi peccato ante moriamur. Deſcendunt igitur in Aegyptum ſeptuaginta animę, ſicut ſcriptum eſt. Et hoc ex myſticæ numero remiſsionis, quia poſt tantam duritiam, poſt tanta peccata haberentur indigni, niſi donaretur his remiſsio peccatorum. Occurrit illi Iudas, hoc eſt confeſsor erroris. Hunc ſui venturus Iudæorum populus prænuncium mittit. Ideo & Ioſeph verus, id eſt arbiter & interpres diuinitatis occurrit, quia præcedit iam cõfeſsio, quos antea perfidia poſsidebat. Interpres enim diuinitatis eſt Chriſtus, quia deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Hic ſenilis iam ætatis, & feſsum ſuſcipiet vltimis tẽ- L
poribus populum Iudæorum, non ſecundum illius merita, ſed ſecundum electionẽ ſuę gratiæ, & imponet manum ſuper oculos eius, vt cæcitatem auferat. Cuius ideo diſtulit ſanitatem, vt poſtremus crederet, qui ante non putauit eſse credendum, & prærogatiuam ſuperioris di lectionis amitteret. Vnde & Apoſtolus ait: Quia cæcitas Roma. 11. ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Geſta igitur patriarcharum, futurorum myſteria ſunt. Denique ipſe Iacob ait ad filios ſuos: Congregamini vt annunciem vobis quæ occurſura ſunt vobis in nouiſſimis diebus. Cõgregamini, & audite Iſrael patrem veſtrum.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM.

Quod filij diſcere debeant reuerentiam & honorem deferre patribus, vt benedictionibus eorum digni habeantur, & de commendatione paternæ benedictionis. Quodq; ſanctus Ioſeph benedictionem ſumere feſtinauerit, & filios ſuos Manaſsen & Effren obtulerit, quos & Iacob benedixit. Et de myſtica huius benedictionis ratione. Caput I.

De prophetica benedictione Ruben primogeniti, quæ magis prophetia q̃ benedictio eſt. Et de errore Iudæorum, atque myſterijs circa eam. Cap. II.

De ꝓphetia eorũ quę euẽtura erãt filijs Symeon & Leui, quorũ nominibus tribus deſignãtur. Et de cõfutatiõe opinionis Iudæorũ circa myſticã & pulcherrimã iſti⁹ benedictionis interpretationem. Cap. III.

De benedictione Iudæ, & myſtica eiuſdem ſignificatione. Caput IIII.

De benedictione Zabulon, & myſterijs illius. Cap. V.

De benedictiõe Iſachar, & myſtica ei⁹ expoſitiõe. C. VI.

De prophetica benedictione Dan, ac myſtico eiuſdem intellectu. Caput VII.

De benedictiõe Gad, & myſtica ei⁹ interpretatiõe. VIII.

De benedictione Aſer, & myſterijs eiuſdẽ. Cap. IX.

De benedictiõe Neptali, & myſtica illi⁹ declaratiõe. X.

De benedictione Ioſeph, & qua ratione ſuper omnes filios eum pater vberius proſecutus ſit, ac de myſtica illius benedictionis expoſitione. Caput XI.

De benedictione Beniamin, & myſtica repræſentatione eiuſdem. Caput XII.

A

Diui Ambroſii MEDIOLANENSIS EPIſCOPI LIBER DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM.

Caput primum.

PRIMVM OMNIVM QVANtam diſcimus parẽtibus deferre reuerentiam, cum legimus quoniam qui benedicebatur à patre, ben⁹dictus erat: & qui maledicebatur, maledictus erat? Ideo hãc parentibus gratiam donauit deus, vt filiorũ pietas prouocetur. Prærogatiua igitur parentũ diſciplina eſt filiorum. Honora ergo patrẽ, vt benedicat te. Honoret pius patrẽ ꝑpter gratiã, ingratus ꝑpter timorẽ. Etſi pauper eſt, & nõ habet diuitiarũ copias quas relinquat filijs, habet tamen
B vltimæ benedictionis hæreditatẽ, qua ſ̃ctificationis opes ſucceſsoribus largiatur. Et multo plus eſt beatũ q̃ diuitẽ fieri. Feſtinabat Ioſeph ſumere benedictionẽ. Denicp & filios ſuos obtulit Manaſsen & Effrem, quos benedixit Iacob, vt quia duodecim habebat filios, & tertiũ decimus erat futurus apoſtolus Paulus, quaſi poſterior electus, tertiadecima trib⁹ de Manaſse & Effrem nepotib⁹ ſanctificaretur in vtrũq; diuiſa, quo Paulus nõ extra paternarũ numerum tribuũ inueniretur, qui veteris teſtamenti & noui egregius prædicator paternæ benedictionis hæreditatẽ ſibi quoq; facile profeciſse cõprobaret. Quàm præclara & in hoc myſteria, qđ ſumẽs Ioſeph filios ſuos quos ſuſceperat in Aegypto, Effrem ad dexterã ſuam, ad ſiniſtrã autẽ Iſrael patris ſui, Manaſsen autẽ ad ſiniſtrã ſuã, ad dexterã autẽ Iſrael applicuit eos ante patrẽ. Extendẽs autẽ Iſrael manũ dexterã, impoſuit ſup caput Effrem qui erat iunior, & ſtabat à ſiniſtra aui: & ſiniſtrã ſuã poſuit ſuper caput Manaſsen qui erat ad dexteram, & ita immutatis manib⁹ benedixit eos. In quo & Ioſeph naturæ ordinẽ ſeruauit, vt ſeniori filio plus deferret, ſicut Iſaac quoq; in Eſau priorẽ filiũ benedictionẽ præferre cupiebat. Sed minorẽ filiũ in typo iunioris populi credidit præferendũ, ſicut erat ipſe à matre prælatus. Denicp Manaſses ex obliuione latina interpretatione ſignatur, eò quòd populus Iudęorũ oblitus eſt deũ
C ſuũ qui fecit eũ. Et quicunq; ex ea plebe crediderit, tanq̃ ex obliuione reuocatur. Effrem autẽ fœcũditatẽ fidei interpretatione nominis pollicetur, qui auxit patrẽ, ſicut aſtipſe Ioſeph dicẽs: Quia auxit me deus in terra humi-
Gen. 41. litatis meæ. Quod propriũ eſt populi iunioris, qui corpus eſt Chriſti, augẽs patrẽ, & deũ ꝑpriũ nõ relinquẽs. Denicp ſpiritaliter de populis hoc eſse myſteriũ ſenior declarauit. Nam cũ filius putaret eũ erraſse vitio hebe-
Gen. 48. tioris aſpectus, cõuertere voluit manus eius, dicẽs: Non ſic pater, hic enĩ primitiuus eſt. Impone dexterã ſup caput eius. Sed noluit, & dixit: Scio fili, ſcio. Et hic erit in populũ, & hic exaltabitur, ſed frater eius iunior maior illo erit, & ſemen illius erit multitudo gentium. Denicp præferendũ Effrem ſeniori germano, etiã benedictionis ſerie ꝓphetauit dicẽs: In vobis benedicetur Iſrael, dicẽtibus: Faciat vobis deus ſicut Effrem & Manaſse. Et ideo cum eſsent nepotes, in locum filiorum ſunt adoptati, vt non eſsent auitæ benedictionis expertes.

De ꝓphetica benedictiõe Ruben primogeniti, quę magis prophetia q̃ benedictio eſt. Et de errore Iudæorũ, atque myſterijs circa eam.

Caput ſecundum.

HAc benedictione celebrata, vocauit etiam D filios ſuos. Et qui ante iuniorẽ ſeniori prętulerat, cœpit à primo, vt in illo myſterij prę ferret gratiã, in hoc ordinẽ ſeruaret ætatis: ſimul quia ante in duobus benedixerat vniuerſos cũ omni poſteritate & progenie futurorũ, ne aut ſuperflua videretur plebis iterata benedictio, aut prior æſtimaretur infirma. Meritoq; repetitã magis annunciationẽ eorũ quæ poſterioribus eſsent euẽtura tem porib⁹, q̃ benedictionẽ cõferre ſe dicit. Denique ſic cœpit. Ruben primogenitus meus, tu virtus mea, & initiũ filiorũ meorũ, durus portari, durus & temeritas affeciſti me cõtumelia: ſicut aqua nõ efferueas. Aſcendiſti eni in cubile patris, tunc polluiſti thorũ quo aſcẽdiſti. Nõne redargui magis q̃ benedici videtur? Et ideo prophętia magis q̃ benedictio eſt. Prophetia enim annunciatio futurorũ eſt, benedictio autẽ ſanctificationis & gratiarum votiua collatio. Et Iudæi putabant quia hæc ſenex ad Ruben filiũ dicat quia cũ Bala cõcubina patris cõcubuit, & thorũ patrium polluit. ſed facile refellũtur. Hoc enim erat ante geſtũ. Iacob autem quę ventura eſsent in nouiſsimis diebus, nõ ea quæ geſta erant, ſpõdet ſe eſse dicturum. Ergo patriarchæ ſibi congruit & cõſtat ſentẽ E tia, qui videns perſequentibus Iudæis futurã domini paſſionẽ, execratur immanẽ primogenitæ plebis audaciã, quæ incredula, nec dei legi ſubdita, & iugũ Chriſti dura neſciens portare ceruice, authorẽ vitæ non ſolũ ſcelere necis, ſed etiã ſacrilegæ inſultationis affecit iniuria. Nõ efferueas, inquit, ſicut aqua: ne in maiorẽ prorũpat amẽtiam, & feruore furoris atque inſaniæ nõ ſinat reſipiſcere peccatores, ſed agant pœnitentiã peccatorũ, quoniã durus aſcẽdit populus cubile patris, & thorum polluit ſanctũ, hoc eſt carnẽ domini Ieſu cõditoris noſtri patibulo affigens crucis, in qua velut in quodã cubili & patrio thoro ſancti eius ſalutari refectione requieſcunt. Quis igitur abnuat de populo dictũ, cũ populo hæc vniuerſa conueniant? Ipſe enim dictus eſt primogenitus Iſrael, ipſe duræ eſse ceruicis. De ipſo dixit Moyſes: Vos Exod. 32.
autem populus duræ ceruicis eſtis. Et reuera quis tam &. 33. durus, & temerarius, & cõtumelioſus, quàm populus Iudæorum, qui dominũ Ieſum, per quẽ viderant mortuos ſuſcitatos, cæcos illuminatos, flagellis verberauerunt, clauis confixerunt, cũ diuina eius opera negare nõ poſ- F
ſent? Quod ſcribis & pontificibus authoribus, & principe ſacerdotum Caipha pariter ſæuiente cõmiſsum, Euãgelij ſeries declarauit. Et ideo ſanctus propheta refugit tanti ſceleris participatũ, ne per ſucceſsionẽ generis audirent tanti patriarchæ ſibi arrogare conſortium.

De prophetia eorum quæ euentura erant filijs Syme on & Leui, quorum nominibus tribus deſignantur. Et de confutatione opinionis Iudæorum circa myſticam, & pulcherrimam iſtius benedictiõis interpretationem.

Caput tertium.

CONTESTATVR iuſtus & abdicat poſteritatem quæ patrium non ſeruaret affectum: & quia præuidit flagitium, perhorreſcit conſilij cõtagium. In conſilium, inquit, eorũ non veniat anima mea, & in congregatione eorũ non contendant viſcera mea, quoniã in ira ſua occiderũt homines, & in cupiditate ſua ſubneruauerũt taurũ. Quod dicit, de filijs quidem dicit Symeon & Leui, ſed eorum nomine tribus ſignatur, quæ appellatione ſimili vocabatur. Quam interpretationẽ pulcherrimã deriuant Iudæi, vt arbitrantur, quia propterea arguat filios Iacob, quia propter ſtuprũ ſororis Sicimas illi duo præ cæteris fratribus vltum ire cupientes, ſimulauerunt cum ipſis inire velle ſe gratiam, & ideo oportere circuncidi eos ſuaſerunt illis, vt religione concordi pax inter eos, & recipiendæ affinitatis ſocietas firmaretur: ſed cir-

G cunciſos adorſi, recentibus adhuc vulneribus, & inuali
dis viribus quas dolor ſoluerat fractas, die ſuperuenien
tes tertio necauerũt. Ideo & fortaſe iſti duo vltores præ
cæteris, quia Scribarum & ſacerdotum authores ſunt.
Nulli enim magis q̃ ſapientes & ſacerdotes debent caſti
moniam vindicare. Sed in hoc quoque errant Iudæi. Iſti
enim cauſas doloris ſui præſtiterant patri, aſſerentes ſe
in illa licet ætate iuuenili vindices læſæ ſuiſſe pietatis, &
violatæ caſtitatis vltores. Quod vtique ſanctus condem
nare non poterat, quia non paſsi ſunt inultam ſororem
ſuam loco eſse meretricis, quę & virginitatem amiſerat,
& vindictæ ſolatium non habebat: maxime cum ipſe ſic
factum probauerit, vt Sicimam poſsideret in mortẽ, do
natẽque eã filio ſuo dilectiſsimo Ioſeph, dicẽs ad eum:
Do tibi Sicimam præcipuã ſuper oẽs fratres tuos, quam
accepi de manibus amorreorũ in machæra mea & arcu.
Quod factum negari nõ poteſt. Interpretari tamen poſ
ſumus per Sicimam humeros ſignificari, per humeros
opera. Hæredẽ ergo bonorũ benedictionibus operũ ſan
ctũ Ioſeph præ cæteris elegit, cuius opera fratres æquare
non poterant. Quis enim facta Chriſti poterat adæqua
re? Tum præterea immaculatus & caſtus de hoc terreno
diuerſorio, & impuritatis authoribus manubias repor
tauit, locum ſtupris & flagitijs vacantem ad incolatum
ſanctorum verbis cæleſtibus & gladio capiens ſpiritali:
H vt vbi inhabitatores ante laſciuiæ & principes luxuriæ
verſabantur, vbi fuerãt incentiua libidinis, & fomenta
nequitiæ, ibi nũc ſancti ſacerdotes magiſteria doceãt ca
ſtitatis, & plurima virginalis integritatis exempla quo
dam ſupernæ lucis fulgore reſplendeant. Tribus igitur
ſunt quæ deſignantur nominibus patriarcharũ, quia de
tribu Symeon ſcribæ ſunt, de tribu Leui principes ſacer
dotum, qui perfecerunt nequitiam ſuam in domini paſ
ſione, meſſuram omnẽ paternæ impietatis implẽtes. Ipſi
conſiliũ cogitauerunt aduerſus dominũ Ieſum, vt occi
Eſaiæ.3. derent eũ, ſicut Eſaias dicit: Væ animæ ipſorũ, quia cogi
tauerunt conſiliũ malũ aduerſum ſe dicentes: Alligem⁹
iuſtum, quia inutilis eſt nobis. Ipſi occiderunt Prophe
tas & Apoſtolos, annunciantes domini ſaluatoris aduẽ
tum, paſsionis & reſurrectionis gloriam prędicãtes. Ipſi
poſtea in ſua cupiditate terrena flagitia deſiderabant, di
uina conſortia refugientes, corporis caſtimoniam, ſo
brietatem mentis, contemptum pecuniæ, lucrum gratię.
Subneruauerunt autem taurũ, illũ videlicet cornua p̃
ducentẽ & vngulas, quem vident pauperes & lætantur,
I quoniam verbum dei exaltauit cornu populi ſui, quo &
inimicos repulit, & præmium coronæ cæleſtis emeruit.
Hic eſt taurus quo eccleſia figuratur in luna, tunc pleni
or cũ velut cornib⁹ nixa taurinis, ſpaciũ toti⁹ orbis in
cludit. Tamen prophetiæ huic videtur etiã gratiã bene
dictionis adiungere. Nam & ad primogenitũ Rubẽ dicẽ
do, Non efferueas vt aqua, peccatũ ſtatuit, quia aqua mũ
dare magis delicta, mentéſque noſtras ab omni ſolet vi
tiorum feruore reuocare. Et iterum dicẽdo ad Symeon
& Leui: Diuidã vos in Iacob, & diſpergã in Iſrael, oſten
dit gentiũ congregatione redimẽdos. Percuſso enim pa
ſtore grex ille diſperſus eſt, qui fuerat ante collectus, vt
qui nõ erat, introiret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Et
maxime propter tribũ Leui debemus hoc credere, quia
ex ea tribu dominus Ieſus videtur ſecundum corporis
ſuſceptionẽ genus ducere. Ex qua tribu ſunt ſacerdotes
Leui & Nathan, quos ſanctus Lucas in euangelij libro
quem ipſe ſcripſit, inter maiores domini cõputauit. Sa
cerdos enim patris, & princeps omniũ ſacerdotũ, ſicut
Pſal.109. ſcriptũ eſt: Tu es ſacerdos in æternũ, ſacerdotalis origi
nis ſucceſsionem debuit vendicare. Vnde & Moyſes be
Deut.33. nedixit hanc tribum, dicens: Date Leui ſortem ſuffragij
eius, & veritatem eius viro ſancto. Benedixit etiam Moy
ſes tribum Ruben, ſicut habes ſcriptum: Viuat Ruben,
& non moriatur, & ſit multus in numero. Neque enim
benedixiſset ſi ſecundum patriarchæ ſententiam bene-

dictione ſciſset indignos. Certe quod ſtrictim ille præ- K
terijt, iſte compleuit.

De benedictione Iudæ, & myſtica eiuſdem ſignifica-
tione. Caput. IIII.

ET quia per admixtionem generis Iuda & Leui
tribus iunctæ ſunt, ideo Matthæus ex tribu Iu
da deſcripſit eius familiam. Et Apoſtolus ait:
Quoniam de Iuda ortus eſt dominus noſter.
Vt ex tribu Leui ſacerdotalis & plena ſanctitatis annu-
meraretur hereditas: ex tribu autem Iuda, ex qua Dauid
& Salomon & reliqui reges ferunt, regalis ſucceſsionis
ſplendor refulgeat, vt idem rex & ſacerdos ſcripturarũ
teſtimonio demõſtretur. Meritóque ſe circa gratiam Iu
dæ Iacob ſanctus effudit, dicens: Iuda, te laudabunt fra-
tres tui. manus tuæ ſuper dorſum inimicorum tuorum:
adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. ex ger-
mine fili mi aſcendiſti: recumbens dormiſti vt leo, & tã
quam catulus leonis: quis ſuſcitabit eum? Non deerit iu
dex ex Iuda, & princeps de femoribus eius, donec veni-
at cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium, alli L
gans ad vitem aſinã ſuam, & cilicium † pullũ aſinæ ſuæ. † ζεύγει.
Lauabit in ſtolam ſuã, & in ſanguine vuę anaboladium
ſuum. Hilares oculi eius vino, & dẽtes cãdidiores quàm
lac. Ad Iudã quidem patriarchã dirigi videtur alloquiũ,
ſed Iuda ille poſterior verus confeſsor exprimitur, qui
ex ea tribu nat⁹ eſt, qui ſolus laudatur à fratrib⁹, de qui Pſal.21.
bus dicit: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Domi-
nus per naturam, frater per gratiam, cuius manus quas
expandit ad populum non credentẽ, ſuper dorſum ini-
micorum. Hiſdem enim manibus atque eadem paſsio-
ne ſuos texit, & ſubiugauit aduerſarias poteſtates, om-
neſq; fidei & pietatis exortes ſubditos ſibi fecit. Et domi
naberis inimicorũ tuorũ, quos inimicos ſua malitia fe-
cit, nõ Chriſti volũtas. In quo magna gratia domini. Et
enim ſpirituales nequitiæ, quæ ante cruicem noſtrã iugo
ſolebant captiuitatis inflectere, ita vt Dauid ipſe manus
quodãmodo triũphantiũ ſentire ſe ſcriberet, dicẽs: Sup Pſal.128.
dorſum meũ fabricauerunt peccatores: ipſe nunc ſubdi
tæ triumpho Chriſti, & quibuſdam manibus eius, id eſt
factis operibuſq; ſubiectæ, perpetuæ ſubeunt captiuita-
tis erumnã. Ipſe vtiq; qui adoratur à filijs patris ſui, quã-
do adoratur à nobis, quibus ipſe permiſit vt patrem vo
cemus, cuius ſeruum eſse virtutis eſt. Catulus leonis iu
da. Nõne euidenter & patrem expreſsit, & filiũ declara- M
uit? Quid tam euidens quo vnius naturæ filius dei cum
patre eſse docetur? Leo ille, hic catulus leonis. Vili cõ
paratione, eiuſdem naturæ ac potentiæ vnitas intelligi-
tur. Rex ex rege proceſsit, fortis ex forte. quia futuros p̃
uidebat qui filium aſsererent iunioris ætatis, occurrit
hic ſubijciens: Ex germine mihi aſcendiſti, recumbens
dormiſti vt leo, & tanq̃ catulus. Et alibi habes: Quia ip- Apoc.5.
ſe eſt leo de tribu Iuda. Ergo quia catulum dixerat, be-
ne ſtatim leonem poſuit, hoc eſt dicere: Non capiantur
aures veſtræ quia catulum audierũt, filium expreſsi, nõ
dixi minorem. Et ipſe eſt leo ſicut pater. Audiant quia
& leonem & catulũ appellauit, leonẽ quaſi perfectæ ple
næq; virtutis, catulum quaſi filium, ne quis cum audiret,
æqualem patri non putaret filium. Non ſic laudatur fili
us, vt ſeparetur à patre. Ille probat æqualem qui filium
cõfitetur. Mirifice autem & incarnationem eius expreſ-
ſit dicens: Ex germine mihi aſcendiſti. cõ quòd tãquam
frutex terræ in aluo virginis germinauit, & vt flos boni
odoris ad redemptionem mundi totius maternis viſce-
ribus in ſplendore nouæ lucis emiſsus aſcenderet, ſicut
Eſaias dicit: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos ex radice Eſa.11.
eius aſcẽdet. Radix familia Iudæorum, virga Maria, flos
Mariæ Chriſtus eſt, qui cæterem mundanæ colluuionis
aboleuit, odorem vitæ æternæ inſudit. Habes ergo incar
nationem, accipe paſsionem. Recumbens, inquit, dor-

A miſti vt leo, quando iacuit in ſepulchro, velut quo dam
Pſal.3. corporis ſui ſomno quietus, ticut ipſe ait: Ego dormiui,
& requieui, & ſurrexi, quoniã dominus ſuſcepit me. Vn
de & Iacob ait: Qui ſuſcitabit eum, hoc eſt quem domi-
nus ſuſcipiet. Quis eſt ali⁹ qui reſuſcitet, niſi ipſe ſe ſua
patrilq; reſuſcitet poteſtate? Video natũ authoritate p̃-
pria, video mortuũ propria volũtate, video dormientẽ
poteſtate p̃pria. Qui omnia ſuo fecit arbitrio, cuius al-
terius vt reſurgat egebit auxilijs? Ipſe igitur reſurrectio
nis ſuæ author eſt, qui mortis eſt arbiter, qui expectatur
à gẽtibus. Et ideo donec ille veniat, non deficiet dux ex
Iuda, vt vſq; ad eius ortũ regalis ſucceſsiõis fides incor-
rupta ſeruetur. Poſtea enim, vt docuimus tractatu habi
to in euangelio, per Herodẽ adulterata ſucceſsio præro
gatiuam dignitatis amiſit. Etenim quia verũ regem ne-
gauerũt, fallos habere cœperũt. Ergo hoc dicit patriar-
cha: Seruabitur in iudicibus vel regibus Iudæorum in-
temeratæ ſucceſsionis hæreditas ducta per reges, donec
veniat cui repoſitũ eſt vt eccleſiã dei cõgreget ex cõuen
tu nationũ omniũ, & gentiliũ deuotione populorũ, hoc
eſt, ipſum manet, ipſi debitum ſeruatur, ipſi tãtæ gratiæ
prærogatiua defertur. Et ipſe eſt expectatio gentiũ. Plus
Exod.3. dixit q̃ ſi dixiſſet, ipſum expectãt gentes, eò quòd omnis
ſpes eccleſiæ in ipſo recũbat. Ideo dicitur Moyſi: Solue
calceamentũ pedum tuorũ. ne ipſe ſponſus eccleſiæ cre
B deretur, qui dux plebis eligebatur. Ideo ſoluit calceamẽ
tum ſuũ Ieſus Naue, vt venturo tanti muneris gratiam,
Lucæ.3. & ipſe ſeruaret. Ideo dicit Ioannes: Poſt me venit vir, cu
ius non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamentorum
Ioan.3. eius. Ideo dicit: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus
autẽ ſponſi, qui ſtat, & audit eum, & gaudio gaudet. hoc
eſt, ipſe ſolus vir eſt eccleſię, hic eſt expectatio gentium,
huic deferentes copulæ gratiã nuptialis, calceamentum
ſuũ ſoluerunt prophetæ. Hic ſpõſus eſt, ego amicus ſpõ
ſi. gaudeo quia venit, quia vocẽ audio nuptialem, quia
Gene.49. iam non dura peccatorum ſupplicia, dura legis tormẽ-
ta, ſed remiſsionẽ criminũ, vocem lætitiæ, ſonũ iucundi
† ζεύγει. tatis, exultationẽ feſti nuptialis audimus. Hic eſt ille alli
gans ad vitẽ aſinum ſuũ, & ciliciũ † pullũ aſinæ ſuæ, vt
ſeruorẽ ſpiritus ſancti habeat cõgregatio nationũ ante
Ioan.15. remiſsa & negligẽs, ſed iam deuota per Chriſtum, & vi-
ti illi perpetuæ, hoc eſt domino Ieſu, qui ait: Ego ſum vi
tis, pater meus agricola: velut fructuoſi palmites quibuſ
dam inexolubilibus vinculis fidei alligemur. Hoc eſt il
lud myſteriũ, quod pullũ aſinæ ſolui iuſsit in euãgelio,
& ipſe dominus Ieſus ſedit ſuper eũ, vt alligatus ad vitẽ
perpetua ſanctorũ ſuauitate requieſceret. Lauit, inquit,
C in vino ſtolam ſuam. Bona ſtola eſt caro Chriſti, quæ oĩ
um peccata operuit, omnium delicta ſuſcepit, omnium
errores texit. Bona ſtola, quæ vniuerſos induit veſte iu-
cunditatis. Lauit hanc ſtolam in vino, quando cum ba-
† Iordane ptizaretur in Euphrate, † deſcendit ſpiritus ſanctus ſi-
cut colũba, & manſit ſuper eũ. Quo ſignificatur q̃d ple
nitudo ſpiritus ſancti indiuidua in eo fuerit, nec receſſe
Lucæ.4. rit. Vnde & euangeliſta ait: Quia plenus ſpiritu ſancto
dominus Ieſus regreſsus eſt ab Iordane. Lauit ergo Ie-
ſus ſtolam ſuam, non vt ſuam, quæ non erat, ſed vt no-
ſtram quę erat ſordem ablueret. Denicq; ait: Et in ſangui
ne vuæ anaboladiũ ſuum, hoc eſt, in paſsione corporis
ſui diluit gentes ſuo ſanguine. Etenim verbi anaboladi
um gentes ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Viuo ego dicit domi
Pſal.101. nus, niſi omnes eos induam ſicut veſtimentum. Et alibi:
Sicut amictũ mutabis eos, & mutabũtur. Non ergo ſan-
guine proprio ſua peccata quæ nõ erant, ſed noſtra quæ
fecimus delicta mundauit. Et bene vuã dixit, quia ſicut
Ioan.19. vua pepẽdit in ligno. Ipſe eſt vitis, ipſe vua. Vitis, ligno
adhærens. Vua, quia lancea militis apertum latus emiſit
aquam & ſanguinẽ. Sicut enim dixit Ioannes: Quia exi
uit de eo aqua & ſanguis. Aqua ad lauacrum, ſãguis ad
precium. Aqua nos abluit, ſanguis redemit. Et ideo ait
propheta, Hilares oculi eius vino, & dentes candidiores

quàm lac: ſignificans prophetas & apoſtolos. Alij enim D
ſicut oculi Chriſti præuiderunt & annunciauerunt eius
aduentũ, de quibus ipſe dicit: Abrahã diem meũ vidit, & Ioan.8.
gauiſus eſt. Et vnus de prophetis dicit: Vidi dominũ ſa-
baoth. quẽ videntes ſpirituali lætitia cõplebãtur. Alij ve-
ro, hoc eſt apoſtoli, quos dominus à peccatorũ labe mũ
dauit, ſuper lac candidiores facti ſunt, quos macula nul
la poſtea fuſcauit. Etenĩ lac tẽporale eſt, gratia aũt apo-
ſtolorũ perpetua manet, qui nobis ſpiritalia illa atq; cæ-
leſtia cõficientes alimenta, mẽtis internæ viſcera ſagina
runt. Sunt etiam qui mãdata domini lucida, quæ diuino
ore deprompta ſunt, ſicut lac nobis facta arbitrẽtur, qui
b⁹ nutriti ad panis cęleſtis peruenimus alimoniã. Vnde 1.Cor.3.
& Paulus ait: Lac vobis potũ dedi, non eſcam: nondum
enim poteratis. Corinthios in principio fidei potu lactis
imbuit. Sancti illi quorum fides annunciatur in vniuer
ſo mundo, tanq̃ ablactati eſca ſolidiore firmantur.

De benedictione Zabulon, & myſterijs illius.
Caput. V.

ZABVLON iuxta mare habitabit, & ipſe ſe- E
z cus acceſsus nauium, & pertẽdit vſq; ad Si
donẽ.) Ipſa nominis interpretatio melio-
ra promittit, eò quòd Latina expreſsio li-
berationẽ ſignificet à nocturnis, quod eſt
vtiq; bonũ, & eius qui ſperat in pẽnis domini, quẽ circũ
dat veritas eius, ne timeat à timore nocturno, & à nego-
cio perambulante in tenebris. Hic ergo Zabulon iuxta E
mare, inquit, habitabit, vt videat aliorũ naufragia, ipſe
immunis periculi, & ſpectet alios fluctuãtes in freto iſti⁹
mundi, qui circunferantur omni vento doctrinæ, ipſe ſi
dei radice immobilis perſeuerans, ſicut eſt ſacroſancta
eccleſia radicata atq; fundata in fide, ſpectãs hæreticorũ
procellas, & naufragia Iudæorum, quoniam gubernato
rem quẽ habuerant, abnegarunt. Circa fluctus itaq; ha-
bitat, non fluctibus cõmouetur, magiſq; ad ſubueniẽ-
dum parat aquã periculo obnoxiã, vt ſi qui tempeſtati-
bus acti grauibus cõfugere ad portum velint, præſto ſit
eccleſia tanq̃ portus ſalutis, quę expanſis brachijs in gre
mium tranquillitatis ſuæ vocet periclitantes, locum fi-
dæ ſtationis oſtẽdens. Eccleſię igitur in hoc ſeculo tanq̃
portus maritimi per littora diffuſa occurrunt laboran-
tibus, dicentes eſse credentibus refugiũ præparatũ, quo
ventis quaſsata naufigia poſsint ſubducere. In his eccle-
ſijs ſunt principes Zabulon, & principes Neptalim, ſi-
cut docet quinquageſimus ſeptimuſdecimus pſalmus.
quorum alij liberatores ſunt à tempeſtate nocturna, cla F
mantes: Abijciamus ergo opera tenebrarum, & indua- Roma.13.
mur arma lucis. Alij ſunt latitudinis apoſtolicæ, qui poſ
ſunt dicere: Os noſtrũ patet ad vos ô Corinthij, cor no- 2.Cor.6.
ſtrum dilatatum eſt. Ipſi ſunt iſti qui cum eſsent in tene
bris, lucem viderũt magnã, ſicut ꝓpheta teſtatur dicẽs:
Regio Zabulon, & regio Neptalim, via maris trans Ior-
danem, populus qui ſedebat in tenebris, viderũt lucem
magnam: qui ſedebant in regione vmbre mortis, lux or
ta eſt eis. Exploratores igitur ſecus acceſsus nauium po
ſuit dominus deus noſter patriarchæ huius hæredes, cu
ius cura pernigil & ſpiritalis ſucceſsio pertendit vſq; ad
Sidonem, hoc eſt vſque ad gẽtes peruenit, vt domini mi
ſericordia peccata abluat nationum. Sidon enim primi
tiuus eſt filius Cham, illius vtique qui propter irreuerẽ-
tiam paternæ pietatis maledictione damnatus eſt. Patris
ergo liberatio nocturna, tanq̃ in excubijs poſita propu-
gnaculi ſpiritalis, ne quis ſcopuloſa vitæ huius itinera
poſsit incedere, pertendit vſq; ad gratiſsimorum crimi
num peccatores, & Sidones ipſos, qui ante ſuperſtitione
vehementi venatores ſcelerum nũcupabantur, & vt in-
terpretatio docet, ſoluta hereditate maledicti donat, at-
que hæreditate benedictionis abſoluat, vt vbi maior rea
tus erat, ibi nunc vberior ſit gratia.

6 De benedictione Isachar, & mystica eius expositione.
Caput. VI.

ISACHAR bonum concupiuit, requiescens inter medias sortes, & videṡ requiem quia bona est, & terram quia pinguis, supposuit humerū suum ad laborandum, & factus est vir agricola.) Isachar merces dicitur, & ideo refertur ad Christū, quia est merces nostra, quod eum nobis ad spem salutis æternæ non auro, nō argento, sed fide & deuotione mercemur. Vnde & Dauid de ipso dicit: Ecce hæreditas domini filij merces fructus ventris. Et ideo dicit Moyses: Merces circa mare inhabitantium. Hic est qui bonū cō cupiuit ab initio, & quod malū est desiderare nesciuit. De quo Esaias ait: Priusquam sciat puer vocare patrem, aut matrē, non credidit malitiæ, eligens quod bonū est. Requieuit inter sortes veteris vel noui testamenti, vel in medio prophetarum. Idcóque inter moysen & Heliam medius apparuit, vt ostenderet nobis quod in eorū sermonibus requiem habeat, per quos plerique peccatis renunciantes credūt in deum viuum: vel quod ipsi sint testes resurrectionis eius, & beatæ quietis. Itaque vt ad resurrectionis suæ gratiam vocaret gentes (ipsa est enim pinguis & fertilis terra, quæ fructus generat æternos, fructus centesimos & sexagesimos) subiecit humerum suum ad laborandum, subijciens se cruci, vt nostra peccata portaret. Ideóque dicit propheta: Cuius principatus H super humerum eius, hoc est super corporis passionem diuinitatis potestas, vel crux supereminēs corpori. Supposuit ergo humerum incumbens aratro, omnibus subeundis contumelijs patiens, ita subiectus labori, vt vulneraretur propter iniquitates nostras, vt infirmaretur propter peccata nostra. Et factus est agricola, sciens terram suam bono seminare frumento, & fructiferas arbores alta radice plantare.

Psal. 126.
Esaiæ. 8.
Esaiæ. 9.

De prophetica benedictione Dan, ac mystico eiusdem intellectu. Caput VII.

DAN iudicabit populū suū tanq̄ vna tribus Israel. Et factus est Dan ipse serpens in via sedens, & in semita mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorsum, salutem expectans à domino.) Simplex quidem intellectus hoc habet, quod etiam Dan tribus iudicē dederit in Israel. Etenim post Iesum Naue iudices fuerūt plebis de diuersis tribub⁹. Fuit autē & Samson de tribu Dan, & iudicauit Israel viginti I annis. Sed non hunc ꝓphetia significat, sed Antichristū qui futurus est ex tribu Dan. Sæuus iudex, & tyrānus immanis, iudicabit populum suum. Tanquā serpens in via sedēs deijcere tētabit eos qui viā ambulāt veritatis, supplātare cupiēs veritatē. Hoc est enim mordere equi calcaneum, vt veneni suffusione equus saucius, & vulnera tus dente serpentis leuet calcaneum suum: sicut Iudas, ꝑditor tentatus à diabolo super dominum Iesum leuauit calcaneum suum, vt deijceret equitem, qui se deiecit vt oēs leuaret. Cecidit igitur non prostratus in faciē, quasi dormitās, sed retrorsum, vt à superioribus ad priora se extendēs, à domino expectaret salutē. Sciebat enim se resuscitandū, & ideo iacentē Adā expectabat erigere. Vnde nos cum bene in via currimus, caueamus necubi serpēs lateat in semita, & subruat vestigiū equi, hoc est corporis nostri, & deijciat subito equitē dormientē. Nam si vigilamus, cauere debemus aliquaten⁹ & morsus declinare serpētis, Non ergo nos opprimat somnus negligētiæ, somnus seculi, non opprimat diuitiarū somnus, ne de nobis dicatur: Obdormierūt somnū suū, & nihil inuenerūt omnes viri diuitiarum. Sed sunt & equites dormientes, de quibus scriptum est: Dormierunt qui ascenderunt equos. Si auaritia pectus tuum vulneret, si libido inflammet, dormis eques, & ideo corpus tuum, hoc est, equum tuum non potes refrenare. Vigila ergo, vt etiam si deiectus fueris, hoc est mortuus fueris, non obdormias. Qui enim obdormiunt somnum suum, nihil inueniunt. Tu autem expecta salutem à domino venturam, respice vt gratiam resurrectionis inuenias. Dormiebat Iudas, denique verba Christi nō audiebat. Dormiebat Iudas, equidem somnum diuitiarum, qui mercedem de ꝑditione quærebat. Vidit eum dormiētem diabolus, & oppressū auaritię somno grauj: misit se coram eius, vulnerauit eum, deiecit equitem, quem separauit à Christo. Hāc tribum benedixit Moyses, dicens: Dan catulus leonis, & effugiet ex Basan, hoc est ex confusione. Vnde secundū Grācum magis intelligere debemus, ex quo Latinus trā stulit, quod Dan ipse factus sit serpens in via sedēs. Dan iudicium interpretatur. Et ideo graue iudicij periculū tribus ista subijt, qui serpens illapsus Antichristus est, q currentem suis sauciaret venenis. Sed tamen ipsa tribus liberabitur à confusione, cum fuerit confessa equitē resurgentem, qui ait: Qui me confessus fuerit coram hominibus, cōfitebor & ego eum coram patre meo qui est in cælis. qui autē me confusus fuerit coram hominibus, confundam & ego eum corā patre meo qui in cælis est.

K
Deut. 33.
Lucæ. 12.

De benedictione Gad, & mystica interpretatione.
Caput VIII.

RAD tentatio. Tentauit eum & ipse, tētauit eum secus pedes.) Tentatio est congregatio & astutia Scribarum & sacerdotum, qui dominū de tributo Cæsaris, & de Ioannis baptismate (vt docuit scriptura) tentabāt, quib⁹ dominus Iesus in sua iustitia tentamentum retorsit. Secus pedes, hoc est continuo sine vlla deliberatione referens, quo tētantes magis ipse conclude ret. Dicentibus enim, In qua potestate hæc facis? non ad quæsita respondit, sed etiā ipse ꝓposuit dicens: Interrogabo & ego vos vnū verbū: quod si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hęc facio. Iterum dicentibus, Licet tributum dare Cæsari, an non? ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. Et offerentes iterū interrogauit: Cuius est imago & superscriptio? Dicūt ei: Cæsaris. Vbi igitur eos ligauit ipsorum sermonibus, ipsorum obligatione constrinxit, tunc ait illis: Reddite quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt dei, deo: vt cōtra verba sua venire nō possent. Deniq; mirati abierunt ab eo. Sed nō est mirum si secus pedes respōdebat, qui āte pedes videbat. Exposuit Moyses euidenter hanc prophetiā Iacob sancti esse de Christo. Sic enim ait: Benedict⁹ qui ampliauit Gad. Sicut leo requieuit cōfringens brachia & princeps, & vidit ab initio suo, quia ibi diuisa est terra principum collectorum simul cum principibus populorum: Iustitiā fecit dominus & iudicium in Israel. Agnoscimus itaq; quis requieuerit sicut leo, confregerit brachia potentiū, quis ab initio diuisiones tentationū vidit. Ibi igitur hiatus est terræ qui absorbeat calūniantes, vbi tentatio perfidorū est.

L
Mat. 21.
Mat. 22.
M
Deute. 33.

De benedictione Aser, & de mysterio eiusdem.
Caput IX.

ASER, pinguis eius panis, & ipse dabit escā principibus.) Aser interpretatione latina significat diuitias. Quis igitur dines, nisi vbi altitudo diuitiarum est sapientiæ & scientiæ? Quis dines nisi dominus Iesus, qui abundat semp, & nunq̄ deficit: Paup venit in hūc mundum, & oibus abundauit, vniuersos repleuit. Quātus est in diuitijs, qui pauptate sua oēs diuites fecit? Sed pauper ꝓpter nos, dines cum patre. Paup ille, vt nos ab inopia vendicaret, sicut Apostolus docet dicens: Quia propter vos pauper factus est cum dines esset, vt illi⁹ inopia vos ditaremini. Cuius inopia ditat, sanat fimbria, fames satiat, mors viuificat, sepultura resuscitat. Hic ergo dines est thesaurus, huius pinguis panis: quem qui manducauerit, esurire non poterit. Hunc panem dedit Apostolis, vt diuiderent populo credentium, hodiēque

N
2. Cor. 8.

A dat nobis eum, quem ipse quotidie sacerdos consecrat suis verbis. Hic ergo panis factus est esca sanctorū. Possumus & ipsum dominum accipere, qui suā carnē nobis
Ioan. 6. dedit, sicut ipse ait: Ego sum panis vitæ. Patres vestri mā ducauerūt māna in deserto, & mortui sunt: hic est autē panis qui de cælo descēdit, vt si quis ex eo māducauerit, nō moriatur. Et ne quis putaret quia de hac morte dicit quæ per animę & corporis secessionē venit, & iure dubitet, cū sciat sanctos apostolos hac morte esse defunctos, addidit: Ego sū panis viuus, qui de cælo descēdi. Si quis māducauerit ex hoc, viuet in æternū, hoc est, nō de ꝛēporali vita dixi supra, nec de morte istius vitæ, qua etiam si quis mortuus fuerit, tamen si panē meū acceperit, viuet in æternum. Ille enim accipit, qui seipsum ꝓbat: qui aūt accipit, non moritur peccatoris morte, quia panis hic remissio peccatorū est. Moyses quoq; pulcherrime pro
Deute. 33. phetauit in benedictionibus suis, dicēs: Benedictus à filijs Aser, & erit acceptus à fratribus suis, & intinget in oleo pedē suū, ferrū & æs calceamentū eius. Et sicut dies tui sunt, sic erunt virtutes tuæ. Non est quisquā sicut est deus tuus in cælo, adiutor tuus, & magnus dominus firmamenti, & protegēs deus initij, & per vires brachiorū potentiū eiecit à facie tua inimicū, dicēs, pereat. Et inhabitabit Israel fidens solus super terram Iacob in frumē
B to & vino, & cælum tibi cum nebula roris erit.

De benedictione Neptalim, & mystica illius declaratione. Caput X.

NEPTALIM vitis remissa porrigens in germine decorem.) Sarmentū vitis aliud amputatur, quod videtur inutile, ne cassa vitis sarmētorum exultatione luxuriet, & aliud pauliſper reciditur ac remittitur, vt fructū afferat, cui⁹ decus in generatione porrigitur, quia dum ad superna se subrigit, vitē amplectitur, & ad verticem ascendēs iugi quædā colla vitiū precioſi palmitis vestit monili. Est & ille decorus in generatiōe, quia plenis palmitibus multus fructus exundat. Decorū hoc, sed multo illud pulchrius, quod hærentē palmitem vitis significat spiritalis, cuius nos sarmentū sumus, & fructū afferre possumus si maneamus in vite: sin autē, præcidimur.
Deute. 33. Sāctus patriarcha Neptalim erat palmes abundās: Vnde & Moyses dicit: Neptalim satietas accipientiū, replebitur benedictione à domino, mare & Aphricū possidebit: exponēs hoc quod Iacob dixerat, quid sit vitis remissa per fidei gratiā, hoc est, vinculis mortis exutus, in quo
C significatur populus dei ad libertatē fidei, & vbertatem vocatus gratiæ, toto orbe diffusus, qui iugū Christi bono fructu vestiat, & ligna veræ illius vitis, hoc est mysteria dominicæ crucis ambiat, nec timeat cōfessionis eius periculū, sed magis etiā in persecutionibus posit⁹ Christi nomine glorietur. Hic est vere remiss⁹ à vinculis, qui
Malac. 4. nullo nexu formidinis alligetur. Vnde propheta dicit: Exibūt, & trepidabūt sicut vituli resoluti viculis. Idcóq; in germine suo decorē porrigit, quia in loco pascuę collocatus, & super aquam refectionis educatus, per sacramēta regenerationis suæ germinat bonū verbi decorē, & assumitur in illā pulcherrimā Christi gratiā qui potest venustatē tui decoris augere. Deniq; super oēs decorus quod habet, donat: quia nemo potest donare qā non
Psal. 92. habet. Ideoq; dictū est: Domin⁹ regnauit, decorē idutus. Induit enim decorē ecclesiæ gratiā, quæ in illo lauacro deponens fœditatem omnium delictorū, splendore gratiæ cælestis enituit. Idcoq; sponsus de ea dicit, Quæ nam est hæc prospiciens tanquā diluculū, electa sicut sol, speciosa sicut luna, mirabilis sicut ornatus?

De benedictione Ioseph, & qua ratione super omnes filios eum pater vberius prosecutus sit, ac de mystica illius benedictionis expositione. Caput XI.

VNC vt tanq̄ epilogo quodā cōcludamus historiam, sicut & scriptura diuina cōclusit, prophetiā sancti Iacob de sācti Ioseph nomine digeramus.) Filius meus amplian
N dus Ioseph, filius ampliādus meus zelat⁹, filius meus adolescētior, ad me reuertere. In quē cōsilia cōferētes maledicebāt, & intēdebāt in eū domini arcū, & cōtriti sunt cum potētia arcus eorū, & dissoluti sunt nerui brachiorū manus eorū per manus potētis Iacob. Ille qui prævaluit à deo Israel patritio, & adiuuit te de⁹ meus, & benedixit te benedictione cæli à summo, & benedictione terræ habentis omnia, propter benedictionē vberū & vulvæ, benedictiones patris tui & matris prævaluit. Benedictiones montiū manentiū, & desideria collium æternorum erūt super caput Ioseph, & super caput eorum quibus præfuit frattum. Quæ causa est quōd sup omnes filios Ioseph vberius, ꝑsecutus est pater, nisi quia præfigurata in eo iam Christi videbat mysteria? Vnde benedicens illum magis qui expectabatur, quàm illum qui videbatur, ait: Filius ampliandus meus Ioseph. Quis est ampliandus, nisi Christus, cuius gratia semper augetur, & finē processus sui non habet gloria? De quo & Io Ioan. 3.
annes dicit: Illum oportet crescere, me autem minorari: quia per illius illud salutare perfectumq; nomē cumulata est in hoc mundo & abundauit gratia. Filius meus ampliādus. Et ideo quia videbant eū crescere fratres, & inuidere cœperunt. Intelligibilis aūtē Ioseph & ꝛelum incidit ab ijs quos magis fouebat. Deniq; dicebat: Nō ve Matth. 15.
ni nisi ad oues perditas domus Israel. Et illi dicebāt: Nescimus vnde sit. Ille curabat eos, & illi negabāt eum. Fi- Ioan. 9.
lius, inquit, meus adolescentior. Reuera adolescentior, E
qui erat pene vltimus natorū. Deniq; & scriptura dicit: Amabat eū Iacob, quia filius erat senectutis illi⁹. Quod etiā ad Christū refertur. Senescenti enim mundo & iam occidenti illucescens dei filius per Mariæ virginis partum, sero aduenit, quasi filius senectutis secūdum sacramentum susceptī corporis, qui erat ante secula semper apud patrem. Vnde dicit ad eū pater: Ad me reuertere. vocans eum ad cælū de terris, quē propter nostrā salutē miserat. Itaq; resuscitās filiū suum vnigenitū, euacuauit consiliū maledicentiū. Vnde & Esaias dicit: Vanum consilium spiritus vestri. Et contritia quæ quasi iaculātes sagittas dirigebant, soluit omnia, cōtriuit eorū potentiam qui in suis virtutibus, & nō in deo cōfidentes erant. Ille, inquit, qui prævaluit à deo Israel patri tuo, & adiuuit te deus meus. Quis est qui confortauit Israel, & adiuuit filium, nisi solus deus pater? qui dixit: Iacob puer meus, sustscipiam eum: Israel electus meus, susceptat eum anima mea. Et benedixit eum benedictione cæli desuper, & benedictione terræ habentis omnia. Omnia enim subiecit F
ei, cælestia sicut benedictionē cæli, & terrena sicut benedictionē terræ, vt & hominibus & angelis dominaretur. Itaq; in illo velut contemptibili corpore prævaluisti, inquit, propter benedictionē vberū & vulvæ. Benedictiones patris tui, & matris vbera: vel duo testamenta dixit, quorū altero annunciatus est, altero demōstratus. Et bene vbera, quoniam velut quodam nos spiritali lacte nutritos educauit, & obtulit deo filios. Vel Mariæ dicit vbera, quæ vere benedicta erant, quibus sancta virgo populo domini potum lactis immulsit. Vnde & illa mulier in
Lucæ. 11. euangelio ait, Beatus vēter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Quod autem ait: Vulvæ benedictionem patris tui & matris. Si vulvam solam Mariæ velimus intelligere, cur vtrunque benedictione coniunxerit, latebit causa. Potuit enim dicere de sola vulva matris. Sed pulchrius arbitror, vt secundum spiritale mysterium intelligamus vtranque generationem domini Iesu, & secūdum diuinitatem, & secundum carnem, qui ante secula est generatus ex patre. Vnde & pater ait: Eructauit cor meum
Psal. 44. verbum: eò quòd ex illa intima, eò quòd irrepreheñsibili patris processit substantia, & in ipso est semper. Vnde

Ioānis.1. & euangelista ait:Deum nemo vidit vnquam, nisi vnige
G nitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Sicut er
go sinus patris spiritalis intelligitur intimum quoddam
paternæ charitatis, naturæq; secretum, in quo semper est
filius, ita etiam patris spiritalis est vulua, interioris arca
num, de quo tanquam ex genitali aluo processit filius.
Denique diuerse legimus, nunc vuluam patris, nūc cor
eius quo verbum eructauit, nunc os eius ex quo iustitia
Eccli.24. processit, ex quo prodiuit sapientia, sicut ipse ait: Ex ore
altissimi prodiui. Ita cum vnum nō definitur, & vnum
omnia sonāt, spiritale magis mysteriū generationis pa-
ternæ q̄ membrū aliquod corporale significat. Sed sicut
illā ex patre generationē intelligimus, ita etiā ad cōsum
mationē fidei generationē Mariæ intelligamus, quando
benedicitur vulua matris, illa vtique Mariæ virginalis,
Hiere.1. quæ nobis edidit dominum Iesum. De quo partu dicit
dominus per Hieremiam prophetam: Priusquam te for
marem in vtero, noui te: & priusquā exires de vulua ma
tris, sanctificaui te. Geminā igitur Propheta in Christo
substantiam declarauit, diuinitatis, & carnis: alteram ex
patre, alteram ex virgine, ita tamen vt non exors suæ es
set diuinitatis cum ex virgine nasceretur, & esset in cor
pore. Vnde & conualuit super omnes montes, & deside
ria collium æternorum. Super omnes enim illos sublī
mis meriti viros, patriarchas, & pphetas, & apostolos,
Lucæ.6. sed etiam vltra solem, lunam, archangelos, tanq̄ cæli lu
men emicuit, sicut ipse ait: Non est discipulus super ma
gistrum, nec seruus super dominum. Quis enim illorū
H fuit cui subiecta essent omnia, quib⁹ ipse donauit quod
1.Cor.11. erant? In quo benedicuntur omnes sancti eius, quia ipse
est super capita omniū caput. Caput enim mulieris, vir:
caput viri, Christus. Et super vertices montiū, quia ipse
est supereminēs vertex vniuersorum. Sed iustorum est
vertex altissim⁹, quos fratres vocauit, acquisitos per gra
tiam, & quoddam regenerationis consortium. Vnde ex
fratribus Ioseph illos magis fratres intelligimus, de qui
Psal.21. bus dicit in Psalmo: Narrabo nomen tuū fratribus me-
is, in medio ecclesiæ laudabo te. Denique & Moyses cō-
pleturus vitæ istius cursum cum benediceret tribum Io
seph, nō illum vtique defunctum Ioseph, sed Christum
Deut.33. benedicebat, sicut habes scriptum de Ioseph: A benedi-
ctione domini, terra eius, à finibus cæli, & à rore, & abys
sis fontiū deorsum, & secundū horam factam solis cur-
sus, & à cōuenientibus mensibus, & à vertice montiū ab
initio, & à vertice collium æternorū, & ad horam terræ
plenitudinis, & ab eo qui visus est in rubo, veniat super
caput Ioseph benedictio, & super verticē ipsius, honori
ficus sit inter fratres. Primogenitus tauri decus eius, cor
nua vnicornui. In ipsis gentes ventilabit, simulq; ad ex-
tremum terræ ipse mysteria de se fremet, & ipse chilia-
des. Manasses benedictio eadem est, quæ omnē habet &
I cælestium & terrestriū plenitudinē, & specialem Christi
Exod.3. gratiam. Qui visus in rubo dixit ad ipsum Moysen: Sol
ue calceamentum pedum tuorum. Qui est super omnes
deos, quia ipse est caput corporis ecclesiæ. Qui est prin-
cipium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse
Colos.1. primatum tenens, quoniam in ipso complacuit omnem
plenitudinem inhabitare. Et ideo soli benedictionis hu
ius prærogatiua defertur, à summitate cæli vsq; ad extre
mū terræ. Ipse est enim ante oēs, in quo cōstant omnia,
qui etiam per sanguinem crucis suæ pacificauit omnia,
siue quæ in cælo, siue quæ in terris sunt. Cuius typū præ-
ferens pulchre benedicitur sanctus Ioseph, vt honorifi
cetur inter fratres. Primogenitus tauri decus eius, habēs
cornua vnicornui, in quibus gentes ventilabit. Et bene
taurus, quasi hostia pro delictis, & totius mūdi victima,
vt pacificaret omnia. Cuius decus sanctum. Omne enim
sanctum primogenitum, sicut alibi demonstrauimus.
Vnde & Leui non ætatis ordine, sed sacræ successionis
prærogatiua primogenitus meruit nuncupari. Et vere
sanctum decus eius, de quo scriptū est resurgēte: Specio
sus forma præ filijs hominum: quia ipse est primogeni- Psal.44.
K tus ex mortuis, habens cornua vnicornui. Sed cum dixe
rit cornua, quomodo posuit vnicornui, requirendum,
cum ipse vnicornuus inter generationes feratum, vt pe
riti aiunt, non inueniatur. Et ideo verbum vnicum ma-
gis æstimare debemus, quia substantiuū verbū dei vnū
1. Reg.2. est, non multa verba. Vnde & Anna ait: Dominus iudi-
cat fines terræ, & dabit virtutem regi, & exaltabit cornu
Christi. Et Esaias ait: Vinea facta est dilecto in cornu in
Esaiæ.5. loco vberi, quoniam in dei filio vnigenito floret eccle-
sia, tenens vnicū dei verbū, in quo est virtutis atq; sapiē-
tię plenitudo, cui⁹ vbertate seges fidei pullulauit. Quod
verbum sequuntur sancti. Decem milia, inquit, Effrē, &
Deute.33. milia Manasse, id est, & Iudæorum & Gentium domine
tur, & ex vtroque populo acquirat sibi ecclesiæ plenitu-
dinē. Ideoq; dexterā suam super Effrem posuit sanctus
Iacob, eò quòd legis dicēte ecclesia in Canticis cantico-
Canti.5. rū: Frater meus candidus & rubeus, electus ex decē mi-
1.Reg.18. libus. Denicq; etiam Dauid iuuenculę Mariæ authorē, ex
cuius successione Christus est natus per virginis partū,
in decē milibus prædicabāt, Saul autē in milibus, cū re-
uerentię gratiā circa regē magis proponere debuissent.
Qui ergo cornu Christi exaltauerit cōfessus eius glori-
am, ipse quoque accipiet cornua. Vnde etiam sancti vni
Psal.28. cornui dicti sunt in psalmi versiculo: Et dilectus quem-
admodū filius vnicornuorū. Etenim sicut animal huius
modi cū ei oriuntur cornua, processum significat ple-
nioris ætatis: ita cum è capite quædā nostræ animæ cor-
nua pullulare cœperint, pcessum videtur perfectioris si
gnificare virtutis, & tamdiu crescūt quàm diu cōpleant-
tur. Hoc cornu dominus Iesus cōminuit gētes, vt superstitionē obtereret, salutē redderet, sicut ipse ait: Percu-
Psal.43. tiā, & sanabo. Ideoq; tanq̄ imitator tauri huius ,pheta
dicit: In te inimicos nostros vētilabimus, id est altitudi-
nē omnē eleuantē se aduersus dei scientiā destruētes. Et L
ideo iuxta legē mūda animalia cornua habet. Lex enim
spiritalis est. Qui enim possunt seculi huius illecebras
verbo dei & virtutis obseruantia propulsare, cornibus
velut quibusdam capitis sui armis videtur esse muniti.
Meritoq; & tuba cornea dicitur virtus sermonis mira-
bilis, quæ bonos Christi milites accendit ad prælium, vt
de hoste diabolo manubias reportemus. In acie igitur
sumus, & plurimos ex nobis videmus in aduersarij ca-
stris esse captiuos: hi nobis iugo grauissimo exuēdi sūt.

De benedictione Beniamin, & mystica representatio
ne eiusdem. Caput XII.

PLVRIMOS lupos habet diabolus, quos ad
Christi oues dirigit, & ideo intelligibilis
Ioseph vt oues seruaret suas, ipsum inimi
cū venientē ad diripiēdas oues rapuit lu- M
pum Paulū, faciens ex persecutore docto
rē. De quo dicit Iacob, sicut scriptū est: Beniamin lupus
rapax mane edet adhuc, & ad vesperū diuidet escā prin
cipibus. Lupus erat cū dispergeret & deuoraret oues ec
clesiæ. Sed qui lupus venerat, pastor est factus. Lup⁹ erat
cū Saulus erat, quādo intrabat in domos, & viros ac mu
lieres trahebat in carcerē. Lupus erat quādo spirās mi-
nas & homicidia in discipulos domini, petebat epistо-
las à principe sacerdotum, vt inuaderet seruos Christi.
Quē tāq̄ lupū nocturnis tenebris oberrātē offusa Iesus
luce cęcauit. Ideo Rachel cū pareret Beniamin, vocauit
nomē eius, filius doloris mei: futurū ,pphetās ex ea tribu
Paululū, qui affligeret filios ecclesię pśecutiōis suæ tēpo
re, & grauі matrē dolore vexaret. Sed tamē idem postea
principibus escā posteriore diuisit tēpore, euāgelizās
gentibus dei verbum, & plurimos ad fidem prouocans,
qui eo disputāte, sicut legatus Pauli proconsulis, & Pu-
blius princeps, domini gratiam receperunt. Pulchre eti
am Moyses cum benediceret Beniamin tribum, dixit:

Deut.33. Dilectus à domino, habitabit fidēs, & deus obūbrabit su
A per eum omnibus diebus, & inter humeros requiescet
dilectus à domino. Qui etiā vas electionis est fact⁹: Nec
enī aliter nisi domini est miseratione & amore cōuers⁹
Vnde & ipse nihil merito tribuens suo, sed totum defe-
rens Christo ait: Ego enim sum minimus apostolorum,
qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecu
tus sum ecclesiam dei. Gratia autē dei sum id quod sum
& gratia eius egena in me non fuit. Habitabit fidens in
domo quā ante vastabat, habitabit ī tabernaculis Chri-
sti, qui ante sicut lupus errabat in siluis. Et deus obum
brauit super eum, quando visus est ei Christus. Qui li-
cet apertis oculis videret nihil, tamen Christū videbat.
Et merito videbat præsentem, quem etiam audiebat lo-
quentem. Non cæcitatis est obumbratio ista, sed gratiæ.
Lucę.1. Denique Mariæ dicitur: Spiritus sanctus superueniet in
te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et inter humeros
requiesceret, hoc est, inter bonos actus, & opera preciosa.
Nam & suprà habes quòd Isachar suppposuit humerum
suum ad laborandum, & factus est vir agricola. Quem
Cor.3. Paulus imitatus posuit fidei nouella plantaria, ideoque
quasi bonus agricula dixit: Ego plātaui, Apollo rigauit.

FINIS.

B CAPITA LIBRI DE NABV-
THE IEZRAELITA

Quomodo exemplo Nabuthe & Achab regis Israel
pauperes quotidie à diuitibus opprimātur, cum tamē
natura omnes æquales produxerit. Caput I.
Quod homines quāto ditiores cēsu, tanto pauperiores
affectu. Et quos insatiabilis auaritia grad⁹ habeat. Et
quid hæc vox, da mihi, præ se ferat, Caput II.
Quod omnia animantia socialia sint, & cōmerciū viuē-
di quærant: solus autem homo cōsortem excludat, so
lúsque omnia possidere contendat. Et quàm turpe sit
agrum paternum pro vili vsu alienare Cap. III.
De reprehensione diuitum, qui magis alienum quàm
suum panem manducant, & quod ideo miseræ luant
paupertatis erumnas. Caput. IIII.
Quod mensa diuitum, multorum pauperū instruitur sā
guine. Et de patre qui cogebatur à diuite, cuius men-
sę vinum defuit, vt filiū venderet. Et quomō sępe mu
lieres incitamēta sint extorsiōis à pauperib⁹. Ca.v.
C Quod nullæ diuitiæ aliquid conferre possint contra im
minentem fati necessitatem, & vnde diuites appellen
tur. Quodq; diues dormire nō possit, nec ipse se quie
tum esse patiatur, Caput. VI.
Quod diuites qui humanitatis prędicatione imitari de
berent sanctum Ioseph, potius de bonis faciant mala,
quàm de malis bona acquirant, et in quæ horrea diui
tes frumenta condere debeāt. Caput. VII
De admonitione diuitis vt timeat, & spe vana non fal-
latur, ac reprehensione eorū qui dicūt nihil dādū pau
peribus, qa de⁹ eos maledixerit vt egerent. Ca. VIII.
Quomodo Iezabel quæ est auaritia, promittat diuitib⁹
contra iustitiā possessionem quam desiderāt. Ca. IX.
De consuetudine diuitū qui cōtristantur si aliena rape-
re non possunt. Et quid facere debeant vt deus vel eo
rū preces exaudiat, vel eorū ieiuniū respiciat. Cap. X.
Quid est quod duo falsi testes atteстati sunt Nabuthe
deum benedixisse & regem. Et quomodo diuites cū
calūniati nocuerint, simulēt se dolere. Et quid sibi ve
lit qd meretrices lauerūt se in sāguine Achab. Ca. XI
Quod omnis auarus pauperiorem se iudicet, eò quòd
sibi deesse arbitrētur quicquid ab aliis possidetūr: et
quomodo Helias Achab inuenisse dicatur. Quomo-
do etiam diues puteū suū exundantem vsu aliquo ex
ercere, non ocio corrumpi sinere debeat. Cap. XII.
Quod stulta sit superbia diuitum gloriantium de no-
bilitatis prosapia. Et quod meritum hæredum non in D
auro, sed in virtute consistat. Caput XIII.
Quomodo diuites custodes sint & seruі diuitiarum: &
ideo illas potius pauperibus erogare debeant pro me
lioribus rebus acquirēdis. Et de pauperibus abundan
tibus, & diuitibus egentibus. Caput. XIIII.
Quod omnes viri diuitiarū inspiētes dicātur, & corde
turbati, & quomodo dormiāt somnū suū. Quomodo
etiam dormitarint qui ascēderūt equos. Cap. XV.
Quomodo diuites quiescere & feriari debeāt à flagitiis
& cōfiteri domino in fide, humilitate, & deuota ora-
tione, & quòd multi diuites propter perfidiam periq-
rint. Caput. XVI.
Quemadmodum Achab dicatur cōmotus ante faciem
dei, vt in diebus eius non inducerentur super eum ma
la. Et quod dominus etiam circa indignos promissa
sua seruet. Caput XVII.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPI-
SCOPI DE NABVTHE IEZRA-
ELITA LIBER VNVS.

Quomodo exemplo Nabuthe & Achab regis Israel
pauperes quotidie à diuitibus opprimantur, cum tamen
natura omnes æquales produxerit. Caput. I.

NABVTHE HISToria tempore ve E
tus est, vsu quotidiana. Quis enī
diuitum non quotidie concupi-
scit aliena? Quis opulentissimo-
rum non exturbare contendit a-
gellulo suo pauperem, atque ino
pem auiti ruris eliminare finibus
Quis contentus est suo? Cuius
non inflammat diuitis animum vicina possessio? Non
igitur vnus Achab natus est, sed quod peius est, quotidie
Achab nascitur, & nūquam huic seculo moritur. Si vn⁹
occidat, asurgunt plurimi: plures qui rapiāt, quàm qui
amittant. Non vnus Nabuthe pauper occisus est: quoti-
die Nabuthe sternitur, quotidie pauper occiditur. Hoc
metu percitum humanum genus cedit iam suis terris,
migrat cum paruulis pauper onustus pignore suo, se-
quitur vxor illachrymans tanquam ad bustum prose-
quatur maritum. Minus tamen deplorat illa, quæ deflet F
suorum funera: quia etsi amisit coniugis præsidium, se-
pulchum patet: etsi filios non tenet, tamen exules non
dolet, non ingemit grauiora funeribus teneræ prolis ie-
iunia. Quousq; extenditis diuites insanas cupiditates?
Nunquid soli habitabitis super terrā? Cur eiicitis cōsor
tem naturæ, & vindicatis possessionem naturæ? In con-
mune omnibus diuitibus atq; pauperibus terra fundata
est. Cur vobis ius propriū soli diuites arrogatis? Nescit
natura diuites, quæ omnes pauperes genera at. Neq; enim
cum vestimentis nascimur, nec cū auro argētoq; genera
mur. Nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, pocu-
lo. nudos recipit terra quos edidit, nescit fines possessio
num sepulchro includere. Cespes angustus æquè & pau
peri abundat & diuiti: & terra quę viuētis non cœpit af
fectum, iam diuitem capit. Nescit ergo natura discerne-
re quando nascimur, nescit quando deficimus. Omnes
similes creat, omnes simili gremio claudit sepulchri.
Quis discernat species mortuorū? Redopeti terrā, & si
potes diuitem deprehende. Eruderato paulopost tumu-
lū, & si cognoscis, egētē argue: nisi forte hoc solū, quod
cum diuite plura perennt. Sericæ vestes, & auro intexta
velamina, quibus diuitis corpus ambitur, damna viuen
tium, non subsidia defunctorū sunt. Vnguentū accipis
diues postquàm mortuus es, & fœtid⁹ es. perdis alienam
gratiam, nec acquiris tuā. Hæredes relinquis qui litigent

G cum hæredibus, relinquis depositum magis hereditariũ quàm cõmodum volũtarium, qui quod relictum est minuere ac violare formident. Si frugi hæredes sunt, custodiunt: si luxuriosi, exhauriunt. Itaq; aut bonos hæredes perpetua condemnas solicitudine, aut malos dimittis, quo tua facta condemnent.

Quod homines quanto ditiores censu, tanto pauperiores affectu. Et quos insatiabilis auaritia gradus habeat. Et quid hæc vox, da mihi, præ se ferat. Caput. II.

SED quid arbitraris quod dum viuis abundas omnibus? O dives, nescis q̃ pauper sis, quàm inops tibiipsi videaris, qui te diuitem dicis? Quanto plus habueris, plus requiris: & quicquid acquisieris, tamen tibi adhuc indiges. Inflammatur lucro auaritia, nõ restinguitur. Quasi gradus quosdam cupiditas habet, quo plures ascenderit, eo ad altiora festinat, vnde sit grauis ruina lapsuro. Tolerabilius tamẽ iste cũ minus haberet, census contẽplatione mediocria requirebat. Accessione patrimonii accessit cupiditatis augmentum. Non vult esse degener votis, pauper in desideriis. Ità duo intolerabilia simul iungit, vt ambitiosam spem diuitis augeat, & non deponat mendicitatis affectum. Denique docet nos scriptura diuina quàm mi
H sere egeat, mendicet abiecte. Rex Achab in Israel erat, & pauper Nabuthe. Ille regni opibus affluebat, & tamen cessitẽ pauperis flagitabat: pauper nihil de possessionibus cõcupiuit diuitis. Rex sibi egere visus est, quia vineam habebat pauper vicin⁹. Quis igitur tibi pauper videtur? qui contentus est suo, an qui concupiscit alienum? Alter certe pauper censu videtur, alter pauper est affectu. Affectus dives egere non nouit, census abundãs nequit auari pectus explere. Ideoq; dives cupidus, in inuidia possessionis, & paupertatis querela est. Sed iã scripturæ verba cõsideremus. Et factum est, inquit, post hæc verba: Erat vinea Nabuthe Iezraelitæ in Israel iuxta domum Achab regis Samariæ. Et locutus est Achab ad Nabuthe dicens: Da mihi vineam tuam, & erit mihi in ortum olerum, quoniam propinquat domui meæ, & dabo tibi pro ea aliam vineam. Si vero placuerit tibi, dabo tibi pecuniam pro vinea ista, & erit mihi in ortum olerũ.
I Et dixit Nabuthe ad Achab: Non fiat hoc à deo, vt dem tibi hæreditatem patrum meorum. Et turbatus est spiritus eius, & dormiuit in lecto suo, & velauit faciem suam & non manducauit panem. Exposuerat suprà scriptura diuina quia Helisæus cum esset pauper, reliquit boues suos, & cucurrit ad Heliam, & occidit eos, & erogauit populo, & adhæsit prophetæ. Ad condemnationem igitur præmissa sunt diuitis qui i isto rege describitur, eò quòd habens beneficia dei, sicut iste Achab, cui dominus & regnum donauit, & pluuiam Heliæ vatis oratione concessit, diuina mandata violauerit. Audiamus ergo quid
Lucæ. II. dicat: Da mihi, inquit. Quæ alia vox egentis est? Quæ vox alia stipem publicam postulantis, nisi, da mihi? Hoc est, da mihi, quia egeo. Da mihi, quia aliud viuendi subsidium habere non possum. Da mihi, quia non est mihi panis ad victum, nummus ad potum, sumptus ad alimẽtum, ad indumentum substantia. Da mihi, quia tibi dominus dedit vnde largiri debeamus, mihi non dedit. Da mihi: nisi tu dederis, habere non potero. Da mihi, quia scriptũ est: Date eleemosynã. Hęc q̃ abiecta, q̃ vilia: Non habent eni humilitatis affectũ, sed cupiditatis incẽdium. In ipsa autem deiectione quanta impudentia? Da mihi, inquit, vineam tuam. Confitetur alienam, vt poscat indebitam. Et dabo, inquit, tibi pro ea aliam vineam. Dicit quod suum est quasi vile fastidit, quod alienum est quasi pretiosissimum concupiscit. Si vero placuerit tibi dabo tibi pecuniam. Cito reprehendit errorem suũ, pecuniã offerendo pro vinea. Nihil enim vult alienũ possidere, qui totũ desiderat suis possessionib⁹ occupare.

Quod omnia animantia socialia sint, & cõmercium K viuendi quærant: solus autem homo consortem excludat, solúsque omnia possidere contẽdat. Et quàm turpe sit agrum paternum pro vili vsu alienare. Caput III.

ET erit mihi, inquit, in ortum olerum. Hęc erat igitur omnis insania, hic omnis furor, vt spatium vilibus oleribus quæreretur. Non tam ergo ipsi cupitis quasi vtile possidere, sed alios vultis excludere. Maior vobis cura de pauperum spoliis, quàm de vestris emolumentis est. Iniuriã vestrã putatis si quid pauper habeat quod dignũ possessione diuitis æstimetur. Damnum vestrũ creditis quicquid alienum est. Quid vos delectãt naturæ dispendia? Vniuersis creatis est mundus, quem pauci diuites vobis defendere conamini. Non eni terrena tantũ possessio, sed cælum ipsum aer, mare, in vsum paucorum diuitum vẽdicatur. Hic ager quem tu diffusis includis possessionib⁹, quantos alere populos potest? Nunquid angeli diuisa cæli spatia habent, vt tu terram positis distinguas termi
Esaiæ. 5. nis? Clamat Propheta: Væ iis qui iungunt domum ad domum, & villam ad villam. Arguit eos inefficacis auaritiæ. Fugiunt enim cohabitare hominib⁹, & ideo ẽxcludunt vicinos. Sed fugere non possunt: quia cum hos excluserint, alios rursũ inueniunt: & cum illos propulsauerint, ad aliorũ necesse est eos viciniã peruenire. Soli enim super terram habitare non possunt. Auis auibus L se associat: denicq; ingẽtis plerumq; agminis volatu cælũ obtexitur: pecus pecori adiungitur, pisces piscibus, nec damnum ducunt, sed commercium viuẽdi, cũ plurimũ comitatum capiant, & quodã mumimẽtũ solatio frequentioris societatis affectant: Solus tu homo consortẽ excludis, includis feras, struis habitacula bestiarum, destruis hominum. Inducis mare intra prædia tua, ne desint beluæ, producis fines terræ, ne possis habere finitimum. Audiuimus vocem diuitis aliena quærentis. Audi amus v ocem pauperis propria vendicantis. Non fiat inquit, hoc à deo, vt dem tibi hereditatem patrum meorum, quasi quãdam cõtagionẽ sui pecuniã esse diuitis arbitretur: quasi dicat: Pecunia tua tecum sit in perditio
Actuũ. 8. nem. Ego autẽ hæreditatem patrum meorũ non possum vendere. Habes quod sequaris dives si sapias, vt non vẽdas agrum tuum pro nocte meretricis, non transfundas ius tuum pro sumptu comessationis, deliciarũq; impẽsis, non adiudices domũ tuam ad ludũ aleæ, ne ius hereditariæ pietatis amittas. His auditis turbatus est spiritus M auari regis: & dormiuit in lecto suo, & uelauit faciẽ suã, & non manducauit panem suum. Lugent diuites si non potuerint alẽna diripere, si suis pauper non cesserit facultatibus, vim mœroris tegere nõ possunt. Dormire desiderant, velant faciem suã, ne quicq̃ in orbe terrarũ alienum videant, ne quicq̃ in hoc mundo non esse suũ nouerint, ne audiãt vicinum iuxta se aliquid possidere, ne audiant pauperem sibi contradicentẽ. Horũ sunt animæ, quibus dicit Propheta: Mulieres diuites exurgite.

De reprehẽsione diuitum, qui magis alienũ quàm suum panem manducant, & quod ideo miserę luant paupertatis erumnas. Caput IIII.

ET nõ manducauit, inquit, panem suũ, quoniam quærebat alienũ. Etenim diuites magis alienũ panem q̃ suũ mãducãt, qui raptu viuũt, & rapinis sumptũ exercent suũ. Aut certe non manducauit panẽ suũ, volens se morte mulctare, quod ei aliqd negaretur. Cõpara nunc affectũ pauperis. Nihil habet, & iemnare voluntari⁹ nisi deo nescit, ieiunare nisi ex necessitate nõ nouit. Diuites eripitis quidẽ pauperib⁹ vniuersa, aufertis omnia, nihil relinquitis, pœnam tamẽ pauperum vos potius diuites sustinetis. Illi ieiunãt, cum nõ habeãt: vos nõ ieiunatis,

A cum habeatis. Vobis igitur prius pœnam exigitis, q̃ paueperibus erogetis. Vos igitur vestro affectu luitis miseræ paupertatis erumnas, & pauperes quidem non habẽt quo vtantur: vos autem nec ipsi vtimini, nec alios vti sinitis. Eruitis aurum de metalli venis, sed rursum absco ditis. Quantorum vitas in illo ifoditis auro? Cur illa seruantur, cũ legeritis de auaro diuite, Tesauros condit, & ignorat cui congregat eos? Hæres ociosus expectat, hæres fastidiosus increpat quod sero moriamini. Odit incremẽta hæreditatis suę, ad damna festinat. Quid igitur miserius, quando nec apud illum cui laboratis, gratias derelinq̃tis? Propter illum totis mœstam diẽb⁹ tolera-
B tis famem, cotidiana mẽsę vestrę damna metuentes. Proter illũ diurna adamatis ieiunia. Noui ego diuitẽ i agrũ ꝓficiscẽtẽ, panes breuiores vrbe delatos numerare solere, vt ꝓ numero panis ẽstimaretur quot dies i agro futurus esset. Nolebat obsignatũ aperire horreũ, ne qd de cõdito minueretur. Panis vnus singulis dieb⁹ deputabatur, q̃ tenacẽ vix satiare posset. Cõperi etiã viri fidem, si quãdo ei ouũ esset appositũ, queri quòd pullus esset occisꝰ. Hoc ideo scribo, vt cognoscatis vindicẽ esse dei iustitiã, quę lachrymas pauperũ vestro vlciscatur ieiunio.

Quod mensa diuitũ, multorum pauperum instruitur sanguine. Et de patre qui cogebatur à diuite cuius mẽsæ vinum defuit, vt filium venderet. Et quomodo sępe mulieres incitamenta sint extorsionis à pauperibus. Cap. V.

QVAM religiosum esset ieiunium, si sumptum conuiuii tui deputares pauperibus. Tolerabilior iam dies ille cuius de mensa ea quæ cadebant, pauper Lazarus colligebat, saturari cupiens: sed etiam ipsius mẽsa multorum pauperum constabat sanguine, & ipsius pocula multorum quos ad laqueum coegerat, rubebant cruore. Quanti necantur vt vobis quod delectat paretur? Funesta fames vestra, funesta luxuries: Ille de sũmis culminibus ruit, vt frumentis ampla vestris receptacula præparet. Ille de sublimi arboris cacumine decidit, dum genera vuarum explorat quæ deferat, quibus digna conuiuio tuo vina fundãtur. Ille mari mersus, dum veretur ne piscis mẽsæ tuæ desitat aut ostrea. Ille brumali frigore dum lepores inuestigare, aut laqueis studet aues captare, diriguit. Ille ante
C oculos tuos, si quid forte displicuit, verberatur ad mortem, atq; ipsas epulas fuso respergit cruore, Denicq; dives erat qui sibi ad mẽsam caput prophetæ pauperis iussit afferri, & aliud vnde saltatrici præmiũ solueret nõ inuenerat, nisi vt pauperem iuberet occidi. Vidi ego pauperẽ duci dũ cogeretur soluere quod nõ habebat, trahi ad carcerem quia vinum deesset ad mensam potentis, deducere in auctionẽ filios suos, vt ad tempus pœnam differre posset, inuẽtũ forte aliquẽ qui in illa necessitate subueniret. Redit ad hospitium cum suis pauper diruta spectans omnia, nihil sibi ad cibum relictũ, ingemiscẽs filiorum famẽ, dolens quod eos nõ potius ei qui posset pascere vendidisset. Redit ad consilium, vẽdendi sumit arbitrium. Compugnabant tamen inopiæ iniuria. & paternæ pietatis gratia. fames vrgebat precium, natura ad officium cõmori filiis paratus, q̃ à filiis separari, sæpe gradum protulit, sæpe reuocauit. Vicit tamẽ in eo necessitas, non voluntas, & ipsa cõcesit pietas necessitati. Cõsideremus nunc patriæ mẽtis procellas exæstuantis quẽ de liberis prius traderet. Quem, inquit, vendam priorem? Scio enim quod non satis est vnius preciũ ad pastũ reliquorũ, Hoc solũ dies fœcunditas ad erumnã. Quẽ offeram? Quem frumenti auctionator libenter aspiciat? Primogenitum offeram? Sed primus me patrẽ vocauit. Hic est maior ex filiis, quẽ cõgrue honoro senioré. Sed iuniorẽ dabo? At istum teneriore amore cõplector. Illũ erubesco, huius misereor. Illius gradũ suspiro, huiꝰ ętatem. Ille iam sentit erumnã, iste ignorat. Flectit me illiꝰ dolor, huius insciti a. Ad alia me conferã. Ille mihi plus D blanditur, iste plus verecundatur. Ille parenti similior, hic vtilior. In illo imaginẽ meã vẽdo, in isto spem meã prodo. Me miserum, non inuenio quid faciã, non habeo quid eligam. Circũuallãt me facies calamitatũ, erumnarum chorus. Ferina hæc rabies est, eligere quem tradas. Feræ ipsæ cũ pericula imminere proli ac sibi sentiunt, solent eligere quos liberẽt, non quos offerant. Quomodo igitur discernem affectum naturæ? Quomodo obliuiscar, quomodo exuam patris mentem? Quomodo filii auctionem constituam? Quo sermone pacisc ar precium Quibus tradam manibus in seruitutem filium? Quibus oculis aspiciam seruientem? Quibus oculis discedenti vale dicam? Quibus factum excusem sermonibus? Fili, ego te pro meo cibo vendidi? Funestior ergo iam pauperis mensa, quàm diuitis. Ille addicit alienos, ego meum vendo. Ille necessitatem imponit, ego affero voluntatem. Vt sit excusabilior causa, adiicia: Fili pro fratribus tuis seruies, vt illis quærantur alimenta. Et Ioseph à fratribus suis in seruitutem venundatus est, postea, & ipsos & patrem pauit. Respondebit & ille: Sed non eum vendidit patrem, sed fleuit amissum. Sed postea etiam ipsi in potestatem diuitis venerunt, & vix potuerunt postea liberari. Genus eius diuitiis AEgypti multa ætate seruiuit Vende me postremo pater ea conditione, ne diuites emant. Hæc si fateor, verum quid faciam? Nullum vendam. Sed cum vnũ cõsidero, omnes videbo fame pereũtes. Si vnum tradam, quibus oculis videbo cæteros de E mea impietate suspectos, ne alios quoque vendam? Quo pudore regrediar domum? Quomodo intrabo? Quo habitabo affectu, qui mihi ablegaui filium quem nõ morbus absumpsit, non mors abstulit? Qua conscientia considerabo mensam meã, quã sicut nouella oliuarũ in circuitu tot filii vestiebãt? Hæc paup te præsente deplorat, & tibi auaritia aurem obstruit, nec mens tua facti miserabilis horrore mollitur. Totus populus ingemiscit, & solus dives nõ flecteris, nec audis scripturam dicentem: Eccli. 29. Perde pecuniam propter fratrẽ & amicum, & non abscondas eam sub lapide in mortẽ. Et quia nõ audis, ideo Eccles. 5. exclamat Ecclesiastes dicens: Est languor malus quem vidi sub sole, diuitias custoditi in malum possidẽtis eas Sed fortasse redeas domũ, cum vxore cõferas: illa te hortetur vt redimas venũdatum? Immo magis hortabitur vt mundum muliebrem conferas. Vnde potest vel pauper pauperem liberare? Illa tibi imponit sumptuum necessitatem, vt gemma bibat in ostro dormiat, in argentea sponda recumbat, nuro oneret manus, ceruicem monilibus. Delectantur & compedibus mulieres, dummodo auro ligentur. Nõ putant onera esse si preciosa sint, nõ putant vincula esse si his thesauri coruscẽt. Delectãt F & vulnera, vt aurũ auribus inseratur, & margaritæ dependeant. Habent & gemmæ pondera sua, habent & vestimenta frigora sua. Sudatur in gemmis, algetur in sericis: tamẽ precia iuuant: & quæ natura auersatur, commendat auaritia. Smaragdos, & hyacinthos, beryllum, achaten, topazion, amethystum, iaspin, sardiũ, summo quærunt furore: vel si dimidiũ patrimonii petatur, non parcunt dispendio, dum indulgẽt cupiditati. Nõ abnuo gratiam quandam lapidũ istorũ esse fulgorẽ, sed tamen lapidum. Necipsi admonent cõtra naturam expoliti vt saxorum deponerent asperitatem, rigorem magis mentis esse expoliendum quàm lapidum.

Quod nullæ diuitiæ aliquid cõferre possint cõtra imminentem fati necessitatem, & vnde diuites appellentur. Quidque dives dormire non possit, nec ipse se quietum esse patiatur.

Caput. VI.

QVIS artifex vnũ diem vitæ hominis potuit adiũgere? Quem diuitię eius ab Ifernis redemerunt? Cuius ægitudinem pecunia mitigauit? Nõ in abundãtia diuitiarũ, inquit,

Prou.10. vita eius. Et alibi: Nihil prosunt thesauri iniusti, iustitia
G autem liberat à morte. Merito clamat Propheta: Diuitię
Psal.61. si affluãt, nolite cor apponere. Quid enim mihi prosunt si me à morte liberare non possunt? Quid mihi prosunt si mecum post mortem esse non possunt? Hic acquirun tur, hic relinquuntur. Somnium igitur loquimur, nõ pa trimonium. Vnde bene ait idem Propheta de diuitibus:
Psal.75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Hoc est dicere: Nihil in uenerunt in operibus suis diuites, qui nihil pauperibus contulerunt. Nullius iuuerunt inopiam, nihil ad vtilita tem suam proficientes reperire potuerunt. Ipsum nomẽ confidera. Ditem dicunt gentiles inferni præsulem, arbi trum mortis ditem appellant & diuitem. Quid nisi mor tem diues inferre nouerit, cui regnum de mortuis, cui se des inferna sint? Quid est enim diues, nisi insatiabilis au
Eccli.5. ri fames ac sitis? Quo plus hauserit, plus inardescit. Sic Propheta admonet: Qui diligit argentum, non satiabi tur argento. Et infra idem: Equidem hic pessimus lan guor. Sicut enim fruit, ita & abiit, & abundantia eius la borat in ventum. Equidem omnes dies eius in tenebris & luctu, & iracundia multa, & languore & ira. Tolerabi lior conditio seruulorum. illi enim hominibus seruiunt,
Roma.6. Ioan.8. ipse peccato. Sic inquit Apostolus: Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Semper in laqueis, semper in vinculis est: nunq̃ liber à cõpedibus, quia semper in
H criminibus. Quàm misera seruitus, seruire peccatis. Na turæ ipsius nescit munia, nec somni ipsius nouit vices, aut cibi fungitur suauitate, cuius nullũ est immune ser
Eccli.5. uitiũ. Dulcis enim somnus serui & si modicũ vel multum edat. At satiato diuitis, non est qui eum sinat dormire. Excitat eum cupiditas, excitat cura peruigil aliena rapiendi, torquet inuidia, mora vexat, sterilitas prouentuũ infœcunda perturbat, solicitat abundantia. Vnde illi di uiti, cuius possessio uberes fructus attulit, qui cogitauit
Lucæ.12. dicens: Quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos? & dixit: Hoc faciam, destruã horrea mea, & maiora faciã, illò congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona in annos multos posita. requiesce, manduca, bibe, epula re. Respondit deus: Stulte, hac nocte animam tuam repe tunt à te: quę autem parasti, cuius erunt? Ne ipse quidem deus eum dormire permittit. Interpellat cogitantem, ex citat dormientem. Nec ipsum quietum esse patitur, qui de abundãtia diuitiarum suarum solicitatur, & in vber tatem fructuum vocem gemẽtis emittit. Quid faciam? inquit. Nonne hęc paupertis vox est, non habentis subsi
I dia viuendi? Egens omnium huc atq; illuc respicit, scru tatur hospitium, nihil inuenit ad vsum alimenti, consi derat nihil miserius quàm fame confici, & cibi indigẽtia mori. Quærit mortis cõpendia, & tolerabiliora abeun di supplicia rimatur. Arripit gladium, suspẽdit laqueũ, ignẽ adolet, explorat venenum: & inter hæc quid eligat dubius dicit, Quid faciam? Deinde vitæ huius suauitate reuocatus, cupit reuocare sententiã, si possit viuendi sub stantiam reperire. Aspicit nuda omnia, vacua omnia, & ait: Quid faciam? Vnde mihi alimenta? vnde vestitus? Vo lo viuere, si habeã quo modo possim vitam hanc sustine re. Sed quibus cibis? quibus subsidiis? Quid faciã inquit, quod non habeo? Clamat se diues non habere. Paupertatis hic sermo est, de inopia queritur abundans fructi bus. Non habeo, inquit, quo congregem fructus. Puta res illum dicere: Non habeo fructus, vnde viuendum est mihi? Beatus qui de abundantia periclitatur: immo mise rior iste fœcunditatibus suis, quã pauper, cui periculum de egestate est. Habet ille vnde excusetur enim nam, ha bet certe iniuriam, non habet culpã. iste nõ habet quem præter se arguat. Et dixit: Hoc faciam, horrea mea de strũ. Putes adhuc dicere illum: Aperiã horrea mea, in grediãtur qui tolerare famem non queunt, veniant inopes, intrent pauperes, repleant sinus suos. Destruant parietes, qui excludunt esurientes. Vt quid ego abscon- K
dam, cui deus facit abundare quod largiar? Vt quid re pagulis portarum claudam frumenta?

Quod diuites qui humanitatis prædicatione imitari deberent sanctum Ioseph, potius de bonis faciãt mala, quàm de malis bona acquirant, et in quæ horrea diuites frumenta condere debeant. Caput VII.

AVDIANT hæc quibus deus totum repleuit camporum ambitum, quę sine custode nascuntur, & victu abundant. Et spes auaro si re spicit pauperem. Rũpuntur vetusta horrea messibus nouis. Minus habui, & frustra seruaui: plus na tũ est, cui congregabo? Dum incremẽta preciorũ aucupor, amisi vsum beneficiorũ. Quantas anni superioris frumento animas pauperum reseruare possem? Hęc me magis delectarent pretia, quæ nõ nũmo æstimantur, sed gratia. Imitabor sanctum Ioseph humanitatis prædica tione, clamabo voce magna: Venite pauperes, edite pa nes meos, expandite gremium, suscipite frumentum. Fœcunditas diuitis, totius orbis abundantia, omnium debet esse fertilitas. Tu vero non hoc dicis, sed ais: De strũã horrea mea, Recte destrues ea, quibus nullus pau per onustus reuertitur. Horrea iniquitatis sunt recepta L
cula, non pietatis subsidia. Recte destruet, qui sapienter ædificare non nouit. Destruet sua diues, qui nescit ęterna. Destruet horrea, qui non nouit sua frumenta diui dere, sed claudere. Et maiora, inquit, faciam. Infelix, vel id dispensato pauperibus, quod pro sumptu ædificatio nis impendis. Dum liberalitatis gratiam refugis, damna ædificationis resoluis. Et addidit: Illo congregabo õnia quæ nata sunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona. Confitetur auarus semper vbertatem pro uentuum, dum vilitatem† alimonię calumniatur. Fœcũ † vilitate
ditas enim vniuersorum est, sterilitas soli auaro est quæ alimoniæ
stuosa. Delectatur magis enormitate preciorum, quàm calcatur.
abũdantia copiarũ: & mauult habere quod solus quàm quod cũ omnibus vendat. Vide timentem ne superfluat M
cumulus frumentorũ, ne super horrea redundans trãs fundatur in pauperes, & boni alicuius occasio indigẽti bus acquiratur. Soli sibi part⁹ terrarũ vẽdicat diues, nõ quod vti ipse velit, sed aliis denegare. Habes, inquit, mul ta bona. Nescit auarus bona, nisi ea quę quęstuosa sunt nominare. Sed acquiesco ei, vt bona dicantur quę sunt pecuniaria. Cur ergo de bonis facitis mala, cũ de malis Lucæ.6.
bona facere debeatis? Scriptum est enim: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ei ergo qui vti sciat, Psal.111.
multa bona sunt: ei qui vti nescit, recte mala. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Quid hoc melius bono, si pauperibus largiaris, in quo tibi de bitotem deum quadam pietatis fœneratione constitua as? Bona sunt si aperias horrea iustitiæ tuæ. vt sis panis pauperũ, vita egentiũ, oculus cæcorũ, orbatorũ infan tium pater. Habes vnde facias, qd vereris? Tua te voce conuenio. Habes multa bona in annos multos posita, potes & tibi & aliis abundare. Habes fœcũditatem pub licam, quid destrues horrea tua? Ostendo tibi vbi meli⁹ tua frumenta custodias, vbi bene sepias, vbi fures ea ti bi auferre non possũt. Include ea in corde pauperũ, vbi nulla tinea, nullus gurgulio consumat, nulla corrũpat vetustas. Habes apothecas inopum sinus, habes apo thecas viduarum domos, habes apothecas ora infantiũ orphanorum, vt dicatur tibi: Ex ore infantium & lacten Psal.8.
tium perfecisti laudem. Istæ sint tibi apothecæ, quæ ma neant in æternum: ista sint tua horrea, quę fœcunditas futura nõ destruat. Nam quid iterũ facias si tibi plus na tum fuerit anno sequenti? Iterum ergo & illa destrues, quæ nunc facere paras, & maiora facies. Dat enim tibi fœcũditatem deus, vt aut vincat aut cõdemnet auaritiã tuam, quo excusationẽ habere nõ possis. Tu vero quod

A per te multis nasci voluit, tibi soli reseruas, immo & ti bi ipsi adimis. Magis enim seruares tibi, si dispertires ali is. Bonorum enim fructus munerum in eo ipsos qui cõ tulerunt, cõuertuntur, & gratia liberalitatis in authorẽ
Osee.10. boni operis redit. Denique scriptum est: Seminate vobis ad iustitiam. Esto spiritalis agricola, sere quod tibi pro sit. Bona satio in corde viduarũ. Si terra tibi reddit fru ctus vberiores quam acceperit, quãto magis misericor diæ remuneratio reddet multipliciora quæ dederis?

De admonitione diuitis vt timeat, & spe vana nõ fal latur, ac reprehensione eorũ qui dicunt nihil dãdũ pau peribus q̃a deus eos maledixerit vt egerent. Cap. VIII.

DIEM homo nescis quia terræ partum præ uenit dies mortis, misericordia autem in cur sum mortis excludit? Assistunt iam qui repo scunt animam tuam, & tu adhuc differs ope rum fructus tuorum? Adhuc tu tibi tempora viuendi lõ ga meditaris? Stulte hac nocte anima tua auare reposci
Lucę.23. tur, à tenebris incipit, & in tenebris perseuerat. Auaro
Eccli.27. semper nox est, dies iusto, cui dicitur: Amen amen dico
Matt.13. tibi, hodie mecum eris in paradiso. Stultus sicut Luna mutatur: iusti autem fulgebunt sicut Sol in regno patris eorum. Recte arguitur stultitiæ, qui in manducando & bibendo locarit spem suam. Et ideo ei tẽpus mortis vr
Esaię.22. getur, secundũ quod dictũ est ab ipsis qui gulæ seruiũt: Manducemus & bibam⁹. cras enim moriemur. Stultus, quia animæ suæ corporalia subministrat, quia recundit
B cui seruet ignorat. Et ideo ei dicitur: Quę autẽ parasti, cuius erunt? Quid quotidie metiris, & numeras, & ob signas? Quid aurum trutinas, argentum ponderas? Quã to melius est liberalem esse dispensatorem, quã solicitũ custodem? Quantum tibi prodesset ad gratiã, multorũ pupillorum patrem nominari, quam innumere state ras in sæculo obsignatas habere. Pecunia enim hic re linquitur: gratia autem operũ bonorũ nobiscum ad iu
Matt.5. dicẽ meriti defertur. Sed fortasse dicas, quod vulgo sole tis dicere: Non debemus ei donare, cui deus ita maledi xit, vt eum egere vellet. Sed non pauperes maledicti, cũ dictum sit à deo: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cælorũ. Non de paupere, sed de diuite scrip tura dicit: Captans precia frumẽti, maledictus erit. Dein de non requiras quid vnusquisq; mereatur. Misericor dia non demeritis iudicare consueuit, sed necessitatibus subuenire, iuuare pauperem, non examinare iustitiam.
Psal.40. Scriptum est enim: Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem. Quis est qui intelligit? Qui cõpatitur ei, qui aduertit consortem esse naturæ, qui cognoscit quod & diuitẽ & pauperẽ fecit dominꝰ, qui scit quod sanctificet fructus suos si de his delibet aliquam pauperibus porti onẽ. Ergo cũ habeas vnde largiaris, vide ne differas, di cẽs: Cras dabo, ne largiẽdi amittas copiam. Periculosa est de alteri⁹ salute dilatio. Potest fieri vt dum tu differs
C illum, ille moriatur. Magis ante mortem præcurre, ne auaritia te & cras impediat, & promissa fraudentur.

Quomodo Iezabel quæ est auaritia, promittat diuiti bus contra iustitiam possessionem quam desiderant. Caput. IX.

SED quid dicam ne differas liberalitatẽ? Vti nam nõ approperes rapinam, vtinã quod cu pieris, non extorqueas, vtinam alienũ nõ pe tas, negatum prætermittas, excusatũ patien ter feras, non audias illã Iezabel, quæ est auaritia, quod dam profluuium vanitatis, dicentem: Ego tibi dabo pos sessionem quam desideras. Tu tristis es, quia vis mẽsurã considerare iustitiæ, vt alienum non eripias, ego habeo mea iura, meas leges, calumniabor vt spoliem: & vt pos sessio eripiatur, vita pulsabitur. Quid enim aliud in illa historia, nisi diuitum auaritia describitur, quæ est vanũ profluuiũ, quod omnia fluuii more rapit, & nullo vsui D
profutura traducit? Hæc est Iezabel illa, nõ vno, sed mul tiplex: non vnius temporis, sed temporũ plurimorum: hæc omnibus dicit, sicut illa dixit viro suo Achab: Sur- 3.Reg.12.
ge, & manduca panem, & redi ad te, ego dabo tibi vineã Nabuthe Iezraelitæ. Et scripsit librum nomine Achob, & signauit anulo illius, & misit illum ad Seniores, & ad liberos eos qui morabantur cum Nabuthe. Et erat scri ptum in libro: Ieiunate ieiunium, & constituite Nabu the in principem populi, & constituite duos viros filios iniquitatis ex aduerso eius, vt falsum testimonium per hibeant aduersus eum, dicentes: Benedixit deum & re gem: & producite illum, & lapidate.

De consuetudine diuitum qui contristantur si aliena rapere non possunt. Et quid facere debeant vt de us vel eorum preces exaudiat, vel eorum ieiunium respiciat. Caput. X.

QVam euidenter expressa est diuitum cõsue tudo. Contristantur si aliena non rapiãt, re nunciant cibo, ieiunant, nõ vt peccatũ mi nuant, sed vt crimẽ admittãt. Videas illos tunc conuenientes ad Ecclesiã, officiosos, E
humiles, assiduos, vt effectum sceleris impetrare mere antur. Sed dicit illis deus: Non hoc ieiunium elegi, nec si flectas vt circulum collum tuum, cinerem etiam & ci licium substernas, nec vocabitis ieiunium acceptum.
Esaiæ.58. Non tale ieiunium elegi, dicit dominus: sed solue omnẽ colligationem iniustitiæ, dissolue obligationes violen tarum commutationum, dimitte confractos in remissio nem, conscriptionem iniquam dirumpe, frange panem tuum esurienti, egenos non habentes tectũ induc in do mum tuam. si videris nudum, cooperi, & domesticos se minis tui non despicias. tunc orietur tibi matutinum lu men tuum, & sanitas tua matutina orietur, & præcedet ante te iustitia, & maiestas dei circundabit te. tunc cla mabis, & deus exaudiet te: adhuc te loquente dicet: Ecce assum. Audis diues quid dominus deus dicat: & tu ad Ec clesiam venis, non vt conuiuii aliquid pauperibus lar giaris, sed vt auferas. Ieiunas, non vt conuiuii tui sũptus proficiat egenis, sed vt spolium de egentibus adipiscaris Quid tibi vis cum libro, & charta, & signaculo, & con scriptione, & vinculo iuris? Non audisti: Solue omnem colligationem iniustitiæ, dissolue obligationẽ violẽtarũ cõmutationũ, dimitte cõfractos in remissionẽ, & omnẽ
conscriptionẽ iniquã dirumpe? Tu mihi tabulas offers, F
ego tibi recito dei legem. Tu attamẽto scribis, ego spi ritu dei inscripta repeto oraculo prophetarum. Tu testi monia falsa componis, ego testimoniũ conscientiæ tuæ posco, quia iudicem tuum effugere & declinare non po teris, cuius testimonium non poteris recusare i die qua reuelabit dominus occulta hominum. Tu dicis: Destru am horrea mea. Et dominus dicit: Sine magis, quicquid intra horreum est, pauperibus deputari, sine cellas istas pauperibus prodesse. Tu dicis: Maiora faciam, & illò cõ
Esaiæ.58. gregabo omnia quæ nata sunt mihi. Dominus dicit: Frã ge esurienti panem tuum. Tu dicis: Tollam pauperi do mum suam. Dominus autem dicit vt egenos non haben tes tectum inducas in domum tuã. Quomodo vis vt de us te exaudiat, cum tu deum non putes audiẽdum? Si nõ acquiescatur arbitrio diuitis, scena cõponitur. Dei æsti matur iniuria si diuitis petitio refutetur.

Quid est quod duo falsi testes attestati sunt Nabuthe deum benedixisse & regẽ. Et quomodo diuites cũ calũ niati nocuerit, simulẽt se dolere. Et quid sibi velit quod meretrices lauerũt se in sanguine Achab. Caput. XI.

DEVM, inquit, benedixit & regem. AEqualis vi delicet persona, vt sit æqualis contumelia. Be nedixit, inquit, deum & regem. Ne diuitem
3.Reg.21. maledicti nomen offendat, & sermonis ipso lædatur sono, benedictio pro maledicto vocatur. Quæ-

G runtur duo teſtes iniquitatis. Duobus enim teſtibus & Suſanna eſt appetita, duos teſtes & Synagoga iuenit qui aduerſum Chriſtum falſa iactarent, duob⁹ teſtibus pau per occiditur. Produxerunt igitur Nabuthe foras, & lapidauerunt eum. Vtinam vel in ſuis ei liceret mori. Pauperi ipſam diues inuidet ſepulturam. Et factū eſt, inquit cum audiſset Achab quia mortuus eſt Nabuthe, conſcidit veſtimenta ſua, & cooperuit ſe cilicio. Et factum eſt poſt hæc, & ſurrexit & deſcendit Achab ad vineam Nabuthe Iezraelitæ poſſidere eam. Iraſcuntur diuites, & calumniantur vt noceant, ſi non obtineant quod deſiderauerint. Cum autē calumniati nocuerint, dolere ſe ſimulant: triſtes tamen, & tanq̄ mœſti, non corde ſed vultu, in poſſeſſionis direptæ locū prodeunt, & impreſſionis ſuæ iniquitate potiuntur. Hinc diuina mouetur iuſtitia, & auarum digna ſeueritate cōdemnat, dicens: Occidiſti, & poſſediſti hæreditatem. Propter hoc, in loco in quo linxerunt canes ſanguinem Nabuthe, in eo lingent canes ſanguinem tuum, & meretrices lauabuntur in ſanguine tuo. Quàm iuſta, quā ſeuera ſententia, vt quam in tulit alteri mortis acerbitatem, eam ipſe mortis ſuæ horrore diſſoluere proderetur. Inhumatū pauperem deus aſpicit, & ideo inſepultum diuitē iacere decernit, vt & mortuus luat ſuæ iniquitatis erumnam, qui nec mortuo putauit eſſe parcēdū. Itaq; vulneris ſui cruore perfuſum

H cadauer, ſpecie funeris vitæ ſuæ prodidit crudelitatem. Hæc cum pertulit pauper, diues arguebatur: cū diues ex cepit pœnam, pauper vindicabatur. Quid ſibi autē vult quod meretrices lauerunt ſe in ſanguine eius, niſi forte vt meretricia quædam illa feritate fuiſſe regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries, qui ſic fuit luxurioſus, vt olus deſideraret: ſic cruentus, vt propter olus hominem occideret? Digna auarum, digna auaritiam pœna conſumit. Deniq; & Iezabel ipſam comederunt canes, & volucres cæli: vt oſtenderetur quod ſpiritalis nequitiæ fiat præda diuitis ſepultura. Fuge ergo diues huiuſmodi exitum. Sed fugies huiuſmodi exitū, ſi fugeris huiuſmodi flagitium. Noli eſſe Achab, vt poſſeſſionem finitimam cōcupiſcas. Non tibi cohabitet Iezabel illa feralis auaritia, quæ tibi cruenta perſuadeat, quæ cupiditates tuas nō reuocet, ſed impellat, quæ te faciat triſtiorem etiam cum deſiderata poſſederis: quæ te faciat nudum, cum diues fueris.

I Quod omnis auarus pauperiorem ſe iudicet, eò quòd ſibi deeſſe arbitretur quicquid ab aliis poſſidetur. Et quomodo Helias Achab inueniſſe dicatur. Quomodo etiam diues puteum ſuum exundantem vſu aliquo exercere, non ocio corrumpi finere debet. Caput XII.

PAVPERIOREM ſe iudicat omnis abūdans, quia ſibi deeſſe arbitratur quicquid ab aliis poſſidetur. Toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates. Eius autem qui fidelis eſt, totus mundus diuitiarū eſt. Toto mundo fugit, qui cōſciērās conſcientiā ſuam, metuit deprehendi. Et ideo Achab ad Heliam ſecundū hiſtoriam, ait, ſecundū ænigmata autē diues ad pauperē: Inueniſti me inimicus meus. Quā miſera conſcientia, quę ſe proditā doluit. Et dixit Helias ad eū: Inueni, quo niā feciſti malū in cōſpectu domini. Rex erat ille, & rex Samariæ Achab: Helias pauper, & indigens pane, cui victus defeciſsēt ſubſtantia, niſi corui alimoniam miniſtraſsent. Adeo deiecta erat cōſciētia peccatoris, vt nec regalis potentiæ faſtu attolleretur. Itaq; quaſi vilis & deneger: Inueniſti me, inquit, inimicus meus, deprehendiſti in me quæ latere putabam. Nulla mentis meæ occulta te fallunt. Inueniſti me, patēt tibi vulnera mea, captiuitas præſto eſt. Inuenitur peccator, cum iniquitas eius proditur. Iuſtus autem dicit: Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Adam cum lateret, inuentus eſt: Moyſi autem nequaquā inuenta eſt ſepultura: In K uentus eſt Achab, non eſt inuentus Helias. Et ſapientia dei dixit: Quærent me mali, & non inuenient. Vnde & Prouer.1. in Euangelio dominus noſter Ieſus quærebatur, & non inueniebatur. Culpa igitur authorē ſuum prodit. Vnde & Theſbites ait: Inueni, quoniam feciſti malū in conſpectu domini. Qa culpæ reos tradit domin⁹: innocētes 3.Reg.21 autem non tradit in poteſtatem inimicorum ſuorum. Denique Saul querebat ſanctum Dauid, & inuenire nō poterat: Dauid vero ſanctus regem Saul, quem nō quærebat, inuenit, quoniam tradidit eum dominus in poteſtatem ipſius. Captiua eſt igitur opulentia, paupertas libera, Seruitis diuites, ac miſerā quidē ſeruitutē, qui ſeruitis errori ſeruitis cupiditati, ſeruitis auaritię, quæ expleri nō poteſt, gurges q̄dā inſatiabilis: rapidior eſt cū illata demergit, & putei modo cū exundat, cœno inq̄natur, terrā rodit, nihil ſibi profuturam. Vel hoc exemplo vos admoneri conuenit. Puteus enim, ſi nihil hauries, inerti ocio & degeneri ſitu facile corrumpitur: exercitatus autē nitеſcit ad ſpeciem, dulceſcit ad potū. Ita & aceruus diuitiarū, cumulo arenoſus, ſpecioſus eſt vſu, ocio autē Eccli.3. inutilis habetur. Deriuato igitur aliqd de hoc puteo, ignē ardentem reſtingue, quia eleemoſyna reſiſtit peccatis. Aqua autem ſtatiua cito vermes facit. Non ſtet theſaurus tuus, ne ignis tuus ſtet. Stabit in te, niſi eum operi- L bus tuæ miſerationis auerteris. In quantis vero ſis diues incendiis, conſidera. Tua vox eſt iſta dicentis: Pater Ha- Luc.16. braham, dic Lazaro vt extremum digiti ſui intingat in aqua, & refrigeret linguam meam. Tibi igitur proficit quicquid inopi contuleris: tibi creſcit quicquid in pauperes erogaueris. Scriptum eſt: Qui miſeretur pauperi, Puer.19. fœnerat deo. Ipſe cibo in paupere paſcitur, & fructus iā in his eſt miſericordiæ. Seminatur in terra, germinat in cælo. Plantatur in pauperes, apud deum pullulat. Nec diueris, inquit deus, cras dabo. Qui non patitur te dicere, Cras dabo: quomodo patitur dicere, Non dabo? Non de tuo largiris pauperi, ſed de ſuo reddis. Quod eni cōmune eſt in omnium vſum datum, tu ſolus vſurpas? Omniū eſt terra, nō diuitum: ſed pauciores qui nō vtuntur ſuo, quàm qui vtūtur. Debitū igitur reddis, nō largiris indebitū. Idcoque tibi dicit ſcriptura: Declina pauperi animam tuam, redde debitum tuum, & reſponde pacifica in manſuetudine. Eccli.4.

Quàm ſtulta ſit ſuperbia diuitum gloriantium de nō bilitatis proſapia. Et quod meritum hæredum non in auro, ſed in virtute conſiſtat. Caput XIII. M

QVID enim ſuperbis diues? Quid dicis pauperi: Noli me tangere? Nonne ſic vtero cōceptus, & natus es ex vtero, quemadmodum & pauper eſt natus? Quid te iactas de nobilitatis proſapia? Soletis & canum veſtrorum origines ſicut diuitum recenſere, ſoletis & equorum veſtrorum nobilitatem ſicut conſulum prædicare. Ille ex illo patre generatus eſt & illa matre editus: ille auo illo gaudet, illis ſe proauis attollit. Sed nihil iſtud currentem iuuat. Nō datur nobilitati palma, ſed curſui. Deformior eſt victus in quo & nobilitas generis periclitatur. Caue igitur diues ne in terebeſcant tuorum merita maiorum, ne forte & illis dicatur: Cur talem inſtituiſtis? cur talem elegiſtis hęredē? Non in auratis laquearibus, nec in Prophyreticis orbibus hęredis eſt meritum. Laus iſta non hominū ſed metallorum eſt, in quib⁹ homines puniuntur. Per egentes aurum quæritur, & egentibus denegatur. Laborant vt quętāt, laborant vt inueniāt quod habere nō norūt. Miror tamē cur eò vos diuites iactandos putetis, cum aurū materia magis offenſionis quā cōmēdationis gratia ſit. Lignū enim offenſionis eſt aurū, & ve iis qui ſectantur illud. Deniq; benedicitur diues qui inuentus eſt ſine Eccli.31. macula, & qui poſt aurū non abiit, nec ſperauit in pecu

Pſal.16

A niæ theſauris. Sed quaſi is cognitus eſse non poſsit, cum ſibi deſiderat demonſtrati: Quis eſt hic inquit? Et laudabimus eum. Fecit enim quod mirari magis quaſi nouum, q̄ quod quaſi viſtatū recognoſcere debeamus. Ita que qui in diuitiis potuerit comprobari, is vere perfectus & dign⁹ eſt gloria. Qui potuit, inquit, trāſgredi, & nō eſt tranſgreſsus: & facere mala, & non fecit. Aurum ergo vobis, in quo tanta illecebra erroris eſt, non tā ſua gratia, quā hominū pœna commēdat, An vos ampla extollūt atria? Quæ magis debēt cōpungere, quia cū populos capiāt, vocē excludunt pauperis: quanquā nihil profit audiri eā, quæ etiam audita nihil proficit. Deinde nō ipſa vos pudoris aula admonet, quia ædificando veſtras vultis ſuperare diuitias, nec tamē vincitis. Parietes veſtitis auro, homines nudatis. Clamat ante domū tuā nudus, & negligis, & tu ſolicitus es quibus marmoribus pauimenta veſtias. Pecuniam pauper quærit, & non habet: panem poſtulat homo, & equis tuus aurū ſub dentibus mandit. Sed delectant te ornamēta preciosa, cū alii fruB menta non habeant. Quantū ô diues ſumis tibi iudiciū. Populus eſurit, & tu horrea tua claudis: populus deplorat, & tu gemmā tuam verſas. Infœlix, cuius in poteſtate eſt tantorum animas à morte defendere, & non eſt voluntas. Totius vitam populi poterat anuli tui gemma Iob.29. ſeruare. Audi plane qualis diuitem deceat prædicatio: Liberaui, inquit, pauperem de manu potentis: & orphanum, cui nō erat adiutor, adiuui. Benedictio perituri ſuper me venit, os autem viduæ me benedixit. Iuſtitiam induebar, oculus eram cæcorū, pes autem claudorum, ego eram pater orphanorum. Et infra: Ante fores meas non habitauit hoſpes, oſtium autem meū omni veniēti patuit. Si autem peccaui impudens, non celaui culpam meā, neque reueritus ſum multitudinem plebis, vt non annūciarē pręſentibus eis: ſi paſsus ſum infirmum exire oſtiū meū vacuo ſinu, Cautionē quoq; ſi quam habui de bitoris, ſciſsam fine debiti recuperatione reddidi ſine mora. Nāquid etiā illud repetā, quod in ōni iſirmo fleuiſſe ſe dixit, & ingemuiſſe ſe cum videret virum in neceſſitate, ſe autē in bonis. Sed & tunc' ſibi magis fuiſſe dies malorum, cū ſe habere cerneret, alios indigere, Si hoc ille dicit, qui nunq̄ viduæ oculū fecit tabeſcere, qui nunq̄ panem ſuum ſolus manducauit, & nō orphano tradidit, quē à iuuentute ſua nutriuit, aluit, inſtituit parentis affectu: qui nūq̄ nudū deſpexit, qui moriētē operuit, C qui velleribus ouium ſuarū iſirmorum calefecit humeros, nō oppreſsit pupillū, nūq̄ diuitijs delectatus eſt, nū q̄ gratulatus eſt lapſu inimicorum ſuorum: ſi qui fecit hæc, de ſummis cœpit egredi diuitiis: ſi nihil ex patrimonio tanto, niſi ſolum fructum miſericordiæ reportauit: quid de te futurū eſt, qui tuo neſcis vti patrimonio, qui in ſummis diuitiis dies ſuſtines mendicitatis, quia nulli largiris, nulli ſubuenis?

Quomodo diuites cuſtodes ſint & ſerui diuitiarum. Et ideo illas potius pauperibus erogare debeant pro melioribus rebus acquirendis. Et de pauperibus abundantibus, & diuitibus egentibus. Caput XIIII.

Mat.6. VSTOS ergo es tuarum non dominus facultatum, qui aurum terrę infodis, miniſter vtique eius, non arbiter. Sed vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuū. Ergo in illo auro cor tuum infodiſti terrę. Vēde potius aurum, & eme ſalutem: vēde lapidem & eme regnum dei: vende agrum, & eme tibi vitam æter- Mat.19. nam. Vera allego, quia verba aſtruo veritatis. Si vis perfectus eſse, inquit, omnia quęcunque habes, vēde, & da Ibidem. pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, Et noli contriſtari cū hæc audis, ne dicatur & tibi, ſicut & illi adole ſcēti diuiti dictū eſt: Quàm difficile q̄ poſſeſsiōes habēt in regnū dei intrabūt, Magis cū hæc legis, cōſidera quia iſta tibi pōt morſu eripere, poteſtas ſuperioris tollere. De inde quia poteris parua pro magnis, caduca pro æternis D theſauros pecuniæ pro theſauris gratiæ vēdere. Iſti corrumpuntur, illi permanēt. Conſidera quia hos ſolus nō poſsides, poſsidet enim tinea, poſsidet ærugo, quæ conſumit pecuniam. Has tibi conſortes auaritia dedit. Vide autem quos tibi det gratia debitores. Splēdidum in panibus benedicent labia iuſtorum, & teſtimoniū bonitatis illius fiet. Facit tibi patrē debitorē deū, qui pro munere, quo pauper adiutus eſt, fœnus exoluet, quaſi boni debitor creditoris. Facit tibi debitorem filium dei, qui ait: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mi Mat.25. hi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me. Quod enim vnicuiq; minimorum collatū ſuerit, ſibi dicit eſse collatum. Neſcis ô homo ſtruere diuitias. Si vis diues eſse, eſto pauper ſeculo, vt ſis diues deo. Diues fidei, diues eſt deo. Qui diues eſt in miſericordia, hic eſt diues in deo. Diues in ſimplicitate, diues deo eſt. Diues ſapientię & ſcientię, diues eſt deo. Sunt qui in paupertate abundent, & qui in diuitiis egeant. Abundāt pauperes, quorum profunda paupertas abūdauit in diuitiis ſimplicitatis ſuæ, diuites autem eguerunt & eſurierunt. Neque enim ocioſe ſcriptum eſt: Diuitum pauperes prę E poſiti erunt, & proprii ſerui dominis fœnerabunt, quia diuites & domini ſuperuacua & vana ſeminant, ex quibus nō fructū colligant, ſed ſpinas metāt. Ideo pauperibus diuites erūt ſubditi, & ſerui dominis ſpiritalia fœnerabunt, quēadmodū diues rogabat vt ſibi ſtillā aquę pauper Lazarus fœneraret, Potes & tu diues iſtā implere ſententiā, ſi largiaris pauperi, & domino fœneraueris. Qui enim largitur pauperi, domino fœnerat. Pulchre autē puer.19. ſcūs Dauid in pſalmo ſeptuageſimoquinto hymnū deo cōcinens ad Aſyrium ſcripſit, hoc eſt aduerſus nequitias ſpiritales, Aſyrium inanē ac vacuum principē iſtius mundi, ita cœpit: Notus in Iudæa deus, in Iſrael magnū nomen eius: hoc eſt, non in diuitibus, non in nobilibus, Pſal.75. vel in potentibus, ſed in anima cōfitente deo: nō in principibus & cōſulibus, ſed in eo qui deum videt. Ipſe eſt enim Iſrael, in quo profunda fides ad cognitionem dei potuit peruenire. Et factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, vbi quietus affectus nullis diuerſarum cupiditatū exagitatur fluctibus, nullis auaritiæ turbatur procellis, nullis quærendarum diuitiarum igneſcit incēdiis. Ipſe eſt qui ſpeculatur æterna, & habitat in Siō, confringens omnia ſpiritalium inſtrumenta bellorum, conterens arcus quibus diabolus ignita dirigens iacula gra F ues pectoribus hominum ſolet inurere paſsiones. Sed il la iacula iuſto nocere non poſſunt, cui deus lux eſt tantumq̄ abeſt à caligantium horrore tenebrarum, vt aduerſarius in eo locum habere non poſsit, qui etiam principibus ſe conſueuit infundere, ſicut infudit Iudæ prodi tori, concidens tanquam in ſilua lignorum fidei ianuas, vt in cor eius haberet ingreſsum, & æterni nominis taber naculum poſsideret. Ergo princeps huius mundi quaſi improbus vſurpator concidit ianuas, vt violētus introeat: domin⁹ autē quaſi pius illuſtrat ſeruulos, & eorū ſulgētibus meritis, & claritate virtutū tenebras mūdi huius illuminat. Hanc pacifici atq; manſueti habent apud deū gratiam, ſobria mentis ſuę tranquillitate fundati.

Quòd omnes viri diuitiarum inſipientes dicantur, & corde turbati, & quomodo dormiant ſomnū ſuū. Quomodo etiam dormitarint qui aſcenderunt equos. Caput. XV.

INSIPIENTES Autem corde turbantur, & ipſi ſibi ſunt propriæ exagitatiōis authores: quia deſideriorum ſuorum æſtu voluuntur, & quodam ſalo fluctuant. Qui autem ſint iſti, Pro- Pſal.75. pheta ſignificauit dicendo: Omnes viri diuitiarum. Omnes dixit, nullum excepit. Et bene viros diuitiarum appellauit, non diuitias virorū, vt oſtenderet eos nō poſſeſsores diuitiarum eſse: ſed à ſuis diuitiis poſsideri. Poſ-

G sessio enī possessoris debet esse,nō possessor possessionis . Quicunq; igitur patrimonio suo tanq̄ possessione non vtitur,qui largiri pauperi & dispēsare nō nouit , is suarum seruulus est,nō dominus facultatū , quia aliena custodit vt famulus,nō tanq̄ dominus suis vtitur. In huiusmodi ergo affectu dicimus quod vir diuitiarū sit , nō diuitiæ viri. Intellectus enim bonus vtentibus eo. qui autem nō intelligit,is vtiq; intellectus sibi gratiā nō potest vendicare:& ideo somno temulentię consopitus obdormit. Huiusmodi igitur viri somnū suum dormiūt , non Christi dormiūt somnū. Et qui somnū Christi non dor-
Psalm . 3. miunt,non habent Christi quietem,nō surgunt Christi resurrectione , quia ipse ait : Ego dormiui, & quieui , & surrexi,quoniā dominus suscepit me. In hoc quoq; secu-
Canti . 6. lo dormitant,digni habiti increpatione cælesti , quia ascenderunt equos,quos refrenare nō poterant. Legimus alibi dicentē Ecclesiā siue animā:Posuit me currus Aminadab. Si ergo anima currus est , vide ne equus caro sit Agitator autem vigor mentis,qui regit carnē , & motus eius velut quosdam equos prudentiæ habenis coercet. Dormitauerunt ergo qui ascenderunt equos corporis voluptates ,nullo eas moderamine gubernantes . Vnde & ascensores eos quàm equites vel agitatores maluit nū-
H cupare. Agitator enim cum disciplina & arte pro arbitrio suo equos agitat , vel currentes incitat , vel reflectit indomitos,vel reuocat fatigatos , vel mānuetos pro sua
4.Reg. 2. voluntate conuertit . Vnde cum reciperetur Helias , & curru quasi ad cælum ferretur,clamauit ad eum Helisæus,Pater pater agitator Israel, & eques eius.hoc est , qui populum domini bono ductu regebas cōstantiæ merito hos accepisti currus,hos equos ad diuina currētes. quia moderatorem te animarū humanarū dominus cōprobauit:ideo tanq̄ boni auriga certaminis victor æterno præmio coronatis . In Abacuc quoq; Propheta lectū est , ad
Abacuc.3 ipsum dominū dictū: Ascende super equos tuos, & equitatus tuus salus. Agitauit enim apostolos suos quos per diuersa mundi direxit,vt toti orbi Euangelium prædicarent. Ascende ait,quasi rectori, non quasi equorū ascensori. Ascendit enim etiam eques nō tantūmodo vt sedeat,sed vt regat,eò quòd desidiosus & piger,somnolentus
Gen . 49. proferre nō possit mētis incessum . De equite autē lectū est :Et eques ascēdit retrorsum ,expectās salutē domini. Etenim quia nemo sine lapsu est:etiam si quis ceciderit,
I & terrenis aliquibus vitiis fuerit implexus,si tamen non abiiciat spem resurgēdi, fretus miseratione diuina perueniet ad salutē . De ascensore vero manifestū est indi-
Exod. 15. cium quòd reprehensibilis habeatur , quando Moyses ipse ait in Cantico Exodi: Equum & ascensorē proiecit
Zach. 12. in mare. Et in Zacharia locutus est dominus dicēs:Percutiam omnē equum in amentia,& ascensorē eius in insipientia. Nō dixit solum equum,sed & ascensorē,quomodo in Exodo habes,Equū & ascensorē. Vbi est enim ascensor,qui nō potest equū propriū gubernare,si indomito furore in prærupta & periculosa raptatur ? Quid
Psal. 32. igitur vobis in equis cōfiditis diuites? Mendax est equus ad salutē. Quid in curribus vobis plauditis ? Hi in cur-
Psal.19. ribus,& hi in equis , nos autē in nomine dei magnificabimur.Ipsi obligati sunt,& ceciderē:nos aūt surreximꝰ & erecti sumus. Nolite amare adhinnientes , nolite fremitu libidinis excitari. Terribilis est dominus & cui nemo possit potens & diues resistere : iudicium cæleste iaculatur.

Quomodo diuites quiescere & feriari debeant à flagi tiis , & confiteri domino in fide , humilitate , & deuota oratiōe. Et quod multi diuites ,pter perfidiā perierint.

Caput. XVI.

Gene . 4. BONVM est vt iam quiescatis,& à flagitiis feriantes reuereamini domini potestatem . Ideo dictum est parricidæ Cain : peccasti, quiesce . vt modū peccato suo poneret . Cogitationes vestræ confiteantur domino,nō dicatis, Non peccauimus

Dixit sanctus Paulus: Et si nihil mihi conscius sum, ad
1.Cor. 4. K didit tamen:Sed non in hoc iustificatus sum.Et vos etiā si nihil estis conscii , confiteamini domino, ne quid sit quod vos prætereat. Qui enim confitetur domino, & si reliquas cogitationes adhibuerit ad confessionē, diē festum mentis celebrabit arcano,& epulabitur non infer
1Cor.5. mento malitiæ & nequitiæ, sed in azimis synceritatis & veritatis.Itaq; in cōclusiōe cōuersus ad vos Propheta dicit:Orate , & reddite domino deo vestro .i. Nolite dissi
Psal.75. mulare diuites,dies instant , orate pro peccatis vestris, reddite pro beneficiis quæ habetis munera. Ab ipso accepistis quod offeratis,ipsius est quod ei soluitis. Dona inquit,mea,& data mea:hoc est, quæ offertis mihi dona data sunt mea. Ego ea dedi vobis atq; donaui. Denique
Psal.15. Propheta ait: Quoniam bonorum meorum non eges. tua tibi offero , quoniam non habeo quod non dedisti.
Hebr.11. Fides est quæ dona cōsiliat,humilitas est quæ oblata cō mendat.Fide Abel plurimā hostiam obtulit deo. Ideo super Cain fratris munera placuit munus Abel , quia fi de vicit.Nam vnde pauperis hostia magis q̄ diuitis placet?quia pauper fide ditior est,sobrietate locupletior:& cum sit pauper,ex illis est quibus dicitur: Tibi offerent
Psal.67. reges munera.Nō enim purpuratis offerētibus, sed motus proprios regentibus dominus Iesus delectatur , qui corporali lasciuiæ mētis dominentur imperio.Orate ergo diuites,non habetis in operibus quod placeat.Orate pro peccatis vestris atq; flagitiis,& reddite domino deo
L vestro munera. Reddite īpauperes,ī egenos,soluite inopes,fœnerate quæ placare possint deū propter flagitia vestra:aliter enim nō potestis.Ergo quē vltorē timetis, facite vobis eū debitorē.Nō accipiam, inquit, de domo
Psal. 49. tua vitulos,neque de gregibꝰ tuis hircos,quoniam meę sunt omnes ferę siluarū. Quidquid obtuleritis, meū est quia totus orbis meus est.Nō exigo quod meum est,sed est quod de vestro mihi possitis offerre.Studio deuotio
Ibidem. nis & fidei, non sacrificiorum ambitione delector Tantūmodo ô homo immola deo sacrificiū laudis,& redde altissimo vota tua. Aut certe,si placet,sic accipiā:Quoniam dixit obdormisse somnum suum diuites, increpationes præmisit domini in eos,terrorem subtexuit, potentiam prædicauit,cui nec diuites resistent : & conuersus ad vniuersos,ait:Diuites dormitent,diuites increpē
Psal.75. tur.Vos orate,& reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius offerunt munera . id est , gratias agite
Act.10. pauperes , quia non est personarum acceptor deus , Illi diuitias seruent,condant pecuniam auri,aggerent argēti thesauros:vos orate, qui aliud non habetis:vos orate,
M qui hoc solum habetis,quod est auro preciosius,& argēto.Vos reddite muneta,qui à domino nō receditis , qui estis in circuitu:quoniā qui eratis lōge,facti estis prope Qui autē prope sibi videntur esse per diuitias ac potentiam , longe facti sunt propter auaritiā.Nemo enim foris est nisi quē culpa excluserit,sicut eiecit Adam de paradiso,& Euā exclusit.Nemo longe,nisi quē flagitia pro
Psal.75. pria relegauerint,Ergo vos prope positi orate & reddite munera terribili deo, & ei qui aufert principū spiritū terribili apud reges terræ , eò quòd nullo redimatur diuitis præmio,nullo inflectatur potentiū supercilio , qui culpæ precia discriminat,qui quo plus alicui cōtulerit, eo plus exigit ab eo.Saul priuato cōtulit regnū:sed quia mandatū non custodiuit,& regnū amisit & spiritū.Multos reges gentium propter perfidiā fecit populo patrum esse captiuos . Et vt iā de proposita loquamur historia, qui Achab regem cælestibus ingratum beneficiis ita iuste sit occidi,vt canes eius vulnera lamberent. Etenimꝰquia pauperis vineam cōcupierat nequaquam tantis opibus expletus imperii , infra omnem inopiam redactus est à domino.Non qui vulnera eius lauaret,inuentus est, nō qui corpus operiret . Defecit circa eum hominum humanitas,canum successit asperitas . Dignos plane sui ministros funeris auarus inuenit.

A Quemadmodum Achab dicatur commotus ante faciem dei,vt in diebus eius non inducerētur super eum mala.Et quòd dominus etiam circa indignos promissa sua seruet. Caput XII.

1.Reg.21. HOc loco oritur illud quæstionis,quomodo legimus dixisse dominum ad Heliam : Vidisti quemadmodum commotus est Achab à facie mea? Non inducā in diebus eius mala,sed in diebus filii eius inducam mala . Aut quomodo dicimus quia valet apud dominum pœnitentia ? Ecce rex motus est à facie dei,& ibat plorans , & cōscidit vestimenta sua,& operuit se cilicio, & erat indutus sacco ex illo die quo interfecit Nabuthe Iezraelitā , ita vt deum misericordia commoueret,& mutaret sententiā. Ergo aut pœnitentia non valuit,nec inflexit dominum misericordem, aut oraculum falsum est . Nam Achab victus est & occisus.Sed considera quia Iezabel habuit vxorem,cuius inflammabatur arbitrio , quæ conuertit cor eius,& nimiis sacrilegiis execrabilem fecit.Et hunc ergo pœnitentiæ eius reuocauit affectum . Dominus autem non potest mutabilis æstimari,si cōfessionis immemori non putabat esse seruandū,quod promiserat confitenti.Accipe aliud verius:Et indigno seruauit dominus tenorem sententiæ suæ, sed beneficia circa se diuina ipse nō tenuit . Intulerat bellum rex Syriæ,victus est & seruatus ad veniam, captiuus quoque libertati donatus,& remissus ad regnum est. Quòd fuit diuinæ sententiæ,non solum euasit Achab,sed etiam triūphauit:quòd
B ipsius ignauiæ,hostem sibi,à quo vinceretur,armauit:& certe fuerat monitus à Propheta,dicente: Cognosce & vide quid facias.Monitus inquam erat , eò quòd contra
3.Reg.20. Syriæ regis pueros deberetur gratiæ cælestis auxilium, quoniam dixissent : Deus montium,deus Israel,& non deus Baal : propter hoc,inquit,obtinuerunt pro nobis. Et ideo,inquit,si nō plene obtinuerimus eos , in locum Syriæ regis Satrapas constituite,vt virtutem illis & potentiam regis auferret.Denique primo congressu vicit, vt fugaret hostem : secundo vicit , quando captum imperio suo reddidit. Qua causa vincendi eius cuiditer resultauit oraculum , dicente vno ex filiis prophetarū ad proximum suum : Occide me. Et noluit homo occidere eum. Et dixit : Et quòd non obedisti verbo domini,ecce tu recedes à me, & interficiet te leo . Et recessit ab eo,& inuenit eum leo, & interfecit eum. Et post hoc alius propheta astitit ante regem Israel , & dixit ad eū: Hæc dicit dominus , quoniam dimisisti tu virum exterminationis de manu tua: ecce anima tua pro anima illius,& populus tuus pro populo illius.Liquet igitur his oraculis quòd dominus etiam circa indignos promissa sua seruet:sed impios aut stultitia sua opprimi , aut alia præuaricatione damnari,etiam si primæ præuaricationis laqueos euaserint.

C FINIS.

CAPITA LIBRI DE HELIA ET IEIVNIO.

Qua ratione diuinum ad patres resultauerit oraculum vt egredientes ad bellum tuba canerent , & cur nos etiam tuba canere debeamus. Caput I.

Quàm magna virtus sit ieiunii,quamq; speciosa ac valida eius militia,exemplo Christi,atque sancti Heliæ comprobata. Caput II.

Quid sit ieiunium:Et de ieiunio sancti Ioannis, & qualis esca à nobis quærenda sit. Caput III.

De origine & antiquitate ieiunii,à quo primus vsus mūdi cœpit , quòd in paradiso pro prima lege constitutum fuit . Quódque ieiunium operiat id quod gula denudauerit. Caput IIII. D

Quòd ebrietas Noe obdormire fecerit,& per ignorantiam nudauerit. Quódq; ebrietas seruitutem & incestum induxerit.Et quomodo Abraham non ministra uerit vinum in suo conuiuio , neque Ioannes eo vsus fuerit, neque Moyses amaritudines aquarū vino temperauerit. Caput V.

De lege ieiunii à moyse data,& de ieiunio eiusdem . Et quòd sterilitatem matrum Sampsōn & Samuelis abstinentia vini fœcundauerit,quibusq; cibis Helisæus filios prophetarum aluerit. Cap. VI.

Quòd tres pueri Hebræorum ieiuni in caminum ignis intrantes,non solum non læsi , sed & illic refrigerati fuerint. Et quòd Danielis ieiunium etiam leones ieiunare docuerit. Caput VII.

De vtilitatibus ieiunii.Et de escarum laqueis,& inquietudine & periculis conuiuiorum. Cap. VIII.

Qua ratione potentes prohibeantur vina bibere , & de ieiunio Iudith . Quódque Hester pulchrior facta sit ieiunio , Aman autem suæ ebrietatis pœnam exsoluerit . Ac de multis excellentibúsque ieiunii præconiis. Caput IX.

Quemadmodum mystica mensa ieiunio comparetur. Et quæ fames faciat acceptabile ieiunium . Quidque sit quod dicitur:Cum ieiunatis, vngite capita vestra. Et de duplici capite,ac de vnguento sobrietatis, & oleo lætitiæ. Caput X.

Quòd amara optabiliora sint dulcioribus . Et quomodo esca ad horam dulcis , in posterum exemplo Esau amarior efficiatur . Et quòd nihil prosit ieiunium ad iactantiam factum. Caput XI.

Quemadmodum ebrietas in omne facinus præcipitet. Et de conuiuiis lubricorum hominum. Cap. XII. E

De conuiuiis præliatorum & fortissimorum adolescentum . Et de potu ad æquales calices.Et de furoris poculo. Caput XIII.

De reprehensione eorū qui conuiuia illicita præparant: & quòd maior sit vis vini,q̄ veneni. Caput XIIII.

Quid de ebrietate Esaias loquatur. Et quòd non solum vinum,sed etiā sicera inebriet.Et quid significet, Calix aureus Babylon in manu domini . Et quomodo vas apostolorum fictile sit. Caput XV.

De magna ebrietatis detestatione. Caput XVI.

De obtestationibus & sacramentis potantium , quæ violare nephas arbitrantur . Et quomodo sæpe vino secretiora hominis extorqueantur . Quódque frequens ingurgitatio interiora hominis absumat . Caput XVII.

Quomodo etiam fœminæ vsque ad ebrietatem bibant, & inde in plateis inuerecundos viris sub conspectu adolescentulorum intemperantium ducant choros. Et quid boni sit sobrietas , quid mali intemperantia. Caput XVIII.

Quid sibi sperare debeant bene pasti & luxuriosi.Et de F
visione Tyri. Quódq; mare nulla necessitate,sed sola humana intemperantia inquietatum fuerit . Et quomodo luxuriosi nauibus assimilentur. Cap. XIX.

Quis dicatur cantus meretricis,de quo in Esaia : Eritq; post annos septuaginta Tyrus vt canticum meretricis.Et de misericordia medici,& saluatoris gratia, & quibus modis quærenda sit. Caput XX.

Quomodo intelligendum sit illud prophetæ: Ecce venit dominus dissipare orbem terrarum.Et quomodo athletæ simus,quibus multis certaminibus in stadio currendū est pro brauio:& ideo sobrietate & abstinentiæ exercitio nobis opus sit. Caput XXI.

Qua ratione corpus nostrum ieiuniis castigandum sit, comessationéſque indecoræ fugiendæ, ne succūbentes in stadio,exortes veniæ , multis fautoribus mœrorem afferamus.Et de ablutione aquæ baptismatis, quodq; festinandum sit ad gratiam. Cap. XXII.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE HELIA ET IEIVNIO LIBER VNVS.

Qua ratione diuinum ad patres resultauerit oraculum, vt egredientes ad bellum tuba canerent: & cur nos etiam tuba canere debeamus. Caput I.

DIVINVM AD PATRES RESULTAUIT oraculum, vt cum egrederentur ad bellum, tuba canerent, cuius sonitu dominus reminisceretur populi sui, quo petitum conferret auxilium: plusq; misericordiæ suæ incentiua cognoscētes in diebus lætitiæ suæ, in neomeniis
Psal.80. suis concinerent tubarum sono. Vnde & Dauid dicit: Canite initio mensis tuba, in die insignis solennitatis ve strræ. Veniet igitur nobis dies solēnitatis, & iā appropin quat: Canamus tuba tanq̄ in prelium progredientes. Ca namus tuba, vt annunciemus solennitatis diem. simul nobis & certamen imminet, & victoria repromittitur. Victoria nostra crux Christi est, trophæum nostrum pa
H scha est domini Iesu. Sed ille ante est præliatus, vt vince ret, non quod ipse egeret certamine, sed vt nobis formā debellandi præscriberet, & postea daret gratiam triumphandi. Certamen nostrū ieiunii est. Denicq; ieiunauit
Matth. 4. saluator, & sic tentator ad eum accessit. Et primum gulæ direxit spiculū, dicens: Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Ille cibum velut escam laquei prætēdit, vt sic illaquearet appetentiam corporalem. Dominus ieiunium prætulit, vt laqueos tentatoris sui & vincula dis
Deut.8. soluēret. Denicq; sic habes scriptum: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Illo laqueo Adam fuerat strangulatus, hac absolutione diabolicæ quæstionis omnis homo est liberatus.

Quàm magna virtus sit ieiunii quāq; speciosa ac valida eius malitia: exemplo Christi, atq; sancti Heliæ cōprobata. Caput II.

MAGNA virtus est ieiunii. Denicq; tam speciosa militia est, vt ieiunare delectaret & Christum: tam valida, vt ad cælū homines eleuaret. Et vt humanis magis q̄ diuinis vtar exemplis, Heliæ ieiuno ore vox emis
3.Reg.17. sa cælū clausit sacrilegio populo iudæorū. Etenim cū à rege Achab altare esset Idolo constitutū, ad verbū prophetæ tribus annis & sex mēsibus ros pluuiæ nō cecidit
I super terrā: Digna pœna, quæ intēperantiā digne coerceret, vt cęlū impiis clauderetur, qui terrena polluerāt. Dignū etiam, vt ad condemnationem regis sacrilegi propheta ad viduam in Sareptam Sidoniæ mitteretur: quæ quoniam deuotionem cibo prætulit, meruit vt aridi tatis publicæ sola non sentiret erūnam. Itaq; non defecit hydria farinæ, cum torrentis fluenta deficerent. Quid eius reliqua contexam? Ieiunus filium viduæ ab inferis resuscitauit. Ieiunus pluuias ore depositi, ieiunus ignes de cælo: ieiunus curru raptus est ad cælum, & quadraginta dierum ieiunio diuinā acquisiuit præsentiam. Tunc denicq; plus meruit, quando plus ieiunauit. Ieiuno ore statuit fluenta Iordanis, & redundantem flu minis alueum repente siccatum, puluerulento transmi grat vestigio. Merito illum dignum cælo diuina iudicauit sententia, vt cum ipso raperetur corpore, quoniā cæleste vitam viuebat in corpore, ac supernæ vsum cōuersationis exhibebat in terris.

Quid sit ieiunium. Et de ieiunio sancti Ioannis, & qualis esca à nobis quærenda sit. Caput III. K

QVID est enim ieiunium nisi substantia & imago cælestis? Ieiuniū refectio animæ, ci
Q bus mentis est. Ieiunium vita est angelorum, ieiunium culpæ mors, excidiū delictorum, remediū salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis. Hoc ad deū gradu citius perue nitur: hoc gradu Helias ascendit, anteq̄ curru hanc hereditatem sobrietatis & abstinentiæ ad cælum abiens di scipulo dereliquit. In hac virtute & spiritu Heliæ venit Ioannes. Denicq; in deserto & ille vacauit ieiuniis. Esca autem eius erat locusta, & mel siluestre. Et ideo quia vi Mat.3.
tę humanę possibilitatē continētia supergressus fuerat: non homo, sed angelus æstimatus est. De ipso legimus: Etiam plus q̄ propheta. Hic est de quo scriptū est: Ecce Mat.11.
mitto angelū meum ante faciē tuam, qui præparabit viā ante te. Quis humana virtute equos igneos, currus igne os potuisset ascendere, regere currus aereos, nisi qui na turam humani corporis incorruptibilis ieiunii virtute mutasset? Sed de Heliæ gestis plurima iam frequenti di uersorum librorū sermone digessimus: & cauendū arbitror ne in eadē recurram⁹, cū præsertim in opere suo ipse laudetur. Imitemur ergo illū, & eam escā queram⁹, cuius virtute diebus ac noctibus progredientes, ad su Ioan.4.
pernorū possimus cognitionē venire. Nō enim omnis esca materialis, nec omnis cibus corporalis. Est cibus mentis, vt dixim⁹, quo epulatur anima, de quo ait domi nus: Meus cibus est vt faciā voluntatē patris mei qui in cælis est. Hic cibus angelorū, vt diuino famulētur impe rio. Nulla illis cura mensarum, nullus cōuiuiorū vsus, nullæ repositæ epulæ, nullus vini potus aut sicerę, nulla distentio corporis, nulla ventris offensio.

De origine & antiquitate ieiunii, à quo primus vsus mundi cœpit, quòd in paradiso pro prima lege constitutum fuit. Quódque ieiunium operiat id quod gula denudauerit. Caput IIII. L

ITAQVE ne terrenum quis aut nouellū putet esse ieiunium, primus vsus mundi à ieiu nio cœpit, quando lux clara resplenduit. Secundus dies in ieiunio, quando cæli factū est firmamentū. Tertio die pabulū terra germinauit, na tura obsequiū præbuit, ieiuniū tamē cælestis disciplina seruauit. Quarto die luminaria facta sunt Solis & Lunæ, & adhuc ieiuniū. Quinto die produxerūt aquę repti lia animarū, & volatilia volantia super terram secundū firmamentū cęli, & vidit deus quia bona sunt, & benedi
Genes.1. xit eis dicens: Crescite & multiplicamini, & repletæ aquas quę sunt in mari, & volatilia multiplicentur super terram, & adhuc ieiuniū. Denicq; benedixit ea. Scriptū est, Et dixit: Crescite: & non dixit, Edite & manducate. Sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestiis orta edendi potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi. Vbi cœpit sua incrementa nescire, ibi cœperunt diuina circa eum opera feriari. Quo indicio declaratum est quòd per cibos mundus haberet immi- M
nui, per quos desiit augeri. Nemo delictū sciebat, nemo pœnam timebat, nemo nouerat timorem. Plantauit do Ibidē.2.
minus paradisum ad gratiam beatorū, posuit ibi homi nem operari, & custodire eum. Et vt sciamus non esse nouum ieiunium, primā illic legē constituit de ieiunio. Sciebat enim quòd per escā culpa haberet intrare. Intrauerat prima pœna de ieiunii præuaricatione, dicente mandato dei: De ligno quod est scientiæ boni & mali, non comedetis: qua die autē manducaueritis ex eo, mor te moriemini. Eousq; autē nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta nō esset quæ prima est præuaricatio. Indi ctū ieiuniū abstinentiæ lex à domino deo, præuaricatio legis diabolo, culpa per cibum, latebra post cibum. Co gnitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio.

A Denicq; quandiu interdictis abstinuere, nescieb ant esse se nudos. posteaquam manducauerunt de interdicta ar bore nudatos esse se cognouerunt. Merito ergo mulier
Genes.3. vbi culpæ agnouit authorē, interrogata respondit: Serpens persuasit mihi, & manducaui. Serpēs gulæ persuadet, dominus ieiunare decernit. Denicq; ipse ait: Ieiuna
Matt.26. te & orate, ne intretis in tentationem. Itaq; gula de pa
M radiso regnantem expulit, abstinētia ad paradisum re
L nocauit errantem. Et dixit deus: Ecce Adam factus est
Gen.3. quasi vnus ex nobis. Irridens vtiq; deus, non approbās dicit. hoc est, Putabas te similem fore nostri? quia voluisti esse quod non eras, desisti esse quod eras. Itaq; dū supra te esse affectas, infra te esse cœpisti. Denicq; vesti uit eum tunica pellicea prius, & sic ait: Ecce Adā. quasi dicat: Ecce amictus tuus, ecce dignum indumētum tuū: hic te vestitus decet. Qui diuina affectant, tali digni ha bentur ornatu. Ecce quo te tua culpa deduxit, ecce nūc in hac tunica pellicea tanq̄ vnus ex nobis aperuisti ocu los. Circūspice diligenter, nudum te aspicis, quē vestitū
Psal.68. putabas. Gula ergo nudos facit, ieiunia operiunt & exu tos. Vnde dominus ait: Operui in ieiunio animā meā. Bonū operimentū, quod animā tegit, ne à tentatore de prehendatur, ne à tentatore nudetur. Bonum velamen,
Psal.31. quod tegit culpam, tegit abstinentia, tegit gratia. Beati enim quorum remisę sunt iniquitates, & quorum tecta
B sunt peccata. Tegit gratia, dū remittit, & omnē abolet errorem. Tegit abstinentia, dum abluit vitiū, & mœsto absconditaffectu, atq; extenuat pœnitendo. Etenim ieiunium & eleemosyna à peccato liberant. Opertus erat Adam virtutum velamine priusquam præuaricaretur,
Esaiæ.58. sed tanquam exutus præuaricatione vidit se esse nudū, quia indumētū quod habebat amiserat. In diebus enim ieiuniorum vestrorum orietur, inquit, tibi magnum lu men tuum, & sanitas tua matura orietur, & præcedet an te te iustitia, & circundabit te maiestas domini. Bonum vestimentum lux. Scriptum est enim: Circundatus luce
Psal.103. sicut vestimento. Bonum vestimentum, quando circun dat dominus & operit ieiunantes.

Quòd ebrietas Noe obdormire fecerit, & per ignorantiā nudauerit. Quódq; ebrietas seruitutē & incestū induxerit. Et quomodo Abrahā non ministrauerit vinum in suo conuiuio. Necq; Ioannes eo vsus fuerit, necq; Moyses amaritudines aquarum vino temperauerit. Caput V.

NVDATVS erat Noe quando inebriatus est, tenuit eum pietas filiorum. Sed nudatus erat per ignorantiam, non per intēperantiā. Adhuc e nim vinū nesciebatur. In principio generis hu
C mani ignorabatur ebrietas. Primus ipse plātauit vineā: dedit naturā, sed ignorauit potētiā. Itaq; vinū nec suo pepercit authori. Quid mirū si cū dominus ipse creatu ras suas laudauerit, & iste miratus est? Itaq; cum eū delectaret reperti muneris gratia, tentauit vehementior creatura insuetos senis artus, turbauit nouo potio. Dor
Psal.75. mitauerunt, inquit, qui ascēderunt equos. Ascendit cor poris voluptates, & iustus obdormiuit. Sed illius ebrie tas nobis suadet sobrietatē. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi enim malū ebrietatis agnouit, inuentū suum ad remediū temperauit, non effudit ad vitium. Vnde &
1.Tim.5. Apostolus ait: Modico vino vtere propter frequentes tuas infirmitates. Manebat anteq̄ vinum inueniretur omnibus inconcussa libertas, nemo sciebat à cōsorte na turæ suæ obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidē iam fraternæ prælationis inuidia, manebat tamen adhuc pa ternæ pietatis reuerentia. Læsa pietas est, dū ridetur e brietas. Non illis itaque solis nocent vina quos tentant, sed & illis amplius, quorum oculis temulēta ebriorum membra nudantur. Hinc risus irreuerēs nascitur, hinc libido flammatur, vt multo maiore temulentia eos vi na perturbent, quorum oculos ac mētes inebriauerint, quàm quorum membra prostrauerint. Legimus etiam D
quòd patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quē Genes.19.
timentes incendium Sodomitarum confugerant, & ha bitabant in spelunca. Conuenit ebrietati atq; concurrit ætas, sexus, solitudinis locus, ferarum magis latibulis, q̄ humanis aptior domicilliis. Fuit itaq; ebrietas origo incesti, pessimæ regeneratricis partus deterior. At Genes.18.
non Abraham vina in suo cōuiuio ministrabat, sed im molabat vitulum, butyrum & lac etiam angelis hospitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoscebat au thorem: vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte il lic deerat materia peccati, vbi erat remissio peccatorū. Denique annunciauit eum Ioānes neq; manducans pa- Lucæ.7.
nem, neq; bibens vinū. Qui enim Christum annunciat, ab omni vitiorum incentiuo præstare se debet alienum. Vicit igitur sanctum Noe, vel etiam Loth Abrahæ nepo tem ebrietas, quorum alter cum ieiunaret, diluuio su perstes fuit, alter incendio. Moysen quoq; cognouimus sitienti populo amaritudines aquarum temperasse, nō vina. Cui petra aquam vomuit, potuit & vini abundā tia non deesse. Denique dixit deus: Percuties petram, & Exo.17.
exiet aqua ex ea, & bibet populus. Non dixit, Exiet vi num populo. Periculosum enim erat vinū populo mini strare, quòd fortiores ferre vix possent.

De lege ieiunii à Moyse data, & de ieiunio eiusdem. Et quòd sterilitatem matrem Sampson & Samuelis, abstinentia vini fœcundauerit, quibusq; cibis Helisæus filios prophetarum aluerit. Caput VI.

DENIQVE Moyses de ieiunio legem dedit, E
de vino non dedit. Ipsum quoque ieiunan tem non voces magnæ, non fulgura & nu bes nymbosa, non fumigans Syna perter ruit. Neque vero introisset in nubē, & vo cem dei loquentis de medio ignis sine periculo salutis audisset, nisi munitus armis ieiunii fuisset. Quadragin ta enim diebus ieiunauit in monte cum legem accipe ret à domino deo nostro. Et in superioribus quidē mon tis lex dabatur Moysi ieiunanti, in inferioribus populo manducanti præuaricatio sacrilega luxu accendebatur epulantium. Quo spectaculo motus fregit tabulas Moy ses, indignū iudicans vt ebrio populo lex daretur. Itaq; tabulas legis, quas accepit abstinentia, cōteri fecit ebrie tas. Quid vero alia dicam? Nónne sterilitatem matris Sampson, vini abstinentia fœcundauit, & parientem fe cit sterilem? Quoniam iuxta præceptum domini vinū non bibit. Nónne Annam non manducantem exaudi uit dominus, & infœcūditatem eius soluere ieiunia? Ex quibus duo generati, vnus fortissimus, alius obseruantissimus, dignos se præbuerunt qui ieiuno gremio diu foti, & quodam abstinenti effusi vtero viderentur. Idem itaq; Sampson, qui matris sobrietate generatus est, Allophylorum insultantium sibi ebrietatem vindicauit. Helisæus vates quidem à magistro didicerat parcimo- F
niam cum filios aleret prophetarum, vitis agrestis gru mulis mensas onerabat, & inemptis siluestribus oleri
4.Reg.4 bus, hospitalitatis humanitate implebat officiū. Quorū offensi amaritudine, cū manducare nō possent, leuis fa rinæ aspersione omnē illā amaritudinē tēperauit, absti nentiæ propheticæ munere veneni vires euacuans.

Quòd tres pueri Hebræorum ieiunii in caminū ignis intrantes, non solum non læsi, sed & illis refrigerati fue rint. Et quòd Danielis ieiunium etiam leones ieiunare docuerit. Caput VII.

EST quædā creaturæ natura, quā adamantiū vocant, nullo facilis igni cōsumi; quæ im posita focis ignescit, illico sublata de flāma tanq̄ aquarū infusione munda resplendet. Talia erant Hebræorum puerorū corpora, quæ de ieiu nio Adamanti transformata natura, vapore ignis non ad dispendiū sui, sed ad gratiā mutabantur. Denicq; cū furerent fornacis incendia, vt vltra quadraginta cubi-

Gtos flamma per circuitum funderetur, conſumens plurimos quos repererat Chaldęorum, qui naphtha pice & ſtuppa atq; ſarmẽto alimenta ignibus miniſtrabant: vbi cũ ieiunio ingreſsi ſunt, diſcuſſo ardore flammarum in medio fornacis tepore, ſtatim roris ſpiritu refrigerantis humeſcere, ita vt eorũ nullus capillus capitis exureretur, quia illa quoque ieiunia comam pauerãt. Daniel trium hebdomadarũ ieiunio vir deſideriorum, leones quoq; docuit ieiunare, miſsus in lacum. in Adamantis rigorem abſtinẽtiæ ſoliditate membra durata nõ patue runt vulneri. Sic eum conſtrinxerant ieiunia, vt in eius corpore ferarũ morſibus locus eſse nõ poſset. Clauſa tenebant feri leones ora, quæ abſtinẽtia propheticæ ſanctitatis comprimebat, vt ea aperire nõ poſsent, meriti quibuſdã vinculis alligata. Ieiuniũ itaq; virtutẽ ignis extinxit, ieiuniũ ora obſtruxit leonũ, ieiuniũ maris fluẽta ſolidauit, ieiuniũ petram ſoluit in fontes aquarũ. Virtute ieiunii contra ſuam mutata naturam & fluctus obriguit, & petra inundauit.

De vtilitatibus ieiunii. Et de eſcarum laqueis, & inquietudine & periculis conuiuiorum. Cap. VIII.

H SED quid vetuſtis vtar exemplis, cũ abundet ieiuniũ etiam præſentium muneribus gratiarum? Quis deterioratus domũ ſuam ieiunio? Quis imminuit facultates? Cui non ſuſpecta luxuries? Cui nõ venerabilis abſtinẽtia? Cuius thorũ appetiuit parcimonia? Cuius pudorem non læſit ebrietas? Ieiuniũ continẽtiæ magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina, humilitas mentis, caſtigatio carnis, forma ſobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miſerationis expenſa, lenitatis inſtitutio, charitatis illecebra, ſenilis gratia, cuſtodia iuuentutis. Ieiunium eſt infirmitatis alleuamentũ, alimentũ ſalutis. Nemo crudelitatem *ieiunando incidit, nullus per continẽtiam ictum ſanguinis ſenſit, immo nullus nõ repreſ ſit & repulit. Bonum itineris viaticũ, bonũ totius vitæ. Bonum in mari, ſedat naufragia, cibũ ſeruat. Qui graue dicũt ieiuniũ eſse, reſpondeat quis ieiunio defecerit. Multi in prandio, plericq; dum vomũt epulũ, fudêre animam. Quod poſtremo animal ieiuniũ ſibi cauſam fuiſſe mortis ingemuit? Per eſcam laqueus non cauetur, in eſca hamus latet, & cibus deducit in foueam, cibus inducit in retia, cibus viſco etiam aues illigat, cibus volãtes deponit ad mortẽ. Quæ non propter ventris pericula muta animalia crimen neſciunt? & in hoc ſolo tanq; I pro crimine puniuntur. Ieiunium ſobrietas mentis eſt, hoc vigent ſenſus, in hoc iudicia tractantur, in cõuiuio pocula. Ieiunium cuſtodit diſciplinã, luxuriam ſequitur inopia. Mater eſt luxuria famis, ſecundũ propheticum dictum. Ieiunium quietem diligit, luxuria inquietudinẽ. Obſonator eſt, qui anteq; luceat, fores pulſat alienas, & tanq; bellũ aliquod immineat, excitat dormiẽtes. Turbatũ vides, anhelantẽ aduertis, interrogas quæ cauſa perturbationis ſit. Poſcit, inquit, dominus meus, vbi vinũ melius veneat, quærit vbi durior vulua curetur, vbi iecur mollius, vbi phaſianus pinguior, vbi piſcis recentior. Curſitat per diuerſa: & cũ inuenerit, ſummo curſu properat. Inquietat dominum ſomnolẽtum, auctionatur precia: ſi preciũ mouerit piſcis, nuſquã meliorem aſserit inueniri, immo deeſse. Heri, inquit, tẽpeſtas, hodie procella, vix iſtũ potui latentẽ deprehendere. Multi concurſant in macello: ſi tu reddideris, alter plus dabit, & quid exhibebis in prandio? Iſtius vini ille natalis eſt, hæc ex illo lacu lecta oſtrea, talis ſit de ſingulis iactitatio. Haſta quædã agitatur inter obſonatorẽ & paſtorem. Turbatus addicit patrimoniũ, rogat adhuc per quos ſuorũ bonorũ iura minuantur. Curritur ad coquinam, ſit ingens ſtrepitus, ſit tumultus. Tota exagitatur familia, maledicunt omnes, quòd nulla his requies detur. Tandẽ aliquando da requiẽ coquo. Inſtar ſtatuæ pincernæ dextera ſummo gelu riget. Ille in frigida exercet manus, illi marmora lauaturi, munda pauimenta vino madida, & ſpinis cooperta piſcium: & quanti dum ambulant vulnerantur? In ipſo conuiuio clamor epulantiũ, gemitus vapulantiũ. Siquis forte diſplicuit amicis, illi rident, tu indignaris. Sileat aliquando domus à multis perturbationibus huc atq; illuc diſcurrentium, à ſono immoderatorũ animaliũ. Vacet fumo, & ſemiuſtulatorum nidore, nõ coquina, ſed carnificina: putes prælium geri, non prãdium curari: ita ſanguine omnia natant. Male dominicæ ſeruitur gulæ, quæ ſemper expetit, nunq; expletur. Quid enim inſatiabilius ventre? Ho die ſuſcipit, & cras exigit. Cum impletus fuerit, diſputatur de continentia: cũ digeſserit, vale virtutibus dicitur, quærit luxuriã. Inter pocula philoſophia prædicatur, inter philoſophos vina laudantur. Vigiliæ, inquit, & cholera, & tortura viro inſatiabili. manducat, & pauloſt pœnitet: nõ illũ diutius ſua intẽperantia delectauit. Attende diutiẽ qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, cuius ad ianuas mendicus ille Lazarus iacebãt plenus vlceribus, cupiens ſaturari ex his quæ de menſa cadebãt diuitis. Paulopoſt cũ eſset mortuus, cœpit rogare poſitus in inferno, vt extremum digiti ſui pauper ille in aquã intingeret, & refrigeraret linguã eius, quæ ardebat incendio. Vbi illæ copiæ? vbi illæ ebrietates? Sitit qui inebriabatur, abundat qui mendicabat. In ipſo cõuiuio dũ bibunt, ſitiunt: & cum inebriati fuerint, amplius bibunt. Quaſi aperto gurgite vinum iam non bibitur, ſed infunditur: poculum non libatur, ſed exinanitur.

Eccli.31. Luce.16.

Qua ratione potentes prohibeantur vina bibere, & de ieiunio Iudith. Quódq; Heſter pulchrior facta ſit ieiunio, Aman autẽ ſuæ ebrietatis pœnã exſoluerit. Ac de multis excellẽtibusq; ieiunii præconiis. Cap. IX.

L

SPINAS, inquit, naſcuntur in manibus ebrioſi, & ipſe ſe vulnerat, & vlcera ſibi in pectus adigit. His ſpinis ſcidit veſtimentum fidei quod accepit, & theſaurum ſuum ſeruare non poterit. Omnis enim ebrioſus & fornicator egebit, & induet ſe ſciſſa veſtimenta inſipientiæ. Et ideo potẽtes vinum prohibẽtur bibere: ne cum biberint, obliuiſcantur ſapientiam. Denique bibebant vinum in ebrietate potẽtes qui Holoferni principi malitiæ regis Aſsyriorum ſe tradere geſtiebant: ſed non bibebat fœmina Iudith, ieiunans omnibus diebus viduitatis ſuæ, præter feſtorum dierum ſolennitates. His armis munita proceſsit, & omnem Aſſyriorum circumuenit exercitum. Sobrii vigore conſilii abſtulit Holofernis caput, ſeruauit pudicitiam, victoriam reportauit. Hæc enim ſuccincta ieiunio, in caſtris ſe prætẽdebat alienis. Ille vino ſepultus iacebat, vt ictũ vulneris ſentire non poſset. Itaque vnius mulieris ieiunium innumeros ſtrauit exercitus ebriorũ. Heſter quoque pulchrior facta eſt ieiunio. Dominus enim gratiam M ſobriæ mentis augebat. Omne genus ſuum, id eſt totum populum Iudæorum à perſecutionis acerbitate liberauit, ita vt regem ſibi faceret eſse ſubiectum, non libidinis ardore flammatum, ſed cæleſti miſeratione cõuerſum, ita vt & pœna retorqueretur in impium, & honor ſacris redderetur altaribus. Itaq; illa quæ triduo ieiuna uit continuo, & corpus ſuum aqua lauit, plus placuit, & vindictam retulit. Aman autem dum ſe regali iactat cõuiuio, inter ipſa vina pœnam ſuę ebrietatis exſoluit. Eſt ergo ieiunium reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam fœminas fortiores augmẽto gratię. Ieiunium neſcit fœneratorem, non ſortem fœnoris nouit, non redolet vſuras. Menſa ieiunantiũ nõ ſtrangulat filium, continentes viri paternæ centeſimæ. Non vexat viduam oppignerata ſobrii viri, viri defuncti non defœnerata excludit hæredem aula ieiunii. Etiã ipſis ieiunium conuiuiis dat gratiam. Dulciores poſt famem epulæ fiunt, quæ aſsiduitate faſtidio ſunt, & diurna continuatione vileſcunt. Condimentum cibi ieiu-

Prouer.26.

A nium eſt. Quanto auidior appetentia, tanto eſca iucundior. Commẽdat ſitis poculum, neſcit vinum quærere. Ieiunus quicquid hauſerit, tranſmittit ad ſatietatẽ, non ad iudicium nari ſuſpendit. Vſu etiam preciosa degenerant: quorum autem difficilis poſſeſsio, eorũ grata perfunctio. Ipſe Sol poſt noctem gratior: ipſa lux poſt tenebras ſplendidior: & poſt vigilias ſopor dulcior: ipſa ſalus poſt ægritudinis tentamenta iucundior. Ab ipſo mũdi conditore didicimus ſæpe diuerſitatibus cumulari gratiam. Patrocinatur ergo & conuiuio fames, vt gratior fiat menſa ieiunis.

Quẽadmodũ myſtica mẽſa ieiunio cõparetur. Et quę fames faciat acceptabile ieiuniũ. Quidq; ſit quod dicitur: Cũ ieiunatis, vngite capita veſtra. Et de duplici capite, ac de vnguento ſobrietatis, & oleo lætitiæ. Cap. X.

Pſal.22. MYSTICA quoq; menſa ieiunio cõparatur. Illa menſa, de qua dicit Dauid; Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Menſa iſta famis acquiritur precio: & poculũ illud inebriãs ſobrietate, cælestiũ ſacramentorũ ſiti quæritur. Dixit enim dominus: Qui ſititis, ite ad aquã: & quicũq; non habetis argentum, ite & emite, & bibite, & mãducate. Et alibi ait: Eſaiæ.65. Ecce qui ſeruiunt mihi, manducabunt: vos vero eſurietis. Qui vos, niſi qui ante potaſtis? De quibus ſupra dixit: Paraſtis dæmoniis menſam, & impleſtis fortunę poculum. Ergo ſi ad menſam illam venerabilem, ieiunia ſancta nos perducunt, ſi hac fame illa quæ ſunt æterna mercamur, quid de iis dubitamus quæ in vſu humano ſunt, quòd etiam ſuauiora hæc nobis faciat ieiuniũ? Nõ B autem omnis fames acceptabile ieiuniũ facit, ſed fames quæ dei timore ſuſcipitur. Cõſidera. Quadrageſima totis præter ſabbatum & dominicã ieiunatur diebus. Hoc ieiunium domini paſcha concludit. Venit iam dies reſurrectionis, baptizantur electi, veniunt ad altare, accipiunt ſacramenta, ſitientes totis hauriunt venis. Merito dicunt ſingula refecti ſpiritali cibo, & ſpiritali potu: Paraſti in conſpectu meo menſam, & poculũ tuum inebrians q̃ præclarum eſt. Non ſola autẽ fames quæritur, Eſaiæ.58. ſed plane diſciplina ieiunii. Denicq; aliis dicitur: In diebus ieiuniorum veſtrorũ inuenitis volũtates veſtras, & omnes ſubditos veſtros ſtimulatis. Ad iudicia & rixas ieiunatis, & pulſatis pugnis. Vt quid mihi tale ieiuniũ, ita vt audiatur in clamore vox veſtra? Non hoc ieiuniũ ego elegi, & diem ad humiliandum animam ſuam hominem: nec ſic flectas vt circulum collum tuum, cinerẽ etiam & ciliciũ ſubſternas, nec ſic vocabitis ieiuniũ acceptum. Nõ tale ieiuniũ ego elegi, dicit dominus. Quòd ieiunium improbetur, audiuimus: nunc audiam? quod ſit probabile. Sed ſolue omnem colligationẽ iniuſtitiæ tuæ, diſſolue obligationem violentarum cõmutationũ, dimitte confractos in remiſsionem, & omnem conſcriptionem iniquam dirumpe. Frange eſuriẽti panẽ tuũ, & egenos non habentes tectum induc in domũ tuam: & ſi videris nudum, cooperi eum: & domeſticos ſeminis tui C non deſpicias. Vides quæ ſpecies ſit & forma ieiunii? Quia mentes abditas probat, vt orationi vaces, & in lege dei die ac nocte mediteris. Ipſa figura corporis plena iuſtitiæ grauitate, nullus rubor ebrietatis circunfuſus genas intuẽtium offendat aſpectus, ſed vultus caſto micet pallore reuerendus, ſermo grauior, oculus verecũdior, greſsus ſtabilior atq; moderatior. Plerũq; enim in turbatiore inceſsu proditur motus animorũ. Vultus intentior, & quidam cogitationis ſuæ arbiter, & tacitus cordis interpres, vt neq; triſtitiã prætexat, neq; ſoluatur riſu continenti. Non enim ſuperfluũ hoc putes noſtræ commonitionis, cum ſapientia dicat in Euangelio: Cũ Matth.6. autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Ideo dixit hypocritas, eò quòd ſimulatione alienam perſonã induant, ſicut in ſcena qui tragœdias canunt, pro eorũ dictis quorum perſonas gerunt, motus ſuos excitant, vt aut iraſcantur, aut mœreant, vel exultant. Affectant enim iſti vt ieiunare videantur hominibus magis q̃ deo, cupientes iſti probari quod faciebant Iudæi. Ideo nobis dicitur: Vos autem cum ieiunatis, vngite capita veſtra, & faciem veſtram lauate, ne pareatis hominibus quia ieiunatis, ſed patri veſtro qui eſt in abſcondito: & pater veſter qui videt in abſcondito, reddet vobis. Quid eſt, Vngite caput veſtrum? Sed & luxurioſi dicunt: Vino & vnguentis nos repleamus. Vnguento enim ſe vngunt, Sapien.2 qui corpori odoris gratiam quærunt. Sed & illa vnguenta libidinis illecebras mouere conſueuerunt. Aliud eſt ſobrietatis vnguentum, de quo dicit Eccleſia ad ſponſum ſuum: Vnguentũ exinanitum nomen tuum. Aliud Cantic.1. oleum quo artus animæ & quædam mẽbra pinguescũt. Vnde & Dauid dicit: Impinguaſti in oleo caput meum. Pſal.22. Et hoc eſt oleum lætitiæ, quo vnctus eſt Chriſtus à deo patre, vt præ omnibus ſuis emineret conſortibus. Hoc iubet vngere caput noſtrum, vt oleo lætitiæ obducatur omnis ſimulata triſtitia, ne videaris ieiunium tuum vendere hominibus, ne videaris contriſtari in animæ tuæ ſalute. Nemo enim triſtis coronatur, nemo mœſtus triũphat. Vnge ergo caput tuum, vbi ſenſus ſapientis ſunt. Oculi enim ſapientis in capite eius. Ad myſteria vocaris, & neſcis: diſcis cum veneris. Et reminiſcere illud: Eccleſiaſtes.2. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam Pſal.132. Aaron: tunc cognoſces quid ſit. Vngite caput veſtrum, quando placueris deo, vt tibi ſua patefaciat ſacramenta, & det gratiam ſpiritalem. Eſt & aliud caput myſticũ. Quod eſt illud? Audi: Caput mulieris vir, caput autem 1.Cor.11. viri Chriſtus. Mitte in Chriſtum, mitte etiam in caput eius vnguentum. Caput eius deus eſt. Illa mulier Eccleſiæ typum gerens, quę in caput eius miſit vnguentũ, confeſsa eſt eius diuinitatem: & quæ in pedes eius miſit, cõfeſsa eſt eius paſsionem. Vtraq; laudatur. Et tu fac quo lauderis, quo remiſsionem accipias peccatorum. Laua faciem tuam, emunda animam tuam peccatricem, laua illam, & omnem conſcientiam tuam. Index enim facies E plerũq; eſt conſcientiæ, & quidam tacitus ſermo mẽtis, cum aut peccato cõpungimur, aut integritate lætamur. Noli hanc exterminare faciem, laua illam, & omnẽ ſordem conſcientiæ tuæ dilue. Exterminat faciẽ ſuam, qui aliud corde gerit, alius foris prætendit. Non vos velut quadam impietate operiamus: quod intus eſt, foris luceat: quod foris eſt, int9 operetur. Nemo in ieiunio culpam includat, præferat innocentiam. Ieiunium etenim culpæ interfector eſt.

Quòd amara optabiliora ſint dulcioribus. Et quomodo eſca ad horam dulcis, in poſterũ exemplo Eſau amarior efficiatur. Et quòd nihil proſit ieiunium ad iactantiam factum. Caput XI.

NEMO amarioribus præoptet dulciora. Dulcis voluptas videtur, amarum ieiuniũ. Hoc amaro illud dulce tollatur. Solent amara etiam ip F ſis plus prodeſse corporibus. Sicut enim cum in intimis puerorum viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt niſi cũ amarior potus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore moriantur: ita profundum animæ virtus ingreſsa ieiunii, culpam latentem interficit. Quid Eſau ſeruum fratri ſuo fecit? Nõne eſca ad horam dulcis, amara in poſterum? Quid Iacob dominum fratri dedit? Nõne contemptus cibi, ad tẽpus amarior, ſed ſalubris in reliquum? Ipſa corpora dulcibus frequẽter inflantur, & melle iecur tenditur, idem tamen eſca amaritudine temperatur. Ideo non mediocris, ſed laudata quæſtio: De manducante exiuit eſca, & de forti dulcedo. Alii habent: Et de triſti dulce: græci codices ma- Iudi.14. xime. Sed & forte laborioſum eſt. Exit enim dulce de triſtitia vel labore. Noli ergo te iactare cum ieiunas, no ſi gloriari, nihil tibi prodeſt ieiunium. Quæ enim ad oſtentationem fiunt, non in futurum fructum extendunt

G ſuum,ſed præſentium mercede conſumuntur. Helias in deſerto erat,ne quis eum ieiunantem videret,niſi ſoli corui,qui eum paſcerẽt. Heliſæus in deſerto erat, vbi non inueniretur eſca,niſi amara. Ioannes in deſerto erat,vbi ſolas locuſtas & mel ſilueſtre inueniret. Ieiunantibus epulæ pio angelorum miniſterio deferebantur. Prandebat Daniel inter ieiunantes leones. Ille prædebat alienum prandium, feræ non tangebant ſuum. Ieiunantibus epulæ volant, prandentibus pedes vacillant. Ieiunantibus manna de cælo deſcendit, epulantibus culpa præuaricationis aſcendit.

Quemadmodũ ebrietas in omne facinus præcipitet. Et de conuiuiis lubricorum hominum. Cap. XII.

SED quid eſt hoc?dum de ieiunio diſputo, ſtrepitus audio cõuiuiorum. Niſi fallor, dum in ſermone diſputo,meum redoluit prandium. Sonus ergo literarum inuitat, impatientiæ exempla nõ terrent. Etenim
Exod.32. qui ieiunantem,& ea quæ legis ſunt ferentem, expectare non paſsus eſt populus, vtiq; ſedit manducare & bibere,& ſurrexerunt ludere. Videmus ſacrilegium ebrietati ſuiſse coniunctum. Nam ſicut mater fidei continentia,ita perfidiæ mater ebrietas eſt. In quod facinus non iſta præcipitat? Sedentes in foribus tabernatum hominum,tunicam non habentes,nec ſumptum ſequẽtis diei, de imperatoribus & poteſtatibus iudicant,immo regnare ſibi videntur,& exercitibus imperare. Fiunt ebrietate diuites,qui ſunt in veritate inopes. Aurum donant, diſpenſant pecunias populis,ciuitates ædificant,qui nõ habent vnde cauponi potus ſui precium ſoluãt. Feruet enim vinum in his,& neſciunt quid loquantur. Diuites
H ſunt dũ inebriantur: mox vbi vinũ digeſſerint,cernunt ſe eſse mendicos. Vno die bibunt multorũ labores. De ebrietate ad arma conſurgunt,calicibus tela ſuccedũt. Pro vino ſanguis effunditur,& ipſum ſanguinem vina fuderunt. Quam fortes ſibi homines videntur in vino, quàm ſapientes,quàm diſerti,quàm etiã pulchri ac decori,cum ſtare non poſsint? Mens titubat, lingua balbutit,pallor & ſanguis ora ſuffundit. Fateor,ebrietatis horror ſit,barbari in ferrum ruunt, vulgus in rixas. Si quis eorum pugno fuerit percuſsus, videas ora ſauciorum vini lachrymas fundere,miſerabiles epilogos decantare. Habet enim hoc temulẽtia, vt & molliat & reſoluat corda temulentorũ. Sicut enim ignis probat ferrum durum,ita & vini incendio etiam ſuperborum hominũ cor liqueſcit. Omnes ſibi in vino æquales videtur, nullus inferior. Nõ pauper diuiti cedit,vtpote quia pauperem ſe eſse neſcit. Non infirmus valido,cui omnis in bibẽdo eſt fortitudo. Non mendicus locupletiori,non ignobilis honorato:ſed cum bibunt,illum regẽ habẽt, qui bibendo ſuperauerit viros. Meritoq; ſcriptum eſt:
I Aequalis vita hominibus,vinum in ebrietate. Sed vtinam & quod ſequitur audires:Bibas illud moderate,vt ſis ſobrius. Non habes quòd accuſes vinũ, in iucundita tem creatum eſt,non in ebrietatem. Ab initio exultatio animæ & cordis eſt,ſi moderate bibas. Immoderatio autem potus in iracundiam concitat,& ruinas multas effi cit. Sed forte dicant has eſse potationes vulgarium & leuiſsimorum hominum. Veniamus ergo ad horum potentium & fortiſsimorũ conuiuia. Non ego hic vnguentatos adoleſcentulos aut coronatos roſis proferã, qualem ferunt illum fuiſse qui delibutus vnguentis,redimitus floribus, ſubnixus meretricibus, antelucano potu ebrius,& diurno cereorũ comitatus lumine, philoſophorum auditorium diſputantium ingreſsus ſit. Quo audito,coronas,vt aiunt,ſenſim detraxerit,vnguẽta deterſerit,ſcortis vale dixerit: philoſophus poſtea tantus euaſerit,vt eſset ſobrietatis exemplum, qui fuerat ante ebrietatis ludibrium. Non enim emendatum illis inuideo,doceam genus eorum luxuriæ à me non eſse ſimulatum. Certe ille ſi reſipuit à vino, fuit tamẽ ſemper temulentus ſacrilegio. K

De conuiuiis præliatorum & fortiſsinorum adoleſcentum,& de potu ad æquales calices. Et de furoris poculo. Caput XIII.

IGITVR hinc ad adoleſcentes lubricos, ad conuiuia præliatorum veniamus. Inter arma prandendum eſt. Stipatores hi ſunt belici,qui miniſtrant ſuccincti auro,& Babylonicis lumbos ſuffulti baltheis:aureis torquibus nitẽt colla,infantium aureis bullis zonam tegunt, aureis thecis cultros includunt ſuos,quibus dimicent. Cum epulis diuidendis aſsiſtũt pueri coma nitentes,ex gẽte barbarica ad hos vſus electi,per ſingularum diſtincti ætatũ vices:Cernas poculorũ diuerſorum ordines,aciem ordinatam putes,vaſa expoſita aurea & argentea, pompã arbitreris, cornu in medio vini plenum, non epularis, ſed præliaris inſtrumentũ buccinæ, quod diſcumbẽtes in certamen accendat. Primo minoribus poculis velut velitari pugna præluditur. Verum hæc non ſobrietatis eſt ſpecies,ſed bibendi eſt diſciplina. Etenim vt tragœdiarum actores primo ſenſim vocem excitant,donec vi uæ vocis aperiant iter,vt poſtea magnis poſsint clamoribus perſonare: ita iſti quoq; in principio præluſoriis ſe exercent poculis,vt irritent ſitim,ne forte reſtinguãt eam,& ſatiati poſtea bibere non poſsint. Ergo vbi recalere cœperint,poſcunt maioribus poculis, feruor inardeſcit. Arctius *cibus ſiti exæſtuat,& vbi imminui vaſa *aridus.
cœperint,potu meraciore reparantur. Certant pocula cum ferculis,& inter moras ſæpe geminantur. Deinde L
procedente potu longius,contentiones diuerſæ,& magna certamina,quis bibendo præcellat. Nota grauis ſi quis ſe excuſet,ſi quis temperandum forte vinũ putet. Et hæc donec ad menſas perueniatur ſecundas. At vbi conſummatæ fuerint epulæ,putes iam eſse ſurgendum: tunc de integro potum inſtaurant ſuum: & cũ conſumauerint,tunc inchoare ſe dicunt,tũc deferuntur phialæ,tunc maximi crateres quaſi inſtrumenta bellorum. Ac ne immoderatum hoc arbitreris, mẽſura proponitur,certatur ſub iudice, ſub lege decernitur agonothetæ. Illic furor eſt ſtipendiũ debilitatis, victoriæ præmiũ culpa:pendet anceps diu & dubius belli euentus. Furor enim illic eſt præliaris. Cedunt pincernarum manus vina fundentium,& coquorum labores calida miniſtrantium. Cedunt qui menſuras ipſas bonas ſupereffluentes diligenti librant examine ne quid effundant:non cedunt bibentes. Sola illa ſunt ſine excuſatione certamina. In bello ſi quis ſe inferiorẽ viderit,arma conuertit, & meretur veniam. Hic ſi quis calicem cõuertat, vrgetur ad potum. In ſcammate ſi quis te manu leuat, exors quidem palmæ,ſed immunis iniuriæ eſt. In cõuiuiis etſi manum reuocet à vino,ori eius infunditur. Omnes ine- M
briantur,victores,victiq;,omnes ebrii iacent,plericq; ſopiti. Nec portari eos ad ſepulchrum licet, priuſquã qui paſcit,de omnibus vindictam viderit, vt vlciſcatur diſpendium. Qui autẽ damna non ſentit, hanc mẽſæ ſuæ gloriã putat,ſi ex ea vulnerati oẽs ac ſauciitanq; de arena exeant. Spectaculũ triſte Chriſtianorũ oculis, & miſerabilis ſpecies. Cernas iuuenes terribiles viſu hoſtibus de conuiuio portari foras, & inde ad cõuiuium reportari:repleri,vt exhauriant:& exhaurire,vt bibãt. Si quis verecũdior fuerit,vt erubeſcat ſurgere,cũ iam immoderatos potus tenere non poſsit, anhelare vehementius,ſudare,gemere,ſignis prodere quod pudet cõfiteri. Ibi vnuſquiſq; pugnas enarrat ſuas, ibi fortia facta prædicat,narrat trophæa. Vino madidi & ſomnolenti neſciunt mẽte quid lingua proferat. Vnuſquiſq; ſtertit, & optat,dormit & dimicat:& ſi quando conſurrectum fuerit,viri præliatores ſtare nõ poſsunt,greſsu vacillãt. Rident ſeruuli dominorũ opprobria, manib9 ſuis portant militem bellatorẽ, imponũt equo. Itaq; huc atque illuc tanquam nauigia ſine gubernatore fluctuant, &

A tanq̃ vulnere icti in terram defluunt,niſi excipiantur à ſeruulis. Alii referuntur in ſcutis, fit pompa ludibrii. Quos mane inſignes armis ſpectaueras, vultu minaces, eoſdẽ veſperi cernas etiam à puerulis rideri, ſine ferro vlneratos,ſine pugna interfectos, ſine hoſte turbatos, ſine ſenectute tremulos,in ipſo iuuentutis flore arentes.

De reprehenſione eorum qui conuiuia illicita præparãt:& quòd maior ſit vis vini,q̃ veneni. Cap. XIIII.

VIS tale miſcuit furoris poculũ? Quis tãtum infudit mẽtibus venenũ? Periclitatur homo vltũ eſse de corpore, & ipſe ſibi reꝰ eſt inſaniæ volũtariæ, corruptela ſpontanea:& tamẽ nec vos excuſamini qui vocatis'vt amicos,& emittitis vt inimicos. Quãto melius in terrã tua vina fudiſſes? Sed & terra inebriatur, & aſperior es etiã ipſas feras reddit ſi vini cõtigerit odor. Deniq; vindemiæ tẽpore ſi vineã itrare voluerint, ſolẽt ebrietate ſuccẽdi. Quid te delectant dãna ſine gratia? Rogas ad iucunditatẽ,cogis ad mortẽ. Inuitas ad prandiũ, eſferre vis ad ſepulchrũ. Cibos promittis, tormenta irrogas. Vina prætẽdis,venena ſuffundis. Omne enim quicquid nocet,venenũ eſt. Tollit ſẽſus, viſcera exurit,ſomnũ infert,caput vexat. Etiã maior vis vini q̃ veneni eſt.
Deut.32. Deniq; venenũ vino excluditur,nõ veneno vinũ. Merito deus per Moyſen nõ ſolũ veneno,ſed etiã draconum veneno vinum cõparauit,dicẽs: Furor draconũ vinum eorũ,& ira aſpidũ inſanabilis. Et pulchre additur,inſanabilis. Multi enim reliquorũ ſerpentiũ veneno curantur,nemo ebrietate. Certe veneno caro vulneratur, vino mens. Noxia eſt ebrietas ad corporis ſanitatẽ, menti etiã crimen adiũgit. Aduerte etiã & perfidiæ venenũ, vi
Ibidem. ni declaratũ nomine. Ait enim ſupra de alienigenis,qui neſcirent deũ: De vinea enim Sodomorũ vinum eorũ, & vitis eorũ vitis Gomorræ,vua eorũ vua fellis, botrus amaritudinis in ipſis.

Quid de ebrietate Eſaias loquatur. Et quod non ſolum vinũ, ſed etiam ſicera inebriet. Et quid ſignificet, Calix aureus Babylon in manu domini. Et quomodo vas apoſtolorum fictile ſit. Caput XV.

PVTATIS me tanq̃ vino crapulatũ,intem perantius ieiunii prædicatiõe hũc miſiſse ſermonẽ? Et adhuc fecũdũ prophetas fortiſsimos viros quanta præterii, quãto minora dixi,q̃ dominus locutus eſt. Audiſtis quid per Moyſen dixerit,audite quid in libro ſermonũ Eſaiæ ſcriptũ ſit. Inuenitur enim dominus huiuſmodi verbis vſus,& ait: Væ iis qui cõſurgũt mane, & ſectãtur ſicerã,qui ebrii ſunt veſpertina:vinũ eos cõburet. Cum cythara enim & pſalterio & tympanis vinũ bibũt: opera autẽ domini nõ reſpiciunt,& opera manuũ eius non conſiderãt. Cui væ inquit,cui iudicia,cui tumultus? Diuerſa ſingulis,temulentis omnia. Væ enim iis qui ebrii ſunt veſperi. Quid ergo illis qui & ante veſperã, &
Eſaiæ.5. C queter in luce madẽt? Ergo væ ſibi debitũ. Habẽt cõcertationes,cõſerũt lites,in cædẽ profiliunt,& veniũt ad iudicia,vel vocantur. Habẽt ergo & iudicia tanq̃ rei. Fit nonnunq̃ grauior tumultus,quia vino mens peruertitur ebrioſi:& nõ meminit regis,nec magiſtratus, vt ſcriptũ eſt. Et omnia aperta facit loqui,& nõ meminerũt cũ
3.Eſdræ 3. biberẽt,amicitiæ,nec fraternæ neceſsitudinis. Sed non poſt multũ ſumũt gladios:& cũ à vino merſi fuerint, & ſurrexerint,nõ meminerunt ipſi quæ geſserint. Habent ergo etiã dignã mercedẽ tumultus. Prætereã certe ergo citharam,pſalteria,tympana,quæ cognouimus conuiuiis huiuſmodi frequẽter adhiberi,vt vino & cãtu excitentur libidines. Plericq; etiã Perſico more mulieres dignas temulentorũ cõſortio induci iubẽt,& ab his phialas accipiunt,atq; illis ſe ſubſternunt ſedẽtibus. Et hũc ritum ſacratę habent obſeruationes in ebrietatis miniſterium. Habẽt ergo vinũ & Barbari:libẽter his Romanus indulget, vt & ipſi ſoluantur in potus, & eneruati ebrietate vincantur. Nec ſolũ vinũ ebrietatem facit,ſed D
ſicera. Deniq; Hebræi omnem potũ qui inebriat,ſiceræ nomine vocãt. Non immerito ergo væ illis,qui mane ebrietatis potum requirũt, quos cõueniebat deo laudes referre,præuenire lucẽ, & vacare orationi, occurrere Soli iuſtitiæ,qui nos viſitat,& exurgit nobis,ſi nos Chriſto non vino & ſiceræ reſurgamus. Hymni dicũtur, & tu cytharã teneꝰ? Pſalmi canũtur, & tu pſalteriũ ſonas aut tympanũ? Merito væ,qui ſalutẽ relinquis, mortẽ eligis. Vix diluculũ,& iã curſatur per tabernas,vinũ quæritur,excutiuntur tapetes, accubitũ feſtinant ſternere, lagenas argenteas,auratos calices exponũt. Væ,inquit, iſta quærentibus. Calix aureus Babylon in manu domi Hiere. 51.
ni inebrians omnẽ terram. A vino eius biberũt omnes gentes,ideo cõmotæ ſunt. Et ſubito cecidit Babylon, & cõtrita eſt. Calix ergo aureus cõtritus eſt: quia Babylon contrita eſt,quæ eſt calix aureus. Sed quãuis auro ſe iactet & precio,in domini & ipſa eſt poteſtate. Deniq; diuina indignatione cõteritur. Qua ratione calix aureus? quoniã qui à veritate deficit, quærit illecebrã, vt ſpecie ſaltẽ preciosa ab bibendũ aliquos poſsit illicere. Cõſtitue ante oculos tuos põpã huius ſeculi, vide ſpecioſam illecebrã,ſed inanẽ gratiam. Non ſeducant te aurea vaſa & argentea. Habemus & nos theſaurũ in vaſis fictilibus. Vas apoſtolorum fictile eſt, ſed in eo theſaurus eſt I.Cor.4.
Chriſti. Væ ſicerã mane ſectantibus. Aureũ eſt hoc vas, poculũ eſt,& in eo poculo venenũ mortis,venenũ libidinis,venenum ebrietatis. Hoc qui biberit, cõmouetur & cadit. Commouetur nõ ſolum corpore,ſed etiã corde turbato. Commoueri enim peccati eſt.

De magna ebrietatis deteſtatione. Cap. XVI.

DENIQVE Cain exiens à conſpectu dei, ha E
bitauit in terra Naim, quæ per interpretationem ſignificat commotionem. Ergo qui calice aureo inebriatur, peccato mouetur. Quid te ſub maledicto conſtituis Cain illius parricidæ,vt tremens atq; profugus moueaꝛis? Sed & perſecutores domini tranſeuntes mouebant capita ſua. Exagitabat enim eos ſpiritus nequã, qui repleta à ſe corpora mouere cõſueuit. Et ille cũ defuerit, tremor definit: ebrietas autem perpetuũ dat tremorẽ. Sudãt vino corpora temulẽtorum: ſi leuius ea tetigeris, exprimis vinũ. Ebrietas fomẽtum libidinis,ebrietas incẽtiuum inſaniæ,ebrietas venenum inſipiẽtiæ. Hæc ſenſus hominum mutat & formas,per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes. Siquidẽ naturali vapore corporis calidi,& præter naturam vini calore flammati,cohibere ſe non queunt,& in beſtiales libidines excitantur,vt nullum tempus præſcriptũ habeant quod doceat indulgere concubitui. Vocem amittunt,colore variantur,oculis igneſcunt,ore anhelant, fremũt naribus, F
in furore ardeſcunt,ſenſu excedũt. Hinc phrenetis periculoſa,hinc calculi grauis pœna, hinc exitialis crudi tas,hinc vomitus frequens immẽſas epulas cum internorum viſcerum cruore fundentium. Nam eadem do- Hiere. 25.
minus per Hieremiam locutus eſt dicens: Bibite & inebriamini,& vomite,& cadetis,& nõ conſurgetis. Hinc etiã vanæ imagines,incerti viſus,inſtabilis greſsus,vmbras ſæpe tranſiliũt ſicut foueas. Nutat his cum facie terra,ſubito erigi & inclinari videtur,& quaſi vertitur. Timentes in faciem ruũt, & ſolum manibus apprehẽdũt, aut cõcurrẽtibus montibus ſibi videntur includi. Murmur in autibus tanq̃ maris fluctuãtis fragor, & reſonantia fluctu littora. Canes ſi viderint,leones arbitrãtur, & fugiunt. Alii riſu ſoluuntur incondito,alii inconſolabili mœrore deplorant,alii cernunt irrationabiles pauores. Vigilantes ſomniant,dormientes litigant. Vita his ſomniũ eſt,ſomnus his mors eſt: excitari nullis vocib9 poſsunt. quantolibet ſtimulãdo impulſu petas, niſi reſipuerint,euigilare nõ poſsunt. Vnde bene Hieremias huiuſmodi hominẽ tanq̃ ſuperfluam creaturã deflendũ

G putat. Quid est homo ebrius, nisi superflua creatura? Itaq; sic ait: Sicut fletū Iazer defleo te vitis, quia deserta est ciuitas Iazer. Et infra: Vinū erat in torcularib⁹ tuis, mane non calcauerunt, meridie autem non fecerunt. Iazer, Mohi, Ticine, Piccot factura superflua est. Moderatio enim naturalis est: supra mensuram quicquid est, superfluum habetur: ita est ebrietas, quæ fletu prophetico deploratur. Vnde ait Apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed inebriamini spiritu. Est ergo ebrietas culpæ, est & gratiæ. Et forte hæc naturæ quæ gratiæ, qui ad imaginem & similitudinem dei facti, spiritusancto repleti esse debemus. Ephes.5.

De obtestationibus & sacramentis potantium, quæ violare nefas arbitrantur. Et quomodo sæpe vino secretiora hominis extorquentur. Quódq; frequens ingurgitatio interiora hominis absumat. Cap. XVII.

VID autem obtestationes potantium loquar? Quid memorē sacramēta, quę violare nephas arbitrantur? Bibamus, inquiūt, pro salute imperatorum: & qui non biberit, sit reus in deuotione. Videtur enim non amare imperatorem qui pro eius salute non biberit. O piæ deuotionis obsequium. Bibamus p salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum sanitate. Et hæc vota ad deum peruenire iudicant, sicut illi qui calices ad sepulchra martyrum deferunt, atq; illic in vesperam bibunt, & aliter se exaudiri posse non credunt. O stultitiā hominum, qui ebrietatem sacrificiū putant, qui æstimant illos ebrietate placari, qui ieiunio passiones sustinere didicerunt. Quot de intemperantia conuiuii nouimus ad tormenta venisse. Dum per ebrietatem de imperio suo certant, & sibi regna promittunt, aliis honores pollicētur, infœlices ad pœnā ducti sunt, qui quid dicerent, nesciebant. Vnde plerięq; boni iudices ea quæ per ebrietatem dicta sunt, esse tenenda ad crimen non putauerūt. Pleriq; etiā vino vtuntur vt equuleo: & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tētant bibendo, vt patriæ statum, salutem ciuiū, defensionis suæ prodant consilia. Virtus enim plerunq; vincit dolorem, fidem autem potus excludit. Cognoui plerosq; fidiculis exulceratos nomē suū negasse. Quis inter cyathos texit quod latere cupiebat? Quid retexā audita? Mihi non poculi, sed profluuii genus esse videtur, quòd in ora hominum tanquam per fistulas aut canales vina funduntur? Hos homines an vtres verius æstimauerim? Et tamen ipsi vtres, si immoderata transfusio fit, sæpe rumpuntur. Per cornu etiam fluentia in fauces hominum vina decurrunt, & si quis respiraverit, cōmissum flagitium, soluta acies, loco motus habetur. Aqua decurrens à Libano cautes rumpit & soluit, quomodo mollibus putant nequaquam nocere visceribus vinolentorum impetus fluentorum? Elephantos quoq; I ferunt promuscide haurire aquæ plurimum, eosdem tamen ad sedandam sitim moderato potu esse cōtentos. Sed si forte ab aliquo caupone fuerint mercede fraudati, indignantes, replere concauum promuscidis, nō vt bibant, sed effundant, atq; ita momentariis inundationibus irrigare eius tabernam, de quo se putarint vindicandos. Siccantur ad potum subito lacus, ac repēte funduntur, natant omnia. Cui non mirū tam immania belluarum corpora superfluum nil tenere?

Quomodo etiam fœminæ vsque ad ebrietatē bibāt, & inde in plateis inuerecundos viris sub cōspectu adolescentulorum intemperantium ducāt choros. Et quid boni sit sobrietas, quid mali intemperantia.

Caput XVIII.

SED quid de viris loquamur, quando etiam fœminę, quas oportet solicitudinem castitatis, sobrietatisq; adhibere custodiam, vsq; ad ebrietatem bibunt? Deinde surgentes, quas etiam inter secreta domus vel audiri ab alienis non conuenit vel videri, prodire audent in publicum non velato capite, vultu procaci. Apostolus mulieres tacere etiam in Ecclesia iubet, domi viros suos præcipit interrogare. Illæ in plateis inucrecūdos viris sub conspectu adolescētulorum intēperantiū choros ducunt, iactātes comam, trahētes tunicas, sciſsæ amictus, nudæ lacertos, plaudentes manibus, saltantes pedibus, personantes vocibus, irritantes in se iuuenum libidines motu histrionico, petulāti oculo, dedecoroso ludibrio. Spectat corona adolescentum, & fit miserabile theatrum. Inter saltantiū lapsus ocello impuro, & contaminato aspectu, terra turpi saltatione polluitur, quæ obscœnis cantibus verberatur. Quomodo patienter loquar, pie prætereā, conuenienter defleam? Vinum nobis tantarū animarum damna intulit. Etenim si vinū & mulieres discedere à deo faciunt, quòd vel ebrietas vel libido præuaricationis illecebræ sint, si singula ac separata hæc faciunt, quid faciunt vnita? Vnde non immerito ait Sapiens ante nos quidam: Mulier ebriosa ira magna. Quid autē mirū si vino decipiuntur animæ fœminarum, cum omnes illæ tribus patrum cum de petra biberent aquam, manna manducarent, gentes validissimas vincerent, & non erat in his vllus infirmus: vbi vero carnes desiderare cœperunt, & desideriis in Aegyptū cōuertebātur, nequaq; ex tot millibus hominum in terram promissionis præter duos peruenire potuerūt? Itaq; quid boni sit sobrietas, quid mali intemperantia, hinc colligi datur, quando qui murmurabant, requirētes Aegypti delicias à ser pentibus moriebantur: quando per maris rubri transibant semitam, aquā bibebant. Nos ergo vereamur exēplum, nos fugiamus delicias, ne nos futurorum bonorum adeptione defraudent. H K 1.Cor.14. L

Quid sibi sperare debeant bene pasti & luxuriosi, & de visione Tyri. Quódq; mare nulla necessitate, sed sola humana intemperantia inquietatum fuerit. Et quomodo luxuriosi nauibus assimilentur. Cap. XIX.

ET quid aliorū vtar exemplis? Ipsi bene pasti ac luxuriosi quid sibi sperēt, audiamus. Inducit enim eos Esaias propheta dicētes: Manducemus & bibamus: cras enim morie mur. Meritóq; exclamat: Vlulate naues Carthaginis, quia perierunt, & non amplius erunt. Quod est dictum de visione Tyri, quam luxuriosam vrbem cognouim⁹. Ideóq; nona visio est, non septima aut octaua, quòd ea neq; legē custodiat, neq; Euangelii gratiam, cū & sabbato legitimo ignes libidinis adolere sit vetitū, & Euangelii serie octauus dies resurrectionis illuceat. Idem autē dies primus atq; octauus, quia dominica dies in se recurrit. Luxuria ergo nec finem habet, nec obseruātiam disciplinæ, luxuria seminarium & origo vitiorū est. Nec arbitremini me aduersus Apostolum dixisse quia ille ait auaritiam radicem esse vitiorū omniū: quoniam luxuria ipsius est mater auaritiæ. Etenim cum exhauserit quis luxuriando proprias facultates, quærit postea auara compendia. Audistis hodie quid lectū sit: Mercatores, inquit, Phœnicū transmeantes mare. In aqua multa semina mercatorum, sicut messis quæ defertur. Vicinæ sunt istæ ciuitates, Tyrus, Phœnice, Sidon, vicinæ vt locis, ita & vitiis. Mercaturis ac negotiationibus periculosa transfretatio maris. Lucella quærens solicita vita hominum, inquieta cōuersatio, & quodam semper in turbine, ventis ipsis mobilior quibus voluitur, huc atque illuc sæpe iactatur. Et vtiq; accusatis crebra naufragia, quis vos nauigare compellit? Quasi non inuidia opum & terras faciatis intutas, & ad latrociniū plurimos excitetis. Mare non ad nauigādū fecit deus, sed propter elementi pulchritudinē. Latius Pelagi fudit æquora, certe vt freto includeret terras, ne longius tu vagus & exul errares. Sed tempestate iactatur mare. Temere ergo non vsurpare debetis. Elementum innocens nihil deliquit, temeritas humana sibi est ipsa discrimini. Denięq; Esaiæ.22. Esaiæ.23. Eccli.26. 1.Tim.6. M

A qui non nauigat, nescit timere naufragium. Dominus dixit: Dominamini piscium maris. nō dixit, Nauigate in fluctibus. Denique & propheta Ionas, qui missus est in Niniuē vt pœnitentiam prædicaret, quia voluit nauigare vt fugeret à facie dei, tempestate turbatur, & sorte ductus & iactatus in mare, & exceptus à ceto est. Propheta quoque Dauid ait cum dei circa hominem commemoraret gratiam: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Piscibus dedit non hominibus perambulare semitas maris. Ad escam tibi mare datum est, non ad periculum: cibo, non mercatu vtere. Cur tibi periculum generas de voluptate? Cur separationibus elementi profunda rimaris? Cur inquietas mundi altiora secreta? Cur postremo sepius sulcare atq; exarare fluctus impatiens nauta contendis? Cur tendas frequenter innoxia æquora, irritas procellas? O inexplebilis auaritia mercatorum, cede tu, vbi & Pelagus & mare inquietudinem tuam nō potest sustinere. Denique totiens recurrentibus mercatoribus exaratum, erubesce Sidon, ait mare. Tanquam fatigati elementi vox ista dicentis est: Erubesce Sidon. hoc est, meos fluctus negociator arguis, cum sis ipse fluctibus in quietior, & erubesce velut pudore, quoniam periculo non moueris. Verecundiores venti sunt, quàm vestræ cupiditates. Illi habent ocia sua, nunquam vestra quærendi studia feriantur, Et cum ociosa tempestas est, nunquam vestra ociosa sunt nauigia. Versatur vnda sub remige, quando quiescit à flamine. Non parturiui, inquit, nec peperi, nec nutriui, iuuenes quid me inquietāt quos B nescio, quos non agnosco? Ite in Carthaginem, vlulate qui inhabitatis insulas. Supra dixit: Vlulate naues Carthaginis. Carthaginem etenim Tyrii condiderunt, & ideo Carthaginenses sequuntur luxuriam cōditorum, transfusa in se decolora successione nequitię, pessimorum vitiorum hæredes deteriores. Et bene luxuriosos naues dixit. Sicut enim illæ vento, ita hic cibo iactatur & vino. Insulæq; repletæ potu inhabitant, corpora naufragiis circunsonāt. Tundūtur fluctibus ebrietatis, nec per diem nec per noctem quiescunt. Horum igitur mercatorum semen in aqua, merces in fluctibus est. In aqua enim labores suos seminant, vt pericula metāt. In aqua eis seges pullulat, in aqua istis exuberat fructus. Ipse in aqua est, nunq; tutus est & solid⁹. Vnde rectè ait: Qui seminabat in terra, non introiuit in negociationem. immo qui seminabat in cælo. Sed est & bona terra, in qua C quicunq; seminauerit, fructus ei cælestis oriatur. Pſal.8.

Quis dicatur cantus meretricis, de quo in Esaia: Erit q; post annos septuaginta Tyrus vt canticum meretricis. Et de misericordia medici, & saluatoris gratia, & quibus modis quærenda sit.

Caput XX.

VLULATE, inquit, iterum naues Carthaginis, quoniam periit munitio vestra, & erit in illa die, relinquetur Tyrus. Et ifra: Eritque post septuaginta annos Tyrus vt canticū meretricis. Videte quibus verbis vtatur Propheta, nec refugiat verborum istiusmodi vilitatem. Nos interdum refugimus, non quo nobis quàm illis lingua sit castior, sed authoritas inferior. Maior enim vis rerum in talium expressione sermonum est, vt qui delicta non erubescunt, erubescant vel nomina delictorum. Eritque Tyrus, inquit, vt canticum meretricis. Videte ne cum aliquis illos choros viderit pia verba cantare, dicat: Ecce Tyrus facta est vt canticum meretricis. oraculum propheticæ annunciationis impletum est. Et subiecit: Accipe citharam, & vagare ciuitas meretrix oblita bene citharizare, multa canta, vt fiat memoria tui. Et post septuaginta annos erit Tyrus canticum meretricis, & visitationem faciet deus Tyri. Vnde possumus & in bonum canticum Raab illius meretricis accipere, quæ exploratores Iesu fideli mente susc epit. Nam Esaiæ.23. Iosuæ.2.

& dominus ait: Cantauimus vobis, & non saltastis. Et Dauid ait: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Hoc est canticū meretricis, quod D ante illa meretrix in Adam & Eua terra cantauit, meretrix in populo nationum. Hæc meretrix bonas plurimas fecit meretrices, de quibus dictum est à domino Iesu ad illum electum & seniorem populum dei: Publicani & meretrices præcedēt vos in regnū dei. Ergo quoniā tam misericordē habemus dominum, qui etiam grauē ignoscat errori, cōuertamur nos à vitiis, nō recedamus à lege, præceptū domini quasi serui sedulis studiis exquamur. Quid nobis cū impuritatibus & impudicitiis? Quid cum operibus diaboli? Audistis hodie in lectione decursa quid legio dixerit: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dauid? Et tu dicis si forte vides pugnare aduersum te diaboli tentamenta: Quid mihi & tibi est Belial? Ego Christi seruus sum, illius redēptus sanguine, illi me totum mancipaui. Quid mihi & tibi est? Non noui opera tua? Nihil tuum quæro, nihil tuum possideo, nihil tuum desidero. Quanto magis nos oportet separare à diabolo, si se ille discernit à Christo? Et si fuimus ei aliquando obnoxii, iam nō simus, cōfugiamus ad medicū, qui vulnera superiora curauit. Et si quid supereſt acerbitatis, medela nō deerit. Et si quid iniuriæ fecimus, memor nō erit qui semel donauit. Et si grauia deliquimus, magnū medicū inuenimus, magnā medicinam gratiæ eius accepimus. Medicina enim tollit peccata magna. Habemus etiā plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Pecuniā habes, redime peccatum tuum. Nō venalis est dominus, sed tuipse venalis es. Peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed preciosa est misericordia. Eleemosyna, inquit, à peccato liberat. Et alibi dicit: Redemptio viri, diuitiæ eius. Et in Euangelio dominus dicit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et veneno frequenter antidotum temperatur, hoc est, venenum veneno excluditur. Veneno mors repellitur, vita seruatur. Fac & tu quasi bonus dispensator de instrumento auaritiæ subsidium misericordiæ, synceritatis gratiam de corruptionis illecebra. Pſal.95. Lucæ.7. Lucæ.8. E Tob.12. Prouer.16. Lucæ.16.

Quomodo intelligendū sit illud prophetæ: Ecce venit dominus disperdere orbē terrarū. Et quomodo athletæ simus, quibus multis certaminibus in stadio currendum est pro brauio, & ideo sobrietate, & abstinētiæ exercitio nobis opus sit.

Caput XXI.

AVDISTI quid lectū sit hodie: Ecce venit dominus disperdere orbem terrarum. Quasi manu sanctus propheta demonstret, quasi oculis aduenientē videat iudicii diē, ita dicit: Ecce venit dominus disperdere terrarum orbē. Immo quia in spiritu prophetis etiā quæ futura sunt, tanq; præsentia reuelantur, ideo quæ videbāt, nobis quoq; demonstrare cupiebant, vt nos ad cōuersionem ab errore reuocarent. Nec tamē quisq; frangi debet cū audit, quia disperdet dominus orbē terrarum. Ne forte dicat, Esto, nos grauia peccata cōmisimus: quid orbis deliquit, quid terra, vt & illam disperdat? cur perit tam pulcher ornatus? Sed angustia est animi, istiusmodi opinio. Cæterum si altius spectes, inuenies hoc esse pro nobis quod putas esse contra nos: iudicabis hoc esse pro mundo, quod ad uersum mundum arbitraris. Non semper stadiū plenū repertū est spectatoribus, non semper certaminibus in quietum, non semper concretū pulvere, sed quādo certamina, tūc populus in spectaculo, luctatur in scāmate, puluis in stadio. Vbi decursa certamina: conuētus soluitur, discedit vnusquisq;, aut victor ad gratiam, aut victus ad opprobrium, euehit corona victorē, victum premit verecūdia: angit iniuria. Si quis ergo postea ingrediatur stadiū, videat vacuum celebritatis, dicat Agono- F Esaiæ.13.

G thetæ,cur vacat ſtadium?cur ſilent certamina?cur ſolennia feriantur? Reſpondebit qui Agoni præeſt, oportet ſpectatores requieſcere. Qui enim laboris eſt fructus, niſi requies poſt laborem?Similiter & orbis terrarū aliquando ſoluendus eſt,vt ſit requies fatigatis. Athletę ſumus,in quodam ſtadio decertamus ſpiritali. Denicę bonus athleta dicebat:Facti ſumus ſpectaculū huius mundi.Et alibi:Sic curro,non vt in incertum:ſic enitor, nō
1.Cor.4. vt aerem cædens,ſed caſtigo corpus meum.Et alibi:Su-
2.Cor.9. periora obliuiſcens,& quæ ſunt priora appetēs,ad deſti-
Philip.3. natum ſequor brauium.Athletæ ergo ſumus, legitime certandum eſt.Multa certamina ſunt: & qui hodie victus eſt,cras ſe reparet. Ante brauium contenditur ad coronam.Poſtea nūquid athleta ocio vacat, cum ſemel dederit certamini nomen ſuum?Exercetur quotidie,vngitur quotidie.Ipſe cibus ei agoniſticus datur, diſciplina exigitur,caſtimonia cuſtoditur.Et tu dediſti nomen tuum ad agonem Chriſti, ſubſcripſiſti ad competitionem coronæ,meditare,exercere,vngere oleo lætitiæ,vnguento exinanito. Cibus tuus cibus ſobrietatis ſit, nihil habeat intemperātiæ,nihil luxuriæ.Potus tuus parcior, ne quid ebrietatis obrepat:cuſtodi corporis caſtimoniā vt poſsis eſse habilis ad coronam. Nec exiſtimatio tua offendat ſpectatoris affectum,nec te fautores tui negligentem videant,& deſerant ſpectantes archangeli,& poteſtates,& dominationes,& illa angelorum decem milia decem milium.Sub tantis erubeſcere,cōſidera quàm dedecoroſum ſit.Ingreſsus ſtadium puluere rigorē animæ tuæ excita,lacertos excute.Progreſsus in ſcāma neceſse eſt vt excipias puluerem,ſubeas æſtiui ſolis flagrā-
H tiam.Grauis æſtus,ſed dulcius victoria. Moleſta caligo puluueris,ſed ſpecioſa tolerantia.Nemo ſtadium puluerulentus ingreditur,ſed puluerulentum reddunt certamina.Vbi colligitur puluis,ibi palma proponitur. Nemo iterum nitidus coronatur,puluerulentum decet victoria.Veni ergo domine Ieſu,exeat corona tua,admitte victores in requiem,victos ad compunctionem. Et ſi diſperdideris orbem terrarū,plura ſunt inuiſibilia opera tua,quàm quæ vidimus. Qui anguſtioris eſt animi,illa non cernit,dolet quod diſperdas orbem terrarū.Sed qui nouit ſpectare quę inuiſibilia ſunt,gaudet vt venias,
Matth.6. & omnes liberes. Gaudent athletæ qui poſsunt dicere:
Roma.8. Veniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.Gaudebit creatura mundi,vt à vanitate mundi iſtius liberetur,quæ nunc congemiſcit & parturit, quia vanitati etiam illa creatura ſubiecta eſt,donec multipli cetur adoptio filiorum,& totius corporis redēptio compleatur.In bono ergo diſperdet orbem terrarum. Erit etenim cælum nouum,& nox non erit amplius. Denicę
1.Cori.3. reuelabit,inquit,faciem eius,vt reuelata facie ſpectem⁹ gloriam Chriſti.

I Qua ratione corpus noſtrum ieiuniis caſtigandū ſit, comeſsationēſq; indecore fugiendæ, ne ſuccumbentes in ſtadio,exortes veniæ,multis fautoribus mœrorē afferamus.Et de ablutione aquæ baptiſmatis, quodq; feſtinandum ſit ad gratiam. Caput XXII.

Lucæ.15. ADVERTIMVS ergo in ſtadio cōſtituti quātis aut delectationi aut dolori erim⁹,qui nūc fautores nobis ſunt,ne pro nobis incipiant erubeſcere.Sicut enim erit gaudium in cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente,ita erit mœſtitia ſuper vno peccatore ſi exors veniæ curſum huius vitæ confecerit.Caſtigemus ergo corpus noſtrum ieiuniis,fugiamus indecoras comeſsationes. Caueamus ne nobis dicatur:Vlulate à vino.Ne veniat Moyſes,& Leui tas aduocet:& quicunq; paratus ad dominum armatam dexteram gerat,ſeparet ſe ab iis qui manducando & bibendo grauia contraxere peccata.Et hodie Moyſes venit cum lex recenſetur.Moyſes vocat cum lex præcipit. Apoſtolus docet vt ſeparemus nos ab omni fratre inquiete agente.Percutiamus eum gladio ſpiritali, qui eſt verbum dei.Non fratris,nō propinqui accipiamus perſonam, ſed omnem immundum à Chriſti ſecernamus altaribus,vt emundet & corrigat lapſus ſuos, quo ad ſacramenta Chriſti redire mereatur. Si quis autem nō eſt baptizatus,ſecurior conuertatur,& remiſsionem accipiat peccatorum.ſiquidem baptiſmus velut ignis quidā peccata conſumit,quia Chriſtus in igne & ſpiritu bapti- 3.Reg.18.
zat.Denicę hunc typum legis in Regnorum libris inuenies,vbi Helias ſuper altare ligna impoſuit, & dixit vt mitterēt ſuper de hydriis aquam,& dixit:Iterate tertio. & iterauerunt tertio:& cum manaret aqua, precatus eſt Helias,& ignis deſcendit de cælo.Tu es homo ſuper altare qui abſueris aqua,cuius exuritur culpa,vt vita renouetur.Lignum enim & ſtipulam conſumit ignis. Noli Pſal.33.
timere ignem per quem illuminaris. Ideo tibi dicitur: Accedite ad deum,& illuminamini.Suſcipite iugū Chriſti,nolite timere quia iugum eſt:feſtinate, quia leue eſt. Non conterit colla,ſed honeſtat.Quid dubitatis? Quid procraſtinatis?Non alligat cervicem vinculis,ſed mentem gratia copulat.non neceſsitate conſtringit,ſed voluntatem boni operis dirigit.Quid negas adhuc eſse tēporis?Omne tempus opportunum ad indulgentiam. Si aurum tibi offeram,non mihi dicis,cras veniasſed iam exigis.Nemo differt,nullus excuſat. Redemptio animæ promittitur,& nemo feſtinat. Ioannes in pœnitentiam baptizabat:& omnis Iudæa cōueniebat.Chriſtus baptizat in ſpiritu.Chriſtus gratiam diſpenſat,& cum faſtidio conuenitur.Typum baptiſmatis demonſtrauit Helias,& cælum aperuit quod fuit clauſum tribus annis,& ſex mēſibus.Quanto maiora munera veritati ſunt? Aperuit itaque cælum non pluuia deſcendens,ſed aſcendēs
L gratia.Nemo enim niſi per aquam & ſpiritum aſcendit in regnum cælorum.Clauſerat cælum hominibus perfidia,ſed aperuit fides.Patebat & antehac cælum hominibus.Denicę Enoch raptus ad cælum eſt.Iterum clauſum eſt,ſed aperuit Helias, qui raptus eſt curru igneo. Et vos poteſtis aſcendere ſi ſacramenti gratiam conſequamini.Quouſq; ad delectatiōes? Quouſq; ad comeſsationes?Inſtat iudicii dies.dum differs gratiam,mors appropinquat.Quis dicat,Nunc mihi non vacat, occupatus ſum?Non mihi demōſtres lumen, nolo tam cito me redimas.Non mihi adhuc opus eſt regnū cæleſte. Nonne hoc dicit qui excuſat ſe à baptiſmate?Ad quantā gratiam vocaris ô homo?purgaris,& non exureris:ſanaris, & non doles:reformaris,ſed non diſſolueris: ictū mortis non excipis,& reſurgis.Et adhuc diſſimulas, adhuc expectas vt viuas ſeculo,poſteaquam reuerſas deo? An ignoras quod Cain propterea diſplicuerit ſacrificiū,quoniā nō primitiua obtulit,ſed primitiuis ipſe perfunctus eſt, de ſequentibus munus deo tentauit offerre:Abel autem M
primitiarum ſuarum oblatione prælatus meruit inſigni pietatis laudari oraculo.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE THOBIA.

Quod humiliter ac patiēter vir iſte iuſtus miſericors & hoſpitalis tulerit captiuitatis erūnam,quā ob virtutes quibus prædituſ fuerat ſubiit,cōmunem magis iniuriam q̄ priuatam dolens. Quodq; nullum humanitatis officium illo ſit præſtantius quod defunctis corporibus confertur. Caput I.

De cōmendatione ſancti viri,qui dum cæcitatē incidit, nō ingemuerit,nec cōqueſtus fuerit.Et quod diligenter cauebat ne quid furtiuum domum ſuam intraret. Quod etiā pecuniā quam proximo ſuo commendauerat,in tanta indigētia nō popoſcerit. Quod præterea in hoc quod pecuniā commēdauit & non fœnerauit, iuſti ſeruauerit officiū.Et de duplici fœnore cū deteſtatione execrabilis ac mali fœnoris, & commendatione boni. Caput II.

A tione boni. Caput II.
De deteſtatiōe duritię & auaritię fœneratorū.Cap. III.
Qua ratione fœneratores Iudæ & diabolo comparentur.Et quid ſignificetur nominibus creditoris, debitoris,fœnoris & ſortis. Caput IIII.
Quomodo pecunia fœneratorū nunq̄ quieſcat. Quomodo etiam imprudenter recipientes ſub vſuris mutuo, ſtatim multos acquirant amicos, cum quibus opipare & ſplendide cōuiuentur,qui tamen exhauſta pecunia ſoli fœneratori dilacerādi relinquuntur. Et de illorum ſera pœnitentia. Caput V.
De nequitia fœneratorum, qui aliena damna arbitrantur ſua lucra,& quomodo ſibi fingant tectoriolū ſuæ iniuſtitiæ. Caput VI.
De increpatione adoleſcentum,qui ſub vſuris pecuniā mutuo recipiunt,& de vulnere remedium quærunt. Et q̄ triſtis his ſit facies creditoris occurſantis. Et de induciis per eos poſtulatis, parum tamen profuturis. Caput VII.
Quod pro paterno debito nonnunquam liberi in auctionem deducantur,& publice ſub haſta vendātur. Et quomodo obligatus fœneratori venditus dicatur. Caput VIII.
Quod fœnerator peccati noſtri diabolus ſit.Et de comparatione ipſius ad vſurarium.Et quòd idem ſit exactor qui ſe creditorem appellat. Caput IX.
B Quod à fœneratoribus defunctorum cadauera aliquando teneantur pro pignore,& eis tumulus denegetur. Et quòd nihil intereſt inter funus & fœnus,inter mortem & ſortem, Caput X.
De vſura ab aleatoribus extorta. Et de inuiolabili lege aleæ, cui ſubiiciuntur etiam ferociſsiſsimi homines. Caput XI.
De odibili fœneratorum exactione.Et de variis vocabulis ab eis ſub honeſtatis ſpecie excogitatis. Et quòd fœneratoris pecunia ſit Echidna,& imitetur naturam ſerpentum. Caput XII.
Vnde dicatur vſura.Et quemadmodum ſimul naſcatur & enutriatur,& iam nata parturiat,ſemperque inexplebilis atque inſatiabilis ſit. Caput XIII.
De vſura diuina lege prohibita.Et quòd ſecundum Catonem fœnerare ſit hominē occidere. Quodq; omne quod præter ſortem accipitur,ſit vſura, quocunq; vocabulo appelletur. Caput XIIII.
Quomodo intelligatur illud Deuteronomii, Ab alienigena vſuram exiges,non autem à fratre.Et de male dictione vſurarii ſecundum Ezechielem. Cap. XV.
Quibus dominus in Euangelio doceat fœnerandum.Et quod fœneratores à deo peccatores appellentur. Et
C quis poſsit eſse bonus fœnerator, & quærere bonas vſuras. XVI.
An liceat mutuū danti recipere pignora. Caput. XVII.
Quid fœnerandum,& quibus ſecundum legis ſtatuta, & quòd etiam iuſtus & pauper hoc facere valeant. Caput XVIII.
Quomodo patres noſtri gētibus fœnerarint. Et quomodo hodie ſacerdotes fœnerare debeant. Cap. XIX.
Quod ſit illud pign⁹ quod lex reddi iubet ante ſolis occaſum.Et de triplici pignore. Caput XX.
De reprehenſione debitorum mutuum recipientium, & poſtmodum commodantibus ingratorum in redditione facienda,& de obligatione molæ & lapidis ſupermolaris prohibita. Caput XXI.
Quem fœneratorem imitari debeamus. Caput.XXII.
An fœneratores excuſet quod etiam ſuperiores noſtri id fecerint,& quod antiquū ſit vſurarum exercitium. Et quomodo Tobias neq; pignus neq; fideiuſsorem receperit,Quo pacto etiam quis pro alieno debito fideiubere debeat. Caput.XXIII.
De aliis virtutib⁹ Tobiæ.Et quomodo mercenario merces ſit ſoluenda. Caput XXIIII.

Diui Ambroſij D
MEDIOLANENSIS EPI-
SCOPI DE THOBIA
LIBER VNVS.

Quàm humiliter ac patienter vir iſte iuſtus miſericors & hoſpitalis tulerit captiuitatis erumnā, quam ob virtutes quibus præditus fuerat ſubiit,communem magis iniuriam quàm priuatam dolens. Quódque nullum humanitatis officium illo ſit præſtantius quod defunctis corporibus confertur. Caput I.

LECTO PROPHETICO LIBRO q̄ inſcribitur Thobias,q̄uis plenè vobis virtutes ſancti ꝓphetæ ſcriptura inſinuauerit, tamen compendiario mihi ſermone de eius meritis recenſendis & operibus apud vos vtendum arbitror,vt ea quæ ſcriptura hiſtorico more digeſsit latius, nos ſtrictius comprehendamus, virtutum ei⁹ genera velut quodam breuiario colligentes. Fuit vir iuſtus,miſericors,hoſpitalis,& ob virtutes quibus præditus fuerat,ſubiit erumnam captiuitatis,quam ferebat humiliter atq; patienter, communem magis iniuriam q̄ priuatam dolēs. Nec ſibi virtutum ſuffragia nihil profuiſse deplorans,ſed magis eam cōtumeliam minorem E
peccatorum ſuorum precio illatam arbitratus, meruit edictum ne quem ex filiis captiuitatis mortuum ſepultu rę daret. At ille interdicto nō reuocabatur magis quàm incitabatur,ne deſerere officium pietatis mortis metu videretur.Erat miſericordiæ precium,mortis pœna.Talis flagitii deprehenſus reus vix tandem per amicum potuit direpto patrimonio egenus & exul reſtitui ſuis.Iterum in his verſabatur officiis:ſi quid alimēti foret, peregrinum cum quo cibum ſumeret quærens.Itaque cum à ſepulture feſsus reuertereturmunere, appoſitis ſibi edendi ſubſidiis,miſso filio quærebat conſortem conuiuii.Dum conuiua accerſitur,nunciatis inſepulti corporis reliquiis,deſerebat,nec putabat pium vt ipſe cibum ſumeret cum in publico corpus iaceret exanime.Hoc illi quotidianum opus,& magnum quidem.Nam ſi viuētes operire nudos præcipitur,quāto magis debem⁹ operire defunctorum corpora?Si viantes ad longiora deducere ſolemus, quanto magis in illam æternam domum profectos,vnde iam non reuertentur? Ego, inquit Iob, Iob.33.
ſuper omnē infirmum fleui. Quis infirmior defuncto, de quo dicit ſcriptura alibi:Super mortuum plora? Ec- Eccle.22.
cleſiaſtes autem ait:Cor ſapientum in domo luctus, cor Eccle.7.
autem ſtultorum in domo epulatum. Nihil hoc officio F
præſtantius,ei conferre qui tibi iam non poſsit reddere, vindicare à volatilibus, vindicare à beſtiis conſortem naturæ. Feræ hanc humanitatem defunctis corporibus detuliſse produntur,homines denegabunt?

De commendatione ſancti viri, qui dum cæcitatem incidit,non ingemuerit,nec conqueſtus fuerit. Et quod diligenter cauebat ne quid furtiuum domum ſuam intraret.Quod etiam pecuniam quam proximo ſuo commendauerat,in tanta indigentia non popoſcerit.Quod præterea in hoc quòd pecuniam commendauit & non fœnerauit,iuſti ſeruauerit officium.Et de duplici fœnore,cum deteſtatiōe execrabilis ac mali fœnoris,& commendatione boni. Caput II.

IAM ſancto feſsus officio propheta dum requieſcit in cubiculo ſuo, cadēti de paſſerū nido albugine cæcitatē incidit, nec conqueſtus ingemuit,nec dixit:Hęc merces laborum meorum? Fraudari magis ſe doluit obſequiorū q̄ oculorum munere,nec cæcitatē pœnā, ſed impedimentū p utabat.

G Et cum victum mercede leuaret coniugi: ne quid furtiuum domum suam intraret cauebat. Vxor hœdum pro mercede acceperat. At ille plus honestati quàm pietati consulens, cui sua deerant, alimoniam commodauerat proximo suo, quam toto vitæ suæ tempore in tanta indigentia non popoſcit. Vix vbi se sesum vidit, & depositum senectute, insinuauit filio, non tam cupiens cõmodatum repoſcere, quàm solicitus ne fraudaret hæredẽ. Quod igitur commodauit pecuniam, & nõ fœnerauit, iusti seruauit officium. Malum est enim fœnus quo queruntur vsuræ: sed non illud fœnus malum, de quo scriptum est: Fœnera proximo tuo in tempore necessitatis illius. Nam Dauid ait: Iustus miseretur & commodat. Aliud illud fœnus iure execrabile, dare in vsuram pecuniam, quod lex prohibet. Sed Thobias hoc refugiebat, qui monebat filium ne præceptum domini præteriret, vt ex substantia sua eleemosynam faceret, non pecuniã fœneraret, non auerteret faciem suam ab vllo paupere. Hæc qui monet, cõdemnat vsuras fœnoris, ex quo multi quæstum fecerunt, & multis commodare pecunias negocio fuit. Et quidem eam prohibuerunt sancti. Quo grauius malum fœnus est, eo laudabilior qui illud refugit. Da pecuniam si habes, profit alii quæ tibi ociosa est. Da quasi non recepturus, vt lucro cedat si reddita fuerit. Qui non reddit pecuniam, reddet gratiam: si frauda

Ecclo. 29. Pſal. 36.

H ris pecunia, acquires iustitiam. Iustus est enim qui miseretur & commodat. Si amittitur pecunia, comparatur misericordia. Scriptum est enim: Qui facit misericordiam, fœnerat proximo.

Ecclo. 29.

De deteſtatione duritiæ & auaritiæ fœneratorum.

Caput III.

DISPENDII metu multi non fœnerant, dũ fraudẽ verentur. Et hoc est quod petentibus cõsueuerũt referre. Horũ vnicuiq; dicitur: Perde pecuniã propter fratrẽ & amicũ, vt nõ absc̃das illã in perditionẽ. Pone thesaurũ tuũ in præceptis altissimi, & ꝓderit tibi magis q̃ aurũ. Sed obsurduerũt aures hominũ ad tã salutaria præcepta, & maxime diuites ære suæ pecuniæ aures clausas habẽt. Dũ pecuniã numerãt, resposa nõ audiũt. Simul vt aliquis necessitate constrictus, aut pro suorum redemptiõe solicitus quos captiuos vẽdidit, rogare cœperit, statim dies vultũ auertit, naturã nõ recognoscit, humilitatẽ supplicis non miseratur, necessitatẽ nõ subleuat, fragilitatẽ communẽ non cõsiderat, stat inflexibilis, resupinus, nõ precibus inclinatur, nõ lachrymis mouetur, non eiulatibus frãgitur, iurans quod non habeat, immo & ipse fœneratorẽ requirat vt necessitatib⁹ subueniat suis. Quid addis duritiæ & auaritiæ tuæ sacramẽtum? Non absolueris periurio, sed ligaris. At vbi vsurarum mentio facta fuerit aut pignoris, tunc abiecto supercilio fœnerator artidet, & quẽ ãte sibi cognitũ denegabat, eundẽ tanq̃ paternã amicitiam recordatus oscu-

Ibidem.

I lo excipit, hæreditariæ pignus charitatis appellat, flere prohibet. Querem⁹, inquit, domi si quid nobis pecuniæ est, frangã propter te argentũ paternũ quod fabrefactũ est, plurimũ damni erit, quæ vsurę cõpensabunt precia emblematũ? Sed pro amico dispendium non reformidabo, cum reddideris reficiã. Itaq; anteq̃ det, recipere festinat: & qui in sũma subuenire se dicit, vsuras exigit. Calendis, inquit, vsuras dabis. fœnus interim, si nõ habueris vnde restituas, nõ requiro. Ita vt semel det, frequenter exigit, & semper sibi debere efficit. Hac arte tractat virum. Itaq; eum chirographis ligat, & astringit vocis suæ nexibus. Numeratur pecunia, addicitur libertas. absoluitur miser minore debito, maiore ligatur. Talia sunt vestra diuites beneficia. Minus datis, & plus exigitis. Talis humanitas, vt spolietis etiam dum subuenitis. Fœcũdus vobis etiam pauper est ad quæstum. Vsurarius est egenus, cogentibus vobis habet quod reddat, quod impendat non habet. Misericordes plane viri, quem alii absoluitis, vobis addicitis. Vsuras soluit qui victu indi- K get. An quicquam grauius? Ille medicamentum quærit, vos offertis venenum. Panem implorat, gladium porrigitis. Libertatem obsecrat, seruitutem irrogatis. Absolutionem precatur, informis laquei nodum stringitis.

Qua ratione fœneratores Iudæ & diabolo cõparentur. Et quid significetur nominibus creditoris, debitoris, fœnoris & sortis. Caput IIII.

HANC præcipue iustitiam deplorat sanctus Dauid dicens: Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, & non defecit de plateis eius vsura & dolus. Itaque cum proditionem Iudæ subiecerit, hoc præmisit, siue quod vltra sacrilegii iniuriam cõiuratis dominicæ necis, fœnoris crimen acciderit, siue quod tantum sacrilegium satis abunde quæ vsura fœnoris vultum iret. Mali fœneratores, qui dederunt pecuniam vt interficerent authorem salutis: mali & isti, qui dant vt interficiant innocentem. Et iste quoque qui pecuniam acceperit, vt proditor Iudas laqueo se & ipse suspendit. Ipsum Iudam hoc maledicto putauit esse damnãdum, vt scrutaretur fœnerator eius substantiam, quia quod proscriptio tyrannorum, aut latronum manus operari solet, hoc sola fœneratoris nequitia consueuit inferre. Doctiores autem ipsi fœneratori putant diabolum comparãdum, qui res animæ, & præ

Pſal. 54.

L ciosæ mentis patrimonium fœnerat, quodam vsuriæ iniquitatis sic sumptu capit, sic auro illicit, sic reatu inuoluit, sic caput pro thesauro reposcit. Quid vobis iniquius, qui nec sic capitis solutione estis contenti? Quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitam obligatis & patrimonium, accipitis aurum argentũq; pro pignore, & adhuc illum debitorem dicitis, qui vobis plus reddidit quàm accepit? Vos creditores asseritis, qui ampli⁹ debetis. Vos inquam dicitis creditores, cui non homini sed pignori credidistis. Bene fœnus appellatur quod datis: ita vile ac fœnum est. Sortem dicitis quod debetur. Etenim velut vrna ferali misera sors voluitur, perituri debitoris luenda supplicio. Stant pallentes rei ad sortis euentum. Non sic trepidant de quorum dãnatione sors ducitur: non sic deiecti ac suspensi pauitant, de quorum captiuitate expectatur sortis euentus. Illic enim vnius captiuitas, hic plurimorum addicitur. Et fortasse ideo sors, quia in euentu sunt patrimonia quæ sub hac arte voluũtur. Magnum & memorabile beneficium dei hoc specialiter ore prophetico prædicatur quod in patres contulit, quia ex vsuris & iniquitate liberauit eos. Et, ꝑprie ait, ex vsuris liberauit eos, quia vsuræ inferunt seruitutem. Quasi diceret: Ex seruitutis vinculo ereptos reddidit libertati, Graue vocabulum debitorum. Debita, peccata dicuntur. Debitores quoque criminosi appellantur. Sic enim isti sicut & illi de capite decernunt. Culpæ tamen habent nomen suum, vt factorum diuersitatem. Debita quanuis diuersæ quantitatis, vnum habẽt nomen, vnum onus, vnum periculum. Nescit ergo quid M poscat infœlix qui pecuniam petit mutuam, quid accipiat ignorat.

Pſal. 71.

Quomodo pecunia fœneratorum nunquam quiescat. Quomodo etiam imprudenter recipientes sub vsuris mutuo statim multos acquirant amicos, cum quibus opipare & splendide conuiuentur, qui tamen exhausta pecunia soli fœneratori dilacerandi relinquiuntur. Et de illorum sera pœnitentia. Caput V.

NON nouit pecunia fœneratoris vno diutius loco stare, solita trãsire ꝑ plurimos, vno teneri sacculo: versari ac nũerari expetit, vsũ requirit, vt acquirat vsurã. Fluc⁹ est quidã maris, nõ fructus. Pecunia nunquã quiescit. Labitur: velut scopulo illisa, ita gremiũ debitoris percutit, & continuo relabitur eò vnde processit. Cũ murmu

A re venit, cum gemitu reuertitur. Frequenter tamen placidum stat ventis mare, semper fœnoris vnda iactatur. Mergit naufragos, expuit nudos, vestitos exuit, insepultos relinquit. Nummum ergo petis, & naufragium suscipis. Hinc Charybdis circunstrepit, hinc Sirenæ quæ voluptatis specie, & canoræ dulcedinis suauitate in vada deductos cæca, repetẽdæ domus (vt ferũt fabulæ) sæpe & cupiditate fraudabant. Statim venditores vnguenti & diuersarũ specierum irruũt velut quidem canes, sagaci prædæ vagãtis odore perstricti, venatores, aucupes, caupones quoq; miscentes mero aquam, qui nobilitatẽ vetusti generis & patriæ & natalem diẽ vini circũsonent: circunstantes repente parasiti, quẽ ante solebãt spernere, salutant, deducunt, ad lætitiã prouocãt, ad sumptum

Sapien. 2. incitant, dicentes Venite, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter, vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequã marcescãt, nullũ pratũ sit quod pertranseat luxuria nostra, vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars & hæc est sors nostra. Et vere sors omnis illorum facta est, Tu autem remanes exors bonorũ. Non tales sortes tibi scri

Pſal. 67. ptura monstrauit. Non inter tales sortes Dauid memorat dormiendum, dicens, Si dormiatis inter medias sortes. Nam si in medio illarum dormisses sortiũ, id est, veteris & noui testamenti, non te pecuniæ cupiditas in vo raginem teterrimi fœnoris demersisset, gratia spiritalis fidei tibi dedisset argentũ, & in speciẽ auri diuinæ sa

B pientiæ in institutione formasset. Etenim si nos vnum testimonium diuinæ scripturę posuimus, & luxuriosum illud cõuiuium declinauimus, vtiq; potuit & iste saluari si oraculis cælestibus inhæsisset. Reuertamur tamen ad conuiuiũ, non vt eius degustemus epulas, sed cauendas aliis demonstremus. Oneratur mensa peregrinis & exquisitis cibis, adhibẽtur nitentes ministri, magno empti precio, sumptu pascẽdi maiori, bibitur in noctẽ, dies cõ uiuio clauditur, ebrietati deficit. Surgit ille vino plen⁹, vacuus opum, dormit in lucem, vigilans somniũ putat. Etenim vt in somnis sibi videtur diues ex paupere, sic etiam egenus ex diuite. Dum defluit interim pecunia,

C vsura superfluit, tempus minuitur, fœnus augetur, thesaurus exinanitur, sors accumulatur, paulatim conuiuæ se subtrahũt, sponsores cõueniũt, mane fœnerator pulsat ad ianuas, queritur dies solutionis transisse præscriptos, iurgiis vigilantem adoritur, in somnis dormiẽtem excitat. Non noctes quietæ, nõ dies suauis est, non sol iucũdus est. Distrahũtur paulatim deauratæ ac sericæ vestes, & veneunt de medio minores. Ponit cũ lachrymis ornamenta, cũ vix iam tristior, empta carius. Pueri constituuntur mensæ ministri, & male assueti emptorem auertunt. Offertur pecunia creditori. vix, inquit, hæc sol uit vsuram. caput debes. Reddit exhausto patrimonio capitis reus, & imminuto accipit fœnore, accipit inducias tristiores bellicis quasi post biduum præliaturus. In bello enim incerta victoria, hic certa inopia, Illic se clypeo tegit, hic nud⁹ occurrit. Illic lorica pect⁹ includit, hic totus carcere includitur. Illic manus telis onerat, ar ma sagittis: hic ære vacuas offert vinculis alligandas. Ducitur plerũq; vterq; captiuus. Ille habet quẽ accusset aduersum belli euentũ, hic præter se quẽ accusset nõ habet. Nihil est intolerabilius hac miseria, quæ excusari nõ potest. Acerbat cõscientia pondus iniuriæ. Tũc secũ reputat, tũc scripturas recordatur, tũc dicit: Nõne mihi

Prouer. 5. scriptũ est, Bibe aquã de tuis vasis, & de tuorũ puteorũ fontibus? Quid mihi cũ puteo fœneratoris, vbi & aqua includitur? Suauiora erãt olera cũ securitate, quàm alienæ epulæ pastæ cum solicitudine. Non oportuit aliena quærere, deinde inciderã debita, de meis oportuit fontibus remedium quærere. Erant domi vasa minutiora. Melius erat ministeriũ deesse q̃ cibũ: melius vestem ve-

*addicere nalẽ ꝓponere, q̃ libertatẽ abiicere. *Quid profuit quod publicare paupertatem meam verecundatus sum? Ecce D aliis publicauit. Ego nolui nutritores vẽdere, ecce alius adiudicat. Sera hęc cõsideratio. Tunc decuit succurrere cum vulner a prima serperent. Melius fuerat in principio tenuare sumptum, & necessitatem debiti rei familiaris angustiis alleuare, quàm vt ad horam ditatus alienis, postea exuereris & propriis.

De nequitia fœneratorum, qui aliena damna arbitrãtur sua lucra, & quomodo sibi fingant tectoriolum suæ iniustitiæ. Caput VI.

ACCVSAMVS debitorem, quòd imprudẽtius se gesserit. Sed tamen nihil nequius fœneratoribus, qui lucra sua aliena damna arbitrãtur, & dispendio suo deputant quicquid ab aliis possidetur. Aucupantur hæredes nouos, adolescentulos diuites explorant per suos, adiungunt se, fimulantes paternam & auitam amicitiam, volunt domesticas eorũ cognoscere necessitates. Si quam causam inuenerint, accusant verecundiã, pudorẽ arguũt, quod nõ ante desperatũ *atq; præsumptum. Sin vero nullos laqueos * de se spe alicuius necessitudinis offenderint, intexunt tabulas, ratum. aiunt nobile prædium esse venale, amplam domum, accumulant profectus fructuum, annuos redditus exaggerant, hortantur vt coemant. Similiter faciunt preciosas vestes & monilia nobilia prædicantes. Neganti se habere pecuniam, ingerunt suam, dicẽtes: Vtere vt tua: de fructibus emptæ possessionis precium multiplicabis, debitum reddes. Prætendunt alienos fundos adolescenti, vt

E eum suis expolient, tendũt retia. Simul vt indagine cuncta spatia *fuerit ingressus, cogunt eum in retia cautio- *septa. num, laqueos vsurarum, paternum sepulchrum: præstituitur dies solutioni, dissimulatur conuentio, quando potest solutio sustineri: vbi ratis securum reddiderint, repente ingruunt, & instant vehementius, causanti incumbunt dicentes: Tu possides tua prædia, nos nostram pecuniam non habemus. Aurum dedimus, lignum tenemus. Tibi fructum emolumenta procedunt, nobis nihil accrescit pecuniæ. Ociosa causatio est, saltem renouetur chirographum.

De increpatione adolescentum qui sub vsuris pecuniam mutuo recipiunt, & de vulnere remediũ quærunt. Et quàm tristis his sit facies creditoris occurrantis. Et de induciis per eos postulatis, parum tamen profuturis. Caput VII.

F

ITAQVE dum primũ adolescens nihil putat de vestibus suis aut possessionibus esse vẽdendum, ad hæc facienda poscit dilationẽ. Vsuræ applicantur ad sortẽ, accumulantur censurę. Iam suspirare incipit, iam malũ suũ agnoscere. Die ac nocte vsurã cogitat: quicquid occurrerit, fœneratorem putat. quicquid crepuerit, vocẽ sibi videtur fœneratoris audire. Si habes, cur nõ soluis? si non habes, cur malum malo adiungis, & de vulnere remedium quæris? Cur quotidie obsidionẽ pateris fœneratoris, expugnationem times? Vetus sententia est fœneratoris & debitoris sibi occurrentium: Prospectum amborũ facit dominus. Alter quasi prædã requirit, alter quasi fera prædonẽ declinat. Ille quasi leo quærit quẽ deuoret, iste quasi anser aut fulica mauult se vel in prærupta deiicere, vel in profunda demergere, q̃ istũ humani corporis accipitrẽ sustinere. Quid quotidie fugis? Etsi nõ occurrat fœnerator, occurrit tibi inopia tanquã bonus cursor. Ambos ergo videt dominus, fœneratorẽ & debitorẽ. Occurrentes sibi spectat ambos, testis alterius iniquitatis, alterius iniurię. Illius auaritiã condemnat, huius stultitiam. Ille gressus debitoris singulos numerat, aucupatur deflexo: iste cõtinuo post columnas caput obũbrat. Nullam enim habet debitor authoritatẽ. Ambobus in digitis vsurarũ repetitur spius calculatio. Par cura, sed dispar affect⁹,

G Alter lætatur incremento fœnoris, alter cumulo deuotionis affligitur. Ille quęstus numerat, hic erũnas. Quid fugis hominẽ quem poteras & non timere. Quid fugis? aut quouſq; fugies? Si quis pulſauerit nocte, fœneratorẽ putas ſub lecto. Illico ſi quem ſubito intrare ſenſeris, tu foris exilis. Canis latrat, & cor tuum palpitat. Sudor effunditur, anhelitus quatitur. quæris quid mentiaris, vt fœneratorẽ differas: & cũ dilationẽ impetraueris, gaudes. Fœnore tuo ſimulat ſe fœnerator grauari, ſed liben ter impertit, quaſi venator qui feram cinxerit. Securus eſt prædæ, tu oſcularis caput, ſplecteris genua, & quaſi ceruus ſagitta toxicata ictus paululum, pedẽs tandem victus veneno procũbis, aut quaſi piſcis qui fuſcina fuerit infixus, quocũq; fugerit, vulnus vehit. Et vere piſcis ille in eſca mortẽ deuorat, illũ hamũ glutit dum cibum quærit. Sed tamen hamũ non vidit quẽ tetigit præda. tu hamũ cernis, & glutis. Hamus tuus fœnus eſt creditoris. hamum voras, ſed vermis te ſemper obrodit. Ipſe eſt eſca quæ decipit. Itaq; & tibi fœnoris nec cibus vſui eſt, & hamus vulneri. An ignoras quia ſemel illaqueatus nodo, ſe magis, ſi fugiat, ipſe cõſtringit, & intra retia poſitus fugiendo magis deiiciat ſuper ſe retia. In plateis fugis, cũ intra parietes tutus eſſe non poſsis. Inueniet te cum voluerit fœnerator. Deniq; vbi tẽpus impleueris,
H ſicut lupus nocte irruit, dormire nõ ſinit, ex lecto ad publicum trahit, aut tabulis venditiõis cogit ſubſcribere. Vt fureris, pudoris diſpendiũ ſubſcribis illico, venditurus auitum ſepulchrum. Paternæ ſane vt parcatur aliquid verecundiæ, emitur ieiunũ ſolum, iactatur quod in fœcunda vendiderit, diſpendiis onerauerit debitorẽ, & ſuperioris tẽporis adſcribuntur diſpendiis dãna preſentis. Mox & laudata vẽduntur, & inferũtur iam non inſtrumenta, ſed vincula. Tamẽ adhuc quærendi fideiuſſores, tribuũtur inducię, nõ vt prædam libertatis inueniat, ſed vt cõſortẽ ſeruitutis adiungat, qui ſe ſocietate ruinoſo. At quid iuuare poteſt alienæ calamitatis acceſsio? Iam & amici fugiũt, cõuiuæ nõ recognoſcũt. Ipſe quoq; conſpectus omniũ refugit, & vt pugil ictus varios concertantiũ, ita iſte honeſtorũ vitat occurſus, & ſolicitus vbi in aliquem offenderit, vigilanti exit obtutu, redit paratus ad vincula, redit mortẽ optans, cogitãs eam ſibi vt moreretur inferre, redit miſere ſe cõdemnãs quod alienam pecuniam nõ refugerit, & fœneratoris ſe æri deuinxerit. O quantos miſeros aliena fecerunt bona. Quid,
I inquit, tibi vt bibas aquã Gyon? Quid inquam tibi vt bibas calicẽ fœneratoris? Multi, inquit, mutuati ad tempus, & neceſsitatibus conſuluerunt ſuis, & pecuniã reddiderunt. Et quanti ſe propter fœnus ſtrangulauerunt? Illos cõſideras, hos nõ enumeras? Reminiſceris euaſiſſe aliquos, nõ reminiſceris oppetiſſe? Nummos reddidos imputas, laqueos appetitos nõ computas? Quos deformitatem tam dedecoroſæ conuentionis plericq; verecundiores ad contumeliam, fragiliores ad iniuriam, ex petito interitu prætulerunt, opprobrium vitæ amplius quàm mortis ſupplicium pertimeſcentes.

Quod pro paterno debito nonnunquam liberi in actionẽ deducantur, & publice ſub haſta vendantur. Et quomodo obligatus fœneratori, venditus dicatur.

Caput VIII.

VID I ego miſerabile ſpectaculum, liberos pro paterno debito in auctionem deduci, & teneri calamitatis hęredes, qui nõ eſſent participes ſucceſsionis: & hoc tã immane flagitiũ nõ erubeſcere creditorẽ. Inſtat, vrget, addicit. Mea, inquit, nutriti pecunia, p alimonia ſeruitutẽ recognoſcãt, p ſumptu licitationẽ ſubeãt. Agitetur haſta de preciis ſingulorũ. Nõ immerito haſta agitatur, vbi caput quæritur: non immerito ad auctionẽ perueniturvbi ſors poſcitur. Hæc eſt fœneratoris humanitas, hæc debitoris ſtultitia, vt filiis quibus non reliK quit pecuniam, libertatem auferat, pro teſtamento chirographum dimittat: pro emolumento hæreditatis, iniquitatem obligationis: Quid ſibi vult paterni in liberos ſcriptura maledicti, vbi nulla eſt impii offenſa peccati? An poteſt durius aliquod eſse maledictum, grauiuſque ſeruitium? Et illa ſæpe poſt mortem habet defunctus cõpendia, quod non ſpectat miſerias filiorum. Vendit plerumq; & pater liberos authoritate generationis, ſed nõ voce pietatis: ad auctionem furibundo vultu trahit dicens: Soluite filii gulæ meæ ſumptũ, ſoluite paternæ mẽſæ precium. Vomite quod non deuoraſtis, reddite quod non accepiſtis. Hoc meliores, quod veſtro precio redimitis patrem, veſtra ſeruitute paternam emitis libertatem. Eſto vt aliquis qui ſubuenire poſsit accedat, quis tantam expleat charybdim? quis rationes fœneratoris agnoſcat? quis auaritiam ſatiet? Quæ non iſte precia exaggeret cum viderit redemptores? Non enim ſuo magis lucro quàm alieno detrimento paſcitur. Vera profecto, vera eſt, vtpote dei diuina ſentẽtia, qui cum iratus eſset propter impietatem Iudæorum quod poſt deos alienos abirent: Cui, inquit, vendidit vos fœneratori? Venditur Eſaiæ. 50.
enim qui obligatus fœneratori fuerit, & venditur non vno precio, ſed quotidiano: venditur nõ cum definitione, ſed cum acceſsiõe diuturna. Noua vſurarum auctio per menſes ſingulos, noua ſub quotidiana licitatiõe vẽditio. Qui plus obtulerit, trahitur: ſemper venalis addi- L
citur, nunquam quaſi venditus æſtimatur. Magna igitur vis cælestis ſententiæ. Non ſatis iudicauit dominus dicere: Cui vẽdidi vos, ſed addidit, fœneratori. Offenſus nihil potuit grauius inuenire quo iudicaret in perfidos. Derelictos expoſtulat, cur ita fugerint ſalutis authorẽ quaſi fœneratori alicui dominus vendidiſset digna pœna dominum relinquentes. Habent ſerui quod amplius quàm carceris pœnas & vincula reformident, habent liberi quod paueãt pro libertatis incuria. Simul illud aduerte, quod fœneratio prævaricationis materia iudicata ſit, quod is facile recedat à domino qui fœneratori ſe potuerit obligare. Fœnus enim radix mendacii, cauſa perfidiæ eſt. Ego, inquit, vos non vendidi, & peccatis veſtris venditi eſtis. Ergo qui ſe fœneratori obligat, ipſe Eſaiæ. 50.
ſe vendit, &, quod peius eſt, vendit ſe nõ ære, ſed culpa.

Quod fœnerator peccati noſtri diabolus ſit. Et de comparatione ipſius ad vſurarium. Et quod idẽ ſit exactor, qui ſe creditorem appellat. Caput IX.

VIS iſte peccati eſt fœnerator, niſi diabolus? à quo Eua mutuata peccatum obnoxiæ ſucq ceſsionis, vſuris defœnerator omne genus M
humanũ. Deniq; quaſi malus fœnerator chirographũ tenuit, quod poſtea dominus ſuo cruore deleuit. Etenim quod mortis erat ſcriptũ apicibus, debuit morte diſſolui. Fœnerator ergo diabolus. Deniq; oſtẽdebat Saluatori diuitias ſuas dicẽs: Hæc oĩa Matth. 4.
tibi dabo ſi procidẽs adoraueris me. At vero dominus æris ſolutor alieni, nihil ipſe debebat, qui poterat dicere: Ecce venit huius mũdi princeps, & in me ſuũ nihil inuenit. Nihil debebat, ſed ſoluebat p omnib9, ſicut ipſe teſtatur dicẽs: Quæ nõ rapui, tũc exoluebam. Quid diſtat Pſal. 68.
malitia huius, & principis mundi? Fœnerator pecuniæ caput obligat, manum tenet, ſorte ducit. O nomen triſte de dulci. Dominus ouem cẽteſimã liberauit. Illa centeſima ſalutis, hæc mortis eſt, & terra bona centuplũfructum reddit. Væ iis qui dicũt quod amarum eſt dulce, & Eſaiæ. 5.
quod dulce amarũ. Quid amarius vſura? quid dulcius gratia? Nonne hoc ipſo ſermone quo centeſimã appellant, reuocare deberent in memoria redẽptorem, qui venit centeſimã ouem ſaluare, nõ perdere? Quis grauior exactor eſt? Et hoc triſte nomẽ. Deniq; domin9 ait: Populus me9, exactores veſtri circũſcribũt vos. Et in euan Eſaiæ. 3.
gelio habẽs: Dum vadis cum aduerſario tuo ad magiſtratum, da operam liberari ab illo, ne forte perducat te Lucæ. 12.

A ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Quis iſte ſit exactor agnoſce, qui etiã nouiſsimum quadrantem exigit, & idem ſe creditorem vocat, atque in hoc etiam nomine fraudem facit, vt qui veneni pocula melle illinit, vt ſub grato odore mors lateat, atque illita calicis ora vim fraudis abſcondat. Creditor prętexitur, quaſi fidelis: & quaſi incredulus, ad quẽ fidelis oppignerat.

Quod à fœneratoribus defunctorum cadauera aliquando teneantur pro pignore, & eis tumulus denegetur. Et quòd nihil intereſt inter funus & fœnus, inter mortem & ſortem. Caput X.

AFœneratorib9 quotiẽs vidi tenẽri defunctos pro pignore, & negati tumulum dũ fœnus expoſcitur. Quibus ego acquieſcẽs libẽter, vt ſuum conſtringerent debitorẽ, vt electo eo fideiuſſor euaderet. Hæ ſunt fœneratoris leges. Dixi itaque, tenete reum veſtrum: & ne vobis poſsit elabi, domum ducite, claudite in cubili veſtro carnificibus duriores, quoniã quẽ vos tenetis, carcer non ſuſcipit, exactor abſoluit. Peccatorũ reos poſt mortem carcer emittit, vos clauditis. Legum ſeueritate defunctus abſoluitur, vobis tenetur. certe hic ſortẽ ſuã iã memoratur impleſse. Non inuideo tamẽ, pignus veſtrũ reſeruate. Nihil intereſt inter funus & fœnus, nihil inter mortẽ diſtat & ſortẽ. Perſonat funebrẽ vlulatũ fœnoris vſura, nũc vero capite minutus eſt quẽ cõuenitis, vehemẽtio-
B ribus tamen nexibus alligate, ne vincula veſtra nõ ſentiat: durus & rigidus eſt debitor, & qui non iam nouerit erubeſcere. Vnũ ſane eſt quod non timere poſsitis, quia poſcere non nouit alimenta. Iuſsi igitur lauari corp9, & ad fœneratoris domum exequiarum ordinem duci, ſed etiam inde plauſorum magitu talia perſonabant. Ibi quoq; funus eſse crederes, ibi mortuos plangi putares. Nec fallebat ſententia, niſi quod plures conſtabat illic eſse morituros: Victus religionis conſuetudine fœnerator. Nam alibi ſuſcipi pignora etiam iſta dicuntur, rogat vt ad tumuli locum etiam reliquiæ deferantur. tunc tantum vidi humanos fœneratores, grauari me: tamen ego eorum humanitatẽ memorabã proficere, ne poſtea ſe quererẽtur fraudatos eſse, donec feretro colla ſubiecti ipſi defunctum ad ſepulchra deducerent, grauiori mœrore deflentes pecuniæ ſuæ funus.

De vſura ab aleatoribus extorta. Et de inuiolabili lege aleæ, cui ſubiiciuntur etiam ferociſsimi homines. Caput XI.

C ALIVD non minoris acerbitatis accipite. Obſeruant iſti aleatorum conuẽticula, & perdẽtis erumnã commoditatẽ ſuã iudicant, ſpondent p ſingulis, varios primo ſors ludit euẽtus, ad diuerſos ſæpe tranſfertur victoria, ſtipendiáque eius viciſsim atque erumna mutantur. Omnes vincũtur & vincunt, fœnerator ſolus acquirit. Penes alios manet nomen quod vicerint, penes fœneratorẽ ſolum fructus eſt, nõ annuus, ſed momẽtarius. Illi ſoli faciũt lucrũ in omniũ detrimento, illis ſolis eſt vſuræ victoria. Videas reliquos ſubito egentes: repente diuites, deinde nudos, ſingulis iactibus ſtatum mutãtes. Verſatur enim eorum vita vt teſſera. Voluitur cenſus in tabula, ſit ludus de periculo, & de ludo periculũ. quot propoſitiones, tot proſcriptiones. Clamor plaudentiũ, fletus deſpoliatorũ, gemitus deplorantiũ. Sed & hos credito vt tyrannus damnans, vnumquẽq; ſorte capitali, agitat haſtas, feralem in ſtituit de ſingulorum exuuiis auctionem. Alios proſcriptioni addicit, alios ſeruituti. nõ tanti occiſi ſub tyrãnis ſunt. Vitæ igitur hanc aleam rectius dixerim q̃ pecunię. ſub momento fertur, quod valeat in æternũ. ąbrietas iudicat, & nullus appellat. Habet & alea ſuas leges, quas fori iura non ſoluant. Notatur (ſi credi poteſt) infamia
qui putauerit retinendũ, & infamium ſententia grauius D
quàm cenſura iudicialis inurit opprobrium: quoniam qui apud iudicem damnantur, apud illos glorioſi ſunt. qui apud illos damnãtur, apud iudicem criminoſi ſunt. Nobile conſtituit Moyſes ſeniorum iudicium, hi tamen de leuioribus iudicabant: verum graue, hoc eſt de potioribus negociis Moyſi iudicium reſeruare conſueuerãt. Hic dicitur, Aleonum concilium iudicauit, & plus eorũ timetur potentia, quàm dæmonum. Inter has feras viuis fœnerator atq; verſaris. His beſtiis cibum cripis, his tetrior æſtimaris, his crudelior plus timeris. Ferũt Hũnorum populos omnibus bellum inferre nationibus, fœneratoribus tamen eſse ſubiectos: & cum ſine legib9 viuant, alcæ ſolius legibus obedire, in procinctu ſudere, teſseras ſimul & arma portare, & plures ſuis quàm hoſtibus ictibus interire. In victoria ſua captiuos fieri, & ſpolia ſuorum perpeti, quæ pati ab hoſte non nouerint. Ideo nunq̃ belli ſtudia deponere, quod victi aleæ ludo, cum totius prædæ munus amiſerint, ludendi ſubſidia requirunt bellandi periculo. Frequenter autem tanto ardore rapi, vt cum (ea quæ ſola magna æſtimant) victus arma tradiderit, ad vnum aleæ iactum vitam ſuam poteſtati vel victoris vel fœneratoris addicat. Deniq; conſtitit quòd quidam eorum & Imperatori Romano cognitus in fide, precium ſeruitutis quã ſibi tali ſorte ſuperatus intulerat, ſuppliciis imperatæ mortis exoluerit. Premit ergo fœnerator etiam colla Hunnorũ, & eos vrget in ferrum, premit Barbaros ſuæ terrore ſæuitiæ.

De odibili fœneratorum exactione. Et de variis vocabulis ab eis ſub honeſtatis ſpecie excogitatis. Et quòd fœneratoris pecunia ſit Echidna, & imitetur naturam ſerpentem. Caput XII.

VID enim tetrius eo qui hodie fœnerat, & E
cras exigit? Eſt odibilis inquam homo huiuſmodi. Oblatio quidem blanda, ſed immanis exactio. Verum ipſa oblationis humanitas facit ad exactionis ſæuitiam, protulit pecuniam, hypothecas exigit, & in ſuis apothecis recondit. Vna pecunia à fœneratoribus datur, & q̃ multa à debitoribus exiguntur? Quanta ſibi fecerunt vocabula? Nummus datur, & fœnus appellatur. Sors dicitur, caput vocatur. Aes alienum ſcribitur, multorũ hoc capitum immane prodigium, numeroſam exactionẽ efficit. Syngraphũ nuncupat, chirographum nominat, hypothecas flagitat, pignus vſurpat. Fiducias vocat, obligationem aſſerit. Vſuras prædicat, centeſimas laudat. Echidna quædam eſt fœneratoris pecunia, quæ tãta mala parturit. Echidna tamẽ fœcũda pœnis viſcera trahẽs, partu ſuo rumpitur, & morte materna docet ſobolẽ nõ eſse degenerẽ in matrẽ. Illam morſibus ſuis ſcindunt, illic vbi naſcitur venenum, primum probatur. Pecunia autẽ fœneratoris omnia mala ſua cõcipit, parit, nutrit, atq; ipſa magis in ſobole ſua creſcit, triſti prole numeroſior. Nõ minus flexuoſa q̃ ſerpens, atq; in orbẽ ſe totã F
colligens, vt caput ſeruet. Reliquo flagellat corpore, illud ſolum producit ad vulnera, ſpiritus ingentibus quos cõprehenderit ligat, ſolo capite interficit: ſaluo capite etiãſi reliqua pars eius dilapidata fuerit, reuiuiſcit. Diuerſa quoq; ſerpẽtib9 ſũt cõueniẽdi & parturiendi tpa, pecunia fœnoris à die initæ cõuentionis creſcentib9 ſer-
pit vſuris, quæ parturire non nouit, quia dolores magis Pſal. 74.
ipſa in alios tranſfundit. Ibi dolores vt parturientis. Vnde etiam τόκος Græci appellauerunt vſuras, eò quòd dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt calendę, parit ſors centeſimam. Veniunt menſes ſinguli, generantur vſuræ. Malorum parentum mala proles, hæc eſt generatio viperarum. Creuit centeſima, petitur nec ſoluitur, applicatur ad ſortem. Fit maledictum propheticũ, dolus in dolo, vſura improbi ſeminis fœtura deterior. Itaq; nõ iam centeſima incipit eſse, ſed ſũma, hoc eſt, nõ fœnoris cẽteſima, ſed fœnus cẽteſimæ.

G Vnde dicatur vsura. Et quemadmodum simul nascatur & enutriatur, & iam nata parturiat, semperq; inexplebilis atq; insatiabilis sit. Caput XIII.

*Forte, Græca primum.

VSVRAM quoq; ab vsu arbitror dictã, quod vt vestes vsu, ita vsuris patrimonia scindãtur. Lugubre * Cætera prima litera sonat, parturit vox doloris est. Quid ibi potest esse boni quod à dolore incipit, & ab obligatione? Lepores ferunt generare simul & educare, & continuo parturire. Istis quoque anaglypharijs vsurarum generatur & supergeneratur, vsura enutritur ac nascitur, & nata iam parturit. Radices quoque arborũ primo plantantur vt prendant: cum prenderint, tũc virescere incipiunt, postea pullulare. At vero pecunia fœnoris vix plantata iam pullulat. Semina tempore erumpunt, animalia tempore pariunt. Tempus enim pariẽdi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tẽpus euellendi quod plantatum est: tempus occidendi, & tempus sanandi. Et infra: Tempus acquirendi, & tempus reddendi: tempus custodiendi, & tempus expellendi, vt Ecclesiastes ait. Pecunia fœnoris hodie seminatur, cras fructificat: semper parit, & nunquam interit: semper plantatur, vix euellitur. Vult semper fœnerator acquirere, nũquam perdere, nunquam custodire, pecuniam suã semper explere. Nunquam sanare, semper occidere. Et quia bon⁹ ad omnia magister Ecclesiastes liber est, Salomoni ipsi paulisper inhæreamus. Non satiabitur oculus, inquit, videndo, & non satiabitur auris auditu, nec fœnerator expletur accipiendo, nec affectus eius quotidiano numerandi æris satiabitur auditu. Et iterũ: Omne quod fuit, ipsum est quod erit. Crescit semper pecunia, ociosum nescit auaritia vsuras * æreas. Omnes, inquit, torrẽtes vadunt in mare, & mare non adimpletur. Mare istud fœnerator est. Omnium patrimonia tãquam fluctus absorbet, & ipse nescit expleri. Mari tamen pleriq; vtũtur ad quæstum, fœneratore nemo vtitur nisi ad dispendiũ. Illic multorum commodum est, hic vniuersorum naufragium. Multa sunt animantia quæ cito generare incipiunt, sed cito etiam generare desistunt. Sors cito generat, & nunquam desinit, immo cum exordium crescẽdi acceperit, in infinitum extendit augmentũ. Omne deide quod crescit, cum ad naturæ suæ formam atq; mẽsuram magnitudinemq; peruenerit, vacat incremento, sed fœneratorum pecunia tempore semper augetur, & vltra formam maternę sortis se extendens, modum non continet. Pleraq; etiam animantiũ cum cœperint ea quæ ex his orta sunt generare, tãquam effœtis viribus vsum generationis amittunt. Sors autem fœnoris cũ fuerit crescentibus exæquata centesimis, & vetustatem sui renouat, & partus solitos adiunctione multiplicat.

Ecclesi. 3.

Ecclę. 1.

H

I

De vsura diuina lege prohibita. Et quod secundũ Catonem fœnerare sit hominem occidere. Quodq; omne quod præter sortem accipitur, sit vsura, quocunq; vocabulo appelletur. Caput XIIII.

NON nouũ nec perfunctoriũ hoc malũ est, quod veteris atq; diuinæ præscripto legis inhibetur. Populus qui despoliauerat Aegyptũ, qui pede transierat mare, monetur à fœnoris pecunia cauere naufragia. Et cũ de aliis peccatis semel aut multũ iterata admonitione pscripserit, de fœnore sæpius itimauit. Habes in Exodo: Quod si pecuniã fœneraueris pupillo, orphano, pauperi, apud te nõ suffocabis eũ, nõ impones illi vsurã. Ostẽdit quid sit suffocare, id est vsurã imponere. Strangulat enim, & quod pius est, aĩam laqueat creditoris. Quo sermone & prædonis violẽtiã, & deformis nodũ mortis expresserit. Quod si pign⁹ acceperis vestimẽtũ, pximi tui, ante solis occasum restitues. Illud est enim hoc opertoriũ eius tantũ, hoc vestimentũ turpitudinis eius in quo dormiet. Quod si itaq; pclamauerit ad me, exaudiã eũ.

Exod. 22.

Audistis fœneratores quid lex dicat, de qua dixit dominus: Non veni legem soluere; sed adimplere? Quam do minus non soluit, vos soluitis? Vsuram, inquit, petere, suffocare est. Hoc quoq; foris fero est dictum à quibusdam eorũ prudentibus. Quid est, inquit, fœnerare? Hominem, inquit, occidere. Sed vtiq; non Cato prius quam Moyses qui legem accepit. Multo ille posterior. Si pignus acceperis vestimentũ propinqui tui, ante solis occasum restitues illud, ne nudati appareat turpitudo. Vos autem exuitis atq; nudatis, & nõ redditis. Videte ne sol occidat super auaritiam vestram, ne sol iustitiæ vobis occidat, quia iustitiam non tenetis, aut iniquitas super flagitia vestra condatur. Dies quoque perit inuito, nox irruit sicut Iudæ: qui, cum diabolus misisset in cor eius, surrexit ad proditionem, & facta est nox. Sol enim iustitiæ occiderat ei, & recubuerat super eũ. Qui in cor eius intrauit: fecit illi tenebras, vt lucis non videret authorem. Ibi miser periit in illo conuiuio, quo alii saluãtur. Reddite igitur vestimentum debitori, in quo dormiat, & quietus sit. Si nolueritis reddere, exaudiam, inquit, eum: quia misericors sum. Si vos nõ exauditis, ego exaudiam, ego miserebor, ego non despiciã inopis precem. In Deuteronomio quoq; scriptum est: Non exiges à fratre tuo vsuram pecuniæ, & vsuram escarum, & vsuram omnium rerum quascũq; fœneraueris fratri tuo. Si alienigenæ credideris, vsuram exiges ab eo, à fratre aũt tuo non exiges. Vides quantum pondus in verbis sit. Noli, inquit, exigere vsuram à fratre tuo, hoc est, cum quo habere debes omnia cõmunia, ab eo tu vsuram exigis? Frater tuus consors naturæ, & coheres gratiæ. Noli ab eo exigere amplius à quo durũ est repetere quod dederis, nisi cũm habuerit vnde dissoluat. Et quia plerique refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negociatoribus, nõ in pecunia vsuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam vsurarum emolumenta percipiunt, ideo audiant quid lex dicat: Neq; vsuram, inquit, escarum accipies, neque omnium rerum quas fœneraueris fratri tuo. Fraus enim ista & circunscriptio legis est, non custodia. Et putas te pie facere quia à negociatore velut mutuum susc̃ipis? Inde ipse fraudem facit in mercium precio, vnde tibi soluit vsuram. Fraudis illius tu author, tu particeps, tibi proficit quicquid ille fraudauerit. Et esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcũque forti accedit, vsura est. Quod velis ei nomen imponas, vsura est. Si licitum est, cur vocabulum refugis, cur velamen obtexis? Si illicitũ est, cur incrementum requiris? Quod peius est, hoc vitiũ plurimorũ est, & maxime diuitũ, quibus hoc nomine instruuntur cellaria. Si quis instaurandũ cõuiuiũ putat, ad negociatorẽ mittit, vt ab sinthiaci cupellã sibi gratis deferat: ad cauponẽ: dirigit, vt Picenũ vinũ aut Tyriacũ requirat: ad laniũ, vt hyllam sibi procuret: ad aliũ, vt poma sibi adornet. Itaque hũanitatis incidãt quæ alieno periculo cõstant. Tu bibis, & ali⁹ diffluit lachrymis? Tu epularis, & alios cibo tuo strãgulas? Tu symphonia delectaris, & alius miserabili deplorat vlulatu? Tu poma degustas, & alius spinã vorat? Nũquid colligũt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Spina vsura est, spina centesima est, tribulus est fœnus, male vrit: Quomodo potes fructũ habere de spinis? Si iste fructus de spinis non nascitur, illic nascitur æter⁹. De erumnis ditaris, de lachrymis lucrum quæris, de fame aliena pasceris, de exuuiis despoliatorum hominũ cudis argentum, & iudicas te diuitem, qui stipem poscis à paupere? Sed audi quid dicat Saluator: Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.

K Matth. 5.

L

M

Matth. 7.

Lucæ. 6.

Quomodo intelligatur illud Deuteronomii, Ab alienigena vsuram exiges, non autem à fratre. Et de maledictione vsurarii secundum Ezechielem. Caput XV.

SED forte dicas, qa scriptũ est: Alienigenæ fœnerabis, & nõ cõsiderabis quid euangeliũ dicat, quod est plenius. Sed hoc interi sequestrem⁹,

Deut. 23.

A legis ipsius verba cõsidera. Fratri tuo, inquit, non fœnerabis ad vsuram, sed ab alienigena exiges. Quis erat tunc alienigena, nisi Amalech, nisi Amorræus; nisi hostes? Ibi inquit, vsuram exige. Cui merito nocere desideras, cui iure inferuntur arma, huic legitimæ indicantur vsuræ. Quem bello non potes facile vincere, de hoc cito potes centesima vindicare te. Ab hoc vsuram exige quem non sit crimen occidere. Si mecum ferro dimicat qui vsurã flagitat, sine gladio & de hoste vlciscitur qui fuerit vsurar⁹ & exactor inimici. Ergo vbi ius belli, ibi etiam ius vsuræ. Frater autem tuus omnis, fidei primũ, deinde Romani iuris est populus. Narrabo nomen tuũ fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Deniq; in Leuitico præscripsit etiam lex vsuram à fratre non esse poscendam. Sic enim habes: Et viuet frater tuus tecum, pecuniam tuam non dabis illi in vsuram, & in amplius recipiendum non dabis illi escas tuas. Generaliter hæc sententia dei omne sortis excludit augmẽtum. Vnde & Dauid & benedictum æstimaunt, & dignum habitatione cælesti, qui pecuniam non dedit in vsuram. Si ergo qui non dedit, benedictus: sine dubio maledictus qui ad vsuram dedit. Cur ergo maledictionem potius eligis quàm benedictionem? Potestis enim benedicti esse si velitis, potestis iusti esse. Homo enim iustus secundum Ezechiel, qui pignus debitori reddiderit, & pecuniã suam in vsuram non dederit, & superabundantiam non acceperit, & ab iniustitia auerterit manum suam. Iust⁹ est, inquit, iste: vita viuet: dicit dominus. Qui autem pignus nõ reddidit, & in simulacra apposuit oculos suos, iniquitatem fecit, cum vsura dedit, & superabundãtiam accepit, hic vita non viuet. Omnes iniquitates istas fecit, morte morietur, sanguis eius super ipsum manet. Vide quomodo fœneratorem cum idololatra copulauit, quasi crimen æquaret. Elige ergo quod dulci⁹ est. Cur semper tristes? cur semper amarissimi? cur semp̃ solliciti? Procedat aliquando à vobis misericordia, procedat veritas. Obligetur mendacium, fraus odio sit. Docuistis periurium. Fœneratorium sacramentum dicitur, vbi paratur periurium. Periurastis frequenter, cum reddita fuerit pecunia, quod syngrapha non appareat: periurastis postea quod nõ reperitis pecuniam. Nolite ergo semper miseri esse, semper auari, semper mœsti. Leones sunt, & feritatem suam mutant. De manducante, inquit, exiuit esca, & de forti & trisfi exiuit dulce. Græcus & trisfi habet. Sic inuenimus. Tamen de forti hoc intelligitur, quia leo fortis est feritate: & qui ferus, trisfis. Et de vobis qui pecuniam deuorastis & auaritiam, exeat misericordia. Hæc est enim esca egenorum. Et de trisfi exeat dulce, vt dimittatis ei qui non habet vnde dissoluat. Quid trahitis pecca ta vt fune longo, & iugi loro vitulæ? Quod fit vtique cũ fœnus producitis. Tenetis pauperem debitorem, velut ibi fit aliqua gratia, vbi nulla spes commodi. Et hoc secundum auaritiam vestram loquor.

Pſal. 21.

Leuit. 25.

Pſal. 14.

Ezech. 18

Iſaiæ. 5.

B

C

Quibus dominus in Euangelio doceat fœnerãdum. Et quod fœneratores à deo peccatores appellentur. Et quis posit esse bonus fœnerator, & quærere bonas vsuras. Caput XVI.

CAETERVM dominus in Euangelio talibus magis existimat fœnerandum à quibus re tributio non speretur. Si enim ait: Et si mutuum dederitis à quibus speratis recipere, quæ vobis est gratia? Nam peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant: veruntamen amate inimicos vestros, & benefacite eis, & mutuum date nihil sperantes, & erit merces vestra multa in cælo, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus super ingratos & malos. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Aduertitis quod nomen fœnerator à domino acceperit, quod nomẽ etiã qui fœnori vestro fuerit obligatus. Peccatores, inquit, peccatoribus fœnerantur vt recipiant. Vterq; peccator, & fœnerator & debitor: vos autem, inquit, amate inimicos vestros. Nõ discutiatis quid mereantur inimici, sed quid vos facere oporteat. Date mutuũ ijs à quibus nõ speratis vos qđ datũ fuerit recepturos. Nullũ hic dãnum est, sed cõpendium. Minimũ datis, multũ recipitis. In terra datis, & id vobis soluetur in cælo. Fœnus amittitis, mercedẽ magnã habebitis. Fœneratores esse definitis, filij eritis altissimi. Eritis misericordes, qui vos patris æterni probetis hæredes. Sed fœneratorum vos delectat & vsurarũ vocabulum. Id quoque non inuideo. Docebo quomodo boni fœneratores esse possitis, quomodo bonas quæratis vsuras. Dicit Salomon: Fœnerat domino qui miseretur pauperi, secundum datum autem eius retribuet ei. Ecce bonum fœnus de malo factum est. Ecce irreprehẽsibilis fœnerator, ecce vsura laudabilis. Nolite ergo iam inuidentẽ à vestris commodis æstimare. Putatis quòd hominem subtrahã vobis debitorem? Dominum prouideo, Christum surrogo, illum demonstro qui vos fraudare non posit. Fœnerate ergo domino pecuniam vestram in manu pauperis. Ille astringitur & tenetur, ille scribit quicquid egenus acceperit. Euangelium eius cautio est. Ille promittit pro omnibus indigentibus, ille dicit fidem, quid dubitatis dare? Si quis vobis diues huius seculi offeratur, qui fide promittat sua pro aliquo debitore, statim numeratis pecuniam. Pauper est vobis dominus cæli, & cõditor mundi huius? & adhuc deliberatis quem ditiorem quæratis fideiussorem? Sed allegatis, quare pauper fact⁹ est, cum diues esset? Vidistis ergo quia fides ei⁹ diues est, fides eius idonea est: pauper factus est, cũ pro nobis soluerit, & adhuc paupertas ipsa non decipit. Nos enim diuites fecit, quos pauperes putabatis. Dicit enim Apostolus: Pauper factus est cum diues esset, vt illius inopia vos ditaremini. Bona inopia, quæ largitur diuitias. Nolite ergo paupertatem timere, vt sitis diuites. Date ociosam pecuniam, & recipietis fructuosam gratiam, & pauperum subuenietis necessitatibus, & vobis custodiæ solicitudo minuetur. Non peribit quod pauper acceperit; & vobis quod dederis inopi, sine custode seruabitur. Quod si incrementum vsurarum quæritis, in lege benedictio, in Euãgelio cælestis est merces. Quid suauitius benedictione? quid maius est cælo? Si escarum desideramur vsuræ, à quoque præsto est, sicut legimus: Is enim qui miseretur pauperis, ipse pascitur.

D

E

F

Lucæ. 6.

2. Cor. 8.

An liceat mutuum danti recipere pignora. Caput XVII.

REDDITE ergo pignora quæ tenetis, quoniam fideiussorẽ idoneũ reperistis. Sed obmurmurant adhuc dicentes quia licet tenere pignora, & se lege defendunt. Aiunt enim. Scriptũ est in Deuteronomio: Si fuerit tibi debitũ à pximo tuo quodcunq;, non introibis in domũ ipsius pignorare pignus, sed foris stabis, & homo apud quẽ est debitũ tuũ, pferet tibi pignus foris. Si autẽ homo ille pauper fuerit, non dormies in pignore ipsius, sed redditione reddes ei pignus ipsi⁹ ad occasum solis, & dormiet in vestimẽto suo, & benedicet tibi, & erit in te misericordia corã domino deo tuo. Et alibi, inquit, scriptũ est: Non pignorabis molã neq; lapidẽ superiorẽ molæ: quoniã hic pignerat. Et alibi: Non accipies pign⁹ vestimẽti viduę. Vnde argumentãtur qđ specialia pignora sunt interdicta, nõ omnia, id est, pauperis & viduę. Molam quoq; & lapidẽ superiorẽ molę, phibitũ pignerari. Sed cum per Ezechielẽ prophetã dicat dominus iustum esse qui pignus reddidit, iniustũ qui tenuit: vtiq; nõ speciale aliquod, sed generaliter omne pignus suadet reddendũ esse, cũ dicat Iob: Cõscriptionẽ quã habui aduersus aliquẽ iuramẽto conceptã, imponẽs coronã legebã. & Si non scindẽs eam reddidi nihil accipiẽs à debitore,

Deute. 24

Ezech. 18

G Cum dominus nihil ab ijs quibus mutuum dederimus, sperandum esse præcipiat quod recipere debeamus: quo modo pignus secundum legem putant retinẽdum esse.

Quid fœnerandum, & quibus, secundum legis statuta, & quod etiam iustus & pauper hoc facere valeant.
Caput. XVIII.

Deute.15. ATTENDE parere erubescant modo, & dicant etiam se ad fœnerãdum incitari legis oraculo, quia scriptum est, Fœnerabis gentibus multis, tu autem nõ mutabis: tẽpus est plenius & expressius disputare & docere quid fœnerandum, & quibus legis statuta præscribunt.
Psal. 36. Præcedit enim fœnoris causa pignoris causam. Mutuabitur, inquit, peccator, & non soluet, iustus autem miseretur, & tribuet. Audis debitor quid debeas declinare, audis debitor quid debeas imitari. Et infra: Iuuenis fui, & senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & fœnerat. Vnde huic iusto quod tota die fœnerat? Ergo dines iustus est: & quanto ditior vnusquisque fuerit, tanto iustior. Qui
Mat.19. plus habet vnde fœneret, ipse erit iustior. Sed difficile dines intrat in regnum cælorum. Quid ergo fœnerat? dic mihi sancte Dauid. Cõtra me protuli testimonium,
Actuũ.3. nisi mihi subuenis. Petrus dicebat: Argentum non habeo, nunquid nõ erat iustus? Tu mihi ergo expone quid
Psal.111. fœneret. Dixisti enim: Beatus qui miseretur & commodat, d. sponet sermones suos in iudicio. Inuenis quid fœneret iustus, qui dixit inopi attendenti ad se, & ad Ioannem: Argentum & aurum non habeo. Nihil ergo dabis
H pauperi apostole? Das tamen, & plus das quàm alij. Das inopi quod alij dare non possunt. Das inopi quo egere non possit. Das inopi quod etiam diuites accipere concupiscunt. Das inopi quod ij qui istud argentum & aurum habent, conferre non nouerunt, quia auaritia eos impedit. Das inopi quod eum diuitibus faciat ditiorem. Incitasti animum meum, concupisco hoc donum tuum. Dic cito rogo quid des. Noli me diu suspensum reddere, cupio petere si cito solues: sed soluisti cito, non di-
Actuũ.3. stulisti inopem, non despexisti precem pauperis, non diutius eum desperare fecisti, non vacuus ad templum ascendisti dicens: Argentum & aurum non habeo. Non illi soli pleni manibus ascendunt qui argentum & aurum habent: Ascendit & pauper non vacuus, ascendit & ille non vacuus qui aurum & argentum non habet. Audiam9 quid det iste pauper. Sed quod habeo, inquit, dabo tibi: In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. O optanda paupertas, ô ditior inopia. Claudicabat cui diuites dabant. Vnus pauper dabat, & statim qui claudus erat, sanus est factus. Habet iustus quod fœneret, habet & argẽtum quod fœnerat, sermones suos fœnerat. Hoc
I est iusti argentum. Eloquia enim domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purga-
Psal.11. tum septuplum. Hoc fœnerat qui legem accepit, qui legem meditatur, qui legẽ exercet. Hoc fœnerauit Petrus, hoc fœnerauit Paulus, quibus dicitur vt ad viros natio-
Actuũ.10 num pergerent. Petrus ad Cornelium Centurionem, cui dicitur: Surge vade nihil dubitãs, quoniam ego misi illos: & surrexit & iuit. Et infra dixit: Nunquid aqua vetare possumus ne baptizentur ij qui spiritum sanctum acceperunt? Iussitq; eos baptizari. Hoc est, fœnerabis gẽ-
tibus, vt peccata dimittas, debita auferas: tu autem non
Psal.36. mutuaberis. Mutuatur enim peccator, & nõ soluet peccata sua, quia peccator est. Paulo dicitur, Fœnerabis gẽtibus: qui missus est ad gentes. Ioanni dicitur, Fœnerabis gentibus. Iacob & cæteris dicitur, Fœnerabitis gentibus: quibus dictum est: Ite baptizate gentes. Dicitur
Mat.28. Paulo: Si patrum custodieris mandata, benedictus eris, & fœnerabis gentibus verbum. Denique non de pecunia dici significant sequentia: Princeps eris gẽtibus mul-
tis, tibi autem nemo dominabitur. Constituet te dominus deus tuus in caput, & non in caudam, & eris tunc supra, & non subter, si audieris vocem domini dei vestri. Et sequitur: Si autem non audieris, maledictus tu in ciuitate, & maledictus in agro. Et infra: Maledicta progenies ventris tui. Non pecunia vtiq; benedictum facit, sed cognitio dei, prædicatio verbi, si gratiam domini fœneremus, si indigentibus eloquia domini cõferamus, si obseruemus mandata cælestia. Et contra, maledictum non facit si desit pecunia quę fœneretur: sed si desit studium, si desit obseruatio cælestiũ statutorũ, maledictus eris. Deut.28. K

Quomodo patres nostri gẽtibus fœnerarint. Et quo modo hodie sacerdotes fœnerare debeant. Cap. XIX.

D ENIQVE mysterium Ecclesiæ euidẽter exprimitur. Primum enim quia in Deuteronomio legis: Si audieris legem, & custodieris, fœnerabis gentibus. quod factum est à patribus nostris. Fœnerauit Moyses gentibus, qui proselytos acquisiuit, fœnerauit Iesus Naue, fœ-
L nerauit Gedeon, fœnerauit Samuel, Dauid, Salomon, Helias, Helisæus, & si quis volebat verbum cognoscere, pergebat ad eos. Regina Austri veniebat audire sapientiam Salomonis. Vbi cœpit populus Iudæorum non cu-
3.Reg.10. stodire legem, cœperunt aduenę, hoc est, ex populo nationum qui in dominum Iesum crediderunt, interpretationem scripturarum fœnerare illi vetusto populo. Fœnerauit Timotheus patre Græco ortus verbum Iudęis, cum sacerdotium recepisset. Fœneramus hodięque sacerdotes in Ecclesia verbũ Iudęis, qui de synagoga ad Ecclesiam transierunt. Fœneramus & nouam & vetustã pecuniam. Etenim quam habuerunt, iam non habent. Oculos habent, & non vident: aures habent, & non audiunt. Pecuniam habent, & non habent, quia vsum eius ignorant, præcium eius nesciunt, figuram eius & formã non cognouerunt. Nam si cognouissent, nunquam authorem pecuniæ denegassent dicentes: Nolumus hunc
Lucæ.19. regnare super nos. Qui quidem rediens accepto regno iussit vocari seruos suos, quibus dedit pecuniam, & eos qui fœnerassent pecuniam, prædixit: ei autem qui pecuniam tenuit ociosam domini sui, respondit: Sciebas quòd ego homo austerus sum, tollo quod nõ posui, meto quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens vtiq; cum vsuris exegissem illã? Audistis quæ pecunia boni fœneratoris sit,
M quæ pecunia bonas acquirat vsuras, quæ pecunia nõ infamet fœneratorem, non opprimat debitorem. Quam pecuniam non ærugo possit obducere, non tinea demoliri: quæ pecunia non de terreno sit, sed de æterno. Quæ pecunia diuitem faciat accipientem, nec aliquid imminuat fœneranti. Hæc pecunia vsuram habet: non vt censimam eius quod dederis portionem, sed centuplum ferat fructum. Expande igitur sinum mentis, vt huius pecuniæ numeratam tibi suscipias quantitatem. Intende cordis obtutu, vt agnoscas pecuniæ huius imaginem & inscriptionem. Certe hanc pecuniam excute, tabulam supra mensam animę tuæ, quæ stabilis virtutibus sit, quadratam constitue, conde in thesauro pectoris tui, de quo doctus scriba depromit noua & vetera. Vides qualis hęc pecunia sit, quẽadmodũ creditorẽ debitorẽq; inuisa ipse coniungit nomina. Qui inuehebar in fœneratores, iam prouoco debitorem. Huius ergo fœneratores pecuniæ vos esse desidero, vt ad vos qui mutuum sumant, sponte festinent, per quam non nummum, sed regnum possitis acquirere, per quam non maledicta quæratis, sed benedictionis gratiam. Hanc pecuniam fœnerat populus nationum, qui sciuit accipere fœneratum, qui sciuit cernere, qui sciuit excutere. Recusasti indicta fœnoris spiritalis, egere cœpisti. De te ergo dei filio dictum est: Mutuabitur peccator, & non soluet. Tibi dicitur: Aduena qui
Psal.36. est in te, ascendet super te, tu autem descendes in imum. Nescit summum qui Christum ignorat. In inferno sem per est, qui non ascendit ad Christum. In summo autem populus qui verbum recipit, hic habet fidei patrimonium omne. Dẽ hoc dicit lex: Hic tibi fœnerabit, tu autem non fœnerabis ei. Hic tibi erit caput, tu autem eris cau-
Deute.28 da: hõc est, ille erit primus, tu vltimus & abiectus. Auferam à Iudæa caput & caudam, initium & finem. Initium Christum, qui interrogatus quis esset, respondit, Initiũ, quod & loquor vobis. Finem quoque Christum dicit:
Ioãnis.8. Ipse est enim finis legis ad iustitiam omni credenti. Er-
Rom.10. go qui non credit ad iustitiam, nec initium nec finẽ habet, sed ipse finis sui est.

Quod sit illud pignus quod lex reddi iubet ante solis occasum. Et de triplici pignore.
Caput XX.

COGNOVIMVS fœnus legitimum, cognoscamus & pignus quod lex reddi iubet ante solis occasum. Quod sit istud, audi dicentem Apo-
2.Cor.1. stolum: Dedit deus pignus spiritum in cordibus nostris. Tripliciter & pignus & commendatum, & depositum dicitur. Pignus dicunt quod pro mutuo ære susceptum est. Commendatum autem & depositum qđ custodiatur causa alicuius commissi. Vnde ait Apostolus: Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est com-
2.Tim.1. mendatum meum seruare in illum diem. Depositum quoque idem docuit quod esset, dicens: Bonum depo-
B situm custodi per spiritum sanctum qui habitauit in nobis. Petamus ergo, vt custodiat in nobis Christus hoc pignus quod ipse donauit, & depositum suum commendatũque conseruet. Nihil enim accepit à nobis, sed ipse nobis credidit quod nostrum non erat. Et ideo detrimento honestatis afficitur qui depositum violarit alienum. Si commendatum hominis nulla debemus fraude violare, quanto magis diuinum & spiritale depositũ bona fide seruare nos congruit, ne existimationis grauia damna subeamus? Hoc igitur pignus est quod lex prohi-
Deut.24. bet pignerari, & violenter auferre. Sic enim habet scriptura: Si debitum tibi fuerit à proximo quodcunque, nõ introibis in domum ipsius pignerare pignus: & homo apud quem est debitum tuũ, proferat tibi foras pignus. Si autem homo ille pauper fuerit, nõ dormies in pignore ipsius, sed redditione reddes ei pignus ipsius ad occasum solis, & dormiet in vestimentõ suo, & benedicet te, & erit ti misericordia. Dices itaq; mihi: Ecce lex auferri pignus prohibuit, nõ suscipi: pauperi autẽ iussit reddi, non omnibus. Ac de corporalibus quidem pignoribus sanctus etiam Esdras docuit nos, quod iam fœnera-
C tores aduersus patrum vestrorũ non possitis venire profession em. Nam cum iuberentur qui fœnerauerãt & acNeemi.5. cepetant aliena pignora, vt restituerẽt ea, dixerunt: Reddemus, & ab ipsis nihil quæremus. Boni patres, qui statuerunt pignora debitorum esse reddenda, boni etiam fœneratores qui responderunt quod & pignora redderent, & pecuniam non requirerent quam dedissent. Et sententia nos paternæ censionis his astringit, & professio creditorem. Est autem & aliud pignus quod lex spiritalis prohibet auferri: & si datum fuerit, reddi iubet ante solis occasum: quod homo debitum reddit, & ipse protulit. Debitor est autem omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit malus, & rapit quasi seminatum in corde ipsius. Noli ergo introire in domum eius vt illud pignus accipias. Vę enim qui scandalizauerit vnum de pusillis istis. Si sua stultitia amiserit pignus suum, tu non habebis delictum. Si autem pauper fuerit, redde pignus ante solis occasum. Pignus autem vestimentum est. Sibi dines videtur, ipse se decipit si pignus tradidit. Reddet suum. Si autem pauper, qui non habeat diuitias spiritus, redde illi vestimentum suum ante solis occasum. Si

de corporali ageretur pignore, vtique magis per diem D reddendum fuit, ne turpitudo nudi corporis diurno lumine proderetur, tenebræ enim nudum non produnt. At si hoc moueret quòd non haberet pauper quo dormiens tegi posset, vtique aut stragulum aut amictum diceret esse reddendum. Nunc autem dicendo vestimentum, tunicam magis significat qua induimur atque vestimur. Redde ergo pauperi tunicam suam, vt dormiat in ea noctu. Nonne tibi videtur illum pauperem significare, qui cum tunica vna iubetur pergere, alteram nõ requirere, emissus à Christo ad Euangelium prædicandum? Ipse est enim pauper spiritu, qui dormire possit. Nam satiato diuitijs, non est qui sinat eum dormire. Dormit enim pauper somnum resurrectionis, quem diues dormire non potest, quia diuitijs & voluptatibus suffocatur. Dormit Christi quietem dicentis: Ego dormiui, & requieui, & surrexi. Nec est tunica illa desuper texta, qua erat indutus Christus, quam scindere non potuerunt illi milites quos agnoscis. Nullus enim eorum vestimentum Christi scindit, sed diuidit, sicut scriptum est: Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem me
Psal.21. am miserunt sortem. Diuiserunt sibi Euangelistæ vestimenta eius, & super vestem eius, hoc est super prædicationem Euangelij, qua vestitur hodiè dominus, miserit sortem. Illam vtique sortem, quæ cecidit super Mat-
thiam, vt Apostolorum duodecimus numerò ex cluso E nomine proditoris adiungeretur. Bene autem de Euangelistis dictum est quia miserunt sortem. Sors enim veluti diuino pendet examine. Et ideo quia non in potestate propria sunt locuti, neque omnes eadem omnia, sed pleraque dixerunt diuersa, quæ alius non dixerat, sancti spiritus gratiam velut sortito illis ea tribuisse cognoscimus quæ loquerentur singuli de operibus domini Iesu, vt eius describenda pro eius nutu gesta diuiderent. Est & alia tunica quam demonstrat Apostolus dicens: Induite dominum Iesum. Hæc est tunica quæ in ho-
Roma.13. nesta operit nostra, & in ijs abundãtiorem honestatem circundat in Christo. Induimus viscera misericordię in Christo, induimus crucis gloriam, quæ Iudęis scandalũ,
Græcis stultitia videbatur. Illi erubescant, qui eam eru-
1.Cor.1. bescendam putant, nobis autẽ absit gloriari nisi in crucę domini Iesu. Hæc ignobilia nostra, honorem abundã-
Gala.6. tiorem habent, quia per passionem domini regnum nobis paratur æternum. Quo enim quis plus peccauerit, eó plus diligit. Consepeliamur igitur domino Iesu, vt pãr-
ticipes resurrectionis eius esse mereamur. Expoliemus F veterem hominem cum actibus suis, induamus nouum,
Colos.3. in quo remissio peccatorum est. Bonus ergo amictus atque vestitus verbum dei. Hoc vestitu filij Noe pudenda patris operuerũt, accipientes super humeros vestimentum, & retrorsum pergentes, ne viderent virilia patris, hoc est, corporea quæ habent pudorem quendam generationis humanę. Et ideo qui videre voluit, angustioris animi dignam mercedem recepit, vt seruus fieret. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Vn-
Ioan.1. de ille terrenus remansit. Hoc pauperi nemo tollat vestimentum, aut si tulerit, sol non occidat super direspoliatum. Eum autem restituat, ne peccatum pauperis fœneratori possit ascribi, & non solum suo, sed etiam alieno incipiat laborare peccato. Hoc pignus in hac seculi nocte reddatur, hoc vestimento in his mundi tenebris induatur. Hoc pignus illius dominicæ sortis est, non illius contrariæ. Legimus enim duas sortes in Leuitico, de quibus dictum est: Vnam domino facies, alteram transmissori. Transmissor sortem suam ad fœneratores transmisit. Serui domini in sorte sunt Christi. In hac sorte constitutus Aaron, contrariæ sortis exclusit erumnam, cum inter duas partes populi constitutus, mortem à defunctis serpere in sortem sui corporis non permisit. Obiectio huius sortis bonum pignus est, verbi amictus. Hanc vobis tunicam nemo auferat debitores,

G hanc tunicam nulli oppigneretis si vultis nunquam tur
pitudinem sustinere, vt dormiatis inter cleros, sicut Aa-
ron, dormiatis inter duo testamenta, vt dormiatis som-
num resurrectionis, & vos reparare possitis. Hoc est ve
stimentum quod etiam si oppignerauerit, recipien-
dum in Prouerbijs sanctus Salomon præcipit dicens:
Aufer vestimentum tuum, præterit enim iniuriosus. Sa-
pientiæ vestimentum est, ex illis vestimentis quæ ex bys
so & purpura sapientia sibi fecit. hoc est, indumentum
fidei constat ex prædicatione cælestium, & dominicæ
sanguine passionis. Byssо, ætherea figurantur. Purpuræ
specie, mysterium sacri sanguinis declaratur, quo re-
gnum cæleste confertur. Denique vestimentum sapien-
tiæ significari superiora indicant. Præmisit enim dicēs:
Sapiens esto fili, vt lætetur cor tuum. Et intra duos ver-
sus ait: Imprudentes autem superueniētes damnum pa-
tientur. Aufer vestimentum tuum. Aufer igitur, ne dam
num excipias imprudentiæ, & ne exutum te proprio ve
stimento nequissimus ille communis fœnerator agno-
scens, confusionem tui detegere conetur opprobrij, &
persuadeat tibi vt te solijs tegas, & nudum te esse conspi
ciens, in dei vereatis venire conspectum, Redde, inquit,
proximo in tempore, coāgusta verbum, & fideliter age
cum illo, & in tempore inuenies quod tibi necessarium
fit. Non amat multis innocentia se defendere. Susanna
vocis assertione non eguit. Verbum coāgustauit ad do-
minum, & statim adipisci meruit castitatis propriæ testi
H monium. Plurima præsbyteri loquebantur, qui labora
bant verborum fuco obducere veritatem: sed nunc fi-
lia Iuda tacuit apud homines, locuta est deo. Erubescē-
da erat in plebe ipsa defensio muliebris. Et dum pudor
Danie.13. defenditur, impudentia prætendebatur. Coangustauit
verbum, dicens ad dominum: Tu scis quia falsa dixerūt
de me. Et dominus spiritum Danielis pueri castitatis ex
citauit vltorem. Coangusta verbum ergo, vt redhibitio
creditori, non lingua respondeat. Sine mystice: Coan-
Esaiæ.10. gusta verbum, hoc est, consumma. Verbum enim con-
Roma. 9. summans & breuiās faciet dominus super terram. Hoc
est, ex multis ratiocinijs abbreuiata tibi summa conue-
niat. Deducito quod expensis diuersis est erogatum, vt
saluū habeas quod superfit, quomodo dominus de mul
tis dispensationibus Iudæorum ex multo illo ratiocinio
peccatorum consummauit, tandem atque breuiauit, vt
reliquiæ saluæ fierent per electionem gratiæ, & seruarē-
tur ad semen, per quos intermortuam spem synagogæ
resuscitaret.

De reprehensione debitorum mutuum recipiētium, & postmodum commodantibus ingratorum in reddi-
I tione facienda. Et de obligatione molæ & lapidis super
molaris prohibita. Caput. XXI.

Q VAM deforme est vt pro beneficio ei qui
te adiuuit rependas molestiam, cum istū
fraudaueris cui debes, postea in tēpore ne
cessitatis tuæ nō inuenies creditorē. Quām
indignum vt cum victum tuum sustenta-
re non queas, cum adhuc nihil debeas, putes quod & vi-
ctum tuum possis & debitum sustinere. Ante cogita vn-
de dissoluas, & sic mutuum sume. Fructus, inquit, agro-
rum capio. Sed qui non abundant vsui, quomodo abun
dabunt contracti fœnoris incremento? Sed possessionē
meam vendo. Et vnde fructus quibus vtaris ad sumptū?
Fœnus non pecunia sua soluitur, sed augetur, numeran
do coacernatur & crescit. Deinde non cogitas humilita
tem & verecundiam postulantis? Donec accipias, oscu-
laris manus fœneratoris superbi, humilias vocem tu-
am, ne clarior sonitus vocis tuæ aures eius offendat, ne
plures te audiant deprecantem. Paupertas non habet
crimen, nulla indigentiæ infamia, est: sed debere, verecū
dum est: non reddere, verecundius. Postulabis dilatio-
nem cum cœperis conueniri in tempore præscriptæ so-K
lutionis pro pecunia, afferes tædia, causaberis de tempo
re, excusationes strues. Et cum totum promiseris: ne in
vniuersum fraudare videaris, vix dimidium restitues.
De amico inimicum facies, de honore referes contume
liam, pro benedictione maledictum. Quām hæc opinio
nem lædant consydera, quām à viro bono discrepent re
cognosce. Ergo dum liber es à vinculis, ipse te reuoca à
iugo & onere seruitutis. Dues es? non sumas mutuum.
Pauper? non sumas mutuum. Dues es? nullam pateris
petendi necessitatem. Pauper es? considera soluendi dif
ficultatem, Opulentia vsuris minuitur, paupertas vsuris
non leuatur. Nunquam enim malum malo corrigitur,
nec vuln⁹ curatur vulnere, sed exasperatur vlcere. Hoc
vide, ne dum pecuniam petis, molam tuam obliges, aut
lapidem supermolarem. Mola est enim qua similago cō
ficitur, qua molit similaginem vna mulier quæ assumi-
tur, & altera relinquitur. Fortasse illa assumitur quæ
semper molit verbum dei, vt habeat similaginem, & spi
ritalem facit farinam. Expurgate vetus fermentum, vt si
tis noua conspersio. Custodit molam suam, interpreta- 1.Cor.5.
tur scripturas, seruat sibi lapidem supermolarem. Illa
relinquitur quæ oppignerat molam suam. Cum autem
aliquid emoluerit perfunctorie, oppignerat lapidē qui
est super molam. Quis iste sit lapis, quæro. Legisti: Lapi- Psal.117.
dem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in
caput anguli. Quare super molā? Quia ipse est qui mo- Ioan.5.
lentes iuuat. Ipse est qui dicit: Scrutamini scripturas in
quibus putatis vos vitam æternam habere. Noli fœnera
tor hūc lapidem supermolarem oppignerare, ne cadas
super illum. Omnis enim qui ceciderit super hunc lapi- Lucæ.20.
dem, quasi sabitur: super quem autem ceciderit commi-
nuet illum. Nec viduæ pignus suscipias, graue & secun L
dum literam vtrunque, si instrumentum viuendi egeno
auferas, aut viduæ pignus detrahas: sed grauius, si ani-
mæ quæ verbi vidua est, verbum teneas, vt ei sterilita-
tem viduitatis inducas.

Quem fœneratorem imitari debeamus. Caput XXII.

A T Q V E vt sciatis quod hęc amanti affectu sua
deam, ostendam vobis quem fœneratorem
debeatis imitari, Duo, inquit, debitores erāt Lucæ.7.
vni fœneratori: vn⁹ debebat denarios quin-
gentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis vn-
de redderent, donauit vtrisque. Quis eum ergo plus di-
ligit? Respondens Simon Pharisæus dixit: Aestimo, M
quia is cui plus donauit. Et laudata est sententia eius, di-
cente domino: Recte iudicasti. Recte iudicauit Phari-
sæus, qui male cogitauit, putans quōd ignoraret magis
dominus peccata mulieris, quām donaret. Sed lauda-
tur eius sententia, vt excusatio ei omnis adimatur. Plus
remissum est Ecclesiæ, quæ congregata est ex populo
nationum, quoniam plus debebat: sed & ipsa plus sol-
uit, non exigenti, sed donanti. Dedit aquam pedibus
Christi, qua sua peccata mundauit. Osculata est pedes,
ferens pacis insignia. Misit oleum in pedes eius, miseri-
cordiam & ipsa in pauperes conferendo. Isti sunt pedes
Christi, in his innocentius ambulat Christus. Et capil-
lis capitis sui terfit. Christo enim humilitatur quicun-
que habet humilitatis affectum. Et ideo inquit, dimissa
sunt eius peccata multa, quoniam dilexit multum. Ad-
uerte quod dominus & misericordiam impertit vt libe
ralis, & iudicium cum miseratione dispensat. Ante do-
nauit per gratiam, sed quibus donaret sciebat. Non ha-
bet quod excuset Iudæus. Mihi quasi peccatori plus do-
nauit, illi quasi ingrato minora concessit. Sciuit tamen
quod & ille quasi ingratus non posset soluere quod ac-
cepisset, & Ecclesia memor gratię eo plura soluerit, quo
plura meruisset.

A An fœneratores excuset, quod etiam superiores no
stri id fecerint, & quod antiquum sit vsurarum exerciti
um. Et quomodo Tobias neque pignus, neque fideiusso
rem receperit. Quo pacto etiam quis pro alieno debi-
to fideiubere debeat. Caput XXIII.

H ABETIS ergo quem sequamini fœnerato-
rem, si vultis donari, si vultis nō esse quod
reprehendatur à vobis. Nos enim non per
sonæ obtrectamus, sed auaritiæ. Nec fallit
dixisse aliquos, cū ante biduū tractatus no
ster eorum cōpunxisset affectum, Quid sibi voluit epi-
scopus aduersus fœneratores tractare, quasi nouum ali
quid admissum sit, quasi id non etiā superiores fecerint,
quasi non vetus sit fœnerare? Verum est, nō ego abnuo,
sed culpa vetus est. Denique peccatum ab Adam: ex illo
culpa ex quo & Eua: ex illo prævaricatio, ex quo & hu-
mana conditio. Sed ideo Christus venit, vt inueterata
aboleret, noua cōderet, & quæ iueteraverat culpa, reno
uaret gratia. Ideo se passioni obtulit, vt renouaretur spi
ritu, & absolueret vniuersos. Diabol⁹ Euam decepit, vt
supplantaret virum, obligaret hæreditatem. Quid fœne
B ratores faciunt? Decipiunt defœneratos, obligant fide-
iussores. Sed non Tobias pignus quæsiuit, aut fideiusso-
rem popposcit. Currendū est igitur vt fideiussorē requi-
ras, vt eum tuis nominibus astringas. Ecce paratur alter
inimicus. Nam cum nō habueris vnde debitū soluas, ille
pro te tenebitur. Inueniris in eo circumuentor & fal-
lax, qui amicum deceperis. Ille nudabitur, ille pro te in
vincula ducetur. Illum grauiorem exactorem creditore
patieris, qui allegat: Stimula ciuem tuum quē spopon
disti. Ita fiet vt ipse quoq; esse incipias ingratus, & præ-
Eccli. 29. tereas illud quod scriptum est: Gratiam repromissoris
ne obliuiscaris, dedit enim pro te animam bonam. Ne-
cesse est dicas: Quis enim te quærebat fidē dicere? Nam
nisi tu fidem dixisses, ego non accepissē pecuniā. Adul-
terinam accepi pecuniam, æs auro admixto mihi dedit,
vtinam te non obtulisses. Fortasse creditor te subornā-
uit, vel tu illum. Ergo caue ne alieno te obliges debito,
ne hoc quoque vendidisse dicaris: ne si quod tibi (vt ha
bet vsus amicitiæ) debetur, aut dederit gratiæ videatur
emisse. Aut si vis interuenire, noueris amici obsecratus
oratis erubescēs negare: ita interueni, vt si debitū solutū
non fuerit, de tuo noueris esse soluendum. In hæc para-
Eccli. 8. tus accede. Legisti enim: Non spondeas super virtutem
tuam, si enim spoponderis, quasi restituens cogita. Et in
C fra: Recipe proximum tuum secundum virtutem tuam,
& attende tibi ne cadas. id est, ne maiore te obligas nu-
mismatis quātitate, q̄ ferre possunt & exoluere tuarum
copiæ facultatum. Si enim quod habes tradas, amisisti
opes, non amisisti fidem. Famæ tuæ damna non sentis,
redemisti amicum sine tui fraude. Alibi quoq; id te mo-
nent Prouerbia Salomonis dicentis: Spondens sponde
amico tuo, quēadmodum qui obligat se spōsorem ami-
corum suorum. Si autem nō habes, audi quid Salomon
dicat: Noli te dare in sponsionem, erubescens personā.
si enim non habuetis vnde soluas, auferet stramentum
de sub lateribus tuis. Bonus ergo fœnerator acquiret gra
tiam, improbus execrationem.

De alijs virtutibus Tobiæ. Et quomodo mercenario
merces sit soluenda. Caput XXIIII.

S ED NON his tantum virtutum finibus cō
tētus fuit sanctus Tobias, mercenario quo
que sciuit soluendam esse mercedem, di-
midium vsq; obtulit, meritóq; pro merce-
nario angelum inuenit. Et tu vnde scis ne
forte iustū aliquē mercede defraudes, punis ne infirmū?
Væ eni illi qui scandalizauerit vnū de pusillis istis. Qui
scis an in eo angelus sit? Neque enim dubitare debes q̄
in mercenario possit esse angelus, cū ipse Christus pos- D
sit, qui in minimo quoq; esse consueuit. Redde ergo mer
cenario mercedem suam, nec eum laboris sui mercede
defraudes, quia & tu mercenarius Christi es, & te condu
xit ad vineam suam, & tibi merces reposita est cælestis.
Non ergo lædas seruum operantem in veritate, neque
mercenarium dantem animam suam. Nō despicias in-
ōpem qui vitam suam suo exercet labore, & mercede
sustentat. Hoc est enim interficere hominem, vitæ suæ ei
debita negare subsidia. Et tu mercenarius es in hac ter-
ra. Da mercedem mercenario, vt & tu possis dicere do-
mino cum precaris. Da mercedem domine sustinētibus
te. Tobias tibi dicit: Luxuria mater est famis: in quo cō- Tobiæ.4.
tinentiam docet. Dicit etiam: Mercedem omni homini
qui penes te operatus fuerit, redde eadem die, & non ma
neat apud te merces hominis, & merces tua non mino-
rabitur. Dicit tibi: Noli vinum bibere in ebrietate. Di-
cit tibi: De pane tuo communica esurientibus. Vide quid
te fœnerare cupiat. Et de vestimētis tuis nudos tege. Ex
omnibus quæ abundauerint tibi, fac eleēmosynam. Om
ni tempore benedic dominum. In his itaque fœnus æter
num est, & vsura perpetua.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE INTERPELLATIONE. E

De approbatiōe per scripturam & exempla sanctorum
quod consolationes, præcipue quæ ex spe futurorum
habentur, omnibus præsentibus incommodis & per-
turbationibus quæ in hac vita sunt, incomparabiliter
præponderent. Caput I.
Quomodo beatus Iob amissis omnibus præter vxorē,
tanquam bonus athleta perturbationibus non cesse-
rit, nec certare recusauerit. Caput II.
Quod misera cōditio hominis & quasi mercenaria sit,
& se nisi ex aliena misericordia sustētare non possit,
quodq; vana somni delectatio pœna potius quam re-
quies sit dicenda. Caput III.
Quomodo amici Iob ad cōsolandum eum venerint, &
quod optimum solamen in aduersitatibus sit à culpa
vacare. Caput IIII.
Quomodo intelligatur illud: Qui facit montes inuete-
rascere &c. Et de commotione colūnarum. Quomo-
do etiam sol iussus non oriebatur. Et quomodo domi
nus super mare tanq̄ pauimentū ambulet. Cap. V. F
De multiplici hominis tribulatione, & de veloci cursu
vitæ nostræ, cum deploratione sancti viri pro commu
ni infirmitate. Caput VI.
Quid significet illud: Quare obscripsisti aduersum me
mala, & opposuisti mihi adolescentiæ peccata &c. Si-
militer & illud: Mortalis fili⁹ mulieris, breuis vitæ est
&c. Præterea etiam istud: Cum autē dormierit homo,
non resurget vsq; dum cælū aſsuatur &c. Cap. VII.
De intelligentia illius, Vtinam in inferno conseruares,
abscōderes autē me donec definat ira tua &c. C. VIII.
De reprehēsione eorū qui curiosius inquirūt secreta al
titudinis sapiētiæ dei. Quāq; beat⁹ sit ille qui sapiētiā
inuenerit. Et quæ sit vera sapientia. Cap. IX.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE INTERPELLATIONE LIBER I.

De approbatiōe per scripturā & exēpla sanctorū qđ
cōsolatiōes, præcipue quę ex spe futurorū habētur, oīb⁹
præsentibus incōmodis & perturbationibus quæ in hac
vita sunt, incōparabiliter præponderent. Cap. I.

G MVLTAS NOBIS PERTVRBA-tiones in hac vita esse subeũdas, scriptura diuina frequentibus de monstrat locis, multásque suppetere cõsolationes, quibus animus capax vigoris, & recti cõscius absorbere debeat quæ præsentiũ incõmodorũ sunt, spectare quæ habeant perpetem iucunditatem. Præponderant enim cõsolationes perturbationibus, quia & præsentium sedationem afferunt, & spem futurorum. Vnde & apostolus Paulus: Indignæ sunt, inquit, passiones huius temporis ad superuenturam gloriam. Indignæ vtique ad consolationis comparationem, non ad fructum redemptionis. Quæ est tam præclara, cuiusve vita in terra, vt adæquare cælestem gloriam possit? Quid sublimius Paulo, qui tantum periculorum subijt, tantum dolorum atq; infirmitatum absorbuit? In ijs quas Christi nomine subijt passionibus, quotidie, vt ipse dicit, moriebatur, & nihil indignum perpeti se in hoc tempore pro tantæ gloriæ spe atq; expectatione censebat. Helias famem, insidias, mortisq; terrores, laborum acerba tolerabat, & tamen solus igneis curribus, equis igneis de cælo deductis ad terras, & de terris reuectis ad cælum, omne meritum huius militiæ abscondit, atque vltra humanam omnem gratiam
H pij ascensoris se vexit. Nã de Petro quid loquar, qui crucem suam futura remuneratione indignam arbitratus, inuerso suspendi popposcit vestigio, vt aliquid passioni suæ adderet, cuius acerbare ipse sibi supplicia non timeret? Vnde non immerito sanctus Dauid ad illam gloriã, cum in cętero opere, tum maxime in quadragesimoprimo Psalmo se festinare testatur dicẽs: Quando veniam & apparebo ante faciem dei? In quo Psalmo & perturbationes humanæ fragilitatis, & consolationes à domino euidenter expressit. In quo etiam interpellat pro nobis deum, quod oblitus operis sui, oblitus collatæ in hominem liberalitatis & gratiæ, quem tuendum atque ornandum acceperat, dereliquerit, & infirmum ac naufragum diuersis infirmitatibus reiecerit atterẽdum. Quod idem ante ipsum fecerat sanctus Iob, Sed iste moralius, ille vehementius. Vtriusque igitur interpellationes considerare cordi est, quod in his vitæ humanæ forma exprimitur, causa agitur, prærogatiua formatur. Suo igi-
I tur ordine spectandæ nobis sunt.

Quomodo beatus Iob amissis omnibus præter vxorem, tanquam bonus athleta perturbationibus non cesserit, nec certare recusauerit. Caput II.

AMISSIS itaque liberis Iob atque omnibus suis præter vxorem, quæ ei sola ad tentationem fuerat reseruata, perfossus etiam vlcere graui, cum videret amicos suos non ad consolandum venisse, sed ad exaggerandum & ad aceruandum dolorem, aduertit à domino data tam in se aduersario tentandi sui potestatem. Et quanuis sagittas domini in corpore suo sentiret esse, à quib⁹ compungi se diceret, tamen quasi bonus athleta, qui dolori non cederet, nec dura certaminis recusaret, addidit incipens: Dominus vulneret, in fine autem nõ perimat. Iob.6. Quæ enim mea virtus qui sustineo, aut quod meum tempus, vt sufferat anima mea? Nũquid fortitudo lapidum fortitudo mea, aut carnes meæ sunt æreæ, aut non in ipso confidebam, adiutorium autem à me recessit? Visitatio autem eius despexit me. Nonne tentamentum est vita hominis super terram, & sicut mercenarij quotidiani vita eius, aut sicut famulus timens dominum suum, qui se sub vmbra obtegat, aut sicut mercenarius expectans mercedem suam, sic & ego menses expectaui vacuos, noctes autem dolorum datæ sunt mihi? Si quiescam, dico, quando dies: Si surgam, iterum quando vesper? Plenus sum doloribus. A vespere vsque mane fermentatur mi K hi corpus in putredine vermium. Liquefacio autem glebas terræ, saniem radens vlcerum. Vita autem mea leuior est fauilla, in spe vacua perijt. Dicam, consolabitur me lectulus meus, terres me insomnijs, & in visionibus me percellis.

Quod misera conditio hominis & quasi mercenaria sit, & se nisi ex alia misericordia sustentare non possit. Quodque vana somni delectatio, pœna potius quàm requies sit dicenda. Caput. III.

Q VAM misera hominis conditio, quæ quasi mercenaria alijs laborat, sibi indiget, & nisi aliena misericordia sustentare se nequit. Quotidie sub formidine, sub timore grauẽ tolerans seruitutẽ, & ne deprehendatur à domino erratica atque fugitiua, sub vmbra quadam seculi huius putat se posse delitescere. Confidera illum Eccli.23. de quo ait in Ecclesiastico Syrach: Omnis homo transgrediens in lecto suo, contemnens & dicens in anima sua: Quis me videt? Tenebræ circundant me & parietes, L
Iob.9. quem vereor? Nonne tibi videtur iste vir esse mercenarius qui prodegerit, vt ille adolescens in Euangelio, qui legitur accepisse à patre substantiæ portionem, & egens atque inops, quo famem leuaret, pascere greges cœpit alienos, vt mercede sumptum exerceret suum? Sed ille tamen aliquando conuersus est, quia reuertitur ad patrem, & peccata sua non repressit, sed prodidit. Hic autem qui se existimat ab eo qui omnia videt non videri, & tenebris putat commissa sua posse celari, vmbram prætendit, sed frustra latere se credit, cum oculus domini lucidior sole occulta omnia deprehendat, tenebrosa illuminet, & intimi cordis penetret conscientiam, atque in alta & profunda descendat. Vanus ergo qui putat tenebris esse se tutum, cum lucem vitare non possit, quæ lucet in tenebris, & tenebrę eam non comprehenderũt. Quasi fugitiuus itaque & malus mercenarius deprehenditur, & antequam se occultet agnoscitur, quia domino omnia antequam quærat cognita sunt. Non sola quæ facta, sed etiam quæ futura sunt reperit. Igitur in vacua spe qui putat quod suum crimen abscondat: fabula est istud, non veritas. Denique fabula peccantium ociosa, non habens fructum, sed gemitum. Narratio enim fatui Eccli.11. sarcina in via. Quid enim aliud est peccatum, nisi sarcina? quæ huius seculi onerat viatorem graui depressum fasce delicti, qui si nollet oneri subiacere, debuit audire M
Mat.11. dicentem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Quid autem erumnosius cum ipse lectus ad communem quietem datus, graue vulnus infligat? Tunc enim solemus quæ fecimus recordari, & factum suorum stimulis compungitur interior conscientia. Vnde scriptura ait his: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus compũgimini. Remedium quidem debiti, & tamen cõscientiam vulnerauit. Sed esto vt aliquando fesso somnus obrepat, terremur insomnijs, exagitamur visionibus, vt non iam requies sed pœna sit. Ita enim habentur diuitiæ seculi, veluti somnium exurgentis. Surrexit aliquis istius corporis somno, & nihil possidet, idq; ipsum quod se credebat habere amisit. Cõstituite mihi nunc diuitem illum, qui quotidiana lucra, & quæstus varios congerebat, & exagebatur cupiditatibus suis, subito resipiscentem. Considerate quæsturi, quia Psal.48. cum morietur, non accipiet omnia, neque descendet cũ eo gloria domus eius: & cum ea quæ possidet in hac vita, habeant aliquid voluptatis: non etiam in futurũ aperiunt oculos ad cælestia. Nonne tibi videtur sicut qui in somnis epulatur, epulari apuisse oculos, & cognouisse quòd aĩa ei⁹ inane sperauit, & adhuc esuriat, adhuc sitiat, quia modũ nõ habet auaritiæ, nec rapiẽdo expletur, sed incitatur, hoc egentior, quo plura quæsierit? Et hic

A ergo surrexit, & vanum est somnium.

Quomodo amici Iob ad consolandum eum venerint, & quod optimum solamen in aduersitatibus sit à culpa vacare. Caput IIII.

SED iterum ipsum audiamus dicentem. Incumbebant illi amici qui ad consolandum venerant, & quasi inimici amaris eum perurgebant sermonibus. Vnum enim solatij genus est in erumna & in amaritudine constitutis, à culpa vacare, vt ea quæ perpetiuntur aduersa, non pro delicti precio sustinere videantur. Hoc quoque sancto viro adimere gestiebant, vt videretur ipse suæ author erumnæ, qui peccatis grauibus contraxisset offensam, & pro impietatibus suis illa toleraret, describẽtes impiorum supplicia, qui vitia sererent, & meterent sibi dolores, quos mandata operirent dei, & spiritu vitæ ipsius interirent. Qui sufflaret domos luteas inhabitantibus, & arescerent, cogitationes destituerit, versutorum os obstruxerit iniuste. Quæ vera quidem de domini potestate, sed non cõuenientia tanti viri meritis asserebant. Is ergo respondit: In verita
Iob.9. te noui quia ita est. Quomodo eni iustus mortalis apud dominum? Si enim voluerit iudicio contẽdere cum eo, non audiet illum, vt nõ ad vnum verbum eius mille sermonibus contradicat. Sapiens est enim intellectu, & fortis & magnus: quis tam durus, vt in conspectu eius pos-
B sit subsistere? Qui facit montes inueterascere, & nescit, & euertit eos iracundia. Qui commouet orbem terrarum à fundamentis, & columnæ mouentur eius. Qui dicit soli, & non oritur, aduersus autem sydera consignat. Qui extendit cælum solus, & ambulat sicut in pauimento supra mare. Qui facit virgilias, & vesperum, & septentrionem, & austri ministerium, qui facit magna & inuestigabilia, gloriosa & immensa, quorum nõ est numerus. Si præterierit me, non videbo: & si me prætergressus fuerit, nec sic sciam. Quanto vehementiore tuba iste crepuit de domini potestate? Sed in ea iustorũ auxilium, non ruina est. Denique videtur exprimi potẽtia, sed magis redemptionis mysteria declarantur.

Quomodo intelligatur illud, Qui facit montes inueterascere & cætera. Et de commotione columnarum.
C Quomodo etiam sol iussus non oriebatur, & quomodo dominus supra mare tanquam pauimentum ambulet. Caput V.

VI sunt enim montes quos inueterascere facit, nisi Moyses, Aaron, & Helias, Iesus naue, Gedeon, Prophetæ, omnes libri veteris testamenti? Venit dominus Iesus, nouũ detulit testamentum, & illud quod erat vetus, factum est nouum. Innouatus est Christianus, inueterauit Iudæus. Renouata est gratia, inueterauit litera. Euertit montes, & conuertit. Euertit enim & sub
Roma.7. ruit intellectum secundum literam, & statuit intelligentiam spiritalem. Intellectus ergo ille legis euanuit carnalis, & factus est spiritalis. Vnde Apostolus ait: Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum. Sed
1.Cor.7. & ipse qui carnalis erat, factus est spiritalis, sicut ipse asseruit dicens: Puto enim & ego me spiritum dei habere.
1.Cor.2. Hos ergo montes inueterauit Iesus, & Iudæi nesciunt. Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent, nunquam Iudaica delyramenta sequerentur adhuc. Ipsi sunt ergo qui nesciunt. Vnde & in Euange-
Lucæ.23. lio dicit dominus Iesus. Dimitte illis pater, quia nesciunt quid faciunt. Sed non excusantur qui nesciunt, cum scire nolunt quod debuerint cognoscere. Certe non illis inuidemus si domini sequantur sententiam. Sententia enim superiora solet absoluere, non futura. Sed nec ille immunis à scelere qui crucifixit sue authorem saluD tis, & postea veniam non popposcit. Esto vt ante ignorauerit quem persequebatur, in cruce tamen positum debuit recognoscere vniuersorum esse dominum clemen torum, sub quo omnia elementa tremuerunt. Cælũ obscuratum est, sol refugit, terra dissiluit, defunctorum se pulchra patuerunt, mortui viuentium receperunt con- Mat.27. sortia. Vnde & Centurio ait: Vere dei filius erat iste. Cãturio agnoscit alienum, Leuita non recognoscit suum. Gentilis veneratur, Hebræus abiurat. Non immerito ergo columnæ orbis terrarum motę sunt, quando nõ crediderunt principes sacerdotum. Sed motæ sunt veteres, Psal.74. vt nouæ confirmarentur, sicut ipse dignatus est dicere: Ego confirmaui columnas eius. Audi quas colũnas con Gala.2. firmauerit. Petrus & Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ communionis. Quomodo ergo excusant se nescisse, quorum alij uiderunt, alij cognouerunt solem non expleto diei curriculo recessisse, & rursus ante peractum spatium noctis egressum, noctem in die fecisse, in die noctem? Vtique intelligere debuerunt, quia sol iussus se recepit, & iussus exiuit. Prædixerat enim dominus, quia tribus diebus futurus erat in corde terræ, & tribus nocti bus. Didicerat hoc sol, seruabat præceptum. Dubitabat Mat.12. ergo dicẽs: Quid facio? Orior, & dies est: occido, & nox est. Si cursum meum seruauero, demorabor mundi salutem. Festinemus etiam ad redemptionem nostram. Festinare etiam debeo ipse ad nouam vitam. Erit enim beneficio crucis, quia renouantur vniuersa, & sol nouus, E
cælum nouum. Festino ergo, vt illum possim videre solem iustitię, illuminantem animas vniuersorũ. Sed quid faciam? Ipse vult post triduum fieri resurrectionem. Inueni quid faciam, vt & moras non faciam, & numerum dierum custodiam. Non faciam integrum diem, & integram noctem. Abbreuiabo horas, vt tribus quidem diebus ac noctibus sit inter mortuos dominus Iesus.

dierum & noctium interualla patiuntur resurgat à mortuis. Abbreuiabo igitur horas vbi ascenderit crucem. A sexta hora statim fiat nox, ne videam domini passionem, sed fugiam parricidalis persecutionis spectaculum. Occidam, & erit nox horarum trium: egrediar, & innouabo diem, vt sit horarum trium. Percursus est primus dies, sequitur nox secũdo spatio suo, sequitur similiter dies, incipiet nox. Tertia resurget dominus in nocte, & erit dies in lumine resurgentis, vt cõ- Psal.138.
pleatur illud: Et nox sicut dies illuminabitur. Hic est dies ille magnus quem vidit Abraham & gauisus est, de Ioan.8.
quo & Dauid ait: Hæc est dies quam fecit dominus, exul Psal.117.
temus & lætemur in ea. Cui non ministerio laboris, sed fructu exultationis interero. Ipse ergo dominus diem ducit, & ante mundi consummationẽ videbitur lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Ioan.1.
mundum. Ipse est dominus qui signat & numerat mul- F
titudinem stellarum. Ipse est dominus qui cælum solus extendit, qui ambulat tanquam in pauimento super mare, quando Petrus vidit eum ambulantem, & dixit: Do- Mat.14.
mine iube me venire ad te super aquas. Et iussit dominus: sed ille titubauit: & nisi porrexisset ei dominus dexteram, demersus fluctibus occidisset. Titubauit caro, saluauit dextera. Et ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Fides ergo ambulauit in apostolo, non caro. Denique fides titubauit, & caro sentire cœpit naufragium. Quod non improprie dictum est, quia caro nauis est animę, sicut scriptum est: Qui descendunt mare in nauibus. Et Psal.106.
alibi: Ibi dolores vt parturiẽtis, in spiritu vehementi cõ Psal.47.
teres naues tharsis. Animæ enim nostræ cũverbum par- Ioan.16.
turiunt, edunt dolores. Quæ autem peperit, iam nõ meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est illi homo qui mundum redemit. Naues Tharsis, id est intelligibiles quæ Salomoni aurum ferebant atque argentum, id est corpora nostra quæ habent thesaurum in vasis fi- 2.Cor.4.
ctilibus, vt Apostolus dixit. Vel qđ etiã hic part⁹ dubio conteruntur, iuxta quod dictum est: Vę pregnantibus & Lucæ.21.
nutrientibus. Nam cum anima quatitur, caro fluctuat.

G Vel ſpiritu vehementi agitabuntur infuſo, cum expleto
Ezech.37 tempore fuerit reſurgendum, ſecũdum quod ſcriptum
eſt: Veni ſpiritus, & inſuffla in mortuos iſtos, & viuent.
Vnde & ipſe Iob in poſterioribus dicit: Noui enim quia
æternus & potens eſt qui ſoluturus eſt me in terra.
Conteruntur autem, quia re
Pſal.50. ſuſcitantur ad iudicium. Eſt autem bona contritio. Cor
Pſal.59. enim contritum & humiliatum deus non ſpernit. Et ali
2.Par.20. bi: Sana cõtritiones eius. Sed & ad Ioſaphat dictum eſt:
Contritæ ſunt naues in Tharſis. eò quòd ſe ſacrilegio
miſcuiſſet. Vtrunque igitur contritio ſignificat, quia
vtrũque eſt in die iudicij, quando omnes qui in monu-
Ioan.5. mentis ſunt, audient vocem filij dei, & procedent qui
bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui male egerũt,
Pſal.47. in reſurrectionem iudicij. Quod etiam Dauid propheta
ſignificat dicens: Ibi dolores parturientis. ſicut audiui-
mus, ita & vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciui-
tate dei noſtri. Nanque & dolorem futurum & lætitiam
comprehendit. Dolorem de iudicio, de abſolutione
lætitiam.

De multiplici hominis tribulatione, & de veloci cur
ſu vitæ noſtræ, cum deploratione ſancti viri pro com-
muni infirmitate.

Caput VI.

Iob.9. SED ad propoſitæ nobis interpellatiõis ſe-
riem reuertamur. Multas, inquit, cõtritio-
nes fecit mihi, reſpirare me non ſinit. Im-
pleuit me amaritudine, & quia virtute eſt
potens, nemo poteſt iudicio eius reſiſtere.
Si iuſtus ſum; lingua mea errat. Magnum &
H potentem diſpergit, iram improbi in morte graui, iuſti
autem irridentur. Dati ſunt enim in manus impij. Vide
ſingula. Potentibus ira ſua grauis eſt, improbis nequi-
tia, iuſtis cõditionis infirmitas. Ita nihil periculo vacat.
Fortitudo & magnitudo viri ſua poteſtate decipitur, im
probitas afflictatur, virtꝰ ridetur. Ridetur ille, quia plus
poteſt. labitur iſte, quia nihil poteſt. Affligitur conditio
nis vitium, quia vita noſtra leuior eſt curſore. Tranſi-
uit, & nihil vidit. Tanquam nauis veſtigium, aut aquilæ
volantis & quærentis eſcam, ita & præterit vita hominis.
Quod loquimur, obliuiſcimur, nec vllum tranſitus no
ſtri inſigne deprehenditur, niſi quod ſit plenum mœro
Iob.10. ris & gemitus. Concutior, inquit, omnibus membris.
Vtinam ſit mediator noſter & arguens dijudicans inter
vtrunque noſtrum. Dicam domino: Quare ſic me iudi-
cas? An bonum tibi eſt vt iuſtus ego ſim, quia repuliſti
opera manuum tuarum, & conſilio impiorum intendi-
ſti? Nunquid ſicut mortalis videt, ſic videas, aut vita tua
ſicut hominis, aut anni tui ſicut viri, quia exquiſiſti ini-
quitates meas, & peccata mea inueſtigaſti? Noſti quia im
I pie non geſsi: ſed quis eſt qui de manibus tuis eruatur?
Magna fides, magna authoritas ſcientiæ, deum teſtem
mentis ſuæ acciſiti. Quod conditionis eſt, non negat:
quod impietatis eſt, repellit: quod infirmitatis eſt, fate-
tur. Peccaſſe conditionis eſt, quia nemo immunis la-
pſus eſt. Impiè agere non conditionis eſt, ſed perfidiæ, &
nequiſsimæ mentis venenum. Non agnoſcit hoc iuſtus,
ſed abſolutio hominis in dei miſeratione, non in homi
nis poteſtate eſt. Manus, inquit, tuæ plaſmauerunt me,
poſtea conuertiſti & percuſsiſti me. Memento quia lu-
tum me feciſti, & in terram me reſolues. Nunquid non
vt lac mulſiſti me, confeciſti me ſicut caſeum? Corio &
carne me induiſti, oſsibus & neruis me inſeruiſti. Vi-
tam autem & miſericordiam in me poſuiſti, & viſitatio
tua protexit ſpiritum meum. Quanta deploratio ſancti
viri pro communi infirmitate, quanta conuentionis au
thoritas, quod deus hominem manibus ſuis fecerit. Ex-
cuſatur culpa infirmitatis obtentu, commendatur gra-
tia priuilegio operationis æternæ, & protectione digna-
Pſal.8. tionis cælestis. De quo loco etiam Dauid pulcherrime
locutus eſt dicens: Quid eſt homo quod memor es eius,
aut filius hominis quia viſitas eum? Nec, inquit, habes in
te noui, quia omnia potes, impoſsibile autem nihil. Si K
enim peccauero, cuſtodies me, ab iniquitate autẽ imma
culatum me non feciſti. Si impius fuero, væ mihi: ſi ſim Iob.10.
iuſtus, non poſsum me erigere. Plenus ſum confuſio-
nis, inueſtigor ſicut leo ad necem. Vide tria. Si peccaue-
ro, inquit, cuſtodies me. Et ideo ô homo fatere peccatũ,
vt veniã conſequaris: dic iniquitates, vt iuſtificeris. Qui
erubeſcit fateri eas in quibus natus eſt, negantis non fa-
tentis crimen eſt, negare quod natus ſis. Quod accepi-
ſti, vtinam ſerues. Cur putas te habere quod non accepe
ris? Ergo peccator fateatur, impiꝰ ingemiſcat. Iuſtus nõ
ſe erigat & extollat, ne per arrogantiam fructum iuſti-
tiæ amittat. Et pulchre ait: Si iuſtus ſum, non poſsum me
erigere: plenus enim ſum confuſionis. Iuſtus enim ad-
uertit magis fragilitatem ſuam, quam inſipiens agno-
ſcit. Non agnoſcit inſipiens. Denique lapſibus ſuis ſapi
ens compungitur, Inſipiens delectatur. Iuſtus accuſator
eſt ſui, iniuſtus aſsertor. Iuſtus præuenire vult accuſato Prou.18.
rem confeſsione peccati, iniuſtus peccatum ſuum occu
ltare deſiderat. Ille in principio ſermonis vt prodat er-
rorem, iſte multiloquio ſermonis ſui ſomnum excuſa-
tionis inuoluit, ne prodat errorem.

Quid ſignificet illud: Quare obſcripſiſti aduerſum
me mala, & appoſuiſti mihi adoleſcentiæ peccata & cæ-
tera. Simuliter & illud: Mortalis filius mulieris, breuis vi
tæ eſt & cætera. Præterea etiam iſtud: Cum autem dor-
mierit homo non reſurget vſque dum cælum aſsuatur.

Caput VII.

TERVM adijciens dicit: Quare obſcripſiſti ad- L
uerſum me mala, & appoſuiſti mihi adoleſcen
tiæ peccata? Pulchrè id ætatis arripuit ad que- Iob.18.
relam, quæ magis ad vitium lubrica eſſe con-
ſueuit. Habet enim puerilia innocentiam, ſenectus pru-
dentiam, ipſa vicina adoleſcẽtiæ iuuentus bonæ exiſti-
mationis intuitum, & verecundiã delinquẽdi. Adoleſcẽ
tia ſola eſt inualida viribus, infirma conſilijs, vitio ca-
lens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa deliciis. In tan
to igitur confragoſo & ſcopuloſo mundi huius turbine
cur tam crebra naufragia improuidæ aſscribũtur ætati?
Vnde præclare Dauid totius tẽporis eius veniã ſibi à do Pſal.24.
mino poſtulauit dicẽs: Delicta iuuẽtutis meæ & ignoran
tiæ ne memineris domine: quia tunc maxime calor cor-
poris feruet, & æſtu ſanguinis vaporantis igneſcit. Sed M
iterũ ipſum audiamus. Mortalis, inquit, filius mulieris Iob.14.
breuis vitæ eſt, & plenus iracundiæ, qui ſicut flos floruit,
& cecidit. Diſcedit autẽ vt vmbra, & nõ reſiſtit. Nonne
& ab hoc ratio quæritur? Et hunc feciſti intrare in iudi-
cium ſub conſpectu tuo. Quis autẽ mundus eſt à ſorde?
Sed nemo, etiã ſi vnius diei ſit vita eius ſuper terrã. Vere
miſerabilis cõditio peccati ſui, quod vitare nõ poſsit, ra
tionẽ præſtare cogitur, iudicium intrare, in conſpectum
ſubire domini omnipotẽtis, cõpellitur edere cauſas ge
ſtorũ ſuorũ, quæ tot vitæ ſuæ ætatibꝰ percurrerit, cũ mũ
dus à pctõ quiuis eſse nõ poſsit, vt ab ipſis cunabulis pri
us obrepat infãtię culpa, q̃ ſit vllus ſenſus erroris. Quã-
que illud miſerabile, vt breuis ſit vita eius, dulcis illece-
bra, multiplex erũna, iracũdia quotidiana. Itaq; in exi-
gua delectatione amaritudo perpetua eſt. Eſt, inquit, ar
bori ſpes. Si enim fuerit exciſa, virideſcet: & ſi in terra
mortuus ramus eiꝰ fuerit, ab odore aquæ florebit, faciet
autem ſicut nouella. Vir autem defunctus abijt, eadens
autem mortalis homo non vltra eſt: Tempore autem flu
ctuat mare. Expectauimus prophetici ſermonis ex duo-
bus inferioribus elementis terra ac mari, quæ omni iniu
riæ crebriſque tempeſtatibus ſubiacent, q̃ validum argu
mentum noſtræ expreſsit erũnæ. Terrena, inquit, virgul
ta, nemoroſaq; arborum etiam cum fuerint mortua, in
vſus vitales reſurgunt. Mare quoque ipſum temporum
vicibus ſolet fluctuare. At vero caro noſtra ſemper exæ
ſtuat, ſibiq; ipſa tempeſtas eſt, nec vnquam à motibus p
cellarum miſerandiſcq; naufragijs feriatur. Cum autem Iob.14.

A dormierit homo, non reſurget vſque dum cælum aſsua
tur. Quod videtur declarare, donec cælũ mouetur. Erit
nouum cælum, & terra noua, ſicut ſcriptum eſt. Quod
enim aſsuitur, vetꝰ eſt: quod vetus, mutabitur. Denique
Pſal.101. audi Dauid dicentem: Initio terram tu fundaſti domi-
ne, & opera manuum tuarum ſũt cæli. Ipſi peribunt: tu
autem permanes, ſicut veſtimẽtum veteraſcent, & ſicut
opertorium mutabis eos, & mutabuntur. Poſsumus eti
am illud attexere, quoniam quod vetꝰ eſt aſsuitur, quod
Mat.11. nouum cogitur. A diebus autem Ioãnis baptiſtæ regnũ
cælorum cogitur, & cogẽtes diripiunt illud. Aſsuebat
ergo illud ſynagoga in paucis, eccleſia cogit in multis.
Vel quia nunc cælum aſsui videtur nebulis & caligine,
Apo.22. nocturniſque tenebris, & croceo diei ſurgentis rubore
diuerſa & diſcolori ſpecie ſæpe contexitur. Tunc autẽ
nox non erit amplius, & non indigebunt luce lucernæ,
Ezec.13. & lumine ſolis, quia dominus illuminabit ſuper eos: ſi-
cut dicit Ioãnes. Vel quia væ iis qui aſsuunt ceruicalia
ad euertendas animas populi. Deploranti prophetæ mi
ſeriam noſtræ fragilitatis, quæ & in hac vita requiẽ non
haberet, & vniuerſa ſubito incurſu mortis amitteret,
ſpiritus ſanctus infudit tam diu non reſurrecturos ho
mines, donec veniret qui non aſsueret vetera nouis, nec
B veſtimentum nouum committeret in veſtimentum ve-
Apoc.21. tus: ſed omnia faceret noua. ſicut ipſe dixit: Ecce faciam
noua. Ipſe eſt enim reſurrectio, primogenitus ex mortu
is, in quo omnes quidem prærogatiuam futuræ reſurre-
ctionis accepimꝰ, ſolus tamen adhuc reſurrectione per
petua reſurrexit.

De intelligentia illius: Vtinã in inferno conſeruares,
abſconderes autem me, donec deſinat ira tua &c.

Caput VIII.

VDITO igitur quid locutus eſset in eo deus
& cognita per ſpiritum ſanctum quod fili-
us dei non ſolum veniret in terras, ſed etiã
deſcẽſurꝰ eſset ad inferos vt mortuos reſuſ
citaret, (quod tũc quidem factum eſt ad teſtimoniũ pre
ſentium, & exemplum futurorum) cõuerſus ad dominũ
Iob.14. ait: Vtinam in inferno conſeruares, obſconderes autem
me donec deſinat ira tua, & ſtatuas mihi tempus in quo
memoriam mei facias. Si enim mortuus fuerit homo, vi
uit, conſummans dies vitæ ipſius. ſuſtinebo donec iterũ
fiam, donec vocabis me, ego autem te obaudiam, opera
vero manuum tuarum ne deſpicias. Numeraſti autem
meas adinuentiones, nec prẽteribit te quicquam ex pec
catis meis. Signaſti autem iniquitates meas in ſacculo,
& notaſti ſi quid inſcius prẽteriui. Quãm ſuauis locꝰ, q̃
Luc.23. C nos de reſurrectione confirmat, & q̃ videtur voci domi
nicę cõuenire, quę in euangelio legitur, vbi ait: Tũc cinci
pient dicere montibus, cadite ſuper nos: & collibus, ope
rite nos. Erit enim in cõſummatione ſeculi ira domini.
Rectè ergo ſanctus in iudicium mauult reſurgere q̃ in
tempus diuinæ iracundiæ, quæ terribilis etiam innocen
tibus eſt. Simul etiam illud prophetare intelligitur dicẽ
do: Statuas mihi tempus in quo memoriam mei facias.
quod in paſsione domini reſuſcitandus foret, ſicut in ſi
ne huius libri teſtatur, nec tamen deplorare deſinit: &
quo magis intelligit ſibi reſurrectionem eſse propoſitã
vitam hanc fugere deſiderat, videns ſe in manus tradi-
tum aduerſariorum, proiectum ſe in poteſtate impiorũ
cui etiam amici in inimicos conuerſi ſunt, qui cum de-
buerint conſolari, ruinam ſuper ruinam inferant: me-
Iob.16. mor tamen conſcientiæ ſuę purę, & mundę orationis,
ait: Terra nõ cooperias in ſanguine carnes meas, vt ora
Gen.4. tio eius ſicut incenſũ dirigatur ad dominũ, non in terra
diuerſetur. ſancti enim oratio nubes penetrat: peccato
ris orationẽ, ſicut à deo Cain dictum eſt parricidę, aper-
iens os ſuũ terra in ſanguine carnis abſcondit. Maledi
ctus, inq̃t, à terra, quę aperuit os ſuũ accipere ſanguinẽ
fratris tui de manu tua, quoniam operaberis terram.

De reprehenſione eorum qui curioſius inquirunt ſe- D
creta altitudinis ſapientiæ dei. Quãmque beatus ſit ille
qui ſapientiam inuenerit. Et quæ ſit vera ſapientia.

Caput IX.

LEBILITER igitur ſanctus deplorat vitę iſtius
tempora. Pereo, inquit, & ſpiritu circunferor.
oro autem ſepulturam, & non impetro, precor
laborans. Et quid faciam? Dies mei tanſierunt Iob.17.
in honore, dirupti ſunt articuli mei. Nec tamẽ derogat
iudicio dei. Scit enim profundam eſse altitudinẽ ſapien
tiæ & ſcientiæ dei, & inſcrutabilia iudicia eius, atq; inue
ſtigabiles vias eius. Non calcauerunt, inquit, eas filii glo
rificantium, nec tranſiuit per eas leo. Quis enim potuit
vias eius comprehendere, quæ abditæ occulta penetrant
Vnde, inquit, inuenta eſt ſapientia, aut quis locus diſci-
plinæ? Neſcit mortalis homo viam eius, nec inuenta eſt
in hominibus. Abyſsus dixit, non eſt in me. & mare di-
xit, non eſt mecum. Non tibi licet ſcire ô homo alta ſa- Rom.11.
pientiæ: ideo tibi ſcriptum eſt: Noli altum ſapere, ſed ti-
me. Quid curioſe quæris inueſtigare quod tibi non ex- 2.Cor.12.
pedit ſcire, nec cognoſcere datur? Paulus audiuit aliquã
ſecreta ſapientiæ, quæ prohibitus eſt aliis intimare, &
ideo raptus eſt i paradiſum, raptus vſque ad tertium cæ
lum, vt audiret ea quæ in terris audire nõ poterat. Si quæ
auduit homo, non licuit ei loqui, quem admodum quod E
non audiuit inquirit? Imperatoris huius in terris non li
cet tibi ſcire conſilia, & vis ſcire diuina? Non licet tibi
curioſius inueſtigare quæ in terris geruntur, & curioſius
requiris quid ſupra cælum agatur? Cur tu diſputas vnde
nata ſit ſapientia? Neſcit homo viam eius, nec in homi-
nibus inuenta eſt perfecta ſapientia. Non in Moyſe, non
in Aaron, non in Ieſu Naue fuit, non in ipſo Dauid qui Pſal.50.
ait: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
quia ipſe dixit in poſterioribus: Velut iumentum factus
ſum apud te. Supra te eſt ſcire ô homo altitudinem ſa- Pſal.72.
pientiæ, ſatis eſt tibi vt credas. Si enim non credideritis, Pſal.15.
inquit, nec intelligetis. Abyſsum ſcire non potes, abyſ- Rom.10.
ſum non potes comprehendere, quomodo altitudinem Iob.28.
ſapientiæ comprehendes? Abyſsus dixit, non eſt in me.
& tu potes dicere quia in te eſt ſapientia? Abyſsus ergo
dixit, non eſt in me, quia ipſe dominus dixit: Non dere-
linques animam meam in inferno. Et Apoſtolus dixit:
Qui deſcendit in abyſsum, hoc eſt Chriſtum ex mortu
is deducere. Ergo ſi interrogatur abyſsus, vbi eſt ſapien
tia? reſpondet: Non eſt mecum, quia ſurrexit. Si interro-
gatur mare, vbi eſt ſapientia: dicit, mecum non eſt, quia
calcauit me, nec fluctus mei eam turbare potuerunt. Et
tu ergo in hoc ſeculi iſtius poſitus freto noli perfectam
illam dei ſapientiam in hoc mundo quærere: quia mun-
dus eam non cognouit. Sed ſi vis eam inuenire calca flu
ctus huius mundi, ſicut calcauit Petrus, & ambula ſuper
aquas huius ſeculi, & porriget tibi dexteram ſapientia,
ſicut porrexit & Petro: quia nemo fuit quem non ſeculi
huius vnda turbauerit. Turbauit & Abraham, turbauit,
& Moyſen, turbauit & Petrum. Moyſes per mare tranſi
uit, & per mare peditum duxit exercitum, ſed ante ip-
ſum turbatus eſt. Petrus ſuper aquas calcauit, ſed mer-
ſus fuerat corpore, qui infirmioris fidei veſtigio clau-
dicauit. Ergo noli ſapientiam in mari quærere, quia
non dixit cum mari ſe futurum dominus Ieſus, ſed cum
diſcipulis ſuis, vt aliqua ex parte eum cognoſcerent, qui Mat.28.
bus ait: Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummatio-
nem ſeculi. Beati cum quibus eſt, vtinam & nobiſcum
ſit. Sed nobiſcum mare eſt, Petrus cum Chriſto, quia &
ipſe calcauit mare. Nobis aurum cordi atq; argentum
eſt, ſapientia autem ſupra aurum, non in auro eſt. Ideo Actuũ. 3.
qui ſapientiam habere cupiebat, Argentum ait & au-
rum non habeo, ſed quod habeo, do tibi, in nomine Ie
ſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Quia aurum
non habebat, in nomine Chriſti habebat piæ operatio-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

G nis gratiam. Ideo & tibi dicitur: Attrahe ſapientiam in interiora. Latuit, inquit, omnem hominem, & à volatilibus cæli abſcondita erat. Nec homines ſciebãt vbi erat, nec angeli, quia ipſi ſunt aues cæli, de quibus dictum eſt
Apoc. 14 Et vidi angelum volantem per cælum. Nemo potuit no
Mat. 11. ſcere ſapientiam, quia nemo nouit filium niſi pater, & nemo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ipſe ergo reuelauit Ioanni cum quo eſset ſapientia & ideo dixit ille, non quod ſuum erat, ſed quod ſapien-
Ioan. 1. tia infudit ei: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Neſcit ſapientiam interitus, neſcit malitia.
1. Cor. 15. Interitus enim tenere eum non potuit, qui dixit: Vbi eſt mors victoria tua? vbi mors aculeus tuus? Neſcit etiam malitia, quia dixit. Quærent me mali, & non inuenient. Poſſunt dicere: Audiuimus gloriam eius. Solus eſt deus qui nouit eam, quia deus, inquit, bene conſtituit viam e-
Ioan. 1. ius. Ipſe nouit locum eius, quid ſit receptaculum ſapientiæ. Audi diſcipulum eius dicentem: Vnigenitus filius
Ioan. 10. qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Agnouit enim patrem filius, quia ipſe ait: Sicut agnouit me pater, & ego agnoſco patrem. Aequa mẽſura eſt cognitionis, vbi vnitas poteſtatis eſt. Pater ergo qui omnia nouit, ventorum libram, aquarum mẽſuram, ipſe vidit ſapientiã, & enarrauit eam per prophetas ſuos, quia pater enarrauit ſapiẽtiam, & inueſtigauit eam, ſicut & filius patrem enarrauit quem nihil præterit, & dixit: O homo, quid vis profunda ſcire ſapientiæ quæ ſupra te ſunt? Timere deum ſapientia eſt, abſtinere à malo diſciplina eſt.

H FINIS.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE INTERPELLATIONE.

Quod plerique etiam prudentes moueãtur cum viderint iniuſtos affluere rebus ſecũdis, iuſtos autem frequenter in hoc ſeculo affligi. Caput. I.
Quomodo ſanctus Iob in aduerſis fortior factus ſit: Et tacẽdo irridẽdóque ſuos cõuitiatores redarguerit, oſtẽdens quod à domino deo ſua tẽtatio venerit. Ca. II.
Quantum bonum ſit taciturnitas, & quod multi per ſermonem decepti ſint. Quam pulchrum etiam ſit ridere cum nobis maledicitur, ex eò quòd iniuriarũ cumulus bonæ conſcientiæ non præiudicet. Caput. III.
Qua ratione ſi propter peccata hominibus eueniãt mala, impii tanta bonorum copia abũdent. Caput IIII.
Quod orandũ potius nobis hic ſit ſubire laborẽ, quàm rerum temporalium abundantia affluere, propter diuerſum & contrarium vtriuſque finem, eo quòd ſic vera ſapientia inueniatur. Caput. V.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE INTERPELLATIONE LIBER SECVNDVS.

Quod plerique etiam prudentes moueantur cum viderint iniuſtos affluere rebus ſecũdis, iuſtos autem frequẽter in hoc ſeculo affligi. Caput I.

SVPERIOR NOBIS diſputatio fuit de interpellatione ſanctorum quod fragilis & imbecilla conditio ſit humana, quæ nuſquam ſui habeat firmitatem, niſi in protectione cæleſti: Nobis hodie ſumẽda eſt, quavulgus hominum, pleriquetiam prudentiũ valde mouẽtur cũvident iniuſtos affluere rebus ſecundis, iuſtos autẽ K
frequẽter affligi i hoc ſeculo. Et vere lubricus hic loc⁹, in quo etiã ſancti vix potuerũt veræ opinionis tenere veſtigium. Denique turbatus eſt & ipſe Dauid, qui in ſupe-
rioribus dixerat: Occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mi
Pſal. 50. hi. Veruntamen confirmauit ſe ipſe poſtea, & perfectæ rationis viam inueſtigauit. Iob quoque ſanctus cum tribus illis veteribus amicis qui ad conſolandum venerãt, de ea opinione in ſermone luctat⁹ eſt. Vtriuſque igitur diſputationes in medium proferamus. Digni enim ſunt qui nobis magiſterium viuendi afferant, quandoquidẽ in aduerſis poſiti plus deo placere meruerunt. Audiamus igitur vtrunque ſuo ordine. Increpauerant vehemẽter ſanctum Iob Elephaz Themaneorum rex, & Bol
dach Suitheorum tyrannus, & Sophar Naamatenorum rex, eo quòd propter peccata ſua tantum ſupplicii ſuſtineret. Infirmo etenim ingenio non aduertebat quod dominus eum tentandum dediſſet, vt athleta Chriſti tentationibus eruditus, ad maioris gloriæ coronam peruenire
L t. Non videntes itaque tantum ſapientiæ ſacramentum, anguſti cordis timore, ne viderentur iniuſtitiæ deum arguere, qui pœnis affici innoxium perpeteretur, in ſanctum Iob pœnarum merita retorquebant dicentes quia omnis vita impii in ſolicitudine, & diuitiæ iniuſte congregatæ euomentur: omnia quæ patitur homo grauia in terra, propter peccata ſua eum perpeti. Qui etiam ſi in rebus proſperis ſit, perpetuari ei ſecundo nõ poſſe, & tanquam ſomnium cito euaneſcere, vt non inueniatur locus eius: lætitiam autem impiorum eſſe graviorem ruinam. Ideoque etiam ſãctum Iob à proſperis in aduerſa mutatum, & delectorum ſuorum precio ex ſummis in vltima corruiſſe: labi eum qui ſe aſſereret innocentem, cum portio impii huiuſmodi ſit vt ſuperueniens in eum à domino indignatio iungat ei dolores, & interitus domum eius inuoluat.

Quomodo ſanctus Iob in aduerſis fortior factus ſit et tacendo irridendóque ſuos conuitiatores redarguerit, oſtẽdens quod à domino deo ſua tentatio venerit. Caput II.

AVDIEBAT hæc ſanctus Iob & quaſi athleta fortis in ſtercore ſedens, in tantis iudicibus & ſæui doloribus vulneris, totum corpus diris perfuſus vlceribus, myſteria loquebatur nec acquirẽdis proprię remediis ægritudinis, ſed ſacris M
vacabat ſermonib⁹. Fortiores itaque ſermones ægri hominis quàm illorum qui non ægrotabant. Illi enim loquebantur iuſtitias, ſed non ſecundum ſcientiam: prædicabant diuina iudicia, pœnas reorum, præmia ſancto-
rum, ſed reum à iuſto diſcernere neſciebant. Quem enim dominus Ieſus iuſtum pronunciauit, eum condẽnabant iniuſtitiæ, accerſibant iniquitatis. Ignorabant ergo quid vnicuique conuẽiret. At vir ſanctus Iob diſcernebat ſpiritu quomodo vnicuique oporteret loqui. Fortiores ergo nunquid qui ſani & incolumes videbantur? Et quid dicam fortiorem inuentum cęteris? Fortior ęger quàm cum ſanus eſset, ſeipſo inuentus eſt. Fortior
2. Cor. 12. enim æger Iob q̃ cum ſanus fuerat, ſecundũ quod ſcriptũ eſt: Virt⁹ in infirmitate conſũmatur, Ego & Iob cum infirmaretur, tunc validior erat. Non enim ægrotabat animo, etſi doleret corpore: quia non erat in carne eius anima, cuius paſſionibus non adhærebat: ſed in ſpiritu, cuius virtute ſe texeret. Ideo ergo non carnis gemitus & corporis infirmitates, ſed voces ſpiritus loquebatur, quibus vrgeret. non quibus cederet. Et primo quidem lenius, vt illis pudorem incuteret, quia vrgebant iuſtum iniuſte, dicẽtes quod minora peccatis ſuis ſupplicia ſuſtineret: & nõ erubeſcebant ipſi peccatores falſis accuſare innocentem. Eſto, inquit, ego errauerim, & apud me deus ille inhabitet, qui mentibus hominũ oſtendit errores, vt loquar ſermones quos non oportet, ſicut vos

A dicitis, & errent verba mea, nec opportune ſermo meus promatur, cur vos in me inſilitis & conuitiamini, conſiderantes quia à domino mihi venit iſta tentatio, qui me vallo quodam perturbationum arbitratus eſt ſepiendũ? Exerceor aduerſis circumuallatus vndique laboribus & periculis, & inſultatis adhuc volẽtes opprimere quẽ
Iob. 19. deberetis iuuare. Ecce rideo, nec reſpõdebo cõuitiis veſtris. Non enim vos eſtis qui iudicatis, ſed qui iudicat me, dominus eſt, & ipſius tamen iudicii tempus nondũ aduenit. Quid opus clamare ante iudicium? Bonum eſt tacere dum expectatur qui iudicat. Bonum eſt conuitium conuitio non referre, ne & nos inter detrahentes annumeremur. Imitemur ergo hunc virum, qui ſilentio ſuo redarguebat conuitiantes. Oſtendebat enim virtutem animi ſui, quem contumeliæ non mouerent: & conſcientiæ innocentiam manifeſtabat, qua obiecta recognoſceret, ſed quaſi aliena rideret. At vero ſi nobis aliquid obiiciatur: dum nos purgare volumus, acerbam⁹ dum vlciſci cupimus, confitemur. cum dicat ſcriptura vt auertas dedecoris ſermonem, & auferas veſtimentũ tuum: Præterit enim iniurioſus. Taceamus ergo, vt præ-
Eccli. 8. tereat, ne veſtimẽtum noſtrum prouocatus exurat. Scriptum eſt enim: Noli incendere carbones peccatoris, ne forte exuraris in igne flammæ eius. Propterea ergo ſanctus tacet: & ſi ſeruus igne proteruit, & ſi pauper conuiciatur, tacet iuſtus & ſi peccator opprobria iacet, iuſtus
2 Reg. 16. ridet: & infirmus maledicit, iuſtus benedicit. Tacebat
Iob. 19. Dauid cũ Gera filio Semei malediceret, Iob ridebat. Pau-
1. Cori. 4. lus benedicebat, ſicut ipſe ait: Maledicimur, & benedicimus. Magiſterio quippe diuino proceſsus humanæ virtutis excreuit, quia iam venerat qui ex infirmis faceret
Mat. 5. fortiores, & audierat dicentem: Benedicite maledicen-
B tes vobis, & orate pro calumniantibus vos. Quod verbo dixit, exemplo probauit. Deniq; & in cruce poſitus
Lucæ. 23. de perſecutoribus ſuis conuiciantibus ſibi ait: Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. vt oraret pro calumniantibus, quibus poterat ipſe dimittere. Iob ergo ridebat, quia nondum venerat Chriſtus, cui ſoli ſeruabatur magna prerogatiua virtutum, quia ipſe eſt virtutum principium, ſicut dixit: Dominus creauit me principium viarum ſuarum.

Quantum bonum ſit taciturnitas, & quod multi per ſermonem decepti ſint. Quàm pulchrum etiam ſit ridere cum nobis maledicitur, ex eo quod iniuriarum cumulus bonæ conſcientiæ non præiudicet Caput III.

C ur ridẽs tacebat. Qua ratione faciendum ſit, docet: Clamabo, & nõdum iudicium. Ipſe inquit voluit hęc me perpeti. Tanquam mirabilibus tentationibus clauſus non poſſum fugere, do-
, nec placeat deo deſtruere altitudines tentationum mearum. Nũc enim ſic clamo, nondum iudicium. Ad huc in agone ſum, adhuc luctor, adhuc certamen ſuper eſt
2. Tim. 2. mihi. Nondum enim exiuit corona. Nemo autem niſi qui legitime certauerit coronatur. Debebatur illi certamen certum, amiſerat omnia ſua, id eſt, patrimoniũ cũ filiis. Patiebatur vulnera caro eius, manebat vt tentationes verborum vinceret. Non mediocre certamen: Sermone deceptus eſt Adam, verbo victus Sampſon. Nihil enim ſic penetrat animã ſicut ſermo fucatus: nihil iterũ ſic mordet, vt durior ſermo. Multi cum vicerint adhibita tormenta, ſermonum duritiam non ſuſtinuerunt. Laborabat Iob, ſed ſuſtinẽbat, & verborum iuxta vulnera onera portabat. Vidit eum Agonotheta ſuus, de nube & turbine manum laboranti dedit, & oblũctantes graui lapſu cediſſe pronunciauit, victorem aſſeruit, coronãdetulit. Quid autem pulchrius, quàm ridere cum maledicitur nobis? Gaudere enim debetis ſi aliena dicantur. Primum quidem, quia volens inimicus aliquid dicere aduerſum nos quo crimen affigeret, non inuenit quod verum eſt, ſed falſa pro veris compoſuit. Deinde quia dixit ipſe dominus in euangelio de huiuſmodi crimina- D
tione quæ innocentibus falſo irrogarentur propter iuſtitiam: Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa
Mat. 5. eſt in cælo. Tacere ergo debet qui recognoſcit obiectũ, ne vulnus exaſperet, & ſcindatur cicatrix. Tacere & qui non recognoſcit. audit enim alterius, non ſuum crimẽ. Quod ſi referat: ſuum facit. ſi tacet, retorquet, & conuitiantem vulnerat, Tacere debet etiã ille qui de memorata mercede præſumit. Non enim patitur præiudiciũ, cui non eſt iudiciũ. Et ſi fuerit præiudiciũ, nõ erit in iudicio dei. Deinde vt cognoſcas quia nõ præiudicat contumelia bonæ conſcientiæ, audi ſanctũ Iob dicentẽ, locupletiorem vtiq; teſtem quàm ſi imperio vrbis Romanæ potitus eſset: Nunc obmuteſcam & derelinquã: ſi nunc mihi præiudicium eſt, tunc à facie tua non abſcondar. Hæc ergo parcius in exodio reſpondit, vt admoneret illos iudicii dei, atq; ab inſolentia & furore reuocatos quaſi bonus medicus faceret reſipiſcere. Sed poſtea quàm eos aduertit perſeuerare in contumeliis, plura fortiora repetiuit, & tanquam pugno eos validiore percuſsit, qui ver-
Iob. 21. borum ſuorum ſaxis lapidabant innoxium. Audite, inquit, audite verba mea, non ſit mihi à vobis conſolationem quærere, portate me, quia fortiora loquar, graue erit pondus verborũ meorũ. Dicam & ego ſecundũ opinionem veſtrã, cõ quòd multi abũdant in hoc ſeculo rerũ ſecundarum ſucceſsibus, & alii grauantur ære. In eorum poſiti ſunt, & videtur hoc ſeculum peccatorum merito deſeri. Quod & ſi dicam, nolite ridere quaſi vobis acquieuero: & ſi peccator ſum, non hominis reus, quia ſub peccato eſt & ipſe qui iudicat, & ſibi in me poteſta- E
tem vindicat. Aut ſi videor quaſi homo commune eſt iſtud, increpari non debeo, Infirmitas cõditionis eſt, nõ ſpecialis improbitas.

Qua ratione ſi propter peccata hominibus eueniant mala, impii tanta bonorum copia abundent. Caput. IIII.

SED dicite mihi Si propter peccatũ meum: hoc patior, ſicut obiicitis, quare impii viuunt? Nec ſolum viuunt, ſed etiam repleti ſunt diuitiis, & fructus multiplicant, ſed etiam filiis potiuntur abundant domus eorum? Hæc enidẽter ſpecie bona, ſed altiori myſterio inuenies quoniam quæ putantur bona, non ſunt bona: & quæ putantur mala, potiora illis æſtimentur. Inueterauerũt in diuitiis, ὑπερπαλαιώθησαν dixit, vt non tam diuturna diuitiarum poſſeſsio, quàm inueterata copiarum moleſtia ſignificata videatur, ſicut vidit Eccleſiaſtes diuitias cuſtodiri in malum poſſidenti eas,
Eccliſ. 5. quæ pereunt in ſumma diſtinctione ac ſolicitudine. Pereunt enim quę hic relinquũtur & mortuo prodeſse nõ poſſunt. Habuit igitur defunctus ex illis ſolicitudinem, requiem inuenire non potuit, qui reliquit quo erubeſce-
F ret, nec ſecum abſtulit quod teneret, longe diſpar ab eo de quo ſcriptum eſt: Beatus homo qui repleuit deſideriũ
Pſal. 126. ex his, non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. Cui hæreditas dominus eſt, merces ex Mariæ virginis partu: hic in exitu ſapientiæ laudibus prædicatur, quoniam non habuit quo erubeſceret, qui nihil eorum quæ ſunt ſeculi concupiuit, ſed aduerſarium depoſitis veteris hominis exuuiis, telo continentiæ vulnerauerit, vt obſtrepere ei in huius vitæ fine nõ poſsit vulnere claudus, & virtutũ admiratione cõfuſus. Habes ergo nõ eſſe laudabilẽ qui inueteratus i pecuniæ cupiditatib⁹ ſit, nõ renouatus in perceptione gratię. Videamus aliud. Semẽ eorũ inquit, ſecundũ animã. id eſt, nõ inter iuſtos habetur. Iuſti enim in ſpiritu ſeminãt, & de ſpiritu metent vitam ęternã. Illi vero qui ſecundũ animã ſeminant, ſpiritalia metere non poſſunt, quia animalis homo non per-
1. Cori. 2. cipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, ſtultitia enim illi eſt: & nõ poteſt ſcire quę ſunt ſpiritus: & ideo non repleuit ſpiri-

G talibus,ſed iudicatur. Filii eorum in oculis . id eſt, quæ faciunt, ideo faciunt vt videantur ab hominibus, non quia boni conſulant vt hoc eligant quod futuro iudicio comprobetur. Filios ergo ſcriptura pro operibus frequenter declarat, eò quòd locupletior in bonis factis q̃ in filiis ſit noſtra poſteritas. Vnde & Ezechias de graui Eſa.38. ægritudine liberatus,ex hodierno, inquit, filios faciam qui nunciabũt iuſtitiam tuam domine deus ſalutis meæ, & non ceſſabo te benedicens cum pſalterio omnes dies vitæ meæ . Bona enim poſteritas deuotionis & fidei, quæ captiuitati neſciunt ſuccũbere, quam filii Ezechię pertulerunt. Et addidit dicens: Quia non eſt illis timor, non eſt flagellum à domino. Iuſtus autem dicit. Quoniam flagellatus ſum tota die. & optat flagellari, vt recipia Eccli.1. tur à domino: & vult timere dominum, quia timor domini initium ſapientiæ eſt. Nec beatitudinem putat ſi non abortit bucula ſua, ſicut putant ſtulti. Per bouem enim quid ſignificatur niſi ruralis culturæ labor? qui ſẽ per redit in orbem, & nunquam definit: ſed cum experi videtur, reuocatur in exordium. Iſti ſunt qui colunt Sodomam & Gomorram. Ergo qui colunt AEgyptum, glebãs que terrarum aratro quodam mentis ſolidæ inuertunt, laborem ſibi pariunt, & dolorem metunt. Ideo bucula eorum non abortit, ſed parit, vt augeatur labor H eorum, & quæ conceperunt, omnia generant ſine timore dei. Iuſti autem longe aliter gloriantur. Non enim in abundantia diuitiarum, nec in partu pecorũ, ſed in domino gloriantur dicentes: De timore tuo in vtero accepimus. & parturiuimus ſpiritum ſalutis . De iuſtis ergo Eſa.26. dicitur, quia ſpiritum ſalutis generauerunt, quem acceperunt de timore dei, nõ de malitia huius ſeculi, de qua Pſal.7. legimus: Ecce parturiuit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatẽ. Melior ergo abortiuus quàm partus ſeculorum. Denique de homine qui in hoc ſeculo venit, & vanitatem mundi huius & tenebras pertulit longæuitate diuturna, Eccleſiaſtes pronũciauit quia melior Eccl. 6. illo abortiuus. Huic enim requies magis quàm illi, quia non expertus varietatem ſeculi, in qua etſi mille annos quis vixerit, quod bonum eſt videre non potuit. Fugiſſe ergo hæc magis eſt gratiæ, quàm ſubiiſſe. Et fortaſſe mo Iob.1. ueat illud quod adiunxit: Quia maneant ſicut oues æternæ, pueri autem eorum ludunt accipitres pſalterium & citharam, & delectantur voce pſalmi: Conſummarunt I autem in bonis vitam ſuam, in requie autem iferni dormierunt. Diſtingue hæc, & quia ſpiritalis es diiudica. Impii autem ſicut æterni ſunt, non æterni, quia nõ poſſunt æternitatem accipere ab eo qui non ſit æternus. Non ergo poteſt dare quod non habet, nec poteſt illuminare, quia non poſsidet lucem, ſed tranſfigurat ſe in ãgelum lucis, vt decipiat incredulos. Tranſfigurat autẽ ſe ſimu- Lucæ.10. latione falſæ lucis, non ſplendore perpetuæ. Vnde & ſaluator ait: Videbam ſatanam ſicut fulgur cadẽtem de cælo. Nec fulgur eſt, ſed ſicut fulgur . Cõſidera hæreticum aliquem intentum abſtinentiæ corporis, & cognitioni cæleſtium ſacramentorum, ſicut æternus putatur, nõ habet æternæ vitæ ſtipendium, quia falſam habet imitationem, qui fidei non habet veritatem. Huius paruuli ludunt: ſicut illa quæ cum luxuriata fuerit, nubere vult. Luxuriata eſt in pſalterio & cithara, id eſt in ſono vocis non ſacramentorum profundo, vt labiis reſultaret, non in corde conferret.

Quod orandum potius nobis hic ſit ſubire laborem, quàm rerum temporalium abundãtia affluere, propter diuerſum & contrarium vtriuſq; finem, eò quòd ſic vera ſapientia inueniatur. Caput v.

VIVSMODI Itaque in bonis ſeculi conſummauerunt vitam ſuam, hanc vtique qua viuebant, non illam cuius mercedem ſperabãt, & ideo in requie inferni dormierũt, non in requie cæleſti. Nos autem oremus hic potius laborẽ ſubire, vt regno cælorum conſolationem quietis æternę mereamur adipiſci. Magna enim illecebra delinquendi eſt rerum affluentia ſecundarum. Supina extollit, obliuionem authoris inſũdit. Conſidera in euangelio ſupra oſtrum & purpuram recumbentem, cuius de menſa mi- Lucę.16. cas iuſtus ille pauper Lazarus colligebat. Nõne tibi videtur dies ille ad deum dicere: Diſcede à me, vias tuas ſcire nolo? Et vere ſcire noluit huiuſmodi vias domini. Si enim vellet, cognoſceret. Sed quia plenæ ſunt laboris fugiunt & declinant à perditis. Quaſi ebrius itaque nõ recognoſcit ſalutis authorem, Deinde conuerſus ad cõ potatores ſuos: Manducemꝰ, inquit, & bibamus, quid p deſt ſi ſeruiamus ei? aut quæ vtilitas ſi obſeruemus eum? Hæc itaque dicit ſecularium abundantia rerum temulentus, quia non continuo in ſecula ſeculorum merita rependuntur. Supinabatur enim, quia in manibus ei ad voluptatem omnia ſuppetebant, & conſcius impietatis ſuæ, cuius pœna ſequeſtrabatur, putabat quòd deus impiorum ſcelera non videret. Huic ergo opinioni eius reſpondet ſanctus Iob: Noli eſſe ſecurus ac diſſolutus, æſtimans quòd ad te in hoc ſeculo domini flagella non veniant. Etiam lucerna impiorum extinguitur, ad tempus lucet, non habet lucem æternam . Et ipſis quamuis cælum faueat, quia eius qui principatum habet in hoc ſeculo faciunt voluntatem, ſolet venire rerum conuerſio, & dolores ab ira & indignatione cæleſti, vt ventilentur ſicut paleæ à vento. Iniuſti ſicut paleæ ventilantur, Lucæ.22. iuſti ſicut triticum. Denique audi dicentem Petro dominum: Ecce ſatanas expetiuit vos vt ventilet ſicut triticum, ego autem rogaui prote vt non deficiat fides tua L Deficiunt illi qui ſicut paleæ ventilantur, non deficit qui ad ſimilitudinem illius grani eſt quod cecidit, & reſurrexit plurimorum fructuum acceſsione cumulatũ. Ideo dicit propheta: Heu me, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe . Stipulæ igitur quæ cito exuritur, impietas comparatur & pulueri. Ideo poſtquam dixit, Erunt ſicut paleæ à vento, ſubtexuit verſiculus ſtatim dicens, Aut ſicut puluis quem abſtulit ventus. Denique vt cognoſcas quia impiꝰ ſicut puluis cito fatiſcit atque euaneſcit, habes in primo pſalmo dictum: Nõ ſic impii non ſic, ſed tanquam puluis quem proiicit ventus Pſal.1. à facie terræ. Et facit diſcretionis inter iuſtum & impiũ. Hic igitur moritur in ſimplicitatis ſuæ potẽtia, totus in abundantia & gratia, interiora autẽ eius plena ſunt adipe. Medulla autem eorum ſuperfluit, ille autem cõficit i amaritudine animæ ſuæ curſu vitę iſtius, nihilq; boni epulatꝰ finem accepit. cui pro meritis ſuis quid poteſt dignum repræſentari? In ſepulchra inducitur, & in tumulo vigilat ſuo. Ne hæc quidem pœna mediocris, mortis requiem non habere, deferri eum non ad terram viuentium, ſed ad tumulos mortuorum. Qui viuit enim, non M inter mortuos quæritur, ſed in Abrahæ ſinu vitam carpit æternam. Ideo viri illi duo in veſte fulgenti dicebãt ad mulieres: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Nõ Lucæ.24. eſt hic. Deinde enumerat ſcelera impiorum, quod conſi Iob.24. nia tranſcenderint & cum paſtore diripuerint gregem: ſubiunctoriũ pupilli abduxerunt, pignerauerunt bouẽ, viduæ agrum demeſuerunt non ſuum, infirmi autẽ in vineis eorum ſine mercede & cibo operati ſunt. Detractis veſtimentis nudos fecerunt dormire. Plericq; quorũ animę operimẽtum ademerint, ſtillicidiis humeſcebãt montiũ, & quia tegumentũ deerat, petra ſeſe operiebãt. Rapiebantur pupilli ab vberibus matrum ſuarum, lapſi opprimebantur qui magis erigi debuiſſent. Eſuriẽtes fraudabantur cibo, & anima infantulorum grauiter ingemiſcebat. Nũquid hęc ignorare potuit quẽ nihil præterit? Nuda inferna in conſpectu eius, & non eſt amictus nequiſsimis, quia latere non poſsunt. Extendit Boream Iob.26. pro nihilo, ſuſpendit terram in nihilo, alligans aquam in nubibus ſuis, & non eſt rupta nubes ſub pedibus eius

A Columnæ cæli diſsiluerunt & timuerunt ab increpatione eius. Virtute compeſcuit mare, deſciplina autẽ ſtruit cetum maris. Clauſtra cæli formidant eũ, præcepto mortificauit draconẽ præuaricatorem. Virtutem tonitrui eius quis intelligit? In tantis ergo flagitiis quæ ſpes impio eſt? Nunquid ſi confidit in domino, ſaluabitur? Dicam, inquit, vobis quid ſit in manu domini, & definite, inanibus inania addere. Et deſcribit quàm miſerabilis impio rum portio ſit. Quod & ſi plures habeant filios, ſine poſteritate ſunt, quibus deeſt bonorum meritorum ſucceſſio. Illa enim vera poſteritas, quæ non in terris, ſed in cælo eſt. Huiuſmodi ergo viris hæreditas ſopia eſt, & mors Iob.27. ſucceſsio. Cum diuitias coaceruauerint, mendicabunt: quia cum mortui fuerint, indigebunt, qui requirem inuenire non poſsunt . Viduas eorum nemo miſerebitur, ſed manebunt deſertæ, atq; omnis copulæ ſolatio deſtitutæ. Et ſi congregetur pecunia ſicut terra, atque vt lutum præparatum fuerit aurũ, inanis erit ſicut arena ſubſtantia eorum, & omne patrimonium eorum tanquam tineis conſummabitur . Dormiens diues nihil adiſciet. aperuit oculos ſuos, iam nõ eſt, permanet in doloribus. Nihil enim ſunt omnia quæ in hoc mũdo ſunt . Aurum in metallis, argentum in metallis . De metallo eruitur, & in metallum reuertitur . Quid enim aliud niſi metallum eſt mens auari? quæ tanquam defoſsum tenet quic- B quid receperit, & in venis terræ ac latibulis abſcondit, eò quòd vti neſciat metallis . Quotidie aurũ de metallis promitur, de auro proferre quis potuit? Cum igitur nihil profit: vana fames auri, quia qui congregauerit, labitur. Miſerandi profecto qui deſeruerunt viam iuſtam, & obliti ſunt eam, cui preciosi lapides haud quaq̃ ſunt comparandi: difficilis inueſtigatu, imperuia ſuperbis in tercluſa iactantibus, humilioribus plana, aperta ſapientibus. Et ideo ſapientiam debemus quærere, vt ambulemus in via iuſta, per quã aduerſarius ille ſicut leo rapiens & rugiens qui percurrit hunc mundũ, tranſire non potuit. Sed qui ſapientiam vult inueſtigare, non in abyſſo eam quærat ſicut philoſophi, qui arbitrãtur quòd ipſi ſua ſponte ſuo ingenio, profunda eius poſsint cognoſcere. Non in mari eam requirat. Et enim vbi tempeſtas, vbi procella venti eſt, non poteſt ibi eſſe ſapientia . Sed ibi quærat vbi eſt tranquillitas mentis, & pax quæ ſuper omnem intellectum eſt.

CAPITA LIBRI TERTII DE INTERPELLATIONE.

De tranſitu ſuo authoris ad interpellationem ſancti Dauid: qui in pluribus locis pſalmorũ de vanitate ſeculi nõ tacuit, & inania eſſe quæ bona in hoc mũdo putantur frequenter aſseruit, & maxime in pſalmis xxxviii. & lxxxxiii. Qui denique in ſeptuageſimo ſecundo proteſtatur ſe non mediocriter doluiſſe cum videret peccatores in hoc mũdo affluere diuitiis, & abundare rebus ſecundis: ſe autem, qui iuſtificauerit cor ſuum, eſſe C in afflictionibus & erumnis. Caput. I.

De ſerie pſalmi. lxxii . & exordio interpellationis propheticæ ducta à primo verſiculo, ſcilicet: Quàm bonꝰ Iſrael deus rectis corde. Et quod nemo poſsit deũ bonum fateri niſi qui ex cælestium myſteriorũ profundo, & diuinæ diſpoſitionis altitudine bonitatẽ eius cognoſcit. Quodq; iuſto ſemper bonus ſit deus, & cum torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acerbitate pœnarum. Caput II.

Quod quaſi prolapſus fuerit propheta cum videret peccatores in hoc mũdo affluere diuitiis & rebꝰ ſecũdis, bonos autẽ eſse in afflictionibus & erũnis. Caput. III.

Quod flagella & caſtigatio in hac vita firmamentũ præſtent, non autem poſt mortem proſint. Caput. IIII.

De veſtimento iniquitatis, & de operimento iniunii. Caput V.

Quid ſit ponere in cælum os, Et de ſcientia quæ eſt in D deo. Ca. VI.

Quod poſt flagella & caſtigationem ſequatur prauæ opinionis correctio, & quod bona tranſitoria non ſint præmiũ virtutis, nec inopia pœna peccati. Cap. VII.

Quid ſit intrare in ſanctuarium dei, & intelligere nouiſsima. Et quod ii qui proficiunt honoribus, & cadunt moribus, deiiciantur cum alleuantur. Caput. VIII.

Quod propter iniquitatem ſuam petierint qui terrena concupierunt. Et quod imago ipſorum ad nihilum redigatur, qui vel in ſuperbia euanuerunt, vel in voluptatibus ſuis radicati ſunt. Cap. IX.

Quod iuſtus cui ab exordio fuit turbatus delectetur cùm animo conſiderat quòd deus humana curet & reſpiciat: Et quòd homo comparatione cæleſtium ſit quaſi mutum iumentum. Cap. X.

Quod qui ad dexteram ſuam deum habet, non commoueatur. Cap. XI.

Quod nullas ſeculi illecebras deſideret aut cõcupiſcat quem manus domini dirigit. Et quod deus neminem repellat, niſi qui ſe ab eius conſpectu ſequeſtrare putat Quemadmodum etiam qui ſeparatur à deo, pereat. Caput. XII. E

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE INTERPELLATIONE LIBER TERTIVS.

De tranſitu authoris ad interpellationem ſancti Dauid: qui in pluribus locis pſalmorum de vanitate ſeculi non tacuit, & inania eſse quæ bona in hoc mundo putãtur, frequenter aſseruit, & maxime i pſalmis . xxxviii. & lxxxxiii . Qui denique i ſeptuageſimo ſecundo protestatur ſe nõ mediocriter doluiſse cum videret peccatores in hoc mundo affluere diuitiis, & abundare rebus ſecũdis: ſe autem, qui iuſtificauerit cor ſuum, eſse in afflictionibus & erumnis Caput I.

DECVRSA EST INTERPELLAtio ſancti Iob, nunc adoriamur eam interpellationem quã reperimus in pſalmis. Ipſe quidem Dauid pluribus locis de ſeculi vanitate non tacuit, & inania eſse quæ putabantur bona huius mundi, frequenter aſseruit, et in pſalmo maxime triceſimo octauo, in quo dicit: Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens . quanquam in imagine dei ambulet homo, tamen vane conturbatur, theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Et alibi: Vſque quo peccatores dominę, vſque quo peccatores gloriabuntur? Quod hic habeant vmbratilem gloriam: vbi de ſeculo exceſserint, fructum conſolationis inuenire non poſsint. Idem tamen inſeruit pſalmum ſeptuageſimum ſecundum, in quo ipſe ſub Aſaph nomine ꝓteſtatur quod eius fuerit primo prolapſionis, vt nõ mediocri dolore perſtrictus ſit cum videret peccatores in hoc mundo affluere diuitiis, abundare rebus ſecundis: ſe autem, qui iuſticauerit cor ſuum, eſse in afflictionibus & erumnis . Nec mediocrem traxiſse offẽſam in exordio, ſed poſtea per domini flagella correctum, & illuminatum diuinæ cognitionis gratia, vere didiciſse finẽ traditionis. Nuſquã autẽ inuenio ſanctũ Aſaph aliquibus aduerſis fuiſse vexatũ. At vero ſanctus Dauid plurima grauia & periculorũ plenat tolerauit. De ſuis enim laboribus dicit. Vnde ei pſalmꝰ nõ quaſi ſancti Aſaph, ſed quaſi ſacto Aſaph, vt docet titulus, ſuperſcribitur,

Pſal. 93.

G quod ex Græco psalterio apertius manifestatur,vt videatur Dauid etiam huic Asaph,sicut & aliis, canendum quem scripserat ipse psalmū dedisse: Sed quia scriptū est in ipso titulo,defecisse psalmos Dauid,quomodo autem defecerunt,cum decursis his decem psalmis,postea psalmus Dauid titulorum inscriptionem comprehendit vsque in vltimum finem?

De serie psalmi.lxxii. & exordio interpellationis propheticæ ducta à primo versiculo,scilicet: Quàm bonus Israel deus rectis corde.Et quod nemo possit deum bonum fateri nisi qui ex cælestium mysteriorum profundo,& diuinę dispositionis altitudine bonitatem eius cognoscit.Quodque iusto semper bonus sit deus, & cum torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acerbitate pœnarum. Caput III

Deo sequestrata mundi huius diffinitione quę sit psalmi series consideremus, & à primo versiculo interpellationis propheticę ducamus exordium. Quam bonus Israel deus rectis cor-
Psal.72. de.Elucet in principio emendationis profectus .Nemo enim potest deum bonum fateri,nisi hic qui non ex successibus commodorum suorum.sed ex cælestiū mysteriorum profundo,&diuinæ dispositionis altitudine,bo
H nitatem eius cognoscit,quæ non specie præsentiū,sed futurorum vtilitate pensanda est . Iusto itaque semper bonus est deus, & cum torquetur doloribus corporis,
Iob.2. & cum affligitur acerbitate pœnarum, semper dicit: Si bona accepimus de manu domini, quæ mala sūt cur nō sustineamus? Gratulatur hic se conteri, vt in futurum consolationem inuenire possit,sciens quoniam qui bona receperit in hac vita,habet mercedem suam. futura præmia sperare non poterit qui non luctatus,non exercitatus sit diuersorum certamine præliorum. Qui vero siue iuste siue iniuste afficitur in hoc sęculo, gratulatur vel quod hic soluat precia delictorū suorū, vel quia no
1.Pet.2. uit eam esse apud deum vberiorē gratiam,si iniuste pro eius nomine,aut pro bono aliquo opere acerba aliqua patiatur,secūdum quod scriptum est: Quia nulla est gloria si peccantes punimini & suffertis ,sed si benefacientes,vt patientes:hæc est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis,quia Christus pro nobis mortuus est,relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:
I qui cum malediceretur,non maledixit:cū pateretur,nō cōminabatur.Ergo iustus etiam si i equuleo sit, semper iustus est,quia iustificat deum,&minora se peccatis suis dicit sustinere.Semper sapiens est. non enim auferūtur aculei tormentis, Vera & perfecta sapientia non amittit quod est, quia timorem excludit foras studio & propositio charitatis: nouit ,vt sapiens dicere,quia indigna sunt quæ in hoc corpore sustinemus,remuneratione futuræ gloriæ.Et omnes huius temporis passiones superuenturam mercedem æquare non possunt. Bonus igitur huic semper est deus qui nouit quo tempore metat, Et ideo quasi agricula hic arat agrum suū quodam rigidoris abstinentiæ vomere,hic stirpat quadā falce virtutum amputatrice vitiorum,hic stercorat humiliando se
Psal.112. vsq; ad terram, sciens quia deus de stercore erigit pauperem. Denicq; apostolus Paulus nisi æstimatus esset vt
Phil.3. stercora ,nūquam Christū potuisset sibi acquirere. Hic custodit fructus suos,vt illic securius recondat.Semper itaq; ei bonus deus,quia semper quæ bona sunt, de deo sperat.Accipe illud:Quam bonus,inquit,deus Israel rectis corde.Non ergo omnibus bonus est deus: Ille quidem omnibus bonus est,quia saluator est omnium, ma
Lucæ. 19 x'me fidelium.Et ideo venit dominus Iesus, vt saluum faceret quod perierat.Venit enim vt peccatum mundi tolleret,vulnera nostra curaret.Sed quia nō oēs medicinam expetunt,sed plerique refugiunt,ne medicamentis compungatur vis vlceris,ideo volentes curat , non ad- K
stringit inuitos.Accipiunt igitur sanitatem qui medicinam expetunt .illi autem qui refutant medicum,nec requirunt bonitatem medici,quam non experiuntur , sentire non possunt. Qui autē curatur,etiam sanatur. Ideō que his bonus est medicus quos sanauit.His igitur bonꝰ est deus quibus peccata donauit. Qui autem insanabile peccatum habet mentis suæ vlcere,quomodo potest medicum bonum habere,quem refugit? Pulchre autē Apostolus vt præmisimus,explanauit quia & omnibꝰ bonus
1.Tim.2. est deus,qui vult omnes homines saluos fieri,& maxime fidelibus diuinę pietatis prærogatiua seruantur , quibus & voluntas dei opitulatur & gratia. Sed & psalmista dicendo: Quàm bonus deus Israel rectis corde , ad ipsorū sententiam retulit , qui aliter de deo sentire non norūt, nisi quia bonus ad omnia & in omnibus est.

Quod quasi prolapsus fuerit propheta cum videret peccatores in hoc mundo affluere diuitiis & rebus secundis, bonos autem esse in afflictionibus & erumnis.
Caput. III.

Denique & in sequentibus exponit ipse quid senserit,dicendo: Mei autē penè moti sunt pedes,paulominꝰ effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus,pacem peccatorum videns
Psal.35. Non vtiq; pedis corporis gressus,sed directionem mētis & gressum , de quo alibi dicit : Non veniat mihi pes superbiæ,& manus peccatoris non moueat me . Ideo semper petendum est vt dirigat dominus nostrorum animo
L rum vestigia,ne labantur , & lubrico quodā erroris effusa,stabilitatem sui tenere nō possint . Prolapsionis autē ea causa est,quod pacem æmulatus est peccatorū. AEmulari autē debemus quæ bona sunt , non ea quæ plena de-
Gala.4. coris:sicut & Paulus apostolus expressit dicens: Bonum est autem æmulari in bono semper. Nec te moueat quod pacem in malo posuit. Denicq; & in euangelio habes esse pacem quā respuit Christus , vt ipse ait : Pacem
Ioan.14. relinquo vobis,pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Est enim pax quæ non habet offendiculum,& quæ simulationem habet . Ideo & propheta ait:Pax pax,& non est pax.Refugiamus ergo pacē
Ezech.13 peccatorū,cōspirant enim aduersum innocētes,coeunt vt iustos opprimant,viduam exterminent,vel expugnēt eius pudorem.Et ideo non est reclinatio morti eorum. Non declinatio,vt plerique codices Latini scripti sunt,
Psal.68. sed reclinatio. Quando enim laboramus,& icuramur ad opus aliquod atque inclinamur, nos reclinare cōsueuimus . Peccatores autem grauium scilicet delictorum,
M & maxime impii se reclinare non possunt, de quibus dictum est: Et dorsum eorum semper incurua.Non enim
Psal.33. se erigunt ad cælestia , qui Christo non adhæserunt . Et ideo non resurgunt cum eo,quorum mors pessima , sicut scriptum est:Mors peccatorum pessima. Qui autem
Psal. 40 Christo commoritur,& consepelitur cum illo,non solum reclinatur,sed etiam resuscitatur . De quo pulchre illud conuenit dictum : Vniuersum stratum versasti in infirmitate eius .Maxime si martyr sit cuiꝰ infirmitas passione soluitur,mors resurrectione.

Quod flagella & castigatio in hac vita firmamentum præstent,non autem post mortem prosint.
Caput IIII.



Midimvs illum diuitē qui idutus purpura & byſso in hoc sęculo recūbebat,& epula
Lucæ.16. batur quotidie splēdidè,de cuiꝰ mesa quæ cadebāt pauper Lazarꝰ colligebat,quē ad modū in tormētis positꝰ i inferno se reclinare nō poterat,sed vix ad Abrahā, nō totū se sed oculos erigebat,rogans vt mitteret Lazarū,qui extremū digiti sui in aquam intingeret, & linguā eius refrigeraret.

A Ergo morti reclinatio non erat,nec firmamentum eius Nihil enim prosunt flagella post mortē. Et ideo Dauid dum esset in istius corporis vita, in flagella se præparabat,vt eū dominus reciperet castigatū. Confidera iterū mihi sanctū Iob,qui perfusus erat vlceribus,& cōcutiebatur ōnibus mēbris, & plenus erat totius corporis sui doloribus,glebas terræ vulnerum suorū sanie & humore resoluens,quemadmodū cū se in hoc corpore posit9 reclinare non posset,requiem mortis inuenerit, ideoq; conscius sui dixit:Mors viro requies. Is igitur in plaga nō motus est,nec nutauit sermonis sui lubrico,qui in illis ōnibus nihil peccauit labiis suis, sicut scriptura testatur,sed magis plagæ suæ repetierit firmamentū, per quē confirmat9 in Christo est,Ergo & Iob & Dauid quia flagellati hic sunt , firmamentum habuerunt in plaga sua
Heb.12 quia flagellat pater filium quem recipit:qui autē hic nō
Psal.72. flagellantur,ibi non suscipiuntur vt filii. Ideoque in laboribus hominum non sunt,et cum hominibus nō flagellabuntur , vt in perpetuo cum diabolo flagellentur.

De vestimento iniquitatis, & de operimento ieiunii.
Caput. V.

Deo obtinuit,inquit,eos superbia, cooperti sunt iniquitate sua. Malum vestimētū iniquitas,quod si quis voluerit i nobis tenere,
remittere nos oportet , ne icipiat in iudiciū venire nobiscum:et si quis tunicam nostram quam acce
B pimus spiritualem auferre conetur, remittere pallium iniquitatis. Sume operimētum fidei atq; patientiæ, quo se Dauid operiebat ieiunio, ne amitteret tegumenta virtutis.Ipsum ieiunium operimentum est. Denique nisi sanctum Ioseph texisset sobrietas ieiuna,adulteræ proteruitas exuisset. Quo ieiunio se tegere si voluisset Adā nudus nō fuisset effectus.Sed quia de ligno scientiæ boni & mali contra interdictum cęleste gustauit,&impera tum ieiunium preuaricatus est incontinentię cibo, nudū se esse cognouit . Quòd si ieiunasset,fidei seruasset exuuias,nec se aspexisset intectum. Non ergo nos induamus iniquitate & impietate,ne de aliquo nostrum dicatur:Et induit se maledictionem.Male se induit & Adam qui dum querit integumēta foliorum,maledictionis excepit sententiam. Induerunt se maledictione Iudæi, de
Psal.72. quibus scriptum est:Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum : transierunt in dispositionē cordis. Adeps dicitur pingue. Sicut enim anima bonis pasta.& referta virtutibus,tanquam adipe & pinguedine repletur vt scriptum
C est:sic iniquitas quæ quasi ex adipe procedit,non tenuis & exilis significatur,sed plena vitiorum

Quid sit ponere in cælum os.Et de scientia quæ est in deo. Caput VI.

Denique non fortuito quodam lapsu in errorem incidere, sed consilio & dispositione in sacrilegium transierunt. Posuerunt in cælum os suum,& lingua eorum transiuit in terra.Ponere
Luc.15. in cælum os suum quid sit,docet nos ille ex fratribus adolescentior ,qui regressus ad patrē dixit:Pater peccaui in cælum,& coram te. Ponunt autem in cælum os suum ,qui sibi criminū authores , vanitates putant quadā necessitate deferri.Hi nec cælo nec terris parcere solēt vt cursu quodā stellarum arbitrētur vitam hominis gubernari.Nihil prouidentiæ,nihil bonis moribus delinquunt:Atque vtinam & isti,sicut ille vnus de duob9 adolescentibus,reuerterentur: bonus dominus remedium non negasset:& tamen etiam ipsi si nolunt sanari,reseruat dominꝰ regressionis gratiam, vt qui in Israel expulsi sunt per cordis proprii cæcitatem, per plenitudinem ecclesiæ reuertantur,& nō vacuos dies vitæ istius ducāt sed plenos habeant bonę operationis & fidei,cum repleuerit eos gratia spiritali . Quomodo autem reuertātur. accipe.Quia cæcitas,inquit,ex parte Israel contigit ,do
Rom.11. nec plenitudo gentiū intraret,& sic omnis Israel saluus D
fieret.Sed quia mysterium oportebat impleri,vt concluderet deus omnia in incredulitate , id est , redargueret atq; conuinceret,(cū enim duo contēdunt,si vnus superior fit,dicitur,cōclusit illū alterum)ideo per suam misericordiā,vt subditus fieret deo mūdus , regressus quidem populus in hæredibus,sed celeri errore traditus est vt deum non crederet occultorum esse pręcium.Sed do minus illis,vt quandoq; redimantur, salutis futuræ gratiam reseruauit , dicens : Ideoq; reuertatur huc populus
Psal. 72. meus. Quid est huc?Id est ad me,ad equitatem & iustitiā meam,ad cultum meū.Et impleuit dies vitæ suæ . Quod vtrumq; sic accipies , vt populus quidem redimatur qui crediderit in eo . Et si non redimantur qui non crediderunt,tamen redempti populi deo prærogatiua defertur. Isti ergo in errorē positi dixerūt:Quomodo sciuit deus, & si est sciētia hominis in altissimo? Putāt enim nō esse in deo sciētiam , quia peccatores abundāt prosperis sęcularib9 & adhuc inducit loquētes:Ecce ipsi peccatores & abūdātes i sęculo,obtinuerūt diuitias.Habēshoc i euā gelio planius expressum, vbi Simō ille Pharisæus vidēs
Lucæ. 7. quod mulier illa peccatrix venit in domū eius , & super pedes Christi effudit vnguentū,dicebat intra se:Hic si esset propheta , sciret quæ & qualis est mulier quæ tangit
E eum,quia peccatrix est.Sed patientia dei non præiudicat veritati,& præscientiæ eius & prouidentia hoc ipso amplius probatur,quòd in peccato positus succesu affluit sęculariuni prosperorum.Quod fortior vidēs tidet,incautus traducitur & mouetur.

Quod post flagella & castigationem sequatur prauæ opinionis correctio , & quod bona transitoria non sint præmium virtutis,nec inopia pœna peccati.
Caput. VII.

Denique psalmista dicit:Dixi ergo,sine causa
Psal.72. iustificaui cor meum , & laui inter innocentes manus meas.Hoc est,video illos abundare,video illis commoda omnia sęcularia,me autem conteri atq; exagitari tentationibus plurimis.Frustra ergo dedi me innocētiæ,atq; ad studia probæ conuersationis intendi.Et pulchre ait:Laui inter innocentes manus meas,vt non arrogare sibi summam innocentiæ,sed illius deferre studiū videretur.Interea non impune huiusmodi à se sermonem exisse testatur.Nam tota die flagellatum se memorat , quia frustra iustificare domino cor F
suum dixerat:post flagella autem cōtinuo secuta est prauæ opinionis correctio.Statim index meus,inquit,in matutinis.id est,in aperto & perspicuo : lux enim veritatis comprehendens eum,non finit hæc sentire quæ dixit. Reuincebat itaq; & redarguebat me veritatis lumen effusum animo meo,eō quòd non recte dixerim,Sine causa iustificaui cor meum . Locutus sum enim illa tanquā in tenebris cōstitutus , recordāti illa mihi cor cōpūgebatur.Cōpuncto autē corde illuminabatur affectus,vt fieret in corde meo flammigerans , qui faciebat in me diei spiritale principium . Illuminata itaq; oriente mihi die & quasi in multis matutinis positus intelligebam quia extra cōstrictionem generationis filiorum dei factus sum. Qui cum primo credidissent,eō quod operatur mūdus prouidens generationi humanæ , omnia ad vtilitatem nostri vel tristia,vel ea quæ parum delectent fecerit,tam bonam sententiam postea pranis opinionibus turbatus amiserim . Conferebam itaque cum corde meo , & dicebam mihi : Si narrabo sic , quia sine causa iustificaui cor meum,occurrebat mihi dei vox dicens: Ecce generatio filiorū tuorū,cui disposui, adest . Ecce his scripturis inuenis quia ô tu Adā disposui generationi filiorum tuorū,quia fortuitu diuitię ad impios,nō aliquo merito deferātur,nec prędia virtutis sunt emolumēta thesauri,nec ecōtrario sopia pœna peccati,est,sed indiscre

G te veniunt iſta, quæ modo fluminis quodam ſeculi profluuio volutantur. Et eſtimabam & vibebar mihi cognoſcere hoc eſſe verum, hoc congruere diuinæ prouidentiæ & conuenire, me autem fruſtra in iis turbatum eſſe, in quibus adhærere non debui.

Quid ſit intrare in ſanctuarium dei, & intelligere nouiſſima. Et quòd ii qui proficiũt honoribus, & cadũt moribus, deiiciantur cum alleuantur. Caput VIII.

ETAQVE quia videbar mihi veram ſcientiam comprehẽdiſſe, & cognitionem rei ipſius eſſe aſſecutus, dicebam mihi: Hoc labor eſt ante me, donec introeam i ſanctuarium dei, & intelligam i nouiſſimo. Id eſt ſolus mihi ſupereſt labor vt ingrediar in ſanctuarium dei, vbi eſt Cherubin, id eſt, cognitionis profundum, & Eccli. 21. non labor eſt in incertis & vanis opinionibus. Narratio enim fatui, ſicut ſarcina in via. Ideo ingrediamur adytũ cognitionum ſacrarum, atq; interiora penetralia veritatis, & non ſit in nobis labor: ſapientia enim nos à ſenſu laboris abducit. Deniq; nõ eſt labor in Iacob. Cauſa autem laboris ignorantia eſt, quoniam qui neſcit iuſtis repoſita eſſe præmia, non reficitur à laboribus, ſed magis imprudẽtiæ ſuæ labore curuatur & frangitur. Ingrediamur igitur ſanctuarium dei, vbi ſunt Cherubin, in quibus eſt recordatio ſacræ cognitionis, & veri illius atque æterni luminis. In illo candelabro imago reſplẽdet quo poſſumus intelligere in nouiſſimo. Sanctus etenim vlti- Pſal. 38. H mo cognoſcit, & perfectam ſapientiam proceſſu ætatis adipiſcitur, dicens? Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum, vt ſciam quid deſit mihi. Quis eſt finis, niſi ille cum traditur regnum deo patri, quando reuelantur occulta ſapientiæ? Hunc finem noſtri certaminis requirebat propheta, cupiẽs cognoſcere qd ſuæ deeſſet pfectioni. Finis enim diſciplinæ noſtræ & ſtudiorũ, perfectio eſt. Hæc ergo prima vera ratio cognitionis, quia fortuitu accidant quæ in ſeculo ſunt, ſecunda illa quæ propter eorum tergiuerſationes poſuiſti eis, ſucceſſus profluos ſecularium commodorum, & abũdantiam diuitiarum: ne cauſarentur propter inopiam, ſeu acerbitatem alicuius doloris & luctus, minus fuiſſe deuotos atque in culpam latrocinii, & direptionis ſtudiũ, ne ceſſitate egeſtatis impulſos. Non enim ad tranquillitatem vitæ vſurámque legitime diuitiis opimati, aut honoribꝰ elenati ſunt, ſed vt querela excluderetur, coaceruaretur erũnã. Deiiciuntur itaq; dum alleuantur huiuſmõi Nũ enim gratia, ſed ruina eſt, vbi nec diuturni vſus muneris reſeruantur, & adimitur excuſatio delinquendi.

Quid enim grauioris pondus querelæ, quàm illud diuinum quod habes in Michææ libro prophetæ: Populeme us quid feci tibi: aut in quo contriſtaui te? aut quid moleſtus fui tibi? Reſpõde mihi. Nõne eduxi te de terra AEgy- I pti? & de domo ſeruitutis liberaui te? Ecce quomodo deiiciuntur impii dũ alleuantur. querela eorum excluditur, pœnã aceruatur. Cæleſtibus enim beneficiis inuitati deſerere non debuerunt vitæ ſecuritatis & proſperitatis datorem, cui magis debuerant obtemperare. Sed ſicut iuſtitia dei magna, ita etiam ſeuera vindicta. Quando enim impius perſeuerare cõſueuit? de quo & alibi habes Pſal. 36. ſcriptum: Vidi impiũ ſuperexaltatũ & eleuatũ ſuper cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuẽtus locus eius. Incredibilis celeritas extinctionis eius. Vides ſubito impium in hoc ſeculo potentẽ dum tu tranſis, ille iam nõ eſt. Quãta eſt enim vmbra in terra? quàm diuturna? Tranſpone veſtigiũ, & vmbra præteriit. Aut ſi hic aliquid mouent, ad ea quę futura ſunt, attolle mentis veſtigium, & inuenies illic impium nõ futurum, quẽ hic eſſe credebas. Non enim eſt qui nihil eſt.

Quod propter iniquitatẽ ſuam perierint qui terrena concupierunt: Et quòd imago ipſorum ad nihilũ rediga tur, qui vel in ſuperbia euanuerunt, vel in voluptatibus ſuis radicati ſunt. Caput. IX.

DENIQVE dominus eos cognouit qui ſunt eius 2. Tim. 2. K qui autem non ſunt, eos nõ agnoſcit, quia ipſi eum qui eſt non agnouerunt. De ipſis ergo & hic dicit: Defecerunt & perierunt propter Pſal. 72 iniquitatem ſuam, velut ſomnium exurgentis. id eſt. ita deficiunt & euaneſcunt impii ſicut ſomnium exurgentis è ſomno primũ, quia in tenebris ſunt, & in tenebris ambulauerunt, nec reſedit aliquod eorum boni operis veſtigium, ſed ſimiles eorum qui ſomnium vident. Qui autem ſomniat, in nocte ſomniat, nox autẽ in tenebris Filii tenebrarum ſunt, priuati ſole iuſtitiæ, & ſplendore virtutis, dormiẽtes ſẽper, & nõ vigilantes, de quibus be- Pſal. 75. nedicitur: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. Etenim cum animę eorum à corpore ſeparatæ, tã q̃ reſoluti à corporis ſõno nihil inuenerũt, nil tenebũt: & quod ſe tenere arbitrantur, amittent: quoniam ſtulꝰ & inſipiens cũ diuitiis exundauerit, relinquet alienis diuitias ſuas, neq; ſimul ad inferna deſcendet cum eis gloria eorum. Sequentia quoq; demõſtrãt quõ ipſi nõ inueniantur, ſed intereant: Quoniam imago eius in ciuitate domini illa ſuperiore Hieruſalẽ nõ inuenitur. Dominꝰ enim pinxit nos ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam, ſicut ipſe docet dicens: Ecce ego Hieruſalẽ pinxi muros tuos L Si bene egerimꝰ, manet in nobis iſta imago cęleſtis: & ſi male quis agit, deletur in illo hæc imago, illius vtiq; qui deſcendit, de cælo, & eſt in eo imago terreni. Vnde & Apoſtolus dicit: Sicut portauimus imaginẽ illius terreni, 1. Cor. 15. portemus imaginẽ huius cęleſtis. Bonorum ergo imagines perſeuerant, & in illa dei imagine reſplẽdẽt. Si qs autem ad grauiora pctã defluxerit, nec egerit pœnetẽtiã imago eius aboletur vel deiicitur, ſicut Adam de paradiſo eiectus eſt & excluſus. Quicunq; autẽ piè honeſtèq; geſſerit, intrat in ciuitatem dei, & infert imaginem ſuã, vt in illa dei fulgeat ciuitate. Domine i ciuitate tua imagines ipſorum ad nihilum rediges: Quia iſti in lumine fulgere non poſſunt, qui tenebroſus ſe operibus induerũt. Exẽplum accerſamus de ſeculo. Vide quemadmodum in ciuitatibus bonorum principum imagines perſeuerent, deleantur imagines tyrannorum.

Quòd iuſtꝰ q ab exordio fuit turbatꝰ, delectetur cũ animo conſiderat quòd deus hũana curet & reſpiciat. Et quod hõ cõparatiõe cęleſtiũ ſit quaſi mutum iumẽtum. Caput X.

HAEC ergo conſiderans, animoq; intẽdẽs ſãctꝰ propheta delectatus eſt, q fuerat ante turbatus. M Vnde ait ipſe: Quia delectatum eſt cor meũ, & renes mei reſoluti ſunt, & ego ad nihilum redactus ſuũ, & neſciui, & velut iumentũ factus ſũ apud te, & ego ſẽper tecũ. Cum cognouiſſem, inquit, quia deus hũana curat & reſpicit, reuerterũt renes mei: hoc eſt, ex maxima fatigatiõe veteris imprudẽtię requieui per agnitionem boni cæleſtis & gratiæ. Sunt enim quidam renes animæ qui vexantur in nobis per ignorantiæ laborẽ. hi reſoluuntur ad requieſcẽdum cæleſtis agnitione doctrinæ, & quaſi pulchro quondam fulcro cęleſtium præceptorum ſubnixi fouentur. Tunc, inquit, intellexi quia vane patiebar, quoniã id quod verum, neſciebã: & velut iumẽtum factus ſũ. Pulchre addidit: Apud te. Cõparatione enim cæleſtium homo quid eſt, niſi iumẽtum irrationabile? Nam ſtellæ cum ſint lucidæ, vaneſcunt ſoliſexor- Exodi. 4. tu. Et Moyſes ait: Non ſum idoneus ab heſterno die ex quo cœpiſti loqui cũ ſeruo tuo, & tenui, inquit, voce, & tarde locutꝰ ſum. Ita ergo & homo, nõ dicã Chriſtũ ſed angelorũ cõparatione mutũ videtur eſſe iumentũ. Sed tamen nemo deſperet, quia hoies & iumenta ſaluos facit deus. Et ideo q̃ non ex me, ſed ex te didici, tibi adhæbo ſẽper, vt deſinã eſſe iumentũ: tu autẽ hic ſta mecum, Circũfuſus enim dei gratia, homo incipit eſſe, qui perĩ prudentiã prætendebat inſenſibilitatem & inſcitiã beſtialẽ: Homo enim probatur ſi capax ſit rationis & gratiæ.

A Quòd qui ad dexteram ſuam deum habet, non commoueatur. Caput XI.

ETAQVE à mutis animalibus ſeparatum ſe eſſe gaudet, & in hominum aſcitũ eſſe cõſortia, quę deus viſitat & tuetur. Quid enim eſt homo niſi quia memor eſt eius dominꝰ, Pſal. 27. aut quia à domino viſitatur? Vnde quaſi viſitatus ab eo dicit: Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria aſsumpſiſti me. Sic accipimus, & ſecundum Græcum ſic conuenit. Dixit autem Græcus, ἐκράτησας τῆς χειρός τ δεξίας μ, id eſt, tenuiſti manum dexteram meam. Bene dirigitur, cuius dex- Pſal. 15. teram manu ſua tenet. Poteſt dicere: Dominus à dextris meis, ne commouear. Adam ſi à dextris ſuis dominum habuiſſet, non eſſet à ſerpente deceptus. Sed quia oblitus eſt mandatũ dei, & voluntatẽ ſerpẽtis impleuit, manum eius diabolus tenuit, & ad lignum ſcientiæ boni & mali extendi fecit, vt interdicta decerperet. Præiudicatum eſt in illo omnibus, & cœpit vniuerſis aduerſa- Pſal. 108. rius ſtare. Vnde & illa in Iudam maledicti forma proceſſit: Et diabolus ſtet à dextris eius. Si illud maledictũ graue, maxima eſt iſta benedictio qua maledictionis durę vincula laxantur. Ideo dominus Ieſus ad dexteram ſibi diabolum ſtatuit, ſicut in Zachariæ libro legimus. Hominis enim cauſam locumq; ſuſceperat. Ibi ergo ſtetit, vbi aſtabat hæreditas. Quaſi bonus athleta permiſit eum ad dexteram ſibi ſtare, vt eum retrorſum repelleret, dicens: Vade retro Satana. Itaq; aduerſarius loco Matt. 16. deiectus receſſit: Tibi autem ne diabolus à dextris ſtaret, ait: Veni ſequere me. Præuidens igitur Dauid aduẽ- Matth. 9. tum domini, qui nos à poteſtate aduerſarii liberaturus deſcendit è cælo, ait: Dominus à dextris eſt mihi, ne cõ- Pſal. 15. moueat. Cui autẽ à dextris erat diabolus, mouebatur. Merito ergo hic ait: Tenuiſti manũ dexterã meã. id eſt, Pſal. 72. vt iam peccare non poſſim, vt ille lubrico ante fluctuabundus veſtigio, fidei iam poſſim ſtatione conſiſtere.

B Quàm bene hic Apoſtolus dixit, quãdo eũ turbatũ dominus vidit, & extendens dexterã manum ſuam turbarinon paſsus eſt, atque intrepido firmauit acceſsu. Liberatꝰ itaque Petrus quid aliud eſt locutꝰ niſi hos propheticos verſus: Tenuiſti manum dexteram meã, & in volũtate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me?

Quòd nullas ſeculi illecebras deſideret aut cõcupiſcat quẽ manus domini dirigit. Et quod deus neminẽ repellat niſi qui ſe ab eiꝰ cõſpectu ſequeſtrare putat. Quẽ admodũ etiam qui ſeparatur à deo, pereat. Cap. XII.

VAE eſt dextera niſi actuoſa animę virtus? Quæ ſi domini voluntate dirigatur, nihil aliud deſiderat, nil quærit, nullas mũdi huius opes, nulla adiumẽta depoſcit. Ideo di- C cit ſanctus Dauid: Quid enim mihi reſtat in cælo, & à te quid volui ſuper terrã? Id eſt, tu portio mea es, abũdas mihi ad omnia, nihil quæſiui aliud niſi vt te partẽ haberẽ, nulli me cæleſti, vt Gẽtiles, ſubdidi creaturæ, nullas ſeculi huius diuitias, & voluptatũ illecebras cõcupiui. Nullus ergo, qui à te aſsumptus ſum: nec ſupereſt in cæleſtib⁹ quod amplius quærã. Nihil habens, omnia habeo, quia Chriſtũ habeo, cui pater altiſsimus nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ. quomodo ergo non cũ illo omnia nobis donauit? ſicut Apoſtolꝰ dixit: Omnia enim in Chriſto, per quẽ omnia, & in quo ſtant omnia. Omnia ergo in illo habens, aliã non quero mercedẽ, quia ipſe merces eſt vniuerſorum. Rom. 8. Ideóq; perfecte dixit: Tolle crucem tuã, & ſequere me. Qui illũ ſequitur, non præmio ducitur ad perfectionẽ, ſed perfectione conſummatur ad præmiũ. Imitatores enim Chriſti non propter ſpem boni ſunt, ſed pro amore virtutis. Chriſtus enim per naturã bonus, non propter præmii cupiditatẽ. Ideo paſsus eſt, quia bene facere eum delectauit, non quia incrementũ gloriæ ex ſua D paſsione quærebat. Ideo qui illũ imitari cupit, nõ quod ſibi, ſed quod aliis proſit operatur. Vnde non immerito deficit ſibi, aliis autem virtutis incremento valeſcit. Et conueniẽter dicit: Defecit cor meũ & caro mea deus cordis mei. Neq; enim poſſunt perpetua ſuccedere, niſi terrena defecerint. Deficit ergo caro, quando mortificantur quæ ſunt carnalia. Deficiunt & illi qui mortificationẽ Ieſu Chriſti in ſua carne circunferunt. Mõrs enim Chriſti in illis operatur vt omnis errorũ moriatur illecebra. Vnde colligitur quia & cor hominis deficit quando motificãtur cogitationes malæ quæ à corde pcedunt, vt terrena omnia abſcõdat obliuio, & fiat deus cordis eorũ, qui beati mundo corde deũ videre mereantur, vt appropinquẽt tibi, & non ſegregent. Deus enim appropians, non repulſor appropiantium eſt, omnibus enim vult ſalutis cauſa eſſe, nõ mortis. Deniq; neminẽ repellit niſi qui ſe ab eius conſpectu putauerit ſequeſtrandum. Quoniam ecce, inquit, qui elongant ſe à te, peribunt. Vnuſquiſque enim operibus ſuis pietati tuæ ſeſe aut iungit aut ſeparat. Fugit enim deum qui operatur ea quorũ cogitationes metuat deprehendi, ſicut ille tectus parietibus à domino deo ſeſe exiſtimat nõ videri. Videtur autem cum dicitur: Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Sicut enim mulier quæ fornicatur, non adhæret viro, nec vna caro cum viro ſuo, nec vnus ſpiritus eſt, ſed diuidit ſeſe ac ſeparat fornicando: ita quæcunq; anima nõ adhæret deo, ſed vanis idolorũ cultibus inſeruiẽs fornicatur, & diuidit ſe ſacrilegii obſcœnitate, & longe fit à domino, quæ prope eſſe deberet. Perit autem qui ſeparatur à domino. Vnde ſanctus qui dei iudicium reformidat, ſemper adhærere vult Chriſto, & in eo ſpem ponere, vt laudet deum: cui eſt honor E gloria, perpetuitas à ſeculis & nunc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

APOLOGIAE DAVID CAPITA.

Qua ratione author apologiam prophetæ Dauid arripuerit ſtylo ſcribere, cũ recitatione hiſtoriæ de adulterio & homicidio per eum commiſsis, excuſatione quoq; ipſius ex eo quòd iudicari non debeat quẽ deus iuſtificauit. Caput I.

De altero errore ipſius Dauid, quòd videlicet numerari fecerit populũ, & de excuſatione eiuſdẽ. Quemadmodum etiam lapſus in peccatum ſæpius proſit. Et qua ratione diuina prouidentia curatum ſit vt ſancti aliquando laberentur. Caput II.

Qua ratione deus ſuos athletas in variis certaminum generibus exercitet & experiatur. Et quomodo talia nobis facta ſint in figuram, cum multarũ allegoria- F rum adductione. Caput III.

Quale fuerit peccatum Dauid, & qualis pœnitentia. Quemadmodum etiam multi fortiſsimi viri in errorem prolapſi ſint. Caput IIII.

Quomodo Dauid lapſus proprium peccatum deplorans, domini miſericordiam non deſperauerit. Et de requiſitione ouis abductæ. Caput V.

Quibus operibus Dauid potuerit tegere peccatum. Et quomodo iuſtos peccata ſequãtur, malos autem præcedant. Caput VI.

De pugna Dauid contra progeniem gigantum, & quẽadmodum aquam ſitiuerit ex lacu Bethleem, quam tamen non biberit. Caput VII.

De titulo pſalmi quinquageſimi, & de numero quinquagenario. Quemadmodum etiam pœnitentia ſit agẽda. Et quomodo quis mundetur ab iniquitate & iniuſtitia Caput VIII.

Quis dicatur agnoſcere ſuam iniquitatem. Et quod cõtra ſapientem ſemper ſit delictum. Cap. IX.

G Quòd Dauid quãuis rex eſset,& ſolutus legibus humanis,voluerit tamẽ ſubditus eſse deo,cui ſoli peccauerat. Et quomodo dicatur iuſtificari domin⁹. Cap. x.
An mortalis originis inquinamentum in quo concipimur,parẽtum ſit,an prolis. Et quod prius incipiat in homine macula q̃ vita. Cap. xi.
Quòd confitenti peccata ſua ſubito ſplendor veritatis effulgeat,& ipſe veritatem agnoſcat. Et quid ſit mundari hyſopo atq; lauari. Cap. xii.
Quomodo dicantur exultari oſsa humiliata ,ꝓpter peccatorũ remiſsionem. Et quomodo rogandus ſit deus vt nos quidem reſpiciat,faciem autem ſuam à peccatis noſtris auertat,ea delendo. Cap. xiii.
De poſtulatione prophetæ vt cor mundũ ſibi creet. Et quomodo in eo in quo cor mundũ eſt, innouetur in eius interioribus ſpiritus eius. Quomodo etiam peccator proiiciatur à facie dei. Cap. xiiii.
De lætitia ſalutaris quæ redditur naturæ rationabili: Et quis dicatur ſpiritus principalis. Cap. xv.
Quòd ille magnus ſit fidei zelator, qui correctus à peccatis docet etiam iniquos vt ſe conuertant. Et quid ſit liberari à ſanguinibus. Cap. xvi.
H Quòd os peccatoris deus claudat ne loquatur iuſtitias eius: illius autem labia aperiat, qui accipit verbum in apertione oris ſui. Et quale ſacrificiũ deus eligat. Qui etiam dicantur muri Hieruſalem, & quod ſit ſacrificium iuſtitiæ. Cap. xvii.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI APOLOGIA SANCTI DAVID.

Qua ratione author apologiam prophetæ Dauid arripuerit ſtylo ſcribere, cum recitatione hiſtoriæ de adulterio & homicidio per eum cõmiſsis, excuſatione quoque ipſius ex eo quòd iudicari nõ debeat quem deus iuſtificauit. Caput i.

APOLOGIAM PROPHETÆ Dauid præſenti arripuimus ſtylo ſcribere, nõ quo ille indigeat hoc munere, qui tantis meritis enituit, virtutibus q; effloruit, ſed quia plerique geſtorũ eius lecta ſerie, non introſpicientes vim ſcripturarũ, vel occulta myſteriorũ, mirantur quomodo tantus propheta adulterii primo, deinde homicidii contagia non declinauerit. Ideo nobis ſtudio fuit ipſam recenſere hiſtoriam, quæ patuiſse peccato videtur. Nanq; in ſecundo Regnorum legimus libro, quoniam deambulãs Dauid in domo ſua regali, proſpexerit lauantem mulierem, nomẽ illi Bethſabee, formæ gratæ, & vultus decore præſtanti admodũ, quibus illecebris delenitum potiendæ eius ſumpſiſse affectum. Erat autem mulier viro nupta, Vriæ nomen, cui mandatis regiis compoſita eſt ſcena necis. Nam etſi nihil ad impedimentum cupiditatis, plurimũ tamẽ ad verecundiam adulterii obſtare vita eius æſtimabatur. Itaque vt à planioribus exordiamur, quem deus iuſtificauit, tu diiudicas? Pro minimo mihi eſt, inquit Paulus, 1.Cor.4. vt à vobis diiudicer, aut ab humano die: ſed neq; meipſum diiudico. Et adhuc erat in corpore ſitus, adhuc tentationi obnoxius. Sed ideo ſe non diiudicabat, quia ſpiritalis à nemine diiudicatur niſi à ſolo deo. Deniq; ſubdidit: Qui diiudicat me, dominus eſt. Itaq; nolite ante tempus iudicare. Sed Dauid iam tẽpus impleuit, & gratiã meruit, & iuſtificatus à Chriſto eſt, quãdoquidẽ Da- K uid ſe dici filium ipſe dominus gratulabatur, & qui cũ ita confitebantur, illuminabantur. Cur hominẽ dei à præmio in iudiciũ vocas? Iudicauit iã de eo dominus, de quo dixit ad Salomonem: Si ambulaueris in conſpectu meo ſicut ambulauit Dauid pater tuus in ſanctitate cordis & iuſtitia, ad hoc vt faceret ſecundũ omnia quæ mãdaui ei. Hic ergo iudicio dei dignus, an præmio eſt, qui fecit ſecundũ omnia mandata cæleſtia, ambulans in iuſtitia & ſanctitate cordis? Vbi aliorũ vitia & peccata deliteſcũt, ibi Dauid virtutis & gloriæ ſuæ diuinũ accepit teſtimoniũ. Et de eius peccato diſputamus ociosi, pro cuius merito & gratia aliorũ peccata reuelata ſunt? Nã cũ offẽdiſset Salomõ q; nõ cuſtodiſset mãdata domini, & regnũ ei⁹ diſpoſuiſset de⁹ ſcindere in plurimas partes, ait ad eũ: Verũtamen in dieb⁹ tuis nõ faciã hoc propter Dauid patrẽ tuũ: De manu filii tui accipiã illud. Verumtamen nõ totũ regnũ accipiã, ſceptrũ vnũ dabo ei ꝓpter Dauid ſeruũ meũ. Iuſtificante igitur domino, quis eſt qui tantũ diiudicet virũ? Quod de⁹, inquit, mũdauit, tu cõmune ne dixeris. Saluo tamen iudicio cæleſti, quo Actu.10. etiã ipſe tantũ honorificat ꝓphetã, in eius act⁹ moresq; ingredere. Nõ miraris hoiem, & angelis adæquandũ iudicas, plurimũ vitæ ſuæ, imo à pueritia i diuitiis, honori b⁹, iperiis demorãtẽ, i multis tẽtatiõib⁹ poſitũ, ſemel tãtũ locũ errori dediſse, & ei errori quo etiã ãgeli cæloru, vt ſcriptura mẽorat, de ſua virtute & gratia deiecti ſũt?

De altero errore ipſius Dauid, quòd videlicet nume L rari fecerit populũ, & de excuſatione eiuſdẽ. Quẽadmodum etiam lapſus in peccatum ſæpius proſit. Et qua ratione diuina prouidentia curatum ſit vt ſancti aliquando laberentur. Caput ii.

SANE & alter legitur error ipſius, quòd numerari fecerit populũ. Vnuſquiſq; noſtrum per ſingulas horas q̃ multa delinquit? & tamen vnuſquiſq; de plebe peccatũ ſuum cõfitendum nõ putat. Ille rex tantus ac potens ne exiguo quidem momẽto manere penes ſe delicti paſsus eſt conſcientiam, ſed præmatura confeſsione atq; immẽſo dolore reddidit peccatũ ſuum domino. Quẽ mihi nũc facile reperias honoratũ ac diuitẽ qui ſi arguatur alicuius culpæ reus, nõ moleſte ferat? At ille regio clarus imperio, tot diuinis probatus oraculis, cũ à priuato homine corriperetur quòd grauiter deliquiſset, nõ indignatus infremuit, ſed confeſsus ingemuit culpę dolore. Deniq; M dominũ dolor intimi mouit affectus, vt Nathan diceret: Quoniam pœnituit te, & dominus trãſtulit peccatũ tuũ. Maturitas itaq; veniæ, profundã regis fuiſse pœnitentiam declarauit, quæ tanti erroris offenſam traduxerit. Alii homines cũ à ſacerdotib⁹ corripiuntur, peccatum ſuũ ingrauant dum negare cupiũt aut defendere, ibiq; eorũ lapſus eſt maior, vbi ſperatur correctio. Sancti autẽ domini qui cõſummare piũ certamẽ geſtiunt, & currere curſum ſalutis, ſicubi forte vt homines corruerint naturæ magis fragilitate q̃ peccandi libidine acrio res ad currendũ reſurgunt, pudoris ſtimulo maiora reparantes certamina, vt non ſolum nullũ attuliſse æſtimetur lapſus impedimentũ, ſed etiã velocitatis incentiua cumulaſse. Ergo ſi currentiũ non ſoluitur curſus cũ forte aliqui ceciderint, non luctantiũ contentio, ſed inoffenſa manent certamina, quinetiã plerique poſt vnũ aut alterũ lapſum gratia maiore vicerunt, quanto magis agonẽ pietatis ingreſsi non debent vnius prolapſionis offenſione cenſeri, cũ beatus ſit qui ſe potuerit reparare poſt lapſum: quoniam poſt mortẽ quoq; reſurgere, munus beatorũ eſt. Aliàs quoq; prodeſse peccatum poſsumus cõprehendere, & prouidẽtia domini ſanctis obrepſiſse delicta. Propoſiti enim ad imitandum nobis ſunt, & ideo curatum eſt vt & ipſi aliquãdo laberẽtur. Nam ſi inoffenſum à vitiis inter tot lubrica huius ſeculi curriculum peregiſſent, dediſſent nobis occaſionem infirmioribus æſtimandi, cuiuſdam ſuperioris eos na-

A turæ ac diuinæ fuiſset, vt delictũ recipere, & culpæ conſortium habere nõ poſsent. Quæ opinio vtiq; vt exortes nos illius ſubſtantiæ, ab impoſsibili imitatione reuocaret. Præteriit igitur illos pauliſper dei gratia, vt, nobis ad imitationem vita eorum fieret diſciplina, & ſicut innocentiæ, ita & pœnitentiæ magiſterium de eorum actibus ſumeremus. Ergo dum lapſus eorum lego, conſortes etiam illos infirmitatis agnoſco, dum credo conſortes, imitando eſse præſumo. Admonet etiã apoſtolus Paulus proſpexiſse dominum deum noſtrum, ne vel reuelationum ſublimitate, vel ſecundo operum cõtinuante proceſsu, humanus etiam in ſanctis extolleretur affectus, nec ſibi deputarent, virtutiq; attribuerent ſuæ quod diuina ſibi operatione collatum foret. Ergo ne in tantũ iudiciũ ruerent, atq; in perfidiæ foueam decidẽrẽt, paſsus eſt dominus illis ſubintrare culpam, vt & ipſi aduerterent diuinis ſe auxiliis indigere, ducẽq; ſalutis ſuæ quærendum eſse cognoſcerent. Deniq; Paulus infirmitatem ſibi profuiſse teſtatur, dicente domino ro- 1.Cor.12. ganti ſibi vt à ſe ſtimulus carnis ſuæ diſcederet: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate conſummatur. Meritóq; gloriatur in infirmitatibus, ſciebat enim virtutis abundantia plurimos etiam ſanctos ſine remedio eorruiſse. Quanto igitur commodius vni aut duabus reprehenſionibus locum dediſse, q̃ traxiſse in perpetuum diuinitatis offenſam?

Qua ratione deus ſuos athletas in variis certaminũ generib⁹ exercitet & experiatur. Et quomodo talia nobis facta ſint in figuram, cum multarum allegoriarum adductione. Caput iii.

B QVID etiam illa adiiciam quæ ex ipſo vſu mundi coniicere poſsumus, quia pleroſq; cũ probauerimus in aliquo officio, eoſdem quaſi induſtrios atque impigros in alio munere volumus experiri? Quàm multi athletæ cum in iſto certandi genere præualuerunt, ad aliud genus vocantur certaminis? Quid ſi & te dominus deus tuus cum aliquod ſpecimẽ virtutis dederis tuæ, in alio virtutum genere vult probare? Iob ſanctum currentem inoffenſe tentari tamen filiorũ interitu, & corporis totius vlceribus paſsus eſt, vt in hoc quoque eius virtutem probaret, ſi nec iniuriis nec acerbitatibus coactus deuotionem ſui minueret affectus. Num liquet quòd etiam ſanctum Dauid fide nobilem, præſtantiſsimum manſuetudine, manu fortem probare voluerit, quemadmodum vitium tegeret, lapſum emendaret, vt nos doceret quẽadmodum admiſſum poſsimus operire peccatum? Niſi forte vilis càuſa C alicui videtur, vt propter noſtram correctionẽ tantus erraret propheta, cũ propter omnium redẽptionem infirmitates noſtras Chriſtus ſuſceperit, qui peccatũ pro nobis factus eſt, cum peccatum nõ cognouerit. Et indignum æſtimatur, nec veriſimile creditur quod Dauid propter poſteritatis profectum vnius lapſus opprobriũ inciderit, cum ipſe dominus ſit pro nobis factus opprobrium, ſicut ipſe ait: Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Et alibi: Pſal.21. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderũt ſuper me. Ergo futuræ diſpenſationis myſteriũ in ſuis ante præmiſit. Et ſeruuli quidẽ conditionis ſuæ peccata portarunt, ideo non potuerunt etiam ipſi exortes eſse peccati. Dominus autem onus ſuſcepit alienum, ideo ſolus fuit ſine conſortio delictorum. Ad ſummam apoſtolo quoq; docente cognouimus in figura geſta eſse cõplura quæ tẽporibus geſta ſuperioribus ſunt. Nam cum dixiſset in deſerto patres à ſerpẽtibus vulneratos nõ aliter potuiſse ſanari, niſi Moyſes ſerpentem ſuſpendiſset æreum, quo viſo letales illi morſus infuſionẽſq; veneni noxiæ curabantur, ſubiecit: Hæc autem in figura facta 1.Cor.10. ſunt illis ad noſtram correctionem. In figura æreus ſerpens tanq̃ confixus cruci, quia verus crucifigendus ge- D neri annunciabatur humano, qui ſerpentis diaboli venena vacuaret, in figura maledictus, in veritate autem qui totius mundi maledicta deleret. Alibi quoq;, id eſt, ad Galatas ait: Quia duos filios habuit Abrahã, vnum Gal.4. de ancilla, & vnum de libera. Et ſubdidit: Sed is quidẽ qui de ancilla, ſecundũ carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſsionem, quæ ſunt per allegoriam dicta. Quid ſit per allegoriam, ſequentibus expoſuit euidenter, dicens duas illas generationes, vnam de ancilla, alteram de libera, duo eſse teſtamenta. Vnum quidẽ à monte Sina in ſeruitutem generans, in quo monte legem Moyſes accepit à domino. Alterum autem ab Hieruſalem, quæ eſt libera, quæ in Iſaac filios, hoc eſt, in libertate gratiæ, non literæ ſeruitute generauit. Seruis enim pœna decernitur, liberis confertur gratia. Nónne in typo geminæ plebis Iacob duas accepit vxores ex quibus diuerſam ſobolem procreauit? Cur patriarcha Iudas propriæ nurus poſt filii ſui mortem legitur expetiſse concubitum, quo geminorum partus eſt editus, niſi vt figura præcederet vtroq; Ieſu domini teſtamento, quorum alterum in typo futuræ mortis eius eſt condi- E tum, alterũ in euangelii veritate duos populos eſse generandos, quorũ poſterior in crucis ſigno ſepem omnẽ ac munitionẽ populi ſuperioris incideret? Hic eſt populus manu prior, ortu poſterior. Vel quia ipſe dominus Ieſus natus ex tribu Iuda opera ſua ante præmiſit q̃ nobis ex virgine naſceretur. Quid de Ioſeph loquar, qui à fratribus appetitus, exutus patrio veſtimento, in lacum miſsus, in ſeruitutẽ venditus, euidens dominicæ incarnationis expreſsit indicium, eò quòd ille dilectus patri cum eſset in dei forma, non rapinam arbitraretur Philip.2. eſse ſe æqualem deo, ſed ipſe ſe exinaniret, & formã ſerui accipiens veniret, & ſe vſque ad mortem crucis humiliaret, cuius precio & emptus & venditus à ſuis fratribus, genus redemit humanum? In cuius typo Dauid minor electus ex fratribus, vnctus in regnum, ſolus belli grauis periculo, ſingulari certamine vniuerſum populum liberauit, triumphauit in decem milibus, ita vt 1.Reg.18. puellæ cum tympanis pſallerent? Saul triumphauit in millibus, Dauid in decem millibus. Quæ figura in illis iuuenculis, niſi animarum quæ triumphalem pſalmum concinunt Chriſto? Genuit ex ſe duos filios, vnum inceſtum, alium parricidam, eò quòd inceſtus & parricidalis populus affixam patibulo crucis carnem proprii iugulaturus eſset authoris. Deniq; in tertio pſalmo Abeſalon titulus præmittitur, & paſsio domini prophetatur. Quid de Salomone ſancto loquar, cuius poſterio ra cũ graui errore nõ careãt, vulgus tamẽ Iudaicum ipſum æſtimat veniſse pro Chriſto? Et q̃ multos grauis er- F roris offenſa reuocauit? Maior itaq; culpa plus profuit, ne ſupra hominẽ crederetur qui vitio non caruiſset humano. Fuit igitur in eo inuidioſa ſapiẽtia, & cũlpæ ſuaſoria, quæ hominem comprobaret. Quid igitur obſtat quo minus Bethſabee ſancto Dauid in figura ſociata fuiſse credatur, vt ſignificaretur cõgregatio nationũ, quæ non erat in Chriſto legitimo quodam fidei copulata cõiugio, quòd tranſuerſariis quibuſdam foret veſtibulis in eius gratiã præter legis ingreſsura præſcriptũ, in qua nuda mentis ſynceritas, & aperta ſimplicitas lauacri iuſtificante myſterio, veri Dauid & regis æterni mentem traduceret, laceſseret charitatem? Merito venit occultus, & qui falleret principem mundi tanq̃ Vriam illum qui interpretatione dicitur lumen meum, transfiguratem ſe in angelum lucis. Venit, inquam, in hunc mundum, & venit occultus, tanq̃ adulter intrauit, vt ius legitimum vindicaret.

Quale fuerit peccatũ Dauid, & qualis pœnitentia. Quemadmodũ etiam multi fortiſsimi viri in errorem prolapſi ſint. Caput iiii.

G DISTINXIMVS alllegorias validas, vt arbitramur, & in figura fuisse textum huius historiæ cõprobauimus, nunc superiora repetamus, & tanq̃ exutũ ſpiritalib⁹ indumentis introſpiciamus errorẽ. Peccauit Dauid, quòd ſolent reges: ſed pœnitentiã geſſit, fleuit, ingemuit, quod non ſolent reges. Confeſsus eſt culpã, obſecrauit indulgentiã, humi ſtratus deplorauit erũnã, iciunauit, orauit, confeſsionis ſuæ teſtimoniũ in perpetua ſecula vulgato dolore tranſmiſit. Quod erubeſcũt facere priuati, ex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuũ negare peccatũ, dedignantur rogare indulgentiã, quàm petebat qui nullis tenebatur legibus humanis. Quod peccauit, conditionis eſt: quod ſupplicauit, correctionis. Lapſus cõmunis, ſed ſpecialis cõfeſsio. Culpã itaq; incidiſſe, naturæ eſt: deleſse, virtutis.

Iob.15. Quis gloriatur, inquit, caſtũ ſe habere cor? Nec vnius diei infans mundus eſse ſcripturæ teſtimonio declaratur. Da mihi aliquem ſine prolapſione delicti. Validiſ-

Iudic.14. ſimus omniũ Sampſon legitur, qui leonem etiã ſuis manibus ſtrangulauit, ſed vtinam amorem ſuũ ſuffocare

Iudic.15. potuiſſet. Meſes incendit Allophylorũ, & ipſe mulieris vnius arſit igniculo. Iepte victor ab hoſte remeauit,

Iudic.11. ſed vexilla referens triũphalia, ſuo victus eſt ſacramento, vt pietatem occurrentis filiæ parricidio remuneradam putaret. Primũ omniũ quid opus fuit tam facile iurare, & incerta vouere pro certis, quorũ neſciret euentũ? Deinde aliquis ſacramenta triſtia domino deo reddidit, vt cruentis ſoluat ſua vota funeribus. Nec de ſacerdotibus ſilendum atbitror, ne noſtra diſſimulare videar delicta. Aaron ipſe ſũmus ſacerdos, quo duce pa-

H riter ac Moyſe rubrũ pede mare tranſiuit populus Hebræorum, rogatus à plebe vt deos ſibi faceret quos adorarent, aurum popoſcit, in ignem miſit, & caput vituli figuratum eſt, cui ſunt oblata ſacrificia. Quo indicio claruit auri cupiditatem materiam eſse perfidiæ, & auaritiæ ſtudio ſacrilegia ſolere generari. Iterum tantus ſacerdos locum incidit offenſionis cũ ſorore ſua Maria. Nam dũ fratri vterq; obtrectat quod alienigenam acceperit vxorem, illico maria contagio maculoſæ carnis efflorvit. Quo loci euidentis fuit figura myſterii, quòd ſacerdotalis ille populus patrũ fraterno populo poſterioribus temporibus derogaret, Aethiopiſsæ illius neſciens ſacramentũ. Nam ſi cognouiſset, non reprehendiſset, quod cum veteri myſterio conuenerit. Itaq; cum Iudæus eũ qui ex gentibus credidit, dicit eſse communem, & vult à lege ſecernere, lepram habet, quam non poterit euadere niſi ſpiritalis ei legis agnitio ad veniam fuerit ſuffragata.

Quomodo Dauid lapſus proprium peccatum deplorans domini miſericordiam nõ deſperauerit. Et de requiſitione ouis abductæ. Cap. v.

I ERGO & Dauid qui ſciret hominem ſe eſse natũ lapſui, veniã poſtulauit, domini autẽ non deſperauit miſericordiã. Nec parabola à myſterio videtur diſcrepare. Quis enim dies niſi dominus noſter Ieſus, qui deſe ait, vt hodie lectũ eſt, quod homo quidã cũ dies eſset, abiit in regionem longinquam accipere regnũ, & reuerti. Et vere dies erat maieſtatis ſuæ opibus, & diuinitatis propriæ plenitudine, cui angeli & archangeli virtutes & poteſtates & principatus, throni & dominationes, Cherubim & Seraphim indefeſso obſequio ſeruiebant. Sed tamen cũ dies eſset, reliquit nonaginta &

Luc.15. nouem in montibus oues, & vnam ouem quæ lapſa remanſerat, requiſiuit. Hanc princeps iſtius mundi, contemplatione illius diuitis egenus & pauper, quaſi filiã alimentis proprijs nutriebat. Merito itaq; defecerat, cui ſubſtantia erat cibus ſeculi. Errauerat hæc ouis in Adã, inſidiis ſolicitata ſerpentis. Et non mala ouis, quæ erat K verbi plena, vtpote rationabilis hebdomadis filia, & ſanctimoniæ ſanctioris tamen non preciosis aliquibus, ſed vilib⁹ pauperis diu opibus alebatur. Deniq; de pane eius, inquit, manducabat, & de calice eius bibebat, & in ſinu eius dormiebat. Non bona eſca Aethiopũ, noxius calix aureus Babylonis, qui gentes inebriat. Non vtilis ſomnus eſt dormientibus, malo vigilare. Deniq; turba- Pſal.75.
ti ſunt omnes inſipientes corde, obdormierunt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenerunt. Hoſpitii igitur gratia, quia ſuſceperat hoſpitem, vt ei epulas exhiberet, illã pauperis ouem abſtulit. De ſuis enim vel gregibus vel armentis ſi quod animal immolaret, nobis prodeſse nõ poterat, quos, niſi immolaſset, non redemiſset. Infirmitates igitur noſtræ fragilitatis in ſua carne hoſpitali quodã ſuſcepit affectu, cuius leuandæ cauſa vel potius reficiendæ carnẽ ſuam ſalutari illi obtulit paſſioni, vt & vinũ nobis vitæ præberet æternæ. Et bene agnã dixit ſcriptura, qui erat virginis partus. Bene dignus morte pronunciatur diues ille iudicio prophetico, quia & Caiphas Ioan.11.
prophetauit dicens: Expedit vnũ hominẽ mori pro populo. Solus autẽ dominus Ieſus tali dignus electus morte, qui tolleret peccatũ mũdi. Pulchre quoq; addidit: Agnam reſtituet, quia carnẽ propriã reſuſcitauit, carnẽ illã virginalis integritatis reddidit. Nec illud ociosum quod ait: In quadruplũ reſtituet. Quadruplatur enim reſurrectio mortuorũ, ſicut docet Apoſtolus, dicẽs: Seminatur in corruptione, ſurgit in incorruptione: ſemi- 1.Cor.15.
natur in ignobilitate, ſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurgit in virtute: ſeminatur corpus animale, L
ſurgit corpus ſpiritale. Reſtituet plane in quadruplũ agnam etiã illo modo quo poteſt homo dicere: Si cui ali- Luc.19.
quid abſtuli, reddo quadruplũ. Conuenienter etiã illud adiecit: Quia nõ pepercit. Non enim pepercit ſibi Chriſtus, vt omnibus ſubueniret. Ideóq; dictũ eſt à domino Ieſu Chriſto ad ſeruũ ſuũ Dauid, vt myſterium declararet: Quoniam tu hoc feciſti in occulto, & ego faciam hoc verbũ coram omni Iſrael in conſpectu ſolis huius. Et primo quidẽ neſciẽs ſacramẽtũ, cõmotus eſt Dauid indignatiõe, ſed non errauit affectu. Poſtea vero vbi cognouit myſteriũ magnũ (magnũ enĩ ſacramẽtũ Chriſti & eccleſiæ) videns remiſsionẽ futuram omniũ peccatorum, prævidens fulgorẽ gratiæ per lauacrũ regeneratiõnis, & infuſionem ſpiritus ſancti, ait ſecurus veniæ: Peccauit domino, vt & ipſe in eorũ veniret conſortiũ, quibus culpæ remiſsio proueniret.

Quibus operibus Dauid potuerit tegere peccatum. Et quomodo iuſtos peccata ſequantur, malos autem præcedant. Caput vi.

ADVERTIS quẽadmodũ peccatũ proprium deplorauerat. Quis igitur miretur ei eſse dimiſsum? Nunc cõſideremus opera eius quibus potuit tegere peccatũ. Etenim quia non M
poteſt ſine peccato eſse humana fragilitas, cauendum ne plura peccata ſunt q̃ opera virtutũ. Quod magna vi ſapientiæ ſanctus Pauſus expreſsit dicens: Quorũdam 1.Timo.5.
hominũ peccata manifeſta ſunt præcedẽtia ad iudiciũ, quoſdam autem & ſubſequuntur. Hoc eſt, non inuenitur quiſq̃ illibatus à culpa, habet quis bona merita, habet & vitia atq; peccata. Omnia itaq; noſtra quaſi in trutina ponderantur. Si bonis igitur factis peccata præponderant, præcedũt ad iudiciũ. Vergũt enim peccata quaſi in profundũ, vergunt quia & manifeſta ſunt vel pondere atq; acerbitate, vel multitudine. Quoſdam autem, inquit, & ſubſequũtur, hoc eſt eos qui ſe egerint ſobrie, ſed fragilitate conditionis dederint aliquando etiam errori locum, bona facta præcedunt, mala ſequuntur. Hi honeſtiores, ſed tamen homines lapſi leuioribus vitiis & erratis. Ergo iuſtos ſequuntur peccata, non præcunt:

A iniuſtos præcedunt, & præponderant peccata quæ vergunt, ſequuntur autẽ ſi qua recte facta ſunt, quaſi quodã præiudicio peccatorũ præeuntium prægrauata. Similiter & facta bona manifeſta ſunt: lucent enim opere virtutũ, & ſplendore meritorũ: & quæ aliter ſe habent abſcondi non poſsunt. Ergo talia non teguntur, non obũ-
1.Pet.4. brat ea charitas, quæ operit multitudinẽ peccatorũ, nõ operit bonorũ operum gratia, non abſcondit virtutum multitudo, quia nuda & intecta produntur. Non enim
Pſal.16. eſt in iis qui dicat: Sub vmbra alarũ tuarũ protege me. Crux enim domini omnes abolet atq; abſcondit errores. Quis igitur magis operuit & texit q̃ ſanct⁹ Dauid, qui & alibi ait: Et in vmbra alarũ tuarũ ſperaui, donec tranſeat iniquitas? Et ſic dilexit dominũ vt nimia charitate peccatum omne tegeret atq; abſcõderet. Etenim ſi apoſtolus Petrus lapſum ſuum confeſsione charitatis aboleuit, & ille interrogatus à domino dicente ei ter
Ioan.21. tio, Simon Ioannis amas me? vt quem tertio negauerat, tertio fateretur, atq; ita trino quodam dilectionis velamine lapſum trinæ negationis abſconderet. Si quia ſemel Petrus fleuit, veniam reportauit, quanto magis Dauid, qui lauabat per ſingulas noctes lectũ ſuũ, & lachrymis ſtratum ſuum rigabat: cui erant lachrymæ ſuæ panes die ac nocte: qui cinerem tanquã panem manducabat, & poculũ ſuum cũ fletu miſcebat? Etenim ſi ei⁹ qui conuerſus ingemuerit, miſeretur Ieſus, ſi Petrũ aſpexit, & ille fleuit: quanto magis qui diu fleuit, à conſpectu domini non receſsit? Negauit Petrus, & non fleuit, quia nõ reſpexerat Ieſus. Negauit ſecũdo, & nõ fleuit: quia nõ reſpexerat domin⁹. Negauit tertio, reſpexit Ieſus, & ſtatim fleuit, & fleuit amariſsime. Ideo Dauid qui ſemper
Pſal.24. fleuit, dicebat: Oculi mei ſemper ad dominũ. Quia ſem per videbatur à Chriſto, dicebat: Per exitus aquarũ deſcenderunt oculi mei. Sed iam etiam facta eius confide-
Pſal.118. remus. Quis non tantarũ laude virtutum vnius crimi- nis obumbraret inuidiam? Diuino electus examine, ſtatim probauit indignum ſe tanto non eſse iudicio. Pro-
B ceſsit in prælium, & trepidantibus cæteris ſolus Allophylum Goliam, verborum iactãtia, & immanis corporis mole terribilẽ, concurrenti ſimul fide ac virtute p-ſtrauit. Vnius fortitudo facta eſt vniuerſorum victoria. Conferatur, ſi placet, priuatũ crimen, & triũphus omnium: mors vnius, & tantorũ quos liberauit à morte, vita populorũ. Veniam⁹ ad alia. Inſidias patiebatur à rege, vitam eius quærebat extinguere, ſed diſpoſitione diuina in eius rex poteſtatem traditus, cum totus pateret ad vulnus, ſeparatus à ſociis: Dauid ſanctus occurrit, & à corpore perituri vulnus lætale retorſit, dicens: Nolite tangere Chriſtum domini. Quinetiam inimici illius vltus eſt mortem, flebiliter ſatis deplorauit interitum, & debitum ſibi imperium diu diſtulit, quod ſciebat deo authore deberi. Quo ſolo docuit omnes homines ad non præripiendum regnũ, etiam ſi debeatur, ſed expectandum, vt ſuo tempore deferatur. Vtinam hunc virtũ imitati eſsent poſteri, non tantas bellorum pertuliſſemus acerbitates. Arguis quod vnum occiderit, non cõ-
C ſideras quot docuerit qnẽadmodum pax orbi Romano perpetua ſeruaretur. Quàm graui adhuc luimus vaſtitate, q̃ publico quodã totius orbis funere appetiti, necẽ regis exoluimus. Heu dura ſupplicia. Inde adhuc nobis barbarus hoſtis inſultat, dũ parata aduerſum ſe in nos arma vertuntur. Sic vires ceciderunt publicæ, ſic Romana virtus ſuis moribus fracta conſenuit, dum publico rapitur parricidio, quod paternæ ſolicitudinis religione ſuſcipitur. Ideóq; eo vſq; præcauit, vt cum Adoniam filium regnum ſibi vſurpare comperiſset, & ſerere conuẽtus: non eum qui præripere geſtiebat, ſed eum qui expectaret eligeret. Saltabat autem ante arcam potentiſsimus regum, & cum à proptia reprehenderetur vxore quòd denudatus eſset ante faciem puellarum, reſpondit: Coram domino nudabor adhuc, & ero nudus ante oculos tuos, vt honorificetur, inquit, dominus qui D
me pro patre tuo aſsciuit in regnum: docẽs contuitum regalis potentiæ non habendum vbi religioni exhibetur obſequium. Honeſtum eſt enim pro religione facere, etſi id incongruum poteſtati ſit. Specta aliud memorabile. Parricida filius regnum patrium violenter inuaſerat, cedebat primo pater eius furori, & locum prælii declinabat, vt vel ſic impius à furore reſipiſceret. Bello quoq; intereſse noluit, rogauit ad prælium profecturos vt parcerent filio. Securus erat victoriæ qui rogabat vt parcerent. Nec pietatis alienus, qui perire debere etiã impium filiũ non putabat. Fleuit, & magno luctu deplorauit exitum parricidæ, dicens: Filius meus Abeſsalon, quis dabit mihi mortem pro te, filius meus Abeſsalon? Vindicandum putabat eum qui pro paternæ vindictæ pietatis occiderat. Quàm vero iniuriæ patiens & doloris? cedebat, vt dixi, filii ſui Abeſsalon furori, vallatus dextera lævaq; validis bellatoribus. Maledicebat ei vir cui nomen Semei, cruentum appellãs, & virum ſanguinis, dignóq; iudicio domini deiectũ eſse de regno. Sed ne talibus quidem mouebatur conuitiis, mouebantur autem comites eius. Deniq; vnus ex ſociis, Abyſai nomen viro, minatus eſt quod iniuriæ precium caput eius auferret, ſed rex conuerſus ad Abyſai, Quid mihi, ait, & tibi eſt fili Saruiæ? Ideo maledicit mihi, quoniã dominus dixit illi vt maledicat. Quàm moraliter docuit quod iniuriarum vel periculorum noſtrorum tempora, tentationum certamina, & examina probationum ſint, & ideo non ſine diuino ea irrogari ſolere iudicio. Exercetur bonus athleta cõuitiis, exercetur laboribus & periculis, vt dignus ſit cui deferatur corona iuſtitiæ, E
& ideo ferenda patiẽter ſunt quę putãtur aduerſa. Deniq; que & alibi te docet ſcriptura diuina, dicente iuſto: Si Iob.2.
bona accepim⁹ de manu domini, quæ mala ſunt cur nõ ſuſtineamus? Et addidit ſanctus propheta dicens: Ecce filius meus qui exiuit de ventre meo, quærit animã meã. Si autem Gemineus maledicit mihi, dimitte illũ vt maledicat, quoniam dixit illi dominus, vt videat humilitatem meã, & retribuat mihi domin⁹ pro maledicto hoc. O altitudo prudentiæ: O inſigne patientiæ: O deuotãdæ contumeliæ grande inuentũ. Moueris, inquit, Abyſai, quod mihi maledicat extraneus, quẽ parricidio petit filius? Dominus dixit ei vt maledicat mihi. Sed nõ eſt maledicus dominus, nec delectatur cõtumeliis. Vide q̃ ſingula diligenter cuſtodiat. Non accuſat dominũ quaſi authorẽ iniurię, ſed magis laudat, quòd patiatur nos minora perpeti, vt maiorũ veniã peccatorũ adipiſcamur. Ecce verborum contumelia parricidii leuauit erũnam, abſoluit procacem, cuius maledicta plus proſint, quæ diuina remuneratione donantur. Quis ſecum talẽ non compenſet iniuriam, vt quem homo læſit, eũ deus meliorum retributione ſoletur?

De pugna Dauid contra progeniem gigantum, & quemadmodũ aquam ſitiuerit ex lacu Bethleem, quàm tamen non biberit. Caput vii. F

ALIA quoq; eius geſta conſideremus. Pugnauit aduerſus progeniẽ gigãtum, quando vnus ex illis aduerſantẽ in prælio regẽ penè percuſserat, quos auſus tamẽ aduerſarius exceptæ precio mortis ſoluit. Hoc quoq; percepto gentis victæ ferocis triũpho, iterũ in valle Titanum bellũ immane ſuſcepit, nõ minus aduerſus hoſtẽ q̃ aduerſus naturã. Sitiens enim cũ verſaretur in bello, quod biberet nõ habebat. Quis mihi potum, inquit, dabit de lacu qui eſt in Bethleẽ ad portas? Erat autem inter lacũ & ſanctũ Dauid interfuſus hoſtis, & media hoſtiliũ ſepta caſtrorũ. Præciderunt tres viri multitudinẽ aduerſariorũ, & impleuerunt aquã de lacu qui erat in Bethleem, & obtulerunt regi bibendam: ſed rex

G noluit bibere,& profudit illã domino. Dignum etenim
tãto munere fuit,vt quæ erat viuidæ virtutis insigne, fie
ret pietatis sacrificiũ. Dixitq; dignã prophetico spiritu
sententiã:Non contingat mihi hoc facere, ne sanguiné
virorum qui abierunt,ex animis illorũ bibã. Vicit ergo
naturam,vt sitiens nõ biberet, & exẽplũ de se præbuit,
quo omnis exercitus tolerare sitim disceret. Exercuit e-
tiam subditos ad virtutis officiũ, vt etiam per pericula
regali imperio voluntarii milites obtẽperarent. Quod
autẽ noluit bibere,declarauit probandorũ militum se
imperasse gratia,non sitis victũ necessitate,prosp exisse
etiam ne cui regũ bibendi vsus alienis periculis quære-
retur. Postremo piæ vulnus conscientiæ deprecatũ, eò
quòd aqua tot virorum quæsita sanguine, suauitatẽ bi-
bendi habere non posset,quæ propositæ mortis horro-
re constaret. Quòd si altius velis spectare, & introspice
re mysteriũ, sitiebat Dauid non aquam de lacu qui est
in Bethleem,sed oriundũ ex virgine Christũ in spiritu
prævidebat. Volebat ergo bibere non aquam fluminis,
sed potum gratiæ spiritalis,hoc est non aquarũ sitiebat
elementum,sed sanguinẽ Christi. Deniq; nõ bibit obla
tam aquã,sed domino fudit, significans sitire se Christi
sacrificiũ,non naturæ fluentũ, illud sacrificium in quo
esset remissio peccatorũ,illũ sitire se fontẽ æternũ,non
qui periculis quæreretur alienis,sed pericula aliena de-
pelleret. Tot igitur operibus tã mirandis,vnius sangui-
H nem tectũ nõ vidimus. Merito vox sanguinis Abel iusti
clamauit ad dominũ,quia nullis Cain impii bonis ope-
ribus tegebatur,quia parricidalis erat, quia non confi-
tebatur flagitiũ,sed negabat. Dauid vero occiderat qui
dem virum minime reum,sed occiderat nõ studio cru-
delitatis impulsus,sed vt obũbraret pudorẽ, tegeret ve
recundiam concupiscentiæ. Non audeo dicere quòd vi
criminis fuerit oppressus. Neq; enim oppressus,qui sci-
uit quemadmodũ à ruina illa peccati se posset leuare.
Psal.25. Dico tamen quod vt tentationis inflexus sit. Dixerat e-
Psal.29. nim supra: Proba me domine, & tenta me, vre renes
Psal.16. meos,& cor meum. Et alibi:Ego autẽ dixi in mea abun
dantia,non mouebor in æternũ. Et igne me examina-
sti,& non est inuenta in me iniquitas. Voluit enim eum
2.Cor.12. subiacere dominus tentationi,ne supra hominẽ sibi ali
quid arrogaret. Nã virtus in infirmitate consummatur.
Neq; enim cruento fecit affectu, nihil minus sancto pro-
phetæ adscribi potest,qui etiã vita decedẽs suprema vo
ce conuenit Salomonẽ filiũ,vt innocentẽ sanguiné à se
tolleret,quẽ fuderat dux eius exercitus Ioab, quando
Abner,cũ de ineũda societate tractaret,dux licet aduer
sarii agminis,insidiis appetitus occubuit,quẽ fleuit, &
post luctũ eius ambulãs,depositis insulis potestatis,exe-
quiarum iusta curauit. Quo facto docuit etiã aduersa-
riis fidẽ promissam esse seruandã,honorandã quoq; &
in hoste virtutẽ. Nónne tam miti suæ hæreditate pieta-
I tis etiam huius nævum detersit erroris? Quàm præclarũ
autem,quòd tribus oblatis sibi conditionib9 quãm vel-
let eligeret,quando numerato populo contraxit offen-
sam,cũ propositum esset vtrũ triennio famẽ super ter-
ram fieri vellet,aut tribus mensibus fugere à facie inimi
corum suorũ persequentiũ se,aut triduo fieri mortẽ in
terra,tertiũ elegit,quod domini se mallet q̃ hominũ eõ
mittere potestati:domin9 enim cito miserat9 ignosce-
ret. Itaq; sic ait:Angustiæ sunt mihi valde in his tribus,
sed magis incidã in manus domini (quoniã misericor-
dia domini magna est valde) q̃ in manu hominũ inci-
dam. Hac humilitate, prudẽtia, mansuetudine fecit (vt
verbis scripturæ vtar) habere dominũ propriæ commo
tionis pœnitentiã. Deniq; sic scriptum est: Quia pœni-
Hiere.18. tentiam habuit dominus super malitiam. Quàm vero il
lud etiam admirabile,quod angelo ferienti plebem se
obtulit dicẽs:Grex iste quid fecit? Fiat manus tua in me,
& in domũ patris mei. Quo facto statim dignus sacrifi-
cio iudicatus est,qui absolutiõe æstimabatur indignus.

Nec mirũ si tali sua oblatione pro populo, peccati sui K
adeptus est veniam,cũ Moyses offerẽdo se domino pro
plebis errore,etiam plebis peccata deleuerit. Texit igi-
tur peccata sua,an non? Sed quis hoc neget,cũ hic ipse
docuerit propheta,quod remittantur iniquitates,tegã-
tur peccata,non imputentur à domino? Peccatũ remis-
sum sibi esse docuit, sicut scriptũ est: Delictum meũ a-
gnosco,& iniustitiam meã non operui. Dixi,pronũcia- Psal.31.
bo aduersum me iniustitiã meam domino,& tu remisi-
sti impietatẽ cordis mei. Si dixit, Pronunciabo,& veniã
meruit antequã pronunciaret: quanto magis vbi de se
pronunciauit dicens: Iniquitatẽ meã ego agnosco, re-
missum est ei omne peccatũ? Licet specialiter de hoc &
Nathan responderit:Et dominus traduxit peccatũ tuũ.
Ergo remissionem meruit iniquitatis, & texit charitate
atq; operuit peccata sua,texit operib9 bonis. Nec impu
tatum est ei peccatũ, quia non fuit in eo dolus malitiæ,
sed lapsus erroris. Deinde quia non fuit improbitatis
æstus,sed vmbra mysterii. Et tamen confessus est delic-
tum suum,agnouit iniquitatem, vidit lauacrum,& vi-
dit,& credidit. Dilexit multũ,vt nimia charitate tegere
quemuis posset errorem.

De titulo psalmi quinquagesimi, & de numero quin
quagenario. Quemadmodum etiam pœnitentia sit a- L
genda. Et quomodo quis mundetur ab iniquitate & in-
iustitia. Caput VIII.

Sed iam se ipse defendat: nam quinquagesi-
mum psalmũ ad eam scripsit historiam. Et
cum priorũ gestorũ suorum historiã subie
cerit,vt de proditiõe Doech Syri, cuius est
titulus in psalmo quinquagesimoprimo, & Zypheorũ,
quæ comprehendi titulo videtur psalmi quinquages-
imiquarti,istam quæ posterior est præmisit historiam,cũ
Doech ante prodiderit vel Ziphei,q̃ regnũ Dauid pro-
pheta susciperet. Quandoquidem regem Saul fugiens,
adhuc per diuersa secreta exul errabat: Bersabeæ au-
tem iam cum regnaret,accepit. Cur ergo secundum ge
storum ordinem psalmorum quoq; ordo non quadrat?
Quia non tam ordinem ordini,q̃ mysterium gestis vo-
luit conuenire:ideóq; numerũ remissionis aptare huic
voluit historiæ. Quinquagesimus enim numerus,remis
sionis est numerus, sicut in euãgelio dominus ipse nos
docuit,dicens: Duo debitores erant cuidã fœneratori, Luc.7.
vnus debebat denarios quingentos, alius quinquagin-
ta. Non habẽtibus illis vnde redderẽt, donauit vtriq;.
Quis ergo eum plus diligit? Et in lege habes quia Iubi-
læus dicitur numerus quinquaginta annorum recur-
sus,celebrabilis admodum,quo debita vacuantur, con
firmantur Hebræorũ libertates,possessionũ refusiones.
Hunc numerum lęti celebramus post domini passionẽ,
remisso culpæ totius debito, chirographo quoque va-
cuato ab omni nexu liberi,& susc ipimus aduenientem M
in nos gratiam spiritus sancti. die Pentecostes vacante
ieiunio,laus dicitur deo,alleluia cãtatur. Deniq; & puel
læ pater illius,quæ per vim concubitus nulli desponsata
pt ulerit,quinquaginta didrachmata argentea accipiet,
ipsa autẽ in coniugio permanebit. Hoc etiam numero
vitia vertuntur in gratiam. Magnus igitur psalmus,quo
docemur quemadmodum agenda pœnitentia sit. Mi-
serere,inquit,mei domine secundũ magnam misericor
diam tuam. Et secundũ multitudinem miserationum
tuarum dele iniquitatem meam. In multũ laua me ab
iniustitia mea,& à delicto meo munda me. Quoniam
iniquitatem meam ego agnosco,& delictũ meum con-
tra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram
te feci,vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum
iudicaris. Ecce enim in iniquitatib9 conceptus sum, &
in delictis peperit me mater mea. Quis nostrũ, etiam
si confiteatur delictũ suum,non perstringendũ potius,

A q̃ repetendũ putet, qui secundo repetat aut tertio? Vide
quot versibus propheta peccatũ suũ resonet, q̃ nullus
versus sine confessione delicti sit. Congessit omnia si-
mul,iniquitates suas, & iustitiã personãdo,iungẽs de-
licta peccatis:atq; ea sæpe repetendo, merito magnam
misericordiam poscit. Nec solum magnam misericor-
diam,sed etiam multitudinẽ miserationum. Quod er-
go peccatũ talis non diluat deploratio? Quam culpam
precatio huiusmodi nõ emundet? Ille pro vno peccato
miserationũ multitudinem deprecatur, nos pro pluri-
bus peccatis vix semel eius misericordiã credimus ob-
secrandã. Deinde legimus quia in virtute sua magna &
brachio suo excelso populum suum de terra Aegypti
liberauit,quando traduxit eum per mare rubrũ, in quo
fuit figura baptismatis. Si ergo virtus magna in figura
fuit sacramentorum, quanto magis in veritate eorum
magna misericordia est? Recte quoq; illic poscitur mi-
serationum multitudo,vbi multitudo peccantiũ est. In
Psal.135. multũ laua me ab iniustitia mea,& à delicto meo mun-
da me. Non tam sæpius q̃ plenius lauari petit, vt conce-
ptam sordem possit eluere. Nouerat secundũ legẽ plu-
ra quidem mundandi esse subsidia, sed nullũ plenum
atq; perfectum. Ad illud ergo perfectum tota intentio-
ne festinat,quo iustitia omnis impletur,quod est baptis- E
B matis sacramẽtũ,sicut ipse docet dominus Iesus. Nam
Matt.3. cum veniisset ad Ioannem, ait Baptista: Ego à te debeo
baptizari,& tu venis ad me? Respondit dominus: Sine
modo,sic enim decet nos implere omnẽ iustitiam. Sed
postea q̃ baptizatus est Christus,& spiritus sanctus su-
per eum tanq̃ columba descẽdit, & pater filium signa-
uit è cælo,iustitia omnis impleta est. Ideo Propheta di-
cit:In multũ laua me ab iniustitia mea. Grandis enim
squalor & macula non exiguo sed multo aufertur laua
cro. Quod si quis aliter accipere vult,potest ita suũ for
mare intellectum. Mundat sermo diuinus, mundat no-
stra confessio:ille dũ auditur,ista dum promitur. Mun
dat bona cogitatio,mũdat honesta operatio,bonę quo-
que vsus cõuersationis. His mundatus vnusquisq; faci-
lius haurit,& tanq̃ in se rapit splẽdorẽ gratiæ spiritalis.
Deniq; non vna infusione velleris statim preciosus suc
cus irradiat,sed primũ succo ignobili vellus inficitur,
deinde aliis atq; aliis succis naturalis eius species frequẽ
ter eluitur,& diuerso sæpius colore mutatur, ac sic po-
stea velut plenioris lauacri adhibetur ifectio,vt purpu-
ræ verior atq; perfectior fulgor irrutilet. Sicut igitur
murices plurimũ in purpurę infectione,ita in lauacro
regenerationis miserationum est multitudo cęlestium,
vt iniquitas deleatur. Itaq; qui in multũ lauatur,ab iniu
stitia mundatur,& à delicto,& peccandi quandam ino-
litam studiis ac moribus deponit habitudinem, & obli
uiscitur qualitatem. Et bene lauatur ab iniustitia vel
iniquitate,quæ maior est:mundatur à delicto,quod mi-
nus est. Ideoq; addidit.

C

Quis dicatur agnoscere suam iniquitatem. Et quod
contra sapientem semper sit delictum. Cap. IX.

Quoniam iniquitatem meã ego agnosco, &
delictum meum contra me est semper. Non
mediocre est vt agnoscat vnusquisq; peccatũ
suum. Ideoq; & supra ait: Lapsus quis intelliget? Id est,
Psal.14. quis est tantus vt intelligat? Quomodo illud: Quis ha-
bitabit in tabernaculo tuo? aut quis ascendet in montẽ
domini? Non vtiq; nullus, sed ratus. Qui enim potest
agnoscere,potest declinare, potest quid sequatur eli-
gere. Pleriq; in suis lapsibus gloriantur, & putãt ea lau-
di esse quæ criminis sunt. Si alienum coinquinauit tho
rum,& pudicæ fœminæ expugnauit affectum, si viduæ
propositum aliqua fraude mutauit. Alius necem homi
nis,latrocinii insidias,& rapto viuere putat esse virtu-
tis. Nonnulli circumuenire ac fallere arbitrantur esse

sapientiæ. Ex his nullus potest dicere: Quoniam iniqui D
tatem meã ego agnosco. Sed ille qui potest dolere quod
fecerit,condẽnare quod deliquerit,quẽ sua vitia cõpun
gunt. Vnde & Propheta ait: Quæ dicitis in cordibus ve Psal.4.
stris,& in cubilibus vestris cõpungimini. Pleriq; cæco-
rum cum ceciderint,se iactare consuerũt, & quos casus
non leserit,iactando se debilitant & frangũt. Alii (qua-
lis Græcorum equorum fertur natura) cum vel in cer-
tamine curuli elisi fuerint, vel fortuito ceciderint, ne-
quaq̃ se mouere cõsueuerunt, & quandã tenent quietis
& patientiæ disciplinam. His si casus non nocuit, quies
prodest,certe nõ acerbatur offensio. Nónne mutis ani-
malibus deteriores æstimandi,qui se in flagitiis suis ia-
ctant,& putãt insigne esse virtutis vbi lapsus est crimi-
nis? Ideo quasi muto dicitur iumento: Peccasti,quiesce.
Vnde pulchre addidit: Et delictũ meũ cõtra me est sem- Gen.4.
per. Insipiẽs enim delectatur erroribus suis, & nouis ve
tera obumbrãdo peccatis se existimat adiuuari, ideóq;
exultat in crimine. At vero sapiens aduersum se iudicat
esse delictum suũ,& tanq̃ hostiles acies, ita lapsus cul-
parum suarum aduersantiũ modo sibi arbitratur obsi-
stere. Quicquid personuerit, quicquid increpuerit, cul
pa ei propria semper occurrit:quicquid fuerit dictũ aut
lectum,in se dictũ putat: quicquid intenderit, se nutu,
se oculis signari putat. Si epuletur,si cogitet,si oret ac
deprecetur,ante oculos eius semper est error proprius,
& momentis omnibus culpa pulsat conscientiam, nec
quiescere,nec obliuisci sinit, velut grauis censor exagi
tat se terrore perpetuo. Omnia igitur aduersa habet qui
ipse sibi displicet. ipse sui accusator, ipse sui testis est,
nec inuenit quo fugiat, quippe se perurget & stimulat.
Sed hoc bonæ mentis est,vulnus sentire peccati. Nã qui
expertes doloris sunt,non sentiũt vulneris acerbitatẽ,
quod est immedicabilis ægritudinis. Qui autem aliquo
dolore punguntur,sicut doloris sensu non carent, ita
etiam non carent sanitatis profectu. Vbi enim doloris
sensus,ibi etiã sensus est vitæ:sentire enim, vitalis vigo
ris ac muneris est. Vnde & ille qui errorẽ suũ nõ agno
scit,insanit,furit,desipit:qui autem agnoscit,vtiq; resi-
piscit:non respuit remedia sanitatis:sed ipse restringit,
pœnitet eum culpæ,de ipsa semper cogitat, & cogitan-
do se ipse condẽnat. Iustus enim in primordio sermo-
nis accusator est sui. Qui se accusat, Iustus est, sobrius Prou.18.
est, sanus est. Iustus fauere sibi nescit,rigorem iudicii e-
tiam circa se non nouit inflectere,recordationẽ lapsus
proprii perhorrescit,& cõmissũ erubescit errorẽ, om-
nem eius memoriã pauet,metuit,reformidat,grauẽ sibi
se iudicat,seipsum arbitrum refugit,nec sese sibi audet
cõmittere,quòd nullum putat sibi esse grauiorẽ,q̃ eum
quem latere non possit,fallere non queat,fugere ac vi-
tare non reperiat,nisi vt se sibi abneget, & domini cru- F
cem tollat. Magna vis obnoxiæ cõscientiæ. Magna sup-
plicia timebant Adam & Eua:& cũ domini vocẽ in pa-
radiso ambulantis audirent,cupiebant se abscondere,
quos nemo quærebat. Cain quoq; metuebat ne omnis
eũ quicũq; inueniret occideret. Ita in se ipse ferebat sen
tentiã,quod dignus esset cui null9 ignosceret. Vnde be
ne ait:Et delictũ meũ contra me est semper. hoc est,sine
interuallo aliquo recordatio & species ipsa mei me er-
roris impugnãt. Cõsidera quomodo nos cõfundat cum
aliquid deliquim9,quo incurset oculos, quo i memoriã
semper recurrat. Quẽ cõmissi pudet, nescit postea ali-
quid tale cõmittere vnde similiter erubescat. Præcedit
autẽ iniquitas,peccatum sequitur. Radix est iniquitas,
fructus autem radicis est culpa. Vnde videtur iniquitas
ad mẽtis improbitatẽ referri, peccatum ad prolapsionẽ
corporis. Grauior iniquitas tanq̃ materia peccatorum,
leuius peccatũ. Deniq; iniquitas per lauacrum remitti-
tur,peccatũ tegitur bonis factis, & tanq̃ malis operibus
obũbratur. Vnde bene supra hic ipse ait:Beati quorum Psal.31.
remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata.

G Charitas enim abſcondit errorem,& operit multitudinem peccatorũ. Multa quoq; charitas remittit etiã ipſa peccata,ſicut ſcriptũ eſt de ipſa muliere quæ ſuper dominũ fudit vnguentũ:Remiſſa ſunt peccata eius multa, Luc.7. quoniã dilexit multũ. Sunt etiã qui accipiunt priorem verſiculũ de lauacro eſse,ſecundũ de pœnitentia. Qua gratia etiã Petrus,qui ante fuerat baptizatus, interrogatus,poſtq̃ viſus eſt dominũ negaſse: Simon Ioãnis diligis me? dicit ei: Vtiq;, tu ſcis domine quia diligo te. Et iterum interrogatus:Simon Ioannis,diligis me?Et iterũ reſpondit: Tu ſcis quia amo te. Et tertio interrogatus: Ioan.21. Simon Ioannis amas me? Et contriſtatus eſt,quia dixit ei tertio, Amas me? & dicit ei: Domine omnia tu ſcis, tu noſti quia amo te.Et dictũ eſt ei trina vice:Paſce oues meas,ſequere me,quaſi qui peccatũ ſuũ nimia charitate texiſſet.Nec ocioſe poſt confeſsionẽ nimiæ charitatis iubetur plebem regere,qui etiam turbatus non amiſerat quemadmodũ ipſe ſe regeret. Hæc propter gratiã H diximus charitatis,eò q̃ peccatũ tegat.Deniq; nonnulli ideo trinam interrogationẽ dilectionis factam eſse dixerunt,quia trina fuerat negatio, vt trinæ lapſum negationis profeſsio charitatis totiens repetita deleret.

Quòd Dauid,quãuis rex eſset,& ſolutus legibus humanis,voluerit tamẽ ſubditus eſse deo,cui ſoli peccauerat.Et quomodo dicatur iuſtificari dominus. Cap. x.

TIBI ſoli peccaui.) Rex vtiq; erat. nullis ipſe legibus tenebatur: quia liberi ſunt reges à vinculis delictorum:Neq; enim vllis ad pœnã vocantur legibus,tuti imperii poteſtate. Homini ergo nõ peccauit,cui nõ tenebatur obnoxius. Sed quãuis tutus imperio,deuotione tamen ac fide erat deo ſubditus:& legi ſuæ ſubiectũ ſe eſse cognoſcens,peccatum ſuũ negare non poterat, ſed quaſi reus cum amaritudine fatebatur, qui ſciret maioribus vinculis ſe teneri, quia maiora deberet: quoniam plus ab eo exigitur, cui plus cõmiſsum eſt. Poſsumus etiã & ita accipere: Quis me diiudicat,cũ omnes ſub peccato ſint? Deniq; dominus de illa adultera: Qui ſine peccato,inquit,eſt, prior Ioan.8. lapidet eam.Et nemo lapidauit. Hoc igitur ait Prophetа:Tibi ſoli peccaui,qui ſolus ſine peccato es. Qui autem peccato obnoxius eſt, quaſi peccatorẽ non poteſt iudicare.Inexcuſabilis eſt enim omnis homo, qui in alio ea quæ agit ipſe condemnat. In quo enim alium iudicat,ſemetipſum adiudicat.Tibi,inquit, peccaui,& malum coram te feci,vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Tibi peccaui, qui me ad virtutis ſtudia prouocaſti,qui me erudiſti in lege tua. Tibi ſoli I peccaui,quẽ ſolum abſcondita cogitationum, & mẽtis occulta non fallunt.Et malũ coram te feci,quem ſolum ſanctificatio decet.Hominis teſtimonium declinamus, ſed in conſpectu tuo ea quæ ſunt indigna cõmittimus. Iniuria eſt homini ſpectare flagitia:deum arbitrum omnium eſse ſcimus,& eo ipſo teſte peccamus,& tamen in his iuſtificatur dominus deus noſter, quia iniuſtitia noſtra dei iuſtitiam commendat: & mendaciũ noſtrũ con Roma.3. celebrat veritatẽ dei. Sit enim deus verax, omnis autẽ homo mendax.Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Sermones dei pleni veritatis ſunt atq; iuſtitię,ideóque vera ſunt quæcũq; locutus eſt dominus de fragilitate humana,quia inclinatum eſt cor eorũ ad nequitiam,propendit ad fraudẽ: & quia definiuit, eò quòd non ſit homo 3.Reg.8. qui non peccet.Omnes enim declinauerunt, & inutiles Pſal.13. facti ſunt.Ideo vincit dum iudicatur, quoniam prolapſione vniuerſorũ probauit quæcũq; de noſtra iudicauit fallacia.Ergo ſi dixerimus quia iniquitatẽ fecimus, iuſtificamus deum in ſermonibus ſuis.Si autem dixerimus quia non peccauimus,mendacem facimus deum: ſed impoſsibile eſt mentiri eum.Nos igitur omnes ſub peccato eſse manifeſtum eſt.Quantũ igitur crimen, vt homo peccatorem ſe neget? Quoniam quantũ in ipſo K eſt,ſummi dei videtur arguere ac refutare mendacium, qui tam moderatus & patiẽs eſt,vt vincat cũ iudicatur. Veniens enim ad iudiciũ deus dicit:Populus meus quid Michæ.6 feci tibi,aut quid contriſtaui te, aut quid moleſtus fui tibi?Quia eduxi te de terra Aegypti,& de domo ſeruitutis liberaui te,& miſi ante faciem tuã Moyſen, Aaron, & Mariam.Plebs mea in mente habeto quid cogitauerit de te Balach.Singula in conſpectu tuo locat beneficia ſua,vt tãquam de his iudices, quæ ſeruare debueras, quo magis reus ſias, qui diuinis non potueris ſtare beneficiis. Quid feci,inquit,tibi? Tanquam reum ſe conſtituit,& te iudicem. Aut quid cõtriſtaui te? Offenſi vultus non abnuit crimen,ſi tu deo es contriſtatus authore. Aut quid moleſtus tibi fuit? Interpellationis iniuriã confitetur, ſi moleſtior æſtimata eſt: addit beneficia, quorum gratiam non erubuit, qui exiſtebat ingratus. In hac quoque cauſa confidera quomodo dominus ſe ipſi Dauid iudicandũ præbuit, vt vinceret. Dicit enim Nathan: Hæc dicit dominus deus Iſrael, Ego vnxi te 2.Reg.12. in regem ſuper Iſrael,& ego liberauit te de manu Saul, & dedi tibi omnia quæ erãt domini tui: & vxores illius in ſinum tuũ dedi,& dedi tibi domũ ipſius Iſrael: & ſi L pauca ſunt,adiiciã tibi. Et quare pro nihilo duxiſti dominum,vt faceres nequiter in conſpectu eius?Horũ cõmemoratione conuentus cum videret inferiorẽ ſe eſse, cum iudicat, ait: Peccaui domino. Ita iuſtificauit do- Luc.7. minum,qui peccatũ ſuum negare auſus non eſt. Poſsumus & ita accipere:Iuſtificat dominũ qui peccatum fatetur. Deniq; in euangelio habes:Quia publicani iuſtificauerũt deum baptizati baptiſmo Iohannis. Baptiſta autem Iohannes baptiſmũ fecit pœnitẽtiæ. Qui autem agit pœnitentiam, delicta nõ abnuit.Ergo quia Dauid ſemper habebat delictũ ſuum contra ſe,vtiq; non negabat quod & erubeſcebat,nõ negabat quod & agnoſcebat.Non negando autem vtiq; commiſſi pœnitentiam gerebat erroris, atque ita confitendo delictum, iuſtificabat dominum,& ipſe iuſtificabatur à domino. Iuſtificatur enim dominus,dum eius prędicatur iuſtitia,et ab eo venia poſtulatur.Simul & ipſe iuſtificat confiten Eſa.43. tem,& iuſtificatur in ſermonibus ſuis,ſicut ſcriptũ eſt: Dic iniquitates tuas,vt iuſtificeris.

An mortalis originis inquinamentum in quo concipimur,parentum ſit,an prolis.Et quod prius incipiat in homine macula q̃ vita. Caput xi.

ECCE enim in iniquitatibus cõceptus ſum, Pſal.50. & in delictis peperit me mater mea. Quis tanto affectu agit pœnitentiam?Humi ſtra M tus, iacuit fuſus in lachrymas,cibũ non guſtauit,lauacro ſe abdicauit. Quid iam reliqua dicam, quod abſtinuerit ornatu & comitatu regio? Adiunxit confeſſionem iniquitatis ſuę, & in perpetua ſecula toto canendam orbe tranſmiſit.Ecce,inquit,in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea.Auerte faciem tuam à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele.Ne proiicias me à facie tua,& ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ. Anteq̃ naſcimur,maculamur cõtagio:anteq̃ vſurã lucis,originis ipſius exci pimus iniuriam,in iniquitate concipimur. Non expreſ ſit vtrum parentum,an noſtris. Et in delictis generat vnũquenq; mater ſua. Nec hic declarauit vtrum in delictis ſuis mater pariat,an iã ſint aliqua delicta naſcentis.Sed vide ne vtrunq; intelligendum ſit. Nec conceptus iniquitatis exors eſt,quoniam & parentes non carẽt lapſu.Et ſi nec vnius dici infans ſine peccato,multo magis illi materni cõceptus dies nõ ſine peccato ſunt. Concipimur ergo in peccato parentũ, & in delictis eorũ naſcimur.Sed & ipſe partus habet contagia ſua.Nec

A vnum tantummodo habet ipſa natura contagium. Bonum quidem coniugium,ſancta copula, ſed tamen qui 1.Cor.7. habent vxores,ita ſint ac ſi non habẽtes.Ipſe thorus incoinquinatus,& nemo alterum fraudare debet, niſi forte ad tẽpus,vt vacent orationi: tamen ſecundum Apoſtolum non vacat orationi qui eo tempore vſum corporeæ illius conuentionis exercet:& mulieris menſtruata coinquinatus eſt pannus,nec poteſt illis diebus purgationis ſuæ offerre ſacrificium.Et mulieris quæ generauit,dies partus,& pleriq; alii à ſacrificio feriati ſunt, donec legitimo ritu fœta mundetur.Ideo in quo voluit Hiere.1. dominus nulla huiuſmodi originis eſse contagia,dicit illi dominus:Priuſq̃ te formarem in vtero matris tuæ, noui te:& priuſq̃ exires de vulua,ſanctificaui te,& prophetam in gentibus poſui te. Quis tantus,cui tam magna delata ſunt?Nunquid Hieremias? Sed non ille vtiq; in gentibus propheta propoſitus,ſed in Iudæa tunc temporis:nunc autem etiã in nationibus,quæ in Ieſum dominum crediderunt.Vide tamen ne illi dicatur,qui antequam naſceretur ex virgine,iam dudum erat, & erat ſemper,& operabatur in vtero Marię conſtitutus, & ita ſanctus erat,vt ſanctificaret prophetas ſuos,in quo ſolo & conceptus virginalis & partus ſine vllo fuit mortalis B originis inquinamento.Dignum etenim fuit vt qui non erat habiturus corporeæ peccatum prolapſiõis,nullum ſentiret generationis naturalis contagium.Merito ergo Dauid flebiliter in ſe deplorauit ipſa inquinamẽta naturæ,quod prius inciperet in homine macula quàm vita.

Quod confitenti peccata ſua ſubito ſplendor veritatis effulgeat,& ipſe veritatem agnoſcat. Et quid ſit mundari hyſſopo,atq; lauari. Caput xii.

DVM hæc dicit,& peccatorum ſpecialium atque communium colluuiem confitetur, ſubito ei ſplendor veritatis,& candor ſpiritalis effulſit. Supergreſsus enim vmbram ſpiritu prophetico ipſa vidit myſteriorum ſacramenta cæleſtium, quorum typum Moyſes præfigurauit in lege. Vulnerat9 igitur charitatis vulnere,& indagandæ captus veritatis cupiditate,in ſuperiora ſuæ mentis extendit intuitum: & in futura proſpiciens,theſauros ſapientiæ & ſcientiæ vidit in Chriſto, præuidit Baptiſmatis ſacramentum, & miratus gratiam,exclamauit ſubito dicens: Ecce enim veritatem dilexiſti,incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi.Non incerta myſteria,quia certa ſunt: nec incerta ſecreta & arcana ſapientiæ, ſed non manifeſta. Eſaiæ.64. Hoc enim ſignificat, quia nullis eſsẽt manifeſta.Quod enim oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit,hoc præparauit deus diligentibus ſe. Vi 1.Cor.2. dens igitur ea,dicit:Ecce iam nõ in vmbra,nec in figura,nec in typo,ſed in veritate lux aperta reſplẽdet.Ecce C nunc veritatẽ aſpicio,ſplendorẽ veritatis agnoſco,nũc te maiori domine de9noſter veneror affectu.Ecce enim veritatem dilexiſti,nõn per ſpeculum,non in ænigmate,ſed facie ad faciẽ te mihi Chriſte demõſtraſti, in tuis te inuenio ſacramentis. Hæc ſunt tuæ vera ſacramenta ſapientiæ,quibus mentis occulta mundantur.Itaq; iam lætus atq; ſecurus,quod vibraſset ei ſapiẽtiæ plenitudo, dicit ad dominũ: Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me,& ſuper niuem dealbabor. Bene & veteris teſtamenti ſacramenta non euacuat, & Euangelica docet myſteria præferenda:hyſſopo mundari ſecundũ legem poſtulat,lauari ſecundũ Euangelium concupiſcit: & ſupra niuem ſe exiſtimat,ſi lotus fuerit, dealbãdum. Per hyſſopi faſciculũ aſpergebatur agni ſanguine, qui mundari volebat typico baptiſmate. Lauatur autẽ, qui diluitur æterni fontis irriguo: & ſupra niuẽ dealbatus, cui culpa dimittitur.Deniq; de ipſa anima dicitur: Quę eſt hæc,quæ aſcendit dealbata?anteq̃ baptizaretur ipſa eſt quæ dicebat:Nigra ſum & decora filiæ Hieruſalem. Erat enim nigra,tenebroſo peccatorum horrore deformis:ſed poſteaquam abluta per baptiſmum remiſsionẽ D meruit delictorum,dealbata aſcendit ad Chriſtum.Inde & per Eſaiam dominus locutus eſt dicens: Si fuerint Eſaiæ.1. peccata veſtra ſicut phœnicium,vt niuem dealbabo: id eſt,ſi cruenta,ſi tetra,mundabo.Hæc eſt nix intelligibilis,de qua ait quod domini Ieſu in Euãgelio refulſerint Matth.17. veſtimenta ſicut nix:eo quòd peccatum non cognouerit caro eius:quando ſe induit veniens in hunc mundũ, ab omni fuerat munda delicto. Quid miraris ſi vidit baptiſmatis ſacramenta?cum ſupra dixerit, vbi deſcripſit paſsionem domini:Dominus paſcit me, & nihil mihi Pſal.22. deerit:in loco paſcuæ ibi me collocauit,ſuper aquam refectiõis educauit me.Et alibi:Vox domini ſuper aquas, Pſal.28. deus maieſtatis intonuit.Et de ipſo ſacramento plenius dixit:Paraſti in conſpectu meo mẽſam, impinguaſti in Pſal.22. oleo caput meum, & poculum tuum inebrians, quàm præclarum eſt.

Quomodo dicãtur exultari oſsa humiliata propter peccatorũ remiſsionem. Et quomodo rogandus ſit deus vt non quidem reſpiciat,faciem autem ſuam à peccatis noſtris auertat ea delendo. Caput xiii.

MERITÒ ergo iſte quoq; exultans ait:Audi tui meo dabis gaudium & lętitiam,& exultabũt oſsa humiliata. Probaſti domine Ieſu quia nutriq̃ verba tua prætereũt. Proba E Matth.13. ſti illud euãgelicũ quod dixiſti: Multi prophetæ & iuſti voluerũt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis.Ecce Dauid ſolo lætatur auditu,quia futura eſset peccatorũ remiſsio:& pphetat quia exultabũt oſsa humiliata.Sicut omnia iuſti oſsa dicent, Domine, quis ſimilis tibi?ſic exultabũt oſsa humiliatа.Humilian tes ſcilicet animam ſuã iuſti dicuntur,ergo oſsa virtutis dicũtur oſsa,velut quidam animi motus,vel animæ,qui motus humiliatur peccatis,ſed exultant gratiæ cæleſtis munere.Dicuntur & oſsa populi Eccleſiarũ. Vnde ha- Pſal.138. bes dictum in pſalmo:Non eſt abſcõditum os meũ, quæ feciſti in abſcondito.Os ſuum Eccleſiam dixit, & plebis deuotę conuentus factos, quoniam ſumus membra corporis Chriſti de carne ipſius,& de oſsibus eius, Hoc igitur dicit,quia Eccleſia domini omnia opera diuina cognoſcet,& fidẽ reſurrectiõis accipiet.Sequitur: Auerte faciem tuã à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele. Vſitata eſt deprecatio, vt eos quos læſimus, obliuiſci offenſionis propriæ poſtulemus. Moraliter ergo deum rogat Propheta vt auertat faciem ſuam à peccatis eius,& tanq̃ obliuia peccatorum eius aſsumat. Sed quia omnia ſpectat,& nihil eũ præterit,obliuiſci non poteſt: F ſicut nos,quos breui interuallo tẽporis eorum quæ cognouerimus,memoria ſubterfugit. Ideo bene agit vt faciem ſuam auertat,non ab ipſo,ne deficiat deſtitutus: ſed à peccatis,vt vires nõ poſsint habere peccata ipſius. Quos enim aſpicit dominus,illuminat: & in vultu domini pietas atq; indulgentia eſt. Ideóq; hic ipſe ait: De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat. De vultu enim domini Pſal.16. venia,nõ pœna,procedit.Rogandus eſt ergo vt nos aſpiciat,auertat autem faciem ſuã à peccatis noſtris, vt deleat ea. Quæ enim nõ aſpicit,delet: & quæ deleuerit, ea à memoria ſepelientur,ſicut ipſe dominus ait: Ego ſum Eſaiæ. 43. ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero: tu autẽ memor eſto,& iudicemur. Peccatum autem aut donatur,aut deletur,aut tegitur.Donatur per gratiam, deletur per ſanguinem crucis,tegitur per charitatẽ. Similiter & iniquitas,quæ æſtimatur habitudo mẽtis iniuſtę: licet Ioãnes in Epiſtola eum qui fecerit peccatum, & iniquitatem feciſse dixerit,ſicut habemus ſcriptum: 1. Ioan. 3. Omnis qui facit peccatum,& iniquitatem facit. Peccatum eſt iniquitas,quia in peccato ipſo iniquitas eſt. Tamẽ vt nobis videtur,omne peccatũ eſt iniquitas:iniqui-

G tas autem operatrix culpæ aut delicti. Plus est ergo vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix & seminarium peccatorũ: mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatum genera tollatur. Itaque quemadmodum intrans in animam sapientis disciplina, imprudentiam tollit, & scientia ignorantiam: sic perfecta virtus iniquitatem, & remissio peccatorum delet omne peccatum. Vnde præclare Apostolus ait: Quia donauit nobis peccata dominus Iesus, delens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum inquit, de medio tulit, affigens illud cruci. Deleuit sanguine suo atramentum Euæ, deleuit obligationem hæreditatis obnoxię. Fides igitur peccatum minuit. Et ideo dominus dimittens peccata dicebat: Fiat tibi secundum fidem tuam. Col.2.

De postulatione Prophetæ vt cor mũdum sibi creet. Et quomodo in eo in quo cor mundum est, innouetur in eius interioribus spiritus eius. Quomodo etiam peccator proiiciatur à facie dei. Caput XIIII.

Cor mũdum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Superius mundari ab occultis se petit, hic postulat cor mundum creari sibi, quod ei prouenit qui renouatur spiritu. In H nouo enim homine cor mundum est, in quo veterũ delictorum fuerit deleta colluuies, nec inscripta manserit aliqua iniquitatis effigies. Grande autem munus, cordis esse mundi. Vnde pulchre Salomon: Quis gloriabitur castum se habere cor? Et dominus in Euangelio: Beati mundo corde, ipsi enim deum videbunt. Propterea etiã Dauid cor mundum habere cupiebat, ne à facie domini proiiceretur. In quo autem cor mundum est, innouatur in eius interioribus spiritus. Viscera enim velut interiora sunt corporis, ita sunt & intelligibilia viscera animæ, vt sunt viscera misericordiæ, vt sunt interiora quæ benedicunt dominum, de quibus ait: Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Viscera autem animæ adinuentiões sensuum Matth.5. Psal.102. sunt, boni cogitationis studia, virtutum perseuerantia, postremo illæ quæ græce ενθυμια dicuntur. Rectus autẽ spiritus, qui bene dirigit, qui deducit in viam rectam, hic est spiritus veritatis, vel certe recta hominis cõscientia nullis inflexa peccatis, vel spiritus qui in homine est. Non prætermisimus quid alii sentiant, tamen nobis videtur quoniam de mysteriis dicit lectio, & futuræ gratia renouationis exprimitur, spiritúsq; sancti infusio postulatur. Denicq; sequitur: Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Si quis nos offenderit seruulorum, auertere ab eo vult9 solemus. Plericq; autem diuitum amandare consuerũt mancipia sua, & I per agellulos relegare: & hæc pœna grauior æstimatur. Denicq; solent magis se offerre verberibus. Si apud homines hoc graue ducitur, quanto magis apud dominum deum nostrum? Quasi non hinc dolor parricidalis, reprimendus quidem si qua eum pietas tentare potuisset, eruperit, quod faciem suam deus à Cain muneribus auertit, respexit autem super munera Abel. Itaq; tacito vultu alterum innocentem pronunciauit, alterũ peccatorem. Ergo quasi vltimus seruus humiliat se: & quasi in peccato deprehensus, & offensæ reus, obsecrat vt flagelletur potius, quàm proiiciatur à facie domini. Quomodo proiiciat deus à facie sua, audi dicẽtem: Tollite illum in tenebras exteriores, ibi erit flet9 & stridor Matth.25. dentium. Qui non emendatur à facie eius, in tenebris constituitur. Ideo iustus ne tenebras patiatur, ait: Vultum tuum domine requiram. Vbi enim domini vultus, Psal.108. tum tuum domine requiram. Vbi enim domini vultus, Psal.26. ibi lumen est, sicut scriptum est: Faciem tuam illumina super seruum tuum. Denique vbi primum intuitus Petrum vidit, & illuminauit. Grande igitur supplicium proiici à facie dei. Proiectus est Adam de paradiso, nec immerito: ipse enim ãtè se abscõderat à facie dei. Exiuit & Cain à facie dei, nõ solũ post patricidale cõmissum, K sed etiam postq̃ deum putauit esse fallẽdum, vt crimen negaret. Peccator igitur excluditur à facie dei, iust9 aũt dicit: Ecce ego. Denicq; ipse Dauid cum videret interire populũ, semetipsum obtulit, dicens: Ego sum, ego pec- 2.Reg.24 caui, & ego pastor male feci. & sic ira domini mitigata est, & venia donata. Simul ostẽdit quia sancti pmanent, criminosi proiiciũtur. Ideóq; seruanda est nobis gratia spiritalis, ne propter peccata nostra auferatur à nobis. Non enim proiicitur in quo spiritus sanctus est, sed inoffenso muneris sui fructu studet se domino semper offerre, sicut ille qui dicenti domino, Nũquid & vos vultis discedere? respondit: Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus. Simul illud considerandum, quia non aufertur spiritus nisi domini voluntate, sicut non datur nisi domini voluntate. Qui vtiq; cũ datur, non quasi coactus operatur, sed pro sua volũtate diuiditur, sicut scriptum est dicente Apostolo: Hęc autem omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus, diuidens singulis 1.Cor.12. prout vult. Cum igitur non auferatur nisi domini voluntate, apparet quia vna trinitatis voluntas est. Ioan.6. Pfal.24. Pfal.122.

De lætitia salutaris, quæ redditur naturæ rationabili. Et quis dicatur spiritus principalis. Cap. XV. L

Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me. Cui debetur & redditur? Redditur rationabili naturę lætitia salutaris. Lætitia autem & gaudiũ fructus est spiritus. Firmamentũ quoq; nostrũ spiritus principalis est. Denicq; is qui principali cõfirmatur spiritu, non est obnoxius seruituti, nescit seruire peccato, nescit fluitare, nescit errare, nec studio nutat incertus, sed firmat9 in petra solido stabilitur vestigio. Quem putamus dici spiritum principalem? Plericq; spiritũ rectum ad dominum referunt Iesum, qui peccatũ mundi abstulit, & omne hominũ genus sui sanguinis effusione renouauit: & ideo dictum est, Spiritum rectum innoua in visceri9 meis. Spiritũ autẽ sanctum, de quo dicit, Et spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me, spiritum intelligunt veritatis: spiritum vero principalem deum patrem arbitrãtur. Quàm moraliter autem ait: Ne proiicias me à facie tua. Fideliter timet auferri sibi quam acceperat gratiã. Ideóq; alibi ait: Oculi mei semper ad dominum. Et in posterioribus: Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorũ suorũ, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nobis. Certe hic est spiritus, author & princeps, qui regat mentẽ, cõfirmet affectum, quo velit trahat, in superiorẽ vitã dirigat. Sunt & qui acceperint spiritũ homi- 1.Cor.2. nis, qui in ipso est. Ideo ait Apostol9: Quis enim scit hominum quæ hominis sunt, nisi spiritus qui in ipso est? M Qui potest scire omnia, quem hominis occulta non fallunt, potest in homine habere principatum. Gala.5.

Quod ille magnus sit fidei zelator, qui correct9 à peccatis docet etiam iniquos vt se conuertant. Et quid sit liberari à sanguinibus. Caput XVI.

Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te cõuertentur. Ille præcipuus est gubernator, qui scopulosa in littore nauim gubernat. Ille doctor bon9, qui duriora acuit ingenia ad eruditiõis pfectũ. Ille bellator egregi9, dux mirabilis, qui timidiores accẽdit in pliũ, & exploratis locorũ fulcit ingeniis, vt infirma viriũ cõmoda statio nis opportunitate cõpẽset. Ille similiter magn9 etiã fidei zelator, qui iiquos docet. Vnde pulchre ait: Docebo iniquos. Nõ dixit, Docebo iustos: nouerunt enim iusti vias domini, sed iniquos inquit docebo. Denicq; author prudẽtię & magister oim dicit: Non veni iustos vocare, sed Matth.9.

A peccatores. Et medicus ille cælestis, Non opus est sanis inquit, medicus, sed infirmis. Sine igitur ex pſona illius qui gentes vocauit, siue ex sua, bene posuit: Docebo iniquos vias tuas, quia cõmutare vitiosos affectus potest, propositumq; conuertere doctrina cælestis: & operatio diuina sacrilegis pectoribus studia pietatis infundere, vt hi qui sine lege viuebant, cõuertantur ad dominum. Verum qui ante auertebantur. regalis quoque exemplo pœnitentiæ, qui iniquitates & acerba exercent flagitia, corrigãtur: & fide atq; opere cõtersi, doctrinę remediũ salutaris accipiant, ingrediãtur domini vias, in quibus nullos erroris anfractus, nulla diuerticula precipitis, plapsionis offendant. Sicut enim bonæ vitæ specimen & virtutis exemplar in iis viris est, qui inoffensa vitæ suæ tempora percurrerint, ita qui anteactis renunciantes flagitiis vel incredulitatis erroribus emẽdauerint cursum posterioris ætatis, his ad imitandum propositi sunt qui vel opere vel cognitione labuntur, Sequitur: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Et ad Vriæ mortem potest referri, quod mandatę necis eius cõscius, veniam tanti poscat admisi. Et quãuis rex legibus absolutus, suæ tamen reus sit conscientiæ. Quibus vinculis se enodari desiderans, diuinum sibi precatur auxilium, vt ab omni criminis perpetrati labe mundetur. Et reuera cum mitis & corde mansuetus egregia semper dederit sanctus Propheta suæ mansuetudinis & pietatis insignia, ita vt aduersariis suis frequenter ignouerit, atq; ab eorum nece putauerit abstinendum, non est mirũ quod tam grauiter doleat fundendi sanguinis innoxii sibi ob B repsisse peccatum. Ideo liberari se à sanguinib9, hoc est à peccatis mortalibus postulauit. Laudauit dominum deum suum, iustitiam domini prædicauit. Ideóq; addidit: Exultauit lingua mea iustitiam tuam.

Quod os peccatoris deus claudat, ne loquatur iustitias eius: illius autem labia aperiat, qui accipit verbum in apertione oris sui. Et quale sacrificium deus eligat. Qui etiam dicantur muri Hierusalem, & quid sit sacrificium iustitiæ. Caput XVII.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Qui enim laudat dominũ, ab inimicis suis erit salu9, vt scriptũ est. Et certe supra dixerat in quadrage simonono psalmo: Peccatori aũt dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Cũ ergo per os suum dixerit quod peccatorẽ prohibuerit deus suas enarrare iustitias, vtiq; ipse enarrando iustitiã dei, declarauit cõmissum hoc nequaquã sibi imputatũ esse peccatum. Et addidit: Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Os peccatoris deus claudit, ne loquatur iustitias dei: iusti aperit vt loquatur. Cuius ergo labia aperit, hũc peccati absoluit reatu. Illius autem aperit labia dominus, qui accipit verbum in apertione oris sui, Col.4. C Vnde & Apostolus petit se adiuuari orationibus plebis, vt aperiatur sibi ostium verbi ad loquendum mysterium Christi. Linguam vero pro sermone accipimus eius qui exultat in dei laudibus. Vnde & illud sic æstimatur: Lingua mea calamus scribę velociter scribẽtis, sermo infusus Prophetæ. Quod si ex persona Christi dictum accipimus, vnde ne scriba sit velociter scribens verbum dei, quod animæ viscera percurrat & penetret, & inscribat in ea vel naturæ dona vel gratiæ. Lingua autem sit sanctum illud ornatum corp9 ex virgine, quo vacuata sunt venena serpentis, & Euangelii opera toto orbe celebranda decursa sunt. Accedit ad euacuandum peccatũ, quod humiliatẽ susceperit. Contriqit cor suum, quod magis sacrificiũ domini elegit q̃ holocausta pro peccatis, quæ secundum legem offerri solebant. Denicq; Pfal 39. supra ait: Holocausta & pro peccato nõ postulasti, tunc dixi: Ecce venio. id est, non rapinam arbitratus esse me æqualem deo venio formam serui accipiens: venio in D specie susceptionis humanæ, in veritate crucis mortis humilitatis obedientiam probaturus, vt inobedientia deleatur. Merito ergo & hic dicit: Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum deus non spernit. Et sicut supra dixi, certũ est mysterio conuenire quod ipse dominus Iesus videtur hic quoq; ex sua persona loqui, qui superius illud personæ suæ euidenti testificatione deprompsit. Ipse enim verus Dauid manu fortis, verus humilis atq; mansuetus, primus & nouissimus: æternitate primus, humilitate vltimus: per cuius obedientiam humani generis culpa deleta, refusa iustitia est. Ipse inquam Iesus vmbræ finis & legis, aduenit humilitatis magister, docere superbos sensu, & tumore cordis inflatos, ad mansuetudinem & simplicitatem esse migrandũ. Quomodo igitur in typo eius mysterii peccatum imputari potest, cum in ipso mysterio sit remissio peccatorum? nisi forte ideo Dauid iniquitatem suam, peccatúmq; cõfessus est eius admisi, vt & ipse ad remissionẽ peccati, & gratiam mysterii pertineret. Nam quid sibi vult quod vir peccatum suum confitens, de Sion & Hierusalem psallit, dicens: Bene fac domine in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalem? nisi quia accelerari ei placet Ecclesiæ cõgregationem per vocationem gentium: quæ non ancillæ filii, sed liberæ Hierusalem illius quæ in cælo est, fidei suæ prosapiã toto orbe diffunderet, & spiritalium septa murorum doctrinæ apostolicæ fundaret assertione. Muri itaque Hierusalem fidei E propugnacula, disputationum munimenta, virtutum culmina sunt. Muri Hierusalem Ecclesiarum conuen- Cantt.8. tus sunt toto orbe fundati. Ecclesia enim dicit: Ego murus, & vbera mea turris. Et bene muri Hierusalẽ Ecclesiarum conuenticula, quoniã quisq; bona fide atq; opere ingreditur Ecclesiam, fit supernæ illi9 ciuis & incola ciuitatis quæ descendit de cælo. Hos muros lapidũ ædificat structura viuorum. Vnde magis igitur Hierusalem veram & Sion dixit, cũ dixerit: In voluntate tua Hierusalem & Sion. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, hoc est sacrificium corporis Christi, qui ait cum de propria Pfal.117. passiõe loqueretur: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino. Et in Euangelio ait ad Ioannem: Sinc modo. sic enim oportet nos implere Matth.3. omnem iustitiam. Et infra: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Iustitia Christus est. Sacrifi- Pfal.4. cium ergo Christi acceptabile futurũ patri asserit. Hoc est ergo de quo & supra ait: Sacrificate sacrificium iustitię, & sperate in domino. hæc est iustitia spiritalis, oblatio & holocaustum feruentis deuotionis, & infusionis spiritus sancti, quod dicit futurum, cũ ad illud spiritale domini altare cœperint admoueri animæ credentium, F quæ renunciantes voluptatibus atq; deliciis, tanq̃ aratrũ in visceribus suis ducãt, vt fructus possint ferre piæ culturæ. Vel certe ita, cũ benedixeris Ecclesiã ex gentibus acquisitã, & spiritale sacrificiũ iustitiæ cœperit frequentari, tũc & martyres sancti, qui suũ pro Christo corpus obtulerint exarãdũ, tanq̃ vituli sacris altarib9 offerentur, sicut in Apocalypsi Ioannis scriptũ inuenimus Apoca.6. quia sub altari erant animæ eorum qui pro domini Iesu nomine corpora sua obtulerũt martyrio, vt Christi sibi gratiam mercarentur: cui est honor & gloria, laus perpetua cum deo patre & spiritu sancto à seculis & nũc & semper & in omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE SALOMONE.

De inductione admiratiõis quod sapientissimus omniũ hominum Salomon propheta proposuerit tria in-

posſibilia eſse quæ ſcire nō poſset,& quartum adhuc eſse quod non valeret agnoſcere, cum tam locuples poſſeſſor ſapientiæ fuerit,vt omnia cognouiſse viſus ſit.Et de iſtius admirationis ſolutione. Cap. 1.

De repetitione ſuperius propoſitorū,& apertione myſterii abſcōditi in primo quod Salomō teſtatus eſt ſe ſcire nō poſse,videlicet veſtigia aquilæ volātis. C. 11.

De expoſitione myſterii quod in ſecundo impoſsibili ad ſciendum occultatur, vias ſcilicet ſerpentis ſuper petram. Caput 111.

Quid myſtice ſignificetur per tertiū impoſsibile quod Salomon ſe ſcire non poſse dixit,id eſt ſemitas nauis nauigantis. Caput 1111.

De myſterio quarti,viarū ſcilicet viri i iuuentute,quod Salomon ſe nō valere cognoſcere aſſeruit. Cap. v.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SALOMONE LIBER VNVS.

De inductione admirationis quod ſapientiſsimus omnium hominū Salomon propheta propoſuerit tria impoſsibilia eſse quæ ſcire non poſset, & quartum adhuc eſse quod nō valeret agnoſcere, cum tam locuples poſſeſſor ſapientiæ fuerit, vt omnia cognouiſse viſus ſit.Et de iſtius admirationis ſolutione. Caput 1.

IRVM SATIS EST, DILECTISSIMI fratres, quod in hoc capitulo ſapientiſsimus omnium hominum Salomon propheta propoſuit tria impoſsibilia eſse quæ ſcire non poſset,quartum adhuc eſse quod non valeret agnoſcere:Veſtigia aquilæ volantis, Vias ſerpentis ſuper petram,Et ſemitas nauis nauigantis, Et vias viri in iuuentute.Hæc ſe neſcire teſtatur ille ꝓphe ta Salomon:qui vt primum tranſactis infantiæ rudimentis annos iuuentutis ingreſsus eſt, in quibus poſita adhuc infirma ætas,quem curſum vitæ deligat, nutat incerta:nihil aliud à deo quàm ſapientiam poſtulauit, inter ipſa,vt dixi,vitæ tentamenta iam ſapiens, qui in dilectione rerum quod omnibus præiret elegit.Sic enim ipſe in libro Sapientiæ ſuæ ſe dominum omnipotentem deprecatum fuiſſe commemorat:Da mihi, inquit,ſediū tuarum aſsiſtricem ſapientiam,vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum,virtutes elementorum,initium & conſummationem & medietatem omnium rerum, diuiſiones & mutationes temporum,anni curſus, & diſpoſitiones ſtellarum,naturas animalium,& iras beſtiarū, vim ventorum,& cogitationes hominum, differentias arborum,& virtutes radicum.Omnium enim artifex,ait,docuit me ſapientia.Et alibi ipſe in eodem libro: Inuocaui,inquit,& venit in me ſpiritus ſapientiæ. Et quidem dilectiſsimi fratres,quod tam locuples poſſeſſor ſapientiæ Salomon,cum omnia cognouiſſet quæ in arcanis abditarum diſpoſitionum tenebantur abſconſa, hæc ſibi impoſsibilia eſse prætendit: quippe qui à deo eſset ſapientiam conſecutus,qui nouerat mundanæ diſpoſitionis introitum,qualiter eſset hoc cælum omne quod cernimus,ardua ſublimitate ſuſpenſum, quemadmodum fieret aeris iſtius circumiectus & fuſus æquo moderami ne libratus in medio,quibus modis pigro ad imum dilapſa pondere terra ſubſiſteret,qua ratione intra certas littorum metas liquidi elementi impatiens fluctus lapſus exæſtuet,quod principium rerum,quis finis,& quę eſsent media colle:Quem iterum diuiſiones & mutatio nes remporum non latebant,qui comprehēderat quāliter ſibi annorum mutua viciſsitudo redeūte orbe ſuccederet curſus,præcedendo ſe nonnunquam, aut ſubito ſubſequendo,vnde earum eſset ortus aut obitus, & alia multa quæ ſapientia docente cognouerat: Mirum quod iſta quæ ſibi impoſsibilia eſse dicit,aut ſcire non potuit,aut videre.Sed quia omnia quæ in libris diuinis prophetarum annunciatione congeſta ſunt, ſuis ſunt temporibus reſeruata,merito Salomon ante aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti,quid aquila volans, quid ſerpens in petra,quid nauis nauigans,quæ inuenis via in iuuentute eſset,ſcire non potuit.Adhuc non erat tempus quo vmbra corpus fieret,aut veritas de figura.Nobis vero,quibus dominus noſter Ieſus Chriſtus oſtēdit, quod omnia de ipſo eſsent in lege conſcripta,quibus aut nihil eſt occultum quod non reueletur,& poſteaquam ſignatum illum ſeptem ſigillis librum nemo alter potuit reſerare quàm Chriſtus,permiſsum & indultum eſt nobis vt omnia & videre poſsimus,& noſse,ſicut ipſe dominus ait:Pater qui abſcondiſti hæc à ſapientibus,& reuelaſti ea paruulis.Et iterum:Vobis,inquit, permiſsum eſt ſcire myſterium hoc. Quæ ideo retuli,vt non tam Salomonem quod non potuiſset ſcire,deprehenderim, q̄ non fuiſset temporis vt ſciret.

De repetitione ſuperius ꝓpoſitorū, & apertiōe myſterii abſcōditi in primo quod Salomon teſtatus eſt ſe ſcire non poſse,videlicet veſtigia aquilæ volantis. Cap. 11.

SED iam ne propoſita lectio diutius differatur, pauca vobis quæ ita in quæſtionem veniunt, propitio deo noſtro cogitaui exponere. Tria ſunt,inquit,impoſsibilia ſcire,& quartū quod non agnoſco : Veſtigia aquilæ volantis, & vias ſerpentis ſuper petram,& ſemitas nauis nauigantis,& vias viri in iuuentute. Quis enim vnquam dilectiſsimi fratres poſsit iſta cognoſcere,quaſi vero ſit facile vt ſuſpenſa aquila in altum celeri elatione pennarum , plauſus ſui & lapſus veſtigia manifeſta conſtituat,aut viam ſignet in vacuo,& lineam ſui volatus ducat, figat in liquido? Quis curſum nauis deprehendat in fluctibus? Quis indicium eius,per quos aggeres & limites feratur, intelligat?Crebra ſemper & inquieta mutatio, dum vndis ſequacibus aut obruitur quod præceſsit, aut opprimitur quod ſecutum eſt. Quis in petra ſignum aliquod ſerpētis agnouit,cū & materia ſit dura ſaxorū,& lubrica natura ſerpentū?Aut quomodo poſsunt viæ viri in iuuentute cognoſci,qui vnde veniat,& quo eat,nō poteſt deprehendi?Hæc ſunt quæ ſapientiſsimus Salomon propheta dixit ſe non poſse cognoſcere.Nunc ergo de ſingulis rebus iſtis quid dicamus,audite. Aquilam in hoc loco Chriſtum dominum noſtrum debemus accipere, qui poſt venerādam reſurrectionem,qua docuit humanum genus in vitā redire poſse poſt mortē, velut aquila reuolauit ad patrem,prædam ſecum referens : id eſt, hominem quem rapuerat de faucibus inimici . Hæc eſt aquila quam Ezechiel propheta in illā quadriformem ſedē,& Cherubim vidiſse ſe retulit inter animalia, quæ myſticum vehiculum rotis iuncta portabant . Vnum enim animal ſimile vituli,aliud leonis , tertium hominis,quartum aquilæ,ſicut in Apocalypſi Ioannes ſe vidiſse cōſcripſit.Primum,inquit,animal ſimile vituli,ſecundum leonis,tertium hominis,& quartū aquilæ . Sed de hac animalium æqualitate alter locus ad tractādum neceſsarius eſt.nunc interim quod cœpimus , explicemus.Hæc eſt aquila de qua ſcriptum eſt : Sicut aquila tegit nidum ſuum,id eſt, Chriſtus Eccleſiam . Et iterum inquit:In vmbra alarū tuarū ſperabo.Et iterum:Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua.Nā vt aquila colona, quaſi ita mater nidi ſemper vnius eſt,nec ad procreandam ſobolem aliud aliquādo cubile perquirit,& cū prāmum calidis ouis maturo ortu fœtus eruperit interior,

pullos educit implumes:hos contra faciem feruidi Solis opponit,vt qui ægrām & inualidam coruſco radiorum appulſu aciem ſubmiſerit oculorū,materno damnatus arbitrio,& à fratrum conſortio ſeparetur,& deiiciatur in terram.Et ſicut auis iſta inimica ſerpentū eſt, quos cum in aere alarum remigio ſubuectando ſupportat,hos obunco roſtro,& armatis quaſi quibuſdam telis pedibus ſuis lacerat ac diuellit:quos cum deuorat,calore ſuo interno noxium illud virus extinguit: Ita ergo & Chriſtus dominus vnam diligit Eccleſiam , vt aquila nidum ſuum,quam ab æſtu perſecutionis alarum ſuarum defendit vmbraculo.Sic quoque extra Eccleſiam proiicit in quibus fidei lumen infirmum eſt,qui igneam Euangeliorum lucem vitiis ſecularibus inquinati ferre non poſsunt.Et vt aquila ſerpentes deuorat , & eorum venena calore coquit interno , ita & Chriſtus dominus noſter percuſso dracone,id eſt diabolo lacerato , dum humanum ſibi corpus aſsumit,peccatū illud quod hominem tenebat obnoxium , tanquam perniciosum virus extinxit,ſicut Apoſtolus ait : Et de peccato damnauit peccatum in carne ſua.Et alibi : Qui cum peccator non eſset,pro nobis peccatum fecit.Ad hoc quoq; Moyſes ſerpentem æreum in eremo ſuſpendit in ligno , qui proprius erat typus corporis Chriſti, vt quicunq; in eū aſpiceret,non periret. Corpus enim hominis per tranſgreſsionem vas fuerat ſerpentis effectum.Sic & alibi ipſe Moyſes virgam proiicit in terram,quæ in ſimilitudinem eſt corporata ſerpentis,quæ & ipſa imago erat corporis dominī:ideo omnium Aegyptiorum poteſtatem his,quia tātæ virtutis in ſe typū gerebat,abſorbuit. Hoc eſt ergo quod ait,Veſtigia aquilæ volantis:quia etſi poſt paſsionem & reſurrectionem ſuam præſentibus apoſtolis dominus noſter aſcendit in cælum,tamen cuius hominis tam altus ſenſus & tantus eſt , vt explicare poſsit quomodo illa tanta maieſtas de cælo aut venire dignata fuerat,aut redire?cum hoc ſolum nobis ſcire liceat, quod aut venit aut rediit. Quis enim cognoſcere poteſt quemadmodum verbum in virginem venerit, vt repente conciperet, vt tam felicem fœtum partus virginalis effunderet,vt hominem deus indueret,quem totus mūdus non poteſt nec ſufferre nec capere? Id eſt quod ait veſtigia aquilæ volantis,id eſt,Chriſti domini aduentūs ad terram,ac redeuntis ad cælos,veſtigia comprehēdi enarrariq; non poſse.

De expoſitione myſterii quod in ſecundo impoſsibiliad ſciendum occultatur, vias ſcilicet ſerpentis ſuper petram. Caput 111.

ER vias,inquit,ſerpentis ſuper petram. Dixi iam charitati veſtræ, quod in vos is labens membris nitidus & volubilis coluber tractibus ſuis veſtigiū aliquod in petra , quia res eſt dura,non faciat.indiciū enim mōſtri huius non niſi molli ſcriptura ſignatur in puluere.Nūc ergo videam? quid ſit iſte ſerpens,aut quæ petra,in qua ſerpētis veſtigium non apparet. Hanc petram dominum noſtrum eſse ambigere non debemus. Sic enim Apoſtolus ait: Bibebant autem de ſpirituali ſequenti petra,petra autem erat Chriſtus.Et Pſalmographus:In petra,inquit, exaltaſti me.Et Moyſes in cantico Deuteronomii : Lactauit eos mel ex petra,& oleum de ſolida petra , id eſt , quòd dulcem daturus iis eſset Euangelii ſuauitatem, aut ſpiritum ſanctum per chariſmatis vnctionem.Et alibi ait: Beat? qui tenet & allidit infantes ſuos ad petram. quod vtiq; in religioſis parricidium erat,ſi petra iſta figuram Chriſti corporis nō haberet.Nemo enim beatus in funere eſt,qui infantes ſuos allidit ad petrā : ſed ideo beatus eſt,quod illos cōiungit ad petram.Dixi ergo petram dominum & ſaluatorem noſtrum in ſcripturis omnib? inueniri.Serpens autem ex ipſo nomine quod ſit diabolus apparet,ſicut callidior omnium beſtiarum quę ſunt ſuper terram,id eſt diabolus : qui ideo ſerpens dicitur, quod occulte ſerpat , & quod ſenſus hominis tenuiter in labendo pertentat:quos ſi conuicerit,medullis ſe hominum atq; oſsibus implicat & immergit. Qui in corpore hominis quod omnipotens Chriſtus deus induerat,nulla malitiæ ſuæ potuit imprimere veſtigia, quamuis illud auſus fuerit ſæpe tentare,ſicut ipſe dominus in Euangelio ait:Ecce venit princeps mūdi, & nihil in me inuenit.Et alibi:Nihil proficiet inimicus in eo , & filius iniquitatis non nocebit eum. Hæc eſt ergo petra , id eſt caro Chriſti,nulla inimici iniquitate reſperſa , in qua ſerpentis id eſt peccati alicuius veſtigium non apparet, vt ſcriptum eſt:Qui peccatum non fecit , nec dolus inuentus eſt in ore eius.

Quid myſtice ſignificetur per tertium impoſsibile quod Salomon ſe ſcire non poſse dixit,id eſt ſemitas nauis nauigantis. Caput 1111.

ADHVC quid ſubiungat,audite.Et ſemitas inquit,nauis nauigantis.Nauem adæque Eccleſiam debemus accipere in ſalo mundi iſtius conſtitutam,quæ crebris ventorū fluctibus, id eſt tentationum plagis & verberibus fatigatur:quam turbidi fluctus,id eſt,huius ſeculi poteſtas conatur ad ſaxa perducere. Quæ etſi vndarum fluctibus aut procellis ſæpe vexatur,tamen nunquam poteſt ſuſtinere naufragium,quia in arbore eius,id eſt in cruce Chriſtus erigitur,In puppi pater reſidet gubernato , Proram paracletus ſeruat ſpiritus.Hanc per anguſta huius mūdi freta duodeni in portum remiges ducunt,id eſt duodecim apoſtoli,& ſimilis numerus Prophetarum.Inde Montani antra latratu falſi carminis reſonant,qui duabus fœminis prophetiſsis Priſcillæ & Maximillæ tanquam alicuius ſcyllæ rabidis ſuccinctus eſt canibus. In iſta naue eccleſię ea feliciter præterimus.Inde in Fotinianam charybdim non incidimus.Inde nullo modo in illud barathrum,quaſi Dathan & Abiron,id eſt in profundū mortis Vrſacii & Valentis non incurrimus.Inde Arrium archipiratam,qui nos per mare ſeculi ad inſtar Pharaonis inſequitur,non timemus,illam ſtellam ſeruantes in cælo quæ magos perduxit ad Chriſtum , per quam nos regnum dei,qui malorum omnium futurus eſt portus, expectat.Inde nunquam nos de hac naui Eccleſiæ ſcipitatus Marcion cetus ille abſorbuit.Inde Sabellius pirata non cepit.Inde nobis aquilo nocere nō poterit, quāuis inde ſint antichriſti violenta flabra ventura , ſicut ſcriptum eſt:Ex aquilone exardeſcent mala.Inde ſyrtes gentilium,& periculoſas hæreſes,& ſcopulos euitam? , quos ſuperiacens aquæ tenuis occultat allapſus,quia hæretici ſub prætextu nominis Chriſtiani abſconſa perfidiæ ſaxa fallaci confeſsione oris obducunt.in quæ homines , dum illis quod Chriſtiani ſint fides adhibetur, impingunt.Hæc ergo nauis eccleſia eſt , quæ etſi quotidie ſeculum iſtud tanquam aliquod pelagus ſortitur inteſtum,nunquam eliditur ad ſaxum , nec mergitur ad profundum.Nauem autem Eccleſiam eſse diuinis teſtimoniis approbamus , ſicut ait : Illic tranſierunt naues tharſis:Et alibi:Aduerſus omnem nauē maris,quia ſunt Eccleſię ſeculi,quæ totam ſibi ſpem quod fit in hoc tempore,non tam de deo quàm de poteſtatibus huius ſeculi repromittunt.Sed quod ait,Vias nauis nauigantis,ꝓprie ſignificat quod in tempore miro modo perſecutionis comprehēdi omnino non poſset. Quemadmodum viuida per interitum & diues per damna reddatur,ſicut ait ex perſona ipſius Pſalmographus:In tribulatione dilataſti me. Quæ ob hoc multis in locis ſubito aut ſoli cō patatur aut lunæ,quæ etſi tunditur,nō mouetur:etſi moueatur,reſurgit.

De myſterio quarti,viarum ſcilicet viri in iuuentute, quod Salomō ſe nō valere cognoſcere aſſeruit. Cap. v.

G Actuũ.2. Ephe.4. 2.Cor.11. Oſee.1. Apoca.2. Eſaiæ.1.

ET vias, ait, viri in iuuẽtute) Vir iſte, Chriſtus dominus noſter, ſicut in Actibus apoſtolorum ſcriptum eſt: Viri Iſraelitæ audite hæc verba, Ieſum Nazarenum virum à deo electum, in vobis virtutibus & ſignis & portentis approbatum. Et Apoſtolus: Vt omnes in virum perfectum occurrere poſsimus in mẽſurã corporis Chriſti. Et alibi: Deſtinaui vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Hic eſt vir cuius viæ cognoſci à iuuentute non poſsunt. Quis enim æſtimare animo poſsit aut capere quanta ille opere exercuerit cum ſecundũ hominẽ moraretur in terris? Quæ itinera virtutũ duxerit, in quas vias beneficiorum circa humanum genus fuerit ingreſsus, dum claudis pedum reſtituit firmitatẽ, dum cæcis lumina amiſsa reddit, aut imponit cognita, dum eloquium præſtat mutis, & ſurdis infinuat auditũ; dum Iargum in ſanguine fluxum ſiccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dum corpus rediuiui ſpiritus calore conſtringit, & quod mors ſibi vindicauerat ad pœnam, lux denuo recepit ad vitã? Quid ille ſolidus greſſus in fluctibus? quid reliquiæ de paucis panibus? plus ſupereſſe ſaturata multitudine q̃ fuiſſe? Quid inopem in vino Galilæi coniugis apparatum, ſed domini operibus preciоſum? Et alia multa, ſicut in Euangelio dictum eſt: quæ ſi omnia ſcripta eſſent, mundus ea capere non poſſet. Aut quid poſtremo deſcẽſus ad inferos, aut aſcẽſus ad cælum? Quid illud quod in paſsione ipſius integram lucis conſuetudinem ſol habere non potuit, vt taceam ruptum velum, lapidem reuolutum? Hæ ergo viæ ſunt in iuuentute, quas non tã deprehendere Propheta, q̃ enarrare ſe non poſſe teſtatus eſt. Tales hic etiã dicit vias meretricis, quæ poſtea quàm abluta eſt, dicit ſe nihil mali feciſſe. Meretrix iſta Eccleſiæ typus eſt, aliquando in gẽtibus conſtituta, idolorũ cultibus vitiata, quam vanæ ſuperſtitionis ſtupra polluerant, quam falſorum deorum adulteram fecerat multitudo: laſciuóſq; ac turH pes incompoſitis motibus ſaltus nemorũ & lucorũ in culta luſtrabat, dedita luxuriæ, pompæ gentilium mancipata. Hanc poſteaquã dominus noſter Ieſus Chriſtus puro baptiſmatis fonte perfudit, ablutionẽ & criminis accipit & nominis per gratiam fidei. Poſt meretricem fit virgo, quia vni ſe deſtinauit ſponſo. Nã & Raab illa meretrix Hierichũtis, quæ ſpeculatores Ieſu Naue excepit hoſpitio, & quod ſigno cocci ſignata eſt, qui color figuram Chriſti ſanguinis indicabat, & quod euerſionẽ ciuitatis euaſit. Eccleſiæ typum habuit, quæ per ſanguinem Chriſti ruinam mundi iſtius ſecura non metuit. Sic enim ait Propheta: Accipe, inquit, tibi vxorem fornicariam, & fac filios fornicatiõis. Vbiq; enim dilectiſsi mi fratres cultura idolorum, fornicatio nuncupata eſt: vt in Apocalipſi ſcriptum eſt: Et ſinis fornicari ſeruos meos, & manducare idolis immolata. Deniq; Hieruſalẽ ciuitas illa quondam nobilis Hebræorum, quotienſcũq; à veritate deflexerat, & idolis ſeruiebat, ſtatim meretricis vocabulo nominabatur, ſicut clamat Eſaias: QuoI modo facta eſt meretrix ciuitas fidelis Sion? Inde eſt ergo quod ait Salomon: Talis autem via mulieris meretricis, quiæ poſteaq̃ abluta eſt, dicit ſe nihil feciſſe.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE IIS QVI INITIANTVR MYSTERIIS.

De continuatione huius libri ad ſuperiores, cum exhortatione auditorum vt aures aperiant, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum munere ſacramentorum carpant, quemadmodum ipſis etiam prius author ſe id ſignificaſse commemorat. Caput I.

Qua ratione ingreſsus regenerationis ſacramentum repetere debeat quid interrogatus fuerit cum baptizare tur, & quid viderit. Caput II.

Quod idcirco inuiſibilis gratia diuini ſpiritus præſens operetur í aquis baptiſmatis, vt oẽ abluatur peccatũ, per multa exempla & figuras cõprobatio. Cap. III.

Quod tres ſint qui teſtificantur in baptiſmo, & de myſterio & forma baptiſmatis, ac de angelo qui commouit natatoriã piſcinam. De baptiſmo præterea Chriſti, & colũba quæ ſuper eũ deſcendit de cælo, Quodq; ſæpe ſpecies pro veritate accipiatur. Cap. IIII.

Quod in iis quæ à ſacerdotibus fiunt, nõ merita perſonarũ, ſed officia conſiderãda ſint, Et quomodo in baptiſmo æqualiter promittatur in patrem, & in filium, & in ſpiritum ſanctum credere debere. Cap. V.

Quare fiat vnctio in capite, & de lotione pedum diſcipulorum. Et quare Petrus qui mundus erat, plantam lauare debebat. Caput VI.

De myſterio veſtimentorum candidorum quibus induuntur infantes. Et quomodo Eccleſia hæc habens veſtimenta dicat in Canticis: Nigra ſum & decora, & cætera quæ ſequuntur. Caput VII.

De ſacroſancti corporis domini cõmuniõe, & cõuiuio cæleſti. Quodq; antiquiora ſunt Eccleſiæ ſacramẽta q̃ ſynagogæ, & præſtãtiora q̃ fuerit manna. Cap. VIII.

De virtute ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, & comparatione per exceſsum ipſius ad manna, & ad aquas petræ. Et de per plurima exempla probatione quod corpus Chriſti quod accipimus, non panis ſit, ſed caro, quæ ex virgine nata, quæ crucifixa, quæ ſepulta fuerit. Caput IX.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE IIS QVI MYSTERIIS INITIANTVR, LIBER VNVS.

De continuatione huius libri ad ſuperiores, cũ exhortatiõe auditorum vt aures aperiant, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum munere ſacramentorũ carpant, quemadmodum ipſis etiam prius author ſe id ſignificaſse commemorat. Caput I.

DEMORALIBVS QVOTIdianum ſermonem habuimꝰ, cũ vel patriarcharum geſta vel Prouerbiorum legerentur præcepta, vt his iformati atq; inſtituti aſsueſceretis maiorum ígredi vias, cõrũq; iter carpere, ac diuinis obedire oraculis, quõ renouati per baptiſmum, eius vitæ vſum tenueretis quæ ablutos deceret. Nunc de myſteriis dicere tempus admonet, atq; ipſam ſacramentorum rationem edere, quam ãte baptiſmum ſi putaſsemus inſinuandam, nondum initiatis prodidiſse potiꝰ quàm edidiſse æſtimaremur. Deinde quod inopinantibus melius ſe ipſa lux myſteriorum infuderit, quàm ſi eam ſermo aliquis præcucurriſset. Aperite igitur aures, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere ſacramentorum carpite, quod vobis ſignificauimus cum apertionis celebrãtes myſterium diceremus: Effeta, quod eſt adaperire: & venturus vnuſquiſq; ad gratiã quid interrogaretur cognoſceret, quid reſponderet meminiſſe deberet. Hoc myſterium celebrauit Chriſtus in Euangelio, ſicut legimus, cum mutuum curaret & ſurdum. Sed illi os tetigit: quia & mutum curabat & virum: In altero vt os eius infuſæ ſonum vocis aperiret: In altero quia tactus iſte virum decebat, fœminam non decebat.

A Qua ratione ingreſsus regenerationis ſacramentũ, repetere debeat quid interrogatus fuerit cum baptizaretur, & quid viderit. Caput II.

PROSIT hæc referata tibi ſunt ſancta ſanctorum, Ingreſsus es regenerationis ſacrarium, repete quid interrogatus ſis, recognoſce quid reſponderis. Renũciaſti diabolo & operibus eius, mundo & luxuriæ eius ac voluptatibus. Tenetur vox tua, non in tumulo mortuorum, ſed in libro viuentium. Vidiſti illic leuitã, vidiſti ſacerdotem, vidiſti ſummum ſacerdotem. Noli conſiderare corporum figuras, ſed myſteriorum gratiam. Præſentibus angelis locutus es, ſicut ſcriptum eſt: Malac.2. Quia labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legẽ exquirunt ex ore ipſius, quoniam angelus eſt domini omnipotentis. Non eſt fallere, non eſt negare. Angelus eſt qui regnum Chriſti & vitam æternam annunciat. Non ſpecie tibi æſtimandus eſt, ſed munere. Quid tradiderit conſidera, vſum eius expende, & ſtatum eius agnoſce. Ingreſsus igitur vt aduerſarium tuum eerneres, cui renunciandum mox putares, ad orientẽ conuerteris. Qui enim renunciat diabolo, ad Chriſtum conuertitur, illũ directo cernit obtutu.

Quod idcirco inuiſibilis gratia diuini ſpiritus præſens operetur in aquis baptiſmatis, vt omne abluatur peccatum, per multa exempla & figuras comprobatio. Caput III.

B 2.Cori.4. Roma.1. Ioan.10. Genesis.1. Pſal.32. C Genesis.6

VID vidiſti? Aquas vtiq;, ſed non ſolas. Leuitas illic miniſtrantes, Summum ſacerdotem interrogantem & conſecrantem. Primo omnium docuit te Apoſtolus non ea contemplanda nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur: quoniam quæ videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Nam & alibi habes: Quia inuiſibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, comprehenduntur, ſempiterna quoque virtus eius ac diuinitas operibus æſtimãtur. Vnde & dominus ait: Si mihi non creditis, vel operibus credite. Crede ergo diuinitatis illic eſſe præſentiam. Operationẽ credis, non credis præſentiam? Vnde ſequeretur operatio, niſi præcederet ante præſentia? Conſidera autem quàm vetus myſterium ſit in ipſius mundi præfiguratum origine. In principio ipſo, quando fecit deus cælum & terrã, ſpiritus, inquit, ferebatur ſuper aquas. Qui ſuperferebatur ſuper aquas, nõ operabatur ſuper aquas? Sed quid dicam operabatur? Quod ad præſentiam ſpectat, ſuperferebatur. Non operabatur, qui ſuperferebatur? Cognoſce quia operabatur in illa mundi fabrica, quando tibi dicit Propheta: Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: vtrunque prophetico ſubnixũ eſt teſtimonio, & quia ſuperferebatur, & quia operabatur. Quia ſuperferebatur, Moyſes dicit: quia operabatur, Dauid teſtificatur. Accipe aliud teſtimonium. Corrupta erat caro omnis ab iniquitatibus ſuis. Non permanebit, inquit deus, ſpiritus meus in hominibus, quoniam carnes ſunt. Quo oſtendit deus quia carnali immunditia grauioris labe peccati gratia ſpiritalis auertitur. Vnde volens deus reparare quod deerat, diluuium fecit, & iuſtum Noe in arcam iuſsit aſcendere. Qui iam decedente diluuio eorum dimiſit prius, qui nõ reuertitur: dimiſit columbam, quæ cum ramo oleæ legitur reuertiſſe. Vides aquam? vides lignum? columbam aſpicis, & dubitas de myſterio? Aqua eſt ergo qua caro mergitur, vt omne abluatur peccatũ. Sepelitur illic omne vitiũ. Lignum eſt, in quo ſuffixus eſt dominus Ieſus cum pateretur pro nobis. Columba eſt, in cuius ſpecie deſcendit ſpiritus ſanctus, ſicut didiciſti in nouo teſtamento, qui tibi pacẽ animæ, tranquillitatẽmq; mentis inſpirat. Coruus eſt figura peccati, quod exit, & non reuertitur, ſi ite quoq; iuſti cuſtodia & forma ſeruetur.

Tertium quoque teſtimonium eſt, ſicut te Apoſtolus docuit. Quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & D 1.Cor.10. omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Denique & ipſe Moyſes dicit in Cantico: Miſiſti ſpiritũ tuũ, & operuit eos mare. Ad- Exod.15. uertis quod in illo Hebræorum tranſitu iam tunc ſacri baptiſmatis figura præceſſerit, in quo Aegyptius periit, & Hebræus euaſit. Quid enim aliud in hoc quotidie ſacramento docemur, niſi quia culpa mergitur, & error aboletur? Pietas autem & innocentia tota permãſit. Audis quia ſub nube fuerunt patres noſtri? Et bona nube, quæ carnalium refrigeraut incendia paſsionum. Bona nubes obumbrat quos reuiſit ſpiritus ſanctus. Denique Lucæ.1. ſuperuenit in Mariam virginem, & virtus altiſsimi obũbrauit ei, quando redemptionem genti genuit humanæ. Et illud miraculum per Moyſen in figura factum eſt. Si ergo in figura affuit ſpiritus, non adeſt in veritate, cum ſcriptura tibi dicat, quia lex per Moyſen data eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt? Marath Ioan.1. fons amariſſimus erat: miſit in eum Moyſes lignum, & Exod.15. dulcis eſt factus. Aqua enim ſine prædicatione dominicæ crucis ad nullos vſus futuræ ſalutis eſt. Cum vero ſalutaris fuerit crucis myſterio conſecrata, tunc ad vſum ſpiritalis lauacri & ſalutaris poculi tẽperatur. Sicut ergo in illum fontem Moyſes miſit lignum, hoc eſt Propheta: ita & in hunc fontem ſacerdos prædicationẽ dominicæ crucis mittit, & aqua fit dulcis ad gratiam. Non ergo ſolis corporis tui credas oculis, magis videtur qđ non videtur, quia iſtud temporale, illud æternum aſpicitur, quod oculis non comprehenditur, animo autem ac mente cernitur. Denique doceat te decurſa regnorũ lectio. Naaman Syrus erat, & lepram habebat, nec ab vllo mundari poterat. Tũc ait puella ex captiuis: Quoniã 4.Reg.5. eſset prophetа in Iſrael qui poſset eum à lepræ cõtagione mundare. Sumpto, inquit, auro & argento, perrexit ad regem Iſrael. Qui cognita aduentus eius cauſa, ſcidit veſtimenta ſua, dicens quod tentaretur magis, cum de ſe ea quæ non eſsent poteſtatis regiæ, poſcerentur. Heliſeus autem regi intimauit vt ad ſe dirigeret Syrum, quo cognoſceret quod eſset deus in Iſrael. Et cum veE niſset, mandauit ei vt ſepties mergeretur in Iordane fluuio. Tunc ille ſecũ tractare cœpit quòd meliores aquas haberent patriæ ſuæ, in quibus ſæpe merſiſset, & nunq̃ à lepra eſset mundatus: eoq; reuocatus non obediebat mandatis prophetæ, ſed admonitu & perſuaſionibꝰ ſeruulorum acquieuit, ac merſit. Mundatuſq; illico intellexit non aquarum eſse quod vnuſquiſq; mundatur, ſed gratiæ. Recognoſce nunc quæ ſit illa puella ex captiuis, iunior ſcilicet ex gentibus congregatio, id eſt Eccleſia domini, depreſsa antè captiuitate peccati, quando libertatem adhuc gratiæ non habebat, cuius conſilio vnus ille populus nationum verbum audiuit propheticum, de quo diu ante dubitauit: poſtea tamẽ vbi credidit exequendum, ablutus eſt ab omni contagio vitiorum. Et ilF le dubitauit antequam ſanaretur: tu iam ſanatus es, & ideo dubitare non debes.

Quod tres ſint qui teſtificantur in baptiſmo, & de myſterio & forma baptiſmatis, ac de angelo qui cõmouit natatoriam piſcinam. De baptiſmo præterea Chriſti, & columba quæ ſuper eũ deſcendit de cælo. Quodq; ſæpe ſpecies pro veritate accipiatur. Cap. IIII.

IDEO tibi ante prædictum eſt, vt non hoc ſolũ crederes quod videbas, ne forte & tu diceres: Hoc eſt illud magnũ myſterium quod oculꝰ nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit? Aquas video, quas videbam quotidie. iſtæ me habent mundare, in quas ſæpe deſcendi, & nũquã mũdatus ſum? Hinc cognoſce quòd aqua nõ mũdat ſine ſpiritu. Ideoq; legiſti quod tres teſtes in baptiſmate vnum ſint, aqua, ſanguis, & ſpiritꝰ: quia ſi vnũ ho- 1.Ioan.5.

G rum detraxeras,non ſtat baptiſmatis ſacramẽtum. Quid
est enim aqua ſine cruce Chriſti? Elementum cõmune,
ſine vllo ſacramenti effectu. Nec iterum ſine aqua rege-
Ioan.3. nerationis myſterium eſt. Niſi enim quis renatus fuerit
ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum dei.
Credit autem etiam catechumenus in crucem domini
Ieſu,quia & ipſe ſignatur. Sed niſi baptizatus fuerit in
nomine patris,& filii,& ſpiritus ſancti,remiſsionem nõ
poteſt accipere peccatorũ,nec ſpiritalis gratiæ munus
haurire. Ergo ille Syrus ſepties merſit in lege,Tu autem
baptizatus es in nomine trinitatis, confeſsus es patrem,
recordare quid feceris:confeſsus es filiũ,cõfeſsus es ſpi-
ritum ſanctum. Tene ordinem rerũ in hac fide, mundo
Ioan.5. mortuus es,& deo reſurrexiſti, Et quaſi in illo mũdi es
conſepultus elemento,peccato mortuus,ad vitam es re
ſuſcitatus æternam. Crede ergo quia non ſunt vacuæ
aquæ. Ideo tibi dictum eſt quia angelus domini deſcen-
debat ſecundum tẽpus in natatoriam, & mouebatur
aqua,& qui prior deſcendiſset in natatoriam poſt com-
motionem aquæ,ſanus fiebat à languore quocũq; tene-
batur. Hæc piſcina in Hieroſolymis erat, in qua vnus
annuus ſanabatur. Sed nemo ante ſanabatur, q̃ deſcẽ-
diſset angelus:vt eſset indicium quia deſcenderat ange
H lus,mouebatur aqua propter incredulos. Illis ſignum,
tibi fides. Illis angelus deſcendebat, tibi ſpiritꝰ ſanctus.
Illis creatura mouebatur,tibi Chriſtꝰ operatur ipſe do
minus creaturę. Tunc curabatur vnus,nunc omnes ſa-
nantur,aut certe vnus ſolus populus Chriſtianus. Eſt
enim in aliquibus & aqua mẽdax,non ſanat baptiſmus
perfidorum,non mũdat,ſed polluit. Iudæus vrceos ba-
ptizat & calices,quaſi inſenſibilia vel culpã poſsint reci
pere vel gratiã. Tu baptiza hũc calicem tuũ ſenſibilem
in quo bona opera tua luceant,in quo gratiæ tuæ ſplen
dor fulgeat. Ergo & illa piſcina in figura,vt credas quia
in hũc fontem vis diuina deſcendit. Denicq; paralyticus
ille expectabat hominem. Quem?niſi illum dominũ Ie-
ſum natum ex virgine, cuius aduentu iam non vmbra
ſanaret ſingulos,ſed veritas vniuerſos. Iſte eſt ergo qui
expectabatur vt deſcenderet,de quo dixit deus pater ad
Ioannem baptiſtam:Super quem videris ſpiritum de-
ſcendentem de cælo,& manẽtem ſuper eum,hic eſt qui
Ioan.1. baptizat in ſpiritu ſancto. De quo teſtificatus eſt Ioan-
nes dicens: Quia vidi ſpiritum deſcendentem de cælo
quaſi columbam,& manentem ſuper eum. Et hic quare
ſpiritus ſicut columba deſcẽdit,niſi vt tu videres,niſi vt
tu agnoſceres columbam etiam illam quam Noe iuſtus
emiſit ex arca,iſtius columbę ſpeciem fuiſse, vt typum
agnoſceres ſacramẽti? Et fortaſse dicas: Cum illa vera
I columba fuerit quæ emiſſa eſt,hic quaſi colũba deſcen-
derit:quomodo illic ſpeciẽ fuiſse dicimus,hic veritatẽ,
cum ſecundum Græcos in ſpecie columbæ ſuper aquã
diuinitatis ſpiritum deſcendiſse ſit ſcriptum? Sed quid
tã verũ quã diuinitas,quæ manet ſemper? creaturæ autẽ
non poteſt veritas eſse,ſed ſpecies, quæ facile ſoluitur
atque mutatur:Simul quia eorum qui baptizãtur, non
in ſpecie eſse debeat,ſed vera ſimplicitas. Vnde & do-
Matth.10. minus ait:Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut
colũbę. Merito ergo ſicut columba deſcendit, vt admo
neret nos ſimplicitatem columbæ habere debere. Spe-
ciem autem pro veritate accipiendã legimus & de Chri
Philip.2. ſto:Et ſpecie inuentus vt homo. Et de patre deo: Neque
ſpeciem eius vidiſtis.

Quod in iis quæ à ſacerdotibus fiunt,non merita per-
ſonarum,ſed officia conſideranda ſint. Et quomodo in
baptiſmo equaliter promittatur in patrem,& in filium,
& in ſpiritum ſanctum credere debere. Caput v.

Matth.3. EST ne adhuc quod dubitare debeas, cũ eui-
dẽter tibi clamat in Euãgelio pater, qui ait:
Hic eſt filiꝰ meꝰ in quo cõplacui? Clamet fi
lius ſuper quem ſicut colũba ſe demõſtra-
uit ſpiritus ſanctus. Clamet & ſpiritus ſanctus, qui ſicut K
columba deſcendit. Clamet Dauid:Vox domini ſuper Pſal.28.
aquas, deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas
multas. Cum tibi ſcriptura teſtetur quòd ad Hieroboal Iudi.6.
preces ignis deſcenderit de cælo. Et rurſus precante He 3.Reg.18.
lia ignis eſt miſsus qui ſacrificium cõſecrauit. Nõ meri-
ta perſonarum conſideres,ſed officia ſacerdotum. Et ſi
merita ſpectas,ſicut Heliam cõſideras,Petri quoq; me-
rita ſpectato vel Pauli, quia acceptum à domino Ieſu
hoc nobis myſteriũ tradiderunt. Ignis illis viſibilis mit
tebatur vt crederent,nobis inuiſibilis operatur qui cre
dimus. Illis in figuram,nobis ad commonitionem. Cre
de ergo adeſse dominum Ieſum inuocatum precibus ſa Matth.18.
cerdotum,qui ait:Vbi fuerint duo vel tres, ibi & ego
ſum. Quanto magis vbi eſt Eccleſia,vbi myſteria ſua
ſunt,ibi dignatur ſuam impertire præſentiam? Deſcen-
diſti igitur,recordare quid reſponderis, quod credas in
patrem,credas in filium,credas in ſpiritum ſanctũ. Nõ
habes illic,Credo in maiorem & minorem & vltimum.
Sed eadem vocis tuæ cautione cõſtringeris vt ſimiliter
credas in filium ſicut in patrem credis. Similiter in ſpi-
ritum ſanctum credas,ſicut credis in filiũ,hoc ſolo ex-
cepto quod in crucem ſolius domini Ieſu fateris tibi eſ-
ſe credendum.

Quare fiat vnctio in capite,& de lotione pedum diſ-
cipulorum. Et quare Petrus qui mundus erat, plantam
lauare debebat. Caput VI.

PROSIT hæc vnctiꝰ aſcendiſti ad ſacerdotẽ,cõ- Pſal.132.
ſidera quid ſecutũ ſit. Nõne illud quod ait I.
Dauid:Sicut vnguentũ in capite, quod de
ſcendit in barbam barbã Aaron? Hoc eſt
vnguẽtũ de quo & Salomon ait: Vnguẽtũ Canti.1.
exinanitũ eſt nomen tuũ,propterea adoleſcentulæ dile-
xerunt te,& attraxerunt te. Quantæ hodie renouatę a-
nimæ dilexerunt te domine Ieſu,dicentes: Attrahe nos
poſt te,in odorem veſtimentorum tuorum curremus.
vt odorem reſurrectionis haurirent. Quare hoc fiat in-
tellige,quia oculi ſapientis in capite eius. Ideo in bar-
bam defluit,id eſt in gratiam iuuẽtutis. Ideo in barbam
Aaron, vt fias electum genus,ſacerdotale, precioſum.
Omnes enim in regnum dei & in ſacerdotium vngi-
mur gratia ſpirituali. Aſcẽdiſti de fonte,memento Euan
gelicæ lectionis. Etenim dominus noſter Ieſus in Euan- Ioan.13.
gelio lauit pedes diſcipulis ſuis, quando venit ad Si-
monem Petrum,& ait Petrus: Non lauabis mihi pedes
in æternum. Non aduertit myſterium, & ideo miniſte-
rium recuſauit,quod grauari humilitatem ſerui crede-
ret,ſi ſibi obſequium domini patienter admitteret. Cui
reſpondit dominus: Si non lauero tibi pedes, non ha-
bebis partem mecum. Quo audito Petrus, Domine non
tantum pedes,inquit,ſed manus & caput. Reſpõdit do- M
minus: Qui lotus eſt,non indiget niſi vt pedes lauet,ſed
eſt mundus totus. Mundus erat Petrus:ſed plantam la-
uare debebat. Habebat enim primi hominis de ſucceſ-
ſione peccatum,quando eum ſupplantauit ſerpens, &
perſuaſit errorem. Ideo planta eius abluitur,vt hæredi-
taria peccata tollantur. Noſtra enim propria per bap-
tiſmum relaxantur. Simul cognoſce myſterium ipſum
humilitatis conſiſtere in miniſterio. Ait enim: Si ego
laui vobis pedes dominus & magiſter, quanto magis
& vos debetis lauare pedes inuicem vobis? Cum enim
ipſe author ſalutis per obedientiam nos redemerit,quã
to magis nos ſeruuli eius humilitatis & obedientiæ ex-
hibere debemus obſequium?

De myſterio veſtimentorum candidorum quibus in-
duuntur infantes,& quomodo Eccleſia hæc habens ve-
ſtimenta dicat in Canticis: Nigra ſum & decora, & cæ-
tera quæ ſequuntur. Caput VII.

A ACCEPISTI poſt hęc veſtimenta candida,vt eſset
Pſal.50. indicium quòd exueris inuolucrũ peccatorũ,in-
dueris innocentiæ caſta velamina, de quibus di-
xit Propheta: Aſperges me hyſſopo,& mũdabor:
lauabis me,& ſuper niuem dealbabor. Qui enim bapti
zatur:& ſecundum legem,& ſecundum Euangelium vi
detur eſse mundatus. Secundum legem, quia hyſſopi fa
ſciculo Moyſes aſpergebat ſanguinem agni. Secũdum
Euangelium, quia Chriſti erant candida veſtimenta ſi-
cut nix, cum reſurrectionis ſuæ gloriam in Euangelio
demonſtraret. Super niuem dealbatur,cui culpa dimit-
titur. Vnde & per Eſaiam dominus ait: Si fuerint pecca-
Eſaiæ.1. ta veſtra ſicut Phœnicium,vt niuem dealbabo. Hæc ve
ſtimenta habens eccleſia per lauacrum regenerationis
Canti.1. aſsumpta, dicit in Canticis: Nigra ſum & decora filiæ
Hieruſalem. Nigra per fragilitatem conditionis humanæ:decora per gratiam. Nigra,quia ex peccatoribus: de
cora fidei ſacramento. Hæc veſtimenta cernentes filiæ
Hieruſalem,ſtupefactæ dicunt: Quæ eſt hæc quæ aſcen-
dit dealbata? Hæc erat nigra: vnde nunc ſubito dealba-
ta? Dubitauerunt enim etiam angeli cũ reſurgeret Chri
ſtus, dubitauerunt poteſtates cælorum videtęq; quod ca-
Pſal.23. ro in cælum aſcenderet. Denique dicebant: Quis eſt iſte
rex gloriæ? Et cum alij dicerent, Tollite portas principis
veſtri,& eleuamini portæ æternales,& introibit rex glo
riæ:alij dubitabant dicentes: Quis eſt iſte rex gloriæ? In
Eſaiæ. 63. Eſaia quoque habes dubitantes virtutes cælorum dixiſ-
ſe: Quis eſt iſte qui aſcendit ex Edom, rubor veſtimen-
torum eius ex Boſor,ſpecioſus in ſtola candida? Chri-
B ſtus autem videns Eccleſiam ſuam in veſtimentis candi
Zacha.3. dis,pro qua ipſe (vt habes in Zachariæ libro Prophetę)
ſordida veſtimenta ſuſceperat,vel animam regeneratio
Canti.4. nis lauacro mundam atq; ablutam,dicit: Ecce formoſa
es proxima mea,ecce es formoſa,oculi tui ſicut colum-
bæ. in cuius ſpecie ſpiritus ſanctus deſcẽdit de cælo. For
moſi oculi ſicut diximus ſupra, quia ſicut columba de-
ſcendit. Et infra: Dentes tui ſicut grex tonſarũ quæ aſcẽ
derunt de lauacro, quæ omnes geminos creant, & infœ-
cunda non eſt in eis. vt reſticula coccinea labia tua. Nõ
mediocris iſta laudatio. Primum dulci cõparatione
tonſarũ. Capras enim & in altis paſci ſine periculo no-
uimus, & in præruptis ſecuras cibum ſumere. Deinde
cum tondentur, deonerari ſuperfluis. Harum gregi cõ-
paratur Eccleſia, multas in ſe habens animarum virtu-
tes, quæ per lauacrum ſuperflua peccata deponant, quæ
myſticam fidem & moralem gratiam deferant Chriſto,
Canti.4. quæ crucem domini Ieſu loquantur. In iis formoſa eſt
C Eccleſia, Vnde ad eam verbum deus dicit: Tota formoſa es proxima mea,& reprehenſio non eſt in te:quia cul
pa demerſa eſt. Ades huc à libano ſponſa, ades huc à
libano,tranſibis & pertrãſibis à principio fidei. eõ quòd
Canti.7. renuncians mundo tranſierit ſeculum, pertranſierit ad
Chriſtum. Et iterum dicit ad eam deus verbum: Quàm
pulchra & ſuauis facta eſt charitas in delicijs tuis? Statu-
Canti.8. ra tua ſimilis facta eſt palmæ, & vbera tua botris. Cui re
ſpondet Eccleſia: Quis dabit te frater mihi, lactentem
vbera matris meę? Inueniẽs te foris, oſculabor te. Et qui
dem non ſpernent me. Aſsumam te,& inducam te in do
mum matris meæ,& in ſecretum eius quæ concepit me.
docebis me. Vides quẽadmodum delectata munere gra
tiarum, ad interiora cupit myſteria peruenire, & omnes
ſenſus ſuos conſecrare Chriſto? Adhuc quærit ſuſcitan
tem, & ſuſcitari eam ſibi poſcit à filiabus Hieruſalem,
quarum gratia, hoc eſt animarum fidelium, ſpõſum in
amorem ſui vberiorem deſiderat prouocari. Vnde do-
minus Ieſus & ipſe inuitatus tanto ſtudio charitatis, pul
chritudine decoris & gratiæ, quod nulla iám in ablutis
delicta ſorderent, dicit ad Eccleſiam: Pone me vt ſigna-
culum in corde tuo, vt ſigillum in brachio tuo: hoc eſt,
decora ęs proxima mea, tota formoſa es, nihil tibi de-
eſt. Pone me vt ſignaculum in corde tuo, quo fides tua
pleno fulgeat ſacramento. Opera quoque tũa luceant, D
& imaginem dei præferant, ad cuius imaginem facta es.
Charitas tua nulla perſecutione minuatur, quam mul-
ta aqua excludere, flũmina inundare non poſsint. Vnde
repete quia accepiſti ſignaculum ſpiritale, ſpiritum ſa-
pientiæ & intellectus, ſpiritum cõſilij atque virtutis, ſpi- Eſaiæ. 11.
ritum cognitionis atque pietatis, ſpiritum ſancti timo-
ris:& ſerua quod accepiſti. Signauit te deus pater, con-
firmauit te Chriſtus dominus, & dedit pignus ſpiritꝰ in
cordibus tuis, ſicut Apoſtolica lectione didiciſti. 2. Cor. 5.

De ſacroſancti corporis dominici communione, &
conuiuio cæleſti. Quódque antiquiora ſint Eccleſiæ ſa-
cramenta quàm ſynagogæ, & præſtantiora quàm fuerit
manna. Caput VIII.

HIS abluta plebs diues inſignibus ad Chri- Pſal.42.
ſti contendit altaria, dicẽs: Et introibo ad
altare dei, ad deum qui lætificat iuuentu-
tem meam. Depoſitis autem inueterati er-
roris exuuijs, renouata in aquilæ iuuentu-
tem, cæleſte illud feſtinat adire cõuiuium. Venit igitur,
& videns ſacroſanctum altare compoſitum, exclamans Pſal.22.
ait: Paraſti in conſpectu meo menſam Hanc loquentem
inducit Dauid dicens: Dominus paſcit me, & nihil mi-
hi deerit: in loco paſcuę ibi me collocauit: ſuper aquam
refectionis educauit me. Et infra: Nam & ſi ambulem in
medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu
mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata E
ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos
qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum, &
poculum meum inebrians quàm præclarum eſt. Nunc
illud conſideremus, ne quis forte viſibilia videns, quo-
niam quæ ſunt inuiſibilia, non videntur, nec poſsunt
humanis oculis comprehendi, dicat forte: Iudæis deus 1.Cor.2.
manna pluit, pluit coturnices: Eccleſiæ autem illi dile-
ctæ hæc ſunt quæ præparauit, de quibus dictum eſt quod
oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
aſcẽdit quæ præparauit deus diligentibus eum? Ergo ne
quis hoc dicat, ſummo ſtudio volumus comprobare qđ
& antiquiora ſunt ſacramenta eccleſiæ quàm ſynago-
gæ, & præſtantiora quàm manna eſt. Antiquiora docet
lectio Geneſis quæ decurſa eſt. Synagoga enim ex lege
Moyſi principium ſumpſit, Abraham vero longe ante-
rior, qui victis hoſtibus, & nepote proprio recepto, cum
potiretur victoria, tunc illi occurrit Melchiſedech, & F
protulit ea quæ Abraham veneratus accepit. non Abra
ham protulit, ſed Melchiſedech, qui inducitur ſine pa-
tre, ſine matre, neque initium dierum, neque finem ha- Hebrę.7.
bens, ſimilis autem filio dei: de quo ait Paulus ad Hebrę
os: Quia manet ſacerdos in perpetuum, quia interpreta
tione latina dicitur rex iuſtitiæ, rex pacis. Non agnoſcis
quis iſte ſit? Poteſt homo eſse rex iuſtitiæ, cum vix iuſtus
ſit? Poteſt eſse rex pacis, cum vix poſsit eſse pacificus? Si
ne matre ſecundum diuinitatem, quia ex patre deo geni
tus eſt, vnius ſubſtantiæ cum patre. Sine patre ſecũdum
incarnationem, qui natus ex virgine eſt. Initium & finẽ
non habens, quia ipſe eſt initium & finis omnium, pri-
mus & nouiſsimus. Nõ igitur humani, ſed diuini eſt mu
neris ſacramentum quod accepiſti, ab eo prolatum qui
benedixit fidei patrem Abraham, illum cuius gratiam,
& geſta miraris. Probatum eſt antiquiora eſse Eccleſiæ
ſacramenta, nunc cognoſce potiora. Reuera mirabile
eſt quod manna deus pluerit patribus, & quotidiano cæ
li paſcebantur alimento. Vnde dictum eſt: Panem ange Pſal.77.
lorum manducauit homo. Sed tamen panem illum qui
manducauerunt, omnes in deſerto mortui ſunt. Iſta au
tem eſca quam accipis, iſte panis viuus qui deſcendit de Ioan.6.
cælo, vitæ æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat: & quicunq;
hunc panem manducauerit, non morietur in æternum:
& corpus eſt Chriſti.

De virtute ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti,
& comparatione per exceſsum ipſius ad manna, & ad

G aquas petræ. Et de per plurima exẽpla probatione quòd
corpus Christi quod accipimus, non panis sit, sed caro,
quæ ex virgine nata, quæ crucifixa, quæ sepulta fuit.

Caput IX.

CONSIDERA nunc vtrum præstantior sit
panis angelorum, an caro Christi, quæ vti
que corpus est vitæ. Mãna illud è cælo, hoc
supra cælum. Illud cæli, hoc domini cælo-
rum. Illud corruptioni obnoxium, si in di
em alterum seruaretur: hoc alienũ ab omni corruptio-
ne, quod quicunque religiosè gustauerit, corruptionem
sentire nõ poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis
è Christo. Illos ad horam satiauit aqua, te sanguis dilu-
it in æternum. Iudæus bibit, & sitit: tu cum biberis, sitire
non poteris. Et illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud
quod miraris, vmbra est, quantum istud est cuius & vm
bram miraris? Audi quia vmbra est quæ apud patres fa-
cta est. Bibebant, inquit, de consequenti petra, petra au-
1. Cor. 10. tem erat Christus. Sed non in plurib⁹ eorum complaci
tum est deo. nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem
in figuram facta sunt nostri. Cognouisti præstantiora?
Potior etenim lux quàm vmbra, veritas quàm figura,
corpus authoris quàm manna de cælo. Forte dicas: Ali-
ud video, quomodo tu mihi asseris quod Christi corp⁹
accipiam? Et hoc nobis adhuc superest, vt probemus.
Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus non hoc es
se quod natura formauit, sed quod benedictio cõsecra-
uit. Maioremque vim esse benedictionis quàm naturæ,
H quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam
tenebat Moyses, proiecit eam, & facta est serpens. Rur-
sus apprehendit caudã serpẽtis, & in virgæ naturã reuer
titur. Vides igitur Prophetica gratia bis mutatã esse na-
turam & serpentis & virgæ. Currebant Aegypti flumi-
na puro aquarum meatu, subito de fontium venis san-
guis cœpit erumpere. Non erat potus in fluuijs. Rursus
ad prophetæ preces cruor cessauit fluminum, aquarum
natura remeauit. Circunclusus vndique erat populus
Hebræorum, hinc Aegyptijs vallatus, inde mari clau-
sus. Virgam leuauit Moyses, separauit se aqua, & in mu
rorum speciem congelauit, atque inter vndas via pede-
stris apparuit. Iordanis retrorsum conuersus contra na
turam in sui fontis reuertitur exordium. Nonne claret
naturam vel maritimorum fluctuũ vel fluuialis cursus
esse mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses
petram, & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter na
turam operata est gratia, vt aquam vomeret petra, quam
I non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat,
vt sitiens populus bibere nõ posset. Misit Moyses lignũ
Exod. 15. in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura de-
posuit, quam infusa subito gratia temperauit. Sub Heli-
4. Reg. 6. sæo propheta vni ex filijs prophetarũ excussum est ferr-
um de securi, & statim mersum est. Rogauit Helisæum
qui amiserat ferrum: misit etiam Helisæus lignum in a-
quam, & ferrum natauit. vtique & hoc præter naturam
factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri spec-
es, quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris es
se virtutis gratiam quàm naturam, & adhuc tamen pro
phetiæ benedictionis numeramus gratiam. Quod si tan
tum valuit humana benedictio, vt naturam conuerte-
ret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi ver-
ba ipsa domini saluatoris operantur? Nam sacramen-
tum istud quod accipis, Christi sermõe cõficitur. Quod
si tantum valuit sermo Heliæ, vt ignem de cælo depone
ret, non valebit Christi sermo, vt species mutet elemen
Psal. 148. torum? De totius mundi operibus legisti: Quia ipse di-
xit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Sermo er
go Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, nõ
potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? Non e-
nim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas.
Sed quoad argumẽtis vtimur? suis vtamur exemplis, in-
carnationisq; astruamus mysterij veritatem. Nunquid
naturæ vsus præcesserit cum Iesus dominus ex Maria na- K
sceretur? Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina ge-
nerare cõsueuerat. Liquet igitur quod præter naturæ or
dinem virgo generauit: & hoc quod conficimus, corpus
ex virgine est. Quid hic queris naturæ ordinem in Chri
sti corpore, cum præter naturam sit ipse dominus Iesus
partus ex virgine? Vera vtique caro Christi, quæ crucifi-
xa est, quæ sepulta est: vere ergo carnis illius sacramen-
tum est. Ipse clamat dominus Iesus: Hoc est corpus meu-
um. Ante benedictionẽ verborũ cælestiũ alia species no
minatur, post cõsecrationẽ corpus Christi significatur. Mat. 26.
Ipse dicit sanguinẽ suũ. Ante consecrationem aliud di-
citur, post consecrationẽ sanguis nuncupatur. Et tu di-
cis, amen: hoc est, verum est: quod os loquitur, mens in-
terna fateatur. quod sermo sonat, affect⁹ sentiat. His igi
tur sacramẽtis pascit Ecclesiam suam Christus, quibus
animæ firmatur substantia. Meritoq; videns profectum
eius gratiæ cõtinentẽ, dicit ad eam: Quam decora facta
Canti. 4. sunt vbera tua soror mea sponsa, q̃ decora facta sunt à
vino: & odor vestimentorũ tuorũ super omnia aroma-
ta. Fauus distillans labia tua ô sponsa, mel & lac sub lin
gua tua, & odor vestimẽtorum tuorũ sicut odor libani.
Ortus cõclusus soror mea, sponsa mea, ortus cõclusus,
fons signatus. Quo significat signatũ debere apud te ma
nere mysterium, ne violetur operibus malæ vitæ, atq; ad
ulterio castitatis, ne diuulgetur quibus non conuenit, L
ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. Bona de
bet ergo fidei tuæ esse custodia, vt intemerata vitæ ac si-
lentij integritas perseueret. Vnde & Ecclesia altitudinẽ
seruans mysteriorum cælestium, reijcit à se grauiores vẽ
ti procellas, & inuitat vernantis gratiæ suauitatem: &
sciens quòd ortus suus Christo displicere nõ possit, ad-
uocat ipsum spõsum dicens: Exurge aquilo, & veni au-
ster, perfla ortum meum, & fluant vnguenta mea. Descẽ
dat frater meus in ortum suum, & edat fructum pomi-
ferarum suarum. Bonas enim arbores & fructiferas ha-
bet, quæ radices suas tinxerint in sacri fontis irriguo, &
in bonos fructus nouæ fœcunditatis germine pullulaue
rint, vt non iam Prophetica cædantur securi, sed Euan-
gelica vbertate fœcũdentur. Denique fertilitate earum
dominus delectatus respondet? Ingressus sum in ortum
meum soror mea sponsa, vindemiaui myrrham, cum
vnguentis meis, manducaui cibum meum cum melle
meo, bibi potum meum cum lacte meo. Quare cibum
& potum dixerim, fidelis intellige. Illud autem non du-
bium, quod in nobis ipse manducat & bibit, sicut in no
bis legisti, quia in carcere esse se dicit. Vnde & Ecclesia
videns tantam gratiam, hortatur filios suos, hortatur M
proximos, vt ad sacramenta concurrant, dicens: Edite
proximi mei & bibite, & inebriamini charissimi mei. Canti. 5.
Quid edamus? quid bibamus? Alibi tibi per Prophetam
spiritus sanctus expressit dicens: Gustate & videte quo- Psal. 33.
niam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo. In
illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. nõ
ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde & Aposto-
lus de typo eius ait: Quia patres nostri escam spiritalem 1. Cor. 10.
manducauerunt, & potum spiritalem biberunt. Cor-
pus enim dei, corpus est spiritale. Corpus Christi, cor-
pus est diuini spiritus, quia spiritus Christi, vt legimus: Thren. 4.
Spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Et in 1. Petri. 2.
Petri epistola habemus: Christ⁹ pro nobis mortuus est.
Denique cor nostrum esca ista confirmat, & potus iste Psal. 103.
lætificat cor hominis, vt Propheta memorauit. Vnde
adepti omnia scimus generatos nos esse. Nec dicamus,
quomodo regenerati sumus? nunquid in ventrem ma-
tris nostræ introiuimus, & renati sumus? Non agnosco
vsum naturæ. Sed nullus hic naturæ ordo, vbi excellen-
tia gratiæ. Denique non semper vsus naturæ regenera-
tionem facit. Generatum ex virgine Christum domi-
num confitemur, & naturæ ordinem denegamus. Non
enim ex viro Maria concepit, sed de spiritu sancto in

Mat. 1. vtero accepit, vt dicit Matthæus: Quia inuenta est in vte
ro habens de spiritu sancto. Si ergo superuenientis spiri-
A tus sanctus in virginẽ, conceptionem operatus est, & ge-
nerationis munus impleuit, non vtique dubitandum est
quod superueniẽs in fontẽ, vel super eũ qui baptismum
consequitur, veritatem regenerationis cooperetur.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE SACRAMENTIS.

De fide Christiani, & quomodo baptizatus cõsiderare
debeat peracta mysteria adapertionis. Qua etiam ra-
tione in exorcismo aures & nares tãgantur, vt aperiã-
tur, & quare nares, & non os. Caput. I.
De vnctione in baptismo, & abrenunciatione tunc fa-
cta. Et qua ratione sacerdos dicatur angelus, & de ser
uanda fide Christo promissa. Caput II.
Quod licet in baptismo sacerdos & minister videãtur,
alia tamen maiora sint quæ operantur, & non viden-
tur. Caput III.
Quod sacramenta Christianorum diuiniora & priora
B sint q̃ Iudæorũ. Et quid pascha significet. Cap. IIII.
Quid significat lotio Naaman Syri leprosi, & quòd non
aqua sed consecratio mundet. Quodq; in baptismate
omnis iustitia sit cõstituta. Et de columba super Chri
stum descendente, & quare Christus prius descende-
rit in aquam, & postea spiritus sanctus. Cap. V.
Quomodo typus baptismatis præfigurat⁹ fuerit per trã
situm rubri maris, & de malo murmurationis. Quid
etiam significet columna lucis præcedẽs, & nubis sub
sequens. Et quod in diluuio figura baptismi præces-
serit. Caput VI.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER I.

Caput primum.

C DE SACRAMENTIS QVAE AC-
cepistis, sermonem adorior, cui⁹
rationem non putaui ante premit
ci. In Christiano enim viro prima
est fides. Ideo Romæ fideles dicun
tur qui baptizati sunt, & pater no
ster Abraham ex fide iustificatus
est, non ex operibus. Ergo accepi
stis baptismum, credidistis. Nefas est enim me aliud æsti
mare. Neq; enim vocatus esses ad gratiam, nisi dignum
te Christus sua gratia iudicasset. Ergo quid egimus sab
bato? Nempe apertionem. Quæ mysteria celebrata sunt
apertionis, quando tibi aures tetigit sacerdos & nares.
Quod significat in Euãgelio domin⁹ noster Iesus Chri
stus cum ei oblatus esset surdus & mutus, & tetigit au-
res eius, & os eius. Aures, quia surdus erat: os, quia mu-
tus. Et ait: Effeta, quod Hebraicum verbum est, & Lati-
ne dicitur adaperire. Ideo ergo tibi sacerdos aures teti-
git, vt aperirentur aures tuæ ad sermonem & ad eloquiũ
sacerdotis. Sed dicis mihi, quare nares? Quia mut⁹ erat,
os tetigit: vt quia loqui non poterat sacramẽta cælestia,
vocem acciperet à Christo. Et ibi quia viri, hic quia mu-
lieres baptizantur, & non eadem puritas seruit, quãta &
domini. Cum ille peccata concedat, huic peccata donẽ
tur, quæ potest esse comparatio? Ideo propter gratiã ope-
ris & muneris non os tangit episcopus, sed nares. Qua-
re nares? Vt bonum odorem accipias pietatis æthereæ, vt D
dicas: Christi ehim bonus odor sumus deo. quemadmo 2. Cor. 2.
dum dixit Apostolus sanctus. Et sit in te fidei deuotionis
quæ plena fragrantia.

De vnctione in baptismo; & abrenunciatione tunc
facta. Et qua ratione sacerdos dicatur angelus, & de ser
uanda fide Christo promissa.

Caput secundum.

VENIMVS ad fontem, ingressus es, considera
ra quos videris, quid locutus sis considera,
repete diligenter. Occurrit tibi leuita, oc-
currit presbyter, vnctus es quasi athleta
Christi, quasi luctamen huius seculi luctaturus, profes-
sus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quòd
speret. vbi certamen, ibi corona. Luctaris in seculo, sed coronaris à Christo; &
pro certaminibus seculi coronaris. Nam etsi in cælo
præmium, hic tamen meritum præmij collocatur. Quã-
do te interrogauit; Abrenuncias diabolo, & operibus
eius? quid respondisti? Abrenuncio. Abrenuncias secu-
lo, & voluptatibus eius? quid respõdisti? Abrenũcio. Me
mor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ seri
es cautionis. Si chirographum homini dederis, teneris
obnoxius, vt pecuniam eius accipias: teneris astrict⁹, & E
reluctantem te fœnerator astringit, atq; illic tua cautio-
ne conuinceris. Vbi promiseris considera, vel quibus
promiseris. Leuitam vidisti, sed minister est Christi. Vi-
disti illum ante altaria ministrare. Ergo chirographum
tuum tenetur non in terra, sed in cælo. Considera vbi
capias sacramenta cælestia. Si hic corpus est Christi, hic
& angeli cõstituti sunt. Vbi corpus, ibi aquilæ. legisti in
Euangelio. Vbi corpus Christi, ibi & aquilæ volare con
suerunt, vt terrena fugiant, cælestia petant. Quare hoc
dico? quia & homines angeli quicunq; annunciant Chri
stum, & in angelorum asciti videntur locum. Quomo-
do? Accipe baptistæ rationem. Ioannes natus erat ex vi-
ro & muliere. Attamen audi quia angelus est ipse: Ecce Matth. 11.
mitto angelum meum ante faciem tuam, & parabit viã
tuã ante te. Accipe aliud, Malachias ait propheta, Quia Malac. 2.
labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exqui-
runt ex ore ipsius. Angelus est enim dei omnipotentis.
Hæc ideo dicuntur, vt sacerdotis gloriam prædicemus,
non vt aliquid personalibus meritis arrogetur. Ergo ab
renunciasti mundo, abrenunciasti seculo, esto solicitus.
Qui pecuniam debet, semper cautionem suam consi-
derat. Et tu qui fidem debes Christo, fidẽ serua, quæ mul-
to preciosior q̃ pecunia est. Fides enim æternum patri- F
monium est, pecunia temporale. Et tu ergo semper re-
cordare quid promiseris. Cautior si teneas promissionẽ
tuam, tenebis & cautionem.

Quod licet in baptismo sacerdos & minister videan
tur, alia tamen maiora sint quæ operantur, & non viden
tur. Caput tertium.

DEINDE accessisti propius, vidisti fontem, vidi-
sti & sacerdotem supra fontem. Nec hoc pos-
sum dubitare quod in animum vestrum non
potuerit cadere quod cecidit in illum Syrum
Naaman: quia etsi mundatus est, tamen ante dubitauit.
Quare dicam, accipe. Ingressus es, vidisti aquam, vidi-
sti sacerdotem, vidisti leuitam. Ne forte aliquis dixe-
rit, hoc est totum: immo est totum. vere totum, vbi tota
innocentia, tota pietas, tota gratia, tota sanctificatio. Vi
disti quæ videre potuisti oculis tui corporis, & humanis
conspectibus, non vidisti illa quæ operantur, & non vi-
dentur. Illa multo maiora sunt quæ non videntur quàm 2. Cor. 4.
quæ videntur: quoniam quæ videntur, temporalia sunt:
quæ non videntur, æterna.

Quod sacramenta Christianorum diuiniora & prio-

Gra ſint quàm Iudæorum. Et quid paſcha ſignificet.

Caput quartum.

ERGO dicamus primũ, tene cautionẽ vocis meæ, & exige. Miramur myſteria Iudæorũ quæ patribus noſtris data ſunt, primũ vetuſtatẽ ſacramentorũ, deinde ſanctitatẽ præſtantiũ. Illud præmitto, quòd diuiniora & priora ſacramẽta ſũt Chriſtianorũ q̃ Iudæorum. Quid præcipuum q̃ quod per mare trãſijt Iudæorũ populus? vt de baptiſmo interim loquamur. Attamen qui trãſierũt Iudæi, mortui ſunt oẽs in deſerto. Cæterũ qui pẽr hũc fõtẽ trãſiit, trãſit à terrenis ad cęleſtia. hoc eſt enim paſcha, id eſt trãſitus eius, trãſitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamẽto ad ſanctificationem. Qui per hunc fontem tranſit, non moritur, ſed reſurgit.

Quid ſignificet lotio Naaman Syri leproſi, & quòd non aqua ſed conſecratio mũdet. Quod & in baptiſmate omnis iuſtitia ſit cõſtituta. Et de columba ſuper Chriſtum deſcendente, & quare Chriſtus prior deſcẽderit in aquam, & poſtea ſpiritus ſanctus. Caput v.

4. Reg. 5. NAAMAN ergo leproſus erat, puella quædã ait vxori illius: Dominus meus ſi vult mundari, vadat in terrã Iſrael, & ibi inueniet eũ qui poſsit ei leprã tollere. Dixit illa dominę ſuę, vxor marito, Naaman regi Syrię, qui H eum quaſi acceptiſsimum ſibi miſit ad regem Iſrael. Audiuit rex Iſrael quod miſiſset ad eum cuius lepram mũdaret, & ſcidit veſtem ſuã. Tunc Heliſæus Propheta mãdat ei: Quid eſt quòd ſcidiſti veſtem? quaſi non ſit deus potens qui mundet leproſum. Mitte illum ad me. Miſit illum. Cui aduenięti ait Propheta: Vade deſcẽde in Iordanem, merge, & ſanaberis. Ille cœpit cogitare ſecũ & dicere: Hoc eſt totum? Veni de Syria in terram Iudæã, & dicitur mihi, Vade, in Iordanẽ merge, & ſanaberis. quaſi flumina meliora non ſint in patria mea. Dixerunt ergo ſerui: Domine, quare non facis verbũ prophetæ? Magis fac, & experire. Tunc ille iuit, in Iordane merſit, & ſurrexit ſanus. Quid enim ſignificat? Vidiſti aquam: ſed non aqua omnis ſanat, ſed aqua ſanat quæ habet gratiã Chriſti. Aliud eſt elementum, aliud conſecratio: aliud opus, aliud operatio. Non ſanat aqua niſi ſpiritus ſanctꝰ deſcenderit, & aquam illam conſecrauerit: ſicut legiſti quod cum dominus noſter Ieſus Chriſtus formã baptiſmatis daret, venit ad Ioannem, & ait illi Ioãnes: Ego à te
Mat.3. debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondit illi Chriſtus: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Vide quia omnis iuſtitia in baptiſmate conſtitu
I ta eſt. Ergo quare Chriſtus deſcẽdit, niſi vt caro iſta mũ daretur, caro quam ſuſcepit de noſtra conditione? Non enim ablutio peccatorum ſuorum Chriſto neceſsaria erat, qui peccatum non fecit: ſed nobis erat neceſsaria, qui peccato manemus obnoxij. Et ego ſi propter nos baptiſmi nobis forma eſt conſtituta, fidei noſtræ forma ꝓpoſita eſt. Deſcendit Chriſtus, Ioãnes aſtabat qui baptizabat, & ecce quaſi colũba ſpiritus ſanctus deſcẽdit. Nõ columba deſcendit, ſed quaſi columba. Memento quid dixerim, Chriſtus carnem ſuſcepit, non ſicut carnẽ, ſed carnis iſtius veritatẽ, vere carnem Chriſtus ſuſcepit. Spiritus enim ſanctus in ſpecie columbæ, nõ in veritate columbæ, ſed in ſpecie columbæ deſcendit de cælo. Ergo vidit Ioannes, & credidit. Deſcendit Chriſtus, deſcẽdit & ſpiritus ſanctus. Quare prior Chriſtus deſcẽdit, poſt ea ſpiritꝰ, cum forma baptiſmatis & vſus hoc habeat, vt ante fons conſecretur, & tunc deſcendat qui baptizandus eſt? Nam vbi primum ingreditur ſacerdos, exorciſmum facit, ſecũdo ſuper creaturam aquæ inuocationẽ, poſtea & precẽ defert, vt ſanctificetur fons, & aſsit præſentia trinitatis æternæ. Chriſtus autem ante deſcendit, ſecutus eſt ſpiritus. Qua ratione? Vt non quaſi ipſe egere dominus Ieſus ſanctificatiõis myſterio videretur, ſed ſanctificaret ipſe, ſanctificaret & ſpiritus. Ergo deſcẽdit in aquam Chriſtus, & ſpiritus ſanctus ſicut columba de K ſcendit. Pater quoque deus è cælo locutus eſt. Habes præſentiam trinitatis.

Quomodo typus baptiſmatis præfiguratus fuerit per trãſitum rubri maris, & de malo murmurationis. Quid etiam ſignificet columna lucis præcedens, & nubis ſubſequẽs. Et quod in diluuio figura baptiſmi præceſserit.

Caput VI.

IN mari autem rubro figuram iſtius baptiſmatis extitiſse ait Apoſtolus dicens: Quia patres 1. Cor. 10.
noſtri omnes baptiſati ſunt in nube & in mari. Et ſubdit: Hæc autem omnia in figura facta ſunt illis. Illis in figura, ſed nobis in veritate. Tunc Moyſes virgam tenebat, concluſus erat populus Iudæorum, inſtabat Aegyptius cum armis ex vna parte, mari claudebantur Hebræi, neque maria tranſire poterant, neque in hoſtem recurrere. murmurare cœperunt. Vide, non te prouocet quia exauditi ſunt. Etſi exaudiuit dominus, tamen culpa nõ carent qui murmurauerunt. Tuum eſt vbi conſtringeris, credere quòd euadas, non murmurare, inuocare, rogare, non querelam expromere. Tenebat virgam Moyſes, & ducebat populum Hebræorũ in
L nocte in colũna lucis, in die in colũna nubis. Lux quid eſt niſi veritas, quæ apertum & plenum lumen effundit? Columna lucis quid eſt, niſi Chriſtus dominus, qui tenebras infidelitatis depulit, lucem veritatis & gratiæ ſpiritalis affectibꝰ infudit humanis? At vero columna nubis eſt ſpiritus ſanctus. In mari erat populus, & præibat colũna lucis: deinde ſequebatur columna nubis, quaſi vmbratio ſpiritus ſancti. Vides quod per ſpiritum ſanctum, & per aquam typum baptiſmatis demonſtrauerit? In diluuio quoq; fuit iam tunc figura baptiſmatis, & adhuc vtique non erant myſteria Iudæorum. Si ergo huius baptiſmatis forma præceſsit, vides ergo ſuperiora myſteria Chriſtianorum, quàm fuerint Iudæorum. Sed iterum ſecundum fragilitatem vocis noſtræ, & ſecundum temporis rationem ſatis ſit hodie tãta de ſacro fonte libaſse myſteria. Craſtina die, ſi dominus dederit loquendi poteſtatẽ vel copiã, plenius intimabo. Opus eſt vt ſanctitas veſtra aures paratas habeat, prõptiorẽ animũ, vt ea quæ nos colligere poſsumus de ſerie ſcripturarũ, & vobis intimauerimus, tenere poſsitis, vt habeatis gratiã patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Cui trinitati perpetuũ eſt regnũ à ſeculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorũ.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE SACRAMENTIS.

Quod diluuiũ nihil aliud ſit niſi baptiſma, quo peccata diluuntur, ſola autẽ mens iuſti & gratia reſuſcitẽtur. Et de multis generibus baptiſmatum. Caput I.

Quid ſignificet angelus deſcendens in piſcinã. Et quid ſit quod paralyticus reſponderit Chriſto, Hominem non habeo. Caput II.

De varijs generibus & figuris baptiſmi. Caput III.

Quid ſignificet quod ad preces Heliſæi ferrum ſecuris demerſum ſupernatauerit. Quid etiam quod moyſes lignum miſerit in fontem, quo aqua antea amara dulceſcebat. Caput IIII.

De efficaci probatione quod ad inuocationem ſacerdotis ſuper fontem veri baptiſmi potius aſsit præſentia trinitatis quàm ad ſupratactas figuras baptiſmi, & qd ſignificet columba. Quid etiam ſpiritus magno ſono in die Pentecoſtes deſcendens, & apparens in diſpertitis linguis. Caput V.

Quod baptiſmum inuentum ſit ad reſurrectionem & viuificationem naturæ humanæ, quę per peccatum morti obnoxia erat. Caput VI.

De triplici immerſione in baptiſmum, & triplici interrogatione, & quod in vno nomine baptizari oportet. Et quomodo in morte Ieſu baptizemur & vngamur in vitam æternam. Caput VII.

A

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

DE SACRAMENTIS LIBER SECVNDVS.

Caput primum.

IN DILVVIO FIGVRAM BAptiſmatis præceſsiſse heſterno cœpimus diſputare. Quid eſt diluium, niſi in quo iuſtus ad ſeminarium iuſtitiæ reſeruatur, peccatũ moritur? Ideo domin⁹ cum vidit hominum pullulare delicta, iuſtum ſolum cum ſua progenie reſeruauit. Aquam autem ſupra montes quoque exire præcepit. Et ideo in illo diluuio omnis corruptela carnis interijt, ſola iuſti proſapia & forma permãſit. Nonne hoc eſt diluium quod eſt baptiſma, quo peccata omnia diluuntur, ſola iuſti mẽs & gratia reſuſcitatur? Multa ſunt genera baptiſmatum, ſed vnum baptiſma clamat Apoſtolus. Quare? Sunt baptiſmata gentium, ſed nõ ſunt baptiſmata, lauacra ſunt, baptiſmata eſse non poſsunt. Caro lauatur, non culpa diluitur, immo in illo lauacro cõtrahitur. Erant autem baptiſmata Iudæorum alia ſuperflua, alia in figura. Et figura ipſa nobis proficit, quia veritatis eſt nuncia.

Quid ſignificet angelus deſcendens in piſcinam, & quid ſit quod paralyticus reſponderit Chriſto, Hominẽ non habeo. Caput II.

Ioan.5. VID lectum eſt heri? Angelus, inquit, ſecũ
B dum tempus deſcendebat in piſcinam, & quotienſcũque deſcendiſset angelus, mouebatur aqua: & qui prior deſcendiſset, ſanabatur ab omni languore quocũq; tenebatur. Quod ſignificabat figurã venturam domini noſtri Ieſu Chriſti. Angelus quare? Ipſe eſt enim magni cõſilij angelus, Secundum tempus, quod ad horam nouiſſimam ſeruabatur, vt in occaſu ipſum diem deprehenderet, & differret occaſum. Quotienſcũque ergo deſcẽdiſset angelus, mouebatur aqua. Dicis forte: Quare modo nõ mouetur? Audi quare. Signa incredulis, fides credẽtibꝰ. Qui prior deſcẽdiſset, ſanabatur ab oi infirmitate. Qui prior: tẽpore, an honore? Vtrunq; intellige. Si tẽpore, prior qui deſcendiſset ſanabatur, hoc eſt de populo Iudæorum magis quàm de populo nationum. Si honore, qui prior deſcendiſset, hoc eſt qui haberet dei metum, ſtudium iuſtitiæ, gratiam charitatis, caſtitatis affectum, ipſe magis ſanabatur. Tamen tũc tẽporis vnus ſanabatur. Tunc inquam tẽporis in figura qui prior deſcẽ
C diſset, ſolus curabatur. Quanto maior eſt gratia Eccleſiæ, in qua omnes ſaluantur quicunq; deſcendũt? Sed videte myſteriũ, Venit dominus noſter Ieſus Chriſtus ad piſcinam. multi ægri iacebant. Et facile ibi multi ægri iacebãt, vbi vnus tantũmodo curabatur. Deinde ait ad illum Paralyticũ: Deſcẽde. Ait ille: Hominẽ nõ habeo. Vide vbi baptizaris, vnde ſit baptiſma, niſi de cruce Chriſti, de morte Chriſti. Ibi eſt omne myſteriũ, quia pro te paſsus eſt. In ipſo redimeris, in ipſo ſaluaberis. Homi-
1. Cor.15. nẽ, inquit, non habeo, hoc eſt quia per hominẽ mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorũ. Non poterat deſcendere, nõ poterat ſaluari qui nõ credebat quod dominus Ieſus carnem ſuſcepiſset ex virgine. Hic autẽ qui operiebatur mediatorẽ dei & hominũ, hominem Ieſum expectans, eum de quo dictum eſt, Et mittet dominus hominẽ qui ſaluos faciat eos: dicebat, Hominem nõ habeo, & ideo ad ſanitatẽ m:ruit peruenire, quia credebat in aduenientẽ. Melior tamen & perfectior fuiſset ſi credidiſ- D
ſet iam veniſse, quem ſperabat eſse venturum.

De varijs generibus & figuris baptiſmi. Cap. III.

NVNC vide ſingula. Diximus figuram præceſsiſse in Iordane quando Naaman leproſus ille mundatus eſt. Puella illa ex captiuis quæ eſt, niſi quæ ſpeciẽ habebat Eccleſię, & figurã repreſentabat? Captiuus enim erat populus nationũ. Captiuus erat, nõ dico captiuitatẽ ſub hoſte aliquo populo cõſtitutã, ſed eã captiuitatẽ dico quæ maior eſt, quãdo diabolus cũ ſuis ſæuo dominatur imperio, & captiua ſibi colla ſubiicit peccatorũ. Ergo habes vnũ baptiſma. Aliud in diluuio. Habes tertiũ genus quãdo in mari rubro baptizati ſunt patres. Habes quartũ genꝰ in piſcina quãdo mouebatur aqua. Nũc te cõſulo vtrũ credere debeas, quia habes præſentiam trinitatis in hoc baptiſmate quo baptizatur in Eccleſia.

Quid ſignificet quòd ad preces Heliſæi ferrũ ſecuris demerſum ſupernatauerit. Quid etiam quòd Moyſes lignum miſerit in fontem, quo aqua antea amara dulceſcebat. Caput. IIII.

IDEM itaque dominus noſter Ieſus Chriſtꝰ in Euãgelio ſuo dicit ad Apoſtolos: Ite baptizate oẽs gẽtes in nomine patris, & filij, Matth.28
& ſpiritus ſancti. Sermo hic ſaluatoris eſt. Dic mihi ô homo. Inuocauit Helias, & de- 3. Reg.18.
ſcẽdit ignis de cælo. Inuocauit Heliſæus domini nomẽ, 4. Reg.6.
& de aqua ferrũ ſecuris aſcẽdit quod demerſum fuerat. Ecce aliud genus baptiſmatis. Quare? Quia ois hõ ante baptiſmũ quaſi ferrũ premitur atq; demergitur. Vbi baptizatꝰ fuerit, nõ tanq̃ ferrũ ſed tanq̃ iã leuior fructuoſi ligni ſpecies leuatur. Ergo & hic figura altera. Securis erat qua cædebãtur ligna. Cecidit manubriũ de ſecuri, E
hoc eſt, ferrũ demerſũ eſt. Filius Prophetæ neſciuit quid faceret, ſed hoc ſolũ ſciuit, vt rogaret Heliſæũ ꝓphetã, & remediũ poſtularet. Tunc ille lignũ miſit, & ferrũ leuatũ eſt. Vides ergo quod in cruce Chriſti omniũ hoim leuatur infirmitas? Aliud, etſi nõ ordinẽ tenemus. Quis enim poſset omnia geſta cõprehẽdere Chriſti? ſicut Apoſtoli dixerũt. Moyſes cũ veniſset in deſertũ, & ſitiſset populus, & veniſset ad Marath fontẽ, & bibere vellet, aquã vbi primũ hauſit, & amaritudinẽ ſenſit, & cœpit bibere nõ poſse: ideo Moyſes miſit lignũ in fõtẽ, & cœpit aqua quæ ante erat amara, dulceſcere. Quid ſignificat, niſi quia omnis creatura corruptelæ obnoxia, aqua amara eſt omnibus? Etſi ad tẽpus ſuauis eſt, ad tempus iucũda, amara tamen eſt, quæ nõ poteſt auferre peccatũ. Vbi biberis, ſities, vbi potus ceperis ſuauitatẽ, iterũ amaritudinem ſenties. Amara ergo aqua, ſed vbi crucem Chriſti, F
vbi acceperit cæleſte ſacramẽtum, incipit eſse dulcis & ſuauis. Et merito dulcis, in qua culpa reuocatur. Ergo ſi in figura tantum valuerunt baptiſmata, quanto amplius valet baptiſma in veritate?

De efficaci probatione quod ad inuocationem ſacerdotis ſuper fontem veri baptiſmi potius aſsit præſentia trinitatis q̃ ad ſupratactas figuras baptiſmi, & quid ſignificet columba. Quid etiã ſpiritus magno ſono in die Pẽtecoſtes deſcendens & apparens in diſpertitis linguis.

Caput V.

NVNC ergo conſideremus. Venit ſacerdos, precẽ dicit ad fontem, inuocat patris nomen, præſentiam filij & ſpiritus ſancti, vtitur verbis cæleſtibus. Cæleſtia verba, quæ Chriſti ſunt, quod baptizemus in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Si ergo ad hominis ſermonem, ad inuocationem ſancti aderat præſentia trinitatis, quanto magis ibi adeſt vbi ſermo operatur æternus? Vultis ſcire quia deſcendit ſpiritus? Audite, quia quaſi columba deſcendit: Quare quaſi columba? Vt increduli vocarentur ad fidem. In principio ſignum debuit eſse, in poſterioribus debet eſse perfectio. Accipe aliud. Poſt mortem domini noſtri Ieſu Chriſti

Actuũ.2. Apostoli erant in vno loco cõgregati, & orabant in die
G Penteco stes,& subito factus est magnus sonus, quasi cũ
vi magna spiritus ferretur, & visæ sunt linguæ dispersæ
sicut ignis. Quid hoc significat, nisi descensum spiritus
sancti,qui se voluit incredulis etiam corporaliter demõ
strare?Hoc est,corporaliter per signum, spiritaliter per
sacramentum. Ergo manifestum testimonium eius ad-
uentus:nobis autẽ iam fidei prærogatiua defertur, quia
in principio signa incredulis fiebant, nobis iam in ple-
nitudine Ecclesiæ non signa, sed fide veritas colligen-
da est.

Quod baptismum inuentum sit ad resurrectionem & viuificationem naturæ humanæ, quæ per peccatum morti obnoxia erat. Caput VI.

NVNC disputemus quid sit quod dicitur ba
ptisma. Venisti ad fontem, descendisti in
eum,attendisti summum sacerdotem,Le-
uitas & presbyterum in fõte vidisti. Quid
est baptismũ? In principio deus noster ho
minem fecit,vt si peccatum non gustaret, morte nõ mo
reretur. Peccatum contraxit,factus est obnoxius morti,
eiectus est de paradiso. Sed dominus qui sua vellet bene
ficia permanere,& insidias oẽs abolere serpentis,rescin
H dere,quoque omne quod nocuit: primum quidem sen-
Gene.3. tentiam tulit in hominem, Terra es,& in terram ibis.&
morti hominem fecit obnoxium. Erat diuina sentẽtia,
solui humana conditione non poterat. Remediũ datũ
est,vt hõ moreretur,& resurgeret. Quare? Vt illud qđ
ãte dãnatiõis loco cesserat,ìoco cederet beneficij. Quid
illud est nisi mors?Quæris quomodo?quia mors interue
niens finem facit peccati. Quando enim moritur, vtiq;
peccare desistimus. Satisfactum ergo sententiæ videba-
tur,quando homo qui factus fuerat vt viueret, si tamen
non peccaret,incipiebat mori.Sed vt dei perpetua gra-
tia perseueraret,mortuus est homo, sed Christus inue-
nit resurrectionem,id est vt redintegraret cæleste bene-
ficium,quod fraude fuerat serpẽtis amissum. Vtrunque
ergo pro nobis:quia & mors finis est peccatorum,& re-
surrectio naturæ est reformatio. Veruntamen ne in hoc
seculo diaboli fraus vel insidiæ prævalerent, inuentum
est baptisma. De quo baptismate audi quid dicat scrip-
Lucæ.7. tura, immo filius dei, Quia Pharisæi qui noluerunt ba-
ptizari baptismo Ioannis,consilium dei spreuerunt. Er
go baptismum consilium dei est. Quanta est gratia vbi
I est consilium dei? Audi ergo. Nam vt in hoc seculo ne-
xus diaboli solueretur, inuentum est quomodo homo
viuus moreretur, & viuus resurgeret. Quid est viuus?
Hoc est,vita corporis viuens cum veniret ad fontem, &
mergeretur in fontem. Quid est aqua nisi de terra?Satis
fit ergo sententiæ cælesti sine mortis stupore. Quod mer
geris,soluitur sententia illa: Terra es, & in terram ibis.
Impleta sententia locus est beneficio remedióque cæle-
sti. Ergo aqua de terra, possibilitas autem vitæ nostræ
non admittebat vt terra operiremur,& de terra resurge
remus. Deinde nõ terra lauat,sed aqua lauat: ideo fons
quasi sepultura est.

De triplici immersione in baptismum, & triplici interrogatione, & quod in vno homine baptizari oportet. Et quomodo in morte Iesu baptizemur & vngamur in vitam æternam.

Caput VII.

INTERROGATVS es, Credis in deum patrem
omnipotentem?Dixisti,credo.& mersisti,hoc
est,sepultus es. Iterum interrogatus es, Credis
in dominum nostrum Iesum Christum, & in
crucem eius?Dixisti, credo. & mersisti:ideo & Christo
es consepultus. Qui enim Christo consepelitur, cum
Christo resurgit. Tertio iuterrogatus es,Credis & in spi
ritum sanctum? Dixisti,credo.tertio mersisti, vt multi-
plicem lapsum superioris ætatis absolueret trina cõfes-
sio. Denique vt vobis afferamus exemplum,sanctus apo
stolus Petrus posteaquam in passione domini lapsus vi K
detur infirmitate conditionis humanæ:qui ante negue
rat, postea vt illum lapsum aboleret & solueret, tertio
interrogatus à Christo si Christum amaret,tunc ille di- Ioan.21.
cit:Tu nosti domine quia amo te. Tertio dixit, vt tertio
absolueretur. Sicut ergo peccatum dimittit pater,sic di-
mittit filius,sic & spiritus sanctus. In vno autẽ noie bap-
tizari nos oportet:hoc est,i nomine patris,& filij,& spi-
ritus sancti. Noli mirari quia dixi vnum nomen, vbi est
vna substãtia,vna diuinitas,vna maiestas. Hoc est nomẽ Actuũ.4.
de quo dictũ est, in quo oportet oẽs saluos fieri. In hoc
nomine oẽs saluati estis,redditi estis ad gratiã vitę. Cla-
mat ergo Apostolus, sicut audistis in lectione præsenti: Roma.6.
Quoniã quicunq; baptizatur,in morte Iesu baptizatur.
Quid est in morte? Vt quomodo Christus mortuus est,
sic & tu mortẽ degustes. Quomodo Christus mortuus
est peccato,& deo viuit:ita & tu superioribus illecebris
peccatorũ mortuus sis pẽr baptismatis sacramẽtum, &
surrexeris per gratiam Christi. Mors ergo est, sed nõ in
mortis corporalis veritate,sed in similitudine. Cum e-
nim mergis,mortis suscipis & sepulturę similitudinem.
Crucis illius accipis sacramentum, quod in cruce Chri
stus pependit,& clauis confixum est corpus. Tu ergo cũ
crucifigeris,Christo adhæres,clauis domini nostri Iesu
Christi adhæres,ne te diabolus possit abstrahere. Tene- L
at te clauus Christi,quem reuocat humanæ conditionis
infirmitas. Ergo mersisti, venisti ad sacerdotem,quid ti-
bi dixit?Deus,inquit,pater omnipotens qui te regenera
uit ex aqua & spiritu sancto,concesitq; tibi peccata tua,
ipse te vngat in vitam æternam. Vide vbi vnctus es. In vi
tam,inquit,æternam. Noli hanc vitam illi vitæ anteferre.
Verbi gratia si exurgat inimicus aliquis, si velit tibi
fidem tuam auferre,si minatur mortem vt prænaricetur
quisquã,vide quid eligas: noli eligere illud in quo nõ es
vnctus,sed elige in quo vnctus es,vt vitã æternã vitę præ
feras tẽporali per Christum dominum nostrũ. Amen.

CAPITA LIBRI TERTII DE SACRAMENTIS. M

Quare demersi in baptismũ recipiant vnguẽtum in ca-
pite,& quid sit regeneratio. Qua ratione etiã hoc se-
culum mare sit,nos autẽ pisces imitari naturã oporte
at. Et de mysterio lotionis infantium. Caput I.
Quod per inuocationẽ sacerdotis septiformis spiritus
infundatur. Quid etiã significet lutũ ex sputo super
oculos cæci positũ. Et quòd qui baptizatur,sine con-
fessione etiam à peccato abluitur. Et quid sit aqua Si
loe. Caput. II.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER III.

Caput primum.

HESTERNO DIE DE FONTE
disputauimus, cuius species velu
ti quędam sepulchri forma est,in
quem credentes in patrem, & fili
um,& spiritum sanctum, recipi-
mur, & demergimur, & resurgi-
mus,hoc est resuscitamur. Accis
pis autem mysterium, hoc est vn
guentum supra caput. Quare supra caput? quia sensus
sapientis in capite eius,Salomon ait. Friget enim sapien Actuũ.2.
tia sine gratia:sed vbi gratia acceperit sapientiam, tunc
opus eius incipit esse perfectum. Hæc regeneratio dici-

A tur. Quid est regeneratio? Habes in Actibus apostolorũ
quod ille versiculus qui dicitur in psalmo secundo: Fili
us meus es tu,ego hodie genui te:ad resurrectionem spe
ctare videatur. Nanque sanctus apostolus Petrus in Acti
bus apostolorum sic interpretatus est,quod tunc quando
resurrexit filius à mortuis,patris vox resultauerit: Fi
lius meus es tu,ego hodie genui te. Vnde & primogeni-
tus à mortuis dicitur. Ergo resurrectio quid est, nisi quã
do de morte ad vitam resurgimus? Sic ergo & in baptis-
mate quoniã similitudo mortis est,sine dubio dum mer
gis & resurgis,similitudo fit resurrectionis. Recte itaque
secundum interpretationem apostoli Petri, sicut illa re
surrectio generatio fuit,ita & ista resurrectio regenera-
tio est. Sed quid dicis quia in aquam mergis? Ideo pere-
grinaris,ideo te dubitatio tenet. Legimus quidem: Pro-
Gene.1. ducat terra ex se fructum germinantem. Similiter & de
aquis legisti: Producant aquæ animãtia. & nata sunt ani
mantia. Illa quidem in principio creaturę. Sed tibi reser
uatum est vt aqua te regeneret ad gratiam, sicut illa ge-
nerauit ad vitam. Imitare illum piscem qui minorẽ qui-
dem adeptus est gratiam,tamen debet tibi esse miracu-
lum. In mari est,& super vndas est. In mari est, & super
fluctus natat. In mari tempestas furit,stridunt procellę,
sed pisces natans non demergitur, quia natare consue-
B uit. Ergo tibi seculum hoc mare est. Habet diuersos flu
ctus,vndas graues,sæuas tempestates. Et tu esto pisces,vt
seculi te vnda nõ mergat. Pulchre autem pater dicit ad
Psal.22. filium: Ego hodie genui te. hoc est,quando redemisti po
pulum,quando ad cæli regnum vocasti,quando imple-
sti voluntatem meam,probasti meum te esse filium. A-
scendisti de fonte. quid secutum est? Audisti lectionem.
Succinctus est sacerdos. Licet enim & presbyteri fece-
rint, tamen exordium ministerij à summo est sacerdo-
te. Succinctus inquam summus sacerdos pedes tibi la-
uit. Quid ìstud mysterium? Audisti vtique quia domi-
nus cum lauisset discipulis aliis pedes, venit ad Petrum,
Ioan.13. & ait illi Petrus: Tu mihi lauas pedes? Hoc est, tu domi-
nus seruo lauas pedes? Tu immaculatus mihi lauas pe-
des, tu author cælorum mihi lauas pedes? Habes hoc &
Mat.3. alibi: Venit ad Ioannem,& ait illi Ioannes: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Ego sum peccator, &
tu venis ad me peccatorem, vt tua quasi peccata depo-
nas, qui peccatum non feceris? Vide omnem iustitiam,
vide humilitatem,vide gratiam,vide sanctificationem.
Nisi lauero,inquit,tibi pedes,non habebis mecum par-
tem. Non ignoramus quòd ecclesia Romana hanc con-
suetudinem non habeat,cuius typum in omnibus sequi
mur & formam. Hanc tamen consuetudinem non ha-
bet vt pedes lauet. Vide ergo ne forte propter multitudi
nem declinauit. Sunt tamen qui dicant & excusare co-
nentur,quia hoc in ministerio faciendum est,non in ba
ptismate,non in regeneratione, sed quasi hospiti pedes
lauãdi sint. Aliud est humilitatis, aliud sanctificationis.
Denique audi quia mysterium est & sanctificatio. Nisi
lauero tibi pedes,nõ habebis mecum partem. Hoc ideo
dico,non quod alios reprehendam,sed mea officia ipse
commendem. In omnibus cupio sequi ecclesiam Roma
nam. Sed tamen & nos homines sensum habemus. Ideo
C quod alibi rectius seruatur,& nos recte custodimus. Ip-
sum sequimur apostolum Petrum,ipsius inhæremus de
uotioni. Ad hoc ecclesia Romana quid respondet? Vti-
que ipse author est nobis huius assertionis Petrus apo-
stolus, qui sacerdos fuit ecclesiæ Romanæ. Ipse Petrus
Ioan.13. ait: Domine nõ solum pedes,sed etiam manus & caput.
Vide fidem. Quod ante excusauit,humilitatis fuit. quod
postea se obtulit,deuotionis & fidei. Respondit illi do-
minus,quia dixerat manus & caput: Qui lauit,non ne-
cesse habet iterum lauare,nisi vt solos pedes lauet. Qua
re hoc? Quia in baptismate omnis culpa diluitur. Rece-
dit ergo culpa, Sed quia Adam supplantatus à diabolo
est,& venenum ei effusum est supra pedes,ideo lauas pe
des,vt in ea parte in qua insidiatus est serpẽs, maius sub D
fidium sanctificationis accedat, quo postea te supplan-
tare non possit. Lauas ergo pedes, vt laues venena ser-
pentis. Ad humilitatem quoque proficit, vt in mysterio
non erubescamus quod non dedignamur in obsequio.

Quod per inuocationem sacerdotis septiformis spiritus infundatur. Quid etiam significet lutum ex sputo super oculos cæci positum. Et quod qui baptizatur,sine cõfessiõe etiã à peccato abluitur. Et quid sit aqua Siloe.

Caput secundum.

SEQVITVR spiritale signaculum quod au
distis hodie legi,quia post fõtem superest,
vt perfectio fiat,quando ad inuocationem
sacerdotis spiritus sanctus infunditur, spi
ritus sapientiæ & intellectus,spiritus con- Esaiæ.11.
silij atque virtutis,spiritus cognitionis atq; pietatis,spi-
ritus sancti timoris. Septem quasi virtutes spiritus. Et
omnes quidem virtutes ad spiritum pertinent, sed istæ
quasi cardinales sunt,quasi principales. Quid enim tam
principale quàm pietas? Quid tam principale quàm co-
gnitio dei? Quid tam principale quàm virtus? Quid tam
principale quàm consilium dei? Quid tam principale q̃ E
timor dei? Sicut timor seculi infirmitas,ita timor dei ma 1.Cor.12.
gna est fortitudo. Istæ sunt septem virtutes quando con
signaris. Nam vt ait apostolus sanctus, Quia multifor-
mis est,inquit, sapientia domini nostri, & multiformis
sapientia dei, ita multiformis est spiritus sanctus qui ha
beat diuersas variásque virtutes. Vnde & deus virtutum
dicitur. Quod aptari potest patri & filio & spiritui san-
cto. Sed hoc alterius disputationis, alterius est tempo-
ris. Post hæc quid sequitur? Venire habes ad altare. Quo
niam venisti,videre habes quæ ante nõ videbas, hoc est
mysterium quod legisti in euãgelio,si tamen legisti: cer-
te audisti: Cæcus obtulit se Saluatori,vt curaretur. Et ille
qui alios verbo tantum & sermone curabat,& refun-
debat imperio lumen oculorum, tamen in libro euan-
gelij qui scribitur secundum Ioannem,qui vere præ cæ-
teris vidit magna mysteria, & designauit & declarauit,
mysterium hoc in illo voluit præfigurare. Omnes quidẽ
sancti euangelistæ, omnes apostoli præter proditorem,
omnes sancti. Tamen sanctus Ioannes qui vltimus scri-
psit euangelium,quasi necessarius requisitus & electus à
Christo,maiore quadã tuba fudit ęterna mysteria. Quic F
quid locutus est,mysterium est. Alius dixit cæcum cura
tum,dixit Matthæus,dixit Lucas,dixit Marcus: solus Io
annes quid ait? Tulit lutum, & liniuit super oculos eius, Ioan.9.
& dixit ei,Vade,laua in Syloam. Et exurgens iuit, & la-
uit,& venit videns. Confidera & tu oculis cordis tui. Vi
debas quæ corporalia sunt,corporalib9 oculis. Sed quæ
sacramentorum sunt,cordis oculis adhuc videre nõ po
teras. Ergo quando dedisti nomen tuum, tulit lutum,&
liniuit super oculos tuos. Quod significat vt peccatum
tuum fatereris,vt conscientiam tuam recognosceres,vt
pœnitentiam ageres delictorum,hoc est,sortem humã-
næ generationis agnosceres. Nam etiam si non confite a
tur peccatum qui venit ad baptismum, tamen hoc ipso
implet confessionem omnium peccatorum,quod bap-
tizari petit vt iustificetur,hoc est, vt à culpa ad gratiam
transeat. Nolite ociosum putare. Sunt quidam,scio cer-
te aliquem fuisse qui diceret cum illi diceremus: In hac
ætate magis baptizari debes. Dicebat ille: Quare bapti-
zer? Peccatum non habeo. Nunquid peccatum contra-
xi? Hic lutum non habuit quod ei Christus non lauerat,
hoc est,non ei aperuerat oculos. Nullus enim homo si-
ne peccato. Ergo agnouit se hominem,qui confugit ad
baptismum Christi. Itaque & tibi imposuit lutum, hoc
est,verecundiam, prudentiam, considerationem fragi-
litatis tuæ,& dixit tibi, Vade in Syloam. Quid est Syloa-
as? Quod interpretatur,inquit,missus. Hoc est, vade ad

G illum fontem in quo crux domini prædicatur. Vade ad illum fōtem in quo omnium Christus redemit errores. Isti, lauisti, venisti ad altare, videre cœpisti quæ ante nō videras. Hoc est, per fontem domini & prædicationem dominicæ passionis tunc aperti sunt oculi tui, qui ante corde videbaris esse cæcatus, cœpisti lumen sacramentorum videre. Ergo fratres dilectissimi, venimus vsque ad altare, ad tractatum vberiorem. Et ideo quia id temporis est, disputationem integram nō possumus incipere, quia prolixior tractatus est, satis sit quod dictum est hodie, & crastino die, si domino placet, de sacramētis ipsis tractabimus.

CAPITA LIBRI QVARTI DE SACRAMENTIS.

Quomodo baptisterium sit secundum tabernaculum. Et de expositiōe eorum quæ in tabernaculo custodiebantur. Caput I.

De excellentia ablutionis sacramenti, quam etiam angeli admirantur. Et quomodo ibi renouari debeam⁹ vt bona aquila. Caput II.

Quod deus amplius præstiterit fidelidus in sacramēto, quàm Iudæis in manna. Et de significatiōe oblationis Melchisedech. Caput III.

Quod Christus sit author sacramentorum, & quemadmodum suo sermone sacramentum conficiat. Quomodo etiam manducans venerabile corpus suum noua efficiatur creatura. Caput IIII.

Quibus verbis consecretur corpus dominicum & sanguis. Et quomodo manducans non moriatur in æternum. Caput V.

De magnitudine & excellētia huius sacramēti. Cap. VI.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER QVARTVS.

Caput primum.

I Hebr.9. N VETERI TESTAMENTO SAcerdotes frequenter in primum tabernaculum intrare consueuerant. In secūdum tabernaculum semel in anno summus intrabat sacerdos. Quod euidenter ad Hebræos recolens, seriem veteris testamenti explanat apostolus Paulus. Erat autem in secundo tabernaculo manna, erat etiam virga Aaron quæ aruit, & postea reflоruit, thymiamaterium. Quo spectat hoc? Vt intelligatis quid sit secūdum tabernaculum in quod vos introduxit sacerdos, in quod semel in anno summus sacerdos intrare consueuit, hoc est ad baptisterium, vbi virga Aaron floruit. Antè arida erat, postea reflоruit. Et tu aridus eras, & cœpisti in fonte irriguo reflоrescere. Arueras peccatis, arueras erroribus atque delictis, sed fructum iam afferre cœpisti, plātatus secus decursus aquarum. Sed forte dicas: Quid hoc ad populum si virga sacerdotis aruerat, & reflоruit? Populus ipse quid est nisi sacerdotalis? Quibus
1.Petri.2. dictum est: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, vt ait apostolus Petrus. Vnusquisque vngitur in sacerdotium, vngitur in regnum. Sed spirituale regnum est, & sacerdotium spiritale. In secundo quoque tabernaculo est thymiamaterium. Thymiāmateriū est quod bonum odorem fragrare consueuit. Ita & vos iam bon⁹ odor Christi estis, iam nulla in vobis sors delictorum, nullus odor grauioris erroris. K

De excellentia ablutionis sacramenti, quam etiam angeli admirantur. Et quomodo ibi renouari debeam⁹ vt bonæ aquila. Caput II.

SEQVITVR vt veniatis ad altare. Cœpistis venire, spectarunt angeli, viderunt vos aduenientes, & humanam conditionem illam quæ ante peccatorum tenebroso squalore sordebat, aspexerūt subito refulgere. Ideóque dixerunt: Quæ est hæc quæ ascendit à deserto dealbata? Mirātur ergo & angeli. Vis scire quia mirantur? Audi ergo apostolum Paulum dicentem ea nobis esse collata quæ concupiscunt & angeli videre. Et iterum: Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit quæ præparauit deus diligentibus se. Deinde quid acceperis recognosce. Sanctus Dauid propheta hanc gratiam in figura vidit & concupiuit. Vis scire quia concupierit? iterum audi dicentem: Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuē dealbabor. Quare? Quia nix quanuis sit candida, cito aliqua sorde nigrescit atq; corrumpitur. Ista gratia quam accepisti, si teneas quod accepisti, erit diuturna atque perpetua. Veniebas ergo desiderans ad altare, vtpote qui tantam gratiam videras, veniebas desiderans ad altare, quo acciperes sacramentum. Dicet anima tua: Introibo ad altare dei mei, ad deum qui lætificat iuuētutem meam. Depositi pectatorum senectutem, sumpsisti gratiæ iuuentutem. Hoc præstiterunt tibi sacramenta cælestia. Denique iterum audi dicentem Dauid: Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Bona aquila esse cœpisti, quę cælum petis, terrena fastidis. Bonæ aquilæ circa altare. Vbi enim corpus, ibi & aquilæ. Forma corporis altare est, & corpus Christi est in altari. Aquilæ vos estis, renouatæ ablutione delicti.

Cantic.

I.Cor.2.

Psal.50.

L

Psal.42.

Psal.102.

Quod deus amplius præstiterit fidelibus in sacramento, quàm Iudæis in manna. Et de significatione oblationis Melchisedech. Caput III.

M VENISTI ad altare, vidisti sacramenta posita super altare, & ipsam quidem mirat⁹ es creaturam. Tamen creatura solēnis & nota. Forte aliquis dixerit. Iudæis deus tātam gratiam præstitit, manna illis pluit è cælo. Quid plus dedit fidelibus suis? Quid plus tribuit ijs quibus plus promisit? Accipe quę dico, anteriora esse mysteria Christianorum quàm Iudæorum, & diuiniora esse sacramenta Christianorum quàm Iudęorum. Quomodo? Accipe. Iudæi quando esse cœperunt? Ex Iuda vtiq; pronepote Abrahæ. Aut si vis, & sic intellige, Ex lege quam Iudæi accipere meruerūt. Ergo ex pnepote Abrahæ Iudæi dicti sunt tempore sancti Moysi. Et si tunc deus Iudæis manna murmurantibus pluit è cælo, Tibi autem sacramentorum horum figura præcesit quando Abraham erat, quando vernaculos trecentos decem & octo collegit, & ibi persecutus est aduersarios, de captiuitate eruens nepotem suum. Tunc victor venit, occurrit illi Melchisedech sacerdos, & obtulit ei panem & vinum. Quis habuit panem & vinum? Abraham nō habuit. Sed quis habuit? Melchisedech. Ipse ergo author sacramentorum. Quis est Melchisedech? Qui significatur rex iustitię, rex pacis. Quis est iste rex iustitię? Nunquid homo qſquā potest rex esse iustitiæ? Quis ergo rex iustitiæ, nisi iustitia dei, qui est dei pax, dei sapientia? Qui potuit dicere: Pacem meam do vobis, pacem meā relinquo vobis. Ergo primo intellige sacramenta hæc quę accipis, anteriora esse quàm sint Moysi sacramenta quæcunq; Iudæi habere se dicunt, & prius cœpisse populum Christianū, quàm cœpisse populum Iudæorum. Sed nos in prædesti natione, illum in nomine. Obtulit ergo Melchisedech

Exod.16.

Gene.14.

Ioan.14.

Hebre.7. A panem & vinum. Quis est Melchisedech? Sine patre, inquit, sine matre, sine generationis ordine, neq; initium dierum, neque finem vitæ habens. Hoc habet apud Hebræos epistola. Sine patre, inquit; est, sine matre, similis autem filio dei. Sine matre natus est dei filius generatione cælesti, quia ex solo deo patre natus est. Et iterum sine patre natus est, quādo natus ex virgine est. Non enim ex virili semine generatus est, sed nat⁹ de spiritu sancto ex virgine Maria, vtero editus virginali. Similis per omnia filio dei, Sacerdos quoque erat Melchisedech, quia & Christus sacerdos, cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Psal.109.

Quod Christus sit author sacramentorum, & quemadmodum suo sermone sacramentum conficiat. Quomodo etiam manducans venerabile corpus suum noua efficiatur creatura. Caput IIII.

ERGO author sacramentorum quis est nisi dominus Iesus? De cælo ista sacramēta venerunt. Cōsilium enim omne de cælo est. Vere autem magnum est & diuinum miraculum quod populo pluit deus manna de cælo, & non laborabat populus, & manducabat. Tu forte dicis: Meus panis est vsitatus, sed panis iste panis est antè verba sacramentorum: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi consectatione.

B Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur, laus deo defertur: oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. vbi venitur vt cōficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit dominus, & factum est cælum. Iussit domin⁹, & facta est terra. Iussit domin⁹, & facta sunt maria. Iussit dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi? Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est vt sint quę erant, & in aliud commutentur? Cælum non erat, mare

Psal.148. non erat, terra non erat. Sed audi dicētem: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Ergo tibi vt respondeam, non erat corpus Christi ante cōsecrationē. Sed post cōsecrationem dico tibi, quòd iam corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est: ipse mandauit, & creatū est. Tu ipse eras, sed eras vetus creatura: posteaquam consecratus es, noua creatura esse cœpisti. Vis scire q̄ noua

C creatura? Omnis, inquit, in Christo noua creatura, Accipe ergo quemadmodum sermo Christi creaturam omnem mutare consueuerit, & mutat quando vult instituta naturæ. Quomodo requiris? Accipe, & primo omniū de generatione eius sumamus exemplum. Consuetudo est vt non generetur homo nisi ex viro & muliere, & cōsuetudine coniugali. Sed quia voluit dominus, qui hoc elegit sacramētum, de spiritu sancto & virgine natus est Christus, hoc est, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Vides ergo quia contra instituta & ordinē homo est natus ex virgine. Accipe aliud. Vrgebatur populus Iudæorum ab Aegyptijs, intercluſus erat mari. diuino imperio virga Moyses tetigit aquas, & se vnda diuisit: non vtique secundum suę naturæ cōsuetudinem, sed

Exod.14.

Exodi.15. secundum gratiam cælestis imperij. Accipe aliud. Sitiebat populus, veniebat ad fōtem, amarus erat fons, misit lignum sanctus Moyses in fontē, & fact⁹ est dulcis fons qui amarus erat. hoc est, mutauit consuetudinē naturæ suæ, accepit dulcedinem gratiæ. Accipe & quartum exē

4.Reg.6. plum. Ceciderat ferrū securis in aquas, quasi ferrū, sua consuetudine demersum est, misit lignum Helisæus, statim ferrum eleuatum est, & aquis supernatauit, vtiq; cōtra cōsuetudinē ferri. Est enim materies grauior, q̄ aquarum est elementum. Ex his igitur omnibus non intelligis quantum operetur sermo cælestis? Si operatus est in D fonte terreno, si operatus est sermo cælestis in alijs reb⁹, non operatur in cælestibus sacramentis? Ergo didicisti quòd ex pane corpus fiat Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed sit sanguis consecratione verbi cælestis. Sed forte dicis: Speciem sanguinis non video. Sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & precium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quod accipis, corpus est Christi.

Quibus verbis consecretur corpus dominicū & sanguis. Et quomodo manducans non moriatur in æternū. Caput V.

VIS scire quia verbis cælestibus consecratur? Accipe quæ sunt verba. Dicit sacerdos: Fac nobis, inquit, hāc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabilem: quod est figura corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Qui pridie quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad cælum, ad te sancte pater omnipotens æterne deus, gratias agēs: benedixit, fregit, fractiq; apostolis suis & discipulis suis tradidit dicens: Accipite, & edite ex hoc oēs. Hoc enim est corp⁹ meū, quod pro multis cōfringetur. Similiter etiam calicem postquam cœnatum est, pridie quàm pateretur accepit, respexit ad cælum, ad te sancte pater omnipotens æterne deus, gratias agens: benedixit, apostolis & discipulis suis tradidit dicēs: Accipite, & bi- E bite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus. Vide, omnia illa verba Euangelistæ sunt vsque ad Accipite, siue corpus, siue sanguinem. Inde verba sunt Christi: Accipite, bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus. Vide singula. Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in sāctis manib⁹ suis accepit panem. Antequam consecretur, panis est, vbi autem verba Christi accesserint, corp⁹ est Christi. Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes, hoc est corpus meū. Et ante verba Christi, calix est vini & aquæ plenus. Vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebē redemit. Ergo videte quātis gen̄eribus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Deinde ipse dominus Iesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus & sanguinem. Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare? Iam redi mecum ad propositionem meam. Magnum quidem & ve- F nerabile, quod manna Iudæis pluit è cælo. Sed intellige, quid est amplius, māna de cælo, an corpus Christi? Corpus Christi vtiq;, qui author est cæli. Deinde manna qui manducauit, mortuus est. Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, & nō morietur in æternum. Ergo non ōcioſe tu dicis Amen, iam in spiritu cōfitens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos, corpus Christi. Et tu dicis Amen. hoc est, verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus.

De magnitudine & excellentia huius sacramenti. Caput VI.

VT scias autem hoc esse sacramentum, huius figura antè processit. Deinde quantum sit sacramentum cognosce, vide quid dicat: Quotiēscunque hoc feceritis, totiens commemorationem mei facietis, donec iterum adueniam. Et sacerdos dicit: Ergo memores gloriosissimę eius passiōis, & ab inferis resurrectionis, & in cælum ascensionis, offerimus tibi hāc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruētam hostiam, hunc panem sanctum, & calicem vitæ æternæ: & petimus & precamur vt hāc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus angelorum tuorum, sicut suscipere dignatus es mūnera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech. Ergo quotiēscunque accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotiēscunque 1.Cor.11. accipimus, mortem domini annunciamus: si mortē an-

G nunciamus, annunciamus remissionem peccatorum. Si quotiēscūque effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semp debeo habere medicinam. Interim & hodie quantum potuimus explanauimus. Sed crastina die sabbato & dominica de oratiōis ordine dicemus, quēadmodū possumus. Dominus deus noster cōseruet vobis gratiā quā dedit, & oculos quos vobis aperuit, pleni⁹ illuminare dignetur p vnigenitū filiū suū regē ac saluatorē dominū deū nostrū, per quē & cū quo sibi est laus, honor, gloria, magnificētia, potestas cū spiritu sancto à seculis, & nūc & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

CAPITA LIBRI QVINTI DE SACRAMENTIS.

Qua ratione in calice aqua admisceatur vino, & de mysterio illius. Caput I.

De gratiosa Christi inuitatione ad cæleste conuiuium per osculum oris sui. Caput. II.

Quod accipienti sacramenta nihil desit, Et quomodo Ecclesia gaudeat de associata multorum epulatione,
H & quæ dicatur arbor pomifera. Caput III.

Quemadmodum orandum sit, & de breui expositione orationis dominicæ. Caput. IIII.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER V.

Qua ratione in calice aqua admisceatur vino, & de mysterio illius. Caput primum.

HESTERNVS SERMO NOSTER ac tractatus vsque ad sancti altaris sacramēta deductus est. Et cognouimus sacramentorum istorum figuram Abrahę temporib⁹ præcessisse, quādo obtulit sacrificium sanctus Melchisedech, neq; initium neq; finē habēs dierum.

I Audi homo quid dicat Paul⁹ apostol⁹ ad Hebræos. Vbi sunt qui filium dei dicunt esse de tempore? De Melchisedech dictum est, quia neque initium, neque finem dierū habet. Si Melchisedech non habet initium dierum, num Christus habere potuit? Sed nō est plus figura q̄ veritas. Vides ergo quia ipse primus & nouissim⁹. Primus, quia author est omnium. Nouissimus, non quod finem inueniat, sed quod vniuersa concludat. Diximus ergo quod in altari constituatur calix & panis. In calicem, inquit, mittitur vinum. Et quid aliud? Aqua. Sed tu mihi dicis: Quomodo ergo Melchisedeh panem & vinum obtulit? Quid sibi vult admixtio aquæ? Rationem accipe. Primo omnium, figura quæ ante præcessit tempore Moysi, quid habet? Quia cum sitiret populus Iudæorum, & murmuraret quod aquam inuenire non posset, iussit deus Moysi vt tangeret petram de virga. Tetigit petram, & petra vndam maximam fudit, sicut Apostolus ait: Bibebāt autem de consequenti petra, petra autē erat Christus. Non immobilis petra, quæ populum sequebatur. Et tu bibe, vt te Christus sequatur. Vide mysteriū. Moyses, hoc est Propheta. Virga, hoc est verbum dei. Sacerdos vero dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus dei. Tangit ergo sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam æternā, & bibit populus dei, qui dei gratiā consecutus est. Didicisti ergo hoc. Accipe & aliud. In tempore dominicæ passionis cum sabbatum magnū instaret, quia viuebat dominus noster Iesus Christus, vel latrones missi sunt qui percuterent eum, venientes inuenerūt defunctum dominum Iesum Christum, tunc vnus de militibus lancea tetigit latus eius, & de latere eius aqua fluxit & sanguis. Quare aqua? quare sanguis? Aqua vt emūdaret, sanguis vt redimeret. Quare de latere? Quia vnde culpa, inde gratia. Culpa per fœminam: gratia per dominum Iesum Christum.

1.Cor.10.

De gratiosa Christi inuitatione ad cæleste conuiuium per osculum oris sui. Caput II.

BENISTI ad altare, vocat te dominus Iesus vel animam tuam vel Ecclesiā, & ait: Osculetur me ab osculis oris sui. Vis ad Christū aptare? nihil grati⁹. Vis ad animam tuam? nihil iucūdius. Osculetur me. Videt te mūdū esse ab omni peccato, quia delicta de terra sunt: ideo te sacramentis cælestibus dignum iudicat, & ideo inuitat ad cæleste conuiuium. Osculetur me ab osculis oris sui. Tamen propter sequentia anima tua vel humana cōditio vel Ecclesia videt se ab omnibus mundatā esse peccatis, & dignam quæ ad altare Christi possit accedere. Quid est enim altare, nisi forma corporis Christi? Vidit sacramēta mirabilia, & ait: Osculetur me ab osculis oris sui, hoc est, osculum mihi Christ⁹ infigat. Quare? Quia meliora vbera tua super vinū, hoc est meliores sensus, meliora sacramenta tua super vinum. Super illud vinū quod etsi suauitatem habet, lætitiam habet, gratiam habet: tamen in illo lætitia secularis, in te autem iucunditas est spiritalis. Iam tunc ergo Salomon inducit nuptias vel Christi & ecclesiæ, vel spiritus & carnis & animæ, & addidit: Vnguentum exinanitum est nomen tuum, p̄terea adolescentulæ dilexerunt te. Quæ sunt istę adolescentulæ, nisi animæ singulorum quæ depositurent istius corporis senectutem, renouatæ per spiritum sanctū? Attrahe nos, post odorem vnguentorum tuorum curremus. Vide quid dicat. Nō potes sequi Christum nisi ipse attrahat. Denique vt scias: Cum exaltatus, inquit, fuero, omnia traham ad meipsum. Induxit me rex in cubiculum suum. Græcus: In promptuarium suum, & in cellarium suū, habet. Vbi bona libamina, vbi boni odores, vbi mella suauia, vbi fructus diuersi, vbi epulæ variæ, vt plurimis epulis tuum prandium condiatur.

Canti.1.

L

Ioan.12.

Canti.4.

Quod accipienti sacramenta nihil desit. Et quomodo Ecclesia gaudeat de associata multorum epulatione, & quæ dicatur arbor pomifera. Caput III.

ERGO venisti ad altare, accepisti corpus Christi. Audi iterum quæ sacramenta es consecutus. Audi dicentem sanctum Dauid, & ille in spiritu hæc myria præuidebat, & lætabatur, & nihil sibi abesse dicebat. Quare? Quia qui acceperit corpus Christi, nō esuriet in æternū. Quotiens audisti vigesimūsecundū Psalmum, & nō intellexisti? Vide quēadmodum aptus sit cælestibus sacramentis: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit. Sup aquā refectionis educauit me, aiam meā cōuertit. Deduxit me sup semitas iustitiæ, ꝓpter nomen suū. Nam & si ambulē in medio vmbræ mortis: nō timebo mala, quoniā tu mecū es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me cōsolata sunt. Virga imperiū, baculus passio est, hoc est æterna diuinitas Christi, sed etiam passio corporalis. Illa creauit, hæc redemit, Parasti in cōspectu meo mēsam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū, & poculū tuū inebriās q̄ præclarum est. Venisti ergo ad altare, accepisti gratiā Christi, sacramenta es cælestia consecut⁹. Gaudet Ecclesia redemptione multorū, & astare sibi similiam candidatam spiritali exultatione lætatur. Habes hoc in Canticis canticorū. Lætata inuocat Christum, paratū habens cōiuiū, quod dignū cælesti epulatione videatur. Ideoq; ait: Descendat frater meus in ortū suū, &

M

Psal.22.

Canti.5.

A capiat fructum pomiferarum suarū. Quæ sunt istę pomiferæ? Lignum aridum factus eras in Adam: sed nunc per gratiam Christi pomifera arbor pullulasti. Libenter accepit dominus Iesus, & dignatione cælesti respondit ecclesiæ suæ: Descendi, inquit in ortum meum, vindemiaui myrrham cum vnguentis meis. Manducaui panē meum cum melle meo, & bibi vinum meum cū lacte meo. Edite, inquit, fratres mei, & inebriamini: vidēmiaui myrrham cum vnguentis meis. Quæ est ista vindemia?

Psal.79. Cognoscite vineam, & agnoscetis vindemiam. Vineam, inquit, ex Aegypto transtulisti, hoc est, populum dei. Vos estis vinea, vos estis vindemia, quasi vinea plantati, quasi vindemia fructum dedistis. Vindemiaui myrrham cum vnguentis meis, hoc est in odorem quem accepistis. Manducaui panē meum cum melle meo. Vides quod in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suauitas sit? Bibi vinum meū cum lacte meo. Vides huiusmodi

Ephe.5. esse lætitiā quæ nullius peccati sordibus polluatur? Quo tiēscunq; enim bibis, remissionem accipis peccatorū, & inebriaris i spiritu. Vnde & Apostolus ait: Nolite inebriari vino, sed implemini spiritu sancto. Vino enim qui inebriatur, vacillat & titubat. Spiritu qui inebriatur radicatus in Christo est. Et ideo præclara ebrietas, quæ sobrietatem mentis operatur. Hæc sunt quæ de sacramētis breuiter percurrimus.

B Quemadmodum orandum sit, & de breui expositione orationis dominicæ. Caput. IIII.

NVNC quid super est, nisi oratio? Et nolite putare mediocris esse virtutis, scire quēadmodū oretis. Apostoli sancti dicebant ad dominū Iesum: Do-

Luc.11. mine, doce nos orare quēadmodum Ioānes docuit discipulos suos, Tūc ait domin⁹ orationē: Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomē tuū, veniat regnū tuū. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panē nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos patiaris induci in tentationē, sed libera nos a malo. Vides q̄ breuis oratio, & omnium plena virtutum Primus sermo quātæ sit gratiæ? O homo, faciē tuam non audebas ad cęlū attollere, oculos tuos in terrā dirigebas & subito accepisti gratiā Christi, omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo seruo fact⁹ es bon⁹ filius. Ideo pręsume, non de operatione tua, sed de Christi gratia. Gra-

Ephe.2. tia enim saluati estis, Apostolus ait. Non ergo hic arrogantia est, sed fides. prædicare quod acceperis, nō est superbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrē, qui te per lauacrū genuit, ad patrē qui te per filiū redemit, &

C dic: Pater noster. Bona pręsumptio, sed moderata. Patrē dicis quasi filius, sed noli tibi specialiter aliquid vēdicare. Solius Christi specialis est pater, nobis omnibus in cōmune est pater, quia illū solū genuit, nos creauit. Dic ergo & tu per gratiā, Pater noster, vt fili⁹ esse merearis. Ecclesię contuitu & cōsideratione te ipse cōmenda. Pa-

Psal.112. ter noster, qui es in cælis. Quid est in cælis? Audi scripturam dicentē: Excelsus sup oēs gentes dominus. Et vbiq; habes quod sup cęlos cælorū domin⁹ sit, quasi nō in cælis & āgeli, quasi nō in cælis & dominatiōes. Sed in illis

Psal.18. cælis de quib⁹ dictū est: Cæli enarrant gloriā dei: Cælum est ibi, vbi cessauit culpa. Cælū est ibi, vbi flagitia ferantur. Cælū est ibi, vbi nullū mortis est vuln⁹. Pater noster

Lenit.20. q̄ es i cælis, sanctificetur nomē tuū. Quid est sāctificetur? Quasi optemus vt sanctificetur ille qui ait: Estote sancti quia ego sanctus sum, quasi aliquid ei ex nostra prædicatione sanctificationis accedat: Non vtiq;. Sed sanctificetur in nobis, vt ad nos eius possit sanctificatio peruenire. Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuū,

Ioan.18. veniat regnū tuū. Quasi non æternū sit dei regnum, Ipse Iesus dicit: Ego in hoc natus sum. & tu dicis patri, Veniat regnū tuū, quasi non venerit? Sed tunc venit regnum dei, quādo ei⁹ estis gratiā cōsecuti. Ipse enī ait: Regnum dei intra vos est. Veniat regnū tuum. Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra. Panē nostrum quotidianū da nobis hodie. Sanguine Christi pacificata sunt omnia, vel in cælo, vel in terra. Sāctificatum est cælum, deiectus est diabolus. Ibi versatur, vbi & homo quē ille decepit. Fiat voluntas tua &c. hoc est, sit pax in terra, quēadmodū in cælo. Panē nostrum quotidianum da nobis hodie. Memini sermonis mei cum de sacramentis tractarē. Dixi vobis quod ante verba Christi, quod offertur, panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica quæ postea sequitur, ait: Panem nostrum? Panem quidem dixit, sed ἐπιούσιον dixit, hoc est, supersubstantialem. Non iste panis est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Ideo Græce ἐπιούσιον dicitur. Latinus autē hūc panē quotidianū dixit, q̄ Græci dicūt aduenientē. Quia græci dicūt τὸν ἐπιοῦσαν ἡμέραν aduenientē diē. Ergo ꝙ Latin⁹ dixit & ꝙ Græc⁹, vtrūq; vtile videtur, Græc⁹ vtrūq; vno sermone significauit, Latin⁹ quotidianū dixit. Si quotidian⁹ est panis, cur post ānū illū sumis, quēadmodū Græci in Oriēte facere cōsueruntˀ Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere: quomodo Iob sanctus pro filiis suis of- Iob.1.
ferebat quotidie sacrificiū, ne forte aliquid vel in corde E
vel in sermone peccasset. Ergo tu audis quod quotiēscunq; offertur sacrificiū, mors domini, resurrectio domini, eleuatio domini significetur, & remissio peccatorum: & panē istum vitæ nō quotidianū assumis? Qui vulnus habet, medicinā requirit. Vulnus est: quia sub peccato sumus. Medicina est cælestę & venerabile sacramentum. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Si tibi hodie est Chri- Psal.2.
stus, tibi quotidie resurgit. Quomodo? Filius meus es tu ego hodie genui te. Hodie ergo est quando Christus re- Heb.13.
surgit. Heri & hodie ipse est apostolus Paulus ait. Sed a- Rom.13.
libi ait: Nox præcessit dies autē appropinquauit. Nox hesterna præcessit, dies hodiernus appropinquauit. Sequitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Debitum quid est nisi peccatum? Ergo & si non acciperes alieni fœnoris pecuniam, nō egeres: & ideo peccatū tibi imputatur. Habuisti pecuniā, cū qua diues nasceris. Diues eras ad imaginem & similitudinē dei factus perdidisti quod habebas, hoc est humilitatē. dū arrogātiā desideras vēdicare, perdidisti pecuniā sicut A dā nudus es factus, accepisti à diabolo debitum, quod non erat necessariū. Et ideo qui eras liber in Chri F
sto, debitor factus es diaboli. Cautionem tuam tenebat inimicus, sed eam dominus crucifixit, & suo cruore deleuit. Abstulit debitum tuum, reddidit libertatem. Bene ergo ait: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vide quid dicas. Quomodo ego dimitto, sic & tu dimitte mihi. Si dimiseris, bene conuenit vt dimittat tibi. Si non dimittis, quomodo eū conuenis vt dimittatur tibi? Et ne patiaris induci nos in tentationem, sed libera nos à malo. Vide quid dicat: Et ne patriaris induci nos in tentationem, quam ferre, non possumus. Nō dicit: Nō inducas in tentationē, sed quasi athleta talē vult tētationē quā ferre possit humana cōditio: vt vnusquisq; à malo, hoc est ab inimico à peccato liberetur. Potens est autē dominus qui abstulit peccatum vestrum, & delicta vestra donauit, tueri, & custodire vos aduersum diaboli aduersantis insidias, vt non vobis obrepat inimicus qui culpam generare consuenit. Sed qui Roma.8.
deo se committit, diabolum nō timet. Si enim deus pro nobis, quis cōtra nos? Ipsi ergo laus & gloria à seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

CAPITA LIBRI SEXTI DE SACRAMENTIS

Quomodo panis Christi sit vera caro, & ver⁹ sanguis Et quare sub aliena specie accipiatur. Caput. I.

G Quod in omnibus ſacramentis ſit myſterium trinitatis connexum: Caput II.
Vbi orare debeam⁹,& quid ſit orare oſtio clauſo.C.III.
Quare ſecretè potius orandum ſit q̄ cum vociferatione Et quare viri in omni loco orare debeant,& non mulieres.Et quid ſit leuare puras manus. Caput. IIII.
De inordinata diſceptatione orantium.Et quod mulieres non in ornamentis orare debeant.Et de inchoatione orationis, eiuſq; medio ac fine,cum iterata dominicæ orationis expoſitione. Caput. V.

Diui Ambroſij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER SEXTVS

Quomodo panis Chriſti ſit vera carò,& ver⁹ ſanguis Et quare ſub aliena ſpecie accipiatur. Caput. I.

H SICVT VERVS eſt dei filius dominus noſter Ieſus Chriſtus, nõ quẽ admodum homines per gratiam, ſed quaſi filius ex ſubſtãtia patris, ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quã accipimus,& verus eſt potus .Sed forte dicas, quod dixerunt tunc temporis etiam diſcipuli Chriſti audientes dicentem:Niſi quis mãducauerit carnem meam,& biberit ſanguinem meum,nõ manebit in me ,nec habebit vitam æternã.Forte dicas:Quomodo vera? Qui ſimilitudinẽ video,non video ſanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de ſermone Chriſti , qui operatur vt poſsit mutare & conuertere generalia,inſtituta naturæ.Deinde vbi non tulerunt ſermonem Chriſti diſcipuli eius,ſed audientes quod carnem ſuam daret mandu care,& ſanguinem ſuum daret bibẽdum , recedebãt, ſolus tamẽ Petrus dixit:Verba vitæ æternæ habes,& ego àte quo recedam ?Ne igitur plures hoc dicerent , veluti quidam eſset horror cruoris, ſed maneret gratia redemptionis,ideo in ſimilitudinem quidem accipis ſacramentum,ſed veræ naturæ gratiam virtutémq; conſequeris. Ego ſum,inquit,panis viuus qui de cælo deſcẽdi. Sed caro non deſcendit è cælo,hoc eſt,carnem in terris aſsumpſit ex virgine. Quomodo ergo deſcendit panis è cælo, & panis viuus? Quia idẽ dominus noſter Ieſus Chriſtus conſors eſt & diuinitatis & corporis . Et tu quia accipis panẽ,diuinę eius ſubſtantię in illo participaris alimẽto.

Ioan. 6. Ibidem. I Cant. 8.

Quod in omnibus ſacramentis ſit myſterium trinitatis connexum. Caput II.

ERGO accepiſti de ſacramẽtis,plenifsimecognouiſti omnia,quòd batizatus es in nomine trinitatis.In omnibus quæ egimus ſeruatum eſt myſterium trinitatis.Vbiq; pater & filius & ſpiritus ſanctus,vna operatio,vna ſanctificatio,etſi quædam veluti ſpecialia eſse videantur. Quomodo ? Deus qui te vnxit , & ſignauit te dominus , & poſuit ſpiritum ſanctum in corde tuo. Accepiſti ergo ſpiritum ſanctum in corde tuo. Accipe aliud,quia quẽadmodũ ſpiritus ſanctus in corde,ita etiã Chriſtus in corde. Quomodo?Habes hoc in Canticis canticorũ Chriſtũ dicentẽ ad eccleſiã:Pone me ſicut ſignaculũ i corde tuo , ſicut ſignaculũ in brachiis tuis. Ergo vnxit te deus,ſignauit te Chriſtus. Quomodo?Quia crucis ipſius ſignat⁹ es forma , ad illi⁹ paſsionẽ,accepiſti ſignaculũ ad illius ſimilitudinẽ,vt ad ipſius formam reſurgas.Ipſius viuas figura ,qui peccato crucifixus eſt,& deo vivit. Et tuus homo vetus in fontẽ demerſus,peccato crucifixus eſt,ſed deo reſurrexit. Deinde habes alibi ſpeciale,quod te vocauerit deus,in baptiſmate autẽ quaſi ſpecialiter curcifigeris Chriſto .Deinde quaſi ſpecialiter quãdo accipis ſpiritale ſignaculũ, vide diſtinctionem perſonarum eſse,ſed connexum omne myſterium trinitatis.Deinde quid Apoſtolus tibi dixit,vt lectum eſt nudiuſtertius ? Diuiſiões autem gratiarum ſunt , idem autem ſpirit⁹.Diuiſiones myſteriorum ſunt,idem autem dominus.Diuiſiones operationũ ſunt idem autem deus,qui operatur omnia in omnibus. Omnia,inquit,operatur deus . Sed & de ſpiritu dei lectũ eſt Vnus atque idem ſpiritus,diuidens ſingulis prout vult. Audi ſcripturam dicentem quia diuidit ſpiritus pro voluntate ſua,non pro obſequio.Ergo diuidit vobis ſpiritus gratiã prout vult,nõ prout iubetur. Et maxime quia ſpiritus dei,ſpiritus Chriſti eſt.Et illud tenete, ipſum eſſe ſpiritũ ſanctũ,ipſũ ſpiritũ dei,ipſũ ſpiritũ Chriſti,ipſum ſpiritũ paracletũ. Arriani putãt ſe derogare ſancto ſpiritui ſi dicant illũ ſpiritũ paracletũ. Quid eſt paracletus niſi cõſolator? Quaſi non & de patre lectũ ſit qa ipſe eſt de⁹ cõſolationis,Vides ergo quia in eo derogandum putant ſpiritui ſancto , in quo patris æterni poteſtas prædicatur affectu.

1.Cor.12. 2.Cor.1. L

Vbi orare debeamus, & quid ſit orare oſtio clauſo. Caput. III.

NVNC quomodo orare debeamus accipite.Multę virtutes orationis ſunt. Vbi orare debeam⁹ non eſt mediocre,nec mediocris quæſtio . Ait apoſtolus,Volo autem viros orare in omni loco leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.Et dominus dicit in euãgelio:Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuũ,& clauſo oſtio ora patrẽ tuũ . Non tibi videtur eſse cõtrariũ,vt dicat apoſtolus.In omni loco ora & dominus dicat.Intra in cubiculũ tuũ, & ora?Sed non eſt contrariũ.Hoc ergo abſoluamus.Deinde quomodo debeas incipere orationem , & quo ordine diſtinguere, quid ſubtexere,quid allegare,quẽadmodũ claudere orationem.Deinde pro quo orare debeas . Hæc omnia dicamus .Primo vbi orare debeas .Aliud Paulus videtur dicere,aliud dominus.Nunquid potuit Paulus cõtra Chriſti docere pręcepta?Nõ vtiq;.Qua ratione? Quia nõ contrarius,ſed interpres eſt Chriſti.Imitatores,inquit, mei eſtote,ſicut & ego Chriſti. Quid ergo?Potes vbiq; orare & in cubiculo tuo ſemper orare .Habes vbiq; cubiculũ tuum.Etſi inter gẽtes,inter Iudeos poſitus ſis , habes tamen tuũ vbiq; ſecretũ.Cubiculũ tuũ,mẽs tua eſt.In populo licet poſitus,tamen in interiore homine arcanum tuum ſecretũq; cõſeruas.Tu tatem cũ oras,intra in cubiculum tuũ.Bene addit intra,ne ſi ores quomodo Iudęus cui dicitur:Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum lõge eſt à me . Non ergo de labiis tantummodo tua procedat oratio.Animo tot⁹ intẽde , intra in receſsum pectoris tui,totus ingredere. Nõ te perfunctoriũ videat ille cui te placere deſideras ,videat quia ex corde oras, vt te ex corde orantẽ dignetur audire. Tu autẽ cũ oras, intra in cubiculum tuũ.Habes hoc &alibi:Ambula populę meus,& intra in receſsus tuos,abſcondere puſillũ donec trãſeat ira domini. Hoc locutus eſt dominus per Prophetã.In euangelio autẽ dixit:Tu autẽ cũ oras,intra in cubiculũ tuũ,& clauſo oſtio ora patrẽ tuũ . Quid eſt clauſo oſtio?Audi quod oſtiũ habeas,quod debeas claudere quando oras . Vtinam mulieres audirent . Audiſti iam,ſanctus Dauid te docuit dicens : Pone domine cuſtodiam ori meo,& oſtium circuitus labiis meis.Eſt aliud oſtium quod ait apoſtolus Paulus,dicens:Vt aperiatur,inquit, mihi oſtium verbi ad loquẽdum myſterium Chriſti.Hoc eſt,quãdo oras,noli ſermone elamare, nec diffundere orationem tuam,nec iactare per populos.In ſecreto tuo ora ſecturus , vt te i ſecreto poſsit audire qui omnia videt,atq; audit vniuerſa. Et ora patrem tuum in abſcondito,& audiet te deprecantem.

1.Cor.11. Mat.6. Pſal.140. Col.4. M Eſa.29.

A Quare ſecrete potius orandum,ſit quàm cum vociferatione,Et quare viri in omni loco orare debeant,& nõ mulieres.Et quid ſit leuare puras manus. Caput. IIII.

VID profit autem iterrogemus qua ratione ſecreto magis orare debeamus,quàm cum vociferatione?Audi , de conſuetudine hominũ ſumamus exemplum.Si aliquẽ rogas qui cito audit,non opus putas eſse clamore,ſed rogas voce moderata.Si ſurdum aliquem rogas,nonne incipis vociferari,vt te ille poſsit audire ? Qui ergo clamat , putat quod aliter deus non poſsit niſi clamãtem audire.Et cum rogat eum,eius derogat poteſtati. Qui autẽ in ſilentio orat fidem defert , & confitetur quòd deus ſcrutator cordis & renis ſit,& orationem tuam ãte ille audiat , quàm tuo ore fundatur . Ergo videamus Volo autem viros orare
1.Tim.2. in omni loco. Qua ratione viros dixit?Vtiq; communis oratio eſt & mulieribus & viris. Quod non inuenio,niſi forte ſanctus Apoſtolus ideo viros dixit , ne mulieres vſurparent & male intelligerent in omni loco,& incipe
B rent vbiq; clamare , quas in Eccleſia ſuſtinere non poſſumus.Volo autẽ viros,hoc eſt, qui poſsint ſeruare præceptum,orare in omni loco,leuãtes puras manus. Quid eſt leuantes puras manus?Nũquid debes in oratione tua crucem domini gentibus demõſtrare?Illud quidẽ ſignũ virtutis eſt,non pudoris .Eſt tamẽ quomodo poſsis orare,nec figurã demonſtres,ſed actus tuos leues.Si vis operari orationem tuam,leua puras manus per innocentiã. Leua eas non quotidie,ſemel leuaſti,non opus eſt vt iterum leues.Volo autem in omni loco viros orare, leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione . Nihil verius. Ira,inquit,perdit etiam ſapientes . Ideo cum omni tempore,quantum fieri poteſt,Chriſtianus vir iracundiam debeat temperare,maxime quando ad orationem accedit,nę perturbet animum ſuum indignatio, ne iræ quidam furor impediat orationem ſuam.Magis placido ac cede pectore. Quid enim iraſceris?Seruus peccauit . Tu accedis ad orationem,vt tua tibi delicta donẽtur, & alii indignaris?Hoc eſt ergo ſine ira.

1.Tim.2. 1.Petri.3.

De inordinata diſceptatione orantium , & quod mulieres non in ornamentis orare debeãt, & de inchoatione orationis,eiuſq; medio ac fine,cum iterata dominicæ orationis expoſitione. Caput V.

C NVNC de diſceptatione videamus.Plerunq; negociator venit ad orationẽ , aut auarus de pecunia cogitat,alter de lucro,alter de honore,alter de cupiditate , & putat quod eum deus poſsit audire . Et ideo quando
1.Tim.2. oras , diuina humanis præferre te conuenit.Similiter & mulieres,inquit, volo orare non iactantes ſe in ornamẽ
1.Petri.3. tis,neq; in margaritis ,ait apoſtolus Paulus . Sed & apoſtolus Petrus, Mulieris inquit,gratia plurimum valet vt viri eius cõuertatur affectus per vxoris ſuę bonã conuerſationem,& incredulus ſe cõuertat ad gratiam Chriſti. Hoc valet mulieris grauitas,& pudicitia,& eius bona cõuerſatio,vt virũ ſuum vocet ad fidẽ & deuotionẽ, quod prudẽtis viri ſermo frequẽter operatur.Ergo mulier, inquit,non in ornatu capillorũ,non in tortis crinibus ornamentum ſuũ habeat,ſed oratione,& corde puro , vbi eſt abſcõditus cordis homo , qui ſemper eſt apud deum locuples.Habes ergo in quo ſis diues, in quo diuitiæ tuæ pudicitiæ ſunt & caſtitatis inſulæ,fides,deuotio,& miſericordia.Hi ſunt theſauri iuſtitiæ,ſicut Propheta memorauit. Deinde vnde debeas incipere . Dic mihi,ſi velis hominem rogare , & ſic incipias : Da mihi , ecce illud quod te peto:nonne arrogans videtur oratio ? Et ideo inchoari oratio debet à dei laude , vt rõges omnipotentem deum,cui poſsibilia ſunt omnia , qui habet voluntatem præſtandi . Sequitur obſecratio , ſicut Apoſtolus
1.Tim.2. docuit dicens : Obſecro ergo primum fieri obſecrationes,gratiarum actiones. Prima ergo oratio laudem de- D bet habere dei.Secunda ſupplicationem.Tertia poſtulationem.Quarta gratiarum actionem.Nõ debes quaſi famelicus ad cibum de cibo incipere , ſed ante à laudibus dei.Vnde & oratores iſti ſapientes hanc habent diſcipli nam:vt iudicem fautorem ſibi præſtent,incipiunt à laudibus eius,vt benevolum ſibi faciant cognitorem.Dein de paulatim incipit rogare iudicem,vt patiẽter dignetur audire.Audet & tertio poſtulationem ſuam depromere,quid petat exprimere. Quarto quomodo cœpit à laudibus dei,ſic debet in dei laude deſinere . Habes hoc in oratione dominica:Pater noſter,qui es in cælis. Laus dei,quod pater prędicatur in eo pietatis gloria. Laus dei quia in cælis habitat & in terris. Pater noſter qui es in cęlis,ſanctificetur nomen tuum.id eſt vt ſanctificet ſeruos ſuos.Nomen enim illius ſanctificatur in nobis, quando prædicantur homines Chriſtiani.Ergo optantis eſt, Sanctificetur nomẽ tuum.Veniat regnum tuum. Poſtulatio vt in nobis ſit regnũ Chriſti.Si deus in nobis regnat,locum habere aduerſarius nõ poteſt. Culpa nõ regnat,peccatum nõ regnat,ſed regnat virtus,regnat pudicitia,regnat deuotio.Deinde,Fiat voluntas tua , ſicut in cælo & in terra:panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie. Hæc poſtulatio maxima eſt eorum quæ poſtulantur.Et dimitte,inquit,nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus de E bitoribus noſtris.Ideo quotidie accipito, vt quotidie debito tuo indulgentiam petas . Et ne patiaris nos induci in tentationem ,ſed libera nos à malo . Quæ ſequuntur audi,quid dicat ſacerdos ? Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum in quo tibi eſt,cũ quo tibi eſt honor,laus ,gloria,magnificẽtia,poteſtas cum ſpiritu ſancto à ſeculis & nunc & ſemper , & in omnia ſecula ſeculorum . Aliud, Pſalmorum Dauid licet vnus libellus ſit,habens eas virtutes orationis quas ſupra diximus, tamẽ plerunq; & in vno pſalmo omnes iſtę orationis partes inueniũtur,quo modo in octauo pſalmo iuenimus. Denique ſic cœpit: Pſalm.8. Domine dominus noſter , quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Oratio ergo prima. Deinde obſecratio: Quoniam videbo cælos opera digitorum tuorũ, hoc eſt,cælos videbo,lunam & ſtellas, quas tu fundaſti. Vtiq; non cælum dicit videbo,ſed videbo cælos ,in quibus incipit albeſcere gratia & ſplendor cæleſtis. Hos ſibi cælos tunc promittebat propheta dari,qui cęleſtẽ gra F tiam à domino mererentur.Lunã & ſtellas quas tu fundaſti,lunã eccleſiã,ſtellas cęleſtis gratiæ reſurgẽtes.Deinde vide poſtulationem eius . Quid eſt homo quòd memineris eius,aut filius hominis quoniam viſitas eum ?Minoraſti eum paulominus ab ãgelis,gloria & honore coronaſti eum,& cõſtituiſti eum ſuper opera mantum tua rum.Et alia gratiarum actio:Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues & boues vniuerſas inſuper & pecora campi.&c. Docuimus pro captu noſtro forſitan quod non didicimus,vt potuimus expreſsimus.Sanctitas veſtra in ſtitutis ſacerdotalibus informata , laboret tenere quod accepit à deo,& oblatio ſicut hoſtia pura & in vobis ſemper ſuum ſignaculum recognoſcat , vt & ipſi ad gratiam & ad præmia virtutum peruenire poſsitis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ,cui eſt gloria,honor,laus, perpetuitas à ſeculis & nunc & ſemper , & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE DIGNITATE SACERDOTALI.

De cauſis authorem mouentibus vt cõſacerdotes atquẽ conſeruos ſuos de vita perfecta cõmonere , ac laborẽ propoſiti operis ſuſcipere curauerit. Caput. I.
De aggreſsu deſiderati laboris , & cohortatione auditorum, ſacerdotaliſq; prærogatiuæ,& dignitatis præmõſtratione. Caput. II.

G Quod idcirco commendationē ſacerdotalis dignitatis author præmiſerit, vt oſtēderet nihil eſse in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibus, nihil ſublimius epiſcopis reperiri, ſic tamē, ſi nomē cōgruat actioni, & actio reſpondeat nomini. Quódq; ſicut nihil epiſcopo excellentius eſt, ita nihil miſerabilius ſit ſi epiſcopus de ſancta vita periclitetur, & ſi ſacerdos in crimine teneatur. Quod preterea quanto præ cæteris gradus epiſcopalis altior eſt, tanto ſi per negligentiam delabatur, ruina grauior ſit. Caput. III.

De ſpeciali depictione formulæ ab epiſcopis & ſacerdotibus iuxta apoſtolicā regulam obſeruādæ, cū pulchra ac ſuccincta eiuſdem regulæ expoſitione. Caput. IIII.

De deteſtatione epiſcoporū ſacerdotalē honorem diſſimantium, qui Giezi & Simonis ſectantes ſententiam, gradum ſacerdotalem & epiſcopalem dignitatem pecuniis comparare non verentur. Caput. V.

De oſtenſiua repetitione malorū, ad quæ deificus ordo voluitur, probrorúmq; ad quæ prolapſi ſunt ſacerdotes, cum acri eorundē reprehenſione. Caput. VI.

De clauſione huius libelli per breuem epilogum eorū quę in ipſo demōſtrata ſunt, & notatione ſacerdotum quos author nouit ſibi infideliter detracturos, innocationēmq; ſancti ſpiritus vt adiuuet cunctos ſacerdotes ad faciendum ea quæ ipſo inſpirante in hoc opuſculo elocutus eſt. Caput. VII.

H # Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

DE DIGNITATE SACERDOTALI LIBER VNVS.

De cauſis authorem mouētibus vt cōſacerdotes atq; conſeruos ſuos de vita perfecta cōmonere, ac laborem propoſiti operis ſuſcipere curauerit. Caput. I.

I QVIS FRATRES oraculi reminiſcatur domini quo frugi famulum de ſeruata ſibi pecunia, quā ad prærogandum ſuſceperat, increpauit dicens: Tu dediſſes pecuniam meam, & ego veniens cum vſuris exegiſſem eā: nō iam otioſus auditor collatam ſibi diuini muneris gratiam ſuis tantum vſibus reſeruabit, ſed cunctis eam communicabilem faciens, copioſius prærogando, ſecurius poſſidebit: vt ſibi per hæc & plurimis ædificationis exhibeat fructum: & velut decora arbor pomis referta nō infructuoſe probatur occupare terram dum viuit, cum & per ſeipſam ſuis pomis ornatur, & omnis qui ex ea fructum perceperit, ſaginatur, beato nos etiam apoſtolo ad hęc eadem inuitante: Nolite quærere quęve ſtra ſunt, ſed quæ aliorum. Et alibi: Non quæro quod mihi vtile eſt ſed quod multis, vt ſalui fiāt. Idcirco nos quibus in verbis diuinis credita eſt diſpenſatio, & qui gregem Chriſti alēdum nutriendúmq; ſuſcepimus, nō ſine ingentis periculi noxa nos credimus euaſuros, ſi non ſecundum hunc modum viuamus, aut etiā ſi minime prædicemus. Et licet ad hæc prædicanda nos retardet vitæ huius improbitas, inuitat nos tamen præcepti neceſsitas Et væ iam mihi eſt ſi minime prædicauero, & ſi ſuſceptū theſaurum i terra deſoſsum, id eſt in meo corde diu occuluero, & lucernam diuini verbi compreſsam ſub modio retētauero, & nō ſuper cādelabrū propoſitā, cuncto rū oculis manifeſtauero, & clauſtra humanæ imperitiæ per claues illas regni cælorū quas in beato Petro apoſtolo cuncti ſuſcepimus ſacerdotes, minime reſeruero, vt audire per hæc merear pro linguæ meæ modulo: Euge ſerue bone & fidelis qa in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Vnde verēs iis increpationib⁹ & ſuppliciis ſubdi, timore pœnæ perculſus, amore fraternō inuitatus, non iā ad ſubditum loquor vulgus, quos iugiter monere conſueui, ſed ad ipſos iam prędicatores vulgi mea verba conuerto: & meis conſeruis velut obediēs ſeruus, id eſt epiſcopus ſacerdotibus, antiſtes pontificibus, audacter prædicare ſalutis cōmunia non retardabo, Nec prærogatiuam mihimet ſciētię, ſi hæc meis conſacerdotibus charitatis intuitu prærogem, vendicabo, aut vitæ perfectę me eſse fateor, cum de vita perfecta alios moneo, ſed potiꝰ cum hæc ad illos loqui audeo, ſimul cū illis quæ loquor audiam.

Luc.16. I Philip.2. 1.Cor.10. Mat.15.

De aggreſsu deſiderati laboris, & cohortatione auditorum, ſacerdotaliſque prærogatiuæ & dignitatis præmōſtratione. Caput II.

AGGREDIAR iam diuina ope ſuffultus, facultate qua valeo, & eorum precibus adiutꝰ, ad quos noſter reſpicit ſermo, deſideratum carpam iter, & in gremio quaſi conſacerdotum poſitus, ipſos alloquor ſacerdotes. Audite me beatiſſimi patres, & ſi dignum ducitis, fāctiſſimi fratres. Audite me ſtirps Leuitica, germen ſacerdotale, propago ſanctificata, duces & rectores gregis Chriſti. Audite me rogantem vos pariter & timētem, & commodis & cōmonitionibus ſolito conſulentem, & honorē epiſcopatus demōſtrare volentem, vt cū honoris vobis prærogatiua mōſtremus, merita etiam congrua requiramus, nec falli poſsimus in opere, qui cognoſcimus veritatem. Dignū eſt enim vt dignitas ſacerdotalis prius noſcatur à nobis, & ſic deinde ſeruetur à nobis, vt Pſalmographi ſetētia queat repelli à nobis: Homo cum in honore eſset, nō intellexit, cōparatus eſt iumētis inſipiētibus, & ſimilis factus eſt illis. Honor igitur fratres & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, principū diademati, longe erit inferius quā ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regum colla & principum ſummitti genibus ſacerdotū & exoſculatis eorum dexteris, orationibus eorū credēt ſe cōmuniri. Quid iam de plebeia dixerim multitudine cui non ſolum prędicatores vulgi mea verba conuerto: & meis conſeruis velut obediēs ſeruus, id eſt epiſcopus ſacerdotibus, antiſtes pontificibus, audacter prædicare ſalutis cōmunia non retardabo, Nec prærogatiuam mihimet ſciētię, ſi hæc meis conſacerdotibus charitatis intuitu prærogem, vendicabo, aut vitæ perfectę me eſse fateor, cum de vita perfecta alios moneo, ſed potiꝰ cum hæc ad illos loqui audeo, ſimul cū illis quæ loquor audiam.

Pſal.48.

Quod idcirco commendationem ſacerdotalis dignitatis author præmiſerit, vt oſtēderet nihil eſse in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibꝰ, nihil ſublimius epiſcopis reperiri, ſic tamen, ſi nomen cōgruat actioni, & actio reſpondeat nomini. Quodq; ſicut nihil epiſcopo excellētius eſt, ita nihil miſerabilius ſit ſi epiſcopus de ſancta vita periclitetur, & ſi ſacerdos in crimine teneatur. Quod preterea quanto præ cæteris gradus epiſcopalis altior eſt tanto ſi per negligentiam delabatur, ruina grauior ſit.

Caput III.

HAEC vero cūcta, fratres, ideo nos præmiſiſſe debetis cognoſcere, vtoſtēderem⁹ nihil eſse in hoc ſeculo excellētius ſacerdotibꝰ, nihil ſublimiꝰ epiſcopis reperiri, vt cū dignitatē

A epiſcopatus epiſcoporū oculis demonſtramus, & digne noſcamus quid ſumꝰ, & quod ſumꝰ, pfeſsione, actione potius quàm nomine demonſtremus, vt nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane & crimen immane. Ne ſit honor ſublimis, & vita deformis. Ne ſit deifica profeſsio, & illicita actio. Ne ſit religioſus amictus, & irreligioſus prouectus. Ne ſit gradus excelſus, & deformis exceſsus. Ne abeatur in eccleſia cathedra ſublimior, & conſcientia ſacerdotis reperiatur humilior, Ne locutionem ſimulemus columbinam, & mentem habeamus caninam, Ne profeſsionem monſtremus ouinā, & ferocitatem habeamus lupinam. Ne digne nobis per Prophetam reſpōdeatur à domino: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me: Ergo fratres ſicut ſenatorem chlamys ornat, ſicut agricultura ruſticum, ſicut barbarum arma, ſicut nautā nauigationis peritia, & ſingulos quoſq; opifices operis ſui qualitas ipſos demonſtrat authores, ſic epiſcopum nō aliud niſi epiſcopalis opera deſignat: vt ex bono opere magis quam profeſsione noſcatur, plus meritis eſse epiſcopus q̄ quod nomine vocitetur: qa ſicut nihil eſse dixim⁹ epiſcopo excellenti, ſic nihil eſt miſerabilius ſi de ſancta vita epiſcopus periclitetur, ſi ſacerdos in crimine teneatur Et vt leniꝰ eſt de plano corruere, ſic grauiꝰ eſt qui de ſublimi ceciderit dignitate: quia ruina quę de alto eſt, grauiori caſu colliditur. Honos quidem epiſcopalis corā hominibus preclaris eſt, ſed ſi ruinā ſuſtineat, dolor magnꝰ eſt. Nam quāto præ cæteris gradus epiſcopalis altior eſt, tanto ſi per negligentiam delabatur, ruina grauior eſt. Magna ſublimitas magnam debet habere cautelam. Honor grandis grandiori debet ſolicitudine circunuallari, Cui plus creditur, ab ea plus exigitur, ſicut ſcriptū eſt Quia optimis permixta ſunt peſsima. Et alibi: Potentes potentiora tormenta patiuntur. Et ſcienti legem & non facienti eam, peccatum eſt grande. Et ſeruus ſciens volū tatem domini ſui ſi non fecerit eam, vapulabit multùm. Aliud eſt enim quod ab epiſcopo requirit deus, & aliud quod à preſbytero, & aliud quod à diacono. & aliud q̄ à clerico, & aliud quod à laico, vel à ſingulis q̄busq; hominibus. Et licet omniū hominum opera deus in ſuo examinet iudicio, plus tamen ab eo exigitur cui plus cōmitB titur. Ampliores enim pœnas luit cui numeroſior regē dorum populorum fuerit cura commiſsa.

Deſpeciali depictione formulæ ab epiſcopis & ſacerdotibus iuxta Apoſtolicam regulam obſeruandæ, cum pulchra ac ſuccincta eiuſdem regulæ expoſitione.

Caput IIII.

C ER vt ſpecialiter ipſius epiſcopatus modum & formulā omnib⁹ ſacerdotibus depingamus apoſtolica eſt nobis regula reuoluenda, quæ de iis per ſingula epiſcopales actus depingit Sic ad cūctos epiſcopos beatus ait Apoſtolus: Fidelis ſermo. Ac ſi diceret: De quo ſū loquitur⁹, veraciter loquor, ne quis exiſtimet me fuiſse mentitum. Subiunxit: Si quis epiſcopatum deſiderat, bonū opus deſiderat. Hoc eſt, Si epiſcopus eſse deſideras, magnū eſt quod eſse cupis, ſed ſi & opus bonū ſimul amplectaris. Nam ſi aliter eſse cupis, epiſcopus eſse nō potes: quia ſequitur: oportet enim epiſcopum irreprehenſibilem eſse. Irreprehenſibilē ait Nam ſi epiſcopus reprehenditur, deformiter ſubditur culpæ. Et profecto culpa ad reatum trahit, reatus ad pœnā, pœna perducit vſq; ad mortē. Ecce ad quid voluitur dignitas epiſcopalis. Et poſt paululum ait: Vnius vxoris virum. Si ad ſuperficiem tantū literæ reſpiciamus, prohibet bigamū epiſcopum ordinari. Si vero ad altiorē ſenſum cōſcendimus, inhibet epiſcopum duas vſurpare eccleſias. Et ſi adhuc introrſ⁹, pfūdiora pſcruteris, monet ne poſt catholicū dogma ſenſū inueniatur epiſcopus habere hæreticū, ſed Chriſtianātātū orthodoxā & catholicā ſibi aſsociet fidē, vt vniꝰ tātūmodo vxoris & catholicę eccleſię vir epiſcopus vocitetur. Sequtur deinde, & ait: Sobriū, hoc eſt, non vino tantū, ſed & vitiis parcum, vt D nec vino amplius idulgeat q̄ oporteat, & mente ſemper ſobrius inueniatur. Et adiunxit ſequentia dicens: Prudētem. Prudentiam quippe non mundialē, de qua dicitur quod ſtultitia ſit apud deum: ſed prudentiam ſpiritalem id eſt quæ & opere circunſpecta ſit, & verbo perita, vt ſit aſtutus ſicut ſerpēs, & ſimplex ſicut columba. Et denuo infert: Ornatū. Quod ſi iuxta ſenſum literæ tantum reſpiciamus, nō aliud ſacerdotes q̄ amictum quærimus clariorem. Verbi gratia: Caſtorinas quærimus & ſericas veſtes. Et ille ſe inter epiſcopos credit eſse altiorem, qui veſtem induerit clariorē. Sed ſanctus apoſtolus taliter ſe intelligi non vult, quia non carne epiſcopum, ſed mente docet eſse ornatū, vt ille ſacerdos placeat deo, qui animam habuerit cōpoſitam deo. Et poſt hæc addidit: Hoſpitalē. Vt humanitatis intuitu hoſpitio recipiat non habentes hoſpitiū, & egenum ſine tecto inducat in domū ſuam, nec ſolus deuoret dona Chriſti quæ largita eſt bonitas Chriſti. Et vt hilarem datorem diligat Chriſtus, ſi ne murmure contribuat pauperibus Chriſti. Sequitur deinde & ait: Docibilem, id eſt ſic polleat epiſcopus ſapientia, vt non ſolū creditum ſibi populum ſufficienter doceat, verum etiam & cunctarum queat hæreſium contradictiones à catholica repellere eccleſia, ne ſua imperitia imperitos minime doceat, & huiuſmodi caſu præuētus eueniat illi quod ſcriptum eſt: Cæco cæcus ducatum prębens ambo in foueā cadunt. Qui vero talē ſe vt dixi Matth.15. mus eſse ignorat, ſacerdotiū minime appetat, nec locū alterius vſurpare præſumat, præſertim illius qui fulgore E ſuæ ſapientiæ populorum poteſt corda luſtrare. Subiunxit & ait: Non vinolentum, hoc eſt, non multo vino deditum, vt ſic credatur & videatur epiſcopus, vtrū biberit an non, ignoretur: ne poſt largā potionē vini, mulierum delectetur illecebra, nec per vinū, ſicut ait Apoſtolus, omnis nutriatur luxuries. Demū ſubſequitur dicēs: Non percuſsorē, ſed modeſtū. Id eſt, manꝰ improbas ad cædem non habeat, & ſuſpicionibus prauis minime per cutiat conſciētiæ aliorū, ne dum petulans inuenitur ad cędem, athleta magis q̄ epiſcopus iudicetur. Sed magis è diuerſo ab aliis illatas patienter ferat iniurias, vt mentis modeſtiam cunctis hominibus tranquillam demōſtret, & firmam patientiam cunctis oſtendat. Iterū addidit dicens: Non litigioſum, id eſt, nō linguā ad conuitiū relaxet epiſcopus, ne per eādem linguam per quā laudes refert deo, & diuina libat ſacrificia, litiū venena proferat, quia nō decet de ore epiſcopi benedictionē ſimul & maledictionē egredi, ne per eandē linguā per quā deus laudatur, homo maledicatur: quia non poteſt de vno fonte dulcē & amarā producere aquam. Deinceps ſubſecutus eſt dicens: Non cupidū, id eſt, nō turpis lucri cupidum, ne lucri cupiditate epiſcopus teneatur obnoxius, & nutriat auaritiā, quæ eſt radix omniū malorū. Qui ſtipen- F diis tantū contētus eccleſiæ ſuæ, penitus non ambiat quæ intelligit eſse ſuperflua, ſed de ipſa potius paupertate eccleſiæ ſuæ libenter impertiat pauperibus Chriſti, ſicut ſcriptum eſt: Hilarem datorem diligit deus. Et cōnexuit ſubſequentia dicens: Domui ſuæ bene præeſse, filios ha- 2.Cor.9. bentem ſubditos, cum omni caſtitate. Domui ſuæ bene præeſse poteſt, qui corporis ſui ſeruauerit caſtitatē. Domui, inquit, hoc eſt corpori ſuo imperioſo iure domine tur, ne ſubdatur ipſe corpori ſuo, & ī deſiderio luxuriæ deditus in præcipitiū demergatur, ſed potius filios ſuos ſuo caſtitatis exēplo ad pudicitię regulam doceat. Nam ſi quis domui ſuæ præeſse neſciat, quomodo eccleſię dei 1.Timo.3. diligentiam adhibebit? Hoc eſt enim de quo ſuperius diximus: Qui cordis ſui domum excolere non valet, quomodo plurimorum adhibebit diligentiā? Et qui peccati trabem de ſuo non poteſt eruere oculo, quomodo ex alterius oculo poterit amputare feſtucā? Item ſequitur, & ait: Non neophytū, hoc eſt, qui nuper ad fidem ex gentilitate aduenit, aut certe ex militia ſeculari ad clericatus

1.Cor.3

G est officium sociatus. Hi ergo non tam passim sacerdotalem arripiant gradum, ne elati in superbiam, in iudicium incidant & in laqueum diaboli: quia quod longo tẽpore minime discunt, in paruo tẽpore seruare non possunt. Et concludens regulam & episcopalẽ formam, ad extremum intulit dicens: Oportet autem & illum testimonium bonum habere ab iis qui foris sunt: id est, hæreticis & schismaticis, qui extra sanctam Ecclesiam catholicam conuenticula sibi prophana præficiũt, quos tamẽ testes Apostolus & testimonium dicit debere bonum habere de immaculata vita, & sancta episcopi cõuersatione ne forte accipiẽt inimici locum episcopo obtrectãdi, & infamare incipiant catholicum dogma.

De detestatione episcoporum sacerdotalem honorẽ diffamantium, qui Giezi & Simonis sectantes sententiã, gradum sacerdotalem & episcopalem dignitatem pecuniis comparare non verentur. Caput v.

His ita præmissis, vt reor in hoc opere velut à grandi fœnore nos persensimus liberatos, cũ non nostra contra episcopos, sed sancti Apostoli opposuimus testimonia, ne velut vulgaribus fabulis nostrum irriderent opus. Cum vero authoritas nobis per singula sancti arriserit apostoli Pauli, ipsum potius apostolum si ausint quàm nos reprehẽdant. Et licet iam coartet nos libelli huius prolixitas, & tẽpus nos vrgeat vt ad finem huius operis veniamus: solicitudo tamen fraterni nos retardat amoris, illorũ præcipue sacerdotum qui mẽtis tepore hebetati, sacerdotalẽ diffamant honorem, & qui nouã prodigaliter regulam actempestatem peperisse deflentur, & Giezi sectãtes & Simonis sententiam, sancti episcopatus gratiam pecuniis coemerunt nequaquàm timentes, cum honorẽ sacerdotalem pecuniis emerent, à beato Petro apostolo se cum Actuũ .8. Simone fuisse damnatos, sicut ait: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum sancti spiritus te credidisti 4.Reg .5. pecuniis cõparare. Et lepram cum Giezi à sancto suscepisse se credant Heliseo, qui gradum sacerdotalem æstimant pecuniis cõparare. Quibus cũ ista dixerimus, sufficere debuit suam comparando lepra possidere. Nam sicut validioribus morbis capite vitiato, reliquum necesse est corp⁹ inundatione superioris morbi letaliter irrigari, ita & ii qui caput videntur esse Ecclesiæ, morbo pestifero fraternum vitiãt corpus, vt nihil ex totius corporis compage insauciatũ possit euadere quod negli I gentiũ sacerdotũ vitiositatis mortale infecerit virus, ita vt videas in ecclesia passim quos nõ merita sed pecuniæ ad episcopatus ordinẽ prouexerunt: nugacẽ populũ & indoctũ, qui talẽ sibi asciuerũt sacerdotẽ: quos si percunctari fideliter velis, quis eos præfecerit sacerdotes respõdent mox & dicũt: Ab archiepiscopo sum nuper episcopus ordinatus, centũq; ei solidos dedi vt episcopalẽ gratiam cõsequi meruissem: quos si minime dedissem, hodie episcopus non essem. Vnde melius est mihi aurũ de saccello inuehere, q̃ tantũ sacerdotiũ perdere. Aurũ dedi, & episcopatum cõparaui: quos tamẽ solidos, si vitio, recepturũ me illico nõ diffido. Ordino presbyteros, cõsecro diaconos, & accipio aurũ. Nã & de aliis nihilominus ordinibus pecunię quæstũ profligare confido. Ecce & aurũ quod dedi, in meo saccello recepi, & episcopatũ gratis accepi. Nempe hoc est quod doleo, quia archiepiscopus carnaliter episcopum fecit. Nam propter pecunias spiritaliter leprosum ordinauit. Pecunia, inquit, tua tecũ sit in perditionẽ, quia donũ sancti spirit⁹ gratiæ precio cõparasti, & cõmerciũ miserabile in animarũ exitiũ peregisti. Et nescii homines & indocti in ordinationib⁹ eorũ clamãt & dicũt: Dignus es, & iustus es. & cõscientia misera, Indignus es, & iniustus es, dicit. Pronũciat enim episcopus huiusmodi ad populũ dicẽs: Pax vobis. Oculis quidẽ carnalibus videtur quasi episcopus magnus, & diuinis obtutib⁹ ispicitur leprosus magn⁹. Per pecuniã acq̃siuit indebitũ ordinẽ, & deũ pdidit in interiore hoſe Caro suscepit dignitatem, & anima perdidit honestatẽ. K Caro ancilla, domina facta est animæ: & anima quę erat domina, facta est famula carni. Caro dominatur populis & anima seruit dæmoni. Carni sacerdotiũ comparauit, Mat.16. & animæ detrimentũ parauit. Et quid prodest hmõi homini si totum mundũ lucretur, & animę suę detrimẽtum patiatur? Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima suа? Quod dedit cũ ordinaretur episcopus, aurũ fuit et quod perdidit, anima fuit. Cũ aliũ ordinaret: quod accepit, pecunia fuit: & quod dedit, lepra fuit. Hæc sũt mercimonia iniquorum, in pniciẽ eorum. Interrogo tamen fratrem & coepiscopũ nostrũ, quia et ego episcopus sũ & cũ episcopo loquor. Dic ergo mihi paulisper. Frater episcope, cum dares pecuniã, quid accepisti? Gratiã episcopalẽ accepi. Ergo interrogo te, Hęc gratia cur tali vocabulo nũcupatur? Respondet: Cur inquis? Vt reor, p eo quod gratis datur, ideo gratia vocitatur. Ergo si gratia gratis datur, & auro non æstimatur, à te cur gratia pecuniis cõparatur? Respondet: Non, inquit, mihi daretur si pecuniis non emeretur, nec episcopus fuissem ordinat⁹. L si pecunias non dedissem. Ergo vt apparet ex respõsionibus tuis, gratiam cũ ordinareris non suscepisti, quia gratuito eam non meruisti. Et ideo frater si gratiã non accepisti, quomodo episcopus effici potuisti? Nã et ad discipulos suos dominus dicit: Gratis accepistis, gratis date. Mat.10. Cur ergo gratuitam æstimasti te precio posse sidere gratiã? Nã vt video, aurum dans perdidisti, & gratiam sanctam non acquisisti. Adhuc tamen semel adiiciens fratrẽ perquiro episcopum, ne quid de approbamentis veridicis nos prætermisisse videamur. Quis dat frater episcopalẽ gratiam? deus, an homo? Respõdes sine dubio: deus, sed tamen per hominem dat deus, homo imponit manus, deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dexteram. & deus benedicit potenti dextera. Episcopus initiat ordinem, et deus tribuit dignitatem. O iustitia, O æquitas. Si homini pecunia datur qui nihil in ordine amplius operatur, nisi solum seruitiũ quod ei creditur, cur deo totum negatur qui ipsum ordinem tibi largitur? Iustum ne tibi videtur vt seruus honoretur, & dominus iniuriã patiatur, & iniuste accipiat sacerdos pecuniã & de⁹ patiatur ab homine iniuriã? Sed quia p cõcesso ordine de⁹ à te nihil expectat, cur à te sacerdos impudenter pecuniã expectat? Deus homini concedere voluit gratis, & episcopus rapax pecuniam ab homine expetit gratis? Deus 1. Cor. 4. homini vt certe benign⁹ gratis donauit, & sacerdos malignus eum sine causa prædauit. Quid enim habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non M acceperis?

De ostẽsiua repetitione malorum ad quæ deificus ordo voluitur, probrorũque ob quæ prolapsi sunt sacerdotes cum acri eorũdem reprehensione. Cap. vi.

Ecce ad quę mala voluitur deificus ordo, Ecce Matth. 5. ad quę probra sunt prolapsi sacerdotes, qui audire meruerunt à iudice mundi: Vos estis lux huius mundi. Ecce quibus subiiciuntur gentes quibus à domino dictum est: Vos estis sal terræ. Ergo si lux est ecclesię episcopus à domino ordinat⁹, ita vt imperitiæ tenebras prędicationis suæ eloquio rutilante, conscientiarum latebras illuminet, cur ipse palpabilib⁹ tenebris tenetur obstrictus? Et non solum quia ipse dũ male agit, digne perit: insuper & alios secũ indigne perdit. Si enim meruisti salis possidere saporẽ, vt insipientium possis arua condire, cur infatuatus tali vitio, immundis te porcorũ cõculcandũ pedib⁹ prębuisti, ita vt nec alios nec teipsum possis condire? Oculorũ etiã in corpore officium, id est in ecclesia, voluntarius appetisti, vt reliquũ per te corpus ducatum lucis haberet: & nunc quadam Matth. 6. lippitudine et caligine vitiorũ obtenebrat⁹, nec teipsũ luci idoneũ prębes, & aliis adimis lumẽ. De q̃bus oculis in euãgelio dicitur: Si oculus tuus simplex fuerit, totum

A corpus tuum lucidum erit, id est, si episcopus qui lumẽ promeruit præsse in corpore, simplicitate est sancta & innocentia decoratus, omnis ecclesia splendore luminis radiatur. Si autem oculus tuus nequam est: totũ corpus tuum tenebrosum est. id est, si episcop⁹ qui videbatur corpori subdito lucẽ prębere, obnubiletur nequitię cæcitate, quid cætera facient mẽbra, quibus lux adempta est oculorum? Id est, quid seculares factura est multitudo, cum voluptatibus illicitis & actionibus vetitis ad similem facinorum voraginem episcopus multitudinẽ populi prouocauerit, vt nulli iamiamq; illicitũ esse videatur quod ab episcopo quasi licitũ perpetratur. [Sed ipsum magis credunt homines esse laudabile, quicquid episcopus habuerit delectabile. Nec quisquã quod agere pontifex nõ dubitat, se indubitanter agere dicat, Episcop⁹ enim à cũctis indubitanter vocaris, præsertim cũ ipso nomine censeris, si tamẽ actio cõcordet nomini, & nomen se societ actioni. Nã quid aliud interpretatur episcop⁹, nisi superinspector? maxime cũ solio in ecclesia editiore resideat, & ita cũctos respiciat, vt & cũctorũ oculi in ipsum respiciant. Ergo quia ita est, cur te velut tetrum speculum vniuersorũ oculis demonstras, ita vt B non possint obscuritate tua se comptius exornare?

De clausione huius libelli per breuem epilogum eorum quę in ipso demonstrata sunt, & notationem sacerdotũ quos author nouit sibi infideliter detracturos. Invocationẽmq; sancti spiritus, vt adiuuet cunctos sacerdotes ad faciendum ea quæ ipso inspirante in hoc opusculo eloctus est. Caput VII.

Sufficiat huc vsq; nunc nostris confacerdotibus, paululũ dilatasse sermonẽ, in quo eorũ excellẽtiam simul & casum demõstrauim⁹, ne fidentes in sublimitate honorũ, minime requirerent perfectionẽ morũ, & in solo se credererẽt sacerdotis nomine plus quã opere gloriari. Et q̃quã sciã pro hoc libello plurimos mihi sacerdotes qui hæc quæ loquimur agere nolunt, infideliter esse detracturos, credo, tamen plurimos qui hæc agunt, vel agere obnitũtur, fideliter pro nobis oraturos. Sed sicut lacerationib⁹ C obtrectatorum minime prægrauamur, sic demũ probatorũ & sanctorum virorũ orationibus adiuuamur. Age iã nunc sanctificus spiritus, qui nos in hoc opere diuinis inspirationibus adiuuisti, cunctos sacerdotes adiuua, & præsta vt faciant quę in hoc opusculo ipse eloqui inspirasti, vt eis vna mecum tribuas seculorum regna, quę sãctis in regna seculorum dare promisisti. Amen.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

PRECATIO PRIMA PRAEPARANS AD MISSAM

Summe sacerdos & vere pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti deo patri in ara crucis hostiam puram et immaculatam pro nobis miseris peccatoribus, & qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium in virtute spirit⁹ sancti, dicens: Hæc quotienscunque feceritis, in mei memoriã facietis: Rogo per tuum sanguinem preciosum, magnũ salutis nostræ precium: Rogo per hanc miram & ineffabilẽ charitatẽ qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos à peccatis nostris in sanguine tuo: Doce me seruum tuum indignũ, quẽ inter cætera dona tua ad officiũ sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ: Doce me quæso per D spiritum tuum tantũ mysteriũ tractare ea reuerentia & honore, eãq; deuotione & timore quibus oportet & decet. Fac me domine Iesu Christe per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere & intelligere, sentire & firmiter retinere, dicere & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret spiritus tuus bonus in cor meũ, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum loquatur omnẽ veritatẽ tantorum mysteriorum. Profunda sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi hodie & semper missarum solennia puro corde & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & nefandis, vanis & obnoxiis cogitationibus. Muni me beatorum angelorum pia & fida tutela, atq; fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum confusi discedant per virtutẽ tanti mysterii, & per manũ sancti angeli tui. Repelle à me domine Iesu Christe & à cunctis seruis tuis durissimũ spiritum superbiæ, cenodoxiæ, inuidiæ, iracũdiæ, fornicationis & immunditiæ, dubitatis & blasphemiæ. Confundãtur qui nos persequuntur, pereant illi qui cuncta perdere festinant. Rex virtutum, castitatis & integritatis amator deus cælesti rore benedictionis tuę extingue in corpore meo totum fomitem ardentẽ libidinis, vt maneat in me tenor totius castitatis animæ & corporis. Mortifica E in me carnis stimulos, & omnes libidinis cõmotiones, & da mihi verã & perpetuã castitatem cũ cæteris donis tuis, quæ tibi placẽt in veritate, vt sacrificiũ laudis casto corpore & mundo corde valeãt tibi offerre. Quanta enim domine Iesu Christe cordis contritione, & lachrymarũ fonte, quanta reuerẽtia & tremore, quanta corporis castitate, & animi puritate istud diuinũ & cæleste sacrificium est celebrandũ, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur, vbi summa imis iungũtur, vbi adest præsentia sanctorum angelorũ, vbi tu es sacerdos & sacrificiũ mirabiliter & ineffabiliter cõstitutus. Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu deus omnipotens offerentẽ feceris dignũ? Scio, & vere scio, & ipsum pietati tuæ cõfiteor, quia nõ sum dignus accedere ad mysterium tantũ propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, & ore cõfiteor, quia potes me facere dignum, qui solus potes mundũ facere de immundo conceptum semine, de peccatorib⁹ facere iustos & sanctos. Per hanc omnipotẽtiam tuã te rogo vt concedas mihi peccatori hoc cęleste sacrificium celebrare cum timore & tremore, cũ cordis puritate, & lachrymarũ fonte, cũ lætitia spirituali, & cælesti gaudio Sẽtiat mens mea dulcedinẽ beatissimę præsentiæ tuæ, & excubias sanctorum angelorũ tuorum in circuitu meo. Ego enim domine memor venerandæ passionis tuæ accedo ad altare tuũ, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Suscipe ergo istud quęso summe de⁹, dulcissime Iesu Christe pro ecclesia tua sancta, & pro cuncto populo tuo quẽ acquisisti sanguine tuo precioso. Et quoniam me peccatorem inter te & eundem populum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditæ nõ recuses, nec per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat preciũ, pro quibus victima factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo domine (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorũ, captiuorum gemitum, miseriã orphanorũ, necessitates peregrinorum, inopiã debilium, desperationes læguentium, defectus senium, suspiria iuuenũ, vota virginum, lamenta viduarũ. Tu enim misereris omniũ domine, & nihil odisti omniũ quæ fecisti. Memorare quæ sit nostra substãtia, quia tu pater noster es, ne iracaris satis, neq; multitudinem viscerum tuorũ super nos cõtineas. Nõ enim in iustificationib⁹ nostris prosternimus preces nostras

G ante faciem tuam,ſed in miſerationibus tuis multis. Auf
fer à nobis domie iniquitates noſtras, & ignẽ ſancti ſpi
ritus in nobis clemẽter accende. Aufer cor lapideum de
carne noſtra,& da nobis cor carneũ quod te timeat, di-
ligat & honorificet,te delectetur,te ſequatur, & te per-
fruatur. Oramus domine clementiã tuã,vt ſereno vultu
familiã tuam ſacri tui noſis officia præſtolantẽ aſpicere
digneris. Et vt nullius ſit itritũ votũ, nulli⁹ vacua poſtu
latio,tu nobis preces ſuggere,quas ipſe audire propiti⁹
& exaudire delecteris. Rogamus etiã te ſancte pater pro
ſpiritib⁹ fideliũ defunctorũ,vt ſit illis ſal⁹ æterna ,ac p-
petua ſanitas,gaudiũ & refrigeriũ ſempiternũ,hoc ma-
gnũ pietatis ſacramẽtũ .Domine de⁹meus ſit illis hodie
magnũ & plenũ gaudiũ de te pane viuo & vero , qui de
cælo deſcendiſti,& das vitã mũdo,de carne ſancta & be
nedicta,agni videlicet immaculati ,qui tollis peccatum
mundi. Et potari de fonte pietatis tuæ,qui per lanceã mi
litis de latere emanauit crucifixi domini noſtri, vt cõſo
lati exultẽt i laude & gloria tua ſancta. Peto domine cle
mentiã tuã, vt deſcendat ſuper hunc panẽ & calicẽ iſtũ
plenitudo diuinitatis tuæ. Deſcendat etiam domine illa
ſancti ſpiritus tui intuiſibilis forma,& incõprehenſibilis
maieſtas,ſicut quondã in patrũ hoſtias deſcendebat,qui
& oblationes noſtras corpus & ſanguinẽ tuũ efficiat, &
H me indignũ ſacerdotẽ tuũ doceat tantũ tractare myſteri
um ita vt placidè ac benignè ſacrificiũ ſuſcipias de ma-
nibus meis ad ſalutem omnium tam viuorum quàm de
functorum. Rogo te domine per ipſum ſacroſanctũ my
ſterium corporis & ſanguinis tui quo quotidie in ecc le
ſia tua paſcimur & potamur,abluimur & ſanctificamur
atq; vniuſtuæ ſummęq; diuinitatis participes efficimur,
quatenus des mihi virtutes tuas ſanctas,quibus repletus
bona cõſcientia ad altare tuum accedam, ita vt hæc cæ-
leſtia ſacramenta efficiantur mihi ſalus & vita Tu enim
Ioan.6. dixiſti ore tuo ſancto & benedicto: Panis quẽ ego dede-
ro,caro mea eſt pro mundi vita. Et qui manducat me,vi
ta viuet propter me,ipſe manet in me,& ego in eo . Ego
ſum panis viuus,qui de cælo deſcẽdi. Si quis manduca-
uerit ex hoc pane viuet in æternũ. Panis dulciſſime ſana
palatum cordis mei,vt ſentiam ſuauitatẽ amoris tui. Sa
na ab omni languore,vt nullam præter te amẽ pulchri-
tudinem. Panis candidiſsime habens in te omne delecta
mentum,& omnis ſaporis ſuauitatẽ,qui nos ſemper re-
ficis,comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui re-
pleantur viſcera animæ meæ. Manducat te angelus ple-
nò ore,mãducet te peregrinus homo pro modulo ſuo,
I ne deficere poſsit in via,tali recreatus viatico. Panis ſan
cte,panis viue,panis pulcher,panis munde,qui deſcen-
diſti de cælo,& das vitam mundo,veni in cor meum , &
munda me ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. In
tra in animam meam,ſana & ſanctifica me intus & exte
rius. Eſto tutamen & perpetua ſalus corporis & animæ
meæ. Repelle à me inſidiantes mihi. Hoſtes recedãt pro-
cul à præſentia tua ,vt foris & intus per te munitus recto
tramite peruenia m ad tuum regnum ,vbi non myſteriis
ſicut in hoc tempore agitur,ſed facie ad faciem te vide-
bimus,cũ tradideris regnũ deo patri, & erit deus omnia
in omnibus. Tunc me de te ſatiabis ſatietate menſtrua,
1.Cor.15. vt nec eſuriam nec ſitiã in æternũ. Qui cum eodem deo
patre & ſpiritu ſancto viuis & regnis per omnia ſecula
ſeculorum. Amen.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI precatio ſecunda præparans ad miſsam.

SVMMA & incõprehenſibilis natura,virtus
vitaq; beata,lux inacceſsibilis,vera,ſingu
laris,& vna ſapientia,veritas incõmutabi
lis,ſancta incõparabilis & æterna dilectio,
temporalium rerum fine tẽpore cõditor,
viſibilium & intuiſibiliũ intuiſibilis æternúſque patrator K
pater & filius & ſpiritus ſanctus,vnus & verus in trinita
te deus. Pater non habens à quo ſis,habẽs tamẽ ſapien-
tiam,id eſt filiũ,cui maior vel anterior non ſis. Filius ha
bens patrem à quo ſis , nõ tamẽ habẽs cui minor vel po
ſterior ſis. Spiritus ſanctus habens patrẽ & filiũ,à quib⁹
ſis,nõ tamen habẽs quibus inęqualis vel impar ſis, quia
totum in hac tua diuinitate,cui tẽpus nunquã accidit, æ
ternum ac coæternũ,æquale ac coæquale eſt, in qua ali⁹
pater,alius filius,alius ſpiritus ſanctus,ſed pater in filio
& ſpiritu ſancto,filius in patre & ſpiritu ſancto,ſpiritus
ſanctus in patre & filio, quia ſicut tua deus noſter natu-
ra perſonas recipit , ſic partes nequaquam admittit, cui
nec ſupra nec ſubtus, ãte vel retro cõuenit, qa corporũ
lineamenta nõ recipit. Vnde et tota in locis ſine loco ha
betur,nec tamen tota cõpreliẽditur. Tota nãq; vbiq; ha
betur,quia perfectior pars i ea nulla reperitur. Tota au-
tem nõ cõprehẽditur, quia videlicet cũ in creaturis vni
cuiq; preſens efficitur , etiam vltra creaturas totus inue
nitur. Quãobrem cũ cælum & terrã implet, totus eſt. cũ
hominẽ vnum implet,totus eſt, nec variatur per ſingu-
la quę in ſingulis tota eſt:nec de loco ad locũ trãſit cum L
vnũ deſerens alterum petit,quæ ſemetipſam ſine loco&
tẽpore mouet. Hinc merito colendus, hinc adorãd⁹ es,
hinc incõmutabilis, hinc incircunſcriptus agnoſceris,
hinc mediator dei & hominũ homo Chriſt⁹ Ieſus ſecũ- 1.Tim.2.
dũ diuinitatis eſsentiã, totus cũ hominib⁹ in terris,tot⁹
erat cũ patre in cęlis,cũ diceret: Nemo aſcẽdit in cęlum Ioan.3.
niſi qui de cælo deſcendit filius hominis,qui in cælo eſt.
Qui videlicet cũ forma dei eſset, non rapinã arbitratus Phil.2
eſt eſse ſe ęqualẽ deo ſed ſemetipſum exinaniuit,formã
ſerui accipiens in ſimilitudine hominũ,factus obediens
vſq; ad mortẽ,mortem autẽ crucis. Per hũc te beatã tri-
nitas humanitatis habitum , per huius ſuſceptionis hu-
militatem deprecor, per huius ſacratiſsimã obedientiã,
per huius beatiſsimã mortẽ exoro in primis vt te deum
meum diligã,te ſitiã,te toto corde perquiram,deinde vt
proximũ iuxta vires atque menſurã in hac ipſa tua dile
ctione charum ſẽper atque dilectũ attendã. Sed hãc dile
ctionẽ nulli domine præſtabis,niſi cui vitia prius odiſſe
donaueris. Obſecro ergo pia & vera miſericordia,ſolida
atq; vnica ſpes mea, vt ſuperbiæ regnum auferas ab a
nima mea. Horrendũ domine patiẽdũq; tã maximũ ma-
lũ quod angelos de cęlo proiecit,quod homines de para
diſo minauit,quódq; initium oĩs peccati eſt,& ad ipſum
pertinet quicquid vitii et iniquitatis eſt,cuius primæ ſo- M
boles, ſeptem nimirũ principalia vitia, ex hac virtuléta
radice proferuntur,ſcilicet inanis gloria,inuidia,triſti-
tia,auaritia, ventris ingluuies, atque luxuria:ſed & nu-
meroſa ,ppaginis turba ex ſingulis generatur. Inanis er
go gloria cum plene mẽtem ceperit,mox ſeptiformẽ in
illa nequitiã gignit,inobedientiã,iactantiã, hypocriſim,
cõtentionẽ,pertinaciã,diſcordiã ac nouitatis præſũptio
nem. Sed ſi huic vera humilitas opponatur , omnis eius
nequitia vacuatur. Tẽ ergo deprecor humilitatis magi-
ſter,vt hanc cordi meo inſeras,inſertámque cuſtodias,
quę dũ cunctis inferiorẽ ſe attendit,ſubiectionẽ ptinus
gignit,iactantiã extinguit,hypocriſim excludit,conten
tionẽ refugit,pertinaciam emollit, diſcordiã pręcauet,
nouitatũ preſumptionẽ abhorret. Hoc beatæ humilita-
tis medicamine morbum elationis ſanandum præuide-
ras,cũ per hominẽ aſsumptũ author noſtræ ſalutis,tu- Mat.11.
is ad te venientibus diceres. Diſcite à me quia mitis ſũ,
& humilis corde,& inuenietis requiẽ animabus veſtris. Mat.18.
Et rurſum:Niſi cõuerſi fueritis,& efficiamini ſicut par-
uulus iſte,nõ intrabitis in regnum cælorum. De inuidia
quoque odiũ,ſuſurratio,detractio,exultatio in aduerſis
proximi,affectio autem in proſperis eius propagatur. O
mala progẽies,quæ ſi animo ĩtromiſsa dominari cœpe
rit,omnem ſanctitatis ſobolẽ extinguit. Qui itaq; inui-
det vel odit,non aliũ prius q̃ ſeipſũ occidit. Qui ſuſur-

A rat,& detrahit,pri⁹ ſuas q̃ aliorũ radices euellit. Qui ex
ultat in aduerſis ,pximi, & affligitur in ,pſperis eius,alie
no primũ ſe petit gladio. Hoc ſecundũ ſuperbię virgul
tum tunc primo fuit exortũ,cum ille de quo ſcriptũ eſt,
Sap.2., Inuidia diaboli mors ĩtroiuit in orbẽ terrarũ:Cain per-
ſuaſit vt liuoris odio fraternũ funderet ſanguinem. Sed
nimirũ idẽ Cain inuidus prius ſuã animã quàm alterius
1.Ioan.3. carnem peremit. Scriptum quippe eſt: Qui odit fratrem
ſuum,homicida eſt. Et ſcitis quia omnis homicida non
habet vitã ęternam in ſe manentẽ. Hinc domine apparet
cuius primũ homicida eſt qui alterum odit,in quo vita
non eſt. Quod contrà Moyſes omnium mitiſsimus ad-
monet,dicens:Ne oderis proximũ tuũ in corde tuo. Et
quia ille qui inuidet & odit,conſequenter ſuſurrat & de
Leuit.19. trahit , hoc malũ ſcriptura ſancta præcauẽdũ denũciat.
Non eris,inquit,ſuſurro in populis,& nolite detrahere
Ioan.10. alterutrũ fratres. Qui enim detrahit fratri, detrahit legi
Qui enim ſuſurrat & detrahit,conſequens eſt vt in ad-
Rom.12. uerſis proximi exultet,in proſperis aũt animi triſtitiam
contrahat. Sed occurrit beatus apoſtolus,& dicit:Gau-
dere cũ gaudẽtibus,flere cũ flentibus. Et ecce alius pro-
terrenis reb⁹ ,terrenisq; honorib⁹,alius pro virtutũ ſuc
ceſsibus cuilibet inuidet,quẽlibet odit:contra quẽlibet
ſuſurrat,de quolibet detrahit, de cuiuſlibet aduerſis ex
ultat,de ,pſperis animũ mœſtificat. Sed vt in cũctis hoc
multiplex malũ ſuperetur,occurrat domie quæſo illud
multiforme bonũ quod potẽti virtute reſiſtẽs nõ det in
B uidiæ locũ,charitas ſcilicet,quæ fundamentũ eſt omniũ
virtutum & bonorũ:quæ nõ inuidet .ſed cõgaudet: non
odit,ſed'diligit:non ſuſurrat,ſed obiurgat:nõ detrahit,
ſed arguit:nõ de aduerſis ,pximi gaudet, ſed mœret : nõ
de proſperis afflictionẽ,ſed cõſolationẽ recipit. Merito
autẽ tale nomẽ accepit,quod illa carius inueniri nõ po-
1.Ioan.4. eſt:quã qui habet,te vtique habet . Deus,inquit , chari-
tas eſt:' & qui manet in charitate,in deo manet, & deus
in eo .Cui,vt præfatũ inuidiæ ſuperet malum , cordis ſi-
mul & oris iungẽda cuſtodia eſt:cordis ſcilicet , ne inui
deat,ne ĩ aduerſis ,pximi exultet,ne in ,pſperis mœſtitiã
Prou.18, cõtrahat. Oris vero,ne ſuſurret,ne detrahat:ſcriptũ q̃p-
pe eſt:Omni cuſtodia ſerua os tuum . Cor , quia ex ipſo
vita procedit. Et rurſum ſcriptũ eſt:Mors & vita in ma-
Pſal.140. nibus linguæ. Citius malum quod intus latet, extingui-
tur,ſi à prauo eloquio foris lingua frenetur. Pone domi
ne cuſtodiã ori meo , & hoſtiũ circunſtãtiæ labiis meis,
vt nõ declines cor meũ in verbo malitiæ. Libera animã
meã à labiis iniq;s,& à lĩgua doloſa. Ira autẽ inuidiã ſeq̃-
tur,qua inter cætera vitia nihil aſperius, nihil inuenitur
amarius:quæ dũ vltra modũ efferbuerit,atrociter men-
C tem exulcerat,ſenſum hebetat . linguam immutat . ocu
los obũbrat,totúmq; corpus perturbat . Hinc protinus
rixæ,contumeliæ,clamor,indignatio,tumor mentis, &
Eccli.7. blaſphemiæ ſuſcitãtur. De qua nimirũ ſcriptura ſancta
Iacobi.1. teſtatur dicẽs:Ira in ſinu ſtulti requieſcit. &,Ira viri iu-
ſtitiam dei non operatur. Sed obſice domine cõtra tã a-
mariſsimũ iracũdię malũ ſuauiſsimũ patientiæ bonũ,in
Luc.21. quo ſpecialiter animarũ noſtrarũ ſalus collocatur , cũ
nobis per euãgeliũ dicitur. In patientia veſtra poſside-
bitis animas veſtras. Quæ nimirũ dum arcẽ & principa
tũ in mẽte ſuſceperit,omnes mox perturbationes cõpe-
ſcit. Rixas et contumelias in exhortationẽ cõuertit,cõ-
ſuſum clamorem ſub ordinato ſilentio premit,indigna
tionem tumorẽmq; mẽtis mãſuetudine vincit, blaſphe-
Mat.5. mias gratiarũ actione repellit. Quod ſi forte in immen
ſum ira ſucceſſa ad horã patiẽtia ſuccubuerit, nullũ ne
domine remediũ erit:Erit certe. Nã cũ huius mali dãna-
tionẽ denũciat dicens: Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit
iudicio:qui autẽ dixerit fratri ſuo, Racha, reus erit cõci
lio:qui autẽ dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis:pro-
tinus recuperationẽ ſubiũgit, cũ dicit : Si offers munus
tuũ ad altare:& ibi recordatus fueris quia frater tuus ha
bet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum an-
te altare,& vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ve- D
niens offer munus tuũ. Et illud:Cũ ſtatis ad orandum re Mar.11.
mittite ſi quid habetis aduerſus alterum in cordibus ve
ſtris. Hanc mihi domine deus ſecundã triſtiam victoriam
ſi furore cæcatus amiſero primã,cum non tuo zelo , ſed
meo vitio cuiuſlibet animũ offendo. Triſtitia quoque irã
perſequitur:quæ dũ cordis arcana penetrat, protinus in
eius cubiculo malitiã,rãcorẽ,puſillanimitatẽ, deſpera-
tionem,torporẽ circa præcepta,vagationẽ mẽtis erga il
licita generat. Quæ inter cætera vitia q̃ ſit deteſtãda,bea
tus Paulus indicat,Seculi,ſquiens, triſtitia mortẽ opera 2.Cor.7.
tur. Sed domie de⁹meus oppone contra ſeculi triſtiã fu-
turæ beatitudinis lætitiã,quæ ex mœrore contractã mali
tiã vincat benevolẽtia,tędio ,pcuratũ rancorẽ pellat ſyn
ceritate,puſillanimitatem fortitudine roboret,deſpera-
tionẽ ſpei fiducia erigat,torporẽ circa pręcepta exercи-
tio ſpiritali repellat,vagationẽ mẽtis erga illicita , incõ
cuſsa ſtabilitate refrenet. Quod ſi ad momentũ ſubtra-
cta lætitia ſpiritali malũ triſtitiæ pręualuerit , agã quæſo Iacobi.5.
quod monet beat⁹ Iacobus? Triſtatur quis i vobis ? oret
æquo animo,& pſallat. Auaritia ſequitur triſtitiã,quæ in
vtroq; teſtamẽto pari notatur execratione. In veteri nã Eccli.10.
que dicitur: Auaro nihil eſt ſceleſtius . In nouo autẽ:Et Col.3.
auaritia quę eſt idolorũ ſeruitus. Ex qua ,pfecto ſeptẽ ne
quitiæ procreãtur,ſcilicet proditio,fraus,fallacia,periu
riũ,inquietudo,violẽtia,& cõtra miſericordiã obdura-
tio. Et ecce domie deus quilibet amator mũdi,& nõ tui, E
propter metalla precioſa,ardẽtes fulgẽtęq; lapides, ſer
uos & ſeruas,prædia & fundos ad mortẽ ,pximũ tradit,
fraudẽ incurrit,fallaciã obducit,periuriũ cõmittit:& ali
us inquietus & violẽtus eſt propter villã , alius propter
gallinã,alius obduratur cõtra miſericordiã , ne tribuat
aurũ,alius ne porrigat potũ. Sed peto mihi deus amator
caſtus & ver⁹,vt cui præter te nulla poſseſsio debetur in
terra,nihil quod tu nõ es cõcupiſcã in terra, ſemp illos
ſententiæ meminerim,qua dicitur:Nudus egreſsus ſum Iob.1.
de vtero matris meæ,nud⁹ reuertar illuc. Atq; illius:Ni- 1.Tim.6.
hil intulimus in hũc mundũ,ſed nec auferre quid poſsu
mus. Quæ nimirũ dũ pie cõſideratur,mũdi contẽptũ af-
ferre videtur,qui auaritiæ contrarius eſt. Poſt hæc reſtat
ventris ingluuies,quę à neceſsitate quidẽ incipit,ſed mo
dum neceſsitatis excedẽs ad voluptatẽ pertãſit : dũmq; à
licitis ad illicita peruenerit,mox ineptã lætitiã, ſcurrili-
tatem,immunditiã,multiloquiũ,ſenſusq; hebetudinem
circa intelligentiã parturit , cuius mortiferũ virus tunc F
vtcunq; vacuatur,cũ nõ qualitas,ſed libido in eſcis præ
cauetur. Prima eni mulier nõ exquiſitarũ dapũ , ſed ſo-
la pomi delectatione mortẽ mũdo iduxit:& ãtiquus ho-
ſtis regẽ noſtrũ nõ de carne ſed de pane tẽtauit: & Sodo
ma idcirco igne & ſulphure periit,quia iter cætera mala
panẽ i ſaturitate comedit. Quapropter clemẽtiã tuã de-
us imploro,vt ſicut ęger ad medicinã,ſic ad ſumẽdas da
pes accedã,nequaq; in eis voluptatẽ appetẽs, ſed neceſsi
tati ſubueniẽs. Auferà me ,pter magnã miſericordiam
tuã omne ciborũ noxium deſideriũ,cõgruãq; ſeruo tuo
eſcarũ propitius tribue abſtinẽtiã,vt intra neceſsarium
modum propriũ tempẽrẽ appetitũ,remotáq; à me omni
prorſus crapula & ebrietate,ſciã in virtute tua abunda-
re,ſciam & penuriã pati,nouerim quoq; in quibus mihi
ſufficiens eſse poſsim. Ita domine,ita pater bone noxiis
gaſtrimargiæ ſuccis arefactis inepta lætitia vel ſcurrili-
tas nõ pullulabit,quę illos maxime ad inſaniã ꝓducit,in
quibus crapula & ebrietate dominiũ ſumit. Sedit enĩ po Exo.32.
pul⁹ mãducare & bibere,& ſurrexit ludere. Cõtra quos
illa ſententia venit qua dicitur:Vę vobis diuitibus q̃ habe Luc.6.
tis conſolationẽ veſtrã. Et væ vobis qui ridetis nũc,quia
plorabitis & flebitis. Quod cõtra ii qui carnẽ ſuã cruci-
fixerunt cũ vitiis & cõcupiſcẽtiis eius,audiunt,Mundus Ioan.16.
gaudebit, vos vero contriſtabimini , ſed triſtitia veſtra
vertetur in gaudiũ,& gaudiũ veſtrum nemo tollet à vo-
bis. Et rurſum:Beati qui lugẽt,quoniã ipſi conſolabun- Matth.5

G tur. Immūditia quoq; , quæ iuxta apostolum quibusdā re
gni cælestis aditū claudit, vigilantē nunq̄, dormientē ve
ro tradius sua colluuione fœdabit. Multiloquium fœdia
præsum silebit. Hebetudo sensus circa intelligentiā spi
ritalis acuminis ingenio cedet, quod sancta parsimonia
in mēte propagabit. Vēter enim contractus humanos in
altū eleuat sensus. Luxuria gastrimargiā sequitur, quæ
dum licētiæ metas excedit, mox de se cæcitatē mentis, in
consideratione, inconstantiā, præcipitatione, amorē sui
odiū dei, affectū præsentis seculi, horrorē autē vel despe
rationem gignit futuri. Sed peto domine vt qui ab ipso
pubertatis tēpore à cōplexu carnalis copulæ alienū me
esse voluisti, delectationis eius sensu nō tāgar. Quid enī
prodest domine deus virginē esse corpore, si contingat
Matth. 5. mente esse corruptū? Qui enim viderit mulierē ad cōcu
piscendū eā, iam mœchatus est eā ī corde suo. Hinc pro-
1. Cor. 7. fecto necdū castitatē professo iuxta apostolū: Melius est
nubere q̄ vri. Sed obsecro domine vt cui nō licēt nube-
re, ne cōtingat aduri. Ecce dū pro me solicitus talia po-
stulo, meminisse charitatis debeo, vt & pro aliis exorē.
Te igitur amatorē ecclesiæ tuæ deprecor deus pro sacer
dotibus eius, vt verbis simul & meritis vitæ populū sibi
creditum ad cęlestē patriā inuitēt. Pro regibus, ducibus.
& iis qui in sublimitate positi sunt, vt patres orphanorū
& iudices viduarū semetipsos exhibeāt, miseriis inopū
& gemitibus pauperū doleāt, nil nisi quod iustū est, in iu
dicio queratur, sicq; administrēt præsentia, ne amittāt bo-
na futura. Pro virginib⁹, cōtinētibus, ac mūdo renūciāti
H b⁹, vt presentia despiciāt, futura requirāt, nē se negociis
secularibus implicēt, vt tibi militātes placeāt, cui se pro
bauerūt. Pro cōiugatis, vt sic sibi inuicē carnis debitum
soluāt, ne à desiderio patriæ cælestis exorbitēt. Sed quid
ago domine? quasi oblitus peccatorū meorum pro aliis
orare præsumo? O q̄ in multis offēdi atq; offēdo, sed nō
subrepit desperatio, cū publicanū in tēplo iustificatū at
tendo, cū latronē in cruce confitentē, & de cruce ad pa-
radisum transeuntē aspicio, cū Mariā post multas crimi
Luc. 18. num culpas fonte pietatis ablutā, cū Petrū post negatio
Luc. 23. nem apostolatus gratiā recuperasse intueor. Sed rogo
Luc. 7. ineffabilis pietas, vt cui de tantis exēplis præsumere do-
Luc. 22. nasti: gemitus publicani, confessionē latronis, lachry-
mas meretricis, fletūsq; negātis apostoli concedas. O do
mine si flagello tēporali scelera mea vindicanda proui
deris, lachrymosus imploro vt dū cōtra hæc iratus desæ
uis, semper in ira misericordiæ recorderis. Quē enī dili
gis, corripis. flagellas autē omnē filiū quē recipis. quib⁹
nimirū verbis etsi virga percussionis minatur, paternus
tamen pietatis affectus monstratur. Da ergo inter flagel
la tolerātiam, ne murmurationis notas vt malus seruus
incurram, sed magis quasi bonus filius gratiarū actiones
repēdam. Illud etiā magnopere peto, vt diē obitus, diem
extremi iudicii, dānationem æterni supplicii, beatitudi-
nemq; regni futuri semp meminerim: quod nemo inde
sinenter potest, nisi qui ad vitā præordinatus est æternā.
Indefinēter domine recolēda est dies illa in qua lux cū
tenebris pugnat, misericordia cū crudelitate desudat, in
qua aduersarius noster mala quę fecimus, locuti sumus
vel cogitauimus, violentissimus accusator retexet, iusti
tiam tuā ad hæc puniēda deposcet. Vbi quid suum domi
ne, nisi tu qui iuste iudicas, etiā misericorditer defendas?
Recordare quia aduocatus me⁹ es ipse q̄ iudicas. Quod
si etiā in illo adhuc seculo aliq̄d in me vindicādū refer-
uas, peto ne me potestati dæmonū tradas, dū scelus meū
purgatoria pœna detergis. Nūq̄ domine obliuioni tra-
dēda est dies illa, de qua dixit Propheta: Dies, inquit, iræ
dies illa, dies tribulationis et angustiæ, dies calamitatis
& miserię, dies tenebrarum & caliginis, dies tubarum &
clangoris, in qua cælis & terris ardētibus exibuut angeli
Mat. 13. & separabunt malos de medio iustorū, & mittent eos in
caminum ignis, in quē messores collecta zizania alliga
būt ī fasciculos ad cōburēdū. In quo à sinistris positi au-
dient impii? Discedite à me maledicti in ignem æternū, Mat. 25.
qui paratus est diabolo, & angelis eius. In quo iā obsera K
tis vitæ ianuis, extinctis lāpadibus, stultæ virgines à tha
lamo excluse plorabunt, damnationēq; ingementes cla
mabunt, Domine domine aperi nobis. & tūc dices illis,
Nescio vos. In quo etiam qui miraculis coruscauerunt
similiter lamentabuntur repulsi &, dicēt, Domine domi Mat. 7.
ne, nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine
tuo dæmonia eiecim⁹? & in tuo nomine virtutes multas
fecimus? Et tunc confiteberis etiam istis quia nunquam
nouisti eos, subiiciens: Discedite à me oēs qui operami-
ni iniquitatem. Quis hic domie de⁹ terribilis in cōsiliis
mirabilis in maiestatibus, faciēsq; prodigia: quis inquā
hic non paueat, & à fundo cordis non tremiscat, cū etiā
illos damnari audiat quos in hac vita contigit miraculis
coruscare? Ad quę nimirū valet illa sentētia qua dicitur
Nescit homo vtrū amore an odio dignus sit, sed ōnia re Eccles. 9.
seruantur in futurū in certa: in quo & si iustus vix salua
bitur, peccator & impius vbi parebūt? Etiā domine de-
us inde indefinenter meditandū æternæ dānationis sup
pliciū, in quo quicquid pœnarū excogitari potest, quic-
quid etiā non potest, semper adest: cui⁹ vermis immor-
talis, ignis inextinguibilis, fœtor intolerabilis est, cuius
terra tenebrosa, & mortis caligine cooperta, terra mise-
rię & tenebrarū est, cuius torrētes in picē conuertūtur, L
et humus in sulphur, ardebit⁹q; in sempiternū, cuius lac⁹
sanguine igneq; permixt⁹ est: & quocūq; suscipit, demer
git simul & exurit. O q̄ horrenda, ô q̄ stupenda sūt ista,
sed maior est domine cruciatus, amissio tuæ claritatis.
Sufficit enī ad plenā miseriā, tua nō perfrui beatitudine
in qua iusti receptis corporibus, sanctorūq; anglorū cel
situdini coęquati, ī ęternā lucē aspicientes sicut sol reful-
gebūt. Nec immerito sole et luna nō indigebunt, quia te
perēne lumē habebūt. Nō esuriēt, neq; sitiēt. nō labora-
bunt neq; deficiēt, nō mœrebūt neq; lugebūt, quia qcq̄d
satietatis, quicq̄d quietis, quicq̄d gaudii est, tua visitatio
prętabit, que in ōnib⁹ ōnia erit. Nec tēpus iā illis acce-
det, quia totos æternitas possidebit, nec timebūt vltra iā
mori, qui meruerunt beata immortalitate vestiri. Quid
autem de hac beatitudine miser ego āpli⁹ dicere valeo?
quia de illa quicquid dixero, illa sentētia reprimor, quā
per pphetā & apostolū dictā intelligo: Quod oculꝰ nō Esa. 64.
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hōnis ascēdit, quę prę 1. Cor. 2.
parauit deus diligētibus se. Erūt certe in illa beata vita
hæc bona quę premisi, ineffabili, et nobis adhuc incōpre
hēsibili modo. Hui⁹ desiderio domine de⁹ formator &
reformator meus, huius amore peragā quicquid in hac
vita præcipis vt agā: nec sit vltra timor in charitate, sed
perfecta charitas foras mittat timorē. Et vt efficax hæc
mea sit deprecatio. beatæ Mariæ virginis suffragia peto
quā tanti meriti esse fecisti, vt prima inter mulieres no- M
uū munus offerret, & nulla præter ipsam tā nouum ac-
ciperet, nouū scilz munus prima offerret, vt puerpera
virgo pseueraret. Nulla prēter ipsā tā nouū acciperet, vt
deū virgo pareret, et post partū virgo maneret. Aposto-
lorū intercessionē imploro, qui beatissimā mediatoris
pauptatē eiusq; passiones vestigio insequētes, ad tātū cel-
situdinis culmē puenerūt, vt quæcūq; ligarēt sup terrā,
essent ligata & in cælis: & quæ soluerēt super terrā, essēt
soluta & in cælis: atq; in extremis sederēt super duodeci
thronos, iudicātes duodecim trib⁹ Israel. Martyrū pre-
ces deposco, q̄, p veritate nō duditarūt sanguinē funde
re, nec dilexerūt animas suas, vsquead mortē, vt mortis
superarēt authorē. Cōfessorū oratiōes expostulo, q̄ bel-
lat ētātis inimici dū pie viuerēt ī catholica pace, vel etiā
hæreticorū cōflictatione diuturno certamine ptulerūt,
atq; vt verū dicam, longioris occultiq; martyrii palmas
acceperūt. Taliū domine de⁹ preces nūq̄ spernis, si vt, p
me exorent, ipse inspiraueris, qui æternitate perenni vi
uis & regnas cūcta per secula, & in ōnib⁹ seculis. Amē.

FINIS.

A

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN PSALMOS ALIQVOT DAVIDICOS COMMENTARII.

In psalmos Dauidicos præfatio.

SVMMVM INCENTIVVM VIRtutis proposuit deus futuræ beatitudinis delectationē: vehemens quoq; calcar erroris, delectationē esse diabolus excogitauit. Vtriusq; sentētiæ præstat indicium prim⁹ humani generis Adā domi no deo in paradiso voluptatis po tus, vt æterna delectatione frueretur, ad virtutē futuræ sobolis prouocandā. Neq; enim erat incognitum deo, locum eum errori daturū, & cæteris propositam spē salutis esse debere, qua in præceptā humano sedem generi contenderent reformari. Et idē per speciē serpentis præfigurauit delectationis illecebrā, vxoria persuasione deceptus. Occasione igitur accepta aduersarius per delectationē mihi operatus est mortē. Itaq; quod diuina gratia tributū erat ad vitā, factū est mihi in mortem: eoq; faciliorē inimicus aſsensum hominis habuit ad la psum, quo speciē prætendit naturæ. Delectarunt enim B opera sua dominū: delectarunt prima naturæ exordia.
Gene. 1. Quæ videns dominus ait, Bona valde. Laudant angeli dominum, psallunt ei potestates cælorū, & ante ipsum initiū mundi Cherubin & Seraphin cū suauitate cano rę vocis suæ dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus. Innumera angelorum millia assistunt, seniores & turba ma-
Apoca. 4. & 19. gna sicut voces aquarum multarū concinunt, Alleluia. Ipsum axem cæli fert expressior sermo cū quadam perpetui concentus suauitate versari: vt sonus eius extremus terrarū partibus audiretur, vbi sunt quædā secreta naturę. Nec id ab vsu naturæ alienū videtur: quandoquidem vox missa gratiore plausu in montibus resultet, & suauiore sono reddāt quod acceperint. In scopulis quo que ipsis & lapidibus reperit natura quod delectaret. Aliorum specula, aliorū visus delectat aut gratia. Feræ ipsæ atq; aues loci amœnioris aut modulatioris vocis delectatione mulcentur. Lactētibus quoq; paruulis aut
Exo. 15. fœneritas terrori est, aut blanditiæ voluptati. Naturalis igitur delectatio est. Vnde & Dauid sanctus, qui aduerterat vnde homo & qua esset fraude deiectus, (nā si tenuisset infusam sibi à domino æternæ illius cælestisque delectationis gratiā, nec sęcularibus captus amisisset illecebris, nunq̄ tam miserabilis erūnæ subisset iniurias) C reparare eam studeis ac reformare, psallendi munere cælestis nobis instar conuersationis instituit. Etenim licet omnis scriptura diuina dei gratiam spiret, præcipue tamen dulcis Psalmorū liber: quandoquidē ipse Moyses qui plano gesta maiorum sermone descripsit, vbi ta men per mare Rubrū populū patrū memorabili admiratione transduxit, demersum aspiciens regē Pharaonem cū suis copiis, in maiora ingeniū attollens suum, quia maiora viribus suis fuerat assecutus, canticum do mino cecinit triūphale. Maria quoq; tympanū sumens, cæteras hortabatur dicens: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proie cit in mare. Ipse etiam Moyses cum legem domini legis-
Deut. 32. set: quo eius memoriam pectoribus affigeret audientiū, per canticum locutus est dicens: Audi cęlum, & loquar: Expectetur sicut pluuia eloquium meū, & descendant sicut ros verba mea, sicut imber super gramen, sicut nix super fœnum. Delectatur igitur cantico deus non solū laudari, sed etiam reconciliari. Inde & Moyses tūc maxime cantico vsus est, quando cælum testificabatur & D terram, vt salutē suam cælestis sono gratiæ concinentē auidius mundus audiret, & sacræ suauitate dulcedinis in æternum legis obseruantiam mentibus inoleret humanis. Deniq; legis tabulę prius q̄ cantico firmarentur, per indignationem Moysi fractæ & comminutæ sunt. Exo. 32.
Vbi vero tali signaculo consecratæ sunt, humana locū Deut. 32.
ira non habuit, quia sanctificatio eam sacræ suauitatis excluſit. Canticum itaq; domini sicut ros mollior descendit è cælo, & fidem hominum sicut gramen imbre quodam gratia spiritalis infudit. Duo igitur cantica in libris Moysi, tanq̄ duo mundi oculi, cæliq; lumina, totum corpus operis eius illustrant. At vero Dauid principaliter à domino ad hoc munus electus est: vt quod in aliis ratum præminere reliquo in opere videtur, in hoc iuge & continuum refulgeret. Vnum canticū legimus in libro Iudicū, reliqua historiæ more decursa, quibus expressa sunt gesta maiorum. Vnū Esaias cantscū scri- Iudic. 5.
psit, quo legentium corda mulceret: in reliquis terribili tuba correptionis infremuit. Canticū ei ne ipsi qui- Esa. 38.
dem inimici obiicere potuerunt, qui eum propter alia dicta vsq; ad necem sunt persecuti. Vnum Daniel, vnū Abacuch. Salomon ipse Dauid filius licet innumera cantica cecinisse dicatur, vnū tamen quod Ecclesia re- Daniel. 3.
ceperit, Canticorum canticum dereliquit. Scripsit idem Abac. 3.
Prouerbia. In aliis igitur singula aduertere licet. Historia instruit: lex docet, prophetia annunciat, correptio castigat, moralitas suadet. In libro Psalmorum profectus est omnium, & medicina quædam salutis humanæ. E
Quicūq; legerit, habet quo propriæ vulnera passionis speciali possit curare remedio. Quicūq; certare volue rit, tanq̄ in communi animarum gymnasio, & quodam stadio virtutum diuersa genera certaminum reperiens præparata, id sibi eligat, cui se intelligit aptiorem, quo facilius peruenire at coronam. Si quis gesta recensere maiorum studeat, atq; imitari velit: intra vnū psalmum totam paternæ historiæ seriem accipit comprehensam, vt thesaurum memoriæ compendio lectionis acquirat. Faciliora quoq; videntur quæ breuius explicantur. Illud etiam quantæ altitudinis, q̄ breui interuallo offensionum aduersa distinxit, & reconciliationis secunda subtexuit: vt simul cognosceres quid incredulitatis obesset offensa, quid fides prompta conferret. Si quis vim legis explorat, quæ tota in vinculo charitatis est (qui enim diligit proximum, legem impleuit) in Psalmis legat quanto dilectionis affectu pro totius plebis oppro- Rom. 13.
brio repellendo periculis se grauibus solus obiecerit: in quo non imparem charitatis gloriam triumpho virtutis agnoscet. Si quis correptionum sæua formidat, au F
diat dicentem: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. & discat quemadmodū debeat Psal. 6.
irati iudicis temperare censuram. Si quis patientiæ cognoscere gestit exēplū, legat in psalmis: Si reddidi retri Psal. 7.
buentibus mihi mala, & aduertat quia præceptū euangelicum spiritu prænidit, virtute prænenit. Habes itaq; illud prouerbiale, quia māsuetus homo cordis est medicus. Si quis præterea aduersus nequitiæ spiritalis incursus vult esse munitus: quid magis q̄ psallendum sibi esse nouerit? Psallebat Dauid adolescētior, & Saulis ne- 1. Reg. 16.
quam spiritus fugabatur, qui eum antea stringebat. De virtute autem prophetię quid loquar? Quod alii annun ciauerunt per ænigmata, huic soli palam atq; aperte videtur esse promissum, vt dominus IESVS ex eius semi ne nasceretur, sicut dixit ad eū dominus: De fructu ven Psal. 131.
tris tui ponam super sedem tuam. In Psalmis itaque no bis non solum nascitur IESVS, sed etiam salutarem il lam suscipit passionem, quiescit, resurgit, ascendit ad cælum, sedet ad dexterā patris. Id quod nemo præsumpserat hominum dicere, hoc solus hic propheta annun ciauit: postea ipse dominus in euangelio prædicauit. Omnes præterea scriptores psalmorum in suis scriptis

G exempla posuerunt aut aliqua dicta superiorũ. Psalmi nihil prẽter quod suum est habent. Quid igitur psalmo gratius. Vnde pulchre ipse Dauid, Laudate, inquit, quoniam bonus est psalmus: deo nostro sit iucunda decoraq; laudatio. Et vere. Psalmus enim benedictio populi est, dei laus, plebis laudatio, plausus omniũ, sermo vniuersorum, vox ecclesiæ, fidei canora confessio, auctoritatis plena deuotio, libertatis lætitia, clamor iucunditatis, lætitiæ resultatio. Iracundiã mitigat, solicitudinem abdit, mœrorem alleuat. Nocturna arma, diurna magisteria. Scutũ in timore, festũ in sanctitate. Imago trãquillitatis, pignus pacis atq; concordiæ, citharæ modo ex diuersis & disparibus vocibus vnam exprimens cantilenam. Diei ortus psalmum resultat, psalmũ resonat occasus. Mulieres Apostolus in ecclesia tacere iubet: psalmum etiã bene clamãt. Hic omni dulcis ætati, hic vtriq; aptus est sexui. Hunc senes rigore senectutis depositò canunt: hunc veterani tristes in cordis sui iucunditate respondent. Hunc iuuenes sine inuidia cantãt lasciuiæ: hunc adolescentes sine lubricæ ætatis periculo & tenta mento concinunt voluptatis, iuuẽculæ ipsæ sine dispen dio matronalis psallũt pudoris: puellulæ sine prolapsio ne verecundiæ, cum sobrietate grauitatis hymnum deo inflexæ vocis suauitate modulantur. Hunc tenera gestit pueritia, hunc meditati gaudet infantia, quæ alia declinat ediscere. Ludus quidã est iste doctrinę, maioris profectus, q̃ cum seria traditur disciplina. Quantum laboratur in ecclesia vt fiat silẽtium cum lectiones legũtur? Si vnus loquatur, obstrepit vniuersis: Cũ psalmus legitur, ipse sibi est effector silentii. Omnes loquuntur, & nullus obstrepit. Psalmũ reges sine potestatis supercilio resultant. In hoc se ministerio Dauid gaudebat videri. Psalmus cãtatur ab imperatoribus, iubilatur à populis. Certant clamare singuli, quòd omnibus proficit. Domi psalmus canitur, foris recẽsetur. Sine labore pcipitur, cum voluptate seruatur. Psalmus dissidentes copulat, discordes sociat, offensos reconciliat. Quis enim non remittat ei cum quo vnã ad deum vocem emiserit? Magnum planè vnitatis vinculum, in vnũ chorũ totius numerũ plebis coire. Disparesque citharæ nerui sunt, sed vna symphonia. In paucissimis chordis sæpe errant digiti artificis: sed in populo spiritus artifex nescit errare. Psalmus nocturni operis cõmerciũ diuturnæ requiei stipendium. Institutio incipientium, perfectorum confirmatio. Angelorũ ministerium, militiæ cælestis hostia spiritalis. Psalmũ & saxa respondent. Psalmus canitur, & ipsa etiam saxosa pectora molliuntur. Videm9 flere præduros, flecti immisericordes. Certat in psalmo doctrina cum gratia simul. Cantatur ad delectationem: discitur ad eruditionem. Nam violentiora præcepta nõ permanent: quod autem cũ suauitate perceperis, id in sus sum semel prærcordiis non consuescit elabi. Quid est I quod non tibi occurrat psalmos legẽti? In his lego canticũ pro dilecto, & sacrę desiderio charitatis inflãmor. In his torcularia diuini mysterii recognosco. In his reuelationum gratiã, resurrectionis recẽseo testimonia, repromissionis munera. In his disco vitare peccatum, dediscо erubescere pœnitẽtiam delictorũ. Tantus rex, tantus propheta suo me prouocauit exemplo, vt aut cõmissum studeam extenuare peccatũ, aut non commissum cauere. Quid igitur psalmus nisi virtutum est organum? Quod sancti spiritus plectro, pangens propheta venerabilis, cælestis sonitus fecit in terris dulcedinem resultare. Simul cum ille in fidibus & chordis, hoc est in reliquiis mortuis diuersarum vocũ modulatus discrimina, diuinæ laudatiois ad cælestia dirigeret cantilenã: docuit vtiq;, prius nobis peccato esse moriendũ, & tunc demũ in hoc corpore diuersa opera discriminanda vir tutum, quibus ad dominum deuotionis nostræ gratia peruenirет, vt occupatis intentionc cælestium nulla irreperet terrenorum libido vitiorum, simul animus cæ-

Psal.146.

1.Cor.14.

2.Reg.6.

lestis gratiæ suauitate nitesceret. Merito igitur tanti K nistrum muneris dominus laudans ait: Inueni Dauid secundum cor meũ. Aiunt etiã, eorũ qui cithara canũt, peritiores intus canere: vt ferunt fabulæ de Aspendio citharista: Causas quoq; modulaminũ, & quædam claustra rhythmorũ in superiore parte esse psalterii. Docuit ergo Dauid intus nos canere oportere, intus psallere: quẽadmodũ canebat & Paulus dicens: Orabo spiritu, orabo & mente: psallã spiritu, psallã & mente. Et ad 1.Cor.14. superiorum intuitum vitã nostram actusq; formare, ne delectatio dulcedinis excitet corporis passiones, quib9 non redimitur nostra anima, sed grauatur: cũ ad redẽptionẽ animæ suæ psallere se sanctus propheta memorauerit dicens: Psallã tibi in cithara sanctus Israel. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea, Psal.70. quam redemisti. Sed iam psalmi istius qui propositus est nobis, ingrediamur exordia.

Primi psalmi Dauidici enarratio.

BEATVS, inquit, vir qui non abiit in consilio impiorum. Quàm aptum, quàm opportunũ principium. Nanq; vt ii qui agonis aliquam solennitatem receperint exhibendam, proponere præmium solent, iactare coronæ nobilitatem, quo L certaturi studio maiore conueniant, nisuq; propensiore decertent: ita dominus noster IESVS regni cælestis gloriam, perpetuæ quietis gratiam, vitæ æternæ beatitudinem, ad virtutis humanæ incentiua proposuit. Imperator quoq; cum progreditur ad bellum, donatiuũ militi, & promotiones dignitatũ numeris militaribus pollicetur, vt spes commodi furetur laborem, & metum abscondat periculi. Velut præco igitur magni imperatoris sanctus Dauid hortatur milites, athletas vocat, præmium exprimit dicens: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. A præmio cœpit, vt pondus futuri certaminis eleuaret. Mercedem præmisit, vt vnusquisque præsentium rerum solicitudines ac labores corde transiliens, ad emerendam beatitudinem futurorũ auida festinatione contenderet. Beatus, inquit, vir. Quid plus potuit homini donari, quàm quo nihil amplius po- 1.Tim.6. tuit deo apostolica auctoritate deferri? Beatus enim, & solus potens, & rex regum, & dominus dominantium deus dictus est. Ille solus potens, ille rex regum, & dominus dominantium: beatitudinis tamen non supergreditur potestatem. Donauit nobis appellationis eius commune consortium: quæ digna æstimata est honore diuino. Consideremus nunc qua ratione, beatus vir, dixerit: & non magis, beati homines: cum vterque sexus vocetur ad gratiam. Nunquid à consortio beatitudinis exclusit mulieres, quia virum solum beatum nuncupauit? Absit. Quia nec à consortio creaturæ exclusit deus M fœminas quia prius virum condidit. Dixit enim deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem nostrã. Et fecit, inquit, deus Gene.1. hominem: ad imaginẽ dei fecit illũ: masculũ & fœminã fecit eos. In homine vterq; signatur, in viro sexus exprimitur. Sed quẽadmodum cũ homo dicitur, vterq; comprehẽditur: ita cum vir nominatur, & mulier cuius vir ille sit intelligitur. Deniq; hæc vocabitur, inquit, mulier, quoniam de viro suo sumpta est. Accedit illud, quo- Gene.2. niam quorũ natura eadem, eorũ operationes vtiq; non possunt esse discretæ: & quorũ opus æquale, eorũ vtiq; æqualis & merces. Virum igitur scriptura dicendo, consortem copulæ nõ prætermisit: quia & hominẽ dicẽdo, consortẽ nõ tacuit naturæ. * Itaq; quẽadmodũ illic hominẽ factũ legimus, & cũ sit vna natura, tamen principalẽ sexum prius creatũ negare nõ possumus: ita & hic cum legimus virum, de principali portione sexũ quoq; supparem recognoscimus. Paria igitur studia virtutis, * creatur

A quia par prærogatiua est creaturæ. Quid autem sexum discutias, vbi non corporis à te, sed animæ certamina postulantur, quæ sexum non habet. Non ergo illic discernas honorem, mercedem diuidas, vbi non discernitur sexus. Non incaute tamen, si prior vocetur ad exercitium, qui fuit posterior ad lapsum. Quæ male cœpit, sequi debet, nõ præcedere: vt vel post experimẽtũ sit verecundior. Male Eua naturæ ordinem prætermisit: expectare debuit præcedentem. Astute serpens à posteriore cœpit. ideo ppheta ad superiorẽ reuertitur: eũ vtiq; qui lapsus nõ esset nisi esset posteriorẽ secutus. Deniq; prius nos reuocauit à lapsu, q̃ ad palmã victoriæ prouocauit. Beatus, inquit, vir qui nõ abiit in cõsilio impiorũ. Vide vbi beatus appelleris ô homo. Nõ in diuitiis, non in potestatibus & honorib9, non in nobilitate generis, aut decore & pulchritudine, nõ in corporis salubritate: in quibus nihil naturæ est bonũ. Deniq; non solum facilem cõmutationẽ habent in contraria: verũetiã ministerium ad culpam exhibent ei qui vti his nesciat. Quis enim iustus propter pecuniã? Quis humilis in potestatibus? Quis misericors propter nobilitatem? Quis castus propter decorẽ? Illecebrosa hæc magis sunt ad peccatum, q̃ fructuosa ad virtutis profectũ. Quid sibi dein de vult quod maluit dicere, Non abiit, & nõ stetit, quasi de prẽterito: cum potuerit dicere, Beatus vir qui nõ abit B in consilio impiorũ, & in via peccatorũ non stat, & in cathedra pestilentiæ nõ sedet? Vide dogma. Non enim statim beatus, qui non est impius aut peccator, propter Eccli.11. incerta exitus. Non enim ociosè scriptũ est: Ante mortem ne laudaueris aliquem. Ergo dum in hac vita quisq; est, non potest definita prædicatione laudari, qui patere adhuc possit errori. Ille autem qui vitam sine offensione concluserit, iure beati appellatione cẽsetur, quia vtitur consortio beatorũ. Sed forte dicas, Qua ratione Psal.40. ergo alibi dixit: Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem? Non enim dixit beatum qui intellexerit, sed eũ qui intelligit, quoniam qui bonũ operãtur, in ipso opere & quo probentur inueniunt, remunerationem sui in ipso opere consequentes. Siquidem beatæ fructus est cõscientiæ, bonum factum. Qui autem à malo temperãt: non si semel aut bis declinauerint culpam, statim beati: sed si potuerint culpæ contagiũ per omne vitæ suæ tempus euadere. Nunc illud occurrit, cur beatũ dicere maluerit, non eũ qui pietatis aliquo sit punctus officio, sed eum qui ab impiorũ cõsilio tẽperauerit. Videtur enim magis laudandus qui virtutis munus impleuerit, q̃ qui peccatũ euaserit. Siquidẽ nec bos nec equus nec lapis in peccato esse cõsueuit, aut sedere in cathedra pestilẽtię. Sed illa beatitudinis non habẽt fructũ, quæ virtutis non C habent sensum. Nã quomodo peruenient ad legis præmium, quæ non habẽt sequendæ legis affectum? De rationabilibus ergo propositum est, hoc est de nobis. Nobis autem initiũ bonorum, abstinentia peccatorum est: Psal.36. quoniã legimus. Declina à malo, & fac bonũ. Hic enim ordo est disciplinæ, vt ab inferioribus ad perfectiora cõtendas, ne terrearis mole maiorum, qui leuiorum exordio debeas prouocari. Scalarum enim similem esse scriptura nos docet pietatis ascensum, p quas vidit angelos Gene.28. domini ascendentes & descendentes sanctus Iacob vir exercitationis, qui nobis propositus est vt p illũ cognoscеremus gradũ virtutis paulatim nos proferre debere, & ita posse ab imis ad summa cõtendere, si per processus gradiamur exiguos ad ea quæ videtur humanæ altiora naturæ. Has tibi scalas semper habeto propositas. Ne timeas ô homo gradus hos ascẽdere disciplinæ. Primus gradus vicinus est terræ: sequens similis est priori. Sic per quales gradus ad summa conscenditur. Ne fastidias ô homo primũ illũ velut vilissimũ gradũ. Ille primus ascensus te à terris separat. Aerẽ calcas, vbi ab humo eleuaueris vestigiũ. In virtute positus surgendo liquisti terrã. Terrã relinquis, si culpã declinas. Exordiũ ergo processionis ad virtutem, est abstinere à peccato. D Vt sciamus autẽ hanc disciplinã esse doctrinæ, audi legem dicentẽ: Non adulterabis: nõ homicidiũ facies. Im- Exo.20. perfectis enim ista præcepta cõuenientia videbãtur. Denique ipse dominus IESVS sciens imperfectũ à quo interrogabatur quibus ad vitã æternã operibus peruenirет, respondit ei: Non adulterabis, nõ homicidiũ facies, Mat.19. non furtum facies, &c. Deinde dicenti quod feciſset illa omnia, adiecit perfectiora, dicens: Vende omnia quæ Ibidem. habes, & da pauperib9, & habebis thesaurũ in cælo. Tãtumq; abesse docuit inter malorũ declinationẽ, & imitationem bonorũ, vt hæc abnuerẽt, qui illa sibi facilia iudicabat. Sed quia nec illa ascẽderat, ideo ad hęc aptare non potuit. Nã si dilexisset proximum, potuisset pauperibus subsidia sui patrimonii nõ negare. Ideoq; gradum primũ legis ascende, vt possis ad euangelii cælestę fastigiũ peruenire. Vnde arbitror q̃ quasi sub lege posi tus, morẽ legis in primo psalmo secutus, ex sua persoña sanctus propheta magis cauenda denũciet, q̃ sequenda proponat. In quadragesimo autẽ psalmo, qui ex persona dicitur saluatoris, adhortatio magis virtutis fiat, q̃ erroris depressio. De passione enim saluatoris loquitur, & ideo euãgelii dispensator etiã, sicut possum9 existimare cũ audiamus dicentẽ, Beati misericordes. Et in E psalmo itaq; pprię passionis & in euangelio misericor Mat.5. diã coronauit. Sed adoriamur iam psalmi explanationẽ, & virtutẽ inspiciamus propheticã. Beatus, inquit, vir qui non abiit in cõsilio impiorũ, & in via peccatorum nõ stetit, & in cathedra pestilentiæ nõ sedit. Possumus dicere tres esse species peccatorũ: quas hic putam9 expressas, cogitationis, operationis, permansionis: beatumq; eum significari, qui & nõ cogitauerit quod malũ est. Nam quomodo potest beatus esse qui suis cogitatio nibus accusantibus in die iudicii reuincendus est? Etiã si hominẽ fefellit, testem refugit, accusatorẽ euasit: se tamen sui accusatorẽ habebit, & confitentẽ reum. Beatus ergo est qui & non cogitauerit quod malum est, & non operatus fuerit peccatum: qui interdum & fine cogitatione delinquimus. Ex multiloquia enim non effugimus peccatũ. Et non perseuerauerit in peccato. Vel Proũ.10. sic, Qui & non cogitauerit quod fuit erroris, vel in ea cogitatione nõ steterit: vel certe non perseuerauerit in iis cogitationibus quas plenas erroris aduerterit. Sed hæc vtrum rectè cõueniant, qui legerit æstimabit. Nam qui semel male cogitauit: nec stare in eo debuit, nec pseuerare. Sed & si non perseuerauit, beatus esse nõ potuit: quia stetit in eo quòd improbe cogitauit. Et si nõ stetit, F tamen eo ipso q̃ cogitauit male, vtrũ habeat beatitudinis fructum, clementẽ aliquem quęrere debet interpretem. Postremo quia nemo potest dicere mundum se habere cor: esto vt veniabilis cogitatio sit, nũquid veniabilis operatio peccatorum? Postremo si veniabilis statio, nunquid etiam plena beatitudinis, eò q̃ non perseuerat in crimine? Deinde qui non cogitauit quæ improba sunt, quomodo in peccato stare potuit, aut perseuerare: vt beatus sit, qui tria hæc iure seruauerit. Certe ordo diuersus est, Primum est enim, vt nõ perseuerauerit in peccato: secundum, vt no steterit in eo: tertium, vt non cogitauerit quod esset erroris. Qui enim non perseuerauit, potuit tamen stare. Qui nõ stetit, potuit cogitare. Qui autem nec cogitauit, vere beatus est. Vnde alteram quoq; traditionem non prætermittendam putaui, quo tres gradus recto ordine factos ascseramus: vt qui beatus vult esse, non abeat in consilio impiorũ: hoc est, in eorum cogitationibus non ambulet. Deinde non stet in via peccatorũ. Tertio non sedeat in cathedra pestilentiæ. Ad ecclesiã factus es Christianus, vel tu qui ad gratiam tendis: abstine ab impiorum consiliis, vt possis dicere: Ne perdas cum impiis deus animam meam, & cum Psal.25. viris sanguinum vitam meam. Nec cogites quæ sunt im pia. Quæ sunt illa, nisi quæ in dei excogitantur iniuria?

G Pietas enim prima in deum,ſecũda in parentes. Et quidem inimicus inſerit frequenter diuerſa mentibus noſtris:& ideo caute propheta cogitationes magis q̃ infuſiones improuiſas putauit ad crimen tenendas. Abſtinuiſti ergo ab impiorũ conſiliis?Recte:non tamẽ ſtatim beatus.Caue etiam ne in via peccatorum ſteteris. Quanto examine ſcripturæ diuinæ verba ponuntur. Etenim quia omnes ſub peccato ſumus:non à te exigit quod vltra naturam eſt,vt peccatum non facias:quia nec vnius dici infans ſine peccato,ſed vt non maneas in peccato quadam ſtatione diuturna.Nõ omnes impii:ideo reuocaris ab omnibus cogitationibus & cõiurationibus impiorum.Sed oẽs peccatores: ideo admoneris vt deſinas peccare.Fuerit adoleſcentioris lapſus ætatis:debet cum
Eſaiæ.48. maturitatis emendare proceſsus.Ergo in grauiora non abeas:in leuioribus non ſtes. Habes hoc & in Eſaia dictum à domino:Exi à Babylone,fugiẽs à Chaldæis.Hoc eſt:Etſi intraſti in confuſionẽ vitiorũ,exi. Nõ oportuit intrare,ſed ingreſsus es carnis lege cogente, & captiuante te in lege peccati.Exi,egredere vel ſeruus,exue te ſeruitio graui. Non potuiſti non introire in peccatum, per fragilitatẽ, datur tibi exire peccato per ſobrietatẽ. Exi ergo de Babylone,fugiens à Chaldæis. Babylon cõfuſio eſt,quæ virtutũ ordinem non tenet.Confuſa enim illecebris mente delinquimus. Chaldæi ſunt qui ſyderum curſus vanæ ſtudio ſuperſtitionis explorant, & impiæ ſerunt gentilitatis errores.Ab his fuge, ne te capiãt: ne te graui laqueo captiuitatis innectant.Abrahã Chaldæus fuit,ſed fugit à Chaldæis,& ante legem:tu ſub lege natus es: fuge ab impiis.Ille hæreditatẽ patrũ reſpuit,vt fidei poſſideret. Tu ſucceſsionẽ corporis derelinque, hæreditatẽ deuotionis acquire. Si autem in peccato nõ
H ſteteris,nec ſic beatus:Adhuc habes quo carere debeas. Multæ ſunt illecebræ:multi à virtute deflexus.Grauia irritamenta ſunt voluptatũ:grauis fomes auaritiæ:cupiditas poteſtatũ:honoris ambitio:quæ velut veneno quodã mentes hominũ,& quadã animas peſtilenti vitiorũ tabe contaminãt. Hæc eſt cathedra peſtilentiæ, ſuper quã
Matth.23. ſederunt Scribæ & Phariſæi,qui imponunt hominibus onera grauia,ipſe antẽ digito nolunt ea mouere. Has
Mar.11. cathedras de templo Saluator eiecit eorũ qui ſe de honore iactarent,primatus quærerent dignitatũ: eorũ qui ſacerdotio vel primatu honoris vterentur ad quæſtum: eorum qui indulgentes gulæ nequaquam debitã continentiæ præſtarent cuſtodiam.Hæc vera eſt peſtilentia.
I Denicꝫ Heli filii erant filii peſtilentiæ.In hac quadã ſede vitiorum prohibet nos ſcriptura ceruicem inflectere, viresq̃ totius corporis reclinare. Aduerte igitur ꝓprietates. Beatus qui in via peccatorum non ſtetit,in cathedra quoq; peſtilentiæ non ſedit. Viam dici vitæ huius curſum,in dubium nõ venit: cum ipſa ſcriptura dicat: In via hac qua ambulabam,abſconderunt laqueum mi
Pſal.141. hi:&,Eſto conſentiens aduerſario tuo cito,dum es cum
Matth.5. illo in via.Etenim quoniã curſum vitæ huius currimus, habemus ſemitã per quã ambulemus quotidie, donec perueniamus ad finẽ.Etſi nõ videmur corporaliter ire, ꝓgredimur.Nã ſicut in nauibus dormiẽtes ventis aguntur in portus,& ſi nullus quieſcentibus ſenſus eſt nauigandi,tamen curſus eos vrget ad finẽ, & impellit ignaros:ſic vitæ noſtræ ſpatio defluente,ad proprium vnuſquiſq; finem curſu latente deducitur.Vnde dicitur:Surge qui dormis.Tu enim dormis, & tẽpus tuũ ambulat. Et vide ne dum diu dormis,prætereat tẽpus. Ideo & ſi
Ephe.5. dormis,cor tuum vigilet:cor tuum non feriatur. Si cor ocioſum non ſit,non ſunt ocioſa tẽpora tua. In via es ô homo: ambula vt peruenias: ne te nox in via occupet: ne conſumatur dies vitæ antequam progreſsum virtutis acceleres. Viator es vitæ huius: omnia tranſeunt: omnia poſt te fiunt. Omnia in hac via cernis,& tranſis. Vidiſti amœnitatem arborum, hęrbarum viriditatem, puritatẽ fontiũ,& quodcũq; huiuſmodi quo delectãtur oculi.Iuuit ſpectare,delectauit paruũper attẽdere. Dum K
attendis,pertranſiſti. Iterum dũ ambulas,incidiſti ſcopuloſum & confragoſum iter, cõcaua rupiũ,prærupta montium,denſa ſiluarũ. Tædiaſti parũ,iterum tranſiſti. Talis hæc vita eſt,cuius nec proſpera permanent, nec aduerſa diuturna ſunt.Ergo quaſi in via locatũ neq; ſecunda extollant,neq; aduerſa te frangãt, nec plauſibilia remorentur, nec mœſta detineant. Feſtina ſemper ad finem,feſtina vt peruenias,Eligẽ tamẽ viam,antequã curras. Duæ viæ ſunt,vna iuſtorum, altera peccatorũ.
Pſal.118. Vna æquitatis,altera iniquitatis,de qua dixit propheta: Et vide ſi via iniquitatis in me eſt. Non ſolũ ergo vita noſtra via eſt,ſed etiam in ipſa vita noſtra aut virtutis via eſt,aut iniquitatis.Caue igitur ne in te greſsus ſuos collocet auaritia,& ſis via criminis:ne improbitas, ne libido,& ſis via iniquitatis iterantibus detrita flagitiis.Licet tibi eligere quos ſequaris,aut iuſtos,aut iniuſtos.Iuſtorum via anguſtior eſt,iniuſtorũ latior.Illa ſobrietatis anguſtior,hæc ebrietatis latior, vt poſsit capere fluctuantes.Hæc habet ſeculi huius illecebras: illa habet futurorũ præmia.In iſtis fructus preſentior,in illis ſpes tardior. Quæ enim ſuauia ſunt, non differunt diuturnã expectationẽ,ſed præſentẽ habent perfunctionẽ. Quod autem ſerum eſt,labore quæritur, quod à beata cogitatione vix capitur,quod oculus non vidit,nec auris audiuit,quæ præparauit deus diligentibus ſe. Difficile ſolemus credere quæ non videmus: & ideo animæſtuat, & huc atq; illuc velut oculos quoſdam circunfert cogitationes ſuas. Tunc illi occurrunt diuerſæ rerũ ſpecies, ſeq; offundunt.Si ad ſempiterna intendat, virtutem eligit:ſi ad præſentia,voluptatem præponit. Graue & iniquum certamen aduerſus delectationes præſentiũ. Hic
libertas eſt cupiditatum, illic ſeruitutis iniuria, facere quæ non vis, & ab iis quę deſideraueris, abſtinere.Hic
conuiuium, illic ieiunium. Hic intẽperantia gaudiorum,
illic perſeuerantia lachrymarum.Hic ſaltatio,illic oratio.Hic cantus dulces,illic gemitus graues. Scriptũ eſt
quidem:Cor ſapientiũ in domo luctus, & cor ſtultorũ in domo epularum.Melius eſt audire increpationẽ ſapientis magis q̃ virum audientẽ canticum ſtultorũ.Sed pauci hæc audiunt,pauciores ſequuntur.Allicit hominesmagis dulce peccati,quòd ad præſens influit & impinguat audiẽtis affectũ:q̃ triſte virtutis, quæ fidei ſpem velut quodam cortice amari laboris inuoluit.Beatus ergo atq; mirabilis,qui talium viarum poſitus in electione,non fuerit illecebris voluptatis inflexus, vt gradum ſuum ſuper vadoſa & praua conſtituat. Non dicitur ei, Qui dereliquiſti ſemitas directas,abeundo in vias tenebrarum. Cognouimus igitur quæ ſit peccatorum via, M
in qua ſtandum non eſse propheta nos admonet,ſed &
Eccleſiaſtes docet,qui ait:Noli ſtare in ſermone malo.
Pſal.121. Hoc eſt non perſiſtere in ſermonib⁹ malis, ſimiliter & operibus improbandis. Quomodo in bonis ſit ſtandũ,
Deute.5 ſanctus idem propheta præcipit dicens:Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. In Hieruſalem ſtan
Matth.20. dum eſt,de Babylone fugiendum.Et Moyſi dicitur: Tu autem ſta mecum,qui de Aegypto fugit, & cum domi-
operãtes Matth.25. no ſtans perſeuerabat. Et in euangelio qui ſteterunt vſque ad horam vndecimam,æqualem mercedem operãtibus acceperũt.Et quę ſteterũt virgines vſq; ad aduentum ſponſi,ad nuptias ſimul introire meruerunt. Quæ autem diſceſſerunt, & poſtea reuerterunt,dominicæ
excluduntur auctoritate ſentẽtiæ. Didicimus ergo non Roma.11.
ſtare in via peccatorum,ſtare autem in virtutis officio, quia ſcriptum eſt: Tu autem in fide ſta. Nunc conſideremus quid ſit,Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Et quidem præmiſimus quod non ſimplex confeſsus in huiuſmodi quod in vſu eſt ſolio reprehendatur. Quid enim inuidiæ haberet ad culpam? Sed cum oculi domini ſemper ſuper [illegible] terræ ſint: tanq̃ ſub conſpectu imperatoris locati,& velut in miniſterio quodam poſi-

A ti, ſtare debemus. Miles in procinctu ſtat, non ſedet. Miles in armis non ſe reflectit, ſed excitat atque erigit.
Pſal.134. Ideóq; militib⁹ Chriſti dicitur:Ecce nũc benedicite do
Zacha.5. minũ oẽs ſerui domini, qui ſtatis in domo domini. At contra iniquitas in talẽ tq; plõbeo ſedet,eò ꝙ fixa in peccato,ſe ab eo ſeparare non poſsit. Etenim inueterati in errore,& ſtudioſe flagitiis inhærentes,ſedere dicuntur,
Pſal.126. qui nolunt aſsurgere, nec audire dicentẽ: Surgite poſtq̃ ſederitis. Denicꝫ hic ipſe ꝓpheta alibi ait: Sederũt prin
Pſal.118. cipes,& aduerſum me detrahebant. An ignoramus ꝙ tãta vim habeat inueterata,cõſuetudo peccãdi,vt excludat naturã? Quæ cum ſit medicabilis ad ſalutẽ, tamen corroborata tẽpore, paſsionibus immedicabilis inuenitur.Non ergo permaneamus in vitiis, ſed vnuſquiſque etiã ſi fuit exiliat à culpa: ſicut ſcriptũ eſt de muliere meretrice:Ne intendas in eã oculũ tuũ,ſed exili. Ne
Prouer.5. moreris,exili antequãte anni iuuentutis inueniant.Sed (quod grauius eſt) plericꝫ luxuriẽ corporis nec albẽti erubuere canitie, & vſq; ad ſenectutis ætatẽ vitã produxere maculoſam.Intimis enim concepta viſceribꝰ lues culpæ,proceſsu tẽporis coaceruatur.Caue igitur ab im
Prouer.6. piorum conſiliis,nõ penetrẽt huiuſmodi cõſilia mentẽ tuam,ne dicatur de te:Alligabit quis ignẽ in ſinu,veſtimenta autẽ nõ cõburet? Etenim qui ſemel in ſinu mentis flagitii flãmã feruentis adoleuerit, cito corporis ſui veſtimenta cõburet.Et vt in ſtipulam ignis exiliens, inhæret ac permanet,donec omne quod corripuit abſumat,ita vel exigua ſcintilla peccati ſi quo vitiorum fo-
B mite fuerit excitata,incendiũ grande excitat.Noli ergo ſtare in peccato. Poſtremo poſuiſti veſtigiũ ſupra voraginem culpæ:cito aufer pedẽ:ne ſupra plantã tibi aſcendat pollutio,& lapſu faciliore deceptus ſupra lutũ reſideas.Caue igitur.ergo prima ſunt vitia,ne in plura de inde grauiora ꝓſerpant. Etenim ſicut ii qui ſe in luto verſant,quo magis volutantur,eo amplius inquinãtur: ita qui ſemel ſe luto improbitatis aſperſerit, niſi ab eo velociter exiliat,grauius ſibi dedecoris ſui cœnum per ſingulos dies lutulentæ cõuerſationis obducit.Itaq; grauis odore tetræ illius ac flagitioſæ voraginis cõtrahitur quædã animarũ peſtilentia,corruptoq; ſalubriũ cogitationũ ſpiramine,lues æſtuantiũ paſsionũ miſerãda graſſatur.Hinc,letale ſe mentibus virus infundit,hinc ſubrepit ægritudo corporibus,languores animis. Eſt enim malus languor,erroris languor,auaritiæ languor, inex
Eccleſiaſtes.5. plebilis cupiditatis languor. Iſta diuitiæ ſunt, vt dicit Eccleſiaſtes,Eſt languor malus quem vidi ſub ſole, diuitias cuſtodiri in malũ poſſidentis eas.Dic mihi ô Eccleſiaſtes,quæ cauſa malus hic languor ſit. Reſpõdẽbit,
Ibidem. Eccleſiaſtes.5. ꝙ multos auara ſpes deuorat. Inſatiabilis ęditas cupiditatis eſt.Neſcit ſatiari argento qui cõcupiſcit argẽtum.Diſtẽdũt diuitiæ,nõ explent. Et ſi quis ſatiatus fuerit diuitiis,nõ eſt,inquit,qui ſinat eũ dormire. Et quidẽ oẽs dies eius in tenebris,& luctu, & iracundia multa,& languore,& ira. Quo enim poteſt dormire, qui ſolicitã
C auri exercet cuſtodiã,qui dãna formidat,qui lucra cogitat,qui vſuras cõputat, qui apothecas numerat? Malus ergo languor,qui bonã aufert mentis quietẽ.Eſt ląuor malus luxuria,libido,cõcupiſcentia,delectatio,ſeculariſ ambitio,quæ cito corrũpit ſalutẽ ſobrietatis. Omnis poſtremo mundi huius corruptela,peſtilentia eſt.Ne ergo tetigeritis,ne attaminaueritis eã. Lues eſt, contami-
Coloſ.2. nat:morbus eſt,polluit.Ne guſtaueritis quæ ſunt oſa ad
1.Tim.6. corruptelã ſpũ vſu,vt apoſtolus dixit: qui & alibi clamat,Radix omniũ malorum eſt auaritia.Morbos excitat,dolores inferit. Denicꝫ qui eã appetierunt, inſeruerunt ſe multis doloribus.Iſta eſt peſtilẽtia, quæ plerũq;
Apoc.3. neq; calidos neq; frigidos, ſed (quod & calidis eſt deterius & frigidis) tepidos facit,vt euomãtur ex ore domini IESV, quos propter grauia peccata reiecerit. Iſta eſt
Eſaię.1. quæ non paucorũ,ſed omniũ excitat ægritudines. Omne caput in dolore, omne cor in mœſtitia. A pedibus ad caput peccatorũ vlcera: Omne caput in dolore,quã- D
do qui ſapientes exiſtimãtur,dolore cruciãtur auaritiæ. Senſus enim ſapiẽtis in capite eius, quod referri poteſt Eccleſiaſtes.2.
etiam ad eccleſiæ præminentes. Omne cor in mœſtitia, quando ſapimus quæ ſunt carnalia,& corporeis voluptatibus aciẽ noſtri cordis infundimus. Vnde ait dominus ad huiuſmodi,ꝙ dederit illis cor carneũ. A pedib⁹ Ezec.11.
vſq; ad caput ſerpit lues dira morborũ, quãdo laborat contagio,quando cõpatiuntur alii ſi quis effectu libidinis defraudetur,viduæ pudorẽ expugnare non potuit, ægrũ inuadere:& ægre cuncti inuicẽ languores transferunt. Quotiens ingemiſcunt ſeniores ꝙ diu potare nõ poſsint. Quotiens dolent ꝙ ſcortari deſierint, cũ ſcortandi habeant voluntatẽ. Quotiens inter fabulas ebriorum virtutes probro ſunt,peccata laudi:honeſtas ludibrio,cõtinẽtia riſui,miſericordia vanitati. Iſti ſũt morbi qui mala ſua in multos transferunt. A paucis corruptela ad omnes peruenit. Sedẽt in conciliis derogantes ſobriis,ructantes crapulam. Sedent in tabernis de ebrietate certantes. Inter hos meretrix plena vino, hinc arridens,illum adurens, & omnes ardore inflammans libidinis. Verecundus ſi trãſeat, erubeſcit:à ſingulis capitur. Si flagitioſus,omniũ ore laudatur: & tanq̃ morbꝰ tranſit in animas ſingulorum. Qui enim in flagitiis celebris,plurimos ad imitationẽ adducit erroris. Itaq; dũ peccatũ imitantur alienũ,ſuum faciunt malũ. Non ſedeas inter eos,quos ſanctus propheta fugiebat. Illũ imi
tare,fugientẽ vtiq;,non ſedentẽ,qui ait:Non ſedi in con E
cilio malignantiũ,& cũ iniqua gerentibus non introibo. Qua ratiõe eos fugiebas Dauid,explica nobis. Demonſtra has partes,vt & nos eas fugere poſsim⁹,ne inſi Pſal.25.
ciamur earũ contagio. Corrupti ſunt,inquit,& abomi- Pſal.13.
nabiles facti ſunt.Non eſt qui faciat bonitatem,non eſt vſq; ad vnum.Generaliter ergo ad oẽs flagitioſos,deinde poteſt referri ſpecialiter ad irriſores bonorũ, quos
Aquila κλευασὰε dixit,ꝙ iſti vere morbi ſunt qui irridendo bonos,plurimorũ animis operãtur errorẽ,mentesq; corrũpunt. Quanta dixit à quibus beatus vir debeat abſtinere? Et adhuc adiicit alia. Sed in lege domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte Hoc eſt,beatus ille qui hæc faciat conſilio, ratione,prudentia. Poteſt enim & paruulus non per virtutẽ, ſed per impoſsibilitatẽ & inſcientiam delinquẽdi ab iis quæ dicta ſunt abſtinere. Põt & irrationabili pecudi cõuenire,cui nulla vis conſilii, nullus ſenſus erroris eſt. Hoc eſt ergo quartum quod ſequitur, in quo definitio beati viri à pecude diſcernitur:quia vir ſapiens ſubditus legi eſt voluntate,non necẽſsitate. Plurimum enim
refert,quia in voluntate mercedis eſt fructus: in neceſ- F
ſitate,diſpenſationis obſequium. Ita enim docuit nos apoſtolus dicens: Si volens hoc ago,mercedem habeo: 1.Cor.9.
Si inuitus,diſpenſatio mihi credita eſt. Ordo autẽ conueniens,vt primo diligas legem,ſecundo vt mediteris. Qui diligit,ex voluntate facit mandata legis. Qui timet,inuitus obſeruat. Hanc diſciplinam docẽdi etiam dei iuſtitiam in lege accepimus. Sic enim ſcriptum eſt: Deute.9.
Audi Iſrael, Dominus deus tuus,deus vnus eſt:&, Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,& ex tota virtute tua. Et erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie,in corde tuo,& in anima tua:& demonſtrabis ea filiis tuis,& loqueris in eis ſedẽs, & in itinere,& in quiete,& in vigilia. Alligabis ea i ſinu tuo, & in manu tua,& erũt monilia ante oculos tuos: & ſcribes ea ſuper limina in domiciliis tuis, & in ianuis tuis. Et infra:Et nunc Iſrael, quid abſtẽ poſtulat dominus tuus,q̃ vt diligas dominum deum tuum, & ambules in omnibus viis eius? Sapientia quoq; dicit: Concupiſcite ergo ſermones meos,diligite illos,& habebitis diſci Sapien.6.
plinam. Clara eſt,& quæ nunquam marceſcat ſapiẽtia, & facile videtur ab iis qui dilgunt illam,& inuenitur ab iis qui quærunt illam. Legitimè ergo docemur à ſancto

G propheta voluntatē in lege habere, meditatione ſecundum legem. Voluntas in lege non ſolū in ſtudio, ſed etiam in facto eſt. Prior voluntas, ſecunda operatio. Deniq; & dominus dicenti ſibi, Si vis, potes me mundare: reſpondit, Volo mundare. quo oſtenderet operationibus noſtris voluntatē pręuiā eſse dēbere. Deniq; lex voluntarios quærit: quia lex domini irreprehenſibilis eſt, cōuertens animā. Nemo aūt cōuertitur, niſi qui volūtate cōuertitur. Voluntarius autē abſcōdit, & ſenſum furatur laboris. Ideōq; die & nocte in lege meditatur, in quo nō tā cōtinua legendi poſtulatur intētio, q̄ ſeruandæ legis affectus. Ille enim plene meditatur, qui ipſe ſibi lex eſt, ſcriptū in corde ſuo opus legis intēdens. Aquila tamē diē tantūmodo poſuit, nō etiā noctē. Quod nō tā à cæteris diſcrepans, q̄ alio referēs poſuit: quoniā qui legē meditatur, ſemper i luce eſt, noctē nō habet. Etenim cuius lucēt opera, nō pōt vtiq; in tenebris ambulare: qa iuſtitia eius ſicut lumen effulget. Meditetur ergo legem vita noſtra, meditetur cōuerſatio, meditetur actus, meditetur intellectus myſteriorū cælestiū. Lex enim exemplar eſt & vmbra cælestiū, vmbra futurorū bonorū, q̄ is qui credidit in lege, in euāgelio recognoſcit. Meditatur in tenebris & die: id eſt, & in aduerſis poſitus, & in ꝓſperis. Lex enim ꝓcipit vt diligamus dominū. Qui diligit, in omni ſtatu ſuo debet ſeruare diuturnæ charitatis affectum. Pater diligit filiū, diligit etiā cū arguit, diligit etiā cū verberat baculo. Qui enim parcit baculo ſuo, odit filiū ſuū. Nos quoq; dominus caſtigat, & diligit. Itaq; etiā cū digna correctiōe cōmittimus, ille tamē diligit, q etiā recipit offenſum. Caſtigat enim dominus omnē filium quē recipit. Et tu cū caſtigaris, dilige: quia ideo caſtigaris, vt recipiaris. Nā quid grande eſt ſi tūc diligas dominum deū tuū, cū tibi abūdant oſa, cū frueris optatis, cū honoribus, facultatib⁹, liberis gaudes? Et homini à quo acceperimus beneficiū, gratiā referre cōſueuimus. Deniq; cū laudaretur Iob iudicio cælesti, hoc retulit diabolus, minime mirū ſi gratus eſset deo, cui tanta ſuppeteret affluentia proſperorū. Sed tūc ꝓbandū, ſi illa amittat vniuerſa, & pii cultoris ꝑſtet officiū. Hæc igitur prima virtus, vt non frangaris aduerſis, nō extollaris ſecūdis. Id te lex docet, vt in afflictione non relaxes intētionem, neq; deſperationē induas. Victor nō dicas, Virtus mea & fortitudo mea hæc tribuit mihi: ſed oſa noueris diuinæ miſericordiæ deputanda. Clamat Eſaias: Nō cōfundetur qui in anguſtia eſt vſq; in tēpus. Hoc primum bibe. Quid eſt, hoc primū bibe? Sequeſtremus myſtica, perſequamur moralia, quæ docet litera. Propter errorū grauia, graues cōtritiones & vexationes populi dicit futuras. Et oportuit eas præcedere, vt ſequeretur miſericordia. Bibe ergo primū tribulationē. Per multas enim tribulationes oportet nos intrōire in regnum dei. Bibe, vt ſenſus tribulationis pectoris tui infundatur internis. Bibe cum patientis affectu mœrēntis dolorē. Cū enim conuerſus ingemueris, tunc dominū tibi reconciliabis offenſum. Hoc ergo primū bibe, vt ſis in dolore & anguſtiis. Cito lætitia infundit errorē. Pinguis fact⁹ & incraſſatus populꝰ ſurrexit ludere, & receſsit à domino. Prodeſt tibi cor habere cōtritum. Hoc primū bibe, vt ſacrificium tuū accipiatur à domino. Doceatte apoſtolus quid ſit, Hoc primū bibe: hoc eſt, tribulationis poculum. Tribulatio enim patientiā operatur. Non poteſt eſſe patientia, niſi ante fuerit tribulatio. Tribulatio, inqt, patientiā operatur: patientia autē probationē: probatio vero ſpem: ſpes autē non cōfundit. Bibe primū tribulationem, vt poſtea tibi tot virtutū pocula miniſtrentur. Et vt ſcias quia bibitur tribulatio, audiſti dicentem hodie prophetam: Potaſti nos vino compunctiōnis. Et in poſterioribus ait: Et potū dabis nobis in lachrymis in menſura. In menſura petit potū, nō ſupra menſuram: ne ferre nō poſsit. Deniq; q̄ bono hoc precaretur affectu, ſuo ꝓbabat exēplo, qui potū ſuum cū fletu miſcebat, vt domini in ſe inclinaret miſericordiā. Bibe ergo hoc primū, vt bibas & ſecūdū. Hic enim tēpus eſt vt inſeramus myſtica. Bibe primū vetus teſtamentū, vt bibas nouum teſtamentū. Niſi primū biberis, ſecundū bibere non poteris. Bibe primū, vt ſitim mitiges. Bibe ſecūdū, vt bibendi ſatietatem hauriās. In veteri teſtamento cōpunctio in nouo lætitia eſt. Vide quemadmodū dominus artibus diaboli ꝓ ſuis ſeruulis ꝓuiauerit. Ille cibo fraudis decepit vnū, vt in oēs circūueniret. Ieſus autē cibo ſalutis omnes redemit, vt in omnibus & illū qui deceptus fuerat reformaret. Ille calicē aureū Babylonis excogitauit, vt quicūq; biberent, plus ſitirēt: & quia potus placere nō poterat, auri precio illiceret ad bibēdū. Propinauit de vino ſuo, cui metalli ſuffragia requiſiuit. At verò dominus IESVS aquā de petra effudit, & oēs biberunt. Qui biberūt in typo, ſatiati ſunt: qui biberūt in veritate, inebriati ſunt. Bona ebrietas, quæ infunderet lætitiā, non afferre cōfuſionē. Bona ebrietas, quæ ſobriæ ſtabiliret mentis inceſsum. Bona ebrietās, quæ vitę munus rigaret æternæ. Hoc ergo poculū bibe, de quo dixit propheta: Et poculū tuū inebrians, q̄ præclarū eſt. Nec te moueat ꝙ Babylonis aureū poculū eſt: quia & tu bibis poculū ſapiētiæ, quæ ſit auro argētōq; pretioſior. Vtrūq; ergo poculū bibe veteris & noui teſtamēti: quia in vtroq; Chriſtū bibis. Bibe Chriſtū, quia vitis eſt. Bibe Chriſtum, quia petra eſt, quæ vomuit aquam. Bibe Chriſtum, quia fons vitæ eſt. Bibe Chriſtū, quia flumē eſt: cuius impetus lætificat ciuitatē dei. Bibe Chriſtū, quia pax eſt. Bibe Chriſtū, qūia flumina de ventre eius fluēt aquæ viuæ. Bibe Chriſtum, vt bibas ſanguinem quo redēptus es. Bibe Chriſtum, vt bibas ſermones eius. Sermo eius teſtamentū eſt vetus. Sermo eius teſtamētū eſt nouum. Bibitur ſcriptura diuina, & deuoratur ſcriptura diuina, cum in venas mētis ac vires animæ ſuccus verbi deſcendit æterni. Deniq; nō in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo dei. Hoc verbū bibe, ſed ordine ſuo bibe. Primum in veteri teſtamento: cito fac vt bibas & in nouo teſtamēto. Et tanq̄ ipſe feſtinet, dicit: Galilæa gentium, & partes Iudææ, populus qui ambulabas in tenebris, lucē videte magnam: qui habitatis in regione mortis, lux fulgebit ſuper vos. Bibe ergo cito, vt lux tibi effulgeat magna. Lux non quotidiana, non diei, non ſolis, nō lunæ, ſed lux illa quæ vmbram mortis excludat. Nam qui in vmbra mortis ſunt, lucē vtiq; ſolis aut diei videre non poſsunt. Et quaſi requirenti tibi vndetantus ſplendor, tanta gratia ſit, reſpondet: Quoniam puer natus eſt nobis: filius datꝰ eſt nobis. Puer, quia ortus ex virgine eſt: Filius, quia ex deo natus tantæ author eſt lucis. Puer nobis natus eſt: nobis, qui credimus: non Iudæis, qui non crediderunt. Nobis, non hæreticis: nobis, non Manichæis. Nobis natus eſt: quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nobis natus eſt, quia carnem ſuſcepit ex virgine, qua homo natus eſt ex Maria. Caro naſcitur nobis, verbum datur. Quod noſtrum eſt, inter nos natum eſt. Quod ſupra nos eſt, nobis donatum eſt. Satis excurrimus, vt putamus: ſed non ociоſe, vt doceremus quia & in tribulationibus diligere dominum debemus, nec recedere ab eo: quoniam & lætitiæ tribulatio ſæpe ſuccedit, & lætitia tribulationi. Deniq; qui tribulatione nō frangitur, & legē ſequitur, beatus eſt. Et erit tanq̄ lignū quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarū: quod fructum ſuū dabit in tēpore ſuo. Et foliū eius nō defluet, & omnia quæcūq; faciet proſperabuntur. Quæ iſta beatitudo eſt, quæ ligno arboris cōparatur? niſi intelligamus in paradiſo illo beatorū loco lignū vitæ in medio lignorum aliorum de terra produ ctum? Inter multa enim ligna quæ erāt ſpecioſa ad aſpectū, & bona ad eſcā, etiā hoc lignū terra produxit: & in medio paradiſi erat, vt cætera ligna eius viriditate flo rerent. Quod eſse hoc lignū dicimus, niſi per quod nobis ſalus venit? Et recte hoc terra produxit, quia cū vir-

Matth.8.

Prou.3.

Actu.14.

Roma.5.

Pſal.59.
Pſal.69.

K

Pſal.22.

L

Eſa.9.

Ibidem.

M

Ioannis.1.

A go generauit, quæ erat terra ſecundū auctoris ſententiam, quæ in eum dicta eſt: Terra es, & in terrā ibis. Pulchre quoq; in medio legitur lignorū aliorū, quia erat in medio apoſtolorū diſcentiū. Vel quia in medio erat mētis & cordis, ſicut ipſe ait: Medius veſtrum ſtat, quē vos neſcitis. Et alibi ait: Ego autem in medio veſtrum ſum.

Gene.3.

Ioan.1.

Lucæ.22. Deniq; & de ipſo Salomon dixit: Lignum vitæ eſt omnibus percipientibus eum. Qui ergo beatus eſt, imitator erit domini IESV, qui eſt lignū vitæ, lignum ſapientiæ, plantatum in vtero virginis voluntate patris: à quo in perpetuum manſurū plantatur, vt fructū daret tempore ſuo. Non enim potuit areſcere iſta plantatio, quæ habebat vrbertatē in ſe manentē gratiæ ſpiritalis. Deniq; plenus ſpiritu ſancto IESVS regreſsus eſt ab Iordane. Hi ſunt decurſus aquarū de quibus dicit euangelium: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de ſpiritu quē incipiebāt accipere qui crediturі erant in eū. Eſt & alia traditio, quia ſunt aquæ de quibus prohibet nos bibere Hieremias dicens: Quid tibi & viæ Aegypti, vt bibas aquā Geon? Eſt & Tygris fluuius Aſsyrios prēterfluens. Eſt & Euphrates in Babyloniam tendens. Eſt & Phiſon, qui latina interpretatione oris dicitur commutatio, circumiens terrā Euilath, vbi

Lucæ.23.

Lucæ.4.

Ioan.7.

Hiere.2.

B eſt aurū, & aurū terræ illius bonum, & lapis carbunculus, & lapis praſius. Merito os illic cōmutatur, vt nō teneatur promiſsorū fides, ſed ſit in ore dolus, vbi eſt aurum bonū. Auaritia enim fidē frangit, nec tenet verborum ſimplicitatē. Ornamenta quoq; preciosa mentem animiumq; cōmutant, vt aliud in pectore, aliud in ſermone ſit. In illis ergo regionibus fluminū fuerūt Iudæi vt captiui abducti in Aegyptū, & ad Aſsyrios, & ad Babylonios, vbi ſuper flumina Babylonis ſedebant, & flebant ſuæ calamitatis erumnam: & vt hic ipſe propheta teſtatur, Illic ſuſpenderunt organa ſua, & omnē depoſuere lætitiam, vbi grauiora tolerarunt. Deniq; reliquæ decē tribus ad Aſsyrios ductæ ſunt: duæ autem Iuda & Beniamin tanq̄ grauioris reæ flagitii in Babyloniā tranſierunt. Atrocius enim ſacerdotis filia adultera q̄ cæteræ puniuntur: quia ſacerdotalis generis gratiam turpi opprobrio decoloravit. Sicut illi ergo in tentationibus grauiſsimis fuerunt, ita multis tētationibus ſe ſaluator noſter obiecit, vt nulla tētationis noſtræ certamina præteriret. Plantatus ergo rectē dicitur ſecus decurſus horum fluminū, non in ipſis decurſibus: vt finitimum, non demerſum intelligas. Fuit illi congreſsio prima carnis & ſanguinis. Deniq; ait: Pater, transfer à me calicē iſtū: ſed non quod ego volo, ſed quod tu vis. Fuit diuitiarū obiecta tentatio, cum omnia regna terræ ei inimicus oſferret ſi procidens dominus adoraret eum. Habes duorum fluminū decurſus Geon & Phiſon. Fuit illi colluctatio aduerſus principes mundi: fuit in ipſa paſsione certamen aduerſus tentatores: quos Perſas Hebræa appellat interpretatio: qui falſa teſtimonia deferebāt. Aduerſus eos qui dicebant: Deſcendat nūc de cruce, & credimus ei: quæ diabolus ſuggerebat. Habes Tigrin & Euphraten flumina. Quadripertitum autē nobis certamē eſse etiā apoſtolus cōprehendit dicens: Quia nō eſt nobis lucta aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi huius rectores & tenebrarū, aduerſus ſpiritalia nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibus. Hi ſunt fluuii qui de paradiſo exeūt. Vnde puto ꝙ is qui in paradiſum geſtit redire, hos debeat tranſire decurſus aquarū. Quod non ocioſe expreſsit iſte ipſe ſanctus propheta, demonſtrans ꝙ qui tentationes oēs ſubegerit, deberi ſibi iā paradiſi requiē ſperet. Itaq; ſic ait: Decurſus aquarū deſcenderūt oculi mei. Sicut enī rōphæa eſt in ingreſsu paradiſi ignea, vt q̄ redit, ꝓ ignē reuertatur, vrat peccata ſua, probet aurū ſuum: ita qui redit, ꝓ hos decurſus redit. Meritōq; dicūt ſancti, Tranſiuimus per ignē & aquā. De iſtis decurſibus & Eſaias dicit: Si tranſeas per aquā: flumina nō te cōcludent. Quæ flumina? Audi dicentē Dauid de iis qui feſtinabant ad

Matth.26.

Matth. 4.

C

Mar.15.

Ephe.6.

Pſal.118.

Pſal.65.
Eſaiæ. 43.

D

Pſal.123. tolerabilē. Quāuis nonnulli de iſtis quatuor tentationibus etiā illud accipiunt: Super aſpidē & baſiliſcū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē. Vt ambulauerit in incarnatione: cōculcauerit in paſsione: vel in tra

Pſal.90. ditione regni conculcet, quod patri tradet cū omnē eua

1.Cor.15. cuauerit principatum. Pulchre autē Aquila τὸ μεταπεφυτευμένον dixit, hoc eſt tranſplantatū, eò ꝙ primo ſit plātatus in virgine, poſtea trāſplantatus in paradiſum: ſicut dixit ad latronē: Amen āmē dico tibi, Hodie mecū eris in paradiſo. Hoc lignū igitur fructū dabit in tēpore ſuo. Ligna terrena fructū nō dare, ſed ferre dicuntur. Sed lignū vitæ ac ſapientiæ dat fructum, hoc eſt largitur & donat. Rurſus illud occurrit, Si lignū eſt ſapiētiæ, cur in tēpore dabit, & nō ſemper? Ne forte graue ſit nobis hoc ſentire de Chriſto: ſed tu qui legiſti quia diſpenſatorē fidelē & prudentem conſtituet dominus ſupra familiā ſuā, vt det illis in tēpore tritici menſurā, in

Lucæ.12. tēpore vtiq; non ſemper: turbari vtiq; nō debes. Poteſt ſapientia ſemper fructū dare: ſed quia ſapientia eſt, debet ſapienter dare, diſpenſare prudenter. Tunc debet ſemper dare, quando quos plenā menſurā poſsumus ac-

E cipere. Sicut hic extremū tempus fructū, ita & illic dabit fructū bonis indefinentibus, vt reſurrectionis eius conſortiū capere, ac ſeruare poſsimus. Nunc non poſſumus, in hoc ſeculo non ſuſtinemus. Hic enim corruptibiles ſumus, & cauendum fuit ne corrumperemus bonos fructus, quos lignū vitæ daret: quia nūc corrupti, illic autē incorrupti: quando & mortui, inquit, reſurgēt incorrupti: & nos cōmutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelā, & mortale hoc induere

1.Cor.15. immortalitatē. Quid ergo proderat morituro accipere, quod ei mors habebat auferre? Nouit ergo ſapientia quibus quando dare debeat: quæ nec foliūm amittit lignī ſui. Et ideo qui fructus ſit ſapientiæ, quod foliū, confideremus. Fructus, interior eſt: foliū, quo fructus vel à ſole torrenti, vel à frigore defenditur. Fructus videtur eſse fides, pax, doctrina, excellentia veræ cognitionis, intētio myſteriorū, ratio. Hos fructus bona vita cuſtodit: mala etiā ſi percepit, amittit. Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? In myſticis fructus eſt, in moralibus foliū. Nam virtutes ſine fide, folia

F

Pſal.49. ſunt: videntur virere, ſed prodeſse non poſsunt. Agitātur vento, quia nō habent fundamentū. Quanti gētiles habent miſericordiā, habent ſobrietatē, ſed fructū non habent, quia fidem non habent? Labuntur cito folia, vbi ventus flauerit. Et aliqui Iudæi habent caſtimoniam, ſed ſolitatē lectionis multā, & diligētiā, ſed ſine fructu ſunt, & verſantur vt folia. Hæc forte ſunt folia quæ

Matth. 11. ſaluator in illa ficu reperit, ſed fructū nō reperit. Myſtica ſaluant, & à morte liberant: Moralia autē ornamenta decoris ſunt, non ſubſidia redēptionis. Præſtare autem myſtica moralibus etiam ipſe dominus docet in euangelio ſuo dicens de Maria, quæ ſedens ſecus pedes domini audiebat verbum illius, cum Martha circa miniſterium feſtinaret, & quereretur ꝙ ſoror eā propria circa menſæ miniſterium nō iuuaret: Martha, Martha,

Lucæ.10. Maria optimam partem ſibi elegit, quæ non auferetur illi. Si quæ Chriſto miniſtrabat ad menſam, nō conferebatur ei quæ verbū cupiebat audire: quem operantē ſtudioſo cognitionis æternæ cōferre poterimus? Ita tamē, vt nec illius operationi fides, nec huiꝰ cognitioni, ſicut Mariæ, deſit operatio: ne vel folia ſine fructu ſint, vel fructus ſine munimentis naturalibus ſit intectus & pateat iniuriæ. Poſsumus etiam illud intelligere, quia foliis ſe

Gene.3. texerunt Adam atq; Eua, corporea veſtimenta quærentes, eò quòd reſurrectio dominici corporis prophetaretur: quia nec caro, quæ antea vice foliorum interire conſueuerat, peritura eſset in Chriſto, iuſtorumq; omniū, qui ſecundum euangelium ad imitationē ligni ſapien-

G tiæ nati ex virgine, vitam ſuam actuſq; formarent. Nam Græcus ita dixit: ὁ τὸν καρπὸν αὐτοῦ φύσας. quod poteſt ad beatum referri, μακάριος καρπὸν φύσας græce: latine autem ſic dicitur: vt ſit, Qui beatus dabit fructū: in reſurrectione ſcilicet ſua, quando poteſt perpetuū dare. Poteſt & ſic, ὁ τὸν καρπὸν αὐτοῦ, ὑπὲρ ξύλον: vt referatur ad lignū, cuius facta omnia ꝓſperabuntur. In quo euidēs teſtificatio eſt quia de ſaluatore dictū eſt. Cuius enim niſi ipſius facta poſſunt vniuerſa laudari, & ꝓſperos habere exitus? Aquila autē, dirigentur ait: quod ad quemcūq; hominē referendū videtur, quē dirigit dominus fauore cæleſti. A domino enim diriguntur greſſus viri: & orationē ſuam in conſpectū dei Dauid propheta dirigi poſtulauit. Sed & ipſe domin⁹ direxit opera ſua, vt nullo erroris curuarentur anfractu. Sequitur: Non ſic impii, non ſic, ſed tanq̄ puluis quē proiicit ventus à facie terræ. Hoc eſt, non ſic vt beatus vir: qui ideo beatus, quia nō abiit in cōſilio impiorū: quia in peccato nō ſtetit: in cōſilio peſtilentiū nō ſedit volentiū vel credentes pie vel viuentes peruertere. Qui voluntatē habuit in lege, & meditabitur in ea. Aut ſicut Aquila poſuit, reſonabit in lege: vt præcepta legis reſonet vita ei⁹, mores reſultent: ſicut illorū quorum in omnē terrā exiuit ſonus. Forte hic ſonus doctrinæ hominū exeat: illic autem vbi facie ad faciē dabitur videre, plenior quædam verbi fieri videatur expreſsio. Nō ergo ſicut beatus iſte qui hæc fecerit, qui erit tanq̄ lignū plantatū, cuius geſta omnia proſperabuntur: ita erit & impius. Ideo repetiuit vel qui ſcripſit, vel qui poſtea addidit, vt quidā putant: quo confirmatior fieret repetita ſententia, ita dicendo: Non ſic impii, non ſic: qui erunt tanq̄ puluis. Sunt enim terreni: & ſicut puluis proiicitur à facie venti, ita & iſti proiicientur & diſſipabūtur à ſpiritu ſancto, qui terræ fertili atq; fœcundæ animæ ſalutaris ſicut ventus

H Auſter aſpirare conſueuit. Huic vento dicitur in Canticis: Veni Auſter. vt clemētia aeris mollioris cordis noſtri arua laxentur, quæ brumali gelu ſtricta recipiendis gremium ſeminibus denegabant. Bonū eſt nobis vt hic ventus aſpiret, qui naues Tharſis ferentes vero Salomoni quæ ad templum eius neceſsaria videntur, tutos deducat in portus. Sed tunc iſte ventus aſpirat, ſi Boreas ille grauis ventus flare deſierit. Ideo vel eccleſia vel anima pia dicit: Exurge Borea, & veni Auſter. Hoc eſt, Tu Borea recede, & veni Auſter, aſpira ortum meū, vt flores non diſcutias, ſed reſerues. Anima igitur plena pietatis ortum habet, vel ipſa ortus eſt, qui fructus ferat. Anima quæ impietati patet, puluerē habet, qui eſt infœcundus ad fructum. Fructiferam quidem illam fecit dominus, ſed ipſa ſibi collegit impietatis puluerem. Quid te iactas ô plene ꝓpietatis? An quia honoribus es potens, & abundas diuitiis? Non aduertis quia puluis es, & tu diſpergeris & diſſipaberis? Vidi, inquit, impium ſuperexaltatum & eleuatum ſuper cedros Libani: & tranſiui, & ecce non erat. Quid gloriaris quia multa te ſeruitia ambiunt, multi amici tegunt latera tua, plurimi te equi ſequuntur? Quorū nobis enarras proſapiā, & tanq̄ maiorum tuorū genus? Præfers diuitias, quibus conuiuiis paſcis ſodales. Vtinam egenos paſceres: vtinā non iocorum *miniſtros, ſed votorū adiutores. Iactas quia prodeunti illico ceditur: & homines te tanq̄ feram declinant aut beſtiam. Non hæc eſse aliquid putas? Non audis quia ea omnia tanq̄ vmbra prætereant? Quid iuuant conſulares prætextæ, aut nitentes auro triumphales palmatæ? Nudus exibis, nemo illic Conſulē recognoſcet. Quid proſunt innumeræ poſſeſsiones publicæ? Sunt ne tuæ? Hodie tu tenes, cras alius. Cum tu exieris, alius intrat. Vix mouiſti pedem: alius greſsum intulit. Quanti ante te illic fuerunt, quanti poſt te dominabuntur? & hoc putas eſse priuatum? Quē vnq̄ à morte diuitiæ redemerunt? Immo quem non ad mortē diuitiæ coegerunt? Quem ab inferis ſuæ reuocarunt opes? Quē potentia excuſauit à pœna? Puluis eſt impietas, ſicut puluis eſt impiorum potentia. Caliginem infert, dare ſalutem non poteſt. Simul vt vehemens flare cœperit ſpiritus, ſpargit eam atq; diſſoluit. Aerem turbat, ſolum nudat: vt puluis proiicitur, deficit vt fumus, liqueſcit vt cera. Hinc plerīq; non mediocrem mouerunt quæſtionē, vtrum peritura naturam videatur aſſerere ſcriptura diuina, maxime quia alibi dicit: Comminuam eos vt puluerem ante faciem venti, & vt lutum platearum delebo eos. Et alibi: Ecce confundentur & reuerebuntur omnes aduerſarii: erunt enim tanquam non ſint. Primum ergo interrogo vtrum impietatem ſecundum naturam putent eſse, an præter naturam. Si ſecundum naturam aſſerant, errare eorum opinionem certum eſt. Deniq; dicant vtrum naturæ peccatū conueniat, an nō. Sed certum eſt, peccare deuiare eſse ab eo quòd eſt ſecūdum naturam. Quid igitur tam ineptū, q̄ vt dicant minus videri impium eſse, quàm peccare: cum omnium acerbiſsimū ſit quicquid in dei fieri videtur iniuriam? Quòd ſi impie agere, non eſt præter naturam: viuere ergo impie, ſecundum naturam eſt, nec peccati loco habendum, nec dignum reprehenſione exiſtimandū. Nemo enim reprehenditur qui operatur ſecundum naturam. Vnde concluditur quia impietas præter naturam eſt. Quomodo igitur cum perditione conſuetudinis, ἄστοχα νοσμίσας φύσει, hoc eſt, perituras naturas inducit ſcriptura, cum impietas nō vtiq; naturalis ſit, ſed præter naturam? Quod enim nō habet, non amittit, nec poteſt ea ſubſtantia perire quæ non fuit. Nam & puluis cōmotus aut in aquæ ſubſtantiam transfertur, aut in aerē, aut in ignem: hoc eſt, in aliam videtur ſæpe transire naturam. Non ergo in nihilum deficit, ſed in aliud transit. Quid obſtat igitur quin & ille qui verbi virtute & ratione comminuitur vt puluis, non in nihilum diſsipetur, ſed cōmutetur in melius, vt ex terreno fiat ſpiritalis homo, & vt lutū platearū ſic deleatur, vt tollatur quicquid aſperum ac ſordidum videtur, remaneat quicquid purum ac mundū eſt? Et quod ait de aduerſariis Hieruſalem, Erunt ſicut qui non ſunt: vtiq; potuit dicere, non erunt. Sed cū dixerit, confundentur, & reuerebuntur: vtiq; intelligis quia erunt per ſubſtantiā, & ꝓfectum conuerſionis, ſed nō erunt quaſi aduerſarii: quod fuerunt. Itaq; per improbitatis defectū nō erunt, erunt fide ac deuotione mutati. Deniq; & alibi ex peccatoris perſona dicitur: Et irā dei ſuſtinebo, quia peccaui, donec iuſtificet iudiciū meū. Conuertere enim deus cupiens peccatorē, punit eū & vrit, vt purget. Vnde ait: Et educet me in lucē. Nam & cerā vrit ignis, & liqueſcit vt purgetur. Et nos per ignē probamur. Et fumus conſumpto omni materiali expurgatur, neq; naturā trāſit. Itaq; & anima purgata ab omni labe, in id quod eſt deficit, non in id quod nō eſt, vt ait Balaā: Moriatur anima mea in anima iuſtorū: vt lapſus eius & quidam improbitatis vſus tranſiret in conſuetudinē vitamq; iuſtorum. Omnia enim deus ſalua vult eſse. Vnde & Salomon ait: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuo rum. Fecit animam vt ſit: creauit hominem in incorruptionem, quem ad imaginem ſui fecit. Sed homines à naturæ munere deuiantes, obnoxios fecere ſe morti, vt quaſi terreni *corrū pantur. Sed deus per tribulationes ad pœnitentiam cogit, vt per pœnitentiam vratur & cō ſumatur illud accidens malum improbitatis, & pereat: & locus ille animæ qui erat accidentis impietatis poſſeſsio, pateat ad receptionem virtutis & gratiæ. Certum eſt autem animæ naturam eſse preciosam, quæ ad ſimilitudinē dei facta, receptionem omnis virtutis admittit: vtpote quæ cognitionis ſupernæ non ſit fraudata conſortio. Nunc illud ſupereſse arbitramur, quod in multorum ore verſatur, qua ratione deus, cuius ſine voluntate nec paſser viliſsimus cadit, & apud quem capilli capitis numerati ſunt, dixerit per Eſaiam. Sic omnes

Canti.4.

Pſal.36.
Pſal.140.

Pſal.18.

*iniquorum.

I

Pſal.36.

Pſal.17.

Mich.6

Ibidem.

Num.23.

M

Sapien.1.

L

*morte pleni.

Eſa.42.

A gentes, vt ſtillicidium de vrceo, & ſicut momentū ſtateræ æſtimatæ ſunt, & vt ſputum æſtimabuntur. Ita ergo peribunt oēs gētes vt ſtillicidium de vrceo, & vt ſputum perit, & ad nullos vſus proficit. Sed tu qui noſti quia gētes nō eo vſq; pro nihilo habuit deus noſter, vt & Abrahæ dixerit: Benedicentur in te omnes gentes: & per Dauid loquutus ſit ad filium dicens: Dabo tibi gentes hæreditatē tuā: & infra, Omnes gentes ſeruient ei: qui legiſti quia obtulit deus filiū ſuū pro omni gēte, vt ſaluos faceret peccatores: debes hoc loco vim diuinæ ſententiæ conſiderare. Contēplatione etenim creaturarum cæleſtiū, quæ multæ ſunt, ſicut cæli (quod multipliciter maius q̄ terra eſt, vt à pleriſq; punctum cōparatiōe cęli terra ſit exiſtimata) angelorum, archangelorum, principatuum, poteſtatum, thronorū, dominationū, milium, & decem milium, & innumerabilium milium, cōtemplatione ergo horum gentes vt ſtillicidium de vrceo æſtimatæ ſunt, cuius eſt omnis plenitudo. Ex illa igitur plenitudine cæleſti tanquā gutta cadens æſtimatę ſunt gentes. Quomodo enim poterant maxime videri, cū ipſa terra in aqua ſunt gentes, minimą mūdi portio ſit, & omnium quæ operatus eſt deus, tanquam ſtateræ exigua inclinatio gentes ſint? Simul cog noſce per hanc ſtateram omnia deū cū iuſtitia cōdidiſſe, & in ipſis gētib⁹ inēſse quiddā naturaliter in quo iuſtitiæ videretur vel exiguū eſse momentū, & ſputū ipſum tanquā ex vniuerſitate totius corporis interiorem exiſtere portionem. Ma

B gis ergo hic miſericordia prædicatur: quoniā qui venit quærere quod perierat: nec ſtillicidium illud quaſi vile contempſit, ſed alleuauit momentum ſtaterę, & ſputo illi ſubſtantiam boni corporis donaris, dignatus eſt omnes gentes in vnum corpus eccleſiæ congregare. Inter gentes autē & Iſrael annumerari poteſt nequaquam expers diuinæ iuſtitiæ: quia ipſe Moyſes dixit de Iſrael: Ecce populus ſapiens, & diſciplinæ tenax, gens magna. Et vt ſcias quia ſupra meritum noſtrum dei bonitas redundauit, apoſtolus hunc propheticum locum interpretatus ait: Concluſit deus omnia in incredulitate, vt omniū miſereatur, & ſubiunxit: O altitudo diuitiarū ſapientiæ & ſcientiæ dei: q̄ inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vię ei⁹. Quis enim cognouit ſenſum domini? Aut quis cōſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Hunc autem locum præmittens prophe-

C ta ait: Sic omnes gentes vt ſtillicidium de vrceo æſtimatę ſunt, & reliqua, vt agnoſcas intellectum iuſtum cum interpretatione apoſtolica conuenire. Sed quid euidentius eo, quòd perituras naturas nō videatur inducere, cū ipſe ſubiecerit ſanctus propheta: Quoniā nō reſurgunt impii in iudicio? Non enim dixit, Non reſurgunt: ſed ait, Reſurgunt quidem, ſed non in iudicio. Qui autē reſurgit, eſt vtiq;, & manet: ſed quia non credidit in Chriſtum, iam iudicatus eſt: & ideo nō venit in iudiciū, quem peracti iam manet pœna iudicii. Et de reſurrectiōe quidem plurima diuinarum ſcripturarū ſunt teſtimonia, quæ non prætermiſimus in libris confolationis & reſurrectionis. De eo autem quod ait, Non reſurgunt impii in iudicio: ſecūdum euangelium abſoluta ſententia eſt, quia non omnes iudicabuntur. Apoſtolus autem ait: Omnes enim oportet nos ſtare ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſsit, ſiue bonum, ſiue malū. Et putāt pleriq; eſse cōtraria: nec aduertunt quia ſaluator de perfidis dixit atque impiis, qui nō crediderūt in dominū Ieſum. Sic enim ait: Qui credit in me, nō iudicatur, qui autē non credit, iā iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc autē eſt iudiciū, quia venit lux in hūc mundū, & dilexerunt magis homines tenebras q̄ lucē. Erant enim mala ipſorum opera. Liquet igitur de quibus dictum ſit, hoc eſt de iis qui nō crediderunt in dominū Ieſum. Apoſtolus quoq; etſi dixit omnes: de iis vtiq; dixit, qui crediderūt, ſed actuum ſuorum rationē in die iudicii reddituri ſunt. Deniq; ipſe alibi ait: Quia teſtimoniū conſcientiæ noſtræ in die iudicii reuelabitur, cum inuicē cogitationes noſtræ aut accuſabunt ſe, vt ſcriptum eſt: aut defendent: & patebunt cordis occulta. Quid autē hoc euidētius quod ait alibi: Omnes quidē reſurgemus, ſed nō oēs immutabimur? Immutabūtur enim iuſti in incorruptionem, manente corporis veritate. Daniel quoq; dicit: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Oſtēdit ergo iudicium futurum, maxime cum alibi idem dicat: Multi qui ſedēt in tumulo terræ, exurgent iſti in vitam æternam, & iſti in opprobrium & cōfuſionem æternam: & intelligentes ſplēdebunt ſicut ſplēdor cæli, & de iuſtis multi ſicut ſtellæ lucebūt. Quod iſtud eſt iudiciū ſedentiū iudicum, & qui libri aperti, niſi conſcientiæ noſtræ, velut libri peccatorū noſtrorū ſeriem cōtinentes? Quāquā hoc ipſum vile ſit æſtimare quaſi humani ſimile iudicii. Aliud eſt Chriſti iudiciū, vbi conſcientia ipſa ſe prodit, quæ latere non poteſt occultorum arbitrū: vbi cogitatiōes lucēt apud eum qui adhuc cogitātibus dicebat: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Cùm Iudæis diceret, dicebat omnibus: ne quis putaret ꝙ occulta poſsēt eſse quæ faceret: ne quis putaret ꝙ parietibus clauſis teſtē occulti erroris effugeret. Ideoq; & Euangeliſta teſtatur dicens: E Ieſus autem ſciebat cogitationes corū. Q̄uomodo ergo ait, Libri aperti ſunt? Non vtiq; atramēto ſcripti, ſed veſtigiis delictorū, & flagitiorū inquinamento. Aperietur liber conſciētiæ tuæ, aperietur liber cordis tui, culpa noſtra recitabitur. Eſt ibi liber, vbi eſt tabula. Immo ſunt libri inſcripti, vbi ſunt inſcriptæ tabulæ, quas inſcribit ſpiritu ſancto apoſtolica doctrina, ſicut legimus dicēte Paulo: Epiſtola noſtra vos eſtis, inſcripta non atramento, ſed ſpiritu dei viui, nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Sunt ergo tabulę cordis inſcriptæ ſpiritu ſancto, iſtæ recitabuntur. Si bene egeris, manebit tabula *. Vide ne tollas ſpiritum ſancti gratiam: vide deleas, & ſcribas atramento flagitia tua: ne veniat dies iudicii, & dicat iudex, Recitentur libri, recitētur tabulæ geſtorum eius, & dicat tibi: Ego ſcripſi tabulas tuas: cur deleſti apices meos? Ego ſcripſi dona mea: quomodo deleſti munera mea, & ſcripſiſti opprobria tua? Non legiſti quia ſcribo? Non tibi dixi per os prophetæ mei: Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis? Iudicium autem verbi eſt. Multi ergo dormientium in tumulo terræ ſurgent: qui bene egerunt, in reſurrectionem vitæ: qui male egerunt, in reſurrectionem iudicii. Quod Daniel ait, in vitam æternam: hoc ſaluator in reſurrectionem vitæ dixit. Item quod ait Daniel, In opprobrium & cōfuſionē: ſaluator dixit, in reſurrectionem iudicii. Non expedit nobis ad iudicium venire, & non expedit non venire: ne aut prædamnati vi- P deamur, aut in hac labe vitiorum ſubeamus tanti pondus iudicii: Propheta rogat ne intret domin⁹ in iudiciū cū ſeruo ſuo. Quāto magis nos iudiciū domini timere debem⁹? Pone quia miſericors domin⁹ ignoſcet. Quāta prodētur quæ latere credebā? Qui pudor, quæ confuſio erit, cum is qui alios profitebar docere, ipſe in eo deprehendar in quo alios arguebā? Et ideo quoniam & ſaluator duo genera reſurrectionis poſuit, & Ioannes in Apocalypſi, dicens: Beatus qui habet partem in prima reſurrectiōe: (iſti enim ſine iudicio veniunt ad gratiam. Qui autem nō veniūt ad primam reſurrectionē, ſed ad ſecundā, reſeruantur: iſti vrentur donec impleant tēpora inter primā & ſecundā reſurrectionē: aut ſi non impleuerint, diutius in ſupplicio permanebunt) ideo ergo rogemus vt in prima reſurrectione partē habere mereamur. Sunt qui reſurrexerunt in paſsione Chriſti: & iſti plane beati, quia acceperunt Chriſti gratiam, & audierunt vocem eius de qua ſcriptum eſt: Venit hora quando audient mortui vocem filii dei: & qui audierint, viuent, & ingreſsi ſunt in ſanctam ciuitatē. Puto quòd magis illam ſignificet ſupernā, q̄ iſtam Hieruſalem quam

Roma.11.

Roma.2.

1.Cor.15.

Daniel.7.

Danie.12.

Pſal.4.

Luc.6.

2.Cor.3.

*ſcriptura.

Pſal.44.

Ioannis.5.

Apoc.20.

Pſal.142.

Ioan.5.

G reliquit,quã incuſauit,quòd in iſtã pedibus, in illã autẽ ſupernã meritis intrauerint.Sed & illud caueamus, vt hic poſiti ſurgamus de tumulo terræ. Sunt qui viuentes ſepulchro ſunt circũdati,& repleti mortuis,quorũ guttur ſepulchrũ eſt,non loquentiũ verba vitæ,ſed mortis. Si hic reſurrexerimus à mortuis,& illic reſurgemus: Si hic nõ fuerimus oſsa arida,ſed acceperimus roré verbi, humorẽ ſpirituſanctiſ:& illic viuemus.Si hic nos excitauerit Ieſ⁹ voce ſua magna,vt excitauit Lazarũ, & per diſcipulos ſuos ſoluerit à vinculis mortis, & induxerit
Ioãnis.11. in Bethaniã,vbi erat Lazarus,hoc eſt in domũ obeditionis, & adhibuerit hic cõuiuio ſuo: & illic cũ eodẽ recũbemus,& illic cũ eo ſemper epulabimur, & illic nobis redolebit vnguentũ quod ſolus proditor dolebat effuſum.Ergo impii nõ reſurgũt in iudicio, hoc eſt in portionẽ eorũ qui iudiciũ ſubituri ſunt:nec peccatores reſurgũt in cõſilio iuſtorũ.Vides quia ſurgũt impii, & nõ ſurgũt in iudicio iuſtorũ:quia peccatores etſi nõ reſurgunt in cõſilio iuſtorũ,reſurgũt tamẽ in iudicio. Vnde videntur qui bene crediderũt,& fidem ſuam etiam operibus executi ſunt,ipſi non iudicari, ſed ſurgere in cõſilio iuſtorũ.Peccatores aũt qui non poſsunt inter iuſtos ſurgere,ſurgẽt in iudicio.Habes duos ordines. Tertius
Ioannis.1. ſupereſt impiorũ,qui quoniã nõ crediderunt,iã iudicati ſunt:& ideo nõ reſurgũt in iudiciũ,ſed ad pœnã. Dilexerũt enim magis tenebras q̃ lucẽ.Et ideo iudiciũ eorũ pœna eſt,& forte pœna tenebrarũ.Et poterat quidẽ intelligi quòd ii qui mala opera habẽt,credẽtes tamen in Chriſtum,volẽtes quidẽ recte viuere,ſed victi illecebris peccatorũ,dixerunt plus tenebras quàm lucem. Id eſt, vtrunq; dilexerunt,ſed magis tenebras. Sed quia de illis præmiſit qui nõ crediderũt:ſic accipiẽdũ puto, quòd dilexerunt tenebras,& non lucem. Lux enim Chriſtus.
Pſal.81. H Qui ergo non crediderunt luci,abſurdũ eſt vt lucẽ vel dilexiſse credãtur,quã neſcierũt.Neſcierunt enim, neq; intellexerunt,in tenebris ambulãt:ſicut ſcriptũ eſt. Sequitur: Quoniã nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.Aduerte ſenſum. Non reſurgũt impii in iudicio:quoniã nouit dominus viã iuſtorum.Vias eorum vtiq; nouit,quorum dirigit greſsus. Sunt enim
Ioan.14. greſsus hominum,qui à domino diriguntur.Dirigũtur à domino & viæ viri.Has nouit dominus vias, quæ ſunt rectæ:quæ ad illam viam tendũt dicentis: Ego ſum via, veritas, & vita.Hæc bona eſt via.Tortuoſa autem eſt via ſeculi.Non dignatur illam viam noſse. Illos agnoſcit,
Matth.7. qui ſunt ipſius,qui operantur opera eius. Qui autẽ operantur iniquitatẽ,his dicit dominus:Diſcedite à me omnes operarii iniquitatis:non noui vos.Non per ignorantiam,ſed per id quòd indigni ſint ſcientia dei, neſciuntur.Pulchre autem ait:Et iter impiorum peribit.Separauit latinus,vt iter diceret, & tanquã diſcreuit iter à via.
I Græcus autem in vtroq; viam dixit. Non ocioſe tamen latinus:quia & dominus, Ego ſum via, dixit. Non dixit,Ego ſum iter. Perire autẽ iter impiorum dixit, non impios.Seruat eorũ ſubſtantiã:qui ſi cõuertãtur, ſolum iter impietatis amittẽt:quod nec ab iitio fuerit,nec erit.
Ezec.18. Quod accidens igitur eſt, perit: quod ſubſtantiuum, manet.Pereunt autẽ ita impii, quomodo dicitur: Anima quæ peccat,ipſa morietur:vt peccati aculeo, nõ omni ſubſtantiæ ſuæ diſsolutione moriantur.

In pſalmi.xxxv. enarrationẽ præfatio.

DICTVRVS propheta in pſalmo ſequenti quæ eſset forma iuſti, antè formã expreſsit iniuſti.Neq; enim poſsumus cognoſcere quæ ſit forma iuſtitiæ, niſi cognoſcam⁹ quæ ſit iniquitatis effigies. Sunt enim ſibi aduerſæ atq; contrariæ.Nãq; in altera ſimplex habitudo naturæ,in altera fallax verſutia nequitiæ.Alia virtutum imagines præfert,alia vitiorũ cõmercia prætẽdit.Cõuenire autem hunc ordinẽ & ipſa ratio docet:& ſi de contrariis ſumenda ſunt teſtimonia,ipſi doctores philoſophiæ confeſsi ſunt,dum ſequuntur. Quis autẽ dubitet longe anteriorẽ Dauid Platonis fuiſse tẽporibus: quem non ſolum magiſter eius,ſed nec aui quidem atauorum eius videre potuerũt: cum ille in principio regni fuerit Iudæorum(quod per innumera annorũ curricula propagatum eſt) iſte poſt tempora captiuitatis quibus regnum gentis eius iam fuerat diſsolutum? Ergo ipſe qui tenet in omnes ſecularis ſapiẽtiæ principatum,cum diceret non poſse formam iuſtitiæ comprehendi,niſi ante diſcutiendam iniuſtitiæ ſeriem putauiſset: exemplum attulit quòd ii qui velint aurũ quærere,prius ſe luto oblinant.Aurum itaq; iuſtitia,iniquitas lutum eſt. Quod à noſtris quoq; prius dictum eſse nõ dubiũ eſt, cum ſcriPſal.17. ptum ſit:Vt lutũ plateárum delebo eos. Et vere lutum, quia eos inquinat qui ſibi appropinquauerint. Fugiamus ergo iniuſtitiã,ne luteis ſordibus inquinemur,atq; in eius voraginem non pes noſter exterior, ſed (quod eſt grauius)mens noſtra mergatur.Et philoſophia quidem aurum ſe quærere dicit,ſed lutum verſat, quæ diuinitatem quærit in ſtatuis, ſed vaſa figuli virga confringet.Nos aurum quærimus quo corpora noſtra mutemus,mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes:vt & vita Ieſu Chriſti in corpore noſtro manifeſtetur.Bonum aurum ſanguis eſt Chriſti, diues ad precium,profluus ad lauandum omne peccatũ. Ordinem diximus:titulum cõſideremus.In finem, inquit, ſeruo domini pſalmus Dauid.In toto pſalterii corpore ſolus hic titulus eſt quo pſalmum ſeruo domini ſe ſcripſiſse teſtatur. Quis iſte eſt ſeruus domini, videamus: quid pſalmi ſeries ſignificet: cui dictus hic pſalmus ſit: Pſal.35.
audiamus ad quẽ loquatur.Domine,inquit,in cælo miL ſericordia tua,& veritas tua vſq; ad nubes.Iuſtitia tua ſicut mõtes dei,iudicia tua abyſsus multa.Cui hoc, niſi filio dei dicitur?Hæc enim nõ hũanæ ſed diuinæ ſunt poteſtatis.Sed quid ſibi vult q̃ ſeruo domini dei pſalmum hunc titulus declarauit,cũ orationẽ Moyſi hominis dei maluerit q̃ ſerui domini in poſteriore titulo nũcupare? Quod ergo cõſiliũ ꝓphetæ fuerit,nõ intelligo, vel potius ipſius domini ſaluatoris,qui loquutus eſt in ꝓpheta.Vere iudicia eius ſicut abyſsus multa,vt ſeruo honorificẽtiã reſeruaret,ſibi cõditionem ſeruitutis adſcriberet.Videor mihi intelligere.Videor hauſiſse aliquid de gratia ſpiritali.Aduerſus iniuſtitiam(vt diximus)pſalmus hic ſcriptus eſt:& ideo plus grauatur iniuſtitia perfidorũ,qui Chriſtũ Ieſum dominũ recipere noluerunt: M
cum ille propter ipſos ſuſceperit ſeruitutẽ.Quid enim tam iniquum q̃ ingratos fuiſse tãtis beneficiis:vt quibus ille ſalutem daret,hi ſanguinem eius effunderent? Denicq; alibi cum de ſua paſsione loqueretur,ad aceruandã Iudaicæ impietatis inuidiam ſic ait: Ne auertas faciem Pſal.68.
tuam à puero tuo:quoniam tribulor, velociter exaudi me.Pauper & dolens ego ſum. Veni Paule, interpretare nobis qua ratione dominus cæli atq; terrarũ ſe pauperem dixerit,quæ ſit iſta paupertas: tu certe illum diuitẽ dixiſti. Quomodo idem diues & pauper eſt?Audiamus 2.Corĩ.8.
teſtimonium Pauli.Scitis,inquit, gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti:quia propter vos pauper factus eſt,cum diues eſset,vt vos eius inopia ditaremini. Veni & tu Eſaia,interpretare nobis quomodo ſe dolentem dixerit Chriſtus,qui dolores vulnerum ſanare conſueuit. Medicus venit,vt curaret ægrotos. Quid ipſe habuit quod Eſaiæ.53.
doleret?Audiamus etiam Eſaiæ teſtimonium. Pro nobis,inquit,dolet:& nos exiſtimauimus eum eſse in doloribus.Expreſsit medici affectum:qui etiam ſi ipſe nullũ vulnus habuit quod doleret,tamen compaſsus eſt vulneratis.Hoc igitur in pſalmo domin⁹exprobrat Iudeis: Ego propter vos pauper, ego pro vobis dolens, & vos Sapien.2.
mihi manus impias intuliſtis,dicentes, Tollamus iuſtũ quia inutilis eſt nobis.Iniiciamus lignum,in panẽ eius. Bene panem dixit pro carne eius.Ille alimentum detu-

A lit:iſti pro beneficio retulẽre ſuppliciũ.Non mirũ ergo ſi eſuriũt,qui ſibi vitæ æternæ alimoniã denegarũt. Pulchre etiã duo iſta iunxerũt,Iniiciam⁹ lignũ in panẽ ei⁹. Neſciebãt quid loquerẽtur Iudæi,& myſteriũ loqueban tur.Paradiſum nobis crux reddidit Chriſti. Hoc eſt lignũ quod Adæ dominus demõſtrauit.dicẽs de ligno vitæ quod eſset in medio paradiſi edẽdũ:de ligno aũt ſciẽtiæ boni & mali nõ edẽdũ.Errauit Adã,mãdata non tenuit,interdictũ guſtauit.Per lignũ cœpim⁹ eſurire:quia ſuũ caro accepit alimẽtũ.Ideo domin⁹in Chriſto carnẽ iunxit & lignũ,vt fames antiqua ceſsaret,vitę gratia redderetur.Beatũ lignũ domini,quod oĩm peccata crucifixit.Btã caro domini,quæ victũ oĩb⁹ miniſtrauit.De pau
*audit. pertate igitur & dolore domini idonea(vt arbitror) ſanctorũ ꝓtulimus teſtimonia, quorũ alter vidit * & dixit, alter eſt electus vt diceret.Ipſorũ igitur qui ꝓbati ſunt, de ſeruitute domini teſtimonia iterũ proferam⁹, immo
Eſaiæ.49. ſua quæ de ſe ipſe locut⁹ eſt in vtroq;.Audiam⁹ ergo q̃d dicat.Sic dicit domin⁹:Qui finxit me ſeruũ ex vtero ſibi ad congregandũ Iacob & Iſrael ad eum.Aduertimus ergo quòd propter cõgregationẽ populi formã ſuſcepe rit ſeruitutis.Audis Iudæe,& pro gratia cõtumeliam refers:& hoc ad perfidiam deriuas,ꝓpter quod magis credere debuiſti.Ad te vocandum venit,& conuitiaris. Ex
Ibidem. vtero ſeruũ ſe dixit.Audi Adriane. Ex quo vtero? Paulum ſupra recurre,Ex vtero,inquit,matris meæ vocauit dominus nomẽ meũ.Quod nomẽ ei⁹ ſit audiamus,
Eſaiæ.7. quo eũ pater vocauit.Ecce virgo in vtero accipiet, & paB riet filiũ,& vocabitur nomẽ eius Emmanuel:quod iterpretatur nobiſcũ deus.Quod enim aliud niſi filius dei
Matth.1. Mich.5. nomen eſt Chriſti? Accipe aliud. Dixerat quidem & Gabriel ad Ioſeph de Maria: Pariet filium. Accipe dei vocem.Et tu Bethleem Iudææ non es minima inter principes Iudæ:ex te enim exiet ptinceps qui regat populum meum.Aduerte myſterium. Ex vtero virginis idem & ſeruus exiuit & dominus.Seruus ad operandum,dominus ad imperandũ, vt regnũ deo in hominũ mẽtibus radicaret.vtrinq; vnus,nõ alter ex patre, alter ex virgine, ſed idẽ qui ante ſecula ex patre,ipſe poſtea carnẽ ſuſcepit ex virgine.Ideo ergo & ſeruus vocatur,& dominus. Propter nos ſeruus,ſed in vnitate diuinæ ſubſtãtiæ deus ex deo,princeps ex principe,æqualis ex æquali.Neq; enĩ
Eſaiæ.49. * ſuſcites. degenerẽ genuit, in quo ſe ipſe cõplacere memorauit. Magnũ,inquit,tibi eſt vocari puerũ meũ,vt ſtatuas * tribus Iacob.Seruat vbiq; ſuæ vocabula dignitatis.Magn⁹ deus,& magn⁹ puer:nec in carne magnitudinis ſuæ nomen amittit,cuius magnitudinis null⁹ eſt finis.Meritoq;
Philip.2. ſecurus,cum in forma dei eſset,vt Apoſtolus dicit, non rapinam arbitratus eſt eſse ſe æqualem deo:ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens,in ſimilitudinẽ hominum factus,& habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſq; ad mortem, mortẽ
C autẽ crucis.Hic eſt ergo æqualis quaſi dei filius.Hic ſerui formam in carne ſuſcepit,hic mortem guſtauit, cui⁹ magnitudo non habet finem:quia finis legis eſt Chriſt⁹ ad iuſtitiã omni credenti:vt in ipſum omnes credamus. hũc intimo adoremus affectu.Bona ſeruitus,quæ oẽs liberos fecit.Bona ſeruitus,quæ nomẽ ſuper oẽ nomẽ ad quiſuit.Bona humilitas,quæ fecit vt in noſe eius oẽs genu figant cæleſtiũ,terreſtriũ,& infernorũ: & oĩs lingua cõfiteatur quoniã dominus Ieſus in gloria eſt dei patris. In hunc ergo finẽ dirigitur hic pſalmus, vt & nos ſerui ſimus ad iuſtitiã,nõ ſuperbi ad arrogantiam. Seruitutis enim ſtipendiũ,libertas eſt.Stipendiũ autem mortis,arrogantia eſt.Sed iam ipſaim pſalmi ſeriem adoriamur.

Pſalmi.xxxv.enarratio.

DIXIT iniuſtus vt delinquat ſibi. Quid dixerit,non expreſsit:& ideo ſic intelligendũ arbitror,quia quicquid dicit iniuſtus, peccatũ eſt. Oĩs enim iniuſtitia,peccatũ: quoniã vbi orgaD nũ vitioſum,quomodo poteſt cãtus nõ eſse vitioſus?De generis materiæ decolor partus eſt. Quicquid ergo loquitur iniuſt⁹,iniquitas eſt,quæ in ſuũ refertur authorẽ, ſicut vipere partus,qui primo ſuã ſcindit parentẽ, vt frequẽs ſermo eſt.Sibi ergo delinquit. Nihil hac ſententia ſublimius dictũ arbitror.In illis qui ſibi ſapientiã ſeculi vẽdicarũt,nihil tale legi,nihil tale cognoui. Nec mirũ, quandoquidẽ illi humano ingenio locuti ſunt:hoc infudit ſpũs dei,ſpirit⁹ veritatis,quia iniuſt⁹ ſibi delinquat:
ſibi generet vulnera:ſe ipſe cõfodiat.Nã ſicut ſpinæ na- Prou.26.
ſcũtur in manu ebrioſi,vt ſcriptura aſserit:ita & in iniuſti ſermone naſcũtur quæ cõpungant loquentẽ.Loquitur iniuſtus,& interior eius cõſciẽtia vulneratur:quia in omni ſermone quẽ loquitur,nõ eſt fraudis ĩmunis.Cuius enim grauior eſt pœna q̃ ꝓpria, cũ pro omni ſermone det pœnas?Serpẽs aliis infundit venenũ,iniuſtus ſibi.In eum enim refunditur quicquid effuderit.Iniuſtus igitur & aliis inutilis,& ſibi noxius.Iuſti autem vita fructuoſa
aliis,ſibi dulcis.Dicit enim Salomõ:Fili, ſi ſapiens eris, Prouer.9.
tibi ſapiens eris,& ꝓximis.Si autẽ malus euaſeris,ſolus hauries mala.Aduertimus ergo quia iuſtitia aliis eſt potius nata q̃ ſibi.Commune cõmodum,non ſuum expectat,& alienũ bonũ pro ſuo ducit emolumẽto. Beata & præclara iuſtitia,cuius bonũ oĩbus proficit. Ex vno pleE rũq; proficiſcitur,atq; ad oẽs peruenit.Iuſt⁹ Dauid, qui 1.Reg.24.
parcebat inimico,& malebat innocẽtiã ſuã q̃ vitã tueri, ne malę publico vindicaretur,atq; appetẽdi prĩcipis in malis quoq; cauſis aliis exẽplũ ederet,cũ ipſe vindictam
de inſidiatore ſumpſiſset.Iuſtus Abel,qui de ouib⁹ ſuis Gene.4.
quas ei domin⁹ dederat,primitias domino putauerit oferẽdas:& ideo pl⁹ placuit deo,quia morã nõ fecit,deuotionem probauit.Sed hoc impĩis ferre non potuit,iuſtitiæ præuaricator,radix iniquitatis:& ideo fratrem occidit,quia hoſtia eius deo magis q̃ oblatio ſua fuerat comprobata.Sed ille occiſus deo loquebatur i voce ſanguinis ſui,hic vni⁹ à facie domini repellebatur:& cũ adhuc
à domino pœna ceſsaret,torquebat eũ ſuorũ conſciẽtia peccatorũ.Latebat miſer tremẽs & timẽs:& cum adhuc perculſor deeſset,ipſa ſeſe iniuſti vita cruciabat.Acceperat ſignum,ne eũ aliquis occideret:non vt vitæ ſuauitate frueretur,ſed ne mors auferet erũnã, vt percuſſorẽ ſuũ coditie timendo pateretur.Meruerat quidẽ vt percuſſor inhiberetur:ſed ſine vlla intermiſsione ipſe ſibi
ſuus carnifex erat,ipſe percuſsor. Quæ pœna maior,q̃ timere quod vitare nõ poſsis,nec quod timueris euadere?Vnde præclare Dauid exprimẽs cõuẽtionẽ * grauiſsi * commõ
mã cõſciẽtiæ peccatricis,ait:Quoniã iniquitatẽ meã ego tionem.
agnoſco,& delictum meũ coram me eſt ſemper. Offun- Pſal.50.
ditur enim nobis vltrix noſtri imago peccati: nec quietum reum ſuũ eſse permittit,ſerã ſeruitutem: F
atq; in ſua vincula trahit,vt enodare ſe nõ queat, quoniã volẽs ipſe ſe vendidit,cui liberũ erat delictorũ æra non capere,& libertatẽ innocẽtię reſeruare.Itaq; dũ oram⁹, peccatũ offunditur,vbi ſomn⁹ ſenſum corporis relaxauerit,peccatũ recurrit.Sẽp nobis error noſter tãq̃ mal⁹ exactor occurrit,vel tanq̃ improb⁹ fœneratorcõueniẽs debitorẽ.Vnde domin⁹:Qui facit peccatũ,ſerv⁹ eſt pec Ioan.8.
cati.Sed iuſtus nouit quẽadmodũ peccatorũ ſuorũ vincula diſsoluit,nec expectat accuſatorem,ſed ꝓuenit, vt
cõfitẽdo ſuũ alleuet oẽ delictũ:ne habeat quod aduerſarius criminetur.Ideóq; ſcriptura tibi dicit:Iuſt⁹ in prin Prou.18.
cipio ſermonis accuſator eſt ſui.Vocẽ enim erĩpit adueꝛſarĩo,& quaſi dẽtes quoſdã paratos ad prædã criminationis infeſtæ,peccatorũ ſuorum cõfeſsione conſtringit.Dixit Iudas Iſcariotes vt delinqueret ſibi. Quid dixit?Quem oſculatus fuero,ipſe eſt:tenete eum.Hoc di- Matth.26.
xit,& ſe ipſe proprio ore egit in mortẽ.Quãtos putam⁹ Matth.26.
in ipſo fuiſse tortores,vt ſibi ipſe tam grauis pœnæ exactor incũberet,& ſemetipſe laqueo ſtrangularet? Dixit
iniuſtus vt delinquat ſibi.Locut⁹ eſt iuſt⁹,Ecce ego pec 1.Par.21.
cator:& grex iſte quid fecit?Et remiſsum eſt omne pec-

G catū. Dixit ergo iustus,& sibi profuit. Dixit Cain: Nunquid ego custos sum fratris mei? Et sibi ipse mētitus est.
Gene.4. Dixit Ananias omne se venditi sui ruris precium pertulisse, & mentitus est sibi, qui potuit minus offerre sine
Actuū.5. fraude. Ideoq; præclare ait, Et mentita est iniquitas sibi.
Psal. 26. Sibi enim ante mentitur, qui in suū mētitur exitū. Sibi
delinquit, qui sibi innocentiæ eripit suauitatem. Quis
enim puritate & simplicitate pectoris dulcior fructus?
Zacha.5. Quis cibus suauior, q̄ is quē animus bene sibi cōscii, &
Psal.37. mens innocētis epulatur? At vero iniquitas velut quodā
Prouer.10 plumbeo talēto (vt scriptura testificatur) cōscientiā gravat. Meritoq; Dauid ait: Sicut onus graue grauatæ sunt
super me. Et Salomon: Sicut vua acerba dentibus, & fumus oculis: ita iniquitas omnibus vtentibus ea. Grauis
pœna, quæ cibum impedit, aspectū obducit, & (quod est
amplius) oculis mētis internæ tenebrosam offundit cali
ginē, vt quod verū est, videre non possit iniustus: idcoq;
delinquit sibi, qui sibi quæ preciosa sunt eripit. Dicit er
go iniust⁹, vt delinquat sibi. Iust⁹ aūt loquitur vt & aliis
& sibi ꝓfit. Ille loquitur ad pernicię, hic loquitur ad sa-
Roma.10. lutē. De iustis enim & fidelib⁹ dictū est. Corde creditur
ad iustitiā, ore cōfessio fit ad salutē. Illi⁹ ligua vulnerat:
1.Reg.24. lingua aūt prudētū sanat. Vnde cū expostularet Dauid
cum rege Saul quòd oblitus beneficii, salutis ingratus
eum persequeretur ad mortem, à quo totiens iam videret se esse seruatū, & vitā eius appeteret qui vitā suā pro
regis salute periculis obtulisset: ait sibi fructū nō perire
iustitię, qui insidiatorē suū in manus suas à domino sibi
H traditum nō peremisset. Ab iniustis iniquitas prodiit,
venenum à serpentibus effusum est, venenum & iniqui
tatis arma perierūt. Ideo scriptum est: Dixit iniustus vt
Esa.14. delinquat sibi. Quid dixit? Ponam thronum meū super
nubes, & ero similis altissimo. Effectum nō habent verba, sed peccatū habent. Inanis quidē pōpa iactantiæ, sed
superbiæ spiritu criminosus non timet cōuitio maiestatem violare diuinā. Etenim si vllus dei timor ei⁹ inesset
affectui, nō in conspectu dei plena doli gerēda sibi ausu
temerario credidisset, quasi deus non possit occulta co
gnoscere, qui scrutator est internorū. Spectat oia deus:
nihil est quod eū prætereat: nemo qui fallat: cui omnia
præsentia quæ futura sunt, & manifesta quæ latent. Et-
enim si sol iste mūdanus clausis plerūq; domiciliorū ha
bitaculis suū lumē interserit: quāto magis de⁹ summus,
æternus, etiam secreta penetralia mētis humanæ, atque
I omne angelorum consiliū scientia sua scrutatur & præ
Psal.13. uenit? Quid ergo aliud agitinius tus, nisi vt iniquitatem
sibi quærat & odium? Sic enim scriptū est: Nō est timor
Matth.6. dei ante oculos eius: quoniā doloſe egit in cōspectu ei⁹,
vt inueniret iniquitatem suā & odium. Quid est inueni
ret? Omnis enim qui quærit, inuenit. Ergo & malū quæritur, vt inueniatur. Sed quēadmodum laudabilis est ille qui bonum quod quęsiuit inuenit, ita inueniabilis qui
laborauit vt malū quod quęsierat inueniret. Bonis enim
rebus, non flagitiis atq; crinibus laborem nostrum nos
oportet impēdere. Quid igitur nisi summę stultitiæ atq;
dementiæ est, odium quærere, iniquitatem malis artibus
inuenire, quam bonus nemo quæsiuit? Quomodo igitur
improbi iniquitatem suam & odium querant, consideremus. Nempe Herodias erat tetrarchæ Philippi legitimo nexa coniugio, regię abūdans opibus potestatis: quę
Herodem Romam aduſq; tendentem quasi germanum
mariti, hospitii & affinitatis iure suscepit: cum quo depecta suā copulā, nō multo post relicto viro cōsortii sui
iura mutauit. Nonne ea quæsiuit, iniquitatem & odium,
quæ coniugium deseruit, vt inueniret adulteriū? Et quia
sanctus Baptista nuptias illicitas constanter increpauit,
dicens Herodi: Non licet tibi eam vxorem habere, quæ
Mar.6. maritum contra legem reliquit, & fratri mariti quasi ex
lege conuenit: commota est adultera, vt eum vellet occidere. Sed cognito quòd Herodem ad necem iusti non facile posset inflectere, excogitauit qua via istud efficeret.
Natalis erat Herodis, quem luxu nimio (vt plerisque re- K
gibus mos est) celebrare consueuerat. Adornauit filiā,
vt in conuiuio regis pignus regale saltaret. Et cum placuisset Herodi, quod displicere debuit patruo: obtulit
ei vt quod vellet præmium pro saltatiōis opprobrio
postularet. Matrem illa consuluit: cuius impulsu caput
Baptistæ popposcit. Victus Herodes, quia sacramento se
constrinxerat daturum quicquid neptis propria petisset, iussit occidi Ioannem, & caput eius afferri. Quod al
latum puellæ dedit, & illa matri suæ pertulit. Verum est
ergo quòd iniquitas & odium requirantur: quandoquidem ea mulier quod facili petitione impetrare non po-
terat, prauis artibus excogitatæ fraudis elicuit. Quid de Matth.26.
Iuda proditore loquar? Qui quæsiuit auaritiam, & inuenit sacrilegium, dicens: Quid mihi dabitis, & ego eum
vobis tradam? Nec expletus pauperum spoliis, ad pleni
tudinem criminum grauissimorū crimina serendo per
uenit, pia miscens charitatis sacramēta flagitiis cum di- Ibidem.
ceret? Quem osculatus fuero, ipse est: tenete eum. vt vere de eo dictum dubitari non queat, Verba oris eius iniquitas & dolus. Oscula labiis ferebat, offundebat venena pectoribus. Meditabatur acerba supplicia, gratiæ pignus afferebat. Bene de eo propheta addi fecit: Noluit
intelligere vt bene ageret. Non ergo per naturam deliquit, sed per voluntatē. Denię apostolus erat, audiebat
quotidie diuina mandata, discebat cælestę mysteriū. Potuit intelligere vt bene ageret, si voluisset. Videbat fa- L
nari paralyticos, cæcis refundi lumē, mortuos resuscitari: nō debuit intelligere q̄ deus esset qui talia posset operari? Sed intelligere noluit: quia auarus homo & pecuniæ intētus à cognitiōe diuinitatis vigorem suæ mentis
auertit. Vnusquisq; enim qui se flagitiis ingurgitauerit,
non vult intelligere quæ cælestiū mandatorum sunt, ne
reuocetur à vitiis. Vide illum fugientē intelligere, qui
ait: Tenebrę operiunt me, & circundant parietes: quis Eccle.23.
scit an videat dominꝰ? Nō vult eni quærere & inuenire
quòd de⁹ omnia videat atq; cognoscat: ne metu retrahatur à crimine. Vide regem Achab petentem à Nabutha 3.Reg.21.
vineam eius: cognosce respondentem illum: Absit vt
eędam hæreditatem patrum meorum. Non debuit intelligere quòd iusta referebat? Sed noluit intelligere vt bene ageret, & aliena non quæreret. Nō debuit intelligere
q̄ vero Helias deo seruiebat, cū videret in verbo Heliæ
clausum cælum tribus annis & tribus mensibus, & ad
preces eius pluuias esse dimissas, vt arida omnia rigarē-
tur. Sed noluit intelligere, ne perfidiam condemnaret;
sequeretur fidem. Quinetiam iniquitatē meditatus est
in cubili suo, vbi verum quærere debuisset. In cubilib⁹
enim cōpungere nos debēt nostra peccata: nō ipsis de- Psal.4.
linquenda cōmitti, dicēte propheta: Quæ dicitis in cor M
dibus vestris, & in cubilibus vestris cōpungimini. Adstitit, inquit, omni viæ nō bonæ: malitiā autem odio non
habuit. Nō immerito iniusta meditatur, qui & in via erroris assistit, & malitiam diligit, quam odisse deberet.
Plus dixit, adstitit, quasi iamdudum in via nequitiæ diu
turna statione permaneat. Ille enim beatus, qui in via
peccatorum nō stetit: nō is qui in ea stare nō desinat. Et
ideo prima præcepta sunt sancti prophetæ Dauid, impietatem fugere, in peccato non stare, in lege meditari
vt intelligas quæ bona sunt, & iusta atque iniusta secernas. In omnibus igitur radix est spectanda gignendis, ne eam inutilis ab exordio succus inficiat: grauioraq; multo sunt animorum vitia q̄ virgultorum. Cauendum ergo præ cæteris ne humano ingenio malitiæ
vsus inolescat, atque omnis ętas secutura generet. Arbor enim mala fructus malos facit. Nā si plerunq; quod
nolumus hoc agimus, & vitare non possumus: & quod
odio habemus, hoc facimus victi quadā aut delectatiōe
flagitii, aut obreptione peccati: quomodo possumus vitare quod amamus? Adstringimur & inuiti: quomodo possumus voluntarii nō teneri? Vix se exsoluit Pau-

A lus erroribus cotidiana decertatiōe luctādo, vt vinculis captiuitatis exutus, per Christi gratiam seruaretur: & tu
putas quòd absistendo delictis possis ad cælestiū repromissionum meritā peruenire? Luctando corona quæritur, non reluctando. Studio non refragio comparatur.
Certantibus quoq; diuinæ misericordiæ suffragio postulanda sunt, vt corona iustitiæ pro laborum meritis defe
ratur. Deniq; quid sequatur cōsideremus. Domine, inquit, in cælo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes. Iustitia tua sicut mōtes dei, iudicia tua sicut abyssus
multa. Nonne hūc locum secutus est Paulus, vt diceret:
Infelix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis hu-
Roma.7. ius? Gratia dei per Iesum Christū dominū nostrum. Vbi
enim mens humana turbatur, & certaminum dura atq;
aspera nos fatigant, domini auxilium postulādum est.
Ideóq; conuersus ad dominū, ipsum inuocat & implorat, vt laborantibus adiutor assistat. Misericordia ergo
petenda de cælo est, & veritas dei ex prophetarū oracu-
lis colligenda, qui quasi nubes mysteria diuinæ cogni-
tionis obtexunt. Posuit enim tenebras deus latibulum
Psal.17. suū: vt primo pluuiā mysticæ fertilitatis accipias, & tūc
infusus rore cælesti fulgorē referatæ lucis agnoscas, vt
Ioannis.1. possis dicere: Ex plenitudine eius accepim⁹. Quis enim
B potest secreta dei facile comprehendere, cuius iustitia si
cut montes dei? Vel (sicut Aquila posuit) vt montes validi, eò quòd validę virtutis plena præcepta fint. Vnde &
Roma.11. Apostolus videns esse sublimia quæ audiuit, dicit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis
enim cognouit sensum domini? aut quis cōsiliarius ei⁹
fuit? Altitudinē itaq; diuitiarum sapientiæ retulit ad altitudinē montiū. Audi quorū montium. Ipse enim dei
filius mōs magnus est: & ideo ascende in hunc montem
qui euangelizas. Sion, vt stes radicatus & plantatus in
Christo. Est & mons quasi sapientia dei, est mons quasi
iustitia, est mōs quasi sciētia dei, est mōs quasi sanctifica-
tio, est mons quasi redēptio, est mons quasi resurrectio.
1.Cor.2. Demonstrauit nobis hos montes scriptura, quę dixit: In
ipso autē vos estis in Christo Iesu, qui factus est sapientia nobis à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.
Psal.41. Vel quia angelis angelus factus est dei filius, prophetis
propheta: cui⁹ iudicia sicut abyssus multa. Audi: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Id
est, scriptura veteris testamenti, noui aduocat seriem te
stamenti, ad consummationem sanctificationis, & plenitudinem gratiæ, sonitu quodā atq; profluuio redūdan
C tiæ spiritalis. Homines, inquit, & iumenta saluos facies
domine: sicut multiplicasti misericordiā tuā deus. Filii autē hominū in protectiōe alarū tuarū sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrentē voluptatis tuæ potabis eos. Quid est, hoies & iumēta? Rationabiles vtique, & irrationabiles. Rationabilibus iudicia, irrationabilibus misericordia. Alii reguntur, alii nutriuntur. Ideóq; addidit: Filii autē hominū in protectione alarum tuarum sperabunt. Id est, nō generatio viperarum,
sed filii hominū, qui ad imaginē & similitudinem dei vi
uunt, nō in pascuis sed in cōuiuiis collocātur. Alii enim
in loco pascuorū, alii in priuilegio sacramentorū. Im-
perfectis succus lactis, perfectis mēsa refectionis, de qua
Psal.22. dixit: Parasti in conspectu meo mensam. In qua panis
viuus, id est verbum dei: in qua oleum sanctificationis,
quo impinguatur caput iusti, & sen⁹ firmatur interior,
vt aboleatur oleum peccatoris: in qua etiam poculū illud inebriās q̄ præclarū, vel quàm validū. κράτιστον eni
dixit græcus, vel potens, vel forte, vel validum. Validū
Actuū.2. enim, quo abluuntur flagitia vel delentur. Bona ergo
ebrietas poculi salutaris. Sed est alia ebrietas de redundantia scripturarum. Est & alia ebrietas per infusionem
spiritus sancti. Deniq; illi qui diuersis linguis in Apostolorum actibus loquebantur, musto pleni audiētibus videbātur. Domus ergo ecclesia est, vbertas domus redundantia gratiarum. Torrens voluptatis, spiritus sanctus. D
Nec te nomē aut mos torrētis offendat, quòd aliquando
aridior aut exilior fit, vt cuius soleāt fluēta cessare. Cessauit & hic noster, cessauit aliquādo torrēs ꝓfluuii spiritalis in populo Iudæorū. Quid dicā torrēs cessauit? cū
mare cessauit, sicut lectio hodierna nos docuit, dicente
deo: Ecce ego increpatione mea desolabo mare, & arefient pisces eorum, vtique Iudæorum, suæ ariditate perfidiæ, vt enatare non possint. Cessauit ergo torrens propter synagogæ sacrilegia: quia erat illa plebs fide arida,
sterilis operib⁹, captiua peccatis. Quid enim flueret nō
bibentibus, vel contaminantibus sacros meatus, cum
ipsum fontem necarint? Bonus torrens, qui illis cessa-
uit, vt nobis abundāret, & sitim humanæ captiuitatis * *cupidita
auerteret, sicut torrēs in Austro. Vnde & scriptura di- tis.
cit: Surge Aquilo, & veni Auster. qui arbusculas Paradi Canti. 4.
si perflare cōsueuit. Diximus sensum: etiā elocutionem
cōsideremus, cur torrētē voluptatis dixerit potabis eos,
& nō torrente, quasi de torrēte: nisi quia auiditatē bibētiū voluit exprimere, quasi torrētē ipsum vellēt ebibere Psal.35.
si possent? Hic est forsitā torrēs voluptatis quē in Genesi Gene.2.
legim⁹, fontē qui abluit Paradisum, & diuiditur in quatuor flumina, quæ circūeunt totam terrā. Ex hoc enim
fonte virtutes profluunt spiritales, prudentia, tēperantia, fortitudo, iustitia. Bonus fons, gratiæ & splendoris
eiusdem atque naturæ cuius & illud flumē de quo in po E
steriori bus dicitur: Fluminis impetus lętificat ciuitatem Psal.45.
dei. Aptissime itaq; substituit, Quoniā apud te est fons
vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam iis qui
recto sunt corde. Etenim post commemorationem cælestiū beneficiorū, iure gratiæ referuntur auctori domino nostro Iesu Christo, qui fons vitæ irriguus æternę de
scendit in terris, vt ariditatem nostri pectoris irrigaret, Ioannis.1.
idem splendor gloriæ dei patris, & imago substātię eius:
& ideo in lumine eius vero, quod illuminat omnem homine venientē in hunc mundū, videbimus, inquit, pa-
trē: quia deus lux est. Recte etiā dicitur, In lumine tuo
videbimus lumen: secundum illud: Qui me videt, videt Ioan.14.
& patrem. Apud te ergo fons vitæ, prędentem videbimus patrem. Sicut enim tu apud patrem eras in principio de⁹ verbū, ita apud te semper est pater, qui in te est. Ioan.10.
Est enim apud ipsum, in quo est, Prophetatur aūt aduē- F
tus domini saluatoris, qui vēturus in terrā diceret: Ego
& pater vnū sumus. Id est, vnū sumus lumē, sicut vnum
nomen. Per luminis & nois vnitatē ambo vnum sumus,
immo trinitas vnū in vnitate substātię, sed distinctione
vniuscuiusq; personę. Trinitas distinctionem significat
personarū, vnitas potestatē. Potest & ad patrē dici, Quoniā apud te est fons vitæ. id est, ex quo vita ꝓcessit, quod
erat verbū, & semp erat, ideo, quia apud te erat. Oia per
ipsum & in ipso facta sunt, & ipse est vita vniuersorū: &
ipse te nobis manifestauit, vt corda hoim ad cognitionē tuę maiestatis illuminētur. Prętende ergo miam tuā
sciētib⁹ te. Prerogatiua prętēditur, vt mereantur miam
quibus cognitionis tuę meritū suffragatur. Denique ī po
steriorib⁹ etiā viliorib⁹ ꝓsonis studiū scientię agnoscimus suffragatū, dicēte domino: Mēor ero Rhaab & Ba- Psal.86.
bylonis sciētib⁹ me. Id est meretricis illi⁹ Rhaab, & cō
fusionis illius memor ero apud scientes me, vel inter ip
sos: quia meretrix illa me agnouit, quē popul⁹ nō agnouit. Inter illos ergo qui me scierunt, commemorabitur
Rhaab, vt dignū fidei pręmiū adipiscatur. Vnde & ī euā
gelio dictū aduertim⁹: Meretrices & publicani ꝓcedent Matth.21.
vos in regno cęlorū. Sed quia inualidi sum⁹ ad exequēdū, licet deuoti ad credēdū: tu prętende miam tuā in te
credentibus, quo deuotioni & fidei facta quoque nostra
cōueniāt: nec studiū mētis nostrę destituat corporis hu
ius infirmitas, sed in ipsis tentationibus & infirmitatib⁹
gloriemur: in quibus gloriabatur apostolus dicens, Li-
bētissime itaque magis gloriabor in ifirmitatib⁹, vt prę 2.Cor.12.

G tendat in me virtus Christi. Pulcherrime itaque addidit: Non veniat mihi pes superbiæ,& manus peccatorũ non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare. Superius quidam accipiunt, torrentẽ voluptatis tuæ, in tẽtationibus fortitudinem, sicut est martyrum, in quibus placuit deo exhibere sibi suauis & grati certaminis voluptatem. Et enim si hyemes ꝓ tẽtationib⁹ accipiũtur, vnde & orãdũ
Matth.24 dominus admonet ne fiat fuga nostra hyeme aut sabbato, hoc est, vel in tẽtatiõe vel ocio: hyeme aũt crescit torrens, & adimpletur atq; intumescit: torrẽs vtiq; pro graviore tẽtatiõe potest accipi, quæ est in ꝑsecutionib⁹. Et ideo bene torrens voluptatis dicitur: quia vbi superabũ dauit peccatũ persecutionis, superabundauit & gratia cõfessionis. Vide virtutẽ propheticæ distinctionis. Primõ iustũ exposuit, qui vel in corde suo vel in sermone
Psal.13. dicit vt sibi delinquat, vel in se delinquat. Habet enim græcus codex: εἰς αὑτὸν: id est, in seipso: sed nõ oẽs. Et forte ideo, quia insipiens in corde suo dixit, Quia non est deus. Ne forte & iniustus intra se dicat, & intra se delinquat: licet deum palam negare, dementis sit: iniustitiam autem plerique pro laude profitentur. Rapere enim, nocere etiã iis qui nõ læserint, circũuenire, pleriq; sibi existimant gloriosum. Ergo primo iniusti vitam exposuit, postea sacramentum diuinæ cognitionis adiunxit, vt timentes deũ, iniquitatẽ & iniustitiã declinemus. Precem addidit, vt abiniustorũ cõsortio iustos suos liberare dignetur: vt in iis quoq; qui mundo sunt corde, iustitia diuina prætẽdat quasi speculatrix pia, ne nobis peccatorũ
H velut ostiũ incursus obrepat, & capiat dormiẽtes. Ideo vigilãdũ est, semp castra domini muniẽda sunt: quia nocte aduenit inimic⁹ & aduersari⁹, quãdo somno sensus tenetur, cibo corp⁹ distẽditur. Orãdũ vt iustitia dei prætẽdat in nobis, quæ in infirmitate positos faciat fortio-
2.Cor.12. res, vt possit vnusquisq; nostrũ dicere: Cũ infirmor, tũc potẽs sum. Deinde etiã specialiter pro se orat: vt nos doceat quẽadmodũ orare debeam⁹ ad dominũ. Nõ veniat,
Psal.130. inquit, mihi pes superbiæ. Id est, nõ in superbiã incidã. Deniq; & alibi meminit sui dicẽs: Si nõ ambulaui in magnis. Hic orauit, ibi impleuit. Nõ implesset, nisi orasset. Cauenda superbia, quæ etiã in prosperis supplantat. Denic; graui⁹ Ada in Paradiso cecidit, q̃ si cecidisset in terra. De altissimis cadere, præcipitiũ est: in planis, lapsus
Eccle.2. vocatur. Ideo pes errat supbi, quia caput nõ tenet. Oculi enim sapiẽtis in capite eius. Non mirũ ergo si errat vestigiũ, vbi oculus nõ habetur. Præcedat ocul⁹, vt pes sequatur. Quomodo enim in tenebris viator incedat? Ci-
pergens. to pes offendit in nocte, si quasi quidã mũdi ocul⁹ viã
I Luna nõ mõstret. Et tu in nocte es seculi: mõstret tibi ecclesia viã: ex alto te iustitię sol illuminet, vt lapsũ timere nõ possis. Et quia pedẽ dixerat supbiæ, addidit: Et man⁹ peccatorũ nõ moueat me. Etenim sicut sancti membra sunt Christi, ita impii mẽbra sunt diaboli. Manus peccatorũ nõ moueat me. Id est, actus eorũ qui peccãt, nõ me de iustitiæ statiõe dimoueãt. Plerũq; enim dum videmus peccatores ꝓsperis abũdare successib⁹, nutam⁹ affectu, & quasi quadã peccatorũ manu de radice virtutis auelli mur. Cauendũ ergo ne quos in domo dei manus diuina plãtauit, manus aduersa supplãtet. Pulchre tamẽ hoc dicit qui à persecutorib⁹ verberatur. Qui aũt mouẽtur de radice sua, qua iã Christo inhæserãt, cadunt. Vnde addidit: Ibi ceciderunt qui operãtur iniquitatẽ. Quid est ibi? Vtrũ vbi est supbia, vbi est man⁹ peccatorũ? An vbi stabant, vbi erant ante plantati, ibi ceciderunt? An in vicino, an in cõtinẽti, quasi in ipso tẽpore, in ipso loco? Etvi
detur ambiguũ. Sed alibi docemur quid sit ibi, vbi dici-
Psal.47. tur: Ibi dolores sicut parturiẽtis. Bonus dolor ei cui partus est fidei, quo Christus in ecclesia formatur & nasci-
Psal.86. tur. Et alibi dicit: Memor ero Rhaab & Babylonis scientibus me. Etenim alienigenæ & Tyrus & popul⁹ Aethiopum hi fuerũt ibi. Id est, vbi sciẽtes me, vbi fundamenta in montibus sanctis, ibi & alienigenæ: quia & ipsi in me K putauerunt esse credendum. Ibi ergo ceciderũt, vbi magis stare debuerunt: quia in paradiso cecidit Adam, & Christus in ruinã venit & in resurrectionẽ: vt ruina sit perfidorũ, iustorum aũt & fidelium resurrectio. Deniq; expulsi sunt, quia iniusti viri in loco sancto stare nõ poterant. Vnde & apostolus dixit: Et tu qui stas, vide ne ca-
1.Cor.10. das. Et vtiq; ei dixit qui nõ corpore, sed fide stabat. Postumus & in futurum intelligere ibi, vt est, Ibi erit fletus,
Matth.13. & stridor dentium. &, Nudus ibi pergam. Quam breuis in exitu & quanta conclusio. Non sim, inquit superbus, vt peccem, ne mouear: non mouear, ne cadã: nõ cadam, ne expellar, sicut Adam de Paradiso expulsus est, quia in ipso pes superbiæ stare non potuit. Nesciũt stare superbia: & si ceciderit, non nouit resurgere. Et ideo pulchre
Psal.19. iste & in superioribus locutus est de superbis: Hi in curribus, & hi in equis: nos aũt in nomine dei nostri magni
Mich.7. ficabimur. Hoc enim stabile, illud infidũ. Et subiecit: Ip si obligati sunt, & ceciderunt: nos vero surreximus, & erecti sumus. Et in libro Micheæ prophetæ scriptũ est: Noli super me gaudere inimica mea, quia cecidi: sed resurgam. Cecidimus enim in hoc mundo: sed in Christo resurrexim⁹. Cui est honor, gloria, virt⁹, ꝓpetuitas & à seculis, & nũc semper, & in oia secula seculorũ. Amen.

In Psalmi. xxxvi. enarrationẽ præfatio.

L

OMNIS scriptura diuina, vel naturalis, vel mystica, vel moralis est. Naturalis in Genesi, in qua exprimitur quomodo facta sũt cælũ, mare, terra, & quẽadmodũ mũd⁹ iste sit cõstitutus. Mystica in Leuitico, in quo cõprehẽditur sacerdotale mysteriũ. Moralis in Deuteronomio, in quo secũdũ legis præceptũ vita hũana formatur. Vnde & salomonis tres libri ex plurimis videntur electi: Ecclesiastes de naturalibus, Cantica cãticorũ de mysticis, Prouerbia de moralibus. Sed quia omnium psalmorũ corp⁹ vnũ est, idcirco nihil in his diuisum est atq; distinctũ, sed ꝓut se obtulit ratio, nulla intermissa doctrinæ istiusmodi disciplina est. Nãq; & naturalẽ euidẽtissime cõprehẽdit dicẽdo de angelis atq; virtutibus, sole & luna, & stellis, & lumine cæli cælorũ, & aqua quæ sup cælos est: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse manda-
Psal.32. uit, & creata sunt. Statuit ea in seculũ seculi, præceptum posuit, & nõ præteribit. Et de mysticis locutus est cũ de
M occultis, & sacrę vnctiõis vngũẽto, & de cõsummatione scripserit tabernaculi. Quorũ multiplex gratia: quam multifariã & multis modis locutus est domin⁹ in ꝓphetis. Nam & vetũrũ, ꝓfatus est dei filiũ principẽ sacerdotum: & pasurũ esse pro nobis, & sanguine suo mundaturũ nostra peccata, tituli, ꝓ torcularibus declararũt, & resurrecturum psalmus resurrectiõis expresit, & alius postea titulus indicauit, in quo terra eius est restituta, cõmutationẽ quoq; vniuersorũ futurã dei sacramentis. Et de moralibus plura cõtexuit, diuersaq; virtutum genera demõstrauit: & dedit præcepta viuẽdi, quib⁹ vlcera nostrorũ sanauit errorũ: morẽsq; renouauit humanos, atq; intimos mutauit affectus: sicut docet psalmus tricesim⁹ tertius, quẽ etiã Petrus sanctus in epistola sua tanq̃ medicamẽtum nostris pectorib⁹ affixit: atq; iste qui nobis hodierna lectiõe ꝓpositus est. Nam isti prę cæteris ethici reperiuntur: sed isti diffusior, qui tricesimus sextus inscribitur. Nam etsi ille prædulcis & lucid⁹ est, iste tamẽ dul *alias, iste
cior*: quoniã ille me docuit cohibere liguã à malo · iste tamẽ mul
definere ab ira, indignationẽ relinquere. Ille præcepit si to magis.
ne dolo loqui: iste instituit esse mãsuetũ, qui præmia mã
suetudinis demõstrauit. Quæ maiora fomẽta sũt cordis humani, q̃ mãsuetudo atq; simplicitas: quib⁹ & dolor ois acceptæ leuatur iniuriæ, & labes criminis omnis excluditur? Ad hæc igitur manũ medicamẽta mittam⁹, vt vul
nera nostra curemus: ne si velimus dicere quòd alios cu Lucæ 4.
rare posimus, dicatur nobis, Medice cura teipsum. Er-

A go quod etiã medicis, sed vulgo quoq; solet esse cõmune, vt medicinã pauci, pfiteantur, plurimi tamẽ remedia ei⁹ aliqua scire se dicãt, vel quod medicorũ pueri faciũt, nos quoq; alieno medicamẽto remediũ indigẽtibus deferamus. Diues magistrũ adhibeat, pauꝑ ministrũ. Qui pfecti altitudinẽ capit, sumat ex ipso: qui planiora desiderat, in valle pascatur, vt paruulus. Qui fluuiũ metuit, de riuulo bibat: & qui ꝓfundũ pauet, ad litt⁹ enatet. Pulchre aũt sanct⁹ Dauid in supiore psalmo iniusti vitã describit, hic iusti. Ibi iniust⁹ exponitur, hic iust⁹ instituitur. Ille sibi delinquit, hic tollit etiã aliena pcta. Et ideo quod primũ medicamentum sit iustitiæ, consideremus.

Psalmi. xxxvi. enarratio.

NOLI, inquit, malignari inter malignantes: neq; æmulatus fueris faciẽtes iniquitatẽ. Primũ discamus quid sit æmulari: licet minor vis sermonis huius sit in latino q̃ in græco. Nam & in bo-
Gala.4. no æmulationẽ legimus, & in malo. Deniq; apostolus di-
Ibidem. cit: Bonũ est æmulari in bono semper. Et supra ipse dixit: Emulantur vos nõ bene: sed excludere vos volunt,
1.Cor.12. Roma.11. vt illos æmulemini. Et iterũ ipse ait: Aemulamini melio ra charismata. Et ad Romanos habes: Dico ergo, nunquid sic offenderũt vt caderẽt? Absit: Sed illorũ delictũ salus est gẽtibus: vt illos æmulẽtur. Et infra: Vobis enim dico gẽtibus: Quãdiu ego sum gentiũ apostol⁹, miniſtẽ riũ meũ illustrabo, si quo modo æmuler carnem meam, & saluos faciã aliquos ex ipsis. Hoc est, afficiã carnẽ meam. Deniq; παραζηλώσω græcus habet. Nam & hic μὴ παραζήλου ἐμ πονηρευομένοις, habet: μὴ δὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Hoc est, noli malignos in æmula
B tionẽ excitare: quoniã illi nõ de bono, sed de malo certant. Quid est in emulationẽ excitare? Exẽplo si posumus aperiamus. Intẽperantes mulieres quædã sunt, quæ aliorũ cõiugũ corda solicitãt: quos cũ consuetudini suæ probriq; subdiderint: nõ cõtẽte erroris sui habere secretũ, studẽt corã iugalibus eorũ suũ iactare flagitiũ, vt eas in zelũ sui excitẽt & inflãment, triũphũ quendã de dolore reprobarum mentium & cõmotiõe captãtes. Quæ æmulatione fœminea thori proprii cõtumeliam nõ ferentes,
vita. soluunt cõplaciti vincula coniugii, aut cotidiana rixa decertant. Fitq; ex emulatione discordia, ex discensione
in prauã emulationem. disidium, quo domus tota turbetur. Exẽplo igitur pro terue mulieris cognosce qui legis, partes esse nequissimæ detestabilisq; versutiæ, improba æmulatiõe alteri⁹ animum cõmouere: aliũdq; esse zelum, aliud parazelũ.
Philip.3. C Hæc est enim praua æmulatio, quæ bonorum subintrat affectum: qua etiã Iudæus errauit: qui à vero bono euangelicæ disciplinæ, denia legis æmulatione deflexit: sicut de se apostolus ait quòd secundũ æmulationẽ legis ꝑsequebatur ecclesiã Christi. Ergo quãuis de⁹ noster ingratis Iudæorum offenderetur frequẽter affectibus & querelis, tamẽ assumptum semel & electum sibi populũ minime relinquebat: sed synagoga vt meretrix prœcax irritare eum cœpit in æmulatiõis amaritudinẽ, prævaricatiõis se miscẽdo sacrilegiis. Deniq; dixit ad sacerdotem
Exod.32. Aarõ: Fac nobis deos quos adorem⁹, & vtituli caput ado
Deute.32. rare cœperũt. Vnde per cãticum magnum Moysi domi nus in ore ipsius resultauit dicẽs: Ipsi excitauerũt me in æmulationẽ in nõ deo: irritauerũt me in simulacris suis. Ego autẽ excitabo eos in æmulationẽ in nõ gente: in natiõe insipiẽte irritabo eos. Quomodo dominus cõdẽnauit synagogã, ꝓpter meretriceos mores, quo ipsorũ i eos versutiã retorqueret, vt suo afficerẽtur ingenio, qui dominũ deũ suum à quo assumpti fuerãt, grauib⁹ sacrilegiis refutarunt, deos sibi quos colerent eligẽtes: assumẽs cõtrario sibi ecclesiã de ꝓphanis: quos prelatos sibi fine lege, sine gratia, Iudæorũ popul⁹ ingemiscere: atque eo ãplius in emulationẽ illorũ excitaretur affectus, quo viliorũ facta esset electio. Nã ante quo afficeretur ille populus nõ habebat, cũ solũ se à domino cõsideraret electum. Vbi vero aduertit adscitã ex nationib⁹ cõuenam plebẽ, quæ sibi legẽ domini, ꝓphetarũ oracula, testamẽ- D
tũ nouũ, deũ vẽdicaret: tũc demũ excruciari nimio cœpit affectu, posteaq̃ se repudiatũ esse cognouit. Deniq; si videat gẽtiliũ cęremonias, nõ mouetur: Si audiat, ꝓfectũ eccleſię, miſera torquetur inuidia. Cõpletur ergo in Iudæa, Ego in æmulationẽ eos excitabo in nõ gẽte. Accedit ad cruciat⁹ grauioris erũnã, quòd ex gẽtib⁹ pctõres sibi vidẽtur esse prelati, qui ne gẽtis quidẽ alicui⁹ venationis nomẽ attollãt. Nã ois cõgregatio cuiusq; regiõis nomẽ sibi vẽdicare cõsueuit, vt Aegyptii, Aethiopes, Syri, Iudæi, Arabes, ꝓuinciæ suæ terrarũq; suarũ vocabulum præferũt. Nos de diuersis populis cõgregati, vocabulum nobis vni⁹ gẽtis nõ posum⁹ vsurpare: & ideo quia nomẽ nõ habebam⁹ in terris, de cælo accepim⁹, vt Christi popul⁹ diceremur. Sed hoc gẽtilis stultitiã putat, Iudęus opprobriũ. Verũ est ergo qđ scriptũ est, quia vlt⁹ est de⁹ propriã cõtumeliã, ecclesiã sibi nõ ex gẽte quęrendo, & eã ex gẽte insipiẽte vetusto illi atq; regali populo præfe- 1.Cor.1.
rẽdo. Quæ sit gẽs isipiẽs quę prelata sit, audi dicẽtẽ: Quoniã stulta mũdi elegit deus, vt cõfũdat sapiẽtes. Et iterũ: Ibidem.3.
Si quis videtur inter vos sapiẽs esse in hoc seculo, stult⁹ fiat, vt sit sapiẽs. Reddidit ergo nõ intulit domin⁹ æmulatiõis cõionẽ: vt esset nõ in forma imitatiõis, sed in pœna iniquitatis. Deniq; latin⁹ iterpres volẽs distinctionẽ facere inter æmulationẽ virtutis, & æmulationẽ offẽsionis, ait: Nũquid æmulamur domino? Hoc est, Nũquid do- 1.Cor.10.
mino offensionẽ æmulatiõis inferimus, vt de iis edamus quę imolata simulacris sunt: sicut Iudęi eũ sacrificãdo simulacris exaspauerũt? Quod si iter hoies excitãdę æmulatiõis offẽdit intẽtio, & frequẽter si pſona exaſpati superior inuenitur, incẽtoria æmulatiõis fraudi esse consueuit: cui⁹ stultitiæ est maiestatẽ irritare diuinã, & offẽ E
diculo æmulationis incẽsere, vbi nulla vltiõis est difficultas: Nõ debem⁹ igitur malignis æmulãdi aduersũ nos aculeos ministrare: qui etiã nõ lecẽsiti inuidiæ stimulis excitãtur vt nocẽat: sicut Cain fratrẽ occidit, quia magis illi⁹ sacrificiũ acceptũ esset, q̃ qđ ipse putauerat offerẽdũ. In quo nõ æmulat⁹ Abel, sed inuid⁹ Caĩ ꝓlatiõis gratiã scelesto parricidio ꝑsecut⁹ ẽ. Nõ ei ille fratris voluit Gene.4.
obũbrare sacrificiũ, sed seruare sacrificii disciplinã, vt primitias nulla defidia moraretur, nec aliqua in vl⁹ ꝓprios deriuata vsurpatiõe violaret. Saul quoq; triũphatorẽ Palestinorũ Dauid, ꝓphetã, & ꝓprię conseruatorẽ salutis, iuuẽcularũ sibi sermone prælatũ tẽtauit in insidiis, teli iaculo pauit occidere. Ac penè sanguinẽ generi fuderat innocẽtis, nisi vuln⁹ ille sinuati corporis inflexiõe 1.Reg.18.
lusisset. Quæ ibi malitia, si iuuẽculæ dixerũt, Saul i milibus, Dauid in decẽ milib⁹? Quã atrox aũt inuidia regis Saul, qui sermonis errorẽ in innocẽtis exitiũ deriuauit? Neq; æmulat⁹, iquit, fueris faciẽtes iniquitatẽ. Nõ repeti
uit qđ dixerat, sed mutauit. Aliud est enim subęmulari: P
aliud ęmulari. Subęmulatio astutiã habet, æmulatio simplicitatẽ. Sed tamẽ etiã ipsa cauta debet esse simplicitas & ꝓuida, vt nouerit qd cauẽdũ sit. Neq; enim ociosę dictũ est: Estote astuti sicut serpẽtes, & simplices sicut colũbę. Spiritalis ergo debet esse astutia, q̃ seruet salutẽ, do- Matth.10.
lũ nesciat. Spiritalis debet esse simplicitas. Videtur autẽ etiã alio loco distinctionẽ subęmulatiõis scriptura fecisse, cũ dicit: Et auferetur zel⁹ Ephẽ, & inimici Iudę periẽ Esaię.11.
bũt. Nõ erit ęmulus Ephrẽ Iudę, & Iuda non vexabit Ephrẽ. Alibi aũt habes: Sic & vos quoniã ęmulatores estis 1.Cor.14.
ſpiritaliũ ad ædificationẽ ecclesię, quærite vt abũdetis. Aemulatores ꝓ bonis & bonæ rei imitatorib⁹ posuit æmulũ ꝓ obliquo & inuido. Primũ est ergo, ne malignos ad æmulatiõis malignitatẽ laceſsas: secũdũ, vt nõ ęmule tris iniquitatẽ faciẽtes. Plerũq; enim vidẽtes pii fraude aliquos & astutia quæsisse diuitias, & peruenisse ad honores, æmulatione deformi vias eorũ sequi gestiũt, vt ad diuitias & honores simili arte perueniãt, & in cõtrahendo cõiugio circunscribãt adolescẽtulas. Quid enim, pdest, cũ ipsæ diuitiæ & omnis gloria secularis tanq̃ fœnũ cito

G arescat,& tanq̃ olera hærbarũ in ipsa specie sui floris in
Esaiæ.40. tercidãt:Omnis caro fœnũ, & omnis gloria hois vt flos
fœni.Noli ergo magnopere affectare quod ꝓpetuũ esse
nõ possit.Noli esse æmulus & obliquus. Noli esse cõtẽ
tiosus & decertator in zelo.Vnde & Aquila dixit, Noli
cõcertare in malignãtibus.Symmachus,Noli cõtẽdere.
Noli etiã esse imitator iniquitatis & fraudis,sed esto apo
stolicæ doctrinæ,,ppheticæ gratiæ,sanctorũmq; virtutis
imitator,vt fructũ feras,& messem bonitatis recõdas, si
cut Ioseph,qui multitudine frumẽti famẽ diuturnæ steri
Gene. 41. litatis exclusit.Vt Abacuch,qui prãdiũ messoribus defe
rẽdo,eleuatus ab angelo aerii tramitis iter carpsit,& red
Danie. 14 ditus terris inter sæuos leonũ strepitus pio ,ppheтæ dul
ce cõuiuiũ ministrauit.Recte ergo dicit propheta:Spera
in domino,& fac bonitatẽ:& inhabita terrã, & pasceris
in diuitiis eius. Quæ est terra quã suadet inhabitãdã,nisi
anima tua,quã bene debes excolere,frequẽter spiritali-
bus inarare vomeribus,ne longo inhorrescat situ.Bon9
enim agricola cotidiana operatiõe & peruigili solicitu-
dine exercet agrũ suum, & ,ppria rura custodit,ne deua
stet ea aper de silua,& fructꝰ maturos raptor eripiat.Ara
ergo terrã tuã,vt cũ venerit qui seminat verbũ,animam
tuã inueniat præparatã:ne supra inculta cordis tui deci
dat semẽ,& veniãt aues cæli,& diripiãt quod fuerit semi
Matth. 13. H natũ. Quæ sit ergo terra,audi dicẽtẽ:Ecce exiit qui semi
nat seminare agrũ suũ:& dũ seminat,aliud cecidit secus
viã,aliud supra petrã,aliud supra terrã bonã. Quod aũt
supra terrã bonã,ii sunt qui in corde bono audiẽtes ver
bũ retinẽt,& fructũ afferũt per patientiã. Mũdũ sit ergo
cor tuũ,munda sit anima tua,vt fructũ bonitatis possis
afferre, hoc est,gratiæ spiritalis. Bonitas enim fructus
Gala.5. est spiritus sancti:sicut scriptũ est, Fructus autẽ spũs est
charitas,gaudium,pax,patiẽtia,benignitas,bonitas, fi-
des,modestia,cõtinẽtia.His sunt fructus quorum diuitiis
pascimur,& vbertate satiamur. In hac terra vitẽ illam
Gene.9. fructiferã iustus Noe plantauit,& de fructu eiꝰ bibit,atq;
intimo corde solutꝰ est,quãdo cũ laudabili pietatis ami
ctu induit virtutũ suarũ geminata posteritas.Alio quoq;
loco nobis istas ,ppheta sanctus diuitias demonstrauit,
quibus erat diues in Christo, & omnibus quæ ad vitam
æternã conducerent abundabat.Et reuera quis ditior,q̃
qui diues in domino est,vt possit dicere,In via testimo-
niorum tuorum delectatus sum quasi in omnibus di-
Psal.118. uitiis?Quid enim poterat deesse viro qui cælestibus di-
I tabatur oraculis?Et ideo suadet hoc psalmo vt thesau-
rum illũ nobis quæramus æternum,& delectationẽ eius
acquisitione capiamus,Ideoq; ait:Delectare in domino,
& dabit tibi petitiões cordis tui.Quare nõ dixit tuas,sed
cordis tui?Petitiões exterioris hominis interioriscq; cõ-
munes sunt:nec oẽs probãtur à Christo:quia lex carnis
legi mẽtis frequẽter repugnat.Quæ autẽ interioris sunt
Psal.19. hominis,qui renouatꝰ est spiritu:illas petitiões dominꝰ
petito donat effectu.Vnde & alibi ait:Tribuat tibi domi
nus secũdũ cor tuũ,& oẽs petitiões tuas cõfirmet'. Secũ
dũ cor ait,nõ secũdũ appetẽtiã carnis:& illas petitiões, i
quit,quæ prodeũt ex intimo corde,cõfirmet,non quę ex
carnis huius illecebra & voluptatibus dirigũtur. Reue-
la ad dominũ viã tuã,& spera in eũ,& ipse faciet, & edu
cet sicut lumẽ iustitiã tuã,& iudiciũ tuũ sicut meridiem.
Hoc solo versiculo qualis esse debeas declarauit. Quis
enim reuelat viam suam, nisi qui deo occultorũ suorũ
arbitro interna sui pectoris confitetur?Bene ait, reuela:
hoc est,aperi cõscientiã tuã: ne eã seculi istius grauet vm
bra vel carnis. Prorumpentia semina si fuerint obũbra
ta, tenuantur:soli obiecta pinguescũt. Quid de semini-
bus loquor?Ipsas arbusculas,quo minus se in altũ subii
ciant,vmbra siluestris internecat,& ,phibet brachia ra-
mosa diffundere.Pulchre autẽ dixit, Reuela ad domi-
nũ vitã tuã:qa natura hoim prona pctõ,velut quoddam
menti nostræ velamẽ obducit,ne nostra domio peccata
fateamur,qui potest vulnera nostra sanare:vt erubescat
quis ore proprio postulare medicinã,ne corã hominibꝰ K
Esaiæ.40. sua prodantur opprobria. Premit igitur se intra homi-
nem conscientia, cum latere non possit: & tãdiu differt
quo ad vulnus efferueat: vt iam nõ fidei salubritate sed
imedicabili atrocitate vlceris detegatur.Reuela,iquit,
ad dominũ viam tuã:hoc est, aperi viam tuam:noli ab- Gene.4.
scondere, sicut absconsebat Cain, qui latere cupiebat. Ioan.3.
Omnis enim qui male agit, odit lucẽ. Reuelabat Dauid Psal.44.
viam suam, qui ait: Dico ego opera mea regi. Aperi sen
sum tuum,vt nihil sit quod timeas reprehẽdi.Reuelauit 1.Cor.4.
& paulus,qui præsumpsit dicere: Nihil mihi cõscius fũ.
Is actus,ea vita sit,vt via tua coram patre tuo luceat,qui
in cælis est. Sed q̃a obnoxia fragilitati oĩs hũana cõditio
est, & non nostræ est potestatis iter nostrum ex volun-
tate dirigere:ideo tibi dicit,Spera in domino,& ipse fa-
ciet.Hoc est,vt aperiat viam tuam nec talem te esse per
mittat,vt fugias lucẽ dũ times prodi:& diligas tenebras
vt possis tua occultare flagitia,dicens: Tenebræ operiũt Eccle.23.
me:quis scit si videt altissimꝰ? Quomodo enĩ potest qui
adulterum molitur,non noctẽ suis accommodam quæ-
rere tentamentis? Qui falsum cogitat testem suæ fraudi
adhibere,qui corruptelã iudicis captat,vt opprimat in-
nocentẽ:iniquitatis nõ explorare secretũ?Latro in soli-
tudine*subsidet,noctis tenebris operitur, vt sceleri ce- * solitudi
dat effectus.Iniquitas ergo tenebræ sunt:Deꝰ lux est. Et nes obsi-
si tu velis tuã occultare iustitiã,deus eã educit in lucem: det.
nec patitur latere iudiciũ quo ea quę bona sunt elegisti: *tenebras
quæ improba,refutasti.Nec solum facit tuũ lucere iudi- L
cium,sed lucere sicut meridiẽ,quãdo se sol iste in splen
dorẽ totus effundit.Meridies erat quãdo Ioseph cũ fra-
tribus epulabatur,nõ vltus iniuriã,sed oblitus. Subdi-
tus esto domino,& obsecra eum. Non solum vt subie-
ctus sis deo moneris,sed etiã vt obsecres dominum,quo
possis tuæ studiũ subiectionis implere: sicut & supra nõ
solum reuelare viã tuam te conuenit,sed etiã sperare in
domino.Bona autẽ iustitia,nõ abiecta,non vilis,sed
Gene.45. gloriosa atq; sublimis.Ille enim deo est subditus,qui fa
cit domini voluntatem.Denique quis ignorat quod sa-
pientia mentis subiecta est deilegi: sapiẽtia autẽ carnis
non est subdita.Et addidit apostolus: Nec enim potest.
Esto ergo subditus,hoc est,proximus Christo:vt legem
impleas.Deniq; christus faciẽdo voluntatẽ patris, legẽ
impleuit.Et ideo finis est legis,& plenitudo est charita-
tis:quia diligẽs patrẽ,effectum omnẽ eius adhibuit volũ
tati.Vnde pro gloria apostolus dixit:Cum aũt subiecta Roma.8.
illi fuerint oĩa,tunc & ipse subiectus erit illi qui sibi sub
iecit omnia:vt sit deus oĩa in omnibus. Et ipse de se ait: 1.Cor.15.
Nõne deo subdita est anima mea?Ab ipo enim salutare
meũ.Deniq; pro pietate erat nõ pro infirmitate Ioseph Psal.61.
& Mariæ parẽtibus subditus.Gloria autem Christi ma- Luca.2.
xima,vt se vniuersorũ hominũ pectoribus infundat, & M
oẽs reuocet impietate perfidiæ, & gẽtilitatis affectu, vt
sibi faciat esse subiectos.Cum autẽ sibi subiecit omnia,
cum intrauerit plenitudo gentiũ,cum saluus factus sue
rit omnis Israel,& toto orbe vnũ fuerit corpus in Chri
sto:tũc erit & ipse subiectus,munus suũ deo patri offe-
rens,& quasi princeps omniũ sacerdotũ,& cælestibꝰ cõ-
pos altaribus,vt sit sacrificiũ fides omniũ. Pietatis ergo
est ista subiectio,quòd erit subiectus in corpore domi-
nus Iesus,cuius nos sumus corpus & mẽbra. Esto ergo
hõ subiectꝰ christo,hoc est,subditꝰ sapiẽtiæ dei,subditꝰ
verbo,subditꝰ iustitię,subditus virtuti:quia hęc oĩa xpo
est.Omnis hõ deo se subiiciat.Nõ enim vnũ,sed oẽs do-
cet vt subiiciãt cor suũ,subiiciãt animã suam, subiiciãt
carnem suã,quod sit deus oĩa,& in oĩb9. Subiectus ergo
est qui plenus est gratiæ,& suscipit iugũ Christi,& man
data domini strẽue & incunctãter exequitur.Sine subie
ctione autem, qui se frustra extollit,sensu,ꝓprię carnis
inflatus,insoles deuotionis,& piæ declinãs obseruãtiam
seruitutis,quã ipso iure naturæ auctori debemꝰ ęterno.
postremo q̃ sine pctõ est,subiectꝰ é xpo:quoniã redẽptꝰ

A à domino est. Qui autem in peccato est, non potest dici
liber,sed seruus,quem gratia tenent vincula peccati.
Sequitur:Ne æmulatꝰ fueris eũ qui prospere dirigitur in
via sua faciẽs iniquitatẽ. Euidẽter hiç quid superius sen
serit intimauit,nõ excitandos malignos æmulatione ad
malignitatẽ,neque imitãdos faciẽtes iniquitatẽ.Non enĩ
iniquitas,sed prosperæ res quæ proueniunt iniqua gerẽ
tibus,nos sæpe solicitant vt eos putemus imitãdos, quo
Psal.72. ad eorũ possimus peruenire successus,dicẽtes:Ecce ipsi
peccatores,& abũdantes in seculo, obtinuerũt diuitias:
& dixi,Ergo sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter
innocentes manus meas,& fui flagellatus tota die. Si igi
tur flagellatus est Dauid, cauere debemus ne & nos fla-
gellemur:& dicatur nobis quia diuitiæ, honores, poten
tiæ,generationi huic videãtur esse dispositа quasi vaga,
& incerta pecuniæ opera,iniquitatisq; cõpędia,nõ quasi
præmia vlla virtutis,ideoq; velut somnium veniãt,& cũ
somno te surgente deficiant.Ipsos athletas,cũ vicerint,
certum est coronari,non anteq̃ vincant Nobis lucta cũ
seculo est.Vince ante seculum, vt coronã petas. Nemo
ante coronatur,nisi certamen implenerit. Qui stadium
currunt,nunquid ante brauium accipiũt quàm stadium
percurrerint?Quanti priores in exitu cadunt,& cursus
sui celeritate fraudantur? Nunquid tu deo q̃ Paulus ac-
ceptior?Ille vas electiõis, ille Gẽtiũ doctor nunq̃ sibi in
hoc seculo coronã ausus est postulare.Deniq; audi dicẽ
1.Tim.4. tem:Certamen bonum certaui,cursum consummaui,fi
dem seruaui. Quod reliquum est,reposita est mihi coro
B na iustitiæ,quã reddet mihi dominus in illo die. Paulus
ille raptus in tertiũ cælũ,qui audiuit ea quæ non licet ho
mini loqui: vtrũ corpore esset raptus, an sine corpore,
nescit:sicut ipse testatus est. Paulus ergo dicit in illa die
coronã sibi esse reddẽdã: tu hic tibi vt reddatur insistis?
Imple ergo certaminis tui tempus.Non semel athleta lu
ctatur, nec semel prælиatur miles vt stipendia sua possit
implere:& tibi non cũ vna passione luctamen est.Supe-
riores si euaseris,ira succedit:& ideo tibi dicit scriptura:
Define ab ira,& relinque indignationem.Sunt multa vi
tia quæ obrepunt insipientibus.Ira grauis passio est: ple
runque accendit inuitum : & volentem mitius vindica-
re,in furorẽ rapit,vt perimat quẽ putauerit coercendũ.
Cõmotus,gladio sæpe trãsuerberat innocentẽ. Amicos
& fratres per indignationẽ plurimi peremerunt.Ideo sa
piens dicit:Ira perdit etiã sapientes. Salomonis dictũ est
quia non solum quoscunq; de medio homines, sed etiã
ipsos perdat ira sapientes. Et Dauid sapientẽ monet di-
C cens,Define ab ira:ne cum accẽderis eã,illa non desinat
Psal.4 priusquã te eius flãma consumat.Relinque,inquit,indi-
gnationẽ.Hoc est,natura te rapit,mouet affectus, culpa
te alicuius excitat vel offensa vt indigneris:sed nõ vsque
quaq;,vt modũ nescias.Relinque eã,finẽ impone,ne te in
peccatũ trahat.Hoc est qđ supra dixit, Irascimini,& no
lite peccare.Non enim hortatur vt irascaris,sed ad tem
pus cedit affectui.Dat tamen medicamẽtum, ne diutius
vis vlceris serpat.Irascimini quod ait,tuæ est passionis.
Medicus enim nõ statim adhibet medicamenta languo
ri.Si dolor feruet,fomẽta adhibet, vt mitescat dolor. Si
febris exæstuat,remedij tẽpus expectat.ipsum potum fi-
tientibus negare cõsueuit.Non dicit, Nolite febrire, cũ
vapor feruet ægroti:sed dicit,Expecta,desinat febris,di-
geratur cõmotio. Sic & propheta non potuit dicere ho
mini,cuius caro vt varijs morborũ, ita cõmotionũ pas-
sionibus excitatur,Nõ irascere:sed dicit, Define ab ira,
& indignationẽ relinque,ne pecces. Ira enim grauis est
Ephe.4. magistra peccati.Alius quoque medicus dicit:Sol nõ oc
cidat super iracũdiam vestrã,ne dum diu differs, veniat
ille qui calefactũ corporis somno excitare consueuit,&
stimulet te,inferat tibi cogitatiões, & in secreta tui pe-
ctoris immergat,dicens:Vindica iniuriã tuã,virũ te esse
cognosce. Fœmineæ infirmitatis est non capere vindi-
ctam.Ergo contẽnere te debuit seruus? frater decipere?
amicus illuderet?& tu adhuc tuã nõ vlciscẽris contume- D
liam?Proscribas necesse est:gladio oportet insurgas, &
dolorẽ tuũ aduersarij morte soleris.Vir fuit ille qui suũ
occidit inimicum:merito prędicatur:quia ita se vindica
uit,vt alius irrogare ei non auderet iniuriam. His stimu
lis plus accẽditur,plus mouetur,vt cõpleatur quod scri
ptum est:Ira perdit etiã sapientes. Ergo tu ne audias eũ:
ne æmuleris vt nequiter facias:quoniã qui nequiter agũt,
exterminabũtur. Exterminãtur qui radices nõ habent,
sicut olera vel fœnũ.Olera infirmꝰ mãducet.Tu autẽ vi-
tem insere in agro tuo,vineam institue.Et si venerit A-
chab qui tibi dicat,Da mihi vineam tuam,vt olera mihi 3.Reg.21.
seram:nolieiadquiescere,ne ex consensu tuo caduca se
rat,absindat æterna.Ideo Nabuthe inter sanctos habe-
tur, quia maiorum suorum hæreditatẽ ne regi quidẽ pu
tauit esse cedẽdam,& lapidari maluit, vt vineã suam nõ
daret in direptionẽ.Hæreditas maiorũ,fides vera est.Ex
titerũt Arriani regali subnixi potẽtia, qui tẽplũ domini
putarẽt sibi esse tradendũ,supplicia acerba minitantes.
Sed absit vt apud mentẽ domino seruientẽ præpõdera-
rit magis pœnæ formido q̃ forma pietatis. Nõ pręualuit
pfidia, qa fides restitit. Est etiã quędã vinea in pectoribꝰ
fidelium,de qua dicit Esaias:Vinea facta est dilecto in cor Esaiæ.5.
nu vberi,Hãc vineã dominꝰ plãtauit in cordibꝰ nostris:
& ideo legimus dicentẽ deũ:Ego te plãtaui vineã fructi- Hiere.2.
ferã,totã verã. Nemo ergo de agro animæ nostræ hãc au E
ferat vineã: quia benedicta est ea vinea. Ideoq; dictũ est
de sctis:A fructu frumẽti,vini,& olei, multiplicati sunt. Psal.4.
Bonũ est ergo habere intra te torcularia vino redũdan-
tia, vt fluat tibi vinũ in vas tuũ de vinea Soreth, poculũ
illud inebriãs q̃ præclarũ.Soreth enĩ vinea,noui princi-
pij noua est æquitas.Vnde & dicitur nobis: Cantate deo
vestro canticũ nouũ,magnificate nomen eius ab extre-
mo terræ.Hęc ergo vinea vuas faciat,nõ iniquitatẽ.Ideo
relicta est vinea Iudæorũ,quia iniquitatẽ fecit,vt scriptũ
est,& nõ iudiciũ. Nos ergo fructũ feramꝰ in Christo, vt
perpetui esse mereamur.Sustinẽtes enĩ dominũ,possidẽ
bũt terrã.Illã vtiq; viuentiũ terrã. Est quædã terra cæle-
stis,quę fructũ cælestibus ferat:de qua ait: Credo videre Psal.26.
bona domini in terra viuẽtiũ. Hęc terra multo hoim su
dore vẽtri ministrat alimẽta. Illa terra bona domini si-
ne vllo labore fructificat, in qua iustorũ diuturna pos-
sessio,& piæ mẽtis hęreditas est.Et bene ait, Sustinentes
autẽ dominũ hæreditate possidebũt terrã.Hæc est enim
terra quę nõ pręterit. Nã cælũ & terra prętеribũt, verba
autẽ domini nõ prętеribũt.Et ideo nec illa intelligibilis F
terra poterit prętеrire paradisi, i qua sũt qui domini ver
ba cõseruãt.In hac terra collocatꝰ est Adã,vt fructũ ęter
ne caperet vitę:sed quia verba domini seruare nõ volu- † potuit.
it,† ideo in possessione quã accepat,manere nõ meruit.
Qui aũt verba domini custodit,dicit:Expectãs expecta-
ui dominũ,& respexit me.Adam aũt quia nõ expectauit
dominũ,(quõ enĩ expectauit qui refugit?) & offerre se ti
muit:ideo nec dominus eũ videre dignatꝰ est. Oculi enĩ
domini sup iustos. Hunc autẽ eouscq; videre nolebat,vt
quæreret dicẽs:Adã,vbi es? Qui quęritur,ꝓ ablẽte habe Gene.3.
tur.Fides est quę nos repręsẽtat deo:pfidia quę facit ipi-
os exulare.Nullꝰ itaq; absens est deo,nisi qui se absentẽ
fecerit.Et ideo dicit,Fiat tibi scđm fidẽ tuã. Qui enĩ igno Matth.9.
rat,ignorabitur.Ergo Adã quasi pctõr locũ suũ seruare
nõ potuit.De paradiso eiectꝰ,i † castellũ est relegatꝰ,vt
ageret pœnitẽtiã.Accepit dilationẽ, ne cõtinuo penitus † alias, in
interiret, vt salua fieret Eua ꝓ generationẽ filiorũ, fidẽ carcere
sctî Abel,ppheтarũ gratiã,ecclesię posteritatẽ.Sed qui ꝓ est reli-
hæc redimi noluerit, & in pctõ pseuerandũ ducit:de eo gatus.
dicit ,ppheta:Et adhuc pusillũ,& nõ erit pctõr:& quęres
locũ eius,& nõ inuenies. Quõ enĩ esse poterit in futurũ,
cũ pctî locꝰ diuturnꝰ esse nõ possit? Hęc est enim terra
quæ apuit os suũ,vt sãguinẽ susciꝑet innocẽtis. Et ideo
in hac terra locus est pctõrũ. Prætеrit terra,quõ pctõris
locus poterit inueniri?Ego arbitror quòd ideo firmamẽ

Gen.1. G tum inter aquã & aquã deus eſse præceperit, vt à virtutibus ſpectã diſcerneret: & ſupior aqua quę laudat dominũ, vacua eſset erroris: inferior pctõ eſset obnoxia. Denicę illa deũ videt: hæc nõ videt. Quę ſup cælos, videt: quę in
Pſal.76. abyſſo, nõ videt. Vnde etiã dictũ eſt: Viderũt te aquę deus, viderũt te aquæ, & timuerũt: turbatę ſũt abyſsi, multitudo ſonit9 aquarũ. Merito turbãtur abyſsi, ſup quas
Mar.8. tenebrę ſunt deformes, & ideo pacẽ habere nõ poſsunt. Vnde rogauit legio dęmoniorũ vt in abyſsũ mitteretur: & ſe cũ magno tumultu pręcipitauit in fluctus, vt porcorũ gregẽ quẽ reperat ſtrãgularet. Pctõres itaq; abyſsum
petũt, vbi caligo tenebrarũ. Mãſueti aũt poſſidebũt terrã, & delectabũtur in multitudine pacis. Merito terrã
Eſa.66. poſsidẽt, in qb9 deus ipſe requieſcit: ſicut diuino p Eſai am reſultauit oraculo dicẽs: Sup quẽ requieſcã, niſi ſupra humilẽ & quietũ, & tremẽtem verba mea? Qui ſunt mãſueti, niſi quos null9 ſtimul9 diſſenſiõis exagitat, nõ ira perturbat, nõ ſæuitia exaſperat, nõ rabies crudelitatis
inflãmat? Et ideo quia nõ vina, nõ epulas, nõ diuitias, ſed pacẽ domini dilexerũt in corpore cõſtituti: p illa delectatiõe corporaliũ voluptatũ qua ſe putarũt eſse fraudãdos, vt gratiã adipiſcerẽtur æternã, delectabũtur i multitudine pacis, quã domin9 noſter IESVS in dieb9 ſuis generi donauit humano: ſicut pphetia quæ nõ mẽtita eſt,
Pſal.71. cõprehẽdit aſserẽs: Orietur in dieb9 ei9 iuſtitia, & multitudo pacis, donec extollatur luna. Quæ igitur eſt pax
Ioan.14. qua cunctæ eccleſiæ multiplicat9 eſt popul9, niſi illa de qua domin9 dixit, Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meã do vobis? Dedit pacẽ, qui aſorũ bella ſedauit. Sęctur: Obſerua bit pctõr iuſtũ, & fremet ſup eũ dẽtib9 ſuis. Domin9 aũt irridebit eum: quoniã, p ſpicit quòd veniet dies ei9. Indi-
H gnãtis quidẽ & effereſcẽtis iracũdiã cõſuetudo eſt dẽ tibus fremere. Sed habẽt etiã maligni dẽtes ſuos: quibus nõ reſonare, ſed lacerare cõſueuerũt. Inſidiæ, cõmenta, nequitiæ, dẽtes ſunt pctõris. Inſidiatur ergo pctõr iuſto, quia inuidet. Iuſti enĩ vita redarguit peccatorẽ, quẽ taci
ta maiore auctoritate cõdẽnat, q̃ ſi clara voce loqueretur. Sed iuſtus timere nõ debet fremitũ pctõris: quia ipro bitas nõ põt eſse ppetua. Inſidiæ temporales ſunt: muni mẽta autẽ virtutis æterna. Mors pctõris oẽm eius potentiam fraudemq; diſſoluit, Plus adijcit: Ecce, inquit, gladi
um euaginauerũt pctõres, extẽderũt arcũ ſuũ, vt deijciãt
*decipiãt *pauperẽ & inopẽ. Quis eſt gladius pctõris, niſi cõtrarius gladio ſpũſsanctiꝰ? Docuit hũc ſcriptura me gladiũ,
Ephe.6. docuit Apoſtolus dicẽs: Quia habemus loricã iuſtitię, & ſcutũ fidei, & galeã ſalutis, & gladium ſpũs, qđ eſt verbũ dei. Ergo verbũ dei, gladius ſpũſscti eſt. Ecõtrario vtiq;
Actuũ.5. gladi9 ſpũs nequiſsimi, verbũ eſt malũ. Hoc Petrus apoActuũ.13. ſtolus Ananiã & Sapphirã ſermõis ſui quodã enſe pcuſit. Hoc gladio Paulus Elymæ aduerſanti diſputationi-
I bus ſuis, oculorum lumen eripuit, & nocte cæcitatis infudit. Cõſidera nunc mihi iurgantes pctõres, atq; acerba
Pſal.26. iactantes, & inſolentia criminationũ opprobria, pferentes: nõne ſi eos audias, dices: Gladiũ euaginauerũt pctõres? quãdo ſermo turpis tanq̃ de vagina petulanti ex ore
pfertur, quẽ cohiberi par fuit & recõdi. Similiter vt gladius verbum dei dicitur: & idẽ, ſermo eſt pctõris. Ita & arcus quẽ extendunt pctõres, mens eorum eſt: & ſagitta
Eſa.49. quã iaciũt, ſermo eſt venenat9. Sicut enĩ ſagitta eſt Chriſtus, qui eſt verbum dei, cui dicitur: Poſui te ſicut ſagittam electam: quę pfertur ex pharetra dei: ita ſagittę ſunt perfidorum, quæ arcu quodã iniquitatis emiſsæ, incautũ vulnerant innocentem, niſi ignita eorum iacula ſcuto fidei repellãtur. Et ideo ſolicitus eſse debes miles in prælio, quia pugna tibi nõ ſolum aduerſus carnẽ & ſanguinẽ eſt, ſed aduerſus ipſas quoq; nequitias ſpiritales quæ nõ videtur, Abundent tibi arma fortia deo, vt facile poſſis quę voluerisꝰ tela depromere: ne pauperẽ te & inermẽ hoſtis poſsit opprimere. Eſto deo fortis, deo diues, vt di
Prou.13. catur de te: Redemptio aiæ viri, diuitiæ eius. Abundato theſauro ſapientiæ, eſto diues in verbo & opib9 bonis, vt poſsis eſse munitus. Fuge diuitias pctõris, ne inueniat K
vnde vulnerare te poſsit. Eſto miſericors, vt inuulnerabilis maneas: vel curare te poſsis ſi fueris vulnerat9. Eſt & pauper quem volunt aduerſarij vulnerare, ex illo nu
mero de quo Saluator dixit: Beati pauperes ſpiritu: quo- Mat.5.
niã ipſorũ eſt regnũ cælorũ. Et ideo framea pctõrum in tret, inquit, in cor ipſorũ, & arcꝰ eorum cõfringatur. Vt quẽadmodũ reuertitur pax in dei ſeruulos ab eis qui nõ receperit benedicẽtium pacẽ: ita etiã malitia pctõrũ, qua iuſto nocere conãtur, in eorũ gnicię reuertatur, quo ſuis telis & vulnerib9 trucidẽtur. Sæpe enĩ iacula in ipſos
qui ea iecerint refunduntur. Quod etiã, pxio accidit bello, cũ infideles & ſacrilegi laceſſerẽt aliquẽ i domino cõ fidẽtẽ, & regnũ ei9 eripe cõtẽderẽt, eccleſijs domini pſe cutionũ ſæua minitates, vt ſubito vẽt9 oriretur, qui ĩſide lib9 excuteret ſcuta de manib9, ac tela oĩm atq; miſsilia i
pctõris exercitũ retorqueret. Adhuc hoſtis deerat, & iã illi vẽtorũ plia ferre nõ poterãt, ſuiſq; ſpiculis ſternebãtur. Et qđ pei9 eſt, nõ etãt corporũ grauiora vulnera illa, q̃ mẽtiũ. Deficiebãt enĩ corde, cũ deũ aduerſum ſe pu
gnare cognoſcerẽt. Exierãt itaq; ,puocãtes, & de pharetra cordis ſui aduerſus populũ Chriſtianũ venenata pſi
diæ iacula, pferebãt: ſed ĩ caput eorũ ſua reuertebatur ſipietas. Denicę ipſi iter ſe ſua pfidia ſunt ſoluti: paratiſq;
fidelib9 ĩſidias diſsipauit domin9: vt nõ ſolum pijs noce re nõ poſsent, ſed, pprijs auxilijs nudarẽtur, atque ad ho ſtẽ arma ſua trãſirẽt. Quãto meli9 nõ, ptuliſsent gladiũ L
de vagina? hoc eſt, ĩpia nequaquã verba prõpſiſsent? Nã ſi, p ocioſo ſermõe redditur9 eſt vnuſquiſque rõnẽ, q̃to Mat.12.
magis verba ſacrilegũ grauib9 ſupplicijs expiabit? Igne nos examinaſti, dicit Dauid. Ergo oẽs igne examinabi- Pſal.65.
mur. Et Ezechiel dicit: Ecce venit dominus oĩpotens: & quis ſuſtinebit diẽ introit9 eius, aut quis ſuſtinebit cum apparuerit nobis? Quoniã ipſe introibit ſicut ignis cõſla Malac.3.
torij, & ſicut alueus lauantium: & ſedebit cõflans & purgans ſicut aurũ & argentũ: & purgabit filios Leui, & effundet eos ſicut aurũ, & ſicut argentũ: & erunt domino offerẽtes ſacrificium in æquitate. Igne ergo purgabuntur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed hi etſi per
ignẽ examinabuntur, dicent tamen: Tranſiuim9 p ignẽ, Pſal.65.
& aquam. Alij in igne remanebunt. Illis rorabit ignis vt Hebræis pueris qui ĩcẽdio fornacis ardẽtis obiecti ſunt: miniſtros aũt ipietatis vltor ignis exuret. Væ mihi ſi op9 1.Cor.3.
meũ arſerit, & laboris hui9 patiar detrimentũ. Et ſi ſaluos faciet domin9 ſeruos ſuos, ſalui erimus p fidẽ, ſic tamen ſalui quaſi p ignẽ. Etſi nõ exuremur, tamẽ vremur.
Quõ tamen alij remaneãt in igne, alij ptrãſeãt, alio loco nos doceat ſcriptura diuina. Nempe in mare rubrũ demerſus popul9 eſt Aegyptiorũ, tranſiuit aũt popul9 Hebræorũ. Moyſes ptranſiuit, ſcipitat9 eſt Pharao, quoniã
grauia eũ pctã merſerunt. Eo modo ſcipitabuntur ſacri legi in lacũ ignis ardentis, q̃ ſupba in deũ iactauere cõuitia. Sequamur ergo hic poſiti colũnam ignis, quæ nos in
hoc corpe poſitos illuminet, & viã mõſtret, vt in futurũ nobis nebula refrigeret noctis, quo ſæua incendia releuare poſsimus. Vide aũt ſcriptura qd dicat: Arcꝰ, inquit M Gene.9.
pctõrũ domin9 cõfringat. Arcũ aũt ſuũ poſuit in nube, quo diluuia ceſsarent, tranquillitas refunderetur. Vnde credendum quia aduerſari9 & malignus arcũ extendit ſuum, vt quietis animis moueat tempeſtates, excitet flatus. Oremus ergo vt arcũ malignitatis diſsoluat domin9
deus noſter: aſsit pauperi ſuo & inopi, qui propter dei timorem duxit non affectandas eſse diuitias, non occupãda minorum prædia, non viduas relictis maiorum hæreditatib9 exuẽdas. Melius eſt parum iuſto ſuper diuitias
pctõrum multas. Nõ ergo diuitiæ accuſãtur, ſed diuitiæ pctõrum: niſi forte quia peccator dixit: Oĩa hæc mihi tradita ſunt: & cui volo, do illa. Deinde quoniã diuitiæ magis facem cupiditatis inflãmãt: & vnuſquiſque dũ maiora deſiderat, non declinat diuerticula pctõrum. Vnde &
Saluator dixit: Facite vobis amicos de mãmona iniqui- Luc.16.

A tatis. Iniquitatis enim ceniſus eſt, qui in diaboli poteſtate eſt: vt cui ille voluerit conferatur. Poteſt & illud intelligi, quia melius eſt parum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas: quia eſt quidẽ dives in verbis, vt ſunt phi
loſophi iſtius mundi de ſacrilegijs diſputantes, de motu ſyderum de ſtella Iouis, ac Saturni, de generationib9 hominum, de ſimulacrorum cultu, de geometria, de dialectica. Philoſophi ergo in ſermone diuites ſunt, fidei inopes, veritatis exortes. Et ſunt plerique ſimplices domini ſacerdotes, in ſermone pauperes, abſtinẽtia & virtute ſublimes. Illi multis loquũtur perfidiã: iſti paucis fidẽ aſſerũt. Illi ſuos amittũt quotidie ſacerdotes: hic paup po
pulos adquirit eccleſiæ, numeroſq; credẽtium. Qui ergo
Prou.15. hos audierit, & viderit operũ qualitatẽ, dicit: Melius eſt modicũ iuſto ſuper diuitias peccatorũ multas. Hinc Sa-
Prou.10. lomõn deriuauit illud, qđ quaſi ſuũ ipſe poſuit: Ex multiloquio nõ effugies peccatũ. Dialectica ergo diuitijs verborũ fluit, pietas timorem dei ſeruat. Ideo hic parcus in verbis, diues i ſpiritu, magis vult timere, q̃ vana veri verba iactare. Timor enim diſciplina ſapientiæ eſt, loquacitas innocentię virtutiſque naufragium, atque incentiuũ
Pſal.124. ,plapſionis & culpæ: Quoniã brachia, inquit, peccatorũ
Rom.16. conterẽtur, vt actus eorũ iuſto impedimẽtum afferre nõ poſsint, ne derelinquatur virga pctõrum ſuper ſortẽ iu
B ſtorũ. Et Paulus ait: Cõterat deus Satanã ſub pedib9 veſtris. Si enim brachiũ eius cõtritũ fuerit, totus ipſe cõteretur, vt cõculcẽtur eius cõmenta ſicut venena ſerpẽtis.
Pſal.37. Cõfirmat autẽ iuſtos dominus brachio aduerſarij diſso
Iob.19. luto. Et ideo iuſtus dicit: Et cõfirmaſti ſuper me manum tuã. Et Iob ait: Manus domini tetigit me. Miſit ergo dominus manũ ſuã in ſeruũ: & manũ pctõris quã in eũ ac-
Iob.2. cepta miſerat poteſtate, brachiũq; cõtriuit. Ita diabolus ſuo ſermone deceptus eſt, qui dixit: Mitte manum tuã in eũ, & videamus ſi in faciẽ te nõ benedicat. Non enim aus eſt dicere, maledicet, ſed hoc intelligẽdum reliquit.
Miſit deus manũ ſuã, & cõfirmatus eſt Iob. Cœpit benedicere, qui maledicere credebatur. Sanat enim iuſtos cũ
tangit manus diuina, nõ vulnerat. Miſit manũ ſuã, & leproſi macula omnis abſceſsit. Tetigit cæcorũ oculos, & cæcitate depulſa lumen refulſit oculorũ. Pete ergo ſem
per vt cõfirmeris, quoniam & tu qui ſtas, vide ne cadas. Nos ſtare debemus, vt confirmemur à domino. Lubricũ eſt ſeculũ, cito labimur. Ideo rogemus vt nos dominus ſtabilire & cõfirmare dignetur. Noli putare quia vi
am tuã neſciat dominus. Si iuſtus es, nouit. Crede dicẽti pphetæ: Nouit dominus vias immaculatorũ: & hæreditas eorũ immaculata erit. Nõ cõfundẽtur in tẽpore ma-
Matt.7. lo. Qui nouit dominũ, ſcitur à domino. Nouit iuſtos, ne
C ſcit iniuſtos. Ideo iniuſtis dicet, Diſcedite à me oẽs qui operamini iniquitatẽ: neſcio vos, hoc eſt, quia eſtis indigni cognitione diuina. Neſcio vos, quia me ipſi neſcire
1.Ioan.3. voluiſtis. Opera veſtra me neſciũt: facta veſtra me neſciunt. Et ſi dicatis quia me ſcitis, redargũtnt vos peccata veſtra. Omne peccatum à malo eſt: qui autem non
1.Cor.14 peccat, in me manet. Hoc ſcripſit Ioannes. Quid de do
mino dicam quia dedignatur impium ſcire? Paulus de-
1.Tim.2. dignatur, qui dixit: Si quis in vobis ,ppheta eſt aut ſpiritalis, cognoſcet quę ſcribo vobis. Qui aũt ignorat, ignorabitur. Et alibi ſcriptũ eſt: Cognouit domin9 qui ſunt
eius. Sim9 ergo domini, vt cognoſcat nos domin9, & diſcedat ab iniqtate oĩs qui nominat nomẽ domini. Græ-
Lucæ.4. cus habet, Nouit domin9 dies ĩmaculatorũ. Sũt enĩ dies Helię, ſũt dies Nabuchodonoſor. Ideo euãgeliũ habet, In dieb9 Helię, quãdo clauſũ eſt cęlum. Nox erat pfidis,
ſed Helię lumẽ erat. Clauſũ erat pfidis cęlum. ſed Helię patebãt. Fames erat pfidis. ſed Helię vbertas. Neq; enim
Ioan.1. eſurire poterat, cui cibũ cęleſtia miniſtrabãt. Nec eſurie
Pſal.49. bat qui alios ipſe paſcebat. Ergo ſibi dies eſt iuſtus in tenebris: quia & lux in tenebris lucet. Et Ioſeph in Aegypto erat, & lucebat ei meridies, ſicut ſupra dixit: Pctõri
aũt dixit deus, Quia tu enarras iuſtitias meas? Iuſtitia lumen eſt, quia ſupra habes: Et educet ſicut lumen iuſtitiã D
tuã. Habes ergo q̃d in te luceat, ſi iuſtitiã ſequaris. Splendet tibi dies: lucet tibi nox, quia fideli & nox ſicut dies il Pſal.138.
luminabitur. Dies igitur iuſti nouit dominus, quia ipſe Ioan.1.
illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hũc mũdũ. hoc eſt, illũ qui ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei viuit. Illũ qui ſe homĩnẽ eſse cognoſcit, vt refugiat equorũ libidinẽ adhinnientẽ, ferarũ rabiẽ, lepuſculorũ formidinẽ, vulpiũ fraudẽ, rapinã luporũ. Illũ lioĩem qui ſic agit, quaſi in hunc
mundũ ſupuenerit. Qui nõ ex ſanguine, neq; ex voluñta
te carnis, ſed ex deo nat9 ſit. Veniſti ergo: noli remanẽ- Ioan.8.
re: noli hærere terrenis. Vt ſcias aũt quia dies boni ſunt; audi dicentẽ: Abrahã diẽ meũ vidit, & gauiſus eſt. Bonũ
habet diẽ, q̃ dei filiũ bonum deũ nouit, & dominũ cõſite Ephe.5.
tur. Et rurſus ipſe nos admonet cauere debere, quia dies
mali ſunt. Qui mali ſunt dies? In qb9 vtiq; malũ cogno 1.Ioan.5.
ſcitur, qđ eſt à malo. Aut forte dies ſeculi mali ſũt, quia
ſeculũ in maligno poſitũ eſt. Sed legim9 etiã poſt ſeculũ Pſal.40.
diẽ malũ. In die mala liberabit eũ domin9. Hoc eſt, i die
iudicij, ,pter multorũ ſupplicia. Neceſse eſt enĩ torque Lucæ.15.
antur iniuſti, cõpatiãtur iuſti: quia & angeli gaudẽt cum
peccatór à morte ſeruatur vnus: cõpatiũtur igitur cũ pu Pſal.57.
nitur: etſi alibi legerim9, Lætabitur iuſtus cũ viderit vindictã impiorũ: qđ ſuo loco reſeruo: etſi frequẽter audieris cũr lętetur, ſed occupationes occupationibus nõ inſeramus. Nouit domin9 dies immaculatorũ: quia immaculatæ innocẽtiæ gratia eius & plenitudo miſereretur, nõ
miſeretur errãtib9. Iſti nõ habẽt diẽ: quia lucẽ fugiũt: de Pſal.143.
quibus pulchre dictũ eſt: Dies eorũ ſicut vmbra prætereunt. Cognito ergo dei, dignatiõis eſt, nõ viſionis. Ocu-
li ei9 lux ſunt. Quos aſpicit, illuminat: & ideo oculi ei9, E
dies iuſtorũ ſunt. Vnde & hæreditas eorũ in æternũ erit: quia æterna bona, non tẽporalis hæreditatis compendia quæſierunt: & non habebunt de quo erubeſcant in tempore malo, id eſt, iudicij cæleſtis. Et in diebus famis ſaturabuntur: quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in om- Matth.4.
ni verbo dei. Sed quis homo? Scio hominem in Chriſto 2.Cor.12.
ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, neſcio, ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit, raptũ eiuſmodi vſque ad tertiũ cælum. Ille ergo homo qui in Chriſto eſt, qui ſe in
carne eſse nõ nouit, qui nõ in carne ambulat, ſed in ſpiritu: ille qui rapitur nõ ſolũ ad cælũ, ſed etiã ad tertiũ cælum, rapitur ad paradiſum, & audit verba quæ non licet homini loqui: qui nõ in virtutibus ſuis, ſed in infirmitatibus gloriatur: ipſe nõ in ſolo pane, ſed in omni verbo
dei viuit. Verbũ enĩ dei, vita eſt: quia verbũ caro factum Ioan.1.
eſt. Vnde præclare dixit Euãgeliſta: Quod factũ eſt in ipſo, vita eſt. Alexãdrini quidẽ & Aegyptij legũt: Omnia p
ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil qđ factũ eſt. & interpoſita diſtinctione ſubijciũt, In ipſo vita eſt. Sa- F
lua ſit fidelib9 illa diſtinctio: ego nõ vereor legere: Quod factũ eſt in ipſo, vita eſt. & nihil habet qđ teneat Arrianus, quia nõ illius venena cõſidero, ſed lectiõis ſacræ cõ
ſuetudinẽ recognoſco. Non enim dixit: Factũ eſt verbũ ante omne principiũ. Non dixit, Factũ eſt verbum. Sed ſi quod dixerit audire deſideras, Verbũ, inquit, erat apud deũ. Erat apud deum, quod cũ ipſo operabatur, cũ ipſo dominabatur. Non dixit, Factũ eſt verbũ: ſed dixit, Deꝰ erat verbum. Deus autẽ nõ factura, ſed factor eſt & creator. Aperi aures, & audi: Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Dicis eſse filium, in quo diuinitatis eſt plenitudo. Aperi aures adhuc paululum, & audi dicentem: Quod factum eſt in ipſo, vita eſt. In ipſo, inquit, factum eſt: non dei verbum factũ eſt. Aut ſi hoc mouet te ad calumniam, quia dixit, In ipſo factum eſt: nunquid & deo patri calumniaris, quia dei filius dixit: Qui Ioan.3.
autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius: quia in deo ſunt facta? Aut quia Dauid dixit: Pſal.117.
Confitebor tibi domine, quoniam exaudiſti me, & factꝰ es mihi in ſalutem. hoc eſt, cõuerſus es mihi in ſalutem, operatus es ad ſalutem. Poſsem aliꝰ vti, ſed nolo mihi

Credas, ne putes argumenta esse ingenij, non testimonia veritatis. Ipse tonitrui filius, ipse qui in Christi pectore recumbebat, ipse cui secreta sua dominus non tacebat, cui Petrus innuit vt dominum interrogaret, & ille interrogauit, & dominus reuelauit: ipse exponat quid senserit de eo quod ait: Quod factum est in ipso, vita est. Audi ergo interpretantē, quia tuas Arriane calūnias iam cauebat. Quod erat ab initio, & quod audiuimus, & vidimus oculis nostris, qđ perspeximus, & manus nostræ scrutatæ sunt de verbo vitæ, & vita apparuit. Caro ergo est quę in Christo apparuit, vel Christus ī carne: ipse nostra in oibus vita est. Ipsius diuinitas, vita est: ipsius æternitas vita est: ipsius caro, vita est: ipsius passio, vita est. Vnde & Hieremias ait: In vmbra eius viuemus. Vmbra alarum, vmbra crucis, vmbra est passionis. Ipsius mors, vita est: ipsius vulnus, vita est: ipsius sanguis, vita est: ipsius sepultura, vita est: ipsi⁹ resurrectio, vita est vniuersorum. Vis scire quoniam mors ipsius vita est? In morte ipsius baptizati sumus: vt cum ipso in nouitate vitæ ambulemus. Et ipse ait: Amen amen dico vobis, Nisi granum frumenti cadens in terram moriatur, ipsum solum manet. Si autē mortuum fuerit, multum fructum affert. Ipse granum, p nobis corpore solutus & mortuus est, vt fructū multum afferret in nobis. Mors itaque eius, fruct⁹ est vitæ. Quod factū est ergo in ipso, vita est. Caro facta est in ipso, vita est. Infātia facta est in ipso, vita est. Iudiciū factum est in ipso, vita est. Mors facta est ī ipso, vita est. Remissio peccatorum facta est in ipso, vita est. Vulnus factum est in ipso, vita est. Illusio facta est in ipso, vita est. Diuisio facta est in ipso, vita est. Sepultura facta est in ipso, vita est. Resurrectio facta est in ipso, vita est. Vide quāta in ipso facta sunt, quibus vitæ nostræ facta conuersio est: vt quæ perierat, redderetur. Ad postremum vēditio facta est in ipso, vita est. Redemptio facta est ipso, vita est. Ad mortem venditus est à Iuda, emptus à Iudæis ad mortem, vt precioso eius sanguine nos redimeremur ad vitam. Hęc est vita quæ facta est, hæc est vita quæ apparuit, hæc est vita quam audiuimus, hæc est vita quæ erat apud patrem: quia ipse qui erat in principio, ipse postea est nat⁹ ex virgine, vt esset vita morituris. Ipsum hūc propositum nobis locum interrogemus. Quid est, hominem in Christo: hoc est, factum in Christo, in quo facta sunt omnia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: hoc est, in virtute eius. Homo ergo in Christo, qui factus est ad imaginē eius & similitudinem. Homo in Christo, qui totus in Christo sit. Sicut enim per vnitatem & plenitudinem diuinitatis pater deus totus in filio est, & filius in patre: ita per intētionem & pietatis affectum (vt exempli vice, nō comparationis vtamur) homo totus in Christo est. Qui enim adhæret domino, vnus spiritus est. Homo ergo in Christo, non ille terrenus, non ille peccati, sed hō Christi. Quid ergo mouet, Quod factum est in ipso, vita est: si & homo, præcipue interior, in ipso fact⁹ est, in ipso crucifixus, in ipso renouatus, in ipso sepultus, & cū ipso cō sepult⁹, in ipso resuscitatus? Quid mouet (vt dixi) quia scriptū est, Quod factū est in ipso, vita est: cum homo dixerit, In deo faciem⁹ virtutē? Si quæris quæ vita sit quod factum sit in ipso, accipe. Nempe vita, ecclesia est. In ipso facta est, in eius costa, in ipso resuscitata Eua. Eua autem vita, hoc est quod factum est: quia Eua quæ perierat, salua facta est per ecclesiam: hoc est, per filiorum suorū generationē, sicut scriptū est: quia delictū superioris sobria emendauit hæreditas. Vnde & ipse Paulus rapt⁹ est ad vitam, qui ante erat persecutor ad mortem. Prolixius euagati sumus, vt de eo homine qui non in solo pane, sed in omni verbo dei viueret, diceremus. Reuertamur ad psalmum. Et ideo immaculati non confundētur in die iudicij, & in diebus famis saturabuntur. Deficientes sicut fumus deficient, Græc⁹ ἐξέλιπον habet, hoc est, defecerunt. Vides subito aliquē ad potestatē venisse, & honoris insignia: sublimē iudicas. Vides illi esse successū: nonne dicis de eo: Vbi honoratus & exaltatus est iste? de fecit: Ideo plus dixit Græcus: quia vbi honorari & exaltari quis creditur, ibi defectu ꝓprio pręuenitur, vt meatus fluminum præteriisse citius quàm venisse comprehēdas: & dum vētura operiris fluenta, te adhuc expectante fluxerunt. Contrà humiles atq; mansueti dū subijciūtur à diuitibus & opprimuntur, exaltati sunt à sua humilitate, & subito refulserunt. Ideo Paulus in infirmitatibus sibi placuit, non in virtutibus. Sed consideremus ne quis putet eū in reuelationibus gloriatū, & repetamus ea, vt se ipse defēdat humilitatis magistrū. Scio, inquit, hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, de⁹ scit, raptū eiusmodi vsque ad tertium cælum. Ante annos quatuordecim reuelatum sibi dicit, & tamen reuelationem tandiu tenuit & repressit: nec dixisset, nisi vtile nobis iudicasset vt diceret: ne nos reuelationibus extolleremur. Si enim in tā ta gratia nō est gloriatus Paulus, nec nos gloriari oportet. Iuuenis ipse nō gloriatus est, senex gloriaretur? Deinde raptū se vsq; ad tertiū cælum negare nō potuit: & tamen vtrum in corpore, an extra corpus raptus esset, se ignorare testatus est. Non ergo de scientia, sed de ignorātia gloriatur, & dei circa se gratiā prædicat. Quod scientiæ est, negat: quod charitatis est, cōfitetur. Sciētia enī inflat, charitas verò ædificat. Et iterū, raptum eiusmodi hominem dixit: quēadmodum raptus esset, vtrū in corpore, an extra corpus, incertū sibi esse memoranit. Vide ītaterā sapientiæ. Constituit vnū in Christo, & se alterū, qui ait: Nescio. Quod alienum est, attollit: quod suum, humiliat. Et audiuit, inquit, verba ineffabilia. Nō dixit, Audiui: sed quod alter audierit, non negauit. Verecūde itaque testē se maluit significare q̄ vatem, & refugit videri cælestium arbiter secretorū. Testimonium enim dicere, veritatis est: meritū elationis non refugere, gloriantis. Ideoq; ait: Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor. Quid est autem quod ait, audisse hominem illum in Christo, quæ non licet homini loqui? Quomodo hoc conuenit, vt non licuerit homini loqui, quæ licuerit homini audire? Si ipsi homini qui audiuit, nō licet loqui: quomodo ei creditū est audire qđ non permissum est loqui? Quæ ista distātia est? Si alteri homini qui esset exterior: quomodo potuit homo cognoscere qđ homini nō licebat audire? Vnde videtur non gratia loquendi illi homini defuisse qui esset in Christo, cui non defuit: sed eis qui audirēt, locū, tēpus, meritū defuisse. Ille enim in cælo audiuit: & ideo nō cōpetere iudicatū est vt id loqueretur in terris quod audisset in cælo, cum in ipsa terra sit ista discretio, vt quod in altera regione canitur, in altera nō canatur, secūdū qđ scriptū est: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Denique Hebræi non canebāt in terra captiuitatis, qđ in sua patria canere cōsueuerāt. Hæc terra, captiuitatis est: alia terra libertatis est. Ista peccati, illa quietis æternæ. Valle stris ista, illa cælestis. Ergo in cælo illa nūc prædicat Paulus, quæ in terris antè prædicare non poterat. Inter perfectos enim secreta sapientiæ sunt loquenda. Attamen quid cōmemoratio istius reuelationis opatur, nisi vt doceat quòd in reuelationib⁹ minime gloriandū sit, sed in infirmitatibus? quia infirmitas, & remediū reuelationis, & virtutis exercitiū est. Cōtrà autem reuelatio, elationis lubricū est. Nāque ne reuelatiōis sublimitate extolleretur ipse Paulus qui rapt⁹ in tertiū cælū est, stimulū carnis accepit. Subuenit ergo infirmitas, ne gratia in periculum verteretur. Vtilior ergo infirmitas q̄ gratia. Eadem quoq; infirmitas, officina virtutis est: sicut testificatus est dominus, quia virtus in infirmitatibus cōsummatur. Denique iste ipse post reuelationem rogauit remedium sanitatis, & non impetrauit. In infirmitate autem remedium nō quęsuit, sed cursum cōsummauit, & coronā inuenit.

Mar.3.
Ioan.13.
1.Ioan.1.
Thren.4.
Roma.6.
Ioan.12.
Colo.1.
1.Cor.6.
Psal.107.
1.Tim.2.
2.Cor.12.
Psal.136.
1.Cor.12.

Mutuatur, inquit, peccator, & non soluit: Iustus autem miseretur, & tribuit. Hoc quoq; pśonę cōuenit Pauli: qa iustus miseretur & tribuit. Vide illū domini eloquia diuidentem, vide argentum domini fœnerantē. Vnā minā accepit, duas reddidit. Duas accepit, quatuor reddidit. Quinque accepit, decem reddidit. Non ligauit in sudario quod acceperat, sed nummulariis erogauit: & quid erogauerat, cum vsuris recepit. Ita & accipientem à peccato maximo liberauit, ne apud eū pecunia domini deperiret: & ipse vt decē ciuitatibus præficeretur emeruit. Quæ sunt decem ciuitates, in epistolis recognosce quas scripsit, etsi Apostoli præscripto numero nō teneātur, q̄ bus dictū est, Ite per orbem vniuersum, prædicate cuāgelium vniuersæ creaturæ. Hic ergo ab Hierusalē p Orientē & Illyricū & Italiā domini pecuniā dispensauit. Et ne quis putaret quòd suā fœneraret, domini esse pecuniā testabatur dicēs: His aūt qui matrimonio iūcti sunt, denūcio nō ego, sed domin⁹, vxorem à viro nō discedere. Et alibi: Quid experimentū queritis ei⁹ qui in me loquitur Christ⁹? Denię ipse rex ita dixit, in quo figura est domini: Oportuit te pecuniā meā cōmittere nūmularijs. Meā inquit, non tuā. Iust⁹ ergo miseretur, & tribuit. Quō tribuat, audi dicentē: Per oēs ecclesias doceo. Peccator aūt mutuatur, & nō soluit. Vide diuitē mutuantē, & nō redentē: pauperē accipientē, & cōtinuo remunerantē, ne diutius in ære alieno sit. Hęc moralia. Vide nūc pauperē mysticū, id est simplicē, & timentē dei nomē, audientem verbū de castitate, & soluentē: audiētē de misericordia, & soluentē: audiētē de placiditate, & nō irascentē. Diui tē vero illū arrogantē & supbū, audiētē quidē, sed post se reijcientē sermones dei: audientem de condēnatione luxuriæ, & magis luxuriātem. Deniq; ecclesia soluit qđ accepit, synagoga nō soluit. Cognosce ecclesiam solue re. Tui, inquit, erāt, & mihi eos dedisti, & verbū tuū seruauerunt. Et alibi: Ipse enim pater diligit vos: quia vos me diligitis. Reddidit ergo ecclesia quā accepit à domino pecuniā charitatis: sed synagoga nō reddidit. Ideoq; de Iudæis dicitur: Si non venissem, & locutus fuissē his, peccatum non haberent. Nunc autem excusationē non habent de peccato suo: quia audierūt vtiq;, & non crediderunt. Probatū est ergo quia mutuati sunt peccatores, & non soluerunt. Peccator igitur eget semp: iustus autē abūdat & tribuit, cuius diues est cōscientia. Ideoq; Iudæi in suis diuitijs eguerūt. Diuites eguerunt, & esurierunt. Christiani autē in diuitijs simplicitatis suæ non defecerunt. Bonus ergo iustus. Et ideo addidit scriptura: Quoniā benedicētes eū possidebūt terrā: maledicētes autē eū disperibunt. Quō iustus possidet terrā, aut quā terrā, cū scriptura dicat: Nunquid soli habitabitis super terrā? Et alibi: Væ habitātibus super terrā. quod increpationis est atq; maledicti. Cuius ergo terræ benedicta possessio est? Non istius, quæ tenebris absc̄ditur, & amaritudinibus impletur, sed illius quæ fluit mel & lac, id est habēs gratiam suauitatis, & fulgorem lucis æternæ. Accipe mellis boni suauitatem, immo supra mel: Fugiet dolor, & gemitus, & tristitia. quia suauitas gratiæ amaritudinem humanæ fragilitatis excludit. Et alibi: Et delebit omnē lachrymam de oculis eorū: & mors nō erit amplius, neq; luct⁹. Accipe etiā lactis nitorē. Et nō indigebūt lucerna, & lumine solis. Ipse enī dominus illuminabit sup illos, & regnabūt in secula seculorū, amen. Est etiā mystic⁹ iust⁹, qui miseretur & tribuit, qui oia verba quæ accepit à patre, dedit nobis, & pc̄torū nostrorū nobis æra dimisit, & sanguinē suū, p nostris debitis soluit: vt nō in fœnore essemus alieno, sed in suo ære bon⁹ creditor nos haberet. Est & pc̄tor ille qui cōgregauit quę nō pepit, & mutuat⁹ est qđ non tenebat, nec vult restituere qđ accepit. Audi quia mutuat⁹ est diabol⁹? Tibi, inquit, dabo potestatē hāc vniuersā, & gloriam illorū, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa, si pcidēs adoraueris me. Nequissime, accepisti ad tētationē, nō ad mortem. Hoc est, accepisti vt parentur dei seruuli, nō vt extinguerentur. Accepisti vt deus adoraretur, non vt negaretur. Accepisti seculāria: cur etipis quę æterna sunt? Accepisti quę mūdi sunt, cur vis auferre quę Christi sūt? Da illa cui vis: nō intuidem⁹. Cur nobis à te quę nos volumus inuidentur? Tu adorari vis, qui oīb⁹ nequior, ipsa quoq; indign⁹ es seruitute? A domino, inquit, gress⁹ viri corrigētur. Græc⁹ διαβήματα dixit, hoc est trāsitus. Et ideo dicitur tibi: Si transeas p aquā, flumina te nō cōcludēt. Trāsi ergo, noli cessare: ficut bon⁹ viator cū venerit ad aliqđ viæ signum, nō stat, sed ptrāsit, & tu in via es quādiu in hoc curſu es cōstitutus. Paulus si stetisset, cursum suū nō cōsummasset. Vide ne ideo dicat, Et tu qui stas, vide ne cadas. Nō enī qui transiuit, potest timere ne cadat. Vidi, inquit, ipiū supexaltatū & eleuatū sup cedros Libani: & trāsiui, & ecce nō erat. Vidēs ergo impiū supexaltatū, qui nō stetit: nō offendit. Si stetisset, & miratus illū fuisset, & secutus esset: offenderat, & ceciderat sicut impius. Ideo Moyses vidēs rubum relucere & nō ardere, ait: Transiens videbo hoc visum magnum. Qui trāsit de hoc seculo, magnū visum videt. Qui soluit vincula istius nexus, quo ligamur huic corpori, visum magnū videt. Moyses in Exodo legitur: multa videt miracula in Exodo. Non tanta alius videt qui nō est in Exodo. Idē Moyses trāsiuit: transiuit & populus patrū: quia de terra captiuitatis exibat. Dirigebātur itaque à domino gressus eorū, quib⁹ p noctē ignis colūna lucebat, p diem nubis: vt nec diei ardor afficeret cōmeātes, nec impedimētū viātib⁹ tenebræ noctis afferret. Et tu merere factis, votisq; depositis gress⁹ tui à domino dirigātur, ne moueātur pedes tui: quia scriptū est: Mei autem pene moti sunt pedes: paulo min⁹ effusi sunt gressus mei. Cauendū est quoq; ne rectā semitā derelinquas, & diuerticula te viarū tortuosarū decipiāt. Ideo dicitur: Parate viā domino: rectas facite semitas ei⁹. Patemus ergo viā domino deo nostro in mētib⁹ nostris. Rectas faciam⁹ aiorū semitas, ne labamur. Non effundātur gressus nostri sicut vxoris Lot, quæ post se respexit, & gressus tenere nō potuit, sed effusi sunt, cū in salē esset repēte cōuersa. Nō effundātur sicut Aegyptiorū, quorū gressum maris fluct⁹ effudit. Ipsis Hebræis qui cū Moyse erāt, quia peccauerūt ī deserto, ceciderūt vestigia pedū, ne in terrā resurrectiōis * intrarēt. Nōne etiā de his pulchre dicitur quia effusi sūt ꝓcessus eorū, quorū spes lapsæ, in vanū effusus labor, vota sūt destituta? Cōsidera enī aliquē p aliquot ānos habuisse studiū, ꝓbitatis, castitatis custodiā, vitę attētioris affectū, pię, ꝓpositū seruitutis, sedulæ obseruatiōis officiū: subitoq; eū esse mutatū, discessisse de monasterio, valedixisse ieiunijs, cōtinētiæ renūciasse, indulgere delicijs, studere luxuriæ. Dudū de monasterijs exierūt, & nūc luxurię sunt magistri, disseminatores incōtinētię, icētores petulātiæ, obtrectatores pudoris. Nōne de his pulchre dixeris, Effusi sūt gressus eorū? quos bene vixisse pœnituit. Egerūt itaq; nouę generis pœnitētiā, p virtutib⁹, & nō agūt, p delictis. Sed hi ex nobis exierūt, dicit Ioānes: sed nō erāt ex nobis. Si enim ex nobis fuissēt, nobiscū pseuerassēt. Hi ergo viā suā cōdēnauerūt quib⁹ cōuenit dici: O qui dereliquistis semitas rectas, abeūdo ī vias tenebrarū, & qui lætamini ī malis, & gaudetis ī euersiōe mala, quorū semitę prauæ, & flexuosi cursus eorū, sicut lubric⁹ & flexuosus auctor ipsorum: cur odisse cœpistis viā rectā, & iustū cōsiliū deseruistis? Nō vos direxit domin⁹. Quē autē dirigit domin⁹, viā eius eupiet, sicut scriptū est: & ipsi⁹ semitis delectabitur. Vtriq; tamē intelligi potest. Ita est medium, quod & ipse qui à domino dirigitur, viā domini cupiet: quia duce ipso ois leuatur labor, oia impedimēta remouētur, in cētiua subministrātur, & ipse domin⁹ nō aspnatur, sed libēter accipit viā viri quē ad virtutē ipse direxerit. Pulchre aūt viri gressus dirigi dicūtur à domino, qa nō volētis neq; currētis, sed miserētis est dei, sine offensiōe seruare vestigiū. Qui enim plātat & rigat, nihil sūt: sed qui

Mar.16.
1.Cor.7.
1.Cor.13.
Matt.25.
1.Cor.14
Ioan.17.
Ibidē.16.
Ioan.15.
Esa.5.
Apoc.8.
Apoc.21.
Apoc.2.
Ibidē.22.
Matth.4.
Esa.43.
1.Cor.10.
Exodi.3.
Exod.13.
Psal.27.
Esaię.40.
Gene.19.
*repromissionis.
1.Ioan.2.
Roma.9.

G dat incremẽtum deus. Ipſi ſoli gloria virtutũ iure deſer-
tur. Deniq; etiã iuſt⁹ cadit inde:ſed ſi iuſtus eſt, cũ ce-
ciderit, nõ cõturbabitur. Quod cõditiõis eſt, cadit: q̃ã iu
ſtitię, reſurgit: quoniã iuſtũ de⁹ nõ derelinquit, ſed cõfir
mat manũ eius. Qua rõne nõ pedẽ, ſed manũ dixit? Niſi
forte ea, quoniã qui cadit, nõ magis pede labitur, ſed ifir
mus lubrico ſæpe decipitur, vel offẽdit in petra. Hic aũt
iuſti caſum itellige, id eſt fortioris. Deniq; de populo q
luctatur ſi genu fixerit, vel pede lapſus fuerit, p victo ha
betur. Athleta q luctãdi pitiã habet, & ad coronã luctа-
tur: etiã volẽs genu figit, vt vicat. Et ſi lapſus fuerit, non
excluditur: et ſi ab eo qui ſupior ſit p̃matur, manib⁹ ta-
men ſe ſuſtinẽs iure decertat: nec aufertur brauium, niſi
fuerit fuſus i vẽtrẽ, aut diſtẽt⁹ viculo lacertorũ. Inde ori
untur crebra certamina, quia multa & icognita pleriſq;
ſunt genera ruinarũ. Nã caſus eos, ꝓprie appellãt latini.
ꝉ ruinam ꝉ Græce enĩ πτώματα nuncupãtur. Ergo cũ ſtringitur &
vrgetur, ſæpe ſe voluit, & fit ſupra qui inferior habeba-
tur, ſupiorẽq; dũ ſurgit elidit: eã videtur ſcriptura ſigni
Pſal. 40. ficare cũ dicit: Vniuerſũ ſtratũ verſaſti in infirmitate ei⁹.
Itaq; de eo dicitur: Cũ ceciderit bon⁹ athleta, nõ turba-
bitur. Pleriq; enĩ volũt teneri, quo maturi⁹ vicãt, q de ar
te preſumũt. Sed etiã ſi aſsignat⁹, vt ipſo verbo vtar, &
primo & ſcõo fuerit, nõ excluditur: licet ei interdũ repa
re luctamẽ: & vicere ſepe cõtingit, & cedere eũ qui ſecũ
cõtẽtione ſupauerit. Ita ergo etiã iuſt⁹ etſi offẽdiculũ in
currerit & ceciderit, nõ relinquat tamẽ ſtudiũ deuotio-
nis & fidei, ſobrietatẽ teneat, pœnitẽtiã gerat, ſæpe ſe re-
Mat. 18. paret. Ideo interrogat Petrus: Si peccauerit in me frater
H meus, quotiẽs remittã ei? vſq; ſepties? Et reſpondit domi
nus: Non ſolũ ſepties, ſed etiã ſeptuagies ſepties. Vt ſcias
aũt quia athletę ſum⁹, & ſpellimur, & alij ruũt, & pleriq;
elidũtur, audi dicẽtẽ: Suſtulcit domin⁹ oẽs qui ruunt: &
corrigit oẽs eliſos. Vnde & ipſe de ſe dicit Dauid, vel il-
le qui locut⁹ eſt in ꝓpheta: Impulſus ſubuerſus ſum vt
caderẽ, & domin⁹ ſuſcepit me. IESVS enĩ nõ cecidit, ſed
Pſal. 117. impulſus eſt. Eteni cũ ipſe cõuertat eliſos, quõ ipſe potu
it elidi? Iuſtũ autẽ, cũ ceciderit, poſſe reſurgere teſtatur
Pſal. 40. ſcriptura, q̃ dicit: Nũquid qui cadit, nõ adiiciet vt re-
ſurgat? aut qui auerſus fuerit, non reuertetur? Væ ijs qui
auertũtur auerſione impudẽti, dicit dominus. Vtinã qui
dẽ ineluctabilis & inſuꝑabilis ſit Chriſti athleta, & in oĩ
Roma. 8. ætate, in oĩ virtutũ genere glorioſus, ſicut ille ait: Sed in
oĩbus ſuꝑamus ꝓpter eũ qui nos dilexit. Quid eſt in oĩ-
bus? Sunt athletæ qui vocẽtur pueri, ephebi, viri. Hoc eſt
Pſal. 68. παῖδες, ἔφηβοι, πύκται. Et ſcriptura has i luctatorib⁹ no-
uit ætates, dicẽte dauid: Ne auertas faciẽ tuã à puero tuo.
1. Ioan. 2. &, Iuuenis fui, & ſenui. Vnde & Ioãnes ait: Scribo vobis
I pueri, quia cognouiſtis patrem. Scribo vobis iuuenes,
quia viciſtis malum. Scribo vobis patres, quia cognoui-
ſtis eum qui eſt ab initio. Maturior itaque ad patres ſcri
bẽs, maturos deſignat fidei deuotioniſq; ꝓceſſu. Virtu-
tum ergo iſtæ, non infirmitatis ætates ſunt. Neque enim
ſine virtute puer eſt, qui cognouit patrem Deũ virtutũ.
Eſa. 8. Ex illo puero iſti ſunt pueri, qui pri⁹ q̃ ſciret vocare pa
Ibidẽ. 9. trem aut matrẽ, accepit virtutem Damaſci, & ſpolia Sa-
mariæ. Ipſe eſt puer q natus eſt nobis, filius datus eſt no
Lucæ. 18. bis: cui⁹ principatus ſup humeros eius. Ipſe nos docuit
pueritiam eſſe virtutẽ, dicens: Sinite eos, & nolite ꝓhibe
Mat. 18. re pueros ad me venire. Et alibi: Amen amẽ dico vobis:
niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut puer iſte: nõ in-
trabitis in regnum cælorũ. Ipſa quoq; corporis fortitu-
dine pueri plerũq; viros vincũt. Et vtiq; ſi ætatẽ pueritiæ
cõſiderem⁹, nõ poteſt puer aut vſum oẽm ſcire, aut vim
ſubire luctãdi. Nouim⁹ tamẽ quòd frequẽter pueri quos
nõ poterãt portare vicerũt. Adeo vigor animi infirmita
tẽ excludit ætatis. Quales aũt pueri, tales & ephebi, hoc
Actuũ. 7. eſt ſpiritales. Nouit ſcriptura adoleſcẽtẽ Paulũ, iam ꝓxi-
mũ cõuerſioni. Nouit & Eutychũ adoleſcentẽ, qui cũ
Actuũ. 20 ſermonibus Pauli intẽtus hæreret, ſomno victus de trite
ato cecidit, & reſurrexit. Nouit & Ioãnem adoleſcẽtẽ in
Chriſti pectore recũbentẽ, qui tam fortis fuit, vt ꝓfectu- K
tionẽ non timeret, malũ vinceret. Hic eſt puer qui patrẽ
genitalem reliquit, ſequutus eũ patrẽ quẽ cognouit ætet
num. Adoleſcens amictus ſindone dominũ ſequebatur Mat. 14.
tempore paſsiõis, qui ſua oĩa dereliquerat. Maturior de
um verbũ in principio ipſo ſemp fuiſſe atque eſſe cogno
uit & manere in ſe, ꝓbauit. Viros quoq; ſcriptura nos do
cuit ſpiritales, Agabo, ꝓpheta dicẽte: Virũ hũc cuius eſt Actu. 21.
zona hęc, ſic alligabũt Iudæi in Hieruſalẽ. Et Feſtus ait:
Vir quidã eſt relict⁹ à Felice in cuſtodia. Ante paſsionẽ
ſuã Paulus adoleſcẽs dicitur: in paſsiõe vir ſignificatur,
qui curſu cõſummato eſſet iam ꝓximus ad coronã. Co
gnouimus ætates ꝓ fide & deuotione certãtiũ: cognoſca
mus etiam certamina ſingulorũ. Hæc quoque ſcripturæ
nos doceat tenor. In hoc itaque ſeculari agone alij ſunt
qui ſimplici quodã & legitimo genere luctantur, & liga
turis tantũ corporis certãt, verberare nõ norunt: qui Pa
leſtræ vocãtur. Alij qui cædẽ, & pulueris iactũ membrorũ
nexibus miſcent, oĩ ſibi verberandi iure permiſſo: quos
πυγμάχας vocant: ẽò quòd oĩs litis & pugnæ aduerſũ ſe
habeãt poteſtatẽ. Alij qui ceſtib⁹ aduerſum ſe decernũt,
& dilaceratis capitib⁹ cruẽtãtur. Hi πύκται ferũtur. Hęc
oĩa certamina ſubijt Paul⁹ apoſtol⁹: ſicut ipſe demon-
ſtrat. Itaque alibi dicit: Quoniã nõ eſt nobis pale aduer- Ephe. 6.
ſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes & pote-
ſtates, & (vt cõpendio vtar) aduerſus nequitias ſpirita-
les. In latinis pleriſque colluctatio repitur, in græcis oĩ-
b⁹ πάλη ſcribitur. πάλη enĩ græcorũ, lucta eſt latinorũ.
Et vere pale, quia caro & ſanguis, & nequitiæ ſpiritales
patiẽtia, & cõtinentia corporis, & animi moderatiõe ſu- L
perãtur. Ira, furor, cædes, arma ſunt diaboli. Alibi quoq;
plagis ſupra modũ cęſum ſe eſſe ſignificat, dicẽs: In pla 2. Cor. 11.
gis ſupra modũ, in mortib⁹ frequẽter. Hieroſolymis au
tẽ pugnis ſe eſſe ꝓcuſsum: vbi cũ interueniẽtibus militi
bus aliquãdo ceſsaſsent Iudęi ꝓcutere Paulũ, ipſe ponti
fex Ananias circunſtãtib⁹ iuſsit ꝓcutere os eius. cui re- Actu. 23.
ſpondit apoſtolus: Percutere te incipiet deus, paries de-
albate. Et tu ſedens iudicas me ſecundũ legẽ, & extra le
gem iubes me percuti? Sciuit, ꝓfecto referire, qui gravio
re pugno põtificem repercuſsit. Ipſe enim corporaliter
cæſus eſt: illi retulit quòd in aĩam ꝓcuteretur à Chriſto.
In prima quoque epiſtola ad Coriſthios ſcribẽs, ait: Ego 1. Cor. 9.
igitur ſic curro, nõ vt in incertũ: ſic enitor, nõ vt aera cæ
dens. Quod latine dixit, enitor: græce ait, πυκτεύω. Et ve
re quaſi bon⁹ pycta, nõ aerem, ſed aerias poteſtates & Iu
dæorũ capita verberabat: quia caput oĩm IESVM domi-
nũ nõ habebãt. In oĩ itaque certamine apoſtolus eſt ꝓ-
batus, qui etiã coronã curſu cõſummato accepit. Vnde Philip. 4.
& ipſe ait: Omnia poſſum in eo qui me cõfortat. Habet
& Chriſtus qui in pueritia ſua æui maturos vicerint: vt Daniel. 13
Daniel puer ſpiritu valido ſeniores illos redarguit Iu- M
dæorum, & de victoriæ iure deiecit in mortem. Habet &
alios qui priuſquã naſcerentur, in matris ventre luctati Gene. 25.
ſunt. Denique Iacob fratrem ſupplantauit Eſau, & ma-
lum vicit, atque ita de vtero matris exiuit, vt victoriæ in-
ſigne mõſtraret, & pedem ſenioris degeneris victor in- Hiere. 1.
uerteret. Hieremias in vulua matris ſanctificat⁹ eſt & ꝓ
batus. Ioãnes Baptiſta pricipem agonis humani, prædma Luc. 1.
toremq; luctantiũ necdũ natus veniſſe cognouit, atque i
vtero matris exiliens præ brauiũ cõfeſsionis emeruit. Re
ctè iam tũc de ſignatus eſt ad coronã, qui ante omnes ad
Chriſti agonẽ fidei teſtis & præco virtutis ſuũ nomẽ ob-
tulerat. Bonus præco, q̃ ad certamẽ alios excitabat. Et ve
rebon⁹ præco, q̃ tã magna voce clamauit, vt ad ei⁹ ſonũ
ſe creta cæleſtia reſultarẽt. Quid multa? Terrã mouit, cæ
lũ impleuit. Ideoq; vocis nomen accepit, quia verbũ dei
vox ſacrata præceſsit: quem admodũ ipſe nos docuit di- Eſa. 40.
cẽs: Ego vox clamãtis in deſerto. Dixit hoc Eſaias, ꝓphe Ibidem.
ta: de ſe dictũ iſte firmauit. Audiu im⁹ quid dixit præco:
Parate viã domini: rectas facite ſemitas eius. Hæc eſt vox
ſingularis, & ſola, tã ſonora, vt ab oĩb⁹ audiretur. Tã dul

A cis, vt vniuerſorũ corda mulceret. Iſtos ergo athletas ſu
os dominus cõfirmauit, vt vincerẽt. Nunq; enĩ ſuos deſe
rit & relinquit. Et deo addidit ꝓpheta: Iuuenis fui, & ſe-
nui. ſic latini. Aliq autẽ iuxta Græcos habẽt: Iuuenis fui:
etenim ſenui: & non vidi iuſtũ derelictũ, nec ſemen eius
quærẽs panẽ. Simpliciter qui vult intelligere, patet ſen-
ſus, quòd vitæ ſuę tẽpore Dauid nõ viderit iuſtũ derelic-
tũ. Sed hoc & breuis tẽporis eſt, & incredibile. Siquidẽ
multos videm⁹ in ſeculo iuſtos ab hoĩb⁹ dereling quã-
do eos aliqui potẽtiũ ꝓſequũtur, & null⁹ ad eos audet ac
cedere, cũ in timore aut in iniuria viderit cõſtitutos. Vn
de Iob dicit: Fratres mei diſceſserũt, agnouerũt extrane
Pſal. 34. os magis q̃ me. Amici mei immiſerũt cordes facti ſunt: &
qui me nouerãt, obliti ſunt nomẽ meũ. Dauid quoq; nõ
ſolũ deſtitutũ, ſed etiã ipugnatũ ſe ab amicis & ꝓximis
clamat. Amici, inq̃t, mei & ꝓximi mei aduerſum me ap
propinquauerũt. Ergo ſi in hoc ſeculo reperiuntur iuſti
derelicti, quõ ſibi contraria dixit Dauid? niſi intelligas
quòd iuſtus etſi in ſeculo derelinquitur, à domino tamẽ
nõ derelinqtur. Neq; enĩ Iob cũ eſſet in ſtercore, à domi
no derelict⁹ eſt: quẽ in ãgelorũ cõcilio domin⁹ ipſe ſua
voce laudabat: quẽ tẽtari paſsus eſt, vt coronaret. Tẽta-
tionẽ aũt in corp⁹ dedit, in aĩam denegauit. Nec derelic-
tus Dauid, cui regnũ dedit, vt populo iparet electo, quẽ
B parricidalib⁹ ꝓlijs appetitũ, regni ſui depulſũ finib⁹, vi-
ctorię iure reſtituit. Ipſi quoq; Iacob, Helias, & Heliſęus,
& Ioãnes Baptiſta, & cęteri q̃ in caprinis pẽllib⁹ circũẽũ
tes errabãt i ſolitudinib⁹ & mõtib⁹ & ſpelũcis & foueis
terræ, licet ludibria multa & acerba ſupplicia toleraſse
videãtur, tamẽ nõ derelicti ſũt. ſiquidẽ cũ fratrẽ fugeret
Iacob, & per deſerta incõmitat⁹ erraret, obdormiuit, &
Gene. 32. ſurgẽs vidit ibi multitudinẽ cęleſtis militię, & ait: Hic lo
cus vocatur caſtra ãgelorũ. Nõ ſatis fuit caſtrũ vocare,
ſed caſtra, quæ tãtæ multitudini cõuenirent. Vides ergo
quia ſolũ ſe putabat, & caſtra eũ cælestis exercitus ſeque
bãtur? Sicut & patres noſtros Moyſi tẽpore, ne in deſer-
to ſitirẽt, petra (vt ſcriptũ eſt) ſequebatur, Nã cũ in Exo
Exod. 17. do legerimus quòd ſitiẽte populo ꝓcuſsit Moyſes de vir
ga petrã, & aqua fluxit, & bibit populus dei: itẽrũ in Leui
tico legerimus vel in numeris quòd rurſus Moyſes teti-
1. Cor. 10. gerit petram virga, & ſcaturiuerit aqua patrib⁹ ad bibẽ
dũ: præclarè apoſtol⁹ hoc interꝓtat⁹ eſt dicens: Bibebãt
C aũt de cõſequẽti eos petra: petra aũt erat Chriſtus. Illos
igitur querulos, illos murmurãtes, illos præuaricantes,
4. Reg. 2. tamen nõ deſerebat dominus, ſed ſequebatur. Quid de
Helia & Heliſæo dicã, q̃b⁹ per deſerta gradientib⁹ equi
de cælo, & igneus currus occurrit? Quõ derelict⁹ Helias
qui eſt inuitat⁹ à Chriſto? quõ derelict⁹ in terris, qui ra-
ptus ad cælũ? quõ egens & nudus & inanis, qui geminati
ſpũs hęreditatẽ diſcipulo dereliquit, vt vna melotide hę
res donat⁹ fluuios ſisteret, Iordanẽ reuocaret in fõtem,
regũ exercitus paſceret in deſerto, & potũ ſitientib⁹ mi
niſtraret? Ad eius arbitrium de cælo ꝓfluebãt pocula, in
4. Reg. 6. terris mortui reſurgebant. Quõ derelict⁹ Heliſæus, qui
cũ Syrorũ vallat⁹ eſſet exercitu, vt captiuus rapetur ad
regẽ: dicẽte Giezi ſeruo, Domine, quid faciem⁹? ait: Noli
timere: quoniã plures nobiſcũ ſunt q̃ cũ illis. Et dixit:
Domine api oculos ei⁹, vt videat. Et apti ſunt oculi illi
us, & vidit montẽ & oĩa in circuitu equis innũeris & cæ-
leſtib⁹ repleta legionib⁹. Paul⁹ quoq; qui dixit piculis i
mari, piculis in deſerto ſe eſse iactatũ, tamen ipſe teſtifi
Roma. 8. catus eſt dicẽs: Si deus ꝓ nobis: quis cõtra nos? Ergo ſic
ille derelictus & deſtitut⁹ ab hoĩbus, apud deũ abundat
3. Reg. 19. & ꝓfluit. Nã & Helias deſtitutus erat, ita vt diceret: Do-
mine accipe aĩam meã. & tamen vigebat apud deũ, vt ip
ſis eſset regibus virtute terribilis. Quõ iuuenis hoc Da-
uid potuit cõprehendere? Iuuenis enĩ magis temporalia
q̃ æterna cõſiderat: quia ætas ea, ꝓpendet ad vitia. Sed ſũt
quidam in iuuentute ſenes, & alij iuuenes in ſenectute.
Sunt inquã viri quorũ animi ſenili grauitate cenſentur:
in quibus ætas ſenectutis ſit, vita immaculata: in quibus
vigeat in cana prudẽtia: qualis erat Hieremias: qui cũm D
ſe iuuenẽ cõtuitu memoraret ætatis, & ꝓ iuuentutẽ excu
ſaret quòd prędicãdi ipar officio videretur, ait illi domi
nus: Noli dicere, q̃a iuuenis ego ſum: q̃a ad oẽs ad quoſ- Hiere. 1.
cũq; miſero te, abibis. Ita iuuenẽ nõ putauit, quẽ aptũ ꝓ
pheticę gratię iudicabat. Taliſ ergo iuuenis fuit Dauid,
qui renouat⁹ eſset, & reſloruiſſet (vt ipſe dixit) velut aq
læ iuuent⁹ ſua. Sic ergo intelligi oportet, Iuuenis fui, ſed Pſal. 102.
ſẽctificatus, ſed ꝓpheta in gentib⁹ poſit⁹, qui iam poſsem
regni cęleſtis ſacramenta cognoſcere, & vera præmia cõ
ſiderare iuſtitię: ſed nõ vidi iuſtũ derelictũ. Poſtea quoq;
alibi & vſu roborat⁹ & munere, Adquiſiui incrementa
ſapientię. Eadẽ circa iuſtũ viſa eſt mihi gratia ꝓmanere.
Explanauim⁹ (vt potuim⁹) quõ dixerit, Iuuenis fui. Sed
quõ addiderit, Eteni ſenui, cõſiderem⁹. Bona iuuẽt⁹, ſed
melior ſenect⁹. Qui enĩ vſq; in finẽ pſeuerauerit, hic ſal
uus erit. Vnde nõ ꝓfunctorie de patriarcha Abrahã di-
ctũ eſt quòd nutrit⁹ eſset in ſenectute bona. Et Ioãnes ſe 2. Ioan. 1.
nex cœpit ſcribere euãgeliũ, vel epiſtolas: qui cũ refuge
ret apoſtolũ ſe ſcribere, ſeniorẽ ſcripſit. Nec minor eſt
æſtimat⁹, cui cygnea quędã ſuppeteret gratia ſenectutis.
Ipſe vas electiõis dominicę ſcribẽs ad Philemonẽ ait: Cũ
ſis talis, vt Paul⁹ ſenex, nunc aũt & vinct⁹ Chriſti IESV: vi
obſecro te, ꝓ meo filio quẽ genui in vinculis, Oneſimo.
Volens itaq; illi plurimũ deferre, ſeniori Paulo eũ nõ iu
ueni cõparauit: & ibi ſe ſenẽ eẽ gloriat⁹ ẽ, vbi iam i vin
culis tenebatur. Et videte diſtãtiã. Adoleſcẽs ſignificat⁹ E
eſt in alterius paſsione, ſenex in ſua. Ibi vt adoleſcens, Actu. 7.
quia Iudæorũ veſtimẽta ſeruabat. hic ſenex, vbi ſui cor
poris exuuias exuebat. Deniq; & Petr⁹ ibi ſenex dicitur,
vbi certamen eſt paſsionis. Cũ iunior, inquit, eſses, cin-
gebas te, & ambulabas vbi volebas. Cũ aũt ſenueris, ex- Ioan. 2.
tendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu nõ
vis. Hoc aũt dixit ſignificãs qua morte clarificaturus eſ-
ſet deũ. Ante certamen iunior dicitur, in certamine ſe-
nex, qui omne certamen impleuerit. Hoc ergo dicit Da
uid ille in iuuentute bellator, in ſenectute pacific⁹: Iuue
nis, inquit, fui: ſed nolo me adhuc iuuenẽ putes. Etenim
ſenui, & nõ vidi iuſtũ derelictũ, nec ſemen eius quærens
panẽ. Quod eſt ſemen iuſti? Abrahę dictæ ſunt ꝓmiſsio Galath. 3.
nes, & ſemini eius. nõ dicit, & ſeminib⁹: tanq̃ in multis,
ſed ſicut in vno, Et ſemini tuo, q̃d eſt Chriſtus. Audi iu-
ſti ſemẽ: Filioli mei, quos ego parturio donec formetur
Chriſt⁹ i vobis. Et nũc ſi quis ex gẽtib⁹ veniẽs, ſermonẽ
audiat noſtrũ, & dominus iuuare dignetur vt formetur Ibidẽ. 4.
Chriſtus in aĩo eius, quo part⁹ fidei ferat: ſemen ei Chri
ſtus erit. Illic in vtroq; Abrahã itaq;, & generationis pa-
ter erit ſecundũ carnem & is qui verbũ domini pectori- F
bus iuſtorũ primus infuderit. Et ideo hoc ſemen Abra-
hæ panes iſtos quib⁹ prębeatur corporalis alimonia, nõ
requirit: quia habet panẽ iuſtitię, qui deſcendit de cælo.
Sicut enĩ negãtur filij Abrahæ qui opa Abrahæ nõ fece- Ioan. 8.
rint: ita ſemen Abrahę ſũt, & inter filios recipiũtur, qui
op⁹ ei⁹ effecerint. Verũ Abrahę ſemen Helias, cui ange 3. Reg. 19.
lus alimenta prębebat, & in virtute eſcæ illi⁹ quadragin
ta dierũ curriculis ambulabat. Nõ requirebat iſtã cõpo-
ris hui⁹ alimoniã verũ ſemen Abrahæ cui panes deferẽ- 3. Reg. 17.
bãtur de cælo: deniq; cortii ei quotidianũ cõuiuiũ mini-
ſtrabãt. Ita indign⁹ erat oĩm, vt nihil haberet ſuũ: & mit
tebatur vt victũ alijs largiretur. Verũ ſemen Daniel, cui Dani. 14.
inter leones poſito aeria fercula ꝓ Abacuc ꝓphetã refer
ta meſsorũ epulis vehebantur. Eſt ergo panis angelorũ,
quẽ mãducauit hõ. Sic enim ſcriptũ eſt: Panẽ angelorũ Pſal. 77.
manducauit hõ. Hic eſt panis ẽ de quo dixit Dauid: Domi Pſal. 22.
nus paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuę ibi me
collocauit. Sup aquã refectiõis educauit me. Bonus Da-
uid docuit me panẽ angelorũ, & ipſe me docuit aquã re
fectiõis. Hæc refectio ſpũalis eſt, hæc refectio requies eſt
mentis internę. Bona aqua, quę peccatũ lauat, mũdat in- Ioan. 7.
terna. Quæ ſit aqua hæc, audiamus. Si quis, inquit, ſitit,
veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcri-

Gptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc aũt dicebat de ſpiritu quẽ incipiebãt accipere qui crediturierant in eũ. Ergo nec hoc pane nec aqua refectionis indiget iuſtus,cui ſpũs ſanctus eſt requies & refectio. Quomodo aũt poterit indigere, qui tota die miſeretur & fœnerat? Quid eſt qđ fœnerat iuſtus? Non æs,nõ ferrũ, non plũbũ,ſed argentũ igni examinatũ. Hoc defert ad mẽſã domini,& diuidit reqrẽtib9:cui vnã,cui duas,cui quinq; minas quotidie diuidit,& nunq̃ deficit. Sed fœnerationẽ
Deute.23. audiuimus in lege rẽphenſam,dicente Moyſe: Nõ fœnerabis. Duplex eſt fœneratio:vna pecuniæ, altera gratiæ.
Gene.3. Diuide vtranq;:quia ſcriptũ eſt:Si recte offeras, nõ recte diuidas:peccaſti:qeſce. Et tu recte diuide,ne pecces. Ipſe Moyſes doceat te diuidere,qui admonuit recte diuidendũ:vt ſequaris qđ Abel egit,q recte diuiſit. fugias qđ Cain parricida fecit, qui recte diuidere neſciebat. Diuidit ergo ſpũs ſcũs diuiſiões,qui opatur oia diuidẽs ſingulis ,put vult. Ille ,put vult,tu ,put potes, ,put ingenio vales, diuide quãdo lex de pecunia dicat,quãdo de gratia. Di-
Deut.15. xit enim tibi:Fœnerabis gẽtib9, cui9 domin9 vſuras exigit:tu aũt nõ mutuaberis. Eſt & pecunia fœnoris, eſt & gratia,cuius dominus vſuras exigit. Pecunia fœnoris,æs habet:gratia fidẽ cõfert. Fœnerato ergo fidẽ gẽtibus, vt tibi abũdet gratia. Tu aũt noli mutuari quaſi indig9:ſed quaſi diues & locuples fœnerato. Fœnerauit Petrus,fœnerauit Paulus,fœnerauit Ioánes euãgeliſta, vel vterq;, & nõ indiguit. hoc eſt,fœnerarunt pecuniã Chriſti,non fœneratũ pecunias ad vſuram. Fœnera ergo, & noli deH ſiſtere fœnerare. Audis qđ dicat ſcriptura:Tota die miſeretur,& fœnerat. Iuſtus p diem fœnerat, auarus in nocte. Gratia enim lucis eſt:auaritia aũt vſura tenebrarum eſt. Et ideo ſemen fœnerantis fidẽ, in benedictione erit, habens vtiq; præmium benedictiõis. Declina à malo,& fac bonum:& inhabita in ſecula ſeculorum: Quoniam dominus amat iudiciũ,& non derelinquet ſcũs ſuos,in æternũ cõſeruabuntur. Iniuſti aũt punientur,& ſemen impiorum pibit. Iuſti hereditate poſſidebunt terrã,& inhabitabũt in ſeculum ſeculi ſup eam. His verſiculis demõſtrat,ppheta quòd ptineamus ad dominum, & ipſe arbiter cogitationũ opationumq; noſtrarũ ſit, ſpectãs merita ſingulorũ,qui nihil ſine iudicio agit, ſed malos & bonos act9 iudicio diſcernit. Declinandũ ergo eſt à malo, & faciendũ bonũ. Ne bona malaq; cõfundas,prius eſt vt crimine careas,poſtea vt innocentiæ fructũ deferas,quo poſſis eſſe ppetuus. Noli putare quòd deũ tua pcta præI tereãt. Sic enĩ pleriq; labũtur. Ipſe vniuerſa cernit & dãnat,& impiorũ ſemen exterminat. Semẽ vtiq; nõ corporalis generationis,ſed mentis internæ & impietatis ſucceſſionẽ. Nã vtiq; Iob de ſemine Eſau genitus ſcripturæ teſtificatiõe ſignatur. Quõ ergo ſemẽ Eſau perijt ĩ Iob, cũ tantus iſte vir fuerit,vt venturũ in terras dominũ prę uideret, qui cetũ iſtius ſeculi diabolũ ſubiugaret? Ergo hoc queritur,ne malitia transfundatur in poſteros. Hoc p baptiſmatis ſacramẽtũ Chriſt9 opatur,vt exuat vnuſquiſq; qđ natus eſt,in duat qđ renatus. fiat nõ famulę hæres,ſed gratiæ,vt ppetuũ domiciliũ habitatiõis æternę ſibi poſsit adquirere. Qui aũt habitare meruerit in ſeculum ſeculi,& ipſe honorificabit deũ in ſecula ſeculorũ. Vbi moralib9 iuſtũ inſtituit diſciplinis, vt qualis deberet eſſe,te doceret,quęve eſſet pfectæ forma iuſtitiæ. Ad ſapientiam & theoremata mentẽ vult eius aſsurgere: & excitat eius intentionẽ,vt ſpectet intento corde cęleſtia, & diuina intra ſe voluat oracula,atq; ad ea quæ cõplacent deo,ſuũ informet affectũ:ſit meditat9 in lege,nec vlla eũ domini mãdata ptereãt. Modos diuini ſacramenti cognoſce. Deniq; ab hinc vide in pceptis ſanctũ,ppheta aſsurgere:Os iuſti meditabitur ſapientiã,& lingua ei9 loquetur iudiciũ:lex dei eius in corde ipſius. nec dãnabit, inquit,eũ domin9,cũ iudicabitur illi. Expecta dominũ, & cuſtodi viã eius, & exaltabit te vt hæreditate poſsideas terrã. cũ perierint pctores,videbis. Vidi impiũ ſupex altatum & eleuatum vltra cedros Libani:& trãſiui,& ecK ce nõ erat:& quæſiui eum, & nõ eſt inuentus locus eius. Superiora moralia,hæc intelligibilia. Qđ eſt iuſti os qđ meditabitur ſapiẽtiã,niſi interior hõ? Duo ſũt eni hoies in ſingulis:vnus interior,alter exterior. Interior cogitat quæ mẽtis ſunt,quæ mẽtis ſũt loquitur. Exterior quæ ſũt corporis. Tamẽ aduenięs domin9 vtrũq; cõiunxit,& duos in vno hoſe cõdidit, ne diuerſis ſeſe ipugnẽt motib9, ſed inuicẽ ſibi volũtatũ ſuarũ vnitate ſocientur. Ideo os iuſti meditabitur ſapiẽtiã. Iã enĩ & ipſe exterior hõ iuſti in interioris hoſis trãsfuſus eſt diſciplinã: & in ei9 cõformatus naturã, ipſi9 exercet officia, vt caro meditetur qđ mẽtis internæ eſt. Sed ne hoc incredibile tibi videatur, audi dicentẽ quia dominus IESVS trãsfigurauit corpus humilitatis noſtræ, vt cõforme fieret corpori glorię ſuę. Quis audeat dicere carnẽ ſine pcto, carnẽ aſsumpta ex virgine, carnẽ ſpũ dei ĩ Mariã ſupueniẽte generatã, quæ in nullo diſcrepauit à ſapiẽtiæ diſciplinis, interioris hominis ex ortẽ fuiſſe virtutũ, nec in vſus eius trãſire potuiſſe, cũ ſupra hoſem fuerit quòd tactu eius ſanabãtur ægroti, cæcis refũdebatur aſpect9, mortui reſurgebãt? Cõpetẽter ergo ſcriptũ eſt. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã: eò quòd totus hõ ſit ſpũalis, nõ vtiq; terrenus. Qualis enim 1.Cor.15.
terrenus, tales & terreni:& q̃lis cæleſtis, tales & cæleſtes.
Abijt ergo terren9, remãſit cæleſtis. Ideoq; in tẽpora re- L
dẽptoris referens, ppheta, meditabitur dixit: licet vnus è pluribus meditatur ſcripſerit. Nec abhorret à ſenſu, qa ppheturũ ſpũi futura, p pſentibus ſunt. Alij putãt os p mẽte dict ĩ. Pulchre autẽ iſtud expoſuit nobis Salomon
Eccle.27. dicẽs: Narratio iuſti ſemp ſapientia: ſtultus aũt ſicut Luna immutatur. i. quòd ſæpe varietur, nec in ſua pſeueret ſentẽtia, & tanq̃ in tenebris lumẽ videatur offũdere, nec tenere. Sit ergo nobis ſemp in corde & ore meditatio ſapiẽtię, & lingua tua loquatur iudiciũ, lex dei tui in corde
Prouer.6 tuo ſit. Ideo tibi dicit ſcriptura: Loqueris in illis ſedẽs in domo, ambulãs in via, dormitãs, reſurgens. Loquamur ergo dominũ IESVM, quia ipſe eſt ſapiẽtia, ipſe eſt verbũ, & verbũ dei. Nã & hoc ſcriptũ eſt: Aperi os tuũ verbo dei: Ipſum ſpirat, qui ſermones eius reſonat, & verba meditatur. Ipſum ſemp loquamur. Cũ de ſapiẽtia loquimur, ipſe eſt. Cũ de virtute loquimur, ipſe eſt. Cũ de iuſtitia loquimur, ipſe eſt. Cũ de pace loq̃mur, ipſe eſt. Cũ de veritate & vita & redẽptiõe loq̃mur, ipſe eſt. Aperi os M tuũ dei verbo. Scriptũ eſt: Tu api, ille loquetur. Ideo dixit Dauid: Audiã quid loquatur in me dominus. Et ipſe
Pſal.84. dei filius dicit: Api os tuũ, & adíplebo illud. Sed nõ oẽs vt Salomon poſsũt pcipere ſapiẽtię pfectionẽ: nõ oẽs vt Daniel. Oibus tamen p poſsibilitate infunditur ſpũs ſapientiæ, ſed oibus qui fideles ſunt. Si credas, habes ſpũm ſapiẽtiæ. Ideo Sapiẽs dicit. Credidi: ppter qđ locutus ſũ.
Pſal.115. Cũ credideris, accipies loquẽdi gratiã. Et qui credit, redimitur: & qui orat, redimitur, ſi pie intẽdat oratiõibus, & in oratione aſsiduus ſit. Diẽ pueniat, noctẽ frequẽtet, ſoli matutinus occurrat, vt ante ipſe illuminetur à Chriſto, q̃ terra ſolis exortu. Et qui pſallit, redimitur: & qui cõpũgitur, redimitur. Ideo ſẽp meditare, ſemp loquere quę dei ſũt, ſedẽs ĩ domo. Domũ poſsum9 accipe eccleſiã, poſsumus accipere domũ interiorẽ in nobis: vt intra nos loquamur. Sedent iudices in Hieruſalẽ: ſederunt ſedes in iudicio. Sedit etiã iudicũ cõſiliũ, & libri aperti ſũt, ppheta dicit. & tu cũ cõſilio oia fac. Cũ cõſilio de factis tuis iudica: cũ cõſilio vinũ bibe: cũ cõſilio loquere, vt ef
1.Tim.2. fugias peccatũ, ne incidas per multiloquiũ. Sedẽs loquere tecũ, quaſi q̃ iudices. In via loquere, ne vnq̃ vaces. In via loqueris, ſi in Chriſto loquaris, quia via Chriſtus eſt. In via loquere tibi, loquere Chriſto. Audi quõ illi loquaris. Volo, inquit, viros in oĩ loco orare, leuãtes puras manus, ſine ira & diſceptatiõe. Loquere ô hõ dormitans: ne
Pſal.131. tibi ſomnus mortis obrepat. Audi quõ dormitãs loquaris. Si dedero ſomnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, donec iueniã locũ domino, tabernaculũ deo

A Iacob. Vince naturam diligentia, exclude corporis ſomnum. Naturam nobis formare nõ poſsumus, poſsumus diligẽtiam. Homo erat Dauid: indulgebat aliquid ſom-
Pſal.6. no p noctẽ, ſed excludebat ſomnũ lauaris p ſingulas noctes lectũ ſuum, & lachrymis irrigans ſtratũ ſuum. Ideo memor erat in ſtratu ſuo ſemp domini ſui, & in ipſo meditabatur vt diluculũ pręueniret, & in tenebris ei illuce-
Epheſ.6. ſceret Chriſtus dicẽs: Surge qui dormis: Nã in omnibus hæc gratia eſt, ſed poteſt eſſe & in pluribus diligentia. Ne igitur expectes vt excitet te Chriſtus, ſed potius Chriſtum excita. Excitat eũ qui de ipſo dormitans cogitat. Si tu illũ excitaueris, & ipſe te excitabit à ſomno, reſuſcitabit à morte, dicens tibi: Exurge à mortuis. Cũ ſurges ergo vel reſurges, ipſum loquere, vt impleas quod iube-
Cantic.5. ris. Audi quomodo te Chriſtus excitet. Anima tua dicit Vox fratris mei pulſat ad ianuã. Et Chriſtus ait: Aperi
Cantic.2. mihi ſoror mea ſponſa. Audi quomodo tu exſuſcites Chriſtũ. Anima dicit, Adiuraui vos filiæ Hieruſalem, ſi ſuſcitaueritis & reſuſcitaueritis charitatẽ. Charitas Chri-
Ibidem. ſtus eſt. Audi etiã quomodo dormiẽs loquaris. Ego dormio, & cor meũ vigilat. Hæc cõmuniter. Attolle nunc paulo altius mẽtem tuã. Loquere ſedens in domo, in hac
2.Cor.5. terreſtri domo huius habitationis, quæ diſſoluitur, i qua peregrinamur à domino. In corpore enim iſto poſiti, dũ ſuperueſtiri magis quàm expoliari volumus exulamus à Chriſto, & grauiter ingemiſcimus. In hac ſedens ergo
Pſal.121. cõfitere peccata tua: quia ſedíſti, & nõ ſtetiſti, & nõ dixiſti, Stãtes erãt pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalẽ. Loque-
Pſal.126. B re magis, & noli occultare delicta. Loquere ſedens, vt audiãs dicentẽ: Surgite poſteaq̃ ſederitis, qui mãducatis panem doloris. Loquere in via ambulans, id eſt carpens vi-
Lucæ.3. tæ iſtius curſum. Hic loquere, ne illic obmuteſcas: ſicut ille obmutuit qui angelo Chriſti ante nõ credidit, poſtea tamen cum credidiſſet: vocẽ recepit. Loquere dormiens & quieſcens, cõſepultus in Chriſto, vt cum ipſo in nouitate vitæ reſurgas. Loquere etiam ſepultus in tumulo: ſicut loquebantur animę ſanctorum petentes de mor-
Apoca.6. tis auctore vindictã: Vſquequo domine ſanctus & verus non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum? Loquere
Pſal.3. poſtremo cũ ſurgis, ſicut docuit ille qui dixit? Ego dormiui, & quieui, & reſurrexi quoniam dominus ſuſcipiet me. Et illic ergo os iuſti meditabitur ſapientiã, donec ad ſublimiora tabernaculi ſecreta cæleſtis, ac ſacræ plena iucunditatis atq; lætitiæ ipſe perueniat: quẽadmodum
Pſal.41. ſcriptura nos docuit, dicẽte Dauid: Hæc recordatus ſum & effudi ſuper me animã meã, quoniã ingrediar in locũ
C tabernaculi admirabilis vſq; ad domum dei. In voce exultationis & cõfeſsionis, ſonus epulãtis. Ergo & ſedentes i hac corporea domo, & egreſsi hinc, atq; ambulãtes in via, cũ rapiemur, ſi meremur, obuiã Chriſto: & dormientes loquemur. Accipe tertiam ἀνα γωγὴν qua ſe anima
Prouer.3. eleuat iuſti. Eſt enim quidam ſpiritalis ſomnus intelligẽdus, de quo Salomon ait: Si enim ſedeas, ſine timore ſedebis. ſi dormias, ſuauiter requieſces, & non timebis pauorem qui ſuperueniet tibi, neq; impetus impiorum ſuperueniẽtes tibi. Cum ſuauitate requieſces, & pauorem & ſuperuenientes impiorũ impetus non timebis, ſi lingua tua loquatur iudicium dei, & ſemper illud ante oculos habeas, vt peccato locũ nullũ relinquas, & noueris quod delicti prẽcium ſupplicii retributione ſoluetur. Ipſe enim hoc ĩ nonageſimo interpretatus eſt Pſalmo, dicẽs Non timebis à timore nocturno, & à ſagitta volãte per diẽ, à negocio perãbulãte in tenebris, ab occurſu & dæmonio meridiano. Cadẽt à latere tuo mille, & decẽ milia à dextris tuis: ad te autẽ nõ appropinquabit. Verũtamen oculis tuis conſiderabis, & retributionẽ peccatorũ videbis. Iuſtus enim cum loquitur iudiciũ dei, vel cum loquitur quæ iuſta ſũt, & veri plena iudicii: nõ cum iracundia loquitur, non ex animi mœrentis afflictione, nõ ex dolore, non ex aliqua paſsione, ſed loquitur ex veritate, loquitur ex æquitate vt nõ ,ppendeat affectu, ſed quæ loquitur, vero pendat examine. Iudicat enim quę dicen D
da ſint, vel non promenda. Cui ſimile eſt illud: Labia ſa Prou.15.
pientium alligata ſũt ſẽſu, eò quòd omnia quę loquũtur vero ſenſui conuenire videantur, & ſenſus ſui prudentia intelligant quæ loqui debeant vel taceri: vt quæ filenda ſunt, cohibeant clauſtro quodã nexuq; labiorum. In iis autẽ quæ oporteat dici, labiorum vincula reſoluantur. Merito ergo præmiſit: Os iuſti meditabitur ſapientiam. Meditatio enim diuturna plenum poterit habere iudicium: quod loquetur iuſtus in tẽpore cum ea quæ perfecta ſunt, facie ad faciẽ viderit. Nunc enim de iis quę nõ cõprehendimus, loqui vera nõ poſsumus. Deniq; nec Paulus præſumpſit dicere, qui raptus in paradiſum audiuit
Roma.11. ſecreta cælestia ſed võlens non in iis errare quę diceret, ait: Quã inſcrutabilia ſunt iudicia dei, & inueſtigabiles viæ eius. Nunc autem abſolutus corpore, forſitan inueſtigabilium viarũ genera, & iudicia eius, quę ſicut abyſſus multa ſunt, comprehendit. Adhuc iuſtitię forma deſcribitur, & augetur. dicente ſcriptura: Lex dei eius in
1.Tim.1. corde ipſius, & nõ ſupplãtabuntur greſsus eius. In cor-
Rom.10. de iuſti lex dei eſt. Quæ lex? Non ſcripta, ſed naturalis Iuſto enim nõ eſt lex poſita, ſed iuſto. In corde eius lex eſt non perfunctorie, ſicut in labiis Iudæorũ. Corde enĩ creditur ad iuſtitiam. Qui credit, & loquitur: qui autem
Eſa.19. loquitur, non continuo credit. Deniq; nõ credidit populus, de quo dictũ eſt: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Si igitur gẽtes cum ea quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex, cognoſcentes quę ſe qui debeant vel cauere: quanto magis fidelis & iuſtus, qui ad imaginem & ſimilitudinẽ dei viuit, decora nouit & honeſta decernere, & vti legitimo quodã naturalis ſa E
pientiæ gubernaculo, ne eius ſupplantentur veſtigia, ſicut Eſau, quem propter gulæ auiditatem frater ſupplan- Gene.25.
tauit vt caderet, atq; in mortẽ veſtigia eius effudit. Quo magis iuſtus eſt quiſq;, eo magis illi inſidiatur inimicus: & ideo ait ſcriptura. Cõſiderat peccator iuſtũ, & quærit perdere eũ. Dominus autem nõ derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cũ iudicabitur illi. Vidẽs ergo peccator quia iuſtus in ore ſuo loquitur, in corde meditatur ſapientiã, quia in lingua ſua iudiciũ loquitur quia in corde ſuo legem domini cuſtodit: mortẽ peccati ei conatur iferre: ſed domin9 tuetur cũ. Et ideo nõ timeam9 inſidias peccatoris: quoniã deus pro nobis eſt. Si ergo deus ,p nobis: quis contra nos? Propterea non derelinquet iuſtum ſuum deus, nec dãnabit eum cum habuerit de ipſo iudiciũ. Verus enĩ iudex eſt: & ideo iuſtitia non poteſt pericli tari. Vnde & Aquila dixit: Nec damnabit eũ in iudicando eo. Symmachus: Nec damnabit cũ iudicatur iuſtus. Sed quia ſeptuaginta viri ſic poſsuerunt. Cũ iudicabitur illi: putam9 quòd ad illud reſpexerit, qa ſcri F
ptum eſt: Quoniã ipſe domin9 veniet in iudiciũ. Sed in quod iudicium? Audi dicentem: Tibi ſoli peccaui, & ma Pſal.50.
lum corã te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ideo ergo præbet ſe domin9 audiẽdũ vt de ſe iudicetur: quo magis vincat. Quomodo ſe præbeat, audi: Populus meus, quid feci tibi? aut in quo con- Michęę.6
triſtaui te? aut quid moleſt9, tibi fui? Reſpõde mihi, Quia ex AEgypto eduxi te? & de domo ſeruitutis liberaui te? Et alibi: Ego ſum ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & Eſaiæ.43.
memor non ero: tu autẽ memor eſto, & iudicemur. Graue hoc iudicium cum dominus de ſe poſtulat cõtra hominem iudicari. Quid enim reſpõdeas ei qui vniuerſa tibi cõtulit, õnibus te præfecit? Subiecit tibi AEgyptios, ad quos hoſpes aduenera. inſectantes poſtea mari mersit. Ille tuos deleuit hoſtes, atq; ſubuertit. Ille te creauit & condidit, ille ſuo ſanguine te redemit: & tu tradis te vt ſeruias eius inimico? Ille tibi õnia peccata dimiſit, & tu grauiora committis? Vocabit te, in iudicium venies: quid reſponſurus es ei qui niſi iterum tibi donet, periſtiIdeoque videns ſanctus Dauid hac quadam moralitate dei amplius ſe grauari, iudicium refugit, miſericordiã

Psal.142. poſcit,dicēs:Et ne intres in iudicium cū ſeruo tuo:quo-
G niā non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuēs.Cō
fitetur ſe in tenebris ſicut mortuum ſeculi collocatum.
Caute ſicut mortuum ſeculi dixit,non mortuum .Non
enim mortui ſeculi ſunt qui moriuntur in Chriſto.Illi
autem ſunt mortui ſeculi qui ōnem vitā ſuā qua vixerūt
in ſeculo,in interitu & morte conſtituunt.Et ideo quaſi
Ibidem. deſperat⁹ ad remedium cōfugit,dicens:Cito exaudi me
domine,quia defecit ſpiritus meus . Talis enim iudicii
propoſita ſibi oblatione defecit, in quo examinānda veri
tas foret potius q̄ miſericordia cōferenda . Tamen ta m
pius eſt domin⁹ vt etſi nemo iuſtificetur in cōſpectu e-
ius viuēs,(qs enī quānis iuſtus nō obnoxius eſt peccato?
aut cuius talis eſt vita,vt digne iudicetur dei ſimilitudi-
nē?)vtique ad imaginem & ſimilitudinem dei factus,de
bet ſicut deus ſine peccato eſt,ita & is qui ad imaginem
eius eſt,ſine peccato eſſe. Qua ergo dignus eſt pœna qui
gratiam tantam dominicæ operationis , & ſimilitudinē
diuini decoris amiſit?Sed quia miſericors eſt:etiam ſi ip
ſe iudicio ſubiiciat,iuſtum tamen non iudicat,ſed iniu-
ſtum.Iuſto parcit,quaſi conditionis fragilitate peccanti
iniuſtum punit,quaſi qui deteſtetur ingratum.Deinde e
tiam ſi multa habes opera iuſtitię,noli eſſe impatiens,at
que arrogās,quo prēmia tibi iuſtitiæ in hoc ſeculo exiſti
mes flagitanda,aut indigne tibi aduerſa accidiſſe aliqua
conqueraris.Quandiu enim viuis, certamen tibi debe-
tur,nō præmium.Expecta ergo vel auxiliatorē dominū
vel remuneratorē:& cuſtodi vias eius. Hoc eſt expecta-
re,eius quē expectandum putas , mandata conſeruare.
H Etſi conteraris,etſi affligaris etſi ægritudine deficias,ta-
men expecta dominum,nō te cōfundet ſpes.Veniet do-
min⁹,& axaltabit te,vt hæreditate poſsideas terrā . Li-
quet ſuperiorē eſſe terrā,nō iſtā in valle terrenā: ſed illā
quæ eſt repromiſsionis æternæ:in qua quicūq; conſtitui
tur,exaltatur à domino. Videbis autē cum pereunt pec
catores.Tūc enī iuſtorum remuneratio erit, cū iudiciū
fuerit de meritis impiorum.Sed nō vno genere pereunt
peccatores.Ante tibi pereunt,ſi eorum potentiā diuitias
non miteris.Si nō te moueat cum eos honoribus, libe-
ris,amicis abundare cognoueris.Hæc enim ſeculi ſunt,
& ſeculū ſeculari ſubiacet malignitati,& princeps mū-
di iis qui ſibi ſeruiūt,fauet,ſecundum illud , Omnia tibi
Mat.4. dabo ſi procidēs adoraueris me . Quid quæris vt ea tibi
dentur,cum ipſe impius qui dat , in eis diutius eſſe non
poſsit?Tranſit etiā ipſe:quomodo poſsunt non tranſire
quæ cōtulit?Tu modo conſtantē animum gere,iuſtitiam
tene,nemo te moueat,& videbis nihil eſſe impium . De
nic̄ audi dicentem:Vidi impium ſuperexaltatum & ele
I uatum ſup cedros Libani:& tranſiui,& ecce nō erat. Vi
di eum in ſeculo hoc,vidi oculis corporis.Vidi etiā ele-
uantē ſe & ſuperexaltantē ſermonibus ſuis,eſtimantē ſe
aliquid eſſe,qui nihil eſt. Quomodo ſe ſuperexaltat?Po
Eſaiæ.14. nam,inquit thronū meum ſuper nubes : & ero ſimilis al
tiſsimo.Exaltat ſe,vt videas eū ſicut cedros Libani ſupe
rexaltatas.& ipſæ altæ ſunt,& in monte ſunt altiſsimo.
Merito ergo ſuperexaltatæ ſunt:& ſuperexaltatus vide-
tur impius,qui ſe in illo monte cōſtituit,de quo ſcriptū
eſt:Si habueritis fidem ſicut granū ſinapis , dicetis huic
Mat.17. monti,Tollere,& iactare in mare.Huic,Cui? Dæmonio
inquit,à quo iſte inuaſus fuerat & oppreſsus, quē mira-
mini eſſe ſanatum.Ideo charitatē magis habet in Chri-
ſto,q̄ poteſtatē in diabolo.Vides cedrū in monte altiſsi
mo ſuperexaltatā:ſed vento frāgitur, ſed igni exuritur,
ſed vetuſtate diſsoluitur . Ita eſt dies in ſeculo ? Fulget
quidem ſplendore quodam gratię ſecularis vt Libanus.
Nixus eſt mundi potētia,opibus & diuitiis exultat.Vide
tur tibi aliquid eſſe antequām dicas, Tranſiens videbo
Exod.3. Sicut enim Moyſes animo & mēte tranſiuit materialia,
& deum vidit,ita & tu ſi tranſeas hinc,ad dei gratiam ve
ſtigium tuæ mentis attollens,videbis eum nihil eſſe qui
in hac terra ſibi potentiſsimus videbatur . Ideo animæ
tuæ dicit,menti tuæ dicit deus verbum: Ades huc à Liba K
no ſponſa,ades huc à Libano:tranſibis & pertranſibis.
Si tranſeas ſecularia , pertranſies ad paradiſum . Audi
tranſeuntem : Memēto mei domine cū veneris in regnū
tuum.Audi iterū pertrāſeuntem.Amen amen dico tibi, Lucæ.23.
Hodie mecū eris in paradiſo. Quid eſt,Ecce nō erat? In
principio vtiq; verbum erat,Et qui verbū videt, qui par
ticeps verbi eſt,vtique & ipſe eſt,quia verbū dei ſemper
eſt.Et ſermo qui de ipſo eſt,non eſt,eſt & non,ſed eſt,&
manet in eo qui ſequitur deum. Qui autē neſcit verbū,
non eſt,quia non adhęret ei qui dixit,Ego ſum,qui ſum Exod.3.
Qui autem adhæret ei,vnus ſpiritus eſt.Vbi autem ſpiri
tus,ibi & vita.Ideo tibi dicit ſcriptura de deo, Qui viui-
ficat mortuos,& vocat ea quæ nō ſunt, tanquam ea quæ Roma.4.
ſunt.Hoc eſt,vocat gētes quæ nō erāt,tanquam populū
ſuum qui erat.Erant enim patres noſtri, qui erant electi
dei.Et alibi dicitur:Cognouit dominus qui ſunt ipſius; 2.Tim.2.
non cognoſcit eos qui non ſunt.Et Heſter ait? Non des
virgam regni tui iis qui nō ſunt.Recte ergo iuſtus dicit,
Et tranſiui.& ecce nō erat.Hoc eſt,vidi eum ſuperexal-
tatum in ſeculo antequam conſiderarē quia nihil eſt ſe
culum.Vbi autē tranſiui mēte ſupra mundū , vidi quia
iam nō erat qui ante erat ſuperexaltatus in hoc mundo.
Et tu ſi iuſtus es,trāſi à præſentib⁹ ad ea quæ futura ſunt
& tranſibunt tibi præſentia.Cælū & terra trāſibunt :ver Mat.24.
ba autē mea non præteribunt . Iuſto ergo omnia trāſeūt
Tranſit impius,ſimilis vanitati , & dies eius ſicut vmbra Psal.143.
prætereunt.Nec ſolum prætereunt iuſto præſentia , ſed
etiam eum ad ea quæ ſunt futura intenderit,iam iſta pre
tereunt.Vide quomodo iuſto præſentia prætereunt:Vti L
que,temporibus Dauid prophetæ ſynagoga erāt , eccle-
ſia ex gentibus non erat: & idem futuris quaſi præſen-
tibus dicit : Benedicite gentes deum noſtrum . Deinde Psal.46.
ſupra ait : Aſcendit deus in iubilatione. Tranſiuit per-
fidiæ ventura tempora,non ætate,ſed mente,& reſurre-
ctionem domini multo poſt ſeculo futurā pia fidei deuo
tione celebrauit,dicēs, Pſallite deo noſtro,pſalite,pſal-
lite regi noſtro,pſallite. Quaſi intereſſet ipſis Chriſti &
Eccleſiæ nuptialis copulæ ſacramentis , ita tripudiat & Ibidem.
gaudet.Cauſam quoq; celebritatis expreſsit dicēs , Re-
gnabit domin⁹ ſup omnem terram.Ergo ſi nos prætere
am⁹,& illa prætериſſe quæ futura ſunt,nobis videtur, vt
ſi in nauigando terrā prætereas,illā quoque videas præ-
terire,& quaſi à te diſcedere.Sæpe nautę maxima in tem
peſtate,fugiūt terrā.Et tamē cum eā fugiunt nauigantes
ipſa potius fugere videtur à nauigantibus.Et tu ſi fugias
mundum hunc & ipſe te effugiet.Si prætereas terrā hāc,
& ipſa te prætерit.Et tu in mari hoc nauigas,& in hoc ſe M
culo fluctuas.Fuge terram,ſaxa habet,lapides habet,ſi-
cut ſcriptum eſt,Lapides de via proiicite.Si feſtines per
aerium hoc profundum ad portum diuinæ voluntatis,
videbis tibi hæc omnia prætериſſe . Quid enim intereſt
vtrum prętерierint,an tibi ea iudices prętериſſe?Eſt & ali
us impius qui videtur exaltatus & eleuatus ſuper cedros
Libani,& ſi tranſeas,non erit,nec locum eius inuenies.
Vide mihi ſcribam Iudaicū reddētem ſeriem veterum
ſcripturarum,ſed nō ſequentē. Audis quia labiis reddit
miraris vt doctum.Interrogas quid ſentiat . Reſpondet
ſecundum literam,percurrit hiſtoriā.Superexaltatus vi
detur tibi & eleuatus ſi literam cogites,Tranſi ad intelli
gentiam ſpiritalē,quia lex ſpiritalis eſt. Vides illum ni-
hil eſſe.tum dicis,Vidi impium ſuperexaltatum, & trāſ
iui,& ecce non erat,& quæſiui eum,& non eſt inuentus
locus eius. Quæſiui eum vbi eſſe debuerat , vbi vita eſt,
non illum inueni,Nō erat ibi vbi vita erat,quia mortu⁹
erat,& ideo nec loc⁹ eius inuētus eſt. Qui enim mortui
locus,qui nō erat,nec fuit vnq̄?Non enim fuit,qui in li-
tera erat.Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.
Quæſiui ergo eum,vt inuenirē,ille ſe nō præbuit vt inu-
enirētur.Hoc eſt,ego eum volui cōuertere,ille ſe mihi 2.Cor.3.
præbere noluit vt cōuerteretur.Feci quæ erant quærētis

A ille refugit ea quæ eſſe debuerant reuertentis . Denique
anima quæ conuerti vult , verbum requirit : & cum in-
Cantic.3. uenerit,dicit:Tenui eum,& non dimittam eum. hoc eſt
dei filium,dei verbum.Iniuſtum autem , qui ſanari no-
luit,quæſiui eum,& non inueni eum : & ideo non illum
imiteris.Cuſtodi innocentiam ,& vide æquitatem . Qui
cuſtodit innocentiam,equitatē videt,quoniam qui mun
dus eſt,deum videt,cuius virga recta eſt,directa iuſtitia,
vt auerſetur eos qui declinauerint ad ſtudia prauitatis.
Bona innocentia quæ deum videt . Denique alii poſue-
runt,Cuſtodi perfectionem.Perfectus eſt enim qui ma-
litiam neſcit,nec dolum nouit.Ideo,inquit,cuſtodi per
fectionem,quia ſunt reliquiæ homini pacifico.Reliquię
dicuntur hominis de corpore mortui , de eius exuuiis.
Ideo reliquiæ,quia poſt mortem hominis videntur ſupę
reſse .Superſunt enim quę ſeruantur ad reſurrectionem
Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptionē
& hoc mortale induere immortalitatē. Ergo magis reli
quiæ ſunt homini ſpes reſurrectionis,& fides conuerſio
nis,& gratia dilectionis: quoniam impii non reſurgunt
in iudicium.Vita autem iuſtorū nota eſt deo , & iudicio
domini comprobatur.Huic loco pulchre illud cōuenit:
Roma.11, Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt,
Iniuſti autem diſperibunt:reliquiæ impiorum interibūt
Iuſtorum reliquiæ virtutes ſunt:impiorum reliquiæ, im
probitas,atque perfidiæ peccatum.Ea delebuntur vt nō
ſint.Salus autē iuſtorum à domino,non à ſeculo , nō ab
elemento.Cælū & terra præteribunt.Non committo ſa-
lutem meam cælo,quia & ipſum prætерit,quia de pluri-
Pſal.101. bus cælis dictum eſt:Ipſi peribunt , tu autem permanes.
Deo ſoli cōmitto,qui permanet, qui poteſt peccata do-
B nare,vt protector meus ſit in tempore tribulationis , &
adiuuet me,& liberet me,& eripiat me à peccatoribus iu
dicii ſui tempore:& ſaluum me faciat,quoniam ſperaui
in eum.In ipſum ſolum ſperaui . Non vult enim nos &
ſibi & aliis ſeruire . Qui ipſi ſoli ſeruit liberatur,quoni-
am ipſi eſt laus gloria , perpetuitas à ſeculis , & nunc &
ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum.Amen.

In Pſalmi.XXXVII.enarationem præfatio.

DE pœnitētia duos iamdudum ſcripſi libellos : &
iterum ſcribendū arbitror. Primum,quia vtile
eſt vel quotidie veniā delictorū precari,deinde
quoniam in illis duobus libellis adhortatio pœ
nitentiæ vel profectus eſt,ſi geratur.Nunc autē quēdmo
dum agi pœnitentia debeat,exprimendū eſt.Nihil enim
prodeſt agere.niſi ita agatur vt oportet . In quo ſanctus
Dauid ſequēdum nobis propoſuit magiſteriū, qui ideo
mihi videtur guſtaſſe peccatum,vt doceret quemadmo
C dum peccatum poſſet aboleri.Vnde enim medicina ni-
ſi de vulnere ſumpſit exordium?Dum prima ætas gene-
ris humani docet alios quod ſibi profuit , & quemadmo
dum vulnus ſuū ſanauerit,aliis oſtēdit.Vſus autem fecit
& ægritudo magiſterium . Ipſa eſt enim prima & valida
ſecta medicinæ quā experientia nō coniectura formauit
Ideoq; ab experientia, ἐμπειρικοὶ primo medici ſunt vo-
cati , & ex ea ſecta cæteræ deriuatæ ſunt atq; ab ea vſum
quendam ſuæ ſumpſēre virtutis. Quid autem eſt ad co-
hortationem pœnitētiæ validius,quām quod ſanct⁹ pro
pheta Dauid peccatorū noſtrorū nos docuit pœnitere?
Quis enim dedignetur humiliare ſe deo , cū rex ſe hu-
miliauerit?Aut quis dubitet affligere animam ſuā ,cum
Propheta tantus afflixerit , ſoluens preciū lachrymarū
pro redēptione peccati?Et quanuis toto ſcriptorū ſuorū
corpore gerendæ pœnitentiæ præcepta diffuderit (quis
enim eius pſalmus non medicamentum eſt conſcientiæ
peccatricis,cū alibi quēadmodū impulſus ſit, alibi quē-
admodū cōturbatus,oſtenderit,vt non ſolū quēadmo-
dū ſint ſanāda,ſed etiā quēadmodū cauēda vulnera,de-
monſtrarēt, & ſuo nos doceret exemplo:quis autē ſtare D
ſe credat,vbi lapſus eſt etiam fortior?)tamē in triceſimo
ſeptimo pſalmo maiorem vim doloris interni,& lamē-
tabilis deplorationis expreſsit . Denic̄ in exordio ipſe
nos titulus admonet huiuſmodi præcepta formari . Sic
enim legimus:In commemoratione,inquit,dici ſabbati
pſalmus Dauid.Plena enim eſt definitio pœnitentiæ, cō
memoratio delictorum,vt vnuſquiſq; peccata ſua velut
quodāquotidiani ſermonis caſtiget flagello, & cōmiſsa
ſibi flagitia cōdēnet.Sic enim docemur dicente domino Eſaiæ.43.
Dic iniquitates tuas,vt iuſtificeris.Et Apoſtolus ait: Ore Roma.10
confeſsio fit ad ſalutem. Sed forte moueat quia non di-
xit peccatorū commemorationem, ſed diei ſabbati,aut
(ſicut alius habet)ſabbatorum. Quid eſt ergo ſabbatū,
niſi requies futurorum,leuamē præſentiū,quo lex iubet
hominum opera feriari,onera deponi?Quæ ſunt grauio-
ra onera,niſi noſtra peccata?Hæc deponātur in ſabbato-
rum diebus:hoc eſt,in hoc vitæ iſtius tempore . Septē
enim diebus hebdomas omnis concluditur, ſex diebus
mundus iſte formatus eſt,ſeptimo die requieuit domin⁹
ab opere ſuo:qui in noſtra manſuetudine requieſcit: ſi-
cut ipſe dixit:Super quem requieſcam,niſi ſupra humilē Eſaię.66.
& manſuetum?Abſolue ergo omni ſabbato & allcua pō
dus errorum, vt ſecurus ad illius futuri ſabbati requiem
peruenire merearis. Nam ſi hinc peccata grauia porta-
ueris,illic requiem non habebis.Exonera igitur tuā mē-
tē,reiice ōnia quibus conſcientia grauatur & premitur,
ne fiat fuga tua hyeme vel ſabbato . Vita hęc in labore
eſt,illa in requie.Leuiorē te ſeculi huius reperiat conſū
matio,ne oneratus peccatis fugere non poſsis . Ante fu-
ge,vt prævenias.Fugit ſeculū,qui ſeculi illecebris nō te E
netur , qui ſe omni cura eius abſoluit . Fuge etiā futurā,
hoc eſt iudicii diē . Fugit eā q̄ egerit pœnitentiā. Sic enī
definiuit baptiſta Ioānes,dicēs:Generatio viperarum,q̄s Lucæ.3.
vobis demonſtrauit fugere ab ira ventura ? Facite ergo
fructus dignos penitentiæ. Audiſtis hodie legi quia Ioan
nes baptizabat in Enon iuxta Salim.Enon dicitur ocu-
lus ſuppliciorum,Salim ipſe aſcendēs.Hoc habet inter-
pretatio. Qui ergo baptizari eligit ſupplicia prævidet.
Et ideo confugit ad baptiſmatis ſacramentū, vt peccatū Ioan.3.
omne deponat,ne obnoxius incipiat eſse ſuppliciis . Et
forte ſupplicia prævidet qui baptizatur baptiſmo pœni
tentiæ. At vero ille gratiā ſpectat,qui baptizatur in Chri
ſto.Baptiſmus ergo Ioānis,oculus ſuppliciorum eſt:bap-
tiſmus Chriſti,oculus gratiarum.Temetſi in Enon ba-
ptizabat Ioannes, iuxta aſcendentem baptizabat . Hoc
enim & iſta habet interpretatio, vt Salim dicatur ipſe a-
ſcendens . Proximus ergo erat Chriſto,qui eius nuncia- F
bat aduentum . Etenim filius hominis qui deſcendit de
cælo,ipſe eſt & qui aſcēdit in cælum,vt impleret omnia.
Sed quia qualis cæleſtis , tales & cæleſtes:ille aſcendit in
cælum,qui terrena deponens conſepelitur in Chriſto,vt
cum Chriſto reſurgat à morte peccati ad nouitatem vitæ
hæreditatiſq; conſortium,vt fiat ſicut ſcriptum eſt,dei hæ
res,Chriſti cohæres . Vera ergo medicina eſt gerere pœ- Roma.8.
nitentiam:quæ tunc legitime prædicata eſt, quando me-
dicus venit è cælo qui non exaſperaret vulnera ,ſed ſana
ret.Bonus medicus , qui docuit quemadmodum in hac
terra corporis noſtri remedia quæreremus,cum flos no
bis hærbæ ſalutaris oriretur,qui de peccato dānauit pec
catum in carne. Antidotum ergo facta eſt caro,quę erat
venenum ante peccati,quia erat illecebra peccatorum.
Audi quemadmodum antidotum caro. Dei verbū factū
eſt caro,miſit mānum in cauernam , aſpidum venenum Eſaiæ.11.
euacuauit,peccatum abſtulit .id eſt , de peccato dānauit
peccatum in carne.Et vt hoc poſsit plenius conſiderari
ipſum apoſtoli capitulum recenſeamus .Nāq; ita ſcriptū Roma.8.
eſt: Deus mittens filium ſuum in ſimilitudinem car nis
peccati,de peccato damnauit peccatum in carne,vt iuſti
ficatio legis impleretur in nobis, vt non ſecundum car-
nem ambulemus , ſed ſecundum ſpiritum . Venit ergo

G dei filius in similitudine carnis peccati. Nõ vtiq; in similitudine carnis venit,qui veram carnẽ ſuſcepit, ſed in ſimilitudine carnis peccati,id eſt carnis peccatricis. Facta enim erat fraude & veneno infuſa ſerpentis caro noſtra caro peccati. Poſtq; eſt obnoxia facta peccato, facta erat caro mortis :quia erat morti debita . Huius carnis iram reæ,iam præiudicatæ ſimilitudinẽ Chriſtus in ſua carne ſuſcepit:quia etſi naturalẽ ſubſtantiam carnis huius ſuſceperat,non tamẽ cõtagia vlla ſuſceperat,nec iniquitatibus conceptus,& natus eſt in delictis, qui nõ ex ſanguinibus,neq; ex voluntate carnis,neq; ex voluntate viri,ſed de ſpiritu natus ex virgine eſt. Quid ergo eſt , De peccato damnauit peccatum in carne? Vtrũ de ſimilitudine carnis peccati?an quia peccata noſtra Chriſtus nõ vſu ſed qualitate ſuſcepit:non crimine ,ſed ſuæ miſericordiæ ſacrameto,& peccatum pro nobis factus eſt, qui peccatum ipſe non fecit? An vero quia de iſta carne peccati,hoc eſt noſtra hac obnoxia & præiudicata dãnauit peccatum in carne, docendo quẽadmodũ in carne poſiti nõ ſecundum carnẽ ambulemus, ſed ſæcundũ ſpiritũ
Roma. 8. Peccatum quippe eſt ſecundum carnem ambulare,quia luxui & voluptatibus & laſciuiis & carnis cupiditatibus viuit qui ſecundum carnis ſapientiam conuerſatur. Sapientia enim carnis inimico eſt deo. Vnde qui in carne
H ſunt,deo placere non poſſunt . Ideoq; peccatum dãnat de peccato,qui ſe à carnis vitiis abluendo,ſecundũ ſpiritum viuit,totus deo deditus,& cæleſtibus intẽtus oraculis,propter quod Chriſtus aduenit , vt non ſuam id eſt carnis,ſed dei faceret voluntatem. Si quis ergo illum ſequatur,vt faciat quæ placent deo,& carnis ſuæ comprimat appetẽtiã,imitator eſt Chriſti. Quid ſenſerimus,ex preſsimus. Qui legis,elige quid ſequaris . Nullus error, vbi ſimplex pietatis affectus,atq; omnis fidelis eſt ſenſus Damnauit peccatum Chriſtus ſuſcipiendo ſimilitudinem carnis peccati , vt delicta noſtræ carnis aboleret. Dãnauit peccatũ,vt peccata noſtra in ſua carne crucifigeret,factus pro nobis ipſe peccatum, vt nos in ipſo eſſemus iuſtitia dei , qui eramus captiuitas mortis,& præda ſerpẽtis. Ergo pietatis eſt ſuſceptio peccatorum iſta , nõ criminis. Per hoc peccatum nos deus æternus abſoluit, qui filio ſuo proprio pepercit,& peccatum eum fecit eſſe pro nobis. Deinde damnauit peccatũ Chriſtus in carne de ipſa carne peccati , quæ iudicabili quodam vigore & auctoritate cenſoria odit vitia quæ amare cõſueuerat, & horret impudicitiã, quã voluptatẽ putabat . Segregat ſe à laſciuiis,abdicat à cupiditatibus,renunciat criminibus atque flagitiis , propulſat auaritiam, quę virilitatem quandam carnis effœminat. En tibi illum Chriſti imitatorem,& ipſum de peccato peccatum in carne damnatẽ
I 1. Cor. 9. Sic curro , inquit,non vt in incertum:ſic luctor,nõ vt aera cædens:ſed caſtigo corpus meum,& ſeruituti redigo: ne cùm aliis prædicauerim,ipſe reprobus efficiar. Nõ ſũ perfluo (vt arbitror) cuagati ſumus:quia & hoc ad medicinam hominis pertinebat:cui medicinæ proſpiciens deus,ſicut terram iſtam ſalubres hærbarum atq; arborũ ſuccos ferre præcepit,quibus carnis vulnera curarẽtur: ita etiam præceptis ſalutaribus repleuit diuinarũ ſeriem ſcripturarum,quibus infirmitas animæ ſanaretur . Itaq; q̃ graue eſt vt muta animalia medicari ſibi nouerint , & vulneribus ſuis hærbas ſalubres requirant,deligere non refutent:& hominum induſtria non requirat,quibus etiam medicus eſt miſsus qui medicinæ ſalutaris in veteribus ſcripturis ſemina demõſtraret,& noua ipſe deferet? Quãm multa itaq; ſalubria ſunt quæ noxia perfunctorie iudicantur? De ipſa terra ſumamus exempla. Serpens alit venenum,morſus noxios habet,vulnerat carnem:ſed in ipſo quoq; eius veneno antidotũ reperies,ſi requiras. Denicq; caro exuritur , cuius puluere theriaca conficitur qua veneni vis conſueuit hebetari , vt nocere nõ poſsit. Non terra ergo in vitio,quę ſerpentem generat : ſed ille q̃ neſcit cauere ſerpẽtẽ. Ipſe ſerpẽs poteſt tibi prodeſſe, ſi intelligas timmo ſi medici præcepta non ſpernas,imiK tandum diſce quẽ putas eſse fugiẽdũ. Eſtote,inquit, aſtu Mat.10. ti ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut colũbæ . Serua caput tuum ſicut ſerpens:& ſi laceratus toto copore fueris,reuiuiſces. Caput tuum Chriſtus eſt,quia caput ipſe eſt vi- 1.Cor.11. ri. Si ſeruaueris fidẽ , & ſi mortuus fueris ſicut ſerpẽs, & tu reſurges. Imitare ſerpentẽ,qui exteriorẽ ſuum exuit, vt renouetur interior. Imitare ſerpentẽ ,qui venenũ ſuũ euomit. Beatus & tu ſi cogitationes tuas malas euomas, & malitiæ tuæ venena deponas . Celebris ſermo eſt, & ſcriptorũ auctoritate robuſtus ſerpẽtẽ aquis appropinquantem ſibilo ſibi fœminæ anguis ſpõſare cõcubitus, illam propriæ conſulẽtem ſaluti,ea ſpondere lege petitos coitus ſui vſus,ſi ſerpens venenũ euomat : captumq; obedire iuſsis,arma deponere ,ac proprii more cõuentus caput ori eius inſerere:atq; vbi caleſcere cœperit cõ ſuetudo:ſeu naturæ quadã violentia,ſeu libidinis ardore fœminã ſtringere ora,morſuſq; libidinis oſculis premere,atq; ita caput ſerpẽtis abſcindi . Nõne i natura ſerpentis,myſteriũ fidei recognoſcis ? Serpens ille paradiſi prior fœminã ad culpæ adulterium prouocauit :ſed vbi Gene.3. venenũ eius effuſum eſt in hunc mundũ , ſoboles illius fœminæ circunuentionẽ parentis, & fraudẽ vlta ſerpentis,armis eũ ſuis exuit,& caput illius amputauit . Quòd ſi venena præualuerint,& peccatum in quo eſt aculeus mortis,irrepſerit:vtere medicorum exemplo,vt tibi ſerpens vel ſero moriatur. Conteras eius venenũ,corpuſq; L cõminuas,& admixtũ ſalutaribus ſuccis noueris temperandum,vt non ſolum vim ſuã & vitus amittat , ſed etiã fiat remedium de veneno. Moritur autẽ tibi ſerpens ille intelligibilis , ſi tu moriaris peccato , & tibi tua peccata moriantur. Sic cõteritur eius venenũ,ſi te tua facta compungant. Sic omne virus eius aboletur,ſi bonis operib9 tegas , & fideli cõfeſsione temperes crimen admiſsum. Audi quemadmodũ virtus draconis ipſius conteratur. Conteret,inquit,deus Satanã ſub pedibus veſtris. Con- Rom.16. tere primo cor tuum in quo erat draconis cubile , vt nõ inueniat vbi poſsit habitare. Contere draconis carnes. Carnes ei9 peccata noſtra ſunt. Ideo tibi dicit deus: Epu lantur in eo gentes. Et infra: Præcurrit mori. Carnes autem corporis eius ſunt adhærẽtes ei. Sicut enĩ ſancti, corpus & mẽbra ſunt Chriſti:ita peccatores qui peccatũ nõ deſerunt,ſed peccato inhærent,corpus draconis & membra ſunt. Ideo nos Chriſti corpus epulamur , illi autem corpus epulantur draconis . Nos epulamur qui Chriſto adhærere contendimus,remiſsionẽ quotidianam & ve-
M niam peccatorum. Illi autem qui peccatis quotidie peccata cõnectunt,continuationem flagitiorum epulantur & criminũ. Contere igitur has carnes, & ſuper eas contritionẽ tui cordis aſperge . Deinde mitte ſuper omnia ea Iordanis aquã. Iordanis enim deſcẽſio & aſcenſio eſt quoniam qui in fontem ſacrum deſcenderit: & aſcendit vt quæ ſuperiora ſunt quærat . Deſcendit enim in mortem Chriſti,qui baptizatur in Chriſto, & in reſurrectionem eius aſcendit. Si autem iam baptizatus erraſti,mitte aquam lachrymarũ,nõ mendacem , ſed veram ,vt de profundo clames ad dominum deũ tuum, vt dicatur de Mat.2. te,Vox audita eſt in Rama,fletus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos : & noluit conſolari , quia non ſunt. Rachel eccleſia eſt , in qua benedicitur plebs dei. Ipſa pro te fleat,ipſa tua peccata deploret & fleat plurimũ,vt conſolationem facile nõ admittat,quẽadmodum qui plurimũ dolent. Ideo cõſolari ſe noluit , quoniã qui eras,eſse deſiſti. Sed hac perſeuerantia doloris & fletus emereatur vt dicat: Filius meus mortuus erat,& reuixit: Lucæ.15. perierat,& inuentus eſt. Aut forte cõſolari ſe noluit Rachel in filiis Iudæorum,quia non ſunt:quos vtique ideo genuerat,vt eſsent:& ideo non admiſit conſolationẽ occiſis paruulis ab Herode,quia nec in aduẽtum IESV credíderunt,menſuram ſceleris adimplẽtes, vt & paruulos interficerent,vt inter eos filius virginis necaretur. Ergo

A eccleſia domini in Iudæis conſolari noluit, quia nõ ſũt. In Chriſtianis aũt qui ex nationibus congregati ſunt, epulatur & gaudet,quoniam cœperũt eſse, qui nõ erant. Miſiſti ergo aquam Iordanis , aquam gratiæ. hoc primũ bibe. Miſiſti aquam lachrymarum, aquam pœnitentiæ. Hoc ſecũdũ eſt poculum,vt primum repares: Bibe aquã de tuis vaſis,bibe aquam de tuis fletibus,vt dicas,Et potũ
Pſal.101. meum fletu temperabam. Fletus ergo tuus potus eſt tuus, & lachrymæ tuæ cibus eſt tuus. Fuerunt,inquit, mihi lachrymæ meæ panes . Si lachrymæ panes,habes ex peccato iniquitatis cibum conuerſionis,ſecundũ illud quod le
Pſal.41. Lucæ.7. gis in Euangelio: Quoniam cui plus dimittitur,plus diligit. Vnde ſæpe videmus aliquos qui ante negligentes fuerunt Chriſtiani,peccato aliquo commiſso fieri diligentiores,& ex illo per pœnitentiã euadere ſolere pfectos.
Prou.18. Sicut igitur ex peccato conuerſio, ita remedium de veneno. Audi hoc remedium. Iuſtus in principio ſermonis ac
Eſa.43. cuſator eſt ſui. Venenum peccatum eſt: remedium accuſatio ſui criminis. Venenum iniquitas eſt : confeſsio remedium prolapſionis. Et ideo vere remedium de veneno eſt,ſi dicas iniquitates tuas,vt iuſtificeris. Sed iã pſalmum adoriamur, vt ipſe nos doceat quemadmodum agenda pœnitentia ſit. Itaque ſic incipit:

Pſalmi. XXXVII. enarratio.

B DOMINE ne in ira tua arguas me,neq; in furore tuo corripias me . Qui pœnitentiã agit parat9 eſse debet ad opprobria pferẽda ,in iuriaſq; ſubeundas, nec cõmoueri ſi quis ei peccati ſui crimen obiiciat . Cũ enim ipſe accuſare ſe debeat, quemadmodũ aliũ nõ ſuſtinet arguẽtẽ? Quod ſi ab homine argui timere nõ debet,quãto magis à domino deo ſuo,cui omnes etiam in iis quæ ſunt occulta peccamus? cum præſertim cõdẽnatio præſentium, abſolutio futurorum ſit. Qui autẽ non condẽnantur in
Pſal.72. ſeculo, cũ hominibus non flagellabuntur. Væ mihi ſi de me dicatur, Habet mercedẽ ſuam. Si bonũ factũ hac con-
Mat.6. demnatur ſententia:quanto magis crimen grauatur? Nã ſi miſericordia facili iactata ſermone , fructu fraudatur ęterno:quãto magis iniquitatis pœna, verbi fœnoris ac ceſſione differtur? Ergo qui pœnitentiã agit, offerre ſe debet ad pœnã,vt hic puniatur à domino ; nõ ad ſupplicia
1.Para.21 ęterna ſeruetur:nec expectare tempus , ſed occurrere diuinę indignationi. Vide facta Dauid eius precibus cõuę nire. Offenderat dominũ, quia numerari iuſserat populũ, Cõfeſsione præuenit dei nuncium, peccaſse ſe valde, & nimis ſtulte feciſse commemorans: non quaſi admoneret oblitum, ſed quaſi vrgeret morantem , ne diutius commotionem differret offenſæ. Peccaui, inquit, valde, quoniam hoc verbum feci. Et nunc domine dele iniquiEſa.40. tatem ſerui tui. Quomodo deleantur peccata,audi dicẽtem : Solutum eſt peccatum eius, quia recepit de ma-
C nu domini duplicia peccata ſua . Non ergo penitus ſibi peccatũ remitti poſtulat , ſed moderata ſolutione deleri,hoc eſt : vt in futurum eius memoria deleatur . Denique quaſi interpellantes voce conuentus dominus ne vindicta commiſsi protelaretur erroris , miſit ad eum
†Gad. Natham *prophetam : & ille venit ad regem,& dixit ei?
2.Para.21 Quid fieri velis , elige:triennii famen ſuper terram, aut tribus menſibus fugere à facie inimicorum tuorum,& illos perſequentes: aut triduo fieri mortẽ in terra. Et nũc ſcito & vide quid reſpondeam illi qui miſit me. Vide decentem deum qua moderatione eius indignatio leniatur, ſi non penitus verbera recuſemus , ſed qualitatẽ leuandi nõ euitandi ſupplicij poſtulemus. Tria propoſuit vt quid moderatius putaret,eligeret. Vide etiam quemadmodum ad pœnitentiam prouocat,vt nos offeramus
‡Gad. iniuriæ:eligere pœnam mãdans, vt in ipſa pœna electionis quædam prærogatiua ſeruetur,& reo ſuo blandiatur hoc verbo. Et dixit Dauid ad Natham: * Anguſtię mihi ſunt in his trib9: ſed magis incidã in manus domini quo niam magna eſt miſericordia illius : q̃ in hominum ma D nus. Nunquid donari ſibi pœnã popoſcit erroris? Quod ſi feciſset,impudentiæ notaretur,qui moderationi diuinæ fuiſset ingratus. Sed plurimum ſuffragatur reo vere cunda cõfeſsio:& pœnã quã defenſione euitare nõ poſſumus,pudore ſubleuamus. Elegit nõ quod à flagello eſſet immune,ſed quod moderatius iudicauit,vt dei lenitati magis,qui noſset ignoſcere q̃ hominũ ſe cõmitteret poteſtati , qui menſuram vltionis frequẽter excederent. Miſeretur itaq; qui neſcit errare, nõ miſeretur qui erroris eſt particeps. Nec fefellit ſanctũ Dauid fides ſua, ſed in ipſa quoq; offenſione gratiam diuinæ miſerationis emeruit. Nam qui propoſuerat mortẽ triduo exercere in terra:ne vnum quidẽ diem paſsus eſt præterire,ſed ad horã prandii libenter indulſit,& (vt verbo ſcripturæ vtar) habuit pœnitẽtiã ſuper malitiã . Vide quomodo tẽ ſcriptura hortatur vt & tu pœnitentiam non refugias,ſi ſequaris deum,quã ſequi debes. Bene addidit,ſuper malitiam: quia videtur omnis dura eſse vindicta . Ideo & dies iudicii dies dicitur mala ,de qua beatus eſt qui per deũ liberatur: vt ſcriptũ eſt: In die mala liberabit eũ dominus. Et dixit, inquit, angelo dominus vt parceret. Vi- Pſal.40. de autẽ quia quando vult dominus ignoſcere dat gratiã & fiduciam deprecandi. Et vidit Dauid ferientẽ angelũ, & dixit: Ecce ego ſum,ego peccaui , & ego paſtor male
1.Para.21 feci,& iſti in hoc grege quid fecerunt? Fiat manus tua in me,& in domũ patris mei. Si mandauerat dominus angelo vt parceret,quomodo feriebat adhuc angelus? Niſi E quia dominus etſi vult ignoſcere , vult rogari,& vt roge tur hortatur. * Nec vidiſset homo angelũ ferientẽ,niſi * Operat. dominus ei9 oculis angelũ reuelaſset. Vnde & Heliſęus
4.Reg.6. dicit: Demine aperi nunc oculos pueri huius, vt videat. & aperti ſunt oculi pueri eius,& vidit mõtẽ equis repletum & curribus ĩ circuitu ,pphetę. Nec te moueat quod perſona vilior ſeruuli q̃ prophetæ vel regis: quia vilior & equorũ & curruũ ſpecies q̃ ſanctitas angelorũ . Et for taſse aliquib9 pfunctorie legẽtibus durũ videatur quod Dauid ille humilis corde atq; mãſuet9, qui parcebat inimicis,mortẽ magis populi elegit,q̃ ſuam fugã, aut famẽ ſuper terrã: Famẽ populi vitauit , quia grauior morte & omnibus ſuppliciis habetur,quã ſequitur etiã peſtilẽtia quæ cælum contaminat,mortẽ aceruat. Stã fugam non popoſcit propter illud , quia Propheta prò populo deprecari poterat,ſicut factũ eſt,populus pro propheta in
F teruenire nõ poterat. Scriptũ eſt enim, Si populus errauerit,ſacerdos orabit pro eo. ſi ſacerdos erraverit, quis rogabit pro eo? Et tamẽ vbi vidit occidi populũ , ipſe ſe angelo feriendum obtulit,vt ipſe potius pro populo feriretur. Plus eſt quod nec ipſa perterrit9 ſpecie mortuorum, gladio ſe obtulit, q̃ ſi ſermonem propoſitæ conditionis optaſset . In electione itaq; rationẽ ſecutus eſt, in dolore pietatem. Vide autẽ domini gratiã quod & ipſe à propoſita cõditione deflexit. Nunquid aliquod miſerationis eſt crimen, quia plus minatur, & minus exigit, qui in remuneratione præmiorũ ſua promiſſa cuſtodit , in exactione pœnarum præſcriptum remordet? Cũ iraſcitur ĩ reum, differt, cum miſeretur, properat vt abſoluat, terret vt corrigat, admonet vt emẽdet, præuenit vt ignoſcat, Vnde & alibi ait Propheta de domino, Calix in ma Pſal.74. nũ domini vini meri plenus eſt mixto , verũtamẽ fęx ei9 non eſt exinanita. Ad terrendum plenus eſt calix, ad feriendum nõ eſt exinanitus. Plenus erat calix cum mors per triduum mandaretur, ſed occurrit miſericordia dei tenuit manum angeli priuſquam calicẽ iſtũ exinaniret. Vt ſcias autem quia calix pœna vel gladius eſt , audi dicentem, Accipe calicem vini meri huius de manu mea, Hiere.25. & potionabis omnes gẽtes ad quas ego mittam te,& vomient & inſanięt à facie gladii . Et ad Hieruſalẽ dicitur, Bibiſti calicem irę de manu domini : calicem enim rui- Eſaię.51. nę * bibiſti,& exinaniſti,nec erat q̃ te cõſolaretur. Hie * Iræ. ruſalẽ menſuram bibit,quæ ſupra menſuram peccauit.

G Ecclesia Christianorũ calicem iræ exinaniré non nouit, sed exinanitũ vnguentũ: propter quã se Christus exinaniuit, vt vbiq; fragraret. De manu domini hoc mun⁹ accepit: poculũ autem mortis ignorat. Duos calices lego: vnum mortis: alterum vitæ. Mortis calicẽ suo Christus exinaniuit in sanguine: & nouũ calicem ministrauit, vt dicamus: Calicem salutaris accipiã. Noui calix est testa
Psal. 115. menti, qui in remissionem effunditur peccatorũ. Effun
Mat. 26. ditur hic calix, & fex eius nõ inuenitur, quia mũdat om ne delictũ. Diximus quẽadmodũ in vlciscendo inflectat dominus cõmotionẽ suã. Dicam⁹ quẽadmodũ in remu nerando præueniat nostram precationem, & doceamus exemplo. Audi illũ ex duobus latronẽ dicentẽ domino:
Lucæ. 23. Memento mei domine cum veneris in regnũ tuũ. Respõ dit dominus: Amẽ amẽ dico tibi, hodie mecũ eris in paradiso. Ille adhuc rogabat vt meminisset sui cũ venisset in regnũ: & dominus cũ nondũ venisset, ei iam regnũ cẽ leste tribuebat. Quã velox misericordia. Tardius votũ precantis, q̃ remunerãtis est præmium. Ideo ergo Dauid moderationem tenuit, non remissionem ostauit, dicens: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Furor græce θυμός dicitur, & iræ impetus. Hoc ergo latinus voluit exprimere, Neq; in ira, neque in ipso impetu iræ arguas me aut corripias. Correptio autẽ eru
Psal. 93. ditio est. Ipsa græce dicitur παίδευσις, de qua dicitur: Bea
H tus homo quẽ tu erudieris domine. Non enim deus pas sioni patet, vt irascatur: cũ sit impassibilis: sed quia vin dicat, videtur irasci. Nobis hoc videtur, quia ipsi cũ cõ motione vindicare cõsuemus. Plerumq; tamẽ & ho mines inueniuntur cum vindicant nõ moueri sed sum ma patientia celebrare vindictam, exercere tormenta. Cur ergo mireris in deo si hoc interdũ in homine reco gnoscas? Vindictam autẽ iram esse diximus. Deniq; vsus habet vt dicamus de quoquam punito, quia iram incidit legum. Non quia legum iram, sed quia legum seueritatẽ
Psal. 77. Sic & alibi de decem plagis AEgyptiorum ait: Misit in eos iram per angelos malos. id est vindictam. Lex enim nescit irasci, sed scit legum minister. Nescit ergo irasci qui auctor est legum, cui terrendi est voluntas, non puniendi. Imitamini ergo imperatores exemplũ diuinum vt sitis in statuẽdis legibus seueriores, in exigendis supplicijs misericordes. Seueritas legum insolentẽ restringat audaciam, misericordia principum reos subtrahat pœnæ. Recognoscit igitur propheta culpam suam, videt
I vulnera, curari postulat. Qui sanari vult, argui nõ refor midat, sed nõ vult argui in furore, sed in verbo dei. Ver
Psal. 106. bum dei, sanitas est. Sic enim legimus, Misit verbum su um, & sanauit eos. Non vult eruditi in ira, sed in doctrina, vt si medicum roges ne secet vulnus tuũ, sed medica mentum apponat, vrget medicamento, sed non secat. Deniq; est dolor, sed nõ supra mẽsurã doloris. Mordet, sed non cruentat. Et addidit: Quoniã sagittæ tuæ infixę sunt mihi. Eadem videtur dicere, quæ sanctus Iob: sed
Iob. 6. diuersa sunt. Nam & ille ait: Sagittæ enim domini in cor pore meo sunt, quarũ furor bibit sanguinem meũ. cum incipio loqui, compungũt me. Ille de vulnere sui corpo ris queritur: hic deplorat animæ suæ vulnera. Et forte hic agit pœnitẽtiã de peccato, ille causam agit infirmi tatis humanæ, & quasi nostræ imbecillitatis assertor, ad remedium operis auxiliũ creatoris exposcit. Hic igitur precatur, ille patrocinatur. Ideòq; vehemẽtior Iuuius est dolor, quia animæ vulnera grauiora q̃ carnis sunt. Ille dicit sagittas domini in suo esse corpore, iste deplorat infixas. Illius sanguis bibitur, huius effunditur. Ille com pungitur, hic vulneratur. Illum manus dei tetigit, super hunc graui põdere cõfirmata est. Hic animã suã deflet il lusionibus esse completã, ille suum corpus vlceribus. Manum autem dei, virtutẽ intelligimus puniendi. Hæc manus regem AEgyptiorum propter Abrahæ iniuri-
Gene. 20. am obtentatam Sarræ pudicitiam flagellauit. Hęc manus AEgyptiorũ currus, equos & populos Rubri matis demersit profundo. Hæc manus mentem grauauit regis K Saul, vt gratiam sui conseruatoris odisset: & pro præua ricatione cælestis imperii desertus à sociis, interemptis 1. Reg. 13. quoque filiis destitutus victus ab hostibus: quo spectaculo nihil est deformius regi, gladium in se suum ipse cõ uerteret, ne captiu⁹ senex viueret filiis & regno supstes. Hanc manum Dauid in seipso expertus & liberis, alteri us incestum, alteri⁹ parricidiũ deplorauit, & (quod pio patri grauius est salutis suæ exitiis) simul sibi opprobria sobolis: & pietatis defleuit excidia: quorum alter ad ince stum accensus de germanitatis affectu, alter ad parricidium armatus est studio castitatis. Quemadmodũ illos in grauissimis criminibus confinia luêre virtutum? Vti nã aut ille sororem non amasset, aut hic nõ vindicasset. Ad postremũ & ipse patriæ finib⁹ pulsus à filio fugiebat hostem, quem optabat hæredem: metuebat vincere, ne pietatis dispendio vinceretur. Sed forte aliquis dicat: Quo modo in parricidio vel in incestu manus fuerit dei, cum opus illud inimici sit? Cognoscamus igitur quoniam & vbi diabolus vulnerat, sagittæ domini vulnerare dicantur. Nempe sic legimus, quod cũ in concilio angelorum sanctũ Iob seruulũ suũ domin⁹ cõuersus ad diabolũ præ dicaret, vt vreretur inuid⁹, humani generis aduersarius (laus enim inferioris substãtię viri, cõdẽnatio ei⁹ est q de statu superiore deiectus est) respondérit diabol⁹ quia non gratis Iob dominũ veneraretur, qui nutu dei õnib⁹ abundaret. Sed mitte, inquit, manum tuã, & tange om- L
nia quæ habet: videamus si non in faciẽ te benedicat. Et Iob. 2.
deus potestatem dedit diabolo vt mitteret manum suam in omnia quæ haberet Iob. Quibus gestis cũ sanctus Iob immobilis in sua fortitudine permaneret, quia non est motus Iob aut interitu filiorum, aut dispendio facultatũ iterum domin⁹ ad diabolũ dixit, illudens ei, quòd dissi passet õnia quæ habuerat Iob, filios eius interemisset, ip sũ tamẽ nequaquã mouere de virtutis statione potuisset Ibidem.
Et ille respõdit: Quæcũq; habet homo, pro anima sua da bit. Sed mitte, inquit, manum tuam, & tãge carnẽ & ossa eius. Et accepit iterum potestatẽ vt mitteret manũ suam in corpus eius: tamen vt animam ipsi⁹ custodiret. Et per fudit vlceribus sanctum Iob, vbi est egressus à domino. Aduertim⁹ ergo quòd man⁹ domini dicatur, vbi est ho minis diabolo infestante tentatio. Siquidẽ & Iob manũ domini dixit esse quæ se tetigit, & sagittas domini esse memorauit sagittas piratarũ: & tradidit, inquit, me i ma- M
n⁹ iniusti. Ipse itaq; absoluit quia cũ diabolus vulnerat, domini sunt sagittę, qui vulnerandi permisit diabolo po testatem. Deniq; si mandes vt tuus seruulus verberetur, nonne etiam si ab astante alio cędatur, à te dicitur verbe ratus? Est & illa ratio, qa dominus ideo dat tẽtatori pote statem, vt hominum in tentationibus probetur affectus Ideo fit persecutio, vt fidelis luceat, virtus excellat, mẽs interna omnibus manifestetur. Ergo tentatio quasi sa gitta penetrat interiora hominis, & quasi gladius dei, q̃ Hebre. 2.
scrutatur interna. Gladius, autẽ verbum est dei, validũ, & acutius õni gladio acutissimo: de quo gladio audi dicentẽ Mariæ: Et tuam ipsius animam pertrãsibit gladi Lucę. 2.
us, vt reuelentur multorum cordiũ cogitationes. Verbo enim dei omnia reuelantur, in cuius conspectu nuda & Heb. 4.
aperta sunt omnia. Anima ipsa videtur, medullæ interiores cogitationésq; manifestæ sunt: nec vlla postremo est creatura (vt scriptura dicit) quæ se à cognitione eius ab scondat. Ergo vendamus omnia, vt verbum emamus: ipsũq; in nostris visceribus recondamus: Ipse postremò diabolus testificatur quia omnia dat homo quæ habet, pro anima sua, nec dignũ illud precium totius patrimo nii pro redẽptione vnius animæ constitetur. Quid par cimus patrimonio, quid & ipse diabolus vile iudicat pro salute? Parum dixit pro salute: parum esse & pro er rore testatur. Denique hæc omnia, inquit, tibi dabo, si
Mat. 4. procidens adoraueris me. Nec solum diuitias mundi, sed etiam honores & regna monstrauit. Si tanto cõ-

A stat vt diabolus adoretur, quantũ Christianus debet of ferre vt cũ Christo resuscitetur? Sed diabolũ dimittam⁹ quasi hircũ emissionis in desertũ. Neq; enim fidelis asser tor est veritatis, etsi aliquando transfiguret se in ange lum lucis. Abundant nobis diuinarum testimonia scri pturarũ, quibus instruimur nihil esse in homine precio si⁹ fide, nullũ tantũ esse patrimoniũ quod salutis nostræ atq; animæ precio conferatur. Fide Abrahã patriã suam reliquit & terram, & proximos etiã quos videbat: & eum quem non videbat tanquã aspiciẽs sequebatur. Moyses quoq; animę suæ preciũ mai⁹ omnibus AEgypti diuitiis æstimauit. Quid de viris sublimibus loquar? Rhaab me
Iosue. 2. retrix alienigena illa de seculo, tamen animam suam nõ solum contemptu omnium quæ habebat, sed etiam vitæ periculo putauit esse redimendam: quę exploratores Ie su Naue ciuib⁹ suis quærentibus denegauit, & hostes pa triæ, legatos tamen fidei, maluit occultare quã prodere. Non eam minæ ciuium, non bellorum pericula, nõ ince dia patriæ, non suorum discrimina terruerunt. Disce vir, disce Christiane quomodo verum IESVM sequi de beas, quando fœmina cõtempsit omnia sua, & Iesum in
Prou. 13. figura propter similitudinem nominis est secuta. Vnde præclare Salomon dixit: Diuitiæ viri, redemptio animę eius. Redime ergo animam tuam. Vilis est pecunia: sed
Psal. 111. sit pretiosa per fidem. Vilis est cum conditur, pretiosa cum disperditur. Sic enim scriptum est: Despersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Si igi tur talis fueris vt possis contemnere non solum omnia tua, sed etiam ipsam carnem tuam pro iustitia, qua nulla potest locupletior esse possessio: (possessio enim precio sa, homo mũdus) etsi flumina te superiora concluserint
B transibis. Nã etsi dederit tẽtandi tui dominus potestatẽ, mandat tamen diabolo vt animãtuã ipse custodiat: secũ
Psalm. 8. dũ quod scriptũ est: Vt destruas inimicũ & defensorẽ. Tẽ tat enim vt aduersarius, defendit vt seruus. Scriptum est
Iob. 39. enim: Et volet tibi vnicornuus seruire. Seruit enim, qui nõ ex voluntate sua qđ optat exequitur, sed ex necessita te mandatis imperalibus inuitus obtẽperat. Vide altitu dinẽ Christi, quẽadmodũ tetorsit in diabolum malitiæ suæ preciũ. Ille nos cogit quod odio habem⁹, hoc face re. Non enim quod volo hoc ago, vt apostolus dixit: sed
Roma. 7. quod odi, illud facio. Retorsit in illũ domin⁹, vt & ipse
C plerũq; nõ faciat quod vult: sed quod odit, hoc faciat. De niq; animã quã vult expugnare, custodit. Nos corrupte lacarnis cõdemnam⁹, & sequimur: vt illa vidua quę pro missam marito fidẽ irritam facit, & postea nubere vult: quod ante fugiebat. Ille inimicus est sanctis, & defensor adhibetur: quo ampli⁹ puniatur: vt nocere non audeat, qui nocere desiderat. Et quãto tolerabilius est amare vir tutes, etsi implere non possis: q̃ odisse virtutes, quib⁹ no
Esaiæ. 64 cere non possis? Nõ est, inquit, sanitas in carne mea à vul tu iræ tuæ. Exposuit nobis hunc locum Esaias: Peccaui mus, & tu iratus es nobis. Qui est tamen iræ domini vul tus? Ne forte ille quia oculi domini super faciẽtes mala. Si enim oculi domini super iustos: quomodo à vultu iræ
Psal. 33. dei infirmatur propheta? Vnde & illud considera, quod ipse Dauid in posteriorib⁹ dixit, Quoniã ex õnib⁹ tribu lationibus eripuisti me, & super inimicos meos respe xit oculus me⁹. Sicut enim bona iustorum respicit, ita & peccatorum occulta deprehendit. Nisi forte ad Christũ hoc referas, qui ab õnibus à quibus conterebatur, erept⁹ est, quando se exuit à populo Iudæorum, qui eũ, frequẽ tibus sacrilegiis & quotidianis impietatibus conterebat: & inimicos suos vocauit ad gratiã, quos oculos dei vidit & amauit: Ergo qa pius est de⁹, nequaq; est desperandum Et si irascitur, ignoscit: etsi percutit, sanat: & si tradit i in teritum carnęm, spiritum saluat. Noli ergo timere car nis infirmitatem: quia sanctus cum infirmatur, potẽtior est. Quid autem est qđ ait: Non est pax ossibus meis à fa cie peccatorum meorũ? Quæ sunt ista ossa? Vtrũ animæ an corporis? Sed non tanta esset doloris cura corporei, vbi & anima laboraret: cum sancti sit velle carnẽ propter D animam flagellari: sicut se flagellabat & Paulus, ne eius reprobaretur assertio. Sunt quædã interioris ossa homi nis, sicut & membra sunt cætera, oculi mentis, & nares: sicut Iob dixit: Spiritus diuinus, qui est in naribus meis. Sunt ergo & ossa: quib⁹ charitatis, quędã compago for matur. Vnde & Adã dixit de consorte charitatis, & co- Iob. 27.
hærede gratiæ vitæ: Hoc nũc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Quod Apostolus interpretatus ait: Sacra Genes. 2.
mentum hoc magnũ est: ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia. Christi autẽ & Ecclesię sacramentũ nõ carnale Ephes. 5.
sed spiritale esse quis dubitet: cum bonus quisq; in ipso coniugio nõ carnis sed virtutis decore teneatur, & mo res diligat in vxore, non vsus? Deniq; audi quia non se cundum carnẽ loquitur, sed secundũ virtutẽ interiorẽ: Non est absconditũ os meũ, quod fecisti in abscondito. Virtus itaq; non caro est, quæ dei patris nouit abscondi ta. Ergo non est pax animæ virtutibus quãdo ante ocu los nobis nostra peccata cõcurrunt, & effundunt se mẽ tibus nostris. Et hoc bene interpretatus est gentium do ctor electus in epistola secũda ad Corinthios dicẽs: Nam 2. Cor. 7.
& cum venissemus i Macedoniam, nullã requiẽ habuit caro nostra: sed in omnibus fumus afflicti: Foris pugnæ, intus timores. Illũ Macedonũ peccata vexabant: quanto magis propria vnumquemque nostrum peccata pertur bant, vt requies nobis esse non possit? Grauior aduer sarius nobis culpa est nostra, quæ solicitat ociosos, affli gitque sanos, cõtristat lætos, inquietat placidos, exagitat mi
E tes, excitat dormiẽtes. Rei sumus sine accusante, sine tor tore cruciamur, sine vinculis adstringimur, sine vendi tore vendimur. Vnde & scriptura dicit: Peccatis vestris
Esaiæ. 50. venditi estis. Hæc igitur peccata sunt quæ cõtra nos sem per sunt, vt dixit Propheta: Vendiderunt nos, & domi nantur nobis. Seru⁹ qui vẽditur, superiore seruitio exit vt ad dominũ alterũ migret. Nos nec superiorũ iugũ de ponimus, & ad noua peccata curuamur. Vnde & inge muit sanctus dicẽs: Quoniam iniquitates meæ superpo
Eccles. 2. suerunt caput meum: sicut onus graue grauatæ sunt su per me. Hoc est, iniquitates meę supertrãsierũt caput me um, & supereminent mihi, vt sensus meos deprimant. Oculi enim sapiẽtis in capite eius. Et ideo Nabal malus erat & durus, quia sensus ei⁹ malitia & iniquitas obstrue bant. Vnde & Abigæę verbum ferre non potuit, sed Colos. 2.
obduruit cor eius, & quasi infirmus occubuit. Aut vide 8
ne hoc sit caput de quo ait Apostolus: Quia nõ tenet il lud mẽte carnis inflatus. Hoc autem caput Christus est, quia omnis viri caput Christus. Hoc est caput quod per compaginationes & colligationes toti⁹ plebis crescit in incrementũ dei: quia in omnibus nobis per singula men bra sua Christus assurgit. Ergo quando nos ingrauant nostra peccata, & talento quodã iniquitatis plumbeo ad terrena deprimimur, dirumpamus vincula eorũ, & pro iiciamus à nobis iugum ipsorũ: vt possimus oculos no stræ mentis attollere, & audire dicentem: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam
Mat. 11. Deniq; AEgyptum auaritia onerabat, pecunia vexabat, mercatus AEthiopes, sicut scriptum est, Labor AEgypti
Esaiæ. 45. & mercatus AEthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te trã sibunt. Laborauit AEgyptus antequam cognosceret ve ritatem: sed iam non laborat, postquàm trãsiuit ad Chri stum. Sequuntur volentes Sabæi viri, qui ante fugiebant quia tenent eos vincula charitatis, quæ Adamãte fortio ra sunt. Pulchre & illud Esaiæ huic loco aptatur: Omne caput in dolore, & omne cor in mœstitia: à pedibus vsq;
Esaiæ. 1. ad caput non est vulnus, neq; cicatrix neq; plaga cum feruore. Feruet enim iniquitas cum dominatur, super caput nostrum sese extollens, & locum occupans, ne eum Christus magister teneat pœnitentiæ. Non mediocrem vim habent istæ iniquitates, si consideras hominẽ illum iniquitatis qui venturus est secundum opera Sata næ in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus,

G & omni ſeductione iniquitatis: quę cauędū nobis apoſtolus demonſtrauit, quia operationem erroris accipiet, vt probętur fideles, iudicentur infideles. Merito ergo ſub iniquitatibus poſit⁹, &(quid peius eſt) ſuis, corruptas eſſe & computruiſſe dicit cicatrices ſuas à facie inſipientiæ ſuæ: quia leuantē onera iniquitatū tardius remediū ſequebatur. Tamē & Iobſancto qui ſaniem radebat ſuorum vlcerū, perfuſus vlceribus à pedibus vſq; ad caput, ſanitas eſt refuſa: & Lazarus pauper qui iacebat ad ianuam diuitis, lambētibus vlcera eius canib⁹, de cicatrici cum ſuarū fœtore ſublatus ab angelis in Abrahæ ſinu eſt collocatus. Eſt ergò & ſancto Dauid ſpes & remedium ſanitatis, quia non vnguentum redolent, ſed fœtorē ſuorū vulnera peccatorū: & quia affligitur his atq; curuatur, & nō delectatur. Specta nunc epheborum aliquē laſciuum, & egregie libidinoſum, qui i ſtuprис vitam ſuam exigat, morte illius diuitis in byſſo & oſtro iacentē, atq; epulantem quotidie ſplendide, cui natēt pauimenta vino, tegatur humus floribꝰ & ſpinis cooperta piſcium incēſis diuerſorum thymiamatum odoribꝰ triclinia cōpleantur: quemadmodum ſe beatū putet, & bene ſe oleat iudicet: cumq; grauia atq; diuturna animæ ſuæ vulnera gerat, & corruptum ſanguinem fluat, nullum tamen
Iob.27. fœtorē ſuæ cicatricis accipiat? obſtructas enim cœno nares habet, nec poteſt dicere. Spiritus diuinus, qui eſt in naribus meis. Ideo dies ille remedium ſalutis inuenire non potuit, pauper iuenit. Deniq; alter apud inferos in
H ſupplicio, alter in requie. Inuenit ergo perpetuæ ſalutis remedium etiam ſanctus propheta Dauid, qui fœtere ſibi animæ ſuæ vulnera fatebatur, & à facie inſipiētiæ ſuæ cōputruiſſe ſibi cicatrices proprias loquebatur. Sed eſt & inſipiētia quæ per ſtultitiā prædicatiōis credētibus ſalutē afferat. Refugit ergo Propheta euāgelico iam ſpiritu ſapientiam iſtius mundi, qua non cognoſcitur deus: quæ tegit ſua vulnera, nō reuelat ad dominū. Melior igitur inſipientia quę oculos habet vt videat vlcera ſua, q̄ ſapiētia quæ nō habet. Et ideo inſipiētiæ ſuæ obtutu admonitus ſpiritali tantus rex, afflictū ſe miſeriis protеſtatur, vt remedium poſsit pœnitentiæ reperire: quid Iudas qui agrū de iniquitatis mercede poſsedit, reperire nō potuit? Miſeriis, inquit afflictus, & curuatus ſum vſque in finē, tota die contriſtatus ingrediebar. Vſque in quē finē Pœnitentię. Vt amplius & myſtice intelligas, vſque ad Chriſtū, qui finis eſt legis, qui ſe paſsus eſt lapidari, paſſus eſt corpus ſuū mortuū vulnerari: Sed nullū fœtorē pœnitētiæ ſed odorē gratię vulnera illa redolebant. Deniq; nō tabes mortis de vulnere ei⁹, ſicut hominū cętero-
I rum, ſed fons vitę ſcaturiuit ęterne, vt ſcriptura nos edo-
Eſaię. 12. cet, dicens: Et ſaliet aqua cū delectatione de fontibus ſaluatoris. Exiliuit ergo de vulnere aqua, vt nos biberem⁹ ſalutem. Bibent omnes peccatores terræ, vt peccata deponant. Vide ſingulā. Miſeriis afflictus eſt Chriſtus, vt beatos faceret homines qui erant in miſeriis conſtituti. Nemo miſerum eum qui ſit iuſtus appellet, quia ipſe dixit: Vos nemo faciet miſeros. Curuatus eſt ille, vt nos eri-geremur. Contriſtatus eſt ille vt nos lętificaret, ſecundū quod ſcriptum eſt: Si enim ego contriſto vos: & quis eſt
2.Cor. 2. qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me? Qui contriſtatur ergo ex domino Ieſu Chriſto, ipſe lętificat Chriſtum, & ipſe lætificatur à Chriſto. Ideo ergo & nos non perfunctorie ſatisfaciendum à nobis eſſe cognoſcimus. Curuemur vſque in finem, id eſt non ſolum Chriſto fidem, ſed etiam poſsionum noſtrarū perſeuerantiam deferentes. & gaudeamus in paſsionibus noſtris, ſicut & Chriſtus gaudebat in paſsionibus ſuis, quas ille ſuſcipiebat pro ſeruulis, nos ſubeamus pro domino. Hic ergo fi-
Coloſs.1. nis, vt adimplea inquit quæ deſunt tribulationum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quæ eſt eccleſia, cuius ſum factus miniſter. Videm⁹ quid nobis ſuſcipiendū ſit qui miniſteriū ſacerdotale ſuſcepimus, vt nō ſolum pro nobis, ſed etiā pro eccleſia domini ſuſtinere fortiter paſ-

ſiones corporis debeamus. Dauid autē addidit & animę K paſsiones. Denique ipſe ait: Quoniā anima mea cōpleta eſt illuſionibus: & nō eſt ſanitas in carne mea. Incuruat⁹ ſum, & humiliat⁹ ſum nimis: rugiebā à gemitu cordis mei. Et ante te omne deſiderium meū, & gemitus meus nō eſt abſconditus à te. Cor meū cōturbatū eſt, & de ſeruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum non eſt mecum. Aduertimus igitur laborem animæ maiorem eſſe q̄ carnis. Denique quibus anima illuſionibus cōplea-tur intellige, eò quòd in tētationibus diabolus ei videatur illudere & inſultare quaſi grauiter laboranti. Symmachus tamen ait lumbos, in quibus ſeminaria ſunt generationis humanæ. Vnde pręcinctos lumbos habere te Lucę. 12. præcipit ſapientia dei, ne tua caſtimonia reſoluatur. Denique vt ſcias quia in lumbis ſint libidinis cōmotiones, quæ plerūque excitātur à diabolo quando cōtendit diſſipare mēbra Chriſti, & faœre mēbra meretricis: Ecce Iob.38. inquit, fortitudo eius in lumbis & virtus ei⁹ in vtero. In lūbis viri ſemina ſunt: in vtero autē fœminæ. Illudit ergo diabolus in his vt faciat adulterium, inceſtū, fornicationem. Et ideo qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, non extra corpus. Primum, quia infirmatur caro quæ libidinibus diffluit, & non ſeruat moderamina caſtitatis, Deinde quoniā ſeminaria quæ debent ſoboli proficere procreandæ, inquinamentum corporis, nō fructū poſteritatis operantur. Inde itaque dicuntur illuſiones fortaſſe, quòd in his corporis æſtus ſine coitus celebritate frequenter illudat. Vnde bene LXX. viri animæ illuſiones dixerunt eò quòd diabolus affectus alicuius illudens, in vanum ſtudeat vires eius effundere, virtutē vacuare, reſoluere fortitudinem. Ideoque alibi ait: Et renes mei re-Pſal. 72. L ſoluti ſunt. In quo nos etiam beatus confirmat Apoſtolus quòd non illuſiones animæ, non carnis infirmitatē metuere debeam⁹: q̄a & animæ & corporis noſtri Chriſtus eſt virtus: qui curat ęgrotos quaſi medicus, cōfirmat validos, quaſi omniū fortitudo. Deniq; etſi foris homo noſter corrūpitur, ſed renouatur interior de die in diē. His itaque animæ illuſionibus fatigatus incuruauerat & humiliauerat ſe nimis ſanctus Dauid, non quo iniquitatibus ſuper ponentibus ſe ſupra caput eius (vt diximus) locum daret, aut inimico cederet, qui i poſterioribus do-Pſal. 72. cet ei non eſſe cedēdum, dicēs: Quanta maligne operatus eſt inimicus in ſanctis tuis, & gloriati ſunt qui oderant te in medio feſti tui? Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognoui ſicut in via ſupra ſummū. Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus conſciderunt ianuas eius. Inimicis meis, inquit, ſigna iniquitatis ſuæ ſupra ſummum ponētibus. Quid eſt ſummum? niſi caput tuū, vbi ſenſus ſunt vbi Chriſtus eſt ſapientia? Ego non cognoui id eſt, ac-
M quieui, non his conſenſi, & meæ ſententiā cogitationis
Pſal.100. adiunxi. Vnde & alibi habes: Non cognoui verbum neq̄, & declinantes à me malignos non cognoſcebā. Denique cum omnia nouerit Chriſtus, peccatū non cognouit. Cognoſcit enim quæ ſua ſunt, id eſt, quæ virtutum
2.Tim.2. ſunt, non quę flagitiorum. Ideoq; ſcriptura dicit: Cogno-Lucę.13. uit dominus qui ſunt ipſius. Iniquis autē dicit: Diſcedite à me: quia non noui vos. Et per Hieremiā locutus eſt di-Hiere.11. cens: Sicut agnus ductus ſum ad immolandū, & neſciui. Quomodo neſciebat quod futurū ante prædixerat? Sed neſciui, inquit, cogitationes eorum, malitiam eorum. Nolo ſcire quæ ſanguinis ſunt. Denique non congrega bo conuenticula eorum de ſanguinibus. Deleo iniquitates, & memor non ſum. Nolo ſcire quæ remiſsurus aduenit. Non cognoui ligna quæ ardeant, nec quæ in acerуo lignorum ſunt poſita vel ſtipulam vel fœnum, vt citius ea nutrimentis ſuis flamma cōſumat. Illa volo ſcire quæ maneant, vt fructum ſuæ mercedis accipiāt. Illa volo ſcire quæ ſupra fundamentū ædificata ſunt, vt meliorentur: non quæ in via vbi ea diripiant tranſeuntes. Illa volo ſcire quę vitis ſunt, illa certe ligna quæ ferant fructum: non ea quæ i faſces collecta ad incendiū præpa-

A rantur. Id eſt, nō ſum illis arbiter & ſocius, quæ caduca ſunt. Non ergo ſocietas alicuius rei, ſed ſocietas criminoſa in *culpa eſt. Qua ratione autem non cognouit in
*alias, ma la eſt. infructuoſis & fragilibus gloriantes. Quia malis operibus & iniquitatis ſuæ ſecuribus euertunt animæ fidelis ingreſsus, & crudelibus factis ſcindunt piæ mentis veſtibula, ne per ea poſsit Chriſtus intrare. Debet autē vnuſquiſq; portas ſuas & ianuas cuſtodire, vt cum venerit Chriſtus & pulſauerit, dicant miniſtræ poteſtates quæ præeunt & præcurrūt, Tollite portas principes veſtras,
Pſal.23. & eleuamini portæ æternales. Vere principes, qui ſe bene rexerint, vt in animas eorum Chriſtus ingreſsus ſit. Simile quoq; illud eſt Salomonis: Si ſpiritus habentis
Eccleſiaſtes.10. poteſtatē aſcenderit aduerſum te, locum tuum nō relinquas: quia cura mitigabit delicta magna. Diligētia enim & fides ſuperiorē locum tenēt, inferiorē perfidia. Ideo aſcendat ad te bona diligentia, quę inſidias excludit inimici, & aufert peccatū, ne malitia poteſtatē habentis nocere poſsit. In Canticis hanc videt Eccleſiaſtes malitiā ſub Sole, hoc eſt in hoc mundo: vnde & ſubſolanū locū hunc ſcriptura memorauit. Sub Sole ergo vidit, nō ſupra Solē, vbi pax angelorū eſt, vel ſanctitas cæleſtiū poteſtatum. Aut forte ſub Sole iniquitatis dixit. Malitiæ enim diabolus præſidet, virtutibus Chriſtus. Itaq; vt vinceret ſpiritū poteſtatē habētis quā ad tēpus accepit, incuruabat ſe in oratione Dauid, ceruicē ſicut circulū flectens, & humiliabat in precibus. Oratio enim ſe humiliantis, nubes penetrat, & elementorū alta tranſcendit, vt Chriſto appropinquet. Et rugiebat à gemitu cordis
B ſui. Rugit qui gemitū ſolū non verba exprimit. Hæc eſt ergo illa præclara oratio quādo interpellat p̄ nobis ſpi-
Roma.8. ritus gemitibus ineнarrabilib⁹, vt vas electiōis aſseruit. Hic eſt gemitus quē non deſpicit deus: qui non deſpicit ſeruum iuniorē orbatum patre, nec viduā ſi effundat lo quelam. Gemitū ergo ante omnia ſignū ſpiritus ſancti Apoſtolus ponit, vt legimus. Deniq; cuſtodiamus animæ noſtræ ianuas, ne multiloquiis quaſi ſecuribus ſcindatur noſtræ cōfeſsionis ingreſsus. Nihil inſolens & ſuperbum noſtro ex ore procedat, ne ſecurim leuem⁹ aut malleum, quæ non intrant in Eccleſiā domini. Claude ianuam cum oras: ne ſe ingerat ſpiritus nequam, vt ibi peccatum extorqueat, vbi lucrum volumus pietatis acquirere. Qui ſic orat: nō eſt à domino gemitus eius abſconditus. Deniq; ſic Petri gemitus & cognitus exaudi-
Matth.26. tus eſt, quando fleuit amariſsime. Vtiq; non lachrymæ amaræ, ſed amarus qui eas fundebat affectus. In ipſo p̄fido Achab gemitus inueniſset gratiam, niſi manēs inuidia cumulaſset offenſam. Nō enim perfunctorius gemitus prædicatur, ſed qui habet conuerſionē. Scriptum eſt enim: Si conuerſus ingemueris, ſaluus eris. Conſtituamus etiā ante dominum omne deſiderium noſtrum.
Lucæ.22. Quid eſt deſideriū? Bonæ enim rei legi deſideriū: Deſi-
Pſal.41. derio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcū. Et ceruus deſiderat ad fontes aquarū. Puto autem q̄ is qui
C pœnitentiam gerit, qui ſe affligit, non bona ſua debeat,
Pſal.55. ſed cōmiſſa ſibi enumerare peccata. Deniq; verſiculis illis (vt arbitror) hoc docemur, quibus ait: Deus vitam meam nunciabo tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Non enim quaſi innocentem vitam annunciat vbi lachrymæ funduntur, quæ ſolent legationē ſuſcipere pro delictis. Niſi forte ſic intelligam⁹, q̄ etſi innocēs quiſq; ſit, ſecurus eſse nō poſsit, cui ſint aduerſus grauiſsimos hoſtes quotidiana certamina. Et ideo hæc licet læta ſit conſcientia, tamen pugna lachrymabilis. Iuxta hos ergo verſiculos concupiſcentiā poſsumus accipere magis q̄ deſiderium, ἐπιθυμίαν enim græcus poſuit. Concupiſcentia autem & deſiderium ἐπιθυμία dicitur. Sed cōcupiſcentia & de bono & de malo dicitur.
Pſal.83. Concupiuit & defecit anima mea in atria domini. pro
Rom.7. bono. In lege autem aliter: Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret. Non cōcupiſces. vtiq; pro ma-

Io. Deniq; ſubiecta nos doceant, Quia occaſione acceD pta peccatum per mandatum operatur omnem concupiſcentiam in hominis affectu. Poſsumus tamen ſic accipere, Ante te omne deſiderium pono: hoc eſt, tibi manifeſto quæ impetrare deſidero, vt ad ſeriē petitionum, non ad iactantiam referendum videatur eſse virtutum. Iactantia enim inſolens etiā in integro, deprecatio etiā in peccatore laudabilis. Addidit etiam Propheta, quia cor ſuum conturbatum ſit, deſeruerit ſe fortitudo ſua. Magnum periculum ſi cor exagitetur, quo credimus ad iuſtitiam. Sed tamen vt in magnis periculis ægritudinū ſi dolor ſentitur, & ſenſus eius exprimitur, remediū ſalutis oſtenditur: (dolere enim tolerabilius eſt q̄ non dolere: aliud enim viuificationis adhuc manentis inſigne, ſi doleas: aliud ſupremæ mortis indiciū, ſi nullus ſenſus doloris ſit) ita & cor ſalutis ſigna demonſtrat, quando cauſas ſuæ perturbationis agnoſcit. Deniq; turbatū eſt cor Dauid aduerſus Nabal hominē peſtilentē, & gratiā reperit dum occurrit Abigæa, quæ mitigaret cōmotio-
1.Reg. 25. nem indignationis, & ſanctificationē benedictionis acciperet. At vero Nabal duro & rigido corde verbū vxoris ferre non potuit, & obſtupefactus obriguit, & mortē incidit. Quæ autē prophetā deſeruit fortitudo? vtrum carnis? an mentis? Si carnis, nō vtiq; deſperāda ſanitas. Nam virtus in infirmitate perficitur. De quo non me-
2.Co.12. diocriter diſputauit arbiter & breuiator: qui luctā men
E tis & corporis ſciens, tēperabat vtriuſq; certamē, vt reſtringeret carnē, ſi cerneret fortiorē, ne in legē peccati captiuam duceret mentē. Reuocabat itaq; carnē, virtutem autē mentis iungebat, ſic ad coronā meruit peruenire. Ergo hoc dicit Propheta: Si carnis fortitudo deſeruit, mentis fortitudo præualuit. Quòd ſi fortitudinem mentis accipimus deſeruiſse, nō mirū ſi in grauiſsimis tentationibus corde turbato putat ſe homo mentis ſuę fortitudine deſeri. Ipſe te doceat dicens: Fortitudo mea
& laus mea dominus. Dominū ergo quærebat: & ideo
Pſal.117. ne deſeri mereretur, ſæpius putabat eſse quærendum: & ſicubi fluctuabat, putabat ſe eſse deſertū. Sic apoſtoli
Mat.8. excitabant dormientem, ne obdormiret ſibi: nō quia eū obdormiſsē credebant. Sic Heliſæus (vt ſuperiorū vtamur exemplis) Vbi eſt, inquit, deus Heliæ? Non q̄ puta-
4.Reg. 2. ret abſentem, ſed quia præſentiā eius in beneficiis requirebat. Sic Hieremias ſequebatur vt medicū, dicēs: Sana
Hiere. 17. me domine, & ſanabor: ſalua me, & ſaluabor. Non laborauī ſequēs poſt te. Sic eccleſia requirebat eū in Canticis canticorū, & rogabat filias Hieruſalē, vt ſuſcitarēt dilectioné. Quærebat vt inueniret quem ſua dilectione retinebat: nec vnq̄ ſentiebat abſentē. Sic ergo & Dauid non querebatur à Chriſto ſe eſse deſertum, ſed iudicabat illo præſente ſe non poſse turbari. Deniq; vt ſcias de Chriſto magis intelligendū, addidit: Et lumen oculo-
F rum meorū non eſt mecum. Quod eſt verum lumē omnium, niſi Chriſtus Ieſus? de quo Ioannes dicit: Erat ve-
Ioan.1. rum lumen, quod illuminat omnē hominem veniētem in hunc mundum: quia ipſe eſt qui illuminat & corporis oculos, & mētis obtutum. Rogemus ergo vt ſemper nobis ſuū lumen infundat, & ſemper nobiſcū ſit, ſicut erat Dauid: & ideo audebat dicere. Quoniā apud te eſt
Pſal.35. fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. Ille certe quaſi propheta magnū viderat lumen, Nobis lucerna eius luceat, ne poſsimus errare. Et lucerna verbum eſt, ſicut verū lumē eſt verbū, quod totū illuminat mundū. Deniq; lucerna pedibus meis, verbū tuū domine. Et lu-
Pſal.118. cernam illā etiā ꝓpheta quærebat, nō laternā. Lucernā autē illā Ioannes inuenit, & demōſtrauit. Cū laterna pſecutor aduenit. Laterna enim clauſum habet, nō liberum lumen. Lumen Iudæorū quaſi lucerna ſub modio, vel fax ſub velamine, poteſt videri, ſed non videt. Nos
2.Cor.3. autem reuelata facie gloriam domini ſpeculamur æternam, vt ad eius imaginē à gloria in gloriā per ſpiritum ſanctum reformemur. Venit ergo perſecutorum turba

G cum laternis:& ideo incluſam in eis lucẽ videre eorum oculi nequiuerunt. Venit cũ facibus,q̃ plus habent in fumo caliginis. q̃ ſplẽdoris in lumine. Deniq; facib⁹ mortuorũ cadauera ardere conſuerunt. Sibi ergo Iudæi iam ferebant incendia, qui perſequebantur ſalutis auctorẽ. Venere cum armis, ſignificantes armis ſe perituros eſse Romanis vſq; ad excidiũ totius ciuitatis & templi, qui pacẽ domini recuſarunt. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et proximi mei à longe ſteterunt, & vim faciebant qui quærebant animã meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitatem, & dolum tota die meditabantur. Ego autem velut ſurdus non audiebam? & ſicut mutus qui non aperit os ſuũ. Et factus ſum ſicut homo nõ audiẽs, & non habẽs in ore ſuo increpationes. Videro qui ſint qui argute iſta diſcutiant. Mihi in primo præcipue iſto verſiculo domini videtur tenenda ſententia: quia in tentationibus inimici fiunt homines etiam domeſtici eius.

Mich.7. Hoc ergo ſanctus Dauid pure atq; ſyncere & doloſter fatetur. Ver⁹ enim dolor eſt & interioris cordis cõfeſsio, quando enumerãtur omnia quibus ſecreta mẽtis viſcera amariſsimo compungũtur affectu, & domeſtico felle exacerbantur. Deplorat igitur propheta ab amicis ſe & proximis impugnatum, à quibus vtiq; non impugnari debuit, ſed iuuari. Quod vtiq; cum ſancti Iob querimonia concurrit: quia & ipſe arguebat tres illos reges conſolatores malorum, qui maiora ei inferebant certamina, cũ ad conſolandũ eum amicitiæ gratia conueniſsẽt: quod vtiq; cauẽdũ eſt nobis. Cõſolatio enim mitis eſse debet, nõ aſpera, quæ magis dolorẽ leniat, feruorẽ mitiget, q̃ commotionẽ excitet. Certe ipſius corporis medicina nos doceat, quæ feruentibus vulneribus molliora medicamenta conſueuit adhibere, quibus dolorem alleuet. Ideoq; fouentur primo vulnera, poſt ſecantur, ne

H offendat ipſa durities, & inciſio vuln⁹ exaſperet. Quanto igitur magis cauere nos cõuenit, vt cũ venerimus ad conſolandũ, non facile, nõ perfunctorie loquamur? Septẽ diebus tacuit Iob: tacuerunt amici, nec locuti eſsẽt,

Iob.2. niſi Iob dolore prorupiſset in vocem. Quærendum eſt enim vnde incipias: ne in ipſo ſermone offendat cõſolatio tua. Etiã taciturnitas ipſa medicina eſt, & velox in ſermonibus magis vulnerat. Quid miraris ſi alterũ vulnerat, cum frequenter ipſe ſeſe vulneret? quia ex multiloquio peccatũ non effugit. Etenim ſi medicus medendi tempus expectat, vt digeſtis ægritudinibus medicinæ ſubſidia deferantur, ne acerba adhuc & immatura (vt aſserunt) ægritudo, curationis remediis reluctetur, & beneficium ſentire non poſsit: quanto magis explorare nos conuenit vt opportune à nobis medicinalis ſermo procedat, qui non accendere luctũ, ſed lenire videatur? Vis vrget doloris: premitur cor mulieris afflictæ, quę immaturo obitu maritum amiſit, aut filios. Quid properas, cum te illa non audiat niſi deferueſcat dolor? Sæpe lites de conſolationibus vidimus excitatas. Veniſti vt doleas, nõ vt litiges. Ordo ſermonis ipſe quærẽdus eſt, ne peccatum apud deũ incurras, dũ deſideras hominem conſolari. Ne dicenti tibi, Audi hæc, & alia multa, quæ nihil proſint, reſpõdeat: Audite conſolatores malorũ.

I Ne in luctu alterius certamen garrulæ diſputationis inducas: ne nõ accedas cũ oporteat: ne accedas, & durior ſit tuus ſermo. Deniq; quid dicatur de talibus, doceat te ſanctus Iob. Simul mihi venerunt, tentationes grauiſsimæ circundederunt me. Cõſiderãtes fratres mei diſceſſerunt à me, cognouerunt extraneos magis q̃ me. Amici mei imiſericordes facti ſunt. Hic ergo naturalis eſt ſenſus etiam ſancti ꝓphetę Dauid, vt quæratur ſe ab amicis impugnatũ, à proximis deſtitutũ. Sed ne myſticus quidem abhorreat pietatis affectus, vt pro angelis dixerit, qui prætendunt timentibus dominũ, vt eripiant eos de tentationibus quas ferre non poſsunt. Quomodo ergo longe ſtant qui ad adiumentũ ſunt attributi? Sed nõ illi ſe ſeparant, ſed qui vrgetur tẽtationibus, putat eos lon K ge abeſse, quos ꝓprios ſibi adeſse deſiderat, & arbitratur diſsimulare, cũ illi iunãdi tẽpus nutu ſui impatoris expectẽt, qui athletã ſuũ quo glorioſius vinceret, diutius certare præcepit. Et videtur hoc magis ſequẽtibus conuenire, quia angelis protectionis excubias relaxantibus, inſidiãtur inimici quærentes in anima eius inuenire quod noceat. Tũc enim poteſtas illis grauioris tentationis permittitur, cũ culpa animæ grauior reperitur. Vnde habes illud in libro Regnorũ regis Achab ad Heliam dictum, quando eũ propheta vehementer increpauit, & mortẽ ei denunciauit: Inueniſti quid in me? Et re 3.Reg.21. ſpondit Helias, Inueni: quia feciſti malignũ in cõſpectu domini. Vides ergo quia regib⁹ non temere vel à ꝓphetis dei, vel à ſacerdotibus facięda iniuria ſit, ſi nulla ſint grauiora peccata, in quib⁹ debeant argui. Vbi autẽ peccata grauiora ſunt, ibi non videtur à ſacerdote parcendum, vt iuſtis increpationibus corrigãtur. Tamẽ Dauid in hoc loco dicit quod nihil inueniſse videãtur, & ideo inimici eius vanitatẽ locuti ſunt: quoniã nihil q̃d ꝓ veritate loquerentur inuenerint. Aut certe quia etſi peccaui, tamẽ peccata mea pœnitẽdi dolore purgabã. In quo illi cũ dolo mecũ loquebantur, vt me obiurgatione cõfunderent, & à conuerſione reuocarent. Et vide ne hoc magis ſenſerit quæſiſse illos mala eius: ſed cũ vellent accuſare, præuentos, quoniã vulnera ſua ipſe patefecerat, ſui accuſator exiſtẽs: & ideo vim accuſationis eorũ eſse annullatã: locutos autẽ fuiſse vana, quæ cõfeſsio culpã nocere iã nõ poſsent. Excluſi igitur à criminationis inuidia, dolũ adhibebãt, vt inſurgerẽt, inquit, mihi & inſultarẽt, quo me ſtimularẽt ad aliquã cõmotionẽ. Quorum ego dolũ videns, velut ſurdus nõ audiebam. Cõſidera vim ſermonis. Non dixit, quia ſimulabã non me L audire quæ dicerent, ſed non audiebã, dixi: ꝙ intẽtione mentis vocẽ loquẽtis excluderet, nec aperiret os ſuum, ſicut mutus. Beatus qui poteſt tantã habere virtutem, vt laceſsitus nõ iraſcatur, cõmotus ſe nolit vlciſci. Inimici hoc agũt vt ꝓuocẽt ad iracundiã. Maledicunt vt maledicamus, criminãtur vt crimen retorqueamus. Conuitiantur vt excitẽt nos ad viciſsitudinẽ cõtumeliæ. Vn de præclare Petrus de Domino Ieſu in epiſtola ſua po- 1.Pet.2. ſuit: Quia cũ malediceretur, nõ maledicebat: cũ patere tur, non cõminabatur. Ad eius ergo ſimilitudinem atq; imaginẽ iuſtus ſuæ vitæ cupiẽs inſtituta formare, accuſatus tacet, læſus remittit, diſsimulat laceſsitus, & nõ aperit os ſuũ: vt illũ imitetur qui ſicut agnus ad victimã ductus, ſic nõ aperuit os ſuũ. Et cũ poſsit habere q̃d referat, magis vult filere q̃ dicere. Ipſe enim dominus Ieſus cũ accuſaretur tacebat: & dũ percuteretur, nõ repercu tiebat. Deniq; ꝓcuſsus reſpõdit: Si male locutus ſũ, teſti Ioan.18. monium perhibe de malo: ſi bene, quid me cædis? Vide M quẽadmodũ quaſi vir infirm⁹, & quaſi is q̃ ſe vindicare nõ poſset, puerili quodã loquebatur affectu. Ita ergo & tu ſi habeas quo redarguas arguentẽ, melius tacebis: ne redarguẽdi viciſsitudine cõmotionẽ tuam prodas. Melius eſt enim diſsimulare iniuriã, q̃ cum redarguis vindicare. Bonus motus, qui loqui male neſcit: cuius ex ore crimen exire non nouit. Hic eſt motus vere beatus, qui cum tacet, intra ſe loquitur. Dominus dat mihi linguã eruditionis, quando oporteat me dicere ſermonem. Talia loquebatur intra ſe Zacharias cum obmutuiſset. Et Lucæ.1. vere quia loqui ei non profuerat, ne loqueretur obmutuit, & vt loqueretur exaudit⁹ à Chriſto eſt. Deniq; ſcripſit quod Chriſtus exaudiret: & vocẽ recepit, quã Chriſtus indulſit, & gratiã adiũxit, quã ante nõ habuit vt ꝓphetaret eum cuius mandatis ante non credidit. Quid de domino omniũ virtutũ loquor? cũ mulier Suſanna nec ſexus infirmitate turbata cũ ſe ad periculũ mortis Dan.13. cognouit addictam, vocem emiſerit? Accuſabatur, & tacebat. Ducebatur ad mortem, & ſilentio ſe tegebat, ne nudaret pudorẽ. Intra ſe tamen loquebatur deo: qui

A eam magis audiuit tacentẽ. Quæ ſi voluiſset loqui, forſitan non eſset audita. Et tu ergo qui propoſuiſti ſatisfacere pro delictis domino deo tuo, illi ſoli interiore corde te purga, illũ cõtuere qui poteſt peccata diluere. Adiuuat te, qui putauerit arguendũ. Deniq; cum maledicere retur Dauid, & ciuis dux Abeſsa iniuriã regis vellet vl- 2.Reg.16. ciſci, dixit ad eũ Dauid: Dimitte illũ, vt maledicat: quoniam dixit illi dominus, vt videat humilitatẽ meam, & retribuat mihi domin⁹ bona pro maledicto hoc. Vides igitur ꝙ à conuitiantibus adiuueris vt dominus audiat te, & peccatũ tuum remittat? Nam cum ipſe accuſator tuus eſse debeas, & coaceruare flagitia, teq; ipſum offerre ſupplicio: quomodo negare obiecta deſideras? Pœnitentia patientiam quærit, patientia mitigat delicta magna. Quo iraſceris aliis, tuæ ipſe reus cõſciẽtiæ? Quo- ✻curabilis. modo cõmoueris, cũ debeas eſse miſerabilis? ✻ Qui arguitur, & (q̃d eſt amplius) à ſemetipſo, curare debet ſua vulnera, non alterũ vulnerare. Nemo aliũ vulnerãdo, Lucæ.4. ſe ſanat. Medice cura te ipſum. Si medicus, quanto magis reus prius curare ſe debet? Cõfiteris peccatũ tuum, & medicũ te profiteris in alienũ? Etſi veritatis eſt quod Pſal.49. retorques, temporis nõ eſt. Peccatori enim dixit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? Vſurpas tibi vt de lege arguas, qui contra legẽ ipſe feciſti? Quid lachrymarum tempus amittis? Quid concertando vanos ſermones aut audis, aut loqueris? cum tibi ſcriptũ ſit: Non ac- Matth.12. cipias auditũ vanũ, cũ legeris in Euangelio ꝓ omni ſermone ocioſo iudiciũ eſse ſubeundum. Et ſi alius loquitur, tace: & ſi alius cõuitiatur, aurẽ tuã obſtrue. Dauid B tacẽdo vicit aduerſarios ſuos: & quia ſicut mutus factus eſt, vocẽ recepit: quia cõuerſus ad dominũ loquebatur dicẽs: Quoniã in te domine ſperaui, tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi, ne quando exultent in me inimici mei, Vide ſingula. Tacebat Dauid: loquebãtur inimici: prouocabant vt aliquid & ipſe loqueretur. Dicebant, Audiamus vocẽ tuam. Intra ſe ille tacitus loquebatur. Quid opus eſt vt iſta audiant quib⁹ prodeſse non poſsunt? In te domine ſperaui: tibi ſoli loquor, tu audi, qui exaudire potes. A te ſemper popoſci ne aliquã do exultent in me inimici mei: quia etſi peccaui, tu peccatũ dimittis. Etſi ego cecidi, tu reſuſcitas: ne habeãt vn de exultare poſsint qui peccatis lætantur alienis. Plus enim acquiſiuimus qui plus peccauimus: quia beatiores facit tua gratia, q̃ noſtra innocẽtia. Habemus hunc ſenſum & in libro Micheæ ꝓphetæ: Noli gaudere ſup me Micheę.7 inimica mea quia cecidi, ſed reſurgã. Nõ eſt grauis infirmitatis ruina, ſi non ſit etiã voluntatis ſtudiũ ab ea non ſurgendi. Præſens eſt qui faciat vt reſurgas. Dixit ergo Dauid in corde ſuo petens vt exaudiretur à domino, & vt nõ exultarẽt in eũ eius inimici, petens etiam vt in conuerſionis ſuæ ꝓpoſito permaneret, ne dũ propoſiti ſui greſsus quaſi q̃dã pedes ſuæ animæ cõmouẽtur, C in eum aduerſarii ſuperba & magniloquentiæ plena loquerentur, vt faciunt qui inſultare deſiderant. Tametſi moueatur vt homo, paratum ad flagella ſe dicit, vt vel ſupplicio ſoluat errorẽ. Etſi ceſsent flagella domini, ſe tamen dolore ꝓprio memorat flagellari, vt nõ inueniat culpa quod damnet, quã pœna præuenerit. Hoc eſt ergo quod ait: Et dũ cõmouẽtur pedes mei, in me magna locuti ſunt, eò ꝙ tã prompti ſunt ad inſultationis ludibria, vt in cõmotione pedũ meorũ paratã habuerint magniloquentiã, vel certe ſic: Dũ cõmouentur pedes mei, putantes quod caderẽ, ſuperba iã & magniloqua ſunt locuti. Sed quia ipſe in poſterioribus penè motos pedes ſuos dixit: ne q̃d oriatur hinc ſcrupuli, cõſidera hic docẽri nos affectũ pœnitẽtiæ, ibi opinionẽ eius erroris excludi, ꝙ diuitiæ & ſucceſsus ꝓſperior flagitioſorũ nos mouere non debeant. Conſuetudo autẽ elocutionis in ſcripturis diuinis huiuſmodi reperitur. Sic enim & alibi, Dũ cõuerteret dominus captiuitatẽ Sion, facti ſumus Pſal.125. ſicut conſolati. Quanq̃ ſanctus non in oſtenſione verborum, ſed in virtute ſpiritus probari ſe velit. Senſus eſt D go nobis ſpectãdus eſt ſemper: quẽ etiã ipſum frequens tranſlatio ex hebræo in græcum, ex græco in latinũ attenuare conſuenit. Ad oĩa itaq; ſuperiora pulchrũ remediũ, ꝙ in flagella paratus eſt, & offert ſe domino, vt quæ placuerint deo flagella ſuſtineat. Elegiſse quidem lego ſanctũ Dauid flagelli genus, quod æquanimiter ſuſtine- 1.Para.21. ret. Sed elegit, quia de tribus ei cõditionibus eligẽdæ vnius neceſsitas mandabatur. Vbi autẽ non mãdatur, ad omnia paratus eſt dei ſeruulus, ſeu corporalẽ ægritudinem ſubeat, ſeu fugã à facie inimici, ſiue obitũ filiorũ, quos non timet præmittere, quia recipere poteſt imperterritus. Nam & ſciens ꝙ ſi hic fuerit punitus ſupplicio temporali, leuare in futurũ perpetuæ poſsit pœnã eorum: rogat ergo vt recipiatur petitio ſua, & caſtigetur ipſe, vt recipiatur. Caſtigat enim dominus omnẽ filium quem recipit. Si ſeruulũ tuum videas peccata propria Heb.12. confitentẽ, vltro offerre ſe pœnæ: inflecteris, ignoſcis, & de domini miſeratione diffidis? Iudex ipſe cui non licet in plurimis cauſis à gladio temperare, quia legibus ſeruit: poteſt tamen lucrũ donare pœnarũ, & tu adhuc trepidas quid à legum domino & miſericordiæ auctore depoſcas, cui lex voluntas eſt, & donandi ius? Si tamen tu petas tibi tua peccata donari, nec conſideres honores tuos, aut erubeſcas amicos tuos, ne dignitatẽ tuam deſle xiſse videaris. Amicus dei, ꝓpheta dei, rex ab ipſo electus deo, & vnctus in regnum, flagellis ſe ſpontaneus offerebat, nec erubeſcebat: & tu erubeſcis? Nõ multũ iſta verecundia tibi opitulabitur cũ ad iudiciũ dei veneris, ſed pudoris te iſtius pœnitebit cum in conſpectu nõ ſolum hominũ, ſed etiã angelorum & omniũ poteſtatũ cęleſtium cõſtitutus cœperis peccata propria nõ negare. Quomodo excuſabis, cum tanta commiſeris? Prætẽdes conditionis infirmitatem, quia nemo ſine peccato. Re- E ſpondebitur tibi: Debuiſti ergo agere pœnitentiam, dederam remedium: cur refutaſti? Subtexes pudorẽ, ꝙ honores tuos erubueris. Dicẽt, Si tu erubuiſti me corã Lucæ.9. amicis tuis, & ego te erubeſcam coram patre meo qui eſt in cęlis. Diſce verũ eſse quod ſcriptũ eſt, quia eſt verecundia adducens peccatum. Dauid in cõſpectu ſuo dolorem ſuum ponebat, ne vnq̃ obliuiſceretur: Dauid iniquitatem ſuam ipſe pronũciabat: Dauid de peccato ſuo, nõ de opibus cogitabat. Dauid nõ erubeſcebat ſua recenſere peccata: ne de iis erubeſceret in meo iudicio conſtitutus: & tu erubeſcebas? Non eſset hodie in requie ſeruulus meus Iob, ſi erubuiſset tres illos reges amicos ſuos: nec ipſe Dauid, ſi erubuiſset delicta propria confiteri. Ergo quia non erubuit mihi ſua aperire peccata: nec ego erubeſcam ei mea ſecreta reſerare. Et quia vterque eorum non erubuit factorũ ſuorum precium in mea ponere poteſtate, meo ſe iudicio voluntatiq; committere: nec ego de talibus ſeruulis erubeſcã F vt appellem amicos, qui meam ſtuduerint facere voluntatem. Ideoq;, quoniam illi ante in mœrore, nunc in cõſolatione: tu quia in deliciis, nunc in ſuppliciis. Chaos inter vos magnum eſt: vt neq; illorum ad te gratia, nec tua ad illos poſsit pœna tranſire. Audis ergo quid dicat Dauid? Audi, dum tibi corrigere & emendare permittitur. Si hic emendaueris, illic requieſces. Non te dulcia mundi & ſeculi huius, ſed amara delectent. Graue enim fel mouere conſuerunt. Non ille iucunda quærebat poſitus in regno, qui eligebat mortem ſanctorum q̃ vitam flagitioſorum. Inimici, inquit, mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſubſecutus ſum iuſtitiam. Sed quanto ille illuſtrior, qui quotidie moriebatur, vt populum ſuum viuificaret, & corpus ſuum mortis vulneribus offerebãt? ſicut ipſe ait: In mortibus frequenter. 2.Co.11. Mors enim honeſta, redemptio vitæ eſt etiam decoloris, aut innoxiæ firmamentum. Exitus autem mortis in-

G manu vitæ. Et ideo malebat apostolus quotidie mori, vt vitæ suæ meritum comprobaret. Scriptū est enim:
Eccli.11. Non laudes hominē in vita sua. Qui enim viuunt, moriuntur: qui moriuntur, resurgent. Propior ergo saluti est qui moritur, vt resurgat: quàm ille qui viuit, vt moriatur. Quis est autē qui quotidie moritur, nisi qui mortem domini Iesu in sua carne circūfert, vt omnia ei peccata moriantur. Confirmati autem & multiplicati sunt inimici Dauid in hoc seculo: sed non idoneū firmamētum, nisi eius qui confirmatur à Christo. Deniq; illi cōfirmantur in seculo, qui oderunt iustū iniquè. Non ergo iustū odium, sed iniustū, cū odisset iniquè. Sed vide distantiam. In posterioribus ait: Qui oderūt me gratis.
Psal.68. hic habet: Qui oderunt me inique. Sed ibi ex persona Christi, hic ex persona sua. Vbi ex persona Christi loquitur, gratis odio habetur: vbi ex sua, iniquè. Homo enim potest vni alicui vulneri, non patere, vtpote iniusti tiæ, intemperantiæ, impudicitiæ: aliis autē vulneribꝰ patet. In Christo autē nulla causa esse potuit qua peccati alicuius potuerit vulnus accipere, immunis à culpa, & integer à delicto, atq; immaculatus à vitio. Sūt autē qui putāt vtrūq; psalmū ex persona Christi esse decursum, qui pro nostris peccatis satisfaciebat patri. Hic ergo dicebat se appetitū cōtra iustitiā, illic contra gratiam. Et
H bene addidit, vt probaret se iniuste appetitū, Quoniam subsecutus sum iustitiā. Quanta vis verbi in vnius syllabæ adiectione, vt subsecutū se diceret iustitiā, nō secutum? Propior est enim qui subsequitur, q̄ ille qui sequitur: & suppar, q̄ impar: & successio hæredis magis q̄ accessio nuncupatur. Et tamen quāuis subsequatur iustitiam, nō suæ virtutis putat esse, sed gratiæ cælestis si nō deseratur à Christo: eoq; orat impensius, dicens: Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris à me. Hoc est, homines me dereliquerūt, amici mei impugnauerunt dilectum sibi proximū, non appropinquarunt. Fugiebāt me quasi mortuū, & abominati sunt, quia peccata mea tibi aperire desideraui, tibi confiteri, quia flagellis tuis me obtuli vulnerandū, quia elegi cicatrices vulnerū super epulas regū, & iactantiā potestatū. Tu solus me nō derelinquas, tu hæreas seruulo tuo, qui de terra suscitas inopē, & de stercore erigis pauperē. Tuo comitatu fretus, frequentiorē me ambientibus populis æstimabo. Cōputruerūt quidē cicatrices meæ: sed adhuc tuorum verberū desidero cicatrices, quæ sanitatis vulneribus obducuntur, vt postea nullū hulcus appareat. Bonæ triūphaliū vulnerū cicatrices, quibus victores huius terreni prælii gloriantur. Quanto illustriora vulnera quæ pro fide & nominis tui gloria videntur excepta? Ista est cicatrix quæ cælū aperit, regnū acquirit, immortalitatē inuenit. Hæc ergo est cicatrix beata, quoniā beati qui lauerunt stolas suas in sanguine suo. Si cœpit stola esse gloriæ, caro mortis, in qua & Paulus antè pericli
Roma. 7. tabatur electus dei, nisi petisset se liberari de corpore mortis huius, vt legim⁹. Et ideo q̄ sum⁹ in hoc corpore
I mortis, oremus ne bonus ille dilectus dei medicus nos derelinquat, quem patriarcha Dauid ne à se discederet precabatur. Ipsi nos cōmittam⁹, parati quo velit curari medicamēto. Nemo dicit medico corporis sui quēadmodum sit curandus. Nouit medicus quæ singulis vulneribus medicamenta cōueniant, cuius vlceris putredo ferro sit amputanda, ne in totius corporis serpat exitiū. Si dixerit medicus medicinæ genus quo curari æger debeat, & ille fastidiat: discedit medicus, & egrū relinquit. Vide eum qui curari velit, omni genere medico acquiescentem. Attende ordinem. Aperit primo vulnera sua medico, & dicit: Cura me: sed rogo ne in ira tua, quia nō sustinent veram medicinā infirmitates meæ. Medicina Christi, correptio est. Corripit enim deus quē vult conuertere. Ideo & Paulus ad medicum dicit: Argue, obse-
2. Tim. 4. cra, increpa. Nō ergo recusat curari qui petit argui, sed leuari vult pœnam, ne in ira arguatur, & impetu irę cor ripiatur. Et vide processum. Primo petit argui: postea K
(quod maius est) corripi. Deinde non solū confitetur peccata sua, sed etiam numerat & accusat. Non vult enī latere sua delicta. Nam vt febres in alto sitæ nō queunt mitigari: cū foras eruperint, spē afferunt definendi: ita peccatorum morbus dū tegitur, inardescit: si cōfessionibus ꝓditur, euaporat. Et ideo iustus accusator est sui in principio sermonis, priusq; cōtagio vlceris serpat in-
Prouer.16 trinsecus. Grauat enim cōscientiā memoria delictorū, ni si medicina poscatur. Et si differt medicus, ægre offerre se debet, vt citius secetur: sicut offerebat se Dauid in flagella domini dicēs: Redde mihi duplicia peccata, dummodo hic vindices. Noli me deserere, noli auertere faciem tuā à me: noli dedignari atq; horrescere fœtorem vulnerum meorū. Et Iob seruus tuus percussus erat vlcere à pedib⁹ vsq; ad caput, & remediū suæ sanitatis inuenit: licet illud vulnus virtutis fuerit, istud erroris. Fœtebant vulnera, quæ medici curare non possent. Locut⁹ es domine mysteria sacramētorū tuorū: manifestasti venena serpētis, & solius sermonis tui medicamēto seruitui tuæ curata sunt vulnera: quia tu eū non deseruisti: & me non derelinquas domine: ne discesseris à me. Hoies me dereliquerunt, quia sordent illis vulnera mea: quæ pietati tuæ putaui esse referanda. Illi dicunt. Exi à nobis, quia peccator es tu: discede, ne nos polluas. Tu autē domine curas, & non polluēris: adiuuas, & non contaminaris: quia deus salutis es domine, & manus tua non L
perdere sed sanare consueuit. Cōpleuimus psalmum etiam cū eius interpretatione versiculi q̄ Græci nōnulli codices, sed non oēs habent Latini. Nā ante responsorium ꝓximū versiculus est, Et proiecerūt me sicut mortuum abominatū: hoc est, illi qui reddebant mihi mala pro bonis. Sed tu ne derelinquas me domine, ne discesseris à me. Hoc enim sequitur: id est, tu ne derelinquas, qui mortuū fœtentē curare consuesti. Deniq; habemus hoc in Euāgelio. Nā cū venisset ad monumētū Lazari, & dixisset, Tollite lapidem, ait Martha: Iam fœtet, quatriduanus est enim, respondit ei: Nō dixi tibi, quia si cre-
Ioan.11. dideris, videbis gloriā dei? Et clamauit Lazarū, & sanus exiuit. Credamus ergo & nos, vt de vulneribus nostris acquiramus medicinā salutis, & futurā gloriā. In oratio nibus igitur & obsecrationibus cū dolore & lachrymis exigenda pœnitentia est, vt illā gloriā dei videre mereamur. Neq; te moueat quod luctus, dolor, commaceratio corporis, grauissimæ passiones sunt. Etsi grauissimæ videntur, tamen indignæ sunt huiusmodi passiones ad superuenturā gloriā: sicut testis tibi est apostolus Paulus. Non pigeat ergo nos hic leuiora ferre, vt ibi plena laRoma.8. dis & gloriæ possimus adipisci, pro tēporalibus laboribus perpetua præmia reportantes, per dominū Iesum: cui laus, honor, gloria, perpetuitas à seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

Psalmi. XXXVIII. enarratio.

Titulus, In finem pro Idithum canticum ipsi Dauid. M

IN superiore psalmo expressa forma pœnitentiæ est: in hoc sequenti patientiæ forma signatur. Quem psalmum Dauid scripsit, & Idithum viro disciplinis leuiticis & sacerdotalibus erudito canendum dedit: qui ante arcam domini psalmorū seriē pangēdi solertissimus præcinebat. Ergo quia nō Idithū scripsit hunc psalmū, sed ꝓpheta Dauid, & Idithū viro canēdi perito psallendum dedit: ideo sic inscriptus est titulus. Deniq; etiā in secularib⁹ scriptis alii erant qui scribebāt, alii qui in scena vel cantica, vel comœdias vel tragœdias canere consueuerant. Et illi quidem coronā Olympicam postulabant: vnde &

A ἐπινίκιον hymnū eorum scripta in fine testantur. Dauid autem qui non hæc serta coronarum marcentiū requirebat, sed illam incoruptibilē & incontaminatam remunerationum cælestium hæreditatem pio desiderabat affectu, hymnum non victoriæ ἐπινίκιον, sed ei scripsit qui victoriam in se credentibus impertiebat, qui finis est omnium quæ pia mente deposcimus. Siue enim sapientiā quæras, siue virtuti studeas, siue veritati, siue vię atque iustitiæ, siue resurrectioni: in omnibus tibi sequendus est Christus, qui est virtus dei atq; sapientia, veritas, via, iustitia, resurrectio. Ad quē igitur contendas, nisi ad perfectionem omniū, summāq; virtutum? Et ideo tibi dicit,
Mar.10. Veni, sequere me. Hoc est, vt ad consummationem virtutum peruenire mereatis. Ergo qui sequitur Christum ipsum pro possibilitate sua debet imitari, vt præcepta eius secum ipse meditetur, & diuinorum exempla factorum. Et ideo Dauid secum ipse meditabatur, q̄ Christū in se locutum esse retinebat: vt cum aliqui ei essent mo
B lesti, & cum ad contentionē lacessere conarentur, patiētiam indueret, certandi studia declinaret, ex quibus inanis strepitus & iurgia frequenter oriuntur. Ideoq; cum sancto Dauid plericq; eius virtutibus inuidentes, qui eū de proposito mansuetudinis, & humilitatis affectu crederent diducendum, frequēter ingtuerent, ipsæ quoque præcipue nequitiæ spiritales in cælestib⁹, aduersus quas graue luctamen est iustis, ad cōmouendū eū ministros suæ improbitatis impellerēt: ne inter obstrepentiū crebra certamina, & disceptationū tumultus sermo aliquis sibi offensionis excideret, tacere sanctus Propheta proposuit. O validum scutum, circūspectæ munitionis silentium. O fidissimum stabilitatis fundamentum: in quo si quis potuerit stare, lubricū verbi timere nō posit. Multi enim etiā stabili corde firmati, incauti tamen, sermonis fluctuantis errore sæpe ceciderunt. Videns igitur huiusmodi insidiis & vano concertantium strepitu se Propheta tentari, intra se ipse tacitus conferebat, legem sibi taciturnitatis imponens: & cum taceret, insultantibus sibi, & vt loqueretur aliquid prouocantibus, qualia solent insolentium esse certamina atq; sermones, Respō-
æquitate de nobis, si de æqualitate ✳ præsumis. Vides & tu esse te victum, & nihil habere quod referas? cum se prope ad vocem cōuitiis videret impelli, se ipse reuocabat, vt loqueretur in corde: Dixi custodiam vias meas, vt nō delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator aduersum me. Hoc est, proposui, confirmaui, imperaui mihi, locutus sum cordi meo, Vias meas custodiam? Si aliis dixissem, sermo meus stare deberet: quanto magis stabile debet esse quod mihi ipse constitui? Si quis alienum fallat, indecorum est: si quis proximum, graue. Quanto igitur grauius si quis se ipsum eo q̄ promiserit, putet esse fraudandum, vt ipse sibi infidelis suo iudicio & despicabilis æstimetur? Cui
C igitur idoneus videri poterit, qui sibi vilis est? Teneamus igitur animæ constantiam nostræ, ne in offensionem labia loquendi festina prorumpant. Et Iob plagam suam silentio vicit, & tolerantiam suam taciturnitate superauit. Non bene creditur carni. Vicissemus si Eua tacuisset. Ergo primum illud processit ex voce peccatū, & serpens ille nequissimus atq; versutus per vocem nos ante tentauit. Atq; vtinam aut Adam surdus fuisset, aut Eua obmutuisset. Ille, ne vocem suę vxoris audiret: ista, ne loqueretur marito, & lubricæ vocis ministerio serpentis in virum venena transfunderet. Cain quoq; etsi parricidio naturam violauit humanam, & obliterauit impius iura pietatis, tamen per vocem sacrilegium sceleri suo addidit, vt negaret deo necati fratris interitum. Quid de singulis dicam? Populus ipse electus à domino, cui tacitus Moyses aperuit mare: ingratus cælestib⁹ beneficiis obmurmurabat: quo diuinam contraxit offensam. Deinde ipsum ducem inuiū. Illius atque inuisitati itineris Moysen respuit, & à fratre eius Aaron deos sibi fieri quos coleret postulauit. Vnde etiam ipse con- D
fiderās tanta vocis pericula, dixit: Custodiam vias meas. Quæ sint igitur istæ viæ hominis, quæ & magnopere præcauendæ, ne quid grauioris offensionis incurrant: admonet nos tantus propheta diligentius considerare. Admonet etiam Salomon eius filius paternæ mentis interpres perspicacius examinare, qui scripsit: Tria mihi sunt impossibilia intelligere: & quartum quod nō agno Prou.30.
sco. Vestigium aquilæ volantis, & viam serpentis in petra, & semitas nauis in pelago nauigantis, & vias viri in iuuentute, & mulieris adulteræ, quæ postq̄ egit, abluta, nihil egisse se dicit iniquū. Tria ergo impossibilia sibi esse dixit ad intelligendū, & quartū, quod ille habēs inter homines sapientiæ signaculū, nō agnosceret: viarum videlicet viri in iuuentute processum. Quarū igitur est vel inexplicabilis vel difficilis agnitio, potest facilis earum esse custodia? Vnde non immerito ipse Dauid delictorū iuuentutis suæ nō defensionē obtulit, sed obliuio
Psal.24. nē rogauit. Delicta, inquit, iuuētutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris. Non immerito igitur Salomon dixit se non agnoscere quod pater eius (in quo maior dei gratia fuit) se ignorasse testatus est. Et fortasse delicta iuuentutis ad feruorem retulit carnis, ignorantiæ autem ad verborum prolapsionem: quæ non ex sententia nostra, sed impetu quodā & cursu loquēdi plerūq; fundun
tur, quod periculosum esse Propheta cognoscens, ait: Credidi, propter qd locutus sum. Supra fundamentum ergo virtutis vox tuta est, sine fundamēto lubrica. Ideo Psal. 115.
quasi quodā tubæ sono scripturæ diuinæ electus interpres increpuit: Corde creditur ad iustitiā, ore cōfessio E
fit ad salutem. Fides credentiū principalis est, cōfessio Roma.10.
executionis. Quomodo igitur proposuerit sanctus ꝓpheta Dauid, aut propter quid custodire vias suas, audiamus. Vt non, inquit, delinquam in lingua mea. Si hoc cauet Propheta, tu nō caues? Si hoc metuit, in quo dei gratia loquebatur: tu non metuis, qui erroris verba non refugis, & theatralibus sermonibus delectaris? Tu
non reformidas, cui scriptū est in Euangelio, quia pro Matth.21.
omni otioso verbo rationē es redditurus? Si pro otioso verbo periculum est: quanto magis pro criminoso? Nō omne qđ otiosum, & criminosum: sed omne qđ nō fructuosum, periculosum, atq; eradicabile. Ois enim arbor Matth.3.
non faciēs fructum, excidetur, & in ignē mittetur. Cum mouetur animus & exagitatur stimulantibus aduersariis, obstrepentibus, illudētibus, criminantibus: excidit verbum cōmotionis, si deo silentiū & tutū est, & decorū, quod seruat cū grauitate cautelā. Quid enim labia nostra, nisi quædam nostra vincula sunt? Deniq; vinculis labiorum suorū vnusquisq; constringitur. Ideo sapiens Prouer.5.
in tempore tacet, & secum ipse considerat quo tempore loqui debeat. De quo præclare ipse Salomon: Labia sapientis alligata sunt intellectu. Quando ergo vides illu P
dentibus proteruis sapiētem tacere: dic, Ligauit iste intellectu labia sua, hoc est, prudenter tacet, ne labiorum suorū vinculis alligetur. Posuit ori suo custodiā, sepsit aures suas spinis, vectē adhibuit foribus oris sui: seruat thesaurū cordis sui, & argentum eloquii sui, vt examinatū & purgatū quando oportet ꝓferat: ne quisq̄ prius fur in cor eius aut perturbator irrumpat, & ad eos captiuum trahat, quibus flagitia sua vendat. Meditabatur Iudas Christum vendere: sed reuocabat eum tanta domini gratia, & quædam paternæ delenimenta pietatis, quibus furor eius mollie batur: nec erupisset in scelus, nisi se in cor eius, quia Christum fallere se putabat, aduersarius demersisset. Non ergo dubites quando aliqui tibi molesti sunt volenti seruare iustitiā, ministros esse illius nequissimi peccatoris, qui omniū auctor est flagitiorum. Videbat Dauid propheticis oculis, agnoscebat eius figuram. ideo tacebat, ne illius faceret voluntatem, qui turbare gestit affectum. Premebat vocem, claudebat portas suas silentio, prætendebat in eo patientia, &

G taciturnitatis vigilabat cuſtodia,ne inimic⁹ obreperet,
*caſtris vt de clauſtris*oris vagus aliquis ſermo & incautus exi
Prou.16. ret.Ideo fortior eſt patiens,qui ſeipſum continet,q̃ qui
vrbes capit.Iuſtus ipſe ſibi caſtrũ eſt, ipſe ſibi peruigil
cuſtos.Cum ſibi ergo ipſe prætenderet, loquebatur in
ſuo corde.Poſui ori meo cuſtodiã,dũ cõſiſtit peccator
aduerſũ me.Adeſt ſemper inimicus, qui ſemp̃ inſidia-
tur.Etſi illũ nõ vides,adeſt:etſi illũ nõ ſentis, incurſat.
Si nõ vides,videti crede. Cõſiſtit,inquit,aduerſum me.
Qui videt peccatũ ſuũ, videt etiã peccatorẽ ſibi in iis q̃
geſſerit illudẽtẽ. Qui autẽ peccatorẽ p̃ꝛuiderit,poteſt
vitare peccatũ.Videbat Dauid conſiſtere aduerſum ſe
2.Reg.16. peccatorẽ,quãdo ſemei maledicebat & lapidabat regẽ
ſuũ,& clamabat:Exi vir ſanguinũ. Neq; enim tã prærup-
tus foret,vt nec tanti regis reuerentia moueretur, nec
armatum eius timeret exercitũ, cum vnus de exercitu
eius cõuitiantẽ potuiſſet occidere:ſed amentẽ diabolus
fecerat,qui eũ impellebat ad mortẽ.Ideo Dauid aduer-
ſus auctorẽ magis præliabatur, q̃ miniſtrum perſeque-
batur. Quid enim magnum, de homine inualido vin-
dicari,quẽ ad furorẽ alter vrgebat,in cuius nece peccа-
tor habuiſſet voluntatis effectum? Non gladio diabo-
Matth.27 lus,ſed verbo dei vincitur.Ideo taceat lingua hominis,
dei verbum loquatur. Deniq; & Chriſtus tacebat ante
Pilati iudiciũ conſtitutus, vt nobis daret formã tacen-
di:quia lingua corporis facilis eſt ad errorẽ, ꝓcliuis ad
H lapſum.Sũt autẽ & qui tacentes loquãtur,ſicut Moyſes,
qui ſtabat attonitus, & tacebat:cui dixit tacenti deus:
Exod.14. Quid clamas ad me? Vt Suſanna, quæ tacuit in pericu-
Danic.13. lis ſuis,& dominus exaudiuit eã.Ergo etiã ſi in te verbũ
dei ſit:& tacebis in dei verbo,& tacitus clamabis, vt au
diaris à Chriſto. Meditare ergo quæ Chriſti ſunt, quæ
ſecum meditabatur propheta Dauid, in quo ea quæ ſe-
cum in hoc pſalmo meditatũ eſſe ſe dicit,antè in eo lo-
Pſal.34. cutus eſt Chriſtus.Sic enim ſcriptũ eſt:Ego autem cum
in aliquo mihi moleſti eſſent,induebã me cilicio, & hu
miliabam in ieiunio animã meã, & oratio mea in ſinu
meo conuertetur. Quid eſt,in aliquo? Quia tunc maxi
me aut ſermo iportunus elabitur,aut affectus mouetur,
quãdo vel in dolore aliquo & triſtitia ſumus, vel indi-
gnatione animus ægreſcit, vel aliquib⁹ ſolicitudinibus
impeditur,aut diſceptationib⁹ occupatur. Qui igitur
moleſti? Primum de ipſo auctore peccati & angelis ſuis
*alias, ſe intelligẽ:deinde de iis qui malunt ſequaces*eius eſſe q̃
vaſa eſſe. Chriſti.Impellitur vxor,vt ſancti Iob:amicus, quod in
illo ipſo libro manifeſtatur:fili⁹,vt Abeſſalom:ſeruus,
Michæ.7 libertus,domeſticus,quia inimici hoĩs etiam domeſtici
eius:vt exagitent eum ſinguli. Quod igitur remediũ ad-
uerſus huiuſmodi animorũ ægritudines, niſi patientia,
niſi ſilentium?Et,quod eſt grauius,ille te magis laceſſit
qui beneficiis tuis vſus ſit:& inter ipſos ampliꝰ ille ex-
aſperat,qui plus tibi debeat:quo magis ingrati hominis
acerbitate,aut vilis alicuius perſonæ indignitate moue-
aris. Ergo iuſtus, etſi amicus ei eſt inſolens, dolet pro
I amico,qa ideirco amicus ſuus labitur,qa à tẽtatore im-
pellitur.Si ꝓ amico debet,multo magis ꝓ vxore, pro
filio,ſi eos quoq; ſibi inſolẽtes experiatur. Et ſi frater ex
agitat,vt Eſau ſanctum Iacob:dolet, & quærit ſibi fra-
trẽ recõciliare,vel fugere à facie eius, vt Rebecca ſuade
bat,ne iracundia fratris occaſionẽ nocẽdi aliquam re-
periret.Et ſi proximus aut domeſticus,dolet:& ſi mini-
ſter aut libertus aut ſeruus,fert patienter, & in his oĩb⁹
tacet,ne ei reſpondeat à quo eũ cernit impelli. Conui-
tiatur ergo ex domeſticis aliquis? dolet & tacet.Conui-
tiatur libertus? tacet.Conuitiatur ſeruus? tacet.Sic vin
citur qui laqueum eius animæ per eſcã vocis extendit.
Tace ergo & tu cum tibi indignus cõuitiatur.Tace cum
tibi ſeruus & maxime tuus cõtumeliã facit, & dic in cor
Pſal.82. de tuo,Ego taceo,tu autẽ ne taceas domine:& adde, Ne
diſcedas à me: vt Dauid propheta dicebat.Hoc eſt, Ne
ſolum me impugnantibus derelinquas. Non eſt enim
ſolus,cui deus præſens eſt.Accipe teſtimoniũ, Ecce,in- K
quit,venit hora vt diſpergamini vnuſquiſq; i ſua, & me Ioann.12.
ſolũ relinquatis:ſed nõ ſum ſolus,quoniã pater mecum
eſt.Iuſtus ergo aduerſus inſolẽtes ſibi tacet,iuſtus orat.
Audi iuſtũ orantẽ: Pro eo vt me diligerẽt, detrahebant Pſal.108.
mihi:ego autẽ orabã.Iuſtus maledicentibus ſibi benedi
cit:vt faciebant apoſtoli, ſicut Paulus aſſerit dicens;Ma-
ledicimur,& benedicimus.Iuſtus diligit inimicos ſuos. 1.Cor.4.
Vide quẽadmodũ paulatim p gradus ſingulos aſcende-
re docetur ad incrementa virtutũ,dicente domino:Di-
ligite inimicos veſtros.Iuſtus orat pro calumniãtibus: Lucæ.6.
quia & hoc præcipit dominus,adiungens:Benefacite iis
qui oderunt vos.Orate ꝓ calũniantibus & perſequenti
bus vos.Ipſe eſt ꝓ omnia iuſtus,qui hæc cuſtodit & ſer-
uat:Primũ,quia tacet,& nõ reſpondet inimicis. Deinde
quia orat:hoc eſt,non eſt ocioſus affectu.Et qui orat,bo
na orat,nõ ea q̃ cuiq; poſsint ſuo inimico nocere. Plus
eſt ergo orare q̃ tacere. Iuſtus maledicẽtibus ſibi bene-
dicit. Plus eſt & hoc q̃ orare pro ſe. Securus enĩ ſui be-
nedicit ei quẽ non timet, aut etiã ei quẽ ante metuebat.
Iuſtus diligit inimicum. Plus eſt diligere q̃ benedicere:
quia maior eſt mentis dilectio,q̃ ſermonis gratia. Iuſtus
benefacit ei cuius odiis appetitus eſt.Iuſtus orat pro ca-
lumniantibus.Bona charitas,& pietas bona, vtriq; dei,
& vtrunq; eſt deus:quia charitas eſt deus: vt dixit Ioan- 1.Ioãnis.4
nes in epiſtola. Ideo vtrunq; coniunctum eſt: Diligite
inimicos veſtros,& orate pro calumniantibus & perſe-
quentibus vos. Plenitudo legis eſt charitas: ſed etiam L
hæc euangelii plenitudo,pro calumniantibus & perſe-
quentibus nos iubet orare, vt peccatis eorum veniam
poſtulemus:ſicut diuino iudicio Iob ſanctus electus eſt Iob.42.
cuius oratio regũ illorum calumniantium iuſto abole-
ret offenſam. Ergo etſi infirmus es, ora: & ſi fortis es,
ora. Infirmus pro te oras,fortis pro inimico tuo oras.
Bonum ſcutum infirmitatis,oratio. Tu oras, & domi-
nus te protegit.Bonum ſcutum etiam triumphantis, vt
inimicum tuum quem poſsis ferire defendas,ne ab ali-
quo trucidetur,& (quod maius eſt) à Chriſto,qui dixit:
Mihi vindictam, & ego retribuam. Hæc eſt oratio quæ Roma.12.
in ſinum conuertitur deprecantis,fructum referens eo-
rum quæ voluit impetrare, vt dona eius ad animam ac
mentem recurrant,quæ popoſcit à domino:ſicut in po-
ſterioribus hic idem Propheta te docuit dicens: Sic be- Pſal.62.
nedicã te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus
meas,Tanq̃ adipe & pinguedine repleatur anima mea.
Ipſe eſt ſinus animæ,ſecretum orationis eius, penetra-
lia voluntatis,& quædam recurrentiũ votorum intima
receptacula. Vnde & iuſti in Abrahæ ſinu requieſce- Lucæ.16.
re leguntur: ꝙ in eius gratia,in eius requie, in eius pla-
ciditate requieſcant,qui cõformem ei induerint fidem,
& eandem in bonis operibus fecerint voluntatem. Sed
forte miretur aliquis,cũ dominus dixerit ꝓ os Dauid ꝙ
humiliabat in ieiunio animã ſuam: quomodo ipſe Da-
uid ait in poſterioribus: Si nõ humiliter ſentiebam,ſed
exaltaui animam meam.Verũ ex his cõſidera aliud eſſe M
quod ad ſapientiam mentis refertur,aliud quod ad hu-
militatẽ cordis. Sapientia mentis ſublimis eſt: ſapien-
tia autẽ carnis non debet inflari. Humiliabat ergo do-
minus in ieiunio animam ſuam, vt caſtigandũ noſtræ
carnis tumorem doceret. Exaltabat animam Prophe-
ta,per ſublimem dei gratiam:quoniam & qui ſe exaltat,
humiliabitur: & qui ſe humiliat,exaltabitur. Nec ſo- Lucæ.14.
lum ſuperbus retũditur, & humilis attollitur digna re-
muneratione meritorum, ſicut primum eſt intelligen-
dum:ſed (quia verbũ dei ex omni parte acutum eſt ve-
lut gladius qui ex duabus acutus eſt partibus) ergo
arbitror poſſe intelligi quia & qui ſe exaltat, nouit ſe
humiliare: & qui ſe humiliare nouit, etiam exaltare ſe
nouit. Deniq; Paulus oſtendit,dicens: Ego autem di- Philip.4.
dici in quibus ſum, ſufficiens eſse. Scio & humiliari,
ſcio & abundare. Ergo & Dauid non humiliter ſen-

A tiendo de Chriſto, exaltabat animã ſuam: ſenſuſq; vigo
re, fideiq; gratia virtutẽ humilitatis pio repræſentabat
affectu.Ideo ergo dicebat:Obmutui & humiliatus ſum,
& ſilui à bonis, quia nouerat quando ſe humiliare de-
beret,& nouerat quãdo ſilere deberet. Obmutuit, ne ip
ſa litigioſa cum obiurgantibus contentione perſtrepe-
ret.Humiliatus eſt,vt tumorẽ deiiceret ſuperborũ, vel
vt ipſos quo humiliare ſe deberẽt, ſuo doceret exẽplo.
Siluit à bonis,quia bona cõſcientia nõ eget defenſione
verborum, quæ ſuo nixa eſt teſtimonio,ipſa ſui iudex.
Ideoq; iuſtus dicit:Quis cõtradicat, aut quis reſiſtat mi-
1.Cor.4. hi? Et Paulus dicit: Mihi enim ꝓ minimo eſt vt à vobis
diiudicer,aut ab humano die.Aduerſum calũniãtes &
peccatores iuſtus ſuo iudicio cõtentus eſt: meritorũ aũt
ſuorũ iudiciũ Chriſto reſeruat.Ideoq; addidit: Qui di-
iudicat me,dominus eſt. Pulcherrime eũ iudicẽ elegit,
qui nulla fraude fallatur,vt eũ nec occulta prætereant,
nec infirmæ conditionis lapſus offendat: qui fragilitati
norit ignoſcere.Ad oĩa igitur vtile ſilentiũ. Si peccatũ
agnoſcis,tace:ne negãdo exaggeres:ſi nõ agnoſcis, ta-
ce,ſecurus de innocẽtia. Nõ poſsũt alĩena verba crimẽ
affigere,qđ ꝓpria nõ recepit cõſciẽtia. Sequitur: Et do-
lor meus renouatus eſt. Adhuc in inferiore virtutis gra
du poſitus hæc verba deprimit:ꝙ dolor ſibi peccatorũ
veterũ obiectione renouatus ſit,quæ deleta tã obduxiſ-
ſe videbatur obliuio,vel bonorũ operũ texerat cõpẽſa-
Pſal.108. tio.Deniq; in poſterioribus quaſi fortior dicit: Viderũt
me,& mouerũt capita ſua,eò ꝙ minarentur, & nocere
Ibidem. nõ poſsẽt.Et addidit:Maledicẽt illi,& tu benedices. Et
hoc q̃ſi validior loq̃tur,negligẽs iniuriæ vel pudoris:cui
B benedictio domini ꝓ oĩb⁹ abũdaret.Ergo iſto Pſalmo
triceſimooctauo quaſi in quadã meditatiõe, nõdũ tamẽ
in omni locatus perfectiõe virtutis,dicit ſibi dolorẽ eſ-
ſe renouatũ.Validiſsim⁹ enim cicatricis offenſionẽ ſen
tire nõ nouit,nec plagã põt timere q̃ fortior eſt. In ipſo
pugilũ certamine ſolet plerũq; qui fortior eſt expectare
vt inferioris ictu aliquo laceſsatur,quo acrior offenſus
inſurgat:ita exercitatione nimia atq; patiẽtia roborat⁹,
vt tãq̃ inſenſibilis ad dolorẽ,plagã ſentire nõ poſsit: ꝓ-
cuſsus ridet,laceſsit⁹ minatur.At vero inferior ſi forte
ictũ feriẽtis ſupra obductã cicatricẽ veteris vulneris ex-
ceperit,renouatũ ſẽtit dolorẽ.Sic eſt cui obiiciũtur pec
cata ſuperiora q̃ cõpetẽter doluit atq; defleuit,vt ſatiſfa
ctiõe cõgrua vulneri põtõrũ ſuorũ obduceret cicatricẽ.
Si pfectus eſt,tacet cõuitiãtib⁹, nullo ſibi dolore reno-
uato:qa etſi peccauit,ſecurus eſt:qa ſine pœnitẽtia ſunt
dei dona:& iõ q̃ ſemel donauit, reſoluere ac renouare
Eſaiæ.43. nõ ſolet:cũ ipe dixerit:Ego ſũ,ego ſũ,q̃ deleo iniq̃tates,
& memor nõ ero.Si aũt iperfect⁹,& ĩmemor cęleſtiũ p-
C ceptorũ:dolor ei tãq̃ refciſa cicatrice reparatur.Cõca-
luit,iqt,cor meũ ĩtra me,& ĩ meditatiõe mea exardeſcet
ignis Grauiora vulnera,ſicut nouimus,cauſtico medi-
camẽto vel admoto igne curãtur. Ergo vir ſapiẽs ipſe
medic⁹ eſt ſibi:tãetſi medic⁹ eſt,vuln⁹ ſuũ curat.Ideoq;
*offenſæ. ſi nõ plene cõſũmat⁹ eſt ad inoffenſæ*habitudinẽ ſani
tatis:vaporatur ei⁹ cor,habet fœbrẽ,igneſcit ad obiecta
cõuitia.Etſi tacet,vel intra ſe teritur. Lapis ſi ad lapidẽ
teratur,ignẽ excutit.Ita etiã bona cõſciẽtia pudore ſuc
cẽditur,ſi remouetur ei ſuorũ recordatio delictorũ. Et
in ipſa meditatiõe ignis exardeſcit.Nõ malus ignis,qui
Exod.3. adurat,ſed nõ exurat.Talis ignis,quẽ Moyſes ĩ rubo vi
dit,quãdo rubus vrebatur, ĩ nõ exurebatur. Eſt ergo
ignis q̃ peccatũ minuit,et ſuo culpã ardore depaſcit.Eſt
& ignis q̃ cæleſtiũ ſcripturarũ meditationib⁹ excitatur,
Hiere.20. velut ille de quo dicit Hieremias: Et erat ignis flãmige-
rans in oſsib⁹ meis.Aut ille de quo Cleophas,& qui ſi-
mul iter agebat,quãdo poſt reſurrectionẽ eis ſe Chriſt⁹
adiunxit,ſermõe mutuo cõferebãt dicẽtes: Nõne cor
Lucæ.24. noſtrũ ardẽs erat in nobis cũ aperiret nobis ſcripturas?
Ideo & dom⁹ venit,vt ignẽ hũc in terrã mitteret,quo
illuminaret animas vniuerſorũ,ſtudiũ accẽderet,crimẽ
exureret.Locut⁹ ſũ inquit,in lingua mea:notũ fac mihi D
domine finẽ meũ,& numerũ dierũ meorũ qui eſt,vtſciã
quid deſit mihi.Bon⁹ ignis, qui fecit vt propheta loque
retur.Et vide ne ipſe ſit ignis qui viſ⁹ eſt quãdo ĩ die Pẽ
tecoſtes in vnũ locũ diſcipulis cõgregatis decidit cũ vi-
magna ſup eos ſpũs ſãctus,& linguis variis loquebãtur.
Sic enĩ ſcriptũ eſt:Quia viſæ ſunt linguæ eorũ diſperſæ Actuũ.2.
tanq̃ ignis.Hic eſt ergo qui dixit ad Hieremiã: Ecce do Hiere.1.
tibi in os verba mea in ignẽ.Hãc ergo & Dauid linguã
ignis accepit,vt diuinę cognitionis ſucceſſus ardore loq̃
retur:Notũ fac mihi domine finẽ meũ.Nõ de morte ſua
querit,neq; enĩ hic finis reſurrecturo,ſed de eo fine q̃rit
de quo Apoſtol⁹ dixit:Quia ille finis,quãdo domin⁹ Ie 1.Cor.15.
ſus tradet regnũ deo & patri,& euacuabit oẽs principa
tus & poteſtates,& quando mors nouiſsima omniũ de-
ſtructur,vt mala deficiãt,& bona æterna ſuccedãt.Et i-
deo dictũ eſt,Fugit dolor,triſtitia,& gemit⁹.Hũc finẽ in
hominib⁹ operabatur & Paul⁹ dicẽs:Aut quis eſt qui le 2.Cor.2.
tificat me,niſi qui cõtriſtatur ex me?Obiurgãdo enĩ, do
lorẽ,triſtitiã,gemit⁹ excitabat,vt agerẽt pœnitẽtiã, qua
irreuocabilẽ veniã & ſalutẽ,cuius deum nõ pœniteret,
mererẽtur.Ille igitur qui ver⁹ eſt finis,nõ vnĩ⁹ erit finis
ſed omniũ. Quo ergo finẽ meũ dixit? Sed cõſidera quis
loquatur.Vtiq; homo,vel vn⁹ ex hoib⁹ vſus cõmunita-
te ſubſtantiæ,vel qui ad formã vniuerſorũ deſcribitur,
& ad pfectionẽ cõſũmati hois eruditur. Vnde & addidit
notũ ſibi fieri numerũ dierũ qui eſt,vt ſciat quid deſit.ſi
bi. Ad pfectionẽ vtiq; quid deſit,nõ ad iſtius corporis vi
tam,de qua ꝓpheta Dauid cupiebat abſolui,dicẽs: Heu E
me quia incolat⁹ me⁹ prolõgatus eſt,& habitauı cũ ha-
bitãtibus Cedar. Deniq; dierum numerum cognoſcere Pſal.119.
volebat,nõ etiam noctium.Hic enĩ dies & nocтes ſunt.
Ibi ergo dies ſoli, ibi lumen perpetuum atque diutur-
num.Et ideo addidit: Qui eſt. Qui eſt, inquit,non qui
trãſeat. Cælum enim & terra prꝛeteribunt, fides autem Matth.24.
permanet,& dies Chriſti:quia heri & hodie ipſe eſt, & Heb.13.
in ſecula. Quẽ autẽ numerum querat, accipe. In domo
inquit,patris mei manſiones multę ſunt.Dat ergo vni- Ioan.14.
cuiq; locũ dom⁹ Ieſus,hoc eſt, aptã pro vniuſcuiuſq;
meritis mãſionẽ.Vnuſquiſq; enĩ in ſuo ordine. Præceſ-
ſit ergo,vt pararet in ſe credẽtibus locum. Vnde & ait:
Si abiero & parauero vobis locũ,iterũ veniо ad vos, & Ibidem.
accerſiã vos ad meipſũ:vt vbi ego ſũ,& vos ſitis.& quo
vado,ſcitis:& viã ſcitis.Eſt ergo via ꝓ quã reſurgẽs Chri
ſtus aſcẽdit.Et ille quidẽ aſcẽdit ſuper oẽs cælos ad dei
ſedẽ,homines autẽ à primo cælo ad ſecũdũ,& deinceps
à ſecundo ad tertiũ,& ab illo per diſtinctiones fere ad
ſeptimũ cælũ,atq; in ipſam ſũmitatẽ cælorũ qui merẽtur
aſcendunt.Si ergo numerus viarũ eſt,& ĩmeruc man-
ſionũ:& vtiq; numerus dierum eſt per quos ad cæli alti- F
tudinẽ peruenitur.Ecce:inquit,veteres poſuiſti dies me
os.Ali⁹ habet,Paleſtas poſuiſti dies meos.Si ſecũdũ ſe- Roma.6.
ptuaginta viros veteres accipimus dies, hoc eſt ſecũdũ
veterẽ hoiem:intelligim⁹ exactos.Sed vetus homo no- Ioan.8.
ſter affixus eſt cruci. Ergo & vetus dies ꝑ teriit,nouus ve Pſal.117.
nit. Alius enĩ dies hois,ali⁹ dies Chriſti,quẽ Abrahã vi-
dit,& gauiſus eſt:de quo & Dauid ait:Hæc eſt dies quã
fecit dominus,exultemus & lætemur in ea. Sãctus ergo
in die domini exultat,ĩ die nouo,ĩ quo de⁹ domin⁹ illu
xit nobis,& dedit nouã lucẽ ĩ noxiã vitã & itegrã refor-
matis.Ideo vir iuſt⁹ ſecur⁹ nouæ lucis & gratiæ dei, Et
etit inqt,cælũ nouũ,& terra noua,& nouũ lumẽ.Nõ enĩ Apoc. 22.
lucerna et lumẽ Solis illic lucebit,aut Lunę:ſed domin⁹
illuminabit ſup populũ ſuũ.Illa ergo deſiderauı,illa ex
optaui:& ideo diẽ hoĩs non requiſiui. Qđ ſi paleſtas ac-
cipim⁹ dies,ex noſce intelligimus plẽos certaminis &
laboris:quoniã palæſtę luctatores in agone dicũtur,q̃ lu
ctãtur ad coronã.Ergo qa & nobis lucta nõ ſolũ aduerſ⁹ Epheſ.6.
carnẽ & ſãguinẽ eſt,ſed etiã aduerſus ſpiritalia neqtiæ ĩ
cælestib⁹:dies noſtri,hoc eſt vitę iſ⁹,ĩ labore ſũt & do
lore.Vnde & ĩ poſterioribꝰ ait:Anni noſtri ſicut aranea Pſal.89.

G meditabũtur:dies annorũ nostrorũ,in ipsis ſeptuaginta anni. Si autem in potentibus, octoginta anni, & plurimum eorum labor & dolor. Vnde & apoſtolus Paulus 1.Cor.15. abundãtius cæteris apoſtolis laborauit,vt legitime certãdo ad coronã quã cuperet,perueniret.Sed tamen quia & architectorũ menſuræ palæſtræ dici ſeruntur,quibus ad ſtructurę numerũ vel modũ ſpatii colligẽdũ,ædificia metiũtur,locũq; eum in quo ædificia ſunt locanda, & p Eſaiæ.40. Eſaiã locutus eſt deus:Quis menſus eſt manu aquã,& cę lum palmo, & vniuerſam terrã clauſa manu? quis ſtatuit mõtes in ſtatera? videamus ne forte hic ſenſus hoc ſermone ſit colligendus, q̃p cognitos dies omniũ habeat deus:cui nihil immẽſum ſit,qui oía menſura quadam ſuę ſciẽtię cõprehẽdat, nihilq; ei ſit ineſtimabile,nihil in Lucæ.12. examinatũ atq; inenumerabile,qui ait,Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Hoc ergo dicit Propheta:Ecce nouiſti dies meos: nõ tę prætereunt quotidiani actus mei:peccata mea ante oculos tuos poſuiſti: Pſal.8. & ideo ſubſtãtia mea tanq̃ nihilũ ante te. Quid enim eſt Pſal.143. homo,niſi quia memor eius es?Homo vanitati ſimilis factus eſt. Homo,licet in peccato,ſi aliquid habeat probitatis atq; virtutis,recte cæteris terrenis animãtibus antefertur,& in cõſpectu animaliũ quibus eſt ꝓpoſitus, antecellit:in cõſpectu aũt dei tanq̃ nihil eſt eius ſubſtãtia. Vnde & alibi ait: Quoniã nõ iuſtificabitur in cõſpectu Pſal.142. tuo oĩs homo viuens. Quod Symmachus manifeſtius expreſsit dicẽs:Et vita mea tanq̃ nihilũ ante te. Sunt aũt qui breues putãt dies dictos, quia Symmachus σπιθαμὰς ἐκ poſuit, σπιθαμὰς autẽ palmus eſt, & quia palmo menſus H dicitur deus cælũ:palma autẽ vel palmus portio manus eſt metientis,& aliquid cõprehẽdẽtis: ideo tanq̃ breues dies æſtimant nunc ꝰpatos,cũ cognitio dei per menſurã (vt ſupra diximus) poſsit intelligi. Cælestis autem iſta cognitio,vt ad menſurã facta ſint omnia. Non ergo breues,ſed magni dies ,ꝓphetæ poſsunt intelligi,quos deus Pſal.119. menſus eſt palmo,quo mẽſus eſt cælũ. Neq; enĩ breues ſuæ vitæ dies diceret,q̃ poſtea ait: Heu me quia icolatus meus ,ꝓlongatus,eſt:niſi forte quia propter peccata hominũ breuiores vitæ iſtius dies fecit de⁹: q̃ ante & nongẽtis & ſeptingẽtis annis extẽdebatur:vt nunc intra centũ annorũ curricula claudatur. Sic ergo intelligẽdũ eſt: Ecce peccato obnoxios dies meos noſti. Dies enim vitæ huius (quæ peccato eſt obnoxia) breues ſunt: dies autẽ vitæ æternæ,ſine fine. Aut certe ſic: (noſtrũ eſt enim argumentis quærere veritatẽ,tuũ eſt eligere quid ſequaris) Ne peccatũ,inquit,creſceret,abbreuiaſti dies vitę humanæ qua viuimus in his terris: & tamẽ cum maturior in hoc breui curſu iſtius vitæ finis ſit peccatorũ, mortis celeritate ſubſtãtia mea tanq̃ nihil ante te:quia etſi ad imaginem & ſimilitudinem dei factiſumus, grauat tamen nos in hoc corpore cõſtitutos quædã terrena cõtagio,q̃ nõ grauaret ſi nos exuere magis veterẽ hominẽ cum in- I duimus gratiã,q̃ ſuperueſtire mallemus. Minorẽ etiam laborem nobis expoliatus homo vetus q̃ ſuperueſtitus afferret. Nã qđ expoliamus,abiicimus: qđ ſuperueſtimus,induimus. Et ideo ingemiſcimus & laboramus,donec mortale hoc veteris hominis indumentũ, & errori affectum obnoxium,nouitate ſuæ vitæ ſpiritalis abſorbeat:vt ſupra venenum plurima mella fundantur, ægre ac nimis ſero veneni virus aboletur. Aqua etiam multa diu cũ veneni felle luctatur,ſi nõ illud expuat,ſed abſorbeat. Ideo laboriosa pœnitẽtia,ſuauis gratia,quia peccatũ expoliatur vbi gratia eſt: abſorbetur vbi pœnitẽtia: ibi remittitur,hic abſconditur. Et ideo ſcriptũ eſt: Beati quorũ remiſsæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Et requienit pauliſper,ingemiſcẽs humanæ condi- Pſal.31. tionis erũnã,quia dixerat:Verũtamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens. Et poſt diapſalma reſumpto ſpiritu ait: Quanq̃ in imagine dei ambulet homo: tamen va ne cõturbatur. Theſaurizat,& ignorat cui cõgregat ea. Vide quomodo ante aſperitatẽ ſuæ ſentẽtiæ tẽperauit, poſtea rationẽ ſuæ vocis abſoluit. Tẽperauit dicendo, K Quia in imagine dei ambulat homo. Beatus homo,qui ad ſimilitudinẽ dei ꝑ fidem ambulas. Beatus,qui in te fidẽ habes:beatior ſi auaritiã non haberes. Aliud bonũ mentis eſt æternũ:aliud vanũ,carnalis cupiditatis incendiũ. Fides enim deo militat,auaritia tentatori. Iſta congerit qđ ſibi proſit,illa qđ proficiat alienis. Quid igitur tam vanũ,q̃ neſcire cui laboret hæredi? Quis enĩ ſcit ſi ſibi filius aut nepos proprius ſuperuiuat? Sæpe conditis tabulis,teſtamẽtis ſcriptis,hæres funereo ambitu teſtatorẽ præcedit ad tumulũ,aut hæreditatẽ ſuperſtes abſorbet,aut luxurioſus diſsipat, aut ſtultiſsimus nõ tuetur, aut proſcriptus amittit. Si quẽ ergo videris ſtudioſe diuitias cõgregantẽ,dic & tu:Vane conturbatur. Theſaurizat,& ignorat cui cõgregat ea. Neq; enim ſecũ poteſt auferre quæ poſsidet:& cum morietur,relinquet alienis diuitias ſuas. Succedit frequenter inimicus & ingratus, & deceſsori ſucceſsor inſultat. Quos ille dilexit,iſte pſequitur:quos ille nutrinit,hic vẽdit. Græcus tamẽ non habet,in imagine dei,ſed tãtũmodo in imagine. In qua ergo imagine ambulat homo? In ea vtiq; ambulat,ad cu Geneſ.1. ius ſimilitudinẽ factus eſt.i.ad imaginẽ dei. Imago autẽ dei Chriſtus:qui eſt ſplendor gloriæ,& imago ſubſtãtiæ Hebr.1. eius. Chriſtus ergo imago ſancti. Ad imaginẽ hæc imago venit ad terras,vt iãnõ in vmbra ambularemus,ſed i imagine. In Chriſto enĩ ambulat,q̃ ſequitur euãgeliũ. Mar.8. Ideo diſcipulo ſuo dicit:Vade retro me. vt me ſequaris. Ideo errauit populus Iudæorũ, quia in vmbra ãbulauit. Ideo nõ errat populus Chriſtianus,quia in imagine ambulat,habens Solẽ ſibi iuſtitiæ refulgentẽ. Bona imago, non ceris picturæ fucata radiãtis,ſed plenitudine diuinitatis,expreſsa. In qua imagine & pater ſimul videtur & filius:quia ꝑ vtriq; eorũ vnitas operationis effulget. Etſi iam reſurrexerit Chriſtus,tamen in Euãgelio nobis adhuc eius imago mõſtratur. Lego q̃ Lazarũ ſuſcitaue- Ioannis.11. rit,& patris opus & filii credo. Filius vocauit, pater audiuit,Lazarus ambulauit. Lego quia eum dæmones fatebãtur:fatebantur & patrem, qui dei filiũ precabãtur. Marci.1. Fatebãtur & ipſũ,quia per ipſũ eiiciebãtur. Scriptũ eſt: Quòd ſi in *ſpiritu dei eiicio dæmonia,filii veſtri ĩ quo *in Beelzebub. eiiciũt? Primũ igitur vmbra præceſsit: ſecuta eſt imago: Mat.12. erit veritas. Vmbra in lege:imago in euangelio, veritas in cælestib⁹. Vmbra euãgelii,& eccleſiæ cõgregationis, in lege:imago futuræ veritatis,in euangelio: veritas, in iudicio dei. Ergo quæ nũc celebrãtur in eccleſia,eorum vmbra erat in ſermonib⁹ ꝓphetarũ:vmbra in diluuio, vmbra in rubro mari,quando baptizati ſunt patres noſtri in nube & in mari. Vmbra in petra quæ aquã fluxit, 1.Cor.10. & populũ ſequebatur. Nõne illud in vmbra erat ſacroſanctũ huius myſterii ſacramentũ? Nónne vmbra erat aqua de petra,quaſi ſanguis ex Chriſto,quæ fugientes ſe populos ſequebatur vt biberent,& nõ ſitirent: redimerentur,& nõ perirẽt? Sed iã diſceſsit vmbra noctis & caliginis Iudęorũ:dies appropinquauit eccleſiæ. Videmus nũc ꝑ imaginẽ bona,& tenem⁹ imaginis bona. Vidim⁹ principẽ ſacerdotũ ad nos venientẽ,vidim⁹, & audiuimus offerentem ꝓ nobis ſanguinem ſuũ,ſequamur, vt poſsumus,ſacerdotes,vt offeram⁹ ꝓ populo ſacrificiũ: etſi infirmi merito,tamen honorabile ſacrificio: qa etſi M nũc Chriſtus nõ videtur offerre,tamen ipſe offertur in terris,quãdo Xp̃i corpus offertur. Immo ipſe offerre manifeſtatur in nobis,cuius ſermo ſanctificat ſacrificiũ qđ offertur. Et ipſe qđẽ nobis apđ patrẽ aduocat⁹ adſiſtit:ſ̃ nũc eũ nõ videm⁹:tunc videbim⁹ cũ imago trãſierit,veritas venerit:tunc iã nõ ꝑ ſpeculũ, ſ̃ facie ad faciẽ ea q̃ ſunt pfecta videbũtur. Aſcẽde ergo hõ in cælũ, & videbis illa quorũ vmbra hic erat vel imago. Videbis nõ ex parte, non in ænigmate,ſed in conſummatione: non in velamine,ſed in luce. Videbis verum illum & æternum atq; perpetuum ſacerdotem, cuius hic imagines videbas, Petrum,Paulum,Ioannem,Iacobum,Matthæum,

A Thomam. Videbis perfectũ hominẽ iam non in imagine,ſed in veritate. Qualis enim cælestis,tales & cęlestes. Vtiq; & ipſi iam in gloria vel decore,iam in reſurrectionis gratia,nõ in corpore mortis, & corruptionis deformitate. Vide ne eo deferas imaginem terreſtris,vbi lux cælestium eſt. Hic ſi quis tyranni imagines habeat qui iã victus interiit,iure damnetur. Quomodo tu hoſtis & aduerſarii imaginẽ in ciuitatẽ veri imperatoris inducis, niſi vt ipſe te dãnes? Et ſi volueris imaginem terreſtris inferre, contradicet tibi princeps iſtius mundi,& dicet: Mea eſt imago hæc,& quæ offers,mea ſunt. Quid facies deprehenſus,cũ tibi dixerit,Mea eſt auaritia,mea eſt ambitio,meæ diuitiæ,quarũ imaginẽ in te recognoſco:Ipſe eſt enim aduerſarius & defenſor. Quod ſi fueris qualis Iacob,dices Labe,qui ſe transfigurat in angelũ lucis:Re- Gene.31, cognoſce ſi quid tuorũ ĩ me inuenis. Tunc ille requiret, & nõ inueniẽs cõfutatus abſcedet:quia abſcondiſti atq; obliteraſti omnia ſimulacra vitiorũ. Beatus qui poteſt dicere,Veniet huius mundi princeps & in me ſuum inueniet nihil. Quæ ſua ſunt enim,quærit ille:non illa quę Chriſti. Si ergo quæ ſunt Chriſti ſequeris,noli quas nõ habebas affectare diuitias,augere quas habebas:et diuitem te ſibi ſentiat pauper. Induc in domum tuam inopem,frange panẽ eſurienti,& nudũ operi,vt tibi theſaurus condatur in cælo qui tecũ tranſeat. Pauper Chriſt⁹ eſt factus cum diues eſset,vt nos ſua inopia diuites faceret. Noli ergo ꝓpter diuitias vane conturbari, excitari de ſũmno,cogitare quẽadmodũ pecuniam ſuã ſerues, opes tuas augeas,de nocte ꝓcedere,excubare ad iudicis *alias,ter domũ vt aliena diripias,litem *moueas pauperi, vereas pauperem. ris exactorẽ tributi. Vana eſt iſta conturbatio: & ideo iuſtus dixit:Et nũc quæ eſt expectatio mea? Nõne domin⁹? & ſubſtantia mea ante te eſt. Spes & patientia noſtra Pſal.31 Chriſtus eſt,ipſe factus eſt redẽptio noſtra,ipſe eſt noſtra expectatio:vt dicamus ſinguli: Expectans expectaui dominũ,& reſpexit me. Reſpice ergo nos in iudicio tuo. Reſpiciat ſup nos miſericordia tua:vt qui de merito diffidimus noſtro,per tuam miſericordiã liberemur, in cuius poteſtate eſt animæ noſtræ vitæq; ſubſtãtia. Et ideo nõ timeamus corporis mortẽ,ſed eũ qui poteſt animam noſtram vel ſeruare vel perdere,cuius ſubſtantia virtus eſt,quam de⁹ ad ſimilitudinẽ ſui pectoribus inſudit humanis. Quiſquis igitur habet iſtã ſubſtãtiam animæ ſuæ,dicit:Ab oibus iniquitatibus meis eripe me. Nõ vnius criminis lapſum fatetur,qui ab omnib⁹ ſe iniquitatibus ſolui precatur. Scit enim ꝓ nisi domin⁹ ignoſcat,nemo ſaluus eſse poſsit quicũq; nat⁹ eſt ſub peccato C quẽ ipſa noxię cõditionis hæreditas adſtrinxit ad culpã. Opprobriũ,inquit,inſipiẽti dediſti me. Quis eſt inſipiẽs niſi qui peccatu facit,& eligit mala pro bonis:Ergo qui auctor eſt peccatorũ,ipſe inſipiens magis q̃ eius miniſter. Cũ peccamus igitur,in opprobrium tradimur aduerſario,vt ille nos quaſi inimicus in die iudicii accuſet & prodat. Suſcipiamus ergo opprobriũ crucis Chriſti, Heb.11. qđ ſuſcepit Moyſes, et AEgypti theſauris regalib⁹ prætulit,& ideo nõ eſt inſipienti in opprobriũ traditus. Alii habent codices,Opprobriũ inſipiẽti ne tradas me. Sed magis Dauid eã conſuetudinem habet,vt ſua magis opprobria & peccata fateatur,ne de peccatis ſuis erubeſcat & opprobriis,qui ſcit in cõfeſsione eſse veniã, & in peccati ſui condẽnatione iuſtitiam. Deniq; ex iis quæ ſequuntur,manifeſtatur hic ſenſus,quia ſubiecit:Obmutui,& non aperui os meũ:quoniã tu feciſti me. Hoc eſt, dediſti me in opprobriũ inſipientiũ:ideo obmutui, & nõ aperui os meũ,ne peccata maiora contraherẽ. Agnoui volũtatẽ tuam,vt ad tẽpus erubeſcerẽ,& poſtea ſaluus fierem veniã poſtulãdo. Prodeſt ergo interdũ & opprobrium. Siquidem etiã ipſe prodeſt carnis interitus,vt te 1.Cor.5. ſtificatur Apoſtol⁹ dicẽs: Tradidi eũ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Opprobrium quoq; prodeſse Dauid ipſe teſtatus eſt dicẽs ad Abeſsam: Sine,maledicat mihi Ienimæus, quoni- 2.Reg.16. an illi dixit domin⁹,vt videat humilitatẽ meam:et retri D buet mihi domin⁹ bona ꝓ maledicto hoc. Et reuera vidit opprobriũ ei⁹ domin⁹,q̃ flẽs ibat & excalciat⁹,opto capite,& amouit ei⁹ opprobriũ. Liquet igitur q̃a cũ datus in opprobrium Dauid fugerit,& humiliatus ſit,& nudis pedib⁹ domino ſatisfecerit,et lapides iacientẽ nõ repercuſserit,& in maledicentẽ nõ permiſerit vĩdicari, et poſt hæc regno ſuo integro reſtitut⁹ ſit:quia & opprobriũ à domĩo ſit,& proſit magis ſuſtinere opprobriũ, q̃ refellere. Deniq; victoria poſt ſecuta eſt. Ergo opprobrium prodeſt. Sed quid eſt quod addidit, Quoniã tu feciſti me? Nõne ideo obtumuiſse ſe dicit,et nõ aperuiſse os ſuũ:quia agnouit domini volũtatẽ,& propterea patiẽter ſe pertuliſse,vt ſatis fieret domino per op,pbriũ pro peccato? Vnde & adiunxit: Amoue à me plagas tuas. Quomodo hoc ſibi cõgruit,q̃ in ſuperiore pſalmo flagellis ſe obtulit,hic flagella à ſe poſtulat amoueri? niſi quia ſoluit iã de manu domini duplicia peccata ſua,erubeſcendo,opprobria ſuſtinẽdo. Compunctiones cordis ſunt,ſunt & cogitationũ:ſunt & increpationũ flagella. Videamus tamẽ ne ideo dixerit ante deũ eſse ſubſtantiam animæ ſuæ,quia non impugnaret aduerſarius eã, niſi poteſtatẽ accepiſset à domĩo. Quod enĩ fecit domin⁹,et tuetur,Deniq; angelus in circuitu eſt hoĩs,qui præ- E tẽdit ne quis noceat ei. Nõ diſcedit angelus,niſi iuſsus à domino,vt ſu⁹ athleta decertet. Ergo quaſi ſuſtãtia domini præſumit veniã ſibi iniquitatum ſuarũ à cõditore ſuo poſse cõcedi. Et ideo rogat,quia nouit auctorẽ ſuũ miſericordẽ. Deinde quia datus ſit in opprobriũ, nõ reſiſtit,ſed patitur aduerſum ſe aſſiſtere peccatorẽ,& ſilet ſubſtantiæ ſuæ cõſcientia,quæ bona eſt,& poteſt corporis fetoci⁹ refrenare,vt virtus ſuccedat,culpa ponatur. Poſtremo quia fact⁹ à domino eſt,citi⁹ ſibi poſse dona ri peccatũ cõfidẽter exiſtimat,qui fortitudinẽ man⁹ domini potuerit ſuſtinere. Et hoc vtiq; bonæ ſubſtãtiæ eſt, etſi fortitudine manus domini defeciſse ſe dicat. Fortis man⁹ ſicut male pcutit,ſic cito ſanat. Quæ fortis ad vulnus,fortis & ad remedium eſt. Vnde & ipſe ait:Percuti- Deut.32. am,& ſanabo. vt nõ meminerit vulneris,qui ſanatus euaſit. Deniq; hæc man⁹ domini ſãcto Iob omnia abſtulit,& omnia repræſentauit,immo omnia cumulo auxit, vt amiſſa geminaret. Ne te moueat q̃ defeciſse ſe dicit. Iob.42. Eſt qui deficit:& fortior ſurgit. Suffulſit enim dominus Pſal.144. omnes qui ruunt. & corrigit omnes cliſos. Cum virtute F enim ſurgit quicũq; corrigitur. Defecit Paulus à fortitudine man⁹ huius. Ceciđit perſecutor,et ſurrexit euã- Actu.9. gelii prædicator. Hoc eſt quod ait, A fortitudine man⁹ tuæ ego defeci. Et addidit,In increpationib⁹ ſuper iniquitatẽ eruditi hominẽ,& tabeſcere feciſti ſicut araneã animã eius. Grecus ὑπὲρ ἀνομίας dixit,hoc eſt, ꝓ iniquitate:& integrum verſum, ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας παιδεύσας ἄνθρωπον poſuit:quod eſt. In increpationi- * alias,pbus pro iniquitate * eruditi hominẽ. Ideo ſapiens dixit pter iniqui Quis mihi dabit cogitationũ mearũ flagella, & labiorũ tatem. meorum ſignaculũ? Vt cor ſuũ ipſe ſuis cogitationibus Eccli.22. flagellaret,& ſignaret labia ſua: quo & vetera peccata &.13. minueret, nec alia loquendo renouaret,quo propriis increpationib⁹ eruditus,exercitia virtutis induret. Tabeſcit autẽ anima,quãdo peccatũ minuitur,vel,cũ anima tabeſcit,culpa deponitur,increaſsatur cũ peccata cumulãtur. Vnde ait domin⁹ de peccatorib⁹: Nõ permane Gene.6. bit in his ſpiritus meus in æternũ,quoniam carnes ſunt. Mat.13. Et alibi ſcriptura dicit:Increaſsatũ eſt cor populi huius. Hiere.1. Ideo & Hieremias primũ baculũ vidit nuceum, deinde ollam feruentem,vt tabeſceret anima prophetæ incipiẽtis, quo culpa diſcederet,vt accederet gratia,Sed cur priꝰ baculũ,poſtea ollã? Quoniã qui baculo nõ corrigitur in ollã mittitur,vt ardeat & tabeſcat. Et ideo ad prophetam Ezechiel dicitur: Accipe tibi ſartaginẽ,& acci- Ezech.4. pies iniquitates domus Iſrael,& conſummabis,& ta-

G bescent(inquit)in suis iniquitatibus.Et alibi in eodē libro dicit domin⁹:Sed ego magnū faciā titionē,& multi plicabo ligna,& succēdā ignem,vt liquefiat caro,& minuatur ius. Quibus testimoniis significatur q; animæ perfidorū admoto igne tabescant,vt deponant crassitudinis quendā carnalis humorē.Mittuntur ergo in sartaginem & animæ peccatorum,vt defluat quēdā peccati caro,q̄ obduxerat animæ ac mētis vigorē,& velut itte quodā,ita quibusdā infuderat animā illecebris cupiditatum.Expectāt igitur nos quædam sartagines: ideo hic cōteramus cor nostrū,vt subtile fiat,& deponat omnē duritiam,& pinguedinē quandā carnalis ruinæ,quod patientur qui luxuriati sunt in hac vita,& magis ludibria decorū, q̄ opera vlla virtutum exercenda sibi more Iudaico crediderūt.Incrassatus est enī Iacob,& pinguis factus est,& surrexit ludere. Quē à fidei veritate lusus ille in perfidię traduxit errorē.Merito ergo Paulus

*Carnis peccata. castigabat corpus suum, ne nutriret corpus peccati. * Luxuriando enim facimus mēbra peccati,sobrietate autem mēbra iustitiæ.Non natura ergo, sed culpa delinquit.Nec iterū vana et inania sequamur, ne telā araneę texere iudicemur,eo q̄ peccata nulla perpetuitatis possunt habere substantiam.Vnde cum videris aliquos stu

H dere facultatibus ampliandis,cumulandis potestatibus,

Esa.59. affectando decori,dices illud Esaiæ: Telam araneæ texunt, quæ diuturna esse non potest,sed cito scinditur, atq; opus eius omne dissoluitur. Non enim supra solidum aliquod firmamentum locatur,sed in vacuo suspēditur, Nihil laxum,nihil molle verum Christi militem

Mat.11. decet.Ecce enim qui mollib⁹ vestiūtur,in domibus regum sunt. Arguti sibi & industrii omnes auari videntur. Quid argutius,quid soliciti⁹ araneæ:quę operi suo dieb⁹ ac noctib⁹ semper intēdit,nec vllo sumptu vllaq; impēsa cōficit vestimētū, sed vanum est omne quod fecerit.Sic homo omnis est qui opus suū supra Christi nō constituit fundamētum. vane noctib⁹ & diebus & ipse turbatur:cū eū plerūq; araneę modo etiā in ipso suæ improbitatis molimine operis sui ruina cōuoluat. Et ideo sapiēs qui cognoscit huius seculi vanitatem,nō diuturnam vitæ huius precatur vsurā,sed ad illa æterna festinat,& labore huius corporis & dolore gestit absolui:sicut propheta desiderasse cognoscitur dicēs: Exaudi domine orationē & deprecationē meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne fileas à me, quoniam ego aduena sum apud te,in terra,& peregrinus,sicut omnes patres mei. Alius est incola,alius aduena,alius accola. Incola qui de loco est,& genitalē locum incolit. Aduena, qui aliūde venit. Accola,qui ad tēpus colit,& mutatur annorū vicibus.Hoc est ergo quod dicit Dauid, Apud te

I alienus sum,dū in terra sum,nō sum paradisi tui incola,Vnde exposuit hoc ipse subiiciēs,Et pegrinus, sicut omnes patres mei. Quod aperuit & Apostol⁹ Paul⁹,asserēs quoniā cū sum⁹ in hoc corpore, peregrinamur à domino:quia etsi fides ī nobis est,per fidē tamē ambulam⁹:nō per speciē.id est,nō facie ad faciē quasi præsētes.

*imagine 2,Cor.5. Ambulamus enī in enigmate * adhuc,non in veritatę. Deniq; addidit:Audem⁹ ergo & confidimus magis peregrinari à corpore,& adesse ad dominū. Audem⁹ præsumptionis & fidei,nō temeritatis est verbū.Et cōsentimus,id est, volētes adquiescimus,& optantes, nō plenioris sciētiæ auctoritate velut principaliter nostro iudicio defendentes. volumus verum esse quod cupimus, vt appropinquemus ad dominum,à quo nos videtur furorum & præsētiū distantia separare.Audemus ergo adesse:& ideo,inquit,cōnitimur.Cognoscis verbū volētis adhuc peruenire,nō eius qui puenerit,Affectus igitur in hoc sermone,nō effectus ostēditur.Deniq; ipsum testem sui sermonis interroga,immo vide dicentē, vel potius audi dubitātem, cum dicit:Ideo cōnitimur siue absentes siue præsentes placere illi: absentes adhuc per fidem,præsentes per speciē.Vnde & hoc potest intelligi,q; & hic positi,& illic,placere nostro iudici,redēpto & ri quoq; nostrarū desideram⁹ animarū. Necesse est enī nos ei assistere per speciē,vt vnusquiq; operū suorū mē rita dignę adipiscatur sortis examine, vel iustus in requie,vel impius in erūna.Fūdit igitur lachrymas, quoniam cū aduena in terrā venerit, demoretur & separetur à patria lōgo detētus exilio. Cōsidera nūc mihi illū Adam de paradiso eiectū,in castellū relegatū, spectantem vnde deiect⁹ sit, flentē vbertim, quia reminiscitur quid admiserit,quove deciderit.Et ideo gratias agam⁹ deo,qui nos perpetuo exilio liberauit,aperiens ianuam qua reuertamur ad patriā.Vnde apostol⁹ presumpsit dicere:Ergo iā non estis aduenæ atq; peregrini,sed estis ci Ephe.2. ues sanctorum,& domestici dei.Hoc volēs recipere Dauid antequam Christus veniret in terras,dixit: Remitte mihi vt refrigerer priusq; eā,et amplius iam nō ero.Hoc est,hic mihi remitte,vbi peccaui.Nisi hic remiseris mihi,ibi remissionis requiē inuenire nō potero. Quod enī in terra ligatū māserit,ligatū manebit in cælo.quod solutū in terra fuerit,solutū erit in cælo. Propheta enim & predicator ecclesię cōgregādæ:euangelico spiritu indulgētias domini præuidebat:& precipiēda apostolis,ei dominus reuelabat.Immo hec erat vetus sententia,vt qui se ligasset in terris,vinct⁹ migraret à corpore.Ideo domin⁹,quod ante erat iudicii sui,dedit apostolis,peccata remittēdi æquitatē:ne cito soluēda,diu ligata manerēt.Deniq; audi dicētē:Tibi dabo claues regni cælo- Mat.16. rū:& quodcūq; ligaueris super terrā,erit ligatū & in cælo:& quodcūq; solueris super terrā,erit solutū & in cælo,Tibi,inquit,dabo claues regni cælorū:vt & soluas,& liges.Hoc nouatianus non audiuit,sed ecclesia dei audiuit.Ideo ille in lapsu,nos in remissione.Ille in pœnitētia,nos in gratia. Quod Petro dicitur, apostolis dicitur.Nō potestatē vsurpam⁹,sed seruim⁹ imperio:ne postea cū venerit domin⁹,& ligatos inuenerit quos oportuit solui,cōmoueatur aduersū disputatorē qui ligatos seruauerit seruos quos domin⁹ iusserat solui,dicēs quo Luc.12. niā qui cognouit volūtatē domini sui,& nō fecit secūdū volūtatē eius:vapulabit multū. Qui autem non cognouit,& fecit digna plagis,vapulabit minus. Merito ergo Dauid remitti sibi postulat quod sciebat nō esse iis qui secundum Aaron erant sacerdotibus attributum,sed euangelio seruatum.Cui ergo non remittitur: in exilio est,in peregrinationis iniuria perseuerat. Hic ergo pe-

Luc.6. tenda est venia. Hic enim dictum est:Beati qui nunc flētis,quia ridebitis. Hic locut⁹ est venię postulandę.Deploremus igitur in terris,vt mereamur indulgentiam. Nisi remissum peccatum hic fuerit,non habebimus requiem. Si requies nō fuerit,non erit vita æterna. si vita æterna nō fuerit, nō erimus.Ideo petit remitti sibi ante quam eat, vt sit. Si enim remissum non fuerit,non ero (inquit)cū iis qui sunt,cū iis qui in paradiso merentur ascendere Qui autem nō est, consumetur cum descendētibus in lacū,qui in catenis & carcere fuerit detrectus.Non ergo definitiue dicit non ero,qui alibi dicit:

Psal.70. Psallam tibi in cithara deus sanctus Israel. Gaudebunt M labia mea cū cantauero tibi,& anima mea quam redemisti.De redēptione ergo presumit.Et alibi audi dicentem:Placebo domino in regione viuorū. Erit ergo, qui Psal.114 placere præsumit. Potest & sic intelligi quia dixit, Aduena ego sum apud te in terra,& peregrin⁹,sicut omnes patres mei:& ideo remitte mihi vt peregrinus esse desinam. remitte mihi exilium quo religatus sum. Si remiseris anteq̄ discedam hinc,nō ero amplius exul atq; peregrinus,Cū enim tu remiseris,non ero peregrinus,sed ciuis ero sanctorū tuorum.Ero cum patrib⁹ meis: qui & ipse fuerunt ante peregrini,nūc vero iam ciues sunt. Ero domesticus dei,vt pœnā nō timeā,gratiam merear, per dominū nostrum Iesum Christum,cum quo tibi est laus.honor,gloria,perpetuitas,cū spiritu sancto à seculis,& nūc & ſeper,& in omnia secula seculorū. Amen.

A

Psalmi.XXXIX.enarratio.

IN superiorib⁹ psalmis pœnitentiā prædicauit,deinde de patiētia sua,& perturbatione hominis est locutus.In tricesimo autē nono psalmo nouū annūciat testamentū. Qui enī malorū pœnitentiā agit,expectat:sed nō est perfecti expectare,sed expectasse.Nemo enim nisi qui perseuerauerit vsq; in finē,saluus erit.Ideo addidit: Expectans expectaui dominū.Vbi ergo recte hoc dicitur, nisi in euā gelio?in quo iā nobis,à quibus expectabatur,aduenit.in quo iā nobis nō legis caligat vmbra,sed veritas fulget: quia Christ⁹ illuxit,qui exaudiuit voces deprecationū suorū,& eduxit nos de lacu miseriæ,et de luto fœcis,vbi iā demersi tenebamur nostrorum voragine peccatorū & totus homo noster inhęrebat,nec poterat se animus noster eruere,obrut⁹ multiplicis labe flagitii. Gratias

B igitur domio Iesu vnigenito dei filio redēptori nostro, qui nobis peccata omnia remissurus descēdit è cęlo, vt nos de lacu ac limo istius mūdi,& cœnulēta quadā palude terrarū,de corpe quoq; mortis huius eriperet, atq; in carne sua statueret animi nostri interiora vestigia,vt cōfirmati in dei verbo,& p crucē domini corporis passionibus absoluti,ambulemus iam nō in opprobrio de decoris,sed in remissione peccati. Cōfirmatus igitur & radicatus in christo, supra petrā sibi memorat pedum

1,Cor.10. suorū statuta vestigia. Vnde dicit apostol⁹: Bibebāt autem de consequenti petra:petra autē erat Christus. Petra,eo q̄ sitiētes sequatur,cōfirmet labētes,ne sitientib⁹ aqua desit,labētibus firmamentum.Expectāti ergo mihi domine Iesu aliquando venisti,direxisti gressus meos in euangelio,immisisti in os meū canticum nouum, quod est nouū testamētū.Gaudētes iam canimus hymnum deo nostro:quia nouarū virtutum precepta cognouimus,vt nostra omnia relinquamus,Christum sequentes, & nostros diligamus inimicos. Nouos etiam hausimus mores,vt Pro persequētibus nos precē domino deferamus.Maledicentes ecce benedicimus. Nescimus opera nostra iactare,aut celare peccata. Angelorū etiam more nuptias refutam⁹. Quid multa?De illo erumnoso pęccatore beatus homo factus est,iam nō respiciens in istius mundi varias vanitates. Vanitas enī vanitatum,&

Eccles.1. omnia vanitas,totus hic mundus est:sicut dixit sapiens Salomon. Quid enim nisi vanū est ea sequi quæ perseuerare non possunt,& omnia tanq̄ vmbra prętereūt? Insa

*bellatorum. niæ autē falsæ aut certamina ista bellorum, * in quibus pro tēporali possessione sāguis tantus effūditur,aut cōtentationum theatraliū dissēsiones,aut Circensiū plena furoris studia declarātur,aut hæreticorū doctrina ferālis,aut pseudoprophetarū in modū oraculorū cælestiū

C simulati gestus,verba cōposita.Sic enim dicit propheta:Beatus vir cuiusest nomē domini spes ei⁹,& nō respexit in vanitates,& insanias falsas.Sunt ergo & veræ insanię,& forsitan prophetarū,qui in excessu mētis positi prophetabant,repleti dei spiritu, vt quibusdā insani

Esa.20. viderētur.cū propriæ salutis immemores, nudi plerūq; & excalceati,sicut Esaias sanctus:per populos currerent: vociferantes nō quæ ipsi vellēt,sed quæ à domino iubērētur.Ex his igitur intelligitur affulsisse remediū salutis:quoniā qui expectabatur,adest.Expectauit eū Adam de paradiso eiectus,vt lōgo liberaretur exilio.Expectauit eū in Noe iusto,q̄ ad temē futurorū est reseruatus,vt ex eo iustitiæ semina in hominibus pullularēt. Ipsum putabat publicæ salutis auctorē,qui diluuio superstes esse meruisset.Ipsum sapiētiæ principem,qui excoluisset vitem,& ex eius fructu inebriatus foret. Quid est enim vitis nisi sapiētia?sicut aperuit nobis.Dauid cęlestis in-

Psal. 127. terpres oraculi,dicēs: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Eò q̄ in ipso esset sapiētię plenitudo,quæ expectabatur in Christo,qui nouo repletus sapientiæ sacramēto,quod oculus nō vidit, nec auris audiuit,inusitatū nobis deferre mysterium properauit, vt D nudus iaceret,& exuberantis sapiētiæ pocula inaudita profluęret:vt obliti superiorū,in nouos mores & nouā sobrietatē vitæ resurgeremus æterne,quo per stultitiam prædicationis deus agnoscęretur:quē per sapientiā non Gene.3. cognouit hic mundus. Deniq; in figura illa dormientis & nudati patris,qui stultitiā risit,malectic⁹ est:qui vcnerati sunt,benedictionis gratiam sunt adepti.Ideoq; qui mortē vnigeniti filii dei patris & creatoris omniū ad offendiculū aut opprobriū nostræ fidei obiiciēdā esse crediderint,peccatorū suorū nexibus ad perpetuę maledictionis erumnā tenētur adstricti. Qui vero eam pro totius humani generis absolutiōe suscipiunt,virtutis eter

1.Cor.1. næ presidio fulciūtur. Crux enim Christi iudæis offendiculum,Grecis stultitia:vt Apostol⁹ dixit:nobis autem qui credimus in dominū Iesum,virtus dei atq; sapientia est. Expectatus est in Moyse,cū sisteret* vndas maris, * scinde- &,impossibile virib⁹ humanis,pedestris viæ aperiret in ret. fluctibus iter:sequeretur petra,& vomeret aquas, vt fitientium patrum in medio deserti viscera interna satiaret.Expectatus est & in Aaron principe sacerdotū, qui

Nūe.21. inter viuos ac mortuos medio⁹ stetit,& p serpētē statuit luem mortis,nec à cadaueribus defunctorū ad viuentiū transiret interitū. Quid enī tam propriū Christi, q̄ ad-

E uocatum apud deū patrē adstare populorū, mortē suā offerre,p cūctis,repellere necē,vitam reformare peritu ris?Expectatus est & in Iesu Naue,& certe venit:qui & potestatem suam & nomen accepit,vt & populum ī terram repromissionis induceret,& vere Iesu nomine vocaretur.Siccauit fluēta:conuertit amnē in suum fōtem, solem statuit donec cōsummaret in virtute victoriam. Sed adhuc figura erat illa,non veritas. Deniq; verus ei dux militiæ cęlestis effulsit,& adorauit eum Iesu⁹ Naue, quanuis nondum in corpore verus astiterat,sed adhuc venerat in figura. Quando igitur verus aduenit? Audi dicentem:Annūciaui,& locutus sum:multiplicati sunt sup numerum.Sacrificium & oblationem noluisti:corpus autem perfecisti mihi:tunc dixi,ecce venio. In capite libri scriptum est de me,vt faciā voluntatē tuā: deus meus volui. Quid euidentius:q̄ p cū euangelii sui munere nobis Iesus verus aduenit? Ipse locutus est,& innumeri credētium populi cōgregati sunt,qui vix singuli

F ante credebant.Ipse venit in carne,& cessauit sacrificium Iudęorum.Cessauit oblatio,p peccato: quia peccatorum remissor aduenerat. Nō erat remedium necessarium legis,vbi legis auctor adstabat. Tunc dixi, Ecce venio.In capite libri scriptum est de me.Scriptum,p fecto de Christo est in principio veteris testamēti,q̄ venturus esset,vt in redēptione hominū,dei patris faceret voluntatē,quādo scriptum est quia Euam in specie ecclesiæ ad hois adiumēta formauit. Quid enī nobis ī hac corporis infirmitate,& seculi istius perturbatione præsidio potest esse nisi sola ecclesiæ gratia,qua redimimur & fides nostra,qua viuim⁹?In capite libri scriptum est, Os de ossibus meis,& caro de carne mea. Propter hoc Gene.2. relinquet homo patrem & matrem, et adhærebit vxori suæ,et erunt duo in carne vna. Quis iste sit qui locutus est,aut de quo istud sit sacramentum.audi dicentem: Sa Ephe.5. eramentum hoc magnum est:ego autem dico in Christo & in ecclesia. Vnde & admonet vt sic diligat homo vxorē suā, quēadmodum ecclesiā Christ⁹,quoniam mē bra sum⁹ corporis ei⁹,de carne ipsius,& de ossib⁹ ei⁹. Quæ igitur maior sal⁹, q̄ esse cum Christo,& ei vnitate quadam corporis adhærere.in quo nec macula sit vlla, nec fortitudo * peccati?Scriptum est in capite libri, q̄ * forte,de Abel iusti placuit hostia deo,displicuit oblatio parrici formitas: dæ.Nōne apte significauit domin⁹ Iesu⁹ offerendum se aut, formi esse pro nobis,vt ī sua passione noui sacrificii gratiam do. cōsecraret,ritum populi parricidalis aboleret? Quid au tē expressi⁹,q̄ quod à sācto patriarcha oblat⁹ est filius, Gene. 22. et aries immolat⁹ est?Nōne apte ostendit hominis car-

G nem,quæ omnibus terrenis est communis animãtibus, non diuinitatem vnigeniti filii dei obnoxiã futuram sæ vulneri passionis?Scriptũ est in capite libri, ventu rum hominẽ qui potestatibus celestib9 imperaret.Im pletum est quãdo domin9 Iesus venit in terras,& ange- Ioan.1. li ministrabant ei: sicut ipse dignatus est dicere:Ex hoc videbitis cælos apertos,& angelos dei ascendentes & de scẽdentes ad filium hominis. Scriptũ est in capite libri: Exo. 12. Agnus sine macula,mundus,maturus, masculus,anni culus erit vobis,& occidet eum omnis synagoga. Quis Ioan.1. iste sit agnus,audistis dicẽtem, Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccatũ mundi. Hic est qui occisus est ab omni populo Iudæorum:quem adhuc hostili odio persequun tur.Et illũ quidem oportebat pro omnibus mori,vt in eius cruce fieret remissio peccatorum,& sanguis ipsius mũdi inquinamenta lauaret.Sed væ illis qui auctorem Esa.30. salutis propriæ negauerũt. Fecistis,inquit,consiliũ: sed non per me. Quomodo poterat probare parricidium, qui consiliũ non probabat?Et tamẽ quãta pietas:Abhor rebat quidem à consilio:sed si cõuerterentur,remediũ non negabat.Scriptũ est etiam,non solũ in capite,sed in omni legis cõplexione,venturũ hominem ad confer uandũ hominum genus,qui omnia vellet quæ deus vel let.Vnde intelligis quoniam diuinitatis eiusdẽ est,qui eiusdẽ est voluntatis. Vnde etiã ad sacrificiũ passionis Psal.53. voluntarius accessit,meritóq; prædixit:Volũtatie sacri ficabo tibi. Sed forte dicas,Quomodo in euangelio di Mat.14. xit:Pater,si possibile est, transfer à me calicem hũc,sed non sicut ego volo,sed sicut tu vis? Et videtur quidẽ es se distãtia voluntatis,verũ intelligimus aliud esse quod secundum vnitatem diuinitatis exprimitur, vbi dicit. Ioan.10. Ego et pater vnũ sum9:aliud quod secũdũ hominis est locutus affectũ,quẽ innuit cautũ esse debere,nec præsu mere quod facile implere non possit,ne dum præmiũ Mat.10. quærit:incidat sacrilegiũ. Vnde ait,Cũ persequẽtur vos in hac ciuitate,fugite in aliã. Merito ergo & hic subitu Mat.26. rus corporis passionem,cœpit cõtristari,& mœstus es- H se:& assumptis Petro & duobus filiis Zebedei, Tristis est anima mea,ante præmisit:& subiecit postea,Vigilate et orate,ne intretis in tentationẽ.Spiritus promptus est, caro autem infirma. Vides vbiq; cũ secũdũ hominẽ loq secundũ hominẽ orare,secundũ hominẽ tristẽ esse,secũ dũ hoiem dixisse,Pater me9,si possibile est. Quod vtiq; nõ impossibile deo:sed hois est dubitare,dei cõfirmare Ideo prõptiores assumpsit,quasi electos vltimi iudicii sui testes,qui verborũ eius agnoscerẽt sacramentũ.De nique alii dormiebãt:isti soli fida mẽte vigilabant. Vn- Hiere.11. de & per Hieremiã nõdũ suscepto corpore ipse ait: Ego sicut agnus duct9 sum,& nesciui. Quid est quod nesciat I sapientia dei?quæ in arcano patris semper est: & ideo enarrauit omnia filius dei,quia dei patris ipse sapientia est,Quomodo præsciuit se sicut agnũ esse ducendum, & quo duceretur nescisse se dicit?Aut quomodo in su- Psal.21. periorib9 per os ipsius Dauid ait: Deus deus meus, re spice in me:quare me dereliquisti? Quomodo derelin- Ioan.8. quitur à patre filius,qui ait:Et non sum solus:quia pater Psal.87 mecũ est.Et alibi:Traditus sũ,& nõ egrediebar. Et ali- Psal. 138. bi:Exsurrexi,& adhuc tecũ sũ?Nisi vt aduertas q̃ homi num sensum exprimit,q̃ putãt se à domino,quãdo sũt i Psal.21. periculis,derelictos.Deniq; audi quod sequitur:Lõge,i quit,à salute mea verba delictorũ meorũ. Hoc est,alia verba sunt delictorũ,alia sacramẽta salutis æternæ. Nõ præiudicant verba virtuti,suis viribus substantia diui na fulcitur. Homo videtur,homo auditur,deus in ope ribus agnoscitur. Et tamen de hoc homine dictũ est:Et homo est,et quis cognoscet eũ? Quid est quis?Non quo Psal.23. nemo,sed quo rarus,quo sapiẽs sicut illud:Quis ascen det in mõtẽ domini? Quis sapiẽs,& intelliget ea?Deniq; Psal.91. alibi:Vir insipiẽs non cognoscit ea,& stultus nõ intelli githæc.Et tu ergo cũ legis euãgelium,quasi sapiens & non stultus cognosce quæ legis:illuminet te sapientiæ fulgor æternæ. Verba quidem sunt,sed & ipsa mundãt, K & ipsa illuminant,& ipsa cõfirmant,& ipsa viuificant. Vnde ait Petrus: Domine,ad quem ibimus? Verba vi- Ioan.6. tæ æternæ habes:& non relinquemus te. Deniq; vt ad uerteremus q̃ secundum hominem loquutus esset,pau lo post dixit:Ecce appropinquat hora vt filius hominis Mat.26. tradatur in manus peccatorum. Et Iudæ osculanti ait: Iuda,osculo filium hominis tradis? Hoc est, venenum Luc.22. infũdis osculo, quo gratia charitatis infunditur: osculo quod sacræ pacis insigne est:osculo quo amicitia fida fir matur:osculo quo fides sancta signatur?Hóc ergo oscu lo tradis periculo quem propter osculi commercium venerari deberes?Et tradis filium hominis homo, qui propter hominum salutem descendit de cælo:Sic enim Ioan.3. scriptum est:Filius hominis qui est in celo, ipse est qui descendit è cęlo. Filium hominis tradis,qui te ex peccatore apostolũ fecit?Filiũ hominis tradis,qui venit vt in sanguine suo omnium peccata dilueret?Ego osculũ nõ nego:ipse videris,qui violaueris osculi sanctitatẽ. An nõ legisti q̃ vtiliora sunt vulnera amici,quã volũtaria Prou.27. oscula inimici?Nec imerito grauiore telo tantæ digna- * alias tionis pœnsus est Iudas,q̃ si eũ fulmie pculisset. Deniq; quo in patiẽtiã domini ferre nõ potuit,qui maiestatẽ prodidit, maioré re adeo vt sibiipsi tãti sceleris reatus nõ posset ablui,Itaq; atũ ꝓdiit. abiit,pecuniã refudit:hoc est, cõdemnauit auariciã suã tãtæ impietatis auctorẽ,preciũ perfidiæ synagogæ reddi dit.Non excusatur proditor,qui pœnitẽtiæ locũ inueni re non potuit:sed aceruatur sacrilegiũ Iudeorũ,qui etiã L proditoris vocibus arguũtur.Ille suum crimẽ agnouit, dicens q̃ tradiderit sanguinẽ iustum.isti & precium sce leris receperunt,& actioribus studiis iusticiæ principẽ persecuti sunt.Ideo adistorum omniũ perpetuã condẽ nationẽ latro crucifixus absoluitur, quia ille Christum in suppliciis agnouit suis,quem isti in beneficiis non a gnouerũt,& peccatũ suum cõfessus est Christo,qui sci ret ignoscere:quia i cruce sua regnũ domini mẽte cõspe xit,quod i cõuiuio Christi Iudas videre nõ potuit,Ideo precationẽ latronis vox secuta est cęlestis huiusmodi: Amen amen dico tibi,Hodie mecum eris in paradiso. Luc.23. Tripudiabas draco, q̃ apostolũ subtraxeras Christo. Plus amisisti q̃ sustulisti,qui latronẽ vides in paradisũ esse translatum. Nemo est qui possit excludi, quando receptus est latro. Minister tuus eõ peruenit, vnde ipse deiectus es. Subtexuimus ista propter illum versiculũ, quia dixit,Vt faciam voluntatem tuam, deus meus vo lui. Hoc est, diuinitatis mihi tecum pater vna voluntas est,vna substãtia:quia est inseparabilis maiestas & potẽ tia trinitatis .Sed alia vox carnis,& tamen ad voluntatem dei & ipsa consensit,dicens:Non quod ego volo, Mat.14. sed quod tu vis. Et alibi: Si non potest hoc transire,nisi illud bibam, fiat voluntas tua. Communis affectus est M mortẽ timere,quã suscepit Christus,vt crucifigeret: si cut crucifixit & carnẽ. Mihi enim est luctatus, vt mihi vĩceret.Si caro Christi fortis,nec peccato obnoxia,tamẽ peccata suscepit:infirmitates suscepit, etsi nihil habuit quod doleret. Denique audi dicentem quia pro nobis dolet,donec eiiciat in veritate iudicium. Non enim al teram carnẽ,sed hanc suscepit,vt apostol9 docet,dicẽs: 1. Cor.15. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc immortalitatẽ. Et si de virgine nat9 est & spiritu sancto,tamẽ hominis est fili9,quia homo vir go. Et ideo quod natum est ex carne,caro est,& qui na tus est de homine,homo dicitur,mediator dei & homi num homo Christus Iesus. Propterea incorruptibilis suscepit hanc carnem,vt faceret incorruptibilẽ:&. im mortalis,vt faceret immortalẽ.Si quis ergo eũ sequitur, induet immortalitatẽ.Si quis voluntatẽ eius facit, non Luc.23. morietur in æternũ, sed dicit ei Christus: Hodie mecũ eris in paradiso. Quid est hodie?Hoc est, de nostre trãs isti:mecũ eris in lumine.Noli tenebras formidare, quẽ æterna lux suscepit. Pulchre etiam subiunxit. Mecum

A eris in paradiso.Hoc est,noli dubitare de carne: & me in carne vidisti.Noli timere ne et tu cadas de paradiso, sicut cecidit Adã:sed audi quia mecũ eris, quo præsente cadere nõ possis. Cecíderat caro in paradiso anteq̃ sus ciperetur à Christo.Ibi eris susceptus,vbi & ille qui sus Ioan.17. cepit,quia non mẽtitus est dicens:Volo vt vbi ego sum, & illi sint mecũ.Non recedet pastor à gregibus suis:li cet iam lupũ in paradiso timere nõ possis:cui dictũ est: Luc.10. Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ideo Apoc. 20. ante cõsummationẽ aduersarius deiicitur in incendiũ: catenis quoq; perpetuis alligatur:vt tu iam nullas insi Gene.3. dias pertimescas, Et Adam vt caderet,à serpente dece ptus est:& flexus est ab vxore,Ideo iam nullæ in paradi so nuptiæ,sed omnes erunt sine celebritatibus nuptia Mat.22. rum,sicut angeli in cælo,Non dixerat Adæ, Mecũ eris: quia sciebat illum casurum,vt redimeretur à Christo. Felix ruina,quæ reparatur in melius. Ideo iam pius pa stor:bonus negociator gregem suum & mercem pro priam non reliquit. Erit quidem & adhuc in paradiso cum angelis pugna serpenti,donec deiiciatur. Sed qui cum Christo est,timere non poterit. Adam cũ Christo non fuit quãdo deceptus est.Nam si cũ Christo fuisset, in eius præceptione mansisset,deceptus non esset. Non mansit in Christo,quia non in eius sermone permansit. Ioan.8. Deniq; audi qui maneat in Christo. Si manseritis,in quit,in me,& verba mea in vobis manserint:quodcunq; volueritis petetis,& fiet vobis.Et infra:Si ꝑcepta mea in vobis manserint,manebitis in mea dilectione. Vis scire quia cum Christo Adam non erat? Dixit ei dominus: Gene.3. Adam vbi es? Qui vtiq; quasi absentem requirit, non diceret, Vbi es?si eum in se manere cognoscceret. Sed quis eum absentem fecerit, audiamus. Absconderunt se,inquit,ambo à facie domini.Omnes videt Christus: sed qui se absondit,absconditur: quoniam qui igno B rat,ignoratur. Cognoscit enim eos dominus qui sunt ipsius. Ille omnes suos vult esse ,quos condidit & crea uit.Vtinam tu homo non fugias,& te ipse à Christo abs condas.Ille etiam fugientes requirit,& absconditos nõ vult perire,sed clamat dicẽs: Adam, vbi es:hoc est ho mo,vbi es?Ego te in lumine posui, tu tenebras requisi sti.Deniq; in paradiso,vbi semper matutinus erat dies, vesper est factus:quoniã omnia peccata tenebrosa sunt. Ideoq; audierũt vocem domini dei deambulãtis ad ve speram in paradiso.Simul cognosce mysterium:Mane erraſtiẽad vesperam liberaberis. Quomodo enim ve spera,vbi Christus est?Nam licet sedes eius supra cælũ cælorum:tamen in sanctis suis Christus est: Quomodo ergo vespera vbi deus est,cum deus lux sit? Deniq; Actu.9, Saulo in initere lux refulsit,quando ei Christus occur rit.Vnde etiam lumine dei refulgente cæcatus est per sequutor.Cur ergo cæcatus ,nisi quia non agnouerat Christum:Nam si cognouisset lucis arbitrum, non a misisset lumẽ oculorum.Deniq; & vbi agnouit recepit. Indicio est q̃ non agnouerit Christũ,qui audita voce, Saule,Saule,quid me persequeris?respondit,Quis es do mine?Non quæsisset quis esset,si cognouisset, Vnde & dominus quasi ignoranti dicit: Ego sum Iesvs, quem tu C persequeris.Durũ tibi est aduersus stimulũ calcitrare. Et ille dixit: Domine quid me oportet facere? Vide congruentia vtriq; magisteria. Medicus minatur vt corrigat: terret vt curet: ager primo medici personã requirit,si sit idoneus à quo sanari se posse præsumat. Vbi medicinę audiuit auctorem,remediũ popposcit, sa lutem inuenit.Deniq; accedentẽ non solum expulit cęcitatem,sed etiam lucẽ quam non habuerat accepit, vt Christum videret ,quem antea non videat. Sed videa mus sequentia,repetito tamen versiculo de quo videtur esse tractatus. Ecce venio vt faciam voluntatem tuam, deus meus volui,& legẽ tuam in medio cordis mei. Be nẽ nũciaui iusticiam tuam in ecclesia magna :ecce labia mea non prohibebo, domine tu cognousti: Iusticiam tuam absondi in corde meo. De superiore itaq; ver- D siculo intelligimus:Ecce venio ,non solum vt voluntatem tuam faciam, sed etiam legem tuam in medio cordis mei. Alii habent, In medio ventris mei. Est enim venter & mentis, qui semina concipit sensuum,de quo Esaias dixit:In vtero accepimus, & parturinimus spiritum salutis. Hoc vtero parturiuit & Paulus, qui ait: Filioli mei,quos ego parturio donec formetur Christus 1.Cor.4. in vobis.Christus ergo non vẽtre corporeo, sed in animæ quodam vẽtre formatur. Hoc ventre apostolus genuit,sicut scriptum est:Ego vos per euangelium genui. Ideo alii bene habẽt.In medio cordis.alii,in medio ventris,vt interioris hominis ventrẽ intelligas,qui in medio esse cordis accipitur,in quo naturalis legis præscripta seruamus:quæ non solũ custoditur, sed etiam sit in cordibus nostris. Vnde & scriptum est quia non solum auditores legis iusti sunt apud deum, sed etiã factores Roma.2. legis iustificabũtur. Sunt enim qui naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, sicut gentes quæ legem non audiunt, Roma.2. & sibi lex sunt, qui cognita sibi legis præcepta cõseruãt. Ergo quasi gentilis populi congregator, personam nostram suscepit hoc loco Christus, vt diceret facere se legem in medio cordis sui. Siquidem populus nationum legem quam nõ audiuit impleuit, vt agnoscceret Christum,quẽ populus Iudeorum qui legem acceperat,non recepit,nec cognoscendum putauit: quia scriptum est: Agnouit bos possesorẽ suũ, & asinus præsepe domini Esa.1. sui,Israel autem me non cognouit. Hic ergo credentiũ venter est,in quo spiritus sanctus operatus est, & eũ se- E mine spirituali implere cõsueuit:sicut testificatur in euangelio dominus Iesvs, qui ait: Qui credit in me,si- Ioan.7. cut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. Ex illo flumine ista sunt flumina,de quo legimus: Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. De quibus ergo Psal.45. fluunt huiusmodi flumina spiritalia, de his bene dicitur:Eleuauerunt flumina domine,eleuauerunt flumina Psal.92. vocem suam à voce aquarum spiritalium: quę supra cæ los deum laudant. Qui eleuauerit vocem suam ,hic po test dicere: Bene nunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna. Quid est q̃ addidit magna, nisi quia fuit antẽ non magna? Quæ est magna,nisi de totius orbis terrarum partibus congregata?quando ab Oriente & Occidente. Septentrione & Meridie populi gentium sunt vocati:vbi tamen legimus alibi magnã ecclesiã: Confi- Psal.34. tebor tibi domine in ecclesia magna,i populo graui lau dabo te. Ibi ergo ecclesia magna: vbi populus grauis: hoc est,non inquietus & mobilis :qui sedit mãducare et Exo.32. bibere,& surre xit ludere. Grauis populus est qui fidem deo suo seruat, & qui nõ aliqua leuitate mutetu[illegible] nu tet & fluctuet,sed charitate sit fundatus in C[illegible],vt Roma.8. possit dicere ,Confido enim quia neq; mors,neq; gla- F dius,neq; tribulatio separare me possit à charitate dei, quæ est in Christo Iesv. Qui autẽ ꝑdicat in ecclesia magna,non absc[illegible]dit iusticiam dei in corde suo,sed ex altat viribus vocem suam annuncians Christum. Non timet eum coram populo prædicare,nõ erubescit crucẽ eius,sed gloriatur in illa domini passione. Nõ sequitur literam legis, sed eruit profunda mysteria ,quibus reue let domini Iesv gloriam,quem lex significauit esse vẽ turum ad ecclesiam,quę magna est congregãda. Iusti tia igitur fides est.Deniq; credidit Abraham deo, & re- Roma.4. putatum est ei ad iustitiã. Ecce labia mea non prohibebo domine,tu cognouisti.Sic & alibi:Tu cognouisti ses Psal.138. sionem meam,& resurrectionem meam.Ad patrem dicit:Iustitiam meam nõ absondi in corde meo,veritatem tuam & salutare tuũ dilexi. Totus ex ꝑsonæ Christi psalmus iste est:Ideo iusticiam meam dicit:licet non arroganter & homo possit dicere iustitiam suã,qui deo credit,& fidem suam sibi reputari ad iustitiam confitetur. Veritatem & misericordiam diligit, qui fidem prædicat verã,& pctã dimittit. Ideo enim Christus aduenit,

G vt fidem ſtatueret,remiſsionem tribueret peccatorũ.Et quia ex perſona Saluatoris totum hũc eſse dixim⁹ pſalmum:ne forte dicant Apollinariſtæ:Ecce corpus, dixit, præparaſti mihi,non etiam animam : audiant in inferioribus pſalmi huius dicentem : Confundantur , & reuereantur ſimul qui quærũt animam meam , vt auferant eam.Hæc ſunt quæ in hoc pſalmo arbitrati ſumus: reliqua plana & facilia,nec digna interpretatiõis exiſtimauimus:cum ſi in tractatum incidant , in alio pſalmo in quo videntur eſse repetita,rectius proſequemur,fauente domino Ieſu,cui eſt laus,honor , gloria , perpetuitas à ſeculis , & nunc , & ſemper , & in omnia ſecula ſeculorum.Amen.

Pſalmi.XL.enarratio.

Matth. 4. PRono ordine qui in ſuperiore pſalmo dixit,Ecce venio:in hoc iã venit,& patitur:& ideo quadrageſimus pſalmus inſcribitur, quia quadraginta diebus ieiunauit dominus Ieſus, vt eo numero conſummaret hominis qui perierat perfectionẽ. Sicut enim per appetentiam interdicti fructus amiſerat gratiam,ita per ieiunium reparari eius virtutem oportuit : vt qui perierat in Adam , repararetur in Chriſto. Ideo ergo in finem, quia ipſe finis eſt ſpei noſtræ , ad ipſum ſtudia noſtra dirigimus , ad ipſum vota noſtra conferimus,quia ipſe eſt plenitudo,ipſe eſt conſummatio vniuerſorum,ipſe omnium ſumma virtutum . Ideo ipſi Dauid,qui ei qui ſolus ex omnibus in ſua carne noH ſtra peccata ſuſcepit,qui ſolus dei agnus peccatum totius mundi abſtulit , qui ſolus chirographum decreti ſanguinis ſui effuſione deleuit,& tulit de medio , atque ſuſtixit cruci:quaſi ſapientia,ſciens quomodo vet⁹ peccatum mundi ſolueret:quaſi redemptio, quomodo hominem renouaret à culpa:quaſi ſanctificatio, quomodo eum ſanctificaret ad gratiam. Hic ergo titulus,hoc principium: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem . Aperi aures tuas,qui incipis ſacramenta dominicæ cognoſcere paſsionis. Ideo tibi dicitur: Qui habet Lucæ.8. aures audiendi,audiat. Ideo ſurdo illi & muto aures & Marci.7. labia tetigit dominus in euãgelio , vt ſciret quid audiret in myſterio,quid etiam loqueretur,& quando loquere- Eſaiæ.50. tur. Neq; enim ocioſe ſcriptum eſt : Dominus mihi dedit linguam eruditionis,vt ſcirem quando oporteat ſermonem dicere. Scire ergo debes quid audias, ſcire quid loqui debeas,ſcire etiam quando loqui debeas. Audi ergo dicentem:Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Beatus quidem qui compatitur pauperi, qui hau

I rit [illegible]ceſsitates: ſcit quid mali inopia afferat indigenti. Sed quid ſibi vult iſtud exordium in domini paſsione? Verũ eſt quidẽ quòd propter pauperes paſsus eſt: ſed tamẽ ipſo corripuit Iudam dicentẽ de illo vnguẽto Matth.26. quod effuderat Maria ſuper pedes Chriſti , Potuit hoc venundari trecentis denariis,& dari pauperibus . Idem & cæteri apoſtoli ſenſerant,ſed alio affectu. Ille per auaritiam,iſti per miſericordiam. Iudas enim furto proſpiciebat,diſcipuli pauperum alimonię conſulebant. Qui Ibidem. bus in cõmune reſpondit:Sinite illã , vt in die ſepulturę meæ ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum,me autem non ſemper.Ergo alius intelligẽdus eſt hic beatus qui intelligit ſuper pauperem. Hic de fide dicit,alibi de miſericordia.Prior ergo fides,ſecũda miſericordia. Cũ fide,precioſa miſericordia:ſine fide, nuda:ſine fide,inſtabilis.Fides enim virtutũ omnium ſtabile fundamentum eſt.Beatos ergo qui intelligit ſuper 2.Cor.8. Chriſti inopiam & paupertatẽ : qui propter nos pauper factus eſt,cũ diues eſset. Diues in regno , pauper in carne:quia ſuſcepit hanc pauperũ carnem. Pauperes enim facti ſumus nimis,qui virtutum exuuias precioſas fraude ſerpentis amiſimus,excluſi de paradiſo,eiecti de patria,in exiliũ relegati,ipſo quoq; nudati corporis intergimento :quod antea virtutum ſepta munibant , poſtea K delicta nudarũt.Si ergo egenus & pauper in carne,vtiq; egenus & pauper in carnis iſtius paſsione. Non ergo in diuitiis ſuis, ſed in noſtra paſsus eſt paupertate.Ideoque Col.2. non plenitudo diuinitatis,quæ in illo corporaliter habitat,vt ſcriptura teſtatur,ſed caro paſsa eſt.Hoc intellige,hoc perſequere, id tene, ne dicatur tibi : Noluit intelligere ſuper mendicũ & pauperem.Nam ſi hic dubitas,certe in illo pſalmo qui aduerſus proditionem Iudæ ex perſona dicitur Saluatoris,de illo verſiculo dubitare nõ poteris in quo ait:Et perſecut⁹ eſt hoiem pauperẽ Pſal.108. & mendicũ.Intellige ergo paupertatem Chriſti, vt diues ſis. Intellige infirmitatem eius, vt accipias ſanitatem. Intellige crucem eius, vt non erubeſcas. Intellige vulnus eius , vt vulnera tua cures. Intellige mortem eius , vt adquiras vitam æternam . Intellige ſepulturam eius,vt inuenias reſurrectionem . Sed forte dicas, Quomodo diues in paupertate Chriſtus ? Etſi mihi ingenium deficiat,tamen non deficiunt diuinarũ ſubſidia 2.Cor.8. lectionum,cum dixerit Apoſtolus : Quoniam dominus Ieſus pauper factus eſt,cum diues eſset,vt vos ei⁹ inopia ditaremini. Quæ ergo iſta paupertas quæ diuites facit? Conſideremus eam , intendamus in ipſum venerabile ſacramentum. Quid purius poteſt eo eſse atque ſimplicius?Non taurino quiſquam perfunditur ſanguine, vt ſacra dicuntur habere Gentilium:non hircorum atq; arietũ cruore peccator lauatur. Neq; enim quiſq; ita purificatur. Caro eni lauatur,nõ culpa diluitur.Sed exiet, inquit,aqua cum delectatione de fontibus ſaluatoris:& Eſaiæ.12, paratur in conſpectu tuo menſa cælestis,& poculũ ineL briãs quàm preclarum. Hæ ſunt diuitiæ ſimplicitatis,in quibus eſt Chriſti precioſa paupertas. Eſt & in moribus paupertas bona : vnde & dominus dixit : Beati pauper- Matth.5. res ſpiritu. Et in pſalmis inuenimus quia dominus hu- Pſal.33. miles ſpiritu ſaluabit. Eſt & in collatione tenui paupertas abundans,ſi abundet fides . Vnde Apoſtolus ait : Et 2.Cor.8. profunda paupertas eorũ abundauit in diuitiis ſimplicitatis eorum. Vt autem & ex aliis vocibus eius intelligamus quia ipſe ſe pauperem dixerit,habem⁹ alibi ſcriptum: Pauper & dolens ego ſum,hoc eſt, quia pro no- Pſal.68. bis doleret,vt legimus. Neq; enim in ſe habuit quod doleret. Si ergo pro nobis dolet , vt Eſaias interpretatus Eſaiæ.52. eſt,qui eum vidit in ſpiritu:pro nobis vtique triſtis erat: iuxta quod animã ſuam triſtem appellauit vſq; ad mor- Matth.26 tem,tamen non propter mortem:& carnem dixit infir- Ibidem. mam,quæ mortis ſubiacuit infirmitati, vt aculeũ mortis infringeret,quo nos in die iudicii liberaret,quam nõ perfunctorie malam dixit,ſic enim ſubtexuit: In die mala liberabit eum dominus. Quoniã amara videtur , quæ plures adiudicat pœnæ. Via enim virtutis anguſta eſt,lata delicti. Ideo rariores in virtute ambulãt,plures in flaM gitio verſantur. Quo fit vt inferior eorum ſit numerus, qui præmia remunerationis accipiẽt , q̃ qui ob precium grauium peccatorum ſortem aduerſam iudicii reporta Lucæ.15. bũt. Quaſi dolens igitur dixit malam iudicii diem. Nam ſi angeli in vnius peccatoris abſolutione lætantur,quanto magis homines in tantorum condemnatione homi- Ibidem. num macerabuntur?Et bene dolet pro ea oue quam humeris ſuis ipſe reportauit,& ad ouile ſuũ reuocauit errantẽ. Affectu noſtro loquitur dei filius: quia nobis dies iudicii acerba eſt,quam timemus. Omnibus mala videtur,quia plena terroris eſt, qua deus non ſolum forenſia hominis,ſed etiã occulta diiudicat,qua cogitur vnuſquiſq; aperire quod fecit,aut quod ſenſit . Ideóq; multi damnantur,pauci coronantur. Sed etiam ipſi qui coronãtur,dolebunt: Iuſti enim coronabũtur. Iuſtus autem quaſi ſuã putat fratris erumnam. Et quis ego ſum qui de illa iudicem,qua homo angelorum conciliis inſeretur? Ioannis.5. Ipſius domini audiamus ſententiam. Veniet,inquit,hora in qua omnes qui in monumentis ſunt , audient vocem filii hominis:& procedent qui bona fecerunt, in re

A ſurrectionem vitæ:qui mala fecerũt , in reſurrectionem iudicii. Iudicabunt ergo qui mala egerunt,& ideo mala dies & aſpera ab ipſo iudice nuncupatur , vt ſcias quia ipſe nobis cõpatitur in euangelio,qui compaſsus eſt in prophetis.Sed & ſic poſsumus accipere , in die mala, 1.Ioan.5. hoc eſt in tẽpore malo. Mundus enim in mala poſitus Matt.6. eſt:& ideo mali dies iſtius mundi : & abundat diei malitia ſua.Non mediocre eſt vt hic liberemur ab inſidiis peccatoris Qui fuerit hic liber à crimine,ibi erit liber à pœna,& ſeneritatem iudicii ſubire non poterit. Et ideo votis opus eſt & precib⁹ quotidianis,& aduocatiõe prin 1.Ioan. 2. cipis ſacerdotum,de quo dicit Ioannes euangeliſta:Aduocatum habemus apud patrem dominum Ieſum , & ipſe eſt deprecatio ꝓ peccatis noſtris.Hic ergo aduocatus noſter,& deprecatio ꝓ populo totius mũdi orat:pro eo qui intelligit & credit in Chriſtum,& dicit: Domin⁹ conſeruet eũ,& viuificet eum,& beatum faciat eũ . Conſeruet à periculis,viuificet tanq̃ in mortis tenebris conſtitutum,beatum facere bonorũ operum acceſsione dignetur. Et emundet,inquit,in terra vitã eius . Bene addidit,in terra:quia niſi hic mundatus fuerit,ibi mundus B eſse non poterit. Vel certe hoc modo , Emundet in terra. Quomodo enim quis mũdus in luto,cum terra eum oblinat? Ergo domini man⁹ eſt neceſsaria ,quæ fecit de terra corpus,vt ipſa mundare dignetur . Et non tradat eum in manus inimici eius. Quis eſt inimicus , niſi leo 1.Petri.5. ille qui circuit rugiens,quærens quem deuoret? Alii habent græci: Et non tradat eum in animas inimicorũ ei⁹. Animas pro manibus poſuit,eò quòd inimicorũ animæ bonis inſidientur, & cogitationibus ſuis iuſtũ conẽtur euertere. Dicuntur & animæ pro hominibus. Omnes a- Geu.46. nimæ ſeptuaginta quæ deſcenderunt in A Egyptũ. Ideo 1.Para.21. & Dauid maluit dei ſe committere poteſtati, q̃ inſidiis inimicorum qui parcere ſua voluntate neſcirẽt. Sequitur:Dominus opem ferat illi ſupra lectum doloris eius: vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius. Quis eſt lectus doloris,niſi caro infirmitatis? Et bene lectus Roma.7. doloris,quia corpus eſt mortis, de quo ſe liberari deprecatur apoſtolus,vt tanq̃ de tumulo quodã poſsit aſsurgere,in quo egra iacet anima,& quaſi quodam decũbit in lectulo. Symmachus lectũ miſerię dixit: Aquila grabatum miſeriæ:expreſsius ſeptuaginta viri lectũ doloris p[illegible]uerunt eſse dicẽdum. His ergo verſiculis vtẽdũ eſt apud eos qui diutius infirmitate corporis detinẽtur, vt habeant medicinam dei,quo ſani eſse mereãtur. Lectus ergo animæ,caro infirma eſt : cuius ægritudini anima noſtra compatitur:quæ ſi habeat adiutorem dominum,dicit ei:Surge,tolle lectum tuum,& vade in domũ tuam. Quo confortatus dei verbo qui æger erat, ſurgit & tollit lectum ſuũ in quo iacebat,& redit in ſtatum priſtinum ſanitatis. Hoc eſt in domũ ſuam regredi, vt habitet in domicilio robuſtiſsimæ valetudinis. Qui habi- C tat,regit:qui regit,virtutis habet ſibi gratiam ſuffragantem. Sed etiam ſtratum omnium verſat dominus in infirmitate languentis,cui adeſse dignatur. Quod verſatur,ſtatum mutat aut ex ſanitate in ægritudinẽ, aut ex ægritudine ad ſanitatem Hic ergo qui ægrotauerat, mutat ſe ad remediũ ſanitatis. Sic ergo domin⁹ IESVS et ſi vulneratus eſt propter peccata noſtra,tamẽ non in illa infirmitate permanſit,ſed ſe ipſe verſauit in melius ad vniuerſorum ſalutem. Itaq; paſsione infirmitas eſt ſoluta,mors reſurrectione. Sicut ergo ſe ipſe verſauit ad pulorum redemptionẽ,nec ſenſit aculeum mortis, aut vulneris infirmitatem:ſic eum qui in ſe credit, et ſi grauiter ægrotantem, vt à morte liberet, verſat ad vitam. Omnẽ ergo ſtratũ, hoc eſt vniuerſorum hominũ infirmitatẽ,in ſua infirmitate verſauit. Suſcepit enim infirmitates omnium in ſua carne,erexit ſe in crucẽ,& verſauit omniũ infirmitates in ſui corporis infirmitate. Vn- Eſa.53. de dicit Eſaias: Liuore eius nos ſanati ſumus. Habent hoc luctores, vt ſe ſubiiciant iis quibus congrediuntur atq; luctantur,vt opprimi poſse videantur:& ſubito cũ D exiſtimantur elidi,quadam arte ſe verſant,vt effundant ſuperiorem. Cadit qui portabatur:& is qui portabat , ſuperior inuenitur,vt ſternat vrgentem. Spiritali itaq; pãeſtra dominus Ieſus onera noſtra ſuſcipiens,in illa ſe paſsionis ſuæ congreſsione ſubiecit,& in infirmitatis ſpecie , vt eum aduerſarius hominẽ parem ceteris iudicaret,quẽ facile poſset opprimere,diuinitatis arma depoſuit,humanitatis tegmen aſsumpſit. Securus victoriæ propius tentator acceſsit. In coſta eum telo militis voluit vulnerare,reputans & hunc ſicut Adam per coſtam poſse ꝓſterni. Sed vulneratus latere dominus IEsvs vitam produxit è vulnere,euacuauit omne peccatũ, deiecit aduerſarium,cui mortem latronis eripuit:& in illa morte, in illa ſui corporis ſepultura cum exiſtimaretur oppreſsus,eliſus ſua ſe virtute verſauit,cecidit aduerſarius,dominus reſurrexit. Sequitur: Ego dixi,domine miſerere mei,ſana animam meam,quia peccaui ti bi. Poteſt ex perſona regis Dauid hoc dici,qui videns in ſpiritu tantam victoriam & gratiam Chriſti, petit vt in illa remiſsione peccatorum omnium,& ſui miſereatur:quoniã & ipſe etſi legibus,quaſi rex, non teneretur humanis,deo tamẽ obnoxiũ ſe pro peccatis ſuis eſse cognoſcit. Cõfitetur ergo peccatum ſuũ,vt accipiat remiſsionem,& generalis indulgentiæ munus inueniat. Poteſt & ex perſona Saluatoris hoc exprimi, qui nobis mi E ſericordiã dei poſtulat,& peccaſse ſe dixit quia pro nõ- 2.Cor.5. bis peccatum fac⁹ eſt. Simul nos docet ,cum in aliquo ſumus aduerſus inimicos dei certamine conſtituti,vt dei imploremus auxiliũ:ipſi peccata noſtra fateamur:& tunc maxime cum vrgemur & terimur:cũm dolore & amaritudine proſternimur ,ne tacuiſse videamur : quo medicina citius noſtris vulneribus deferatur, vt ſanati aduerſario reſiſtamus. Quomodo enim poteſt congredi vulneratus? Vnde diſcimus quia peccatorum noſtrorum aculeis vulneramur. Vulnus medicum quærit, medicus confeſsionem exigit. Hinc quoq; magis ac magis aperire Saluator ſacramentũ ſuę incipit paſsionis:quod cum euangelio concordare non dubium eſt. Nam maledicebant ei Iudei,mortẽ eius expetebant :inſidiabantur,vrgebant, creſcentẽ quotidie gloriã operis eius non ferentes. Hoc ergo prophetia annunciat,quod in euãgelio completũ eſt. Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur,et peribit nomen eius? Amentes qui vitę auctorem mori poſse credebãt,ſed vota eorum eccleſia deſtruebat ,credens ꝙ etiã mortuus ſecũdum corporis conditionẽ,ſuum nomen augeret:& ideo pſallebat ei dicens: Memor ero nominis tui in omni generatione & F generationem. Repetebat,Vnguentum exinanitum eſt nomen tuum. Morientur illi qui te mori poſce preſumunt,non moriar ego quæ te noui vitæ arbitrum, ſalutis auctorem. Nouimus enim ꝙ tempore paſsionis & reſurrectionis orabant diſcipuli congregati quãdo eis Maria Magdalena reſurrexiſse dominũ nunciauit,& quando eis clauſa ianua domin⁹ ſe in corpore reſurrectionis oſtendit,quando Thomas vulnera eius vidit,& credi- Ioañ.20. dit. Inſultabant ergo Iudæi quaſi mortuo, ſed dominus viuentem ſe apoſtolis reuelabat. Cum ergo dicerent Iudæi: Ecce mundus totus poſt eum abiit:cũ dicerent quia Ioan.12. mirabilibus operibus ſeducit populum, quid aliud dicebant,niſi,Quando morietur,& peribit nomen eius? Et ideo in eius paſsione clamabant: Tolle,tolle à terra hunc:crucifigatur,crucifigatur. Factum eſt quod petebant,ſublatus à terra eſt,reſurrexit,ad cælũ aſcendit,et regnũ ſuũ de nobis paradiſi ſedibus reformauit,De Iuda quoq; proditore euidens prophetia ſubtexitur in his verſiculis qui ſequuntur: Et egrediebatur vt videret,vana locutus:cor eius congregauit iniquitatẽ ſibi. Egrediebatur foras,& loquebatur. Sic diſtinctũ græcis in codicibus inuenimus. Ingrediebatur ergo Iudas, quærens prodere Saluatorem,vt videret quid ageret , quidve lo-

G vt fidem ſtatueret,remiſsionem tribueret peccatorũ.Et quia ex perſona Saluatoris totum hũc eſse dixim⁹ pſalmum:ne forte dicant Apollinariſtæ:Ecce corpus, dixit, præparaſti mihi,non etiam animam : audiant in inferioribus pſalmi huius dicentem : Confundantur , & reuereantur ſimul qui quærunt animam meam , vt auferant eam.Hæc ſunt quæ in hoc pſalmo arbitrati ſumus: reliqua plana & facilia,nec digna interpretatiõis exiſtimauimus:cum ſi in tractatum incidant , in alio pſalmo in quo videntur eſse repetita,rectius proſequemur,fauente domino Ieſu,cui eſt laus,honor , gloria , perpetuitas à ſeculis , & nunc , & ſemper , & in omnia ſecula ſeculorum.Amen.

Pſalmi.XL.enarratio.

Matth . 4. SECVNDO ordine qui in ſuperiore pſalmo dixit,Ecce venio:in hoc iã venit,& patitur:& ideo quadrageſimus pſalmus inſcribitur,quia quadraginta diebus ieiunauit dominus Ieſus,vt eo numero conſummaret hominis qui perierat perfectionẽ. Sicut enim per appetentiam interdicti fructus amiſerat gratiam,ita per ieiunium reparari eius virtutem oportuit : vt qui perierat in Adam , repararetur in Chriſto. Ideo ergo in finem, quia ipſe finis eſt ſpei noſtræ , ad ipſum ſtudia noſtra dirigimus, ad ipſum vota noſtra conferimus,quia ipſe eſt plenitudo,ipſe eſt conſummatio vniuerſorum,ipſe omnium ſumma virtutum . Ideo ipſi Dauid,qui ei qui ſolus ex omnibus in ſua carne noH ſtra peccata ſuſcepit,qui ſolus dei agnus peccatum totius mundi abſtulit , qui ſolus chirographum decreti ſanguinis ſui effuſione deleuit,& tulit de medio , atque ſuffixit cruci:quaſi ſapientia,ſciens quomodo vet⁹ peccatum mundi ſolueret:quaſi redemptio, quomodo hominem renouaret à culpa:quaſi ſanctificatio, quomodo eum ſanctificaret ad gratiam.Hic ergo titulus,hoc principium: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem . Aperi aures tuas,qui incipis ſacramenta dominicæ cognoſcere paſsionis.Ideo tibi dicitur:Qui habet Lucæ.8. aures audiendi,audiat. Ideo ſurdo illi & muto aures & Marci.7. labia tetigit dominus in euãgelio , vt ſciret quid audiret in myſterio,quid etiam loqueretur,& quando loqueretur. Neq; enim ocioſe ſcriptum eſt : Dominus mihi de- Eſaiæ.50. dit linguam eruditionis,vt ſcirem quando oporteat ſermonem dicere.Scire ergo debes quid audias, ſcire quid loqui debeas,ſcire etiam quando loqui debeas. Audi ergo dicentem:Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.Beatus quidem qui compatitur pauperi, qui hau rit [illegible]eceſsitates: ſcit quid mali inopia afferat indigenti.Sed quid ſibi vult iſtud exordium in domini paſI ſione?Verũ eſt quidẽ quòd propter pauperes paſsus eſt: ſed tamẽ ipſo corripuit Iudam dicentẽ de illo vnguẽto Matth.26. quod effuderat Maria ſuper pedes Chriſti , Potuit hoc venundari trecentis denariis,& dari pauperibus . Idem & cæteri apoſtoli ſenſerant,ſed alio affectu.Ille per auaritiam,iſti per miſericordiam.Iudas enim furto proſpiciebat,diſcipuli pauperum alimoniẽ conſulebant. Qui Ibidem. bus in cõmune reſpondit:Sinite illã , vt in die ſepulturę meæ ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum,me autem non ſemper.Ergo alius intelligẽdus eſt hic beatus qui intelligit ſuper pauperem. Hic de fide dicit,alibi de miſericordia.Prior ergo fides,ſecũda miſericordia.Cũ fide,preciosa miſericordia:ſine fide, nuda:ſine fide,inſtabilis.Fides enim virtutũ omnium ſtabile fundamentum eſt.Beatos ergo qui intelligit ſuper 2.Cor.8. Chriſti inopiam & paupertatẽ : qui propter nos pauper factus eſt,cũ dives eſset.Dives in regno , pauper in carne:quia ſuſcepit hanc pauperũ carnem. Pauperes enim facti ſumus nimis,qui virtutum exuuias preciosas frau de ſerpentis amiſimus,excluſi de paradiſo,eiecti de patria,in exiliũ relegati,ipſo quoq; nudati corporis intergimento :quod antea virtutum ſepta munibant , poſtea K delicta nudarũt.Si ergo egenus & pauper in carne,vtiq; egenus & pauper in carnis iſtius paſsione. Non ergo in diuitiis ſuis, ſed in noſtra paſsus eſt paupertate.Ideoque Col.2. non plenitudo diuinitatis,quæ in illo corporaliter habitat,vt ſcriptura teſtatur,ſed caro paſsa eſt.Hoc intellige,hoc perſequere, id tene, ne dicatur tibi : Noluit intelligere ſuper mendicũ & pauperem.Nam ſi hic dubitas,certe in illo pſalmo qui aduerſus proditionem Iudæ ex perſona dicitur Saluatoris,de illo verſiculo dubitare nõ poteris in quo ait:Et perſecut⁹ eſt hoĩem pauperẽ Pſal.108. & mendicũ.Intellige ergo paupertatem Chriſti, vt diues ſis. Intellige infirmitatem eius , vt accipias ſanitatem. Intellige crucem eius, vt non erubeſcas. Intellige vulnus eius , vt vulnera tua cures. Intellige mortem eius , vt adquiras vitam æternam . Intellige ſepulturam eius,vt inuenias reſurrectionem . Sed forte dicas, Quomodo diues in paupertate Chriſtus ? Etſi mihi ingenium deficiat,tamen non deficiunt diuinarũ ſubſidia 2.Cor.8. lectionum,cum dixerit Apoſtolus : Quoniam dominus Ieſus pauper factus eſt,cum dives eſset,vt vos ei⁹ inopia ditaremini.Quæ ergo iſta paupertas quæ diuites facit? Conſideremus eam , intendamus in ipſum venerabile ſacramentum.Quid purius poteſt eo eſse atque ſimplicius?Non taurino quiſquam perfunditur ſanguine, vt ſacra dicuntur habere Gentilium:non hircorum atq; arietũ cruore peccator lauatur.Neq; enim quiſq; ita purificatur.Caro enĩ lauatur,nõ culpa diluitur.Sed exiet, inquit,aqua cum delectatione de fontibus ſaluatoris:& Eſaiæ.12. paratur in conſpectu tuo menſa cælestis,& poculũ ineL briãs quàm preclarum.Hæ ſunt diuitiæ ſimplicitatis,in quibus eſt Chriſti preciosa paupertas.Eſt & in moribus paupertas bona : vnde & dominus dixit : Beati pauperes ſpiritu.Matth.5. Et in pſalmis inuenimus quia dominus humiles ſpiritu ſaluabit.Eſt & in collatione tenui paupertas abundans,ſi abundet fides . Vnde Apoſtolus ait : Et 2.Cor.8. profunda paupertas eorũ abundauit in diuitiis ſimplicitatis eorum.Vt autem & ex aliis vocibus eius intelligamus quia ipſe ſe pauperem dixerit,habem⁹ alibi ſcriptum: Pauper & dolens ego ſum,hoc eſt, quia pro no- Pſal.68. bis doleret,vt legimus.Neq; enim in ſe habuit quod doleret. Si ergo pro nobis dolet , vt Eſaias interpretatus Eſaiæ.52. eſt,qui eum vidit in ſpiritu:pro nobis vtique triſtis erat: iuxta quod animã ſuam triſtem appellauit vſq; ad mor- Matth.26 tem,tamen non propter mortem:& carnem dixit infir- Ibidem. mam,quæ mortis ſubiacuit infirmitati, vt aculeũ mortis infringeret,quo nos in die iudicii liberaret,quam nõ perfunctorie malam dixit,ſic enim ſubtexuit: In die ma la liberabit eum dominus. Quoniã amara videtur , quæ plures adiudicat pœnæ.Via enim virtutis anguſta eſt,la ta delicti.Ideo rariores in virtute ambulãt,plures in flaM gitio verſantur.Quo fit vt inferior eorum ſit numerus, qui præmia remunerationis accipiẽt , q̃ qui ob precium grauium peccatorum ſortem aduerſam iudicii reporta Lucæ.15. bũt.Quaſi dolens igitur dixit malam iudicii diem.Nam C ſi angeli in vnius peccatoris abſolutione lætantur,quanto magis homines in tantorum condemnatione homi- Ibidem. num macerabuntur?Et bene dolet pro ea oue quam humeris ſuis ipſe reportaut,& ad ouile ſuũ reuocauit errantẽ.Affectu noſtro loquitur dei filius: quia nobis dies iudicii acerba eſt,quam timemus.Omnibus mala videtur,quia plena terroris eſt, qua deus non ſolum forenſia hominis,ſed etiã occulta diiudicat,qua cogitur vnuſquiſq; aperire quod fecit,aut quod ſenſit . Ideoq; multi damnantur,pauci coronantur.Sed etiam ipſi qui coronãtur,dolebunt: Iuſti enim coronabũtur. Iuſtus autem quaſi ſuã putat fratris erumnam.Et quis ego ſum qui de Ioannis.5. illa iudicem,qua homo angelorum conciliis inſeretur? Ipſius domini audiamus ſententiam.Veniet,inquit,hora in qua omnes qui in monumentis ſunt , audient vocem filiũ hominis:& procedent qui bona fecerunt,in re

A ſurrectionem vitæ:qui mala fecerũt , in reſurrectionem iudicii.Iudicabunt ergo qui mala egerunt,& ideo mala dies & aſpera ab ipſo iudice nuncupatur , vt ſcias quia ipſe nobis cõpatitur in euangelio,qui compaſsus eſt in prophetis.Sed & ſic poſsumus accipere , in die mala, 1.Ioan.5. hoc eſt in tẽpore malo. Mundus enim in mala poſitus Matt.6. eſt:& ideo mali dies iſtius mundi : & abundat diei malitia ſua.Non mediocre eſt vt hic liberemur ab inſidiis peccatoris Qui fuerit hic liber à crimine,ibi erit liber à pœna,& ſeueritatem iudicii ſubire non poterit. Et ideo votis opus eſt & precib⁹ quotidianis,& aduocatiõe prin 1.Ioan. 2. cipis ſacerdotum,de quo dicit Ioannes euangeliſta:Aduocatum habemus apud patrem dominum Ieſum , & ipſe eſt deprecatio ,p peccatis noſtris.Hic ergo aduocatus noſter,& deprecatio ,p populo totius mũdi orat:pro eo qui intelligit & credit in Chriſtum,& dicit: Domin⁹ conſeruet eũ,& viuificet eum,& beatum faciat eũ . Conſeruet à periculis,viuificet tanq̃ in mortis tenebris conſtitutum,beatum facere bonorũ operum acceſsione dignetur.Et emundet,inquit,in terra vitã eius . Bene addidit,in terra:quia niſi hic mundatus fuerit,ibi mundus B eſse non poterit.Vel certe hoc modo , Emundet in terra.Quomodo enim quis mũdus in luto,cum terra eum oblinat?Ergo domini man⁹ eſt neceſsaria ,quæ fecit de terra corpus,vt ipſa mundare dignetur . Et non tradat eum in manus inimici eius. Quis eſt inimicus , niſi leo 1.Petri.5. ille qui circuit rugiens,quærens quem deuoret?Alii habent græci:Et non tradat eum in animas inimicorũ ei⁹. Animas pro manibus poſuit,eò quòd inimicorũ animæ bonis inſidientur, & cogitationibus ſuis iuſtũ conẽtur euertere.Dicuntur & animæ pro hominibus.Omnes aGen.46. nimæ ſeptuaginta quæ deſcenderunt in A Egyptũ. Ideo 1.Para.21. & Dauid maluit dei ſe committere poteſtati, q̃ inſidiis inimicorum qui parcere ſua voluntate neſcirẽt. Sequitur:Dominus opem ferat illi ſupra lectum doloris eius: vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius. Quis eſt lectus doloris,niſi caro infirmitatis?Et bene lectus Roma.7. doloris.quia corpus eſt mortis, de quo ſe liberari deprecatur apoſtolus,vt tanq̃ de tumulo quodã poſsit aſsurgere,in quo egra iacet anima,& quaſi quodam decũbit in lectulo.Symmachus lectũ miſerię dixit: Aquila grabatum miſeriæ:expreſsius ſeptuaginta viri lectũ doloris p.. uerunt eſse dicẽdum.His ergo verſiculis vtẽdũ eſt apud eos qui diutius infirmitate corporis detinẽtur, vthabeant medicinam dei,quo ſani eſse mereãtur. Lectus ergo animæ,caro infirma eſt : cuius ægritudini anima noſtra compatitur:quæ ſi habeat adiutorem dominum,dicit ei:Surge,tolle lectum tuum,& vade in domũ tuam. Quo confortãtus dei verbo qui æger erat,ſurgit & tollit lectum ſuũ in quo iacebat,& redit in ſtatum priſtinum ſanitatis. Hoc eſt in domũ ſuam regredi, vt habitet in domicilio robuſtiſsimæ valetudinis. Qui habitat,regit:qui regit,virtutis habet ſibi gratiam ſuffragantem.Sed etiam ſtratum omnium verſat dominus in infirmitate languentis,cui adeſse dignatur. Quod verſatur,ſtatum mutat aut ex ſanitate in ægritudinẽ, aut ex ægritudine ad ſanitatem Hic ergo qui ægrotauerat, mutat ſe ad remediũ ſanitatis. Sic ergo domin⁹ IESVS et ſi vulneratus eſt propter peccata noſtra,tamẽ non in illa infirmitate permanſit,ſed ſe ipſe verſauit in melius ad vniuerſorum ſalutem.Itaq; paſsione infirmitas eſt ſoluta,mors reſurrectione.Sicut ergo ſe ipſe verſauit ad pulorum redemptionẽ,nec ſenſit aculeum mortis, aut vulneris infirmitatem:ſic eum qui in ſe credit, et ſi grauiter ægrotantem, vt à morte liberet, verſat ad vitam. Omnẽ ergo ſtratũ, hoc eſt vniuerſorum hominũ infirmitatẽ,in ſua inſirmitate verſauit. Suſcepit enim infirmitates omnium in ſua carne,erexit ſe in crucẽ,& verſauit omniũ infirmitates in ſui corporis infirmitate. VnEſa.53. de dicit Eſaias: Liuore eius nos ſanati ſumus. Habent hoc luctores, vt ſe ſubiiciant iis quibus congrediuntur D atq; luctantur,vt opprimi poſse videantur:& ſubito cũ exiſtimantur elidi,quadam arte ſe verſant,vt effundant ſuperiorem. Cadit qui portabatur:& is qui portabat , ſuperior inuenitur,vt ſternat vrgentem. Spiritali itaq; paleſtra dominus Ieſus onera noſtra ſuſcipiens,in illa ſe paſsionis ſuæ congreſsione ſubiecit,& in infirmitatis ſpecie ,vt eum aduerſarius hominẽ parem ceteris iudicaret,quẽ facile poſset opprimere,diuinitatis arma depoſuit,humanitatis tegmen aſsumpſit. Securus victoriæ propius tentator acceſsit.In coſta eum telo militis voluit vulnerare,reputans & hunc ſicut Adam per coſtam poſse ,pſterni. Sed vulneratus latere dominus IESVS vitam produxit è vulnere,euacuauit omne peccatũ, deiecit aduerſarium,cui mortem latronis eripuit:& in illa morte, in illa ſui corporis ſepultura cum exiſtimaretur oppreſsus,eliſus ſua ſevirtute verſauit,cecidit aduerſarius ,dominus reſurrexit. Sequitur: Ego dixi,domine miſerere mei,ſana animam meam,quia peccaui tibi. Poteſt ex perſona regis Dauid hoc dici,qui videns in ſpiritu tantam victoriam & gratiam Chriſti, petit vt in illa remiſsione peccatorum omnium,& ſui miſereatur:quoniã & ipſe etſi legibus,quaſi rex, non teneretur humanis,deo tamẽ obnoxiũ ſe pro peccatis ſuis eſse cognoſcit.Cõfitetur ergo peccatum ſuũ,vt accipiat remiſ ſionem,& generaliſ indulgentiæ munus ieneiat. Poteſt & ex perſona Saluatoris hoc exprimi, qui nobis mi E ſericordiã dei poſtulat,& peccaſse ſe dixit quia pro nõ- 2.Cor.5. bis peccatum fact⁹ eſt. Simul nos docet ,cum in aliquo ſumus aduerſus inimicos dei certamine conſtituti, vt dei imploremus auxiliũ:ipſi peccata noſtra fateamur:& tunc maxime cum vrgemur & terimur:cũm dolore & amaritudine proſternimur ,ne tacuiſse videamur : quo medicina citius noſtris vulneribus deferatur, vt ſanati aduerſario reſiſtamus. Quomodo enim poteſt congredi vulneratus?Vnde diſcimus quia peccatorum noſtrorum aculeis vulneramur.Vulnus medicum quærit, medicus confeſsionem exigit.Hinc quoq; magis ac magis aperire Saluator ſacramentũ ſuę incipit paſsionis:quod cum euangelio concordare non dubium eſt. Nam maledicebant ei Iudei,mortẽ eius expetebant :inſidiabantur,vrgebant, creſcentẽ quotidie gloriã operis eius non ferentes.Hoc ergo prophetia annunciat,quod in euãgelio completũ eſt.Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur,et peribit nomen eius? Amentes qui vitę auctorem mori poſse credebãt,ſed vota eorum eccleſia deſtruebat ,credens q̃ etiã mortuus ſecũdum corporis conditionẽ,ſuum nomen augeret:& ideo pſallebat ei dicens: Memor ero nominis tui in omni generatione & F generationem. Repetebat,Vnguentum exinanitum eſt nomen tuum. Morientur illi qui te mori poſce preſumunt,non moriar ego quæ te noui vitæ arbitrum, ſalutis auctorem.Nouimus enim q̃ tempore paſsionis & reſurrectionis orabant diſcipuli congregati quãdo eis Maria Magdalena reſurrexiſse dominũ nunciauit,& quando eis clauſa ianua domin⁹ ſe in corpore reſurrectionis oſtendit,quando Thomas vulnera eius vidit,& credi- Ioãn.20. dit.Inſultabant ergo Iudæi quaſi mortuo, ſed dominus viuentem ſe apoſtolis reuelabat.Cum ergo dicerent Iudæi:Ecce mundus totus poſt eum abiit:cũ dicerent quia Ioan.12. mirabilibus operibus ſeducit populum, quid aliud dicebant,niſi,Quando morietur,& peribit nomen eius? Et ideo in eius paſsione clamabant: Tolle,tolle à terra hunc:crucifigatur,crucifigatur.Factum eſt quod petebant,ſublatus à terra eſt,reſurrexit,ad cælũ aſcendit,et regnũ ſuũ de nobis paradiſi ſedibus reformauit,De Iuda quoq; proditore euidens prophetia ſubtexitur in his verſiculis qui ſequuntur:Et egrediebatur vt videret,vana locutus:cor eius congregauit iniquitatẽ ſibi.Egrediebatur foras,& loquebatur.Sic diſtinctũ græcis in codicibus inuenimus. Ingrediebatur ergo Iudas, querens prodere Saluatorem,vt videret quid ageret ,quidve lo-

G quereturᵗ,vt eũ caperet in ſermone,& Iudæis annunciaret.Sed nihil inueniebat,qui nihil intelligebat. Bene ait ſcriptura,quia intus cum Ieſu non erat,qui de doctrina eius receſſerat,& inſtitutiones eius reliquerat. Volebat intrare,ſed penetrare non poterat:quia eum ſua excludebat perfidia. Omnis enim impudicus,aut auarus, aut
Gala.5, immundus(quod eſt idolorum ſeruitus)nõ habet hæreditatem in regno Chriſti & dei.Non ſolum ergo ingredi moliebatur,& non ingrediebatur: ſed etiam volebat videre,& non videbat.Deniq; loquebatur Ieſus in parabolis:ſed non audiebat Iudas. Denique diuina non videbat myſteria.Non enim omnes audiunt verbum dei,
qui ſibi uidentur audire.Nam ſi omnes audirent,nõ di-
Lucæ.8. ceret Ieſus:Qui habet aures audiendi, audiat. Et ideo
quia non audiebat,neq; videre poterat, loquebatur va-
Matth.26. na pro veris,& putabat quòd Ieſum falleret,dicens:Potuit hoc venundari,& dari pauperibus,cùm furtis ſuis,
non pauperibus prouideret:appellans rabbi atq; docto
rem,à cuius magiſterio deuiabat: cuius cor(in quod ſe
immerſerat diabolus)congregabat ſibi & augebat iniquitates.Sibi enim erat iniquus,ſibi iniuſtus: ſibi delinquebat,qui intra ſe dolũ meditabatur,qui latere nõ po-
Lucæ.22. terat.Non enim circunueniebatur Ieſus, qui prodebatur volẽs,& teſtificabatur,Vnus ex vobis me tradet. De
nicq; confeſsus eſt Iudas,dicens:Nunquid ego ſum Rabbi?Et dominus ait:Tu dixiſti.Nec ſic intellexit Iudas q̃
cognoſceretur.Nã ſi intellexiſſet,non prodidiſſet. Sed
nihilominus egrediebatur foras,& loquebatur. Aptus
verſiculus aduerſum eos qui ſecretum alicuius prodũt.
Pulchre ait:Egrediebatur foras. Foris enim lupi, foris
prædones:intus Moyſes in nube cum Ieſu. Foris Iudæi,
intus Zacharias ſacerdos in templo.Foris multitudo,in
tus ſpiritus ſanctus in cordibus noſtris clamat ad patrẽ.
H Foris aduerſarius noſter ſicut leo peruigilat ad rapinã.
Foris infideles,intus fideles. Et ideo eos qui foris ſunt,
iudicabit deus:eos autem qui intus ſunt, Chriſtus abſoluit.Egrediebatur igitur Iudas,& loquebatur. Egrediebatur de fide,egrediebatur de concilio & numero apoſtolorum. Egrediebatur de conuiuio Chriſti ad latrocinium diaboli.Egrediebatur de gratia ſanctificatiõis ad
laqueum mortis:qui vana ad perfidos loquebatur.Egre
diebatur foras, qui vitæ internæ myſteria relinquebat.
Egrediebatur,qui ſcripturæ interiora non nouerat. Si
enim ſciſſet,intellexiſſet dicentem: Nunquid qui dormit,non adiiciet vt reſurgat? Intellexiſſet etiam illud:
Pſal.54. Tu vero homo vnanimis,dux meus,& notus meus, qui
ſemper mecum dulces capiebas cibos:in domo domini
ambulauimus cum conſenſu.Non intellexit ergo hunc
I pſalmum,non centeſimum atque octauum, non alios,
1.Ioan.2. non alia teſtimonia ſcripturarum.De quo bene euangeliſta dicit Ioannes,& cæteris infidelibus:Ex nobis exierunt,ſed non erant ex nobis.Si enim ex nobis fuiſſent,
nobiſcum manſiſſent.Non manebat ergo cum apoſtolis proditor, qui foras exibat, & cum perfidis ſuſurrabat.Quo verbo vſa eſt ſcriptura diuina demonſtrans
ſine auctoritate eſſe perfidiam,quæ timet quod loquitur
Pſal.58. deprehendi.Fideli autem dicitur:Exalta viribus vocem
tuam.En quo deciderat apoſtolus Iudas,qui miſsus erat
fidem gentibus pleno auctoritatis præconio prædicare,
vt in aurẽ inſuſurraret inſidiatoribus magiſtri ſui quod
timeret audiri.Nonne iudicio ſuo ſe ipſe dãnauit? Sed
erubeſcebat audiri,quod facere non timebat. Erubeſcebat,quia aduerſus vitæ ſuæ ſanctificatiõis & honoris auctorẽ cogitabat mala,nec gratiã beneficiis rependebat,
ſed mala pro bonis bono referebat magiſtro,quod etiã
ſæculi homines dãnare cõſuerũt Erubeſcebat ingratus
deprehendi:erubeſcebat auarus videri: cum p̃ pecunia
auctoris ſui ſalutem proderet.Erubeſcebat videri perfidus:ſimiliter & Iudæi,qui aduerſus fidei magiſtrum falſos teſtes perfidi ſubornabant,vt dicerent quòd prædicaſſet tẽplum dei quod Salomõ cõdidit,deſtruendũ: cũ
ille de templo ſui corporis ſignificaſset: Soluite hoc tẽ- K
plum, & in triduo ſuſcitabo illud. Vere foris erant, qui Ioãnis.2.
à cognitione verbi cælestis erant excluſi. Verbũ.inquit,
iniquũ propoſuerunt aduerſum me. Id eſt illicitũ, & cõtra ius & nefas ſermonẽ propoſuerũt,mihi facientes de
humano ſanguine pactiões×,quẽ ſceleratiſsime vẽdidit *diſputa-
Iudas,Iudęi quoq; emẽdũ nõ miore ſcelere crediderũt, tiones.
vaniſsimi homines,quaſi qui dormit, inquit, non adiiciat vt reſurgat. Quid ſit adiectio, conſideremus. Naturale eſt omnibus terrenis animãtibus,& volatilib⁹ cęli,
& piſcibus maris,naſci et mori. Homini, quẽ preciosiorem cæteris terræ animantibus deus fecerat,hanc præcipue cõtulit gratiam,vt mortuus reuiuiſcat. Hæc dicitur
ad renouationẽ vitæ ſuperioris adiectio.Deniq; & Ezechiæ regi cũ præſcripſiſſet dominus q̃ vitæ ſuæ tẽp⁹ impleſset,& per Eſaiã mãdaſſet vt ordinaret domũ ſuam,
quia moriturus eſset,atq; ille oraſſet ad dominũ, & fleuiſſet fletu magno,miſertus dominus mãdauit ei: Ecce Eſaiæ.38.
adiicio ad tẽpus tuũ annos quindecim. Et alibi ſanctus Pſal.60.
Dauid ait:Dies ſuper dies regis adiicies annos ei⁹. Inuẽ
tũ ergo homini quod addatur:deo aũt addi nihil poteſt:
quia ſcriptũ eſt:Nõ eſt adiicere,neq; minuere,in quo p̃- Eccle.18.
fecta & plena ſũt omnia. Et ſi Chriſt⁹ reſurrexerit,vtiq;
in eò quòd aſsũpſerat reſurrexit:in quo plenitudini diuinitatis ei⁹ nihil vel decedere potuit vel accedere. De⁹
enim incorporeus & immortalis eſt, cuius ſumma natura & plenitudo virtutum,ſine vlla carnis acceſsione ſignatur. Caro autem diſpenſationis in Chriſto eſt:quam
miſeratiõis titulo,& pietatis iure ſuſcepit,vt captiuã redimeret,ablueret contaminatã,mortuã reſuſciteret. Et
pulchre ait:Nũquid qui dormit,nõ adiiciet vt reſurgat?
Non dixit,non adiicitur:ſed,nõ adiiciet vt reſurgat? eò
quòd ipſe dei filiꝰ reſuſcitauit,ſicut ſupra dixim⁹ dixiſ- Ioan.2.
ſe eũ Iudæis: Soluite hoc templũ,& in triduo ſuſcitabo L
illud. Adiectionẽ accepit caro quaſi ſumpta de homine,
ſuſcepta de virgine.Sed quaſi deus adiectionem ipſam
operatus eſt,qui virtute propria reſurrexit, vt eſset ſuæ
reſurrectionis operator.Cum igitur legas quòd & pater
filium,& filiꝰ ipſe ſe reſuſcitauerit:agnoſce operationẽ
illã diuinæ fuiſse virtutis: quia patri & filio vna virtus,
cõmunis operatio:quandoquidẽ vna atq; eadẽ ſubſtantia trinitatis eſt.Sed quid ego cæteros arguo? dicit dominus Ieſus:Quid mitũ ſi populus me nõ cognouit,& eru
ci adiudicauit,cũ apoſtolus meus mercedẽ proditionis
exegerit,cum conuiua meus mortem meam vendiderit?
Etenim homo pacis meæ,in quo ſperaui,qui edebat panes meos:ampliauit ſuper me ſupplantationem. Aliqui
Iudam excuſandũ putant,quia refudit pecuniam quam
pro mercede proditionis acceperat.Sed ecce quia vltra M
Iudæorũ condẽnatur infidelitatem.Cui enim plus datum eſt,pl⁹ exigitur ab eo. Quid,inquit,de aliis querar?
Homo pacis meæ,cui pacem meam dederam, pacẽ meã
relinquere volueram:perſecutoribus deductis me tradidit,& fefellit me in quem ſperaui. Nunquid ignorauit
proditorem ſui futurum,de quo ante prædixit,Vnus ex
vobis me tradet? Hoc autem dicebat de Iuda,ſicut ſcri- Lucæ.22.
ptum eſt in euangelio.Non vtiq;ſed quo amplius condemnaret eum,de fide eius ſperaſse ſe dixit. Aquila,cõfiſus eram,dixit:Symmachus poſuit, confidebam. Plus
enim grauamus eum in quo plurimũ ſpei vel fiducię habuiſse nos dicimus,ſi poſtea ſpem noſtrã opinionẽmq;
deſtituit.Simul oſtendit quãta vis diuinæ ſanctificationis ſit.quæ excludat malitiam,& deprauatũ emẽdet ingenĩũ,ſi forma propoſiti melioris accedat. Quantos ſci Lucæ.19.
mus eſse conuerſos?Mutatus eſt Zacchæus ille publicanus,& ad quæſtum auaro intentus affectu, qui poſtea
quadrupla redhibitione ſoluit errorẽ,cõdemnauit in ſe
auaritiã,tẽporis ſuperioris abiũrauit lucra, compẽſauit
in pauperes,ſi deeſset exactor.Latro ipſe nequitiã ſuam
propoſito meliore mutauit,agnouit in cruce Chriſtum,
cõfeſsus eſt dei filiũ,regẽ voce propria nũcupauit. Quo

A tempore iuſti plerique nutabant:ipſi certe latebant apoſtoli:carnifex ipſe centurio non negauit. Quid de tem-
Ioſue.2. pore Euangelij loquor?Rhaab meretrix erat,quæ perfi-
&.6. diæ atquæ intemperãtiæ ſe alebat ſtipendijs. Tamen vbi
exploratores vidit quos miſerat Ieſus Naue,fidem indu
it,& periculo imminente ſuſtitiam reſeruauit:nec ſuſce
ptos prodidit,ſed fideli humanitate protexit. Ideo ergo
ſperaſse ſe dicit,quaſi iure præſumpſerit,vt apoſtol⁹ ſu
periora deponeret,meliõra ſequereturᵗ: & qui ſanctificã
di alios munus acceperat, ipſe in ſe ſanctitatis gratiam
cuſtodiret,& ſyncertitatis inſignereᵗ officijs,Bene ait,Speraui:quia homini dedit eligendi arbitrium quod ſequatur:.Poſui,inquit,ante te bonum & malum.Si malũ elegeris,nõ natura delinquit,ſed eligentis affectus. Si vnuſ
quiſque hominum condemnatur qui malum elegerit: quid de Iuda dicimus, qui ꝑdidit eum cui copulabatur ſuauitate conuiuij? Qui edebat,inquit,panes meos: ampliauit ſuper me ſupplantationem. Quid eſt quod addidit,panes meos?Potuit dicere, Qui edebat panes mecũ: niſi illam intelligas quæ ſpecialis eſt Chriſti,hoc eſt,ver
bi cælestis alimoniam.Non enim in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo dei.Deniq; alibi dicit:Qui ſemp
mecum dulces capiebas cibos. Quibus verſiculis bene vtimur aduerſus eos qui necãdos eſse crediderint cum
quibus videntur epulati.Gẽtiles hoc cuſtodire memorãtur,hoſtes plerunque,latrones etiam,vt parcant ijs cum
quibus recordentur ſe iniſſe conuiuium.ferę ipſæ pabulorum ſocietate miteſcunt.Vnde propter huiuſmodi af
fectum gratiæ conuiualis,ſi verba cõſideremus,nõ ocio
B ſe dulces cibos dixit. Quomodo enim dulces, qui cito
corrũpuntur?Sed vide ne dulces cibos dixerit verba vitæ.Hos enĩ cibos nulla amaritudo corrũpit, nulla mortis corrupteꝰ cõtaminat. Vnde &,ſemp,dixit.Non enĩ
ſemp edere quis poterat.Sẽper aũt verbo dei poſsumus
inhærere,& noctibus & diebus,ſi in lege dei die & nocte
meditemur. Quid eſt etiã ampliauit? Græcus ἐμεγάλυνεν dixit,hoc eſt magnificauit.Vtrunque nobis expoſuit dominus quod mouere nos poſset, dicens in euangelio:
Ioan.13. Qui manducat mecum panem,leuauit ſuper me calca-
ad Titũ.3. neum.Vnde aſsumptus hic ſermo ſit,conſideremus.Fui
mus, inquit, increduli errantes, ſeruientes deſiderijs & voluptatibus. Fateamur errorem ,vt diluamur. Et ego
vidi aliquem puer athletam cum eliſiſset aduerſarium, frõtem ei percuſsiſse calcaneo: quod ſignum fuit quòd
inſultauerit victo.Hoc eſt quod ait, Magnificauit ſuper
C me ſupplantationem. Quo verbo inſultantis iactantiam declarauit.Leuauit ergo & Iudas ſuper Chriſtum
calcaneum ſuum, cum proderet eum: ſed non leuauit
impunè.Adhuc Adam calcaneum leuat:quod à ſerpente eſt vulneratum. Et vtique ei pedes lauerat Chriſtus.
Ioan.13. Audierat dicentem: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt
pedes lauet,ſed eſt mundus totus.Sed quod lauit gratia,
inquinauerat perfidia.Iudas ergo calcaneum leuauit ad
vulnus. Vere non tenuit caput, qui calcaneum ſuper
Chriſtum leuauit.Adam ſuper ſe leuauit:hic ſup Chriſtum:& ideo eum ſerpens grauius quàm cæteros vulneraᵗ.Leuauit calcaneum ſuum,qui fraudulentum oſcu
lum porrigebat, quo ſupplantaret auctorem. Ideóque
ſcriptum eſt in propheta:Ampliauit ſuper me ſupplan-
Gene. 27. tationem.Eſau quoque ait de fratre ſuo: Bis me iam ſup
plantauit. Qui ſupplantat, dolum facit quo aduerſarium elidit aut vulnerat. Ideo & Iudas ſupplantaſse dicitur,quia oſculo ſuo vulnus infixit,quo inuadendi ſaluatoris ſignum perſecutoribus demonſtrauit.Supplantauit ergo quaſi ſerpens, quia ſerpens ore venenum infundit,& vulnerat dente calcaneum.Et hic enim non diuinitatem Chriſti,ſed corporis extremum calcaneum vulneraᵗ. Leuauit etiam Iudas calcaneum quaſi luctator inſolens & ſuperbus, quo caput percuteret ſaluatoris: ſed caput Chriſti ferire non potuit, quia caput
Chriſti deus.Suum ſane caput informis laquei nodo li-
gauit, vt remedium ſibi ſalutis auferret. Vide ſi pie po- D
tes illud aptare quod in Geneſi dixit ſanctus patriarcha
Iacob cum de filijs prophetaret: Dan iudicabit popu- Gene.49.
lum ſuum tanquam vnam tribum in Iſrael.&,Fiat Dan
ſicut ſerpens ſedens in via & in ſemita, mordens calcaneum equi: & cadet eques retrorſum, ſalutem expectans à domino. Legimus quidem quòd Sampſon de tribu Dan iudex fuerit in Iſrael. Sed alius hic ſignifica- Iudic.13.
tur futurus, qui ex ea tribu progreſsus populum ſupplicijs ſacrilegæ impietatis affliget,Antichriſtus ille,qui
ſedebit in templo tãquam ſit deus, vere iudicium, quòd
habet interpretatio.Dan enim iudicium ſignificatur.Et
pulchre dixit quia populum ſuum iudicabit: qui perpetuæ pœnæ fiet obnoxius. Qui enim non credit, iam
iudicatus eſt. Qui autem credit, non iudicabitur: quia
credit in dei filium animæ ſuæ redemptorem: & ideo
tanquam iudicij liber dicit: Qui diiudicat me, domi- 1. Cor.4.
nus eſt. Iudicaturtis eſt ergo populum impietatis, non
plebem. Illi enim iudicantur qui cadunt ruina perfidiæ, non qui reſurgunt fidei libertate. Sedebit igitur
in via, & inſidiabitur in ſemita ſicut ſerpens, vt vulneret tranſeuntes, & mordeat equi noſtri calcaneum. Ani- E
mam enim fidelium non poterat vulnerare. In qua autem via ſedebit, & in qua ſemita, niſi ex quibus Chriſtus dominus (vt legimus) nationum populum vocauit ad cenam ſuam, dicens: Exi in vias, & circa ſepes, Lucæ.14.
& compelle vt intrent, vt impleatur domus mea. Et
quia ſimiliter Iudas amplificaſse ſuper Chriſtum legitur ſupplãtationem, videtur hoc loco ipſe ſignari quòd
mordere haberet calcaneum equi quo Chriſtus dominus vehebatur. Vnde dictum eſt: Equitatus tuus ſalus. Abac.3.
quòd caro eius, mundi totius erat ſuſceptura peccatum,vt ſalus pro exitio,& vita æterna pro morte ſuccederet. Vulneratus eſt ergo equus non mendax ſolus ad
ſalutem. Vulneratus eſt equus qui mundi totius peccata ſuſcepit, & onera noſtra portauit: & non fuit fatigatus. Vulneratus eſt equus qui ad furorem concubitus
adhinnire neſciuit.Et ideo fortaſsis Ioanni euangeliſtæ Apoc.6.
cælum apertum,& albus equus eſt demonſtratus, ſuper F
quem ſedebat habens in capite diademata, & in femo- Apoc.19.
re ſuo nomen ſcriptum,Rex regum,& dominus dominantium. Albus erat, qui erat immaculatus, quia nulla peccati inquinamenta cognouerat. Nam ſi libido tenebroſa eſt, recte ſanctimonia relucet & ſplendet. Hic
ergo equus eſt vulneratus, ſed non retardatus. Deniq;
cum ipſo vulnere de tumulo reſurrexit, cucurrit ad cęlum ſupra omnes angelos & archãgelos, velocior omni equitatu militiæ cæleſtis inuentus: ſupra equos etiam
illos igneos quibus Helias raptus eſt. Et merito velociᵗ, qui ſuper omnes cælos & ſupra cælum cælorum ad 4. Reg.2.
ſedem dei omnipotentis aſcendit, & ſedet, vt ſcriptura
nos docuit dicens: Videbitis abhinc filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis. Hic itaque equus in figura & antè eſt demõſtratus tempore Maccabæorumᵗ quẽ Mar.14.
ſedebat dux ille militiæ cæleſtis aureis armis refulgens,
qui Heliodorum depeculatorem illum depoſiti viduaⁱis cæterorumq; quæ ſacræ fuerant commendata cuſtodiæ, & ſtrauit & perculit,& proſtratum Oniæ ſacerdotis 2. Mac.3.
precibus vitali vſui reformauit. Vnde vere in eo arma
aurea refulſerunt, quia ſolus equum hunc ſedit, & vicit, in quo nullus culpæ immunis euaſit: Non Enoch, Sapiẽ.4.
qui raptus eſt ne malitia mutaret cor eius. Non Abraham, non Iſaac, non Iacob, non Moyſes. Omnes enim
ſub peccato,omnes ſub morte. Denique regnauit mors Roma.5.
ab Adam vſque ad Moyſen. Solus iſte eſt qui peccatum
non fecit: ſolus eſt Chriſtus qui peccatum abſtulit mun- 1. Cor.13.
di: qui dixit morti: Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt
mors aculeus tuus? Quomodo ergo amplificauit ſuper
hunc ſupplantationem ſuam Iudas,& cecidit eques retrorſum? Quod in Iuda eſt, dolum fecit:quod in Chriſto, volens paſsus eſt. Sæpe videmus fortiorem velle

percuti, vt acrior laceſsitus inſurgat, vehementius excitetur. Momordit ergo ſerpens calcaneum equi, virus ſuæ fraudis euomuit: volens eques ſe ipſe deiecit. Volens cecidit, vt nos leuaret. Quid eſt tamen quod ait ſcriptura, Et cadet eques retrorſum? Cur retrorſum, niſi vt regeret ſe ſequentes? Retrorſum erat Petrus, cui dixit: Vade retro poſt me. Retro erant apoſtoli & cæteri diſcipuli. Ideo retrorſum cecidit, quia ſuper quos cadit, ſaluat. Omnis enim qui ſuper hunc lapidem, inquit, ceciderit, conquaſsabitur: ſupra quem ceciderit autem, emundabit eum. Alij habent, Ventilabit eum. Alij, Comminuet. Qui enim ventilat frugem, mundat à paleis: qui comminuit aliquid, in puluerem redigit, vt mollitia puluueris vel poculo ſalubri vel reliquo medicinæ vſui ſine vlla perturbatione proficiat. Vnde colligimus cauendum ne quis ſemel per baptiſmum ſuſceptus à Chriſto, ex eius decidat corpore, hoc eſt excutiatur ab eccleſia. Ipſa eſt enim mortis ruina perpetuæ. Illum autem qui venit crediturus in Chriſtum: vt eum mors eius inueniat, cruxeius aſsumat, clauus infigat, ſanguiis infundat, ſepultura quoque eius inuoluat, gratia reſurrectionis attollat, de ſomno ſuſcitet, à morte viuificet: illum inquam à ſeculo liberat, à peccato mundat, ſanat à vulnere, à duritia impietatis inflectit, ad manſuetudinem pietatis emollit, vt circunciſo corde ſuauem † illum & incomprehenſibilem hauriat ſpiritum, bibat poculum ſalutis æternæ. Cecidit ergo eques retrorſum. Accipe & aliud cur retrorſum: quia poſt ipſum omnes, nemo ante ipſum. Cecidit ergo non ſibi, ſed omnibus, vt duritiam cordis noſtri ſuper nos cadendo molliret. Cecidit ſuper Adam, quem quærebat, vt inueniret. Retro eum quæſiuit, vt ſupra humeros ſuos bonus paſtor imponeret, ſecúmque Paradiſo in illius redemptione latronis inuehereet. Sed forte dicas, Et perſecutores ceciderunt retrorſum. Sic enim ſcriptum eſt, Quia principes ſacerdotum quos adduxerat proditor Iudas, & cæteri qui ad comprehendendum aduenerant dominum IESVM, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Hoc eſt quod & ego dico, quia ſuper peccatores voluit cadere, non ſuper iuſtos. Iuſtus enim medico non indiget, ſed peccatores. Si apoſtolorum vmbra ſanabat, quanto magis caro Chriſti quos tangit, à morte defendit? Denique leproſum tetigit, & ſine dilatione mundauit. Vt ſcias autem qui legis, quia & perſecutores ſuos voluit liberare, teſtem Chriſti interroga. Nam cum inueheretur Petrus in Iudæos quòd principem vitæ interfeciſsent, remedium demonſtrauit, vt agerent pœnitentiam, & remitti ſibi peccatum quod admiſerant mererentur. Quid autem dubitas quòd ideo cecidit vt reſuſcitaret, cum ipſe dixerit: Percutiam, & ſanabo? Verborum tamen vide diſtantiam. In Geneſi habetur: Cadet eques retrorſum, ſalutem expectans à domino. Hoc eſt vt oculos non auertat, actio mentem propriam non reflectat, reſurrectionis ſuæ prærogatiuam vindicet, & diuina ſe reſuſcitet poteſtate. Hic autem habetur: Abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Qui terrenus eſt, in terram cadit. qui cæleſtis, cælo inhæret. Etſi corpore cadit, virtute non cadit: nec ijs quæ ſua ſunt, ſed operi intendit. Semper enim ad patrem reſpicit, vt eius circa nos impleat voluntatem. Vtinam & iſti non abiſsent retrorſum, ſed Chriſtum excepiſsent, ſicut excepit Ioſeph, & ſepeliuit eum in monumento nouo. Qui fidelis eſt, in terram non cadit. Qui infidelis, cadit, & deſcendit in inferiora terrarum: ſicut ſcriptum eſt: Deſcendant in infernum viuentes. Ergo perſecutor ſuper terram, & in infernum cadit: Chriſtus ſuper reſurrecturos: Chriſtus ſuper petram: Chriſtus ſuper Eccleſiam. Audi quomodo ſuper Eccleſiam cadat. Retro erat Petrus, & ſequebatur eum cum à Iudeis ad Caiphæ domum Synagogæ principis duceretur. Ipſe eſt Petrus cui dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meã. Vbi Petrus, ibi eccleſia, vbi eccleſia, ibi nulla mors, ſed vita æterna. Et ideo addidit, Et portæ Inferi non præualebunt ei: & tibi dabo claues regni cælorum. Beatus Petrus, cui non inferorum porta præualuit, non cæli porta ſe clauſit: ſed econtrario deſtruxit Inferni ve ſtibula, patefecit cæleſtia. In terris itaque poſitus cælum aperuit, Inferos clauſit. Poteſt & illud conuenire huic loco quod Samaritanus deſcendentem de Hierico hominem vulneratum illum à latronibus non præteriit, ſed ſuſcepit eum, & vulnera eius curauit, infundens oleum & vinum, & impoſuit ſupra iumentum ſuum, & duxit ad ſtabulum. Quid dubitas de equo bono, cum bonum & iumentum legeris? Cum legeris in Hieruſalem illam & equites multos & plurimos cum quadrigis & curribus introire? Ne te moueat quod legiſti: Hi in curribus, & hi in equis: Nos autem in nomine domini dei noſtri magnificabimur. Ipſi obligati ſunt, & ceciderũt. Sed Helias non cecidit, qui curru introiuit. Vbi enim dei nomen eſt, ibi nullus obligatur, ſed abſoluuntur vniuerſi. In nomine autem dei noſtri & pauper eſt tutus & diues, & nobilis & ignobilis, & infirmus & potens. Fidei non præiudicant opes, ſi tamen vti opibus non uerimus. Et ideo nomẽ dei in ſe habens dicit: Tu autem domine miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam illis. Quod vtique non quaſi de reſurrectione dubitans dicit, qui poteſtatem habebat dicere: Soluite templum hoc, & triduo reſuſcitabo illud. ſed formam dat homini, vt miſericordiam à deo, & reſurrectionem de deo ſperet. Deinde non reſuſcitari ſe petit, ſed reſuſcitari ſibi poſtulat Mathiam in locum Iudæ, vt apoſtolicus numerus impleatur. Etenim quia neceſse habebat perire filius perditionis, vt ſcriptura impleretur, oportebat in locum ipſius ſubrogari filium ſalutis. Tertium accipe: Reſuſcitari ſe, hoc eſt corpus ſuum, poſcit. Corpus autem Chriſti, Eccleſia eſt. Et quia Iudas figura erat infidelis populi Iudæorum, qui pecunia vel emit vel vendidit Chriſtum (quod faciunt qui pluris ducunt pecuniam quàm religionem) pro interitu plebis infidelis ſignificat Eccleſiæ † ſibi gratiam reſurrecturam. Vnde & ipſa dicit in Canticis: Si ſuſcitaueritis & reſuſcitaueritis charitatem. cum quæreret de iuuenculis Chriſtum, quia Chriſtus charitas eſt. Quod autem ait, Retribuam illis: hoc intelligimus, quia florentis eccleſiæ proceſsibus cruciabuntur, & tunc cognoſcent quæ pœna perfidiæ ſit, cum aduerterint qui fidei ſit ſplendor & gratiæ. Vel quia bonus dominus eſt, qui poterat dicere, Retribuebant mihi mala pro bonis: & medium verbum eſt retributionis, vel in bono, vel in malo: retributurum in bono eſſe ſe dicit: quia etſi cæcitas in Iſrael ex parte contineret, tamen cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael Chriſti miſeratione ſaluabitur. Et ſubiecit: In hoc cognoui quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. Superius de paſſione ſua loquutus eſt quaſi homo: hinc iam aperit maieſtatem ſuam, quòd ſolus ſine peccato, ſolus cui * peccator inſultare non potuit, ſolus quem pater vt vnicum filium dilexerit. Qua ratione ergo inimicus non eſt lætatus ſuper eum? Quia etſi mortem ſuſcepit pro nobis, reſurrexit tamen: & ipſe inſultauit inimico, cuius victoriam deſtruxit, & aculeum mortis infregit. Et nos licet in ſeculo mœſti ſimus, atque in mœrore noſtro & contritione cordis animique noſtri lætetur inimicus, tamen reſurgentes eius gaudium deſtruimus. Vnde & Micheas dicit: Noli ſuper me gaudere inimica mea, quia cecidi: quia reſurgam. Reſurrectio eſt ergo qua inimici omnia vincula ſoluuntur, triumphus omnis aboletur. Sequitur: Propter innocentiam autem meam ſuſcepiſti me, & confirmaſti me in conſpectu tuo inæternum. Benedict9 dominus deus Iſrael inæternum, à ſeculo, & in ſeculum: fiat, fiat. Innocens nulli nocet, in neminem peccat.

Mat. 8. Luc. 20. † subtilẽ. Ioan. 18. Lucæ. 5. Actuũ. 5. Matth. 8. Actuũ. 2. Deuit. 32. Gene. 46. Ioan. 18. Mat. 27. Pſal. 54. Mar. 14. Mat. 16. Luc. 10. Pſal. 34. Roma. 11. Eſa. 19. Actuũ. 1. + alias, ecclesiam si bi gratia. * alias, q peccato inquati.

Ideo ſine peccato, ſine dolo Chriſtus, ſcripturæ diuinæ auctoritate ſignatur. Hoc igitur & hic declaratur, vbi dicit: Propter innocentiam autem meã ſuſcepiſti me. Quæ autem ſuſceptio ſignificatur? Nam & alibi legimus: Suſcepiſti me ex vtero matris meæ. Ergo quia ab omni corruptione generationis humanæ mundus eſt natus, qui de ſpiritu eſt natus & virgine: ideo eum pater ſuſcepit, quia ortum illius nulla corporeæ generationis concretio vſitata fuſcauit. Suſcepit eum reſurgentem, quia nulla eum offenſio prolapſionis aſperſit. Immaculatus ad patrem rediit, à quo immaculatus exiuit quando deſcendit in terras. Vnde dicit ei pater: Filius meus es tu: ego hodie genuite. hoc eſt, generationis meæ in te priuilegium recognoſco, quem nulla macula potuit inquinare peccati. Inter pctores verſatus es, pcta omniũ ſuſcepiſti: peccatũ pro oibus fact9 es: maledictũ pro oibus fact9 es: ſed null9 vſus potuit ad te trãſire pcti. Ita inter pctores verſatus es, quaſi inter angelos verſareris. Feciſti terram eſſe quod cælum eſt: vt & ibi peccatum tolleres. Hodie te genui, in quo complacui. Probaſti te filium, qui impleſti in omnibus patris voluntatem. Hodie te genui, in quo lucem immaculatæ prolis agnoſco. Heri mihi & hodie ipſe es, & in ſeculum. Nox in te nulla eſt, quia totus es dies. Bene confirmatus in conſpectu patris dicitur in æternum, qui apud patrem ſemper eſt: & vere in conſpectu eius, cuius ſplendor eſt gloriæ, & imago ſubſtantiæ. Sed quemadmodum complacet in filio pater: ita & filius benedicit patrem. Pater enim honorificat filium, & filius honorificat patrem. Benedictus, inquit, dominus deus Iſrael, hoc eſt populi deum videntis, qui & dominum ſum & deum credit. A ſeculo, & in ſeculum: fiat, fiat. In Hebræo habet: Amen, amen: vt aſſerunt qui librum legerunt in Hebraicis literis ſcriptum: Græcus hoc loco, γένοιτο γένοιτο dixit: quod eſt, fiat, fiat. Quod verbum diuerſas ſignificationes habet, vt ſit interdum imperantis, interdum precantis, interdum confirmantis aliquid. Imperantis eſt cum ſuperior inferiori ſtatuit quid faciendum ſit vel ſequendum. Precantis eſt ſicut illud, Fiat voluntas tua. Non enim deo quis imperat: ſed precem fundit. Confirmantis eſt cum benedicit propheta, vel ſacerdos, vel ſanctus aliquis * ſ & populus reſpondet, Fiat fiat. Hic ergo magis confirmatio mihi videtur benedictionis, quàm oratio vel deprecatio, maxime quia repetitio ipſius facta ſermonis eſt. Et videtur Hebræus quidem ſermo mutatus: ſed idẽ ſenſus expreſsus. Sicut enim cum ſacerdos benedicit, populus Reſpondet, Amen, cõfirmans benedictionem ſibi, quam plebi ſacerdos à domino deprecatur: ita in pſalmo reſpõſum eſt, Fiat fiat: quaſi, Amen amen. Amen autem confirmationis verbum euidenter oſtenditur in euangelio, vbi dominus confirmans ſermonem ſuum dicit: Amen dico vobis. Maior autem vis eſt vbi repetitus eſt ſermo: quod in libro euangelij ſecundum Ioannem frequentius inuenimus: quia ipſe maxime de cæleſtibus & profundis myſterijs eſt locutus: ſicut ſcriptum eſt: Amen amen dico tibi: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum dei. Et alibi: Amen amen dico vobis: Si quid petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis. Abundant duo exempla, reliqua vero * ſi quis quæſierit inueniet. Indicium quoque eſt libri finiti, fiat fiat. Nam in quinque libros diuiſum videtur eſſe pſalterium. Primus liber hoc pſalmo finitur, hoc eſt quadrageſimo. Et pulchre vſque ad paſsionem Saluatoris quadrageſimus pſalmus eſt comprehenſus, qui ſinem libro daret: quoniam paſsio domini finis eſt quadrageſimæ: vt ſecundus liber à myſterijs renouationis inciperet: qui liber, vtpote. Quadrageſimæ, perfectiora ſacramenta complectitur. Nam & baptiſmatis prænunciat ſacramenta cum dicit: Sicut cervus deſiderat ad fõtes aquarum. & requiem ſanctorum, qui ad tabernaculum cæleſte peruenerint: & ſpiritu ſanc-

ti deſcenſionem, quando effuſa eſt gratia ſpiritalis in quadam voce cæleſtium cataractarum: quia virtute magna ſpiritus ferebatur, vt legimus in actibus Apoſtolorum: & ingreſsum renouati hominis ad altare, & Saluatoris aſcenſum, & ſanctificationem propoſiti virginalis. Qui liber finitur in pſalmo ſeptuageſimoprimo, quo regnum Chriſti pacificum toto orbe diffuſum prophetico ſermone annunciatur, remiſsiõque peccatorum: vbi cum benedictionem domini præmiſiſſet, ſubtexuit: Et replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat. Tertius quoque liber finitur octogeſimooctauo pſalmo: & ibi habet: Benedictus dominus in æternum: fiat, fiat. Quartus liber finitur pſalmo centeſimoquinto: & ibi habet: Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo & vſque in ſeculum: & dicet omnis populus: fiat, fiat. Quintus liber vſque ad finem eſt, vbi pro hoc verbo prophetа dicit: Omnis ſpiritus laudet dominum. Sed iterum forſitan te moueat quomodo quinque libros aſseram, cum vnum Pſalterium ſit. Sed etiam euangelium vnum eſt, & quatuor libros eſse negare non poſsumus. Vnum autem euangelium eſse, & alibi (ni fallor) intimauimus: & ſi iterum exigitur, facile poſsumus edocere, cum Saluator dixerit: Amen dico vobis: Vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium. Et Apoſtolus: Miror quòd ſic tam cito transferimini in aliud euangelium: quod non eſt aliud, niſi ſi qui ſunt qui vos perturbant. Et alibi: Notum enim facio vobis fratres euangelium. Nec vſquam habes aliter de corpore iſto quatuor librorum niſi euãgelium ſignificatum. Denique quia vnum corpus eſt etiam pſalmorum, ſcriptura dixit. Sed iterum quia quinque libri ſunt, dixit alibi: In vaſis pſalmorum. Pulchre autem quinque libri, & vnum pſalterium: quoniam quinque ſenſibilis homo exterior viuificatur, & rurſus quinque ſpiritalibus ſenſibus ille abſconditus cordis homo noſter conſummatur interior: qui ſolus ante deum locuples Petri apoſtoli teſtimonio reperitur. Qui habet, inquit, aures audiendi: audiat. Habes vnum ſenſum. Et ſicut ſunt quinque oculos habent, & non vident: ita ſunt qui oculis non videntibus plus videre creduntur. Vnde & prophetæ dicebantur Videntes, etiam qui oculis non viderent. Bonus etiam ille odor, de quo apoſtolus dixit: Bonus odor Chriſti ſumus deo. vnde & Iob dicebat: Et ſpiritus diuinus, qui eſt in naribus meis. Idem ergo odor Chriſti & ſpiritus ſancti eſt deo †: quia vnus odor eſt trinitatis. Eſt & interior cibus. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælo eſt. Eſt & interior tactus, quo Chriſtum tetigit illa in euangelio quæ per duodecim annos ſanguinem profluebat, nec à medicis acceperat ſanitanem, ſed accepit à Chriſto. Fidei tactus eſt quo tangitur Chriſtus. Denique eum homines non videbant, ſed vidit IESVS, & ſe vidiſse teſtatus eſt dicens: Tetigit me aliquis. Nam & ego cognoui virtutem de me exiſse. Cognitio Chriſti, collatio ſanitatis eſt. Ergo quoniam decem ſenſus homini ineſse manifeſtum eſt: ideo Dauid, qui & foris & intus canebat, foris corpore, intus corde: dicit in pſalmo: In decachordo pſalterio pſallam tibi. Pſalterium ergo eſt homo conſummatus in Chriſto: in quo ſicut arte concinentium fila chordarum, ita conuenientium reſonant opera canora virtutum: vt poſsit dicere: Pſallam tibi deus in cithara ſanctus Iſrael: gaudebunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea, quam redemiſti. Paulus ait de ſe: Foris pugnæ, intus timores. Hic & intus & foris gaudet: ſed ille adhuc in certamine, iſte in remiſsione: quia redemptionem animæ ſuæ ſe meruiſse cognouerat. Qui pſallit, in lætitia eſt: qui luctatur, in ſolicitudine. Verum & Paulus ſciebat pſallere: ſed adhuc ſe proceſsibus reſeruabat, cum foret plenius cõprobatus, vt pſalleret: & ideo dixit: Orabo ſpiritu, orabo & mente. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Et quia geminum pſallendi officium demonſtrauit, geminam quoque vocem eſſe ſcri-

Matth. 6. * alicui. Pſal. 43. Pſal. 138. Pſal. 2. Ioan. 3. Ioan. 14. * crebro. Lucæ. 8. 2. Cor. 2. Iob. 27. † alias, & Dei. Ioan. 4. Lucæ. 8. Matt. 9. Pſal. 32. 2. Cor. 7. 1. Cor. 14

Psal.76. ptura edocuit, propheta dicente: Voce mea ad dominum clamaui, & vox mea ad Deum, & intendit mihi.
G Quid est mea? Potuit enim dicere: Clamaui ad dominum. Sed que nostra est vox, nisi ista quæ melior est,
Prou. 10. quæ nescit errare? Nam ex multiloquio peccatum incurrimus, & vitare non possumus. Illa vox prophetę est
Exod.14. quæ ad Deum peruenit, quæ tacente Moyse clamauit ad
1.Reg.1. dominum: qua etiam in orationibus suis Anna clamabat cùm oris sui labia nõ moueret: & impetrauit filium,
quem ante diu non impetrauerat cum corporis voce
Mat.16. clamasset. De hac voce dixit dominus: Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio ora patrem tuum, qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Quid est reddet? Hoc est, quod deprecatus es, quod orasti. Sicut enim peccatores de manu domini recipiunt peccata sua duplicia, ita ecõ
Actu.10. trario iusti recipiunt cum effectu proprio postulata. Au
& Tob.12 di quomodo recipiant: Ascendit oratio tua ad Deum, &
Psal.34. descendit ad te. Vnde & in psalmo legimus: Et oratio
H mea in sinum meum conuertetur, vt fructum scilicet referat postulanti. Benedictus dominus Deus Israel qui tã ta nobis aperuit mysteria, à seculo & in seculum: id est ex infinito in infinitum: fiat, fiat.

Psalmi quadragesimi tertij, enarratio.

PSALMI titulus est, In finem filijs Chore intellectus. Vbi passionis dominicæ, & baptismatis, & ingressionis ad altare sacrosanctum, decursa mysteria sunt: docet sanctus propheta Dauid quemadmodum athletam suum, cuius nomen teneatur in agmine sanctorum, Christus exerceat. Sicut enim sine labore nostro, nõ ex operibus, sed ex fide per gratiam suam nobis peccata donauit, & ad coronæ petitionem indulgentissimus nos & benignus admisit, nec superiora nobis fecit obesse flagitia, quibus tanto certamine iudicaremur indigni: (queritur enim etiam in ijs qui lustrale certamen
I hoc subeunt, etiã disciplina viuendi) ita rursus ne tanta peccatorum donatione resoluti, in superiora flagitia vel desidiam reuertamur: psalmus iste nos admonet multa nobis & grauia certamina esse proposita, vt nemo nisi qui legitime certauerit, coronetur. Luctandum est igitur aduersus carnis huius illecebras, & feruorem sanguinis. Luctandum est aduersus nequitias spiritales. Nemo grauior domestico aduersario, nemo nocentior hoste eo qui cælestis substantiæ potentia suffragatur. Cum dico nemo, diuini memento sermonis, quem di-
Mat. 11. xit dominus: Quia maior ex natis mulieris Ioannes baptista nemo. Nam qui natus est ex virgine, ipse sup omnes est: & ideo neminem vereamur, qui Christum habemus: quoniam si Christus pro nobis, quis contra nos?
Roma. 8. Certemus ergo vsque ad finem, vt euacuatis omnibus quę aduersum IESV domini voluntatem in nostro ante corpore militabant, veræ exercitijs virtutis intenti, soli deo nostro & domino seruiamus. Hic enim finis, vt scri
1. Cor.15. ptum est. primitiæ Christus: deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem, vt mors nouissima destruatur: & incipiamus deo esse subiecti, regnum in nobis cæleste seruantes, vbi erat ante colluuio peccatorum. Merito ergo in finem filijs Chore psalmus intellectus inscribitur, vt in eo cognoscendo non vulgaris auditus, sed intellectus spiritalis operetur. Denique Aquila psalmum disciplinæ posuit. Et ideo tibi dicit scriptura, Da in disciplinam cor tuum: aures autem tuas præpara sermonibus intellectus. Et alibi: Dilige sapientiam & disciplinam. Sapientia est quæ sensus scaturit. Disciplina in habitudinem quandam naturæ coalita forma K
virtutum, & mentis confirmata sententia scientiæ disciplinis. Intelligere quoque obscurum sermonem, atque dictionum prudentiam, & ænigmata Prouerbiorum, scriptura nos docuit, cuius auctoritate colligimus has prudentiæ principales esse virtutes: eò quòd sapientia semper quasi mater fœcunda parturiat, disciplina quasi seuerior magistra distringat: intellectus quasi diligens quæsitor inueniat, & veram iustitiam iudiciumque rimetur. Doceamus hæc sacræ testimonijs lectionis. Sapien- Eccle.24
tia dicit: Ego quasi fons à paradiso dixi, Rigabo meum ortum: & adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Nam generationes suas menti hominis, & bonos sensus quasi pia mater infundit. Accipe etiam testimonia disciplinæ: Fili ne neglexeris disciplinam Dei, nec Prouer.3.
defeceris ab eo correptus. Quem enim diligit Deus, corripit. Seuera quidem in corripiendo, sed dulcis in corrigendo est disciplina: ne fluitemus & vagemur errantes, sed recipiamur à Christo. Disciplina enim non examinata vagatur, vt scriptum est. Sed pro conseruatione hic posuit disciplinam. Tamen sicut sapientia, ita & disciplina & perfecta & imperfecta eodem nomine nuncupatur. Sed vbi sine adiectione vel disciplina vel sapientia nuncupantur, definitionem perfectionis accipiunt. Inexaminata ergo fluitat disciplina, sed examinata L
non fluitat. De intellectu quoque eadem scriptura defi- Psal.110.
nit, quia intellectus bonus est omnibus qui eum faciunt. intellectus autem cum in se, & sapientiæ gratiam habeat, & ordinem disciplinæ: vtique docemur quòd & sapientia & disciplina bonæ sint eis qui earum instituta suis ministerijs exequuntur. Diximus de titulo: psalmum adoriamur. DEVS auribus nostris audiuimus. Sic Symmachus. Theodotion, In auribus nostris, dixit: sicut & septuaginta viri. Quid est quod ait, auribus nostris? Quod si non satis esset audiuimus, certe si hoc pluerat, Auribus audiuimus: plenum erat. Cur ergo additum est nostris? Quid sibi hoc vult? Nisi vt intelligas illa esse nostra, quæ mẽtis sunt, & ea esse meliora, quàm quæ istius corporis. Et ideo quasi de alio dicit hic ipse propheta: Non timebo quid faciat mihi caro. Et alibi: Voce mea ad dominum clamaui, & vox mea ad Deum, Psal.76.
& respexit me. Illa vox mea, quæ auditur à Christo, non quæ resultat in publico. Nõ vult igitur suum esse, quod corruptibile atque terrenum est, qui ad imaginem Dei, & similitudinem meminit se creatum. Denique scriptura nos edocet prius ad imaginem dei hominem esse formatum, postea de luto factum. Quasi superior ergo (su- M
perior enim qui antiquior) & gubernator, & rector huius corporis animæ vigor dicit. Auribus nostris audiui- Lucæ. 8.
mus. Quis iste est, nisi cui dicitur: Qui habet aures audiendi, audiat? Sunt enim qui aures habent, & audire mysteria non possunt: de quibus dicit IESVS in reuelatione Ioannis: Foris canes & veneficos & impudicos. Apoc.22.
quibus flagitiorum cupiditas, & ærugo pecuniæ aurem obstruit audiendi. Consideremus igitur quæ audisse se dicant, vel à quibus audisse commemorent. Patres, inquit, nostri annunciauerunt nobis. Qui isti sunt patres? Titulus habet quia Psalmus filijs Chore scriptus sit, vt ab ipsis canatur, qui psallendi munus receperunt, & in huiusmodi officium fuerant deputati. Chore autem & Nume.16
Dathan & Abiron cum alijs qui aduersum Moysen, & Aaron insurrexerant studio contumaci, terræ hiatu in deserto vorati sunt & necati. Quibus mortuis, qui alij patres eorum filijs mirabilia opera domini annunciare potuerunt? In maleuolam enim animam non ingredi- Sapien.1.
tur sapientia. Si sui ergo patres non annunciauerunt filijs, alieni multo minus, qui declinarunt sobolem perfidorum. Qui sunt itaque isti patres? Vide ne illi de qui- Deut.32.
bus dictum est, Interroga patrem tuum, ipse tibi dicet. Interroga quando legis Paulum: vel si non legis, & mouet te aliquid, in ipso require. Ipse est enim bonus pa-

A ter, qui potest docere & formare in nobis dominum IE-
Galath.4 SVM: sicut ipse testatus est dicens: Filioli mei, quos ego
parturio, donec formetur Christus in vobis. Ostendit ti
1.Ioan.2. bi hos patres euangelista Ioannes, qui ait: Dico vobis patres, qui cognouistis quod est ab initio. Isti sunt patres quorum senectus vita immaculata est. Ideo in conuẽtu seniorum appone digitum oris tuo, vt audias quod tibi prosit, & vitæ æternæ sacramenta cognoscas: ne in-
terstrepas insolens tyro doctoribus: & qui adhuc discere
*audire. re * debeas, dicere præsumas. Quid igitur isti patres an nunciauerint Chore filijs, audiamus. Opus, inquit, quòd operatus es in diebus antiquis. Qui sint isti dies in quibus deus magna & mirabilia operatus sit, requiramus.
Et docet nos scriptura esse aliquos præclaros dies in qui
Actuũ.2. bus refulserint facta diuina, cum lectum sit; quia sol in tenebras conuertetur, & luna in sanguinem, priusquam veniat dies domini magnus & illustris. Et erit, quicunque inuocauerit nomẽ domini saluus erit. In ipso enim
Psal.117. die Christus hominibus resurrexit, & ideo specialiter de ipso dictum est: Hic est dies quem fecit dominus: exultemus & lætemur in eo. Cum igitur omnes dies deus
B fecerit, huic tamen diei præ cæteris diuini operis prærogatiua delata est; quo peccatum omne sublatum est. Dies autem alij peccatorum sunt. Hic ergo est dies quem il
Psal.71. luminauit sol ille iustitiæ. Nam & ipse ortus suos & occasus habere cõsueuit. Vnde & scriptum est: Orietur in diebus eius iustitia. Sunt ergo dies Christi quibus orta iustitia est; & pacis abundantia: sunt dies Christi quibus
1.Cor.3. orta sapientia est. Audi quomodo exoriatur sapientia. Si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Ideo dicit sapientia quæ stulta huius mundi elegit, Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua. Sicut etiam in diebus Oziæ regis, in diebus Nabuchodonosor exorta perfidia est, do-
minata captiuitas: sic in diebus domini IESV exorta est
Gene.32. fides, quæ splendorem suæ claritatis & luminis toto orbe diffudit. Quid est enim meliores dies, quàm quibus refulsit nobis visio Dei? sicut dixit Iacob. Sic enim scriptum est: Vidi Deum facie ad faciem: & salua facta est anima mea. Et cõtinuo exortus est ei sol. Quis iste sol? nisi qui dies fecit fulgere iustitiæ, quibus in terra natus est Chri-
stus ex virgine. In specie vidit Iacob; & Deum vidisse se
Psal.101. dixit. In veritate viderunt Iudæi, & nõ crediderunt. Ideo illis breuiati sunt dies, nobis illuminati: quoniam illis deficiebat dies: nobis appropinquabat. Vnde Iudaicam
C sanctus Dauid refugiens cæcitatem ait: Ne deducas me in dimidium dierũ meorum. Sic enim dies domini magnus & illustris est, vtique non prolixitate temporis, sed iustitiæ vel gratiæ claritate. Ergo sunt dimidij dies, qui-
Mich.3. bus breuiantur dies impietatis caligine, & squalore perfidię: quibus occidit Sol super prophetas: sicut scriptum
Matth.24 est. Namque vt iustis oritur Sol iustitiæ, sic occidit infi-
delibus. Sed occurrit illud quod dicit dominus: Pro-
Ibidem. pter electos breuiabuntur dies. Et videtur contrarium, nisi diligẽter aduertas, & superiora repetas. Dicit enim dominus: Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus: aut ecce illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Et ideo ne decipiantur electi, admonet dominus quid sequendum sit, vt non falsorum prophetarum sermone capiamur: neque nos eorum aliqua prodigiosa facta decipiant. Sed tunc credamus Christum esse venturum, cum dies pleni iustitiæ cœperint refulgere. Chri-
Matth.24 stus enim pleno maiestatis suæ lumine reuelabitur: & si cut fulgur exit ab Oriente, & toto lumen suum vsque in occidentem orbe diffundit: sic & filius hominis cum suis angelis veniens illuminabit hunc mundum, vt credat omnis homo, & salua fiat omnis caro. Non ergo credamus Antichristo, de quo dicent falsi prophetæ: Hic est Christus. Dies enim perfidiæ erunt Antichristi dies. Nõ credamus ijs qui dicent, Christus in deserto: Christus in D
penetralibus. Iam enim omnia plena sunt Christi, vbi appropinquare cœperit Christus. Sed cum viderimus facta quæ Christus in euangelio suo antè prædixit: tunc credamus eius aduentum: ne dum verum quærimus lumen, in infidelitatis tenebras incidamus. Cauenda ergo figna perfidiæ, quibus breuiantur dies atque minuuntur. Sol enim obscurabitur, stellæ cadent. Hoc est, iusti Psal. 119.
dei. Sunt enim qui fulgeãt sicut stellæ in cælo. Cum hæc videris, crede adhuc tardare Christum. Vbi enim Christus, ibi fides clarior. Vbi Antichristus, ibi dies dimidij: de quibus vtique non quereretur Dauid propheta, si ad
temporis breuitatem videretur esse referendum: cui ipse alibi dixerit. Heu me quòd incolatus meus prolongatus est. Quomodo enim aut illum dilatum incolatum cælestem, aut hunc terrenum comperẽdinatum doleret, qui ante poposcerat ne in dimidium dierum suorum deduceretur, cùm dierum breuitas celerandi cursus istius cõpędium videretur afferre? Vnde colligitur & illud quod
ait, Honora patrem & matrem, vt longæuus sis super ter- Matt.15.
ram: quomodo intelligere debeamus. Multi enim qui E
honorant, cito sæpe rapiuntur, vt immatura ætate moriantur. Multi etiam qui minus deferunt parentibus suis, longæuæ fruuntur stipendijs senectutis. Et nisi longæuitatem illam vitæ accipiamus æternæ, inuenitur scriptura destitui subsidio veritatis. Vnde græcus expressius dixit, Vt sis multorum dierum: hoc est, πολυήμερος. Quicunque enim cultus pios sedulo seruat officio, à tenebris noctis alienus, in dierum luce versatur. Et ideo qui
legit Deuteronomium: leget, inquit, illud omnibus die- Deute. 17
bus vitæ suæ. Non vtique noctibus, sed diebus: quia dies fulget legenti mysteria veritatis, & diuinæ pietatis oracula. Consideremus sequentia: Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos. Scimus quidem quòd multas gentes eradicauerit dominus & euerterit, vt possessionem sibi Iudæorum populus inueniret: quarum gentium terras Abrahæ semini daturum se dominus declarauit. Sed cum psalmus iste euangelium domini, & tempora aduentus eius annunciet, non mihi videtur quæ superiùs à Iudæis gesta sunt recensere, sed futura signare, quemadmodum creditu-
rus esset populus nationum. Confirmat igitur fidem Ecclesiæ antequam nunciet, & victorias pietatis eius enumerat: quæ non in brachio neque in gladio suo feras expulit gentes, & non certamine bellico turmas fugauit hostiles, sed mansuetudine ac fide tetras inimicorum si
ne vllo cruore possedit. Fides enim sola pugnauit: & ideo triumphos meruit, quos nõ renocaret perfidia, sed F
augeret: quia persecutionibus suis non vincitur ecclesia domini, sed probatur. Quæ sunt igitur istæ gentes quas vicerit Ecclesia, cognoscamus. Vetera dico vocabula: sed mysteria noua. Chananæi sunt, Ethæi, & Amorræi, Pherezæi, vel Cerethæi, quorum infra vocabula di- 4 Cethæi.
geremus. Hæc autem populorum sunt nomina: sed passionum infirmitates, & humanorum incentiua & opprobria peccatorum. Quod primum est igitur, homo in Christo ipse se domuit, & ipse se vicit, vt sibi viueret. Sibi enim viuit, qui deo viuit, vt vitam Christi viuat æternam. Non ergo pugnauit militaribus armis & ferreis telis populus ecclesiæ, sicut pugnauit populus Iudæorum. Ille in figura pugnauit, nos pugnamus in spiritu. Ille aduersum alienigenas pugnauit: nos ipsi bellum habemus in nobis: & ideo prius nobis vincendæ sunt proprij corporis passiones. Audi pugnantem apostolum Paulum aduersus gentem Chananæorum. Video, inquit, legem Roma. 7.
carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Nunc se erigit caro nostra, nunc deijcit. Erigit menti, deijcit potestati: & vbi se vrgeri viderit, constantiam deserit, & ad subiectionem parata dicitur in legem peccati, vt fidem deserat, perfidiæ succũbat, & Ethææ infirmitatis indicio, destituta vero, cedat

Gmendacio, ſeruiat crimini, adquieſcat errori, & tanquã Amorræus loquatur amara pro dulcib⁹. Fides enim dulcis, amara perfidia eſt. Vnde præclare Petrus quid fides eſset expreſsit dicẽs: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternę habes, & nos credimus. Quomodo igitur iubes vt diſcedamus à te? Captus enim cæleſtium ſuauitate verborum, diſcedere nolebat à Chriſto. Qui autem negat Chriſtum, ipſe ſe ſeparat à Chriſto. Sed neq; verſuta Amorræorum diſputatio, eiuſmodi, quæ per philoſophiam nonnullos à veritate tranſducit: neque Iebuſæorum turpis abiectio, quæ ſe ſubijcit atque ſubſternit curſum currentibus ſeculares, qui non poteſt eſse perpetuus, ſed in portis deficit mortis, de quibus exaltatum Dauid propheta ſe gaudet: neque Cinæus, qui per ſuam pecuniam poſsidetur, ſicut inſatiabili auarus affectu: neque Cenezæus, qui putat in diuitijs poſseſsionẽ eſse perpetuam, & vanam ſpem conſtituit in caducis, atque in ani opinione ſe iactat: neq; Raphaim, qui profitetur alijs ſe ferre medicinam, cum vulnera ſua curare non poſsit: & ideo ſi quis ad huiuſmodi medicum confugerit, ne ceſse eſt prius patrimonium ſuũ omne conſumat, quàm profectum ſanitatis accipiat: ſicut illa mulier in euangelio quæ per duodecim annos fluentem ſanguinem corporalium voluptatum ſiſtere non potuit, niſi poſteaquã confugit ad Chriſtum. Intellexit enim quòd nemo perfectus medicus, niſi qui deſcendiſset è cælo: de quo cognouerat dictum: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & aduertit de ipſo dictum: Ecce dedi verba mea in os tuũ, & conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, eradicare & deſtruere & perdere, & ædificare & plantare. Nam licet frequenter deus locutus ſit in prophetis, in quo tamen expreſsius quàm in ſuo locutus eſt filio? qui virtutẽ omnem exprimens patris ait: Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui me miſit. Non ergo Hieremias, qui tempore captiuitatis ſuſcepit exilium, ſed dominus IESVS ſuis verbis eradicauit ex intimis pectoribus vitia gẽtilium, perfidiam nationum, & verſutarum cogitationũ praua cõmenta deſtruxit, atque omnia veſtigia iniquitatis aboleuit. Deinde infudit poſtea fidem, & continentiæ diſcipli nam, ne tanquam in vaſe corrupto cõfuſione vitiorum coacteſcerẽt ſacramẽta virtutum. Vnde pulchre apoſtolus dicit: Sed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen. Quid eſt Moyſes niſi lex? Quoniam ipſe interpres eſt legis: Finis autẽ legis Chriſtus IESVS. Regnauit ergo peccatum in hoc mundo: & in peccato mors, ſæua atque intolerabilis quædam pœna peccati. Docuit quidem nos Moyſes leuare ad dominum manus, pijs cultus inſtituens diſciplinam. Docuit quemadmodum Amalech verſutia * vinceretur, vt ſi mores noſtros & opera leuaremus ad Chriſtum: ſic deſtrui poſſe perfidiam. Sin vero deijcere mus animam, inclinaremus affectum, & à continentiæ ſtudio auerteremus ingenium, vt perſuaſio nos vana ſuperaret: nullum remedium futurum, niſi IESVS de preſsa iam brachia Moyſi tanquam infirmitatem legis attolleret, & ſua miſericordia ſuſtineret. Sed ifirmũ adhuc fuiſſet legis auxilium, niſi ipſe IESVS veniſſet in terras, qui in ſe noſtras ſuſciperet infirmitates, quem ſolũ noſtra peccata grauare non poſsent, nec inclinare manus eius, qui ſe inclinauit vſque ad mortem, mortem autem crucis: in qua expãdens manus ſuas, totum orbem qui erat periturus, erexit: leuauit iacentes, atq; ad ſe omnium gentium fidem traxit, dicens homini: Hodie mecum eris in paradiſo. Hoc eſt ergo diſperdere atque plãtare, vt vitioſa eradicentur, meliora plantentur in pectoribus ſinguloꝝ. De quo præclare Moyſes in Exodi cantico ait: Inducẽs plantato eos in montẽ hæreditatis tuæ, in præparatũ habitaculum tuum, potens vt induceret dominus populum ſuum in illa præcelſæ virtutis ſapiẽtiæq; plantaria, ibique plantaret in opera ſua, & inſtitueret præceptorum cæleſtium diſciplinis, atque in eo præpararet ſibi ſuæ ſanctificatiõis habitaculum: quod vtiq; non hæreditario iure, nec noſtrorũ contemplatione meritorum, ſed pro ſua gratia dominus cõferre dignatur. Quomodo enim, vbi manere non potuimus, eo redire poſsemus, niſi priuilegio ſulti redemptionis æternæ? Et ideo pulchre dixit propheta: Quoniam non in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium ſuum non liberauit eos: ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuit tibi in illis. Quæ eſt igitur terra quæ non brachio capiatur, non gladio poſſideatur, niſi terra repromiſsionis, de qua hic ipſe dixit propheta: Credo videre bona domini in terra viuentium? Non immerito igitur eius tam præclara poſseſsio eſt, in qua non ſeculi aduerſa dominantur, ſed domini bona æterna fructificant. Ideóque non gladio acquiritur, ſed manſuetudine poſsidetur, ſicut dominus IESVS teſtificatus eſt dicens: Beati mites. ipſi enim poſsidebunt terram. Nemo ergo impacificus, nemo arrogans aut ſuperbus, ſed mãſuetus & humilis corde, qui nihil ſibi arroget, ſed totum ad gratiam referat, non in ſua fortitudine glorietur, ſed dextera dei credat ſe eſse protectum, dicens: Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Gladio quoque dei memoret ſe eſse ſeruatum, illuminatum quoque dei vultu omnipotẽtis: in quibus omnibus Chriſtus eſt protector, † , dextera, defenſor, & gladius. Vnde & Symeon dixit ad Mariam: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Gladius enim dei verbum eſt, quod acutius omni gladio vſque ad diuiſiones animæ cogitationéſq; ptrãſit, vt nulla cognitionẽ eius occulta prætereãt. Vultus quoq; paterni ſplẽdor eſt Chriſt⁹: & ideo dicit: Qui me videt, videt & patrẽ. Qua ſi ſplẽdor gloriæ ei⁹, & imago ſubſtantię. Ad ipſum ergo omnia iure referenda ſunt. Ipſi Moyſes, Ipſi Aaron, ipſi etiam patres ſacrabant vniuerſa quæ geſserãt, vt de hoſtibus triumpharent. Neque enim in ſua confidentia dixit IESVS Naue, Stet Sol contra Gabaon: ſed quia præſumebat in Chriſto, quem ducem militiæ cęleſtis agnouit, & ſuppliciter adorauit: & ideo gentes feras eradicare promeruit, & populum patrum in terram repromiſsionis inducere, quia nihil ſuis operibus deputabat, credens indigna eſse opera hominum tanta gloriæ remunerationę cæleſtis, quam dominus ex ſua magis miſericordia, quàm pro noſtrorum contemplatione factorum ſtatuit in ſe credentibus conferendam. Vnde & Abraham impigre deo credidit, vt apud eum iuſtificationis gratiã reperiret, quam mercedem ſui operis collocaret. Vberiora enim dona ſunt largientis, q̃ merces operãtis. Propterea & illi qui æqualitatem mercedis inuiderat, reſpõdit dominus: Si ego bonus: oculus tuus quare nequã? Patres ergo noſtri, vtpote proximi & hæredes patriarcharum, plantati in terra repromiſsionis, non ſuis hoc meritis vẽdicabãt. Ideo nec Moyſes eos iduxit, ne legis hoc exiſtimetur eſse, ſed gratiæ: lex enim merita examinat, gratia fidẽ ſpectat. Vnde præclare apoſtol⁹ fidẽ patrũ ſecut⁹ ait: Sed neq; q̃ plãtat, eſt quicq̃, neq; qui rigat, ſed q̃ incremẽtũ dat deus. Non enim Ieſus Naue q̃ induxit, neq; qui plantauit eos, ſed deus qui incrementum populo dedit, habet gloriæ principatum. Nec te moueat quia ſuperius dixit: Manus tua gentes diſperdidit, & plãtaſti eos. Hinc enim colligis quia non omnis qui plantat, aut qui rigat, incrementum dat: ſed qui incrementum poteſt dare, poteſt ipſe plantare: ſicut gentes plantaſse dicitur dominus. Ipſe enim qui plantauit, plantationis donauit effectum. In ijs tamen qui per fidem Chriſti domino placere meruerunt: cui ſoli à patre dicitur deo: Filius meus tu es: in te complacui. Qui ergo participes Chriſti ſunt, ab eo placendi gratiam conſequũtur. Et pulchre ait: Cõ placuit tibi in illis: vt diſtantia v..deatur iure ſeruata. Recte enim Deus in filio complacet, quia æqualis eſt patri: nec in vllo minor † inuenitur: quia cõplacet diuinæ iure naturæ, & vnitate ſubſtãtiæ. Et rectè complacet in filio pater: quia pater honorificatur in filio, ſicut in patre

Ioan.6.

Pſal.9.

Mat.9.

Pſal 106.
Hiere.1.

Ioan.7.

Roma. 5.

*alias, verſuti locus.

Exod.17.

Lucæ. 23.

Exod. 15.

K

Pſal.26.

Mat.5.

Pſal.117.

† alias, protector vt dextera, defenſor, vt gladi⁹.

Lucę.2.

L

Ioan.14.
Hebre.1.

Ioſue.10.

Gene.15.

† decolor

M

1. Cori.3.

Pſal.43.

Mar.1.

I

Exod.17.

Afilius. In nobis autem deo complacuit: quia nobis ipſe donauit vt ei placere poſsimus. Pie autem & hoc hominiſpecialiter donatum, non arrogantius vſurpatũ ſcriptura nos docuit. Decet enim vt in ijs complaceat deo, quos ad ſimilitudinẽ ſuam fecit, & quos per imaginẽ ſuã voluit prærogatiuam gratiæ habere cæleſtis. In imagine ergo ſua deus complacet: in ijs autem qui ſecundũ imaginem ipſius ſunt, complacet deo: In his autem ſuũ munus, & ſuum donum: quod tunc reuelabitur, cum perfectum illud aduenerit: quia cum apparuerit quid ſimus, ſimiles ei erimus: vt ſcriptum eſt. Ergo qui non in brachio ſuo, hoc eſt in ſua operatione præſumit, ſed in dei gratia, credens quòd nõ facta ſua vnumquemq; iuſtificant, ſed fides prompta, dicit domino: Tu es ipſe rex meus, & deus meus: qui mandas ſalutes Iacob. Non perfunctorius ſermo eſt vt dicas: Tu es ipſe rex meus. Non quicunq; hoc dicit, ſed in quo dei regnum eſt. In quo autẽ regnat deus, vtique in eo peccata non regnant. Non enì deo regnum eſt commune cum crimine. Quis autem dicit deum ſuum, niſi qui ipſi exhibet plenum reuerentiæ & pietatis affectum? Iuſto enim dicitur: Ego ſum deus tuus. Denique & Thomas vbi tetigit manu propria latus Chriſti, & euidẽtia indicia indubitatę reſurrectionis inuenit, reſpõdit: Dominus meus, & deus meus. Domin⁹, quia redemit ſeruulos ſuos, deus, quia non ſolum reſurrexit, ſed etiam ipſe ſe ſuſcitauit. Mandauit autem ſalutes Iacob: quia in ſingulis oraculis ſalus eſt. In ſingulis quoque ſalus eſt manſionibus, ſalus in miniſterijs angelorum, qui ad protectionem hominum deputantur. Ex mandato ergo dei ſalus homini, non ex ſua operatione confertur. Deus enim maluit vt ſalus homini fide poti⁹ quàm operibus quęreretur, ne quis gloriaretur in ſuis factis, & peccatum incurreret. Qui autem gloriatur in domino, fructum pietatis acquirit, & iactantiæ crimen euadit. Hic igitur eſt qui põt dicere: In te inimicos noſtros vẽtilabimus. Quid eſt vẽtilare? Dedit dominus cornua pluribus animantibus, vt poſsint ſe à feratum incurſione defendere, Ideoq; & bos leoni frequenter reſiſtit, vrſum proterit. Ceruus quoque quamuis ſit pauidus, tamẽ & ipſe cornibus ſe tuetur. Aries quoque arietat lupum. Ergo ea quæ cornua habent animalia, ventilare dicuntur. Sed homo cornua nõ habet. Quomodo ergo ventilat? Vnde? Vide, ſcriptura quid dicat. In te, inquit, inimicos noſtros ventilabimus. Cornu noſtrum es tu domine IESV. Et ideo ſicut non in brachio noſtro præſumimus, ita nec in cornibus noſtris ventilandi habemus præſidium, ſed in Chriſto. Habet enì fides cornua ſua, quę mutuatur à Chriſto. Siquidem non ocioſe in benedictionibus Moyſi legimus: Qui viſus eſt in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem eius, glorificatus inter fratres ſuos primogenitus: tauri decus ſpecies ipſi⁹: cornua vnicornui cornua ipſius: in ipſis gentes ventilabit ſimul vſque ad extremum terræ. Hæc decem milia Effrem, & hęc milia Manaſse. Quis eſt ſ rubo viſus Moyſi, niſi primogenitus dei filius, qui ait: Ego ſum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob? Ideo ſe demonſtrauit humanis aſpectibus, quia vẽturus erat vt ab omnibus videretur. Ideo rubus vrebatur, & non exurebatur, quia terram iſtam quæ nobis ſpinas germinabat & ſentes, diſponebat vrere per continentię diſciplinã, q̃ conſumere per mortis erumnam. Vnde dicit propheta: Vre renes meos, & cor meum. Reuelauit ergo futurum quoddam corporei ſplendoris indicium, quo per reſurrectionẽ caro iſta fulgeret. Quid enì ſignificabat ignis innoxius, niſi lumina reſurgentium? Vnde præſumpſit apoſtolus dicere: Quia ſicut ſtella à ſtella differt in claritate, ita & reſurrectio mortuorum. Hic ergo inquit, Veniat ſuper caput tribus Ioſeph, vt exaltet caput populi ſui. Veniat etiam ſuper verticem, vt verticem capilli per ambulet, amputaturus ſuperflua delictorum, ſanctificaturus ornamẽta virtutum. Hic eſt glorificatus inter fratres ſuos, ſicut ipſe dicit: Narrabo nomen tuum fratribꝰ meis. Quæ maior eſt gloria, quàm peccatorib⁹ nationũ cognitionem diuinitatis infundere? Quem in viſione vidit Ioſeph, quum manipulum eius adorarent fratrũ manipuli: adorarent eum Sol & Luna cum ſtellis. Manipulus ille in figura carnis accipitur. Omnis enì caro fœnũ. Fœnũ hoc noſtrum ſuſcepit, vt ſuum triticum germinaret, & fructum reſurrectionis afferret. Quæris teſtimonium? Audi de ſe dicentem: Niſi granum tritici cadẽs in terram moriatur, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Denique vt ſcias quia de dei filio dicit Moyſes, ait: Glorificatus inter fratres ſuos primogenitus. Vtique non Ioſeph erat primogenitus inter filios Iacob, ſed Ruben. Nã Ioſeph poſt plurimos erat. Sed primogenitus dicitur, qui venturus erat vt nationum populos congregaret. Vnde pulchre ait ſcriptura: Tauri decus eius. Sicut enim taurus ducit armentum, ita Chriſtus plebem gentium duxit ad eccleſiam, induxit ad paſcua, vt poſset dicere. In loco paſcuæ ibi me collocauit: ſuper aquam refectionis cõſtituit me. Huius tauri decore perpetuo capta noſtræ fragilitatis armenta, ſecuta ſunt præcedentem, vt vitam adipiſcerentur æternam. Mugiuit hic taurus, & mors refugit. Leo rugit: & quis non timet? Vere maxima taurus victima, vt ab aduerſatis aſſumamus teſtimonia. Quæ maior enim victima, quàm quæ mundi totius peccatum ſuo cruore mundauit? Audi quia ipſum taurum dicit etiam ſanctus propheta Iacob cum reuelaret domini paſsionem, quem in deæ poſtea perſecuti ſunt. In furore, inquit, ſuo ſubnerauerunt taurum. Et vt aperiret quia de Iudæis dicebat, addidit: Diuidam eos in Iacob, & diſpergam in Iſrael. Hic eſt homo qui luctatus eſt cum Iacob, & femur eius tetigit: quo tactu, patriarchæ neruus obſtupuit: ſignificans ex eius ſucceſsione ſecundum carnem ſe eſse venturum, qui ſubnerũandus eſset à populo Iudæorum in ſui corporis paſsione. Quod non intelligentes myſterium ſtatuerunt ne neruũ mãducarent filij Iſrael. Et ideo ſacri ſanguinis ſe redemptione fraudarunt, ſalutiferæ quoque paſsionis ſe beneficijs abdicauerunt, ne vitam mereantur æternam: quia ſcriptum eſt: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis in vobiſipſis vitam. Qui autem manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habebit vitam æternam. Accipe aliud. Quid eſt neruus, niſi quo corpus omne cõſtringitur? Corpus Chriſti eccleſia eſt: quæ vinculo ſtringitur charitatis. Quid aliud i Chriſto Iudæi niſi charitatis vinculum omne ſoluerunt? Merito Petrus ſacerdos eligitur, qui ſpiritu charitatis diuinæ triplici ſe ligauit. Accipe adhuc quia ipſũ ſignificauit Moyſes. Adiecit, Cornua vnicornui, cornua ipſius in ipſis gẽtes ventilabit. Sed noli timere quia ventilat. Dixit enim: Percutiam, & ſanabo. Bona cornua, quibus incluſit orbem terrarum. Bona cornua, quibus leonem illum noſtrum aduerſarium ventilauit. Bona cornua, quibus fecit vt cornua aduerſarij timere nequeamus: quia & Satanas habet cornua ſua, ſicut teſtificatur Daniel dicens: Videbam & cornu illud quod faciebat pugnam cũ ſanctis, & inualeſcebat eis, donec venit antiquus dierum. Hic eſt antiquus dierum. Quis autem vnicornuus, niſi vnigenitus dei filius, & vnicum dei verbum, quod erat in principio apud patrem? Quod verbum ſuis cornibus gentium populos mortificauit, & viuificauit, vt fierent in decem milia Effrem vſque ad terminos terræ, & vſq; in milia Manaſse: eo quòd crediturus eſset in eum populus nationum, qui totum repleret orbem terrarũ: crediturus eſset poſtea etiam populus Iudæorũ, ex obliuione converſus ad gratiam. Oblitus eſt enim ſalutem ſuã, qui tam ſero converteretur ad Chriſtum. Ideo Saul in milibus, Dauid in decem milibus: quia durus in paucis, manſuetus in pluribus. Neque tamen abnuo ſi quis quaſi ad Ioſeph dictum putat, Primogenitus tauri decus

Ioan.6.

Gene. 37.

Eſa.40.

Ioan.12.

Pſal. 22.

Amos.3.

E

Gene.49.

Ioan.6.

1. Reg.18.

Ioan.21.

Deute.33.

Ibidẽ, 32.

F

Daniel. 7

G eius:& ſic diſtinguendum putat,quia dedit & ſanctis ſuis coruna. Exaltauit enī cornu populi ſui. Et Anna ma-
Pſal.148. ter prophetæ Samuel dicit:Exultauit cor meum in domi
1. Reg. 2. no:& exaltatum eſt cornu meū in deo meo. Habuit vtique & Ioſeph in domino cornua ſpiritalia. Accipiatur itaque Ioſeph, dummodo in ipſo figura ſit Chriſti, cui
Genc.49. dicitur: Ioſeph filius meus amplificatus, filius meus iunior,ad me reuertere. Neque enim Ioſeph ad Iacob reuertit,ſed Chriſtus à mortuis reſuſcitatus ad patrem deum reuertit,vt ſcriptum eſt:A ſummo cęlo egreſſio ei⁹,
Pſal.18. & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Eſt tamē vt de Ioſeph accipiatur,Reuertere ad me:quia populus reuertit in terram Chananæorū, in qua ante habitauerant patriarchæ. Vnde dicit Iſaac ad Iacob:Non accipies vxorē
Gene.24. à filiabus Chananæorum. & miſit eum in Meſopotamiam,vt ibi ſibi coniugem reperiret. Nunquid ei inſidiati ſunt domini ſagittarum? Nunquid ipſe propter benedictionem vteri materni in toto orbe benedictus eſt,& nō dominus IESVS,quem virgo generauit? Et ideo non ſolum ſupra homines,ſed etiam ſupra angelos & archangelos & ſupra omnem ſublimitatem cæleſtium benedi-
Pſal. 117. ctus eſt poteſtatum,ſicut ſcriptura teſtatur dicens: Bene
Apoc. 19. dictus qui venit in nomine domini: deus dominus, & illuxit nobis. Domin⁹ enī deus ipſe eſt rex regū,& dominus dominātiū, dominus eorū quæ habētur in cælis. Pro
H pter hæc cornua domini IESV, & Dauid in voce tubæ corneæ canēs auditus à Chriſto eſt: & Moyſes docuit ſacrificiorū rit⁹ tubæ ſonitu eſſe celebrādos, ſicut ſcriptū
Pſal.97. eſt. Canite initio mēſis tuba. Cui hoc niſi nobis ſcriptū eſt? Mēſis enī ab initio Lunæ veteres obſeruare conſueuerant. Luna aūt eccleſia eſt:quæ ſpiritalibus & euangelicis prædicationibus in abundantia pacis (vt propheta
Pſal.71. dixit) extollitur. In Chriſto ergo vētilabimus inimicos noſtros, & in nomine eius ſpernem⁹ inſurgētes in nos. Quid eſt nomē, niſi quo ꝓprie vnuſquiſq; ſignificatur. quod ei nō ſit cōmune cum cæteris? Homo enim cōmune vocabulum eſt. Niſi addas qui vocetur,nō poteſt declarari. Nomē ergo ꝓprietas vniuſcuiuſq; eſt, quo poſſit intelligi. Vnde arbitror quōd & Moyſes volēs ꝓpriū dei & aliquid de deo ſpeciale cognoſcere,qđ nō eſset cō mune cum cæleſtibus poteſtatibus,interrogauit, Quod
Exod.3. eſt nomē tuū? Deniq; cognoſcēs mentē eius deus, nō reſpōdit nomen,ſed negocium. hoc eſt,rem expreſsit, nō appellationem,dicēs: Ego ſum, qui ſum. quia nihil tam
I propriū dei,quàm ſemper eſse. Qui ergo negant Chriſtum coæternum patri,videant quia deum negant, cui⁹ eſt ſemper eſſe,nec aliquando non fuiſſe. Hac ergo cognitione proprietatis diuinæ Moyſes inſurgentes in ſe volebat ſpernere: vel, vt Aquila aut Symmachus dixerunt, calcare reſiſtētes ſibi tanq̄ ſerpētes & ſcorpiones: quos etiā domin⁹ dicit in euāgelio eſse ſpiritalibus veſtigijs ꝓterendos, vt viam noſtram impēdire non poſsint, quæ ducit ad ſecreta paradiſi. Habem⁹ ergo in nobis ſtudiū diuinæ cognitionis. Habem⁹ dei verbū, quod eſt nomen patris. Hęc vere ꝓprietas dei:quia pater Chriſti eſt: & ideo in nomine patris venit,qui
Ioan,5. venit vt patris faceret voluntatē. Et ideo ait. In nomine patris veni, & non me ſuſcepiſtis. Si alius venerit in nomine ſuo, illū ſuſcipietis. ſignificans Iudæos in Antichriſtū credituros, qui in Chriſtum credere noluerunt. Ergo qui in Chriſtum credit: non in arcu ſuo, nec in gladio ſuo ſperat, ſed in nomine eius ſpem victoriæ locat. Et ideo ait: Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus nō ſaluabit me. Sed ſi in arcu ſperandū eſt, in dei certe arcu ſperādū eſt, quē
Gene.9. poſuit in nube, vt à diluuio genus humanū timere deſineret. Iſto enim arcu nos ꝓtegit: quo & iaculatur ſagittas quib⁹ ꝑcutiat inimicos & aduerſarios noſtros. Vnde & ait: Liberaſti enī nos ex affligētib⁹ nos: & eos q oderūt nos, cōfudiſti. In deo laudabimur tota die: & in noīe tuo cōfitebimur ī ſecula. Audi quō nos liberet: quia ſagittis quæ iaculātur è cælo, terræ noſtrę ĩteriora penetrātur, vt mot⁹ oīs terren⁹ intereat & ꝺeſcat: ſicut in poſteriorib⁹ K
ait: De cælo iaculat⁹ es iudiciū: terra tremuit, & quieuit. Pſal.75.
Sic igitur liberamur, dū cōfundūtur inimicæ & aduerſa
rię poteſtates, vel ſapiētia carnis iſti⁹ retuſa cæleſtib⁹ ĩperatis, inſuis criminibus erubeſcit, & flagitiorum ſuorum pudore confunditur: adulter in libidinis ſuæ flammis, & veſani amoris incendio: auarus in immodicæ cupiditatis ardore: (qui aliena rapiendo quo plura inuaſerit, eō maiora deſiderat) ebrioſus in temulentia. facinoroſus in ſcelere: qui & hic cōfunduntur grauiſsime: ſed
multo amplius confundentur cum viderint ſanctos do
mini reſurgentes, & euāgelicum illud impleri quod ait
dominus: Multi dormientium in terræ monumentis re-
ſurgent: iſti in vitam æternam: & hi in opprobrium & Ioan.5.
perpetuam confuſionem. Cum cœperint ergo illi reſu- Danie.12.
ſcitari in cōfuſionem perpetuam, ſanctus domini dicit:
In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebi
mur in ſecula. Opulētus in diuitijs laudatur: luxurioſus
in conuiuijs: ſcortator in nocte: potens in hac vita quæ
habet noctes. Sanctus autem non in hac vita, ſed in deo
laudabitur: qui domino per oīa placere geſtiuit: qui po-
teſt dicere: Fortitudo & laudatio mea domin⁹. Laudabi Pſal.117.
tur tota die: quia honeſte egit, & opera ſua non abſcondit & crimina, ſed regi patefecit æterno, in die ambulās, Rom.13.
nō in tenebris & occultis. Vnde apoſtol⁹: Sic vt ī die ho
neſte ambulemus. Hoc eſt, nō in ganeis atq; gurguſtijs, L
nō in cubilibus & impudicitijs, in quib⁹ ſtultus ſe putat
parietib⁹ eſse tectū, vt poſsit dei ſciētiā prætĕrire, cū inuelata apud deū vniuerſorū flagitia ſint, & occulta diuinæ cognitioni peccata hominum eſse non poſsint. Ergo ſanctus laudabitur in futurum, quia nō queſsiuit preſentium laudē, ſed gratiā futurorum. Vide tamen diſtantiā. Hic dum eſt, in domino gloriatur: illic ī domino laudabitur, & ꝓ breui tēpore mercedem æternitatis accipiet. Aquila tamen poſuit, In domino gloriabimur tota die. Symmachus ait, Deo hymnū dicemus per oēm diē. Concordat oīm ſenſus, vt nō deſinamus circa dei laudes, ſiue hymnū dicēdo, ſiue diuinā per oīa mometa gloriā cōcinendo. Qui enim hymnum dicit, puto corde & ſpiritaliter dicit, & omne genus paſsionis excludit humanæ, vt nullo mœrore, nullius doloris acerbitate impediatur eius officiū, exaſperetur eius affectus, ſed in hymno dei dicendo immobilis atq; irreuocabilis ꝑſeueret: ſicut ipſe Dauid, qui ait: Benedicā dominū in oī tēpore: ſemp
latus eius in ore meo. Sicut Iob, qui amiſsis filijs, interem
ptis oībus ſuis, direptis facultatibus, ait: Dominus dedit, Iob.1.
dominus abſtulit: ſit nomen domini benedictū. Nunc M
autē repulifti & cōfudiſti nos, & nō ꝓgredieris deus in
virtutib⁹ noſtris. Cum ipſe ſanct⁹ Dauid alio loco di Pſal.93.
xerit, Quia nō repellet dominus plebē ſuā: quō hoc lo-
co ait, Repulifti nos? præſertī cū hæc de plebe dicat quæ
nō mediocria inſignia ꝓpriæ virtutis enumeret? Neque
enim mediocre eſt dicere quōd tēpeſtates & variæ tēta-
tiones ſup ſe venerit, & obliti nō ſint dominū deū ſuū,
& inique nō egerit in teſtamēto ei⁹, & cætera quę ſequū
tur. Vnde etiā apoſtol⁹ ſctūs iterꝓtatur, & dicit quōd eo
vſq; nō repulerit plebē ſuā domin⁹, vt poſuerit loquētē
eū, Tota die expādi man⁹ meas ad plebē nō credentē, &
cōtradicētē. Cui⁹ ſermonis auctoritate ſubnixus ait: Di
co igitur: Nūquid repulit deus hęreditatē ſuā? Abſit. Nā Roma.11.
& ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahā, de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem ſuam, quā præſciuit. Sed
poteſt hoc loco dici quoniā ideo nō repulit plebē, quia
reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt.
Et videtur in paucis nō repulisse quidē populū: tametſi
non totum populum, ſed ex eo plurimos repulisse. Vnde addidit ponendo reſpōſum dei, quōd nō ſolū in pau
cis ſeruauerit plebē, ſed etiā ſeptē milia virorū ſibi reliquerit qui non curuauerūt genua ante Baal. Verū fuerit
hoc dictū ab apoſtolo ſecundū euangeliū: quoniā domi
nus tranſierat ad gētes, reſpōſi autē diuini tēpus referato, reddet tibi. Ergo intus quaſi in cubiculo tuo deus eſt D
Audi etiam alibi quia intus eſt deus. Ecce inquit, dominus procedet de loco ſuo, & deſcendet & aſcendet ſup
excelſa terræ, & mouebuntur montes ſub eo, & valles liquescēt. Scriptura hoc dicit: & iā tūc ſignificabat quōd
deſereret populū Iudæorum, & tranſiret ad gentes. Denīq; & in pſalmo hoc inuenimus expreſsum, cum dicit
Dauid: Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo
ſuo, Exultauit tanquam gigas ad currendam viam. His Pſal.18.
igitur generibus reperimus egreſsum dei, aut ei⁹ ingreſsum: ſicut & dominus dicit IESVS quia ad virum timētem veniat. Ecce, inquit, ſto ad ianuā, & pulſo: & ſi quis
audierit vocem meam, & aperuerit ianuā, ītrabo ad eū, Apoca.3.
& cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Hæc igitur diximus
propterea quod ait ꝓpheta, Repulifti nos, & nō progredieris deus in virtutibus noſtris. Simpliciter autem & illud accipimus, quia deus progreſsus eſt in virtutibus Iudæorum, quando Ieſus Naue ducem militiæ cæleſtis adorauit: & ideo ſine ferro vicit, & ſine vlla obſidiōe deſtruxit vrbem Hierico, quæ habebat validiſsimos muros, Ioſu.6.
Quoniam enim progreſsus eſt in virtutibus ſeruorum
ſuorum deus, victoria conſecuta eſt. Nam progreſs⁹ eſt
angelus ad Ezechiæ preces, & ſtrauit innumeras copias 2.Par.32.
Aſſyriorum. Sed, interdum & quos vult in certamine co
ronari domin⁹, veluti derelinquit ad tempus vt fide, vin
cant, nec rebus ſecūdis & proſperis deuotio remittatur E
Deniq; ſæpe qui proſperorum curſu, & ſecundorum vſurpatione ceciderunt, corriguntur aduerſis. Ideo frequenter inuenimus Iudæos poſt victoriam lapſos, poſt
ſeruitium correctos: quia precibus & deplorationibus
deum ad ſe redire fecerūt. Vnde et illud quod ſecundū
hominem dictum eſt, & hominis affectu, huic ſententiæ
non expugnat, quia dixit dominus: Deus deus meus re- Pſal.21.
ſpice me, quare me dereliquiſti? Non quod derelictus ſit
domin⁹, q̄ ait alibi: Quoniā ſol⁹ nō ſum: q̄a pater mecū Ioan.8.
eſt. ſed q̄a ſecūdū carnē hoīs & affectū, qui in certamine
grauī eſt cōſtitut⁹, derelict⁹ videtur à domio. Deniq; nō
ocioſe ait ſcriptura quia poſt tētationē primā diſceſsit Lucæ.4.
ab eo diabol⁹ vſq; ad tēp⁹, hoc eſt vſq; ad certamē, Vbi
enī magnū certamē ſacræ paſsionis aduenit, iterū aduerſarius ad tētamēta ſucceſsit. Homo autē quādo velut in
ambiguo cōſtitut⁹ eſt, putat ſe à deo ſuo eſse deſertum.
Sed quēadmodū hoc ſcām carnis affectū accipim⁹. quia
ſibi homo viſus eſt derelict⁹, cui⁹ ꝓceſsum operat⁹ eſt F
Chriſtus in corpore ſuo: ita etiam diuinitate ſciebat ſe
nunquā derelinqui à patre, quia ipſe dixit: Ego in patre, Ioan.14.
& pater in me: & ſolū ſe non eſse ſignificauit. Subſtituit
etiam verſiculum iſtū, Auertiſti nos retrorſum præ inimicis noſtris. Nō bene qui retrorſum auertitur: quia ne Luc. 9.
mo mittēs manum in aratrū, reſpiciens retro, habilis eſt
regno dei. Deniq; vxor Lot quia retro reſpexit, ad verti Gene. 19.
cem mōtis, hoc eſt, ad ſuperiora ꝓuenire nō potuit, ſed
in ſalem conuerſa eſt, quæ ſpecies cito ſoluitur, nec poteſt vſum habere diuturnū. Sic ſunt qui tēporalia ſequūtur, & non ſequuntur æterna: & hic infatuātur à ſtultitia
ſua, & futurorum gratiā habere nō poſsunt. Sunt tamen
qui retro poſiti obliuiſcuntur ſuperiorū, & ad priora ſe Philip.3.
extēdunt, vt ad brauium valeant peruenire. Et Petro di
citur: Vade retro me Satana, vt in melius prouocetur. Et Mar.8.
in numeris prior eſt, qui poſt Chriſtū eſt. Ideo ergo præ
inimicis, quia illi nos affligunt, & illi inſectantur, retrorſum nos eſse voluiſti, vt extendamus nos ad ſuperiora,
vt ſemper ante nos attendamus, perſequentes inimicos
noſtros, & eorū locum trāſire cupiētes. Deniq; ſic Theodotion habet quomodo ſeptāginta viri, hoc eſt quomodo iſte verſus expoſitus eſt. Aquila habet, Auertiſti nos
retro ab affligente. Symmachus, Ordinaſti nos nouiſſimos ab omni aduerſario. Contraria nobis quæ ſunt
niſi voluptaria iſtius ſeculi, & plena deliciarum atque
laſciuiæ quæ ſunt incentiua luxuriæ? Vxor Lot decepta
eſt, quia poſt ſe habebat luxuriā Sodomitanorum, & re

A tur ad zelū adhuc fidei feruentē, quando etiā prophetā-
3. Regum rum gratia redundabat populo Iudæorum. Vnde ſi He-
19. & Ro. liæ tēpore negauit dominus à ſe plebē repulſam, multo
11. magis tēpore Dauid, vel filiorū Chore, quo adhuc fides
electi populi prænitebat. Tamē vt & ipſum ſanctū Dauid interrogemus, quomodo domin⁹ plebē ſuā non reHiere.23. pulerit, colligamus. Nā cum ſit deus appropiās: nō elonginquās, ſicut habet ſcriptura veteris teſtamenti, vtique
qui appropiat, nō repellit. Eſt enim miſericordię diuinę
vt nulli cauſa ſit mortis, & oēs putet eſse redimendos.
Sed vide ne ille repellatur qui ſe elōgat à domino, ſicut
Pſal.72. dicit Dauid: Quoniā ecce qui ſe elongāt à te peribunt:
perdidiſti oēs qui fornicātur abs te. Quid eſt, abs te fornicantur? Quia turpitudinis ſuæ ludibriis te relinquūt,
& à te recedūt, & à prę ceptis tuis deuii ſunt. Deniq; alibi
Heb.13. habes ſcriptū: Adulteros autē iudicat deus diſperdens
eos à ſe. Hoc eſt, alienādo abs te perdidiſti eos. Ergo qui
ſe à domino ſeparat. ipſe à domino ſeparatur. Et qui nō
Matth.7. cognoſcit dominū, à domino nō cognoſcitur, & q̄ ignoratur: ſicut ipſe domin⁹ dixit, Diſcedite à me oēs opera
rii iniquitatis, neſcio vos. Nō enim ſcire dignatur iniuſtitiæ miniſtros, & iniquitatis auctores. Pęccator ergo
nō repellitur, quia ipſe ſe repellit. Hoc igitur genere dicit: Nunc autē repulifti & cōfudiſti nos. Quomodo tamen repellat deus, qui ſequitur verſicul⁹ exponit: Quia
B non progredieris, inquit, deus in virtutibus noſtris. Deus quando nō adiuuat, repellere videtur. Vnuſquiſq; enim qui adiumēta nō ſentit diuinitatis ſibi opitulatione
cōferri repulſum ſe putat atq; deſertum. Quid eſt autem
quod ait, Nō progredieris de⁹? Et quid ſibi vult quod de
us interdū aut progredi dicitur, aut egredi, aut exurgere, aut deſcēdere? Nō enim corporaliter deus mouetur,
aut de aliquo loco exit aut ad alterū trāſit, qui ſupra oīa
eſt, aut vere exurgit, quaſi in aliquo iaceat cubili, vel in
aliq̄ ſede corporaliter ſedeat: ſed hæc dicuntur vt tu intelligas quando & ad quē egredi dicatur, & ad quē exurgere. Legimus enī in hoc ipſo pſalmo: Exurge quare ob
dormis domine? Et conſiderandū nequando noſtris improbabilibus actibus obdormire videatur, vt in euangelio legimus, cū adhuc imperfecti eſsēt apoſtoli, quod his
Mat.8. IESVS Chriſtus dormiebat. Verū vbi metu naufragii &
timore perculſi ſunt, Chriſtū excitauerūt dormientem.
Perfidis ergo dormit dominus IESVS, fidelibus vigilat.
C Deniq; & qui fidelis eſt, intrat ad deum, & à negligēte de
us videtur exire, atq; diſcedere. Certe imperfectos & ad
huc infirmos attrahit ad ſe dominus: ſicut legiſti dicētes
Cantic.1. iuuenculas: Attrahe nos: poſt odorē vnguentorū tuorū
curram⁹. At vero Moyſes qui iam fortior erat, & elect⁹
à domino & aſcendere legitur & intrare ad dominū deū
ſuū ſicut ſcriptū eſt quia aſcēdit Moyſes in montem, &
Exod.24 circundedit lux montē & deſcendit maieſtas domini in
montē Sina, & cooperuit eū nubes ſex diebus, & vocauit domin⁹ Moyſen die ſeptio de media nube. Aſpectus
autem maieſtatis domini tanquā ignis ardens ſuper ver
ticē mōtis corā filiis Iſrael. Et intrauit Moyſes in mediā
nubem. Sicut ergo hic Moyſes intrabat in nubē vbi pri
Exod.33. mum ad mōtem vocatus à domino eſt, ita in poſterioribus pfectior, cum ipſe ītraret in tabernaculū ſuū deſcendebat ad eū colūna nubis, & ſtabat in oſtio tabernaculi:
Pſal.17. & ſtās totus populus adorauerunt vnuſquiſq; ad oſtium
Exod.33. tabernaculi ſui: in nube autē dominus. Poſuit enī tenebras latibulū ſuū. Vt ſcias autē quia de domino dicit, Et
locut⁹ eſt, īquit, domin⁹ ad Moyſē. Q̄ autē extra caſtra
tabernaculū Moyſi poſiti eſse cōmoratur, vt occurreret deo nō videtur eſse cōtrariū. Qui enī deū quærit,
quaſi ad deū intrat, & tota mēte ad cognitionē ei⁹ ingreditur. Iuſtus ergo intrat ad dominū, ſicut Moyſes intra-
Eſa.19. bat in nubē: in nube autem de⁹. Deniq; ecce domin⁹ ve
Mat.6. nit in nube leui. Et in euāgelio habes ſcriptū: Cum autē
oras, intra in cubiculm tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuū in abſcōdito: & pater tuus qui videt ī abſcōdi-

G gionis ei⁹ illecebras. Vnde decepta est: quia post se respexit. Et tu ergo ne ad inimicos tuos respicias. Posuit te deus nouissimum in seculo. Vel: Qui humilitate se vltimũ facit, non cõuertitur retro, sed semper ante respicit. Vt scias autem qui sint inimici tui, audi dicentem: Audi Israhel, Quid est quod in terra es inimicorum, pollut⁹ es in mortuis? Quis tamen tã inimicus & hostis tuus, quàm princeps istius mũdi: & eius socii, qui persecuti sunt vsque ad crucem dominum IESVM, eius potẽtiã nescientes? Si enim cognouissent, nunquàm dominũ maiestatis crucifixissent. Ergo tu si nouiss⁹ es, noli inimicos tuos sequi, sed sequere dominũ IESVM, & crucẽ eius cum lætitia, & insiste vestigiis eius. Qui enĩ Christũ sequitur, post se nõ respicit, id est ad luxurias atq; illecebras peccatorum: & ideo potest dicere cũ sanctis, Nõ recessit retro cor nostrũ. Vnde intelligitur quod & is qui ante inimicos suos est, corde fit nouiss⁹ atq; postremus, si ad illos respiciat, & carnalibus potius q̃ spiritalibus affectu mẽtis intẽdat. Potest etiã qui nouiss⁹ est, corde prior esse, si ea quæ in cælo sunt cõsideret & nõ quæ in terris. Audi qui nouiss⁹ in seculo iter primos sit apud Christum, Puto quia de⁹ nos apostolos nouissimos ostẽdit sicut morti destinatos, vt spectaculũ sim⁹ huic mundo, & angelis & hominibus. Nouissimũ se dixit, & idem tamẽ quod primus esset ostẽdit cum dicit, Nostra autẽ cõuersatio in cælis est. Sequitur, Et qui oderant nos, diripiebãt sibi. Dedisti nos tanquam oues escarũ, & in nationes dispersisti nos. Miraris forsitan quod cum in posterioribus (vt diximus) summam habeãt fidei constantiam qui loquuntur, hic dicant quod ab iis qui oderant eos, diripiebantur. Sed nõ te ista perterreãt. Multi enim hic diripiũtur, & tamen merita eorũ à Christo nõ queunt separari. Rapiebantur apostoli, cædebãtur virgis, in carcerẽ trudebantur, separabantur à se, & tamen cũ Christo manebant, immo hoc ipso quod rapiebantur à perfidis, eorũ merita crescebant, & gratia in cælestibus augebatur. Nõ enim statim qui ab hominibus diripitur, etiã vincitur. Vide apostolũ Paulum gratulantẽ in periculis suis, vide gloriantẽ quod per fenestrã in sporta demiss⁹ sit. Vide quemadmodũ sanctus Hieremias, sanctus Ezechiel, sanctus Daniel ĩ captiuitatẽ deducti, & ab Assyriis direpti; nullam tamẽ captiuitatẽ propriæ fidei pertulerunt, nec in testamentũ domini deliquẽre, qui seruauerũt in captiuitate etiam legis præcepta diuinæ, nec de interdictis cibis putauerũt cõtra institutionem maiorũ aliquid vsurpandum. Vnde bene Theodotion dixit: Et qui oderant nos, exultabãt super nos. Insultatio enim inimicorũ nõ affert præiudicium bonis mentibus, sed nec direptio inimicorũ. Ideoq; sanct⁹ dicit, qui certus est quod direptio sibi obesse non possit, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia? & cætera. Sed in his omnibus superamus & superuincimus per eum qui dilexit nos: sciẽtes quod neq; mors, neq; vita neq; ãgel⁹, neq; potestates, neq; præsẽtia, neq; futura separare nos possint à charitate dei, quæ est ĩ christo IESV domino nostro. Ergo qui talis est, nõ separatur à Christo. Vnde etiã si corporaliter diripiatur, spiritaliter tamẽ liber est: & non solum direptioni obnoxius nõ est, sed etiam rapinam sibi laudabilẽ quærit: sicut illi de quibus scriptum est, A diebus Ioannis baptistæ regnum cælorum cogitur, & cogẽtes diripiunt illud. Victor est itaque qui in terrenis positus, captiuus perfidiæ esse nõ nouit: nec solum ei nõ diripitur quod præclarũ est, sed magis ipse diripit quod ẽternũ est. Sunt etiã qui fiãt oues escarũ Bonus dominus noster IESVS Christus, quia factus est ouis epulationis nostræ. Quæris quomodo factus sit? Audi dicẽtẽ: Pascha nostrũ immolatus est christus. Et cõsidera quẽadmodũ parentes nostri in figura diripiẽtes agnũ mãducabant, significãtes domini IESV passionem, cuius cotidie vescimur sacramento. Per ipsam igitur ouẽ facti sunt greges escarũ, sicut Aquila dixit: vel greges in escas, sicut Theodotion locutus est. vel pascua edẽtiũ, sicut Symmachus dixit. Sed bona est epulatio, nõ solũ non metuenda sanctis, sed etiã cõcupiscenda. Aliter enim ad regnũ cælorũ non potest perueniri: cũ ipse dominus dixerit, Nisi manducaueritis meã carnem, & biberitis meũ sanguinẽ, non habebitis vitã æternam, Probatũ est igitur quia dominus noster sit cibus epulationis, vel alimentũ edentiũ: sicut ipse ait: Ergo sum panis viuus, qui de cælo descẽdi. Et vt scias quia hęc omnia ,pter nos facta sunt, ex quo ille descendit, ex illo sanct⁹ ait: Nos oẽs vnus panis sumus. Nõ ergo timeamus quia facti sum⁹ oues escarũ. Sicut enim domini caro, & sanguis ipsius nos redemit, ita etiã Petr⁹ pro ecclesia multa tolerauit. Multa etiã sanctus apostolus Paulus, & cæteri apostoli pertulerũt, cũ cæderentur virgis, cũ lapidarẽtur, cũ in carceres truderẽtur. Illa enĩ tolerãtia iniuriarũ, & vsu periculorũ, domini fundatus est popul⁹, & ecclesia incremẽtũ est cõsecuta, cũ cæteri ad martyriũ festinarẽt videntes per illas passiones nihil apostolorũ decessisse virtutibus, sed etiã ,pter hãc breuẽ vitã immortalitatẽ illis esse quæsitã. Quod ostẽdit etiam qui sequitur versiculus, quia dixerũt: Inter gẽtes dispersisti nos. Similiter Theodotiõ dixit. Aquila autẽ & Symmachus, In gẽtibus aut iter gẽtes vẽtilasti nos. Missi sunt enim sancti apostoli ad gẽtes, & dispersi sunt inter gẽtes: sicut & ,pphetę sancti de quib⁹ supra diximus, vt illa dispersione fructus plurimi nascerẽtur. Vt enim dominus noster IESVS christ⁹ sicut granũ cecidit in terrã, & mortuus est, vt multũ fructũ afferret: ita etiã dispersi sunt apostoli sancti, vt bonũ inter gẽtes semen afferrent quo ad eorũ similitudinẽ fructus gentiũ pullularet. Denicq; scriptura hoc dicit dixisse dominũ, Quia propterea vos misi, vt vos eatis, & fructũ plurimũ afferatis, & fruct⁹ vester maneat. Factus est ergo dominus sicut semẽ, secũ dum quod dictũ est ad Abrahã, Et semini tuo, quod est christus. Semen ergo omniũ Christus. Et ideo se cadere passus est & spargi, vt cõforme corpori suo trãsfiguraret corpus humilitatis nostræ. Hoc ergo semen salutare omnibus hominib⁹ pullulauit, & ex illo ad eius imaginem figurati, quasi semina apostoli sancti missi sunt per diuersa atq; dispersi, vt in agrũ ecclesiæ gẽtes cõgregatæ diuersis fructibus refulgerẽt toto orbe terrarũ. Iste ergo dispersiones dicũtur, sicut etiã in posteriorib⁹ idem Dauid dicit, A Edificãs Hierusalẽ dominus? & dispersiones Israel congregans. Dispersi sunt enim vt nouos fructus facerẽt, & postea veluti triticũ nouũ ecclesię horreis iue herẽtur. Hæc autẽ dispersio non in inferioribus fit, hoc est, nõ ĩ terra, sed ĩ cælo. Denicq; legis hoc præcepta cõsimãt⁹ quã dicit dom in⁹: Si fuerit dispersio tua à sũmo cęlo vsq; ad summũ cæli, inde cõgregabo te dicit dominus. Quæ est dispsio à sũmo cælo vsq; ad sũmũ cęlũ? Quis iste tãt⁹ q̃ sic potuerit disseminari? Si homo ĩ terra natus est: ab imo, non à summo cœpit. Si ista te mouẽt atque perturbant, redi ad superiora isti⁹ fãcti ,pphetæ, & audi q̃s ille sit tãt⁹ q̃ huiusmodi ĩ terris segetes fœcũdauit vt fruct⁹ earũ ad cælestia receptacula perueniret. Est autem ille spõsus qui quãsi gigas percurrit hãc viam totã, inuiam aliis, sibi peruiã: & ex illo cœpit peruia iam esse mortalibus, ita tamẽ, vt isti ascẽderẽt, solus tamẽ ille ipse ante descenderet, vt postea sancti eius mererẽtur ascẽdere. Audi ergo quomodo disseminatio fuerit de cæli sũmo ad cæli sũmũ. A sũmo, inquit, cælo egressio ei⁹, & occursus eius vsque ad sũmum eius. Cui homini hoc possit attribui? Moyses in verticẽ Sinæ montis vix sacendit, & hoc quia vocatus à domino est, & hortatus est voce cælesti. A sũmo cælo quis descenderet nisi Christ⁹? q & cũ descẽdit in terrãs, manebat in cælo. Nemo enim ascendit in cælũ, nisi qui descẽdit de cælo, filius hois qui est in cælis. Vides ergo quia & cum descenderet & ascẽderet, ipse erat & manebat in cælo. Ipse enim dixit, Cælum & terrã ego cõpleo: dicit dominus. Ipse est, q̃ est in cælo. Hæc de dispersione satis dicta sunt. Cæterũ quod ait,

A Ventilasti nos: etsi verbo distat, sensu congruit. Sicut enim illi qui dispersi sunt, probati: ita etiam qui ventilati sunt, ad probationem peruenire meruerunt. Sicut enim triticum si ventilatur, & à paleis separatur, mundum est si autem ventilatum non fuerit, mundum esse non potest, sed est paleis cõcretum atq; permixtum: ita etiam homo nisi tentationibus fuerit ventilatus, fragilia quęq; veluti paleas à se non potest separare. Vnde etiam ad Petrum dictum est, Simon, ecce Satanas expostulauit vt vẽ tilet vos sicut triticum, ego autem rogaui patrem meum vt non deficiat fides tua. Vide quid dicit, & intellige. Vẽ tilatur Petrus, vt Christum negare cogatur. Incidit tentationes, quædam locutus est quasi plena palearum, sed locutus est verbo, vt fundatior esset affectu. Deniq; fleuit, & paleas suas lauit. & illis tẽtationibus meruit vt pro se christus interueniret. Quanto maius est patrocinium quàm perturbationis illi⁹ tẽtamentũ? Et ideo plus quàm passus est acquisiuit. Acquisiuit enim Christum sibi patrocinantem. Cogitur autem & aduersarius sanctos domini ad sua damna tentare. Dum enim tentat, meliores reddit, vt qui tentatur, possit alios instituere, qui sibi ipse inualidus videatur. Deniq; Petrus ecclesiæ præponitur postquam tentatus à diabolo est. Ideoq; ante significat dominus quid fit illud quod postea eum pastorẽ elegit dominici gregis. Nã huic dixit: Tu autẽ cõuers⁹ cõfirma fratres tuos. Cõuersus est ergo sanctus apostolus Petrus ad bonã frugẽ, & vẽtilatus est sicut triticũ, vt esset ipse cũ sanctis domini vnus panis, qui nobis esset alimẽtum. Dum enim Petri actus legimus, Petri præcepta cognoscimus, fit nobis vitę æternæ & salutis alimentũ. Vẽ didisti, inquit, populũ tuũ sine precio. Emẽdi & vẽdendi videtur æqualis quidẽ esse cõtractus: Sed tamẽ si emẽtis & vẽdentis affectũ cõsideres, vnusquisq; sibi viliorem vendit, & cõplacitũ emit. Vt enim præter id genus hominũ loquamur qui negociationẽ vẽdẽdis mãcipiis exercẽt non facile quisquã vẽdit nisi eũ qui sibi displiceat, & quẽ vsui suo inhabilẽ putet: & iterũ, vnusquisque emere desiderat eũ quẽ vtilitati vel ministerio accõmodũ iudicauerit. Sed & ipsi qui vendendis mancipiis sumptum exercẽt suũ, & sectantur lucra: vtique ita viles habẽt eos quos vendũt, vt eis viliores sint q̃ pecunia: & sæpe etiam ipsi quos negociationi suę magis habiles existimauerint malunt tenere quàm vẽdere. Ita ergo & deus viliorẽ vẽdidit, potiorẽ emit. Vẽdidit populũ Iudęorum, non inclemẽtia dei, sed sua culpa: quib⁹ rectè dicitur: Ecce peccatis vestris vẽditi estis, & propter iniquitates vestras dimisi matrẽ vestrã, Hoc itaque genere venditus populus Iudęorum, emptus est populus christianus. Ille peccatis venditus, hic emptus sanguine. Vnde Petrus ait, Nõ corruptibilibus argento vel auro empti estis, sed pretioso sanguine. Quis est sanguis pretiosus, nisi agni illius immaculati, hoc est domini nostri IESV Christi? Ergo sine precio populus Iudæorũ, pretiosus autẽ popul⁹ christianus. Ille preciũ nõ habet: quia peccatũ habet. Iste in precio est, cui peccatum remissum est. Vnde rectè ecclesiæ filiis dicitur, Precio empti estis: nolite fieri serui hominum. Si tibi dicitur, Ne seruus fias hominum, & perdas propriam libertatem, multo magis dicitur tibi, Ne seruus fias peccati. & iterum, Ne seruus fias serpentis, inimici, & aduersarii, sed seruias soli domino, qui propria te redemit charitate, quia ipse est suorum redemptio seruulorum. Nõ vendit ergo dominus nisi seruum malum non vendit vtique bonum. Nam etsi Ioseph venditus est non dixit tamen propheta, A domino venditus est Ioseph: sed, In seruum venditus est Ioseph, quem fratres proprii vendiderunt, quem dominus tamẽ in figura proprię passionis redemit à seruitute, renouauit ad gratiam. Vendiderunt itaque eũ fratres, & acceperunt pecuniam sed dominus eum non solum libertati reddidit, sed etiã dignitate cumulauit. Figuram autem in eo fuisse dominii IESV ostendit scriptura quæ dicit: Filius meus zelo appetitus, ad me reuertere. Et alibi: Primogenitus tauri decus eius. eò quòd exaltauerit deus pater cornu Christi sui. Qui ergo vẽditur, vilis & sine precio est, quasi qui magis non sit, quam qui sit. Vnde & Aquila dixit: Tradidisti populum tuum, vt nõ esset. Et Symmachus, Tradidisti populum tuum sine substantia. Non sunt enĩ qui repudiantur à Christo. Sunt autem, qui eliguntur à domino: quoniam dominus vocat quæ non sunt, tanquã quæ sint. Et electæ sunt gentiũ nationes, vt destrueretur perfidia Iudæorum. In nihilum ergo traditus est ille populus, quia peccato suo venditus erat. Nullam enim habet culpa substantiam. Vnde dictum puto: Et non fuit multitudo in cõmutationibus eorũ. Hoc est, gratis nos dispersisti per nationes. Neq; enĩ tu quicquã per commutationẽ accipis, vt animã tradas hominis. Nihil enim tibi gratius est animæ conuersione. Sed si conuerti detrectat, ipsa se tradit in nihilum, vt peccato & flagitio mancipetur. Ideo tu sine precio & sine cõmutatione degenerem populum vendidisti. Vnde in posteriotibus ait, Nõ enim est illis commutatio. Quare non est illis cõmutatio? quia non timuerunt inquit, deũ. Duplex autẽ intellectus quare cõmutationẽ non habuerit populus erroris: quia nõ potest homo argẽto vel auro vel possessionibus redimere animã suã. Quam enĩ dabit cõmutationẽ animæ suæ: cum illa temporalia vel caduca sint, anima autem permaneat vel ad præmium, vel ad pœnam? Non fit autem etiam illa commutatio in impiis, quæ est in resurrectione, de qua dicit apostolus: Omnes resurgemus non omnes immutabimur. Potest quoq; & sic intelligi, quia etsi pauci redempti immutari meruerunt, vt Abraam, Isaac, Iacob, Moyses: non tamen ad omnes commutatio ipsa peruenit. Et etiam illud, vt non sit multitudo in commutationibus grauium peccatorum, secundum quod scriptum est, quia quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia in iudicium: quosdam autẽ & subsequuntur. Quæ grauia sunt atque manifesta, præcedunt, & sine vlla dubitatione mergũtur. quæ autẽ leuiora sunt, bonis operib⁹ sæpe releuãtur. Beati enim quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta peccata sunt. Vbi autem iniquitas propẽdet, nulla bonorũ operũ cõmutatione reuocatur. Ergo & si quis redẽptus est de populo Iudæorum, non ideo redẽptus, quia multã habuit æstimationẽ sui, nec quia mult. tudinẽ habuit in cõmutatione sua: sed redẽptus est gratis: quod te docet apostolus dicens: Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Vbi autẽ gratia, nõ vtique merito operũ, nec iustificatione virtutũ, sed liberalitate donãtis, electione redimẽtis, quod æque scriptura te docuit, dicẽte apostolo Paulo: Si autẽ gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam nõ est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc nõ est cõsecutus. Quare nõ sit cõsecut⁹, agnosce, quia se iustificare cupiebat, quia operũ suorũ iactantiam re q rebat, quia fidẽ nõ detulit, nec gratiã recognouit, & ideo electio cõsecuta est, quæ vocantẽ audiuit, aduenientẽ suscepit. Merito ergo in persona populi illius dicitur, Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris, illusionẽ & derisum iis qui sunt ĩ circuitu nostro. Qui sunt isti finitimi, & quẽadmodũ ad viciniã Israelitæ populi pertinuisse videantur, nõ est facile discernere, si spiritalis vicinia requiratur, habẽs quoddã lumẽ cognitionis ad inuestigãdũ mysteriũ christi, præsertim cũ in ipso libro Salomonis q̃ inscribitur Ecclesiastes, didicerim⁹ quia quo magis queritur sapiẽtia, eò ,pfundior iudicetur. Sic enim scriptũ est: Dixi, sapiẽtiã requirã, & ipsa longe facta est ãmeq; lõge magis q̃ erat. &, In ,pfundo altitudinẽ quis inuenietеius? Vnde diffidentia oboritur mihi scrutari diuinitus spirantis scripturæ mysteria, & eius examinare sermones: quod ille dignè potuit qui inter perfectos sapientiam loquebatur. Ego perfectos video. nec immerito perfectos dixerim, cum videam vos sensus exercitatos habere ad discretionem boni & mali, sed & ipse ta-

Nat. 26.
B Luc. 22.
C Esa. 50.
1. Petri. 1.
1. Cor. 7.
Pſal. 104.

D Deut. 33.
Roma. 4.
Pſal. 54.
E
Matt. 16.
1. Cor. 15.
1. Tim. 5.
Pſal. 31.
Rom. 11.
Ibidem.
F

G Baruch. 3.
1. Cor. 2.
H
1. Cor. 4.
Philip. 3.
I
1. Cori. 5.
Roma. 8.
Matt. 11.

K Ioan. 6.
Ibidem.
1. Cor. 10.
L
Ioan. 15.
Gala. 3.
M
Pſal. 146.
Pſal. 18.
Ioan. 3.
Hiere. 23.

G men qui sciebat solidiores capere cibos,adiumenta que
rebat,vt in eo verbum domini curreret. Nec iste quoq;
sine precatione hoc potuit vsurpare,vt laudatio eius iu
cunda fieret deo. Non enim vsurpantis, sed precantis
assertio est. Tamen ne penitus refugisse videamur. con-
sideremus qui vicini tribubus fuerint Iudæorum. Nam
vt vetera recensеamus, Philistiim tribui Iudæ finitimi,
* Alias, habebantur:ex alio latere iidem * tribui Ruben appro-
eidem tri pinquabant. Ammonitæ quoq; in deserto erant: & qui e
bui.Ru. rant in finibus Tyri & Sidonis, Galilææ copulabantur,
appropin hoc est tribui Zabulon,& tribui Neptalim,quæ erant in
quabat. Galilea:sicut Esaias dixit, Terra Zabulō,& terra Nepta-
Esa.9. lim,via maris trans Iordanem. Vnde potest quis collige
re quæ proprietas vnius cuiusq; singularum fuerit tribu
um,vt certis quibusq; finitimis iungerentur quo paula-
tim etiam gentibus infunderetur cognitio cælestium sa
cramentorum. quod vtiq; potest intelligi de illa mulie-
re Chananæa quæ exiuit de finibus suis vt domino IESV
occurreret trāseunti,& postha bitis simulacris suis ado-
raret verum salutis auctorem,cui testimonium dedit do
Mat.15. minus noster IESVS Christus quod magna esset fides e-
ius. Resplendebat quidem iam gratia euangelii,& præ-
sentiæ lumen auguste: sed tamen quia sponte exiuit, &
misericordiam postulauit,& dominum pia voce confes
sa est,& quasi fastidio habita in clamore petitionis pro-
priæ perseuerauit:non mediocrem prærogatiuam acce-
pit istiusmodi mulier,quæ prima exiuit de gentium na-
tionibus, & perseueranti obsecratione tantum domini
H testimonium meruit reportare. In quo quidem loco ve-
Mat.15. lut dubitasse quosdam cognoui quid sit quod ait: Non
sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel:qua
si nobilitatem generis electu ad saluandas animas domi
nus quæsisse videatur,qui venit vt omnes redimerentur
Sed ostendere dignatus est propositum, quod eos quos
primo elegerat, nequaquam refutare cupiebat, & sæpe
deuios & errantes paterno quodam reuocare quærebat
affectu Sed vbi ipsi auctorem proprium reliquerunt:sci
ens se deum montium esse,non vallium:& regnum cæ-
* Cogen lorum non à fastidientibus,sed à colentibus diripi, pau
tibus. latim conuersus ad gentes est,vt & nationum plus pro-
baretur affectus, & illorum merito pertinacia condem
Ibidem naretur. Quid deinde sibi vult quod ait,Non licet acci-
pere panem filiorum,& mittere catulis? Vtiq; filios dixit
Israelitas,hoc est populum Iudæorum:catulos autē po-
pulum nationum. Quid ergo? Diuitum aut nobiliorum
est accipere sacramenta cælestia,& non eorum qui ma-
gis ad cognitionem mysterii cælestis pio mentis feruore
contendant? Et si Israelita fuerit aliquis remissus & ne-
gligens vel contumax,qui reiiciat post se sermones dei,
Chananæus autem qui impigrē velit adquirendis men
I tem intendere sacramentis: ille potius qui dissimulat,
quàm iste qui defert studium,præferendus est? Non vtiq;
Et ideo diligenter oportet intendi quid expressерit, qui
cum dixisset,Non licet accipere panem filiorum,& mit
tere catulis, respondente Chananæa quia & catuli canū
edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorū suorū,
studium eius humilitatémq; laudauit,quæ non sibi pro-
fundum sapientiæ à primordio vendicauit,quamuis de
finibus Tyri & Sidonis iam esset gressa:sed micas q̄sdā
verbi salutaris,quæ de mensa dominorum suorum ca-
derent,crederet colligendas. Qui enim diligēter & sub
tiliter scripturæ verba rimatur,is ad altitudinem myste
riorum peruenire consueuit. Vnde & huic dicitur, Ma-
gna est fides tua:fiat tibi sicut vis. Hoc est,vt aperiatur ti
bi ostium verbi,& refulgeat vitæ æternæ salubre myste-
rium. Ergo qui vicinus est, exeat, & Christum videre
desideret, & in oratione clamet, sicut ista Chananæa
exiuit de finibus suis,& Christum vidit,& iugi voce cla
mauit, vt eius misericordiam reportaret. Credentibus
itaq; Chananæis Iudæus in opprobrio fit: quia ipse non
credidit: & illudi sibi doleat: & derideri se ab iis qui in
circuitu sunt,ingemiscat. Et videtur prophetia hæc esse
de nationibus crediturisMaxime cum sequētia istud o-
stendant,quia ait, Posuisti nos in similitudinem gentiū
bus,commotionem capitis in populis. quia Iudæorum
delicto salus in gentibus:& quæ illis in figura gesta sunt
ad cognitionem nostrā profecisse apostolo auctore co
gnouimus. Et vere in opprobrium positi sunt gentibus,
quia gentes opprobrium crucis dominicæ omnibus di-
uitiis secularibus prætulerūt. Qui autem crucem illam
putauit opprobrium,& quasi opprobrium refugit,is ve
re in diuturno mālit opprobrio. Tamen quia non secun
dum carnem Israelitæ videntur, qui potuerunt dicere:
Quia iniquè non egimus in testamento domini:nec re-
cessit retro cor eorum à domino: vide ne iis se in circui
tu positis illusioni & derisui fuisse cōmemorent,de qui-
bus dicit dominus, Circundederunt me vituli multi. Psal.21.
Circundederunt enim eum persecutores quando secun
dum consilium voluntatis suæ subiit passionem. Vnde
& alibi ait, Circundantes circundederunt me, & in no- Psal.117.
mine domini vltus sum in eos. Ideo melius est viam re-
ctam tenere, in qua facinorosi ambulare non possunt.
Cito cadunt,qui non in directione ambulant. Vnde &
illi quando voluerūt IESVM dominū comprehendere,
vbi respexit eos,ceciderūt. Propter hos igitur qui in cir Ioan.18.
cuitu ambulare cōsueruntangelū dominus appoluit, L
qui à tergo insidiātes repellat inimicos. Prętendit igitur
angelus domini in circuitu timentiū eum,& eos tuetur
atq; custodit. In circuitu eni impii ambulant, sicut scri-
ptum est. Vide itaq; distantiā. Impii in circuitu ambulāt Psalm.11.
angelus autē prætendit in circuitu eorū qui non ambu-
lant ī circuitu,& ideo prætēdit vt eruat iustos ab isidiis
persequētium. Iusti ergo spirituales Israelitæ videtur esse
qui hęc loquūtur:eò quòd tētationibus seculi subiacue-
rint,& opprobriū fuerint vicinorū:hoc est,eorūm, qui
Hierusalē patriā non incolebāt. Illusioni etiam fuerint
spiritalibus nequitiis & potestatibus: contra quas iustis
lucta esse consueuit. Denique historia te doceat quòd
abducti Iudæi in Babyloniam, etsi propter peccata sua
videbantur esse subiecti,tamen multo meliores genti-
bus habebantur. Peiores enim erant in circuitu eorum
qui insultabant eis, cum ipso peccatorum grauium
M essent mole curuati. Primus ergo intellectus de capti-
uis patribus vsurpandus est, quibus insultauerunt As-
syrii, illudentes eis in Babylonia:quibus etiam rex ille
nequissimus dominabatur Nabuchodonosor. Secun-
dus intellectus ad altiora referendus, quòd sæuissim⁹
rex diabolus est, ipse est Assyri⁹ Nabuchodonosor,qui
bonis insidiari solet, vt eos in peccatū trahat per carnis
illecebram. Attende igitur hunc regem eo loco vbi di- Roma.7.
cit apostolus: Video legem carnis meæ repugnantem
legi mentis meæ,& captiuum me ducentem in lege pec-
tati. Hoc est, in illa lege carnalis illecebræ. Aduersa-
rius leo est, qui vrget obnoxios, iustos fatigat. Vnde
pulchre posuit Aquila: Spretionem & pompam posui-
sti nos iis qui in circuitu nostro sunt. Ita enim despica-
biles æstimabantur,qui theatrum facti sunt huic mun-
do, & angelis & homnibus quia,etsi in testamento
non peccent dei, nec carnis illecebris reflectantur
à domino: tamen quasi in pompa quadam circunfer
ri videntur & despici,quandoquidem peccatores humi
litati iustorum insultare consueuerint,vt opprobrium
ducant crucem domini saluatoris, humilitatémq; iusto
rum. Denique quasi in quadam pompa theatri constitu
tus apostolus dicit:Placeo mihi in iniuriis, in necessi- 2. Cor. 6.
tatibus,in persecutionibus,in angustiis. In istis placet
sibi,qui omnia quæ mundi sunt, detrimentum putat vt
Christum lucrifaciat solum, per vitam & mortem re-
quirens:cui viuere Christus est,& mori lucrum: vt inue
niatur in Christo. Adiiciunt adhuc isti Israelitæ dicen-
tes: Posuisti nos in parabolam gentibus, commotio-
nem capitis in populis. Quibus gentibus positi, nisi

A creditur is?Ea enim quæ acciderunt Iudæis,in similitudi
nem figuræ facta sunt,vt fieret nobis typus & figura exci
dium Iudæorum:atque ex illa similitudine per paraboD-
lam solutionem præsentibus requiramus,quo exempla
eorum cauere possimus. Deinde quia Iudaicæ res om-
nes quasi parabolæ sunt,hoc est quasi figuræ, egentes so
lutione. Denique dominus Iudæis in parabola loqueba
tur,vt imperiti non intelligerent, intelligerent sapien-
tes:vt intelligebant apostoli:& in quo mouebantur,in-
terrogabant dominum:Iudæi autem nec intelligebant,
nec iterum discere non intellecta cupiebant. Quid sit
Gala.4. parabola,accipe. Abraham igitur duos filios habuit: v-
num de ancilla,& vnum de libera. Non intelligebat
hoc Iudæus nisi secundum literam. Nesciebat quis de fi
liis duobus acciperet hæreditatem patris,quia ad carna-
lia propendebant: Egebat parabola solutione. Venit
gentium doctor,& fides nationū: & intellexit quòd duę
illæ mulieres duo sint testamenta, vnum à monte Sina,
quod in seruitutem generauit populū Iudæorum,quod
est Agar. Et ideo Sina,quod p interpretationē mensurā
eius significat. Mensura autē,legis est: superabūdans au
tem gratia est. Sina quoq; merces dicitur,& cōuenit po-
pulo Iudæorum,qui iustificari se mercede operū quām
B fide i gratia maluerunt. Ergo quæ sub lege erat Hieruſa-
lem,cum filiis suis seruiebat. Quæ autem sursum est Hie
rusalē,libera est Et ideo Sarra,quæ principalis dicitur,li
bertatem habet,quod princeps sui sit qui iustus atque in
tegер est. Ex duobus igitur testamentis duo populi,vnus
Iudæorum,alius nationum,qui in Christo credidit. Ille
Iudæorum qui non credidit,seruit. Ipse est secundum
carnem natus:quia secundum carnem interpretatus est
scripturam diuinam,& secundum literam, non secun-
dum spiritum. Qui autē de libera nat⁹ est per repromis
sionem,hoc est,cui repromisio ex fide, ipse est ecclesiæ
filius,tenens gratię libertatem: propter quē ecclesia di-
Ibidem. cit:Expelle ancillam,& filium eius:non enim hęres erit
filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et apostolus ait:Itaq;
fratres non sumus ancillę filii,sed liberę. Hęc est ergo so
lutio,quia quod ignorabat Iudęus fides gentium,soluit
infusa à Paulo doctore mentibus nationum. Ideo ergo
illorum gesta nobis in parabola sunt. Sed & dominus di
Psal.98. xit:Factus sum illis in parabolam,aduersum me exerce-
bantur qui sedebant in porta. In parabolam autē factus
Lucę.4. quia dicitis,inquit,Medice cura te ipsum. In parabolam
Mat.24. factus est,quia sedētes in porta increpabat. In exitu enim
non ociosi sed exerciti esse debemus. Ideoq; scriptū est,
Videte ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Hoc est nō
in ocio,sed in negocio. Ergo pigri sedebant Iudei: quia
stare non poterant:qui verę Hierusalem atria nesciebāt
Si enim scirent illam Hierusalem,requisissent. Isti ergo
C fatigati in porta sedebāt. Nec solum dixit sedebant,sed
etiam oderant dominum in portis redarguētem. In por
ta enim erat,qui subiturus erat sui corporis passionem,
per quam migraret è terris,rediret ad cælum. In porta
Ioan.12. erat cum diceret: Ambulate dum lucem habetis. Quid
est ergo,Factus sum illis in parabolam:nisi quia finis le-
gis est Christus & mors eius soluit ænigmata prophetа-
rum:eaque quæ antè Iudæis erant incognita cum pro-
phetarētur,postea manifestata sunt dominicæ passionis
effectu. Factus est illis in parabolam,quia quasi vilem se
præbuit, ingerens se illis, nec refugiens eorum seditio
nes, & perducens eos ad tempus beneplaciti sibi,vt mo
reretur pro omnibus hominibus, quo illius sanguine
genus hominum mundaretur. Similiter in parabo-
Deut.25. la scriptum est: Non alligabis os boui trituranti.
1.Cori.9. Soluit hanc parabolam apostolus dicens: Nunquid
de bubus cura est deo? An propter nos vtique dicit?
Nam propter nos scripta sunt. Quis est qui arat, nisi
qui in spe arat,vt in iudicio domini metat? Et ideo quasi
boni agricolæ,vbi propter spem inarata fuerit terra no
stra continentia corporali,nō carnalia sed spiritalia se-
minemus:quoniam de carnalibus corruptela colligitur, D
de spiritalibus vita æterna adquiritur. Typus igitur & fi-
gura nobis sint gesta maiorum. Typus lex scripta in cor
dibus nostris, vt nobis in ea quędam futurorum figura,
non veritas sit. Lex ergo quasi figura sit nobis:euangeli-
um quasi lumen & signaculum veritatis. In parabola er
go dominus ostendit se Iudæis,sed non intellexerunt pa
rabolam,quia medicum non receperunt qui curaret ani
mas laborantium,& omnia * ægritudine & inæqualita- * Al. om
te incommoditatis absolueret. Factus est etiam i parabo nem ægri
lam, quia carnem suscepit, quam crucifixerunt Iudæi, tudinem
non intelligentes parabolam spiritalem. Eousq; enim & inæqua
nō intellexerūt, vt cū authorē vitæ crucifigerēt,& suspē litatem.
sam in cruce cernerent carnem domini salutarem, mo-
uerent caput. Nam si intellexissent,vtique non insulta-
sent,sed ingemuissent. Et tamen ipsa commotio capitis
illis in similitudinem cesit, vt nō hoc significaret quod
illi sentiebant,sed quod mysteria declarabant. Illi enim
secundum vulgi vsum insultantes domino mouebant
caput suum,sicut qui iustis insultare desiderant, si for-
te eos viderint in hoc seculo fatigari,mouēt caput. Quę
commotio capitis gemiuum intellectum habet. Repre-
hensibiles enim videntur secundum scripturæ auctori-
tatem qui mouent caput, cum dicat & Matthæus, Qui
trāsibant, blasphemabant dominum IESVM, mouentes Mat. 27.
capita sua. Et Marcus, Qui præteribant. Transeuntes au
tem quòd reprehensibiles æstimentur, docet hic ipse p Mar. 15.
pheta, qui dicit de vinea Sabaoth: Et vindemiant eam
omnes trāseuntes viam. Denique & qui sequitur versus, Psal.79.
hoc signat: Deus tauit eam aper de silua, & singularis
ferus depastus est eam. Et in posteriorib us ait: Et non di-
xerunt transeuntes viam, Benedictio domini super vos. Psal.128.
eo quòd qui transit, & nō stat in atriis domini,nō dat be
nedictionem. Ita ergo Iudæi mouebant caput sup domi- E
num IESVM, vt præterient, qui firmum solidumque fi-
dei vestigium habere non poterant: Mouebant autem
caput suum,quorum caput Christus esse debuerat, quē
non debuit dimouere & deturbare perfidia Iudæorum.
Sed quia non passi sunt membra se esse Christi,ideo ca-
put eorum non fuit Christus. Nō erat etiam lex caput e-
orum,quia expoliabantur & lege à populo nationū. Nō
fuit his caput verbum dei:quia amiserant prophetas, &
apostolos non habebant. Hoc reprehensibili cōmotio
ne capitis dictum sit. Est tamen & laudabilis capitis cō-
motio,reprehensibilis Iudæis, laudabilis populo natio-
num. Quid est enim caput, nisi in quo sensus sunt? Ocu-
li enim sapiētis in capite eius. quos moueri oportet ocu- Eccles.2.
los,id est mentis tuæ sensus,ne aliquo torpore pigrescat.
Moue ergo prudentiam tuam, moue sapientiam, moue
cogitationes tuas cęlestium collatione sermonum, &
propheticorum,disputatione verborum, ita vt non pec
ces in testamento dei, sed fides firma sit. Sunt enim here
tici qui mouent sensus suos, vt perfidiam tamen non fi- F
dem excitent,Sed iam expressius de ipsa capitis commo
tione quæ in similitudinem populi est posita,dicendum
est. Quis est caput populorum nisi Christ⁹? Caput enim
mulieris vir,caput viri Christus,Sed & lex caput intelli- 1.Cor.11.
gibilis mulieris. Denique sub lege tanquam sub viro est
populus Iudæorum,quia lex νόμος dicitur græce: & ideo
Synagoga νόμῳ quasi masculo copulata est sed legi cor
porali,non spiritali:hoc est, ritui legis Iudaico, cuius
vinculis alligata est,legitimi nescіens sacramenta coniu-
gii. Si autem mortua fuerit lex,hoc est legis interpreta-
tio corporalis: tunc plebs quasi mortuo coniuge prio
re legitime nubet secundo viro, qui ex mortis resurre-
xit. Est etiam caput mulieris huius euāgelium. Vnde qui
dam mystice interpretati,mortificato ritu Iudaico tanq̄
fratri defuncti euangelio mulierem eam nubere ex lege
voluerunt,quia lex annunciauerit euangelium. Ideo pri
or lex vir,postea secūdi viri nuptiæ, hoc est euāgelii sa-
cramenta sunt. Duo enim quasi coniugia,duo sunt testa

G menta. Vnum cõiugiũ vetus est testamẽtũ, quod morte viri prioris solutum est. Et ideo mulier illa cui lex mortua est, recte in secundũ cõiugium cõuenit, hoc est testamentum nouũ. Sic duobus fratribus vna cõiũgitur, cui superiora peccata moriũtur, meliora postea sacramẽta renouantur. Hoc nobis apostolus euidẽter exposuit dicens: Quoniam quę sub viro est mulier, viuente viro ligata est legi. Roma.8. Hoc est viri sui legi, vt ei debeat castitatem. Si autem mortuus fuerit vir, soluta est à lege viri, id est vt cui velit nubat, dummodo nubat, quia viuo viro, inquit adultera vocabitur, si iuncta fuerit alteri viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ita vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Hoc sacramentum etiam ad Christum & ecclesiam pertinere etiam alibi demõstrauit, quia magnum est sacramentũ. Hic quoque non prætermisit dicẽs, Itaq; fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex Ephe.5. Roma.7. mortuis resurrexit. Quomodo mortificatus es legi, nisi vt tibi legis vmbra moriatur cum accedis ad sacramenta cælestia? Nec enim aliter debes accedere ad euangelium, nisi solutus interpretationis corporalis impedimentis. Alioquin adulterium est veris falsa miscere. Pudicitia autem spiritalis, si anima tua exuta omnibus impedimentis deuiæ cognitionis, sine ruga accedat ad dei verbum. Ergo sicut ecclesiæ caput Christus, ita & synagogę caput lex: hoc est iis qui sub lege sunt, propter quos apo

H stolus fecit se esse sub lege, cum sub lege nõ esset, vt eos qui sub lege sunt lucrifaceret. Et iterum doctor gẽtium factus est quasi esset ipse sine lege, vt eos qui erãt sine lege, acquireret Christo. Pulchre autẽ ait quod sine lege dei non esset, & in lege Christi maneret. Lex autem synagogæ caput nõ à principio, quia Christus erat caput Hebr. 11. veteris synagogæ, quã Moyses fundauit & cõdidit. Denique audi dicẽtem quia verbo domini fundata est. Fide, inquit, Moyses grandis factus negauit se esse Pharaonis regis nepotem. Maluit enim afflictis compati q̃ temporalibus delectari, maioresq; diuitias æstimauit, & prætulit thesauris AEgypti, improperium Christi. Aspiciebat enim mercedem repromissionum dei, quæ est resurrectionis gratia. Sed vbi propter perfidiã Iudæorum mortuum est infidelibus dei verbum, & excidit pectoribus Iudæorum: legis spiritalis intellect9 occubuit, & nupsit synagoga ritui corporali obseruationiq; perfidiæ. Sed non fuit illa sobrietas spiritalium nuptiarum, sed adulterium castitatis. Ideo synagoga libera esse non potuit, quæ malæ nupserat, & non crediderat resurrectionem

I Christi futuram. Vnde bene ei nupsit ecclesia, cui secundum sacram dispensationẽ secundũ carnẽ mortuus est Christus, vt illa Iudæa anima quæ antefuerat ligata peccato, per mortem Christi absolueretur vinculo delictorum: Nõ nubit ergo muliere alteri viro, nisi mortuus fuerit vir suus: hoc est, nisi à vinculo legitimi amoris fuerit absoluta. Si autem mortuus vir eius fuerit, liberata est. Sane tenebatur ex lege vt fratri proprii coniugis copularetur si semẽ nullum maritus ei reliquisset. Quod vinculum magis nectebat interpretatio literæ, quàm gratia spiritalis. Deniq; habebat in voluntate frater defuncti, vt si nollet, non acciperet fratris vxorem ad semen defuncti resuscitandum. Vnde calciamentum suum soluere iubebatur vt esset à nexu copulæ eius exutus, quam à sui gratia offendisset alienã. Sic enim scriptum est, quia soluebat vir calciamẽtum suum, & dabat proximo suo dicens: Hoc erit in testimonium in Israel. Et dicebat Deut. 25. propinquus. Accipe, & acquire tibi tu. & soluebat calciamentum suum. Dicebant etiam adstãtes: Det tibi dominus vxorem quæ intret in domum tuam sicut Rachel & sicut Lia, quæ ædificauerunt vtraq; domũ Israel, & fecerunt virtutẽ in Effrata. Sed hoc ex literæ interpretatione Iudæum ligabat *. Cæterũ figura erat quod

*alias, iu- Christus venturus esset in terras qui semen defuncti populi resuscitaret merito fratris, quia dictũ est: Narrabo dei agebãt nomen tuum fratribus meis. & quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem. Vel quia euangelium Pſal.21. K defunctæ legis reparationem operaretur in posteros, vt semen quod lex non reliquerat, euangelii tenor resuscitaret. Non mirum ergo si caput suum praua interpretatione mouerunt, vt ipsi à se deturbarent sapientiã suæ salutis auctorem, aut certe mouendo caput suum causa fieret commotionis capitis nõ paucis, sed populis. Commotio hæc capitis facta est quando quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, vt fieret omnis terra domini, & regnum dominus esset in nationibus. Vnde & in posterioribus dicit: Dominus regnauit, iraſcantur populi: qui sedes super Cherubiu, moueatur terra. Quod pul- Pſal. 98. chre Aquila interpretatus est, vt ἀλάλαγμα diceret, hoc est transmutationem, quæ de loco ad locum, de Iudæa ad populos nationum. Quod ex ea lectione quę in euangelio est, liquido poterit manifestari, quemadmodum lex mota sit, dicente scriptura: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæ dicunt vobis, seruate & facite, secundum opera eorum nolite face- Mat.23. re. Quæ enim dicunt non faciunt, Alligant autem onera grauia, & imponũt super humeros hominum: ipsi autem digito suo nolunt ea mouere. Omnia autem faciunt vt videantur ab hominibus. Quid est, Sederunt Scribæ, nisi quia litera scribitur? vnde & γραμματεῖς græce dicuntur Scribæ, literæ sequentes interpretationem, non spiritus intellectum: litera autem occidit. Literam ergo occidentem sequentes, & ipsa appellatione resonantes Scribæ & Pharisæi sunt, hoc est, quia veritatis vnitate L diuisi sunt. Phares enim diuisio dicitur. Diuidunt autem Pharisæi hoc genere, vt verba legis resonent, & in ipsa meditentur, spiritalis autem mysteria legis & sacramenta non videant. Nam si lex spiritalis est, vtique præcepta legis sunt spiritalia, & opera eius spiritalia sunt. Docentes ergo quæ Moyses scripsit onera grauia ligant corporalibus legis. Grauia sunt enim quæ contraria iugo Christi sunt: & per doctrinã suam deuiã grauia onera imponunt auribus audientium, quæ ipsi ne tantum quidem volunt mouere vt à corporalibus legis ad spiritalia scripturæ verba commoueant. Sic enim intelligendum quia digito suo nolunt mouere illa, hoc est, nec exiguo puncto atque momento transferunt se ad intelligentiam spiritalem. Hinc est & illud quod scriptum est, Quòd si in digito dei ego eiicio dæmonia. Quid sit digitus, interpretatur ipsa scriptura quæ dicit in alio libro euangelii: Quod si in spiritu dei ego eiicio dæmonia Lucæ.11. Digitus ergo dei, spiritus dei est. Deus enim spiritus est, & nihil habet in sua substantia corpora- Mat.12. le, sed totus est spiritus. In spiritu ergo dei eiicit dæmonium, qui in digito dei eiicit. Vnde & sanctus Dauid ait M Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum. Hoc est, spiritus tui opera sunt cæli: sicut & scriptum est Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius om- Pſalm.8. nis virtus eorũ. Vt ergo cõcludam9 dispu tationem, Scribæ & Pharisęi nihil ad interiorem hominem referũt qui Pſal.32. vt ipse ad imaginem dei & similitudinẽ fact9 est: ita iis quę cogitat, & quę meditatur, debet magis quę spiritalia sunt q̃ quæ carnali cogitare. Totũ ergo ad illũ exteriorem, ad illum terrenum hominem referre cõtendunt: & ideo omnia eorũ talia sunt, vt videantur ab hominibus, non vt placeant patri qui in abscondito videt. Timent enim sua opera reuelare. Hæc est ergo cõmotio capitis quæ facta est in populis: vel, sicut Aquila & Symmachus dixerunt, in gentibus. Omnes enim gẽtes mouerunt caput suum vt legẽ spiritaliter interpretarentur. Nemo secundum literã legis se putet esse saluãdũ: quia litera legis maledictum habet, spiritus benedictionẽ affert. Nemo ex operibus legis iustificari potest: quia sub maledicto sunt omnes qui sub litera sunt. Fugiant ergo omnes maledictum legis, & confugiant ad benedictionis gratiam, vt benedictionem habeant in cælestibus in Christo

A sto IESV, qui mortuus est pro nobis, vt fides transiret ad gentes: qui etsi vir fuit ante synagogæ, nec ipsam deseruit, & nos redemit. Illam enim nõ deseruit, vt reliquiæ saluæ fierent: nos redemit, eligendo populos nationum. Hæc ergo electio gentium, salus Iudæis. Reliquæ enim non per opera sua, sed per electionem gratiæ saluæ factę Rom. 11. sunt. Gratia est ergo Christi, quæ & nos redemit, & reliquias viuificauit. Commotio autem capitis facta est ĩ gẽtibus: sed ex hac commotione non mediocris mutationis gratiam Iudæi pertulerunt, quorum reliquiæ saluæ factæ sunt. Sequitur. Tota die verecũdia mea contra me est & confusio vultus mei operuit me. Quid est quod interdum ex persona vnius, interdum ex persona plurimorum psalmus hic dicitur? Nam à principio à plurib9 cœpit, vt est: Deus auribus nostris audiuimus, & cætera quæ sequũtur. Deinde ait: Tu es ipse rex meus, & deus meus. Iterum, In te inimicos nostros ventilabimus. & postea, Non enim in arcu meo sperabo. &, In deo laudabimur tota die. &, Tota die verecundia mea cõtra me est. Quid sibi vult ista mutatio quæ frequenter in psalmis repetitur: sicut & in cẽtesimooctauo psalmo ait. Deus laudem meã ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me apertũ est. Hoc de vno: sequitur de plurib9: Loquuti sũt aduersum me lingua dolosa, & odiũ pro dilectione mea Deinde de vno: Constitue super eũ peccatorem. Quod videtur in centesimooctauo psalmo aliud ad populum

B Iudæorum referri, aliud ad Iudam proditorem. Quando pluraliter dicta, ad populũ: quando singulariter, ad Iudam. Hic quoq; posumus dicere, quãdo pluraliter dicta, ad sanctos: quãdo singulariter, ad dominũ nostrum IESVM Christum referri: quia æstimari potest & pro pluribus in propheta locutus, & ipse pro se, & ideo dixerit. Verecundia mea cõtra me est, quę dicitur ἐντροπή. Ἐντροπὴ autem est quando verecũdiam vult quis incutere alicui vt inflectat propositum suũ, sicut est: Descendat nũc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo: liberet nunc Mat.15. eum. Pulchre autẽ ait, Tota die: quia incarnatio domini nostri IESV Christi lucem attulit mũndo. Dies itaq; incarnationis est. Ambulate dum lucem habetis. &, Abra- Ioan. 12. ham diem meum vidit. Ergo hęc verecundia habet in se Ibidem.8 cõfusionem. Vnde & Symmachus: Tota die, inquit, confusio mea contra me est. Quæ autẽ confusio Christi, nisi crux, quod nudus pependit in ea? Et bene tota die: quia ex quo affixus est cruci, vsq; in horam nonam tenebræ Mat.15. factæ sunt: & post horã nonã lux refulsit vsq; in vesperũ. Hic dies ex tribus primus. Potest tamen & chorus sanctorũ pluraliter de se & singulariter loqui. Chor9 enim quasi singularẽ personam habet, sed numerus plurimorum est: sicut illud est: Popul9 hic labiis me honorat: cor C autẽ eorũ longe est à me. Quæ autẽ est confusio quæ operuit dominũ IESVM, cum confusionem peccata faciant Esa.29. Ipsa sunt enim quæ operunt peccatorem. Hic autẽ peccatum non fecit. Sed quemadmodum est confusio adducens peccatum, ita est confusio quæ peccatum abolet: vt confusio crucis domini nostri IESV Christi, per quã peccata mundãtur. Est etiã omnis confusio bona quam pro Christi nomine subeas, & admodũ gloriosa, si verbi gratia in persecutione lex sit vt verberetur Christianus, vt dignitatem amittat, vt careat priuilegio, vt in vincula ducatur. Hæc vtiq; confusio etsi priuilegium non habet, habet gloriã piæ confessionis. Est autẽ & Christi confu- Lucæ.9. sio, sicut ipse ait: Qui me cõfusus fuerit coram hominibus cõfundã & ego eum coram patre meo qui in cælis est. Bona ergo cõfusio. Plerisq; tamẽ huiusmodi cõfusio Christi amara est, hoc est nõ credẽtibus: iucũda credẽtibus. Siue ergo velis cõfusionẽ Christi, intellige crucẽ ei9 quę Iudæis videbatur esse confusio, qui insultabant ei quasi erubescenti in eo opere in quo publicã operabatur salutẽ: siue etiã hanc cõfusionẽ, quæ ingeri videbatur à voce exprobrãtis & obloquẽtis, à facie inimici & persequentis. Erubescebat enim sic lapsum esse electum populum suum, & cõfũdebat * eos apud patrem, quorum finis adueneret. Præsens enim erat filio pater, à quo nunquã potest filius separari. Et ideo audiebat dicentem Iudæis pater: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Sũt autem qui etiam in confusione sua gloriantur, sicut illi de quibus dicit apostolus, qa gloria eorũ in cõfusione ipsorum, quibus contraria est gloria Christi, qui crucem susLucæ.13. cepit nec confusionem refugit. Quã nos quoque minime timere debemus, nec formidine aut fastidio declinare, ne peccatum supra nos adducat, quę potest adducere gratiam vitæ. Est enim & confusionis gloria: vt si in multos gentiles incidas vel philosophos, & illi tibi obiiciant crucem Christi, & verbo respondere non possis, nec salutaria quisquam audit verba referentem, est confusio, sed à voce exprobantis, & obloquentis, à facie inimici & Prou.26. persequentis. Et ideo noli respondere insipienti ad insipientiam eius. Esto sicut homo mutus & tacens, & quasi non audiens verba insultantium & obloquentium: non quo respondere nequeas, sed quo respondere non debeas. Omni enim rei tempus. Tempus tacendi, & temp9 loquendi. Tacẽdũ est quãdo paratũ non inuenis auditorẽ. Loquendum est quando dominus linguam eruditionis indulget, vt sermo tuus operetur in affectibus audiẽtiũ. Quomodo autem te audiat, qui ideo tibi obloquitur, eo quod salubrẽ tuum nolit audire sermonẽ? Aut quomodo tibi acquiescat qui persecutor est, & velit te sibi vẽdicare? Aut, vt Aquila dixit vel Symmachus, vt vlciscatur & puniat in te quod Christi hæreditas ad Gentes videatur esse transfusa? Longe itaq; ista confusio à confusione & opprobrio peccatoris. Istius enim conscientia illu- E minatur, qui oblitus nõ est dei sui: illorum confunditur ingeniũ quotũ ingeniũ caligat atq; perturbat recordatio delictorũ. Et ideo bene sibi cõscii dicẽt: Hæc õnia venerunt super nos, & obliti nõ sum9 te, & inique nõ egimus in testamento tuo, & nõ recesit retro cor nostrũ: & declinasti semitas nostras de via tua. Videtur versicul9 vltimus non concordare superiorib9. Nam quomodo declinarũt ii quibus diuinitatis nulla obrepsit obliuio, nec alicuius iniquitatis conscięntia, nec vlla desidia? Sed si cõsideres quia iustus vix saluus fit, intelligis profecto & ipsius non nunquam titubare vestigia, & auctorem declinationis eorum deum videri, quia ipse quoq; patitur iu- Pſal. 29. stos sępe tentari, quo magis probentur tentationib9 eruditi. Quis autẽ est tam fortis, vt nequaquam in tentatione moueatur, nisi dominus adiutor ei adfuerit? Deniq; cõturbat9 est & ipse propheta Dauid, quia dixit in sua abũdã Gene.3. tia, Non mouebor inæternum. Aut quis est ille quẽ loc9 afflictationis, & terræ corruptela nõ moueat, cũ diuina F sententia neminem exceperit qui sit ab exercitio & à fatigatione terræ huius immunis, cui dictum est: Maledicta terra in omnib9 operibus tuis: spinas, inquit, & tribulos germinabit? Deniq; ipse Paulus dominicę vas electionis Roma.7. à maledictione veteris sententiæ absolutus domini IESV passione, tamen captiuum se duci in legem peccati vehementissime deplorauit, nec quenquam nisi Christum à quo liberaretur inuenit, cum eum lex sui corporis & vmbra mortis vrgeret. Dixim9 sensum: sed expressius qui locus sit afflictationis, considerare nos cõuenit: Vtrum hic mund9, qui in maligno posit9 est: an vero caro nostra, in qua anima nostra humiliatur, dum in isti9 carnis descendit societatem: an aduersa quibus exercemur in hoc corpore cõstituti, in quo ingemiscimus grauati. quod nolum9 spoliari, sed supuestiri: Grauis enim labor est dum expectamus vt absorbeatur mortale hoc à vita, quo nos expoliare debemus. Minore enim labore expoliatur quam absorbetur. Et vide ne eã diuersitas fit expoliantis se & expectantis vt absorbeatur à vita. Expoliat gratia, absorbet pœnitentia. Expoliat sublimitas mentis, absorbet diligentia. Quomodo autem dubites quod afflictationis hic locus sit quando corpus est mortis, in quo operit nos etiam vmbra mortis? Et ideo

G ad lucernam illam ſemper debemus intendere, quæ eſt verbum dei, vt ſciamus quemadmodum noſtri animi ſemitas dirigamus, & veſtigia mentis internæ, vt lux animorum ſoluat tenebras corporales. Pulchre autē Aquilæ interpretatio quemadmodum intelligere debeamus locum afflictationis, expreſsit, dicēdo: Quoniam humiliaſti nos in loco Sirenum, vt nō caro in vitio ſit ſui natura, ſed ea quæ carnē corruptibilem eſse fecerunt. Denicq; Sirenas, quarum ſecundo & tertio mentionem fecit ſcriptura diuina, quaſdem fuiſse puellas Gentilis tradit hiſtoria, quæ vocis ſuauitate, canendi illecebris, audientiq; ſtudio illectos nauigantes ad littus admouere naui gia prouocabāt: cōſque (cum gratiam vocis ſequerētur) ſcopuloſo in loco naufragiū facere ſolitos vetuſtas poſteris tradidit. Earum autem interpretatio hæc eſt, voluptas vocis, & quedam adulatio. Ita ergo ſeculi voluptas nos quadam carnali adulatione delectat, vt decipiat. Vt ergo illic non littus in vitio erat, ſed canora dulcedo, quæ faciebat aſperitatem littoris nō caueri: ita nō caro, in vitio, ſed ea quibus caro iſta ſolicitatur & fluctuat. Denique mare, ſi tempeſtas deſit, quietū eſt: ſi procella ſæuiat, periculoſum. Et ſeptuaginta virorum vide tur cum his ſententia conuenire, cum dicunt quia ſcriptum eſt, Quoniam humiliaſti nos. Cuius interpretatio-
Deut. 21. nis teſtimonia de ſcripturis nobis ſunt arceſſenda diui-
H nis. Ait enim Deuteronomium: Si exieris, inquit, in pugnam aduerſus inimicos tuos, & tradiderit tibi eos dominus deus tu⁹ in manꝰ tuas, deprædatus & fueris ſpolia eorum, & videris in ea deprædatione mulierem bona ſpecie & cohabitaueris cum ea. & infra: Si noluerīs eam poſtea, dimittes eam liberam, quia humiliaſti eam. Vides ergo quoniam non natura ſui eam, ſed is qui eī integritatem pudoris eripuit, humiliaſſe perhibetur. Humi-
Deut. 22. litas ergo operis eſt, per quod caro iſta, peccati corpus effecta eſt, & locus afflictationis. Iterum alibi: Si deſponſata fuerit virgo viro, & inueniens eam homo in ciuitate, dormierit cum ea, educentur ambo ad portam ciuitatis ſuæ, & lapidabuntur: & morietur iuuencula, quia non exclamauit in ciuitate, nec inuocauit hominē qui ſubueniret: & vir, inquit, qui humiliauit mulierē proximi ſui. Et hic eadem eſt huius cauſa ſermonis, vt à corruptore
Ibidem. humiliata dicatur. Tertium quoq; habes de hac re teſtimonium, & plura, ſi queras tamen de eodem libro audi. Si quis inuenerit virginē quæ non ſit deſponſata, & vim
I faciens ei, dormierit cum ea, & inuentus fuerit, dabit qui dormierit cum ea patri iuuenculæ quinquaginta denarios, & erit vxor eius, quia humiliauit eam. nec poterit dimittere eam per omne tempus, propter quod humiliauit eam. Ipſe ſermo repetitus eſt, vt intelligas quia non conditio carnis videatur nos humiliare, ſed culpa. Nec tamē negare poſsum⁹ quōd multis humilietur & caro loco ipſo, illecebris ipſis, fragilitate quoq; qua patuit errori. Licet enim non à mediocri aduerſario ſerpente decepta ſit, habebat tamen ſui non mediocrem gratiam, ante quam peccatum irreperet: in cōſpectu erat dei Adam, in paradiſo vigebat, cæleſti gratia refulgebat, loquebatur cū deo. Nunquid eum humiliatū ante legiſti, niſi poſtea quàm præuaricatio eum humiliauit ſua? Cuius vitii hereditatem ad nos vſq; tranſmiſit, vt in hoc corpore conſtituti nolimus peregrinari de corpore & adeſse deo. Et ideo humiliamus animā noſtrā quæ ſe ad deū geſtit attollere, ſed corruptibile hoc corp⁹ grauat animā, terrenaq; habitacula præponderant, vt mens deuota deo frequenter inclinetur ad ſeculū, nec ſe ſubiicere deo poſsit, quoniā ſubiectionē ſui ſapiētia carnis ignorat, quę noſtrum inuoluit affectū. Dicentes hæc de nobis, quid de carne domini noſtri IESV Chriſti dicemus? Qui vtiq; ſuſcepit carnis iſtius veritatem: & ideo ſemetipſum humiliauit vſque ad mortem, mortem autem crucis. Diligenter attēde, & conſidera ſingula. Vide quia volens ſuſcepit hāc formam corporis noſtri, & tuæ obſequia ſeruitutis, in ſimilitudinem hominum factus, non in ſimilitudinem K carnis, ſed in ſimilitudinem hominū peccatorū. Omnis enim homo ſub peccato. Ideo & ſpecie inuentus vt ho- Philip. 2.
mo, vt ſcriptum eſt de eo: Et homo eſt, & quis cognoſcet eum? Homo ſecundum carnē, ſed vltra hominē ſecundum operationem. Vt homo, inquit, humiliauit ſemetipſum: quia ad eos deus venit qui humiliati fuerant, liberandos. Ipſe ſe ergo humiliauit propter nos. Nō ergo corpus illius corpus mortis: ſiquidē corpus eſt vitæ. Nec caro illius, vmbra mortis: ſiquidē fulgor eſt glorię. Nec in eo locus afflictationis: ſi quidē in illo corpore omnibus gratia conſolationis. Humiliauit ſe, vt diſceres quid ſit humilitas. Denicq; audi dicentem: Diſcite à me quia Mat. 11.
mitis ſum, & humilis corde. Ille ſe humiliauit, vt tu exaltareris. Qui enim ſe humiliat, exaltabitur. Sed non om- Luc. 14.
nes qui humiliantur, exaltabūtur. Multos enim crimen humiliat ad ruinā. Humiliatus eſt autē dominus vſq; ad mortem, vt de portis mortis exaltaretur. Ecce vide gratiam Chriſti, vide beneficia eius. Poſteaquam Chriſtus aduenit, hæc caro quæ erat vmbra mortis, cœpit per gratiā domini refulgere & habere lumē propriū. vnde & di
Ibidē. 11. ctū eſt: Lucerna corporis tui eſt ocul⁹ tuus. Sed vide de quooculo dicat: nō de exteriore. Si ocul⁹, inquit, tu⁹ ſimplex fuerit, totum corpus tuū lucidū erit. Interior vtiq; eſt oculus, qui totū hominis corpus illuminat. Interior eſt etiam oculus, qui affert toti corpori cæcitatem: quia
Ibidem. ſcriptum eſt: Si autem nequam fuerit oculus tuus, totum corpus tuum tenebroſum erit. Vides in vno homine vn de tenebræ naſcantur, vnde lumen oriatur? Ipſe ergo ti bi es caligo, vel lumen. Caligo, iniquitatis eſt: tenebræ, peccatorū: lumē, innocētiæ: Ipſe tibi ergo es vel iniuriæ L
auctor, vel gratiæ. Operatio diuina nihil errat. Lumen in te ipſo eſt, quia innocens infantia tua eſt. Pura mens hominis ante adoleſcentiæ lubricum, & iuuentutis errorem. Tu tibi ergo tenebras feciſti eſse quod lumen eſt. Denique idem oculus, hoc eſt, ſenſus hominis, tenebroſus eſt in peccatore, ſplendidus in innocente. Nec illud prætereamus quod Symmach⁹ ait. Afflixiſti nos in loco deſerto. Ideo affligimur, quia interdum deſtituimur protectione cæleſti: & regio iſta ſub maledicto eſt, vel in lubrico ſeculari. Necdum quoque benedixerat terram ſuam dominus noſter IESVS Chriſtus: & ideo laborabant nec ad lumen pietatis eius oculorum ſpiritalium intendebatur obtutus. Deinde quia voluptas & delectatio mundi frequenter irrepit. Vnde non vinculis hominis illius ligare nos atque vincere debeamus, nec cera aures claudere, ſed auertere aurem quotienſcunque aliena à fidē, & contraria vel aduerſa vtilitati noſtræ aliquis exiſtimat obloquenda, ne in eo ſermone operiat nos vm
bra mortis. & ſi quid tale profertur, nos tamen dei ver- M
bum debemus inſerere, quod mentis noſtræ oculos fulgore diſputationis illuminet. Sequitur: Si obliti ſumus nomen dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad deos alienos: nonne deus requiret iſta? Aquila, inueſtigabit iſta, dixit: Symmachus, inueniet iſta. Ipſe enim nouit occulta cordis: quia propter te morte afficimur tota die: æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Quid eſt quod ait, requiret deus? quaſi ſi non requirat, ignoret? Et ſic requiret deus obliuionem tuam quæ irrepſit, vt auferat eius omne veſtigium. Vnde & Aquila dixit, Inueſtigabit. Nam vtique qui nouit cordis occulta, quomodo quærit: cui etiam ea quæ ſunt interiora, manifeſta ſunt? Si quidem apud deum conſcientia vniuſcuiuſq; ſe prodit, & cogitatio hominis apud eum ſe aut condemnat, aut purgat. Denicq; Aquila viſiones cordis dixit eō quōd videat cor noſtrum, & omnis noſtri cogitatio cordis in promotu ſit apud deū, atq; ei cogitationū noſtrarū imago reſplēdeat. Bene illud ait Aquila, In te morte afficimur: quoniā in Chriſto mori, arduū & glorioſū, & in ipſo moritur, q pro ei⁹ nomine ſacra paſsione eſt coronatus. Sed quid miraris qđ requirētē deum occulta cordis

A verſiculus iſte declaret, cum alibi deū ſcrutatorem lege
Sapien. 1. ris cordis? Quid etiā miraris ſi verbis noſtris maieſtas diuinæ ſubſtantiæ explicari non poſsit, cum ait Apoſto
1. Cor. 4. lus: Nolite ante tēpus quid iudicare, donec veniat dominus, qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiū: & tūc laus erit vnicuiq; à deo. Tenebras cordis ſæpe loco criminis legimus, immo prope vbiq;. Vide ergo ne iſta ſint occulta tenebrarū, quæ ſunt cordis occulta: ideoq; tenebrarum nomē acceperint, q ea ab aliis non deprehendantur, ſed lateant. Et ideo dominus in die iudicii illuminaturus aſseritur occulta tenebrarum: quia cor vniuſcuiuſq; manifeſtabitur, quōd
Mat. 10. ante occultum erat, ſoli quidem Chriſto cognitum, qui ſciens iudicii ſui gratiā ait: Nihil eſt occultum quod nō manifeſtabitur. Sunt autē multa quæ propter verecundiam premimus, & vt impleamus cæleſte mandatum, tacito apud nos tenemus affectu, ne videamur in iis quæ noſtra ſunt gloriari, & eorū fructum vulgando incipia mus amittere. Sunt autem occulta ſapiētiæ, quæ raptus in paradiſo Apoſtolus Paulus audiuit: & quia non licebat ea homini loqui, apud ſe tegebat, non quia vſum eorum aut gratiam aliis inuideret: ſed quia non licebat homini loqui, forte etiā homini audire non proderat: quæ tunc illuminabit dominus, cū illuminandorum ſecretorum tēpus aduenerit. Vide ne etiam in euangelio diſtantiam aliquā reperias, vbi dixit: Nihil occultū quod non manifeſtabitur, neq; opertū quod nō reuelabitur. Illud tamen adſtipulatur ad ſuperiorē interpretationē, vt vtrūq; de bonis eſse credamus, quia ſcriptum eſt: Co-
2. Tim. 2. gnoſcit dominus qui ſunt ipſius. Suos ergo cognoſcit, B & eos cognoſcit qui cognoſcūt deū. Ignorat autem eos qui ignorant deū. Qui enim ignorat, ignorabitur. Dominus ergo quæ bona ſunt recognoſcit: ea quæ ſunt plena cognitionis diuinæ, ea quæ ſunt occulta ſapiētiæ, nouit dominus. Auerſatur autem ea quæ ſunt plena iniquitatis atq; peccati. Denicq; ſi iſtorū perſonam conſideres, quos nulla diuini cult⁹ obliuio ſeparauit, vt alieno deo expanderent ſuas manus, atq; aperire ſuas animas noluerunt, intelligis q in occultis ſuis non flagitia aliqua erant, ſed ea quæ eſsent innocentiæ continebant: quandoquidem morte afficiebantūr pro dei cultu: totaq; die verſabātur in morte, ſicut verſabatur & Paulus, qui ait:
1. Cor. 15. Quotidie morior per veſtram gloriā. Et vere quotidie Paulus moriebatur ſecundū carnem, in ieiuniis, in nau fragiis, in diuerſis periculis, in miſeriis conſtitutus: ſed non totus moriebatur. Moriebatur homo eius exterior, ſed renouabatur interior: & ideo nō deficiebat cum tot C periculis vrgeretur: quia etſi exterior homo eius corrūpebatur, interior renouabatur de die in diē: quia diem ſibi vniuſcuiuſq; fides & gratia operationis illuminat. Vnde nec Paulus Apoſtolus nocte ſciebat: quia qui renouatur, ſemper in luce eſt. An tibi nō videtur in luce, qui Chriſti in ſe continet charitatem? Et ideo immolationis ſecurus dura nō refugit, nec eum perſecutio vlla aut fames aut gladius poteſt à Chriſto domino ſeparare, quem vincula diuinæ charitatis adſtringunt. Interim tamen etiā in bonis operibus mens humana turbatur, & tentationibus quatitur. Tamen & hoc iuſtorū eſt, vt cum ſe tentari viderint, adiumentū depoſcāt, ſicut apoMat. 18. ſtoli in euangelio cum Chriſtus dormirēt in naui, tempeſtatem fluctuum formidantes excitauerūt dominum Ieſum, vt ab his formidinem propulſaret. Nónne tibi videntur tunc ſancti Apoſtoli iſtos dixiſse verſiculos: Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas vſq; in finem? Certe & ſi litera diſtare videatur, concordat ſententia. Neq; vero vel in corpore conſtitutus ita dormiebat dominus noſter IESVS Chriſtus, vt ignoraret tempeſtatem maris, & exorto procella ventorū cognitionem eius per altitudinē ſoporis excederet. Dormiebat corpore, ſed virtute vigilabat. Et diſpoſitio illa fuit vt aſcenderet in nauem dei filius, dei verbum: aſcēderent etiam ſimul diſcipuli ſui: quos remiſsos & negli D
gentes eſse non paſsus, quaſi de domini præſentia & fauore ſecuros, ſōno corporis ſeſe cōpoſuit. Ergo illa ſpecie ſomni, dormire ſe mūdo huic, apoſtolis verbum dei demōſtrabat. Vigilabat tamen eius poteſtas & prouidentia, quæ excitauit tēpeſtatem in mari, vt nauis propemodum inſurgētibus fluctibus operiretur: qua diſcipuli tē peſtate turbati, vtrū ſalubris cōſilii ſe prouiſione fulcirent, an vero remediū excederent, cognoſceretur. Sed illis quibus Ieſus non dormiebat, vigilabat fides: & ideo ſurgentes excitauerunt dominū Ieſum, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus. Vide ſi etiam illud diſcrepat ab Ibidem.
euāgelio quod de Iona legimus, qui dormiebat in ventre nauis, & ſtertebat: in quo ſacræ paſsionis figura preIona. 1. ceſsit. Sicut enim Ionas dormiebat in naui, & ſtertebat ſecurus, quaſi nō metuens deprehendi, ita dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui figuram illam ſacramento ſuæ mortis impleuit, tēpore euangelii in naui dormiuit. Et ſicut ille tribus diebus & tribus noctibus fuit in ventre ceti, ita filius hominis tribus diebus & tribus noctibus fuit in corde terræ, in ſui corporis paſsione. Qui vbi ſe excitauit à morte, & ſomnū ſui corporis relaxauit, vt pro ſalute reſurgeret vniuerſorū, diſcipulos viſitauit. Hic eſt ergo verus Ionas, qui obtulit animā ſuā redemptionem pro nobis. Propterea ergo ſublatus eſt & miſſus in mare, vt exciperetur & deuoraretur à ceto, quo in tra aluum ceti poſitus eius interiora vacuaret. De quo ceto hoc dictū ſit, audi Iob dicētem: Qui habet, inquit, magnum cetum captiuū reddere, Quis iſte eſt? Vtique cognoſcis cum legis q dominus noſter IESVS Chriſtus captiuā duxerit captiuitatē. Deuicto enim aduer- Pſal. 67.
ſatio & inimico, nos qui captiui eramus, cœpim⁹ libertatē poſsidere per Chriſtū. Denicq; ipſa oratio ſancti Ionę docet dominicæ paſsionis eſse myſteria, cū dixit: Cla Iona. 2.
maui, inquit, ad dominū meum in tribulatione mea, & audiuit me de ventre inferni. Vides quia inferni ventrē dixit, non ceti? Dominus autem non in cetum, ſed in
E infernū deſcēdit. vt & illi qui in ſternis erant, à perpetuis vinculis ſoluerentur. Denicq; plericq; etiā reſurrexerunt. Quæ autem flumina circundederunt Ionam, aut de qua abyſſo dixit Ionas: Abyſſus circundedit me nouiſsima: merſit caput meum in fiſsuras montiū: deſcēdi in terram, cuius feræ ſunt continentes æternales? Vtiq; hoc ad perſonam Ionæ non quadrat & conuenit. Filius autem dei deſcendit in fiſsuras montiū, quando deſcendit in tumulum. Ipſum enim Ioſeph (ſicut euangelium Mat. 27.
docet) poſuit in monumento ſuo nouo, quod excidit in petra, & aduoluit ſaxū magnum ad oſtium monumenti. Denicq; & in alio libro, Poſuit, inquit, eum in monumento exciſo, in quo nondū quiſq; poſitus fuerat. Quis autē eſt qui cū voce laudis & cōfeſsionis domino ſacrifi
F cauit, niſi princeps omniū ſacerdotum, qui & vota pro omnibus vouit, & reddidit? Solus enim affectus ſui habuit poteſtatē. Sicut enim Ionas miſsus eſt in mare, & quieuit mare à commotione ſua: ita dominus noſter Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum, vt mundū lucrifaceret, & ſanguine ſuo omnia pacificaret, ſiue terrena, ſiue cæleſtia. Aduentu igitur ſuo redemit vniuerſos homines, & prouocauit ad dei cultum operibus ſuis, cum mortuos reſuſcitaret, ſanaret infirmos, timorē dei humanis infundēs affectib⁹. Ipſe eſt q ſacrificauit domino ſacrificiū ſalutare, p nobis, & dignas cōuerſiōis noſtræ hoſtias deo obtulit. Ipſe eſt qui dormiuit, & euigilauit. Cauendū eſt ergo, ne obdormiat peccatoribus. Obdormire enim videtur iis quibus non reſurrexerit, & quos in finem repellit. Quis autem eſt qui repellitur, niſi qui peregrinatur à domino, quia nō peregrinatur à corpore? Quomodo enim poſsunt deo placere qui in carne ſunt? Et ideo non in carne ſimus, ſed ſpiritu adhæreamus domino Ieſu, q ſe in octogeſimo & octauo pſalmo repulſum dicit pro nobis. Tu vero repuliſti pro nihilo,

G distulisti Christum tuum, euertisti testamentum seruitui. Itaq; repulsus pro nobis factus est in opprobrium vicinis suis. Ille enim suscepit opprobriũ crucis, vt nos gloriam suæ resurrectionis indueret. Repulsus videtur quasi mortuus,& perfusus confusione quasi crucifixus: sed benedictus est in æternũ,qui maledictionem sustulit,& benedictionis gratiã cõparauit. Sequitur: Quare faciem tuam auertis? Auertere à nobis deũ faciem suã putamus,quando sumus in aliquibus afflictionibus cõstituti,vt tenebræ nostro offundantur affectui, quibus impediti fulgorem veritatis oculis nostris haurire nequeamus. Etenim si in nostrum deus intendat ingeniũ, & nostram mentem visitare dignetur,certi sumus quòd nulla res nobis caliginẽ possit obducere. Etenim si vultus hominis cæteris mẽbrorum partibus plus refulget: & quemcũq; intuemur,vel incognitum agnoscimus,vel cognitũ recognoscimus,quẽ aspectus noster latere non patitur: quanto magis dei vultus quem spectat, illuminat? De quo vt cætera eius sunt,ita & hoc præclarũ sancti apostoli,qui vere interpres est Christi, vt aptiore eũ sensu & sermone nostris infũderet mẽtibus. Vnde ait:
2.Cor.4. Quoniam deus qui dixit de tenebris lumẽ splendescere,illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ claritatis domini in facie Christi Iesu. Vbi igitur in nobis reluceat Christus,audiuimus. Est enim fulgor æternus animorũ: quem ideo pater misit in terras,vt in eius
H illuminati vultu, æterna & cælestia spectare possimus, qui ante terrena caligine tenebamur. Quid de Christo loquar? cum etiam Petrus apostolus dixerit ad illũ claudum ex vtero matris suæ: Respice nos, qui respexit in Petrum,& fidei illuminatus est gratia. Neq; enim accepisset remedium sanitatis,nisi fideliter credidisset. Vnde cũ tanta gloria esset in apostolis,audiẽs transire dominum IESVM Zacchæus ascendit in arborem, quia exiguus & pusillus in turba eum videre non poterat. Vidit Christum,& lumen inuenit. Vidit eum, & qui ante aliena rapiebat,sua contulit. Merito ergo dicunt isti: Quare faciem tuam auertis? Aut fortasse propterea dicitur,quia desiderantibus Christi morã faciebat aduentus. Ipse enim est vultus patris, qui est imago & gloria dei. Certe si non ad incarnationis eius hoc accipimus sacramentũ,recte etiam illud vsurpant sancti, dicentes: Quare faciem tuam auertis? hoc est: Etsi auertis domine faciem tuam à nobis,tamẽ signatum est in nobis lumen vultus tui domine. Tenemus illud in cordibus nostris, & in intimo splẽdet affectu. Neq; enim quisq; potest subsistere,si tu auertas faciem tuam. Omnia enim à te expectant vt tu des illis cibum in tempore. Dante te his, colligent: aperiente te manũ tuam, vniuersa implebuntur bonitate: auertente autẽ te faciẽ, turbabuntur. Auferes spiritum eorum,& deficient, & in puluerẽ suũ conuertentur. Emittes spiritũ tuum,& creabuntur: & renouabis faciem terræ. Agnoscis quæ sit esca quã deus hominibus subministrat? Ipse est cibus quẽ secundũ voluntatem patris vnigenitus filius eius dominus noster epulatur,sicut ipse ait: Meus cibus est vt faciam voluntatem
Ioan.4. patris mei qui in cælis est. Hic cibus nobis est salutaris,
I & omnia dei sunt salutaria. Audis quædam dei membra: cognosce virtutes. Manus quippe eius, plenitudo bonitatis est: facies eius,illuminatio mentis est. Et ideo semper ab eo speremus: in ipsum vota nostra & omnia studia dirigamus,nec desperemus, etsi corporaliter eũ videre non possumus. Neq; enim desperauit Moyses,
Exo.33. cui dictum est: Non potes videre faciem meã: non enim videbit faciem meam homo,& viuet. Et addidit: Ecce locus apud me,stabis in petra: & cũ transierit gloria mea, ponam te in cauernam petræ, & operiam te manu mea donec transeam: & tollam manum meam,& videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris. Non ergo videtur ab homine facies dei. Est tamen locus in quo fide se monstret homini deus. Est hic locus apud deum: & ideo si steterimus in petra,id est, in car- K
nis istius cõscientia & fidei firmitate: etsi plenitudinem eius videre non possumus, tamen quantum possumus quasi reliquias eius luminis hauriemus. Neq; enim Moyses totam diuinitatis eius plenitudinẽ vidit, quæ habitat in Christo corporaliter,sed vidit posteriora Christi: vidit splendorem eius vt homo,vidit eius gloriã passionis,per quã regnum nobis cæleste reserauit. Aquila autem,Quare faciẽ tuam abscondis? posuit: sed etiã cæteri: quod videtur cõuenire cum Moysi dictis qui ait: Demonstra te mihi,quasi diceret: Noli vultum tuum mihi abscondere,sed magis demõstra videre cupienti. Et addidit: Obliuisceris,inquit,inopiam nostrã,& tribulationem nostrã. De qua inopia dicit sanctus propheta q̃ in obliuionũ venerit dei. Aut quæ est ista inopia quã excidisse domino cõqueritur: Nõ ociosa ista est inopia, nisi forte ea quæ protectorẽ deũ & remuneratorem habere cõsueuerit. Si enim est inopia cui patet regnũ cælorum: recte isti inopiã suã diuinis excidisse sensibus arbitrantur,qui animã suam humiliatã in puluere deplorabant, & ventrẽ suum in terra hærere dicebant. Qui autem in
Mat.5. terra hærẽt,videtur diuina protectione priuari. Quæ sit ergo ista inopia,audi: Beati enim pauperes spiritu: ipsorum enim est regnũ cælorum. Si ergo beata paupertas est,cui patet cælum: terrenas istas diuitias negligamus,corporalẽ redundantiam declinemus. Sequamur
L vestigia apostolorũ,ante quorũ pedes vnusquisq; quod habebat pecuniæ ex suorũ agrorum precio, cõferebat, vt pauperibus dispẽsaretur. Istã igitur inopiam euangelicã hi sancti viri multo ante exercere cœperant,& ideo dicebant: Obliuisceris inopiam nostram. Tale est hoc,
Mat.19. quale illud apostolicum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Bona ergo paupertas, quæ à pietate procedit,& virtutũ exercitatione suscipitur. Nec solum inopiam,sed etiam tribulationẽ suam in obliuionẽ deo veniße deplorãt. Bonæ sunt & tribulationes, quæ sunt propriæ iustorũ: qui non p meritis suis, sed pro pietate eas sustinẽt: in quibus iustus nõ atteritur, sed dilatatur: sicut sanctus ppheta declarat dicens: In tribulatione dilatasti mihi. Et ipse dominus Iesus ait: In tribulatione
Psal.4. inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine. Psal.117. Dilatauit sancto Apostolo Paulo, quando ei oculorum lumen eripuit. Ita enim cõfessus est Christũ, quem negabat antea. Ideo vas electionis esse promeruit. Deniq; vt
Actu.10. scias quia dilatauit Paulo dominus Iesus,audi ipsum apostolum dicentem: Os nostrum patet ad vos ô Corin-
2.Cor.6. thii: cor nostrum dilatatum est. Aperi ergo os,confitere
M Christum,quia plenitudo est: vbi plenitudo,ibi etiam latitudo. Et quasi bonus magister, qui discipulos habere optaret æquales,nos quoq; hortatus est vt dilataremur,
Ibidem. dicens: Dilatamini & vos. Cum autem deus alicubi in tribulatione dilatat, tunc fiet latitudo cordis sicut arena maris innumerabilis. Quæ sit ista latitudo, audi dicentem sanctũ Salomonem: Optaui, & datus est mihi
Sapien.7. sensus: & inuocaui,& venit in me spiritus sapientiæ. Vt enim acciperet sapientiam à deo,non diuitias, non nobilitatem,non potestatem,sed sapientiam postulauit: &
3.Reg.4. in illa omnia quæ etiam non postulauit inuenit. Vnde scriptura dicit quia talis erat latitudo cordis eius, sicut arena maris innumerabilis. Vnde hanc percipias latitu-
Prouer.3. dinem, ait de se ipse cognoscens: In latitudine cordis tui describe eam. Et ideo qui habet sapientiã, non in occulto teneat eam, non ad momentum, sed canat eam in exitu: vbique quod sentit,cum auctoritate prædicet. Symmachus autem pro tribulatione afflictationem posuit. Sine tamen afflictatio sit, siue tribulatio, opus est vt nos maneamus in domino, nec ab eodẽ recedamus: quoniam præsule domino & asistente nobis omne certamen fortiter possumus sustinere. Si autem dominum negligamus,& longe nos faciamus à domino, facimus nobis aduersarium fortiorem.

A
In psal. XLV. enarrationem præfatio.

ITVLVS Psalmi huius ita inscribitur: In finẽ pro filiis Chore p occultis psalmus ipsi Dauid. Quid est p occultis? Occultorũ habuisse se cognitionẽ p reuelationẽ dominiIesu, in quinquagesimo quoq; psalmo sanctus propheta cõmemorat dicẽs: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quæ aũt illa sint occulta,in euãgelio sancto docemur,dicẽte dei filio q̃ mysteria sapiẽtiæ abscõdita sint sapiẽtibus,& paruulis reuelata. Hæc sunt illa,ni fallor, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit,nec in cor hois ascẽderũt, quæ pparauit dominus diligentibus eũ. Ergo in occultis cordis nostri oculta sapiẽtiæ recõdamus,nõ temere aliquib⁹ diuulgemus,nisi sacramẽtorũ cõsortibus,quos dominus vocauit ad gratiã suã,q̃ se in abscõdito vult rogari,quoniam solus est q̃ abscõdita & occulta cognoscat. Deniq; ipse domin⁹ Iesus ad percipiẽdã legẽ solũ Moysen,nõ absq; Iesu tamen,in montem voluit ascendere. In euangelio quoq; Petro Ioanni & Iacob solis ex omni numero discipulorũ resurrectiõis suæ gloriã reuelauit. Ita occultũ suum voluit esse mysteriũ: & admonebat frequenter ne cui facile quæ viderãt annũciarẽt,ne offendiculũ quisq̃
Mat.17. subiret infirmior,qui vim sacramentorũ fluctuãti ingenio haurire nõ posset. Deniq; ipse Petrus nesciebat q̃d diceret,q̃ tria tabernacula domino & seruulis crederet esse faciẽda. Deinde fulgorẽ gloriæ domini trãsfiguratis se sustinere nõ potuit: sed in terrã cecidit, ceciderũt
B & filii tonitrui Iacobus & Ioãnes,& nubes operuit eos: nec potuerunt surgere, nisi postq̃ Iesus venit, & tetigit eos,& iussit vt surgerent,& formidinem sequestrarent. Introierũt ergo in nubẽ, vt abdita & occulta cognoscerẽt: atq; ibi audierũt vocẽ dei dicẽtis: Hic est filius meus dilectus,in quo complacui: ipsum audite. Quid est, Hic est filius meus dilectus? Hoc est, noli errare Simon, vt seruulis filiũ dei conferendũ putes. Hic est filius meus. Non Moyses filius,non Helias filius: quamuis alter aperuerit mare,alter clauserit cælum. In verbõ enim domini vteq; naturã vicit elementi: sed illi ministerium præbuerũt: hic est qui solidauit aquas,cælũ siccitate clausit, & quãdo voluit, in imbres resoluit. Vbi testimoniũ resurrectionis adsciscitur,adstipulãtur ministeria seruulorũ. Vbi gloria domini resurgentis ostẽditur, seruulis splẽdor abscõditur. Nanq; ipsos stellarũ globos sol exortus obducit,& oía eorum lumina mundano sub sole vanescũt. Quomodo ergo sub æterno sole iustitiæ atq;
C illo fulgore diuino videri poterãt stellæ carnales? Vbi ergo sunt illa lumina quæ nostris ante oculis quodã miraculo refulgebãt? Tenebræ sunt vniuersa cõparatione lucis æternæ. Alii ministeriis suis deo placere festinent.
Ioan.10. Hic solus est verũ lumẽ & æternum,in quo pater cõplacet,vel in quo beneplacitũ est mihi,vt meũ sit quicquid hic fecit: & quicq̃d ego feci,filii opus esse iure credatur. Ipsum audite, dicentẽ, Ego & pater vnũ sumus. Nõ dixit,Ego & Moyses vnum sumus: Nõ dixit sibi & Heliæ vllum diuinæ gloriæ esse consortiũ. Quid tria tabernacula præparatis? Nõ in terris habet iste tabernaculũ, sed in cælo. Audierũt Apostoli,& ceciderũt pauore turbati. Venit domin⁹, & leuauit eos,& iussit ne cui dicerẽt q̃d vidissent. Huic ergo tua occulta seruato, cui Dauid sua
Pſal.18. occulta mandabat, dicens: Ab occultis meis munda me domine. Munda enim debẽt esse receptacula, in quibus
Prouer.5. sunt pietatis occulta mysteria. Et ideo tibi dicitur: Bibe aquam de vasis tuis, & de puteorũ tuorum fontibus: &
Prouer.3. in plateis superfluant aquæ tuæ, vt irriguo fonte mun-
Pſal.17. deris. Ideo tibi dicitur: Vino torcularia tua redundent. Ideo dicitur: In tribulatiõe inuocasti me,& liberaui te, & exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te in aqua contradictionis. Est enim quædã in tribulationibus interna peccatorũ sæua tempestas, quando sunt foris pugnæ,intus timores. Est aqua cõtradictionis, quando velut quodam maritimi salis æstu fluctuant nostræ cogitationes,nec vlla in profundo mentiũ definitionis stabilitate placidantur. Tunc tẽpestas in abscõdito,tũc aqua cõtradictiõis,quæ solo potest Christi sermone sedari,quo peccata nobis nostra dimittit, secũdum quod ipse dignatus est dicere: Iam vos mũdi estis propter ser-
Ioan.15. monẽ quem locutus sum vobis. Loquere domine IESV: verbum tuum medicina est, verbũ tuum lumen est, verbum tuũ nostræ colluuionis ablutio est,verbũ tuum fons est. Tu loqueris,& culpa lauatur. Et quia de abscõdito tẽpestatis & de aqua cõtradictionis ductus est sermo,oía nobis factũ est dei verbum. Caro factum est,vt carnem seruaret. Aqua factũ est, vt aquã cõtradictionis
Prou.18. suã gratia temperaret,& amaritudinẽ impietatis auferret. Ideoq; scriptum est: Aqua alta verbũ in corde viri. Alibi verbũ,alibi iterum consiliũ. Ibi enim bonũ consilium,vbi bonũ est dei verbũ. Et ideo tibi lex dicit: Attẽde tibi ne fiat tibi verbum malum in corde tuo,& dicat
Matt.9. IESVS: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Misit enim deus verbũ suũ vt sanaret hominem,non vt perderet. Hoc verbum medicina est,non pœna. Hoc verbum in corde tuo & in ore sit tuo. Hoc verbũ sit in occultis, vbi diabolus insidiatur: intret verbum, exeat diabolus. Nam si irrepserit diabolus, Christus recedit: quomodo recesit à Iuda postq̃ se diabolus in cor ei⁹ immersit. Et tu ergo dic: Ab occultis meis mũda me domine. ne diabolus insidietur in occultis,sicut leo in cubili suo. Quòd si Christi occulta pie fideliterq; seruaueris, insidiãdi diabolo locus esse non poterit. Ideoq; in psalmo nono Dauid de occultis scribẽs domini sacramẽtis,quod est conuersio peccatorũ,vocatio gentiũ,dei regnum,præparatio cordis,iudiciũ pauperum,refectio inopum: ante de
Pſal.9. occultis pectoris tui atq; secretis exterminandũ aduersarium dicit: ne sedeat in occultis interficere cupiẽs in- E
nocentem. Ideoq; tibi dicitur: Intra in cubiculũ tuum, & clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscõdito. Illò tua de-
Mat.6. scendat oratio, vbi eam audiat qui scrutatur abscõdita: ibi tiam patientiã deprehendat vel tegẽdæ iniuriæ,vel iactantiæ declinandæ. Occultat enim sapiens iniuriam suam. Ibi est latibulũ sapientiæ. Posuit enim tenebras
Pſal.17. latibulũ suũ. Quærent me mali,& non inuenient. Ideo Abraham puteum fodit,vt aquam qui quæreret, inueniret. Ideo puteum fodit Isaac. Ideo dominus Iesus sedebat ad puteum,erat autem ibi fons Iacob. Sedebat ad puteũ,vt quæreres. Fons ibi est,vbi Christ⁹ est. Fons est, vt aquæ superfluãt requirẽtibus: quo & vniuersa carnis vel flagitia diluantur,vel restinguantur incendia. Hæc ergo est altitudo sapientiæ & scientiæ dei, vt mali eã nõ inueniant,boni quærant,atq; in eius adquirẽdæ studio & meditatione versentur. Vis scire quã verũ sit? Audi
Luc.11. sapientiæ ipsius verba: Petite,& dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate,& aperietur vobis. Pulsa ergo ianuam,quia Christus est ianua. Pulsa ostium verbi,vt a- F
Col.3. periatur tibi ad eloquendũ mysteriũ Christi,& absconditos in Christo sapientiæ possis inuenire thesauros. In ipso nobis sapientia,in ipso vita nostra absconditа est: sicut Paulus asseruit,qui vsq; ad tertium raptus est cælum,vt audiret ea quæ homini non licet loqui. Quanta occultorum est disciplina? Licet scire homini,& non licet loqui. Scire vita est,loqui mors est. Cognoscẽtes ergo quia finis occultorum,qui græce σκοπὸς dicitur,hic est,atq; ea summa,vt & indigni nõ apprehẽdant sapientiæ disciplinam: & qui desideriũ habent, vitæ tamen & fidei meritis suffragantibus,cognitionem diuinorũ capere sacramentorum laborant,& quotidianis exercitationibus desudant,vt intentionis suæ fructũ mereantur adipisci: nonũ psalmum & quadragesimũquintum diligentius legamus,vt abscõditam in mysterio sapiẽtiam fideli possimus mẽte cõprehẽdere. Soli enim isti de occultis titulũ prætulerũt. Sed iam psalmum adoriamur,

Psalmi. XLV. enarratio.

DEVS noster refugiũ,& virtus. Quid est noster? Hoc est,eorum qui in te credimus. Sic & alibi: Domine refugiũ factꝰ es nobis. Nobis,inquit, credentibus,non incredulis: nobis quærentibus, non refugientibus veritatẽ. Ille enim hoc potest, dicere qui in solius dei præsidio suæ cõstituit spem salutis. Nobis ergo refugiũ factus es,& nostrum refugiũ & virtus, qui sumus ex populis nationũ. Iudæi te negauerunt, Iudæi non te receperunt: & ideo es conuersus ad gentes, vocasti nos,& refugiũ factus es nostrũ,& virtus es nobis. Vis scire quia de nobis qui sumus ex gentibus, dictum sit? Crux domini,Iudæis offendiculũ,Græcis stultitia:nobis autem virtus dei atq; sapientia est. Et infra:Ex ipso autẽ vos estis in Christo IESV, qui factus est sapientia nobis à deo. Vtiq; Paulus non de Iudæis, nec de gẽtibus dixit, sed de iis qui conuersi ad dominũ IESVM, prædicarent suæ salutis authorem. Confugisti ergo ad Christũ? Non deseras fundamentũ,confirmatorem tuũ non derelinquas: vt te qui suscepit, ipse tueatur,& mercẽ suam pius animarum nostrarũ negotiator agnoscat. Adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis. Bene nimis ad vtrũq; respondit,& vt in tribulationibus quæ nos nimis inuenerunt,& adiutor nimis posit intelligi. Quanto enim maiores tribulationes fuerint,tãto maiora nobis & vehemẽtiora adiumenta sunt necessaria. Et ideo plerũq; fit vt in grauioribus & asperioribus certaminibus coronemur: quia lachrymis,& gemitibꝰ, & orationibus frequentioribus æternæ opem nobis diuinitatis adsciscimus: quo fit vt nõ timeamus cũ terra nostra turbatur,& transferũtur montes: quia si tu pro nobis, quis contra nos? Timere nõ possumus fragilitates istius carnis, quæ timore ac metu frãgitur, inflãmatur cupiditatibus, luxuria mollitur, delicijs enecuatur, vaporatur febribus, dolore vexatur, exanimatur angustiis. Vel cum transferuntur illi montes in cor maris, de quibus dixit Saluator: Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis, non solum de ficulnea facietis, sed etiã si monti huic dixeritis, Tollere,& iactare in mare: nihil impossibile erit vobis. Misit se hic mõs in cor Iudæ,& mentẽ eius graui tẽpestate turbauit, diuersarũ exagitans fluctibus passionũ. Sicut enim terrarũ fertilitati fœcunda bonis operibꝰ & deuotionis ac fidei fructibus anima cõparatur, vt odor Iacob, sicut odor agri pleni: ita etiã procellosi maris inquietudini figuratur anima * eius qui quietus esse non nouit,& amaris cogitationibus excitat graues fluctus. Denicq; nec osculo suo dominus Iesus Iudæ proditoris amaritudinẽ tẽperauit. Susceptt osculũ proditor, infudit venenũ, mortẽ irrogauit: cuius aculeum quidẽ Christus obtulit, sed solus ꝓditor nõ euasit. Et vt euidenter montẽ huiusmodi nobis manifestaret, alibi quoq; eum dæmoniũ ab homine iussisset exire, Apostolis interrogãtibus qua causa illud ipsi eiicere nequiuissent, ait: Nõ eiicitur hoc genꝰ nisi in oratione & ieiunio. Et addidit: Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis huic monti, Transi hinc illo: manu significãs quis ille mons esset quẽ posset perfecta tranferre fides. Perfecta enim fides grano sinapis cõparata est, dicẽte Apostolo: Si habeam omnẽ fidẽ, ita vt montes transferã, charitatẽ nõ habeã, nihil mihi prodest. Sunt etiã qui ita distinguunt. Et trãsferantur montes, vt sequatur. In cordibus maris sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eius: conturbati sunt montes in fortitudine eius. Non bonæ aquæ quæ sonant, atq; turbantur,& potum præbere non possunt. Meliores sunt quæ pertranseunt, sicut scriptũ est: Inter medios mõtes pertransibũt aquæ,& potabunt omnes bestiæ agri: suscipient onagri in sitim suam. Denicq; vbi legio dæmoniorum petiit & accepit potestatem vt introiret in porcos, magno impetu se præcipitauit in mare,& aquæ illæ gregis sui præcipitatione turbatæ sunt. Alibi quoq; idem Dauid ꝓpheta sic posuit: Viderũt te aquæ deus, viderũt te aquæ,& timuerunt Hoc est, bonæ virtutes, quæ verbi cælestis cognitione sunt placidæ, non sonitu & fragore terribiles. De malis aũt virtutibꝰ quid dicit? Et cõturbate sunt abysi, multitudo sonitus aquarũ. Abysi deũ nõ vident,& ideo turbationibꝰ semper obnoxiæ sunt. Et expostuit q̃d esset abysi. Multitudo, inq̃t, sonitꝰ aquarũ. Nã & bestia illa Antichristus ex abysso ascendit, vt aduersus Heliã atq; Enoch, q̃ ꝓpter testimoniũ domini Iesu terris sunt redditi, prælіaretur, vt legimꝰ in Ioãnis Apocalypsi: cui datũ est os loquẽdi magna, vt aduersus deũ plena furoris cõuitia & sacrilegii ꝓsonaret. Sonuerunt ergo aquæ. i. immundi spũs cũ turbarẽtur vidẽtes opera dei, in domini salutaris aduẽtu appropinquare sibi iudiciũ ptimescẽtes. Sonuerũt & turbatæ sunt aquæ in domini passione. Vnde & dictũ est: Quare fremuerũt gẽtes, & populi meditati sunt inania? Et alibi scriptura dicit: Periit memoria corũ cũ strepitu. Diabolus sonum quærit, Christus silẽtiũ. Deniq; sicut agnus corã tondẽte, sic nõ aperuit os suũ. Et alibi: Nõ clamabit, neq; contẽdet, nec quisq̃ audiet in platea vocẽ ei⁹, donec eiiciat in victoria iudiciũ. Quæ est ista nisi de serpẽte victoria? In hac fortitudine filii dei cõturbati sunt mõtes, cũ diabolus & ministri eius viderẽt mortuos resurgẽtes. Isti sunt mõtes q̃ turbãtur. Illi mõtes q̃ trãsferũtur in paradisum, quibꝰ dicitur: Hodie mecũ eris in paradiso. Et alius cui dicitur: Sic cũ volo manere donec veniã: quid ad te? Tu me sequere. Et Enoch q̃ raptus est ne malitia seculi mutaretur. Post passionẽ domini q̃d aliud sequi debuit, nisi q̃a de corpore domini flumẽ exiuit, quãdo de latere eius aquã fluxit & sanguis, quo lætificauit animas vniuersorũ, q̃a illo flumine lauit peccatũ totius mũdi. Est & fluminis qui de Eden exit, & circuit vniuersam terrã, verbũ dei, quo paradisus ꝛtelligibilis irrigatur, & ois aia vocatur ad gratiã Christi, dicẽte ipso dei verbo: Si q̃s sitit, veniat ad me, & bibat. Cui ego dedero aquã, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. Ex illo enim vnico dei verbo quatuor fluuiorũ prudẽtiæ & fortitudinis, tẽperantiæ quoq; & iustitiæ fluenta manarũt. Alii enim per spiritũ datur sermo sapiẽtiæ, alii fides ĩ eodẽ spiritu: alii gratia curationũ in vno spiritu, alii operatio virtutum. Hæc enim operatur oia vnus atq; idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult. Hi sunt impetus fluminis, cũ se in gratiã ministeriorũ operationiũ atq; virtutis spõtanea diuisione trãsfundit. His igitur fluminis supni meatibus ciuitas illa in qua deus inhabitat, irrigatur,& sanctificatur altissimi tabernaculũ, ois anima quæ inhabitatur à Christo, vel corpus illud q̃d virgo generauit, de quo Gabriel angelus dixit: Et q̃d nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius dei. Bonũ tabernaculũ, q̃d nulla potuerunt obũbrare peccata. Admirabile tẽplum dei,& aula cælestis, q̃d solutũ corrũpi nõ potuit, sed ĩtra triduũ resurrexit, resuscitatũ ab ipso q̃ mortuus videbatur. Nec mirũ, quãdo deus in medio ciuitatis eiꝰ erat, nec cõmotus est. siue q̃a nullius peccati ꝓplsione cõmotꝰ est dei filius, nec alicuius erroris offensione titubauit, aut corporalis illecebræ nutauit impulsu: siue quia nõ reliquit animã eius dei gratia: sed inseparabilis in ea mãsit, q̃ ab omni colluuiõe delicti immaculata duruerit. Vnde & ad patrẽ dei filius dixit: Nec derelinquas animã meã in inferno. Ergo q̃a suberat ei nec in carne peccare, diuine ait: Ego in patre, et pater in me. Et alibi: Tradit⁹ sum, & nõ egrediebar. Ab eo vtiq; nõ egrediebatur, cui dixit postea: Exurrexi,& adhuc tecũ sum. Vbi autẽ aliqs grauius peccat, commouetur in eo deus, vt ab eo transeat. Vnde & Adæ peccanti deambulare visus est, & Stephano stare: quia ille in præuaricatiõe lapsus est, hic in martyrio coronatus. Et in Zachariæ libro ita scriptum est: Ambulauit in commotione indignationis iræ suæ dominus. Simile & in Euangelio dictum est Iudæis: Ecce, derelinquetur vobis domus vestra deserta. Dere-

Pſal.89. 1.Cor.1. Ibidem. Mat.17. 1.Cor.13. Pſal.103. Luc.8. Luc.17. Pſal.76. Apoc.13. Pſal.2. Pſal.9. Eſa.53. Luc.23. Ioan.21. Sapien.4. Ioan.7. Gene.3. Act.7. Luc.1. Ioan.14. Pſal.87 Pſal.138. Matt.23.

A liquit enim dominus Iudæos,& statim sequuta est ruina synagogã. Quõd si eam Christus nõ deseruisset, nunq̃ eam supremũ sequutum esset excidiũ. Aperuimus ergo quod dictum est, Deus in medio eius, nõ cõmouebitur. Sequitur: Adiuuabit eam deus diluculo. Quo significatur quia resurrectio matutina adiumẽtorum nobis cælestium subsidia confert, quæ noctẽ repulit, diem refudit, dicẽte scriptura, Surge qui dormis,& exurge à mortuis, & illuceſcet tibi Christus. Vide autẽ mysterium. Vespere passus est Christus: ideo & secũdũ legẽ ad vesperam agnus occiditur. Mane surrexit. Sic enim scriptum est: Vna autem sabbati venit Maria Magdalene prima luce ad monumẽtum, cũ adhuc esset obscurũ, & vidit lapidẽ amotum ab ostio. Ad vesperam mundi occiditur, deficiente iam luce, quia in tenebris erat hic totus mundus: & maioribus fuisset tenebrarum squalorib⁹ inuolutus, nisi Christus nobis è cælo lux æterna veniſset, innocentiæ tempora generi refusurus humano. Passus est ergo dominus Iesus,& sanguine suo nostra peccata donauit, lux refulsit conscientiæ purioris, & dies resplenduit gratiæ spiritalis. Vnde & Apostolus ait: Nox præcesit, dies appropinquauit. Euigilauimus igitur, iã nõ dormiam⁹. Vestem lucis induimus, non in amictum tenebrosæ conuersationis atq; exuuias reuertamur. Comessationibus atq; deliciis, quę nocturni sunt tẽporis, valediximus: sobrietatem elegimus, cuius gratia Iacob primatus quos non habebat inuenit. In aliis quoq; codicib⁹ inuenitur: Adiuuabit eam deus vultu. Quid hoc quoq; significet, ipse propheta nos doceat. Nanq; ipse in posterioribus dixit: Ostende faciẽ tuam,& salui erimus. Aspectus ergo dei, salus nostra est, atq; in eius vultu nostrorũ est adiumentum. In quo quanta vis sit, diuina scriptura declarat, quæ non ociose adtexuit q̃ respexit deus super munera Abel: super Cain autẽ nõ respexit: & ideo contristatus est Cain, q̃ sacrificiũ suũ deo displicuisse cognouit, placuisse germani. Vnde & illud quod hodie ĩ psalmi responso decantatum est, plurimũ nostræ conducit assertioni: Expectans expectaui dominũ, & respexit me. Quem dominus respicit, saluat. Deniq; in domini passione cũ titubaret Petrus sermone, nõ mente, (licet ipse Petri sermo titubantis fidelior sit, q̃ doctrina multorũ) respexit eum Christus, & Petrus fleuit: quo propriũ lauit errorẽ. Ita quẽ visus est voce denegare, lachrymis satebatur. Conturbatæ sunt gẽtes, inclinata sunt regna: dedit vocẽ suam altissimus,& mota est terra. Aduentu domini saluatoris aduersariæ potestates cũ sua legione turbatæ sunt iussæ ab humanis exire corporibus, & precatæ vt mitterentur in porcos. Turbatis nequissimis potestatib⁹, necesse fuit turbari cultores simulacrorũ, inclinari quoq; regna peccati. Erat enĩ graue regnũ, quod sibi in graue seruitium subiugauerat omnium animos peccatorũ. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Regnũ autẽ peccati, mortis est regnũ: quod diu toto orbe prævaluit. Vnde & Apostol⁹ ait: Sed regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinẽ prævaricatiõis Adæ, qui est forma futuri. Venit veritas, figura cessauit. Venit vita, regnum mortis euanuit. Venit remissio peccatorum, & peccati vincula resoluta sunt. Ante etiam leuiora delicta mortis nexibus stringebãtur, post aduẽtũ autẽ domini salutaris etiã grauiora flagitia sunt remissa. Inclinata sunt ergo regna spiritaliũ nequitiarũ quę sunt in cælestibus, q̃a cultus simulacrorũ & illecebra peccati cœpit imminui euãgelicę prędicatione doctrinæ. Inclinata est perfidia posteaq̃ cœpit fides in nationũ regnare pectoribus. Inclinãtur regna peccati, cũ legitur: Nõ regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Inclinauit oia regna perfidię voce sua dominus, dicẽs: Venite ad me oẽs q̃ laboratis, & onerati estis: & ergo reficiam vos. Hanc vocẽ dedit altissimus,& oẽs eũ secuti sunt populi nationum, dura peccati regna fugientes,& perpetuę mortis atrocitatẽ, atq; intolerabilẽ flagitiorũ omniũ seruitutẽ, cum pollicerẽtur sesis requiẽ, captiuis remissionẽ, seruientib⁹ libertatẽ, & deculso iugo ferreo, Babylonii regis, iugum suũ suaue eeruicibus fideliũ subrogaret, ne vacua colla gẽtiliũ rursus inimicus catenis suæ iniquitatis adstringeret. Christus enim quos alligat, liberat: & quos adstringit, absoluit. Deniq; q̃ seruus vocatꝰ à domino est, liberꝰ est domini: & q̃ liber vocatꝰ, seruꝰ Christi est. Ideoq; in suis vinculis. Paulus gloriatur dicẽs: Paulus vinctus Iesu. Quod sub aliis cõtumelia est, sub Christo gloria est. Dedit vocẽ suã in passione dominus,& vniuersa elementa tremuerũt, ois terra cõmota est, vt ritus ille gẽtiũ soluereturꝰ, fieret terra domini,& plenitudo eius, vt scriptum est; cessarent auguria perfidorũ: & sacrificiũ impietatis, cognitio fidei: & studiũ deuotionis abolerent. Dat vocẽ suã dominꝰ quotidie, & * resultat in cordibus singulorũ, vt terrenũ omne decidet eius q̃ bene credit affectu, atq; oẽs interiorũ sensus animorũ ab errore, à corruptione luxuriæ & dissolutione ad cognitionẽ cęlestiũ sacramentorũ, & studium castitatis, à nequitia ad virtutem pia confessiõne moueãtur. Motos ergo eos dicit qui in terra sunt, vel quia terra erãt oẽs homines, in quibus erat terrena corruptio, quia oculos mentiũ ad sublime gratiæ cęlestis eleuare atq; attollere nesciebãt, nec poterant dicere: Deus virtutũ nobiscũ, cũ quib⁹ nõ erat nisi prolapsionis incẽtor, & auctor erroris. Sed posteaq̃ vox domini i euãgelio resultauit, audet ꝓpheta dicere: Deus virtutũ nobiscũ. Bene dicit, Deus virtutũ nobiscũ, qui credidit q̃ virgo in vtero cõcepit, & peperit. Audemus & nos dicere, Deꝰ virtutũ nobiscũ, posteaq̃ Emmanuel, hoc est deꝰ, cœpit esse nobiscũ. Vbi ergo emmanuel, ibi deus virtutum nobiscum. Susceptor noster deus Iacob. Imitemur ergo patriarchã Iacob, odorem eius, virtutẽ eius, laborem eius. Sicut enim Abrahę opera facere debemus, vt filii eiꝰ appellari iure mereamur: ita etiã exercitia atq; certamina sancti Iacob subire debemꝰ, vt deꝰ Iacob deus noster esse credatur. Nã si opera Iacob, vel (quia illũ æquare nõ possumus) studia operis eius ac fidei non agnoscat in nobis: qũo quasi deus Iacob nos iuuare dignabitur? Cũ hæc diceret, ecce per spiritũ sanctũ presens imago ei infusa est futurorũ: & videns ex graui ꝓturbatione bellorũ pacẽ toto orbe diffusam in aduẽtu domini salutaris, clamat ad vniuersos dicẽs: Venite, & videte opa domini, q̃ posuit ꝓdigia super terrã. Venite, ad cõgregationẽ spectat: videte, ad intẽtionẽ, & cognoscẽdæ studiũ veritatis. Videte, inq̃t, opera domini plena miraculis, in qbus magnarũ sunt signa virtutũ. Deniq; τέρατα græce, admirãda dicuntur latine. Nõ ergo quasi ꝓdigialis horroris accipias opa domini, sꝫ quasi plena admirationis. Preclare posuit sup terrã. i. in terrã. Auferens bella vsq; ad fines terrę, arcũ cõteret, & cõfringet arma, & scuta cõburet igni. Et vere anteq̃ Romanũ diffunderetur imperiũ, nõ solum singularũ vrbium reges aduersum se ꝓliabantur, sed etiã ipsi Romani bellis frequẽter ciuilib⁹ atterebãtur. Pugnauit Marius aduersus Cinnam. In vtraq; parte Romanus fusus est sanguis. Sylla surrexit, & Mario victori rursus ciuilia bella cõmouit. Lepid⁹ Sertoriusq; rebelles se Romano imperio ꝓbuerunt. Cæsar Pompeium est ꝓsecutus, & Galliarũ furorẽ excitauit aduersus arma Romana. Deuicto seniore Pompeio, iuniorẽ in Hiſpaniarum partibus debellauit. Quid Triũuiros loquar, ex hostibus amicos, ex amicis rursus in hostiles tumultus esse progressos? Maria quoq; Actiaco bello infecta sanguine Romanorũ? Vnde factũ est vt tædio bellorũ ciuilium Iulio Augusto Romanum deferretur imperiũ: & ita prælia infestina sedata sunt. Hoc autem eo ꝓfecit, vt recte p totũ orbẽ apostoli mitterẽtur, dicẽte domino Iesu: Euntes, docete oẽs gentes. Illis quidem etiam intercluſa barbaricis motibus regna patuerunt, vt Thomæ India, Matthæo Persia. Sed tamen quo plura obirẽt spatia terrarũ, in exortu ecclesiæ

Pſal.79. Gene.4. Roma.13. Ioan.8. Roma.6. Mat.11. Mat.28.

G potestatem Romani imperii toto orbi diffudit, & dissidentium mentes,terrarumq; diuortia donata pace compposuit.Didicerunt omnes homines sub vno terrarũ imperio viuẽtes,vnius dei omnipotẽtis imperiũ fideli eloquio cõfiteri. Abstulit ergo bella vsq; ad fines terræ, qđ factum esse nõ dubiũ est.Sed vide ne bella infirmitatis abstulerit,quæ sunt in corde titubantiũ . Qui enĩ terrena transierit,iam non dicit,Foris pugnæ, intus timores:
2.Cor.7. sed dicit: Nostra autem conuersatio in cælis est. Transi
Philip.3. ergo mundũ , vt incipias esse supra mundum. πέρασα enim transire est:vel,vt dicam expressius, transfretare. Abstulit ergo domin⁹ bella quæ mouebat nobis nequitia spiritalis:& deuicto diabolo pacẽ suã nobis reliquit. Arcum cõfregit,de quo ignita aduersarii iacula sparge bãtur . Et scuta pfidię cõbussit igni,vt scutum fidei inuiolabile permaneret.Vacate,inquit,& videte quia ego sum dominus.Vox domini post bella sedata.Vacate,vt nulla aiarũ sit occupatio,ne offusio secularium perturbatio num,internæ oculum mentis obducat . Vacate, inquit, ab erroribus,vacate à perturbationibus, vacate à pecca
1.Ioan.3. tis:quia omnis qui peccat,non vidit deum, nec cognoExo.5. uit eũ:sicut in epistola sua dixit Ioannes euangelista.Vacate ergo studio cognoscendæ diuinitatis: nolite terrenis operibus occupari.Ideo rex Aegyptiorũ augeri iubebat numerũ laterũ,& cætera onera Iudæorum , ne cogno cerẽt deũ,& cultui sacro vacarent, offensus Moysi
Ioan.20. & Aaron voce sanctorũ,qui dicebant : Dimitte populũ dei,vt eam⁹ & seruiam⁹ domino deo nostro.Exaltabor inter gẽtes,& exaltabor in terra. Erat sublimis domin⁹ in excelsis.i.in angelis & archangelis, in patriarchis &
H prophetis , qui de illo sublimia sentiebãt,nec eũ terrenis imaginibus & simulacris scrupeis cõferebant. Sed non erat sublimis in populis nationũ,qui deum suum in antris & spelæorũ habitaculis requirere videbãtur.Deniq; reprehenditur Magdalena,quæ Christũ quasi mortuum flebat,& quasi sepultũ quærebat in tumulo . Vnde dicit ad eam Christus:Maria,quid ploras?Quem quæris?Nun quid eum qui posset auferri?Audiuit vocẽ, & recognouit eum,& volebat contingere,& ait dominus: Noli me
Mat.9. tangere,quẽ putas mortuum.Ad patrẽ vado . Miraris q̃ in tumulo non inuenisti,quẽ cælestia præstolantur?Aut forte reprehẽditur,qa Christũ nisi fides perfecta nõ tangit:sicut hæmorrhousa plena eum tetigit fide . Vnde ait dominus:Tetigit me aliquis: sentio enim de me virtutẽ exisse. Quo dicto agnouit in se illa q̃ exeũte fuerat virtute curata:& statim cõfessa est sibi cõscia q̃ dominum
Ioan.12. ipsa tetigisset. Vnde dominus ait: Fides tua te saluam fecit,vade in pace.Exaltatus autẽ in terra dominus est, se cundũ quod ipse ait:Cũ exaltatus fuero, oĩa trahaM ad meipsum.Vel q̃ facta est voluntas eius sicut in cælo & in terra.Et repetit,dicens: Dominus virtutum nobiscũ,
I susceptor noster deus Iacob. Repetitio, cõfirmatio est.
Mat.28. Vel quia nõ solũ quando natus ex virgine est,factus est nobiscũ de⁹:sed etiã post resurrectionẽ ipse dixit: Ecce, ego vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ mundi. Cui est honor & gloria,perpetuitas à seculis,& nunc, & semp, & in omnia secula seculorum. Amen.

Psalmi. XLVII. enarratio.

*alias,gratuitus lenibus.

IVBIVS titulus hic est: Psalmus cantici filiis Chore secunda sabbati. Boni filii Chore,& psalmis iam superioribus approbati, eò q̃ cõgruis*sensibus, & cogitationib⁹ ad virtutũ studia cõueniẽtib⁹ in semetipsis pangerẽt spiritale psalterium , & cognitioni diuinitatis peruigili specula mentis intẽti,cælestiũ mysteriorũ digni forent haurire secreta.Et ideo cum psalmorũ ante arcã domini quotidie canendorũ munus & officiũ recepissent,videtur electi vt psalmũ cãtici in secũda sabbati specialiter reciperent cõcinendũ.Etenim quibus recte videbatur esse cõmissum vt ascẽsionẽ domini ab inferis resurgẽtis voce sua psallerent,his vtiq; deferendũ fuit vt ipsum resurre K
ctionis diem munere suo ministerioq; celebrarẽt. Quid est enim secũda sabbati,nisi dominica dies, quæ sabbatũ sequebatur?Dies aũt sabbati erat dierũ ordine posterior , sanctificatione legis anterior . Sed vbi finis legis aduenit,qui est Christus Iesus (finis enim legis Christ⁹, ad iustitiam omni credenti) & resurrectione sua octauam sanctificauit,cœpit eadem prima esse , quæ octaua est,& octaua quæ prima,habens ex numeri ordine prærogatiuã,& ex resurrectione domini sanctitatẽ.Vnde & in euangelio legimus δευτερόπρωτον sabbatũ,quòd lati Luc.6.
ne dicitur secũdo primũ. Vbi enim dominica dies cœpit pcellere qua dominus resurrexit,sabbatũ qđ primũ erat,secundũ haberi cœpit à primo . Prima enim reqes cessauit,secũda succesit.Vnde & ad Hebræos scribens
Heb.4. Apostolus ait : Postera ergo die restat requies populo dei . Festinemus igitur intrare in illã requiem . Requies ergo vera iam nõ in operis cessatione,sed in resurrectionis est tẽpore.Ideoq; qui sabbati secundũ legẽ sollẽnitatem custodiebãt,vnã sabbati nũcupabant, quasi vnũ esset sabbatũ,& nõ aliud. Nos qui obseruantiã induimus spiritalẽ,& ad similitudinẽ & requiẽ dei cupim⁹ nostrã formare militiã,atq; in illa ciuitate cælesti nostrũ exhiL
bere ministeriũ,vbi est nõ exẽplar,non vmbra, sed veritas:primã dicimus sabbati , sicut est scriptum : Vespere
Mat.28. autẽ sabbati,quæ lucescit in primam sabbati. Nihil pulchrius,nihil expressius. Ante resurrectionẽ sabbatũ dixit,post resurrectionẽ primã sabbati nuncupauit. Ioan
Ioan.20. nes quoq; euangelista dicit, Prima sabbati venit mane Maria Magdalena cum adhuc tenebræ essent . Tenebræ pro tempore,mane pro gratia. Sed ifti expressius secundum euãgelium,quasi recuso velamine : Dauid autem sub lege positus & moderationẽ tenuit debitæ cantionis,& mysteriũ non represit,vt secunda sabbati diẽ dominicã declararet:quo Iudæis ordinẽ numeri putaret es seruatũ,& spiritale sacramentũ agnosceret reuelatum. Audiamus igitur quid dicat qui in secunda sabbati deo psallit. MAGNVS, inquit,dominus,& laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri,in loco sancto eius. Nõ ergo vbiq; deus magnus & laudabilis est? Ille qdẽ vbiq; magn⁹ & potens est:sed angusta mens nõ capit magnitudinẽ diuinæ eius potestatis & gratiæ. Quanto autem magis appropinquat deo nostra cognitio , tãto præcellẽtior eius nobis videtur esse maiestas.Deniq; Thomas qui ante dicebat, Nisi videro in manibus eius fixuras clauorum,& Ibidem.
mittã manum meam in latus eius,nõ credam : vbi misit digitũ suum,& euidentia resurrectionis cognouit indicia,admirãs intra se dei gratiã . Dominus,inquit,meus, & deus meus. Tũc ergo plenissime diuinitatẽ eius domi M
nationemq; confessus est, vbi eum resurrexisse non dubitauit ab inferis.Deniq; in Sion hymnus deum decet, & votum ei soluitur in Hierusalẽ . Quid igitur mirum si in ciuitate cælesti , & in illo superno & æthereo loco potẽtia eius vehemẽtius prædicatur? Addidit : Dilatans exultationẽ vniuersæ terræ. Et vere magnus , qui istius terræ in qua ante intolerabilũ peccatorũ germina pullulabant,vbi erat mœror tristitiæ & gemitus,exultationem toto orbe diffudit . Itaq; hominũ conscientia quæ ante flagitiorũ suorũ gurgitibus demersa lugebat:nunc per indulgentiã Christi,& remissionẽ peccatorũ, metu absoluta lætatur. Cõuenit igitur & si ita intelligamus vt diximus:sed qa in vetustis exẽplaribus aliquibus reperimus εὑρίσκω ἐγγαλλίασιν ἥσυχος γῆι,id est, bona radice* *alias,bo
exultationẽ vniuersæ terræ:sensum quidẽ eundẽ aduer næ radicis
timus: quia diuina in nobis dei patris dona laudãtur: q̃ dedit nobis exultationẽ bona radice fundatã, deũ videlicet Iesum,verã & fœcundissimã vitem , de qua sacramenta fluxêre cælestia,in quib⁹ est perpetua & diuturna lætitia,q̃ his abluatur omne peccatum, & cõscientia interna mũdetur.Elocutionẽq; cõuenire cognoscim⁹: quia bene radicata exultatione lætamur,qui exultamus

A in Christo. Seculi enim lætitia temporalis est,perpetua autẽ lætitia eius q̃ gaudet in domino . Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas regis magni . Deus in gradibus eius dinoscetur cum suscipiet eam . Quæ sit exultatio vniuersæ terræ,euidenter expressit, quoniã dominus Iesus ecclesiã sibi ex peccatorib⁹ congregauit.Itaq; qui erant ante latera Aquilonis,id est,socii & inhærentes diabolo, cui dicitur , Exurge Aquilo , vt veniat Auster : facti
Cant.4. sunt Christo fideles.Ipsi sunt enĩ de quib⁹ dicitur : Qui confidunt in domino sicut mons Sion . Facti sunt itaq;
Psal.124. mons Sion,per gratiã Christi,& baptismatis sacramentum. Aquilonis intelligibilis grauis flatus, qui prius tẽpestates asperrimas & procellas humanis mouebat affectibus,cœpit suos amittere,qui vexabat alienos. Gentem omnẽ euerterat Iudæorũ,natiões omnes suo reuinctas tenebat imperio.Ipsius erant latera,hoc est,aspirabant cum eo. Sicut enim principis latera dicimus stipatores eius & comites,& sicut mulier latus est viri, eò q̃ morigera ei societate iungatur:ita latera erant diaboli, qui faciebant ipsius voluntatẽ. Ii ergo nunc sunt mons Sion,qui deum speculãtur æternum, & ipsi noctibus & dieb⁹ intendũt.Vide Paulũ cum persequeretur ecclesiã domini,latus Aquilonis fuisse . Vide nunc cum legitur in ecclesia , mõtem esse speculatorũ, per quem Christi gloriã agnoscimus,& videmus . Et quia græcus montes dixit,hoc est ὄρη, vide quomodo seruuli Christi mon-
B tes sint.Montes in circuitu eius:in quib⁹ est ecclesia domini,quæ est ciuitas regis magni . Simul quia dominus
Hieronym⁹ ad Paulinii, de institutiõe monachi. secundũ cæli tractũ in venerario *palsus est, qui erat locus in latere Aquilonis.Ibi autẽ & mons Sion,ibi Hierusalẽ quæ in terris.Vide ne id quoq; videatur expressum,quia cõgregatio plebis dei,quæ erat Aquiloni con
Ab Adriani tẽporib⁹ vsq; ad iperiũ Constãtini, per ános circ cẽtum octogita,in loco resurrectiõis,simulacrũ Iouis:i crucis
iuncta p culpam,,ecclesia Christi est facta per gratiã,vt iam nõ synagoga,sed Christi ecclesia nũcupetur. Et qa reliquiæ Iudæorũ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt, in ipsis deus cognoscitur,in Petro, Paulo,Ioanne, Iacobo,qui graues & excelsi viri velut fũdamẽta & culmina sunt ecclesiæ:quasi fundamenta graues, quos nulla grauis Aquilonis flabra cõcusserint,sed immobile fidei sermanserint fundamentũ, ne ecclesia tota nutaret.Præcelsi quasi culmina,qui verticem eius turribus suæ virtutis erexerint. Etenim sicut in opib⁹ suis cõditor,& in ædificationibus suis ædificator agnoscitur , vt etiã si nomen
rupe,statua ex marmore Veneris ꝑgẽtib⁹ posita colebatur: existimãtib⁹ per fœcutiõis aut thoribus q̃ tollerẽt nobis fidẽ resurrectionis & crucis,si loca sancta p idola polluisset. Hæc ille.vt Veneratiõi intelliges locum vbi Veni⁹ sit cultꝰ.
non audias,tamen ex operũ qualitate artificẽ deprehendas : (Et quid mirũ de humanis, cum ipsis creatoris æterni,qui non videtur à nobis,inuisibilia tamen per ea quæ facta sunt, intelligamus?) ita in excelsis & magnis domibus, (quæ domus nos sumus,si libertatis & gloriæ fundamentũ vsq; ad finem firmum tenuerimus) Deus habitator agnoscitur, vt deus Abrahã, deus Isaac,deus Iacob.Ipse enim verus deus,qui tales viros præceptorũ suorum institutione fundauit . Ergo sicut in illis se deũ demõstrauit æternũ,ita,inquit,cũ regis magni suscipiet ciuitatẽ,gradibus eius receptionẽ fuæ cognitiõis insundet,vt fiant docibiles dei,qui mãdatũ eius & audierint, & putauerint exequendũ : ne ab illius domus ædificatæ in petra firmitate degenerent. Hoc,inqt, videtes reges terræ cõgregati sunt,& transierũt in vnũ . Ipsi videntes tunc admirati sunt. Boni reges,q̃ sui corporis possunt se præbere rectores,ab ipsa patriarchæ Abrahæ origine & institutione manãtes,qui docuit peccatũ posse superari.Ideo verus rex,qui flagitiis esse nescìuit obnoxius, in quo culpæ & erroris illecebra regnare nõ potuit.Vn
C de & dictum est ad huiusmodi virum à filiis Seth: Rex à
Gene.23. deo tu es nobis. Tales ergo reges terræ,qui carni imperitarent, congregati sunt, vt in vno essent corde , & in
Actu.4. vno spiritu:sicut legim⁹ quia multitudo credẽtiũ habebat vnã animã,& cor vnũ:& nõ erat in his aliqua separatio. Ii sunt qui trãsierũt in vnũ,nõ tã locũ, q̃ in eundẽ affectũ atq; propositũ.Probato enim dicitur,Transi,recumbe . Neq; enim mediocris virtutis est,ab improbis ad honesta,à terrenis ad æterna transire,& carnalis vitę D
cõsuetudinẽ cõmutare,omnẽq; eius abolere vsum,nouos mores assumere,totũq; statũ cõuersationis veteris detorquere . Meritoq; dicitur ei:Si transeas per aquam, Esa.43.
tecũ sum.Cũ transeunte est deus,nõ cũ desistente. Ii ergo qui intra semetipsos erãt ante discordes: vbi in vnũ mẽte & studio cõuenerũt recepta pace quæ fecit vtraq; vnum,& inimicitias in carne sua medii parietis destructiõe dissoluit,admirati sunt vel cum q̃ in gradib⁹ suis dinoscitur,vel hoies ita esse cõuersos,vt qui antè diabolo seruiebant,nũc domino Iesu iusti pietate seruitii mã cipati sint.Et quia reges sui corporis, in semetipsis vim nõ mediocris laboris experti (neq; enim facile atq; mediocre est animũ vincere,resecare cupiditates, edomare carnis lasciuiã,euacuare * luxuriã, quæ repugnabat *auerrũ-
& Paulo,vt captiuum sibi peccati lege cõstringeret) si- care.
cut gratiã in iis qui virtute ꝓcesserant, mirabantur : ita etiã ne quis relaberetur in vitia de superiore virtutũ deiectus fastigio,cõmouebãtur. Procliuis enim & mutabilis in vtrũq; est humana cõditio, vt quòcũq; intenderit, eò ꝓpendeat & vrgeat,vel ad studia virtutũ,vel ad illecebrã delictorũ . Et ideo nõ mediocri quatiebãtur affectu,ita vt ex formidine tremor apprehẽderet eos, consi derantes illud qđ scriptũ est, Quia in locis impiorũ ingemiscẽt iusti. Deniq; vide mihi Petrũ amarissime flentem q̃ ei error obrepserit,& virtutẽ suæ mentis ꝓplasmatione corporeæ fragilitatis inflexerit:meritoq; Christo supprese reprehensum q̃ ausus sit vsurpare cõstantiã, nec obnoxiã cõsideraret naturã. Et hic quidẽ p gratiã emendauit errorẽ:sed Iudas mansit in crimine, perseuerauit in gemitu. Iust⁹ erat cũ apostolorũ numero necteretur: E
sed quia supplantatus à diabolo est,in locis nunc deplorat & ingemit impiorum quòd de gratia sit relapsus ad pœnã.Ergo cadẽtibus huiusmodi viris qualis fuit ꝓditor Iudas,vel Saul à domino deo suo accitus ad regnũ, etiã fortes viri*trepidabãt. Cõferẽtes deinde quãto cer *alias,iu-
tamine peruenireturad finẽ, quantæ cõtritiones iustorum,quantæ solicitudines, qualis aduersarius , quanta diuturno labore contẽtio, quantæ amaritudines propositi terroris,quę vincula cõtinentiæ,quæ conscientię verbera:non mediocriter conturbabãtur ne quis tantis vel laboribus vitæ austerioris cederet,vel doloribus . Sunt enim ibi dolores acerbi & graues:id est,in ecclesia, in il la ciuitate regis magni sunt dolores sicut parturiẽtis,do nec formetur Christus in nobis. Neq; enim sine dolore Paulus erat cũ videret in Galatis insipientibus doctrinę
Gal.4. suæ tardiorẽ profectũ. Ideoq; dicebat : Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in vobis. Testi ficatur & dominus in Euangelio graues esse parturiẽtis
Ioan.16. dolores,cũ dicit:Mulier cũ parturit,tristitiã habet,quia veniẽt dies eius:cum autẽ peperit,iam nõ meminit tristitiæ propter gaudium, quia natus est puer in hoc mũdo. Magnus ergo labor vt aliquis sibi Christum adquirat, ne sine gubernatore quasi nauis in seculi istius salo fluctuet.Deniq; apostoli tristes erãt cum se Christus ad pa F
trem rediturũ esse memoraret,q̃ absente rectore destitui se putarent. Gaudium Christus est . Ipse est & puer quem parturit qui in vtero suæ mentis accepit spiritum salutis. Qui pepererit,& enutrierit,exultat. Qui parturit,quatitur atq; compungitur . Bonum est & vt parias, & enutrias eũ.Ne coquas agnum in lacte matris suæ, ne dicatur tibi : Ve in vtero habentibus & nutrientibus. Sic enim CHRISTVS natus est ex Maria , vt agnoscas eum,sicut bos agnouit possessorem suum : & scias quia ipse te creauit,& maiores tuos ipse possedit . Non eum quasi parvulum nutrias, sed quasi verũ atq; perfectum deum ex vero & perfecto deo noueris adorandum . Sic eum Magus adorauit,vt non in lacte matris agnum coqueret, sed quasi deum veneraretur æternum.Denique vt eum inueniret,cælũ aspiciebat . Non ergo quærebat in terris,quem de cælo fulgens stella monstrabat . Ideo

G eum Maria non parturiuit, ſed peperit: quia & dominum & ſalutare ſciebat ex ſe eſse generandũ, ſicut ipſa teſtatur dicens: Magnificat anima mea dominũ: & lætatus eſt ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Ibi ergo dolores ſicut parturiẽtis. Dolor eſt vt parturias: dolor eſt vt enutrias, quem in principio debes habere perfectũ. Ideóq; pleriq; grauiter cõteruntur, ſicut verſiculus ſignificat qui ſecutus eſt. In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Nam dum ad perfectionẽ fidei deſiderant dei famuli peruenire, cõmacerant corpus ſuũ caſtigando ſeuerius, & redigẽdo in miniſteriũ ſeruitutis, ne reprobentur qui fuerant iam probati. Hoc autẽ faciunt in ſpiritu ſancto valido atq; vehementi. Eſt enim ſpũs conſilii atq; virtutis, vt nimia abſtinentia diſſoluãt corpus ſuum, quo omnes eius euacuent voluptates, vt dicatur illis: Conualeſcite manus remiſſæ, & genua diſſoluta. Cum enim ſolutus quis fuerit ab iſta compage terrena, tunc fortior ad vitã reſurgit æternam. Mentior, niſi adſtipulatur ſcriptura, quæ dicit, diſſolui, & cũ Chriſto eſſe, multo melius. Qui diſſoluitur, incipit eſse cũ Chriſto. Et alibi: Tempus meæ reſolutionis inſtat. Qui ergo meditatus fuerit ſeipſum diſſoluere per abſtinentiam, diem paſſionis ſuæ timere non poterit. Et bene ait ſpiritum vehementẽ, naues dicturus. Naues autẽ de corporibus dixit, quę vago diuerſarum paſſionum fluctu mouentur, & cito mergũtur niſi habeãt gubernatorẽ. Vnde & alibi ait: Qui deſcẽdunt in mare in nauibus. Bene

H autem nauigant, qui in nauibus Chriſti crucem ſicut arborẽ præferũt, atq; inde explorant flabra ventorum, vt corpora ſua dirigant ad ſancti ſpirit⁹ gratiam, in ligno domini tuti atq; ſecuri: nec permittunt naues ſuas vago fluctu errare per maria, ſed ad portũ ſalutis ad cõſummationẽ gratiæ curſus ſui directione contendũt, vt fida ſtatione potiãtur, quo diſſolutæ curſus ſuos poſsint in reſurrectiõe reparare, vbi naufragiũ timere nõ poſsint. Et nos igitur circũſpectemus hanc gratiam, ſpeculatores eius ſimus, exploremus eam, vt fiant corpora noſtra naues Tharſis. Tũc enim caro ad ſeruitutẽ redigitur, cũ ad dei intendimus gratiam, vt id quod amarũ ad tempus ſit, ſicut eſt ieiuniũ: nõ quod dulce & voluptarium, ſequamur. Tharſis ergo eſt ſpeculatoriũ gratiæ, intelligibilis ciuitas, vt Sion ſuperior. Ad eam feſtinabat Ionas. De ea dicit ſcriptura ꝙa ſociatus eſt Ioſaphat Ozię regi, & ſic placuit vt facerent & irent ad eum naues in Tharſis. Sed quia impio ſe coniunxit, ideo miſsus eſt ad eum propheta, qui diceret ei: Deſtruxit dominus opus tuum, & contritæ ſunt naues tuæ, & non potuerunt ire in Tharſis. Quo ſignificatur ꝙ præuaricantiũ mandatũ dei corpora ad cõſummationem gratiæ peruenire non poſsint. Ad Salomonẽ autẽ, vtpote ſapientem & pacifi cum virum, naues de Tharſis cũ auro & argẽto, & dentibus eburneis ſine vlla offenſione veniebant, & eò ipſe mittebat. Habebat enĩ cũ rege Hirã ſacręnegociationis

I ſpiritale commercium, & mutuæ gratiæ concertantis affectum. Has ergo naues ii qui regali in ſe authoritate potiuntur ad coercendam ferociam corporalẽ, vidẽtes ex corruptibilib⁹ incorruptas, ex maculoſis ſummą gratię luce fulgentes, ex diſſolutis atq; detritis eſse renouatas, viuere ex mortuis, ex ſepultis reſurgere, celebri ſermone cõmemorant: Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei noſtri. Deus fundauit eam in æternum. Audiuimus extra ciuitatem, vidimus in ciuitate, cui deus eſt lumen æternũ. Fulget enim dies ſine ſole mundano, luna non quæritur: fundamentum eius non temporale, ſed æternum eſt. Suſcepimus, inquit, deus miſericordiã tuam in medio templi tui. Si ad filium dei dicitur, templum ita intelligimus ſecundum quod ipſe de corpore ſuo dixit: Soluite templum hoc, & in triduo reſuſcitabo illud. Vere templũ dei corpus eſt Chriſti, in quo eſt noſtrorũ purificatio peccatorum. Vere tẽplum dei caro illa, in qua nullũ peccati potuit eſse contagiũ, ſed ipſa pro delicto mundi totius fuit K ſacrificiũ. Vere tẽplum dei caro illa, in qua dei imago fulgebat, & corporaliter plenitudo diuinitatis habitabat: quoniã ipſe Chriſtus eſt plenitudo. Ergo ad ipſum dicitur: Suſcepimus deus miſericordiã tuã in medio tẽpli tui. Quod quid eſt, niſi qđ ait: Medius veſtrum ſtat, quẽ vos neſcitis? Hoc eſt, in medio veſtri eſt, & non videtur. Si autẽ ad patrẽ refertur: quid eſt, in medio templi tui, niſi quia deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi? In illo ergo templo ſuſcepimus, inquit, miſericordiam tuã: hoc eſt, verbũ quod caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Sicut enim redemptio Chriſtus, ita & miſericordia. Quæ autem maior miſericordia q̃ ꝙ ꝓ noſtris flagitiis ſe præbuit immolandum, vt ſanguine ſuo mundũ lauaret, cuius peccatũ nullo alio modo potuiſſet aboleri? Etenim ſi de ſanctis viris apoſtol⁹ dixit: Tẽplum dei vos eſtis, & ſpiritus ſanctus habitat in vobis: quanto magis carnem domini Ieſu templum dei dixerim, qui ſemper plenus ſpiritu ſancto legitur, & ipſæ teſtificatur, dicẽs: Sentio de mę virtutẽ exiſse: quæ virtus omniũ vulnera acerba ſanabat. Poteſt & illud intelligi quod dixit ſuſcepiſſe ſe cũ populo dei miſericordiã in medio tẽpli eius: quoniã ipſe eccleſiã ſuam fundauit, & propagauit in æternũ: quoniã ipſe vere cũ filio ſuo vnigenito hanc gratiã plebi ſuæ contulit, quẽ ædificatorem etiam demõſtrauit dicens: Hic ædificabit mihi ciuitatem: quæ diffuſa toto orbe terrarũ, fecit vt tota terra plena laudis eius eſset & nominis. Sicut enim ſcriptum eſt, Laudis ei⁹ plena eſt terra, ita ſcriptũ eſt: Datũ eſt ei nomen ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu curuet, cęleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur ꝙ dominus Ieſus in gloria eſt dei patris. Vnde proprie dixit propheta: Secundum nomen tuum deus, ita & laus tua in fines terrę. Iuſtitia plena eſt dextera tua. Non mirum eſt ſi plenus eſt iuſtitiæ dei, q̃ eſt dextera dei. Idem autem eſt virtus dei, & iuſtitia dei, vt & ſecundum id ꝙ iuſtitiæ dei plenus eſt, eam iuſtitiæ plenitudinem in eo eſse quã pater habet, noueris: & ſecundum id ꝙ virtus & iuſtitia dei patris & ſapientia legitur, nihil in eo diuinæ maieſtatis intelligas eſse diuerſum, ſed omnia accepiſſe à patre filiũ, & omnis glorię paternæ filium ſplendorẽ eſse cognoſcas, & eius characterẽ ſubſtãtiæ, qui ita expreſsit patrem, vt in eo totus ſit pater, ſicut in patre totus eſt filius. Et ꝙa vidit in ſpiritu propheta laudes Chriſti terris in omnibus prædicandas: velut epilogo quodã faciens ſuſcepti ſermonis exceſsum, ad lętitiã nos & cultũ nominis eius hortatur, dicens: Lætetur mons Sion. Id eſt, qui confidunt in domino, ſicut ipſe poſtea interpretatus eſt dicẽs: Qui cõfidunt in domino ſicut mons Sion, &c. Ipſe dominus Ieſus, qui eſt mons & altitudo eccleſiæ ſuæ, quæ Chriſtum ſuum toto ſpeculatur affectu, lætetur fide eius & deuotione, quæ cõplacuit deo: quoniam repudiata eſt infidelis. Poteſt igitur & hoc pie intelligi, quoniam etiã ſuperior *omnib⁹ ipſe eſt mõs in quẽ is aſcẽdere iubetur q̃ fidẽ prædicat, dicẽte ſcriptura: In montẽ excelſum aſcẽde qui euangelizas Sion. Exultent, inquit, animæ, confitentes tibi. Ipſæ ſunt filiæ Iudææ illius in qua notus eſt deus. Nã iſta Iudæa quæ in carne eſt vel litera, non agnouit dominum. Nam ſi agnouiſset, etiã recepiſſet. Sed nõ agnouit, quem non recepit, & iudicia eius refugit: quibus eos non ex patre Abrahã, ſed ex diaboli ſemine manare memorabat: quoniã omne peccatũ, ſemen inimici eſt. Cõfeſsionis autẽ filiæ peccatũ nõ faciũt, ſed obũbrãt. Et ideo beati quorũ tecta ſunt peccata. Meritóq; exultabũt filiæ cõfeſsionis ꝓpter iudicia domini, cũ cognouerint iudicia eius, & vias eius, q̃ in hoc ſeculo inſcrutabilia & inueſtigabilia ſunt hoibus. Et cũ facie ad faciẽ ſpectare cœperint veritatẽ: tũc illa q̃ nunc videntur inſcrutabilia, cõprehendent, & eorũ cognitione gaudebunt. Circundate, inquit, Sion, & cõplectimini eam, narrate

M

*alias, ſuperioris il ſ. Sion ip ſe eſt mõs

A in turribus ei⁹. Qui intelligunt Sion, circundãt eam, & cõplectũtur ſuis ſenſibus, vt teneãt, & nõ dimittãt eã: ne ſibi ſpeculatoriæ diſciplina virtutis poſſit auferri. Ideo illa in Canticis dicit: Tenui eũ, & nõ dimittã eũ. quæ dei ſapientiã requirebat, & cõplectebatur iuſticiam dei brachiis charitatis, et quibuſdã fidei & deuotionis lacertis. Ipſe eſt enim piæ mẽtis amplexus. Cõprehẽdamus ergo & nos quãtũ poſsum⁹ interna myſteria veritatis, & ſcribam⁹ ea atq; affigam⁹ ea ſenſib⁹ noſtris, virtutẽq; cæleſtis oraculi, quã vt aſsequeretur Moyſes ille perit⁹ ĩ omni ſapientia Aegyptorũ, in montẽ aſcendit, atq; in nubẽ intrauit, vt operta & occulta cognoſceret, adhærente ſibi ſocio Ieſu: quia nemo ſine vero Ieſu poteſt incerta ſapiẽtiæ & occulta comprehendere. Et ideo in ſpecie Ieſu Naue, veri Saluatoris ſignificabatur aſſutura *præſẽtia, per quẽ fierẽt oẽs docibiles dei, qui legẽ aperiret, euãgeliũ reuelaret. Ergo qui Sion circũdederint prudẽtia ſua, & cõplexi fuerint intellectu, aſcẽdentes ſuper turres ei⁹ narrant deſuper ei qui nõ potuerit aſcendere in turres ei⁹, quid agendum vel quid cauẽdum ſit. Murata eſt enĩ ciuitas dei: ideoq; alibi dicit Domin⁹: Ecce ego Hieruſalẽ pinxi muros tuos. Diſtincta eſt turrib⁹, de quib⁹ inſidiator poſſit, ſi appropinquare cœperit, deprehẽdi. Habet ille exercit⁹ ſuos quib⁹ anĩas dei obſidere cõſueuit, admouere machinas, vt poſsit turres expugnare munitas. Sed vos, inquit, prædicate de turribus. Eſt enĩ ĩ turribus Hieruſalẽ abundãtia. Prædicate iuſtitiam, monete cuſtodiã. Sapientia enĩ in exitu canitur, & in murorũ alB tiſsimis prædicatur. Et alibi iterũ dicit: In muris tuis cõſtitui cuſtodes, dieb⁹ ac noctib⁹ in finẽ nõ tacebũt. Narrate ergo ſine intermiſſione, ſine fine. Aduerſari⁹ vigilat, circũit, & rabie ferina quærit quos inuenerit deuorare. Ideo ſemper canendus eſt domin⁹, qui dẽtes leonum cõterat, & ora cõfringat, vt nobis nocere nõ poſsint. Ponite, inquit, corda veſtra in virtute eius. Id eſt, vt virtutẽ eius intelligatis: & diſtribuite gradus eius, vt enarretis ĩ progenie altera, Quoniã hic eſt de⁹ noſter in æternũ, & in ſeculũ ſeculi: ipſe reget nos in ſecula. Βαρὺς dicit græcus hodieq; excelſas & turritas ꝺomos. Vnde propheta cũ de ciuitate dei & inhabitantibus eã loqueretur, diſtribuite, inquit, gradus eius. hoc eſt, mãſiones eius altas atq; ſublimes in cæleſtibus. Quo docet ordinẽ ſeruãdum eſse meritorũ. Vnuſquiſq; enĩm in ſuo ordine. Vnde & Ioan.14. dominus ire & præparare ſe dicit diſcipulis mãſiones, vt pro ſuorũ ratione meritorum digna vnuſquiſq; habitacula conſequatur, in quib⁹ requiẽ illã carpat æternã. Sũt etiam ſublimia & alta præcepta, in quibus ſunt occulta pietatis myſteria, & theomerota ſermonũ cæleſtiũ. Hæc, inquit, diſtribuite & pro captu vniuſcuiuſq; diuidite, quã tũ poſſit vnuſquiſq; ingenio proprio cõprehẽdere. Neq; enim oĩbus Paulus eadem diſputabat. Aliis nihil præ dicabat niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum, non ĩ perſuaſione ſapientiæ verbi, ſed in oſtenſione ſpiritus atq; virtutis. Inter perfectos autem ſapientiam loquebatur: quia non capiebat vniuerſus populus percipere ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt. Ideo enim eã1.Cori.2. Chriſtus abſcondit, vt eam ſtulti non intelligant, prudentes; ſtudioſius quærant, & enarrent in progenie altera, quæ ſpiritus foret virtute perfectior: quoniam generatio ſuperior per infirmitatem fidei perfectæ ſapiẽtiæ cognoſcere ſacramenta non potuit. Et ideo ſignum quærebat, veritatem repudiabat: cum vtiq; non veritas ſigni, Mat.12. C ſed ſignum veritatis ſit. Vnde reſpondit ei Dominus: Generatio nequam & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei niſi Ionæ prophetæ. Ad arguendam itaq; perfidiam Iudæorum, Ionæ exemplum accerſitur, eo ꝙ Niniuitæ ſigno crediderunt, & prædicationem Ionæ qui fuerat in vtero ceti, ſequendam putarunt. Iudæi autem nec poſt reſurrectionem domini Ieſu crediderunt, qui de corde terrę poſt triduum reſurrexit, & viuit ac regnat per omnia ſecula. Amen.

Pſalmi. XLVIII. enarratio. D

Huius titulus eſt, In finem filiis Chore pſalmus Dauid.

AVDITE hæc oẽs gentes: auribꝰ percipite omnes qui habitatis orbẽ terræ. In principio ipſo vocẽ domini ſalutaris agnoſcim⁹ gẽtes vocãtis ad eccleſiã, vt errori renũciẽt, veritatẽ ſequãtur, & pii cult⁹ mun⁹ agnoſcãt. Sed quia ſerpẽtis venenis infecta erãt corda ſucceſſiõis humanæ & peccatis obnoxia cõſciẽtia dũ deſperat veniã, ſe reuocare nõ poterat: remediũ pollicetur, ĩdulgẽtiã ſpõte pietatis ſuæ largitate ꝓmittit, vt reus nõ timeat, bene cõſci⁹ gratuletur ꝙ bona domio exibeat miniſteriũ ſeruitutis, qui nouerit peccata donare, honorare virtũtes. Deniq; eadẽ ſerie vocatiõis etiã ĩ Euangelio nos domin⁹ adhortatur dicẽs Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati eſtis, & ego Mat.11. vos reficiã: Tollite iugũ meũ ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Deinde iugũ ſuũ ſuaue, & on⁹ leue eſse cõmemorat: quoniã qui deſperauerit medicinã, ſan⁹ eſse nõ poterit. Et ideo oĩb⁹ grata eſt mã ſuetudo, quæ vulnera interiorũ curat animorũ. Vẽtur⁹ igitur ad ægrotos, vẽtur⁹ vt medic⁹, q̃ grauia vlcera noſtra curaret, medicamẽta proponit vt videãt homines, & ad remediũ ſalutis fida ſedulitate cõcurrãt. Sic illa in Matth.9. Euangelio meruit ſanitatẽ, quæ ꝓfluuio ſãguinis ꝓ duodecim annos laborauerat. Audiuit medicũ veniſse, feſtinauit cõtingere, dicẽs: Si tetigero fimbriã ei⁹, ſalua ero. Intra ſe hoc dixit, & Chriſt⁹ audiuit. & tetigit fimbriã, & virtus de ſaluatore ꝓceſſit, quæ curauit ægrã, firmauit inualidã, ꝓfluuiũ ſtauit, pietatẽ probauit. Similiter ergo & hic oẽs gentes vocat ad ſapientiæ fontẽ atq; prudẽtiæ, redẽptionẽ oĩb⁹ pollicetur, vt nemo trepidet, nemo deſperet, vbi null⁹ excipitur, ſed omnis aĩa inuitatur ad gratiã, vt ſine ꝓcio redimatur à crimine, & fructũ vitæ adipiſcatur æternæ. Hic ſẽ⁹ eſt pſalmi: quẽ ſuo ordine digiremus, cũ explicauerimus ſuperiorũ vim qualitatẽq; verborũ. Præcipiũtur enĩ audire gẽtes, & auribꝰ E ꝓcipere q ĩhabitãt orbẽ terrę. Illũ vtiq; orbẽ terrarũ de Pſal.23. quo ſupra dixit: Domini eſt terra, & plenitudo ei⁹: orbis terrarũ, & q habitãt ĩ eo. Ipſe ſup maria fũdauit eũ, & ſup flumina ꝓparauit eũ. Quã Græci. οἰκουμένην dicitũt ꝙ in habitetur à Chriſto, ſicut ipſe dixit. Quoniam inhabitabo in illis. Inhabitat enĩ, vt impleat quæ vacua videban- Leui.26. & 2.cor.6 tur. Quæ eſt ergo οἰκουμένη, niſi ſancta eccleſia templum dei, & habitaculum Chriſti? Nec incongrue latini diſſono quidẽ ſermone, ſed pari ſenſu orbẽ terræ nuncupauerunt, eo q; Vita ſanctorum qui inhabitantur ab ſpiritu, ſicut rota in orbem ſine vllã curſus ſui oſtẽſione voluatur. In tribulationibus igitur fũdatur eccleſia, in tẽpeſtatibus & procellis, in ſolicitudinibus & mœrore, in rebus aduerſis & in fluminib⁹ ꝓparatur. In quib⁹ fluminib⁹? Audi dicẽtẽ. Eleuauerũt flumina vocẽ ſuã? Audi Pſal.92. & in Euangelio. Qui credit in me: ſicut dicit ſcriptura, Ioan.7. Flumina de vẽtre ei⁹ fluẽt aquæ viuæ. Hoc autẽ dicebat F de ſpiritu quẽ accipiebãt credẽtes in eũ. In his ergo fluminib⁹ ꝓparatur eccleſia, ĩ quib⁹ profluit dei gratia. Hi ſunt fluuii qui aure percipiunt verbũ dei, & loquuntur, vt verbũ infundãt pectoribꝰ ſigulorũ. Ideoq; ſcriptura diſcretionẽ fecit dicẽdo. Audite hæc oẽs gẽtes: auribus percipite oẽs qui habitatis orbẽ terræ. Polsunt oẽs audire: nõ oẽs tamẽ auribus percipere, niſi electi dei. Ideoq; Lucę.8. Saluator dicit: Qui habet aures audiendi, audiat. Illas aures dicit interioris hominis ſpiritales, cuius & nares legimus, dicente Iob: Spiritus diuinus qui eſt in naribus Iob.27. meis, Nõ oẽs hoies has aures, & has nares habẽt. Alia eſt enim forma corporis, alia gratiæ ſpiritualis. Qui ſpiritalis eſt, audit omnia, diiudicat omnia. Animalis autem homo nõ percipit quæ ſunt ſpiritus dei. Hic enĩ terrigena eſt, ille cęleſtis. Ideoq; addidit: Quiq; terrigenę, & filii hominum: ſimul in vnum diues & pauper, vt vniuer-

G sos vocaret. Quis est terrigena nisi dei filiꝰ hoīs? Quis est
* alias carnis. * spūalis nisi dei filius? Ille ex sāguine cōcretus & carne, *
& viri voluptate generatus: iste ex deo natus. Alius di-
* alias, alius pauper gratia Tamen quia & paup. &c. ues in omni verbo & sciētia, aliꝰ paup, * gratia tamē di
ues: quia & paup clamauit, & dominꝰ exaudiuit eū. Ecō
trario est & dives in superbia, & pauper in humilitate.
Oēs vocantur ad ecclesiam, vt oēs redimātur à Christo.
Qui æger est medicū inuenit: q sanus, sapientiā acquirit,
captiuꝰ redēptorē, liberē remuneratorē. Oēs ædificat scri
ptura diuina. In ea inuenit vnusquisq; quo aut vulnera
sua curet, aut merita cōfirmet. Simul autē in vnū diuitis
& pauperis facta vocatio, in quandā humilitatē æqualita
tēmq; nos prouocat, vt neq; dives fastidiat inopē, neq; di
uiti pauper inuideat, sed vtrūq; sibi gratia vna cōnectat
qa & dominꝰ pauper factus est, cum dives esset, vt idē &
pauperū saluator esset & diuitū. Et subtexuit: Os meū lo
quetur sapiētiā, & meditatio cordis mei prudētiā. Meri-
to oēs vocātur, quia oīb⁹ sapiētiæ fōs abundat, nec the-
sauro pecuniario cōparatur, q̄ pciosior the sauris oīb⁹
declaratur. Idcoq; nec dives auertitur, nec pauper exclu
* alias æqua. * alias propior, & alias promptior. ditur: qa * sapiētia nō facultates discriminat, sed volūta
tes. Ille aptior, qui prior * affectu, & ꝓxim⁹ disciplina.
Quōd si meditatio cordis prudētiā loqtur, quāto magis
pfecta doctrina. Deinde admonemur nō tumultuariū
ꝓferre sermonē, sed exercitio quodā meditatiōis, & sta
tera mētis internæ examinare dicēda: quia scriptū est a-
libi: Statera fallax nō bonū. Inclinabo ad parabolā aurē
meā: aperiā in psalterio propositionē meā. Sapiēs audi-
H tor intendit, atq; inclinat aurē suam vt intelligat para-
bolarū figuras. Ipsum aurē suā dicit saluator, qui aurē
habet audiēdi. Aperit etiā dominꝰ clausā ꝓpositionem
suā, cū aptū organum sibi & vas electionis inuenerit: qđ
psalteriū vocat: cuius similis Paulꝰ dulcis gratiæ cātilenā neruis oībus sibi cōcinentibus resultauit, sanctī spūs
plectro interiorē chordā exteriorēq; pulsando, vt & lin
1. Cor. 14. gua oraret & mente. Ideoq; ait: Orabo spiritu, orabo &
mēte. Psallā spiritu, psallā & mēte. Huiusmodi ergo vi-
rū Christus multo ante ꝓmittit, per quem manifestaret
absc̄dita, & inuoluta prophetici obscuritate sermonis
aperiret, Bonū psalteriū, cum fidei vita cōsentit, & caro
animæ, virtuti aspirat voluntas. Hoc est dulce psalteriū,
vbi canora est discipilina viuēdi, vt impleatur illud qđ
Esa. 35. scriptū est: Clara erit lingua mutorū. Sequitur: Vt quid
timebo i die malaꝰ? Iniquitas calcanei mei circūdabit me
Hoc est, cū os meū loquatur sapiētiā, & meditatio cor-
dis mei prudentiā, in die iudicii timere quid possū? Nisi
forte calcanei mei iniquitas mihi sit abluenda. Alia est
iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adā dente
serpētis est vulneratus, & obnoxiā hæreditatē succes sio
nis humanæ suo vulnere dereliquit, vt oēs illo vulnere
Ioan. 13. claudicem⁹. Vnde dominꝰ discipulis pedes lauit, vt la-
uaret venena serpētis: & Petrꝰ reprehēditur ꝙ excusa-
bat ne sibi dominꝰ pedes lauaret. Ideoq; dictū est ei: Ni-
si lauero tibi pedes, nō habebis mecū partē. Quo audito
nō solū pedes, sed etiā manus obtulit abluendas. Cui do
minꝰ respōdit: Qui lotus est, nō habet necesse vt iterū la
Psal. 37. uet, nisi vt pedes lauet: sed est mūdꝰ totꝰ. Ergo Dauid di
cit: Iniquitates meæ superposuerūt caput meum, qui se
nouerat in iniquitate esse cōceptū, & in delictis à matre
generatū, Dominꝰ autē qui suapeccata non habuit, nec
cognouit proprias iniquitates, ait: Iniqtas calcanei mei
circūdabit me. Hoc est, iniquitas Adæ, nō mea: sed ea nō
I potest mihi esse terrori. In die enim iudicii nostra in no
bis, nō alienæ iniquitatis flagitia puniuntur. Vnde reor
iniquitatē calcanei magis lubricū delinquendi, q̄ reatū
aliquē nostri esse dilecti. Meritoq; dominꝰ qui ꝓ nobis
vniuersa suscepit, Lauemus, inquit, & pedes vt calcanei
lubricū possim⁹ auferre, quo fida statio possit esse virtu
tū, nec paterno quis errore labatur, qui suo paratus est
stare ꝓposito. Nō metuat lubricū hæreditatis, qui cupit
vestigi i tenere virtutis. Iniquitas ergo calcanei nostri ꝑ
uaricatio est Adæ, per quā prolapsꝰ est in cōtēptū & dis-
K simulationē cælestiū mandatorū. Est etiā iniquitas calca
nei, Iudæ hæsitanda * proditio. Calcanei ideo, q̄ scriptū
est: Qui māducat meū panē, leuabit super me calcaneū Ioan. 13.
suum. Bene & ibi suū, & hic meū dixit: Suum, quia Chri
stꝰ sine inīquitate: hæc autē soli⁹ iniquitas ꝓditoris. Me
um autem calcaneum, quasi vltimam sui corporis Iudā
Christꝰ appellat, cuiꝰ nos sum⁹ corpꝰ & membra. Apo
stoli præstātiora & actuosa membra sunt Christi, Iudas
calcaneum, quasi extrema pars corporis serpenti obno
xia, & patēs vulneri. Primū ego calcaneum Adā, secun-
dū calcaneum Iudas. Ille lapsꝰ toti⁹ hæreditatis, hic so-
li⁹ ꝓditoris, qui hæreditatē implicare nō potuit, quia iā
nō carnales sum⁹, sed redēptoris hæreditas, scriptura di
cente: Est hæreditas credētib⁹ in domino, Est & illa ini-
quitas calcanei sui, q̄ circūdedit Christū. Circundantes, Psal. 114.
inquit, circūdederūt me, & i noīe domini vlt⁹ sum i eos,
Calcaneū ei⁹ Synagoga est, decor & gloria vult⁹ ei⁹ ec Psal. 92.
clesia: sicut scriptū est: Dominꝰ regnauit, decorē iduit. Il
li ergo sūt calcaneū de quib⁹ dicit: Qui cōfidūt i virtute
sua: quiq; in abundantia diuitiarū suarū gloriātur. Diui
tes enī eguerūt, et esurierūt. Qđ de Iudæis dictū est. Sed &
oēs qui luxuriose viuunt, & non tenent caput, calcaneū
Christi sunt. Sed hæc generalia, quæ late patent, Cæterū
specialiter de Iuda locut⁹ est proditore, qui sibi validus
& dives apostolatꝰ gloria videbatur. Deniq; de passiōe
domini sermo cū texitur: Frater nō redimit, redimet ho
mo: nec dabit deo ꝓpciationē suā, & ꝑciū redēptionis
animæ suæ. Hoc est, vt quid timebo i die malaꝰ? Quid enī
potest mihi nocere, qui nō solū nō idigeo redēptore, sed
ipse omniū sū redēptor? Alios liberos faciā, & ꝓ me ipe
trepidabo? Ecce faciā noua oīa, quæ supra ipsū germani L
tatis affectū sint atq; pietatem. Quē frater eodem matris
vtero effuꝰ in luce redimere nō potest, qa parilis natu-
ræ infirmitate retinetur: redimet homo: sed ille homo de
quo scriptū est: quia mittet illis dominꝰ hoīem q saluā-
bit eos: qui seipso dixit: Quæritis me occidere, hominē Ioan. 8.
qui veritatē locutꝰ sū vobis. Sed quāuis homoꝰ sit, quisco
gnoscit eū? Quare nemo cognoscit? Quia sicut vnꝰ de⁹
ita & vnꝰ mediator dei & hoīm homo Christꝰ Iesꝰ. Ip
se est salꝰ qui redimit hoīem, vincens pietate germanos
quia ꝓ alienis sanguinē suū fudit, quem nemo potest of
ferre ꝓ fratre. Itaq; corpori ꝓprio nō perpercit vt nos
redimeret à pcō: & dedit semetipsum redēptionē pro
omnib⁹, sicut verꝰ eiꝰ testis asseruit apostolꝰ Paulꝰ qui
ait: Veritatē dico nō mētior. Sed quare solus hic redi-
metꝰ? Quia nemo post eū æquare pietate, vt ꝓ seruulis su
is animā suā ponat nemo integritate. Oēs enī sub pcō.
Oēs Adæ illiꝰ subiacēt prolapsioni. Solꝰ redēptor eligi
tur, qui pcō veteri obnoxiꝰ esse non possit. Ergo ꝓ homi-
nē dominū Iesum intelligam⁹, qui suscepit hoīs con
ditionē, vt in carne sua peccatū omnium crucifigeret, &
chirographū vniuersorū suo cruore deleret. Sed forte
dicas, Quō redēptur⁹ frater negatur, cū ipse dixerit: Nar Psal. 21.
rabo nomē tuū fratrib⁹ meis? Sed nō quasi frater nobis
sed quasi homo Christꝰ Iesus, i quo deꝰ erat, peccata di
misit. Sic enim scriptum est: Deus erat in Christo mūdū 2. Cor. 5.
reconcilians sibi. In illo Christo Iesu de quo solo dictū
est quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan. 1.
Nō ergo quasi frater, sed quasi dominꝰ habitauit in no- M
bis, cum habitaret in carne. Cū igitur recōciliauerit deo
mūdū, vtiq; ipse recōciliatione nō eguit. Pro quo enim
pcō suo ꝓpitiaret deū, qui nulla pcā cognouit? Deniq;
didrachma poscētib⁹ Iudeis, qđ pro pcō dabatur ex le Mat. 17.
ge, dixit ad Petrū: Simon, reges terræ à quib⁹ accipiūt tri
butū vel censū? à filiis suis, an ab alienis? Respondit Pe-
trus: Ab alienis. Cui dixit dominus: Ergo liberi sūt filii.
Vt autē nō faciamus illis offendiculū, mitte hamum, &
eū piscē q prim⁹ ascēderit tolle, & aperto ore ei⁹ inenies
staterē. Illū tollēs dabis pro me & ꝓ te. Ostēdit ergo ꝙ
nō pro se propitiationē debeat pcōrū, qa seruꝰ peccati

A nō erat, sed ab omni erat liber errore. Filiꝰ enim liber,
seruꝰ est in reatu. Ergo liber iste ab oībus nec preciū
redēptionis animæ suæ dat, cui⁹ sāguinis preciū poterat
abundare ad vniuersa mūdi totius redimēda pcā. Recte
ergo alios liberat, q̄ pro se nihil debeat. Plꝰ adiicio: Nō
solū ꝓ se Christꝰ preciū nō debet suæ redēptiōis, aut ꝓ
pitiationē ꝓ pcō, sed etiā si de fideli quocūq; hoīe accipi
as, possit intelligi: quia nō debeāt singuli propitiationē
suā, quia ꝓpitiatio omniū Christꝰ est, & ipse est vniuer-
sorū redēptio. Cui⁹ enī hoīs sanguis iā idonens est ad re
dēptionē sui, cū pro redēptione omniū suū sanguinem
Christus effuderit? Est ergo cuiusquā sanguis qui Christi
possit sanguini cōparari? Aut quis tā potēs homo qui ꝓ
se ꝓpitiationē suā dare possit supra eā ꝓpitiationē quā
in se obtulit Christꝰ, qui solꝰ deo mūdū recōciliauit per
suū sanguinē? Quæ maior hostia? Qđ præstātius sacrifi-
ciū? Qui melior aduocat? quā qui pro pcīs omniū fact⁹
est deprecatio, & animā suā dedit pro nobis redēptionē
Mat. 11. Nō quæritur ergo propitiatio aut redēptio singulorum,
Psal. 67. quia omniū pcium sanguis est Christi, quo nos redemit
Gene. 49. dominus Iesus, qui solꝰ patrē reconciliauit, & labora-
uit vsq; in finē, quia nostrum laborē ipse suscepit, dicēs:
Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiā vos: Vi
de laborantē: Laborauī clamans: raucæ factæ sunt fau-
ces meæ. Et alibi: Isachar quod bonū est cōcupiuit, requē-
scēt inter sortes. Et infra: Supposuit humerū suū ad labo
rādū: & fact⁹ est vir agricola. Ergo hō nō dabit iā ꝓpitia
tionē suā nec redēptionē, quia semel ablutus est à pcō
per sāguinē Christi. Laborabit tamē vt seruet ꝑcepta vi
uendi, & à mādatis cælestib⁹ nō recedat, Dū viuit, in la-
B bore sit, & perseueret in eo. vt viuat in finem, ne & ipse
morte moriatur, cū sit iā redēptus à morte. Qui autē ser
uauerit mandata vitæ, nō videbit interitū, cū viderit mo
ri eos qui sibi sapiētissimi & prudētissimi in hoc seculo
videbantur. Quod specialiter ad scribas & Pharisæos
spectat, qui sibi cathedras in synagogis vendicant, qua-
si sapientiæ principatū. Hi vere frustra laborant, cū pu-
tant quia per didrachmū liberentur, cū spiritale preciū
animæ suæ, atq; illud singulare dominici corporis sacri
ficium, inani quadā legis interpretatiōe cōtēpserit, re-
fugientes baptismatis sacramentū. Neminē enī sanguis
redimit hircorū atq; taurorū, sed oēs vnus sanguis libe-
rat Christi cui⁹ in Leuitico figura nō veritas est. Nō enī
didrachmo, sed illi⁹ soli⁹ sanguinis precio liberamur.
Simus ergo docibiles dei, vt nemo nostrū videat interi-
tū in illo die quādo dānabuntur morte perpetua sapien
tes istius mūdi, vel principes Iudæorū, quādo simul insi
piens & stultus peribunt. Nō idē est vtrūq;. Stultus est q
nihil sapit, & stulta intelligit. Insipiens qui mala sapit.
Psal. 13. Dixit insipiēs: quia nō est deꝰ. Quō iniquus nō qui æqui
tatē nesciat, sed qui improbitate cordis sui iniqua com
mittat, improbꝰ quoq; dicitur, ea ꝙ probitatem malitia
sua destruere velit, non quia probitatē ignoret. Ipsi er-
go insipiēs & stultꝰ quando pereūt, alienis relinquūt di
uitias suas. Suū enī & legitimū stultitiæ & improbitatis
Roma. 8. hæredē reperire nō possunt. Legitimi enī dicunt, Quia
C filii dei sum⁹. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem
dei: cohæredes autē Christi: si tamen cōpatimur, vt & si-
mul glorificemur. Insipiētes ergo diuitias nō habet, qa
nec hæreditatē habent. Nō habēt diuitias infidi, nō pos-
sessionē. Fdeli enī totꝰ mūdꝰ possessio est. Nō habēt hæ
reditatē, quia sola est hæreditas credētib⁹ in domīo. Su-
Mat. 19. as autē diuitias habēt. Ideoq; auarꝰ dixit: Nō habeo quo
Lucæ. 18. cōgregē fructus meos. Nō enim vertus fructꝰ, sed auari
fructꝰ pecunia est. Et dominus auaro dicit: Vade vende
bona tua, & veni sequere me. Nō enī perfectū bonū est
patrimoniū, sed hæc sunt auari bona, q̄ in emolumento
aliquo cōstituta sunt. Vēde, inquit, quæ putas tua esse, cū
tua nō sint: quia ad alios fluminis modo trāsierūt, & seque
re me, vt bonū imortale cognoscas. Sapientes ergo i in
teritum deducūtur, quib⁹ deus absc̄ondit quæ paruulis
reuelauit. Peribūt simul, & in vno eodēq; loco erūt insi D
piēs & stultꝰ, & alienis relinquēt diuitias suas: quia nō i-
uenit nequitia legitimū succesorē. Et sepulchra eorum
dom⁹ eorū in seculū, tabernacula eorū i progenie & ge
neratiōe, inuocauerūt noīa eorum in terris ipsorū. Vbi
q; scriptura sepulchra pro vilib⁹ ducit: quib⁹ degene-
res & vitæ hui⁹ cupidi cōparātur. Sepulchrū patens est Psalm. 5.
guttur eorū. His ergo qui ad diē & de die viuunt, sepul-
chra pro domib⁹ sunt. Dom⁹ enī iustorū nō in terra est
sed in cælo: sicut Apostol⁹ docuit dicēs: Nostra aūt con Philip. 3.
uersatio in cælis est. Ipsa est dom⁹ nostra quæ dom⁹ est
Christi. Vnde ait scriptura: Et Moyses quidē fidelis i to Hebr. 3.
ta domo ei⁹, tanquā famul⁹ in testimoniū eorū quæ di-
cēda erant: Christꝰ vero tanquā filiꝰ in domo sua. Pius
ergo dom⁹ est ecclesia, pīis patria cælū est. Ideoq; iustus
ait: Aduena ego sum apud te in terra & peregrinus, sicut Psal. 38.
oēs patres mei. Luxuriosis domus sepulchrū est. Deniq;
tāquā in sepulchro viuunt, qui possunt dicere: Māduce-
m⁹ & bibam⁹: cras enī moriemur. resurrectionē ante o- Esaiæ. 22.
culos nō habentes, ideoq; tumulis suis affixi atq; attumu
lati adhærent, quia resuscitari se posse nō crediderunt.
Habitaculum ergo illis in suo busto est, & tabernaculū
eorum i progenie & generatione terrena est, qui vermes
sui corporis hæredes relinquunt: vt hic tātum sit memo
ria eorū, & in æternum trāsire nō possit. Deniq; nomīa
eorū in terris ipsorū: quia opera eorū corruptibilia atq;
terrena. Et ideo ibi scribuntur eorū noīa, vbi viuere ma
luerunt. Qui autē eleuauerunt opera sua, iis dicitur: No Lucæ. 9.
lite gaudere quia dæmonia vobis subiectā sūt, sed gaude
te quia noīa vestra scripta sūt in cælo. Hinc ergo intelli
gim⁹ quia nō ociose dominꝰ eos arguit qui ædificabāt
sibi sepulchra vel tumulos prophetarum, & exornabāt
ea. Cōdēnatur enī Iudei qui prophetis quos occiderant,
terrena solatia, nō æterna ꝓmia deferebant. Ideoq; pro
hibet vt discipul⁹ suus sepeliat patrē, quia æterno patri
fine cessatione esse debet intentꝰ. Et in Esaiæ libro scri Esaiæ. 22.
ptum est: Quid, inquit, quia edificasti et excidisti tibi se
pulchrū? Et reprehēditur Maria quæ Christum in tumu Lucę. 24.
lo requirebat. Relinque sepulchra, quæ reliquerunt qui E
audita voce domini in ipsi⁹ passione surrexere de tumu
lis. Noli inter mortuos habitare, qui vitiis. Audi vocē re
suscitantis Iesu: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, Ephe. 5.
vt lumē tibi Christi ifūdatur æternū. Lumen ei⁹ spiritus
sanct⁹ est, qui apostolis sanctis in dispersione linguarū Act. 2.
tanquā ignis illuxit. Sequitur: Homo cū in honore esset
nō intellexit: cōparat⁹ est iumentis quæ sine sensu sunt,
similis fact⁹ est illis. Hæc via eorū in offendiculū ipsis, &
postea in ore suo cōplacebūt. Quia nō intellexit homo
cū in honore esset. Est autē honor quia ad imaginē dei
fact⁹ est, fact⁹ est rationis capax. Cōparat⁹ est iumentis
quæ sensū nō habēt. Qui aūt intellexit, angelis cōpara-
tur. Et ideo hic bonorū operum claritate magnificatus
est, ille sicut equus adhinniēs æstimatur collusione vi-
uendi, quæ viæ offendiculū affert in turpitudine & ob-
scænitate viuētib⁹. Insipiētia enim viri contaminat vias
eius. Huiusmodi autē viri viuunt sēdm appetentiā suā,
quæ offendiculum creat: & post offendiculum compla-
cebunt i ore suo, sed non i corde. Non enī boni de qui-
b⁹ dicitur: Ore suo benedicebāt, & corde suo maledice
bāt. Quo respōsum est etiā iis qui habent in codicibus
suis ita scriptū, Et postea in ore suo benedicēt. Verbum Roma. 10.
enim tuum prope, & in ore tuo sit, & in corde. Sicut o- E
ues in infernū deducētur, mors depascet eos: & domina
būtur eorum iusti in matutinū, & auxilium eorū vetera
scet in inferno à gloria eorum. Qui noluerunt vt pasce
ret eos Christus, depascet eos mors. Quis ergo dimittat
bonū pastorē, qui pro ouib⁹ suis animā suā ponit, quia
pertinet ad eū gregis sui cura? Aut quis eligat mercena-
riā mortem, quæ operum pessimorū digna mercede re-
feratur? Simul cognosce ō homo quia Christus verus
est pastor, qui suos pascit ad vitam. Mors subintrauit

G quæ ad interitū adducit alienos,& deuorat eos quibus
potest propter eorū flagitia pualere. Quib9 licet in hac
Gene. 24. vita studiū potētiæ fuerit & diuitiarū, vt aliis dominarē
tur:sed in resurrectione erit seruit9,cū iustis matutinus
splēdor illuxerit:quorū figura est q Iacob domin9 ppo
nitur fratri.Miserabilis atq; seruit9,vt eo tēpore quo a-
lii vocātur i gloriā splēdoris & luminis,horū gloria ve-
teraſcat,& cōsumatur in tenebris inferorū.Meritoq; de
his dicitur:De honore suo & gloria sua expulsi sūt: qa
tēporalis hæc gloria.Verūtamē de9 liberabit,iquit,ani-
mā meā de manu iferni,cū acceperit eā. Bene hoc dicit,
quisciebat asam suā in inferno nō derelinquēdā.Descē
dit vt captiuos absolueret defaucib9 inferorū,non vt in
his captiua remaneret .Ergo quoniā hæc quæ in isto se-
culo sunt,nobisū tranſire nō possūt,ideo tibi dicitur:
Ne timueris cū diues fact9 fuerit homo,& cū multipli-
cata fuerit gloria dom9 ei9:quoniā nō cū morietur acci
piet oia,neq; simul descēdet cum eo gloria domus eius.
Noli,inquit,expauescere diuitias & potentiā diuitis,&
gloriā secularē,quoniā caduca illa sūt,& citi9 abeūt quā
venerūt. Sōniū est iste thesaur9:euigilas,& recessit: quo
niā qui potuerit crapulā mūdi isti9 edormire,& sobrie-
tatē virtutis asumere,ista cōtēnit:& pro nihilo pecuniā
ducit.Neq; timueris cū multiplicatā gloriam dom9 ali-
cuius potentis audieris. Inspice diligēter. & vacua est,q
nihil habet in se de fidei plenitudine. Et quid de domo
H dicā?Vacuus erat tot9 hic mūdus anteq; numero creden
tium eum Christus impleret. Ideoq; scriptū est: Iudica-
bit inter gētes,replebit ruinas. Quod enim aliud erat an
te in hoc mūdo,nisi ruina pfidiæ. Quid est ruina? Audi
Mat.24. dicentē:Vbi ruina,ibi & aquilæ. Id est, vbi ruina, ibi &
resurrectio.Ruina vacua firmitatis est,resurrectio pleni
tudo viuendi est.Ideoq; nos Adæ illius ruina vacuauit:
sed Christi repleuit gratia.Ideo se ille exinaniuit,vt nos
repleret,atq; in carne hois plenitudo virtutis habitaret.
Quid sit ruina,cognosce,Dum viuit homo,infusus est
Ioan.1. spiritu. Vbi mortuus fuerit.vacuus vtiq; ui9 vitalis est
spiritus. Multo magis vacuum facit amissio gratiæ spū
alis,quē gratia replere cōsuetuit:vt possim9 dicere:Quo-
niā nos oēs de plenitudine eius accepimus,& gratiā pro
gratia.De alio dicitur:In vacuū laborauit,iustus autē si-
cut odor agri pleni. Quid aūt nō vacuū qd seculare aut
mundanū:cū rēcte dixerit qui mūdū istū sobria virtute
cōtēpsit,Nudus sum natus,nudus & moriar? Nunquid
secū quis potest auferre quæ possidet?Hic omnia derelin
quit,solus intrat in tumulū,& vacuū illius diuitis est se
pulchrum,quē nec ipsa terra capiebat.Vnde dictum est
Esaiæ.5. Nūquid soli habitabitis super terram;Nūquid descen-
dit in illud sepulchrū gloria dom9 eius,aut copiæ?Vide
vim scripturæ.Gloria seculi nō descēdit cū pctore,sed
gloria virtutis ascēdit cū innocēte.Et vt cōpēdiosi9 di-
cam9,gloria hois cum ascēdente ascendet,cū descendē
te non descēdet.Quod gratiæ est ac virtutis, ascendet.
In paradisū ascenditur,in infernū descēditur. Descen-
Psal.54. dant,inqt,in infernū viuentes. Ideoq; Lazarus pauper
per angelos in Abrahæ sinū est eleuat9. Diues luxurio-
Lucæ.16. sus eleuās in inferno oculos suos rogat Abrahā vt mit-
I tat pauperē:& digito suo contingat linguā eius, quo re-
quiē aliquā in ardore maximo cōstitut9 posset adipisci.
Vide illū pauperē bonis oibus abundātē,quē sancti pa-
triarchæ requies beata circundabat. Vide hunc vacuū,
qui sibi in hoc seculo abūdare omnib9 videbatur:cuius
anima in vita ipsius benedicebatur:sed nūc iners morte
cruciatur.Vnde pulchre sequitur: Quoniā aia ei9 in vita
ipsi9 benedicetur:cōfitebitur tibi cū benefeceris ipsi. Be
nedicent,inquit,eū benedictione terrena. Stulti hoīes q
præsentia,nō futura cōsiderāt.Benedicēt eū aſseclæ eius
atq; parasiti.Ipse quoq; beatū se putat,si agrū aliquē quē
desiderabat inuaserit.Cōfitetur tūc deo, cū ei in hoc se
culo secunda succedunt:quādo autē aduersa cōtingunt
impio ore maledicit.Hoc ergo dicit,quia secularis non
agit gratias in paupertate posit9 & aduersis. Iustus autē K
in āgustiis magis dominū grato benedicit affectu.Deni-
q; diabol9 ad deū dicit:Quid mirum si te benedicit Iob? Iob.1.
Abundāt ei oia. Sed mitte,inquit,manū tuam,& tange
ea quæ possidet:videamus si in faciē te benedicet.Et de-
dit ipsi domin9 potestatē vt quæ seculi essēt hui9, auſer
ret:carnē ipsius vlceris atrocitate perfūderet. Iob tamē
benedicebat dicēs: Domin9 dedit,domin9 abstulit: sit Ibidem.
nomē domini benedictū.Introibit vsq; in ,pgeniē patrū
ei9,vsq; in seculū nō videbit lumē.Homo cū in honore
esset,nō intellexit:cōparat9 est iumētis quæ sensū nō ha
bēt,& similis factus est illis.Ideo,inquit,iste in progeniē
patrū suorū introibit. Qui est pater impiorū, domin9
declarauit dicēs:Vos ex patre diabolo estis. Sunt & illi Ioan.8.
patres de quib9 dicitur:Relinq mortuos sepelire mortu Mat.8.
os suos.Ideo & Moabitæ vsq; in tertiā & quartā genera-
tionē prohibiti sūt introire i ecclesiā domini,vt filii eo-
rū ,pter pctā patrū suorū introirēt in eorū generatio-
nē quorū facta imitabātur & mores. Vnde & scriptū est
Fili adulterorū in cōsūmatione erūt.Ergo qui nō illum Sapien.3.
patrē qui in cælo est sequitur,sed illū terrena colluuiōe
viuētē,in ,pgeniē terreni patris intrat. Qualis eni terre- 1.Cor.15.
nus,tales & terreni:vt sit eius vita terrena, requies nulla
post mortē.In æternū non videbit lumē:quoniā tēpora
le quæsiuit.Ille autē qui Christi secutus est gloriā,q desi
derauit illud lumē qđ illuminat omnē hominē veniētē
in hunc mundum?inueniet & videbit lumen æternum: L
quia eum Christus redemit à morte. Tunc ergo cogita-
bit secum,quia cum in honore esset, non intellexit: &
ideo erit similis iumentorum,qui similis debuit esse an
gelorum,per domini nostri Iesu Christi gratiam:cui est
honor,gloria,perpetuitas à seculis,& nunc, & semper,
& in omnia secula seculorum.Amen.

In huius psalmi tractatus beatus Ambrosius infideli-
tatem & impietatem Maximi tyranni grauiter redar-
guit,qui ausus est dominū suum Gratianum imperatorē
fraude & dolo perimere:quē imperatorē in domini ta-
bernaculo habitare,& in monte eius requiescere dicit:

In enarrationē. LXI. Psal. Præfatio. Titul9. In finē pro Idithū psal. Dauid.

O MNIVM nostrū indubia cōsuetudo est,vt festi
nemus ad finē,& eorum quæ legimus vel vidi-
mus & audiuimus,velimus sūmā cognoscere.
Vnde titulus ipse ociosos nos esse nō patitur,nec feria
tis præterire auribus desiderii cōmunis indiciū. Præ cæ-
teris enim,licet etiā in cæteris clareat,diuinū tamē in hu
iusmodi psalmo refulget oraculū. Vnde diligentius qd
sit finis cōsideremus.Finis enim dicitur τέλος, & sūma
rei eius quam volumus explicare.Finis dicitur Christus
quia ipse est finis legis,sicut scriptum est.Finis enim le- Roma.10.
gis Christus ad iusticiam omni credenti,Finis etiam di-
citur,qa ipse est principiū & finis.Ergo isti psalmi qui
titulātur in finē,aut de Christo sūt,aut ipsius Christi.De
Christo,cū ipse annunciatur. Ipsius Christi, cū ipse se
nunciat,vēturūq; ,pmittit in terras,& futuram nobis re
uelare dignatur proprii corporis passionem.Ideoq; ip- M
si Dauid inscribūtur in titulo:quasi vero Dauid ipsi do
mino ,pphetici oris ministerio deputētur,per quē huma
ne vocis officio vis cælestis increpuit,& diuina senten-
tia resultauit.Meritoq; pro Idithum,qui fuit ,ppheta, &
psalmos cū sex filiis canebat suis,velut quædā præfatio
est,eo q; esset his venia prophetāda,qui in psallendi mi
nisterio cōstituti,diuina oracula humana voce loquerē
tur.Et quia pro totius mūdi abolēdo errore suscipiēda
dominici corporis passio foret,huius licet nomine cui-
us sedulitas probaretur,cōmēdatiorē eruditionē ple-
bis expressit.Itaq; ipsum audiamus loquentem:

NONNE deo subdita erit anima mea?Susceptur⁹
carnem hominis dominus noster Iesus. vt in se
eam ipse mūdaret,quid prius quā peccati veteris

A primū debuit abolere cōtagiū:Nā quia per inobediētiā
culpa irrepserat,dū mādata diuina temerātur: obedi-
tiā vtiq; præ cæteris debuit reformare,vt seminariā erro
ris excluderet. Fibra enim inde manauerat:& ideo sicut
bon9 medic9 radices pri9 vlceris debuit āputare:vt me
dicamētorū salubre remediū vulneris ora sētirēt. Fru-
stra enī cicatricē curaueris,si serpāt ſreriora cōtagia: i-
mo acerbatur vuln9 si foris clauditur cū iteri9 vir9 exa
stuat.Nā quid proderat donasse peccatū,si peccādi ma-
neret affect9?Hoc erat nō sanare cicatricē,sed claudere
Voluit itaq; mundare vuln9,vt affectū sanaret,ne inobe
diētiæ sordes vlla remaneret.Suscepit ipse obediētiā, vt
nobis eā trāsfūderet.Sic enī oportebat,vt quoniā p inо-
bediētiā vni9 hoīs pctōres cōstituti erāt plurimi, p vni9
rurs9 odediētiam iusti cōstituerētur multi. Vnde valde
errare eos res indicat,qui carnē hoīs à Christo aiūt esse
susceptam,affectū negant:& cōtra ipsi9 domini Iesu ve-
nire cōsiliū,qui hoīem ex hoīe tollit:cū homo sine affe
ctu hoīs esse nō possit.Nam caro sine affectu,& præmii
immunis & culpa est.Illud ergo suscipere debuit & sa-
nare,vnde culpa manauerat,vt originē erroris & quasdā
prorūpentis delicti fores clauderet. Vnde ego hodie
hoīem agnoscerē dominū Iesū,cui9 carnē nō video,af-
fectū lego?vnde inquam hominē eū agnoscerē, nisi esu
Mat.26. risset,nisi sitisset,nisi fleuisset,nisi dixisset, Tristis est a-
nima mea vsq; ad mortē?Deniq; scriptū est,Et homo est
& quis cognoscit eū?Sed homo p ista cognoscitur, qui
per opera diuina supra hoīes æstimatur.Itaq; ipse eous-
B q; se hoīem credi volebat,cū deus esset,vt se appellaret
Ioan.8. hominē,dicēs: Quid me q̄ritis occidere,hoīem qui veri
tam locut9 sū vobis?Nec solū hoīem,sed etiā filiū ho-
Marci.8. minis diceret,sicut ait: Quid me dicūt esse hoīes filium
hoīs?Vnde ille sūmā tenere fidei pronunciat9 est,qui &
dei filiū cognouit,& hoīem nō negauit.Ipse igitur vtrū
q; vn9,inseparabilis numero,& agnoscēdus operis distī
ctione,nō varietate personæ.Nōne enī alter ex patre,&
alter ex Maria:sed qui erat ex patre,carnē sūpsit ex vir-
Esaiæ.53. gine.Affectū assūpsit ex matre,vt ifirmitates nostras ipse
susciperet.Vnde ait Propheta:Et pro nobis dolet. Quo
dolebat meo dolore,si meū nō gerebat affectum?Homo
inquit,in plaga,& sciēs ferre infirmitatē.Itaq; quasi ho-
mo infirmatus est,quasi homo doluit,& nos quasi ho-
minē æstimauim9 eū esse i dolorib9:sed quasi victor in-
firmitatum,nō infirmitatib9 vict9,pro nobis nō pro se
dolebat,& infirmat9 est nō ,ppter sua,sed ,ppter nostra
pcta,vt nos suo luore sanaret. Quid vtiq; est homo in
plaga,& sciēs ferre ifirmitatē,nisi qa plagæ habebat cō
passionē?Aut quo sciebat ferre ifirmitatē,si sensū infir-
mitatis excluserat? Qđ enī portam9,hoc ,p onere susti-
nem9.Suscepit ergo pcta nostra,vt portaret:suscepit e-
Ibidem. tiā vt purgaret.Deniq; scriptū est,Et pcta eorū ipse pur-
C gauit.Ideo ipse hæreditate possidebit multos,& fortium
partietur spolia.Ibi enī maior triūph9, vbi mēs interna
mūdatur. Qđ portat igitur,ad remissionē pertinet: qđ
purgat,ad correctionē.Suscepit itaq; cōpassionē nostrā
susceptę & subiectionē. Qđ enī subiecit sibi oīa,suū est:
qđ iudiect9 est,nostrū est.Ideoq; ait: Nōne deo subdita
erit ania mea?Anima,inquit,subdita nō diuinitas. Ani
ma subiecta,nō dei virtus.Virt9 enim dei non potestati
subdita est,sed vnitati,& cōsortio eius vtitur potesta-
tis.Illa subiecta est,quæ humanæ cōditionis fragilitate
plerūq; mutatur,nō quæ mutari nō potest.Anima carni
cōpatitur,& animæ caro,quæ sibi quodam cōtubernio
Mat.26. copulantur,Illa subiicitur,quæ tristis est,quia scriptum
est:Tristis est anima mea vsq; ad mortē.Illa subiicitur,q
susceptа,nō ex deo patre nata:quāquā ipsa subiectio nō
in specie quidē infirmitatis sit,sed in operatione virtu-
tis,dispēsationis magis temporariæ arbitra, q̄ perpetuo
seruitio mancipata.Vnde & ait:Nōne deo subdita erit
anima mea? Cur dixit erit, si sempiterna subiectio est?
Sed quia filius dei qui loquebatur,eternus est, animā aūt
suscepit ex tēpore:ideo futurā subiectionem animæ suæ D
dicit.Per ipsam ergo obediētia,per ipsā humilitas: quæ
tamē nō ad infirmitatē potētiæ susceptа sunt,sed ad ma
gisteriū disciplinæ.Ipse enī domin9 Iesus cū esset in dei Philip.2.
forma,non rapinā arbitrat9 est esse se æqualē deo,sed se-
metipsum exinaniuit formam serui accipiens,in simili-
tudine hoīm fact9,in specie inuētus vt homo:humilia-
uit semetipsū:factus obediēs vsq; ad mortē:sicut Apostо
l9 dicit,nō iugē & ppetuam,sed tēporalē subiectionē cu
piēs declarare:qualis sit susceptа cum carne,& depositа
cū ipsi9 corporis seruitute.Sic etiā ad Hebræos scriptū
est.Nā cū proposuisset exemplū dicens: Tu es sacerdos
in æternū secm ordinē Melchisedech:subiecit idē Pau- Hebr.5.
lus:Qui in dieb9 carnis ,ces & ,pplicationes adhibu-
it ei qui posset liberare eū de morte cū magna voce & la
chrymis:& exaudit9 ab illo metu,quāquā esset fili9, di-
dicit ex his quæ pass9 est,obedientiā:& cōsummat9 ob-
temperātib9 sibi causa fact9 est salutis æternæ:vocatus à
deo sacerdos secm ordinē Melchisedech. Nōne igitur
euidenter clamauit Apostol9 dicēs obedientiā illā & hu
militatem nō diuinitatis fuisse,sed carnis? Qđ enī disci
tur temporale est. Quāsi homo ergo ex his quæ pass9 est
didicit obedientiā,vt cōsūmaretur i carne,& per obedi
entiæ trāsitūsam in nos successionē causa fieret nobis sa
lutis æternæ,quib9 ante per inobedientiæ hæreditatem
prim9 ille Adā causa fact9 est mortis. Subiectio ergo ma
gisterium virtutis humanæ nō diuinæ ,minutio potesta-
tis est.Nā si illū minorem filiū & inæqualem patri dicūt,
quia erat subdit9 patri deo:nūquid & matre ideo minor Lucæ.2.
quia erat subdit9 matri?Lectū est enī de Ioseph & Ma-
ria:Et erat subdit9 illis.Sed pietas oīb9 nobis nō dispē-
dio,sed incremēto est,per quā oīb9 nobis domin9 Iesus
fidem infūdit & gratiā,vt nos spiritu fideli subditos pa-
tri faciat deo:& ideo nouo & profundo cōsilio Apostо- 1.Cor.15.
l9 ait q ipse patri erit subiect9 in nobis,cū fuerit in oīb9 E
plenitudo fidei,& quædā deuotiōis vnitas. Nūc enī quā-
diu sententiis discrepam9, quodāmodo regnū Christi
minoram9:quia nondum ei subiecta sunt omnia, cuius
regnū vnitas est.Cū aūt subiecta illi fuerint omnia, tūe
& ipse subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia:vt sit de
us oīa in oīb9 sicut scriptum est.Nūc enim potestate su-
pra oēs est:sed opus est vt sit in oibus volūtate. Volet au
tē cū omnia in nobis cognouerit sui plena,& vacua deli
ctorum.Nōdum igitur subiectus est patri,quia nōdū oīa
& in oībus Christ9. Cū autē fuerit oīa & in oībus Chri-
stus,erit omnia & in oīb9 de9. Vnde colligitur vnū esse
regnū patris & filii & etiā spūs sancti:quia q filiū recepe
rit,recipit & patrē,recipit & spiritū sanctū:qa vna pote
stas,vna gratia,vna operatio trinitatis est. Meritoq; ad-
didit Domin9:Ab ipso enī salutare meū,quasi diceret:
Nolite turbari quia dixi animā meā fore deo subditam.
Anima erit subdita,quæ vestri est portio:salutare autē
meū ab ipso.Hoc est,quia à patre et in patre ſeper sum.
A patre enī veni i hunc mundū:etsi videtis hominē, dei
filium credite.Cū venerit autē Paraclet9 quē ego mittā
vobis à patre meo,spirit9 veritatis,qui à patre meo ,pce- F
dit:ille testimonium perhibebit de me.Et fili9 à patre ,p
cedit,& spirit9 ab ipso procedit. De vnitate ergo diuini
tatis ambiguim nihil.Ideoq; cōcupiuit Dauid hoc salu
tare dei nobis dari:quia ipse est vita æterna,si & patrem
verum deum cognoscam9,& filium,quē pro nostra cer
tū est salute venisse.Sed nō rapinā arbitrat9 est esse se æ-
qualē deo. Assertionē suę diuinitatis sequestrat,& dis-
pensationis humanæ repræsentat officium.Ideoq; adiū-
xit statim.Etenim ipse est de9 me9,adiutor me9, defen-
sor me9:nō mouebor amplius. Hæc vtiq; quasi homo lo-
quitur,quia in deo spem nostram debem9 reponere,ne
facile labamur: quāquam in eo quod locutus est. Non
mouebor amplius ostendat habere se diuinæ insignia Hebr.12.
potestatis. Habes enim alibi dicētem:Adhuc ego semel
terram mouebo. Mouit diluuio, quando præter arcam

G Noe earo ois interiit. Nouit cũ Sodoma & Gomorra ſacro igne conſumptæ ſunt. Hæc ſupernæ indignationis indicia ſunt. Sed quia elegit genus hominũ dominꝰ magis ſeruare q̃ perdere, nõ mouebitur amplius ad indignationẽ, qui venit ad miſericordiã, venit vt redimeret nos ſuo ſanguine, nõ vt noſtrũ effunderet. Venit vt ſe offerret pro nobis, & quaſi bonus negociator mercẽ ſuã pro prij corporis paſsiõe ſeruaret. Et cum hoc diceret, leuauit oculos ſuos, & vidit hinc perſecutores, indenecquitias ſpirituales in vnũ conuenire, & ait: Quouſq; irruitis in hominẽ interficientes vniuerſos? Hoc eſt: Quid dele re genus feſtinatis humanũ? Neſcitis me pro omnium redẽptione veniſſe? Obtuli me pro cũctis, vt oẽs mea ob latione protegerẽ. Hominẽ ergo aut pro humana omni accipimus multitudine: aut ſi de vno accipimus, de ipſo dictum intelligimus. Irruitis, ſed in hominem, quia
Mat.26. ſupra deum irruere nõ poteſtis: ſicut habes alibi: Quid me quæritis occidere hominẽ? Neq; enĩ diuinitas morti poterat eſſe ſubiecta, ſed humana ſuſceptio. Si ergo in me irruitis, & me vultis tenere: qd eos qui mecũ ſũt, vultis occidere? Satis eſt vobis habere quẽ quæritis. Nõ quæro conſortem paſsionis, qui ad ſalutẽ omniũ adiutore non egeo. Non requiro legatũ, nũcium nõ præmitto: ſed ipſe me nunc eius obtuli nõ quærentibus: me tradidi non eõprehẽdẽtibus, vt liberarẽ eos qui mortis laqueis fuerant cõprehenſi. Irruitis igitur tanq̃ parieti inclinato, & maceriæ impulſæ, ignari quia veni non vt inclinarem parietẽ, & maceriã impellerẽ, ſed vt ſoluerẽ. Veni enim
H pax, vt faciã vtraq; vnum, medium parietẽ maceriæ ſoluens, qui carnẽ & animã diuidebat: vt vnum ſentire nõ poſſent: & ideo caro animæ repugnabat, & ſubdita impetio eius eſſe nõ poterat, quia obiecti parietis obſtaculo gubernaculis eius parere nõ poterat. Lex igitur carnis legi mentis aduerſabatur. Hũc parietẽ veterũ inimicitiarũ velut murũ ſuſtulit dominꝰ Ieſus, & peruios fecit eſſe cõuentus mẽtis & carnis, vt in vnum cocũtes, id quod erat vtriq; ſalutare ſequerẽtur. Paries ergo quædã eminẽtia delictorũ eſt. Vnde ad pontificẽ Iudæorũ dicit
Act.23. Paulus: Percutere te incipiet deus, paries dealbate. Paries enĩ luto cemẽtiſq; cõſtruitur. Hic ædificabãt AEgyptii ciuitates, quãdo Iudæi lateres facere cogebãtur. In AEgypto lutũ cõficiebatur, & populus dei peccatũ illic operabatur. Ideo gemebat: ideo exauditus & liberatus eſt à peccato. Ideo lex data, ꝓmiſſa gratia, vt lex peccatũ ex parte reſecaret, gratia omne donaret. Et cũ hæc nobis conferret, hæc pro nobis ſubiret, nos preciũ eius repellebamus. Vnde ait: Verũtamen preciũ meũ cogitaue runt repellere. quãdo preciũ referẽte Iuda proditore, Iu
Mat.27. dæi in loculũ mittere noluerũt, dicẽtes: Non licet nobis] mittere in loculum: quia precium ſãguinis eſt: Dãnatur hic iudicio ſuo ꝓditor, qui refudit preciũ qđ accepit, in firmus ad ſacri muneris teſtimoniũ, ſed validus ſceleris ſui teſtis. Vnuſquiſq; enim grauior accuſator eſt ſui, & inexcuſabilẽ in ſe fert ipſe ſẽtẽtiã. Principes ſynagogæ ſuo cõdẽnant ſe iudicio. Profitẽtur enim preciũ eſſe ſãguinis quod dederũt, dũ arguunt refundẽtẽ. Nãſi reciendũ nõ fuit, nec ſoluendũ fuit. Atq; vtinã aut nõ dediſſent, aut quia dederant, nec recepiſſent. Repudiarũt enĩ quod i loculũ mittere noluerũt, & emerũt inde agrũ in ſepulturã peregrinorũ. Merito ergo gentiles quibus agri eius qui morte emptus eſt Chriſti, ſepultura profecit, iã non ſunt aduenæ atq; peregrini, ſed ciues ſanctorũ facti ſunt, & domeſtici dei: quia conſepeliuntur dei filio Iudæi autẽ qui paſsiõis eius preciũ repudiarũt, peregrinantur à Chriſto. Tolerabilior illis vel in hoc proditor quod cõfitetur errorẽ: illi autẽ crimẽ ſuum excuſando acerbãt. Verecũdior eſt enĩ cõfeſsio poſt delictũ. Impudẽter igitur refellebãt cõmune ſacrilegiũ cõfitẽtẽ, dicẽ
Ibidem. tes, Quid ad nos? Tu videris: Quid enĩ dicebat proditor niſi hoc. Peccaui ꝙ tradiderim ſanguinẽ iuſtũ? Qđ erat crimen tradẽtis, quomodo ſuſcipientis nõ poterat eſſe peccatũ, cum ſcelꝰ ſceleri ſit adiũctum: vt quẽ ſceleratẽ K emerũt, ſceleratius trucidarent? Cucurri, inquit, in ſiti. Vetũ eſt quidẽ ꝙ dominꝰ noſter Ieſus ſitiuit. Beata domini ſitis: qa ſitiuit pro nobis, & maxime in paſſiõe. Denicq; dixit: Sitio. Tunc itaq; ſitiebat, quãdo de latere ſuo reſtinctura ſitim omniũ viuæ aquæ fluẽta fundebat. Denicq; ſcriptũ eſt: Flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Ioan.7.
Sed in græco medie poſitũ eſt, quia ἔσραμεν & ſingularem & pluralẽ numerũ ſignificat. Ergo quia cucurri, & cucurrerũt, iuxta græcũ poſsumus intelligere, diximus autẽ qd exprimat cucurri, hoc eſt, feſtinaui ſitim omniũ ſuſcipere, vt vniuerſos perpetui fontis vbertate ſatiarẽ: cui enim dedero aquã, nõ ſitiet nec hic, nec in futurum, Ioan.4.
ſicut dictũ eſt ad Samaritanã: nunc dicamꝰ quid ſignificet, cucurrerũt in ſiti: hoc eſt, feſtinauerũt vt ꝓfidiæ ſuæ æſtu fontẽ viuũ negantes æterna fauces ſuas ariditate ſic carẽt: ſicut ipſe Dominꝰ ait: Me dereliquerũt fontẽ aquæ viuæ, & fecerunt ſibi cõtritos lacꝰ. Nec mirũ ſi ſitierunt
Hiere.2. qui aquã fõtis æterni tenere nõ poterãt, lubrici perfidiæ ſuæ rimis. Sitierunt ergo, quia ſe potu priuauerunt ſpirituali, quẽ hauſerãt de cõſequẽti petra. Vnde & Symmachꝰ ait: ὡς δόλῳ ἐνυλάνουν. Hoc eſt, placuit illis in mẽdacio, cum obiicerẽt falſa pro veris. Omne mẽdaciũ ſitim habet, veritas vbertatẽ, quæ in perpetuum perſeuerat. Et quãm cito, probauit, quia cucurrerunt in mẽdacio. Ore ſuo, inquit, benedicebãt. & corde ſuo maledicebãt. Miſera perfidorum ſitis, qui aliud tenebãt corde, & ore aliud loquebantur. Vbi autẽ fidei exundat vbertas corde creditur ad iuſtitiam, ore cõfeſſio fit ad ſalutem.
L Quomodo autẽ benedixerint ore, & corde maledixerint, ſeries paſſionis oſtẽdit, cum dicerẽt: Deſcendat de
Mar.15. cruce. Sulti, de morte ſurrexit, & non crediderũt. Quomodo ſi de cruce deſcẽderet, credidiſsẽt? Speranit in domino, eripiat eum: liberet nunc eum, quoniã vult eum, quia illudẽtes potiꝰ quãm optãtes iſta dicebant, & interrogabant vtrum eſset dei filius, verbis pacifica loquentes, corde accuſationẽ ſacrilegii cogitãtes. Sed hæc myſtica: veniamus ad moralia. Etenim quoniam nõ ſemel appetitur Chriſtus: appetitus eſt ſemel in ſuo corpore quod ſuſcepit in virgine, appetitus eſt frequenter in eo corpore quod eſt eccleſia. Nos enĩ ſumꝰ corpꝰ Chriſti & mẽbra. Appetitur & in ſingulis fãctis ſuis & innocentibus, qui domino ſe dicarunt. Recordamur aliquẽ pro De Gra-
xime ab omnibus appetitũ, à ſuis deſtitutũ ac proditũ, tianodicit
qui dudũ in ſuggeſtu locatus ſperii, ſubito egens omniũ impera-
ab ipſis quorũ hæreditarium fuerat ſortitꝰ obſequium, tore.
cœpit vrgeri, ingruẽtibus in exitũ, inferẽtibꝰ mortem, nullo auxiliatore, nullo iã ſocio ſui, nullo comite. Quid aliud melius dixerit, quã quod ex ipſo cui ſe deuouit ac ceperat: Nonne deo ſubdita erit anima mea? Hoc eſt. Quid perſeqmini? Quid futitis? Quid inſultatis? Carnẽ poteſtis interficere, animam nõ poteſtis. Vitã iſtam corporis poteſtis eripere: meritum non poteſtis extinguere
Scriptum eſt enim: Nolite timere eos qui poſsũt occide- Mat.10.
re carnem, animã autẽ non poſsunt: ſed potius eũ timete qui poteſt animã & corpus perdere in gehennã. Anima ergo quæ deo ſubita eſt, non eſt humanæ ſubdita poM
teſtati. Ab ipſo enim vitæ fructum ſperat æternæ, & per petuæ ſalutis auxilium. Ille ergo cui me tradidi. & necatum tuebitur, & mortuum reſuſcitabit, & vlciſcetur occiſum. Raptus eſt iuſtus, ne malitia mutaret cor eius. Sapien.4.
Mors ergo iſta magis peccati fuga, quãm morientis eſt detrimentum. Etenim ipſe eſt deus meus, adiutor meus, defenſor meus: non mouebor amplius. Qui labitur, cõmouetur, eo ꝙ de integritatis & innocentiæ ſuæ quadã ſtatione defluat. Semel enim in petra Chriſti locatus, lubricum non debet habere veſtigium, ſed tenere ſtatus proprij firmamentum. Vnde immobilis dicitur qui ſeruat immobilem voluntatẽ, & propoſitũ aliquod intentione animi fidelis exequitur. Nã & dei immobilẽ volũtatem legimus: ſicut habes ad Hebræos: In quo amplius

A deus oſtẽdere volẽs hæredibus repromiſsionis immobilitatem voluntatis ſuæ, interpoſuit iuſiurandum. Recte ergo immobilis voluntas dei, quæ nullius peccati mouetur illecebris. Homines mobiles, lubrici ad delinquendum, faciles ad errandum. Denicq; de Iudæis dictum eſt: Tranſeuntes autẽ blaſphemabant eũ, mouentes capita
Pſal.21. ſua. Et ipſe Dominꝰ in pſalmo ait: Omnes q̃ videbãt me, aſpernabãtur me: & locuti ſũt labiis, & mouerũt caput. Caput omniũ Chriſtus eſt. Melius eſt igitur vt maneat Chriſtus in nobis, quãm aliqua noſtri cõmotione moueatur. Vnde Iudæi mouentes capita ſua dicebant: Tolle
Lucæ.8. à terra talẽ. Hunc Geraſeni rogabant vt de finibꝰ eorũ recederet: Eccleſia autẽ tenuit eũ: nec dimiſit eum. Ideo illa quæ tenuit eũ, poſſidet. Illi qui mouerunt, tenere nõ poſsunt. Pulchre autem ait Euãgeliſta quia tranſeuntes mouebant capita ſua. Tranſeuntes, non ſtantes. Stamus in atriis ſanctis, præterimꝰ in plateis. Sacerdos præteriit, leuita pertrãſiuit: ſtetit ille qui vulnera inflicta curauit.
Pſal.128. Et ideo illi nõ dixerunt qui tranſibant viam: Benedictio domini ſup vos: benedicimꝰ vos de domo domini. Stãtes enim nõ trãſeũtes ſũt pedes benedicentiũ. Denicq; & vineã cuius ſoluta munitio eſt, tranſeũtus vindemiant, non manentes. Tranſeũtes ſibilant, ſicut in threnis Hie-
Thren.2. remiæ legimus: Tenuerunt ſuper te manꝰ omnes tranſeuntes per viã: ſibilauerunt & mouerunt caput ſuũ ſup filiam Hieruſalẽ. Ideo ſacerdos non potuit coronari, leuita nõ potuit, quia tranſierunt & tanq̃ vmbra præterierũt. Stephanus autẽ martyrio coronatus eſt, quia ſtantẽ videbat dominũ Ieſum, immobilem, nõ prætereuntem. Immobilis ergo fide Stephanus immobilem Chri-
B ſtum videbat: nullo erat mortis timore cõmotus. Non mouit ſe Stephanꝰ, nõ mouit & Chriſtus. Commoti ſũt
Pſal.108. filij proditoris, de quibus dicitur: Commoti amoueantur filij eius, & mendicent. Eget enim medico qui mouetur. Inops peccator, diues eſt iuſtus: quia nullo bono deficit, qui dominum ſemper inquirit. Et quia inde tractus eſt ſermo, quia dixit, Non mouebor amplius: ꝙ moueri
Pſal.65. ad culpã, ſit, oſtendit ipſe Dauid dicẽs: Qui poſuit animam meã ad vitam, & nõ dedit cõmoueri pedes meos. Vnde & ſancto dicitur à domio deo noſtro: Tu autẽ hic ſta mecũ. quoniã qui deo proximus eſt, lapſui nõ poteſt eſse vicinus. Omnis enim culpa velut aduerſario niſu de loco deiicere, & de proprio ſtatu mentẽ mouere conſueuit. qđ vel ab hoſte vel ab luctamine tractũ videtur. Perturbat ira, incẽdit libido, ſtimulat inuidia, excruciat auaritia, timor deiicit, mœror affligit. Et petro dictum
Mar.8. eſt à domio Ieſu: Veni retro poſt me. Nõ dixit, Veni retro (hoc enim diabolo ſoli dixit) ſed Veni retro poſt me. Nõ eſt enĩ retro q poſt Chriſtũ eſt. Sed quia errabat Petrus, ſicut dominus ipſe ait ad ipſum, quia non ſapis, iquit, quæ dei ſũt ſed q̃ ſũt, hoĩm: ideo poſt me veni, vt incipias non humana, ſed diuina ſentire. Ideo & hic iuſtꝰ rapiendus etheris ait: Non mouebor amplius. Diſſolui enim, & cũ Chriſto eſse, multo melius. Non enim labi
C poterit qui cœperit eſse cum Chriſto: quia mors iuſto non naturæ finis, ſed culpæ eſt. Inter has voces ſubito vidit agmina perſequentiũ, & inter pericula poſitus non de ſe ſolicitus, ſed de his quos liberare cupiebat, ait: Quouſq; irruitis in hominẽ interficientes vniuerſos? Si me quæritis, cur alios vultis occidere? Offero me ipſe ꝓ multis. quia pro omnibꝰ ſolus ſe ille potuit offerre, qui auctor eſt omnium. Ipſius ergo quẽ ſequebatur imitator, ait: Si me quæritis, ſinite hos abire. vt impleretur ſer-
Ioan.18. mo quẽ dixit Ieſus: quia non perdidi ex ipſis quẽquam præter vnum (hoc enim in alio libro ſẽtẽtia domini cõprehendit) qui tamen ſua magis periit voluntate, q̃ mea inquit, ſeueritate punitus eſt. Et cũ ego me ſponte offeram, irruitis & incũbitis tanq̃ parieti inclinato, & mace-
Gratianꝰ iperator. riæ impulſæ. Hoc eſt: Apex dudũ nobilis ſedis auguſtæ, & circũfuſi toto orbe Romano validus quondã murus imperij, ſicut paries inclinatus, aut maceries ipulſa col-
labor. Sed eſto. Ad mortẽ me vſq; appetierũt, quæſierũt D
ad necẽ, dicentes, Tollamus iuſtũ, tollamus miſericordem, quia grauis eſt nobis etiã ad videndum. ſed etiam exiſtimationẽ meã, caſtimoniã meam ſauciandam falſis calũniis putauerũt. Hoc eſt enim. Preciũ meum cogitauerunt repellere: quia preciũ noſtrum pudicitia eſt, quæ nos ſeparat à pecudibus, angelis iungit. Preciũ noſtrum miſericordia eſt, quæ nos, dũ cõfertur inopibus, redimit à morte. Preciũ noſtrũ fides eſt: quæ omnes hoies gentili errore & ſeruitute depreſsos, Chriſto acquiſiuit. Precium noſtrũ bona exiſtimatio eſt, quia vniuſcuiuſq; noſtrum meritorũ ſeries æſtimatur. Preciũ noſtrũ mundi-
tia atq; ſimplicitas eſt, quia ſcriptũ eſt: Poſſeſſio preciopreciꝰ illis poculis ſanguinem tibi innocẽtis infunderes? Ita ſecutor.
ſa vir mũdus. Nihil enim precioſi viro ſimplici. Vnde Apoſtolus pulchre, Abũdauit, inquit, i diuitiis ſimplicitatis ſuæ. Quid enĩ ſimplicitate ditius? quæ ſicut bonꝰ paterfamilias ſatis ſibi abundat, & ſua puritate contenta non quærit alienum, nec abrodit, ſed de ſe cæteris fingi. Innocens enim credit omni verbo, nec ſe in artes varias ſæpe cõmutat: ſicut aſtutia, quæ vt ſit cauta, timet omnia: nec ſe conſiliis ſuis credit: verſat ſuas ipſa ſententias. Simplicitas autem timere nil nouit. Hoc igitur genere preciũ iuſti repellere tentauerunt. etſi poſſit & illud intelligi, quia autũ eius manibus accipiebant, corde intimo repellebãt, prædã tenẽtes, fidem negantes. Vnde & ait: Cucurri: in ſiti. eo ꝙ fidẽ quæreret, & iuenire nõ poſſet, deſtitutus à ſociis, à propriis derelictus. Sic dominũ Ieſum legimus in Euangelio & eſuriſſe, & ſitiſſe, cum eſuriret fidẽ noſtrã, ſitiret opera noſtra, quærere videretur aliena. Aut vt ad ſitim corporis referamus, quanta indignitate dicit, Cucurri in ſiti. Hoc eſt: Ego ſitiebam, E
cum alii mea vina ructarẽt: & ex illo ſuggeſtu ſublimis imperij, opulẽtiaq; regali, ad extrema ſitis plebeia quadã vilitate deductus ſum. Et quia græcus habet ἔσραμεν, quod ſignificat & cucurri ſingulariter, & cucurrerũt pluraliter? poteſt & ſic intelligi: Cucurrerunt in ſiti, quorum fauces æſtu nimio fundẽdi mei ſanguinis aruerũt. Sicut enim eſt ſitis fidei, ita & ſpidiæ. Sitim illã iuſtꝰ
ſitit, qui ait: Sitiuit anima mea ad te deus. Iſtam perfidi- Pſal.41.
quorũ lingua præſiti aruit. Quã ſitiuit ille qui inter cõ- Maximꝰ
uiuii dapes & pocula cõſtitutus innocẽtis cõiuiæ necẽ Tyrannus
moliebatur Auguſti. Nonne tibi videbatur impie, cum Gratiani
mãducares, cædẽ parares, ꝙ humana ſub dentibus ſuis imperaoſſa crepitarẽt? cũ vinũ biberes, & parricidiũ cogitares toris per-
ꝙ illis poculis ſanguinem tibi innocẽtis infunderes? Ita ſecutor.
prorſus alienꝰ nõ ſolũ ab imitatione. ſed etiã à lectione diuina, vt non tibi veniret in mẽtem verſiculꝰ ille pſalmorum, Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus Pſal.54.
meus, quiſimul mecum dulces capiebas cibos. atq; ille alius cuiꝰ meminit in Euãgelio ipſe dominꝰ Ieſus, Qui
edit mecum panem, leuabit ſuper me calcaneũ ſuum. Ioan.13.
Quid tibi facia Ephraim? quid tibi facia Iuda? Plures re liquiſti nobis proditiõis tuæ & fraudis hæredes. Hec enim etiã ad proditorẽ Iudã poteſt per apoſtrophen deriuari: Prodidiſti vitã, regnũ domio. Sed Ieſus dominꝰ ſemel in ſe, frequẽter in ſeruulis ſuis, ꝓditor. Qđ enĩ vni Mat.25.]
horũm minimorũ feciſtis, mihi, inquit, feciſtis. Tu conmiſsos tibi loculos & pecunias pauperũ ſuſcepiſti, iſte prouicias ſibi creditas. Tu apoſtoli honorẽ, ille militiæ F
dignitatẽ, adminiſtrationis inſulas. Numero honores eius, vt crimen exaggerẽ. Cõiuiii violaſtis vterq; conſortium: tu tamen de cõiuio ad proditionẽ ſurrexiſti, iſte ad necẽ. Hoc eſt, tu licet i ſcelere verecũdior, qui negaſti ꝙ inferendã necẽ crediderꝭ domio quẽ ꝓdebas, q̃ precium refudiſti, ne reſidere apud te merces parricidii videretur. Iſte nõ ſolũ tenuit acceptã, verũ etiã extorſit nõ oblatã mercedẽ proditionis, Iſte non ſolum deceptꝰ nõ eſt alieno mendacio, ſed fefellit ſuo, & fefellit vt occideret. Et cũ ille cõiuiũ recuſaret. q ſe videret eſse perimẽ dũ: iſte ſacramẽtũ obtulit, ne qua periret ſibi cumuladi pars criminis. Poſtremo ſuperioris proditoris pecunia

G profecit ad ſepulturam perigrinorũ:iſte ſepulturam in tegrã ſuo principi denegauit. Nec defuit qui manus la-
Mat.27. uaret dicẽs:Innocẽs ſum à ſanguine iuſti huius. in quo ſe Pilatus non diluit,ſed inquinauit,& implicauit, non exuit. Nam etſi nullum põdus in perditorum iudiciis, ta men vinculum maius in cõfeſsionibus. Iuſtos enim nõ abſoluit ſententia,ſed ſua vita. Iniuſti ſeipſos vehemen tius ſuis vocibus alligant,qui alios alligare non poſsũt Tamen ne huic quoq; deeſse cõfeſsio propria videretur iurauit,vt peieraret. Lauit manꝰ cum Euangelium tan geret,ne quid deeſset exẽplo. Lauit aqua manꝰ. vt ſcele ratius inquinaret innocentis ſanguine. Nec Herodes de fuit,cui alter Pilatus ſe placiturum credidit ſi captum principem deſtinaſset. Quid illud quoq; dicam, q̃ is quoq; veſtem dealbatam indutus eſt ad illudendum:po ſtea quoq; regia veſte donatus eſt ad moriẽdum:ne ami ſiſſe honorẽ debitũ videretur?Nam etſi ſcelere interiit, ius tamen collatæ ſibi poteſtatis etiam mortuus reſerua bat,eorum ipſorũ à quibus negabatur, vel miniſterio, vel aſsẽſu. Addebatur huic tãto ſceleri põpa feralis:niſi is qui impatiẽter iſta deflebat, cognitis quæ parabãtur, iuſto cõmotꝰ dolore increpaſset victorẽ ſuperbũ,tyrã nis illa nõ regibus inferri ſolere. Sic horrere flagitiis,& ſic citꝰ depoſuit teterrimi ſceleris apparatũ. Nec petitor igitur ſepulturæ defuit:etſi Ioſeph ille qui iuſtus diceba tur,defuit. Sed lõge Maximus ſæuior denegabat quod ipſe Pilatus auferre nõ potuit. In quo parricidæ huma-
H nitas defuit,innocẽti tamẽ nõ defuit gratia:& ad tẽpus aſsumpta patiẽtia,vindicta paululũ cõperendinata eſt. Ideoq; ait:Verũtamẽ deo ſubiecta eſt anima mea,quoni am ab ipſo eſt patiẽtia mea:quia ipſe eſt deꝰ meus,& ſa lutaris meꝰ,ſuſceptor meus:nõ emigrabo. Hoc eſt, Nũ quid ſepultura negata corporis, perpetuæ quietis man ſionẽ mihi abſtulit? Habeo habitaculũ meũ in domini tabernaculo,& in ſancto monte eius requieſcã:nõ emi grabo humano ſcelere,qui domini fauore ſuſceptꝰ ſũ: quia neq; mors neq; gladius neq; tribulatio à charitate Chriſti me ſeparare poterũt. Non enĩ innocẽs de taber naculis iuſtorũ,ſed peccator emigrat. Migrãt Iudæ ,pdi toris hæredes:de quibus & ſimilibꝰ eorũ merito dicitur:
Pſal.108. Cõmoti amoueantur filii eius,& mẽdicent,eiiciãtur de habitaculis ſuis. Quod bene & ad dominũ Ieſum Chri ſtum refertur,qui cum deſcendiſset in terras vt crucifi geretur,ſepeliretur,non emigrauit à patre. ſed in patre manſit. Traditus ſum,& non egrediebar. Nec depoſuit quod erat,ſed reſeruauit:nec deſiuit eſse in dei forma, ſed perſeuerauit non imminuta per ſuſceptionem cor poris dei gloria,ſed manẽte,triumphum acquiſiuit, po
Mar.14. tentiam non amiſit. Vnde ipſe ait: A modo videbitis filiũ hominis ſedẽtẽ ad dexterã virtutis. Vnde cõuocatos Gẽtiũ populos,& acquiſitos patri ſuo ſanguine, horta tur ad fidem dicens:Sperate in eũ omnes cõuentus ple bis meæ. Hoc eſt, nõ ſolus Iſrael,ſed omnes, inquit :nec ſolæ reliquiæ,ſed etiam Gẽtium plenitudo:nec ſolæ Gẽ
Roma.11. tes,ſed Iſrael. Cum enim intrauerit plenitudo Gẽtium, tũc omnis Iſrael ſaluus erit. Quis poteſt diuina myſte
I ria cõprehendere?quorũ tãta multitudo eſt,vt iure Pau
Ibidem. lus miretur,meritoq; dixerit: O altitudo diuitiarũ ſapiẽ tiæ & ſcientiæ dei. Repulſæ Gẽtes ſunt,vt eligeretur Iſra el. Cæcatus eſt poſtea Iſrael propter vocationẽ Gentiũ: & cæcati Iſrael reliquiæ ſecũdũ electionẽ gratiæ ſaluæ fa ctæ ſunt,poſtquam intrauit Gentium plenitudo. Ita cul pa Iſrael profuit Gentibus:fides Gentiũ Iſraelitẽ populũ liberauit. Effundite,inquit,corã illo corda veſtra. Qui induit fidem,prius perfidiã debet exuere, euacuare cor ſuum omni labe malitiæ,vt capax fiat cor eiꝰ gratiæ ſpi
Ephe.3. ritalis. Ideoq; Apoſtolꝰ ait:Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Cũ enim effunditur vetus malitia,noua ſumitur gratia,qua vnuſquiſq; renouatur. Dicit ergo filius dei: Effundite corã illo corda veſtra: quia ſciebat patrẽ eſse
Iohe.2. dicturũ:Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. Eſt etiã illa traditio,vt cor noſtrũ videamur effundere, K quando omnes cogitationes alicui & voluntates noſtri cordis aperimus. Ergo iactemus in deum cogitationes nõſtras,nec aliquid eũ latere credamus. Effũdimus cor noſtrũ coram ipſo,cũ diſceptationes exinanimꝰ huma nas. Veruntamen vani filii hominũ,mendaces filii ho minũ in ſtateris,vt decipiant. Si vani filii hominum,& mẽdaces filii hominũ:poſsunt nõ vani eſse filii dei: qui non ex ſanguine,neq; ex voluntate carnis,neq; ex volũ tate viri,ſed ex deo nati ſunt. Nã filii hominũ videntur ſibi põderare æquitatem,& grauitate ſeuerioris iudicii examinare iuſtitiã,duri aliis,remiſsi operibus iniquis,
Prou.20. ſermone cenſores. Vnde Salomon ait:Execrabile domi no duplex põdꝰ,& ſtatera fallax nõ bona. In quo ſignificat eos qui rapinã inexplebili corde meditãtur, ſobrie tatem fronte prætẽdunt. Tales ſcribæ Iudæorum ſunt, qui onera grauia aliis obſeruãtiæ durioris imponũt, nõ habẽtes rectũ iugũ animæ ſuæ,ſed propenſa iniquitate curuati:ipſi autẽ ſuorũ refugi præceptorũ ſunt. Inuenitur itaq; in auaritia tanq̃ in radice vitiorũ omnium,quę ſit caput iniquitatis & fomes:quam homo renuncians mũdo,& cõſepultus Chriſto per baptiſmatis ſacramen tum,qui ſit mortuus ſeculo,declinare debet atq; defuge re. Nolite,inquit,ſperare in iniquitatem:& rapinã noli te concupiſcere. diuitiæ ſi fluant: nolite cor apponere. Vides quia fluunt:nõ vides quia præterfluũt? Nudus es natus,nudus moriturus es. Quid excipere quæris quod L tecum auferre nõ poſsis? Fluẽta ſunt quæ miraris. quo-
Marci.4. modo veniunt,ſic tranſeunt & recedunt. Solus Iorda nis retrorſum cõuerſus eſt,in quem conſcendiſti:qui te admonet vt in ipſum naturæ fontẽ & originem reuerta ris,quæ te nudum,nõ veſte amictum edidit,vt diſcas ſu perflua non requirere. Hoc quod erubeſcis,eſse te nu dum,culpa docuit,non natura. Nulla enim eſset vere cundia genitalium,ſi culpa non eſset. Neq; enim cætera animalia veſtiũtur vt tegantur,neq; veſtiuntur vt mu niantur. Satis munita ſunt omnia naturæ ſuæ tegmine: nos dũ ſuperflua quærimꝰ,tegmẽ naturæ amiſimus, ius cõmune perdidimus. Ideoq; in hoc pſalmo aſcribitur doctrina medicabilis,quia vel Idithum vel ſeipſum illius nomine exercitio ſpiritali ſubeundis tẽtationibus eruditum,vt in anguſtiis quis poſitus ſubiiciat ſe deo:etſi peccauit ante,peccare deſiſtat,nec recidiuo errore mo ueatur. Semel locutus eſt deus,duo hæc audiui. Semel locutus eſt deus,& plura audita ſunt:quia non per literas & ſyllabas eſt locutus:locutus eſt per ænigmata: lo cutus eſt per viſiones:locutus eſt per diuiſiones gratia rum:locutus eſt per ſpiritũ ſingulorũ. Nos autem plura loquimur,& vix audimur. Semel locutus in lege eſt:ea dem iterũ locutus eſt in Euãgelio Aut forte(vt ego pu to)quia multipharia locutus eſt ĩ prophetis : nouiſsime aũſem locutus eſt in filio ſuo. Semel locutus eſt quan do locutus in filio eſt:& audita ſunt etiam illa quæ ante audita non erant ab iis quibus locutus fuerat per pro phetas Semel ergo locutꝰ eſt in nouo teſtamento,& ve M tus auditum eſt teſtamentum quod nõ audiebatur, quia ipſe dominus dixit de populo Iudæorum: Videbunt, & non videbunt:audient, & non audient. Audient aure corporea,ſed non audient mentis auditu. Nobis ergo hoc eſt eccleſiæ,ſemel locutus eſt, & duo audita ſunt: quia & illa audiuimus & intelleximus, quæ non intelle xerant qui legerunt,non audierunt qui audierunt. So lus enim Chriſtus aurem aperuit humanã ad cognoſcẽ da myſteria, ſolus libri ſignaculum ſoluit,& reſoluit ænigmata prophetarum. Ideoq; ipſe reddet vnicuique ſecũdum opera ſua:in quo & qualitatem operum con prehendit : vt aut complurium & meliorum reſtituat præmia meritis ſingulorum,aut cõtra & numero grauemur & acerbitate meritorum.

FINIS.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN PSALMVM CXVIII.

Prologus.

A Licet myſtico quoq; veluti tubæ in crepuerit ſono Dauid propheta, tamen moralium magnus magiſter,quantum in eo excellat ethica, pſalmi eius ſumma declarat gratia. Siquidem cum ſuauis omnis doctrina moralis ſit, tum maxime ſuauitate carminis,& pſallẽ di dulcedine delectat aures,animumq; demulcet. Meritoq; locis moraliũ Pſalmorũ ſententias tanq̃ ſtellarũ diffundit lumina,quæ lucẽt atq; eminẽt: Centeſimũ vero & octauũdecimum Pſalmũ,velut pleni luminis Solẽ,meridiano feruentẽ calore,in ,pceſsa libri cõſtituit ætate, vt neque matutini ortꝰ ſemiplena exordia,neq; veſpertini occaſus quidam ſenilis defectꝰ,claritati aliquid perfecti ſplẽdoris decerperẽt. Quẽ per ſingulas Hebręorũ digeſt literas, vt quẽadmodum paruulorum ingenia primis literarum elemẽtis aſsueſcunt diſcẽdi vſum aſsumere: ita etiã nos huiuſmodi elementis vſum diſcamus viuen
B di. Literis autem ſingulis octonos verſiculos aſscripſit, vt ſimul & vnitatem doceret,non pluralitatem, (vnitas enim coercet oĩa & regit, cui ſubiecta oĩa ſunt) & purgationem legitimæ ſanctificationis. Octaua enim die ſolẽnis purgatio,vel ex lege: quia octaua die circunciſiõis ſolẽnitas impleri ſtatuta eſt, vel quia totus mundus coinquinatus erat peccatis noſtris,& ſeptem illis pollutus diebus. Vbi autem venit dies reſurrectionis,cõiuuificati domino IESV reſurreximus,& erecti ſumus, in nouitate vitæ præferẽtes ablutionis gratiã. Meritoq; primoge nita offerimus animantia in figura primogeniti filij dei, caſtitatis & ſimplicitatis ſpiritale ſacrificium deo acceptum, nõ quarto aut quinto die, ne immundum aut incõſummatũ ſacrificiũ ſit:ſed octaua die,qua oẽs ĩ Chriſti reſurrectione nõ ſolũ reſuſcitati, ſed etiã confirmati ſumus. Vnde licet in baptiſmate ſtatim ſit plena purgatio:tamen quia ablutionis ipſius ſacrificiiq; rationẽ baptizatꝰ debet cognoſcere,nõ offert ſacrificiũ, niſi octauum ingrediatur diẽ, vt informatus agnitione ſacramẽ torũ cæleſtiũ,nõ quaſi rudis hoſtia, ſed quaſi rationis ca pax,tũc demũ ſuũ munus altaribus ſacris offerat,cũ cœperit eſse inſtructior, ne offerẽtis iſcitia cõtaminet obla
C tionis myſteriũ. Titulus autẽ pſalmi, ALLELVIA eſt, hoc eſt laus dei. In ijs enim vere deus laudatur,in quib⁹ eſt pctorum remiſsio. Denique in ſuperiore Pſalmo paſſio domini præmiſsa eſt; quæ mũdum hunc diluit,vt dignos faceret populos qui deum immaculato ore laudarent. Ipſa quoque literarum elementa,vt oĩa Hebræa nomina,nõ ſunt rationabilis interptationis vacua atque ĩmunia,quorum ſignificationes locis ſuis aperiemus. Cẽteſimus & vndecimus pſalmus per has literas in Hebręo in principijs verſiculorum digeſtus eſt,& eſt totus ethicus, & centeſimus & decimus mihi ita ſcriptus videtur. Denique vicenos & binos verſus habent,& ſingulis verſibus ſingulæ explicantur ſententiæ. Vnde & per metra aſseruntur eſse deſcripti.

Sermo primus.

א Aleph. PRIMA litera Aleph dicitur,cuius interpretatio, doctrina eſt. Sollicitus ergo auditor plenos doctrinæ eſse verſus qui ſequuntur,debes præſumere.

Beati,inquit,immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Verſus. I

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. II

Quàm pulcher ordo,q̃ plenus doctrinæ,& gratiæ:nõ prius,Qui ſcrutãtur teſtimonia eius,dixit. Potuit enĩ cõ D uenire ſecũdũ literã:ſed prius, Beati immaculati in via. Ante enim vita,quàm doctrina quærenda eſt. Vita enim bona & ſine doctrina habet gratiã, doctrina ſine vita in tegritatẽ nõ habet. In maleuolã etenim animã nõ cadit ſapientia. Ideoq; ait: Quærent me mali,& nõ inuenient. Sapien. 1. quia improbitate cæcatur mentis oculus, & caligĩte ſibi iniquitate myſteria ,pfunda inuenire nõ poteſt. Primum ergo exercenda eſt vitæ militia,corrigendi mores. Cum hæc inſtituerimus ad curſum debitum,vt ſit offenſionis correctio,puritatis gratia:tunc ad ſtudia percipiẽdę cognitionis veniamus ſuo ordine & via. Prima igitur ſunt moralia:ſecũda myſtica: In illis vita,in his cognitio : ita vt ſi perfectionem requiras, nec vita ſine cognitiõe , nec cognitio ſine vita ſit. Vtrũque aſtipulatur alteri . Ideoq; ait ſcriptura:Seminate vobis ad iuſtitiam, videmiate ad fructum vitæ;illuminate vobis lumen cognitionis. Non prius illuminate,ſed ſeminate:nec ſolum ſeminate pri⁹ ad iuſtitiam:ſed etiam vindemiate,inquit,ad fructum vi tæ,& ſic illuminate lumen cognitionis:vt perfectio non ſolũ cõſitis,ſed etiã receptis fructib⁹ approbetur. In pri E mo quoque pſalmo hũc ordinẽ tenuit,vt in via ambulã dũ doceret pri⁹,& tũc in lege meditãdũ. Qui enĩ nõ abijt in cõſilio ipſorũ,vtique de pietatis via, & iuſtitiæ ſemita nõ receſsit:meritoq; in via ãbulans btũs ,pnunciatur: & die ac nocte meditationẽ legis exercẽs habet gratiã btĩtudinis. Quã inſtitutionẽ ſecutus Salomõ,librũ de Proverbijs ſcripſit,quo moralẽ locũ vberi⁹ exp̃ſit,naturalẽ in Eccleſiaſte,myſticũ in Canticis canticorũ:q̃q; ſi dili gẽter diſcutias,& in Prouerbijs myſtica pleraq; repias, & in Canticis moraliũ ſuauitatẽ. Nam vtiq; myſticũ eſt: Prou.9. Sapiẽtia ædificauit ſibi domũ,& ſubdidit colũnas ſeptẽ: interfecit ſuas hoſtias &c. Hoc quoque in Canticis, licet tam myſticũ quàm morale,in quo blãditiarũ ſuauitas & affectus amantis exprimitur: Oſculetur me ab oſculo o- Principiũ libri canticorũ Salomonis huic operi inſerto rum. ris ſui,quoniã optima vbera tua ſup̃ vinum,& odor vnguentorũ tuorum ſuper oĩa aromata. Cõſtitue ergo vir F ginẽ deſpõſatam multo tẽpore,& iuſto feruentem amore,quæ multa pręclara opera dilecti,,pbabilium teſtium aſsertione cognouerit, deſiderijs ſuſpenſis dilatam frequenter,iam non ferentẽ moras,quæ oĩa feciſset vt ſponſum videret,aliquando votis potitam ſuis, ad improuiſum ſponſi aduentum gaudio turbatam,nõ quærere pri mordia ſalutationis,nõ verborũ vices: ſed ſtatim quod deſideraſset exigere. Ita ergo & ſctã eccleſia quæ in primordijs mundi deſponſata in paradiſo , prænigurata in diluuio. annunciata per legem,vocata per ,pphetas,diu redemptionem hominũ,euangelij decorem, dilecti expectaſset aduentum,impatiens moræ in oſcula ruit, dicens:Oſculetur me ab oſculo oris ſui . Et delectata oſculis adiecit: Quoniã optima vbera tua ſuper vinũ . Et, vt moraliùs dicamus, intellige mihi carnẽ illã quæ madefacta fuerat in Adã ſerpentis veneno, quæ criminũ marcebat fœtore,quæ ,pcedebat in filiabꝰ Sion alta cervice,& nutibus oculorũ,& itinere pedũ trahẽs tunicas,& pedibus ſuis ludẽs, criniũ cincinnis & cõpoſitis vultib⁹ atq; redimiculis & oĩ affectato decore plus dedecens: eandẽ tamen plurimis edoctã oraculis quòd ventur⁹ eſset,qui ſerpẽtis illecebris exclusis,ſcti ſpũs infũderet gratiã , vt oĩs caro videret ſalutare dei,oĩs caro ad deũ veniret,inarſiſse deſiderio:ſed metuentẽ ne vt impatiens,vt laſciua,vt luxurioſa,vt querula,ſicut ãte fuerat , diſpliceret, quãuis lõgiore quàm ferre iã poterat,morãtis adnẽt⁹ dominici expectatiõe quateretur:nõ immurmurantẽ tamẽ

1.Tim.2. nec transgredientem: sed leuantem in omni loco puras
G manus sine ira & disceptatione, in habitu ornato, cū ve-
recundia & sobrietate ornantē se, nō in tortis crinibus,
aut auro, aut margaritis, aut veste ꝓciosa: sed ijs quę casti
tatis & bonæ cōuersatiōis decerent gratiā, orare dicen-
tē: Osculetur mē ab osculo oris sui, quoniā optima vbe-
ra tua sup vinū. Iā volebat adhærere Christo caro, iā fe-
stinabat innubere, vt esset vnus spūs, & fieret caro Chri
sti, quæ erat ante meretricis. Osculetur, inqt, me. Oscula
tur nos dei verbū, quādo sensum nostrū spūs cognitiōis
illuminat. Et tanq̄ despiciēs oēs iucūditates & delectatio
nes suas, cælestib⁹ cupiēs inhærere mādatis, ait: Quoniā
Canti.1. optima ꝓcepta testamentorū tuorū sup oēm appetentiā
carnis, & seculi voluptatē. Meminerat enī se in Eua ante
sic lapsam: at dū voluptatē corporis ꝓfert mādatis cæle-
stib⁹, ait: Vnguentū exinanitū nomen tuū. Hoc est, tot⁹
immundis impuritatib⁹ diuersorū facinorū fœtebat hic
mundus: nunc spirat vbiq; suauitas pudicitię, vnguentū
fidei, flos integritatis. Et à moralibus venit ad mystica,
Ibidem. dicens: Introduxit me rex in cubiculū suū, exultem⁹ &
lætemur in te, diligamus vbera tua super vinū. Simplex
est enim oculum: negociosum aūt cubiculi secretū. In
ipso quoque Euangelio pulcherrimus de moralibus lo
cus est, vt vnusquisq; vas suum mundet, dicente domi-
Mat.23. no: Pharisæe cęce, munda prius qđ intus est calicis & pa
ropsidis, vt fiat & id qđ foris est, mundū. Nā nisi se vnus
quisq; intus mundauerit: etiā si foris speciosus videatur
& iustus, similis erit dealbatis sepulchris, vt foris quidē
iustus videatur, intus vero sit fœtidus. Sic est doctrina si
H ne vitæ innocentia. Sed nec ipsa doctrina poteſt merce-
dem habere vbi gratia non habet innocentiam. Peccato
Psal.49. ri enim dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas? Sed
reuertamur ad propositum psalmum.

I Beati, inquit, immaculati in via, qui am-
bulant in lege domini.

II Beati qui scrutantur testimonia eius, in
toto corde exquirunt eum.

Primus versus moralis, secūdus mysticus. Quis hoc
dicit? Propheta vtique qui fungebatur carnis alloquio,
& dicit hoc post eum psalmū quo descripta est domini
nostri IESV Christi passio. Vbi ergo & diuina sacramē
ta reuelata sunt, & induit dominicæ resurrectiōis lętitiā,
& passiōis degustauit gratiā̄, vidit iustorum cōgrega-
tiones, populos redēptorum, perditorū salutē, mortuo-
rū resurrectionē, sanctificationē sacramētorū, exclama
uit dicens: Beati immaculati in via. Hoc est, Ecce maledi
cta terra in Adā, cœpit habere beatitudinē, si tamen legē
domini nō derelinquat. Ecce immaculatus est hō, qui e-
I rat ante pollutus. Quām preciosum est custodire præce
ptum domini, q̄ ꝓciosum etiā præcepti vni⁹ scire myste
rium. Sed quis est imaculatus? Nō vtiq; qui in quacunq;
via ambulat, sed qui in Christo ambulat. Ipse enim di-
Ioan.14. xit: Ego sum via. In hac via qui ambulat, errare non no-
uit, si tamen ab hac via nunquā recedat. Est & via lex: &
ideo dum immaculatus est, in lege domini ambulet, nec
ambulare in hac via desinat, ne immaculatus esse desi-
Philip'.3. stat. Non declinet in dexterā aut lævā, nō titubet, nō resi
stat, nō expectet, sed ambulet superiora obliuiscens, &
ea quæ sunt priora appetens, ad destinatū sequatur bra-
uium, festinet, contendat vsque in finē. Finis enim legis
est Christus. Multi volunt ābulare in via, sed nō vsq; ad
Rom.10. finem. Non ābulant Iudæi vsq; ad finem, qui nō vsq; ad
Christum ambulant. Non ambulat Manichæus in via q̄
legem refutat, sed ambulat vera fides, quę & legem susci
pit, & plenitudinē legis agnoscit. Si quis ergo in via am-
bulat, scrutetur testimonia domini, Quod licet mysticū
sit, tamen etiā moralia in se habet: quoniam melius pōt
ambulare in via qui scrutatur domini testimonia. Nam
vt quis intemperātissim⁹ captus adulterinæ cupiditatis
æstu, & victus libidine, vel indulgens flagitijs, q repugna K
re nolit appetentiæ suæ carnis, cōuersus huc atque illuc
si neminē forte videat flagitij sui testē, in facin⁹ ruat: idē
tamen quāuis inueniat paratā occasionē potiēdi, explo-
rat diligenter oia, in diuersum oculos suos, incuriosus
iustitiæ, solicitus famæ, detorquet frequenter, erubescēs
testimonium erroris, qui non erubescit errorē: ac si quē
forte spectatorē cognouerit facinoris sui, verecundia se
questrat intemperantiā: & quāuis cū ancilla vel meretri
ce vulgari, vbi nullū sit deprehendendi piculum, tentamē
ta moliatur libidinis, pudore tamē inceptū deserit. Quā
to magis si quis alleuet mētis oculos, & cōsideret plena
esse angelorum oia, aerem, terras, mare, ecclesias, quib⁹
angeli præsunt, (mittit enim dominus angelos suos ad
defensionem corū qui hæredes futuri sunt, ꝓmissorū cæ
lestium) concepto pōt renunciare ptō? Vnde ista turba
innocētium, nisi ex illis ptōrib⁹? Eadem natura est oi-
um, sed diuersa disciplina. Circuncisio nihil est, & gen-
tilitas nihil est: sed obseruantia mandatorum dei, natu-
ræ ipsius auget gratiā: merita + cōmutat ille q dicit: Tene
bræ in circuitu, & parietes me operiuntur, ptōrum meo Eccle.2.
rum nō erit memor altissimus. Non reuerit⁹ esses angē-
lorum præsentiam, si præsentes esse credereſ? Non me-
tueres nō dicā facere, sed loq, aut etiam cogitare qđ pra
uum est, si tibi diuina scriptura suasisset, qa deus cogita
tionū arbiter, secretorum testis est verax, sicut ipse ait: Esa.43.
Estote mihi testes, & ego testis, dicit domin⁹ deus, & pu-
er meus quē elegi? Hominē vereris præsentē, dei patris
& filij nō vereris præsentiā? Sed nō vis credere, ne posis L
cauere: nō vis audire cū legitur quia deus nouit occulta
hoim, ne icipias scire qđ timeas, & timere ne peeces. Au
di ergo scripturā diuinā, vt cōuertaris à via praua & ma
ligna. Noli sicut cæcus oculis corporalib⁹, aut sicut sur
dus, qui eò quòd nō pōt videre nec audire præsentes, so
lū esse se credit, & in plurimorū cœtu, dū putat nullum
esse præsentē, ꝓpetrare adoritur qđ arbitratur esse se-
cretū. non pōt enī videtes videre qui nō videt: Similiter
& tu mentis cæcatus oculis noli æstimare quòd sine teste
delinquas, quia hoīs præsentiā declinare potuisti. Plu-
res sunt qui redarguūt, q̄ quos cauere potuisti. Ipsum te
fingere tui accusatorē nō potes, quē cōuenit propria cō-
scientia. Et si negas alijs, tibi non negas. Et si hoī inficia-
ris, deo fateris. Et si volueris negare, tuæ te cogitationes
reuincunt. Helisæo assistebant angeli, quos videbat: &
ideo agmina hostiū nō timebat: sed timebat puer eius q 4.Reg.6.
angelos nō videbat. Aperuit oculos eius ad vocem pro-
phetæ gratia dei, vidit angelorum exercitus, & credidit
esse præsentes, quos antea, qa nō videbat, putabat absen
tes. Et tu lege ꝓphetam vt videas, lege vt aperiat oculos M
tuos, nec te hostilis legio perterreat, & obsessum esse te
credas, q liber es, q munitus es spiritalibus turmis, si ꝓ-
phetā nō derelinquas. Cum tibi Propheta loquitur quia
deus dixit: Ego cælū & terrā cōpleo: cū tibi Propheta di Hiere.23.
cit quia plures nobiscū sunt, quia in circuitu nostro an-
geli sunt: attolle oculos mentis, & videbis nō solū ange
los, sed etiā deū, qui dicat tibi: Aperi mihi soror meą, ꝓ- Canti.5
xima mea. Pulsat ad ianuā & quādo tu dormis: si tamen
vel excitatus euigiles, vel vocatus ianuā tui pectoris ape
rias, introibit. Quòd si fugias lectionē ꝓpheticam, si do
mi nō legas, in ecclesia audire nolis: nonne sicut ille qui
auerso cōniuet obtutu ne videat qđ posit videre, claus-
dit oculos ne aspiciat, cui potestas videndi est: aut sicut
in furore pleriq; iniecēre man⁹ oculis suis: ita & tu ꝓio
auerteris cōniuenti magis dissimulatiōe, q̄ refragatione
prępropta? Nā cū ad ecclesiā venis, & Christianum te ase
ris, san⁹ videris, apis oculos quib⁹ posis videre: sed dū
audire dissimulas quę legūtur, claudis ne videas tibi, etsi
alijs videre videris: inijcis etiā quasdā ꝑfidię & intēperā-
tiæ manus oculis aię tuæ, & cęcitatē infers cordi tuo, qđ
est grauius, volūtariā, vt videns nō videas, audiens nō au
dias. Putas te solum esse cū fornicaris, & nō recordaris

A quia oculi domini vident orbem terrarū? Non audis di-
Ioan.16. centē: Ecce venit hora vt dispergamini vnusquisque in
sua, & me solū relinquatis: sed nō sum solus, quia pater
mecū est? Adest ergo pater, adest & filius dei: assunt mi-
Esa.6. nistri, assunt Cherubin & Seraphin, qui dicūt, Sctūs, san
ctus, sctūs: plena est terra maiestatis tuæ. Plenus est enim
mundus sctārū virtutū, quia plenus est nequitiarum. Ple
nus est orbis terratum remedijs, quia plenus est laqueis.
Putas quòd in lupanari Christ⁹ te non videat, quē videt
lupanar intrare? Putas quòd in adulterio te nō deprehen-
dat, quē videt adulteriū cogitātē? Num parietes refugit,
qui spectat errores? & secretū criminis auersatur, qui sce
nam criminis intuetur? An putas turic primū te intrare
meritorium, cum fornicē meretricis ingrederis? Intrasti
iam quando cogitationes tuas meretrix introiuit. Intra-
sti iam quando ad potiendā prostibuli cupiditatē gresu
mentis intrasti. Pulsasti lupanaris fores, quando ad mu
lieris cōcupiscendæ decorem oculos mētis aperuisti. Et
si verum audire vis: quō te in lupanari nō vidit Christ⁹,
quando te vidit qui adulterādo in corde tuo teipsum lu
Mat.5. panar esse fecisti? Denię ipse dicit dominus IESVS: Qui
viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulte
rauit eā in corde suo. Vnde tamen tam religiosus in opi
nione, qui tam ꝓbrosus in crimine? Sed acquiesco tibi
quòd IESVS te nolit videre, nolit reuincere, qui nolit ac
cusare: nolint videre & angeli: sed videt diabolus, qui te
cum introiuit, immo qui te introduxit. Vident ministri
B eius qui te circundederūt, ne videres angelos dei. Vidit
Belial, vidit legio, qui te impulerunt, ne quis reuocaret,
ne quis teneret. Noli putare quod colludium tibi prestet
silentij, qui volet tecum supplicij habere consortiū. Stu
det plures similes sui videre, & in eo habet gloriā quod
plures perditos fecerit. Ipse est incentor, ipse accusator,
ipse in Iudam introiuit, ipse eum ad proditionem impu
lit, ipse misit ad laqueum. Quanti dicturi sunt in illo die
aduersus eū, Tu nos circūuenisti, tu impulisti. Exēplum
quæris? Accipe dicētē Euā, prævaricatiōis suæ authorem
Gene.3. fuisse serpētē. Sed illū implicauit, nō se absoluit. Cui re
spōdit Domin⁹: Nō præceperā ne gustaretis de ligno so
lo qđ est in medio paradisi? Respōdit ergo veritas & plu
ribus: Diabolū audistis suadentē noxia, me nō potuistis
audire vitalia mandantē? Et ideo operemur iustitias.

III Non enim qui operantur iniquitatem,
in viis eius ambulauerunt.

IIII Tu mādasti mādata tua custodiri nimis.

V Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodi
endas iustificationes tuas.

VI Tunc non confundar, cum perspiciam
in omnia mandata tua.

C Non solum mādasti, inquit, custodire mādata tua, sed
etiā custodire nimis. Quādo hoc mandauit? In paradiso
quidem mandauit A dæ vt custodiret mandata. Sed for-
tasse nō mandauerat nimis custodire: & ideo lapsus est,
ideo inflexus voce mulieris suæ, ideo deceptus erat à ser
pente, putans quòd si in parte aliqua recederet à manda
to, nō penitus erraret. Sed quia semel à semita mādatorū
recessit, totā deseruit viā. Inuenit eū serpens extra viā, &
expoliauit, omnibus q̄ nudum reliquit. Ideo dominus,
quia lapsus erat qui in paradiso erat: postea te per legē,
per ꝓphetas, per euāgeliū, per apostolos monuit vt nimi
Mat.12. um custodias mādata domini dei tui. Omne, inquit, ver-
bū quod locut⁹ fueris, reddes ꝓ eo rationem. Noli dissi
mulare ab aliquo mādato iota vnū aut vn⁹ apex nō præ
terit. Noli recedere de via. Si in via ambulās vix tutus es
à latrone: quid facies si te extra viā vagantem inuenerit?
Dirigātur gressus tui: & ne infirm⁹ sis ad dirigēdū, pre-
care vt dirigat domin⁹ vias tuas. Hic optat, Vtinā dirigā
Psal.39. tur viæ meæ. alibi dicit: Expectans expectaui dominū, & D
exaudiuit me: & statuit pedes meos in petra, & direxit
gressus meos: Roga ergo & tu vt domin⁹ dirigat vestigia
mētis tuę, quòd potsis domini custodire iustificatiōes. Nō
cōfunderis cū respexeris in oia mādata ei⁹. Ante enī cō
fusus es in Adā & Eua. Denię nūd⁹ fact⁹ es: operuisti te Gene.3.
folijs, quia cōfundebaris: abscōdisti te à cōspectu dei, qa
erubescebas, ita vt tibi diceret de⁹: Adā, vbi es? Cū illi di
cit, tibi dicit. Adā enī interptatiōe latina hō dicitur. Hoc
est, Hō, vbi es? Et Adā respōdit: Timēs, quia nudus erā, &
tota mēte cōfusus, ante cōspectū tuū venire nō ausus sū.
Ergo ne cōfundamur, custodiamus mandata domini, &
custodiamus oia. Nā si quis vnū mādatū custodiat, & ali
ud prętuaricetur, nihil ei, pdest. Custodiuit se aliquis à fā
guine, nō custodiuit ab adulterio: vtiq; in vno cōuictus,
punitur etiā legibus secularibus: nec pdest ei alteri⁹ cri
minis abstinētia, si in altero fuerit deprehensus.

Cōfitebor tibi domīe ī directiōe cordis. VII

Aduertis quas vias dirigas:

In eo cum didicero iudicia iustitiæ tuæ. VIII
Iustificationes tuas custodiam: non me
derelinquas vsquequaque.

Hoc loco mystica pleni⁹ cognoscere se velle testatur,
vt ingrediatur penetralia mysteriorū cælestiū, & aperiā
tur sibi thesauri sapiētiæ & sciētiæ in Christo abscōditi.
Vnde & Salomon ait: Attrahe nos post te, In odore vn- Canti.1.
guentorū tuorū curram⁹. Introduxit me rex in cubicu
lū suū. Et fortasse illud qđ ait supra, Osculetur me ab os
culis oris sui: significat spūs sctūs superuenientis gratiā, si
cut angel⁹ ad Mariā dixit: Spūs sctūs superueniet in te, & Lucæ.1.
virtus altissimi obūbrabit tibi. Quando aūt introduxe-
rit eā rex in cubiculū suū, passionis tēpus, lateris cōpun E
ctio declarat, sanguinis effusio, sepulturæ vnguentū, re-
surrectionis mysteriū, vt osculū quasi sponsa acceperit:
in cubiculū aūt Christi sit introducta ecclesia: non iam
quasi tātūmodo despōsata, sed etiā quasi nupta: nec solū
thalamū sit ingressa, sed etiā legitimę claues copulæ cō-
secuta sit. Ideoq; quasi in thalamo sita ait: Colligatio gut Canti.1.
tæ frater me⁹ mihi, inter media vbera requiescit. Quod
sit cubiculū quærim⁹: ipse nos edoceat qui ait: Tu aūt cū Mat.6.
oraberis, intra in cubiculū tuū: & clauso ostio ora patrem
tuū in abscōdito. Cubiculū Ecclesiæ, corp⁹ est Christi.
Introduxit eā rex in oia interiora mysteria, dedit ei cla-
ues vt aperiret sibi thesauros sciētiæ sacramētorū, clausas
antea fores pāderet, cognosceret quiescētis gratiā, defū-
cti somnū, virtutē resurrectiōis. In illo cubiculo iustiti-
as domini IESV nupta repit. Quę sunt illę iustitiæ: Vtiq;
sacramēta baptismatis, sicut legim⁹: qa cū veniēti ad ba Matth.3.
ptismū diceret Ioānes, Ego à te debeo baptizari, & tu ve
nis ad me? Respōdit IESVS: Sine modo. Sic enī decet nos F
adimplere oēm iustitiā. In illo cubiculo iustificationes
didicit, cognouit cōsiliū dei, sicut scriptum est: Quia oīs Lucæ.7.
populus audiēs, & publicani iustificauerūt deū, baptiza
ti baptismo Ioānis: phatisæi aūt & legisperiti cōsilium
dei spreuerūt se, nō baptizati ab eo. Qđ illi spreuerūt,
nos elegimus, & seq̄mur cōsilium dei, quo nihil pōt esse
sublimius. hoc enī diuinū, quo fit remissio pctōrū. Cum
didicerit itaq; iustitias domini, deū timēs nō cōfūdetur.
Denię & Paulus ait: In nullo cōfundar. Et qa nullus po Philip.1.
test perfectus esse sine fauore dei, neq; tutus: ideo rogare
debet ne penit⁹ eū relinquat deus. Nā supra rogauit Da
tiid ne derelinqueretur, dicēs: Ne derelinquas me domi
ne deus me⁹. hic ait: Ne derelinquas me vsquequaq;. hoc
est, multū. Supra forte quasi adhuc impfectus, & in ma-
gnis ꝓturbationib⁹ posit⁹ se derelinqui timebat: hic aūt
iam fortior nō timet derelinqui vt tētetur, sed rogat ne
penitus derelinquatur. Plerūq; enī derelinquit de⁹ quos
vult ꝓbari: penit⁹ aūt derelinquit quos deserit. Dereli-
quit penitus Iudā: nō dereliquit autē sanctū Iob, in cui⁹
patrimoniū ius tyrānidis aduersario tribuit, in cui⁹ cor

G pus poteſtatẽ diabolo dedit: in aĩam autẽ nõ dedit. Nam ſi dediſſet in aĩam, penitus dereliquiſſet eũ. Nũquid non ideo relictus eſt Iob, vt relictus, ꝓbaretur, ꝓbatus coronaretur? Dereliquit igitur Iudam, cui ait: Quod facis, fac celerius. Dereliquit enim penit⁹ quẽ ſceleris ſui pmiſit effectui. Alios aũt nõ dereliquit apoſtolos, quos cũ vidiſſet eſſe turbatos, quia dixerat: Quo ego vado, vos nõ potestis venire: addidit: Non turbetur cor veſtrũ. Et infra: Iterũ venio & accipio vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Denicꝫ turbat⁹ Petrus q derelinqui timebat, ait: Domine, quo vadis? Vidit domin⁹ turbari eũ, & reſpõdit ei: Quo ego vado, nõ potes me modo ſequi: ſequeris autẽ poſtea. Sic & in mari cum titubaret, clamauit ad Chriſtum, & porrexit ei dexterã Chriſtus, ne penitus derelictus periret. Nemo aũt debet inflari qđ nunq̃ derelinquatur, vel dolere qđ aliquando derelinquatur. Siquidẽ ipſe filius ſe dicit derelictũ, ſicut habes: Deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? Et ille quidẽ nunq̃ derelictus à patre eſt, cũ quo pater ſemp eſt. Scriptũ eſt enim: Ecce iam venit hora vt diſpergamini vnuſquiſq; in ſua, & me ſolũ relinquatis. ſed non ſum ſolus, quoniã pater mecũ eſt. Sed ſecũdum corpus in quo eſt traditus paſſioni, vox iſta proceſsit, quoniã derelinqui nobis videmur quãdo ſumus in periculis cõſtituti. Vnde & Paulus ait de patre deo: Qui filio ꝓprio nõ pepercit, ſed pro
H nobis oĩbus tradidit eũ. Dereliquiſſe videtur, quia non pepercit qui tradidit morti: ſed non penitus dereliquit, cui dicitur: Quia non derelinques aniмã meã in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

Ioan.13.
Ioan.14.
Pſal.21.
Ioan.16.
Roma.8.
Pſal.15.

Sermo ſecundus.

Beth. ב IN quo corrigit iuuenior viã ſuam? Superiorũ octo verſuum non abſurda nobis cecidit diſputatio: ideoq; & ſequentia perſequi ſtudium fuit. Et primũ literæ ſecundæ, hoc eſt, Beth interpretatio conſideranda eſt, quæ in Latinũ cõuerſa, cõfuſio declaratur. Sed qui viam ſuam corrigit, non cõfundetur. Verũ quia is qui corrigit, ante in errore fuit: (quo modo enĩ corrigitur niſi qđ ante deflexit à vero?) vtique in lapſu poſitus, & adoleſcentiæ luxu, ac laſciuæ ætatis captus illecebris, vbi ad iuuentutis ꝓuectus confinia ſobria mente reſipiſcit: tanquam confuſus animo, quomodo erubeſcenda deponat, & plena ꝓbitatis aſſumat, diu ſecum voluit, & diuerſis fluctuãs cogitationibus librat atq; examinat, ſupiora obliuiſcẽs, & ea quæ ſunt priora appetens, quemadmodũ viã ſuã corrigat, offenſionemq; adoleſcentioris ætatis ſeria iuuentutis fronte prætexat. Vnde ne diu dubitet huiuſmodi, & ĩ incerto hæreat, dat
I Propheta conſiliũ, quaſi cũ eo ipſe deliberãs. Tunc enĩ ſalubriora conſilia credimus, ſi ꝓpenſiore meditatione examinata videantur. Sed ipſa deliberationis ſuſceptio docta definitione diſtinguitur, vt diuerſarum cogitationum anfractus conuerſus auferat, dicens:

I In quo corrigit iuuenior * viam ſuam?

*alias, iunior,

Hic enim deliberãtis eſt finis, quo viam ſuam corrigat. Et reſpondet:

*alias, ſermones tuos.

In cuſtodiendo verba tua*.

Et bene ad deũ conuerſus reſpondit deliberãti, quaſi prece atq; oratione delata conſilium hoc domini inſpiratione reperiret, vt non preſumptionis humanę, ſed dignationis diuinæ remedium credederetur. Mens enim noſtra verborum cælestium conſperſa ſeminibus, quæ ante degenerabat in ſtirpib⁹, meliores cult⁹ edere, fructuſq; que afferre incipit. Dirigam⁹ igitur ſemitas noſtras, nec tortuoſi ſerpentis ſequamur anfractus. Viæ enim domini rectæ: peruerſæ autem viæ errantium, de quibus dicitur: O qui dereliquerunt ſemitas rectas. In ordinem ſeges læta porrigitur, atque in verſum quẽdam vineta ponuntur, ceruorũ curſus directior, vulpeculæ flexuoſus. Ideo de Herode dicitur: Ite dicite vulpi illi. quia deflexerat à via recta, nec iter ſuum in iuuentute correxerat. Dignus Hieremiæ threno, quo deflentur peccatores, qui in
K gum verbi in iuuentute ſuſcipe recuſarunt. Ideo captiui ducti ſunt, ideo deplorantur tãquam mortui, quia vitæ neſcierunt ſemitas, & digna opera cadauerum buſto non declinauerunt. Flens ergo mortem perpetuam Iudæorum dicit Hieremias: Bonũ eſt viro cum tollit iugũ in iuuentute: ſedebit ſingulariter, & ſilebit, quia tulit in ſe. Non ſolum tollere iugum verbi, ſed in iuuentute debemus tollere. Si enim ſero tollamus, incipimus pœnitentiam ſuperiorum magis habere, quàm tenere gratiam. Præueniamus ergo iuuẽtutis annos correctione cõgrua, vt magis dicamus ſinguli: Deus qui paſcit me à iuuentute mea. quam recordationem habentes lapſuum defleamus dicentes: Delicta iuuentutis meæ, & ignorãtiæ meæ ne memineris. Hoc debilitatis eſt remedium, illud robur ſalutis. Salutis medicina vulneri quæritur: gratia ſanitati. ideóque ait: Bonum eſt viro cum tollit iugum in iuuentute. Ei autem qui poſt decurſæ iuuentutis annos iugum tulerit, non eſt ſtatim perfectum bonum. Stimulant enim eum peccata ſua, exagitat conſcientiam conſuetudo peccandi, & vſus erroris inſtabilem facit. Luctandum eſt diu huiuſmodi viro, vt abolere faciat inueterata atque diuturna. Huic in periculo res eſt, illi in bono. Denique ſedebit ille ſingulariter, quaſi is qui facile non inueniat æqualem, ſingularibus donatus pręmijs. & ſilebit quietus & feriatus ab omni interpellatione mundanæ ſolicitudinis & voluptatis, & diuinis vacabat oraculis, quæ ſolent ſingulariter ſedentibus reuelari, ſicut ſancto Dauid, qui ait: Quoniam tu ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Et hic quidem non in ſecreto ſolus ſedebat, ſed cum præſet populis: ſingulari tamen
L gratia pręminebat. Helias ſol⁹ ſedebat cum ab angelo, vel etiam coruis cibum deferentibus paſceretur. Solus, non ſolum ſecretus à turbis, verumetiam, ſegregatus à meritis plurimorum. Denique reuelationis illi diuinæ gratiæ refulgebant, cuius muneris fructum pro mercede adipiſcebatur: quia à iuuentute ſua iugum verbi ſuſcipiendũ putauit, nec trahenda longo diutius fune peccata. Poteſt iuuenior iſte qui fecit bonũ, tollendo in iuuentute iugum verbi, nondum perfectus, & adhuc iunior, ſegregans ſe à colloquijs æqualiũ, (quę plerũq; corrũpunt bonos mores) & cõtagia volens fugere peccantiũ, ita intelligi ſingulariter ſedere & ſilere, ne rudis ætatis facilitate labatur: ſed intẽdere ſeniorũ præceptis, ꝓphetarũ oraculis, apoſtolorũ magiſterijs: laudãdus eo, quia prius vult loquẽda cognoſcere, q̃ proferre quæ ſentiat, anteq̃ loqui diſcat, timẽs ne multiloquio peccatũ cõtrahat. Vnde puto & Pythagorã illũ philoſophũ imitatorẽ iuuenis huius, ꝓphetici inſtituiſſe ſectã, vt diſcipuli ſui quinquẽnio non loquẽtes tãto ſilẽtio loqui diſcerẽt: cũ preſertim & Dauid ſuperioris ætatis quàm Pythagoram fuiſſe non dubium ſit, qui ait: Dixi, cuſtodiam vias meas, vt nõ delinquã in lingua mea: Poſui ori meo cuſtodiam. Et quia forte aliquando aliquid locutus eſſet incautius, ideo poſtea à deo poni ori ſuo cuſtodiam poſtulanit. Eſaiam quoque Pythagoricis anteriorem fuiſſe quis
M ſciat? qui cum audiſſet, Clama: non prius clamauerit q̃ audiret quid clamare deberet. Reſpondit enim, Quid clamabo? Vnde dictum eſt ei: Omnis enim caro fœnum: verbum autẽ domini manet in æternum. Et prophetica voce clamauit. Vterque igitur iuuenis prædicãd⁹: ille tamen ſerius, hic cautus: ille ſeipſo contentus, & nunquã ſibi ſol⁹: iſtæ pulchram ætati lubricæ diſciplinã aſcilces filẽtij: nec adhuc ſibi abundãs, ſed alijs ſe timẽs credere: quærẽs tamen à iuuentute cõgregare quæ in ſenectute & ſibi & ꝓximis ſuis proſint, ne dicatur ei: Quæ in iuuentute nõ collegiſti, quomodo inuenies in ſenectute? Ergo is ſi in conſilio ſeniorum ſederit, manum adhibebit ori ſuo: vt audiens ſententias colligat quod ſibi ad maturiorem ſeruet ætatẽ. quẽadmodũ Maria cum verba Chriſti audiret, cõferẽbat ea omnia in corde ſuo. Quẽadmodũ

Thren.3.
Pſal.24.
Pſal.38.
Eſaiæ.40
Eccle.25.
Lucæ.2.

A Ioannes cũ caput ſuum ſupra pectus IESV domini recli-
naret, hauriebat profunda ſecreta ſapientiæ. En tibi iuuenem qui viam ſuam in iuuentute correxit. Piſcator erat cum fratre ſuo, vidit dominum IESVM, cum plicaret
Mat.4. retia ſua, & audiuit dicẽtem: Venite, faciã vos piſcatores hoim. & relictis retibus ſuis, & patre, ſecutus eſt eum. Vi
am ſeculi cœperat currere, ſed auditis Chriſti imperijs deſeruit viã mundi, ſecutus eſt Chriſtum: probauit quia
Canti.1. in eo corrigit iuuenior viam ſuam, ſi Chriſti verba cuſtodiat, dicẽs ad eum. Diligamus vbera tua ſuper vinũ. Sic tamen bibens, vt non abſorberetur vino: ſed gratia eius lætitiam cordis hauriret, non corporis ebrietate titubaret. Denique bibens hoc vinum aperuit oculos ſuos, & vidit viã rectã, reliquit tortuoſas vias, dicẽs: Aequitas dilexit te. Hoc eſt, nõ flexuoſa itinera te ſequuntur, ſed ſolus ad te poteſt iuſtitiæ trames peruenire. Qui enĩ
B diligit iuſtitiã, non ſe auertit à Chriſto. Quomodo enim arbitrũ iuſtitiæ, remuneratoremq; meritorũ innocẽs metuat conſciẽtia? In hoc ergo iuuene ſpectato, hoc eſt, in Ioanne, prævide magna myſteria, quæ in Canticis canti
Canti.1. corum ſanct⁹ Salomon repletus domini ſpiritu reſulta
uit. Conſtitue dominum IESVM recumbentem in conuiuio, reclinantem ſe Ioannem ſupra pectus eius, miran
tes alios qđ ſeruus ſupra dominũ reclinaret; qđ caro illa peccatrix ſupra tẽplũ verbi recũberet, qđ anima illa
C carnis vinculis innexa, aulã diuinæ plenitudinis ſcrutaretur. Hæc ergo mirantibus alijs, reſpondit anima Ioannis: Fuſca ſum, & decora filia Hieruſalẽ. Fuſca per culpam: decora per gratiã. Dicit & caro: Fuſca ſum & decora. Fuſca puluere ſeculari, quam certando collegi: decora oculo ſpirituali, quo mundi huius puluerẽ ſqualorẽq; deterſi. Fuſca per vitiũ: ſed decora iam per lauacrũ, quo ablui omne delictum. Fuſca ſum, quia peccaui: decora, quia iam me diligit Chriſtus, quam relegauerat in Eua, recepit ex virgine, ſuſcepit ex Maria. Dicit etiam ſynagoga, cuius myſteria hoc loco pleriſq; videtur exprimi: quæ cũ ſe reĳci iam videret, ꝓpter totius plebis impietatẽ: ſolabatur ſe tamen, quia ipſum Chriſtum de populo ſuo, nõ tantũ, ſed & Petrũ, Ioannẽ, Iacobũ, Chriſto adhærẽtes videbat: quia habebat eloq̃a ſibi credita. & ideo dicebat: Fuſca ſum & decora filia Hieruſalẽ. Fuſca p̃ in credulitatẽ: decora p̃ legẽ. fuſca per lapſum: decora, qa
Canti.1. dilexit me ſol, & prior facta ſum cõgregatio dei. Nolite refugere me quia fuſca ſum. ideo fuſca ſum, quia ſol me reliquit iuſtitiæ, qui ante illuminare conſueuerat. amiſi colorẽ vultus mei, obtuſa facta eſt acies oculorũ meorũ quibus ante Solẽ videbã. in tenebris ambulo, quæ diem Chriſti neſcio. Nolite tamen deſpicere me, quoniã qui reliquit, poteſt rurſum aſpicere, miſereri iterum. Solet
D congregare diſperſos, deſertos requirere, colligere deſtitutos. Oẽs tribus Iſrael conuenite, aſpicite me decorã ante dilectã. Nolite aſpicere me quoniã obfuſcata ſum. hoc eſt, non hoc ſolum aſpiciatis, quia obfuſcata ſum. Non eſt intuitus me Sol, & ideo obfuſcata ſum. Sed lucet Sol ſuper iuſtos & iniuſtos. Super iuſtos pro gratia, ſuper iniuſtos pro miſericordia: illis mercedẽ meritorũ tribuens, iſtis peccata dimittens. Et gentibus non lucebat ante, nunc lucet. Nunc illis oritur, qui oriebatur mihi: qui illis remiſit, remittet & mihi. Nolite arbitrari quoniam obfuſcata ſum qđ penit⁹ reliquerit me Sol, & iam nõ intueatur, nõ requirat, & gratiã diſſimulauit à me, qa non ſeruaui mandata eius: reconciliabitur cum viderit meorũ pœnitentiã delictorũ. Non videt me Sol, quia nõ recepi aduenientem, non aperui feneſtras vt lumen vitæ intraret. Cum aperuero, illuminabit oculos meos, qui
Canti.1. venit vt totum mundum illuminaret, & videant etiam non vidẽtes. Filij matris meæ pugnauerũt aduerſus me. Poſuerunt me cuſtodem in vineis: Vineam meam non cuſtodiui. Putãt alij hoc de illis dici, qui ſynagogam ad legis præcepta conſtringunt, vt legem cuſtodiat, vineam ſuam tueatur, quam cuſtodire non potuit. Denique cuſtodiebat vt faceret vuas: fecit autem ſpinas. Quæ ſit igitur vinea, venit Dauid teſtificari nobis dicens: Vineam ex Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam. Poſuntque & apoſtoli eſſe filij matris eius, qui vere ĩpugnauerunt ſynagogam, dicentes: Ecce conuertimur ad gentes. & nationibus verbum dei ſeminare cœperũt. Poſuntque & prophetæ intelligi, qui mortendo denuncian
dóque vt vineam ſuam cuſtodiret ſynagoga, nihil profecerunt. Fecit enim ſpinas improbitatis, quæ virtutis vberes fructus deferre debuerat. Et ideo confitetur, quia populum ſuum cuſtodire non potuit. Meritóque ſero quæ rit tenere, quem cum teneret amiſit, multo diſſimilior eius quæ dicit: Inuẽhi quem dilexit anima mea, tenui eũ, & nõ relinquam eum. Denique illa inuitat in ortum ſuum ſponſum, hæc vbi paſcat requirens, dicit ad ipſum: Annuncia mihi quem dilexit anima mea. Cur quem dilexit anima mea dicis, & non quem diligit? Cur dimiſiſti quẽ tenebas? Dilexiſti patrum fide, amiſiſti incredulitate: tenebas charitatis vinculis, amiſiſti lõgo fune perfidiæ. Ideo neſcis vbi paſcat, vbi maneat. nam ſi ſcires, non quæreres. Dicis enim: Vbi paſcis? vbi manes in meridie? Meridiẽ noſti eſſe Eccleſiã, quæ tenet Chriſtum, & tu eum in noctibus quæris? Dic, inquit, mihi Chriſte reſponde vel propter id quia ante charus fuiſti atque dilectus mihi. etſi ego tantæ prærogatiuæ charitatis amiſi: tu
E tamen quaſi pius reſponde mihi, Vbi paſcis? vbi manes Reliquiſti me, abiiſti ad gentes, receſſiſti lõge à me: & illis propior factus es à quibus longe eras. Sed factus es ꝓpe, quia crediderunt ſanguini tuo. A me receſſiſti, quia ego crucem tuam non ſuſcepi vt mundi redemptionẽ, ſed vt noxij damnationem. Qui autem receperunt ſicut ſalutis authorem, in meridie ſunt. Illis luces, illis refulges, illis calet gratia tua ſicut meridies. Mihi matutinus eras cum adhuc crederem, ſed non credebam plene: qa non ſum inuenta in meridie, ſicut Ioſeph qui cũ fratribus ſuis cœnabat meridie. Illis meridies factus es, qui paſcuntur in diuitijs tuis, & in te ſperant. Ideo vt dixit Dauid, Deduces eorum iuſtitiam tanquam lumen, & iudi-
ciũ eorũ tanquã meridiẽ. Quæres ergo tãquã aliena, quæ ꝓxima eras: tãquã pauper, quæ diues fuiſti. Vis ſequi quæ præcedebas: atq; vtinã vel ſequaris quos præcedere debuiſti. Mercenaria eſſe deſideras, quæ ante mercenarios colligebas. Mercenariæ vtiq; vox iſta dicẽtis eſt: Ne forte fiã circũamicta ſup greges ſodaliũ tuorũ. Quæ ꝓſelytos ex gẽtibus ante ſuſcipiebas: nunc ipſa in nationibus vis proſelytis ſuſcipi, & tãquã aduena cõgregari. Reſpõ
dit IESVS: Niſi noſcas te decoram inter mulieres. Quid
F eſt ſe noſcere, niſi vt ſciat vnuſquiſque hoiem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei factũ, rationis capacẽ, qui terrã ſuam excolere tãquã bon⁹ agricola debeat aratro quodã, & falce ſapiẽtiæ, vt vel dura findãtur, vel luxuriantia recidantur, qui inferiorẽ ſui portionẽ animi imperio debeat gubernare. Vnde etiã in lege ſcriptũ eſt: Attende tibi ne fiat verbũ abſcõditũ in corde tuo. Tibi, inquit, attẽde, non viribus corporis, ſed animo tuo ac menti tuæ vnde oia cõſilia facta cogitationeſq; manãt. Tibi ergo attẽde ibi, vbi potiorẽ eſſe te noſti. Noſce teipſum. qđ Apollini Pythio aſſignant gẽtiles viri, quaſi ipſe author fuerit huius ſententiæ, cũ de noſtro vſurpatũ ad ſua transferãt, & longe anterior Moyſes fuerit, qui ſcriptũ librũ Deuteronomĩ, quàm philoſophi qui iſta finxerũt. Vnde & Salomon oraculũ diuinũ ſecutus ſcripſit in Canticis canticorũ. Niſi ſcias te decoram inter mulieres. hoc eſt, niſi cognoſcas te mortalẽ, rationalem, & cito tua pctã fateaberis, cito dicas iniquitates tuas vt iuſtificeris, niſi cõuerteris & prior accuſes delicta tua: venit dies mortis, & iam nullũ cõuerſiõis remediũ eſt, præueniris dũ nõ cogitas. Accẽde facẽ tuã priuſquã ſpõſi tibi claudatur ianua, qui expectare diu nõ ſolet negligẽtes. Niſi ſcias te, inquit, decorã inter mulieres, & dicas: Fuſca ſum, ſed decora. Fu-

Pſal.70.
Actuũ.13.
Canti.3.
Canti.1.
Ibidem.
Noſce teipſum.
Pſal.36.
Canti.1.
Ibidem.

G sca sum, quia peccaui: sed decora, quia diligor, quia genus Abrahæ, electũ genus, dilectũ deo: nihil tibi ꝓderit
Mat.3. patrũ gratia, potẽs est enim deus de lapidibus istis suscitare
Lucæ.13. filios Abrahæ. Et alibi in Euãgelio legisti: qa Abrahæ filiã ligauit diabolus nequitiæ suæ vinculis, quã soluit dominus die sabbati. Nisi ergo sciastę, nihil tibi ꝓderit. Et si dicas: Abrahæ sum filia? quæ nõ credis, quæ errorem non corrigis: Abrahã quidẽ saluatur: sed te nobilitas generis non iuuabit, nisi fides seruauerit. Non te decipiat data patribus repromissio. Non suscipio personã hominis, non suscipio prærogatiuam generis, nisi videro congruentẽ generi morũ nobilitatem, vt fiat iusti generis electio. Quòd si sciaste, & cognoscas quia peccato obnoxia es: Exeundum in calcaneis gregum est tibi.
Canti.1. Exi ergo nuda pede, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorũ. Quæ sine pctõ est, agnos pascit, oues pascit.
Mar.8. Quæ autẽ peccato obnoxia est, pascit hœdos, qui à sinistris sunt. Non enĩ põt esse in dextera pastoris boni, sequatur magis dicentem Petro: Vade retro me Satan. Sequendo Petrus in dextera meruit collocari. Ideóque ei
Ioan.21. dicitur: Pasce agniculos meos. Sed quo exeat, audi. Ad tabernacula, inquit, pastorũ. hoc est ad gentes, ad dispersionem. Ideoq; dixit: Percutiam pastorẽ, & dispergẽtur
Zacha.13 oues gregis. vt repleatur totus orbis terrarũ grege Christi. significans tunc fore saluam synagogam, cũ se huic dispersioni & ipsa sociauerit, quæ repleuit omnem mundum. Tabernacula enĩ pastorũ, regna sunt terræ. ideoq; ꝓpheta Dauid nationes annũciãs crediturasq; ait: Regna
Prou.30. terræ cantate deo. Ergo sciat se iuuenior, vt corrigat viã
H suam. Sed dicis, Quis potest cognoscere viã suã iunior, vt corrigat? cum Propheta dicat: Tria sunt impossibilia mihi intelligere, & quartum quod nõ agnosco, vestigia aquilę volantis, viam serpentis in petra, & semitas nauis nauigantis, & vias viri in iuuentute. Si Salomon fatetur quod non cognoscat vias viri in iuuẽtute, quomodo potest iunior cognoscere? Cui respondebitur quòd illę vię viri in iuuentute non cognoscantur, quæ sunt secus vias serpentis in petra, & secus semitas nauis fluctuãtis, &
Lucę.13. vestigia volantis aquilæ, quę vngues asperos habet, & sublimia nubes volat, in aere errat, in mari piscẽ interficit: & tamen impossibile nõ est hoc quartũ sicut illa tria. Cognoscit enim dominus qui sunt ipsius, & vult vt sciat se vnusquisq;, sciat se populus dei. Sed esto non cognoscãtur errantium vię, sicut dicit dominus: Non noui vos, discedite à me operarij iniquitatis. Hic autẽ iuuenior qui
Hiere.1. potest corrigere viam suam fortasse iunior sit ætate, nõ moribus, & habeat in ptimo flore iuuentutis suæ senilẽ intellectum, de quo ait: Canicies autem est intellectꝰ hominibus, quibus maturitas consilij, grauitáq; suppetit. Vnde & Hieremiæ dicitur: Noli dicere ꝙa iuuenis sum. Et vtiq; erat ætate iuuenis, sed ꝓhibet eum iuuenẽ se dicere, qui esset maturioris prudentiæ. Daniel cum puer
I esset, accepit spiritũ quo dignus senectutis primitijs† haberetur vt redargueret senes, ipse nõ senior lõgæuitate,
† primitꝰ forte, præmijs. sed gratia. Erat enim in illo ætas senectutis vita immaculata. Cui bene competit Dauidicum illud dicere: Super seniores intellexi. ideoq; tanquam de veterani cõsilij, & senilis conscientiæ viro diuinum pronunciauit oraculum, Quis prudentior quàm Daniel? Nunc illud aduertamus, si possibile est vt corrigat iunior viã suã, an non? Si non est, ergo mentitur Propheta: sed quia non mentitur, possibile est. Ita tamen possibile, vt quod impossibile videatur, fiat possibile, si custodiat iunior verba dei: si
Mat. 19. autem non custodiat, impossibile. Vnde illud Euangelicum: Facilius est camelũ per foramen acus transire, q̃ditem intrare in regnum cælorum. Quod quoque in libro Euangelij impossibile esse dixit, sic intelligimus impossibile esse, quia diuites non custodiunt mandata dei: si autem custodiant, fit possibile, quod impossibile videbatur. Hic est camelꝰ qui intrat per angustam viam: quę illum ante capere non poterat concupiscentẽ, capit custodientem mandata diuina: custodientem autem verK ba diuina, quia custodit ea. Moyses quasi seniorem elegit: & nũc quibus hoc spiritu dei committitur officij, vt eligant seniores viros, eligunt sine dubio inter seniores iuuenem corrigentem viam suam in custodiẽdo verba dei. Et si senioris ætatis virum elegerint, non quasi longæuum vtiq; elegerunt, sed quasi custodientẽ verba dei. quod si reperitur in iuniore, vtique & ipse est eligẽdus. Liquet igitur ex his quòd non senectutis longæuitas eligatur, sed custodia verborũ dei. Deniq; ipse Moyses Iesum Naue & Chaleb iuuenes præ cæteris approbabat, quorum cõsiliũ in terræ electione magis q̃ multorum & ipse secutus est, & deus prætulit. Vnde & illud de Iacob quod supra diximus, Deus q̃ pascit me à iuuentute mea, manifestat nobis de eo dictũ, qui tulerit iugum verbi in iuuẽtute sua, & recedens ab Esau & similibus eius, sedet singulariter in Sion tẽpus expectans quo possit cũ disciplina, ꝓferre sermonem, & ꝓpterea spiritali est donatus alimẽto, adhuc æui integer, sed veteranus consilio. Neq; enim dignum est vt credamus quòd tãtus patriarcha de corporali cibo dixerit, Deus qui pascit me à iuuentute mea: quia nec corporalẽ panẽ desiderabat cũ diceret: Si Gene. 28.
dominus deus mecũ est, det panẽ mihi mãducare, & vestem indui: omnium quæ das mihi, decimã decimabo tibi. Nam si patres nostri spiritalẽ escam mãducauerũt, & spiritalẽ potũ biberunt, quanto magis sanctus Iacob cibo pastus est spirituali? Ille quoq; intellectꝰ hoc loco sup L
petit, nec alienus à vero est: quia iuuenior ex congregatione gẽtiũ populus: qui antequam in Christo crederet, tortuoso errabat anfractu, in eo corrigit viam suã, quia dei verba custodiuit, quę noluit custodire populꝰ Iudęorum: & ideo ille viam salutis inuenire non potuit.
Consideremus & sequentem versum.

In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis. II

Si deus repellit vnũquẽq; quẽ repellendũ putat, videamus ne excusationem ei tribuat qui cũ sequi deũ velit, repulsus sit. Et primũ quẽadmodũ bonus deꝰ repellit sequentem, nisi ipse mereatur repelli, sicut ipse Dominus Mat.8.
ait: Vulpes foueas habent, & ideo quasi vulpem repellit. Mat.25.
Et alibi: Quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Cui addidit. Nisi ei qui toto corde exquirit eũ, vt quod deest 3. Reg.3.
naturæ, id dei operatione acquirat & gratia: sicut Salomon qui ex toto corde exquirens deum, sapientiam postulauit: & quia non opes sibi regias, sed diuinæ munus gratiæ depoposcit, accipere meruit sapientię disciplinã, repletus est dei spiritu, vt cognosceret mandata omnia.
M Qui autem nõ habet, vt in corde suo exquirat deum, & facit quidem opus dei, sed negligenter facit, maledicto Hiere. 48
subiectus est, sicut legimus: Quia maledictus omnis qui qui opus dei facit negligenter. Merito ergo repellitur, quia maledicto dignus est: quia polluit magis & impedit opus quod negligenter putauerit exequendum. Consideremus ergo vtrum bonitas sit repelli ab opere negligentem, an vero retineri? Et imaginem rei huius ex alijs sumamus artibus. Curat medicus ægrotum, sed negligẽter, & desidia medici virus alta vulneris serpit. Quanto igitur melius remoueri huiusmodi medicum qui tempus terit, cum profectum nullum sentiat vulneratus, vt curandi officium ad eum medicum transferatur qui maturius possit ægroto sua diligentia subuenire? Nonne clementior est qui repellit nihil proficientem, quàm qui retinet ad discrimen ægroti? Constitue aliquem præpositum ædificantibus vel etiã texentibus, qui debeat summam operis explicare. vtrum is tibi probabilior videtur si in id diligenter insistat, ac si quem forte incuriosum aduerterit de ijs qui operantur in domo aliqua cõstruenda, repellat eum, melius credens non ædificare, quàm hiantibus rimis ædificata dissolui, atque aliquẽ in

A eius substituat locũ qui cũ diligentia ædificet? Similiter etiã textrini præpositũ repulsorẽ negligentiũ, vt substituat diligentes, ne lõga textrinũ corrumpat incuria, nõ magis probabis quàm illum qui desides in sua negligentia pseuerare patiatur? Trasi nũc ad eos qui mãdata ædificant, & legeni intexunt, & aiam vniuscuiusque receperunt sanandã. Nõne si quis eorum ædificat domum dei cum iustitia, texit indumentum cũ diligẽtia, sanat aiam cum gratia, opus bonum facit? Si vero incuriosus ac remissus aliquis fabri textoris medici spiritalis locum occupet, vt sacerdos summꝰ, vt presbyter, vt minister altaris sacri: nõne cõmodius est nõ subire vnũquẽq; id muneris qđ implere nõ queat, quàm subeuntem neq; ipsum strenue suscepto fungi munere, & eripere locũ alteri q nauiter eum possit tueri? Quid qđ etiam ipsi consulitur qui remissior cũ sit repellitur, ne plus offensionis cõtrahat? Quid sit autẽ repelli, consideremus. Lectũ est enim:
Psal.87. Sicut vulnerati dormientes ꝓiecti in monumentis, quorum nõ memineristi amplius, & quidem ipsi de manu tua repulsi sunt. Aduertamus igitur quos vulneratos & proiectos in monumentis repellit, quorum non meminerit amplius. Isti sunt qui à mandatis dei repelluntur. Pecca
Psal. 49. tori autem dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas? Et quia à mandatis dei repelluntur, repelluntur vtiq; de
B manu dei. Et bene prospexit ne quis de manu dei videatur eripi: quia nemo potest quemquam rapere de manu dei. Qui ergo priuatur muneris susceptí officio vel gratia, nõ rapitur, sed reijcitur, vt dixit dominus IESVS ad
Lucæ. 13. Hierusalẽ: Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Absit illis sanctificationẽ, altare thymiamatis, & oratiõis sacrariũ, ꝓpitiatorium, altare sacrificiorũ, sacerdotũ & leuitarũ ministeria: & tamen cũ hæc sublata essent omnia quæ secũdũ legis mãdata habebãt, ait Apostolꝰ: Nũ
Roma.11. quid repulit deꝰ hæreditatẽ suã? Non, inquit, repulit, sed conclusit omnia in incredulitate, vt omniũ misereatur. Sunt ergo qui ad tẽpus à mãdatis ꝓpter misericordiam repelluntur, sicut & illis consulitur qui vomũtur. Nam quẽadmodũ manens in corpore qđ vomẽdum est, plus accrescit: ita qui debet excludi, si retineatur, nec se corrigat, totũ corpus exulcerat. Meritoq; angelo Laodiciæ dicitur: Hæc dicit testis fidelis & verꝰ, Scio opera tua: quia neq; frigidus es, neq; calidus. vtinã frigidus esses, vel calidus: sed quia tepidus es, ĩcipiãte euomere ex ore meo.
Apoc.3. Apte negligẽtiã grauiori dãnat iudicio q̃ ĩprudẽtiã. Frigidus, est enĩ qui fidẽ nescit, calidus est q spũscti feruore succẽsus est. Qui enĩ calorẽ fidei nõ habet, tolerabilius illi fuerat fidẽ nõ accepisse, q̃ neglexisse. Est enĩ tepidus peior frigido, vt Iudæus qui sibi videtur fidẽ habere
C quã nõ habet. Quãto tolerabiliorẽ causã gẽtilis habet, q̃ potest dicere: Non cognoui legẽ, non audiui ꝓphetas: ideo nõ credidi: quàm ille qui legit oia ex quibus vẽturũ IESVM crederet, & nõ credidit. Neuter quidem excusatur, nec ille qui legit, nec ille qui legere noluit: sed plus delinquit qui negauit qđ legerat, quàm qui opa nõ fecit quæ faciẽda nõ nouit. Quãta autẽ fidei & iustitiæ gratia est, vt in ore dei sit qui fidẽ tenet, & opa exercet iustitiæ: & quantum amittit quẽ euomuerit ex ore suo dominus IESVS, & ex suis visceribus eiecerit? quàm pius tamen qui & iustos in ore suo tenet, & iniustos nõ ante euomit quàm denũciet euomendos, vt vel huiusmodi admonitione cõuersi, dignũ aliquid efficiant quo nõ vomãtur.
Nunc tertium versiculum consideremus.

III In corde, inquit, meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

Propterea ergo mysteriũ regis bonũ est abscondere. Peccat enim deo, qui cõmissa sibi secreta mysteria putauerit indignis esse vulganda. Periculum itaq; nõ est falsa solum dicere, sed etiam vera, si quis ea insinuet quibꝰ nõ oportet. Quod vitiũ quadripertitũ est, vel adulatio-
D nis, vel auaritiæ, vel iactãtiæ, vel loquacitatis incautæ: qa dum adulari vult aliquis ei cui loquitur, effundit mysteriũ. Nõnulli etiã studio lucri mercedẽ ꝑditionis sequũtur, vt tegẽda filẽtio, vendãt loquẽdo. Alij, vt plura nosse videãtur, & scientiã suã iactitent, aperiunt quod celare deberent. Plerię dum sine ꝓiudicio loquuntur, verbum emittũt, quod reuocare non possunt. Ideo vir laudatur serius, & nõ ociosus. Erat homo absc̃ondẽs sermones suos, vt apostolꝰ Paulꝰ, qui nouit quid loquatur singulis, & quãdo quid loqui debeat. Vnde & Corinthijs dicit: Lac vobis potũ dedi, nõ escam. Nondũ enĩ poteratis, 1.Cor.3.
sed nec adhuc quidẽ potestis. Ideo hos in transitu vidit manet autẽ apud Ephesios, quòd ostiũ sibi magnũ aptũ esset, notum facere gentibus mysterium Christi. Ideo & Salomon tempus tacendi, & tẽpus esse loquendi docet. Eccle.3.
Præ cæteris autem dominus IESVS in Euangelio declarat suo dicens simile esse regnum cælorum thesauro ab Matth.13.
scondito in agro. Vtique non aurum, non argẽtum, nõ pecunia cõparati potest regno cælorũ, sed eloquia domini, eloquia casta, argentũ igne examinatũ, quibꝰ ipsũ regnũ acquiritur. Hũc ergo thesaurũ sapientiæ & cognitionis absconditum in agro, in quo plantata sunt verba scripturarũ cælestiũ, cũ inuenerit hõ, absc̃ondit illum in corde suo, nec diuulgat eũ, sciẽs quia si diuulgauerit Babylonijs thesaurũ dei, magnã offensam cõtrahet, vt dicatur ei sermone ꝓphetico: De semine tuo accipient & faEsaiæ. 39.
ciẽs spadones in domo regis. Per quæ significatur, quia is qui prodiderit diuina mysteria, posteritatẽ animę suę, seminariumq; meritorũ habere nõ possit. Caue ergo ne diuitias tuas perfidis prodas: & si amicitiam simulẽt, nõ illis aperias interiora domus tuæ, non referes thesauros
E regios, quos Babylonij scire non debent, ne veniant, & capiant posteros tuos, & seminariũ virtutis absc̃indant. Hoc est quod etiam in Euangelio dicit dominus: Nolite mittere margaritas vestras porcis. Ideo bene facit qui ab Matth. 7.
scondit eloquia domini in corde suo: sicut absc̃ondebat propheta Dauid: sicut Maria quæ conseruabat omnia Lucæ.2.
verba domini IESV in corde suo. Etenim si bonum est viro sermones suos absc̃ondere, quanto magis sermonem dei cordis nostri gremio debemus operire, debemus absc̃ondere? Quarto versu dicit:

IIII Benedictus es domine, doce me iustitias † tuas. † alias, iustificationes.

Non enĩ quicunq; dixerit, Domine, domine: ipse ĩtrabit in regnũ cęlorũ, sed qui volũtatẽ dei fecerit. Ideo iste Matth. 7.
qui correxerit viã suã à iuuentute sua, custodierit verba dei in toto corde, quæ fierit dominũ deũ suũ, nec repulF sus sit à mãdatis dei, & dignus habitus cui cõmitterẽtur arcana sapiẽtiæ, absc̃ôderit ea in corde suo, ne peccaret deo, quasi habens eloquia dei, gratias agit dicens: Benedictꝰ es domine. & sic desiderat ipsum doctorẽ habere, cupiens cognoscere secreta legis: Et quẽadmodũ interꝑ
tationem habeat: Si emeris puerum Hebræum, & seruiet Exodi.21.
rit tibi annis sex, & reliqua: quibꝰ præmissum est, has iustitias discere quas proponit in consp̃ectu filiorũ Israel: hæc à domino quærit discere: quæ homines docere non poterant, nisi deus ante docuisset, quæ postea quàm à Christo didicerũt apostoli, Ecclesia dicit: Introduxit me Canti.2.
rex in cubiculũ suũ. hoc est, in illud secretũ suũ, in quo sunt thesauri sciẽtiæ & cognitiõis suæ. Ideo tibi dicitur: Matth.6.
Cũ oras, intra in cubiculũ tuum, quod significat mẽtis animiq; secretum. In hoc cubiculũ iustitiarũ sponsa se poposcit induci, cum post odorẽ vnguẽti excurrerit, qđ semper fluit, & nunquam deficit. Ideo quasi edoctꝰ Propheta iustitias quinto versu dicit:

V In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.

Et quomodo alibi dicit: Iudicia tua sicut abyssus multa? Quõ Apostolꝰ ait: O altitudo sapiẽtiæ & scientiæ dei: Psal.35. Roma.11.

G quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ ei⁹, quis enī cognouit ſenſum domini? Si inſcrutabilia ſunt iudicia, quō ergo iudicia? quomodo ait Prophe ta: Pronunciaui oia iudicia oris tui? Sed fortaſſe nō eadē ſunt iudicia dei, quæ iudicia oris eius. Si alia ſunt, bene
Pſal. 39. dicitur: Cogitationibus tuis quis ſimilis erit? Et ideo in-
1. Cor. 13. ſcrutabilia ſunt iudicia eius: quia ex parte cognoſcim⁹, & ex parte ꝓphetamus. Si autē eadem, nullus niſi Chri-
Ioan. 10. ſtus hoc dicit, qui poteſt dicere: Ego & pater vnum ſumus. Diſtinguamus tamen, nec vereamur ne impugnet ſe velut contrarijs ſcriptura venerabilis. Conſideremus enim quia non dixit, Iudicia oris eius ſicut abyſſus multa: ſed, iudicia tua, dixit: nec Apoſtolus poſuit, inſcrutabilia iudicia oris eius, ſed, inſcrutabilia iudicia ei⁹. Poſſumus enim iudicia dei æſtimare, quæ occulta nobis nō patefecerit: iudicia autē oris eius quæ annunciauerit, id eſt, quæ per os prophetarū locutus eſt. Os enim dei Pro-
Eſaiæ. 40 pheta intelligitur, cui dicitur: Clama. Et ille ait: Quid clamabo? Et inſpiratum eſt vt diceret: Omnis caro fœnū. Quod vtiq; locutus, oris dei functus officio eſt, quia locutus eſt iudicium dei. Ergo prophetica oracula iam non ſicut abyſſus, ſed etiam ipſa abyſſus: quia nemo potuit in cælo & in terra aperire librum niſi Chriſtus.
Veniamus nunc ad ſextum verſum.

VI In via, inquit, teſtimoniorū tuorum delectatus ſum, ſicut in oīb⁹ diuitiis.

Alij in auro, alij in argento, alij in veſtibus, alij in poſſeſſionibus, vinetis, oleis, ſegetibus, alij in operibus picturæ, marmorum, in diuerſis deniq; ſinguli delectationes habent: ſpiritalis in via teſtimoniorū cæleſtium delectatur, tanquā omne poſsidēs patrimonium: in omni
1. Cor. 1. bus diues, ſicut Apoſtol⁹ dicit: Gratias ago deo meo ſem
H per ꝓ vobis, in gratia dei, quæ data eſt vobis in Chriſto IESV: quia in omnibus diuites facti eſtis in ipſo, in omni verbo, & in omni ſcientia. Tantū doctrina apoſtoli Corinthij ꝓfecerunt, vt qui ante non poterāt niſi ſicut parvuli lac ſolum bibere: poſtea in omnibus diuitijs abundarēt cognitionis & verbi. Delectabatur ergo Dauid in omnibus diuitijs cognitionis, ſcientiæ, ſapientiæ, in omni actu bonorū operū. Et ſi quis nunc intēctus diuinis, triplicem illam ſapientiæ hauriat diſciplinam, θεωρητικὴν, πρακτικὴν, λογικὴν, bonus ſtudio percipiendæ cognitionis, pulchrior erit exequendæ rationalis moraliſq; doctrinæ gratiam tenēs. Qui prophetica ænigmata dei ſpiritu reuelante cognouerit, Euangelij altitudinē in operibus cōprehenderit & cōfilijs, apoſtolici ſermonis moralitatem aduerterit: is tanq̄ in omnibus diues, vberē capiet voluptatem. Et quia ſuauis eſt corporalis voluptas: ideo nō quaſi pro gratiæ qualitate cū ſpiritalib⁹ cōparatur, ſed quaſi ad teſtimoniū ſuauitatis accerſitur. Siquidē & Apoſtolus docet inuiſibilia & ſempiterna dei à nobis per ea intellecta eſſe, quæ facta ſunt: In Canticis quo
Canti. 1. que habemus ſcriptū: Equæ meæ in curribus Pharaonis aſsimilaui te proxima mea. In quo dū velocium equorū curſui ſimilitudo Eccleſiæ cōparari videtur, æſtimatur dies eius gratia. Non igitur vnam equam diuitis regis accipias, ſed abſolute pro equitatu, vt ſæpe diximus, qualis ouis illi⁹ eſt ꝓ grege ouiū. Pharao igitur vt potentiſſimus rex, & prædiues, habebat equos potentes: vnde & ſcriptura dicit, Currus Pharaonis, quaſi potentiſſimum genus ad bellorum vſum, & ſubſidium præliandi. Denique his curribus Pharao fugientes Hebræos facile comprehendit. Sicut ergo equi iuncti cōcorditer trahūt currum, & patienter ſuſcipiunt iugū, & portant cōgrua cū gratia, & iugi illius ſuſceptione manſuēſcunt: ſic & congregatio nationū gētilibus indomita moribus ſe ante iactabat. Vbi vero ſuſcepit iugū dicentis: Tollite iugū meMat. 11. um, quia leue eſt: & onus meum, quia ſuaue eſt: & cœpit ſpōſa Chriſti cōcordia & manſuetudine populorū eſſe ſublimis, & toto circunferri orbe: tanq̄ currus equis velocibus ſupra mūdū rapta aſcēdit ad ſpōſum. Deniq; & K
Canti. 6. in poſterioribus Canticorū partib⁹ dicit: Poſui te curr⁹ Aminadab. Multos curr⁹ habet in ſe Eccleſia, quos oēs ſpiritalibus habenis domin⁹ regit: & vna aīa multas cogitationes habet, quas domini habena reſtringit & reuocat, ne qđ in præruptū noſter hic currus feratur. Aminadab aūt interptatione ſignificatur pater beneplaciti, cuius filius legitur in Numeris Naaſon princeps populi. Quis ſit, intelligis interptatione, ſerpētin⁹: & agnoſcis iſtud ſi repetas: qa ſicut ſerpēs pepēdit in ligno, q te redemit. Ergo aīa currus eſt dei: vt ira ei⁹, & libido, & timor, & oēs ſeculares cōcupiſcētiæ refrenētur. Eccleſia quoq; currus eſt dei, quæ regenda eſt gubernaculis Chriſti, ne diuerſorū populorū motus eā diſſenſioneſq; perturbēt. Ille quoq; Naaſon bene intelligitur Chriſtus quia virga Aaron conuerſa in ſerpentē, illos ſerpentes Aegyptios deuorauit. Has ergo diuitias habeamus, his delectemur, vt currant nobis equi rationabiles, & commoremur in præceptis eorum. Et ideo ait:

VII In mandatis tuis exercebor, & conſiderabo vias tuas.

Qui enim exercetur in verbis Apoſtolorū, IESV domini mandata cognoſcit, & conſiderat vias eius, quibus finis eſt Chriſtus, qui ait: Ego ſum via. Ioan. 14.

VIII Et in tuis iuſtitiis * meditabor, non obliuiſcar verborum tuorum.* *alias, iuſtificationibus tuis *alias, ſermones tuos.

Admonet hic locus memores ſcripturarū nos eſſe debere, & iuſtitias eius nō ſolū ſermōe, ſed etiā operis imitatione meditari. Non enī qui diſputāt legē, & nō faciūt quæ legis ſunt: ſed qui factores legis ſunt, iuſtificantur.

Sermo tertius.

λ Gimel.

TERTIA litera ſecundum Hebræos eſt Gimel, quæ latine retributio dicitur. Denique primo ſtatim verſu hoc dicitur:

Retribue, inquit, ſeruo tuo.

Pſal. 102. Quomodo ſupra ipſe Dauid ait: Non ſcđm peccata noſtra reddas nobis, neq; ſcđm iniquitates noſtras retribuas nobis: & poſcit retributionē? Illa videtur vox peccatoris eſſe, hæc bene ſibi cōſcij, qui præmia boni operis expoſcat. Vnde poſſumus etiā hoc intelligere, qđ de eius perſona pſalmus iſte formetur, qui natus ex virgine prototius mundi redēptione ad dexterā patris ſedere præſumat, ſicut ipſe ait: A modo videbitis filiū hoīs ſedentē ad Mat. 26. dexterā virtutis. Nō eſt tamē alienū, nec arrogans, ſi etiā Dauid remunerationē à domino deo ſuo ꝓ egregijs laborib⁹ poſtulet. Prærogatiua eſt fidei atq; iuſtitiæ, de domini fauore mercedē vſurpare. Deniq; ref. hē ditur Petrus, qa ſup fluct⁹ ambulās, humano magis dubitauit affectu, q̄ apoſtolica authoritate præſumpſit. In Euāgelio quoq; docemur habere fidē, & nō hæſitare de ijs quæ ſupra hoīem ſunt gerēdis. Merito ergo Dauid in ſuperioribus quaſi adhuc impfectus ſcđm peccata ſibi reddi re M
fugit atq; declinat: in hoc autē pſalmo qui eſt poſterior, quaſi fundat⁹ virtutis proceſſu, retribui ſibi ſcđm fidei operiſq; certamina deꝑcatur. Siquidē etiam Paulus, qui
1. Cor. 15. ante dixerat, Non ſum dignus vocari Apoſtolus: poſtea
1. Tim. 4. ait: Repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quā reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex: nō ſolū aūt mihi, ſed & ijs qui diligūt aduētū eius. Et Apoſtolus pollicetur ſibi, hic autē verecūdius adhuc precatur: qđ vtiq; nō inſolentis arrogātiæ, ſed innocētis eſt cōſcięntię, ab ipſo cui ſeruieris petere mercedē: quā deſpare, ſegnitiei materia: ſperare aūt, incētiuū laboris eſt. Pete igitur cōfidēter, ſi merita ſuffragātur, vt talia petēdo ſtudioſe elabores quo ea petitione ſis dignior. Quis athleta ſi deſperet coronam, deſcendat in ſtadiū? aut ſi eam poſtulet victor, offendat? Probatio ſpem facit, ſpes confidentiam. Iuſti ergo talis oratio eſt, delectatur dominus tali precatione, vt pro'pu
ritate conſcientiæ vtaris authoritate. Tamen quo minus

A videatur petitio arrogās, bene addidit: Seruo tuo. in quo & humilitatis eſt gratia, & præmiū ſeruitutis. Qui enim vocatus eſt in domino ſeruus, libertus eſt domini. Qua re nō præſumat fauorē domini, tā precioſo emptus ſanguine? Magnum tibi eſt vocati puerum meum, quaſi ad ſeruū dicitur. Si quis ergo eſt ſeruus, & bene ſeruit domino, & nihil facit quaſi ſeruus peccati, ſed qui dicit: Seruus inutilis ſum, quod debui facere, feci: bene is dicit: Retribue ſeruo tuo. Glorioſa ſeruitus, quā pro nobis ſeruiuit & Chriſtus. Beata ſeruitus qua & tu ſeruis: ſed ita ſi nihil poſsit aduerſarius de tuo ſibi ſeruitio vendicare.
Amat ergo Chriſtus boni libertatē ſeruiuli Deniq; in Cā
Cant. 1. ticis dicit: Quàm ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuæ ſicut turturis, ceruix tua ſicut redimicula. Vultus liberior eſt vbi eſt caſtitatis cōſcientia: & portare Chriſti iugum ſuaue eſt, ſi ornamenta putes ceruicis tuę eſse, nō onera. Attolle ergo oculos ſemper ad dominum deum tuum, & quæ re deū, & inuenies. Erige ceruicē, redimicula non vincula geris. Muta quoque animalia redimiculis gaudent, & phalerari ſibi magis q̄ nudari videntur. Genæ ſicut turtur is præferent inſignia verecūdiæ, redimicula ceruicis libertatis attollent fiduciā. Leue eſt enim iugū Chriſti, & ideo ceruix eo non premitur, ſed leuatur. Similitudi
B nes, inquit, auri faciemus tibi ex diſtinctionibus argenti, quo aduſq; rex eſt in declinatione ſua. Ex iis enim quę ex lege ſunt & prophetis, mediocriter ante crediderant gloriā domini IESV, ſed hæreditas eius diffuſa per populos, quo frequētius examinata, hoc amplius eſt probata. Crebræ enim perſecutiones eccleſiæ, iuſtorum nobis titulos, martyrii victorias ediderunt. Itaq; ſicut aurum bonum, ita eccleſia cū vritur, detrimenta nō ſentit, magis fulgor eius augetur, donec Chriſtus veniat in regnum ſuū, & reclinet caput ſuū in eccleſiæ fide. Qui cū veniſſet ad oues perditas domus Iſrael, non habebat vbi caput ſuū reclinaret: nunc autem iam redolet fides, ideoq;
Cant. 1. dicit eccleſia: Nardus mea dedit odorē ſuum. Et dicit cū præſumptione, expectās retributionē. Fragrat vnguentum gratiæ, ex quo virgo generauit, & dominus IESVS ſacramētum incarnationis aſsumpſit. Colligatio, inquit guttæ, cōſobrinus meus: botrio Cypri, frater meus mihi inter media vbera mea requieſcit. Corpus enim ſuſcipiens dominus IESVS, charitatis ſe vinculis illigauit, & nō ſolum ſe mēbris noſtris & paſſionibus naturalibus, ſed etiam cruci vinxit: ideoq; ſicut botrio in eccleſiæ fide, & morali requieſcit gratia. Nardus Cypri, cōſobrinus me
C us in vineis Engaddi. Si locū quærimus, regionis cuiuſdam quæ in Iudæa eſt, locus ſic dicitur, in quo opobalſamum gignitur. ſi interpretationem, tentatio latine ſignificatur. In illis ergo vineis lignū eſt, quod ſi quis compūgat, vnguentū emittit. hic fructus eſt ligni. Si non incidatur lignū, non ita fragrat & redolet: cū autem compunctum fuerit artificis manu, tunc lachrymam diſtillat, ſicut & Chriſtus in illo tentationis ligno crucifixus illachrymabat populum, vt peccata noſtra dilueret, & de
Luc. 23. viſceribus miſericordiæ ſuæ fundebat vnguentum, dicens: Pater, dimitte illis, quia neſciūt quid faciunt. Tunc ergo in ligno compunctus eſt lācea, & exiuit de eo ſanguis & aqua, omni vnguēto ſuauior, accepta deo hoſtia, per totum mundū odorem ſanctificationis effundēs: & quaſi balſamum ex arbore, ſic virtus exibat è corpore.
Ibidē. 8. Vnde ait: Sentio virtutem exiſse de me, Inde opobalſamum expreſsius dicitur, eò quòd cōpunctione ligni balſamum per cauernā punctionis erūpit. Compūctus igitur IESVS odorē remiſsionis peccatorū & redēptionis effudit. Nam & cōſtrictus erat, verbum cum eſset, homo
2. Cor. 8. factus: & pauper factus, cum diues eſset vt nos illius inopia ditaremur. Potens erat, & deſpiciendum ſe præbuit, ita vt Herodes ſperneret eū, & illuderet ei. Terram mouebat, & hærebat in ligno: cælum obducebat tenebris, mundum crucifigebat, & crucifixus erat: inclinabat caput, & exibat verbū: exinanitus erat, & replebat omnia. Deſcendit deus, aſcendit homo: verbū caro factū eſt, vt D
caro ſibi verbi ſolium in dei dextera vendicaret. Vuln⁹ inflictum erat, & fluebat vnguentū. Scarabęus audiebatur, & deus agnoſcebatur. Reſpondit & Chriſtus: Ecce Cant. 1. es bona proxima mea, ecce es bona. Quoniam cognouerat eccleſia myſterium, & pro totius mūdi redemptione crucifixum dominū IESVM prædicabat, meretur audire: Ecce es bona, quæ me bonū dicis, & ipſa bona es quæ vidiſti gloriæ meę decorē, & ipſa ſpecioſa es & decora. Quid eſt autē Chriſtū dicere, Bona es, et decora es, niſi Mat. 9. illud euangelicū: Cōſtans eſto filia, remiſsa ſunt tibi peccata tua? Ergo cui Chriſtus peccata donauit, recte dicit:

* Alias, viuificat me.

Retribue ſeruo tuo vt viuam*, & cuſtodiam* verba tua.

* Alias, ſermones tuos.

Non habet in retributione quod deſperet, quia dominus IESVS venit mundum ſaluare, non perdere, Ideoq; immemor eſt iniuriæ, memor gratiæ, ſicut in propheti-
co libro teſtificatur ipſe dicens? Ego ſum, ego ſum q de
Eſa. 43. leo iniquitates tuas, & non memor ero. Tu autē memor eſto, & iudicemur: dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Quicūque ergo dicit iniquitates ſuas deo, iuſtificatur: & quicūq; iuſtificatur, retributionē nō timet, ſed expoſcit: qui retributionem non timet, viuet. Sed quare dixit, Viuam, & non dixit viuo? quia hæc vita non eſt loco præmii, quę ī loco mortis eſt. Dolet Propheta i puluerē mortis ſe eſse deductum, Apoſtolus cupit ex hoc mortis corpore liberari. & putamus quòd de hac vita ſibi blandiatur, ꝓpheta? Omnia hic plena mortis ſunt. Intrat mors E
per feneſtram, intrat, ꝓ oſtiū, niſi dominus oſtio tuo ponat cuſtodiam. Deniq; ex multiloquio peccatū naſcitur
Nūe. 19. Lege mandata legis, inuenies ſcriptum: Qui vīuēs mortuum contigerit, inquinatur. Quātos tangimus mortuos? inter quantos mortuos verſamur? Ideo tibi author vitæ dicit: Relinque mortuos. Ideo tibi alibi dicitur: Sur-
Matt. 8. Ephe. 5. ge qui dormis, & exurge à mortuis. Quomodo tibi diceretur, Surge à mortuis, niſi inter mortuos viueres? Ponamus te mundum eſse ab operibus, à peccati colluuione: quomodo mūdus es, qui in corpore mortis es, qui inter ſepulchra viuis mortuorum? Oportebat Petrum loqui mortuis, vt procederent de ſepulchris ſuis. Indigemus ergo purgatione, quia tetigim⁹ mortuos. lex nos mundari iubet. Quis tantus vt ſupra legem ſit? Ipſum Nazaræum ſanctum dei lege, ſi is tetigerit mortuum, lex immundum pronunciat, Ideoq; radit caput ſuū, & deponit capillum quaſi nō ſanctū, & iterū orat vt exaudiatur qui ante propter mortui attactum exorare nō potuit, ir-
F rationabiles duxit dies, quia irrationabili appropinqua uerat. Deponit igitur mortua, & ſuperflua capitis ſui, vt Chriſto reconcilietur. Ergo ſi Nazaræus purificatur, & nos purificari oportet. omnes contingimus mortuum. Quis enim gloriabitur caſtū ſe habere cor? aut quis audebit dicere purum ſe à peccatis? Sit aliquis fortaſſe qui in ſermone non deliquerit, licet rar⁹ ſit iſte, de quo deus dicat, ſicut de ſancto Iob, Ille non peccauit labiis ſuis, tamen non ſemper habere potuit mundas cordis ſui cogitationes, iniicit ſe diabolus in cor hominis. Pone, parata ſemper & peruigili cuſtodia quiſq; cor ſuū ſepſerit, tamē ī medio peccatorū verſatur, neceſse habet etiā ipſe purificari, vt Eſaias cū dixiſset: Miſer ego, quoniā immū
Eſa. 6. da labia habeo, & in medio populi verſor immunda labia habentis: ſtatim deſcendit vn⁹ de Seraphin, & contigit labia eius carbone, vt immunda eius labia mūdaret Non vnū eſt baptiſma, vnū eſt quod hic tradit eccleſia, per aquam & ſpiritum ſanctum, quo neceſse eſt baptizari catechumenos. Eſt & aliud baptiſma, de quo dicit dominus IESVS: Baptiſmo habeo baptizari, quod vos neſcitis. Et vtique iam baptizatus in Iordanis fuerat, ſicut ſuperiora declarāt, ſed ſit hoc baptiſmū paſſionis, quo etiā ſanguine ſuo vnuſquiſq; mūdatur. Eſt etiam baptiſmū in paradiſi veſtibulo, quod ante non erat, ſed poſteaquā

G peccator excluſus eſt,cœpit eſse romphæa ignea,quam poſuit deus,quę antea nō erat,quando peccatū nō erat: culpa cœpit,& baptiſmū cœpit,quo purificentur qui in
Pſal.65. paradiſum redire cupiebāt,vt regreſsi dicerent: Tranſiuimus per ignē & aquā. Hic per aquā,illic per ignē:per aquam,vt abluātur peccata:per ignē,vt exurantur. Sed quod eſt grauius,ſi & hic ignē & illic ſuſtinemus: Quis
Ioan.1. eſt qui in hoc igne baptizat? Nō preſbyter,nō epiſcop9, non Ioannes,qui ait: Ego vos baptizo in pœnitētia,non angelus,nō archangelus,nō dominationes,nō poteſtates,ſed ille de quo Ioānes ait: Qui venit poſt me,fortior
Matt.3. me eſt,cuius non ſum dignus calceamenta portare,ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Habet ventilabrum in manu ſua,& permūdabit areā ſuam,& cōgregabit triticū in horreum ſuū,paleas autem cōburet igni in extinguibili. Nō de hoc baptiſmate, quod ſit per ſacerdotes eccleſiæ,dictū ipſe dominus teſtificatur. Siquidem
Mat.13. poſt conſummationē ſeculi miſsis angelis qui ſegregēt bonos & malos,hoc futurū eſt baptiſma, quādo per caminum ignis iniquitas exuretur,vt in regno dei fulgeāt iuſti ſicut Sol in regno patris ſui. Et ſi aliquis vt Petrus
ſit,vt Ioannes,baptizatur hoc igni. Veniet ergo baptiſta
Luc.1. magn9 (ſic enim eum nomino,quomodo nominauit Gabriel dicēs: Hic erit magn9) videbit multos ante paradiſi ſtantes veſtibulū,mouebit romphæam verſatilem,dicet iis qui à dexteris ſunt, non habētibus grauia peccata
Eſa.66. Intrate qui proſumitis,qui ignem non timetis. Prædixeram etiam vobis. Ecce venio ſicut ignis. Et per Ezechiel
Ezech.22 dixeram: Ecce proficiſcar in Hieruſalem, & inſufflabo vos in igne iræ meæ,vt tabeſcatis à plumbo & ferro. Veniat ergo ignis conſumens,exurat in nobis plumbū iniquitatis,ferrū peccati,faciatq; nos aurū ſyncerum. Vrat
renes meos,& cor meū,vt bona cogitē: ea quæ caſtitatis
H ſunt,concupiſcam. Sed quia hic purgatus,iterum neceſſe habet illic purificari: illic quoq; nos purificet,quādo dicat dominus: Intrate in requiē meam. vt vnuſquiſque noſtrum vſtus romphæa illa flammea,nō exuſtus,intro greſsus in illam paradiſi amœnitatē,gratias agat domi
Pſal. 65. no ſuo,dicens: Induxiſti nos in refrigerium. Qui ergo per ignē trāſierit,intrat i requiē. Tranſit à materialibus atq; mundanis ad illa incorruptibilia atque perpetua. Alius iſte ignis,quo exurūtur peccata nō voluntaria,ſed fortuita,quem parauit ſeruulis ſuis dominus IESVS,vt eos ab
iſta commoratione,quæ permixta eſt mortuis,emundet
Alius ille ignis,quem deputauit diabolo & angelis eius,
Mat.25. de quo dicit: Intrate in ignem æternum,quo ille dives ar-
Luc.16. debat,qui ſtillari ſibi de Lazari digito poſcebat humorem. At vero Lazarus in Abrahæ ſinu recumbēs, vitam carpebat æternam,quam ſibi promitit propheta,dicens: Viuam,& cuſtodiam verba tua. Viuam,ait quaſi nondū
viuens: hic enim in vmbra viuim9. Ergo iſta vita in cor-
pore,vmbra eſt vitæ atque imago,non veritas. Denique in imagine ambulat homo,& in regione vmbræ mortis conſiſtimus. Sed ſi quis nō ad terrena oculos mentis intendat,ſed a d ſpiritalia erigat, vt poſsit dicere ſanctus,
I Ante faciem noſtram Chriſtus dominus: dignus erit qui
Thren.4 dicat: In vmbra eius viuemus. Chriſtus enim vita eſt: & ideo qui in vmbra Chriſti viuit,in vmbra vitæ eſt. Meritoque alibi dicit ſanctus domini, In vmbra alarum tua-
Pſal.16. rum protege me. Omnes ergo,etiā ſancti,in vmbra ſunt quandiu ſunt in corpore,non perfecte vidēt, ſed ex parte cognoſcunt. Ipſe Paulus ait: Ex parte enim cognoſci
1.Cor.13. mus. Ipſe vas electionis,cui Chriſtus oculos reddidit,& ſua illuminauit gratia,non facie ad faciem, ſed per ſpeculum videbat. Et Dauid reuelari oculos ſuos petit,vt remoueretur vmbra,quæ integrum oculorum impedie
bat obtutum. Regionem autē hanc mortuorū eſse quis
Pſal.114. dubitet,cum ſanct9 ipſe dicat: Placebo domino in regione viuorum: Quia perfecte hic placere nemo poteſt,vbi etiam ſi fieri poſsit vt ſua peccata non habeat,in ipſa tamen mortuorū regione viuendo,purificatione indiget,
quæ à contagione eum regionis huius abſoluat. In vm- K
bra igitur hic viuimus,& ideo in vmbra cuſtodim9 verba dei. Et vt exemplo vtamur,vtiq; ante eramus ſub vmbra legis,quādo cuſtodiebamus homines ſabbata,quæ
ſunt vmbra futurorū,ſicut hodiēq; Iudæi,qui verū ſabbatum nō vidēt,qui exemplari & vmbræ ſeruiunt. Nos Ioan.1.
quoq; ſecundū euangeliū nunc viuentes,vmbrā ſequimur verborū dei. Nathanael ſub arbore fici videtur,Da Pſal.16.
uid in vmbra alarum domini IESVS ſperare ſe dicit,Za- Luc.19.
cheus in arborē Sycomori aſcēdit vt Chriſtum videret. Nobis quoq; expādit manus ſuas IESVS, vt totum mundum obumbraret. Quomodo non ſumus in vmbra,qui crucis eius protegimur velamento? Quomodo non ſumus in vmbra,quos crucifixus à malignitate ſeculi,& corporis ardore defendit? An neſcimus quoniam verbum dei veniens in hunc mundum,non ſicut verbū ad uenit,quale in principio erat,quale erat apud deum,ſed ſemetipſum exinaniuit,formam ſerui accipiens? Venit in nube leui,& cū eſset virtus altiſsimi,obumbrauit Mariæ,vt tranſfiguraret corpus humilitatis noſtræ conforme fieri corpori gloriæ ſuæ. Sicut ille ergo mutauit formam,cum ex virgine naſceretur,ita & nobis ſermones dei tranſfigurati videntur cum leguntur in euangelio, cum ſpecies eorum videtur in ſcriptis quaſi per ſpeculū quia tota veritas hic non poteſt comprehendi. Cum autem venerit quod perfectum eſt,non iam per deſcenſionem,nō per ſpeciem vt trāſſigurati,ſed integra atque ex preſsa veritate reſplēdēt. Neq; te moueat quod ait. Multa verba cuſtodiā. Qui vnum verbū cognouerit, multa
verba cognoſcit. In vno multa ſunt,& in multis vnum L
eſt. Probandū eſt igitur quomodo vnū verbum multa
ſint,& multa verba vnū verbum ſit. Nec difficile doceri Col.4.
cum dixerit Apoſtolus quia ipſe eſt imago dei inuiſibilis,primogenitus omnis creaturæ,in quo creata ſunt omnia in cæleſtibus & in terra,ſiue viſibilia ſiue inuiſibilia,ſiue ſedes ſiue dominationes,ſiue principatus ſiue poteſtates,omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Vnum eſt igitur verbū quod operatur in ſingulis,& cum in ſingulis operatur,operatur omnia & in omnibus. Hoc verbum vnicū apud patrem ſe diffudit in plurima,quia de Ioan.1.
plenitudine eius omnes accepimus. Itaque ſi videas ſingula omniū quæ creata ſunt in ipſo,videbis in ſingulis vnum verbū eſse omniū,cuius pro captu noſtro partici
pes ſumus. In me verbum eſt humanū,in alio verbum cæleſte,verbū angelorum,pleriq; ſunt qui habēt verbū dominationū & poteſtatū. Verbū eſt iuſtitiæ,verbum caſtitatis,verbū prudētiæ,verbum pietatis,verbum etiam
virtutis, Sic vnum verbum multa ſunt, & multa verba
vnum ſunt. Nec vero arduū iſtud æſtimari,cū legerimus M
quia omnia poteſt ſpiritus ſapientiæ. Itaque ſicut alii da 1.Cor.12.
tur per ſpiritū ſermo ſapientiæ, & alii ſermo ſcientiæ ſecundum eundē ſpiritū,alii fides in eodē ſpiritu,alii gratia curationū in vno ſpiritu,alii operatio virtutum,alii
ſpiritus cognitionis,alii ſpiritus conſilii plenioris,alii
ſpiritus fortitudinis,alii pietatis ſpiritus,& in omnibus vnus atque idē ſpiritus eſt,diuidēs ſingulis prout vult,
ita eſt ſpirit9 prophetarum,eſt ſpiritus apoſtolorum eſt Exo.36.
etiam artificum ſpiritus,ſicut & Beſeleel & Ooliab,quos impleuit dominus ſpiritu diuino ſapientię & ſcientię,& omnis artis,vt facerēt amictū & tabernaculum atque alia ſecundū ſenſum quē dedit his deus,ſed etiam cæteris ſapientibus intelligere & facere omnia opera ſecundum omnia quæ deus imperabat. Itaque fecerūt quæ nō didicerāt,nec viderant,ſecūdum ea quæ his ſpiritus dei demōſtrabat. Et pleriſq; videtur alius apoſtolorū ſpiritus,alius prophetarū,& diuerſus in ſingulis: ſed non eſt diuerſus,ſed vnus eſt ſpiritus,diuidens genera diuerſa virtutū. Vnde non dubium videri debet ſi aliis verbum apoſtolicū,aliis propheticū,aliis euāgelicum,aliis verbum operatoriū eſt datū: & vnum eſt verbum diuidēs ſe ſingulis pro noſtra poſsibilitate,vel pro ſua voluntaria

A largitate. Hoc verbum igitur,quod eſt caput omnium, hic per ſpeculum video,& ideo verba dei hic cuſtodire non poſsum: ſed cum videro gloriam eius reuelata facie,tunc viuam,& ita viuens etiam verba diuina cuſtodiam. Ideo ergo ſecundo verſu dicit:

II * Adaperi oculos meos: & conſiderabo
*Alias, reuela. mirabilia de lege tua.

Qui adaperiri ſibi oculos petit,vtique & grauari intelligit. Neq; enim medicū rogat niſi qui remediū ægritudini ſuæ poſcit. Dicit ergo iſte ad medicū venientem de cælo: Adaperi oculos meos. Si turbatus eſt oculus,facile dolor omnis ſedatur collyrio: ſin vero acies eius humoris ſuffuſione prętexitur,maiora remedia quærūtur. Eſt ergo ſicut in oculis corporis,ita etiam in oculis animæ huiuſmodi quædam paſsio,quæ ingraueſcat neceſse eſt,niſi bonus medicus velamē illud abſtulerit, & nebulam quandam concreti humoris,quæ impedire,vel potius operire,ne videat quæ videbat,mentis æſtimatur obtutum. Irrepſit ægritudo veteri fermento, eò quòd non exuimus vel gētilem vel Iudaicam ſuffuſionē cū primū
Col.3. veniremus ad eccleſiā, non audiuimus docentem boni medici diſciplinā, Expoliātes veterē hominē cū actibus ſuis, induite nouū, qui renouatur in agnitione ſecundū imaginem eius qui creauit eū. Superueſtiuit ergo ſe aliquis, non expoliauit: ſerpit grauior ægritudo, grauat oculos diuturnū velamē, non poteſt quiſquā illud auferre, non angelus, non virtutes, nō dominationes, non po
B teſtates. Manet velamen, lectionē impedit, viſionem obducit, quod non reuelatur, inquit Apoſtolus, hoc eſt, à quocūq; alio, niſi in Chriſto fuerit euacuatū. Cum vero conuerſus huiuſmodi fuerit ad dominū, auferetur velamē. Habes igitur quomodo auferas velamē quod manet ſupra oculos cordis tui. Conuertere ad dominū, & velamen cadet. Conuerſus eſt Paulus, ad benedictionē Ananiæ velut ſquamę ceciderunt ab oculis eius: & vidit, qui
per triduū āte nō viderat: ſimul oculus corporis animæ
que ſanatus: quia medicamentum ei medicus demōſtra-
Pſal.106. uerat ille de cælo, de quo ſcriptum eſt: Miſit verbū ſuum & ſanauit eos, & ex omnibus infirmitatibus ſuis liberauit eos. Nō eſt medicus iſte de terris, qui omnes curat infirmitates, & populos integros ſanat. Mitte ergo pater medicum iſtum, veniat verbum tuū, aperiat oculos meos. Et apoſtolorū oculi clauſi erant, niſi eos IESVS aperuiſset. Denique duobus ex his eūtibus in caſtellum cui
nomen Emaus, cum interpretaretur ſcripturas, & bene
Luc.24. diceret eos, Aperti ſunt, inquit, oculi eorū, & cognouerunt eum. Ergo niſi IESVS aperuiſset nobis oculos, nemo vidiſset: niſi IESVS ſuſtuliſset velamen, nulli Euangelii gratia refulſiſset. Et Petrus clauſos habebat oculos & Ioannes clauſos habebat oculos, & Iacobus clauſos
C habebat. Denique in monte grauati erant ſomno, ſed excitati maieſtatis fulgore diuinæ, oculos cordis ſui aperuerunt. Et quia ſiti in corpore, plene videre non poterant, obumbrauit eos nubes, ne corporis oculos gloriæ cæleſtis fulgor hebetaret. Quis igitur tantus vt aperiat
Exo.4. oculos, & legis videat ſacramenta, niſi ei Chriſtus demōſtret: Non Moyſes tantus. Denique iubente domino virgam proiecit, & facta eſt ſerpens, & fugit ab ea: apprehēdit caudam ſerpentis, & facta eſt virga. & adhuc non cognoſcebat myſterium, quo declarabatur deſcenſurū in terras dominū IESVM, qui cum ſe exinaniſset, poni in crucem, & deponi pateretur in tumulū, quaſi ſerpens de virga factus: quia in tumulū proiectus, de quo ſecundū oracula legis reſurgēs, in gloriam dei diuinęq; ſedis regale conſortiū de ſerpēte remearet. Apprehēdamus ergo & nos caudā ſerpentis illius crucifixi, vt poteſtatem eius regiam poſſimus agnoſcere. Et illa quę in pedes eius miſit vnguentum, tenuit eum. Caudam ergo ſerpētis apprehendit Moyſes, & apertū eſt os eius. Nō ergo locutus eſset de eo, niſi ipſe domin9 os ei9 aperuiſset. Dauid
adaperiri ſibi oculos hic petit, & in ſuperioribus dixit, D
Quis oſtendit nobis bona? Erat ſub lege nutritus, ſcie- Pſal.4.
bat quia lex vmbram habet futurorum bonorū. Ipſa bona iam non per vmbram, ſed apertis oculis videre cupiebat. Nouerat quia exemplari & vmbræ cæleſtium myſteriorum ſeruiebant, qui ſecundum legē Moyſi deſeruiebant. Volebat ipſam cultus diuini cōprehendere veritatem, & ideo vt ab oculis ſuis velamen decuteret, cōuerſus ad dominum deprecabatur dicens: Adaperi oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Intelligebat vere militiam eſse cæleſtē, quam poſsit vnuſquiſq; ex lege cognoſcere, cui tamē domin9 reuelaſset. Quis enī deterreins ad cęleſtia, de vmbra ad claritatē, de exēplari ad penetralia veritatis humano gradu ſine diuino ductu poſsit aſcendere? Quis poteſt cōſiderare altare illud cęleſte, verūmq; illud templum, ſacerdotes & Leuitas, nō iſtos ſecundum carnis officia. ſed illos ſecundū ſpiritus gratiam Deniq; hanc ſolam ſibi gratiam pro maximis optauit Dauid, dicens: Vnā petii à domino, hanc requi- Pſal.16.
ram, vt inhabitem in domo domini ōnes dies vitæ meæ: & vt videā delectationē domini, & cōſiderē tęplum ei9. E
Quis poterat cognoſcere quod offerret dies magnum munus, ſecundum quod poteſt manus eius, vt ſoluatur eius peccatum? Quis poterat intelligere, ſi non haberet
q̄s offerre, verbi gratia, arietem, quia non ſoluebatur ei9
peccatum? Quis poterat aduertere quæ eſsent illæ immūditiæ, quas ſoluit non lex quam putant Iudæi, ſed lex ſpiritalis, quam Paulus agnouit? Quis poterat videre remiſſiones peccatorum veras, quarum exemplar in lege, ve- Lucæ.7.
ritas in euangelio eſt, dicēte domino IESV: Dimiſsa ſūt
tibi peccata, non per hircorum ſanguinē, ſed per hoſtiā
ſui corporis? Ille vtiq; dies in lege, qui perfectę maieſtatis in Chriſto plenitudinem confitendo, et quaſi eam q̄buſdam ad illud altare cæleſte fidei manibus offerēdo, peccatum ſuū ſoluerit. Ille videt verū ſacerdotē, qui videt principē ſacerdotem: ille templū verū cōſideraī, qui
audit dicentem: Soluite templum hoc, & in triduo reſuſ Ioan.2.
citabo illud. Magnum templum, de quo virtus exibat, & curabat ōnes. Mirabile illud altare, in quo vnius agni ſacrificium tulit peccata mundi. Ille præſtantiſsimus Leuita qui venit non vt miniſterium exigeret, ſed vt ōnibus exiberet ſuæ miniſterium paſsionis, cui portio deus, qui
hic nihil poſsideret, & omnia poſsideret. Quid autē di Exo.21.
cam de Hebræo, quem lex ſex tantūmodo iubet ſeruire
annis, & ſeptimo anno exire à ſeruitio? Quis iſte Hebræ F
us ſeruus, quis Hebræus liber poterat intelligi? Quis tantus, vt annos æternos in mente habens, videat verum
Hebræum, qui non in perpetuū manet ſeruus: ſed ſex annis ſeruili functus obſequio, ſeptimo ano gratiam libertatis adipiſcitur? Cuius videtur Iſaac patriarcha ſeruitio
tis & libertatis nō ignoraſse myſterium, qui ait: Seruies Gen.27.
fratri tuo, & erit cum depoſueris & ſoluēris iugum ei9 à collo tuo. ſignificans forte temp9 quo & ſi quis ſeruierit
hic poſitus fratri ſuo, poſtea tamen exactis ānis, qui ſex iſtis diebus, atque iſtis quos hic exigimus menſib9 colli
guntur, ſoluat iugū à ceruice ſua, quod fit ſeptimo anno
remiſsionis. Coniicere poſsumus veri Hebræi typum in Ioſeph, qui portauit ſeruitutis iugum, ſed eum culpa nō
cepit, nō carcer in cluſit, nō AEgyptus coloravit. Coniicimus in Petro, Ioāne, Iacobo, qui creati et inſtituti ſub
iugo legis, ſoluerunt tamen fratris ſui Iudaicum iugum
vbi legitimæ tempus quietis aduenit, quando reſuſit his
remiſsio peccatorum, & hoc tamen hic in vmbra adhuc geſtum cōparatione cæleſtiū. Quanta autē ęs illa quæ ex lege cōiicitur, in euangelio reuelatur, dicēte domino
IESV: Volo vt vbi ego ſum, & iſti ſint mecū. Quām be- Ioan.17.
atus, qui iſtius habitationis fructum, quietis conſortium illic potuerit, ꝓmereri? Tunc intelligit quid ſit aperuiſse oculos vt videret mirabilia de lege dei. Bene admonuit lectio euangelii quæ decurſa eſt, in qua ſanatus
eſt leproſus ille qui ait: Si vis, potes me mūdare, in vo- Luc.5.

G luntate domini constitues potestatis effectu. Cui respon
Luc.5. dit similiter: Volo, mundare. Præmissa pietas voluntatis
secuta potestatis authoritas est. Omnibus dicit IESVS:
Volo. qui nō vult esse peccatum. Velle Christi commu
ne in omnes est: mūdari, fidei est credentis in Christum.
Luc.8. Et tetigit eū. Tangit eos, quorū fide tangitur. Deniq; di-
cit: Tetigit me aliquis. sentio enim virtutē exisse de me.
Habes operationē immaculati corporis, habes remissio
nem diuinitatis. Sed vt pleni⁹ sanaretur, aperuit oculos
eius, dicens: Vade, ostende te sacerdoti. Multos sacerdo
tes habebat Synagoga: sed qui oculos aperit, falsos nō
vidit sacerdotes, verū aspicit. Quis est verus sacerdos,
nisi ille qui est sacerdos in æternū? Et ideo pater dixit ad
Psal.109. eum: Tu es sacerdos in æternū. Aperuit ergo oculos eius
& vidit, & intellexit quale munus pro emundatione sua
deberet offerre. Beatus qui audit hæc, quāto beatior qui
videt, qui se vero potest ostendere sacerdoti, vt non ha-
beat quod timeat in se videri, qui se prius aspicit facie re
uelata. Nam nisi ipse se prius viderit, non audebit osten
dere, sicut Adam, qui se occultare cupiebat, quia non a-
gnoscebat. Sed iam etiā id quod sequitur, cōsideremus.

III Aduena ego sum in terra, ne abscondas
à me mandata tua.

*Alias, incola. Non cuiuscunque vox ista est, sed eius qui terrenis renū
ciauerit voluptatibus, & omnis mundanę cupiditatis ex
uerit affectum. Ille est in hac terra aduena, qui potest di
cere: Nostra autem conuersatio in cælis est. qui suam ha
Phil.3. bet in domino portionē, qui potest dolere quod diutius
H viuat in terris, qui vitæ huius lōgæuitate lasatur, cui pro
lixitas habitationis huius fastidio sit, quam sanctus auer
Apoca.8. satur & dicit: Væ iis qui habitant in terra. Qui dissolui
non timet: & si soluatur, præsumat se cum Christo futu
rum: hic vere peregrinus i terra est, quia sanctorum est
ciuis, & domesticus dei, & thesaurum sibi cōdit in cælo.
Non vtiq; is exiens de AEgypto, in hanc intelligibilem
AEgyptum remeare desiderat, nec depositæ senectutis
& mortis pauescit confinia, nec horrea struit mesibus
recondēdis, iā alienis victur⁹ ætatib⁹, sed sola dies vir-
tutum fœcunditate ea congregat, quæ sibi nec senectus
perditum dare, nec mors possit auferre. Meritoq; dicit:

IIII Concupiuit anima mea desiderare iudi-
cia tua in omni tempore.

*Alias, iustifica-tiones tu as. Quod vtique non facit nisi liber à vinculis, non solum
à vinculis solicitudinis secularis, sed etiā à vinculis cha-
ritatis humanæ. Vincula complura sunt in hoc sęculo,
vincula sūt desideria viuēdi, vincula sunt oblectam ēta
voluptatum, vincula sunt honorum, vincula coniugii.
Denique dicit tibi bonus magister: Solutus es ab vxore?
1.Cor.7. ne quæsieris vxorem. Nec tamen peccat qui vxorem ac-
ceperit, sed innectit sibi vincula mētis, quia solicitus est
quō placeat vxori. Beatior esset si deo soli placere desi
I deraret. Cernis autem quia ligatus est, qui sui non habet
corporis potestatem. Ergo quia mandatum dei est, quod
legis oraculo, & apostolico sermone depromptum est,
ne quis vxorem, diuitias, honorem necessitudines deo
præferat: qui autem prætulerit, fit obnoxius iudiciis dei:
ideo prius poposcit ne abscondat ab eo deus mandata
sua. Qui enim mandata cognouerit, & custodierit, non
refugit iudicia diuina, sed desiderat, meritoque tāquam
reuelatis sibi mādatis ait: Concupiui desiderare iudicia
tua in omni tempore. Non dixit, Concupiui iudicia, sed
cōcupiui desiderare. Sicut enī vita viuere plus est quàm
viuere (viuere nanq; commune etiam huius est vitæ, vita
autem viuere beatorum est) sic concupiscere vt deside-
remus iudicia dei, plus est quàm desiderare iudicia. Con
cupiscimus enim desiderare, quasi non sit potestatis no-
stræ desiderium, sed gratiæ dei. Cum enim dominus ob
lectari nos viderit cupiditate desiderii iudiciorum suo-
rum sobrium auget affectum. Cum autē peccamus, non
concupiscimus desiderare iudicia dei. Neq; enim ægro- K
tus vri desiderat, vel incidi, vt possit recipere sanitatem.
Refugit qui grauius ægrotat, ne vratur, ne incidatur, ne
alligetur, ne abstineat à cibo. Qui autem salutarem ha-
bet valetudinem, medico securus occurrit. Vnde etiam
dominus non occiose ait: Desiderio desideraui hoc pa- Luc.22.
scha māducare vobiscū. nō solū desideras, sed etiā gemi
nato desiderio cōpupiscens remissionē tribuere pecca
torum. Concupiscamus ergo & nos desiderare iudicia
dei. Bona conscientia, cum examinatur probatur, Et con
cupiscamus desiderare in omni tempore, vt nullum mo
mentum bonæ prætereat vacuum cupiditatis.

V Increpasti superbos, maledicti qui decli
nant à mandatis tuis.

Cum enim dominus IESVS per obedientiam genus hu
manum redemerit, iustitiā reformauerit, serpens autem
per inobedientiam peccatum itroduxerit, quid vitii ha-
beat superbia, hinc æstimare possum⁹, cuius author dia
bolus est, quē inducit propheta dicentem: Ponā thronū Esa.14.
meū super nubes, & ero similis altissimo. Itaque cum sit
nequissimus, vt honorē nō dederit domino deo nostro,
peiores tamē discipulos erudiuit. Ille enim se sic exalta
uit, vt vellet æquari & similis esse altissimo: discipulus
autē ei⁹, vt significatur ab apostolo, idignatur⁹ est equa 2.Thes.2.
lem se similēq; æstimari deo. Scriptū est enim: Cum reue
latus fuerit homo iniquitatis, & filius interit⁹ qui aduer
satur & extollitur supra omne quod dicitur deus. Magi
ster igitur similem honorē præsumit, hic superiorem.
Ideoq; & dominus ad discipulos suos dixit: Maiora his L
facietis, vt q̄bus serpens plus ademerat, quàm ipse amisse
rat, maiora Christus facere donaret, quàm ipse in terris
fecerat. Ipse enī voluit principē mundi fallere, in disci-
pulis triumphare Itaq; à tāto volens crimine vindicare
humanū gen⁹, introduxit Pharisæū & publicanū in tem Lucæ.18
plo orātes: & docuit, etiā si bona cętera habeat, quod ma
gis supbos offendat, quàm humilis, qui nulla virtutū do
te subnixus sit. Studet enī supplātare diabol⁹ bonis ope
ribus intentos. Quantū laborauit Pharisæus ille ne rape
ret aliena, ne iniustus esset, ne adulteraret? Quantum la
borauit ne peccaret sicut peccabat publicanus? Quantū
laborauit vt bis i sabbato ieiunaret? Quantū laborauit
vt decimā daret omniū quæ acquireret: Quis nostrum
hæc facit? Quāti habent possessiones, & soli incumbūt
fructibus, & solis sibi meses recondūt? Aduertit hoc dia
bolus, & perfudit eū vlcere graui, vt non teneret caput
mēte carnis inflatus, & in eo in quo laudabilis fore ere-
deretur, ibi reprehensibilior iudicaretur. Agebat enim M
gratias deo quod non esset raptor, adulter, iniustus.
Quàm nox ie ei luctat⁹ est serpens, & grauibus eū spiris
ligauit? superiorē fecit, vt de altiore deiiceret, inferiorē
se præbuit, vt sublimiorē casu grauiore prosterneret.
Mala ruina est arrogantiæ, superiores obruit. Mala hæc
lucta serpētis, qua se in plurimos torquet anfractus. In-
flare volebat & Paulum. Quem Paulū? Illum vtiq; apo-
stolum non abhominibus, neque per hominem, sed per
IESVM Christum. Et pene deceperat, ita vt flumlū car-
nis suæ, qui se humiliabat, rogaret auferri. Sed bonus do
minus, qui Paulū infirmitatibus vellet facere fortiorem
adhibuit ei angelum Satanæ, vt suis diabol⁹ artibus vin
ceretur. Non mentiebatur Pharisæus, immo etiam vera
dicebat: sed omnis qui se exaltat, etiam si vera dicat, of-
fendit. Deniq; probabilior pharisæus ingressus est tem-
plum, quàm publicanus, & condēnatus exiit. O quan
tum crimen superbiæ, vt ei etiam adulteria præferatur.
Denique dominus, qui aliis donat, superbis resistit, & tā Iacobi.4.
quàm cōgreditur iis qui se exaltant, sibiq; hoc certamē
vendicat, & q̄ aliis cōpatitur, arrogantes increpat, quia
nihil graui⁹ q̄ vt fratres nostros pauperes superbo ocu-
lo despiciamus, cōformes nobis intolerabili repellam⁹
fastidio, nostra indignos gratia iudicantes, quia sunt in-

A opes: cum paupertas facilius sit deo quàm thesaurus ac-
ceptior. Maledicti, inquit, qui declinant à mandatis tuis
Supra dixerat: Ne abscondas à me mandata tua. & ideo
quasi reuelata sibi mādata cognoscens, condemnat eos
qui declinauerint à mandatis cælestibus. Et bene dixit,
qui declinant. directum enim mandatum est: ideo ab eo
nemo deflectat. Monet autem qua rationehic dixerit, ne
abscondas à me mandata tua. Quod enim absconditur,
obscurum fit & occultum, cum supra dixerit: Mādatum
domini lucidum, illuminans oculos. Si lucidum manda
tum, quomodo absconditur, cum lucernam nemo po-
nat sub modio? Nisi fōrte lucidum est vnum mādatum,
multa autem mandata abscōdita sunt. Nam iudicia tua
inquit, sicut abyssus multa, nō iudiciū sicut abyssus, sed
iudicia dicuntur. Vide autē ordinē. Supra ait: Ne repel-
las me à mādatis tuis. i sequēti ait. Ne abscōdas à me mā-
data tua. hic ait: Maledicti qui declināt à mandatis tuis.
Vere maledicti qui declinant à mandatis tuis, qui refer-
re gratiam debuerunt: primo, quia non sunt repulsi, se-
cundo, quia non abscondi à se diuina mandata meruē-
runt. Declinat ergo aliquis quod optauit.

VI Aufer à me opprobrium & contemptū,
quoniam testimonia tua exquisiui.

Si contemptus opprobrii loco ducitur, quomodo scri-
ptum est: Contemptibilia mundi elegit deus? Sed cōside
1.Cor.1. ra quia mundi contēptibilia dixit, non dei. Quod enim
B in hoc mūdo contēptui, hoc precio sum est apud deum.
Deniq; humilitas in hoc mundo contēnitur, sed dei iu-
dicio cōprobatur. Et si publicanus se humiliauerit, exal
tatur. Audi quē pro nihilo habeat deus: Quicunq; san-
ctus est, qui sine macula viuit, veritatē custodit, non ap-
petiuit proximū suū, ad nihilū deductus est, in cōspectu
eius malignus, omnia quæ malitiæ sunt reprobauit: hic
talis, etiā si sit gentilis, deuotione humilitatis à deo con-
probatur. Superbi autē velut Pharisæus, arrogantia sua
pro nihilo ab illo ęstimantur. Deniq; gentilitas non est,
deuotio autem manet inæternū. Caue ergo ne Christo
opprobrio sis. Nolo mihi quicunque maledicat, & quasi
Luc.10. peccatorū despiciat. Quàm graue si Christus dignū op
probrio ducat? Væ tibi, inquit, Corozaim & Bethsaida,
quæ condēnantur quia non egerūt pœnitentiā delicto
rum suorum. Nos ergo agamus, vt à nobis auferatur op
probrium. Quis autem est qui nō est opprobrio dignus
Qui exquisiuit domini testimonia. Multi quidem sunt
qui volunt inferre opprobrium seruis tuis, sed ipsi sunt
magis probrosi, quia pro nomine tuo pati opprobrium,
gloriosum est. Et ideo ait:

VII Etenim sederunt principes, & aduersus
me detractabant.

*alias lo-quebantur. Vox martyris est, qui perductus ad iudicium persecuto
rum, cū cogeretur idolis immolare, & constāter resiste-
C ret: iudices autē sedentes in tribunalibus stipati officiis,
indignātes quod suis nō obsecūdaretur imperiis, cōfer-
rent quo dignū supplicio censerēt, stabat intrepidus di-
cēs: Sederūt principes, & aduersus me detractabant. Est
etiam domini vox ista, cū cōueniisset presbyteriū plebis
& principes sacerdotū & Scribæ, & ad cōciliū Iudæorū
Mat.26. deductus esset dicētiū: Quid adhuc desideramus testes?
audiuimus enim de ore ipsius. Et cum staret ante præsi-
dem, & duceretur ad crucem, quid pulchrius diceret q̄,
Sederunt principes, & aduersum me detractabant? Hoc
est, me stante sederunt principes. Et quia tribunaliū ful-
cro sublimes erāt, dominū non videbāt. Sedebant ergo
elati fastigio principatus, nec principē principū cogita
bant. Sed parū hoc aduersus me, inquit, detractabant.
Ego eorū redemptor aduenerā, ego veneram vt omniū
peccata mūdarem, vt recuperarē amissos, restituerē pa-
radiso sancti Iacob hæreditatē: & illi aduersus me detra
ctabant. Et ideo imitatores mei, discipuli mei, nolite in-
iuriam erubescere si steteritis ante principes p nomine D
meo, cū ego steterim pro vestra salute. Denique traditus
in custodiam Petr⁹ cum cęteris apostolis, et postera die
statutus ante consilii, constanter dicebat: Principes po Actu.4.
puli, & seniores Israel, si nos hodie. &c. vsq; In hoc iste
astat corā vobis sanus. hoc est, vos estis qui statuistis &
Christum. Gloriæ loco ducimus istam iniuriam, quia ar
guimur pro ægroti hominis sanitate, hanc hereditatem
seruulis saluator omnium dereliquit. At illi conferebāt
inter se dicētes: Quid faciemus istis hominibus? Et dimi
serunt eos. Gloriabatur ergo Petrus, & vnusquisq; apo-
stolorum, quia digni habiti sūt qui iniuriam p Christi
nomine subīstinerent. Recte ergo tūc dicerēt singuli: Et-
enim sederunt principes, & aduersus me detractabāt. Se
derunt principes aduersus Esaiam, & disputauerunt vt Esa.1.
secatetur: sed non timebat eos qui dicebat: Audite prin-
cipes Sodomorum. Sederūt aduersus Hieremiā, vt mit-
teretur in lacum. Sederunt aduersus Zachariam, qui oc
cisus est inter templum & altare. Resederūt aduersū Su-
sannā, & cōtra castitatis fœminā iudicabant. Sed vt ostē
deretur principū bonū non esse cōciliū, excitauit pueri
spiritū dominus, & quā principes ream mortis pronun-
ciauerant, eandē propheta totius innoxiā criminationis Ephe.6.
absoluit. Sunt & alii principes qui aduersus nos detra-
ctant, de quibus dicitur: Quoniā non est nobis colluctā
tio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principa E
1.Cor.1. tus & potestates, auersus mundi huius rectores tenebra-
rum harum, aduersus spiritalia nequitiæ, quæ sunt in cæ
lestibus. Iste sedent & explorant qui iustus sit in hoc sę-
culo, qui Christianus intente deo seruiat, studiosus bo-
ni operis & facti. Detractāt de eo, dicentes: Insidiemur
illi, impediamus eum, prohibeamus eū efficere quæ desi
derat. Conteramus eius mentē, frangamus animum ad-
uersis frequentibus ac repentinis: & si deo probatus est
propter iustitiam, rogemus dari nobis tentationes eius.
Neque enim in tantū, prophetā, tentationum eius quas
plurimas subiit, compotes, potestatē habere potuissent:
nisi dominus probandi sui militis causam * dedisset, vt
maiore eū gloria coronaret. Quis igitur regem Saul ex * ansam.
citauit in eū, nisi spiritus malus, sicut legimus, qui se do-
lebat excludi quotiensq; Dauid vel citharæ sono vel
bonorum consiliorum operūmq; fidib⁹ ac neruis mētē
regis animūq; mulcebat? Quis excitauit Doech Syri ne-
quitiam vt factum virum proderet, & hospitalem huma
nitatem deduceret in periculum sacerdotis? Quis inflā-
mauit ardorē Ammō, vt domū incestaret propheticam, F
& contristaret animū patris alterius incesti libidine, al-
terius iniuria, vt qui aliis prophetabat, domus suæ mala
prouidere non potuerit? Quis armauit furorem Absalō
vt patrem domo excluderet, & parricidali persequere-
tur prælio? Sed cū prope viribus regni iam esset sanctus
inferior, hoc vno incensa aduersum se diaboli restinxit
spicula, quod cum filius necem peteret patris; ille tamē
salutem filii pietatis mandabat affectu. Ergo principes
populi, vt Achitofel, & cæteri bellantium duces sederūt
Tractabant ergo principes populi cum Absalon aduer-
sus prophetam. Et ideo dicit: Etenim sederūt principes,
& aduersus me detractabant.

Seruus autem tuus meditabatur * in iu
stificationibus tuis

*alias, ex erceba-tur. Aduertimus arma iusti, quibus omnes aduersariorum
repellat impetus. Alibi ait: Circuierunt me, & expugna
uerunt me gratis pro eo vt me diligerent, detrahebant
mihi, ego autē orabā. Hic ait quod studium ei non exer-
cendæ ad belli artes fuerit iuuentutis, non decipiēdi ad-
uersantis astutia vlla cordis, vt illum vinceret quam vi-
debat, sed aduersum eos præliabatur quos non videbat
maiórque in eo pietas q̄ virtus corporis militabat. Itaq;
in dei exercebatur iustificationibus, vt cōtrario ictu di-
bolum vulneraret. Ille cum ab intentione iustitiæ & stu-
Psal.108.

G dio deuotionis,occupationibus bellicis conobatur abducere,hic magis ſe diuini operis & cultus meditatione occupabat. Itaque dominus protexit eum,in quem ſperauit,cum quo loquebatur , cui toto adhærebat affectu. Iuſtus enim aut cum deo loquitur orando,aut diuina loquitur opera laudando,& ſemper loquitur opera dei,ne loquatur os ſuum opera hominum. Nihil terrenum iuſtus loquitur,nihil mortale agit. Ideoque dicit:

VIII * Alias, Nam. & Etenim teſtimonia tua meditatio mea eſt,& conſilia mea iuſtificatio tua.

Aduertis quid doceat,quod hęc debeant eſse conſilia iuſti,vt meditetur mandata dei, & exerceatur in dei laudibus & oraculis,vt iuſtificet dominum ſemper. Qui facit quæ deus mandat,qui credit deo placere , deũ iuſtificat. Quod ex lectione euangelii poſsumus intelligere,dicẽte euangelio quia Phariſæi ſpreuerũt conſilium dei, nõ
Luc.7. baptizati baptiſmo Ioãnis. Hoc in vno libro ,in alio habes autem:Non iuſtificauerunt deum,quia baptizari no
Matt.3. luerunt. Ideo dominus ad Ioannem dicentem , Ego à te debeo baptizari,& tu venis ad me?reſpõdit:Sine modo. ſic enim oportet nos implere omnem iuſtitiam . Qui et
H go facit mandata dei,iuſtificat deum,quia facit eius iuſtitiam:& bonum eſt vt conſilium dei ſequantur hominũ conſilia:quia dei cõſilium certũ ſemper, noſtra autẽ plerunque incerta conſilia ex rerum probantur euentu.

SERMO QVARTVS.

Daleth. VARTA litera ſecundum Hebræos Daleth, ſignificat latine timorẽ,vel(vt alibi inuenimus) natiuitatem . Sed vtrũque poteſt congruere & conuenire ſenſui . Natiuitas enim eorum eſt, quæ generantur in hoc ſeculo , per quam intelligimus corporalia & materialia,quę ſunt caduca,& ideo à timore non diſtat. Ex corporalibus enim & materialibus naſcitur timor . Quid enĩ eſt terrena natiuitas ,niſi timor?

I Denique inde cœpit verſus:

Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum.

Gen .3. Per pauimentum terrã intelligimus,per terram materia lia. Peccatori autem dictũ eſt,Terra es,& in terram ibis. eò quòd diuinis mandatis inhærendũ nõ putauerit,ſed in materialia & corporalia deflexerit,cui impreſsa fuerit vitæ huiuſ ſeculari delectatio. Denique eiect9 de paradiſo,hoc eſt,ex illo ſublimi & cæleſti loco,ad quẽ raptus eſt Paulus,ſiue in corpore,ſiue extra corpus,neſciens. Ex illo ergo eminenti loco deiectus in terrã,deplorat Adam,dicens:Adhæſit pauimento anima mea. Sicut
Pſal. 43. alibi ait:Humiliata eſt in puluere anima mea,& adhæſit in terra venter meus. Pœnitentiam gerentis hæc vox eſt qui meminiſſet adhærentem ſe deo neſciſse nec potuiſſe diſcernere(quod nõ diſcreuit & Paulus)vtrum in corpore eſset,an extra corpus : ita infirmitatem pigritiámque corporis minime ſentiebat , cui domini adhærebat præſentia. Spiritus ergo propheticus dolorem expreſſit,vel dominus,qui ſuſcepit eius infirmitatẽ,perſonam repræſentat Adæ,& aſsumit eius affectũ. Loquatur ergo Adam:Adhæſit pauimento anima mea. Qui ante beatiſſimus auram carpebat æthereã,curas vitæ huius & tædia neſciebat:is nunc ſolicitudine mũdi huius,luxuriæ ſtudio,pecunięq; cupiditate curuat9, atq; vulpiũ foueis ſe înſerit,latibuliſque terreſtribus,Merito adhærebat puluIoan.1. ri,qui ſe leuare nõ poterat,niſi eum ſupra crucem ſuam Chriſtus leuaſset . Merito adhærebat pauimento qui ſe
Deut. 10. abſcondebat à Chriſto. Non adhęret pauimento, cui dicit IESVS:Sequere me. Non adhæret pauimento qui audit,& ſequitur legem dicentem:Poſt dominum deum tu
1.Cor.6. um ambulabis,& ipſi adhærebis. Quomodo ergo pauimento adhæreat vnuſquiſque,quomodo deo, audi dicẽtem:Qui adhæret meretrici, vnum corpus eſt . qui autẽ adhæret deo,vnus ſpiritus eſt. Terra iſta quam gerimus, K meretriciis quibuſdam nos illecebris capit,& quaſi vultus quoſdam voluptatum corporaliũmque delectationum fucis illinit,vt lateat in his veritas,& forenſi quadã ſpecie decipiant appropinquantes. Sed cum interiorem oculum mentis ad tẽpus abduxerint,poſtea tamẽ decuſſo velut quodam puluere voluptatũ huiuſmodi decore quàm ſit ianis gratia ſeculi huius aut corporis ,facile deprehẽditur. Bonũ eſt igitur adhærere deo ,nec inflexam ceruicem habere ad iugum mundi. Ideoque eccleſiæ vel
Cant.4. forti animæ dicit Sapiẽtia:Sicut turris Dauid ceruix tua quæ ædificata eſt in Thalpio , mille oſtia pendent in ea, omnia iacula potẽtium. Erecta enim ad deum ceruix, & iugo Chriſti habilis,quæ nulla in terrarũ illecebras inflexione curuetur,ſicut Chriſti regalis eſt turris, cui iugum ſuum Nabuchodonoſor nõ poſsit imponere. Condidit enim turrim illã Dauid,ille manu fortis , & ſupra murorum ædificauit excelſa,vt ſubſidio pariter & decori ſit. Subſidio,quia hoſtem præuidet & repellit. Decori quia non ſolũ inter humilia,ſed etiam inter excelſa ſupereminet. Ita tamen ſubſidio vel decori,ſi habeat in ſe verbi dogmata velut quædã phaleratum monilia:habeat etiam iacula potentium prophetarum ,quæ aduerſus omnem extollẽtem ſe altitudinem lacertis quibuſdã fidei diriguntur. Noli igitur in puluerẽ mortis deducere animã tuã ,'cui domin9 etiã naturalẽ altitudinẽ tribuit, & vigorẽ quo ſe excitet & aſurgat. Vnde etiam de hac cõ
L iunctione animæ & corporis dictum opportune accipitur , eò quòd in naturali vitæ noſtræ myſterio connexa anima corpori velut humi reptet,& pauimento adhære at:partim propter hoc terrenũ habitaculũ, partim quia corpus iſtud de terraeſt. Et regionis igitur diuerſoriũ,& materia ipſa corporis noſtri huic concurrit ſententiæ. Ideoq; pulchre Apoſtolus de mortis huius corpore liberari cupit:quia carcere quodã claudimur,& in quodam luxurię gurguſtio ſiti,tenebris inuoluimur delictorum. Ergo ſecundũ voluntatẽ dei ambulemus , vt adhærere diſcamus deo. Nã qui ſecundũ corporis appetẽtiã viuit,
Gen.6. caro eſt:qui ſecundũ præcepta dei,ſpiritus eſt. Nõ ergo fiat anima noſtra caro,hoc eſt,vt dicamur caro, ſicut & illi q̃ in diluuio perierunt,de q̃bus dictum eſt quia caro
Gen.46. ſunt:ſed magis caro noſtra obediens animę gubernacu lum fiat animæ,& hoc appellari mereatur nomine,ſicut appellata eſt familia patriarchæ Iacob , & generationis eius ſancta poſteritas. Sic enim ſcriptum eſt:Hi filii Bale quã dedit Laban Rachel filiæ ſuæ , & peperit hæc Iacob
Exo.1. oẽs animas ſeptẽ. Et alibi : Omnes autẽ animæ quæ intrauerunt in AEgyptũ,quæ exierũt de femoribꝰ illius,præter mulieres,ſexaginta,inq;t,& ſex. Et in principio Exodi legimus:Erant autẽ omnes,animæ de Iacob quinque & ſeptuaginta,qui erant cũ Iacob. Ergo illi qui habitabãt cũ Ioſeph,& de AEgypto exierunt,animę ſunt. Qui
M autem cũ eſsent angeli dei,hoc eſt,vitæ probitate angelorum imitantes gratiam, (qui enim non ducunt vxores,& quæ nõ nubunt,erunt ſicut angeli in cælo) Qui ergo cum angeli viderentur , capti ſunt decore fœmineo, hi caro ſunt,ſicut dominus deus dixit: Non permanebit
Gen.6. ſpiritus meꝰ in hominibꝰ iſtis in æternũ, ꝓpter quod caro ſunt. Et merito expertes libidinis angelis cõparãtur, caro nõ ſunt,quia nõ ſunt in carne,ſed in ſpiritu quales erant illi qui doctorẽ Apoſtolũ ſequebantur,quibus ait
Roma.8. Vos autem non eſtis in carne,ſed in ſpiritu. Qui autem corporea fœminarum capiuntur libidine,caro ſunt: atque vtinã caro tãtum,& nõ etiã equi adhinnientes,quia
Hiere.5. in vxorẽ,inquit,proximi ſui adhinniebant. Rogat ergo qui deiectionẽ animæ ſuæ ſentit ad pauimentũ vſq; curuatę,vt viuificetur ſecundũ verbũ dei , quod animas ad ſe trahit quaſcũq;,& miſeratione ſui liberare cupiẽs abducit à terris. Viuificatur autẽ anima quæ vias ambulat Chriſti,peccato mortua,deo viuẽs , ita vt mors peccati dominatũ in ea poſt hæc habere nõ poſsit, poſteaq̃ cõſe

A piuſta cum Chriſto,iuſtificata eſt à pctõ. Sed q̃ iuſtificari cupiat vias ſuas,ante pronũciet. Ideoq; ſecũdo verſu ait

II Vias meas pronũciaui, & exaudiſti me
* Alias, enunciaui. doce me iuſtificationes tuas.

Pulchro ordine ad iuſtificationes dei perueniendũ putat,vt primũ ſua peccata fateatur . Sic etim docemur & alibi:Dic iniquitates tuas,vt iuſtificeris . Itaq; ſcire debe
Eſa.5. mus quid ſit vias ſuas ambulare hominem,& vias dei. Qui facit voluntates carnis,& viuit ſecundum concupiſcentiam mũdi huius,vias ſuas ambulat, quibus delectatur & gaudet. Qui autem venit voluntatem facere patris ſui qui in cælis eſt cui cibus eſt vt mandatũ dei compleat , qui non quærit quod voluptatis ſit,ſed quod placeat
Ioan. 14. deo:ille viam domini pergit,illam viã quæ ait:Ego ſum via,veritas,& vita . Vides ergo quia ille viuit ſecundum verbum dei,qui viam ambulat Chriſti. Ipſe etiam domi
Deut. 10. nus deus in Deuteronomio docet quomodo in viis ſuis ambules,dicẽs:Et nunc Iſrael quid dominus deus petit à te,niſi vt timeas dominum deum tuum , & ambules in viis eius,& diligas eum,& ſeruias domino deo tuo ex toto corde tuo,& ex tota aĩa tua cuſtodias mandata eius & iuſtitias eius? Liquet igitur alias vias eſse carnis,alias dei & ſi quis velit ambulare vias dei,ei prius eſse vias carnis & corporis & ſecularis ſapiẽtiæ deſerendas. Relinquens itaq; eas Dauid pronunciat,& apud deũ non tacet. Confitetur errores,non negat lapſus. Simile illi hoc dixit.
Pſal.31. Annunciabo aduerſum me iniquitatem meam domino
B Si enim ſe accuſauerit iuſtus , vocem parati accuſatoris excludit , qui ſolet aceruare peccata , & vniuſcuiuſque exaggerare flagitia. Obſtruit ergo os eius , qui ipſe de ſe fuerit ante confeſsus & præſtruit veniam confitentis. Verecundia excuſat reum, pudor ſuus accuſat authorem. Qui enim ſua delicta non tacuit , videtur in ſe doluiſse quod fecit,in diabolo prodidiſse quod ſuafit. Ideoq; ait ſcriptura:Iuſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui.
Prou.18. Qui ſe accuſat,etſi peccator eſt, iuſtus eſse incipit , quia nec ſibi parcit,& dei iuſtitias cõfitetur, quẽ putat latere nihil poſse . Vtinã Adam ſe prius accuſare quàm celare voluiſset. Sed nõ ſatis eſt vt confiteamur errorem : verũ etiam ſi corrigi volumus,à domino poſtulem9 vt doceat nos inſtificationes ſuas ne poſtea errare poſsimus . A
Mat.23. domino igitur doceri petit,quia vn9 eſt magiſter noſter vt ait Chriſtus. Nec ocioſe hoc petit,nõ enim ille beatus
Pſal.92. quẽ docet homo:ſed quẽ tu erudieris domine. Vbiq; meminit ſui,nec putat ſatis eſse vt doceat eum iuſtificationes ſuas dominus deus noſter,ſed addidit:

III Viam iuſtitiarum tuarum inſinua mihi,
* Alias, inſtificationum tuarum inſtrue me. & exercebor in mirabilibus tuis.

Vide ordinẽ . Prius eſt vt diſcamus domini iuſtificationes,deinde vt gradus quoſdam iuſtificationum & ordinem nouerimus,quid prius,quid conſequẽs eſse debeat Nam ſcire quid facias,& ordinẽ neſcire faciendi, nõ eſt perfectę cognitioniſo,ffendũt plerunq; præpoſtera. Denique iuſtus eſt qui ſe in exordio ſermonis accuſat, iniuſtus autem qui quod prius negauerat cõfitetur , Ille vere
C cundiæ inuenit gratiam,hic notam incurrit impudẽtiæ. Ita ordinis ignorantia cõturbat negociorum naturam. formámq; meritorũ. Ille autẽ qui didicerit primo myſteria dei,deinde ordinẽ myſteriorũ,exercetur in mirabilibus dei. Græcꝰ ἀφοπλεσχίαν poſuit,quod dicit latinꝰ hallucinabor. In quo videtur eſse aliqua ſermonis offenſio ſecundum vulgarem conſuetudinem , quia ἀφοπλεσχίαι vulgo æſtimatur,vel hallucinari,plus quàm oportet alĩ quid loqui,& ſuperfluũ videre * quod audienti faſtidio
* dicere. eſt,& videtur eſse prꝛter ordinẽ, cũ ordo rerũ videatur afferre faſtidiũ,vt ſi cauſam vellis enarrare aliquã, & ordinẽ nõ ſerues,auditor autẽ ad rerũ feſtinet exitũ,ſuperiora faſtidit. Sed nõ poteſt plene iſtrui,niſi q̃ ordine ſui cuncta cognouerit:vnde non ſolũ factũ deprehenditur, ſed etiam facti pondus,& facientis affectus. Ideoque Da D uid quaſi bonus ſui iudex atque arbiter,prope vſq; ad faſtidiũ vult doceri,& vel ſuperfluo immorari tempore, quàm neceſsarium ordinem prætereire ἀφοπλεσχίαι enĩ vel hallucinatio videtur lõga quædam eſse meditatio,& morоſa quædã mentis intentio:à quo non longe abeſt exercitium vel animi vel corporis . Nam vt ille qui exercet membra ſua palæſtra ,diutius exercet vt roboret:ita qui exercet mẽtem ſuam in ſcripturis diuinis vel in cõſiliis, diutius exercere debet. Exiuit in campum Iſaac. Græcus Gene.24. dixit ἀφοπλέσχησε, Latinus deambulare,vel exerceri. Rebecca veniebat,typus in ea præfigurabatur eccleſiæ,parebantur nuptiæ, in quibus ſacramentũ foret magnum. Videns patriarcha iſta myſteria,exiuit in campum,diffundens acrimoniam ſuæ mentis, & deambulans in innocentia cordis ſui. Diuerſis vtique cogitationibus exercebat animum,& in mirabilibus myſteriis delectabatur cuius vt imitator euaderet ſanctus propheta, doceri iuſtificationes dei, & viam iuſticiarum cæleſtium cognoſcere geſtiebat,vt non dormiret anima eius ſeculi iſtius ſomnum , nec mundanæ captus vanitatis illecebris,à perſequenda veritatis intentione diffluereret. Qua ratione ergo doceri velit,ſubtexuit dicens:

IIII Stillauit anima mea præ tædio, confir-
ma me in verbis tuis.

Aliqui codices habent dormitauit, quia ὐνυσαξεν & E ὐσαξεν duabus literis diſsonant. Potuit interpres vel antiquarius ſcriptor hic falli, νυσάζειν dormire eſt, σάζειν ſtillare. Perfectus nõ dormitat,qui diuinis animum intẽdit myſteriis. Deniq; ipſe alibi dicit:Si dedero ſomnum ocu Pſal.131. lis meis,aut palpebris meis dormitationem . ſed vigilat ſemper:& ſi caro dormit,cor vigilat. Non ergo dormiebat ,qui tẽplũ condere domino cogitabat verborũ cęleſtium ex ædificatione,nõ lapidum . Verbum enim dei repulſorium tædiorũ eſt,quo ſomnus animę,ſopor mẽtis excluditur. Ex triſtitia enim & ſolicitudine ſeculariũ ſomnus irrepit. Qui autem adhæret deo,curas fugitans: voluptatem capit cognitionis æternę,nullam illic mutationem rerum ſicut ſeculariũ pertimeſcẽs, Qui faciliori bus igitur laborum vtuntur cõpendiis,dormitauit accipiunt:ſed Origenes,qui multorum inter pretationes diligenti diſcuſsit indagine,ſtillauit ſecuꝰ eſt,eo quòd pfecti anima quaſi bene cõpoſita & confirmata nõ ſtillat
F vt faſtigia culminum quę bene tecta atq; munita ſunt:cę terum incõpoſita cito ſtillant. Inde vſurpatũ eſt,Stillicidia eiiciũt hominẽ in die hyemali de domo ſua,in qua frigoris aſperitate et frequẽti aeris mutatione tẽtamur. Denique docemur prouidere ne fuga noſtra fiat hyeme Mat.24. vel ſabbato. Probatos enim iam nos dies debet reperire vel iudicii vel mortis,ne viduatos viriditatibꝰ proſperorum , & omni ſpoliatos ſecundorum flore ſucceſsuum exitus mortis inueniat. Caueamus ergo ne vnuſquiſque noſtrum eiiciatur de ſtatu mentis ſuæ,& naturali quadã manſione,ſi habeat foramina manſionum è quibus fluẽtia ſtillicidia tanq̃ ex fundamentis ſubruãt hominẽ nulla ſapientiæ ſoliditate fundatum. Ideoq; ait propheta: Filine defluas. Cõfirmanda eſt igitur anima noſtra ne ſtillet,& indiuidua virtutum compage ſolidanda,vt poſsit regis æterni ſeruare myſteriũ. Cæterũ is quicũque eſt facilis in verbis,velut plenꝰ rimarũ hac atque illac effluẽs interiora euacuat ſua,& exterioribus paſsionibus inundatur,tegere ſe neſciens, nec tenere verbũ quod accepe
Cant.1. rit,ſicut ſancta Maria quæ conſeruabat omnia verba in corde ſuo,ne quod ex eius ore deflueret. Tali ſe munitã dote virtutũ eccleſia loqtur,vt digna videatur in cuius inuitatus ſponſus ſuccedat hoſpitiũ. Hinc primũ ſe præſumit eſse placiturã,ſi bene tectã,& fidã,ſeruantẽ ſilentia Chriſtꝰ aſpiciat. Ecce es,inquit, formoſus conſobrinus meus,& quidẽ pulcher:acclinatio noſtra opaca,trabes domorũ noſtrarũ cedri,lacunaria noſtra cupreſsi.

G Laudat ſponſi decorem eccleſia,quẽ plus vnuſquiſq; tacito laudat affectu,& fidus myſteriorũ interpres tacendo plus prædicat.Nam qui arcana diuulgat, imminuit Chriſti decorem.Ideo nemo mittat margaritas ſuas porcis,ne cõculcari faciat ornamẽta precioſa. Nõ ergo in tabernaculo loquacis & garruli,qa multiloquio peccatum admittitur:ſed in viri ſerii, qui ſit parcus alloquii, nec ſermonis intemperans, & verborum ſobrietate temulentiã loquacitatis euitans,caput ſuũ Chriſtus reclinat.Et merito opaca ſignificat acclinationẽ, quia in eccleſia conſtitutos virtus obũbrat altiſſimi. Hac vmbra Dauid protegi ſe poſtulabat, ne eũ per diem ſol vreret vel luna per noctẽ.Hanc vmbrã ſpiritalis miniſtrat gratia,torrida ſeculi huius,& mundi æſtiua fugientibus.Opaca igitur acclinatio Chriſti & eccleſiæ ſunt quib⁹ dei patris ẽterna illa requies aſpirat.In hac ergo requieſcamus vmbra,peccatorũ noſtrorũ æſtibus fatigati.Si quos aduſsit libido,hos domini crux refrigeret, i qua ſe recli nauit vt noſtra delicta ſuſciperet. Si quos culpa laſsauerit,hos IESVS gremio ſuſcipiat ſuo, & molli foueat amplexu.Vnde audeo dicere quod caro Chriſti acclinatio ſit eccleſiæ.Trabes domorum noſtrarũ cedri. Cedri ſpecie,maiorum qui iuſti fuerunt gloria declaratur. Iuſtus enim vt palma florebit, & ſicut cedrus quæ in Libano Pſal.91.
eſt,multiplicabitur.Sicut enim cedrus nõ putreſcit, ita
H nec maiorum gloria vlla vetuſtate corrumpitur. Lacunaria noſtra cupreſsi.Genus hoc arboris nũquam amittit viriditatem ſuam,hyeme iuxta,vere atq; ætate comã paſcit,nec diuerſo colore mutatur.Solã hanc arborem ventus ſuo nũquam honore deſpoliat,ſola nũquã veteri exuitur amictu,aut nouo flore veſtitur.Sic apoſtolica quoq; gratia neſcit defectũ,ſed venuſtate ſui floret. Anima ergo corrũpi neſcit, quæ florentibus mẽbris viget, ſemper iuſtitiæ cæteraruq; virtutum culmina patienti magnanimitate ſuſtentat:&ideo non defluit neq; deficit quia nihil in ea rimoſum eſt,ac remiſsum,nihil mobile, nihil lubricũ,nihil quod vitio ſermonis ex ea poſsit effundi.Ideoq; confirmari ſe petit in verbis ſuis propheta ne moueantur pedes eius, ne effundantur greſsus eius. Quæ,ſi quis recto vigeat corde,nõ patitur,ſed radicatus atq; fundatus aduerſus omnes paſsionum fluctus immobilis perſeuerat.Confirmatus igitur in verbis ait:

V Viam iniquitatis amoue à me, & ✝ lege
*Alias. de. tua miſerere mei.

Non dixit, Amoue me à via iniquitatis,ſed,Viam iniquitatis amoue à me:quaſi in nobis ſit,& nobis ineſse videa
I tur. Quandiu enim exercemus aliquid improbũ,via iniquitatis interius manet,& non recedit à nobis, ideoque ſtudioſe agamus vt eam à nobis ſeparemus.Sed quia hæreditarium iniquitatis glutinum mentibus inhæſit humanis,opus eſt liberantis auxilio.Precare & tu,dicito:Infelix ego homo,quis amouebit à me iniquitatis viam?Gra-
Roma.7. tia dei,per IESVM Chriſtum dominũ noſtrum .Et pulchreviam dixit iniquitatis,non iniquitatem,eò quòd nõ quaſi naturalis iniquitas ſit in nobis,ſed maiorum poſt peccata currentium ſit attrita veſtigiis. Meritoq; quia vulnus grãde ac vetus eſt & diu ſerpens,perfectioris medicinæ remedia depoſcit obſecrans vt domini legitima miſeratione curetur.Cito enim refricatur vulnus quod ſanatum medicinæ lege non fuerit,immo etiam ſeriorẽ curatio ſentit profectum . Ideoque ſi virus in interiora proſerpit,medicamenta foris appoſita non ſentit .Exigit ergo medicinæ ratio vt aut ſectione , aut aduſtione curetur . Niſi enim putrefacta recidantur , aut humor inutilis decoquatur,fruſtra medicinæ manus adhibentur ad vulnera .Ideoque bonus medicus huiuſmodi ægrum legitime dicit eſse curandum, vt poſsit medicina proficere.Lege ergo miſeretur qui cũ iuſtitia ſapiẽtiáq; miſeretur , vt ea dimittat quæ ſcit iure poſse dimitti: ne cum alterius miſeretur, ſeipſum legi faciat obnoxium.

Agag poſtquã miſeratiõe donat⁹ eſt, fecit peccare Saul. 1.Reg.15.
K Peccauit enì in ipſa miſericordia , & ideo peccauit poſt miſericordiam.Cõſideremus etiã ne & ipſum deteriorẽ faciamus cuius miſeremur iniuſte .Plerunque enim nõ coercere delinquẽtes,maioris authoritatis eſt,quã ſi vlciſcaris.Tradũtur enim in paſsiones ignominæ,qui cũ aliquid inhoneſtum cõmiſerint,nullũ culpæ precio ſerũt. Deniq; eos qui cognitorẽ deum ſuorũ ſceleribus non putabant,& quaſi ſine iudice & ſine lege viuebant , tradidit illos,inquit,deus in reprobũ ſenſum , quia elegerũt viã Roma.1.
iniquitatis,viam autem veritatis eligere noluerunt. Sed propheta qui ſyncero conuerti voluit affectu,

Viam, inquit, veritatis elegi, iudicia tua VI
non ſum oblitus.

Non poteſt hoc dicere qui errat in vano dogmate. Non poteſt Arrianus dicere,non poteſt Sabellian⁹,non Manichæus,non poteſt dicere auarus qui ſeculária & materialia cõcupiſcit,nõ poteſt dicere qui negociatur.nõ eſt enim via veritatis habẽdi ſtudiũ, cupiditas poſsidendi. Quomodo via veritatis, cũ ille diues in ſeculo nequeat ſecum ſuas trãſferre diuitias,& incipiat mẽdico illo Lazaro egẽtior eſse poſt mortẽ?Nõ eſt via veritatis honor ſeculi,ſolicitudo mundi.Denique qui viam veritatis elegit,paulopoſt dicit:Auerte oculos meos ne videant vanitatem.Vanitas temporalium eſt , veritas æternorum. Si volumus igitur ambulare viam veritatis , peregrinemur ſeculo magis quàm deo , & ambulemus per fidem. Qui enim per fidem ambulat,deo preſens eſt:qui autem
L ambulat per ſpeciem,ãdeſt ſeculo,peregrinatur à domino: ſed hic cito confunditur.Vnde refugus ab huiuſmodi viro dicit Dauid:

Adhæſi teſtimoniis tuis domine, ne VII
✝alias,noli me con fundere. confundas me.

Adhæret teſtimoniis domini , qui eius mandata non reſpuit,iudicia non obliuiſcitur,nec voluptatibus indulget ſuis. Qui adhæret dominiteſtimoniis, renunciat mũdo,ſuperiora obliuiſcitur,ad ptiora cõtendit,vt perueniat ad brauiũ,quod eſt inſigne victoriæ. Non ergo cõfunditur quẽ mundi huius illecebroſa nõ ceperint:non confunditur etiã ſi erubeſcẽda cõmiſerit,quia veniã delictorum poſcit à Chriſto.Ideoq; reſpondetur ei:Dimiſ Luc.7.
ſa ſunt tibi peccata tua,vade in pace.Sed ita non cõfunditur,ſi fuerit in eo operata peccatorũ remiſsio,vt nõ ſolum peccata,ſed etiam peccãdi affectum auferat.Iuſtitia remittit iniquitates,fortitudo timorem,temperantia impuritatem,vt nõ ſolum temporalis , ſed etiam perpetua fiat remiſsio peccatorum .Intret animam tuã Chriſtus, inhabitet in tuis IESVS mentibus,vt in tabernaculo virtutis peccato locus eſse non poſsit.

Viam, inquit, mandatorum tuorum cu VIII
✝alias, dilatãſti, curri, cum dilataris cor meum .

Neq; enim poterat viam currere,ſi cor eius coartaretur M
angustiis.Deniq; currentibus viã domini ait Apoſtolus, 2.Cor.6.
Dilatamini & vos,& nolite iugũ ducere cũ infidelibus.
Et deſe ait,Os noſtrũ patet ad vos ô Corinthii,cor noſtrũ 3.Reg.4.
dilatatũ eſt.Ideo & de Salomõe dicitur,Latitudo cordis eius,ſicut arena maris.Et vide diſtantiã, Via ſit ãguſtior cor latius,vt patris & filii & ſpiritus ſancti ſuſtineat mãſionem,ne veniat verbum dei & pulſet,& videns cordis eius anguſtias dedignetur habitare . Deniq; ſapientia in exitu canit,in plateis autem cũ fiducia agit . Plateæ latæ ſunt.Non igitur in viis,ſed in cordis latitudine ſapientia decãtat.In hoc igitur campo interioris hominis , nõ in anguſtiis mentis currẽdum nobis eſt vt cõprehendamus.Scriptũ eſt enim:Sic currite vt omnes cõprehenda 1.Cor.9.
tis.Denique cõprehẽdit qui ita cucurrit vt diceret:Cur- 1.Tim.4.
ſum cõſummaui.Cucurrit enim vt bonus equus. Siquidem habet equos ſuos Chriſtus, de quibus dicit prophe

Abacuc.3 A ta.Immiſiſti in mare equos tuos , turbantes aquas multas:eò q; gentiũ populos,qui mouẽtur vt aquæ multæ, & excitantur vt fluctus aquarum multarum, euangelizando commouerint apoſtoli,vt aſsurgentes à terrenis idolorũ ceremoniis in Chriſtũ crederẽt. Et ſupra ait : Aſcendiſti in equos tuos,equitatus tuus ſanitas. O bonorum equorũ duodeca iugum mirabile , quibus frena pacis,habenæ ſunt charitatis , conſtricti inter ſe concordiæ vinculis,& iugo fidei ſubiecti,quatuor rotis euangelii myſteriũ totius orbis finibus inuehẽtes, bonũ aurigã portãtes dei verbũ,cuius flagello fugatæ ſunt illecebræ ſeculares,exterminatus mundi iſtius princeps , iuſtorũ curſus impletus eſt. O rationabiliũ equorũ grande certamen,ô mirandũ myſteriũ,rota intra rotã currebat, & nõ impediebatur . Nouũ teſtamentũ veteri teſtamento erat,intra illud currebat per quod annunciabatur . In quatuor partes ibant rotæ,& nõ conuertebantur retrorſum,quia ſpiritus vitæ erat in iis qui currebant in quatuor partes totius mũdi,& ſine offenſione currebãt, qa bona equorum vita quadrabat . Currebant igitur equi, quia non dormiebat qui aſcẽderat equos. Animarũ igitur noſtrarum auriga Ieſus,qui nos quoq; vult aſcẽdere equos noſtros,hoc eſt, noſtra corpora , ſed vigilare ſemper,ne dicatur nobis : Dormitauerũt qui aſcẽderũt equos. Tranſeundũ eſt hoc mare impigre, vix tranſitur à vigilantibus.Si quis autẽ dormierit, tranſire nõ poteExod.15. rit,ſed demergitur vt Aegyptius,cuius & anima & corB pus interiit.Equũ enim & aſcẽſorem proiecit in mare, qui non ſequebantur legem,ſed perſequebantur.

SERMO QVINTVS.

He ה EQVITVR quinta litera He,quæ Latine ſignificat eſt,vel vt alibi inuenimus,viuit. Conuenit ſibi vtraq; interpretatio:qui enim eſt, viuit :& qui viuit,eſt.Deniq; gẽtiles non ſunt,& ideo nõ viuunt, ſed mortui ſunt . Ieſus autẽ heri & hodie ipſe eſt, & in
Heb.13. ſecula:& qui eſt,viuit . Viuo enim ego , dicit dominus. Quomodo enim poteſt nõ eſse q viuit?Viuit autẽ Ieſus, qui etiã mortuos viuificat,& vocat quę nõ ſunt,tanq̃ ea quæ ſunt.Nihil mirũ ſi domino cedit natura, vt viuificentur & mortui,& incipiãt eſse qui non erant. Et ideo quia via etiã vita eſt,ſecũdũ illũ qui ait:Ego ſum via,ve-
Ioan.14. ritas,& vita:viã quæram⁹,vt vitã habere mereamur. Audiamus ergo illũ qui viuit in Chriſto. Viuit autẽ qui ait:
Pſal.113. Sed nos qui viuimus,benedicimus te domine. In Chriſto enim Ieſu etiã quicũq; mortuus fuerit,viuit. Audiamus inquam quid dixit vt viueret.

✝alias, ponere. ✝alias, iuſtificationum. Legẽ mihi conſtitue*domine viã iuſtiC tiarum*tuarũ, & quæram illam ſemper.

Miles qui ingreditur iter,viandi ordinẽ nõ ipſe diſponit ſibi,nec ,p ſuo arbitrio viã carpit, nec voluptaria captat cõpendia,ne recedat à ſignis, ſed itinerariũ ab Imperatore accipit,& cuſtodit illud, præſcripto incedit ordine,cũ armis ſuis ambulat,rectaq; via conficit iter , vt inueniat cõmeantiũ parata ſibi ſubſidia. Si alio ambulauerit itinere,annonã non accipit, manſionẽ paratã non inuenit, quia imperator iis iubet hæc præparari omnia qui ſequũtur,nec dextra nec ſiniſtra à præſcripto itinere declinãt,meritoq; nõ deficit qui Imperatorẽ ſequitur ſuũ.Moderate enim ambulat , quia Imperator nõ quod ſibi vtile,ſed quòd omnib⁹ poſsibile, cõſiderat: ideo & ſtatiuas ordinat, triduo ambulat exercitus , quarto requieſcit die.Eligũtur ciuitates in quibus triduũ,quatriduũ & plures interponãtur dies:ſi aquis abundãt, commerciis frequẽtantur:& ita ſine labore cõficitur iter,donec ad eã vrbẽ perueniatur , quę quaſi regalis eligitur, in qua ſeſsis exercitibus requies miniſtretur.Hanc legẽ viandi eſse præſcriptã Chriſto ducẽte ſanctis cõmeantibus recognoſcas velim.Profecti ſunt enim & patres noſtri de terra Aegypti p longa ſpatia terrarũ, quorũ ſtatiuæ omnes,mãſionesq; deſcriptæ ſunt,donec Cades,id eſt,ad ſanctã terrã perueniretur. Iſtæ ſunt ſtatiuæ filio- D
rum Iſrael,quas deſcripſit Moyſes ex præcepto domini. Aduertim⁹ ergo quis has ordinauerit manſiones,quomodo ambulare oporteret filios Iſrael . Præibat enim Exo.13.
illos deus per diem in columna nubis , vt refrigeraret viantibus : noctu autem in columna ignis,vt viã oſtenderet ambulantibus,& tenebras dimoueret . Lex viarũ columna erat & ignis & nubis.Deniq; in columna nubis loquebatur ad eos:vbi volebat exercitum requieſcere à labore itineris,non mouebatur columna ignis, nec tranſibat nebula lucis . Quando autem volebat exercitum mouere,prouehebatur & columna ignis in nocte, cõlumna autem nubis in die . Ille autem columna nubis ſpecie quidem præcedebat filios Iſrael, myſterio autem ſignificabat dominum Ieſum in nube venturũ leui, ſicut dixit Eſaias,hoc eſt in virgine Maria,quæ nubes erat ſecundum hæreditatem Euæ,leuis erat ſecundũ virginitatis integritatem.Leuis erat,quæ non homini quærebat placere,ſed domino.Leuis erat,quæ nõ in iniquitate cõceperat , ſed ſpiritu ſuperueniẽte generabat,nec in delicto,ſed cũ gratia parturiebat. Aliter quoq; hanc interpretationẽ ſumere licet . Venit in nube leui Chriſtus in AEgyptum,hoc eſt,venit in ſuſceptione corporis in hoc ſeculũ.In nube venit , quem nebula corporis obumbrabat.Sed leuis erat caro , quã nulla ſua grauabant delicta. Quomodo enim peccatis grauaretur ſuis, qui auferebat omniũ peccata populorũ?Ecce,ingt Ioan Ioan.1.
nes,agnus dei: ecce qui tollit peccatũ mũdi.Ante heſternum lectũ eſt quia ſtabat Ieſus,& habebat veſtimẽta ſordida,mea enim peccata portabat . Sũpſit veſtimẽta noſtra,vt nos ſplẽdore immortalitatis indueret . Venit in Zach.3.
nube leui quaſi iuſtitia : iniqtas enim in talento plũbeo Ibidem.
ſedet,Chriſtus in corde iuſtorũ,in quibus peccata non erant.Et ideo bene dictũ eſt hodie:Quid retribuã domi Pſal.115.
no ,p omnibus quæ retribuit mihi?Pro nobis verbũ ſuſcepit carnis infirmitatẽ , ,p nobis eſuriuit , vapulabit, E
crucifixus eſt,mortuus eſt,vt nobis,in quibus ante vita ignobilis & degener habebatur,inciperet mors eſse preciosa. Sed reuertamur ad confectionẽ itineris,& ordinẽ manſionũ.Et tu ſequere ſpiritaliter hãc legẽ viandi, vt exeas ex Aegypto,& inde ,p moueas . Fige tabernaculũ in Socoth:hæc prima tibi ſtatio ſit. Socoth prima mãſio eſt,ſignificans tabernaculũ . Fige ergo tabernaculũ qđ in te eſt,mentisq; tuæ ſtationẽ cõfirma,vt radicatus atq; fundatus maneas in fide Chriſti.Sequitur manſio in Ma Exo.15.
ra,hoc eſt in amaritudine.Nõ oẽs mãſiões equales ſunt. Inde ventũ eſt in Helim,vbi fontes duodecim ſunt , & ſeptuaginta arbores palmarũ. Poſt amaritudinẽ, ne populus deficeret,debuerunt amœna & fœcũda ſuccedere.Inde Raphidin,qđ eſt laudatio iudicii,inde ſequitur Sina habẽs in ſe populi tentationẽ,& legis ,p mulgationẽ.Variãtur merita manſionũ, qa nulli iugis in hoc ſeculo viuendi poteſt eſse ſucceſsus.Bonus igitur Impera
tor alibi mãna eſurienti populo miniſtrauit, alibi potũ F
de petra fluere,quo ſitim populi reſtingueret, anguſta ,puiſione præcepit , alibi legẽ dedit,alibi triũphos donauit,vt his beneficiis fotus exercitus nullũ ,plixi itineris ſentiret laborẽ. Itaq; in illo populo typus fuit, in nobis veritas.Nos igitur cõmittamus iter noſtrũ ductui domini Ieſu,qui legẽ primo introduxit, & antea per Ieſum terram repromiſsionis in poſſeſsionẽ populo ſuo dedit . Sed etiã quando Moyſes videbatur ductor eſse, aderat illi Ieſus,aderat illi autẽ nõ palam,nec aperte ductorẽ aut principẽ populi eſse gerens.Expectabat enim donec Moyſes tẽpus expleret ſuũ , quo cõpleto ſucceſſit Ieſus.Itaq; ſi conſideres ſcripturã dicentẽ , Erũt dies eorum anni centũ viginti : videbis myſteriũ plenitudi- Gene.6.
nis temporũ ex centum viginti annis, poſt quos & Moyſes in monte requieuit, & Ieſus manifeſte mãſionis ſuæ cœpit principatũ, vt iã nõ ſub legis timore ſit populus, ſed reſuſcitatus à mortuis fructu vitæ fruatur æternæ.

G Ambulemus igitur ſecundū legis doctrinam, via nobis
2. lex dei ſit. Hanc viam ambulans eccleſia dicit. Ego flos
campi, & liliū conualliū, ſicut lilium in medio ſpinarū.
In totam enim terram fides populi credentis exiuit, &
in ſpatioſo poſuit pedes ſuos Chriſtus. Et ideo pulchre
ait florem ſe eſſe campi. Flos erat etiam Paulus, qui di-
2.Cor.2. cebat: Bonus odor Chriſti ſumus deo. Et vere flos, qui
poterat noua & vetera de ſui cordis proferre theſauro.
Pulchre etiā liliū dicitur eccleſia. Sicut enim lilium ful
get, ita etiā ſplendent opera ſanctorū. Pulcherrime etiā
dictum eſt lilium conuallium, quia in humilibus magis
elucet gratia. Sed hoc lilium in medio ſpinarū, hoc in-
ter Iudæos & hæreticos, hoc inter ſolicitudines huius
ſeculi, quæ mentē hominis animumq; cōpungunt. Poſ-
ſumus etiā aliter accipere, quia ſicut lilium inter ſpinas
eminet, ita ſuper omnes conuētus eccleſia dei refulget.
Refert etiā conſiderare quòd hoc lilium ſplendore circū-
fuſum ſit, intus autem quod habet, rubeum ſit, boni
& ipſum odoris, eō quòd caro Chriſti velut morali di-
uinitatis claritudine circūſepta, cælestis habuerit pro-
Cant.5. tectionem gratiæ. Deniq; in poſterioribus ait: Frater-
nus meus candidus & rubeus. Candidus claritate divi-
na, rubeus ſpecie coloris humani, quē ſacramēto incar
nationis aſsumpſit. Meritoq; & ipſum quod eſt rubeum
bene olet, quia caro Chriſti ſine peccato eſt, quā perfidi
H contrectātes manus ſuas inquinauerūt, ſancti veneran-
tes pietatis odore fragrarūt. Accepit hunc odorē domi-
nus Ieſus fragrantis eccleſiæ ſuæ, & ait: Ecce proxima
Cant.2. mea bona. Et eccleſia dicit ad Chriſtū: Ecce bonus fra-
ternus meus, ecce es bonus tanq̄ malum in lignis ſiluæ.
Huiuſmodi pomum odorem gratū habet, vt cæterorū
pomorum fragrantiam vincat. Chriſtus ergo affixus ad
lignum ſicut malū pendēs in arbore, bonū odorē mun-
danæ fundebat redemptionis, quę peccati grauis deter-
ſit fœtorem, & vnguentum poſitus vitale effudit. Tanq̄
malum, inquit, in lignis ſiluæ, ita conſobrinus meus in
medio filiorum, eō quòd ſuper prophetas & apoſtolos
intima corda hominum verborū ſuauitate mulcebat.
Sed non ſolum odor, verumetiam cibus ſuauis in ma-
lo eſt. Ergo cibus ſuauis eſt Chriſtus. In vmbra, inquit,
eius concupiui & ſedi. Legē enim acceperat, hanc ſeque
batur, hanc currebat viā. In lege itaq; requieſcēs, in vm
bra Chriſti requieſcebat. Bona vmbra quæ nos ab ini-
quitatis ſole defendit. Cui autem dubium quod lex dei
vmbra ſit Chriſti? Quid eſt lex diei feſti Neomeniæ, ſab
batorum, niſi vmbra futurorum? Qui dies ſecundum
legem Moyſi, vt videā ſex dies, & iterū ſeptimum diem,
& ſic perpetua ſecula? Qui menſis ſecundū legē Moyſi,
vt ſciens menſem, ſciam primā menſis Neomeniam, &
vera ſancta in Neomeniis offerenda? Qui ſecundū legē
Exo.21. Moyſi annus, ſex illis diebus conſtat de quibus ait: Sex
annis ſeruiet Hebræus, & ſeptimo anno liberabitur: vt
I inueniantur ſex anni quibus aliquis operatur terrā, ſe-
ptimo autem anno remittit illā proſelytis, & pauperi-
bus, & beſtiis terræ? Qui ſeptimus annus, quo conce-
duntur debita omnia Hebræis? In hac vmbra requieſce
bat patrū fides, prophetarū ſancta deuotio. Dicit ergo
congregatio religioſa, vel ſancta anima: In vmbra eius
concupiui & ſedi. Vmbra eius eſt iubileus annus. Quis
enim eius myſtica videt, vt facie ad faciem cognoſcat,
quę anno quinquageſimo cōpleda lege preſcripta ſunt?
Vmbra ſunt dies feſti ſecundū legē primo menſe, de-
cima mēſis vſq; ad quartādecimā, & inde vſq; ad vicesi-
mamprimam menſis. Quæ vmbra eſt celebritas illa in-
ter primū & ſeptimū menſem, in tēpore illo anno quin
quageſimo qui iubileus dicitur? Vmbra eſt ſanctifica-
ta libertas in ſabbato. Vmbra eſt dies feſtus ſeptimi
menſis Neomeniæ, & memoriale tubarū ſeptimi mēſis,
dies decimus, dies propitiationis. Vides quia monas &
decas duo feſti dies. Item quintuſdecimus dies, dies ta-
bernaculorum per octo dies. In vmbra hæc omnia. In
K vmbra prima dies vocata, & octaua dies vocata in vm-
bra, quæ in ſcenophegiis præſcripta ſecundū legē. Con
ſtitue mihi aliquos ex circūciſione credētes, in lege do-
ctos obſeruātiæ ſolicitæ viros, & nūc euangelii agnitio-
ne illuminatos, ſpiritali ſaginatos gratia: Dicit in his ec
cleſia quæ videt Chriſtū, quæ ſponſum recipit, quæ cibo
eius paſcitur: In vmbra eius cōcupiui & ſedi, & fructus
eius dulcis in faucibus meis. Qui fructus eius dulcis niſi Pſal.126.
prædicatio dominicæ paſsionis, vt ipſe ait: Ecce hæredi-
tas domini, filii mercedis fructꝰ vētris? Qui enim dulcior
fructus poteſt eſſe in faucibus noſtris, q̄ remiſsio pecca
torum? Et bene flos eſt eccleſia, quæ fructū annunciat, Luc.1.
hoc eſt, dominū Ieſum Chriſtum, de quo dictum eſt Ma
riæ: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus
ventris tui. Ergo vbi guſtauit fructum ſuauitatis, impa- Cant.2.
tiens ad pfectiora feſtinat dicens: Introducite me in do-
mum vini, conſtituite me in dilectionē, cōfirmate me in
vnguentis, ſtipate me in malis, quia vulnerata charita-
tis ego ſum. Læua eius ſub capite meo, & dextera eius
cōplectetur me. Adiuraui vos filiæ Hieruſalem in virtu
tibus & fortitudinibus agri, ſi ſuſcitaueritis & reſuſcita
ueritis dilectionē vſq; quo voluerit. Merito quærit eum,
merito deſiderat, quia bene omnia in occurſu atq; itine
re diſpoſuit imperator noſter. Primū omniū, fidei fun-
damento tabernaculū hoc confirmandū putauit. Dein L
de ſi qua eſt nobis aſpera atq; arida & prærupta māſio,
imperator tamē iſte turbata diſcernit, arida irrigat, de-
ſerta fœcūdat. Si quid amaritudinis, ſi quid tentationis,
ſi quid infirmitatis eſt, ductor noſter & amara tēperat,
& ſolicita mitigat, dura diſſoluit, & inualida cōfirmat.
Sicubi vult requieſcere rex terræ exercitū ſuū, nō ignō-
bilem vicū, non cōmeatibus indigentē, non arenoſa &
nuda gignentiū, ſed vrbē ædificiis nōbilē, refertā & vbe
rem copiarum, aut agrū amœnum & virentem paſcuis,
aut nemoroſa & cāpeſtria ſtatiuis opportuna decernit.
Ergo ſi reges terræ norūt commoda præuidere ſequen-
tibus ſe, quanto magis deus qui bonus eſt, nouit quēad-
modum profutura diſponat diligentibus ſe? Ac primū
ſi incognitū carpendū eſt iter, duces eligūtur viarū, qui
præcurrāt agmini. Sed hoc imperatores iſti iniuriоſum
ſibi arbitrātur: Deus autē præibat cum Hebræi facerent
iter. Deniq; in columna nubis loquebatur ad eos. Et vt
ſcias quia præibat: Deus, inquit, præibat illorū iter, die Pſal.98.
quidē in columna nubis oſtendens illis viā, noctu autē Exo.13.
in colūna ignis, & nō deficiebat colūna nubis inter diē.
Hanc præcedentē nubis colūnam ſequens eccleſia, non
deficientē, ne ipſa deficeret, vmbra eius refrigerabatur, Cant.2.
& ideo dicit: In vmbra eius concupiui & ſedi, & dulcis
eius fructus in faucibus meis, q̄a à domino paſcebatur,
& deducta in locū paſcuum, & aquā refectiōis. Introdu M
cite me in domū vini. Ab his copiis præparatis quærit
progredi ad aliā manſionē, in qua myſteriorū gratiam,
& lætitiæ capiat ſuauitatē. Hinc quoq; promouens verū
iter, ait: Conſtituite in me dilectionē. Bona ſtatiua, vbi
plenitudo eſt charitatis. Confirmate me, inquit, in vn-
guentis, ſtipate me in malis. Habes alias manſiones, ad
quas eccleſia cum delectatione ſuccedit. Iſtæ manſio-
nes ſunt crucis Chriſti & ſepulturæ, in quibus vulne-
rata eſt eccleſia, ſed vulnere charitatis. Vulnus enim eſt
quod Chriſtus excepit, ſed vnguentū eſt quod effudit:
Pomum eſt quod pependit. Hoc pomum guſtauit ec-
cleſia, & ait: Et fructus eius dulcis in faucibus meis. Et
vt ſcias quia pomum eſt dominus, legiſti ſupra: Tanq̄
malū in lignis ſyluæ, ita conſobrinus meus. Nos quoq;
vulnus fatemur cum prædicamus Chriſtū crucifixum,
ſed bonus odor ſumus deo, q̄a crux Chriſti Iudæis ſcan 1.Co
dalum, Græcis ſtultitia, nobis autem virtus dei atq; ſa-
pientia eſt. Hoc vulnere eccleſia vulneratur, cum ſalua
toris ſui prædicat mortem, ſed hoc vulnus eſt charita-
tis. Deniq; qui non credit, negat: qui diligit, confitetur.
Manichæus negat, Chriſtianus fatetur, & ideo ſcriptum

A eſt: Vtiliora vulnera amici, q̄ volūtaria oſcula inimici.
Prou.27. Pulchre ergo dicit eccleſia, quia vulnerata charitatis e-
go ſum. Nudemus membra noſtra bono vulneri, nude-
mus ſagittæ electæ. Sagitta hæc, Chriſtus eſt, qui dicit:
Eſa.49. Poſuit me ſicut ſagittā electam. Bonū eſt ergo hanc vul
nerari ſagitta, nō mediocris māſionis iſte pceſsus, non
omnes poſsunt dicere q̄a vulnerati ſunt dilectione. Di
cebant apoſtoli cū pro Chriſto lapidarētur, & Chriſtū
prædicarent. Dicebat Paulus cū ter virgis cæderetur, &
die ac nocte Chriſtū adorandū gentibus diſputaret. Di
cunt hoc martyres, qui vulnerātur pro Chriſto: & quia
vulnerari pro eius meruerūt nomine, plus diligūt. Ad
hanc ergo veniēs manſionē eccleſia, ad hūc proceſsum
vt p Chriſto filios ſuos offerat, vt excipiat vulnera cha
ritatis, quaſi bona fidei alimēta reperiēs, pietatisq; fru-
ctus, guſtauit ipſa, & hortari cœpit cæteros, dicens: Gu-
ſtate, & videte, quoniā ſuauis eſt dominus ſicut malū:
Pſal.33. Et in malo vulnus eſt, ſed tamen ſuaue eſt. Venit iterū
ad vallem Botrionis, vidit ingentis vuā magnitudinis,
quam duo portare vix poterāt, vnus q̄ præcederet, alius
qui ſequeretur. Guſtauit myſterium in Ieſu Naue, guſta
uit in Chaleb, qui dicebant populo: Vidimus terrā pro-
Nume.13. fluentem mel & lac. Guſtate & videte quoniam ſuauis
eſt dominus. Et addidit eccleſia dicere: Læua eius ſub ca
Canti.2. pite meo, & dextera eius cōplectetur me. Adiuraui vos
filiæ Hieruſalem in virtutibus & fortitudinibus agri, ſi
ſuſcitaueritis & reſuſcitaueritis charitatem vſq; quo vo
B luerit. Et iſtæ manſiones ſunt via regali incedētis eccle
ſiæ. Multæ enim ſunt manſiones apud patrē meum: te-
ſtificatur dominus Ieſus: ecce venio & accerſio vos. Bo
na manſio ſapientiæ, & ſiue in læua eius, ſiue in dextera,
bona manſio, quia via regalis eſt. Ideoq; ſapiētes nuncii
dicunt: Via regali ibimus, non diuertemus in dextera
neq; ſiniſtra, quoaduſq; tranſeamus terminos tuos. Hoc
dixerūt miſsi à Moyſe nuncii ad regem Edom, hoc eſt,
terrenum, quia terrena omnia, ſiue in dextera, ſiue in
ſiniſtra, mala ſunt. Mala māſio inſipientia, mala man-
ſio intemperantia, & ideo pertranſis has māſiones. He-
bræus, nō diuertit ad eas, ſed pertranſit vt perueniat ad
ſiniſtrā ſapientiæ & dexterā, & in ipſis maneat, vbi diui-
tiæ ſimplicitatis, vbi gloria, vbi longitudo vitæ eſt. Lon
Prouer.3. gitudo enim vitæ in dextera eius, vt ait Salomon: in ſi-
niſtra autem eius diuitiæ & gloria. In dextera vita eſt,
in ſiniſtra requies. Vtinam ſuper ſiniſtrā eius requieſcā,
Ezech.13. ne quæram ceruicalia. Væ enim iis qui aſsuunt ceruica-
lia: Ezechiel dicit. Has māſiones præparat eccleſiæ ſuæ
Prouer.3. bonus ductor, & per vias ſapientiæ dirigit iter eius. De-
niq; laudat ſapiens vias eius. Viæ eius viæ bonæ, & om-
Roma.13. nes ſemitæ eius in pace. Sed quia ſapiētia, honeſtas, cla-
ritas, ita perfecta ſunt, ſi habeant charitatē, (Plenitudo
enim legis, charitas eſt) ſuſcitari & reſuſcitari vult cha
ritatem. Suſcitari in veteri teſtamēto, reſuſcitari in no-
1.Ioan.4. uo. Charitas deus eſt, vt legimus, charitas Chriſtus eſt.
C Suſcitatur vt leo, & catulus leonis, vt Iudæ aſcendat ex
germine. Reſuſcitatur vt dormiens, vt recumbens: quia
nō humana, ſed ſua & patris maieſtate eſt ſuſcitatus à
Gene.49. mortuis. Vnde ait ſcriptura. Quis ſuſcitabit illum? Non
enim poterat illū aut angelus, aut poteſtas ſuſcitare alie
na, cū ipſe alios reſuſcitaret. Ergo cū hic dicit: Si ſuſci-
taueritis aut reſuſcitaueritis charitatem vſq; quo volue
rit: de iis dicit qui reſurrectionē eius poſsūt cōgrue prę-
dicare, vt audiētibus ardorē fidei & deuotiōis accendāt.
Vel ſuſcitatur Chriſtus in iis qui primū accedūt, reſuſci
tatur in iis qui poſtq̄ acceſserint, dormierunt. Dormit
ergo Chriſtus negligentibus, ſuſcitatur in ſanctis. Ha-
bet ergo eccleſia per quę gradiatur habitacula māſionū
in quibus requieſcunt ſancti, de quibus iſte eſt qui dicit:
Legem mihi conſtitue domine viā iuſtitiarum tuarum.
Bene ait, Statue, vt in pectore eius immobilis & fixa p-
maneat, nec aliquo ſeculi turbine ab eius conuellatur
affectu, vt ipſe lex ſit ſibi, opus habens legis ſcriptum in
corde ſuo. Et quæram, inquit, illā ſemper. Non eſt enim D
mediocre quod requiritur paradiſi gratia, dei regnū, an
gelorū conſortiū, immortalitatisq; domiciliū. Non er-
go vno die quæritur, nec duobus, aut paucis menſibus,
ſed quęritur ſemper, & quęritur per omnia, vt meritorū
multa concurrāt ſuffragia. Παντὸς enim & omne tē-
pus ſignificat, & per omnia. Cum dicit igitur, quæram,
ſine fine dicit eſſe quærendum. Sed nō ſatis eſt quærere,
niſi intelligas quod requiris. Ideoq; ait.

Da mihi itellectū, & perſcrutabor legē II
tuā, & cuſtodiā illā in toto corde meo.

Quærendū primū, deinde intelligendū pſcrutandūq;
legis omne myſteriū, & in corde cuſtodiendū. Quis au-
tem poteſt cuſtodire legē dei, niſi intellectū acceperit?
Qui autē intelligit & ſcrutatur, ſcrutādo in ſemitā mā-
datorū deducitur. In quo illud aduertendū, q̄a lex eſt iu
ſtitia, mandatū iudiciū. Sicut & in hac litera legim9: eſt
legis via, ſtare in viis legis. Eſt via iuſtitiarū, ſecundum
primū verſiculū. Eſt ergo & teſtimoniorū via. In via te-
ſtimoniorum tuorū delectabar. Eſt & via mādatorum.
Viam mandatorū tuorū cucurri. Interrogem9 ergo has
vias, vt dicatur nobis, State in viis legis, & interrogate
ſemitas eternas, & videte quę via melior, & ambulate in
ea. Cum oēs igitur ambulauerim9 vias, veniemus in o- Ioan.14.
mnium finē viarū, qui ait: Ego ſum via. Chriſtus ergo fi Roma.10.
nis viarū, ipſe eni eſt finis legis ad iuſtitiā omni creden-
ti. Hinc audeo dicere, quia finis iuſtitiarū Chriſtus, q̄ eſt Eſa.43.
iuſtitia: finis teſtimoniorū Chriſtus, de quo dictum eſt:
Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit dominus, & puer
meus quē elegi. Aduertimus igitur quantū nobis ambu E
landum ſit vt veniamus ad Chriſtū. Ambulandū in le-
ge, q̄a finis legis Chriſtus eſt. Sine lege ergo non pueni-
tur ad Chriſtū. Vnde manifeſtū eſt quod hæretici q legē
veteris nō accipiūt teſtameti, etſi dicāt quod Chriſtū te-
neāt, tamē nō poſsunt tenere finē q̄ initiū nō tenuerūt:
Ipſe eſt Ieſus, initiū & finis. Oportet igitur vt ambule-
mus ſecundū legē ſpiritalē, vt veniamus ad legis finē do
minū Ieſum. Oportet vt ſequamur teſtimonia, vt perue
nire poſsimus ad magnū teſtimoniū dominū Ieſum. O- Mat.5.
portet etiā vt in præceptis domini ambulemus, vt perue
niamus ad magnū præceptū, de quo legiſti: Dictum eſt
antiquis, nō occides: ego autē dico vobis, hoc eſt, ſuper
omne præceptū dico. Itaq; nō vſurpatorie dixerim, ſed
vere, q̄a ſicut ſancta ſanctorū, ita præceptū eſt præcepto
rum. Sed vt iſta ſeruare poſsimus, intellectū petamus à
domino. Intelligamus quid ſit circunciſio. Circuncidit
Ieſus petriniis gladiis, & abſtulit opprobrium Aegypti
à filiis Iſrael. Petra, Chriſtus eſt. Circuncidat te verbum 1.Cor.10.
dei, & gladius oris eius, & ſic Aegypti carebis oppro-
brio. Non igitur corporis, ſed cordis intelligēda eſt cir-
cunciſio. Si intellexeris legem, ſeruabis eā in corde tuo. F
Iudæus in corde legē non ſeruat, ſed labiis legē recitat,
& legem ignorat. Deniq; populus hic, inquit, labiis me Mat.15.
honorat: cor autē eorū lōge eſt à me. Quomodo poteſt
legem tenere, qui longe eſt à legis authore. Tertius ver-
ſiculus quid habeat, conſideremus.

Deduc me in ſemita mandatorum tuo III
rum, quoniam volui eam.*

*alias, q̄a ipſam vo lui.

Quis hoc dicit, niſi qui ſequitur Chriſtū? Non poteſt
alius hoc dicere, niſi qui illud exequitur qđ ſcriptū eſt:
Poſt dominū deum tuum ambulabis, & ipſi adhærebis,
quia ipſe te deducit. Quomodo deducat audi. Niſi qui Matt.16.
tulerit crucē ſuam, & poſt me ſecutus fuerit, non eſt me
dignus. Præcedit ergo Chriſtus, vt nos ſequamur, præ-
cedit verbū. Principium Chriſtus eſt, ideo ſapientia di-
cit. Dominus creauit me principiū viarū ſuarū. Aduer-
timus quod & principiū Chriſtus, & finis viarū ſit. Non Eccli.24.
vereor ne quis dicat, creatū ergo Chriſtū aſseris? Reſpō
debo, ita creatū dico, quēadmodum factū legi, hoc eſt,

G factum ex muliere,factũ ſub lege,hoc eſt, ſecũdũ ſuſceptionem carnis creatũ,ſecundũ quod eſt natus ex virgine. Creatus eſt,vt redimeret creaturas:homo factus eſt, vt homines à morte perpetua liberaret. Creatus eſt, vt vias mihi demõſtraret æternas,quibus homo redire poſſit ad dei regnum. Ergo quia principium eſt viarũ dei, hoc principiũ ſequamur. Prius viam noui ingreſsus eſt teſtamenti,vt viam deuotionis ſterneret nobis. Si ieiunamus,ante nos ille ieiunauit:ſi pro nomine eius ſuſtinemus iniurias,prius ille ſuſtinuit pro noſtra redẽptione. Ceruices ſuas poſuit in flagella,maxillas ſuas in palmas,aſcendit crucem,vt doceret mortem non eſse metuendam. Deniq; quaſi præcedens ait Petro: Tu me ſequere. Et ideo Petrus curſum conſummauit, quia ſecutus eſt Chriſtum. Sequitur verſus quartus.

Ioan.21.

IIII Inclina cor meũ in teſtimonia tua, & non in auaritiam.

Vtilitatem alii habẽt,& puto quod ideo mutatum ſit, quia vtilitas bonæ rei videtur eſse expetenda potius q̃ declinãda. Sed quia pleriq; lucrum pecuniarũ vtilitatẽ ſuam putant eſse,ideo ſi legimus vtilitatẽ, non animæ vtilitatẽ accipere, debemus prophetã declinare,ſed vti

H litatem pecuniæ. Sanctus enim lucra iſta nõ nouit, ſed omnia hæc detrimentum arbitratur, vt Chriſtum lucretur,& recte. Quod enim putam⁹ lucrũ eſse pecunię, damnũ eſt animæ,quia virtutis eſt detrimentum. Ergo ſecundũ eos qui ita acceperunt, vt optet propheta inclinare cor ſuũ in teſtimonia,& nõ in auaritiã,& nos congruimus aſenſu: atq; vtinã precem ſancti ſequentes & oremus quod ille orauit:& qđ oramus, imitemur effectu. Quid enim mihi prodeſt ſi orẽ vt auertat cor meũ deus ab auaritia,& ipſe diebus ac noctib⁹ pecuniæ quæram compendia? Si oramus ſermone, compatiamur & mente. Audit ſenſum noſtrum Ieſus,& cognoſcẽs duobus iſtis non conuenire,ſermoni,& cupiditati, non exaudit loquentem. Et ideo qui bene volebat orare, dicebat: Orabo ſpiritu, orabo & mẽte: pſallam ſpiritu, pſal

1.Cor.14. lam & mente. Ita magis audit orãtem,ſi aſpernetur auaritiam. Sed quia inualidi ſumus, & plerunq; volentes auertere cor noſtrum à pecunia,vel auro, vel argento, capimur aſpectu,& agrum aut ædificium videntes alienum concupiſcimus,bene addidit propheta dicens.

V Auerte oculos meos ne videant vanitatem,in via tua viuifica me.

Etenim qui in via eſt dei, vanitates non aſpicit. Via perfecta Chriſtus eſt. Qui igitur in Chriſto eſt,quomodo poteſt vanitates aſpicere, cum Chriſtus in carne ſua

I omnes mundi huius crucifixerit vanitates? Auertamus igitur oculos noſtros à vanitatibus,ne quod oculus viderit,animus cõcupiſcat. Myſtica enim differamus interim. Vtinam hac interpretatione poſsimus reuocate ad diuerſa Circenſium ludorum atque theatralium ſpectacula feſtinantes. Vanitas eſt illa quam cernis. Pantomimum aſpicis,vanitas eſt. Luctatores aſpicis, vanitas eſt,quia cernis eos de viridi luctãtes corona. Illi enim veri ſunt luctatores,qui aduerſum huius ſeculi luctãtur illecebras. Non capiat oculos tuos palæſtra membrorum. Et quos currẽtes aſpicis,vanitas eſt: quia vane currunt,qui aſcendentẽ ſaluare nõ poſſunt. Deniq; recurſus ipſe te doceat quia vane currũt,qui nõ directũ conficiunt iter,obliuiſcentes ſuperiora,& ea quæ poſteriora ſunt appetẽtes. Ante nos eſt Chriſtus, ante nos brauiũ eius,ad quod puenit qui nõ in incertũ cucurrit,nec reuocauit curſum ſuũ,ſed ſcitauit. Ad hũc dirige oculos tuos,auerte ab ſpectaculis, auerte ab oi ſeculari põpa. Sicubi populares cognoueris plauſus, auerte oculos tuos ab his,inflecte,deprime,& ſerua eos,vt erigas melioribus. Erige ad cælum, vel nocte ſtellarum monilia,orbem lunæ decorum,vel die ſolem aſpice, Specta mare, tertã circũſpice, vt opere facta diuino omnis creatura K te paſcat. Quæ formarũ gratia in ipſis beſtiis? Quantus decor in homnibus? Quanta in auibus pulchritudo? Hæc intuere, & non videbis iniquitatem & cõtradictionẽ ĩ ciuitate. Hæc vide,& nõ introibit mors p feneſtras Matti.9. oculorũ tuorũ. Si videris mulierẽ ad concupiſcendum eam,intrauit mors per feneſtrã. Si videris poſſeſsionẽ minoris aut viduæ,& concupieris eripere eam: intrauit mors per feneſtram. Si videris aliena monilia, aurum, argentũ,& cõcupieris vt extorqueas: intrauit mors per feneſtram. Claude ergo hanc feneſtrã,cum videris alienæ mulieris pulchritudinẽ,ne mors poſsit intrare. Ocu li tui ne videant aliena,nec lingua peruerſum loquatur Tuam ergo feneſtram claude,ne morti pateat intranti. Sed etiam alienam feneſtram caue. A feneſtra enim domus ſuæ intrat fornicaria. A feneſtra ſua intrat,cum aliquem petulãtis oculi tentat laſciuia. Exclude igitur hãc feneſtram verbi oſtio, ne capiaris oculis meretricis,& arripiaris palpebris. Sed non eſt vna feneſtra per quam mors conſueuit intrare. Eſt & feneſtra verborũ per quã ſermones cõmeant meretricis. Et ideo te ab aliena vxore cuſtodi,ne te ſermonibus gratioſis adoriatur: A feneſtra enim domus ſuæ intrat. Intrat mors per oſcula: & ideo caue,ne te laqueis labiorum ſuorum alliget. Intrat mors ſi meritrix te oſculetur. Intrat mors ſi cito acquieſcas loquenti. Intrat mors ſi loquaris. Intrat mors ſi L multum loquaris. Multiloquio enim peccatum incurritur. Intrat mors etiam ſi non loquaris, & Chriſtum timeas confiteri. Ore enim confeſsio fit ad ſalutem. Intrat mors etiam per cauernas aurium,& ideo aures ſunt ſpinis ſepiendæ,vt illecebras meritricii ſermonis exclu das. Hæc moralia. Sunt etiam myſtici oculi, quos auertere debeas à vanitate. Eſt enim & ſenſuum vanitas, quam oculi animæ tuæ videre nõ debeant, quia illi eam vident quos Apoſtolus damnat. Cognoſce quæ ſit vanitas ſenſuum,quam oculi tui myſtici videre nõ debeant. Vnde ipſo magis authore diſcamus quæ vanitas,& qui oculi ſint. Manifeſtum eſt enim eſse pleroſq; qui vanita te ſenſus obſcurati ſunt corde, & alienati à vita dei pro Ephe.4. pter ignorãtiam quæ in ipſis eſt,propter cæcitatem cordis eorũ: illos tamen gentes Apoſtol⁹ dicit. Ignoret igitur gẽtilis ille quod nõ didicit,ignoret qđ non credidit tibi ignorare nõ licet quod cõfiteris. Chriſtus nõ in vanitate venit,ſed in virtute: nõ in ãtiquitate,ſed in noui tate: nõ inflauit ſenſum hominis,ſed viuificauit: nõ cæcitatẽ cordis,ſed illuminationẽ mentis operatus eſt. Inflã mauit cor tuũ,vt cõprehendas quæ mandatorũ cæleſtiũ ratio,quæ animæ ſubſtantia, quæ vitæ futuræ gratia, in quo ſtatu poſt hæc erimus. Erige igitur mentẽ, vtere naturali ingenio. Ad imaginẽ dei factus es,vt ſuperna aſpicias,& terrena non quæras. Noli curuare ceruicem tuã mundi premendam pondere,noli inhiare auro atq; argẽto,ne te ſeculi vinculis alligandum præbeas. Ideo dixit dominus: Nolite poſsidere aurum atq; argentum,ne nos auri atq; argenti cupiditas auara poſsideat. Noli er M go inſerere collum tuũ diaboli laqueis. „Strangulat auaritia pauperẽ in hoc ſeculo,ſed in ppetuũ dies ſuis laqueis ſuffocatur: cuius ſenſus in vanitate eſt,in tenebris ãbulat,qui in iis laborat, quæ ſibi prodeſse non poſsint Vanitas eſt ſolicitudo vitæ huius. Vnde non in crapula & ebrietate,non in deliciis corporis,ſed in cognitione præceptorum cæleſtium delectationẽ noſtram debem⁹ ponere. In vanitate currit,qui ſibi ſucceſsibus videtur affluere ſeculatibus,qui tanq̃ vmbra prætereunt. Auerte igitur oculos tuos,ne vanitatem videant. Sed nõ ſatis eſt vt tu auertas,ne forte velis & non poſsis, ſi effundat tibi diabol⁹ vanitatum ſpectacula,incentiua inſerat voluptatum,pete vt dominus auertat oculos tuos. Et hæc gratia dei, & hoc munus eſt domini, vt oculos animæ noſtræ à negociis mundi huius auertat. Beatitudo enim Pſal.39. omnis à domino eſt. Beatus autem vir, cui nomen

A domini ſpes eius,& nõ reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Qui nõ reſpicit hæc, beatus eſt: qui autẽ reſpicit, inſanus atq; furioſus eſt: & ideo reſipiſcat vnuſquiſq; à furore ſeculariũ cupiditatũ, quæ ita mentẽ animũq; pturbãt, vt cõpos ſui eſse nõ poſsit. Si in nauigio fluctuãte ſis conſtitutus, auertis à ſentina oculos, ne vomitum moueat tibi. Si in ciuitate ambulãs aliquid fœtidi odoris offendas, longe refugis atq; declinas. Si quid ocurrat quod horreat oculus tuus, clauditur aut auertitur. In ſalo ſeculi huius fluctuas, influit ſentina vitiorũ. In hoc nauigio tui corporis mouetur æſtus cupiditatũ, & non auertis oculos animæ tuę ne videant ſentinã libidinum, ne aſpiciãt mũdi huius ſtercora, ne fœtor immũdus nares repleat tuæ mẽtis, in quibus ſpiritus ſanctus eſse cõſueuit, vt poſsis dicere: Spiritus diuinus qui eſt in narIob.27 bus meis. Nares igitur animæ tuæ à fœtore auertãtur criminũ diuerſorũ. Eſt enim in his velut quoddã inſigne

Cant.7. iudicii. Vnde dicitur ſponſæ: Nares tuæ ſicut turris Libani, „ſpiciens faciem Damaſci: eò q̃ vnguentum veri ſacerdotis quod deſcẽdit de capite in barbã, hoc eſt, odor ille diuinus, odor gratiæ ſpiritalis, qui de patre in Chriſto erat, & ſacramẽto incarnationis, deſcẽdit in terras, vt omnia ſuſo replerẽtur vnguẽto, emineat præcelſi poteſtate iudicii, & nares repleat animæ, vt bene olentia diſcernat,& fœtida,ſuauia ſanctorũ qui poſsunt dicere:

2.Cor.2. Chriſti enim bonus odor ſumus deo, à fœtidis peccato-

B rum. Hæ ſunt nares ſicut turris Libani præcelſæ ſupra mundũ,& ideo proſpicit faciẽ Damaſci, gentilẽ ſcilicet populũ, odorans fidẽ eius, cuius gratia delictorũ ſuorũ detergit fœtorem. Facies igitur Damaſci, fides eſt gentium nullo obumbrata amictu, nullo adoperta veſtitu, nuda ac libera, cælo magis intenta q̃ terris. Hanc ſpeculantur & proſpiciũt nares eccleſiæ, quòd ſuaue in ea & odorũ eſt aſpirationis & gratiæ colligentes. Et bene nares eius ſicut turris Libani, quia in ſacrificiis odor ſuauis eccleſiæ eſt, in quibus eſt boni odoris hoſtia, remiſſio peccatorũ. Sume igitur has nares ô homo, vt à graue olentibus florulẽta ſecernas, vt tũc viuificabit te dominus. Cũ enim aduerterit quod de ipſo petis, vt auertat oculos mentis tuæ à vanitate, cooperatur animæ tuæ vt ſi ſpecie aliqua capitur, aut duritia & infirmitate nõ flectitur, flectat eã iugo verbi, & habenis ſuis regat, vt voluntate dei abducatur à vitiis, & vitæ odorem capiat æternæ. Non enim hæc vita perfecta eſt, ſed hęc vita in vmbra eſt. Ideo vt homo Chriſtus IESVS ex virgine naſceretur, obũbrauit virtus altiſſimi matrẽ profuturam, quia in vmbram deſcendit, ab vmbra incipiens operari ſalutẽ hominis, & conſummaturus claritate ſolis æterni. Vmbra eſt ergo vita hæc, feſtina ad ſolẽ, vt te defen-

C dat ab vmbræ huius frigore, & calorem tibi profundat

Mat.24. æſtiuũ. Et ideo ſuadet orãdum ne fiat fuga noſtra hyeme vel ſabbato, non tẽpus diemq; ſignificãs, ſed frigere nos meritis prohibẽs, & bonorũ operum eſse ieiunos. Diſce nũc quemadmodum auertat oculos eius cui miſereatur dominus, à vanitate, Ex iis enim quæ ſequũtur, hoc intelligere poſsumus. Subiecit enim:

VI Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

Pſal.110. Initiũ eſse ſapiẽtię timorẽ domini dicit „pheta. Quid eſt autẽ initiũ ſapientiæ, niſi ſeculo renũciare? Quia ſapere ſecularia, ſtultitia eſt. Deniq; ſapientiã huius mũdi,

1.Cor.1. ſtultitiã eſse apud dominũ, Apoſtol⁹ dicit. Sed & ipſe timor domini niſi ſecũdũ ſcientiã ſit, nihil prodeſt, immo obeſt plurimũ. Siquidem Iudæi habẽt zelũ dei, ſed quia nõ habent ſecundũ ſcientiã, in ipſo zelo & timore malo rẽ contrahunt diuinitatis offenſam. Quòd circuncidũt infantulos ſuos, quòd ſabbata cuſtodiũt, timorẽ dei habẽt: ſed quia neſciũt legẽ ſpiritalẽ eſse, circũcidunt corpus, nõ cor ſuũ. Ignẽ ſabbato adolere formidant, cũ lex ſanctificationis die libidinũ ignem prohibeat accẽdi. Et D quid de Iudæis dicam? Sunt etiã in nobis qui habent timorem dei, ſed non ſecundũ ſcientiã, ſtatuẽtes duriora præcepta, quæ nõ poſsit humana cõditio ſuſtinere. Timor in eo eſt, quia videtur ſibi cõſulere diſcipline, opus virtutis exigere: ſed inſcitia in eo eſt, quia nõ cõpatiuntur naturæ, non æſtimãt poſsibilitatẽ. Non ſit ergo irrationabilis timor. Etenim vera ſapiẽtia à timore dei incipit, nec eſt ſapiẽtia ſpiritalis ſine timore dei: ita timor ſine ſapiẽtia eſse non debet. Baſis quædã verbi eſt timor ſanctus. Sicut enim ſimulacrum aliquod in baſi ſtatuitur, & tũc maiorẽ habet gratiã cum in baſi ſtatua fuerit collocata, ſtandiq; accipit firmitatẽ: ita verbũ dei vel rationabile dei in timore ſancto melius ſtatuitur, fortius radicatur, hoc eſt, in pectore timentis dominũ, ne labatur verbũ de corde viri, ne veniant volucres, & auferãt illud de incurioſi & diſſimulãtis affectu. Sed etiã verbo dei timor ipſe aptari ad vtilitatẽ, & conſtabiliri videtur vt nõ ſit alienus ſciẽtiæ, ſicut baſis accepta ſtatua nõ eſt aliena gratiæ. Timor ergo verbi eſt locus, ſicut in pace locus eius. Timor quidem ſtatua verbi, verbum timoris eſt diſciplina. Plenus enim diſciplinæ timor non nutat ad lapſum. Et quia baſim verbi timorẽ dixim⁹: ne quid alienũ à ſcripturis poſuiſse nos quiſq̃ putet, accipiat lectum de dei verbo in Canticis canticorũ: Cura eius co- Cant.5. lumnæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas. Significans columnas eſse eccleſiæ apoſtolos, qui fundati ſunt in timore ſancto. Nam ſicut Petrus, Iacobus, Ioannes & Barnabas colũnæ videbãtur eſse eccleſiæ, ſic & quicũq; E vicerit hoc ſeculũ, fit colũna dei, quam cõfirmat qui dicit: Ego confirmaui columnas eius: ita & baſis aurea timor plenus diſciplinæ, quia initiũ ſapiẽtiæ eſt. In timore ergo ſapiẽtiũ apoſtolica predicatio tãq̃ ſuper baſem Pſal.74. aureã columna cõfirmatur. Chriſti igitur eloquio & apoſtolico ſermoni tribunal eſt timor iuſti, & baſis aurea plena prudentiæ, ſimulacrũ autẽ bonũ tanq̃ effigies veritatis ſermo ſanctorũ. Et vide tanq̃ baſim aureã eſse ſanctorũ timorem. Lege Eſaiam: vide quantis ſubiecerit timorem, vt faceret irreprehenſibile & bonum timorem. Spiritus, inquit, ſapiẽtiæ & intellectus, ſpiritus cõ- Eſa.11. ſilii atq; virtutis, ſpiritus cognitionis atq; pietatis, ſpiritus ſancti timoris. Quantis timorẽ ſubiecit, vt haberet quod ſequi poſsit? Informatur per ſapientiã, inſtruitur per intellectũ, cõſilio dirigitur, virtute firmatur, cognitione regitur, pietate decoratur. Tolle timori domini iſta, & eſt irrationabilis & inſipiens timor, vnus ex illis: Foris pugnæ, intus timores. Quib⁹ afflictus eſset & Pau 2.Cor.7. lus, niſi habuiſset dominum conſolantem. Nec ociosum eſt in prouerbiis: Tunc intelliges timorem domi- Prou.2. ni. Quid eſt tunc? Cum ſapientiam inuocaueris, & prudentiæ dederis vocẽ tuam: & ſi quæſieris illam vt pecuniam, & vt theſauros ſcrutatus fueris eam, tunc intel- F liges timorem domini. Et ideo tanq̃ ſuper baſim bonã dicit: Statue ſeruo tuo eloquiũ tuum in timore tuo. Plena diſciplinæ oratio, per quã docemur, quẽadmodum debeamus orare vnuſquiſq;. Sermo doctrina eſt deprecandi. Et quia docuit nos orare, qui ſit iſtius orationis effectus, oſtendit ſeptimus verſus.

VII Auferꝫ opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum.

ꝫ alias amputa.

Subobſcure dictũ videtur, ſed explanauit Apoſtolus quod hic videbatur obſcurũ, vbi ait: Nihil quidẽ mihi 1.Cor.4 conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Sciebat enim ſe eſse hominẽ, & ſibi cauebat vt poterat, ne poſt ſuſcepta baptiſmi ſacramenta peccaret: ideoq; delicti conſcius ſibi non erat, ſed quia homo erat, peccatorẽ ſe fatebatur, ſciens vnum eſse Ieſum lumen verũ, qui peccatũ non fecit, nec eſt inuentus in ore eius dolus, ipſum ſolum iuſtificari qui vere alienus eſset à lapſu. Simili- 1.Pet.2. ter ergo propheta etſi peccatum declinare cupiebat, tamen quaſi deum repulſorem peccati eſse cupiebat, Sui

G volebat auferri opprobriũ quod ſuſpicatus eſt, vel quia cogitauerat in corde, & nõ fecerat, & pœnitẽtia licet ab oliũ, ſuſpectus tamen erat ne forte adhuc maneret eius opprobriũ, & ideo deũ precatur vt illud au erat, qui ſolus nouit quod neſcire poteſt etiã ipſe qui fecit. Deniq; Pſal.68. alibi ipſe dixit propheta: Scis opprobriũ meũ. Quanq; iſtud opprobriũ Chriſti ſit, quod nõ eſt verũ opprobriũ 1.Cor.1. ſed gloria dei. Crux enim Chriſti, Iudæis ſcandalũ, Græcis ſtultitia. Illis ergo opprobriũ, mihi virtꝰ eſt, per quã aduerſariũ repello, ſeculũ vinco. Mihi ſapiẽtia, per quã inſipientiæ laqueos euado. Hoc opprobrium theſauris Heb.11. Aegypti Moyſes prætulit, maius, inquit, æſtimãs Aegypti theſauris opprobrium Chriſti. Si opprobriũ tuum gloria eſt domine Ieſu, quãta eſt gloria tua? Tuæ igitur gloriæ participatione quid erimus, cuius ſumus opprobrio glorioſi? Dorſum meũ poſui in flagella, maxillas meas in palmas, os autem meũ non auerti à cõfuſione ſputorum. Ecce opprobriũ tuũ domine, in quo ſalus eſt vniuerſorũ, in quo mundi redẽptio, per quod opprobrium cœpimus nõ erubeſcere, q erubeſcebamus: nõ confun- Pſal.33. di, qui confundebamur. Deniq; ſcriptũ eſt: Accedite ad eum, & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcent. Hoc opprobriũ auferri à nobis nolumꝰ, opprobriũ crucis domini IESV, quo noſtra auferuntur opprobria. Sicut enim maledictum factus eſt, vt noſtra maledicta deleret, homo factus eſt, vt leuaret hominis infirmitates: H ita opprobriũ factus eſt, vt omniũ auferret opprobria. Non vno tẽpore, non ſemel abſtulit opprobria: aufert quotidie, peccatum incidimus, nõ vnũ, ſed multa, cooperti ſumus opprobrio & confuſione. Venimus ad baptiſmum, dilutũ eſt omne peccatũ, & cum peccato opprobriũ. Abſtulit opprobriũ meũ dominus IESVS opprobrio ſuo, quia crucifixus eſt mihi: quia quicũq; baptizati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus. Non habeo quod auferri petam, ſed poſt baptiſmũ incidi opprobrium, debeo augere pœnitẽtiam, vt dicam: Auferà me opprobriũ meum, cum hoc ipſum peccati opprobriũ ſit, quia non ago pœnitentiam. Si autem pœnitentiam vt oportet ago, rectè dico: Auferà me opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum.

*Alias qa iudicia tua iucunda.

Iudicia enim tua dulcia.*

Quomodo oportet cõfiteri? Quid timeo cõfiteri, quid timeo dicere peccata mea? Quid vereor opprobrii mei mẽtionẽ facere apud eũ cuius iudicia dulcia ſũt? Quod ſeuerũ in aliis, in Chriſto dulce eſt, i Chriſto ſuaue eſt, Pſal.33. quia ipſe ſuauis eſt. Deniq; guſtate & videte quoniã ſua- I uis eſt dominus. Dulcia iudicia cõfitẽti, quia ipſe dicit: Ego ſum, ego ſumq; deleo iniquitates tuas, & memor nõ Eſa.43. ero: tu autem memor eſto, & iudicemur: dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Dulcia iudicia agenti pœnitentiam, quia ipſe dixit: Gaudiũ erit in cælis ſuper vno peccatore Luc.15. pœnitentiã agẽte, q̃ in nonaginta & nouẽ iuſtis, qui nõ indigẽt pœnitẽtia. Si dulcia ſunt igitur iudicia domini, ſuauitatis fructus percipere elaborem⁹. Vis ſcire q̃ dulcia iudicia domini? Nõ reſurgũt ipii in iudicio. Qui aũt in iudicio reſurgũt, habẽt ſpẽ venię, quoniã crediderũt. Impii nõ ſũt, peccatores eſſe poſſũt: fidẽ habẽt: & ſi culpam nõ declinarũt, per fidẽ credunt. Qui autẽ credit in ipſo, nõ iudicatur. Dulcia ergo iudicia credẽtibus. Qui autẽ non credũt, nõ Chriſti iudicio dãnata ſunt: qui venit nõ vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluet & redimat, ſed impietatis ſuæ ſubiere iudiciũ, qui in remiſſionẽ peccatorũ credere noluerũt. Non eni poſſunt ad eius pertinere beneficiũ, quẽ cognoſcere refutarũt. Ergo qui nõ crediderunt in eũ, iudicio eius videtur indigni. Iudiciũ enim Ioan.3. eius quid ſit, agnoſce dicente ipſo: Hoc autem iudicium eſt, quia lux venit in hũc mundũ. Dulce ergo, quod lux eſt: dulce iudiciũ, quod præcedit miſericordia. Sic enim Pſal.100. ſcriptum eſt: Miſericordiam & iudiciũ cantabo tibi domine. Et quia cognouit dulcia iudicia, dicit:

K VIII

Ecce concupiui mandata tua, in tua iuſtitia* viuifica me.

*Alias in æquitate tua.

Bona iudicia authoritate ait. Ecce amat libertatẽ fidei, qui libertatem dedit. Diligi ſe gaudet, qui ideo venit in hunc mundũ, quia hunc mundũ dilexit. Amari exigit, qui omnes amat, quia charitas eſt. Concupiuit mandata dei vt bonus ſeruus, vt cultor ſedulus. Cõcupiuit nõ vt amator meretriciã copulã, non vt auarus pecuniã, non vt luxurioſus laſciuiã. De illis enim lex dicit: Non con- Exo.20. cupiſces. Dominũ autem deũ præcepit diligendum, & tenero, id eſt tenaci quodã atq; interno amandũ cupiditatis affectu. Et quia amicꝰ eſt qui diligit, ſeruus eſt qui timet, quaſi amicus qui omnia fecerit quæ præcepit ei dominus: Vos, inquit, amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego Ioan.15. præcipio vobis. In tua iuſtitia viuifica me: audiet & dicit, eò quòd illa ſit vera vita, quæ viuit ſecundum dei iuſtitiam, quam viuebant apoſtoli, immò qua viuũt. Sunt enim qui viuentes, mortui ſunt: & qui mortui, viuunt. Deniq; alii deſcẽdunt in infernum viuentes, alii cũ ſint corpore mortui, meritis ſuis viuũt. Sunt enim qui non guſtabunt mortẽ, donec videant filiũ hominis die iudi- Matti.16. cii reuertentem, quando cum gloria ſancti reſurgent.

SERMO SEXTVS.

SEXTA litera vau, cuius interpretatio eſt, vt ille. Alius interpres, non eſt, ait. Vau.

I

Et veniat ſuper me miſericordia tua domine, ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.

L

Quid ſignificet interpretatio literæ, quoniã ſubobſcura eſt, ex pſalmi ſerie colligendũ putaui. Nam cũ pphe ta poſtulet: Veniat ſuper me miſericordia tua domine, veniat ſalutare tuũ: non eſt dubiũ quẽ videre depoſcat, hoc eſt, in quo fructus & miſericordiæ veniat & ſalutis. Deniq; in ſuperioribus idẽ popoſcit, in pſalmo octogeſimoquarto, in quo euidentius domini Ieſu prophetauit aduẽtum. Nam terrã quã benedici expoſtulet, ſatis notũ eſt, illã videlicet quę peccatũ in Adã contraxerat, cui di citur: Terra es, & in terrã ibis. Maledixerat autem deus, Gen.3. nõ elementũ naturæ carnis, ſed carnẽ prævaricatiũ. Benedicitur caro igitur in Chriſto, vt maledicto ſuperato caro ſoluatur. Benedicitur caro, quã benedictus filiꝰ dei aſſumpta hominis cõditione ſuſcepit. Et ideo ſubdidit: Pſal.84. Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs tua lętabitur in te. Oſtẽde nobis domine miſericordiã tuã, & ſalutare tuũ da nobis. Audiã quid loquatur in me dominus deus, quoniã loquetur pacẽ in plebem ſuã, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui cõuertunt ad ipſum cor ſuũ. Ve- M runtamen prope timẽtes eũ ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra noſtra. Totus hic locus IESVM dominum ſonat, qui viuificauit mortuos, Lazarum ante paſſionem, plurimos tẽpore propriæ paſſionis. Ipſe eſt miſericordia, vtpote remiſſio peccatorũ. Ideo dicit: Oſtende, quẽ videre poſſit in corpore. Nam deũ in maieſtate ſua videre nõ poterat, quia deum nemo vidit vnquam. Ioan.1. Auidus propheta deſiderat videre, quem ſperat tenere: quẽ ſi viderit, deſiderat prõpriis manibus cõprehendere. Ideoq; ait: Et ſalutare tuũ da nobis. Salutare dei virtus eſt, ſalutare dei Chriſtus eſt, & ideo prope timentes hoc ſalutare. Longe erat Chriſtus à nobis, longe erat à nationibus: deſcendit in terras, factus eſt prope, cœpimus non timere. Nam qui Chriſtum timet, non timori eſt ſubditus, ſed deuotioni. Pietatis hic timor, nõ infirmitatis eſt. Denique nihil deeſt timentibus eũ. Quomodo autẽ factus ſit prope, audi: Vt inhabitet, inquit, gloria in terra noſtra. Quis eſt gloria, niſi dominus IESVS Vnde & apoſtolus Paulꝰ ait: Deus domini noſtri Ieſuchriſti, pater glorię. Merito cõplacet ſi eo pater, qa patris gloria eſt. Hunc qui à patre ſeparat, maiorẽ patri iniuriã

A facit, quem vult eſſe ſine gloria. Hunc quiſquis æqualẽ patri non putat, inferiorẽ & patrẽ iudicat, cũ alio verbo patrem plus laudare non poſſit, cũ ſumma laus gloriæ Chriſtus eſt. Rogatur ergo vt veniat ſalutare dei. Ille eſt qui rogatur, hoc eſt, dominus IESVS, & non eſt alius, ſicut habet literæ interpretatio, eſt. Vel ſi nõ ſolus pater rogatur, eſt & ille, hoc eſt, & filius qui rogatur, & rogatus aduẽnit, & ſalutare mundo dedit. Ideo σωτὴρ, hoc eſt Saluator, ideo IESVS, ſicut angelus dixit, quia ſalutum fecit populum ſuum. Cum inuocaret igitur propheta, aderat, vt probaret illud, quia adhuc loquentibus nobis dicit, Aſſum. Adeſt, quia ſuſcitatus à filiabus Iudææ, quaſi reſuſcitatꝰ à filiabus Hieruſalem, audit ec- Cantic.2. cleſia ſonum vocis eius, & dicit: Vox conſobrini mei, ecce hic aduenit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Manipularis eſt liber, multas habens perſonas nobiles, velut manipulos triumphales: multoſq; actus ſignificãs, quos intelligere magis, quàm expreſsos tenere poſſumus. Nã quaſi aduenientem ſponſum audieritcum aliquibus pariter viantibus colloquentibus dicit B ſponſa: Vox cõſobrini mei. Dum loquitur cum filiabus Hieruſalẽ, & rogat vt excitent & reſuſcitent ſponſum, ſubito tanq̃ de longinquo miſsæ vocis ſonũ ſentiens, dicit: Vox cõſobrini mei, annũcians quẽ nũciari ſibi ante quærebat, quẽ cupiebat ab aliis ſuſcitari, ſua prece reſuſcitatum à patre venire iam credens, læta dicit: Vox conſobrini mei. Bene addidit, cõſobrini mei, vt nõ aliæ, ſed conſobrina ſola ſibi eius vendicaret aduentũ. Ecce, inquit, iſte aduenit. adhuc ego eũ quæro, & ille iam venit, adhuc ego ſuffragia capto vt veniat, & ille iam proximus eſt. Ego ſuſcitari mihi charitatem cupio, ego me vulneratam charitate puto, & ad me plus charitas ipſa feſtinat. Ego dixi: Veni, ille ſalit & tranſilit. ego rogo eũ venire cũ gratia, iſte gratiarũ operatur augmenta: & dũ venit, incrementa gratiæ ſecũ vehit. & veniendo acquirit, quia ſtudet etiam ipſe ſuæ placere dilectæ. Salit ſuper excelſa, vt aſcẽdat ſuper ſponſam. Sponſę enim thalamus tribunal eſt Chriſti. Salit ſuper eccleſiã, tranſilit ſuper ſynagogam. Salit ſuper gentes, tranſilit ſuper Iudæos. Videamus ſalientem. Salit de cælo in virginem, de vteró in præſepe, de præſepio in Iordanẽ, de Iordane in crucẽ, de cruce in tumulum, in cælũ de ſepulchro. Proba mihi Dauid ſalientẽ, proba currentem. Tu enim dixiſti: Exultauit tanq̃ Gigas ad currendam viã, à ſummo Pſal.18. cælo egreſsio eius, & ocurſus eius vſq; ad ſummũ eius: nec eſt qui ſe abſcõdat à calore eius. Ergo & nũc ſalit & nũc currit de corde patris ſuper ſanctos ſuos, de Oriente ſuper Occidentem, de Septentrione ſuper Meridiem. C Ipſe eſt qui aſcẽdit ſuper occaſum, ipſe ſuper cælos cęlorum ad Orientẽ. Ipſe aſcendit ſuper montes, ipſe ſuper colles. Vtinã ego miſer dicã, dicat anima mea, ecce iſte aduenit, & aduenit non ſuper terrena, nõ ſuper valles, ſed aduenit ſaliens ſuper mõtes. Deus enim deus montium eſt, non vallium. Vbi ergo ſalit, ſuper mõtes ſalit. Si ſis mons, ſalit ſuper te. Salit ſuper Eſaiam, ſalit ſuper Hieremiã, ſalit ſuper Petrũ, Ioannẽ, Iacobum. Montes Pſal.124. in circuitu eius. Si nõ potes mõs eſſe, nec prævales, eſto vel collis, vt ſuper te Chriſtus aſcendat, & ſi trãſilit, ita tranſiliat, vt te tranſitus eius vmbra cuſtodiat. Diximus de Chriſto & eccleſia, dicamus de anima & verbo: Anima iuſti ſponſa eſt verbi. hæc ſi deſideret, ſi cupiat, ſi oret, & oret aſsiduo, & oret ſine vlla diſceptatiõe, & tota intendat in verbũ, ſubito vocẽ ſibi videtur eius audire quem nõ videt, & intimo ſenſu odorem diuinitatis eius agnoſcit: quòd patiũtur plerũq; qui bene credũt. Replẽtur ſubito nares animę ſpiritali gratia, & ſentit ſibi prę- ſentiæ eius flatũ aſpirare quem quærit, & dicit: Ecce iſte eſt quẽ requiro, ipſe quẽ deſidero. Nónne cũ aliquid de ſcripturis cogitamus, & explanationẽ eius inuenire nõ poſſumus, dũ dubitamus, dum quærimus, ſubito nobis quaſi ſuper mõtes altiſsima dogmata videtur aſcẽdere: deinde quaſi ſuper colles apparẽs nobis, illuminat men D tem, vt infundat ſenſibus q̃ inuenire poſſe difficile videbatur? Ergo quaſi ex abſente ſit preſens verbũ in cordibus noſtris. Et rurſus cũ aliquid nobis ſubobſcurum eſt tanq̃ ſubducitur verbũ, & tanq̃ abſentis aduẽtũ deſideramus. Et cũ iterum apparet, oſtendit ſe nobis tanq̃ præſens ſit nobis in iis quę requirimus cognoſcẽdis. Salit ergo in vniuſcuiuſq; corde frequẽter: trãſilit & exit: & reuertitur, ſi ſequaris, ſi requiras, ſi tibi fideliũ gratia diſceptatione doctorũ verbum quod exierat atq; trãſierat, poſtules reſuſcitari, ſicut illa quæ quæſiuit & inuenit, quæ dixit: Frater meus tranſiuit, anima mea exiuit in verbo eius. Ergo & ſi ſuper montes ſalit, ſequere: & ſi ſuper colles, ſequere. Reperiũtur enim in montibus & in collibus venatores domini, qui inueſtigant eos qui capiuntur ad vitam. Sic enim dixit per Hieremiam deus: Hiere.16. Ecce mitto multos piſcatores, & multos venatores, & venabuntur eos ſuper omnẽ montem, & ſuper omnem collem. Ibi ergo populus dei quæratur & inueniatur in Petri & in Pauli doctrina gratia diſciplinæ, vt nõ in concualle ſint, vbi fletus, ſed in mõtibus, à quibus vnũquemq; Chriſtus illuminat. Et cũ Petrũ legimus, Chriſtus illuminat. Et cum Paulum legimus, Chriſtus illuminat. Curauit Paulus, Chriſtus illuminauit, quoniam inuocato domini Ieſu nomine reſurrexit, cuius ſanatus eſt munere. Suſcitauit mortuam Petrus, Chriſtus illuminauit. Pſal.75. Et ideo ait: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Nos igitur qui mõtes eſse non poſsumus, ſtemus in mõtibus vel in collibus: vt cum miſerit piſcatores ſuos E domin⁹, & venatores, vt venẽtur eos q ſuper omnẽ mõtem ſunt, vel ſuper omnẽ collẽ, id eſt in legis & prophetarũ præceptis, & noui & veteris teſtamenti cognitione omnẽ habentes conuerſationẽ, inueniãt nos paratos, & velut bonas colligant ſpicas opportuno miſsi meſsores tẽpore: quia ſiquis extra montẽ aut collem fuerit repertus, colligi velut bona ſpica nõ poterit ab iis qui (vt cõparationis faciamus alterius mentionẽ) triticũ à paleis ſeparare mittentur. Plurimarũ igitur operationũ ſolertes miniſtros dominus habet. Idem piſcatores, iidẽ etiã venatores ſunt, atq; meſsores. Si in tẽpore meſsis, quo diriguntur iſti meriti, maturus expectes, ſaliẽtem in mon- F tibus poteris intueri, & videbis dominum IESVM ſimilem capreolo, aut hinnulo ceruorum ſuper montes Bethel. Salit enim ſuper eccleſiam, quæ eſt domus panis, eò quòd fidelium corda confirmet. Merito ſicut capreola, quia caprea in altis paſcitur. Dorcas dicitur à videndo. Dorcadicon etenim viſus acutior eſt. Quid hoc aptius Chriſto, q̃ patrẽ vidit, quẽ vidit nemo? Aut ſiquis vidit in Chriſto, ipſe filius reuelauit. Merito ſicut hinnulus ceruorũ, hinnulus quaſi filiꝰ, cui paternæ inoleuerit vis naturæ, vt eũ occulta non lateãt, ſerpentes fugiãt, venena non lædant. Deniq; eductus de latibulis ſuis ſerpens qui producebatur ex homine, dicebat: Quid veniſti an- Mat.8. te tẽpus torquere nos? Spectemus ergo ſalientẽ hũc hinnulum, vt non poſsimus timere ſerpentem. Non timebat Dauid. Deniq; de his dicebat ſerpentibus:

II

Et reſpondebo exprobrãtibus mihi verbum, quia ſperaui in* verbis tuis.

*Alias ſermonibus tuis.

Quaſi bonus ceruus qui bibiſſet de fontibus aquarũ, nequaquã humanorũ ſerpentiũ ſpiras, & maledicorum venena metuebat. Coluber illi nõ erat noxa, ſed præda. Cibus erat ſerpentini virus alloquii, & cibus laudis. De quo dicebat: Deus laudem meã ne tacueris, quia os pec- Pſal.108. catoris & doloſi ſuper me apertũ eſt. Saginabatur venenatorum ſermonibus. Illi ſibila obtrectationũ ora tollebant, & ſermonibus odii circũdabant innocentẽ. Bonus ceruus inter multos colubros poſitus non timebat, ceruus amicitiæ, & pullus gratiarũ. Simulabãt charitatẽ, fundebant obtrectationẽ: ego autẽ, inquit, orabã. Bonus ceruus in medio viperarũ innocuus paſcebatur. Illi

G trisulcis ora linguis micabant,hūc autē sancta pascebat
oratio,immò cibum obtrectātibus offerebat. Respōdit
obtrectātibus sibi verbū. Verbū enim cibus est. Deniq;
Mat.4. nō in pane solo viuit homo,sed in omni verbo dei. Vi-
debant me,inquit,& mouerūt capita sua. Maledicebāt,
ego antē benedicebā. Maledicebāt qui obtrectabant:be
nedicebā,qui verbū domini prędicabā. Quām bonū est
ferre conuitiū,& conuitiū non referre? Deū præsulē ac-
quirit,qui conuitianti nescit irasci. Deniq; quāta patien
Psal.108. tiæ gratia dicētis: Maledicēt ipsi,& tu benedices? Beatus
qui maledicta non sentit. Beatus quē maledicta nō per-
mouent. Non enim potest maledicto moueri qui male-
dicta hominum diuinę munere benedictionis excludit.
Non potest sentire maledictū,qui habet verbum:& non
potest referre maledictū,cui in ore semper est verbum.
Sed est etiā bonus serpens, quem iste ceruus non lædat.
Matt.10. Estote,inquit,astuti sicut serpentes. Et sicut Moyses ex-
altauit serpentem in deserto,ita exaltari oportet filium
hominis. In serpente æreo figuratus est meus serpens.
In ligno illo exaltatus est meus serpēs bonus. Bonus ser
pens,qui de ore suo remedia,non venena fundebat. Po
test non timere serpētes,qui hūc nouit adorare serpen-
Cant.2. tem. De hoc serpente dicit illa quæ diligit: Ecce hic stat
post parietem nostrū prospiciens per fenestras, eminēs
per retia. Respōdit cōsobrinus meus, & dicit mihi: Sur-
H ge, veni proxima mea, formosa mea, colūba mea, quia
ecce hyēs præteriit,imber ambit,discessit sibi,flores visi
sunt i terra. Serpēs profecto est,qui decursa hyeme ami-
ctu corporis se volebat exuere, vt speciosa decore ver-
naret. Idē ergo est coruus & serpēs. Ceruus habens cor
nua legis & gratiæ. Cornua eius duo sunt testamenta.
velox gressu,impiger incessu, qui totū facile orbē per-
currat vno momēto,vbiq; celebrabilis. Serpēs quoq; bo
nus, cuius priora dētes legis immordeāt, posteriora nō
vulnerent euangelii lenitate. Caput defendit à vulnere,
qui legē venit non soluere,sed tueri ab interpretationi-
bus perfidorum. Caudā in flagella diffundit liberā, cu-
piēs aduersarios magis flagellare q̄ perdere. Bonus co-
luber in gremium dilectæ, atq; in ipsum intimæ sinum
mētis facilis illabitur,& attactu nullo implicans ignem
ossibus,præcordia ipsa depascitur. Pulchrę lectū est ho
Luc.10. die: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.
Celebramus enim diē quo releuata sunt populis corpo
I ra sanctorū martyrū,qui velut boni serpentes depositis
carnis exuuiis, tentationū hyemaliū rigore superato,&
spiritus sancti renouati gratia, æstiua mundo luce full'
re,missi vero vt agni in medio luporū. Lupi sunt enim
persecutores,lupi sunt hæretici omnes. docere nesciūt,
vlulare consuerūt, sed nemo moueatur si in mediū lu-
porum mittitur. Beneficio Christi & lupus ipse muta-
tus est. Beniamin lupus rapax Apostolus Paulus factus
est,non iam insidiator ouilium Christi, sed defensor &
custos. Cum hoc lupo versari libet,per hunc lupum fa-
ctum est vt simus tuti in medio luporum. Nemo iam ve
retur lupos,cum his pascimur,sicut scriptum est: Tunc
Esa.65. lupi & agni simul pascētur. Sed iam consideremus quid
sit quod ait Propheta:

III Et ne auferas ex ore meo verbū veritatis
*alias su- vsquequaq;,quia in iudiciis tuis *speraui.
perspera-
ui. Viderat ecclesia vel anima iusti salientem sicut hin-
nulum super montes:repente proximum aspiciens post
parietē domus suæ, prospicientē per fenestras,eminen-
tem super retia,exultat & gaudet, quia etiam ipsa ama-
tur à sponso, qui tanq̄ & ipse vulneratus charitatis de-
core,dilectæ primò cū abesset,ad oscula rogatus affue-
Cant.1. rit. Rogatur enim cum dicitur: Osculetur me ab osculo
oris sui. Deinde preces spōsæ blanditiásque non spreue
rit,dilecta sibi vbera prædicātis,atq; in interiora domus
eam benignus induxerit. Deinde tanq̄ lasciuienti lu-
dens amore,quia velit pertentare sensus amantis, sæpe
egressus vt quæreretur à sponsa, sæpe regressus vt inui- K
taretur ad oscula,astiterit post parietē, prospexerit per
fenestras,eminens super retia,vt non totus abesset,nec Cant.2.
quasi totus intraret,& ipse ad se sponsam vocaret,vt ve
niendi ad se inuicem fierēt gratiora cōmercia,amoris q̄
vim mutuis adolerēt sermonibus. Exurge, inquit, veni
proxima mea, formosa mea, columba mea. Et tu si ha-
beas fundatum parietem, nō illum medium qui domus
vnius separet mēbra, sed ædificatum supra fundamen-
tum apostolorū & prophetarū,vt cōpaginata eius stru-
ctura crescat in templum,nec disterminet eius interna,
sed muniat. Si habeas ergo in te ædificationem dei,& ad
Orientem pateant semper fenestræ tuæ, venit verbum, Psal.33.
stat post tuum parietem, (oculi enim domini super iu-
stos) aspicit per fenestras tuas. Quæ sunt fenestræ istæ?
Legimus fenestras, de quibus dicit Hieremias: Intrauit Hiere.9.
mors per fenestras, per quas intrauit auaritia, intrauit
libido. Oculus tuus fenestra est,intrauit mors per ocu-
lum tuū. Si videris mulierem ad concupiscendum eam,
intrauit mors per oculum tuū. Si videris possessionem
viduæ vel minoris,& concupieris inuadere,& indefen-
sam putans ætatem esse vel sexum, (sed non sunt inde-
fensi, quos dominus vult esse defensos) intrauit mors
per fenestram. Si videris decorem mulieris,aut thesau-
ros minoris,& tuas excitaueris cupiditates: intrauit mors
per fenestram. Sicut ergo per hæc intrat mors, intrat &
vita. Si decorem puellæ aspiciens sacræ, venereris do-
minum IESVM, quòd in teneros annos venerit ætas se-
nectutis,vita immaculata, & ipse filiam tuam offeras,vt L
pio cōsecretur velamine: si possessionem minoris non
tanquam solicitus inuasor aspicias,sed quasi parens se-
dulus religioso tuearis affectu: per has fenestras prospi-
cit Christus,vt voçet sponsam eminens super retia. Be-
ne eminens, quia solus est quem retia non inuoluerint
peccatorum. Omnes intra retia erant, immò adhuc in-
tra retia sumus: quia nemo sine peccato nisi solus IE-
SVS,quem non cognoscentem peccatum,peccatum pro
nobis fecit pater. Etenim tradidit eum laqueis,tradidit
eum retibus, mittens eum non in peccato, in quo erant
omnes homines,sed in similitudine carnis peccati,vt de
peccato dānaret peccatum in carne. Peccatum erat ca-
ro secundum illud, quia hæreditario erat dānata male-
dicto. Peccatum erat illecebra & ministra peccati. ve-
nit dominus IESVS, & in carne peccato obnoxia mili-
tiam virtutis exercuit. Facta sunt membra nostra iam
non arma libidinis, sed arma virtutis. Nanq; vbi erant M
incētiua libidinis,ibi nūc sunt domicilia castitatis. Hic
ergo venit ad laqueos, sed voluntatius: venit ad retia,
sed securus. Plena erant omnia laqueis, referta retibus.
Audi dicentē: In via hac qua ambulabā, absconderunt
superbi laqueum mihi. Et in libro Sapiētiæ Syrach mo-
neris vt cognoscas quia in medio laqueorum ambula-
bas. Quot vitia,tot retia: quot peccata, tot laquei hære-
ditarii iam te nexus tenebant. Venit ad laqueos IESVS,
vt Adam solueret: venit liberare quod perierat. Om-
nes retibus tenebamur, nullus aliū eruere poterat, cum
seipsum non possit eruere. Talis ergo necessarius fuit
quem vincula generationis humanæ delictis obnoxia
non tenerent,non cepisset auaritia, non ligasset dolus.
is solus erat IESVS, qui cum huius carnis se circunde-
disset vinculis,captus non erat, nō erat alligatus: sed di
rumpens ea atq; dissoluens, ad se magis vocauit eccle-
siam,prospiciens per laqueos,eminens super retia,vt &
ipsa discceret vinculis nō teneri. Denique eousq; nō lon
ge à vinculis fuit, vt pro nobis subiret & mortē: sed ta-
men non seruus mortis effect9, sed liber inter mortuos.
Liber enim erat,qui soluendæ mortis potestatem habe-
bat. Deniq; ipse te doceat,qui ait: Soluite hoc templum, Ioan.2.
& in triduo resuscitabo illud. Audiamus itaque quid di
cat: Exurge,veni proxima mea,hoc est,surge à mortuis,
exurge à vinculis, quibus circundata tenebaris. Exur-

A ge,quia ego resurrexi tibi: solue vincula iniquitatis, qa
ego iam solui tibi,veni: quia iam retia soluta sunt. Virgo
peperit,puer natus ex virgine est. Nihil debet muliebri
hereditati,quia quasi filius mulieris non tenetur. Cerne
medium parietem macērię iam solutū, qui interiorum
affectuum concordiā diuidebat,& in diuersum excita-
bat dissensiones corporaliū passionū. Veni ergo secu-
ra,cupio videre faciē tuā,& audire vocē tuā: veni vt iam
me nō per retia videas,sed facie ad faciē vultibus amato-
riis dilecta potiaris. Ethice ista decursa sint. Mystica
autē illa,si possumus,vel linea intueamur extrema. Se-
debat intra domū spōsa deuota domīo,itra parietē legis
& prophetarū spiritalium lapidū ex ędificatione funda-
tū,qui claudebat atq; vallabat domū regiā plenā iucun-
ditatis atq; lætitiæ. Mirabatur thesauros regios,& intue
batur solicite, cupiens sapientiam, quæ has sibi diuitias
demonstraret,ascisceret. In secreto erat,sed secreti ipsi9
interpretē requirebat. Venit domin9 Iesus saliens super
mōtes. Nobis sero videbatur venire,sed ille properabat
Saliebat deniq; & trāsiliebat,vt Iudęorum corporalia &
saxosa dogmata trāsiliret. Astitit post parietem domus.
quæ erat in veteri testamento,prospiciens per legis fene
stram,prophetarū cauernas. Nondū erant domus illius
aperta vestibula,nondū claues sciētiæ portarū clausitra
patefecerant quibus legis claudebantur interna. De su-
periore tamen,hoc est,spiritali parte prospectās, Eccle-
siam vocat,vt per legem & prophetas, Euāgelii vertice
sublimis assurgēs,retia Iudaicę interpretationis & no-
dos intrepido calcet vestigio. Ideóq; proxima vocatur,
vt adhæreat Christo,mūdana nō quærat: ideo formosa,
vt speciosos Euangelizantiū pedes proferat: ideo colū-
Cantic. 2. ba,vt spiritalia petat,terrestria derelinquat. Ecce,inquit
hyems præteriit,imber abiit,discessit sibi,flores visi sūt
in terra. Ante aduentū Christi hyēs erat, venit Christ9
fecit ætatem. Tunc omnia erant florū indiga,nudā vir-
tutum: passus est Christus,& omnia cœperūt nouæ gra-
tiæ fœcundari germinibus. Imber abiit luxurię profluē-
tis,& nubila tetris ora flagitiis,ęstiua iam purę conscien
tię serenitate laxantur,Ideo non euadunt,quorum fuga
hyeme fit,quia nō sequuntur domini passionē: non tol-
lunt crucē suā,& Christum sequuntur. Imber impedit
flores,at nūc flores videtur in terra. Boni flores apostolo-
li,qui aduersorum scriptorum atq; operū suorū fuderūt
odorem. Tempus secandi aduenit, quo matura in hor-
reis frumenta conduntur:& qui metit,mercedē accipit.
Vox turturis audita est,quia inuenit sibi nidū Ecclesia
enim domus est castitatis. Ficus,quæ propter infœcun-
ditatē iubebatur excidi, fructus iam ferre cœpit. Vinea
trāslata ex Aegypto,iā non maceriis destructa depositis,
incursatur à bestiis,nec informis sentibus,sed odora iā
floribus,quæ solebat facere spinas,fructu curuescit vua
rum. Merito igitur sanctus Dauid pascha domini cæle-
brans,& feruenti spiritu tēpora ingressus æstiua, qui in
verbo dei fructus varios colligebat,hyemis aduersa de-
clinans ait: Et ne auferas ex ore meo verbum veritatis
vsq;quaq;,quia in iudiciis tuis speraui. Quantus labor
1.Tim.4. est vt verbum percipias? Quantū iterum periculum si a-
mittas? Et ideo tibi dicitur: Noli negligere gratiam quæ
in te est. Excole diligēter quasi bonus agricola campum
C tuū,vt pascantur agni tui,& tua sata floreant. Non aufe-
ratur ex ore tuo verbum,ne forte verbis facta non con-
gruant,& deforment iniquitatis opera magisterium di-
sciplinæ. Tollitur ex ore verbum,cū dicitur peccatori:
Psal.49. Quare tu enarras iustitias meas? Et ipsa obmutescit fa-
cundia,si ægra sit conscientia. Veniunt aues cæli, etiam
ipsæ tollūt verbum ex ore tuo. Sunt & tēpora tentatio-
num,quæ tollant verbi semen è saxo,ne radicem habē-
tes fructum afferant. Nūc consideremus vtrum etiam ex
corde possit auferri verbū veritatis. Radicatū enī verbū
atq; depressum,& infixū mentibus nostris, difficile au-
ferri potest. Deniq; dictū est à domīo: Quare tu enarras
iustitias meas? Non dixit, Quare cogitas iustitias meas? D
Et,assumens testamentum meum per os tuū: non dixit;
per cor tuum. Sermo cohibetur indigni animi,non ob-
struitur pœnitētia: insolentiā prohibet,nō excludit cor
rectionē. Cauēdū tamen est ne & ipsa interius corda tur
benitur,& offundat tenebras malitia,vt cor vanis cogi-
tationibus obcæcatū lucem veritatis amittat; fulgoreq;
verbi capere nō possit. Si igitur Dauid orat ne auferatur
ex ore suo verbū,& si auferatur,nō vsq;quaq;; id est nō
penitus auferatur: quis tantus est qui in potestate sua gra
tiam disputationis esse commemoret, præsertim si vita
redarguat q̄d doctrina præsumat,& iudicio dei dāna-
da committat? Is enim qui in iudiciis dei sperat, seruare
potest verbum veritatis: quia dum veretur pœnam,cu-
stodit gratiam. Ideóq; ait:

IIII Et custodibo * legem tuam semper, in- *alias,cu-
æternum * & in seculum seculi. stodiam.
*alias, i se
culum.

Duo dixit,cum vnū satis esse posset,si vnū significare
voluisset. Sed quia nō solum in præsenti vitæ huius tem
pore,sed etiā in futuro post huius vitæ curriculū custo-
diēda lex promittitur: ideo arbitror quia & secundū eos
qui exemplari & vmbrę seruiunt cęlestium,& secūdum
eos qui in cęlestibus siti secundum veram legem cultus
deo deferunt,pollicetur sibi esse viuēdū,vt & hic & ibi
legē custodiat. Hic in exemplari,in speculo,in ęnigma- E
te: illic in ipsa facie veritatis. Possum9 & illud intelligere,
quia Διαπαντὸς nō solū id significat q̄d dicitur sēp;
sed etiā id q̄d per omnia: quia ille per omnia legē custo-
diat,qui cum sit erudit9 in lege,sub lege natus,& supra
legem deuotionis suę gradum promouens, liberatur à
lege. Christus enim eos redemit à maledicto legis: & i-
deo non sine lege dei,sed in lege factus est Christi. Aut
certe sic per omnia legē custodiemus,si legitimā pueri-
tię atq; adolescentię disciplinā,inuentutis conuersatio-
nem,senectutis maturitatē, tramitēq; singulis prescri-
ptum ætatibus nequaquam vitæ nostræ vsus excedat. Si-
militer etiam animæ nostræ quædā esse videntur ætates,
per quas percurrit & trāsit,& possit dicere: Cursum con
summaui,Deniq; animæ ætas est illa de qua dicitur: Et æ-
tas senectutis vita immaculata. Per omnia ergo legem Sapien.4.
custodit,& in his corporis nostri ætatibus,& in illis ani
mæ nostræ processibus non deuiarit à lege.

V Et ingrediebar *in latitudine, quia testi *alias,am
monia *tua exquisiui. bulabam.

Qui secundū mādata angustā & artam graditur viam, *alias,mā
ambulat in latitudine. Vnde legimus: In tribulatione di data.
latasti mihi. Et alibi in tribulatiōe inuocaui dominū, & Psalm. 4.
exaudiuit me in latitudine. Sapiens enim in cordis sui Psal.117.
ambulat innocentia,& de eius fonte superfluunt aquæ
super eius plateas,qui mentem suam nō intra corpora- F
lia & terrena concludit,sed dirigit ad cælestia,vt cōuer
satio eius in cælo,sit. Audi illas angustias sentientem:
Pressurā,inquit,patimur,sed nō angustiamur. Et quo- 2.Cor.4.
modo coangustari poterat,cuius os semper patebat,ne
credentes coartarētur? Ipse exponat quid sit ingredi in
latitudine,dicit enim, Quia etsi corpus angustū est, cor
nostrum dilatatū est. Nō angustiamini in nobis: coar-
tamini autē in visceribus vestris. Coangustari in Paulo
non poterant,in quo erat altitudo sapientiæ,& fidei la-
titudo. Quomodo enim poterāt coartari in eo qui erat
vas electionis æternę? Sed coartabantur in semetipsis:
quia improbus in seipso coartatur, malitiæ suæ laqueis
strāgulatus. Cōstitue mihi auarū villarum quotidie ter-
minos proferentē,excludentē vicinos, vtrū is tibi dila-
tari,an coāgustari videtur,quē terra ipa nō capit? Quā-
tacunq; spatia dom9 suæ porrexerit,clauditur angustiis
opinionis suæ finibus,cui q̄d habet,non est satis. Sed nō
talis est qui potest dicere: Et ingrediebār in latitudine.
Addidit etiā causā; Quia testimonia,inquit,tua exquisiui.

VI Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar.

G Grate conuenit iſta vox martyri, qui vocatus ad ſacrilegiũ, exprobrantibus ſibi regibus crucifixum Ieſũ non erubeſcebat: ſed magis gloriabatur in cruce Chriſti, & illam mundi ſalutẽ eſſe teſtimoniis cælestib⁹ aſtruebat. Hos vocat Chriſtus in ſponſa, dicẽs in Canticis cantico
Cantic. 2. rũ: Et veni ô colũba mea in tegimento petræ iuxta præmunitionẽ. Hoc eſt, veni iuxta Euangeliũ. Propugnacula fidei tuæ, geſta ſunt Chriſti: muri tui ſubſidia, verba
Ibidem. ſũt domini: paſsio dominici corporis, tua virt⁹ eſt, Oſtẽde mihi faciem tuam, & inſinua vocẽ tuã: quia vox tua ſuauis eſt, & facies tua pulchra. Suauis eſt vox, quia ore
Roma. 10. cõfeſsio fit ad ſalutẽ: & decora facies, quæ nõ erubeſcit authorẽ, nõ confunditur redẽptore. Oſtendit ergo faciẽ ſuã, ſignaculũ crucis præferens, & inſinuat vocẽ ſuã authoritatẽ prædicationis aſsumens. In tegimento enim corporis Chriſti, quo redẽpta eſt à peccato, munimẽtũ gratiæ ſpiritalis inuenit, vt ſalutaria ſibi & ſentiat & loquatur. Suauis ergo vox, quæ in diuinis teſtimoniis loquebatur: decora facies, quæ in conſpectu regum nõ cõfundebatur. Poſsum⁹ & illos reges intelligere, quibus
1. Pet. 2. dicitur à Petro: Vos autẽ genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in adoptionem. Sunt enim reges qui offerunt in Hieruſalẽ ſapientiæ ſuæ munera, quibus data eſt gratia verbum loqui, & quadã poteſtate regale flectere populos, & animas mulcere ſanctorum,
H non erubeſcẽtes in eo, quia nihil alienũ ab honeſtate loquuntur: Quos nemo redarguat & repellat quaſi non ſint digni quos idoneos Chriſt⁹ miniſtros noui fecerit teſtameti, & iã in illo nõ erubeſcẽtes, eo qđ nõ metuerẽt ne cõfunderẽtur diſceptantiũ cõtra aſsertionẽ ſuperati. Rex igitur eſt qui non erubeſcit ne ĩ actu reſpẽdatur, redarguatur in ſermonib⁹, eó qđ & vita debeat eſſe ſundatus & verbo. Itaq; quãuis perfectus ita eſſet Propheta, vt non erubeſceret in conſpectu regum: tamẽ meditabatur in præceptis dei omni vitæ ſuæ tẽpore, & opera ſua eleuatus, nihil agens quod terrenis cupiditatibus adhæreret, Ideoq; ait:

VII Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis.

VIII Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi nimis, & exercebar in iuſtificationibus tuis.

Pulcherrimus ordo iſte, vt primo meditemur, & eorum præceptorum quæ diligimus, ſit nobis aſsueta meditatio. Meditatione enim mandatorum cælestium operis boni vſus inoleſcit. Nam ſicut meditationi verborũ finis memoria eſt, vt quæ meditamur verba: teneamus: ſic meditationis præceptorum cælestium intentio vel finis operatio eſt, actúſq; directus ad implẽda præcepta di
I uina: quæ niſi quis diligat implere non poterit, nec ſolũ diligat, ſed etiam nimis diligat. Ideo prius poſuit: Et meditabar in præceptis tuis, quæ dilexi nimis. Et ſubiecit: Et leuaui manus meas ad præcepta tua, quæ dilexi nimis. Poſt meditationem etenim bonum eſt leuare actus noſtros ad præcepta dei, atq; id facere cum charitate & gaudio, vt non ex neceſsitate ſit bonum noſtrum: nõ cum mœrore atq; mœſtitia, ſed voluntarium: quia ſeruus inuitus facit, amicus voluntarius. Nos autem ſtudeamus
Ioan. 15. vt dicatur nobis: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos quia quaſi amici mandatum dei ex voluntate feciſtis. Qui autem meditatur & diligit, & actus ſuos leuat, vt faciat quę placeant deo, is debet non negligere nec tranſcurrere mandata diuina, ſed exercere ſe in his, immorari plurimum, iuſtificationes dei crebro reuoluens ſolicitæ mentis affectu.

SERMO SEPTIMVS.

LITERA ſecũdũ Hebræos Zain, ſignificat latine ducẽte, alibi ſignificat huc. Quid ſibi velit iſta interpretatio, non ſatis liquet, niſi forte vt vnuſq; ſe regat, & ipſe ſui ductor ſit. Vel huc, id eſt, quo literæ huius verſiculi vocãt, dirigat iter. Meritóq; iprimo ſtatĩ verſu requiẽ ſuã poſtulat, quia ipſæ literæ ſeptim⁹ numer⁹ eſt quietis. Quæ autem maior requies, q̃ vt in verbo dei requieſcat, atq; eius ſe gratia & conſolatione demulceat?

1 Zain. K

Memẽto, *inquit, domine verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.

1 *alias, memor eſto.

Verbũ dei deiectos nos atq; depreſsos ad cęleſtem gratiam prouocauit, vt deſideremus æternitatem, deſpiciamus præſentia temporaliũ incurſionũ, ſi futura & inuiſibilia requiramus. Vocat igitur nos ad ſe dei verbum, ſicut habes ſcriptum: Venite ad me omnes qui laboratis Mat. 11.
& onerati eſtis, & ego reficiã vos. Ideoq; ſequamur vocantem dominum Ieſum, vt à ſecularibus ad perpetua tranſeamus, nóſq; ipſos regere valeamus. Ergo Dauid vocatus erat verbo dei, & ſpem in eo habuit, quoniã ſæpe reſponſis erat inuitatus cælestib⁹, quibus remunerationẽ fidei meritorũq; ſperaret fore, ſicut habes ſcriptũ dicẽte deo per Nathan prophetã: Accepi te de ouili ex
vno grege, vt ſis in principem in populũ meũ Iſrael, & erã tecũ in omnibus quibus ingrediebaris: & extermina L
ui omnes inimicos tuos à facie tua. Et infra: Et requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis. Quo reſponſo acce
pto ait Dauid: Quis ſũ ego domine de⁹ meus, & quæ do 2. Reg. 7.
mus mea, quoniam dilexiſti me in his, & memorata ſunt minima in conſpectu tuo domine, & locutus es pro domo ſerui tui in longinquo? Et infra ait: Et nunc domine de⁹ me⁹, domine tu es deus, & verba tua ſunt vera, & locutus es pro ſeruo tuo bona hæc: & nunc incipe benedicere domũ ſerui tui, vt ſim in æternũ in conſpectu tuo quoniã tu domine deus meus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus ſerui tui in æternũ. Hoc igitur reſponſo & aliis vocitatus Dauid ſperare nõ deſinit, & propheticæ fidei authoritate cõuenit dominũ vt meminerit promiſsorum ſuorũ, quorũ immemor eſſe non ſoleat. Sanctis enim quodcũq; ſpopõderit, implere cõſueuit, noſtrarũ immemor iniquitatum, ſuarũ non immemor ſponſionũ. Deniq; ſcriptum eſt: Ego ſum, ego ſum Eſaiæ. 43.
qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero: tu autem memor eſto, & iudicemur. Vult obliuiſci quæcunq; minitatus fuerit peccatoribus, ſi vias aliquando conuertãt: vult etiam cõueniri, vt ſi quis propoſita ſecutus virtutibus præmia bene certauerit, fructum remunerationis ex
pectet, quin etiam exigat, ſicut habes ſcriptum: Certa- 2. Tim. 4.
men bonum certaui, curſum conſummaui: repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Nõ eſt enim arrogans vſurpatio, ſed fidelis: quia verum deum nõ poſſe fallere cõfitetur. Ideoq; admonet & Dauid, dicẽs, vt meminerit dominus verbi ſui, quo nos ad ſperandũ prouocat, vt terrenis renunciemus, inhęreamus cęleſtibus. Dicit ergo Dauid: M
Certamen certatus ſum, brauiũ peto verbi tui: qđ promiſiſti mihi: memor eſto promiſsorum tuorũ, quę ſpopondiſti ſeruo tuo. Nõ vſurpatorie ſperaui, quę vt ſperarem ipſe feciſti. Seruus ſũ, expecto alimẽtũ à domĩo: miles ſum, exigo ab imperatore ſtipendiũ: vocatus ſum, poſtulo ab inuitante promiſsum. Verecũde autẽ authoritatem ſuę fidei tẽperauit, dicendo ſe ſeruum: quia ocu
li ſeruorũ in manibus dominorũ ſuorũ. Hęc ex perſona Pſal. 122.
Dauid propria bene prompta ſũt. Cęterũ ſi quis informationẽ cuiuſq; hominis conſiderat, poteſt Leuitis cõmunia promiſsa librare, ſicut habes: Date Leui viros eius, date Leui manifeſtos eius. Poteſt etiã populi credẽtis electis alloquium iſtud aptari, poteſt & reſurrecturę Eccleſię conuenienter aptari, cui per typũ Ioſeph primo in typo eius nominis, deinde per tribuum in primę electionis hęredes tranſfuſa eſt diuina promiſsio, dicẽte

Deut. 33. Moyſe: Primogenitus tauri, decus eius cõrnuã eius, in ip
A ſis gentes ventilabit ſimul vſq; ad ſummitatẽ terræ. Vni cum enim verbum dei hoc prophetatur oraculo toto p gentes orbe fundendum. Hoc ergo ſurrecturæ Eccleſiæ promiſsum Dauid verecundus ſui, impatiens vero cõmunis profectus morantis exigere videtur. Et addidit:

II *alias, qa eloquiũ. Hæc me cõſolata eſt i humilitate mea, quoniã *verbum tuum viuificauit me.

Hæc ſpes, hæc quæ verbo tuo obuenit mihi, conſolata eſt me, vt tollerarem acerba præſentiũ. Dũ facit Paulus cõtra nomen, nõ habet ſpei cõſolationẽ: dũ patitur pro nomine, haurit ſpem de conſolatione, & fidelis futuros
Roma. 8. quomodo nos cõſoletur accipe. Quis nos ſeparabit, in quit, à dilectiõe Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an periculũ, an gladius? ſicut ſcriptum
Pſal. 43. eſt: Quia propter te morti tradimur tota die, æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Et qua ratione illa patienter tolerari poſsint, addidit: Sed in his omnib⁹ ſuperamus ꝓpter eũ qui nos dilexit, Ergo ſi quis vult aduerſa ſupera
re, ſi eſt perſecutio, ſi eſt periculum, ſi mors, ſi ægritudo grauis, ſi incurſus latronũ, ſi facultatũ ꝓſcriptio, ſi quic quid eorum quæ putantur in iſto aduerſa ſeculo: facile ſuperantur ſi ſit ſpes quæ conſoletur. Nam etſi illa acci
derint, tamen grauia eſse non poſsunt dicenti: Exiſtimo
Roma. 8. enim quod indignæ ſint paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriam. Quiſquis enim meliora ſperat, nũquã le
uioribus frangitur. In tempore igitur humilitatis noſtrę ſpes cõſolatoria eſt, quæ non cõfundit: tempus autem tẽtationum, tẽpus humilitatis animæ noſtræ, arbitror. Humiliatur enim anima noſtra dum traditur tentatori duris examinãda laborib⁹, vt luctetur & exerceat, cõgreſſum contrariæ experiens poteſtatis: ſed in his tentationi
B bus viuificatur alloquio dei. Hæc eſt enim animæ noſtrę vitalis ſubſtãtia, qua alitur & paſcitur, gubernatur. Nec quicquã eſt aliud qđ viuere faciat rationabilẽ animã, q̃ alloquium dei. Sicut enim augetur ſermo dei in anima noſtra, dũ ſuſcipitur, dũ intelligitur, dũ cõprehẽditur: ita etiã vita eius augetur. Et quẽadmodũ econtrario alloquium dei deficit in anima noſtra, ita & incurrit eius vita defectũ. Itaq; vt cõnexio iſta animæ & corporis noſtri ſpiritu vitali animatur atq; alitur, & tenetur: ita verbo dei & ſpiritali gratia aĩa noſtra viuificatur. Vnde omni genere ſtudere debemus vt reliqua omnia poſſhabentes, congregemus nobis alloquia dei, & congeramus in principale noſtrũ, in ſenſus, in ſolicitudines, cõſidera
tiones, actuſq; noſtros: vt alloquiis ſcripturarũ facta noſtra conueniant, nec à ſerie præceptorum cælestiũ actus noſter diſcordare videatur, quo poſsimus & nos dicere: Quoniam eloquium tuum viuificauit nos.

III *alias, vſquaq;. Superbi inique agebant nimis, *à lege autem tua non declinaui.

C Maximũ peccatũ in homine ſuperbia eſt, quandoquidẽ inde manauit noſtri origo delicti. Hoc telo nos primum diabolus vulnerauit, & perculit. Nam niſi homo ſerpentis perſuaſione deceptus ſicut deus eſse voluiſſet, & verũ falſumq; cognoſcere, quod penit⁹ diſcernere humana fragilitate nõ poterat: deòq; quid ſequeretur acceperat, ne temeraria vſurpatione de illa paradiſi felicitate decideret: niſi inquã homo ſuis nõ cõtẽtus finibus, interdicta temeraſſet, nũquã feralis culpæ ad nos trãſiſſet hæreditas. Quid de homine dicã? Ipſe diabolus per ſuperbiam naturæ ſuæ amiſit gratiã. Deniq; dum dicit:
Eſaiæ. 14. Ponam thronũ meũ ſuper nubes, & ero ſimilis altiſſimo: cõſortiis excidit angelorum, cuius criminis digna mercede dãnatus, hominẽ ſibi participem requiſiuit, in quẽ conſortium ſuæ trãſfunderet offenſæ. Quid igitur hoc peccato poteſt eſse deterius, qđ à dei cœpit iniuria?
Iaco. 4. Ideoq; ſcriptura dicit: Domin⁹ ſuꝑbis reſiſtit. Tanq̃ ſuæ cõtumelię propulſator, veluti quoddã ſuſcepit aduerſ⁹ ſuperbiã ſpeciale certamen. Tanq̃ dicat, Meus iſte aduer D
ſarius eſt, qui me laceſsit, mihi debetur iſta congreſsio. Vnde & Apoſtol⁹ multiplicis cupæ materiẽ eſſe ſuꝑbiã declarauit, dicens de hæretico: Quia ei quæ ſecũdũ pie- 1. Tim. 6.
tatem eſt doctrinæ, ſuperbit, nihil ſciens, ſed langueſcẽs circa quæſtiones, & pugnas verborũ, ex quibus oriũtur inuidiæ, contentiones, ſacrilegia, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominũ mente corruptorũ, & à veritate alienorum, exiſtimantiũ quæſtũ eſse pietatem. Quantorum itaq; expreſsit cauſam eſse delictorum ſuperbiã? Vnde Dauid cõmendare volens deuotionẽ ſuam nõnulla ſuperborũ iniquitate attentatam, ait: Superbi inique agebant nimis. Nõ ſolũ iniquitatem agentiũ, ſed etiam nimiam iniquitatẽ pariter declarauit, quæ conuenerit ſuperbis. Quorũ ne aliquo tentaretur cõtagio, audi alibi
Pſal. 100. dicentẽ: Superbo oculo, & inſatiabili corde, cũ hoc nõ edebam. Itaq; quoniã quanta vis mali in ſuperbis eſset expreſserat: quẽadmodũ vinceretur, debuit nos docere. Meritoq; quaſi bonus doctor demonſtrat remediũ, qui exaggerauit venenum. Audi ergo quomodo excludas virus ſuperbiæ: A lege, inquit, tua nõ declinaui. Lex igitur dei ſolo poteſt ſuperbiæ virus hebetare, quæ informauit virum deuotioni deditum, quali ſe regere debeat
E cautione. Multi enim nõ ſolum alieni à fide ſed etiam qui videtur nõ mediocria ſcripturarũ præceptagueſtaſse, tentari ſolent proſperis ſuperborũ proceſsibus, videtes eos qui pręuaricantur legẽ, impietatis arbitros, arrogãtes, contẽptores fideliũ, extollentes ſe aduerſus eos qui humiliant cor ſuũ ſecundũ timorẽ dei, & præcepta cæleſtia, abundare in hoc ſeculo diuitiis, præconiis, honoribus, poteſtatibus, eiſq; quo grauiora cõmiſerint, eó affluẽtioribus ſucceſsibus cõmodorũ ſecularium ſecũdare: cõtra autẽ iuſtos viros plerũq; laborare inopia, amiſsionibus filiorũ, ſterelitatibus cõiugum: quo exagitati atq; turbati, ſenſũ mẽtis inclinãt vt putent dei in hoc quoddam errare iudiciũ, nõ tenẽtes caput veritatis, quo euidẽtiſsime comprehẽditur nõ in hoc ſeculo, ſed in futuro repoſitam noſtrorũ remunerationẽ eſse meritorum. Sed paucorũ eſt iſtud aduertere. Deniq; ĩ principiis etiã Dauid ipſe tẽtatus eſt, ſicut habes ſcriptũ: Ecce ipſi pec- Pſal. 72.
catores, & abundãtes in ſeculo, obtinuerunt diuitias, & dixi: Nunquid ſine cauſa iuſtificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die? Ita igitur & noſtrũ vnuſquiſq;, qui perfecti non ſumus, hæc vidẽs dicit: Vbi eſt prouidẽtia dei? vbi iuſtitia? Superbus iſte abundat, arrogans iſte locupletatur, impius iſte beatus & potens eſt: Iuſtus autẽ ille vides quẽadmodum iacet? Deiectus atq; deſpectus eſt: quẽadmodũ ipſo victu indiget, afficitur cõtumeliis ab iſto impio, ab iſto inſolẽte conculcatur, exloquium tuum viuificauit nos. Non mediocris vtiq; iſta tẽtatio eſt, niſi ad ea quæ ſunt ventura proſpicias, niſi præceptis plenus cælestibus inſtruaris. Deniq; & Dauid putabat ſe ante hæc cognoſcere, ſed neſciebat: & ideo anxius fluctuanti animo laborat. Vnde ait: Et æſtimabam
F me ſcire, hoc labor eſt ante me, donec ingrediar in ſanctuarium dei, & intelligam in nouiſsimis. In quibus per id quod ſe extulerunt ſuperbi, vidit prophetico ſpiritu deiectiores fore, & ait: Quomodo facti in deſolationem ſubito defecerunt, & exterminati ſunt propter iniquitatem ſuam, ſicut ſomnium exurgentis? Cognouit igitur impiorum ſucceſsus in hoc ſeculo ſomnii eſse ſimiles, nõ veritatis, quorum emolumẽta tamdiu videtur eſse, dũ dormiunt. Vbi edormierint ſomnũ ſuũ qui videbantur ſibi potare, iã ſitiunt: qui epulabantur, eſuriũt, nihil ſolidũ ex iſto ſomnio perfectumq; referẽtes. Et bene ſõmniũ dormiunt ſeculares viri, qui licet ſeculo vigilent, deo dormiunt. De quibus bene ſactus Iob, qui eorũ ante fluentiam mirabatur, ait: Quia ſicut paleæ iactantur Iob. 21.
à vento, & ſicut puluis turbine diſſipantur: moriuntur autẽ cũ amaritudine animæ ſuæ, nihil manducantes, nihilq; boni habẽtes. Iuſtus autem habens bonæ fiduciam

G conſcientiæ,in ſuis magis nouiſſimis gratulatur,& ſe vi
tæ huius exitu à laboribus intelligit liberari, mercedẽq;
2.Tim.4. boni operis & factorum requirit,dicens:Repoſita eſt mi
hi corona iuſticiæ,quã reddet mihi domin9 i illa die iu-
ſt9 iudex.Nõ ſolũ autẽ mihi,ſed etiam iis qui diligũt ad
uentum eius.Sed hoc ille ait, qui poterat dicere: A lege
autẽ tua non declinaui.In quo nõ ſolũ boni operis elu-
cet gratia,ſed etiã intimæ puritas cõſcientiæ. Lex enim
non ſolum agendi munus informat,verũetiam ſecretæ
emundat mentis affectũ,Nõ enim ſolũ in operibus, ſed
etiam in ipſis occultis ſecũdũ legẽ domino militamus,
quia lex dixit:Non fiat verbũ iuſticia occulta in corde
tuo,vt non ſolum nihil in opere factiſq; delinquas cum
ſuperbos videris gloriari,nec ſermone labaris:ſed ne i
corde quidem intimo,dum de dei iudicio diſceptas,cõ-
trahas iniquitatis offenſam:que quo putatur occultior,
eo frequẽtior eſse conſueuit,quia tuto putat vnuſquiſq;
qđ huius diſceptatione velut ſeptus viſceribus ſuis, cõ-
ſciẽtiæ ſuæ credat,cũ ipſe ſui accuſator die iudicii ſit fu
turus:quia reuelantur cordis abſcondita, teſtimonium
perhibente cõſciẽtia accuſationibus noſtris. Cuiuſmo-
di igitur ſit ꝓpoſitũ viri ſancti,hoc euidentiꝰ loco expo
nitur. Primum enim memor eſse debet promiſſorũ cæ-
leſtiũ,ſecundũ quæ viuentibus merces ſtatuta debetur.
Deinde aliud propoſitũ viri ſancti eſt,vt etiã ſi in pericu
lis & aduerſis poſitus ſit:ſpe tamen quam hauſit ex ſerie
ſcripturarũ,ſe debeat conſolari. Tertiũ propoſitum, vt
etſi impios & ſacrilegos videat,& ſuperbos inique agẽ-
H tes,abũdare diuitiis in hoc ſeculo:non quaſi incredulus
declinet à lege,ſed in eius ſemitis perſeueret, & fugiat
ſuperborum contagia.Cõtaminat enim omnis immun
dus:immundus autẽ ſuperbus,de quo ſcriptum eſt: Im-
mundus ante deum omnis tumidi cordis. Quartũ pro-
poſitum viri,vt memor ſit iudiciorum cæleſtium, ſicut
Dauid aſſerit,qui dicebat:

IIII *alias,âſe culo domine.

Memor fui iudiciorum tuorum quæ à ſeculo ſunt,*& me conſolatus.*

Niſi enim vnuſquiſq; legis inſtructus & formatus ex-
emplis,credat ſemper vera eſse dei iudicia,citò declinat
à lege. Qui autem præterita repetit,& ſemper colligit ſe
riem vetuſtatis,cognoſcit qđ neq; peccator pœnam ſuæ
improbitatis euadat,neq; iuſt9 æquitatis ſuæ præmiis de
fraudetur.Retexit enim animo qđ ab initio Adam pro-
pter mandati cæleſtis præuaricationem de paradiſi eie-
ctus ſit incolatu, & Cain parricidalis ſceleris preciũ di-
uinæ ſentẽtiæ authoritate dãnat9 exoluerit:quod Enoch
propter deuotionẽ raptus ad cælũ,terrenæ malitiæ virus
euaſerit: quod Noe propter iuſtitiam diluuii victor,ge-
neris factus ſuperſtes humani ſit:quod Abrahã propter
fidẽ ſeminarium poſteritatis ſuæ toto orbe diffuderit:
quod Iſrael propter laborũ tolerantiã,populũ credẽtiũ
ꝓprii nominis ſignaculo cõſecrauerit:quod ipſe Dauid
propter mãſuetudinẽ regali honore donatus,ſeniorib9
fratrib9 antelat9 ſit:quod Helias propter zelũ dei currru
eleuatus in aerem,cæleſtis ſedis hoſpitiũ noui generis ac
quiſierit incolatu.Hæc q nouit retexere,habet vnde gra
I tiam ſuæ cõſolationis acquirat:ecõtra,qui nõ nouit,nõn
habet vnde conſoletur. Quapropter cuſtodiamus iudi
cia dei,Quia iudicia dei vera iuſtificata in ſemetipſa, de
ſiderabilia ſuper aurũ & lapidem precioſum, & dulcio
ra ſuper mel & fauum : etenim ſeruus tuus cuſtodit ea,
Cuſtodienti igitur dulcia ſunt diuina iudicia,negligẽti
autẽ ea amara eſse nõ dubiũ eſt:quia nõ aduertit in op-
probrii turpitudine peccatorũ propoſitum ſibi diuinæ
euentũ eſse ſentẽtiæ. Qui autẽ bene ſibi conſcius eſt, nõ
Roma.8. turbatur vtiq;,dicens:Heredes ſumus dei, cohæredes au
tem Chriſti:ſi tamen cõpatiamur,vt & ſimul glorifice-
mur.Sed quis noſtrũ huiuſmodi,vt ſe diuinorum iudi
ciorũ ſerie conſoletur?Terribilia ſunt peccatorib9 etiã
humana iudicia,quanto magis diuina formidini ſunt?
Deniq; vt hoc illa,quæ æterna ſunt, colligamus exẽplo, K
videmus in hoc ſeculo innocẽtes latos ad iudiciũ feſti-
nare,odiſse moras,celeritatẽ affectare iudicii :reos autẽ
refugere & pauere,differre,vitare,iurare,mœſtificari de
niq; cũ diẽ iudicii audierint cõſtitutũ. Beatus itaq; ille q
illud cæleſte iudicium lætus expectat. Scit enim ſibi re-
gnum cælorũ,angelorũ conſortiũ,coronam quoq; bo-
norum repoſitã eſse meritorũ. Conſideremus nũc quod
ſit aliud propoſitũ viri ſancti,& ex ſequẽtib9 æſtimem9.

Puſillanimitas, * inquit detinuit me à peccatoribus dereliquẽtibus legẽ tuã. V

*alias.defectio.

Nõ eſt hoc cõmune cũ multis,nam plurimorũ eſt con-
triſtari ſi quã ab aliquo patiãtur iniuriã, ſi læſi,ſi appeti-
ti,ſi decolorati ſint. Noſtra enĩ cauſa eſt, nos infirmio-
res fraudi nobis aliquos dolemus fuiſse. At vero qui for
tior eſt, nõ propriã cõtumeliã dolet, ſed aliena peccata
& in ſua iniuria lapſum alteri9 ingemiſcit:& cauſam ſe
fuiſse deplorat lædẽtis errore. Exẽplũ accipe apoſtoli-
cũ. Paulus enim in peccato flebat alieno,ſicut ipſe ait:
Nã ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vo- 2.Cori.2.
bis per multas lachrymas. Et cũ ipſe triſtaretur,coſipſos
quos arguebat,cõtriſtari nolebat. Deniq; addidit: Non
vt contriſtemini,ſed vt ſciatis quam charitatẽ habeo in
vobis abundantius. Cõtriſtari enim volebat vſq; ad pœ-
nitentiã lapſos,non vſq; ad mœſtitiam profundiorum,
tantũ vt eorum qui arguebãtur, mœſtitia gaudiũ fieret L
arguenti. Vnde ait:Si enim ego contriſto vos,quis eſt
qui me lætificet,niſi qui contriſtatur ex me? Arguit itaq;
vt alleuet diuturnitatẽ mœſtitiæ, quo pœnitentia fieret
in ſalutem:damnat vt abſoluat: excludit vt recipiat : nõ
ignoſcit vt liberet. Ideo talis Paul9 qui bene peritus in
lege cognouerat præceptũ dicentis:Puſillanimitas deti
uit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam,
Dolebat Dauid,non quia contẽnebatur, non quia ipſe
appetebatur,ſed quia lex dei relinquebatur:& eorũ qui
hoc faciebant,dãnum dolebat,quod perirent deo. Sicut
bonus pater in phreneſi conſtituti filii,cũ ab eo maledi
catur,verberetur,afficiatur iniuriis,nõ ſuam ſed ægroti
deflet erumnã:& cõtumeliam dolet,nõ quod ſibi ſit irro
gata,ſed quia per furorem quid faciat æger ignorat : ita
vir bonus cũ videt peccatorẽ non reuereri,non honora
re etiam canos ſenioris,quo præſente faciat aliquid in-
dignũ,non agnoſcere quadã peccãdi inſania,q; inhono
ra & inhoneſta cõmittat, quaſi moriturum dolet, quaſi
deſperatũ à medicis ingemiſcit:& vt bon9 medicus pri-
mo monet,deinde etiam ſi grauia patiatur,tamẽ tanquã
ille ægrum,& ſi cædatur,ſuſtinet:& ſi maledicatur, non
relinquit:& quicquid poteſt medicinæ adhibere, nõ de-
negat:nec tãquã cõtumacem deſerit,ſed tãquãbene deſe
meritum omni ſtudio ſanare cõtendit:exercẽs non ſolũ
artis peritiam,ſed etiã mẽtis benignitatẽ. Ita ergo etiam
iuſtus & cũ cõtẽnitur à peccatore,nõ auertitur:& cum M
lædĩtur,furoris illud putat eſse,non improbitatis: magiſq;
vnlneris eius medicinã afferre deſiderat,& cõpatitur & dolet:non propter ſe,ſed propter illũ qui deſpera
to laborat incõmodo,& dixit hunc vnũ ex fratribus ſic
laborare,ſic affici,vt faciat mihi iniuriã: qui ſi agnoſce-
ret me,honoraret vtiq;,certe non læderet. Quid enim?
Læſus eſt in eo facto,vt habeat lædentis affectum? Ergo
cũ non ſuppetit cauſa lædendi,nõ poteſt culpa eſse pro
poſiti. Ergo ſi iuſt9 ſum,afficior propter charitatẽ,pro-
pter dilectionẽ,propter Eccleſiæ damnũ,propter corpo
ris detrimentũ. Poſsum etiã illud dolere, quod etiam ſi
ego lædentem non læſerim, & non ſim mihi conſcius
quod eum in me aliquibus iniuriis excitauerim : tamen
cauſa illi fuerim lapſus eius,quod innocentẽ me lædẽ-
do delinquat,qđ factus ſim ei materia peccati. Hoc ergo
dolet Dauid,& ideo dolet,quia cum vnũ membrũ pa-
titur,& cætera mẽbra compatiuntur. Ideo forte & illud
poſitũ eſt:Iuſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui. Pro 1.18.

A Nam etſi poſsit iuſtus habere in ſe qđ accuſet,& iuſtus
eſse(quia nemo ſine peccato præter vnũ deum)& poſsit
etiã peccator hoc ipſo iuſtus eſse,quia accuſator eſt ſui,
Eſaiæ.43. ſecundũ illud:Dic iniquitates tuas,vt iuſtificeris : attamen forſitan etiã aliquibus non videatur abſurdum vt
etiã de illo dictũ ſit,qđ iuſtus ſit qui ſe accuſat pro alio,
etiã ſi i ſe nihil habeat qđ accuſet. Quãm igitur ĩ his oĩ-
bus ſancto Dauid viri iuſti prima conueniant,conſide-
remus. Accuſauit ſe nullo accuſante,peccatum cõfeſ9
1.Para.21. eſt ꝓpriũ,quãdo percuſsus eſt in corde eo ꝙ numera
uit plebem. Qui & dixit ad dominũ:Peccaui domine,ꝙ
fecerim hoc verbũ:Et nũc domie auſer iniquitatẽ ſerui
tui qđ deliqui vehemẽter.Itaq; quãuis ſcriptura habeat
qđ apposita eſt ira dei vt iraſceretur ĩ Iſrael,qđ regis ,p-
lapſum excuſare videretur:tamen cũ vidiſſet angelum
qui ſtragem plebis efficiebat,percutientis ictui ſeipſum
obiecit,dicens:Ecce ego peccaui,& ego paſtor malignũ
feci:& hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me,& in do
mũ patris mei. Quaſi iuſt9 ergo accuſator ſui ĩ ipſo ſer-
monis exordio & peccatũ ſuũ cognouit,& iniquitatẽ ,p
priam cõfitendo,iuſtificatus eſt in ſemetipſo. Alibi quo
2.Reg.12. qꝙ de Vriæ morte coargutus à Propheta ait:Peccaui do-
mino,cui reſpõſum eſt,propter pœnitentiã ablatũ à do
2.Reg.16 mino ei9 eſse peccatũ. Item alio loco,cũ Semei malediceret,& lapidaret eũ ſeptum bellatoribus,per quos vin
dicare ſe poſset,patienter ferebat,ne verbo quidẽ refe-
rens cõtumeliã:quinetiam cũ Abiſai dux eius caput ma
ledicentis vellet auferre,ait rex: Quid mihi & tibi eſt fili
Saruiæ? Quod maledicit mihi,domin9 dixit ei maledice
re Dauid. primũ igitur culpã eius excuſauit,& cauſã ad
B domini retulit voluntatẽ. Secundo in ſuum meritũ re-
torſit,vt nõ illũ erraſse,ſed ſe meruiſse ſignificaret. Ter
tio maledictionẽ illi9 ſibi nõ ſolũ nõ nocere ſed etiã pro
deſse memorauit. ſicut ſcriptum eſt: Et dixit Dauid ad
Abiſai,& ad omnes pueros eius: Ecce filius meus qui exi
uit de ſemine meo,quærit animã meã:quãto magis filius
Gemini? Grandẽ impetũ fregit victoris. Quomodo enim
maledictũ extranei pro regis iniuria vindicaret, cũ filii
adhuc parricidium inultũ maneret? Non vtiq; extranei
maledictũ, & filii parricidiũ æqua eſset lance penſandũ.
Et addidit: Sine illũ maledicere, quoniam dixit illi do
minus,donec videat humilitatẽ meã,& retribuat mihi
dominus bona pro maledicto. Eſt & aliud iuſti propo-
ſitũ longe omnibus perfectius & potentius, interuenire
pro perſequentibus,& excuſare peccãtes, quod legim9
Luc.23. in Euangelio dicente domino Ieſu cum crucifixus eſ-
ſet à perfidis:Pater dimitte illis,non enim ſciũt quid fa-
ciũt. Liquet igitur his magiſteriis doctrinæ cæleſtis quod
Matth.7. iuſt9 ſe accuſare malit,quãm alium deformare. Deniq;
de Ioſeph cui deſponſata erat Maria mater domini,ſcri
C ptum eſt quod cũ eam grauem vtero vidiſset, cum eſset
iuſtus,noluit eam traducere,& vtiq; nullũ adhuc audie
rat oraculum,Ita nõ ſolum ab vltionis atrocitate,ſed e-
tiam ab accuſationis ſeueritate iuſti aliena perſona eſt.
potiusq; ducit ſuã remiſſionẽ accuſari quod non iudica
Pſal.57. uerit,quãm alienum crimen arguere. Sed dices, Quomo
do dixit ipſe Dauid:Lætabitur iuſt9 cũ viderit vindictã
impiorũ? Mihi videtur quia lætetur quod ipſe euaſerit,
non quia impii puniantur. Quæramus aliud propoſitũ
ex ſequentibus,itaq; dicit:

VI

Catabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

Merito peregrinationibus nõ frangebatur, ſuperbos
declinabat,eorũq; proſperis ſucceſsibus nõ mouebatur. Cõſolabatur ſe in iudiciis cæleſtibus, angebatur in
alienis peccatis,quia cantabiles habebat iuſtificationes
dei. Quæ enim bene tenemus,cantare conſueuimus : &
quæ melius cantantur,melius noſtris adhærẽt ſenſibus.
Nõ enim perfunctorie tranſeamus quæ legimus, vt tũc
tantum cum legimus ea,in memoriã eorum redire vi-
deamur:ſed etiã cũ abeſt codex manib9,tãquam animã- D
tia quæ probãtur & mũda habẽtur in lege,etiã cum non
paſcuntur,ruminare cõſueruntex ſemetipſis alimenta
ſibi recondita proferentes:ita & nos de noſtræ memo-
riæ theſauro,de interioribus noſtris ruminãdum nobis
pabulum ſpirituale promamus. Hymni nobis, cãticum
nobis,pſalmi nobis iuſtificationes domini ſint. Pſalla- 1.Cor.14.
mus ſpiritu,pſallamus & mente:ne cũ obliti fuerimus,
in tempore neceſsitatis dicatur vnicuiq; noſtrũ:Abieci- Pſal.46.
ſti ſermones meos poſt te. Ideoq; vt expelleretur & eli-
miꝛaretur obliuio à domo ſancta ſua, cantatores ſibi fe
cit rex verus Salomon, qui toto ſpiritu inquirendo co-
gnitionẽ diuinitatis intenderent,ne pſallentes deeſsent
Eccleſiæ ſuæ,quorum cantu nequam ſpiritus fugaretur
ſicut Dauid ſancti docemur exemplo,quo pſallente ma 1.Reg.16.
lus ille ſpiritus expellebatur,qui Saul regis corda vexa
bat. Prophetæ quoq; vt prophetarent, pſallẽdi peritum
iubebant pſallere,quo ſuaui inuita dulcedine ſpiritua-
lis infunderetur gratia. Et in Euãgelio legimus in domo Lucæ.15.
patris illius filiũ recuperantis percrepuiſse ſymphoni-
am,qua epulantes delectabantur fideles,perfidus autem
impatienter audiebat. Dulcis igitur cantilena,quæ non
corpus effœminat,ſed mentem animãmq; confirmat.
Ideoq; Canticũ dicitur domini teſtamentũ: quia remiſ- E
ſionem omnium peccatorum,dominiq; iuſtitias in ſcri
pturis Euangelii ſuaui mentis exultatione concinimus.
Ipſe quoq; dominus non dedignatus eſt dicere: Cantaui Lucæ.7.
mus vobis,& non ſaltaſtis. Cantauit nobis in Euangelio
veniam delictorum,debuerunt Iudei mentem attollere,
non hiſtrionico corporis motu,ſed ſancto ſpiritu. Non
fecerunt,ideo reprehendũtur,Sed etiam corporis ſaltа-
tio in honorem dei,laudabilis habetur. Deniq; ſaltauit
Dauid ante arcam domini & vidit Michol filia Saul eũ 2.Reg.6.
ſaltantem,& percutientẽ in organis armazatis* in con- *ἁρμα-
ſpectu domini,& ait ad eum poſtea quãm ſe domum re- μενοις
cepit,Quid vtiq; honorificatus eſt rex Iſrael,quia denu
datus eſt hodie in oculis puellarum ſuarum ancillarũ,
ſicut vnus ex ſaltatoribus? Et dixit Dauid ad Michol in
conſpectu domini: Benedictus dominus qui elegit me ſu
per patrem tuum,& ſuper omnem domum illius voluit
conſtituere in principem ſuper plebẽ Iſrael & Iuda in
conſpectu domini:& denudabor adhuc ſic, & ero nu-
gax in conſpectu tuo,& cum puellis cum quibus dixiſti
me nudatũ,glorificabor. Et Michol,inquit,filiæ Saul nõ
erat filius vſq; in diem mortis eius. Euidens itaq; exem-
plum quod & Propheta qui & percutiebat in organis,&
ſaltauit ante arcum domini, iuſtificatus eſt : & illa quæ
reprehendit eũ,ſterilitate damnata eſt. Sed non ſatis eſt
vt aliquis cantabiles habeat iuſtificationes dei,niſi terre
narum exeat ſeruitio ſolicitudinum. Ideoq; addidit: In
loco peregrinationis meæ. Conuenit ſibi. Siquidẽ & a-
libi ait:Aduena ſũ ego in terra hac. Vnde & Apoſtolus Pſal.38.
non vult nos in domo dei fideiq; vocatione aduenas eſ- Ephe.2.
ſe & peregrinos,ſed ciues ſanctorum,& domeſticos dei. F
Qui enim domeſticus dei eſt,exul eſt mundo : qui con-
uerſatur in cæleſtibus,peregrinus eſt terris. Peregrina-
bantur in hoc mundo Hebræi tres pueri naturam incẽ-
dii non ſentiẽtes. Cantabiles habebãt iuſtificatiões dei,
cum hymnum deo de creaturarum laudatione cantа-
rent. Deinde qui cãtat,vacuus eſt,& diuerſarum cogita
tionũ curas relegat,culpas religat,ſequeſtrat auaritiam,
& nõ ſolũ corporis vocem,ſed etiã mẽtis ſuæ vanitates
emulcet. Nõ enĩ tanquam mœſtus inopiæ ſolicitudine,
ſed tãquã liber ab omnibus corporaliũ affectibus paſſio
num canebat idem Propheta: Pſallam tibi in cithara ſã- Pſal.70.
ctus Iſrael. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi,&
anima mea quam redemiſti. Cantabat hæc lætus tanquã
his melioribus epulis paſceretur. Epulabatur enim ani
mus piæ deuotionis alimento. Non ſolũ itaq; hymni &
pſalmi,ſed etiam legis præcepta cantabilia ſactis ſunt.
Deniq; cantauit Moyſes qui legem accepit,cum præter-

G gressꝰ? pedibꝰ mare seruati populi ductor iustificatiões domini prædicaret. Superest adhuc propositũ egregiũ viri iusti: quia omni tempore circa dei laudes esse debet intentus, nõ solum die, sed etiam nocte. Ideòq; addidit:

VII Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam,

Videamus si & ille memor est qui vocat dominũ verbo nõ custodit autẽ mãdata diuina. De quo dictũ est satis, quia nõ quicũq; dicit, Domine, domine, acceptꝰ est: sed qui operibus bonis fidelẽ suũ probare potuerit affectũ. Fides ergo, probitas, innocentia memorẽ ꝓbant. Quod autẽ ait, Memor fui nominis tui: plena deuotio est: quia nemo dicit dominũ Iesum, nisi in spiritu sãcto. Hoc no men inuocetur diebus ac noctibus, nullum tẽpus prædicãdi vacuum sinat sancta deuotio præterire. Si studẽtes igitur doctrinis secularibus perparũ somno indulgent: quanto magis qui deum cupiunt cognoscere, nõ debẽt somno corporis impediri, nisi quãtũ naturæ satis est? Da uid per singulas noctes lectum suum lachrymis diluebat, surgebat etiam noctis medio, vt domino confiteretur. Et ne totã noctẽ sopori existimes deputandam, tũc magis tibi orandus est dominus, tunc præsidia postulãda, culpa cauenda. quando videtur habere secretũ: tunc maxime quãdo tenebræ in circuitu meo, & parietes me operiunt, considerandũ quia dominus omnia intuetur abscondita. Ne dixeris ergo circunfusus tenebris, Quis me videt? Et quẽ vereor sept9 parietib9 & incluſ9? Quia vultus domini super facientes mala. Deinde si arbitrũ non vides, teipsum non vides? Tuæ conscientiæ testimonium nõ vereris? Nescis illã caliginẽ noctis nõ operto-
H rium sed incentiuũ esse peccati? Cum somno & cibo fer uent corpora, tunc etiã vigor mẽtis sopore laxatur, ſõno resoluitur, tunc irrepit impuri libido concubit9, tũc perturbatur cor, squalorem immunditiæ nõ veretur, ca stitatis puritas nõ cõsideratur, pudicitiæ gloria nõ recẽ setur. Nox erat quando Iudas prodidit, quãdo Petrus ne gauit. Illo igitur præcipue tẽpore iustificationes dei animo retexendæ sunt, relegenda mandata hortatoria. Illa de castitate præcepta non absint, vt his occupata mẽs flagrantiã libidinis, carnis restinguat ardorẽ. Tene illud animo: Lauabo per singulas noctes lectum meũ, Quis eni stupris deditus, flagitiis inuolutus, lauat per singulas noctes lectum suum? Nescit flere qui flenda cõmittit: & cũ sit ipse lachrymabilis, non habet pœnæ lachrymas suæ. At ille qui castigat corpus suum, & sui solicitus gubernator est, atq; ingemiscẽs & dolens lapsus supeſioris of fensam, quærit quomodo abluat fluctibus pœnitentiæ: hic lauat per singulas noctes lectum suum. Nõ dormiamus ergo totis noctibus, sed maximam partem earum le ctioni & orationibus deputemus. Audi Ecclesiæ vocem quærentis etiam in noctibus Christum, In cubili, inquit, meo, in noctibus quæsiui quem dilexit anima mea. Accipe secundum literam. Quæsiuit in noctibus orando, deprecando, etiam lachrymis deplorando. Quesiuit in noctibus, quia posuit tenebras latibulũ suũ, vt quærere eũ solicitus disceremus. Quesiuit igitur in prophetis Eccle sia ex gentibus cõgregata, & ideo credidit. Deniq; aduẽ
I tus dominici testimonia de prophetis euangelistæ psalmisq; posuerũt. Vnde scriptum est, Quia nox nocti indicat scientiã. Quesiuit in noctibus, in persecutionibus & aduersis, in tribulationibus & laboribus duris. Nox est omnibus quibus non est perfecta securitas. Vnde ait Domin9: Veniet nox, quando nemo potest operari. Cũ in hoc mundo sum, lux huius mundi sum. Non ergo operemur in tenebris. Si enim lucent opera nostra, non operãtur in tenebris, sed in lumine. Dies est quib9 adest Christus: nox est quibus se denegat. Non magnũ ergo si tunc domino gratias agas, quando in prosperis & secundis es: sed si tunc adhæreas Christo, quando te persecutor exagitat, quãdo aliqua procella perturbat. Amisisti filium? In illo dolore, in illa nocte, in illa destitutiõe me K mento domini dei tui, ne quasi non exauditus ingratus sis, & in tua præuaricetis erumna. Pulsus es in exilium? Memento domini dei tui, ne patriæ interdictæ charitatẽ deo præferas. Alicuius diuitis oppressus potẽtia amisisti proprias facultates, indiges sumptu? Memento domini dei tui, ne nox te egestatis abducat à deuotionis affectu. Hoc est enim mandatum legis, vt in nocte magis quæras quando magis exaudiaris à domino, & possis dicere: In tribulatiõe inuocaui dominũ, & exaudiuit me. In latitudi Psal.117. ne. Sed nec quærere perfunctorie abundat ad gratiã, sed vt insistas & intendas muneri. Deniq; ista vel Ecclesia vel anima quæ requisiuit in cubili, quę siuit in noctibus: primo non inuenit, quia fortasse in cubili quæsiuit: sed posteaq̃ surrexit, & abiit in ciuitatẽ. Vide ne in illam ciuitatem in qua dominus celebraturus pascha discipulos destinauit, dicẽs: Ite in ciuitatem ad quendã. Posteaq̃ Mat.26. in foro, vt dixi, quæsiuit, inuenit quẽ dilexit, vbi oleum venditur, qđ expectantes sponsũ emere consueruntꝰ vbi ius: vbi leges, Si lex spiritualis, & forũ est vticq; spirituale, vbi disputant periti legis æternę: Qđ forũ non litib9 tumultuosũ est, sed Christi tribunalibus gloriosũ. Vbi quæsiuit inquam? In foro, & post quæsiuit in plateis, de quibus hi qui ad patris familias enangelici prandiũ cõuenirent, colligebantur: qui vocati excusandũ ab huiusL modi epulis non reputarunt. Posteaq̃ in foro, inquã, & plateis quæsiuit, incidit in eos qui circũeunt ciuitatẽ, & tunc demum potuit inuenire. Quærit fortasse qđ in tribulatione & metu posita magis inueniat gratiã. Deniq; posterius ait: Inuenerunt me qui circũeunt ciuitatẽ, tu- Cantic.3. lerunt mihi pallium. Habuit ergo certamen, sed qua ratione supra? nõ tulerint palliũ, hæreo reperire, nisi forte quia ibi interrogasse se dixit. Nũquid quẽ dilexit anima Ibidem. mea, vidistis? Quæ Christũ loquebatur: nec exuta est pallio, & quẽ quærebat inuenit. Discе quemadmodum quæratur Christus. Ab his vticq; qui non perfunctorie quærunt, violenter rẽtinent: sicut ista quæ ait: Tenui eum, & non dimisi eum. Fide inuenit, meditatione constrinxit. Si bonos custodes accipimus, vticq; angeli sunt. Qui vero angelos transiuit, verbum inuenit: ideo non multum interualli fuit cum transiuit ab his & inuenit IESVM. Quomodo ergo infra tulerunt pallium, nisi forte quia processu opere suæ fidei Ecclesia dum nudatur, dominꝰ plus amatur, expolians veterem hominem vt nouum induat, quem non operiunt indumenta, sed mentis secreta clarificant, aut quia amictum sapientiæ secularis ad Christum ventura deposuit. Et Noe exutus est pallium posteaquam cœpit esse perfectior. Simꝰ ergo memores iustificationum cælestium, vt dum eas secreta mentis voce cantamus, memores simus in nocte nominis domini, & dicamus vt scriptum est:

VIII Hæc facta est mihi, quoniam *iustificationes tuas exquisiui. *alias, qu.

Hoc est, hæc memoria facta est mihi, vt memor essem & in nocte nominis tui, non ebrietate sopitus, non epuM lis resolutus in somnum, non curis secularibus occupatus obliuia mihi tuæ venerationis irreperent: sed quotidiana meditatione membra castigans, & intentionem mentis exercens, vt assiduitate fiat nobis cursus iste solẽnis, vt dominum IESVM etiam in noctibus toto vene remur affectu, cui est gloria, laus, perpetuitas à seculis & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

SERMO OCTAVVS.

OCTAVA litera Heth, quæ interpretatione N latina pauor. Sanctorum pauor esse cõsue Heth. uit. Deniq; pauor cecidit in abraham cum Gene.15. sacrificium offerret plenũ mysterii spiritualis: ipse quoq; Dauid ait: Ego dixi in pa Psal.115. uore meo, omis homo mendax. Religionis enim reueren

A tiam significat mãgis quàm infirmitatem timoris: licet Eccli.1. etiam ipse timor secundum deum sanctus sit. Initium enim sapientiæ timor domini. Ergo qui timent deum, Psal.93. sapientes sunt: qui autem sapientes, beati. Beatus enim quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Hi quoq; qui timent deum, beati sunt, sicut exempli extat authoritas, quia beati omnes qui timẽt deum. Hoc ita colligitur, quia timentes deum, & sapientes sunt, & beati. Sanctus igitur timor domini, quia vere sanctorũ est pauor. Deniq; præmissa hac litera, statim sequitur persona iusti, dicens:

Portio mea domine dixi: custodire legem tuam.

Codices pleriq; hunc versiculum qui primꝰ est literæ octauæ, vltimo loco literæ habent septimæ. Sed secundũ Hebræos emendatus, apud Græcos psalmorũ liber hunc versum docuit nos octauæ literæ copulandum. Deinde ordo ipse & numerus versuum ita conuenit, vt ab eo in cipiat octaua litera. Portio, inqt, mea domin9. Quàm rarus in terris qui potest dicere, Portio mea domin9, q alie nꝰ à vitiis, quàm segregatꝰ ab oĩ labe peccati, qui nihil habeat cõmune cũ seculo, nihil mũdi huius vẽdicet sibi non sit corporalium possessio cupiditatum, quem non inflammet libido, nõ stimulet auaritia, nõ lasciuia effœminet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua negociorũ secularium cura solicitet, verus minister altaris, deo non sibi natus. Leui
B enim, vt habet interpretatio, significat ipse mihi assumptus, significat & ipse meus, significat & tantum assumptus, significat & assumptus mihi. Ipse idẽ & mihi Leui & deo est, quomodo idẽ & mihi sacerdos & deo est? & mihi aduocatus, & domini deprecator, pro me offerens sacrificium, & idem se offerens domino. Deniq; & alibi Leui interpretatione dicatur, id est pro me. Etenim si à me nominetur Leui, pro me est. Sin autem vocetur à domino, ipse mihi dicitur: hoc est, non alii tributarius, nõ decimarius, non de possessione munificus, ipse mihi, hoc est tanquam abundans. Pro his omnibus nõ ab hoc decimas, non fructus, non dona quæro, nõ munera, ipse mihi pro munere est, ipse est ꝓ tributo, nõ in possessiõe sua munificꝰ mihi: sed ipse mihi possessio, ipse meꝰ fructus, ipse meus census, assumptus mihi, vel assumptus à me. Non potest hoc sine diuina esse gratia. Sicut enim possessio non potest mea esse nisi emero eam, sic nõ potest esse Leui nisi fuerit assumptus à domino. Cũ enim assũptus fuerit, rectè dicitur ipse meꝰ. Deniq; cũ Moysi dictum esset vt populo Iudæorum per tribus singulas diuideret incolat9, & distribueret singulis tribub9 portiones, tribũ Leuiticam excepit deus dicens: Filiis Leui non erit portio neq; sors in medio fratrum suorũ, quia dominus deus pars eorum est. Et alibi: Ego dominꝰ portio eorum. Negatur his terrena diuisio, vt ipsi dum secu
C larem sibi non vendicant portionem, fiant cælestis possessio. Vel hoc solum nouerint possidere, hoc est, fidei & deuotionis obsequium, multo ditiores quàm qui possessionum suarum spatia ampla diffundunt. Quantũli bet fines suos extendãt, & terra deficit, & mare includit insanas cupiditates, & pendũt tributa maiora quàm fructus sunt. At vero iste nihil possidens, nulli nisi deo militat, supra terram eius est portio, non eum deficit, non mari clauditur. Cui portio deus est, totius possessor est naturæ. Pro agris igitur ipse sibi satis est, habens bonũ fructum qui nũquã possit perire. Pro domibus satis est sibi, vt sit habitatio domini, & templum dei, quo' nihil Gala.6. potest esse preciosius. Quid enim preciosius deo? Aut quid deest ei viro qui potest dicere: Nõ contingat mihi gloriari nisi in cruce domini nostri IESV Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo? Non potest in hoc princeps mundi huius sibi consortiũ vẽdicare, in quo nihil sui inuenit. Ideoq; dominꝰ qui venit docere vt fieret nobis deꝰ portio, ait: Venit enim huius Ioan.14. mũdi princeps, & in me inuenit nihil. Meritoq; imitato D res sui esse volẽs ait: Nolite possidere aurũ neq; argentum, neq; pecuniã. Vnde Petrus ostendẽs in deo portio- Mat.10. nem sibi esse, nõ in seculo, ait: Argentũ & aurũ non habeo, sed qđ habeo, hoc tibi do. In nomine IESV Christi Actuũ.3. Nazaræi surge & ambula, hoc est, portio mea hæc est, portio mea Christꝰ est. In noĩe igitur Christi IESV surge & ambula, hoc est, in portione mea diues sum, in portione mea potens sum: merito tales præsumo fructus istius portionis, vt salus & vita donetur: quia hoc est istius patrimoniũ portionis quã elegi mihi. Dixit hoc claudo, & surrexit qui erat claudꝰ ab vtero matris suæ. Quo modo ergo Petrus poterat portiõis suæ damna sentire, qui naturæ damna reparabat? Quare nõ habeas argentum atq; aurum Petre, dic nobis. Dic etiam quid sit istud quod habere te dicis, quia omnia quæ habebas, te reliquisse dixisti. Sic enĩ locutꝰ es domino: Ecce nos omnia Mat.19. dereliquimus, & secuti sumus te, hoc est, nõ quæsiuimꝰ quæ seculi sunt, nõ quæsiuimus partẽ de possessionibus, sed te eligimus portionem. Reliquisti omnia ergo Petre quæ habebas, vnde habes qđ habere te dicis? Surgit claudus, & sono tui sermonis erigitur. Sanitatem aliis donas qui indigebas ipse tuæ salutis auxilio. Reliquisti ergo quæ habebas, & cepisti quæ non habebas. Christus tibi portio, Christus tibi possessio est. Illius nomen tibi munificum, illius nomen tibi est fructuosum, illius nomen tibi tributa dependit, & bona tributa non pecuniæ, sed gratiæ. Portio tua non ariditate siccatur, non imbre diluitur, non frigore vritur, nõ tẽpestate quassatur. Per di em sol non vret te, neq; luna per noctẽ. Serua portionẽ Psal.120. quã eligisti. Ea est enĩ portio, quã terrenæ partes æquare nõ possũt. Quid enim est qđ cõferri possit his de qui bus deus dicit: Et inhabitabo in his? Quid magnificentius hospite cælestiꝰ Quid beatius possessione diuina? Et deambulabo, inquit, ĩ his. Alii queruntur de sui ruris angustiis, in te deo est ampla possessio, in quo deambulare se dicit, hoc est, laxæ spatia habitationis inueniẽs qui terram includit manu. Sic enim scriptũ est: Quis mẽsus Esaiæ.40. est manu aquã, & cælũ palmo, & vniuersam terram clan E sa manu? Cui mundus angustus est, tu ei ampla es dominꝰ Portio, inquit, mea dominus. Dicit hoc martyr. Ipsi ergo viuamus, cui mori est gloriosum. Aliis verbis quàm bene dixit hoc Paulus, ostendẽs nullã habere se in hoc seculo portionẽ. Sic enim scriptũ est: Vsq; ad hanc horã 1.Cor.4. & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis vapulamus, & instabiles sumus, & laboramus, operando manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionẽ patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramꝰ. Tanquam lustramenta huius mũdi facti sumꝰ, omnium lustramẽta vsq; adhuc. Fortasse moueat qđ purgamentum se esse dixit. Nõ enĩ est, sed hoc secularibus videtur, qui putant summã in diuitiis esse gloriã vel decorem. Nõne isti vniuersos purgamenta esse putant quicũq; illis obsequũtur propter diuitias, & mirantur eos propter opes, timent propter potẽtiã, laudãt propter nobilitatẽ? Sed hæc omnia Paulus detrimẽta magis putabat es Philip.3. se quàm cõmoda. Ideóq; ait, Quæ mihi lucra fuerũt, hæc F duxi propter Christũ detrimenta esse, propter eminẽtẽ sciẽtiam Christi Iesu domini mei, propter quam omnium detrimẽtum passus sum, & æstimor stercora vt Christũ lucrifaciam. Æstimor, inquit, non est hæc mea, sed aliena sententia. Frequẽter enim æstimatur pauper ille irridẽdus, & execrãdus propter illuuiẽ vestium, aut vulnerũ cicatrices, eò ꝙ ĩ terra nullã habeat portionem, & tamẽ portio eius in cælo est. Anima eius ibi sibi patrocinium collocauit, quia audiuit IESVM dicentem: Nolite thesaurũ vobis condere in terra: sed thesaurũ inquit, vobis cõdite in cælo. Sed hoc diuites audire nõ possunt Mat.6. Clausas aures habent, & sono æris obtusas, nummus magis illis resonat quàm verba diuina. Deniq; accessit

G quidã diues ad dominũ,qui portionẽ dominũ nõ habebat,Habebat enĩ multas possessiões,sed domin⁹ nõ iter multa numeratur,nõ enĩ dignatur hãbere cũ seculo cõsortiũ. Quæ enim portio iustitiæ cũ iniquitate? Dicit ergo hic diues: Quid faciẽs vitã æternã possidebo? Respõdit ei domin⁹,Mãdata nosti? nõ homicidiũ facies, nõ adulterabis,nõ falsũ testimoniũ dices,ostendẽs vitã æternã in his esse mandatis. At illi iustificare se volẽs, dicit: Hæc omnia feci,quid mihi restat? Ad quẽ domin⁹ ait volẽs ei dominũ fieri portionẽ,nõ pecuniã,nõ possisiões, sed vtiq; verũ deũ: Si vis perfect⁹ esse,vẽde omnia quæ habes,& da pauperib⁹,& habebis thesaurũ in cælo,& veni sequere me. Verũ ille cui portio aurũ atq; argentũ erat, sine quibus esse non poterat,cõtristat⁹ est. Vnde dominus pronunciauit impossibile esse vt diues intret in regnum cælorũ: sed qđ impossibile per humanas cupiditates,hoc per diuinã gratiã solã posse esse possibile. Ali bi quoq; ait: Quicũq; reliquerit patrẽ aut matrẽ, domũ aut fratres,aut sorores,cẽtuplũ accipiet ĩ hoc seculo, & vitã æternã possidebit. Forsitan autẽ dicas, vtiq; qui relinquẽdo domũ(per domũ autẽ totũ censum intellige) qui relinquẽdo propinquos,deum secutus fuerit,portio domini est,& portio de⁹ illi est: habet etiã vitã æternã: & quia accepto centũplo fit in hoc seculo diues: diues, in qũies,intrat in regnũ cælorũ. Deinde si cẽtuplũ dat domin⁹ eorũ quæ etiã simpla impedimẽtũ afferre cõsuerũt ad perceptionẽ hæreditatis æternæ: centũ ergo possessiones reddit pro vna possessione,centũ põdera auri pro vno põdere. Multos quidẽ in hoc seculo qui sua pauperibus donauerunt,vberiore thesauro locupletatos fuisse cognouimus. Et pulcherrime locutus,vt etiam ad misericordiã prouocẽtur. Sed non debẽt à domino seculare huiusmodi exigere mercedẽ,nec sperare quæ mũdi sũt: sed magis quia iis qui non reliquerint,deus portio est. Ipse est vtiq; merces perfecta virtutũ, qui non centupli enumeratiõe,sed perfectæ plenitudinis æstimatiõe censetur. Ego,inquit,deus tuus sum. Non dixit ero,sed iam sum,iam inhabito,iam possideo. Aufert dilationẽ, vbi inuenit iusti cõfessionẽ. Sane alibi ait: Hodie mecũ eris in paradiso. Futurũ promittit,sed id quod futurum est, vnius diei spatio nõ patitur protelari. Denique potuit dicere: Mecum eris in paradiso: sed addidit, Hodie: ne dilatione gratia minueretur. Sed non illi soli dicit dominus Iesus. Hodie mecũ eris in paradiso: sed & tibi dicit, Mecum eris in paradiso: si cõfitearis dominum Iesum, si eius patrocinium tibi poscas,si & ipse dicas: Memẽto mei domine dum veneris in regnum tuum. Sed tibi nõ dicit, Hodie mecũ eris,dicit martyri. Hodie mecum eris in paradiso. Tibi non dicit,quia adhuc in hoc febrienti corpore constitutus es,in hoc concupiscenti,in hoc terrena adhuc desideranti,sed cum potueris dicere: Dirupisti vincula mea,hoc est,soluisti cursum istius vitæ,liberasti me ex hoc mortis corpore: tunc tibi dicit: Hodie mecum eris in paradiso. Habes igitur homo inter multa proposita etiam huiusmodi portionẽ. Proposuit tibi domin⁹ in portione possessiones,in portione aurũ, in portione argentũ,in portione honores, in portione nobilitatem. Proposuit etiam in portione seipsum. Habes igitur plurimas portiones,elige quam petas. Nõ te numerus perturbet,sed excitet gratia: nõ te labor auertat, sed fructus inuitet. In portione diuina gemitus & labores sũt. Vnde & sãctus Apostolus,cui portio deus erat, ait: Hæredes sumus dei,cohæredes autẽ Christi: si tamen compatimur,vt simul glorificemur. Vides quia vbi hæreditas Christi est,ibi debeat esse cõpassio. Qui autem compatitur,nõ perfunctorie compatitur: sed vt tribulationes Christi in corpore suo impleat,sicut implebat & Paulus. Implebat & Hieremias,qui ait sub hac ipsa litera: Misericordia domini est quod non defecimus, quia nõ sunt cõsummatæ miserationes eius. renouabit illas sicut lux matutina. Multi sũt gemitus mei,& cor meum defecit. Sors mea dominus,dixi: ideo sustinebo eũ. Qui ergo sustinuit dominũ,sors domini est. Vnde & Dauid q̃ ait: Sustinui dominũ,& respexit me,hoc loco portionẽ sibi deũ esse profitetur. Quàm rarus qui istud vsurpet sibi,nõ nobilitate,nõ diuitiis vsurpatur. Denique rex ille diues ait: Sũ quidẽ & ego mortalis homo similis oĩbus,& ex genere terreno illius qui prior fictus est,& in ventre matris figuratus sum caro. Decem mensiũ tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis,& delectamẽto somni cõuenientis,& ego natus hausi communẽ aerem,& in similiter factã decidi terrã,& primam vocem similẽ omnibus emisi plorans,in inuolumentis nutritus sum,& curis magnis. Et addidit: Nemo enim ex regibus habuit aliud natiuitatis initium. Vnus ergo omnibus est introitus ad vitam,& similis exitus. Et quia vidit commune esse natiuitatis exordium,elaborauit esse portio dei,& inuocauit,& venit in eum spiritus sapientiæ. Sed luxuriosi aliam partẽ eligunt,qui dicunt: Vino precioso & vnguẽtis nos impleam⁹,& nõ prætereat nos ros * temporis. Coronem⁹ nos rosis antequam marcescãt. Et infra: Quoniã hæc pars nostra,& hæc sors. Quàm magnum cõtenere diuitias,sed q̃ rarum hoc ipsum est. Vtiq; & Moyses potuit regis esse successor,nutrit⁹ à regis filia. Potuit ergo esse nõ solũ quasi Pharao, sed etiã & Pharao potuit esse. Vterq; enĩ homo,sed omnis potẽtia hominis in affectu. Moyses noluit rex esse cũ posset, sed opprobriũ Christi thesauris Aegypti arbitratus est præferendum: sed fugiendo potentiam, potẽtior factus est. Factus est enim in deum regi Pharao. Rex erat Pharao,sed de⁹ nõ erat Moyses: factus est illi deus, hoc est, regi ipsi terribilis,quẽ rex metueret & timeret. Sed hęc erat potẽtia sanctitatis. In taliũ congregatione deorum de⁹ stat atq; discernit. Et tu si vis tanq̃ deus peccatorib⁹ esse terrori,regibus reuerentiæ,vt tãquã deo tibi videantur esse subiecti,quia operaris ĩ dei nomine: cõtẽne quę seculi sunt,& dominicæ passionis opprobrium contende omnibus præferre diuitiis. Opprobrium dico quod illis videatur opprobrium, hoc est Iudæis scandalum, gentibus stultitia: nobis autem virtus dei atq; sapientia. Sed hoc Pharao opprobriũ putãs,hoc est inopiã, ignobilitatẽ,contumelias,maluit diaboli esse quàm dei portio: & ideo qui deo subiectus esse nolebat,intercessioni hominis ipse se subiecit. Ergo quia portio dei erat sanctus propheta Dauid,recte ait: Dixi custodire legem tuam. Spiritualem vtiq; legem dicit,sicut & Paulus ostendit. Nam qui corporaliter legem interpretati sunt, non custodiunt legem, sed preuaricantur. Veniamus ad secundum versum,qui ita est:

Deprecabor vultum tuum * domine in toto corde meo,miserere mei secũdum eloquium tuum.

Legimus in veteri testamẽto quod deprecatus sit Moyses vt vultum dei videret,& respõsum sit ei. Nemo videbit faciem meã & viuet. Mystice hoc primum intelligamus. Moyses legis figuram accepit. Lex per occulta mysteria nunciauit Christum,non facie ad faciem demonstrauit,sicut Euangelium demonstrauit. In ipso enim facie ad faciem loquebatur,licet in Euangelio homo natus ex virgine apparuerit: verbum autem se per opera demonstrauerit,& fortasse hoc declaratum sit Moysi, quod populus Iudæorum moriturus esset,& q̃ facie ad faciem Christum vidisset,& nõ credidisset. Quod si ad legem referas,etiam finis legis Christus est, secundum illud Apostolicum: Finis enim est Christus secundum legem omni credenti. Et mortua est legis interpretatio corporalis, vbi dominus Christus IESVS spiritualem ei gloriam demõstrauit. Vel certe quia omnes qui Christum vidimus,& baptizati in Christo sumus,mortui sumus peccato, quia viuentes legis vinculis tenebamur. Vbi autem in Christo mortui sumus, mortificati

K

Sapien.7.

L

Sapien.2.

*flos.

Hiere.11.

M

Roma.10.

1.Cori.1.

*aliàs,deprecatus fũ faciẽ tuã.

Exod.33.

A vtique sumus legi per corpus Christi, vt simus alterius qui ex mortuis resurrexit. Sed hoc mysticum est. Morale autem historię veteris facit nos meminisse debere quę est de sancto Moyse,qui rogauit deũ vt se demõstraret ei & facie ad faciem eum videret. Norat vtiq; sanctus vates domini quòd inuisibilem deum facie ad faciẽ videre nõ possit, sed deuotio sancta mensuram supergreditur, & putauit deo etiam hoc esse possibile, vt corporeis oculis faceret id quod est incorporeum comprehendi. Non reprehensibilis hic error,sed etiam grata cupiditas atq; inexplebilis, quòd dominum suum velut manu tenere, & obtutu oculorũ videre cupiebat. Sciebat enim ad imaginem & similitudinẽ dei factũ esse hominem. Quando enim electus à domino deo est ad populum liberãdum, impletus est spiritu sapientiæ. Viderat angelum illum & faciem eius in gloria. Denique fulgente eius lumine paruefactus est,& vidit rubum vri, & nõ exuri. Visu cœpit fulgorem,quem miratus accessit, cupiditate & gratia p uocatus, vt diligentius fulgorem illum in rubo consideraret. Itaque si tantum accepit ardorem,tantã subiit cupiditatem cum angelum vidisset in flamma ignis de rubo, vt licet pauore apprehensus cõsiderare nõ auderet, cõsiderare tamen velit: quanto magis vultũ domini coram poraliter videre desiderabat,dicẽs intra se: Vultum illũ plenum lucis,plenũ glorię,plenum virtutis,plenum diuinitatis quẽ esse dicam? Non plus posũ dicere vel sentire de deo. Cum enim cõsummauerit homo,tunc incipit: & cũ finierit,tunc aporietur,vt scriptũ est, quia incõprehensibilis est dei ęterna maiestas. Irritus quidam erat postulationis effectus, sed affectus probabilis serui, qui vltra naturã suam deuotione progressus de domini angelis æstimabat, quantum in domini vultu plus desideraret quo cupiditatem suam gestiret explere. Nouerat in ipso homine aliam post mortem futurã gloriam, aliã claritatem. Sicut enim stella in claritate est, ita & resurrectio mortuorum. Quæ & si seminatur in corruptiõe, surgit tamen in incorruptiõe,surgit in gloria, surgit in virtute,surgit corpus spiritale. Qui ergo hęc scire poterat, merito præsumebat vt vultum dei videre cuperet, quem esset sopitus corporis morte visurus. Talem certe etiam formam receperat, talem dominus iam probabat,vt non distaret ab angelis cælestis ministęr & executor oraculi. Et ideo cum sciret quia angeli pusillorum quotidie viderent faciem patris qui in cælis est, putauit quod iam eam videre deberet, tanquam oblitus corporis,& carne deposita, sicut ille qui in corpore adhuc positus cum raperetur in paradisum,vtrum in corpore siue extra corpus raptus esset ad tertium cælum, nescire se dixit. Sancti enim etiã cum gerũt corpus, non sunt tamen in carne,sed in spiritu,quoniam qui in cupiditate, & cõuersatione sunt carnali,deo placere nõ possũt. Sãcti autem conuersatione in carne nõ sunt,sed in cælo,sicut Paulus ostẽdit. Et quid dicamus de pbabili desiderio vultus diuini? Homines qui sunt,& si quẽ nobilem,si quem fortẽ,si quẽ sapientẽ esse audiunt,tãquã supra hominẽ arbitrãtes,cõcupiscunt videre. Procedit impator, cuius regiæ potestati cõmissa pars est orbis terrarũ, concurrunt omnes, & in tãta multitudine illum solum aspicere gestiunt, & de fulgore purpuræ plus quiddã esse in vultu imperatoris existimãt. Miraris si dei desiderabilis vultus est,cum conformem sui hominem humanus omnis miratur affectus? Hinc datur intelligi etiam illud,qđ imperatori vnusquisque nullius reus criminis gestit occurrere. Nam & si crimen habeat conscientia,tegunt illud tamen cordis occulta,dummodo publico non sit inuolutus reatu, nec sit aliquod eius crimen expressum. Denique vbi rei aliqui fuerint aduocati, & imperatori se & ipsis iudicibus offerre prohibentur, quemadmodũ turpes leonum meretricumq; personæ à conspectu vel iudicis vel imperatoris arcentur,ne turpissimorum visus offendat vultus regij claritatem. Qui autem bene sibi conscius est,nullius criminis reus,quasi innocens procedit in medium. Ex his ergo sancti Moysi comprehendamus affectum. Videre dei vultum quasi innocens volebat, velut quodam vultu conscientiæ desiderabat aperire ei faciẽ mentis internæ. Cognosci plenius gestiebat & Moyses,& ipse sanctus Dauid,qui alibi ait: Proba me domine, & tẽta me. Non enim vellet probari si in se crimen agnosceret, nec tentari si passionibus grauibus se sciret obnoxium. Liber igitur à peccato, deo se cupidus offerebat. Sed fortasse quia adhuc frequentioribus dei visitationibus mundus,à vitio nõ foret nec fuerit in principio perfect⁹, vtpote cui ante paululum dictũ erat: Solue calceamentum pedum tuorũ: illud vtique calceamentum quod de Aegypto detulerat,hoc est, corporeæ conuersationis inuolucrum: ideo dicit ei dominus: Nemo hominum videbit faciem meam, & viuet. Quando dictum sit,considera. Nondum ei dictum erat: Faciente in deum regi Pharaoni. Adhuc homo erat: ideo istud ei dicitur. Processu ei debebatur vt deus fieret, & ideo dictũ est ei. De homine dixi. Desiste hominis habere peccata, & videbis faciem meam. Qui enim faciem meam videt,debet esse sine peccato. Sed quia homo sine peccato esse nõ potest,ideo vt in dei appellationem possit excrescere,commonetur. Et quid de dei appellatione dicamus? Esto angelus,hoc est, diuini ministęr imperij,obsequere mandatis domini. Cum fueris angelus, videbis faciem domini. Magnum est videre dei vultum. Lex tibi dicit vt tertio te offeras in Hierusalem. Ipse dominus IESVS ait: Beati mundo corde: ipsi enim deum videbunt. Aduertis quid à te exigatur vt videas deum, cui vitæ pro posita sit prærogatiua videndi deum. Emunda igitur cor tuum,vt quasi nouum creetur renouato spiritu. Omnes pollutas cogitatiões de corde tuo abijce, nihil sit quo tus inquinetur affectus: simplex mẽs, pura synceritas sit. Talibus se dominus cum volucrum corporis deposuerint,demonstrare dignatur.

Ecclesiast.18.

1.Cor.18.

B

C

D

E

Mat.5.

Nunc de reliqua ipsius versus parte dicamus.

Miserere,inquit,mei secundum verbum tuum.

Misericordia quidem iustitiæ portio est,vt si velis donare pauperibus,hæc misericordia iustitiæ est, secundũ illud: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Deinde quia conformis tuus iniustum est, vt non adiuuetur à socio,cum præsertim dominus deus noster terram hanc possessionem omnium hominum voluerit esse communem, & fructus omnium ministrare: sed auaritia possessionum iura distribuit. Iustum est igitur,vt si aliquid tibi priuatim vendicas, quod generi humano,immo omnibus animantibus in commune collatum est, saltem aliquid inde pauperibus adspergas, vt quibus iuris tui cõsortium debes, his alimenta non deneges. Est etiam misericordiæ donare peccatum: & misericordiæ est,& iustitiæ est. Denique iustitiæ ascribit scriptura diuina veniam peccatorum, secũdum illud quod hodie lectum est: Benedictum lignum quod fit per iustiam,maledictũ autẽ lignũ quod fit per manũ hoim. Superius ad crucẽ domini retulit, posteri⁹ ad errorẽ gentilium,qui ligna venerãtur. Iustitia aũt quæ est crucis,nisi qđ ascẽdẽs illud patibulũ dominus IESVS Christus,peccatorum nostrorum chirographum crucifixit, & totius orbis peccatum suo cruore mundauit? In quo ergo iust⁹ deus,nisi in eo quia sciuit quod de limo tertæ hominem figurauit,quæ terra vtique corruptelæ obnoxia est, ac vitio lubricæ passionis? Propterea ergo dominus qui secundum animam te ad imaginem & similitudinem sui fecit,hoc est,rationalem,iustum,pudicum, (In eo enim ad imaginem dei es,si sis iustus,vt sis imago iustitiæ: si sis castus,vt immaculata in te figura præfulgeat.) Sciẽs ergo secundum corporis fragilitatẽ corruptelæ patere hominem,quasi iustus fragili lubricæq; naturæ delicta con

Psal.111.

Exodi.3.

Exod.33.

F

Sapiẽ.14.

Psal.25.

Mat.29.

Lucæ.18.

Psal.115.

I

Roma.8.

Thren.3.

Lucæ.23.

Ibidem.

G cesserit. Ac ne forte dicat aliquis, cur ergo Adam maledicto sententiæq; subiacuit: nunquid iniustus deus? Non vtique: sed quia quasi fragili atque infirmo quid caueret ante præscripsit, (infirmus enim non vsurpare debet, sed obedire mandatis) ideo præuaricationis reum tenuit, quem prolapsioni addixit. In illum igitur iusta seueritatis processit sententia, quia scire voluit quod scire non profuit. Nobis autem qui hæreditario vinculo tenemur astricti, qui in hac carne sumus, quæ priorum præiudicio detrita iam atque assuefacta peccatis non poterat emergere, quasi iustus indulsit. Iuste enim ignouit hæredi qui præiudicio laborat authoris. Est ergo iusta misericordia, est etiam iniusta misericordia. Denique
1. Reg. 15. in lege scriptum est de quodam: Non misereberis illius. Et in libris Regnorum legis quia Saul postea contraxit offensam, quia miserat⁹ est Agag hostium regem, quem prohibuerat sententia diuina seruari. At si quis latronis filijs deprecatibus motus, & lachrymis coniugis eius inflexus, absoluendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradit exitio, qui multorum liberat exitia cogitantem? Certe si gladium reprimit, vincula dissoluit. Cur laxat exilio? Cur latrocinandi qua potest clementiore via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Denique inter duH os, hoc est, accusatorem & reum pari periculo de capite decernentes, alterum si non probasset, alterum si esset ab accusatore conuictus, non id quod iustitiæ est iudex sequatur, sed dum miseretur rei, damnet probantem: aut dum accusatori fauet qui probare non possit, addicat innoxium. Non potest igitur hæc dici iusta misericordia. In ipsa ecclesia, vbi maxime misereri decet, tenerius quàm maxime debet forma iustitiæ, ne quis à cõmunionis consortio abstentus, breui lachrymula atque ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus communionẽ quã plurimis debet postulare tẽporibus, facilitate sacerdotis extorqueat. Nonne cũ vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquẽti. Hoc ideo dictum est, vt sciamus secundum verbũ dei, secundũ rationẽ dispensandã esse misericordiã debitoribus. Medicus ipse si serpentis interius inueniat vulneris cicatricem, cum debeat resecare vlceris vitium, ne latius serpat, tamen à secandi vrẽdique proposito lachrymis inflexus ægroti, medicamentis tegat quod ferro aperiendum fuit: nõne ista inutilis misericordia est, si propter breuẽ incisionis vel exustiõis dolorem corpus omI ne tabescat, vitæ vsus iteretur? Recte ergo & sacerdos vulnus, ne latius serpat à toto corpore ecclesiæ quasi bonus medicus debet abscindere, & prodere virus criminis qđ latet, nõ fouere: ne dum vnum excludendum nõ putat,
Roma. 11. plures faciat dignos quos excludat ab ecclesia. Iure ergo Apostolus diuino nos hortatur exemplo, dicens: Vide ergo bonitatem & seueritatem dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate. ostendẽs Iudeorum populum iure esse à corpore ecclesiæ separatum, ne perfidiæ virus cõtaminaret ecclesiã: Populũ autẽ gentium bonitate domini receptũ, & obedientiæ munere gloriari. Iure igitur huic diuina pietas suffragatur, quandiu in diuina bonitate permaneat. Si vero & ipse desciscat, p criminis sui qualitate damnabitur. Qua gratia dominus & lux & ignis esse describitur, vt in tenebris ambulanti luceat quasi lumen, ne diutius possit errare qui quærit luminis claritatem. Ei autem qui multa fuerit operatus quæ manere non debeant, sed ardere, ignis est dominus, vt operis nostri fœnum stipulámque consumat, atque vtili nos faciat saluos detrimento, sicut aurum quod dum excoquitur, plus probatur. Fortasse dicat aliquis, qua ratione scripserit propheta: Miserere mei secundum verbum tuum? Verbum enim dei iustitia est. Si igitur iustitia fretus erat, cur misericordiam ante præmisit? Aut si misericordiam requirebat, cur eam ad mensuram iustitiæ puta K uit esse poscendam? Qui enim bene agit, & bene viuit, opus non habet misericordia, quia misericordia à peccato liberat. Denique non diuitibus, non fortibus & felicitate subnixis misericordia conferri consuenit à nobis, sed egentibus vel debilibus, vel ijs qui ex diuitijs in paupertatem aut captiuitatem aut necessitatem aliquam deciderũt. Ergo qui eget misericordia, peccator est: qui autem peccator non est, vtique iustus est, & non eget misericordia dei. Secundum quid igitur vnusquisque, hoc est secundum quem statum egeat misericordia, aut iusti tiam habeat, considerandum est. Aliter enim eget iustitia dei angel⁹, aliter homo. Aliter eget misericordia archangelus, aliter homo. Angelica enim natura nõ vtique ita corruptelæ obnoxia est, vt natura generis humani: & ideo illa eget misericordia dei, ne possit errare, & auersa à se dei gratia labatur in vitium. Homo autem & si iam firmiore proposito est, tamen propter contractorum seriem peccatorum, misericordiam dei quærit. Itaque & si vterque misericordia dei indiget, aliter tamẽ angelo misericordia, aliter homini debetur. Leue enim vitium in angelo iudicio grauiore censetur. Peccatũ quoL que adolescentiæ in homine, mitiore sententia quàm peccatum senectutis astringitur, & citius relaxatur. Prophe ta igitur in isto versiculo diuidit causas, vt & misericordiam quasi homo postulet, quia nemo sine sorde peccati, & iustitiam quasi propheta deposcat: vel certe quoniam licet peccauerit sicut homo, & quasi peccator misericordia egeat, tamen correxit errorem, pœnitentiam gessit, abstinuit à temulentia delinquendi, sobrietate virtutis. Petit ergo iustitiam secundum verbum dei, quia verbi dei sententia est, vt conuersis venia donetur, si legitime est freta conuersio.

Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. III

Diuiduus sensus, aut quia vias superiores meas cogitaui plenas lapsus atque peccati, & ideo vt remissionem peccatorum possim mereri, morum conuersione, studióque virtutum auerti pedes meos in testimonia tua, vt non iam meis gressibus, quibus ante sum lapsus, sed testimoniorum tuorum itineribus ambularem, quo tuorum semitæ mãdatorũ me errare non sinerẽt, nec vestigium in deuia & tortuosa deflecterẽ. Frequẽter enĩ ignorãtes iter, si strata viarũ sequãtur, perueniũt quo desiderãt peruenire, & carẽt erroris anfractu. Sinautem vsurpent scire qđ nescĩũt, & putẽt aliqua sequẽda cõpendia, à publici tractus itinere recedentes, erroris labyrinthos frequẽter incurrũt, vt eos de itinere deflexisse pœniteat: & M ideo post multa laborũ dispẽdia ad iter quod reliquerãt redire cõtendũt. Hic ergo sensus vnus est. Alius autem ita, Cogitaui vias meas, nõ superiores, sed futuras, vt ãte meos actus cogitationibus præuenirẽ, ne incõsulta operatione progressus, aliquid in ipsis coactionibus offensionis inciderem: vt si agere aliquid velim, ante cogitem vtrum agendũ sit illud quod desidero, aut quo agẽdum modo: similiter si alloquendũ, vtrũ alloqui debeã, deinde publice an secreto loqui, præsentib⁹ aliqb⁹, aut nullis: sicut illud est, vt si velis fratrẽ corripere, primo solus corripias, secũdo præsentibus duob⁹ aut tribus testib⁹, tertio, si nõ audierit, coram ecclesia. Itaq; si prætermisso ordine velis corã ecclesia fratrẽ increpare, quẽ ante monere debueras, erratũ ipse cognoscis. Oĩa igitur cũ cogitatione facito, vt nõ te pœniteat apertio oris tui. An ver- Mat. 28. ro si viã ingressus, cũ veneris ad cõpitũ aliqđ (ita enĩ appellatur plurimarũ velut q̃dã cõcursus viarũ) si nescias qđ iter ingredi debeas, stas tamen, & cogitas ipse tecum vtrũ primã, an secundã, an tertiã, an quartã, vel certe quãtam, si ita est, viã eligas quã sequaris, nec putas prius adoriendum iter, quàm animo definieris, & pleniore mentis intentione decideris. Stas igitur cogitans quæ sit via quæ

A ih ciuitatem ducat, ad quam tibi putas esse pergendum. Quanto igitur magis animo debes ac mente consistere qui ad regnum cæleste contẽdis, & cogitare tecum, quia non omnis via illõ ducit, non omnis via illõ dirigit ad Hierusalem illã quæ in cælo est. Sunt viæ quę malos exitus habẽt, quas diaboli tẽtamenta triuerũt: & ideo exit⁹ earũ, exit⁹ mortis sunt. Hæ nẽpe sũt viæ de quib⁹ legisti
Prou. 14. in prouerbijs, quia sunt viæ quæ videntur viro rectæ esse, vltima autem earum aspiciunt in profundum inferni. Est autem via angustior illa quæ ducit ad dei regnũ.
Mat. 7. Volens ergo eam ingredi viam quæ ad deum ducit, non circunspicies, non tecum ipse tractabis, non considerabis ne facile capiaris affectu, si viæ latitudine prouocat⁹ ingrediaris iter quod ad inferna deducat? Cogita ergo
Mat. 5. ante atq; perpẽde quid facias. Qui viderit, inquit, mulierẽ ad cõcupiscendum eã, iam adulterauit eam in corde suo. Hic vtiq; cogitauit vt videret mulierem, vt videret ad concupiscendũ: sed mala hæc cogitatio relinquat vias suas. Alius non cogitauit quidẽ, sed subito aspexit, & captus est, & vidit, & cõcupiuit & ideo lapsus est. Quod si fragilem suum considerasset affectum, & ante timuisset ne cum vidisset mulierem mente, caperetur animo, vtiq; non ꝓspexisset ad mulierem, ne concupisceret eã. Videns ergo mulierem non direxit pedem suum in testimonia domini: qui si ante lapsum suum cogitare potuisset, forsitan direxisset. Vnusquisq; ergo pri⁹ cogitet quo modo videat mulierem, vt non videat ad concupiscendum eam, aut non attendat eam. Si autem vidẽs repente,
B vel bona cogitatione fundat⁹ dirigat pedẽ suum ad testimonia domini, ne in captiuitate permaneat: vtique ei profuit cogitatio. Postremo amans mulierem, si auerterit nõ tantũ pedẽ, sed & mentem, vt diligens cõcupiscẽs Christum consideret iudicium eius, testimonia eius de præmijs castitatis, & relinquat vias concupiscentiæ, sequatur vias Christi: & habebit laudem in eis, si contemplatus dominum IESVM cõtemnat carnis ardorem, flãmámque libidinis, quasi quodam fonte extinguat, alliPsal. 140. dat teneras & infirmas cupiditates ad petrã Christi. Cogitet ergo primum, vt eadem repetam, quemadmodum videat, quemadmodum loquatur. Bene cogitauit qui dixit: Pone domine custodiam ori meo: ne forte dum mẽs inflammat ardorem, lingua sermone labatur, aut multiloquio incauto etiam quod mens non cogitauit, incurrat loquendi facilitate: cogitet quemadmodum pedem suum dirigat, manum ad le ferat, ne impetu indignationis impulsus, cum repellere debeat iniuriam, ipse alteri iactum notabilis cædis illidat. Cogitandum est igi
C tur quid geramus. Vbi enim præcedit cogitatio, maturitas operationis adhibetur. Itaque pes iste fidei vestigium est, quem meditatione perpensa à corporalibus motib⁹ ad testimonia diuina deflexit. Quid igitur prosit cogitare ante, quod postea facturus sis: docet versiculus qui sequitur.

Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. IIII

Vbi cogitatione quis præuenit quod acturus est, semper paratus ad agendum est, semper fixus & validus, vt non queat subita aliqua accidentium offensione turbari. Nulla enim flabra scopulosæ nimis ambitionis excutiunt, nulla procella atque tempestas iniustæ inuasionis exagitat, non petulãtis oculus meretricis illaqueat. Ocu lus enim meretricis, laqueus amatoris est. In aliena miser capitur possessione qui improuiso igne præuentus, possessionem suæ mentis amisit. Si persecutio ingruit, inuenit iam paratum, vt vbi possit esse perturbatio salutis incertæ, ibi sperata sacri corona certaminis, prouida futuri meditatione demulceat. Sed maledictis obtrectatorum frequenter obroditur: cogitet quia non est discipulus super magistrum, neq; seruus supra dominum. Si supra dei filium opprobria exprobrantium nephanda

ceciderunt, quemadmodũ seruus exortem eorum spera D re se poterit? Ideoq; mentẽ suã præparare debet, vt cũ ista acciderint, turbare se nõ queãt. Præparet animũ, & meditatione cõponat, vt possit dicere, si tamen possit: Quis Roma. 8. nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an ãgustia, an fames? & cætera. Quare aũt nõ separetur adiecit, Sed in his oĩbus superam⁹, inquit, & vincimus propter eum qui dilexit nos. Meritoq; confirmatus ait: Confido enim Ibidem. quia neq; mors, neq; vita, neq; ãgeli, neq; potestates, neq; præsentia, neque futura separare nos poterunt à charitate dei, quę est in Christo IESV. Multa Apostolus dixit cõtra quę lucta nobis est, sed alia facilia sunt, vel certe non huius temporis aut loci, vt discutere oĩa debeamus quæ sint quę nos separare possint à charitate dei, nisi diligentius resistamus. Illud nunc quod videtur obscurius non prætermittimus, quia ait: Neque altitudo, neque profun Esaiæ. 7. dum: quæ sunt grauia tentamẽta. Denicq; habes in Esaia scriptum ad regẽ Achaz: Pete tibi signum à domino in profundum, aut in altum. Respondit ille, Non petam & neque tentabo dominũ. Mysticum illi propositũ est, sed nõ intellexit, & veritus est ne tentare dominũ videretur si signũ peteret in altum, aut in ꝓfundũ. Dominus autẽ volẽs gravia tentamẽta remedio supplãtare diuino, ait: Ecce virgo concipiet in vtero, Hoc est magnũ signũ, qđ altitudinis & ꝓfundi tentamẽta destruxit. Domin⁹ enĩ E IESVS non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, neq; Philip. 2. quæ sua sunt requisiuit, sed formam serui accepit, humiliauit se vsq; ad mortem. Itaq; neq; elatus est potestate, neque mortis quadã deiectione turbatus. Hoc igitur signum, ꝓponitur regi, vt petat sibi remedium, per quod nec regiæ potestatis extolleretur supcilio, nec certe erũnæ alicuius exceptione perturbaretur, vt erat corde turbatus cum bellum sibi videret à Syrijs inferri. Diuini igitur exemplo oraculi volumus ostendere quæ essent hæc grauia tentamenta, quibus remedium solus potuit Christus afferre. Veruntamen & prophetico sermone facile est docere sarcinã quandã horũ tentamentorũ. Hæc enĩ tentamenta duo maxima sanctus Salomen oratione ꝓpria declarauit, & rogauit, vt posset excludere dicẽs: Di Prou. 30. uitias autẽ & paupertatẽ ne dederis mihi, sed ordina mihi quæ opus sunt, & quæ abundẽt: ne repletus mendax fiam, & dicam, Quis me videt? Aut paup rapiã, & periurẽ nomen domini. Potes igitur tu ista tentamẽta cõtinere, quæ formidauit Salomon, qui sapientiã postulauit & meruit? Dives erat, timuit extolli: paup fieri formidauit, ne F paupertatis necessitate abstinentiæ gratiam nõ teneret. Quàm multi qui videbãtur scĩi esse, ceciderũt ab altitudine cordis sui? Quàm multi aliqua necessitate deiecti nõ potuerũt cõtẽti esse iniuria, qui fuerãt virtutũ exercitio roborati? Rarus Iob inuenitur in terris, qui & diuitias amisit & filios, & vibicib⁹ corporis exarabatur, cũ vermes toto corpore fluerẽt: à Christi tamen charitate non potuit separari. Parem⁹ igitur affectũ nostrũ, ne imperatũ vis repẽtina perturbet. Denicq; scĩes domin⁹ cito nos frãgi solere, ait etiã apostolis: Non turbetur cor vestrũ, Ioan. 14. neq; formidet. Si te cupiditas appetentiaq; tentauerit, lege euangelium, dicat tibi IESVS Christus: Non turbetur cor tuum. Si quis terror ingruerit, dicat tibi Christus: Non turbetur cor tuum, neque formidet. Si qua supplicia persecutor inflixerit, lege euangelium, dicat tibi IESVS: Non turbetur cor tuum, neque formidet. Lege Apo Roma. 8. stolum dicentem: Indignæ enim passiones sunt huius tẽporis ad superuenturam gloriam. Si in mari nauiganti grauis fluctus insurgat, tempestas orta desæuiat, tibi dicat IESVS: Ego sum, noli turbari. Veniens igitur in certamẽ aliquod magnum & graue, dic prius: Parat⁹ sum, & non sum turbatus, vt custodiam mãdata tua. Et quid de secularibus dicamus? Esto paratus non solum aduersus ea quæ vides, sed etiam aduersus ea quæ non vides. Foris, inquit, pugnæ, intus timores. In teipso tibi bellum 2. Cor. 7. est, bonum est vt in tranquillitate sit animus tuus, & in

G quadam ſerenitate. Sed gubernator ille melior eſt, qui in tempeſtate nauim gubernat. Rege igitur teipſum, quãdo turbetur animus, mens fluctuat. Laudauerim virtutẽ gubernatoris qui nullas procellas ſenſerit, & curſum nauigij direxerit nulla tempeſtate iactatus? Sed illum laudauerim, qui aduerſus ventos renititur, inſurgit aduerſus fluctus, nõ timet vel cum elevatur vndis nauigium, vel cum ad profundi ima deponitur. Ita & ille laudandus eſt gubernator ſui qui ea quę aduerſa ſunt, vincit patientia, virtute ſuperat, ſecundis non extollitur, aduerſis non frangitur. Bellum tibi eſt etiam aduerſus nequitias ſpirituales. Aduertis cum quantis tibi eſt prælĩ? Et ideo meditare, & ſtatue animo, vt procedens ad prælia dicas: Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.

V Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam nõ ſum oblitus.

Hoc eſt, ſunib⁹ me circundederũt peccatores, vt mea implicarent veſtigia, ne poſsim incurſus eorũ prævidendi celeritate euitare. Non ergo illi funes ſunt de quibus
Pſal.15. ſcriptum eſt: Funes cecidcrunt mihi in præclaris. Sunt enim funes illi quibus vtuntur qui terminos metiuntur agrorum, limitẽſque diſtinguunt, & poſſeſsionum ſpatia diſterminant. Tẽduntur ergo illi funes quoad poſſeſſio vniuſcuiuſq; diffunditur. Sic factus eſt funiculus hæreditatis ſuæ Iſrael. Boni ergo illi funes. Iſti autem funes
H quibus trahuntur peccata, vt fune longo, & vt loro iugi vitulæ iniquitatis. Vitula enim indomita plus ſe iactat & excutit cum tenetur, nec acquieſcit imperio, nec adſtringitur vinculo, ſed magis cũ loro retrahitur, exaſperatur. Itaque nec coacta ſe ſubijcit, nec tamen libera vinculorum eſt. Sicut ergo trahit vitula lorum iugi, quę etſi non tenetur è proximo, tenetur tamen, nec ſe explicat, & abſoluit: ita trahit vnuſquiſq; peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat ſe liberum, quia non eſt iugo ſubditus, ſubiectúſque iudicio: & neſcit quod nõ ſit exutus, ſed magis vt illa vitula & ipſe ſe implicat ſuorum nexibus peccatorum. Hi ſunt ergo funes delictorum noſtrorum, quibus inuoluimur, & ligamur: quemadmodũ ſunt & vincula delictorum. Et ideo ſaluator, qui habet in poteſtate peccatum dimittere, dicit ijs qui ſunt in vinculis: Exite. Vtinam & mihi dicat: Exi de vinculis tuis, exi de nexib⁹ peccatorum tuorum. Solue funes erroris
I tui, quibus circundatus & ligatus es. Etſi enim nequiſsimus ſim omnium, & deteſtabilis ſim vſu peccatorum, illo tamen iubente liber ero, qui ſub vno momento latroci nij dãnatum reum ſupplicio eripuit, conſtituitq; in regno ſuo. Sunt ergo vincula quibus conſtringimur, etſi videamur nobis liberi. Beatus qui hæc ſoluit ſibi vincu-
Pſal.2. la. Et ideo Dauid ait: Dirumpamus vincula eorum, & abijciamus à nobis iugũ ipſorum. Non manu vtique viſibili vincula dicit eſse rumpenda, ſed inuiſibiles criminum nexus morum confeſsione & fidei profeſsione ſoluendos. Aut manu, hoc eſt, opera manus tuę eroga pauperibus, debiles eleuato, redime captiuos: & ſoluiſti vin-
Tobiæ.4. cula tua. Eleemoſyna enim à peccato liberat. Eripe eum
Pro.24. qui ducitur ad mortem. hoc eſt, eripe eum interceſsiõe, eripe gratia tu ſacerdos, aut tu imperator eripe ſubſcriptione indulgẽtiæ: & ſoluiſti peccata tua, exuiſti te è vin-
Prou.5. culis. Vinculis enim peccatorum ſuorũ vnuſquiſq; conſtringitur, ſicut ipſe legiſti. Ligat nos vinculis carnis illecebra. Vinculum noſtrũ auaritia eſt, vinculum noſtrũ ebrietas eſt, vinculũ noſtrũ concupiſcentia eſt, vinculũ noſtrum ſuperbia eſt. Sunt & diaboli vincula. Denique
Lucę.13. ſcriptum eſt: Hanc autem filiam Abrahæ, quam ligauit Satanas decem & octo annis. Ligat nos etiam diabolus criminum nexu, ligat nos vinculo fornicationis, vinculo adulterij, vinculo perfidiæ, qua Chriſtus negatur: vinculo inuidiæ, qua frequenter etiam frater appetitur: vinculo crudelitatis, qua nõnunquam ſocius & conformis occiditur. Hæc ſunt vincula quib⁹ ligatus vnuſquiſque K inclinatur, vt animam ſuam leuare non poſsit: nec obtutus ad cælũ mentis erigere, niſi ei dicat domin⁹: Dimiſſus es ab infirmitate tua. & munere eum ſuæ benedictionis erexerit. Hæc ſunt ſceleratorũ vincula, quæ dure peccatores ligant: hoc eſt, diabolus, & miniſtri eius: vel certe Nẽroth, hoc eſt amaritudo: vel certe Eſau, hoc eſt terrenus & callidus. Iſti enim venatores erant, qui feras laqueis captare conſueuerunt, & muta animantia vinculis illigare. Inutiles venatores, qui capiant beſtias, quę in pompam ſpectaculo populari prębeant miniſteriũ crudelitati. Denique nullũ inuenimus diuinarũ in ſerie ſcripturarũ de venatorib⁹ iuſtũ. At vero alia vincula ſunt, vt dixi, domini IESV, quem ſequũtur, inquit, alligati vinculis: hoc eſt, vinculis adſtricti charitatis, & ſpei amatores, fidei vinculis alligati. Licet ſic poſsit intelligi, Alligati vinculis Chriſtum ſequuntur: hoc eſt peccatorum, & criminum remiſsorẽ, fontẽ indulgentiarũ, redẽptionis authorem. Sequamur ergo vincula Chriſti, fugiam⁹ vincula venatorum: ne dum incidimus dum ignoram⁹, laqueos eorum pes noſtræ mentis incurrat: nec animæ noſtræ ceruicem nexibus inſeramus. Inſidiantur enim quaſi peſsimi venatores: & quando proſperorum euentu animũ relaxamus, ac ſecundis rebus remiſsimus, nec excubias cautionis habemus intentas, tunc plus iactant laqueos ſuos, aut in via qua ambulamus abſcondunt, vt cum fuerint eorum laqueis innexa veſtigia, trahant quo ſecurum ſupplantent viantẽ, vel collo adſtricto ſtrangulent commeãtes. Noli ergo alta ambulare ceruice, ſicut L
filiæ Iudę. Altis enim ceruicibus cito laque⁹ innodatur. Noli ad ſecularia mentem animúmq; defigere, ſed circũſpice oculis animæ diligenter: quia pluit dominus laqueos ſuper peccatores: ne cadentes illigare te poſsint: quos Pſal.10.
poteris euitare, ſi legem domini non obliuiſcaris. Etenim etiam qui ligatus eſt, ſi ſibi ſit conſcius libertatis, obliui ſci libertatẽ ſuam non deſinit, & cauſam nonnunquam dicit è vinculis, eamq; ſibi legum præſcripto defendit, ac iudicio frequenter abſoluit. Ergo & tu ſi peccaueris, memor eſto legis. Si peccaueris, memor eſto Chriſti, qui te liberat, dicens: Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquita- Eſaiæ.43.
tes tuas, & memor non ero. Ipſum diebus ac noctibus tene, ipſi tua confitere peccata. Docet te Propheta quomodo timeas dominum IESVM.

Media nocte, inquit, ſurgebã ad cõfitendum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. † VI † alias, iuſtificationis.

Non ſatis eſt dies ad deprecandum, ſurgendum eſt & nocte, & media nocte. Ipſe domin⁹ pernoctauit in oratione, vt te, pprio ad deprecandum inuitaret exẽplo: & vtiq; peccatis tuis ille indulgentiam poſtulabat. Poſtulabat à patre, operabatur, ppria voluntate. Non tibi dicit Propheta, vt tantũmodo media nocte ſurgas, ſed vt ſurgas nocte, & maxime nocte media. Nocte enim ſurgen- M
dum ante præmiſit, dicens: Memor fui in nocte nominis tui domine. Poteſt vnuſquiſque memor eſse, & non ſurgere: poteſt vnuſquiſque & ſurgere, & cum ſurrexerit, ea quę, pprio arbitrio ſederint, poſtulare. Addidit, Media nocte ſurgebam, docens te, ſurgendum eſse media nocte. Nec ocioſum eſt quod adiunxit: Ad confitendum tibi, hoc eſt, vt illo maxime tempore deprecari deum, & propria debeamus deflere peccata: nec ſolum præteritis veniam poſtulare, ſed etiam præſentia declinare, à futuris cauere. Multa enim illo in tempore tentamenta proſerpunt. Tunc feruet carnis illecebra, tunc tentator illudit. Coquitur cibus, potuſq; digeritur, Stomachus æger, mens ſomnolenta, animus occupat⁹ eſt. Itaque aut quie ſcenti calor ſoporis augetur, aut vigilanti nondum plenior refuſus eſt vigor, qui errorum cauere poſsit incurſus. Tunc igitur tentator aſsiſtit, tunc retia iacit quibus turbare poſsit mentẽ improuidã. Tunc ſpirituales nequitiæ tenebras offundunt: tunc omne nephas ſuadere cõ-

A tendunt, quando nullus arbiter culpæ, nullus criminis conſcius, nullus poteſt eſse erroris teſtis. Tunc varias diſceptationes pectori dormitantis infundunt, vt primo de ſtatu mentis deijciant reluctantem, & aliquorum qui ſancti habentur, proponatur exẽplum, quod illi aliquãdo deliquerint, ſed poſtea veniam ſint adepti, & texerint ſuperiora delicta. Nam & ſi omnem emendationem noſtri inimicus exoſus ſit, tamen ad tempus, vt ſobriæ mentis virum poſsit elidere, prætendit futuram indulgentiam, vt præſentia peccata perſuadeat: & cum impulerit aliquem ad erroris aſsenſum, ſi viderit eum iam nõ amore virtutis à culpa, ſed pœnæ contemplatione reuocari, inſerit varias diſceptatiões, vt dicat ſibi: Quis me videt?
Eccle.23. Et tenebræ circundant me, & parietes: quem vereor? Nõ videt altiſsimus, non ad eum peccata noſtra peruenĩũt, non dignatur ſpectare quæ turpia ſunt. Hæc vtique vſu exemplóque cognoſcimus. Nemo enim poteſt eſse expers tentationis. Itaque vt tempus habile hoc tẽtamentis, ita etiam tempus eſt pœnæ: quod ex lectione diuina poſsumus edoceri. Non enim ocioſe dominus deus noſter cum poſset quocunque momento primitiua Aegyptiorum extinguere, hoc tamen tempus dolori & luctui peccatoris opportuni? iudicauit. Sic enim ſcriptum eſt:
Exodi.12. Quia media nocte primogeniti Aegyptiorum liberi ab exterminatore ſint interempti. Ideoq; ſanctus Moyſes, p
B pheta, vt hoc præueniret tempus, ac ſine Hebræorũ fraude tranſiret, agnum ante immolauit, hoc eſt, veſperi, vt manducantes eum, & paſcha domini celebrantes, non occuparentur exterminatoris inſidijs, ne inermes & vacuos ſpiritalis alimenti nocturna ſpicula tenebroſi hoſtis opprimerent. Hæc diligenter intende, prudenter intellige, ſolicite require. Non perfunctorie iſta dicuntur, ſed diuina tibi myſteria declarantur. Præueni & tu inſidias tentatoris, inſtaura prius cæleſte conuiuium. Indictum eſt ieiunium, caue ne negligas. Etſi te fames quotidianum cogit ad prandium, vt intemperantia declinet ieiunium, tamen cæleſti magis te ſeruato conuiuio. Non epulæ paratæ extorqueant vt cæleſtibus ſis vacuus ſacramentis. Differ aliquantulũ, non longe finis eſt diei: immo pleriq; ſunt eiuſmodi dies, vt ſtatim meridianis horis aduenĩendum ſit in Eccleſiam, canendi hymni, celebranda oblatio. Tunc vtique paratus aſsiſte, vt accipias tibi munimentum, vt corpus edas domini IESV, in quo
C remiſsio peccatorum eſt, poſtulatio diuinæ reconciliationis, & protectionis æternæ. Suſcipe ante dominum IESVM tuæ mentis hoſpitio. Vbi corpus eius, ibi Chriſtus eſt. Cum hoſpitium tuum aduerſarius viderit occupatum cæleſtis fulgore præſentiæ, intelligens locum tentamentis ſuis interclusum eſse per Chriſtum, fugiet ac recedet, & tu mediam noctem ſine vlla offenſione tranſibis. Admonet etiam ſacrificium veſpertinum, vt nunquam Chriſtum obliuiſcaris. Non potes obliuiſci, cum lectum aſcendes eius domini cui in occaſum precem fuderis diei, qui eſurientem te ſui corporis epulis expleuerit. Etenim quod veſperi cogitaueris, cito cum euigilaueris recenſebis. Excitabit te ipſe dominus IESVS, ad-
Actuũ.16 monebit vt ſurgas, & eo tempore arma orationis aſſumas, quo ſolet incurſare tentator. Vnde non ocioſe Paulus Apoſtolus & Silas truſi in carcerem, cum in neruo pedes haberent, media tamen nocte ſurgebant mentis veſtigio, exorabant dominum, & laudis ſacrificium deferebant. Ideóque vbi non defuit deuotionis officium, affuit etiam abſolutionis remedium. Subito enim media nocte terræ motus factus eſt grandis, ita vt mota ſint fundamenta carceris, valuæ apertæ, omnium vincula ſoluta ſint. Audis quemadmodum ſi ligatus fueris, quibus manibus, quibus operibus ipſe te ſoluas, quemadmodum cuſtodes timere non poſsis? Surge igitur ad precãdum. Ea hora eſt qua tentator nocere conſueuit, conſuet irruere. Ea hora eſt qua ſolet aduerſus tentationes graues remedium venire cæleſte. Excubandum tibi eſt, ne qua fraude vincaris: prouidẽdum vt eo tempore quo D
potes vincere, nequaquam vincendi tempus amittas. Et quia orationem eſse ſubeundam media nocte diximus, non minus etiam de eiuſmodi hora diei dicendum videtur. contraria enim diei nox eſt. Quid enim luci commune cum tenebris? Et ideo aduerſa ſibi eadem nocturna eſt diurna. Sicut enim media nocte primitiua Aegyptiorum tentator occidit, & ex eo cognoſcitur quod ea maxime hora operetur aduerſarius: ita è cõtrario quòd meridiano tempore virtus diuinæ lucis operetur. Vnde Gene.18.
& Abraham circa meridiem ſobrias tendebat excubias, & boñi aliquos expectabat euentus, leuans oculos ſuos, ac finitima perluſtrans, quòd eo tempore aduenientem gratiam ſibi quæreret. Illo igitur tempore, cum duobus angelis ſuis diuinus ei hoſpes aduenit; illo tempore Chriſtum ſuſcepit hoſpitio: illo tempore illa quæ legis, & intelligis, celebrata myſteria ſunt. Quando enim magis debuit fidelem virũ illuminare præſentia, quàm quo lux diei plenior refulgeret? Neritoq; etiã ſanctus Ioſeph receptis fratrib⁹, & accerſito iuniore germano, quẽ maGene.43.
ximè diligebat, meridie inſtaurat cõuiuium. Erat enim meridies in ſancto Ioſephi pectore, quando lætas epulas fratribus ſplendentis gratię miniſtrabat, ſuauiſsimiq; cibos alloquij diuidebat, vt cum illi pœnam fratris mettuẽret appetiti & venditi in ſeruitutem, ille diuino iudicio
E ipſis diceret eſse prouiſum, vt in Aegyptum deducerẽtur, qui famẽ ſuſtinentibus alimoniam non negaret. Habeamus ergo in nobis meridiem. Meridies eſt ei cui iuſtitiæ Sol refulget, & cuius opere bono, vel cogitationibus innoxijs, & pura mente atq; ſyncera paſcitur Chriſt⁹. Diſce igitur quẽadmodum tibi ipſi fias meridies. Re- Pſal.36.
uela, inquit, domino viã tuã, & ſpera in eum, & ipſe faciet, & educet ſicut lumen iuſtitiam tuã, & iudicium tuum ſicut meridiem. Vbi enim vera eſt fides, ibi veri luminis gratia eſt. Vbi innocẽtiæ prolixior cuſtodia; virtutũmq; longa meditatione proceſsus, ibi ſplendor bonæ conſcientiæ diu permanẽs, ibi intelligibilis eſt meridies, ibi & tu Chriſto mentis tuæ epulas exhibebis, & in diuitijs ei⁹ etiam ipſe paſceris, ita vt non luminis præmaturus veri ſequatur occaſus, nec quidam ſtudijs tuis tenebroſus cito veſper incumbat, & opera bona interiect⁹ impediat. Quod ſi tentationum nox aduenerit, non immerito me
F dia nocte ſurgendum, & orandum diu, & protrahenda pſalmis tẽpora, donec veniat dies, & illuceſcat tibi Chriſtus. Vide igitur ne & per diem tibi media nox fiat, quo mundi princeps tenebroſus & ſqualidus plenitudinem tibi tẽtationis offundat. Surge igitur, & excita tuam mẽtem, non dormitat qui cuſtodit te, ſi te non reperiat dormientem: ſed ſurgit, ſi & ipſe fuerit tuæ animæ vigilijs excitatus: & imperabit vento, & fiet tranquillitas in tuo pectore, quòd diuerſarum procellarum turbine fluctuabat. Surgendum igitur nobis eſt. Solet ſpõſus media nocte venire. Caue ne te dormientem inueniat, caue ne facem tuam non queas ſomnolentus accendere. Surgendum inquam, & domino confitendũ eſt, vt gratias agas. Cõfitenda etiam eius iudicia æterna; vt quicquid nobis boni accidit, eius iuſtitiæ deputemus: ac ſiue diuites ſumus, ſiue ſalubriter valemus, iuſtitiæ domini deferam⁹: quia iuſtus eſt, vt opus ſuũ tueatur, ac ſeruet, vt quos nũdos indotata quadam naturæ ſorte in hanc proiecit corporis infirmitatem, vigore animi, & miſericordiæ ſuæ dote pauperes veſtire dignetur. Quod vtique omni agẽdum tempore manifeſtum eſt, vt nec die nec nocte, nec vllo tempore à gratiarum actione debeamus vacare.

VII Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.

Habet & Chriſtus participes atque cõſortes ſuos. De- Pſal.44.
nique Dauid probat dicẽs: Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. Habet participes carnis, quia Deut.18.
carnem ſuſcepit: habet prophetiæ, quia prophetam, in-

G quit, vobis ſuſcitabit dominus deus veſter de fratribus veſtris. tanquam me, ipſum audietis per omnia quęcunque loquetur vobis. Erit autem, omnis anima quæ non audierit prophetã illum, exterminabitur de plebe. Ipſe eſt verus propheta, qui ſine alterius munere futura cognoſcit: q̃ ea quę vẽtura erant, locutus eſt in prophetis. An non eſt propheta, qui facit alios prophetare? Ipſe eſt qui auditur ſicut lex, quia & lex eſt ipſius. Deniq; ſi Moyſen, inquit, & prophetas nõ audiunt: nec ſi quis ex mortuis ad illos abierit, credent. Ideoq; populus Iudæorum quia non audiuit hunc ꝓphetam, de plebe exterminat⁹ eſt, vt populus dei eſſe deſineret, qui ante populus dei dicebatur. Habet conſortes baptiſmi, quia baptizatus pro nobis eſt: habet conſortes iuſtitię, quia ipſe iuſtitia eſt, & nobis de ſuo dedit ſui habere conſortium: habet cõſortes veritatis, qa ipſe veritas eſt, & nos tenere voluit veritatem: habet cõſortes reſurrectionis, quia ipſe eſt reſurrectio: habet cõſortes immaculatæ vitę, quia ipſe immaculatus eſt. Et quicũq; in nouitate vitæ ambulauerit, qui cunque tramitem iuſtitiæ tenuerit, particeps Chriſti eſt. Habet etiam tribulationis ſuæ participes: ideoq; qui participes eius eſſe cupiebat, dixit: Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt tribulationũ Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia. Sepulturæ quoque eius participes ſumus. Quiſquis enim conſepultus eſt cum ipſo per baptiſmum in mortem, particeps eius eſt. Ideoq; ipſe Apoſtolus adſtruens quam nobis gratiam dederit dominus IESVS, ait. Participes enim IESV Chriſti facti ſum⁹. Sed & ille particeps Chriſti eſt, qui lugentem mœſto conſolatur affectu: qui

H in carcere conſtitutum proprio non defraudat officio: qui lecto ægrotantis aſſidet, non vt capiendæ hæreditatis tendat aucupium, ſed vt morbi vim ſolicito mitiget miniſterio, vt ſedulo feſſum ſermone demulceat: qui nudos veſtiat, eſurientes reficiat. In his enim frequenter eſt Chriſt⁹, ſicut ipſe ait: In carcere eram, & veniſtis ad me. Nudus eram, & operuiſtis me. Quod enim vni eorũ feciſtis, mihi feciſtis. Si oderim mendacium, particeps Chriſti ſum: quia veritas Chriſtus eſt. Si fugiam iniquitatem, particeps Chriſti ſum: quia Chriſtus iuſtitia eſt. Beatus qui hoc poteſt dicere. Sicut enim membrum particeps eſſe dicimus totius corporis, ſic coniunctum omnibus timentibus deum, qui non dicat alteri, Non es de corpore meo: hoc eſt, non dicat pauperi diues, nõ ignobili nobilis, non ægro ſanus, non fortis debili, non imperito ſapiens dicat: Non eſtis mihi neceſſarij. Particeps corporis Chriſti eſt, quod eſt Eccleſia. Sed qui ſciat q̃d ĩ qui videntur in Eccleſia debiles, pauperes, imprudẽtes, & iam peccatores, abundantiori indigeãt honeſtate, & maiore

I præſidio fulciendi ſint? Qui hoc nouerit, ipſe poteſt dicere: Particeps ego ſum omnium timentiũ te. Qui compatiatur magis huiuſmodi hoĩbus, q̃ faſtidiat eos: compatiatur infirmis, vt ſciat quòd vnum corpus omnes ſumus, & mẽbris mẽbra cõnexa, vt alterum ſine altero eſſe nõ poſſit: & cũ alterũ dolet, cõpatiatur alteri. Iſte ergo recte poteſt vſurpare hui⁹ vocis authoritatẽ. Vide autem q̃ verecunde Propheta dixerit: Particeps ego ſum timentium te. Non dixit imitantiũ, ſed timẽtium. Initium enim ſapientiæ eſt timor domini. Inter rudes ſe cõſtituit humilitate, cũ veteranos deuotione ſuperaret. Sed tamẽ & timere virtutis eſt, quia ſcriptũ eſt: Timete dominũ ſãcti eius. Sed quib⁹ timor iſte non ſanctus videatur? Quia ſunt qui ignaua formidine pertimeſcunt, & hebeti trepidãt metu, addidit: Et cuſtodientiũ mãdata tua. vt oſtenderet ſe ſancti timoris eſſe cõſortem. Aut ſic: poteſt quidem timere corde deuotus. ſed opere piger, vt ſit religioſus affectu, ocioſus actu. Non tamẽ poteſt piger eſſe, qui mandata domini cuſtodit. Qui ergo timet, cuſtodit: ergo eius eſt cuſtodire, qui timeat. Sanctus itaq; hoc dicit: Ego autem hoc mihi vſurpare nõ poſſum. Quãti enim ſunt qui timeãt deũ, & non illis cõpatior? Quærunt opẽ, & ferre nolo miſericordiam: indigent ſumptu, & nõ ad K iuuo. Quiſquis autem hæc facit, ipſe poteſt dicere ſe timentium Chriſtum eſſe conſortem.

Miſericordia tua domine plena eſt terra, iuſtificationes tuas doce me. VIII

Quomodo miſericordia domini plena eſt terra, niſi per paſſionẽ domini noſtri IESV Chriſti, quã futurã prę uidens quaſi ꝓmiſſam Propheta cõcelebrat? Prophetis autẽ ea quæ vẽtura ſunt præuidentibus, moris eſt vt qua ſi iam decurſa memorẽt quę poſterioris ætatis ſunt. Plena eſt ergo terra miſericordia domini, quia omnib⁹ eſt data remiſsio peccatorũ. Super oẽs Sol oriri iubetur. Et hic quidẽ Sol quotidie ſuper ões oritur. Myſticus autẽ Sol ille iuſtitiæ omnibus ortus eſt, omnibus venit, omnibus paſsus eſt, & omnibus reſurrexit. Ideo autem paſsus eſt, vt tolleret peccatum mundi. Si quis autem non credit in Chriſtum, generali beneficio ipſe ſe fraudat: vt ſi quis clauſis feneſtris radios Solis excludat, non ideo Sol non ortus eſt omnibus, quia calore eius ſe ipſe fraudauit: ſed quod Solis eſt, prærogatiuam ſuam ſeruat: qđ imprudentis eſt, cõmunis à ſe gratiã lucis excludit. Super omnes pluuia eſt, & hoc diuinę miſericordię deputatur, Matth.5. quia pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Aut certe ſic interpretandum, quod miſericordiæ diuinæ plena ſit terra, quia Pſal.23. domini eſt terra, & plenitudo eius: ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit illam. Etènim p Eccleſiam in omnes gentes diffuſa eſt miſericordia domini, in oẽs gẽtes diffuſa eſt fides. Fortaſſe dicas, qua ratione non dictũ eſt, Miſericordia domini plenũ eſt cælũ? L Quia ſunt etiã ſpiritales nequitiæ in cæleſtib⁹, ſed nõ illæ ad cõmune ius indulgẽtię dei, remiſsionẽq; pertinent peccatorũ, quibus ignis ſeruatur æternus: & illa quæ cæleſtium vel poteſtatum vel miniſteriorũ ſunt, licet auxilio domini fulciãtur, tamen nõ tanta eius indigent miſericordia, quanta ea quæ ſunt inferiora atq; terrena. Non enim illa carnis inuolucro veſtiuntur, in qua eſt frequẽtis erroris illecebra. Ideoq; in ſuperioribus ait idẽ Propheta: Quia deus dedit cælum cæli domino, terrã autem Pſal.113. filijs hominũ. Vnde & cęlũ purius & defecatius ab omni labe peccati eſt, longeq; remotius ab illo de quo ſcriptũ eſt: Sicut volatilia cæli. Hoc enĩ cælũ velut medius quidã inter cælũ & terrã aeri⁹ locus dicitur, in quo ſunt etiam ſpiritales nequitiæ in cæleſtibus, Nam in illo nõ appella Ephe.6. tiuo, ſed vero cælo, etiã ſi diabolũ legerimus in conſpectu dei angelorũ non defuiſſe concilio, puto tamen nul Iob.1. la operari tentamẽta nequitiæ. Deniq; ſcriptum eſt quia Gene.6. angeli amauerũt filias hoim, eò quòd terrenis capti videM antur illecebris, princeps mundi iſtius ac miniſtri eius, in quibus nequitia ſpiritalis venenis quibuſdam carnis huius imbuta, & humanis infecta criminibus. Ideóq; dominus in Euangelio ſuo ait: Fiat voluntas tua ſicut in cæ Matth.6. lo & in terra. Non eadẽ eſt illic iniquitas vicinũ poſſeſſionis finitimo rure depellere, viduã hęreditatis fraudare cõpendijs, minores conſortij iure detrudere, intra lignũ deniq; & quodcũq; argẽti atq; auri vel æris metallũ velut effigiẽ quandã cæleſtẽ includere poteſtatẽ. Hęc cũ ſint maximi plena ſacrilegij, in cælis vacãt, in terris frePſal.32. quẽtantur. Verbo enĩ domini cæli firmati ſunt, nõ terra firmata eſt: & ideo iuſtificationes dei ab ipſo domino vult doceri, quia difficile eſt in terra magiſtrũ huiuſmo di repire qui ea doceat quę ipſe nõ viderit. Ad illũ igitur doctorẽ intimo ꝓpheta cõtendit affectu, qui ſolus magiſter eſt ver⁹. Quõ enĩ poteſt homo quaſi verũ docere qđ Mat.23. neſciat, cũ ipſe ſit mẽdax? Meritóq; ait domin⁹ vt nemo ſup terrã vocet ſibi quẽquã magiſtrũ, quia vnus eſt magiſter oĩm. Et quõ poſſet Dauid alium doctorem quęrere, cum ipſe de deo dixerit: Qui docet hominem ſcientiam? Docet aũt deus, & mẽtes illuminat ſingulorũ, & clariratẽ cognitionis infundit, ſi tu aperias oſtia cordis tui, & cæleſtis gratiæ recipias claritatẽ. Quando dubitas, di-Pſal.93. Quis eſt qui ſperat, niſi qui quod ſperat optat & diligit? D Quod enim ſperamus, per patientiam expectamus. Ergo qui ſperat, ſuſtinet: qui ſuſtinet in patientia, vtiq; excludit affectum. Quis eſt qui portat iugum graue à iuuẽtute ſua, niſi qui delicijs renũciat, luxuriam fugit? Quis eſt qui ſingulariter ſedet, niſi qui ſecularibus voluptatibus abdicatis, moleſtiarum omnium excludit tumult⁹? Iſte ergo nil timere poterit, qui charitatis gratia vim timoris abſorbuit. Eſt & alius qui excludatur in bono, vt I. Cor. 5. ille qui apoſtolica authoritate ſublatus è medio plebis eſt: & quia malum opus fecit, eſt traditus in carnis interitum, vt eius ſpiritus ſaluaretur. Ex quo intelligimus, qa in bono excluditur qui iubẽtur agere pœnitẽtiam, vt humilietur, & compungatur corde. Hæc enim reconciliationis ſolent eſſe ſuffragia. Denique etiam Hieremiæ ſcripta ſub hac litera id videntur ſignificare. Sic enim legimus de Hieruſalem illa terrena: Immunditia eius ante Treno. 1. pedes eius. Non fuit memor nouiſſimorum ſuorum, & cecidit inualide, non eſt qui cõſoletur eam. Vide domine humilitatem eius, quia magnificatus eſt inimicus. Et quia humiliatur Hieruſalem, merito poſtea ei dicitur: Defecit iniquitas tua, filia Syon. Et omni qui pœnitẽtiã egerit, lachrymis proprijs peccata defleuerit, bene dicitur: Defecit iniquitas tua. Alibi quoque ſub hac litera dicit Hieremias: Boni erant vulnerati gladio, quàm vulne Treno. 4. rati fame. Abierunt cõpuncti à natiuitate agrorum. Cõpungimur igitur, quando noſtrorum agimus pœnitentiam delictorum, compungimur etiam recordatione delictorum. Vnde ait Propheta Dauid: Quæ dicitis in cor- Pſal. 4. dibus veſtris, & in cubilib⁹ veſtris compungimini. Qui autem compungitur, vtique delectationem excludit erroris: & qui agit pœnitentiam, excludit pudorem, ſeque ſtrat verecundiam flagitij confitendi, vt recuperandæ E ſpem ſalutis inueniat. Meritóq; & ipſe Dauid vbi agnouit errorem: Peccaui, inquit, domino. Tantus rex, tantus 2. Reg. 12. Propheta non erubuit peccatum proprium confiteri, & ideo dictum eſt ei: Et dominus abſtulit peccatum tuum. Sublato igitur peccato, ait:

Iucunditatem * feciſti cum ſeruo tuo domine ſecundum verbum tuum. I *alias, bonitatem.

Multa videntur in hoc ſeculo iucunda eſſe, quæ non ſunt: multa ſuauia, bona plurima. Luxuries videtur eſſe iucunda, ſed exhauſto fit amara pattimonio. Dulcis libido cum feruet, ſed eadem horrida & execranda cum proditur. Suaues epulæ cum ſumuntur, ſed fœtidæ cum digeruntur. Bona multa in hoc ſeculo, dum viuimus æſtimantur, quia vſui nobis ſunt, vt pecunia, honor, aurum, argentum, poſſeſsiones: eadem nihil poſſunt prodeſſe defunctis, hic omnia relinquũntur. Quinetiam maiori dolore quis moritur cum his ſe fraudari copijs inge F miſcit. Non eſt ergo iucunditas vera, niſi illa quæ ſecundum verbum eius eſt, vt quis bonorum meritorum atq; virtutum ſubſidijs gaudeat ſe eſſe munitum. Hac Dauid iucunditate vel bonitate dei lætatur, quia iugum graue à iuuentute portauit & ſuſtinuit, atque expectauit domini in ſe gratiam, non præripuit, qui ſæpe occidendi regis Saul tributa ſibi copia, maluit tamen expectare à domi- Roma. 11. no deferendi tempus imperij, quàm occiſo rege præripere. Semper deus bonus eſt: ideóque & Paulus ait: Vide ergo bonitatem & ſeueritatem dei. Bonitas enim in omnes eſt, ſeueritas in paucos. Denique ſubdidit idem Apoſtolus: In eos qui ceciderunt, ſeueritatem quidem, in te autem bonitatem. Si enim non ceciditſent, vtique vterentur & ipſi bonitate dei. Nam & tibi ideo bonus eſt, quia permanes: quod ſi non permanſeris in bonitate, & tu excideris. Non ergo deus propterea bonus eſſe deſiſtet, quia tu lapſus es, & indiges ſeueritate. Siquidem & ſeueritas dei in bonitate, vt recurrat vnuſquiſque caſtigat⁹, pedem referat à peccatis, & ad virtutum tramitem, bonãmque cõuerſationem recurrat. Denique docet de

Mat.7. A ligenter inquiras. Qui enim quærit, inuenit: & ei qui pulſat, aperitur. Multa obſcuritas in ſcripturis ꝓpheticis: ſed ſi manu quadam mentis tuæ ſcripturarum ianuam pulſes, & ea quæ ſunt occulta, diligenter examines, paulatim incipies rationẽ colligere dictorũ, & aperietur tibi non ab alio, ſed à dei verbo, de quo legiſti in Apoca-
Apoc.5. lypſi quod agnus librum ſignatum aperuit, quem null⁹ ante aperire poterat: quia ſolus dominus IESVS in Euãgelio ſuo ꝓphetarum ænigmata, & legis myſteria reuelauit. ſolus ſcientiæ clauim detulit, & dedit aperire nobis. Dicunt ſe Iudæi habere clauim ſcientiæ, ſed non habent. nam ſi haberent, ipſi ingrederentur, ipſi agnoſcerent penetralia ſcripturarum. Nunc autẽ væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui abſtuliſtis clauim ſcientiæ, & ipſi nõ
Lucæ.11. introiſtis, & introeuntes prohibuiſtis. Quomodo enim clauim poteſtis habere ſcientiæ, qui ſcientiæ negaſtis authorem? Et ideo ad ipſum conuerſus Dauid ait: Tu me, inquit, doce iuſtificationes tuas, quia tu es vera iuſtitia. Tu doce quæ ſapienter dicta ſunt, quia tu es ſapiẽtia. Tu aperi cor meum, quia aperuiſti librũ. Tu aperi illud oſtium quod in cælo eſt, quia ipſe es ianua. Per te ſi quis introierit, regnum illud poſſidebit æternum. Per te ſi quis intrauerit, non decipietur: quia falli non poteſt quicunque domicilium fuerit veritatis ingreſsus.

SERMO NONVS.

Teth. B NONA litera Teth incipit, cui⁹ interpretatio eſt excluſio. Quid eſt excluſio? Nunquid ſicut domo aliquis hoſpitióque deijcitur, ita qui excluditur à dei regno, bonis illius fraudatur, ſicut illæ excluſæ ſunt virgines, quæ ſecum oleum nõ tu-
Mat. 25. lerunt: & dum venit ſponſus, extinctæ ſunt faces earum, atque emendo oleo inflãmandiſq; facibus occupatæ fecerunt moram, & ingreſſo iam ſponſo introire cupientes leguntur excluſæ? Non arbitror. Nam quomodo diceret, ſi bonis ſanctus eſſet propheta deiectus, atq; excluſus à dei regno. Iucũditatem feciſti cum ſeruo tuo? Nec Prophetæ meritum huiuſmodi intellectum videtur admittere, nec ſeries ſubditorum. Audis dicentem: Suauis es domine, & in iucunditate tua doce me iuſtificationes tuas. Audis dicentem: Bonum mihi lex oris tui ſupermilia auri & argenti. & poteſt dicere quod ſit excluſus âre gno, qui non eſt excluſus à lege? Quid ergo intelligimus? Hæret interpretatio. Obſcuritatem ſenſus ſui ſermonis videtur offundere. Vocant merita Prophetæ, vocat eius gratia, vocat ſubiectorum ſeries, vt altioris intellectus aliquid debeamus eruere, & occurrit in interpretatione quod interdum excludamur in bono. Scriptum
1.Ioan.4. eſt enim: Perfecta charitas timorẽ excludit foras. Et generaliter quidem charitas excludit timorem. Vt miles qui imperatorem diligit, bella pro imperatore ſuſcepta
C non metuit: vt ſeruus amans dominum, quanuis per dubia & prærupta mittatur, tamen omnia pericula domini amore contemnit, ac ſi quis dominum petat, ſeipſum offerre non trepidat: vt qui trans mare poſitos filios videre deſiderat, non metuit naufragia liberorum charitate, ingreditur maris fluctus, ſubit incerta nauigij, ſed metũ diſcriminis leuant deſideria filiorũ. Quàm pulchre etiã de martyribus dicitur, qui vere militant Chriſto, qui ꝑſecutiones, vngulas, gladios, incendia non timentes, infeſtis ſe regibus obtulerunt. Timorem etenim quem poterant habere pœnarum, excluſerunt amore martyrij.
Thren. 3. Hunc ſenſum autem eſſe interpretationis huius, etiã de Threnis Hieremiæ poſſum⁹ approbare. Nam & ibi ſub hac litera ſcriptum eſt: Bonus eſt dominus ſuſtinẽtibus eum, animæ quæ quæriteum. Bonum eſt ſuſtinere & ſperare in ſalutare dei. Bonum eſt viro cum portauerit iugum graue à iuuentute ſua, ſedebit ſingulariter, & ſilebit, quia tulit iugum graue. Hæc vtique quid aliud aſtruunt, niſi bonæ excluſionis hanc interpretationem videri? Quis enim ſuſtinet dominum, niſi ſtudio charitatis?

illis qui ceciderunt, Apostolus: Quia si non permanserint in incredulitate, inserētur. Potens enim est deus iterum inserere illos. vt quemadmodum deserta virgulta, ita & homines velut caudicibus quibusdam virtutis inserti, bonorum fructus possint ferre meritorum. Accusses necesse est medicū crudelitatis, quia putrefactas vulnerum fibras ferro putauerit execandas: quia noxia, & serpentia vlcera igni adusserit, ne virus in vlteriora perseperet: vel quia magister discipulum verberauerit negligentem, vt metu verberum indueret diligentiam. Castigare enim amantis est, non execrantis: & ideo bonitatis est, non crudelitatis. Recte ergo & dominus vbique est bonus, & cum remittit flagitia, & cum peccata castigat. Castigat enim dominus quem diligit. Castigatus est etiam Dauid. Denique ait: Et fui flagellatus tota die. Sed vir sapiens, qui intellexit castigationem illam sibi domini profuisse, ait: Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum. Hoc est, etsi ad tēpus amara visa est mihi castigatio secundum carnem, secūdum mœstitiam corporis, tamen secūdum verbum tuum castigatio illa fructus bonitatis attulit. Illam mihi castigationem intelligo profuisse, illa castigatione me à vitijs esse reuocatum, illa castigatione non diu aliquid in me licuisse flagitijs, per illam castigationē domini nihil in me aduersario licuisse, nil morti. Deniq; castigans castigauit me domin⁹, & morti nō tradidit me, ipse Prophe ta memorauit. Castigatur enim qui recipitur: qui autem non recipiūtur, nō flagellātur. In laboribus enim hoīn nō sunt, & cū hoibus nō flagellabūtur. Ideoq; supra ait: Quàm bon⁹ Israel deus rectis corde. Ergo bonus oīb⁹, quia omnes recto vult esse corde. Qui autē cor declinauerit, ipse à se gratiam diuinę bonitatis auertit.

Roma.11. G Pro.3. Psal.72. H Psal.117. Psal.72.

II †alias, bonitatem.

Iucunditatem † & disciplinā & scientiā doce me, quia in mādatis tuis credidi.

Iuxta Apostolum χρηστὸν, bonum intelligimus, quia dixit: Vide ergo bonitatem domini. Iuxta Euangelium, χρηστὸν suaue accipimus. Dixit enim: Tollite iugum meum, ꝙa leue est: & onus meū, quia suaue est. Dixit enim: φορτίον μου χρηστὸν. Vnde merito bonitatem dei ab ipso quærit doceri, ne forte quis perfunctorie accipiens bonum deum esse, in erroribus perseueret, quòd per misericordiam dei sciat impunitatem suis dari peccatis, cū & si indulgeat dominus, tamen fœda est conuersatio in criminibus semper hærere. Non ergo bonitas ista vulgaris est, sed quæ semper disciplinæ expectet ꝓfectū. Ideoque qui intelligit altam dei esse bonitatem, doceri desiderat etiam disciplinam. Nam plerunque auertuntur à studio disciplinæ, dum eam seueram & tristem arbitrantur: sed perspicacior sensu intelligit quod disciplina si tristis ad tempus sit, posterioribus fiat iucunda temporibus. Sed est disciplina vel correptio seuerior, est etiā moderatior. Moderatior, de qua dicit dominus: Corripiam eos in auditu tribulationis eorū. Est seuerior, quæ est in ira & furore correptio. Vnde refugiens eam correptionē dicit Dauid: Domine, ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Et Hieremias: Corripe nos domine in iudicio, & nō in furore. Omnis ergo disciplina, etsi ad tēpus habeat amaritudinē, habeat perturbationē, postea tamen pacificos fructus generare consueuit. Sed qui petit doceri bonitatē & disciplinā, debet petere etiā scientiā doceri. Nisi enim habeat scientiā, molesta est disciplina, molesta correptio. Quid sit scientia, doceat te Salomō, qui ait de domino deo nostro: Ipse enim mihi dedit eorum quæ sunt cognitionem veram. Et alibi hic idem propheta ait: Qui docet hominem scientiam. Qui autem petit scientiam, credit mandatis dei. Aliud est autem in mandatis dei credere, aliud mādatis credere. Qui enim mandatis dei credit, cito efficit vt sit in mādatis dei, & in ipsis conuersetur. Per fidem igitur scientia assumitur, per scientiam disciplina. Quod enim scimus placere deo posse, in eo nos conuersatio ipsa delectat. Deniq; scriptum est: Nostra autem conuersatio in cælis est. Præcessit scientia, secuta est cōuersatio. De mādatis dei credere, diximus: in mādatis autem dei, hoc est in ipsis esse, & credere qa vera mādata sūt. Nisi autē credideris mandatis dei, eorum vtique scientiā, quæ per mā data dei docemur, habere non poteris.

Roma.11. Mat.11. Prou.18. I K Philip.3. L

Priusquam humiliarer ego deliqui, propter hoc verbū tuum ego custodiui. *

III * alias, eloquium tuum custodiui.

Alia editio habet: Priusquam humiliarer, ego nesciui. Vnde putant aliqui quòd anima hominis hoc dicat, Priusquam humiliarer, vt in hoc lutum corporis introirē, tua, quæ non legeram, mandata nesciui. Sed quia Septuaginta virorum scientias magis sequitur Ecclesia, & hic sensus est planior, nihil offensionis admittēs quod possit aliquibus scrupulum commouere: ideo accipiamus humiliarer ita dictum, eò quòd peccato videatur humiliatus. Propter peccatum enim tentationes sæpe nascuntur. Denique Adam & Eua post culpā vtiq; eiecti sunt. Ergo humilitatis nostræ causa peccatum est, vel humiliationis. Non enim hoc fugio. Potest enim de aduersis plerunque intelligi humilitas, vt est: Bonum mihi quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. &, Nisi lex tua meditatio mea sit, tunc forsitan perissem in humilitate mea. &, Humiliatus sum valde. Hic ergo ostendit humilitatem ortam esse de culpa. Et quia culpa præcessit, ideo humiliatum se ostendit, hoc est, attritum tentationibus & aduersis, & traditum anxietatibus: quemadmodum & ille qui traditus est à Paulo in interitum carnis, humiliatus vtique est, vt postea posset reconciliationem mereri. Sed quāuis humilitas ista, hoc est velut quædam deiectio perturbationis, non virtus sit: virtutem tamen sæpe generat, & fit non pœna, sed remedium delinquentis. Nam si peccatis tuis tribuas quod humiliat⁹ es: quicquid acciderit, in te retorques, & ex reo incipies esse iustus, qui te ipse condemnas. Iustus enim accusator est sui in exordio sermonis. Nec potes indignum te iudicare humilitate, qui propria errata cognosceis, in quibus erubescendo nō vtiq; extolleris, sed humiliaris. Vides ergo quia ideo humiliatus es, quia deliquisti, & non seruasti eloquia dei. Vnde serua diligentius ne pecces, ne iterum quia deiectus fis, tristitia absorbearis, & fiat tibi deiectio tua incremētum iniquitatis, quæ deberet correctionis esse occasio. Etenim in tentationibus hō, sicut aurum in conflatorio cōprobatur. Vides, ꝓphetā qui dicit: Priusquā humiliarer, inquit, deliqui. Iure ergo tētationibus traditus est, quoniam delinquebat. Delinquebat autem, quia dei eloquium non tenebat. Verum inde ordinem emēdationis inuenit, vnde culpa processerat. Cœpit esse subiectus eloquio diuino, & culpa desuit.

Psal.72. M

Bonus es * domine, & in bonitate tua doce me iustitias tuas. †

IIII * alias, tu. † alias, iustificationes.

Etiam vsus disciplinę secularis accepit, vt vnusquisque iudicem suum laudet. Vnde Apostolus sequens diuinarum ordinem scripturarum, cum diceret causam, ita cœpit: De omnibus quibus accusor rex Agrippa à Iudæis, æstimo me felicē apud te. incipiens ratione reddere. Et infra: Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Ergo si laudantur homines, in quibus plerunq; alienа laudantur: quanto magis vnusquisq; dei sibi gratiam conciliare debet, vt dicat: Bonus es domine? Nam si hoc dicatur homini, vt esse admoneatur quod forsitan non sit, & bonitatis etiam ipse prædicatione mitescat, terremq; immitis deponat affectus: quanto magis deo laus sua est deferēda, qui nisi bonus esset, super terram stare quis posset? Proprium autem dei est vt bonus sit. Denique in Euangelio habes quia arbor bona fructus bonos facit. Fruct⁹ ei⁹ angeli sūt, fruct⁹ eius hoies sunt: hoc est, rationabiles sācti, si domini præcepta custodiūt. Fructus

Actuū.26 Matth.7.

A eius sunt ii qui nascuntur in terris: fructus eius sunt virtutes hominum. Merito ergo arbor bona bonos fructus facit. Prius igitur radix laudetur, vt fructus possit probari. Sed & alibi ait idem dominus IHS V S: Et pater vester, qui bonus est, dabit bona data Petētibus se. Sed quāuis bonus deus sit, cuius etiam amara plus prosunt: (nō enim inferuntur vt noceant, sed vt corrigāt) rogatur tamen vt in bonitate sua doceat nos iustitias suas. Cōsidera medicū vtilia apponentē medicamēta vulneribus, ea tamen quę mordeant vlceris virus: aut certe ferro putrefacta relecantem: cū in eo ipso bonus sit medicus, quia vtilitatem operatur ægroti, & facit quod prodesse nouerit: tamen quia æger dolorē aut nō vult aut nō potest sustinere propter infirmitatem affectus sui, rogat vt medicus eum quadā bonitate & suauitate sua curet, & nō asperitatem adhibeat medicamētorū, nō ferro incidat vulnerū fibras: aut si aliter nō potest, vt cū moderatione faciat, & quadā subtilitate mitiget vim doloris. Et ideo in Euangelii bonitate melius docentur iustificationes dei, quàm in legis seueritate. Opus autem iustitię iustificatio est. Vnde scriptum est quia Pharisęi se iustificare voluerunt, non baptizati baptismo Ioannis. In eo enim iustificationē non fecerunt, quia noluerunt agere pœnitentiam delictorum: quam propheta in bonitate vult agere, vt ei fiat peccatorum remissio sine atrocitate damnationis: cum remissionis gratia.

Ibidem. Lucæ.7. B 1.Cor.5.

V Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autē in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Quanto magis quis deo seruire desiderat, tāto magis in se excitat aduersarios: & tanquā athleta fortis coronam iustitiæ reportare desiderans, irritat in se plurimos & lacessit, qui inuident nostro profectui. Quod etiam in posterioribus euidenter ostendit. Cum odio habētibus pacem, eram, inquit, pacificus. Nihil tamē tranquillitas eius proficiebat, vt eos qui pacem oderant, sua tranquillitatē cōponeret, & eorum studia cōprimeret. Cū loquebar illis, impugnabant me gratis: hoc est, cum causas impugnandi nō haberent, tamen impugnādi studium non deponebant. Ita ergo multiplicantur siue nequitiæ spiritales: siue homines, & multiplicatur iniquitas eorū super iustum. Verbi gratia: Si filium iustus amittat,) quod seculi vsu sæpe contingit) si amittat patrimoniū, vel diuersis afficiatur incōmodis rerum, vel corporis infirmitatibus, tunc dicunt superbi: Vbi est iustitia eius? Vbi misericordia? Ecce quia simulat⁹ est, ecce qa ei innocentia sua nihil ꝓdest. Ideoq; ad vitæ huius specimē extrahēdū tres illi sancto Iob specie amici, obtrectatione autem inimici, probitatis atq; iustitiæ eius inuidi, exprobantes grauia opprobria congerebant: & qui venerant ad consolādum, insultare cœperūt. Sed iustus his nō mouetur, ideóque nec Iob frangebatur. Deniq; in amissionibus filiorum vel patrimonii dicebat: Dominus dedit, dominus abstulit. sit nomē domini benedictū. Ergo & in aduersis positi dicam⁹: Bonitatē fecisti cū seruo tuo. Potest enim dominus in melius mutare quæ facta sunt, vt Iob sancti habemus exēplum: & quæ amissa sunt, reddere. Potest quis & amissis filiis generare meliores. Nunquid deo est difficile meliora donare. Potest etiam si nihil donet, hoc ipso tamen iusto esse prospectum, si forte futuri improbi rapti sunt, ne mutaret malitia cor eorum. Similiter & de patrimonio, quasi non videamus plurimos propter opes patrimonii in periculū salutis esse deductos, plurimis ex diuitiarū abundantia ortam esse causam peccandi. Qui enim nō habet quod donet, ascribi ei culpa nō pōt quod non donauerit. qui autem habet quod donet, & non dat, vtiq; obnoxius esse incipit peccato.

C Psal.119. Iob.1.

VI Coagulatum est vt lac cor eorum, ego autē legem tuam meditatus sum.

Subtile cor sanctorū, coagulatū est vero cor superborū. Vt enim lac natura sui purū, speciosum atq; syncerū est sed corruptione coacescit: sic mentis & cordis humani natura pura, syncera, pspicua est prius quàm vitiorū admixtione coalescat. * Coagulato enim lacte fit quędā cōcretio neq; suauitatem habens eandē, nec gratiā. Ita homines, qui āte sedulitate, gratia, suauitate verborū lactis speciem præferebāt nulla inuidia corruptam, hi si cœperint inuidere, coagulatur in vitiū cor eorū, & fit de suauitate amicitię amaritudo maleuolentię, & insuauis quidam horror inuidiæ. Ergo coagulatū est cor per superbiam, per inuidiam, quæ lenitate naturæ fluentem benevolentiam malitiæ concretione vitiarunt. Iniquorū ergo cor coagulatur, iustus autem humiliatur legis præcepta meditando, qui habet humilitatis magisterium.

D * coaccretio, scat.

VII Bonum mihi quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.

Hoc secutus Apostolus, Placeo mihi, ait, in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis. Cum enim cōplacet in infirmitatibus, & non frāgitur animo, nec cedit iniuriæ, discere iustificationes dei & meruit, & ipleuit. Ergo, hic, humiliasti me, hoc est diuersis tētationib⁹ & icōmodis exercuisti, dicit. Quod aperuit & Symmachus scribēs: Profuit mihi quod afflictus sum, vt discerem iustitias tuas. Ergo qui humiliatur non deiiciat animum, neq; frangat, sed magis humiliando proficiat, vt superbū humilitate sua mitiget, insolentes morum seueritate confundat, cōtumeliosos patiētia sua frangat, auaros nōnunquā etiam æquanimitate dispendii à iurgii intētione deducat. Sic enim legisti: Quia iustificata est sapiētia à filiis suis. dum Christus se offert supplicio, dedit iniuriis, non subducit opprobriis, nec à confusione sputorum auertit faciem suā: & ideo omnes sapientia sua instruxit, & liuore sanauit.

2.Cor.12. E Lucæ.7.

VIII Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti.

Non quicūq; hoc dicit, immo rarus hoc dicit: id est, qui legem dei auro atq; argēto prefert, qui potest propter legem dei omnia relinquere. Sed nec Christus hūc reperit nisi de iis quos ipse docere dignat⁹ est. Petrus hoc dixit, probauit effectu quia pluris legem quàm aurum habuit. Ideoq; ait, Aurum & argentum non habeo. Non auarus hoc dicit, qui defosso auro incubat. Non dicit pecunios⁹, qui quotidiana emolumēta solicito rimatur affectu qui quotidie opes aggerat, qui hæreditatis tēdit aucupia, qui circa ægrotantis lectulum indefessas exercet excubias. Hic aliqui legem oris dei tanquam legem verbi accipiunt, vt si dicas: legem dexteræ dei. Bene ergo & hoc cōuenit Petro dicenti: Verba vitæ ęternæ habes, & nos relinquimus te: hoc est, lex oris tuæ super milia auri & argenti est, & possumus tantū deserere bonū, & seculi huius emolumenta captare? Sed & Moyses lex oris dei potest dici: per quem dominus locutus est, & dedit legem.

Actuū.3. F Ioan.6

SERMO DECIMVS.

Iod.

DECIMA litera incipit apud Hebrœos Iod, quę latina significatione confessio dicitur vel desolatio. Nec discors ac dissonās videtur interpretatio. Siquidē qui desolati sunt, citius confitētur. Magis enim secundis rebus animus extolli solet. Cum autem vrgetur aduersis, tunc diuinum implorat auxilium. Nam & in iis quæ humana sunt, hunc vsum esse cognoscimus, vt cui succedunt prospera, animus elatior fit: cui mundi huius infesta sunt ex potentia alicuius aduersa, tunc cōfugiat, tunc opem quærat vt vel rogando superioris mitiget potestatē, vel se viribus armet aduersis, ne quasi inferior potentioris viribus opprimatur. Denique Hieremias sub hac litera sic ait: Manus suas ex

Thren.1.

G tendit qui tribulat,in omnia desideria eius. Vidit enim gentes introeuntes in sanctificationem suam,quib9 mãdasti ne introirent in Ecclesiam eius.De Hierusalẽ vtiq; hoc dicit Propheta,cuius deplorat erumnã,cuius præcessit desolatio ac destitutio,vt postea sequeretur confessio.
Heb.12. Castigat enim dominus omnem filium quẽ recipit. Recepturus igitur Hierusalẽ,ãte captiuitatis flagellauit erũ nis.Nimiũ enim insoleuerat, & inflato sese corde iactauerat,vt caput tenere non posset dominum IESVM,id est,humilitatem,gratiam,iustitiam,sapientiam,hoc est, veræ fidei magisteriũ nõ teneret.Et ideo domin9 castigauit eam, qui moderator omnium nouit quemadmodũ vnumquenq; castiget:Vt enim medicus grauiora vulnera asperioribus medicamentis curare cõsueuit, leuiora leuioribus:ita & deus noster grauiora peccata maiore
Deut.32. severitate castigat.Sed ipsa castigatio ad salutem profi-
Threu.3. cit.Dixit enim dominus:Percutiam,& ego sanabo.Denique de Hierusalem spem cœpit Hieremias propheta promittere.Nã in posterioribus sub hac litera ait:Dabit percutienti maxillam suam,& satiabitur in opprobriis. Dabit in sepulturæ fossurã os suum, si tamen est spes patientiæ.In Euangelio dominus IESVS docens virtutem atque insigne patientiæ,ait:Qui te percusserit in maxil-
Matth.5. lam,præbe ei & alteram. Vult enim discipulos & iniurarum esse patientes,nec referire facile,ne dum ferire potens iniuriam faceret,indiciũ humilitatis nõ exhiberẽt. Patientia enim humilitatis indicium est, Et ideo quoniã desolata erat ac destituta Hierusalem,Dabit, inquit per cutienti maxillam suam,vt nõ se subducat iniuriæ, nec declinet cædis dolorem,sed percutienti maxillam offerat.Vtrũque intelligi potest,siue ei qui percutere incipiat,siue ei qui ei iam percusserit, vt illud Euãgelicũ compleatur:Qui te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram.Et prophetice hoc positum est, vt doceret Hierusalem,hoc est,plebis Iudaicæ Ecclesiam nõ aliter esse sperandam,nisi per Euãgelii disciplinam: vt cum cœperit Euangelii præcepta seruare, & operibus iplere mãdatũ domini IESV,tũc iugũ captiuitatis de suæ animæ ceruice deponat,cũ se subdiderit iugo Christi. Et satiabitur,
H inquit,in opprobriis.Non dixit,Subibit opprobriũ.Facile est enim vnam aut alteram cõtumeliã sustinere. Addidit,Satiabitur in opprobiis,quo facilius domini moueat misericordiã,opprobriorũ cõplurium deformitate miserabilis. Quod vtiq; ex libro Regnorũ potes intelligere. Quippe cum conuitiaretur Semei filius Gera sancto Dauid,virum sanguinarium appellans, & maledi-
2.Re.16. ceret ei quando fugiebat filiũ suum Absalon :parricidalia ad tẽpus bella declinans tacebat rex, & summũ patiẽtiæ insigne præstabat. Etenim cum tentationis suæ tempus intelligeret,vt ei parricidale prælium moueretur,magis humilem se volebat videri, quo domini mitigaret offẽsã,quam exasperãdũ eius arbitrabatur in sua tẽtatiõe iu
I dicium,si forte suas iniurias vltum iret. Vnde & populi duci Abisai vindicare cupienti ait: Quid mihi & tibi est fili Saruiæ?Ideo maledicit mihi, quoniã dominus dixit illi vt maledicat. Ecce filius meus,qui exiuit de ventre meo,quærit animam meam. Si autẽ modo extraneus maledicit mihi,dimittite illum vt maledicat, quoniam domin9 dixit illi,vt videat humilitatẽ meã: & retribuet mihi dominus bona ꝓ maledicto hoc: Quod & ꝓpheti co dixit spiritu,& probauit euentu.Cũ enim repleta fuerit humilitas,peccatũ soluitur.Denique & in Esaię libro
Esa.40. habes ꝙa dixit dominus:Sacerdotes loqmini in cor Hierusalem,consolamini eã, quia repleta est humiliatio ei9,solutũ est peccatũ ei9:ꝙa accepit de manu domini duplicia peccata sua.Aduertis igitur quiavbi desolatio,ibi humilitas.Desolationem enim sequitur humilitas iusto ordine,humilitatem patientia,patientiã probatio, probationem cõsolatio.Quod habes & ĩ Apostolo scriptũ:
Roma.5. Quia tribulatio patientiam operatur,patiẽtia autẽ probationem,probatio autem spem: spes autẽ nõ cõfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spi- K
ritum sanctũ,qui vtiq; nostrorũ consolator est affectuũ Quod autẽ ait,Dabit in sepulturã os suũ, ostẽdit quandam supra modum patientiæ taciturnitatem ,vt tãquam sepeliat os propriũ ne loquatur, & velut quodã aggere virtutum obstruat,ne vocẽ doloris emittat,tantum pondus aserens patientiæ quam spes foueat, vt vocẽ ipsam velut busto quodã ac tumulo sepeliat ac includat,quam nulla extorquere,nulla excitare possit iniuria.Hui9 quoque literę interpretationem,vt potuimus,explicauim9. veniamus ad psalmum.

Manus tuæ fecerunt me,& parauerunt* me,da mihi intellectum vt discam mandata tua. I

*Alias, plasmauerunt.

Magno commendationis exordio vsus est, vt opus dei esse se diceret;quo facilius circa operis sui gratiã fauor inclinaretur authoris.Grandis etiam prærogatiua est in rebus humanis, vt aliquis operibus & beneficiis faueat suis,nec meritum spectet alienũ,sed in suæ gratiæ mun9 intendat,ne videatur ãbrogare quod ipse donauit.Itaq; etsi de luto corporis nostri substantia sit, carne induamur,& corpus ossibus intexatur & neruis,tamen quod simus preciosissimũ opus dei,nemo dubitauerit. Nã & fabricam ipsam humani corporis si quis cõsiderare velit,nihil poterit in terra pretiosi9 iudicare. Est enim homo statu celsus,vultu decorus,cæsarie grat9:nõ in aluũ L
cæterorũ more curuatus animaliũ,sed ipso naturæ iure sublimis,qui in cælũ libero spectet obtutu, nulla captiuæ seruitute ceruicis oppressus ĩ terrã, sed tanq; propriæ conscius libertatis,& locuples sui testis authoris. Verũtamen in cæteris animantibus mẽbrorũ forma laudetur in quibus præter gratiã corporis nihil est aliud quod requiratur.Homo in eo est pulchrior, quod non videtur: non in corpore, quod videtur :in se habens æternitatis gratiam,& præsentium venustatem. Quæ enim videtur temporalia sunt:nam quæ non videntur,æterna sunt.In hoc in terrestri hospitio indutus habitatione cælesti,cui simul competit & in terris videri,& deo coniungi. Magnum sane munus,si se ipse cognoscat, & quædã forma
Prou.20. iustitiæ, mũdo magis quam sibi nasci. Vnde Salomon ait:Grande homo & preciosum vir misericors.virũ autẽ fidelem opus est inuenire.Et vere magnus est qui diuini operis interpres est,& imitator dei. homo est enim
1.Cor.11. qui potuit dicere:Imitatores mei estote,sicut & ego Christi. Terram excolit,mari tãquam possessione vtitur, cæli ornamenta grandis miratur assertor. Euanuerat rerũ
M natura,nisi qui ea veteretur,diuina prouidẽtia esset adiectus. Deniq; postquam fecit deus cælum & terram & maria,posteaquam omnia reptilia,volatilia,aiantia,postea
Gene.1. hoiem fecit,quẽ animãtib9 viuẽtibus anteferret.De quo nõ immerito cęlesti sentẽtia resultauit:Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cætera dixit,& facta sunt:mandauit, & creata sunt.Vt homo fiat, specialis quidã dei accedit hortatus,vt tanquam laborãtis dei i hui9 munere creaturę significetur operatio. Deus quidem expers laboris est,sed tamen scripturæ verba quid aliud,nisi studiosam tui ob gratiã operationẽ eius ostẽdunt? Ergo si deus maiore quodã studio te creauit, cur ipse tui studiũ relinquis?Si deus in te laborauit, qui laborare non nouit,cur ipse fugitans sis laboris?Manus tuæ,inquit,fecerunt me & parauerunt.Clamat ad deum Propheta:Opus tuum domine ne deseras, non derelinquas.Te authorem conuenio,te teneo conditorem,præsidia aliena nõ quæro.In ad iumentũ accigere, qui accinctus es vt creares.Dic ipse Dauid quid senseris,cur dixeris:Manus tuæ fecerunt me?Sed dixisti inferius,Domine
Psal.137. retribues ꝓpter me,domine misericordia tua in seculũ, opera manuum tuarũ nõ omittas.hoc est dicere,Bestias non fecerunt manus tuæ,sed dixisti,Producãt aquæ reptilia animarum viuentium , & produxit terra secundũ

A genus quadrupedia,& reptilia,& bestias terrę. Me autẽ, inquit,fecisti: me tuis manibus figurasti :hoc est,non figurasti bestias manibus tuis, nõ reptilia, non volatilia: me autem fecerunt manus tuæ ,& parauerunt me. Non mediocre opus est quod paratũ est.cum sapientia vnũquodq; disponitur & paratur. Deniq; sapiẽtia dicit: Cũ
Pouer.8. pararet cælos,cum illo eram. Quod de hominib9 dicit idẽ Propheta:Vox domini preparãtis ceruos. Quæ vox
Psal.28. domini dei est,nisi,faciamus hominẽ? Qui sunt isti cerui nisi inimici serpẽtib9,qui sup aspides ambulãt,& venena nõ sentiunt?Nõ vile igitur,nõ corporale arbitror quod parauit deus.Nosce teipsum homo, tuæ animæ di
Cantic.1. citur in Canticis canticorum: Nisi cognoueris te formosam in mulieribus. Cognosce te anima quia nõ de terra nõ de luto es,quia insufflauit in te de9, & fecit in animã viuẽtẽ.Opus est magnificũ,dei generatione inspiratum Attẽde tibi,vt lex dicit:hoc est,tibi,id est,animæ tuę. Se cularia te & mundana ne teneant,terrestria non moren
Prou.20. tur.Ad illũ tota intentione festina,ex cuius inspiratione consistis.Grande,inquit,homo,& preciosum vir miseri cors,virum fidelem opus est inuenire.Disce homo vbi grandis & preciosus sis.Vilem te terra demonstrat, sed gloriosum virtus facit,fides rarum, imago preciosum. An quicq; tam preciosum quam imago est dei? Quæ primum tibi fidẽ debet infundere,vt in corde tuo refulgeat quædã authoris effigies:ne qui mentem tuam interrogat,non agnoscat authorẽ. An quicquã tam preciosum quam humilitas,vt naturam corporis animæq; perspiciens,altero te perspiciens, altero subiicias, altero recognoscas?Prona ĩ vitiũ carnis illecebra,misericordia sua det quia quod alteri contuleris,tibi soluis :quicquid ãte
B procedit,in te recurrit:& quicquid fueris,tibi soluis : & quicquid fueris,tibi proficit. Vtacis animæ vigor,sensus rationis & intellectus capax atq; iudicii, vt digna domus tanto habitatore videatur, non amittet tuæ prærogatiuam naturæ,vt hominis nomen amittat . Scriptura enim eum hominem dicit, qui est ad imaginem & simili tudinem dei:peccantem autem non hominem , sed aut serpentem,aut equum hinnientẽ fœminis,aut vulpeculam,aut iumentum vocare consueuit . Nolite fieri sicut
Psal.31. equus & mulus,quibus non est intellectus . In chamo & freno maxillas eorũ constringe,qui non appropinquãt
Lucæ.13. tibi.&,Dicite huic vulpi,de Herode ait. Sed dicitur ge-
Lucæ.3. neratio viperarũ à Ioanne plebs hominum.Magnum ergo opus dei es homo,magnum est quod dedit tibi deus. Vide ne quod deus tribuit,amittas. Magnum illud munus,quod es ad imaginem dei, & hoc in te punitur magis.Deus enim non punit similitudiuem suam,sed eum
C punit qui ad similitudinem dei factus, hoc quod accepit seruare non potuit.Punitur ergo illud quod ad similitudinem dei esse desistit, hoc est,peccatũ tuum . Nam suã deus non damnat imaginem,nec illam in incẽdium mittit æternũ , sed magis vindicat imaginem suã de eo qui imagini illi fecit iniuriam,vt per malitiam quod eras esse desineres,& ne fieres mul9 ex homine. Vindicatur ergo imago,non condemnatur.Vindicatur quasi expulsa non cõdemnatur quasi rea.Postquam enim peccasti,aliud esse cœpisti:& illud quod eras,esse desisti . Quomodo igitur punitur in te quod in te non inuenitur?Nam si inueniatur in te imago dei & similitudo, non supplicio incipis dign9 esse,sed præmio.Ita imago illa qua ad imaginem & similitudinem dei factus es , nõ condemnatur. sed coronatur.Condemnaris autem in eo quod ipse mutatus es vt fieres ex homine serpẽs,mulus, equus,vulpecula.His nos enim nominibus iam scriptura condẽnauit,quia exuti cęlestis imaginis ornamento, etiã nomen hominis amittimus,qui gratiam hominis non tenemus.
Iob.10. In aliquibus tamen codicibus inuenimus: Manus tuæ fecerunt me,& plasmauerũt me.Nec istud alienum , quia & Iob dixit:Manus tuæ plasmauerunt me & fecerunt. Vnde & hic edicitur vt meminerit deus quia puluis sumus,& vberioris gratię munus infundat, nec infirmum D
opus deserat. Gubernator fluctuãte nauigio plus laboris impendit,quam cũ secũdo remigio labitur fluctu , & ventorum flatum suo suparo superãte præcurrit.Manus tuæ,inquit,plasmauerũt me.Manus dicit pluraliter , nõ manu. At vero alibi ait:Ego manu mea solidaui cælum, & manus mea fecit hæc,In hominis constitutione videtur non abundare,quod toto mundo vtfieret abunda- 4
uit.Cælum vna firmauit manus , vt scriptũ est, & vtraq; dei manus hominẽ figurauit,vt legimus. Cælũ nõ ad similitudinem,homo ad similitudinem . Angeli enim ad ministerium,homo ad imaginem . Esto vt & angeli ad imaginem ,scriptura tamen de homine locuta est quod sit ad imaginem . Habemus enim aliquid quod fortasse angeli non habeant. Vbi enim abundauit peccatum, su- Roma.5.
perabundauit gratia.Nobis est natus Christus ex virgine.Legimus enim:Puer natus est nobis , filius datus est Esaiæ.9.
nobis.Nobis carnem suscepit , immo potius nos in illa carne suscepit,quando filium hominis in dei sede constituit.Non lego angelos in dei sede nisi stantes,nisi ministerium deferentes. Non lego angelos , sed homines consepultos Christo,& in Christo resuscitatos. Deniq; ait Apostolus: Qua conuiuificauit nos in Christo , cu- Ephe.2.
ius gratia estis saluificati,& simul suscitauit , simúlq; sedere fecit in cælestibus in Christo IESV.Filius ergo hominis ad dexteram dei,non angelus , non archangelus, Cherubin & Seraphin . Illi laudant , filius hominis sedet.Filius hominis angelorum ore laudatur,quod ange E
los malos vicerit , de nequitiis spiritalibus quæ sunt in cælestibus triũphauerit.quod fecerit similes angelorum homines in quibus ante erant contagia mortuorum. Psal.23.
Verbo,inquit,domini cęli firmati sunt & spiritu oris ęius omnis virtus eorum. Homo quoque spiritu domini perfectionem vitæ cõsummationẽq; virtutis accepit. In- Gene.2.
spirauit i eũ domin9 spiritũ vitæ, & fact9 est homo.i animam viuentem.Vita ergo nostra cœpit ex inspiratione diuina,sed vita hæc secessione animæ corporisq; dissoluitur,inspiratio autẽ diuina nõ soluitur. Et ideo itellige aliud esse quod figuratũ est,aliud qđ factũ est vel paratũ. Meritoq; dupliciter habes scriptum de homine . Primũ
enim scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem & Gene.1.
similitudinem nostram:& dominabũtur,inquit,vel principatum habebunt : & fecit deus hominem ad imaginẽ dei.Secundo autem loco ita scriptum est : Quia accepit deus puluerem de terra,& plasmauit hominem.Vbi puluis,ibi plasmatio.vbi autem non puluis,ibi nõ terra,nõ materia,sed incorporeũ,sed admirabile: ibi non mate- F
ria,sed immateriale. Quod enim secũdũ imaginem est, non est in corpore,nec in materia,sed in anima rationabili.Ibi operatur , ibi ostenditur homo ad similitudinẽ & imaginem dei,vbi iustitiæ,vbi sapiẽtiæ,vbi omnis forma virtutis assumitur.Si intelligas imaginẽ , videbis ad
imaginem . Homo enim non est imago dei , sed ad si- Colos.1.
militudinem factus.Alius est imago dei inuisibilis, primogenitus vniuersæ creaturæ, per quem facta sunt omnia.Ille non ad imaginem,sed imago:tu non imago,sed ad imaginem.Habes ergo in tua substantia aliquid de imagine & similitudine dei,quod sit diuinæ simile imagini , Propterea imago ad eum qui est ad imaginem venit,& quærit imago cum qui est ad similitudinem sui,vt iterum signet,vt iterum cõformet,quia amisisti quod accepisti,Insufflauerat enim tibi deus,vt inspirationis suæ dono haberes gratiam , quam tibi tua culpa sustulerat. Factus eras in animam viuentem .Audi quid dicat , non in carnem,sed in animam viuentem.Sed quia peccator signaculum tenere non potuit , & in crimine positus nõ habeat quæ dei sunt,sed quæ hominũ, ꝓptereá venit dominus noster IESVS Christus,vt legisti in euangelio, & à mortuis resurgẽs cũ clausos discipulos reperisset,clau- Ioan.20.
stris ingressus est manentibus,& dixit Pax vobis . Sicut ergo misit me pater,& ego mitto vos. Cũq; hoc dixisset

G insufflauit,& dixit eis: Accipite spiritū sanctū. Vides ne ergo quæ manus fecerint hominē,aut quē hominem fe-
Colos.3. cerint:Illum vtiq; quē secundum Christū induimus ex poliantes veterem hominem cum actibus suis,& induimus nouū qui renouatur ad agnitionē secundū imaginem eius qui creauit eum,vbi nō est seruus & liber, sed
Gala.3. omnia & i oibus Christ⁹. Christū ergo induim⁹,sicut & alibi dictum est:Christū induistis. Accepimus spiritum sanctum,qui nō solū nostra peccata dimittit, sed etiam
Psal.138. nos facit sacerdotes suos aliis pcta dimittere:Ideo ait ꝓpheta:Tu finxisti me,& posuisti super me manum tuam Finxit per lutū,posuit per gratiam spiritalem. licet pleriq; hunc psalmū ex persona dictū saluatoris accipiant Audi quia manus domini etiam spiritus dicitur. Clamat Iob:Spiritus diuinus,qui fecit me. Istæ sunt ergo manus quæ hominē parauerunt. Christus & spiritus. Ergo dominus IESVS & corporis author est nostri,qui primum fecit hominē ad imaginem,& postea de luto finxit,& voluit seruare quod fecerat,saluare quod plasmauerat, vt totum hominem saluum faceret, sicut ipse dixit in euan-
Ioan.7. gelio: Mihi irascimini quia totū hominem saluū feci in sabbato. Quo specialiter ecclesia docet quia non solum anima,sed etiā caro nostra saluatur. Aia per cognitionē dei,caro per resurrectionē: quorū alterū docuit diuini authoritate sermonis, alterū propriæ resurrectionis exēplo. Hic est ergo homo geminæ substātiæ. Alia est enim facti substantia,alia figurati. Ista de dei spū, illa de limo Propterea ait Iob,Resuscitabit coriū meum, quia quod de limo est,resuscitatur. Terra enim in terrā redit,quod
H autē factum est vt principatū haberet super cætera animantia,id præstātius esse itelligis. Luti etiam bestiis nobiscum cōmune cōsortium est,& ideo animæ specialis prerogatiua donata est,Ideo tamen, quia cæteris animātibus imperat,sed vt possit īperare,debet deo esse subiectus. Docetur igitur seruire,vt ad regnū puenire merea tur. Qui enī seruit Christo,placet deo. Qui seruit Christo,placet vtique veritati,& debet nescire mendacium. Qui seruit iustitię,debet repellere iniquitatem. Qui seruit immaculato, debet tenere castimoniæ disciplinam. Qui seruit luci,debet odisse tenebras peccatorū. Ergo quia corpus infirmum est,visitationēm domini postule mus. Vnde propheta ait, Quid est homo quod memor
Psal.8. es eius? aut filius hominis,quoniam visitas eum? Et nunc in reliqua versiculi portione ait:

Da mihi intellectum vt discam mandata tua.

Spiritalem igitur se esse cognoscit propheta per gratiā spiritus sancti: Etenim intellectū dari à domino, & inter
1.Cor.12. munera gratiarū primo cōstitui loco, i apostolica lectio
I ne didicisti, quia vnicuiq; datur manifestatio spirit⁹ ad vtilitatē. Et in propheta primo loco sapiētiæ & intellectus spiritalis gratia postulatur. Petitur ergo dei donū. Deniq; vide ordinē. Da mihi intellectū vt discam māda ta tua. Intellectus præmittitur,vt sciētia sequatur. Nā ni si quis intellexerit,doctus esse nō poterit. Doctrinā igitur intellect⁹ facit,nō memoria. Nihil enī prodest multa legisse,nisi intelligas ipse quæ legeris. Et in Apostolo post manifestationē spirit⁹,sermonē sciētiæ legisti post ea substitutū,vt scias intellectū memoriæ præferendum & illū posse habere sciētiā, cui ante intellectus affulserit. Simul intellectū considera. Si propheta intellectum dari sibi postulat,qs tā arrogās, q̄ ꝓfiteatur in sua potestate esse intelligētiā? Intellectū petit vt ipse se nouerit, & naturæ suæ possit scire rationē. At illi qui de rerū natura disputāt,cæli scrutātur plagas, qui seipsos scire nō possunt: putant intelligētia sine dei dono posse cōcedi. Vnde & nos humilitatē debemus assumere,ne extollamur si forte vnam aliquā de scripturis parabolā cognoverimus: aut quia interdū secūdū literā plane legim⁹,si forte secūdū literā aliquid intellexerimus,doctrinę no-
bis assumamus sciētiā. Propheta ille qui accepit spiritū K
sanctū,postq̄ vnctus est in regnū, vnctus est in prophetā cētesimū octauūdecimū psalmū scribens,itellectum sibi dari poscit vt mādata dei intelligat:& scit, nisi à domīo acceperit gratiā,intelligere eius se mādata nō posse. In euāgelio quoq; lego qa ꝓponebat parabolas domin⁹ IESVS,& apostoli nō intellegebant. Deniq; explanationem Mat.13.
ꝓposite parabolę postulabāt. Ipse domin⁹ IESVS cū diceret,vt legisti in libro euangelii secūdū Matthęū scriptū. Beati pauperes spiritu: subiecit in posterioribus: Ois Mat.5.
q audit verba hęc,& fecerit ea,similis erit viro sapienti. Mat.7.
Non ergo qui audit tantummodo,similis erit,sed qfacit quæ audierit. Ergo neq; factum sine auditu,neq; auditio sine facto potest esse sapienti similis, sed qui audit & facit. Audiamus igitur,intelligamus, faciamus: vt intellexisse nos quod audiuimus comprobemus.

Qui timent te,videbunt me, & lætabū tur,quia in verba tua speraui.*

II *Alias, superspe raui.

Fortasse aliquibus videatur hoc esse cōtrariū quia iust⁹ dicit: Qui timent te,videbūt me,& lætabūtur. Multis enī iustus grauis est cum videtur. Deniq; in euāgelio plerisq; dominū IESVM videre nō poterāt, sicut Gerasēni roga Lucæ.8.
bāt eum vt abiret de regionibus eorū: & alii ei transitum denegabāt,quādo tamen ꝑ eos trāsire nolebat. Vnde puto quod sicut illic Iudaicæ forma impietatis exprimitur ita hic ecclesiæ gratia reueletur. Prophetat enim totū orbem replendū esse timore diuino,& ideo quasi timentes deum sanctorū dicit cognitione lætari. Qui enī videt iu
L stum & gaudet,etiam ipse vult esse iustus. Pulchrum est enim vt eo in aliis delectetur,quod vult ipse in se seruare si possit. Est enim insitū bonis,vt castū pudic⁹, prudē tem sapiēs affectu pio diligat,misericors liberalē,& virtutes suas in aliis amet. Pletisque enim iusti aspectus,ad monitio correctionis est, perfectioribus vero lętitia est. Quām pulchrū ergo si videaris & profis. Bonū ergo vir Galat.1.
iust⁹. Propterea deniq; Paulus apostol⁹ ascēdit Hierosolymā, vt iustos videret: & cum Petro māsit diebus quindecim, vt ex eius aliquid cohabitatione proficeret. Pro Actuū.15.
pterea ipse Paulus & Barnabas: cū Hierosolymā ingredentur, magnifice excipiebantur ab ecclesia, ab apostolis,& maioribus natu. Cum autē abire vellēt, ne discederent rogabantur: & vt postea de Paulo legimus, cum lachrymis deducebatur. Nā si est tanta vis in naturalibus, vt animal visum profit ictericis, ita vt mortui quoq; cornu eius animantis prodesse dicatur si fuerit demōstratū iis qui huiusmodi inciderint passionem: dubitare posumus quòd iusti sanet aspectus? Ergo vile animal irratio- M
nabile tantam virtutem habet, vt sanare possit hominē momento exiguo: quid videtur? homo iustus, si tamē cū fide ab eo cōspiciatur qui vtilitatem ab eo percipere desiderat, nihil cōfert? Num vel ipsi oculorū radii virtutē quādā videntur infundere iis qui fideliter eum videre desiderāt? Sed quēadmodū iustus lætificat cor innocētium cum videtur: ita & improbi iustorū cognitione torquētur, quia vel tacitis sanctorum moribus arguuntur. Torquet castitas incontinētē, auaritiā liberalitas, impietatē fides. De hoc quoq; parile vilis animantis sumam⁹ exēplū. Nā sicut ꝓdesse diximus mutum animal cum videtur, ita obesse percipimus lupum si aliquem vidēdo præuenerit. Vocem enim ferūtur amittere quos prior lup⁹ viderit. Basiliscus quoq;, hoc est, noxius serpens, si quod cunq; prior viderit animal, fertur occidere: & allegatur statim necari qui potuerit à serpente huiusmodi præuideri. Ipse quoque serpens mori dicitur si fuerit hominis preuētus aspectu. Ergo si tāta virtus vel in oculis serpentis vel in oculis est hominis: vt si alter alterū prior viderit, possit occidere: nō est virtus in oculis iusti, qui repletus virtutis est gratia, cū præsertim tātū operatur fides, Matt.9.
vt & illa qui fimbriā domini tetigit sanaretur, & ille cui ītēdit domin⁹ IESVS, stati ex eius oculis gratiā sanitatis

A hauriret? Sed qui videt iustū, debet scire quid videat. nō illū videt ī corpore, nō in vestimēto, nō in patrimonio, non in vultu, sed int⁹ videt. Nō inquā illū videt, nisi eius viderit mētē, nisi ei⁹ sermonē intēderit, nisi sensus illi⁹ potuerit cōprehēdere, sapiētiā de tractatu eius potuerit assumere. Tūc igitur lętabitur, cū ista perspexerit, cum ista cognouerit. Ita ergo & nos iscubi audiuim⁹ iustū, festinemus videre, sicut illa mulier quæ audiuit in domo
Lucæ.7. Phariseī discumbere dominū IESVM, & ingressa est, & eius pedes perfudit vnguēto. Illius imitatores sim⁹: quia Ecclesiæ in illa muliere figurā esse quis dubitet? Sicubi ergo iustus sedeat, sicubi accumbat festinem⁹ videre eū. Preciosum est videre virū iustū, vt videas eum secundū imaginē dei. Quod foris est, nihil prodest: quod intus est sanat. Sane & in eo qui foris est, illum qui intus est frequenter aspicimus: vt si viderimus in paupere illū ad cu
Mat.25. ius similitudinē factus est, honorem⁹ in paupere, de quo ait: Dedistis mihi manducare: quia quod vni eorum dedistis, mihi dedistis. Qui enim coronat imaginem imperatoris vtiq; illū honorat, cuius imaginē coronauit: & q statuam cōtēpserit imperatoris, imperatori, vtiq;, cuius statuā cōsputauerit, feciſse videtur iniuriam. Gentiles lignum adorant, quia dei imaginem putant: sed inuisibilis dei imago non in eo est quod videtur, sed in eo vtique quod nō videtur. Vides ergo quia inter multos Christi imagines ambulamus? Caueamus ne coronam imagi ni detrahere videamur, quam vnicuique Christus impo
B suit. Caueamus ne aliquid detrahamus iis quibus debemus adiungere. Sed, quod peius est, non solum non honestamus pauperes, sed etiam dehonestamus, destruimus, persequimur. & ignoramus quas dei imagini congeramus iniurias, cum factos ad imaginem dei putamus esse lædendos. Qui enim irridet pauperem, exacerbat
Mat.25. eum qui fecit illum. Sed aderit ille qui dicat, Esuriui, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi bibere, eger eram, & non visitastis me. Et quāto ista leuiora sūt quam si dicat: Iniurias mihi feciſtis, nudastis me, verberastis me? Quę si quis interrogauerit, Quando tibi iniurias fecimus? quādo spoliauimus? quādo etiā verberauimus? dicet: Quando vni horum minimorum feci stis, mihi feciſtis. Propterea caueamus diligentius ne cui vel minimo contumeliam irrogemus, ne ipsi domino in illis minimis cōtumelioſi fuisse videamur. Qua ratione autem dixerit, Qui timent te, videbunt me, & lætabūtur ipse exposuit dicēs: Quia in verba tua supersperaui, hoc est dicere: Intus me viderunt, intus me tetigerunt, intus me aspexerūt, vbi spem assumpsi de tuis verbis, vbi tua verba percepi. Beati ergo qui vident iustum, & lætantur,
C quia sperant dei verba. Quām multi autē sunt qui oderunt iustos: quia perscrutantur dei verba qui iusti sunt, & cum aliquos doctos audiunt, impie eos propter doctrinam vitare consueuerunt,

III *Alias, cognoui. *Alias, quia equitas.

Agnoui* domine quoniam iusta iudicia* tua, & ī veritate tua humiliasti me.

Qui potest intelligere quæ sunt diuinæ prouidentiæ, vti tur eo sermone quo vsus est propheta sāct⁹ Dauid, quia omnia iudicio dei fiunt, vt ægrum corpus aliquis habeat aut salubre, vt diues, vt pauper sit, vt moriatur iuuenis, vel senex. Si quis intendat scripturis diuinis, intelligit hęc fieri iudicio dei. Nihil enim est præter dei scientiam Exemplum quærimus? Non est absconditum, Si quidem Iob nūquā amisisset proprias facultates, nisi esset tradi tus aduersariæ potestati. Dedit enī domin⁹ diabolo potestatē in facultates eius, vt tentaretur qualē amisso patrimonio haberet affectum. Dedit in filios, dedit in corp⁹ eius, vt ꝓbaretur. Num defunctorū dolore liberorū, aut cruciatu corporis à constantia mentis animæque decesset, nisi fortis existeret? Domin⁹ q̄dē nouerat fortē, sed in illo docere atque examinare nos voluit vtrū imitatores eius esse possemus. Denique & Abrahā tentauit
D quando filium senis vnicum sibi petiit immolari. Sciebat vtiq; mentem Abrahæ. Sed sciēs tētat domin⁹, sicut
Ioan.6. legisti in euāgelio quia cū interrogasset domin⁹ IESVS discipulos quot panes haberent, & illi respondisset quia quinque tantū haberent panes, ipse ait: Quid faciemus ī quit, inter tātos homines? Hoc aūt dicebat tētās eos, sciebat enim quid facturus esset. Qui ergo iust⁹ est examine iustitiæ suæ credit, quia dei iusta iudicia sunt: vel secūdum Græcum, quia dei iudicia sunt ipsa iustitia. Sed hoc vt agnosceret, fecit præmissa precatio, quoniam intellectum sibi dari poposcit vt mādata dei disceret. Accepta est ergo intellectus & cognitionis gratia: agnouit iusta esse dei iudicia. Agnoscere autem perfecti est. Denique aliud est credere, aliud agnoscere. Fides timentis, agnitio est sapientis. Qui enim timet, rationem non quærit:
Psal.115. sapiens autem & agnitionem eorum inuestigat quæcūq; percipere desiderat. Credidi, inquit, propter quod locutus sū. Cognouit autem intelligens qđ locut⁹ est. In quo ergo iusta iudicia dei sunt? Quia per labores & tribulationes & afflictiones ad cæleste præmium peruenitur. Si cut enim certantibus athletis corona defertur iusto iudicio hominū, ita legitime certantibus Christianis diuino
Apoca.3. iudicio palma decernitur. Vincenti, inquit, dabo sedere mecū in sede mea. Vita ergo nostra examinatur igne sicut splēdor argenti, vt virtus certaminibus approbetur
Psal.65. Transiuimus, inquit, per ignem & aquā, & induxisti nos in refrigeriū. Per hæc igitur vera iudicia tua esse cognoui. Humiliatus enim sum vt hæc viderem: quia ii qui ex- E
altati sunt corde, oculos ad veritatem aperire non possunt. Cū autē humiliamur, peccata nostra cognoscim⁹ & ipsa humilitate delicta nostra purgamus. Humiliatus sum, inquit, & saluum me fecit. In veritate ergo humilitatus est qui humiliatus est ad salutē: necvane pertulit passionē, qui salutem veritatis secut⁹ est. Distat igitur inter cognoscere & timere, vt eō reuertamur. Deniq; euāgelii lectio docere nos debet. Ait enim domin⁹ ad eos qui cre
Ioan.8. debant ei ex Iudæis: Si manseritis in verbo meo, cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Si manseritis, inquit, cognoscetis. Vides quia non à principio potuit cognoscere quicūque timēs deū verbū eius audiuit? Nō solū aūt nō idē est timor & cognitio, verū etiā nō idē est fides & cognitio. Siquidē etiā Apostolus docuit diuersa es
1.Cor.12. se munera gratiarū. Alii enim, inquit, per spiritū datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secūdū eūdem spiritum, alii fides in eodē spiritu. Si ergo alii fides datur, alii cognitio: vides, vbi fides nō stati cognitio. Vbi autē cognitio & fides est & prudētia, nec ab eo possum⁹ diligē tia separare. Habuit ergo cognitionē sāct⁹ Dauid, vtpote propheta perfectus, quando quidē ita perfecte cognouit vt humiliaretur ī ipsa veritate. Siue ergo in aduersis F
positus, agnouit probationis gratiam: ea quæ laboriosa & aduersa sunt, sustinenda: iustum autem esse dei iudicium: & ideo bene certantes nunquam deseri vel relinqui, & coronā his post laborē posse deferri: siue in secundis & ꝓsperis positus, cognouit etiā diuitias rerū, diuersosque successus tētationis, causa solere suppetere vt is qui his vtitur, rerū ꝓsperitate tētetur. In eo igitur ꝓphe ta Dauid laudād⁹, quia cū ista agnoſceret humiliabatur vt humilitate sua vel prosperorū excluderet tētamenta, vel aduersorū subiret cōstantiam æquanimitate toleran tiæ. Nō ergo magnopere laudabilis esset ꝓpheta, si laudaret iudicia dei vsus affluētia secūdorū. Quid enim magnū facimus si quando in secundis sumus laudamus deum, quando in diuitiis sumus, quando nullis vexamur iniuriis? Illud est magnificū, si subiectus iniuriis, cōtume liis, iudiciū dei laudes, si vexatus ægritudine, iudicia dei prædices: si te inopia nō reuocet quo minus laudes iustitiā dei. Ergo semper laudāda sunt iudicia dei, sicut scri-
Psal.47 ptum est: Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua. Quæ sunt filiæ Iudæ, nisi animæ religiosæ, animæ ecclesiæ, quæ IESVM Christum dominum confitentur?

G quæ videntes rationem iudiciorum tuorũ ſemper exultant. Qui enim non ex aliquo ſecundo prouentu,ſed ex cognitione rationis induit lętitiam, non niſi in exultatione perpetua conſtitutus eſt.

IIII Fiat nũc*miſericordia tuavt exhortetur
me ſecũdum verbum tuum ſeruo tuo.

* Alias, non habet nunc.
* Alias, conſolet-
tur.
† Alias, eloquium.

Aliqui habent in hoc loco: Cõſoletur me. Sed etiam in apoſtolo legimus exhortationẽ pro conſolatione dictã & cõſolationẽ pro exhortatione. Magna eſt ergo miſericordia dei,quæ nõ ſolũ remiſsionẽ tribuit peccatorũ, ſed etiã certantibus adhibet exhortationis calcaria, ne ſuſcepti certaminis paſsiones in belli formidine derelinquãt. Nõ ergo miſericordiã quaſi is qui victus cedat, aut vt veniæ precator iplorat,ſed vt dei miſeratione ſuc cinctus, maiora viribus tanto munere fultus expediat. Egregiã & ſingularẽ prophetę ſpectato virtutẽ. Alius enim humiliatus erũnis poſceret vt circa eũ tentamenta definerẽt,& ſedare domin⁹ aduerſa dignaretur, ne tribulationũ ꝓcella in eũ ſæuiret: iſte autem tanq̃ athleta fortis & patiens,qui exerceri & cingi animã ſuã tribulationibus noſset,nõ triſtitiã dimouere, nõ impugnantia declinare deſiderat,nõ omne illud definere quod fatigationẽ laboris afferret expoſcit,ſed magis ĩ tẽpore laboris ſui aduerſus tentationũ procellas dari ſibi verbũ cõ ſolationis expoſcit,vt poſsit forti quæ ingerũtur mente tolerare,ne aliqua mœſtitiæ perturbatione laſsetur. In eo igitur obſecrat miſericordiã dei,ne auxilio deſtitut⁹ expediẽdi,cœptã militiã derelinquat. Deniq; adhortationis diuinæ eſse miſericordiã,euidens teſtimoniũ doExodi.33. H cet. Moyſi enim dicit deus: Miſerebor cui miſertus ero, Roma. 9. & miſericordiã præſtabo cui miſericordiam præſtitero. Igitur non eſt volẽtis neque currentis, ſed miſerãtis dei eſt. Forte dicas: Ergo nõ debemus vel velle currere? At qui negligentes deus deſerere cõſueuit. Nõ ergo hoc dicit,ſed quid dicat cõſideremus. Nõ volentis neque currentis hominis perſeuerãtia eſt. Nõ eſt enim in hominis poteſtate,ſed miſerantis dei eſt,vt poſsis cõplere quę cœperis. Denique iterũ Moyſi dicit: Quia in hoc ipſum te ſuſcitaui,vt oſtendã in te virtutem meã. Colligitur igitur adhortationem diuinæ miſericordiæ deputãdã. Vn-
Ibidem. de ſequitur,Ergo cui vult miſeretur, & quẽ vult obdurat. Hunc miſertus hortatur, illũ nõ reuocat execratus.
Lucę. 16. Et vere miſericordia eſt dei noſtrarũ militia paſsionũ, per quã nobis peccata minuũtur. Denique Lazarus pauper quia in hac vita tolerauit mala complurima, in gremio Abrahæ requiẽ conſolationis inuenit: ille autẽ diues qui cõſolationẽ habuit in ſeculo,poſt curricula vitæ huius fructũ quietis amiſit. Quẽ ſi miſeratus eſset deus, caſtigaſset potius in hoc ſeculo,vt poſtea non flagellaretur. Denique Iob licet grauiter flagellatus,& quidẽ fla
I gellis plurimis inopiç,amiſsionis filiorũ,doloribus corporis,opprobriis amicorũ, cõſolatiõe tamẽ fruitur æterna. Ergo quãto maiores tribulationes fuerint,tãto vberior cõſolatio reſeruatur. Et tamẽ ne cadas atque ſuccumbas: quãto maiores tẽtationes videris, tanto magis roga verbum dei vt adhortationẽ tibi afferat: ſicut rogauit &
2.Cori.1. Paulus,qui ait Benedictus de⁹ & pater domini noſtri IESV Chriſti,pater miſericordiarũ,& deus omnis cõſolationis,qui nos exhortatur in omni ãguſtia, vt poſsimus & ipſi conſolari eos qui ſunt in omni tribulatione, per exhortationẽ,qua & ipſi aduocamur à deo,quoniã ſicut abundant paſsiones Chriſti in nobis: ita per Chriſtum abundat etiam cõſolatio noſtra. Tanta vis apoſtolicæ petitiõis rogat vt cõſolationẽ accipiat à domino in omni tribulatione,quo non ſolum ipſe induat tolerãtiam, verũ etiã alios cõſoletur,vt & ipſi poſsint propriæ mentis anguſtias ſuſtinere. Si igitur ipſe in omni tribulatione fueris idoneus approbatus,tunc demum dignus eris qui cõſolationẽ accipias ĩ omni tribulatione. Et tamen nõ oſs paſsio,diuina cõſolatio eſt,ſed q̃ paſsio ꝓ Chriſto eſt,hæc conſolationẽ Chriſti meretur. Pulchre autẽ K
addidit:Secũdũ verbũ tuũ ſeruo tuo. Ipſe enĩ domin⁹ ꝓ
ſuo noſſe prælijatib⁹ auxiliũ pollicetur,dicẽs: Cum ergo Mat.10.
tradẽt vos,nolite cogitare quõ aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed pater meus qui loquitur in vobis. Ergo ne impares ſimus certamini,diuinũ ſemper oremus auxiliũ,vt nobis tribuat adhortationẽ. Si enim habeamus eum qui nos exhortetur, nõ facile cedimus. Pleriq; autẽ habent, Qui cõſoletur nos: nec abhorret à vero. Inſtigantis enim aliquẽ blanda quædã eſt exhorta
tio quæ certãtẽ ſtudio laudis accẽdat,& velut quadã cõſolatione demulceat,ne laborum aſperitate reuocetur.

Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuã V
quia lex tua meditatio mea eſt.

Cui lex dei meditatio eſt,huic præſto ſunt miſericordiæ vt viuat in æternũ. Quõ enim beatus quis poteſt eſſe ſine miſeratione diuina? Beat⁹ autem qui in domini lege Pſalm.1.
die ac nocte meditatur. Sed qui meditatur in lege, erudi
tur in lege: & quẽ lex erudierit, dominus erudit, qui locutus eſt legẽ, Ideoq; ſcriptũ eſt: Beatus quẽ tu erudieris Pſal.93.
domine,& de lege tua docueris eum. Diſcamus ergo & nos in lege meditari,nõ auocemur ſecularib⁹ illecebris non occupemur impudẽtis. ſed ſemper ad legẽ ſimus attenti Scriptũ eſt enim: Os iuſti meditabitur ſapientiã, Pſal.36.
& lingua eius loquetur iudiciũ. Hoc in veteri teſtamento. Audi dicentẽ & in nouo: Prope eſt verbũ in ore tuo, Rom.10.
& in corde tuo. Et maxime hãc meditationem ſacerdoti L
bus neceſsariã oſtendit ad Titũ ſcribẽs: Quia debet epi- ad. Tit.1.
ſcopus amplecti eum qui ſecũdũ doctrinã eſt fidelẽ ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui cõtradicunt arguere. Quod vtiq; ſolicitæ atq; intẽ
tę meditationis eſt,nõ perfunctorię lectionis. Et ad Timotheũ ſcribẽs ait: Attende lectioni, exhortationi do- 1.Tim.4.
ctrinę. Lectio enim frequẽs,nec intermiſsione aliqua deſtituta,doctrinæ mun⁹ operatur. Quod autem poſcit vt viuat,frequẽter oſtendimus huius corporis vitam veræ vitę gratiã nõ habere,ſed illam veram vitam fore,cuius bona vnuſquiſq; ſanctorum credit ſe videre in terra vi
uentium. Quod credimus nos viſuros, non præſens vti M
que,ſed futurum eſt,

Confundantur ſuperbi, quoniam* iniu VI
ſte iniquitatem geſſerũt * in me: ego au * alias, quia.
tem exercebor in præceptis * tuis. * Alias, fecerunt, † Alias, mandatis

Superius ait idem propheta: Si reddidi retribuẽtib⁹ mihi mala. Nũ quid hic maledicit iis qui in ſe iniqua geſe runt? Nõ vtiq;. Videbat enim charitatẽ etiam inimiciſsimis deferendã cũ veniſset euãgelii prædicator. Vnde arbitror quia quaſi medicus velit eos ipſos ſanare qui læſerint,vt iniquitatis ſuæ cõtẽplatione cõuenti de propriis flagitiis erubeſcãt: in quo nõ ſolũ prophetica incipiũt probare patientiã verũetiã emendare ſuã inſolentiam. Pudor enim pleruſque corrector eſt noſtri: & dum incipit nos pudere cõmiſsi,ne diutius pudeat,deſerere quæ erubeſcẽda ſunt admonemur. Nõ ergo maledicit ꝓphęta,ſed quaſi bonus medicus vult illos cognoſcere qd fecerint,vt cũ in ſuã cõſciẽtiam receperint quãta ſuorũ ſit colluuies delictorũ,incipiant erubeſcere, erubeſcẽtes autẽ poſsint prioribus peccatis renũciare. Cõſideremus nũc aliquos fornicãtes, inequitantes viduis ac pupillis. aliena rapiẽtes,& in his nõ ſolũ non erubeſcere,ſed etiã
gloriari ſolere,tanq̃ vel pulchritudinis vel potẽtiæ ſuæ Philip.3.
titulos deferẽtes: de quibus bene dixit Apoſtolus quod eorum gloria in confuſione ipſorum: eo deteſtabiliores ipſis criminibus ſuis,qđ cũ tãta cõmittãt,nõ cõfunduntur,verũ eorũ ſi quis poſtea veniat in eccleſiã, credat in dominũ IESVM, audiat euãgeliũ,cõpungatur corde,tũc demum incipiet quàm atrocia & grauia deliquerit agnoſcere, & in iis quę agnouit erubeſcere. Quid ſit autem

A exerceri præceptis domini,quomodo exiſtimẽ,niſi quia
Exodi. 23 dixit: Ego autẽ exercebor in præceptis tuis. In lege didi
ciſti,hoc eſt,ſi bos aduerſarii ceciderit vel iumẽtum, vt non deſerẽdũ exiſtimes,ſed potius eleuãdum. Quod autem ait. Iniuſte iniquitatẽ geſerũt: in quem hoc dicatur cõſidera,niſi in eum qui forte iuſte iniquitatem gerat,id eſt, ſi læſus per legẽ ſe cupiat vindicare iuxta præcepta Moyſi,iuſte videtur facere iniquitatẽ,ſed non ſecundũ
Mat.9. euãgelii præcepta Et ideo ait: Nõ veni vocare iuſtos ſed peccatores. quia Iudæi ad vindicãdum ſe authoritate legis vtũtur. Habes hoc & in apoſtolo: Sobrii eſtote & iuſte. Non ſolum ſobrios nos, ſed etiã iuſte ſobrios eſse debere docuit euidẽter. Poteſt aliquis & ſobrius eſse, & non iuſte ſobrius,vt ſobrius ſit à vino, & nõ ſit ſobrius ęquitate atq; iuſtitia. Eſt enim crapula iniquitatis. Poteſt & aliquis ebrietati & luxuriæ ſemper idulgens,dum alie
na tamen diripere conatur eo occupatus ſtudio ſobrius eſse à vino,& non ſobrius â rapina: nec iſte iuſte ſobrius. Ideo Apoſtolus admonet vt ſit in nobis iuſta ſobrietas. Deniq; addidit. Et nolite peccare. Qui enim pec
1.Cor.15. cat,& ſi ſobrius ſit, non poteſt tamen tanquam iuſte ſobrius prædicari. Nolite,inquit,ſeduci, hoc eſt,ne alieni erroris ebrietas vos faciat temulentos. Corrumpunt bo
B nos mores colloquia mala,eò quòd ore & labiis infidelium tanquam ebrietas quædam moribus audiẽtis infun ditur. Meritoque addidit: Sobrii eſtote iuſte, & nolite peccare. Ignorantiã enim dei quidam habent, vt ſobrius ille ſit qui non habet ignorantiã dei,nec titubat ebrietate perfidiæ. Iuſte autẽ ſobrius, in quo operũ gratia cũ fidei ſobrietate reſplendet.

VII Conuertãtur ad me * qui timẽt *te, &
* Alias, mihi.
* Alias, timentes,
* Alias, conuertũt.
qui ſciunt *teſtimonia tua.

Alius habet,maxime iuxta Græcum: Conuertãtur mihi. Si ad me legimus: cõuertãtur qui timent deũ,ne cõmiſsis propriis erubeſcant,vel certe luãt ſupplicia delictorum Conuertantur autẽ ad dei ſeruulũ prophetæq; doctrinã vt dediſcãt pudenda committere, & tanti emendatione doctoris exuãt mores ſuos delictorũmque labe deterſa, virtutũ induant diſciplinã. Si autẽ ita legimus, Conuertãtur mihi: hoc eſt, quoniã exercebor in præceptis tuis, cõuertãtur mihi iam nõ peccanti,iam non erranti. Conuertãtur,inquit,qui timẽtes te propriis renũciauere peccatis,vt cõſortio iuſtorũ propheta ad vberius prouehatur,& ipſe de ea gratia quę in ipſo eſt,plurimum vel primum cõferat audiẽtibus. Cõuertãtur igitur iam nõ peccante me,iuſti ad iuſtum. De teſtimoniis autẽ puto iam non opus eſse repetere,cũ ante iam dictum ſit.

VIII Fiat cor meum immaculatum in iuſtifi-
cationibus tuis,vt non confundar.

Quanto excelſior eſt propheta vel munere prophetiæ vel regni gratia,tãto magis ſequitur humilitatem,& do
C cet quid nos debeam⁹ imitari,eò quòd propheta tantus immaculatum cor fieri ſibi depoſcit. Supra poſtulauit: Cor mundũ crea in me deus. Nõ dixit fac,ſed crea,vt de
Pſal.50. integro cor eius inſtauret & mundet. Maior quidam in hoc ſermone ambitus eſt. Grãde enim cor eſt à domino creatum,quod recipiat vetbũ de cælestibus virtutibus ac poteſtatibus. Grande cor quod recipiat ipſum dominum dicẽtẽ: Inhabitabo in illis,& deambulabo in ipſis.
2.Cori.6. Vt hæc igitur recipiat,creatorẽ ſibi cordis ſui nõ angelũ fieri,ſed ipſum dominũ deprecatur q cælũ creauit & terrã. Et bene ait,Immaculatũ: quia cor hoĩs velut indecẽtium cogitationũ colluuione maculatur. Si cogitatio ip
ſa polluit, quanto etiam facta ipſa contaminant? Noli extraordinariis cogitationibus aduerſa naturæ contaminare penetralia,ne id inquinamẽto graui polluas qđ
Matt.27. putas habere te mundum. Manus lauas quaſi poſsis crimina eluere,cum mentẽ tuam vel nudis cogitationibus inquinatã lauare nõ poſsis. Et Pilatus manus lauit, ſed cor ſuum lauare nõ potuit. Manſit ſcelere pollutus q̃is D
manus ſuas aquæ infuſione lauiſset. Audi quia & cogitatio inquinat: Non quod intrat in os,coinquinat hominẽ Mat.15.
ſed quod exit de ore. De corde enim exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falſa teſtimonia,blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coinquinãt hominem. Si ergo intus coinquinaris,prius mũda quod in tus eſt. Si quod intus eſt mundaueris, & exteriora mundaſti: vt ſi aqua turbida influat, fruſtra putas lacum eſse mundandum. Si fons profluat cœnolentus,receptacula terſiſse nihil proderit,cum in fonte ſit vitium. Ipſe tibi ante purgãdus eſt, vt fluat omne quod purũ eſt. Cor tuũ cogitationũ tuarum eſt ſcaturigo. In illo fonte vel turbida aqua ĩpuritatis euomitur, vel ſyncerè pietatis vnda prorũpit. Didiciſti cor eſse mundanũ,diſce quẽadmodum mundes. Mundat hunc fontem iuſtificatio legi
tima,hoc eſt,confeſsio peccatorum. Deniq; publicanus Lucæ.18.
ille qui peccata propria fatebatur,iuſtificat⁹ magis de tẽplo quã phariſæ⁹ exiuit,qa ieiunia ſua & munera phariſæus atq; innocentiam præferebat. Munda ego aquã tuã, illam aquam de qua dictum eſt: Aqua alta conſilium in Pro.20.
corde viri. Bonam tibi aquam natura dedit,niſi eam cœ
no tuo polluas,ipſa te diluit,ſi pura,ſi ſimplex,ſi etiã na E
turalis ſit,ſi nihil habeat ſordidum atq; terrenum. Quid mali eſt ſi ea aqua quæ mundare debeat, polluat? Sed nõ eſt aqua tua quæ te polluit. Iſta aqua aliena eſt. deniq; dictum eſt tibi: Ab aliena aqua abſtine te. Aliena aqua mẽ
titur & fallit,& contrarium naturæ profluit. Ideo ait: Fi- Pſal.17.
lii alieni mentiti ſunt mihi. Nam ſi alieni non fuiſſent vtique non fefelliſſent. Nemo enim glorietur caſtum ſe 2.Cor.1.
habere cor,quemadmodum Salomon dixit: ſed qui gloriatur,in domino glorietur, qui ſanctis ſuis cor mundũ creare dignatus eſt, & immaculatum facere iuſtificatiõibus ſuis Quæ ſint iuſtificationes,audiſti dicentem: Dic
iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Ergo qui iniquitates ſu- Eſa.43.
as dicit,iuſtificatur: qui autem iuſtificatur,non confunditur, qa pudorẽ peccatorũ matura cõfeſsiõe pręuenit.

SERMO VNDECIMVS,

D Caph.

VNDECIMA litera Caph incipit,quæ latina interpretatione ſignificat, curuati ſũt. Sonus interpretationis ipſe nos docet qd ſit curuari. Qui enim inclinatur in terrã, curuari videtur. Vnde ait propheta ſub hac li
F tera: Paulo minus conſummauerunt me in terra. Curuatur autem qui agit pœnitentiã,eo quòd ceruicẽ ſuã curuat dum humiliatur ad dominũ,& interiorẽ magis ceruicem,id eſt,ceruicem mentis & cordis. Nã de hac ceruice dictum eſt: Nec ſic flectas vt circulum collũ tuum. Qui enim cor ſuum non flectit, fruſtra ceruicẽ ſuam flexerit. Docet etiam Hieremias propheta humilitatẽ hac interpretatione ſignari. Ait enim ſub hac litera in Thre
nis. Qua non repellet in æternũ dominus, quia cũ hu- Thren.3.
miliauerit, miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordię ſuę,quia nõ hũiliauit toto corde ſuo,neq; reputauit filios hominũ. Bonũ ergo curuari, vt humiliemur domino,& dominus miſereatur. Deniq; & in ſuperioribus ſub hac litera idem Hieremias propheta oſtẽdẽs gemit⁹ & humilitatem plebis ait: Omnis populus eius ingemi- Thren.1.
ſcentes,quærentes panẽ, dederunt deſideria ſua in eſcã vt reficiãt animam. Vide domine & aſpice quia facta eſt ſine honore. Ergo qui animæ ſuæ quærit refectionem, humilitate curuetur,quo poſsit citius ad dominũ peruenire miſericordiam. Ideoq; tanquã curuat⁹ mulo ãplius anima ac mẽte quàm corpore,exorſus eſt Dauid dicẽs:

Defecit in ſalutari tuo * anima mea & I
in verbum tuum ſperaui*. * Alias, ſalutare tuum. * Alias, ſuper

Non vſitatus ſermo nos capiat, vt tanquã corporeas fatigationes defectionem huiuſmodi iudicemus. Neq; enĩ hoc ſolum dixit, Defecit aĩa mea,ſed defecit in ſalutare tuũ. Itaque vt de vſu capiamus exẽplũ, ſi verbi gratia di-

G eamus,Defecit ille in illam,videtur exprimi hoc verbo quod totus in mulieris desideriũ cupiditate trãsierit. Et quicquid est quod vehemẽter expetimus, nisi eius maturiorẽ habemus effectũ,id nos videtur longa quadã intẽtione lasare. Amor impatiẽs die noctúq; meretricias fores pulsans,si diutiꝰ potiẽdi desideria differãtur,ipsa deficit expectatiõe dum sperat,iquo vtiq; nõ finis amoris, sed incremẽtũ est. Et quicqd est desiderabile,si nõ cõtingat desideráti,deficit in illud,& quasi ipsam deponit animam q desiderat:si tamẽ spes ꝓpriorasurgat, dat vires spes ꝓxima. Si autẽ absentio sit dilecti, eo ipso quo absentẽ desiderat quẽ cõcupiuit,aiẽ suę patitur defectionẽ Itaq; quãto lõgius est illud qđ desideratur,tãto magis deficit q desiderat. Id ergo deficere est, in id vnũquęq; totis studiis migrare qđ diligat,illud cogitat,illi adhæret, illud psonat qđ receperit diligẽdũ,in id q̃dã aiẽ defectione trãsfunditur,vt si mater filii expectet presentiã, quẽadmodũ expectabat Tobiæ vxor filiũ peregrinatẽ, deficiẽs à desiderio,& in angustiis cõstituta,& tanq̃ resoluta viribus. Quid enĩ aliud nisi defectũ quẽdã eius verba significant? Sed quo magis lasatur affectus, eò amplius amor crescit: & quo diutius abest qui desideratur, eò ex
H pectãtis desideria maiore quadam vi amoris ignescunt. Caro deficit,sed cupiditas alitur & augetur. Hinc ergo colligere posumus quid sit: Defecit in salutare tuũ aia
1.Cor. 6. mea. Etenĩ spiritui adhærẽs anima deficit ab eo quod est anima,& sit vnus spũs: quoniã q adhæret domino, vnus spũs est. Itaq; sanctus & timẽs deũ,nescit aliud desiderare,nisi salutare dei,qđ est Christꝰ IESVS. Illum concupiscit,illũ desiderat i illũ totis intendit viribus illũ gremio mẽtis souet,illi se aperuit & effundit,& hoc solũ veretur ne illũ posit amitere. Itaq; quãto maiore desiderio exercitata fuerit aia cupiẽs adhęrere saluatori suo, tanto magis deficit: Ergo ista defectio iminutionẽ quidẽ fragilitatis, sed assumptionẽ virtutis operatur. Deniq; ipse alibi dicẽs, Sitiuit in te aia mea, subiecit infra, Adhæsit aia
Psal. 26. mea post te, me autẽ suscepit dextera tua. Qui enim sitit cupit semp adhærere fonti, nec aliud sibi nisi aquã exp e tere & cõtingere videtur, vt ipso pascatur affectu. Suscipiens ergo me dei dextera, aiæ meę inhians, & de sua vir-
Gala.2. tute mihi impartiẽs, facit eã esse qđ nõ erat, vt dicat: Viuo autẽ iam nõ ego, viuit autẽ in me Christus Disce autem etiam hoc exemplo defectionẽ istã nimiæ esse cupi-
Psal. 83. ditatis. Cõcupiscit enĩ & deficit anima mea ĩatria domini. Ante cõcupiscẽs, inquit, & quasi totã se effundens in
I cõcupiscẽtiã, lõgo fine suspensa defectione dissoluitur.
Hiere. 10 Deniq; quõ deficiat aia ĩ salutare dei, Hieremias docet. Et factũ est, inquit, in corde meo vt ignis ardẽs, flãmãs in ossibus meis, & dissolutus sum vndiq;, & ferre non possum. Hoc igitur inflãmatus desiderio ait Dauid: Defecit in salutare tuũ aia mea, & in verbũ tuũ speraui. Recte speraui dixit in verbũ. Ante enim spes præcedit, & ideo sequitur defectio. Sperauit autẽ in verbũ qđ prædicatũ est esse vẽturũ, quod põt intelligi de dei verbo, aut certe in verbũ sperauit, qui verbo cælesti credidit, quo domini nostri IESV Christi annũciatur aduẽtus, vel quo eiꝰ gloria declaratur. Ergo ꝓpheta considerans quæ legerat, & cernẽs qđ cũ adesset corpori velut quibusdã ligatus vinculis huius vitæ, aberat à salutari dei, cõcupiscebat, desiderabat, deficiebat, & toto dissoluebatur affectu, vt totꝰ
Psal. 141. illius fieret qđ desiderabat: sicut etiã in posterioribus ipse dicit: Effundo in cõspectu eius orationẽ meã tribulationem meã ante ipsum pronuncio, in deficiendo ex me spiritũ meum. Defecit enim'eius spiritus: immo ab eo deficit spiritus suus, qui seipsum negat vt adhæreat Christo. Vnde semitæ eius cognoscũtur à domino, quia non sunt carnis, sed Christi semitæ. Etenim requirentiũ deũ via Christus est. Et nos igitur concupiscamus illud æternum salutare dei, nõ cõcupiscamus pecuniã quam auarissimi cõcupiscũt, nõ cõcupiscamus alienæ vxoris decorẽ, nõ ambitionis exagitemur desiderio, non seculari intẽdamus glorię, nõ fallacis circũscriptionis studiis oc K
cupemur, nõ proximũ circũuenire iniquitate cupiamus non postremo partes vulpiũ simus in terrenæ voluptatis interiora demersi, tanq̃ exules æternorũ, & de illa supernæ spei presumptione deiecti. Attollat igitur se anima nostra deficiens viribus suis, vt adhæreat salutari dei qui est Christus dominus IESVS, quod interpretatione dicitur domini salus. Ipse est enim salus vera, veritas, vitus, atq; sapiẽtia. Qui igitur deficit sibi vt virtuti adhæreat, amittit quod suum est, accipit quod æternũ est.

II
Defecerunt oculi mei in verbũ tuum dicentes, quando consolaberis me? * alias, eloquium.

Supra πρακτικῶς hic, θεωρητικῶς. Ibii salutare defecit anima, eò quòd cõcupiscit eũ cuius passione seruata est, hic in verbũ domini ꝓphetæ oculi defecerũt. Et videamus ne quẽadmodũ illic adhærẽs Christo aĩa defecit in vnũ sanctum, & fit vnus spũs, ita & deficiant oculi vt fiat vna mẽs. Oculi enĩ mẽtis isti sunt oculi scilicet interioris hominis, nõ hi oculi q ministerio fungũtur obtutus. Est enim oculꝰ & mẽs carnis. Sed ille cæcꝰ est oculꝰ q nõ videt quæ diuina sunt, q̃ frustra mẽte carnis inflatꝰ est. Est & alius sensus Christi, quo ecclesia videt Christũ, sicut ipse dicit ad spõsam: Corde nos cepisti ab vno oculorũ Cant. 4.
tuorũ. Merito vno oculo Christꝰ videtur, quia non videtur oculo carnali, aut quia duos oculos habẽs ecclesia, moralẽ & mysticũ, fidei oculo plus videt Christũ. Mysticus enĩ oculus acutior est, moralis dulcior. Et fortasse isti oculi sunt quibꝰ Paulus videbat æterna, vbi cœpit L
corporalia nõ videre. Deniq; qui Christũ non videbat priusquã oculos amitteret vidit eũ postea quàm visum amisit oculorũ. Vidit eum qui dixit: Quid est domine? Actuũ. 9.
Videbat vtiq; Christũ, quẽ etiã dominũ fatebatur. Et in fra: Domine, inquit, quid me vis facere? Nõ ergo videbat eum, cuius expectabat imperiũ? Quibus igitur oculis vi dere Paulus plus cœpit, nisi iis quos nobis ipse monstra uit dicẽs: Orabo spiritu, orabo & mente? Deniq; vt scias quia vidit orando: Factum est, inquit, reuertente me in 1.Cor. 14
Hierusalẽ, cum orarẽ in tẽplo, pauorẽ habui, vidi illum dicentem mihi. Festina, & exi citius de Hierusalem, non enim recipiunt testimoniũ tuum de me: Isti ergo oculi in verbũ dei deficiũt, & dicunt, quãdo cõsolaberis me? Istis oculis prophetæ dicebantur videntes, quia per reuelationẽ ea quæ erant absondita, mente cernebãt. Quid est oculos deficere? De corporalibus dicamus, vt intelligamus de spiritalibus, Nonne quando aliquem desideramus & speramꝰ affore, eò dirigimus oculos, vnde speramus esse vẽturũ? Itaq; contẽti diu quotidiana expectatione deficiamus. Sic Anna circunspiciẽs in viam, solicitis aduẽtũ filii explorabat excubiis. Sic Dauid propheta currẽte de prælio altero post alterũ qui nunciaret, posi M
tis in turre exploratoribꝰ iterogare de salute filii pater sedulus gestiebat. Sic teneræ vxor ætatis de specula litto rali indefessa expectatio ne præstolatur aduentum, vt quãcũq; nauim viderit, illic putet coniugem nauigare, metuatq; ne videndi gratia dilecti alius ante * aduertat, * Antenec ipsa possit prima dicere: Video te marite: sicut Anna uertat.
dicebat ad filiũ, Video te fili, ammodo libenter mori ar: mortis videlicet dolorem exoptati conspectus suaui tate non sentiens. Ergo vt illa quæ aduenienti viro se optat offerre, ablegatis omnibus domesticis occupationi bus, semitas viantis aut pedum vestigia legit, sic prophe ta curis exutus secularibus, interiorum oculorũ in verbum dei peruigil custos vsque ad defectionem sui intendebat obtutus, corpus suum redigens seruituti, & animam suam ad humilitatis patientiam aranææ modo tabescentis erudiens. Desiderabat enim sicut ceruus fontes aquarum, & sitiebat in dominum deum suum, cupiens eius videre præsentiam, & apparere ante faciem dei nimióque desiderio & vehementi cupiditate deficiens, tunc se habiliorem iis quæ à domino posceret impetrã-

A dis prophetica gratia præsumebat. Et nos igitur intendamus cor nostrũ vt posimus intelligere series scripturarũ, & verbũ vitæ nobis venire à domino postulemus, atq; itellectũ dari. Siquis de lõginquo verbũ dei obtutu mẽtis aspexerit, nondũ planũ atq; distinctũ, is velut quibusdã oculis interioribus verbi nauigiũ appropinquare animæ suę cernit. Quo autẽ expressius videre cœperit, eò magis quasi ad portũ veritatis festinet accedere, & fit proximus inuehẽdæ. Defecerũt ergo oculi prophetæ in verbum dei, dicentis: Quãdo consolaberis me? Si oculi isti significati sunt, quibus cernimus & videmus, dicere debuerunt: Quãdo consolaberis nos? hoc est, non singulariter, sed pluraliter. Sed quia oculus mentis & oculus carnis vnus oculus fiunt, & tunc homo cõsolatione fulcitur, cum caro & mens diuersa non cupiũt, sed vnũ de-
Ioan. 10. siderant, vnũ requirunt: ideo intẽti ad eũ qui ait, Ego & pater vnũ sumus: isti quoq; oculi vnũ esse se cõfitentur, quia vno atq; eodẽ desiderio officio q̃ funguntur. Deficiebat ergo in verbũ Propheta. Nos autẽ ociosos nos putamus, si verbo tantũmodo studere videamur: & pluris æstimamꝰ eos qui operãtur, q̃ eos qui studiũ cognoscendæ veritatis exercẽt. Dicunt enim plerique: Ecce homo, & opera eius, quasi q verbo studeat, nõ operetur: cũ magis opus istud q̃ cætera sint. Si enim opus iustitia est, si opus tẽperantia, si opus fortitudo: vtiq; opus est etiã sapiẽtia.
B Istæ enĩ quatuor principales virtutes habentur. Nã si operatur Christus secundũ quod iustitia est, vtiq; operatur secundum quod verbũ est. Et operabatur cũ esset in
Ioan. 1. principio apud patrẽ. Deniq; ꝓ ipsum omnia facta sunt, vt scias operatorẽ omniũ esse, & opus nostrũ esse Christum Iesum. Etenim secundũ quod verbũ est, verbũ inquirẽtibus, grãde opus verbũ est. Vnde cũ Martha festinaret circa ministeriũ, Maria autẽ verbũ domini audiret: ea quę audiebat, ei quę ministrabat meruit anteferri.
Luc. 10. Dicẽti enim Marthæ: Domine nõ est tibi curę qđ soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Respõdens dixit dominus: Martha Martha, Maria bonã partẽ elegit, quæ nõ auferetur illi. Ita verbũ cognoscere maius opus esse q̃ ministrare, diuinæ authoritate sententiæ difinitur. Sed fortasse dicat aliquis dictũ esse
1.Cor. 4 ab Apostolo: Quia nõ in sermone regnũ est dei, sed i virtute. Scriptum nõ nego, sed in quo sermone, cognoscere. Nẽpe quẽ efflatus effuderit, qui audientibus sermo prodesse non possit, qui sine ostensione fit spiritus atq; virtutis, hunc sermonem Paulus non dignatur cognoscere. Vult enim magis virtutem sermonis agnoscere. Deniq; nolebat talem suum esse Apostolus sermonem, qui in infirmitate veniebat vt alios saluos faceret, & fortiores in timore & tremore: vt timẽtes nihil metuerent nisi
C dominum IESVM, trementes pacem eius tranquillitatemq; seruarent. Audi ergo qualem Apostolus sermo-
1.Cor. 2. nem habebat. Et sermo, inquit, meus & prædicatio mea non in persuasione sapientiæ verborum, sed in ostẽsione spiritus & virtutis: quia fides non in forensi sermone sapientiæ, sed in ostensione spiritus, sed dei virtute firmatur. Ergo in sermone sanctorum virtus est, i sermone autem forensi isto ac philosophico vanitas mundi.
Virtutem autem esse in sermone sanctorum, etiam iste
Psal. 67. Propheta te docet, qui ait: Dominus dabit verbũ euangelizãtibus virtute multa, hoc est, vt multa possint virtute euangelium prędicare. Probatum est ergo quod in Euãgelii prædicatione sit virtus. Prædicatio autẽ Euangelii, sermo sanctorum est. Ita dubium nõ resident quin in sermone sancto sit virtus.

III
Quoniã factus sum tãquã vter in gelicidio: * iustificatiões tuas nõ sum oblitus. * Alias pruina.

Vox ista, vox iusti est, qui mortificauerit suũ corpus. Recte enim vter dicitur iustus, qui expoliatus non nudus inueniatur. Vter nanq; de exuuiis fit animãtis mortui. Igitur & nos peccato moriamur, vt viuamus deo, atq; repleti spiritus iucunditate, & suauitate lętitiæ, eri- D
mus exuuiæ spirituales, carentes infirmitate corporea, & integro mẽtis sinu infusam nobis diuinorũ mysteriorũ gratiam reseruantes. De his vtribus dicit, quia vinũ no- Mat. 9.
uum in vtres nouos mittunt, qui volunt vtriq; seruare, & corpus, & gratiã. Non effluat igitur tuus hic vter, non rimosus sit, non terreno inueterascat situ, nec vinũ nouum veteres vtres rumpat, quo scindantur vtres, fundatur gratia. Non iterũ Sole iniquitatis & nimia vi caloris arescant, sed feruentiũ viscerũ cupiditates diuersæ niuali quodam frigore tẽperentur. Frigescat æstus libidinis, & quodã continentiæ gelu, ieiunioꝝ restinctus mattutina oratione perfletur: quando sicut ros ita super terram nostrã dei verba descendunt, sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnũ. Nescit vtrẽ bonũ ista nix lædere, nix quæ diuini splẽdore fulget eloquii. Nix hæc refrigerat, non adurit: fœcũdat sata, nõ internecat. Nix
Mat. 22. hæc præceptio continentiæ est, quę calorem facit corporeum frigere, & omnẽ naturæ interioris restinguit ardorẽ. Et forte ideo cum Iesus resurrectionis suæ demonstraret gloriam, vestimẽta eius erant candida sicut nix: vt non solum ipse alienis æstimaretur à contagione peccati, verumetiã ne quicunq; resuscitatur, congelatis cogitationibus resurgere frigidus videretur. In resurrectione enim neque nubunt, neque vxores ducunt, sed erũt sicut angeli dei in cælo. Boni ergo vtres frigidi, hoc est, in gelicidio cõstricti pruinis, non libidinis calore resoluti. Vtrẽ autẽ corpus hoc dici, licet ex pluribus locis, tamen etiã inde intellige qđ Adã & Eua vbi imagi E
nẽ deposuere cælestis, quã ante portabãt, imaginẽ terreni hominis induẽtes, tunicas dicti sunt vestiti esse pelliceas. Corporales enĩ de spiritalibus fecerat culpa cõmissa. Nec illud absurdũ ad intelligendũ, qđ ita se dicat factũ Dauid sicut vtrẽ in gelicidio, eò quòd in asperitate licet positus glaciali, mortificauerit tamẽ corpus suũ ne sentiret hyemis illius asperitatẽ, quã saluator dicit grauem futurã esse fugiẽtibus. Sicut enim glaciẽ non sentit vter, quia pellis est mortui: ita mortuus peccato Prophe
ta frigus peccati sentire nõ poterat. vel certe quod non frãgatur necessitatibus, nec resistat caro mẽti, sed molliori ductu animæ se inflectat imperiis, & i hoc mũdi gelicidio nõ arescat: vel quia corpus afflictionis sumus, & mortẽ domini Iesu semper i nostro corpore circũferre debemus. Hic est vter q castigat corpus suũ, nõ vt ille in
Exo. 32. crassatꝰ & obesus populꝰ, q sedit mãducare & bibere, & surrexerũt ludere. Hic est vter q ẽbriat nõ vino, sed spiritu, in quo nõ botrio amaritudinis, nõ draconũ furor, non furor aspidũ, sed poculũ inebrians q̃ præclarũ. In hoc ergo gloriatur Dauid, quia factus est sicut vter in gelicidio, operationẽ peccati non sentiens. Et bene peccatũ gelicidio cõparatur. Sicut enĩ gelicidiũ ad nullũ vsũ F
vtile est, ad nullã operationẽ: sic culpa nulli prodest vsui, nulli operationi: & ideo sicut gelicidiũ declinãda est ne noceat & adurat. Bonũ ergo mihi est fieri sicut vtrẽ in gelicidio, vt posim non obliuisci iustificationes domini, & earũ liquore perfusus refrigeret omnis feruor internæ cupiditatis. Non ergo vacuum sed plenum hũc vtrem esse oportet, plenum spiritus, plenũ iustificationum: vt peccata mea ipse confitear, vt luxuriam carnis meæ comprimam. Moriendum est enim mũdo, vt viuamus deo. Si autem viuamus carni, mors vtiq; est carnis prudẽtia: viuere nõ possumus deo, quia inimica est deo carnalis ista sapientia, & vita secularis.

IIII
Quot sunt dies serui tui? quando facies mihi * de persequẽtibus me iudicium? * Alias nõ habet mihi.

Potest sic accipi: Quot sunt dies serui tui? quasi dicat: Quãti sunt dies humani? quantũ tẽpus, quantũ spatium? Cur inuidetur tam breui vitæ, ne tranquillo cursu istius seculi perfruamur? Cur in breui spatio tam multi persequentiũ nos laquei tenduntur? Aſsit iã iudicium, in quo

G pœna eſt perfidorũ,in quo perſecutoribus digna impietatis ſuæ precia reddũtur. Vel ſic: Quouſq; inſultare poterũt,quouſq; inquietare,qui nos diuerſis modis quærũt: affligere? Non ſerus erit terminus. Etenĩ propheta quaſi celeritatẽ tranſcurrẽdæ iſtius vitæ,non annorũ,ſed dierum æſtimatione ſubducit dicens: Quot ſunt dies ſeruituĩ? Et bene dies dixit,vt nõ ſolũ moras annuas prophetica viſione trãſcurreret: verũetiã ſplendidum ſibi vitæ huius curriculũ virtutũ lumine declararet. Meritoq; ſecurus ait: Quãdo facies mihi de perſequẽtibus me iudiciũ? Mihi,inquit,iudiciũ de perſequẽtibus facies, nõ de
Pſal.1. me perſequẽtibus iudiciũ dabis: quoniã nõ reſurgũt impii in iudicio. Sed mihi,inquit,da iudiciũ,vt cũ remuneraueris innocẽtiã,fidẽ prouehas,miſericordiã corones, impii perſecutores meritorũ præmiis propheticorũ iudicẽtur. Non abſurdum etiã illud,vt quia breues dies & pauci ſunt iſtius vitæ,non diutius gratiã ſuam dominus circa prophetã ſuũ differat,ſed ipſi iudiciũ de perſequẽtibus faciat. Nã hic quoq; iudiciũ eſt de perſecutoribus. Siquidẽ qui non credũt in Chriſto,iã iudicati ſunt. Iudiciũ autẽ hoc eſt,quod dedit ſeruulis ſuis dominus Ieſus
Luc.10. dicẽs: Habebitis poteſtatẽ calcãdi ſupra ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnẽ virtutẽ inimici. Et verũ iudiciũ, in quo torquetur inimicus, ſicut ipſe cõfeſſus eſt dicẽs:
Mat.8. Quid veniſti ante tẽpus torquere nos? Hoc ergo depoſcit virtutũ ſtabilitate fũdatus Propheta, vt ſubiiciatur ſibi nõ homo, ſed ille qui locũ ſibi in homine vendicauit. Vnde & Apoſtolus ipſũ magis in hominis peccato
H putauit eſse dãnandũ, ipſum ſubiiciendũ, de quo ait: Cõterat deus Satanã ſub pedibus veſtris cito. Ex hoc ergo
Roma.16. perſecutore iudiciũ ſibi fieri geſtit, vt fidei propheticæ veſtigiis aduerſarius cõteratur, & cõminuat eũ ſub pedibus ſuis propheta ſicut puluerem, & in hac corporis ſuis militia cõſtitutus,quãuis dies vitæ breues ſint,trium phũ tamẽ de aduerſario adipiſcatur, quo reformati hominis in veterẽ gratiã, quẽ ante delictorũ vinculis tenebat aſtrictũ,& feruẽtis libidinis laſsabat æſtu,libertatem ingemiſcat,poteſtatẽ ſentiat. Subiectus eſt igitur aduerſarius ſecũdum dominiſententiã. Etenĩ dominus Ieſus veniẽs in hũc mundũ per virginis partũ,ſubiecit animę noſtrę oẽs contrarias poteſtates, vt fide tua, verbo tuo, cõuerſatione tua & operibus cõterãtur. Si ergo nõ cõteris aduerſariũ,tua culpa eſt, qui permiſsa nõ vteris poteſtate. In nobis eſt igitur vt aut ſubiiciatur aduerſari⁹, aut reſultet. Si enĩ actus noſter diſpliceat,incipit aduerſarius ſuperbire. ſi autẽ bonis inhæreamus operibus, vt exerceamus ſtudia caſtitatis, iuſtitiæ,cõtinentiæ, calcamus ſerpentẽ & ſcorpionẽ. Calcamus enim illum pedi-
I bus caſtitatis,cõterimus & ſcorpionem,ne poſsit excutere: calcamus continẽtiæ veſtigiis, verecũdiæ. iuſtitiæq; greſsibus. Poſsumus ergo & in hac breui vita triũphum de aduerſariis habere perpetuum.

V Narrauerunt mihi iniuſti exercitationes, *ſed non ſicut *lex tua domine.

*alias ini qui fabulationes.

Bene optat iudiciũ ſibi fieri de perſequẽtibus, qui non ſolũ opera iuſti impedire, verũetiã fidẽ ſuperflua narratione conati ſunt. Etenĩ quaſi fabulæ cuiuſdam nenias narratas ſibi dicit ἀφηγήσεις, hoc eſt ſuperfluas loquacitates. Narratores enĩ ſuperfluĩ, ſicut hirũdines, diſputationis ſuauitatẽ loquacitatis cõtinuatione corrũpunt, vt Ariſtotelis ſentẽtia eſt. Superflua igitur loquitur hæreticus, qui nõ loquitur veritatẽ, nõ loquitur ſecundũ le gẽ. Qui autẽ fũdatus in lege eſt, noui à veris falſa diſcernere: ſpiritalis eruditione doctrinæ, hæretica ab euãgelicis dogmata ſeparare. Ideo ne multi decipiãtur, iubetur
Pſal.49. à domino tacere peccator. Peccatori enĩ dixit de⁹: Quare tu enarras iuſtitias meas? Cõticeſcat igitur pſidia, quę tramitẽ veritatis tenere nõ nouit, quæ dei præcepta non ſeruat. Cur enim per os ſuũ aſsumũt peccatores euãgeliũ veritatis, in quorũ ore veritas nõ eſt. Oſa autem præcepta dei veritas, Chriſtus autem veritas. Non ergo eſt Chriſtus in diſputationib⁹ petfidorũ, qui dicit perfido: Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua concinnauit dolũ. Lingua enim quæ vult aſtruere mẽdacium, dolum vtiq; nectit aſsertis. Sed huiuſmodi fur eſt, & cũ fure cõcurrẽs. Multi enim fures ſunt, qui verbũ dei nõ ad vtilitatẽ ſuã furãtur & rapiunt: ſed ad fraudẽ & patrimoniũ quoddã cęleſtiũ ſcripturarũ in ſua furta detorquẽt, adulterina ſibi compendia colligẽtes, dolo magis q̃ veritate quæſita. Sed hi ſunt qui miſcent aquã vino, tanq̃ caupones peſsimi, adulterantes ſermonem dei, & in ſyncerum proferentes quicquid perfido & tanq̃ ebrio ore deprom
K pſerint: & ideo aliena loquuntur à lege. Vnde eos bene Propheta refutat atque reprehendit, ſciens quid præſcripto legis acceperit. Recte ergo ait ſequenti verſiculo:

Ibidem.

VI Omnia præcepta * tua veritas: iniuſti * perſecuti ſunt me: adiuua me.

* alias mã data.
* iniqui.

Quaſi bonus miles bella non refugit, nec conflictus quãuis grauiũ pręliorum bellator paueſcit aſsuetus: ſed fidelis & promptus aſpirare ſibi diuinitus orat auxilia, & piæ deuotionis fidelia ſibi adiumẽta depoſcit. Ideoq; nõ petit vt perſecutiones quieſcãt, ſed in perſecutionib⁹ ſe
1.Timo.3. poſtulat iuuari. Sciebat enim qđ oẽs qui volunt pie viuere in Chriſto Ieſu, perſecutiones patiũtur. mauult ergo perſecutiones pati, vt pie viuere in Chriſto poſsit. Et be ne nõ vnã perſecutionẽ, ſed multas perſecutiones dixit: nec expreſsit vocabula perſequẽtium, quia multi perſecutores, non ſolũ quos videmus, ſed etiã quos non videmus. Perſequũtur nequitiæ ſpiritales, perſequitur hæreticus, ludæus, gẽtilis. Oẽs ergo ſub perſecutionibus, q volũt pie viuere: quia vbi multi perſecutores, nullũ à perſecutorib⁹ vacat tẽpus pie viuere geſtiẽti. Et fortaſse cũ
L perſecutiões nõ patimur, tãq̃ condẽnati habemur, quia nequaq̃ pie viuere volumus i Chriſto. Nã vtiq; cũ ſit definita ſentẽtia quòd oẽs qui volũt pie viuere in Chriſto Ieſu, perſecutiones patiũtur: videtur is qui perſecutiones nõ patitur, abdicat⁹, qđ nõ ſit piæ intẽtionis in Chriſto. deuotionẽ etenim fidei prælia perſequũtur. Si deſint certamina, vereor ne deeſse videatur qui certare deſiderat. Omnia, inquit, præcepta tua veritas. Quæ præcepta
Ioan.15. niſi illa: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur? Hæc præcepta Dauid anterior licet incarnationis ſacramento, iam tamẽ audiebat in ſpiritu, & quaſi Chriſti diſcipulus nõ ſubtrahebat ſe paſsionibus, ſed certaminibus offerebat. ſciebat hoc ſolũ ſibi ad gloriã fructuoſum, hoc ad cuſtodiã ſalutis tutũ, vt frequentibus exercitiis iuſti pietas cõfirmaretur. Cito enĩ fides inexercitata langueſcit, & crebris ocioſa tentatur incõmodis. Remiſsas excubias callidus inſidiator irrumpit: aſsuetũ autem bello virũ externa fraus inſtruit, & glorioſæ prouehit palma
M victoriæ. Pax ergo fidei, corruptelæ materia eſt. Quàm pulchrè nobis perſecutiõis proceſsere tẽpora. Intẽtus ſi cut medicus erat intimæ ad deũ mẽtis affectus, illi adhærebat, nec vllas cogitationes obſtrepẽtes ſibi præcãtis animus ſentiebat, totis viſceribus fundebatur oratio, & quidã miſcebatur ſermo cũ domino: quotidiana meditatio habebat iam contẽptum periculi, & vſum calcandæ mortis receperat. Quod amiſimus exercitiũ: tẽtant ocia quos bella non fregerãt. Periculoſa igitur & pacis ocia. In pace plures perſecutiones eſse cœperũt. Nullus erat tempore perſecutionis adulator, qui callida mentẽ adulatione tentaret. Non vacabat animo corporis delectatione diſsolui, & huiuſmodi quæ ſecundis rebus excitari ſolent, admittere paſsiones. Ideo apoſtoli cũ cæderentur, includerentur, exultabant quòd illis iniuriis æternę gloriæ meritũ lucrabantur, qui digni fuerant pro Chriſti nomine iniurias ſuſtinere. Non illis erat cura de patrimonio, ſtudiũ de poteſtatibus & honoribus: non de prælatione, quæ etiã iuſtos exagitare cõſueuit: ſed ille ſe
N pręferri putabat, qui eſset pluribus verberibus flagellatus. Merito ergo Dauid occaſiones expetit triũphandi, & certãdi copiã pro deuotiõis eruditione nõ metuit, qui nouerit perſecutiones iniquorũ proficere ad incremẽta virtutis. Nõ enim dixit: Quia perſecutiones patior, adiuua me: ſed iniuſte, inquit, perſecuti ſũ me, adiuua me. poteſt enim quis & perſecutiones pati, ſed nõ iniuſte: qa eſt etiã iuſta perſecutio, ſi oderimus obſcœnos, ſi infeſti
O ſimus iniuſtis, ſi iniquos velim⁹ opprimere ne pluribus noceãt, ſi auarũ fraudis ſuæ cõpendiis exuamus, ſi execremur inſolentiã ſuperborum. Qui autẽ pro fide, pro iuſtitia, pro caſtitate perſecutionem patitur, bene is dicit: Iniuſte perſecuti ſunt me, adiuua me.

VII Paulo minus cõſummauerunt me in terra, ego autẽ non dereliqui mãdata tua.

Nõ ſuperfluo diuinũ quæſiuit auxiliũ, qui ſciebat ſibi aduerſus fortes eſse certamẽ, pluraq; ſibi prelia prepara
P ta dimicaturo nunc aduerſus nequitias ſpiritales, quæ ſunt in cælestibus: nũc aduerſus calorẽ ſãguinis, & innumeras corporis huius illecebras, quarum nexu vario & diuturna colluctatiõe laſsatus, pudẽdo corruiſset certa mine, niſi fidei ſe radice tenuiſset. Diſcamus cauere quẽ gerimus. hic nobis hoſtis domeſticus, hic inimicus grauis eſt noſtri ipſi⁹ corporis. inflãmatur vino, ardet libi-
B dine, decore mulieris occurſãtis accẽditur, ſpe alitur, de ſperatiõe vtitur, illecebris exuritur, nõ enaporat affectu timore turbatur, metu frãgitur, luxuria mollitur, laſciuia diſſoluitur, labore afficitur, ſolitudine fatigatur, paſſione cõteritur. Miraris ſi iter tot aduerſarias paſsionũ vices ſe etiã iuſtus tenere vix poſsit, cũ impares ſimus etiã ſingularũ certamini paſsionũ? Quem vel ſola libido nõ iudicet? quẽ non ſubiuget auaritia? quẽ formido non quatiat? quẽ luxuria nõ eneruet? quẽ laſciuia non emolliat? quẽ nõ ſupplãtet ebrietas? Quaſi cõſcius igitur canalis infirmitatis, & explorator perſecutionis hoſtilis, dicit: Paulò minus conſummauerũt me in terra. In hac vtiq; terra, in qua Adã primus corruit, & pudenda prolapſione deiectus, totius greſsũ futuræ poſteritatis inflixit. In hac terra, in qua Cain munera fraterna dolẽs ſuis eſse prelata, ruina eſt ſtrat⁹ inuidię. Deniq; vox fraterni ſanguinis clamauit à terra. In hac terra Noe ſãctus, quẽ totius orbis diluuia in tãtis procellis & fluctib⁹ peruigilẽ probauerũt: vbi tamen ocioſo curas laxauit corpore, ibi ſomniũ ebrietatis offẽdit, quãdo mediaſtino filio delyrãte, cõ: umeliã paternę pietatis incurrit, docẽs pericu
Q loſa ocia ſecura eſse virtuti. In hac terra Loth reuerẽdi parẽtis imitator, quẽ non luxuriãtis Sodomitanę plebis decolorauit ipuritas, nõ flãma Sodomę ardẽtis inuoluit, veniabilis quidẽ ignorãtiæ, pudẽdæ tamen cõmixtionis nõ euaſit inceſtũ. Vtitur ille flãmis mulierũ, quẽ ſulphurea flãma non vſsit. In hac terra etiã Dauid propemodũ cõſũmatũ eſse ſe dixit. Siquidẽ pene motos pedes ſuos, & greſsus ſuos paulò minus ſenſit effuſos, qa diuitias ſe culares, & ſucceſsus corporaliũ profperorũ loco beatitudinis æſtimauit peccatoribus abũdare. Propter quod etiã flagellatus eſt, ſed flagella iuſto remedia ſalutis ſũt.
Heb.12. Caſtigat enĩ dominus quẽ recipit. Vnde etiã Dauid conuerſus ad domini charitatẽ, atq; in eius eruditus præceptis, nõ ignorãs eò φ caducis caduca fortuito quodã deferãtur euẽtu, & qa nõ diuitiarũ abundãtia, ſed virtutũ gratia vitæ probabilis merita penſantur, dilexit magis q̃ reliquit mãdata dei, quib⁹ ſolis potuit ingruẽtes neqtias ſpiritales, & iſurgẽtes huius corporis appetit⁹ in hac tã fragilis naturæ infirmitate ſuperare. Magna igitur virtus, quæ ſub tãtis perſecutionibus cõſtituta, & pene oppreſsa, tamẽ ſuũ non eſt oblita præſidium, nec mandata dei dereliquit. Ideo quia ſolum ſibi deum profuiſse cognouit, preces ad dominum dirigens, ait verſu ſequẽti:

VIII Secundum miſericordiã tuam viuifica me, & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

Quam viuificationẽ ſui poſtulet, ſupra diximus: quia
D nõ id precatus eſt qđ habebat, ſed quod deſiderabat: id eſt, vt viueret in æternũ, intelligens vitæ beatitudinem in hoc fluctuãti & infido nobis corpore eſse non poſſe, cuius imbecillitas propoſitũ animæ derelinquat. Opus eſt ergo miſericordia dei, vt continua & perpetua ſit in hoc corpore viuificatio, quo quotidie iuſtus deo viuat, peccatoq; moriatur. Si enĩ culpa moriatur in nobis, erit vita deo viuens, & cuſtodia præceptorũ cæleſtiũ perſeuerans: quã vtiq; ille cuſtodit, qui viuificatur à domino. Deniq; viuificari ſe ãtè poſcit à domino, & poſtea cuſto diã mãdatorũ cęleſtiũ pollicetur. Non enĩ cõmunis hęc vita cuſtodit cæleſte mandatũ, ſed illa quæ munere fulci
F tur æterno per operationem gratiæ ſpiritalis. Poſsumus etiam ſic intelligere, Quia iam Propheta quæ erãt legis agnouerat, optat aduẽt⁹ dominici miſericordiã, vt acci piat præcepta quibus lex adimpleatur: vt nõ ſolũ adulteriũ ſciret eſse vitandum, ſed etiã concupiſcentiã adulterii declinandã. Os enim patris Ieſus dominus locutus
Mat.5. eſt in Euangelio, eũ qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam, in corde ſuo adulteriũ perpetraſse. Quãtum Euangelio profecerunt ſtudia caſtitatis, qui non ſolum turpioris facti, ſed etiam ſtudii degeneris ablegatur opprobriũ? Qui ſint autem de quibus dicit quòd paulò mi
E nus conſummauerunt eũ in terra, niſi perſecutores? De
Luc.13. quorum vno ait dominus Ieſus: Ite, dicite vulpi illi. hoc eſt de Herode. Et alibi cũ ſe fraudulẽter interrogari aduerteret, dixit: Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli ni-
Matt.8. dos vbi requieſcant. eò quòd fraudulenter in terreſtriũ paſsionũ quibuſdam latibulis demorentur. Inde etiam Sampſon bina s vulpes ſibi nexuit, ad quarum caudas
Iudic.15. alligauit faces, & dimiſit eas per meſses Allophylorum, per hanc figuram ſignificans quòd improbi ac fraudulenti homines, & maximè hæretici, liberam linguam habeant ad latrandum, ſed exitus impeditos: aut religioſa principia, finem verò fraudis ſuæ incendio deputatum. Ideoque & trecentas vulpes dimiſit: eò quòd perfidi crucis quidem ſe prędicatione commendare deſiderant, ſed myſterium eius tenere non poſsunt, qui hac prædicatione compoſita & falſa atque ſimultata vrere magis fructus conantur alienos: cum vtique vera crux domini non exurat aliena merita, ſed fœcundet. Meritóque ſcriptum eſt in Canticis cãticorum: Prendite no-
Cant.2. bis vulpes puſillas exterminãtes vineas, vt vineæ noſtræ floreant. Quo oſtenditur quòd vel dominus IESVS, vel eccleſia fraudulentorum dolos à vineis ſuis extermi-
F nandos eſse pręcipiant, ne pauxillulis vineis noceant, quia adultis iam vitibus nocere non poſsunt. Hæreticus enim imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum.

SERMO DVODECIMVS.

Lamed.

SAMED litera duodecima incipit: cuius interpretatio, cor: vel vt alia interpretatio habet, ſeruo. Vnde videtur admonere vel prudenter hęc intelligenda, vel ſolicite ſeruanda præcepta. nam hoc primus ſtatim verſiculus admonet. Cor etenĩ ſibi mundum creari in ſuperioribus hic Propheta, vt legimus, poſtulauit. Cor ſibi prudens dari orauit à domino filius huius Salomon. Qui ergo habet cor mũdum, qui habet cor prudens, ipſe intelligit ſeriem ſubditorum verſuũ, atque virtutem. Vnde & alibi inueni mus, Cor ſolum, id eſt, vel ſingulare, vel quòd nulla illecebra huius ſeculi impediat, & carnis poſsit interturbare ſapientia. Qui autẽ habet cor, ſeruat mãdata dei: quem-
Luc.2. admodum legiſti: Maria geſtabat omnia domini ſaluatoris in corde ſuo, vel dicta, vel geſta. Circuncidamus ergo cor noſtrũ: nihil corporeum, nihil vile quæramus: vile autẽ omne terrenũ. Nihil ergo terrenũ, nihil ſecula re, nihil corporeum, nihil leue atq; mutabile in eloquiis
Pſal.11. cõſtituam⁹ cæleſtib⁹. Eloquia enĩ domini, eloquia caſta

G vt in his mysteriorũ cælestiũ immaculata & pudica syn ceritas spiritali ĩterpretatiõe reſplẽdeat. Nõ adulterina quadã opinione miſceamus terrena diuinis, & illud inuiolabile ſacramentũ propheticæ viſionis, aut perennis oraculi, naturæ noſtræ æſtimatione violem⁹. Ideo enim addidit: Argentũ igne examinatũ, probatũ terræ, purgatum ſeptuplum: vt tãq̃ boni nũmularii ſpiritu examine⁹ prophetici ſermonis argentũ, ſecernẽtes domini pecuniã, atq; ab omni labe terrena ſalutaris fontis infuſione purgãtes, vt Chriſto digne ſentire videamur, qui ait:
Mat.6. Nolite theſaurizare vobis ĩ terra, vbi ærugo & tinea exterminat: ſed theſaurizate vobis in cælo. Theſaur⁹ tuus eſt fides, pietas, miſericordia: theſaurus tu⁹ Chriſtus eſt.
Hiere.17. Noli eũ æſtimare de terris, hoc eſt de creaturis, qa domi nus toti⁹ creaturæ eſt. Maledictus, inquit, homo q̃ ſpem habet in homine. Sed mihi ſalus per hominẽ venit. Vide tamen quid ſcriptura vetus dixerit: Et homo eſt, & quis cognoſcet eũ? Ille ergo homo non humana mihi, ſed diuina poteſtate omnia peccata donauit, deus in corpore dominus Ieſus mundum reconciliãs ſibi, quem redimebat à culpa. Theſaurus noſter precioſus intellectus eſt. Si terren⁹ intellect⁹ fuerit, ſi fragilis, hæretica eũ tinea, & impietatis ærugo cõſumet. Leuem⁹ ergo & erigamus ſenſus noſtros, nec impoſsibile iudicem⁹ vt hæc humani corporis infirmitas ad cognitionẽ myſteriorũ cæleſtiũ prouehatur, cũ iã ad nos dominus Ieſus, in quo abſconditi erant ſciẽtiæ ſapiẽtieq; theſauri, diuina ſua miſeratione deſcenderit, vt clauſa reſeraret, aperiret laten
H tia, reuelaret occulta. Veni ergo domine Ieſu, aperi nobis & iſti⁹ prophetici ſermonis ianuã. multis enim clauſa eſt, etſi prima ſpecie aperta videatur.

I In æternum, inquit, domine, permanet verbum tuum in cælo.

Vides etiã in te permanere debere, quod etiam in cælo permanet ac perſeuerat? Serua ergo verbũ dei, & ſerua ĩ corde tuo, & ita ſerua, ne obliuiſcaris. Serua legẽ domini, & meditare, ne iuſtificatiões domini de tuo corde labãtur. Docet te literę interpretatio vt ſerues diligenter. Docet propheta in ſubditis, dicẽs: Niſi quia lex tua meditatio mea eſt, tunc forte periſſem in humilitate mea. In æternũ non obliuiſcar iuſtificationũ tuarum. Legis ergo meditatio facit vt tẽpora tribulationis, tẽpora quibus humiliamur aliquibus aduerſis, ſuſtinere & tolerare poſsimus, vt neq; humiliato nimis, neq; deiecto frãgamur affectu. Deniq; domin⁹ nõ frãgi nos humilitate vſq; ad deſperationẽ vult, ſed vſq; ad correctionẽ. Vnde &
Thre.3. Hieremias ſub hac litera in Threnis ait: Vt humiliaret ſub pedibus omnes vinctos terræ, & declinaret iudiciũ
I viri cõtra faciẽ altiſſimi, & ad condẽnandũ hominẽ, cũ iudicatur, dominus nõ dixit. Et ĩfra: De ore altiſſimi nõ exibũt mala. Humilitas ergo quę à deo eſt, plena iuſtitię, plena eſt æquitatis, quia non exeũt mala de ore domini. Deniq; qui humiliabatur à domino, dicebat: Humiliat⁹ ſum, & ſaluũ me fecit. Ergo ſicut prudẽter cõſiderandũ eſt quãdo humilitas à domino ſit cauſa probationis, quãdo etiã ipſa ab homine inferẽdæ humilitatis impreſsio, quæ tamen ipſa ſolet patientia & magnanimitate tolerari: ita etiã ſapienter cõſiderandũ, quid ſit in æternũ in cælo verbũ domini permanere, vel ſicut aliqui codices habent, in ſeculũ: quia Græcus ἐις τὸν αἰῶνα poſuit, quod diuerſe interpretati ſunt träſlatores. Alii in æternũ, alii in ſeculũ. In ſeculũ ergo pmanet domine verbũ tuũ in cælo. Et quomodo ipſe dixiſti: Cælũ & terra tranſibũt, verba autẽ mea nõ præteribunt? In ſeculũ permanet verbũ,
Mat.14. nõ vltra ſeculũ & ſecula? Secula enĩ tẽporis ſunt. Cælum ergo & terra, id eſt, iſtius mũdi opera præteribũt, & tẽpora permanebunt? Alius qui ſpiritalis eſt, & iudicat verba legis: In æternũ, inquit, domine pmanet verbũ tuũ in cælo. Æternitas enĩ verbi manẽtis, opinionẽ verbi prætereuntis excludit. Quomodo autẽ permanet verbũ in cælo, ſi ipſum cælum præterit? Et quomodo poſsũt ſtare K culmina, ſi cadant fundamẽta? aut quomodo permanet habitator in habitatiõe ſua, niſi & habitatio perſeueret? Sed forte illud occurrat, qa ſcriptũ eſt: Erit cælũ nouũ. Eſa.65. Verũ nec ſic abſolubile, quia nec in hoc poteſt permanere qđ præterit: nec illud poteſt dici manſiſſe, cũ cœperit. Tinea intellectũ ſuũ ſcindet. ſi putes verbũ ſicut cælum vel incipere vel præterire. Vnde ſi virtutẽ prophetici ſenſus cognoſcere volumus, primũm in his quę viſibilia & ſenſibilia ſunt, & hic eũ locũ cõſideremus, vt ex eo quæ ſunt intelligibilia manifeſtemus. Si verbũ dei in cælo permanet, imitemur cælũ vbi permanet verbum: pmanet ordo ſolẽnis cæleſtiũ ſtatutorũ, & beneficiorũ domini crebrę vices ſoleñibus munerib⁹ perſeuerãt. Superius nẽpe vel pluuiis, vel calore, vel fotu aeris huius infunditur terris, atq; alitur larga fœcunditas. Cælo annus labitur per dies ac mẽſes, & tẽpora hyberni atq; hyemis, veris quoq; & puræ digeſt⁹ æſtatis. De cælo vitæ tuæ imaginẽ cape: etiam quãdo non germinas fructum, ſere tamẽ ſemen ad fructũ. Sunt ſemina quæ de cælo ſunt, & ſerũtur in terris. Eſt etiam ſuperna vindemia. Vnde ait
Oſee.10. Propheta: Serite vobis ad iuſtitiam, vindemiate ad fructũ. Et quãdo nõ florẽt opera tua, foue tamẽ ſemina tua ne laſciuiẽdo luxuriẽt. Qđ luxuriat in flore ſermonis, L tenuatur & hebetatur ĩ fructu. Fructus ipſos vſq; ad maturitatẽ decoque. Imitatores etiã ipſius cæleſtis ſimus elemẽti, non ſemper Sole feruet ardenti, frequẽter nubibus tegitur, pluuiis vehemẽtibus inhorreſcit, iactis niuibus tegit terrã. Non ergo ſit in te diuturna laſciuia, ſuccedant mœſta ſeniliũ curarum tẽpora, & tangẽ cana maturitas agrum hunc tui corporis reprimat. Vtilior ſæpe triſtitia eſt, quæ comitẽ ſolet habere grauitatẽ. Nunquid vlla in ipſo eſt Sole præuaricatio? Nõne quotidianos curſus ſuos ſeruat? Nũquid continuos non nouit Luna defectus, & cõmiſsi munus deſerit miniſterii? Hiſdẽ nẽpe vicib⁹ ann⁹ redit, eodẽ ſtatu reparãtur tẽpora. hiſdẽ obſequiis reformantur. Sol diem illuminat, tẽpora ſtatuta cuſtodiẽs. Fulget ſplendoribus Luna nocturnis, & lux eius in tenebris micat. Stellarum nitentium tutilat globus, ſoleñiq; ſtatione & cõuerſione ac demutatione fungũtur. Lex vna diuerſis conſtitutorum ſemel vices curſuum cuſtodire, nec fines tranſire præſcriptos. Manet ipſa immutabilis demutatio, & cõuerſio vertere ordinem ſuũ neſcit. Vna omniũ obediẽtia, diſcretis muneribus indiſcretam præſcriptæ conſtitutionis tenere concordiã. In cælo ergo permanet verbum, quia Satanas de
M cælo cecidit. Non habebat in cælo locũ, propterea cecidit. Quò cecidit niſi in terras. Ideo hic adulteria, homicidia, ebrietates abũdare cœperũt. Inde excluſus acrior ad nos venit, & tentationes ſolito aſpetiores tangẽ iratus exercet. In cælo igitur permanet verbũ, quia inde deiectus eſt diabolus: in terris nõ permanet, quia huc totus aduenit. Et vide vtrum hic permanere verbum poſsit in nobis, vbi tantos laqueos diabolus aſperſit: qui cũ eſſet in cęlo, nec ibi verbum poterat permanere. Deniq; quia & ipſe verbum non tenuit, cecidit è cælo. In cælo ergo verbũ permanet, & qđ ſecundũ verbi diſpoſitionẽ regitur & gubernatur. Sed quia ipſum cælum præterit, ideo nõ dixit in ſecula permanere, ſed in ſeculũ: quãquã propterea prætereat, vt fiat nouũ cælũ & noua terra, nouũ teſtamẽtum, vt facie ad faciem gloriam domini videre poſsimus. Veruntamen quia & in cælo fuit vitiis locus. nam vtiq; nõ cecidiſſet inde aduerſarius niſi in crimi
Eccli.27. nibus deprehẽſus, (nã & ſtultus vt Luna mutatur, & cælũ ipſum tenebris obducitur) videtur vtiq; non de elemento dictum, ſed de virtutibus poteſtatibusq; cæleſtibus. Sunt enim ſanctæ virtutes in cælo, in quibus nihil lubricum atq; terrenum ſit. Sunt etiam in terris cæli qui
1.Cor.15. enarrant gloriam dei. Qui ſunt iſti cęli? Audi dicẽtem: Sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem huius cæleſtis. Iſti igitur ſunt cęli, qui etiam

Philip.3. in terris poſiti aũdent dicere: Noſtra autẽ cõuerſatio in
A cælis eſt. Iſti ſunt cæli in quibus fides, grauitas, cõtinentia, doctrina, vita cæleſtis eſt. Nam quẽadmodum terra dictus eſt, qui lapſus ex illa præuaricatione cæleſtis gratiæ, & in hæc vitia terrena deiectus præuaricationis ſuæ ſe vinculis religauit: ita ecõtrario cælũ dicitur, qui vitã angelorũ cuſtodia integritatis exercet, & corpus ſuum continenti ſobrietate moderatur: mentẽ quoq; ſuã miti tranquillitate cõponit: pecuniã pauperibus miſericordi liberalitate diſpẽſat. Eſt ergo & in terris cælum, in quo poſsũt virtutes eſſe cæleſtes. Cælum mihi thronus, ego magis iuſti affectum q̃ elementum intelligo. Illum puto cælũ ad cuius animã venit Chriſtus, & pulſat ianuam, & ſi aperueris ingreditur. Nec ſolus ingreditur, ſed etiã cũ
Ioan.14. patre, ſicut ipſe ait: Ego & pater veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus. Vides igitur quòd verbum deus & ocioſum prouocat, & dormientem excitat? Qui enim venit, & ianuã pulſat, vult ſemper intrare. Sed in nobis eſt quòd non ſemper ingreditur, non ſemper manet. Pateat aduenięti ianua tua, aperi ianuã tuam, expande gremium mentis tuę, vt videat diuitias ſimplicitatis, theſauros pacis, ſuauitatẽ gratiæ. Dilata cor tuum, occurre ſoli lucis æternæ, qui illuminat omnem hominem. Et illud quidẽ verum lumẽ omnibus lucet: ſed ſi quis feneſtras ſuas clauſerit, æterno lumine ſe ipſe fraudabit. Ex
E cluditur ergo & Chriſtus, ſi tu mentis tuæ ianuam claudas: & ſi poſsit intrare, non vult tamẽ importunis irruere, non vult inuitos cogere. Ortus ex virgine, proceſsit ex aluo, vniuerſa totius orbis irradians, vt luceret om-
B nibus. Capiãt qui deſiderãt fulgoris perpetui claritatẽ, quã nox nulla iterpolat. Soli enim huic quem quotidie cernimus, nox tenebroſa ſuccedit: Sol autẽ iuſtitiæ nun quã occidit, quia ſapientiæ non ſuccedit malitia. Beatus ergo ille, cuius pulſat ianuã Chriſt⁹. Ianua noſtra fides eſt, quæ totã domũ, ſi fuerit robuſta, cõmunit. Per iſtam ianuam Chriſtus ingreditur. Vnde & Eccleſia dicit in
Cant.5. Canticis: Vox fratris mei pulſat ad ianuã. Audi pulſantem, audi introire cupientẽ: Aperi mihi ſoror mea ſponſa, colũba mea, perfecta mea: quia caput meũ repletum eſt rore, & crines mei guttis noctis. Conſidera quando maxime pulſat ianuã tuã deus verbũ, cũ repletũ eſt caput eius rore nocturno. In tribulatione etenim & tentationibus poſitos viſitare dignatur, ne quis forte ſuccumbat victus erũnis. Repletur ergo caput eius rore vel guttis, quãdo corpus eius laborat. Tunc ergo vigilandũ, ne cũ ſponſus venerit, recedat excluſus. Si enĩ dormias, & cor tuũ non vigilet, diſcedit anteq̃ pulſet. Si cor tuũ vigilet, pulſat, & aperiri ſibi ianuã poſcit. Habemus ergo animæ noſtræ ianuam, habemus & portas, de quibus dictum eſt: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini
Pſal.23. portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Eſt ergo & cæ-
C lum in iis in quibus portæ ſunt æternales. Si has fidei tuæ portas velis attollere, intrabit ad te rex gloriæ, triũphum portans propriæ paſsionis. Habet etiam iuſtitia portas. Nã etiam de his legimus ſcriptũ dicẽte domino per Prophetam ſuũ: Aperite mihi portas iuſtitiæ. Et in-
Pſal.117. fra ait propheta Dauid: Lauda Hieruſalẽ dominũ, lauda
Pſal.147. deum tuũ Syon. Quoniã confortauit ſeras portarũ tuarum. Eſt ergo anima quæ habet ianuam, eſt quæ habet portas. Ad hanc ianuam venit Chriſtus & pulſat, pulſat & portas. Aperi ergo illi, vult ergo introire, vult ſponſam inuenire vigilantẽ. Noli ergo bono amatori facere moras. cito recedit, & tu ſomno torporis tui videris excluſiſſe pulſantẽ. Excludis enim cũ deſidioſus es, cũ piger, cũ ſomnolẽtus. His repagulis Chriſtus excluditur: & ſi caſtus, & ſi ſobrius ſis, caue ne negligens ſis: Maiorem Chriſto facit iniuriã, qui aduenientẽ repellit. Nonnunq̃ etiã ſi moraris, mittit manũ ſuam per feneſtram,
Cant.5. ſicut ait ſponſa: Frater meus miſit manũ ſuã de proſpectu, & venter meus cõturbatus eſt ſuper eum. Exurrexi ergo aperire fratri meo. Manus meæ diſtillauerũt myrrha, digiti mei myrrha pleni. Primũm ergo tanẽ de pro- D
ſpectu mittit manũ ſuã, quãdo de⁹ eſſe operibus æſtimatur. Vnde ait: Si mihi non creditis, vel operibus credite. Ioan.10.
Deinde augetur amor, & intimis viſceribus cõcept⁹ inoleſcit. Inde intelligibili vtero, in quo eſt receptaculum verbi, ſeminibus eius infuſis, plenitudinẽ eius corporaliter inhabitantẽ haurire anima noſtra deſiderat. Non enĩ turbatur vter⁹ fœminarũ, niſi q̃ fuerint aluo graues. Surgit igitur anima, vt aperiat dei verbo: ſed dum ſe expãdit atq; aperit, vt opera mũdi iſtius verbi receptione
2.Cor.4. mortificet: ſicut ille qui ait: Mortificatiõnẽ domini Ieſu in corpore noſtro circũferim⁹. ergo dũ aperit, träſit ſpõſus. Vult enĩ ſemper quæri, frequẽtius inueniri: & ſi clauſam inuenerit ianuã, pulſat: & ſi per morã fuerit excluſus, recedit. Sed cito redit, & iterũ pulſat, vt vel poſtea ſponſam inueniat præparatã. Poteſt quidẽ & ſic accipi:
Luc.2. Frater meus tranſiuit, ſicut legimus q̃ penetrauit dilectæ intima medullarũ, & quẽadmodũ ad Mariã dictum eſt: Et tuã ipſius animã pertranſibit gladius, vt reuelentur multorũ cordiũ cogitationes. Deniq; addidit ſponſa animã ſuã exiſſe in verbo eius, qđ fit quãdo anima peregrinatur à corpore, & deo præſens eſt. Explanauimus igitur vt potuim⁹ quid eſset. In æternũ domine pmanet verbũ tuũ in cęlo. Poſsumus tamẽ & ſic intelligere, quia
E in cælo magis permanet in æternũ, vbi angeli & archangeli, Cherubin & Seraphin: quoniã homines quamuis ſancti ſint, tamen affectus eorũ ſæpe mutatur. Nũc gaudemus, continuo mœremus, iraſcimur, ingemiſcimus. In ipſa pœnitẽtia nõ vult nos ſatis cõtriſtari Apoſtolus, ne triſtitia abſorbeamur. Vbi ergo iracũdia, vbi triſtitia grauis, nõ permanet ibi verbũ. Deniq; de ſolo domino
Mar.1. Ieſu dictũ eſt à Ioãne: quia vidit ſpiritũ ſanctũ deſcẽdentem de cęlo ſicut colũbam, & manentẽ ſuper eũ. Nam & prophetæ non ſemper prophetabant, ſed cũ infunderet his gratiã ſpiritus prophetandi. Deniq; nec Dauid præſciuit quid annũciaret. Nathã propheta miſsus à domino. & vtiq; iferior Nathã propheta cognouit qđ Dauid
4.Reg.4. præſtantior neſciebat. Et alius dixit Propheta: Celauit me dominus. Vnde & pleriq; accipiunt in cælo permanere dei verbum in poteſtatibus cæleſtibus, in quibus non ſunt affectuum varietates. Aliqui autẽ de ipſa accipiunt trinitate, quæ ſola immutabilis ſit: & ideo in cælo
Ioan.14. permanet verbum, id eſt in patre, quia verbũ dixit: Ego in patre, & pater in me.

II In gnationẽ & generationẽ veritas tua.

Multi ſunt qui dicũtur dii, ſed non ſunt. Ergo in gentibus mendaciũ eſt, in Eccleſia veritas. Hanc tamen ve- F
ritatem habuit primò Synagoga, quæ habebat eloquia
Pſal.75. dei. Eſt enim veritas & in veteri teſtamento, quæ fuit antè in populo Iudæorũ. Notus enim in Iudæa deus. deus autem veritas eſt. Ergo in Iudæa veritas. Fuit igitur veritas in patribus, Moyſe & Ieſu Naue, in Samuel, i Dauid, Helia, Heliſæo, & in illis ſeptem milibus virorũ qui non curuauerunt genua ante Baal. Sed quia poſterior ſoboles Iudæorũ à patrum moribus deſiuauit, receſsit ab illis veritas, & ad Eccleſiã venit. Receſsit enĩ ab illis quando
Ioan.19. dixerunt de domino Ieſu: Tolle tolle, crucifige eũ. Tradiderunt enim veritatem, & elegerũt iniquitatẽ. Omnes ergo aliæ generationes veritatis exortes, omniũ hæreticorum generationes non tenẽt veritatẽ: ſola eccleſia veritatẽ pio affectu poſsidet: quia generatio Iudæorũ, quæ ante eã poſsidebat, amiſit. Populus ergo Iudæorũ prior fidei generatio, & ideo infantior & infirmior, quia lubrico adoleſcentiæ ſtare non potuit: populus autem Chriſtianus fidei ſecũnda generatio, ideo robuſtior & venerabilis, quia maturior ſenectute. Illa generatio legis,
Pſal.88. hæc gratiæ. Vnde & alibi ait: In generationem & generationem annũciabo veritatem tuam.

Fundaſti terram, & permanet: diſpoſitione tua permanet deus.

G Quomodo fũdauerit deus terrã, ſcriptura nos docuit,
Prouer. 3. dicẽte Propheta: Deus ſapientia fundauit terrã, parauit autẽ cælos in intellectu. Terra autẽ tanq̃ fundamẽtũ eſt, in qua cõſiſtimus: licet ipſam vel in hemicyclo cæli eſſe & is qui foris eſt ſermo concelebret, & ſcriptura ſignifi
Iob. 26. care videatur, dicẽte Iob: Suſpẽdens terrã in nihilo. Includitur ergo orbe cæleſti: & ideo Sol noctibus non videtur, quia gyrãdo in ĩferiore inuenitur, orbis parte cæleſtis. Sed nõ eſt cura ſanctis, axem cæli & elementorum ſpatia philoſophico more numeroſq; deſcribere. Quid enĩ hoc prodeſt ſaluti? Quia ſãcti ſpiritalibus ſẽper intẽdũt, & vitæ æternæ profutura vel cognoſcere geſtiũt, vel docere. Deniq; hũc locũ pulchre nobis aperuit eccle
Eccle. 1. ſiaſtes ſpiritalem eſſe nõ materialẽ, dicẽs: Quæ abũdantia homini in omni labore ſuo quo laborat ſub Sole? Generatio vadit, & generatio venit, & terra ſtat in ſeculũ.
Pſal. 3. 3. hoc eſt, quæ abundantia ſpirituali homini laboranti ſub Sole iuſtitiæ? Et ſubiecit: Generatio vadit, & generatio venit. Vadit generatio, quia diuites eguerunt & eſurierunt. Qui ante abundant gratia: poſtea tamen propter perfidiã ſuam egere cœperunt. Qui autem pauperes erant populi nationũ, iã per fidem Chriſti ſatiãtur & abũdant, ſicut ſcriptũ eſt, Edent pauperes, & ſaturabuntur.
Pſal. 21. Audierũt enim dicentẽ: Abundãtes in omni verbo. non in pecuniis vtiq;, nõ in auro & argẽto, ſed in omni verbo, inquit, & cognitione. Et alibi ait: In diuitiis ſimplicitatis. Hæ diuitiæ ſunt ſalubres: nã copiæ ſeculares ſalutem afferre non poſſunt. Qui autẽ habuerit abũdantiam ſpiritalẽ, huius terra fructifera ſtat in ſeculũ, bene fundata radice virtutum, vel anima bonos vtiq; germinãs fructus, vel caro nullis cupiditatib⁹ mobilis ad pro
Eccle. 1. lapſionem. Hanc terram circuit Sol iuſtitiæ ſalutaris, de quo ſcriptũ eſt: Et oritur Sol, & occidit, & in locũ ſuum
H vadit. Ipſe oriẽs illuc vadit ad Auſtrũ, & gyrat ad Aquilonem: gyrando gyrat ſpiritus, & in gyros eius cõuertitur ſpiritus. Oritur Sol iuſtis, occidit autem iniuſtis: oritur tranquillitati piæ mentis, occidit iracundiæ. Vnde
Ephe. 4. ait: Sol non occidat ſuper iracundiã veſtrã. Hinc poteſt intellegi quia iiſdem oritur & occidit, quorũ & vitia ſepeliat, & gratiam illuminet. Mortuus eſt enim peccato, vt deo viueret: hoc eſt, peccato ſumus in illo mortui, vt deo in perpetuũ viueremus. Vide ipſum myſterium præ
Ioan. 12. nũciatũ: Et oritur, inquit, Sol, & occidit, & in locũ ſuum trahit. Hoc eſt, qđ ait domin⁹: Cũ exaltat⁹ fuero, oĩa traham ad meipſum. Traxit enim ad ſe omnium ſtudia, vt vel peccata noſtra crucifigeret, vel bonũ ingeniũ ad iu-
Ioan. 17. ſtitiam prouocaret. Aduerte quẽ ad modũ trahat ad ſe:
Luc. 23. Pater, volo vt vbi ego ſum, & iſti ſint mecum. Et ad latronem ait: Hodie mecũ eris in paradiſo. Aduerte quomodo omnia trahat. Exaltatus eſt in cruce, & totus cre-
I didit mundus. Ipſe Oriens, inquit, vadit ad Auſtrum, & gyrat ad Aquilonem. Ille vtiq; Oriẽs, qui ait: Oriens nomen eſt mihi. qui ſemper oritur piis, nunquam occidit. Ipſe Oriens populo Hebræorũ ad Auſtrum iuit, ad mol
liorẽ populum luxuria magis feruẽtis corporis lubricũ q̃ immanitatis impietate prædurũ, aut certe ad nobiliorem plebem, quæ erat genus electum, vendicans ſibi patriarcharũ profapiam. Sed quia perſeuerabat in vitiis, nec emendabat errorẽ: ideo Sol iuſtitiæ gyrauit ad gentes, quæ ante eloquiis cæleſtibus defraudatæ, immanes & ignobiles habebantur. Aquilo enim grauis ventus, vt populi nationum. Sed qui erant graues antè in perfidia, nũc ſup aquilas leuiores facti ſũt fide atq; pietate, poſtq̃
Luc. 13. venit qui diceret: Ab Aquilone adhuc. Et in Euangelio: Venient ab Oriente & Occidente, ab Aquilone & Auſtro, & recumbent in regno dei. Et ecce ſunt nouiſſimi qui erãt primi, & ſunt primi qui erãt nouiſſimi. De-
Pſal. 47. nique & ipſe Pſalmiſta ait: Mons Syon, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. hoc eſt, qui erant Aquilonis latus, popul⁹ factus eſt regis æterni, quia ſolus eſt magnus dominus. Sed forte dicas: Quomodo in Canticis eſt dicũ: Exurge Aquilo, & veni Auſter? Plerique enim acci- Cant. 4.
piũt quaſi proiiciatur Aquilo, & iuitetur Auſter. Quod K
ſi ita accipiunt, exturbatur ab Eccleſia perfidiæ glacialis aſperitas, ne fiat fuga noſtra hyeme vel Sabbato, & inuitatur Auſtralis verna temperies. Aut certe, Exurge
Aquilo, hoc eſt: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Ephe. 5.
Populus nationum, qui diu antè dormiſti, euigila aliquando, & illuceſcet tibi Chriſtus. Poſtremo omnes in uitantur ad Eccleſiã, & Synagogæ populus, & gẽtilium. ſed prius Synagogæ: quia priores ex Iudæis apoſtoli crediderũt, per ipſos poſtea nationum populi congregati ſunt. Vides ergo veniẽtem Solem noſtrum ad Auſtrum, poſtea gyrantẽ ad Aquilonẽ: Hieruſalem, Hieruſalem. Venit vtiq; ad eã, quam etiã vocare dignatus eſt. Sed hæc Hieruſalem terrena eſt, quæ occidit prophetas, hoc eſt Synagoga Iudæorũ. Quotiens, inquit, volui congrega- Mat. 23.
re filios tuos, ſicut gallina pullos ſuos, & noluiſti. Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Gyrauit igitur ad gẽtes, gyrando autẽ gyrauit ſpiritus dei, & in gyro ſuo cõ-
uerſus eſt, vt fieret deus omnia, & in omnibus. Ideo ſan 1. Cor. 15.
ctus cælũ dicitur, quia vicinio eum claritas Solis ſemper illuſtrat. Habet ſplendorẽ ſuum domeſticũ, vt tenebras noctis non ſentiat. Ideo Eccleſia & cęlũ dicitur & mundus, q̃ habeat ſanctos angelis & archangelis comparandos, habeat etiã plerosq; terrenos. Dicitur & orbis terrarum, qui eſt fundatus ſuper maria & ſuper flumina præparatus. Deniq; quaſi orbis terrarum dicit Eccleſia: No- Cant. 1.
lite aſpicere me quoniã fuſca ſum, quia non reſpexit me
Sol, eò q̃ velut pruinis hyemalibus, geluq; conſtrictam
gentilis erroris congregationem gentiũ Sol iuſtitię diu L
indignã æſtimauerit, quã ſerena vult⁹ ſui luce luſtraret.
Nõnne tibi videbatur hyberni rigor tẽporis, quãdo notus erat in Iudæa tantũmodo deus? Nunc autẽ plenitudo
lucis effulget æſtiuæ, quando omnia & in omnibus Chri Pſal. 23.
ſtus, Nõnne terra domini, & plenitudo eius? Et vere orbis terrarum in Eccleſia, in qua non Iudæus tantummodo aut Græcus, non Barbarus aut Scytha, nõ ſeruus aut Coloſ. 3.
liber, ſed omnes in Chriſto vnum ſumus. Sol omnibus
fulget, dies omnibus lucet. Ideóque ait:

Diſpoſitione*tua permanet*dies. III

*alias ordinatione

Nam niſi ita accipias, quomodo parmanet dies, cum *alias per
poſt breue momẽtum diei ſequatur occaſus, & fiat no- ſeuerat.
ctis ſucceſsio? Sed ſunt quibus ſemper dies eſt, illis vtiq; Ioan. 12.
quibus Chriſtus adeſt, qui dicit: Ambulate dum lucẽ habetis. Hic eſt dies quem vidit Abrahã, dies remiſſionis Pſal. 117.
peccatorũ, de quo legis: Hic eſt dies quem fecit dominus
exultemus & lętemur in eo. Sunt ergo ſancti quibus Sol
nunquã occidit, quia dominus lux eorum eſt, ſicut ſcriptum eſt: Et erit illis dominus lumen æternum. Expreſsit cauſam permanentis diei, atque ſubtexuit:

Diſpoſitiõe, inquit, tua permanet dies, quoniam vniuerſa* ſeruiunt tibi. *alias oĩa

Videntur vtiq; ſignificare futurum illud, quando nox M
non erit amplius, & non indigebitur lucernæ vel Solis
lumine, quoniam dominus illuminabit eos. Qui ſunt
illi? Supra ait, dicens: Et ſerui eius ſeruient ei. hoc eſt,
domini facient voluntatem. Nunc enim non omnes ſeruimus. Cum autem tradiderit regnum deo & patri, tunc 1. Cor. 15.
ſubiecta erũt omnia ei, qui ſibi vniuerſa ſubiecit, acquirens omnium fidem per vnigeniti paſsionem. Subiectio igitur mẽtium facit ſedulam ſeruitutem. Ergo cum
omnes crediderint in dominum IESVM, tunc vniuerſa deo ſeruient, vt ſit deus omnia, & in omnibus. Nunc Ioan. 8.
autem non omnes ſerui dei, quia plerique ſerui peccati. Qui enim peccatum facit, ſeruus eſt peccati. Dominus autem non vult cum aliis conſortium habere dominatus. Permanet ergo dies immutabilis. Potuit ergo
dicere, Permanebit: ſed prophetis futura pro præſentibus præſto eſſe videntur in ſpiritu.

IIII *Alias forte. Niſi quia lex tua meditatio mea eſt, tũc forſitan* periſſem in humilitate mea.

A Lucebat Propheta vt dies, cui meditatio lex erat. Etenim oleum luminis accipiebat ex lege. Deniq; ne in cor
pore mortis lux diei poſset extingui, ambulabat i lege, & ideo ambulabat i lumine. Alioquin, inquit, periſſem in humilitate mea. Humilitas nõ ſemper virtutis eſt, ſed etiã afflictionis: hoc eſt, non ſemper voluntaria, ſe etiã quæ ex neceſsitate ſuſcipitur, quando aliqua afflictione tentamur. Alioquin nemo perit in humilitate, quæ magis ſeruare conſueuit. Ergo quando in afflictionis tempore ſumus, & quatimur aduerſis: meditatio nobis in lege ſit, ne imparatos procella tentationis affligat. Athleta niſi exercitio palæſtræ prius fuerit aſsuefactus, non audet ſubire certamen. Vngamus igitur oleo lectionis noſtrę mẽtis lacertos. Sit nobis tota die ac nocte exercitii vſus in quadã cæleſtiũ ſcripturarum palæſtra, artuſq; animorũ noſtrorũ ſalubris ſpiritaliũ ferculorũ eſca cõ
firmet, vt cum aduerſarius aſsiſtere cœperit, & puluere nos ſuæ tẽtationis aſperſerit, ſtemus intrepidi: nitamur nõ vt in incertum, nec vt aera cædentes. Melius percutimus verberati, ſi percutienti maxillam alteram præbeamus, ſi vindictam non requiramus, ſed ei qui dixit, Mihi Deut. 32.
vindictam, ergo retribuã: cauſam vindictæ integram reſeruemus. Cædimus aerias poteſtates, ſi nos ipſos caſtigare nouerimus. Caſtigabat carnẽ ſuã Paulus, vt aduerſarios verberaret: & ſeruituti redigebat corpus ſuũ, vt
B dominaretur inimicis. Exerceamur igitur indeſ ſo medi
tationis vſu, exerceamur ante certamen, vt ſimus certamini ſemper parati: & cũ frequentior aduerſarii ictus ingruerit, nunc inopia, nunc rapina, nunc orbitate, nũc corporis egritudine, nunc mœrore animi, nunc terrore mortis, & acerbitate pœnarũ: dicat vnuſquiſq; noſtrũ q̃ potuerit ſuſtinere ac perpeti· Niſi quia lex tua meditatio mea eſt, tunc forſitan periſſem in humilitate mea. Quãta ſimul coaceruata ſunt vt in illa afflictiõe Iob ſanctus periret? Sed quia patriarcharum moribus informatus, oraculorũq; cæleſtiũ & naturalis legis erat inſtitutione formatus, ideo in tentationibus tantis perire non potuit. Deniq; cũ amiſiſſet tã amplas ſubito facultates, chariſſimos filios: quaſi is cui meditatio quotidiana eſſet in lege diuina, ait: Nudus exiui de vẽtre matris meæ, Iob. 1.
nudus ibo eò. Domin⁹ dedit, domin⁹ abſtulit: ſicut domino placuit, ita factũ eſt: ſit nomen domini benedictũ.
Perfuſus etiã corporis toti⁹ vlceribus, cũ tẽtaretur vxoris alloquiis, q̃ meminiſſet Adã ſic eſſe deiectũ dũ „ pręcredit vxori, reſpõdit: Sicut vna ex inſipiẽtibus mulieri Iob. 2.
bus locuta es. Qđ ſi illã quaſi ſapientẽ voluiſſet audire, ipſe ſapiẽs nõ fuiſſet. Tẽtatus etiã diuerſis alloquiis amicorũ, cũ fidei ſtabilis immobilisq; patientiæ pręmia meC ruiſset à domino, nõnne dicebat: Niſi qa lex tua meditatio mea eſt, tũc forſitã periſsẽ in humilitate mea. Quàm gratẽ hoc dicit hodie q̃ in martyrio plurima flagella ſuſtinuit, equuleo & vngulis, plũbo, laminis ardentibus, gladioq; cõprobatus? Potuit enĩ perire niſi meditatus in lege, grauiora preſentibus futura ſupplicia credidiſset. Quãta ſanctus Ioſeph pertulit, q̃ acerba, q̃ dura? Primũ fratrũ odia, degeneris ſeruitutis erũnas, parẽtib⁹ defrau datus, ablegat⁹ exilio, negociatorũ vernula, & Aegyptii ignobilis vile mancipium. Quæ potuit nobilis profapiæ puero grauior eſse tẽtatio, q̃ vt tanto familiæ ſplendore deiectus, ſeruiret apud Aegyptios? Eſt cõſolabilis ſeruitus, ſeruire iuſtis. Aequitate domini leuatur iniuria ſeruitutis. Tãto igitur genere deiectus, ſatis gratũ habebat ſi miniſtro regio ſuũ obſequiũ „ pbaretur. Nec hoc quidẽ ſatis fuit ad tentationis acerbitatẽ, rediit aduerſarius ad ſuas artes, totasq; vires ſuas oĩ fraude commouit, vt per mulierẽ laqueos innoxiæ nectęret cõſcientiæ. Cõcitauit in eũ libidinis ſtimulis vxorẽ domini ſui, q̃ adulterinos à ſeruulo cõcubitus flagitaret. vt ſi acquieſceret, crimen impleret: ſi recuſaret, incideret offenſam, nexũ calũniæ D
nõ euaderet. Deniq; truſus in carcerẽ, & innocens inter noxios æſtimatus, ab eo amplius cœpit vrgeri, cui fidem ſuam cũ periculis præſtitiſſet. Sed quia cõtumeliæ virũ frangere nequiverunt, mutata eſt tentatio, longe aſperior ſpecie proſperorũ. Plurimos enĩ ſupplantauerũt ſe cundæ res, quos ſupplicia acerba non fregerãt. Producitur è carcere nutu regio, interpretatur ſomniũ, eligitur vt honore præſtantior eſset omnibus Aegyptiis, regi ſecundus, eſuriẽtibus populis aliměta diuideret. Obiiciũtur ei fratres, qui eũ ad ſeruitutis iniuriam nõ fraterno amore vendiderant, vt vel contumeliæ & appetitæ ſalũtis dolore tentatus excuteret germanitatis affectum. Sed vir iuſtus oblitus eſt cõtumeliam, cumulauit gratiã: eóq; ſe magis fratrẽ voluit exibere, quo fratres ipſe nõ fuiſset expertus. Denique hoc munere & fratres recepit, & patrem pia fraude quæſiuit. Quid igitur aliud melius dicere ret ſãctus Ioſeph, quàm iſtud ad dominũ? Niſi qa lex tua meditatio mea eſt, tunc forſitan periſsem in humilitate mea? Fertur prophetæ cuidam (& pleriq; ferunt de Eſaia in carcere poſito) cũ mole imminentis vrgeretur exitii; dixiſſe diabolũ: Dic qa nõ à domino, locut⁹ es q̃ dixiſti, & omniũ in te mẽtes affectusq; mutabo: vt q indignantur iniuriã, abſolutionẽ conferant. Sed ille gratius iudicauit pro veritate ſuppliciũ, q̃ pro adulatione beneficiũ.
Qđ vtiq; non feciſset niſi meditatiõe legis ſuiſset exerci E
tatus. Sit ergo nobis quotidiana lectio pro exercitio, vt quæ legimus, meditemur imitari. In hac deſudemus vir tutũ palæſtra, vt cũ increpuerint tẽtamenta, nõ tanq̃ inexercitatos, nõ tanq̃ inexpertes ſpiritaliũ ciborũ, & atte nuatos ieiunio lectionis tentationũ tẽpus inueniat. Qđ ſi athleticis epulis paſtã animam noſtrã potuerit inueni re, ſi ſit Euãgelicus ſucc⁹ in nobis, ſi apoſtolicis eſcis maturitas noſtræ mẽtis thoros, animę q; robuſta ſolidauerit: ſi frequẽti meditatiõe memoria tenax præceptorum cæleſtiũ parata ad tẽpus exempla deprõpſerit, nulla tentationum poterit nos perturbare congreſsio.

In æternum nõ obliuiſcar iuſtificationum tuarum*, quoniã in ipſis viuificaſti me domine. *alias iuſtificationes tuas.

Lex ſecũdũ Apoſtolũ pędagogus eſt paruulorũ, donec ad perfectæ fidei maturiorẽ quandã veniamus ætatẽ. In lege autẽ mãdata ſunt iuſtificationes, teſtimonia iuſtitię pręcepta. Viuificabimur ergo i lege. Vnde ait Apoſtol⁹: Gala. 3.
Lex autẽ nõ eſt ex fide: ſed q̃ facit illã, viuit in ea. Sed qa
idẽ ſupra ait, Quoniã in lege nemo iuſtificatur: it elligis vtiq; qa iuſtificatio legis ſpecies eſt & imago, nõ veritas. Secũdũ veritatẽ ergo & pfectionẽ nemo iuſtificatur i lege, ſecũdũ ſpeciẽ iuſtificatur. Ergo ſãctus Propheta, qui adhuc i legis iuſtificatiõe viuebat, videbat autẽ fulgorẽ F
Euãgelii quaſi memor veteris diſciplinę legis, tanq̃ pædagogo vtili gratiã reſeruabat. Confidera aliquẽ excedentẽ ex ephebis i diuitiis & honorib⁹ cõſt⁹ tutũ, pædagogo ſuo honorificentiã reſeruatã habere, cui⁹ officiis informatũ ſe eſse cognoſceret, vt maturiorẽ regere poſſit ætatẽ. Monet ſiquidẽ etiã ipſa lex, vt is q nobis aliquã do profuerũt, nequaq̃ eſse debeamus ĩgrati. Nã ſicut habem⁹ in veteri teſtamẽto, paſcha celebratũ eſt in Aegypti finibus, cũ adhuc ſub rege Pharao poſiti patres noſtri deplorarẽt miſerę ſeruitutis iniuriã: & poſtea liberati rurſus ĩ terra repromiſsiõis paſcha celebrarũt: ſuperi⁹ ad cõmonitionẽ, poſterius ad recordationẽ. Siquis ergo interroget Hebræũ qua ratione in Aegypto paſcha celebratũ eſt, reſpõdebit: Quia regi Pharao adhuc ſeruitutis vinculo obnoxii tenebamur, ille agnus patrũ populum liberauit, ille agnus vocauit ad libertatẽ, ille agnus maris profunda ſolidauit, vt Aegyptum trãſire poſſemus. Quotiẽs ergo paſcha celebramus, meminiſse debemus veteris ſeruitutis, & nouæ libertatis: quid fuerimus, & quid acceperimus. Nõ enĩ poteſt plene quis intelligere

G quid acceperit, nisi meminerit antè quid fuerit. Nõ ergo obliuiſcamur, qa domin⁹ Ieſus agnus dei mũdi hoſtia ſoluit nos grauiũ nexib⁹ delictorũ, quibus Pharao ille teterrimus, nõ vnius Aegypti, ſed ſeculi iſtius princeps vinculo ſeruitii grauis nos tenebat aſtrictos. Nõ obliuiſcamur in æternũ, vt cũ venerimus in illã vere terrã repromiſſionis, vbi eſt regio viuorũ, meminerimus quãta hic nobis Pharao dirus intulerit, quid perpeſſi in hoc ſeculo ſimus, quibus tandem erepti malis: & agam⁹ gratias eripienti nos domino IESV, qui perturbatorem omnium fecit eſſe captiuum.

VI *alias ego ſaluũ me fac.

Tuus ſum*, ſalua me domine, quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.

Facilis vox & cõmunis videtur, ſed paucorũ eſt. Satis rarus eſt enĩ qui poteſt dicere deo: Tuus ſum. Ille enim dicit, qui adhæret deo totis ſenſibus, qui aliud cogitare nõ nouit. Ille hac voce vtitur, qui poteſt dicere domino:
Ioan.14. Oſtende nobis Patrẽ, & ſufficit nobis. Nunquid hac voce vtitur auidus pecuniæ, honoris, poteſtatis? Multis nõ eſt ſatis deũ ſcire, & quidem pluribus. Tanti populi, tantæ nationes, tanti diuites paupertatem putant domino ſeruire, & qui ſupra omnes eſt, illis exiguus & anguſtus eſt: illis nõ eſt ſatis dei filius, in quo ſunt omnia. Deniq;
Mat.19. ille diues in Euangelio, cui dictum eſt: Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: deum ſibi nõ ſufficere iudicauit. Deniq; & cõtriſtat⁹ eſt, quaſi pluris eſſet qđ relinquere iuberetur, q̃ qđ eligere. Ille ergo dicit, Tuus ſum, qui poſt dicere: Ecce omnia reliquimus, & ſecuti ſumus te. Apoſtolorum itaq; vox iſta eſt,
Ibidem. nec omniũ tamen apoſtolorũ. Nam & Iudas apoſtolus fuit, & in conuiuio Chriſti inter apoſtolos recumbebat. Dicebat & ipſe, Tuus ſum: ſed voce, non corde. Venit & introiuit in eum Satanas, & cœpit dicere: Non eſt tuus
H IESV, ſed meus eſt. Denique ea quæ mea ſunt, cogitat: quæ mea ſunt, in pectore ſuo voluit: tecum epulatur, & mecũ paſcitur: à te panem accipit, à me pecuniã: tecum bibit, & mihi tuũ ſanguinem vendit, tuus eſt apoſtolus, & meus mercenarius. Non poteſt dicere ſecularis, Tuus ſum. plures enim dominos habet. Venit libido. & dicit, Meus es: quia ea quæ ſunt corporis, concupiſcis: in illius adoleſcentulæ amore te mihi vendidiſti: in illius concubitu meretricis precium pro te annumeraui. Venit auaritia, & dicit: Argẽtum & aurum qđ habes ſeruitutis tuæ preciũ eſt: poſſeſſio quã tenes, iuris tui emptio, venditio libertatis tuæ eſt. Venit luxuria, & dicit: Meus es, vnius diei conuiuium precium tuæ vitæ eſt: Ille ſumptus epularũ, tui capitis licitatio, tui eſt ſũma cõtractus: &, quod peius eſt, caro emptus es precio, viliori cibo es tuo: præcioſior eſt vnius diei menſa tua, q̃ totius temporis vita.
I Inter calices te redemi, inter epulas acquiſiui. Venit ambitio, & dicit tibi: Plane meus es, Neſcis qđ ideo imperare aliis te feci, vt mihi ipſe ſeruires? Neſcis qđ ideo poteſtatẽ in te cõtuli, vt meæ te ſubiicerẽ poteſtati? An ignoras ipſi domino ſalutari dictũ eſſe ab huius mũdi princi
Matt.4. pe, cũ ei oſtendiſſet omnia regna mũdi: Hæc omnia tibi dabo, ſi procidẽs adoraueris me? Ante ergo ipſe ſubiicitur, q̃ alios vult habere ſubiectos. Veniũt omnia vitia & ſingula dicunt: Meus es. Quẽ tanti competunt, q̃ vile mancipiũ eſt? Quomodo ergo tu qui huiuſmodi es, potes Chriſto dicere: Tuus ſum? Reſpõdebit tibi ille: Non
Mar.7. quicũq; dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnũ cælorũ: nõ quicũq; dicit mihi, Tuus ſum, meus eſt. Meus plane es, ſi vocẽ nõ redarguat conſciẽtia, ſi ſermonẽ tuũ animus aut opera nõ refutent. Ego nõ nego meũ eſse eũ qui ipſe ſe nõ neget, aut certe ſi pro me ſeipſum ſibi abneget. Nolo habere ſeruulũ plurimis dominis ſeruiẽtẽ. Nã quomodo meus eſt, ſi mihi dicat verbo, Tuus ſum: & operib⁹ neget, & factis ſe diabolo adiudicet, & obſtringat? Non eſt meus quem libido ſuccendit, quia mea eſt caſtitas. Non eſt meus quem cura ſpoliãdi minores exK agitat, quia mea largitio eſt. Nõ eſt meus quẽ aura mobilitatis inquietat, quia mea trãquillitas eſt. Nõ eſt meus vini crapula temulẽtus, illuuie ambitionis impurus, gloriæ ſecularis cupidus, ebrius in periculũ, qui non poteſt ſobriæ moderatiõis ſeruare veſtigiũ. Pax ſũ ego, litigare nõ noui. Vt quid mihi eũ de quo veniat diabolus, & dicat: Meus eſt? Nam mihi ſua colla curuauit, mea ĩ illo plura reperiõ: nomen ſibi tuum vendicat, & meum munus. Non eſt ergo Chriſti, niſi qui eſt alienus à crimine: non eſt Chriſti, niſi qui poteſt ſemper ſe Chriſti ſeruulum demõſtrare. Nã ſiquis mutabilis eſt, vt ego, qui aut mœrore mutor, aut ĩdignatiõe, nõ eſt Chriſti. Venit ira, & dicit: Meus eſt. ante horã meus erat, ſpero qđ iterum meus fiat. Venit triſtitia, & dicit: Meus eſt. ante horã in mea poſſeſſiõe fuit, in meo iure: erigere animũ pr̃e mœrore nõ poterat, nec oculos leuare: & ſi triſte aliquid acciderit, ad me illico reuertetur. Quis ergo eſt dei, niſi q̃ poteſt dicere: Nihil mihi cõſcius ſum? Ideo dicebat Pau
I.Colo.4. lus apoſtol⁹ domini noſtri Ieſu chriſti, qa nulli alii obnoxius tenebatur. Ego autem nunc dei mei ſum, nunc triſtitiæ, nũc iracũdiæ, nũc verbi ociоſi: & ideo q̃ plures dominos habet, nõ poteſt vni dicere: Domine Ieſu, tuus ſum. Vnde arbitror etiã de huiuſmodi dominis dixiſſe Paulum: Nã etſi ſunt qui dicãtur dii, ſiue in cælo, ſiue in
I.Cor.8. terra: nobis tamẽ vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Ieſus, per quem omnia, & nos per ipſum. Verbi igitur tot⁹ erat apoſtolus Paulus, ideo dicebat: Quoniam experimentum quæritis eius qui in
I.Cor.13. me loquitur Chriſtus. Ille ergo dicebat: Chriſti ſum, & reſpondebat ei dominus, Meus es. Qui vere dicit, Tuus ſum: audit à domino, Meus es. Deniq; de ipſo dominus ad Ananiã, cũ mitteret eum ad ſanandũ Paulum, ait: Va
Actuũ.9. de, quoniã vas electionis eſt mihi. Et quia perſeuerauit Chriſti eſse, quaſi impleto certamine coronam meruit iuuenire iuſtitiæ. Recte ergo propheta Dauid dixit: Tuus ſum, qui ſemper in deo manſit. Et qua ratione dixerit, Tuus ſum, addidit: Iuſtificatiões tuas exquiſiui. hoc eſt, nihil aliorũ quæſiui, ſed id ſolum qđ tuũ eſt deſideraui. Alii quærunt monilia precioſa, ego ſolas iuſtificationes tuas quaſi quædã ſerta iuſtitiæ. Alii domũ ad domũ, villã ad villã iungunt, quaſi ſoli habitare poſſint in terra hac, & elementũ volũt occupare cõmune: alii poſſeſsio nẽ aeris ipſius vẽdicare: mihi ĩ tuis iuſtificatiõibus omne patrimoniũ eſt. Neſcio poſſidere niſi qđ tui iuris eſt. In tuis eloquiis ſpiritalis mihi cura reſulſit argẽti. Mihi portio deus eſt. Tuus ſum ego, quia pars mihi hæreditatis non in auro, non in argento eſt, ſed in Chriſto Ieſu.

VII

Me expectauerunt peccatores vt perderent me, teſtimonia tua intellexi.

Poteſt vox iſta cõuenire martyrio, in quo poſitus ſanctus iã de iudicio perſecutoris egreſsus dicat: Me expectauerũt peccatores vt perderẽt me. hoc eſt, adhibuerũt M
omnia genera pœnarũ, omnes artes perſuaſionum, ſed de propoſito abducere nequiuerũt. Vicit fides vitæ hui⁹ illecebram, corporiſq; cruciatũ, expectauerunt peccatores vt de me triũphum referrẽt: ſed gratias Chriſto, qui mihi dedit de perſecutoribus triũphare. Redite victi, qui ſperabatis vos eſse victores: redite deiecti, qui veneratis ſuperbi. Vbi eſt victoria tua, vbi eſt mors aculeus tuus?
1.Cori.15. Non tua iam, ſed noſtra cœpit eſse victoria: quia in te vincim⁹, in qua antea vincebamur. Bene ergo dicit martyr: Me expectauerũt peccatores, vt perderent me. Poſt momentum, immò in corpore adhuc poſitus videt deducentium choros, angelorum gaudia. Qui enim ſuper vnius peccatoris conuerſione lætantur, quanto magis in paſsione iuſtorum? Videt gloriam, & ait: Me expectauerunt iuſti, vt deducerent me. Videt dominum IESVM, & ait: Me expectauit Chriſtus, vt coronaret me. Aliter qui vult intelligere: Multi, inquit, peccata perſuadere, atque ex pectore fidem extorquere co-

A nati ſunt mihi, alius adulteriũ, alius hominis necem, alius oppreſsionẽ viduæ vel pupilli, alius aliud, & putabant me ſuis retib⁹ eſse capiendũ. Expectauerunt me, vt perderent cõtagione peccati: ſed ego non illecebris peccatorũ mentem à ſtudio diuinæ cognitionis auerti, nec intentionẽ meam domine à mandatorum tuorum ſerie declinaui, ſed intellexi teſtimonia tua. Si enim nõ intellexiſſem, peccatores me vtiq; illi perdidiſſẽt. Quæ intellexi vtiq; ſenſu, etiã operibus ſecutus ſum. Neq; enĩ nudus intellectus eſt. ſed quẽ etiam facta teſtantur. Deniq;
Pſal.40. beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ. Ille vtiq; intelligit ſuper egenum & pauperem, qui largitur pauperi. Nam quid prodeſt miſereri inopis, niſi alimoniam eidem largiaris?

VIII *alias, latum. *alias, animis.

Omnis conſummationis vidi finẽ, amplificum* mandatum tuum valde.

Non poſsumus in omnibus vim Græci ſermonis expri
mere, maior in Græco plerũmq; vis & pompa ſermonis eſt. τελῶ dicitur Græce, quod nos latine & finẽ dicim⁹ & conſummationẽ. τέλωσις autem & conſummationis
Roma.10. ipſius finis eſt: ſicut finis legis eſt Chriſtus ad iuſtitiam
Mat.28. omni credenti. Habes ſcriptũ: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationẽ ſeculi. Cõſummatio ergo ſeculi, finis ſeculi eſt: finis autem omnium Chriſtus. Conſummationes autẽ multæ. Eſt conſumma
B tio, quando & reſurrectio ad ſalutem. Conſummatum quoq; opus, dicitur perfectũ opus. Conſummata malitia dicitur, id eſt plena, cui nihil deſit ad ſtudiũ & artẽ nocẽdi. Eſt conſummatio hominis, & multæ conſummationes, donec ad perfectũ veniat. Legimus ergo & cõſummationẽ ſeculi, legimus & finẽ. De conſummatione ſeculi ſupra poſuimus exemplũ. quã ſequitur reſurrectio.
1.Cor.15. Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in Chriſto omnes viuificabũtur. Poſt reſurrectionẽ commutatio, vnuſquiſq; autẽ in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus, deinde ii qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt: deinde finis, cũ tradiderit regnũ deo et patri, cũ euacuauerit omnem principatũ & poteſtatẽ. Ergo conſummationem ſeculi ſequitur finis iuxta apoſtolũ. Vnde colligitur quod ſequatur finis omnẽ conſummationẽ. Mun-
1.Ioan.5. dus in maligno poſitus eſt, vt dixit Ioannes: ergo & ſeculum in maligno eſt: mundus plenus peccati. Conſumma
1.Reg.20. uerat malitiam ſuam mundus, ſicut cõſũmauerat Saul, cuius videns conſummatam malitiam Ionathas filius in Dauid prophetam, eidem nunciauit vt declinaret & fugeret. Eſt ergo conſummatio malitiæ, cõſummatio peccatorum. Venit agnus dei, qui tulit peccata mundi, qui eſt Chriſtus IESVS. finis legis, principium & finis, & remiſsio peccatorum, Hunc finem conſummationis vidit Propheta in ſpiritu, qui cõſummatũ ſeculi aboleret errorẽ, vidit ſanguine eius diuerſa omnium peccata mũdari. Bene ergo dixit: Omnis conſummationis vidi finem, hoc eſt, vidi cõſummati adulterii remiſsorẽ, vidi conſummatæ luxuriæ atq; laſciuiæ, cõſummatæ crudelitatis atq; ſæuitiæ, omnis poſtremo flagitii per crucem ſu
C am delicta donantem. Eſt & etiã cõſummata virtus, conſummata ſapientia, conſummata iuſtitia, ſed habet finẽ Finis omnium virtutum Chriſtus, qui finis eſt legis ad iuſtitiam omni credenti. Vides quia finis eſt fidei? Bene ergo ait: Omnis conſummationis vidi finẽ. Nunc quia cõſummationis finem agnouimus, agnoſcamus quid ſit La
Matth.7 tum mandatum tuum valde. Legimus quod anguſta ſit porta per quã ingrediãtur qui æternæ vitæ fructum adipiſcantur. Rara enim virtus, difficilis eſt paſsionũ tolerantia. Plures ſunt qui ſeculi huius ſpatioſa ſectẽtur, qui dicant: Anguſta & arta nobis eſt via quæ ad dominum ducit: conterimur in illa, relinquamus eã. Quomodo ergo dicit Propheta latum mandatum dei, & valde latum? Ideo quia anguſtia via, latũ mandatũ neceſsarium eſt.
Pſal.4. Deniq; hic ipſe Propheta ait: In tribulatione dilataſti mihi. Et iterũ: In tribulatione inuocaui dominũ, & ex-
Pſal.117. audiuit me in latitudine. Hæc latitudo mandatorũ cæle- D
ſtium cor Prophetæ dilatabat, dilatabat & Apoſtoli, De
nicq; & ipſe dicebat: Os noſtrũ patet ad vos ô Corinthii,
2.Cor.6. cor noſtrum dilatatum eſt. Diſpenſando enim cæleſtia mãdata cor ſuũ dilatauerat: & quod ante perſecutionis perfidia coartabat, hoc Chriſti amplificauit gratia. Et qua ratione latũ mandatũ? Ne nos coartaremur anguſtiis mandatorũ. Vnde ait: Non coãguſtiamini in nobis. Si hoc Paulus, quanto magis Chriſtus, qui clauſa refera
uit? Ergo dicit: Nolo coartetur in me populus meus in anguſto virtutum tramite, debet latitudo præcepti mei viantibus eſse ſolatio, ne quis deficere poſsit aut cõteri. Ambulemus ergo in dei mandato, quia ſatis latum eſt. Eſt enim latum mãdatum ſapientia, quæ in exitu canitur, in amplius autẽ fiducialiter agit. πλατεῖα enim Græci ſermonis eſt, quæ latine dicitur latitudo. Dilatem⁹ igi
tur cor noſtrũ, vt recipiamus apoſtolicæ vim ſententiæ,
2.Cor.7. quæ ait: Capite nos. Recipiamus ergo eius ſermones in cor noſtrũ, induamus viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, patiẽtiam. O homo quàm lat⁹ es ſi ad amplitudinẽ præceptorũ cæleſtiũ ſinum mentis tuę expandas? Quàm latũ mandatũ eſt charitatis? Diligite, in
Matth.5. quit, inimicos veſtros. Omnes vtiq; affectu charitatis incluſit, qui non excluſit inimicos. Quis enim videtur exceptus, cũ recipiatur inimicus? Vnde Apoſtolus ait: Si
Roma.12 fieri, inquit, poteſt, cũ omnibus hominibus pacẽ haben E
tes. Non poteſt hoc Iudæis dici, non gẽtibus, vt cum omnibus pacem habeant. Illi vix ſuos diligunt, Chriſti ano etiã inimicos nõ licet nõ amare. Chriſtianum cum dico,
Col.2. perfectum dico. In Chriſto enim plenitudo diuinitatis eſt, cuius nomẽ vſurpas. Qui vocabulũ geris, interpretationẽ vocabuli perfectionẽq; cur refugis? Audi latum
Ro.12. mandatum: Benedicite eos qui perſequuntur vos, & nolite maledicere. Iſte qui latũ dicit eſse mãdatum, probauit ſupra, dicẽs: Illi detrahebant, ego autẽ orabã. Quid
Pſal.108. orabas Dauid? dicito nobis ipſe, Sed dixiſti. Legi enim dicentem: Maledicent illi, & tu benedices. Ibidem.

SERMO TERTIVS DECIMVS.

Mem litera ſonat in latinũ ex intimis, vel vt alii, ignis ex vltimis. Et vtrũq; nõ diſcordat à texu. Nã ſtatĩ prim⁹ verſ⁹ internorũ viſcerũ charitatẽ exprimit, quę vtiq; ex vltimis procedit medullis, & quodã nexu calo-
Mem. D
ris implicatur oſsib⁹. Deniq; ĩ Threnis Hieremiæ textus
literæ hui⁹ hoc cõtinet: Ex alto ſuo miſit ignẽ oſsib⁹ me
Thren.1. is. Bonus ergo deus qui nobis immittit vnde diligentes eum, meritum ſub conſpectu eius inuenire poſsimus. Quẽ mittat ignem, ipſe nos doceat. Ignẽ veni mittere in
Luc.12. terram, & quid volo niſi vt accẽdatur? Bonus ignis quẽ deſiderat omnium ſaluator accendi, cum præſertim ipſum deũ legerimus ignem eſse, qui noſtra peccata cõſumat, intimiſq; pectorib⁹ noſtris diuinæ cupiditatẽ agnitionis infundat, vt ardeat in nobis cor noſtrum cum le- F
gimus diuinarũ ſeriem ſcripturarũ, ſi forte aliquid quo aperiantur propheticæ lectionis occulta, intellectu aſsumamus ſpiritali. Hoc igne Cleophas cor ſuum dicebat
Luc.24. ardere, cũ ipſi & ſocio eius Chriſtus ſcripturas aperiret. De hoc igne dixit domin⁹ in libro Ezechiel: Ecce profi
Ezech.22 ciſcar in Hieruſalẽ, & exufflabo in vos ignem iræ meæ, vt tabeſcatis à plumbo & ferro & reliquis materialib⁹. Profunda in verbis vſitatis videmus myſteria. Totum hoc ſpiritale. Quibus precibus emerear vt veniat dei verbũ, intret eccleſiam, fiat ignis conſumens, vt exurat fœnũ & ſtiptilã, & quicquid eſt ſeculare conſumat? Gra
ue plũbũ iniquitatis, quod in pleriſq; eſt, liqueſiat igne diuino, & ferreus quidem peccati rigor ſuperno molleſcat incendio. Meliorẽtur vaſa aurea & argẽtea, & vt omnis ſapientiũ ſenſus, omnis ſermo prudentiũ flagrantium paſsionũ calore decoctus incipiat eſse precioſior,

G Bonus ignis charitatis, quo corpus omne eccleſiæ in mu
tuam adoleſcit gratiã. Bonus ignis dilectionis, quo vnuſ
quiſq; ſanctus ad reuerentiã ſui authoris accẽditur. Sed
qui deum diligit, non perfunctorie diligit, ſed diligit le-
gem eius, præcepta cuſtodit, iuſtificat cor ſuum, non di-
ctorum ſonora prædicatione, ſed ſtudioſa factorũ imita
tione. Doceat igitur nos deus quemadmodum à ſanctis
ſuis diligitur deus. Sic inquiens Propheta dicit:

I
*alias, legẽ tuam.

Quomodo dilexi mãdatum tuum*domine, tota die meditatio mea eſt.

Diligentis circa ſtudiũ cognoſcẽdæ legis hæc vox eſt,
quæ inſtruit perfectionẽ hominis, quam totus hic Pſal-
mus informat. Et quoniã maximũ mandatum in lege eſt
ſe cognouit vt diligamus dominum deum noſtrũ ex to
to corde noſtro, & ex tota anima noſtra: ſui imitatione
nos quoq;, quos erudire ſtudet, vult eſse pfectos, dicens:
Quomodo dilexi mandatũ tuũ domine. Hoc ipſo cha-
ritas creſcit affectu, quod ipſum teſtem aduocat cuius
munus dilectionis impenditur, nec ſpeciem ſed plenitu
dinem charitatis tali cõuentione teſtatur. Hac vſus eſt
Petrus: Tu ſcis, inquit, domine, quia diligo te. Sed qui di
ligit deum, legem eius diligit, ſicut Maria diligens filiũ,
omnia verba eius in corde ſuo materno conferebat affe
H ctu. Diligens te, feci voluntatem tuam, ſcriptũ eſt. Ideo
cõmiſit Chriſtus Petro vt paſceret gregem ſuum, & do-
mini faceret voluntatem, quia charitatem eius agnouit.
Qui enim diligit, ex voluntate facit quæ ſibi ſunt impe-
rata: qui timet, ex neceſsitate. Itaq; dominus operatio
nes ſeruulorum ſuorũ ſpõtaneas probat poti9 quàm co
actas. Ideo ex ſeruis liberos facit, vt magis voluntatum
noſtrarũ numera, q̃ neceſsitatum obſequia cõferamus.
Non poteſt dicere Marcionita, Quomodo dilexi legem
tuam? qui legẽ non ſuſcipit. Non poteſt dicere Iudæus,
qui legem ſpiritalẽ ignorat, & literã legis nudã, non ſen
ſum legis intellectũq; meditatur. Solus ergo dicit Chri-
ſtianus, qui multũ iam legis cognitione profecerit, qui
nõ pœnam legis pauido corde formidet, ſed diuina my
ſteria veri Hebræi, veri ſabbati, veræ remiſsionis intre-
pido miretur affectu. Vere ergo diligit qui ſine triſtitia,
ſine timore, voluntario potius ſtudio quàm coacto præ-
cepta conſeruat.

II
* alias, prudẽtem me feciſti mãdato tuo, quia ĩ æternũ mi hi eſt.

Super inimicos meos intelligere me fe ciſti mandata tua, quia tu es.*

Cito probauit diuturnæ meditationis effectũ, quando
intellexi ſuper inimicos ſuos domini mandatum. Sed
quos habet inimicos propheta, qui aut ſui populi viros
legitima debet charitate cõplecti, aut alienigenas Euan-
gelica narratione vel prædicatione inuitare ad dei gra-
tiam? Feræ conſortẽ naturæ ſuæ diligũt. Quomodo dile
ctionem conformis ſui propheta reſpuerat? Eſse igitur
iuſtam aliquã cauſam oportet qua ii quos ſignificat, iu-
I re videantur inimici. Et quæ ſit, poſsumus inueſtigare ſi
meminerimus quia alibi idem iſte dixit: Super inimi-
cos tuos tabeſcebã, & iuſto odio oderã illos. Iſtos ergo
euãgelica authoritate ſuos inimicos dicit eſse, qui inimi
ci ſunt dei. Nam ſi is qui non relinquit parẽtes propter
dei nomen, non eſt deo dignus: quanto magis qui dili-
git eius inimicos, acceptus deo eſse non poterit? Quos
ergo inimicos habet? Si gentiles, quomodo ſuper eos in
tellexit, quos prophetico creditуros ſpiritu prœuidebat?
Deniq; vt benedicãt et ipſi dominũ, in ſuperioribus ad-
hortatus eſt. Et quæ magna laus ſuper eos intelligere
metalla & ſaxa venerando ſimilem rigorem ſtuporis
attraxerint? Quos igitur habet inimicos, niſi hæreticos?
Ipſi enim ſunt impugnatores fidei, veritatis inimici.
Quos niſi Iudæos? Ipſi enim ſunt grauiores inimici, qui
qui ex amicis facti ſunt inimici. Super eos intelligit, qui
legem ſpiritalẽ eſse intelligit. Quid ergo prodeſt lex, ſi
finem legis ignores, ſi myſteriũ neſcias, ſi ſacramẽta nõ
noueris? Iudæis ex ouibus agnus occiditur pro celebri- R
tate paſchali, nobis pro redemptione mũdi vnigenitus
dei partus virginis immolatur. Quid proficiunt Iudæi
quod ſanguine agni domos & poſtes ſuos illinunt? Ni-
hil vtiq;, quoniã ligna his aut ſaxa prodeſse nõ poſsunt
Nobis proficit omne myſteriũ qui abhorrere credimus
à gratia ſpiritali, vt habitationes noſtras ſanguine pecu-
dis cruentemus, ora noſtra cruore tingamus, ſed corpo
ra noſtra ſacramento crucis dominicæ cõſecrem9, & cõ
feſsione mortis domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctificem9
oris alloquia. Corde enim creditur ad iuſtitiã, ore autẽ Roma.10.
confeſsio fit ad ſalutẽ. Quid prodeſt quod Hebræi aurẽ
ſerui pertundit ſubula, & præputia ſui circũcidunt cor-
poris? Non intelligunt penitus quid lex diuina diſcer-
nat. Signa ſunt iſta, non veritas. Sed ille intelligit qui
cor ſuum ſpiritali circũciſione caſtificat, vt colluuiem
omnem corporeæ labis emundet. Ille intelligit qui ſu-
bulam & aurem mẽtis vigore tranſcẽdit, & illam animã
quam pertranſiuit gladius ad reuelanda cordis occulta,
perpetuæ præmio libertatis attollit: vel examinãdis ſer-
monibus ſolicite ſeruiens, quoſcunq; virtutis ſuæ aure
ſuſceperit, myſterio ſanctificat ſpiritali. Azyma ſibi Iu-
dæus quotannis facere conſueuit, & neſcit ſe malitiæ eſ
ſe fermentum. Sed qui intelligit quid ſit, vetus expurgat L
fermentum, ne totã maſsam corrũpat: veterẽ hominem
cũ actibus ſuis expurgat, vt fiat noua conſperſio verita-
tis. Iudæo iſta dicta ſunt, & Chriſtianus audiuit: quia dũ
aurem ſuam illa ſubula pertundit, audire nõ potuit, vul
neratam aurem gerens, nõ legis, ſed ſtultitiæ ſuæ ſubula
cruentauit aurem ſuã, illa audiendo quæ ſpiritaliter re-
uelantur. Perforauit aurem ſuam ferro. Maluit enim in
ferrũ q̃ in verbũ credere. Ideo ſeruit, ideo liber eſse nõ
meruit, ideo nec cõpleti temporis ei gratia ſuffragatur,
quia plenitudinẽ temporis nõ recepit quo filius dei miſ-
ſus eſt ad ſalutẽ, & venit ad redemptionẽ factus ſub le-
ge, natus ex virgine, victor mortis, largitor reſurrectio-
nis. Manet ergo vulnus illi cui Chriſtus nõ reſurrexit.
O vuln9 quod ſarciri nõ poſsit, niſi forte relinquat ſubu
lam, & ſumat ſibi gladium quo Chriſti nomen nõ refu-
tet, vel quo corporalia à ſpiritalibus, vmbram à veritate
diſtinguat: ſumat dei verbũ, gladiũ bis acutum, & ex il-
lo diuino ore doceatur mandatũ domini preſcriptum le
gis agnoſcere, quod nõ temporalis habeat obſeruantiã
celebritatis, ſed ſalutaria & ſempiterna remedia ſucco
gratiæ ſpiritalis infundat. Tota ergo die in lege medita-
re, nõ perfunctoria tibi debet eſse tranſcurſio. Si agrum
emere velis, ſi mercari domũ, prudentiorem adhibes, &
quid iuris ſit, diligenter conſideras: & ne in aliquo forte
fallaris, tibi ipſe nõ credis. At nũc tuipſe emẽdus es tibi, M
de tuo precio tractatur, cõſidera qui ſis, quod nomen ha
beas, quid acquiras tibi: non agrũ, non pecuniam, non
gemmarũ monilia, ſed Chriſtum Ieſum, cui nulla poſ-
ſint precia, nulla ornamenta cõferri. Adhibe tibi conſi
liarios, Moyſen, Eſaiam, Hieremiã, Petrũ, Paulum, Ioan
nem, ipſi magnum conſiliarium Ieſum dei filium, vt ac-
quiras patrem. Cum his tractandum, cum his conferen-
dum eſt tibi, tota meditandum eſt die. Sic meditabatur
Dauid, & hæc erat illi ſola meditatio. Non ſecularibus
animus traducebatur illecebris, non pecuniaria coacer
uandi patrimonii cupiditate flagrabat, non proferendi
limitis, excludendiq; finitimi anxius curarum æſtus ſtu-
dium meditationis intentũ reflectebat affectum. Quic-
quid poterat tẽporis dies habere, hoc totũ ſola ſibi in le
ge meditatio vẽdicabat. Sed etiam hoc parũ eſt diligenti,
qui velit ad beatitudinis gratiam peruenire. Beatus
enim die ac nocte meditatur in lege. Anguſtior dies eſt
meditatione doctrinæ. Non tantus dies in tẽpore, quan-
tus meditatus in lege. Vnde vide ne illud magis videa-
tur ſignificare, quod ei qui in lege meditatur, ſemper
dies eſt, & lumẽ ſine defectu, quod nullæ tenebræ noctis
interpolent. Alioquin quomodo negligentiorẽ in pre-

A cẽſu operis declararet, quẽ diligẽtiorem in ipſis operis
ſui propheta principiis eſse voluiſſet? In die ergo medi-
tatur legis & euãgelii prædicator. Et fortaſse illi qui no-
uum nõ recipiunt teſtamentũ, in nocte legerũt, & ideo
neſcierunt neq; intellexerunt. Vnde etiam Saluator, ne
nos legeremus in tenebris, admonet dicens ambulandũ
Ioan.11. in die, quia non offendit qui in die ambulat, videt enim
gratiam lucis. Qui enim ambulat in tenebris, ſcopulum
offenſionis incurrit.

III

Super omnes docẽtes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

Doctrinam profitẽtur ſcribæ Iudæorũ, quia legem &
prophetas ipſi priores habere meruerũt. Sed illi profitẽ
tur docere ſed non docent. Ei autem populo qui eſt ex
gentibus, cõpetit dicere: Super omnes docentes me intel
lexi: quia illi non intellexerunt. Reſpõdet Iudæus: Vnde
Deut.32. habuiſti intelligere? Scriptum eſt: Interroga patrẽ tuum,
& annunciabit tibi: ſeniores, & dicent tibi. Ego ſum pa-
ter tuus, me interroga. Sed & ſi interrogauero, non reſ-
põdebitis mihi, dixit IESVS: & ex illo noui reſpondere
& ex illo ſupra illos intelligo qui non intelligebant, qa
Mat.16. teſtimonia didici, quæ ille non nouit. Didici: Qui ſequi
Matth.5. tur me, tollat crucem ſuam. Didici: Diligite inimicos ve
Roma.9. ſtros. Et ideo optat anathema eſse Paulus pro fratribus
B genere, inimicis fide. Videretur inconueniens eſse vere
cundiæ prophetali hniuſmodi vſurpatio, cõ quod præ-
ſumpſerit dicere quod ſuper omnes docentes intellexe
rit, cum vel legem Moyſes acceperit à domino, & popu-
lo eius inſtituto tradiderit. Aaron ſacrificiorũ omnium
decurſo ritu ſacerdotalẽ docuerit diſciplinã. Ieſus Na-
ue ſignificauerit quẽadmodum circũciſio poſsit iterari,
Samuel vnctionis ,ppheticæ pariter ac regiæ ſacramen-
*mõſtra- ta miniſtrauerit. * Videretur inquã incõgrua præſump-
uerit. tio, niſi præmiſiſset ſuperiora, quibus nõ immerito ſu
per docẽtes intellexiſſe ſe comprobaret. Debuit hãc aſ-
ſumere confidentiã, qui docebatur à domino: & mãda-
tũ quo docebatur, domini erat: & ipſe domin9: qui doce
Pſal.93. bat. Merito ſuper omnes intellexi, quem docebat ipſa ſa
pienta. Vnde & alibi ait: Beatus quẽ tu erudieris domine
& de lege tua docueris eum. Oſtendit igitur, quod diui-
num eſt, homines docere non poſse: & ideo qui docere
præſumũt, neſciũt, ſed agnoſcit diſcipulus qui docetur,
In quo? Propter donum ſcientiæ quod de ſpiritu ſancto
fuerat conſecutus. Moralis quoq; ſuauis locus eſt, quod
multi docẽtes ſunt q id quod nõ intelligũt, docere ſe di
cunt, & plurimi ſũt diſcipuli qui ſtudio ſuo aſsequũtur
& induſtria, quod nõ didicerũt à magiſtris. Deniq; ante
nos quidem intereſse dixit inter docẽtes atq; doctores,
fortaſse hoc arbitratus, quia doctores ſunt alienorũ iu-
dicio ad hoc munus electi, docentes autem qui propria
vſurpatione hoc ſibi munus aſsumpſerint, Sed cedant
neceſse eſt ei doctores quoq;, quem teſtimoniorũ medi-
tatione cæleſtium doctrina dei docentis imbuerit.

IIII
*alias, ſenes.
*alias, mãdata.

Super ſeniores*itellexi, quia præcepta* tua exquiſiui.

Nec hoc quidem difficile, vt is quẽ dominus docuerit,
ſuper ſeniores intelligat. Siquidẽ dei gratia erogata ad
doctrinã, maturitatẽ ætatis ſupergreditur ſenilis. Cum
C enim ætas ſenectutis vita immaculata ſit, vtiq; doctrina
vitæ immaculatæ ſenilẽ præſtat ætatẽ. Deniq; excuſanti
Hiere.1. Hieremiæ quòd iuuenis eſset, reſponſum eſt: Noli dice-
re, iuuenis ſum, eò quod non æſtimaretur iuuenis defini
tione diuina, qui canam haberet prudentiam, quæ ſancti
ficationis cæleſtis gratia reluceret. Veruntamen non mi
Eccli.8. hi videtur ſeipſum laudare propheta, & præferre ſenio-
ribus, cum legerit: Non te prætereat narratio ſeniorum,
Eccli.32. & ipſi enim dicerunt à patribus. Nam & alibi Sirach
dixit ſapientia? Vbi ſunt ſenes, non multum loquatis.
Sed nouit quibus ſe præferat ſenioribus, inueteratis ſci-
licet in peccato, & veterno impietatis, atq; ſenio perfidiæ D
delyrantibus. Iſti ſunt ſeniores plebis qui dominum Ie- Mar.14,
ſum Pilato præſidi tradiderunt. Conuenerunt enim ſa- &.15.
cerdotes, & ſcribæ. & ſeniores, vt ait Marcus. Et iterum:
Fecerunt ſacerdotes conſilium cum ſenioribꝰ vt eũ tra-
derent. Et aduerſum Apoſtolos, in actibus eorum, quod Actu.4.
ſeniores Iſrael conuenerint, Petrus ſanctus & Lucas euã
geliſta teſtantur. Non ergo ſenili derogauit ætati, ſed vo
ce populi iunioris indocilem dei vetuſtum illum dierũ
Iudeorum fore populum prophetauit, qui quod in iuuẽ
tute ſua non acquiſierit, & in ſenectute inuenire non po
tuit. Nanq; à principio frequentibus dominum exaſpe-
rauit offenſis. Cuius igitur gratiam cumeſset iuuenis nõ
poterat emereri, huius aduentum ſenex nõ meruit agno
ſcere, huius donum tenere non potuit. Speciosum autẽ Eccli.25.
incanæ iudicium ſenectutis ſenſu eſt: & veterani conſi-
lii ſcientia, intellectus maturitate, non vitæ longeuitate
proferturꝰ Exquiramus ergo mãdata dei, vt ſuper ſenio-
res, intelligamus. Fugiamus viam lubricã peccatorum,
vt poſsimus præcepta cuſtodire cæleſtia. Hoc enim decla
rant ſequentia, Super ſeniorem Eſau intellexit Iacob iu Gen.25,
nior frater: quia cũ ſenior Eſau prærogatiuã ſibi benedi &.27.
ctionis priuilegio ætatis expoſcit, reliquit epulas mitio-
res. dum quærit agreſtes. Profecto illo in venationẽ di-
recto, iunior frater veſtimenta eius accepit, & mihi tra-
didit populo nationũ, materno vſus cõſilio. Illam ergo
ſapiẽtiæ ſtolam quã habuit antea populus Iudæorum, in
duit me Rebecca. Stola eius bona, lex & prophetæ. Hae
ſtola ille populus eſt nudatus, nos induti ſumus. Induit
nos mater illa Hieruſalem, quæ in cælo ſurſum eſt. Ac-
cedimus ergo ad patrem, offerimus illi epulas mitiores, E
patientiæ cibos, miſericordiæ lenitatem, intellectus ſua-
uitatem. Accipio benedictionem, præripio fratri ſeniori
gratiam ſpiritalẽ. Venit ille, iraſcitur: nõ inuenit quod
accipiat. Mater occurrit, & pio nos hortatu informat.
Reſidet penes me ſtola illa bonis intexta mandatis.

V

Ab omni, inquit, via mala prohibui pe des meos, vt cuſtodiam verba tua.

Vere dignus qui ſuper ſeniores intellexerit, quando-
quidem diuino eſt honoratus ſpiritu vt ſeniores doceret
non ſolum intellectus veritatẽ, verumẽtiã peccati fugã,
culpæq; cautelam. Itaq; cũ fragilitas humana pronaſit vt
labatur non ad vnum affectibus malum, & currentem
cuncta in præceps ſuſcipiant probra, atq; toto è veſtigio
feratur in vitiũ: docet quemadmodũ vitæ iſtius lubricã
declinans ſemitã, itineris huius anfractus viantẽ impli-
care nõ poſsit. Prohibui, inquit, pedes meos à maligna
via, hoc eſt, iſtius ſeculi vanitate, quia ſeculũ in maligno
poſitum eſt. Dubium quicquid eſt, & ancipitis effe-
ctus, hoc malignũ eſt, vt lux dubia, maligna dicitur: ita
malignũ eſt quicqd admiſcet malitiæ tenebras veritati.
Reuoca ergo ab iſtius mundi lubrico pedes animi tui,
& mentis inceſsum. Prohibe inquã, reſiſte cupiditatibus
obſiſte motibus, qui videntur irruere ſicut beſtiæ atq; iu
menta, vt teneros fructus & noua ruris huius noſtri eul F
ta depaſcant. Prohibui, inquit, pedes meos. Nõ vtiq; cor
poris pedes prohibuit, qui mentis piæ plerunq; obſequũ
tur arbitrio. Neq; enim prohibendi ſunt cum prodeunt
ad dei templum, vidiæ opem ferre feſtinant, impium
præuenire, ſupplantare aliquem fraudulentum. Alius i-
gitur eſt pes qui iure prohibetur. Qui ille ſit, ipſe pro- Pſal.35.
pheta nos doceat. Nõ veniat, inquit, mihi pes ſuperbiæ:
Eſt etiam pes iniquitatis, qui eito labitur, ſtare non po-
teſt, ſicut perfidiorũ eſt, de quibus ſcriptũ eſt: Ibi cecide- Ibidem.
runt operãtes iniquitatẽ, expulſi ſunt, nec potuerũt ſta-
re. Prohibe ergo pedes tuos ne cadas. Sunt enim nõ ſo-
lum criminũ, ſed etiam infirmitatis pedes. Et videndum
ne cadas. Et videris tibi forſitan bene ſtare, ſed dicit ti-
bi Paulus: Et tu qui ſtas, vide ne cadas. Diligenter at- 1.Cor.10.
tende viam tuam, vt audias, Tu autem hic ſta mecum.

G Stans enim cũ domino lapſum timere nõ poteris. Stans cum domino,poteris dicere: Eruit pedes meos à lapſu, ſed ita eruit domin⁹ pedes tuos ab omni lapſu,ſi cognouerit quod tu ,phibeas pedes tuos à lapſu. Ideo hoc meruit Dauid,vt deus à lapſu pedes eius erueret, quoniam pedes ſuos ipſe ,phibebat,ne præcipiti atq; incauto peccatorum liberẽtur veſtigio,vnde & potuit verba cuſtodire diuina.Nõ enim cuſtodire quis poterit, niſi potuerit prius ſtare.Cum autẽ cuſtodierit,ipſe incipit dei verbo ferre cuſtodiam. Prohibitos ,pedes ſuos à via maligna bene dicit qui Chriſtum viam eſse nouit.

VI A iudiciis tuis non declinaui, quia tu legem poſuiſti mihi.

Expoſuit quid eſset à via maligna prohibere pedem ,à iudiciis vtiq; nõ declinare diuinis,& firmũ atq; immobile perſeuerantis innocentiæ tenere veſtigium,non deflectere gradum,nec de curriculo auertere diſciplinæ, ſed ſemitis non ſolum veteris in Syna,ſed etiam nouæ legis inſiſtere ſecũdum euangelii claritatẽ. Eſt etiã euangelii
Pſal.9. lex,de qua dixit in ſuperioribus hic propheta: Cõſtitue domine legiſlatorem ſuper eos,ſciant gẽtes quoniã homines ſunt. Aduentum vtiq; domini intelligimus ,pphe
H tari,vocationem gẽtium,quæ ante in lutũ quoddam corporis huius videbantur infixæ, voluptati corruptionis ſuæ tanq; fœci et libidini inhærẽtes,quia dominũ neſcierunt. Et ideo iratus, Auertãtur,inquit peccatores in infernum,vt non viderent deſcendẽtem & aſcendẽtẽ animam domini IESV, & conuerterentur ad dominum, qui conuerti cũ viuerent noluerũt.Sed de illis dicit gentibus quæ obliuiſcuntur dominũ.Scierunt ego & obliti ſunt:tamẽ prophetica benignitate orat vt exurgat dominus,non præualeat homo,vt cogitationes terrenæ & motus omnes feruentes huius corporis conquieſcant. Iudicentur gentes,quoniam tũc cognoſcitur dominus cum timentiũ conuertit affectus grauis terrore iudicii, & diſcant gẽtes quoniam homines ſunt,luti corruptione ſolubiles & limo dureſcẽte formati,quod ante qui legem non acceperunt,neſciebant.Vnde propheta quaſi & ipſe perturbatus terrenæ fragilitatis contemplatione ait:vt quid domine receſiſti longe:Bene timet qui hominem ſe eſse cognoſcit,ſed quia plus timet nobis,qui ſumus ex gentibus peccatores,precatur ne longe fiat à ſuis gentibus : vt qui longe eramus,incipiamus eſse propiores,& ſciamus quia homines ſumus, ad imaginem ſcilicet & ſimilitudinẽ dei facti,quib⁹ per virginis vterũ etiam Chriſtus noſtri conformis eſt fact⁹. Recte ergo & ad infirmitatem accipitur & ad gratiam. Sciant gentes quoniam homines ſunt:altero per cõmune quoddã atque carnale conſortiũ beſtiarũ,altero per imaginẽ.Per
I imaginẽ dei,& carnis dominicæ ſacramentum,dignitas eſse cœpit quæ ignobilitas videbatur.Merito ergo non declinauit à iudiciis dei populus nationũ, qui poteſt dicere:Quoniam tu legem poſuiſti mihi. Non per Moyſen,non per prophetas,ſed ipſe per te IESV legẽ poſuiſti mihi,hoc eſt, euangelium. Ideo non declinaui, quia te aſpexi,& itinera tua cognoui,& te ſecutus veram cognoui viam.Ideo itaq; prædicationem audiens euangelii quã propheticus ſpiritus præcinebat,ait:

VII *alias,eloquia. Quàm dulcia faucibus meis verba*tua ſuper mel & fauum * ori meo,

*alias. nõ habet & fauum. Et bene dulcia,quibus prædicatur remiſsio peccatorũ, vitæ perennitas,reſurrectio etiã defunctorũ,quæ perpetuæ mortis & acerbę amaritudinem temperarunt. Perhæc mortem cœpimus nõ timere,qui cœpimus dicere:
1.Cor.15. Vbi eſt mors victoria tua?Et bene faucibus dulcia, eò quod intimis infuſa viſcerib⁹ gratia ſpiritalis ſit. Super mel & fauum,inquit, ori meo dulcia.Et ideo quia dul-
Cantic.4. cia nobis verba tua eſse cœperũt,dicit ad eccleſiã: Fauũ diſtillant labia tua ſponſa.Qui ſit fauus,doce nos Salomon.Tu enim dixiſti: Fauus mellis ſermones boni,Et Prou.16.
K vere bonus fauus quem manducat eccleſia, multorum prophetarũ velut apum ſpiritali vbertate cõgeſta mella redolentẽ.Hoc eſt mel de quo ait:Manducaui panem Cant.5.
meum cũ melle meo,bibi vinũ meũ cũ lacte meo. Myſticus ſermo cælestiũ ſcripturarũ ſicut panis eſt, q cõfirmat cor hominis velut fortior cibus verbi. Suaſorius autem ethicus dulcis & mollior,eò quod ethica prædicatione mentis interna mulcentur.Amara febribus, id eſt pœnitentia delictorum,miti corda ſermone dulceſcũt. Stillant mel labia prædicantis,quando colliſa duris,caſibus vel ruinis,lapſæ animæ mẽbra refouentur. Eſt etiã vis feruentior verbi,ſicut & vini.Eſt etiã in lactis ſpecie ſermo lucidior. Edite,inquit, proximi mei, & bibite, & Ibidem.
inebriamini.Bona ebrietas,quæ ad meliora atq; incũda facit quendã mentis exceſsum,vt immemor ſolicitudinum anim⁹ noſter vino iucũditatis hilaretur.Bona mẽ
L ſæ ſpiritalis ebrietas. Deniq; poculum inebrians quàm Pſal.22.
præclarũ.Sed & alibi habes:Rivos eius inebria,multipli Pſal.64.
plica generationes eius,eò quod ebrietas terræ cum infuſa fuerit imbre cælesti,ſuſcitare ſemina,fructus multiplicare conſueuerit.Itaq; vbi verbũ quod ſicut pluuia deſcẽdit de cælo,venas terræ noſtrę vel animę ac mẽtis noſtræ inebriauit prædicatione diuina,excitauit virtutũ ſtudia diuerſarum,fructuſq; fidei & caſtæ deuotionis adoleuit:merito ei dicitur.Viſitaſti terram , & inebriaſti Ibidem.
eam.Suſceptione etenim corporis viſitauit vt ſanaret in firmos,inebriauit gratia ſpiritali, vt anxios iucũditate mulceret.Recte ergo ſponſę dicitur:Fauum diſtillant la Cant.4.
bia tua ſponſa,mel & lac ſub lingua tua. Os enim iuſti diſtillat ſapientiam,de ore iuſti ſuauitatis & miſericordiæ mella procedunt.In ore iuſti nullus dolus,nulla falacia,nulla eſt amaritudo peccati. Audit eccleſia verba iuſti,audit plebs dei præcepta ſapientis, delectatur allo quii ſuauitate,moralis diſputationis iucũditate mulcetur,dicens:Quàm dulcia faucibus meis verba tua,ſuper mel & fauum ori meo,quia mel apum ad horã delectat, ſed cito ſapor eius euaneſcit,& plerunq; viſcera vitioſa lædunturverborum autem moralium etſi pungũt mella,nõ lædunt.Cognoſce tamẽ cui illa credãtur. Scriptũ eſt enim:In aurẽ inſipientis nihil dicas,nequãdo irrideat Prou.23.
prudentes ſermones tuos.Euomet enim & reiiciet ſermonẽ tuũ ſtultus,qui eius non poteſt ſentire ſuauitatẽ.

VIII *alias,& pterea odiui. A mandatis tuis intellexi,propter*hoc odio habui omnem viam iniquitatis.

Conſequẽs huic verſiculo eſt: Concupiſcẽs ſapientiã, M
ſerua mandata,Sed nemo poteſt ſeruare, niſi qui intelligit.Deniq; reddũtur quotidie oĩa verba legis à quibuſdam ſenioribus Iudæorum,& nemo eorum poteſt cuſtodire mandatũ.Neq; enim arborẽ dixerim cuſtodire fœcunditatem naturæ,quę luxuriat in foliis, vaneſcit in fructu. Nec terram illã dixerim cuſtodire fructus ſuos, quæ cum filicẽ inuiſam paſcit,agricolis edere frumenta non ſoleat.Nec paſtor cuſtodire videtur pecus, qui elige re pabula profutura nõ nouerit,lupos cauere,canib⁹ vallare ouilia ſua, neſciat potum cũ opus ſit miniſtrare. Nam producere tantũmodo ſine vlla cura mutum pecus,tantundẽ eſt quantũ ſcripturas legere tantũ populum Iudæorũ,& neſcire vbi ſint ſpiritalis paſcua ſacramenti,vbi litera occidat,vbi intelligibiles incurrant lupi,vbi ſit requies refectionis,vbi ſpes reſurrectionis qui ſint canes qui pro gregis poſsint latrare cuſtodia,populus & ipſo grege magis mut⁹ ignorat.Itaq; ſi dicat,man Pſal.49.
data cuſtodio,reſpondetur ei:Tu vero odiſti diſciplinã & proieciſti ſermones meos poſt te. Si videbas furem, ſimul currebas cũ eo,& cũ adulteris portionem tuã ponebas.Os tuũ abundauit nequitia,& lingua tua concinnabat dolos.Sedens aduerſus fratrẽ tuum detrahebas. Non eſt hoc cuſtodire mãdata, ſed præuaricari,ſtatutis facere cõtraria,nõ eſt intelligere,ſed ignorare. Quomo

A do poſsunt verba dei dulcia eſse in faucibus tuis, in quibus eſt amaritudo nequitiæ? Quomodo mel & lac ſub lingua tua,cum dolũ lingua tua componat,vt aliud pectore concipias,aliud forenſi ſermone prætẽdas,vt deci
1.Petri.2. pias incautum?cum tibi Petrus apoſtolus dicat vt deponas omnem malitiã,& fucum ſimulationis abiicias , dicens:Sicut dudũ geniti infantes rationabiles,& ſine dolo,lac concupiſcite.Oſtendens enim nobis quid ſit mel & lac habere ſub lingua, docet vt nõ maledicere maledicentibus,ſed benedictionẽ referre ;nouerimus, neſciamus odiſse niſi viã iniqtatis, vt facere quod execramur reluctandi caueamus affectu. Ideo Paulus cauebat in
1.Ioan.2. carne ſua malũ,quia oderat.Ideo Ioannes monet in epiſtola ſua ne diligamus ſeculum,quia omne quod in ſeculo eſt,cõcupiſcẽtia eſt carnis,& cõcupiſcentia oculorum, & iactantia vitæ. Eſt ergo in nobis vt & bene aliquid oderimus , & bene aliquid diligamus. Sicut bene enim amare poſsumus ſeruos dei,& bene diligere poſſumus inimicos noſtros ſecundũ mã datum domini, ita bene odiſse poſsumus inimicos dei, odiſse iniquitatem, odiſse perfidiã,odiſse turpitudines, odiſse mundi iſtius vanitates.Odio igitur eſse debent quæ ſeculi ſunt , ne ſecuris affectibus & ocioſis blanda cõciliatricula voluptatis irrepat illecebra.Facile capit oculos petulantis forma meretricis,niſi eos odia premant iuſta , & impuritatem indignatus auertat affectus. Inflat plerunq; homines,& tumido ore ſupinat faſtigium nobilitatis, iactantia,& rerũ affluentia ſecularium, niſi pudeat in te alie-
B 2.Cor.8. na magis q̃ propria laudari.Chriſt⁹ cũ diues eſset , pauper factus eſt:in paupere nõ in diuite te redemit. Cõfitentibus dei filiũ imperabat tacere,vt operibus magis quàm ſermonibus deus agnoſceretur:& tu nobilẽ te dicis, qui es factus è terra?Dauid rex dixit:Memento domine quia puluis ſum⁹:& tu in hoc caduco atq; limoſo genere gloriaris,& diuitem te putas,qui cras potes eſse mendicus cum vita tua non in abundantia tua,ſed in dei ſit miſericordia?Cui honor,gloria,laus,perpetuitas à ſeculis,& nunc,& ſemper,& in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

SERMO DECIMVS QVARTVS.

Nun. 5 NVN litera hebræa eſt quartadecima, Cuius interpretatio eſt, vnicus, vel ſicut in alia interpretatio ne habetur,paſcua eorum. Ecce ipſe Hebræorũ literæ teſtantur dominum IESVM eſse vnicum patris filium, verbum dei. Deniq; primo ſtatim verſu Dauid de vnico filio dei dicis:

I *alias, lumen. Lucerna pedibus meis verbum tuum domine, & lux*ſemitis meis.

Vnde intelligimus ideo per literas Hebræorum pſalmum hũc eſse digeſtũ,vt homo noſter tãquã paruulus, & ab infantia per literarum elementa formatus, quibus ætas puerilis aſsueuit,vſq; ad maturitatem virtutis excreſcat.Literæ autem ſingulæ velut tituli ſunt eorum verſuum qui ſub iiſdẽ literis adſcribuntur,ſeriem & cõtinentiam declarantes,ſicut hic vnicũ ſignificat litera, & de vnigenito dei filio atq; eius æterni luminis claritate,Pſalmi eius portio prophetatur.Nec ſane ab iſta abC horret etiam illa in alio reperta codice literæ huius interpretatio,quæ eſt,paſcua eorũ,hoc eſt,fidelium. Quæ
Pſal.92. ſunt paſcua niſi Chriſt⁹?In cuius paſcuis ſe locatũ prophęta lætatus eſt dicens : In loco paſcuę ibi me collocauit.Ipſe enim nos paſcit,& reficit. Bona paſcua, diuina ſacramẽta ſunt.Carpis illic nouum florẽ,qui bonũ odorem dedit reſurrectionis.Carpis liliũ,in quo ſit ſplẽdor æternitatis.Carpis roſam,hoc eſt,dominici corporis ſanguinem.Bona etiam paſcua libri ſunt ſcripturarum cæleſtiũ,in quibus quotidiana lectione paſcimur,in quib⁹ recreamur ac reficimur,cũ ea quæ ſcripta ſunt deguſtamus, vel ſummo ore libata frequentius ruminamus, His paſcuis grex domini ſaginatur. Bona etiam Chriſti paſcua,qui paſcit in liliis,hoc eſt, in ſplẽdore ſanctorũ D
Bona paſcua etiam montes conuallium,ſicut luminaria iſtius mundi ſedula humilitate fulgentes,qui virtutum diuerſarũ preſtant cacumine,et ſupra mundum meritis ſuis eminent. Iſti ſunt de quibus dicitur: De hoc mũdo Ioan.17.
non ſunt,ſicut & ego nõ ſum de hoc mundo quia ſupra mundũ ſunt qui Chriſtum ſequuntur.Conuallis autem mundus eſt.Ideóq; diſpoſuit inconualle fletus,eò quod in hoc mundo fletus ſint lachrymæq;.Et prouidens dominus diſpoſuit in hoc mundo teſtamentũ ſuum,vt magis hic fleamus peccata noſtra,quàm ſtenda ſeruem⁹.Pa
ſcua noſtra etiã iſti verſiculi ſunt de quibus hodie tractaturi ſumus,in quibus Dauid dicit: Paſcebã oues patris mei,oſtendens verã lucernã,docens humilitatẽ. In
talibus paſcuis verus Dauid , verus humilis , & manu fortis,qui nõ rapinã arbitratus eſt eſse ſe æqualem deo, Phil.2.
ſed ſemetipſum exinaniuit, & homo natus per virginis partum humiliauit ſe vſq; ad mortẽ,oues patris ſuis diuina prædicatione paſcebat,cũ ſecũdum ſcripturas ſuũ
probaret aduentũ,cùm quinq; panibus & duobus piſci- Mat.14.
bus quinq; hominum milia ſatiaret. Hæc ergo noſtra ſũt paſcua,hæc eorũ q̃ poſsũt dicere: Quàm dulcia faucibus meis verba tua. Hæc eorũ paſcua ſunt qui dicũt Lucerna pedibus meis verbum tuum domine. Paſcitur enim os noſtrũ verbo,cum loquimur mandata dei verbi.Paſcitur & oculus noſter interior lucernæ ſpiritalis lumine,quæ nobis in hac mũdi nocte prælucet,ne ſicut in tenebris ambulantes incertis titubemus veſtigiis, & E
viam verã inuenire nequeamus. Intelligibilis enim pedum greſsus,intelligibilis & lucerna,quia verbũ dei lucerna eſt.Nonne hoc in principio erat verbũ apud deũ? Ioan.1.
Quomodo ergo lucerna eſt?Nonne hoc erat verum lumen quod illuminat omnem hominẽ veniẽtem in hunc mundum?Quomodo ergo lucerna dicitur? Eſaias clamat:Populus qui ſedebat in tenebris,lucem vidit ma- Eſa.9.
gnam. Quomodo hic dicitur lucerna? Sed videamus ne forte idẽ verbum dei aliis magna lux ſit, aliis lucerna.Mihi lucerna,angelis lux eſt.Petro lux erat quando aſtitit ei angelus in carcere,& lumẽ refulſit ei.Paulo lux Actu.12.
erat,quãdo euntem ad perſequẽdum populũ Chriſtianũ circunfulſit eum lux de cælo,& audiuit dicentem ſibi, Saule Saule,quid me perſequeris?Et magna quidem lux Actu.9.
Deniq; lucernæ Pauli lumen euanuit,vbi diuinę ſplendor lucis emicuit.Et vere lucerna eſt mihi Chriſtus,quãdo is noſtro ore recẽſetur. Lucet in limo, fulget in vaſe fictili theſaurus ille quem habemus in vaſis fictilibus.
Lumen lucernæ eſt:mitte oleum, ne deficiat tibi lumen 2.Cor.4.
lucernæ.Et oleum,non olęæ terreſtris , ſed illud oleum miſericordiæ cæleſtis gratiæ quo vngebantur prophetę. Oleum tuũ humilitas eſt,quo ceruicis noſtræ dura molleſcunt.Oleum tuum miſericordia tua eſt,quo etiã colliſa ſcopulis peccatorum fouẽtur corpora. Hoc oleum vulnerato illi à latronibus deſcendenti ex Hieruſalem.
Euangelicus ille Samaritanus infudit, qui videns eum, Luc.10.
miſericordia motus eſt,& alligauit vulnera eius,infun- F
dens oleum et vinum.Hoc oleum curat ægrotos. Miſericordia enim à peccato liberat.Hoc oleum lucet in tenebris,ſi opera noſtra luceãt corã hominibus.Hoc oleũ lucet in eccleſiæ ſolennitatibus. Deniq; quibus oleũ nõ defuit,nec lumen fidei defecit,ſed cum lãpadibus in locum nuptiarũ introire meruerunt. Quę autem in vaſis Matt.25.
ſuis oleum nõ tulerunt,hoc eſt,non habuerũt fidem,nõ prudentiã,non miſericordiam animæ in hoc conſtitutæ corpore,merito infidelitatis excluſæ ſunt.Ideo & tu habeto ſemper lucernã ardentem,vel lucentem facem. Si enim neq; lucerna neq; lampas tua luceat,ſtulta virgo diceris,nec introibis in thalamũ ſponſi tui ſuperioris, ſed remanebis in tenebris cæcitatis,quaſi qui oderis lucem,ne opera tua flagitioſa prodantur. Omnis enim qui male agit,odit lucẽ.Habeto fidẽ,habeto prudẽtiam, vt Ioan.3.
ſemper habeas in vaſis tuis oleũ miſericordiæ, deuotio-

G nis gratiã,quia prudentes acceperunt oleũ in vasis suis cum lampadibus suis. Vngite ô homines lampades vestras:cũ ieiunatis,vngite caput vestrum. Infundamus mẽtibus nostris oleũ,vt corpus nostrum lucidũ sit. Luceat tibi ſæpe lucerna verbũ dei,luceat & lucerna corporis tui oculus tuus. Conſcientia tua lucẽs bene in hoc corpore lucernæ lux eſt,ipſa eſt oculus tuus. Si purus oculus tuus,ſi cõſcienta tua mũda ſit,mũda eſt caro tua.
Si autem in te eſt tenebroſa conſcientia tua, etiam corpus tuum cõſcientiæ tuæ nocte tenebroſũ erit. Lucernæ ergo & nos ſumus toto operti corpore,vix aliquid exiguum habentes vnde lucere poſſimus. Deniq; & Ioannes lucerna erat,ſicut dixit dominus de eo:Ille erat lucerna ardẽs,& illuminãs. Bona lucerna,quæ lumẽ accipiebat à Chriſto,vt lucere poſſet in hoc ſeculo. Merito ardens,merito illuminãs,qui erat nuncius Chriſti, illuminãs prædicatione fidei pectora ſingulorũ. Sed & iſtis lucernis dedit vt lux mundi eſſent,dicens ad apoſtolos: Vos eſtis lux mundi. Ergo ſi gloria ſanctorũ nunc ſicut lucerna,nũc ſicut lux mũdi fulget in hoc ſeculo,quid dicimus de verbo dei,quod & lucerna eſt pedibus meis? Et fortaſſe vbi non ſunt tenebræ,non eſt lucerna verbum dei,ſed ſupra lucernã,quia lux eſt. Tenebræ iis non ſũt qui vident lucẽ. Deniq; tũc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris eorũ. Et fortaſſe ſecundum legẽ lucerna eſt
H verbũ dei,ſecundũ euangeliũ lux magna eſt. Iudæis lucerna eſt. & lucerna ſub modio. Lucet lex,ſed nõ videtur,quia operta eorum doctrina eſt cõtagione vitiorum et cæcitate perfidiæ:populo autem nationum lux eſt. Deniq; populo qui ſedebat in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Aperi igitur feneſtras tuas, vt ſplendor tibi magnæ lucis introeat. Paratũ fac candelabrũ tuũ, vt lux tua non operiatur integumẽto corporis tui,& menſura terrenæ huius fragilitatis,ſed ſupra menſuram corporeæ infirmitatis animæ tuæ virtute præfulgeas. Aut ſi ad menſuram teneris,vide ne ſuperefficiãt ipſę menſuræ,ne ſuperefluãt,ſed bonis ſeminibus ſint contentæ. Non ſit ocioſus ſermo tuus,non ferietur & vacet verbũ tuum,ne fiat lucerna ſub modio. Potens eſt deus qui ſupra candelabrũ conſtituat lucernã tuã,vt luceat omnibus qui in domo ſunt,et qui ingrediuntur,vt lumen videant. Candelabrum principale noſtrum eſt. Pone ſermonẽ in principali tuo,& omnibus lucet qui ingrediũtur in eccleſiam. Accipe & aliud candelabrũ. Cõſidera os tuum,conſidera & ſermonem tuum. Nonne os tuum candelabrũ eſt,& verbum tuũ lucerna eſt,cũ de ore tuo profertur? Hæc lucerna ſemper tibi luceat, hoc eſt, verbum tuũ luceat,& nunquã extinguatur. Quæris vt doceam quomodo non poſsit extingui? Scriptũ eſt:Lumen iuſti ſemper inextinguibile eſt,lumen autem impiorum extinguetur. Hoc lumen erat lucernæ,quæ lucebat in tabernaculo teſtimonii,hodiẽque lucet in eccleſia,vir ſapiens. Hic eſt oculus eccleſiæ, qui nõ dicit manib⁹,hoc eſt operantib⁹(cũ ſit quidem anguſtiis opertus,ſed nõ
I anguſtus ad intelligendum) Non eſtis mihi neceſſarii. Ergo ſuper candelabrũ lucebat,qui dicebat:Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Nam & Dauid tota mente iam conuerſabatur in cælo,& adhuc tamen dicebat: Lucerna pedibus meis verbũ tuum. Aut fortaſſe quaſi bonus magiſter mihi præire cupiebat, vt lumen ſequi diſcerem,& illius pedibus ambularem. Oſtendit ergo mihi lucernã,hanc ſequar in iſtius ignorantiæ operimẽto, in iſtius corporis tenebris cõſtitutus. vt Chriſtum ſequens nullum lapidẽ offenſionis incurrã. Errabat Petrus in tenebris ignorantiæ, negabat Chriſtũ eſſe moriturum, quia adhuc nõ videbat moriturũ & reſurrecturum eſſe pro nobis. Conuerſus ad eum dominus ait, Vade retro poſt me. Oſtendit illi lucernam quam deberet ſequi,poſt me dicens. Secutus verbum dei confirmatus eſt. Poſtea cœpit inhærere Chriſto,timens ne iterũ aliquo laberetur errore. Nónne & ipſe qui dicebat,Lucerna pedibus meis verbũ tuum: ad hanc lucernã feſtinauit cũ diceret
K in mari,Domine iube me venire ad te ſuper aquãs. Sed quia non ſequebatur lucernã,motus eſt atq; titubauit naturæ vehementioris mole turbatus. Sequamur ergo lucernam hanc ſicut lucernam,& ſicut in nocte ambulemus ad lumen. Multæ foueæ,multi ſcopuli in iſtius ſeculi caligine non videtur. Præfer tibi lucernam quã propheta monſtrauit,vide quo debeas tranſferre veſtigium contuere vbi pedẽ ponere mentis interne, per ſingulos cura ſit greſſus,nulli credas tuũ niſi præeunte lucernæ iſtius luce proceſsum:& vbi putas quod luceat,ibi gurges eſt,videtur lucere,ſed polluit:& vbi putas ſolidũ eſſe vel ſiccum,ibi lubricũ eſt. Sed & ſi lucerna tibi lõgius ſit,ſit ergo fides tibi itineris tui præuia,ſit tibi iter ſcriptura diuina. Bonus eſt cælestis ductus eloquii. Ex hac lucerna accẽde & tu lucernam,vt luceat interior oculꝰ tuus,qui lucerna eſt tui corporis. Multas habes lucernas,accende omnes,quia dictũ eſt tibi:Sint lumbi veſtri
L præcincti,& lucernæ ardẽtes. Quia multæ ſunt tenebræ, multæ ſunt lucernæ neceſſariæ,vt meritorũ noſtrum in tantis tenebris lumen eluceat. Iſtas lucernas lex ſignificauit ſemper lucere debere in tabernaculo teſtimonii, non illas quas Iudæi accendũt quotidie. Illę ſub vmbra lucent,& extinguuntur quotidie:quia quod faciunt,nõ vidẽt:quod legunt,neſciunt,accipientes ſecundũ literã quod præcipitur ſecundũ ſpiritum. Tabernaculũ enim teſtimonii corpus hoc noſtrũ eſt,in quo Chriſtus aduenit,perampliùs & perfectius tabernaculũ, ſicut ſcriptũ eſt,vt per ſanguinem ſuũ intraret in ſancta,& conſciem tiam noſtram ab omni opere mortuorũ & labe mundaret,quo in corporibus noſtris quæ ſuorũ teſtimonio & qualitate factorũ,cogitationũ noſtrarum abſcondita et occulta teſtãtur,lucernarum modo luceat noſtrarũ lux clara virtutum. Iſtæ ſunt lucernæ ardentes, quæ die ac nocte in templo dei lucent. Si templũ dei in corpore tuo ſeruas,ſi mẽbra tua membra ſunt Chriſti, lucent virtutes tuæ,quas nullus extinguit,niſi eas tuum crimen extinxerit. Hoc lumine caſtæ mẽtes, & piæ deuotionis ſolennitatis noſtræ feſta reſplẽdeant. Luceat ergo ſemper lucerna tua. Arguit Chriſtus etiam eos qui vtuntur lucerna ſi non ſemper vtãtur,dicens:Sint lũbi veſtri præcincti,& lucernæ ardentes. Non ad horam exultemus in lumine. Ad horã exultat qui audit verbũ in eccleſia,& gaudet,egreſsus autẽ obliuiſcitur quod audiuit. & negligit. Iſte eſt qui ſine lucerna in domo ſua ambulat:ideoq; in tenebris ambulat,quia opera tenebrarum facit, in comeſsationibus & ebrietatibus,in cubilibus & impudici
M tiis,in contẽtionibus & æmulationibus,indutus veſtimẽta diaboli,non Chriſtum. Hæc fiunt quãdo verbi lucerna non lucet. Nunquam ergo negligam⁹ verbũ domini, ex quo nobis omniũ origo virtutum eſt, vniuerſorũq; operum quidã proceſsus. Si mẽbra corporis noſtri ſine luce operari recte nõ querũt,nam pedes vacillãt ſine lumine,& manus errant:quãto magis ad verbi lumen dirigenda ſunt animæ noſtræ veſtigia,atq; mentis inceſsus? Sunt & manus animæ quæ bene tangunt,vt tetigit Thomas dominicæ reſurrectiõis indicia:ſi verbi præſẽtis nobis lumẽ luceat. Hæc lucerna accẽſa ſit ĩ omni verbo,in omni opere. Ad hãc lucernã greſs⁹ noſter forẽſis iternuſq; moueatur. Sed iã ꝓgrediamur ad cætera, & fiat pedibus meis lucerna verbũ dei,& ſemitis meis lux. Pedibus lucerna ſatis ad ambulandũ,ſemitis non eſt ſatis ad illuminandũ:idẽ verbũ tamẽ & pedibus lucerna eſt,& ſemitis lux eſt:quia idẽ vnigenitus dei filius & delinquẽtibus aduocatus,& remunerator eſt fortib⁹, peccatorũ remiſſor,præmiorũ largitor. Itaq; cui lucerna fuerit verbum dei,huic quocũq; pergit,lucẽt ſemitæ,ſicut lucebãt ſancto Dauid:& ideo quaſi in lumine ambulans dicit:

Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Humiliatus ſum vſq; quaq;.

Ioan.5.

Matth.5.

Mat.13.

Esa.9.

Iob.18.

Phil.3.

Matt.16,

Mat.14.

Luc.12.

Ro.13.

Ioan.20.

A Vox ambulantis in lumine eſt cũ auctoritate dicere:Iuraui,& ſtatui. Qui enim ſtatuit, non mouetur,non metuit ne cadat,quia plus eſt ſtatuere q̃ ſtare. Stat igitur Dauid mentis ſtatione fundatus,nec timet ne in his mundi tenebris poſsit errare. Si enim metueret,nõ iuraret,ſi tre pidaret vtrũ diuina poſset cuſtodire iudicia, nõ cum iuriſiurandi ſtatueret ſacramento. Nemo bene iurat,niſi qui poteſt ſcire quod iurat. Iurare igitur,indiciũ ſcientię, teſtimoniũ conſcientiæ eſt. Et bene iurat qui ad lucernã verbi pedes ſuos dirigit,qui lucem in ſemitis ſuis cernit. Lux tibi præeat ſi iurare diſponis,id eſt,cognitio veritatis præcedat,vt vinculũ ſacramenti tibi nõ poſsit nocere. Vbi religio ſanctior,ibi fides veritatis eſt plenior. Deniq; ideo dominus qui venit docere paruulos,imbuere nouos, firmare perfectos,ait in euangelio:Non iurandum omnino,quia infirmis loquebatur,Deniq; non ad ſolos Apoſtolos loquebatur. ſed ad turbas. Voluit enim te non iurare,ne periures. Et addidit: Non iurare neq; per cælum,neq; per terrã,neq; per Hieroſolymam,neq; per caput tuum. per hæc videlicet quæ ſubiecta nõ ſunt
B tuæ poteſtati. Iurauit dominus, nec pœnitebit eũ. Iuret ergo ille quẽ ſacramẽti ſui pœnitere nõ poterit. Et quid iurauit dominus? Quia Chriſtus in æternum ſacerdos eſt. Nũ quid incertũ,nunquid impoſsibile quod iurauit dominus? Nũquid poterat eſse mutabile? Noli ergo vſurpare exemplũ ſacramenti, qui implendi ſacramenti nõ habes poteſtatem. Quid igitur iurauit Dauid? Cuſtodire iudicia iuſtitiæ domini,In nullo videlicet iam perfectum:iam inſtructum diuinæ iuſtitiæ mouebant iudicia. Quanti mouẽtur cum videt iuſtũ aliquem orbatum liberis,diſpendiiſq; frequẽtibus ad vltimæ egeſtatis deductum neceſsitatem, vt ipſa alimentorũ ſubſidia habere nõ poſsit,fractũ ægritudine graui,& perpetua debilitate vexatum,vt obire nequeat communis officia naturæ. Sed qui firmus eſt,non mouetur,& is magis intelligit in ſtitiam dei prædicandam, quia corripit dominus quem diligit. Nunquid non frequẽtius corripitur filius q̃ ſeruulus? Iniuſta ergo pietas patris,magis quã domini ſeueritas? Aſperiorib⁹ exercet pater filiũ,quã domin⁹ vernaculũ. Sed dura patris nõ æſtimantur impertita flagella, q̃a vult filiũ meliorem eſse quàm ſeruulũ. Eruditio ergo plena iuſtitiæ eſt. Orbatus eſt ſanctus Iob liberis ſuis, in quos dominus poteſtatem diabolo dedit. Nunquid iniquus deus? Abſit, immo iuſtus,quia probaturus iuſtum ſuum per huiuſmodi exercitia in quibus eius eſt probata ſapientia,magis dignũ qui probaretur effici. Quo enim clarius meritum coronati,hoc vberior iuſtitia coronãtis. Nudatus eſt facultatibus eũ diues eſset,& hæc deo ſubiit permittente diſpendia. Non erant pecuniæ iam, dãna,ſed vitæ,cum deeſset alimonia ademptis omnibus. Quis accuſet iuſtitiam dei:cũ ſi Iob omnẽ amiſiſſet pecuniã,non tantam inueniſset gratiam? Athletam ſuum
C nudum vngere voluit deus oleo pœnitentiæ,vt & ſubeundo faceret certamine fortiorem,& emerendo præmio digniorem. Perfuſus totum corpus vlcere graui ſedebat in ſtercore radens ſaniem ſæuis vlcerum vibicibus defluentem:& hoc permiſsu domini diabolus intulerat iuſto viro. Videretur viciſſe ſibi diabolus,niſi accepta quã popoſcerat poteſtate eſset etiam ipſe ſuperatus. Quid igitur fuit illa tentatio,quid inopia facultatum, deſtitutio filiorum,tolerantia vulnerum,niſi exercitiũ fidei,in ſigne patientiæ,eruditio glorioſa virtutis, confeſsio plena victoriæ,vt qui ante contradicentem habebat diabolum,poſtea nõ haberet? Nemo ergo dura putet eſse quæ iuſta ſunt. Non videbantur dura ei qui poterat dicere:
D Nudus natus ſum,nudus exibo. Dominus dedit, dominus abſtulit,ſit nomen domini benedictum. Benedicit enim dominum iuſtus cum laborat, peccator cum luxuriatur. Non ergo ex infirmitate noſtra vis æſtimanda iuſtitiæ eſt,qui durum putamus eſse quicquid per imbecilitatẽ animi ferre nõ poſsumus. Tolle perſecutiones, & martyres deſunt. Sed & perſecutores deus atq; poteſtates ſeculi eſt paſsus aſsurgere,ne deeſsent qui vincerent Chriſto. Quis tunc non dixit infirmus:Domine cur dediſti plebem tuam in poteſtatem perſequentiũ? Sed quis hodie neget beatiores illos eſse qui paſsi ſunt quàm illos quos nulla vexarunt ſupplicia perſecutorũ? Iuſtus ergo optat probari,tentari nõ timet. Qui enim ſtatuit cuſtodire iudicia dei,non timet tẽtationes. Vbi ſtatuit,niſi in corde:Illic enim radicati & fundati eſse debemus,nõ fluitantes neq; mobiles omni vento doctrinæ. Intus ergo ſtatuamus in corde noſtro,in pectore,i animo, vt nobis fiat illud propheticum:Cogitationes iuſtorum ſemitæ. In his ſemitis bene ambulat iuſtꝰ,ideoq; dicit: Proba me domine,& tenta me. Deniq; hoc loco authoritati reſpondens ſuæ qui iurauerat & ſtatuerat cuſtodire iudicia iuſtitiæ dei,probari ſe voluiſſe dicit, qui humilitatẽ ſubeundam credidit eſse pro Chriſto. Ideoq; ait:

Humiliatus ſum nimis, * viuifica me ſecundum verbum tuum. III

*alias,vſqquaq; domine.

Non ſolum humiliatum,ſed etiã nimis humiliatum ſe eſse gaudet. Beatus qui gloriatur humilitate magis quàm poteſtate. Poteſtas decipit,humilitas nõ deſtituit. Bona humilitas,quæ etiam in Chriſto laudem virtutis inuenit. Hanc in illo plus veneror quàm creationẽ,q̃a creati ad laborẽ ſumus,redempti ad quietẽ. Deniq; ipſe aduocãs
E populos ad miſericordiã ſuã,de humilitate propria gloriatur dicens:Palam factus ſum nõ quærẽtibus me,apparui iis qui me non interrogabant. Et alibi, Scapulas meas dedi in flagella,maxillas meas in palmas,faciẽ autem meam non auerti à confuſione ſputorum. Recte ergo Dauid humiliare ſe voluit,vt tribulationum Chriſti in ſeipſo quod deeſset impleret,Poteſt & ipſe hoc ex ſua perſona per os Dauid locutus dixiſſe, Humiliatus ſum nimis:qui dixit in euangelio:Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati eſtis,& ego vos reficiam. Tollite iugum meũ ſuper vos,& diſcite à me,quia mitis ſum,& humilis corde:& inuenietis requiẽ animabus veſtris. Diſcamus ergo ab eo qui docere nos voluit quod proficeret ad ſalutem,& nobis dicit:Diſcite à me. Non eſt mediocre quod dicit,Diſcite:& addidit: A me diſcite. Non ſale poteſt quiſquam humilitatẽ docere inflatus, quanuis ſit humana præditus ſapiẽtia, mens tamẽ inflatur quam ſuperbia carnis extollit. Et qui paupertate cõtentus eſt, non eſt contentus iniuria:& qui poteſt ferre verberum pœnas,exagitatur verborũ cõtumeliis:& qui poteſt adminiſtrationem contẽnere,dolet ſibi aliquẽ honorificẽtia eſse prælatũ. Grande eſt in omnibus humilitatis tẽtere menſuram. Superbia hominem prima deiecit. Qua propter dũ plus volumus,etiã quod minus eſt ſolemus amittere. Bona humilitas, quæ nihil appetendo totum quod cõtemnit adipiſcitur. Ipſe enim dominus Ieſus ſe
F humiliauit,vt nos eleuaret,& humiliauit vſq; ad crucẽ: propter quod exaltauit illum,inquit,deus,vt in nomine eius omne genu flectatur. Quãta fecit dominus, audeo dicere,& non flexi ei genu? Sed flexi ei poſtquam ſe humiliauit. Sic enim,hoc eſt,per humilitatẽ,per crucem ſibi eccleſiã cõgregauit. Dauid rex erat,incerta & occulta ſapientiæ ſibi patefacta teſtatur,ſed ideo ſe magis humiliabat. At vero Ezechias cecidit ab altitudine cordis ſui. Ille laudabilis rex,qui de obſidione, de ægritudine beneficiis domini mirabilibus eſt liberatus, cecidit per ſuperbiam,& gratiã meriti ſuperioris imminuit. Quid fuiſſet Ioſeph,ſi humilis non fuiſſet? Sciuit ſibi ipſe obfuiſse quod prælatus erat fratribus, etiam pius amor miſeriam prælationis inuenerat. Prælatio armauit fratres, humilitas conciliauit extraneos. Prælatio concitauit germanos,humilitas regem ſubditum fecit, vt vere quaſi ex perſona Ioſeph dictũ putemus quod hic ipſe ſupra dixit:Humiliatus ſum, et ſaluũ me fecit,quanq̃ ſi conſideremus quæ iſte tolerauit,ex perſona ſua eũ dixiſ

Iob.2.

Iob.1.

Mat.11.

Esa.50.

Phil.2.

1.Reg.18. se reperiemus. Golia superato occurrerãt iuuẽculæ psal
G lentes Saul in milibus, Dauid in decẽ milibus. Commo
tum est sel regis, & quærebat eũ occidere: & humiliauit
se Dauid ante Ionatan filiũ regis, & conuertit eius affe-
ctum, vt quem successorem patrii regni poterat habere
suspectum, eundem aduersum studia paterna seruaret,
1.Reg.19. dicens patri: Quid peccas in sanguinẽ innocentis? Et id
voce extorqueret inuito, quod nõ mereretur occidi Da
uid, Recte ergo ait: Humiliatus sum, & saluum me fecit,
2.Reg.12. Et iterũ cum ad eũ propheta veniret, & indignationem
domini ĩ causa Bethsabeæ mulieris denunciaret, humi-
liauit se, & ait: Peccaui domino. Et dixit Nathã ad eum:
Quoniam pœnituit te, abstulit dominus peccatũ tuum.
nõ morte morieris. Bona igitur humilitas. Deniq; humi
liatus est, & saluus factus est. Et alio loco cum propter
numeratũ populum dominus esset offensus, & misisset
2.Reg.24. prophetã Gad, qui regi Dauid diceret: Elige tibi quid ve
lis fieri, triennio famẽ super terrã, aut tribus mensibus
fugere te à facie inimicorum tuorum persequentium te,
aut fieri triduo mortẽ in terra: respõdit Dauid: Angustię
sunt mihi hæc tria: Sed magis incidiam in manũ domi-
ni, quoniam magna est misericordia illius valde, quàm
in manus hominum incidam. Et cum dedisset dominus
H mortẽ in Israel à mane vsq; ad horã prãdii, septuaginta
milibus hominũ mortuis, respexit Dauid ad dominum:
& cum vidisset angelũ ferientem populũ, ait: Ecce ego
peccaui, & ego pastor male feci: et isti hoc grege quid fe
cerunt? Fiat manus tua in me, & in domũ patris mei. Et
propitius fact⁹ est dominus, cum sacrificium reconciliatio-
nis ei esset oblatum. Bona ergo humilitas, quæ regem
plebemq; seruauit. Itaq; reconciliato domino ait Dauid
Bonum est mihi quod humiliatus sum. Bona ergo hu-
militas præsertim si adiungatur ei deuotio voluntaria.
Ideoq; se viuificari secundũ verbum petit, vt secundum
verbum viuat, & omnia cũ ratione faciat, non secundũ
carnis voluntatem. Vnde mysticum illud etiam morali
Ioan.1. ter accipi potest: In principio erat verbũ, & verbũ erat
apud deũ, et deus erat verbũ, hoc erat in principio apud
deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est
nihil. Et tu imitator esto dei. Quo imitator? Nunquid cæ
lum potes facere, aut terram, aut mare? Non vtiq;, sed vt
omnia per verbum facias, nihil sine verbo: omnia cum
ratione, nihil sine ratione: quia non es irrationabilis ô
homo, sed rationabilis.

IIII Voluntaria oris mei cõproba*domine,
*alias, be- & iudicia tua doce me.
neplacita
fac.

Qui se humiliat, viuificatur secundũ promissum do-
mini: qui viuificatur spiritu dei, voluntarius est minis-
ter, Plurimũ enim refert vtrũ ex voluntate quid facias,
an ex necessitate quod placeat deo. Deniq; voluntarius
minister habet præmiũ, coactus dispẽsat obsequiũ, sicut
1.Cor.9. apostolo dicente cognouimus. Scripsit enim: Væ enim
mihi est si non euangelizauero. Si enim volẽs hoc ago,
I mercedem habeo. Si autẽ inuitus, dispẽsatio mihi credi
ta est. Vide voluntariũ executorem cælestis arbitrii. Li-
ber erat ex omnibus, & omnium seruus est factus, volũ-
tate vtiq;, nõ necessitate, vt plurimos lucraretur. Iis quo
q; qui legis vinculo tenerentur, quasi sub lege esset, se ex
hibuit, cum sub lege non esset, vt eos seruaret qui sub le
ge viuebant. Infirmis infirmus factus est, vt infirmos as-
sumptiõe infirmitatis propriæ sustineret. Omnibus om-
nia factus est, non legitima necessitate, sed volũtatis ob
sequio. Aperuit mihi huius altitudinẽ consilii in epistõ-
la ad Philemonem scripta, quia quod ipse esset, alium es
se vellet, vt voluntate potius q̃ necessitate detulisse do-
mino videretur. Itaq; pro Onesimo interueniens sic ait:
Ad Pphi- Tu autem illum vt mea viscera suscipe, quẽ ego volue-
lemonẽ. rã mecũ detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis
euangelii: sed sine consilio tuo nil facere volui, ne velut
ex necessitate bonum tuum esset, sed volũtariũ. Quàm
sedulus suasor, qui cum esset vas electionis diuinæ, con K
sortium cõsilii nõ dedignabatur alieni, ne alterũ fructu
voluntatis propriæ defraudaret. Recte ergo Dauid ait
quasi propheta: Volũtaria oris mei cõproba domine, o-
ris sui offerens domino sacrificiũ voluntarium, eò quod
vt apes illa prophetica bonos flores colligere ore cõsue
uerit, fauos ore fingere, mella ore cõponere, et ex herbis
suauibus ore flores legere, quæ cũ sit, inquit, robore ifir-
ma, sapientiæ prædicatione substãtiæ suæ producit ætatẽ
Quod sit istud voluntarium oris sacrificiũ, recognosce:
Immola, inquit, deo sacrificiũ laudis. Expectat dominus Psal.49.
volũtarios ministros. Deniq; ĩ libro Esaiæ dicit dom⁹
Esa.6. Quẽ mittã? Vtiq; seruulo suo poterat imperare, quẽ di-
gnũ qui mitteretur inuenerat: sed maluit eum spõtaneæ
oblationis nõ fraudare mercede, qui vt ipse se offerret,
præstolatus est. Et quãuis eius sciret affectum, expectauit
tamen vocem, vt cumularet gratiam. Vnde se offerens
Esaias ait: Ecce ego, mitte me, & sic postea missus est ad
populum. Ideo de eo dictum est, Quia Esaias audit & di
cit. Etenim quasi voluntariũ organũ vberiore spiritus
sui gratia Christus impleuit. Nec ociose hoc positũ pu-
to, quia voluntaria oris sui placere desiderat domino.
Multi prophetæ, sed non in omnibus oris volũtaria pla
ceant. Excusabat Hieremias dicens: Quis es dominator Hiere.1.
domine? Ecce, nescio loqui, quia iuuenior sum ego. Et L
dixit ei dominus: Noli dicere, quia iuuenior sum ego: qa
ad omnes ad quoscunq; misero te, adibis: & secundum
omnia quæcunq; mandauero tibi, loqueris. Verecunde
propheta ætatem corporis prætendebat, ne exequendis
cælestibus imperatis impar esse adolescentia deprehen-
deretur. Sed deus, qui morum magis quàm annorum iu
dicaret ætatem considerandã, & iuuenili corpore matu
ritatem robustæ sapientiæ in suo seruulo præuideret, ait
Noli dicere, iuuenior sum ego, hoc est, prohibuit eũ iu-
uenilis ætatis contemplatione vires suas perpendere, cui
fides caniciem sapientiæ ministraret. Et iterum in poste
rioribus cum dixisset idem propheta, Seduxisti me do- Hiere.20.
mine, & seductus sum: Et dixi: Non nominabo nomẽ ei⁹
& non loquar in nomine eius vltra: addidit: Et factus est
in corde meo vt ignis ardens, flammans in ossibus meis:
& dissolutus sum vndiq;, & ferre non possum. Aduerti-
mus igitur quod iis etiam qui excusandum, aut officium
suum certa aliqua causa negandum putauerint, domi-
nus tamen noster aut ratione persuadeat, aut cupiditate
propheticæ reuelationis inspiret vt ad subeundum offi-
cium voluntate concurrant, non necessitate concedãt
quo merces ad eos integræ deuotionis possit plenior pe- Ioan.11.
uenire. Prophetauit & Caiaphas, quia expedit vnum ho M
nem mori pro populo: sed hoc voluntarium oris mini-
sterium non erat, quia loquebatur inuitus: deniq; quid
diceret, nesciebat. Quæ ergo volũtaria oris sui domino
Dauid placere desiderat? Elegi abiectus esse in domo Psal.83.
domini magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ. Au
diam quid loquatur in me dominus deus. Aperiã in po- Psal.84.
rabolis os meum, loquar propositiones ab initio seculi, Psal.77.
Paraui lucernam Christo meo. Corpus suum, quod erat Psal.131.
ante limosum, & cœno hæreditariæ colluuionis obstru
ctum, vt oleũ spiritale recipere posset, Christo parauit,
vt luceat. Christo lucet, cuius opera in christi lucent lu-
mine. Christo lucebat Petrus, cum diceret: In nomine Actu.3.
IESV Christi Nazareni surge, et ambula. Christo luce-
bat ille qui dicebat: Sanet te dominus Iesus. Christo lu- Actu.9.
cet martyrum lucerna, qui pro Christo subiere marty-
rium. Christo lucebat Dauid, qui poterat dicere: Cor Psal.83.
meum & caro mea exultauerunt in deũ viuum. Christo
parauerat mentẽ, cum de eo à quo frequenter ad mortẽ
fuerat appetitus, diceret: Nõ mihi contingat à domino, 1.Reg.24.
si fecero hoc verbũ, domino meo Christo domini inii-
cere manũ meã, cum maiorem haberet causam salutis
suæ vt occideret persequentẽ, qui etiam alios qui suade-
bant inimico nõ esse parcendũ, quẽ dominus iuxta pro

A missum suũ, in manus ipsius tradidisset, ab eius necandi
cupiditate reuocabat. Christo lucebat propheta, cũ de
eo qui patris domum turpi maculauerat incestu, qui pa-
tris salutem parricidalibus præliis appetebat, pius tamẽ
pater diceret ad prælium profecturis: Parcite filio meo
2.Reg.8 Absolon. Tacebat improbitatis scelus, pietatis autẽ gra-
dum, & nomen necessitudinis præferebat, vt pugnaturi
non aduersarium regis, sed filiũ cogitantes, dolorẽ læsæ
pietatis inhiberent. Et post mortem eius operuit faciem
suam, & voce magna clamabat dicẽs: Filius meus Abs-
lon, filius meus, Hanc vocem parricida non meruit, sed
Christi prophetabat gratiã. Didicerat propheta de Chri
sto bonus esse pater, q̃ bono filio seruiebat. Deniq; ideo
alm.35. dicebat: Et iudicia tua doce me. quia iudicia dei sicut a-
Rom.11. byssus multa, & inscrutabilia, vt Apostolus dicit. Ideo
nõ poterat ea nisi Christo docẽte cognoscere, quia vn⁹
magister omnium Christus est. Hęc autem Christi iudi
cia sunt, vt iis qui nobis insidiati fuerint, nouerimus nõ
vicem iniurię rependendã, sed pro iniuria magis deferẽ
dam gratiam. Deniq; maledicẽtibus non remaledixit, p
cutientes non repercussit, sed magis etiã crucifixus pro
persequẽtibus se piæ intercessionis apud patrẽ auxiliũ
deferebat, dicens: Pater, dimitte illis, nõ enim sciũt quid
Lucæ.23. faciunt. Hęc igitur quisquis spiritaliter intellexerit & fe
cerit legis iudicia, remuneratiõe donatur à Christo. Sed
quis iudicia dei docere potest, nisi quia animam suã sẽ-
per intenderit ad dominum? Qui potest dicere:

V Anima mea in manibus tuis*semper, &
*alias, me legem tuam non sum oblitus,
is.

Aliqui habent: Anima mea in manibus meis semper,
hoc est, in actibus meis, hoc est, in operibus meis. Quan-
B uis in periculis posit⁹ dicit iustus ad dominũ, Propter te
quotidie morior, quotidie piclitor. Periclitor ab insidi
atore, periclitor ab obtrectatore, periclitor ab iis quos
arguo, quos reuinco, periclitor pro veritate atq; iustitia
propterea in manibus meis anima mea, ego tamẽ nec pe
riculis territus, tuę legis oblitus sum. Sed quia plerique
habent. Anima mea in manibus tuis semper: hoc latius
explanandũ arbitror. Scit propheta, scit vbi animę suę
præsidium locet, vnde opem speret, in manibus dei cõsti
tuere vult animam suam, quia cor regis in manu dei est.
Quicunque propriũ corpus subegerit, nec ei⁹ passioni
bus turbari animã suã rector sui congrua viuacitate per
miserit, is bene regia quadam potestate se cohibens, rex
dicitur, quod regere se nouerit, arbiter sui iuris sit, nõ ca
C ptiu⁹ trahatur in culpam, nec præceps feratur in vitium
Huius anima non perit in ęternũ, nec quisquã rapit eam
de manu patris omnipotẽtis aut filii. Man⁹ enim dei quę
solidauit cælum, quos tenuerit non amittit. Quæ sunt
Canti.8. igitur istæ manus, consideremus. In Canticis habes: Lę-
tia eius sub caput meũ, & dextera eius complectitur me.
Hæc log⁹tur sponsa de Christo, anima de verbo dei. Chri
stus autem idem est verbum dei atque sapiẽtia. Beata er-
go anima quam complectitur sapientia. Magna est sapi
entiæ manus, magna dextera, totam compectitur animã
Tota enim munita est, quæ despõsata dei verbo est, Ple-
nitudo enim sapientiæ, timere deum. Quæ ergo deum ti
met anima, pleno se munit ipsa præsidio, mittit sapien-
tia læuam suam sub collum eius, dexteram autem incõ
plexum eius. Vtrũque quidem brachiũ eius ad vtilia ex-
tenditur. Habent tamen propria sua singulę manus. Sa-
pientia in dextera & longitudo vitæ est, in sinistra autẽ
diuitię & gloria. Bonis vtique manus vtraque dotata est
dotibus. In eo tamẽ habent varietatẽ sui muneris, quod
& præsentia et futura tẽpora cũprehendunt, vt lęua præ
sentium remuneratrix, dextera futurorum sit. Posum⁹
hoc etiam de prophetia sancti patriarchę Israel cogno-
scere. Nam cum dexteram suam posuisset super Ephrẽ,
Gene.48. sinistrã autẽ super Manasen, & conuertere eas Ioseph
ætatum cõsideratione voluisset, vt dexterã patris super
caput Manasse senioris filii collocaret, noluit, & dixit. D
Scio fili, Et hic erit in populũ, & hic exaltabitur, sed fra-
ter iunior maior illo erit. In quo maior? In eo vtique qa
benedictione prælatus est, dicẽtibus posteris, hoc est Ef-
frem, faciat vos deus sicut fecit Ephrem & Manasen. vel
quia semen eius multitudo gentiũ sit, quæ in hoc seculo
laborem elegit, credens in dominum IESVM, vt conso-
lationem habeat futurorum. Manasses autem semẽ, est
populus obliuionis, qui proprium oblit⁹ authorem ex-
altatus ad tempus in hoc seculo, est daturus in relinquũ
pœnas graues, quia deum suum et dominum deneganit.
Hoc ideo diximus, vt probarem⁹ ea esse potiora quę fu
tura sunt. Denique læua sapientiæ sub capite sponsæ est
dextera autem superior, quæ totã complectitur sponsã,
Itaque illa quasi fulcrũ est quietis præsentis, quo anima
innixa requiescit. Habet vbi reclinet caput suũ, quia læ-
tia sapientię sunt diuitiæ & gloria. Ad tẽpus hæc demul
cent, & ex parte solatio sunt. Et ideo filius hominis non
habebat vbi caput suum reclinaret, quia cũ dines esset,
pauper factus est: nec gloriam aliquam istius seculi re-
quirebat, quia venerat non vt in portione, sed vt vniuer E
so humano generi subueniret, dicens: Mihi indignami- Ioan.7.
ni, quia totum hominem saluũ feci in sabbato. Hoc est
totum, non vt facultatum collatione ditaret, non vt ho
norum insignib⁹, non vt gloriæ secularis cumularet au
gmento. Hæc enim non habẽt beatitudinis & gratię ple
nitudinem, sed totum, hoc est, quod longitudinem vi-
tæ cõplecteretur æternę. Neque enim cõmunis vitę simi
lis vita in dextera est sapiẽtię, sed lõgitudo vitę est, vt qui
accipit vitam à sapientia, non exiguitatem vitę, sed per-
petuitatem, & æternitatis lõgitudinẽ adipiscatur. Bonus
amictus æternitatis vitæ, Hoc pallium cælestis sponsę cu
stodes murorum voluerunt auferre quo primus homo
fuerat exutus. sed anima deo deuota quæsitum diu tenẽ
do & nõ dimittendo dilectũ, precioso charitatis diuine
se vestiuit inuolucro. Beati igitur qui tali pallio vestiun
tur, & amictũ huiusmodi legis obseruatione meruerũt
quia non sunt legis obliti, sed quę erãt legis operati sunt
Nam qui præter legem agit, legis oblitus est. Et ideo hæc
anima candida ascendit è terris, quia fulget amicta veste F
sapientiæ, & dicũt de ea virtutes illæ quæ portas cœli cu Cant.8.
stodiunt: Quæ est hæc quæ ascendit candida. innitens su
per fratrem suum? Quomodo ea quæ posuit caput suum
super lævam sapientię, vt aperiret man⁹ pauperi ad sub
ueniendum inopi: partitis autem derelictis sibi, non in-
uasis atque direptis diuitiis vteretur, quæ gloriæ cupida
bonis eam operibus acquisiuit, non inani secularis iactã
tia ambiuit dignitatis. Hoc est enĩ caput suum, & quod
dam sensuum principale supra manum constituere sa-
pientiæ. Ea, inquam, anima meritis ascendit albentibus
ex isto vitæ huius, vt habent plerique, deserto, ad illum
florentem semper locum iucunditatis æternæ. Istę sunt
virtutes quæ & in Esaiæ libro loqui dicuntur: Quis est i- Esa.6.
ste qui aduenit ex Edom? robur vestimentorum ex Bo-
sor, sic speciosus in stola? Istę, inquam, sunt quæ mirau-
tur ex isto confragoso scopuloso que deserto aliquam a-
scẽdere animam posse sine magnorum labe vitiorum,
& ideo gratulantur repertam quæ vestimenta innocen-
tiæ naturalis nõ polluerit atramento insipientiæ secula-
ris, sed magis sapientię spiritalis & gratiæ candore mũ-
daret. Dicit ergo ea anima iam secura iam læta.

VI Posuerũt peccatores laqueũ mihi, *sed à
*alias & de manda tuorũ mãdatorum nõ declinaui semitis
tis tuis nõ erraui.

Digna vox relinquẽtis hoc seculum, eo quod tetia per
sequentiũ, & insidiatorum laqueos euaserit. Vox digna
martyribus, quibus multa supplicia proponebãtur, mul
ta etiã offerebantur præmia vt à martyrii studio vel ter-
rore pœnarum, & sęuæ mortis horrore, vel præmiorum
reuocarẽtur illecebra. Grauis laqueus, pscriptionis, qui

G sæpe frangit sanctos inopiæ deformitate, quos mortis formido non fregerit, laque⁹ alius incēdii, laqueus carceris, diuturnique supplicii. Grandis laqueus, cum diuitiæ promittuntur, cum honores, cū amicitiæ tyrānorū. Qui ergo hæc euaserit, et ad martyrium peruenire potuerit recte dicit: Posuerūt peccatores laqueū mihi, sed à tuorū mandatorum nō declinaui semitis, cui desperatæ prætia, futura quærenti, regnū cæleste diuinitatis tuæ promissione reseratum est. Qui sunt isti peccatores, qui posuerunt laqueos? Aperuit tibi Apostol⁹ authorē omniū
1.Tim. 6. peccatorū, et demonstrauit, dicens: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationē et laqueū diaboli. Aduertis laqueum diaboli esse diuitias, quem tetendit etiam Saluatori. Sed ille, qui nihil habuit quod poſset priceps isti us mundi veniens suum dicere, laqueorum ei⁹ vincula dissoluit. Ac ne mediocrem hunc laqueum putes, hic laqueus Iudam apostolum strangulauit. Qui miser cū esset illaqueatus vt proderet dominum: vbi aduertit quātum sceleris esset admissū, laqueo se ipse suspendit. Sed et ipse laqueus diaboli fuit vt non ageret pœnitētiā, sed laqueo se suffocaret. Deus enim etiam in ipsos pius est proditores, vt ad pœnitētiā prouocētur, atq; à flagitioso proposito reflectantur, & resipiscant à diaboli laqueis à quo capti tenentur ad ipsius voluntatē. Iam nō erumna est incidisse, sed crimen, qui nō solū se dedere capiēdos
H sed etiam ad voluntatem diaboli tenentur astricti, cum possint dicere: Dirūpamus vincula ipsorū. Dedit enim tibi scriptura diuina vt non solū caueas diaboli laqueū,
Psal.2. sed etiam per pœnitentiam eius vincula dirūpas. Quid tibi homo cū deliciis ac voluptatibus? Non capit laque⁹ nisi āte esca te ceperit. Dum prædā petis, laqueo ipse te nectis. Esca laquei, auaritia est: esca diaboli, luxuries est, quibus nos vult inescare, nō pascere. Et ideo clama-
Col.2. bat Apostolus: Ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia ad corruptelā ipso vsu. Noli ergo attaminare luxuriam, & illa te contaminare nō poterit. Noli gustare auaritiæ corruptelā, & eris immunis à laqueo.
Col.3. Quid tibi postremo cum terris, qui cum Christo resurrexisti? Quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est: quæ sursum sunt, sapite, non quę super terram. Mortui sumus terris, vitam nostram cū Christo abscondim⁹ in deo nostro. non iam nos viuimus, sed Christus viuit in
Psal.54. nobis. Quid iterum ad terrena remeas? Ecce elōgaui fugiens, dicit sanctus. Vidi laqueos iniquitatis & contradictionis in ciuitate. Laquei sunt enim, vbi est vsura & dolus. Elongauit ille fugiens terrena dedecora, ideo ad cælestia peruenit præmia. Quid, inquā, te reflectis in terram, si in Enoch rapt⁹ ad cęlū es, in Helia leuatus es curru, in Paulo raptus ad paradisum, conuersatus in cælis,
I in Dauid exauditus vt pennas colūbæ assumeres & volares, in Christo exaltatus volucris factus i spiritu? Quādo sicut columba descendit, illas tibi alas dedit, vt tu dissceres euolare de terris. Neque vero cunctandum putes quomodo tibi volandū sit, quibus alarū remigiis. Dixit quidem Dauid: Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ, &
Ibidem. volabo, & requiescam? Et quasi dubitasse visus est à quo pennas posset accipere, licet sic soleat diuina gratia de clarari, quæ in terris non potest inueniri. idem tamen in posterioribus, quæ sint istæ pennę, docuit euidenter, dicens: Si dormiatis inter cleros medii pennæ columbę de
Psal.67. argētatæ, & posteriora eius in specie auri. Et si dormias, exurgunt tamen pennæ tuæ. Sunt enim qui vigilant dormientes, vt vigilabat illa quæ dixit: Ego dormio, &
Canti.5. cor meum vigilat. Etsi nox est, vigilat spiritus, de quo scriptum est: De nocte vigilat ad te spiritus meus. Tunc tibi pandentur alæ ex eloquiis spiritalib⁹, preciosæq; auri prudentiæ volatus assurgit. Vbi ergo laqueos poteris pertimescere, cui remigium præsto spiritale est: Si synceritas animi, si puritas mentis affulgeat, columba es. Ideo tibi dictum est: Estote simplices sicut columbæ. Si maio
Matt.10. ra desūt remigia, vel minora ne spernas. Esto vel passer vt laqueos sagaci indagine prœuideas, et pene captus illecebris peccatorū, tamen aliquando reuocatus possis di
K cere: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus. De
Psal.123. quo quoniam alibi putauimus esse tractādū, nunc alio transeundum videtur. Satis est tibi vt auem te esse noueris, assumptū in naturā volandi, dicēte domino per prophetam: Liberate vos ex laqueo venatorum, & à verbo conturbationis. Non enim iniuste tenduntur retia auibus. Auis es ô homo, qui sicut auis in quādam aquilæ renouatus es iuuentutem. Quid enim te in terram deiicis qui iam cælum petebas? Non iniuste renouato tenduntur retia, quia iam Christi esse cœpisti, venantium esse desisti. Ante te laqueo venator, ante quasi prædam suam diabolus suo iure capiebat, nunc dominicæ crucis mercē cur alienus incursat? Potes tamen etiam hos laqueos euitare, ne dicas: Venantes ceperunt me sicut passerē, si laqueum cordis euadas, quem misit diabolus in cor Iudę, & ita eum in facinus proditionis armauit. Auertat à nobis de⁹ hos laqueos, quos sup peccatores pluit. Et ideo
L dicit propheta: Dabis illis domine laqueum cordis eorum, quem parasti eis. Nobis autem da domine auxiliū vt post te sequamur, tuis alligati vinculis. Nulla enim vehementiora, nulla sunt gratiora quàm vincula charitatis. Qui tibi ligatus est, solutus est mundo.

VII *alias, ac quisiui. Hęreditate quęsiui * testimonia tua in ęternū, quoniā exultatio cordis mei sunt.

Etiam ista vox martyrum est dicētiū quòd hęreditatem acceperint cælestiū testimoniorū. Dicit ergo propheta: Hæres sum mandatorū tuorum, successionem tuam fidei pietatisque iure quæsiui. Non potest dicere istud nisi qui mandata custodit, cælo & terra testibus acquisita.
Esa.1. Dixit enim dominus: Audi cęlum, & auribus percipe terra. Testatur elementa dominus ad redarguendos eos q nolunt præcepta diuina seruare, vt refugia omnia excusationis obsepiat. Testatur & homines dicēs, Estote mihi testes, & ego testis, dicit dominus. Mandata ergo domini plena sunt testimoniis, & ipsa sunt testimonia, quorū satis idoneus testis est qui nō mētitur deus, apud quē & conscientia tua testis est cogitationibus accusantib⁹ aut etiam defendentibus, satis fidelis etiam in infido pe
M ctore, quoniā arbitrū omniū quæcunq; cōmissa sūt latere nō possunt. Nam si in iudicio terrestri etiam is qui ad mentiendum venerit subornatus, tamen si testimonio fuerit conuictus, alterius solet prodere veritatē: quanto magis in iudicio cælesti apud dominū IESVM necesse habet quę vera sunt cōfiteri, quē nouit scire qđ factum est? Et bene ait, Hęreditate quęsiui testimonia tua: quoniā sicut ante hæredes fuimus peccatoris, ita nunc hæredes sumus Christi. Illa fuit criminū, hæc est virtutis hęreditas. Illa nos obligauit, hęc soluit. Illa obæratos fœnore delictorū adiudicauit inimico, hęc redemptos titulo dominicę passionis Christo acquisiuit. Mala Euæ successio totū hominē deuorauit, præclara Christi hęreditas totū hominē liberauit. Non ad vnū quidē, nō ad paucos, sed ad omnes testamentum suū scripsit IESVS. Omnes scripti hæredes sumus, non pro portione, sed pro vniuersitate. Testamentum commune est, & ius omnium, hæreditas vniuersorum, & soliditas singulorum. Nouum tamen testamentum, singuli adeunt, & omnes possident. Nec minuitur hæredi quicquid à cohæredibus vendicatur, manet emolumentum integrum, & eò magis singulis crescit, quo pluribus fuerit acquisitū. A lia cōditio est hæreditatis humanę. Si diuisa fuerint emolumenta, minuuntur, & hæredis est damnū ascriptio cohæredis. Indiuisum regnū Christi est indiuisa hæreditas. Quomodo fieri poterat vt diuisa esset hæreditas, cū hæreditatis fructus sit indiuisus, quod est regnū cælorū? Aurum, argentum, prędium, ab homine pluribus derelictū distribuitur ac secatur, solida ad singulos Christi dona perue

A niunt, omnes habent, & nemo fraudatur. Audiamus igitur commoda hæreditaria. Remissio peccatorū, hæreditas Christi est. Certe solida per singulos, & in commune est lucratiua. Quibuscūq; enim collata fuerit, solida est, nulli decedit accedit; ōnib⁹. Corpori acquritur, quicqd vnicuique relaxatur. Nam si angeli supet vno peccatore pœnitentiam agente lætantur, quia luctum suum putant hominis redemptionem: quanto magis luerū est generis, quod est lucrum naturæ? Hæreditas Christi est resurrectio. Hanc quisquā dānum suum dixerit, quæ in vno cōmunis gratiæ nomē inuenit? Christus enim resurgens, omnibus surrexit, quoniam per hominem resurrectio mortuorum. Quomodo igitur potest singulorum esse dispendium, quæ est totius corporis & humani generis reformatio? Recitetur igitur testamentū, & institutiones eius consideremus. Testis autem nobis est spiritus sanctus. Cum enim dixerit, Testis sum testamento-
Hiere.31. rum meorum, quæ testificatus sum in vobis: tūc testimoniū perhibebit quod testatus sit dicens: Hoc autem testamentum quod testabor ad illos, dicit dominus: Dando leges meas, in cordibus eorum, & in sensibus eorū scribam eas, & peccati & iniustitiæ eorum non ero memor.
O vere testator æternus, qui nostris cordibus leges affigit suas, & scribit in sensibus, vt nihil aliud cogitare nisi diuina præcepta possimus, nihil aliud sentire nisi dei oracula debeamus. Dedit gratiam, reformauit naturam, sibiq; comminiscens qui obliuisci nihil solet, memoriā meorum abstulit peccatorum, mihiq; dedit præceptorū
B suorum. Noli ergo tollere de corde tuo legem dei, & affigere legem peccati. Noli scribere in sēsibus tuis diabo li illecebras, & dei delere mandata. Ecce ego, inquit, pinxi muros tuos, dicit dominus ad Hierusalem. hoc est, ad animam studiosam trāquillitatis & pacis, quam fecit ad imaginem suam. Noli, inquam, aufere imaginē cælestē, & imaginem mortis imponere.. Recusasti hæreditatem seculi, seruā Christi testimonia, quoniā in his exultatio atque lætitia est, quando quidē omnis fletus delebitur, &
Apoc.21. mors non erit amplius, neq; luctus, neq; fletus, neq; clamor. Passio Christi imago fuit regni cælestis. Nemo audiuit in plateis vocem eius, quia illo silētio possionis suę clamorem omnem in posterum impiæ vocis abolebat. Nolebat fleri, quia dicebat ad filias Hierusalem: Filiæ Hi
Luæ.23. erusalem nolite me flere, sed vosipsas flete. Ablaturus enim omnes lachrymas suæ beneficio crucis, in passione propria futuræ instat beatitudinis exibebat, vt nemo fleret, nisi qui Christi beneficia non teneret. Merito igitur vir euangelicus dicit: Hæreditate quæsiui testimonia tua
C in æternum, quoniam exultatio cordis mei sunt. Quis non exultet quia cælum & terram hæreditate quæsiuit? quæ duo elementa contestatus est etiam deus cū legē dare t: quia quæsiuit deum, de quo dicit sanctus. Portio mea dominus. Quæsiuit dominum IESVM, quæsiuit spiritū sanctum, & post illa quæsiuit angelos, & cum illis viuit, non hodie tantum et cras, sed in æternum, nec vllis pro nomine domini contristatur iniuriis. Deniq; gaudebāt apostoli cum verberarētur, cū in carcerem traderētur. Exultans autem in testimoniis domini iure dicebat:

VIII *alias, iustificationes. Inclinaui cor meum ad faciendas iustitias* tuas in æternū, propter retributionē.

Qui retributionem bonorum operum sperat à Christo et ad eū festinat, inclinat cor suū vt faciat Christi iustitias
Mat.3. Quæ est Christi iustitia? Sine nos, inquit, implere omnē iustitiam. qua peccatum minuitur, culpa laxatur. Et bene ait, Inclinaui, vt nō sit tibi arduū atq; difficile, cū mētē tuā quasi ad humilia & plana cōuerteris aut certe quoniam sapientia carnis legi dei non est subiecta, videtur inclinare cor suū, qui legi facit esse subiectum, exolletę corporis sēsu, cōtuituq; religionis iflectit, atq; ille dudū extollens se frustra, & inflatus mēte carnis suæ cū se humiliat, inclinat. Humiliauit enim & ipse se Christus, vt

nouum conderet testamentum. Cum lego euangelium, D audio filiū dei carnē sūpsisse de Maria, video mihi cū Christo ipse descēdere. Lego enim eum qui cū in forma
Phil.2. dei esset, semetipsū exinaniuit. Exinaniuit aūt vt formā serui acciperet, et specie inuētus vt homo, humiliauit se vsque ad mortē. Lego eū dicētē: Venite ad me ōnes qui
Matt.11. laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. &, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Non dixit: discite à me quia potens sum, non dixit: discite quia gloriosus sum, sed, discite quia humilis sum, quod poteſtis imitari. Nolite extollere vos; nolite exaltare cornu vestrum Docuit ergo me humiliari, & inclinare cor meum ad faciendas iustitias, non ad iniquitatem, sed ad æquitatem inclinare propter retributionem. Retributio, regnum cælorum, & paradisi est incolatus.

SERMO DECIMVS QVINTVS

D Samech. SAMECH litera decimaquinta, quæ interpretationem habet, audi. Est & alia eius interpretatio, quæ dicitur firmamētū. Quid est audire? Non ociose dicitur, quod commune est, omnibus, et suppetit vniuersis ipso iure naturæ. Et ideo nō est ociosum quod admoneris vt audias, cum etiam inuiti & aliud agentes, sonum tamen aut vocem audire solemus. Sed quia non est solum audire hoc quod suppetit officio naturæ, sed etiam illud quod maius est, vt audias non vsu tantum corporis, quantū intellectu mētis: ideo diligentius considera istius literæ interpretationē, seriēque versuū qui sequūtur. Vt noueris autem mysticū esse audire, vt audias & intelligas mysteria, de Iudæis scriptū est quia mysteria legis audierunt, sed non intellexerunt Vnde ait dominus: Audi populus meus, & loquar. Lex
E vtique spiritalis est. audi ergo spiritaliter. Denique qui
Psal.84. se sciuit audire, ait: Audiam quid loquatur in me dominus deus. id est, vt cognoscam quid locutus in me fuerit
Esaiæ.77. deus. Ideoque alibi ait: Quāta audiuimus, & cognouim⁹ ea. vt comprehenderet non solum audisse se, sed etiam intellexisse. Nemo enim cognoscit, nisi prius intellexerit. Audi ergo, ne si te videat negligentem, veniat Petrus arripiat gladium, abscindat auriculam tuam, quod sup flue habens aurem corporis sis, qui audire & examinare non noueris. Et fortasse virtutem animę quæ examinat quæcunque audiuntur, habent amputatam, qui ea altitudine qua scriptum est, audire nō possūt. Meritoque hāc literam firmamentum alij interpretati sunt, quod cū superiore interpretatione concurrit. Nisi enim vnusquisque audierit quid sequi debeat, nemo firmatur. In offi
F cio igitur audiendi, omniū firmamentum est. Dicit igitur tibi in Threnis Hieremias propheta per literam, Audi. Et vt scias mysticum esse quod audire debeas, subiecit huiusmodi seriem huic literæ: Abstulit ōnes fortes
Thren.1. meos dominus de medio mei. Vocauit in me tempus, vt contereret in me electos meos. Lacum calcauit dominus virgini filiæ Iudę. Non tūc abstulit omnes Iudæę fortes dominus, quando in Babyloniā regionē captiuus duct⁹ est populus Iudæorū, sed quando Christus aduenit, & libertatem animæ suæ captiua non vidit, nescies gratiā incuruata peccatis mentis suæ erigere cerui cē, & quędā fidei colla ad lucē cognitionis attollere. Ideo lac⁹ fact⁹ est Iudæis passio Saluatoris, quæ gētibus portum salutis ostēdit. Ita crux domini nō credētib⁹ præcipitiū est, sed vita credētibus. Hac ratione præmisit Audi. vt futura cognosceret. Alio quoq; loco literæ huic ista subiecit: Te-
Thren.2. nuerunt sup te manus omnes trāseūtes p viā, sibilauerūt & mouerūt caput suū sup filiā Hierusalem. Hæc est ciuitas, dicēt, corona gloriæ, & iucūditas vniuersæ terræ. Passionē domini Saluatoris, pphetari liquet & deflere ab Hieremia, nō excidiū Iudæorū: quod cū ex aliis, tū ex illo i
Thren.4. telligi potest, quia in posterioribus habet: Spiritus ante faciē nostrā Christ⁹ domin⁹ cōphēs⁹ est i iteritu nostro sub cuius vmbra, dixim⁹, viuemus inter gentes. Quid

G hoc manifestius,quando & nomen expressum est,& cõ
prehensio inter manus persequentium perfidorum est
declarata,& vmbra viuificans, & gratia gentibus confe
renda descripta est:Sed etiam ipsa verba significant quæ
in euangelio de passione domini legim⁹, quia hoc loco
mors eius annunciata est per Prophetam.Sic enim Mat
thæus scripsit: Transeuntes autem blasphemabant eum
Matt. 27. mouentes capita sua,& dicentes:Vah qui destruebat tẽ
plum dei,et in triduo illud reædificabat . libra te si filius
dei es . Vulgus populi cum insultat alicui, sibilare con
sueuit.simul quia vocem non habebant qui verbũ nega
bãt,sicut irrationabilia animalia sibilabãt.Et ideo trã
sibant viam qui in via stare debuerant . Non stabãt ergo
quasi constantes,sed transibant quasi mobiles. Iusti au
tem pedes stabant in atrijs Hierusalem, in quibus perfi
di stare non poterant,& ideo præteribant, sicut Marcus
significauit.Præterit vmbra non veritas . Dies eius sicut
vmbra præteriet, qui obliscitur quod delinquit. Sed et
transire infideles legimus,sicut est illud : Et vindemiant
Psal.79. eam omnes transeuntes viam . Quis enim nisi perfidus
despoliat vineã Christi?Sed & alibi scriptum est:Et non
Psal. 128. dixerunt transeuntes uiã, benedictio domini super vos
Stantibus enim dicitur: Ecce nunc benedicite domino.
Psal.133. Tamen & in bono legimus transire, vt est illud Moysi:
Transiens videbo hoc visum magnum. Et qui vidit im
pium exaltatum vt cedros Libani,Transiui,inquit,& ec
Exo.3. ce non erat.Et nemo dicit seruo,transi,recumbe . Quæ
Psal.37. ergo distinctio sit consideremus, nisi forte illa , quia vbi
Luc.17. in bono accipitur transire, absolute dictũ est,non dixit,
H hoc aut illud transies,sed tantũmodo trãsies. Vbi in ma
lo:transeuntes,inquit,viam. Via enim bona est quę à cõ
meantibus frequentatur, non facile incursatur à latro
nibus,qui auersa viarum obsidere consueurunt.Ita rega
le iter munitum est . Moyses autem non transiuit viam
Exo.33. sed in via stetit,cui dictum est:Tu autem hic sta mecum.
Ioan.14. Stetit cũ illo qui ait:Ego sum via,& veritas,& vita . Hãc,
qui viam transit,labitur. Moyses autem non lapsus est ,
sed per transiuit à secularibus ad spiritalia,à temporali
bus ad æterna.Et qui vidit impium,nec remãsit , sed per
transiuit,euasit,quia non hæsit impio,ne fieret vnũ cor
pus,sed se ab eodẽ seperauit.Et cui dicitur:Trãsi, recũ
be,euadit vtique laboriosam præsentẽ seruitutem,vt ha
beat gloriosam futurorum quietem . Et sponsæ dicitur:
Cant.4: Ades huc à Libano sponsa,ades huc à Libano,transibis
& pertransibis.A principio fidei transit,& pertrãsit,quę
festinat ad sponsum. Pertransit seculum, & festinat ad
Christum.Nũc discutiam⁹ quid sit mouere caput. Quis
I est populi caput nisi Christus? Caput enim mulieris vir,
1.Cor.11. caput autem viri Christus . Sed etiam lex intelligibilis
caput mulieris'. Denique mulier sub lege tanquã sub vi
ro fuit.Mortificato autem ritu Iudaico qui erat secundũ
literã legis, innupsit ei mulier qui à mortuis resurrexit.
Vnde quidam mystice interpretati, mortificato ritu Iu
daico tanquã fratris defuncti ritu veteri euangelio muli
crem illam intelligibilẽ nubere ex lege voluerunt, quia
lex euangeliũ fraterna quadã predicatione precesit. Er
go synagogæ caput mortuum est,hoc est, caput eius lex
mortua est,obseruatio videlicet legis, euacuata est legis
litera,spiritalis eius intellectus astruitur. Huius commo
tionis meminit Dauid in quadragesimotertio psalmo
dicens:Posuisti nos in parabolam gentibus, cõmotionẽ
capitis in populis.eo quod à lege in euangelium sit facta
cõmotio quasi transitus quidam.In vicesimo autẽ & pri
mo psalmo, in quo & totius prophetatur series passio
nis,sic habetur:Omnes qui consp iciebant me, aspernabantur me,& locuti sunt labijs,et mouerunt caput.Spe
rauit in domino,eripiat eũ, saluũ faciat eũ , quoniã vult
eum.Mouerunt ergo legẽ quæ immobilis videbatur, &
finis legis Christus intrauit. Qui mouerant capita, pha
risæi fuerunt,id est,à veritate diuisi . Vnde & in veritatẽ
non crediderunt,Sed & sic potest accipi.Mouerunt ca
put suum Christum,qui in sua venerat.Sed mouerũt eũ K
quia sui eum non receperunt.Mouerunt autem dicẽtes:
Tolle,tolle,crucifige eum.Et mouerunt capita sua, qui
Ioan.19. onera sua mouere nolebant,cum ligarent onera grauia
Mat.27. & alijs imponerent,ipsi autem digito,inquit,ea mouere
nolunt. Quod est mysticum,quia corporalis ritus obser
uationem nunquam mutare voluerũt,& introducere in
tellectum spiritalem.Digitum enim pro spiritu legim⁹:
vt lex digito dei scripta est,& ideo lex spiritalis est.No
luerũt ergo onera sua mouere , quæ sunt grauia, & leue Deut.9.
Christi iugum atque onus eius suaue susc ipere . Verum
quia passio Saluatoris omnes redemit , non absurdum
est intelligere ita hos mouisse capita sua , sicut prophe
tabat princeps ille synagogæ : Expedit vnum mori pro Ioan.11.
populo.Aliud dicere volebat,aliud significabat . Et isti
aliter mouebãt caput quasi insultantes, & aliud annun
ciabant quia ipse erat qui venit vt pigrum illud atque
terrenum principale hominũ cõmoueret,quo euacuata
obseruatione literæ, mysterium quæreremus in verbis.
Vnde ait.Posuisti nos in parabolam gentibus, commo- Psal.43
tionem capitis in populis. Quod in bono vtique accipi
tur,quia præmisit:Et in natiões dispersisti nos: Dispersi
sunt enim Iudæi,vt reliquiæ eorum saluæ fierent secun
dum electionem gratię. In parabolam autẽ positi sũt, vt
ea quæ per parabolam dicta sunt, reuelata esse illorum
exitu discerem⁹, vel eorum exemplo admoneremur ca
uere perfidiam. Tunc enim cognouit magis Hieremias
Iudæam esse defiendam,et ideo Hierusalem captam esse
tũc tẽporis prophetauit,quando redẽptorẽ propriũ nõ L
recepit.Illi igitur insultatur,de qua dicent:Hæc est, in
quit , ciuitas vniuersæ terræ . eò quod vbi erat ante fidei
iucunditas , ibi nunc sit amaritudo perfidiæ . Vel certe
mouendo caput suum , & de corporalibus ad spiritalia
transeundo mereatur audire,cum crediderit in Christũ
quod corona sit gloriæ Quę est autem corona gloriæ,ni
si ecclesia,quæ caput suum Christum coronat? Quæ iu- Psal.18.
cunditas vniuersæ terrę, nisi domus populi Christiani,
aula sanctorum,de quib⁹ scriptum est: In omnẽ terram
exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum Cant.3.
Ego quia corona gloriæ est ecclesia,ideo dicitur in Cã
ticis:Egredimini filiæ Sion,&videte regem Salomonem
in corona qua coronauit eum mater eius in die sponsalitij
eius,& in die iucũditatis cordis eius . Ad animas dicitur
vt ẽ gurgustijs & claustris exeant corporalib⁹,extra cor
poris cogitationes exeant,egrediantur à cupiditatib⁹ &
à curis & cæteris carnis istius & affectus lubrici passio
nibus,supra mundum ascendãt,de hoc mundo exeant,
Christo occurrãt,paratę asint facibus ardẽtibus relucẽ
tes.Quasi angeli Christi hoc loquẽtur , Non potestis vi
dere claritatem eius,gloriam eius, nisi egredia mini hu M
manę fragilitatis curas,filiæ Hierusalem . Quasi dicant:
Quid viuentem inter mortuos quæritis? Non intra hũc
mũdum quæritur Christus, qui supra mũdũ suos voluit
esse discipulos. Quæ est corona qua coronatur Christ⁹
nisi conora gloriæ?Ioseph coronã habuit castitatis, Pau
lus iustitiæ,Petrus fidei . Singularum virtutum corone
sunt.Sol⁹ Christus habet coronam glorię, qua eũ eccle
sia coronauit.In hac corona ões coronę sunt , qa gloria nõ portio vnius coronę, sed præmiũ omniũ corona
rum est.Tertia traditione mouerunt caput suũ, hoc est
Christum,qui est caput suæ plebis.Caput eius aurum ce
phas.Vnde & Aquila petrum aurum dixit:Symmachus
lapidem aureũ , quod significat stabilẽ eminentẽ eq; sa
pientiam.Corpus Christi,ecclesia est.Hui⁹ caput aurũ,
id est,sapientia preciosa sanctorum est,hoc est, viri iusti
atq; prudentes. Crines eius abietes nigræ sicut torax,de
quo alibi ait:Capillamentum tuũ vt grex tonsarũ : Ideo Cant4.
capillamentum,quia virtus omniũ sensuũ in capite est. &.6.
Oculi enim sapientis in capita eius. Profunda igitur do Eccle.2.
ctorum prudentia,quæ potest ea quæ obscura sunt reue
lare,& alta aperire sensuum . Et huiusmodi disputato-

A res crines ecclesię sunt,sicut pulli coruorũ,quib⁹ domi
nus escam dat:sicut dedit sancto Iacob à iuuentute ci⁹
& eum pauit.Hos altos ac profundos vbertate doctrinæ
Canti.4 pascit dominus cælestibus sacramentis . Oculi quoque
&.5. eius sicut columbę.Oculi sunt viri , videlicet spiritalib⁹
ornati sensibus,qui ad videda mysteria sunt acuti,& pa
rati ad penetranda scripturę secreta diuinæ, rationibili
lacte fulgentes,in qbus non sit aliqua doli maculosa cõ
fusio,sed simplicis affectus pura & immaculata synceri
Canti.1. tas.Ideo in aquarum abundantia lotas has columbas in
lacte memorauit.Iam cętera Dẽtes & genas,& sicut coc
cineum restículum labia sponsæ,intelligimus animę es
se virtutes,doctorũmq; diuersitates: qui vel spiritalẽ mẽ
ti alimoniam dispẽsatione sedula subministrẽt, vel præ
dicatione dominicæ crucis,sicut verbi quadã linea alli
gent audientẽ,vel modestia verecundi, et iuuentutis flo
re gratissimi.Et si à tractatu pudore reuocentur, redole
at tamen in his odor Christi,& sicut in Genesi , quasi de
capite sacerdotali discendit vnguentũ,eluceat pulchri
tudo doctrinę.Et hoc caput mouit synagoga, & ideo ab
stulit dominus mirabilẽ consiliariũ,et prudentẽ archite
ctum & sapientẽ auditorem. Caput , inquit, & caudam:
quoniam qui caput nõ tenuerant, nouissima habere nõ
possunt.Sed iam ea quæ annexa sunt consideremus.

Iniquos odio habui, & legem tuam I dilexi

Quanto ergo dominus noster perpendat affectum,san
ctus propheta Dauid hoc versiculo declarauit , quia cũ
suos inimicos nequaq̃ sit persecutus,vtpote qui & regis
B Saul,à cuius insidijs periculũ salutis cauere vix poterat,
nec vitam putauerit appetendam, & mortem æstimaue
rit vindicãdam, & patricidę filij ingemuerit interitũ, &
multorum persequentiũ se flagitijs appetitus ignouerit,
vt ipse ait quia vicem iniuriæ lædentibus nõ rependerit
prævaricatores tamen diuinæ legis exosus horrescat: in
quo vtiq; & clementia morũ eius, mãsuetudoq; pietatis,
& vehemens deuotionis aperitur intentio, Euangelici
præcepti conueniens disciplinæ, quã prophetico spiri
tu pręuidebat.Etenim dominus IESVS & nostrorũ ini
micorum dilectionem nobis expetẽdam esse præcepit ,
& dei hostes etiam si nobis aut parentum, aut filiorum,
Luc.14 aut coniugii germanitatisq; necessitate copulentur , o
dio persequendos.Sic enim scriptum est:Si quis venerit
ad me,& non oderit patrem & matrem,& vxorem,& fi
lios,& fratres,& sorores,adhuc etiam & animam suam,
non est me dignus. Quod si quis ociosis accipiat auri⁹
Deut.6. fortasse dicat:Tu domine IESV legẽ dedisti,dicens: Di
Leui.19.c lige dominum deum tuum, dilige proximum tuum . Et
Deut.5. vt impleres hanc legem,venisti. Dixisti per legẽ:Hono
ra patrem & matrẽ ,& in euangelio iubes vt parẽtes ode
C rim?Quomodo sibi conueniunt ista præcepta?Sic mitis
& humilis corde venisti? Non possum saluo pietatis iu
re odisse patrem , cui debeo quod creatus sum,nec ma
trem longo decem mẽsium fastidio pii fœtus onera por
tantem,cui in absolutione pl⁹ periculi, in dilatione pl⁹
tædii est. Quid dulcissimi merentur filii vt paterno ex
cludantur amore, cum sit impium moti nolle pro libe
ris?Quid vxor charissima quædam vitæ cohæres,& con
sortiũ communis naturæ ? Quid fratres iisdem cõcreti
visceribus,atque formati eodẽ naturæ hospitio in hunc
vsũ lucis emissi? Oderi ergo pignora charitatis ? Ita cuã
gelii lenitate rigorem prædurę legis Iudæis inflectis , vt
quorum lex condemnat iniurias , eorum tu euangelio
tuo condẽnes gratiam? Video istiusmodi assertioni me
respondere non posse,sed tu domine respondę . Nec e
nim indiges vt excuseris,qui nõ eguisti vt vinceres. Res
pondebit igitur.Ego non condemno pietatem, qui odi
Eccle.3 iniquitatem.Ego parentes non precipio non amandos,
qui inimicos suadeo diligendos.Sed non legisti tempus
amandi,& tempus odio habendi,et tempus belli,& tem
pus pacis ? De quo hoc dicit Ecclesiastes? Nonne de eo D
quod ratione temporis fiat,vt aliquos pie & amare & o
disse possimus,vt quos dilexeris, odisse:& quos oderis,
amare conueniat?Non ego parentum infudi odia pecto
ribus filiorum,nec cõiugum suasi fastidia mentib⁹ ma
ritorum.Naturam interroga quid exegerim,quę vtique
authoris arbitriũ genitali singularũ necessitudinũ testa
tur affectu.Amare parentibus filios,lex naturæ est:mari
tis coniuges,lex diuina est,quæ coniugii charitatẽ in na
turã vertit,vt fiat vna caro,& vn⁹ spiritus. Diligere fra
tribus fratres naturæ prærogatiua est, quæ eodem domi
cilio diu fotos assuefecit ad gratiam charitatis.Non er
go necessitudinũ itestinia bella mãdaui,sed illecebrã su
spectam habui:An non iure suspectam,cum serpens il
le callidus et astutus ad construẽdas nequitiæ suæ artes,
quo incorruptæ ac rudis naturæ dote fundatũ primoge
niti Adam labefactaret affectum, fœmineis magis illece
bris,quã suis cõmisit venenis?Itaque fœmina virum quẽ
serpens tentare nõ ausus est,cibo oris & via moris insse
xum molli quadã & cõciliatricula vxoriæ sedulitatis af
fectione traduxit . Et adhuc Eua liberos non habebat:
quorũ gratia vti dulcis ad amorẽ , ita esset facilis ad la
psũ.Quã plurimos à martyrii cõsummatione sæpe reuo
cauit?Denique sæpe cognouimus quoniam quem formi
dolosa carnificũ pompa nõ terruit, nec diuisi lateris sul
cus infregit, nec ardentes laminæ à triumphalis fortitu
dinis rigore abducere potuerunt,eum inter sacra iã præ
mia constitutum,vxor teneræ sobolis oblatione misera
bilis vnius lachrymæ miseratione decepit: Samson ca
ptus est per vxorem,nũquid tu fortior?Salomon captus
E est in vxore,nunquid tu sapientior ?Ille igitur cuius sa
pientia totis celebratur seculis ,factus est insipiens,quia
nimiũ amauit vxorem . Quid de fratribus dicã? Experta
est in liberis & prophetæ domus detestabiliora inimici
oscula,quàm odia esse fraterna.Itaque fratricidiũ pater
quidem fleuit,sed magis est indignatus incestum. Deni
que licet parricidam , percussorẽ tamẽ reuocabat ince
sti.Tempus igitur amandi,tẽpus odio habendi , hoc est,
tempus martyrii,quando ea quæ diuina sunt,omni cha
ritati necessitudinũ præferenda sunt.Tempus belli, quo
etiam bellum pro Christi nomine perfidis pignorib⁹ in
feramus.Tempus pacis,quia in pace locus eius . Deniq;
ipse in euangelio euidẽter exposuit qua ratione nostros
debeamus odisse,dicẽs: Qui diligit patrem aut matrem Mat.10.
plus quàm me,non est me dignus . Non dixit indignos F
esse qui parentes suos diligunt,sed eos indignos ait, qui
plus parentes quàm Christum diligunt. Si enim ideo de
ferimus parẽtib⁹,quia nostræ generationis authores sũt
quanto magis Christum oportet amare,qui ipsorum est
author parentum?Isti dederunt quod non potestatis est,
sed ministerii sui: Christus donat salutem, qui parentũ
beneficia conseruat. Pulchre autem dixit: Iniquos o
dio habui,legem autem tuam dilexi: quia si legem ama
mus,odisse debemus aduersarios legis, qui operibus su
is præcepta legis impugnant . Græcus melius eos,& pro
prie nũcupauit dicens, παρανόμους παράνομος ex lex
vocatur, qa extra legẽ est. Hos ergo odit q in lege Chri
sti est,quia legis mandata nõ seruãt Nõ solũ enim q legẽ Rom.2.
nescit,sed etiã ille q non agit fecũdũ legẽ exors legis est
quia nõ auditores legis tantũ, sed factores legis iustifica
buntur.Redarguit me ipse Dauid si aliter intelligam.
Quomodo iniquos homines oderat , qui patricidam
filium commendabat præliatoribus , ne eum aliquis o
cideret, qui Saũl regis mortem etiam vindicauit in eum
qui à se nunciauit occisum?Ergo non iniquos homines,
sed iniquos sermones oderat.] Denique iniquos hos di
xit odio habui,non addidit viros . Denique cum dicat
IESVS in euangelio,Diligite inimicos vestros: dicat A- Matt.5.
postolus,Benedicite eos qui persequuntur vos:& nolite
maledicere:quomodo excusaretur iste vir euãgelica vi
uens disciplina,si iniquos hoies odisset:nisi ĩtelligas qđ

G iniquitatem odio habuit, non eos qui & si operentur iniquitatem, posſent tamen euãgelica prędicatione cõuertí: Aut certe nisi ita accipiamus quia sicut ille qui nõ honorat patrem, iniquus est: idem tamen secundum illud
Lucæ. 14. exosus patrem, quod scriptũ est: Qui non odit patrẽ aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut animam suam, non potest meꝰ esse discipulus: etiam laudabilis habetur: sic & iste iniquos odio habuit. Eodem modo & eos oderat quo patrem prævaricantem, aut animam suã, præferens videlicet vitæ eius suauitati gratiam Christi.

II Adiutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum spero

*alias supsperaui. Audiutor per legem, susceptor per euãgelium. Quos lege adiuuit, in carne suscepit, quia scriptũ est: Hic peccata nostra portat, & ideo in verbum eius spero. Græcus tamen ἐπῆλπισε habet, quod est superspe raui, quod de eo dicitur qui sẽper addit ad sperandum & cum speraverit aliquid, iterum sperat, & spe proficit, extendens se semp ad superiora, & ea quæ præteriit obliuiscens. Pulchre autem ait: In verbum tuum sperauí, hoc est, nõ in prophetas sperauí, non in legem, sed in verbũ tuũ sperauí, hoc est, in aduentum tuum, vt venias & susciꝑias peccatores, delicta condones, quem lasam tuis in cruce humeris bonus pastor imponas. Si quis sperat in Christum, separare se debet à consortio perfidorum. Ideoque dicit:

III Discedite à me maligni, & scrutabor mãdata dei mei.

H Cuius versiculi testimonio significatur quia vbi mali
Sapien. 1. gnitas est, ibi custodia mãdatorum cęlestiũ esse nõ potest. In maleuolam enim animam intrat sapientia. Et alibi: Quærent me mali & non inuenient. Simplicẽ mentẽ ac defęcatum animum diligit Christꝰ, nec potest immaculatæ virtuti vllum cum maculosis contubernium esse. Flagitia odit, refugit, aspernatur contagia, qui dicit Discite à me quia mitis sum. Malignos repellit, laborantes vocat. Dicit illis IESVS: Discedite à me omnes qui
Psal. 6. operamini iniquitatem. Istis ait: Venite ad me omnes
Mat. 11. qui laboratis & onerati estis. Non vtique malignitate mentis, sed infirmitate carnis onerati. Onorati, inquam, alieni hæriditate peccati. Laborantibus subueuio, frau dulentis prodesse non debeo, ne pluribus noceant. Hos pœna compescat, illos emendet gratia. Malitia enim fons peccati est, culpa infirmitatis est lapsus. Illi debeo subuenire qui laborat, illum etiam odisse qui decipit. Malas igitur operationes repellit. Nam nisi ita accipias, videtur dicere: Discedite à me, quia mundus sum, quia purus sum. Hoc Pharisæus dicebat, & reprehensus
I à Christo est. Non ergo propheta dicit, Mundus sum,
Psal. 50. sed cor mundum crea in me deus. Ideoque relegato cõsortio malignorum, quasi qui ante pẽmixtus illos susciꝑi non posset à domino, dicit:

IIII Suscipe me secũdum eloquium tuum & viuam, & non confundas me ab expectatione mea.

Si viuit qui in sinu est patriarchæ Abrahæ, vt ille Lazarus pauper, quanto magis viuit qui susciꝑitur à Christo? Quomodo enim potest non in æternum viuere, quẽ sempiterna vita susciꝑit, quem totũ sibi Christus assũpsit, qui totus verbi est, cuius vita absconditа est in Christo IESV? Sed qui in sinu Abrahæ sedet, susceptus à Christo est. Intolerandæ autẽ præsũptionis videretur dicere domino, Suscipe me: nisi promisum eius adiunge ret: hoc est, Vt hoc auderemus, ipse fecisti, tuo te chirographo conuenimus, quoniam nostrũ chirographũ sustulisti. Nos fecimus chirographum mortis, tu scripsisti chirographũ vitæ. Ergo nõ cõfũdas ab expectatione sua
Cnm. 5. seruulũ tuũ, quia in te sperо. Spes enim non cõfũdit. Et si tribulamur, patientiam subministra vt ferre posimꝰ, vt qui à te expecto, non opprimar infirmi tatibus, non K
succũbam tentationibus, nõ affligar procellis, in quibꝰ est probanda patientia, vt probatio cõsequatur spẽ quæ confirmat & roborat, quæ non confundit. Hoc est, frãgimur frequenter laboribus, fatigamur: sed si spes desit, cõfundimur, & tota mẽte turbamur. Sed esto, sint aliq duri ad labores, firmi ad iniurias perferendas: si spẽ auferas, nõ potest perpetua esse patiẽtia, Ipsa patientia nõ probatur si fides desit, cuius radix spes est. Quæ enim potest probatio esse, nisi pro Christi nomine vel incommoda vel pericula vniuersa sustineas? Ideo spes est sola 2. Cor. 7.
quæ nostrũ nõ confundit affectũ. Vbi est spes: apostolicũ illud, foris pugnæ, intus timores nocere nõ posunt. Alia interpretatio habet, Non erubescere facias: Non erubescet qui sperat in Christum. Ideoque qui bene sperat, Psal. 24.
dicit: In te cõfido, non erubescã. Et bene ait, cõfido. Robur enim spei nostræ, & quædam sperãdi authoritas, cõfidentia est. Spera igitur semper, et nemo te ab expectatione confundit, Expectatio nostra, vita æterna est. Expectatio nostra est regnũ dei, angelorũ cõsortiũ. benedictiones sunt spiritales. Spera quotidie, finẽ ista res nõ habet, nescit iuducias. Spera etiam positus in aduersis. Si quis dicat tibi aliqua forte necessitudinũ amissione percusso, Quid tibi prodest iustitia tua? tu tamen spera, L
non deficiat fides tua. Si qꝭ dicat tibi, Quid tibi quotidiana profuere ieiunia? Quid castitas corporis, pudor mẽtis? ecce sicut iniustus & impius vulneratus es: non deficiat fides tua. nam etiam si infirmus es, fidelis tamẽ solicitus est pro te Christus. Dicit ad discipulos, Date illis Mat. 14.
vos mandicare, ne deficiant in via. Habes apostolicum cibum, manduca illum, & non deficies. Illum ante mãduca, vt postea venias ad cibum Christi, ad cibũ corporis dominici, ad epulas sacramenti, ad illud poculũ quo fidelium inebriatur affectus, vt lætitiã induat de remissione peccati, curas seculi huius, metum mortis, solicitudines deponat. Hac ergo ebrietate corpus non titubat, sed resurgit, animꝰ nõ cõfunditur sed consecratur.

V Adiuua me, inquit, & saluus ero, & meditabor iustificationes tuas + semper

+alias, iustificationibus tuis. Qui sperat, præsumit iuuari. vbi autem adiumentum dei, ibi certum salutis auxilium. Supra dixit: A diutor meus et susceptor meus es tu: hic iterũ iuuari petit. quasi dicat: Sine cessatione me adiuua. Nõ mihi satis est quod M
popoſci, iterum peto vt saluus fiam. Hic non magna, nõ vera est salus: tũc saluus ero, cũ fuero in paradiso, cũ viuere cœpero inter electos tuos angelos, cum laqueos terrę huiꝰ euasero. Sed ne forte adiuti ĩ necessitatibꝰ, post ea in prosperis positi negligamus, docet nos immemores beneficiorum cælestium nequaq̃ esse debere, sed meditari iustificationes domini, vt & cũ boni operis aliqd fecerimus, semper tamen ei nostra peccata fateamur. Hæc enim est iustificatio domini. Denique pharisæi nõ iustificauerunt deum, qui baptisari baptismo pœnitẽtiæ noluerũt. Ergo ille iustificatur, quem suorũ pœnitet delictorum. Quẽ enim pœnitet, cõfitetur, vt est illud: Tibi Psal. 50.
soli peccaui, & malum corã te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis. Ideoq; publicanus magis iustificatus exiit è templo, quia Pharisæus se iustificabat suas iustitias Luc. 18.
prędicando, publicanus autẽ iustificabat deũ iniquitates proprias cõfitendo. Ergo qui meditatur iustificationes, semper humiliatur. Non hodie humiliatur, & cras exaltatur, sed sẽper humilis corde, et mitis affectu est. Plus est aũt sẽper, q̃ die ac nocte, vel tota die: hoc enim supra tempus est. Ergo vel inter angelos annumeratus dicas oportet iustificationes dei semper, & illam quã adeptus es gloriam non tuis meritis arroges, sed diuinæ misera tioni semper adscribas, ne tibi dicatur: Quid habes q̃ non accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non 1. Cor. 4.
acceperis? Omnis enim creatura quæcũque bona habet: accepit à Christo, qui totius est author creaturæ

A Spreuisti, inquit, omnes qui discedunt a
VI iustificationibus tuis, quia iniqua * cogitatio eorum.

*Alias discedentes à iudiciis tuis quia ĩ iusta. Omnis superbus immundus est in cõspectu dei, quia non potest per superbiam suã mundare peccata, qui arrogãti spiritu coaceruat errorẽ. Ideoq; spernitur atq; despicitur, quia despectu habet diuina mandata. Bene autẽ cælestis seruatur prærogatiua clemẽtiæ, quia nullũ repellit, sed quicunq; noluerint peccata propria cõfiteri, ipsi discedũt à domino deo nostro. Denique ille discesit q peregre profectus, omne quod acceperat à patre, fidei & gratię patrimoniũ dissipauit. Et quia cũ discessisset pœnituit, postea est regressus ad patrẽ quẽ relinquerat tũc cum peccatum propriũ nollet cõfiteri. Non ergo inter uallo locorũ deus relinquitur, sed prauitate morũ, & deformitate gestorum. Discedit à domino qui se elõgat à domino, quemadmodum audita præsentia dei Adam latere cupiebat. Sed discedens à domino salutẽ habere nõ
Psal. 72. poterit, quoniã scriptũ est: Ecce qui elongant se abs te, peribunt. Vnusquisque igitur suis studiis sese aut iungit aut separat. Denicq; qđ plerosq; nec locorũ iteruallа secernãt, vel finitima vel vicina cõnectãt, iudicio est, quia
Esa. 6. sunt plerique in corpore siti qui peregrinantur à corpore, & aſsunt deo, vt ille qui dicente deo, Quem mittã? respõdit: Ecce ego. Audet & Paulus adesse deo, quia nihil in
Gene. 4. se præter carnis materiam videbat esse corporeum. Exiuit Cain à facie dei postq̃ cõmisso parricidio gerendam peccatorum suorum pœnitentiã nõ putauit. Recte autẽ ait: Ad nihilum deduxisti præuaricatores. Non peccatores dixit, sed prævaricatores. Nam quæ nobis spes foret, quando omnes sub peccato sumus? Etiam illud pulchre
B Omnes ad nihilum deduxisti præuaricatores. Siue ille diues sit, nihil illi diuitiæ suæ prosunt: siue honoratus, nihil dignitas: siue potens, nihil potentia. Sed aliud est prę uaricatorem esse descedentem à iustificationibꝰ dei, aliud prævaricatorem esse terræ: Illud grauius, hoc leuius,
VII Ideoque subiecta ne turbent, vide quid subiecit his.

*alias prę uaricantes reputa ui. Præuaricatores æstimaui + omnes peccatores terræ propterea + dilexi testimonia tua semper.

4alias ideo. Recte prævaricator dicitur, q discedit à domino. Denicq; Græce à discedendo apostata nominatur. Vnde et ille
Eccle. 19. Vinũ & mulieres faciunt apostatare. Cauenda ergo incentiua & lenocinia delictorum, ne in scelus vergãt. Prę uaricator autem Latine & trãsgressor vocatur, eo quod à lege domini transeat ad errorem, & trãsgrediatur mãdata cælestia, cui dictũ est vt adhæreat domino deo suo. adhæreto igitur indiuiduo sẽper affectu, ne te ab eo vis vlla posit euellere. Si quid rarum, si quid intermissum aduersarius viderit, statim se immittit in pectus & cor
C tuum, vt te laqueo teneat suæ fraudis & hostilis, vinculo potestatis innexus à deuotione retraharis. Sed non solus ille prævaricator est, qui post habita ecclesia ad cultus transgreditur idolorum, sed etiam quicunque legis mandata non seruat. Omnis enim peccator, prævaricator. Vnde illud: Omnis prævaricatio iustã accipit remuneratiõnẽ. Nomen cõmune, sed diuersa merita delictorũ, & precia ergo diuersa culparũ. Quid sibi vult quod
Luc. 15. ait, peccatores terræ? Sunt ergo & cæli peccatores, sicut ille qui ait: Peccaui in cælum, & coram te. Sunt qui dicãt quia is qui cælestia non seruat oracula, prævaricator est cęli. Sed siue hoc siue illud sit, è diuerso vnum significa mus peccatorem, alterũ prævaricatorẽ, quia minuit gratiam quam accepit è cęlo, quam spiritus sanctus infudit, siue quia auis cæli factus, non debes in terram redire de cælo. In cælũ ergo peccas, si cæli icola cælũ reliquas. Di
Psal. 100. uersitas igitur est eorũ: Alii peccatores cæli, alii peccatores terræ sunt. In matutinis, inquit, interficiebam omnes peccatores terræ. Quomodo vnus omnes interficere po
terat peccatores terræ? Sed si cõsideres iustum, cui nox D
præcessit, dies appropiquauit: potes videre quomodo ex oriente tibi sole iustitiæ de luce vigilans interficias fomenta omnia delictorum. Vtinam mihi aspiret hęc gratia, vt gladio spirituali qui est verbũ dei, ab ecclesia domini incentiua vniuersa possim abolere vitiorum, & terrena auferre delicta, quibus in foueam quandã lubrici prę cipitamur erroris, vt de ciuitate dei expellatur iniquitatis operator. Ciuitas dei, ecclesia est, ecclesia corpus est Christi. Peccat in cælũ, qui cælestis ciuitatis iura contaminat, et immaculati corporis violat sanctitatem suorũ colluuione vitiorum. Et vide ne forte sint qui cæli & terrę peccatores sint. Nam vtiq; Adam cũ in paradiso esset cælestis erat, post lapsum autem terrenus est factus, & de paradiso expulsus est & eiectus. Vnde & Apostolus ait:
1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cælo cælestis. Abiiciatur ergo à nobis imago terreni, susciꝑia tur imago cælestis, nõ fuco expressa, nõ cæris, nõ colori bꝰ adumbrata, sed moribꝰ, in qua Christus se agnoscat.

VIII Confige clauis à + timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.

+alias nõ habet clauis à. Qui diligit domini testimonia, configit clauis carnes suas, sciens quia vetus homo suus cum Christo cõfixus cruci, luxuriã destruat carnis, ne cupiditates eius indomito feruore lasciuiant, ne radix auaritiæ serpentibꝰ se fundat radicibus. Confige ergo clauis, & destrue fomẽta peccati, moriatur in carne tua õnis illecebra delictorum, libertatem vagandi cupiditas voluptatum cruci affixa non habeat. Est quidã clauus spiritalis, qui patibulo crucis dominicæ affigat has carnes. Et fortasse sunt carnes quædam animæ, sicut corpus est animæ. Carnes animæ sunt carnales cogitationes. Configat has carnes ti- E
mor domini & iudiciorũ eius, & seruituti redigat. Qđ
si carnes istæ reiiciunt clauos diuini timoris, haud du- Gene. 6.
bie dicitur: Non permanebit spiritus meus in his hominibus, quoniam carnes sunt. Nisi igitur affigantur crucі hæ carnes, & configantur clauis à timore domini, nõ permanebit his spiritus dei. Sicut sunt aculei timoris, quibus cõpungimur: ita sunt claui timoris, quibus configimur. Qui cõpungitur, excitatur: qui cõfigitur, mortificatur, vt peccato deficiat, deo viuat. Vt sciamus autẽ clauos, spiritales esse, etiam stimuli spiritales sunt, de quibus scriptum est: Durũ tibi est aduersꝰ stimulũ calci Actu. 9.
trare. Hoc stimulo Paulus stimulatus surrexit è terra, & se leuauit, vt conuersaretur in cælo. Confixꝰ est clauis a postolus Thomas, vt diceret: Nisi videro in manibus eiꝰ
Ioan. 20 fixuras clauorum, & mittã digitũ meũ in locũ clauorũ. Clauі erant bonæ cupiditates, clauі erant, etsi non perfectæ fidei, tamen fidei incremẽta quærentis. His cõfigitur clauis qui Christo commoritur, vt cũ Christo resurgat.
F His cõfigitur clauis qui mortificationẽ domini IESV in corpore suo portat. His clauis cõfigitur q meretur audire dicentem IESVM: Pone me vt signaculum in cor Cant. 8.
tuum, vt sigillum in brachiũ tuũ, quia valida est vt mors charitas, durus sicut inferi zelus. Infige ergo pectori tuo & cordi tuo hoc signaculum crucifixi, infige & brachio tuo, vt opera tua peccato mortua sint. Nihil in his crimi nis retinuiscat, nihil erroris resurgat. Fortasse hanc imaginem clauі non solum timoris, sed etiã charitatis affigunt, quia valida est vt mors charitas, durus sicut inferi zelus. Non te ergo offendat duritia clauorũ, quia est duritia charitatis: nec validꝰ clauorũ rigor, quia valida est etiã charitas sicut mors. Charitas enĩ culpã et õnia peccata mortificat. Charitas sicut mortis iđ ꝰ interimit. De hiq; morimur flagitiis atq; peccato, dũ domini mandata diligimus. Charitas est deus, charitas dei vebũ est, quod Heb. 4.
est validum, & acutius oi gladio acutissimo, vsq; ad diuisionem quidẽ animæ ac spũs, artusq; & intima penetrãs medullarũ. Est durus ergo zelus charitatis, qui nõ cedat infernis, cũ pro dei zelo vnusquisq; nec suis parcat. His

G clauis charitatis cõfigatur anima nostra & caro nostra,
Canti.5. vt & ipsa dicat: Quia vulnerata charitate ego sum. Habet ergo clauum suũ charitas, habet gladiũ suũ, quo anima vulneratur. Felix qui hoc gladio meruerit vulnerari. Hęc sunt vulnera quę oscula præferũtur: vtiliora vulnera amici, q̃ volũtaria oscula inimici. His nos vulneri-
Prou.27 b⁹ offeramus, quibus quicũq; mortuus fuerit, mortẽ gustare nõ poterit. Talis eorũ erat mors, qui dominũ sequebantur, de quibus dictum est: Sunt aliqui de istis astanti-
Matt.16. bus qui non gustabunt mortem donec videant filiũ hominis venientem in regno suo. Merito Petrus non time-
Mat.26. bat hanc mortem. Nõ timebat enim, qui dicebat quia etsi oportuerit eũ pro Christo mori, non eũ relinqueret aut negaret. Tollamus ergo crucẽ domini, quę configat carnes nostras, peccatum destruat. Et timor qui cõfigit carnes. Nisi, inquit, quis tulerit crucem suam, & secutus me fuerit, non est me dignus. Ille enim dignus est, qui habet Christi timorem, vt crucifigat carnale peccatum. Hunc timorem sequitur charitas, quæ consepulta cum Christo, non diuellatur à Christo, moriatur in Christo, attumuletur Christo, resurgat cum Christo.

SERMO DECIMVSSEXTVS.

Ain. y IN litera decimasexta, cuius interpretatio est oculus, siue fons. Oculo vtimur videndi munere: sed videmus ea quæ complacent, et sępe quæ displicẽt: nec in eo oculi est vel culpa vel probitas, pro eorum qualitate quæ viderit. Oculi est enim officium nũciare quæ viderit. Est sana offẽsa vel gratia, si aut delectetur suauibus, aut offendatur aduersis. Ideo frequenter oculus suppliciorũ dicitur, ocu
l⁹ tentationis, oculi hœdi, oculus vitulæ, oculus generationis, aut fons generationis. Legimus in euangelio quia
Ioan.3. baptizabat Ioannes, in Ennon. Ennon oculum supplicii orum interpretati sũt. Itaque nemo venit ad baptismũ, nisi qui desiderat sibi propria peccata dimitti, quorum supplicia corde prouido perhorrescat. Itaque licet oculus suppliciorũ dicatur, prouidentis est tamẽ supplicia, non sustinentis: licet baptismum pœnitentiæ habeat aliquam de suppliciorum susceptiõe tolerantiã. Oculi est vt intuendi officio fungatur, tuum est cauere quod videris. Denicq; & oculus tentationis dicitur, quia per oculũ
Mat.5. sæpe tentamur. Ocul⁹ meretricis laqueus amatoris. Sed oculus nihil delinquit. Ideoque saluatoris sententia plena iustitiæ est, dicentis: Qui viderit mulierem ad concu-
I piscendum eam, iam adulterauit eã in corde suo. Nõ dixit, Qui viderit mulierem, sed ad concupiscendũ viderit. Oculum absoluit, mentem ligauit. Non dixit, adulterauit eã in oculo, sed in corde. In oculo visus est, in corde peccatum. Oculus hœdi ad sinistram est: quod ea quę dextera sunt peccator videre nõ possit. Sãctus autem di-
Psal.15. cit: Prouidebam dominũ in cõspectu meo semper, quoniam à dexteris est mihi, ne commouear. Et Petro sancto apostolo, cum tota nocte nihil cepisset, vt legim⁹ in
Ioann.21. euangelio, à saluatore dictũ est: Mittite in dexteram partem retia nauigii. Itaque fretus imperatis cęlestib⁹, misit retia, & plurimũ piscium congregauit. In sinistra nox erat in dextera diuini sermonis claritudo fulgebat diuina.
Est & oculus vitulæ: quod eque ad peccatores refertur: quia sicut iugi lora vitulæ, ita peccatores attrahunt iniquitates, non dirũpentes neque abscindentes proprium sed longo trahentes fune peccatũ. Indomita enim vitula sero mansuescit, & trahit lora, nõ suscipit, quia impatiẽs est tenẽdi: & quo diuti⁹ traxerit, eo ampli⁹ impeditur. Oculus quoq; generationis, aut fõs generationis dicitur, quia ex oculi conspectu aut bona aut aduersa generantur. Vidisti mulieris pulchritudinem, laudasti artificis opus, venustatem naturæ: generatio fidei, deuotionis est partus. Contentus fuisti formæ decore, non sẽsus ambitione sumpsisti in vxorem, genuit filios liberalioris gratiæ: oculus tibi fuit generatio prosperorum. Cõtẽpla tus es sacram puellã, pressit oculos tuos augustæ reuirẽtia castitatis: prædicasti dominum IESVM, qui senilẽ dedisset in adolescentula ætate grauitatẽ, immaculatámq; vitã inter infirmas tam lubricæ carnis illecebras humanis infudisset affectibus: fons bonorũ est. Vidisti posses
siones pupillorum, nõ ad inuadẽdũ, sed ad tuendũ: & paternis ingemuisti visceribus si quid aduertisti de minoris cõmodis esse neglectum, repulisti eũ qui fines ei⁹ vo
lebat inuadere, iudicasti pupillo: oculus tuus fons tibi fuit & origo iustitiæ. Iudicasti viduæ. Sicut enim mala drachma nõ est drachma, sic malũ iudiciũ nõ vtiq; iudicium, Iudicasti ergo sicut iustus & bonus iudex. Vidisti vsurpatorẽ improbũ, qui maritali auxilio destitutã suã prædã putaret: iniq̃tatẽ nõ passus es, attulisti indefensæ opem: quo adiuta præsidio, inofẽsa opere castitatis exercuit, nec auxiliũ quærere maritale compulsa est. Dicit ti
bi domin⁹: Venite disputem⁹, qa iudicasti viduã, ocul⁹ Esa.1.
tuus fons gratiæ tibi factus est. Vidisti nudum corp⁹ inopis iacere defuncti, non præteristi, vt ille qui exponitur in euangelio sacerdos atq; leuita: sed cõtinuo miseratus sepulturę te solatiis tradidisti: generauit tibi ocul⁹ mate
L riam redẽptionis. Contra, si aspiciẽs agrũ pupilli vineis consitũ, lætũ segetibus, nemoribus vmbrosis, aut fluuiis decurrentibus, aut fontibus scaturiẽtib⁹, aut riparũ hęr
bosis amœnum thoris, & auaritiæ facibus accẽs⁹ trãstulisti patrum limites, atq; in possessionẽ indefẽsã impropius irruisti: oculus tuus tibi mortis ppetuę acerba genera
uit. Vicinę viduæ iura temerasti, coegisti eam, quæ aut dolorẽ suũ, aut pudorẽ secretis clausa parietib⁹ fouere deberet, prosilire in publicũ, inuerecundius q̃ iniusti⁹ litigare: oculus tuus partus iniquitatis est fact⁹. Vidisti inopẽ superbo oculo, & insatiabili corde, despexisti precẽ pauperis: & quẽ misereti debueras, cũ fastidio pręteristi: oculus tuus fõs tibi fuit & origo peccati. Ideoq; ocu
li tui non lupi oculi sint, & insidiãtes ad prędã, sed sicut Canti.7
sponsæ dicitur: Oculi tui stagna in Esebõ, in portis filiæ multorum: nares tuæ sicut turris Libani. Stagna in Esebon quid est, nisi in cogitationibus rationabilib⁹ abundantia, quę est i portis ecclesiæ, cui merito defertur multitudo doctrinę? Filia enim multorũ, plurimarũ doctrinarũ posteritas effectus est, cuius naris odor est sacrificiorũ floribus oibus prestãtius. Quid enim Christi odore sublimius, qui aboleuit thuris fragrantiã? Oculus ergo iste
M quideat quæ futura sunt: & si aduersa imminere præuiderit, fletu lachrymisque emollire ac mitigare nõ desinat. Ideo Hieremias in captiuitate gẽtis Iudææ posit⁹, futuram præuides perpetuę captiuitatis erumnam, quam Thren.1.
perfidiæ precio Iudeorum popul⁹ habebat exoluere, dicebat in Threnis sub hac eadẽ litera. In hoc ego fleo, oculi mei caligauerunt à fletu, quia elõgauit à me quime cõsolabatur. Nõ igitur abductũ se esse de terris suis dolebat, sed à Christo populũ relinquẽdũ, cõsolationẽque futuræ vitæ cernebat amissam. Hæc est vere dolenda ca
ptiuitas, q̃ æternę spei libertate priuata videbatur. Alio Thren.3.
quoque loco sub hac eadẽ litera repetiuit in Threnis, dicẽs: Domin⁹, quę cogitauit, cõsũmauit verbũ suũ, quod mandauit à diebus antiquis. Destruxit, & non pepercit, & lætificauit super te inimicũ, & exaltauit cornu tribulantis te. Nonne euidenter futurum iudicium Christi ãnũciatur, sicut i psalmo quoque prędẽti declarari certũ est? Oculus ergo præuideat quæ futura sunt, & ea aut profusiõe lachrymarũ, aut erroris correctione detorqueat. Denique Hieremias flebat, qui malã causã impię plebis susceperat, quæ perfidiæ pertinacia proprium negabat authoritatẽ. Dauid autem prophetico spiritu iudicium prȩuidens Christi, in quo nemo innocens periclitabitur nemo sceleratus eludit, bona fretus conscientia dicit:

Feci iudicium & iustitiam, ne trades me I
nocentibus*me. *alias calũnian-tibus.

Nõ quasi gloriosus i solẽs se ipse laudat, cũ vtiq; peritus

A legis, alterius magis quàm ꝓprio ore vnũquẽq; laudandum esse nõ ignoraret. Nõ inquã prædicatoris iactantia est hic vlla virtutũ, sed vitæ innocẽtis assertio iure præsumpta, ne dignus æstimaretur qui ꝓpter grauia peccata à domino relinqueretur, & nocentiũ potestati tradereturDefensio est igitur, nõ arrogãtia, quãdo nõ excellentia aliqua honoris assumitur, & formidabilis erũna ꝓpulsatur. Denicq; Petrus hoc genere defensionis vtitur, dicens: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te:
Mat.19. quid ergo erit nobis? In quo si dicti arrogantis decolor aliquis næuus fuisset, nõ tantũ gratiæ de domini saluatoris sententia retulisset, vt non solũ minime subdẽdus ipse iudicio, sed etiam iudicaturus de aliorũ meritis ipse nũciaretur. Neq; enim in iudicio, si quis innocẽtiæ suæ tuẽdæ gratia quid fecisset aperiret, ad iactantiã potius q̃ ad defensionem causæ dictũ estimaretur. Aliud est dignum se præmio dicere, aliud indignum iniuria. Et tamen ille ipse philosophiæ summus, vt aiunt, magister, cũ accusaretur, interrogatus qua tandem pœna se dignũ putaret, respondisse fertur, vt in prytaneo publico quotidie cõuiuio susciperetur. Ille honorẽ vsurpauit, hic erumnam deprecatus est: ille gloriam arrogauit, hic humilitatem seruauit. Nã quæ maior esse humilitas potest, quàm vt conscius sibi iudicii & iustitiæ reseruatæ, tradi potestati diaboli vereatur? Hominẽ se esse cognouit, impar sibi
B bellũ aduersum spiritalia nequitiæ in cælestibus, raptũ Enoch esse, ne malitia mutaret cor eius, Noe inebriatũ, Loth incestatũ, sacerdotẽ primũ ipsum Aarõ cũ Maria sorore tentatũ, lepræ maculis aspersam Mariã primum, post absolutã: Moysen pene internecatũ, nisi circũcisione filii, & eiusmodi sanguinis fusione Sephora mulier eius omne ab eo periculũ depulisset. His igitur cõmonitus exẽplis nequaquã se fortitudini suæ credit: sed cauta humilitas diuinũ sibi precando assciscit auxiliũ, petens ne tradatur nocẽtibus. Scit enim authorẽ esse principẽ mundi omniũ delictorum. Ipse indiuiduos proximorũ irarum stimulis excitatis scindit affectus, ipse flammam accẽdit libidinis, ipse adolet auaritiæ cupiditates: vt quo plus rapuerimus, amplius requiramus: ipse suggerit & ministrat fomenta luxuriæ, ipse odia exasperat, & ímodicæ studia ambitionis inflãmat. Quod vitiũ blandũ in exordio, secuum in processu, nec fraternę germanitatis potuit cõtẽplatione reuocari. cũ enim dolet sibi gratiæ cæ
lestis ambitor fratrẽ esse prælatũ, de sacrificio processit ad parricidiũ. Authorẽ igitur incõtinẽtiæ diabolũ esse
1.Cor. 7. Apostolus docet: Ne tentet vos, inquiẽs, Satanas propter incõtinentiam vestrã. Incẽtorem quoq; auaritiæ ipsum
1.Timo.6 esse legimus, dicẽte Paulo. Qui volunt diuites fieri, inci
Coloss.3. dũt in tẽtationẽ & in laqueũ diaboli. Et alibi: Mortifica te igitur membra vestra quæ sunt super terrã, fornicatio
C nem, immũditiã, libidinẽ, concupiscentiã malam, & auaritiam, quæ est idololatria. In his enim diaboli voluntatem facimus, & exequimur potestatẽ, qui per carnis istius desideria incẽtiuum suæ fraudis operatur. Quemcunque ergo in vitiorũ suorũ possessione repererit tãquam obnoxiũ suo iuri vendicabit. Adulteriũ qui facit. luxuriã exercet, aliena diripit, portio diaboli est: pudicus aũt & cõtinẽs & misericors, Christi portio est. Christi ergo seruum sibi non potest vendicare, nisi forte lapsum in vitia deprehendit: nec tũ quidẽ vendicat, sed tanq̃ suum sibi tradi postulat. Ideo ergo dicit Dauid: Feci iudicium & iustitiam: vt nõ arroget, sed excuset ne quasi peccator
1.Cor.5. deferatur à Christo. Exẽplo sit nobis apostolica lectio, quamobrẽ vnusquisq; tradatur. Illũ enim qui vxorẽ patris habuit, quia sic operatus est, tradidit Satanæ Apostolus. Non ergo esset traditus, nisi opera feci set diaboli. Vnde non immerito recusat Propheta nocentibus tradi, qui allegat non diaboli opera se fecisse, sed Christi.
Esaiæ.1. Christus enim dicit Iudicate pupillo, & iustificate viduã. Hoc est ergo, Feci iudiciũ & iustitiã, in iudicio nõ contẽ psi pauperem, non oppressi viduam, personam diuitis nõ recepi, in omnibus operibus iustitiam seruaui. Iudi- D
cii finis iustitia est. In altero veritatis custodia, in altero fructus est æquitatis: vtraque tamẽ nõ priuata virtus, sed publica. Nam immaculatũ corpus à virili permixtione seruare, & palmam castimoniæ limoso in corpore vsq; ad angelorũ cõuersationẽ custodia integritatis euehere, vtilitas priuata, laus publica est. Frugi esse ac modestum & sobrię parcitatis tenere mensurã: probatur à plurib⁹, sed sibi soli, pficit. Fortitudo in prœliis eminet, in ocio friget: cuius opus in tempore necessarium, in voto aduersum. Malunt enĩ homines nõ pugnare, q̃ vincere. Sola iustitia est quæ omnibus tẽporibus aliis potius nata q̃ sibi, quotidiano vsu & fructu, publico suo damno alienas custodit vtilitates, quæ nihil habeat vtilitatis, & plurimum laudis. Hanc igitur Propheta prætendit ad sui meriti cõmendationem, dicens: Feci iudicium & iustitiã ne tradas me nocentibus me. Vbi iustitia, ibi misericordia. Misericordia à peccato liberat. Quõ ergo peccato-
ribus trador? Simile illud in Canticis: Exui tunicam me Canti.5.
am, quomodo induam eam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Exui tunicam peccatoris, velamenque terreni: cur quasi peccator atque terrenus adiudicor? Laui pedes meos, ne qua deicti fors posset adhærere vestigio: cur das in me delinquentibus potestatem?

Suscipe seruum tuum in bono, *non ca II
lumnientur me superbi. *alias, bonum

Quasi iudicii & iustitiæ sibi cõscius, authoritate prophetica progreditur, vt seruũ domini se dicere nõ reformidet. Seruus enĩ domini nihil debet alienis. Preciosa hæc seruitus, quæ virtutũ cõstat expensis. Cur aũt timeat nocẽtibus tradi, aperit euidẽter, quia calũniatores sũt: qui oderit veritatẽ, impugnent innocẽtiã, quia superbi sunt E
Qualis enim aduersum seruulos dei potest superbus esse qui aduersus deum se exaltat, & dicit: In cælum ascen
Esaiæ.14. dam, super sydera cęli ponam sedem meam, sedebo in monte excelso, super mõtes altos qui sunt ab Aquilone ascẽdã super nubes, & ero similis altissimo? Quid igitur mirum si grauare homines potest, qui pertinaci spiritu nec deo credit? Quomodo mensuram veritatis, & fidẽ in homine seruabit, qui sacrilego impudentiq; mendacio omnipotẽti se domino ad equãdũ esse promittit. Quomodo nõ calumniatur singulos, qui totam irritauit terram, cõcusit reges, posuit vniuersum orbẽ destrũ, & ciuitates destruxit eos qui in abductione erant, nõ soluit? Caueamus ergo ne muros animæ nostræ destruat, ne propugnacula nostræ mẽtis diruat, ne sup sydera thronum suũ ponat. Ponit super sydera, quando electũ deci F
pit, quãdo iustum circũuenit, cuius opera elucent sicut stellæ in cælo. Nõne & Iudas proditor inter cæteros au- Matt.5
diebat: Vos estis lux mũdi? Nonne diabolus lumen eius extinxit? Quinetiã quos non potuerit circũuenire, calũniatur, inuidens regni cælestis gloriã: vt quos illecebris suis à Christo nõ potuit separare, eos calumniis suis debiti honoris fructu fraudare conetur. Fugiam⁹ ergo malos calũniatores, qui peccatũ operantur in nobis: & ipsi nobis calumnias infestissima accusatione componũt, id quod ipsi fecerint arguẽtes. Ecce manus domini parata est, quæ te fugientem ab aduersariis tueatur ac protegat. Pharaote tenebat supbus, in patrib⁹ immitis. Fugisti abeo, susceptit te manus domini, & de periculis liberauit. Non dimisisset Pharao, nisi tu ad dominum cõfugisses. Dicebat Pharao: Dominũ nescio, & Israel non dimitto Exo.5.
Vides q̃ superbus? Merito ergo susceptus in bono est, qui malum fugit. Non patitur ergo deus in malo nos esse, susscipit in bono: nec patitur suos calumniis subiacere.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, III
& in eloquium iustitiæ tuæ.

Qui sunt isti oculi, cõsidera, qui in Christũ deficiũt, dũ eius prestolantur aduentũ. Animæ videlicet oculi, non

G corporis tota fidei intẽtione defixi. In eo enim quẽ diligimus, totis oculis occupamur, nec quicq̃ aliud videre delectat. Non potest hoc dicere nisi qui à mundanis solicitudinibus & secularibus voluptatibus intentionem omnẽ suæ mentis auertit. Nam quomodo hoc dicit qui theatralibus ludibriis occupatur? Sed ille hoc dicit qui supra dixit, Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Qui autẽ sunt oculi qui deficiũt in eloquiũ dei, nisi oculi interioris hominis, obtutusq; animæ, qui tẽduntur vt videant dei verbum, & nimia intentione & expectatiõe deficiunt in salutare dei, defectũ sui patiẽtes vt assumãt qđ verbi est? Et quia eloquiũ dei plerosq; mouere potest ideo addidit: Eloquium iustitiæ, vt mouere non debeat.
Gene. 25. Mouere autẽ poterat, quia scriptũ est: Maior seruiet minori. Nam nisi ad mysterium accipias, naturę iniuria est
Ezech. 20 Et dedi vobis præcepta non bona. Ergo deus mala dat præcepta? Et ego dominus creans mala. Sed & de præceptis sic soluitur, quia ifirmis nõ debuit dare perfecta præcepta, quæ sustinere nõ possent. Quia si nõ faceret, quãdo audiret Iudæus, Dimitte omnia tua, & sequere me?
Mat. 10. Quando audiret Iudæus, Qui non tulerit crucẽ suã, & secutus me fuerit. non est me dignus? Sed hæc perfectiora præcepta Euangelio reseruata sunt. Et mala nõ creauit deus, sed hæc quæ videntur nobis austera verbera, mors & huiusmodi alia, quæ propter emendationẽ præscripta sunt noxiorum. Iustis enim nõ est lex posita, sed iniustis. Nam si noxii nihil timerent, innocẽtes semper pertimescerent. Qui sunt igitur isti oculi qui deficiũt in
1. Tim. 1. salutare dei? Diximus oculũ suppliciorũ esse, qui præuidens futura supplicia peccatorũ, gerendã annũciat pœnitentiam. Demonstrauit hunc oculum baptista Ioãnes
Lucæ. 3. dicens: Generatio viperarũ quis ostẽdit vobis fugere ab ira uentura? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Ad baptismũ Ioannis veniebat, qui habebat oculũ suppliciorũ: ad Christi aũt baptismũ venit, qui videt gratiam Hic enim oculus est quẽ dominicæ passionis vmbra tuetur & protegit. Aliud ergo Ennon, aliud Ain. In Ennon baptisatur conscius grauiũ delictorum: qui autem purũ oculũ habet, gratiam susçipit spiritalem. Et imperfectæ fortasse animæ oculus suppliciorum est: perfectæ autẽ oculus gratiarum est purior atque syncerior, qui significatur hac litera, ad quam iusti forma dirigitur: quia imperfecta peccati tantummodo indiciũ declinare desiderat, perfecta vero meritũ regni cælestis acquirere. Præsumimus tamẽ qđ vtrũque oculũ vna anima habeat, & oculũ suppliciorũ, & oculũ gratiæ: læuũ oculũ suppliciorũ, dexterũ gratiæ: quia nõ à primo homines possunt esse perfecti, sed per processum virtutis ascẽdũt. Ante igi
I tur vnaquæque anima quasi ad baptismũ Ioannis venit, vt præmitat pœnitẽtiã delictorũ, & in ꝓcessu paulatim, vbi pctã sua defleuerit, spiritali abluta baptismate, Chri
Cantic. 4 sti accepit sacramẽtum. Vnde videtur & in Canticis cãticorum Ecclesia prædicari, cui dicitur: Cor meum cepisti soror mea sponsa, cor meum cepisti vno ab oculis tuis vt iste oculus gratiæ sit, qui Christi sibi pleniorẽ acquisierit charitatem. Pleríque tamen hoc loco accipiũt duos oculos Ecclesiæ: vnum qui mystica videt, alterũ qui
Cantic. 2. moralia: eò qđ sancta Ecclesia nõ solũ moraliũ teneat disciplinã, sed etiã cælestis doceat secreta mysterii, Vnde dictũ est de ea: Oculi tui sicut columbæ, extra tacitur nitatẽ tuam. quod & spiritaliter videat, & nouerit tẽpus tacendi esse, & tempus loquẽdi: vt in tẽpore sermonem suum proferat, ne in oportunitate loquendi peccatum posit incurrere. Habe ergo oculos columbę ad similitu
Cantic. 5. dinem Christi, quia & de ipso lectum est: Oculi tui sicut colũbæ, super abundantiam aquarũ lotæ in lacte sedentis super plenitudinẽ. Baptisat in lacte domin9. i. in syceritate. Et isti sũt qui vere baptisantur in lacte, qui sine dolo credunt, & puram fidem deferunt, immaculatam induunt gratiã. Ideo candida sponsa ascendit ad Christum, quia in lacte baptizata est. Ideo mirantur eam vir
tutes, dicentes: Quæ est hæc quæ ascẽdit dealbata? Ante Cã. 6. & 8
paululũ dicebat: Nigra sum. Nunc dealbata cernitur, & Cantic. 1.
ascendit ad cælum: & innixa dei verbo, alta iã penetrat. K
Nec immerito illic aquarũ abũdãtia, vbi Christus, vnde mẽs humana repleri cupiat. Has sitit aquas ceruus, quas cũ biberit, sitire nõ possit. Has aquas sitit Propheta cũ
Psal. 62 dicit: Sitiuit in te anima mea. Sedet ergo Christus super abundantiam aquarum, & super plenitudinem: vnde & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Vnde & oculus suppliciorũ non alienus est ab Ecclesia, quia etsi baptizabat Ioannes in Ennõ. baptizabat iuxta Saalim, vbi erat aquarum abundãtia, & duodecim fontes, & septuaginta palmarũ arbores. Hos fõtes habet Ecclesia, hoc ẽ, in veteri testamẽto duodecim patriarchas, in nouo duodecim apostolos. Ideoq; dictum est in Ecclesia: Benedicamus dominum de fontibus Israel. His fontibus ante perfunditur quicunq; mysteria sacrosancta cõsequitur Isti enim fontes ex æterno fonte manantes, toto orbe fluxerunt. Vbi isti fontes, ibi ascẽsio animarum. Denique Saalim interpretati sunt, ipsum ascendentem. Ille enim vere ascẽdit, qui, ꝓpria peccata deponit. Hoc igitur ver
bo purificatorię sanctificationis vsus exprimitur. Vnde etiam bene in Cãticis Christus dicit ad Ecclesiã: Dentes Cati. 4.
tui sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt à lauacro, quæ omnes geminos creant, & infœcũda nõ est in eis. Quod L
specie de capris dicitur, mystice autem de Ecclesiæ grege. Necvilia tibi videãtur ista animalia. Deniq; audi quę de his sanctus loquatur spiritus: Capillamentum tuũ vt Ibidem.
grex tonsarũ, quæ reuelatæ sunt à monte Galaad. Dentes tui vt grex tonsarũ, quæ ascẽderũt de lauacro. Vides quod in altis grex iste pascitur. Audisti í montẽ. Itaque vbi aliis præcipitia, ibi capris nullum periculũ: vbi aliis periculũ, ibi gregis huius alimẽtũ, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. Spectantur ꝓ pastoribus suis dumosa de rupe pendentes: vbi luporũ incursus esse non possunt, ibi fœcundæ arbores fructum integrum subministrant. Cernere licet vberi lacte distantas, super teneram sobolẽ materna pietate solicitas. Ideo elegit eas spiritus sanctus quibus cœtum venerabilis Ecclesiæ compararet. Et vt mystice audias: Capillamentum, verbi est altitudo & eminentia quædam iustarum animarum, quoniam sensus sapiẽtis in capite eius. In altitudine enim cogitationis humanę certum est esse sapientiã: & quẽadmodum tondentur caprę vt superflua deponant: ita etiã tõsarum animarum gregẽ, hoc est, multarum animarũ virtutes habet sancta Ecclesia, in quo grege nihil possis insensibile reperire, nihil superfluũ: quoniã fides sapiẽtes fecit, spiritalis autem gratia ab omni superfluorũ labe mundauit, Merito igitur reuelatæ sunt animæ iustorum, & reuelatæ à monte Galaad, hoc est à transmigratione testimonii, eò quod à Synagoga ad Ecclesiam testimoniũ cæ M
lestẽ migrauit. In hoc itaq; monte nascitur Thymiama, Resina, & cæteri odores, quos negociatores illi Ismaelitæ, vt habes in primo libro testamenti veteris, deferebãt Hos odores habet Ecclesia, quos mercatores ex gẽtibus congregati, fide & deuotione vexerũt. Itaq; sicut capræ bonis refectæ cibis, & Solis calore vernantes, lauantur in flumine, & exultantes mundę surgunt de flumine, ita animæ iustorum ascendunt ab spiritali lauacro. Istę sunt vere quæ geminos creant, in quibus non est infœcunditas aliqua virtutum, sterilitas vlla meritorum.
Bene geminos creant, qui congeminant sensus suos. Vnde habes in Prouerbiis scriptum: Et tu scribe hæc tibi tripliciter, in consilio, in cognitione. Triplicem præmisit scriptionem, & duo subdidit, consilium, & cognitionem. Sed cognitio gemina est, vna incorporalium, altera corporalium. Diximus de fœcunditate, dicamus de dentibus. Nam & nauigantes pleriq;, & properantes itinere terreno, vbi viderint speciosum aliquẽ locũ, delectationis gratia demorantur, pascũt oculos, animumque alleuant, nec mora vlla cõmeãdi putatur, sed gratia. Ita

A & nobis pulcherrimos dentes iustarum animarũ cõsiderare cordi est. Docuit enim scriptura pulcherrimos dẽtes esse iustorũ, dicens secũdũ literã quidẽ de patriarcha
Gene. 49. Iuda, spiritaliter autem de Christo: Hilares oculi eius à vino, & dentes sicut lac. In quo nõ vtiq; carnis humanæ officia, sed diuinæ gratiæ munera prædicauit. Docet igitur exemplũ, dentes nõ esse prætereundos, vbi de oculis dixerimus. Qui sunt igitur iustarũ dẽtes animarum, nisi qui informẽ ac durum accipientes cibum, vel frigidum plerũq;, vel supra modũ calẽtem: nunc cõminuunt, nũc fouent, nunc tẽperãt, prout qualitas fuerit alimentorũ? Dura cõminuũt, ne asperitas literæ in veteri testamento & secularis intellectus rigor, nisi fuerit spiritali dente solutus, vitalia ipsa intercluſis ciborũ salutariũ meatibus, & gulam quandã animæ incuriosa edacitate suffocet.
Par est igitur vt diuidas primũ, si solida tibi videtur esca quæ sumitur, & distinguas eam: atq; emollitã sine noxa aliqua animæ in omnia eius membra naturali diuisione transfundas, vt vitalem succũ omne eius corpus epu
Psalm. 5. letur. Nihil cadauerosum, nihil mortuũ ore tuo sumas, ne dicatur: Sepulchrũ patens est guttur eorum: sed viuũ haurias verbum, vt in tuæ mentis visceribus possit operari. Hi dentes super lac candidiores, quia dentes iustorum sunt. Deniq; cum omnes in Moyse baptizati in nu
1. Cor. 10 be & in mari patres nostri fuerint, nõ ociose tamen scriptum est, Quia omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem bibe-
B runt: vt istis sanctorũ dentibus maior quidam fulgor accederet, quos post trãsitum maris rubri myrrhei fontis amaritudine per ligni gratiã temperata, agnoscimus esse mundatos: deinde duodecim fontium potu, postremo petræ spiritalẽ vndam vomentis irriguo. Petra enim erat Christus. Vnde & manna manducauerunt, vt toties abluti manducarent panem, vt scriptũ est, angelorum. Nunc quoq; in Euangelii mysteriis recognoscis baptizatos licet toto corpore, postea tamen esca spiritali potuque mundari, Merito ergo Dauid & oculos interiores purificatos, & dentes tanquam illuminatos spiritalium dentium candore, sermone profert dicens: Feci iudicium & iustitiam. Ille est enim vere dentiũ fulgor, vbi bene sibi conscię mẽtis resonat canora confessio. Ille mũdus oculus, quẽ peccatorũ grauiũ trabes nulla depressérit: quẽ purgamentorũ leuiũ festuca nulla turbauerit.
1. Cor. 6. Iste oculus iustitiæ defecit in verbum iustitiæ. Qui enim
Num. 23. Christo adhæret, vnus est spiritus. Et Balaam petebat vt anima sua deficeret in anima iustorum, id est, vt proprii obliuisceretur erroris: quod suum erat, deponeret: quod iustitiæ & æquitatis, assumeret. Sed progrediamur ad cętera.

IIII † Alias iustificationes. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustitias * tuas doce me.

Præstruxit viam, & cõmendationis suæ incrementa præsumpsit. Supra popposcit ne nocentibus traderetur, iterũ petit vt susciperetur in bono, ne calumniarentur ei su-
C perbi: hoc est, non declino iudiciũ, sed calumniã perfidorũ. Illi enim iudicare nesciunt, calumniari sciunt. Ad te confugio, qui nosti repræsentare iudiciũ. Et bene nõ vult calumniatoribus tradi. Multa enim Iob passus est iustus postq̃ traditus est nocenti. Sed difficile fuit illud & grande certamen: qđ nisi Iob nimia patiẽtia haud facile quisquã superare potuisset: & tamẽ ille nõ totus est traditus, sed meliore exceptus est portiõe, qui dicit: Nõ tradas me. quæ maiora sunt, comprehendit. Plus autẽ in anima, q̃ in carne sumus. Iustis enim dicitur: Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu. Tradi ergo animã suam recusat, qui corpore sicut aranea tabescebat. Hoc igitur loco maiore quodã familiaritatis vsu potiora prępsumẽs ait: Fac cũ seruo tuo secundum misericordiã tuam, & iustitias tuas doce me. Misericordiã sibi deferri poscit, iustitias doceri. Alibi quoq;, id est, in posterioribus habes
hunc sensum: Et ne intres in iudicium cum seruo tuo. D
Etenim nostrorũ conscii peccatorũ, misericordiã magis petere dei nostri, quàm iustitiã implorare debem9. Aliis veniam largitur, aliis examen impertit. Quæ spes hominibus certandi apud eum, quem occulta nõ fallunt, quẽ latere peccata non possunt? Ideoq; sciens eius pontenti
am, qui hominẽ nõ timeret, ait: Tibi soli peccaui. Nõ po Psal. 142.
test hoc iust9 negare, qa nemo sine peccato nõ potest rex quia etsi leges in potestate habet, vt impune delinquat, deo tamen subditus est, qui nulli debet: immo plus ipse debet, cui plus cõmissum est. Hoc ergo dicit: Fac cũ seruo tuo secundum misericordiã tuã: quia etsi quid boni feci, plura debeo quàm seruus. Non vno facto seruus absoluitur, quia nemo seruũ habens arantem, aut oues pascentẽ, dicit illi: Transi, recũbe: sed dicit illi: Para quod
Luc. 17. cœnem, & præcinge te, & ministra mihi. Nunquid gratiam habet seruo si fecit quod imperatũ est ei? Ergo & cũ fecerimus qđ nobis imperatũ est, nõ statim nos exaltare debemus, sed magis humiliare: quia nõ statim si aliquid fecimus, impleuimus omnia seruitutis obsequia. Quis tanta naturę munera, vitæ salutisq; seruatæ diuina beneficia digno possit æquare seruitio? Quis potest soluere quod accepit: Ideoq; sciens omnia, misericordiam petit
Psal. 50. potius quàm audientiam: quoniam, inquit, non iustificabitur in conspectu tuo omnis homo viuens.

Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua. V

Intellectus spiritale munus est: & ideo qđ dei est, à domino postulatur. Nec quasi extraneus poscit, qui seruum se confitetur. Bene ait: Seruus tuus sum. Seruus enim voluntatem domini sui facit. Seruus quærit seruitutis stipẽ
E dia, remunerationẽ nõ sperat. Seruus domini nõ potest idẽ esse seru9 peccati: & ideo intellectũ sibi dari poscit, vt possit cohibere peccatũ. Habebat quidem intellectũ, sed vt redũdare sibi crederet vberiorẽ inquirit. Est autẽ & intellectus naturæ, est & intellectus non bonus. Ideo & Salomõ ait: Intellectus autẽ bonus dat gratiam. Nam si omnis intellectus bonus esset, nõ opus fuisset additamento. Iure ergo gratiam domini sui quærit. aliter enim scire non potest secreta domini, nisi intellect9 spiritalis munus acceperit. Habes hoc in Hieremia: Notum mihi fac domine. Et scio quia nisi deus notum fecerit hominibus, mysterium suum scire non possumus.

Tempus faciẽdi domine, dissipauerunt legem tuam iniqui. † VI

* Alias, non habet iniqui

Bene ait tempus faciendi esse. Est enim tẽpus tacendi. & tẽpus loquẽdi. Sed loquendi tempus aduenit ac per hoc dominici aduẽtus tẽpus esse iam cõmemorat: vt quia legis facta est pręuaricatio, veniat finis legis, & consumma
E tio eius, & plenitudo domin9 IESVS, q̃ deleat vel donet hominibus vniuersa delicta: & abolito chirographo debitorum, absoluat omnes & liberat peccatores. Tẽpus est faciendi, vt si in grauescente ægritudine alicuius incõmodi, curras ad medicum, vt citius veniat, ne postea subuenire non possit. Medicus enim tunc amplius desideratur, cum grauis incubuerit ægritudo languenti. Ergo cum videat in spiritu Propheta pręuaricatores populi, luxuriam, delicias, dolos, fraudes, auaritiam, temulentiam, quasi pro nobis interueniat, currit ad Christũ, quẽ solũ tantis sciebat subuenire posse peccatis: vrget vt veniat, nec patitur fieri moras. Tẽpus, inquit faciẽdi domine hoc est, vt pro nobis crucem ascendas, mortem subeas. Totus in periculum vltimum mundus vrgetur, veni vt tollas peccata mundi. Veniat vita morientibus, veniat resurrectio iam sepultis. Factum tuum subueniat, quoniam nec tua præcepta prodesse potuerunt. In lege pręceptum est, in Euangelio mysterium. Cæcus omnis populus proprium nõ videbat authorem. Claudus erat mundus, & titubante vestigio fidei fluctuabat. Non erat qui

G malagma imponeret,neq; oleum,neq; alligaturã.Omne patrimoniũ ſuũ medicis erogauerat mulier illa Euangelica,ſpeciem habens congregationis humanæ quæ coibat ex gentibus,cui nec fluentẽ ſanguinem, & inueteratę paſsionis letale profluuiũ poterant ſeculi huius medici reſtringere.Principis populi poſteritas interierat; & omnis occideret eius hæreditas.Videns hæc Propheta dicit ad Chriſtũ:Tẽpus faciẽdi domine.Nõ iubẽdi,inquit ſed faciendi:quia non legatus neq; nũcius,ſed dominus ſaluaturus erat populũ ſuũ. Et ille quidẽ tẽpus ſciebat, & nõ differebat:& nos neſciebamus quio melius,tẽpore ſubueniret:& iam venit & abiit,& iterum vult venire,& tẽpus neſcire.Aut fortaſe vult á nobis admoneri, vult rogari:immo ſi rogatus fuerit, & ante tempus venit, & venit ad ſiculneã,& ante horã venit,vt dicit ad matrem.
Ioan.2. Illa rogabat pro nobis,illa feſtinabat,dicens:Vinũ non habent fili.Reſpõdit ei IESVS:Quid mihi & tibi eſt mulier?Nondũ venit hora mea.Et mater quę ſciebat eius affectum,dicit miniſtris:Quodcunq; dixerit vobis, facite. IESVS quoque qui horã ſuam veniſſe negauerat, fecit quod ante differebat.Omnia deus tempore fecit. Quicquid facit,non eſt extra tẽpus:ſed totũ opportunum eſt quod fecerit,& mihi tẽpore ſuo aduenit. Omne enĩ tempus opportunum ſalutis,nihil prœproperum pro ſalute periclitantium,ſed volebat expectare adhuc Synagogæ correctionẽ: ideo ante tẽpus ad ſiculneã venit: hoc eſt, cito Iudæis venit,opportune gentibus. Cito venit perituris,commode credituris.

VII 4 Alias, ideo. Propter * hoc dilexi mandata tua ſuper aurum & Topazion.

Lex annunciatrix Chriſti eſt. Præcepta ergo legis ſpem futurorũ bonorũ deferunt. Mandatũ eſt enim dominiH Attẽde tibi,ne derelinquas leuitẽ per omne tẽpus quod vixeris. ſuper terrã. Quis eſt iſte leuites? Intelligis ſi cõſideres qui ſit.ille qui venit miniſtrare, qui ſacerdos eſt in æternũ.Aliud mandatũ audi: Cuſtodi menſem nouorum,& facies paſcha domino deo tuo. Et infra: In loco quẽ elegerit dominꝰ deus tuus inuocari nomen ſuũ, ibi occidas paſcha veſpere ad occaſum Solis i tẽpore, quo exiſti de AEgypto.Ergo mãdata dei habẽt futurę redẽptionis indicia,reſurrectionis inſignia:ideo ſug aurũ & Topazion memorat ſibi eſſe dilecta. Quid enim ſalute gratius,reſurrectione preciosius?Vel qa quæ ſtulta ſunt
1. Cor. 1. mundi,Chriſtus elegit,vt quoniã per ſapientiã mundus non cognouit deũ,per ſtultitiam prædicationis ſalutem afferret credentibus.ideo ait:Super ſapientiã operationis cæleſtis,& mundanæ conſtitutionis, & ſuper ornamenta Solis & Lunæ,ſtellarũq; preciosa monilia, dilexi audientiã dominicę paſsionis. Plus enim redimendo mihi cõtulit,quàm creãdo.Tũc enĩ ſine ſenſu natꝰ ſum, nũc cũ voluntate ſeruatus.Sed nõ hoc quicũq; dicit.Dilexi mandata tua ſuper aurum & Topazion. Non dicit auarus,qui auro incubat,diuitiis inhiat, ornamenta deActuũ. 3. fiderat.ſed ille dicit,qui poteſt dicere: Aurũ & argẽtum non habeo,quoniã non requiro,quoniã nihil mihi aurũ prodeſt:preceptiũ autẽ & mandatum cæleſte me redemit Diximus continentiam ſenſus,nunc de Topazio lapide exprimamus hiſtoriam. De quo inuenimus ſcriptum in hiſtoria Xenocratis,qui ſcripſit quaſi Lithoſnomon,naſci eum vel inueniri circa Thebaidis ciuitatem,Alabaſtrum,vel Topazion,vt aliqui putant: vnde & nominatus eſt ab eo loco in quo gignitur.Sunt autem qui putauerunt iſulã nũcupari Topazion,ad quã appulſos Troglodytas,orta ſubita commotione maritima,quod nauium vſum non haberent, reuerti nequiuiſſe. Deinde plurimo imorantes tẽpore,in inſula inueniſſe lapidẽ,& delectatos cõlore eius repetiſſe domũ, & Arabibus negociatoribus aduenientibus vendidiſſe, ab illis emiſſe Philonem,& ad matrem Ptolemæi ſecundi, cui nomen erat Berenice,ab ipſo eſſe perlatũ:illam autem quanuis regalibus ornamentis abundaret,ſupra modum tamen K
colore eius ſtupefactam,elaboraſſe vt diutius ſpecies tã precioſi lapidis non lateret:ideoq; ſtudio eius quæſitum lapidem,in vſus frequentiores veniſſe. Diximꝰ quomodo innotuerit Topazion lapis, nunc expreſsius de eius qualitate dicamus. Duorum colorum eſt in hoc lapide κρᾶσις hoc eſt, quædam temperata permixtio, πρασοφοῦς & Chryſopa, ſimilis Chryſopraſo, ſecũ dũ vtrũq; velut quaſdam extendens colorũ figuras,& plenius qui dem à peritis fertur extẽdere. Eſt autem Parychrus,& ſatis purus,& Chryſochrus,& pinguis reſplendenti ſimilis,maxime cum Solis ſplendore percutitur. Eſt etiã pulcherrimus &,mirabilis ſuper omnes Chryſopraſos magnitudine,vt dixi,vſu pinguior. Natura huiuſmodi,vt ſi polire & leuigare eum velis,aſperetur magis,vſu minuitur.Eſt autem quodam genitali opere naturæ Euglyphus,hoc eſt bene inſignitus,mirabilis,ſummo ſtudio dignus habetur.Difficile inuenitur,& repertus inſignitur:raro tamen in vſu hominũ eſt,quaſi is quẽ diues regina mirata ſit.Sed iam ſicut Troglodytæ illi quaſi præciſi ora manſionis lapide inuento repetierunt domũ:ita & nos emolumẽto moræ huius recepto redeamus eò vnde diuertimus. Nec par eſt nos ornamẽtis regiis diutius ſermonis noſtri quedã admouere brachia, cũ habeamꝰ in manibus crucẽ Chriſti,quam admonet Propheta ſuper aurum & Topazion præferendã,quæ ab omni errore culpaq; reuocat & corrigit. Quis enim iuſtorum non ambiat Chriſti in morte ſolatiũ,in reſurrectione cõſortiũ? Quis non reflectat gradũ,quãdo audit ſibi ſuperiora omnia peccata donari?Hoc enim plerique ad cõuerſionis ſtudium reuocare ſolebant,quod delictorum ſuorũ L
cõſcii nullã ſpem veniæ præſumerent:& Eccleſiæ quanto ſanctiora præcepta,tãto ſine venia putarent eſſe præcepta.Ideoq; ait octauo verſiculo:

VIII * Alias, dirigebat * Alias, iniquam. Propterea ad oĩa mandata tua corrigebar * omnẽ viã iniuſtã * odio habui.

Merito corrigebatur,quoniã diligebat: Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Vide quanta aperiat quãta corrigat. Charitas patiens eſt,benigna eſt. 1.Pet.4.
Charitas nõ æmulatur,non agit perperam,non inflatur 1.Cor.13.
nõ eſt ambitioſa,nõ quærit quę ſua ſunt. Nõ irritatur,nõ cogitat malũ,nõ gaudet ſuper iniquitate, cõgaudet aũt veritati.Omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet,charitas.nunquã excidit.In inferioribꝰ tria perfecta poſuit,ſpem,fidem,charitatem,maiorem autẽ dixit charitatem:Et recte. Charitas enim omnia ſperat omnia credit. Cum igitur ſpes & fides in charitate ſit, M
non eſt dubium quod maior charitas ſit. Et bene ſibi respondit Propheta .Supra enim dixit: Lex domini irreprehenſibilis,conuertens animam. Si lex animam conuerterit,vtiq; quĩ diligit,legis dilector eſt. Deinde ĩ hoc ipſo centeſimo decimooctauo pſalmo primum poſuit: Beati immaculati in via,qui ambulãt in lege domini. Si immaculatus eſt qui in lege dei ambulat, vtique conuer
titur qui diligit dei legẽ.Ergo ſi lex immaculatum facit, Rom.13.
recte charitas multitudinem operit peccatorũ,quia plenitudo legis charitas eſt.Omnem,inquit,viam iniuſtam ódio habui. Si is qui præcepta iuſtitiæ diligit, facit illa quæ diligit:vtique is qui odit iniquitatem, nõ facit quod exoſum eſt. Nec immerito ad omnia præcepta domini corrigitur,qui omnem viam odit iniquitatis.nã niſi omnem viã iniquitatis oderis,nõ potes in omnibus præceptis dei corrigi. Poteſt enim fieri vt aliquis ſe temperet à crudelitatis horrore: lubrico tamen deceptus amore meretricis,& ſemitas incontinentiæ iuuenilis ingreſsus, impreſsum ſemel non queat reuocare veſtigiũ. Multos enim vitia blandiora decipiunt, e contra auertit à ſe plurimos triſtis & nimium ſeuera crudelitas. Sed iuuentus ad amorẽ liberior,ad lapſum incautior, ad infirmitatẽ fragilior,ad correctionẽ durior eſt. Alius ſe reſtringit à

A luxu,ſed auaritiæ cupiditate raptatur. Plerũq; enim peccata huiuſmodi ſunt,vt ſi alterũ declines,incurras alterum:& naturæ vſus adiuuat infirmitatẽ. Odis tu luxuriam quaſi frugi,ſed frugalitatis ſtudio habendi cupiditas frequẽter irrepit. Auaritiæ ipſi rapina eſt ſubdita. Et quã to tolerabilius eſt propria profundere,quàm aliena diripere?Sunt qui metuentes aliquid proprio minuere de cõſu,etiam inopibus ſumptũ negent,& miſericordiam detrimentũ putent. Sunt qui degenerẽ vitantes ignobilitatem,flabro ſecularis ambitionis agitẽtur,& ſicut quaſsatæ harundines huc atq; illuc ferantur incerti. Sunt etiam qui dum maiorũ ſuorũ ſtatum ſequuntur, veluti digna conuerſatione contenti,ne errores quidẽ patrios exiſtiment declinandos,vt fide mutandã perfidiã non abitrẽtur,cũ in melius mutare propoſitũ nõ leuitas ſed virtus, neq; culpa ſed gratia ſit. Ali⁹ Circenſib⁹ ludis, atq; theatralibus ſolicitatus voluptatibus,aut cæteris vanitatib⁹ occupatus, Eccleſiã non frequentat, alium ruris quieta delectãt,eaq; cauſa ad Eccleſiã ratus acceſsus eſt. Itaque diuerſo vſu in eundem in deuotionis errorem vterque concurrit. Sed qui omnẽ viã iniquitatis odit,ad vniuerſa corrigitur & emẽdatur. Et bene poſuit,viam iniquitatis,Ille enim facilius iniquitatem declinat, qui vias eius non fuerit ingreſsus.

ב SERMO DECIMVS SEPTIMVS.

Pe, B PEL ITER A decimaſeptima, latine ſignificat errauĩ, ſiue os aperui,Merito hæc lachrymabilis ſeries pſalmi ſubiecta eſt huic literæ.Reſpice in me,& miſerere mei,& non dominetur mei omnis iniquitas. Faciem tuam illumina ſuper ſeruũ tuum, vt ei qui erat in vmbra mortis,populo cæleſtis miſericordiæ lumen oriretur,adueniret Chriſtꝰ,remiſsio peccatorum, captiuo
Threu. 1. rum redemptio,ſubſidium laborantium.Sed quia veni re tardius deſiderantibus videbatur:Exitus:inquit,aquarum tranſierunt oculi mei.In Hieremiæ quoq; Threnis lachrymabilior ſeries ſub hac litera eſt. Expandit Sion manus ſuas,non eſt qui conſoletur eam. Dignam remunerationem recipit,vt quę expandentem manus audire neglexit,& ſub alas eius ſuccedere:ipſa poſtea expanderet manus,& conſolantem inuenire non poſſet.Nam et ſi ante aduẽtum domini Hieremias captiuitatem Iudæorum à Babyloniis illatam deflere videatur, tamen prophetico ſpiritu iſtam magis captiuitatem prænidẽs, qua
exortes. eos intelligibilis Babylonius in perpetui erroris vnda ſubiecit:& domeſticæ virtutis extortes * de ſtatu paternę deuotionis eliminans,longæq; afficiens peregrinatio
C nis exilio,miſerabili dolore deplorat. Nulla enĩ patria
Epheſ. 2. verior quàm fides,quæ eos qui longe erant,prope eſſe fecit:& aduenas atq; peregrinos ciuitatis ſupernę iure cõ
Threu. 2. nexuit,ſicut ſcriptum eſt:Ergo iam non eſtis aduenæ atque peregrini,ſed eſtis ciues ſanctorũ, & domeſtici dei. Alibi quoq; Hieremias dicit ſub hac litera: Aperuerunt in te os omnes inimici tui, ſibi lauerunt & fremuerunt dentibus,dixerunt. Deglutiuimus eam.tamẽ hæc eſt dies quam ſperabamus,inuenimus eam,vidimus. Et hic ſicut Iudęorum populus os aperuit in Chriſtum quemadmodum in viceſimoprimo pſalmo de eius paſsione legiſti,quod aperuerunt os ſuum maledicentes:dignæ ſortẽ remunerationis agnoſcis,vt ipſi ab inimicis ſuis talia ſu
1.Pet.5. ſtinerent,fremeret in eos dentibus intelligibilis ille pec
Pſal.123. cator diabolus,ſicut leo rugiens,& requirens quẽ deuoraret.Iſti igitur non dixerũt: Benedictus dominus q nõ dedit nos in capturam dẽtibus eorũ. quia ſperandum de domino nõ putauerũt. Ergo excidiũ eorũ diabolus qđ præſumebat inuenit. Deglutiuit eos,quoniam deerat paſtor offenſus,qui extraheret de ore leonis crura ouis aut chartilaginẽ.ſequi noluerũt,audire noluerũt:ideo decedente paſtore, veſtigia eorũ atq; aures ſuis faucibus leo occupauit:quia faciẽ ſanctorũ non receperũt, & nobilibus miſericordiã nõ dederunt, vt tertio Hieremias ſub hac litera dicit in Threnis. Qui erãt nobiles, niſi qui nõ D
obſcuram hanc vitã, ſed in lumine ſanctitatis egerunt? Et omnibus quidẽ miſericordia inopibus iure debetur, ſed maior quædam cum ex diuitibus atq; nobilibus in vltimũ ſtatum atq; egeſtatis neceſsitatẽ aliquos erumna deiecit,miſerationis pulſat affectus. Hieremias ergo flebiliter ſatis,vtpote q perpetuæ aculeo mortis deploraret amiſsos:Dauid vero moderate,quaſi q obreptionem doleret erroris remediũ nõ deſperaret correctioĩs,vt cõtriſtaretur,nõ abſorberetur. Deniq; cõfirmatꝰ ſobricta
te,ſub pietate pœnitẽtię & ſpe veniæ,puocatꝰ,ſic cœpit: I

Mirabilia teſtimonia tua,propterea, * ſcrutata eſt ea anima mea. * Alias, ideo.

Moralis oratio,vt quoniam eũ puderet erroris,deum tamen propriæ miſerationis teſtimoniis conueniret. Hoc eſt dicere:Ego in exordio ſermonis loquens mea peccata non audeo leuare oculos meos ad te deum viuũ, ſed tu domine me ad ſperandã veniã,tantarũ indulgentiarũ titulis prouocaſti.Mirabilia teſtimonia tua.Cũ in Abraham non lapſu incuriæ iuuenilis offenſus es: dũ vt Chaldęorũ errores,patrũq; cognationem relinqueret,euocatum virtutis exercitiis eruditiſti:cũ Hebræorum populũ á paternæ ſtudio nobilitatis auerſũ, & viles eſcas AEgypti ſuper diuina muneta præferentẽ, non ſolũ ſolidatis rubri maris fluctibus liberaſti: verũetiam cũ triumphis plurimis euexiſti ad gloriã, & vberis terræ poſſeſsione donaſti ad quietem: te fotus ſecuritate deſeruit:te bello E
rum acerbitate depreſsus inuocauit: & vt iniurias tuas obliuiſcereris,emeruit. Te Ieſus Naue ducem ſibi cæleſtis militiæ veniſſe cognouit.Te populꝰ triumphator vt Madian ſibi dominaretur,offenderat.Te vt Madian vinceretur,orauit.Tibi in Saul rege non obtemperauit,vt de eo alienigenæ triumpharẽt.Tibi Dauid præunte ſeruiuit,vt de alienis victoriã reportaret. Ego quoq; paſtor malignum feci,& cõfeſsione peccati veniam reportaui. Pulcherrimus itaq; verſiculus ad martyrum cohortationem.Deniq; prophetica anima ſic profecit in melius,dũ mirabile credit dei teſtimoniũ: & quia credidit, diligẽ
ti indagine queſiuit.Profectũ queris?agnoſce ex his ver- II
ſiculis qui ſequuntur. *Alias, declaratio.

Manifeſtatio * ſermonum tuorum illuminat me, * & ĩtellectum dat paruulis. + Alias, non habet me.

In Euangelio,cum mitteret diſcipulos ſuos Ioannes ad dominũ IESVM,dicebat:Tu es qui vẽturus es? an alium Mat.11.
expectamus?Reſpõdit IESVS cęcos videre,claudos ambulare,audire ſurdos.Hoc enim aduẽtus ſui teſtimoniũ fore,per Eſaiã prophetam ſignificauerat.Hæc ergo quæ annunciauit per prophetas,in Euangelio manifeſtauit: F
& quod ipſe locutus eſt per prophetas, in Euangelio ipſe cõpleuit.Ipſius ergo ſermo erat propheticus ſermo,ſicut habes ſcriptum:Audi cælum,& percipe auribus terra,quoniã dominus locutus eſt.Intellectus ergo datꝰ eſt Eſaiæ.1.
etiam his qui perfectã ſapientiã non habẽt,dum mutilo quuntur,mortui reſuſcitantur. His enim ſignis intellectũ eſt ab his qui rudes erãt,& adhuc quaſi in cunabulis fidei cõſtituti,vt erat populus nationum,ipſum veniſſe qui expectabatur. Illuminat igitur fidei claritate,reſurrectionis ſuæ gloria,& diuinorũ operũ poteſtate, & in- Pſal.33.
tellectũ dat paruulis. Quibus vtiq; niſi de quibus in Euãgelio gratias agit patri,in eo quod ipſe operabatur filiꝰ, qđ myſteria ſua deus abſcõdiſſet à ſapiẽtibꝰ,& paruulis reuelaſſet: oſtẽdens citius plebẽ ex gentibus,vel ſtatus inferioris viros,q̃ ſcribas & principes Iudæorũ, & diuites huius ſeculi credituros. Ideo diuites eguerunt & eſu III
rierunt,pauper autem clamauit,& exauditus eſt. * Alias, attraxi.

Os meum aperui,& duxi + ſpiritũ,quoniam præcepta tua concupiſcebam. + Alias, quia

Habemus in Euangelio quod dominus IESVS

mandata tua desiderabam.

aperuit os ſuum,cũ benedictiones daret:Sed ille os aperuit,vt daret aliis ſpiritum:Dauid aperuit vt acciperet. Deniq; IESVS dicit:Accipite ſpiritum ſanctũ. IESVS dicit:Dilata os tuum,& ad implebo illud. Hoc eſt,homini dicit. Plenitudo enim Chriſtus eſt. Qui implet omnia, implet os tuum. Scribe ergo quæ dicit in latitudine cordis tui,hoc eſt,os tuum clamet ad dominum. Clamat os tuum & cum tacet,ſicut & Moyſes cum taceret voce,clamabat ſpiritu. Ab hominibus non audiebatur, apud deum perſonabat. Eſt enim interioris clamor affectus, qui auditur è cælo. Anna quoq; cum oraret,tacita clamabat: labia non mouebat,& interiori voce piæ mentis excitabat IESVM. Denique cum effectu rediit, quæ cum ſilentio precabatur,quia clamabat in ea ſpiritus dei, qui etiam tacentibus nobis clamat,Abba pater. Intellige ergo quid os ſit,vtrum cor,an interioris hominis habitus. Habet & os animæ,quę habet mẽbra. Hoc os aperit non ſolum Chriſto, ſed etiam Chriſti diſcipulo qui os ſuum Chriſto implendum præbuit,& ideo dicit: Os noſtrũ patet ad vos ò Corinthii,cor noſtrum dilatatũ eſt. Ideo imitatores nos ſui eſſe debere admonet, ſicut ipſe Chriſti eſt. Qui ſanctior eſt,Chriſto aperuit os ſuum:qui inferior,Apoſtolo. Prius Propheta legitur & Apoſtolus,& ſic Euangeliũ,in quo verba lucida,ſed validiora præcepta. Lex dicit:Diliges proximũ tuũ. & Euangelium dicit tibi Diliges inimicũ tuum. Dauid ergo quaſi perfectus propheta os ſuum Chriſto aperuit,& ideo in parabolis aperuit os ſuũ. Aperuit os,duxit ſpiritũ. Merito ait. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauũ ori meo. Sponſa Chriſti os ſuum ſponſo aperuit, percepit omni melle dulciora præcepta. Et ideo teſtata eſt dicens Fauces eius dulcedinis,& totus deſiderium. Delectata igitur tenuit eum,& non dimiſit eum. Et introduxi, inquit eum in domum matris meæ, & in ſecretum eius quæ me concepit. Fortaſe dom⁹ eſt, in qua præfulget moralium diſciplina:ſecretũ autẽ illud eſt,in quo ſunt altiora myſteria. Merito ergo concupiſcebat præcepta domini, in quibus diuinæ gratiæ mella redolebant. An non omni melle dulcior peccatorum remiſsio? Nonne omni flore gratior reſurrectio mortuorum?

G

1.Reg.1.

2.Cor.6.

Leuit.19. Mat.5.

H

Cantic.5. Cantic.3.

IIII

* Alias, Aſpice.

Reſpice * in me,& miſerere mei, ſecundum iudicium diligẽtium nomẽ tuum.

Pulchre addidit:Reſpice in me,& miſerere mei, quia reſpicit & iratus, vt reſpexit ſuper caſtra AEgyptiorum, & ligatis axibus curruum omnes eos deiecit in fluctus.

I

Pſal. 103. Geneſ.4.

Reſpexit ſuper Sodomã & Gomorram, quarũ vtraque peccatorũ ſuorũ luitura ſuppliciũ diuinæ preciũ ſoluit offenſę. Scriptum eſt etiam: Aſpicies ſuper terram, & facies eam tremere. Et cõtra reſpexit ſuper munera Abel, ſuper Cain autẽ munera non reſpexit. Quo exaſperatus Cain,parricidali crimine cruorem fratris effudit. Quid ſit autẽ reſpicere deũ,euidentiſsime illo teſtimonio declaratur,Quia reſpexit ſuper filios pauperum, & nõ deſpexit preces eorum. Oculus enim domini non aſpernatur iuſtorum munera. Deniq; oculos noſtros cum in aliquem mouemur,auertimus,quaſi indignum eum aſpectu iudicemus,quem oderimus affectu.

Pſal. 101.

V

* Alias, eloquium.

* Alias, iniuſtitia.

Greſſus mẽos dirige ſecũdũ verbũ tuũ * & nõ dominetur mihi omnis ĩiquitas.*

Greſſus pro profectibus animæ accipiendos frequentibus ſcripturarum teſtimoniis admonemur. Nam quis tam ſtolido ingenio eſt,qui putet Dauid de pedum ſuorum corporalium greſſu eſſe ſolicitũ,& his diuinæ dirẽctionis auxilium poſtulare? Ille vero vt ſanctus vitæ ſuæ curſum dirigi geſtiebat, ſicut & alibi ſcriptura teſtatur dicens:A domino dirigũtur greſſus viri. Deniq; ipſius vtamur teſtimonio, qui ait in ſuperioribus: Paulo minus effuſi ſunt greſſus mei,quia zelaui in peccatoribus pacem. Animi itaq; ſui oſtendit claudicaſſe veſtigium, dum pacem peccatorum putat eſſe mirandã. Videntur quidem habere tranquillitatem,videtur quiete frui: ſed non eſt quies,vbi animus inquietus eſt: non eſt tranquillitas mentis,vbi animus exagitatur obnoxię ſtimulis cõſcientiæ. Quomodo ſecuritas, vbi diuerſarum pugna eſt paſſionum? vbi conflictus grauiũ cogitationũ? Vnde dominus definiens quid ſit pacem habere,ait:Pacẽ meã do vobis,pacem meam relinquo vobis: non ſicut mundus dat,ego do vobis. oſtendens pacẽ quã mũdus,dat,verę pacis gratiam non habere. Ideoq; nõ in homine eſſe pacẽ volens docere. addidit:Pacem meam relinquo vobis. & iterum:Pacẽ meam do vobis. Denique Propheta dicebat:Pax pax,& vbi eſt pax? Manifeſtũ eſt igitur eum de titubatione ſuæ dixiſſe ſententiæ, in qua animi, non corporis titubauerat greſſus. Et Moyſes ait:tranſiens videbo hoc viſum magnum. Etenim vt deum videret,pro greſſione quadã virtutis ad altiora proceſsit. Paſtor erat ouium,& dux factus eſt ciuium. Et ad ſponſam dicitur in Canticis:Specioſi facti ſunt greſſus tui in calciamentis filiorum Aminadab:Moduli fœmorum tuorum ſimiles torquibus opere artificis. Nõ eſt dubium greſſus hic quoq; eccleſiæ,vel animę profectũ ſignificari. Quàm ſpecioſi pedes ſunt euangelizantium pacem,euangelizantium bona. Vtiq; ſpecioſos dicit euangelicæ prædicationis & diſputationis progreſsus,vt alibi dicitur: Trãſgredere flumina,hoc eſt,fluentia & lubrica iſtius mũditrãſcurre ſtabili mentis inceſsu. Qã de animę geſsibus dicit in poſterioribus,hic ipſe Dauid euidenter oſtendit,aſſerens quod torrentẽ iniquitatũ ſua anima tranſiret. Sed reuertamur ad ſpõſę greſsus. Quid ſibi vult quod ait in calciamẽtis ſpecioſos greſsus Eccleſię? Legimus itaque dictum ad Moyſen: Solue calciamentum pedum tuorũ. quo videtur admonitus ne corporalibus vinculis teneretur aſtrictus. Ergo ſpecioſam ſignificat in Cãticis animæ pulchritudinem, quæ carne tanquam ſcalciamento vtitur,& in ipſo impedimentum non patitur,ſed inceſſus decore præcellit. Calciat ſe ergo carnis anima eccleſiaſtica gratia,vt curſum vitæ huius & tranſitũ cũ decore prætereat. Qã ſit ſi calciamentũ ſuum nõ inquinet luto corporali,nec in vitiorũ mergat voragine,ſi caſtiget carnẽ ſuã ne moretur ad curſum,& à ruinę pinguis pondere prægrauetur. Bonũ calciamentũ animæ, pudicitia eſt. Bonus greſsus veſtigiũ eſt caſtitatis. Sapiẽtia autem amictus eſt animæ. Vnde ſcriptum eſt:Honora eã, & amplectetur te. Vtamur ergo corpore tanq; calciamẽto, ad inferioris opera virtutis:ad miniſterium,non ad præcipitium:ad obſequiũ,nõ ad delectationẽ:ad obedientiã,non ad diſſenſionẽ:& in via ſapientiæ veſtigiũ collocemus, ne greſsus noſtros vis torrentis aliqua concludat. Ideo ad Moyſen dictũ eſt:Solue calciamẽtũ. Dictum eſt & ad Ieſum Naue. De Chriſto autem dictũ non eſt, ſed magis ſcriptum eſt, dicente baptiſta: Poſt me venit vir, cuius non ſum dignus calciamenta portare. quia illi bene admonentur vt ſoluant calciamentũ ſuum,qui ſine peccato eſſe non poterant. Hic autem nõ ſolum calciamẽtum non ſoluit,ſed etiã calciamenta aliorum abſoluit, quia non ſolum corpus ſuũ à peccatis immune ſeruauit, ſed etiam omniũ dedit indulgentiã peccatorũ. Ergo Eccleſia ad imitationem Chriſti ſpecioſa eſt, & in calciamentis omni abluta delicto. Et fortaſe quando ſapientiam inter perfectos loquitur,ſpecioſa eſt in ſuperioribus mẽbris: quando autem etiam inferioris ſtatus aut doctrinæ homines verbum ſequuntur,fidei ſeriẽ non obliuiſcuntur,ſacerdotis præcepta cuſtodiũt,ſpecioſa eſt in calcia mentis. Plerunq; clerus errauit,ſacerdote mutauerunt ſententiam,diuites cum ſeculi iſtius terreno rege ſenſerunt,populus fidem propriam reſeruauit. Vnde etiam de domino IESV bene poſsumus dicere, quia & in his quæ corporalia ſunt, ſpecioſos greſs⁹ verbum habeat, cum de moralibus diſputatur. Et apoſtoli ideo fortaſse nudis mittũtur pedibus,ne obumbretur eorum diſpu-

K

Ioan.14.

Prouer.4

L

Exod.3.

Hiere.8.

Exod.3.

Cantic.7.

Eſaiæ.52.

Eſaiæ.47.

M

Matth.3.

tatio,ſed eluceat. Itaq; eccleſia filia Aminadab, hoc eſt, voluntarii vel beneplaciti;quia voluntarius eam & beneplacitus congregauit,& in calciamentis ſpecioſa eſt.

Cantic. 7

Meritoq; additum eſt ĩ Canticis: Moduli fœmorum tuorum ſimiles torquibus operi manuum artificis: vt poſteritatis Eccleſię ornamenta canerentur. Per fœmur enim

Pſal. 44.

ĩſigne generationis agnoſcimus, iuxta illud. Accingere gladium tuũ circum fœmur potentiſsime. quo ſignificatur quod filius dei cũ ſemetipſum exinaniſset,verbi. ſit accinctꝰ diuinitate,& generatione calciatus humana prodiret ex virgine,omnibus daturus ſalutem. Moduli autẽ dicũtur ornamenta precioſa quæ ſuſpendi matronarum ceruicibus ſolent. Tantus ergo proceſsus Eccleſiæ ſignificatur,vt ornamentis precioſiſsimis comparatus ſit,& torquibus triumphãtiũ. Hec enim ornamenta ſunt bellatorum. Vnde & Symmachus παταγελαια dixit hoc eſt,quæ ſunt circa collũ. Siue ergo generatio Chriſtiex virgine,ſiue Eccleſiæ propagatio, ſpecie quidem tanquàm manu artificis torquibꝰ adornatis,vere autem virtutis inſigniis ſpiritalibus ceruices fidelium coronauit. Deniq; tota iſta deſcriptio membrorũ Eccleſiæ plena decoris & laudis eſt. Nam & vmbilicꝰ eius tanquàm crater tornatilis prædicatur mixto non deficiens, eò qã in omni doctrina tornatus plenitudine cognitionis, & potu non deficiat ſpiritali,& venter eius nõ ſolũ acerui tritici,id eſt,cibis fortioribus cæleſtis myſterii ſaginetur verũ etiam tanquam liliis quibuſdam moraliũ ſuauitate repleatur. Vnde & ipſa tanq; benemerita regina Chriſti ſanguine coronatur,ſicut ſcriptũ eſt: Et ornatus capitis tui ſicut purpura. Sanguis Chriſti purpura eſt,qui inficit ſanctorũ animas, non ſolũ colore reſplendens, ſed etiã poteſtate,quia reges facit,& meliores reges, quibus regnum donet ęternum. Meritoq; ad tantũ Eccleſiæ decorẽ,cui Chriſti ſanguis ĩtrutilat,ſpiritus ſanctꝰ exclamat

Cantic. 7

B

Ibidem.

Quàm pulchra & ſuauis facta es charitas in deliciis tuis Pulchra decore virtutis,ſuauis iucũditate gratię,remiſſione vitiorum,quam nulla vexat amaritudo peccati,& ipſa iam charitas quæ diligendo deum & nomen acceperit,quia deus charitas eſt. Recte ergo Dauid petit greſſus ſuos dirigi ſecundum verbũ dei, vt fiant & ipſi ſpecioſi,& nõ dominetur ei iniquitas: Quàm iure precatus eſt. Sciebat enim & Abrahã greſsus ſuos ſecundum præcepta domini dirigentẽ,& appetito ſpecioſæ vxoris pudore tentatũ,ſed nõ cõſumſum,& in vnici immolatione filii poſtlata patriæ mẽtis pietate luctatũ, ſed coronatum: Se quoq; in furore Saul,inceſtu Ammon, Abſalon parricidio,iniquitatis ĩprobæ feralibus tentationibus appetitum,hoc ſolo euaſiſſe,qã dirigens greſsus ſuos ſecũdum pietatẽ domini à paterno nõ receſsit affectu, intra ſe gemens crimen inceſti,à ſe relegãs odia parricidæ:Filius meus Abſalon,filiũs meus,ĩquit, Abſalon,quis dabit mihi mortẽ pro te? memor naturæ pietas † , offenſæ immemor de quo ante quæſiuit, Puer ne viuit? Et fortaſſe quærendum ſit qua ratione ante puerũ dixit,poſtea filium nominauit:cur non in vtroq; aut puerũ dixit,aut filium,Si viueret,puer erat,quia parricidio petebat patrẽ Non ergo pietatis nomen accipere debebat,ſed infirmitatis. Ideoq; vir iuſtus quod religionis fuit,tacuit, quod infirmitatis aſperſit. Vbi vero eſt mortuus, apud pium patrem perſonæ crimen defecit, naturæ nomẽ remãſit.

C

2.Reg. 18 * Alias,& ietatis.

VI

† Alias, Redime.

Libera † me à calumnia hominum,& cuſtodiam mandata tua.

Non vnum genus eſt noſtræ afflictionis: Eſt & tentatio, eſt & calumnia: ſed tentatio leuior,calumnia grauior. Si quidem tentatio poteſt eſſe calumnia, calumnia in ſe & tentationem habet. Eſt humana tentatio, quam ferre poſsumus,calumnia autem grauis eſt. Et ideo dominus quę ſunt grauiora ſuſcepit,& calumniis appetitus filentium detulit triumphale. Calumnia autem eo grauior eſt,quia non ſolũ falſa componit,verũetiã quæ pie geſta ſunt decolorat: vt Ioſeph non ſolum adulterii obiectione tentatus eſt, & inuitatus ad crimen herilis illecebræ, verumetiam tentatus calumniis, cõpoſito elogio quod ipſum adulterium domine ſuę inferre voluiſſet,cõprehenſuſque exuerit veſtem,ne fraudis indicium, atque in ſigne criminis teneretur: cũ vtique amictũ ideo fugiens dereliquerit, vt laqueos vim ferentis, & nexus illecebro ſę artis euaderet. Ipſe Dauid ſenſerat qã timebat. Quibus enim Saul regis calumniis laborauit? Præteritis omnibus,allophyli impetũ luſit,ſingulari certamine ſummã belli,& totius prælii põdus excepit,virtute ſua ſolus cõmune crimen refellẽs,& totius retorquens in hoſtem plebis opprobrium: & tamen quia iuuenculæ dixerunt: Saul triumphauit in milibus, Dauid in decem milibus: gloria in inuidiã verſa,odio cœpit vrgeri. Et vt de poſterioribus loquamur,Suſanna bene ſibi conſcia erat, & apud homines ſibi adeſſe nõ poterat. Duo preſbyteri ſe nes falſum teſtimonium deferebant. numerus ſacerdotum atque ſenectus vocem auferebant puellæ, ſola cõſcientia erat apud deum libera. Deniq; hominũ dãnata iudicio,nutu abſoluta diuino eſt. Ideo ait Propheta: Libera me à calumniis hominũ,vt cuſtodiã mãdata tua. Qui enim opprimitur calumnia,non facile poteſt cuſtodire mãdata diuina. Triſtitię neceſse eſt plerũque aut timori cedat,& affligatur vel metu calumniæ,vel dolore.

D

1.Reg.18

E

VII

* Alias faciem.

Vultum* tuum illumina ſuper ſeruum tuum, & doce me iuſtitias* tuas.

Illuminat dominus ſanctos ſuos,& lucet in corde iuſtorũ. Itaque cum ſapientem videris, cognoſce quia deſcẽdit ſuper eum dei gloria,illuminauit eius mentem ſcientiæ fulgore,cognitionisque diuinæ. Illuminauit autẽ eiam corporaliter faciem Moyſi, & trãſfigurata eſt gloria vultus eius,quem videntes Iudæi trepidauerunt: & ideo factum eſt vt Moyſes velamen poneret ſuper faciem ſuã ne in eam filii Iſrael intenderent, & ſuper turbarentur. Simul declarabatur myſteriũ, quod illud velamẽ quod in facie Moyſi corporaliter ponebatur, in cordibus Iudæorum myſtice poneretur,eò quod verã legis claritatem videre non poſsent. Vultus enim Moyſi fulgor eſt legis: fulgor autem legis nõ in litera,ſed in intellectu eſt ſpiritali. Itaque quandiu vixit Moyſes, & alloquebatur Iudæorũ populũ,velamen habebat in facie ſua. Mortuo autẽ Moyſe Ieſus naue iã nõ p velamẽ, ſed facie reuelata & preſbyteros alloquebatur, & populum; & nemo trepidabat: cum vtique & ipſi dixerit deus quod cum ipſo ita eſset futurus vt fuit cum Moyſe, & eum ſimiliter illuminaret,geſtorũ vtiq; nõ vultus gloria: hoc ſignificante ſpiritu ſancto,qã venturus eſset IESVS verus, ad quem ſi quis conuerteretur,& eum vellet audire,de corde ſuo velamen auferret, & reuelata facie verum ſalutorem videret. Ergo deus omnipotens pater qui in Moyſi facie excæcauit populũ Iudæorum,non duritia ſed præſcientia,nec malitia,ſed æquitate atq; iuſtitia: (Ipſi enim ſibi velamen poſuerũt,qui legem intelligere noluerũt. Lex enim ſpiritalis eſt,ſicut dixit Hebræus. Is vtiq; ſecundũ illud quod dat vnicuiq; noſtrum,in quo non tribuentis ſed diligentis eſt culpa) iſte inquã dominus illuminauit cor populi nationũ ĩ facie Chriſti IESV per eius aduẽtũ: quod euidẽter apoſtolico declaratur exẽplo, ſicut ſcriptum habemus: Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen ſplẽdeſcere, illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei in facie Chriſti IESV. Ideo ergo dicit Dauid ad dominum IESVM: Vultum tuum illumina ſuper ſeruum tuum. Faciem Chriſti videre cupiebat,vt mens eius illuminari poſset. Et ſecundum incarnationem poteſt accipi. Multi enim prophetæ & iuſti videre voluerũt, vt ipſe domin⁹ declarauit. Quod autem negatum Moyſi fuerat,non quærebat, vt corporaliter dei vultũ in corpore videret, ſi tamen & Moyſes tam ſapiens & eruditus hoc potuerit ſimpliciter magis

F

2.Cor.4.

G quàm in mysterio postulare.humanũ tamẽ est desideria
supra nos extendere. Nec immerito faciẽ eius aduenie-
tis ex virgine quærebat videre,vt illuminaretur in corde
Lucæ. 24 sicut illuminabantur etiam illi qui dicebant.Nonne cor
nostrũ ardebat in nobis cum aperiret nobis scripturas?
Quod si quis ad deũ patrẽ dictũ vult videri,potest accipi
vultus patris,filius. Qui enim videt filiũ,videt & patrem
Illuminat tamẽ vultus dei, secundũ quod oculi eius su-
per iustos habentur. Quod cum spiritaliter fit probãdũ
tamen quia incidit illuminationis vultus Moysi historia
ne quis non putet corporaliter id fieri potuisse,cognos-
cat etenim vsu solis quod multis etiã pallore confectis
totius corporis figura mutatur,& ignis vapore calefactis
species vultus rutilãs offunditur.Oriente die rubẽt ter-
re croceo colore perfusę,imaginem de beneficio mutua
tæ. Gemmarũ quoq; monilia coruscantia transfundunt
finitimis quod ipsa radiauerint:& miraris si Moysi vul-
tus diuinæ infectus sit claritate præsentiæ? Miraris si re-
fulgente dei gratia iusti vaporetur ingenium ?Non dubi
tauit Propheta , qui popposcit illuminari prius, vt iustiti
VIII as domini posset addiscere.

Decursus *aquarum descẽderunt * oculi
mei,quia non custodiui* legem tuam.

* Alias, Exitus.
* Alias, deduxerunt.
* Alias, custodierunt.

Græditer affectũ pœnitentiam gerentis expressit dicens
quod aquarũ decursus oculi sui descẽderint,siue quia p
eos tanq; per meatus vndantiũ fluentorũ ita exuberanti-
um lachrymarũ se quidã ductus effunderit, & fletus irri
gui per cõtinuũ quoddã & iuge profluuiũ,siue quod ipsi
descẽderint oculi. Habet enim hoc vis summi doloris,
vt eũ lachrymis oculi quodãmodo ipsi videãtur descen
H dere:eò quòd tanta vis lachrymarũ sit , vt putẽtur oculi
in fletus resolui,& ĩ lachrymis effũdi.Oculi ergo ipsi tan
quàm in decursus descẽdũt aquarũ.quo verbo impetus
deplorantiũ vehemẽs expressius declaratur , secundũ il-
Canti. 4. lud quòd ĩ Cãticis scriptũ est.Fons ortorũ , puteus aquæ
viuæ,& impetus descẽdẽs à Libano.Hos impetus Eccle-
sia deduxit à Libano,hoc impetu diluũtur peccata, hoc
impetu puri fontis spiritus sancti affluit à Libano spon-
sa,& à principio fidei transiuit seculũ,& pertransiuit ad
regnũ.Aliis fons est,aliis puteus pro captu nostro gratia
spiritalis,aliis ortus clausus,fons signatus:aliis ortorum
fons,qui in Ecclesiæ dote nũeratur:aliis impetus descen
dens à Libano:& magnus impetus,qui nunquam deficit
Non enim deficiunt de petra vbera , neq; nix à Libano,
neq; aqua quæ fertur valido vento virgini Hierusalem.
Descendit impetus à Libano,quando collectis in vnum
apostolis,& pluribus credentibus factus est ſubito de cæ
Actuũ. 2. lo sonus tanquam vi magna spiritus ferretur, & repleti
sunt omnes spiritu sancto diuersitates donãte linguarũ.
Bonus impetus,qui lædere nesciat,norit implere.Si quis
I igitur hunc impetũ superuenientis è cęlo gratię vult me
reri,descendat etiam ipse oculis in decursus aquarum.
Qui hunc primum impetum fuderit , illum merebitur.
Descendit oculis suis in hos ductus aquarũ,quæ lachry-
mis irrigauit in Euãgelio domini pedes:& ideo fidei suæ
precio emit animæ suę & corporis sanitatẽ,iam non san
guinis profluã,sed gratię spiritalis .Descendit ergo Da-
uid propheta.ideo de peccato gratiam retulit. Descẽdit
in aquarum ductus,hoc est,repleuit eos , & decurrenti-
um aquarum lachrymis suis fluenta cumulauit , aut ina
nes & vacuos ductus solis repleuit fletibus.aut,quod elo
cutionis moralis quidam sensus ostendit , descendit in
aquarum ductus,trãsiuit eos.& possemus dicere , Trans
cendit eos , & supergressus est : sed minuitur vis elo
quii , quo vis maior affluentiæ descendentis quàm as-
cendentis exprimitur . Vide rogo quid de vsu verba
habeant,impetum suum sermo propheticus non amit-
tat,licet vsus ipse scriptorum sensui seruire maiore de-
core cõsueuerit.Diuerse hõc & sępe significauit, & pro
pemodum incrementa semper assumpsit . Dixit enim
primo:Lauabo per singulas noctes lectũ meũ , in lachry K Psal. 6
mis stratũ meũ rigabo. Dixit iterũ: Fuerũt mihi lachry- Psal. 41.
mæ meæ panes. Dixit etiam:Et potum meum cum fletu Psal. 101.
miscebam . Hic addidit diens: Decursus aquarum de-
scenderunt oculi mei. Hoc secutus in Threnis Hiere-
mias. affectum doloris expressit,vim oculi descẽdentis
imitatus. Sic enim habes: Defecerunt in lachrymis ocu Thren. 2.
li mei,oculi mei caligauerunt. Tanquam descenderunt
oculi,qui deficiunt in lachrymis.Et alibi: Oculus meus Thren. 3.
absorptus est. Sed plus est aquas lachrymis vincere,
quàm oculos absoberi fletibus.Et alibi idem Hieremias
Exclamauit cor eorum ad dominum: Muri filiæ Sion Thren. 2.
ducant torrentes,fluãt lachrymas die ac nocte.Noli da-
re tibi requiem,non fileat pupilla oculi tui.Oculi igitur
qui torrentes deducunt lachrymis suis,ipsi ductus aqua
rum descendunt,hoc est, cumulantur vt faciãt eos suis
augentes fletibus impetu exundare torrentium. Sunt ta
men codices qui habeant Μιξόσω ὑδάτων κατεῖδε καρ
δι ὀφθαλμοί μου . hoc est , ductus aquarum direxerunt
oculi mei.Sed ego in græco codice meo κατέβησαν legi,
hoc est descenderũt.in quo potest fieri vt in vtramlibet
partem duarum adiectione aut diminutione literarum
scriptor errauerit.Et habuit quidẽ multa quæ fleret,vel
incestum filiæ,vel interitum filiorum:sed hic nõ hoc fle
uisse se dicit,sed quia non custodiuit legem domini.A-
sancto viro plus culpa quàm erumna defletur.Fleuit ita
que quando ei Nathan de Vriæ morte indignationẽ do- L
mini nunciauit:& peccatum suum de prænaricatione le
gis agnouit. Denicq; filio in ægritudine constituto, neq;
cibum sumpsit,neque regium thronum aut cubile con
scendit:sed stratus in terra ieiuna ora lachrymis dilue-
bat,non tam filii mortem quàm peccati pœnam in illo
leuare desiderans.Fleuit quando numerato, populo re-
pente corde percussus est.Denique Peccaui,inquit, gra
uiter,peccaui stulte.Fleuit igitur primo quia elat9 regia
potestate,quærendo numerum plebis, mensuram egres
sus est conditionis humanę.Deinde quia sui erroris pre
cio vindicabatur in plebem:sed à domino hæc proposi-
ta pœna fuerat,non à rege est postulata: domini tamen
se committendo misericordiæ,electionis causam proba
uit:simul quia propter eum populus laborabat,ipseque
se offerendo pro populo,elationis soluit iniuriam,pie-
tatis probauit affectum.

SERMO DECIMVS OCTAVVS.

SEQVITVR Zadic litera octaua decima,quę La V
tina interpretatione dicitur consolatio . Post Zadic.
more torrentium lachrymas defluentes.& gra M
ues fletus doloris,oportebat consolationem se
qui:Nã qui in doloribus sunt,consolatione indigent:&
qui grauibus erumnis pœnas commissorum luerunt cri
minum,sperant indulgentiam:& qui fletibus & lachry-
mis propria delicta lauerunt,requiẽ promerentur. Hæc
omnia in scripturis diuinis qui quęrit inuenit. Nã & pri
mum illud,vt in dolore positos consolemur , docet illa
quę ĩ libro Hieremię flebiliter clamat ad captiuos & exu
les Iudęorũ:Ite proficiscimini filii.ego enĩ derelicta sum baruch. 4
deserta.Exui me stola pacis , indui autẽ stolã precatiõis
meæ,& clamabo ad excelsum in diebus meis. Animo æ-
quo estote filii,clamate ad deũ,& extrahet vos de manu
principũ inimicorũ:Ego enim speraui in illo æterno sa
lutem vestrã.Credentibus igitur in dominũ,est in domi
ni misericordia cõsolatio.Est etiam aliud cõsolationis
genus iis qui graues soluerint pœnas , vt habes scriptũ
in Esaiæ libro:Consolamini consolamini populũ meũ, Esaiæ. 40
dicit dominus:Sacerdotes loquimini in cor Hierusalẽ,
consolamini eam,quoniam repleta est humiliatio eius:
solutum est peccatum eius: quoniam accepit de manu
domini duplicia peccata sua.Etiam si fides deerat , pœ-
na satis fecerat.Releuantur solutione pœnarum, qui ab

A soluuntur commendatione meritorũ.Tertium est cum
Psal. 6. lachrymis crimen abluitur, vt est illud : Discedite à me
omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit
dominus vocem fletus mei. Quod etiã hoc loco & ple-
risq; locis in libro psalmorum facile reperitur.Cõsola-
tio igitur prima ordine est, quoniam non obliuiscitur
deus facere misericordiam , neque in æternum proiicit
quos putauerit coercendos,Secũda,quod decursis sup-
pliciis quæ propter pec ta nostra toleraiimus, ad ve-
niam pertinemus. Vnde nõnulli philosophi disputaue
runt obesse improbis absolutionem,prodesse mortem:
quod in illa incentiuum sit delinquendi, in morte au-
tem absumptum esse de nostris . Cui dubium, cum in
Prou. 13. puerbiis Salomonis sit: Qui pcit baculo,odit filiũ suũ,
Prou. 26. castigat autẽ dominus quem diligit?Et infra:Flagellum
equo,& stimulos asino imperat: virga autẽ nationi im-
prudenti.Pœna enim corrigit & emendat errãtem.Si ta
lis est qui emendari non queat,aufertur è medio, ne gra
uiora cõmittat.Mortuus enim iã nescit errare.Ideoq; &
Eccles. 4. Ecclesiastes ait. Et laudaui ego mortuos magis quàm vi
uentes, & optimũ iudicaui supra hos eum qui nondum
natus est,qui non vidit hoc opus mali.Mortuus præfer-
B tur viuenti, quia peccare desiuit. Mortuo præfertur qui
natus non est, quia peccare nesciuit. Nunc dicamus e-
tiam de iis qui pœnas scelerum soluerũt suorũ. Nonne
istitulerunt culpæ preciũ, & iam non integra his pœna
Esa. 40. debetur?Clamat per Esaiã domin9:Cõsolamini populũ
meũ, qa recepit de manu domini duplicia peccata sua.
Discite vnde Plato hęc sumpserit:Eruditionis gratia in
Aegyptũ pfect9,vt Moysi gesta,legis oracula,& prophe
tarũ dicta cognosceret, audiuit cõsolationẽ populi, qui
supra peccati modũ videbatur fuisse punit9:& huc locũ
quadam adopertũ dote verborũ,in dialogum transtulit
quẽ scripsit de virtute. Quẽ locũ tamẽ domin9 in euãge
lio plenius cõprehẽdit,& apertius declarauit, dicẽs per
Luc. 16. Abrahæ personã ad illum diuitem seculi huius: Fili re-
cordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus simi
liter mala.nunc autẽ hic consolationem habet, tu vero
cruciaris: & in his omnibus inter nos & vos chaos ma-
gnum firmatum est, vt ii qui volunt hinc trãsire ad vos,
non possint, neq; inde huc transmeare. Sed iam audia-
mus quid iustus in consolando se loquatur.

C
I Iustus es domine,& rectũ iudiciũ tuum.

Vere iustus vir,qui lachrymis profluens,inuolutus e-
rumnis,graui supplicio delicta persoluẽs, nõ tædio vin
citur,nõ metu frangitur,non labore lassatur,nõ ingra-
tus aut tristis est. Plerumq; enim vulgus hominum sua
delicta nõ repetẽs,iniuste se putat tolerare quæ patitur.
At vero vir iustus,qui seipsum statim in exordio sermo
nis accusat,iustitiã domini prædicat,qđ meritis suis di-
gna patiatur . Dicendo autẽ iustum deũ, de sua quidem
iustitia antè pronũciat, sed de iustitia domini sperat &
veniã.Iustus enĩ nõ semper irascitur:sicut enĩ vltor cul
pæ, ita moderator est pœnæ. sicut vindex peccatorum,
ita remunerator est virtutũ,optimorũq; meritorũ. Qui
vult dare præmiũ,debet expectare certamẽ, quia nemo
sine certamine coronabitur. Sinit ergo nos sæpe tenta-
ri,volens iusta præmia dare, luctanti victq;,nõ dormien-
ti.Non decet redimitos floribus corona,sed puluerulen
tos : nec molles delicijs, sed labore exercitatos ornat vi
ctoria. Iustus ergo in aduersis suis iustitiam dei laudat.
Sed non hoc sentit amissis teneris parẽs liberis, non im
maturo nuptæ viduat9 cõsortio,nõ æger in dolore,non
naufragus in periculo,nõ reus in iudicio, nõ captiu9 in
laqueo . Clamat tamen Hieremias, cum futuræ annun-
cians populis captiuitatis erumnã, in luti voragine tur-
pi necãdus illuuie mergeretur.Iustus es domine:Clama
mabat iterũ cum victæ plebis miserãdis seruitijs augere
tur:Iustus est dominus,qa os ei9 ad iracũdiã irritaui. Et
sub alia litera: Ita foris sine filijs fecit, & ab intus mors,
hoc est,sicut in paradiso fecit, ita & in huius erumnam D
desæuit. Inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem Sapien. 2.
terrarũ.Iustus es domine. Clamabãt Hebræi cũ propter
virtutẽ deuotiõis,& fidei gratiã,fornacis ardẽtis ambirẽ
tur incẽdijs:Iustus es domine in omnibus quæ fecisti. &
ideo meruerũt vt illæsi ignib9, domini iustitias prædica
rẽt.Daniel quoq; propheta secũdo in lacũ missus leonũ
& immaniũ ferarũ sæuitia atq; errore circũdatus, recta
oía in conspectu esse domini ĩperterrito clamore iacta-
bat.Ionas iclusus vtero bestiali, anhelãdi spiritus vix ha
bens cõmeatum, iustus iniustorũ sorte dãnatus, clama-
bat de ventre cęti in mari cum voce laudis & cõfessio-
nis, Supplico tibi. Dauid cum fugeret à facie Absalon,
parricidalibus armis & terris pulsus,& regno egressus,
cũ pro toti9 populi se offerret excidio,dicebat:Iustus es
domine,& rectũ iudiciũ tuũ: Grex innocens iste quid fe
cit?Ego pastor feci malũ apud iustũ deũ,pœna de culpæ
authore sumatur.Ipse pater fidei Abraham,cum ad im-
molãdũ vnicus à sene filius poscеretur, paternæ pietatis
affectũ diuinę cõfessione iustitię tẽperabat,dicẽs:Iustus
es domine.Non enim poscis alienũ, sed tuum reposcis:
ipsum tibi restituo quem dedisti.Hunc imitatus Iob ex-
tinctis liberis,patrimonioq; nudatus amisso, amictũ sui
corporis scindẽs,ait:Nudus natus sum,nudus,inquit,& Iob. 1.
moriar.Domin9 dedit.domin9 abstulit:sit nomẽ domi
ni benedictũ.Omnes ergo iustũ dominũ prædicemus:& E
q moribũda sepulchro sua mẽbra cõponit, & qui dãno
feritur,aut funere filiorũ,dicat:Iustus es domine. Quid
enim nostrũ amittim9? Clamat Apostolus:Quid habes
quod non accepisti ? Quod habemus ergo, accepimus.
Quod igitur amittimus, reddimus,non amittimus. Iu-
stus dominus ĩ periculis,iustus in dãnis,iustus in vltiõi-
bus est,non solũ quia vnusquisq; iuste culpæ suæ pœnas
luit,verũetiã quia dũ vnus punitur,plurimi corrigũtur.
Ananias & Sapphira in actib9 apostolorũ fraudati pre-
cii qđ de agri vẽditione perceperãt, crimen admiserũt,
q poterãt nihil offerte,& crimẽ euadere. Verũ ne qs im
pune circũscribẽdos apostolos arbitraretur.aut mię suę
mun9 fraude cõtaminaret perfidię, morti addictos æter
næ perfidos,vniuersos ad fidei studiũ iusto terrore com
posuit.Pharao cũ populo suo fluctib9 mersus, mũdanæ
cõuersationis exẽplum est,ne quis dei populũ persequa
tur.denicq; potuit eũ deus volũtati suę facere obedientẽ,
sed eius pœna oẽs voluit emẽdari. Ideoq; dicit ad eũ do
minus: Quia ad hoc ipsum te suscitaui,vt ostẽdam in te F
virtutẽ meã,& annũcietur nomẽ meũ in vniuersa terra.
Nõ vticq; domin9 suæ laudis,sed nostræ correptionis in-
cremẽta quærebat.Oẽs ergo sapiẽtes dicũt:Iustus es do-
mine,& rectũ iudiciũ tuũ.Necq; enim tradimur aduersa-
riis sine iudicio ipsius,neq; sine ipsi9 iudicio in tribula-
tiones venimus,Hæc iustorũ est consolatio,hoc est domi
ni iudiciũ.Denicq; & supra habes: Memor fui iudiciorũ
tuorũ,quæ à seculo sunt,& me consolatus sum. Aduer-
tis ergo quia iudicia domini consolationes sunt.

II Mandasti iustitiam testimonia tua, & ritatem tuam nimis.

Verum nimis mandasti, an nimiam veritatem? Sed &
nimia veritas plena laudis, & nimium mandare proui-
dentiæ atq; cautelæ est. Etenim infirmos nouerat,ideo
sæpius admonebat,vt non obliuiscerentur.

III Exquisiuit me*zelus domus tuę,quoniá inimici mei obliti sunt verborũ tuorũ.

* alias tabescere

Est zelus ad vitã,& est zelus ad mortem. Ad vitam ze- me fecit ze
lus est diuina præcepta seruare, & amore domini ei9 cu lus meus,
stodire mandata,vt fecit Phinees,de quo legimus in Nu ga obliti
meris dicente domino ad Moysen: Phinees filius Elea- sunt verba
zar filii Aaron sacerdotis sedauit furorem meum à fi- tua inimi-
lijs Israel,in eò quod æmulatus est zelum meum in illis, ci mei.
& non consummaui filios Israel in zelo meo sicut dixi.

G Ecce ego do ei teſtamentum pacis, & erit illi & ſemini eius poſt eum teſtamentum ſacerdotii æternũ, propter quod æmulatus eſt deum ſuum, & non exorauit pro filiis Iſrael. Cæſa iacebant vigintiquatuor milia populorum, tẽ debat pœna in omnes, nec vllus finis exitii. arripuit Syromaſtẽ Phinees, duos occidit, interdicta ſibi cõ ſuetudine copulatos, redemit omnes, indignationẽ domini mitigauit, dedit Victoriam quibus negabat ſalutẽ. Quàm ſalutaris eſt igitur dei zelus? Non vnius tẽporis illud vitiũ fuit: & nũc Madianitis miſcetur Iudæo. Madianitis eſt quæ nullo eſt vxoris legitimæ copulata coniugio, nullo fidei victa conſortio. Madianitis eſt hæreticorum perfidia, cũ populum dei tẽtat. Quàm multis populis meretrix iſta feralis irrepſit, quæ publico funere totum populum cõmuni morte tumulauit? Veni & nũc Phinees, arripe gladium verbi, interfice perfidiã, iugulato hæreſim, ne propter eã populus vniuerſus intereat. Vrget ira cæleſtis, percute ipſam vuluam impietatis, generatoriũmque perfidiæ, ne partus formetur infelix, ne adulterina cõceptio diffundat ſeminarium præuaricationis & ſceleris, vt dominus tecũ ſtatuat teſtamẽtum pacis, & teſtamentũ gratiæ, teſtamentũ promiſſionũ cæleſtiũ. Zelum habere debet ſacerdos, qui incorru
H ptã ſeruare ſtudet eccleſiæ caſtitatẽ. Et ideo princeps ſacerdotũ dicit: Zelus dom⁹ tuę deuorauit me. Et Phinees ſacerdos erat, & nepos ſacerdotis, & fili⁹ ſacerdotis. Bonus zelus & vtilis in ſacerdote, præcipue ne negligens, ne remiſsus ſit. Melius eſt vt vnius aut duorum damnatione plurimi liberentur, q̃ duorum abſolutione plures periclitẽtur. Exquiſiuit, inquit, me zelus domus tuæ. Vides quia zelus dei gratia eſt, qui exquirit, qui ſuperuenit, qui ſe iuſti infundit pectori. Zelus dei vita eſt. Denique dominus ait: Zelus domus tuæ deuorauit me. Sicut enim antè in Adã deuorauerat hominem mors prævalens, ita zelus deuorauit quem viuificauit in Chriſto.
3.Reg.19. Zelum habuit Helias, & ideo raptus ad cælum eſt. Zelans, inquit, zelaui dominum. Zelum habuit Mathathias buthanus, qui aduerſus ſacrilegio Antiochi excitauit dei plebem. Zelum qui habent, omnes ſibi inimicos ſuos putant qui ſunt hoſtes dei, quamuis patrem, fratres, ſorores. Omnibus dicit: In hoſtes facti ſunt mihi. ſicut Dauid ait. Quid multa? Apoſtolus quoq; domi
Luc.6. nihoc declarat⁹ eſt nomine, vt Iudas zelotes diceretur, ſicut legimus in Euangelio. Zelo fidei populus gentiliũ vitam ſibi acquiſiuit æternam, quam negligentia atque deſidia Iudæorum populus amiſit. Ideoq; ſcriptum eſt:
I Zelus apprehendit populum ineruditum. Quoniã populus qui erat eruditus in lege, nullum fidei habebat ardorem. contulit ſe zelus ad gentes: cuius tanta eſt gratia, vt electionis prærogatiuam vicerit, & eruditionis in duſtriam. Deniq; apprehendẽs populũ ineruditum, fecit eſse meliorem. Itaq; ea gratia operata eſt in populo nationũ, vt hæreditatem domini mereretur quam operatus eſt dominus, vt eccleſiam ſibi ex nationibus copularet. Zelus ergo charitas eſt. Denique valida eſt ſicut mors charitas, durus ſicut inferi zelus. Durus zelus, quẽ vitæ huius nulla vincit illecebra. Durus ſicut inferi, per quem peccato morimur, vt viuamus deo. Angeli quoq; ſine zelo nihil ſunt, & ſubſtantiæ ſuæ amittunt prærogatiuam, niſi eam zeli ardore ſuſtentent. Denique in Apocalypſi Ioãnis dominus ad angelum Laodiciæ dicit:
Apoca.3. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quòd dines ſum & ditatus, & nullius egeo, & neſcis quod tu es miſer & miſerabilis & mẽdicus & nudus & cæcus. Conſulo tibi vt emas à me aurum igne probatum. Hic eſt dei zelus, hic eſt fidei vapor, deuotionis feruor, qui nos velut ſuauem cibum in Chriſto remollit & format. Quanta domini gratia, vt nos in ore ſuo conſtituat, & quaſdam meritorum noſtrorum epuletur dapes, ac ſi meremur, deuoret, ſi noſtri cibi ſuauitatibus delectetur? Beatus quem ſapiẽtia deuorauerit, quẽ virtus hauſerit, quẽ iuſtitia receperit. Culpa in eo habere non poteſt portionem, quem abſorbuerit remiſsio peccatorum. Vbi enim error inueniet, quem integritas immaculata ſuſceperit? Et quid miremur ſi angeli eum habent? Ipſe deus pater ait: Zelans zelabo Hieruſalem zelo magno. Quia deus magnus, ideo & zelus eius magnus eſt, & pro vniuſcuiuſque potentiæ qualitate, ita & zelus aut mediocris aut magnus eſt. Zelo vindicatur Hieruſalem. Zelo eccleſia congregatur. Zelo fides acquiritur. Zelo pudicicia poſsidetur. Dominus quoque ſeſus ait: Zelus do- Ioan.10.
mus tuæ, comedit me. increpans Iudæos quod domum orationis fecerint ſpeluncam latronum, fecerint & domum negociationis. Sed non ſolum locum eccleſiæ zelare debemus, ſed hanc quoq; interiorem in nobis domum dei, ne ſit domus negociationis, aut ſpelunca latronum. Si enim lucra quæſtus pecuniæ & emolumenta aucupemur, domum negociationis fecimus. Si inuadamus alienas poſſeſsiones, fines viduæ vel minorũ, fecimus ſpeluncã latronũ. Veniet ergo verbum dei, & de hac domo proiiciat fures, direptores, caupones, vt mundum ſit cor tuũ, pectus tuũ. Sed eſt zelus ad culpam, eſt L
zelus ad gratiã. Nam & ipſe Dauid ait: Zelaui in peccatoribus pacẽ. Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Non zeles Pſal.72.
mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiã doctri- Eccle.9.
næ nequã. & mulier zelotypa in muliere fideli iure reprehenditur. Aduertimus ergo quod menſura quædam & diſciplina ſit zeli, ſicut diſciplina virtutis. Et ideo beatus qui zeli nouerit diſciplinã, & oderit eos qui domini gratiã relinquentes ſalutẽ propriã deſerunt, errorẽ ſibi fraudis adſciſcũt. Ideoq; ait: Quoniã obliti ſunt verborum tuorũ inimici mei. Qui ſunt iſti inimici? Si populus Iudæorũ, quomodo inimici erant ſub eius imperio conſtituti? Dauid enim Iudæos oẽs regno proprio gubernabat. Si gentiles, quomodo obliti verborũ dei, qui legem domini neſciebant? Nemo enĩ niſi id qđ acceperit, obliuiſci poteſt. Illi ergo inimici mei, q̃ inimici tui, q̃ dominũ in propria ſua venientẽ non erãt recepturi. Hos graues hoſtes, hos inimicos ſuos ꝓpheta teſtatur, nõ q̃ ſibi eſsẽt, ſed q̃ Chriſto rebelles. Deniq; alibi ait: Et ſup inPſal.138.
micos tuos tabeſcebã. Iuſto odio odetã illos, grauiora putãs arma pfidiæ eſse q̃ pugnę. Nemo enim grauior hoſtis ominũ, q̃ q̃ omniũ lædit authorẽ. Ideo ergo zelo ma M
gno acquiſit⁹ eſt popul⁹ nationũ, quoniã à ſuo deus populo negabatur. nec enĩ poterãt aut fidei deuotionẽ, aut diſciplinã tenere virtutis, q̃ memoriã ꝑceptorũ cęleſtiũ nõ tenebãt: Sic Adã de paradiſo ciectus eſt. ſic populus Iudæorum de prærogatiua electionis excluſus eſt.

Ignitum eloquiũ tuum nimis *, & ſer- IIII
uus tuus dilexit illud. * alias ve-
hemẽter.

Ignẽ quidẽ dominus miſit in terrã, nõ vt ea Sodomitano rurſus ſicut ſcriptũ eſt, arderet incendio, nec vt eam donatæ munere fœcũditatis, aut vſu vel flore viriditatis excluderet. Opus enĩ ſuũ domin⁹ ꝓbare magis atq; augere, q̃ minuere aut dãnare cõſueuit. Neq; vero dignum erat vt elementa innoxia noſtri luerẽt ſceleris vltionẽ. Quid natura deliquerat ſi adulta iam ſoboles errauit? Nõ erat part⁹ in vitio, ſi deuio lapſa eſt errore ꝓgenies. Nõ eſt hic natura, ſed vſus in culpa. Quẽ ergo dominus ignẽ in nouo ſparſit teſtamẽto? Qui ſecretos mẽtiũ diuinę ardore cognitiõis inflãmaret affectus, q̃ vaporẽ fidei & deuotiõis adoleret, qui cupiditatẽ virtutis accẽderet, Hoc igne calefact⁹ dicit Hieremias: Et erat ignis flãmige Hiere.20.
rans in oſsibus meis. Hoc ſermonũ igne cæleſtiũ vaporati Cleophas & ille alius q̃ ſimul cũ domino ab Hieruſalẽ vſq; ad caſtellũ cõfecerant iter, dicebãt. Nõnne cor Luc.24.
noſtrũ ardẽs erat in nobis, cũ aperiret nobis ſcripturas? Ignis ergo hic, ſermo Chriſti eſt. Et bonus ignis, qui calefacere nouit, neſcit exurere, niſi ſola peccata. Hoc igne

A ſuper bonũ fundamẽtũ poſito, apoſtolicum illud aurũ probatur. Hoc igne illud morum vel operum examinatur argentum. Hoc ingne precioſi illi lapides illuminantur, fœnum autem & ſtipula conſumitur. Mundat ergo hic ignis animum, conſumit errorem. Vnde & do
Ioan.15. minus ait: Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Hic eſt ignis qui ardet ante dominum. Niſi enim quis flagrantiam deuotionis ſumpſerit, præſentiã domini habere non poterit. Accende hũc primũm ignem in mentibus tuis, vt Chriſti tibi lumen effulgeat. Hoc igne vrebatur rubus, & non exurebatur. Vrit enim ſermo diuinus, vt corrigat conſcientiam peccatoris, nõ exurit vt perdat. Hic ignis habitare Chriſtũ per fidem facit. Hic ignis extinguere materialium ſæua flammarũ conſueuit incendia. Deniq; Hebræi hoc igne ſuccenſi, fornacis ardẽtis vaporem nec timere, nec ſentire potuerũt. Merito ergo bon⁹ ſeruus diligit ignitũ domini alloquium, quo induitur charitas, quæ excludit timorem. Pulchre autem addidit nimis, quia omnis quidem doctor inflammat audiẽtis affectum, ſed ſupra om
nes eſt ſermo dei, diuiſiones artuum & intima penetrãs medullarum. Tripliciter ergo deſcribe tibi ignitum alloquium dei, vel quod mundat, vel quod accendit, vel quod illuminat audientes. Ideo ait dominus: Scrutatus
Soph.1. ſum Hieruſalem ad lucernã. Sed neminem in ea vel qui mundaretur, vel qui accẽderetur, aut illuminaretur, in-
B uenit: ideo eam in tenebris dereliquit. Nec mireris ſi ſeruus diligit ignitũ domini alloquiũ, quod & ſponſa dile-
Cant.4. xit: quæ ait: Sicut reſticula coccinea labia tua. In cocco enim ſpecies ignis, & crucis dominicę ſanguis irrutilat. Coccinea labia domini, quæ paſsionẽ propriam loquebantur. Deniq; in Exodo coccũ pro igne collatum eſt. Non enim ex cocco mũdus, ſed ex quatuor conſtat elemẽtis. Sed in cocco figura ignis expreſa eſt, cuius vapor niſi cælum atq; aerem, maria, terraſq; penetraret, omnia tanq̃ effœtis viribus ſoluerentur. Per reſticulam igitur vinculum perſuaſionis agnoſcimus: per coccum vel cupiditatis ardorẽ qui ſcintillat in animis audiẽtium, vel
Cant.5. iudicium paſsionis. Vnde & alibi ait ſponſa: Labia eius lilia ſtillantia myrrham plenã. Per myrrham enim paſsionis vnguentum, & reſurrectionis gratia declaratur,
C quæ rediuiuum vitæ odorem ſuſcitatis mortuorum viſceribus infundit. Merito igitur alloquij eius accipiens
Ibidem. ſuauitatem exclamans ſponſa teſtatur: Fauces eius dulcedinis, & totus deſiderium.

V Iuuenis *ego ſum & deſpectus*, iuſtifi-
*alias ado leſcẽtulus cationes tuas non ſum oblitus.
*alias con temptus.

Multis ſanctorum qui à prima adoleſcẽtia exercitati ſunt duris laboribus, poteſt hic verſiculus conuenire. Nam & Ioſeph cũ à fratribus iunior in Aegyptum venderetur iunior erat & deſpect⁹, qui ad ſeruitutis iniuriã vẽdebatur, & poſtea cũ productus è carcere, præpoſitus Aegypto, populis frumẽta diuideret, fratribus vicẽ iniuriæ nõ referret, ſed refuſo precio alimẽta donaret, ſenilé patris à fame atq; ieiunio vendicaret ætatẽ, currũq; ſummiſso obuius, & famulantibus cæteris amplæ poteſtatis inſignibus adoraret, iure dicebat: Iuuenis ego ſum & deſpectus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Ipſe quoq; iunior fratribus cum patris oues paſceret tãquam vili ablegatus obſequio, non oblatus eſt ſacerdoti, quaſi indignus qui vngeretur in regnũ, ſed à ſacerdote quæſitus, & accerſitus à paſcuis, prærogatiuam regiæ vnctionis accepit. Poſtea quoque progreſsus ad bellum, cum Golias totum populum Iudæorum corporis ſui mole deſpiciens, ſingulari certamine prouocaret, timentibus cæteris popoſcit à rege vt congrediendi ſibi permitteret facultatem. Necdum quidem tanto certamini habi-
1.Reg.7. lis æſtimatus eſt, rege dicente: Non potes ire ad Allophylum, & pugnare cum eo, quoniam tu puer es, & ille vir bellator eſt à iuuentute ſua. Neq; eſſet admiſsus, niſi feciſset fidem quod in ſua adoleſcentia leonem ſuis D
manibus ſtrangulatũ extractis raptæ ouis ſ cruribus peremiſset. Ipſe etiam deſpectus ab Allophylo, quod aduerſus armatum præliatorem cum virga & lapidibus proceſsiſset, retulit nõ vitibus ſe fretũ eſse, non armis, ſed in nomine domini cõfidentem ad prælium eſse profreſsum, vt laceſsitæ plebis auferret opprobriũ. Hic ergo iuuenis atq; deſpect⁹ ſtrauit Allophylum, potitusq; victoria, in decem milibus iuuencularum pſallentium teſtimonia triumphauit. Gerebat enim typum eius qui quaſi deſpectus venturus eſset in terras, & ſine legato, ſine adiutore, ſine nuncio totum populum mundi huius, crucis ſuæ prælio liberaret: cui applauderent animæ ſanctorum per baptiſmatis ſacramenta renouatæ; quod verum illum Goliam retuletum nobis ac proditũ verbi ſui gladio trucidaſset. Iacet igitur verus Golias humilitate filij dei ſtratus, amiſit caput, quod in multas artes vertebat & fraudes. Pſallunt ſecuræ iam animæ, quæ ante peccatorum ſuorum tormenta deflebant. Dicunt tympanis, hoc eſt, corporibus ſuis peccato mor
tuis reſultantes: Saul triumphauit in milibus, Dauid in 1.Reg.18.
decem milibus. Rex ille durus indignatur & iraſcitur diabolus, eõ quòd canerent iunẽculæ: quia duritiæ filius paucos decepit, Chriſtus totũ mundum redemit. Dicit ergo Chriſtus natus ex virgine: Iuuenis ego ſum & de- E
ſpectus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Dicit etiã populus nationum ille in ptima electione deſpectus, rudis adhuc fide, & ſtudio primæuæ deuotionis adoleſcẽs, vel certe renouatus aquilæ iuuentute per baptiſmatis ſacramenta: Iuuenis ego ſum & deſpectus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Ille ego deſpectus ante iam præferor, iam anteponor electis. Ille ante deſpectus populus peccatorum, habeo cæleſtiũ ſacramentorum venerãda conſortia. Iam mẽſæ cæleſtis honore ſuſcipior, epulis meis non pluuia vndatur, non terræ partus laborat, non arborum fructus. Potui meo non flumina quærenda, non fontes. Chriſtus mihi cibus, Chriſtus mihi potus. Caro dei cibus mihi, & dei ſanguis eſt potus. Non iam ad ſatietatem mei annuos expecto prouentus, Chriſtus mihi quotidie miniſtratur. Non verebor ne qua mihi cæli intemperies, aut ſterilitas iuris immineat ſi pij cultus diligentia perſeuerat. Non iam coturnicum pluuias mihi opto deſcendere, quas ante mirabar. Non manna quod ante cibis omnibus p eferebam, quia qui manna manducauerunt patres, eſurierunt. Meus cibus F
eſt, quem ſi quis manducauerit, non eſuriet. Meus cibus eſt, qui non corpus impinguat, ſed confirmat cor hominis. Fuerat mihi antè mirandus panis de cælo. Scriptum eſt enim: Panem de cælo dedit eis manducare. ſed non erat verus ille panis, ſed futuri vmbra. Panem de cælo illum verum mihi ſeruauit pater. Mihi ille panis dei deſcendit de cælo, qui vitam dat huic mundo. Non Iudæis Ioan.6.
deſcendit, non ſynagogæ deſcendit, ſed eccleſiæ deſcendit, ſed populo dei iuuteniori deſcendit. Nam quomodo Iudæis deſcendit panis qui vitam dedit, cum omnes qui illum panem manducauerunt, hoc eſt, manna, quem patauerunt Iudæi verum panem, in deſerto mortui ſunt? Quomodo ſynagoga deſcendit, cum ſynagoga omnis interierit, & æterno ieiunio fidei macerata defecerit? Deniq; ſi accepiſſent panẽ verum, non dixiſſent. Domine ſemper da nobis panẽ hunc. Quid petis Iudæe, vt tribuat tibi panẽ quẽ dat oĩbus; dat quotidie, dat ſemp? In teipſo eſt vt accipias hũc panẽ. Accede ad hunc panẽ, &
accipies eũ. De hoc pane dictũ eſt: Oẽs qui elongãt ſe abs Pſal.72.
te, peribũt. Si elongaueris ab eo, peribis: ſi appropinqua ueris ad eum, viues. Hic eſt panis vitæ. Qui ergo vitam manducat, mori nõ poteſt. Quomodo enim morietur, cui cibus vita eſt? Quomodo deficiet, qui habuerit vitalem ſubſtãtiã? Accedite ad eũ, & ſatiamini, q̃a panis eſt. Accedite ad eũ & potate, quia fons eſt. Accedite ad eũ & illuminamini, quia lux eſt. Accedite ad eũ & liberamini,

2.Cor.3. quia vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Accedite ad eum
G & abſoluimini, quia remiſsio peccatorũ eſt. Qui ſit iſte,
Ioan.6. quæritis? Audite ipſum dicentem: Ego ſum panis vitæ.
qui venit ad me non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet vnquam. Audiſtis eum, & vidiſtis eum, & non credidiſtis ei, ideo mortui eſtis: vel nunc credite, vt poſsitis
viuere. Sed miramini Moyſen, quia patres veſtros per
mare ſiccis duxit veſtigijs. Moyſes non imperauit, ſed impetrauit. Nõ iuſsit mari, ſed ſeruiuit iubẽti fluctibus. Moyſen laudatis, quia regem Pharao cum exercitu ſuo merſit. Moyſes orabat, & alius imperabat. Moyſes præcabatur, Chriſtus operabatur. Moyſes fugiebat, Chriſtus inſequabatur. Moyſes columnã ſequebatur, vt nocturnas tenebras declinaret, Chriſtus illuminabat. Moyſen agnoſcis, quia aquæ amaritudinem tẽperauit. Moyſen agnoſcis, quia aquã produxit de petra. Chriſtũ non agnoſcis, qui veri illi⁹ Aegyptij ſtrauit exercitũ, & abyſſi merſit profundo. Qui nos liberat quotidie de mundi huius fluctibus, ne nos ſeculi procella demergat. Quid profuit patribus tranſire per mare rubrũ, quibus ad terram repromiſsionis non licuit peruenire? Quicunq; enĩ exierunt de Aegypto, perierunt in deſerto. Mortuus eſt
Aaron, mortua eſt Maria, mortuus eſt & ipſe Moyſes: ſo
H lum Ieſũ Naue nominis ſacri ſimilitudo ſeruauit. Plaudat Iudæus, quia ſitienti illi vndam ſaxa vomuerunt. Mihi de corpore dei fons fluxit æternus. meam amaritudinem bibit Chriſtus, vt mihi ſuæ donaret gratiæ ſuauitatem. Dicit ergo populus Chriſtianus: Iuuenis ego ſum & deſpectus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Bene hoc dicit qui iuſtificauit deum baptiſmatis ſacramẽtis. Qui enim baptizatur, iuſtificat deum, quia peccata propria confitetur, & à domino ſuorum præſtolatur indulgentium peccatorum. Iuſtificauit Dauid, qui ait, Tibi
Pſal.50. ſoli peccaui, & malum corã te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Non iuſtificauerũt phariſæi, qui baptizari Ioãnis baptiſmo noluerunt, vt in euãgelio legiſti. Nõ ſolum iuſtificare ſatis eſt, ſed etiam non obliuiſci iuſtificationum dei, id eſt, vt intemerata gratiæ ſpiritalis dona cuſtodiat, & ſacræ remiſsionis munera illibata, atq; indefeſsa cõſeruet. Hæc generalia. Sed etiã ſpecialis ſingulis Chriſtianis ſuppetit prærogatiua dicendi: Iuuenis ego ſum & deſpectus, ſi humilis corde, ſi mitis atq; mansuetus. Dicat ergo: Iuuenis ego ſum & deſpect⁹. Præmittat ætatis generalem iactantiam, quõ plus cõmendet humilitatis ſuæ gratiã. Non mirabilis humilitas in ſenectute, quæ effœta viribus, fracta debilitatibus, triſtis doloribus, anhela ſuſpirijs, cocta curarũ æſtibus, & ipſo viuendi mœſta faſtidio, alacritatem eſt oblita iactantiæ. Rara ſane in iuuenibus eſt humilitas, ideoq; mirãda. Dum ætas viget, dum vires ſolidæ ſunt, dum ſanguis æſtuat, dũ ſolicitudo neſcitur, dum ignoratur debilitas, dum lætitia frequentatur: tunc feruet iactantia, tunc ſe iuuentutis ſuperbus extollit affectus, tunc humilitas quaſi vileſcit, abiecta contemnitur: tunc ſubiectio, degeneris conſcientiæ æſtimatur eſse infirmitas. Grandis igitur morũ eſt aſsuefacienda maturitas, quæ vincat naturã. Deniq; ſi conſideremus, in paradiſo defecit humilitas, & ideo venit è cælo. In paradiſo orta eſt inobediẽtia, & ideo obedientia cum ſaluatore deſcendit inflabat caro, vnde ſubiectio manſuetudinis inueniri non poterat in terris. Intumuerat omnis præuaricatoris hæreditas. veniens
Philip.2. dominus IESVS primũ ſe exinaniuit, non rapinam arbitratus eſt eſse ſe æqualem deo, formam ſerui ſibi accipiẽs, & ſpecie iuuẽtus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem. Non te moueat quia ſcriptum eſt, vt homo. Non enim ſimilitudinem ſuſcepit hominis, ſed veritatẽ. Nam ipſe Apoſtolus ait alibi:
1.Timo.2. Mediator dei & hominum homo Chriſtus IESVS. Et vt de Euangelio afferamus exẽplum: Vidimus, inquit Ioan
Ioan.1. nes, gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenũ gratia & veritate. Nunquid quia dixit, quaſi vnigeniti, ſimilitudinem magis vnigeniti, q̃ veritatem voluit æſtimari? Non enim ſuperuacuo Chriſtus aduenit. Iam poteſt dicere homo: Iuuenis ego ſum & deſpectus, qui erat antè in populo priore ſenex ſuperbus. Dicit ergo, Iuuenis ſum & deſpectus: quomodo eccleſia: Nigra ſum & decora. Præmiſit nigram, vt augeret decoram. Sic & hic præmiſit iuuenem, vt augeret humilitatem. Non dixit, Canti.1.
nigra ſum decora: ne quod nigrum eſt, decorum æſtimaretur. Nec dixit, iuuenis ſum deſpectus: ne iuuentus deſpicabilis putaretur. ſed ait, Iuuenis, & quod mireris, humilis, non ſuperbus, deiecto propior q̃ tumenti. Sic & ibi: Nigra ſum ſuperiore peccato, ſed decora confeſsione peccati, & correctionis ſtudio, atq; amore virtutis. Quãuis ergo, &, ſyllaba vt grammatici appellãt, cõiunctiua ſit, habet tamen diſtinctionem qua cõfuſio diſiungitur ac ſeparatur: vt ſi dicas Ambroſium Baſsum intus eſse, vnus putatur. Sin autem aſseras Ambroſium & Baſsum intus eſse, duo vtiq; intelliguntur. Dicat ergo: Iuuenis ſum & deſpectus, quia Chriſt⁹ in paupere atq; deſpecto mundum redemit, quia Chriſtus humilitate diabolum vicit. Dicat, deſpectus ſum, quia cor humiliatum deus non ſpernit, quia deſpectus ille Lazar⁹ in Abrahæ Luc.16.
nunc requieſcit ſinu, & dines ille iactantior affligitur in
inferno. Deſpectus erat Moyſes, nec ſibi idoneus videExo.3.
batur, cũ ad liberandũ Hebræorũ populum mitteretur.
Deſpectus erat Hieremias, qui dicebat: Dominator do- Hiere.1.
mine, ecce neſcio loqui, quia iuuenis ſum ego. Sed faci- L
lius iſte deſpectus eligitur. Deniq; dicitur ei: Noli dicere qa iuuenis ſũ ego: qua ad oẽs quoſcũq; miſero te, abibis: & omnia quęcunq; mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorũ, quia ego tecũ ſum, dicit dominus, vt liberem te. Deſpectus erat ille publicanus, qui oculos ad Luc.18.
cælum non audebat leuare, & ideo facilius q̃ ille phariſæus exaudiebatur. Omnis enim qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Iuſtitia tua iuſtitia in æternum, & lex VI tua veritas.

Poſsunt quidem ſinguli facere opera iuſtitiæ, ſed non in æternum manentia. Dies ille cui abundauerunt diuitiæ in hoc ſeculo, fortaſse fecerat aliqua opera iuſtitiæ, quorum remunerationem in præſenti vita acceperit, quæ ad vitã æternam nõ pertinuerint, qđ nõ magna fuerint opera illa, nec remuneratione digna perpetua. Quid quod etiã ſi facimus opera aliqua iuſtitiæ, facimus tamẽ non continua, ſed rara? Pleriq; non rapiũt aliena, ſed neſciũt de proprio largiri. Alij inuadẽtes indebitas facultates, quo ſpeciẽ iuſtitiæ ſibi quærant, ſolent cõferre pauperibus. Non eſt iſta in æternũ iuſtitia. Multi iuſti M
plerumq; grauiter deliquerũt, non habentes æternæ fructũ iuſtitiæ. Soli deo ſuppetit in perpetuũ per oſa poſsidere iuſtitiã, qui paſcit iuſtos & iniuſtos. Nõ enim beneficis ſolis referenda iuſtitia eſt, ſed illa vera iuſtitia eſt, quæ ipſis quoq; defertur iimicis. Meritoq; ait iuſtitia dei: Diligite inimicos veſtros. Ergo ſicut in æternũ eſt iuſtiMat.5.
tia ſolius dei, ita lex dei veritas. Sed quomodo iſtud accipimus? vtrũ quia lex dei veritas eſt, hoc eſt vera: & quod ſtatuit deus, omne verũ eſt, ſicut infra ait: Oĩa præcepta tua veritas? An quia veritas lex dei eſt, quia non mẽtitur deus? Apud eũ igitur veritas lex eſt, fallaci preuaricatio eſt. Sed & ſic poteſt accipi: Lex dei veritas eſt. Apud Iudæos ergo non eſt lex dei, quia nõ recipiũt veritatẽ. Lex
dei ſpiritalis eſt, ſicut apoſtolus dixit. Non habent ergo Roma.10.
veram legẽ, qui eam non acceperint ſpiritaliter. Quod autem non verum, mendax eſt: quod mentitur, occidit. Litera ergo quæ occidit, mentitur: ſpiritus qui viuificat, verus eſt. Accipiamus & ſic: Lex dei, non typus, non vmbra, non exemplar cæleſtium, ſed ipſa cæleſtia. Vnde & ſcriptũ eſt quia finis legis eſt Chriſtus. Non defectus vtiq; ſed plenitudo legis in Chriſto eſt, quia venit legẽ non ſoluere, ſed adimplere. Sicut enim teſtamentũ vetus ve-

A nit non ſoluere ſed implere, ita nouum certificare. Sed ſicut omnis veritas in nouo eſt teſtamento, ita & lex per Moyſen data, figura legis eſt veræ. Ergo illa lex veri-
* Ex veſtigiis Græcorũ elemẽtorũ nihil potuit diuinari: ex Ieſu pbabile ẽ fuiſſe ſcriptũ κατὰ ἀντίτυπον, αὐτικατάλυσιν, & legi legẽdũ arbitror. Siquis Ambro. retulit dixit q̃ reddidit ſi ue oppoſuit. Et cõ trariis redditur. ferri inter ſe dicũtur.
tis exemplar eſt. In exemplari enim agni ſanguis effunditur, in veritate Chriſtus immolatur. Meritoq; Apoſtolus cum præmiſiſſet vitulorum immolationem ſecundum legem, adiecit: Neceſsarium itaq; eſt exemplaria cæleſtium his mundari. nam ipſa cæleſtia melioribus hoſtiis. non enim in manufacta ſancta intrauit Chriſtus exemplaria verorũ, ſed in ipſum cælum, & nũc appꝛaret vultui dei pro nobis. Vt cognoſcamus autẽ quia legẽ nouã dedit dominus Ieſus, habes dicentẽ ſpiritum: Hoc autẽ eſt teſtamentũ quod teſtabor ad eos, dicit dominus, dãdo leges meas in cordibus eorũ & in ſenſibus eorum ſcribã eas, & peccati & iniuſtitiæ eorũ non ero memor. Vbi ergo remiſsio, iam non oblatio pro peccatis. Quo euidenter oſtenditur omnem veritatem euãgelio cõtineri, quia lex dei in ſenſibus hominũ & in cordibus ſcribitur non in tabulis lapideis. Qui ergo præcepta dei non habent in cordibus ſuis, nõ habent legẽ, ſiue quia inueteratur in Iudæis, renouatur in nobis, vmbra eſt nõ veritas, vt cũ fiat oblatio pro peccatis ſecũdum legem, non fiat remiſsio peccatorũ. Impoſsibile eſt enĩ ſanguine taurorũ & hircorũ peccata mũdari. Mẽdax ergo erat illa remiſsio, donec remiſsiõis veritas adueniret. Quid inde manifeſtius q̃ Ioannis euãgeliſtæ ſententia, qui ait quia lex per Moyſen data eſt, gratia autẽ & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt? * legis retulit veritatem. Nam cum ſit autem diſiunctio, intelligendum eſt diſiunctionem ideo interpoſitam, quia ſi veritas fuiſſet in lege, non fuiſſet gratia facta per Chriſtum. Poſsumus & ſic intelligere: veritas Chriſtus eſt, ergo veritas lex eſt. Et ſi mandatum domini lex eſt, multõ magis vi-
B uum & operatorium verbum dei lex eſt.

VII *alias angustia. Tribulatio & neceſsitas *inuenerũt me, mandata tua meditatio mea eſt.

Quærũt tribulationes & neceſsitates iuſtũ, & interdũ inueniunt, interdum non inueniunt eum. Inuenitur cui corona debetur, nõ inuenitur qui idone⁹ certamini nõ probatur. Tribulatio igitur velut quædã gratia eſt. Deniq; ſacrificiũ deo, ſpiritus contribulatus. An nõ eſt gratia, quę operatur patiẽtiã? Qui ergo nouerat tribulationis profectũ eſse: quæſitus à tribulatione, inuẽtus eſt, nec refugit. Dicit ſapiẽtia, Quærẽt me mali, & non inueniẽt. non quia dominus nolebat inueniri ab hominibus, qui ſe omnibus etiã non quærentibus offerebat, ſed quia his operibus quærebatur, vt indigni eſsent qui quærerẽt inC uenire. Cæterũ Symeõ qui eũ expectabat, inuenit. Inuenit Andreas: deniq; ait ad Simonẽ: Inuenimus Meſsiam, quod interpretatur Chriſtus. Philippus quoq; dixit ad Nathanael: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph, qui eſt à Nazaret. Et vt
Ioan.1. oſtenderet quemadmodum Chriſtus inueniretur, ait: Veni & vide. Qui ergo Chriſtum quærit, veniat nõ corporis greſsu, ſed mentis veſtigio. videat eum non exterioribus oculis, ſed internis. Aeternus enim corporalibus non videtur aſpectibus, quoniam quæ videtur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Chriſtus igitur non temporalis, ſed ex patre ante tempora quaſi deus verus dei filius, & quaſi virtus ſempiterna ſupra tẽpora eſt, quem nullus temporum finis includat, quaſi vita ſupra tempora, quem nunquam dies mortis inueniat.
Roma.6. Quod enĩm mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel. quod autem viuit, viuit deo. Audis quid dixerit hodie Apoſtolus? Peccato, inquit, mortuus eſt ſemel. Semel tibi peccatori mortuus eſt Chriſtus. Noli iterum peccare poſt baptiſmum. Omnibus in cõmune ſemel mortuus eſt, & ſingulis ſemel moritur, non frequẽter. Peccatum es ô homo. ideo pecoatum fecit Chriſtum ſuum omnipotens pater. Hominem fecit, qui peccata noſtra portaret. Mihi ergo peccato mortuus eſt dominus IESVS, D
vt nos in illo eſsemus iuſtitia dei. Mihi eſt mortuus, vt mihi reſurgeret. Semel eſt mortuus, ſemel reſurrexit. Et tu cum illo mortuus, cum illo ſepultus, cum illo in baptiſmate refuſcitatus, cane ne cum mortuus fueris ſemel, moriatis iterum. Iam non peccato morieris, ſed veniæ: ne cum reſurrexeris, moriaris ſecundo. Chriſtus enim reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors in eũ iam nõ dominabitur. Ergo mors dominata eſt in eum. Vtiq; qui dixit non dominabitur, oſtendit eſse dominatam. Noli tantum amittere beneficium ô homo. Propter te Chriſtus dominationi mortis ſe ſubdidit, vt te iugo dominationis exueret. Ille ſuſcepit mortis ſeruitutem, vt tibi tribueret vitæ æternæ libertatem. Qui quærit ergo Chriſtum, quærit & tribulationem eius, nec refugit paſsionem. Denique Dauid qui dignus erat vt à tribulatione quæreretur, tribulationem & ipſe quæſiuit. Nam niſi quæſiſset, non inueniſset. Quod inuenerit autem, ipſe teſtatur dicens: Tribulationem & dolorem in- Pſal.114.
ueni, & nomen domini inuocaui. Et alibi: In tribula- Pſal.117.
tione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine. Bona ergo tribulatio, quæ dignos facit nos qui in latitudine exaudiamur à domino. Gratia eſt autem exaudiri à domino deo noſtro. Qui quærit igitur tribulationem, non refugit: qui non refugit, inuenitur. Non enim refugit, qui mandata dei ſenſu operibusq; meditatur. Nam vtiq; illum athletam certamina inueniunt, qui in vſu exercitii fuerit conſtitutus. qui vero exercitium dereliquerit, ſine dubio nõ poterit reperiri, quia indignus eſt vt quæratur. Dauid ergo quaſi bonus athleta dicit: Tribulatio & neceſsitas inuenerunt me, quia paratum ſemper habuerunt, non refugiẽtem neceſsitatum & tri- E
bulationum prælia, ſed petentem.

Iuſta *teſtimonia tua in æternum, intel- VIII lectũ da mihi eorum, & viuifica*me. *aliaſequitas.

Quis tãtus qui poſsit intelligere domini teſtimonia? *alias & Et ideo intellectus à domino poſtulãdus eſt, cuius tanta viuam.
eſt vis vt initiũ eius ſit plenitudo virtutis. Deniq; ſcriptũ eſt: Pietas autẽ in deum, initiũ intellectus, quæ virtutum omniũ fundamentũ eſt, iuxta humanarum rerũ & cæleſtium diſciplinã. Pietas amica deo, parẽtibus grata, dominũ cõciliat, neceſsitudines fouet, dei cultura eſt, mercès parentũ, filiorũ ſtipẽdiũ. Pietas, inquã, iuſtorũ tribunal, egenorũ portus, miſerorũ ſuffugiũ, indulgẽtia peccatorũ. Qui enim habet intellectũ, ipſe verè eſt pius. Intelligit enim humanæ lubricũ fragilitatis, & cito ignoſcit erranti. Intelligit cõmune nobis datũ naturæ, vſuſq; F
conſortiũ, & ideo pauperibus tanq̃ debitum ſoluit, non inficiatur tanq̃ indebitum. Intelligit vices eſse calamitatum, & ideo tanq̃ naufragiis mundi iſtius portũ quõdã ſuæ humanitatis occurrit. Hæc perfecta virtus in hominibus, hęc plena in deo laus eſt. Merito intellectũ ſibi etiã Salomon, magiſteriũ ſecutus paterni, à domino poſtulauit dicẽs: Ego ſum puer humilis, & ignoro introitũ 3.Reg.3.
meũ, & exitum meũ, & ſeruis tuus in medio populi tui quẽ elegiſti, populum multũ ſicut arenę maris, qui dinumerari non poteſt præ multitudine, & dabis ſeruo tuo cor prudẽs audire & iudicare cũ iuſtitia populũ tuum, & intelligere inter bonum & malum. Vnde complacuit domino, quia non ſibi longæuitatem vitæ, & regalium diuitiarũ copias, ſed ſapientiã ad intelligẽda domini iudicia & iuſtitias depoposcit: & ideo tantũ populum regno pacifico gubernauit, quia nõ vſurpauit vt Adã bonii & mali ſcire diſtantiã, ſed intelligẽdæ eius gratiã orauit à Chriſto. Quod enĩ ſcire diuinũ eſt, hoc à domino deo tuo vt poſsis cognoſcere promerendum eſt. Si petiſſet & Adam ſicut petiuit Salomon, nequaquam illos inextricabiles erroris laqueos incidiſſet, quibus omnis eius hæreditas ſtrangulatur. Ideoq; mortuus eſt, & quod grauius eſt morte peccati, quia ante vſurpauit ſcire, q̃

G intellectum quo viuificaretur acciperet. Viuificat ergo intellectus vt spiritus, quia ipse intellectus gratia spiritalis est: ideoq; intellectũ munere suo spiritus sanctus operatur. Intellectus autẽ bonus est omnibus qui eũ faciũt. quo docemur quia non solum sensu complecti, sed etiã factis id quod intelligimus exequi debeamus.

SERMO DECIMVSNONVS.

Kuph. ℘ K VPH, cuius interpretatio est cõclusio, & sicut alibi inuenimus, aspice. Dictat litera, cõgruit sensus. Nam qui concluditur, circunspicere se debet, & causam periculi nõ dissimulare, maxime cũ letale discrimen sit. Concluditur vnusquisq; tumescentibus visceribus, internis ve faucibus, cũ intercluso spiritus cũmeatu, spirandi ac respirandi cõmercia coartãtur. Cõcluditur fœmina cũ fit periculũ matricis, qua pectoris ipsius premitur principale, vnde graues oriũtur angustiæ, & nisi in locũ suũ illa recipiendorũ seminũ aula reuocetur, vitam consuet excludere. Ita etiam qui animo angitur, & quibusdam aduersis imminẽtibus perurgetur, cõcludi dicitur non minoribus angustiis mentis q̃ corporis. Maiores enim animæ æstus febresq; sunt animorũ q̃ corporũ. Cõclusus igitur viscerũ tumore, medicum quærit vt possit propulsare periculum, & constricta laxare. Veniẽs medicus tentat omnia, explorat interna. Et tu ergo conclusus animi feruore, aspice teipsum interiore oculo. Morbi vis vrget, seruet noxia conscientia, moles peccatorum premit, intercipiunt sensum mentis angustiæ: cognosce teipsum, & orationis quære medicinam, posce vt veniat medicus ille qui descẽdit è cælo, qui maxime ægrotos requirit, sicut ipse ait: Nõ opus est sanis medicus, sed
Mat.9. iis qui male habent. Habes vulnera: ne differas. non est apud eum vlla conferendæ dilatio sanitatis. Habes vlcera: ne timeas. verbo non ferro curare consuecuit. Aspice igitur illis oculis quibus Dauid auxilium quæsiuit
Psal.120. & meruit. Leuaui, inquit, oculos meos ad montes: quæsiui vnde mihi veniret auxilium. Non inueni nisi à domino. Qui enim mundũ condidit, tuetur accolas mundi. Aspice ergo, & semper aspice, quia iusti oculi semper ad dominũ. Hæc monet te etiam Hieremias in Thre
Thre.2. nis sub hac ipsa litera, dicens ad Hierusalem: Surge, expergiscere in nocte, in principio vigiliæ tuæ effunde sicut aquam cor tuum coram facie domini, extolle ad dominum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum qui deficiunt à me in plateis omnium itinerum. Nõne & aperte conclusionis ostendit angustias, & monet vt intentione cordis, in quo est oculi melioris obtutus, remedium tibi salutari prouideas? Deniq; etiam infra iterum sub hac litera ait: Appropinquauit enim tempus
Thre.4. I nostrum, repleti sunt dies nostri, aduenit finis noster. Leues facti sunt qui persecuti sunt nos, super aquilas cæli. In montibus accensi sunt, in deserto insidiati sunt nobis. Demonstrauit summam conclusionem, nec vllum remedium nisi in aduentu domini nostri IESV Christi, qui solus desperatis possit afferre medicinam. Et quasi ostendens eum, dicit: Spiritus ante faciẽ nostram, Christus dominus comprehensus est in interitu nostro. In vmbra eius viuemus inter gẽtes. At infra: Bibes, inquit, & inebriaberis. Adhuc visitabit iniquitates tuas, reuelabit super peccata. Quàm breuiter aduentũ & passionẽ eius expressit, remissionemq; omniũ peccatorũ. Quàm aperte congregationem futurarum gẽtium declarauit.
Roma.11. Hinc illud apostolicũ, quia cęcitas ex parte Israel cõtigit, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel salus fieret. Veni domine IESV, sed iam non in vmbra, sed i sole iustitiæ. Si vmbra profuit, si passionis tuæ vmbra protexit, si corporis vmbra saluauit, quantum conferre poterit claritas aperta virtutis? Per vmbram lepra curata est. Per vmbram quoq; illius fœminæ quæ fimbriam vestis dominicæ attigit, sanguis stetit. Per vmbram te vidimus, quando non habebas speciem neque K
decorem. Vmbra tua caro fuit, quæ nostrarum æstus refrigerauit cupiditatum, quæ compescuit insolentiam vitiorum, quæ restinxit ignes libidinum, quæ auaritiæ diuersarumq; passionum incendia temperauit. Et quid dicam de vmbra domini, quando & apostolorum vmbra sanabat? Veniente etenim Petro vnusquisque offerebat ægros suos, quos transeuntis apostoli vmbra reddidit sanitati: Audi quia caro domini vmbra erat. Ecce dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Aegyptum. Dauid dicit: Sub vmbra alarum tuarum protege me. Factus est igitur exinanitus vmbra nobis, quos sol iniquitatis exusserat. Vidimus ergo eum in vmbra eius, cum adhuc fides prima produceret. Sed nunc iam totum illuminat mundum, & tamen adhuc eum per sui corporis, quæ est ecclesia, vmbram videmus, nondũ facie ad faciem. Neq; enim oculi corporis diuinitatis possunt accipere fulgorem. Hæc quoq; vmbra totum quotidie protegit orbem terrarum. Profuit igitur conclusio: Conclusit enim deus omnia in incredulitate, vt om Rom.11.
nium misereatur. Sed iam consideremus quid in conclusione dicendum sit, & vnde incipiendum.

Exclamaui* in toto corde meo, exaudi me domine: iustitias* tuas requiram. L

* alias clamabat. * alias iustificationes.

Cũ impressiones patimur corporales, exclamare consueuimus, vt alios ad præsidium nobis vocare possimus. Prèmebatur sanctus Propheta appropinquantibus sibi persecutoribus. Saul primò infestus armato cũ insequebatur exercitu, postea parricida filius imminebat: non contentus fugientis exilio, vitam patris quærebat eripere. Sed ab illis minus pati poterat quos in præsenti videbat, q̃ ab aliis quos non videbat. Est enim col- Ephe.6.
luctatio sanctis non solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam aduersus principatus & potestates huius mundi, rectoresq; tenebrarum, qui latronum modo in istius seculi nocte humanis insidiantur affectibus. Horum igitur sanctus Dauid cum graues aduersum se videret fieri incursus, exclamauit in toto corde suo. Etenim aduersus diabolum nõ vocis magnitudine, sed magnanimitate cordis vtendum est. Est tamen & vox cordis, quia est & vox sanguinis, quæ ad deum peruenit. De Gen.4.
niq; deus dicit: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Clamat ergo cor nostrum, non sono corporis, sed cogitationum sublimitate, cõcentuq; virtutum. Grandis fi- Rom.8.
dei clamor. Deniq; in spiritu adoptionis clamamus abba pater; & ipse spiritus dei clamat in nobis. Magna vox iustitiæ, magna est castitatis, per quam & mortui loquuntur, nec solum loquũtur, sed etiam sicut Abel clamant. At vero iniusti anima nec viuens clamat, quia deo mortua est, Nihil in illa sublime, nihil magnificum est, quale eorum quorum sonus in omnẽ terram exiit, & verba in fines orbis terrarũ. Gracili voce loquebatur Moyses, & plus omnibus audiebatur. Quotidie auditur in ecclesia: ab illis solis, hoc est, à Iudæis nõ auditur, qui aure audiunt, sed corde non audiunt. Prophetæ dicitur alteri: Exalta viribus vocem tuam: Anna tamen non cla Esa.58.
mabat in corde suo sicut Moyses, sed loquebatur, fortasse 1.Reg.1.
quia filios postulabat, hoc est, bona quidẽ, sed priuata nõ publica clamabat. Sed qa à domino postulabat quæ domino: eum si quem susciperet offerebat, loquebatur deo. Clamabat autẽ Moyses, quia nõ pro se, sed pro omni populo precabatur. Vnde dictum est ei à domino, Exo.14.
Quid clamas? Clamabat affectu pio, & sensu profundo, & personabat in cælo, miraculis petẽs digna cælestibus, vt mundi elementa mutaret. Deniq; vt ipsius loci seriẽ recẽseamus: Instabat Pharao, & innumeris Aegyptiorũ stipatus curribus vrgebat Hebræos hinc circunfusus hostis, inde iterfusum mare plebẽ dei clauserat. Nulla in armis fiducia, spes nulla in viribus. Strepebat tantũmodo querela miserabilis, quod cõmodius sibi so-

A ret dura in Aegypto seruitutis onera subire, q̃ acerba in deserto morte consumi: querela nihil præsidii ferẽs, plurimum offensæ afferens. Stabat ergo Moyses mœstus, solicitus, anxius populi & periculis & querelis expectans fidem cælestium promissorum: & tacitus secum ipse volebat qua tandẽ dominus ope, iniuriæ immemor, memor gratiæ, subueniret. Dicit ad eum dominus: Quid clamas ad me? Sonum eius nõ audio, vocem eius agnosco, silentium eius lego, clamorem eius in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur: tacebat Moyses, & audiebatur. Nõ populo dictum est, Quid clamas ad me? Non enim ad deũ clamabat populus, qui iniusta & viris indigna clamabat. Sed Moysi dictum est, Quid clamas ad me? hoc est, tu solus ad me clamas, qui de me speras, tu solus ad me clamas, qui virtutem meam excitas, tu solus ad me clamas, qui per vniuersam terram annunciari meum nomen expectas. Clamabat ergo Moyses in cordẽ suo, & omnis sapiens in corde suo
Prou.9 clamat. Deniq; sapientia cũ altissima prædicatione conuocat ad craterem, dicens: Relinquite insipientiam, & quærite sapientiam. Magnæ sublimitatis, magnæ vocis hæc prædicatio est: quæ stultis sapientiam pollicetur. Et
Ioan.7. IESVS dominus clamabat: Si quis sitit, veniat ad me,
B & bibat. Et voce vere magna clamabat, qui vocabat homines ad regnum cælorum, ad illum venerabilẽ potũ quo vitæ æternæ fluctus infunditur. Et tu cum oras, magna ora: id est, ea ora quæ æterna sunt, non caduca. Ora quæ diuina sunt atq; cælestia, vt fis sicut angeli in cælo. Noli orare ꝓ pecunia, quia ærugo est: noli pro auro, qa metallum est: noli pro possessione, quia terra est. Ista oratio ad deum non peruenit. Non audit deus nisi quod dignum suis ducit esse beneficiis, sed audit piam vocem plenam deuotionis & gratiæ. Non solum ergo clamandum in corde, sed etiã in toto code clamandum est. Sicut enim corporaliter tunc bene clamatur, cũ toto ore clamatur, ita spiritaliter toto est clamandum corde, si volumus magna referre, & à domino quæ poscimus impetrãre. Hanc dominus vocẽ exigebat à populo, quã
Mat.15. populus nesciebat. Ideóq; dixit dominus: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum lõge est à me. Qui ergo appropinquauerit corde, ipse auditur à domino. Cor ergo prius clamet, vt sermo possit audiri. Sed non satis est clamare ad dominũ, sed etiã iustitias eius exqrere. Exquirit autem iustitias, qui id quod in omnibus creaturis, & maxime in animantibus rationabilibus vel
iustum. etiam irrationabilibus iustum * est, prouidentiæ ascribit diuinæ. Vnde turturi studium pudicitiæ, quæ compare amisso, concubitu indulgere non nouit, quod hominesseruare non possunt. Vnde plerisque animantibus tam sobria partus cura seruandi, vt vbi conceptionis munus agnouerint, coitum non putent esse repetendum, ne receptorum seminum fiat adulterina per-
C mixtio? Phœnix coitus corporeos ignorat, libidinis nescit illecebras, sed de suo surgit rogo sibi auis superstes ipsa & sui hæres corporis, & cineris sui fœtus. Aquila ne degeneres partus nutriat, diligenti librat examine, & adhuc teneros fœtus pio vngue suspendit, solisq; offert radiis, vt si forte oculos suos vi fulgoris inflexerint, tanquam degeneres laxato in præceps vngue dimittat, sin vero naturæ vigore constanti aduersum radios solis obtutum potuerint vendicare, dignæ indolem sobolis onere grato reportet. Volatilia cæli omnia non serunt
Mat.6. neq; metunt, & deus pascit illa, quia iustitias domini custodiunt, nihil sibi proprium vendicando, sed ligno fructifero, quod dominii indicio communem ad escam datum est, famem releuare contenta. Ex his igitur nos cognoscimus quàm diuinæ subsidia prouidentiæ hominibus non deessent, si dei iustitiam seruare vellemus. Qui alit aues, non aleret homines, quos ad imaginem & similitudinem sui fecit? Nonne pluris sumus illis? Naturæ prærogatiua pluris sumus, sed inferiores dimi-

nutione gratiæ, & præuaricationis iniustitia. D

Clamaui ad te, salua me*, & custodiam testimonia* tua. II

* alias, saluũ me fac. * alias, imã data.

Repetit quod ad deum clamauerit, & custodem se promittit cælestium statutorũ, quæ cælo terraq; testibus dominus deus sanxit, vt prærauricatores elementorum testimoniis arguantur. Quomodo cælum aspiciat prærauricationis suæ conscium? Quomodo fructus de terra expectet, quæ nouit ingratos? Vide igitur quàm nõ parua promittat propheta. In clamando fidelis & promptus affectus exprimitur: in custodiendo testimonia tua, cõtinentiæ virtus obsequii sedulitate declaratur.

Anticipani* in maturitate, & clamaui: in* verba tua speraui*. III

* alias, præuieni. * alias, qa in. * alias, sufficrationibus domini tempus esse aliquod, sed semper perspera-ui.

Græcus ἔφθασα dixit, quòd est, ante horam, ante tempus. Qui ergo dominum deprecatur, non velut præscripta præcipue tempora præstoletur, nesciens in ob- in ipsis sit. Siue manducamus, siue bibimus, Christum 1.Cor.10.
annunciemus, Christum rogemus, Christum cogitemus, Christum loquamur, in corde nostro semper, semper in ore sit Christus. Sed fortasse dicas: Quomodo scriptum est: Tempus omnibꝰ, & tẽpus omni rei sub cẽlo est? Sed dominus IESVS supra cælum est, nullo circunscriptus est tempore. Claudat os suum Arriana perfidia. Tempus, inquit, omni rei sub cælo, quanto magis Eccls.3.
sub deo tẽpus, non supra deum? Generatio ex patre non habet tẽpus. Neq; enim opus ante authorem, sed author E
supra operis exordium. Fortasse obiiciant quia dixit: Tempus nondum aduenit. Et iterum dixit: Pater venit Ioan.7.
hora. Sed hæc hora est passionis. Est etiam tempus vir- Ioan.12.
ginalis conceptionis. Ecce virgo in vtero accipiet. Quia Esaie.7.et
virgo sub tẽpore, & ideo præscripta ætate cõcepit, Qui Matth.1.
rogat itaq;, semper roget: & si nõ semper precatur, paratum semper habeat precantis affectum. Pernoctabat in Luc.6.
oratione dominus IESVS, non indigens precationis auxilio, sed statuens tibi imitationis exemplum. Ille prote rogans pernoctabat, vt tu disceres quomodo pro te rogares. Redde igitur ei quod pro te detulit. Audi supra dicentem prophetã: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Et tu surge vel media nocte, si non potes tota semper nocte vigilare, vt dum oras nocte, veri solis pectori tuo splẽdor irradiet: quia omnis anima quæ Christum cogitat: in lumine semper est. Dies lucet tibi, Christus aspirat. Sed quia sequens versiculus de tẽpore precandi euidenter expressit, in isto versiculo actuũ magis operũmq; arbitror q̃ orationis tempus intelligendum. Præcurrit ætatis maturitatem quisquis in adolescentia positus senilem grauitatẽ induit, & inueniles annos veterana quadam continentia regit, seruoremq; virentis corporis incana morum maturitate componit. Nã quid
F potest habere laudis, si effœtum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia depositò iam iuuenior vigore cõuertat? Nõ est corona, nisi vbi fuerit difficilioris lucta certaminis. Ad quã rari attigere possunt, nec omnes qui ingressi fuerint stadium, peruenire. Ille laudabilis, cui est i seipso ante certamen, qui carnem suam reluctantem sibi mentis coercet imperio, parca frugalite castigat, & seruituti redigit, ne effrenata libertate luxuriet, atq; indomita ferũs cupiditate habenas animi regentis abrumpat. In hora est ergo senex, si munia sobriæ maturitatis exerceat ante horam præcurrens iuuenis, si senili pondere incentiua comprimat voluptatum, ac feruentes illecebras cupiditatis extinguat. Bonus est enim dominus sustinentibus, Hieremias dicit. Et bonũ est viro qui graue por- Thren.3.
tauit iugum à iuuentute, sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugum verbi. Qui enim à iuuentute iugum portauerit, & habenis maturi moderaminis teneriora

G volens colla ſubdiderit, ſedebit ſingulariter remotus à ſtrepitu interpellantium paſsionum, & quietus ſilebit, cui neceſse eſt iam non iurgari cum corpore, decertare cum variis cupiditatibus, quia tulit iugum verbi anima quæ quærit deum, quæ captiuas ſibi fecit omnes delicias iuuentutis. Vnde fortaſse & illud dominicum, Non clamauit neq; contendet, neq; audiet quiſquam in plateis vocem eius: nõ ſolum ad defenſionis ſilentium, abſolutionisq; contemptum, & tolerantiam paſsionis, ſed etiã ad compreſsiones omnium accipere poſsumus corporalium voluptatum. Vnde & alibi ſcriptum eſt: Quia peccatũ non fecit. Recte igitur tacebat in mortis periculo conſtitutus, qui mortis aculeũ non timebat. In verba, inquit, tua ſperaui. Græcus ὑπέμεινα dixit quod eſt ad ſperandum ſemper creſcere, & ſpem ſpei adiungere. Iuſtus ſemper ſperat, & in aduerſis poſitus, & frequentibus afflictus erumnis deſperare nõ nouit, ſed quo grauiora toleranit, magis ſperat, & ſperãdi ſumit profectũ, ſecundũ illud oracului: Cõſolamini, conſolamini populum meum dicit dominꝰ. Sacerdotes, loquimini iuſtitiam in cor Hieruſalem, conſolamini eam, quia repleta eſt deiectio, & ſolutum eſt peccatum eius, quia recepit de manu domini duplicia peccata ſua. Quãm cito dixit plenitudinẽ deiectionis ſolutionem eſſe peccati, et repetiuit cauſam conſolationis eo maius eſſe reconciliationis inſigne, quo numeroſior fuerit pœna q̃ culpa.

1.Pet.2.

Eſa.40.

H Iob tot grauatus incommodorum acerbitatibus, pio ſpem cumulabat affectu, diſcretam à piis cauſam aſserens impiorum, quorum lumen extinguitur: Lux autem ſecundum Salomonem ſemper iuſtis. Vnde colligitur quia iuſtus ſemper in Verba dei ſperat, & ſpem adiicit ſpei. Quod euidẽtius expreſsit Eſaias dicens: Tribulationem ſuper tribulationem expectat, ſpem ſup ſpẽ. Ad perlactatos & abductos ab vberibus loquebatur, hoc eſt, ad eos qui prima infantię alimenta tranſiſsent, cibo iam habiles fortiori. Exemplo fit, quod ablactatus Iſaac patriarcha tantus euaſerit, vt adhuc inter rudimẽta primæuæ poſitus ætatis, nequaquam tamen gladium feriturꝰ parientis horruerit. Plures filios habuit Abraham nullum ablactauit alium, ſed in hoc ſolum feciſse legitur epulum magnum. Et bene magnum epulum ſcriptura dixit, quia typus erat eius quem ſemper epulantur corda ſanctorum.

IIII

* alias, ad te diluculo, vt meditarer eloquia.

Præuenerunt oculi mei* mane, meditari verba mea.

Supra ait: Præueni ὑπόπτια, hoc eſt, ante horas, ante tẽ pus: hic ait, Mane, aliud ſignificans tempus orandi atq; pſallendi domino, vt ſit illud prius, ſecundum quod ait: Media nocte ſurgebam, hoc autem inxta illud: Præueni orientem ſolem. Graue eſt enim ſi te ocioſum in ſtratis I radius ſolis orientis inuerecundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculus ſomnolento adhuc torpore depreſsos. Arguit nos tanti temporis ſpatium, ſine vllius deuotionis munere ac ſacrificii ſpiritalis oblatione feriata tranſmiſsum. An neſcis ô homo quã primitias tui cordis ac vocis quotidie deo debeas? Quotidiana tibi meſsis, quotidianꝰ eſt fructus. Occurre ergo ad ſolis ortus, vt te oriens inueniat iam paratum, ne lumina tua madido adhuc ſopore mergẽtia, primus diei fulgor exa-

Canti.3. gitet. In cubiculo meo in noctibus quæſiui quem dilexit anima mea, dicit eccleſia. Ideo meruit eum inuenire, ideo eius gratiam promereri, quia etiam in cubiculo quæſiuit. Quæſiuit in noctibꝰ; propterea copia eius ad-

Cantic.7. cepta in poſterioribus loquitur ad ſponſum: Veni frater meus, exeamus in agrũ, requieſcamus in caſtellis, diluculo ſurgamus in vineas. Aduertis quemadmodum ſponſa verbum inuitet dei, vt veniat in terras, & tollat peccata mundi? Ager hic erat ante deſertus, ſentibus noſtrorum ſqualidus delictorum, horridus ſpinis. Caſtellum erat in quo relegatus Adam perpetuo ſuæ poſteritatis hæredes ſtringebat exilio. Illo ergo ducit eccleſia Chriſtum, vt Adam liberet. Deinde exulibus abſolutis cœpit mundi iſtius ager idoneos habere cultores: & qui erat ante ieiunus, factus eſt vitis æternæ plantatione fœcundus. Nec tamen ſic ſpiritalibus læta palmitibus euagatur, ſed ad has vineas vocat Chriſtum, vbi pſallentes ſint & orantes, vbi noctibus ac diebus fructus innoxius perſeueret. Ibi, inquit, dabo vbera mea, ibi de Ibidem. derunt mandragoræ odorem. Plericq; diſcernunt quendam inter mandragoras ſexum, vt & mares putent eſse & fœminas, ſed fœminas grauis odoris. Significat ergo gentes quæ ante fœtebant cum eſsent infirmiores: euirata quadam imbecillitate perfidiæ, boni odoris fructus ferre cœpiſse, poſtquã in aduentum domini crediderunt. Legimus etiam quod mandragoras acceperit ſancta Rachel à ſorore ſua Lia, vt concederet ei illa nocte dormire cum ſancto Iacob. Mandragoras Ruben primogenitus attulerat matri ſuæ Liæ, quæ lippientibus oculis ſynagogæ figurã accepit, quia Chriſti gratiam videre non potuit, hebetatio debilis mentis obtutu. Quo declaratur quod fructus quos antè ſynagoga à primogenito deifilio ſuſceperat eccleſiæ cõceſsit. Sed quia illius noctis potita concubitu cõcepit & genuit Lia ſuæ poſteritatis hæredem, impletur myſterium, quoniam credẽtibus apoſtolis reliquiæ Iudæorum per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Vnde ait eccleſia: No- L
ua & vetera frater meus ſeruauit tibi: Quis dabit te fra- Cantic.8.
trem lactentem vbera matris meę? Inueniens te foris, oſculabor te, & quidem non ſpernent me. Aſsumam te & inducam in domum matris meæ, & in ſecretum eius quæ cõcepit me, ibi docebis me, & cætera. Habens igitur informationem nouarum & veterum ſcripturarum, nec deſpicabilem eſse ſentiens, non ſolũ orationibus in ſecreto cordis verbum tenet, verũetiam pſallentis chorivocibus velut quibuſdam eum oſculis gratiæ oſculatur. Itaq; malorum granatorum, hoc eſt, diuerſorum & innumerabilium fructuum & præcipue fidei odoribus, gratiæ, ſapientiæ & gloriæ, vitæq; æternæ ſubnixa diuitiis, quæ ſunt circa ſiniſtram & dexteram ſpõſi, per animas ſanctas laudantium congregationum plauſibus excitat Chriſtum, dicens: Adiuraui vos filiæ Hieruſalẽ, Cantic.2.
vt non ſuſcitetis & reſuſcitetis dilectionem vſq; quo vo 3.&8.
luerit. Vnde eam mirantur filiæ Hieruſalem ſanctæ animę patriarcharum & prophetarum veterũmq; iuſtorũ, vel cęleſtes potentię, dicentes: Quę eſt hęc quę aſcendit Cantic.8.
deal bata innitens ſuper fratrem ſuum? Hoc eſt, talibus
ſolennitatibus fulget eccleſia: & quę ante per diem fuſca
erat, iam ſplendet in noctibus & relucet. Ipſe quoq; do- Ibidem.
minus tanto munere pſallentium delectatus ait: Pone
me vt ſignaculum in cor tuum, vt ſigillum in brachiũ
tuum, quia valida eſt vt mors charitas, durus ſicut in-
feri zelus tuus. Alę eius, alę ignis flammę, aqua mul- M
ta excludere non poterit charitatem. & flumina, non vn
dabunt eam, Quia vidit tantã deuotionem eccleſię, ido-
neos putat eſse iã populos qui in corde noſtro & in bra
chio ſignaculum eius portare poſsimus. Ipſe enim pa-
ter ſignauit deus, & qui teſtimoniũ eius accepit, ſigna-
uit. quia deus verax eſt: & ideo operantes cibum perma-
nentẽ in vitam æternam, ſignati ſunt ad imaginem & ſi-
militudinem Chriſti, qui eſt imago inuiſibilis dei. Si-
cut ergo deus verax eſt, & tu ſigna in tuo ſenſu & ope-
re veritatem, vt os tuum non loquatur mendacium: ma-
nus tuę non operentur opera hominũ, quę ſunt fallacis
iſtius mundi, ſed illa quę dei ſunt, vt pauperibꝰ. largian
tur, debiles ſubleuent, mortuos honorẽt tumulis ſepul-
turę. His operibus charitas quęritur, vt nemo poſsit à
Chriſto vel periculo mortis auelli. Vnde ille ait: Quis Roma.8.
nos ſeparabit à Chriſto? Tribulatio, an angustia, an per
ſecutio? Et infra: Confido enim quia neq; mors, neq; vi-
ta. neq; angeli. Ea ſpecie etiam zelus durus eſt charita-
tis, & alę eius alę ignis. Habet alas ſicut columba, ſunt

A enĩ pẽnæ colũbe deargẽtatæ, quibꝰ euolat qui diligit, di
Pſal.54. cens: Ecce elongaui fugiens, & mãſi in ſolitudine. Sed
alæ charitatis, alę ignis, quibus dilectionis inflãmat ar-
dorẽ. Hoc vapore feruẽtes fecit dominus angelos ſuos
ſpũs, & miniſtros ſuos ignẽ vrẽtẽ, ſed nõ exurẽtẽ. Legiꝰ & alã tẽpli ſupra quã diabolꝰ tẽtãs fecit aſcẽdere ſal
uatorẽ, quæ erat in tẽpli culmine. Sũt ergo faſtigia pieta
tis, ſunt culmina charitatis, quæ vaporem gratiæ pectoribus humanis adolere conſuerunt. vt multa aqua extin
guere atque excludere non queat charitatem, & flumina
eam ſecularium tempeſtatum nulla concludant. Cum
ergo tanta eccleſiæ gratia, tanta nos præmia deuotionis
inuitent, præueniamus orientem ſolem, occurramus ad
eius ortus, antequam dicat: Ecce aſsum. Vult ſe præueni
ri ſol iuſtitiæ, & vt prẽueniatur expectat. Audi quẽadmo
Apoc.2. dum expectet & cupiat præueniri: dicit angelo Pergami
Apoca.3. eccleſiæ: Age pœnitentiam: cæterum venio tibi. Dicit an
gelo Loadiciæ: Aemulare ergo: & pœnitentiam age: Ec-
ce ſto ad ianuam, & pulſo: & ſi quis audierit vocem mea
am, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum. Poterit intra
re deniq;, quia nec reſurgentem eum cum corpore vlla
clauſarum valuarũ repagula retinere potuerũt, ſubito
ſe apoſtolicis penetralibus improuiſus infudit, ſed ſtu-
dia deuotiõis tuæ deſiderat experiri, apoſtolos enĩ ꝓba
tos habebat. Aut forte in pſecutione prævenit. Vbi trãſgi
B litas eſt, prævenire cupit. Prævenire certe hũc quẽ vides ſo
Ephe.5. lẽ. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, vt illuceſcat ti
bi Chriſtus. Si hunc ſolem prævenire anteq̃ iſte ſurgat
aſpicies Chriſtũ illuminãtẽ. Ipſe prius in tui cordis illu
ceſcit arcano: ipſe tibi dicẽti, De nocte vigilat ad te ſpũs
meꝰ, matutinũ lumẽ tẽporibꝰ faciet ſplẽdere noctur nis
ſi mediteris verba dei. Dum enim meditaris, lux eſt: & vi
dens lucem non temporis ſed gratiæ, dices, quia lux præ
cepta tua. Cum autem te meditantẽ verba diuina dies
inuenerit, & tã gratũ opus orandi & pſallendi delectaue
rit tuam mentem, iterum dices ad dominum IESVM: Exi
tus matutinos & veſperæ delectabis. At vero Moyſe ma
giſtro vſus eſt populus Iudæorum quotidie in ſermoni-
bus ſuis à mane vſq; ad veſperam iudicium dei operien
Exodi.18. do. Quod videns cognatus eius eſse intollerabile, con-
ſilium dedit negocii cõſummandi partito cum aliis one
re, qui ad hoc munus electi ſunt. Noctibus ac diebus ſi-
ne vlla ceſsatione recẽſeto ſcripturas diuinas, quia & ſi
quid aliud ſeniorem interrogaueris, neſcit niſi ſcriptu-
ræ diuinæ ſeriem reſultare. Vacat ille ſermo de ſeculo
ſola illic ſcriptura contexitur, ſingulorũ ſibi per vices
ora ſuccedunt, nẽ quando ſacer ille ſonus mãdatorũ cæ
leſtium ferietur: & tu Chriſtiane dormis, cui magiſter
eſt Chriſtus? & nõ vereris ne de te dicatur: Populus iſte
nec labiis me honorat? Iudaꝰ vel labiis, tu vero nec la-
bis, Si illiꝰ qui vel labiis honorat, cor lõge eſt à deo: quo
modo poteſt cor tuum prope eſse, qui etiã labiis non ho
noras? Quandiu te ſomnus, quandiu te ſecularia tenent
C quandiu ſolicitudo iſtius vitæ, quandiu terrena? Diuide
ſaltem deo & ſeculo tempora tua: vel quando non potes
agere in publico quæ ſunt iſtius mundi, & tenebræ pro-
hibent noctis, deo vacato, indulge orationibus: & ne ob
dormiſcas, pſallito: ſomnum tuum bona fraude fraudato: mane feſtina ad eccleſiam: defer primitias pii voti: &
poſtea ſi vocat ſecularis neceſsitas, nõ excluderis dice-
re: Prævenerũt oculi mei mane meditari verba tua. & ſic
ſecurus procedis ad tuos actus. Quãm iucundũ inchoa-
are ab hymnis & canticis, à beatitudinibus quas in euan
gelio legis? quãm ꝓſperũ vt te Chriſti ſermo benedicat,
& dum recantas domini benedictiones, ſtudium alicu-
ius virtutis aſsumas, vt etiam in te benedictionis diuinæ
meritum recognoſcas.

Semper homo, etiam ſi ſanctus, ſi iuſtus ſit, debet ora- D
re, vt exaudiat eum dominus ſecundũ miſericordiã ſuã,
nõ ſecundũ merita virtutis alicuius, quia rara virtꝰ, mul
ta peccata. Et ſecũdum iudicium ſuum viuificet, vt in-
firmis opem ferat. Et maxime hoc debemus orare cum
aliquibus vrgemur aduerſis. Vnde non ocioſe à ſancto
Dauid præmiſsa eſt diuinæ miſericordiæ poſtulatio.

VI

* alias, iuſtificati.

Appropinquauerũt perſequẽtes me iniquę*, à lege autem tua elongauerunt.*

* alias, lõgefacti ſũt

Græcus ſic poſuit: Appropinquauerunt perſequentes me iniquitate, hoc eſt, cũ iniquitate me perſequebantur. Quanto magis mihi appropinquauerunt, tanto amplius ſe à lege tua ſeparauerunt: quoniam qui fratrem ſuũ perſequitur, à lege ſecernitur. Lex enim dicit: Diliges Deuter.6.
dominum deum tuũ, diliges proximum tuum. Non er- Leuit.19.
go oderim fratrem, ne dicatur mihi: Si fratrem tuũ non 1.Ioan.4.
diligis, quem vides: quomodo potes deum diligere, quẽ
non vides? Neſcis fratrem tuum mercem eſse ſanguinis
Chriſti? Mercem ergo non diligis Chriſti, ſi fratrem non
diligis. Ergo perſecutor mihi appropinquat, vt noceat
ſed is ſe à lege diſterminat. Quæ enim portio iuſtitiæ cũ
iniquitate? Qui autem à lege dei ſe ſeparat, ſeparat ſe ab
æterna vita. Lex enim vita eſt. Denique oſtendens pro-
pheta legem dei ait: Ecce iſta eſt vita, quoniam qui fa-
cit ea quæ legis ſunt, viuet in eis, quod legi cõuenit vtiq;
ſpiritali. Et fortaſse qui mihi appropinquat vt noceat
mihi, dum ſeparatur à lege, ſeparatur à Chriſto quia
Chriſtus eſt vita. Ego autem ſi adhæream Chriſto, nec E
mihi appropinquat: quia etiã ſi corporis mei habeat po-
teſtatem animæ tamen meę nocere non poterit. Deniq;
perſecutores martyrum quãm longe ab eorum meritis
ſeparati ſunt. Sed forte dicas: Quomodo ſancti adhærẽt
deo? Et ideo ſequitur:

VII

* alias, tui.
* alias, & omnes viæ tuæ.

Prope es* domine, & omnia præcepta tua* veritas.

Prope eſt dominus omnibus, qui vbiq; adeſt: nec refu- Sapien.1.
gere eum poſsumus ſi offendimus, nec fallere ſi delin- Hiere.23.
quimus, nec amittimus ſi colamus. Spectat omnia deus, o- Pſal.138.
mnia videt, aſsiſtit ſingulis, dicens: Deus appropinquãs
ego ſum. Et quomodo poteſt deeſse alicui deus, cum
de ſpiritu dei legeris: Spiritus domini replevit orbem
terrarum? Quia vbi domini ſpiritus, ibi dominus deus.
Cælum & terrã ego compleo, dicit dominus. Vbi igitur
deficit qui impleat omnia? aut quomodo de plenitudine
eius omnes accepimus, niſi omnibus appropinquet? De
niq; Dauid ſciens illum vbiq; eſse, & implere cælum
et terrã & maria, ait: Quo ibo à ſpiritu tuo? et quo à fa-
cie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu ibi es: ſi deſ-
cendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas an
te lucem, & habitem in nouiſsimo maris, etenim ibi
manꝰ tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Quãm
cito ſignificauit vbiq; deum eſse: & vbi eſt dei ſpiritus, i-
bi deum eſse: & vbi eſt deus, ibi ſpiritum dei eſse præſen
tem. Quo loco individua copula trinitatis expreſsa eſt: F
Siquidem hæc per os prophetæ locutus eſt dei filius in
perſona hominis locutus, qui per incarnationem deſce
dit in terras, per reſurrectionẽ aſcendit in cælũ, per cor
poris mortẽ penetrauit infernum, vt ſolueret alligatos.
Aut ſi ad ꝓphetã referas, aduertis expreſsũ quod vbiq;
manus & dextera dei Chriſtus aſsiſtat, vbi pater deus,
& ſanctus dei ſpiritus. An cum de ſole dubitare nequea
mus quod procedens toto orbe radios diffundat ſuos,
& omnibus lumen infundat, quem etiam illi qui videre
nõ poſsunt, ſentiunt tamen aeris ipſius fotu eſse præſen
tem? Vbi enim deeſt calor illius? Quo radii eius non
perueniunt, cum diſcuſsis noctis aut nubium tenebris
illuminat terram? In cælo fulget, in mari rutilat, feruet
in terris. De ſole ergo non dubitas quod vbiq; reſplen
deat: de deo dubitas quod non vbiq; fulgeat ſplendor

V

* alias, audi.

Vocem meam exaudi* ſecundũ miſericordiam tuam domine, ſecũdum iudicium tuum viuifica me.

G gloriæ eius,& imago ſubſtantiæ:Quid non penetret ver
bum dei,ſplendor æternus,qui etiam occulta mentis il-
Hebræ.4. luminat,quæ non poteſt iſte ſol penetrare? Verbū enim
dei gladius ſpiritalis eſt,vſq; ad diuiſiones animæ atq; ar
tuum medullarūmq; perueniens.De quo dicit iuſtus ad
Mariam:Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius,vt
reuelentur multorum cordium cogitationes. Penetrat
ergo animam,& quaſi candor æternæ lucis illuſtrat.Sed
quanuis diffuſe per omnes & in omnes & ſupra omnes
poteſtate ſit,quia omnibus ortus ex virgine eſt, & bonis
& malis,ſicut & ſolem ſuum oriri iubet ſuper bonos &
malos:illum tamen fouet qui appropinquat ſibi. Sicut
Lucæ.2. enim à ſe fulgorem ſolis excludit qui feneſtras domus
ſuæ clauſerit,locumq; tenebroſum in quo diuerſetur e-
legerit:ita qui ſe auerterit à ſole iuſtitiæ,non poteſt ſplē
dorem eius aſpicere.In tenebris ambulat,& in omnium
luce ipſe ſibi cauſa eſt cæcitatis. Aperi igitur feneſtras
tuas,vt tota domus tua veri fulgore ſolis illuceat.Aperi
oculos tuos, vt videas orientem tibi ſolem iuſtitiæ, Sed
caue ne eos vlla ſtipulæ feſtuca perturbet.Si quid ſordis
in oculo fuerit mentis tuæ,non poteris eum intueri. Si
quid ægritudinis,plus grauabit, cū cōfuſam oculorum
aciem lux ferit, maioremque dolorem excitat.Sit ergo
ſimplex oculus tuus,ne incipiat totum corpus tuum eſ-
ſe tenebroſum,& vacillet in lumine ſicut ſunt cæcorum
veſtigia.Nunquid ſi quis oſtia domus ſuæ claudat, ſolis
H eſt culpa quod non illuminat domum eius?Ergo ſi quis
peccatorum ſuorum repagulis obſerandam mentem
propriam iudicauerit, & verbi à ſe ſplendorē ſtultus a-
uertat, ac ſibi inferat inſipientiæ cæcitatem,cauſari po-
terit quod ſol iuſtitiæ noluerit intrare?aut infirmitatem
luminis cælestis arguere?Pulſat ianuam tuam dei verbū:
Si quis mihi aperuerit,inquit, intrabo. Si quis ergo non
aperuerit,nunquid non ingredientis,& non magis non
aperientis eſt culpa?Nihil quidem deo eſt obſeratum,ni
hil clauſum æterno lumini,ſed portas malitiæ dedigna-
tur aperire,conclauia non vult penetrare nequitiæ. An
vero cum animę noſtræ vigor putrem corporis refugiat
portionem,quod eius gratiam corrupti artus ſentire nō
poſſint,deus corruptæ animæ membra quædam digna-
tur habitare?Animæ tamen vigor per corpus omne diff-
funditur,ſiue manus,ſiue pes,ſiue digitus particeps ſen-
ſus eſt:dei poteſt alicubi deeſſe ſapientia,alicubi ei⁹ de-
eſſe maieſtas?Sane fugientes non retinet, non cogit in-
uitos,ſed neq; faſtidit appropinquantes: & illius quidē
virtus, illius verbum, deus omnibus prope eſt.In ipſo
enim conſtant omnia,& ipſe eſt caput corporis eccle-
ſiæ,in quo omnis inhabitat plenitudo diuinitatis. Sed
pleroſq; ab eo peccata ſecernunt,de quibus dictum eſt:
Pſal.72. Ecce qui elongant ſe à te,peribunt.Vnde ſanctus ait: Mi-
hi autem adhærere deo bonum eſt. Et Apoſtolus ait nō
eſſe longe deum ab vnoquoq; noſtrum, In ipſo quoq;,
Actu.17. inquit,viuimus & mouemur & ſumus. Vitalem etenim
I omnibus gratiam ſubminiſtrans, omnibus præſto eſt
munere bonitatis ſuæ, ſed propior eſt illis qui contrito
ſūt corde. Qđ vetus quoq; per ænigmata hiſtoria docet.
Moyſes in mōtis Sina ſupercilio erat,et ſol⁹ erat:popu
l⁹ in valle in imo mōtis,preſbyteri in parte mōtis ſupra
merita plebis,ſed plurimo interuallo à Moyſi meritis ſe
parati.Non omnes in vertice,neq; in imo omnes,ſed po
pulus,Moyſes ſolus in vertice Sina montis,qui latina in
terpretatione dicitur tentatio.Et tu ſi ſupra tentationes
aſcenderis,& contrito corde detuleris precem,deo pro
ximus eris. Si mundo corde fueris, & tu deum videbis.
Mat.5. Beati mundo corde,quia ipſi deum videbunt. Qui ergo
deo proximus eſt, dicit:Prope es domine,& omnia præ
cepta tua veritas. Iudæus hoc non poteſt dicere, qui nō
recipit dominum IESVM. Separauit enim ſe,nec in ve
ritate ſed in vmbra credit. Quomodo dicit, Præcepta
tua veritas,cum gratia & veritas per IESVM Chriſtum
facta ſit,cum eum non agnoſcat,qui veritate & plenitu-
dine circunciſionis ſuæ totum mundum redemit? K

VIII

Initio cognoui de teſtimoniis tuis,quia in æternum fundaſti ea.

De teſtimoniis,inquit,tuis ab initio cogitationem & fi
dem aſsumpſi,quod in æternum fundata ſunt.Teſtimo-
nium enim fidele eſt,& præſtat paruulis ſapientiam. Si
cognouiſſet Adam & Eua quæ quaſi paruulis data eſſēt
eis cautiora præcepta,ne vſuparent ſibi ſcientiam boni
& mali,quam recto diſcrimine definire non poſſent,
paradiſi incolatum in perpetuum vendicare potuiſſent
Si conſiderant homines quia ſanguis hominis ad deum
clamat,manus proprias à nece hominis abſtinebunt. Si
cuſt odiant præcepta quæ dedit dominus coram cælo &
terra teſtibus, dicens: Audi cælum & auribus percipe
terra:ſcientes quia quicquid flagitii commiſerint,aduer
ſus legem domini feciſſe,angelorum & poteſtatum,ſan
ctorum quoq; hominum teſtimoniis arguantur: ſupra
hæc teſtimonia fundamentum ſibi cōſtituent,quia æter
terna ſunt atq; perpetua. Et nos ergo opus noſtrum æ-
dificemus ſupra fundamentum teſtimoniorum cæleſti-
um,vt non ardeat ſicut lignum aut ſtipula,ſed ſicut au-
rum probetur.vt æterno maneat nixum fundamine, L

SERMO VICESIMVS.

INCIPIT litera Res,quæ Latina interpreta- ℸ
tione caput dicitur vel primatus. Caput eſt, Res
vt formam generis humani conſideremus,
quod fouet membra omnia,& dirigit atq; im
plet ſenſibus. Senſus enim ſapientis in capite eius. Inde
ductus venarum,meatusq; ſpiritus ſanguinis vires in to
tius partes corporis deriuantur. Luſtrat omnia, ornat
omnia. Sublato capite,corpus ſine nomine eſt. Non a-
gnoſcitur,nec vlla ſupereſt vſura viuendi. Propterea
qui in aliquo damnatur crimine,eò quod ornamentum
eſt totius corporis,capite abdicatur:& qui turpi vel ſce
leſto reatu beluinæ obſcœnitatis illuuiem vel beſtialis
immanitatis horrorem commiſiſſe detecti ſunt, tanquā
ii qui propoſito humanæ moderationis exciderint, for-
mam quoq; humanæ conditionis iubentur exuere. Reci
ſo enim capite,reliqui corporis truncus beſtiarum cor-
pori comparatur,& ſapientię arce fraudatur,qui ſapien
tiæ non potuit tenere rationem.Sepelitur igitur ſine de
core ſuo corpus.In capite etenim vigor vitæ, in capite
eſt gratia venuſtatis.Fertur coluber, cum vrgetur peri-
culo,caput ſemper abſcondere, & in orbem ſe colli-
gens obiecta reliqua parte corporis hoc ſolū tueri,quod
illæſa feratur membra cætera ſaluo capitis vigore repa- M
rare.Hoc & tu moraliter caput ſerua,hoc ſeruato & my
ſtice . Myſticum caput Chriſtus eſt , quia omnia in
ipſo conſtant , & ipſe eſt caput corporis eccleſiæ.
Hoc caput qui amiſerit , viuendi vſum habere non
poterit.Hoc ſolo diſtamus à beſtiis, ad imaginem dei
& ſimilitudinem virtutum vigore formati. Fides nos
ab irrationabilium pecudum comparatione ſecernit.
Hoc caput humani ſeruate ſerpentes,etiā ſi omnia mē-
bra cædantur, totum vratur corpus incendiis, merga-
tur profundo,euiſceretur à beſtiis, hoc tamen capite cu
ſtodito, vita integra,ſalus tuta eſt. Nemo enim poteſt
perire,cui non ſublatus eſt Chriſtus.Eſt & caput ſumma
ſtudii atq; operis noſtri, ſumma negocii, ſumma
ſpei, ſumma virtutum. Omnis autem ſumma eſt ſtu-
dii noſtri, vt ſimus humiliores,veritatē ſequamur, quā
non videt extollens ſe fruſtra inflatus mente carnis ſuæ,
& non tenens caput. Quod ſi hoc caput, euidenter ex- Coloſ.2.
preſſit dicens:Ex quo omne corpus per compaginatio-
nes & colligationes ſubminiſtratum & copulatum cre-
ſcit in incrementū dei. Et in Eſaiæ libro dicit dominus Eſa.9.
per prophetam: Auferam à Iudæa caput & caudam,
initium & finem. Hoc caput Iudæa quod tenebat a-

A miſit,quæ IESVM dominum non recepit.Vbi fides eſt, D
& initium & finem habemus, Vbi perfidia , nec initium
nec finis eſt. Eccleſiæ principium eſt primogenitus ex
Apoc.22. mortuis,Habet & finem,quia ipſe eſt primus & nouiſsi-
Roma.10. mus.Ipſe eſt finis legis ad iuſtitiam omni credenti. Sy-
nagoga nec initium nec finem habet,quia nec in princi
pio inuenit quod ſequatur,nec in fine quod ſperet. In-
flatus ergo caput non tenet,hoc eſt, illam humilitatem
Chriſti qua deſcēdit vſq; ad crucē, deſcēdit vſq; ad in-
feros.Ideo Iudæus non credidit,quia contempſit dicen-
Mat.11. tem:Diſcite à me,quia mitis ſum,& humilis corde. Hæc
humilitas virtutum omnium caput eſt,quæ totum velut
quoddam noſtrorum actuum fouet corpus. Quanuis in
firmus aliquis ſit,pauper,ignobilis,tamen ſi non ſe ex-
tollat & præferat,ipſa ſe humilitate cōmendat.Sit ali-
quis prædiues & nobilis:idem ſi nobilitatem generis &
diuitias ſuas iactet.inſolentia ſibi vilis eſt.Sit aliquis fa-
cundus & fortis,qui tumore facundiæ ac virtutis elatus
plurimum ſibi arroget:nonne ei propter verecundiam
& inſipiens plerumq; & inualidus antefertur ? Deniq;
Lucæ.18. phariſæus in euangelio cum abſtinēs & parcus eſſet alie
ni,liberalis ſui,non refugus iciunii,vt ipſe dicebat,ta-
men propter iactantiam etiam illa quæ habere poterat
amiſit.Nihil ei tot genera virtutum vno vitio decolora
ta prodeſſe potuerunt.Publicanus qui nihil enumera-
re poterat quod poſſet probari, propter humilitatem
tamen iuſtificatus magis q̄ ille Phariſæus deſcendit è tē-
Pſal.33. plo,ſecundum quod ſcriptum eſt in propheta: Quia hu
B miles ſpiritu ſaluabit Hoc autem eſſe caput quod hæc
Thren.4. litera exprimat,euidenter etiā in Hieremiæ Threnis do-
cemur.Nam prælata hac litera ait propheta:Spiritus an
te faciem noſtram Chriſtus dominus:ſub vmbra eius in
gentibus viuemus.Hoc ergo caput vere eſt,quod omni
um caput eſt. Diximus de capite :dicamus & de prima-
tu:quod licet ſermone diſtet ac litera.ſenſu tamen in eā
dem concurrit intelligentiam. Primatus enim legimus
in veteri teſtamento, quos in primogenitis Eſau fratri
ſuo ceſsit,& ideo vocatum eſt nomen eius Edom , hoc
eſt, terrenus & callidus.Iſti ſunt autem fratres,de qui-
bus rogatus eſt dominus ab Iſaac patre eorum vt daret
ei ſuæ poſteritatis hæredes de Rebecca vxore ſua, quæ p
viginti annos nullum dederat generationis ſuæ inſigne.
Gene.25. Exaudiuit eum,& concepit Rebecca,& rogauit dominū
cum luctari inter ſe paruuli viderentur in vtero eius,&
reſponſum accepit:Duæ gētes in vtero tuo ſunt, & duo
populi ab vtero tuo ſeparabuntur,& populus populum
ſuperabit,& maior ſeruiet minori. Nonne apertum eſt
myſterium,duos ſignificari populos, hoc eſt , populum
Iudæorum ſeniorem , & Chriſtianum populum iunio-
rem,qui propter cōſuram lentis primatus fratris acce-
pit ſeniotis?Quo indicio euidēter exprimitur quod po-
pulus ſenior ille terrenus propter intemperantiam gu-
læ primatum quē habuit amiſit.Populus autem eccleſiæ
per ſobrietatem & continentiam primatus quos ordi-
ne non habebat ætatis confeſsione fraterna & pio furto
paternæ benedictionis eripuit. Quid eſt igitur quod po-
Mat.11. pulus rapuit Chriſtianus, niſi dominum IESVM? A die-
C bus enim Ioannis baptiſtæ regnum cælorum cogitur, &
cogentes diripiunt illud,ſicut ipſe dominus declarauit.
Bona fraus,quæ vitam furatur æternam.Sed quoniam ſa
tis dictum de literæ huius interpretationibus arbitra-
mur,conſideremus ea quæ huic literæ propheta ſubiec-
it.Primus itaq; verſus eſt:

I
*alias,eri pe. Vide humilitatē meā,& erue*me: quo
niam*legem tuam non ſum oblitus.

*alias,ſta. Fortaſse dicat aliquis, gloriatur de ſe propheta,& ſi
gloriatur,gloriatur in infirmitatibus ſuis ,in quibus &
2.Cor.12. Apoſtolus gloriatur dicens: Gloriabor in infirmitati-
bus meis. Alius in diuitiis , alius in titulis nobilitatis
ac profapiæ ſuæ,alius in adminiſtrationibus & hono-
ribus gloriatur,iuſtus in humilitate gloriatur. Bona enī
gloria,Chriſto eſse ſubiectum. Vt ſcias autem quia ia-
ctare nō ſe cupiat,ſed domini in ſe gratiam prouocare;
alibi idem propheta ait:Vide humilitatem meam; & la-
borem meum.Ergo quaſi is qui humiliauerit cor ſuum;
quaſi is qui plurimum laborauerit,ibi ſibi dimitti pecca
ta deſiderat,hic erui ſe precatur.Conſtitue aliquem ſa-
cerdotem pro miniſtri ſalute ſolicitum,quem probatū
aduertat deo,aliquem patrem pro filio in ægritudine cō
ſtituto graui,aliquam fœminam vel pro filio vel pro vi
ro;mœſtam,orationibus incubantem, fundentem vbe-
res lachrymas noctibus ac diebus,humiliantem ſe ac
ſternentem ſolo,multiplicantē ieiunia, & quod his gra-
uius eſt,mentis atq; animi dolore confectam , morbi ac
periculi dilatatione torpentem.dicere ad dominū:Vide
humilitatem meam ; & erue me. Conſidera etiam quia
ſpiritali quodam oleo cæleſtium præceptorum vngit
nos atq; exercet quotidie ſcriptura diuina , & dominus
noſter plurimos ad ſubeunda certamina geſtiens pro-
uocare,diuerſa poſuit præmia coronarum. Conſidera
inquam Chriſti athletam innumeris contentionibus fa
tigatum,ac prope iam laſsatis viribus reſiſtentem, peri-
culi mole turbatum,cum videat ſibi non ſolum aduer-
ſus carnem & ſanguinem,ſed etiam aduerſus ſpiritales
nequitias quæ ſunt in cæleſtibus, eſse luctamen, dicere:
Vide humilitatem meam,& erue me,quoniam legem tu
am non ſum oblitus.Non enim potuit obliuiſci qui ſe-
cundum eius præcepta certauit. Contuere etiam aliquē E
in martyrio conſtitutum,frequentibus afflictum ſuppli
ciis,retruſum in tenebras,graui fractum pondere cate-
narum,neruis crura diſtentum , cuiſceratum equleo,
exaratum vngulis,aduſtum candentibus laminis,perſe-
uerantis fidei virum,ſed iam tædiantis animi quod diu-
tius differatur ſacrę mortis corona,dicentem :Vide hu-
militatem meam,& erue me,quoniam legem tuam non
ſum oblitus.Non ſolum in ſtudiis atq; propoſitis,ſed
etiam in tentationibus humilitatē dici poſſe,teſtimoniis
ſcripturarū docemur. Siqđē lectū eſt:Hoīes acceptabi-
les in fornace hūilitatis. ταπεινώσεως- enī Græcus dixit,
quod eſt humilitatis. Hoc ideo poſui, quia plurimi ha-
bēt latini,in fornace afflictionis.Latinus diſcernit Gre-
cus non ſeparat. ταπεινώσεις & humilitas virtutis dici-
tur,& humilitas afflictionis.Nihil impedit ſi latinus ſe-
parat.Non enim Græcus ex latinis trāſtulit,ſed latinus
ex græco.Deniq; & Hebræi quādiu in Aegypto erant,in
fornace erant ferrea,hoc eſt in fornace tētationis,in for-
nace afflictionis,cum duris affligerentur imperiis.Vnde
& ſcriptum eſt:Quia eduxit eos deus de fornace ferrea Deute. 11.
ex Aegypto.Fornax erat ferrea,quia nulli⁹ adhuc in Ae
gypto opera virtutum plena lucebant , nullius aurum
illic fuerat comprobatum,nullius plumbum iniquita-
tis exuſtū.Dura fornax,fornax mortis perpetuę. Quam
fornacem nullus poterat euadere,quæ omnes conſume
ret,in qua ſolus dolor ineſset & luctus. At vero fornax ī
qua Ananias,Azarias,Miſahel,hymnum deo canebant, Daniel.3.
fornax aurea illa,nō ferrea,per quam toto orbe ſapiētia F
fide deuotionis illuxit. Erat quidem etiam hęc fornax in
Babylonia,vbi aurum non erat ſpiritale,niſi forte capti
uum.Captiuā enim dominus duxit captiuitatem. Hoc
erat aurum in dei ſanctis,qui captiui erant apud Baby-
lonios corpore,ſpiritu autem liberi apud deum , ſoluti
vinculis captiuitatis humanæ , iugo gratiæ ſpiritalis
innexi. Et fortaſse eadem fornax ferrea fragilibus eſt
aurea perſeuerantibus. Omnes oportet per ignem pro-
bari,quicūq; ad paradiſum redire deſiderant. Nō enim
ociosę ſcriptum eſt quod eiectis Adam & Eua de para-
diſi ſede,poſuit deus in exitu paradiſi gladium igneum
verſatilem.Omnes oportet tranſire per flammas,ſiue il-
le Ioannes euangeliſta ſit,quem ita dilexit dominus , vt
de eo diceret ad Petrum: Sic eum volo manere, quid ad Ioan.21.
te?tu me ſequere.De morte eius aliqui dubitauerunt,

G de transitu per ignem dubitare non possumus, quia ꝑ paradiso est, nec seperatur à Christo. Siue ille sit Petr⁹, qui claues accepit regni cœlorum, qui supra mare ambulauit, oportet dicat: Trasiuimus per ignem & aquam, & in Psal.65. duxisti nos refrigeriũ. Sed Ioanni cito versabitur igneus gladius, quia non inuenitur in eo iniquitas, quem dilexit æquitas. Si quid in eo vitii humani fuit, charitas diuina decoxit. Alæ enim eius sicut alæ ignis. Qui habuerit hic charitatis ignem, illic ignem gladii timere non potebit. Ipsi Petro qui toties mortem suam pro Christo obtu- Lucæ.17. lit, dicet: Transi, recumbe. Sed ille dicet: Igne nos examinauit, sicut examinatur argentum. Etenim in quo aqua multa excludere non potuit charitatem, quomodo eam ignis excludet? Sed ille examinabitur vt argentum, ego examinabor vt plumbum: donec plumbum tabescat ardebo. Si nihil argenti in me inuentum fuerit, heu me, in vltima inferni detrudar, aut vt stipula totus exurar. Si quid inuentum in me fuerit auri vel argenti, nõ per meos actus, sed per misericordiam & gratiam Christi, per ministeriũ sacerdotii, dicã fortasse ego: Etenim qui speI rant in te, non confundentur. Illo igitur igneo gladio iniquitas exuretur, quæ sedet super talentum plumbeũ. Ideo vnus ignem illum sentire non potuit, qui est iustitia dei Christus, quia peccatum nõ fecit. Nihil enim ignis in eo quod exurere posset inuenit. Deniq; illi soli eleuatæ sunt portæ æternales, vt intraret rex gloriæ, non reus H causæ. Et hic quidem mortem caro illius gustauit neq; enim aliter posset resurgere. Quod legi, præsumo: quod non legi, veneratus scientibus derelinquo: vnum confitens, quia quicquid caro illius subiit, ideo subiit, vt viã cæteris vel triumphandi per martyrii passionẽ, vel trãseundi in paradisum suis vestigiis reformaret. Nemo ergo sibi arroget, nemo de meritis glorietur, nemo de potestate se iactet, sed omnes speremus per dominum IESVM misericordiã inuenire, quoniam oẽs ante tribunal eius stabimus. De illo veniã, de illo indulgentiã postulabo. Quæ enim spes alia peccatorib⁹? Et qui se hic aurũ putat, habet plumbum: & qui putat se granum tritici, habet paleam quæ posit exuri. Sed hic sibi multi aurũ videntur. Non illis inuideo: sed etiam aurum examinabi- Zach.13. tur, vretur vt possit probari. Sic enim scriptũ est: Sicut aurum in conflatorio probabo illos. Ergo aduertant, qa examinabuntur omnes. Multi ergo qui se aurum putãt, & ipsi humilitatem sequantur, vt vitia sua decoquant. Sed hic inanis iactantia est. Ideo multis qui se massas putant auri, dicit sapientior auri massa: Omnes nos fornax probabit. Ergo quia examinandi sumus, sic nos agamus, vt iudicio probari mereamur diuino. Teneam⁹ hic positi humilitatem, vt cum vnusquisq; nostrum venerit ad iudicium dei, ad illos ignes quos transituri sumus, dicat: Vide humilitatem meam, & erue me. Nam si superbus fuerit, si arrogans, si contumax, non poterit hoc dicere. Nemo autem dicet, Vide superbiam meam: sed, Vide humilitatem meã, vt eius gratia eruí ab illo igne mereatur. Est ergo humilitas laboris & fatigationis, est & humilitas virtutis atq; ꝓpositi, quam & in secundis & ꝓsperis & in ocio positus tenet iustus. Nullo licet fractus labore, nullius certaminis dubius euentu, humilem omnibus affectum exhibet, nec sua extollere studet, sed ma- 1.Cor.15. gis minuere operis sui precium, & meriti sui gratiã. Audi iustũ humiliãtem se: Ego sum, inquit, minimus apostolorum. Ille vas electionis diuinæ: ille gentium doctor minimũ esse se dicit, indignũ eius officii nomine quod suis operibus præferebat: nihilq; sibi arrogat, sed totum Gene.18. gratiæ dei deputat, Hoc vtiq; decet iustum. Hac humilitate Abraham pater fidei nuncupatus est: qui cum diui- Psal.21. no participaretur alloquio, terram se esse dicebat, & limum. Ipse quoq; dominus ait: Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis, cum de sui corporis passione loqueretur, qui non quæ sua sunt quæsiuit, sed quæ aliorum. Cuius nos imitatores vult fieri Apostolus, atq; hortatur dicens: Hoc enim K sentite in vobis, quod & in Christo IESV: qui cũ in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Philip.2. deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs. Nec nos igitur nobilitatem generis, nec diuitias requiramus, si volumus Christum sequi. Exinaniuit se, cum esset in dei forma: cum dives esset, pauper factus est. Noli & tu contemnere plebeium, quia nobilis: noli despicere seruum, quia potens es: noli pauperem fastidire, quia dives es. Nunquid nobilior, nunquid potentior Christo es? Ille pro te susceꝑit illa quæ tu despicis. Ille pro te humiliauit se vsq; ad mortem, & mortẽ crucis, vt tuæ lapsũ aboleret superbię, vt quod per vnius Adæ inobedientiam perdideramus, per Christi humilitatem reciperemus: propter quod deus, inquit, illum exultauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, quoniam dominus IESVS in gloria est dei patris. Considera ô homo quid legas. Non laborauit apostolus potentiam Christi probare, sed obedientiam prædicare, sed demonstrare quanta sit humilitatis gratia, quantus eius profectus. Si simplicibus accipias auribus, & Christum exaltauit. Sed, Christus non Ioan.12. quæ sua, sed quæ tua erant, illa humilitate quærebat. Ego L inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Accipe ergo argutis auribus: Moraliter tibi profuit, mystice tuam redemit salutem. Quomodo vis, intelige: Salus est tua. Si putas quod Christo profuit humilitas sua, cui ergo non proderit? Si illum exaltauit, quem non augebit? Factus est minister omnium dominus, & author omniũ vapulauit, pedes lauit, crucifix⁹ est, mortuus est. Sed in his omnibus detrimentum nullũ video diuinitatis eius, profectum operationis agnosco. Quid nihil habebat quod ad potestatem suam adderet, habuit quod ad cultum suæ maiestatis adiungeret. Audeo dicere: operationis suæ munus amiserat, nisi id humilitas recepisset. Itaq; nos quidem redemit, sed etiam sibi acquisiuit. Nihil ergo humilitas affert dispendii. Ille qui se exinaniuit, plenus est. Ille qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, formam serui accipiens: in gloria est dei patris. Susceꝑi quem nesciebam, agnoui quem non cognoscebam, confiteor quem negabam. Ipsi genu corporis flecto, ipsi genu mentis inflecto, ipsum adoro, quem ante fugiebam. Gratias tibi agimus IESV Christe quod creasti nos: sed creatos, feris bestiis, mutis animantibus præfecisti. Maiora sunt visitationes tuę munera. Visitatos maiestatis tuæ consortiis honorasti, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Suscepto Psal.21. enim corpore frater es factus, nec dominus esse desisti, Maiorem redemptionis gratiam præstitisti, quia pe- M riclitantes morte propria redemisti, sicut scriptum est: Expedit vnum hominem mori pro populo. Su- Ioan.11. scitasti mortuos, dicens: Soluite templum hoc, & in Ioan.2. triduo resuscitabo illud. In illo enim templo dominici corporis omnibus resurrectio accreuit. Resurgentes adæquasti angelis, sicut dixisti: Quoniam quæ non Mat.22. nubunt, neq; ii qui ducunt vxores, erunt sicut angeli dei in cælo. Postremo ad dexteram dei in illo filii hominis solio collocasti, sicut ipse dignat⁹ es dicere: Ex hoc Lucæ.22. autem erit filius hominis sedens ad dexteram virtutis dei. Vnde Apostolus admirans diuinæ dona pietatis, simul ostendens vnam patris & filii liberalitatem Ephe.2. ait: Deus autem qui dives est in misericordia propter multam charitatem qua dilexit nos. Audis in quo debeas homo dives esse, quas habere virtutes? Amorem dei te probato imitari, beneficia misericordiæ charitatisq; cælestis. Et addidit: Et cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & simul suscitauit, simul fecit sedere in cęlestib⁹ in Christo IESV. In christo vtiq; honoratur & caro. Ille igitur qui ad dexterã dei sedet, ꝓpter nos hũiliatus est. Ideòq; dicit nobis: Discite à me qa mitis sũ, & humi- Mat.11.

A lis corde. Non dixit, Discite à me quia potens sũ, sed humilis corde: vt tu illum imiteris, vt tu ei dicas: Domine audiui vocem tuam, impleui præceptum tuũ. Dixisti vt à te discerem humilitatem: didicimus nõ solũ sermone, sed etiam actu tuo. Feci quod imperasti, vide humilitatem meam. Athleta bonus membra sua monstrat, vt conuersationis suæ approbet disciplinam. Monstrat etiam tunc membra sua, quãdo post aliqua certamina grauiora iterum certare compellitur, vt iudex videns sensũ corpus, nequaquam eum certare compellat. Et tu, osten- 1.Tim.4. de cordis tui humilitatem, vt titulos virtutis ostẽdas. Ostende & corporis tui certamina, vt dicas: Certamen bonum certaui, cursum consummaui. & videns spiritalis iudex certaminis agonem, coronam iustitiæ decernat; II quoniam legem agonis implesti.

†alias, re dime. Iudica iudicium meum, & libera † me, propter verbum*tuum viuifica me.

†alias, eloquium. Festinant innoxii ad iudicium, & proprię innocentiæ arbitris desiderant citius comprobari. Habet hoc vs⁹ etiã in seculo, qđ est cõmune cum sanctis. Verũ is qui apud deum iustus est, habet aliam causam iudicii non timẽdi quia apud misericordem iudicem sibi causa est, apud redemptorẽ suum vult cito & sperat absolui. Absolutio enim matura sanctorum est. Vnde & Dominus ait per Ezechielem ad angelos qui ministri sunt vltionum: A Ezech.9. sanctis 'meis incipite. Non vult dominus commune sãctis cũ diaboli sociis consortiũ esse iudicii. Diabolus enim & ministri eius cũ hominib⁹ nõ flagellabuntur. Se- B 1.Pet.4. parata est pœna vbi distat & culpa. Ideoq; alio loco scriptura ait: Tempus incipere iudicium à domo dei. Quos miseratur enim, cito castigat, vt non diutius afficiantur futuri expectatione iudicii, non prolixius misera reat⁹ sorte macerentur, vt vnusquisq; reddat etiã duplicia peccata, quo tandem possit absolui. pœna enim reorũ, quædam absolutio delictorum est. Videmus in hoc seculo incertos nexibus catenarũ reos in specie pompę miseram bilis duci: & nonnunq̃ hoc patiuntur insontes, vt tolera bilius sit mori, q̃ talia subire supplicia. Optant vtique audiri, bene sibi conscii. Optant etiam hi qui grauibus flagitiis vrgentur, pœnam mortis celeritate transigere, vt aliquanta compendia pœnarũ lucrentur. Spes est etiam de iudicis misericordia. Ipso exilio claustra carceris duriora sunt, nec reditus in perpetuum omnibus interclusditur relegatis. Si hoc operatur humanum examen, quã to magis Christi est omnibus expetendũ? Differtur diaboli iudicium, vt sit semper in pœnis reus, sẽper improbitatis suæ innexus catenæ, conscientiæ suę in perpetuũ C sustineat ipse iudicium. Ideo dies ille in Euangelio, licet peccator pœnalibus vrgetur erumnis, vt citi⁹ possit euadere: Diabolus autem nequaquam puniri ad iudiciũ demonstratur, nequaquam adhuc pœnis esse subiectus, nisi quas ipse tantorũ cõscius scelerum soluit timore ꝑpetuo, ne aliquãdo securus sit: immo, vt verius dicam, sanctus ad iudicium venit, impius non venit, quoniam non resurgũt impii in iudicium. Hic petit vt absoluatur vt coercitus dimittatur. Qui autẽ nõ iudicatur, nõ credidit, sed impietatis suæ iudicio ipse punitur. Apud imperatores istos nõ puniũtur sceleris rei Barbari quod in sua gente cõmiserint, quia nõ sibi subditi, sed grauiore nomine hostes habentur, qui sine interrogatione priua ti sceleris puniuntur. Ita & Christus suos castigat quos diligit, alienos tãquã generali dãnatiõe impietatis astri ctos pœna damnat æterna. Nouissima enim destruetur mors, & tamẽ verecunde docet Propheta exemplo sui vt etiam qui diffidit operib⁹ suis, propter verbum tamẽ dei clementiorem speret sententiam. Alius propter diui Lucæ.2. tias viuere cupit, alius propter filios, hic propter verbũ dei viuificari petit: sicut Symeõ domini expectauit aduẽtum: vnde & dominum accipiens in templo ait: Nunc dimittis seruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. asserens viuendi sibi cupiditatem aliam D nõ fuisse, nisi vt Christum videret. Deniq; vidit, & vinculis solui corporis postulauit. Possumus etiam intelligere: Iudica iudicium meum, quasi grauior nobis causa sit de iudicio nostro, quam de errore dicenda. Erranti enim facilius datur venia quàm improbe in alium iudicanti. Necesse est enim eã formã in te redire iudicii, quã in alium ipse decernendam putaueris.

III
Longe est*à peccatoribus salus, quoniã iustitias*tuas non exquisierunt.

*alias, nõ hahet est. †alias, qa iustificationes

Quorum serum est iudicium, eorũ salus longe est: sed ipsi sunt sui authores perículi, qui domino non approꝑinquarunt. Ideo facti sunt longe, quia voluntate sua à salutis se gratia separauerunt. Non refugit eos salus, sed ipsi salutem, qui se elongauerunt. Venit ad Iudæos, sed illi salutem non receperunt. Quomodo non receperũt? Audi: IESVS salus est, IESVS filius hominis nuncupatus est. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat: sed Iudei dimitti sibi latronem postulaue- Lucæ.19. runt, IESVM repudiauerunt. Quis autem est qui se longe facit à domino, nisi qui nõ exquirit iustitias eius? Qui vero iustitias exquirit, prope est, adhæret deo. Et ideo iustitias dei quærentibus dicit Apostolus: Vos qui eratis lõge, facti estis propẽ, in sanguine Christi. Sanguis Christi Ephe.2. iustitia est. Denique ipse ait ad Ioannem: Sine nos implere omnem iustitiam. Matth.3.

IIII
Miserationes*tuæ multæ nimis*domine secundum iudicia tua †viuifica me.

†alias, misericordię. †alias, nõ habet niminis. *alias iudicium tum.

Et si longe est à peccatoribus salus, tamen nemo desperet, quia multæ sunt misericordiæ domini. Qui suo peccato pereunt, misericordia domini liberantur. Misrebor, inquit, cui misereor. Palam apparuit nõ quærentibus, vocauit refugientes, congregauit ignaros, pro omnibus se obtulit passioni, Non ergo multum misericors? Misericordia enim hominis in proximum suum misericordia domini in omnem carnem, vt omnis caro ad dominum ascenderet, illa domini miseratione donata. Sed quomodo cum dixerint multas esse domini E miserationes, secundum iudicia eius viuificari petit, maximè cũ alibi ipse dicat: Et nõ intres in iudicium cum seruo tuo? Sed aliud est illud iudicium beneficiorũ dei, Psal.142. (cui respondere nõ possumus, Quis enim potest debitum referre naturæ, debitum salutis & gratiæ?) aliud iudicium quo fragilitatis nostræ æstimatione censemur. In hoc ipso tamen iudicium cum misericordia copulatum est, vt veritas iudicii miseratione domini temperetur. Aut forte quia dixerat, Iudica iudicium meum, ideo subtexuit miserationes domini nimium multas esse. Graue est enim de alio iudicare. Vnde etiam scriptũ est: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Cum enim vnusquisque sit suorũ conscius peccatorũ, quomodo potest de alterius iudicare peccato? Iudicet de alterius Lucæ.6. errore, qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille qui non agat eadem quæ in alio putauerit puni- F enda: nec cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offensiõe, nulla nouitate ducatur. Audisti hodie quid iudex verus & iustus locutus sit: Non possum, inquit ego à me facere quicquam. Non nulli hæretici solebant hinc facere quæstiones, quasi infirmus esset filius qui à se nihil faceret, quasi secundum diuinitatem quoq; subditus, & paterno subiectus imperio: nec aduertunt quod hoc quoque magis potestatis diuinæ vnitas comprobetur, vbi putant inter patrem et filium esse distantiam potestatis. Nihil à se facit filius, quia per vnitatem operationis, nec filius sine patre facit, nec sine filio pater. Denique pater dicit ad filium: Faciamus homi- Gene.1. nem ad imaginem & similitudinem nostram, communem asserens operationem esse, vbi commune consiliũ

G est. Quid sine sapientia facit, qui omnia in sapientia fe-
Psal. 103. cit? vt lectum est: Omnia in sapientia fecisti. Denique sa-
Prou. 8. pientia dixit: Cum faceret cælos, cum illo eram, & ego
Ioan. 1. eram cui applaudebat. Et Euangelista ait: Omnia per ip-
sum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. vt doceret
non solum operatorem omniū filium, sed etiam pater-
næ operationis consortem esse. Ego tamē arbitor quod
hic locus ad iudicii formā videatur esse referend⁹. Euā-
gelium etenim non solum fidei doctrina, sed etiam mo-
rum est magisterium, & speculum iustæ conuersationis.
Inuenio in Euangelio quod dominꝰ IESVS multorum
affectus & officia suscepit, vt doceret quomodo nos in
his conuersari oporteret officiis. Suscepit personam pa-
Ioan. 10. storis, & ait: Pastor bonus animam suam ponit pro ouī-
bus suis. Ideoque pro rationabili grege seipsū passioni
corporis nō negauit, vt ouem lassam crucis suæ humeris
superponens pii oneris fūctione recrearet. Suscepit
aduocati personā. Ipsum enim aduocatū habemꝰ apud
1. Ioan. 2. patrem. Pernoctabat in oratione pro nobis, vt nos suo
Lucæ 6. informaret exemplo quemadmodum veniam nostris
debeamus exorare peccatis. Nō enim ideo pernoctaret,
quasi qui aliter patrē nobis reconciliare non posset, sed
vt qualis aduocatus esse debeat, demonstraret, qualis sa
cerdos, vt non solum diebus, sed etiam noctibus p grē
ge Christi debeat precator assistere. An impetrandi ege
bat auxilio, qui facere ipse poterat quod rogabat, quem
Ioan. 14. admodum ipse dicebat: Ego ad patrem vado: et quodcū
Ioan. 16. q ab eo petieritis in nomine meo, hoc faciā. Deniq; ali-
bi ait, cum Lazarum resuscitaret: Sciebā quod semper
me audis. Hic quasi infirmus penoctabat, qui sciebat qđ
Ioan. 11. semper auditur, & clamauit: Lazare veni foras. Locuta
est resurrectio, mors recessit. Suscepit etiam affectum
H rei, & stetit ante iudicem quasi reus, nec dedignatus est
dominus omnium præsidis vilitatem. Interrogatus tace
bat, ostendens non in clamore vocis, nec in forensis as-
sertione patrocinii, sed in cōscientiæ integritate esse in
nocentiæ defensionem: nec salutem corporis ambiendā
sed animi puritatē. Deniq; qui Susannā absoluit tacētē,
se obtulit morti. In illa causam ostendit vt nemo despe
raret, in hac vt redimendæ vniuersitatis sacrificium nō
negaret. Cæsus postremo non conuitiatus est, non reper
Ioan. 18. cussit: & dominus cæli atque terrarū studium deposuit
vltionis, vocem humilitatis emisit dicens: Si male locu-
tꝰ sum, testimonium perhibe de malo: si autē bene, quid
me cædis? Quasi infirmus cędis deplorat iniuriā & cum
Ioan. 5. se posset vlcisci, queri maluit quā vindicare. Ergo & hic
I psonam iudicis præpositiq; suscepit dicens: Non posſū
à me facere quicquam. Bonus enim iudex nihil ex arbi-
trio suo facit, & domestiæ proposito voluntatis, sed iu
xta leges & iura pronunciat, scitis iuris obtemperat, nō
indulget propriæ voluntati, nihil paratum & meditatū
domo defert: sed sicut audit, ita iudicat: & sicut se habet
negocii natura, decernit. Obsequitur legibus, nō aduer
satur: examinat causę merita, non mutat. Discite iudices
seculi, quem in iudicando tenere debeatis affectū, quām
sobrietatem, quām synceritatem. Dominus omnium di
cit: Non ego posſum à me facere quicquam. Alibi lego:
Negare semetipsum non potest: Non potest vtique, non
per infirmitatem, sed per integritatem: non per impoſsi
bilitatē faciendi, sed per obseruantiā iudicādi. Quid nō
potest qui omnia potest, nisi quod posse nolit? Non vult
posse quod damnat, non vult posse aduersus fidem, nō
Ibidem. vult posse aduersus veritatem. Audi postremo ipsum di
centē cur non posſit à se facere quicquam. Sicut audio,
inquit, iudico. hoc est, nō ex mea potestate decerno qđ
libitū, sed ex iudicandi religione qđ est: & ideo iudiciū
meum verū, quia non voluntati meæ indulgeo, sed æqui
tati. Audite quid iudex dicat cælestis: Non posſum à me
facere quicquā, sed sicut audio iudico. Et Pilatus dice-
Ioan. 19. bat ad dominum IESVM: Potestatem habeo cruci
figendi. Vsurpas ô homo potestatem quam non habes
cū dominus neget se habere, qui habet super omnia po- K
testatem. Audi quid iustitia dicat: Non posſum à me fa-
cere quicquam. Audite qd iudex æquitatis asserat. Sicut
audio, ita & iudico. Audite quid iudex iniquitatis loqua
tur: Potestatem habeo dimittēdi te, & potestatem habeo
crucifigendi te. Tua Pilate voce cōstringeris, tua damna
ris sententia. Pro potestate igitur nō p æquietate crucifi-
gendum dominū tradidisti: per potestatem absoluisti la
tronem, authorē vero vitæ interfecisti. Sed nec istam à
te habuisti quam habere te asseris potestatem. Denique
dicit tibi dominus IESVS: Non haberes potestatē aduer Ioan. 19.
sum me vllā, nisi data tibi esset desuper. Mala potestas
licere quod noceat. Potestas ista tenebrarū est, verū non
videre, sed spernere. Audite quid verus iudex loquatur:
Non quæro voluntatē meā, sed voluntatem eius qui mi-
sit me. Quasi homò loquitur, quasi iudex docet: quoniā
qui iudicat, non volūtati suæ obtemperare debet, sed te-
nere quod legum est. Cōstitue iudicē de hoc seculo: nūquid potest aduersum imperialis formam venire rescri
pti? Nunquid potest normam augustæ definitionis exce
dere? Quanto magis diuini formam debemꝰ seruare iu-
dicii? Christus dicit: Nō quæro voluntatē meam, hoc est Ioan. 5.
hominis, quæ vel odio dirigitur, vel studio intenditur,
vel gratia inflectitur, vel aliorum mendatio deprauatur.
Omnis enim homo mendax: Sed voluntatem, inquit, c- Psal. 115.
ius qui me misit, hoc est, diuinæ cognitionis formam
veni docere, vt in iudicando magis cordi sit veritatis cu
stodia quā obedientia voluntatis. Non ergo hic quoq; i- L
firmitas potentiæ, sed forma est expressa iustitiæ. Iustum
igitur est iudiciū filii dei, quia est secūdum volūtatē dei,
non secundum hominis affectum. Deꝰ enim misericor
diarum plenus est, & misericordia eius cū iudicio, & iu-
diciū cū misericordia. Neq; enim sine iudicio miseretur
neq; sine misericordia iudicat. Deniq; scriptum est. Mi-
sericordia eius in stateris. Filii autem hominū mēdaces Lucæ. 6.
in stateris, vt decipiant. Examinat ergo & trutinat deus
merita singulorum, & quēadmodū per mensurā dat gra
tiam, ne super mēsurā sit, ita per mensurā dat misericor
diam. Vnde ait: Mensurā bonā, confertā, commotā, sup
effluentē dabunt in sinū vestrū. Eadē vero mēsura qua
mensi fueritis, reddetur vobis. Similiter in statera singu
lorū opera pensantur, vt si bona malis præponderāt, re
muneratio præmii deferatur: si peccata virtutibus, tri-
stior reū pœna constringat. quid expressū habet ad Ti- 1. Tim. 5.
motheū, dicente apostolo Paulo: Quorundā hominum
peccata manifesta sunt præcedētia ad iudiciū, quosdam
autē & subsequūtur. Similiter & facta bona manifesta
sunt: & quæ aliter se habēt, abscōdi nō possunt. Omnia M
ergo à domino deo nostro mēsura quadā & pōdere fiūt
Quis posuit, inqt, rupes in statera? Et supra: Quis men- Esa. 40.
sus est manu aquā, & cælū palmo? Qui nostra examinat,
sua vtique examinata largitur, & saluo omnia decernit
examine. Ponderat misericordiam, ponderat vltionem:
in vtroq; certū pondus, habilisq; mensura est. Vnde &
Dauid ait: Et potum dabis illis in lachrymis in mensu- Psal. 79.
ra, ne sine moderatione mensuræ pœnæ cumulo graua-
rentur, & sustinere non possent. Et alibi idem ait Pro-
pheta: Calix in manu domini vini meri plenus est mixto Psal. 74.
Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fæx eiꝰ non est
exinanita. Et Hieremias ait: Calix aureus Babylon in ma
nu domini, à quo inebriatæ sunt gentes. hoc est, pœna Hiere. 51.
à nationibus persoluta est, ne diutius insultarent, quod
dei populum acerbissima populatione vexauerint. Sen
sus igitur versus Dauidici hic est: Parata & plena est pœ
na quæ debetur impiis, quam dominus declinat in perfi
dos: sed tamen miseratione sua non vsque ad fœcem di-
gnatur effundere, ne plenitudinem supplicii ferre non
posset. Inclinat ergo calicem, nō euacuat. Qđ inclinat,
censuræ est: qđ non euacuat, misericordiæ. Ergo iudiciū
quoq; misericordia tēperat dominus deus noster. Quis
enim nostrum sine diuina potest miseratiōe subsistere?

A Quid posſumus dignū præmiis facere cælestibus? Quis
nostrum ita assurgit in hoc corpore, vt animum suum
eleuet quo iugiter adhæreat Christo? Quo tandem ho-
minum merito defertur vt hæc corruptibilis caro indu
1. Cor. 15. at incorruptionem, & mortale hoc induat immortalita
tem? Quibus laboribus, quibus iniuriis posſumus
Rom. 8. nostra leuare peccata? Indignæ sunt passiones huius tē-
poris ad superuenturam gloriam. Non secundum me-
rita nostra, sed secundum misericordiam dei cælestium
decretorum in homines forma procedit.

V Multi persequentes* me, & tribulantes+
+alias, q persequē tur. me, à testimoniis tuis non declinaui.
+alias tri bulant. Non est magnum si tunc à dei testimoniis non decli-
nes, cū te nullus affligit, nullus persequitur. Quis enim
inoffense tibi prosperorū euentuū secundo successu fie
ret ingratus? Quis diuitiis affluens, iugi salute robustus,
non ad dei gratiā referat quod sibi illa concessa sint? De
Iob. 1. nigę cū sanctū Iob prædicaret dominus, ait aduersarius:
Nunquid gratis colit Iob deum? Nonne tu vallasti eū?
Mitte manum tuam in omnia quæ habet, si non in fa-
ciem te benedicet. Tunc igitur plus probatus est, quan-
do amissis opibus & filiis, à domini cultu & gratia non
recessit. Sed non vnus persecutor est, multos ministros
habet, sed non te terreat. Per multas enim tribulationes
Act. 14. oportet nos introire in regnum dei. Si multæ persecutio
nes, multæ probationes. Vbi multæ coronæ, multa cer-
B tamina. Tibi ergo proficit quod multi persecutores sunt
vt inter multas persecutiones facilius inuenias quomo-
do coroneris. Vtamur exemplo Sebastiani martyris, cu
ius hodie natalis est. Hic Mediolanensis oriundus est.
Fortasse aut iam discesserat persecutor, aut adhuc non
venerat in hæc partium, aut mitior erat. Aduertit hic
aut nullum esse, aut tepere certamen. Romam profectꝰ
est, vbi propter fidei studium persecutiones acerbę ferue
bant. ibi passus est, hoc est, ibi coronatꝰ. Itaq; illic quo
hospes aduenit, domicilium immortalitatis perpetuæ
collocauit. Si vnꝰ persecutor fuisset, coronatꝰ hic mar
tyr vtiq; non fuisset. Sed, quod peius est, non hi solū per
secutores sunt qui videntur: sed etiam qui non videntur
& multo plures persecutores. Sicut enim vnus persecu-
tor rex multis persecutionis præcepta mittebat, & per
singulas vel ciuitates vel prouincias erant diuersi perse
cutores: ita etiam diabolus multos ministros suos diri-
git, qui non foris tantum, sed etiā intus faciant persecu-
tiones in animis figulorum. De his dictū est persecutio-
2. Tim. 3. nibus: Omnes qui volunt pie viuere in Christo IESV.
C persecutiones patiuntur: Omnes dixit, nullum excepit.
Quis enim exceptus potest esse, cum ipse dominus per-
secutionum tentamenta toleraverit? Persequitur auari-
tia, persequitur ambitio, persequitur luxuria, psequitur
superbia, persequitur fornicatio. Vnde & apostolus ait:
1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Nam qua causa fugeres si nul-
la te persequeretur? Est enim malꝰ spiritus fornicationis
est malus spiritus auaritiæ, malus spiritus superbiæ. Isti
sunt persecutores graues, qui sine gladii terrore mentē
hominis frequenter elidunt, qui illecebris magis quam
terroribus animos expugnāt fidelium. Hi tibi hostes ca
uendi, hi grauiores tyranni, per quos Adam captus est.
Multi in persecutione publica coronati, occulta hac per-
2. Cor. 7. secutione ceciderunt. Foris, inquit, pugnæ, intus timo-
res. Aduertis quàm graue certamē sit quod est intra ho-
minem, vt secum ipse confligat, cum suis cupiditatibus
prælietur. Ipse Apostolus fluctuat, hæret, astringitur, ca
ptiuari se asserit in lege peccati, & mortis corpore debel
lari, nec potuisse euadere, nisi esset domini IESV libera
tus gratia. Verum vt multæ persecutiones, ita multa
martyria. Quotidie testes es Christi. Tentatus es spiri-
tu fornicationis, sed veritus Christi futurum iudicium
temerandam mentis & corporis castimoniam non pu-
tasti. martyr es Christi. Tentatus es spiritu auaritiæ vt
possessionem minoris inuaderes, indefensæ viduæ iura D
temerares: & tamen contemplatione cælestium præce-
ptorum opem magis ferendam quàm inferendam iniu-
riam iudicasti. testis es Christi. Denique tales vult testes
Christus assistere, secundum quod scriptum est: Iudica- Esai. 1.
te pupillo, & iustificate viduam, & venite disputem⁹, di
cit dominus. Tentatus es spiritu superbiæ: sed videns in
opem atque egenum, pia mente compassus es: humilita
tem magis quam arrogantiam dilexisti. testis es Chri-
sti. Et, quod est amplius, non sermonis tantūmodo, sed
etiam operis testimonium perhibuisti. testis es Christi.
Quis enim locupletior testis est, quā qui confitetur do-
minum IESVM in carne venisse, cum Euangelii præce-
pta custodit: Nam qui audit & non facit, negat Christū: Matt. 7.
& si verbo fatetur, operibus negat. Quam multis dicen-
tibus, Domine domine; nonne in tuo nomine prophe-
tauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas feci-
mus? in illa die respondebit: Discedite à me omnes ope-
rarii iniquitatis: Ille ergo testis est, quia astipulantib⁹ fa
ctis domini IESV præcepta testatur. Quanti ergo in oc-
cultis quotidie martyres Christi sunt, & IESVM domini
confitentur? Nouit hoc martyrium Apostolus, & testi-
monium Christi fidele, qui dixit: Hæc est enim gloriatio 2. Cor. 1.
nostra, testimonium conscientiæ nostræ. Quanti foris
confessi sunt, & intus negauerunt? Namq; vxoris ducen
dæ gratia, quæ gentili viro à Christianis parentibus ne-
gabatur, simulata ad temp⁹ fide plericq; producitur qđ fo- E
ris confessi sunt, intus negasse, An fornicatiōis causa tā
tūmodo putamus dominū deum nostrum in populū Iu-
dæorum tam seuere esse cōmotum, vt viginti tria milia
de populo necarentur, propterea quòd Madianitæ gētis
fœminis concubitu miserentur, ac nō eo quod p illos cō
cubitus alienigenarū discedere à fide, negare dominum
cogerentur? Nolite, inquit, omni spiritui credere, sed à
fructibus eorū cognoscite quibus credere debeatis. Ve- 1. Ioan. 4.
nit quis in ecclesiā dū honorem affectat sub imperatori
bus Christianis, simulato metu orationē se fingit defer-
re, inclinatur, & solo sternitur, q genu mētis nō flexerit
videt illum homo, Christianū putat: videt homo orantē
suppliciter, & credit? sed deus audit negantem. Discedit
probatus ab homine, sed condemnatus à iudice. Quāto
tollerabilius fuerat homini negasse, & deo esse cōfessū:
Licet hoc quoque sit reprehēsibile. Perfecta enim cōfes
sio & animi quærit deuotionem, & vocis professionem.
Corde enim creditur ad iustitiam, oris autem confessio
fit ad salutem. Ergo in persecutiōibus interioribus esto Rom. 10.
fidelis & fortis, vt in istis forensibus persecutionibus ap
proberis. Et in intimis persecutionibus sūt reges & præ F
sides terribiles iudicii potestate. Habes exemplū in do-
mini tentatione quam pertulit. Demonstrata enim sunt
ei omnia regna, & dictum est ei: Tibi dabo hæc omnia, si Mar. 4.
prosternens adorareris me. Lectum est & alibi: Non re- Rom. 6.
gnet peccatum in vestro mortali corpore. Vides ante
quos reges statuaris ô homo, ante quos præsides pecca-
torum, si culpa regnat? Quot peccata, quot vitia, tot
reges. Et āte hos adducimur, & ante hos stam⁹. Habent
etiam isti reges tribunal in mentibus plurimorū. Sed si
quis Christum fateatur, statim regem illum facit esse ca
ptiuum, deiicit de solio suæ mentis. Quomodo enim po
terit diaboli tribunal manere in eo cui Christi tribunal
assurgit? Multi ergo persequentes & tribulantes me.
Et fortasse Christus hoc dicit & dicit in vocibus singu-
lorum. Ipsum enim aduersarius persequitur in nobis
Si declines persequentem: Christum abiicis, qui se tenta
ri patitur, vt vincat. Vbi illum viderit diabolus, ibi pa-
rat insidias, ibi tentationum machinas admouet. ibi do-
los nectit, vt illum, si posſit, excludat. Vbi autem diabo-
lus præliatur, ibi Christus assistit. Vbi diabolus assidet,
ibi Christus includitur, ibi murorum spiritalium septa
defendit. Ergo qui persecutorē refugit, reiicit etiam de
fensorem. sed cum audis, Multi persequentes & tribu-

Roma. 8. G VI lantes me, noli timere, qui potes dicere: Si deus pro nobis, quis contra nos? Verum hoc dicit qui à teſtimoniis domini nullo vitiorum declinat anfractu.

*Alias, prævaricantes. †alias, qa cloquia.

Vidi nõ ſeruantes pactũ*, & tabeſcebã, quoniam verba †tua non cuſtodierunt.

Beatus qui in charitate dei tabeſcit, qui videt non ſeruantes pactum. Alius propter vitioſos amores tabeſcit, qui diſtillat dum eſt dilatus amore dilectæ, & dum protelatur flagrantis cupiditatis affectus, animus deficit, vires corporis quadã deformitate palloris, feſſorũq; artuũ tabe minuuntur. Alius qui pecuniã cõcupiſcit: donec potiatur eam, auaro miſer tabeſcit affectu: alius immodice capeſſendi honoris impatiens, ſi deſideria lõga ſuſpiret, non mediocri mentis tabe conficitur. Non talis eſt qui dicit: Quãm diſtabuit caro mea in terra deſerta & in inuia & ſine aqua. Hic enim caſtigabat carnem ſuam & tabeſcere faciebat, dũ ĩ defeſſo deſiderio diuinæ cognitiõi intẽtus, & lucẽ diei ſolicita exſpectiõe præueniens, ante lucanũ ſoluere domino Canticis & Hymnis geſtiebat obſequium. Tabeſcit ergo vir pacificus, quando alios videt pacta reſcindere, conſenſuum abolere concordiam, iurgia de pace reparare, in tumultus redire de gratia. Quod vtique nõ facit qui domini præcepta
Ioan. 14. cuſtodit. Non facit qui audit dicentem: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Ergo qui pactũ ſeruat, is Chriſti obedit imperiis. Qui autẽ nõ ſeruat, ille Chriſti præcepta contemnit, & quod peius eſt, comperta faſtidit & negligit.

VII †alias, quoniam mandata.

Vide quia præcepta*tua dilexi domine, in miſericordia tua viuifica me.

H Hic quoque inuitat dominum vt plenum charitatis ſuæ expectet affectũ. Nemo dicit, vide, niſi qui iudicat ſe ſi videatur eſſe placiturũ. Et pulchre dixit, vide & ſecundũ legem dixit, quia lex præcepit vt vnuſquiſq; ter in anno ſe offerat in conſpectu domini. Quotidie ſe ſanctus offert, quotidie apparet, & nõ vacuus apparet. Non eſt enim vacuus, q de plenitudine eius accepit. Non erat vacuus Dauid qui ait: Repletum eſt gaudio os noſtrum ga-
Pſal. 125. gaudium fructus eſt ſpiritus ſancti. Et ſicut de plenitudine verbi nos omnes accipimus, quemadmodum dixit Ioannes, ira etiam ſpiritus ſanctꝰ de plenitudine ſua repleuit orbem terrarum. Non erat vacuus Zacharias, qui repletus eſt ſpiritu ſancto, & prophetauit aduentum domini IESV. Non erat Paulus vacuus qui euangelizabat in abundantia, & repletus erat accipiens odorem bonæ ſuauitatis, & ab Epheſiis placentem deo hoſtiI am. Non erant Corinthii vacui, in quibus abũdabat dei gratia, iuxta eiuſdem apoſtoli teſtimonium. Offerebat ſe ergo Dauid quotidie deo, & non vacuꝰ offerebat, qui poterat dicere: Os meum aperui, & adduxi ſpiritum. Ideo ergo dicebat: Vide quia præcepta tua dilexi. Audi in quo te offerre debeas Chriſto. Non in his quæ videntur, ſed ĩ occultis, ſed in abſcondito: vt pater tuꝰ qui vi-
Matt. 6. det in abſcondito, reddat tibi, & fidelem remuneret affectum: Præcepta, inquit, tua dilexi. Non dixit ſeruaui, non dixit cuſtodiui. Nam imprudẽtes non cuſtodierũt præcepta domini. Aliqui codices habent δουλευταῦντας hoc eſt inſipientes, non intelligentes. Ergo qui nõ intelligunt, non ſapiunt, hi qui non cuſtodiunt. Qui autem perfectus eſt intellectu, perfectus ſapientia, diligit, quod eſt amplius quàm cuſtodire. Cuſtodire enim neceſſitatis plerunq; eſt & timoris, diligere charitatis. Cuſtodit qui euangelizat, ſed qui volens euangelizat, mercedem accipit. quanto magis qui diligit, mercede donatur? Poſſumus etiam non amare quod volumus, non poſſumus nolle quod amamꝰ. Sed quãuis mercedem perfectæ charitatis expectet, & miſerationis diuinæ ſuffragium poſcit, vt in ea viuificetur à domino. Non ergo arrogãs debitæ mercedis exactor, ſed verecundus miſericordiæ diuinæ eſt deprecator.

K VIII

Principum verborum tuorum veritas, in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

Cum principium verborum dei veritas ſit, veritas vtiq; fidei fundamentum eſt. Primum etenim oportet vt credamus vera eſſe dei ſummi quæ in diuinis ſcripturis legimus oracula: ſecundum eſt, virtutem eorum pleniore cognitione diſcamus. Sicut eſt initiũ ſapientiæ timor domini, ita plenitudo ſapientiæ dilectio. Lex enim ſapiẽtia, plenitudo autem legis dilectio: ita plenitudo verborum dei ſapientia, cognitioq; iuſtitiæ. Nam ſicut à timore domini proceſſus quidam eſt ad gratiam charitatis, ita à veritate ad iudicium iuſtitiæ diuinæ quidam videtur fieri proceſſus. Veniſti ad Eccleſiã, audiſti vnum deum dici, vnde lex incipit, ſicut habes ſcriptum: Audi Deuter. 6 Iſrael, dominus deus tuus, deus vnus eſt: crede vnum deum eſſe, non plures deos. Cum autem cœperis legere dominum IESVM dei filium in carne veniſſe propter totius mundi redemptionem, diſtingue ſapienter vnũ deum patrem eſſe, ex quo omnia, & nos in illum: & vnum dominum IESVM, per quem omnia, & nos per ipſum. Cognoſce quia ideo venit, vt virtutis ſemitis noſtros informet affectus, vt morum manſuetudinẽ conuerſationis eius diſceremus exemplo, vt aboleretur culpa per gratiam, & tunc à veritate confeſſione ad cognitionem iuſtitiæ proceſiſti. Fides principium Chriſtiani eſt, plenitudo autem Chriſtiani iuſtitia eſt. Fides L in confeſſione populorum. iuſtitia in martyrum paſſione. Scientes igitur in æternum manſura iudicia omnia iuſtitiæ dei, caueamus ne opera noſtra dipliceant, & in æternum incipiamus ſubire iudicium, nec ſi aliquid boni fecimus, reſupino ſoluamur affectu. Omnes oportet 2. Cor. 5. nos ãte tribunal Chriſti aſſiſtere, vt recipiat vnuſquiſq; quod geſſit, ſiue bonum ſit, ſiue malum, Vides quia & Paulus aſſiſtet, vt ipſe commemorat. Caue ne ligna, caue ne ſtipulam ad iudicium dei tecum deferas, quæ ignis exurat. Caue ne cum in vno aut duobus habeas quod probetur, in pluribus operibus deferas quod offẽdat. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, poteſt tamen & ipſe per ignem ſaluari. Vnde colligitur quia 1. Cor. 3. idem homo & ſaluatur ex parte, & cõdemnatur ex parte. Cognoſcẽtes itaque multa eſſe iudicia, opera noſtra examinemus omnia. In viro iuſto graue eſt detrimentum, graue operis alicuius incendiũ, in impio pœna miſerabilis: ſint magis oſa iudicia plena gratiæ, pleneſ florentium coronarum, ne forte dũ trutinantur facta noſtra, culpa præponderet.

SERMO VICESIMVS PRIMVS.

V Schin. M

INCIPIT litera Schin, quæ latine dicitur ſuper vulnus. Sup vulnus quid eſt niſi medicamẽtũ, quo vulneris acerbitas mitigatur? Super vulnus oleũ infunditur vt õnis vulneris aſperitas molliatur. Super vulnꝰ malagma, ſuper vulnus alligatura, à quibus õne vulnus fouetur. Vbi ergo ſpes refundendæ eſt ſanitatis, ibi adhibentur medicamenta vulneribus. Vbi autem omne caput in dolore, & omne cor in mœſtitia nõ eſt, vulnus neque cicatrix, nõ plaga cum feruore. hoc eſt, vbi nõ portio, ſed vniuerſitas pericliratur, & quẽdã corruptio totiuscorporis tabe cõſumitur, ibi nõ eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturam. Multo igitur commodius eſt vt ſit vulnus quod foueas atque conſtringas, quàm ſine vulnere mors ſerpat interior. Sed eſt non ſolum corporis vulnus, ſed etiam mentis, quod oleo quodam mollioris alloquii, & pacifici ſermonis ſuauitate miteſcit. Sunt fomenta verborum, ſunt medicamenta cæleſtium præceptorum, quibus omne nequitiæ virus aboletur. Sunt legis vincula que non adurant, ſed magis liberent alligatos, & malagma ſpiritale quo colliſa

A animæ quædam membra ſolidentur. Conſideremus igitur quid ſit vulnus, quid ſupra vulnus. Principes perſecuti me gratis, vulnus eſt. Exulto ergo in verba tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Supra vulnꝰ eſt, quia verbis do-
Thren. 3. minicis vulnera dura curantur. In Threnis quoq; Hieremiæ habes ſub hac litera ſcriptum: Audiſti opprobriũ eorum domine, omnia conſilia eorum aduerſum me, la-
Ibidem. bia inſurgentiũ aduerſum me tota die, ſeſſionẽ eorum, & reſurrectionem eorum, vulnus eſt. Sed ſubiecit: Aſpice in oculis eorum, redde illis retributionẽ eorũ domine ſecundũ opera manuũ ipſorũ: Super vulnus eſt, quia
Thren. 4. vindicta plerũq; ſolet dolorem vulneris mitigare. Et in frã idẽ Hieremias ait: Gaude & lætare filia Idumææ, quæ habitas in Geth. Et quidem ad te pertranſibit calix, bibes, & inebriaberis adhuc. ſuper vulnus eſt. Calix enim domini, remiſſio peccatorũ eſt, quo ſanguis effunditur, qui totius mundi peccata redemit. Hic calix inebriauit gentes ne proprii meminiſſent doloris: ſed veterẽ obliuiſcerentur errorem. Bona igitur ebrietas ſpiritalis, quæ turbare neſcit corporis inceſſum, leuare mẽtis nouit veſtigium. Bona ebrietas poculi ſalutaris, quæ mœſtitiam
Pſal. 22. peccatricis abolet conſciẽtiæ, iucunditatam vitæ infundit ęternæ. Ideo ſcriptura dicit: Et poculũ tuũ inebrians quàm præclarũ eſt. Medicamentũ igitur ſuper vulnꝰ eſt quia dominus IESVS ipſe eſt medicus, qui vulnera noſtra curauit fundens vinũ & oleum, & alligans vulnera Adæ illius, qui deſcendens ab Hieruſalem à latronibus vulneratus eſt. Caueat igitur vnuſquiſq; ne deſcẽdat ab Hieruſalem: Peccatis enim ſuis vnuſquiſq; deſcendit, & meritis aſcendit. Aut quia fragiles ſumus qui deſcendit currat ad illum Samaritanum, cuſtodẽ corporis ſui, cu-
B ſtodẽ legis & gratiæ, vt vulneri ſuo poſsit inuenire medicinam, qui alligaturã verborum cęleſtium ſuper vul-
Matth. 3. nus imponat, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Bona alligatura, quæ fracta animæ tuæ oſa connectat, & ſoliditate reparata in priſtinas vires reformet, ac diſciſſos artus ſine vlla cicatricis offenſione reſtituat. De literæ interpretatione ſatis pro captu noſtro dictũ putamus, adoriamur ſancti prophetę verſus cõſiderare, quos ſpiritu ſancto reuelãte ſubiecit.

I

Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit * cor meum,

†Alias, formidauit.

Si veterem repetamus hiſtoriam, & Saul & Abſalon, & multi alienigenæ principes ſanctũ Dauid perſecuti ſunt ſed nemo potuit de eo triũphare. Sunt & principes mundi, rectoresq; tenebrarum, qui te in tuo pectore conãtur opprimere, & perſecutionum ſæua intus operantur: promittentes regna terrarum, honores atq; diuitias, ſi fragi-
C li mente ſuccumbas, & obediendum eorum imperiis arbitreris. Iſti principes interdum gratis perſequuntur, interdum non gratis. Gratis perſequuntur apud quem nihil ſuum inueniunt, & eum ſubiugare cõtendunt. Non gratis perſequuntur eum qui ſe eorum dederit poteſtati, & in poſſeſſionem ſeculi totus intrauerit. In ſuos enim iure ſibi dominatum vendicant, atque ab his mercedem iniquitatis efflagitant. Bene hoc martyr dicit, quod iniuſtè perſecutionum tormenta ſuſtineat, qui nihil rapuerit: nullum violentus oppreſerit, nullius ſanginem fuderit, nullius thorum putauerit eſſe violandum, qui nihil legibus debeat, & grauiora latronum ſuſtinere cogatur ſupplicia, qui loquatur iuſte & non audiatur, qui loquatur plena ſalutis & impugnetur, vt poſsit dicere: Cũ
Pſal. 119. loquebar illis, impugnabãt me gratis. Gratis igitur perſecutionem patitur, qui impugnatur ſine crimine: impugnatur vt noxius, cum ſit in tali confeſsione laudabilis: impugnatur quaſi veneficus, qui in nomine domini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum ſit. Verè fruſtrà impugnatur, qui apud impios & infidos gratia impietatis accerſitur, cum fidei ſit magiſter. Verum qui gratis impugnatur, fortis debet eſſe & cõſtans. Quo modo ergo ſubtexuit: Et à verbis tuis trepidauit cor meum? Trepidare infirmitatis eſt, timoris atq; formidinis. Sed eſt etiam infirmitas ad ſalutem, eſt etiam timor ſanctorum. Timete dominum omnes ſancti eius. &, Beatus Pſal. 33. vir qui timet dominũ. Qua ratione beatus? Quia in mã- Pſal. 11. datis eius cupiet nimis. Pone ergo martyrem inter pericula conſtitutum, cum inde immanitas beſtiarum ad incutiendum terrorem infremat, aliunde ſtridor candentium laminarum, & flamma fornacis ardentis exæſtuet, ex parte alia perſonent tractus grauium catenarũ, hinc carnifex cruentus aſſiſtat: Pone, inquam circunſpectantem omnia plena ſuppliciis, deinde cogitantem mandata diuina, illum ignem perpetuum, illud ſine fine incendium perfidorum, illam pœnę reerudeſcentis erumnã trepidare corde, dum præſentibus cedat, perpetuis ſe dedat exitiis, perturbari animo, dũ futuri iudicii rhomphæam illam terribilem quadam conſpectus ſpecie contuetur. Nõne ad hanc trepidationem fiducię viri conſtantis, æqualis in eũndem concurrit effectum confidentia cupientis æterna, & diuina trepidantis? Si tamen fortior ille qui ſperat, ſit fortior qui præſumit. Vtinam ego talis eſſe merear, vt ſi forte perſecutor ingruerit, nõ ego ſiderem ſuppliciorũ meorũ acerbitates, non metiar tormenta, non pœnas, non cogitem vllius atrocitatẽ doloris: ſed hæc omnia leuia ducam, trepidem ante Chriſtũ, ne Chriſtus me neget, ne Chriſtus excludat, ne me repellat de concilio ſacerdotũ, ſi indignum collegio me iudi- II cauerit, videat magis licet permotum corporaliũ terro- †Alias, re pœnarum, plus tamen trepidantẽ futura iudicia. Etſi lætabor dixerit mihi, Modicæ fidei quare dubitaſti? porriget ta- ego ſumen dexteram, & inſurgentis huius ſeculi fluctus mole per elo- turbatum, fida mentis ſtatione firmabit. quia tua.

Exulto in verbis tuis, † ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Bona ergo trepidatio à verbis dei, ſi exultationem generat. Qui enim trepidat à verbis dei, poſtea exultat in verbis dei. Ergo qui habet ĩ aula ſua corde videlicet ſuo verba dei: excludit ſermones principum à corde ſuo, excludit timor timorem. Si enim ingreſſus quis balneas Solis deponit æſtus, & calor excludit calorem: quanto magis diuini iudicii terror hũc terrorem excludit humanum? feruorem gratiæ ſecularis, gratiæ feruor æternæ? Exultat ergo qui habet verbum dei. Habet enim ſpolia multa, quę Iudæis abſtulit, habet proſtratihoſtis exuuias. Sicut Dauid abſtulit Goliæ gladium, & ipſius gladio caput eius execuit: ſic verus Dauid humilis atque manſuetus dominus IESVS, intelligibilis Golię caput armis ipſius amputauit. Arma enim diaboli gentes erant, ſi- F de autem gentium vulneratus, caput quod habebat amiſit. Detracta ſunt ſpolia proſtrato, vaſa eius direpta, quia alligatus eſt fortis. Vas diaboli caro erat hominis peccatoris, ſed poſtea quàm in Chriſtum credimus, caro noſtra cœpit eſſe vas electionis, vt habes de apoſtolo Paulo, qui ad gentes miſsus eſt, dictum à domino IE- Actuũ. 9. SV ad Ananiam: Vade, quoniam vas electionis mihi eſt. Merito ergo vocatum nomen eſt Chriſti, Velociter Eſaiæ. 8. ſpolia detrahe, diuide citô: quia priusquàm ſciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ contra regem Aſyriorum. Ergo rex Aſyriorum, eorum ſcilicet quos vanos ſua perfidia fecerat, amiſit ſpolia quæ tenebat. Et vt iterum cognoſcas quia ſpolia Chriſtus à diabolo, quæ in Adam ille inuaſerat, vendicauit, & ſaba dona adduxit, viri excelſi ad dominum IESVM alligati vinculis tranſierunt, atque illum cœperunt adorare, quia captiuam duxit captiuitatẽ: ideo caput eius abſtulit, vt ipſe caput eſſet corporis interẽpti. Merito nunc gentes toto orbe caput regale circũferunt, quia mẽbra ſunt Chriſti. Cognouiſti de nationibꝰ, cognoſce etiã de Iudęis, quibꝰ dominus IESVS abſtulit ſpolia: hoc eſt, regnũ cælorum

G abstulit,& dedit genti faciẽti fructum eius ,Abstulit virtutem panis,& virtutem aquę prophetam ,& admirabilem consiliariũ,& prudentem architectũ, & sapiẽtem auditorẽ.Illis abstulit,nobis dedit.Merito exulto , sicut qui inuenit spolia multa.Sine labore meo inueni spolia quæ non habebam.Inueni heptaticum, * inueni Regnorũ libros,inueni Prophetarũ scripta, inueni Esdram, inueni Psalmos,inueni Prouerbia ,inueni Ecclesiasten, inueni Cantica canticorũ, inueni admirabilẽ cõsiliariũ Christum,inueni Paulũ prudentẽ architectũ,inueni sapientem auditorem populum Christianũ , qui nouit ea quæ leguntur audire.Ille enim audit,qui ea quæ audit intelligit.Lex spiritalis est.Non illã audit Iudæus ,qui audit corporaliter:sed ille audit,qui audit ĩ spiritu. Habẽt illi libros,sed sensum librorum non habent.Habẽt prophetas.sed non habent quẽ illi prophetauerũt. Quomodo enim habent,quem non receperunt?Ideoq; cũ Moyse & Helia mihi apparuit,quia ab illis recessit.Multa habet spolia,qui habet dei verbũ . Habet resurrectionem, habet iustitiam,virtutem atq; sapientiam, habet omnia, quia omnia in ipso constãt. Hebræi spoliauerunt AEgyptios,& vasa eorum abstulerunt. Iudæorũ spolia habet populus Christianus , & totum habemus quod illi habere se nesciebant . Illi aurum & argentum materiale abstulerunt,nos aurum mentis accepimus ,nos acquisiuimus cælestis sermonis argentum.

† penatheuchum

Exod . 12.

III Iniustitiam * odio habui & abominatus sum,legem autem dilexi.

H Merito odit iniustitiam,qui habet arma iustitiæ.Hebræus cum haberet hæc arma ,hoc est , legem & prophetas, murem vel hominem abominabatur mortuũ , quia lex dicit:Omnis qui tetigerit mortuum,immũdus erit. & humanitatis suprema negabat officia defunctis.sed legi nõ est mortuus nisi qui iniustus est . Hęc enim immunditia iustis quæ iniquitas? Quid enim immundius,quàm mentem,qua nihil homini preciosius est datum,turpibus cõmaculare criminibus,& atrocibus efferare commentis? Quid illis prodest quod mortuum hominem viśere formidant? Vtinam vitia eorum non polluerent appropinquantem,quorum mors contaminare neminem potest. Mors nemini nocet,vtinam vita non noceat . Contagiũ enim colluuionis,consortiũ iniquitatis est . Quomodo ergo contaminare potest, qui iniquus esse iam non potest:cum etiam si fuit.tamen esse desiuit?Fuge ergo iniquitatem,ne te comprehendat.Fuge iniustitiã, quæ viuẽtes adhuc mortuos facit.Sed nemo fugit iniquitatem,nisi qui diligit equitatem:Et ideo ait : Legem autem tuam dilexi.In lege æquitas est,si spiritalem accipias legem:si consurgas cum Christo , & ibi altare sacrosanctũ illud cæleste consideres,nõ altare terrenũ,qđ hostili populatione destructum est.Si illam Hierusalem spectes quæ in cælo est,non istã quæ à populo Iudæorũ frequentabatur in terris,quæ propter incolarũ perfidiam à Romano exercitu triumphata,iniecto flagrauit incendio.Si intueaHebr . 4. ris illũ principem sacerdotum de quo scriptum est:Habentes itaq; magnum sacerdotem egressum de cælis, IESVM filium dei,teneamus confessionem fidei , qui quotidie aduocatus pro nobis est apud patrẽ , vt pro quibus in diebus carnis suę misericordi est compassus affectu, pro his operetur remissionem quotidie peccatorum.

Num. 19.

Quæ enim spes alia generi humano nisi omnium virentium delicta donentur?Ille ergo princeps solus est sacerdotum , cui astant pii sacerdotes intra cælestium sacrarium illud altissimum merito proprii cruoris ingressi. Illa ergo lex diligenda est , in qua verus Hebræus liber ab omni seruitute vitiorum,in qua magnum sabbatum & inoffensa requies defunctorum , in qua mortui populi semen resuscitatur , nõ commixtione , sed fraterna redemptione.Secundum hanc ergo legem odio habet sanctus iniustitiam,non iniustum , qui potest sæpe conuerti,nec mortuorum reliquias,sed mortuam iniquitatem execratur & refugit. K

IIII Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.

Et numero quidem studium sanctæ deuotionis exprimitur.Sed puto magis quod purus & quietus ac vacuus ab omni onere delictorũ declaretur affect9:vt sine vllis iracundiæ imprecationibus,aut flagitiosæ cupiditatis incẽdio deferatur oratio.& nihil quod alii noceat postulemus,nihil qđ nos secularibus petitionibus decoloret. Laudemus in Hymnis & Canticis, vera semper & iusta ea quæ diuinis canimus laudibus confitentes.Non sit anceps & dubia sententia , non discolor mentis intentio, non materialibus negotiis occupata à propositi spiritalis executione deflectat. Iustificetur sẽper iustitia dei trã quillo animo,non ocio feriato.

V Pax multa diligẽtibus nomen tuum* & non est illis scandalum

† Alias, legem tuam.

Supra diximus quia charitas excludit timorem , nunc dicimus quia excludit omnem perturbationem.Etenim qui deum diligit,profunda est ei confirmatæ mentis trãCantic.8. quillitas.Aquæ,inquit,multæ excludere non potuerunt charitatem,& flumina non inundabunt eam. Multa aqua diuersarum est passionum , & flumina secularium cupiditatum corporalibus motibus incitata.Ideoq; charitate fundatus dicit: Torrentem pertransiuit aĩa nostra Psal . 123. Nunquid aqua maris excludere Moysi potuit charitatẽ? Et secundum literam tibi psalmorum series suffragetur nempe diligens deum tutũ sibi credidit iter esse per maria. Qui autem nondilexerũt deum,hi dimersi fructib9 lignum sacrilegiis suis exitum pertulerunt. Helias atq; Helisæus Iordanem transierant pede, & hæc fuit nimiæ merces & gratia charitatis.Hi igitur vt transirent aquas fluuii Iordanis,passionum fluenta nostrarum mẽtis priEsaiæ.43. us vestigio transierunt .De hac aqua dicit Dominus : Si transeas per aquam,tecum sum, & flumina non inundabunt te . Adest iustis suis semper cum aliquibus terũtur aduersis,si tamẽ transeant mente constanti non dubitanti,non fidei turbẽtur incerto. Transi ergo & tu fidelis animi directione,si diuinam vis tibi adesse præsentiam,si non solum pax,sed etiam multa sit in animo tuo dilectio,nulla te prælia diuersæ cupiditatis impugnent, non iracundia stimulet,non libido:etsi est pugna, tamẽ M foris non intus sit. Præliare aduersus persequentes:licet & ipsis filẽtio sæpe cedendum sit,quia tibi vincunt,Illorum potentia,tua victoria est. Tunc deniq; triumphantur,cũ se vicisse crediderint. Nõ ergo te impugnet auaritia,nõ cupiditas exagitet,non tristitia deiiciat, non inPhilip.4. flammet libido,non resupinet superbia,non curuet ambitio,non formido consternat.Pax multa abundet,quæ exuperat omnem mentem,secundum apostoli sententiam:quo nihil pulchrius dici potuit . Summus enim sapientię finis est,vt simus mente tranquilla . Non cõmentiis poetarum fabulis lubricus turbetur affectus . Summus finis est iustitiæ , vt iniquitas mentem iusti mouere non possit.Virtutis totius hic finis est,vt corporea ipsius fortitudinis efficiat miles bella,& confecto bello pacem reformet.Paci ergo & ipsa plerunq; militat fortitudo bellandi:Nemo ergo pacificum turbet affectum.Multa genorantur ad perturbationem hominis , & vxor plerunq; decepta serpentis insidiis animũ viri exagitare conatur:& pater fidẽ filii frequẽter irridet, & vir coniugis Roma.8. suę mentẽ tẽtat opprobriis.Sed ĩ his oĩb9 superat iustus & dicit:Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio,an angustia,an pśecutio?Quoties bene facta criminidãtur,quoties virt9 opprobrio ducitur ,quoties ipsa ingrata est gratia.Vẽdidit iust9 facultates suas,dispẽsauit pauperib9,nihil sibi reliq̃t:cõtẽnitur plerũq; ĩ ipsa Ecclesia,

Cant 8. quia dives esse desiuit:sicut scriptum est : Si dederit vir A omnes facultates suas in charitate,cõptu cõtẽpt9 erit. Non ergo moueatur.Non enim mercedem huius seculi nec gratiam,sed vitæ quæsiuit æternæ. Non indignetur; quia homines pecuniis magis q̃ operib9 bonis deferunt Nam si ei propter bonum opus in hoc seculo deferatur; & huius studii fructũ hic adipiscatur,dicetur de eo: Percepit mercedẽ suam.Habet quidem opus bonum,& hic gratiam,sed brevis portio emerendæ salutis est. Serua futuris mercedem tuam,et istius seculi opprobria increRom.8. menta mercedis tuæ iudica . Cogita semper apostolicũ illud,quod indignę sint passiones huius temporis ad superuenturam gloriam. Nullis ergo iust9 frangatur iniuriis,nullis moueatur periculis,nullis tentetur procellis siue mors ingruat,siue vita,siue angeli cælorum.Neque deiiciatur aduersis,nec extollatur secũdis.Nusquam sit eius infirmus affectus. Et mors tentat,& vita tentat. Caueat scandalum. Qui pacem habet, quæ omnem mentẽ superat:magnus est,non est de pusillis istis. Ideo scanMatth.18. dalum pati non debet,quia pusillorum est exagitari scãdalo.Vnde & dominus ait: Quicunque scandalizauerit vnũ de pusillis istis minimis.Non solũ pusillos , sed etiã minimos dixit,quos perturbant scandala: & ideo grauiobnoxius pœnæ est, vt legisti,quicunque turbauerit in fimæ mentis infantiam.Sicut enim grauiori dignus supplicio est qui persuaserit crimen infantulo,& incautam præcipitarit ætatem:ita qui inualidum & insipientem & improuidum circũscripserit persuasione erroris,aut exagitatione cordis affectum,Vis scire quãinfirmus sit quiscandalizatur?Non manducabo,inquit,carnem, ne fra1.Cor.8. trem meum scandalizem. Quãta infirmitas , & quędam infantia animi,vt eum etiam esca fratris exagitet . Vnde B non potest homini esse præcipitium , quãdo etiam hinc est periculum?Et quod peius est , infirmitas huiusmodi serpit in multos.Vides inopem iustum,tentaris.vides diuitem iniquum,tentaris.vides sine liberis sanctum,tentaris.vides liberis,honoribus,laudibus secularibus abundantem iniustum,tentaris. Quantæ foueę,quanti laquei,& quod est grauius,qui multos strangulent.In Sodomitana vrbe vix vnus Loth qui non tentaretur inuẽtus est,cuius tamen vxor non potuit tẽtationis laqueos euadere.Hebræorum populus maria transiuit, sed non potuit tentamenta transire . Tentati sunt omnes præter Iesum & Caleph,qui ideo de senioribus terram repromissionis introire meruerunt , quia fuerũt tẽtationis expertes.Nec Aaron introiuit,nec Maria, quia & ipsi tentati sunt,Nec Moyses introiuit,quia dux erat populi qui tentabatur . Typus legis qui excludere tentamenta non poterat,non poterat in terram resurrectionis inducere quia ista euangelio gratia debebatur . Lex pacem nõ potuit dare.ideo Moyses quoad vixit semper præliatus est. Semper legis populus versatus in ancipiti bello tum est,Iesus autem Naue plebis animos profunda pace composuit:quoniam qui sub lege est,agitatur incertis:qui sub euangelio,audit dicentẽ:Pacem relinquo vobis,pacem meã do vobis:ideoq; diligentibus nõ est scãIoan.14. dalum. Accipe aliter, Crux Christi Iudæis scandalum Græcis stultitia est.Scandalum est perfido,quia dicit Iu1.Cor.1. dæus:Ergo hic deus est,qui homo visus est?Hic deus est qui ieiunauit? Hic deus est qui vapulauit?Hic de9 est qui crucifixus est?qui de cruce descendere,& se liberare nõ potuit?Deniq; hoc dicebant tẽpore dominicæ passionis Matt.27. Descendat de cruce,et credimus ei . Cõfidit in deo,liberet nunc si vult eum.Non te ista tentent,non te ista perturbent,non in animum tuum huiusmodi se inserãt cogitationes. Vbi pax est , & multa pax.ibi crux Christi non opprobrio,sed saluti est . Nõ fuit opprobrio Petro crux Christi,quæ tãtum ei gloriæ dedit,vt inuersis Christum honoraret vestigiis.metuens ne si ea specie crucifix9 esset qua dominus, affectasse domini gloriam videretur.Crux ergo opprobrium perfido, fideli autem gratia,fideli redẽptio,fideli resurrectio est; quia pro nobis passus est dominus, quia illo nos redemit sanguine,illa ad paradisum resurrectione reuocauit. Qui hæc credit, quomodo potest turbari,cui spes regni cęlestis assurgit?

VI Expectabam salutare tuum domine , & præceptaꝟ tua feci†

†alias , mandata. †alias dilexi.

Qui expectat , sperat charitatẽ.Ergo spes præcedit, sequitur sal9.Spes igitur præcurrit effectum.ideo qui expectauit salutẽ à domino,præcepta domini fecit . Vnde & dominus appellat amicos in euangelio,non seruos,q̃ sua præcepta fecerunt. Qui diligit enim,facit: & qui fecerit,meritò dilectionis remuneratione donatur.

VII Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea nimis†

†alias , vehemẽter .

Plus est diligere quàm custodire,vt supra diximus, quia custodire interdum necessitatis est vel timoris,diligere charitatis.Ideo cum hic dixisset,custodiui,adiecit, dilexi, vt custodia amantis fuerit,non timentis. Qui nimium diligit,nimium custodit.

VIII Seruaui præceptaꝟ tua & testimonia tua quoniam omnes viæ meæ in conspectu tuo domine.†

†alias.mãdata · †alias,nõ habet domine.

Beatus qui potest dicere. Omnes viæ meæ ante te.qui nolit abscondere omnes cogitationes suas,omnes actus suos.Abscondebat Adam viam suam, abscõdebat Eua post culpam , abscondebat Cain necem fratris.In affectu habemus abscondere,non in effectu. Plena abscondentis perfidia,& si apud deum nulla sit latebra.Ideo ecclesia in canticis sua ei secreta monstrabat,dicens:Assumam te,& ducam te in domum matris meæ, & in secretum eius quæ cõcepit me.Nam & si deus õnia videat cor dis occulta,bonum tamẽ est vt vnusquisq; animam suã ei aperiat & expandat,& tãquã lumini vel calori ei9 occurrat. Nec immerito gloriatur ecclesia dicẽs:Ego erã Ibidem. in oculis eius tanquam inueniens pacem. quoniam vias suas prodere non timebat.Iusti ergo est ista vox . Oculi Psal.33. enim domini super iustos. Itaque domino IESV Christo,qui est via & veritas , bene hoc dicitur ab iis qui illã veram viam fide,moribus , actuque desiderant conuenire:Omnes viæ meę coram te domine.Nulla enim potest via bona esse,nisi quam tu illuminandam tui visitatione luminis iudicaueris:cui est honor & gloria, laus,perpetuitas à seculis,& nunc et semper,& in omnia secula seculorum.Amen.

SERMO VICESIMVSSECVNDVS.

Tau

INCIPIT Tau litera, quæ latina interpretatione significat errauit . Alia interpretatio habet consummauit. Quid est errauit? Vicesimasecũda litera est, quæ apud Hebræos est vltima. Psal. F mo autem isto,hoc est,centesimooctauo decimo profectum hominis diximus significari,qui doctrinæ moralis magisteriis eruditꝰ deponeret omnẽ inexercitatę mẽtis infantiã,assumeret autẽ veterani consilii scientiã,& prudentiæ senilis ætatẽ . Vbi autẽ error est, culpa signatur. Hic ergo est profectus finis,vt culpa sit.Sed vide quid interpretetur.Errauit,inquit.nõ erat,sed errauit. Errasse præteriti est tẽporis,errare præsẽtis. Qui errauit,desiuit errare,& veterẽ condẽnat errorem. De eo enim dicitur errauit ,qui in eo errore iam nõ sit. Nã is q̃ adhuc in errore pmanet,nõ errasse dicitur,sed errare.Errare enim permanentis in vitio est,errasse corrigentis est lapsus. ad Titũ.3. Denique emendator morum ait: Eramus enim aliquando insipientes,increduli ,errantes in desideriis & voluptatibus.Non dixisset vtiq;,eramus aliquãdo insipiẽtes, nisi qui adeptus esset postea sapiẽtiæ disciplinam . Neq; dixisset,eramus errantes, nisi superiorẽ deposuisset er-

Grorem. Denique vtabolitum lapſum doceret,nec vllũ
Ibidem. offenſionis recediſse veſtigium,ait: Cũ autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit pec lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti. Veteri ergo errore depoſito,& ſpiritu ſancto atq; omni morũ emendatione renouatus dicit:Eramus enim aliquando errantes. Vides ergo quia errori renunciaſſe nõ vitii,ſed profectus eſt. Poſtremo ipſe te doceat dominus IESVS,ſi humanis cõſiliis vel ſententiis non putas eſse credendum. Nanque
Luc.15. in euangelio ſuo ipſe aſſeruit quod paſtor reliquit nonaginta & nouẽ oues,& vnam requirit quæ errauit. Centeſima ouis eſt,quam dicit erraſſe, perfectio & plenitudo numeri,ipſa te inſtruat & iformet. Nõ immeritio cæteris antefertur,quia plus eſt à vitio ſe reuocaſſe,quã prope vitia ipſe neſciſſe. Imbutos enim vitiis animos exuere frenis cupiditatum atq; emendaſſe,non ſolũ perfectę virtutis,ſed etiam cælestis eſt gratiæ. Emendare etenim futura, attentionis humanæ eſt: præterita donare, diuinæ eſt poteſtatis. Denique inuetam paſtor ouem humeris imponit ſuis. Agnoſcis vtique myſteriũ, quomodo ouis laſsa reficiatur,quia non poteſt aliter humana conditio lapſa recreari,niſi ſacramẽto dominicæ paſsionis, & ſã
H guinis IESV Chriſti,cuius principatus ſuper humeros eius. In illa enim cruce infirmitates noſtras portauit, vt ibi omnium peccata vacuaret. Merito gaudent angeli, quia is qui erauit,iam non errat, iam ſuum eſt oblitus errorem. Non error igitur,ſed conſummatio eſt,vt altera docet interpretatio. Conſummatio autem, perfectio diſciplinæ eſt. Vnde & Hieremias iſuis Threnis ſub hac
Thren.4 litera ait:Defecit iniquitas tua filia Sion, non adiiciet te expellere adhuc. Viſitauit iniquitates tuas filia Edom, reuelauit ſuper peccata tua. Aduertis quoniam iniquitas non potuit ſine dei viſitatione deficere,nec plena eſſe correctio niſi per gratiã domini ſaluatoris. Quomo-
Can.5, do autem deficiat iniquitas,audi dicentẽ eccleſiã? Exui tunicam meam,quomodo induam eam? Laui pedes meos:quomodo inquinabo eos? Veteris igitur hominis veſtimentum vitiis erroris intextum, in lauacri regeneratione depoſitum, neſcit quomodo poſsit induere. Studeo enim correctiõis inoleuerat obliuio peccatorũ. Tãta vis cõſummatæ emandationis eſt,vt in quandam pueritiæ redeat ſpiritalis ætatem, quæ vias erroris ignoret, crimen etiam ſi velit non poſsit admittere,quia deſueuerit peccãdi vſum noſse. Et iã de huius literæ interpretatione ſatis dictum arbitror,nunc cognoſcamus ex ſubditis,quæ ſit viri conſummati ſententia. Itaque ſic ait:

I Appropinquet oratio + mea in conſpe-
*alias de-precatio + alias iuxta eloquium tuum da mihi intellectum ctu tuo domine,ſecundum verbum tuũ intellectum tribue mihi.+

Volare fecit orationem bona vita,& dat alas precibus ſpiritales,quib⁹ ſanctorum ad deũ euehatur oratio. Sed & ſpiritus quo oramus,ſubleuat precem iuſti, maximè ſi corde contrito cõpatiens eam cõmendat affectus. Cõ ſummati autem viri iſta eſt confidentia. Denicq; ipſe Dauid in ſuperioribus iſtius pſalmi lucernam ſuis pedib⁹ requirebat, ne in hoc itinere terreno ambulãs poſset errare. Nunc autem quaſi iam in fine poſitus & proceſſu, conſummato viandi munere totus aſsurgit, & orationem ſuam dirigit in cęleſtia, mittit eam in conſpectum domini Saluatoris,dans illi flabra iuſtitiæ,ſapientiæ flamina,remigia deuotionis & fidei,innocentię puritatiſq; ſubſidia. Peccato enim graueſcit oratio,& lõgè fit à deo Tanto autem plus grauatur, quanto improbior eſt vita deprecantis. Innocentium aſcendit oratio, & gemit⁹ cõpatientis affectus,ſi AEgyptium lutũ oderint,& operari terrena declinent. Denicq; ſic legiſti,quod Hebræorũ, q̃ dura Aegyptiorũ imperia ferre non poterant,& vt grauia,ita & lutulenta opera indigna ſui nobilitate generis recuſabant,gemit⁹ & vox aſcenderit ad dominum deũ K
noſtrum. Aſcendit enim oratio:quia etſi operabantur, tamen operabantur inuiti. Deſcendebat itaque ad illos dei miſericordia,quia illorũ ad deum aſcẽdebat deuotio. Aſcẽdebat itaq; nõ corporaliter:neq; enim prophęta tantus precationem ſuam petebat corporaliter appinquare. Nam qui ita putat, vtiq; is deum certo aliquo loco ac ſede concludit,vt diffuſiorem locũ in quo deus ſit arbitretur,cum vtiq; inuiſibilis,ineffabilis, in cõprehenſibilis impleat omnia, & diuinitatis inhabitet plenitudo. Legi Moyſen appropinquaſſe deo cũ legem acciperet:ſed ſolita Dauid verecundia nõ ſemetipſum, ſed orationem ſuam deo appropinquare poſtulat:vt videatur ordo quidam eſse diſtinctus, quod ii qui pefectiores ſunt, ipſi appropinquent deo:ſequentis autẽ ordinis iuſti viri ſatis habeant ſi eorũ appropinquet oratio. Ex vſu autem noſtri ſermonis conſideremus quid ſit appropinquare. Conſtitue magiſtrum atq; diſcipulum,ſi diſcipul⁹ ſtudioſius magiſtri vel hauſit ingenium,vel præcepto intẽdit, ita vt ad ſimilitudinę operis eius atq; doctrinę proximè videatur accedere, nõne dicere ſolemus qđ appropinquarit magiſtro? Ergo et tu ſi imitatorem te 1.Cor.4.
præbeas Chriſti,ſicut & ille qui ait:Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti:ſi dolũ neſcias, mendaciũ oderis, veritatem ſequaris,iuſtitiam non refugias,diligas caſtimoniam,appropinquaſti Chriſto,& per Chriſtum deo L
Ipſe via eſt qa peruenitur ad patrem, qui apud patrẽ ſẽper eſt. Didicimus quid ſit appropinquare orationem, hoc eſt,eleuetur actibus noſtris. Si eleuas actus tuos,eleuaſti orationem tuam. Qui nouit leuare manus ſuas, dirigit orationem ſuam in conſpectu dei, ſicut infra legiſti: Dirigatur oratio mea ſicut inſenſum in conſpectu Pſal.140.
tuo,eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinum. Hæc vtique oratio ad vitam,alia oratio in peccatum.
Et oratio,inquit,eius fiat in peccatum. Et tu ſi ſecularia Pſal.108.
petas,ſi flagitioſa poſtules, oratio tua non ad deum diri gitur,ſed in peccatum. Ideoque intellige quæ petas. Secundum,inquit,verbum tuum mihi tribue intellectum Aduerte quid poſtulet. Non intellectum generaliter dixit,ſed intellectum ſecundum verbum dei. Eſt enim intellectus ad mortem, ſicut eſt prudentia ad interitum. Fi
lii huius ſeculi prudentiores ſunt quàm filii lucis in hac generatione. Sed prudentia iſta quæ ſeculi eſt, ad vitam Luc.16.
non ſuffragatur æternam. Circa honorem, circa lucella eſt, quæſtibus coaſeruandis intenta, non meritis comparandis, Poſtremo circa elementa mundi eſt, phalerata magis q̃ vera ſapientia, vt eſt philoſophia omnis, quæ M
aliena quærit, cum ſua neſciat: ſcrutatur cæli plagas, mũdi ſpatia rimatur, quæ ſibi prodeſse nõ poſsũt: deũ ignorat, quem ſolum deberet inquirere. Ideo verus ſapiẽs dicit: Si quis videtur ſapiens eſse inter vos in hoc ſeculo, 1.Cor.3
ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud deum. Elaborãdum eſt igitur vt in hoc ſeculo ſtulti ſimus, nihil nobis cũ philoſophia, ne fidẽ noſtram per elementa mundi huius traducat à vero, ne quis aſsertionem noſtram per philoſophiã deprædetur Sic enim Arrianos in perfidiam ruiſse cognouimus, dũ Chriſti generationem putant vſu huius ſeculi colligendam. Reliquerunt apoſtolũ, ſequuntur Ariſtotelem. Reliquerunt ſapientiam quæ apud deum eſt, elegerũt diſputationis tendiculas, & aucupi verborum ſecundum Col.2.
dialecticæ diſciplinam: cum clamaret Apoſtol⁹: Ne qs vos deprædetur per philoſophiam, & inanem ſeductionem, ſecundum traditiones hominum, ſecundũ elemẽta huius mundi, & non ſecundũ Chriſtum. Vtinam poſſim imitari illam ſtultitiam qua ſim ſapiens, illum virum habentem amplas poſſeſsiones, ſed nõ negligentẽ fructum, intentum deo: illum virum qui honores etiam delatos ſibi reſpuat, doctrinam philoſophiæ non requirat: & ſi antè cognouit, tamen ſcire diſſimulet, & non requirendo dediſcat. Non quærat quæ ſua ſunt, ſed aliis

A ſua conferat, ſibi acquirat æterna. Hic poteſt dicere, ſecundum verbum tuum intellectũ tribue mihi, id eſt, nõ ſecundum philoſophos, non ſecundum cauſidicos, nõ ſecũdum mercatores huius ſeculi, non ſecundum architectos domorum, ſed ſecundum verbum tuũ, quod eſt veræ ſapientiæ bonorumq; operum fundamẽtum, vt ſu per illud coſtituat propheta aurum cordis ſui, argentum ſermonis ſui, lapides precioſos operationum ſuarum, vt opus ſuum labi & perire non poſsit.

II Intret poſtulatio mea coram te, +ſecun
+Alias, in conſpectu tuo. dum verbum tuum libera me.+

domine. + Alias, eloquium tuum eripe me.

Vide ordinem. Primum dixit, Appropinquet oratio mea: poſtea intellectum poposcit, Secundum verbum tuum: tertio ait, Intret poſtulatio mea coram te. Nónne quodam dominus inuitat vſu & ſuſcipere dignatur affectus? Nónne cum aliquem de primariis viris deſideras conuenire, primum ad eius domum appropinquas, poſt ea quæris informari atque inſtrui, vt cognoſcas mentem patriſſamilias, deinde vt eius domum ingrediaris implores, ne quis te abiiciat & excludat? Pulſa ergo & tu regiã illam cæleſtem, pulſa non manu corporis, ſed quadam rationis tuæ dextera. Non ſola manus corporis pulſat, Cant.5.
pulſat & vxor. Scriptum eſt enim: Vox fratris mei pulſat ad ianuam. Pulſamus & digito. Denique & Thomas Ioan.12.
digito meruit ianuam reſurrectionis aperire. Et tibi dicit IESVS: Infer digitum tuum huc, & mitte manus tuas in latus meum, & noli eſse incredulus, ſed fidelis. Pul
ſa ergo digito, ſi non poteſt tota manu. Pulſa ianuam: Ioan.10.
B Chriſtus eſt ianua, qui ait: Per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Cum hanc igitur ianuam pulſaueris, vide quomodo ingrediaris, ne forte iam ingreſsus extra cõſpectum regis ſis. Multi ingrediuntur palatia, & non ſtatim regem iſtum ſibi oſtium verbi ad loquẽdum myſterium Chriſti. Sed quia Græcus habet, προσλάβετω δέησιν μάμ hoc eſt, Intret dignitas mea: licet potuerit ſcriptor errare, & fecerit δέησιν, hoc eſt, deprecatio: tamẽ hoc quoq; explanemus vt poſsumus. Nempe cum hominẽ rogas, regem te dicis, vt contemplationem habeat honoris tui, tangat eum tuæ contemplatio dignitatis, vt aut miſerea
C tur ſi venia eſt poſtulãda, aut deferat pro ordine dignitatis. Et quid dicam, Rogas? ſic vnuſquiſque ingreditur, vt dignitatibus deferatur. Recte ergo & deuotus deo dicit: Intret dignitas mea coram te. Habet & Chriſtianus dignitatem ſuam, quitanto imperatori militat. Sunt maximæ & verę fidei dignitates: ſunt honorum diuerſi & apud Chriſtũ ordines. Poſuit deus in eccleſia primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores. Sed iſtæ adminiſtrantium dignitates. Sunt etiam priuatorum, vt eſt pietas, iuſtitia, ſobrietas, caſtimonia, diſciplina. Sunt etiam orationis dignitates. Si pro vidua roges, ſi roges pro pupillo, ſi roges pro miſericordi, ſi roges pro inimium deuoto ac fideli, ſi roges in tribulatione, roges cũ dolore, ſi mœſto & ipſe qui rogas compatiaris affectu, intrat oratio tua dei gratiam, intrat domum eius, ſi tecum eccleſia deprecetur, ſi populus vniuerſus imploret, vt domini inclinet fauorem. Quid autem rogat? Vt ſeruatur, vt liberetur eo quod iam diu aduerſus nequitias ſpiritales, aduerſus tentamenta huius ſeculi prælietur, eò quod graue eſt ſatis longæuo curſu iſtius diuturnam ſuſtinere militiam. Denique & infra dicit: Heu me quod incolatus meus prolongatus eſt. Ingemiſcit enim quòd indefeſsas ingi labore tendat excubias. Ideo petit à tot aduerſantibus liberari, nec cũ terrenis hominibus vult habere cõſortium.

D Eructabũt labia mea hymnum, cum do- III
cueris me iuſtificationes tuas.

Eructuat hymnum, qui poteſt dicere: Bonus enim odor 2.Cor.2.
Chriſti ſumus deo. Et bene eructuat, qui plurima & ſuauia præcepta domini guſtauerit. Eructuat hymnum, qui eructuauerit verbum. Denicq; & Dauid ante eructuauit verbum bonum, hic eructuat hymnũ. Bonum enim panem guſtauit, qui de cęlo deſcendit. Bonum panem, quẽ ſiquis manducauerit, non morietur in æternum. Habet verbum dei epulas ſuas, alias fortiores, vt eſt lex & euangelium: alias ſuauiores, vt ſunt Pſalmi, & Cantica canticorum. Eructuabat hymnum eccleſia, vel anima pia, cui dicebat dei verbum: Infinua mihi vocẽ tuam, quia vox tua ſuauis eſt. Eructuabat hymnum, cui dicebat: Fauum diſtillant labia tua ô ſponſa, mel & lac ſub lingua tua. Cant.2.
Sed non poteſt quis ante eructuare hymnum, niſi didice Cant.4.
rit iuſtitias dei,& didicerit ab ipſo domino deo ſuo. Ideo ſpecialiter hoc Dauid petit, vt eũ doceat deus. Audierat enim & cognouerat in ſpiritu quia vtius magiſter eſt, & ideo vbiq; ipſum doctorẽ fieri poſtulabat, vt ab ipſo diſceret iuſtificationes eius. Quomodo enim cãtare poteſt in metu poſitus, & timore pœnarum? Quomodo
enim cantare poteſt grauium ſibi conſcius delictorum, Pſal.136.
niſi prius fiat veniæ ſecurus? Denicq; in poſterioribus habes: Quomodo cantabimus canticum domini in terra E
aliena? in qua impugnetur, in qua captiuetur in lege peccati, in qua defleat atq; deploret ſuę captiuitatis erũnas? Et tu ergo ede ſcripturarum cæleſtium cibos, & ede vt permaneant tibi in vitam æternã, & ede quotidie, vt non eſurias ede, vt replearis ede, vt verborum cæleſtium eructes ſaginam. Spiritales epulę non obeſse ſolent, ſed prodeſſe ſatiatis, ideoq; repleri volebat propheta, qui dicebat: Repleatur os meum laude tua, vt cantem gloriam tuam. Qui cãtat dei gloriam, hymnũ domino cor eius
eructuat. Pſal.70

Loquetur + lingua mea verbũ + tuũ, quo IIII
niam omnia mandata tua iuſtitia eſt. + + Alias, pronunciabit.

Qui didicerit iuſtitias dei, loquitur verbũ dei, & qui verbum dei loquitur, ocioſum verbũ non loquitur. Ocioſum verbum eſt, loqui opera hominum. Ideo ſanctus dicit dari ſibi à domino gratiam, vt non loquatur os ſuum + Alias, eloquium
opera hominũ, quia ocioſum verbũ eſt, nec ſolum ocio + Alias, æquitas,
ſum, ſed etiam periculoſum, pro quo rationẽ reddituri
ſumus. Omne enim verbũ quodcũq; locuti fueritis, reddetis pro eo rationem: Non enim mediocre periculum
eſt, cum habeas tanta eloquia dei, & dei opera quæ fecit
in Geneſi, fecit in Exodo, fecit in Leuitico, Numeris, De F
uteronomio, Ieſu Naue, Iudicum libro, Regnorum atq;
Eſdræ libris, fecit in Euãgelio, in Actibus apoſtolorum
illis prætermiſsis loquaris quæ ſeculi ſunt: audias quæ ſeculi ſunt. Sepi aures tuas ſpinis. vtinam & linguam obſe Eccle.28.
pias, ne loquaris quæ ſeculi ſunt, audias quę ſeculi ſunt.
Sed quod peius eſt, circundata eſt lingua tua ſpinis, quæ
compungunt & vulnerant loquentem quæ mundi ſunt.
Ideo aduerſarius etiam orantibus frequenter ſeculares
offundit cogitationes. Si ergo non debemus audire alie
na vel ſuperflua, quanto magis non debemus obloqui,
cum dicat vnicuique noſtrum ſcriptura venerabilis: Ar
gentum & aurum tuũ alliga, & oris tuo fac iugum & pondus? Alliga ſenſum tuum fide, taciturnitate alliga ſermones tuos, impone iugum oris tuo, ne indomita cerui
ce verborum ſe iacket. Impone pondus, vt cauto omnia
quæ loquimur trutinemus examine. Quibus tamen ſpinis ſepias aures tuas, vt ſcriptura tibi dicit, niſi contrito
corde, & timore iudicii? Salubriter iſta compungunt, ſi
mulãt iſta, non vulnerant, licet & vulnera vtilia ſint amici. Omnia, inquit, mandata dei iuſtitia eſt, quia ſunt
mandata iuſtitiæ, & ideo ſine iuſtitia eſse non poſsunt.

G Mandatum dei est vt diligas deum tuum. Vnde ait Apo-
Rom. 13. stolus Paulus: Qui enim diligit proximum suum, legem implevit. Scriptum est enim: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces. & si quod est aliud mãdatum, in hoc verbo instauratur. Si in hoc verbo instauratur omne mandatũ, quod verbũ iustitia est: (quid enim tam iustum, vt diligas deum tuum, & diligas fratrẽ tuum?) vtiq; omnia dei mandata iustitia est. Sicut enim qui occidere potest fratrem suum, vtiq; non diligit: qui adulterat fratris vxorem, vtique non diligit fratrem: qui furatur, qui cõcupiscit alienum, vtiq; non diligit eũ quẽ fraudare desiderat: ita q̃ superbe despicit fratrẽ qui eum deformare conatur, qui pascitur eius iniuriis, à consortio charitatis alienus est.

V
4 Alias, vt saluet. Fiat manus tua saluum facere * me, quoniam mandata tua elegi.

Aduentum domini videtur orare, quia manus dei Christus est. Ipsum legimus dexterã dei, de qua supra ait: Do-
Psal. 117. xtera domini fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me. Cur ergo hic manum dixit, nisi forte nõ solum propter diuersitatem gratiæ quam scriptores non prętermittere solent, sed etiam propter quãdam proprietatem manuũ dictum est, vt ibi dextera dicatur. vbi scribitur quod ex altauit eũ virtute: hic man⁹, vbi intelligi oporteat quod cum humilitate seruauit? Potest & sic intelligi man⁹ domini, sicut dicitur in vsu: Magna est manus illius regis. hoc est, magnus exercitus. &, illius inferior est man⁹. vt etiam hic intelligamus: Fiat adiumentum tuum atque
Heb. 1. subsidium, vt mittas angelos tuos, opem tuam, subsidia potentiæ tuæ ad liberandum populum tuum. Hæc
H est manus dei, de qua scriptum est: Nonne omnes ministri spiritus sunt, qui mittuntur in ministerium propter eos qui futuri sunt heredes salutis? Qui ergo elegit mandata dei, vtitur confidentia, vt cũ authoritate deposcat sibi diuina subsidia.

VI
Cõcupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est.

Alius longæuitate vitæ istius delectatur, & cõcupiscit vsque ad depositæ senectutis tempora corporis huius vitã
2. Cor. 12. producere. Alii franguntur egritudinis infirmitate, de quibus nemo potest dicere: Cũ infirmor, tũc potẽs sum. Beatos se putant si inoffensa valetudinis cõmoditate potiantur, quibus non est infirmitas ad salutẽ. Horũ quoq; nemo potest dicere: Concupiui salutare tuum domine.
I Suam enim magis salutem q̃ salutare dei quærũt, medicis potius sunt quàm scripturis obedientes. Contraria autẽ studiose sunt diuinæ cognitioni præcepta medicinæ. A ieiunio reuocant, lucubrare nõ sinunt, ab omni intẽtione meditationis abducunt. Itaq; qui se medicis dederit seipsum sibi abnegat. Qui autem quæritur salutare dei, Christum sequitur, qui dicitur salus dei non quę corporis, sed quæ æterna sunt quærens, cum hoc corpore conseruetur quod salus quærit: qui autẽ salutem dei quærit, die vtiq; & nocte meditetur in lege. Iugis illi meditatio est diuinorum decretorũ, nec aliqua cura corporis
VII huius auertitur à studio disciplinę.

Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.

Futuræ vtiq; vitæ, nõ præsentis sibi remuneratione blan-
Psal. 21. ditur. Hæc enim vita quomodo dici potest, de qua scriptum est: Et in puluerẽ mortis deduxisti me? Quàm multi viuentes in inferno sunt? Ipse Paulus cupiebat de corpore mortis huius liberari, qui vere concupiuit salutare
Phil. 1. dei, dicens: Dissolui enim cupio, & cũ Christo esse, multo enim melius: permanere autẽ in carne magis necessarium, quàm volũtarium. Quomodo ergo viuit anima operta mortis inuolucro? Aut quæ est vita quæ in vmbra est? In regione vmbræ mortis sumus: abscondita est vita nostra nõ libera. Erit enim libera in regione viuo K
rum, in qua fiduciam cõplacendi iustus assumit, vt placeat domino in regione viuorum. Ibi ergo viuit anima nostra, vbi nihil mortale, nihil infirmum amicta sit, nihil debitum pœnę. Ibi laudabit dominum, vbi depositio infirmitatis corpore, cõformis esse cœperit gloriæ corporis Christi. Nam dum in peccato sumus plene laudare quid possumus? Peccatori enim dixit deus, Quare tu Psal. 49.
enarras iustitias meas? In vmbra sumus hic positi, in vmbra viuimus, perfecte in vmbra laudare non possumus. Denique audisti in posterioribus dicentes: Quomodo Psal. 136.
cantabimus canticum domini in terra aliena? Adiuuant autem iudicia dei sanctos, cum bonis operibus remuneratio vitę confertur æternæ. Beatus qui dicit: Et iudicia tua adiuuabunt me. Ego infirmus, ego peccator timeo iudicia dei propter conscientiam delictorum. mihi terrorem afferunt, me exagitant, sanctos adiuuant. Sed tamen iuuabunt etiam peccatorem, licet diuerso modo. Sanctus, adiuuabitur, dum probatur: peccator iuuabitur, dum humiliatur, dum castigatur vt peccata soluat duplicia, dum opus eius exuritur, vt ipse saluus fiat, sic tamẽ quasi per ignem. Fortassis etiam sic conuenit sensus: Si dignus fuero iudicio, dignus ero vt exuar cõfortio impiorũ, quoniã nõ resurgunt impii in iudicium. Et adiuuabunt mẽ iudicia, quoniam qui credit in domino, iudicatur. Proderit illi fides, & suffragabitur ad veniam L
etiam si qua in operibus offensa sit.

Erraui sicut ouis quę perierat, * viuifica seruum tuum, quoniam mandatorum tuorum non sum oblitus. VIII
+ Alias, periit. * Alias, quære. * Alias, quia man data tua.

Græcus habet, Quære seruum tuum hoc est, ζήτησον & potuit falli scriptor, vt scriberet ζῆσον quod est viuifica. Sensus quidẽ vterque cõstat, sed oportunior est huic loco, quære seruum tuum: quoniã ouis quæ errauit, quæ redenda est à pastore, ne pereat. ideo dicit, erraui. Dic & tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Quod lapsum fateris, Esa. 43.
in eo tibi cum omnibus commune consortium est. quia nemo sine peccato, negare hoc sacrilegiũ est. Solus enim deus sine peccato est. Confiteri hoc deo, impunitatis remedium est. Erraui, inquit. Sed qui errauit in via, potest redire in viam, reuocari potest in viam. Et pulchre addidit, sicut ouis quæ perierat. Nõ enim perit qui agnoscit errorem. Quære, inquit, seruum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus. Veni ergo domine IESV, quære seruum tuum, quære lassam ouem tuam, veni pastor, quære sicut oues Ioseph. Errauit ouis tua dum tu moraris in montibus. Dimitte nonaginta nouem oues tuas, & veni vnam quærere quæ errauit. Veni sine canibus veni sine malis operariis, veni sine mercenario, qui per ianuam introire nõ nouerit. Veni sine adiutore, sine nũcio, iam dudum te expecto venturum. Scio enim ventu- M
rum, quoniam mandata tua non sum oblitus. Veni non cum virga, sed cum charitate, spiritusque mansuetudine. Noli dubitare relinquere in montibus nonagintanouem oues tuas, quia in montibus constitutas lupi rapaces incursare non possunt. In paradiso semel nocuit serpens, amisit ibi escam postquã. Adã inde depulsus est. illic iam nocere non poterit. Ad me veni, quẽ Inporum grauium vexat incursus. Ad me veni, quem eiectum de paradiso serpentini diu vlceris venena pertentant, quia erraui à gregibus tuis illis superioribus. Nam & me ibidem collocaueras, sed ab ouibus tuis lup⁹ nocturnus auertit. Quere me, quia ego te requiro. Quære me, inueni me, suscipe me, porta me. Potest inuenire quem tu requiris: dignare suscipere quem inueneris: impone humeris quem susceperis. Non et tibi pium onus fastidio, non tibi oneri est vectura iustitiæ. Veni ergo domine, quia et si erraui, tamen mandata tua non sum oblitus. Spem medicinæ reseruo. Veni domine, quia & erraticã solus es reuocare qui possis, & quos reliqueris, non mœstifi-

A cabis. Et ipsi enim peccatoris reditu gratulabuntur. Veni vt facias salutem in terris, in cælo gaudium. Veni ergo & quære ouem tuam iam non per seruulos, non per mercenarios, sed per temetipsum. Suscipe me in carne quæ in Adam lapsa est. Suscipe me non ex Sara, sed ex Maria, vt incorrupta sit virgo, sed virgo per gratiam, ab omni integra labe peccati. Porta me in cruce quæ salutaris errãtibus est, in qua sola est requies fatigatis, in qua sola viuent quicunq; moriuntur. Pulchre autem etiam viuifica potest dici, eò quòd moti non possit quem humetis suis virtus portauerit. Dicit ergo & anima, dicit & ecclesia: Erraui sicut ouis quę perierat. Sed dicit: Quæ
Cant. 3. sui quem dilexit anima mea. hoc est enim dicere: Viuifica seruum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus, Ego te quæsiui, sed inuenire nõ possum te nisi tu volueris inueniri. Et tu quidẽ vis inueniri, sed vis diu quæri, vis diligentis indagari. Nouit hoc ecclesia tua, quia non vis vt te dormiens quærat, non vis vt te iacens inue
Ephe. 5. stiget. Denique pulsas ad ianuam, vt excites dormientem: exploras si cor vigilat, & caro dormit. Vis iacentẽ leuare, dicens: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Mittis manum per cauernam, vt surgat: & si tardius surrexerit derelinquis. Vis vt quærat iterum, & quærat à multis, & non obliuiscatur quærere, nõ obliuiscatur sermones tuos: & si tenet eos, offeras te videndum, non refugias tene
B ri. Quæ cum te meruerit amplecti, ostendit fructus suos
Cant. 7. docebit non oblitam se mandatorum tuorum, dicẽtque tibi: Veni frater meus. exeamus in agrum, & in floribus nostris omnis fœtus arborum. Noua & vetera frater meus seruaui tibi. Hoc est dicere: Teneo mãdata omnia noui & veteris testamenti. Sola hoc dicere ecclesia potest. Nõ dicit alia congregatio, nõ dicit synagoga, nec secũdũ literam noua tenens, nec secundum spiritũ vetera. Non dicit hæresis Manichęa: Vetera seruaui tibi quæ prophetas non suscipit. Merito dealbata cernitur, quæ vtriusq;
Cant. 8. fulget gratia testamenti. Respondit ei sponsus: Pone me vt signaculum in cor tuum, vt sigillum in brachium tuum, quæ noua & vetera seruasti mihi. Signaculum meũ es, ad imaginem meã es & similitudinẽ. Fulget in te imago iustitiæ, imago sapientię, imago virtutis. Et quia imago dei es, in corde tuo est, sit & in operibus tuis, sit effigies euangelii in tuis factis vt in tuis moribus mea præcepta custodias. Effigies euãgeli erit in te, si percutiẽti maxillam alteram præbeas, si diligas inimicum tuũ, si crucem tuam tollas, & me sequaris: Ideo crucem ego pro
C te portaui, ne tu propter me portare dubitares. Audierunt hoc filiæ Hierusalem, quod iam dominus IESVS sibi ecclesiam copulabat: & quia considerantes magnitudinem verbi, impares se tantis nuptiis æstimabãt, ne forte tantę copulę pondus sustinere non possent, excusant dicentes: Soror nostra parua, & vbera nõ habet. Si enim qui volunt differre nuptias, excusare consuerunt, vt prętendant immaturæ ætatis infirmitatem: & astruant quod vbera non habeat quæ nubilis significant tempus ętatis. Hoc solet symbolum commune omnibus virginibus esse nupturis, vt cum vbera cœperint eminere, tunc coniunctioni habiles iudicentur, Turbatæ igitur quod stu-
Ibidem. dio dilectionis vrgeat nuptias sponsus, dicunt: Quid faciemus sorori nostræ in die qua loquetur in ea? Vel vt Symmachus, qua loquatur ei. hoc est, sponsalium celebritate solet fieri collocutio & confirmatio nuptiarum. Quid ergo faciemus? dicunt turbatæ, quia vrgetur coniunctio spiritalis. à tantis nuptiis excusare non possunt,
Ibidem. Nemo enim est qui copulam vel animæ & spiritus, vel Christi & ecclesiæ non beatam putet. Sed quia plenitudo verbi vel spiritus sancti vibrat & fulget, & nihil est quod illis possit æquari, ideo differre desiderãt, vt illa dilatione vel anima vel ecclesia possit esse perfectior. Dicũt er
Ibidem. go: Si murus est, ædificemus super eum receptacula: & si ianua est, sculpam⁹ super eam tabulas cedrinas. Murus est anima sancti. Habet & ecclesia muros suos, quæ iam D
perfectior dicit: Ego ciuitas munita. Hic est mur⁹ qui habet duodecim portas apostolicas, p̃ quas populo nationum patet ingressus in ecclesiã. Sed murus quanuis ambitum totius vrbis includat, tunc tamen est munitior, eum receptacula habuerit præparata in quibus propugnatores vrbis tutum spectandi ac tuendi possint habere subsidium. Sed quia rationalis hæc ciuitas est, & omnis spes eius in dei verbo est: nõ ferrea, sed argentea ei propugnacula requiruntur, eloquiis cælestibus magis q̃ corporis voluptatibus hostiles impetus repulsare consueta. Eo fulta præsidio, eo splendore fulgens habiliorque Christi copulæ iudicatur. Et quia ianua Christus est, qui
Ioan. 10. ait: Per me si quis introierit, saluabitur: & ecclesia ianua nuncupatur, quia per ipsam patet populis aditus ad salutem. Sed ne hæreticorum corrumpatur tineis aut vermibus. dicunt filiæ Hierusalem, vel angeli, vel animæ iustorum: A Edificemus super eam tabulas cedrinas. hoc est, fidei sublimis bonum odorem. Est enim suauis hui⁹ materiæ odor, quam non vermis, non tinea corrumpat. Ideo huius materiæ vsus eligitur tectorum fastigiis eleuandis formãdisq; literarũ elementis, quibus ætas pueri lis ad studium liberalis eruditionis imbuitur. Est ergo materia ista sublimis ad gratiam, leuis ad on⁹, suauis ad odorem, vtilis ad instrumentum scientiæ, habilis ad misterium cognitionis æternæ. Sed quemadmodum spõ
E sam suam diligẽs Christus vrgebat ad copulæ spiritalis solennitatem, ita & ecclesia verbi decore iam capta festinabat ad nuptias. Ideoq; moratum & dilationis impatiens, quas filiæ Israelẽ innectere gestiebant, dicit: Ego murus, & vbera mea turres, hoc est, nolite dubitare vtrum murus sim. Illæ enim dixerant: Si murus est. Ego, Cant. 8.
inquit, murus sum. & non parua vbera habeo, sed vt turres vbera mea sunt. Quomodo dicitis quia non habeo vberes sensus, quæ turres habeo sapientiæ, in quibus est abundantia. sicut scriptum est: Et abundantia in turrib⁹ tuis? His vberibus, id est, sensibus habilem se tantis nu- Psal. 121.
ptiis æstimabat: sed filiæ Hierusalem adhuc non poterant æstimare, quia sensuum eius abundantiam non videbant. Et addidit: Ego eram in oculis eius tanquam inueniens pacem. hoc est, deliberatis de meis sensibus, cũ pacem dei inuenerim, quæ exuperat omnem mentem, & custodit & corda & sensus in Christo IESV. Talis, in- Phil. 4.
quit, eram in oculis sponsi, qualis quæ habet pacem. Scriptum est enim: Qui recte quærunt pacem, habebũt eam testimonium. Festinantibus igitur dilecto atque dilecta, celebrata coniunctio spiritalis est, mutuo expetita con-
F sensu. Ideoq; tanquam nuptiale canens carmen, exultauit spiritus in propheta dicens: Vinea facta est Salomoni in Belammon, dedit vineam suam iis qui seruant. Cla- Cant. 8.
mat ergo spiritus, plantata est congregatio populorum sed vitis æternæ radice fundata, & spiritalia sub iugum verbi corde mansueto colla subiecit. Plantata autem in multitudine nationum. Hoc enim intelligẽdum Belamon. Symmachus, Aquila. aliæque translationes Græco sermone docuerunt Repudiata est vetus copula quę fructum afferre non poterat, data est vinea nouis fidelibũs que cultoribus, qui non solum facere fructum possent, sed etiam custodire. Vna igitur ouis errauit, sed reuocata totius spatia orbis impleuit. Vnam ouem error abduxerat, sed multitudinem populorum domini gratia congregauit. Errauit homo, sed ecclesia iam murus est & murus validus. Errauit Adam, murus est Dauid, qui mandata dei oblitus non est. Custodiat igitur & vallata hæc vinea munimine spiritali, mille fructus dat Christo, ducentos autem custodibus. Ideoq; ait ecclesia: Vitis Ibidem.
mea in conspectu meo, mille Salomini, & ducenti seruantibus fructum. Perfectio & plenitudo Christi est, portio seruulorum. Habes hoc mysterium in Genesi, vbi quinq; partes Beniamin fratri iuniori tribuit Ioseph, sin- Gene. 43.
gulas reliquis fratribus. Domino igitur quinq; sensuum

G portio & prærogatiua defertur, quâ illi vtiq; tribuit ipſe quem diligit, ſicut dilexit & Paulum, cui dedit ad euocandas gentes ſapientiæ principatum. His igitur fructibus delectata eccleſia dicit ad Chriſtum: Qui ſedes in ortis, amici intendentes ſunt voci tuæ: vocem tuam infinua mihi. Delectabatur enim quod in ortis Chriſtus ſedebat, & in ortis poſiti amici intendebant voci eius. Sed quia amici illi de cæleſtibus erant archangeli vel dominationes & throni, (homines enim expulſi de paradiſo fuerant propter inobedientiam cęleſtium mandatorum atque ideo adhuc eccleſia vocem eius audire non poterat, quam cupiebat audire) ideo ait: Vocem tuam infinua mihi. Vnde & nos ſi volumus eum in nobis ſedere, ſimus horti clauſi atque muniti, feram⁹ virtutum flores, gratiæ ſuauitatem, vt diſputantem angelis dominum IESVM audire poſsimns. Sed quia futurum erat vt cum ad plenitudinem eccleſia peruenisset, perſecutionibus variis tentaretur, ideo cum verbi gratia delectaretur, ſubito cernit inſidias perſecutorum: & quæ plus ſponſo quàm ſibi timeret, aut quia à perſecutoribus Chriſtus magis appetitur in nobis ideo ait: Fuge frater meus, & ſimilis eſto tu capreolæ, aut hinnulo ceruorũ ſuper montes aromatum. Propter infirmos fugit, qui tentamenta Ibidem. Ibidem.

graviora ferre non poſsunt. Ideo ſcriptum eſt vt de ciuitatibus ad ciuitates fugiamus: & ſi nos in hac ciuitate H Matt. 10.
fuerint perſecuti, fugiamus in aliam. Propter infirmos igitur, vt diximus, fugiat perſequentes, aut fugiat ab infimis, & tranſeat ad montes aromatum, qui pro martyrio odorẽ poſsint beatæ reſurrectionis afferre. Montes aromatum ſancti ſunt. Ad eos confugit Chriſtus, quia fundamenta eius in montibus ſanctis. Ad eos igitur confugit, qui ſunt eius ſtabilia fundamenta. In nobis fugit, in illis fida ſtatione conſiſtit. Mons igitur aromatum Paulus eſt, qui poteſt dicere: Bonus enim odor Chriſti ſumus deo. Mons aromatum Dauid, cuius orationis odor 1. Cor. 2.
aſcendebat ad dominum: & ideo dicebat: Dirigatur ora Pſal. 140.
tio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Symmachus autem & Aquila interpretati ſunt quod Chriſtus dicit ad eccleſiã, Quæ ſedes in hortis, hoc eſt, iam in hortis ſedes, ſuperno digna es paradiſo, & ideo vocem tuam infinua mihi, cui amici intendunt. Ego quoq; eam audire deſidero, Cœpit in hortis eſse eccleſia, poſtquàm in hortis paſsus eſt Chriſtus.

FINIS.

A TITVLI RERVM, QVAE IN HIS COMMENTARIORVM IN LVCAM X. LIBRIS, EXPLICANTVR.

LIBRO PRIMO.

Procemii Euangelii ſecundum Lucam

Explanatio.
Lucæ I. Cap.

De conditione ac laude parentum ſancti Ioannis Baptiſtæ.
De ingreſsu Zachariæ in templum domini.
De angeli apparitione.
De turbati Zachariæ confirmatione.
De incrudelitate Zachariæ, & eius punitione.
De conceptione Ioannis præcurſoris domini.

LIBRO SECVNDO.

De miſsione angeli Gabrielis ad virginem Mariam.
De ſalutatione Mariæ, & eius turbatione.
De Mariæ turbatæ conſolatione.
De Mariæ interrogatione, & angeli reſponſione.
B De aſsenſu Mariæ, & ſaluatoris conceptione.
De abitu Mariæ in montana, & ſalutatione Elizabeth.
De Ioannis in vtero exultatione, & matris ſpiritu-ſancto repletione.
De Mariæ ab Elizabeth benedictione.
De mora Mariæ cum Elizabeth.
De ortu præcurſoris domini.
De nomine præcurſoris, & reparatione vocis Zachariæ.
De prophetatione Zachariæ.

Lucæ II. Cap.

De tempore ortus Saluatoris.
De natiuitate Saluatoris.
Interpoſitio narrationis de aduentu Magorum.
De nati Saluatoris manifeſtatione.
De angelorum laudatione.
De paſtorum collocutione.
De conſeruatione dictorum in corde Mariæ.
De circunciſione Saluatoris, & ejus oblatione.
De Symeone & Anna.
De exordio diſputationis IESV.
C De reſponſione IESV ad matrem.
De ſubiectione IESV.

Lucæ III. Cap.

De exordio prædicationis Ioannis.
Confirmatio per teſtimonium Eſaiæ.
Redargutio malitiæ Iudæorum.
De reſponſione Ioannis ad populum cogitantem eum eſse Chriſtum.
Teſtimonium Ioannis de Chriſti aduentu.
De virtute & iudiciaria Chriſti poteſtate.
De IESV baptizato, & dei patris teſtimonio.

LIBRO TERTIO.

De genealogia domini Saluatoris.

LIBRO QVARTO

Præfatio.

Lucæ IIII. Cap.

De ductu IESV in deſertum.
De prima tentatione Chriſti à diabolo.
De ſecunda tentatione Chriſti.
De tertia tentatione Chriſti.
De receſsu diaboli à Chriſto.
De egreſsu IESV in Galilæam ad docendum. D
Teſtimonium ſcripturæ de miſsione IESV ad prædicandum & ſaluandum.
De reſponſione IESV ad concines ſuos.
Confirmatio reſponſionis exemplo Heliæ & viduæ.
Confirmatio eiuſdem exemplo Heliſæi & Naaman.
De indignatione Iudæorum, & eiectione IESV.
Confirmatio doctrinæ Chriſti per miracula.

Lucæ V. Cap.

De aſcenſu IESV in nauem Simonis, vt doceret, & miraculo quoſdam ad ſe traheret.
De reſponſione Symonis.

LIBRO QVINTO.

Confirmatio doctrinæ Chriſti per miraculum de leproſo mundato.
Confirmatio eiuſdem per miraculum de paralytico per tectum ſubmiſso.
De ſubmittentium fide Chriſtum ad curationem mouente.
De ſcribarum & phariſæorum reprehenſione.
De myſtica vocatione publicani.
De excuſatione diſcipulorum.
De prima ſimilitudine per IESVM data.
De ſecunda ſimilitudine.

Lucæ VI. Cap.

De eò quòd in ſabbato ſecundo primo diſcipuli IESV vellebant ſpicas. E
De curatione hominis habentis manum aridam.
De oratione IESV in monte, & electione duodecim apoſtolorum.
De deſcenſu IESV ad docendum turbas.
De ſermone IESV de beatitudinibus proborum.
De væ improborum, & de inſtructione ad altiores gradus virtutis, & inimicorum dilectione.
De prohibitione iudicationis.
De arbore mala, ex cuius ſimilitudine improbi homines cognoſcuntur.

Lucæ VII. Cap.

De ſeruo Centurionis curato.
De filio viduæ reſuſcitato.
De miſsione diſcipulorum Ioannis ad IESVM.
De ſcandalo in Chriſto cauendo.
De laudatione Ioannis à conſtantia mentis.
De laudatione Ioannis ab aſperitate veſtimentorum.
De laudatione Ioannis ab excellentia cognitio- F
nis.
De intelligentia præmiſsorum.

LIBRO SEXTO.

De iuſtificatione dei à populo, & contemptu à phariſæis & legiſperitis.
De ſimilitudine qua phariſæi & legiſperiti confutantur.
De muliere peccatrice ingrediente domum Symonis ad IESVM.
De reſponſione IESV Simonem arguentis.

Lucæ VIII. Cap.

De reſponſione IESV cum ei nunciatum eſset matrem & fratres foris ſtare.
De aſcenſu IESV in nauem, & ſedatione tempeſtatis.
De eò quòd ſecundum Matthæum duo homines dæmoniis afflati Chriſto occurriſse narrentur, Lucas verò vnum inducat.
De filia principis Synagogæ reſuſcitata, & muliere

fluxum ſanguinis patiente, ſanata.

Lucæ IX. Cap.

Qualiter diſcipuli à Chriſto miſsi ſe habere debeant ad eos qui ipſos non receperint.
De refectione turbarum ex quinq; panibus & duobus piſcibus.
De interrogatione IESV quem ſe eſse dicunt diſcipuli, ac reſponſione Symonis Petri.
De eò quòd IESVS præcepit diſcipulis ne eum manifeſtarent.

LIBRO SEPTIMO.

De eo quòd dominus IESVS quibuſdam promiſit viſionem gloriæ ſuæ in vita præſenti.
De eo quòd dominus IESVS aſsumpſit Petrum, Iacobum, ac Ioannem, & duxit eos in mõtem, oſtenditq; illis maieſtatem ſuam.
De reſponſione IESV reſpuentis eum qui ſe ſequi dixit quócunq; ierit.

Lucæ X. Cap.

De miſsione diſcipulorum ad prædicandum.
De inſtructione diſcipulorum ad cauendam concupiſcentiam temporalium.
De prohibitione ſalutationis in via.
De condemnatione contemptorum Euangelii, humiliumq; cõmendatione, & legis ignarorum confutatione.
De homine deſcendente ex Hieruſalem in Hiericho, & incidente in latrones.
De exemplo Marthæ & Mariæ, per quas duæ vitæ deſignantur.

Lucæ XI. Cap.

De exemplo diſcipulos ad inſtantiam & frequentiam orationis inducente.
De argumentis quibus IESVS cogitationes phariſæorum falſas eſse conuincit.
De increpatione generationis nequam ſignum quærentis.
De ſimilitudine qua ad oſtenſionem fidei adhortamur.
De redargutione interioris immũdiciæ, multorumq; vitiorum phariſæorum & legiſperitorum.

Lucæ XII. Cap.

De exemplo quo & timor mortis excluditur, & fides roboratur.
De irremiſsibilitate blaſphemiæ in ſpiritum ſanctum.
De reſpõſione domini ad poſtulationem cuiuſdam, qua auaritia abolenda docetur.
De prohibitione ſolicitudinis de victu & veſtitu.
De vigilantia & negligentia ſeruorum.
De ſpiritali intellectu eius quod dominus dixit ſe veniſse non vt daret pacem, ſed ſeparationem.
De liberatione ab aduerſario in via.

Lucæ XIII. Cap.

De parabola arboris ficí quid ſignificet.
De curatione mulieris quæ ſpiritum infirmitatis decem & octo annis habebat.
De comparatione regni cælorum ad granum ſinapis.
De comparatione regni dei ad fermentum quod mulier abſcondit in tribus menſuris farinæ.

Lucæ XIIII. Cap.

De curatione hydropici, & ſuaſione humilitatis atque pietatis.
De parata cœna magna, & multorum vocatione, ſimulq; omnium excuſatione.

Lucæ XV. Cap.

De oue centeſima, & drachma decima perditis & inuentis.
De duobus filiis, adoleſcentiore, & ſeniore, quibus pater ſubſtantiam diuiſit.

Lucæ XVI. Cap.

De eo quòd nemo ſeruus poſsit duobus dominis ſeruire, & de villico iniquitatis, faciendis q; amicis de iniquo mammona.

LIBRO OCTAVO.

Quomodo lex & prophetæ vſque ad Ioannem.
De lege coniugii & vxore non dimittenda.
De diuite induto purpura & byſso, & Lazaro mendico.

Lucæ XVII. Cap.

De venia largienda iis qui in nos peccauerint, & ſe ab errore conuerterint.
De virtute fidei per comparationem ad granum ſinapis, & de obſequio quod iure domino debetur.
De eo quòd in hora aduẽtus domini ad iudicium qui in tecto eſt, non deſcendat. &c.
De duobus in vno lecto, & duabus molentibus in vnum, duobusq; in agro, quorum vnus aſsumetur, & alter relinquetur.

Lucæ XVIII. Cap.

De permittendis pueris venire ad Chriſtum, & ſimplicitate puerili ſectanda.
De reſponſione IESV ad interrogationẽ cuiuſdam principis qua aſserit neminem eſse bonum niſi ſolum deum.
De eo quòd facilius eſt camelum tranſire per foramen acus, q̃ diuitem in regnum dei.
De honorandis parentibus atq; paſcendis.

Lucæ XVIII. & XIX. Cap.

De illuminatione cæci, & vocatione Zachęi.
De ſeruo qui vna mina à domino accepta decem acquiſiuit.

LIBRO NONO.

De eo quòd dominus aſcenſurus Hieroſolimam, venit ad montem Oliueti, & inde duos diſcipulos miſit. &c.
De eiectione vendentium & ementium in templo, ac euerſione menſurarum & cathedrarum.

Lucæ XX. Cap.

De vinea plantata, & colonis locata.
De confutatione phariſæorum per interrogationem Chriſti de imagine & inſcriptione denarii.
De tentatione Chriſti à Sadducæis.

LIBRO DECIMO.

De eo quod ſcriptum eſt, & à Chriſto phariſæis obiectum eſt: Dixit dominus domino meo, Sede à dextris meis.

Lucæ XXI. Cap.

De futura templi deſtructione.
De ſignis futuræ deſtructionis templi.
De ſigno appropinquantis deſolationis.
De væ prægnantium & nutrientium in illis diebus.
De orando ne fiat fuga hyeme vel ſabbato.
De ſignis aduentus domini.

Lucæ XXII. Cap.

De homine portante amphoram aquæ, diſcipulis paſcha paraturis occurſuro.
De ſponſione præmii diſcipulorum Chriſti, qui ſecum in tentationibus permanſerunt.
De ſacculo & pera tollendis, tunicaq; vẽdenda, & gladio emendo.
De triſtitia, dolore, tædio & oratione Chriſti.
De Iudæ oſculo, & Chriſti traditione, comprehenſione, ac ligatione, Petriq; percuſsione.
De Petri proditione per ancillam, & eius negatione.
De caſsa proditoris pœnitentia.

Lucæ XXIII. Caput.

Cur dominus à Pilato interrogatus tacuerit.
Cur dominus coram Herode tacuerit, nec aliquid fecerit, & de reprehenſione Pilati manus lauantis, & facta non diluentis.
Cur dominus ab Herode veſte alba indutus, ad Pilatum fuerit remiſsus.
Quid deſignet quod dominus à militibus chlamide coccinea & purpurea tunica indutus fuerit. Quid etiam corona, flagella, illuſoria adoratio, arundo in manus tradita, capitis percuſsio, ſignificent.
De crucis Chriſti portatione, & veſtimentorum regalium depoſitione.
Chriſtus qualis crucem aſcenderit, & de tituli ſcriptione ac poſitione ſuper crucem.
De diuiſione veſtimentorum domini.
De duobus latronibus, vno rogante, ac veniam conſequente, & altero conuitiante.
De oblatione aceti, & potatione IESV.
De commendatione ſpiritus IESV in manu patris, & traditione eiuſdem: de tenebrarum quoque offuſione, petrarum ſciſsione, ac cæteris ſignis tunc factis.
De commendatione Mariæ matris diſcipulo Ioanni, & de percuſsione lateris IESV poſt mortem eius.
De ſepultura corporis IESV, & diligentia mulierum circa illam.

Lucæ XXIIII. Caput.

De deuotarum mulierũ atq; apoſtolorũ ad monumentum aduentu, angelorum quoq; apparitione, ac dubitationibus circa hæc occurentibus.
De hora dominicæ reſurrectionis, & de Maria Magdalena, vtrum vna vel plures. De manifeſtatione prætereа domini IESV poſt eius reſurrectionem.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EXPLANATIONEM EVANGELII SECVNDVM LVCAM PRAEFATIO.

SCRIPTVRI in librum euãgelii vnum, quem ſanctus Lucas pleniore quodammodo rerũ dominicarũ diſtinctione digeſsit, ſtylum ipſum prius exponendũ putamus. eſt enim hyſtoricus. Nã licet ſcriptura diuina mũdanæ euacuet ſapientiæ diſciplinã, quod maiore fucata verborũ ambitu, q̃ rerum ratione ſubnixa ſit: tamen ſi quis in ſcripturis diuinis etiã illa quæ miranda illi putant, quærit, inueniet. Tria ſunt enim quæ philoſophi mundi iſtius præcellentiſsima putauerunt, triplicem ſcilicet eſse ſapientiam, quod aut naturalis ſit, aut moralis, aut rationalis. Hæc tria iam & in veteri teſtamento potuimus aduertere. Quid enim aliud ſignificãt tres illi putei, quorum vnus eſt viſionis, alius abundantiæ, tertius iuramẽti, niſi triplicem iſtam in patriarchis fuiſse virtutem? Rationalis eſt puteus viſionis, eò q; ratio viſum mentis acuat, & animi purget obtutũ. Ethicus puteus abundantiæ, eò quòd cedentibus allophylis, quorum ſpecie vitia corporis figurantur, viuæ ſaac liquorem mentis inuenit. Pure enim profluunt boni mores, & bonitas ipſa popularis abundat aliis, ſibi reſtrictior. Tertius puteus iuramenti, hoc eſt, ſapientiæ naturalis, quæ ea quæ ſupra naturam, vel naturæ ſunt, comprehendat. Quod enim affirmatur, & quaſi deo teſte iuratur, etiam diuina complectitur, cum dominus naturæ fidei teſtis adhibetur. Quid etiam tres libri Salomonis, vnus de prouerbiis, alius eccleſiaſtes, tertius de Canticis canticorũ, niſi trinæ huius oſtẽdunt nobis ſapiẽtiæ ſanctum Salomonẽ fuiſse ſolertẽ? Qui de rationalibus & ethicis in prouerbiis ſcripſit, de naturalibus in Eccleſiaſte, quia vanitas vanitatũ, & omnia vanitas, quæ in hoc mundo ſunt cõſtituta. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt. De moralibus autẽ & rationabilibus in Cãticis canticorum, eò quòd cũ animæ noſtræ amor verbi cæleſtis infunditur, & rationi mẽs ſancta quadam ſocietate connectitur, admiranda myſteria reuelantur. Euangeliſtis quoq; quam putas defuiſse ſapiẽtiam, quorum alii cum variis generibus ſint referti, ſinguli tamen diuerſo genere præſtant? Eſt enim vera ſapientia naturalis in libro euangelii qui ſcribitur ſecundum Ioannem. Nemo enim, audeo dicere, tanta ſublimitate ſapientiæ maieſtatem dei vidit, & nobis proprio ſermone referauit. Tranſcendit nubes, tranſcendit virtutes cælorum, tranſcendit angelos, & verbum in principio reperit, & verbum apud deum vidit. Quis autem moralius ſecũdum hominem ſingula proſecutus, q̃ ſanctus Matthæus, qui edidit nobis præcepta viuendi? Quid rationabilius illo admirabili copulatu, q̃ quod ſanctus Marcus in principio ſtatim locãdum putauit: Ecce mitto angelum meũ: &, Vox clamantis in deſerto: & vt admirationem moueret, & doceret hominem humilitate atq; abſtinentia & fide placere debere, ſicut ille ſanctus Ioãnes baptiſta his ad immortalitatem gradibus aſcendit, veſtimẽto, cibo, nuncio? At vero ſanctus Lucas velut quendam hiſtoricum ordinẽ tenuit, & plura nobis geſtorũ domini mira Ecula reuelauit. ita tamẽ, vt omnes ſapiẽtiæ virtutes euãgelii iſtius complecteretur hiſtoriæ. Quid enim precelentius ad ſapientiam naturalem, q̃ quod ſpiritum ſanctum creatorem etiam dominicæ incarnationis extitiſſe reſeruauit? Docet ergo naturalia, ſi creat ſpiritus. Vnde & Dauid docens ſapientiam naturalem: Emitte, inquit, ſpiritum tuum, & creabũtur. Docet moralia in eodem libro, cum me in illis beatitudinibus docet mores, quemadmodum amare inimicum debeam, quemadmodum non referire & nõ repercutere verberantẽ, quẽadmodum benefacere, mutuũ dare cum deſperatione recuperationis, & cum remuneratione mercedis. Merces enim facilius ſequitur non expectãtem. Docet etiam rationabilia, cum lego: Quoniam qui fidelis eſt in minimo, etiam in magnis fidelis eſt. Quid adhuc de naturalibus dicam, quod docuit virtutes cælorum moueri, dominum ſolum eſse vnigenitum dei filium, in cuius paſsione tenebræ per diẽ factæ ſunt, terra obſcurata eſt, ſol refugit? Ergo omnem quem mundana ſibi prudẽtia falſo vendicat principatum, ſapientia vere poſsidet ſpiritalis, præſertim cum audacius vt aliquid vſurpemus, ipſa fides noſtra, ipſum myſterium trinitatis ſine hac triplici ſapiẽtia eſse non poſsit, niſi credamus & illum naturaliter patrem, qui nobis genuit redemptorẽ, & illum Ethicum, qui patri vſq; ad mortem ſecũdum hominem odebiẽs, nos redemit: & illum rationabilem ſpiritũ, qui rationem colendæ diuinitatis, & vitæ regendæ humanis pectoribus infudit. Nec quiſquã putet nos poteſtatis aut virtutis eciſse diſtantiam, cum hac calumnia etiam Paulum poſsit inceſsere. Nec enim diſtãtiam fecit ille dũ dixit: Diuiſiones gratiarũ ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſteriorũ ſunt, idem autem dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem autẽ deus, qui operatur omnia, & in omnibus. Operatur enim omnia, & in omnibus filius, ſicut habes alibi: Quia omnia in oibus Chriſtus. Operatur & ſpiritus ſanctus, quia omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Nulla ergo operationum diſtantia, nulla diſcretio eſt, vbi vel in patre, vel in filio, vel in ſpiritu ſãcto, nulli ſecũda plenitudo virtutis eſt. Hęc igitur cũ legimus, diligẽter cõſideremus, vt ĩ ipſis locis nobis poſsint melius elucere. Qui enĩ quærit inuenit: & q̃ pulſat, aperietur ei. Aperit ſibi diligẽtia ianuã veritatis, & ideo præceptis cęleſtib⁹ pareamus. Nec enĩ ocioſe dictũ eſt homini, quod

Roma. 8.

Pſal. 103.

1. Cor. 12.

Mat. 7.

Gen.3. nulli aliorum animantiũ: In ſudore vultus tui manducabis panem tuum. His enim animalibus quæ natura irrationabilia ſunt, iuſſu dei terra pabulum miniſtrare præcepta eſt. Soli autem homini, vt rationabile quod accepit exerceat, vitæ curſus in labore præſcribitur. Qui enim non eſt contentus animaliũ pabulo cæterorũ, cui nõ ſatis eſt lignum fructiferum, cõmunem omnibus ad eſcam datum, ſed delicias ſibi variarum exquirit epularũ, delicias ſibi trãſmarinis accerſit è terris, delicias verit è fluctibus, recuſare nõ debet, qui labore victum requirit breuem, ſi laborẽ pro vita ſubeat æterna. Itaq; ſiquis in hac ſacratarũ diſputationum certamina veniẽs exuat ſe vitæ huius expoſitæ ad errorem ſolicitudine, & nudus malitiæ, athleta pietatis, oleo ſpirituali velut quædam animæ membra perfuſus, ſuſcipiat certamina veritatis, haud dubie perpetua promerebitur ſacratarũ præmia coronarum, bonorum enim laborũ nobilis fructus eſt. Et quanto plura certamina, tanto præcellentior corona virtutum. Sed ad propoſitum reuertamur. Hyſtorico enim ſtylo diximus hunc euangelii librũ eſse digeſtum. Deniq; deſcribendis magis rebus, q̃ exprimendis præceptis, ſtudium vberius comparatione aliorum videmus impenſum. Et ipſe euangeliſta hiſtorico more à narratione ſumpſit exordiũ. Fuit, inquit, in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam nomine Zacharias. H eámque hiſtoriam plena digeſtione proſequitur. Vnde etiam ii qui quatuor animalium formas, quæ in Apocalypſi reuelantur, quatuor euangelii libros intelligẽdos arbitrati ſunt, hunc librum volunt vituli ſpecie figurari. Vitulus enim ſacerdotalis eſt victima. Et bene congruit vitulo hic euangelii liber, quia à ſacerdotibus inchoauit, & cõſummauit in vitulo, qui omnium peccata ſuſcipiẽs, pro totius mũdi vita eſt immolatus. Sacerdotalis enim & ille vitulus. Idem quippe & vitulus eſt & 1.Ioan.2. ſacerdos. Sacerdos, quia propitiator eſt noſter. Aduocatum enim ipſum habemus apud patrem. Vitulus, quia ſuo ſanguine nos diluit & redemit. Et bene accidit, vt quoniam euangelii librum ſecundum Matthæum diximus eſse moralem, opinio huiuſcemodi non prætermitteretur. Mores enim propriæ dicuntur humani. Plericq; tamen hinc putant ipſum dominũ noſtrum in quatuor euangelii libris, quatuor formis animaliũ figurari, quod idem homo, idem leo, idẽ vitulus, idem aquila. Homo, quia natus ex Maria eſt: leo, quia fortior eſt: vitulus, quia hoſtia eſt: aquila, quia reſurrectio eſt. Atque ita in libris ſingulis forma animaliũ figuratur, vt vniuſcuiuſque libri ſeries propoſitorũ videatur animalium aut naturæ, aut virtuti, aut gratiæ, aut miraculo conuenire. Quæ licet omnia in omnibus ſint, tamen plenitudo quędam in I ſingulis virtutũ eſt ſingularũ. Ortum hominis alius deſcripſit vberius, mores quoq; hominis præceptis vberioribus erudiuit. Alius à potentiæ cœpit expreſsione diuinæ, quod ex rege rex, fortis ex forti, verus ex vero, vitiuida mortem virtute contempſerit. Tertius ſacrificium ſacerdotale præmiſit, & ipſam vituli immolationem ſtylo quodam pleniore diffudit. Quartus copioſius cæteris diuinæ miracula reſurrectionis expreſserit. Vnus igitur omnia, & vnus in omnibus, ſicut lectum eſt, non diſsimilis in ſingulis, ſed verus in cunctis. Sed iam ipſum ſermonem adoriamur euangelii.

Diui Ambroſij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER PRIMVS.

Proœmii Euangelii Secundum Lucam, Explanatio.

QVONIAM quidem multi conati K ſunt ordinare narrationem rerum. Pleraq; noſtrorum, quemadmodum veterum Iudæorum, paribus & generibus formãtur & cauſis atq; exemplorum ſimilium pariſu, exitúque conueniunt, principióque rerum & fine concordant. Nam ſicut multi in illo populo diuino infuſi ſpiritu prophetarunt, alii autem prophetare ſe pollicebantur, & profeſsionem deſtituebant mẽdacio: (erant enim pſeudoprophetæ potius quàm prophetę, ſicut Ananias filius Azot) erat autem populi gratia diſcernere ſpiritus, vt cognoſceret quos referre deberet in numerum prophetarũ, quos autem quaſi bonus nummularius improbare, in quibus materia magis corrupta ſorderet, q̃ veri ſplendor luminis reſultaret: ſicí & nunc in nouo teſtamẽto multi euãgelia ſcribere conati ſunt, quæ boni nũmularii non probauerunt. Vnũ autem tantũmodo in quatuor libros digeſtum ex omnibus arbitrati ſunt eligendum. Et aliud quidem fertur euangelium, quod duodecim ſcripſiſse dicantur. Auſus eſt e- L tiam Baſilides euangelium ſcribere, quod dicitur ſecundum Baſilidem. Fertur etiam aliud euangelium, quod ſcribitur ſecundum Thomam. Noui aliud ſcriptum ſecundum Mathiam. Legimus aliqua, ne legantur: legimus, ne ignoremus: legimus, nõ vt teneamus, ſed vt repudiemus, & vt ſciamus qualia ſint in quibus magnifici iſti cor exaltant ſuum. Sed eccleſia cum quatuor Euangelii libros habeat, per vniuerſum mundum euangeliſtis redundat: hæreſes cum multa habeant, vnum non habent. Multi enim conati, ſed dei gratia deſtituti ſunt. Plericq; etiam ex quatuor euangelii libris in vnum ea quæ venenatis putauerunt aſsertionibus conuenientia, referſerunt. Ita eccleſia, quæ vnum euangelium habet, vnum deum docet. Illi autem qui alium deum veteris teſtamenti, alium noui aſserunt, ex multis euangeliis non vnum deum, ſed plures fecerunt. Quoniã multi, inquit, conati ſunt. Conati vtiq; illi ſunt, qui implere nequiuerunt. Ergo multos cœpiſse nec impleſse etiam ſanctus Lucas teſtimonio locupletiore teſtatur, dicens plurimos eſse conatos. Qui enim conatus eſt ordinare, ſuo labore conatus eſt, nec impleuit. Sine conatu ſunt enim donationes & gratia dei: quæ vbi ſe infuderit, ri- M gare conſueuit, vt non egeat, ſed rẽdũdet ſcriptoris ingeniũ. Non conatus eſt Matthæus, non conatus eſt Marcus, non conatus eſt Ioannes, nõ conatus eſt Lucas, ſed diuino ſpiritu vbertatem dictorũ rerumq; omnium miniſtrante, ſine vllo molimine cœpta compleuerunt. Et ideo bene dicit: ¶ Quoniam multi conati ſunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ ſunt.) Vel quæ in nobis redundant. Quod enim redundat nulli deficit: & de completo nemo dubitat, cum fidem effectus aſtruat, exitus prodat. Itaque euangelium completum eſt, & redũdat omnibus per vniuerſum orbẽ fidelibus, & mentes omniũ rigat, animumq; confirmat. Ergo fundatus in petra, & qui omnẽ fidei ſumpſerit plenitudinem, firmametũq; conſtantiæ, recte dicit: Quæ in nobis cõpletę ſunt. quoniã non ſignis & prodigiis, ſed verbo vera & falſa diſcriminãt qui ſalutaria domini geſta deſcribũt, vel qui animũ mirabilibus eius intẽdunt. Quid enim tã rationabile, q̃ vt credas, cũ legis ea geſta quę ſupra hominẽ ſunt, potiores eſse nature? At vero cũ legis ea quę ſunt mortalia, ſuſcepti credas eſse corporis paſſiones? Ita verbo atq; ratione, nõ ſignis fides noſtra fundatur. ¶ Sicut tradiderũt, inquit, nobis qui ab initio ipſi viderũt, & miniſtri fuerũt verbi.) Non cõgruit iſta elocutio, vt magis miniſterii verbi viſum q̃ auditum eſse credamus. Sed quia nõ prolatiuũ verbũ, ſed ſubſtãtiale ſignatur verbum illud qđ caro factũ, & habitauit in nobis: nõ vulgare verbũ, ſed illud cęleſte intelligamus, cui

A apoſtoli miniſtrarunt. Et tamen in Exodo lectum eſt:
Heb.11. Quia populus videbat vocem domini. & vtiq; vox non videtur, ſed auditur. Vox enim quid eſt, niſi ſonus, qui non oculis cernitur, ſed aure percipitur? Verum altiſsimo ingenio voluit declarare Moyſes quia vox videtur dei: interioris enim mentis videtur obtutu. In Euangelio autem non vox, ſed illud quod voce præſtantius eſt, verbum videtur. Vnde & Ioannes ſanctus Euangeliſta:
1.Ioan.1. Quod erat, inquit, ad initio, quod audiuimus, & quod vidimus, & oculis noſtris proſpeximus, & manus noſtræ ſcrutatæ ſunt de verbo vitæ, & vita apparuit, & vidimus, & teſtamur & annunciamus vobis de vita, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Vides ergo quod verbũ dei & viſum eſt apoſtolis, & auditum. Nõ ſolum enim ſecundũ corpus viderunt dominũ, ſed etiam ſecũdum verbum. Viderunt enim verbum, qui cum Moyſe & Helia viderunt gloriam verbi. Iſti enim viderunt IESVM, qui in ſua viderunt gloria. alii non viderunt, qui corpus tantũmodo videre potuerunt. Non enim corporalibus, ſed ſpiritualibus oculis IESVS videtur. Deniq;
Ioan.8. Iudæi nõ viderunt eũ, quia nõ videbant in ſpiritu. Vidit eum Abrahã, quia ſcriptum eſt: Abrahã diem meum vidit, & gauiſus eſt. Vidit ergo eum Abraham, qui dominum vtique in corpore non videbat: ſed qui vidit in ſpiritu, vidit in corpore: qui autem vidit in corpore, & nõ
B vidit in ſpiritu, nec in ipſo vidit corpore quod videbat.
Eſa.53. Vidit eum Eſaias: & quia vidit in ſpiritu, vidit & in corpore. Deniq; non habebat, inquit, ſpeciem neq; decorẽ,
Roma.1. Non viderunt eum Iudæi, obcæcatum enim erat inſipiens cor eorum. Ipſe quoq; non ſe poſse à Iudæis videri, teſtificatur dicens: Duces cæci liquantes culicem, camelum autem glutientes. Non vidit eum Pilatus, non
Ioan.19. viderunt illi qui clamabant: Crucifige crucifige eum.
1.Cor.2. Si enim vidiſſent, nunq̃ dominum maieſtatis crucifixiſſent. Qui ergo deum vidit, vidit Emanuel, hoc eſt vidit nobiſcum deum. Qui autem nobiſcum deum non vidit, nõ potuit videre quem virgo peperit. Deniq; qui nõ crediderunt dei filium, nec filium virginis crediderunt. Quid eſt ergo deum videre? Nolo me interroges, Euangelium interroga, ipſum dominũ interroga, immo di-
Ioan.14. centem audi: Philippe, qui videt me, videt & patrẽ qui me miſit: Quomodo tu dicis, Oſtende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Vtique nõ corpus videtur in corpore, nec ſpiritus videtur in ſpiritu, ſed ſolus ille pater videtur in filio, aut filius videtur in patre. Non enim diſsimiles in diſsimilibus videntur, ſed vbi vnitas operationis eſt, atq; virtutis, & filius in patre, & pater videtur in filio. Quæ ego, inquit, opera facio, & ille facit. In operibus IESVS videtur, in ope-
C ribus filii & pater cernitur. Vidit IESVM qui Galilæum
Ioan.9. illud myſterium vidit, quod nemo poſset, niſi mundi dominus elementa conuetere. Video IESVM, quando lego quia cæco liniuit oculos luto, & reddidit viſum. Ipſum enim recognoſco, qui de luto finxit hominem, & ei viuendi ſpiritum, videndi lumen infudit. Video IESVM, quando peccato condonat. Nemo enim poteſt peccata dimittere, niſi ſolus deus. Video IESVM, quando Lazarum ſuſcitat, & non viderunt qui viderũt, Video IESVM, video etiam patrem, quando oculos ad cælum erigo, ad maria conuerto, ad terram retorqueo.
Roma.1. Inuiſibilia enim eius, per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur: ſicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, & miniſtri fuerunt verbi. Gemina virtus eſt in homine perfecto, vt & intentio ſit, & actio. Vtranq; igitur virtutem ſanctus Euangeliſta apoſtolis defert. Non ſolum enim viderunt, inquit, ſed etiam miniſtri verbi fuerunt. Intẽtio viſionis, actionis eſt miniſterii: finis autem intentionis eſt actio: principiũ actionis intentio. Atq; vt
Matt.4. proprio apoſtolorũ vtamur exẽplo, intẽtio eſt qđ Petr9 & Andreas audita domini voce dicẽtis, Faciã vos fieri piſcatores hominũ: ſine vlla cõperendinatione reliquerũt ſcalmum, verbum ſecuti ſunt. Sed non ſtatim in intenD tione actio. Ibi quidẽ adhuc nõ actio, ſed intẽtio, vbi dicit Petrus: Domine, quare nõ poſsum te ſequi modo? Ani- Ioan.13. mã pro te ponã. Erat enim intentio paſsionis, ſed nõdũ erat actio: licet ĩ iciuniis iã eſset actio, eſset in vigiliis, eſset in contẽptu corporalium voluptatũ. Hæc enim eſt actio Chriſtiani. Neq; enim in oibus rebus ſimul & intẽtio & actio eſt: ſed cũ ſit rei alterius actio, alterius adhuc intẽtio eſt. Nã & ipſe Petrus cũ multa apoſtolica virtute peregiſset. Poſtea tamẽ quãdo dixit ei dominus, Tu me Ioan.21. ſequere, tulit crucẽ ſuã, & ſecutus eſt verbũ, atq; actionẽ ſubiit paſsionis. Sed fuerat in Petro, Andrea, Ioanne, & cæteris apoſtolis, & intentionis & actionis æqualitas. Eſt autem nonnunquam plus in intẽtione q̃ in actione, aut plus in actione q̃ in intẽtione: vt in Euangelio cernimus inter ſanctam Mariã & Martham fuiſse diſtantiam. Alia enim verbum audiebat, alia feſtinabat circa miniſteriũ, Luc.10. quæ ſtetit & ait: Domine non eſt tibi curæ eò quòd dereliquit me ſoror mea ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et dixit illi dominus: Martha Martha, Maria optimam partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea. Ergo in altera intentionis ſtudium, in altera actionis miniſterium redundabat, vtriq; tamen vtriuſq; virtutis ſtudium ſuppetebat. Siquidem & Martha niſi audiſset verbum, miniſteriũ non ſubiiſset. cuius actio intẽtionis indiciũ eſt. Et Maria tantum gratiæ de vtriuſq; retulit per- E fectione virtutis, vt vngeret pedes IESV, & tergeret capillis, & totã domũ ſuæ fidei odore compleret. Eſt etiam nõnunquam maxima intentio, caſsa actio: vt ſi medicinæ animũ aliquis intẽdat, & cũ omnia medẽdi præcepta cognouerit, nõ exequatur officia: atq; ita fit, vt quia caſsa actio, caſsa etiam intẽtio ſit. Eſt etiã in nonnullis vbe rior aliquando actio, exilior intẽtio, vt ſi aliquis baptiſmi ſalutaris ſacramenta percipiat, & cognoſcendis vaſ riarum virtutũ præceptis animũ nolit intendere, ſit plerunq; vt per intentionis incuriã fructum actionis amittat. Ideo ergo vtriuſque virtutis plenitudo quærẽda eſt, quã cõſequi potuerũt apoſtoli, de quibus dicit: Qui ab initio viderunt, & miniſtri fuerunt: vt per id quod viderũt, diuinæ cognitionis inielligatur intẽtio: per id quod miniſtri fuerunt, eorum actio declaretur. Viſum eſt, inquit, mihi.) Poteſt etiã non ſoli viſum eſse, qđ viſum ſibi eſse declarat. Non enim voluntate tantũ humana viſum eſt, ſed ſicut placuit ei, qui me, ſquit, loquitur Chri- F ſtus: qui, vt id quod bonum eſt, nobis quoque bonum videri poſsit, operatur: quẽ enim miſereatur, & vocat. Et ideo qui Chriſtum ſequitur, poteſt interrogatus cur eſse voluerit Chriſtianus, reſpondere: Viſum eſt mihi. Quod cũ dicit, non negat deo viſum. A deo enim præparatur voluntas hominum. Vt enim deus honorificetur à ſancto, dei gratia eſt. Deniq; plurimi voluerũt ſcribere Euangelium, ſed quatuor tantummodo, qui diuinã meruerunt gratiã, ſunt recepti. ¶ Viſum eſt, inquit, & mihi aſsecuto à principio, oĩa diligẽter ex ordine tibi ſcribere.) Prolixiorẽ hunc Euangelii librum q̃ cæteros eſse nemo dubitauerit. Et ideo non ea quæ falſa ſunt, ſed quæ vera, ſibi vẽdicat. Deniq; etiã à ſancto Apoſtolo Paulo teſtimoniũ meruit diligentiæ. Sic enim laudat Lucam: Cuius laus, inquit, eſt in Euangelio, per omnes 2.Cor.8. eccleſias. Et vere laudabilis eſt, qui meruit à tanto gentium doctore laudari. Aſsecutũ itaq; ſe non pauca dicit, ſed oĩa: & aſsecuto oĩa, viſum eſt ſcribere nõ omnia, ſed ex oibus. Nõ enim ſcripſit omnia, ſed aſsecutus eſt omnia, quia quæ fecit, inquit, IESVS, ſi ſcribantur omnia, nec ipſum capere mundũ arbitror. Aduertis enim quod conſultè etiam ea quæ ab aliis ſunt ſcripta, præteriit, vt diuerſa in Euangelio gratia refulgeret: & propriis quibuſdam ſinguli libri myſteriotũ geſtorumq; miraculis emineret. Diuiſerũt enim ſibi veſtimẽta domini milites Chriſti. quod ſuo loco plenius explanabitur. Scriptũ eſt autẽ euãgelium ad Theophilum, hoc eſt, ad eum quem

G deus diligit. Si deum diligis, ad te ſcriptum eſt. ſi ad te ſcriptum eſt, ſuſcipe munus Euangeliſtæ, pignus amici, in penetralibus animi diligenter aſserua. Bonum depoſitum cuſtodi, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: frequẽter inſpice, ſæpius diſcute. Fides pignoris prima debetur, fidem ſequitur diligẽtia, ne commiſsa tibi pignora aut tinea aut ærugo conſumat. Quod enim tibi cõmiſsum eſt, conſumi poteſt, Euangeliũ conſumi non poteſt. Euãgelium bonũ pignus eſt, ſed vide ne vel in animo tuo illud aut tinea aut ærugo cõſumat. Conſumit tinea, ſi quod bene legeris, male credas. Tinea hæreticus eſt, tinea Fotinus eſt, tinea tua Arrius eſt. Scindit veſtimentum, qui ſeparat à deo verbum. Scindit veſtimentum Fotinus cum legit: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat. Integrum enim veſtimentum eſt, ſi legas: Et deus erat verbum. Scindit veſtimẽtum, qui ſeparat à deo Chriſtũ. Scindit veſtimentum, qui legit: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum deum, niſi cognoſcant & Chriſtum. Non enim ſolum patrem vere deũ cognoſcere vita æterna eſt, ſed etiã Chriſtum cognoſcere verũ deum, verum de vero, deũ de deo, vita eſt ſempiterna. Tinea eſt Chriſtũ cognoſcere ſine diuinitatis fide, aut corporis ſacramẽto. Tinea eſt Arrius, tinea eſt Sabellius. Patitur has tineas ſpiritus fluctuantiũ. Patitur has tineas ſpirit⁹ qui nõ credit qa pater & filius diuinitate vnũ ſunt. Scindit quod ſcriptũ eſt, Ego & pater vnũ ſumus, qui vnum per diſcretas ſubſtãtias diuidit. Patitur hanc tineã ſpiritus qui IESVM Chriſtum in carne veniſse non credit, & ipſe tinea eſt. Ipſe eſt enim Antichriſtus. Qui autem de deo ſunt, fidem tenet. Et ideo tineam pati nõ queunt, quæ diuidit veſtimentum. Omne enim quod inter ſe diuiditur, ſicut Satanæ regnum, non poteſt eſse perpetuũ.

H Eſt etiam ærugo animi, cum ſecularium ſordibus cupiditatum religioſe acies intentionis obducitur, aut fidei puritas decoloratur nube perfidiæ. Aerugo mẽtis eſt rei cupiditas familiaris: ærugo mentis incuria eſt. Aerugo mentis eſt appetentia dignitatum, ſi in his ſumma ſpes vitæ præſentis locetur. Et ideo ad diuina conuerſi, acuamus ingenium, exerceamus affectum, vt gladium illum quem vendita veſte emi dominus iubet, paratum ſemper & lucidum tanquam in vagina mentis reconditum habere poſsimus. Arma enim ſpiritalia, & fortia deo ad deſtruendas munitiones militibus Chriſti debent ſemper eſse præſentia, ne cum venerit dux cæleſtis militiæ, ſitu noſtrorum offenſus armorum, à legionum ſuarum nos ſocietate diſcernat.

ENARRATIO EVANGELII SECVNDVM LVCAM.

De conditione ac laude parentum ſancti Ioannis Baptiſtæ.

CAP. I. FVIT, inquit, in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iuſti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela.)

EXPOSITIO LITERAE.

D NOCET nos ſcriptura diuina, non ſolum mores in iis qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari, vt veluti tranſmiſsa immaculatæ puritatis hæreditas, iiis quos volumus laudare, præcellat. Quæ enim alia intentio, hoc loco ſancti Euangeliſtæ, niſi vt ſanctus Ioannes baptiſta nobilitetur parẽtibus, miraculis, moribus, munere, paſsione? Sic etiam ſancti Samuel mater Anna laudatur, ſic Iſaac à parentibus nobilitatẽ pietatis accepit, quam poſteris dereliquit. Sacerdos itaq; Zacharias, nec ſolum ſacerdos, ſed etiã de vice Abia, id eſt, nobilis inter ſuperiores ſemine*. Et vxor, inquit, eius de filiabus Aaron. Non ſolum igitur à parẽtibus, ſed etiã à maioribus ſancti Ioãnis nobilitas prorogatur, nõ ſeculari poteſtate ſublimis, ſed religionis ſucceſsione venerabilis. Tales enim maiores habere debuit prænũcius Chriſti, vt nõ repente cõceptam, ſed à maioribus acceptam, & ipſo infuſam iuræ naturæ prædicare fidem dominici videretur aduẽtus. Erant, inquit, ambo iuſti ante deum, incedentes in omnibus mãdatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Quid ad hoc referunt q peccatis ſuis ſolatia præferentes, ſine peccatis frequẽtibus hominem putant eſse non poſse, & vtuntur verſiculo quia ſcriptũ eſt in Iob: Nemo mundus à ſorde, nec ſi vnius diei vitæ ſit in terra, numeroſi mẽſes eius ab ipſo? Quibus reſpondendum eſt, prius, vt quid ſit hominem ſine peccato eſse, definiant, vtrum nunquã omnino peccaſse, an deſiſſe peccare. Si enim hoc putant ſine peccato eſse, deſiſſe peccare, & ipſe cõſentio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Sin autẽ eum qui veterẽ errorẽ correxerit, & in eã ſe vitæ trãſformauerit qualitatẽ, vt tẽperet à peccato, negãt abſtinere delictis: non poſsumus in eorum conuenire ſententiam, cum legamus: Quia ſic dominus dilexit Eccleſiã, vt exhibeat ſibi ipſe gloriоſam, & non habentẽ maculam aut rugã, aut aliquid eiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Nam cũm Eccleſia ex gentibus, hoc eſt ex peccatoribus congregata ſit, quomodo ex maculatis immaculata poteſt eſse, niſi primo per dei gratiam, q̃ abluta à delicto ſit, deinde q̃ per qua litatem non peccandi abſtineat à delictis? Ita nec ab initio immaculata (humanæ enim hoc impoſsibile eſt naturæ) ſed per dei gratiam, & qualitatem ſui, quia iam nõ peccat, fit vt immaculata videatur. Nec ocioſe iuſtos ante deũ dixit, incedentes in mandatis & iuſtificationibus domini. In quo patrem omnipotentem & filium cõprehendit. Filium eſse qui legem tulerit, mandata præſcripſerit, etiã ſanctus Euangeliſta declarat. Et bene iuſtos ante deum. Nõ enim omnis qui iuſtus eſt ante homines, iuſtus eſt ante deum. Aliter vident homines, aliter deus: homines in facie, deus in corde. Et ideo fieri poteſt vt aliquis affectata bonitate populari, iuſtus videatur mihi, iuſtus autem ante deum non ſit: ſi iuſtitia non ex mentis ſimplicitate formetur, ſed adulatione ſimuletur. Abſcõdita enim in ea homo non poterit deprehendere. Perfecta igitur laus eſt, ante deum iuſtum eſse. Vnde & Apoſtolus: Cuius laus, inquit, non ex hominibus, ſed ex deo eſt. Beatus plane ille, qui in conſpectu dei iuſtus eſt. Beatus ille, de quo dominus dignatus eſt dicere: Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Verus enim Iſraelita, qui deum videt, & videri ſe nouit à deo, & ipſi exhibet cordis occulta. Solus enĩ perfectior, qui ab eo probatur qui non poteſt falli. Iudicia enim domini vera, iudicia autẽ hominum ſæpe falluntur: vt & iniuſtis iuſtitiæ gratiam frequenter deſcribant, & iuſtum aut odio perſequantur, aut mendacio decolorent. Nouit autẽ dominus immaculatorũ vias, nec pro peccatore laudabilẽ, nec pro laudabili peccatorẽ, ſed vnumquẽq; pro competẽtium iudicat ratione meritorũ. Idem eſt enim arbiter mentis & facti. Diuina nãq; iudicia meritũ iuſti ex mentis habitu, non aliquo factorũ exitu metiũtur. Plerũq; enim aut bona mens facti reprehenſibilis exitu deformatur, aut improba cogitatio facti alicuius decore velatur. Sed etiã qđ bene feceris, ſi male cogitaueris, diuino iudicio non poteſt cõprobari. Scriptũ eſt enĩ: Iuſte quod iuſtũ eſt perſequeris. Nã niſi eſset vt iuſtũ iniuſte faceres, nunq̃ dictũ eſset: Iuſte qđ iuſtũ eſt perſequeris. Et certe poſse iuſtũ iniuſte fieri, docuit nos ipſe ſaluator, dicens: Cũ feceris eleemoſynã, noli tuba canere ante te. Et cũ oratis, non eritis ſicut hypocritæ. Bona eſt enim miſericordia, bona eſt oratio: ſed poteſt iniuſtẽ fieri, ſi iactantiæ canſa aliquis pauperi largiatur, vt videatur ab hominibus. Vnde ſanctus Euangeliſta non ſolum iuſtos ante deum, &

*familias.

Ioan.1.
Ioan.17.
2.Cor.10.
Iob.15.
Rom.3.
Ephe.5.
Deut.16.
Mat.6.

A incedentes in mãdatis omnibus & iuſtificationibus domini, ſed etiam ſine querela incedentes ait. Quod mire cum prophetico congruit dicto, quo ſanctus Salomon in prouerbiis vſus eſt, dicens: Prouide bona ſemper coram deo, & coram hominibus. Nulla ergo querela eſt, vbi & mẽtis bonitas concordat & facti. Et plerunq; iuſtitia durior hominũ querelam excitat. Quãm vero congruat verborũ ipſa diſtinctio, & ordo cõueniat, diligenter aduerte. Incedentes, inquit, in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini. Prius enim mandatum, ſecunda eſt iuſtificatio. Itaq; cum mandatis cæleſtibus obedimus, in mandatis incedimus domini. Cum iudicamus & congrue iudicamus, facere domini iuſtificationes videmur. Plena igitur laudatio, quæ genus, mores, officiũ, factum iudicium comprehendit. Genus in maioribus, mores in æquitate, officiũ in ſacerdotio, factum in mandato, in iuſtificatione iudicium.

Prou.20.
Rom.12.

De ingreſsu Zachariæ in templum domini.

ACTVM eſt autem cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante deum, ſecũdum conſuetudinẽ ſacerdotii, ſorte exiit vt incẽſum poneret ingreſsus in tẽplum domini, & omnis populus foris orabat hora incenſi.) Videtur hic ſanctus Zacharias ſummus deſignari ſacerdos, quia ſicut lectũ eſt de priore tabernaculo, in quod ſemper intrabãt ſacerdotes miB niſteria conſummantes, vno tantum anni tempore intrabant in tẽplũ: in ſecundo autẽ ſemel in anno ſingularis ſummus ſacerdos, nõ ſine ſanguine, quẽ offerret pro ſe, & populi delictis. Hic eſt ille ſummus ſacerdos, qui adhuc ſorte queritur, quia verus adhuc ignoratur. Qui enim ſorte legitur, humano iudicio non comprehenditur. Ille igitur quærebatur, & alius figurabatur. Ille quæ
Pſal.109. rebatur verus in æternum ſacerdos, cui dicitur: Tu es ſacerdos in æternũ, qui nõ hoſtiarum cruore, ſed proprio ſanguine patrẽ deum generi recõciliaret humano. Sed tunc ſanguis fundebatur in ſpecie, in ſpecie ſacerdos ordinabatur: nunc quia veritas venit, relinquamus ſpeciẽ, veritatẽ ſequamur. Et tũc quidem vices erãt, nũc autem eſt perpetuitas. Erat ergo, & certe erat, cuius vices etiam gerebantur. Sorte ergo legebatur vt introiret templum ſacerdos. Si igitur in typo nullus poterat teſtis adhiberi quid aliud ſignificabatur, niſi eum ſacerdotem eſse venturum, cuius ſacrificiũ non eſset cõmune cum cæteris, qui non in manufactis tẽplis ſacrificaret pro nobis, ſed in ſui corporis tẽplo noſtra peccata vacuaret? Sorte ergo quærebatur ſacerdos. Ideo fortaſse & milites veſtiC mẽta domini ſortiebantur, vt quoniã in templo ſuo pro
Ioan.19. nobis dominus deferre ſacrificiũ præparabat, circa ipſum quoq; ſortis agitatio præceptũ legis impleret. Pro-
Matt.5. pter quod ait: Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Certe vt ipſe eſset, qui & expectatus veteri teſtamento,
Actuũ.1. & mandato dei videretur electus. Denicq; & ſuper apoſtolum Matthiam ſors cecidit, ne apoſtoli electio à mandato diſcrepare legis veteris videretur.

De angeli apparitione.

APPARVIT autem illi angelus ſtans à dextris altaris incenſi.) Non immerito angelus videtur in templo, quia veri ſacerdotis iam nunciabatur aduẽtus, & cæleſte ſacrificium parabatur, in quo angeli miniſtrarent. Et bene apparuiſse dicitur ei, qui eũ repente cõſpexit. Et hoc ſpecialiter aut de angelis, aut de deo ſcriptura diuina tenere cõſueuit, vt quod nõ poteſt prædici, apparere dicatur. Sic enim habes: Apparuit deus Abrahæ ad illicẽ Mambre. Nã qui ante non præſentitur, ſed repentino videtur aſpectu, apparere memoratur. Nõ enim ſimiliter ſenſibilia videtur, & is cuius in voluntate ſitũ eſt videri, & cuius naturæ eſt non videri, voluntatis videri. Nam ſi nõ vult, non videtur; ſi vult, videtur. Apparuit enim deus Abrahæ, quia voluit: alii, quia noluit, non apparuit. Viſum eſt etiam Stephano, cum lapidaretur à populo, aperiri cælum: viſus eſt etiam IESVS ſtans ad dexteram dei, & non eſt viſus à populo. Vidit Eſaias dominum Sabaoth, ſed alius videre nõ potuit: quia cui placuit, apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cum etiam de ipſis cæleſtibus virtutibus & poteſtatibus legimus: quia Deum nemo vidit vnquam? Et addidit quod vltra militiæ cæleſtis eſt poteſtates. Niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Aut acquieſcatur igitur neceſse eſt, ſi deum patrem nemo vidit vnquam, filium viſum eſse in veteri teſtamento, & deſinãt hæretici ex virgine ei principium dare, qui antequam naſceretur ex virgine, videbatur. Aut certe refelli non poteſt, vel patrem, vel filium, vel certe ſpiritum ſanctum, ſi tamen eſt ſpiritus ſancti viſio, ea ſpecie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit: quoniam ſpiritum quoq; viſum accepimus in columba. Et ideo deum nemo vidit vnquam, quia eam quæ in deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conſpexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit enim, ad vtrunque referendum eſt. Denique cum additur, Vnigenitus filius ipſe enarrauit, mentium magis q̃ oculorũ viſio declaratur. Species enim videtur, virtus vero narratur: illa oculis, hæc mente comprehenditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quando voluit, apparuit, & vocem E eius Eſaias ſolus audiuit. Apparuit angelus, & nunc præſto eſt, ſed non videtur. Neque enim in poteſtate noſtra eſt videre, ſed in poteſtate illius apparere. Tametſi poteſtas non eſt videndi, eſt gratia promerendi vt videre poſsimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia deum videndi gratiam non habemus. Et quid mirum ſi in præſenti ſeculo, niſi quando vult, dominus non videtur? In ipſa quoque reſurrectione non facile eſt deum videre, niſi iis qui corde ſunt mundo. Et ideo beati mundo cor- Mat.5.
de, ipſi enim deum videbunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tamen videndi his deum non promiſerat facultatem. 'Si ergo ii qui mundo ſunt corde, deum videbunt: vtique alii non videbunt. Neque enim indigni deum videbunt, neque iis qui deum videre noluerit, poteſt deũ videre. Nec in loco deus videtur, ſed mũdo corde: nec corporalibus oculis deus quæritur, nec circunſcribitur viſu, nec tactu tenetur, nec auditur affa F tu, nec ſentitur inceſsu. Et cum abſens putatur, videtur: & cum præſens eſt, non videtur. Denique nec apoſtoli omnes Chriſtum videbant, & ideo ait: Tanto tempore Ioan.14.
vobiſcum ſum, & adhuc me nõ cognouiſtis? Qui enim cognouit quæ ſit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum, & ſupereminentẽ ſcientiæ charitatẽ Chriſti: vidit & Chriſtum, vidit & patrem. Nos enim iam ſe- 2.Cor.5.
cundum carnem non nouimus Chriſtum, ſed ſecũdum ſpiritum. Spiritus enim ante faciem noſtram Chriſtus dominus, qui nos in omnẽ plenitudinẽ dei miſericordiã ſua implere dignetur, vt videri poſsit à nobis. Ideo ergo apparuit Zachariæ angelus à dextris altaris incẽſi, quia apparuit cum voluit, non apparuit quandiu noluit. Apparuit autem à dextris altaris incenſi, quia diuinæ inſigne miſericordiæ deferebat. Domin⁹ enim à dextris eſt Pſal.15.
mihi, ne cõmoueat. Et alibi: Dominus protectio tua ſu- Pſal.120.
per manum dexteræ tuæ. Atq; vtinam nobis quoq; adolentibus altaria, ſacrificium deferentibus aſsiſtat angelus, immõ præbeat ſe vidẽdum. Non enim dubites aſsiſtere angelum, quãdo Chriſtus aſsiſtit, Chriſtus immolatur. Et enim paſcha noſtrũ immolat⁹ eſt Chriſtus. Nec 1.Cori.5.
verearis ne turbetur cor tuũ angeli viſione. Perturbamur enĩ, & à noſtro alienamur affectu, quando perſtringimur alicuius ſuperioris poteſtatis occurſu. Idẽ enim angelus qui occurrerit nobis, confirmare nos poterit, ſi cui turbatum ante Zachariam firmauit animo dicens.

G De turbati Zachariæ confirmatione.

NE TIMEAS Zacharia, quoniam ecce oratio tua exaudita est, & vxor tua Elizabeth pariet filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudiū tibi, & multi in natiuitate eius gaudebunt.) Plena semper & redundantia sunt diuina beneficia, non exiguo cōstricta numero, sed vberi bonorū coaceruata congestu: vt hic primo precationis fructus, deinde sterilis partus vxoris tum lætitia plurimorum & magnitudo virtutis, altissimi quoq; propheta promittitur. Quinetiam ne qua esset dubitatio, futuri quoq; vocabulū designatur. Tantis igitur supra votū fluentibus, nō immerito diffidētiæ pœna silentiū est. quod in posterioribus explanabimus. Solennis autē lætitia est in ortu & generatione sanctorū. Sanctus enim non solum parentū gratia, sed etiam salus est plurimorum. Vnde admonemur hoc loco sanctorū generatione lætari. Admonentur etiā parentes gratias agere non minus pro ortu q̄ pro meritis filiorum. Non enim mediocre munus est dei, dare liberos propagatores generis successionis hæredis. Lege Iacob duodecim filiorū generatione gaudere. Abrahę filius datur, Zacharias exauditur. Diuinum igitur munus fœcunditas est
H parientis. Agant itaque patres gratias, quia genera uerunt: filii, quia generati sunt: matres, quia coniugii præmiis honorantur. Stipendia enim militiæ suæ, filii sunt. Vernet in dei laudem terra, quia colitur: mundus, quia cognoscitur: Ecclesia, quia deuotæ numero plebis augetur. Nec ociose in principio statim genesis dei iussu coniugium copulatur, nisi vt hæresis destruatur. Sic enim deus coniugium probauit, vt iungeret: sic remuneratus est, vt quibus sterilitas filios denegasset, pietas diuina concederet. ¶ Et erit magnus corā domino.) Non corporis hic, sed animæ magnitudinē declarauit. Est coram domino magnitudo animæ, magnitudo virtutis. Est etiam paruitas animæ, ex pueritia virtutis. Iuxta enim animæ & corporis numeramus ætates, non pro ratione temporis, sed pro qualitate virtutis: vt vir perfectus ille dicatur, qui caret errore pueritiæ, & lubricum adolescentiæ animi maturitate non sentiat. Pusillus autem, qui nullum adhuc virtutis videatur habuisse processum. Vnde illud in Hieremia, cū miseretur dominus
Hiere.31. deflentis Effrē, & peccata propria deplorātis *: A iuuentute, inquit, mea dilectus mihi est filius Effrē, puer in deliciis. Si enim non fuisset puer in deliciis, nunquā peccauisset. Et bene vtrūq; dixit, & in deliciis, & puerum. Est
Esa.42. enim puer, qui nō peccat. Ecce puer meus, quem elegi. Per delicias itaq; peccauit, qui non ita erat informatus à domino, vt nescius esset erroris. Ergo & si puer in deliciis non fuisset, & si virum perfectum virtutis processisset ætate, nunq̄ lapsus fuisset, vt illi necesse esset veniam
I suorum petere delictorum, cum magis meritorum præmia sperare deberet. Quod etiā dominus noster in Euāgelio videtur exprimere, cum dicit: Nolite contemnere
Mat.18. vnum de pusillis istis. Sed loco suo plura seruentur. Ergo pusillus cōtrarius est magno. Et si iuxta Apostolum, paruulus sub elementis est (cum enim essemus paruuli,
Gala.4. sub elementis huius mundi eramus) ergo magnus supra elementa mundi est. Erit itaq; Ioannes magnus non virtute corporis, sed animi magnitudine. Deniq; non fines alicuius propagauit imperii, nō triumphos aliquos bellici certaminis adoreis præoptauit, sed, quod est amplius, in deserto prædicans, delicias hominū, corporisq; lasciuiā magna animi virtute depressit. Paruul⁹ ergo in seculo, magnus in spiritu. Deniq; quasi magnus, nec vitæ captus illecebris, sententiæ constātiam viuendi desiderio mutauit. ¶ Et spiritu, inquit, sancto replebitur ad huc in vtero matris suæ.) Non dubium, verū hoc angeli esse promissum. siquidem sanctus Ioannes antequam nasceretur, matris adhuc in vtero positus, spiritus accepti gratiam designauit. Nam cum & pater eius & mater nulla ante mirabilia fecissent, in vtero parentis exi- K
liens domini euangelizauit aduentum. Sic enim habes quod cum aduenisset mater domini ad Elizabeth, ait illa: Ecce, vt facta est salutatio tua in auribus meis, exultauit infans in vtero meo. Nondum enim erat illi spiritus vitæ, sed spiritus gratiæ. Denique & alibi viuendi substantiæ præcurrere sanctificandi gratiam potuimus aduertere, cum dicit dominus. Priusquā te formarem in Hiere.1,
vtero, noui te: & prius quā exires de vulua matris, sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui te. Alius enim est spiritus vitæ huius, alius gratiæ. Ille nascendo sumit exordium, moriendo defectum, iste non temporibus, non ætatibus coercetur, non obitu extinguitur, non aluo matris excluditur. Deniq; & sancta Maria plena sancto spiritu prophetauit: & Helisæus mortuus defunctum cadauer hominis tactu sui corporis suscitauit, & Samuel post mortem secūdum scripturæ testimoniū futura non tacuit. Et spiritu, inquit, sancto replebitur. Cui enim adest spiritus gratiæ, nihil deest. Et cui spiritus sanctus infunditur, magnarum plenitudo virtutum est. ¶ Deniq; multos, inquit, filiorū Israel conuertet ad dominū deum ipsorum.) Non egemus testimonio quod plurimorum sanctus Ioannes corda conuerterit, in quo nobis propheticæ scripturæ & Euangelicæ suffragantur. Vox enim clamantis in deserto, Parate viam domi- Esa.40.
no, rectas facite semitas eius. & baptismata populis frequentata declarant conuersæ plebis non mediocres fa- L
ctos esse processus, quia dum creditur Ioanni, creditur Christo. Non enim de se, sed de domino prædicabat prænuncius Christi. Et ideo ¶ Præibit in conspectu domini, in spiritu & virtute Heliæ.) Bene ista iunguntur. Nunquā enim sine virtute spiritus, nec sine spiritu virtus est. Et ideo fortasse in spiritu & virtute Heliæ, quia sanctus Helias & virtutem magnam habuit & gratiam. Virtutem, vt ad fidem animos populorum à perfidia retorqueret. Virtutem abstinentiæ atque patientiæ, & spiritum prophetandi. In deserto Helias, in deserto Ioannes. Ille cornis pascebatur: hic dum * dies esset calcata * alias hic
omni voluptatis illecebra, parsimoniā prætulit, luxū̄q; dumis, &
contempsit. Ille Achab regis gratiam non quæsiuit, hic calcata
spreuit Herodis. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrū &c.
salutare cōuertit. Hic cum domino versatur in terris, il
le cū domino apparet in gloria. Hic prioris, ille sequentis dominici præcursor aduentus. Ille post triēnium pluuiis terram rigauit, & hic post triennium areſcentē nostri corporis humum fidei imbre perfudit. Queris quod
triennium sit? Ecce, inquit, anni tres sunt ex quo venio Luc.13.
quærēs fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Mysti- M
cus enim numerus debebatur vt salus populis redderetur. Vnus in patriarchis annus. Denique de hominibus tunc anni prouentus fuit, qualis ferme non fuit postea super terram. Alius in Moyse & prophetis cæteris. Tertius in domini saluatoris aduentu. Ecce, inquit, annum domini acceptum, & diem retributionis. Et ipse paterfamilias qui plantauit vineam, non semel exactores fructuū, sed sæpius destinauit. nam primùm seruulos, secūdò alios seruulos destinauit, tertiò autē filium suū misit. Venit ergo Ioannes in spiritu & virtute Heliæ. Alterum enim sine altero non potest esse, sicut etiam in sequentibus reperitur, cū dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrābit tibi. Sed fortasse hoc supra nos & supra apostolos videatur exemplum. Nā & ille sub Helia diuiso amne fluuialiū recursus vndarū in originē fluminis, sicut dicit scriptura, Iordanis cōuersus est retrorsum: significauit salutaris lauacri futura mysteria, per quæ in primordia naturæ suæ qui baptizati fuerint paruuli malitia, reformātur. Quid quod etiam apostolis suis ipse dominus virtutem spiritus esse tribuendam promisit dicens, Accipietis virtutem ad- Actu.1.
uenientē in vos spiritū sancto? Deinde in sequentibus:
Factus est, inquit, subito sonus de cælo tanquam vi ma- Act.2.

A gna ferretur spiritus. Bene vi magna, quia spiritu oris ei⁹
Psal.32. omnis virtus eorum. Et virtus est illa quam à sancto spiritu apostoli consecuti sunt. Bene etiam præibit ante faciem domini sanctus Ioannes, qui prænuncius natus est, & prænuncius mortuus est. Et fortasse hoc mysterium in hac vita nostra hodieq; celebratur. Præcurrit enī animæ nostræ quædam virtus Ioannis, cum credere paramus in Christum, vt paret ad fidē animæ vias nostræ, & de vitæ istius tramite tortuoso, rectas semitas nostri faciat commeatus, ne anfractu labamur erroris, quo omnis vallis animæ nostræ virtutis fructib⁹ posit spleri, & omnis secularium altitudo meritorum domino se humili magis timore prosternat, sciens nihil sublime posse esse quod fragile est.

De incredulitate Zachariæ, & eius punitione.

T dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex. & vxor mea processit in diebus suis. Et respōdit ei angel⁹ dicens:
E Ego sū Gabriel angelus, qui assisto ante dominū & missus sum hæc annunciare tibi. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diem quo hęc omnia fiant, propter quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.) Condēnatur silentio incredulitas sacerdotis, & fides prophetarum probatur
Esa.40. oraculo. Clama, inquit. Et dixit: Quid clamabo? Omnis caro fœnum. Vides iubentis imperium, obtēperātis obsequium: interrogantis affectum, obsequentis oraculum. Credidit enī: & qđ clamaret exposcit: & qa credidit, pro
B phetauit. At vero Zacharias quia nō credidit, nō potuit loqui. ¶ Sed erat annuens illis, & remansit mutus.) Non vnius mysterium, nec vnius silentium est. Tacet sacerdos, tacet propheta. Nisi fallor, in vno vox totius plebis obmutuit, quia in vno totus ad dominum per Moysen populus loquebatur. Cessatio sacrorum, & silentium prophetarum, taciturnitas prophetæ, & taciturni-
Esa.3. tas sacerdotis est. Auferam, inquit, validam virtutem, prophetam & consiliarium. Et vere abstulit prophetas, à quibus abstulit verbum quod loqui in prophetis solebat. Et vere his abstulit virtutē, à quib⁹ dei virtus recessit. Abstulit his cōsiliarium, quos magni consilii angelus declinauit. Abstulit vocem, quia vox verbi, non vocis est verbum. Nam si verbum illud nō, operetur in nobis, nullus est sonus vocis. Vox loānes est: vox enim clamantis est in deserto. Christus est verbum, hoc verbum operatur. Et ideo vbi desiuit operari, muta repente carens spiritu veluti quædam animæ lingua conticuit. Trā siuit enim ad nos dei verbum, & in nobis non tacet. Deniq; iam non potest Iudæus dicere, quod potest dicere
2. Cor.13. Christianus, quia experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus. Et ipse erat annuens illis. Remansit ergo mutus Zacharias, & erat annuens illis. Quid est mutus, nisi quidam sine verbo corporalis actus, indi
C care moliens nec exprimens volūtatem: quidā suprema morte voce suppressa, mutus sermo morientiū? Nónne tibi videtur huic similis esse populus Iudæorum, ita irrationabilis, vt actuum suorū non possit præstare rationem, qui in vltimo spei vitalis obitu constitutus vocem quam habebat amiserat, & titubantis actu corporis signum verbi cupiebat explicare, non verbum? Mutus ergo populus, sine ratione, sine verbo. Cur enim tibi magis videatur mutus esse qui sonum quàm qui mysterium
Gene.4. nescit? Et est profecto vox operum, fideiq; clamor, sicut lectum est: Sanguis fratris tui ad me clamat. Et ille clamat, qui in corde suo clamat per diem. Qui ergo cordis clamorem perdidit, perdidit & linguæ. Nam qui distinctionem fidei non tenet, quomodo potest tenere verborum? Et ante quidē Moyses dixerat quia loqui non poterat, sed postea quàm dixit, verbū accepit, & bonorū operum edidit claritatem. Ergo sicut moyses typus populi fuit, & typus legis, ita etiam Zacharias tacuit. Singula itaq; vt concurrant, considerandum est. Verbum in vte D
ro, lex in silentio. Ioannes appellatur, & Zacharias loquitur. Verbum editur, lex absolnitur. Sed legis absolutio, verbi est explicatio. Et ideo qui dixerit verbum, loquitur, etiam si ante non sit locutus. Ab angelo iubetur tacere Zacharias, ab angelo vox premitur Iudæorum. Non enim humanæ, sed diuinæ hoc potestatis imperium est, vt non loquatur deo, qui non credit Christo. Et ideo credamus, vt loquamur. Credat Iudæus, vt loqui possit. Loquamur spiritu mysteria, intelligamus rationem sacrificiorum veterum, ænigmata prophetarum. Mutus est qui non intelligit legem, mutus est qui non intelligit diuinarum seriem scripturarum. Vox enim nostra fides est: & ideo mall⁹ in Ecclesia quinque verba 1. Cor. 14.
mente mea loqui, vt alios instruam, quàm decem milia verborum in lingua. Linguæ enim in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.

De conceptione Ioannis præcursoris domini.

POST hos autem dies concepit Elizabeth vxor ei⁹, & occultabat se mēsibus quinq;, dicēs: Quid mihi sic fecit domin⁹ ī diebus qbus respexit auferre opprobriū meū inter homines? Magna sāctis cura est verecundię E
vt plerūq; in ipsis pudor voti sit, sicut hoc loco aduertim⁹ sanctā Elizabeth, quę vtiq; filios habere cupiebat, occultātem se mensibus quinq;. Quę causa occultationis est, nisi pudoris? Est enim vnicuiq; officio præscripta ætas: & quod tēpore decet, tēpore non decet: æuiq; mutatio, facti vniuscuiusq; mutat sæpe naturam. Sunt etiam ipsi quædam tēpora præscripta coniugio, quando dare operam liberis sit decorum. Dum anni vigent, dū susciendorum liberorum spes est, dum generandi vsus est in exēplo, copulæ quoq; vs⁹ in studio est. At vero vbi matura æui senectus successerit, & ætas regendis liberis habilior quàm creandis, pudor est legitimi licet coitus indicia gestare, & graui alienæ ætatis onere & tumescere aluum non sui temporis fructu. Senes enim ab ipsa concluduntur ætate, & iusto intemperantiæ pudore reuocātur facere opera nuptiarum. Adolescentes ipsi plerunq; filiorum vota prætendunt, & excusandum arbitrantur ætatis calorem generationis affectu. Quanto magis senibus agere turpe est, quod adolescentibus pudor est confiteri? Quinetiam ipsi iuuenes sobria timore diuino corda qui temperant, susceptа plerunq; sobole renū ciant operibus iuuentutis. Et quid mirum de hominibus si pecudes quoq; muto quodam opere loquuntur generandi sibi studium, nón desiderium esse coeundi? Siquidem vbi semel grauem aluum sibi senserint, & genitali aluo semen receptum, iam nec concubitu indulgēt, nec lasciuiam amantis, sed curam parentis assumunt. At ve- F
ro homines nec conceptis, nec deo parcunt, illos contaminant, hunc exasperant. Prius q̄ te, inquit, formarē in Hiere.1.
vtero, noui te, & in vulua matris sanctificaui te. Ad cohibendam petulantiam tuam, manus quasdam tui authoris in vtero hominem formantis aduertis. Ille operatur, & tu sacri vteri secretum incestas libidine. Vel pecudes imitare, vel deum verere. Et quid de pecudibus loquar? Terra ipsa à generandi opere sæpe requiescit: & si impatienti hominum studio iactis frequenter seminibus occupetur, impudentiā multat agricolæ; & fœcunditatem sterilitate cōmutat. Ita quidem in ipsis elementis ac pecudibus ab vsu non cessare generādi, naturæ pudor est. Merito ergo etiam sancta Elizabeth erubescebat gratiam, etsi non cognosceret culpā. Nam etsi concepit de viro (Neq; enim aliter de hominis ortu fas est credere) tamen partus sui erubescebat ætatem. Et rursus caruisse se gaudebat opprobrio. Pudor est enim fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola est causa nubendi. Hoc igitur opprobrium consolatur sui pu-

G dore ſublatũ,eo pudore,vt dixi,quod pudebat eam propter ætatem. Vnde intelligi poteſt quia iam non conueniebant inter ſe concubitu coniugali. Neq; enim ea quæ ſenilem nõ erubeſceret coitum, erubeſceret partũ: & tamen erubeſcit onus parentis, quãdiu neſcit myſterium religionis. Illa quæ occultabat ſe quia conceperat filium,iactare ſe cœpit quia generabat prophetam. Et quæ erubeſcebat ante,benedicit:& quæ dubitabat ante, firmatur. Ecce enim,inquit, vt vox ſalutationis tuæ facta eſt in auribus meis,exultauit in gaudio infans in vtero meo. Itaq; magna voce clamauit vbi domini ſenſit aduẽtum,quia religioſum credidit partum. Nullã enim cauſa erat pudoris,vbi prophetæ ortus datæ non affectatæ fidem generationis adſciſceret.

Diui Ambroſij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM LVCAE,LIBER SECVNDVS.

H De miſsione angeli Gabrielis ad virginẽ Mariã.

EODEM autem tempore miſsus eſt angelus Gabriel à domino in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria.) Latent quidem diuina mysteria, nec facile iuxta propheticum dictum quiſquam hominum poteſt ſcire conſilium dei. Sed tamen ex cæteris factis atq; præceptis domini ſaluatoris poſsumus intelligere & hoc propenſioris fuiſse conſilii,quod ea potiſsimum electa eſt vt dominum peteret, quæ erat deſponſata viro. Cur autem non antequam deſponſaretur, impleta eſt? Fortaſse ne diceretur quod cõceperit ex adulterio. Et bene vtrunq; poſuit ſcriptura,vt & deſponſata eſset,& virgo. Virgo, vt expers virilis conſortii videretur. Deſponſata,ne temeratæ virginitatis adureretur infamia,cui grauis aluus corruptelæ videretur inſigne præferre. Maluit autem dominus aliquos de ſui ortu quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram eſse virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris, nec putauit ortus ſui fidem
I matris iniuriis aſtruendam. Seruatur itaq; ſanctæ Mariæ ſicut pudore integra,ita inuiolabilis opinione virginitas. Oportet enim ſanctos & ab iis teſtimonium habere qui foris ſunt. Nec decuit ſiniſtra virginibus opinione viuentibus velamen excuſationis relinqui, quod infamata mater quoq; domini videretur. Quid autem
Math.5. Iudæis, quid Herodi poſset aſcribi, ſi natum viderentur ex adulterio perſecuti? Quemadmodum autem ipſe diceret: Non veni legem ſoluere,ſed adimplere: ſi videretur cœpiſse à legis iniuria,cum partus innuptæ lege damnetur? Quinetiam locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſset & delere iniuriam,& vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum. Quid quod etiam fides Mariæ verbis maior adſciſcitur, & mendacii cauſa remouetur? Videretur enim culpam obumbrare voluiſse mendacio innupta prægnans. Cauſam autem mentiendi indeſponſata habuit, deſpõſata non habuit: cum coniugii præmium & gratia nuptiarum partus ſit fœminarum. Non mediocris quoq; cauſa eſt, vt virginitas Mariæ falleret principem mundi: qui cum deſponſatam viro cerneret, partum non potuit habere ſuſpectum. Fallendi autem (vt dixi) principem mundi fuiſse conſilium, ipſius domini verba declarant, cum apoſtoli iubentur tacere de Chriſto, cum ſãnati prohibentur gloriari de remedio, cum dæmones K
præcipiuntur ſilere de dei filio. Fallẽdi (vt dixi) principẽ mundi fuiſse cõſiliũ etiã apoſtolus declarauit dicẽs: Sed loquimur dei ſapiẽtiam in myſterio abſconditã, quã ne- 1.Cor.2.
mo principũ iſtius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſẽt, nunq; dominũ maieſtatis crucifixiſsẽt, hoc eſt, nunq; me redimi domini morte feciſsẽt. Fefellit ergo, p nobis, fefellit vt vinceret: fefellit diabolũ cũ tẽtaretur, cũ rogaretur, cum dei filius diceretur, vt nuſquã diuinitatis proprietatem fateretur. Sed tamen magis fefellit principem ſeculi. Diabolus enim etſi aliquando dubitauit, cum di- Mat.4.
ceret: Si filius dei es, mitte te deorſum: tamen vel ſero cognouit, & diſceſsit ab eo. Cognouerunt & dæmones qui Matth.8.
dicebant: Nouimus te, quia es IESVS dei filius, quid veniſti ante tempus torquere nos? Et ideo veniſse cognouerunt, quia præcognitum habebant eſse venturum. Principes autẽ ſeculi nõ cognouiſse, quo maiore poſsum? quam apoſtolicæ ſententiæ probare documento? Si enim cognouiſsent, nunquã dominũ maieſtatis crucifixiſsent. Dæmonum enim malitia facile etiã occulta deprehendit. At vero qui ſecularibus vanitatibus occupãtur, ſcire diuina nõ poſsunt. Bene autẽ ſibi diuiſerunt Euangeliſtæ, vt ſanctus Matthæus Ioſeph ab angelo monerii induceret Mariã accipere, Lucas Euangeliſta teſti- L
monium ferret quod non conueniſsent, hic ipſa Maria fatetur cum dicit angelo: Quomodo fiet iſtud, quoniã virum non cognoui? Sed & ipſe ſanctus Lucas virginem declarauit dicens: Et nomen virginis Maria. Et pro- Eſa.7.
pheta edocuit, qui ait: Ecce virgo in vtero concipiet. Et Ioſeph deſignauit, qui quoniã prægnantem videbat quã non cognouerat, dimittere geſtiebat: & dominus ipſe in cruce poſitus manifeſtauit cum dixit matri: Mulier, Ioan.19.
ecce filius tuus. Deinde diſcipulo dixit: Ecce mater tua. Etiam vterq; teſtatus eſt, Diſcipulus & mater: quia ex illa hora ſuſcepit eam diſcipulus in ſuam. Vtiq; ſi conueniſsent, nunquã virum proprium reliquiſset, nec vir eam iuſtus paſsus eſset à ſe diſcedere. Quomodo autẽ Mat.5.
domin⁹ diuortiũ præcepiſset, cũ ipſi⁹ ſit ſententia, quia nemo dimittere debet vxorem, excepta cauſa fornicationis? Pulchre autem docuit ſanctus Matthæus Euangeliſta quid facere debeat iuſtus qui probrum coniugis deprehẽderit, vt incruẽtũ ab homicidio, caſtũ ab adulterio preſtare ſeſe debeat. Qui enĩ iũgitur meretrici, vnũ 1.Cor.6.
corpus eſt. Ergo vbiq; in Ioſeph iuſti gratia & pſona ſeruatur, vt teſtis ornetur. Os enĩ iuſti mendaciũ neſcit, & lingua ei⁹ loquitur iudiciũ. Iudiciũ eius loquitur veritatẽ. Nec te moueat qđ frequẽter ſcriptura coniugẽ dicit. Nõ enĩ virginitatis ereptio, ſed coniugii teſtificatio, nuptiarum celebratio declaratur. Deniq; quam non accepit, nemo dimittit. Et ideo qui nolebat dimittere, fatebatur acceptam. Simul etiam mouere non debet qđ ait Euãgeliſta: Non cognouit eã, donec peperit filiũ. Illud Matth.1.
enĩ velut idioma ſcripturæ eſt: ſicut habes alibi: Et donec ſeneſcatis, ego ſũ. Nũquid poſt illorũ ſenectutẽ de⁹ M
eſse deſiuit? Et in Pſalmo: Dixit domin⁹ domĩo meo, Se- Pſal.109.
de à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum. Nunquid poſtea non ſedebit? Vel quia qui cauſam agit, ſatis putat quod cauſæ eſt dicere, redũdantia non requirit. Satis enim eſt ei vt cauſam ſuſceptam aſtruat, incidentem differat. Et ideo qui incarnationis incorruptum ſuſceperat probare myſterium. nõ putauit vberius proſequendum virginitatis Mariæ teſtimoniũ, ne defenſor magis virginis, quã aſſertor myſterii crederetur. Certe quando iuſtum docuit Ioſeph, ſatis declarauit quod ſancti ſpiritus templum, matrem domini, vterum myſterii violare non potuit. Dicimus ſeriem veritatis, didicimus conſilium: diſcamus myſteriũ. Vere deſponſata, ſed virgo, quia eſt eccleſiæ typus, quæ eſt immaculata, ſed nupta. Concepit nos virgo de ſpiritu, parit nos virgo ſine gemitu. Et ideo fortaſſe ſãcta Maria alii nupta, ab alio repleta, quia & ſingulæ ec-

xalias. A cleſiæ ſpiritu quidem replentur & gratia, iũguntur tamen ad tpis ſpẽ ad temporalis * ſpeciem ſacerdotis.
ciẽ ſacerdoti.

De ſalutatione Mariæ, & eius turbatione.

ET ingreſsus ad eã angel⁹ dixit: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Ipſa autẽ vt vidit eum, mota eſt in introitu eius.) Diſce virginẽ moribus, diſce virginẽ verecundia, diſce virginem oraculo, diſce myſterio. Trepidare virginũ eſt, & ad omnes viri ingreſsus pauere, omnes viri affatus vereri. Diſcant mulieres propoſitum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus angelus reperiret, ſola ſine comite, ſola ſine teſte, ne quo degenere deprauaretur affatu, ab angelo ſalutatur. Diſce virgo verborum vitare laſciuiã. Maria etiã ſalutationẽ angeli verebatur. ¶ Erat enim, inquit, cogitãs qualis eſset hæc ſalutatio. Et ideo cum verecundia, quia pauebat. Cũ prudentia, quia benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nuſquã lecta eſt, nuſquam ante comperta. Soli Mariæ hæc ſalutatio ſeruabatur. Bene enim ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiam quam nulla alia meruerat, cõſecuta eſt, vt gratiæ repleretur authore. Erubeſcebat ergo Maria, erubeſcebat etiã Elizabeth. Et ideo cognoſcamus quid interſit inter mulieres & virginis verecundiam. Illa de cauſa erubeſcebat, hæc pro verecundia. In muliere modus pudoris adhibetur, in virgine pudoris augetur gratia.

De Mariæ turbatæ conſolatione

B TAIT angelus ad eam, Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud deum. Et ecce concipies in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomen eius IESVM. Hic erit magnus.) Dictum eſt quidem etiam de Ioanne ab angelo, quia erit magnus.
Pſal.144. Sed ille quaſi homo magnus, hic quaſi deus magnus. Magnus enim dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ eſt finis. Et vere eſt & ille magnus, quia inter natos mulierum propheta maior Iohanne baptiſta nemo eſt. Habet tamen maiorem, quia qui minor eſt in re-
Mat.11. gno dei, maior eſt illo. Magnus autem Ioãnes, ſed corã domino. Et magnus Ioannes vinũ & ſiceram non bibit, hic cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit. Ille abſtinentia meritum colligat, cui potentia nulla naturæ. Chriſtus autem cui naturaliter ſuppetebat delicta donare, cur eos declinaret quos abſtinentibus poterat præſtare meliores? Simul myſtice non dedignatur eorum cõuiuium, quibus daturus eſt ſacramẽtum. Hic ergo manducat, ille ieiunat. Vtriuſq; populi typus, in illo ieiunat, in hoc paſcitur. Sed ieiunauit & Chriſtus, ne præceptum declinares. Manducauit cum peccatoribus, vt gratiã cerneres, agnoſceres poteſtatem. Magn⁹ ergo
C & Ioãnes, ſed huius magnitudo habet principium, habet finem. Dominus autem IESVS idẽ eſt finis atq; principium, idẽ primus et nouiſsimus. Nihil ante primũ, nihil vltra nouiſsimum. Neq; te generationis humanæ conſuetudo in vitiũ trahat, vt putes nõ primũ eſse, quia filius eſt. Sequere ſcripturas, vt errare non poſsis. Primus filius dicitur. Lectum eſt etiam quia & ſolus pater, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inac-
1.Tim.6. ceſsibilem, ſicut legiſti: Et immortali ſoli deo. Sed neq;
1.Tim.1. primus ante patrẽ, neq; ſolus ſine filio. Si alterum negas alterũ deſtruis, vtrunq; ſequere, & vtrunq; confirmas. Nõ dixit, ego prior, & ego poſterior: ſed, Ego primus, & ego nouiſsimus. Primus eſt filiꝰ, & ideo coæternus. Habet enim patrem, cum quo ſit æternus. Audeo dicere, primus eſt filius, ſed ſolus nõ eſt: & bene dico, & religioſe dico. Quid exigitis ad impietatẽ hæretici aures? Laqueos quos tenditis, incidiſtis. Primus eſt filius, & ſolus nõ eſt. Primus, quia cũ patre ſemper. Solus non eſt quia ſine patre nunquam eſt. Non ego hoc dico, ſed ipſe dixit: Et non ſum ſolus, quia pater mecum eſt. Ioan.8.
Solus pater, ſolus vnigenitus, ſolus & ſpiritus ſanctus. Neq; enim qui filius, & pater: aut qui pater: & filius: aut qui ſpiritus ſanctus, & filius. Alius pater, alius filius, aliꝰ ſpiritus ſanctus. Legimus enim: Rogabo patrem, & aliũ Ioan.14.
paracletum mittet vobis. Solus pater, quia vnus deus, ex quo omnia. Solus filiꝰ, quia vnus dominus, per quem omnia. Solum diuinitas facit, generatio & patrem teſtificatur & filium: vt nuſquam filius ſine patre, aut pater eſse videatur ſine filio. Ergo nec ſolus, quia non ſolus immortalis, nec ſolus lucem habitat inacceſsibilẽ, quia deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus filius qui eſt Ioan.1.
in ſinu patris, qui ſedet ad dexteram patris. Et huic quidam audent dicere inacceſsibilem lucem eſse quam habitat pater. Nunquid lux melior patre? Quæ autem lux inacceſsibilis ei, cui non eſt inacceſsibilis pater? Et ipſe lux vera, & genitor lucis æternæ, de qua dictum eſt: Erat Ibidem.
lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vide ne illa ſit lux inacceſsibilis quã habitat pater, habitat & filius: quia pater in filio, & filius in patre. Bene ergo magnus, late enim funditur dei virtus, latè cæleſtis ſubſtantiæ magnitudo porrigitur. Nihil præſcriptum, nihil circunſcriptum, nihil emenſum, nihil dimenſum trinitas habet. Non loco clauE ditur, non opinione comprehenditur, non æſtimatione cõcluditur, non ætate variatur. Dedit quidem dominus IESVS hominibus magnitudinem. Ih omnem enim terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Non in fines tamen mundi, nõ in fines cæli, non vltra cælos. At vero in domiño IESV omnia condita ſunt in cælo & in terra, viſibilia & inuiſibilia, & ipſe eſt ante omnes, & omnia iti ipſo conſtant. Cælum aſpice, IESVS illic eſt. Terram intuere, IESVS adeſt. Aſcende verbo in cælum, deſcende verbo in infernum: IESVS adeſt. Etenim ſi aſcẽderis in cælum, IESVS illic eſt, ſi deſcẽderis in infernum, adeſt. Hodie cũ loquor, mecũ eſt intra hoc punctũ, intra hoc momentum. Et ſi in Armenia nunc loquatur Chriſtus, IESVS adeſt. Nemo enim dicit dominum IESVM niſi in ſpiritu ſancto. 2.Cor.12.
Abyſsos opinione ſi penetres, illic quoq; IESVM videbis operari. Scriptum eſt enim: Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cælum: id eſt Chriſtum deducere, aut quis deſcendit in abyſsum: hoc eſt Chriſtum à mortuis reducere. Vbi ergo non eſt, qui cæleſtia, infernа, terrena compleuit? Bene ergo magnus, cuius virtus mundum repleuit, qui vbiq; eſt, & erit ſemper, quia regni eiꝰ non erit finis,

De Mariæ interrogatione, & angeli reſponſione.

IXIT autem Maria ad angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoui? Vide
D tur hic non credidiſse Maria, niſi diligenter F
aduertas. Neq; enim fas eſt vt electa ad generãdum vnigenitũ dei filiũ, fuiſse videatur incredula. Quo autem modo fieri poſset, licet ſalua prærogatiua ſit matris, cui profecto fuit amplius deferendum: Sed vt prærogatiua maior, maior etiam fides ei debuit reſeruari? Quo ergo fieri modo poſset vt Zacharias qui non crediderat, ſilentio condemnaretur: Maria autẽ ſi non credidiſset, ſpiritus ſancti infuſione exaltaretur? Sed neq; non credere Maria, neq; tã temerè debuit vſurpare: nõ credere angelo, vſurpare diuina. Neq; enĩ facile erat ſcire myſterium abſcõditũ à ſeculis in deo, quod nec ſuperiores poteſtates ſcire potuerunt. Et tamen nõ fidem renuit, nõ officium refutauit, ſed accommodauit affectum, ſpopõdit obſequiũ. Etenim cum dixit: Quomodo fiet iſtud? non de effectu dubitauit, ſed qualitatem ipſius quæſiuit effectus. Quanto temperantior iſta reſponſio, q; verba ſunt ſacerdotis? Hæc ait: Quomodo

G fiet istud? Ille respondit, Vnde hoc scia? Hæc iam de negocio tractat, ille adhuc de nuncio dubitat. Negat ille se credere, qui negat scire, & quasi fidei adhuc aliū quærit authorē: ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciēdum, quod quomodo fieri possit, inquirit. Sic enim habes: Quomodo fiet istud, quoniā virum non cognoui? Incredibilis & inaudita generatio antè audiri debuit, vt crederetur. Virginem parere, diuini est signum mysterii, non humani. Deniq; accipe, inquit, signum tibi: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium. Legerat hoc Maria, ideo credidit futurum: sed quomodo fieret, antè non legerat. Non enim quemadmodum fieret, vel prophetæ tanto fuerat reuelatum. Tantum enim mandati mysterium nō hominis fuit, sed angeli ore promēdum. Hodie primum auditur: ¶ Spiritus sanctus superueniet in te.) Et auditur, & creditur.

De assensu Mariæ, & saluatoris conceptione.

DENIQVE Ecce, inquit, ancilla domini, contingat mihi secundum verbum tuum.) Vide humilitatem, vide deuotionem. Ancillam se dicit domini, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata promisso est. Simul ancillam dicēdo, nullā sibi prærogatiuam tantæ gratiæ vendicauit, quæ faceret quod iuberetur. Mitē enim humilēq; parturia, humilitatem debuit etiam ipsa præferre. Ecce ancilla domini, contingat mihi secundum verbum tuum Habes obsequium, vides votum. Ecce enim ancilla domini, apparatus officii est. Contingat mihi secundū verbū tuū, cōceptus est voti. Quàm cito ergo etiam de impari cōceptione* credidit Maria. Quid enī tam impar quàm spiritus sanctus & corpus? Quid tam inauditum q̄ virgo prægnans contra legem, cōtra consuetudinem, cōtra pudorem, cuius carior cura est virgini? Zacharias autē non de impari conditione, sed de senili ætate non credidit. nam conditio cōgruebat. Ex viro & fœmina solennis est part⁹, nec incredibile debet videri, vbi natura cōcordat. Cū enim ætas naturæ sit, non natura ætatis, fit plerunq; vt ætas impediat naturam: non est tamen irrationabile vt minor cedat causa maiori, & potior prærogatiua naturæ vsum inferioris excludat ætatis. Huic accedit quod Abraham & Sara filium in senectute susceperant: et Ioseph filius senectutis est. Quod si quia risit Sara reprehenditur, iustius condemnatur qui nec oraculo credidit, nec exemplo. Maria autem cum dicit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoui? nō videtur dubitasse de facto, sed de facti qualitate quæsisse. Liquet enim quia faciendum esse crediderit, quæ quomodo fieret interrogauit. Vnde & meruit audire. Beata quę credidisti. Et vere beata, quæ sacerdote præstantior, cum sacerdos negasset, virgo correxit errorem. Nec mirum si dominus redempturus mundum, diuinam operationem suam inchoauit à matre, vt per quàm salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. Et bene quæsiuit quomodo fieret. Legerat enim quia virgo conciperet, non legerat quemadmodum virgo generaret. Legerat (vt dixi) Ecce virgo in vtero accipiet, quomodo autem acciperet, in euangelio primum angelus est locutus.

*alias, cōditione.

Esa.7.

De abitu Mariæ in mōtana, & salutatione Elizabeth.

XVRGENS autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth.) Morale est omnibus vt qui fidem exigunt, fidem astruant. Et ideo angelus cum abscondita nūciaret, vt fides astrueretur, exemplo senioris fœminæ sterilisq; conceptum virgini Mariæ nunciauit, vt possibile deo omne quod ei placuerit asseret. Vbi audiuit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitās de exemplo, sed quasi læto pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio, in montana perrexit. Quo enim iam deo plena, nisi ad superiora cum festinatione contenderet? Nescit tarda molimina sancti spiritus gratia. Discite & vos sanctæ mulieres sedulitatem quam prægnantibus de beatis exhibere cognatis. Mariam, quæ ante sola in intimis penetralibus versabatur, non à publico virginitatis pudor, non ab studio asperitas mōtium, nō ab officio plixitas itineris retardauit. In mōtana virgo cū festinatione, virgo officii memor, iniuriæ immemor, affectu vigente non sexu, relicta perrexit domo. Discite virgines non circūcursare per alienas ædes, nō demorari in plateis, nō aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festinat i publico. Mansit apud cognatam suā tribus mensibus. Etenim quæ propter officium venerat, inhærebat officio. Mansit etiam mensibus tribus, nō quod domus eam delectaret aliena, sed quia frequētius videri in publico displicebat. Didicistis virgines pudorem Mariæ, discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, iunior ad seniorem Nec solum venit, sed etiam prior salutauit. Decet enim vt quā to castior virgo, tanto humilior sit. Nouerat deferre senioribus. Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est & causa pietatis, est etiam norma doctrinæ. Contendum est enim quia superior venit ad inferiorem, vt inferior adiuuetur, Maria ad Elizabeth, Christus ad Ioannem. Deniq; etiam postea vt sanctificaret baptismum Ioannis, dominus venit ad baptismum. Cito quoq; aduentus Mariæ & præsentiæ dominicæ beneficia declarantur.

De Ioannis in vtero exultatione, & matris spiritu sancto repletione.

SIMVL enim vt audiuit salutationē Mariæ Elizabeth, exultauit infās i vtero ei⁹, & repleta est spiritu sācto.) Vide distinctionem, singulorūq; verborū proprietatē. Vocē prior Elizabeth audiuit, sed Ioānes prior gratiā sensit. Illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit tratione mysterii. Illa Mariæ, iste domini sensit aduentum. Fœmina mulieris, & pignus pignoris. Iste gratiam loquuntur, illi intus operantur, pietatisq; mysterium maternis odoriuntur profectibus, duplicisq; miraculo prophetant matres spiritu paruulorum. Exultauit infans, repleta mater est. Non prius mater repleta quàm filius, sed cum filius esset repletus spiritu sācto, repleuit & matrem. Exultauit Ioannes, exultauit & Mariæ spiritus. Exultante Ioanne repletur Elizabeth. Mariam tamen non repleri spiritu, sed spiritum eius exultare cognouimus. Incomprehensibilis enim, incomprehensibiliter operatur in matre. Et illa post conceptum repletur, ista ante conceptum.

De Mariæ ab Elizabeth benedictione.

BENEDICTA inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me?) Nouit sermonem suū spiritus sāct⁹, nec vnquam obliuiscitur. Et prophetia non solum rerum completur miraculis, sed etiā proprietate verborum. Quis est iste fructus ventris nisi ille de quo dictum est: Ecce hæreditas domini filii merces fructus ventris? Hoc est, hereditas domini filii sunt, qui merces sunt fructus illius qui de Mariæ ventre processit. Ipse fructus ventris est, flos radicis, de quo bene prophetauit Esaias dicens: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Radix enim est familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Christus, qui veluti bonæ arboris fructus pro nostræ virtutis processu nunc floret, nunc fructificat in nobis, nunc rediuiua corporis resurrectione reparatur. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me?

Psal.126.

Esaiæ.11.

A Non quasi ignorans dicit. Scit enim esse spiritus sancti gratiam & operationem, vt mater prophetæ à matre domini ad profectum sui pignoris salutetur. Sed quasi nō humani hoc meriti, sed diuinæ gratiæ munus esse cognoscat, ita dicit: Vnde hoc mihi? hoc est, quantum bonum mihi accidit, vt mater domini mei veniat ad me, non cognosco meum. Vnde hoc mihi? qua iustitia? quibus factis? pro quibus meritis? Non vsitata hæc officia fœminarum sunt, vt veniat mater domini mei ad me. Miraculum sentio, cognosco mysterium, mater domini verbo fœta, deo plena est. ¶ Ecce enī vt facta est vox salutationis tua in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ credidisti.) Vides non dubitasse Mariam, sed credidisse, & ideo fructum fidei consecutam. Beata, inquit, quæ credidisti. Sed & vos beati qui auditis & creditis. Quæcunq; enim credideri: anima, & concipit & generat dei verbum, & opera eius agnoscit. Sit in singulis Mariæ anima, vt magnificet dominum: sit in singulis spiritus Mariæ, vt exultet in deo. Si secundum carnē vna mater est Christi, secundum fidem tamē omniū fruct⁹ est Christ⁹. Omnis enim anima accipit dei verbum, si tamen immaculata & immunis à vitiis sit, & intemerato castimoniam pudore custodiat. Quæcunq; igitur talis esse potuerit anima, magnificat dominum, sicut anima Mariæ magnificauit dominum, & exultauit spiritus eius in deo salutari. Magnificatur enī domin⁹, sicut & alibi legisti: Magnificate dominum mecum. Non quod domino aliquid humana voce possit adiungi, sed quia magnificatur in nobis. Imago enī dei Christus est: & ideo si quid iustum religiosūmq; fecerit anima, illā imaginem dei, ad cuius est similitudinē

Psal.33.

B creata, magnificat. Et ideo dum magnificat eam, magni tudinis eius quadam participatione sublimior fit, vt illam imaginem splendido bonorum colore factorum, & quadam emulatione virtutis in se videatur exprimere. Magnificat autem anima Mariæ dominū, & exultat spiritus eius in deo, eò quòd & anima & spiritu patri filioq; deuota, vnum deum ex quo omnia, & vnum dominum per quem omnia, pio veneretur affectu, sed Mariæ quo persona melior, eò prophetia plenior. Nec ociosum videtur quod & ante Ioannem Elizabeth prophetauit, & Maria ante domini generationem. Serpunt enim iam tē tamenta salutis humanæ. Nam sicut peccatum à mulieribus cœpit: ita etiam bonum à mulieribus inchoatur, vt fœmine quoq; muliebra opera deponentes infirmitati renuncient: & anima quæ non habet sexum, vt Maria quæ nescit errorem, religioso imitetur studio castitatē.

De mora Mariæ cum Elizabeth.

C MANSIT autē Maria cū illa mēsib⁹ tribus, & reuersa est i domū suā.) Bene inducitur facta Maria & exibuisse officiū, & mysticū numerū custodisse. Nō enim sola familiaritatis est causa quòd diu mansit, sed etiā tanti vatis profectus. Nam si primo ingressu tantus profectus extitit, vt ad salutationem Mariæ exultaret infans in vtero, repleretur spiritu sancto mater infantis, quantum putamus vsu tanti temporis sanctæ Mariæ addidisse præsentiam? Mansit autem Maria cum illa mensibus tribus. Vngebatur itaq;, & quasi bonus athleta exercebatur i vtero matris, ppheta. Amplissimo enim virtus eius certamini parabatur. Deniq; tandiu mansit Maria, quandiu Elizabeth pariendi tempus impleret. Quod si diligenter aduertas, inuenies hoc nusquam positum, nisi in generatione iustorum. Deniq; impleti sunt dies vt pareret Maria, impletum est tempus vt pareret Elizabeth, impletum est vitæ tempus, cum sancti viri ex hoc vitæ curriculo demigrarent. Plenitudinem iusti vita habet, inanes autem dies sunt impiorum.

De ortu præcursoris domini.

ELIZABETH impletum est tēpus pariēdi, & peperit filiū, & audiunt vicini eius & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & cōgratulabantur ei.) Peperit ergo filiū Elizabeth, & cōgratulabātur vicini. Habet sanctorum editio lætitiā plurimorum quia cōmune est bonum. Iustitia enim cōmunis est virtus. Et ideo in ortu iusti, futuræ vitæ insigne præmittitur, & gratia secuturæ virtutis exultatione vicinorū præfigurante signatur. Pulchre autem tēpus quo fuit in vtero propheta, describitur, ne Mariæ præsentia taceatur: sed tempus silet ur infantiæ, eò quod præsentia domini matris in vtero roboratur, qui infantiæ impedimenta nescit. Et ideo in Euangelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius, & oraculum, exultationem in vtero, vocem in deserto. Neq; enim vllam infantiæ sensit ætatem, qui supra naturam, supra ætatem in vtero situs matris à mensura perfectæ cœpit ætatis plenitudinis Christi.

De nomine præcursoris, & reparatione vocis Zachariæ.

FACTVM est, in die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondit mater eius & dixit: Non sed vocabitur Ioānes. Et respōderunt ad illam: Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nōmine. Annuebant ergo patri eius, quem vellet vocari eum. Et accepit pugillarem, & scripsit dicēs: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes. Continuo autem resoluta est lingua eius, et apertū est os eius, & loquebatur benedicens deum.) Mire sanctus euangelista præmittendum putauit, quod plurimi infantem patris nomine Zachariā appellandum putauerunt, vt ad uertas matri non nomen alicuius displicuisse degeneris, sed id sancto infusum, spiritu quod ab angelo antè Zachariæ fuerat prænunciatum. Et quidem ille mutus intimare vocabulum filii nequiuit vxori, sed per prophetiā Elizabeth didicit q̄ nō didicerat à marito. Ioannes est, inquit, nomē eius. Hoc est, non ei nos nomē imponimus, qui iam à deo nomen accepit. Habet vocabulum suum quod agnouimus, non quod eligimus. Habent hoc merita sanctorum, vt à deo nomen accipiant. Sic Iacob Israel dicitur, quia deum vidit. Sic dominus noster IESVS nominatus est antequam natus, cui non angelus sed pater nomen imposuit. Reuelabitur enim inquit, filius meus IESVS. cum iis qui cum eo iucundabūtur, qui relicti sunt in annis quadringentis, Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & conuertetur seculum. Vides angelos, quæ audierint, nō quæ vsurpauerint nunciare. Nec mireris si nomen mulieri quod non audiuit aseruit, quando spirit⁹ ei sanctus qui angelo mādauerat reuelauit. Neq; poterat domini ignorare prænunciū, quæ prophetauerat Christum. Et bene additur quia nemo i cognatione eius vocabatur hoc nomine, vt intelligas nomen non generis sed, esse vatis. Zacharias quoq; nutu interrogatur: sed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum, quod voce non poterat, manu & literis est locutus. Scripsit enī dicēs: Ioannes est nomen eius. Et hic nomen non imponitur, sed astruitur: meritoq; continuo resoluta est lingua eius, quā quā vinxerat incredulitas, fides soluit. Credam⁹ & nos igitur vt loquamur, vt lingua nostra quæ incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce soluatur. Scribamus spiritu mysteria, si volumus loqui: scribamus prænuncium Christi non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Ioannem loquitur. Christum prophetat. Loquamur Ioannem, loquamur & Christum, vt nostrum quoq; os possit aperiri, quod in sacerdote tanto irrationabilis modo peccūdis frena nutantis fidei coercebant.

4. Esdr.7.

G

De prophetatione Zachariæ.

Er Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetabat dicens:) Vide quam bonus deus, & facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. Hæc enim gratia dei maxima, quod eum qui negauerat confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conscius delictorum præmia diuina desperet. Nouit dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. ¶ Et tu puer propheta altissimi vocaberis.) Pulchre cum de domino prophetaret, ad prophetam sua verba cõuertit, vt hoc quoq; beneficium esse domini designaret: ne cum publice enumeraret sua, quasi ingratus tacuisse quæ acceperat beneficia videretur quę agnoscebat in filio. Sed fortasse aliqui quasi irritationabilem mentis excelsum putent, qđ octo dierum alloquitur infantem. Verum si teneamus, intelligimus profecto quod potuit vocem patris natus audire, qui Mariæ salutationem antequam nasceretur audiuit. Sciebat propheta alias esse aures prophetæ, quę spiritu dei, non corporis ætate reserantur. Habebat intelligendi sensum qui exultandi habebat affectum. Simul illud aduerte, q̃ paucis Elizabeth, q̃ multis Zacharias prophetet, & vterq; sancto repletus spiritu loquebatur: sed disciplina seruatur, vt mulier discere magis quę diuina sunt studeat quàm docere. Nec facile vllam prophetasse vberius quàm matrem domini reperimus. Ipsa Maria soror Aaron quàm cito cantici verba conclusit? Eadem q̃ vbi prolixius est locuta cum fratre, nequaquã sui pœnam sermonis euasit.

De tempore ortus Saluatoris.

CAP. II.

Factvm est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, vt sẽsũ profiteretur vniuersus orbis terræ.) De ortu saluatoris dicturi, nõ putam⁹ alienũ, vt quo natus sit tẽpore requiram⁹. Quidem profssio secularium ad generationẽ domini pertineret, nisi vt aduertamus hoc quoq; diuinũ esse mysteriũ, quia dũ profssio secularis obtenditur, spiritalis impletur, non terrarũ regi dicanda, sed cæli. Professio ista fidei, census animorum est. Abolito enim synagogæ censu vetusto, nouus census Ecclesię parabatur, qui tormenta non exigeret sed auferret, & spiritaliter in typo plebs sua iam Christo nomina conferebat. Nonhic spatia terrarum, sed mẽtium animorũq; censentur. Nec describuntur limites, sed proferuntur. Nec ætas vlla distinguitur, omnis adscribitur. Nullus enim ab hoc immunis est cẽsu, quia omnis ætas munifica Christo est, quem vagientes pueri martyrio confitentur, quem intra vterum positi exultatiõe testãtur. Nihil in hoc cẽsu verearis terribile, nihil immite, nihil triste: sola vnumquẽq; fides signat. Vis Christi audire censores? Iubentur censere, sed non virgis, nec terrore, sed gratia plebem quærere. Recõdere gladium, nõ possidere aurum. Talibus censoribus ac quæstus est orbis Denicq; vt scias censum non Augusti esse sed Christi, totus orbis iubetur profiteri. Quando nascitur Christus, omnes profitẽtur: quãdo mund⁹ concluditur, omnes periclitãtur. Quis ergo poterat professionem totius orbis exigere, nisi qui totius habebat orbis imperium? Non enim Augusti, sed domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ, & vniuersi qui habitant in ea. Gothis non imperabat Augustus, non imperabat Armeniis, imperabat Christus. Acceperunt vticq; Christi censorem, qui Christi martyres ediderunt. Et ideo fortasse nos vincunt, vt præsentia docent. Quomodo *alias, quoniam. quem illi oblatione sanguinis fatebantur, huic Arriani quæstionem generis inferebant? ¶ Hæc, inquit, professio prima facta est.) Atqui pleraq; iam partes terrarum sæpe fuisse descriptas loquuntur historiæ. Hæc est ergo professio prima, non terrarum, sed mẽtium, cui omnes profitemur, quia null⁹ excipitur, nõ præconis euocatio K
ne, sed vatis: qui multo antè prædixit: Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis: Quoniam deus summus terribilis, & rex magnus super omnem terram. Denicq; vt scias censum esse iustitiæ, veniũt ad eum Ioseph & Maria, hoc est, iustus & virgo. Ille qui verbum seruaret, ista quæ pareret. Vbi autem profitentur iustus & virgo, nisi vbi nascitur Christus? Omnis enim spiritus qui confitetur IESVM Christum in carne venisse, de deo est, Vbi autem secundum altiorem ratio nem nascitur Christus, nisi corde tuo, & in pectore tuo? Prope est enim verbum in ore tuo, & in corde tuo. Pulchre autem quod & præsidis nomen addidit, vt seriem temporis designaret. ¶ Præside, inquit, Cirino facta est hæc primo profssio.) vt quasi consulem quendam signi gratia huic libro euangelista adscripsisse videatur. Nam si consules absscribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus adscribi? Habes ergo omnia quæ in contractibus esse consueruntVocabulum summam illic potestatem gerentis, diem, locum, causam, testes quoque abhibere solent. Hos quo que natiuitate suæ & generationi secundum carnẽ Christus adhibuit, qui signarent Euangelinm, dicens: Vos eritis mihi testes in Hierusalem.

Psal.46.

Rom.10.

Actuũ.1.

De natiuitate saluatoris. L

Factvm est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & posuit in præsepio, quia non erat ei locus in diuersario.) Breuiter sanctus Lucas & quomodo, & quo tempore, & quo loco secundum carnem Christus nat⁹ sit explicauit. At vero de cælesti generatione si quæris, lege euangelium sancti Ioannis, quia cælestibus exorsus ad terrena descendit, illic inuenies & quãdo erat, & quo modo erat, & quid erat, qd egerat, qd agebat, & vbi erat & quò venerit, & quomodo venerit, quo tempore venerit, qua causa venerit. In principio, inquit, erat verbum, habes quando erat. Et verbum erat apud deum, habes quomodo erat. Habes etiam quid erat. Et deus, inquit, erat verbum. Quid egerat, Omnia per ipsum facta sunt, Quid agebat, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et vbi erat, In hoc mundo erat. Quo venerit. In sua propria venit. Quomodo venerit: Verbum caro factum est. Quando venerit. Ioãnes testimoniũ perhibet de ipso dicens: Hic est de quo dixi, qui post me venit, ante me factus est, qa prior me erat. Qua causa venerit, Ioannes ipse testatur: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si igitur generationem vtranq; cognouimus, & vtriusq; vnã esse causam qua venit aduertimus, vt percuntis mundi peccata suscipiens, peccati labem, & omnium mortẽ in se qui vinci nõ posset aboleret: consequens est vt nũc quoq; sanctus Lucas Euangelista nos doceat, & vias domini secundum carnem crescentis ostendat. Nec quẽquam mouere debet quod altiori consilio Ioannis infantiam diximus prætermissam, Christi vero infantiam asseruimus esse descriptam. Non enim omnium est dicere: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaciam: omnibus omnia factus sum. Neq; de quoquam ita alio dici potest, quia vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Ille igitur paruulus, ille infantulus fuit, vt tu vir possis esse perfectus. Ille inuolutus in pannis, vt tu mortis laqueis absolutus sis. Ille in præsepibus, vt tu in altaribus. Ille in terris, vt tu in cælis. Ille alium locum in eo diuersorio nõ habebat, vt tu plures haberes in cęlestib⁹ mansiones. Qui cum diues, inquit, esset propter vos pauper factus est, vt illius inopia vos ditaremini. Meum ergo paupertas illius patrimonium est, & infirmitas domi

M

Cori.5.

Esa.53.

1.Cori.8.

A ni mea virtus est. Maluit sibi egere, vt omnibus obundaret. Me illius infantię vagientis abluunt fletus, mea lachrymæ illæ delicta lauerunt. Plus igitur domine IESV insurtis tuis debeo quod redemptus sũ, quàm operibus quod creatus sum. Non prodesset nasci nisi redimi profuisset. Sed nemo intra vsum corporis formam omnem diuinitatis includat. Alia natura carnis est, alia diuinitatis gloria. Propter te infirmitas, in se potentia. Propter te inopia, in se opulentia. Noli hoc æstimare quod cernis, sed quod redimeris agnosce. Quia in pannis est vides, quia in cælis est non vides. Infantis audis vagitus, non audis bouis dominum agnoscentis mugitus. Agnouit enim bos possessorem suum, & asina præsepe domini sui, immo præsepium dixerim, sicut scripsit qui transtulit. Nihil enim apud me distat in verbo quod non distat in sensu. Nam si orator illorum qui phaleras sermonum sequuntur, negat in hoc fortunas positas esse Græciæ, hoc an illo verbo vsus sit, sed rem spectandam putat: si ipsi philosophi eorum qui totos dies in disputatione consumunt, minus Latinis & receptis vsi sermonibus sunt, vt propriis vterentur: quanto magis nos negligere verba debemus, spectare mysteria, quibus vincit sermonis vilitas, quod operum miracula diuinorum nullis venustata sermonibus, veritatis suæ lumine refulserunt. Denicq; asinam illam irrationabilem non succo deliciarum, sed succo naturalis alimoniæ præsepia sancta paruerunt. Hic est dominus, hoc præsepe, quo nobis diuinum mysterium reuelatum est, irrationabiles gentes pecudum intra præsepia more viuentes, alimonię sacræ vbertate pascendas. Agnouit ergo asina, species sci
B licet & forma gentilium, præsepe domini sui. Et ideo dicit: Dominus pascet me, & nihil mihi deerit. An mediocribus signis deus probatur, quod angeli ministrant quod Magi adorant, quod martyres confitentur? Ex vtero funditur, sed coruscat è cælo. Terreno in diuersorio iacet, sed cælesti lumine fulget. Nupta peperit, sed virgo concepit. Nupta concepit, sed virgo generauit. Docuit enim nos sanctus Matthæus non mediocre mysterium. quod sactus Lucas, quia plene iam erat expositũ, silendũ putauit, satis se diuitem fore credens, si præsepe sibi domini ex omnibus vendicasset.

Esaæ.1.

Psal.22

Interpositio narrationis de aduentu Magorum.

Matth.2.

Istvm igitur paruulum quem tu quasi vilem qui infidelis es arbitaris, Magi ex Oriente venientes tam longo spatio sequebantur, & procidentes adorant, & regem appellant, & resurrecturum fatentur, offerentes de thesauris suis aurum, thus, & myrrham. Quæ sunt ista veræ fidei munera? Aurum regi, thus deo, myrrha defuncto. Aliud enim regis insigne, aliud diuinæ sacramentum est potestatis, aliud honor est sepulturæ, quæ non corrumpat corpus mortui, sed reseruet. Nos quoq; qui hæc audimus & legimus, de thesauris nostris talia fratres munere profera
C mus. Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus. Si igi
2.Cor.4. tur in teipso non ex te debes æstimare quod es, sed ex Christo, quanto magis in Christo non tua debes æstimare, sed Christi? Ergo Magi de thesauris suis offerunt munera. Vultis scire quàm bonum meritum habeant? Stella ab his videtur: & vbi Herodes est, nõ videtur: vbi Christus est, rursus videtur: & viam monstrat. Ergo stella hæc via est, & via Christus, quia secundum incarnationis mysterium Christus est stella. Orietur enim stella ex
Num.24. Iacob, & exurget homo ex Israel. Denicq; vbi Christus, & stella est. Ipse enim est stella splẽdida & matutina. Sua igitur ipse luce se signat. Accipe aliud documentum. Alia venerunt via Magi, alia redeunt. Qui enim Christum viderant, Christum intellexerant. meliores vticq; quàm venerant reuertuntur. Duæ quippe sunt viæ, vna quę ducit ad interitum, alia quę ducit ad regnum. Illa peccatorum est, quę ducit ad Herodem: hęc via Christus est; qua reditur ad patriam. Hic enim temporalis est D
incolat⁹, sicut scriptum est: Multum incola facta est a
Psal.119. mea. Cauearnus igitur Herodem, mundanę ad tempus præsulem potestatis, vt patrię cęlestis æternum consequamur habitaculum. Non electis tantum præmia ista proposita sunt, sed etiam omnibus, quoniam omnia & in omnibus Christus. Vides enim quia non ociosè vel de Chaldęis, qui peritiores in numeris habentur, Abraham deò credidit, vel Magi, qui licet magicis artibus conciliandę sibi studium diuinitatis impendunt, ortum in terris domini crediderũt. Nõ inq̃ ociosè, sed vt ex aduersa riis gentibus sanctę religionis testimonium sumeretur, & diuini timoris exemplum. Sed tamen qui sunt isti Magi, nisi qui (vt historia quędam docet) à Balaam genus
Num.24. ducunt, à quo prophetatum est: Orietur stella ex Iacob? Isti ergo sunt non minus fidei quàm successionis heredes. Ille stellam vidit in spiritu, isti viderunt oculis, & crediderunt. Viderunt nouam stellam quę non erat visa à creatura mundi. Viderunt nouam creaturam, & nõ solum in terra, sed etiam in cęlo gratiam noui hominis requirebant, secundum quod Moyses prophetice posuit quia orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Et cognouerunt hanc esse stellam, quę hominem deũmq; signabat, & adorauerunt paruulum. Vticq; non adorassent, si paruulum tantummodo credidissent. Magus ergo intelligit suas cessare artes, tu non intelligis tua dona venisse? Ille fatetur alienũ, tu nõ agnoscis promissum? Ille cõtra se credit, tu pro te non putas esse cre E
dendum? Natum ergo Magi nunciant regem. Perturbatus Herodes congregat scribas & principes sacerdotum & interrogat vbi Christus oriatur. Magi tantummodo regem nunciant, Herodes Christum requirit. Ipsum igitur regem de quo interrogat, confitetur. Deinde cum vbi nasci haberet inquiritur, vticq; prænunciatus ostenditur. Neq; enim quęri poterat, qui non erat nunciat⁹.

O amentes Iudęi, venisse * non creditis, quem videtis? Venisse non creditis, quem dicitis esse venturum? Nunciate, inquit, mihi vt veniam & adorem puerum. Insidiatur quidem Herodes, sed deum non negat quem me morat adorandum. Deinde infantes occidi iubet. Cui alii nisi deo talis victima debebatur? Expers licet sẽsũ infantia, dominum tamen pro quo interimuntur confitetur. Hec de Matthęo pauca libauimus, vt clareret infantię tẽpora à diuinitatis operibus minime vacauisse. Quod si ętas carnis ignaua operis fuit, profecto deus erat qui diuinitatis operibus exercebat carnis ætatem. Qui etiã pastores faciebat in illa regione vigilare custodientes vigilias noctis supra gregem suũ. Videte ecclesię surgẽtis exordium. Christus nascitur, & pastores vigilare cœperunt, qui gentium greges pecudum modo ante viuentes, in caulam domini congregarent, ne quos spiritalium bestiarum per effusas noctium tenebras paterentur incursus. Et bene pastores vigilant, quos bonus pastor informat. Grex igitur populus, nox seculium, pastores sũt sacerdotes aut fortasse etiam ille sit pa
Apoc.3. stor cui dicitur: Esto vigilans, & confirma; quia non solum episcopos ad tuendum gregem dominus ordinauit, sed etiam angelos destinauit.

* hoc totũ ve. nõ credi. quẽ vide in vetusto exemplariorũ non habetur.

F

De nati saluatoris manifestatione.

Ecce angelus domini stetit ante illos.) Videte quemadmodum diuina cura fidem astruat. Angelus Mariam, angel⁹ Ioseph, angelus pastores edocet. Non satis est semel missum, duobus enim et tribus testibus stat omne verbum. Mat.18.

De angelorum laudatione.

Et facta est cum angelo multitudo exercit⁹ cælestium laudantium deũ, & dicẽtiũ: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.) Bene angelorũ nomi-

G nantur exercitus, qui ducem cælestis militiæ sequebantur. Cui igitur laudem angeli, nisi domino suo dicerẽt?
Psal. 148. iuxta quod scriptum est: Laudate dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eũ omnes angeli eius. Impleta igitur prophetia est: Laudatur de cælis dominus, & videtur in terris. De quo sanctus Marcus ait:
Marc. 1. Quia cum bestiis erat, & angeli ministrabant ei. Vt in altero misericordiæ insigne, in altero diuinæ indicium potestatis agnoscas. Tuum est quod bestias patitur, suũ quod ab angelis prædicatur.

De pastorum collocutione.

ET aiunt: Videamus hoc verbum quod factum est, sicut dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes.) Vides festinare pastores. Nemo enim cum desidia Christum requirit. Vides pastores angelo credidisse, & tu patri, filio, spiritui sancto, angelis, prophetis & apostolis credere non vis? Vide quàm signanter scriptura singulorum libret momenta verborum. Festinant, inquit, verbum videre. Etenim cum caro domini videtur, verbũ videtur, quod est filius. Non mediocre fidei tibi hoc videatur exemplũ, nõ vilis persona pastorum. Certe quo vilior ad prudentiam, eò preciosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapiẽtiũ, sed plebem dominꝰ simplicem requisiuit, quæ phalerare audita & fucare nescit. Simplicitas enim quæritur, nõ ambitio desideratur. Nec contẽnẽda putes quaH si verba vilia prophetarum. A pastoribus etiam Maria fidem colligit. A pastoribus populus ad dei reuerentiã congregatur. Mirati enim sunt de iis quæ dicebantur à pastoribus ad ipsos.

De conseruatione dictorum in corde Mariæ.

MARIA autẽ cõseruabat omnia verba hæc, cõferẽs in corde suo.) Discamꝰ fãcte virginis in oĩbus castitatem, quæ nõ minus ore pudica q̃ corpore argumenta fidei conferebat in corde. Si Maria à pastoribus discit, cur tu docilis discere à sacerdotibus? Si Maria ante præcepta apostolica tacet, cur tu post apostolica præcepta magis cupis docere quàm discere? Disce personæ vitiũ esse non sexus. Sexus enim sanctus. Deniq; matta præceptũ non accepit, exemplum edidit.

De circuncisione saluatoris, & eius oblatione,

CIRCVNCIDITVR itaq; puer.) Quis est iste puer, nisi ille de quo dictũ est: Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Factus est enim sub lege, vt eos qui sub lege essẽt,
Esa. 9. Gala. 4. lucrifaceret. Sistitur autem in Hierusalẽ. Quid sit autẽ in Hierusalẽ sisti domio, dicerẽ, nisi in Esaiæ cõmẽtis ante dictũ? Circũcisꝰ enim vitiis, dominico dignus iudicatur obtutu: quia oculi domini super iustos. Vides omnem legis veteris seriem fuisse typum
I futuri. Nam & circuncisio purgationem significat delictorum. Sed quoniam prona quadam cupiditate peccandi humanæ carnis & mentis fragilitas inextricabilibus vitiis implicatur, eò per octauũ circũcisionis diem culpæ totius futura purgatio resurrectionis præfigurabatur ætate. Hoc est enim illud: Quia omne masculinũ adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur.) Verbis enim legis promittebatur virginis partus. Et vere sanctus, quia immaculatus. Deniq; ipsum esse qui lege signetur, in eũdẽ modum ab angelo repetita verba declarãt: Quia quod nascetur, inquit, sanctum vocabitur filiꝰ dei. Non enĩ virilis coitus vuluæ virginalis secreta reserauit, sed immaculatum semẽ inuiolabili vtero spiritus sanctus infudit. Solus enĩ per omnia ex natis defœmina sanctus dominus IESVS, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non sensẽrit, & cælesti maiestate depulerit. Nam si literam sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos K sceleratissimos fuisse non lateat? Nũgd sanctus Achab? Nunquid sancti pseudoprophetæ, quos ad Heliæ preces vltor cælestis iniuriæ ignis absumpsit? Sed ille sanctus quẽ in figura futuri mysterii pia legis diuinæ præscripta signabant, eò quod solus sanctæ ecclesiæ virginis ad generandos populos dei immaculatæ fœcunditatis aperiret genitale secretum. Hic ergo solus aperuit fi- Hiere. 1.
bi vuluam. Nec mirum, qui enim dixerat ad prophetã: Prius quàm te formarẽ ĩ vtero, nouite, & in vulna matris! sanctificaui te: qui ergo vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret.

De Symeone & Anna.

ET ecce homo erat in Hierusalẽ, cui nomen Symeon, & homo iste iustus & timoratus expectãs cõsolationẽ Israel.) Non solũ ab angelis & prophetis, & à pastoribꝰ & parẽtibꝰ, sed etiã à senioribꝰ & iustis generatio domini accepit testimonium. Omnis ætas & vterq; sexus euẽtorũmq; miracula fidem astruunt. Virgo generat, steL rilis parit, mutꝰ loquitur, Elizabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus exulat, vidua confitetur, iustus expectat. Et bene iustus, qui non suam sed populi gratiam requirebat, cupiens ipse corporeæ vinculis fragilitatis exolui, sed expectans videre promissũ, sciebat enim quia beati oculi qui eum viderent, Nũc, inquit, dimittes seruum tuum domine.) Vide iustum velut corporeæ
Phil. 1. cárcere molis inclusum velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo. Dissolui enim & cum Christo esse, multo melius est. Sed qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Hierusalem, expectet Christũ dominũ, accipiat in manibus verbum dei, cõplectatur velut quibusdã suæ fidei brachiis, operibus suis. Tunc dimittetur vt non videat mortem, quia viderit vitam. Vides vberem in omnes gratiam domini generatione diffusam, & prophetiam incredulis negatam esse, non iustis. Ecce & Symeon prophetat, in ruinam & resurrectionem plurimorum venisse dominum IESVM. Christum, vt iustorũ ini
Hebr. 4. quorũmq; merita discernat, & pro nostrorum qualitate factorum, iudex verus & iustus aut supplicia decernat, aut præmia. Et tuam, inquit, ipsius animam pertransM ibit gladius.) Nec litera nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enim anima sed corpus materiali gladio transuerberatur. Et ideo prudentiam Mariæ haud ignaram mysterii cælestis ostendit. Viuum enim verbum dei & validum, & acutius omni gladio acutissimo, penetrans vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, artuum quoq; & medullarum cogitationes cordis & secreta scrutatur animorum, quia nuda mentium & operta sunt omnia dei filio, quem cõscientiæ secreta non fallunt. Prophetauit itaq; Symeon prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat virgo. Debuit etiam vidua prophetare, ne qua aut professio deesset, aut sexus. Et ideo Anna & stipendiis * viduitatis *alias, dispendiis.
& moribꝰ talibꝰ inducitur, vt digna plane fuisse credatur quæ redemptorem venisse omnium nunciaret. Cuius merita cum alibi descripserimus, cum viduas hortaremur, hoc loco quoniam ad alia properamus non putamus iteranda. Non ociosè tamẽ annos octogintaquatuor viduitatis eiꝰ expressit, quia & septem duo decades, & duæ quadragesimæ, sacrũ videtur numerũ designare.

De exordio disputationis IESV.

ET cũ facti essent illi anni duodecim.) A duodecimo anno, vt legimꝰ, dominicæ sumitur disputationis exordium. Hic enim prædicãdæ fidei Euangelizantium numerus debebatur. Nec ociosè immemor suorũ secundum carnem parentum, qui secundum carnem vtiq; sapientia dei implebatur & gratia, post triduũ reperitur in tẽplo: vt esset

A indicio quia post triduum triumphalis illius passionis, in sede cælesti & honore diuino fidei nostræ se resurrecturus offerret, qui mortuus credebatur.

De responsione IESV ad matrem.

QVID est quod me quærebatis? nesciebatis quia ĩ propria patris mei oportet me esse?) Duæ sunt in Christo generationes. Vna est paterna, materna altera. Paterna illa diuinior, materna verò quæ in nostrũ laborem vsumq; descendit. Et ideo quæ supra naturã, supra ætatẽ supra consuetudinẽ fiunt, nõ humanis assignãda virtutibus, sed diuinis referẽda sunt potestatibus. Alibi eũ ad
*misteriũ ministeriũ * mater impellit, hic mater arguitur, qa adhuc quæ humana sunt exigat. Sed cũ hic duodecim describatur annorũ, illic discipulos habere doceatur: vi-
*alias vt. des matrẽ didicisse à filio ne * exigeret à validiore mini-
*misteriũ sterium, * quæ stupebat in iuniore miraculum.

De subiectione IESV.

ET venit Nazareth, & erat subditus illis.) Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? & miramur si patri defert qui subditur matri? Non vtiq; infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est. Attolat licet sæuis emissus latebris coluber perfidiæ caput, & serpentinis euomat
B venena pectoribus, cum dicit se filius missum: maiorem hæreticus appellet patrem, vt imperfectum filium dicat, qui potest habere maiorem, vt alienis auxiliis adsetat eũ qui mittitur indigere: nunquid & humano egebat auxilio, vt materno seruiret imperio? Deferebat homini, deferebat ancillæ. Ipsa enim dicit: Ecce ancilla domini. Deferebat simulato patri, & miraris si deo detulit? An homini deferre pietas est, deo deferre infirmitas est? Vel ex humanis diuina perpende, & quid patri amoris debeatur, agnosce. Pater honorificat filium, non vis vt filius honorificet patrem? Pater voce cælesti in filio fẽ complacere profitetur, non vis vt filius humanę amictu
C carnis indutus, cum humana voce humano loquatur affectu, patrẽ dicat esse maiorẽ? Nam si magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis: vtiq; magnitudo quæ finẽ non habet, nec augmentũ habet. Sed cur non accipiã religiosis auribus filium patri in susceptione corporis obediẽtem, cũ religiose accipiã patrem filio deferẽtem? Disce potius tuæ vtilitatis præcepta, & exẽpla pietatis agnosce. Disce quid parentibus tuis debeas, cum legis à patre filium non voluntate, non opere, non tempore discrepare. Etsi personis duo, potestate vnũ sunt. Et vtiq; nullum pater ille cælestis laborẽ generationis expertus est. Tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendiũ, partus periculum, matri lõga fastidia, matri lõga discrimina, cui miseræ in ipsis votorum fructibus maius periculum est: & cum ediderit quod optauit, partu absoluitur, nõ timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatos alienis vsibus census, iactaq; agricolæ semina posterorum ætatibus profutura? Nónne pro his obsequia saltem oportet rependi? Cur impio patris vita prolixior. & cõmunitas patrimonii videtur angustior, cum Christus non refugiat cohæredes?

De exordio prædicationis Ioannis.

CAP. III. IACTVM est verbum domini super Ioannem Zachariæ filiũ in deserto.) Cõgregatus ecclesiam dei filius ante operatur in seruulo. Et ideo bene posuit sãctus Lucas factũ esse dei verbũ super Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto, vt ecclesia non ab homine cœperit,
Esa. 54. sed à verbo. Ipsa enim est desertũ, quia plures filii deserte magis q̃ eius quæ habet virũ. Deniq; ipsi dicitur: Lætare sterilis, & exulta desertũ, quia nullis adhuc conuenæ plebis operibus colebatur, neq; vllũ adhuc arbores illæ D quæ fructũ ferre nõ poterant, meritorũ suorum verticẽ proferebant. Nõdum venerat q̃ diceret. Ego autẽ sicut Psal. 51.
oliua fructifera in domo domini. Nondũ vitis illa cælestes fructus palmitibus suis verborũ quodam suorũ tradUce ministrabat. Factũ est ergo verbũ, vt quæ erat ante deserta, fructũ nobis terra generaret. Factũ est verbum, vox secuta est. Verbũ enim prius intus operatur, sequitur vocis officiũ. Vnde & Dauid dicit: Credidi, propter Psal. 115.
quod locutus sum. Prius credidit, vt loqui posset. Factũ Mat. 61.
est autẽ verbum, vt sanctus baptista Ioãnes pœnitẽtiam prædicaret. Et ideo pleriq; sancto Ioãni typũ legis imponunt, eò quòd lex peccatũ denũciare potuit, donare nõ potuit. Lex enim vnũquemq; qui viã gentium sequebatur, reuocat ab errore, restringit crimine, pœnitentiam suadet, vt gratiam cõsequatur. Lex autem & prophetæ vsq; ad Ioannẽ, Ioannes autẽ prænũcius Christi. Ita lex ecclesiæ prænũcia, & gratię pœnitẽtia est. Bene itaq; sanctus Lucas cõpendio vsus est, vt Ioannẽ declararet prophetam, dicens factũ esse supra eũ verbum dei, alia non adderet. Nullus enĩ eget iudicio sui, qui verbo dei abundat. Vnum itaq; dixit, & omnia declarauit. At vero sanctus Matthæus & Marcus & vestitu & cinctu & cibo prophetam declarare voluerunt, eò quòd vestitum de pilis camelorũ habuit, & zonã pelliceã super lumbos suos, locustas autẽ & mel syluestre edebat. Prænuncius enim Christi non patiebatur immundarũ perire exuuias beE stiarũ, ipso quoq; vestitus iudicio designãs Christũ esse venturũ, qui beluinis induuiis, quæ cõtextæ sunt per nostrorũ deformitatẽ miserorũ, gentilitatis immundæ peccata suscipiens, in illo trophæo crucis amictu quodã se nostræ carnis exueret. Quid autẽ sibi vult, cinctus zonæ pelliceæ, nisi quod caro ista quæ mentem prius grauare cõsueuerat, ea post aduentũ domini, non impedimento cœpit esse, sed cingulo? Eò quòd & iuxta Dauid, in salicibus organa nostra suspendimus. Et iuxta apostolum, Psal. 136.
confidentiã non habemus in carne, & confidentiam ha- Psal. 3.
bemus in corpore: nõ habemus in voluptatibus, habemus in passionibus, quo spiritu feruẽs vigeat affectus, & ad omne accingamur obsequiũ cælestiũ præceptorum, deuotione mentis intenti, atq; apparatu corporis expediti. Cibus quoq; ppheticus, index officii, nũciusq; mysterii est. Quid enim tam ociosum ad hominis officiũ, q̃ locustas quærere, & quid tam plenũ ad vatis mysteriũ? Nam quò magis ad fructũ inutiles, ad vsum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagæ saltu, ore stridulæ sunt locustæ, eò conuenientius his populi figura gentilis aptatur, qui nullo vsu laboris, nullo operis sui fructu, sine gratuitate, sine voce sonũ querelæ ederet, verbum vitæ ignoraret. Hic igitur populus cibus est prophetarum. Nam quò numerosior populus congregatur, eò vberior prophetici oris vsus augetur. Ecclesię quoq; gratia præfiguratur in melle syluestri, non intra altiariũ legis plebis Iudaicę fœtu reperta, sed in campis & foliis syluæ gẽtilium errore diffusa, iuxta quod scriptum est: Inuenimus Psal. 131.
eam in cãpis syluę. Et hic quidem mel syluestre edebat, annunciãs populos de petra melle saturãdos: sicut scri- Psal. 80.
ptum est: Et de petra melle saturauit eos. Sicut Heliam 3. Reg. 17.
corui cibo aduentitio & lucratiuo potu inter deserta pauerunt, vt indicio foret populos nationũ tetro squalentes colore meritorum, qui ante cibum fœtidis in cadaueribus requirebant, nunc de se aduentitiam prophetis alimoniam præbituros. Cibus enim prophetarum, diuinæ voluntatis affectus est, sicut ipse dominus declarauit dicens: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius Ioan. 4.
qui me misit.

Confirmatio per testimonium Esaiæ.

VOX clamantis in deserto.) Bene vox dicitur
V Ioannes, verbi prænuncius. Nam interrogatus ipse Ioannes, Quid dicis de teipso? ait: Ego

G vox clamantis in deserto. Et ideo ait: Qui post me venit, ante me factus est: quia vox præcedit inferior, verbum sequitur, quod præcellit. Ideo & à Ioanne baptizari voluit,, quia in hominibus verbum cõsecratur voce doctoris. Ideo fortasse & Zacharias vocem recepit, quia vocem locutus est.

Redargutio malitiæ Iudæorum.

GENERATIO viperarũ, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitẽtiæ, & ne cœperitis dicere: Pater noster Abraham est. Dico autem vobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.) Argui quidem videtur malitia Iudæorũ, eò quòd varii noxiæ mentis veneno serpentinos lapsus, & terrena cubilia, non diuinæ aliquod mysterium cognitionis operentur: sed tamen cum dicitur, Quis ostendit vobis fugere à ventura ira? ostenditur his dei miseratione insusam prudentiam, vt gerant suorum pœnitentiam delictorum, futuri terrorem iudicii prouida deuotione metuentes. Ad generationẽ ergo non ad successionem referenda est comparatio viperarum. Aut fortasse iuxta
Mat.10. quod scriptũ est, Estote prudentes, sicut serpentes: ostenduntur habere prudentiã naturalem, qui profutura videant, & sponte deposcant, sed adhuc noxia non relinquant. Et ideo admonẽtur claritatem sibi magis operis
H q̃ nobilitatẽ generis vẽdicare, quod nulla in successione prærogatiua fit, nisi fidei astipuletur hæreditas, quam dei nutu ad populos gentilium transferẽdam, sermone prophetico reuelauit dicens: Potens est deus de lapidibus his suscitare filios Abrahæ. Nam licet deus possit diuersas conuertere & commutare naturas, tamen quia mihi plus mysteriũ q̃ miraculum prodest, in prænuncio Christi nihil magis q̃ ædificationem ecclesiæ debeo sur gentis agnoscere, quæ non rupeis saxis, sed viuis lapidibus extructa, in habitaculum dei & fastigiũ templi conuersione nostrorum surrexit animorum. Et enim parabat deus mentium nostrarum dura mollire, & de lapidibus offensionis excitare cultores religionis. Quid enim aliud q̃ lapides habebantur, qui lapidibus seruiebãt, similes vtiq; iis qui facerent eos? Prophetatur igitur saxosis gentilium fides infundẽda pectoribus, & futuros per
I fidem Abrahæ filios oracula pollicentur, quibus per duritiam mentis saxeus quidam insensibilis irrationabilisque naturæ vsus inoleuerat. Nam si lapidibus viuis firmatos viros fidei robore sentẽtia apostolica comparauit, iuxta quod scriptum est: Et vos tanq̃ lapides viui
1.Petr.2. ædificamini domos spirituales in sacerdotiũ sanctum, offerẽtes hostias spirituales: multo altius * hic vidẽtur voce prophetica lapidibus homines comparari, qui ita humanæ sensum mentis amiserant, vt dum lapidibus putant diuinitatis alicuius inesse rationẽ, ipsi in naturam lapidum, nõ vsu corporis, sed mentis habitu verterentur. Deniq; ex Abrahæ secũdum carnẽ successione manantes, & principes Sodomorũ appellantur, & parietes dealbati. ita sibi prærogatiuam generis morum magis similitudo vendicat, quàm ordo maiorũ. Quinetiam vt scias quia lapidibus cõparati sunt homines, arboribus quoq; homines cõparauit subiiciens propheta, ¶ Quia iam securis ad radices arborũ posita est.) Exempli autem ideo facta mutatio est, vt illo cõparationis processu quidem intelligatur hominis clementior iam profectus. Nam illi ante deformes ad vsum, nudi ad ornatũ, steriles ad fructũ, irrationabiles ad profectũ, iam in arborum speciem figurantur, quæ rationabili quodam naturæ munera decoræ ad vsum, ad aspectum venustæ, ad fructũ opimæ, surgunt cacuminibus, fundũtur brachiis, replentur fructibus, frondibus vestiuntur. Atq; vtinam nos fœcundarũ vsum arborum possimus imitari, meritisque crescentibus logæuę humilitatis radice fundati, sublimes ab humo, decori ad speciem, adultos fructuosorum operum vertices erigamus, ne euãgelici securis
16 agricolæ trũci radicem syluestris excidat. Væ enim mi- 1.Cor.9.
hi est si non euãgelizauero. Sed vox ista apostolica est, Væ mihi est si non peccata defleuero. Væ mihi est si non media nocte surrexero ad confitendum tibi. Væ mihi si dolim proximo meo fecero, Væ si locutus nõ fuero veritatem. Ad radicẽ securis est posita, faciat fructum qui potest gratiæ, qui debet pœnitẽtię. Adest dominus q̃ fructum requirat, fœcũdos viuificet, steriles reprehendat. Anni tres sunt ex quo venit, & fructũ in Iudæis inuenire nõ potuit, vtinam inueniat in nobis. Iussurus est succidi in fructuosos, ne terrã occupẽt. Sed qui adhuc non habet fructum, conetur vt afferat in futurum. Bonus ille cultor agri interueniet pro nobis infœcũdis, pro nobis infructuosis, vt detur spatium, patiẽtia deferatur, ne forte & nos aliquẽ fructũ ferre deo possim⁹. Singulis quoq; generibus hominũ conueniens tribuit sanctus baptista Ioãnes responsum, vnũ omnibus, ita, Publicanis ne vltra præscriptum exigant, militibus ne calumniã faciant, ne prædam requirant. Docens idcirco stipendia constituta militiæ, ne dum sumptus quẽritur, prædo grassetur, Sed hęc & alia officiorum præcepta propria singulorum, misericordia communis est vsus. Ideo commune præceptum omnibus officiis, omnibus ætatibus necessa- L
ria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, nõ agricola vel vrbanus, diues & pauper, omnes in commune admonentur vt conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est proposita perfectę forma virtutis, ne vestimentis alimentisq; suis parcant. Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanę mensura seruatur, vt nõ sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

De responsione Ioannis ad populum cogitantem eum esse Christum.

ESTIMANTE autem populo & cogitante in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit dicẽs: Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitẽtia,) Videbat ergo Ioannes cordis occulta: sed consideremus cuius hęc gratia. Quẽadmodum autẽ prophetis palã fiant cordis occulta, Paulus ostẽdit dicẽs: Occulta quoq; cordis eius manifesta fient, & procidens in faciẽ adorabit dominũ, pronũcians quod vere deus est ĩ vobis. Dei ergo munus est, qui reuelat: non virtus hominis, q̃ diuino magis adiuuatur beneficio, q̃ naturali cernat officio. Quo autem proficit ista cogitatio Iudęorũ, nisi vt secũdum scripturas veniisse Christus, ꝓbetur? Erat enĩ, qui expectabatur: & ipse vtiq; qui expectabatur, nõ is qui nõ expectabatur aduenit. Quid autem ineptius q̃ quod is qui in alio æsti- M
matur, in seipso esse nõ creditur? Quẽ per mulierẽ venturum putabãt, per virginem venisse non credunt. Quę deo secũdum carnem dignior generatio, q̃ vt immaculatus dei filius, immaculatę generationis seruaret etiam in suscipiẽdo corpore puritatẽ? Et vtiq; diuini aduentus signũ in virginis partu, nõ in mulieris constitutum est, ¶ Ego, inquit, vos aqua baptizo.) Cito probauit nõ esse se Christũ, qui visibili operetur officio. Nã cũ ex duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat & corpore: visibile per visibile, inuisibile per inuisibile mysteriũ cõsecratur. Aqua enim corp⁹ abluitur, spiritu animę delicta mũdantur. Aliud agimus, aliud inuocamus. Licet etiam in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspiret. Non enim aqua omnis ablutio est, sed hęc iter se diuisa esse nõ possunt. Et ideo aliud fit baptismum pœnitentiæ, aliud gratię est. Istud ex vtroq;, illud ex vno. Nam cum cõmunia delicta sint mentis & corporis, purificatio quoq; debuit esse cõmunis. Et bene sanctus Ioannes se intellexisse significans quid in cordibus cogitaret, & quasi non intelexerit, declinans maiestatis inuidiam, non verbo, sed

A opere declarauit non esse se Christum. Opus enim hominis est gerere pœnitẽtiam delictorum, dei munus est gratiam implere mysterii.

Testimonium Ioannis de Christi aduentu.

VENIT autem fortior me.) Non comparationem fecit, vt ipso se tantũ fortiorẽ diceret Christũ: (neq; enim inter dei filiũ & hominem vlla poterat esse collatio) sed quia multi fortes. nam & diabolus fortis. Nemo
Matt.12. enĩ potest vasa fortis diripere, nisi prius alligauerit fortẽ. Multi ergo fortes, fortior nemo nisi Christus. Deniq; eousq; nõ fecit cõparationem, vt addiderit: ¶ Cuius nõ sum dignus calceamẽta portare.) Euãgelicę prędicationis ostendens in apostolis gratiã esse collatam, qui sunt calceati in euangelium. Videtur tamẽ ideo hoc dicere, quod plerunq; Ioãnes personã accepit populi Iudæorũ. Vnde ad hoc referũt quod ait: Illũ oportet crescere, me autẽ minorari. quod oporteret minorẽ fieri populũ Iudæorum, crescere in Christo populum Christianũ. Denique & Moyses accepit personã populi, sed ille calceamentum nõ dominicum portabat, sed pedum suorum. Et isti calceati sunt calceamento fortasse non suorũ pedum. Ille autẽ soluere calceamentũ pedum iubetur suorũ, vt amini eius egressus & mentis corporei nexus vinculis absolutus iter spiritale gradiatur. Apostoli autem
B calceamentum deposuerũt corporale, quãdo missi sunt sine calceamẽto, sine virga, sine pera, sine zona: sed non statim dei calceamenta portarunt. Fortasse post resurrectionem portare cœperũt. Antè enim ne cui gesta domini dicerent, admonebãtur. Deniq; postea his dicitur:
Mat.16. Ite in orbẽ vniuersum, & prædicate euangeliũ. vt euangelicæ prædicationis vestigium proferentes, toto dominicorum seriẽ circunferrẽt orbe gestorũ. Est igitur calceamentum nuptiale euãgelica prædicatio. Sed de hoc opportunius aliquid in aliis explicabimus.

De virtute & iudiciaria Christi potestate.

IPSE vos baptizabit in spiritu sancto & igni, habens ventilabrum in manu sua, & purgabit aream suã, & congregabit triticũ in horreum suum, paleas autẽ igni cõburet inextinguibili.) Habens ventilabrũ in manu. Ventilabri indicio discriminãdorum dominus declaratur ius habere meritorũ, eò quòd dum frumẽta in area ventilantur, plena à vacuis, ab inanibus fructuosa veluti quodam auræ spirantis examine separãtur. Per hanc igitur cõparationẽ ostenditur quod dominus iudicii die solidæ merita fructusq; virtutis ab inanis iactãtiæ exiliumq; factorũ infructuosa leuitate discernat, perfectioris meriti viros locaturus in mansione
C cælesti. Ipse enim perfectior fructꝰ est, qui meruerit eius esse conformis, qui sicut granum tritici cecidit, vt plurimos fructus afferret in nobis, inuisus paleis, inanibus
*alias amicus. meritis non amictus *. Et ideo ante eum ignis ardebit, nõ natura sui noxius, vtpote qui mala improbitatis exurat, splendorem probitatis accumulet.

De IESV baptizato, & dei patris testimonio.

FACTVM est autem, cum baptizatus esset omnis populus, & IESV baptizato & orãte, apertũ est cælum, & descendit spiritus sanctꝰ corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: Filiꝰ meus es tu, in te cõplacui.) Baptizatus est ergo dominus, non mũdari volens, sed mũdare aquas, vt ablutę per carnem Christi, quæ peccatũ non cognouit, baptismatis ius haberẽt. Et ideo qui ad Christi lauacrũ venerit, peccata deponit. Pulchre autẽ in iis quæ à cæteris dicta sũt, sanctus Lucas euangelista compendiũ sumpsit, & intelligẽdum magis quòd à Ioãne dominus baptizatus est, q̃ expresũ reliquit. Quæ autẽ dominici causa baptismatis, dominꝰ
Mat.3. ipse declarat dicens: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Cum igitur tãta ad ædificatio- D
nem ecclesiæ suæ diuino deus fauore cõcesserit, vt post patriarchas, prophetas, angelos, vnigenitus descẽderet dei filius, & ad lauacrũ veniret, nónne vere atq; diuine de ecclesia cognouimus dictũ: Nisi dominus ædificaue- Psal.126.
rit domum, in vanũ laborauerũt qui ædificant eam? Nec mirum si homo ædificare non potest, qui non potest custodire. Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, in vanũ vigilauerunt qui custodiunt eam. Hæc de quodam psalmo. Audeo tamen etiã ego dicere, quod homo viã non possit adoriri, nisi dominũ habeat præuiantem. Vnde scriptum est. Post dominũ deum tuum ambulabis. &, A do- Prou.20.
mino dirigũtur viæ viri. Deniq; ille perfectior, qui intelligeret se sine domino ambulare nõ posse, Vias, inquit, tuas edoce me. Et vt ad historiam veniamus, (Nõ enim simplicem tantũ rei gestæ seriem debemus haurire, sed etiam actus nostros ad emulationem scriptorum referre.) Ex Aegypto populus exiuit, nesciebat viam quę ad terram duceret sanctam. Misit deus columnam ignis, vt per columnam populus viam disceret. Misit etiam per diem columnã nubis, vt neq; ad sinistram, neq; ad dexteram declinaret. Sed non es talis homo, vt merearis & tu ignis columnam, non habes Moysen, non accipis signum. Nunc enim post aduentum domini fides exigitur, signa conduntur. Time dominũ, & præsume de do
mino. Immittit enim angelos dominus in circuitu ti- Psal.33.
mentium eum, & eripiet eos. Vides quia vbique domini E
virtus studiis cooperatur humanis, vt nemo possit ædificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicquam incipere sine domino. Et ideo, iuxta Apostolum, siue manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, om- 1. Cor.10.
nia in gloria dei facite, in nomine domini nostri IESV Christi. In duabus enim epistolis, alibi in nomine domini nostri IESV Christi, alibi in gloria dei facere te præcepit, vt scias eandem esse patris & filii gloriam, eandemq; virtutem, nec in aliquo circa sui diuinitatem patrem & filiũ discrepare, qui circa præsidia nostra nõ discrepant. Docuit igitur me Dauid q̃ nemo sine domino ædificet domum, custodiat ciuitatem. Docuit me etiam Moyses quod nemo nisi deus fecerit mundũ. In princi- Gene.1.
pio enim fecit deus cælum & terram. Docuit etiã quod hominẽ deus opere suo fecerit. Nec ociose posuit: Fin- Gen.2.
xit deus hominẽ de limo terræ, & insufflauit in faciem eius flatum vitæ. vt actum quendam dei circa ædificationem hominis vsu quodã corporalis operationis aduertas. Docuit etiã quia & mulierẽ fecit deus. Immisit enim deus soporem in Adam, & dormiuit, & sumpsit vnam costã de latere eius, & repleuit locũ eius carne: & ædifi- F
cauit dominus deus costam quam sumpsit ab Adam, in mulierem. Nõ frustra, vt dixi, corporalibus quibusdam manibus circa Adam & Euam Moyses deum inducit operantem. Mundum deus fieri iussit, & factus est, & vno verbo opus mũdi scriptura indicat absolutũ. Ad hominem venitur, & manus ipsas quodammodo studuit tibi propheta dei laborãtis ostẽdere. Plus nescio quid in his intelligere, q̃ lego, opera dei elaborata me cogunt. Subuenit Apostolus æstuanti, & quod ego nõ intelligebam quid esset, Os de ossibus meis, & caro de carne mea: &, Hęc vocabitur mulier, quoniam de viro suo sumpta est: diuino mihi spiritu reuelauit dicens: Sacramentum hoc Ephe.5.
magnum est. Quod sacramentum? Quia duo erunt in carne vna: & quia relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & quoniam mẽbra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Quis est iste vir propter quem mulier parentes relinquat? Relinquit parentes ecclesia, quæ de gentilibus populis congregata est: cui prophetice dicitur: Obliuiscere populum tuum, Psal.44.
& domum prtris tui. Propter quẽ virum, nisi forte propter illum de quo dicit Ioannes: Post me venit vir, qui ante me factus est? De cuius latere dormientis costam deus sumpsit. Ipse enim est qui dormiuit, & quieuit, &

G resurrexit, quoniã dominus suscepit eũ. Quæ est huius costa, nisi virtus? Quia tunc quando miles latus eius aperuit, continuo aqua & sanguis exiuit, qui effusus est pro seculi vita. Hæc seculi vita, costa Christi est, hæc co-
1.Cor.15. sta secundi est Adam. Primus enim Adam in animam viuentẽ, nouissimus Adam in spiritum viuificantẽ. Nouissimus Adam Christus est, costa Christi vita ecclesiæ est. Nos ergo mẽbra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Et fortasse hæc est costa de qua dixit:
Mar.5. Sentio de me virtutem exisse. Hæc est costa quæ de Christo exiuit, nec corpus eius imminuit. Non enim corporalis, sed spiritalis est costa. Spiritus autẽ non diuiditur ipse, sed diuidit singulis prout vult. Hæc est Eua, mater omnium viuentiũ. Si enim intelligas viuentẽ cum mortuis quæri, intelligis eos mortuos esse qui sine Christo sunt, qui participes vitæ non sunt. Hoc est enim Christi non esse participes, quia Christus est vita. Mater ergo viuentiũ ecclesia est, quam ædificauit deus in ipso summo angulari lapide Christo IESV, in quo omnis structura compaginata crescit in templum dei. Veniat ergo deus, ædificet mulierem illam quidem adiutricem Adę, hanc vero Christi. Nõ quia Christus adiumentũ requirit, sed quia nos quærimus & desideram⁹ ad Christi gratiam per ecclesiã peruenire. Et nunc ædificatur, & nunc formatur, & nunc mulier figuratur, & nunc creatur. Et ideo nouo verbo vsa est scriptura, qa superædificamur
Ephe.2. super fundamentũ apostolorũ & prophetarum. Et nũc domus spiritalis surgit in sacerdotiũ sanctum. Veni domine deus ædifica mulierem istam, ædifica ciuitatem, ve
H niat & puer tuus. Tibi enim credo dicenti: Ipse ædificabit ciuitatem mihi. Ecce mulier omniũ mater, ecce domus spiritalis, ecce ciuitas quæ viuet in æternum, quia mori nescit. Ipsa enim est ciuitas Hierusalem, quæ nunc videtur in terris, sed rapietur supra Heliã. Helias enim vnus fuit. Transfertur super Enoch, cuius mors non in-
Sapien.4. uenitur. Ille enim rapt⁹ est, ne malitia mutaret cor eius. Hæc autẽ diligitur à Christo quasi sponsa gloriosa, sancta, immaculata, sine ruga. Et quãto melius totũ corpus assumitur, q̃ vnus assumptus est? Hæc enim est spes ecclesię. Rapietur, pfecto, assumetur, trãsferetur ad cælũ. Ecce curru igneo rapt⁹ est Helias, rapietur ecclesia. Nõ mihi credis? crede vel Paulo, in quo Christus locut⁹ est.
1.Thes.4. Rapiemur, inquit, in nubibus obuiã Christo in aera, & ita semper cum domino erimus. Ad hanc igitur ædificandam mittũtur quidem plures, mittũtur patriarchæ, mittuntur prophetæ, mittitur Gabriel archangelus, innumeri angeli diriguntur, & multitudo cælestis exercitus deum laudat, quia ciuitatis huius ædificatio propinquat. Mittuntur plures ad eam, sed Christus eam solus ædificat. Verum non est solus, quia pater præsens est. Et si solus ædificat, gratiã tamen tantæ ædificationis non solus vsurpat. Scriptũ est de templo quod ædificauit Salomon, in quo typus ecclesiæ fuit, quia tria milia sexcẽti
I erant qui in humeris portarent, & septuaginta milia lapidum cæsores, & octoginta milia tollentes onera. Veniant angeli illi, veniant lapidum cæsores, cædantur superflua lapidum nostrorũ, aspera leuigẽtur. Veniant & qui in humeris portãt. Scriptũ est enim: Supra humeros tollentur. Venit ergo ad Ioannẽ, quoniam cætera compersti. Venit ad Ioannis baptisma, sed Ioannis baptisma habebat pœnitẽtiam delictorũ. Et ideo prohibet eũ
Matt.3. Ioannes dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Cur venis ad me qui peccatũ non habes? Ille enim baptizandus est, qui peccatum habet. Qui autem peccatum non fecit, lauacrum pœnitentiæ cur requirat? Sine, inquit, modo. hoc est, dum ecclesia ædificetur. decet nos implere omnem iustitiam. Quæ est iustitia, nisi mi-
Psal.111. sericordia. Dispersit enim dedit pauperib⁹, iustitia eius manet in æternũ. Dedit mihi pauperi, dedit mihi inopi gratiam, quam antè non habui. Iustitia ergo eius manet in æternum. Quæ est iustitia, nisi vt quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo? K
Quæ est iustitia, nisi vt qui carnem susceperit, non quasi deus sensum aut ministeriũ carnis excluderet, sed quasi homo carnem vinceret, vt vincere me doceret? Docuit enim qua ratione possim terrenis concretã vitiis obnoxiæ carnis illuuiẽ *sepelire criminibus, renouare virtu- *ingluuiẽ
tibus. O vere diuinam in ipsa humilitate domini prospicientiam. Quanto enim abiectior humilitas, tanto diuinior prouidentia. Iniuriarũ suarũ acerbitate deus proditur, & remediorũ suorum vsu, qui nullis remediis, indigeret deus probatur. Quid enim tam diuinum ad populos prouocandos, q̃ vt nemo refugiat lauacrũ gratiæ. quãdo Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit? Nemo se dicat exortem esse peccati, quãdo Christus venit ad remediũ peccatorũ. Si pro nobis Christus lauit, immò nos in corpore suo lauit, quantò magis nos nostra delicta lauare debemus? Quo igitur magis opere, quo magis mysterio deus (quanq̃ deus ĩ omnibus) quàm hoc probatur, quando per totum mundum qua generis humani conditio diffunditur per separatarũ diuortia tractusq; regionum, vno momento in vno corpore deus fraudem vetusti erroris aboleuit, gratiam regni cælestis effudit? Vnus enim mersit, sed lauit omnes. Vnus descen- L
dit, vt ascenderemus omnes. Vnus omnium peccata suscepit, vt in illo omnium peccata morerentur. Purificate igitur vos, vt apostolus dicit, quia purificauit se ille pro nobis, qui purificatione non eguit. Hæc de nobis. Nunc consideremus mysteriũ trinitatis. Vnũ deum dicimus, sed patrem confitemur. Nam cum scriptum sit. Diliges dominum deum tuum, & ipsi soli seruies: nega- Deut.10.
uit filius esse se solum, dicens: Sed non sum solus, pater enim mecũ est. Nec nunc solus est. Pater enim se adesse Ioan.16.
testatur. Adest & spiritus sanctus. Nunq̃ enim potest à se trinitas separari. Deniq; apertũ est cælũ, descẽdit spiritus sanctus corporali specie sicut colũba. Quomodo ergo hæretici dicũt quia solus in cęlo est, qui nõ est solus in terris? Aduertamus mysteriũ quare sicut columba. Simplicitatẽ enim lauacri requirit gratia, vt simus simplices sicut colũbæ. Pacẽ lauacri requirit gratia, quã in typo veteri columba quondã ad illam arcã quæ sola fuit diluuii immunis, aduexit. Docuit me cuius typus colũba illa fuerit, qui nũc descẽdere dignatus est in specie colũbæ. Docuit, in illo ramo, in illa arca typũ fuisse pacis ecclesiæ, quod inter ipsa mundi diluuia spiritus sanctus ad ecclesiam suam pacẽ afferat fructuosam. Docuit etiã Dauid, qui prophetico spiritu cernens baptismatis sacramẽtum ait: Quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ? M
Venit ergo spiritus sanctus, sed attende mysterium. Ve- Psal.54.
nit ad Christum. Omnia enim per ipsum facta * sunt, *creata.
& in ipso constant. Sed vide beneuolum dominum, qui solus se iniuriis subdidit, solus gratiam non quæsiuit. Et vbi ædificauit ecclesiam? Rogabo, inquit, patrẽ, & alium Ioan.14.
paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternũ, spiritum veritatis, quẽ hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec agnoscit eum. Merito ergo se in corpore demonstrauit, quoniam in diuinitatis substantia non videtur. Vidimus spiritum, sed in specie corporali: videamus & patrem, sed quia videre non possumus, audiamus. Adest enim beneuolus deus, non derelinquet templum suum. Vult omnẽ exædificare animã, vult eam ad salutẽ informare, vult lapides viuos à terra ad cælum transferre. Diligit templum suũ, & nos diligamus eum. Si diligimus deum, præcepta eius seruem⁹. Si diligimus
eum, nouerimus eum. Qui enim dicit quia nouit eum, 1.Ioan.2.
& præcepta eius nõ seruat, mẽdax est. Quomodo enim potest deum diligere, qui nõn diligit veritatem, cũ deus veritas sit? Audiamus ergo patrẽ. Inuisibilis enim pater, sed & filius inuisibilis secundum diuinitatem. Deum e- Ioan.1.
nim nemo vidit vnquam. Cum ergo filius dei in eo vtique quod deus est filius, non videtur, demõstrare se voluit in corpore: & quia pater corpus non gerebat, ideo

A probate voluit pater nobis in filio se esse præsentem, dicens: Filius meus es tu, in te complacui. Si vis dicere filiũ
Psal.138. cum patre semper esse præsentẽ, lege filii vocem dicentis: Si ascendero in cælum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades. Si patris testimoniũ quæris, audisti à Ioanne. Crede igitur ei, cui se baptizandũ credidit Christus, cui pater filiũ cælesti voce cõmisit, dicens: Hic est filius meus dilect⁹, in quo cõplacui. Vbi sunt Arriani, quibus non placet filius, in quo cõplacuit pater? Hoc non ego dico, neq; hominum quisquam locutus est, neq; per homi-
Mat.17. nẽ deus, neq; per angelos, neq; per archãgelos, sed ab ipso patre vox de cęlo missa signauit. Deinde alibi idẽ
Ioan.10. pater repetit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo cõplacui: ipsum audite, dicentẽ vtiq; Ego & pater vnum sumus. Qui ergo filiũ non credit, non credit patri. Testis est ille de filio. Si dubitatur de filio, paterno non creditur testimonio. Deinde cum dicit, In quo complacui: non aliena in filio, sed sua laudat. Quid est enim dicere, In quo cõplacui, nisi quia omnia quæ habet filius, & pater habet: sicut & quæ patris sunt, filii sunt? Filius dixit:
Ioan.16. Omnia quæ habet pater, mea sunt. Indifferentis enim diuinitatis potentia non secernit inter patrem & filiũ, sed vnam patri filioq; participat potestatẽ. Credamus patri, cuius voce elementa sonuerunt. Credamus patri, cuius
voci elemẽta obsequiũ præstiterunt. Credidit mũdus in
B elementis, credat in hominibus. Credidit in exanimis, credat in viuẽtibus. Credidit in mutis, credat in loquentibus. Credidit in iis quæ non habent sensum, credat in iis qui sensum vt deum cognoscerent consecuti sunt.

Diui Ambrosij

MEDIOLANENSIS EPISCOPI Commentariorũ in euangelium secundum Lucã, Liber tertius.

De genealogia domini Saluatoris

IPSE IESVS erat incipiens fere annorum triginta qui putabatur filiꝰ esse Ioseph.) De generationibus dicturi, quarum nonnullam videmus in euãgelio secundum Matthæũ, vel in hoc cuius interpretationẽ habemus in manibus, esse distantiam, quoniam non est credibile aduersantia sibi sanctos viros potuisC se dicere, de generationibus præsertim domini Saluatoris: quanto studio possumus, non dixisse eos discrepantia demonstremus. Et primùm omnium neminem mouere debet quod ita scriptũ est: Qui putabatur esse filius Ioseph, Bene enim putabatur, quia natura nõ erat. Sed ideo putabatur, quia eũ Maria quæ Ioseph viro suo erat desponsata, generauerat. Sic enim habes: Nónne hic est filius Ioseph fabri? Diximus supra qua ratione per virginem, diximus etiam qua ratione per desponsatam, & quare census tempore nasci voluerit dominus salutaris. Non alienum etiam videtur vt qua ratione fabrum patrẽ habuerit, declaremus. Hoc enim typo eum patrem sibi esse demonstrat, qui fabricator omniũ con-
Gene.1. didit mundum, iuxta quod scriptum est: In principio fecit deus cælum & terram. Nam etsi humana non sunt comparanda diuinis, typus tamen integer est, quod pater Christi igne operatur & spiritu, & tanq̃ bonus animæ faber vitia nostra circundolat, cito securim admouens, arboribus infœcundis, secare doctus exigua, culminibus seruare sublimia, rigida mẽtium spiritus igne mollire, & in varios vsus omne humanum genus diuersa ministeriorum qualitate formare. Cur autem Ioseph magis quàm Mariæ generatio describatur, cũ Maria de D
spiritu sancto generauerit Christum, & Ioseph à generatione domini videatur alienus, dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quæ semper viri originẽ quærit. Sic enim habes: Phares fuit filius Iu- Mat.2.
dæ principis tribus, hic generauit Esrom, & Esrom generauit Aram, & Aram generauit Aminadab, & Aminadab generauit Naason, & Naason generauit Salmon, & Salmon generauit Booz, & Booz generauit Obeth, & Obeth generauit Iesse, & Iesse generauit Dauid. Viri enim persona quæritur, qui etiam in Senatu & reliquis curiis ciuitatum generis asserit dignitatem. Quàm deforme autem si relicta viri origine, origo fœminæ quęretur, vt videretur patrem non habuisse ille totius mundi populis prædicãdus? Sed etiã alibi diuerso ordine generationẽ doceamus esse decursam, ne hic quoq; euan-
gelistæ discrepare videãtur, qui veterem ordinem sunt 1.Reg.1.
secuti. Sic enim habes. Fuit homo ex Arath, & nomen eius Helcana, filius Hieremihel, filius Heli, filius Ozi. Vides & à patribus ad filios, & à filiis ad patres originis descriptionem veteri more contextam. Vides vbique familiam per virorum generationes esse decursam. Noli mirari si Matthæus ab Abrahã vsque ad Ioseph, Lucas à Iosephꝰ vsq; ad Adam & ad deum generationũ ordinem percurrit. Noli mirari quod Ioseph origo descri- E
pta est. Etenim secundum carnẽ natus, vsum debuit sequi carnis, & qui in seculũ venit, seculi debuit more describi, maxime cum in Ioseph origine etiã origo sit Mariæ. Nam cum vir iustus fuerit Ioseph, vtiq; ex tribu sua & ex patria sua accepit vxorem, nec potuit iustus facere contra id quod lege præscriptum est. Sic enim habes:
Quia vnusquisq; in hæreditate tribus suæ patriæ adhæ- Nume.36.
rebunt filii Israel, nec de tribu ad tribum transibunt: & omnis filia quæ habet hæreditatem tribũ filiorũ Israel, vni ex populo & ex tribu patris sui erit vxor. Itaq; & cẽ
sus tempore ascendit Ioseph de domo & de patria Da- Rom.9.
uid, & profiteretur cũ Maria vxore sua. Quæ ex eadem domo, & ex eadem patria professionũ defert, vtiq; eiusdem tribus & eiusdem patriæ se esse designat. Cognata quoque Mariæ inducitur Elizabeth. primò quod omnes Iudæi cognati, quemadmodum & Apostolus docuit dicens: Optabam enim anathema esse ipse pro fratribus meis, cognatis secũdum carnem, qui sunt Israelitæ. Cognatæ ergo, qui ambæ Israelitæ erant: simul & cognatæ, quia ambę erant ex tribu Iuda. Didicisti ex tribu Iuda Mariam, discę & Elizabeth. Nam exurgens Maria in
diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in ciui- F
tatem, inquit, Iudæ, & intrauit in domum Zachariæ. Cum enim iuxta tribus suas Moyses habitare vnumquemq; præscripserit, vtiq; cum in ciuitate Iudæ manserit, erat & in tribu Iuda, maxime cũ ex genere Elizabeth fuerint sacerdotes, quorũ deus portio est. Simul quàm pulchrum, vt cum illa prænuncium Christi, Christum illa generauerit, & altera de spiritu sancto cõceperit, altera sancto repleta spiritu prophetauerit, secũdum carnem quoq; videãtur fuisse cognatę, quę secũdum deum spiritalis cognationis consortio non carebant. Quod si
omnis fœminæ caput vir, secundum sanctum Apostolum: & sunt duo in carne vna secundum legem diuinã: Ephe.5.
vtiq; ii qui vna caro erãt, & vnus spiritus, quomodo poterat fieri vt viderentur patriam & tribum habere diuisam? Accedit illud, quod etiã angelus Gabriel de domino prenũciauerat q̃ dabit illi deus sedẽ Dauid patris sui. Certum est igitur etiã Mariã de Dauid generatione manasse. Simul etiã dicimus nihil referre quo ordine generationis sexies exprimatur, cũ iter hinc atq; inde sit pertium. Cur autẽ sanctus Matthæus ab Abraham generationem enumerare cœperit Christi, sanctus vero Lucas à Christo vsque ad deũ perduxerit explanandum videtur. Sed prius cur sanctus Matthęus cũ ab Abraham cœperit generationis ordinẽ, non ita posuerit, Liber gene-

G rationis Abrahæ: sed, Liber generationis IESV Christi filii Dauid, filii Abrahã. Et cur hos duos potiſsimũ nominauerit, nequaq̃ prætercundũ puto. Nõ enim ocioſe fideliſsimi authores generis eliguntur, vt intelligamus quod in ipſa generatione carnis ſpiritalis magis ſucceſsio requiratur. Duo ſunt enĩ iſti viri in quos manauerũt promiſsa diuina. Prior Abrahã, qui ante Moyſi legem, & ante Populũ Iudæorũ propria derelinquẽs, & cognoſcens deũ, meruit fidei teſtimoniũ, quia credidit deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã. qui etiã à deo accepit oraculũ dicenti ſibi: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram quam tibi mõſtrabo, & faciã te in gentem magnã, & benedicam te, & magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus, & benedicam benedicentes, & maledicã maledicentes te, & benedicẽtur in te omnes tribus terræ. Vides igitur cõgregationes gẽtiũ, & ſacroſanctum eccleſiæ cœtũ oraculo diuino huic eſse primo promiſsum? Et ideo his author generis debuit deſignari, qui inſtaurãdæ eccleſiæ ſponſionem primus emeruit. Dauid quoq; merito & ipſe author generis declaratur, quia cũ iureiurando reſponſum quod ex ipſo ſecũdum carnẽ Chriſtus futurus eſset, accepit. Sic enim ſcriptũ eſt: Iurauit dominus Dauid veritatẽ, & nõ pœnitebit eũ, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam. Et alibi: Semel iurauĩ in ſancto meo, ſi Dauid mẽtiar, Semẽ eius in æternũ manebit, & ſedes eius ſicut ſol
H in cõſpectu meo. Et in Paralipomenõ: Et erit, cum completi fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te, qui erit de ventre tuo, & parabo regnũ eius: ipſe mihi ædificabit domũ, & erigam ſedem eius in ſeculum. Ego ero ei in patrẽ, & ipſe erit mihi in filiũ, & miſericordiã meã nõ diſpergã ab eo, ſicut diſperſi ab iis qui ante te fuerũt. Per Eſaiã quoq; idẽ dominus deus generationẽ domini reuelauit dicẽs: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos ex radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus. Et infra: Et erit radix Ieſſe, & qui exurget imperare gentibus: in ipſo gentes ſperabunt. Et alibi: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cuius principium ſuper humeros eius, & vocabitur nomen eius, magni conſilii angelus. Adducam enim pacem ſuper principes & ſalutem. & magna poteſtas eius, & pacis eius non erit finis, in ſede Dauid, & in regno eiꝰ. In quo iuxta Aquilæ quoq; interpretationem, non quaſi de homine, ſed de eo qui vltra hominẽ eſset, videmus extitiſse promiſsum. Idem
I enim interpretatus eſt: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & facta eſt menſura in humero eius, & vocabitur nomen eius admirabilis cõſiliarius, cõſiliarius meus fortis, potens, pater ſeculi, princeps pacis. Eius impleta eſt diſciplina, & pacis eius non eſt finis, ſupra ſedẽ Dauid, & ſupra regnũ eius. Omnia cõuenire de Chriſto, euidentibus ſignatur oraculis, nec poſse diuinæ fructum potentiæ ad Salomonis gratiã deriuari, qui Dauid filius fuit, cuius finis haud dubie cognoſcitur. Finis enim fuit regni Salomonis, & pacis, vt Regnorum lectionibus demonſtratur. Vnus eſt Chriſtus, cuius regnum non habet finem. Deinde nullis Salomon gentibus imperauit, Chriſtus vero eccleſiã de nationibus congregauit. Poſtremo viuente Dauid & natus eſt Salomon, & regnum eſt conſecutus. Hic autem qui promittitur, poſt mortem Dauid ſurrecturus eſse mõſtratur, ſicut habes: Quia cũ cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, ſuſcitabo de ſemine tuo qui erit ex vẽtre tuo, & parabo regnum eius: ipſe mihi ædificabit domum, & erigam ſedem eius in ſeculum. Nunquid in ſeculum regnauit Salomon, qui annis tantummodo quadraginta regnauit? Ego ero, inquit ei in patrem, & ille mihi in filium. Quis eſt iſte proprius dei filius, niſi cui dictũ eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et miſericordiam meam non diſpergam ab eo, & fidelem eũ ſeruabo in domo mea, & regnũ eius in ſeculum. At vero Salomonem erraſſe ideo fortaſse tam grauiter, ne errarent homines, & ad
K ipſum crederetur manaſse promiſsum, diuinarum ſerie cognouimus lectionum. Aedificauit enim templum Aſtartę idolo propter amorem mulieris, & indignatus eſt dominus in Salomonem. Si igitur viuẽte Dauid regnare cœpit (ſic enim habes, quod cum eſset nũciatum Dauid regnare Salomonem, adorauit rex Dauid in cubicu 3.Reg.1.
lo ſuo, & dixit: Benedictus dominus deus Iſrael, qui dedit mihi hodie de ſemine meo ſedẽtem in throno meo, & oculi mei vidẽt) ſi errauit, ſi offendit, vides quoniam promiſsi ſeries Chriſtum ſpopondit. Et ideo iſtos duos generis authores euangeliſta delegit. Vnum qui promiſsum accepit de congregatione populorum: alterum qui de generatione Chriſti oraculũ conſecutus eſt. Et ideo licet ordine ſit ſucceſsionis poſterior, prior tamen q̃ Abrahã in domini generatione deſcribitur: quia plus eſt promiſsum accepiſse de Chriſto, q̃ de eccleſia, quoniã eccleſia ipſa per Chriſtum. Ergo vnus princeps generis ſecundum carnẽ, alter princeps generis ſecundum ſpiritum: alter ſecũdum ſeminis gratiã, alter ſecũdum populorum fidem. Potior enim qui ſaluat, eo qui ſaluatur. Et ideo Dauid filius dicitur. Liber generationis IESV Chri
L ſti, filii Dauid. Eius enim primo loco debuit filius dici, cui clare filius eſt promiſsus: licet apoſtolus etiã Abrahæ Chriſtũ dicat eſse promiſsũ. Abrahę enim dictę ſunt promiſsiones & ſemini eius. Nõ dicit, Et ſeminibus, tanq̃ in multis, ſed ſicut ĩ vno: & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus: vt alteri proprietas generationis, principatus alteri deferatur. Illi delatũ eſt vt IESVS eius filius diceretur, huic quaſi principi familiæ gentiumq; prærogatiua ſeruatur, vt ab Abraham generationes dominicæ manaret exordiũ. Qui enim fidei author eſt, ipſum aſſerere ſcriptura quoq; debuit diuinæ generationis authorem. Vnde & Lucas ad deum putauit originẽ eius eſse referendam, quod verus Chriſti generator deus ſit, vel ſecundum veram generationẽ pater, vel ſecũdum lauacri regenerationẽ myſtici author muneris. Et ideo non à primo generationẽ eius cœpit deſcribere, ſed poſteaquam baptiſmum eius explicuit, authorẽ omniũ deum per baptiſmum cupiens demõſtrare, Chriſtum quoq; à deo ordine manaſse ſucceſsionis aſſeruit, vniuerſa contexens vt & ſecundum naturam, & ſecundum gratiam, &
M ſecundum carnem dei filium demonſtraret. Quod autem euidentius diuinæ generationis indicium, q̃ quod de generatione dicturus, ipſum patrem præmiſit loquentem: Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui? Hic quoque aliqui ſolent ſerere quæſtiones, quòd Matthæus ab Abraham vſque ad Chriſtum quadragintaduas generationes enumerauerit, Lucas vero quinquaginta: & quòd per alias perſonas Matthæus, per alias Lucas generationem manaſse deſcripſerit. in quo iam illud poteſt probari quod diximus, quia cum alios Matthæus maiores dominici generis, alios vero Lucas in ordine generationis texuerit: ab Abraham tamen & Dauid reliquos authores generis vterque ſignauit. Quod vero per Salomonem Matthæus generationem deriuandam putauit, Lucas vero per Nathan, alteram regalem, alteram ſacerdotalem Chriſti familiam videtur oſtendere. Quod non ita accipere debemus, quod alterum altero verius, ſed alter alteri pari fide & veritate concordet. Fuit enim vere & ſecundum carnem regalis & ſacerdotalis familiæ. Rex ex regibus, ſacerdos ex ſacerdotibus: licet oraculum non de carnalibus, ſed de cæleſtibus exprimatur: quoniã & rex in dei virtute lætatur, cui iudiciũ à patre rege defertur, & ſacerdos eſt in æternum, ſecundum quod ſcriptum eſt: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchizedech. Bene igitur vterque tenuit fidem, vt Matthæus per reges ductam originem comprobaret, & Lucas per ſacerdotes à deo tranſmiſsam in Chriſtum ſeriem generis deducendo, ſanctiorem ipſam originem declararet. Simul in hoc

A quoq; vituli figura ſignatur quod vbiq; ſacerdotale myſterium putat eſse ſeruandum. Nec mireris ſi ab Abraham plures ſecundum Lucã ſucceſsiones vſq; ad Chriſtum ſunt, pauciores ſecundum Matthæum, cum per alias perſonas generationem fatearis eſse decurſam. Poteſt enim fieri vt alii longæuam tranſegerint vitam, alterius vero generationis viri immatura ætate deceſserint: cum videamus complures ſenes cum ſuis nepotibus viuere, alios vero viros ſtatim filiis obire ſuſceptis. Illud quoque aduertimus quòd ſanctus Matthæus, Iacob, qui fuit pater Ioſeph, filium Mathan eſse memorauerit: Lucas vero Ioſeph, cui deſponſata erat Maria, filium Heli, Heli autem filium Melchi eſse deſcripſerit. Quomodo vnius duo patres, id eſt Heli & Iacob? Quomodo etiam duo paterni aui, Mathan & Melchi? Sed ſi requiris, inuenies quod iuxta præſcriptum legis veteris duo fratres diuerſos filios vterinos ex vna vxore generauerint. Tra
B ditur enim Mathan, quia à Salomone genus duxit, Iacob generaſse filiũ, & vxore ſuperſtite deceſsiſe, quam poſtea Melchi accepit vxorem, ex qua generatus eſt Heli. Rurſus Heli fratre ſine liberis decedente, copulatus eſt fratris vxori, & generauit filium Ioſeph, qui iuxta legem Iacob filius dicitur: quoniam ſemen fratris defuncti frater iuxta legis veteris ſeriẽ ſuſcitabat. Ita duorum filius dictus eſt, non ab vtroque generatus, ſed quia alterius ſecundum generationem, alterius ſecundum legem factus eſt filius. In quo præſcripto legis futurã perpetuitatem defunctorum ſeminis nobis eſse promiſsam non intellexit populus Iudæorum, ſed ſecundum literam accipiens, gratiam corrupit oraculi. Alius enim erat frater, qui defunctorum fratrum ſemen reſuſcitaret, non frater ſecundum carnis germanitatẽ, ſed ſecundũ gratiæ puritatem. Et ideo fortaſse frater nõ redemit, redimet homo: quia non germanus frater ille, ſed dominus, & mediator dei & hominum, homo Chriſtus IESVS reſurrectionis gratiam propagauit. Licet ſit verſiculi iſtius & alia interpretatio, quam ſuo dicemus loco. Non abſurdum autem videtur, quod geminato myſtico numero quarternas denas generationes diuidendas ſanctus Matthæus putauit, ab Abraham vſq; ad Dauid, à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum: in quo vices mutationum pariter deſignauit. Ab Abrahã enim vſq; ad Dauid tempora ſine regibus fuit populus Iudæorũ. Regnum enim iuſtum à Dauid cœpit, deinde per reges actum genus omne eſt Iudæorum, & intemerata vſq; ad tranſmigrationẽ eorum regna manſerũt. Poſt tranſmigrationem vero in occaſum degenerãtis populi nobili-
C tas circunciſa vergebat. De quinquaginta vero generationibus quas ab Abraham Lucas contexendas putauit, numeri myſtici ſeruata gratia ſatis claret. Nam & decimus & ſeptimus numerus myſticus eſt, & tertio vterque repetitus myſterium ſignat. Et Pentecoſte, cuius Lucas, & Teſſeracoſte, cuius Matthæus ſecutus eſt gratiam, ſatis ſuperq; numerum myſticum prodiderunt. Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famoſæ, vt illis videtur Matthæus cõmemorationem in dominica generatione contexendam putauerit, cur etiã Ruth, cur eius quoque mulieris, quę Vrię vxor fuit, & occiſo marito in Dauid nuptias cõmigrauit: cum præſertim Saræ & Rebeccæ & Rachel ſanctarũ fœminarũ nuſq̃ fecerit mẽtionem. Sic enim habes: Abraham genuit Iſaac, Iſaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam, & fratres eius: Iudas autem genuit Phares & Zaram ex Thamar. Non ocioſe vtique huius mulieris euangeliſta nomẽ inſeruit, de qua diuiſe interim tractãdum videtur. Primũm enim, ſi veris intendas animũ, non hæc mulier tã famoſa q̃ iuſta. Non enim tẽporalis vſum libidinis req̃ſuit, ſed ſucceſsionis gratiam concupiuit. Erat enim deforme liberos non habere: quod etiam legum ciuilium fuit authoritate multatum. Promiſerat eam filio ſuo Iudas, ſed diu pactarum

De concep tu Thamar, & geminis ei.

fœdera diſtulerat nuptiarũ, per moram promiſsi defun
D ctus eſt ſponſus. Nõdum virginitatis, nondũ viduitatis ante Chriſti aduentũ vernebat gratia. Dolens ſe ſine filiis remanſiſse, dolũ ſtudio generationis cõmenta eſt, & Iudam cõſilio præuertit, vt ſe eidem offerret ornatam, poſteaq̃ defunctam eius cognouit vxorem. Vides vbiq; mulieris vitam probari, quod non alienũ præripuit thorum nõ meretricio ſtudio quaſi meretrix adornata eſt. Non enim vagam captauit libidinẽ, ſed diu ſoceri fraudata promiſsis, ex ea familia quã delegerat, cõuerſo dolo fructũ voluit ſucceſsionis adipiſci. Quis itaq; caſtior, illa quæ tãdiu expectauit promiſsum, an ille qui amorẽ ferre non potuit oblatum? Illa quę ſponſi familiam non refugit, an iſte qui meretricẽ putauit? Illa quæ oram ſui corporis volentibus non permiſit ad copulã, an iſte qui quod ſtudio cœpit erroris, ad ſucceſsionis gratiam caſtitate mulieris cõſummauit? Illa quæ filios non habebat, & tẽpus conceptionis mora cõiugii timebat excludi, illa quæ grauitatẽ maturioris elegit: an iſte qui ætatẽ adoleſcentioris adamauit? Deniq; ipſe confeſsus eſt, dicens: Iuſtificata eſt Thamar magis q̃ ego, propter quod non Gene.38.
dedi eam Selon filio meo. Itaq; illa experiri exactorem ipſum ſuæ voluit caſtitatis. Deniq; nunquã poſtea virũ experta eſt, amictũ viduitatis ſumpſit à coitu. Ille vnius
E horæ impatiens, qui annos à puella exegerat caſtitatis, luctũ expulit, veſtem mutauit, comam totondit, rogum deſeruit, thorũ amator deſcẽdit. Sed nõ ita iſtam defendimus, vt illũ accuſemus, immõ vtrũq; excuſemus. Non autem nos, ſed myſteriũ quod copulæ illius fructus expreſsit. Generauit enim mulier Phares & Zaram filios, generauit geminos. Vnde non ocioſe Matthæus vtrunq; ſignauit, cum Phares tantũmodo cõmemorationẽ cauſa depoſceret. Phares enim genuit Eſron, Eſron genuit Aram, deinde per ordinẽ ſinguli. Cur autem cum Iſaac duos generauerit, Iacob plures, ſingulorũ tantũmodo quos ſucceſsionis dominicæ cauſa poſcebat, fecit ſcripturę ſeries mentionẽ, horum autẽ vtrunq; memorauit: niſi quia hic in vtroq; myſterium eſt? Tractauimus moralem locũ, quia non opera meretricis exercuit, ſed munera fœcũditatis elegit. Tractemus hiſtoricũ, & myſticũ vẽtilemus. Neq; enim ſine myſterio poteſt eſse quod an
nulũ & monile accepit, & virgã. Non vilis perſona quæ meretur accipere ornamentũ, ſignaculũ, poteſtatem: factorũ ſignaculum, pectoris ornamentũ, regiæ libertatis inſigne. Ergo vt ordiamur hiſtoriam, cum generaret Thamar, legiſti quia vnus de vtero eius præmiſit manũ: quam apprehendens obſtetrix, coccũ in eam ligauit, dicens: Hic exiet prior. Vt autẽ reuocauit manum puer in
F matris vterũ, ſtatim exiuit frater eius. Dixit autem obſtetrix: Quid inciſa eſt per te ſepes? Et vocauit nomen eius Phares. Et poſt ipſum exiuit frater eius, in cuius manu erat coccũ, & vocauit nomẽ eius Zarã. Vides quanta ænigmata myſteriũ prodãt? Manus præmiſsa, coccũ ligatum, reducta man9, vox obſtetricis gemina, quod prior alter exiret, ſepẽ alter incideret. Cur autẽ alter manum præmiſit ex vtero, alter genitali præceſsit exortu, niſi q̃a per geminorũ myſteriũ gemina deſcribitur vita populorum: vna ſecũdum legẽ, altera ſecũdum fidẽ: vna ſecundũ literã, altera ſecũdum gratiã? Prior gratia quàm lex, prior fides q̃ litera. Et ideo gratiæ typus manũ ante præmiſit, q̃a gratię actus ante præceſsit, qui fuit in Iob, Melchizedech, Abrahã, Iſaac, & Iacob, qui per fidem ſine lege viuebãt. Credidit enim Abrahã deo, & reputatum eſt Gene.15.
ei ad iuſtitiã. Melchizedech quoq; ſancti gratiam præcedens ſacrificii figura monſtrauit. Prævenientes enim legem patriarchę ſancti, præſcriptorũ vinculis abſoluti, liberi & cõſimili nobis euãgelii gratia refulſerũt. Iunior horum frater, ſecũdus ordo pietatis. Primus ergo in patriarchis, ſecundus in regibus & ſacerdotibus eſt. Vtraque enim vita ſecũdum deum, quia illi quoq; qui ſecundum legem Moyſi religioſam & piam militiam milita-

G bant,non ſunt gratiæ & honoris exortes, ſed prior pietatis fructus in authoribus q̃ hæredibus. Prior enim Zara,qui interpretatione ſignificatur oriẽs. Lux enim pietatis, veri ſplendor Orientis eſt, illius vtique qui dixit: Oriẽs nomen eſt mihi. cuius in patriarchis primitus radius lucis illuxit. Hi enim primæ vitę ſuæ actum in hoc ſeculo præmiſerũt, in quorum manu noſtri quoq; actus tanq̃ plenioris corporis, qui adhuc naturæ quodã genẽratis vtero tenebamur, figura præceſſit. Sed media tanq̃ ſepes obiecta legis eſt obſeruatio, & quodammodo vita maiorũ videtur inciſa, de qua in typo illa obſtetrix, fortaſſe iuſtitia, quæ nos emiſſos aluo naturæ matris excepit, dixiſſe proditur: Hic exiet prior. Et reuera mirabilis ille erat ordo pietatis, non à Moyſe, nec ab aliquo homine, nec per hominẽ, ſed munere quodam ſapiẽtiæ ſponte ſe infundentis impreſsus. Prima igitur diſciplina pietatis ſecũdum euãgelium, quia per crucẽ & ſanguinem credimus Chriſti: cuius Abraham diem vidit, & gauiſus eſt: cuius Noe gratiã in typo eccleſiæ figuratam, ſpiritali cognitione præſenſit: cuius Iſaac vicem in ſacrificio nõ recuſauit: quẽ Iacob cũ vinceret, adorauit: cuius Eſaias
H ruborem vidit veſtimentorũ. nam ſecundu euãgelium vita etiam prophetarũ eſt: in cuius ſanguine inter excidia mũdi publicæ futurũ ſalutis inſigne Rhaab illa typo meretrix, myſterio eccleſia, figurauit: quę multorũ conuenarũ copulam nõ recuſat: & quò cõiunctior pluribus eò caſtior, immaculata virgo ſine ruga, pudore integra, amore repleta, caſta meretrix, vidua ſterilis, virgo fœcũda. Meretrix, quia à pluribus amatoribus frequentatur, cum dilectiõis illecebra, & ſine colluuione delicti. Qui enim adhęret meretrici vnum corpus eſt. Vidua ſterilis, quæ viro parere non norit abſente. Venit vir, & hũc populum plebemq; generauit. Virgo fœcunda, quæ hanc genuit multitudinẽ cum fructu amoris, ſine vſu libidinis. Sed vt ad hiſtoriã reuertamur, quid ſibi volunt obſtetricis eloquia dicẽtis: Hic exiet prior, niſi quia eius typũ gerebat, qui ortu corporis poſterior, virtute & veritate primus exiſtẽs, principatũ ſibi omnium vendicauit? Inde & Ioãnes: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt. Quid ſibi vult quod coccũ in manu ei⁹ ligauit, niſi quia typus eius erat qui crucis indicio ſuę, & ſanguinis fuſione actum illuſtrauit humanũ? Itaq; poſteaquã manũ reduxit, quaſi inciſione facta ſepis, exiuit frater eius, quem quaſi medium parietem ſepis vel maceriæ Apoſtolus nominauit, atque ipſe de inciſione nomen accepit. Phares enim diuiſio eſt. Vnde & Phariſæi nuncupati, eò quod à
I multorum ſe coniunctionibus ſepararent. Beatius autem & multo melius fuiſſet nõ inciſiſſe ſepem, ſed vnã eandem & indiuiduam permanere. Quod fieri potuit ſi ei vitæ quæ prior manum miſit, hoc eſt, actum oſtendit ſuũ, conſequens fuiſſet eius vitæ militia quæ ſecuta eſt. Multo enim melius, ſi circunciſus populus vitam maiorũ voluiſſet imitari. Sic enim fuiſſet vna ſepes, vna maceria, vna ædificatio priorũ ac ſequentiũ. Sed quia primum illum vitæ actum, poſteriorum infirmitas non potuit implere, inciſione ſine dubio facta ſepis eius ſiue maceriæ quæ ſecundum deum ædificata erat, tanquam medius paries interiectus eſt, vt illa ſepes, hoc eſt, perpetua atq; continua bonorũ morũ ædificatio rumperetur. Sepes enim eſt qua ager circundatur fructuoſus, furis remouetur incurſus, quæ culta cõcludit, deſerta ſecernit. Maceria quoq; domũ claudit. hæc ſi maneat, domus tuta eſt. Denique auferam, inquit, maceriã eius, & erit in direptionẽ. Optemus vt hæc integra ſit maceria domus noſtræ, domus ſpiritalis quæ in nobis eſt. Non enim ab homine exædificari poteſt, ſed à deo viuo, qui ait: Et maceriam circundedi. Perdiderunt igitur ſalutem, qui maceriam perdiderunt. Maneat ergo maceria, maneat hæc ſepes. Vis ſcire quàm ſit vtilis ſepes? Sepi aures tuas ſpinis & tribulis, & noli audire linguam nequam. Sepes enim iſta te defendit à culpa. Ergo dominus IESVS, qui poſtea ſecundum carnem venit in lucem, veteris illius K munitionem ſepis inſtaurans, in maiorũ nos actuum, & antiquam ſimplicitatem fidei reformauit. Vnde de eo & propheta dixit: Vocaberis ædificator ſepis. Tulit enim illum obicẽ qui vanitatẽ mentis & corporis, ſeriemq; vitæ ſimplicis diuidebat, atq; ipſe factus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem ſepis ſoluens. Quem parietem exponit Apoſtolus inimicitias eſse in carne. Has ergo inimicitias tulit dominus, & pacem refudit, legemq; mandatorũ in decretis euacuauit, vt duos conderet in vno nouo homine: in quo non ſolum exteriorem & interiorẽ, ſed etiam Iudæum ſignificat & Græcum, vt eſset omnia & in omnibus Chriſtus. Dominus enim ſabbati ſuperſtitionem tulit ſabbati corporalis, & quaſi medium ſoluit legis parietem, qui nos ab ea pietate quæ ſecundum deum eſt, decretorum difficultate prohibebat, eò quod iuxta Moyſi legem non erat facile atq; poſsibile gentibus militare deo, cum inanis ſuperſtitio Iudęorũ purum affectum gentiũ à ſubeunda obſeruatione reuocaret. Quid ergo? Lex iutilis? Abſit, ſed vtilis incredulis, infirmis neceſsaria, quæ lubricos & errantes præcepti ſalutaris auſteritate cohiberet, & obſeruationum attẽtione concluderet. Bona autem lex eſt, quia ſpiritalis. Ei autẽ non bona, qui nõ putat ſpiritalem, qui mente exiguus humiliſq; factus, eã quæ ſuper legem eſt, maieſtatem ſcilicet Chriſti videre nõ potuit. Quem vtique tanquam ſupra illum parietem reſpiciens ille mente ſublimis Eſaias gloriã dei vidit, quæ videtur in montibus, nõ in collibus. Docuit itaq; nos eccleſia in Cãticis cãticorũ, quod iſte paries domino noſtro IESV Chriſto obſtare non potuit, vel ei qui ſecutus eſt Chriſtũ, dicẽs: Vox fratris mei: ecce hic venit ſaliẽs ſuper mõtes, & trãſiliẽs ſuper colles. ſimilis frater meus capreę, vel hinnulo ceruorũ in mõtibus Bethel. Ecce hic retro poſt parietẽ noſtrũ, proſpiciẽs per feneſtras, proſpiciẽs per retia. Reſpondit frater meus, & dixit mihi: Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea: quoniã ecce hyems tranſiuit, pluuia abiit, diſceſsit, flores viſi ſunt in terra, tempus ſecandi aduenit, vox turturis audita eſt. Flores apoſtoli, tempus meſsis, fructus eſt Chriſtus, vox turturis vox eccleſiæ. Iure igitur dei filius poſteaquã terrenos homines, nec gradiẽtes ad ſuperna, & corporalibus inſpexit anguſtiis coartatos (Non enim erat qui faceret bonum, non erat vſque ad vnum.) deſcẽdere in terras ipſe
M dignatus eſt, vt parietẽ illum legis, hoc eſt, molem quandam & ſuperſtitionẽ intellect⁹ corporalis auferret, quæ quaſi premeret & obũbraret corda populorum. Melior igitur maceria, q̃ paries. Deniq; non bonus paries dealbatus. Quod non ocioſè dictũ eſt principi ſacerdotum, eò quod medii parietis impedimenta ſeruabat, quẽ dominus IESVS abſtulit quaſi duram militiam, quo clariorem obſeruantiam religionis infunderet, vt iam non vnum Iudæorum genus quaſi corporalis quodam perſcripto legis incluſum, ſed omnes gẽtes ad dei cultũ prę euangeliũ vocarentur. Duo igitur gemini, duæ geminæ vitæ, duæ geminæ ſunt militiæ, ita vt prior melior ſit ſequẽte. Et ideo quod eſt melius, reformatũ eſt. Quis autem neget euangeliũ præſtare legi? Bona tamẽ lex, ſi ſupra literam mentem erigas. Litera enim occidit. Quid autẽ haberet hæc hiſtoria gratiæ, niſi lucẽ tanti myſterii videremꝰ? Docuit enĩ nos Apoſtolus ſanctus in ſimplicitate hiſtorię ſecretũ quærere veritatis, & in quaſdã nõ intelligibiles ſecundum literã diſputationes ſenſum referre, ſcribens: Dicite mihi ſub lege volẽtes eſse. legem non audiſtis? Scriptum enim eſt quia Abraham duos filios habuit, vnũ ex ancilla, & vnum de libera: ſed qui ex ancilla ſecundum carnẽ natus eſt: qui autẽ de libera, ſecundũ promiſsionẽ. Quæ ſunt, inquit, per allegoriã dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Et infra: Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt. Ad illã igitur, quã mediꝰ paries incidere & diuidere non potuit, mentis ſub-

Ioan.8.

Eſa.5.

Eccli.28.

Gene.38.

Ioan.1.

Eſa.58.

Ephe.2.

Pſal.13.

Actuũ.23.

2.Cor.3.

Gala.4.

A limitate tẽdamus. Solutus eſt enim ſecundũ intellectum corporalẽ veteris ille paries teſtamẽti, expulſa eſt ancilla, tenetur libera. Ex libera ſumus liberi. Libera eſt enĩ Eccleſia, expulſa Synagoga eſt. Seruiebat enim populus Iudæorum, remotũ eſt ſeruitutis iugũ, quod noſtræ animæ quædã colla reprimebat, ne vltra parietẽ vitæ prioris poſsimus aſpicere. Habemus iugũ bonum ac leue, qđ habenis pacis, & gratiæ vinculis magis erigat quã deprimat copulatos. Hic eſt domin⁹, cuius ĩ Zara typus antè præceſsit, eò quod ex tribu & ex ſemine illius Zarę dominus IESVS ſecundum carnẽ nõ ſolum à fœmina, ſed etiã ſub lege generatus eſt, vt eos qui ſub lege erant, redimeret precio ſui ſanguinis. Cuius figura ideo in manu illius Zaræ præceſsit, vt promitteret nobis quia ventur⁹ erat qui veteris vitæ reuocaret vſum, & libertatem quàm tribuerat primo illi Adã, in Adam nouiſsimo reformaret, vt iam genus hominum ſine lege eſset ſeruitutis. Si igitur Thamar cognouimus propter myſteriũ inter dominicas generationes eſse deſcriptã, Ruth quoq; ſine dubio pari ratione minime prætermiſsam æſtimare debemus, de qua ſenſiſse videtur Apoſtolus ſanctus cum alie-
1.Tim.1. nigenarũ vocationem gentium ſpiritu præuideret per Euangelium eſse celebrandam, dicẽs q̃ lex nõ ſit iuſtis poſita, ſed iniuſtis. Quomodo enim Ruth, cũ eſset alie-
B nigena, Iudæo nupſit? Et qua ratione in Chriſti generatione eius putauit Euangeliſta copulæ cõmemorationem eſse faciendam, quæ legis ſerie vetabatur? Nõ ergo qđ nõ ex legitima ſaluator generatiõe manauit videtur eſse deforme, niſi ad apoſtolicã ſentẽtiã reuertaris, quia lex non eſt iuſtis poſita, ſed iniuſtis. Hic enim cum ſit alienigena & Moabitis, præſertim cum lex Moyſi prohiberet has nuptias, Moabitasq; excluderet ab Eccleſia, (Sic enim ſcriptum eſt: Moabitæ nõ intrabunt in Eccle-
Deut.23. ſiã domini vſq; ad te: tiã & quartã generationẽ, & vſq; in ſeculum) quomodo intrauit in Eccleſiã, niſi quia ſancta & immaculata moribus ſupra legem facta eſt? Si enim lex impii & peccatoribus poſita eſt, vtiq; Ruth quæ definitionem legis exceſsit, & intrauit in Eccleſiam, & facta eſt iſraelitis, & meruit inter maiores dominici generis computari propter cognationẽ mentis electa, nõ corporis: magnũ nobis exemplũ eſt quia ĩ illa noſtrũ omniũ, qui collecti ex gẽtibus ſumus, ingrediendi in Eccleſiam domini figura præceſsit. Hãc igitur æmulemur, vt quia hæc moribus hanc prærogatiuam meruit aſciſcendæ ſocietatis ſuæ, ſicut hiſtoria docet: nos quoq; propter morum electionẽ ĩ Eccleſiã domini meritis ſuffragãtib⁹ ad
Ex libro Ruth. legamur. Etenim cũ iſraelitas in dieb⁹ Iudicũ ſuperiori-
C bus fames tẽporibus vrgeret, à Bethleem ciuitate Iudæ, in qua natus eſt Chriſtus, abiit vir colere in agro Moab cũ vxore & duobus filiis, Elimelech viro nomẽ, mulieri Noemi. Filii eius acceperunt ſibi vxores Moabitidas, nomen vni Orpha, & nomen ſecundæ Ruth: & habitauerunt illic quaſi decem annis, & mortui ſunt. Sed derelicta mulier à duobus filiis, & viro proprio deſtituta, cognito qđ deus viſitaret Iſrael, regredi domũ parans, cœpit ſuadere vt domũ propriã repeterent vxores filiorum ſuorum. Vna conceſsit. Ruth vero cũ ſocru manſit. Cui cũ diceret ſocrus: Ecce iam conſponſata tua ad populũ ſuũ regreſsa eſt, & ad deos ſuos, & tu reuertere pariter cũ cõſponſata tua: reſpondit Ruth: Non contingat mihi dimittere te, & redire ad deos meos: qa quacũq; tu ieris, ibo tecum: & vbi habitaueris, habitabo. Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Et vbi mortua fueris, moriar: & vbi ſepulta fueris, ſepeliar. Atq; ita duę peruenerunt in Bethleem. Hos igitur mores, atq; hanc ſanctitatem erga ſocrũ, pietatem erga defunctũ, religionem erga deum, cum cognouiſset Booz proauus Dauid iuxta legẽ Moyſi, vt ſemen defuncti proximi ſuſcitaret, eã ſibi elegit vxorẽ. Refert autẽ aduertere qđ & in agro pleno meſsis reperta, manipulos (ſicut ſcriptũ eſt) colligens, & ſocrui fructus referuans, nõ poſt iuuenem abiit, ſed virum perfectum ſecuta eſt, vnde & meruit audire: D Quia mulier virtutis es tu, & qa bene feciſti miſericordiam tuã nouiſsimã, plus quàm primã. Nouiſsima enim miſericordia Eccleſiæ congregatæ præſtat priori. Quod breuius hic comprehendi, quia plenius in libris digeſsimus quos de fide ſcripſi. Appropinquauit enĩ qui longe erat, quia elongauit qui proximus erat, & calciamẽtum proximi muliere acquiſiuit accepta. Mos enim erat, vt qui proximus erat, ſi nollet accipere in coniugiũ propin quam ſuam, calciamentũ ſuum ſolueret, & alii cederet. In quo non mediocre myſteriũ, eò qđ is qui alienigenã in typo ſumpſit, euangelizãdi accepit facultatẽ. Deniq; in typo has fuiſſe nuptias teſtatur benedictio ſeniorũ di centiũ: Det deus mulierem quę inter domum tuam ſicut Rachel, & ſicut Lia, quæ edificauerunt vtreq; domum Iſrael, & facere virtutẽ in Effrata, & ſit nomen in Bethleem, & fiat domus tua ſicut domus Phares, quem peperit Thamar Iudæ. De ſemine tuo det tibi domin⁹ ex hac puella. Et accepit Booz Ruth, & facta eſt ei in matrimonium, & peperit Obeth patrem Ieſse, auum Dauid. Recte igitur ſanctus Matthęus per Euangelium gentes ad Eccleſiã vocaturus, authorem ipſum dominum gentilitiæ congretationis alienigenarum generationẽ ſecundum carnẽ aſsumpſiſse memorauit: vt iam tunc eſset indiciũ qđ illa generatio ederet gentiũ vocatorem, quẽ ſequeremur omnes ex alienigenis congregati, relinquentes paternam domũ, & dicentes ei qui nos ad dei cultum vocaret, verbi gratia Paulo, aut cuicunq; Epiſcoporum: Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Ergo Ruth ſicut Lia & Rachel oblita populum & domum patris ſui, ſoluens vinculum legis, ingreſsa eſt in Eccleſiã. Soluit autẽ calciamẽtum, qui non accepit Eccleſiam. Et E Moyſi dicitur: Solue calciamentũ pedũ tuorum, ne ipſe Exod.3. ſpõſus Eccleſiæ crederetur. Solus ille non ſoluit, qui verus eſt ſponſus. Et ideo dicit Ioannes: Cuius non ſum di Mar.1. gnus ſoluere corrigiã calciamenti eius. Ergo & hic typus eſt eò quòd ædificaret domum Iſrael. Quòd vero cõmemoratio eius dominicæ proſapiæ fuerit inſerenda, declarat myſterii altioris expreſsio, qua prophetatum eſt ex genere eius in Effrata chriſtũ eſse generãdum, cũ dicitur: Det tibi dominus facere virtutẽ ĩ Effrata, & ſit nomẽ in Bethleẽ. Quæ eſt enim virtus niſi quæ per Chriſtũ gẽtium populos congreganit? Quod autem nomen, niſi illud quod Bethleẽ patria domini ſecũdũ carnẽ naſcẽtis eſt facta? Vnde per Prophetam dictum eſt: Et tu Bethleẽ Mich.5. Iudæ non es minima inter principes Iuda. Ex te enĩ exiet princeps qui regat populum meũ Iſrael. Videmus igitur mulierũ cõmemorationi hiſtoriam, morib⁹ myſterium conuenire. Neq; tamen abnuo, cũ Thamar & Ruth defendo, peccatores quoq; inter maiores dominici generis cõputatos: quorũ cõmemorationẽ ſanctus Lucas declinare deſiderans, alium quendã ſucceſsionum ordinẽ tenuit. Neq; enim Achab, neq; Iechoniam, neq; poſtremo Vriæ vxorem nominandos putauit, vt immaculatam ſacerdotalis generis ſeriẽ declararet, Sed vt illi talis con- F ſilii ſui ratio ſubſiſtit, ita etiam ſancti Matthæi cõſilium à rãtione iuſtitiæ non abhorret. Nam cũ euangelizaret dominũ ſecũdũ carnẽ de Zara eſse generatũ, qui omniũ peccata ſuſciperet: ſubiectũ iniuriis, ſubditũ paſſioni: ne huius quidẽ putauit exortẽ aſserendum eſse pietatis: vt macularẽ quoq; originis non recuſaret iniuriam: ſimulnẽ puderet Eccleſiã de peccatorib⁹ cõgregari, cũ dominꝰ de peccatorib⁹ naſceretur. Poſtremò vt beneficiũ redemptionis etiã à ſuis maioribus inchoaret, ne quis putaret originis maculam impedimento poſse eſse virtuti, nec ſe inſolẽs de ſui generis nobilitate iactaret, neve parentum crimina verecundior erubeſceret cui obũbrandæ originis facultas daretur, flore virtutis. An vero ſanctus Dauid, licet multa eius in myſterium figurẽtur, nõ eo præcelſior, q̃ hominẽ ſe eſse cognouit, & cõmiſsum ſuper abrepta Vriæ vxore peccatum pœnitẽtiæ putauit

G lachrymis abluendũ,oſtendens nobis neminem virtuti propriæ debere confidere?Habemus enim aduerſarium magnum,qui vinci à nobis ſine dei fauore non poſsit. Et plerumq; illuſtribus & beatis viris grauia peccata fuiſſe reperies,vt quaſi homines tẽtationi patuiſse cognoſcas, ne virtutibus egregiis pl⁹ quàm homines crederẽtur. Si enim Dauid , qui præſumptione virtutis elatus dixerat:
Pſal.7. Si reddidi retribuentibus mala mihi:et alibi:Ego autem
Pſal.29. dixi in mea abundantia,non mouebor in æternum: ſtatim inſolentiæ huius pœnam ſe ſubiiſſe memorauit,di-
Ibidem. cens:Auertiſti faciem tuam à me,& factus ſum conturbatus:ſi ipſe dominici generis author inſolẽtiæ excepit offenſam,quanto magis nos cæteri peccatores, quibus nulla ſuffragatur prærogatiua meritorum,inſolẽtię ſco pulum timere debemus,in quo naufragium ſit bonorũ: præſertim cũ tantus vir nobis & magiſterii author ſit & exempli,qui quaſi palinodiam quandã ad repropitiãdũ
Pſal.130. dominũ in poſterioribus canendã putauit,dicẽs:Domine
Pſal.15. non eſt exaltatum cor meum,neq; elati ſũt oculi mei.et, Domin⁹ à dextris meis,ne cõmouear. Sciuit enĩ quãdo ſe ſibi credidit,eſse lapſũ. Deniq; nihil aliud eſse i hoie
Pſal.143. deſignauit,niſi quia deũ nouit. Sic enim habes: Quid eſt homo quod innotuiſti ei,aut filius hominis quia cõputas eum?Si ergo dauid inſolentiã damnat , humilitatem induit,recte in hiſtoria vxoris Vriæ magiſterium iſtud affectãdæ humilitatis adſciſcitur. Ettamen ſi ex ea natus eſt ille pacificus Salomon,videamus ne forte myſterium ſit quod ſublato eo de medio,qui ante coniugio ſuo ple
H bem gentium vendicabat, alii Eccleſia viro nupſerit ve ro Dauid. Dauid enim vocatus eſt Chriſtus, in parentis
Pſal.88. nomen adſcitus:iuxta quod ſcriptum eſt:Inueni Dauid ſeruum meum,cui nupſit Eccleſia, quæ verbi ſemine & ſpiritu dei plena, Chriſti corpus,effudit, populũ ſcilicet Chriſtianũ. Eſt ergo mulier,quæ viuente viro alligata eſt legi: & ideo mortuus eſt vir eius, vt nõ eſset adultera ſi eſset cum alio viro. Myſterium igitur in figura, peccatum in hiſtoria:culpa per hominẽ,ſacramentũ per verbum. De qua hiſtoria quoniã alibi plenius diximus, hic tranſcurrẽdum videtur. Meritoq; ſanctus Dauid de hac hiſtoria myſticũ pſalmũ quinquageſimum ſcripſit pro-
Pſal.50. pter Bethſabeæ nuptias,dicens: In plurimũ laua me ab iniuſtitia mea,& à delicto meo munda me. Si iniquitatẽ ſuam dei amicus cognoſcit,& meritis ſuis obſtare delictũ,ſi deniq; deo ſe peccaſſe cõfitetur:cur tu de cõfeſsione criminis erubeſcas,cũ criminis cõmentum,non confeſsio ſit pudoris?Ergo cũ Dauid Bethſabeæ hiſtoriã nõ prætermiſerit in ſuis pſalmis,vt in ea vel myſterium,vel actum perfectæ pœnitentiæ nos doceret,iure videmus etiã in generatioĩb⁹ dominicis nõ prætermiſsã,q̃a & ipſe Dauid qui eã accepit ĩ vxorẽ ſibi,generatiõis dominicæ ſecũdũ carnẽ p̃ceſsor aſseritur. Cuius ſpeciale(vt diximꝰ)meritũ,vt Eccleſiæ ĩ hoc myſterio videret exortũ,&
I acciperet oraculũ q̃ ex ſuo Chriſt⁹ genere naſceretur.
Pſal.131. Alterũ enĩ ad Eccleſiã ptinet,q̃ dixit:Ecce audiuim⁹ eã in Effrata,inuenimus eã in campis ſiluæ. Alterũ ſpeciaIbidem. liter ad dominici corporis ſuſceptionem:quod oraculo manifeſtiſsimo reuelatur,cũ dicitur:Ex fructu vẽtris tui ponã ſuper ſedem meam . Noli tamen tanto negligens eſse promiſso,non enim ſine definitione datũ eſt. Sed ſicuſtodieris teſtamẽtũ,& teſtimonia ſeruaueris domini, quæ in Euãgelio ſe pollicetur eſse dicturũ: tibi quoq; copia ſedis patebit æternę. Hæc de vxore Vriæ. De Achab autem ſatis claret,cui vxor Iezabel. Et de Iechonia , de quo ſatis idoneus author eſt Hieremias maximi reum eſ ſe delicti:cui etiam quod habuit,nomen eripuit. Et ideo qui Ioachim in Regnorum libris dicitur, Iechonias ab
Q̃d in Iechonia regnum defecerit Iudæorum. Hieremia eſt nominatus,dicente eo:Abiectus eſt Iechonias vt vas,non eſt vſus in eo , propter quod proiectus eſt ipſe,& ſemẽ eius: Terra terra audi verbũ domini ſcribe virum iſtũ abdicatũ,quia non exurget ex ſemine ei⁹ ſedens in throno Dauid princeps adhuc in Iuda. Eo enĩ regnante Iudæam Babylonii vaſtauerunt, neq; poſtea K vnquã de ſemine eius regũ quiſquam in Iudæa potuit obtinere. Poſtea enim populus de captiuitate dimiſsus. ſub ſacerdotibus & tetrarchis fuit. Vnde etiam vſq; ad Chriſti generationem manſere tetrarchæ,ne ipſi quidẽ, quantum hiſtoria docet, regalis dignitatem generis reſeruantes. Fertur enim ab his,qui ſiue argumentati,ſiue Q̃d Hero
ſimpliciter docentes , ſiue vere aſtruentes tradiderunt dis regnũ
nobis:quia Idumæi latrones Aſcalonem vrbẽ Palæſtinæ non fuerit
ingreſsi,de phano Apollinis quod vicinum muris erat, ligitimũ.
Antipatũ Herodis cuiuſdã Herodiani filium inter alios abduxere captiuũ,quẽ pater redimere propter paupertatem nequiuit. Is igitur imbutus diſciplinis & myſteriis Iudæorum,Hircano Iudææ regi amicitia copulatur,quẽ pro ſe ad Pompeium Hircanus legatum direxit : & quia legationis fructu potitus eſt,per eam gratiam partem regni affectauit. Occiſo autem Antipatro propter felicitatis inuidiã,filius eius Herodes poſtea ſub Antonio ſenatuſconſulto Iudæis regnare præceptus eſt. Cuius Herodes filius,& alii tetrarchæ. Quod ideo ex Græcorũ hiſtoriis putauimus transferendum,vt clareat Herodem nul L
lo affinẽ generi Iudæorum,regnũ adulterina fraude quę ſiſse,Deniq; conſcius ignobilitatis ſuæ, ne qua poſteris ſuis vel de præſcripto veteri quæſtio moueretur, ſcriptu
ras eorũ incendit:exiſtimans q̃ ſi indicia de publico ſuſ tuliſset,nullis aliis teſtimoniis clarere poſset quin de patriarcharũ vel proſelytorum veterum genere emanaret. Sed,vt pleraq; curæ humanæ ſunt,cognitione hoc & indagini veritatis præiudicare non potuit. Ne nobis tamẽ poſsit præiudicare,videamus,qui veri regaliſq; generis dicimus Chriſtum,& per veros & nobiles reges actum domini gen⁹. Sed vbi adulterina regnũ affectauit propago,ſucceſsionem nobilitatis ſuæ,nõ potẽtiæ,ſed generationis ordo ſeruauit. Tamen ipſum regẽ ſecundũ honorẽ ſeculi nõ accipim⁹ Chriſtũ. Quomodo ergo ex fructu vẽtris tui ponã ſuper ſedẽ meã? Quomodo & angel⁹ de eo dicit q̃ dabit illi domin⁹ de⁹ ſedem Dauid patris ſui,& regnabit ĩ domo Iacob ĩ æternũ? Q̃o ergo regnare ,mittitur,nec oſtẽditur? Aut q̃o ex ſemine Iechoniæ null⁹ regnatur⁹ dicitur per Prophetã? Si enim Chriſtus regnauit,ex ſemine autẽ Iechoniæ Chriſt⁹ eſt,Propheta mentitus eſt,mentita ſunt & oracula. Sed illic futuros ex ſemine Iechoniæ poſteros non negatur, & ideo de ſemine eius eſt Chriſtus:& q̃ regnauit Chriſtus,non con M
tra prophetiã eſt. Non enim ſeculari honore regnauit, nec in Iechoniæ ſedib⁹ ſedit,ſed regnauit in ſede Dauid Verum cum ipſe Iechonias Dauid ſederit ſedẽ,quemadmodum ſoluitur quod dictũ eſt quia Dauid ſedẽ Iechoniæ poſteri nõ ſederunt,cum eadẽ ſedes fuiſse videatur amborũ? Itaq; & nos ſedẽ Dauid fuiſse negare non poſſumus:non eandem tamen regis Dauid ſedem Chriſtus quã Iechonias ſedit:immo nec quiſquã alius ex genere Dauid ſedem eius potuit ſedere q̃ Chriſtus:quia nec in aliquo alio ſemẽ eius æternum eſt,ſed in Chriſto,ſicut deus ipſe reſeruare dicens:Semel iurauĩ in Chriſto meo, Pſal.88.
ſi Dauid mentiar,ſemen eius in æternum manebit,& ſedes eius ſicut Sol in conſpectu meo. Quẽ igitur dicit hic Non Salomonem vtiq; non Roboam,non Nathan,ſed illum de quo ſolo poteſt dicere:Ponam in mari manum Ibidem.
eius,& in fluminibus dexteram eius. Ipſe inuocabit me, Pater meus es tu,& ponã in ſeculũ ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli. Non vtiq; hunc thronum Salomon ſedit,non Roboam, nec Iechonias. Vis ſcire qui ſederit? Is eſt de quo dicit angelus ad Mariam:Ecce concipies in vtero, & paries filium , & vocabis nomen eius IESVM. Hic erit magnus , & filius altiſsimi vocabitur:& dabit illi domin⁹ de⁹ ſedẽ Dauid patris ſui,& regnauit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Si angelo nõ credis,ipſi ſaltẽ domĩo crede dicẽ
ti:Tu dicis,quia ego rex ſum. Nunquid ergo & ipſe men Ioan.18.
titus eſt,quia regnare ſe dixit,qui nõ regnauit in terris?

A Quomodo ſcriptura ſoluitur,quæ regnare eum dixit & regnare non aſtruit? In abruptum diſputationis venim⁹ hæremus in vado,& quodam veritatis naufragio fluctuamus. Excitemus igitur Chriſtum, ipſum interrogemus, ipſe reſpondeat. Interrogemus ſcripturas. Inuenimus quia regnum domini non eſt de hoc mundo. Ipſe enĩ di
Ibidem. xit:Regnũ meum non eſt de hoc mundo. Qui dicit non eſse de hoc mundo regnũ ſuum,oſtendit eſse ſupra mũdum. Ita & erat regnũ eius,& non erat:nõ erat in ſeculo ſupra ſeculũ erat. Erat enim regnum aliud veri Dauid, q̃d ſolus Chriſtus accepit:& erat ſemẽ aliud Dauid , q̃d in æternum manet,de quo ſolus generatus eſt Chriſtus,
Pſal.88. qui ſolus verus filius Dauid,cuius etiam ſolus nomẽ accepit,itixta quod ſcriptum eſt:Inueni Dauid ſeruũ meũ
Ibidem. in oleo ſancto meo vnxi eũ. Quod vtiq; nõ de propheta Dauid, ſed de domĩo dici præmiſsa declarãt. Scriptũ eſt enim:Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de populo meo. Solus enim potens,ſolus electꝰ eſt Chriſtus. Sanctorum enim in maius in fide,quàm in generatione ſemẽ eſt. Et ideo Apoſtolus:Si enim qui ex fide ſũt,hi filii ſunt Abrahæ. Illud quoq; nõ prætermittendum putamus,quod à Dauid tẽporibꝰ vſq; ad Iechoniã, hoc eſt vſq; ad captiuitatem,cũ decẽ & ſeptẽ fuerint reges Iudææ,quatuordecim generationes ſanctus Matthæus poſuerit:& rurſus à Iechonia vſq; ad Ioſeph cum viritim generationes duodecim cõputentur, poſtea qua-
B tuordecĩ generatiões deſcriptas eſse memorauerit. Sic enim habes:Omnes generationes ab Abraham vſq; ad Dauid,generationes quatuordecim:& à Dauid vſq; ad trãſmigrationẽ Babylonis generationes quatuordecim, & à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum generationes quatuordecim. Et primũ oportet cognoſcere,quod ante iã diximus,poſse plures eſse ſucceſsiones, pauciores generationes. Poſsunt enim diuti⁹ viuere aliqui,& ſerius generare,aut certe penit⁹ exortes generationis exiſtere. Itaq; non quæ regum, eadẽ generationũ tẽpora. Vnde & Matthæus eos quos ad generationẽ non putauit pertinere, præteriit. Namſi propoſitum eſset ei ſucceſsionis deſcribere,rationabiliter moueremur cur cum in Regnorum libris & Paralipomenon conueniat quod poſt Ioram Ochozias regnauerit,& Ioas & Amaſias,Amaſiæ autem ſucceſserit Ozias:ſanctus Matthæus tres illos reges prætierit,Ochoziam, Ioam, & Amaſiã & poſt Ioram Oziam ſubiecerit. Sed non eum in regum ſucceſsione,ſed in generatione ſubiecit:deniq; generaC tionum relatorem fuiſse memorauit,potuit autem fieri vt & Ioram tardi⁹ generauerit,& Ioſaphat ſerius perce
perit regnum,atq; ita Ioram patri ſuo,cuiĩ poteſtate nõ
Q̃d ab Iechonia vſque ad Ioſeph duodecim generatiões ſcriptę ſit, & quatuor decim cõputentur. ſucceſsit,in generatiõe ſucceſserit. Q̃d vero poſt Iechoniã duodecim generationes enumeraſse videtur Euangeliſta,ſi diligenter aduertas, hic quoq; quatuordecim generationũ poteris inuenire rationẽ. Duodecim enim vſq; ad Ioſeph numerantur,non vſq; ad Chriſtum. Tertiuſdecimus eſt Chriſtus,ſed nihil refert vtrum in duabus generationibus,an vna mendacium ſit. Tamen ne hic quidem cæcum aliquem ſcopulum aut naufragium inuenias veritatis,duos Ioachim,hoc eſt,duos Iechonias fuiſse hiſtoria indicat : vnum ante trãſmigrationem, alterum in ipſa tranſmigratione generatũ,id eſt,patrem & filium. Ergo pater inter generationes ſuperiores eſt computatus,qui ſucceſsit Ioſiæ :filius inter poſteriores, qui ſucceſsit patri,ideſt nepos Ioſiæ. Duos autem fuiſse
4.Reg.23. Regnorũ libri indicãt. Sic enim ſcriptum eſt : Et impetrauit Pharao ſuper Iſrael,Ioachim filio Ioſiæ regnante in Iudæa pro Ioſia patre ſuo,& cõuertit nomẽ Ioachim in regnãdo,& vndecim annos regnauit in Hieruſalem.
Quibus ſubiecit:Et reliqua verborũ Ioachim,& omnia
4.Reg.24 quæ fecit,nõne ſcripta ſunt in libro verborũ Regum,& in diebus eorum quibus regnauerunt in Iudæa? Et dormiuit Ioachim cum patribus ſuis, & regnauit Ioachim filius eius pro eo. Filius decem & octo annorũ erat Ioachim:& cũ regnaret, tribus menſibus regnauit in Hie- D
ruſalem nomen matris eius Meſola:& omnia quæ fecit ſub oculis domini pater eius,& ipſe fecit:& in diebꝰ eius aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Hieruſalẽ. Vides igitur qđ alius fuit Ioſiæ filius,alius nepos,filius ille,cui Hieremias nomen impoſuit:nepos iſte, qui patris vocatus eſt nomine . Et bene ſanctus Matthæus à Prophæta noluit diſcrepare:vt non Ioachim , ſed Iechoniã nominaret. Simul,vt ſupra diximus, Maiorẽ fructũ dominicæ pietatis aſtruxit,ſi generis nobilitatẽ nõ in omni b⁹ domin⁹ requiſiuit:ſed de captiuis & peccatoribus cõgrue naſci voluit,qui remiſsionem veniebat prædicare captiuis. Non igitur ſuppreſsit alterum Euangeliſta,ſed vtrũq; ſignauit,quod vterq; Iechonias dictus ſit. Ita addito iuniore Iechonia, generationes quatuordecim cõputãtur. Ergo illa Matthæus. Pulchre autẽ Lucas,quoniam filios Iacob plures non poterat cõprehendere, ne extra generatiões euagari ſuperflua ſerie videretur:licet in aliis,id eſt, longe multo poſterioribus, patriarcharum tamen nequaquam nomina prætermittenda arbitratus ſit,ſed præ cæteris eligẽda,Ioſeph,Iudæ,Symeonis,& Leui. Quatuor enim genera in his,quorũ iſti poſteri ſunt, cognoſcimus fuiſse virtutum. In Iuda, id eſt , illo ſuperiore,dominicæ per figurã paſsionis myſterium prophetatum,in Ioſeph præceſsiſse caſtitatis exemplũ,in Symeon vindictæ læſi pudoris,in Leui officiũ ſacerdotis. Per Nathan quoq; expreſsam aduertimus prophetiædignitatem,vt quia vn⁹ omnia Chriſtus IESVS, in ſingulis quoq; maioribus genera virtutum diuerſa præcederẽt. Noe quoq; iuſti inter dominicas generationes cõmemoratio non debuit prætermitti,vt quia ędificator Eccleſiæ naſcebatur,eum ſui generis authorem præmiſiſse videatur E
qui eam in typo ante fundauerat. Nãde Mathuſala quid dicam,cuius vltra diluuium numerantur anni : vt quoniam ſolus eſt Chriſtus,cuius vita nullam ſentit ætatem in maioribus quoq; ſuis non ſenſiſse diluuia videretur? Enoch vero,nonne manifeſtum & pietatis dominicæ, & diuinitatis indicium eſt,eò quod nec mortem ſẽſerit domin⁹,& ad cælũ remeauerit,cuius generis author raptus ad cælum eſt? Vnde manifeſtum eſt Chriſtum potuiſse non mori,ſed voluiſse,vt nobis mors illa prodeſset. Et ille quidem raptus eſt,ne malitia mutaret cor ei⁹. Dominus autẽ,quẽ malitia ſeculi mutare nõ poterat: eò vnde venerat,naturæ ſuæ maieſtate remeauit , Siletur planè parricida fratris. Neq; enim rationabile erat vt is qui perculſerat fratrẽ,inter domini numeraretur authores cum ſeruulos iſte ſeruauerit,vt fraterni nominis honore donaret. Sed nec illud ocioſum,q̃ Seth præteritus nõ eſt,quẽ poſteriore Adam generatiõe ſuſcepit:vt cũ duæ ſint populi generationes,ſignaretur in typo dominũ noſtrũ IESVM Chriſtum in poſteriore poti⁹ quàm priore generatiõe numerãdũ. Iam de ipſo Adã, qui iuxta Apoſtolũ figurã accepit Chriſti,quid pulchrius potuit conuenire,quàm vt ſacroſãcta generatio à dei filio inciperet,& vſq; ad dei filium deduceretur,creatusq; præcede F
ret in figura, vt natus in veritate ſequeretur,ad imaginẽ factus præiret , propter quẽ dei imago deſcenderet? Etſi myſterium primi diſcutiamus erroris,lignũ ſcientiæ boni & mali fallente diabolo Eua ſuadente ille guſtauit,vt iſte nobis priuſquàm ſciret malũ,eligeret bonum:diriq; ſerpẽtis inſidias Eccleſia ſuadẽte euacuaret, iuxta quod ſcriptum eſt: Quoniã priuſquàm ſciat puer bonum aut malum,non credet malitiæ, vt eligat quod bonũ eſt , Et priuſquàm ſciat vocare patrẽ aut matrẽ,accipiet virtutẽ Damaſci,& ſpolia Samariæ. Hic enim eſt puer, cuius in cunabula Magi ſpoliis Orientalibus referſerunt , quia gens ante Chriſtum incredula,de exuuiis idolorum mutata iam fide manubias obtulit domino triumphales. Hæc tibi frater de generatione Chriſti nõ incognita putaui prolixius proſequenda. ne quis cum iſta in Euãgeliis minus attẽto animo recẽſeret, aliquatenus fluctua-

G ret:quæ ſancti Euangeliſtæ ad maiora miracula, & diuiniora domini geſta properantes,perſtringenda breuius quàm diffundenda vberius putauerunt.Eorũ igitur more,qui ſatis putant, ignaris viarum quaſi notas quaſdã itineris & ſemitas demonſtrare: ſpiritalis viæ ſemitas colligentes,videro vtrum ſecundo veritatis euentu, certe religioſo fidei ductu in myſteriorum ſecreta contẽdimus,verentes ne quis iſta cũ legerit, qđ prouerbialiter dicitur,quaſi puer machæram,tractare per infantiã fortiora arma neſciret,magiſq; vuln9 ex imprudẽtia,quàm ſalutem ex lectione ſentiret.Infirmos enim tela ſua vulnerant,nec poteſt bene vti armis,qui ea ferre non nouerit.Et ideo circa fidem vir perfectus exigitur, in quo nõ per humum ſcientiæ reptet infantia,non debilis quædã, nec carẽs ſenſibus myſticæ cognitionis titubet ætas, quæ virtute iuuẽtutis amiſſa, coronã glorioſi certaminis nõ requirat,& ſeneſcentis aquilæ modo, quæ prius aut leporem rapere pedibus cõſueuerat,aut anſerẽ, æuo feſsa minorũ auium fœtus implumes requirat, qui ſolidiorẽ cibum afferre non poſsint.

H

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER IIII.

PRAEFATIO.

NON abſurdum opinor de generatione domini confecimus opus, certe infructuoſum non fuit dominicis diutius inhærere maioribus.Nam ſi ii qui magnum mare littorali parant nauigatione tranſmittere,altioris compẽdiũ curſus itidem vt nos fiduciæ infirmitate vitantes,agrum & vrbes littore deductas capti locorum decore frequenter inuiſunt: quanto magis nos in tanto non elementorum,ſed geſtorum cæleſtiũ ſiti profundo, viciniores legere portus,& frequentes amare debemus excurſus,ne quis longæ nauigationis tædio fatigatus,faſtidii vomitum tenere non poſsit. Certe ſi quis intutæ ratis vitia infida perſpexerit,tanquã frequenti librorum portu obiecto:licet vt aurium vela deponat, le ctionis anchoram figat. Non videtur deſeruiſſe nauigium ſed confeciſſe curſum,qui deſcendit in portum. Et pleriſq; locis fortaſſe amœnitas locorum ipſa inuitet prætermeantem.Nam ſi Vlyſsem illum,vt fabulæ ferũt. (licet & propheta dixerit: Habitabunt in ea filiæ Sirenũ
I etſi non dixiſſet. Propheta,nemo tamen iure reprehen-
Eſaiæ.13. deret,cum & gigantes,& vallem Titanum ſcriptura cõprehenderit.)Si ergo Vlyſsem illum poſt decem annorum exilia, quibus bellatum in Ilio eſt, decemq; erroris annos feſtinantem ad patriam. Lotophagi ſuauitate baccarũ tenere potuerunt, ſi horti Alcinoi retardarũt, ſi poſtremo Sirenes cantu vocis illectum,ad illud famoſum voluptatis naufragium pene deduxerãt,niſi aduerſus illecebroſæ ſonitus cantilenæ incerta cera ſociorum clauſiſſet aures:quanto magis religioſos viros cæleſtiũ factorum decet admiratione mulceri? Atq; hic iam non baccarum ſuauitas hauriendа ,ſed panis ille qui deſcendit de cælo:non olera Alcinoi ſpectanda,ſed ſacramenta ſunt Chriſti.Nam qui infirmus eſt, olera manducet, Non claudendæ igitur aures,ſed reſerãdæ ſunt, vt Chri
Rom.14. ſti vox poſsit audiri:quam quiſquis perceperit,naufragium non timebit Non corporalibus Vlyſses ad arborem vinculis alligandus, ſed animus ad crucis lignum ſpiritalibus nexibus vinciẽdus,ne laſciuiarũ moueatur illecebris,curſumq; naturę detorqueat in periculum voluptatis. Figmentis enim poeticis fabula coloratur, vt quædam puellæ ſcopuloſo in littore maris habitaſſe pro K dantur:quæ ſi quos deflectere nauigium propter aurium ſuauitatem dulci voce pepuliſsẽt,in vada cæca deductos & infida ſtatione deceptos, naufragii miſerabilis ſorte conſumerent. Compoſitum hoc ſpecie,& ambitioſa cõparatione fucatum eſt,vt mare,vox fœminæ, littora vadoſa fingantur. Quod autem mare abruptius quàm ſeculum,tam infidum,tam mobile,tam profundum, tam immundorum ſpirituum flatibus procelloſum? Quid ſibi vult puellarum figura,niſi euiratæ voluptatis illecebra,quæ conſtantiam captæ mentis effœminat? Quæ autem illa vada,niſi noſtræ ſcopuli ſũt ſalutis? Nihil enim tam cæcum,quàm ſecularis ſuauitatis periculum: quæ dum mulcet animum,vitam obruit, & corporeis quibuſdam ſcopulis ſenſum mentis illidit. Merito igitur dominus noſter IESVS Chriſtus ieiunio ſuo nos atq; deſerto aduerſus voluptatum informat illecebras,& tẽtari ſe à diabolo dominus omnium patitur, vt in illo omnes vincere diſceremus. Aduertamus igitur quia tria non ocioſe à domino principaliter ordinata Euangeliſta deſcripſit. Tria ſunt enim quæ ad vſum proficiunt ſa L lutis humanæ,ſacramentum,deſertum,ieiunium. Nemo enim niſi qui legitime certauerit,coronatur. Nemo au- 2.Tim.2.
tem ad certamen virtutis admittitur, niſi prius ab omnibus ablutus maculis delictorum,gratiæ cæleſtis munere conſecretur. Venit igitur dominus ad lauacrum, vt myſterii gratia nobis & viſu probaretur & ſenſu. Et quoniam lex cælo & terris teſtibus promulgatur, vt myſterium diuinitatis abſconditum à ſeculis in deo plus crederes eſse quàm legem,non iam ad teſtimonium cælum vocatur, ſed vtitur teſtis officio, cum vox dei defertur è cælo. Simul ne fidei myſterium dubio mentis offendas, inuiſibilia tibi viſibiliter declarantur operari. Venit dominus ad lauacrum. Omnia enim pro te factus eſt:iis qui ſub lege ſunt,quaſi ſub lege eſset,cum ipſe ſub lege nõ eſset. Circũciſus eſt,vt eos qui ſub lege ſunt, lucrifaceret. His qui ſine lege erant, conuiuii cõmunitate ſociat9 eſt,vt lucraretur eos qui ſine lege viuebãt. Factus eſt infirmis infirmus per corporis paſsionem,vt infirmos lucrifaceret. Omnibus poſtremo omnia factus eſt, pauper pauperibus,diues diuitibus,flens flentibus, ſuriens eſu rientibus,ſitiens ſitientibus, profluus abundantibus. In carcere cum paupere eſt,cum Maria flet,cũ apoſtolis epulatur,cum Samaritana ſitit.In deſerto eſurit,vt cibus primi hominis,quem per præuaricationem guſtauerat, ieiunio domini ſolueretur.Noſtro periculo Adam ille ſcientiæ boni & mali famem ſoluit, noſtro emolumento famem iſte ſuſcepit.

M

De ductu ipſius IESV in deſertum.

T VNC dominus IESVS ductus eſt in deſertum CAP.IIII.
à ſpiritu,vt tentaretur à diabolo. Cõuenit recordari quẽadmodum de paradiſo in deſertũ Adam primus eiect9 ſit, vt aduertas quemadmodum de deſerto ad paradiſum Adam ſecundus reuerterit.Videte enim quemadmodum ſuis nobis præiudicia reſoluantur,& ſuis diuina beneficia veſtigiis reformẽtur.Ex terra virgine Adam, Chriſtus ex virgine. Ille ad imaginem dei factus, hic imago dei.Ille omnibus irrationabilibus animalibus, hic omnibus animantibus antelatus. Per mulierem ſtultitia,per virginem ſapiẽtia. Mors per arborem,vita per crucem.Ille ſpiritaliũ nudus,arboris ſe texit exuuiis:hic ſeculariũ nudus,corporis non deſiderauit exuuias.In deſerto Adã,in deſerto Chriſtus. Sciebat enim vbi poſcet inuenire damnatũ,quẽ ad paradiſũ reſoluto errore reuocaret.Sed quoniam ſecularibus indutus exuuiis redire non poterat,nec parad ſi incola poteſt eſse,niſi nudus à culpa, exuit veterẽ hominẽ,nouũ induit:vt quia ſolui non queunt diuina decreta,perſona magis quàm ſententia mutaretur.Sed qui in paradiſo ſine duce iter amiſit acceptum, quemadmodum de deſerto ſine duce iter repetere poſset amiſsum, vbi tentaA tiones plurimæ, niſus ad virtutem difficilis,lapſus facilis ad errorem?Cum eadẽ ſit virtutis natura,quæ nemorum,vt ſi adhuc exigua de terrenis ad ſuperna ſe ſubrigunt,dum teneris ætas adoleſcit frondibus,ſæui veneno dentis obnoxia facile aut ſuccidi poſsit,aut vri,Si vero alta ſe radice fundauerit,& ramorũ ſublimitate ſuſtulerit,fruſtra iã vel ferarũ morſibus,vel lacertis agreſtium vel diuerſorum flatuum procellis arbor robuſta tentetur. Quem igitur apponeret ducem cõtra tot illecebras ſeculi,contra tot verſutias diaboli,cum ſciret nobis primo contra carnem & ſanguinem,deinde contra poteſtates,cõtra rectores mundi tenebrarũ harũ, aduerſus ſpiritalia nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibus, eſse luctamen? Angelũ apponeret?& ipſe lapſus eſt, legiones angelorũ vix ſinguli profuerunt.Seraphim dirigeret?& ipſum de
*Polluta. ſcendit in terras in medium populi immunda *labia habentis,& vnius tantũ prophetæ appoſito labia carbone mundauit.Alius dux requirendus fuit,quẽ ſequeremur omnes.Quis tant9 eſset dux qui prodeſset omnibus, ni ſi ille qui ſupra omnes eſt? Quis me ſupra mundum cõſtitueret, niſi qui maior eſt mundo? Quis tantus eſset dux,qui poſset maſculũ et fœminam, Iudæum & Græcum,Barbarum & Scytham,ſeruum & liberum vno regere ductu,niſi ſolus qui eſt omnia & in omnibus Chri
it9 ? Multi enĩ laquei quacũq; progredimur.Laquei i corpore,laquei in lege,laquei in pinnis templorum,in ci epidinibus parietum tenduntur à diabolo. Laquei in philoſophis,laquei in cupiditatibus. Oculus enim meretriB cis,laqueus eſt peccatoris. Laqueus in pecunia, laqueus in religione,laqueus in ſtudio caſtitatis. Exiguis enim momentis mẽs inclinatur humana?& huc atq; illuc proverſutia ſuadentis frequenter impellitur.Videt aliquem diabolus religioſum virum deo venerabiliter deferentem,& quod ſacro ſanctum eſt æſtimantem,nullius capacem iniuriæ,in ipſa eum religione ſupplantat,vt faciat non credere quod dei filius vere hãc noſtram ſuſcepe rit carnem,hoc noſtrũ corpus,hãc noſtrorũ membrorũ fragilitatem;cum vtiq; paſsio corporis fuerit, diuinitas exors iniuriæ manſerit.Ita de religione fit culpa.Omnis enim qui negat IESVM Chriſtum in carne veniſse, de deo non eſt.Videt integrũ & illibatæ caſtimoniæ virum, ſuadet vt nuptias damnet, quo eiiciatur ab Eccleſia, & ſtudio caſtitatis à caſto corpore ſeparetur.Audiuit alius quia vnus deus,ex quo omnia:adorat,atq; veneratur.Infidiatur ei diabolus, claudit aures,ne audiat quia vnus deus per quem omnia,ita nimia pietate impium eſse cõpellit,vt dum patrem à filio ſeparat,patrẽ filiũq; confun
C dat,& perſonã vnam putet eſse,nõ poteſtatẽ. Itaq; dum menſuram fidei neſcit,perfidiæ incurrit erumnã. Quo-
modo igitur hos laqueos euitabimus,vt poſsimus & nos
Pſal.123. dicere: Anima noſtra ſicut paſser erepta eſt de laqueo venantium:laqueus contritus eſt,& nos liberati ſumus? Non dicit,Ego contriui laqueum,non auſus eſt hoc dicere Dauid,ſed:Adiutorium noſtrum in nomine domini,vt oſtenderet vnde laqueus ſolueretur, vt prophetaret q̃ venturus eſset in hanc vitam, qui contereret laqueum fraude diaboli præparatum.Sed non potuit melius conteri laqueus,niſi prædã aliquam diabolo demon ſtraſset: vt dum ille feſtinaret ad prædam,ſuis laqueis ligaretur:vt ego poſsim dicere:Laqueos parauerunt pedibus meis,& ipſi inciderunt in eos. Quæ potuit eſse prædа,niſi corp9?Oportuit igitur hanc fraudẽ diabolo fieri, vt ſuſciperet corp9 domin9 IESVS, & corpus hoc corru
Mat.26. ptibile,corpus infirmũ,vt crucifigeretur ex infirmitate. Si enĩ fuiſset corp9 ſpiritale non dixiſset:Spiritus prom ptus,caro autem infirma. Audi igitur vtramq; vocem,& carnis infirmæ,ſpiritus prõpti.Pater ſi poſsibile eſt,trãſeat à me calix iſte.Hæc carnis eſt vox.Sed non quod ego volo,ſed quod tu vis,habes deuotionem ſpiritus & vigorem. Quid repudias dignationem domini?Dignationis eſt qđ ſuſcepit corpus meũ,dignationis eſt quod I ſuſcepit iniurias meas, ſuſcepit infirmitates meas quas vtiq; natura dei ſentire non potuit,cũ etiã natura hominis contẽnere didicerit,vel ſuſtinere ac perpeti. Et ideo ſequamur Chriſtũ,iuxta qđ ſcriptũ eſt:Poſt dominũ deũ tuum ambulabis,& ipſi ſoli adhærebis. Cui adhærebo ni ſi Chriſto?ſicut Paulus dixit:Qui adhæret domino,vn9 ſpiritus eſt.Illius igitur de deſerto,vt ad paradiſum redire poſsimus,veſtigia proſequamur. Et videte quibus itineribus reducamur.Nunc in deſerto Chriſtus eſt, agit hominem,inſtruit,informat,exercet,vngit oleo ſpiritali.Vbi videt robuſtiorẽ,per ſata & fructuoſa traduci:vt quãdo querebãtur Iudæi quòd diſcipuli ei9 Sabbata de ſegete ſpicas vellerẽt,iã enim apoſtolos ſuos i agro culto,& fructuoſo opere collocauerat, poſtea in paradi ſo cõſtituit tẽpore paſsionis.Sic enim habes: Hæc cum Ioan.18.
dixiſset IESVS, cum diſcipulis ſuis tranſiuit trans torrẽ tem Cedron,* vbi erat ortus,in quem introiuit ipſe cũ *cedri.
diſcipulis ſuis. Agro enim fœcundo ortum eſse potiorẽ docet Propheta in Canticis canticorum, dicens: Ortus Canti.4.
clauſus ſoror mea ſponſa, ortus clauſus, fons ſignatus, emiſsiones tuæ paradiſus.Illa eſt enim animę pura & immaculata virginitas, quæ nullo terrore pœnarũ, nullis à fide ſecularis voluptatis illecebris,nullo vitæ amore traducitur.Deniq; virtute domini hominẽ eſse reuocatũ, præ cæteris hic Euangeliſta teſtatur, qui ſolus inducit dominũ dicẽtem latroni:Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiſo. ¶Plenus igitur IESVS ſpiritu ſancto agitur in deſertũ.)Conſilio,vt diabolũ prouocaret. Nã niſi ille certaſset,non mihi iſte viciſset.Myſterio,vt illũ Adam de exilio liberaret.Exemplo,vt oſtenderet nobis diabolũ ad meliora tendentibus inuidere, & tũc magis eſse cauẽdum,ne myſterii gratiam deſerat mentis infirmitas. Quadraginta autẽ dies,myſticũ numerum recognoſcis.Tot enim diebus aquas abyſsi effuſas eſse memiE niſti,& tot ieiunio dierum ſanctificato Propheta,refuſã cæli ſereniorem eſse clementiã. Tot ieiunio dierũ ſanctus Moyſes perceptionem legis emeruit. Tot annos in eremo conſtituti patres panẽ angelorum & cæleſtis alimoniæ gratiam conſecuti ſunt:nec antequã myſtici numeri tẽpus explerent,terrã repromiſsionis intrare meruerũt. Tot ieiunio dierũ domini nobis in Euãgeliũ pateſcit ingreſsus.Vnde ſi quis Euangelii gloriam,fructũq; reſurrectionis optat adipiſci,myſtici ieiunii præuaricatore eſse non debet.Quod & in lege Moyſes,& in Euangelio ſuo Chriſtus,vtriuſq; teſtamẽti authoritate præſcripſit fide le virtutis eſse certamen. Quid vero ſibi vult qđ Euangeliſta dominum eſuriſse ſignificauit,cũ de Moyſi atq; Heliæ ieiunio nihil tale videamus expreſsũ? Nunquid hominum patientia deo fortior?Sed qui quadraginta diebus eſurire non potuit,oſtendit ſe non cibũ eſurire corporis,ſed ſalutem:ſimul vt aduerſarium laceſseret iã timentẽ,qui quadraginta dierum fuerat ieiunio vulnerãtus.Et ideo fames domini pia fraus eſt,vt in quo diabolus maiora metuens iam cauebat, famis ſpecie lactatus F
tentaret vt hominem,ne impediretur triumphus.Simul illud diſce myſteriũ,ſancti ſpiritus opus,hoc eſt,diuinũ fuiſse indiciũ,vt tentandũ ſe diabolo Chriſtus offerret.

De prima tentatione Chriſti à diabolo.

DIXIT autem illi diabolus:Si filius dei es,dic lapidi huic vt panis fiat.) Tria præcipue docemur tela diaboli, quibus ad conuulnerandam mentem hominis conſueuit armari. Gulæ vnum, aliud iactantiæ,ambitionis tertium. Inde autem cœpit. vnde iam vicit. Et ideo inde incipio in Chriſto vincere,vnde in Adam victus ſum, ſi tamen mihi Chriſtus imago patris virtutis exemplum ſit.Diſcamus igitur cauere gulam,cauere luxuriam,quia telum eſt diaboli. Laqueus tẽditur cũ menſa regalis cõuiuii præparatur, quæ cõſtantiam ſæpe mentis inclinat.Non ſolum enim cum

G audimus verba diaboli,ſed etiam cum videmus eius copias,laqueum vitare debemus. Didiciſti igitur diaboli telum:ſume ſcutum fidei,loricam abſtinentiæ.Sed quid ſibi vult talis ſermonis exorſus,Si filius dei es: niſi quia cognouerat dei filium eſse vēturum,ſed veniſse per hāc infirmitatem corporis non putabat?Aliud explorantis, aliud tentātis eſt:& deo ſe profitetur credere,& homini conatur illudere.Sed vide arma Chriſti,quibus tibi non ſibi vicit.Nam qui maieſtate ſua lapides in panem poſſe conuerti,naturæ alterius trānſuſione monſtrauit,docet nihil tibi pro diaboli arbitrio nec declarādæ virtutis cō templatione faciēdum.Simul in ipſa tentatione artificē diaboli diſce verſutiā. Sic tentat vt exploret,ſic explorat vt tētet,Ecōtra domin⁹ ſic fallit vt vincat, ſic adhuc vincit vt fallat.Nā ſi cōuertiſset naturā, proderet creatorē.Medie ergo reſpondit dicens: ¶Scriptum eſt, Quia non in pane ſolo viuit homo,ſed in omni verbo dei.)

Vides quo genere vtatur armorum,quo hominē à ſpiritalis nequitiæ incurſione defendat aduerſus irritamenta gulæ ſeptum atq; munitum?Non enim quaſi deus vtitur poteſtate. Quid enim mihi proderat?Sed quaſi homo cōmune ſibi arceſſit auxilium, vt diuinæ pabulo lectionis intentus,famen corporis negligat,alimentum verbi H cælestis acquirat.Huic intentus Moyſes panem non deſiderauit,Huic intentus Helias famen prolixioris non ſenſit ieiunii.Non enim poteſt qui verbum ſequitur,panem deſiderare terrenū,cum panis ſubſtātiā cælestis accipiat.Humanis enim diuina præſtare nō dubium eſt,& corporalibus ſpiritalia.Et ideo qui vitā verā deſiderat, illum panem expetat,qui per inſenſibilem ſubſtantiam humana corda confirmat.Simul cū dicit, Non in pane ſolo viuit homo,oſtendit hominē eſse tētatum,hoc eſt, ſuſceptionem noſtram,non ſuā diuitatem. Sequitur iactantiæ telum, quo procliue delinquitur:quia dū homines gloriam virtutis ſuæ iactare deſiderāt,de lōco meritorum ſuorum & ſtatione decidunt.

De ſecunda tentatione Chriſti.

E Tr duxit illū,inquit,ī Hieruſalē,& ſtatuit eū ſupra pinnā templi.)Ita enim eſt iactātia,vt dū ſe putat vnuſquiſq; ad altiora conſcendere,ſubli
*trahatur mium vſurpatione factorum ad inferiora trudatur *. ¶Et dixit illi:Si filius dei es, mitte te deorſum.)Vere diabolica vox,quæ mētem hominis de gradu altiore meritorum præcipitare contendit. Quid enim tam propriū diabolo, q̄ ſuadere vt vnuſquiſq; ſe
I mittat deorſū?Diſce ergo & tu diabolum vincere. Agit te ſpiritus ſequere ſpiritum.Non te reuocet carnis illecebra,ſpiritu plenus diſce contēnere voluptates.Ieiuna ſi vis vincere.Conſequens eſt vt per hominem diabolus putet eſse tentandū.Chriſtus quaſi fortior facie ad faciē tentatur,tu per hominem. Et illud diaboli verbum eſt cum dicit:Homo fortis eſto, māduca & bibe, & ſimilis mane.Noli te tibi credere,non erubeſcas egere præſidiis quibus non egebat Chriſtus, & tamen ea non negligeLucæ.21. bat,vt te doceret dicens:Cauete ne grauetur cor veſtrū
1.Cori.9. in vino & crapula.Non erubuit Paulus, qui ait:Sic enitor non vt aerem cædens. Aera quidem non cædebat Apoſtolus,ſed poteſtates aerias verberabat.Sed caſtigo,inquit,corpus meū,& in ſeruitutem redigo:ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus inueniar. Simul infirmitatē ſuā diabolus malitiāq; deſignat, quia nemini poteſt nocere diabolus,niſi ipſe ſe miſerit. Nam qui relictis cæleſtibus terrena eligit,voluntariū quoddā præcipitium vitæ labentis incurrit. Simul quoniam telum ſuū diabolus vidit obtuſum, quo omnes homines propriæ ſubiecerat poteſtati,plus cœpit quām hoſem iudicare.Sed domin⁹ rurſ⁹ nec ea qdē quæ de ſe fuerāt ꝓpheta,ad arbitrium diaboli putauit eſse faciēda,ſed diuinitatis propriæ authoritate ſeruata,verſutiæ eius occurrit: vt quia ſcripturarū exemplū prætenderat,ſcripturarum vinceretur exemplis.Poteſtas enim eſt deo vincere,ſcri K
ptura mihi vicit.Diſce hic quoq; quia Satanas tranſfigu 1.Cor.11.
rat ſe velut angelum lucis,& de ſcripturis ipſis ſæpe diuinis laqueum fidelibus parat.Sic hæreticos facit,ſic eui ſcerat fidem,ſic iura pietatis impugnat.Ergo non te capiat hæreticus,quia poteſt de ſcripturis aliqua exempla proferre,nec ſibi arroget quod doc⁹ videtur. Vtitur & diabolus teſtimoniis ſcripturarū,non vt doceat, ſed vt circūſcribat & fallat.Cognouit aliquē attētū religioni, virtutibus clarū,ſignis & operibus præpotentē: iactātiæ tendit laqueum,vt huiuſmodi virum inflet tumore, quo pietati ſe non credat,ſed credat iactantiæ:nec deo deputet,ſed ſibi arroget. Ideoq; Apoſtoli non in ſuo, ſed in Chriſti nomine dæmoniis imperabant, ne arrogare ſibi aliquid viderentur.Sic Petrus paralyticū curat dicens: Actū.3.
In nomine IESV Nazareni ſurge & ambula. Diſce etiā de Paulo fugere iactantiam.Scio,inquit, hominem ſiue 2.Cor.12.
in corpore ſiue extra corpus neſcio,deus ſcit, quoniam rapt⁹ eſt in paradiſum,& audiuit verba ineffabilia quæ non licet homini loqui.Pro huiuſmodi gloriabor, pro me autē nō gloriabor,niſi in infirmitatibus meis. Ergo & hic diabolus quoniam fortem ſenſit,iactantiā præten dit,quæ etiam fortes decipit.Sed dominus reſpondit ei: L
¶Non tentabis dominū deum tuum.) In quo & dominum & deū Chriſtum,& patrem & filiū poteſtatis vnius eſse cognoſcis, iuxta q̄d ſcriptum eſt:Ego & pater vnū Ioan.10.
ſumus.Et ideo ſi vnū obtēdit diabolus, occurre ei quia ſcriptū eſt,Sumus.Et diſtingue vnū, ne diſcernas poteſtatem:diſtingue vnum, ne patrem filiūmq; ſecernas.

De tertia tentatione Chriſti.

Er duxit illum diabolus iterū in montem altiſſimum,& oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.) Bene in momento — temporis ſecularia & terrena demonſtrantur. Non enī tam conſpectus celeritas indicatur,quām caducæ fragilitas poteſtatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt,& ſæpe honor ſeculi abiit antequam venerit. Quid enim ſeculi poteſt eſse diuturnū, cum ipſa diuturna non ſint ſecula?Docemur hic inanis ambitionis flabra deſpicere,quod eīs dignitas ſecularis diabolicæ ſubiaceat poteſtati,ad vſum fragilis,& inanis ad fructum.Sed quomodo hic dat diabolus poteſtātem,& alibi legis,Quia oīs poteſtas à deo eſt:Nūquid poteſt quis Roma.13.
duobus dominis ſeruire,aut à duobus accipere poteſtatem?Num ergo contrarium eſt? Minime. Sed vide quia omnia à deo.Neq; enim ſine deo mundus,quia & mundus per ipſum factus eſt.Sed licet à deo factus ſit, tamen Ioan.1.
opera eius mala,quia ſeculum in maligno poſitum eſt, 1.Ioan.5.
& ordinatio mundi à deo,opera mūdi à malo. Ita etiam M
à deo poteſtatū ordinatio, à malo ambitio poteſtatis. Denīq; non eſt,inquit, poteſtas niſi à deo. Quæ autem Roma.13.
ſūt à deo,ordinatæ ſūt:nō datæ,ſed ordinatæ:& qui reſiſtit poteſtati,dei,inquit,ordinatiōi reſiſtit. Hic quoq; licet dicat dare ſe diabolus poteſtatem,omnia tamen illa ad tēpus permiſſa ſibi eſse nō abnuit.Itaq; qui permiſit, ordinauit:nec poteſtas mala,ſed is qui male vtitur poteſtate.Denīq; vis non timere poteſtatem?Fac bonum,& habebis laudem ex illa,Non ergo poteſtas mala,ſed ambitio Denīq; eouſq; à deo ordinatio poteſtatis,vt dei miniſter ſit qui bene poteſtate vtitur.Dei,inquit, miniſter eſt tibi in bonum.Non ergo muneris aliqua culpa eſt, ſed miniſtri:nec dei poteſt ordinatio diſplicere, ſed adminiſtrantis actio.Nam vt de cæleſtibus ad terrena deriuemus exemplum, dat honorem imperator, & habet laudem.Quōd ſi quis male honore vſus fuerit,nō ipſa ratoris eſt culpa,ſed iudicis.Habent reum ſua crimina,nō quia poteſtas vnūquēq;,ſed malitia ſua implicat. Quid ergo?Bonū eſt vti poteſtate, ſtudere honori. Bonum ſi deferatur,nō eripiatur. Diſtingue tamen hoc ipſum bonum.Alius enim bonus in ſeculo, alius perfectæ virtu-

A tis vſus.Bonum eſt enim cognoſcendæ diuinitatis ſtudium, nullis occupationibus impediri.Nam etſi multa bo
Ioan.17. na, vna tamen eſt vita æterna.Hæc eſt autem vita æterna,vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti IESVM Chriſtum. Et ideo vitæ æternæ maximus fructus ſolus eſt:deus vitæ remunerator æternæ eſt, Solum deum & dominum noſtrum adoremus,& ipſi ſoli ſeruiamus,vt ſolus ipſe nos fructu remuneret ampliſsimo. Fugiamus omnia quæ diabolicæ ſubiacent poteſtati,ne tā quam malus tyrannus in eos quos intra ſuū regnū inuenerit, acceptæ ſæuitia poteſtatis vtatur. Nō ergo à diabolo poteſtas eſt, ſed obnoxia tamen inſidiis diaboli. Nec tamē ideo mala ordinatio poteſtatum, quia malo obnoxiæ poteſtates.Bonū eſt enī deū quærere,ſed quidā ipſius inquiſitionis anfract⁹ & error obrepit.Nam ſi inquiſitor in ſacrilegium ſæua interpretatiōe vertatur, in deterius vertitur quærentis offēſa,quām ſi nō quæſiſſet: nec tamen inquiſitionis,ſed quæſitoris eſt culpa:nec inquiſitio obnoxia malo,ſed quærētis affect⁹. Quōd ſi is q
B deum quærit,propter fragilitatem carnis & mentis angustiam ſæpe tentatur,quāto magis qui ſeculum quærit, obnoxius eſt? Atq; hoc ipſo perniciosior ambitio,quod blanda quædā eſt conſiliatricula dignitatū, & ſæpe quos vitia nulla delectant,quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia,ſubruere facit ambitio criminoſos.Habet enim foreſem gratiā,domeſticū periculum:& vt dominetur aliis,prius ſeruit.Curuatur obſequio,vt honore donetur:& dum vult eſse ſublimior, fit remiſſior,cū in ipſa poteſtate quod præcellit,alienū ſit.Legibus enim imperat,ſibi ſeruit.Dicet fortaſse aliquis,quia ſolus qui malum fecerit,timet:tamen qui mare nauigat, plus timet.Econtra in immobili terrarum ſtatione conſiſtēs, nō ſolet timere naufragium.At ſi mobile conſcēdat elementum,frequentioribus obnoxius ſit periculis. Fuge ergo ſeculi mare, & naufragium non timebis. Etſi frequenter arborū vertices ſpirantiū verberent flabra ventorū,ſolidatis tamē radicibus nullus caſus eſt. At in mati furentibus ventis, etſi non omnium naufragium, omnium tamē periculū eſt.Ita enim aduerſis flatibus nequitiæ ſpiritalis,nullus in arena vel in ſalo tutus eſt, et naues Tharſis vehementi ſæpe ſpiritu conteruntur.Hæc moraliter.Cęterum quod ad myſticum ordinē ſpectat, cernis vetuſti erroris vincula ſuis reſoluta veſtigiis: vt primo gulæ,ſecūdo facilitatis,tertio ambitionis laqueus ſolueretur.Pellectus eſt enim Adam cibo,& in *locū interdictæ arboris ſenentiæ facilitate trangreſsus. Temerariæ quoq; ambitionis crimen incurrit,dū ſimilitudinē diuinitatis affectat.Et ideo prius dominus veteris nexus ſoluit iniuriæ,vt nos iugo captiuitatis excuſo, vincere crimina ſcripturarum præſidio diſceremus.Quōd ſi do
C min⁹ IESVS propria non deſiderauit,tu aliena cur quæris?Si creator omniū ſeculi gloriā ſubeūdæ paupertatis virtute cōtempſit,cur tu faſtidias quod natus es,appetas qd indebitum eſt?Cur ea quæ ad vſum tibi diuturna eſse non poſſunt,ad ſuppliciū diuturna depoſcas? Caue inſidias,caue fraudes.Et hoc ipſo qd ad ſubruendū hominē totum verſuta diabolus mundum fraude concutiat, totius ſeculi pugnet illecebris,eius tibi blanditiæ plus cauendæ.Non Euam cibus flexerat,nō mādatorum deſtituerat obliuio,ſed ꝓmiſsi honoris ambitio illecebroſa decepit. Quæ ſi ſolum dominum adorare voluiſſet,indebita non quæſiſſet.Et ideo remedium datur quo telū ambitionis obtundas,vt ſoli domino ſeruias. Caret enī ambitione religioſa deuotio.

De receſsu diaboli à Chriſto.

Er cōſūmata oī tētatiōe diabol⁹ receſsit ab illo vſq; ad tēp⁹.)Prope oīm criminū fontes,hæc tria genera demōſtrantur eſse vitiorū.Neq; enī conſūmatā omnē tētationē ſcriptura dixiſſet,niſi ī his trib⁹ eſset oīm materia delictorū,quorum ſemina in ipſa origine ſunt D
cauenda.Finis ergo tentationum,finis eſt cupiditatum: quia cauſę tentationum,cauſę cupiditatum ſunt.Cauſæ autem cupiditatū ſunt,carnis oblectatio,ſpecies glorię, auiditas potentiæ.Quām religioſū videtur vt cōmemorationem Chriſtianę fœminæ nō recuſes:ſed crebra inde tentatio.Si attentos deo viderit diabolus,ſuggerit vt decipiat.Sed tu quāuis de propoſito preſumas,caue tentationem,ſciens naturam.Hęc tria, ſi recorderis, etiam Paulus cauenda præſcripſit,deſignans tres eſse ſpecies peccatorū, à quibus liber expectat iuſtitię coronā. Neq; enim,inquit,in verbo adulationis fuimus,neq; in occa- 1.Theſ.2.
ſione auaritię,deus teſtis eſt,neq; gloriam querentes ab hominibus.Et ideo diabolū vicit,coronā petiuit. Vides ergo ipſum diabolū nō eſse in ſtudio pertinacem,cedere vere ſolere virtuti.Etſi inuidere non deſinat,tamē inſtare formidat,quia frequentius refugit triūphari. Audito itaq; dei nomine,receſsit,inquit,vſq; ad tēpus.Poſtea enim non tētaturus,ſed aperte pugnaturus aduenit.Doceat igitur te ſcriptura diuina, non tibi contra carnem & ſanguinem,ſed contra inſidias ſpiritales eſse certamen.Vides magnificentiam Chriſtiani viri, qui certat cum rectoribus mūdi:& licet conſtitutus in terris,aduerſus ſpiritalia nequitię,quę ſunt in cęleſtibus, animi virtute decernit.Nō enim de terrenis cōtendimus,vt dimicemus in terra,ſed ſpiritalibus propoſitis premiis de regno dei,& Chriſti hęreditate neceſse eſt ſpiritalia prius E
impedimēta ſuperentur.Corona propoſita eſt, ſubeūda certamina ſunt.Nemo poteſt niſi vicerit coronari. Nemo poteſt vincere,niſi ante certauerit. Ipſius quoq; coMatth.7.
rone maior eſt fructus,vbi labor maior eſt.Arta enim & anguſta eſt via quę ducit ad vitam,lata vero & ſpatioſa quę ducit ad mortem.Et ideo tentationem nunquam timere debemus.Eſt enim cauſa victorię,materia triumphorum.Dives ille qui tentationem non ſenſit ī hoc ſeculo,in pœnis eſt apud inferos. Pauper ille Lazarus qui ita paupertate morboq; afflictus eſt & attritus,vt vibices eius à canibus lamberentur,vitę iſtius labore miſerabilis,coronam glorię queſiuit ęternę.Multę enim tribulationes non quorūcunq;,ſed iuſtorum.Denīq; quos diligit domin⁹ ſepe caſtigat.Petrus tentatus eſt vt negaret, negauit vt fleret. Et quid de cęteris dicam?Nempe Iob erat probatus à deo:ſed licet probatus erat, victor tamē non erat.Probata erat deuotio virtutis,tamen premium nō habebat.Et ideo tentādus offertur vt glorioſior redderetur.Illius quoq; certaminis refert vt gradum ſpectes.Non vnum telum diabolus habet,frequentat ſpicula, vt aut premio vincat, aut tędio. Primo cupiditate vulnerat,ſecundo pietate,tertio ſanitate. Mentis enim pariter & corporis pugnat vlceribus. Diuerſitas quoq; F
ipſa tentationum,pro diuerſitate certantium eſt. Auaritię damno diues vrgetur,pater diſpendio filiorum, homo dolorib⁹,corpus vlceribus. Quāta hęc tela? Vnde dominus noluit habere quod perderet, & ideo pauper huc venit,ne haberet diabolus quod auferret. Vis ſcire q̄ verum ſit?Ipſum dominū dicentem audi:Venit huius Ioan.14.
mundi princeps,& in me inuenit nihil.Noluit etiā paucorum eſse pater,vt eſset omniū. Fruſtra autē corporis tentaretur vlceribus,qui cōtēneret omnes corporis paſſiones:ſimul vt oſtenderet nobis qđ imaculata ſibi corporis hoſte depulſo victoria deberetur.Sed ille quaſi homo ſuis tentatur,hiſ publicis.Illi patrimoniū aufertur, huic regnum orbis offertur.Nec tot⁹ ſine fraude diabolus,qui exaſperare dei filiū vereretur,illū iniuriis tētat, hunc premiis.Illequaſi ſeruulus dicit:Domin⁹ dedit. do Iob.1.
min⁹ abſtulit,hic nature ſuę diſpoſitionis conſcius ſua ſibi ridet offerri.Et vt ad illud reuertamur, ingruit nunci⁹ ſup nūciū,cōgeminat vulnera nec tamē fortis athlēta mente turbatur.Adhibetur mulier primę fraudis illecebra:hic per virginem natus,errori obnoxiam non habebat.Amici adhibētur,qui prauis cōſiliis opprimāt

G reluctanté,sed in omnibus quæ acciderunt ei, nusquam peccauit Iob labiis suis in conspectu dei. Nã qđ maledicit diei dicens,Pereat dies illa in qua natus sum,et infra: Iob.3. Et maledicat ei is qui maledixit diem illam, qui habet magnum cetum opprimere;ad prophetiam pertinet: cõ qđ diabolũ tãquã procellosi seculi isti9 cetũ domin9 noster IESVS Christus oppresit,& generationis suæ carnalis diem perire desiderat, vt dies eius in generatione numeretur. Pereat,inquit,dies secularis, vt dies spiritalis oriatur. Ergo in tentatione sanctus Iob mysteria loquitur. Qui enim vincebat seculum,Christum videbat. Nos igitur non timeamus tentationes,sed magis in ten- 2.Cor.12. tationibus gloriemur dicentes: Quando infirmamur tunc potentes sumus, tunc enim nectitur corona iustitiæ.Sed illa Paulo fortasis accõmoda: nos autem,quia plures coronæ sunt,quamcunq; sperare debemus.In seculo laurus corona est,corona est & scutum. At vero ti bi proposita est corona deliciarum. Corona enim deliciarũ obumbrabit te. Et alibi:Scuto voluntatis suæ circũdabit te.Gloria quoq; & honore quẽ dilexit dominus coronauit.Ergo qui vult coronã dare,tẽtationes suggerit.Et si quando tentaris,cognosce quia paratur corona. Tolle martyrũ certamina tulisti coronas. Tolle crucia tus,tulisti beatitudines.Nónne tentatio Ioseph virtutis est cõsecratio?Nõne iniuria carceris corona est castitatis H Quemadmodum regni in Aegypto consortium potuis set adipisci,nisi venditus fuisset à fratribus, Qđ dei factum arbitrio,vt iustus probaretur,ipse monstrauit dicẽs: Quemadmodum fieret in hodierno vt pasceretur populus multus?Non debemus igitur tẽtationes seculi pro malis timere,quibus bona præmia comparãtur: sed magis rogare contemplatione conditionis humanæ, vt eas tentationes subeamus,quas ferre possimus.

De egressu ipsius IESV in Galilæam ad docendũ.

Esaiæ.9. Iam regressus IESVS in virtute spiritus in Galilæam.) Completur hoc loco prophetia Esaiæ dicentis:Regio Zabulon,& terra Neptalim,& cæteri Paraliam inhabitantes,& qui secus maritima trans Iordanem Galilææ gentium,populus qui sedebat in vmbra mortis,lucem viderunt magnam. Quis est enim lux magna,nisi Christus,qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?Deinde librum accepit,vt ostenderet seipsum esse qui locutus est i prophetis:& remoueret sacrilegia perfidorum,qui alium deum dicunt veteris testamenti,alium noui, vel qui initiũ Christi dicunt esse ex virgine. Quomodo enim cœpit I ex virgine, qui ante virginem loquebatur?

Testimonium scripturæ de misione IESV ad prædicandum & saluandum.

SPIRITVS domini super me.)Vides trinitatem cœternam atque perfectam. Ipsum loquitur scripura IESVM deum hominemq; in vtroq; perfectum, loquitur & patrem,& spiritum sanctũ. Spiritus enim sanctus cooperator ostenditur, quãdo corporali specie sicut columba descendit in Christum cum dei filius baptizaretur in fluuio,pater loqueretur è cælo. Quod igitur magis quærimus testimonium,quàm quod se fuisse qui locutus est in prophetis, propria voce signauit?Vngitur oleo spirituali,& virtute cælesti, vt paupertatem cõditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æterno,captiuitatem mentis auertet, cæcitatem illumineret animorum,annum domini perpetuis diffusum temporibus prædicaret,qui redire in orbem laboris nesciat continuationẽ fructus hominibus & quietis indulgeat. Atq; ille ita ad omnia se curuauit obsequia,vt ne lectoris quidem asperaretur officium. Nos vero impii, qui diuinitatis fidem miraculis operum colligendum contemplatione corporis negabamus.

De responsione IESV ad conciues suos.

AMẽ dico vobis, quod nemo Propheta ac- K ceptus est in patria sua.)Non mediocriter in uidia proditur, quæ ciuicæ charitatis oblita in acerba odia causas amoris inflectit.Simul hoc exemplo pariter & oraculo declaratur quod frustra opem misericordiæ cælestis expectes,si alienæ fructibus virtutis inuideas.Aspernator enim domin9 inuidorũ est, & ab iis qui diuina beneficia in aliis persequũtur,miracula suæ potestatis auertit. Dominicæ quippe carnis actus,diuinitatis exemplum est,& inuisibilia nobis eius per ea quæ sunt visibilia demonstrantur. Non ociose itaq; saluator excusat qđ nulla in patria sua mira cula virtutis operatus sit,ne fortasis aliquis viliorẽ patriæ nobis esse debere putaret affectum. Neq; enim ciues poterat nõ amare,qui amaret omnes,sed ipsi se charita te patriæ qui inuident abdicarunt. Charitas enim non 1.Cor.13. æmulatur.non inflatur, nec tamen exors beneficiorum patria diuinorũ est. Quod enim maius miraculũ, q̃ qđ in ea natus est Christus?Videte igitur quid mali inuidia afferat.Indigna propter inuidiã patria iudicatur, in qua ciuis operetur,q̃ digna fuit in qua dei filius nasceretur.

Confirmatio responsionis exẽplo Heliæ & viduæ.

IN veritate dico vobis, multæ viduæ fuerunt L in diebus Heliæ.) Non quia Heliæ dies fuerunt,sed in quib9 Helias operatus est:aut qa dies faciebat illis,qui in eius operib9 lucem videbant gratiæ spiritalis, & conuertebantur ad dominum.Et ideo aperiebatur cælum videntibus æterna & diuina mysteria,claudebatur quando fames erat,quia nul la erat cognoscendæ diuinitatis vbertas. Sed de hoc plenius scripsimus cum de viduis scriberemus.

Confirmatio eiusdẽ exemplo Helisæi & Naaman.

ET multi leprosi erant In iudæa tpib9 Helisæi E prophetæ, & nemo eorũ mũdatus est nisi Naaman Syrus.)Euidenter hic sermo nos domini salutaris informat,& ad studium venerandæ diuinitatis hortatur,quod nemo sanatus ostenditur, & maculosi morbo corporis absolutus,nisi qui religioso officio studuit sanitati.Non enim dormientibus diuina beneficia,sed obseruantibus deferuntur.Et bene apto cõparationis exemplo arrogantia ciuium retũditur inuidorũ,dominicũq; factũ scripturis docetur veteribus cõ uenire,qđ in libris quoq; Regnorũ legimus gentilẽ vi- 4.Reg.6. rum Naamam prophetico oraculo lepræ maculis absolutum,cũ plurimos Iudæorum lepra corporis pariter & mentis absumeret.Siquidem etiam quatuor illos qui co 4.Reg.7. gente fame in castra primi regis Syriæ tetenderunt,tradidit historia fuisse leprosos.Cur igitur nõ curabat fratres M nõ curabat ciues,nõ sanabat propheta cõsortes,cũ sanaret alienos,sanaret eos qui obseruantiã legis & religionis cõsortiũ nõ habebant,nisi quia voluntatis est medicina,nõ gẽtis,& diuinũ munus votis eligitur, nõ naturæ iure defertur?Discе christiane rogare qđ cupias ipetrare:fastidiosos viros cælestiũ, pfect9 munerũ nõ sequũtur Sed quãuis simplex expositio moralẽ informet affectum gratia tamen nõ est occulta mysterii. Etenim cũ posteriora à superioribus deriuentur, tum etiam superiora posterioribus astruuntur. Diximus enim in libro alio, in vidua illa ad quam Helias directus est, typũ Ecclesiæ præmisum. Populus Ecclesiã congregauit, vt sequatur populus ille ex alienigenis cõgregat9. Populus ille ante leprosus,popul9 ille ante maculosus,prius quàm mystico baptizaretur in flumine,idem post sacramenta baptismatis maculis corporis & mentis ablutus, iam non lepra,sed immaculata virgo cœpit esse sine ruga. Merito ergo magnus Naaman in cõspectu domini sui,& ad mirabilis facie describitur,quoniã in eius typo salus futura gentibus declaratur,qui sacratæ cõsilio puellæ, quę fractis viribus ciuium in hostilem captiua venerat po-

A testatem,à propheta salutem spetare commonitus,non terreni regis sperio,sed diuinæ misericordię liberalitate sanatur. Cur mystico numero mergere iubetur? Cur 4.Reg.5. Iordanis fluuius eligitur?Nónne boni,inquit, Abana & Pharfar fluuii Damasci præ Iordane?Sed iratus hos prę tulit,Iordanem meditatus elegit.Nescit enim ira mysterium,fides nouit. Discе baptismatis gratiam salutaris. qui leprosus merserat,fidelis emersit.Discе spiritalia sacramenta signari. Corporis remedium petitur,mentis acquiritur. Abluitur caro,affectus abluitur. Non enim magis corporis quàm mentis lepram video fuisse mundatam, quando post baptismũ veteris erroris collutione deterla,negat se diis alienis hostias quas spopõderat domino litaturum. Discе etiam congruæ præcepta virtutis:probauit fidem,qui præmia recusauit.Discе vtroque dictũ factorũque magisterio quid sequaris. Habes domini præceptum,vatis exemplũ,gratis accipere,gratis dare,nec vendere ministerium,sed offerre. Nõ enim precio taxatur dei gratia, nec in sacramentis lucrũ quæritur,sed obsequium sacerdotis.Non tamẽ satis est si lucrũ ipse nõ quæras: familiæ quoque tuæ cohibẽdę man9 sit:nec hoc solum expositur,vt te solũ castũ immaculatũque custodias.Non enim dixit Apostolus,te solum, sed,teipsum castum custodi. Quæritur ergo nõ solum tua ab huiusmodi nundinis,sed etiam domus tuæ casti- 1.Tim.3. tas.Oportet enim irreprehensibilem esse facerdotẽ,suæ domui bene præpositum,filios habentem subditos, cũ omni castitate.Si quis autem domui suæ præesse nescit quomodo Ecclesiæ dei diligentiam habebit?Instrue ergo familiam tuã,hortare,custodi: et si te fefellerit seruus(humanam non excipio facultatem)prophetico deprehensis repudietur exemplo.Cito turpem sequitur le pra mercedem,& pecunia corpus animũque male quæsita commaculat.Accipisti,inquit,pecuniam, & possidebis ex ea agrũ,& vineas,& olieta,& greges,& lepra Na 4.Reg.5. aman adhærebit tibi & semini tuo vsque in æternum. Vides quia facto authoris successio damnatur hæredis. Inexpiabilis est enim venditi culpa mysterii, & gratiæ vindicta,cælestis transit ad posteros. Denique Moabitæ & ceteri non intrabunt Ecclesiã vsque ad tertiã & quartã generationẽ,tandiu videlicet,vt simplicius interpretemur,donec culpã authorũ multiplicis successio generationis aboleret. Sed cum illi qui in deum idololatriæ errore deliquerũt, in quartã generationẽ videãtur esse mulctati: profecto durior videtur esse sẽtẽtia qua Giezi semen vsque in æternũ pro cupiditate habendi pphetica authoritate damnatur:præsertim cũ dominus noster C IESVS Christus per lauacri regenerationem omnib9 remissionem dederit peccatorum: nisi vt vitiorum magis quã generis semẽ intelligas.Sicut enim qui filii promissionis sunt,æstimantur in semen bonum : ita etiam qui filii erroris sunt,æstimantur in semen malum. Nam & Iudæi ex patre diabolo,nõ vtique carnis successiõe,sed criminis.Ergo omnes cupidi,omnès auari, Giezi leprã cũ diuitiis suis possident:& male quęsita mercede, non tam patrimoniũ facultatũ quã thesaurũ criminũ cõgregarũt,æterno supplicio,& breui fructu. Nã cum diuitiæ sint caducæ,pœna perpetua est:quia neque auar9,neque ebriosus,neque idolis seruiens regnum dei possidebũt.

De indignatione Iudæorum,& eiectione IESV.

ET repleti sunt ira omnes in Synagoga hæc audientes,& surrexerunt, & eiecerunt illũ extra ciuitatem.)Sacrilegia Iudæorum quæ multo antè dominus prænunciauerat per Prophetas,& psalmi versiculo declarauerat quæ passurus esset in corpore constitutus,dicens:Retribuebant Psal.37. mihi mala pro bonis:in Euangelio docet esse completa Nam cum ipse per populos beneficia diffunderet,illi in iurias irrogabant.Nec mirum si perdiderũt salutẽ, qui eiecerunt de suis finibus saluatorem.Moralis enim dominus:& qui docuerat exemplo sui apostolos suos om D nibus omnia fieri,nec volentes repudiat, nec inuitos alligat,nec eiicientibus reluctatur,nec rogantibus de est. Sic Gerasenos alibi,cũ virtutes,eius sustinere nõ possẽt quasi infirmos & ingratos reliquit. Simul intellige nõn ex necessitate fuisse,sed voluntariã corporis passionẽ: nec captum à Iudæis,sed à se ipso oblatũ.Etenim quãdo vult capitur,quando vult elabitur,quando vult suspenditur;quando vult non tenetur.Et hic in superciliũ mõtis præcipitandus ascenderat: & ecce per medium illorum,mutata subito vel obstupefacta furentium mente, descendit.Nondum enim hora venerat passionis, quin etiam malebat adhuc Iudęos sanare quàm perdere, vt inefficaci furoris exitu desinerent velle, quod implere nõ possent.Vides igitur & hic diuinitatis esse quòd nõ captus est,& illic voluntatis esse quòd captus est. Nam quẽadmodum à paucis teneri potuit, qui à populo non tenetur?Sed noluit sacrilegiũ esse multorũ,vt inauthores culpæ crucis inuidiam retorqueret, atque à paucis q̃ dem affigeretur,sed pro toto orbe moneretur.

Confirmatio doctrinę Christi per miracula.

DE Synagoga erat homo habẽs spiritũ im mundum.)Et infra:Surgens autẽ de Synagoga intrauit in domũ Simonis & Andreę Socrus autem Simonis tenebatur magnis E febribus.)Vide clementiã domini saluatoris,nec indignatione cõmot9,nec scelere offẽsus,nec iniuria violatus Iudæam deserit:quinetiam immemor iniuriæ,memor clementiæ,nunc docendo,nunc liberando,nunc sanando,infidæ plebis corda demulcet.Et bene sanctus Lucas,virum ab spiritu nequitiæ liberatum antè præmisit,& subdit fœminæ sanitatem.Vtrũque enim sexum dominus curaturus aduenerat,& prior sanari debuit qui prior creatus est,nec prætermitti illa quæ mobilitate magis animi quàm prauitate peccauerat. Sabbato medicinæ dominicæ opera cœpta significat,vt inde nouа creatura cœperit,vbi vetus creatura ante desiuit:nec sub lege esse dei filium,sed supra legẽ in ipso principio designaret:nec solui legem, sed impleri.Neque enim p legem,sed verbo factus est mundus,sicut legimus: Ver- Psal.32. bo domini cæli firmati sunt.Non soluitur ergo lex, sed impletur,vt fiat renouatio hominis iam labentis. Vnde & Apostolus ait.Expoliantes vos veterem hominem,in Ephe.4. duite nouum qui secundum deum creatus est. Et bene Sabbato cœpit,vt ipsũ se ostenderet creatorẽ, qui opera operibus intexeret, & prosequeretur opus quod ipse iam cœperit:vt si domum faber renouare disponat,non à fundamentis,sed à culminibus incipit soluere vetusta *vetustã. tem*.Ita quæ ibi prius manũ admouet,vbi ante desierat F Deinde à minoribus incipit,vt ad maiora perueniat. Liberare à dæmone & homines,sed in verbo dei possunt: resurrectionem mortuis imperare,diuinæ solius est potestatis.Nec quenquàm mouere debet quod IESV Nazareni nomen in hoc libro diabolus dixisse primus inducitur Nec enim ab eo Christus nomen accepit,quod de cælo angelus ad virginem detulit. Est enim huius impudentiæ,vt inter homines aliquid primus vsurpet, & ad homines quasi nouum deferat, quo terrorem suæ potestatis incutiat.Denique & in Genesi primus deum homini nuncupauit.Sic enim habes: Et dixit serpens mulieri:Quid vtique dixit de9,Ne edatis ab omni ligno? Vter Gene.3. que igitur deceptus à diabolo est,sanatus à Christo.Se- Gene.2. quere cætera,& Euangelicæ lectionis discе mysteria,atque in duorũ sanitate publicæ sacramentũ salutis agnoscе. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quis est ille qui in Syn- 1.Cor.15. agoga spiritum dæmonii habebat immundum, nisi populus Iudæorum,qui quasi serpẽtinis spiritus reuinct9, & innodatus diaboli laqueis,simulatam corporis mũditiã

G interioris mentis ſordibus inquinabat? Et bene in Synagoga homo erat qui ſpiritum immundum habebat, qa ſpiritũ ſanctũ amiſerat. Introierat enim diabolus, vnde Chriſtus exierat. Simul oſtenditur natura diaboli non improba, opera iniqua. Nam qui per ſuperiorẽ naturã deũ confitetur, opere negat: & in hoc apparet eius nequitia, & improbitas Iudæorum, qđ ita populo veſanę cæcitatem mentis effudit, vt populus neget, quem dæmones, confitentur. O peior magiſtro diſcipulorum hæreditas, ille verbo dominũ tentat, hi facto. Ille dicit: Mitte te, iſti adoriuntur vt mittant. Si altiore conſilio iſta penſamus animi debemus intelligere & corporis ſanitatẽ, vt prius animus qui ſerpentinis laborabat inſidiis, abſolutus ſit. Anima enim nunquam â corpore vĩceretur, niſi prius à diabolo tentaretur. Nam cum anima corpus agat, viuificet & gubernet, quemadmodum in eius illecebras capti ua raperetur, niſi & ipſa ſuperioris alicui⁹ poteſtatis vĩculis ſtringeretur? Denique non prius Eua eſuriuit, quã ſerp̃tis verſutia tentauit, & ideo aduerſus ipſum author peccati prius debuit medicina ſalutis operari. Fortaſſe etiam in typo mulieris illius ſocrus Simonis & Andreæ variis criminum febribus caro noſtra languebat, & diuerſarũ cupiditatũ immodicis æſtuabat illecebris. Nec minorẽ febrẽ amoris eſſe dixerim quã caloris. Itaque illa animũ febris, hęc corpus inflammat. Febris enĩ noſtra auaritia eſt, febris noſtra libido eſt, eò qđ ignitæ ſint cupiditates. Vnde & Apoſtolus ait: Si non ſe continent, nubant. melius eſt nubere quã vri. Febris noſtra luxuria eſt, febris noſtra ambitio eſt, febris noſtra iracundia eſt. Quæ licet corporis vitia ſint, ignem tamen oſſibus implicant, mentẽ, animũ, ſenſumq; pertentant. Hæc prior diaboli ſolicitatur arte. Etenim ager bon⁹, veſtis, monile, ſuadela ſerpentis eſt. Honorum gratia, ſublimitas poteſtatum, epularum ſuauitas, forma meretricis laqueus eſt diaboli, & quaſi quidam nequitiæ ſpiritalis illecebroſus affectus, qui per carnis illecebram quæ cito fœminea quadam leuitate mollitur, animũ quoque de gradu deiicit. Neq; enim formam mulieris animus priꝰ quàm corporis oculus concupiſcit. Denicq; quod nõ videris non amabis: ſed vbi caro concupierit, cõpatientis quoq; animi cõſtãtia defetiſcit, & mẽs cõſortio amoris inflectitur: Duo enim in carne vna ſũt, atque ita mors irrepſit ſceleris effectu, tentante diabolo, carne ſuadente. Vehemẽtior tamẽ eſt animi q̃ corporis febris, & ideo ꝓ animi voluntate corporis ſalus plerũque cõtẽnitur, nec à periculis abſtinetur. Vnde nõ alienum videtur repete re quẽadmodum Theotimus cùm graui oculorũ incõmodo laboraret, & amaret vxorẽ, interdicta ſibi à medico facultate coeundi, cupiditatis impatiens, atq; impetu

I libidinis raptus ſe moderari nequiuerit. Sciens enĩ prudensq; qđ eſſet oculos amiſsur⁹, prius quàm cõueniret vxori, in ipſo æſtu feruentis cupiditatis, & cõſuetudinis apparatur: Vale, inquit, amicũ lumen. Sic febre libido flagrantior eſt, grauiusque præcipitat & inflammat. Sed vbi quis reſipuerit à furore, tunc cõſcientiæ interioris viſus aperitur, facti-ꝙ ſuccedit pœnitentia, & pudẽda ſui vnuſquiſque facinoris erubeſcit. Tunc deus timetur, & peccator cupit ſe celare, ſed nõ poteſt: tunc caro arguitur, diabol⁹ accuſatur: hæc quaſi lena vitiorũ, ille, quaſi author erroris. Pateſcit deformitas. Nudũ eſt enim deo õne ſecretum, nec illius fic⁹ foliis, hoc eſt, tegimine corporali, & iactantia ſeculari flagitiorum ſecreta velãtur. Et vnuſquiſque diuinum peccati cõſcia formidat mẽte iudicium, dicens: Qui ſuper me montes cadant, in quibus me abſcondam fiſſuris petrarum cum venerit cõfringere terrã? Tunc tribulos & ſpinas animo caro, hoc eſt, curarũ mor⁹ ſolicitudinũque generat, æſtuſq; quos ſibi per concupiſcentiã carnis animus ipſe circũdedit. Eteni quaſi clauis quibuſdã ſuffigitur anima corporeis voluptatibus, & cum ſemel adhęſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt vnde deſcendit

ſine dei fauore reuolare. Actuum enim ſuorum vincta K laqueis, & deliciarum ſecularium illecebris obnoxia iã tenetur. Hunc ergo Adam, hanc Euam dominus libera turus aduenit, quorum alter ad imaginem dei fact⁹, altera virtutẽ ſui accipiens viri, quãdiu fuit ſubdita fortiori vnam gerebant in vno ſpiritu deo placitam voluntatẽ. & in paradiſo poſiti dei vitæ cæleſtis operabantur alimoniam. Poſtea vero quàm caro ſuadere diuerſũ, & legẽ cœpit ꝓpriã non timere, paradiſi exules facti i hunc iferiorẽ dimerſũque locũ peccati merito reciderũt. Nec quiſquam putet incõgruum eſſe ſi Adam atq; Eua in typo animę & corporis æſtimentur, cum in typo Eccleſiæ æſtimentur & Chriſti. Nam cum duo eſſe in vna carne Apoſtolus diceret, adiecit: Sacramentum enim hoc magnũ eſt. Ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia. In quo ergo ſuperni dei, in eo multò magis animi noſtri poteſt eſſe myſteriũ. Sed hæret, ſuffixus eſt, capt⁹ eſt, & corporeis ſuccenſus eſt febribus, compaſsione carnis ægreſcit Querendus eſt medicus. Sed quis iſte tantus eſt, qui ſaucĩæ mentis medeatur vlceribus? Quis tantus eſt homo qui poſsit aliis ſubuenire, cum ſibi ipſe nõ poſsit? Quis Rom.5. aliis poſsit vitam reddere, cũ ipſe mortẽ non poſsit euadere? Omnes enim in Adam moriuntur, quia per vnum hominẽ in hunc mundũ peccatum introiuit, & per peccatũ mors: & ita omnes homines pertranſiit, in quo oẽs peccauerunt. Illius igitur culpa mors omniũ eſt. Denique miſsi ſancti, miſsi ſũt & prophetæ, qui oracula diuina loquerentur, nec quicquam promouere potuerunt. Quæramus ergo aliquẽ de angelis aut archangelis medicum. Sed quemadmodum mihi poſsunt præſidiũ ferre ne peccem, cum ipſe archangelus à peccato nõ potuerit abſtinere? Quemadmodum ad paradiſum angel⁹ reuocare me poterit, cum ipſe Satanas & angeli ſui ſedẽ quam acceperant, ſeruare non potuerunt?

De aſcenſu IESV in nauem Simonis vt doceret, & miraculo quoſdam ad ſe traheret.

ASCENDENS autem in vnã nauim quæ erat CAP. V. Simonis, rogauit eum vt à terra duceret puſillum.) Vbi dominus multis impartiuit varia genera ſanitatum, nec tempore nec loco cœpit ab ſtudio ſanandi turba cohiberi. Veſper incubuit, ſequebantur, ſtagnum occurrit, vrgebant. Et ideo aſcendit in Petri nauim. Hæc eſt illa nauis quæ adhuc ſecundum Matthæum fluctuat, ſecundum Lucam repletur piſcibus: vt & principia Eccleſiæ fluctuantis, & poſteriora exuberantis cognoſcas. Piſces enim ſũt qui hãc enauigant vitam. Ibi adhuc diſcipulis Chriſtus dormit, M hic præcipit. Dormit enim tepidis, perfectis vigilat. Sed quemadmodum dormiat Chriſtus, audiſti dicentem in Propheta: Ergo dormio, & cor meum vigilat. Et ſanct⁹ Matthæus recte non prætermittendum putauit ęterne in Cantic.5. dicium poteſtatis, vbi imperat ventis. Non eſt enim humana doctrina, ſicut audiſti Iudæos dicere. Verbo imperat ſpiritibus: ſed cælestis maieſtatis inſigne. Quod turbatum ſedatur mare, & diuinæ vocis imperio obſequũtur elementa, atque inſenſibilia ſenſum accipiunt obſequendi, diuinæ myſterium gratiæ reuelatur. Quod fluctus miteſcunt ſeculi, verbo immundis ſpiritus cõquieſcit: non alterũ altero refellitur, ſed vtrũque celebratur: Habes miraculum in elementis, habes documentum in myſteriis. Ergo quia ſanctus Matthęus illã prælibauerat, ſanctus Lucas eam ſibi nauim in qua Petrus piſcaretur elegit. Non turbatur iſta quę Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Etſi multa illic diſcipulorum merita nauigabant, tamen ea adhuc perfidia portitoris agitabat. In vtraque Petrus: ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne per vnum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur hæc nauis in qua prudẽtia nauigat, abeſt perfidia, fides aſpirat. Quemadmodũ enim

A turbari poterat, cui præerat is in quo Eccleſiæ firmamẽtum eſt? Illic ergo turbatio, vbi modica fides: hic ſecuritas, vbi perfecta dilectio. Denique etſi aliis iperatur vt laxent retia ſua, ſoli tamẽ Petro dicitur: & Duc in altũ.) Hoc eſt, in profundũ diſputationum. Quid enim tã altũ q̃ altitudinem diuitiarũ videre, ſcire dei filiũ, & profeſsionem diuinæ generationis aſsumere? Quam licet mens non queat humana plene rationis inueſtigatione cõprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etſi non licet mihi ſcire quẽadmodum natus ſit, non licet tamen neſcire quòd nat⁹ ſit. Seriem generationis ignoro, ſed authoritatẽ generationis agnoſco. Nõ interfuimus cũ ex patre dei filius naſceretur, ſed interfuimus cũ à patre dei filius diceretur. Si deo non credimus, cui credemus? Omnia enĩ quæ credim⁹, vel viſu credimus, vel auditu. Viſus ſæpe fallitur, auditus in fide eſt. An aſſerentis perſona diſcutitur? Si viri boni dicerent, nefas putaremus nõ credere. Deus aſserit, ꝓbat filius, refugiẽs Sol fatetur, tremens terra teſtatur. In hoc altũ diſputationis Eccleſia à Petro ducitur, vt videat hinc reſurgẽtem dei filium, inde ſpiritũ ſanctũ profluentem. Quæ ſunt autẽ apoſtolorũ quæ laxari iubentur retia, niſi verborũ complexiones, & quaſi quidam oratiõis ſinus, & diſputationum receſsus, qui eos quos ceperint, nõ amittant? Et bene apoſtolica inſtrumenta piſcandi retia ſunt, quæ non captos perimunt, ſed reſeruãt: & de profundo ad lumẽ

B extrahũt, & fluctuãtes de infernis ad ſuperna perducũt Eſt & aliud apoſtolicum piſcandi genus, quo genere ſolum Petrum piſcari dominus iubet dicens: Mitte ha-
Mat.17. mum, & eum piſcẽ qui primus aſcenderit tolle. Magnũ quidem eſt & ſpiritale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti, ne quis cõſtitutionẽ regis terreni putet eſſe ſoluendã. Si enĩ cẽſum dei filius ſoluit, quis tu tantus es qui nõ putes eſſe ſoluendũ? Et ille cẽſum ſoluit qui nihil poſsi debat: tu autẽ q̃ ſeculi ſequeris lucrũ, cur ſeculi obſeq̃ũ nõ recognoſcas? Cur te ſupra ſeculũ quadã animi arrogãtia feras, cũ ſeculo ſis miſera cupiditate ſubiectus? Pẽditur igitur didrachma qđ erat preciũ noſtræ redẽptiõis & corporis, in lege promiſsũ, in Euãgelio perſolutũ, nõ ociose in ore piſcis ſuentũ. Ex ore enĩ tuo iuſtificaberis Eteni preciũ immortalitatis eſt nobis noſtra confeſsio,
Rom.10. quia, ſicut ſcriptũ eſt, ore cõfeſsio fit ad ſalutẽ. Et fortaſſe primus hic piſcis, primus eſt martyr, in ore habẽs didrachma, hoc eſt preciũ cenſus. Didrachma noſtrum Chriſtus eſt. Habebat igitur primus ille martyr, Stephanus ſcilicet, in ore theſaurum, cum Chriſtum in paſſione loqueretur. Sed reuertamur ad propoſitum locũ, & diſcamus apoſtolicam humilitatem.

De reſponſione Simonis.

C PRAECEPTOR, inquit, per totam noctẽ laborantes nihil cepimus, ſed in verbo tuo laxabo retia.) Et ego domine ſcio qa nox mihi eſt q̃dõ nõ iperas. Nẽo adhuc nomẽ ſuũ dedit, adhuc noctẽ habeo. Miſi iaculũ vocis ꝓ epiphaniã, & adhuc nihil cepi. Miſi ꝓ diẽ, expecto vt iubeas, in verbo tuo laxabo retia. O vacua preſũptio, ô humilitatis fructuoſa. Qui nihil ãte ceperãt, magnã in verbo dni cõcludũt piſciũ multitudinẽ. Nõ hoc humanę facũdiæ op⁹, ſed ſupernæ vocatiõis eſt munus. Cedũt diſputationes hominũ, fide ſua plebs credit. Rũpũtur retia, nec labitur piſcis. vocãtur ad adiumẽtũ ſocii qui erãt in alia naui. Quæ eſt illa alia nauis, niſi forte
Pſal.113. Iudæa, ex qua Ioãnes & Iacob⁹ eligũntur? Facta eſt enĩ Iudæa ſanctificatio eius. Hi igitur de Synagoga ad nauẽ Petri, hoc eſt, ad Eccleſiã conuenerũt, vt implerent ambas nauiculas. Oẽs enim in nomine IESV genu flectunt ſiue Iudæus, ſiue Græcus: omnia & in omnibus Chriſtus Sed mihi cumulus iſte ſuſpectus eſt, ne plenitudine ſui naues penẽ mergantur. Oportet enim & hereſes eſſe vt probentur boni. Poſsumus tamen & aliã Eccleſiã in- D telligere nauẽ alterius. Ab vna enim plures Eccleſię diriuantur. Ecce alia ſolicitudo Petri, cui ſua iã præda ſuſpecta eſt. Sed nouit perfectus quẽadmodũ ſeruare poſsit reconditos, qui ſcit quẽadmodum poſsit capere diſperſos. Quos in verbo capit, verbo credit: negat ſuã prędã, negat ſuũ munus. ¶ Exi, inquit, à me domine, qa homo peccator ſum.) Admirabatur enim dona diuina, & quo plus meruerat, hoc præſumebat minus. Dic & tu: Exi à me domine quia homo peccator ſum. vt reſpõdeat tibi dominus, noli timere. Indulgẽti domino peccatũ fatere Noli timere etiam quæ tua ſũt domino deferre, quia quę ſua ſũt, nobis ille cõceſsit. Neſcit inuidere, nelcit eripere, neſcit auferre. Vides q̃ bonus dominus, qui tantum tribuit hominibus, vt viuificandi habeant poteſtatem.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER QVINTVS.

Confirmatio doctrinæ Chriſti per miraculum de leproſo mundato.

FACTVM EST CVM ESSET in vna ciuitatum, ecce vir plenus lepra & ipſe procidens in faciem rogauit eum dicens: Domine, ſi vis, potes me mũdare. Et extendens manũ, tetigit illũ, dicens Volo, mũdare.) Bene vbi leproſus mundatur, certus non expri E mitur locus, vt oſtendatur non vnum populum ſpecialis alicuius ciuitatis, ſed omnium populos fuiſſe ſanatos Bene autem & ſecundum Lucam quarto ſigno ex quo in Capharnaũ dominus venit, iſte ſanatur. Nam ſi quatuor diem Sole illuminauit, & clariorem cæteris fecit diebus cum illuceſcerent elementa mundi, & hoc clarius opus æſtimare debemus. Et ſecundum Matthæum prim⁹ hic poſt benedictiones à domino ſanatus inducitur: Matth.5. vt quia dixerat dom⁹, Nõ veni legem ſoluere, ſed adimplere: ille q̃ excludebatur à lege, purgari ſe domini poteſtate præſumens, nõ ex lege, ſed ſupra legẽ eſſe gratiã iudicaret quę le, ſi maculã poſset abluere: Verũ vt i dominum poteſtatis authoritas, ita in illo fidei conſtãtia declaratur. Ille in faciem prodit, quod humilitatis eſt & F pudoris, vt vnuſquiſq; de ſuę vitæ maculis erubeſcat. Sed cõfeſsionẽ verecũdia nõ repreſsit. Oſtendit vulnus remediũ poſtulauit: & ipſa religionis & fidei plena confeſsio eſt. Si vis, inquit, potes me mũdare. In voluntate domini tribuit poteſtatẽ. De voluntate autẽ domini nõ quaſi pietatis incredulus addubitauit, ſed quaſi colluuionis ſuæ conſcius nõ præſũpſit. Cui morali quadã dominus ſanctitate reſpondit: Volo, mundare. Et continuo lepra eius diſceſsit ab eo. Nihil enim mediũ eſt inter opus dei atque præceptũ, quia in præcepto eſt opus. Denique dixit, & facta ſunt. Videtis igitur, quòd dubitari nõ poteſt quia voluntas dei poteſtas eſt. Si ergo voluntas eius poteſtas eſt: qui vnius voluntatis trinitatem aſserunt, vnius vtiq; aſserunt poteſtatis. Itaque ſtatim lepra eius diſceſſit, vt intelligas medentis affectum, qui veritatem operi addidit. Denique ſecũdum Marcum miſeratus eſt eum dominus. quod eſt pulchre poſitũ. Et pleraque talia poſuerunt Euangeliſtę, qui nos in vtroq; fidare voluerũt, deſcribentes ſigna virtutis ad fidem, exprimẽtes opera virtutis ad imitationem. Vnde & tangit nõ dedignatus, & imperat nõ diffiſus. Hoc enim eſt indiciũ poteſtatis, quia quaſi habens poteſtatẽ ſanandi, & iubẽdi authori-

Ꝺtatem,operandi teſtimonium non refugit .Volo ergo dicit propter Fotinum, imperat propter Arrium, tãgit propter Manichæum.Nec vniustantum lepra curatur, ſed omnium quibus dicitur:Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem quẽ locutus ſum vobis. Si igitur lepræ medicina verbum eſt,cõtemptus vtique verbi lepra mẽtis eſt
Ioan.15. Sed ne lepra trãſire poſsit i medicũ,vnuſquiſq; dominicæ humilitatis exemplo iactantiã vitet. Cur enim præcipitur nemini dicere , niſi vt doceret non vulganda noſtra beneficia,ſed premenda,vt nõ ſolum à mercede abſtineamus pecuniæ,ſed etiam gratiæ? Aut fortaſe etiam illa ſilentii cauſa eſt imperati , qđ meliores putabat qui fide magis ſpontanea, q̃ ſperatis beneficiis credidiſſent Offerre autem iuxta legem ſe præcipitur ſacerdoti,non vt alium deferat,ſed vt ſeipſum deo offerat ſpiritale ſacrificium,vt actus præteriti colluuione deterſa,per cognitionem fidei,& ſapientię diſciplinam,placitura deo hoſtia cõſecretur.Omnis enim victima ſale ſalietur.Vn
Roma.12 de & Paulus ait: Obſecro ergo vos fratres per miſericordiã dei vt exibeatis corpora veſtra hoſtiam acceptabilẽ placentem deo. Simul illud mirabile, quod eo ſanauit genere quo fuerat obſecratus:Si vis,poteſt me mũdare. Volo, inquit,mundare.Habes voluntatem,habes etiam pietatis effectum. Et extendens manũ tetigit eum. Lex tangi leproſos prohibet:ſed qui dominus legis eſt,non obſequitur legi,ſed legẽ facit. Nõ ergo tetigit quia ſine
H ctus non erat legi.Nec contagium timebat vt homines, ſed quia contaminari non poterat qui alios liberabat:ſimul e contrario vt lepra tactu domini fugaretur,quæ ſolebat contaminare tangentem. Oſtendere autem ſe ſacerdoti iubetur,& offerre pro emundatione ſua, vt dũ offerret ſe ſacerdoti,intelligeret ſacerdos,non legis ordine,ſed gratia dei ſupra legem eſse curatum. Et dum
Pſal.109. mundatur per ſacrificiũ ſecundũ præceptũ Moyſi,oſtẽderet dominus quia legẽ nõ ſolueret , ſed impleret,qui ſecũdum legẽ gradiens , ſupra legẽ ſanare eos quos remedia legis nõ ſanauerant videretur.Et bene addidit,ſicut præcepit Moyſes.Lex enim ſpiritalis eſt,ideoq; videtur ſacrificium ſpiritale mãdaſse.Deniq; addidit, Vt ſit in teſtimonium hoc vobis.hoc eſt,ſi deo credatis,ſi impietatis lepra diſcedat, ſi occultorum cognitor ſit ſacerdos,ſi puri teſtis affect9:vnde poteſt ille magis ſacerdos videri,quem occulta non latent,cui dicitur:Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech.

Confirmatio eiuſdem per miraculum de paralytico per tectum ſubmiſso.

I Ecce viri portantes in lecto hominẽ qui erat paralyticus, & quærentes eum inferre.& ponere ante illum. Et nõ inueniẽtes qua parte illum inferrent pręturba,aſcenderunt ſuper tectum,& per tegulas ſubmiſerunt illum in lecto in mediũ ante IESVM.)Non ociosa huius paralytici nec anguſta medicina eſt, quãdo dominus & oraſse præmittitur. Non vtique propter ſuffragium ſed propter exemplum.Imitandi enim ſpeciẽ dedit,non precandi ambitum requiſiuit. Et cõuenientib9 ex omni Galilæa & Iudæa & Hieruſalẽ legis doctoribus inter cæterorum remedia debilium,paralytici iſtius medicina deſcribitur. Primum omniũ,quod ante diximus vnuſquiſque æger petẽdæ precatores ſalutis debet adhibere,per quos noſtræ vitæ compago reſoluta, actuumq; noſtrorum clauda veſtigia verbi eęleſtis remedio reformentur.Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animũ hominis,quanuis exterioris corporis debilitate torpentem ad ſuperiora erigant. Quorum rurſus admiculis & attollere,& humiliare ſe facilis ante IESVM locetur, dominico videri dignus aſpectu.Humilitatem enim reſpicit dominus quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.

De ſubmitt entium fide Chriſtum ad curationem mouente.

VORVM fidem,inquit,vt vidit.) Magnus K dominus,qui aliorũ merito ignoſcit aliis: & dũ alios probat,aliis relaxat errata.Cur apud te homo collega nõ valeat, cũ apud deũ ſeruus & interueniẽdi meritum,& ius habeat impetrandi? Diſce qui iudicas,ignoſcere: diſce qui ægeres, impetrare. Si grauiũ peccatorum diffidis veniam,adhibe precatores ,adhibe Eccleſiã,quę pro te precetur,cuius contemplatione quod tibi domin9 negare poſset ignoſcit. Et quanuis hiſtoriæ fidem debeamus non omittere,vt vere paralytici iſtius corpus credamus eſse ſanatum:cognoſce tamen interioris hominis ſanitatem,cui peccata donantur. Quæ cum Iudæi aſserunt à ſolo deo poſse concedi,deum vtique cõfitentur,ſuoq; indicio perfidiã ſuam prodũt, vt opus aſtruant , perſonam negent.Itaq; ab ipſis & operis ſui dei filius accipit teſtimonium,& vocis ſuffragium requirit. Perfidia enĩ cõfiteri poteſt,credere nõpõt. Itaq; teſtimoniũ nõ deeſt diuinitati,fides deeſt ſaluti.Nã & validi9 ẽ ad fidẽ quod cõfitentur inuiti: & pernicio ſius ad culpã quod negęt, qui ſuis aſsertionibus reuincũtur. Magna itaq; infidæ plebis amẽtia. vt cũ cõfeſsa fuerit ſolius dei eſse donare peccata,nõ credre deo peccata donãti . Domin9 aũt ſaluos volẽs facere peccatores,& occultorũ cognitiõe deũ ſe eſse demõſtrat,& admiratiõe factorũ adiiciẽs.

De ſcribarum & phariſæorum repreh enſione.

VI DEſt facilius,dicere, Dimiſsa ſunt tibi peccata tua:aut dicere,Surge & ambula?) Quo loco plenam ſpeciem reſurrectionis oſtẽdit, qui mentis vulneribus corporiſque ſanatis, peccata donat animorum,debilitatẽ carnis excludit.hoc eſt enim totum hominem eſse curatũ. Quanuis igitur magnum ſit hominibus peccata dimittere,(Quis enim poteſt peccata dimittere niſi ſolus deus,qui per eos , quoq; dimittit,quibus dimittendi tribuit poteſtatem?) tamen multo diuinius eſt reſurrectionem donare corporibus, quandoquidem ipſe dominus reſurrectio eſt.Hic lect9, qui tolli iubetur,quid eſt aliud niſi quia humanũ iubetur corpus attolli?Ipſe eſt qui per ſingulas noctes lauatur à Dauid:lectus doloris , in quo anima noſtra graui conſcientiæ ægra cruciatu iacebat. Sed ſi quis ſecũdum Chriſti precepta ſe geſserit, iã nõ lectus doloris eſt , ſed quietis.Miſeratione etenim domini cœpit quies eſse qđ mors erat:qui vobis ſoporem mortis vertit in gratiã voluptatis.Nec ſolum leuare lectum , ſed etiã domum ſuã repetere,hoc eſt,ad paradiſum redire cenſetur. Ea eſt e M nim vera domus,quę hominem prima ſuſcepit:non iure amiſsa,ſed fraude. Merito ergo reſtituitur domus, quoniam venerat qui nexum fraudis aboleret,ius reformaret.Nec mora vlla ſanitatis interuenit, vnum dictorum remediorumq; momentum eſt. Spectãt ſurgentem increduli, mirantur abeuntem,& diuini operis miracula malunt timere quàm credere.Nam ſi credidiſsent,nõ timuiſsent vtique,ſed dilexiſsẽt. Perfecta enim dilectio 1.Ioan.4
timorem excludit foras.Et ideo iſti quia non diligebant calumniabãtur.Calumniantibus autem dicit: ¶ Quid cogitatis mala in cordib9 veſtris? Quis hoc dicit? Sacerdos magnus,qui lepram videbat in cordibus Iudæorum oſtẽdit eos peiores eſse leproſo.Ille ſacerdoti eſt ſe iuſſus offerre purgat9,hos ſacerdos repudiat, ne alios quoque lepra eorum contaminet.

De myſtica vocatione publicani.

SEQVITVR myſtica vocatio publicani,quẽ ſequi iubet,non corporis greſsu,ſed mentis affectu.Itaq; ille prius auara de mercedibus dura de laboribus periculiſque nautarum emolumẽta cõuerrẽs,verbo vocat9, propria dereliquit qui rapiebat aliena, ac vile illud ſedile reſtituens, toto poſt dominũ veſtigio mẽtis incedit.Cõuiuii quoq; magni exhibet apparatũ. Qui enĩ domicilio Chriſtũ recipit

A interno,maximis delectationibus exuberantium paſcitur voluptatum.Itaque dominus libenter ingreditur,& in eius qui crediderit,recumbit effectu.Sed rurſus accẽditur inuidia perfidorũ,& futurę pœnæ ſpecies præfigu ratur.Epulantibus enim fidelibus,& in illo cælorum re cũbentibus regno, perfidia ieiuna torquebitur. Simul oſtenditur quantum interſit inter æmulos legis & gratię qđ illi qui legem ſequũtur,ieiunæ mentis famen patiantur æternam. Qui vero verbum interioribus animæ receperunt,alimẽti cęleſtis & fontis vbertate recreati eſu rire & ſitire nõ poſsunt. Et ideo qui animo ieiunabant murmurabant,dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat & bibit? Serpentina vox iſta eſt.Denique hanc primam vocem ſerpens emiſit,dicens Euæ: Quid vtique dixit de9, Nolite mãducare ex omni ligno Ergo patres ſui venena diffundũt, qui dicunt: Quid vtique cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit? Vnde dominus cum peccatoribus manducando, etiam cum gentilibus non prohibet nos inire conuiuium, dicens:Non egent qui ſani ſunt,medico, ſed qui male habent.Nouum medicamentum nouus magiſter aduexit.
B Hoc de terra nõ pullulauit.Imprudens enim eſt oĩs creatura huius confectionis. Venite omnes qui incurriſtis peccatorum varias paſsiones,vtimini peregrino medicamento,quo venenum ſerpentis excluditur: quod nõ ſolum paſsionum abſtulit cicatricem , ſed etiã cauſam diri vulneris amputauit. Hoc medicamentũ non famẽ indicit,ſed cibum animæ ſubminiſtrat. Venit enim filius hominis manducans & bibens,& dicunt: Demoniũ habet,& vorax eſt. Et ideo mens noſtra non eſt ieiuna. Ieiunant hi,quibus abeſt Chriſt9,bonorumq; meritorũ copiis egent.At vero cui virtus ſuauolũtate ſufficit,qui ſua domo recipit Chriſtum , conuiuium magnum exhibet:hoc eſt,bonorum operum ſpiritale cõuiuium, quo diues populus eget,pauper epulatur.

De excuſatione diſcipulorum.

IT ideo,inquit,ieiunare non poſsunt filii ſponſi,quandiu cum illis eſt ſponſus. Venient autẽ dies cum auferetur ab illis ſpõſus,& tunc ieiunabũt in illis diebus.) Qui ſunt illi dies quibus à nobis Chriſtus auferMatt.28. tur,maxime cũm ipſe dixerit: Vobiſcum ero vſque ad
Ioan.14. conſummationem mundi? Ipſe dixit, Non relinquã vos orphanos. Certum eſt enim quod ſi nos relinquat, ſalui eſse nequeamus Nemo tibi Chriſtum poteſt auferre, niſi te illi ipſe auferas. Non te auferat iactantia tua, non
Matt.9. te auferat arrogantia,nec tibi de lege preſumas. Non enim vocare iuſtos venit,ſed peccatores. Quomodo igitur dominus iuſtitias dilexit, neq; Dauid vidit iuſtum
C derelictum? Aut quæ iſta ęquitas,ſi iuſt9 relinquitur,peccator adſciſcitur:niſi itelligas quod eos iuſtos dicit,qui ex lege præſumant, & Euangelii gratiam non requirãt?
Philip.3. Nemo autem iuſtificatur ex lege, ſed redimitur ex gratia.Eſt igitur in lege iuſtitia,ſed non per legem iuſtitia, Nam ipſe Apoſtolus Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus ſecundum iuſtitiam,quæ in lege eſt,conuerſatus ſine querela,qui gloriatur ex lege, Quæ mihi, inquit,lucra fuerunt,hęc duxi propter Chriſtũ detrimẽta eſse. hoc eſt,abiecit iuſtitiam & gloriam legis. Iuſtitia enim legis ſine Chriſto vacua eſt ; quia plenitudo legis Chriſtus eſt. Et ideo & ſi eſt in lege iuſtitia, nõ eſt tamẽ per legem iuſtitia. Si enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Mortuus eſt enim Chriſtus, vt impleret iuſtitiam. Denique Ioanni dicenti, Ego à te debeo baptizari,& tu venis ad me? reſpondit: Sine modo. ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Ergo nõ gratis mortuus , ſed pro nobis mortuus eſt Chriſtus, vt iuſti fulgerent ſicut Sol in regno patris ſui. Sed non Iudæi iuſti,quibus dicitur: cum videritis iuſtos intrare regnum cælorum .Iſti ſunt iuſti , qui percutientem non repercutiunt,qui inimicum diligunt. Si ſic non accipimus,inuenitur contrarium; Non veni vocare iuſtos. D Sed illos non vocat,qui ſe iuſtos dicunt.Ignorantes enim deum,& ſuam iuſtitiam quærẽtes ſtatuere, iuſtitiæ Roma.10 dei non ſunt ſubiecti. Ergo vſurpatores iuſtitiæ nõ vocantur ad gratiam.nam ſi gratia ex pœnitentia,vtique qui faſtidit pœnitentiam,abdicat gratiã. Iſti erunt vulnerati,qui ſe ſanctificant.Iſtis ſponſus auferetur. Nobis autem non Caiphas,non Pilatus Chriſtum abſtulit nec poſsumus ieiunare , quia Chriſtum habemus , & Chriſti carnem epulamur & ſanguinem . Quomodo enim videtur ieiũnare;qui non eſurit? Quomodo vide-Ioan.4. tur ieiũnare, qui nõ ſitit? Quomodo autem ſitire poteſt qui bibit Chriſtum? cũ ipſe dixerit: qui biberit de aqua quam ego dabo,non ſitiet in æternum. Denique de animi dictum ieiunio,etiam ſequentia declararunt.

De prima ſimilitudine per IESVM data.

DIXIT enim ſimilitudinem ad illos, quia nemo commiſsuram de veſtimẽto nouo immittit in veſtimentum vetus.)Dixerat filios ſponſi, hoc eſt filios verbi , qui per lauacri regenerationem in ius diuinę regenerationis aſsumpti ſunt,quandiu cum illis eſt ſponſus,ieiunare non poſse. Non vtiq; hoc ieiunium relegatur quo conficitur caro,& corporalis luxuria caſtigatur.Hoc enim ieiunium nos commendat deo. Nam quẽadmodũ diſcipulos ieiunare prohiberet , cũ ipſe dominus ieiunaret: & cum poſtremo diceret nequiſsimos ſpiritus non niſi ieiuniis & orationibus ſuperari poſse?Denique etiam hoc loco ieiunium hoc veſtimẽtum appellauit vetus,quod exuendum Apoſtolus æſtimauit;dicens:Expoliate vos veterem hominẽ cũ actiColoſs.3. bus eius,& induamus eũ qui baptiſmatis ſanctificatiõe renouatur.In eandẽ igitur formã ſeries cõuenit præE ceptorũ,ne actus veteris & noui hominis miſceamus,cũ ille corporalis exterior opera carnis operetur,& hic interior qui renaſcitur nõ verſicolorẽ ſpeciẽ veterũ nouorũq; debeat habere geſtorũ,ſed cõcolor Chriſto illum ſtudio mẽtis imitari,cui renat9 eſt i lauacro. Abſint igitur decolora mẽtis velamina,quę diſplicẽt ſpõſo. Diſplicet enĩ ei,q̃ veſtẽ nõ habuerit nuptialẽ. Spõſo autem quid poteſt placere,niſi pax animi, puritas cordis,charitas mentis? Bonus ſponſus dominus IESVS, hic nouo partu naturã noſtram initiauit,huic deſponſata corruptelis carnis abſoluitur. Nõ filios mortales requirit, nõ Eue delectatur doloribus. nõ virũ obnoxiũ culpæ requirit,nõ hæreditatẽ cõdẽnati patris. Vidit enim carnis vlcera,quã antea cõcupiſcebat: aduertit nõ eſse pulchritudinẽ verã,quę vitiorum habeat deformitatem'. Et ideo quid tibi cũ tali ſponſo fœmina ? Require diligenter, & in omni corpore inueniẽs cicatricem. Cognoſce aliũ magis ſponſum,qui circundatur luce, cuius ſpecies nõ F poteſt interire. Hunc tolle in animum tuum , conſecra in templo tuo:tolle in corpore tuo , ſicut ſcriptum eſt: Tollite dominũ in corpore veſtro. Huius thalamos ingredere nouos,huius ſpectato peregrinum decorẽ,hũc indue,hunc vide ad dexteram patris, & gaude quia talem habes ſponſum. hic te veſtiet benedictione,ne qua noceat ſciſsura peccati. Seruem9 igitur veſtem qua nos ſacro dominus emergentes fonte veſtiuit. Cito ſcinditur veſtis,ſi facta non congruant: cito tineis carnis atteritur,& veteris hominis errore maculatur. Ergo hic nouа veteribus copulare , in Apoſtolo autem etiam nouis vetera ſuperueſtire prohibemur, ſed exuere vetus, nouum ſumere,vt expoliati non nudi inueniamur. Expoliamur enim meliora ſumpturi,nudamur autem, cũ indumentum nobis aliena fraude detrahitur, non noſtra volũtate deponitur.

De ſecunda ſimilitudine.

IT nemo mittit vinũ nouũ in vtres veteres.) Fragilitas humanæ conditionis aperitur, cũ corpora noſtra exuuiis defunctorũ animalium comparantur. Atq; vtinã bonorũ

G vtrium vsum posſimus implere, vt ſacramentum quod accepimus, reſeruemus. Leuat iniuriam induſtria, ſi re nouatis vtribus noua vina creduntur. Et ideo vtres hos plenos ſeruare ſemper debem⁹. vacuos enim cito tinea & ęruguo cōſumit, gratia ſeruat impletos. Pulchrè autē operi huic talia præcepta conueniunt. Sextum eſt enim opus, quo Matthæus Leui noua quadā figuratur forma. Sexto autē die factus eſt homo. Sexto igitur Chriſti ope re reformatur iam non vetus, ſed noua creatura, & quę dam forma peregrina. Et ideo tanquam noua creatura conuiuium Chriſto exhibet, eò quod & in ipſo Chriſt⁹ delectaretur, & ipſe partem delectationis mereretur ha bere cum Chriſto. Ad hunc igitur informandum præce pta dat dominus. Sequebatur enim iam lętus, alacer, & exultans, dicens: Iam non publicanum gero, iā non por to Leuin. Exui Leuin, poſtquam Chriſtū indui. Odi ge nus meū, fugio vitam meam priorem: ſolū te ſequor do mine IESV, qui ſanas vulnera mea. Quis enim me ſepa rat à charitate dei, quę in te eſt? Tribulatio, an anguſtia an fames? Ligatus ſum fidei clauis quibuſdam, & bonis compedibus charitatis innexus ſum. Omne mandatum tuum ſi cut cauterium impreſſum tenebo. Et ſi vrit cau terium mandati, tamen putrefacta carnis exurit, ne ad vīuum ſerpat contagio. Etſi mordet medicamentum, ta men vītium vlceris tollit. Aufer igitur domine IESV po
H tenti machæra tua meorum putredines peccatorum: dū me habes ligatum charitatis vinculis, ſeca quodcunqvi tioſum eſt. Veni cito incidens occulta, & latentes varia aſq; paſſiones: aperito vulnus, ne noxius ſerpat humor. Emūda omne quod fœtidum peregrino lauacro. Audi te me terreni homines, qui in peccatis veſtris cogitatio nes ebrias geritis. Et ego Leui talibus paſſionib⁹ eram ſauciatus. Inueni medicum qui in cælo habitat, & in ter ris ſpargit medicamenta. Hic ſol⁹ poteſt ſanare vulne ra mea, qui ſua neſcit: hic auferre cordis dolorem, pal lorem animæ, qui nouit occulta.

De eo quod in Sabbato ſecundo primo diſci puli IESV vellebant ſpicas.

CAP. VI.

I

ACTVM eſt aūt in Sabbato ſecundoprimo, cū tranſiret IESVS per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant, confricantes eas manibus ſuis.) Non ſolum comprehenſione verborum, ſed etiam vſu ipſo, ſpecieq; geſtorum incipit hominē dominus IESVS veteris obſeruatiōe legis e xiuere, nouoq́ue indumēto veſtire gratiæ. Itaq; eū iam in Sabbato per ſeminata traducit, hoc eſt, admouet fructu oſis itineribus. Quid ſibi Sabbatum velit, quid ſeges, q̄d ſpicę, non mediocre myſterium eſt. Ager enim eſt omnis hic mundus: agri ſeges, in ſatione hūani generis fœ cunditas numeroſa ſanctorū: ſpicæ agri, fructus Eccle ſiæ, quos operibus diſcutientes ſuis apoſtoli paſcebantur, noſtro ſe alentes profectu. Stabat igitur ſeges iā fœ cunda virtutum pullulantibus ſpicis, quibus noſtri fru ctus merito comparantur. Aeque enim aut imbre mar ceſcunt aut Sole torrentur, aut pluuiis humeſcūt, aut tē peſtatibus elidūtur, aut à meſſoribus intra horreorum felicia receptacula recōduntur. Receperat ergo terra iā dei verbū, & cæleſti ſemine ſatus diuites fœtus ager al mus effuderat. Eſuriebāt diſcipuli ſalutem hominum, & tanq̄ folliculis corporū mentium fructus ad fidei lu cem præclaris operum ſuorum miraculis eruebāt. Sed hoc putabant Iudæi Sabbato non licere. Chriſtus autē nouę gratiæ munere deſignabat ocium legis, opus gra tiæ. Nec ſine myſterio hoc ab euangeliſta ſecundū Mat thæum & Marcū Sabbatū ſecundū poſitum puto, quoni
Eſai. 65. am ſabbatum perpetuę feriæ ſunt reſurrectiōis æternæ. Vel in hoc igitur ſeculo feriatis ac vacantibus ſuperſti tionibus Iudęorum, vel in futuro ferias ipſi perpetua ſo lennitate celebrantes, quæ bona ſunt terræ manducabi mus, iuxta quod ſcriptū eſt: Illi manducabunt, vos vero eſurietis. Mire tamen ſecundum Lucam, ſecundo primū, nō primo ſecundū Sabbatum dixit. Δευτεροπρωτῳ enim ſcriptum eſt. Præferre enim debuit qđ præcellit. Secundum ideo, quia primum antè ex lege præceſſit, in quo etiam pœna præſcripta eſt ſi quis operaretur. Primum aūt ideo, quia Sabbatum illud ex lege ſolutū eſt, qđ erat primū: & hoc primum factum eſt, quod ſecūdo eſt cōſtitutū. Nā & cū operari Sabbato liceat, & operan tis nulla ſit pœna: Sabbati vtiq; ex lege, cuius vis ſoluta eſt, nec nomē hærebat: ſed tamen fuerat illud primū or dine, hoc primū munere: nec ideo minus hoc, quia ſe cundū. nā & Adā primus, nec cōpatādus ſecūdo Adam. Primus enim Adam in animam viuentem, nouiſsimus Adam in ſpiritum viuificantem. Et prim⁹ homo de ter ra terrenus, ſecūdus homo de cælo cæleſtis. Prælat⁹ vti 1.Cor.15.
que ſecūdus primo: ille enim cauſa mortis, hic vitæ. Sic & ſecundo primum Sabbatum dicitur ſecūdū iuxta nu merum, primum iuxta operationis gratiam. Melius eſt enim ſabbatum quo impunitas datur, q̄ quo pœna præ ſcribitur. Prima lex, ſecundum Euangelium; inferior ta men formido quā gratia. Aut forte & primū hic in præ deſtinatione conſilii, & ſecundum in ſanctione decreti. Bene autem dominus in lege typum futuri hoc quoque
1.Reg.21. demonſtrat loco, & defenſores legis arguit neſcire quæ legis ſunt, exemplū afferens quod Dauid cum eſuriret, ipſe cum ſociis intrauit in domū dei, & panes propo ſitionis ſumpſit & māducauit, & dedit iis qui cum ipſo erant. Magnum & vere exemplum propheticū, quo pri mū non inania legis, ſed ſolius vtilitatis nobis ſequēda producuntur. Deinde quia Dauid cum ſociis fugiens à facie regis Saul, hic præfiguratus in lege Chriſt⁹ eſt, qui L
cum apoſtolis principem mundi lateret. Quomodo aūt ille obſeruator legis atque defenſor panes & ipſe man ducauit, & dedit iis qui ſecum erant, quos nō licebat mā ducare niſi tantummodo ſacerdotib⁹: niſi vt per illam demōſtraret figuram, ſacerdotalem cibum ad vſum trā ſituri eſſe populorum? Siue quod omnes vitam ſacerdo talē debem⁹ imitari, ſiue quia omnes filii Eccleſię ſacer dotes ſunt. Vngimur enī in ſacerdotiū ſanctū, offeren tes noſmetipſos deo hoſtias ſpirituales. Legi igitur iam ſuperfluit doctrina Chriſti, nec legem ſoluit, ſed implet quia nec Sabbatū ſoluit. Si enim Sabbatum propter ho mines factum eſt, vtilitas autem hominis poſtulabat eſu rientem hominem qui diu fuerat terræ fructib⁹ abdica tus, veteris famis ieiunia vitare: non vtique lex ſoluitur, ſed impletur. Quomodo igitur domino ad crimen obii citur, quod in ſeruo pro crimine non tenetur? Quid aūt M
euidentius hac figura, quæ per totam currit hiſtoriam? Intrauit Dauid in domū Abimelech ſacerdotis, ſed nec pericula mortis propoſito hoſpitē recuſat, declinat exulem ſanctus animus ſacerdotis. Tanta hoſpitalitatis eſt gratia, vt libenter in nos aliena peticula tranſferamus. Verū hoc in hiſtoria morale, in myſterio propheticum eſt, quid nec præſumpto futuræ mortis exitio, verum illum Dauid hoſpitio ſuæ mentis religioſi excluderēt ſacerdotes. Nec ſolū in huiuſcemodi domo vatis repertu rus docetur Chriſtus hoſpitium, ſed etiam per figuram nequitiæ ſpiritalis manubias & arma ſumpturus. Nam qui Chriſtum recipit hoſpitio, intelligibilem illum Go liam ſpoliat ſuis telis. Quid vero euidētius, quàm quod in Abimelech domo quinque panes petit Dauid, & vnū accipit, demōſtrante typo quod iam non quinque libris ſed Chriſti corpore cibus fidelib⁹ paratetur, vt Chriſt⁹ corp⁹ aſsumeret, ne qs de fidelib⁹ eſuriret? Nec Doech figura vacat, qui erat cuſtos mulorū, eò quòd nemo ali us niſi infructuoſi gregis cuſtos Iudæ typum proditoris impleret. Iā illud quod pro Dauid receptione omnem Abimelech domum præter Abiathar principem tunc temporis ſacerdotem Saul perſecutus eſt, oſtendit pro phetia nobis quod nemo poſsit nocere vero principi ſa cerdotum, qui ſolus eſt Chriſtus.

A

Ioan. 7.

HINC ad alia progreditur dominus IESVS Nam qui totum hominem ſaluum facere diſpoſuerat, per ſingula mēbra curabat, vt vere diceret: Mihi iraſcimini, quia totū hominem ſanum feci in Sabbato.

De curatione hominis habentis manum aridam.

ET erat ibi homo, & manus eius dextera eī rat arida.) Itaque Hoc loco manum illam quam extendit Adam, & interdictæ ar boris poma decerpſit, ſuccis bonorum fa ctorum ſalutatibus irrigauit: vt quæ crimi ne aruerat, bonis operibus ſanaretur. In quo Iudęos re darguit Chriſtus, qui malis interpretationibus legis præ cepta violarent, æſtimantes Sabbato etiam à bonis ope ribus feriandum, cum lex in præſentibus formam præſi guraverit futurorum: in quibus vtique malorum feriæ futuræ ſunt, non bonorum. Nam licet ſecularia opera conquieſcant, non ocioſus tamen boni operis actus eſt in dei laude requieſcere. Audiſti igitur domini verba di centis: Extende manum tuam. Communis iſta genera liſque medicina eſt. Et tu qui putas manum habere te ſa nam, cauę ne auaritia, cauę ne ſuperlegio contrahatur. Extende ſæpius eam, extende ad illum pauperem, qui te obſecrat: extende vt proximum iuues. vt viduæ preſidiū feras: eripias iniuriæ, quem vides iniuſtę contumelię ſub
B iacere: extende ad deum pro peccatis tuis. Sic manus ex tenditur, ſic ſanatur. Sic Hieroboam manum cum ido lis ſacrificaret, contraxit: & rurſus cum deum rogaret, extendit.

De oratione IESV in monte & electione duodecim apoſtolorum.

ACTVM eſt autem in illis diebus, exiit in mon tem orare, & erat pernoctans in oratione dei.) Non omnis qui orat, aſcendit in montem: (eſt enim oratio quæ peccatum facit:) ſed qui bene orat, à terrenis ad ſuperiora progrediens, verticem curæ ſublimis aſcendit. At ille non aſcendit in montem, qui de ſeculi diuitiis, aut de honore ſolicitus eſt, non aſcen dit in montē qui fundi ius optat alieni. Aſcendit ille qui deum quærit, aſcendit ille qui curſus ſui dominica adiu
Eſaiæ. 40 menta depoſcit. Omnes magni, omnes ſublimes montē aſcendunt. Non enim cuicunque Propheta dicit: Aſcē de in montem excelſum, qui euangelizas Sion: exalta in virtute vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem. Non veſtigiis corporalibus, ſed factis ſublimioribus in hunc
Pſal. 124 mōtem ſi aſcendas, ſequeris Chriſtum, vt ipſe eſſe, moris poſsis. Montes enim in circuitu eius. Quęre in Euange lio inuenies ſolos cum domino montem aſcendiſſe di
C ſcipulos. Orat ergo domin⁹, non vt pro ſe obſecret, ſed vt pro me impetret. Nā etſi oia poſuerit pater in poteſta te filii, filius tamē vt formā hominis impleret, obſecran dum patrē putat eſſe pro nobis, quia aduocat⁹ eſt noſter Noli inſidiatrices aperire aures, vt putes filium quaſi in firmum rogare, vt impetret qđ implere non poſsit. Pote ſtatis author obediētię magiſter ad præceptavirtutis ſuo
1.Ioan. 2. nos informat exemplo, Aduocatū, inquit, habem⁹ apud patrē. Si aduocatus eſt, debet pro meis interuenire pec catis. Non ergo quaſi infirmus, ſed quaſi pius obſecrat. Vis ſcire quia omnia quæ velit poſsit? Et aduocat⁹ & iu dex eſt. In altero pietatis officiū, in altero inſigne eſt po teſtatis. Et erat, inquit, pernoctans in oratione dei. Speci es tibi datur, forma præſcribitur quam debeas æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quando pro te Chriſtus in oratione pernoctat? Quid te facere conue nit, cū vis aliquod officiū pietatis adoriri, quando Chri ſtus miſsurus apoſtolos, orauit prius, & ſo⁹ orauit? Nec vſquam alibi, ſi non fallor, oraſe cum apoſtolis reper tur. vbique ſolus obſecrat. Dei enim cōſilium humana vota non capiunt, nec quiſquam interiorum poteſt eſſe particeps Chriſto. Vis ſcire quia mihi non ſibi orauerit?

D

Vocauit, inquit, diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis.) Quos ad propagandum auxilium ſalutis humanæ per terrarum orbē ſatores fidei deſtinaret. Simul aduer te cæleſte conſilium: non ſapientes aliquos, non diuites nō nobiles, ſed piſcatores & publicanos, quos dirigeret; elegit, ne traduxiſſe prudentia, ne redemiſſe diuitiis, ne potētiæ nobilitatiſque authoritate traxiſſē aliquos ad ſu am gratiam videretur, vt veritatis ratio, non diſputatio nis gratia prætialeret. Eligitur & Iudas, non per impru dentiam; ſed per prouidentiam, Quanta eſt veritas, quā nec aduerſarius miniſter infirmat? Quanta mortalitas domini, qui periclitari magis apud nos iudicium ſuum quā affectū maluit? ſuſceperat enim hominis fragilitatē, & ideo nec has partes recuſauit ſi firmitatis humanæ. Vo luit deſeri, voluit ꝓdi, voluit ab apoſtolo ſuo tradi, vt tu ſi à ſocio deſertus, ſi à ſocio proditus fueris, moderate fe ras tuum erraſſe iudicium, periſſe beneficium.

De aſcenſu IESV ad docendum turbas.

ET deſcēdit, inquit, cum illis, & ſtetit in loco cā peſtri.) Aduerte omnia diligēter, quomodo & cum apoſtolis aſcēdat, & deſcendat ad turbas. Quomodo enim turba niſi in humili Chriſtū videret? Non ſequitur ad excelſa, non aſcendit ad ſubli mia. Deniq; vbi deſcendit, inuenit infirmos. In excelſis enim infirmi eſſe non poſsunt. Sic enim Matthæus do cet, in inferioribus debiles ſanatos eſſe. Prius enī vnuſ quiſq; ſanatus eſt, vt paulatim virtutibus procedentibus aſcendere poſſet ad montem. Et ideo vnūquęq; in infe rioribus ſanat, hoc eſt, à libidine reuocat, iniuriam cæci E
tatis auertit, ad vulnera noſtra deſcendit: vt vſu quo dam & copia ſuæ naturæ comparticipes nos faciat eſſe regni cęleſtis. Et ſanabat hos quidem, ſed in inferioribꝰ relinquebat. Vidēs autem turbas, vt legiſti, aſcendit in Matt.5.
montem. Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Euangelizaturus enī, & benedictionū de theſauro diuinitatis prompturus oracula, incipit eſſe ſublimior. Hic aūt etſi in humili ſtabat, tamen oculos eleuauit. Sic etiam cū Lazarū ſuſcitaret, infremuit ſpiritu: ſic etiā ca put leuauit, cū mulieri adulteræ peccata donaret. Quid eſt enim leuare oculos, niſi interius lumen aperire? De nicq; ſanctus Matthęus, Aperuit, inquit, os ſuum. Theſau ros ſcilicet ſapientiæ & ſcientię dei, reclusis adytis tem pli ſui ora reſerauit. Ergo & tu aperi os tuum, ſed prius vt aperiatur implora. Si enim Paulus in adapertione o ris ſui implorat auxilium, multo magis implorare te eō uenit. Oſtendit enim tibi clauem ſcientię, qua os aperi re tuum debeas, dicens Propheta: Aperi os tuum verbo dei. Verbū dei clauis tui oris eſt, clauis ſcientię oris tui clauis eſt, qua laxatis ſilentii catenis, imperitię clauſtra reſerantur.

De ſermone IESV de beatitudinibus proborum.

BEATI pauperes, quia veſtrum eſt regnū dei. F
Beati qui nunc eſuriunt & ſitiunt, quia ſatura buntur. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines.) Quatuor tantum beatitudines ſanctus Lucas dominicas po ſuit, octo vero ſanct⁹ Matthęus, ſed in iſtis octo illę qua tuor ſunt, & in quatuor iſtis illę octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus eſt cardinales, ille in illis octo myſticū numerū reſeruauit. Pro octaua enī multi ſcribū tur pſalmi, & mandatū accipis, octo illis partē dare for taſſe benedictiōibus. Sicut enim ſpei noſtræ octaua per fectio eſt, ita octaua ſumma virtutum eſt. Sed prius quæ ſunt ampliora videamus. Beati, inquit, pauperes ſpiritu quoniam ipſorū eſt regnū cælorū. Primā benedictionē hanc vterq; Euāgeliſta poſuit. Ordine enim prima eſt, & parens quædā generatióq; virtutū, quia qui cōtempſe rit ſecularia, ipſe merebitur ſempiterna, nec poteſt quiſ quam meritū regni cæleſtis adipiſci, qui mundi cupidi tate poſſeſsus, emergēdi nō habet facultatē. Secūda be nedictio: Beati, inquit, mites. Tertia: Beati qui lugent.

G Quarta:Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiã. Quinta Beati misericordes. Sexta:Beati mundo corde. Septima:Beati pacifici. Et bene septima, quoniã eo die ab omnib⁹ mundi operibus requieuit deus. Dies enim quietis & pacis est. Octaua:Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Veni domine IESV, doce nos ordinẽ beatitudinũ tuarum. Neque enim sine ordine dixisti primo beatos pauperes spiritu, secundo beatos mites, & tertio beatos qui lugent. Etiam si cognosco aliquid, tamen ex parte cognosco. Si enim Paulus ex parte cognouit, quãtum ego possum cognoscere, qui Paulo quantum vita, tantũ etiã verbo inferior sum? Vita enim verbũ exigit & acquirit. Sermo autem sine vita non est sermo dei. Quã to me sapientior Paulus? Ille gloriatur in periculis, ego in succes|sib⁹. Ille gloriatur quia reuelationibus non extollitur: ego si quę reuelationes mihi contingerent, gloriarer. Sed tamen potest deus de lapidibus homines suscitare, & verbum proferre de clausis, vocem elicere de mutis. Quia si asinæ oculos aperuit vt videret angelum potens est & nobis quoque aperire oculos, vt possimus dei videre mysterium. Beati, inquit, pauperes, non omnes beati pauperes. Paupertas enim media est, possunt & boni esse & mali pauperes. Nisi forte ille intelligendus pauper beatus: quem Propheta describit dicens:
Prou. 19. H Quia melior pauper iustus, quàm diues mendax. Beatus pauper qui clamauit, & domin⁹ exaudiuit eum. Pauper à crimine, pauper à vitiis, pauper in quo mũdi princeps nihil inuenit. Pauper illi⁹ æmul⁹ pauperis, qui cum diues esset, propter nos pauper fact⁹ est. Vnde plene Matheus aperuit, dicens Beati pauperes spiritu. Pauper enĩ spiritu non inflatur, non extollitur mente carnis suæ. Prima ergo ista benedictio est, cũ deposuero omne peccatum, & exuero omnẽ malitiam, & simplicitate cõtentus fuero inops malorũ, supereſt vt mores meos tẽperẽ.
Matt.11. Quid enĩ mihi prodest carere secularib⁹, nisi fuero mitis atq; mãsuetus? Nã qui sequitur viam rectam, sequitur vtique illũ qui ait: Discite à me quia mitis sũ, & humilis corde. Depone igitur quæ improba sunt, ege vitiis secundũ bonã paupertatẽ, mitiga affectũ tuum, vt nõ irascaris: aut certe iratus ne peccaueris, iuxta quod scriptũ
Psal.4 est: Irascimini, & nolite peccare. Præclarũ est enim motum temperare cõsilio, nec minoris virtutis ducitur cohibere iracundiã, indignationẽmq; compescere, quàm omnino nõ irasci: cum plerũq; illud lẽtius, hoc fortius æstimetur. Cum hoc feceris, memẽto quia peccator es:
I & lugeto peccata tua, lugeto delicta. Et bene tertia bene dictio est peccata deflentis, quia trinitas est quæ peccata condonat. Ablue igitur te lachrymis tuis, laua fletibus. Si tu ipse te fleueris, alius te non flebit. Nam si Saul deflesset peccata sua, Samuel eñ non fleuisset. Habet vnusquisque quos fleat mortuos suos. Mortui sumus quãdo peccamus, quãdo implemur ossibus mortuorum. Mortuus est sermo malus qui exit ex ore, exit enim de sepulchro malo, Sepulchrum autem patẽs est guttur eorum.
Psal.5. Ideo dicit Apostolus: Imitatores mei estote. Vult nos de
1.Cor.4 lictorum meminisse nostrorum. Paulus non habebat qđ lugeret, ex quo in Christum credidit, & tamẽ priora
1.Cor.15. deflebat, dicens: Quia nõ sum dignus vocari Apostolus quia persecutus sum Ecclesiã dei. Ille igitur peccator
Prou.18 ante fidem, nos vero adhuc peccamus post fidem. Qui
Canti. 7. peccator est, defleat se, & arguat se, vt fiat iustus. Iustus enim accusator est sui. Ordinem igitur persequamur, quia scriptum est: Ordinate in me charitatem. Deposui peccatũ, tẽperaui mores, delicta defleui, esurire incipio
Psal.36. & sitire iustitiam. Aeger enim cum in graui morbo est, nõ esurit, quia ægritudinis dolor excludit famẽ. Sed quę est ista fames iustitiæ? Qui sunt isti panes quos esurit iustus? Ne forte panes illi de quibus dictum est: Iuuenis fui, & senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærẽs panem. Qui esurit, vtiq; virium quærit augmentum. Quod autem maius virtutis incremẽtum, quã norma iustitiæ? Post hæc, Beati, inquit, misericordes. Iustitiã enim sequitur misericordia. Vnde dictum est: Di
Psal.111. sperſit, dedit pauperib⁹, iustitia ei⁹ manet in ęternũ. Sed etiã qui misericordiã defert, mercedẽ amittit, nisi mundo corde misereatur. Nam si iactantiã quærat, nullus est fructus. Emunda igitur interiora mẽtis tuæ: & si diligenter pectoris sui secreta mundaueris, cõpatere iis qui impugnantur: & intellige quanti hominum, quanti fratrũ tuorum auxiliũ tuũ quærant. Sed nisi tu prius interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, ne dissensiones cõtentionesq; ex affectu tuo prodeant, nõ potes aliis ferre medicinã. A te igitur pacem incipe, vt cum fueris ipse pacificus, pacẽ aliis feras. Quomodo enĩ potest aliorũ corda mũdare, nisi tuũ ante mũdaueris? Profuisti igitur aliis, tulisti auxiliũ pluribus, festina, cõtende ad finẽ
Psal.115. Multi cũ essent exitus vitæ, vnus domino cõpetebat. Nã qđ natũ erat secundũ carnem, oportebat secũdũ carnẽ
Matt. 20. mori. Elegit passionẽ, vt moreretur pro nobis: & tu dic de omnibus quæ retribuit tibi domin⁹, Calicẽ salutaris accipiã, & nomẽ domini inuocabo. hoc est, passionem Vnde etiã illis qui ad dexterã vel ad sinistrã sedere cupiebãt, ait: Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Vsq; ad finem te ducit, vsq; ad martyriũ prosequitur, & cõstituit beatitudinũ palmã. Vide igitur. ordinẽ. Oportet te pauperẽ fieri spiritu. Humilitas enĩ spirit⁹, diuitiæ virtutũ sũt. Nisi pauper fueris, mitis esse nõ poteris. Qui mitis est, potest lugere præsentia: qui inferiora luget, þo test desiderare meliora: qui supĕriora quærit, inferiora deuitat, vt & ipse à superioribus adiuuetur: qui miseretur, cor suũ mũdat. Quid enim est mũdare animũ, nisi
Tob.4 L sordem mentis abluere? Eleemosyna enim à morte liberat: patientia vero perfectio est charitatis. Qui autem patitur persecutionem, in vltimo certamine cõstitut⁹ probatur aduersis, vt cum legitime certauerit, coronetur. Hos quidẽ gradus volunt esse virtutum, per quos ab vltimis ad superiora possimus ascendere. Deniq; sicut in cremẽta virtutum, ita etiam sunt incremẽta præmiorũ. Pl⁹ est enĩ dei esse filiũ, quã possidere terrã, & cõsolationẽ mereri. Sed quia & primũ præmiũ regnũ cælorũ ẽ, & vltimũ præmiũ regnũ cælorũ ẽ: nũqđ æquale præmiũ in
Philip.1 cipiẽtibus atq; perfectis est? Ne forte mysticè docemur
1.Thes.4 quia est primũ regnũ cælorũ, illud apostolicũ: Dissolui
Dani.12. & esse cũ Christo: Habes primũ regnũ, quãdo sancti rapiuntur in nubibus obuiã Christo in aëra. Multi enim dormientiũ surgent, isti in vitã æternã, illi in opprobriũ Primũ ergo regnũ cælorũ sanctis propositũ est in absolutione corporis: secundũ regnũ cælorũ est post resurrectionẽ esse cũ Christo. Cũ fueris in regno cælorum tũc
M Gene.3 ꝓcessus est mãsionũ: & si vnum regnũ, diuersa tamẽ merita sunt in regno cælorum. Post resurrectionẽ terram tuã incipies possidere absolutus à morte. Ille enĩ cui dicitur: Terra es, & in terrã ibis, nõ possidet terrã suã: nõ enim potest esse possessor, qui nõ capit fructũ Absolutus igitur ꝑ dominicã crucẽ, si tamẽ itra iugũ domini fueris inuẽtus, cõsolationẽ ĩ ipsa possessione reperies: cõsolationẽ sequitur delectatio, delectationẽ diuina miseratio. Quẽ aũt miseratur domin⁹, & vocat: qui vocatur videt vocatẽ: qui deũ viderit, in ius diuinę generationis assumitur: tũc demũ quasi dei fili⁹ cęlestis regni diuitiis delectatur. Ille igitur incipit, hic repletur. Nã & itra hoc seculũ multi in imperio Romano sunt: sed maiorẽ imperii gratiã, qui propiores imperatori sunt, cõsequũtur Nunc dicamus quemadmodum in quatuor benedictionibus sanctus Lucas benedictiones octo sit cõplexus. Et quidem scimus virtutes esse quatuor cardinales, temperantiam, iustitiã, prudentiã, fortitudinẽ. Qui pauper est spiritu, auarus non est. Qui flet, non superbit: sed mitis est, & paccatus. Qui luget, humiliatur. Qui iustus est, non negat quod sit omnibus ad vsum cõmuniter datũ. Qui miseretur, largitur de suo. Qui suũ donat, nõ quærit alienũ, nec dolũ proximo suo struit. Connexæ igitur

A sibi sunt concatenatæq; virtutes, vt qui vnã habet, plures habere videatur: & sanctis vna competit virtus, sed eius quæ fuerit vberior, vberius est præmium. Quanta hospitalitas in Abraham, quanta humilitas, quanta sanctitas, vt fratris filiũ ab hoste seruaret? & quanta abstinentia, vt nihil de præda quæreret? Sed quia fidẽ præstitit, fidei præ cæteris meruit principatũ. Ergo vnicuiq; plura præmia, quia plura incẽtiua virtutum. Sed quo in aliquo merito copiosius, hoc etiam in præmio redundãtius. Beati igitur pauperes spiritu. Habes temperantiam quæ à peccato abstinet, seculum calcat, illecebrosa non quærit. Beati qui esuriũt & sitiunt, Qui enim esurit, esurienti compatitur, compatiendo largitur, largiendo fit iustus: quia iustitia eius manet in æternũ. Vnde & in Mat
1.Cor.1. thæo sitim & famem intelligimus spiritalem, qua cibus iustitiæ desideratur aut potus: quæ virtus quasi materia quædam virtutum est, vt iustus æqualem sẽ inferioribus præstet, dolum excludat, veritatẽ requirat. Beati qui nũc fletis, quia ridebitis. Habes prudẽtiam, cuius est flere occidua. & ea quæ æterna sunt quærere, lugere secularia, quæ seipsa compugnent: deũ pacis inquirere, qui stulta mundi elegit, vt confundat sapientes: & qui ea quæ non sunt destruat, vt quæ sunt possit adipisci. Beati eritis cũ vos oderint homines. Habes fortitudinem, sed eam quæ non odium mereatur ex crimine, sed persecutionem patiatur ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronã, si gratiam hominum negligas, diuinam sequaris. Deniq; vt scias consummationem esse fortitudinis, passionem: Secundum hæc, inquit, faciebant prophetis patres
B eorum, quia prophetas Iudæi vsque ad mortem corporis persecuti sunt. Est etiam fortitudinis, iram vincere, indignationemq; cohibere: ac per hoc fortitudo animũ iuxta corpusq; confirmat. Nec perturbari sinit timore aliquo vel dolore, quibus velut prauis interpretibus plerunq; percellimur. Ergo temperantia cordis habet animique munditiam, iustitia misericordiam, pacem prudentia, mansuetidinem fortitudo.

De væ improborũ, & de instructione ad altiores gradus virtutis, & inimicorum dilectione.

VAE vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.) Licet in pecuniariis copiis multa sint lenocinia delictorum, pleraque tamen sunt etiam incẽtiua virtutũ. Quanquam virtus subsidia non requirat, & commendatior sit collatio * pauperis, quam diuitis liberalitas: tamen non eos qui habeant diuitias, sed eos qui vti his nesciant, sententiæ cælestis authoritate condemnat. Nam vt ille pauper laudabilior, qui prompto largitur affectu, nec repagulis impendentis egestatis inhibetur, inopemq; se non putat, qui habet quod naturæ satis est: ita hic criminosior dives, qui vel deo referre gratiam de eo debuit quod accepit: nec cẽsum ad communẽ vsum datum sine vsu abdere, defossisq; terræ incubare thesauris. Non census igitur, sed affectus in crimine est. Et quã quã tota ętate custodiæ miserabilis solicitas auara mẽs tendat excubias, quo nulla pœna grauior est, successorum profutura compendiis anxio timore seruare: tamẽ quoniam auaritiæ studia, & desideria congerendi, inani quadam voluptate pascuntur: qui consolationem vitæ præsentis habuerunt, remunerationem perpetuæ perdiderunt. Possumus hic tamen diuitem intelligere populum Iudæorum, vel hæreticos, vel certe mundi philosophos, qui vbertate verborum, & quodam ambitiosæ facundiæ patrimonio delectati, simplicitatem veræ fidei supergressi, thesauros inutiles condiderunt. Nónne tibi videtur hæreticus aliquis, cum audis eũ de generatione domini iuxta vsum seculi disputantem, dives in verbis, pauper in viribus? qui putat se in hoc tẽpore locupletes habere diuitias: sed in futuro egestatẽ suæ fidei recognoscet, cibumq; perfidiæ, quem præsenti ætate ructauerit, æterno fidei commaceratus ieiunio, causam tanti sciet esse supplicii. Eritq; tẽpus, vt risus suos lugeant, qui di-D cta nostra nũc rident. Quibus bene dicitur: ¶ Væ cum vobis benedixerint omnes homines.) Nõne tibi videtur his dicere, qui dudũ in Ariminensi concilio perfidæ præuaricationis authores, cum imperatoris gratiam sequũtur, dei gratiam perdiderunt? Qui cũ placere potentibus aucupãtur maledicto se perpetuo subdidere. Ergo sanctus Matthæus præmiis ad virtutẽ & fidem populos prouocauit, hic etiam à criminibus atq; peccatis futurorum suppliciorũ denunciatione deterruit, qui nõ ociose plurimorum factorum cælestium enumeratione progressus, ad benedictionũ locum serius venit, vt populos diuinorum miraculis roboratos, vltra legis tramitẽ virtutum progredi vestigiis edoceret. Fuit canẽdum illic, vbi adhuc infirmæ plebis corda nutabant, hic tubæ clãgore excitãda virtus fuit. Docet hoc libri huius, quæ in procemiis, & quæ in processu sermonis aperitur oratio. Illic qui infirmi sunt, adhuc quod à legis lacte potãtur & ideo per legis tramitem ducũtur ad gratiam, audiunt quæ legis sunt, vt vltra legem, legem sequendo procedant: hic ecclesia fundatior non lacte imbuitur, sed cibo vescitur Cibus enim validior est charitas. Denicq; inter tria maxima, spem, fidem, charitatem, maior est charitas. Ordinatur igitur charitas, cum dicitur: ¶ Diligite inimicos ve E stros.) vt compleatur illud ecclesiæ, quod ante iam dictũ est: Ordinate in me charitatẽ. Ordinatur enim charitas, cum charitatis præcepta formantur Vide quam ab altioribus cœperit, & legẽ post benedictionis euangelicæ terga reiecerit. Lex vicissitudinem imperat vltionis, Euangelium inimicitiis charitatem, benignitatem odiis, vota maledictis, subsidia persequentibus, patientiam esurientibus, & gratiam remunerationis impartitur. Quanto athleta perfectior, qui nõ sentit iniuriã? Et ne videatur dominus legem dissoluere, in beneficiis vicem seruat, quã negligit in iniuriis. Sed tamen dicẽdo, ¶ Prout vultis vt faciãt vobis homines, facite & illis similiter.) Vicissitudo ipsa cumulatior est, quãdo votis actus æquatur. Nescit enim virtus mensuram gratiæ, nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare quod sumpserit, ne inferior sit beneficio, licet æquetur officio. Nõ enim cumulo tantum, sed ordine & tempore beneficia pensantur, cũ in beneficio pari prior sit qui prior cepit. Beneficus enim est, qui gratiam ceperit, debitor qui retu- ——17.
lerit. Aliud itaq; beneficiũ est beneficii principatus. nã si qui pecuniam reddidit, nõ soluit gratiã, manetq; gratiæ debitor, etsi iam non sit pecuniæ: cur gratiã referendo putemus posse vacuari, cuius relatio acceptæ magis est testimonium, q̃ solutæ? Bono itaq; exemplo imbuitur Christianus, vt non contentus iure naturæ, gratiam
F eius requirat. Si enim commune est oibus etiã pctoribus redamare: cuĩ genus professiõis excelsius, studiũ quoq; debet esse virtutis vberius, vt diligat etiã non amantes. Nã etsi nulla merita diligendi, vsum amoris excludant, nõ tamẽ virtutes excluserint. Sicut enim in eo qui te diligit, pudet gratiã non referre, & gratiæ amore referẽdæ amor tibi eius inolescit: quẽ antea nõ amabas. ¶ ita etiã * habe-
in eo qui non amat, debes amare virtutẽ: vt dum virtutem amas, incipias eum amare quem non amabas, cum bas. rara & caduca remuneratio sit amantis, sempiterna virtutis. Quid autem tam mirum, quã percutienti maxillã præbere alteram? Nónne omnis indignantis frangitur impetus, ira sedatur? Nõne fit per patientiã, vt sua amplius pœnitentia reuerberes verberantẽ? Ita erit vt & in iuriã repellas, & gratiã quæras. Ac sæpe maximæ causæ amoris existunt, cũ patientia insolentiæ, gratia refertur iniuriæ. Et quidem, vt audire me memini, vel hoc solo præsũm philosophiæ supercilio putamus, quod in tres partes illa sibi videtur diuisisse iustitiã: Vnam in deum, quæ pietas vocatur: alteram in parẽtes, vel reliqtiũ humanum genus: tertiã in mortuos, vt his exequiarũ iusta soluãtur. At vero domin⁹ Iesus legis oraculũ ac phi

G losophię fastigiũ supergressus,in eos quoq; qui læserint pietatis porrexit officium.Etenim si hostis qui tecũ bello armisq; certauerit, depositis armis misericordiã suæ salutis adipiscitur,idq; plerunq; vel contẽplatione naturæ,vel ipsius belli iure defertur,vt subiectis vita tribuatur:quãto amplius meliore religionis contuitu deferendum est? Nam cũ præliatorẽ appetitę salutis causa non moueat, nunquid mouere debet militem pacis? Itaq; illud apostolicum,Quia charitas patiens est,benigna est, 1.Cor.13. non æmulatur,non inflatur:in his præceptis cõsummatum videmus.Si patiẽs est, debet patientiã verberanti:si benigna est,non debet respõdere maledictis: si non quærit quæ sua sunt,non debet resistere diripienti:si non æmulatur,odisse non debet inimicũ. Et tamen apostolicis diuinę superfluũt præcepta pietatis.Plus est enim do 1.Pet.2. nare,quàm cedere. plus est amare inimicos, quàm non æmulari. Quæ omnia dominus & dixit, & fecit. Qui cũ malediceretur,nõ maledixit:qui cum percuteretur, nõ repercussit:cum spoliaretur,non restitit:cum crucifige Lucæ.23. retur ipsis persecutoribus veniam postulauit dicẽs:Pater,dimitte illis peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Criminatores suos excusabat à crimine.Illi crucẽ parabant.hic salutem & gratiam rependebat.Et tamen quoniam studia ipsa virtutũ sine remuneratione torpescũt, & exemplum nobis attulit,& mercedẽ spopondit è cælo filios dei futuros pollicens, qui fuerint imitatores eius. Qui enim festinat ad præmiũ,fastidire non debet exemplum:quia quanto præcellẽtius præmiũ,tanto impensius officium. Quãta autem misericordiæ merces,quæ in ius H diuinę adoptionis adsciscitur? Sequere igitur misericordiam,vt mereatis gratiam.Late patet benignitas dei,super ingratos pluit, malis fœcunda non negat terra prouentus.Idem mundi Sol sacrilegos religiososq; paritet illuminat.Aut vt mystice ista pendamus propheticis populum Iudæorum dominus pluuiis irrigauit, & Solis æterni refulsit radiis,etiam non merentibus. Sed quoniã illi mundano rore maduerunt,Ecclesia dei ad cælestę lumen adsciscitur:ita tamẽ,vt illis quoq; misericordiæ, si credant prærogatiua seruetur.

De prohibitione iudicationis.

NOLITE iudicare & nõ iudicabimini.) Addidit non temere iudicandum,ne cum sis tui conscius,ipse delicti in alterum cogitaueris ferre sententiam.

De arbore mala,ex cuius similitudine improbi homines cognoscantur.

NON est arbor bona,quę facit fructũ malos.) Magna etiam disciplina virtutis, vt de infructuosis fructuosa non quæras, nec de incultis prouentum fœcunditatis expectes. Vnicuique enim sua cultura dat fructus. ¶[Neque enim de spinis coligunt ficus.)In spinis istius mundi ficus illa non potest reperiri:quæ quia fœcundis fructibus melior est,bene species ei resurrectionis aptatur: vel quia, vt legisti, ficus dederunt grossos suos,quod iam immaturus,& inutilis,& caducus in synagoga fructus antè præcessit:vel quia immatura vita nostra est in corpore,matura in resurrectione. Et ideo procul à nobis debemus seculares solicitudines abdicare, quæ mordent animum,mentemque adurunt, vt maturos fructus culturæ diligentis possimus adipisci: quod in incultis istius mundi repetire non possumus: quia non legunt de spinis ficus, neque de tribulis vindemiant vuam.Alterum ad mundum & resurrectionem,alterum ad animam & corpus refertur:vel quia nemo peccatis fructum acquirit animæ suę, quę sicut vua proxima terris corrumpitur,in superioribus maturatur:vel quia nemo potest damnationẽ carnis euadere,nisi quẽ Christus redemerit,qui sicut vua pependit in ligno.Proculigitur ab illa carne,quæ damnato homini tribulos gene

rare præcepta est, leuemus oculos spirituales, tendamus K manus,vt Christum vindemiare possimus.Omnium autem fundamentum docet esse virtutum obedientiã cælestium præceptorũ,per quam domus hæc nostra nõ profluuio voluptatum,nõ nequitiæ spiritalis incursu, non imbre mundano,non hęreticorũ possit nebulosis disputationibus cõmoueri.Pulchre autem vbi præcepta compleuit,formam docet suorum præceptorum exequi.

De seruo Centurionis curato.

CAP. VII.

ET factum est,cũ cõsummasset omnia verba sua in aures plebis,itrauit Capharnaũ. Cẽturionis autẽ cuiusdam seruus. & reliqua.) Namque statim gentilis Centurionis seruus domino curandus offertur in quo populus nationum, qui mundanæ seruitutis vinculis tenebatur,æger letalibus passionibus,beneficio domini sanandus exprimitur.Quod autem moriturum dixit euangelista, non fefellit.Moriturus enim erat.nisi fuisset sanatus à Christo Impleuit igitur præceptum charitate cælesti, qui sic dilexit inimicos,vt morti eriperet, atque ad prepetuæ spem salutis adscisceret,Quantum autem diuinæ humiliatis insigne,vt cæli dominus nequaq; dedignaretur Cẽturionis seruulũ visitare?Elucet fides i operib9, sed plus operatur humanitas in affectibus. Quod vtiq; nõ ideo faciebat,q; absens curare nõ poterat,sed vt formã tibi daret humilitatis imitãdæ,qua iuxta humilioribus doceret ac L superiorib9 deferendũ.Deniq; alibi Regulo dicit:Vade filius tuus viuit.vt scias & potẽtiã diuinitatis, & humilitatis gratiam.Ibi noluit pergere,ne in Reguli filio videretur magis diuitiis detulisse:hic ipse pertexit,ne videretur in Centurionis famulo conditionẽ despexisse seruilem.Omnis enim seruus & liber in Christo vnum sumus.Sed vide fidem prærogatiuam esse medicinæ, Aduerte etiam in ipso populo gẽtili perspicaciam esse mysterii.Dominus pergit, excusat Cẽturio, militaricq; depositio tumore reuerentiam sumit,& ad fidem facilis,& ad honorificentiam promptus.Et bene Lucas etiam in occursum amicos dicit esse à Centurione transmissos, ne præsentia sua grauare domini verecundiam videretur,& officium officio prouocasse.Hæc moraliter.Mystice autem,quem Iudæorum populus crucifixit,inuiolatum ab iniuria manere desiderat populus nationum: & quod ad fidem pertinet,sermoni credidit:hoc est,nõ hominis,sed dei potestate conficiens dari à Christo hominibus sanitatem. Quod vero ad mysterium spectat, vidit in pectore adhuc gentilium non esse penetrabilẽ Christum. Et ideo qui necdum cogitationis præteritæ M maculas abluisset,grauari,se magis domini putauit dignatione, quã iuuari.Sic illa vidua Sareptena indignã se prophetico iudicauit hospitio. Ideoque dominus in vno isto fidem gentium præfert. Et quidem si sic legas, In nullo tantam fidem inueni in Israel: simplex intelle lectus & facilis est.Sin vero iuxta Græcos,Nec in Israel tantam fidem inueni: fides huius etiam electioribus & deum videntibus antefertur.Videte autem œconomiã domini,probatur fides domini, & serui sanitas roboratur.Potest ergo meritum domini etiam famulis suffragari:non solum fidei merito, sed etiam studio disciplinæ.Spectate etiam alteram œconomiam dominicæ humilitatis.quæ non spondet,operatur.nam etsi nondum imperauerat sanitatem, tamen serui qui missi fuerant, sanum seruulum repererunt.

De filio viduæ resuscitato.

ET dominus IESVS in ciuitatẽ quæ vocatur Naym, & ibant cum illo discipuli eius,& turba copiosa. Cum antẽ appropinquaret portæ ciuitatis, & ecce efferebatur defunctus filius vnicus matris suæ.Et hæc erat vidua, & turba multa cũ illa. Quam cum videret dominus, misericordia motus dixit illi:Noli flere.Et accessit, & tetigit loculum.) Et

A hic locus ad vtranq; redũdat gratiam,vt & cito flecti diuinam misericordiam matris viduæ lamentatione credamus,eius præcipue,quæ vnici filii vel labore vel morte frangatur,cui tamẽ viduę grauitatis meritum exequia rum turba conciliet:& hanc viduam populum turba sequitur,plus videri esse quàm fœminam,quæ resurrectionem vnici adolescẽtis filii sui lachrymis meruerit impetrare,eò quod sancta ecclesia populum iuniorem à pompa funeris,atq; à supremis sepulchri,suarũ reuocet ad vitam contemplatione lachrymarum,quæ flere prohibetur eum, cui resurrectio debeatur. Quiquidem mortuus in loculo materialib9 quatuor ad sepulchrũ fereba tur elemẽtis.Sed spẽ resurgendi habebat;q; ferebatur i ligno. Quod etsi nobis ãte nõ post,pderattamẽ posteaq; IESVS id tetigit,proficere cœpit ad vitã,vt esset indicio salutem populo per crucis patibulũ refundendam. Audito igitur dei verbo, steterũt ãcerbi illi funeris portitores,qui corpus humanum letali fluxu naturæ materialis vrgebant. Quid enim aliud,nisi quasi in quodãferetro, hoc est,supremi funeris instrumẽto iacemus exanimes, cũ vel ignis immodicæ cupiditatis exæstuat, vel frigid9 humor exundat,vel pigra quadã corporis habitudine vigor hebetatur animorum, vel concreta nostęr spiritus labe,puræ lucis vacuus alit mentem?Hi sunt nostri funeris portitores.Sed quanuis suprema mortis spẽ vitæ omnis aboleuerint,& tumulo proxima corpora iaceant defunctorum,verbo tamen dei iam moritura resurgũt ca B dauera,vox redit,redditur filius matri, reuocatur à tumulo,eripitur à sepulchro. Quis iste est tumulus tuus ni si mali mores?Tumulus tuus perfidia est, sepulchrum tuum guttur est.Sepulchrum enim patens est guttur eorũ vnde verba mortua proferuntur. Ab hoc sepulchro te liberat Christus.ab hoc tumulo resurges,si audias verbum dei.Et si graue peccatũ est,quod pœnitẽtiæ lachrymis ipse lauare nõ possis,fleat pro te mater ecclesia,quæ pro singulis tanq; pro vnicis filiis vidua mater interuenit.Compatitur enim quodam spiritali dolore naturæ, cum suos liberos letalibus vitiis ad mortem cernit geri. Viscera sumus de visceribus eius.Sunt enim & spiritalia viscera, quæ habet Paulus dicens:Ita frater ego te fruar Ad Philemonem in domino, refice viscera mea in Christo. Nos ergo vi- Ephe.5. scera sumus ecclesię, quoniã membra sum9 corporis eius,de carne eius,& de ossibus ei9.Doleat igitur pia mater,assistat & turba,non solũ turba,sed etiam multa, cõ patiatur bonę parenti,iam resurges in funere, iam liberaberis à sepulchro.Stabunt illi ministri tui funeris, incipies vitalia loqui,timebunt omnes. Vnius enim exemplo plurimi corriguntur.Laudabũt etiam deum,qui tanta nobis remedia vitandæ mortis indulserit.

C De missione discipulorum Ioannis ad IESVM.

ET conuocauit duos de discipulis suis Ioannes,& misit ad dominum dicens:Tu es qui venturus es?an alium expectamus?) Non simplex intellectus in simplicibus est verbis. Alioquin præsentibus superiora compugnant. Quomodo enim Ioannes quem in superioribus de deo patre demonstrante cognouit, hic nescit? Quomodo & ibi quem ante nesciuit agnouit: & hic iam quem sciebat, ignorat:Nesciebam,inquit,eum Ioan.1. sed qui misit me baptizare,ipse mihi dixit:Super quem videris spiritum descendentem de cælo.Et dicto credidit:& demonstratum agnouit: & baptizatum adorauit: & venientẽ prophetauit.Deniq; ego,inquit,vidi,& testimonium perhibui,quoniam hic est electus dei. Vnde ergo fieri posset vt sic propheta tãtus erraret,vt de quo dixerat,Ecce qui tollit peccatũ mũdi:adhuc eum dei filium esse non crederet?Aut enim insolentiæ est ei tribuere diuina quem nescias,aut de dei filio dubitasse perfidia est.Nõ cadit igitur in talem prophetam tãti erroris suspicio. Itaq; si intellectus simplicis formæ cõpugnat, spiritalẽ quęramus figuram.Et quia supra iam diximus

in Ioanne typum esse legis,quę prænuncia fuit Christi: D recte lex quæ pectoribus perfidorũ tanq; æterna carceribus luce vacuatis corporaliter tenebatur inclusa, quã viscera fœcunda pœnarũ & fores amentiæ coercerent, plenum exitum testimonii dominicę dispensationis sine euãgelii nequit astipulatione pferre. Prophetauit quidem lex in Exodo baptismatis gratiã per nubem & mare,spiritalem in agno prænunciauit escam,fontẽ perennem designauit in petra,remissionẽ peccatorum in Leuitico reuelauit, regnũ cęlorũ annunciauit in psalmis, terrã repromissionis in Iesu Naue manifestissime declarauit.Hæc omnia cũ Ioannis quoq; congruunt testimonio,sed tamẽ tyrannicis mundi iussus potestatibus quominus lucẽ dominicæ resurrectionis effunderet,inclusa cohibetur.Mittit ergo suos discipulos ad Christum Ioãnes,vt supplementũ scientiæ consequantur, quia plenitudo legis Christus est,vt quoniã nutant plerunq; dicta sine factis,& fides plenior gestorũ testificationib9 quàm verborũ responionibus exhibetur,quæ tunc in pectoribus Iudæorũ velut obserata lege nutabat ipso spectaculo dominicæ crucis, & pleno resurrectionis testimonio pãderetur.Et fortasse isti discipuli sunt duo populi,quorum vnus ex Iudæis credidit,alter ex gentibus, qui ideo credidit,quia audiuit. Voluerunt ergo isti videre pro- E pter illud: Vestri autem beati oculi qui vident, & aures vestręquæ audiunt.Sed etiã nos vidimus in Ioanne,oculis nostris perspeximus in Apostolis,& manibus nostris perscrutati sumus in Thomæ digitis. Quod enim erat 1.Cor.2. ab initio,quod audiuimus,& quod vidimus, oculis nostris perspeximus,& manus nostræ scrutatæ sunt de verbo vitæ,& vita apparuit nobis. Quando apparuit?Quando vidimus.Nõ sic apparebat antequam videretur. Gratias ergo domino,qui crucifixus est pro fide nostra,crucifixus pro cupiditatibus nostris.Mens mea in illo crucifixa est.Itaq; & nunc qui vetus testamẽtum recensent antequam cognoscant euangeliũ,& quasi quædã dominici corporis vestigia legunt,vẽturum putant, & requirunt vtrum ipse sit Christus dei filius qui venturus est. Et cum legũt quãdo cũ Abrahã locutus est, vel quando sę ducem militiæ cęlestis ostendit, dicunt vtique: Tu es qui venturus es?an aliũ expectamus: Cum autem vene- F rint ad euangeliũ, & cognouerint illuminari cæcos, & ambulare claudos, audire surdos,mũdatos esse leprosos,mortuos resurrexisse,tũc dicunt: Vidimus eum, & oculisnostris perspeximus,& in vestigia clauorum eius digitos nostros inseruimus. Videmur enim nobis vidisse quem legimus spectasse pẽdentẽ,& vulnera eius spiritu ecclesiæ scrutante tentasse.Si enim digito dei eiiciuntur dæmonia,fides quoque digito ecclesiæ reperitur. Aut fortasse in parte quadam operatrice corporis nostri omnes videmur inuestigasse dominicæ seriem passionis.Fides enim per paucos ad plures peruenit.Lex ergo Christũ venturũ annunciat,euangelii scriptura venisse confirmat.Nonnulli etiã de ipso Ioanne sic intelligunt magnũ quidẽ prophetã,ita vt Christũ agnosceret,annunciaret remissionẽ peccatorũ futuram,sed tamẽ non tanq; dubiũ,sed tanq; piũ vatem,quẽ venturum crediderat,nõ credidisse moriturũ.Non igitur fide,sed pietate dubitauit.Dubitauit & Petrus,dicens:Propitius 1.Ioan.1. tibi esto domine,non fiat hoc. Ille fidei princeps,cui se Christus nondũ dei filiũ dixerat,& tamẽ ille crediderat de morte Christi nec Christo credidit.Pietatis affectus, nõ indeuotionis est lapsus. Denique alibi lauari sibi pedes recusat,vbi mysteriũ non agnoscit, dum dominico grauatur obsequio.Ergo moriturum Christum nec sancti crediderunt. Quod enim oculus non vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit,hęc præparauit Mat.16. deus diligentibus eum.Religiosus itaque lapsus amoris fidem nõ impedit. Denique dominus sciẽs neminẽ sine euangelio plene posse credere, quia sicut fides à veteri incipit testamento, ita impletur in nouo: interrogatus

G de se,nō verbo aliquo,sed factis se esse signauit. ¶ Ite,inquit,renūciate Ioanni quæ videtis & auditis:Cæci vidēt, claudi ambulant,surdi audiunt,leprosi mundātur, mortui resurgunt,pauperes euangelizantur.)Plenū sanè testimonium,quo dominum propheta cognoscerēt: De ipso enim,non de alio fuerat prophetatum,quia Dominus dat escam esurientibus,dominus erigit elisos,dominus soluit cōpeditos,dominus illuminat cæcos,dominꝰ diligit iustos,dominus custodiet aduenas, orphanum & viduam suscipiet, & viam peccatorum exterminabit. Quis ista,inquit,faciet?regnabit in æternum. Ergo non humanæ ista,sed diuinæ virtutis insignia sunt, cæcis perpetuæ tenebras noctis aperire, defossorumq; oculorum vulnera infusa luce sanare, auditum insinuare auribus surdorum,laxatis soluta membra reformare cōpagibꝰ, in lucem quoq; refuso vigore viuendi reuocare defunctos.Hęc ante euāgeliū vel rara vel nulla. Receperit licet Tobias oculos,vnus est in exēplo,& tamen angeli fuit ille medicina,non hominis.Helias mortuum suscitauerit,ille tamen rogauit & fleuit,hic iussit. Helisæus leprosum mundari fecerit,non tamē illic valuit præcepti authoritas,sed figura mysterii. Non defecerit ad escam viduæ esurientis,propheticis se multiplicans farina præceptis,vnam tamē viduam farina illa,vel potius eadē quę sacramenti species præfigurata seruauit. Sed tamen parua adhuc ista dominicæ testificationis exēpla sunt: plenitudo fidei,crux domini,obitus, sepultura est. Et ideo cum illa superiora dixisset,addidit:

Psal.145.

De scandalo in Christo cauendo:

H BEATVS,inquit, qui in me non fuerit scandalizatus.)Crux enim etiam electis scādalum posset afferre. Sed nullum hoc maius diuinæ personæ est testimonium,nihil est quod magis esse vltra humana videatur,quàm toto vnum se obtulisse p mūdo.hoc vel solo plene domin9 declaratur. Deniq; sic designatꝰ est à Ioāne:Ecce agn9 dei,ecce q tollit pcā mundi.Verum hoc nō duobus illis vitis Ioannis discipulis.sed nobis respondetur omnibus, vt ita credamus in Christum,si facta cōueniunt. Veniet enim qui hoc sibi romē vsurpet,quē licet nominis nō queas appellatione secernere.factorum tamen cōsideratione discernas.

Ioan.1.

De laudatione Ioannis à constantia mentis.

QVID existis in desertū videre?Arundinem vēto moueri?)Vbi præmonuit discipulos Ioānis in crucē dominicam esse credēdū, redeūtibus illis cōuersus ad turbas cœpit ad virtutem pauperes prouocare, ne exaltati corde,mēte instabiles,cōsilio infirmi,speciosa vtilibus,æternis caduca præferrent:sed humili spiritu crucē potius tollerent,quàm phaleras mundi huius extollerēt & quasi beati pauperes,quia nihil haberent seculi quod amitterent,libenter corporis vitam cū immortali gloria commutarent. Non ociosę igitur sancti Ioannis hic persona laudatur, qui vitę amore post habito, iustitiæ formam nec mortis terrore mutauit. Quid inquit,existis in desertum videre? Deserto mundus hic comparari videtur,adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc infecundus, in quem negat nobis ita dominus prodeundum,vt mente carnis inflatos vacuosq; virtutis internæ viros,& fragili se gloriæ secularis sublimitate iactantes, pro exemplari quodā & imagine nobis putemus imitandos,quos procellis mundi huius obnoxios vita mobilis inquietat,iure arundini comparandos,in quibus solidæ iustitię nullus est fructus,qui forensibus criniti phaleris nodis obsiti, vacuo oris strepitu sonori, nulla sui vtilitate,frequenti etiam offensione,intus inania, foris speciosa sectantur. Arundines sumus,nulla validioris naturæ radice fundati.Et si leuis aspirauerit prosperioris aurę successus,vago motu proximos verberamus, inopes ad suffragandum,faciles ad nocendum. Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caducaq; delectant. K

Tamēn hanc arundinem si quis de terrę euellat plantariis,& superfluis exuiat,expoliās veterē hominem cū actibus eius, & scribæ velociter scribentis manu temperet, incipit non arundo esse,sed calamus, qui præcepta cælestium scripturarū penetralibus mētis imprimat,tabulis cordis inscribat. De quo calamo habes dictum: Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis, quod ad Christum alii referre volunt. Vno igitur loco & verbum & calamus legitur & scriba. Verbum,quia de genitali patris processit arcano. Eructauit cor meum verbū bonum. Calamus, quia caro Christi paternæ seriem voluntatis expressit, & linguæ mandata diuinæ sacri effusione cruoris ipleuit. Scriba,quia calamo suo indiuidua quadam distinctionie,noui & veteris testamenti,vel diuinitatis & carnis paternæ nobis dispositionis mysteria reuelauit. Hunc calamum imitare tuæ carnis temperamento. Et calamum tuum,hoc est, carnem tuam tinge, non atramento,sed spiritu dei viui,vt quod scribis,ætenum sit. Tali calamo Paulus illam epistolam scripsit de qua dicit:Epistola nostra vos estis,inscripta nō atramento,sed spiritu dei viui. Tinge carnem tuā in Christi sanguine,sicut scriptum est:Vt tingatur pes tuus in sangui ne. Et tu ergo vestigium animi tui, & mentis incessum, indubitata cōfessione dominicæ crucis tinge. Tigis carnem tuam in Christi sanguine,si vitia diluas,peccata detergas,mortē Christi in tua carne circūferas,sicut Apostolus docuit dicens: Mortificationem IESV Christi in corpore nostro circumferentes. Noli ad terrena inflecti ne arundinem tuā frangas. Et ideo de Christo, quia non L erat ad terrena curuandus,prophetatū est: Arundinem quassatam non confringet,quoniam carnem quam peccata quassauerant,resurrectionis virtute solidauit. Bona arundo caro Christi,quæ serpentis diaboli caput, & mundanę cupiditatis illecebras patibulo crucis affixit.

Pſal. 44.

2.Cor.3.

Pſal. 67.

2.Cor.4.

Mat.2.

De laudatione Ioannis ab asperitate vestimentorum.

SED quid existis in desertum videre?Arūdinem vento moueri? Quid existi videre? homine mollibus vestimentis indutum?) Non hic dominis sermo de vestibus, quanquam plerosque mollioris cura vestis effœminet, qui quasi lanæ onus ferre nō possint, sericas vestes tectis per terram verrunt vestigiis, vsuque faciunt vt amictus honori sit. Sed tamen alia videtur hic indumenta signare,& nisi fallor,humana corpora, quibus anima nostra vestitur. Denique& Ioseph tunica ad speciem dominici corporis cruentata est. Et apostolicū illud,Exuens se carne, principatus & potestates omnes traduxit:quid aliud ostendit,nisi vice induméti corpus fuisse,quo se ita expoliauit dominus in passione, vt diuinitas libera immunisq; maneret iniuriæ? Totus igitur hic locus exemplo nos prophetico ad virtutem subeun M dæ passiōis hortatur. Deniq; addidit: ¶ Ecce qui in veste preciosa sunt,in domib9 regū sunt.) Sunt etiā mollia indumenta delicioſior actus & mores, propter qđ nos hortatur Apostolus vt expoliātes veterem hominē Col.3. cum actibus eius,induamus nouū,in quo non dulcis illecebra sit, ludusq; lasciuiæ,sed vsus laboris & fructus, eò quod tenera corporis cura, luxuq; & lasciuiarū cupiditate mollitos,nequaq; cęlestis aula suscipiat,ad quā duris laboriosæ gradibus virtutis ascenditur. Hi vero qui bus fluuida deliciis membra solūtur,regni cęlestis extorres,intra mūdi huius habitacula cōfenescunt, quos rectores huius mundi atque tenebrarum vocat apostolus. Hi sunt enim reges,qui seculari quadā potestate dominantur,suorum æmulos operum receperunt.

De laudatione Ioannis ab excellentia cognitionis.

S ED quid existis videre? Prophetam?Vtique dico vobis plus quàm ꝓphetam. Hic est de quo scriptum est:Ecce ego mitto angelū meū ante

A faciem tuam,qui præparabit viam tuā ante te.) Quomodo igitur in deserto Ioannem videre cupiebant,qui erat clausus in carcere? Quem nobis dominus proponit imitandum,qui viam domino non solum nascēdi,secundū carnem ordine fideiq; nūcio,sed etiā præcursu quodam gloriosæ parauit passionis. Maior sane propheta,in quo finis est prophetarū. Maior propheta,quia multi cupierunt videre quem iste prophetauit,quem iste conspexit, quem iste baptizauit. Sed tamen nunquid & illo maior, de quo Moyses dixit, quia prophetam vobis suscitabit dominus deus vester? De quo dixit:Erit autē,omnis anima quæ non audierit prophetam illum,exterminabitur de plebe. Si igitur Christus propheta,quomodo maior hic omnibus?Nunquid Christum prophetam negamus? Immo & dominū prophetarum asserō,& hunc omnib9 dico esse maiorem,sed inter mulieris non virginis natos. Maior enim fuit iis quibus æqualis esse poterat forte nascendi. Alia ista naturā est,nec cum humanis generationibus comparanda. Non potest homini cum deo vlla esse collatio,suis enī quisq; præfertur. Deniq; eousque cum dei filio non poterat Ioannis esse vlla collatio, vt & infra angelos æstimetur.

Deut. 18.

De intelligentia præmissorum.

B NAM qui minor,inquit, est in regno cælorū, maior est eo.)Etenim quoniam angelū dixerat,hominē iure prælatꝰ est:& quia inter natos mulierum potiorē declarauerat, ideo addidit:Nā qui minor est in regno cęlorū,maior est eo.vt angelis sciret esse cedendū. Merito autem Ioannes suis præfertur æqualibus, à cuius diebus regnū cælorū cogitur. Quæ subobscura videtur esse locutio,& ideo eam de alio libro euangelii putauimus deriuandam. Nā si literā sequamur, vtiq; inferior à potiore cogitur. Regnū autē cæli præstat humanis. sed cū sint aliqua quæ cogendo densari feruntur, nō est absurdum quia cogitur regnū,quando pluribus frequētatur, cogē tesq; diripiunt illud. Si repetamus dominicū illud quod scriptum est,dicente filio dei,Regnum dei intra vos est: aduertimus in nobis regnum cęleste solidari,cū Christꝰ exploso mūdani principis regno, fugatisq; deliciis secularibus,intra nostrorū secreta regnat animorū. Vis igitur menti affertur humanæ,quæ diuersis illecebris delenita laborem fugit,voluptatē expetit,cum vel metu supplicii coercita,vel præmio prouocata vincere ipsa sentitur,& tanquam ex antelatis laboribꝰ palmā quæ sibi plurimis aduersātibꝰ subtrahebatur,eripere contēdit. Rapimus enim ex hoc mundo palmā salutis,& quasi excubātibus obsessos serpentibus fructꝰ peruigili labore decerpimus,ita tamē,vt non furtiua sublatio,sed direptio triūphalis sit. Est & aliud direptionis genus, quādo aliis oblata diripimus Qui sint igitur raptores isti,non laboramus intelligere, cū de Beniamin lupi rapacis genere nos manare nouerimus. Præcesserat Ioannes vt iustificaret populū Iudæorum,ipse dominus venerat ad oues perditas domus Israel,Apostolos destinauerat,vt fidem populi Iudæorū vel disputatione,vel signis miraculisq; fundarēt:sed cū illi munera sibi oblata defugerēt,publicani & peccatores in deū credere, in fide coire cœperūt. In his igitur apostolica prædicatione regnum cælorum cogitur,& fidelis populi aspiratione solidatur. Diripuit regnū illa quæ fluxu sanguinis laborabat. Nam cū dominus ad filiam principis synagogæ tēderet,furtiuo quodā tactu sanitatis remedium prælibauit. Diripuit regnū illa Chananæa, quæ à finibus suis egressa clamabat dicens: Mat.15. Miserere mei domine fili Dauid,filia mea male à dæmonio vexatur. Vere hæc regnū coēgit,pertinax in precibꝰ sapiens in responsis,fidelis in verbis. Prętereuntem reuocat, tacētē rogat, excusantē adorat, negātem inclinat. Nōnne tibi videtur eripere,cū elicit quod negatur? præripere quod aliis reseruatur? Negauerat enim dominus panem filiorum dari canibus oportere. At illa consen- D sit,& cōsentiendo diripuit dicēs:Vtiq; domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mēsa dominorum suorum. Didicisti quemadmodum regnū cæleste rapiatur. Cogamus igitur & nos diripiamus illud. Nemo enī nisi festinās pascha manducat. Sed quæ est ista quæ rapit regnum? Non improbitas,non lasciuia,nō voluptas,sed illa de qua dicitur:Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Ecce rapuit,quæ quod voluit impetrauit, quod rogauit extorsit. Rapuit & illa vidua,quæ frequenter orando, si non propter innocentiam, saltem propter importunitatem vt exaudiatur extorsit. Rapuit igitur ecclesia à synagoga regnū. Regnū meum Christus est, rapio illum Iudæis missum sub lege,natum sub lege, nutritū iuxta legem,vt me qui erā sine lege,seruaret. Rapitur Christꝰ cum aliis promittitur,aliis prædestinatur. Rapitur Christus,cum aliis nascitur,aliis suffragatur. Rapitur Christus,cum ab aliis occiditur,sepelitur à nobis. Rapitur in fidiantibus,rapitur dormiētibus. Habes vbi ipsi confessi sunt nos rapuisse, se dormisse dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormiētibus. Surge igitur qui dormis,ne & tu cum dormis,Christū amittas. Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Vides mortuos esse qui dormiunt. Et ideo non inuidemus aliis,sed prouidemus nobis. Non enim mortui poterant seruare viuentē Exurgantvel sero qui dormie E runt,etiam qui Christū perdiderunt. Non sic amittitur Christus,vt nō reperiatur,si tamen requiratur,sed vigilantibus regreditur, & exurgentibus præsto est, immo omnibus adest,qui vbiq; semper est, quia cōplet omnia Roma.5. Nulli enim deficit,nos deficimus. Nulli inquam deficit, superabundat omnibus. Superabundauit enim peccatum,vt superabundaret gratia. Gratia Christus est, vita Christus est,& Christus est resurrectio. Qui surgit igitur,inuenit esse præsentem. Rapitur ergo regnum cælorum,cum Christus à domesticis denegatur,à gentilibus adoratur. Rapitur cum ab illis repudiatur, colitur à nobis. Rapitur cum per hæreditatem non agnoscitur, per adoptionem acquiritur.

Mat.28.

Ephe.5.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER. VI.

F

De iustificatione dei à populo,& contemptu à pharisæis & legisperitis.

ET OMNIS populus audiens & publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi autem & legisperiti consilium dei spreuerunt in se,nō baptizati ab eo:) Aperuit sanctus Lucas specialibus additis, quod quasi generalibus sanctus Matthæus sub ob Mat.11. scurum reliquerat. Ille enim ait:Et iustificata est sapientia à filiis suis. Primum quæ sit illa sapientia hic videmus expressum. Ait enim: Iustificauerunt deum. Deus ergo sapientia est,quia sapientia dei filius est. Sapientia per naturam,non per profectum. Alia est sapientia dei patris virtus,alia sapientia virtus animæ. Illa nata est,hæc creata. Alia sapiētia author operū, alia opus. Opus enim mentis sapere prudenter, sentire viuaciter. Hæc dona naturæ sunt. Operator autē non creatura est, sed creator. hoc est,nō naturæ munus,sed munerator naturæ. Iustificatur igitur deus ipse per baptismū, dum se homines peccata propria confitēdo iustificant, sicut

C

Esa.43. scriptum est: Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Et
G iustificatur ineo,quia non per contumaciam refutatur
Psal. 80. sed per iustitiã dei munus agnoscitur. Iustus enim dominus,& iustitias dilexit, In eo ergo iustificatio dei est, si non ad indignos obnoxios,sed ad innocentes per ablutionem factos videatur & iustos sua munera transtulisse.Iustificemus igitur dominum, vt iustificemur à domino. Quid sit iustificari deũ,impensius requiramus. Apostolus dicit:Sit autẽ deus verax,omnis autem homo mẽ
Roma.5. dax sicut scriptũ est:Vt iustificeris in sermonib9 tuis,&
Psal. 50. vincas cũ iudicaris. Ipse quoq; Dauid dicit:Tibi soli peccaui,& malũ corãte feci,vt iustificeris in sermonibus tuis,&vincas cũ iudicaris. Ergo is qui peccat, & cõfitetur deo peccatũ, iustificat deum cedẽs ei vincenti, & ab eo gratiam sperans. In baptismate igitur iustificatur deus, in quo est & confessio & venia peccatorũ. Non contemnamus igitur,sicut pharisæi,cõsiliũ dei esse in baptismate Ioannis. Quis igitur dubitet dei esse consiliũ in
Rom.11. Christi lauacro? Hoc est cõsilium quod magni consilii angelus reperit,quod nemo cognouit. Quis enim cognouit sensum domini?Hominis consilium nemo contemnit,dei cõsiliũ quis refutet? Ergo quasi filii matrem iustificemus,matrẽ sequamur. Scimus quia mater pro filiis se offert periculo,Matris sapientiæ consilio, matris obediamus imperio.

De similitudine qua pharisæi & legisperiti cõfutantur.

CANTAVIMVS vobis,& non saltastis: lamentauimus,& non plorastis.) Et si non incongrua hæc puerorum videantur esse personæ,qui leuem corporis motum imprudentia adhuc maturioris grauitatis exercent, tamen ad altiorem sensum referri posse presumo,eò quod videãtur Iudæi nec psalmis primo,nec Threnis postea propheticis credidisse,psalmis ad præmia prouocati, Threnis ab errore reuocati. Cantauit Dauid,vt in salicibus nostra suspenderemus organa. Cantauit & ipse,& ante arcam domini
H non pro lasciuia,sed pro religione saltauit. Ergo nõ histrionicis motibus sinuati corporis saltus, sed impigræ mẽtis & religiosa corporis agilitas designatur. Sed nõ in triumphis,nõ in excidiis Iudæorũ secuta correctio est, qui diuinæ indulgẽtiæ muneribus prouocati, leuare mẽtem,corpus attollere,terrena deferere, cælestia quærere debuerunt,& iniuriis captiuitatis attriti deflere peccatũ quod culpa esset author iuuiæ. ¶ Iustificata est ergo sapientia ab omnibus filiis suis.)Bene ab omnib9,quia circa omnes iustitia reseruatur, vt susceptio fiat fidelium, reiectio perfidorum. Vnde plerique grecisic habent:Iustificata est sapientia ab omnibus operib9 suis. quod opus iustitiæ sit,circa vniuscuiusq; merita seruare mensuram.
I Bene ergo dicit:Cantauimus vobis,& non saltastis. Cantauit enim Moyses quando in mari rubro ad transitum Iudeorum fluctus obriguit, vnda circunstetit, eademq; equos Aegyptiorum ascensoresq; refusa demersit. Cantauit Esaias dilectæ vineæ suæ cãticum, significans asperam flagitiis fore plebem,quæ fœcundis prius erat virtutibus fructuosa. Cãtauerũt Hebræi cum vestigia eorum tactu flammæ rorantis humescerent,& intus extraq; ardentibus omnibus,solos tamẽ ignis innoxios lamberet nec adureret. Abacuc quoq; cãtico publicã doctus mulcere mœstitiam prophetauit dulcẽ domini fore fidelib9 passionem. Cantauerũt ergo prophetæ spiritalibus modulis publicæ salutis oracula resultantes. Fleuerunt prophetæ Threnis flebilibus dura Iudæorum corda mulcẽtes. Docuit nos scriptura cãtare grauiter,psallere spiritaliter. Docuit etiam saltare sapienter,dicente domino ad Ezechiel:Plaude manu,& percute pede. Neq; enim
Ezech. 21 histrionicos fluxu corporis motus deus morum censor exigeret, aut indecoros strepitus viris plaususq; fœmineos imperaret,vt tantum prophetam deduceret ad ludibria scenicorum,& mollia fœminarum. Non congruunt resurrectionis reuelata mysteria, & opprobria saltationis exacta. Est sane est quidam proprius bonorũ actus factorumq; plausus,cuius sonus in orbẽ exeat, & bene gestorum resultet gloria. Est honesta saltatio,qua tripudiat animus & bonis corpus operibus eleuatur,quando in salicibus organa nostra suspendimus. Iubetur ergo propheta plaudere manu,& percutere pede:iubetur psallere,quia sponsi nuptias iam videbat,in quibus desponsatur ecclesia,Christus adamatur. Et bonæ nuptiæ, quando verbo anima,spiritui caro nubit. In his prophetã Dauid nuptiis ludere nos voluit,ad has iuitauit, quia suos posteros copulabat,& ideo lætior quàm ceteri,quasi in ipso actu positus nuptiarũ nos ad celebritatem festi
Psal.80. muneris adhortatur dicens: Exultate deo adiutori nostro,iubilate deo Iacob. Sumite psalmum,& date tympanum,psalterium iucundũ cum cithara. Nõne actũ quen
Psal.70. dam prophetæ saltantis aduertis? Denicq; alibi: Psallam tibi deus in cithara sanctus Israel. Gaudebũt labia mea cum cantauero tibi,& anima mea,quã redemisti. Audis citharizantium voces,audis saltantiũ strepitus, nuptias crede. Sume & tu citharam,vt pulsata spirit9 plectro interiorum chorda venarum bonioperis sonum eddat. Sume & psalterium,vt harmonia dictorũ factorumque tuorum concinat. Sume & tympanũ,vt organũ tui corporis spiritus moduletur interior, factisq; operantibus dulcis morum tuorũ suauitas exprimatur. Sic psallebat propheta cũ diceret:Veni huc à Libano spõsa, veni huc
Cant.4. à Libano. Hoc cãticum cecinerũt pueri,nec auditi sunt. Qui pueri?De quibus dicit:Ecce ego,& pueri quos dedisti mihi. Sed hoc canticũ nõ in foro, non in plateis canebatur,sed in Hierusalem. Ipsa est enim dominicũ forũ,
L in quo præceptorum cælestium iura conduntur.

De muliere peccatricice ingrediente domum Simonis ad IESVM.

ET ecce mulier quę erat ĩ ciuitate peccatrix.)hoc loco plericq; patividẽtur scrupulũ,& ferere quęstiones,vtrumnam videantur euangelistæ duo discordasse de fide, an vero aliquam in dictorum diuersitate,diuersitatem signare voluisse mysterii. Habes enim in euangelio secundum Matthæum quia IESVS cum venisset in Bethaniam in domum Simonis leprosi, accesit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti precios,& recumbente illo fudit super caput eius,Deinde istic pharisæus intra se dicit,quod si esset p
pheta,sciret peccatricẽ,& vnguẽtum eius vitare deberet Illic vnguento effuso discipuli conqueruntur. Vtrunq; igitur explicandum est,sed ante quod scriptorum ordine prius est,priorẽ quoq; ordinem interpretationis acci
piat. Venit ergo dominus IESVS in domum Simonis le
M prosi. Apparet œconomia,qtod leprosum non refugit, non vitat immũdum,vt maculas humanicorporis possit abolere. Domus autem leprosi erat in Bethania, quæ per interpretationem domus obedientię dicitur. Omnis igitur locus Bethania, portio autem totius loci domus Simonis. Nónne tibi videtur Bethania mundus hic esse in quo seruitii obedientis debemus obsequium? domus autem Simonis leprosi terra esse,quæ mundi portio est? Princeps autẽ seculihuius quidam leprosus est Simon. Ergo dominus IESVS Christus ex illis superioribus locis venit in hunc mundum,& descendit in terram. Non erat in hoc mundo, sed obediente pietate missus est in hunc mundũ. Ipse dicit: Sicut misit me pater Ioan.20. in hũc mundũ. Audiuit ergo mulier ista venisse Christum,intrauit in domũ Simonis. Neq; enim sanari potuisset hæc mulier,nisi Christus venisset ĩ terrã. Et fortasse ideo etiam ipsa ingreditur domũ Simonis quod specie cuiusdã habeat superioris, animæ scilicet vel ecclesiæ quæ descẽdit in terrã,vt bono odore sibi populũ congregaret. Hanc ergo mulierem inducit sanctus Matthæus supra caput Christi effundentem vnguentum. Et

A ideo forte noluit dicere peccatricẽ. Nam peccatrix secũdum Lucam supra Christi pedes effudit vnguẽtum. Potest ergo non eadem esse,ne sibi contrariũ euãgelistę dixisse videantur. Potest etiã quęstio meriti & temporis diuersitate dissolui,vt adhuc illa peccatrix sit, iã ista perfectior. Etsi enim nõ personã mutat ecclesia vel anima,tamen mutat profectum. Itaq; si constituas animam fideli ter appropinquantem deo,non peccatis turpibus & ob
scœnis,sed pie seruientẽ dei verbo,habentẽ immaculatæ fiduciam castitatis,aduertis quod ad ipsum Christi ascendat(caput autem Christi deus est) & odorem meritorum spargit suorum. Christi enim bonus odor sumus
2.Cor.2. deo. Deum quippe honorat bonum fragrans odorem vita iustorum. Si hæc intelligas,videbis hanc fœminam,vi debis plane beatam vbicunq; prædicatũ fuerit hoc euangelium,nominari,nec eius vnquã exolescere memoriã, cò quod super caput Christi bonorũ fragrantiam morũ iustorumq; factorum effudit vnguentũ. Qui accedit ad caput,nescit extolli,sicut ille frustra inflatus mente carnis suæ,& nõ tenens caput. Sed qui caput non tenet Christi,vel pedes teneat,quia corpus vnum copulatũ & subministratum crescit in augmentũ dei. Altera est illa vel persona,altera vel profectu quæ propinqua nobis est.
Nondum enim peccatis nostris renũciauimus,vbi sunt
Psal.94. nostræ lachrymæ?vbi gemitus?vbi fletus? Venite adoremus & procidamus ante eum,& ploremus ante deũ qui fecit nos. vt saltem ad pedes IESV venire possimus. Nõdum enim possumus, quia peccator ad pedes, iustus ad caput. Habet tamen & quæ peccauit vnguentum. Defer
B mihi & tu post peccata pœnitentiam. Quocunq; vel in domum indigni,vel in domũ pharisæi audieris iustum venisse,contende præripere hospitis gratiam,præripere
Mat.11. regnum cælorũ? A diebus enim Ioãnis baptistæ regnum cælorum cogitur,& cogentes diripiunt illud. Vbicunq; audieris Christi nomẽ,accurre. in cuiuscunque interiorem domum IESVM intrasse cognoueris,& tu ipse festina. Cum repereris sapientiã, cum repereris iustitiam in alicuius penetralibus recumbentem, accurre ad pedes, hoc est,vel extremam partem quære sapientiæ. Noli fastidire pedes. simbriam illa tetigit:& sanata est. Lachrymis cõfitere delicta,dicat de te quoq; iustitia illa cęlestis Lachrymis suis rigauit pedes meos,& capillis suis terſit
Et fortasse ideo non lauit pedes suos Christus,vt eos lachrymis nos lauemus. Et bonæ lachrymæ,quę nõ solum nostrum possunt lauare delictũ,sed etiam verbi cælestis rigare vestigium,vt gressus in nobis eius exuberent. Bonæ lachrymæ,in quibus non solum redemptio peccatorum,sed etiam refectio est iustorum. Iusti enim vox est:
Psal.41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et si ad
C caput Christi accedere nõ potes,tangat pedibus suis caput tuum Christus. Et simbria eius curat, & pedes curãt Expande capillos, sterne ante eum omnes tui corporis dignitates. Non mediocres capilli sunt qui possunt tergere pedes Christi. Testatur hoc ille qui quandiu capillos habuit,vinci nequiuit. Denique & mulierem decaluatã orare nõ decet. Habeat plane capillos quibus Christi circumuoluat vestigia,quibus suæ criniculis pulchritudinis & decoris sapiẽtiæ pedes tergat, vt extremo saltem diuinę tore virtutis humescãt,figat iustitiæ pedibus oscula sua. Non mediocris hæc meriti est,de qua potest dicere sapientia: ¶ Ex quo intraui,non cessauit osculari pedes meos.) Vt aliud nisi sapientiam loqui nesciat,vt aliud nisi iustitiam diligere nesciat,vt aliud nisi castitatem libare nesciat,vt aliud nisi pudicitiam osculari nesciat. Osculum enim mutui amoris ĩdicium est,osculũ pignus est charitatis. Beatꝰ qui potest & oleo vngere pedes Christi. Denicq; adhuc Simon non vnxerat,sed beatior quæ vnxit vnguẽto. Multorum enim florum in vnũ collecta gratia spargit odorum varias suauitates. Et fortasse istud vnguentum non possit alius nisi ecclesia sola deferre, quæ diuersi spiraminis innumerabiles habet flo
D res: quæ merito speciem accepit peccatricis, quia Christus quoque formã peccatoris accepit. Et ideo nemo tantum potest diligere,quantũ illa quæ in pluribus diligit. Nec Petrus ipse qui dixit:Domine,tu nosti quia diligo te. Nec Petrus ipse qui doluit quia interrogatus est: Amas me? Quod enim manifestũ erat,nolebat quasi incognitũ quæri. Ergo nec Petrus ipse, quia ecclesiã dilexit in Petro. Nec Paulus ipse,quia Paulus quoque est eius portio Et tu plurimũ dilige,vt & tibi remittatur plurimũ. Multum peccauit Paulus,qui etiam persecutor fuit:sed multũ dilexit, qui vsq; ad martyriũ perseuerauit. Remissa sunt ei peccata multa,quia & ipse multũ dilexit, qui sanguini proprio pro dei nomine nõ pepercit. Vide œconomiam,in domo pharisæi peccatrix glorificatur, ĩ domo legis & prophetæ nõ pharisæus,sed ecclesia iustificatur. Pharisæus enim non credidit,ista credebat. Denique ille dicebat. ¶ Si esset propheta,sciret vtique quæ & qualis esset mulier quæ tangit eum.) Domus autem legis Iudea,quæ nõ in lapidibus scribitur,sed in tabulis cordis. in hac iustificatur ecclesia iã lege maior. Lex enim peccatorum nescit remissionẽ,lex mysteriũ non habet quo occulta mundantur. Et ideo quod in lege minus est,cõsummatur in euangelio.

De responsione IESV Simonem arguentis.

DVO, inquit,debitores erãt cuidam fœneratori. Vnus debebat denarios quingentos,alius quinquaginta.) Qui sunt isti debitores duo,nisi po-
E puli duo,vnus ex Iudæis,alter ex gentibus, fœneratori illi thesauri cęlestis obnoxii? Vnꝰ,inquit, debebat denarios quingentos,alius quinquaginta. Nõ medio cris est iste denarius,ĩ quo regis imago formatur, qui tropheum habet imperatoris expressum. Non materialem fœneratori huic debemus pecuniã, sed meritorũ examina,æra virtutũ:quarum meritum grauitatis pondere,iustitiæ specie,sono confessionis expenditur. Væ mihi si non habuero quod accepi, quia difficile quisquam est qui fœneratori huic integrum debitum possit exoluere. Væ mihi si non petiero concedi mihi debitum. Non Matth.6. enim nos ita dominus orare docuisset vt peteremus,Dimitte nobis nostra debita:nisi sciret difficile aliquos fore idoneos debitores. Sed quis est populus iste qui amplius dedet nisi nos quibus amplius creditum est? Illis credita sunt eloquia dei,nobis creditur partus virginis. Habes talentum virginis partum, habes fidei centesimum fructum. Creditus est Emanuel nobiscum deus, credita domini crux,mors,resurrectio. Etsi Christus pro omnibus mortuꝰ est,p nobis tamẽ specialiter passus est,quia pro ecclesia passus est. Itaq; non est dubiũ quod plus debeat qui plus accepit. Et secundũ hominem plus fortasse offendit qui plus debuerit:sed per misericordiam domini causa mutatur,vt amplius diligat qui ãplius debuit F
si tamen gratiam consequatur. Gratiam enim & qui reddit,habet:& qui habet in eo ipso quod habet,soluit. Nã & reddendo habetur & habendo redditur. Et ideo quoniam nihil est quod digne deo referre possimus: (Quid enim referamus pro susceptæ carnis iniuria? quid pro verberibus?quid pro cruce,obitu,sepultura?) væ mihi si non dilexero. Audeo dicere:Nõ reddidit Petrus,& ideo plus dilexit. Non reddidit Paulus. reddidit quidem mortem pro morte,sed alia non reddidit, quia multa debe-
Rom.11. bat. Audi ipsum dicẽtem quia non reddidit: Quis prior dedit illi,& retribuetur ei? Reddamus licet crucem pro cruce,funus pro funere,nunquid reddimus quod ex ipso,& per ipsum,& in ipso habemus omnia? Reddam9 ergo amorem pro debito,charitatẽ pro munere, gratiam pro sanguinis precio. Plus enim diligit, cui donatur amplius. Sed reuertamur ad illã superiorem cuius consiliũ adhuc nec apostoli intelligũt,quod erat absconditũ à seculis in deo. Quis enim cognouit sensum domini? Conquerebantur ergo discipuli quia mulier super caput ef-

Matt. 26. fudit vnguẽtum,& querebantur dicẽtes: Quare hoc sic
G perit? Potuit enim venundari precio,& dari pauperibus
Iud. 1. Quid vtiq; in eorum sermonibus displicuerit, non po-
test deprehẽdi, nisi mysteriũ intelligas. Luxurioſi enim
hominis vel potius nõ hominis est olere vnguentũ. Cer
† Alias. te & ipſi qui olent, *vnguere ſe, non perfundere ſolent.
qui oleo Quid displicet quia dictũ est: Potuit hoc venũdari pre-
se vngere cio,& dari pauperib9? Certe & ipse supra dixerat: Quic
solent. qd vni minimorũ horũ feciſtis, mihi feciſtis: ipse mor-
Mat. 25. tem suam pro pauperibus offerebat. Non est igitur sim-
plex figura,& ideo respõdit illis dei verbũ: Quid mole-
sti estis huic mulieri? Sẽper pauperes habetis vobiscum,
me autẽ nõ semper. Semper ergo tecum pauperẽ habes
& ideo benefac. Nũ igitur differre pauperẽ debes, quia
Prouer. 3 semper tecum est, cũ tibi propheta dicat: Ne dixeris pau
peri, cras dabo: Sed ille de sola misericordia locutus est,
hic autem misericordiæ fidẽ prætulit quæ tunc habet me
ritum, si fide præcedente conferatur. Mittẽs enim vnguẽ
tum hoc in corpus meũ, ad sepeliendũ me fecit. Non er-
go vnguentũ dominus, sed charitatẽ dilexit, fidẽ susce-
pit, humilitatẽ probauit. Et tu si desideras gratiã, charita
tem auge, mitte in corpus IESV fidẽ resurrectionis, odo
rem ecclesiæ cõmunis charitatis vnguẽtum, & ita pro-
grediẽs pauperibus dabis. Plus tibi pecunia illa prode-
rit, si non tanquã affluentẽ tribuas, sed tanquã profutu-
2. Cori. 3. ram Christi nomine largiaris, si ita eam cõferas pauperi
vt deferas Christo. Nõ ergo iuxta literã tantũmodo acci
H pias superfusum capiti vnguentum, litera enim occidit:
sed secundum spiritum, quia spiritus vita est. Quod er-
go istius mulieris vnguentũ est? Quis hoc audire potest?
Quis tales aures habet vt dicente IESV verbum quod ac
cepit à patre, immo quia ipse verbũ est, posſit tantam al
titudinem capere mysteriũ? Et discipuli ex parte intelli-
gunt, etsi non totũ intelligunt. Vnde & quidam putant
dixisse discipulos vnguenti precio emi fidem gentium
debuisse, quæ sanguinis dominici tãtum precio debeba
tur, quod videtur verisimile. Deniq; Ioannes euangeli-
sta inducit sermone Iudæ Scarioth æstimatum trecẽtis
Ioan. 12. denariis illud vnguentũ, sicut habes: Potuit enim venũ
dari trecẽtis denariis, & dari pauperibus. Trecentorum
autem æra, crucis insigne declarant: sed domin9 nõ per-
4 cõpleri functoriã mysterii præscientiã quærit, sed cõsepeliri + in
4 vult. se fidẽ credentiũ mauult 4. Id tamẽ de cæterorũ apostolo-
rum vocibus intelligimus. Iudas autem cõdemnatur
auaritiæ, qui pecuniam dominicæ prætulit sepulturę, qui
etiam si de passione sensit, errauit. Tã vili auctione vult
æstimari Christus, vt ab omnibus ematur, ne quis pau-
per deterreatur. Gratis, inqt, accepistis, gratis date. Pecu
niam non quærit diuitiarum altitudo, sed gratiam. Ipse
I nos precioso sanguine emit, non vendidit. De quo pleni
us diceremus, nisi à nobis ipsis tractatum alibi recorda-
remur. Ergo secundũ dicta domini, ĩ quo sunt thesauri
sapientiæ & scientiæ abscõditi, quos nemo potuit præui
dere, operari me oportet in sepulturã eius, vt caro eius
requieuisse, nõ corruptionem vidisse credatur, & mors
corporis eius ita domũ nostram odore sui compleat, vt
credamus quia in manus patris commendauit spiritum
suum, & à morte sequestrata diuinitas corporalium nõ
subiit cõsortium passionũ. Intellige quemadmodũ cor-
pus filii vnguentũ oleat. Corpus illud est quod exutum
est, nõ quod amissum est. Corpus eius, traditiones sunt
scripturarũ. Corpus eius ecclesia est. Corporis eius odor
sumus: & ideo decet vt mortem corporis eius ornemus.
Etsi nostros illa nõ requirat ornatus, sed requirunt pau-
peres. Ornabo corpus eius, si fiam sermonũ eius prædi-
1. Corin. 1 cator, & possim gentibus crucis aperire mysteriũ. Orna
uit ille qui dixit: Quia prædicamus Christũ crucifixum,
Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam,
ipsis vero vocatis Iudæis atque Græcis Christum dei vir
tutem, & dei sapientiam. Ornatur crux, cũ id quod per
imperitiam stultum putatur, per euangelium sapientius
æstimatur, vt possimus docere quẽadmodũ virtus aduer K
saria per crucẽ domini destruatur. Misi in domini cor-
pus vnguentũ, spirare incipit quod mortuũ putabatur.
Ideo vnusquisq; adoriatur emere labore suo nisuq; vir-
tutũ alabastrũ vnguenti, nõ vile aliquod atque cõmune,
sed pretiosum vnguentum alabastri, & vnguentũ pysti
cũ. Si enĩ quis fidei cõgreget flores, & prædicet IESVM
Christum crucifixum: in omnem ecclesiam, quæ Chri-
sti corpus est, mũdo mortua, requiescens deo, fidei suæ
transfundit vnguentum. Olere incipit tota domus domi
ni passionẽ, olere incipit mortem, olere incipit resurre-
ctionẽ, vt possit vnusquisque ex hoc sacræ plebis nume Gal. 6.
ro dicere: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domi
nostri IESV Christi. Spirat odor, redolet vnguentũ in
corpore, si quis possit, atque vtinã ego possim, confiden
ter loqui: Mihi autẽ mundus crucifixus est. Non amãti
diuitias, non amanti honores seculi, non amãti quæ sua
sunt, sed quæ IESV Christi, non amanti quę videtur, sed
quæ non videntur, nõ cupido vitæ sed ei qui festinat dis
solui, & cum Christo esse, crucifixus est mundus. Hoc
est enim crucem tollere, & sequi Christũ, vt & nos com
moriamur & consepeliamur cũ eo, vt vnguentũ quod
ista mulier in sepulturam eius misit, olere possimus, Nõ
mediocre istud vnguẽtũ est, quo Christi lõge lateq; diff-
unditur nomẽ. Vnde etiã prophetice dictũ est: Vnguen
tũ exinanitũ est nomẽ tuũ. Ideo exinanitũ, vt maiore fi- Cant. 1
des odore fragraret. Ex hac ergo muliere intelligimus
illud apostolicũ quid sit: Superabundauit peccatũ, vt su
perabundaret gratia. Nam si in ista muliere non super Roma. 5.
abundasset peccatũ, nõ superabũdasset gratia. Agnouit
enĩ peccatũ, & detulit gratiã. Et ideo lex necessaria. Per L
legẽ enim peccatũ agnoui. Si lex non fuisset, peccatũ la
teret. Agnoscendo peccatum, veniam peto. Per legem
enim genera peccatorum, præuaricationis quoque cri-
men agnosco. Curro ad pœnitentiam, gratiã cõsequor
Lex ergo author est boni, quæ mittit ad gratiam.

De responsione IESV cũ ei nunciatum esset matrem & fratres foris stare. CAP. VIII.

MATER & fratres mei hi sunt, qui verbũ dei audiunt & faciunt.) Moralis magister, qui de se cæteris præbet exemplum, atque ipse præceptor, ipse etiam suorũ executor est præceptorũ. Præscripturus enim cæteris: Quoniam qui nõ reliquerit patrem aut matrem suam, non est filio dei dignus, sententię huic primus ipse se subiecit: non quo maternæ refutet pietatis obsequia,) ip sius enim præceptum est: Qui non honorauerit patrem & matrẽ, morte moriatur) sed quia paternis se mysteri is amplius quã maternis affectibus debere cognoscat. M
Nec; tamẽ iniurioſe refutãtur parẽtes, sed religioſiores
copulæ mentiũ docẽtur esse quã corporũ. Ergo nõ de- Roma. 10
buerunt foris stare, qui Christũ videre quærebant. Pro-
pe est enim verbũ in ore tuo, & in corde tuo. Int9 igitur
verbũ intus & lumẽ. Vnde & ille ait: Accedite ad eũ, &
illuminamini. Si enim foris stantes nec ipsi agnoscũtur
parẽtes, & propter nostrũ fortasse nõ agnoscũtur exem
plum: quẽadmodũ nos agnoscimur si foris stemus? Nec
putet aliquis offendiculum esse pietatis, vbi mandatum
legis impletur. Si enim relinquet homo patrẽ & matrẽ, Ephe. 5.
& adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, recte
sacramẽtũ hoc in Christo seruatur & Ecclesia. Et ideo
parentes corpori proprio nõ oportuit auferri. Ergo hic
non (vt quidam hæretici tendiculas aucupantur) mater
negatur, quę etiam de cruce agnoscitur, sed necessitudi
ni corporali, præscriptorum cælestium forma præfer-
tur. Illud quoque intelligere nõ abhorret, quia per figu
ram parentum demõstrat, Iudæis ex quibus est Christus
secundum carnem, ecclesiam quæ credidit, præferendã
Itaque qui se intelligeret propter diuinum in terras ve-
nisse mysterium, ecclesiæque conuentum:

A De ascensu IESV in nauẽ, & sedatione tẽpestatis.

RELICTIS nauem ascendit parentibus.) Neque enim quisquã poterat hunc mundũ enauigare sine Christo, quãdo eos quoq; quibus dominus adest, tentationũ secularitũ sæpe procella perturbat. Et œconomia seruatur in apostolis, vt aduertas sine tenta-
tione neminem posse ex hoc vitæ curriculo demigrare,
quia exercitiũ fidei tẽtatio est. Subiecti igitur sumus ne-
quitiæ spiritalis procellis, sed quasi peruigiles nautæ gu
bernatorẽ excitemus. Verum & ipsi periclitari solent.
Quẽ igitur gubernatorẽ requiramus? Illum vtiq; q non
seruiat sed iperet vẽtis: de quo scriptũ est: ¶ At ille sur-
gens increpauit ventũ & tempestatem aquæ, & facta est
tranquillitas.) Quid est surgens? Quiescebat enim. Sed
quiescebat corporis somno, cum intenderet diuinitatis
mysterio. Vbi enim sapientia, vbi verbũ, nihil sine ver-
bo fit, nihil sine prudẽtia. Supra habes quia pernoctabat
in oratione, quomodo hic in tẽpestate dormit? Sed ex-
primitur securitas potestatis, quod omnibus timẽtibus
solus intrepidus quiescebat. Nõ est ergo consors natu-
rę, qui nõ est cõsors periculi. Et si corpus dormit, opera
tur diuinitas, operatur fides. Deniq; dicit: ¶ Modicæ fi-
dei, quare dubitastis? Et bene arguũtur qui præsẽte Chri
sto timebant, cũ vtiq; q ei adhæreat perire nõ possit. Et
go cõfirmauit fidẽ, refudit tranquillitatẽ. Ventum cessa
B re præcepit, non Aquilonẽ, non Africũ, sed illũ vtiq; ven
tũ cui dictũ est ab angelo Michael in epistola Iudæ: Im-
Iudæ. 1. peret tibi dominus. Vnde etiã sanctus Matthæus, Impe-
Matt. 8. rauit, inquit, vẽto & mari. Atq; vtinã in nobis flatus eius
asperos cohibere dignetur, vt fluctuãti vitæ refusa tran-
quillitas naufragii metum demat. Et si iam nõ dormiat
sui corporis somno, caueamus tamen ne nostri corpo-
ris somno nobis dormiat & quiescat. Et quoniam quæ
loco superiori perstrinximus, delibasse satis est:

De eo quod secundum Matthæum duo homines dæmoniis afflati, Christo occurisse narrentur, Lucas vero vnum inducat.

Mat. 8. NVNC quia in libro secũdum Matthæum duos homines in regione Gerasenorum dæmoniis afflatos Christo occurisse cognouimus, hic au tem sanctus Lucas, ¶ Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi quidam qui habebat dæmonium iam mul-
tis temporibus) vnum inducit, eundemq; nudum: (Nu-
dus enim est quicunq; tegumentũ naturæ suæ & virtutis
amisit) qua ratione de numero Euãgelistæ dissonare vi-
deantur, non ocioſe prætereundũ, sed requirendũ arbi-
tror. Et quidẽ licet discordet numerus, tamen concor-
dat mysteriũ. Vir enim iste qui habebat dæmonium po-
puli, figurã gentilis est, opertus vitiis, nudus errori, patẽs
crimini. Duo illi quoq; similiter figuram populi genti-
C lis accipiunt, quoniam cum tres filios Noe generauerit,
Sem, Cham, & Iaphet, Sem tantummodo familia in pos
sessionem adscita est dei. Ex duobus illis diuersarum
nationum populi pullularunt, quorum alter maledi-
ctus, quod nudatum patrẽ non texerat: benedictus alter,
quod aduersus licet, ne confusionẽ nudati parẽtis hauri
ret, duce tamẽ patrẽ pietate texisset, & fraterni male-
dictum seminis eluisset. ¶ Qui multis, inquit, tẽporibus
agebatur.) Vtpote qui à diluuio vsque ad aduentum do
mini vexabatur furore demẽti, rũpens vincula naturæ.
Nec immerito etiam sanctus Matthæus in monumentis
illos habitasse significauit. Siquidem talium animæ in
quibusdam habitare videntur tumulis sepulchrorum.
Quid enim aliud sunt corpora perfidorum, nisi quædã
defunctorũ sepulchra, in quibus verba dei non habitẽt?
Agebatur ergo in loca deserta, spiritalium scilicet in-
fœcunda virtutum. Profugus à lege, disertus à prophe-
tis, remotus à gratia. Non enim vno dæmonio, sed to-
tius legionis laborabat incursu: quæ cum dominum vi-
disset, cognouisset; præscia dominici aduentus tẽpore D
in abysſos se esse trudendam, cœpit orare vt introeũdi
in porcos acciperet facultatem. Et primùm clemẽtiam
domini debemus aduertere, quod nullũ prius ipse con-
demnat, sed vnusquisq; sibi author est pœnæ. Non mit-
tuntur in porcos dæmones, sed ipsi petunt, quia cæle-
stis luminis claritatẽ sustinere nõ poterant, vt qui ocu-
los dolent, radium solis ferre non possunt, sed tenebro
sa eligunt, & splendentia derelinquũt. Fugiant ergo dæ-
mones splendorem lucis æternæ, & ante tempus debi-
ta sibi tormenta formident, nõ prædiuinantes quæ futu-
ra sunt, sed quæ prophetata sunt recordãtes. Dixit enim
Zacharias: Et erit in illa die, disperdet domin9 nomina Zacha. 13.
idolorum de terra, & nõ erit vlterius memoria eorum,
& spiritum immundum exurã de terra. Docemur ergo
quod non semper manebunt, nec malitia eorum posſi-
sit esse perpetua. Nunc igitur illam metuentes pœnam,
aiunt: Venisti perdere nos. Sed quia adhuc esse desi- Mat. 8.
derant, iam ab hominibus recedentes, propter quos pœ-
nam sciunt sibi esse subeundam, petũt mitti in porcos.
Qui sunt isti porci, nisi forte illi de quibus dictum est:
Nolite dare sanctum canibus, nec miseritis margaritas Matt. 7.
vestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis?
Ille scilicet qui immundorum vsu animaliũ vocis & ra
tionis expertes, lutulentis vitæ suæ actibus naturalium
coinquinauerint ornamẽta virtutũ. Qui impetu feruntur in præceps, quoniam nullius meriti contemplatione
reuocãtur, sed tanquã de superioribus ad inferiora per
improbitatis procliue detrusi, suffocãtur in aquis inter E
fluctuãtia mũdi istius, strãgulatorũ in modũ, intercluſo
pereuntes spiritus commeatu. Neq; enim in iis qui fluido æstu voluptatum huc atq; illuc feruntur incerti, vl-
lius spiritus potest esse vitale commercium. Videmus
igitur quia homo ipse sibi est author erũnæ. Nã nisi quis
porci more vixisset, nunquã accepisset in eum diabolus
potestatem, Aut si accepisset, nõ vt perderet, sed proba-
ret. Aut fortasse quia post domini aduentũ bonos iã de-
prauare nõ poterat, nõ omnium hominũ sed leuiũ iam
quærit interitũ, vt latro nõ armatis insidiatur sed iner-
mibus, & iniuriis lacessit infirmum, qui se intelligit vel
à forti contemni, vel à potente damnari. Sed dicit ali-
quis: Cur hoc à deo permittitur diabolo? At ego dico, vt
boni probẽtur, improbi puniãtur. Hęc enim pœna pec-
cati est. Deniq; lege, quia immittit dominus febrẽ, & tre
morẽ, & malos spiritus, & cęcitatẽ, & oĩa flagella iuxta
merita peccatorũ. Sed redeamus ad lectionem. ¶ Vide-
runt, inquit, hoc magistri gregũ, & fugerũt.) Neq; enim F
aliquã philosophiæ professores, vel principes synagogę
pereũtibus populis posſunt ferre medicinam. Solus est
Christus qui aufert peccata populorũ, si tamen meden-
di patiẽtiam nõ recusent. Cæterũ curare non dignatur
inuitos, & cito infirmos deserit, quibus oneri videt esse
præsentiã suam, sicut Gerasenorum populis: ¶ Qui ex-
euntes de ciuitate,) In qua specie synagogæ videtur exi
stere: ¶ Rogabant vt discederet.) quia timore magno
tenebantur. Infirma enim mens nõ capit dei verbũ, nec
potest pondus sustinere sapientię, fatiscit & soluitur. Et
ideo diutius molestus non fuit, sed ascẽdit, & regressus
est. Ascẽdit vtiq; ab inferioribus ad superiora, à synago
ga scilicet ad ecclesiam. ¶ Et reuersus per stagnũ est.)
vt hic ait: aut sicut Matthæus, per fretum. Inter nos e-
nim & illos fretum magnum est. Itaque nemo de eccle-
sia ad synagogam sine periculo transit salutis: sed & ille
qui de synagoga ad ecclesiam trãsire desiderat, crucem
suã tollat, vt discrimẽ euadat. Cur autẽ non recipitur li
beratus sed domum redire censetur, nisi vt & iactantiæ
causa vitetur, & infidelibus sit exemplo, quanquam do-
mus illa naturale sit diuersoriũ? Et ideo quia remedium
sanitatis fuerat consecutus, à tumulis & sepulchris in il-
lam spiritalem domũ redire præcipitur, vt fiat dei tem-
plum, in quo erat mentis sepulchrum.

G De filia principis ſynagogæ reſuſcitata, & muliere fluxum ſanguinis patiente ſanata.

Et ecce vir cui nomẽ Iair⁹, & ipſe princeps ſynagogæ erat. Et cecidit ante pedes IESV rogans eum vt intraret domum ſuam, quia filia vnica erat illi fere annorum duodecim, & hæc moriebatur.) Reliquerat in Geraſenis ſynagogam Chriſtus, vt diximus: & quẽ ſui nõ receperant, excepimus alieni: excepimus quẽ expectabamus. Nec nobis igitur, à quibus expectabatur, diu defuit: nec ad illos, ſi rogetur, redire faſtidit. Vir eni iſte princeps ſynagogæ cui filia erat vnica, pro ſynagogæ pereuntis remedio precabatur, quæ vrgebatur in mortem, quia deſerebatur à Chriſto. Quem putamus ſynagogæ principem eſſe, niſi legem? Cuius contẽplatione dominus ſynagogã non penitus dereliquit, medicinã ſalutis credentibus reſeruauit. Ad hãc ergo principis filiã dum properat dei verbũ, vt ſaluos faceret filios Iſrael, ſancta eccleſia ex gentibus congregata, quæ inferiorũ lapſu criminũ deperibat, paratam aliis fide præripuit ſanitatẽ. Moraliter hunc locũ ſatis putauimus exprimendũ. Et ideo nõ illa que dicta ſunt recenſemus, ſed myſtica breui volumus ſermone perſtringere. An non ita factũ eſt, vt dei verbũ cum veniſſet ad Iudæos, adſciſceretur à gẽtibus, & prius ab illis qui in legẽ
H non crediderant, in gratiam crederetur? Nam ſicut illa quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, ita etiam congregatio gentiũ amiſerat omnia dona naturæ, & patrimoniũ vitale prodegerat, ſancta, verecunda, religioſa, fide promptior, pudore cũctatior. Hoc eſt enim pudoris & fidei, agnoſcere infirmitatem, non deſperare veniam. Verecunda ergo fimbriam tetigit, fidelis acceſſit, religioſa credidit, ſapiẽs ſanatam ſe eſſe cognouit. Sic ſancta plebs gentiũ quæ deo credidit, peccatum erubuit vt deſereret, fidẽ detulit vt crederet, deuotionem exibuit vt rogaret, ſapientiã induit vt ſanitatem ſuam & ipſa ſentiret, fiduciã ſumpſit vt fateretur, quod præripuiſſet alienum. Cur autem retro tangitur Chriſtus? An quia ſcriptum eſt: Poſt dominum deum tuum ambulabis? Quid etiam ſibi vult quod & principis filia annorũ duodecim moriebatur, & mulier iſta fluxu ſanguinis ab annis duodecim laborabat, niſi vt intelligatur quia quandiu ſynagoga viguit, laborauit eccleſia? Defectus illius huius virtus eſt: quia illorũ delicto ſalus gẽtibus: & cõſummatio illius, huius exordiũ eſt: non naturæ
Roma.11. exordiũ, ſed ſalutis, quia cæcitas ex parte Iſrael cõtigit, donec plenitudo gentiũ intraret. Non igitur tempore,
I ſed ſpecie ſanitatis antiquior ſynagoga q̃ eccleſia, quia quãdiu illa credebat, iſta non credidit, & per varias corporis atq; animæ paſſiones immedicabili remedio ægra languebat. Audiuit ægrotare populum Iudæorum, ſperare cœpit ſalutis ſuæ remediũ, tempus veniſſe cognouit quo medic⁹ adeſſet è cælo, ſurrexit vt occurreret verbo, vidit quia cõprimebatur à turbis. Non enim credũt qui cõprimunt, credunt qui tãgunt. Fide tangitur Chriſtus, fide Chriſtus videtur, non corpore tãgitur, non oculis cõprehenditur. Neque enim videt, qui videns non videt: neque audit, qui ea quæ audit non intelligit: neq; tangit, qui non fideliter tangit. Deniq; vt fidem tangentis exprimeret, ait: ¶ Tetigit me aliquis. nã ego cognoui virtutem de me exiſſe.) Quod eſt enidentis indicii quia non intra poſsibilitatẽ conditionis humanę, atque intra corporis clauſtrum incluſa ſapientia diuinitatis coartata eſt. non capitur anguſtiis corporalibus, non tenetur, ſed vltra fines noſtræ mediocritatis virtus exundat æterna. Non enim humana ope plebs gẽtium liberatur, ſed dei munus eſt congregatio nationũ, quæ etiam breui fide miſericordiam inclinat æternam. Nam ſi conſideremus quanta ſit fides noſtra, & intelligamus quantus ſit filius dei, videmus quia comparatione eius ſimbriam tantummodo tangimus, ſuperiorem vero veſtimenti eius partem nequimus attingere. Si igitur & nos curari K
volumus, fide tangamus ſimbriam Chriſti. Non latet eum quicũq; fimbriam tetigerit, qui tetigerit auerſum. Neq; enim deus indiget oculis vt videat, neque corporaliter ſentit, ſed in ſe habet cognitionẽ omnium. Beatus ergo qui vel extremã partem verbi contigerit: Nam totum quis poteſt comprehendere? Verum vt ad illam quæ adhuc ægra eſt reuertamur, ne per noſtram moram dum diu Chriſti moramur ingreſſum, mortua eſſe creditur: ¶ Venerunt, inquit, ſerui dicentes principi: Noli vexare illum. filia tua mortua eſt.) Et primũm illud conſideremus, quod ſuſcitaturus mortuã, ad faciendam fidem hæmorrhouſam ante curauit. Et vt ſcias, exempli gratia, ſtetiſſe ſanguinis fluxum: dum ad illam petitur, iſta curatur. Sic & reſurrectio temporalis in domini paſſione celebratur, vt perpetua illa credatur. Sic & paritura ſterilis indicatur, vt conceptura virgo credatur. Denique audiuit pariturum Elizabeth Maria, nec de ſua generatione dubitauit. Venerunt, inquit, ſerui dicentes principi: Noli vexare illum. Adhuc & hi increduli ad reſurrectionem, quam IESVS in lege prædixit, L
in euangelio compleuit. Itaq; cum veniſſet in domum, paucos futuræ reſurrectionis arbitros adſciuit. Non eni à multis continuo credita eſt reſurrectio. Deniq; dicente domino, ¶ Non eſt mortua puella, ſed dormit: deridebant, inquit, eum.) Quicunq; enim nõ credit, irridet. Fleant igitur mortuos ſuos qui putant mortuos: Vbi reſurrectionis fides eſt, non mortis ſpecies ſed quietis eſt. Nec illud abhorret Matthæi quod ait tibicines fuiſſe in Mat.9.
domo principis, & turbam tumultuantem. Vel quia more veteri tibicines ad incendendos excitandosq; luctus ferebantur adhiberi, vel quia per legis & literę tinilenam, exultationẽ ſynagoga non poterat capere ſpiritalem. ¶ Tenens ergo manum puellæ IESVS ſanauit eam, & iuſſit dare ei mãducare.) Quod eſt teſtimonium vitæ, vt non phantaſmata ſed veritas crederetur. Beatus ille cui manum ſapiẽtia tenet. Vtinam meos quoque teneat actus, teneat manum iuſtitia, teneat dei verbum, in ducat in penetralia ſua, ſpiritum auertat erroris, conuertat ſalutis, dari mihi iubeat manducare. Panis enim cæleſtis dei verbum eſt. Inde & illa ſapientia quæ diuini M
corporis & ſanguinis ſacroſancta altaria repleuit alimẽtis, Venite, inquit, edite panes meos, & bibite vinũ quod Prouer.9.
miſcui vobis. Quæ tamen tanta diuerſitatis eſt cauſa? Supra publicè viduæ filius ſuſcitatur, hic remouentur plures arbitri. Sed puto quod in eo quoq; pietas ibi domini declaretur, quia vidua mater vnici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur. Eſt etiam forma ſapiẽtiæ in viduæ filio, cito eccleſiam credituram, in archiſynagoge filia credituros quidem Iudæos, ſed ex pluribus pauciores.

Qualiter diſcipuli à Chriſto miſsi ſe habere debeant ad eos qui ipſos non receperint.

Et quicunq; nõ receperit vos, exeũtes de ciuitate illa etiã puluerẽ de pedibus veſtris excutite in teſtimoniũ ſupra illos.) Qualis debeat eſſe qui euãgelizat regnũ dei, præceptis euãgelicis deſignatur, vt ſine virga, ſine pera, ſine calceamẽto, ſine pecunia, hoc eſt ſubſidii ſecularis adminicula non requirens, fideq; tutus putet ſibi quo minus ea requirat, magis poſſe ſuppetere. Quæ poſsunt qui volunt ad eũ deriuare tractatum, vt ſpiritalem tantummodo locus iſte formare videatur affectum, qui velut indumẽtum quoddam videatur corporis exiſſe, nõ ſolum poteſtate reiecta, contemptisq; diuitiis, ſed etiã carnis ipſius illecebris abdicatis. Quib⁹ primò oim datur pacis atq; cõſtãtię generale mãdatũ, vt pacẽ ferant, conſtantiã ſeruẽt, hoſpitalis neceſsitudinis iura cuſtodiant, alienũ à ꝑdicatore regni cęleſtis aſtruẽs curſitare per domos, & inuiolabilis hoſpitii iura mutare. Sed vt hoſpitii gratia deferẽda cẽſetur, ita etiã ſi

A non recipiãtur, excutiendũ puluerẽ, & egrediendum de ciuitate mandatur. Quo mandato non mediocris boni remuneratio docetur hoſpitii, vt nõ ſolum pacẽ tribuamus hoſpitibus, verumetiam ſiqua eos terrenæ obumbrant delicta leuitatis, receptis apoſtolicæ prædicationis veſtigiis auferantur. Nec ocioſe ſecundum Matthæũ domus quã ingrediantur apoſtoli, eligenda decernitur, vt mutãdi hoſpitii neceſsitudinisq; violandæ cauſa non ſuppetat. Non tamen eadem cautio receptori mãdatur hoſpitii, ne dũ hoſpes eligitur, hoſpitalitas ipſa minuatur. Sed hæc vt ſecũdum literã de hoſpitii religione venerabilis eſt forma prȩcepti, ita etiã de myſterio ſententia cæleſtis arridet. Etenim cum domus eligitur, dignus hoſpes inquiritur. Videamus ne forte eccleſia præferenda deſignetur, & Chriſtus. Quæ enim dignior domus apoſtolicæ predicationis ingreſſu q̃ ſancta eccleſia? Aut quis præferẽdus magis omnibus videtur eſſe q̃ Chriſtus qui pedes ſuis lauare conſueuit hoſpitibus, & quoſcunq; ſua receperit domo, pollutis non patiatur habitare veſtigiis, ſed maculoſos licet vitæ prioris, in reliquũ tamẽ dignetur mutare proceſsus? Hic eſt igitur ſolus quẽ nemo deſerere debet, nemo mutare. Cui bene dicitur: Domine ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternę habes, & nos credimus. Vides executorẽ cælestium prȩceptorũ, qui quo-
B niam non mutauit hoſpitiũ, cęleſtis conſortiũ conſecrationis emeruit. Fides igitur in primis eccleſiæ quærenda mandatur: in qua ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubie ſit legẽda. Sin vero populus perfidus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum communio, fugienda ſynagoga cenſetur. Excutiendus pedum puluis, ne fatilicentibus perfidiæ ſterilis ſiccitatibus, tanquam humi arido arenoſoq; mentis tuæ veſtigium polluatur. Nam ſicut corporeas infirmitates populi fidelis ſuſcipere in ſe debet euangelii prædicator, & tanquam propriis inania geſta pulueri comparanda alleuare atq; abolere veſtigiis, iuxta quod ſcriptum eſt:
2.Cor.11. Quis infirmatur & ego non infirmor? ita ſiqua eſt eccleſia quę fidem reſpuat, nec apoſtolicę prędicationis fundamẽta poſsideat: ne quam labem perfidiæ poſsit aſpergere deſerenda eſt. Quod apoſtolus quoque euidenter
ad Tit.2. aſſeruit dicens: Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.

De refectione turbarum ex quinq; panibus, & duobus piſcibus.

D IXIT autem ad eos: Date illis vos, mãducare. At illi dixerũt: Non ſunt nobis pluſquam quinq; panes.) Quæ ratio eſt, quod cum in poC ſterioribus Ioãnis paſsio deſcribatur, hic iam mortuus verbis Herodis oſtenditur? Ne forte illa, quia poſt legis defectum euangelicus cibus incipit ieiuna paſcere corda populorũ. Deniq; poſteaquã illa quæ eccleſiæ typum accepit à fluxu curata eſt ſanguinis, poſteaquam apoſtoli ad euangelizandum regnum dei ſunt deſtinati, gratiæ cęleſtis impartitur alimentum. Sed quibus impartitur, aduerte: Non ociosis, non in ciuitate quaſi in ſynagoga vel ſeculari dignitate reſidentibus, ſed inter deſerta quærentibus Chriſtum. Qui enim non faſtidiunt, ipſi excipiuntur à Chriſto, & cũ ipſis loquitur dei verbum, non de ſecularibus, ſed de regno. Et ſi qui corporalis gerunt vlcera paſsionis, his medicinã ſuam libẽter indulget: conſequens igitur erat, vt quos à vulnerũ dolore ſanauerat, eos alimoniis ſpiritalibus à ieiunio liberaret. Itaq; nemo cibũ accipit Chriſti, niſi fuerit ante ſanatus. Et illi qui vocantur ad cœnã, prius vocãdo ſanantur. Si claudus fuit gradiẽdi facultatẽ vt veniret accepit. Si lumine erat priuatus oculorũ, domum vtiq; domini niſi refuſa luce intrare nõ potuit. Vbiq; igitur myſterii ordo ſeruatur, vt prius per remiſsiõnem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, poſtea alimonia menſę cęleſtis exuberet, quãquam nondũ validioribus hæc turba reficiatur alimentis, neque Chriſti corpore & ſan- D
guine ieiuna ſolidioris fidei corda paſcantur. Lacte, inquit, vos potaui, nõ eſca. nondũ enim poteratis, ſed nec 1.Cor.3.
adhuc quidem poteſtis. In modum lactis quinque ſunt panes. eſca autem ſolidior corpus eſt Chriſti, potus vehemẽtior ſanguis eſt domini. Nõ ſtatim à primo epulamur omnia, neq; potamus omnia. Hoc primùm, inquit, bibe. Eſt ergo primùm, eſt etiã ſecundum, eſt tertiũ. Primũ quinq; panes ſunt, ſecũdum ſeptẽ, tertiũ ipſum corpus eſt Chriſti. Nequaq̃ igitur talẽ dominũ deſeramus, qui pro vniuſcuiuſq; viribus impartire nobis alimenta dignatur, ne aut infirmum validior cibus opprimat, aut
Rom.14. validum exilia alimenta non ſatient. Qui enim infirmus eſt olera manducet. Et ille qui iam videtur laqueos infirmitatis euadere, de quinque iſtis mãducet panibus, & duobus piſcibus. Certe ſi petere cibum validiorem veretur, ipſe relictis ſuis omnibus feſtinet ad dei verbũ. Dum audire incipit, incipit eſurire. Incipiunt apoſtoli eſurientes videre. Et ſi ille adhuc nõ intelligunt quid eſuriãt, intelligit Chriſtus. Scit quod nõ ſingularẽ cibum eſuriãt, ſed cibum Chriſti. Dicat, Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in via: Bonus dominus ſtudia exigit, vires miniſtrat. Vtinã domine Ieſu velis mecũ iſtos ieiunos non dimittere, ſed impartitis à te epulis reficias eos vt poſsint tuis alimoniis fortiores infirmitatem ieiunii non timere. Dicas vtinã etiam de nobis, Nolo eos ieiunos dimittere. Cauſam mihi dicito, quare non vis eos ieiunos dimittere? Immò iam dixiſti, quia ſi quẽ dimiſeris ieiunũ, deficit in via, hoc eſt, deficit vel in iſtius curſu vitæ, vel anteq̃ ad caput perueniat viæ, anteq̃ perueniat ad E
patrẽ, & intelligat qđ ex patre Chriſtus eſt, & intelligat quod Chriſtus è cęlo, & intelligat quòd Chriſtus qui deſcẽdit, ipſe eſt qui aſcendit: ne forte cum acceperit quod natus ex virgine eſt, incipiat non dei virtutẽ, ſed hominis æſtimare. ¶ Ergo ne deficiant in via, inquit, date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non ſunt nobis pluſq̃ quinq; panes, & duo piſces: niſi nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbam eſcas.) Nondũ intellexerãt apoſtoli cibũ populi credentis nõ eſſe venalẽ, nouerat Chriſtus, nouerat ipſe nos potiꝰ eſſe redimẽdos. Suas vero epulas gratuitas donat. Nondũ ergo habebãt diſcipuli cibum qui redimere nos poſset. Habebant tamen iam cibũ qui ſatiare nos poſset, habebãt cibũ qui cõfirmare nos poſ-
Pſal.103. set. Panis eni cõfirmat cor hominis. Miſeretur ergo dominus, ne quis deficiat in via. Si quis ergo defecerit non per dominũ Ieſum, ſed p ſe deficit: nec habes qđ adſcribas domino q vincit cũ iudicatur. Quid enĩ dicas ei, qui in te cõtulit oia firmamẽta virtutũ? Nõne te ipſe genuit? Nõne te ipſe pauit? Cibus eius virtꝰ eſt, cibus eius fortitudo eſt. Sed ſi tu negligẽtia tua virtutẽ quam acceperas perdidiſti, non alimentorũ cælestiũ, ſed tuæ mentis tibi F
præſidia defuerũt. Deniq; dominus ſicuti ſuper iuſtos & iniuſtos pluit, ita etiã iniuſtos paſcit & iuſtos. Nõnne in eſcæ virtute cũ iam deficeret in via ſanctus Helias, quadraginta ambulabat diebus, & illam eſcã angelus dedit? Si autẽ te pauerit Ieſus, & acceptã eſcam ſeruaueris, ambulabis nõ quadraginta diebꝰ & quadraginta noctibus, ſed audeo dicere ſcripturæ fretus exẽplis, quadraginta annis egrediẽs ab Aegypti finibꝰ, donec puenias in terram multã, in terrã fluentẽ lac & mel, quã iurauit dominus daturũ ſe patribꝰ noſtris. Huius terræ tibi virtus reqrẽda eſt, quã poſsidet mitis. Nõ iſtam terrã dico quæ arida eſt, ſed illã quæ Chriſti cõfirmatur alimẽtis, quæ ſub imperio cõſtituta regis æterni, ſanctorũ incolatibus frequẽtatur. Diuidit ergo eſcas dominꝰ Ieſus, & ille quidẽ vult dare oibꝰ, negat nemini: diſpẽſator enĩ eſt oim. Sed cũ ille panes frãgat, & det diſcipulis, ſi tu manus nõ extẽdas tuas vt accipias tibi eſcas, deficies in via, nec poteris in eũ culpam tuã referre, qui miſeretur & diuidit, ſed his diuidit qui cum eo etiam in deſerto permanent, qui primo & ſecundo die & tertio non recedunt. Sic enim

Matt.15. habes alibi: Misereor huius turbæ, quia triduum est iam
G quod perseuerant mecum. Quanta dignatio, quanta in
eo hominibus inspiratur humanitas. Nō vult ieiunos di
mittere, non vult, ne deficiant in via. Noli ergo deficere
à disciplina domini, neque fatigeris cū ab eo increparis
Non fatigeris nunc, ne postea fatigeris. Quid enim re-
spondebis ei? Aut quomodo te excusabis, si escā virtu-
tis quā ministrat, amiseris? Non potes dicere quia esca
non dedit, quia dat omnibus. Non potes dicere quia no
luit te bonū facere, ante quem posuit bonum & malum,
vt nō ex necessitate bonū tuum esset, sed voluntarium.
Multū enim refert inter eū qui ex necessitate inuit⁹ ali-
quid agit, & inter eū q ex voluntate qđ bonū est eligit. Si
1.Cori.9. enī inuitus hoc ago, dispēsatio mihi credita est. si volēs
mercedē habeo. Cōsideremus ergo quia stabimus ante
tribunal Christi: & si opus nostrū arserit, nō habebim⁹
quod excusare possimus. Dicit etenim quod iā per pro-
phetā locutus est: Populе meus quid feci tibi? aut in quo
Mich.6. molestus fui tibi? Respondе mihi. Dicet & ei qui in via
defecerit: Qua ratione defecisti in via? Nónne panes fre
gi? Nónne benedixi? Nónne iussi dari? Sed cur tu accipe
re noluisti? Quanti etiam præsentium deficient in via, &
post hos sermones, qui licet nostri sint, tamē quia nemo
dicit dominū IESVM nisi in spiritu sancto, panes æsti-
H mandi sunt: Quāti, inquam, deficiēt, & in vias gentium
transuersariis itineribus fornicantes abibunt? Atq; vti-
nam vnus, & nō plurimi. Sed nō Iesus author defectus,
etiam si quis defecerit. omnibus enim distribuit qui se-
quūtur, siue quinq; milia, siue quatuor milia sint. Nō o-
ciosus numer⁹, nō ociosus ordo, nō ociosę reliquiæ mā
ducantiū. Cur enī plures, id est, quinq; milia, quinq; pa-
nibus, hoc est numero minori satiātur: pauciores vero,
qui sunt quatuor milia septē panibus, hoc est, numero
redundantiore pascuntur? Si enim facti tantū sequamur
miraculū, videtur esse diuinius quod de minori modo
pluribus abundauit. Cur ergo quod minus est, ei qđ est
amplius, quasi præstaret adiectum est? Prius enim quin-
q; milia quinq; panibus, postea etiā quatuor milia septē
I panibus satiata legim⁹. Quæramus ergo mysteriū, quod
miraculo præstet. Itaque vidētur illa quinq; milia quasi
quinq; corporis sensus adhuc corporalibus proxima a-
limēta accepisse de Christo, quatuor vero milia etsi ad-
huc in corpore sint, & in hoc mūdo, qui ex quatuor con
stat elementis, non ociosę tamen feruntur mysticæ acce
pisse escam quietis. Iam enim æquantur mundo supra
mundum futuri. Nam etsi in hoc mūdo sunt, intra mun
dum tamē non sunt, quibus mysticæ quietis impartitur
alimentū. Sex enim diebus mūdus est factus, septimo re
quietū est die, & dominus sanctificauit eū. Vltra mundū
ergo quies, vltra mūdum etiam fructus quietis. Deniq;,
Mat.5. Beati pacifici. ipsi enim filii dei vocabūtur. Nā cum deus
supra mundū sit, nemo vtiq; potest deū videre, nisi mun
dum prius spiritali transcēdat obtutu. Septima itaq; be-
nedictio pacatorum, septem etiam illis quatuor milibus
fragmentorū sportæ superfunt. Non mediocris hic pa-
nis est, sabbatorum panis sanctificatus, panis quietis. Et
fortasse si primùm quinq; panes sensibiliter māducaue-
ris, audebo & dicam, post quinq; panes & septem, tertio
iam in terra non manducabis panem, sed supra terram
manducabis octo panes, sicut qui sunt in cælestibus. Si-
cut enim septem panes, panes quietis: ita octo panes, pa-
nes sunt resurrectionis. Ergo isti qui septem aluntur pa
nibus, triduo perstiterunt, & fortasse integram resurre
ctionis futuræ fidem & constantiam consecuti. Denique
sanctorum vox est, Tribus diebus ambulabimus, vt epu
lemur domino deo nostro. Sed illa suo loco. De quinq;
vero panibus sanctus Ioannes docuit me quod nesciе-
bam, quod nō docuerat sanctus Matthæus, non docue-
rat sanctus Lucas. Singulis enim diuersa impartita est
gratia. Docuit, inquā, me, quinque istos panes hordea-
ceos fuisse. Et ideo non inepte diximus escam istam es-
se habilem corporalibus. Cur enim primo hordeaceos? K
Quia primo lacte, deinde esca nutriendus est qui acce-
dit ad fidem. Nondum enim poteramus, & fortasse ple-
rique nec adhuc possumus. Nam cum sint inter nos con
tentiones & dissentiones, nónne carnales sumus, & se-
cundum hominē ambulamus? Suis quęq; apta sunt ali-
menta virtutibus: & ideo prius hordeū, deinde triticum
nobis ad alimoniam datur. Fortiori vero sicut Heliæ, de
interioribus frumēti panis farinaceus ministratur: Quę
autem non queunt contaminare, sed pascere peccato-
res. Nec solum panis & numeri, sed etiam accubitionis
est differentia. Illi enim supra fœnum discumbunt, isti
supra terrā recumbunt. Supra fœnum quinq; milia, su-
pra terram quatuor milia. Plus est terrā premere, quàm
supra fœnum iacere. Illi enim adhuc quibus sensus sunt
corporales, mollioribus delectantur, & ideo supra fœ-
num recumbunt. Omnis enim caro fœnum. Isti vero su Esa.40.
pra terram, quæ triticum & vinum gignit & oliuam, ci-
bum gratiæ consequuntur. Illi discumbunt, isti recum-
bunt. Maior enim est quædam requies recumbentis. Ibi
duo pisces, hic fine numero. Vnde plerique septiformis
spiritus gratiam in panibus definitam, in pisсibus quo-
q; duplicis testamenti figuram intelligendam putarunt.
Nō piget ergo æstimare quod quatuor milia ex quatuor
mūdi collecta partibus, in quibus ecclesia figuratur, ma
ioris gratiæ cibum sumant, iuxta quod scriptū est: Quia
venient ab oriente & occidente & septentrione & au- L Matt.8.
stro, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in
regno cælorum. Vnde hic gratiæ patri aguntur à Chri-
sto. Non enim frustra illic benedictio tantum, hic etiam
gratiarū est actio. Pro ecclesia quippe sua dominus pa-
tri gratias agere consueuit: quia quæ absconditа à sapien
tibus, ea paruulis reuelauit. Benedictio igitur super nos
qui inferiores sumus. Gratiarum actio super eos qui de
infirmitatibus corporum suorum sacratis passionibus
triumpharunt. Iam illud in superioribus prælibauimus,
quia cum quinquageni discumbere iubentur, licet sa-
crato numero definito, tamē videtur hic fundatoris ec
clesiæ populus, qui sine definitione numeri recumbit.
Mysticum quoque est, quod & manducans populus sa-
tiatur, & apostoli ministrant. Nam & in satietate repul- M
sæ in perpetuum famis indicium designatur, quia non
esuriet qui acceperit cibum Christi: & in apostolorum
ministerio futura diuisio dominici corporis, sanguи-
nisq; præmittitur. Iam illud diuinum, quemadmodum
quinque panes quinque milibus populi redundauerint.
Nō enim exiguo sed multiplicato cibo populum liquet
esse satiatum. Videres incōprehensibili quodam rigatu
inter diuidentium manus quas non fregerant fructifica
re particulas, & intacta frangentium digitis sponte sua
fragmenta subrepere. Qui hæc legit, quemadmodum
iuges aquarum miretur meatus, & liquidis fontibus stu
peat continuos fluere successus, quando etiam panis ex-
undat, & naturæ solidioris rigatus exuberat? Hæc igitur
facta sunt, vt illa quoque quæ non cernimus, cernere- *credere-
mus *. His euidenter illorum quoq; se designauit autho mus.
rē, & totius naturæ creatorē materialis existere, quæ nō
(vt philosophi volūt) reperta, sed facta, gignēdis omni-
bus reb⁹ successus defluos subministrat. Hoc quidē mi
rū, quicquid de fluminibus haurias, signo dispendii non
notari. quicquid de fontibus auferas, vsurario quodā re
parari meatu. Sed & fluminibus si nihil decederet, nihil
tamen videtur accedere, & fontibus vt cumulata fluen-
ta cernuntur, ita dum minuuntur fluēta produntur. At
vero hic panis quem frangit IESVS, mystice quidem
dei verbum est, & sermo de Christo: qui cum diuiditur,
augetur. De paucis enim sermonibus, omnibus populis
redundantem alimoniam ministrauit. Dedit sermones
nobis velut panes, qui cum in nostro libantur ore, ge-
minātur. Visibiliter quoq; panis iste, incredibili ratione
dum frangitur, dū diuiditur, dū editur, sine vlla dispēdii

A cōprehensione cumulatur. Nec dubites vel quod in ma
nib⁹ ministrantiū, vel in ore edentiū cibus crescat, quā-
do vbiq; nostri operis testimoniū ad firmamentū credu
litatis adsciscitur. Sic in nuptiis ex fontibus vina mini-
stris operātibus colorantur, & ipsi qui impleuerant hy-
drias aqua, vinū quod non detulerāt hauriebant. Cōpre
hende, si potes, tanta rerū miracula. Hic edētibus popu
lis crescunt suis fragmenta dispendiis, & de quinq; pani
bus maiores reliquiæ q̄ summa est colligūtur. illic in a-
lienā speciem vertūtur elemēta, nec suos patitur natura
defectus, nec suos agnoscit ortus, vsus tamē proprios re
cōgnoscit. Quinetiā melior est mutati vini natura q̄ na
ti, qa in arbitrio creatoris est & quos vsus velit assigna-
re naturis, & quas naturas impartire gignēdis. Vide quā
tis operibus opus astruat, dum aquam minister infundit
odor trālsfusus inebriat, color mutatus informat, fidem
quoq; sapor haustus accumulat. Conferāt gentiles, si pla
cet, cū Christi beneficiis deorū suorum non facta sed fic-
B ta. Ferūt certe eorū fabulæ fuisse regē quēdam qui quic
quid tāgebat, aurum fiebat, sed etiā conuiuia ipsa fera-
lia. Nam & ipsa mantilia digitis apprehensa riguerunt.
& cibus in ore crepitabat, ferens non alimēta sed vulne
ra, & in gutture potus hęrebat, nec penetrare facilis, nec
redire. Digna beneficia votis, digna tāto munera precа-
tore, digna liberalitas cōferente. Talia sunt idolorū be-
neficia, vt cū videntur prodesse, plus noceant. At vero
Christi munera parua vidētur, & maxima sunt. Deniq;
nō vni collata, sed populis. Nā & cibus edētium in ore
crescebat, & videbatur esse corporalis alimoniæ, sed su
mebatur salutis æternę. Cur autē quinq; milib⁹ hominū
plus redūdat, quatuor milib⁹ minus? Quia quatuor mi-
lia ista triduo cū Christo fuerūt, & ideo ampliorē cæle-
stis pabuli alimoniam receperūt. Nec ociosę quæ turbæ
supersunt, à discipulis colligūtur: qa ea quæ diuina sunt
apud electos facilius possis q̄ apud populos reperire. V-
tinā mihi cōtingat audire: Collige quæ supersunt. Si au
diero & fecero, habebo multa quæ turbæ, habebo multa
quæ pueri & mulieres edere nequiuerunt. Beatus ille qui
Exo.20. potest colligere quæ etiam doctis supersunt. Videamus
quomodo colligat. Dixit lex: Non mœchaberis. Fregit
hunc panē Christus, diuisit hoc verbū, non aliunde ad-
Mat.5. iiciens, sed de suo partiēs: Qui viderit, inquit, ad cōcupi
scendum mulierē, iam mœchatus est eam. Habes frag-
C mentū. de suo addidit: Si oculus tuus dexter scandalizat
te, erue eū. Habes aliud: Et si dextera tua scandalizat te,
abscinde eā. &, Qui dimissā à viro ducit, mœchatur. Vi-
Gene.21. des ex vno q̄ multa fragmēta. Moyses dicit quod Abra-
Gala.4. ham duos filios habuit, vnū de ancilla, & vnū de libera.
Paulus dixit: Hæc sunt duo testamenta. Diuisit hoc ver-
bum, & inuenit mysteriū. Beatus ergo qui colligit quæ
diuidit Christus. Qua ratione autem cophinos duode-
cim Christus impleuit, nisi vt illud populi Iudaici fol-
ueret, quia manus eius in cophino seruierunt? Hoc est,
Pſal.80. Populus qui ante lutum in cophinis colligebat, hic iam
per crucē Christi vitæ cęlestis operatur alimoniā, & eo
fidei cibum congerit, vbi erat ante cœnū perfidiæ genti
lis. Nec paucorū hoc munus, sed omniū est. Nā per duo-
decim cophinos tanquā tribuum singularū fidei firma-
Pſal.103. mentum redundat. Panis enim confirmat cor hominis.

De interrogatione IESV quem se esse dicant di-
scipuli, ac responsione Symonis petri

EXIIT autem illis: Vos quē me dicitis esse? Re-
spondit Symon petrus: Christum dei.) Nec tur
bæ quidē ociosa opinio est, quia alii Heliam,
quem venturū putabant, alii Ioannē quem decollatum
sciebant, aut vnū de prophetis prioribus surrexisse cre-
debant. Sed hoc quærere supra nos est, alterius sciētiæ,
alterius prudētiæ est. Nam si Paulo apostolo satis est ni-
1.Cor.2. hil scire nisi Christū IESVM, & hunc crucifixum, quid
amplius mihi desiderandū est scire q̄ Christum? In vno D
enim hoc nomine & diuinitatis & incarnationis expres
sio, & fides est passiōis. Et ideo licet cæteri apostoli sciāt,
Petrus tamē respondet præ cæteris: Tu es Christus filius
dei viui. Cōplexus est itaq; omnia, qui & naturā & no-
men expresit in quo summa virtutum est. Etiāmne nos
de generatione dei serimus quæstiones, cum Paulus iu-
dicauerit nihil se scire nisi Christum IESVM, & hunc
crucifixum: Petrus nihil amplius q̄ dei filium putauerit
confitendū? Nos & quādo & quomodo natus sit, & quan
tus sit, humanæ infirmitatis contēplatione rimamur? Sci
uit Paulus quod in istis magis offendiculū quæstionis q̄
ædificationis profectus esset, & ideo iudicauit nihil se
scire nisi Christū IESVM. Sciuit Petrus quod in filio dei
omnia sint. Omnia enim dedit pater filio. Si omnia de-
dit, æternitatē quam habet maiestatemq; transfūdit. Sed
quò prolabor longius? Fidei meæ finis Christus est, finis
fidei meæ dei filius est. Non licet mihi scire generationis
seriem, non licet tamen nescire generationis fidem. Cre
de igitur sic quēadmodū Petrus credidit, vt & tu beatus
sis, vt & tu audire merearis: ¶ Quoniā non caro & san-
guis tibi reuelauit, sed pater meus qui in cælis est.) Caro
enim & sanguis nō queunt nisi quæ terrena sunt reuela-
re. At vero q̄ spiritu loquitur mysteria, nō carnis & san-
guinis magisterio, sed diuina inspiratione fundatur. No
li ergo acquiescere carni & sanguini, ne carnis & san- E
guinis præcepta haurias, atque ipse sanguis & caro fias.
Qui enī carni adhæret, caro est: & qui adhæret deo, vnus I. Cor.6.
spiritus est. Non permanebit, inquit, spiritus meus in ho Gene.6.
minibus istis in æternum, propter quòd caro sunt. Sed
vtinam caro & sanguis non sint qui audiunt, sed à car-
nis & sanguinis remoti cupiditatibus possint dicere sin
guli: Non timebo quid faciat mihi caro. Qui enim c ar- Pſal.55.
nem vicerit, ecclesiæ fundamentum est: & si æquari Pe-
tro non potest, imitari potest. Magna sunt enim dei mi-
nera, qui non solum nobis quæ fuerant nostra repara-
uit, verumetiā quæ sunt sua propria concesit. Refert ta-
men quid sibi velit quod nō aliū turba opinabatur, nisi
aut Heliā, aut Hieremiā, aut Ioannē baptistam. Et Heliā
forte, quia raptus ad cælum est. Sed nō Helias Christus.
Ille rapitur, iste regreditur. Ille per turbinē * rapitur, iste * alias in
rapinā nō arbitratus est esse se æqualem deo. Ille petitis vnam.
ignibus vidicatur, hic pśecutores suos maluit sanare, q̄
perdere. Cur autē Hieremiā putabant? Fortasse quia san
ctificatus in vulua est. Sed nō hic Hieremias. Ille sanctі-
ficatur, iste sanctificat. Illius sanctificatio cœpit ex cor-
pore, hic sanctus ex sancto. Cur etiā Ioannē putabāt, ni-
si forte qa in matris vtero positus domini præsentiā sen
tibat? Sed nō hic Ioānes. Ille adorabat in vtero, hic ado-
rabatur. Ille baptizabat in aqua, Christus in spiritu. Ille F
pœnitentiā suadebat, hic peccata donabat. Et ideo Petr⁹
nō expectauit populi sententiā, sed suā prōpsit dicēs: Tu
es Christus filius dei viui. Qui est, semper est, nec cœpit
vt esset, & esse nō deficit. Magna autē Christi gratia, qui
omnia prope vocabula sua discipulis suis donauit. Ego
sum, inquit, lux mūdi. & id tamē quo ipse gloriatur, di-
scipulis nomē indulsit decēs: Vos estis lux mūdi. Ego sū
panis viuus. &, Nos omnes vnus panis sumus. Ego sum
vitis vera. & tibi dicit: Plantaui te vitē fructuosam omnē
verā. Petra est Christus. Bibebāt enim de spirituali sequē-
ti petra, petra autē erat Christus. Etiā discipulo suo hui⁹
vocabuli gratiā non negauit, vt & ipse sit petrus, qđ de
petra habeat soliditatē constantiæ, fidei firmitatē. Eni-
tere ergo & tu vt petra sis. Itaq; non extra te, sed intra te
petrā require. Petra tua actus est, petra tua mens est. Su-
pra hanc petrā ædificetur domus tua, vt nullis possit ne-
quitiæ spiritalis cūberberari procellis. Petra tua fides est,
fundamentū ecclesiæ fides est. Si petra fueris, in ecclesia
eris, quia ecclesia supra petram est. Si in ecclesia fueris,
portæ inferi non prævalebunt tibi. Portæ inferi, portæ
mortis sunt. Portæ autē mortis, portæ ecclesiæ esse non

G posſunt. Quæ autẽ ſunt portæ mortis, hoc eſt, portæ inferi, niſi ſingula quæq; peccata? Si fornicatus fueris, portas mortis ingreſsus es. Si fidem læſeris, portas penetraſti inferi. Si peccatum mortale cõmiſeris, portas mortis intraſti. Sed potens eſt deus qui exaltet te de portis mortis, vt annuncies omnes laudes eius in portis filiæ Syon. Sunt enim portæ eccleſiæ, ſunt portæ caſtitatis. Sunt portæ iuſtitiæ, quas iuſtus intrate conſuenit, dicens: Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſsus in eas cõfitebor domino. Sed vt portæ mortis, portæ inferi: ita & porta iuſtitiæ dei porta eſt. Hæc enĩ porta domini iuſti introibunt per eam. Et ideo fuge pertinaciam delictorum, ne portæ tibi poſsint inferi præualere. Si enim dominatũ fuerit peccatum in te, mortis porta præualuit. Fuge ergo contentiones & diſsentiones, ſtrepitus tumultuſq; diſcordiæ, ne per portas mortis ingreſsus incurras.

Pſal.9. Pſal.117.

De eo quod IESVS præcepit diſcipulis ne eum manifeſtarent.

D OMINVS enim IESVS Chriſtus prædicari ſe primo noluit, ne vllus ſtrepitus naſceretur. ¶Increpat enim diſcipulos ſuos ne cui hæc diceret, quod oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à principibus ſacerdotũ & ſenioribus & ſcribis, & occidi, & die tertio reſurgere.) Et fortaſse ideo hoc addidit, quia ſciebat dominus difficile paſsioni & reſurrectioni etiã diſcipulos creditu ros. Et ideo paſsionis & reſurrectiõis ſuæ aſsertorẽ ſe eſse maluit, vt ex facto fides, non ex auditu diſcordia naſceretur. Ergo Chriſtus noluit gloriari, ſed maluit ignobilis videri, vt paſsionẽ ſubiret. Et tu qui ignobilis natus es, gloriaris? Eadem tibi qua Chriſtꝰ ambulauit gradiendum eſt via. Hæc eius agnitio, hæc eius imitatio, per ignobilitatẽ & bonam famã, vt glorieris in cruce domini, ſicut ipſe eſt gloriatus. Sic ambulauit Paulus, & ideo gloriatur dicẽs: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri IESV Chriſti. Sed videamus cur ſecũdum Matthæũ reperiamus admonitos diſcipulos ne cui dicerent quod ipſe ſit Chriſtus, hic autẽ ſcriptũ ſit increpatos eſse ne cui dicerent quod eſset multa paſsurus, & reſurrecturus. Videtis quod in vno Chriſti nomine omnia ſint. Ipſe eſt enim Chriſtus qui natus ex virgine, ipſe eſt qui admirabilia fecit in populo, ipſe qui mortuus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit à mortuis. Vnum horũ ſi retraxeris, retraxiſti ſalutem tuã. Nam etiã hæretici habere ſibi Chriſtũ videtur. Nemo enim Chriſti nomẽ negat: ſed negat Chriſtũ, qui non omnia quæ Chriſti ſunt confitetur. Multis igitur ex cauſis iubet tacere diſcipulos, vt fallat principẽ mundi, vt declinet iactantiã, doceat humilitatẽ, ſimul ne rudes & imperfecti adhuc diſcipuli maximę prędicationis mo libus opprimãtur. Nunc qua cauſa etiã immundos ſpiritus iubeat tacere, conſideremus. Sed & hoc nobis ſcriptura aperuit, quia peccatori dixit deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? Et ne quis dũ prædicantẽ audit, ſequatur errantẽ. Improbus enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſæpe permiſcet, vt ſub ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtexat. Etiam illud cõſideremus, vtrum hic primùm mãdauerit diſcipulis, ne cui dicerent, quia ipſe eſset Chriſtus: an vero & ante mandauerit quando apoſtolos duodecim deſtinauit, denũcians illis: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis: Ite autem ad oues quæ perierunt domus Iſrael: Aegrotos curate, leproſos mundate, dæmones, inquit, eiicite, & diſcite quis in ea dignus ſit, atque ibi manete. Itaque nec hic mandatum videtur vt Chriſtum dei filium prædicarent. Ordo igitur diſputationis eſt ordo tractatus: & ideo etiam nos cum aliqui ex gentibus vocantur ad eccleſiam, ita præceptorum ſeriem formare debemus, vt primo vnum deum authorem mundi omniumq; eſse doceamus, in quo viuimus & ſumus & mouemur, cuius & genus ſumus: vt non ſolum propter munera lucis & vitæ, verũetiam propter cognationẽ quã- K dã generis diligẽdus à nobis ſit. Deinde opinionẽ illam quæ eſt de idolis, deſtruamus, & quod nõ poſsit auri argẽtiq; vel ligni materia vim in ſe habere diuinam. Cum vnum deum eſse perſuaſeris, tunc indicio eius aſtrues per Chriſtũ nobis ſalutẽ datam: incipiẽs ab illis quę geſſit in corpore, & ea diuina deſcribens, vt plusquam homo fuiſse videatur, victã vnius virtute mortẽ, mortuũq; ab inferis ſuſcitatũ. paulatim enim fides creſcit, vt cum ſupra homines fuiſse videatur, deus eſse credatur. Nam niſi probaueris qđ facere illa ſine diuina virtute nõ potuit, quẽadmodũ potes probare in eo vim fuiſse diuinã? Sed fortaſse nobis parũ authoritatis & fidei deferatur: lege ſermonẽ apoſtoli apud Athenienſes habitũ: qui ſi à primo deſtruere voluiſset cęremonias idolorũ ſermonem eius aures gẽtilium reſpuiſsẽt. Ab vno igitur deo operetore mũdi incipit, dicẽs: Deus qui fecit mũdum, & cuncta quę ſunt in eo. Negare nõ poterãt vnũ operatorẽ eſse mũdi, vnum deũ, vnum omniũ creatorẽ. Adiunxit, eò q; cęli & terræ dominus in manufactis nõ dignetur habitare. Deinde q; intra auri argẽtiq; caſsã materiẽ nequaq; veriſimile ſit artificio hominis vim diuinitatis includi: erroris remediũ docens eſse ſtudiũ pœnitẽdi. Tunc venit ad Chriſtũ, nec tamen deũ maluit q; hominẽ nũcupare, dicẽs: In viro quo definiuit oibus fidẽ, ſuſcitãs eũ ab inferis. Qui enim tractat, debet audiẽtium cõſiderare per L ſonas, ne priꝰ irrideatur q; audiatur. Quãdo enim Athenienſes crederẽt quia verbum caro factũ eſt, & de ſpiritu virgo cõcepit, q; irridebãt quia reſurrectionẽ audierant mortuorũ? Tamẽ & Dyoniſius Ariopagites credidit, & aliũ crediderũt in virũ, vt in deũ crederẽt. Quid intereſt quo quiſq; credat ordine? Nõ in principiis perfecta quęruntur. ſed de principiis ad ea quæ perfecta ſunt peruenitur. Ergo tali Athenienſes informauit præcepto, talis nobis apud gẽtiles ordo ſeruãdus eſt. At vero cũ Iudæos alloquerẽtur apoſtoli, ipſum Chriſtũ eſse dicebant qui propheticis nobis eſset ꝓmiſsus oraculis: quẽ nõ prius authoritate ſua dei filiũ nominabãt, ſed virũ probatum, virũ iuſtum, virũ à mortuis ſuſcitatũ, illum virũ de quo dictũ eſt in prophetis: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ita ergo & tu ad ea quę difficile credũtur, authoritatẽ diuini ſermonis adſciſce, & promiſsũ eius aduentum prophetarũ voce deſigna, reſurrectionẽ quoq; multò antè cõpertam ſcripturarũ teſtimoniis edoceto, nõ vſitatã cum cæteris atq; cõmunem, vt in ipſa ſuſcitati corporis aſsertione, æternę teſtimoniũ diuinitatis acquiras. Cum enĩ cæterorũ corpora corruptionẽ probaueris ſubiiſse M poſt mortẽ: hunc vtiq; de quo dicitur, Non dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ, cõprobas humanæ fragilitatis expertẽ, probas humanæ cõditionis merita ſupergreſsũ deo magis q; hoibus conferendũ. Quod ſi ad ſacramẽta fideliũ tendẽs catechumenus imbuẽdus ſit, dicẽdũ quia vnus eſt deus ex quo oĩa, & vnus Ieſus Chriſtus per quẽ oĩa, nõ duos deos eſse dicẽdos: perfectũ quidẽ patrẽ, perfectũ eſse & filiũ, ſed vniꝰ patrẽ & filiũ eſse ſubſtãtię, verbum æternũ dei, nõ qđ profertur, ſed qđ operatur, ex patre gẽtium, nõ voce editũ. Prohibẽtur ergo apoſtoli euã gelizare eũ dei filiũ, vt euangelizarent poſtea crucifixũ. Hæc eſt fidei gloria, ſi vere intelligas crucẽ Chriſti. Aliæ cruces nihil mihi proſunt, ſola crux Chriſti mihi vtilis eſt, & vere vtilis, per quã mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo. Si mihi crucifixus eſt mundus, ſcio quia mortuus eſt, nõ diligo eũ: ſcio quia præteriit, nõ concupiſco eũ: ſcio quia corruptela cõſumet hũc mundũ, quaſi fœtidum vito, quaſi luem caueo, quaſi nociturũ reliquo. Sed non ſtatim per crucẽ poſsũt aliqui credere ſalutẽ mundo refuſam. Aſtrue ergo per hiſtorias Græcorũ hoc fuiſse poſsibile. Sic interdũ etiam Apoſtolus ſuadet incredulis, nec verſꝰ refugit poeticos, vt fabulas deſtruat poetarum. Sic enim reuocetur in memoriam quòd legiones ſæpe & magnos populos oblatis aliquorum mortibus

Gala.6. Matt.10. Actũ.17. Actũ.17. Pſal.15. Gala.5.

A hiſtoriæ Græcorum aſserant liberatos: Si recordetur q; imperatoris filia propter Græcorum exercitus transferendos ad ſacrificium ſit vocata: Si noſtrum illud conſideremus, quia ſanguis taurorũ & hircorũ, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad carnem emundandam, ſicut ad Hebręos ſcriptum eſt: Si peſtilentia regionum aliquibus hominum contracta peccatis, vnius alicuius morte aſseritur eſse reſoluta, qđ aut ratione præualuit, aut diſpoſitione cõualuit, quo facilius in crucem domini crederetur, procliue erit, vt quiſua negare non poſsunt, noſtra cõfirment. Sed quoniam nullus hominum tantus eſse potuit qui totius mundi peccata tolleret, neq; Enoch, neq; Abrahã, neq; Iſaac, qui licet morti ſe obtulerit, ſeruatus tamẽ eſt, quia omniũ non poterat abolere peccata (quis enim tãtus homo, in quo omnium peccata morerentur?) idcirco non vnus è plebe, non vnus è numero, ſed filius dei à deo patre electus eſt: qui cũ ſupra omnes eſset, pro omnibus ſe poſset offerre: quem mori oportuit, vt cum eſset fortior morte, alios liberaret: factus inter mortuos ſine adiutorio liber, ſine adiumẽto ſcilicet hominis aut alicuius creaturæ liber à morte. Et bene liber, qui ſeruitutẽ cupiditatum repulit. mortis vincula neſciuit.

Hebr.9.

Diui Ambroſii

B COMMENTARIO. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM, LIBER SEPTIMVS.

De eo quod dominus IESVS quibuſdam promiſit viſionem gloriæ ſuæ in vita præſenti.

DIco autem vobis, vere ſunt aliqui hic ſtantes qui non guſtabũt mortem donec videant regnum dei.) Semper dominus ſicut ad præmia erigit futura virtutũ, atque vtilem ſecularium rerum docet eſse contemptum, ita etiam infirmitatem mentis humanæ præſentiũ remuneratione ſuſtẽtat. Arduum quippe eſt crucem tollere, & animam periculis, morti corpus offerre, negare quod ſis, cum velis eſse quod non ſis, raroq; quamuis excelſa virtus, futuris cõmutat præſentia. Difficile quippe videtur hominibus vt ſpem periculis emant, damnoq; præſentium futuræ lucrum mercentur ætatis. Ergo bonus & moralis magiſter, ne quis deſperatione frangatur aut tædio, quoniam vitæ dulcis illecebra conſtantem quoq; mulcet affectum, continuos viuendi ſucceſsus fidelibus pollicetur. Frigent enim ſolatia ſub metu mortis, magnusq; amor vitæ ægre blanditias ſpei cum appetitæ ſalutis errore compenſat. Non habes igitur quod queraris, non habes quod excuſes, arbiter omniũ dedit & virtuti præmium, & infirmitati remedium, vt præſentibus ſuſtineatur infirmitas, virtus futuris. Si fortis es, cõtemne mortem: ſi imbecillis, fuge. Sed nemo poteſt fugere mortem, niſi vitam ſequatur. Vita tua Chriſtus eſt, ipſa eſt vita quæ mori neſcit. Itaque ſi volumus mortem non timere, ſtemus vbi Chriſtus eſt, vt & de nobis dicatur: Vere ſunt aliqui hic ſtantes, qui non guſtabũt mortem. Non ſatis eſt ſtare, niſi vbi Chriſtus eſt ſtetur. Soli enim non queunt guſtare mortẽ, qui poſsunt ſtare cum Chriſto. in quo licet ex verbi ipſius qualitate perpẽdere, nec tenuem quidem ſenſum mortis habituros qui Chriſti videantur meruiſse conſortia. Certe & ſi mors corporis libando guſtetur, vita animæ poſsidendo teneatur. Sed quid eſt guſtare mortem? Ne forte quemãdmodum panis vita eſt, ita etiã panis mors ſit. Sunt enim qui mãducant panẽ doloris, ſunt etiã Aethiopũ populi qui acceperunt in eſcã draconẽ. Abſit à nobis venenũ draconis vorare. Habemus enim panẽ verum, panẽ illum q; deſcẽdit de cælo. Panẽ illum mãducat, q; ea quę ſcripta ſũt ſeruat. Sũt ergo qui mortẽ non guſtẽt donec videant regnũ dei. Sunt etiã qui mortem non videant, ſicut ſcriptũ eſt: Quis eſt homo q; viuit, & nõ videbit mortẽ? Sed quis eſt homo qui nõ moriatur, cũ reſurrectio niſi mortui eſse nõ poſsit? Quãuis de Enoch & Helia nullã mortẽ corporis acceperimus, & de euãgeliſta Ioãne dominus dixerit: Sic eũ volo manere donec venio: tamẽ quoniam non de vno Ioãne hic putamus expreſsũ, ſed generale de multis hoc eſse præceptũ: non hic mors corporis ſed animę denegatur. Sũt enim q; mortui viuãt, quoniã ſunt qui viuẽtes mortui ſunt, ſicut illa quę viuẽs mortua eſt, ſicut ſcriptũ eſt: Veniat mors ſuper eos, & deſcendant in infernũ viuẽtes. Si ergo viuus quis in infernũ deſcendit, (peccato enim mortis in infernũ deſcendit) ſunt profecto quibus nec in morte corporis interruptus ſit ordo viuẽdi, ſicut Abrahã, Iſaac & Iacob, quos viuere diuinæ ſententiæ authoritate cõperimus, quoniã cum ſit deus Abrahã, Iſaac & Iacob, nõ vtiq; mortuorũ eſt deus, ſed viuẽtium. Itaq; nõ de vno ſed de pluribus dicit. Neq; enim Petrus mortuus eſt, cui ſecũdum dominicã ſententiã inferi porta prævalere nõ potuit. Nec Iacobus & Ioãnes mortui, ſi lii tonitrui, quibus in vſum gloriæ cælestis aſsũptis non præualent terrenã, ſed ſubiacẽt. Eſto ergo & tu Petrus, E deuotus, fidelis, pacificus, vt portas eccleſiæ aperias, portas mortis cuadas. Eſto filius tonitrui. Dices: Quomodo poſsũ eſse filius tonitruꝰ? Potes eſse, ſi nõ in terra, ſed in pectore Chriſti recũbas. Potes eſse filiꝰ tonitrui, ſi te terrena nõ moueã, ſed ipſe potius ea quæ terrena ſunt, mentis tuę virtutis cõcutias. Tremat te terra, nõ capiat, verea tur caro poteſtatẽ animi tui, & concuſsa ſubdatur. Eris filius tonitrui, ſi fueris filius eccleſiæ. Dicat & tibi de patibulo crucis Chriſtus: Ecce mater tua. dicat & eccleſię: Ecce filiꝰ tuus. Tunc enim incipis eſse filius eccleſiæ, cũ in cruce victorẽ videris Chriſtũ. Nam qui crucẽ ſcanda lum putat, Iudæus eſt, eccleſiæ filius nõ eſt. Qui crucem ſtultitiam putat, Græcus eſt ille. Eſt autem eccleſiæ filius qui crucem triumphum putat, qui crucẽ Chriſti triumphantis agnoſcit. Ergo vt ſcias quia Petrus, Iacobus & Ioãnes mortem non guſtauerũt, gloriam reſurrectionis videre meruerunt. Solos enim tres iſtos.

Ioan.21. Pſal.88. 1.Timo.5. Pſal.54. Ioan.19. Eſa.40.

De eo quod dominus IESVS aſsumpſit Petrum, Iacobum & Ioannem, & duxit eos in mõtem, oſtenditq; illis maieſtatem ſuam.

POST hæc fere verba in diebus octo aſsumpſit, & duxit in montem.) Quid eſt qđ iſte F dicit, in dieb9 octo poſt hęc verba? Ne forte quia is qui verba Chriſti audit & credit, reſurrectionis tẽpore gloriã Chriſti videbit? Octaua enim die facta eſt reſurrectio. vnde & plerique pſalmi in octaua ſcribuntur. Aut forte vt oſtenderet nobis qa dixerat qđ is qui propter dei verbũ perdiderit animam ſuã, ſaluã faciet eã, quoniã promiſsa ſua i reſurrectione reſtituat. Sed Matthæus & Marcus poſt dies ſex aſsumptos hos eſse memorarũt. De quo poſsemus dicere, poſt ſex milia annorũ. Mille enim anni in cõſpectu dei tanq; dies vna: ſed plures q; ſex milia cõputantur anni. Et maluimꝰ ſex dies per ſymbolũ intelligere, qđ ſex dieb9 mũdi opera ſunt creata, vt per tẽpus opera ꝓ opera mũdum intelligamus. Et ideo mũdi tẽporibus impletis, reſurrectio futura mõſtratur: aut quia is qui ſupra mundũ aſcẽderit, & huius ſeculi momẽta trãſcenderit, velut in ſublimi locatus futurę reſurrectiõis fructũ expectabit æternũ. Tranſcẽdamus igitur opera mũdi, vt poſsimus facie ad faciẽ deum videre. Aſcende in montẽ qui euangelizas Syon. Si in montem aſcẽdit qui euangelizat Syon, quantò magis qui Chriſtum euãgelizat, & Chriſtum in

gloriam resurgentē? Fortasse enim in corpore eum mul-
2.Cor.5. ti viderunt. Multi enim secūdum carnem cognouimus
Christum, nunc autem iam non nouimus. Multi cogno-
Esa.53. uimus, quia multi vidimus. Vidimus eum, & non habe-
bat speciem, neq; decorem. Tres autem soli & tres electi
ducuntur ad montem. Putarem in tribus mysticè genus
hominū comprehensum, quia ex tribus filiis Noe genus
omne defluxit humanū, nisi electos cernerem. Aut fortasse
quia soli ex oibus ad resurrectionis peruenire gra-
tiam qui Christum cōfessi fuerint merebuntur, quia im-
pii in iudicium non resurgunt, sed tanquā habito iudi-
cio puniuntur. Tres igitur eligūtur qui ascenderēt mon
tē, quia & duo eligūtur, qui cū domino viderētur. Vtrin
que sacratus numer9. Et hoc fortasse propterea, quia ne
mo potest videre resurrectionis gloriā, nisi qui mysteriū
trinitatis incorrupta fidei synceritate seruauerit. Petrus
ascēdit, qui claues regni cælorū accepit: Ioānes, cui com
mittitur mater: Iacobus, qui primus solium sacerdota-
le conscendit. Inde apparent Moyses & Helias, hoc est,
lex & prophetæ cum verbo. Neque enim lex potest esse
sine verbo, neque propheta nisi qui de dei filio prophe-
tauerit. Et illi quidē filii tonitrui corporali gloria Moy-
sen quoque & Heliam speculati sunt, sed etiam nos quo
tidie videmus Moysen cum dei filio. Videmus enim in
Deut.6. euangelio cum legimus: Diliges dominū deum tuum.
Esa.7. Videmus Heliam cum dei verbo cum legimus: Ecce vir
go in vtero cōcipiet. Vnde bene Lucas addidit: ¶ Quia
dicebant excessum eius quem completurus erat in Hie-
rusalem.) Docent enim te de excessu eius mysteria. Et
H hodie Moyses docet, & hodie Helias loquitur, & hodie
in maiore gloria Moysen videre possemus. Quis enim
non potest, quando & populus Iudæorū eum videre po-
tuit, immō vidit? Vidit enim in gloria faciem Moysi, sed
velamen accepit, sed in montem non ascendit. Et ideo
errauit, quia solum Moysen vidit, dei verbum simul vi-
2.Cor.3. dere non potuit. Reuelemus igitur nos faciem nostram,
vt reuelata facie gloriam dei speculantes, in eandem
imaginem reformemur. Ascendamus in montem, de-
precemur dei verbum, vt in specie & pulchritudine sua
appareat nobis, & confortetur, & prospere procedat &
regnet. Et hæc enim mysteria sunt, & referuntur altius.
Etenim pro tua possibilitate tibi verbum aut minuitur
aut crescit: ac nisi altioris prudentię cacumen ascendas,
non tibi apparet sapientia, non tibi apparet mysteriorū
cognitio, non tibi apparet quāta sit gloria, quāta sit spe-
cies in dei verbo: sed dei verbum quasi quodam apparet
in corpore, nō habens suam speciē neq; decorem, & ap
paret quasi homo in plaga qui ferre possit infirmitates
nostras: apparet tibi quasi quidā sermo natus ex homi-
ne, literarum opertus inuolucris, virtute spiritus nō re-
fulgens. Sed si dum hominē consideras, de virgine cre-
das esse generatum, & paulatim aspiret fides quod de
spiritu dei natus sit, incipis montem ascendere. Si in cru
ce positum triumphantē de morte videas, non perem-
I ptum, si videas quòd terra tremuit, sol refugit, tenebræ
offusæ sunt oculis perfidorum, monumēta aperta sunt,
mortui resurrexerunt, vt esset indicio quia gentilis po-
pulus qui mortuus erat deo, tanquam reseratis corporis
sui tumulis, ipsius crucis lumine resurrexit: si hoc videas
mysterium, in excelsum ascendisti montē, alteram verbi
gloriam cernis. Vestimēta eius alia deorsum sunt, a-
lia sursum. Et fortasse vestimenta verbi sermones sunt
scripturarum, & quędam intellectus indumenta diuini,
quia sicut ipse Petro, Ioanni & Iacobo in altera specie
apparuit, & vestitus eius albus refulsit, ita & oculis tuæ
mentis iam diuinarum lectionum sensus albescit. Fiunt
igitur verba diuina sicut nix, vestimenta verbi candida
nimis, qualia fullo super terram facere nō potest. Quæ-
ramus hunc fullonē, quæramus hanc niuem. Legimus
ad villam fullonis ascendisse Esaiam. Quis est iste ful-
lo, nisi forte ille q delicta nostra lauare cōsueuit? Deniq;
ipse dixit: Si fuerint delicta vestra sicut phœnicium, vt K
niuem dealbabo. Quis est iste fullo, nisi qui indumenta
nostri intellectus abluit, & induens nos indumenta vir-
tutū, ablutis maculis corporalibus, soli solet offerre di-
uino? Audiui etiam, vt ad redarguendos eos de contra-
riis sumamus exēplum, duorum prudentium facūdiam
niui & apibus comparatā. Inueni quoq; dixisse Dauid:
Psal.118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fa
uum ori meo. Et infra: Lucerna pedibus meis verbum
tuū domine, & lux semitis meis. Verbum dei lux est, ver
bum dei nix est. Super mel quoq; & fauū est dei verbū,
quod ore diuso melle dulcior fluxit oratio, & perspicuę
niuis ritu molliotibus cadunt verba sententiis. Verè hic
solus sermo niuibus cōparandus, qui de cælo missus in
terras, ieiuna nostrorū arua pectorū fœcundauit. Quod
non vsurpatoriè præsumptū, sed ex lectionis serie deri-
uatū deus ipse testatur dicēs: Expectetur sicut pluuia elo
quium meum, & descendant velut ros verba mea, sicut
imber super gramen, & sicut nix super fœnum. Vtinam
domine IESV mens mea pluuiæ tuæ humore viridescat,
vtinam terram meam niuis istius candore respergas, ne L
præpropero calore vernantis corporis arua luxurient,
sed potius fotu niuali semina verbi cælestis pressa fœ-
cundent. Nix cū cadit, aues cæli vbi inhabitent non ha-
bēt, & lætior solito tritici prouētus exuberat. Vidit hāc
gratiā Petrus, viderūt & qui cū illo erant: & licet somno
grauati fuissēt, sicut scriptū est: ¶ Petrus vero, & qui cū
illo erant, grauati erant somno: euigilantes autem vide-
runt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum il-
lo. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad
IESVM: Præceptor, bonum est nobis hic esse, & fa-
ciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, v-
num Heliæ: nesciens quid diceret.) Premit enim incom-
prehensibilis splendor diuinitatis, nostri corporis sen-
sus. Nam si solis radium ē regione oculorum contuen-
tium corporea nequit acies sustinere, quomodo de glo
riam humanorum ferret corruptela membrorum: Eoq;
purior & subtilior exhausta concretione vitiorum, cor
poris habit9 in resurrectione formatur. Et fortasse ideo
grauati somno erant, vt resurrectionis viderent speciē.
Post quietem itaque euigilantes viderunt maiestatem
eius. Nemo enim nisi vigilans gloriam videt Christi. M
Delectatus est Petrus, & quem seculi huius illecebro-
sa non caperēt, gratia resurrectionis illexit. Bonum est,
Philip.1. inquit, nos hic esse. Hinc & ille, Dissolui enī, & cū Chri
sto esse, multo melius. Nec laudasse cōtentus, nō solum
affectu, sed etiā factorū deuotione præstātior, ad exædi-
ficanda tabernacula tria impiger operarius communis
obsequii ministeriū pollicetur. Et quāuis nesciret quid
diceret, tamē pollicebatur officium: in quo non incōsul
ta petulantia, sed præmatura deuotio fructus pietatis ac-
cumulat. Nam quod ignorabat, conditionis fuit: quod
promittebat, deuotionis. Sed non capit humana condi-
tio ī hoc corruptibili, in hoc mortali corpore facere ta-
bernaculū deo. Siue in animo, siue in corpore, siue alio
aliquo loco fuge quærere quod nō licet scire. Si Petrus
nescinit, quēad modum tu potes scire? Si nescinit ille qui
promisit, & qui corporis terminos magnitudine animi
nesciebat, quemadmodum scire nos possumus, desidia
quadā mentis intra proseptum carnis inclusi? Denique
placuit tanta deuotio deo: ¶ Et inter hæc verba facta est
nubes, & obumbrauit eos.) Diuini spiritus est obum-
bratio ista, quæ non caligat affectibus hominum, sed re-
uelat occulta. Quæ etiam alio comperta est loco, dicen-
te angelo: Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Cuius
profectus ostenditur audita dei voce dicentis: ¶ Hic est
filius meus dilectus, ipsum audite.) Hoc est, non Helias
filius, non Moyses filius, sed hic est filius, quē solum vi-
detis. Recesserāt enim illi vbi cœpit dominus designa-
ri. Vides hāc non solum incipiētium, sed etiā profecto-
rum, immò etiam cælestiū fidem esse perfectam, filium

A dei scire. Sed quoniam hæc iam supra diximus, cogno-
sce nubem istam non fumigantium esse montium nebu
loso humore concretā, & coacti aëris caligine piceā, quæ
cælum tenebrarum horrore subtexat: sed lucidam nu-
bem, quæ nos nō pluuialibus aquis & humentis alluuio-
ne imbris immadidet, sed de qua mentes hominum vo-
ce dei omnipotentis emissa, fidei ros rigauit. ¶ Et dum
fit vox, inuentus est IESVS solus.) Itaq; dū tres esset, vn9
est factus. Tres in principio videntur, vnus in fine. Per-
fecta enim fide vnum sunt. Deniq; hoc etiam dominus
patrem orat, vt omnes vnum simus. Nec solum Moyses
& Helias in Christo vnum sūt, sed etiam nos vnum cor-
pus sumus Christi. Ergo & illi tanquam in vno corpore
recipiuntur in Christi corpus, quia & nos vnū erimus in
Rom.10. Christo IESV. Aut fortasse quia lex & prophetæ ex ver
bo: quę autem ex verbo cœperūt, in verbo definūt. Finis
enim legis est Christus, ad iustitiam omni credenti,

De responsione IESV respuentis eum qui se sequi dixit quocunq; ierit.

VLPES foueas habent, & volucres cæli ni-
dos vbi requiescant. Nā filius hominis nō
habet vbi caput suū reclinet.) Nō videtur
conuenire rationi, vt simplicē fidelēq; istū
arbitremur, q domini dignatiōe respuitur
B cū indefessi famulatus obsequiū spopōdisset. Sed domi
nus non obsequiorum speciem, sed puritatem quærit af
fectus. Deniq; supra ait: Quicunq; receperit puerū istū
in nomine meo. Quo loco dominus simplicitatem sine
arrogantia docet, charitatem sine inuidia, deuotionem
sine iracundia esse debere. Nam & pueri mens proue-
ctioris affectu recipienda suadetur. quia dum puer nihil
sibi vendicat, formam virtutis exequitur: et si rationem
nescit, culpam ignorat. Tamen quia plerisq; non virtus
sed infirmitas videtur sine ratione simplicitas: vt tu ve-
rā suscipias admoneris, id est, vt exequaris industria mu
nus naturæ. Et ideo ait: ¶ Quicunq; receperit puerum
istum in nomine meo, me recipit: & qui me recipit, reci-
pit eum qui me misit.) Qui enim imitatorem Christi re
cipit, Christum recipit: & qui imaginem dei receperit, re
cipit deum. Sed quia imaginem dei non poteramus vi-
dere, facta est ad nos per incarnationem verbi præsentia
vt reconciliaretur nobis quæ supra nos est diuinitas.
Quod autem propenso studio charitatis Ioannes pluri
mum diligens, & ideo redamatus plurimum, excluden-
dum putat à beneficio eum qui non vtatur obsequio, re
cte non reprehenditur, sed docetur. Non reprehenditur
quia amore faciebat: sed docetur vt nouerit infirmorū
esse firmorūmq; distantiam. Et ideo dominus etsi fortio
res remunerat, tamen non excludit infirmos. ¶ Sinite
C eos, & nolite prohibere. Qui enim non est aduersum
vos, pro vobis est.) Bene domine, nam & Ioseph & Ni-
codemus occulti discipuli propter metum, in tempore
tamen suum tibi officium non negarūt. Sed tamen quia
alibi dixisti: Qui non est mecum, aduersum me est, &
qui mecum non colligit, dispergit: aperi nobis ne videa
tur esse contrarium. Et puto quia si quis mentium con-
fideret scrutatorū, dubitare non debeat vniuscuiusq; fa
ctum mente discerni. Deniq; alii dicit: Sequere me. alii:
Vulpes foueas habent. Ille cogitur, iste remouetur: vt
scias quia deuotus admittitur, indeuotus excluditur.
Quod vero discipulos increpauit quia ignem supra
eos descendere cupiebant qui non receperant Christū,
ostenditur nobis non semper in eos q peccauerint vindi-
candum, quia nōnnunquam amplius prodest clementia
tibi ad patientiam, lapso ad correctionem. Deniq; Sama
ritani citius credidērūt, à quib9 hoc loco ignis arcetur.
Simul disce q a recipi noluit ab iis quos sciebat nō sīpli-
ci mēte cōuersos, nā si voluisset, ex ideuotis deuotos fe-
cisset. Cur autē non receperint eum, Euāgelista ipse me-
morauit, dicens: Quia facies eius erat euntis in Hieruſa- D
lem. Discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant,
sed dominus quos dignatur, vocat: & quem vult religio
sum facit. Nec discipuli peccant, qui legē sequūtur. Scie
bant enim & Phinees reputatum ad iustitiam, quia sacri
legos interemerat, & ad preces Heliæ ignem descēdis-
se de cælo, vt ꝓphetę vindicaretur iniuria. Sed vindice
tur qui timet, vindictam non quærit qui nō timet. Simul
ostenditur nobis in apostolis fuisse merita prophetarū,
quando eandem sibi potestatem quam Propheta ma-
gnus emeruit, impetrandi iure præsumunt. Et bene præ-
sumunt, quia ad sermonem suum ignis de cælo descen-
deret, quoniam filii sunt tonitrui. Dominus autem mire
omnia, nec illū temere se offerentē recipit, nec in hos in
deuotē dominū refutātes propriū cōmouetur, vt ostēde-
ret quia nō habet vltionis studiū perfecta virtus: nec vlla
sit iracundia vbi plenitudo est charitatis: nec excluden-
da infirmitas, sed iuuanda. Procul à religiosis indigna-
tio, procul à magnanimis cupiditas vltionis, ꝓcul etiam
à prudentibus inconsiderata coniunctio, & incauta sim
plicitas. Vnde & isti dicitur: Vulpes foueas habent, nec
obsequium eius admittitur, cuius non probatur officiū.
Circūspectū etenim fidei esse debet hospitium, ne dum
infidelibus nostræ domus interna referamus, in alienæ
perfidiæ casses improuida credulitate labamur. Sed ne
illud improuide præterisse videamur, cur hic eos qui
possunt per manus impositionem immundis imperare
spiritibus in nomine IESV. neget esse prohibendos: sc- E
cundum Matthæum autem dicat his, Non noui vos, dis- Matth.7.
cedite à me omnes operarii iniquitatis: aduertere debe-
mus non esse distantiam sensus, sententiarūmq; discor-
diam sed illud censeri eo quod non solum officii in cle-
rico: sed etiam virtutis opera requirantur: tantūmq; esse
Christi nomen, vt etiam parū sanctis opituletur ad præ-
sidium, etsi non opituletur ad gratiā. Vnde se nemo ia-
ctare debet, nec purgati hominis sibi gratiam vendica-
re, in quo æterni nominis virtus, non aliqua possibilitas
humanæ fragilitatis operata sit. Non enim merito tuo
diabolus, sed odio sui vincitur. Quod potest homo, syn
ceram exibeat fidē, & obseruantiā mandatorum religio
sa mente custodiat, ne dicatur ei: Vulpes foueas habent,
Fallax quippe animal, & insidiis semper intentum, rapi-
nam fraudis exercet. Nihil tutum, nihil ociosum, nihil
patitur esse securū, qđ inter ipsa hospitia hominū prædā
requirat. Hæreticis autem vulpes comparat. Deniq; cū
gentes vocet, hæreticos excludit. Vulpes enim plenum
fraudis est animal, foueam parens, & in fouea semper la
tere desiderans. Itaq; sunt hætetici, qui domū sibi para-
re non norunt, sed circunscriptionibus suis alios deci-
pere conantur. Iacob enī domum habitat, hæreticus in
fouea est, vt fraudulenta vulpes gallinæ illi Euangelicæ F
dolum semper intendens, de qua scriptum est: Quoties Mat.23.
volui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos, &
noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.
Merito ergo foueas habent, quia domum quām habue-
rant, perdiderunt. Hoc animal neq; mansuescit vnquā.
Vnde & apostolus ait: Hæreticum post vnam correptio ad Tit.3.
nem deuita, neque vlli vsui est, aut cibo vtile. Non enim
de hoc dixit Christus: Meus cibus est vt faciam volun- Ioan.4.
tatem patris mei, qui in cælis est. Quinetiam eas à fru-
ctibus suis relegat, dicens: Capite nobis vulpes pusillas Cantic.2.
exterminantes vineas, hoc est quæ minorem vineam,
non maiorem exterminent. Et ideo Sampson ad cau-
das earum faces ligauit, & dimisit in messes alieni-
genarum, eò quod hæretici fructus incendere conan-
tur alienos, latratibus magis sonori, quām vocib9 expo
litis*. Qui enim verbum negat, nec vocem habet. Ad * excitati.
præsens ore liberi, sed ī futurum finem iam vincti cau-
dæ facibus significantes sui finis incendium. Volucres
quoq; cæli, quæ frequenter ad nequitiæ spiritalis simili-
tudinē deriuantur, veluti nidos quosdam struunt in pe-

G ctorib⁹ improborum:& ideo filius hominis,quia abundauit iniquitas,nō habet vbi caput ſuū reclinet. Etenim dominātē verſutia,cū ſiplicitati loc⁹ null⁹ ſit,nulla poteſt in affectibus ſingulorum diuinitatis eſſe poſſeſſio. Caput enim Chriſti de⁹ eſt:qui vbi mentē probarit innoxiam,ſupra ipſam quodāmodo vim ſuæ maieſtatis recli nat. Quod eſſe videtur indicio,quia profuſiore quadā gratia bonorum pectoribus inſeratur. Itaq; vt aduertas deum non cultus aſpernātem eſſe,ſed fraudis:qui repudiauerat fraudulentum,eligit innocētem,dicens: ¶ Sequere me.) Sed hoc dicit ei, cuius patrem iam ſciebat mortuum.Illum vtiq; patrem,de quo dictum eſt:Obliuiſcere domum patris tui. Vide igitur quia dominus quos miſeratur,etiam imprudentes aduocat.Et poſtulanti paternæ veniam ſepulturæ reſpondit:¶ Sine,mortui ſepeliant mortuos ſuos,tu autem vade annuncia regnū dei.) Itaq; cum religioſum humandi acceperimus officium, quemadmodum hic paterni quoq; funeris ſepultura prohibetur,niſi vt intelligas humana poſthabenda diuinis?

H Bonum ſtudium,ſed magis impedimētum.Nam qui partitur ſtudium, deriuat affectum , qui diuidit curam,differt profectum.Ergo prius obeunda quæ maxima ſunt. Nam & apoſtoli,ne occuparent ſtudium diſputandi,miniſtros pauperibus ordinarunt . Et ipſis, cum à domino mitterentur,neminem in via ſalutare præſcriptum eſt: non quo beneuolētiæ diſpliceret officium,ſed quo perſequendæ deuotionis intentio plus placeret. Quomodo autem mortui ſepelire mortuos poſſunt, niſi geminam hic intelligas mortem:vnam naturæ,alteram culpæ? Eſt etiam mors tertia, in qua peccato morimur,deo viuim⁹ ſicut Chriſtus , qui peccato mortuus eſt. Quod autem

Rom.6. mortuus eſt peccato,mortuus eſt ſemel:quod autem viuit,viuit deo. Vna eſt igitur mors, qua copula corporis & animæ ſeparatur,non formidabilis, non timenda , cū diſceſsio quædam noſtri videatur eſſe,non pœna:nō me tuenda fortibus,deſideranda ſapientibus, miſeris expe-

Apoca. 9. tenda:de qua dictum eſt: Quærent homines mortem,& non inuenient eam. Eſt & alia,quæ ſecularium affert interitum voluptatum, in qua non natura,ſed delicta moriuntur. Hanc mortem ſubimus conſepulti in baptiſmo & mortui cum Chriſto ab elementis huius mundi , cum actus patimur prioris obliuia. Hac morte mori voluit cum prophetaret Balaam, vt deo viueret , & ideo dixit:

Num.23. Moriatur anima mea morte iuſtorum,& fiat ſemen meum vt ſemen eorum. Eſt & tertia mors quando Chriſt⁹,

I qui eſt vita noſtra , neſcitur. Scire autem Chriſtum vita eſt ſempiterna,quæ nunc iuſtis præſto eſt in vmbra,in futurum autem erit facie ad faciem. Spiritus enim ante faciem noſtram Chriſtus dominus,de quo dixit:In vm-

Thren. 4. bra eius viuemus in gentibus. In vmbra alarum eius ſperauit Dauid,in vmbra eius concupiuit & ſedit Eccleſia. Si tantum domine IESV confert vmbra tua , quantum vtiq; veritas afferet? Quemadmodum viuemus, quando

Coloſ.3. iam non erimus in vmbra , ſed in ipſa vita ? Nunc enim vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo:cum autem Chriſtus apparuerit vita noſtra,tunc & nos,inquit, cum eo apparebimus in gloria. Dulcis illa vita eſt, quæ non habet mortem.Hæc enim vita corporis habet mortem ſorte naturæ,quę plerunq; etiam deſideratur.Habet

Ezec.18. etiam ipſa anima plerunq; mortem labe peccati.Anima enim quæ peccat,ipſa morietur. Cum autem firmitate beatitudinis roborata cœperit obnoxia non eſſe peccato,iam non erit mortalis,ſed vitam carpet æternam. Ad hanc vitam fratres feſtinem⁹ mœſti in ſeculo,quia peregrinamur à domino. Qui enim non peregrinatur à corpore,peregrinatur à domino,Multo autē meli⁹ diſſolui à corpore,& adhærere deo,vt & nos vnū ſimus apud oipotentem deum,& vnigenitum dei filium videamus per reſurrectionis gloriam in naturæ claritatem cæleſtis aſſumpti, & inuiolabili concordia , animorumq; fœdere ſempiterno vnitatem diuturnæ pacis imitati, vt cōplea-

K tur id quod de nobis deifilius patri orando promiſit,Vt & ipſi vnum ſint,ſicut & nos vnum ſumus.Nō ergo paterni funeris ſepultura prohibetur, ſed neceſsitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur.Illud conſortibus relinquitur,hoc mandatur electis . Aut quia ſepulchrum patens guttur eſt impiorum,memoria eorū abolenda præſcribitur , quorum ſimul cum corpore meritū occidit:nec reuocatur ab officio patris filius, ſed fidelis à perfidi cōmunione ſecernitur. Eſt enim propria quædā ſepultura iuſtorū,qualis illa de qua dictum eſt : Hæc Mat.26.
enim mittens hoc vnguentum in corpus meum,ad ſepeliēdū me fecit.Et ideo qui bona fide ſe ſepelit Chriſtum,vt cum eo reſurgat, diaboli perfidiam in ſe ſepelire nō debet.Eſt & illa prophetica, vt ſupra ſepulturā* malorum quædam ponamus , quæ lector agnoſcis,in- *alias,ſepulchra maiorum.
fidelis intelligere nō debet:non quo cib⁹ imperetur aut potus,ſed ſacræ oblationis veneranda communio reuelatur.Non ergo interdictum eſt muneris , ſed religionis myſterium,communionem nobis cum gentilibus mortuis non futuram. Nam cum ſacramenta viuorum ſint, non videntur mortui qui habent vitam.

De miſsione diſcipulorum ad prædicandum.

Ecce ego mitto vos ſicut agnos iter lupos.) CAP.X.
Ad ſeptuaginta diſcipulos dicit hoc, quos deſignauit & miſit binos ante faciem ſuā.)

L Qua ratione binos miſit? Quia bina miſsa ſunt animalia in arcam,hoc eſt,cum mare fœmina, immunda per numerum,ſed mundata Eccleſiæ ſacramento. Quod completum eſt oraculo quod ſanctus Petrus accepit dicente ſibi ſpiritu ſancto: Quod deus munda- Actuū.10.
uit,tu ne commune dixeris. Et aduertit dictum eſſe de gentilibus,qui corporeæ magis generationis ſucceſsionē quàm ſpiritalis gratię ſequebātur.Hos mūdauit domin⁹,& paſsiōis ſuæ fecit hæredes.Mittēs ergo diſcipulos i meſsem ſuam,quæ licet verbo dei inſita , tamen culturæ laborem & ſolicitū munus operarii requirebat,ne aues cœli ſparſa ſemina diſsiparent,ait:Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.Contraria ſunt iſta ſibi animalia, vt alia ab aliis deuorentur. Sed bonus paſtor lupos gregi ſuo timere nō nouit,ideoq; iſti diſcipuli nō in præ-
dam,ſed ad gratiam dirigūtur.Solicitudo enim paſtoris boni efficit,vt lupi in agnos audere nihil poſsint.Mit tit ergo agnos inter lupos , vt compleretur illud : Tunc Eſa.66.
lupi & agni ſimul paſcentur.Et quoniā proxime de vul- M
pe nobis nō ingratus tractatus euaſit, ſi iudicium veſtrū fidele in figura minuſculi animantis expertus ſum,præſumo quod profunda myſteria quæ luporum ſpecie velantur,ſtudiorum veſtrorum poſsim aperire ſuffragio. In ſpecie vulpium hæreticos ſignificari ſupra expreſsimus,qui promittunt nomine quod Chriſtū ſequantur, ſed ſtudio fraudis abiurāt.Hos nō ſuſcipit domin⁹, ſed à ſuo nido arcet & prohibet.Lupi quid ſignificare videā tur,debemus aduertere,Beſtiæ nempe ſunt quæ inſidiā tur ouilibus,circa paſtorales verſantur caſas,habitacula domorum intrare non audent,ſomnum canū , abſentiā aut deſidiam paſtoris explorant,ouium guttur inuadūt vt cito ſtrangulēt,feri, rapaces,iidemq; natura corporis rigidiores,vt ſe facile nō poſsint inflectere,impetu quodam ſuo feruntur,& ideo ſæpe luduntur.Tum præterea ſi quem priores hominem viderint,vocem eius quadam naturæ,viferuntur eripere:ſi autem homo prius eos viderit exagitari memorantur. Et ideo cauendum mihi eſt,ne ſi in hodierno tractatu ſpiritalium myſteriorum gratia nō potuerit refulgere,lupi me prius vidiſſe credā tur,& ſolēne vocis extorſiſſe ſuffragiū.Nōne lupis iſtis hæretici cōparandi ſūt,qui inſidiātur ouilibus Chriſti, fremunt circa caulas nocturno magis tēpore q̄ diurno: Semper enim perfidis nox eſt,qui lucem Chriſti ſcæuæ nebulis interpretationis obducere,& quantū in ipſis eſt fuſcare conantur. Verſantur ergo circa caulas , ſtabula

A tamen Chriſti intrare nō audent.Et ideo non ſanātur, quia in ſtabulum ſuum nō vult eos Chriſt⁹ inducere,in quo curatus eſt ille qui de Hieruſalem deſcendens incidit in latrones:quem vulneribus alligatis infuſo oleo & vino,imponens in iumētū ſuū Samaritanus ille duxit in ſtabulum,& ſanā dū ſtabulario dereliquit. Nō accipiūt ergo medicinā qui medicū nō requirunt. Si enim requireret,nō derogarent.Explorant paſtoris abſentiam, & ideo paſtores Eccleſiarum vel necare, vel in exiliū agere cōtēdunt:quia præſētibus paſtoribus oues Chriſti incurſare nō poſsunt.Spoliare ergo gregē domini & diripere conātur,qui corporea quadā mentis intētiōe duri ac rigidi nequaquā ſolēt à ſuo errore deflectere. Et ideo

ad Tit.3. Apoſtolus ait:Hereticum hominem poſt vnam correptionem deuita,ſciēs quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt.Hos ſcripturæ verus interpres Chriſti illudit, vt inanes ſuos in vanum effundant impetus,& nocere nō poſsint. Qui ſi quem verſuta diſputationis ſuæ circunſcri-

B ptione præuenerint.faciunt obmutеſcere.Mutus eſt enī qui verbum dei non eadem qua eſt gloria cōfitetur. Caue ergo ne tibi vocem tollat hæreticus,ſi prior eum non ipſe deprehenderis,ſerpit enim dum latet eius perfidia. Si autē cōmenta impietatis eius agnoueris,iacturam piæ vocis timere non poteris. Caue igitur verſutæ diſputationis venena,animam petunt,guttur inuadunt , vitalibus vulnus affigunt.Graues ſunt morſus hæreticorum , qui ipſi grauiores & rapaciores beſtiis , nullum auaritiæ finem impietatiſq; nouerunt,Nec vos moueat quod formam prætendere videtur humanā,etſi foris homo cerni tur,intus beſtia fremit.Et ideo eos lupos eſſe nō dubiū

Mat.7. eſt,iuxta domini IESV diuinam ſententiam,qui ait:Attendite vobis à falſis prophetis, qui veniūt ad vos in veſtitu ouium,intus autem ſunt lupi rapaces , ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Si quis ergo ſpecie mouetur,fructum interroget. Audis aliquem ſacerdotem dici? Rapinas eius non agnoſcis. Veſtitū ouis habet,facta prædonis Foris ouis,intus lupus eſt: qui modum non habet rapinarum,qui tanquā in nocte Scythico membra durat⁹ gelu,cruentus ora,circūuolat quærēs quem deuoret. Nónne vobis videtur lupus,qui humanæ necis inſaturabilis crudelitate fidelium morte populorum,rabiem ſuā deſiderat explere? Vlulat iſte,non tractat, qui negat vocis authorem,& ſacrilego ſermone beſtiale murmur inter-

C ſtrepit,qui non cōfitetur dominum IESVM æternæ præſulem vitæ. Audiuimus eius vlulatus,cum in orbem gladius mitteretur.Dentes aſperos,ora tumida præferebat, et putabat quod vocem omnibus abſtuliſset , quam ſolus amiſerat.Et ideo vt hos lupos effugere poſsimus, docet dominus quid ſequamur,dicens:

De inſtructione diſcipulorum ad cauēdā concupiſcē tiam temporalium.

Nolite portare ſacculū , neq; peram,neq; calceamenta.) Quid ſit ſacculum non eſſe portādum, alibi euidenter expreſsit. Scripſit enim

Mat.10. Matthæus quoniam dixit ad diſcipulos dominus:Nolite poſsidere aurum,neq; argentum. Si prohibemur aurum poſsidere:quid eripere,quid auferre conamur ? Si quod

Roma.2. habes,donare præciperis quemadmodum cōgeris quod poſsidere prohiberis? Qui prædicas non furandum , furaris? Qui dicis non mœchandum,mœcharis? Qui exeraris idola,ſacrilegium facis? Qui in lege gloriaris,per præuaricationem legis deum inhonoras ? Nomen enim dei per vos blaſphematur.Non ſic apoſtolus Petrus,qui primum dominicæ executor ſententiæ fuit , vt oſtenderet non in vacuum domini effuſa mandata, cum poſceretur à paupere vt ei aliquid pecuniæ lagiretur , ait: Ar-

Actuū.3. gētū atq; aurū nō habeo.Ille gloriatur qđ nō habeat argentum atq; aurum,vobis pudori eſt minus adhuc habere quàm cupitis.Eſt ergo & pauperies glorioſa ,quia eſt

Mat.5. & beata paupertas,de qua ſcriptum eſt: Beati pauperes ſpiritu. Tamē nō tā hoc gloriatur Petrus, quòd argentū D
& aurū nō habeat,quàm quod ſeruet domini mandatū, qui præcepit:Nolite aurum poſsidere. Hoc eſt dicere: Vides me Chriſti eſſe diſcipulum , & aurum à me requiris? Aliud nobis multo precioſius auro donauit, vt in nomine eius operemur. Itaq; non habeo quod non dedit, ſed quod dedit habeo. In nomine domini IESV ſurge & ambula. Sicut ergo qui horrea vult congerendis ædificare frumētis, dominicæ ſētētiæ authoritate reprehēditur: ita qui ſacculū vult auro parare cōdendo, næuum reprehenſionis incurrit. Nō peram,nō calceamenta. Vtrunq; de corio mortui animantis confici ſolet,nihil autē in nobis domin⁹ IESVS mortale vult eſſe. Deniq; ad Moyſē

Exodi.3. dicit:Solue calceamentum pedum tuorū , locus enim in quo ſtas , terra ſancta eſt. Mortale igitur atq; terrenum calceamētū inbetur ſoluere, cū mitteretur ad populum liberādum. Huius enim miniſter muneris timere nihil debet,nec à ſuſcepto officio mortis periculo retardari. Ipſe enim cum defenſionem fratrum,hoc eſt Iudeorum voluntarius recepiſſet, calumniæ terrore revocatus eſt ab incepto,& fugit ex Aegypto. Et ideo cū domin⁹ affectum eius probaſſet,cōditionem autem vidiſſet infirmā, animi eius mentisq; veſtigium mortalibus vinculis cenſuit exuēdum. Quod ſi quē mouet qua ratione in Aegypto calceati iubentur edere agnum, apoſtoli autem ſine calceamentis ad prędicandum euāgeliū dirigūtur,is cōſiderare debet quia ī Aegypto poſitus debet adhuc morſus cauere ſerpētis. Multa enī venena in Aegypto: & qui in typo paſcha celebrat,patere poteſt vulneri,qui autem E
miniſter eſt veritatis,cuitat venena,nō trepidat, Deniq; momordit Paulum vipera in Melita inſula & videntes Actu.28.
pendentem de manu eius viperam incolæ loci illius putabant eum eſſe moriturum.Sed vbi inoffēſum ſtare viderunt,deū eſſe dicebant,cui venenū nocere non poterat. Et vt ſcias hoc verū eſſe,ipſe dominus ait: ¶ Ecce dedi vobis poteſtatē calcādi ſup ſerpētes & ſcorpiones, & ſupra oēs virtutes inimici:& nihil vobis nocebūt.)Nō virgas in manu iubētur tollere apoſtoli. Sic enim Matthæus ſcribendum putauit. Quid eſt virga, niſi præferēdæ poteſtatis inſigne,& vlciſcendi inſtrumentū doloris? Ergo humilis domini(ī humilitate etenī iudiciū ei⁹ ſublatum eſt)humilis inquā domini præceptum , diſcipuli eius humilitatis officiis exequuntur. Eos enim miſit ad ſeminandam fidem,qui non cogerent,ſec docerēt : nec vim poteſtatis exercerēt,ſed doctrinam humilitatis attollerēt. Quo loco humilitati putauit etiam patientiam copulandam,quia ipſe quoq; iuxta teſtimonium Petri, cum malediceretur,nō remaledixit:cū pereuneretur,nō 1.Pet.2.
repercuſsit. Hoc eſt ergo dicere : Imitatores mei eſtote, vltionis ſtudia deponite,inſolētiam verberantium non iniuriæ relatione,ſed magnanimitate patientiæ ſupportate. Nemo in ſe debet quod in alio reprehendit imitari: grauiora contumacibus manſuetudo vulnera refert. F
Hoc pugno repercuſsit dominus verberantem, dicendo Quite percutit in maxillam, præbe illi & alterā. Fit enī Mat.5.
vt iudicio ſuo ipſe ſe damnet,& quodam ſtimulo ſui cō pungatur affectus,qui relatam ſibi ſedulitatem pro iniuria quā fecit,aduerterit. Habet tamen quos & cum virga apoſtolos miſerit, ſicut Paulus teſtificatur dicens: Quid vultis? In virga veniam ad vos? an in charitate & ſpiri- 1.Cori. 4.
tu manſuetudinis ? Hanc virgam etiam & Timotheo dedit Apoſtolus dicens: Argue , obſecra , increpa. Aut 2.Tim.4.
fortaſſe ante paſsionem domini,quæ nutātium populorum corda firmauit,neceſsaria ſola fuerit manſuetudo, poſt paſsionem correptio? Certe mulceat domin⁹ increpet Paul⁹: ſuadeat,qui poteſt pectora etiā dura mollire: arguat,qui non poteſt vniuerſa ſuadere. Virgam igitur Paulus ex doctrina legis aſsumpſerat. Legerat enim: Qui parcit baculo,odit filium ſuū. Legerat etiam quia Prou.13.
agnum manducantes,baculū in manib⁹ habere præ- Exod.12.
cepto,pphetico iubebātur. Et ideo domin⁹ ī veteri teſtamē

Psal.88. to ait: Visitabo in virga iniquitates eorum. In nouo au-
Ioan.18. tem ei ipsum obtulit, vt ignosceret vniuersis, dicens: Si
G me quæritis, finite hos abire. Et alibi habes quia cum a-
postoli ignem de cælo petere vellent, vt consumeret Sa-
maritanos, qui IESVM dominum intra ciuitatem suam
recipe noluerũt, cõuersi9 increpauit illos, & ait: Nescitis
cuius spiritus estis. Filius enim hominis nõ venit animas
hominũ perdere, sed saluas facere. Perfectiores ergo si-
ne virga diriguntur, infirmiores cum baculo mãsuecãt.
Sed & Paul9 virgam quidẽ minatur, sed in spiritu man-
suetudinis visitat delinquentes. Denicq; vt sciãs mitẽ esse
doctorem, eorum ipsorũ quos arguit, consulit volũtatẽ.
Quid vultis? inquit. In virga veniam ad vos: an in cha-
ritate & spiritu mansuetudinis? Semel virgam dixit, bis
mitiora subiecit, adiiciens mãsuetudinẽ charitati. Prius
tamen minatus est virgã, sed exhibuit mansuetudinem.
Nam in secunda epistola ad eosdem Corinthios scribẽs
2.Cor.1. ait: Testem deum inuoco in animã meam, quod parcens
vobis non veni Corinthum. Audi qua ratione putauerit
2.Corin.2 esse parcẽdũ. Ne iterũ, inquit, in tristitia venirẽ ad vos.
Abiecit virgam, & affectum charitatis assumpsit.

De prohibitione salutationis in via.

H ET neminem salutaueritis in via.) Fortasse quibus-
dam hoc durum & superbum, nec mansueti & hu
milis domini præcepto conuenire videatur quod
ille qui etiam accubitionis loco præcepit esse ce-
dendum, hoc loco mãdet discipulis: Neminem salutaue
ritis in via, cum iste communis sit vs9 gratiæ. Sic inferio
res superiorum sibi fauorem cõciliare cõsueuerũt. Gẽti
les quoq; cum Christianis habent huiusmodi officiorũ
cõmercia, quomodo domin9 hũc vsũ humanitatis auel-
lit? Sed cõsidera non hoc esse solum, Neminem salutaue-
ritis, sed nõ frustra aditum: In via. Denicq; & Heliæus
4.Reg.4. cũ mitteret seruũ suũ vt baculũ eius poneret supra cor-
pus pueri li defuncti, mandauit ei ne per viam aliquem sa
lutaret. Festinato enim iubebat ad eum contẽdere, vt ce
lebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne confa
bulatione alicuius obuii mandato reflecteretur à mune-
re. Ergo & hic non salutationis officium ac sedulitas au
fertur, sed obstaculũ impediẽdæ deuotionis aboletur, vt
quãdo diuina mãdãtur, pauliſper sequestrẽtur humana.
Pulchra est salutatio, sed eò pulchrior, quo præceptorũ ma
turior executio diuinorũ, quæ per morã sæpe trahit offẽ
sã. Ideo autẽ & honesta, phibẽtur, ne solẽnis gratia obre
pat officii, & impediat ministerium, cuius mora culpa
sit. Iam illa * moralia, ne de domo ad domum quis vaga
* alias, illud virt9. facilitate demigret, vt seruemus etiam hospitali in amo
I re constantiam, nec coalitã amicitiæ necessitudinem fa-
cile resoluamus, vt pacis præferamus nunciũ, vt ipse pri
mus ingressus pacis benedictione celebretur, cibo po-
tuq; oblato oportere nos esse contentos: vexilla fidei nõ
premenda, & regni cælestis Euangelium prædicandum,
excutiendum de pedibus puluerem, si quis recipiendos
ciuitatis hospitio non putauerit.

De condemnatione cõtẽptorum Euãgelii, humiliũq;
cõmendatione, & legis ignarorum confutatione.

DOCET etiam grauiori pœnæ obnoxios fore qui
Euangelium non sequendum, quàm qui legem
iudicauerint esse soluendam, eò quod Tyrus &
Sidon si tanta operationum cælestium vidissent
miracula, non despexissent remedium pœnitentiæ. Istã
quoq; vel affluentiam vel insolentiam secularem neq;
cælesti muneri comparandam, neq; rursus sine remedio
derelinqui, cum vnicuiq; sit subsidium pœnitendi. Po-
stremo aperit cæleste mysterium, quod placuerit deo vt
paruulis magis quàm prudentibus istius mundi suã gra-
tiam reuelaret. Quod Apostolus Paulus stylo pleniore
digessit dicẽs: Nõne stultam fecit deus sapiẽtiam huius
mundi? Nam quoniã in dei sapientia non cognouit hic
mundus per sapiẽtiam deum, placuit deo per stultitiam K
prædicationis saluos facere credentes. Paruulum ergo
accipiamus, qui se exaltare non nouerit, & phaleratis ser
monibus artẽ suæ iactare prudẽtiæ: quod philosophi ple
riq; faciunt. Paruulus erat qui dixit: Domine nõ exaltaui Psal.130.
cor meũ, neq; elati sunt oculi mei, neq; ingressus sum in
magnis, neq; in mirabilibus super me. Et vt scires paru-
ulum hunc nõ ætate, nõ sẽsu fuisse, sed humilitate sui,
& quadã declinatione iactantiæ, addidit: Sed exaltaui a-
nimã meã. Vides quã excelsus fuerit hic paruulus, quã-
to virtutum sublimis vertice? Tales nos paruulos vult
esse Apostolus cum dicit: Si quis videtur sapiens esse in 1.Cori 3.
ter vos in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia
enim huius mundi stultitia est apud deum. Pulcherri-
rimus connectitur de fide locus, quando oĩa sibi tradita
dicit à patre suo. Cum omnia legis, omnipotentẽ agno-
scis: nõ decolorem, nõ degenerẽ patris. Cum tradita le-
gis, filium confiteris, cui per naturam omnia vniusſub-
stantię iure sunt propria, nõ dono collata per gratiã. Ad
didit: ¶ Nemo scit quis est fili9, nisi pater: & quis est pa-
ter, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.) Quẽ locum
in iis quos de fide scripsi libellis, memini nõ esse præteri
tum. Vt scias autem quia sicut filius patrem quibus vult
reuelat, etiã pater reuelat quibus vult filium, audi dicen- L
tem ipsum dominum IESVM cum laudaret Petrum qđ
eum filium dei esse cõfessus sit: Beatus es Simon bar Io- Mat.16.
na, quia nõ caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus
qui in cælis est. Adhæret his lectio, quia exponuntur hi
qui sibi legisperiti videtur: qui verba legis tenent, vim le
gis ignorant, & ex ipso primo legis capitulo docet esse
legis ignaros, probãs quod in principio statim lex & pa-
trem & filiũ prædicauerit: incarnatiõis quoq; dominicæ
annũciauerit sacramẽtum, dicẽs: ¶ Diliges dominũ deũ
tuũ, & diliges proximũ tuũ sicut teipsũ.) Vnde domin9
ait ad legisperitũ: ¶ Hoc fac & viues.) At ille qui nesci-
ret proximũ suum, quia non eredebat in Christũ, respõ-
dit: ¶ Quis est meus, pximus?) Ita qui Christum nescit,
nescit & legem. Quomodo enim potest scire legẽ, cum
veritatem ignoret, cum lex annunciet veritatem?

De homine descẽdente ex Hierusalem in Hiericho,
& incidente in latrones.

HOMO quidam ex Hierusalem descẽdebat in
Hiericho.) Vt enim locũ qui propositus est
nobis, planius possim9 absoluere, veterẽ ci
uitatis Hiericho repetam9 historiã. Memi-
nimus itaque quòd Hiericho, sicut legimus in libro qui
inscribitur Iesu Naue, magna ciuitas fuerit, muralibus
septa parietibus, quæ non ferro, peruia, non arieti posset
esse penetralis: in ea Rhaab habitasse meretricem, M
quæ exploratores quos direxit Iesus, hospitio recepit,
consilio instruxit, postulantibus ciuibus abisse respon-
dit. Absconditin tecto, & vt se suosq; verbis excidio pos
set eripere, coccum in feneſtra ligauit. Vrbis autẽ ipsius
inexpugnabiles muros septem tubarum sacerdotalium
sono, & populi iubilantis vlulatu consono corruisse. Vi
dete quẽadmodum vnusquisq; proprium seruet officiũ:
exploratores excubias, mysterium meretrix, fidẽ victor,
religionem sacerdos. Hi periculum pro laude non me-
tuunt, illa susceptos nec in periculis prodit. Iste solicit9
fidem magis seruare quàm vincere, meretricis prius mã
dat salutẽ, q̃ excidiũ ciuitatis. Religionis autem insignia
arma sunt sacerdotis. Iam illud quis non plenum putet
esse miraculi, quod ex toto vrbe nemo seruatus est, nisi
quem meretrix liberauit? Hec simplicis historia veritatis
est: quæ si altius cõsideretur, admiranda signat mysteria.
Hiericho enim figura istius mundi est: in quam de para-
diso, hoc est de Hierusalẽ illa cælesti eiectus Adam, præ-
uaricationis prolapsione descendit: hoc est, de vitalibus
ad inferna demigrans, cui non loci, sed morum muta-
tio naturæ suæ fecit exilium. Lõge enim mutatus ab illo

A Adam, qui inoffẽsa beatitudine fruebatur: vbi in secula-
ria peccata deflexit, incidit in latrones. In quos non inci
disset, nisi his mandati cælestis deuius se fecisset obnoxius. Qui sunt isti latrones, nisi angeli noctis atq; te-
nebrarũ, qui se nõnunq̃ trãsfigurãt in angelos lucis, sed
perseuerare non possunt? Hi ante despoliant quę accepi
mus indumẽta gratiæ spiritalis, & sic vulnera inferre cõ
sueuerunt. Nã si intemerata quæ sumpsimus indumen-
ta seruemus, plagas latronũ sentire non possumus. Ca-
ue ergo ne ante nuderis, sicut Adam ante nudatus est,
mandati cælestis custodia destitutus, & exutus fidei ve-
stimento, & sic letale vulnus accipit. In quo omne ge-
nus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descen-
dens, vulnera eius acerba curasset. Non mediocris iste
Samaritanus, qui eum quem sacerdos, quem leuita despe
xerat, non etiam ipse despexit. Nec vocabulo fectæ de-
spicias, quem verbi interpretatione miraris. Samaritani
etenim vocabulo custos significatur. Hoc habet inter-
pretatio. Quis est custos, nisi ille de quo dictum est: Cu
Psal.114. stodiens paruulos domin9? Itaq; sicut Iudæus alius in li-
tera, alius in spiritu: ita Samaritanus alius foris, alius
Ioan.3. in occulto. Hic ergo Samaritanus descendens (Quis
est qui descẽdit de cælo, nisi qui ascẽdit in cælũ, fili9 hois
qui est in cælo?) videns semiuiuum, quem nemo poterat
antè curare, sicut illam quæ fluxu sanguinis profluẽs, in
medicos erogauerat omne patrimoniũ suũ: venit secus
B eum: hoc est, factus compassionis nostræ susceptiõe fini
timus, & misericordiæ collatione vicinus. ¶ Et alliga-
uit vulnera eius, infundens oleum & vinũ.) Multa medi
camina medicus habet iste, quibus sanare consueuit. Ser
mo eius medicamentum est. Alius eius fermo constrin-
git vulnera, alius oleo fouet, alius vinum infundit. Con
stringit vulnera austeriore præcepto, fouet remissione
peccati, sicut vino cõpungit denũciatione iudicii. ¶ Et
imposuit, inquit, in iumentũ suũ.) Audi quomodo te im
ponat. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet, &
pastor imposuit ouem lassam super humeros suos. Ho-
mo enim iumentis similis factus est: & ideo supra iumẽ
tum suum nos imposuit, nẽ nos essemus sicut equus &
mulus, vt per nostri corporis assumptionẽ infirmitates
nostræ carnis aboleret. Denicq; duxit nos in stabulũ qui
eramus iumenta. Est autẽ stabulũ, in qđ fessi lõgo itine-
Psal.112. re succedere solent. Duxit itaq; in stabulũ domin9, q̃ su
scitat à terra inopẽ, & de stercore erigit pauperem. ¶ Et
Isaiæ.1. curã egit.) ne æger ea quæ acceperat, nequaquam præce
pta seruaret. In quo agnouit asina præsepe domini sui.
Sed non vacabat Samaritano huic diu in terris degere,
redeundum eò erat vnde descenderat. Itaq; Altero die.)
C Quis est iste alter dies, nisi forte ille dominicæ resurre-
Psal.117. ctionis, de quo dictum est: Hic est dies quem fecit domi-
n9? ¶ Protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait:
Curã illius habe.) Qui sũt isti duodenarii, nisi forte duo
testamẽta, quæ imaginẽ in se habent æterni regis expres
sam, quorum precio vulnera nostra curãtur? Redempti
enim sum9 precioso sanguine, vt vltimæ mortis vlcera vi
taremus. Hos ergo duos denarios, licet horum quoq; li-
brorum quatuor formas non absurdum sit intelligere,
Philip.3. accipit stabularius. Quis? Ille forsitan qui ait: Aestimo
vt stercora, vt Christum lucrifaciam, quo curam habe-
ret hoĩs vulnerati, Stabulari9 itaq; ille est qui dixit: Mi-
sit me Christus euangelizare. Stabularii sunt illi quib9
Marc.16. dicitur: Ite in orbem vniuersũ: & prædicate Euãgelium
vniuersæ creaturæ, & qui crediderit et baptizatus fuerit,
hic saluus erit. Salu9 vtiq; à morte, salu9 à vulnere quod
infixum est à latronibus. Beatus ille stabularius, qui alte
rius vulnera curare potest. Beatus ille cui dicit domin9:
¶ Quodcunq; supererogaueris, reuertens reddã tibi.)
Bonus dispensator, qui etiam supererogat. Bonus dispẽ
sator Paulus, cuius sermones & Epistolæ veluti ei ratio-
ni quam acceperat, superfluunt. Moderatũ domini mã-
datum prope immoderato labore mẽtis & corporis exe
cutus, vt multos ab ægritudine graui spiritalis alloquii D
dispensatione releuaret. Bonus ergo stabularius stabuli
eius in quo agnouit asina præsepe domini sui, & in quo
greges ¶ lauduntur agnorũ, ne fremẽtibus ad caulas ra-
pacibus lupis, facilis in ouilia sit incursus. Spondet ergo
mercedẽ se redditurũ. Quãdo reuerteris domine, nisi in
die iudicii? Nã licet vbiq; sis semper, & stans in medio no
strum non cernatis à nobis, erit tamen tempus quo vni-
uersa caro te aspiciat reuertentem, Reddes ergo qđ de-
bes. Beati quibus es debitor: vtinã nos simus idonei debi
tores: vtinam quod accepimus, possimus exoluere, nec
nos aut sacerdotii aut ministerii munus extollat. Quo-
modo reddes domine IESV? Promisisti quidem in cæ-
lo bonis copiosam esse mercedẽ. Reddes tamẽ & cũ di-
ces: Euge bone serue & fidelis, quoniã super pauca fide- Mat.25.
lis fuisti, super multa te cõstituam, intra in gaudiũ domi
ni tui. Ergo quoniã nemo magis proxim9, quã qui vul-
nera nostra curauit, diligamus eum quasi dominum, di-
ligamus & quasi proximum. Nihil enim tam proximũ,
quàm caput mẽbris. Diligamus etiam eum qui imitator
est Christi: diligamus & eum qui inopiæ alterius corpo-
ris vnitate cõpatitur. Non enim cognatio facit proxi-
mum, sed misericordia, quia misericordia secũdum na-
turam. Nihil enim tam secundum naturam, quàm iuua-
re consortem naturæ. Dictum est igitur de misericordia
sed non vna est forma virtutis.

De exemplo Marthæ & Mariæ, per quas duæ vitæ
designantur.

SVBIICITVR Marthæ exemplo & Mariæ, E
alterius operibus actuosa deuotio, alterius
religiosa mẽtis intentio dei verbo: quæ si cũ
fide cõgruat, etiã ipsis operibus antefertur,
iuxta quod scriptum est: ¶ Maria optimã partẽ sibi ele-
git, quæ nõ auferetur illi.) Studeamus igitur & nos habe
re quod nemo nobis possit auferre: nõ vt perfunctoria, sed
diligẽs audiẽtia deferatur. Solent enĩ etiã ipsius semina
verbi cælestis auferri, si secus viam sint seminata. Agat
tẽ sicut Mariã desideriũ sapientiæ. Hoc enim maius, hoc
perfectius opus, nec ministerii cura à cognitione verbi
cælestis auertat, nec arguas eos & ociosos iudices quos
videas studere sapientiæ. Hanc enĩ sibi cohabitãtem Sa-
lomon ille pacificus adsciuit. Nec Martha tamẽ in bono
ministerio reprehenditur: sed Maria, quod meliorẽ par
tem sibi elegerit, antefertur. IESVS enim multis abun-
dat, & multa largitur. Et ideo sapientior iudicatur, quæ
quod principale aduertit, elegit. Denicq; apostoli opti-
mum non putauerunt relinquere dei verbũ, & ministra
re mensis, sed vtrũq; munus sapiẽtię est. Nam & Stepha- Actuũ.6.
nus plenus sapientia, minister electus: & ideo qui mini-
strat, doctori deferat, & ministrantem doctor inuitet &
prouocet. Vnum enim corpus Ecclesiæ, et diuersa mem 1.Cor.12.
bra, alterũ altero eget, Non potest dicere oculus manui
Operã tuã nõ desidero, aut iterum caput pedibus: aut au- F
ricula se negare esse de corpore, nã & si alia principalia,
tamen alia necessaria. Sapientia in capite, actus in mani
bus. Oculi enim sapientis in capite eius. Quia ille vere Eccls.2.
sapit, cuius animus in Christo est, & cuius interior ocu-
lus erigitur ad superna. Et ideo sapientis oculi in capite
ipsius, stulti autem in calcaneo.

De exemplo discipulos ad instãtiam & frequentiam
orationis inducente.

VIS vestrũ habẽs amicũ, ibit ad illũ media CAP. XI.
nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi
tres panes?) Ali9 præcepti loc9 est, vt oĩb9
momẽtis nõ solũ dieb9, sed etiã noctib9 o-
ratio deferatur. Vides enĩ qđ iste q̃ media
nocte prexit, tres panes ab amico suo postulãs, & i ipa pe
tẽdi intẽtione perfistẽs, nõ defraudetur oratis. * Qui sũt * orans.
isti tres panes, nisi mysterii cælestis alimentũ? Qđ si di-

G ligas dominũ deum tuum, nõ ſolũ tib', ſed etiã aliis poteris emereri. Quis autẽ amicior nobis, quàm qui pro nobie corpus ſuũ tradidit? Petiit ab hoc media nocte panes Dauid, petiit & accepit. Petiit enim quando dicebat: Me
Pſal.118. dia nocte ſurgebam ad cõfitẽdũ tibi. Ideo meruit hos panes, quos appoſuit nobis edendos. Petiit cum dicit: La-
Pſalm.6. uabo per ſingulas noctes lectum meum. Neq; enim timuit ne excitaret dormientẽ, quẽ ſcit ſemper vibrare vigilantem. Et ideo ſcriptorum memores, noctibus ac diebus orationi inſtantes, peccatis noſtris veniam poſtulemus. Nã ſi ille tã ſanctus, & qui regni erat neceſsitatibus occupatus, ſepties in die laudẽ domino dicebat matutinis & veſpertinis ſacrificiis ſẽper intẽtus: quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus, vt de via laſsis, & iſtius æui curſu, ac vitæ huius anfractu grauiter fatigatis, panis refectionis deeſse non poſsit, qui hominis cor cõfirmet? Nec ſolũ media nocte domin⁹, ſed oĩb⁹ prope docet vigilãdũ eſse momentis. Venit enim & veſpertina, & ſecunda, & tertia vigilia, & pulſare cõſueuit. Beati itaq; ſerui illi quos cũ venerit domin⁹, inuenerit vigilãtes. Si ergo deſideras vt virtus dei præcingat ſe, & miniſtret tibi, vigilandũ eſt ſemper. Multæ enim inſidiæ ſunt bonis, & grauis corporis ſomnus: cũ ſi dormi-
H re mens cœperit, vigorem ſuæ virtutis amittit. Excita igitur ſomnum tuũ, vt pulſes oſtiũ Chriſti. Quod aperiri ſibi etiã Paulus expoſcit, nõ ſolum ſuis, ſed etiã populi orationibus obſecrans ſe iuuari, vt aperiatur oſtiũ
Apoc 4. ſibi ad loquẽdũ myſterium Chriſti. Et fortaſe illud eſt oſtiũ quod apertũ vidit Ioãnes. Vidit enim, & dixit: Poſt hæc vidi, & ecce oſtium apertum in cælo: & vox prima quã audiui tanq̃ tubã loquentem mecũ, & dicẽtem: Aſcẽde huc, & oſtendã tibi quæ oportet fieri. Apertum eſt igitur oſtium Ioanni, apertũ eſt oſtium Paulo, vt nobis panes, quos ederemus, acciperet. Perſeuerauit enim oſtiũ pulſans oportune, importune, vt gentes mundani tramitis labore vexatas, alimoniæ cæleſtis vbertate recrea
*ratio. ret. Ergo præceptiuus locus frequenter orandi, ſpes intrandi, oratio *perſuadendi: prius in præcepto, poſt in exemplo. Qui enim promittit aliquid, ſpem debet afferre promiſsi, vt monitus obedientia deferatur, promiſsis fides, quę humanæ contemplatione pietatis in maius æternæ ſpem pietatis acquirit, ſi tamen æqua poſcantur, ne in peccatum vertatur oratio. Nec erubuit aliquid ſępius poſtulare, ne vel diffidere de domini miſericordia videretur, vel arrogãter dolere quod nõ prima prece ali
1.Cor.12. quid impetrauerit. Propter hoc inquit, ter dominũ roga
I ui, & oſtẽdit quod frequẽter deus ideo nõ cõcedat orat⁹, quod inutilia iudicet quæ nos profutura credamus.

De argumentis quibus IESVS cogitationes phariſæorum falſas eſse conuincit.

OMNE regnum in ſeipſum diuiſum, deſolabitur.) Cauſa dicti huius ea eſt, quod in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia dicebatur, vt oſtenderet regnum ſuum indiuiduum eſse, at
Ioan.18. q̃ perpetuum. Meritoq; etiam Pilato reſpondit: Regnũ meum non eſt de hoc mundo. Et ideo qui non in Chriſto ſpem gerunt, ſed in principe dæmoniorum eiici dæmones opinãtur, eos regni negat eſse perpetui. Quod ſpectat ad populum Iudęorum, qui huiuſcemodi paſsionibus ad dęmonium eiiciendũ, dęmonis arceſsat auxilium. Nam quemadmodũ poteſt, cum fides ſcindatur, regnum manere indiuiſum? Etenim cum in lege ſit populus Iudęorum, Chriſtus quoq; ſecundum carnẽ ex lege generatus ſit, quomodo regnũ poteſt Iudęorũ eſse perpetuũ, qđ ex lege eſt, cũ popul⁹ ipſe diuidat legẽ, quãdo à legis populo IESVS negatur, qui ex lege debetur? Ita ex parte ſe fides Iudaicę plebis impugnat; impugnando diuiditur, diuidendo diſsoluitur. Et ideo regnum Eccleſię manebit in ęternum, quia indiuidua fides cor-
pus eſt vnũ. Vnus enim domin⁹, vna fides, vnum baptiſ-
Ephe.4. mum, vnus deus & pater omnium: qui ſuper omnes, &
K per omnes, & in omnibus. Quãta hic ſacrilegi furoris amentia, vt cum dei filius ad immundos ſpiritus conterẽdos, & ad manubias mundani principis auferendas ſuſceperit carnẽ, & deſtruendæ nequitiæ ſpiritalis hoibus quoq; dederit poteſtatem, diuidens ſpolia eius, quod inſigne eſt triumphantis, aliqui ſibi adiumentum & præſidia diabolicæ poteſtatis adſciſcant, cum in digito dei, vel certe ſecundum Matthæum, in ſpiritu dei dæmones excludantur? Vnde intelligitur indiuiduum quoddã velut corpus eſse diuinitatis & regnum, cũ Chriſt⁹ dei dextera ſit, ſpiritus autem digiti ſpecie velut vni⁹ ſecundũ
Colo.2. diuinitatem corporis ſeriem videatur exprimere. Nõne videtur indiuiduum eſse regnũ, cum velut corpus ſit indiuiſum? Habitat enim (vt legiſti) corporaliter plenitudo diuinitatis in Chriſto. Quod vtiq; & de patre negare nõ poteris, & de ſpiritu negare nõ debes: nec tibi mẽbrorum comparatione noſtrorum portio quædã videatur facienda virtutis. Indiuiduæ enim rei nõ poteſt eſse diuiſio, & ideo ad formã vnitatis, non ad diſtinctionem poteſtatis referenda digiti nuncupatio eſt, cum dextera
Ioan.10. dei dicat: Ego & pater vnum ſumus. Sed licet indiui-
*diuinitatis. dua diuinitas *, diſtincta perſona eſt, digitus tamen cum dicitur, ſpiritus operatoria virtus ſignificatur, quòd diuinorum operũ ſicut pater & filius, ita & ſpiritus ſanctus
Pſal.8. operator ſit. Dauid enim dicit: Quoniam videbo cælos opera digitorum tuorum. Et in. XXXII pſalmo: Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Paulus ait: Hæc
1.Cor.12. autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens
L ſingulis prout vult. Et hic cum dicit. ¶ Quòd ſi in ſpiritu dei ego eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei:) Simul oſtendit imperialem quandam eſse ſãcti ſpiritus poteſtatem, in quo regnum eſt dei. Nos quoq; in quib⁹ habitat ſpiritus, regalem domum habemus. Vnde & in poſterioribus dixit: Regnum dei intra vos eſt. Et ideo diuinitatis, & dominationis, & imperatoriæ maieſtatis conſortem debemus æſtimare ſpiritum ſanctum,
2.Cor.3. quia dominus eſt ſpiritus. Vbi autẽ ſpirit⁹ domini, ibi li-
bertas. ¶ Cũ immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quærẽs requiẽ, & nõ inueniẽs.) Hoc de Iudæorũ plebe dictũ ambigi nõ põt, quã domin⁹ à regno ſuo in ſuperioribus ſegregauit. Vnde oẽs quoq; hæreticos & ſchiſmaticos à regno dei, & ab eccleſia intellige ſeparatos. Et ideo nõ dei, ſed imũdi ſpũs oẽs ſchiſmatũ hæreticorũq; liquidò claret eſse cõuẽt⁹. Itaq; i vno homine toti⁹ Iudaici populi cõparatio eſt', à quo plegẽ
M ſpiritus immundus exierat. Sed quia in nationibus & gẽtibus per fidem Chriſti requiem reperire nõ potuit (immundis enim ſpiritib⁹ Chriſtus incendium eſt, qui ſpectoribus gentilium, quæ antè arida erant, poſtea per baptiſmum rore ſpiritus ſancti humeſcebant, iacula aduerſarii ignita reſtinxerat) ideo regreſsus ad plebem eſt Iudæorũ, quæ forenſi & perfunctoria ſpecie cõpta, animo manet interiore pollutior. Neq; enim ſacri fõtis irriguo aut abluebat aut reſtinguebat ardorẽ: meritoq; ad eam ſpũs redibat immũdus, adducens ſecũ ſeptẽ ſpirit⁹ neq̃ res ſe, quoniã in hebdomada legis & octauæ myſteriũ ſacrilega mẽte cõmiſit. Itaq; vt nobis multiplicatur ſeptiformis ſpũs gratia, ita illis ĩmũdorũ ſpirituũ ois cumulatur iniuria. Vniuerſitas enĩ hoc numero aliquotiẽs cõphẽditur, ꝓpter qđ ſeptimo die concluſus mũdi operib⁹ requieuit deus. Ideo & ſterilis ſeptẽ peperit, & populoſa in filiis infirmata eſt. Deniq; vt ſcias Synagogę populũ deformari, vbi Eccleſiæ beatitudo laudatur, ſubiecit:

De increpatione generationis nequã, ſignũ quęrẽtis.

GENERATIO hæc generatio nequam eſt, ſignum quærit, & ſignum nõ dabitur ei, niſi ſignum Ionæ. Nam ſicut Ionas fuit ſignum Niniuitis, ita erit & filius hominis.) In hoc quoq;

A Iudæorum plebe damnata, Eccleſiæ myſterium euidenter exprimitur, quæ in Niniuitis per pœnitentiã, & in regina Auſtri per ſtudium percipiendæ ſapientiæ de totius orbis finibus congregatur, vt pacifici Salomonis verba cognoſcat. Regina plane, cuius regnum eſt indiuiſum, de diuerſis & diſtantibus populis in vnum corpus aſsur
Epheſ.5. gens. Itaq; ſacramentum illud magnum eſt de Chriſto & Eccleſia, ſed tamen hoc maius eſt, quia illud in figura ante præceſsit, nunc autem plenum in veritate myſterium eſt. Illic enim Salomonis typus, hic autem Chriſtus in ſuo corpore eſt. Ex duobus igitur conſtat. Eccleſia, vt aut peccare neſcias, aut peccare deſinas. Pœnitentia enim delictum abolet, ſapientia cauet. Hoc in myſterio. Cæterum Ionæ ſignum vt typus dominicæ paſsionis ſit, ita etiam grauium, quæ Iudæi commiſerint, teſtificatio peccatorum eſt. Simul aduertere licet & maieſtatis oraculum, & pietatis indicium. Namq; Niniuitarum exemplo & denunciatur ſupplicium, & remedium demonſtratur. Vnde etiam Iudæi debent non deſperare indulgentiam, ſi velint agere pœnitentiam.

De ſimilitudine qua ad oſtẽſionẽ fidei adhortamur.

// NEMO lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neq; ſub modio, ſed ſuper candelabrum vt qui ingrediuntur, lumen videant.) Ergo quia in ſuperioribus Eccleſiã Synagogæ prætulit, hortatur
B nos vt fidem potius noſtram ad eccleſiam tranſferamus. Lucerna enim fides eſt, iuxta quod ſcriptum eſt: Lucerna pedibus meis verbum tuum domine. Verbum enim
Pſal.118. dei fides noſtra eſt, verbum dei lux eſt, lucerna eſt fides.
Ioan.1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lucerna autem lucere non poteſt, niſi aliunde lumen acceperit. Hæc eſt lucerna quæ accẽditur, virtus ſcilicet noſtræ mentis & ſenſus, vt drachma illa poſsit quæ perierat reperiri. Nemo ergo fidem ſub lege conſtituat. Lex enim intra menſurã eſt, vltra menſurã gratia. Lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideo nemo fidẽ ſuã intra menſurã legis includat, ſed ad Eccleſiam conferat, in qua ſeptiformis ſpiritus relucet gratia, quã princeps ille ſacerdotum fulgore ſupernæ diuinitatis illuminat, ne eam legis vmbra reſtinguat. Deniq; lucerna illa quam matutinis veſpertiniſq; temporibus ritu veteri Iudæorum princeps ſacerdotum ſolebat accendere, velut ſub modio ſita legis euanuit: & ciuitas illa Hieruſalem, quæ in terris eſt, quæ occidit prophetas quaſi in conualle fletus poſita deliteſcit: illa autem Hieruſalem quæ in cælo eſt, in qua militat fides noſtra, in illo altiſsimo omniũ locata monte, hoc eſt in Chriſto, Ec-
C cleſia non poteſt tenebris & ruinis huius mundi abſcõdi, ſed fulgens candore Solis æterni, luce nos gratiæ ſpiritalis illuminat.

De redargutione interioris immuditiæ, multorumq; vitiorum phariſæorum & legiſperitorum,

NVNC vos phariſæi prius quod deforis eſt calicis & catini, mundatis.) Vides corpora noſtra terrenorum & fragilium expreſsione ſignari, quę breui lapſu præcipitata frangantur: & facile ea quæ mens voluit interna, per ſenſus & geſta corporis prodit: ſicut illa quæ calix interius continet, foris lucent. Vnde
Ioan.18. & in poſterioribus non dubium eſt vocabulo calicis paſsionem corporis declarari, cum dicit dominus: Calicem quem mihi pater dedit, non vis vt bibam illum? Bibit enim corpus ſuum, qui corporalem fragilitatem ſpiritali abſorbet affectu, & quaſi in mentem animũq; tranſfundit, vt exterioribus interiorũ imbecillitas hauriatur. Cernis igitur quod nos non exteriora huius calicis aut catini, ſed interiora contaminant. Et ideo quaſi bonus præceptor docuit quemadmodum noſtri mundare corporis contagium debeam⁹, dicens: ¶ Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.) Vides quanta remedia? Mundat nos miſericordia, mundat nos D
dei ſermo, iuxta quod ſcriptum eſt: Iam vos mundi eſtis Ioan.15.
propter ſermonem meum, quem locut⁹ ſum vobis. Nec hoc loco ſolum, ſed etiam in aliis quanta gratia ſit, exTob.12.
preſsum tenes. Eleemoſyna enim à morte liberat, &, Cõ
clude eleemoſinam in corde pauperis, & hæc pro te exo Eccls.29.
rabit in die malo. Totus itaq; pulcherrimus ab hinc dirigitur locus, vt quoniam nos ad ſtudium ſimplicitatis inuitat, ſuperflua Iudeorum & terrena condemnet, qui ſecundum corpus intelligendo quæ legis ſũt, vitro & catino propter fragilitatem ſui non immerito cõparantur & ea de quibus nobis nullus eſt vſus, obſeruant: ea autẽ in quibus noſtræ ſpei fructus eſt, negligunt: & ideo peccatum grande committunt, dum meliora deſpiciunt: & tamẽ ipſis peccati abolitio promittitur, ſi miſericordia conſequatur. Breuiter autẽ vitia eorum multa perſtringit, qui vilium fructuum decimis conferendis omne ſtudium intendant ſuum, nec vllum futuri iudicii metum nec aliquam dei habeãt charitatem, cum opera ſine fide vana ſint. Prætereunt enim iudicium & charitatem dei. Iudicium ideo, quia non omnia quæ agunt, in iudicium referunt. Charitatẽ ideo, quia non ex affectu deum diligunt. Sed ne rurſus fidei nos ſtudioſos faciam operum negligẽtes, perfectionẽ fidelis viri breui ſermone cõcludit, vt & fide & operibus approbetur, dicens: ¶ Hæc oportuit facere, & illa non omittere.) Arrogãtiam quoq;
iactantiãq; redarguit Iudæorum, dum primatus accubitionis in conuiuiis appetunt. In ipſos quoq; peritos legis damnationis ſententia promulgatur: ¶ Væ vobis, qui E
eſtis vt monumenta.) Qui quaſi ſepulchra, quæ non apparent, ſpecie fallunt, viſuq; decipiunt: vt cum foris ſpecioſa promittant, intus plena fœtoris includant. Quod faciunt pleriq; doctores, qui ab aliis exigunt quæ ipſi nõ queant æmulari. Et ideo ipſi monumenta ſunt, ſicut & alibi dictum eſt: Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Pſal.5.
Bonus etiam locus aduerſus ſuperſtitionem vaniſsimam Iudæorum: ¶ Væ vobis, qui ędificatis monumenta prophetarum,) quia ædificando ſepulchra prophetarum, patrum ſuorum facta damnabant, Aemulando autem paterna ſcelera, in ſeipſos ſententiam retorquebant. Et enim propheticorum ædificatione tumulorum ſceleris eos qui occiderant arguebant, & ſimilium æmulatione factorum ſe quoq; declarabant paternæ iniquitatis hæredes. Non igitur ædificatio, ſed æmulatio loco criminis æſtimatur. Neq; enim poſsunt hæreditariæ iniquitatis abſolui, qui dei filium crucifigendo, quod grauius eſt, paternis cumulum ſceleribus addiderunt. Et ideo bene alibi addidit: Implete menſuram patrum veſtrorum, qa nihil eſt vltra dei iniuriam, grauius peccare quod poſſint. Propterea mittit ad illos Sapientia apoſtolos & prophetas. Quis eſt ſapientia, niſi Chriſtus? Deniq; in Matthæo habes: Ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes. Arguuntur adhuc ſub nomine Iudæorum, & futuro
F ſupplicio ſtatuuntur obnoxii, quia cum doctrinam ſibi diuinæ cognitionis vſurpent, alios impediant, nec ipſi quod profitentur agnoſcant.

De exemplo quo & timor mortis excluditur, & fides roboratur.

CAP. XII.

NONNE quinque paſseres veneunt dipondio? Et vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo. Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite timere, multis paſseribus pluris eſtis.) Pulcherrimũ locũ tenẽdæ ſimplicitatis, & æmulandæ fidei ſaluator intexuit, ne Iudaicæ perfidiæ more alia promamus affectu, alia voce ſimulemus, cum vltimo tempore occulta cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium, ſecretum noſtræ mentis appertura videantur. Quæ enim maior eſt ſimplicitatis illecebra, q̃ vt vnuſquiſq; cognoſcat latebram fraudis eſse non poſse? Sed quoniam gemina eſt cauſa

G perfidiæ,quia aut ex inolita malitia,aut ex accidẽti metu naſcitur:ne qs metu territ⁹ poteſtatis,deũ quẽ corde cognoſcit,negare cogatur,pulchrè addidit aiæ tãtũ formidabile eſse ſuppliciũ,pœnã corporis nõ eſse metuendã.Mors enĩ naturæ finis,nõ pœnæ eſt. Et ideo mortem ſupplicii corporalis eſse defectum,pœnã vero animæ eſſe perpetuã:eóq; deum ſolum eſse metuendum:cuius poteſtati non natura præſcribat,ſed eadem natura ſubiaceat.Mortẽ vero nõ eſse terribilem, quam locupletiore fœnore ſit immortalitas redẽptura.Inſpiraverat dominus ſimplicitatis affectum, virtutem mentis exerexerat, fides ſola nutabat,bene eam de vilioribus roborauit. Nã ſi deus obliuionem paſserum non habet, hominum habere q poteſt? Quod ſi tãta eſt dei etiam æterna maieſtas, vt vnus ex paſseribus,aut noſtrorum numerus capillorum præter ſcientiã dei non ſit,quàm indignum eſt æſtimare quod fideliũ corda domin⁹ aut ignoret aut ſpernat,qui viliora cognoſcat? Fortaſse dicat aliq̃s, Quomodo Apoſtolus dixit:Nũquid de bubus cura eſt deo? cum vtiq; bos paſsere præcioſior ſit? Sed aliud eſt cura, aliud ſcientia. Deniq; numerus capillorum non in actu cõpu- 1.Cor.9.
tationis,ſed in facilitate cognitionis accipitur.Nõ enim H ſolicitam deus curæ numerantis intendit excubiam,ſed cui cognita ſunt omnia, quaſi numerata ſunt oĩa. Bene tamen numerati dicuntur, quia illa quæ volumus ſeruare,numeramus. Poſsumus tamen hic diſcutere aliquid intelligẽtiæ ſpiritalis arcanum, præſertim cum hoc videatur abſurdũ,vt hoĩes nõ potius hominib⁹ quàm paſseribus cõparẽtur. Videntur enim quinq; iſti paſseres, quinq; eſse corporis ſenſus,tactus,odoratus,guſtus, viſus,auditus:qui modo paſserum, ſi terrenarum ſordiũ rimentur illuuiem,atq; ex incultis locis & fœtidis cibũ quærãt,delictorum ſuorũ laqueis occupati, ad ſuperiorum operum fructus quibus epulantur animi, reuelare non poſsunt. Eſt enim lenocinantis quidam laqueus voluptatis,qui noſtrorum veſtigiis animorum quædã vincula ſubnectat,vt ſi igneũ vigorem, puritatemq; naturæ,terrenæ materiæ ſenſus hebetauerit, luxuriæ precio ſecularis addictum,ſub quadam vitiorũ auctione cõſtituat. Sunt etiam quædam noſtrorum nundinæ delictorum. Itaq; variarum capti illecebris voluptatum,aut venundamur ſub pcõ,aut redimimur à peccato. Chriſtus nos redimit,aduerſarius vendit:ille auctionatur ad mortem,hic redimit ad ſalutem. Vnde bene Matthæus duos
I paſseres poſuit,corpus animamq; ſignificans: quoniam caro quoq;,ſi conſentiens dei legi,& exuens ſe lege peccati,in naturam animæ ſenſuum puritate tranſierit, alis ad cælum ſpiritalibus eleuatur. Itaq; docemur quia voládi nobis gratiam natura dedit,voluptas abſtulit, quæ malorum eſcis grauat animã,atq; in naturam corporeæ molis inclinat. Meritoq; poſuit quia nemo illorum cadit ſine volũtate dei. Quod enim cadit, vergit in terrã: & quod volat,faſtigio immortalitatis euehitur. Ne cui autem dubium eſset quod Matthæus dixit, Lucas euidenter abſoluit:quia voluntas dei, cognitio dei. Nõ enĩ quiſquã voluntate dei cadit,ſed qui delictorum ſuorum mole ruerit,deum latere nõ poterit. Nam & Iob ex dei voluntate tentatur. Dedit tibi aduerſarium, ſed propoſuit præmium. Nec excuſes fragilitatem,qui habes imaginem,accepiſti munitionem : vnde & hoc proficit ad ſalutem,vt ſine permiſsione dei diabolum nocere non poſse cognoſcas, ne potentiam diaboli magis timeas, quàm diuinitatis offẽſam. Iam illud non dubium eſt,ani-
Pſal.123. mæ paſserem comparari,cum legeris : Anima noſtra
Pſal.10. ſicut paſser erepta eſt de laqueo venantium. Et alibi: Quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem
Pſal.101. ſicut paſser? Ipſum quoq; hominem legimus comparari paſseri,quia ſcriptũ eſt:Ego autem quaſi paſser vnicus in ædificio,ſcilicet ex duobus paſseribus in vnũ paſſerem:hoc eſt,ſpiritalis ſubſtantiæ ſubtilitatem concordans,vtriuſq; alæ compage formatus. Ergo paſser bonus eſt, cui volãdi natura ſuppeditat. Eſt etiam malus K paſser,qui volãdi vſum terrenæ vitio labis aboleuerit: quales ſunt iſti paſseres,qui dipondio veneunt. Alibi aſſe veneũt,alibi dipondio. Quãta vilitas delictorũ? Mors enĩm vilis,ſed precioſa virtus. Etenim aduerſarius tanquam captiua mancipia vilioris præcio æſtimationis addicit. At vero dominus tanquam ſpecioſa ſeruitia, quæ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſui fecit, idoneus ſui operis æſtimator,magno precio nos redemit,ſicut ſanct⁹ Apoſtolus dixit: Empti enim eſtis precio magno. Et bene 1.Cor.9.
magno,quod non æſtimatur ære,ſed ſanguine:quia pro nobis mortuus eſt Chriſtus,qui precioſo nos ſãguine liberauit ſicut etiam ſanctus Petrus in Epiſtola commemorat ſua,ſcribens ad nos: Quia non corruptibilibus 1.Pet.1.
argento & auro,inquit,redempti eſtis de vana veſtra cõuerſatione paternæ traditionis,ſed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti IESV. Et bene precioſo,quia immaculati corporis ſanguis eſt, quia ſanguis eſt vnici filii dei,qui non ſolum de maledicto legis,ſed etiam de impietatis morte perpetua nos redemit. In ſumma igitur hic ſenſus eſt: Si dominus vilibus auibus & infidelibus hominibus vel in oriundo ſole,vel in terrena fœcunditate proſpexit,ſi miſericordiæ ſuæ omnibus munus impartit, haud eſse dubitandum contemplationem apud illum fidelium valituram eſse meritorũ. Præclare autẽ & fidẽ acuẽdo intexuit, & fidei L ipſi virtutum fundamẽta ſubiecit. Nã vt fortitudinis incentium eſt fides,ita fidei firmamentum eſt fortitudo.

De irremiſsibilitate blaſphemiæ in ſpiritũ ſanctum.

T omnis qui dicit verbum in filiũ hoĩs, remittetur ei:in ſpiritũ autẽ ſanctum qui dixerit, nõ
E remittetur ei.) Vtiq; filium hominis Chriſtum intelligimus,qui de ſpiritu ſancto generatus & ex virgine eſt, quod parens eius in terris ſola ſit virgo. Nunquid ergo maior eſt ſpiritus ſanctus Chriſto, vt in Chriſtum peccantes veniam conſequantur, in ſpiritum ſanctum delinquentes remiſsionem non mereantur adipiſci? Sed vbi vnitas poteſtatis eſt, nulla comparationis eſt quæſtio,neq; controuerſia magnitudinis, cum magnus ſit dominus, & magnitudinis eius finis eſſe non poſsit. Si igitur,quod credimus,vnitas trinitatis eſt,indiſcreta vtiq; magnitudo, ſicut indiſcreta operatio. Quod in ſequentibus demonſtratur. Nam cum alibi dictum ſit: Pater vobis dat quid loquamini,hic ſubiecit: ¶Spiritus enim ſanct⁹ docebit vos in illa hora quæ oporteat dicere) Ergo ſi operatio vna eſt,vna eſt & contumelia. Sed ad propoſita reuertamur. Hic videtur quibuſdam vt eundem & filium hominis & ſpiritum ſãctũ Chriſtũ intelligamus:ſalua diſtinctione perſonarum,& M vnitate ſubſtantiæ,quia vnus & deus & homo Chriſtus, idem ſpiritus,ſicut ſcriptum eſt:Spiritus ante faciem noſtrã Chriſtus dominus. Idem ſanctus,quia ſicut deus pater & filius dominus, dominus pater & filius deus, ita etiam & pater ſanctus,& filius ſanctus & ſpiritus ſanct⁹. Deniq; Cherubim & Seraphim indefeſsis vocibus clamant:Sanctus ſanctus ſanctus, vt trinitas repetita tertia appellatione ſignetur. Si ergo vtrunq; Chriſtus eſt,quæ eſt diuerſitas, niſi vt ſciamus quia diuinitatem Chriſti nobis negare non liceat? Deniq; in perſecutione quid quæritur,niſi vt dominũ Chriſtum negemus? Itaq; quicunq; non confitetur in Chriſto deum,& ex deo atq; in deo Chriſtum,veniam non merebitur. Sed etiam quicunq; non confitetur Chriſtum in carne veniſſe,ex deo non eſt. Qui enim hominẽ negauit, deum negauit: quia deus in homine, & homo in deo Chriſtus. Plerique tamen illud tenent,vt eam blaſphemiam dicant non eſse veniabilem,ſi quis Chriſtum dicat in Beelzebub eiicere dæmonia,non poteſtate diuina.

A De reſponſione domini ad poſtulationem cuiuſdam,qua auaritia abolenda docetur.

Ait quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatem . At ille dixit ei: Homo,quis me conſtituit iudicem aut diuiſorẽ ſupra vos?) Totus hic locus ad ſubeundã pro confeſsione domini paſsionẽ,aut cõtemptu mortis, aut ſpe præmii, aut manſuri denunciatione ſupplicii, cui nunq̃ venia laxetur,inſtruitur . Et quoniã auaritia plerunq; ſolet tentare virtutẽ,etiam huius abolendæ & præceptũ ſubiicitur,& exemplum,dicente domino: Quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſupra vos? Bene terrena declinat,qui propter diuina deſcẽderat: nec iudex eſse dignatur litiũ, & arbiter facultatum, viuorũ habens mortuorumq; iudiciũ, arbitriumq; meritorũ. Non ergo quid petas,ſed à quo poſtules,intuendum eſt,nec maioribus intento animo putes minoribus obſtrepẽdum. Vnde non immerito refutatur hic frater, qui diſpẽſatorẽ cælestiũ geſtiebat corruptibilibus occupare, cum inter fratres patrimonium nõ iudex medius, ſed pietas debeat ſequeſtra diuidere : q̃q̃ immortalitatis patrimonium non pecunię ſit hominibus expetendum. Fruſtra enim congregat opes, qui ſe his neſcit vſurum, ¶Hominis cuiuſdã diuitis vberes fructus poſsesſio attulit &c.) Sicut ille qui cũ repleta horrea nouis meſsib⁹ rumperẽtur, exuberantiũ ſibi fructuũ receptacula præ-
B parabat,cui congregaret ignarus. Remanẽt enim in ſeculo cuncta quæ ſeculi ſunt, & pereunt nobis quæcunq; congregãtur hæredibus. Neq; enim noſtra ſunt,quæ nõ poſsumus auferre nobiſcũ. Sola virtus comes eſt defunctorum,ſola nos ſequitur miſericordia, quæ cælestium dux prævia manſionũ, pecuniæ vilis vſura tabernacula defunctis acquirit æterna,ſicut domini præcepta teſtantur,dicẽtis ad nos: Facite vobis amicos de iniquo mãmona,qui vos recipiãt in æterna tabernacula ſua. Bonũ itaque ac ſalutarẽ præceptũ & idoneũ,quod vel auaros poſſit animare,quo ſtudeant corruptibilia perennibus,terrena mutare diuinis . Sed quoniam plerunque deuotio fidei infirmitate reuocatur,& ad conferẽdum patrimonium prompti, victus ſui conſideratione retrahuntur, ideo addidit dominus dicens:

De prohibitione ſolicitudinis de victu & veſtitu.

C Nolite ſoliciti eſse animæ quid manducetis, neq; corpõri quid veſtiamini . Anima plus eſt quàm eſca,& corpus quàm veſtimentum.) Nihil enim moralius ad faciendam fidẽ credentibus à deo poſse conferri,quàm quod aerius ille ſpiritus vitale collegium animæ corporisq; conubernio fœderatum ſine noſtro labore perpetuat, nec ſalutaris deficit vſus alimenti, niſi cum venerit dies ſuprema moriendi . Cum igitur anima indumento corporis veſtiatur, & vigore animæ corpus animetur,abſurdum eſt vt victus nobis copiam defuturam putemus, qui viuendi iugem ſubſtantiam conſequamur. ¶Conſiderate,inquit,volatilia cæli.) Magnum ſane & aptum quod fide ſequamur exemplum . Nam ſi volatilibus cæli, quibus nullum exercitium cultionis,nullus de meſsium fœcunditate prouentus eſt, indeficientem tamen prouidentia diuina largitur alimoniam: verum eſt cauſam inopiæ noſtræ auari-
*videri. tiam iudicare. * Etenim illis idcirco inelaborati pabuli vſus exuberat, quod fructus ſibi cõmunes ad eſcam datos, ſpeciali quodam neſciunt vẽdicare dominatu: nos communia amiſimus , cum propria vendicamus . nam nec proprium quicquam eſt vbi perpetuũ nihil eſt: nec certa copia, vbi incertus euentus. Cur enim diuitias tuas æſtimes , cum tibi deus etiam victum cum cæteris animantibus voluerit eſse communem? Aues cæli ſpeciale ſibi nihil vendicant, & ideo pabulis indigere neſciunt, quia non norunt aliis inuidere. ¶Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt. Et infra: Si autem fœnum quod ho- D die in agro eſt,& cras in clibanum mittitur,deus ſic veſtit.) Bonus quidem ſermo atq; moralis, quod ad fidem nos diuinæ miſericordiæ conferendæ,vel iuxta literam, quia ad ſtaturam corporis noſtri,vel ſpiritaliter,quia ſupra menſuram ſtaturæ noſtræ ſine dei fauore nihil valemus adiungere, comparatione nos floris & fœni ſermo dominicus prouocauit. Quid enim tã morale ad perſuaſionẽ, q̃ cum videas quod etiã quæ ſũt irrationabilia,ſic dei proſpicientia veſtiuntur, vt nullo vſu vel ad gratiã egeant,vel adornatũ: multò magis credas rationabilem hominem, ſi omnẽ ſui vſum in deo collocet,nec ſtudio mutãdi violet fidẽ, nunq̃ egere poſse, eò quod iure præſumpſerit de fauore diuino? Sed tamẽ vt etiam altius iſta pãdamus,quia nõ ocioſum videtur quod flos vel homini cõfertur,vel certe plus penè q̃ hominibus in Salomone præfertur, qui tantũ meruit vt vel in ſpecie templum deo conderet, vel in myſterio Chriſti eccleſiam figuraret: Non alienum videtur vt per claritatẽ coloris,angelorũ cęleſtium gloriã putemus expreſsã: qui vere mundi iſtius flores ſunt,quod eorũ claritatibus mundus ornatur,& bonum odorẽ ſanctificationis aſpirant. Quorum 2.Cor.2.
præſidio fulti poſsumus dicere: Bonus odor Chriſti ſumus deo in iis qui ſalui fiũt,qui nulla ſolicitudine prępediti,nullo vſu laboris exercitati,diuinæ in ſe liberalitatis gratiã,& cæleſtis ſeruant dona naturæ. Vnde bene & & hic veſtitus gloria ſua Salomon , & alibi coopertus E oſtenditur, quod infirmitatem corporeæ naturæ veluti virtute quadam mentis adopertam operum gloria veſtiebat. Angeli vero quorũ natura diuinior expers manet iniuriæ corporalis,recte licet maximo viro,conſidetamẽ noſtræ iniuriæ præferũtur. Ergo quoniam per reſurrectionem erunt homines ſicut angeli in cælis, nos quoq; exemplo angelorũ gloriæ cæleſtis augmentũ dominus, q & eã illis tribuit, ſperare præcepit, quo abſorbeatur hoc mortale à vita. Oportet enim corruptibi- 1.Cor.15.
le hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Plericq; etiã comparationẽ hanc ſecundũ naturã floris & vſum putãt propoſiti germinis aptiorẽ, eò quod lilia nullius annui vſus cultum requirant, nec ſicut erga prouentum fructuum cæterorum,ita etiã erga generationẽ iſti⁹ floris,ſollicitis in orbem redeat labor actus agricolis. Quibuſlibet enim ficcitatibus agri omne illud quod alitur in florẽ,quadam virtute genitali ex ſeſe atq; in ſe ſucci ſemper manẽtis animatur. ita cũ foliorum puberum caulem videas arruiſse, floris tamen natura viueſcit. Abſconditur enim viriditas,non amittitur. Aſt vbi vernis fuerit pouocata blanditiis,indumẽtum germinis, comam floris lilii ſui reſumit ornatus. Quem locum nunc, quoniam alibi vberius tractatum F eſse reminiſcimur, perſtrixiſse ſatis eſt, ne in eadem ſit recurſus. Illud delectat aduertere,quia non in aſperitatibus montiũ,inculticiſq; ſyluarũ lilia,ſed in ortorũ amœnitate generantur . Sunt enim orti quidam diuerſarum pomiferi virtutum,iuxta quod ſcriptum eſt: Ortus con- Cant.4.
cluſus ſoror mea ſponſa, ortus cõcluſus,fons ſignatus. eò quod vbi integritas,vbi caſtitas, vbi religio, vbi fida ſecretorum ſilentia,vbi claritas angelorũ eſt, illic confeſsorum violæ,lilia virginũ, roſæ martyrum ſunt. Nec incõgruum quiſquam putet quod angelis lilia comparentur,cum lilium Chriſtus ipſe ſe memorauerit,dicẽs: Ego flos campi,& lilium conuallium. Et bene liliũ Chri- Cant.2.
ſtus,quia vbi martyrum ſanguis,ibi Chriſtus,qui eſt flos ſublimis,immaculatus,innoxius,in quo non ſpinarum offendat aſperitas,ſed gratia circunfuſa clareſcat. Sunt enim ſpinæ roſarũ,quia tormenta ſunt martyrum. Non habet ſpinas inoffenſa diuinitas,quæ tormenta non ſentit. Ergo ſi lilia vel angeli ſupra hominum gloriam veſtiũtur: nec in nobis miſericordiam dei deſperare debemus,quibus per reſurrectionis gratiã dominus ſimilem angelis ſpeciem pollicetur. Quo loco etiam illam vide-

G tur perſtringere quæſtionẽ, quam etiã Apoſtolus non omiſit, quia gentes huius mundi quærunt quomodo reſurgãt mortui , & quali corpore veniãt. Nã cum dicat, Quærite regnũ dei,& hæc omnia adiicientur vobis, nec ad præſens, nec in reliquũ fidelibus oſtendit gtiã defuturã,ſi modo qui diuina deſiderant,terrena non quærant. Indecorum quippe eſt homines curare de cibo,qui militãt de regno. Nouit rex quẽadmodum familiã ſuam
Pſal.54. paſcat,alat,veſtiat:& ideo dixit: Iacta in dominũ cogitatum tuũ,& ipſe te enutriet. ¶ Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt accendatur? Baptiſma habeo baptizari,& quomodo angor vſq; dum perficiatur?

De vigilantia & negligentia ſeruorum.

BEATI ſerui illi,quos cum venerit dominus inuenerit vigilãtes.) In ſuperioribꝰ vigilare nos voluit, per omnia expectãtes momẽta domini ſaluatoris aduentũ , ne dum aliquis remittit & negligit, de die in diem opera ſua differens: iudicii futuri die,vel propria morte præuentus meritũ ſuæ cõmendationis amittat. Et illa quidem in omnes præcepti forma generalis: ¶ Quod ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, morã facit dominus meus venire &c.) Verũ ſeries ſequentis exẽ pli diſpenſatoribus, hoc eſt, ſacerdotibus videtur eſſe propoſita, quo ſciãt ſibi graue in futurum pœnam eſſe ſubeundam,ſi ſeculatibus intenti deliciis, familiam do
H mini plebemq; cõmiſſam ſibi gubernare neglexerint. ¶ Ille autẽ ſeruus qui cognouit voluntatẽ domini ſui, & nõ præparauit) Sed quia exiguus eſt profectus, & parua meritorũ gtatia , ſuppliciimetu ab errore reuocari, maiorq; prærogatiua charitatis & amoris:eò domin9 ad promerendã ſui gratiã ſtudia noſtra acuit, & acquirẽdæ cupiditatẽ diuinitatis inflãmat dicens: ¶ Ignẽ veni mitter in terrã.) Non vtiq; illum ignẽ conſumptorẽ bonorum,ſed bonæ voluntatis authorẽ: qui aurea dominicæ domus vaſa meliorat,fœnũ vero conſumit & ſtipulam, ac ſecularia omnia mundi voluptate cõcreta,periturq; opus carnis exurit,ignis ille diuinus qui flãmigerabat in
Hiere. 20. oſsibus prophetarũ,ſicut ſanctus Hieremias dicit: Quia factus eſt ſicut ignis ardẽs, flãmigerans in oſsibus meis.
Pſal.49. Eſt enim ignis domini, de quo dictũ eſt: Ignis ante eum ardebit. Eſt & idẽ dominus ignis,ſicut & ipſe dixit:Ego ſum ignis ardens,& nõ conſumens. Ignis enim domini, lumen æternũ eſt. Quo igne illæ acceduntur lucernæ,de quibus ſupra dixit: ¶ Sint autẽ lumbi veſtri precincti,&
I lucernæ ardẽtes.) Et ideo quia nox eſt dies huius vitæ,lucerna eſt neceſsaria. Hunc ignẽ in ſe etiam Amaus * & * alias Amaon. Cleophas à domino miſsũ eſſe teſtãtur dicentes: Nónne cor noſtrũ ardens erat in via cũ aperiret nobis ſcripturas? Euidenter itaq; docuerunt qualis iſtius ignis ſit operatio,qui ſecreta cordis illuminat. Et ideo fortaſſe dominus in igne venturus eſt, vt reſurrectionis tẽpore vitia vniuerſa conſumat, ſuiq; conſpectu defideria compleat ſingulorũ , meritorumq; & myſteriorũ lumen accẽdat. Tãta itaque domini dignatio eſt, vt infundendæ nobis deuotionis,& conſummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis ſtudiũ paſsionis ſibi ineſſe teſtetur: qui cũ in ſe nihil habuerit quod doleret, noſtris tamen augebatur erumnis,& ſub tempore mortis mœſtitiam prætendebat,quã non ex metu mortis ſuæ,ſed ex mora noſtræ redẽptionis aſsumſerat, iuxta quod ſcriptum eſt: ¶ Et quomodo angor vſq; dum perficiatur?)
Matt.26. Vtiq; qui vſq; ad perfectionẽ angitur, de perfectione ſecurus eſt. Sed etiã alibi, Triſtis,inquit, est anima mea vſque ad mortẽ. Non propter mortem,ſed vſque ad mortem triſtis eſt dominus,quia eum ẽditio corporalis affectus,nõ formido mortis offendit. Nam qui corpus ſuſcepit,omnia debuit ſubire quæ corpis ſũt , vt eſuriret, ſitiret,angeretur,contriſtaretur. Diuinitas autem commutari per hos neſcit affectus . Simul oſtendit quod in certamine paſsionis mors corporis abſolutio anxietudinis,non coaceruatio ſit doloris. K

De ſpiritali intellectu eius quod dominus dixit ſe veniſſe,non vt daret pacẽ,ſed ſeparationem.

PVTATIS quod pacem veni dare in terrã? Non dico vobis,ſed ſeparationem. Erunt enĩ ex hoc quinq; in domo vna diuiſi,tres in duos,& duo in tres diuidẽtur : Pater in filiũ,& filius in patrẽ ſuum: mater in filiã, & filia in matrẽ ſuam: ſocrus in nurum ſuã, & nurus in ſocrum ſuã.) Cum in omnibus fere euangelii locis ſpiritalis intellectus operetur,tamen in præſenti maxime,ne quẽ duritia nudæ expoſitionis offendat,ſpiritali altitudine ſenſus ſeries tẽperanda eſt,præſertim cũ ſacroſancta religio moralibus diſciplinis & mitibus pietatis exẽ plis etiam fidei exules ad reuerentiã tamen ſui clementer inuitet,vt præuia fidei diſciplina, manſuetudine ſui ſuperſtitionum dura diſſoluat , & obnoxias erroribus mẽtes cogat etiã fidem credere, quas potuit pietate mulcere. Etenim cũ fidei alta pectoribus non capiuntur infirmis,per ea quæ præcepta ſunt, ea quæ veneranda ſunt æſtimantur,vt iuſta de iuſto,ſancta de ſancto,bonorum ſuorum bonũ teſtentur authorẽ. Ergo dominum illum
L qui ſimul diuinitatis reuerentiã , & pietatis gratiam ſua lege complexus eſt dicẽs: Diliges dominũ deum tuum, Matt.22. & diliges proximum tuum: ita nunc mutatum eſſe opinabimur,vt abolere neceſsitudinum nomina,collidere pietatis affectus,chariſsimorum pignorum diſsidia mãdaſſe credamus? Et quomodo ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum? Quomodo ipſe dixit: Pacem meam do Ioan.14. vobis , pacem meam relinquo vobis : ſi parentes à filiis, filios à parẽtibus diſsidio neceſsitudinis ſeparatur9 aduenit? Quomodo maledictus qui non honorat patrẽm, religioſus q deſerit? Sed ſi aduertamus quia prima cauſa religionis,ſecunda pietatis eſt: in eodem etiã hanc æſtimabimus quæſtionem. Oportet enim vt diuinis humana poſthabeas. Nam ſi officium parentibus exihendum eſt, quãto magis authori parentũ,cui gratiam etiã pro parẽtibus tuis debes ? Aut ſi illi omnino non recognoſcunt parentẽ,quemadmodũ tu recognoſcas? Non igitur dicit renunciandum eſſe pignoribus,ſed deũ omnibus præferendũ. Denicq; habes in alio libro: Qui diligit patrẽ aut Mat.10. matrẽ plus q̃ me,non eſt me dignus. Non diligere parentes,ſed deo præferre prohiberis. Etenim naturæ pignora, domini beneficia ſunt . Nec quiſq̃ debet plus amare M beneficium quod accepit,q̃ deum,à quo beneficiũ ſeruatur acceptũ. Ergo etiã ſecundum literã pie intelligentibus expoſitio religioſa non deeſt, ſubeſt tamen quo altius referendum putemus hunc ſenſum , quia addidit: ¶ Erunt ex hoc quinq; in domo vna diuiſi,tres in duos, & duo in tres diuidẽtur. Qui ſunt enim quinq;,cum ſex perſonarum facta videatur ſubiectio: patris & filii,matris & filiæ, ſocrus & nurus? quanq̃ eadẽ mater quæ ſocrus accipi poſsit . Quæ enim mater eſt filii, ſocrus eius vxoris eſt: vt iuxta literam quoq; numeri nõ abſurda ſit ratio, liquidoq; clareat fidem vinculis nexã non eſſe naturæ,quia licet officio pietatis obnoxii,fide tamen liberi ſunt. Non incongruũ quoq; videtur ſi myſtica intrepretatione enodemus hunc ſenſũ. Domus vna,homo vnus eſt. Vnuſquiſq; enim domus aut dei eſt,aut diaboli. Itaq; domus ſpiritalis, homo eſt ſpiritalis , ſicut habemus in epiſtola Petri: Et vos tanq̃ lapides viui ædificemini do- 1.Petr.2. mus ſpiritalis,in ſacerdotium ſanctum. In hac ergo domo duo in tres,tres in duos diuiduntur . Duos legimus frequenter animam & corpus. Quod ſi duobus in terra conuenerit,efficiuntur vtraq; vnũ. Et alibi: Caſtigo corpus meũ,& ſeruituti redigo. Aliud eſt quod ſeruit,aliud 1.Cor.9. cui ſubiicitur. Si duos agnouimus, etiam tres agnoſcamus,quod procliuè ex illis duobus eſt intelligere . Tres animæ in corpore affectiones ſunt,vna rationabilis,alia cõcupiſcibilis,tertia irritabilis,hoc eſt, λογιστικὸν, ἐπιθυμητικὸν,

A θυμικὸν. Non ergo duo in duos , ſed duo in tres,& tres in duos diuidentur. Etenim per aduentũ Chriſti homo qui erat irrationabilis, rationabilis factus eſt . Antè eramus ſimiles beſtiarũ , quæ rationẽ neſciunt. Eramus carnales,eramus terreni,iuxta domini ſententiã: Terra
Gene.3. es,& in terram ibis. Venit dei filius , miſit ſpiritũ ſuũ in corda noſtra,facti ſumus filii ſpirituales . Poſsumus etiã dicere quia in hac domo ſunt alii quinq;,id eſt,odor,tactus,guſtus,viſus,auditus. Ergo ſi ſecundum ea quę audimus aut legimus , ſeparato ſenſu viſus atque auditus, excludamus ſuperfluas corporis voluptates,quę guſtu, tactũq; & odore pariuntur , duos in tres diuidemus: eò quod mentis habitus vitiorum non capiatur illecebris, ſed æmulatione virtutis à lenociniis ſe voluptatis abducat,ne fiat omniũ vna conſenſio,quę præcipitet in errorem,ſed diuidendo ſe ſeparent deſideria cordis,& officia virtutis. Aut ſi quinq; ſenſus accipimus corporales, vitia iam corporis & peccata ſe ſeparent . Et fortaſſe quinq; ſunt quos fratres ſuos ille in euangelio diues luxurioſus appellat, qui cruciari deſcribitur apud iferos, quibus mandari rogat vt nouerint in hoc ſeculo deliciis * abdicandis, vt poſsint requiem habere poſt ſeculũ * diuitas. ſtudio virtutis. Poſsunt etiam videri caro atq; anima ab odore,tactu,guſtũque luxuriæ ſeparata,in vna domo ſe aduerſus incurſantia vitia diuidẽtes: caro & anima ſubiicientes ſe dei legi,remouentes ſe à lege peccati, quorũ
B licet diſsentio per præuaricationem primi hominis in naturam verterit , vt nequaquam ſibi paribus ad virtutem ſtudiis conuenirent,tamen per crucẽ domini Saluatoris , tam inimicitiis q̃ etiã mandatorũ lege euacuatis,
Ephe.2. in ſocietatis concordiã congruerũt , poſteaq̃ Chriſtus è cælo pax noſtra deſcẽdens fecit vtraq; vnũ, & mediũ parietẽ maceriæ ſoluẽs inimicitias in carne ſua,legẽ mandatorũ in decretis euacuãs, vt duos conderet in vno homine,faciens pacẽ. & reconciliaret vtroſque in vno corpore deo. Quis eſt vterque,niſi vnus interior, alter exterior? Alterũ ad animæ ſpectat vigorẽ, alterũ refertur ad * ſeſe pa rilis. corporis ſenſum : Quanq̃ inſeparabilis * affectus conſpiratione concordent,cũ caro ſubiecta meliori ſalutaribus obedit imperiis: non quo in naturã animæ ſubtili- * materiæ tate macerię * tranſfuſa demigret,ſed quia deliciis abdicatis ab ommi defecata labe vitiorum,cælestis cõuerſationis tramitẽ obedientiæ affectione gradiatur. iam non vt antea legi mẽtis repugnãs,ſed per legẽ mentis & ſpiritũ vitæ liberata à lege peccati,vt animæ caro fiat appendix,non iã lena vitiorũ,ſed æmula quædã & quaſi pediſsequa virtutis. Et rurſus quãdo anima corporis non conniuet illecebris, nec carnaliũ voluptatum delectatione vincitur,ſed mens pura,mundiq; huius exutã famulatu, ſenſus corporis in ſuas illicit & attrahit voluptates, vt
C audiẽdi legendiq; vſu incremẽta virtutis epuletur, atq; interioris ſucci ſpiritalibus neſcitura famẽ ſatietur alimentis. Etenim ratio cibus mentis eſt,præclara quædam alimonia ſuauitatis,quę mẽbra non oneret,neq; in naturæ pudenda,ſed ornamẽta conuertat, cum libidinũ volutabrum cõmutatur in dei tẽplum, diuerſorũq; vitiorum ſacrariũ incipit eſse virtutũ. Quod vtiq; tunc fit,cũ caro in naturã regreſsa vigoris ſui agnoſcit altricem, at que auſu depoſito cõtumaciæ, moderãtis animæ coniugatur arbitrio,qualis fuit cũ inhabitanda paradiſi ſecreta ſuſcepit,anteq̃ veneno peſtiferi ſerpẽtis infecta ſacrilegam famẽ ſciret , diuinorũq; memoriã præceptorum animæ ſenſibus inhærentẽ, edacitatis ſtudio præteriret. Hic peccatũ manaſse proditur tanquã corpore animaq; genitoribus,dum corporis natura tentatur,anima male ſana cõpatitur. Quæ ſi appetẽtiam corporis refrenaſset, in ipſo ortu eſset extincta origo peccati,quam velut virili infuſam corporis motu male fœta anima etiã ſui vigore corrupto alienis grauis oneribus parturiuit . Etenim ille valentior & fortior ſexus quodã valido impetu velut virilis fertur affectus, hæc molliorem quàm vehementiorem ſtudet tenere rationẽ. Ex his itaq; diuerſarũ D cupiditatũ motus inolenit. Sed vbi in ſe anima redit deformis partus pudore cõuenta,degeneres abiurat hæredes,abdicans motus,exoſa peccatum . Caro quoq; grauium laborũ defœnerata ſorte,& vſura iniuriæ miſerabilis fatigata,vbi ſe cupiditatibus ſuis,quas ſibi ipſa generauit,tanquã ſentibus mundi doluit eſse cõfixam,veterem hominem feſtinat exuere, vt ſe ſibi auferat,ne im prouidam parentẽ ſucceſsio peritura deſtituat . Rurſus cupiditatũ irrationabilis motus, quaſi cuiuſdam formæ decore fucato , voluptatis lenociniis illectans , eam ſibi tanquã in vſum ſocietatis aſciuit. ita velut quædã corporis atq; animæ nurus voluptas, motui prauæ cupiditatis innubit. Ergo quandiu manſit in vna domo conſpirantibus vitiis indiuidua inſeparabilisq; cõſenſio, nulla videbatur eſse diuiſio. Vbi vero Chriſtus ignem quo delicta cordis exureret, vel gladiũ qui ſignificat exertæ aciẽ poteſtatis,quo ſpiritus medullarũq; ſecreta penetrãtur, miſit in terras: tunc caro atq; anima regenerationis innouata myſteriis,oblita quod erat,incipit eſse quod nõ erat: ac ſe à veteris vitii quanuis ſibi ante dilecti ſocietate ſecernit,& quaſi prodige copulã poſteritatis eliminat vt diuidantur parentes in filios , dum intemperans motus temperantia corporis abdicatur , & anima declinat conſortium culpæ , nec extrariæ illi & foris ſumptæ E locus remanet voluptati. Filii quoque in parentes diuiduntur,dum renouati hominis cenſuram ſenilem vitia vetuſta declinant,pietatiſq; normã voluptas adoleſcentior tanquã ſeriæ domus refugit diſciplinã. Non inconguum quoq; eſt, ſi putemus quod & iſti ideo ſe diuidãt, vt meliores fiant parẽtibus, maxime cũ in poſteroribus dixerit: Si quis venit ad me, & non odit patrem aut matrem,& filios,& fratres,& ſorores,etiam animam ſuam, non poteſt meus diſcipulus eſse. Et ideo ſecundum ſimplicẽ intelligendi formã, gentilibus parẽtibus qui Chriſtum ſequitur filius antefertur . Religio enĩ præſtat pietatis officiis. Illud quoq; ſecundũ altiorẽ interpretationem,quia de carne peccatum naſcitur, & velut in vtero
Rom.7. carnis operatur,de quo ait Apoſtolus: Si autẽ quod nolo hoc ago,iam non ego illud operor, ſed quod habitat in me peccatum. Cum enim pro vita mũdi huius effuſus domini ſanguis aboleuerit vitia, in gratiã ex offenſione cõuertitur. Superabũdauit enim peccatũ, vt ſuperabundaret gratia: fitq; vt ex peccato orta pœnitẽtia ad cõuer ſionem me propoſiti,& ad cupiditatem gratiæ ſpiritalis impellat. Itaq; quod erat mihi ad mortẽ, hoc erit in ſalutem, Ergo peccatũ irriguo fontis ablutũ, ab ea vnde ge- F neratum eſt carne ſecernitur : & dum vnuſquiſq; cupit redimere delictũ, ſit ex ſerie culpę ſtudiũ diſciplinę: con cupiſcentia quoq; rerũ malarum, & quidem motus feruidior cupiditatis,dei verbo in appetitum tranſfuditur diuinæ charitatis & amoris, atq; in eadẽ natura fit varia diſciplina, multoq; meliorẽ quàm antea voluptatẽ ſibi myſteriorũ cæleſtium ille corporis atq; animæ appetitus acquirit. Alitur enim animus cognitione rerum,& cõperta futurorũ repromiſsione ſublimior, animę opera vetuſta faſtidit. Animalis enim homo non percipit quæ
1.Cor.2. ſunt ſpiritus dei. ſtultitia enim illi eſt . Spiritalis autem diiudicat omnia,ipſe autem à nemine diiudicatur.

De liberatione ab aduerſario in via.

DVM vadis cum aduerſario tuo ad magiſtratum in via,da operam liberari ab illo, ne forte condemnet te apud iudicem,& iudex tradat te exactori,& exactor mittat te in carcerẽ. Dico tibi,nõ exies inde,donec etiã nouiſsimum quadrantẽ reddas.) Hoc etiam Matthæus poſuit,ſed ille ſpecialiter, iſte generaliter. Ille enim de reconcilianda pace diſsidentiũ fratrum dicendum putauit,hic de pœnitentia, & omnis emẽdatione delicti. Diſcutiamus igitur qui ſit aduerſarius,qui

G magiſtratus,qui iudex, qui ve exactor, quid ve putemus eſse quadrãtem,quẽ niſi quis exoluerit, mittatur in carcerem.Et iuxta Matthæum quidem aduerſarius eſt,cum quo minimè tibi in hac vita conueniſse videatur,qui apud iudicem futurũ viuorum atq; mortuorũ, manentis ſimultatis te crimine perſequatur . Iuxta Lucam autem eſt aduerſarius noſter ille præcipuè, qui ſerit illecebras delictorũ,vt habeat in ſupplicio participes quos habuit in errore conſortes: atq; ideo ſocios quærit ad culpã, vt obnoxios prodat ad pœnã. Quẽ nobis cauendũ Petrus apoſtolus monet dicẽs:Aduerſarius veſter diabolus tan
1.Petr.5. quam leo rapiens & rugiens quærit quẽ deuoret.Eſt aduerſarius noſter iuxta Matthæũ, omnis virtutis vſus, & apoſtolicus & propheticus ſermo, qui nos ad aſperiora præcepta , & durioris vitæ documenta conſtringit . Cui nos conſentire conuenit , vt eum operibus æmulemur, ne aliqua noſtra cõtumacia ab eo deſciuiſse prodamur. Iuxta Lucam autẽ nemo nobis magis aduerſarius quàm noſter eſt lapſus,qui nos vitæ noſtræ accuſat indiciis:nõ quod accuſationis vllius iudex futurus queratofficium, ſed quod apud omniũ cognitorem noſter nos actus accuſat, dum ab vſu virtutis apoſtolicisq; præceptis inuenitur alienus . Itaq; aduerſarius nobis omnis vitiorũ eſt vſus . Aduerſaria nobis libido, aduerſaria auaritia,aduerſaria omnis improbitas,aduerſaria omnis iniqua cogitatio,omnis deniq; mala conſcientia,quæ nos & hic af
Roma.2. ficit,& in futuro accuſabit & prodet,ſicut teſtatur Apo
H ſtolus dicens: Teſtimoniũ reddente illis cõſcientia illorum, & inuicem cogitãtibus & accuſantibus, aut etiam excuſantibus . Quod ſi conſcientia vnũquemq; prodit, quanto magis geſtorum noſtrorum opus ante deũ præſto eſt,quod expreſsum in noſtro corpore vltimo tẽpore recenſebitur,& ſecretum cogitationis ſcriptũ in cordibus noſtris legetur ? Demus igitur operam vt dum in hoc ſumus vitæ curriculo conſtituti, tanquã à malo aduerſario, ita ab improbo liberemur actu , ne dum imus cum aduerſario ad magiſtratũ in via , noſtrũ condẽnet errorẽ. Ideo & ſecundũ Matthæũ, Eſto conſentiens aduerſario tuo dum es cum illo in via . ἴσθι εὐνοῶν autẽ Græcus dixit,hoc eſt,benevolus.Si enim dum ſumus in hac vita exoluamus nos à vinculis diaboli, nec ille propter nos dãnabitur, & nos à vinculis eius erimus alieni. Vnde & pro Aſsyrio pſalmus inſcribitur ſeptuageſimusnonus. Bene enim conſulis aduerſario ,& pro illo Aſsyrio,hoc eſt vano, bene facis ſi eius laqueis exutus præſtes hãc beneuolẽtiam,vt pœnã tui lapſus & mortis euadat. Quod ſi vinculis eius hæreas, tradet te tanquã reum magiſtratui,id eſt,accuſator & ꝓditor . Quis eſt magiſtratꝰ,niſi
I penes quẽ omnis poteſtas eſt,& qui pleni & perfecti temporis ſublimẽ ſibi vendicat dignitatẽ? Ad quẽ bonorũ
Pſal.41. operũ fretus conſciẽtia,non timens aduerſariũ,ſanctus propheta feſtinat dicens: Sitiuit anima mea ad deum viuum,quando veniã & apparebo ante faciẽ dei:Hic enim magiſtratus tradet reum iudici, ei ſcilicet cui viuorum & mortuorum tribuit poteſtatem.Tribuit per naturam, non per gratiam. Non enim quam nõ habebat accepit, ſed quam ex ſubſtantia patris cum generaretur aſsumpſit.Hunc magiſtratũ tibi & iudicem mõſtrat qui monſtrauit & accuſatorẽ,& oſtendit quando ſit reuelandus.
Rom.2. In die, inquit, qua iudicabit deus occulta hominum ſecundũ euangelium meũ per IESVM Chriſtũ dominum noſtrũ. Hic igitur eſt iudex IESVS Chriſtus, per quem omnia occulta redarguuntur, & improbi operis pœna mãdatur. Vis ſcire Chriſtum eſse iudicem, qui exactori
Matt.22. tradit,& in carcerẽ mittit?Ipſum interroga, immò ipſum lege in euangelio dicentẽ: Tollite & mittite illum in tenebras exteriores . Exactores quoq; ſuos ipſe monſtra-
Mat.13. uit alio loco vbi dicit : Sic erit in cõſummatione ſeculi: Exibunt angeli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus , & ſtridor dentium . Supereſt nunc vt intelligamus quid ſibi velit figura quadrãtis. Et videtur vſualis * rei expreſsum no K
mine,intellectus ſpiritalis arcanum.Nam ſicut qui pecu *vilis.
niam ſoluũt,debitum reddunt,nec prius euacuatur fœnoris nomen , q̃ totius ſortis ad nũmum vſq; quocunq; ſolutionis genere quantitas vniuerſa ſoluatur:ſic compẽſatione charitatis actuumq; reliquorũ vel ſatiſfactione quacunq; peccati pœna diſſoluitur.Non ocioſum etiam quia non æra (ſicut alibi) duo,non aſsem,non denarium,ſed quadrantem hoc poſuit loco. Quadrantaria enim permutatio velut quædam eſt cõpenſatio, cum aliud redditur,& aliud ſignificatur ſolutũ.Ita & hic aut precio charitatis redimitur iniuria, aut iniuriæ æſtimatione pœna laxatur. Quadrantem autem in balneis dari ſolere reminiſcimur, cuiꝰ oblatione vt illic vnuſquiſq; lauandi accipit facultatem, ita hic accipit eluendi: quia vniuſcuiuſq; peccatum ſupra ſcriptæ genere conditionis eluitur,cum tãdiu exercetur noxius pœnis,vt commiſsi ſupplicia erroris expendat. De Galilæis autem illis quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorũ,figura quædam videtur eos tangens qui coactu diabolico non pure offerũt ſacrificiũ,quorũ oratio in peccatũ, ſicut de Iuda ſcriptũ eſt proditore,qui proditionẽ ſanguinis dominici inter ſacrificia poſitus cogitabat.

De parabola arboris fici quid ſignificet.

ARBOREM fici habebat quidã plãtatã ī vinea CAP.
ſua .) Quid ſibi vult quod in euangelio ſuo XIII.
dominus fici parabolam frequẽter inducit? L
Habes enim alibi , quod iuſsu domini viriditas omnis huius ligni frondentis aruerit. Vnde intelligimus omnium creatorem , qui poteſt imperare naturis, vt vel areſcant ſubito vel vireſcant . Alibi ex teneritudine arboris huius & foliis cõmemorat coniici ſolere æſtatis aduentũ, vtroq; ſignificãs, & Iudaicæ plebis inanem quam prætendebat gloriam velut florẽ in aduentu domini decidiſſe,quia ab operibꝰ infructuoſa durabat: & iudicii diẽ velut æſtatis aduentũ,quoꝰ adulti fructꝰ terrarum omnium recondũtur , ex plenitudine eccleſiæ in quam Iudæi quoque credituri ſunt, metiendum. Etiam hic ergo altioris ſenſus aliquod queramus arcanum . Ficus in vinea eſt.Erat autẽ vinea Domini Sabaoth,quam dedit in rapinã gentium. Itaque qui vineã ſuam diripi fecit,hic etiam ficum iuſsit excidi. Apta autem ſynagogæ arboris iſtius comparatio eſt , quia ſicut iſta arbor foliis redundãs fluentibus ſpem poſseſsoris ſui caſsa ſperatorum prouentuũ expectatione deſtituit : ita etiam in ſynagoga dum doctores eius operibus infœcundi, ver- M
bis tamen velut foliis redundantibus gloriantur, inanis vmbra legis exuberat , ſpes autem falſi expectata prouentus,populi vota credentis illudit. Eſt etiam in natura arboris quo magis credas ſynagogæ ſpeciem comparatione huius expreſsam . Etenim ſi diligẽter inquiras, diſcretam ab vſu arborum cæterarum conſuetudinẽ naturæ huius inuenies.Nanq; aliæ florẽ ferunt antequã fructum,pomaq; ventura prænuncio ſui flore deſignãt:hęc ſola ab initio germinat poma pro floribus . In aliis flos diſcutitur,& poma naſcũtur : in hac poma decidunt,vt poma ſuccedant.Ergo priora illa caſsa fructuũ, vice floris emergunt.Ita præcoci quodam naſcendi vſu, quæ ordinem naturæ neſciunt,beneficium naturę ſeruare non poſsunt. Etenim qua ſe medio trudere de cortice gemma conſueuit, ea minutiſsima quæque huius generis poma prorumpunt . De quibus legimus in Canticis canticorum.Ficus producit groſsos ſuos. Itaq; cæteris albentibus primo vere virgultis,ſola ficus proprio neſcit florẽ caneſcere , cò fortaſse quod nullus iſtis maturior ſit vſus in pomis. Nãque ſuccedentibus aliis hæc quaſi degenerantia reſpuuntur,& arenti infirma radice,renouatis quibus ſit ſuccus vtilior exuruntur*.Manẽt tamẽ ali *exuũtur.
qua perfrata,nec decidũt, quibus hic prouctus arriſerit:

A vt de medio duarũ virgarum clauiculo breui erumpẽte promergãt, quo geminis tecta præſidiis tanq̃ naturæ parentis gremio,ſucci fotu plenioris inoleſcãt.Ea clemen tioris auræ prouocata temperie, & prolixioribus adultiora tẽporibus,vbi ſylueſtrẽ animũ ſucci prioris exuerint , ſpecie cæteris & maturitatis gratia præferuntur. Specta nunc cultus & animos Iudæorũ, qui quaſi primi fructus male feracis ſynagogæ, groſsi labentis ſimilitudine corruerunt,vt manſura ſupra ævum noſtri generis poma ſuccederent . Etenim primus ſynagogæ populus quaſi radice operũ infirmus arentiũ, vbertatem ſapientiæ naturalis haurire non potuit . Et ideo velut inutilis decidit fructus,vt quaſi ex iiſdem clauiculis arboris fructuoſæ, de pinguedine religionis antiquæ nouus eccleſiæ populus emergeret.Ergo ille qui erat,eſsè deſiuit,vt inciperet iſte q̃ non erat.Primi tamẽ ex Iſrael,quos naturæ validioris ramus extulerat,ſub vmbra legis & crucis,in vtriuſq; ſinu, ſucco gemino colorati,groſsi matu reſcentis exemplo, pulcherrimorũ gratia fructuũ cæteMatt.19. ris præſtiterũt,quibus dicitur:Sedebitis ſuper duodecim thronos,iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Nec illud alienũ quod Adam atque Eua primi illi noſtri vt generis ita erroris parẽtes,quihuius arboris texere ſe foliis,paradiſi exules eſse meruerũt, cum domini deambulantis præſentiam trãſgreſsionis ſuæ conſcii declinarẽt , vt ſignificarent futurũ quod vltimis tẽporibus populus Iudæorum ſub domini ſaluatoris aduẽtu, qui eos vocaturus aduenit, exutum ſe virtutibus per diaboli tentamenta cognoſcẽs, & intecta conſcientiæ probra formidans, à religiõe deuius,preuaricatiõe confuſus eſset à domino
B receſsurus , verborũ fluentiũ velut foliorum vela minibus adopertus pudenda geſtorum.Ergo illi qui folia de ficulnea nõ poma carpſerũt, eliminati ſunt à dei regno. Erant enim in animã viuentem. Venit ſecundus Adam, & iam non folia ſed poma quærebat.Erat enim in ſpiritum viuificãtem.In ſpiritu autem fructus virtutis acquiritur , dominus adoratur. Quærebat autem dominus, non quia fructũ ficulneæ deeſse neſciret, ſed vt oſtẽderet in figura quia fructũ ſynagoga iam habere deberet. Deniq; ex ſequẽtibus docet non ſe ante tempus veniſse, qui per triennĩũ venit.Sic enim habet: ¶ Ecce anni tres ſunt ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac,& nõ inuenio.Succide ergo illã.vt quid etiam terrã occupat?) Venit ad Abraham,venit ad Moyſen,venit ad Mariam, hoc eſt,venit in ſignaculo,venit in lege,venit in corpore.Aduentũ eius ex beneficiis recognoſcim9. Alibi purificatio,alibi ſãctificatio,alibi iuſtificatio eſt. Circũciſio purificauit,ſanctificauit lex, iuſtificauit gratia. Vnus in omnibus,& vnũ omnia.Nemo enim mũdari poteſt,niſi q̃ metuit dominũ.Nemo legẽ meretur accipere,niſi purificatus à culpa.Nemo accedit ad gratiam,niſi nouerit
C legem. Ergo populus Iudæorum neq; purificari potuit, quia circunciſionem nõ animi ſed corporis habuit:neq; ſanctificari, quia virtutem legis ignorauit, qui carnalia magis q̃ ſpiritalia ſequebatur.(lex autem ſpiritalis eſt) neq; iuſtificati,qui delictorũ ſuorum pœnitentiam non gerebat,& ideo gratiam neſciebat . Merito ergo nullus in ſynagoga fructus inuentus eſt, & ideo iubetur excidi Sed bonus cultor, & fortaſse ille in quo eccleſiæ fundamentũ eſt,preſagiens alterum ad gentes,ſe autem ad eos qui ex circũciſione ſunt eſse mittendũ, religioſe ne excidatur interuenit,fretus vocatione ſua etiam populum Iudeorũ per eccleſiã poſse ſaluari,ideoq; dicit: ¶ Dimit te illam & hoc anno,vſq; dum fodiã,circa illam,& mittã cophinũ ſtercoris.) Quã cito duritiã Iudæorũ ſuperbiamq; cauſas eſse ſterilitatis agnouit.Itaq; nouit excolere,qui nouit vitia deprehendere.Pollicetur dura cordis eorum apoſtolicis ligonibus eſse fodienda,vt longo incultu ſitum mentis obductum ſermo bis acutus inuertat, & corde profciſſo excitet ſẽſum aerio ſpiramine iã vigentẽ, ne radicem ſapiẽtiæ terrarũ aceruus obruat, & abſcõdat.Cophinũ quoq; ſtercoris dicit eſse mittẽdum. D
Magna profecto vis ſtercoris, quæ tanta eſt vt de infœcundis fœcũda,de arentibus virẽtia, de ſterilibus faciat fructuoſa.In quo ſedit Iob cũ tentaretur, & vinci nequiuit.Et Paulus æſtimat ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciat. Philip.3.
Deniq; cum ante Iob plurima perdidiſſet , poſteaquam ſedit in ſtercore,nõ habuit quod ei diabolus poſsit aũferre . Bona ergo terra quæ foditur , bonũ ſtercus quod mittitur.Deniq; dominꝰ de terra ſuſcitat inopem, & de Pſal.112.
ſtercore erigit pauperẽ. Itaq; per intellectꝰ exercitiũ ſpiritalis,& humilitatis affectũ, etiã Iudæos in euangelium Chriſti cultor ille bonus fore exiſtimat fructuoſos.Meminerat enĩ quia per Aggæũ dominus locutus eſt: Quoniam quarto & vicesimo nonimenſis à die,quo fundatũ eſt tẽplum domini omnipotẽtis,vineam,inquit,& ficus, & malogranata, & ligna oliuæ, quæ nõ afferunt fructũ, ex hac die benedicã: quo reuelatur ſub ipſum anni vergentis occaſum, hoc eſt, ſeculi iam ſeneſcẽtis occiduo, ſanctũ dei templũ (quod eſt eccleſia) eſse cõdendũ,cuius gratia per ſanctificationẽ lauacri, Iudæorũ nationumq; populi fructum ſuorum poſsint habere meritorũ.Ergo per naturam arboris,ſynagõgæ ſpecies indicatur ſecundis prouentibus fructuoſa . Nos enim ex patrũ ſemine. Meritoq; Iudæi groſsis labẽtibus comparãtur,quod inE
craſsato corde & prædura ceruice ad perennitatem ſui peruenire nõ poſsunt. Qui ſi moriãtur,& quaſi decidãt huic mundo, vt in interiorem hominẽ per lauacri gratiam renaſcantur,erũt vtiq; fructuoſi. Perfidia autẽ hominum pertinacium ſynagogam inutilem fecit, & ideo quaſi ſterilis iubetur excidi. Quod de Iudæis dictũ, omnibus cauendum arbitror,& nobis maxime, ne fœcundum eccleſiæ locũ vacui meritis occupemus , qui quaſi malogranata benedicti,fructus ferre debemus internos, fructus pudoris , fructus coniunctionis , fructus mutuæ charitatis & amoris , ſub vno vtero eccleſiæ matris incluſi,ne aura noceat,ne grando decutiat,ne æſtus cupiditatis exurat,ne humoris imber elidat. Nonnulli tamẽ ficum iſtam per allegoriã non ſynagogæ ſed malitiæ & improbitatis figuram putant:hi tamen in nullo diſtant, niſi quod pro ſpecie genus eligunt.Id autẽ cauere ſe dicunt, quia dominus dixit ad ficum , Nunq̃ ex te fructus naſcatur in ſempiternũ. cũ vtiq; plurimos ex Iudæis credidiſse & credituros eſse nouerimꝰ.Sed qui credit non ſynagogę iã fructus eſt,ſed eccleſię,nec ex ſynagoga naſcitur q renaſcitur in eccleſia.Sicut enĩ ſunt q̃ ex nobis exierũt,ſed non erãt ex nobis:(ſi enim ex nobis eſsẽt,no
F biſcũ manſiſsent)ſic de iis qui ex Iudæis credũt,dicimꝰ, quia ſi ex ſynagoga eſsent, in ſynagoga manerent : ſed propterea exierũt de ſynagoga, vt ex ea non fuiſse credantur. Deinde pro malitia interueniret aliquis,& diceret excolendam vt fructũ afferret,cum ideo venerit dominus,vt ſemina improbitatis aboleret.

De curatione mulieris quæ ſpiritum infirmitatis decem & octo annis habebat.

ERAT autem docens in ſynagoga eorũ ſabbatis,& ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo,& erat inclinata.) Quam cito quod de ſynagoga diceret indicauit. Ad ipſam vtique arborem veniſse ſe monſtrat , qui in eadem prædicabat . Denique in muliere infirma quaſi eccleſiæ figura ſuccedit, quæ cum mẽſuram legis & reſurrectionis impleuerit , in illa quiete perpetua in ſublime erecta faſtigium,inclinationem noſtrę infirmitatis ſentire non poterit.Nec aliter curari potuiſset hæc mulier, niſi quia legem impleuit & gratiam.Legem in præceptis,in lauacro gratiam, per quam mortui ſeculo reſurgimus Chriſto. Nam in decem verbis, legis perfectio eſt : in octauo numero,reſurrectionis eſt plenitudo.Opus ergo ſabbati ſignum futuri eſt , quod vnuſquiſque lege perfunctus & gratia,per miſericordiam Chriſti corporeæ fragilita-

G tis moleſtiis exuetur. Et ideo in ſigno antè per Moyſen
præmiſſa eſt ſanctificatio, vt eſset exercitiũ futurę ſancti
ficationis, & obſeruantiæ ſpiritalis à ſeculariꝫ operi-
bus abſtinendi. Deniq; & deus ab operibus mũdi quie-
uit, non ab operibus, cuius ſempiterna & iugis operatio
Ioan.5. eſt, ſicut filiꝰ ait: Pater meus vſq; modo operatur, & ego
operor: vt ad ſimilitudinẽ dei ſecularia noſtra opera nõ
religioſa ceſsarent. Hoc autẽ non intelligens archiſyna
gogus prohibebat quẽquam curari ſabbato, cũ ſabbatũ
futurarũ typus ſit feriarum. Et ideo non operis boni ſed
mali feriæ ſunt, eoq; præſcriptũ ſit vt nullam ferẽtes ſar
cinam delictorũ, nec bonorũ ieiuni operũ ſabbata poſt
mortem futura celebremus. Vnde dominus ſpiritaliter
videtur reſpondere cum dicit: Hypocritæ, vnuſquiſque
veſtrum ſabbato non ſoluit bouẽ ſuum aut aſinum, &
ducit adaquare? Cur enim non aliud animal indicauit,
niſi vt oſtẽderet aduerſantibus, licet ſynagogæ pricipi-
bus, futurũ tamen vt Iudaicus & gentilis populus ſitim
corporis æſtũq; mũdi iſtius dominici fontis vbertate de-
ponat? Agnouit enĩ bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præ-
ſepe domini ſui. Itaq; ille populus qui antea fœni vilis,
quod priuſq; euellatur areſcit, alimonia paſcebatur, pa-
nem illũ qui è cælo deſcendit, accepit. Et ideo per voca-
tionẽ duorum populorũ eccleſiam dicit ſaluã futuram,
quæ tẽpore legis impleto, & dominicæ reſurrectionis æ-
tate, tẽpus ſuę abſolutionis acceperat. Quàm clemẽs er-
go dominus, q̃ pius in vtroq;, cũ aut miſeretur, aut vindi
H cat. In ſynagogæ typo arborẽ excidi iubet, in typo eccle
ſiæ fœminã ſaluat. Quàm dulcis parabola, facilis autẽ ſo
lutio. Vinculum vinculo comparat, vt inſimulatio Iu-
dæorum actu ipſorũ redarguatur. Nam cũ ipſi animali-
bus ſabbato ſoluant vincula, reprehendunt dominum
qui homines à peccatorum vinculis liberauit.

De comparatione regni cælorũ ad granum ſinapis.

CVI ſimile eſt regnũ dei? & cui ſimile illud
æſtimabo? Simile eſt grano ſinapis q̃d ac-
ceptũ homo miſit in ortũ ſuum, & creuit, &
facta eſt arbor, & volucres cæli requieue-
runt in ramis eius.) Docet nos præſens le
ctio naturã comparationũ ſpectandã eſse non ſpeciem.
Itaq; videamus cur ſublime regnũ cælorũ grano ſinapis
cõparetur. Nam memini etiã alio loco granũ ſinapis le-
ctum, vbi fidei confertur, dicente domino: Si habueritis
Matt.21. fidem ſicut granũ ſinapis, dicetis huic monti, tollere, &
iactare in mare. Nec exigua hęc, ſed magna eſt fides, quę
monti poſsit vt ſe tranſferat imperare. Neque enim me-
diocrem fidem dominus exigit ab apoſtolis, quibus ad-
I uerſus altitudinẽ extollentem ſe nequitiæ ſpiritalis ſcit
eſse certandum. Vis ſcire magnã fidem requiri? Lege in
1.Cor.13. apoſtolo: Et ſi habeã omnem fidem, ita vt mõtes tranſ-
feram. Ergo ſi regnũ cælorum ſicut granũ eſt ſinapis, &
fides ſicut granũ ſinapis: fides vtiq; regnum cælorum, &
regnum cælorũ eſt fides. Itaq; qui fidem habet, habet &
regnum cælorũ. Et regnum intra nos, & fides intra nos
eſt. Legimus enim, Regnũ dei intra vos eſt. Et alibi: Ha-
bete fidem in vobis ipſis. Denique Petrus qui omnẽ ha-
buit fidem, regni cõlorum claues vt aliis referaret, acce-
pit. Nũc ex natura ſinapis, quæ virtus comparationis ſit
æſtimemus: Granum certe eius res eſt vilis & ſimplex: ſi
teri cœperit, vim ſuã fundit. Etiam fides primo ſimplex
videtur: ſed ſi teratur aduerſis, gratiã ſuę virtutis effun-
dit, vt alios quoque qui vel audiũt, vel legunt, odore ſui
compleat. Granum ſinapis martyres noſtri ſunt, Felix,
Nabor, & Victor, Geruaſius, & Protaſius, & Nazarius,
habebant odorem fidei, ſed latebant. Venit perſecutio,
arma poſuerunt, colla flexerunt, contriti gladio per to-
tius terminos mũdi gratiã ſui ſparſere martyrii, vt iure
Pſal.18. dicatur: In omnẽ terram exiuit ſonus eorũ. Sed aliàs te-
ritur fides, aliàs premitur, aliàs ſeminatur. Ipſe dominus
granũ eſt ſinapis. Erat integer ab iniuria, ſed eum velut K
granũ ſinapis qui non attigerat populus neſciebat. Teri
maluit, vt diceremus: Chriſti enim bonus odor ſumus
2.Cor.2. deo. Cõprimi maluit. Vnde & Petrus dixit: Cõprimunt
te turbæ. Seminari maluit velut granũ, quod acceptum
homo miſit in ortum ſuum. In orto enim Chriſtus & ca
ptus, & ſepultus eſt. In orto creuit, vbi etiã reſurrexit, &
factus eſt arbor, ſicut ſcriptũ eſt: Sicut arbor mali inter
Cant.2. ligna ſyluæ, ita frater meus in medio filiorũ. Ergo & tu
ſemina in orto tuo Chriſtũ. Ortus vtiq; locus plenus eſt
florũ & fructuum diuerſorũ, in quo gratia tui operis ef-
floreat, & multiplex odor variæ virtutis exhalet. Ibi er-
go ſit Chriſtus, vbi fructus eſt. * Semina dominũ Ieſum, * alias fru
granũ eſt cũ cõprehenditur, arbor eſt cũ reſurgit, arbor ctus eſt ſe-
mundũ obumbrãs. Granũ eſt cum ſepelitur in terra, ar- minis. Do
bor eſt cũ elenatur ad cælũ. Preme etiã cum Chriſto & minus Ie
ſemina fidem. Premitur fides, cum crucifixũ credimus ſus granũ
Chriſtũ. Preſsit fidem Paulus cũ diceret: Et ego veniens &c.
1.Cor.2. ad vos fratres, veni non cũ eminentia ſermonis aut ſa-
pientiæ, prædicans vobis myſterium dei. Neq; enim iudi
caui me ſcire aliquid inter vos, niſi IESVM Chriſtum, &
hunc crucifixum. Et quia docuit premere fidem, docuit
& leuare, dicẽs: Nunc enim crucifixũ iam non nouimus
Chriſtũ. Seminamus autem fidem, cum ex euãgelicis &
apoſtolicis & ꝓpheticis lectionibus credimꝰ in domini
2.Cor.5. paſsionẽ. Seminamus ergo fidẽ, cum eã velut mollito &
ſubacto ſolo dominicę carnis operimꝰ, vt quaſi vapore
& cõpreſsu ſacri corporis fides ſe ipſa diſseminet. Qui
L eni crediderit factũ hominẽ dei filiũ: credit mortuũ eſse
pro nobis, credit reſurrexiſse ꝓ nobis, credit aſcẽdiſse
Ioan.12. pro nobis. Semina ergo fidẽ, cum ſepulturã eius interſe
ro. Vis ſcire granũ Chriſtũ, & ſeminatũ Chriſtum? Niſi
granũ tritici cadens in terrã moriatur, ipſum ſolum ma
net: ſi autẽ mortuũ fuerit, multũ fructũ affert. Ergo non
errauimus, quia diximus quod ipſe iã dixerat. Eſt autẽ &
granũ tritici, quia cõfirmat cor hominis: & granũ ſina-
pis, quia cor hominis accẽdit. Et licet ad omnia virunꝫ
cõueniat, videtur tamen granũ tritici cũ de eius reſurre
ctione tractatur. Panis enim dei eſt, q̃ de cælo deſcẽdit,
eò quod verbũ dei & reſurrectionis exẽplum mẽtem a-
lat, ſpẽ acuat, firmet affectũ. Granũ autẽ ſinapis, eò quod
amarior & acrior ſermo ſit de domini paſsione. Ama-
rior ad flendũ, acrior ad cõmouendũ. Itaq; cũ audimus
& legimus ieiunaſse dominũ, ſitiſse dominũ, lachrymaſ
ſe dominũ, vapulaſse dominũ, dicẽtẽ dominũ ſub tẽpo-
re paſsionis: Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationẽ: ve
Matt.26. lut ſucco amarioris ſermonis increpati, dulciores * iuſto
voluptatũ ſuauitates corporaliũ tẽperamus. Ergo q̃ ſe- * dulcio-
minat granũ ſinapis, ſeminat regnũ cælorum. Ne deſpi- ris hauſtu
cias hoc granũ ſinapis, minimũ quidẽ eſt omnibus ſemi
nibus, fit autẽ cum creuerit, maius omnibus oleribus. Si
M granũ ſinapis Chriſtus, quẽadmodum Chriſtus eſt aut
minimus, aut creſcit? Verum nõ per naturã, ſed per ſpe-
ciem noſtrã rurſus excreſcit. Vis ſcire minimũ? Vidimꝰ
eum, & non habebat ſpeciẽ neq; decorem. Diſce maxi-
Eſa.53. mum: Specioſus forma præ filiis hominum. Etenim ille
Pſal.44. qui non habebat ſpeciem neq; decorem, excellẽtior fa-
ctus eſt angelis, vltra omnẽ gloriam prophetarum, quos
infirmus Iſrael velut olera mãducauerat. Panem enim
quo corda confirmantur, alterum refutauerat, alterum
non acceperat: Semen autẽ Chriſtus, quia ſemen Abra-
Gala.3. hæ. Abrahæ autem dictæ ſunt repromiſsiones, & ſemini
eius. Non dicit & ſeminibus tanq̃ in multis, ſed ſicut in
vno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus. Nec ſolum ſemen
eſt Chriſtus, ſed etiam minimum omnibus ſeminibus,
quia nõ venit in regno, nõ in diuitiis, non in iſtius mun-
diſapientia. Subito autem velut arbor ſublimẽ ſuę verti-
Cant.5. cẽ poteſtatis effudit, vt dicamus: Sub vmbra eius con-
cupiui & ſedi. Et frequenter ſimul (vt arbitror) videba-
tur & arbor & granum. Granum eſt cum dicitur: Nõne
Mat.13. hic eſt filius Ioſeph fabri? Sed inter hæc verba creuit

A ſubito teſtantibus Iudæis, qui quaſi latæ arboris ramos
non poterant cõprehendere, dicẽtes: Vnde huic iſta ſa-
pientia? Granum igitur eſt figura, arbor eſt ſapiẽtia. In
cuius frõdentibus ramis ille nycticorax in domicilio, il
le paſser ſingularis in ædificio, ille raptus in paradiſum,
in aera rapiẽdus & nubes, tnta iam ſede requieſcit. Re-
quieſcunt etiã poteſtates, & angeli cælorum, & quicunq;
ſpiritalibus factis euolare meruerũt. Requieuit ſanctus
Ioannes cum recũberet ſuper pectus Ieſu, immò & ipſe
Philip.3. eius arboris ſucco velut ramus extẽditur. Ramus eſt Pe-
trus, ramus eſt Paulus, poſteriora obliuiſcens, & ea quæ
ſunt priora appetẽs. In quorum ſinus, & quoſdã diſputa
tionũ receſsus, qui eramus longe, nos ſcilicet ex nationi
bus cõgregati, quos diu per mare mundi procella & tur
bo nequitię ſpiritalis agitabat, aſsumptis virtutum remi
giis aduolamus, vt nos vmbra ſanctorũ ab iſtius mundi
ardore defendat, certæ ſtationis iã ſecuritate vernantes,
eò quod anima noſtra grauibꝰ ante ſicut illa mulier in-
clinata peccatis, vt paſser crepta de laqueo venãtium, in
ramos domini montesq; migrauit. Itaq; ante ſuperfluis
obſeruationibus vani & inani leuitate volitantes, nunc
iam per fidem Chriſti ſoluti manus, & liberi à vinculis
ſabbatorum bonis operibus intendimus, & in ipſis epu
lis libertatem habemus, intemperãtiam excludimus, ne
liberi à lege cupiditatibus ſeruiamus. I. ex enim ligauit
ſibi, vt abſolueret cupiditatibus. Gratia quæ minorem
abſtulit ſeruitutẽ, multo grauiora præcepit. Omnia no-
bis licent, ſed non omnia expediunt. Graue eſt enim po
B teſtate vti, vt ſub poteſtatem recidas. Deſiſte eſse ſub le-
ge, vt virtute ſupra legem ſis.

De cõparatione regni dei ad fermẽtum quod mu-lier abſcondit in tribus menſuris farinæ.

CVI ſimile æſtimabo regnũ dei? Simile eſt fermen
to, quod acceptũ mulier abſcondit in farina, do-
nec fermentatũ eſt totum.) Hæc de requirendis
quæſtionibus cõparatio, quæ tãtum ambiguitatis
offundit, vt diuerſas habeat ſententias plurimorum. Op
portunè itaq; granũ tritici ſupra diximus Chriſtũ, quia
ſuberat nobis ſpiritale fermẽtum: eoq; plericq; fermentũ
Chriſtum putant, quod virtutem attollat acceptam. Et
quia fermẽtum ex farina, vi non ſpecie generi ſuo præ-
ſtat: Chriſtus quoq; ex patribus æqualis corpore, ſed di-
uinitate incõparabilis præminebat. Igitur ſancta eccle-
ſia, quæ typo mulieris iſtius euangelicæ figuratur, cuius
farina nos ſumus, dominũ Ieſum in interioribus noſtræ
mentis abſcondit, donec animi noſtri ſecreta penetra-
lia color ſapiẽtiæ cælestis obducat. Et quia in Matthæo
legimus tribus menſuris abſcõditum eſse fermentum,
cõgruere viſum eſt vt dei filiũ crederemus abſcõditum
C in lege, adopertũ in prophetis, euãgelicis prædicationi-
bus adimpletũ, vt perfectã fidem nobis acquirat ex om-
nibus, & ſcriptorũ collatione formatus, in nobis qui ſu
mus corpus ipſius, omnia & in omnibus impleatur. Ipſe
enim erat verbũ dei, atq; myſteriũ quod abſcõditum eſt
à ſeculis & à generationibus: quo nihil poteſt ad expreſ
ſionẽ perennitatis eius atteſtatius dici. Erat enim profe-
cto. Nam ita erat, vt abſconditus ſacrilegiis, manifeſta-
tus in ſanctis, prædeſtinatus ante ſecula, ſeruaretur ad
gloriã. Hæc eſt autẽ gloria, vt poſsimus fratres inueſti-
gare myſteriũ abſconditũ à ſeculis in deo. Quod in deo
vtiq; & ex deo. Neq; enim deus alienæ capax poteſt eſse
naturæ. Nec ſum dubius animi quod aliqui de hoc mun
do dictum putent, donec fermentetur in lege, prophetis
& euangelio, vt dominum omnis lingua fateatur. Itaque
diſcutiamus omnia, diligentius requiramus. Nemo in-
uenit, niſi qui ante quæſierit. Aedificemus turrim, com-
putemus ſumptus ſcripturarũ, conferamus impẽſas, ne
quis etiam de noſtrum aliquo dicat, Hic voluit ædifica-
re, & nõ potuit cõſummare. Qui ædificat, bonum debet
iacere fundamẽtum. Bonum fundamẽtum eſt fides, bo- D
num fundamẽtum eſt apoſtolorũ & prophetarũ. Duo-
bus enim teſtamẽtis fides noſtra cõſurgit: nec iniuriam
facit qui parẽ dixerit in vtroq; perfectę fidei eſse menſu- Ioan.5.
ram, cũ dicat ipſe dominus: Si crederetis Moyſi, credere
tis & mihi: quia & in Moyſe dominus eſt locutus. Bene
ergo in vtroq; perfecta mẽſura, quia perfectus in vtroq;:
& fides vtriuſq; vna, quia vnius eſt virtutis & ſenſus ora
culum atq; reſponſum. Me tamen ſequi iuuat quod ipſe
dominus docuit, fermẽtum eccleſiæ ſpiritalem eſse do-
ctrinã. Nam cum ſcriptũ ſit, Cauete à fermẽto phariſæo- Matt.16.
rum: & cũ apoſtolus dixerit, Non in fermẽto nequitiæ & 1.Cor.5.
malitiæ: oſtẽditur quia doctrina fermẽtum eſt. Sed aliud
eſt fermẽtum zizanię, aliud tritici. Vnde & bonis autho
ribus acquieſcimus, vt dicamus quia eccleſia renatum
hominẽ qui eſt in corpore & anima & ſpiritu, fermento
ſanctificat ſpiritali. Sanctificatur enim corpus atq; ani-
ma per gratiã ſpiritalẽ, & accipit ſanctificationis augmẽ
tum, cum per eccleſiæ velut quoddã fermentãtis officiũ,
ſcripturarumq; doctrinã, quę velut cælestium collatio-
ne ſermonum & vbertate cõcreſcit, infuſus toto homi-
ni atq; permixtus vſus inoleuerit, vt fiãt vnum etiã ipſa E
fermentum. Quod vtiq; tunc fit, cum ſibi tria hæc pari
quadã cupiditatum lance cõſentiunt, & æqualis aſpirat
concordia voluntatũ. Hoc igitur eccleſiæ opus non tu-
multuarii, nec forteuitũ, ſed diuturna meditatione col-
latum, vt hæc tria vnũ ſint, integra à lege peccati. Cuius
ſententię aſsertorẽ habemus Apoſtolum dicentẽ: Ipſe au
tem dominus ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiri-
tus veſter, & anima, & corpus, ſine quærela in die domi- 1. Theſ.5.
ni noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Quod per ſecularia qui-
dem tentamẽta non prouenit, niſi fermentum illud cui
cõparatur regnum cęlorũ, mulier illa euãgelica abſcon
dat in farinæ menſuris tribus, donec fermẽtetur totum.
Tres enim menſuræ ſunt, vt dixi, carnis, animæ, & ſpiri-
tus. Sed ſpiritus quo viuimus omnes in hoc corpore ſiti,
hoc verius quando carnis laſciuia non redundat, & ani
ma corporalibus non incuruatur erroribus, ac menſu-
ra viuendi in toto homine inoffenſa ſeruatur. Sed quia
menſurarum æqualitas ſine adiumento eccleſiæ atq; do-
ctrinæ difficile perſeuerat, idcirco mulier illa quæ figu-
ram eccleſię gerit, tandiu virtutẽ illis doctrinę ſpiritalis
admiſceat, donec fermẽtetur totꝰ ille interior homo cor
dis abſconditus, & in gratiã panis cæleſtis aſsurgat. Be-
ne enim fermentum doctrina dicitur Chriſti, quia panis
Chriſtus, & apoſtolus ait: Quia vnus panis, vnum cor- 1.Cor.10.
pus multi ſumus. Fit ergo vnum fermẽtum, quando ea-
ro non concupiſcit aduerſus ſpiritum, nec ſpiritus ad-
uerſus carnem, ſed facta carnis mortificamus, & anima F
ex afflatu dei flatum vitæ ſumpſiſse ſe conſcia, ſecularis
neceſsitudinis contagia terrena declinat. Vnde & apo-
ſtolus non in carne ſed in ſpiritu ambulare nos præci- Ephe.4.
pit, vt ſanctificati per lauacrum regenerationis, veterem
hominem cum ſuis deſideriis exuentes, induti nouum
qui ſecundum Chriſtum creatus eſt, non iam in vetuſta
te literæ, ſed in nouitate ſpiritus gradiamur, quo poſsit
nobis etiam reſurrectionis tempore incorrupta corpo-
ris & animæ & ſpiritus manere communio: & tunc om-
nia quæ petimus, impetremus. Quod pleriſq; videtur e- Matt.18.
tiam dominus ſignificaſse cum dicit: Si duobus ex vo-
bis conuenerit ſuper terram, de omni re quamcunq; pe-
tieritis, fiet vobis à patre meo qui in cælis eſt. Itaque alii
duos, animã & corpus accipiunt, alii animã & ſpiritum:
vt ſi in terra, hoc eſt, in corpore ſibi anima ſpirituſq; cõ
ſentiant, nec ſe impugnent inuicem diuerſis cupiditati-
bus, omnia in effectum videantur orata poſse deduci.
Quod ita fit cum fuerint vtraq; vnum, ſi ſubtractis ini-
micitiis vel ſolutis duo cõdantur in vnũ nouum homi-
nem, id eſt, animã & ſpiritus, vt oremus ſpiritu, oremus 1. Cor.14.
& mẽte. Licet plericq; duos populos accipiãt, ex Iſrael &
gentibus, in vnum reſurrectionis tẽpore congregãdos,

G vt fiat in æternum mãsura perfectio, & id quod ex parte est destruatur. Plericq; autẽ virum & vxorẽ consentientes sibi studio charitatis accipiũt. Itaq; si in hac vita tres mensuræ in eodem fermento manserint donec fermententur & fiant vnum, vt æqualitatum nulla distantia sit, nec cõpositi ex trium diuersitate videamur, erit in futurum diligẽtibus Christũ incorrupta cõmunio, nec compositi manebimus. Nam & qui compositi nunc sumus, vnũ erimus, & in vnã substantiã transformabimur. Neq; enim in resurrectione aliud erit alio inferius, sicut nunc fragilis in nobis est carnis infirmitas, & corporalis habitudo naturæ vel vulneribus pater, vel iniuriis subiacet, vel sui oneris mole depressa supra terras nequit extollere altius, atq; eleuare vestigiũ: sed in simplicis creaturæ gratiam figurabimur, cũ completũ fuerit quod dictum est à Ioãne: Charissimi, nũc filii dei sumus, & nondum reuelatum est quid erimus. Sed scimus quia cum reuelatus fuerit, similes ei erimus. Itaque cum dei natura sit simplex, (spiritus enim deus est) nos quoq; in eandem imaginem figurabimur, vt qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem huius cælestis, quam animus noster debet induere.

1.Ioan.3.
2.Cor.3.
1.Cor.15.

De curatione hydropici, & suasione humilitatis atque pietatis.

CAP. XIIII.

H Factum est cum intraret in domum cuiusdã principis, & ecce homo hydropicus erat ante illum.) Ideo primo ab hinc loco curatur hydropicus, in quo fluxus carnis exuberans animæ grauabat officia, spiritus extinguebat ardorem. ¶ Et respondens Iesus dixit illis: Cum inuitat⁹ fueris ad nuptias, nõ discumbas in primo loco.) Deinde docetur humilitas, dum in illo conuiuio nuptiali appetentia loci superioris arcetur. Clemẽter tamen, vt persuasionis humanitas asperitatẽ coercionis excluderet, ratio efficeret ad persuasionis affectum, & correctio emẽdaret affectum, huic quasi proximo limine humanitas copulatur, quæ ita dominicæ sententiæ definitione distinguitur, si in pauperes & debiles conferatur. ¶ Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prãdium aut cœnam, &c.) Nam hospitalem remuneraturis esse, affectus auaritiæ est. Postremum quasi emeritę malitiæ viro contemnendarum stipendium præscribitur facultatum.

De parata cœna magna, & multorum vocatione, simulq; omnium excusatione.

I Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.) quod neq; ille qui studiis intentus inferioribus possessiones sibi terrenas coemit regnum cæli possit adipisci, cum dominus dicat: Vende omnia tua, & sequere me. Nec ille qui emat boues: cum Helisæus occiderit, & populo diuiserit quos habebat. Et ille qui duxit vxorẽ, cogitet quę mũdi sunt, non quę dei. Non quo coniugiũ reprehẽdatur, sed quia ad maiorem honorẽ vocetur integritas: quoniã mulier innupta & vidua cogitat quę sunt domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Nã quę nupta est, cogitat quę sunt mũdi, quomodo placeat viro. Sed vt in gratiã, vt supra cũ viduis, ita nũc etiam cum cõiugibus reuertamur, non refugimus opinionẽ quam sequũtur plerique, vt tria genera hominum à consortio magnæ illius cœnæ æstimemus excludi, gentilium, Iudęorũ, hæreticorũ. Et ideo apostolus auaritiam dicit esse fugiendã, ne impediti more gentili iniquitate, malitia, impudicitia, auaritia, ad regnum Christi peruenire nequeamus. Omnis enim immũdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Iudæi autẽ corporali ministerio iuga sibi legis imponũt, & ideo secũdum prophetã. Dirũpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Christũ enim recepimus, qui ceruicibus nostris pietatis suæ iugũ mite suspẽdit. Quinq; autẽ iuga sunt, verborũ K decẽ, vel quinq; libri veteris legis, de quibus in euangelio videtur Samaritanæ dicere: Quinq; enim viros habui- Ioan.4.
sti. At vero hæresis velut Eua fœmineo rigore fidei tentat affectũ, & lubrica facilitate prolabens lenocinia falsi decoris affectat, intemeratã negligens pulchritudinẽ veritatis. Ideo igitur excusant, quia nemini intercluditur regnũ, nisi ei quẽ suæ professio vocis excluserit. Dominus autẽ omnes clemẽter inuitat, sed nos aut desidia nostra aut error auertit. Ergo & ille qui villam emit, alienus à regno est. Emẽtes enim atq; vendentes, Noe, vt legisti, tẽpore, diluuia sorbuerũt *. Et ille qui iugũ po- * subruetius legis q̃ gratię munus elegit, & ille qui propter ducẽ- runt.
dam excusat vxorẽ. Scriptum est enim: Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ suum, & matrẽ, & vxorem, non potest meus discipulus esse. Etenim si propter te dominus suæ renũciat matri, dicẽs: Quæ est mater mea, aut q fratres mei? cur tu domino tuos cupias anteferre? Sed neq; ignorare naturam, neq; seruire naturæ dominus iubet, sed ita indulgere naturæ, vt venereris authorem, nec ab eo parentum amore descisças. Itaque post diuitum resupina fastidia contulit se ad gẽtes, iubet bonos & malos introire, vt bonos augeat, malorum affectum in meliora commutet, vt compleretur illud quod hodie lectum est: L Esa.65.
Tunc lupi & agni simul pascẽtur. Inuitat pauperes, debiles, cæcos: quo ostenditur nobis vel quod nullum debilitas corporis excludat à regno, tariusque delinquat cui desit illecebra peccandi: vel quod infirmitas peccatorũ per misericordiã domini remittatur, vt nõ ex operibus, sed ex fide redemptus à crimine, si gloriatur, in domino glorietur. Mittit itaq; ad exitus viarũ: prudentia enim in exitu canitur. Mittit ad plateas, quia missi ad peccatores vt de latioribus viis ad angustã viam venirent, quæ ducit ad vitam. Mittit ad vias, & circa sepes, quod hi videlicet apti sint regno cælorum, qui nullis præsentium cupiditatibus occupati ad futura festinent, in quodã bonæ voluntatis tramite constituti, & qui modo sepis, quæ ab incultis culta secernat, & incurs⁹ arceat bestiarũ, nouerint bona malaq; distinguere, & aduersus tentamẽta nequitiæ spiritalis fidei munimen obtẽdere. Deniq; dominus vt vineã suam ostenderet fuisse munitam, Et sepem, Matt.12.
inquit, circũdedi, & circunfodi eam. Et Apostolus medium parietẽ sepis dicit esse sublatum, qui continuationẽ munitionis irruperat. Fides igitur & oratio * quæritur, & quæritur in plateis, hoc est, in meatibus interioris * ratio.
affectus, quia scriptum est: In plateis tuis diffundãtur aquæ tuæ. Nec hoc tamen plenum est, vt aliquis vocatus Prouer.5.
adueniat, nisi vestem habeat nuptialem, hoc est fidem habeat & charitatem. Et ideo qui pacem & charitatem M
non detulerit ad Christi altaria, tolletur pedibus & manibus, & mittetur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Quæ sunt tenebræ exteriores? Nunquid illic quoque carcer aliquis latomiæque subeundæ sunt? Minime. Sed quicunque extra promissa sunt cælestium mandatorum, in tenebris exterioribus sunt, quia mandata dei lumen sunt. Et quicunque sine Christo est, in tenebris est, quia lumen in * tenebris est Chri * alias, lustus. Ergo neque corporalium stridor aliquis den- men intetium, neque ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium, neque vermis est corporalis. Sed hæc ideo, quia sicut ex multa cruditate & febres nascuntur & vermes: ita si quis non decoquat peccata sua velut quadam interposita sobrietate abstinentiæ, sed miscendo peccata peccatis, tanquam cruditatem quãdam contrahat veterum & recentium delictorum, igne aduretur proprio, & Esa.50.
suis vermibus consumetur. Vnde & Esaias ait: Ambulate in lumine ignis vestri, & flamma quam accendistis. Ignis est quem generat mœstitia delictorum. Vermis est, eò quod irrationabilia animæ peccata mentem rei sensumq; compungunt, & quædam exedunt viscera conscientiæ: quæ tanquam vermes ex vnoquoque na-

Ephe.5.
Psal.2.

A scuntur, tanquã ex corpore peccatoris. Deniq; dominꝰ
Esaiæ.66. id per Esaiam declarauit dicens: Et videbunt mẽbra hominum prævaricantiũ in me, & vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur. Stridor quoq; dentium prodit indignantis affectum, eò quod sero vnusquemq; pœniteat, sero ingemiscat, sero irascatur sibi, quòd tam peruicaci improbitate deliquerit.

De oue centesima & drachma decima perditis & inuentis.

CAP. XV.

VIS ex vobis, inquit, homo qui habet centum oues, et si errauerit vna ex illis, nónne dimittit nonagintanouẽ in deserto, & ibit ad illam quę errauit?) Didiceras in superioribus ablegare negligentiã, vitare arrogantiam, deuotionem sumere, secularibus occupationibus nõ teneri, caduca non præferre perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmum nequit in tanto sęculi lubrico tenere vestigium, etiam aduersus errorem remedia tibi bonus medicus demonstrauit, spẽ veniẽ iudex misericors nõ negauit. Itaq; non ociose sanctus Lucas ex ordine tres parabolas posuit, ouis quæ perierat & inuẽta est, drachmæ quæ perierat & inuenta est, filii qui erat mortuus & reuixit, vt triplici remedio provocati vulnera nostra curemus. Spartum enim triplex
Eccle.4. B non rumpitur. Qui sunt isti, pater, pastor, & mulier. Nõne deus pater, Christus pastor, mulier ecclesia? Christus te suo corpore velut, qui tua in se peccata suscepit. Quærit te ecclesia, recipit pater. Quasi pastor reuehit, quasi mater inquirit, quasi pater vestit. Prima misericordia, secunda suffragatio, tertia reconciliatio. Singula singulis quadrant: Redemptor subuenit, ecclesia suffragatur, author reconciliatur. Eadem diuini operis misericordia, sed diuersa pro meritis nostris gratia. Ouis à pastore lassa reuocatur, drachma quæ perierat inuenitur, ad patrẽ filius suis vestigiis redit, & plena cõdẽnati erroris regreditur pœnitentia. Vnde bene scriptum est: Homines &
Psal.35. iumenta saluos facies domine. Quæ sunt ista iumenta? Dixit Propheta: Semen Israel in semen hominum, & Iuda in semen animalium. Itaq; quasi Israel homo seruatur, quasi ouis Iuda colligitur. Malo ergo filiꝰ esse quàm ouis. Ouis enim à pastore reperitur, à patre filius honoratur. Gaudeamus igitur, quoniam ouis illa quæ perierat in Adam, leuatur in Christo. Humeri Christi crucis brachia sunt. Illic peccata mea deposui, in illa patibuli nobilis ceruice requieui. Ouis illa genere est vna, non specie. Vnum enim omnes corpus sumus, sed multa mẽbra
1.Cor.12. Et ideo scriptum est: Vos autem corpus estis Christi, & membra ex membris eius. Venit itaq; filius hominis sal-
C uum facere quod perierat. Omnes scilicet, quia sicut in
1.Cor.15. Adã omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Dies igitur pastor, cuius omnes nos centesima portio sumus, habet angelorũ, habet archangelorũ, dominationũ, potestatũ, thronorũ, aliorũmq; innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit. Qui quoniã sunt rationabiles, non immerito hominum redẽptione lætantur. Quanquam hoc quoq; proficiat ad incentiua probitatis, si vnusquisq; conuersionem suam gratã fore credat cœtibus angelorũ, quorum aut affectare patrocinium, aut vereri debet offensam. Et tu igitur esto angelis lætitiæ, gaudeant de reditu tuo. Non ociosum etiam quod mulier illa drachma lętatur inuenta. Non mediocris hæc drachma est, in qua principis est figura. Et ideo imago regis, census ecclesiæ est. Oues sumus, oremus vt super aquã refectionis nos collocare dignetur. Oues inquã sumus, petamus pascua. Drachmæ sumus, habeamꝰ precium. Filii sumus, festinemus ad patrem. Nec vereamur quia acceptum spiritalis patrimonium dignitatis terrenis prodegimus voluptatibus. Quod pater in filiũ quẽ habebat thesaurum contulit: fidei census nunquam exinanitur, licet totũ dederit, totũ habet: q qđ donauerit, non amittit. Nec vereatis ne te nõ recipiat. nõ enim delectatur deus perditione viuorũ, iã occurrẽs venienti D
tibi cadit supra collum. Dominꝰ enĩ erigit elisos. Oscu- Psal.146.
lũ dabit, quod est pignꝰ charitatis * & amoris. Stolã, anu * pietatis.
lum, calciamẽta proferri iubebit. Tu adhuc iniuriã metuis, ille restituit dignitatem. Tu suppliciũm vereris, ille osculum defert. Tu conuitium times, adornat ille cõuiuium. Sed iam ipsam parabolam discutiamus.

De duobus filiis adolescentiore & seniore quibus pater substantiam diuisit.

HOMO quidã habuit duos filios, & dixit illi adolescentior: Da mihi portionẽ substãtiæ quæ me cõtingit. Et cætera.) Vides qđ diuinum patrimonium petẽtibus datur. Nec putes culpam patris quod adolescentiori dedit, nulla dei regno infirma ætas, nec fides grauatur annis. Ipse certe se iudicauit idoneũ qui poposcit. Atq; vtinã nõ recessisset à patre, impedimentũ nescisset ætatis. Sed postea quàm peregre profectꝰ est, cœpit egere. Merito ergo prodegit patrimoniũ, qui recesit ab ecclesia. ¶ Postea quàm domum, inquit, patriã derelinquens, peregre profectus est in regionem lõginquam. Quid enim lõginquius quàm à se recedere, nec regionibus sed moribꝰ separari: studiis E
discretum esse, nõ terris: & quasi interfuso luxurię sęculari æstu, diuortia habere factorũ? Etenim qui se à Christo separat, exul est patriæ, ciuis est mundi. Sed nos non Ephes.2.
sumus aduenæ atq; peregrini, sed ciues sumus sanctorũ & domestici dei. Qui enim eramus longe, facti sumus prope in sanguine Christi. Non inuideamus de longinqua regione remeantibus, quia & nos fuimus in regione longinqua, sicut Esaias docet. Sic enim habes: Qui sede- Esaiæ.9.
bant in regione vmbræ mortis, lux orta est illis. Regio ergo longinqua, vmbra est mortis: nos autem quibus spiritus ante faciem Christus est dominꝰ, in vmbra viui Thren. 4.
mus Christi. Et ideo dicit ecclesia: In vmbra eius cõcupi Cantic. 2.
ui, & sedi. Ille igitur viuendo luxuriose consumpsit omnia naturæ ornamenta. Vnde tu qui accepisti imaginem dei, qui habes similitudinem eius, noli eam irrationabili fœditate cõsumere. Opus dei es, noli ligno dicere, Pater meus es tu, nec accipias similitudinẽ ligni, quia scriptũ est: Similes illis fiant qui faciũt ea. ¶ Facta est fames per Psal.113.
regionem illam.) Fames non epularum, sed bonorũ operum atq; virtutum, quæ sunt miserabiliora ieiunia. Etenim qui recedit à verbo dei, esurit: quia nõ in solo pane viuit homo, sed in oĩ verbo dei. Qui recedit à fõte, sitit: Mat.4.
qui recedit à thesauro, eget: qui recedit à sapiẽtia, hebeta F
tur: qui recedit à virtute, dissoluitur. Merito ergo iste egere cœpit, qui thesauros sapiẽtiæ & scientiæ dei, diuitia sũq; cælestiũ altitudinẽ dereliquit. Egere ergo ideo cœpit, & famẽ pati, quia nihil prodigæ satis est voluptati *. * volũtati.
Sẽper famẽ patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri. ¶ Abiit itaq;, & hæsit vni ciuium.) Qui enim hæret, in laqueo est. Et videtur ciuis iste princeps esse istius mũdi. Deniq; ad villã eius mittitur quã emit qui excusat à regno. ¶ Et pauit porcos.) Illos vtiq; in quos petit diabolus introire, quos præcipitat in mare istius mundi, in sordibus ac fœtore viuentes. ¶ Et cupiebat, inquit, siliquis implere ventrem suum.) Neq; enim alia cura est luxuriosis, nisi vt ventrẽ suũ impleant, quorum deꝰ vẽ Philip.3.
ter est. Qui autem aptior huiusce modi hominibus cibꝰ, quàm is qui filiquæ modo intus inanis, foris mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur, vt sit magis onerи quàm vsui? Sunt qui porcos accipiant pro gregibus dæmoniorum, siliquas pro exili virtute inaniũ hominũ. sermonũmq; iactantia, qui nihil prodesse possunt: inani quadã philosophiæ seductione, & quodam sonoro facũdiæ plausu, pompam magis quàm vtilitatẽ aliquam demonstrantes. Sed hæc diuturna oblectamenta esse non possunt: ¶ Et ideo nemo illi dabat.) Erat enim in regione illius qui neminẽ habet, quia eos qui sunt non habet. Omnes quippe gẽtes in nihilũ æstimantur. Solus autem Roma.4.

G deus qui viuificat mortuos, vocat quæ nõ ſunt, tanquam quæ ſunt. ¶ In ſe autem reuerſus dixit: Quantis panibus mercenarii patris mei abundant? Bene in ſe reuertitur, qui à ſe receſsit. Etenim qui ad dominum regreditur, ſe ſibi reddit: & qui recedit à Chriſto, ſe ſibi abdicat. Mercenarii autem qui ſunt, niſi qui ad mercedẽ ſeruiũt? qui ſunt ex Iſrael, nõ id qđ bonũ eſt probitatis ſtudio perſequentes, nec virtutis gratia, ſed vtilitatis ſtudio prouocati. At vero filius, qui habet ſãcti ſpiritũ pignꝰ in corde ſecularis mercedis lucella nõ quærit, qui ius ſeruat hæreditis. Sunt etiam mercenarii qui conducũtur ad vineam.

Mat. 4. Bonus mercenarius Petrus, Ioannes, & Iacobus quibus dicitur: Venite, faciam vos piſcatores hominum. Iſti nõ ſiliquis, ſed panibus abundabant. Deniq; & collegerunt

Ioan. 6. fragmentorum cophinos duodecim. O domine IESV, ſi nobis auferas ſiliquas, & panes tribuas. Tu enim diſpenſator in domo es patris. O ſi nos quoq; mercenarios digneris conducere, licet ſero venientes. Nã & vndecima conducis hora, & æqualem dignaris mercedem ſoluere, æqualẽ mercedem vitæ, non gloria. Neq; enim omnibus

2. Tim. 4. repoſita eſt corona iuſtitiæ, ſed ei qui poteſt dicere: Cer-
H tamen bonũ certaui. Qã ideo non prætermittendũ arbitratus ſum, quia ſcio quoſdã dicere qđ ad mortẽ ſibi lauacri gratiam vel pœnitentiam reſeruent. Primum, qui ſcis an nocte proxima tua à te anima repoſcatur? Deinde cur putas ocioſo tibi omnia poſſe deferri? Pone vnã gratiam, vnam eſſe mercedem: diuerſũ tamẽ brauium victoriæ eſt. Ad quod ſe nõ fruſtra Paulus extendit, qui poſt mercedẽ gratiæ, brauiũ tamen vt cõprehenderet ſequebatur, quia ſciebat etſi par eſſet merces gratiæ, palmam tamẽ eſſe paucorum. Et quoniam in vineam domini venimus, nõ vacui recedamus. Iuuat enim fructus legere, mercenarios eius videre. Quid enĩ ſibi vult qđ vna die diuerſis horis cõducũtur operarii: niſi quia mille anni i oculis domini ſicut dies heſterna quæ præteriit, & hora in nocte? Quæ eſt nox, niſi quæ præceſſit, vt dies appropinquaret? Et bene hora in nocte, quia mille anni ſicut

Hebr. 13. dies vna. Nouit vim diei huius ille qui dixit: IESVS Chriſtus heri & hodie ipſe eſt, & in ſecula. Sciuit & ille diem

Geneſ. 2. eſſe multiplicẽ, qui ſcripſit: Hic dies generationis cæli & terræ cum facta ſunt, qua die fecit deus cælum & terram, & omne viride agri. Cum enim ſuprà ſeptem deſcripſiſ-
I ſet dies, poſtea vno die omnia facta eſſe cõplexus eſt: totum mundi tẽpus oſtendens in conſpectu domini tãquã diem vnum, eò qđ ex incõpoſitis atq; tenebroſis forma iſtius mundi diuini operis claritate proceſſerit. Ergo ſi dies totũ tempus eſt mundi, habet vtiq; etiam in ſeculis horas ſuas: aut ipſa ſecula horæ ſunt. Horæ autem diei duodecim ſunt. Vnde bene in myſterio dies Chriſtus, cuius apoſtoli duodecim, qui cæleſti lumine diſtinctis in ſe gratiæ vicibus refulſerunt. Venit ergo paterfamilias, & prima hora cõduxit operarios: fortaſsis eos qui à principio mundi vſq; ad diluuiũ iuſti eſſe meruerunt, de quibus dicit: Et locutus ſum ad vos ante lucem, & miſi ad vos ſeruos meos prophetas ante lucem. Tertia poſt diluuium incipit, Noe cæterorũmq; tempera comprehendẽs qui quaſi boni operarii in vineã deſtinantur. Ideo quaſi in prandio inebriatus eſt Noe. Sexta & reliquis Abrahæ & Iſaac & Iacob patriarcharum merita diſtinguuntur. Nona inclinante iam ſeculo, & tãquam palleſcente luce virtutis, lex & prophetæ, decolores mores hominum notauerunt. Vndecimã, & quod ſupereſt diei, ſacer producit aduentus. Vnde & ipſe in Euangelio dicit: Ambulate dum lucem habetis. Sed ſam redeamus ad patrem: licet non verear ne iſtius pœnitentiam gerentis exemplo diu abfuiſſe videamur. Nunquã enim abfuimus, qui verſabamur in vinea: in qua ſi & iſte manſiſſet, nõ receſsiſſet à patre. Cauendũ tamen eſt ne nos ei recõciliationis faciamus morã, quã non fecit pater. Facile reconciliatur, quando impenſe rogatur. Et ideo diſcamus quali pater obſecratiõe ſit ambiẽdus. Pater, inquit. Quã miſericors, q̃ pius, qui nec offenſus patriũ dedignatur nomẽ audire. K ¶ Pater, inquit, peccaui in cælum & coram te.) Hæc eſt prima confeſsio apud authorem naturę, preſulẽ miſericordiæ, arbitrũ culpæ. Sed etſi deus nouit omnia, vocẽ tamen tuæ cõfeſsionis expectat. Ore enim confeſsio fit ad Rom. 10. ſalutẽ: quia alleuat pondus erroris quiſquis ipſe ſe onerat: & accuſationis excludit inuidiã, qui accuſatorẽ præuenit cõfitendo. Iuſtus enim in primordio ſermonis ac- Prou. 18. cuſator eſt ſui. Fruſtra autẽ velis occultare quẽ nihil fallas, & ſine periculo prodas quod ſcias eſſe iam cognitũ. Confitere magis, vt interueniat pro te Chriſtus, quẽ aduocatum habemus apud patrem. Roget pro te Eccleſia, 1. Ioan. 2. & illachrymet populus. Nec vereare ne non impetres. Aduocatus ſpondet veniã, patronꝰ promittit gratiã, reconciliationem tibi paternę pietatis pollicetur aſsertor. Crede, quia veritas eſt: acquieſce, quia virtꝰ * eſt. Habet * iſtius cauſam vt pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus ſit. Habet & cauſã ignoſcendi pater, quia quod vult filiꝰ vult & pater. ¶ Peccaui in cælũ, & coram te.) Nõ vtiq; elementum exprimitur, ſed peccato animæ cæleſtia ſignificantur dona ſpiritus imminuta: vel quia ab illius gremio matris Hieruſalẽ quę in cælo eſt, nõ debuit deuiare. L ¶ Iã non ſum dignus vocari filius tuus.) Deiectus enim ſe exaltare nõ debet, vt merito ſuæ poſsit humilitatis attolli. ¶ Fac me ſicut vnũ mercenariorũ tuorum,) Nouit eſse diſtãtiã inter filios, amicos, mercenarios, & ſeruos. Filius per lauacrum, amicus per virtutem, mercenarius per laborẽ, ſeruus per timorẽ. Sed etiã ex ſeruis & mercenariis fiunt amici, iuxta qđ ſcriptũ eſt: Vos amici mei Ioan. 15. eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis, iam non dicam vos ſeruos. Hæc apud ſe dixit. Sed non ſatis eſt dicere, ni M ſi ad patrem venias. Vbi illum requiras? vbi inueniasꝰ Exurge primo, qui ſedẽs ante dormiebas. Et ideo dicit Apoſtolus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Iniquitas in talento plumbeo ſedet. Moyſi dicitur: Tu autẽ hic ſta. Stantes elegit Chriſtꝰ. Exurge ergo, curre ad Eccleſiam hic eſt pater, hic eſt filius, hic eſt ſpiritus ſanctus. Occurrit tibi, qui audit te intra mentis ſecreta tractãtem. Et cũ adhuc longe ſis, videt & accurrit. Videt in pectore tuo: accurrit ne quis impediat: complectitur quoq;, in occurſu præſentia * eſt, in complexu clemẽtia. Et quaſi quadã * ſciẽtia. patrii amoris affectu ſupra collum cadit, vt iacentẽ erigat, & oneratum peccatis atq; in terrena deflexum reflectat ad cælum, in quo ſuũ quærat authorẽ. Cadit in collũ tuum Chriſtus; vt ceruicẽ iugo exuat ſeruitutis, & collo tuo iugũ ſuaue ſuſpẽdat. Nõne tibi videtur cecidiſſe in collum Ioannis, quando erat Ioannes in ſinu IESV ceruice recumbẽs reflexa? Et ideo verbũ apud deum vidit, quia erectus eſt ad ſuperna. Cadit in collũ, cũ dicit: Venite ad me qui laboratis, & ego vos reficiam, tollite Mat. 11. iugum meũ ſuper vos. Cadit ergo in collũ hoc modo, ſi conuertaris, & iubet proferri ſtolam, anulum, calciamẽta. Stola amictus eſt ſapientiæ, quo nuda corporis apoſtoli tegunt, eò qđ ſe vnuſquiſq; cõuoluat. Et ideo ſtolas accipiunt, vt corporis infirmitatem ſapientiæ ſpiritalis virtute conueſtiant. De ſapientia enim dictum eſt: Lauabit in vino ſtolã ſuam. Ergo ſtola ſpiritale indumentum & veſtimentum eſt nuptiale. Anulus quid eſt aliud niſi ſynceræ fidei ſignaculum, & expreſsio veritatis? Calciamentum autem Euangelii prædicatio eſt, & ideo accepit ſapiẽtiam primã. Eſt enĩ & alia quæ myſteriũ neſcit, quæ accepit dictorũ ſuorum factorũq; ſignaculũ, & quoddã monumẽtũ bonæ intẽtionis & curſus, necubi offẽdat ad lapidẽ pedẽ ſuũ, & ſupplãtatus à diabolo, dominicæ præ- * ꝓparatio dicationis officium derelinquat. Hæc eſt ꝓdicatio * Euã- * ꝓparatio gelii, ad cęleſtem curſum dirigens præparatos, vt non in carne ambulemꝰ, ſed in ſpiritu. Occiditur & vitulus ſaginatꝰ, vt carnẽ domini ſpiritali opimã virtute, ꝓ gratiã ſacramenti myſteriorum conſortio reſtitutus epuletur. Nemo enim niſi qui timuerit deũ.) qđ eſt initium ſapiẽtiæ) niſi ſignaculũ ſpiritale vel cuſtodierit vel receperit.

A niſi dominũ prædicauerit, ſacramentis debet intereſse cæleſtibus. Qui autẽ anulum habet, & patrem habet, & filium, & ſpiritum ſãctum: quia ſignauit nos deus, cuius imago Chriſtus: & dedit ſpiritũ pignus in cordibus noſtris, vt ſciamus hoc anuli iſtius qui in manu datur, eſse ſignaculũ, quo cordis interiora factorũq; noſtrorũ mini-
ſteria ſignantur. Ergo ſignati ſumus, ſicut & legimꝰ: Cre-
Epheſ. 1. dentes, inquit ſignati eſtis ſpiritu ſancto. Bene autẽ carnẽ vituli, quia ſacerdotalis eſt victima, quæ pro peccatis fiebat, epulantẽ patrẽ inducit filius, vt oſtẽderet quoniã paternus cibus eſt ſalꝰ noſtra: & patris gaudium, noſtrorũ redẽptio peccatorum eſt. Et hic quidẽ ſi ad patrẽ referas, quia hoſtia pro peccatis filius eſt, delectatur pater reditu peccatoris, ſupra delectatur filius inuenta oue: vt ſcias quia vna eſt patris & filii delectatio, vna operatio in eccleſiæ fundameto. Lętatur autẽ pater ¶ Quia filius perierat, & inuẽtus eſt: mortuꝰ fuerat, & reuixit.) Ille perit qui fuit, non enim poteſt perire qui nõ fuit. Itaq; gentes non ſunt, Chriſtianus eſt, iuxta quod ſupra dictum
1. Cor. 1. eſt: Quia elegit deus quæ non ſunt, vt quæ ſunt deſtrueret. Poteſt tamẽ & hic in vno accipi ſpecies generis humani. Fuit Adam, & in illo fuimus omnes. Periit Adam,
B & in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine qui perierat reformatur, & ille ad ſimilitudinem dei factus & imaginẽ, diuina patientia & magnanimitate reparatur. Quid eſt ergo. Elegit deus quæ nõ ſunt, vt quæ ſunt deſtrueret? Id eſt, elegit populum gẽtium qui non erat, vt deſtrueret populum Iudæorum. Poteſt & de agẽte pœnitẽtiam dictum videri, quia nõ moritur niſi qui aliquando vixit. Et ideo gẽtes non moriuntur, ſed mortuæ ſunt. Etenim qui in Chriſtum non credit, ſẽper eſt mortuus. Et gẽtes quidem cum crediderint, per gratiam viuificãtur. Qui vero lapſus fuerit, per pœnitẽtiam reuiuiſcit. Sequitur locus vt remittẽdis poſt pœnitentiam de beamus fauere peccatis: ne dum veniæ alterius inuidemus, ipſi eam nõ mereamur à domino. Quis enim tu es qui domino contradicas ne cui velit culpam relaxet, cũ tu cui volueris ignoſcas? Vult rogari, vult obſecrari. Si omnium iuſtitia, vbi dei gratia? Quis tu es qui inuideas deo? Et ideo notatur hic frater vſq; adeo vt de villa veni
re dicatur, hoc eſt, terrenis operibus occupatus, ignorãs quæ ſunt ſpiritus dei, vt deniq; nunquã pro ſe vel hœdũ queratur occiſum. Non enim pro inuidia, ſed pro venia mundi agnus eſt immolatus. Inuidus hœdũ quærit, inno-
C cens agnum pro ſe deſiderat immolari. Ideo & ſenior dicitur, eò quod cito aliquis per inuidiã conſeneſcat. Ideo & foris ſtat, eò quod maleuolentia eum animi liuẽtis excludat. Ideo chorum & ſymphoniã audire nõ poteſt, hoc eſt, nõ illa theatralis incẽtiua laſciuiæ, nec aulicorũ concentus ſonorum: ſed plebis cõcordia cõcinentis, quæ de peccatore ſeruato dulcem reſultet lætitiæ ſuauitatẽ. Cõſtitue mihi aliquem ex his qui ſibi iuſti videntur, qui trabẽ in oculo ſuo non vident, & alieni feſtucam vitii ferre nõ poſsunt. Quomodo indignatur quãdo alicui peccatum fatenti, & diu indulgentiã deplorãti venia relaxatur? Quomodo aures eius ſymphoniam populi ſpirita-
lem ferre non poſsunt. Hæc eſt enim ſymphonia, quando cõcinit in eccleſia diuerſarum ætatum atq; virtutum velut variarũ chordarũ indiſcreta cõcordia. Pſalmus re
1. Cor. 14. ſpõdetur. Amẽ dicitur. Hæc eſt enim ſymphonia quam ſciuit & Paulus: & ideo ait: Pſallam ſpiritu, pſallã & mẽte. Hæc de parabola præſenti putauimus eſse tractanda. Nec inuidemus ſi quis duos fratres iſtos velit referre ad populos duos, vt ſit adoleſcentior populus ex gentibus tanquam Iſrael, cui frater maior beneficiũ paternæ benedictionis inuidit. Quod faciebant iudæi cum quererentur quia Chriſtus cum gentibus epularetur: & ideo hœdum mali odoris ſacrificiũ requiſierũt. Iudæus hœdum requirit, Chriſtianus agnum: & ideo illis Barrabbas ſoluitur, nobis agnus immolatur. Vnde apud illos fœtor eſt criminum, apud nos remiſsio peccatorum: dulcis in ſpe, ſuauis i fructu. Qui hœdũ quęrũt, expectãt antichri-D ſtũ. Chriſtꝰ enĩ boni odoris eſt victima. Quæri etiam in hœdo videtur, quia Iudæi ritũ veteris ſacrificii perdiderũt: vel qa nulliꝰ ſãguis his profuit, ſicut Chriſti ſanguis Eccleſiæ. Nõ enim redimere eos ſãguis potuit Propheta rũ. Impudẽs autẽ & ſimilis illius publicani iuſtificãtis ſe arrogãti prece, qui putabat quod nũquã præterierit mãdatũ dei, quia legẽ ſeruabat i littera. Impius, qui accuſabat fratrẽ quod cũ meretricibꝰ paternã ſubſtantiã ꝓdegiſſet, cũ debuerit aduertere quia ſibi dictũ eſt: Meretrices & publicani præcedẽt vos in regno cælorũ. Stat autẽ foris, nec excluditur, ſed nõ ingreditur, ignorãs volũtatẽ dei de vocatiõe gentiũ: ſeruus iã factus ex filio. Seruus enĩ neſcit quid dominus agat. Vbi cognouit inuidet, & torquetur eccleſiæ bonis, & foris ſtat. Foris enim Iſrael audit chorum & ſymphoniam, & iraſcitur: quia hic cõcinit plebis gratia, & cõſonat populi iubilatio. Sed bonus pater etiam hunc ſaluare cupiebat, dicens: ¶ Tu me cum ſemper fuiſti.) Vel quaſi Iudæus in lege, vel quaſi iuſtus in cõmunione: & es, ſi deſinas inuidere. Et omnia mea tua ſunt.) Vel Iudæus ſacramenta poſsidens veteris teſtamenti, vel baptizatus etiam noui.

E

De eo quod nemo ſeruus poſsit duobꝰ dominis ſeruire, & de villico iniquitatis. faciendisq; amicis de iniquo mammona.

NEMO ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire.) Non quia duo, ſed vnus eſt domin9. Nã etſi ſunt qui mãmonæ ſeruiũt, tamẽ nõ ille nouit aliqua iura dominatꝰ, ſed ipſi ſibi iugũ ſeruitutis imponũt. Neq; enĩ iuſta poteſtas, ſed iniuſta eſt ſeruitus. Et ideo ait: ¶ Facite vobis amicos de iniquo mãmona.) Vt largiendo pauperibus angelorũ nobis cæterorũq; ſanctorũ gratiã comparemus. Nec reprehenditur villicus, in quo diſcimus nõ ipſe eſse domini ſed potius alienarum villici facultatũ. Et ideo licet peccauerit, tamen quia ſibi in poſterũ ex indulgentia domini quæſiuit auxilia, prædicatur. Pulchre autem iniquum mammona dixit, quia variis diuitiarum illecebris noſtros auaritia tentabat affectus, vt vellemus ſeruire diuitiis. Vnde ait: Si in alieno fideles non fuiſtis quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? Alienæ à nobis diuitiæ ſũt quia præter naturam ſunt: neq; nobiſcum naſcuntur, neq; nobiſcum tranſeunt. Chriſtus autem noſter eſt, quia vita eſt. Deniq; in ſua propria venit, & ſui eum nõ Ioan. 1. receperunt. Ergo nemo habit quod veſtrum eſt, quia ve F ſtrum non credidiſtis, veſtrum non recepiſtis. Argui igitur videntur Iudæi & fraudis & auaritiæ, Et ideo qui in facultatibus fideles non fuerunt, quas cum alienas ſcirent. (cõmunem enim ad vſum fructus terrarum à domino deo datus eſt omnibus) debuerunt vtiq; participare pauperibus: nec Chriſtum accipere meruerunt, quem Zacchæus vt acquireret, dimidiã partem bonorum ſuorum obtulit. Ergo non ſeruiamus alienis, qui nullum dominum debemus ſcire niſi Chriſtum, Vnum enim deus pater, ex quo omnia, & nos in ipſo: & vnus dominus IESVS, per quem omnia. Quid ergo? Pater domi-
nus, aut filius deus * non eſt? Sed & pater dominus, quia * domin9 verbo domini cæli firmati ſunt: & filius deus, qui eſt ſuper omnes deus benedictus in ſecula. Quomodo ergo nemo poteſt duobus dominis ſeruire? Vnus enim dominus, quia vnus deus. Denique dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Vnde claret vnum patris & filii eſse dominatum. Vnus autem eſt ſi non diuidatur ſed totus in patre, totus in filio ſit. Itaq; quia vnius deitatis atque dominatus aſſeruimus trinitatem, vnum deum & vnum dominum confitemur. Qui autem aliam patris, aliam filii, aliam ſpiritus ſancti memorant poteſtatem plures deos, & plures dominos in Eccleſiam gentilis vitio erroris inducunt.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM. LIBER OCTAVVS.

Quomodo lex & prophetæ vsq; ad Ioannem.

G LEX & prophetæ vsq; ad Ioannem, & ex eo regnum dei euangelizatur, & omnes in illud vim faciũt.) Non quia lex defecit, sed quia incipit Euangelii prædicatio. Videtur enim minora compleri cum potiora succedunt. Et ideo vim faciamus regno cælorum. Omnis enim qui vim facit, vehementi studio properat, nõ torpẽti lẽtel cit affectu. Est ergo fidei religiosa violẽtia, segnitia criminosa. Lex multa secũdum naturam, vt naturali bº indulgẽtior desideriis ad iustitiæ studium nos reuocaret: Christus naturam incidit, quia naturales quoq; amputat voluptates: & ideo vim faciamus naturæ, vt nõ ad terrena demergat, sed ad superna se subrigat.

H

De lege coniugii, & vxore non dimittenda.

OMNIS qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.) Prius dicendum arbitror de lege coniugii, vt postea de prohibendo diuortio disputemus. Quidam enim putant omne coniugium à deo esse, maxime quia scriptum est: Quæ deus cõiunxit, homo nõ separet. Ergo si omne cõiugiũ à deo est, omne cõiugiũ nõ licet solui. Et quomodo Apostolus dixit: Quòd si infidelis discedit, discedat? In quo mirabiliter & noluit apud Christianos causam residere diuortii, & ostẽdit non à deo omne cõiugium. Neq; enim Christianæ gentilibus dei iudicio copulantur, cum lex prohibeat. Sed occurrit illud quod ait Salomon: Domũ & substantiam patres partiuntur filiis, à deo autem præparabitur viro vxor. Quod qui in Græco legit, non putat esse contrarium. Bene enim dixit Græcus ἁρμόζεται. Harmonia enim, conueniens & apta rerum omnium dicitur cõmissa cõnexio. Harmonia est cum fistulæ organi per ordinem copulatæ legitimæ, tenent gratiã cantilenę, chordarũq; aptus seruat ordo concordiã, Itaq; nõ habent harmoniã suam nuptiæ, quãdo Christiano viro gentilis mulier nõ legitimæ copulatur. Ergo vbi nuptiæ, harmonia: vbi harmonia, deº iũgit. Vbi harmonia nõ est, pugna atq; dissensio est: quæ non est à deo, quia deus charitas est. Noli ergo vxorem dimittere, ne deum tuæ copulæ diffiteari author ẽ. Etenim si alienos multo magis vxorios debes tolerare & emendare mores. Audi quid dixerit Domin º: Qui dimittit mulierẽ, facit eam mœchari. Etenim cui non licet viuente viro mutare coniugiũ, potest obrepere libido peccãdi. Itaq; qui author erroris, etiã reus culpæ est. Quo cũ paruulis fœta dimittitur? Quo titubãti vestigio grandæua detruditur? Durũ, si excludas parentẽ, pignora teneas vt ad cõtumeliã charitatis addas etiã pietatis iniuriã. Durius, si propter matrem etiam filios simul pellas, cum magis redimere à patre liberi debeant culpam parentis. Quãm periculosum si fragilem adolescentulæ ætatẽ erroti offeras, quãm impium si eius destituas senectutẽ, cuius defloraueris iuuẽtutẽ? Ergo inhonoratum stipendiis & veteranum imperator dimittat inglorium, atq; imperii sui possessiõe detrudat, & rusticum laboris effœtum agro suo propulset agricola? An quod in subditos nefas est, in comparem fas est? Dimittis ergo vxorem quãsi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, deum verere. Audi legẽ domini, cui obsequuntur etiã qui leges ferunt: Quæ deº cõiunxit, homo nõ separet. Sed non solum hic cæleste præceptũ, sed quoddã etiam opus dei soluitur. Paterisne oro liberos tuos viuẽte esse sub vitrico? aut incolumi matre degere sub nouerca? Pone si repudiata non nubat: & hæc viuo viro tibi debuit dissplicere, cui adultero fidẽ seruat? Pone si nubat: necessitas illius tuum crimen est: & cõiugium quod putas, adulteriũ est. Quid enim refert, vtrum aperta criminis confessione, an mariti specie adulterũ admittas? nisi quod grauius est legẽ criminis fecisse, quàm furtum? Sed fortasse dicit aliquis: Quomodo Moyses mandauit dare librum repudii, & dimittere vxorem? Qui hoc dicit, Iudęus est: qui hoc dicit, Christianus non est. Et ideo qui hoc obiicit quod obiectum est domino, respondeat ei domin º: Ad duritiã, inquit, cordis vestri permisit vobis Moyses dare librum repudii, & dimittere vxores, ab initio autẽ nõ fuit sic. Moyses pmisit, inquit, nõ deº iussit. Ab initio autẽ dei lex est. Quę est lex dei? Relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ: & erunt ambo in carne vna. Ergo qui dimittit vxorem, carnem suã scindit, diuidit corpus. Ostẽdit autẽ hic locus, quę ppter fragilitatẽ humanã scripta sũt, non à deo scripta. Vnde & Apostol º, Denũcio, inquit, nõ ego, sed domin º, vxorẽ à viro nõ discedere. Et infra: Cęteris, inquit, ego dico, nõ dominus: Si quis frater infidelẽ habet vxorẽ, Et reliqua. Itaq; vbi est impar coniugium, lex dei non est. Et addidit: Quòd si infidelis discedit, discedat. Simul hic idem Apostolus negauit legis esse diuinæ vt coniugiũ quale cunq; soluatur: nec ipse præcepit, nec dedit deferẽdi authoritatem, sed culpam abstulit destituto. Hæc moraliter. Tamen quia supra proposuit regnũ dei euangelizari, & cum dixisset de lege vnum apicẽ nõ posse cadere, subiecit: Omnis qui dimittit vxorem suã, & ducit alteram, mœchatur: recte admonet Apostolus dicens: Sacramẽtum hoc magnum est, sed de Christo & ecclesia. Inueni igitur coniugium quod nemo dubitet à deo iunctũ, cum ipse dicat: Nemo venit ad me, nisi pater meus qui misit me, attraxerit eum. Ille enim solus potuit has nuptias copulare. Et ideo mysticè Salomõ dixit: A deo præparabitur viro vxor. Vir Christus, vxor Ecclesia est. Charite vxor, integritate virgo. Ergo quem deus traxit ad filium non separet persecutio, non auertat luxuria, non philosophia deprædetur, non Manichæus contaminet, non Arrianus auertat, non Sabellianus inficiat. Deus iunxit, Iudæus non separet. Adulteri sunt omnes qui adulterare cupiunt fidei & sapientiæ veritatem. Quis liber, inquit, iste est repudii matris vestræ, quo dimisit eã? Audisti repudium, crede coniugium. Audisti quid Iudæorum plebi ipse vir dicat: Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & peccatis vestris dimisi matrem vestram. Mane ergo tu in domo patris, mane cum sponso, enitere vt placeas viro. Nens quæ credidisti deo, esto fortis mulier, qualis illa vel anima ecclesiastica, vel ecclesia, de qua dicit Salomon: Mulierem fortem quis inueniet? Preciosior autem est lapidibus preciosis, quæ talis est, confidit in ea vir suus. Videamus quid hæc viro faciat suo, qđ opus eius, qđ sit obsequiũ, cur confidat in ea Christus. Bona vxor virum suum vestit. Vestiat IESVM fides nostra corpore suo, vestiat carnem eius diuinitatis suæ gloria, sicut & illa bina vestimenta fecit viro suo, vt & in præsenti & in futuro seculo honorificet eum. Nõ mediocris hæc fœmina, cuius tale textrinũ est: quã non mollia lanæ fila carpẽtem, sed preciosæ virtutis pensa tractãtem vir eius inueniat, quæ manus extollit in noctibus, & ad libram dirigat opus, morũq; suorũ pondus examinet, gestorũ quoq; nouerit seruare mẽsuram, glorioſi subtegmen laboris intexẽs: solicita quãdo vir redeat, anxia atq; suspirans, & iã cum viro suo esse desiderãs, dicẽs: Moras facit vir meus ve-

I

K

Mat.19.

*adulterã dimittas.

Genes.2.

L

1.Cor.7.

*in exemplari Victoriano legitur, nõ negauit.

Ephes.5.

Ioan.6.

Prou.19.

M

Esaiæ.50.

A nire, festinabo ipsa ad eum, occurrã ei facie ad faciẽ, cũ venire cœperit in gloria sua. Veni domine IESV, vt in uenias sponsam tuam, non contaminatam, non adulteratam: quæ non violauerit domum tuam, non mandata neglexerit. Dicat tibi: Inueni quẽ dilexit anima mea, introducat te in domũ vini, (Vinũ enim lætificat cor hoĩs) inebrietur spiritu, agnoscat mysteriũ, loquatur oraculũ.

Cantic.3. Psal.103.

De diuite ĩduto purpura & byſſo, & Lazara mẽdico.

HOMO autem quidã diues induebatur purpura. Et cetera.) Narratio magis quã parabola videtur, quãdo etiã nomẽ exprimitur. Nõ ociosę autẽ hic diuitẽ domin º perfũctũ deliciis secularibus in perpetuæ famis apud inferos cõsti tutũ significauit erumna. Cui non immerito quinq; fratres, id est, quinq; sẽsus corporis, naturali quadã germanitate videntur fuisse sociati, qui immodicis atq; innumeris cupiditatibus æstuabant. Lazarũ vero in Abrahæ gremio quasi in quodam sinu quietis & sanctitatis recessu locauit: ne illecti præsentium voluptate maneam º in vitiis, vel tædio victi, latronũ dura fugiam º. Siue itaq; Lazarus pauper in sęculo, sed deo diues, siue apostolicus aliquis pauper in verbo, locuples in fide, (neq; enĩ omnis sancta paupertas, aut diuitiæ criminosæ: sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem cõmendat sãctitas.) siue ergo apostolicus qui veram teneat fidem, verborum infulas, fucum argumentorum, ambitiosa sentẽtiarum velamina non requirat: fœneratã mercedẽ accipit impugnans hæreticos, Manichæũ, Marcionẽ, Sabellium, Arrium, Fotinumq;. Isti enĩ nõ aliud quàm fratres sunt Iudæorum, quibus perfidiæ germanitate nectuntur. Reprimẽs quoq; carnis cupiditates, quæ illis, vt dixi, quiq; sensibus vaporãtur: fœneratã, inquã, mercedem accipit cui compensatio exuberantium copiarũ, & perpetuitatis vsura est. Nec alienũ putamus, vt de fide quoq; opinemur hunc esse tractatum, quam Lazarus abiectam de mensa diuitis colligit: cuius vtiq; vlcera secundũ litteram diues fastidiosus horreret, nec inter preciosas epulas vnguentatosq; cõuiuas fœtorem vlcerum lambentibus canibus sustineret, cui odor aëris, & ipsa esset natura fastidio: quãquam insolentia & tumor diuitũ indiciis competẽtibus exprimatur, qđ ita conditionis immemores humanæ sint, vt tanquã supra naturã siti, de miseriis pauperũ incentiua suarũ capiant voluptatũ, rideant inopem, insultent egenti: & quorũ misereri deceat, his auferant. Vtrunq; ergo qui volet, tanquã Lazarus colligat. Cui similẽ illum puto, qui cæsus sæpius à Iudæis, ad patientiam credẽtiũ, & vocationẽ gentiũ, vlcera sui corporis lambenda quibusdã velut canib º offerebat, quia scriptum est: Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes. Qđ agnouit Chananitis illa mysteriũ, cui dicitur: Nemo tollit panem filiorum, & mittit canibus. Agnouit hunc panem non panem esse qui videtur, sed illum qui intelligitur: & ideo respõdit: Vtiq; domine, nã & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa domino rũm suorum. Micæ istæ de illo pane sunt. Et quia panis verbũ est, & fides verbi est, micæ velut quædam dogmata fidei sunt. Vnde respõdit domin º, vt ostẽderet fideliter dictũ, O mulier, magna est fides tua. O felicia vlcera, quæ perpetuũ excludunt dolorẽ. O vberes micæ, quæ repellitis ieiunium sempiternum, quæ colligentem paupẽrem æternis expletis alimentis. Abiiciebat vos de mensa sua archisynagogus, cum propheticarum scripturarum & legis interna mysteria refutaret. Micæ enim sermones * sunt scripturarum de quibus dicitur: Et proiecisti sermões meos post te. Abiiciebat vos scriba, sed Paulus diligentissime colligebat, iniuriis suis eligens plebem. Lambebant vlcera eius, qui morsu serpentis intrepidũ excusso serpente viderunt, & crediderunt. Lambebat ille carceris custos, qui vulnera Pauli lauit, & credidit. Beati canes, in quos vlcerum talium distillat humor, vt adimpleat cor, & impĩguet fauces eorum: qui custodire domũ, seruare gregẽ, cauere assuescant lupos. Pone nũc ante conspectũ secularibus Arrianos studiis intentos. qui societatem potentiæ regalis affectant, vt armis militaribus impugnent ecclesiæ veritatem. Nõne tibi videntur in quadã purpura & byſso extructis iacentes thoris, qui pro veris fucata defendant, ditibus abundare sermonibus, cũ iactant dominico terrã tremuisse sub corpore, cælum tenebris obductũ, excita verbo maria vel sedata, verũtamen dei filiũ denegãtes? Constitue & illum paupẽrem qui sciens non in sermone, sed in virtute regnũ dei esse, paucis quid sentiret expresit dicens: Tu es filiº dei viui. Nonne ille tibi videntur egere diuitiæ, hæc redundare paupertas? Diues hæresis Euangelia multa composuit, pauper fides hoc solum Euãgeliũ tenuit quod accepit. Diues philosophia plures sibi deos fecit, pauper ecclesia vnũ deum nouit. Inter hunc igitur diuitem & pauperem chaos magnũ est, quia post mortẽ nequeunt meri ta mutari, cóq; in inferno diues inducitur cupiens aliqđ de paupere spiritus * refrigerantis haurire. Aqua enim refectio est animæ in doloribus constitutæ, de qua dicit Esaias: Et saliet aqua eum delectatione de fontibus saluatoris. Cur autem cruciatur ante iudicium? Quia luxurioso carere deliciis, pœna est. Nã & dominus dicit: Ibi erit fletus, & stridor dentium, cum videritis Abrahã & Isaac & Iacob & omnes prophetas in regno cælorum. Seruus autem diues iste magister esse incipit, cum iã nec discendi tempus habeat, nec docendi. Quo loco euidẽtissimè declarat domin º, vet º teſtamẽtũ esse fidei firma mẽtum * retundẽs perfidiã Iudæorum, & excludẽs nequitias hæreticorum, à quibus mẽs supplantatur infirmior. Ipsi emim pusilli sunt, qui adhuc nesciant incremẽta virtutis. Licet autem aduertere quod in villici illius superiore & istius diuitis præsenti comparatione incẽtinum misericordiæ fit. Et ibi fortasse sanctis quos amicos dicit, & quibus tabernacula tribuit, hic vero docet paupẽbus conferendum.

B

C

D

E

*alias, pauperis spiritu. Esaiæ, 12.

*firmitatem.

De venia largienda iis qui in nos peccauerint. & se ab errore conuerterint.

CAP. XVII.

SI peccauerit in te frater tuus, increpa illũ.) Quãm bene post diuitẽ qui cruciatur in pœnis, subiecit præceptũ veniæ largiendæ: his vtiq; qui se ab errore cõuertunt, ne quẽ desperatio non reuocet à culpa. Quãm vero moderat º est, vt neq; difficilis venia, nec remissa sit indulgentia: ne quem vel austera percellat inuectio, vel conniuentia inuitet ad culpam. Sic & alibi: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum. Plus enim proficit amica correptio, quãm accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet. Seruetur potius quod prodit metuat qui monetur. Bonum quippe est vt amicum magis tequi cor ripiatur credat, quàm inimicum. Faciilius enim cõsiliis ac quiescitur, quàm iniuriæ succũbitur. Vnde & Apostolus Corripite, inquit, vt fratrẽ, vt erubescat, non vt inimicũ eum existimetis. Infirmus enim custos diuturnitatis est timor. Pudor autem bonus magister officii. Qui enim metuit, reprimitur, nõ emẽdatur: quem pudet facere, in naturã vertit. Pulchre autẽ posuit: Si peccauerit ĩte, nõ enim æqua cõditio, in deum, hominẽq; peccare. Deniq; Apostolus qui diuini est verus interpres oraculi, Hæreticum, inquit, post vnam correptionẽ deuita, quia nõ est æque perfidia vt culpa venialis. Et quoniã plerumq; per imperitiam error obrepit, corripiẽdum præcipit: vt aut pertinacia vitetur, aut prolapsio corrigatur. Verũ quid est, Si septies conuersus fuerit ad te, dimitte illi? Num veniæ numerus præfinitur? An vero quia cum septimo die requiescit deus ab omnib º operibus suis, post hebdomadã istius mundi quies nobis diuturna promittitur, vt quẽadmodũ mala istius mundi feriata * cessabũt, ita etiã * opera. vindictæ seueritas conquiescat? Sabbatũ autẽ nõ solum

F

Mat.16.

2.Thes.3.

ad.Titũ.3.

*mysteria Psal.49.

*opera.

G dierũ,ſed etiã menſium eſt.Et ideo ſeptimi menſis decima die ſabbata ſabbatorũ,nec ſolũ menſium,ſed annorum quoq; nec annorũ tantũmodo,ſed etiam generationum. Poſtremo ipſius mundi,cuius typus eſt Sabbatum magnũ:ſicut in lege eſt hebdomada ſeptima, poſtquàm celebratus annus ſubileus. Quod myſteriũ nobis dominꝰ volut reuelare cũ dixit:Nõ ſolum ſepties,ſed etiã ſeptuageſies ſepties. Quia ſeptima generatione, vt habes ſecundum Lucam,Enoch raptus eſt,ne malitia mutaret cor eius:& in eo aculeus doloris quieuit. Septuageſima autem & ſeptima generatione dominus natus ex Maria, humani generis in ſe peccata ſuſcipiens remiſſionẽ tribuit omniũ delictorũ. Ergo quãuis ſecundum literã diſcas frequenter ignoſcere,nec indignationẽ tenere,)nihil enim eſt quo poſsit offendi,cui ignoſcendi eſt cõſuetudo)tamen agnoſce myſteriũ.Neq; enim ocioſè Sabbato dixit dominus mulieri: Dimiſſa es ab infirmitate tua:oſtendens plebi ſuæ,quæ ſicut mulier illa vocata ſequeretur,aduẽtu ſuo ſe remiſiſſe peccata.Septuagies ita q; & ſepties Lamech cõdẽnatur,quia grauius delinquit qui ſcelus dum punit,admittit.Omnẽ autem enormitatem ſceleris baptiſmi ſacramenta dimittunt.Diſce ergo donare iniurias tuas, quia perſecutoribus ſuis Chriſtus ignouit.Nec illud ocioſum quod Sabbato paſsus eſt,magnum ſignificans fore Sabbatum quo mors deſtrueretur à Chriſto. Quòd ſi Iudæi Sabbatũ ita celebrant,vt & mẽſem & annum totum quaſi Sabbatũ habeant,quãto magis nos reſurrectionem domini celebrare debemus? Et ideo maiores tradiderunt nobis pẽtecoſtes omnes quinquaginta dies vt paſcha celebrandos, quia octauæ hebdomadis initium pentecoſten facit. Vnde & apoſtolus quaſi Chriſti diſcipulus,qui ſciret diuerſitatem temporum,ſcribẽs ad Corinthios: Apud vos, inquit, forſitan manebo & hyemabo.Et infra:Manebo autem Epheſi vſq; ad pentecoſten.Oſtiũ enim mihi apertum eſt magnũ. Itaq; apud Corinthios hyemen agit, quorum erroribus angebatur,quod eorum circa dei cultũ frigeret affectꝰ. Cum Epheſiis pentecoſten celebrat,atq; his tradit myſteria,relaxat animũ, quia fidei cernebat ardore feruẽtes. Ergo per hos quinquaginta dies ieiunium neſcit eccleſia,ſicut dominica qua dominꝰ reſurrexit,& ſũt oẽs dies tãquã dominica.Erit & alia dominica qua dominicũ corpꝰ reſurgat.Nouit hãc Paulus qui ait:Vos autẽ eſtis corpꝰ Chriſti,& mẽbra ex mẽbris.Hoc enĩ corpus domini,
I & oſsa de oſsib9 eiꝰ capiti cohærebũt,caput autẽ eccleſiæ Chriſtꝰ.Tũc ergo ceſsabit ieiuniũ, quoniã in perpetua iucũditate fatigatio, cura, laſsitudo ceſsabit. Tunc mors deſtruetur.Nouiſsima enĩ mors deſtruetur.Nã etſi ceſsauit in Enoch,& non eſt inuenta in eo,deſtructa tamen non eſt. Ille enim raptus eſt, vt euaderet: Chriſtus vt deſtrueret immolatus eſt. Et ideo bene dixit: Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Ergo in hac reſurrectione iterum Chriſtꝰ tanquã ſuo reſurget ĩ corpore.Beatus itaq; qui habuerit partem in prima reſurrectione.Sicut enim primitiæ dormientium Chriſtꝰ, ſic tunc primitiæ reſurgẽtiũ eccleſię ſancti eius.Hoc myſteriũ Petrus ſcire nõ potuit.Fortaſse ſcierit de Enoch: quis tamen potuit myſterium abſconditum in deo humana mente comprehendere? Veniat ergo dominus in animam meam,in mentem meam,atq; eam ſubiiciat ſibi,vt cum ſubiecta mens fuerit mea,dicam:Non timebo mala,quoniam tu mecum es.

Mat.18. Geneſ.4. Apoc.20. Pſal.22. 1.Cor.12. 1.Cor.15.

De virtute fidei per cõparationẽ ad granũ ſinapis, & de obſequio quod iure domino debetur.

SI habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis,dicetis huic arbori moro:eradicare, & iactare in mare:& obaudiet vobis.)De grano ſinapis ſupra dictũ eſt,nũc de arbore moro eſt diſputãdũ.Arborẽ lego,non tamẽ arborẽ eredo.Nã quæ ratio,q profectꝰ hic noſter, vt arbor quæ laborãtibus agricolis ferat fructus,eradicetur, & mittatur in mare?Licet hoc pro virtute fidei poſsibile iudicemus,vt ſenſibilibus imperiis natura inſenſibilis obſequatur:quid ſibi vult tamen etiam ipſa arboris ſpecies? Legi quidem:Paſtor eram caprarum vellicans mora. & puto prophetam ſignificaſse nobis quod ex peccatorũ grege peccator ipſe cõuerſus ſit:licet conueniat vt futurus propheta gentiũ fructũ quæriſſe videatur in ſentibꝰ, cibum ex ſentibus eruiſſe, decolores & fœtidos greges gentium populos nationũ in ſuorũ ſcriptorum paſcuis nutriturus,*vt ſpiritali refectiõe pingueſcerẽt,ipſe autẽ de peccatore conuerſo lac ſpirituale mulgeret. Sed cùm in alio Euãgelii libro de mõte ſit dictũ,cuius ſpecies nuda gignentium,vitiũ olearũq; ieiunia,infœcunda meſsibus,apta latibulis beſtiarũ, ferarũq; curſibus inquieta, extollẽtẽ ſe altitudinem nequitiæ ſpiritalis videatur exprimere,ſicut & ſcriptum eſt:Ecce ego ad te mons corrupte,qui corrumpis omnẽ terrã:cõgruit vt hoc quoq; loco opinemur id dictum,quoniã fides ſpiritũ excludit immũdũ,maximè cũ arboris natura huic cõcurrat opinioni.Nã fructus eius primò albet in flore,deinde iã formatꝰ irrutilat,maturitate nigreſcit.Diabolꝰ quoq; ex albẽti angelicæ flore naturæ & poteſtate rutilãte præuaricatione deiectꝰ,retrò inhorruit odore peccati. En tibi illud arbori moro dicẽtem,Eradicare,& iactare in mare. Cum legionẽ eiicit ex homine in porcos tranſire permittit:qui exagitati diabolico ſpiritu ſe in maria demerſerunt.Hic igitur locus hortatorius ad fidẽ,docẽs morali ter etiã ea quæ ſolida ſunt,fide poſſe diſſolui. Ex fide autẽ charitas,ex charitate ſpes,& rurſus in ſe ſãcto quodã circuitu refunduntur.Sequitur vt nemo in operibus glorietur,quia iure domino debemus obſequium. Nãſi tu non dicis ſeruo aranti,aut oues paſcẽti,Trãſi recumbe(vbi intelligitur quia nullus recumbit niſi ante trãſierit.Deniq; & Moyſes ante trãſiuit,vt magnum viſum videret Sicut ergo tu nõ ſolum nõ dicis ſeruo tuo,Recumbe,ſed exigis ab eo aliud miniſterium,& gratias ei nõ agis:ita nec in te patitur dominus vnius viſum eſſe operis aut laboris,quia dum viuimus,debemus ſẽper operari. Ergo agnoſce te eſſe ſeruũ plurimis obſequiis deſcẽne ratum.Nõ te præferas quia filius dei diceris agnoſcenda gratia,ſed nõ ignorãda natura.Neq; te iactes ſi bene ſeruiſti,quod facere debuiſti.Obſequitur Sol, obtemperat Luna,ſeruiunt angeli.Vas gentium electus à domino, Nõ ſum,inquit,dignus vocari apoſtolus,quia perſecutꝰ ſum eccleſiã dei.Deinde alibi nullius ſe oſtẽdens conſcium culpæ,ſubiecit: Sed non in hoc iuſtificatus ſum. Et nos ergo nõ à nobis laudem exigamus,nec præripiamus iudicium dei, & præueniamus ſententiam iudicis, ſed ſuo tẽpori,ſuo iudici reſeruemus. Poſt hanc reprehenduntur ingrati,atq; ita demum ad tractatum futuri iudicii venitur.

Amos.7. *locatur Hiere.51. 1.Cor.15. 1.Cor.4.

De eo quod in hora aduentus domini ad iudicium, qui in tecto eſt,non deſcendat.&c.

IN illa hora qui fuerit in tecta,& vaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa. Et qui in agro, ſimiliter non redeat retrò. Memores eſtote vxoris Loth.) Interrogatus à diſcipulis dominus quando veniret regnum dei,ait: ¶Regnum dei intra vos eſt.) Vtiq; per veritatẽ gratiæ, nõ per ſeruitutem culpæ.Itaq; qui vult eſſe liber, ſit ſeruus in domino Ea enim parte qua participamur ſeruitute, participamur & regno. Ait ergo:Regnũ dei intra vos eſt. Quando autem veniret,noluit dicere,ſed dixit iudicii diẽ eſſe vẽturũ,vt terrorẽ *omnibus iudicii imminentis incuteret,nec ſecuritatem dilationis afferret. Et ne videretur cõtriſtare diſcipulos ſi his aliquid negaret, ait in alio libro: De die autem & hora nemo ſcit, neq; angeli cælorum, neq; filius.) Bene medie poſuit filium. Eſt enim idem filius hominis,filius dei,vt magis dictũ ſecundum

*horrorẽ Mat.24.

A filiũ hominis æſtimemus,quia tẽporũ finẽ non per naturam hominis,ſed per naturã dei nouit.Nec alienum tamen à fide eſt, ſi filiũ accipias dei. Quid enim eſt quod bonus pater filiũ celauerit,cui omnia dedit?Aut quomodo non dedit cognitionẽ tẽporis,cui dedit ipſius iudicii poteſtatẽ? Quomodo autẽ filius neſcire poteſt quod pater nouit,cum in patre filius:& ſpiritus ſcrutetur etiã alta dei,cum ipſe filius altitudo ſit diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei?Sed cur nolit dicere, oſtendit alio loco:Nõ
Actuũ.1. eſt veſtrũ ſcire tẽpora & annos,quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Videtis quò tendant qui trinitatẽ negat vnius poteſtatis,vt ſit aliquid quod neſciat filius. Cur enim celaret filium proprium pater? Aut enim inuidiæ cauſa nolumus aliis intimare quod ſcimus, aut ne forte prodamur.Sed nec inuidi in patrem;nec proditoris in filium ſuſpicio cadit.Ergo vnius ſunt cognitionis, quia vnius ſunt poteſtatis.Deniq; q ſigna nouit futuri iudicii, vtiq; nouit & finẽ. Quid enĩ eſt quod neſciat ille ſicut fulgor coruſcans,eò quod lux dei filius interna myſterii cæleſtis illuminet?In illa,inquit, hoc. Ergo & horam nouit: ſed nouit ſibi,mihi neſcit. Bene autẽ cauſam diluuit ĩ& incendii & iudicii de noſtris aſserit prodiſſe peccatis,qa deus malum nõ creauit,ſed noſtra ſibi merita repererũt
B Edebant enim & bibebãt,vxores ducebãt, & nubebant. Nõ quia coniugia dãnentur, neq; alimenta damnentur: cum in iſtis ſucceſsiões,in illis naturę ſubſidia ſint:alioquin de hoc mundo eſt exeundem:Si in omnibus modus quęritur,quicquid enim abundantius,à malo eſt. Sit aliquis conſenſus ad tẽpus,vt vacemus orationi: ſit aliqua inter ſolicitudines mundi & intemperãtiæ crapulã ſobrietas religionis,& iduciæ caſtitatis. Ergo quia propter improbos neceſſe eſt probii hoc ſeculo cõtritionẽ cordis animiq; patiãtur,quo vberiorẽ mercedẽ accipiãt in futurũ,remediis inſtruũtur:vt qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes. Quæ eſt iſta Iudæa?Noui enim & aliam
Pſal.75. Iudęã ſecundũ ſpiritũ,non ſecundũ literã. Notus enim in Iudæa deus. Quales autem iſti mõtes qui poſsũt motum futuri cohibere iudicii,cũ ſcriptũ ſit: Tremor ante te montes occupabit, cælũ & terra tranſibunt? Quomodo terrarũ portio manebit immunis,aut tueri me poterit,quæ nec ipſa ſe ſeruat?Vbi igitur me ab ira eius abſcondam,qui conturbat profundũ maris?Si aſcendero in cælum,ibi eſt:ſi deſcendero in infernum, adeſt. Non ergo falli poteſt q vbiq; eſt,ſed placari, Adeſt itaq; iudicii dies,ſi vis non comprehendi,quotidie time, quotidie
Eſaiæ.40. fuge. Quæris quomodo fugeas?Aſcende in montem qui euãgelizas Sion, vt excelſorum vertice poſsis eminere
3.Reg.20. meritorũ.Deus enim mõtium,& non deus vallium eſt. Aſcende eò vbi Chriſtus ſedet ad dexterã dei,cuius fundamenta in montibus ſanctis,& mõtes in circuitu eius.
C Mons tuus Paulus,mons tuus Petrus eſt,Supra illorum fidem mentis tuæ locato veſtigiũ.In lege dei atq; hæreditate fidei conſtitutos iudicii dies non ad pœnã inuenit, ſed ad gloriam.Si quis etiam in tecto eſt poſitus,hoc eſt. ſuperiora ſam domus ſuæ eminentiũq; virtutũ culmen aſcendit,ad terrena mundi huius opera non recidat.Nõ ui enim tectũ in quo Raab illa typo meretrix, myſterio Eccleſia, ſacramentorum conſortio populis copulata gentilibus, exploratores quos Ieſus direxit, abſcondit Qui ſi ad inferiora deſcẽdiſſent domus,ab exploratoribus qui ad corripiendos eos miſsi fuerant,occiſi eſsent. Tectũ ergo ſublime eſt mentis officium,animæq; faſtigium,quo nuda corporis operitur infirmitas.Vnde mihi videtur etiam paralyticus ille idcirco eſſe ſanatus,qui à quatuor iuuenibus dimiſsus è tecto eſt:quia quatuor adminiculo virtutũ,prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, atq; iuſtitiæ ad pedes Chriſti alta quadam ſe ratione ſubiecit.Nihil enĩ excelſius humilitate, quæ tanꝫ ſuperior neſcit extolli,quia nemo id effectat quod ĩtra ſe iudicat. Sed quoniam in iudicio verſamur, non digrediamur à tecto,ne dum vaſa quæ in domo ſunt cupimus auferre, capiamur.Non enim in omni domo ſunt vaſa aurea & argentea,ſed in pleriſq; ſunt lignea: nec omnes domus plenæ,ſunt enĩ & vacuæ,quas nouit Propheta qui dixit: Quid factum eſt tibi nunc,quia aſcendiſti in domos vacuas,impleta eſt ciuitas clamantiũ? & ſubiecit: Omnes principes tui fugerunt,quicũq; in te vulnerati ſunt,& ad perfidiam de fide lapſi ſunt. Vulneratus eſt Sabellius, vulneratus eſt Valẽtinꝰ,vulneratus eſt Arrius.In domo enim vacua ſunt reperti. Vis domũ videre plenam?Sequere Petrum,cũ eſſuriret,ad domus ſuperiora gradientem,ibi agnouit myſteriũ eccleſiæ congregandæ, vt gentilem populum nõ iudicaret immundũ,quẽ fides poſset ab omni mundare contagione. Vaſa autem de luto ſũt. Ergo vas corpus eſt.Et ideo caue ne deſiderio corporis præclara mentis ſtudia derelinquas.Si Petrus non accepit myſterium in inferioribus poſitus, tu quẽadmodum accipies:Ille accepit quia aſcendit vt euangelizaret dominum,paſſionẽ corporis nõ timeret. ¶Ergo qui in tecto eſt,non deſcẽdat:qui in agro eſt, non reuertatur retrò.) Vnde intelligam qui ſit ager;niſi ipſe me doceat IESVS dicens:Nemo mittens manum in aratrum, & reſpiciens retrò,aptus eſt regno cælorum?Ocioſus in villa ſedet,laborioſus in agro ſeminat: debilis ad focũ,fortis ad aratrum.Bonus odor agri,odor enĩ Iacob,odor agri Geneſ.27. pleni. Ager plenus eſt florũ,plenus eſt fructuũ diuerſorum.Ara igitur agrũ tuum,ſi vis dirigi ad dei regnum.
Floreat tibi bonorũ ſeges fœcunda meritorũ. Sit vitis E abundans in lateribus domus tuæ, & nouella oliuarum Pſal.12.7. in circuitu menſæ tuæ.Dicat anima tua Chriſto fertilitatis ſuæ iam conſcia, & ſeminata dei verbo,ſpiritalibus quoq; inarata culturis:Veni frater meus, exeamus in a- Cantic.7. grum.Ille reſpondeat:Introiui in ortũ meum ſoror mea ſponſa,vendemiaui myrrham meam.Quæ enim melior Cantic.5. quàm fidei vindemia,qua reſurrectionis fructus reconditur,qua perpetuæ lætitiæ fons rigatur?Itaq; cum reſpicere prohibearis,multò magis redire prohiberis,& tollere tuncam. Comperiſti enim quòd ei qui tunicam te petierit,remittere debeas & pallium. Ergo directus ad dei regnũ,opes & patrimonium non requiras.Nouit & aliam ſcriptura tunicam,de qua nos hortatur Apoſtolus dicens vt expoliantes veterem hominem cum actib9 Coloſ.3. eius,induti nouũ,ſuperioris tunicam non requiramꝰ eroris. Vnde & illa ait: Nocte exui me tunicam meam, Cantic.5. quo modo induã eam? Quod non ſolũ renunciare peccatis,ſed etiã memoriam omnẽ debeas actus ſuperioris abolere.Deniq; Paulus anteriora obliuiſcens, culpam exuit,pœnitẽtiã nõ omiſit. ¶Et ideo dominꝰ, Memores inquit,eſtote vxoris Loth.)quæ ideo quia reſpexit retrò perdidit naturæ ſuæ munus. Retrò enim Satanas, retrò Sodoma. Quapropter fuge intemperantiam, declinato luxuriam.Et vt cognoſcas quia non omnes poſsumus fugere in montem,recordare quia ille qui ſe à veteribus ſtudiis nõ reflexit(Sodomam enim antè delegerat)ideo F euaſit,quia peruenit ad montem.Illa quæ infirmior fuit, quoniam ad poſteriora reſpexit, nec mariti adiuta ſuffragio ad montem peruenire potuit,ſed remanſit.

De duobus in vno lecto,& duabus molentibus in vnum,duobusq; in agro,quorum vnus aſsumetur,& alter relinquetur.

IN illa nocte erunt duo in lecto vno,vnus aſſumetur,& alter relinquetur.)Bene noctem dixit,quia Antichriſtꝰ hora tenebrarũ eſt: eò qđ pectoribꝰ hominũ tenebras offundat, cũ dicat ſe eſse Chriſtum;exurgentibus pſeudoprophetis qui aſserant nunc in deſertis IESVM degere,vt vagæ errore opinionis illudant: nunc in penetralibus,vt qui audierint, præcelſæ nomine poteſtatis arceantur Chriſtus autẽ ſicut fulgur coruſcans per vniuerſũ mundum luminis ſui globos ſpargit.Et ideo nec in deſertis vagatur,nec aliquibus locis clauditur, quia cęlũ & ter-

Hiere.23: G rã ego impleo, dicit domin⁹ Sed luce fulgoris ſui fulget, vt in illa nocte reſurrectionis gloriam videre poſsimus. Quid igitur ſibi vult quod ait: Duo in lecto vno, & duæ molentes, & duo in agro: vnus aſsumetur, & alter relinquetur? Nũquid iniquus de⁹, vt pares ſtudiis & ſocietate viuẽdi, atq; indiſcreta actuũ qualitate, meritorũ remuneratione diſcernat? Nõ ita eſt, ſed pro actib⁹ hominis, remuneratiõis eſt æqualitas *. Non ergo merita hominũ copulæ vſus exæquat. Nam & pater in filium, & filius in patrem ſtudio religionis inſurgũt: quia nõ omnes quod adoriuntur efficiũt: ſed qui perſeuerauerit in finem, hic ſaluus erit. Tum deinde non forenſe obſequium, ſed interiorem dominus rimatur affectum. Neq; enim ſi iuſte offeras, & nõ iuſte diuidas, acceptũ eſt ſacrificium deo. Ergo ex vno ſtrato (Eſt enim ſtratũ infirmitatis humanæ, quia ſcriptũ eſt: Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius) vnus relinquetur, alter aſsumetur. Qui aſsumitur, rapitur obuiam Chriſto in aëra: qui autem relinquitur, improbatur. ¶ Duæ molentes in piſtrino.) Senſus quidem eſt quod hi ſignificari videantur, qui ex occultis alimenta quærant, & in apertum ex interioribus proferant. Sed tamen quid molant iſtæ mulieres, requirendũ eſt. Niſi forte quod legimus in Eſaia. Si offeratis H ſimilaginem, vanũ eſt, vt ſimilago ſit quæ à molentibus offeratur. Diſcutiamus ergo quæ molant, quidve molãt, quodve piſtrinum ſit. Et fortaſse mundus iſte piſtrinum eſt: in quo aptius reor ꝙ humani corporis forma referatur, in quo anima noſtra velut quodam carcere includi tur corporali, paně ſi cõſulat boni, operatura * cęleſtẽ. In hoc ergo piſtrino vel Synagoga, vel anima obnoxia delictis triticum molendo madefactũ, & graui humore corruptum, non poteſt interiora ab exterioribus ſeparare: & ideo relinquitur, quia eiꝰ ſimilago diſplicuit. At vero ſancta eccleſia, vel anima nullis maculata cõtagiis delictorum, quæ tale molit triticũ qđ Solis æterni calore ſit torridum, quod deus quẽadmodum volu.t ſic veſtiuit, & angeli ab omni purgamentorũ labe mundarũt, bonam ſimilaginem de penetralibus hominũ deo offerens, ſacrificii ſui liba commendat. Nec ſolum molẽtes duæ, ſed etiam operantes duo erũt in agro vno, è quibus aſsumetur vnus. Bonus ſeminator, qui non ſupra vias ſeminauerit, ſed ſupra aratum & cultum ſolum, vt fructũ humilitate preſsum, non iactatione diſperſum, terra multiplicet. Relinquetur autem ſeminator zizaniorũ, ex quibus refutabilis ſimilago conficitur. Qui ſint autẽ iſti agricolæ differentes, poſsumus reperire ſi aduertamus qua ratione duos ναζ, hoc eſt, duas mentes eſse in nobis Apoſtolus dixerit. Fortaſse enim ideo, quia altera exterioris eſt hominis, qui corrũpitur: altera interioris, qui I per ſacramenta renouatur. Et eò ille fortaſse deterior qui extollitur fruſtra inflatus mente carnis ſuæ, & non tenens caput, qui à domini noſtri IESV Chriſti ſalutarium præceptorum obſeruatione declinat. Ipſe enim ca put omniũ, qui author eſt omnium. Alter eſt ille præſtabilior, qui humilitatem diligit, ſapientiam quærit, miſe ricordiã non omittit: bonus ſcilicet ſeminator. Diſperſit enim dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternũ. Hic igitur ſpiritalis eſt, ille carnalis. Nam ſicut verbis apoſtolicis comprehendimus illum extollẽtem ſe tumido animo ſeductorem mente carnis inflari, ita etiam ſãctum virum renouari ſpiritu mentis oſtendimus, dicen te eodem: Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ. Duas ergo mentes eſse demonſtrat, vnã quæ mens carnis efficitur victa peccato, alteram quę ſpiritui copulata carnis abiurat illecebras. Nec ſolum duæ mentes, ſed etiam duæ leges in nobis ſunt: quarũ vtranq; nobis Apoſtolus explicuit dicens. Cõdelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtẽ me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. Eſt ergo lex interioris hominis, eſt etiam exterioris. Illa quæ peccatum prohibet, iſta quæ ſuadet. Illa quæ damnat erro- K rem, iſta quæ ſuggerit. Illa quæ mentem inſtruit, iſta quæ tentat. Sunt etiam duæ aliæ vehementiores in nobis leges, vna dei, altera peccati, ſecundum eundem magiſtrũ qui ait: Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei, carne autẽ legi peccati. Et oſtenditur ꝙ ſi mentem tãtummodo dicas, contrariam carni oſtendas. Cum enim dicit Paulus ſe legi dei mẽte ſeruire, vtiq; mentẽ per ſeipſã, niſi à carne vincatur, bonã eſse demonſtrat, & natura ita creatã, vt reſiſtat errori. Itaq; cũ vincitur, mens carnis eſt: non ex natura habens ſed ex carne quod labitur: & quaſi in nomen proprietatẽq; victricis victa ſuccedit. Natura autem aduerſa carnis eſt. Deniq; mente deo ſeruimus, carne peccato. Melior autẽ mens erit, ſi cooperaria ſancto ſpiritui religioſum nõ intermitat officium. Iſtæ ſunt igitur operantes in agro noſtro, quarum altera bonum fructum diligentia dat, altera amittit incuria: quam ſanguinem legiſlator appellat, dicens: Anima omnis carnis, ſã Leuit.17. guis eius. Quo pleriq; referunt etiam illud quod ſcriptum eſt: Non manducabis carnem in ſanguine, ne vul- Genes.9. neribus animæ cruentatas corporis voluptates, refectionis potius loco quàm reatũ ſãguinis æſtimemus, quos o- L portet dei verbo refici. Eſt ergo cibus refectionis, eſt cibus ſãguinis. Sicut enĩ caro domini vere eſt cibus, ita ſãguis vere noſter eſt potus. Bonã ergo de noſtris operib⁹ eſcam domino ſuggeramus, ne rurſus cum venerit, & ſi cut in illa ficu pomũ non inuenerit, noſtrorum meritorum infœcunditate ieiunus propoſitum pietatis auertat, dicens ad illam animã quam nudam pomorum repererit, & ſãguine cruẽtatã, Nunquã ex te fruct⁹ naſcatur in ſempiternũ. Eſt ergo anima carnis omnis, ſanguis eius. Eſt etiã præſtabilior anima, de qua dixit deus: Omnes a- Ezech.18. nimæ meæ ſunt, ſicut anima patris, ita etiam anima filii mea eſt. Nec illud prætereat vt duos populos interpretemur, id eſt, quod in hoc mundo, qui agro frequentiſsimè comparatur, duo populi ſint, vnus credentium, alter qui non credit, relaturi meritorum vicem ſuorũ: & ideo alter qui fidelis eſt, aſsumatur: alter qui ifidelis, relinquatur. Duæ autem illæ molentes, duæ animæ, vel certè Eccleſia atq; Synagoga. Non enim vna tantum figura, ſed multiplex in diuinis ſcripturis eſse conſueuit, vt vn⁹ ſermo plures ſpecies comprehendat. Itaq; mens carnis, & anima carnis, & Synagoga, idem triticum colligunt, & eam ſimilaginẽ molunt, quæ offertur inuanum. Mens au- M tem quæ coniuncta eſt animę &, anima quę receptrix eſt ſalutaris verbi, vel Eccleſia dei, excolũt & molunt veræ legis ſimilaginem ſpiritalem, vnde etiam panes propoſitionis fiunt, quos ſoli ſacerdotes edunt, quibus puriorem panem mãducare præſcriptum eſt, illum vtiq; qui deſcendit de cælo. Omnes autem ſumus, ſi merita noſtra patiãtur, iuſtitiæ ſacerdotes, qui vnctione letitiæ in regnum & ſacerdotiũ conſecramur. Ergo ita exerceamus & colamus agrum noſtrũ in iſtius culturæ munere conſtituti, vt in illa ſuperiore Hieruſalem vbi legis cuſtodia vera celebratur, habeamus ſimilaginem de manipulis noſtris, quos beati qui potuerint cõgregare, vt veniẽ tes veniant in exultatione tollentes manipulos ſuos. Iſti igitur fructus ſunt ſpiritales, & felices veri prouentus laboris qui nullo inutili imbre madefiant. Fructus autem carnis corruptelæ obnoxi⁹: & ideo qui carnalia ſeminauerit, carnalia metet. De agro vero quid dicam, cũ manifeſtũ, ſit in opere cultoris vel laudem eſse vel culpam? ¶ Et reſpõdẽtes dixerũt: Vbi domĩe?) Hoc diſcipuli locuti, ſũt domin⁹ autẽ vbi præmonuit & quo fugiẽdũ, & vbi commorandũ, & quid eſset cauendũ, complexus eſt ſummam definitione generali, dicens: ¶ Vbi fuerit corpus ibi cõgregabũtur aquilæ.) Itaq; prius quæ ſint aquilæ coniiciamus, vt quod ſit corpus definiamus. Iuſtorum enim animæ aquilis cõparantur, quod alta petant, humilia derelinquant, lõgæuam deducere ferantur ætatẽ. Vnde & Dauid animæ ſuæ dicit: Renouabitur ſicut Pſal.102.

A aquilæ iuuẽt⁹ tua. Si igitur intelleximus aquilas, de corpore iam dubitare non poſsumus, maxime ſi memineri mus quod à Pilato Ioſeph corp⁹ acceperit. Nõne tibi videntur aquilæ circa corp⁹ Maria Cleophæ, & Maria Magdalene: & Maria mater domini, apoſtolorumque con- Ioan.6 uentus circa domini ſepulturam? Nonne tibi videntur aquilæ circa corpus, quando veniet in illa die cum intelligibilib⁹ nubib⁹ filius hominis, & videbit eũ ois oculꝰ & qui eum compunxerunt? Eſt etiam corpus de quo dictum eſt: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Circa hoc corpus veræ aquilæ ſunt, quæ aliis circumuolant ſpiritalibus. Sunt & circa corpus aquilę quæ credunt IESVM in carne veniſse, quia omnis ſpiritus qui cõfitetur IESVM Chriſtum in carne veniſse, de deo eſt. Vbi ergo fides, ibi ſacramentum, ibi diuerſorium ſanctitatis eſt. Eſt etiam corpus eccleſia, in qua per baptiſmi gratiam renouamur ſpiritu, & occidua ſenectutis in rediuiuas reparantur ætates.

De permittendis pueris venire ad Chriſtum, & ſimplicitate puerili ſectanda.

CAP. XVIII

SINITE pueros venire ad me, & nolite eos prohibere, taliũ eſt enim regnũ dei. Amen dico vobis, quicunq; non receperit regnũ dei ſicut puer, nõ intrabit in illud.) At qa ætas hęc infirma eſt viribus, inualida, ingenio, imatura conſilio: non ergo ætas prefertur ætati B alioquin obeſset adoleſcere. Quid votis opus vt eui maturitas cõſequatur, ſi mihi meritũ regni dẽptura cæleſtis eſt? Ergo deus vitæ proceſſũ ad vitia dedit, nõ ad incrementa virtutis? Et cur ipſe apoſtolos nõ puerilis, ſed prouectioris ætatis elegit? Cur autẽ pueros aptos regno dicit eſse cælorum? Fortaſse quia malitiam neſciãt, fraudare non nouerint, referire non audeant, ſcrutari ignorent opes, honorem ambitionemq; nõ appetant. Sed nõ ignorare iſta virtus eſt, ſed cõtenere: nec cõtinẽtię laus vbi infirmitatis integritas. Non igitur puericia, ſed ætas puerilis ſimplicitatis bonitas deſignatur: Non enim virtus eſt non poſse peccare, ſed nolle: atque ita tenere perſeuerantiam voluntatis, vt voluntas infantiam, vſus imitetur naturã. Deniq; ipſe hoc ſaluator expreſsit, dicens: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut puer iſte, nõ intrabitis in regnũ cælorum. Quis eſt ergo puer imitandus apoſtolis Chriſti? nũ vnus ex paruulis? Hæc igi- Eſai.9. tur virt⁹ apoſtolorum. Quis ergo puer? Ne forte ille de quo Eſaias dicit: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt no- 1.Pet.2 bis? Ipſe enim tibi puer dixit: Tolle crucem tuam, & ſequere me. Et vt agnoſcas puerum: Cum malediceretur, non re maledixit: cum penteteretur, nõ repercuſsit. Hęc Sapien.4 eſt enim perfecta virtus. Itaq; & in puericia eſt quædam C venerabilis morum ſenectus, & in ſenectute innocens puericia. Senectus enim venerabilis eſt, nõ diuturna, nec Pſal.112 numero annorum computata. Cani ſunt autẽ ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita imaculata. Vnde & ſcriptũ eſt: Laudate pueri dominũ, laudate nomẽ domini. quia Eſai.8. nemo niſi perfectus laudat dominum. Nemo enim dicit dominum IESVM, niſi in ſpiritu ſancto. Quod videtur de Eccleſiæ populo prophetatum, qui iunior ſeniorem populum Iudæorum virtutis ſtudiis anteiuit. Et ideo Pſal.8. illud: Ecce ego & pueri mei quos dediſti mihi. Iſti ſunt pueri qui dominum pullo aſinæ ſuperuectum propheticis vocibus perſequentes, redemptionem gentium ve niſse dicebant. Iſti ſunt pueri vel infantes qui Chriſti illa vbera ſuper vinum hauſtu pleniore ſuxerunt. Et ore enim infantium & lactẽtium perfeciſti laudem. Durum itaque aliquibus & immitẽ videri poteſt quod diſcipuli ad dominum infantulos adire prohibebant, niſi vel myſterium intelligas, vel affectum. Neque enim inuidæ in pueros mentis aſperitate faciebãt, ſed ſedulæ ſeruitutis obſequia domino deferebant, ne comprimeretur à turbis. Denique alibi ſcriptum eſt: Magiſter comprimunt te turbæ. Reſpuenda quippe eſt vtilitas noſtra, vbi diuinitatis iniuria eſt. Ergo fugiamus ſuperbiam, D ſequamur puerilem ſimplicitatem, quia veritas aduerſaria ſuperbiæ, ſimplicitas autem cõcurrens veritati, in ipſa humilitate ſublimis. Non enim in abiecto corde habitat deus, ſed ſicut tradiderunt nobis prophetę, thron⁹ virtutis exaltatus eſt, in eo ſcilicet cuius eleuatur ſapientia ad altitudinem veritatis. Nec ſicut Cain fraterna ſpecie dolum pereũſsoris abſcondat, ſed foris intraque ſit frater. Hæc in affectu. In myſterio autem, quia prius ſaluari populum Iudæorum, ex quo ſecundum carnem nati fuerant, geſtiebãt. Sed & pro Chananæa muliere ſupplicarunt. Sciebant ergo myſterium, quod vtriſque populis vocatio deberetur, ſed fortaſse adhuc ordinem neſciebant. Nunc diſtantiam intende verborum. Vbi ad ſe infantes accedere iubet, vt eos vel prædicatione vel manuũ impoſitione benediceret; pueros appellat, vbi præcipit non ſcandalizandos, puſillos appellat. Non enim ſcandalizantur qui tanguntur à Chriſto, non labũtur qui Chriſto propinquant. Sed labuntur illi quos puſillos non ætatis exiguitas, ſed virtutis puſillitas fecit. Simul etiam docet infirmos nõ eſse tẽtandos, ne in nos eorum delicta vertantur, quorum preces ad dominum, etſi ipſi virtutum meritis infirmi ſint, angelorum tamen Matt. 18. patrociniis euehuntur. Nemo ergo irrideat pauperem quia exacerbat illum qui fecit eum. Nemo tentet inhabilidum, ne angelos lædat. Nemo præcipitet infirmum, ne ſoluat beneficium redemptoris. Et ideo dixit: Væ huic mundo ab ſcandalis. quia crucem domini pleriq; ſcandalum iudicarunt, cum dominicæ humilitas paſsionis noſtræ ſit ſacramentum ſalutis. vt adoriamur virtutis officium, ſumamus humilitatis exemplum E Væ igitur ei qui in crucem domini non crediderit, qua ſcandalizantur infirmi.

Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. In diuinis quidẽ ſcripturis nõ verborũ ſerię, ſed rerum põdus examinare debemus. Plus enim proficit ad reprimenda peccata, inauditi generis atque deformis beluina quædam pompa ſuppliciĩ. Tamen ne cui hinc quoque ſcandalum generetur infirmo, non ocioſe ſimul poſitum putamus, molam aſinariam, collum hominis, profundum maris. Et enim cum aſini typum populus gentilis acceperit, nõne tibi videtur tanquam molam aſinariã voluere quãdiu in imperitiæ ſuæ errore verſatur, naturæ quidẽ vinculis alligatus, vt verbum emolat, deum quærat: ſed opertæ mentis cęcitate ſuffuſus; vt vtiltùm animi erigere ad deum, & oculos cordis aperire non nouerit? Et ideò ſine vlla curſus alacritate veſtigiis in ſe ſæpe redeunti bus inuitũs vſui laborat alieno. Tamen qui molam vo luit, conſummandi aliquando finem operis habet, & exuendæ ſpem gerit cæcitatis. Cui vero mola ad collũ F ſuſpẽditur, portat lapidem, qui portare domini iugum recuſauit. Aſinus ergo ad molam, cęcus ad lapidem, gõ tilis ad ſaxum, qui adorat eũ quem non videt nec agnoſcit. Deus enim non in manufactis habitat, nec in ſaxo agnoſcitur, ſed in ſpiritu. Vterque igitur populus & gentilis & Iudęus pompa quadam ſermonis huiusex ponitur, ſed vehementior in Iudęos pœna decernitur. Gentilium enim memoria ſeculi iſtius fluctibus obruetur, & cœno mundi huius abolebitur, qui inter ea quę non ſunt, eſse voluerunt, & alienati à ſcientia dei, tanquam in profundum maris merſi ſunt. At vero Iudęi per patriarchas aſsumpti, circunciſione ſignati, per legem eruditi, non tanquam ignoti peribunt, ſed tanquã ſacrilegi puenientur. Etenim Athenienſibus ignotus deus, in Iudęa notus, ſed non receptus. Et ideo qui ignorat, ignorabitur: qui præuaricatur, damnabitur. Nec ille exutus à culpa, qui ſuum neſciuit authorem: & ille exutus à venia, qui dominum non recepit. Tolerabilius tamen eſt fidem non detuliſse Chriſto, quàm manus intuliſse. Actu. 17.

G De responsione IESV ad interrogationē cuiusdam principis, qua asserit neminem esse bonum nisi solum deum.

INTERROGAVIT autem eum quidam princeps dicens: Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? Dicit autem ei IESVS: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus.) Versuta interrogatio, & ideo arguta responsio. Tentator enim princeps iste magistrum bonū
Psal. 115. dixit, qui deū bonum dicere debuisset. Nam licet & in diuinitate bonitas sit, & in bonitate diuinitas (nemo enī bonus nisi solus deus, omnis autem homo mendax. quicquid autem mendax, vtique non bonum) tamen addendo, magister bone, in portione bonum dixit, non in vniuersitate. Nam deus vniuersitate bonus, homo ex parte Propterea dominus, Quid me dicis bonum, quē negas deum? Quid bonū dicis, cū bonus nemo nisi vnus deus?
Psal. 13 Non ergo bonū se negat, sed deum signat. Bonus enim quid est nisi plenus bonitatis? At vero cum scriptum sit:
H Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: vtique de hominib9 nō de deo dixit. Deus enī vnus est nō vn9 ē numero: Ita & dei filius quasi vnicus exceptus est, nō quasi vnus ex multis: & vnigenitus est, non vnus ex gentis. Et ideo nemo bonus nō præiudicat Christo, quia nemo iudicat Christū. Nemo enim tanquā cōmuniter de nobis dicitur, sed nihil Christo cōmune nobiscū. Quia siquidem mouet, quia nemo bonus nisi vnus deus: mo-
1. Cor. 8. ueat & illud, quia nemo bon9 nisi deus. Quòd si à deo fi
Daute. 6. lius nō excipitur, vtique nec à bono Christus excipitur. Sed cū in deo filius persona alter, potestate vn9 sit: Vn9 enī deus, ex quo oia: & vnus domin9, per quē oia: deus autem & dominus nō duo dii, sed vnus deus sit, quia dominus deus tuus deus vnus est: vtique cū secundū maiestatem deus vnus in vtraque persona sit, & bonus vnus in vtroque est. Nam quomodo nō bonus ex bono nat9
Matt. 7 Arbor enim bona bonos fructus facit. Quomodo non bonus, cū bonitatis substātia assumpta ex patre nō de-
Psal. 142 generarit in filio, quæ nō degenerauit in spiritu? Et ideo spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Quod si bonus spiritus qui accepit ex filio, bonus vtiq; & ille
I qui tradidit. Et cum bonus pater, vtiq; & ille bonus qui omnia habet quæ pater habet. Aut si negatis filiū habe-
Ioan. 5. re bonitatē, negatis & patrē. Ratio euidens exemplis nō eget, tamē vel autoritatē sequimini scripturarum. Scriptū est enim: Dominus iudex bonus domui Israel. De filio, an de patre dicitur? Sed pater nō iudicat quenquā, quia omne iudicium dedit filio. Ergo dominus bonus fi-
Psal. 105. lius. Accipe aliud. Trinitatē vtique confitētur qui ad baptismū veniunt, quia baptizantur in nomine patris & filii & spiritusancti. Ergo & patri & filio & spiritui sancto confitentur. Cum ergo dicitur confitemini domino quoniā bonus: bonus vtique pater, bonus & filius, bon9 & spiritussanctus, sed deus vnus est. Et quia bonus do-
Ioan. 10 minus expectantibus eum. An non bonus, qui bona tribuit animæ quærenti eum? An nō bon9, qui satiat in bonis animam tuam? At nō bonus, qui ait: Ego sum pastor bonus? Sed putatis ideo deum bonum, quia iudiciū non habet, in quo est necessitas vindicandi. Quāquā iā præmissum sit iudicem bonum esse domui Israel, tamen alibi habes: Quā bonus deus Israel rectis corde. De quo igitur putatis dictū: de patre? an de filio? Si de patre, ergo non omnibus bonus. Cur igitur filio derogatis? Si de filio, ergo bonum deum & filium confitemini. Ipse est enim benedictus deus Israel, quia visitauit & fecit redēptionem plebis suæ. Ipse est rex & deus Israel, cui dicitur: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Sic igitur huic
Sapien. 7 dicit: Quoniam tu bonum me non potes sentire qui tē tas, quid me dicis bonum? Bonus quidē ego, sed rectis corde, cui bonum esse ex natura suppetat, nō ex versutia. Bonus ergo filius. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Quomodo ergo non bon9, qui est imago bonitatis? Sicut enim imago dei deus, sed vnus deus: ita & diuinę imago bonitatis bona, sed vna bonitas. Mihi certe vtile est bonum deum credere, quem meorum habiturus sum iudicem delictorum: illi viderint qui eredere bonum nolunt. Itaque quia legisperitus est iste qui tentat, sicut in libro alio demonstratur, bene dixit: Nemo bonus nisi vnus deus. vt admoneret quia scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum. sed magis confite retur domino, quoniam bonus. Denique eum sæpe per
Deute. 6 stringit. Non glorianti in lege quod à iuuentute sua omnia custodisset, vt inanē iactantiam eius exponeret, ostēdit ei adhuc deesse quod legis est. Et ideo ad misericordiæ præceptum tristis inducitur, vt in eū naturalis quædam detur forma sententię.

De eo quod facilius est camelum trāsire per foramē acus quàm diuitem in regnum dei.

FACILIVS est camelum per foramen acus trāsire, quàm diuitem intrare in regnum dei.) Magna vis, magnum pond9 in verbis. Quibus enī verbis alius vehementius exprimeret non debere iactare se diuitem in diuitiis suis, quàm talibus quibus definitur contra naturam esse diues misericors? Aufer mihi lenocinia fucumq; verborum, quæ solent emeliorare sententias. iactari * iste non debuit, sed frangi, qui * iactari.
misericordiam respuebat. Tamen si quos verborum magis ornamenta, quàm sensus virilis naturalis quida habitus & forma delectant, quod boni faciunt petitores in
L yxore ducenda, vt mores discutiant, non decorem, nec aspectus offensione reuocentur, cum virtute animi prouocantur: hi quoque in verbis mysterium quærāt, quod est mens quędam & anima verborum, nec in mysterio verba discutiant, Camelus ergo in typo populus gētilis accipitur, quem leo ille quærens quem deuoret, onustū thesauro propheticis agit affatibus in desertum. In tribulatione enim & angustia leo & catul9 leonis, aspides M
& progenies aspidum volantiū ferebant in asinis & camelis diuitias suas. Et bene camel9 pro gentili figuratus est populo, quia superstitionis deformitate degenerans prius quàm crederet populus nationum, beluinæ speciē fœditatis, absurda vestigia, ora turpia præferebat. Facilius igitur iste peccator per viam intrauit angustā, quæ est via Christi, qui proprii corporis passione mortis penetrans viam, velut acu redintegrauit scissa quædā nostræ vestimenta naturę, quàm populus Iudæorum diues in lege, egenus in fide, præruptus in furore, probrosus in crimine. Potest etiam mortaliter de omni intelligi peccatore, & de arrogante diuite. Nonne tibi videtur publicanus ille oneratus suorum conscientia delictorum, cum oculos ad deum non auderet attollere, velut quidam camelus in foramen acus confessionis suæ remedijs facili us introire, quàm Pharisæus ille in regnum dei, arrogās in prece, iactans innocentiæ præsumptor gloriæ, expro brator misericordiæ, prædicator sui, criminator. alieni, qui magis conueniret dominum quàm rogaret? Si quis igitur horret camelum, horrescat eum qui factis fœdior fit camelo.

De honorandis parentibus atq; pascendis.

HONORA patrem tuum, & matrem.) Pulchre mihi hodie legitur legis exordiū, quādo mei natalis est sacerdotii. Quotānis enī quasi de integro videtur ĩcipere sacerdotium, quādo tēporum renouatur ætate. Bonū etiā quod legitur: Honora patrē & matrē. Vos enim mihi estis parētes, qui sacerdotiū detuliſtis Vos, inquā, filii vel parētes filii singuli, vniuersi parētes. Libēter enī meos dixerim vos vel liberos, vel parētes, q verbū dei auditis & facitis Filios qa scriptum est: Venite filii, audite me. Parentes,

Matt. 12. A quia ipse domin9 dixit: Quæ mihi mater aut fratres? Mater & fratres mei hi sunt, qui audiunt verbum dei & faciunt. Bene ergo lex quæ promiserat, Diliges dominum
Leui. 20 deū tuū, & diliges proximū tuū: subiecit: Honora patrē tuū, & matrē tuā. Primus enī grad9 iste pietatis est. Nāq; hos authores tibi esse voluit deus. Honora obsequiis, vt abstineas à cotumeliis, quia ne vultu quidē lædenda pie
Lucæ. 2. tas est parentum. Sed parū est non lædere, quia lex prospexit ne patiantur iniuriam. Qui enim maledixerit patri vel matri, morte morietur. tu honora, vt bonus sis. Aliud est legis beneficium, aliud pietatis officium. Honora tuos, quia suos dei filius honorauit. Legisti enim Et erat subditus illis. Si deus seruuit, quemadmodum tu parentibus? Honorabat igitur Ioseph & mariā Christus, non naturæ debito, sed pietatis officio. Honorabat & patrem deum, quemadmodum nemo potuit honorare, vt esset obediens vsque ad mortē. Honora ergo & tu parentes. Est autem honor non solum honorificentiæ.
1. Timo. 5 sed etiā largitatis. Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt Honor enim est deferre pro meritis. Pasce patrē tuum pasce matrē tuā. Et si patieris matrē, adhuc non reddidisti dolores, nō reddidisti cruciat9 quos pro te passa est, nō reddidisti obsequia quibus te illa gestauit, non reddidisti alimenta quæ tribuit tenero pietatis affectu, immulgēs labris tuis vbera. nō reddidisti famē quā pro te illa tolerauit: ne quid tibi noxium esset, ederet: ne quid quod lacti noceret, hauriret. Tibi illa ieiunauit, tibi mā-
B ducauit: tibi illa quem voluit cibū non accepit: tibi quē noluit cibū sumpsit. tibi vigilauit: tibi fleuit & tu illam egere pateris? O filii quantum tibi sumes iudicium, si nō pascas parentem. Illi debes quod habes, cui debes qđ es Quantū iudiciū, si pascat ecclesia quos tu nolis pascere Si quis fidelis, inquit, aut si qua fidelis habet viduas, sub ministret illis: vt non grauetur ecclesia, vt his quæ veræ viduæ sunt, sufficiat. Hoc de extraneis. Quid de parenti b9? Nō ociosè dixim9 proxime quia nos matris querela perstrinxit, sed maluimus eum qui talis est publice monere, quàm domestice coercere. Et si nostra voce nō proditur, vel suo tamen erubescat affectu. Ne commiseris fili vt parentes tuos aliorum fames pascat: ne cōmiseris fili vt ieiunia pauperum parentibus tuis cibū quærant. Si non propter gratiam. & salutem, propter verecundiā pasce. Vel tu filia, non pudet si te ingrediēte in ecclesiā alienis manus suas anus mater extendat, & prætermissa filia de extraneis stipē poscat, cū tu trāseas sublimi collo, & nutibus oculorū, trahens vestē, habens inaures &
C dextralia & annulos, & reliqua quę Esaias dicit? Quod si in te sermonē suū vertat reposcens naturæ debitum, nutrimētorū preciū: manus tuæ qđ generatrici debeant officiū, quid respondebis? Dabis ne aliis? Quid si tibi obiici ant: Vade, prius matrem tuam pasce? Nam etsi pauperes sunt. impiam tamen non quærunt collationem. Nonne
Matt. 15. audisti supra, qa diues ille in bysso & purpura recubās cuius de mensa micas Lazarus colligebat, pœnis cruciatur ęternis, quia pauperi nō impartiuit alimenta? Si non donasse extraneis, graue est: quanto grauius excludere parentes? Sed dicis quod eras parentibus collaturus, ecclesię malle conferre. Non quærit donum deus de fame parentum. Vnde reprehendentibus Iudæis quia discipuli domini manus non lauarent, respondit IESVS: Quicunq; dixerit, Munus quodcunque est ex me, tibi prodesse rit, non honorificabit patrē aut matrem. Quod propter obscuritatē sensus nō imprudēter deflexim9. nā Iudæi dū hominū traditionem sequuntur, dei negligūt. Discipuli traditionem dei præferentes, hominum negligebāt vt manus nō lauarēt cū panē manducarent, quoniā qui lotus est totus, non habet necesse vt manus lauet. Lauerat eos IESVS. lauacrum aliud non quærebāt. Vno enim Christ9 baptismate omnia soluit baptismata. Itaq; quem lauerit ecclesia, non habet necesse iterum lauare. Ergo mysterio intendebant discipuli, non sui mundiciā corporis, sed animæ requirentes. Hoc reprehendebant D
Iudæi, sed argutè redarguūtur à domino, quod inania obseruent, profutura despiciant. Et ideo illis dicit: Vos quare dicitis patri aut matri, quos lex præcepit honorari, Munus quodcūque est ex me, tibi proderit, id est, cū petat aliquid ad suptū egens pater aut mater à filio, quia legem timens excusationem non dandi requirit, dicere solet: munus est quod ex me tibi proderit vt dicatam deo pecuniam pater religiosus accipere formidet. Sed hęc traditio hominum excusationes obtexentium auaritiæ suæ. Cæterum dei traditio est vt priùs pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames quę morte grauior est Quo loco insolentem dominus infrenat iactantiā. Multi enim, vt prædicentur ab hominibus, ecclesiæ conferūt quæ suis auferunt: cū misericordia à domestico progredi debeat pietatis officio. Da ergo priùs parēti; da etiam pauperi, da illi presbytero quod tibi abundat terrenum vt ab illo accipias spiritale quod tibi deest. Etenī qui honorat, honorabitur. Vide ergo quia ille cum accipit tradit: & accipit non quasi inops, sed quasi remuneraturus maiore mensura. Da pauperi in requiem eius, vt & tu cō municans de tuo inopi requiem consequaris. Sed vt pascendos scriptura dicit parentes, ita propter deum relinquendos parentes si impediant deuotæ mentis affectum

De illuminatione cæci, & vocatione Zachæi.

ACTVM est autem cum appropinquaſset Hiericho, quidam cæcus sedebat secus viam.) In libro secundum Matthæum duo cæci inducūtur, hic vnus. Ibi egrediente Hiericho, hic CAP. 18 & 19. Matt. 20.
appropinquante. Sed nulla distantia. Nam cum in hoc vno typus populi gētilis sit, qui sacramento dominico recepit amissi luminis claritatem, nihil interest vtrū i vno medicinā, an in duob9 accipiat, quoniā ex Chā & Iapheth Noe filiis originem ducens, in duobus cæcis duos generis sui prætendebat authores. Quod videtur etiam Lucas non omisisse, cum Zachæum subiicit, qui statura pusillus, hoc est, nulla nobilitatis ingenitæ di-
Rom. 11. gnitate sublimis, exiguus meritis, sicut populus nationum, audito domini saluatoris aduentu, quē sui nō rece E
perant, videre cupiebat. Sed nemo facile IESVM videt; nemo potest IESVM videre constitutus in terra. Et quia non prophetas, nō alibi regnū habebat, tanquā formæ gratiam naturalis ascendit in sycomorū; vanitatē scilicet Iudęorū vestigio suo proterēs, errata quoq; corrigēs superioris ætatis: & ideo IESVM interioris domus recepit hospitio. Et bene ascendit in arborē, vt arbor bona bonos fructus faceret, ac naturali excisus oleastro, & cōtra naturā insertus in bonam olivam, fructū posset legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inutiles, quorū fructuosam gloriā plebs gentiū fide resurrectiōis quasi quadā corporis eleuatiōe trāscendit. ¶ Et ecce virnomine Zacchæus.) Zacchæus in sycomoro, cæcus in via. Quorū alterū domin9 miseraturus expectat, alterū mā fiōis suæ claritate nobilitat. Alterū sanatur9 interrogat, apud alterū se nō inuitatus inuitat. Sciebat enim vberē hospitii sui esse mercedē. Sed tamen etsi nōdū vocē inuitantis audierat, iā viderat affectū. Verū ne cæcū illum tāq; fastidiosi pauperū cito reliquisse videamur, & transisse ad diuitē: expectem9 eū, quia expectauit & domin9? interrogem9 eū: qa interrogauit & Christ9. Nos interrogemus quia nescimus, ille qa nouerat. Nos interrogemus, vt sciamus vnde iste curat9 sit, ille interrogauit, vt i vno plures discereni9 vnde dominū videre mereamur. Interrogauit enī vt crederem9 nisi cōfitentē nō posse sanari. ¶ Et cōfestim, inquit, vidit, & sequebatur eum magnificans dominū, & ambulabat Hiericho.) Aliter enī nō videret, nisi sequeretur Christū, nisi dominū prædicaret, & nisi seculum præteriret. Cum diuitibus quoque in gratiam reuertamur. nolumus enim offendere diui-

G tes,qui volumus,si fieri potest,sanare oēs,ne in cameli comparatione perstricti,in Zacchæo citius q̄ oportuit dereliēti,iuste habeant commotionis offensam. Discāt non in facultatibus crimen hærere, sed in iis qui vti ne sciāt facultatib⁹. Nā diuitiæ vt impedimenta improbis ita bonis sunt adiumenta virtutis. Diues certe Zacchæus electus à Christo,sed dimidium bonorū suorū pauperibus largiendo,reddēdo etiā in quadruplū quæ fraude sustulerat(Alterum enim nō sat est:nec habet gratiā liberalitas,si iniuria perseuerat:quia non spolia,sed dona quęruntur)vberiorem mercedē quā coferebat, accepit.Et bene princeps inducitur publicanorū. Quis enī de se desperet,quādo & iste peruenit,cui census ex fraude? ¶ Et ipse,inquit,diues.)Vt scias non omnes diuites auaros. Quid sibi vult quod nullius alterius staturā scriptura,nisi huius expressit, ¶ Quia statura pusill⁹erat? Vide ne forte malitia pusillus, aut adhuc pusillus fide, Nondum enim promiserat cum ascenderet,nondū vide
H rat Christū,merito adhuc pusillus. Denicq; Ioannes magnus,quia & Christū vidit,& spiritum sicut columbā super Christum manentē,sicut ipse ait:Vidi spiritū descēdentē sicut columbā,& manentē super eū. Quæ autem turba,nisi imperitæ confusio multitudinis, quæ verticē nequit videre sapientiæ? Ergo Zacchæus quandiu in turba est,non videt Christū,supra turbā ascendit,& vidit,
Ioan.1. hoc est,plebem iam transgressus,in scientiam meruit quā desiderabat aspicere. Pulchre autē addidit:¶ Quia illa parte erat transiturus domin⁹.) Vel vbi sycomor⁹, vel vbi creditur⁹:vt & mysterium seruaret, & gratiam seminaret.Sic enim venerat, vt per Iudæos transiret ad gentes. ¶ Vidit itaq; Zacchæum sursum.)Iam enim sublimitate fidei iter fruct⁹ nouorū operū velut fœcūdæ altitudine arboris eminebat.Et quoniam de typo admoralia deflexim⁹,inter tot credentium voluntates domi
Canti.2. nica die relaxare animum,festiuitatem admiscere delectat.Zacchæus in sycomoro,nouū videlicet nouitemporis pomū,vt in hoc quoq; cōpleretur illud:At bor fici produxit grossos suos. Ad hoc enim Christus aduenit,
Ioan.1. vt ex lignis non poma,sed homines nascerentur.Legim⁹ alibi Cū esse sub arbori fici,vidite.Ergo Nathanael sub arbore,hoc est,supra radicē,qa iust⁹, Radix enī sancta.Sub arbore tamē Nathanael,quia sub lege: Zacchæus supra arborem,quia supra legem.Ille domini occultus defensor, hic publicus prædicator . Ille adhuc Christum ex lege quærebat,iste iam supra legem relinquebat sua,& dominum sequebatur .

De seruo q mna vna à domino accepta,decē acquisiuit.

ECce mna tua decē mnas acquisiuit.)Bonus ordo,vt vocaturus gentes,& Iudæos insurus interfici,qui noluerūt regnare supra se Christū, hanc præmitteret comparationem ,ne diceretur,Nihil dederat populo Iudæorum vnde poterat meli or fieri:vt quid ab eo qui nihil recepit,exigitur? Nō me diocris ista est mna,quam supra mulier Euāgelica quia non inuenit,lucernam accendit,lumine quærit admoto gratulatur inuentam.Denique ex vna decem mnas alius fecit,alius quinque. Fortasse iste moralia habet,quia quinque sūt corporis sēsus:ille decē duplicia,id est mystica legis,& moralia probitatis. Vnde & Matthæus qui quiq; talenta & duo talenta posuit. In quinq; talentis vt sint moralia, in duobus vtrunque mysticū atq; morale. Ita quod numero inferius ,re vberius. Et hic possumus decē mnas,decem verba intelligere,id est legis doctrinā,quinq; mnas magisteria disciplinæ . Sed legisperitū
1.Cor.4. in omnibus volo esse perfectū.Non enī in sermone,sed in virtute est regnum dei. Bene autem quia de Iudæis dicit. Duo soli multiplicatam pecuniā deferunt: nō vtiq; æris,sed disputationis vsuris. Alia est enim pecuniæ fœnebris,alia doctrinæ cælestis vsura. Denicq; domin⁹ dicit. ¶ Quare nō dedisti pecuniā meam ad mēsam?)Non nostræ,sed suæ pecuniæ quærit vsurā. Vnus infra terrā K absconditum se dicit,quod rationē(quę ad imaginē & similitudinē dei data est nobis) studio voluptatis obruit, & tanquam in fouea carnis absconditum.De aliis siletur,In duobus illis pauci sunt, qui p̄ duas vices ād cultores vineę destinati sunt,in reliquis omnes Iudæi.Quā cōparationem Matthæus etiam nobis voluit aptare,qđ similiter vt diues qui pecuniam suam non impartit pauperibus,ita etiā qui doctrinæ suæ gratiā non diuidit impetitis,docere cum posit, haud mediocris reus est culpæ. De quo quoniam in libris de fide scriptis diximus,transcurrere melius fuit. Ciuitates autem decem esse quæ possunt,nisi forte animæ,quibus iure prēponitur qui pecuniam domini & illa eloquia casta probata sicut argentum,mētibus hominū fœnerauerit? Nā sicut Hierusalē dicitur ædificata sicut ciuitas,ita sūt animæ pacificę .Et sicut angeli prę sūt.ita & hi qui vitā meruerint angelorū

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER NONVS.

L

De eo quod domin⁹ ascēsur⁹ Hierosolymā venit ad mōtem olineti,& inde duos discipulos misit. &c.

ET FACTVM EST CVM APPROpinquasset ad Bethfage & Bethaniam, venit ad montem qui vocatur Olineti, misitq; duos discipulos dicens:Ite in castellum qđ cōtra vos est.In quo introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum, M
& adducite.)Pulchre relictis Iudæis,habitaturus in affectibus gentium templum dominus ascendit. Hoc enim templum est verum,in quo nō in litera,sed in spititu dominus adoratur.Hoc dei templū est,qđ fidei series,non lapidū structura fundauit.Deserūtur ergo q̄ derāt,eligūtur qui amaturi erāt.Et ideo ad montē venit Olineti, vt nouellas oleas in sublimi virtute plantaret. Quorum mater est illa quæ sursum est Hierusalē.In hoc mōte est ille cęlestis agricola,vt plātati oēs ī domo dei posint vi
Psal.51. ritim dicere:Ego aūt sicut oliua fructifera in domo domini.Et fortasse ipse mōs Christ⁹ est. Quis enī alius tales fructus ferret oleārū, nō curuescētiū vbertate baccarū,sed spūs plenitudie gētiū fœcūdarū? Ipse est p quē ascendimus,& ad quem ascendim⁹.Ipse est ianua,ipse est via,qui aperitur,& qui aperit, qui pulsatur ab ingredientibus,& à bene meritis adoratur. Ergo in castello erat, & ligatus erat pullus cum asina. non poterat solui, nisi
Matt.21 iussu domini.Soluit eū man⁹ apostolica,talis act⁹, talis vita,talis gratia.Esto talis & tu,vt possis ligatos soluere Nūc cōsiderem⁹ qui fuerint illi q̄ errore detecto de paradiso electi,ī castellū sint relegati. Et vides quēadmodū quos mors expulerat,vita reuocauerit.Et ideo scām Matthęū & asinā & pullū legim⁹,vt quia ī duob⁹ hominib⁹ vterq; fuerat sex⁹ expulsus, in duobus animalibus sex⁹ vterque reuocetur. Ergo illic in asina matrē quasi Euam figurauit erroris:hic autem in pullo generalitatē populi gentilis expresit: & ideo pullus sedetur asinæ.
Mare.11. Bene in quo nemo sedit,quia null⁹ anteq̄ Christ⁹ natio nū populos vocauit ad ecclesiā. Denicq; secundū Marcū sic habes: Quē nemo adhuc sedit hominū. Alligat⁹ autē perfidię vinculis tenebatur iiquo addict⁹ domino erro
1.Cor.8 re famulat⁹,sed dominatū sibi vendicare non poterat, quē reū fecerat nō natura,sed culpa.Et ideo cū domin⁹ dicitur,vn⁹ agnoscitur. Nā & multi dii,& multi domini

A sed generaliter vnus deus,& vnus domin⁹.Itaq; si nō exprimitur,dominus definitur: nō iam per adiunctionē personæ,sed per vniuersitatem naturę. Marcus autē induxit ligatum ante ianuā,quia extra Christum quicunque est,foris est à via .qui aūt in Christo est,foris nō est in trāsitu addidit,vbi null⁹ certa possessio,nō præsepe nō alimēta,non stabulū.Misera seruitus cui vagū ius est .Plures enim dominos habet , qui vnū nō habet,Alieni alligant & possideant, iste soluit vt teneat.Vehementiora enim iura nouit esse,quā vincula.Nec illud ociosum quod duo discipuli dirigūtur,Petrus ad Corneliū,Paulus ad reliquos.Et ideo non personas designauit,sed numerum definiuit.Tamen si quis est qui personas exigat,
Actus.8 potest ęstimare de Philippo quē spirit⁹ misit in Gazam quādo Candacis reginæ baptisauit Eunuchū,& ab Asoto in Cæsaream per omnes ciuitates verbū domini seminauit. Nec illud prætereundū quod mox remittēdos asserit qui dirigēdi erāt,qui dominū IESVM in finib⁹
B gentiū prædicarent.Illi ergo directi cum soluerent pullū,nunquid suis verbis vsi sunt?Minime.Sed dixerunt sicut dixerat illis IESVS,vt agnoscas qđ nō suo sermone sed dei verbo:nec proprio,sed Christi nomine fidē populis infudēre gētilibus:atque aduersariæ potestates quę sibi nationū obsequia vendicabāt, mādato cessere diuino.Vnde & apostoli propria Christo vestimēta substernunt,quo facto gloriam Euangelica prędicatione præferent.In scripturis enim diuinis plerumq; vestimēta virtutes sunt,quæ gentiū duritiā in aliquātulū propria quoque virtute mollirent,vt in offensa vecturę felicis obsequia sedulis affectibus exhiberent. Nō enim dominū forensi specie gestari dorso asinæ delectauit,sed vt latente
Ephe.6. mysterio penetralia nostræ mētis insterneret,& in secretis animorū interiore cōcessu mysticus vector insideret quasi quodā corpore diuinitatis infusus regēs mētis vestigia,lasciuiā carnis infrenās,vt ductu pietatis assuetum populi gentilis edomaret affectū.Felices illos,qui talē interni renib⁹ recepere vectorē. Felices plane illos, quo
C rum ora ne multiloquio soluerētur, verbi cælestis habena restrinxit. Quæ est ista habena fratres? Quis me doceat quēadmodū ora hominū aut restrīgat aut soluat? Mō strauit mihi habenā ille qui dixit: Vt detur mihi sermo in apertione oris mei.Sermo ergo habena est, sermo stimulus est,& ideo durum est tibi aduersus stimulū calces mittere.Docuit igitur hic nos aperire cor,stimulum ppeti,iugum ducere. Doceat'& ali⁹ linguæ retinacula pati.Rarior enī tacēdi virtus est,quā loquēdi.Doceat plane ille,qui velut mut⁹ aduersus dolū nō aperuit os suū paratus in flagella,& verbera non recusans ,vt esset pia sessio deo.Disce à domestico dei gestare Christum,quo niā prius te ille gestabat,cū pastor errantem reduceret ouē.Disce sedula mētis tuæ dorsa substernere,disce esse sub Christo,vt possis esse supra mundū.Nō q̄cūq; facile vehit Christū,sed ille q̄ potest dicere:Incuruatus &
Psal.37 humiliat⁹ sū nimis, rugiebā à gemitu cordis mei. Qđ si desideras non moueri,super illa vestimenta sanctorum elutum fige vestigiū.Caue enī ne lutulētis pedibus incedas,caue ne transuersariis gressibus perstrata tibi propheticarum viarū itinera derelīquas.Nāquevt tutior vēturis gentibus esset incessus,propriis indumentis vsque ad dei tēplū,qui præibant IESVM,semitam munierunt, Vt tu sine offensione gradiaris,discipuli domini amictu se,pprii corporis exuētes , inter aduersa turbarū viam tibi suo strauere martyrio. Si q̄s tamē ita vult accipere, nō renitimur,quod pullus iste iam supra Iudæorū vesti mēta graderetur.Quid autē sibi velint ramorū fragmina,quę vtique cedentiū gressus implicare cōsuerūt:dubitarē,pfecto , nisi me in superioribus bon⁹ mūdi totī docuisset agricola , quia iam securis ad radices arborū posita est,quę sub aduentu domini saluatoris infœcūda succidat, & infructuosarum inanem gloriā gentiū solo sternat fideliū pedibus proterendā , vt renouatæ mentis

spiritu nationes,velut nouellarū arborum stirpes de vetustis possint germinare caudicibus. Ne ergo despicias hunc asellum. nam sicut in vestitu ouium sunt rapaces ita contra in est,homo cordis absconditus sub specie bestiali:quia sub exuuiis corporis,quod nobis est commune cū beluis,mens deo plena vegetatur. Quod ad figurā hominum pertinere sanctus Ioannes euidentius declarauit,addendo,quia acceperunt sibi medullas palmarum Iustus enim vt palma floret.Et ideo aduētāte Christo erigebātur iam supra humeros hominum vexilla iusti- Psal.91.
tiæ & insignia triūphorū. Quid miratur turba quod operatur mysterium? Etsi nesciat quid miretur, miratur tamen quia in illo pullo sapientia sedet, virtus inhabitat, hæret iustitia.Ne despicias asinam quoq; istā, quæ quondam angelum dei vidit,quē homo videre nō potuit. Et vidit,& detulit,& locuta est,vt agnosceres posteriorib⁹ temporibus sub aduentu magni angeli dei gētiles illos ante asinos locuturos. Pulchre autem secūdum Lucam turbas laudantes deum ad descensum montis occurrisse legim⁹. vt operatorē mysterii spiritalis significarēt sibi venisse de cælo .Turba igitur agnoscit deum , regē appellat,prophetiā repetit: ¶ O sanna filio Dauid.) hoc est redemptorē domus Dauid, expectatū quoque secundum carnē Dauid filium venisse declarat: & hoc turba illa post exiguū crucifixura momentū. Vere memorabile diuinæ operationis insigne, vt aduersum se testimonium extorqueatur inuitis,cū deū negant affectib⁹, quem vocibus confitentur. Vnde & dominicum illud: Si hi tacuerint,lapides clamabunt.)Neque enim mirū si laudes domini contra naturā suā saxa respondeant , quem scopulis duriores prædicant peremptores. Aut fortasse quia obmutescentib⁹ Iudeis post domini passionē viui erāt secundū Petrū lapides clamaturi.Ergo cōpugnātibus licet affectibus suis,turba tamen deum ad templum suum cum laude deducit.Sed templum suum non mercatoris vult esse diuersorium ,sed domicilium sanctitatis nec vēdibili religiōis officio,sed obsequio gratuito vsum E
ministerii sacerdotalis informat. Cōsidera igitur quid tibi ad exemplum viuendi dominica gesta præscribant.

De eiectione vendentium & ementium in templo, ac euersione mensarum & cathedrarum.

ET eiiciebat omnes vēdentes & ementes in templo & mēsas nūmulariorū euertit,& cathedras vendentium colūbas.) Generaliter itaq; supra docuit seculares à dei templo abesse debere cōtractus,specialiter autē nummularios pepulit. Qui sunt nūmularii,nisi qui de pecunia domini lucrum quærunt nec bona malaq; discernūt?Pecunia enī domini scriptura diuina est.nā & denarios seruis distribuit profectur⁹ & talenta diuisit,& pro sanitate hominis vulnerati duo æra stabulario dereliquit.Duobus enim testamētis,vulnera nostra curantur.Sed tu quasi bonus nūmulari⁹ eloquia domini,eloquia casta,argētū igne examinatū recōde,purgatū spiritu septiformi, nec adulterā imaginē regis(quia & Sathanas trāsfigurat se ī angelū lucis) ipia cōmutatiōe suscipias:nec iminutā principis tui figurā Arrianæ fraude perfidiæ thesauro tuo miscеas:nec pecuniæ sono aures tētes fideliū,vt religiosarū audiētia scripturarūtinit⁹ eris excludat,vel religiosis affectib⁹ habēdi cupiditas īferatur.Nō ergo oēs excludātur nūmularii.sūt enī & boni.Denicq; pecuniā meā,inquit, dedisses nūmulariis,& ego veniēs cū vsuris recepissē eā.Quōd si nūmus est scripturarū,& vsura est scripturarū. Cathedras aūt vēdētiū colūbas cur euerterit, secūdū literā nō intelligo. Neq; enī nūdinatores auiū vēdicare sibi potērāt honorati alicui⁹ in nūdinis solii dignitatē.nā q̄ prōgatiua dignitatis est ī colūbis?Admonet tamē dominici forma baptismatis,quādo descēdit spūs sanctus in colūbæ typo.eiectorū de tēplo huiusmodi mercatorū ī eccle sia dei cōsortiū eos habere nō posse,qui sācti spirit⁹ gra

G tiam nundinentur. Gratis, inquit, accepistis, gratis date. Deniq; Simoni, qui sanctificandi munus precio in se
Actuũ. 8. putauit posse conferri, respõdit Petrus: pecunia, inquit, tua tecũ sit in interitum, quoniam gratiam dei putas te pecunia consequi posse: non est tibi pars neque sors in hac fide. Venditores quoque ouium & boum eos puto qui de labore alieno vel simplicitate, fœdi auctionatores quasdã nundinas aucupãtur: aut quia oues eiiciuntur & boues, & columbæ iubentur auferri, populus videtur Iudæus excludi. Effrem enim sicut columba, qđ eorum dominꝰ & successiones oderit & labores. Aes effũditur vt gratia colligatur: mensa nummulariorum euertitur, vt domini subrogetur: ara eiicitur, vt erigantur altaria. Atq; hoc nõ aliqua succinctus manu diuitiisq; faciebat sed flagello de restibus cædebat turbas, & nullus resistere audebat. Et nunc virga vtitur, nunc flagello (Virga
Psal. 44. enĩ recta est virga regni tui) Virga, vt corrigat: flagello, vt suadeat. Directa illic, hic moralis, quasi inflexa præceptio, qua peccatoris conscientia quasi lento verbere flagellatur. Alii sunt enim terrores prophetici, aliæ apostolicæ suasiones, in vtroque tamen vnius verbi est disciplina. Et ideo flagellum de restibus fecit, quia funes ceciderunt, inquit, mihi in præclaris: etenim hæreditas mea
Psal. 15. præclara est mihi. Funes enim dicuntur, quibus agrimẽsores metiendorum limites partiuntur agrorũ. Et ideo
H tanquam bonus agrimensor Synagogæ terminos distinguebat, & Ecclesiæ sacrilegos de templo iubebat exire. Nouus enim venerat feracium metator animarum, qui agrorum genera, non spatia metiretur. Purlchre tamen non extentis funibus modus aliquis possessionis includitur, nec quasi definitæ rei limites fidei terminãtur, sed flagello in imensum libero fines Ecclesiæ porriguntur eliminatur Iudæi, non præscripto aliquo exilio, sed in termino, vt nusquam Synagogæ locꝰ in orbe remaneret

De vinea plantata, & colonis locata.

CAP. XX.

VINEAM plantauit homo.) Pleriq; varias significationes de vineæ appellatione deriuant. Sed euidenter Esaias vineam domini Sabaoth, domum Israel esse memorauit. Hanc vineam quis alius nisi deus cõdidit? Hic est ergo qui locauit, & peregre profectꝰ est: nõ quia ex loco ad locum profectus est dominus, qui vbiq; semper presens ẽ: sed quia est præsentior diligẽtibꝰ, negligẽtibꝰ abest. Multis aũt tẽporibus abfuit, ne præpropera videretur exactio. Nã quo indulgẽtior liberalitas, eo iex cusabilior peruicacia. Vnde bene secundũ Matthęũ habes: quia & sepẽ circũdedit, hoc est, diuinæ custodiæ munitione vallauit, ne facile spiritualiũ pateret incursibus bestiarũ. (Et fodit in ea torcular.) Quomodo intelligimus qđ sit torcular, nisi forte quia psalmi de torcularibus inscribũtur: eò qđ in his mysteria dominicæ passionis, modo musti sancto feruente spiritu prophetarum, redũdantius æstuauerint? Deniq; ebrii putabantur, quibus spiritus sanctus inundabat. Ergo & hic fodit torcular, in quod vuæ tationabilis fructꝰ interior spiritali in fusione deflueret. Ædificauit turrẽ, verticẽ scilicet legis attolẽs, atq; ita hãc vineã munitã, instructã, ornatã locauit Iudæis. Et tẽpore fructuũ seruulos suos misit. Bene tẽpus fructuum posuit, non prouẽtũ. nullꝰ enim fructꝰ
Esaiæ. 9 extitit Iudæorum, nullus vineæ huius prouẽtus, de qua Dominus ait: Expectaui vt faceret vuas, fecit autem spinas. Itaq; non lætitiæ vino, non spiritali musto, sed cruẽto prophetarũ sanguine torcularia redũdarunt. Deniq; Hieremias in lacũ missus est. Hæc enim erant torcularia Iudæorũ, nõ vino repleta, sed cruore. Et licet generaliter prophetæ videantur exprimi, dat tamen lectio vt illum qui lapidatus est, Naboth esse credam⁹: cuius etsi nullum acceperimus propheticũ verbũ, accepimꝰ tamẽ propheticum factum, quia multos pro hac vinea futuros martyres proprio sanguine prophetauit. Quis autẽ est ille qui in capite vulneratus est: Nimirum Esaias cuius facilꝰ cõpagem corporis serra diuisit, quã fide in clinauit, constantiamve detrinit, aut vigorẽ mentis excecuit. Eò igitur factum est, vt cũ plures alios destinasset quos Iudæi inhonoros & inanes sibi, de quibus nihil potuerũt proficere, dimiserũt: nouissimè eriã filiũ suũ vnigenitum mitteret, quem perfidi quasi hæredem remouere cupientes, occidetunt crucifigendo, eiecerunt negãdo. Breuiter itaq; quã magna, quã multa: primũ quia naturalis est bonitas, quæ plerunq; credit indignis: deinde quia postremũ malorũ remediũ Christus aduenit: tum quoniam qui hæredẽ negat, de authore desperat. Hæres autem Christus, idemq; testator. Hæres, quia morti propriæ superuiuit, & testamentorũ quæ ipse cõdidit, tanq; hæreditaria in nostris profectibus emolumenta consequitur. Pulchre ergo interrogat, vt sua se ipsi dãnẽt sententia. Venturum autem dominum dicit vineæ, quod in filio afsit etiam paterna maiestas, vel quod vltimis temporibus præsentior humanis aspiret affectibus. Ipsi itaq; in se sententiam dicunt, vt mali pereant, & ad alios colonos vinea transferatur. Qui igitur sunt coloni, quæ vinea, consideremus. Vinea typus noster est, quòd populꝰ de vitiis æternæ radice fundatus, supereminet terris: ac solum vile * prætexens, nunc gemmante flore pubescit, nunc circunfusa viriditate ☘ estitur, nunc nitet iugum susçipit, cum maturioribus brachiis quasi sarmentis fœcundæ vitis adoleuerit. Agricola quippe omnipotẽs pater, vitis est Christꝰ: at vero nos palmites: qui nisi fructũ feramus in Christo, cultoris æterni falce succidimur. Recte igitur vinea Christi populꝰ nominatur, vel quod crucis in fronte prętexat indiciũ, vel qđ fructus eius postrema anni legatur ætate, vel qđ omnibus vt ordinibus vinearum, ita pauperibus atque diuitibꝰ, humilibꝰ atq; potentibus, seruis ac dominis in Ecclesia dei æqua dimẽsio nulla discretio sit: vt vitis maritatur arboribus, ita corpꝰ animæ, anima quoq; corpori cõiugatur. Vt vinea dum iugatur, erigitur: & recisa nõ minuitur, sed augetur: ita sancta plebs dũ ligatur, exuitur: dũ humiliatur, attollitur: dum recidituꝛ coronatur. Quinetiã vt tener surculus veteri ascisus ex arbore, in alterius fœtu radicis inseritur: ita populꝰ hic sanctus surculis veteris cicatricibus enodatis, in nouo illo crucis ligno tãq; gremio pię parẽtis fotus inolescit. Spiritusq; sanctus sicut in altas dimissus terrarum scrobes, ita i hoc carcereũ corpꝰ infusus, aquæ salutaris irriguo diluit quicquid est fœtidum, membrorũq; nostrorum habitus in cælestem erigit disciplinã. Hãc vineã diligens agricola fodere, rigare, tondere cõsueuit: eruderatisq; terrenæ molis aggeribus, operta corporis nostri nũc Sole torrere, nũc imbre perfundere, stirpare agrũ solitus, ne à sentibus gẽma lædatur, ne luxuriet vmbra foliorũ, verborũq; infructuosa iactãtia virtutibꝰ obumbrando, maturitatem indolis naturalis impediat. Sed absit vt huic vineæ quicquam timeamꝰ aduersi, q̃ peruigil custodia domini saluatoris
Psal. 23. aduersꝰ oẽs neq̃tiæ secularis illecebras muro vitæ valla uit æternę, extẽdẽs palmites eius vsq; ad mare. Domini eni est terra. Vbiq; deꝰ pater colitur, vbiq; Christꝰ dominus adoratur. Hęc est nostra videmia. Lęti igitur atq; securi pars gremiũ suũ, mitiũ funiculis oneret vuarũ, alii cęlestia munera ore libemꝰ, pleriq; bonarũ gręsibꝰ volũtatũ diuini fructũ numeris exprimẽtes, vestigia cotturnis nuda direptis, musto fluẽte tingamꝰ. Locus enim in quo stamus, terra sancta est: & ideo calciamẽta soluẽda sunt, vt spiritale vestigium sacrosanctæ sedis tribunal ascẽdẽs, corporei nexus vinculis exuatur. Decet eni totius orbis hic esse vindemiam, vbi totius orbis est vinea. Et tẽpus acceptabile, quo non hyemalibus pfidiæ caligãtis pruinis annꝰ riget, nec altis niuibꝰ iformis crusta blasphemiæ gelu durante concrescit, sed procellis sacrilegii liberata, nouos fructus terra iam parturit, veteres preterit. Dissensionum quippe omniũ procella de

ferbuit, cũcti secularis cupiditatis ardores, æstusque õnes, quibus Italiæ populus per Iudaicæ olim, Arrianę proximę sæuitatis incendia coquebatur, sereno iã spiramine temperantur. Sed ata tempestas est, concordia nauigat, fides spirat: certatim nautæ repetunt fidei quos reliquêre portus, & dulcia patriis oscula littoribꝰ affigũt, liberatos se periculis, absolutos erroribus gratulantes. Salue vinea tanto digna custode. Te non vnius Nabuthæ sanguis, sed innumerabiliũ prophetarũ, & (quod est amplius) preciosus cruor domini consecrauit. Ille licet non regalibus minis territus, constantiam metu prefserit: non pręmiis vberrimis prouocatus religiosum vendiderit affectũ, sed studio regis obsistens, ne in ortulis sui is maluarum olus succisa vita sereretur, quãdo aliud facere nequibat, parata vitibus incẽdia proprio cruore restinxerit, temporalem tamen vineam defendebat. Te vero in perpetuum multorum nobis martyrum * plãtauit
4alias martiriũ, plantauit in terris. interitus. Te crux apostolorum æmula dominicæ passionis vsque in orbis totius terminos propagauit.

De confutatione phariſæorum per interrogationem Christi de imagine & inscriptione denarii.

B CIVS habet imaginem & inscriptionẽ?) Docet hoc loco dominus circunspectas nos in respondẽdo aduersꝰ hæreticos vel Iudęos esse debere. Alibi dixit: Estote astuti sicut serpentes. Quem locũ plerique ac-
Matt. 10. cipiunt, vt quia serpente suspenso Christi crux annunciata est, quo serpentinum nequitię spiritalis virus aboleret, videatur astutus ita esse debere sicut Christus, simplex sicut spiritus. Imitare & tu serpentem illum, qui caput semper custodiat, letale vulnus excludat. Interrogatus enim à Iudæis vtrum de cælo accepisset protestatem, respondit: (Baptismum Ioannis vnde est? de cælo? an ex hominibus?) Vt dum illud de cælo esse negare nõ auderent, ipsi se amentiæ confutarent, qui eius authorẽ negarẽt esse de cælo. Postulatus didrachma, quærit de imagine. Alia enim imago dei, alia imago mundi. Vnde ille
1. Cor. 15. nos admonet: Sicut portauimꝰ imaginẽ terreni illius, portemus & imaginem huius cælestis. Imaginem Cæsaris non habet Christus, quia imago est dei. Imaginẽ Cæ-
Mat. 19. saris non habet Petrꝰ, quia dixit: Reliquimus omnia, & secuti sumꝰ te. Imago Cæsaris non reperitur in Iacobo vel Ioanne, quia filii tonitrui sunt. Sed reperitur in mari vbi dracones illi contritis capitibus super aquam, & ipse draco maior comminutus caput, datus est escam populis Aethiopum. Si ergo non habuit imaginem Cæsaris, cur dedit censũ? Non de suo dedit, sed reddidit mundo quòd erat mundi. Et tu si vis non esse obnoxius Cæ-
C sari, noli habere quę mundi sunt. Sed si habes diuitias, obnoxius es Cæsari. Si vis nihil regi debere terreno, relinque omnia, & sequere Christum. Et bene prius quæ Cæsaris sunt, reddẽda decernit. Neque enim potest esse quis domini, nisi prius renunciauerit mũdo. Sed õnes renunciamus verbo, non omnes renunciamus affectu. nam cũ sacramenta susçipimus, renunciamus. Quã grauia vincula, promittere deo, & non soluere. Melius
Eccle. 5. est, inquit, non vouere, quàm vouere & non reddere. Maior est contractus fidei, quàm pecuniæ. Redde promissum dum in hoc corpore es, prius quàm veniat exactor, & mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exies
Mat. 5. inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

De tentatione Christi à Sadducæis.

(Si frater alicuius mortuus fuerit.) Sadducei hoc est, detestabilior portio Iudæorum, hoc loco dominũ tentãt, quorũ aperte stultitia reprehenditur. Mystice autem sẽtẽtia retorquetur, quale de se dederunt castitatis exẽplũ, dũ secundum literam nubere cogitur & inuita, vt defuncti semẽ excitet frater. Ergo litera occidit quasi lena vitiorũ, spiritus autem magister est castitatis. Itaq; videamꝰ ne hæc mulier Synagoga sit, quæ septem viros habuit: sicut Sa- D
maritanæ dicitur: Quinque enim viros habuisti. quia Sa- loan. 4.
maritana quinque tantũ libros Moysi, Synagoga septẽ sequitur principaliter: & de nullo propter perfidiam suam hæreditariæ posteritatis semen accipit. Et ideo partem cũ viris suis in resurrectione habere nõ poterit, qa spiritale preceptum secundum sensum carnis inuertit. Non enim frater carnalis aliquis denunciatus est qui semen fratris suscitaret defũcti: sed frater ille qui de mortuo populo Iudæorum sapientiam sibi diuini cultus asciscet in vxorem, atque ex ea semen in apostolis suscitaret: qui quasi defũctorum relinquiæ Iudæorum, informes adhuc in Synagogæ vtero derelicti, secũdum electionẽ gratię reseruari noui seminis admixtione meruerunt. Synagoga autem frequenter stolam accipit, quod est insigne coniugii, quasi author fidelium. Repudiata quoque frequenter inducitur, quia mater est perfidorũ: cui lex occidit corporalis, vt spiritalis resurgeret. Ergo sancta plebs dei si septẽ libros legis quadã coniugii charitate dilexerit, & quasi maritalibus obsecundarit impe-
riis, habebit in resurrectione cęleste consortium: non corporeæ colluuionis pudore confusa, sed diuinæ gratię dotata muneribus.

Diui Ambrosii

ME DIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER DECIMVS.

De eo quod scriptum est, & à Phariſæis obiectumi Dixit dominus domino meo. &c.

DIXIT DOMINVS DOMINO meo.) Consummaturus præcepta dominus, etiam pręuiam passioni E
fidẽ ac misericordiam testamenti sui fine concludit. Fidem in eo, vt Christum & dominũ & deum nostrũ, & ad dexterã dei sedere credamus, nõ quòd corporaliter sedeat, qui vbiq; est. Deniq; ipse in patre est, qa substãtia dei: quia vna virtus, vna maiestas. Ipse ergo i patre, & in ipso pater: quia verbum in deo, deus in verbo. Ipse in patre, quia verbum: ipse ad dexteram patris, quia patri consors, nulli secundus. Ipse missus à patre, quia descẽdit de cęlo paternum impleturus arbitrium. Tolle hinc perfidię quęstiones, & plena est religio. Nec prefertur filius quia ad dexterã sedet: nec iniuriam patitur quia mittitur. Gradus non quęritur dignitatis, vbi plenitudo est diuinitatis. Illud quoq; considerandũ, quia reprehendit eos qui Christũ Dauid filiũ dicunt. Et quomodo cæcus
ille Dauid filiũ cõfitẽdo meruit sanitatẽ? Quomodo pu- F
eri decẽtes, Osãna filio Dauid, prędicatiõis deo gloriã deferebãt? Sed nõ reprehenduntur hoc loco quia Dauid filiũ confitentur, sed quia nõ credũt filiũ dei. Nõ enim alterum, sed alterutrum in fide vera est. Nam etsi in principio iudicauimus nihil nos scire nisi Christum IESVM, & hunc crucifixũ: nunc tamen, vt pote iudicio proximi, crucifixum iam non nouimus Christum, sed venientem in nubibus operimur. Incredulus vulnera aspicit, fidelis obuiã Christo in aëra raptus occurrit. Ergo & deum Christum & hominem esse credamus, vnum in vtroque, nõ alterũ, cui à patre subiiciuntur inimici: non per infirmitatem potestatis suę, sed per vnitatem naturę, quia in altero alter operatur. Nam & filius subiicit inimicos patri, qui patrem clarificat super Philip. 2.
terram: & dedit pater filio nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur
Sed & filius patri dicit: Nomen tuum manifestaui ho- Ioan. 17.

Gminibus quos dedisti mihi. Dando autem nomen quod
est ſuper omne nomen, non plus dedit quã habuit: ſed
totum quod habuit, dedit. Dedit autem hoc nomen vt
omnis lingua confiteatur deo: quoniam dominus IESVS
in gloria eſt dei patris. Vide ergo ſingula: Pater ſubiicit
filio, filius ſubiicit patri. Pater ſuſcitat filium, filius ipſe
ſe ſuſcitat. Vnde ait: Soluite hoc templum, & in triduo
Ioan.2. illud reſuſcitabo. Et pater dominus, & filius dominus.
Dixit dominus domino meo: ſed non duo domini, ſed
vnus dominus, quia & pater deus, & filius deus. Sed v-
nus deus: quia pater in filio, & filius in patre. Vnus
deus, quia vna deitas. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi:
virga recta eſt virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odi
ſti iniquitatem, propterea vnxit te de⁹ deus tuus. Sed v-
Pſal.44. nus deus, in quo & noui & veteris teſtamenti doctrina
concordat. Nã & in veteri teſtamẽto ſcriptum eſt: Dili-
ges dominum deum tuum. et, Dominum deum tuũ ado
Deut.6. &.10. rabis, & ipſi ſoli ſeruies. In nouo: Vnus de⁹, & pater õni
um. Sic & pater dominus, & filius dominus: ſed vnus do
Mat.6. minus. Denique ſcriptũ eſt: Nolite duobus dominis ſer-
uire. hoc in nouo. In veteri autẽ ſcriptũ eſt: Audi Iſrael,
Deut.6. Dominus deus tuus, deus vnus eſt. Vnde admirabiliter
Apoſtolus, ne dños deos diceret, aut duos dominos no
minaret, aut derogaret vel filio, vel patri, Vnus, inquit,
1.Cor.8. deus pater, ex quo omnia & vnus dominus IESVS, per
quem omnia. Nã qui deus, & dominus: & qui dominus,
deus. Deniq; ſcriptũ eſt: Scitote qa dominus ipſe eſt de⁹
Pſal.99. noſter. Omnia ergo quæ pater habet, & filius habet. De⁹
pater ſecundũ generationis rationẽ: de⁹ filius ſecũdum
imaginis vnitatẽ. Dominus pater, quia radix eſt filii: do
H min⁹ fili⁹, qa õnia ſibi, cũ poteſtate poſſet, ratiõe ſubie
cit. Sic nobis pater in filio perſonarũ definitione diſtin-
guitur, poteſtatis vnitate cõnectitur. Itaque alter in alte-
ro, & vnũ alterutro. Nam & patris gloria eſt, ſi non dege
nerauit ſ filio: & filii gratia, ſi pater videtur in Chriſto.
Ergo nõ degener, in quo vnitatis ſũma maieſtas: nõ alie
n⁹, in quo proprietas generatiõis expreſsio veritatis eſt.

De futura templi deſtructione.

CAP. XXI.

NON relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non
deſtruatur.) Sequebatur de vidua locus: quam
quoniã in libro quem de viduis ſcripſim⁹, præ
dicauimus, nunc ſequeſtramus. Verum autem
dictum eſt iuxta propoſita de templo quod Salomon cõ
didit: idque primum ab hoſte iudicii eſſe tempore ſub-
uertendum. Nihil eſt enim opere & manu factum, quod
non aut vetuſtas conficiat, aut vis ſubruat, aut ignis ex-
urat. Tamen eſt & aliud templum conſtructum ex preci
1 oſis lapidibus, & ornatum donis, cuius euerſionem do-
minus ſignificare videtur: Synagogam ſcilicet Iudæorũ,
cuius ſtructura vetus Eccleſia ſurgente diſſoluitur. Eſt
etiam templum in vnoquoque, quod deficiente fide la-
bitur: & maxime ſi quis falſo Chriſti nomen obtendat,
quo interiorem expugnet affectum. Poteſt etiam ea eſſe
expoſitio, quæ mihi pl⁹ proſit. Quid enim mihi prodeſt
diem ſcire iudicii? Quid mihi prodeſt tantorum cõſcio
peccatorũ, ſi dominus veniat, niſi veniat in meũ animũ,
redeat in meam mentẽ, niſi viuat in me Chriſtus, in me
Chriſtus loquatur? Ergo mihi Chriſtus debet venire, mi
hi debet aduentus eius fieri. Fit autem domini ſecundus
aduentus in defectione mundi, quando poſsumus dice-
re: Mihi autem mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. Sed
Gala.6. hunc virum talis mũdi defectus ſi in ſuperioribus dom⁹
inueniat, vt conuerſatio huius in cælis ſit, tunc deſtrue-
tur tẽplũ corporale atq; viſibile: lex corporalis, paſcha
corporale, & paſcha viſibile, azyma corporalia, & azy-
ma viſibilia, audeo dicere, Chriſtus temporalis, vt fuit
Paulo anteq̃ crederet: quia ieo cui mũdus deficit, Chri-
ſtus æter⁹ eſt. Huic ſpiritale tẽplũ, lex ſpiritalis, paſcha
etiã ſpiritale: quoniã ſemel Chriſt⁹ occiditur. Hic epula
tur azyma, nõ ex fruge terrena, ſed ex fruge inſtitiæ. Fit
ergo huic preſẽtia ſapiẽtiæ, præſẽtia virtutis atq; iuſtitiæ
præſẽtia redẽptionis. Chriſt⁹ enĩ ſemel qdẽ ꝓ peccatis K
populi mortu⁹ eſt, ſed quotidie pcã populi redẽptur⁹.

De ſignis futurę deſtructionis templi.

CVM autem audieritis prælia, & opiniones præliorum, nolite terreri.) Interrogatus dominus quã-
do tẽpli futura deſtructio, & quod ſignũ eſſet ad
uẽtus eius, de ſignis docet, de tẽpore non putat in
timandũ. Sed Matthæ⁹ interrogationẽ tertiã addidit, vt
& templi tempora deſtruẽdi, & ſignum aduentus, & cõ
ſummatio ſeculi à diſcipulis quæreretur. Lucas ſatis pu
tauit de conſummatione ſeculi cognitum, ſi de aduen-
tu domini diſceretur. Verbũ autẽ cęleſtium nulli magis
quã nos teſtes ſum⁹, quos mundi finis inuenit. Qãta enĩ
prælia, & quas opiniones accipimus prælioru⁹? Hũni in
Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Taifalos & Sarmatas
inſurrexerunt. Nos quoque in Illyrico exules patria Go
thorum exilia fecerunt: & nondum eſt finis. Quæ omni
um fames, lues pariter boum atque hominũ, cęterique
pecoris, vt etiam nos qui bellum non pertulimus, debel
latis tamen pares fecerit peſtilentia. Ergo quia in occa-
ſu ſeculi ſumus, præcedunt quædam ægritudinis mundi
Aegritudo mundi eſt fames, ægritudo mundi eſt peſtilẽ
tia, ægritudo mundi eſt perſecutio. Sunt autẽ & alia bel
la quæ vir ſuſtinet Chriſtianus: diuerſarum quoque præ
lia cupiditatum, ſtudiorumque cõflictus, multóq; graui- L
ores domeſtici hoſtes, quã extranei. Nũc auaritia ſtimu-
lat, nũc accẽdit libido, nũc met⁹ terret, nũc iracũdia ex
agitat, nunc ambitio mouet, nunc terrere tentant ſpiri
talia nequitiæ, quæ ſunt in cæleſtibus. Itaque quaſi qbuſ
dam vrgetur prælijs, & quibuſdam terræmotibus qua- Pſal.16
titur mobilis animi nutantis affectus. Sed fortior dicit:
Si conſiſtant aduerſum me caſtra, nõ timebit cor meũ:
Si exurgat aduerſũ me pręliũ, ihoc ego ſperabo. Stat in
acie ferẽs hoſti obuium pectus. etiã ſi quis Golias exur-
gat immitis atque præcelſus, timentibus tamen cæteris
exurgit humilis quaſi Dauid, regis abiiciens arma terre
ni, ſumens fidei tela leuiora, & triplici ſparto iaculum
puræ confeſsionis intorquens, perſecutoris vulnerat im
pudentiam, contemptor minarum, negligẽs poteſtatũ, 1.Reg.18.
etiam idoneus in quo Chriſtus loquatur. Alibi Chriſtus
alibi pater, alibi ſpiritus loquitur patris. Non diſcordãt M
iſta, ſed congruunt. Quod vnus loquitur, tres loquũtur
quia vox vna eſt trinitatis. Huic victori, qui ſuo Goliam
gladio peremerit, dũ mortem pro Chriſto excipit, fuga
tis Allophylis occurrũt iuuenculæ, illę ſcilicet ſicut aq-
læ, dicẽtes: Percuſsit Saul in milibus, Dauid in decem
milibus. Quod indicio eſt victores ſeculi principib⁹ ãte-
ferri. Denique mortuis regibus in perpetum martyres
regnum cæleſtis gratiæ honore ſuccedũt: & illi ſiunt ſup
plices, hi patroni. Eſt & alius Goliæ gladius, aliud diabo
li telum, ſermo ſcilicet hæreticorum, quem vir pſallere
ſciens arripit, vt aduerſarium vincat: audiens hic bella,
non patiens, nec alicuius vento doctrinæ mobilis inquie
tus: neſciens famem verbi, & ſcripturæ cæleſtis vbertate
ſatiatus, qui vanis hæreticum vocibus perſonantem la-
ceſsere non reformidet. Tunc qui eſt infirm⁹, expectet,
ne præiudiciũ cæteris faciat congreſsu impari. Veniat
Dauid, cui Chriſt⁹ os aperiat ad eloquẽda myſteria: ve-
niat ille Nazareus, cuius capillus nõ cadat, vel nihil ha-
bẽs ſuperfluũ quod cadere poſsit, vel nihil de ſuperiori
b⁹ virtutib⁹ amiſsurus, integer ſobrietate, fortis ſpace,
qui ſenſ⁹ oẽs vſq; in finẽ & verba cuſtodiat. Prædicatur
Euangeliũ, vt ſeculũ deſtruatur. Sicut enĩ pręceſsit i or
bẽ terræ Euangelii prędicatio, ciuiam & Gothi & Ar-
menii crediderunt, & ideo mundi finem videmus: ita &
à viro ſpirituali Euangeliũ prædicatur, quando omnes ſa 1.Cor.15.
pientię ꝓgreſsus, & oẽs formas virtutis exeqtur, ſpallẽ-
ti mente & ſpiritu nouiſsimã deſtruẽs mortẽ. Tũc enim
finis, cum tradiderit in eo Chriſtus regnũ deo & patri:
fueritque iſte ſubiectus ei, qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit

A deus omnia in omnibus. Et prædicabitur euangeliũ per
Pſal.75. omnes ciuitates iudææ. Not⁹ eſt enim in Iudæa de⁹. Tũc
enim ciuitates ædificantur Iudææ, quando virtutum fũ-
damenta ponuntur.

De ſigno appropinquantis deſolationis.

CVM videritis circũdari ab exercitu Hieru-
ſalem.) Vere Hieruſalem ab exercitu ob-
ſeſsa eſt, & expugnata à principe Romano
Vnde & Iudęi putauerũt tunc factam abo
minationem deſolationis, eò quod caput
porci in templum iecerint illudentes Romani Iudaicę
ritum obſeruantiæ. Quod ego nec furens dixerim. Abo
minatio enim deſolationis execrabilis aduẽt⁹ Antichri
ſti eſt, eò quod ſacrilegiis infauſtis mẽtium interiora cõ
taminet, ſedens iuxta hiſtoriam intemplo, vt ſibi diuinę
vendicet ſolium poteſtatis. Iuxta interpretationem au-
tem ſpiritalem pulchre inducitur ſtare, eò quod in affe-
ctibus ſingulorum veſtigium perfidiæ ſuæ confirmare
deſideret, ex ſcripturis diſputans eſſe ſe Chriſtum. Tũc
appropinquabit deſolatio, quoniã à vera religione ple-
riq; lapſi errore deſciſcent. Tũc erit domini dies. quod
2.Theſ.2 etiam Apoſtolus euidenter expoſuit, dicens obſeruãdũ
eſſe nobis quaſi inſtet dies domini, ne quis nos ſeducat
vllo modo: quia niſi venerit diceſsio primum, & reuela
tus fuerit homo peccati, filius perditiõis, qui aduerſatur
& extollitur ſupra omne quod dicitur deus, aut quod
colitur, ita vt in templo dei ſedeat oſtẽdenſe tanquam
ſit deus. & reliqua. Ergo ſedebit in templo, & in templo
B interiore Iudęorum, qui Chriſtum negabunt: in templo
non inuiolabili, ſed corruptelę obnoxio, quod aut per-
fidiæ inuoluat ruina, aut iracundiæ vis ſubruat, aut cu-
piditatum ignis exurat. Et bene tunc veniet dies domini
& breuiabuntur dies propter electos: quoniam ſicut pri
mus aduentus domini propter redimenda peccata, ita &
ſecundus propter reprimẽda delicta, ne plures perfidiæ
errore labantur. Tunc pſeudoprophetæ, tunc fames. Re
Ephe. 6. pete mihi Helię tempora, & inuenies tunc prophetas cõ
fuſionis, tunc Iezabel, tunc famem, tunc aviditatem ter-
ræ. Qua ratione? Quia abundauerat iniquitas, refrixe-
at charitas. Denique iuſtus in deſerto, iniquus in regno
eſt. Eſt & alius Antichriſtus author huius, diabolus ſcili
cet, qui meã Hieruſalem, meam animã, certe animam
C dei, animam pacificam obſidere nititur ſuæ legionis ex
ercitu. Non enim colluctatio nobis aduerſus carnem
& ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates,
aduerſus mundi huius rectores tenebratũ harum. Tũc
eſt diſceſsio, cum anima à ſeipſa deſciſcit. Et rurſus cũ
Lucę. 18, dominum cogitat, tremit atq; turbatur. Tunc cum iſte
Pſal.13. Antichriſtus tenet: donec de medio fiat, iuſtitia exulat,
iniquitas regnat. Tunc fides rara, vt ipſe quaſi addubi
tans dominus dixit: Tunc veniens filius hominis, nũq̃d
inueniet fidem ſuper terram? Vel in noſtra vtique terra,
vel in orbe terrarum. Sic & alibi: Dominus reſpexit ſu-
per filios hominum, ſi eſt intelligẽs, aut requirens deum
non quia dubitet deus, ſed quia ita rara erat in homini-
bus fides, vt ſecundum opinionem hominum videretur
eſse dubitandum. Ergo quando in medio templi eſt dia
bolus, deſolatio abominationis eſt ſecundum Danielẽ
prophetam. Cum autem vnicuiq; laboranti Chriſti præ
ſentia ſpiritalis illuxerit, tollitur iniquus è medio, & in-
cipit regnare iuſtitia, quæ omnium fidelium mentibus
euacuat principatum. Eſt etiam tertius Antichriſtus, aut
Arrius, aut Sabellius: immo omnes ſunt Antichriſti qui
praua nos interpretatione ſeducunt. Et ideo qui legit,
intelligat. Qui intelligit, non ſeducitur vt credat falſa
pro veris, more vtique Iudęorum qui verum Chri-
ſtum negauerunt: vnde conſequens erit vt credant verũ
eſse qui falſus eſt. ſic & Arriani quod negãt Chriſto An
tichriſto non negabunt.

De vę pregnantium & nutrientium in illis diebus.

VAE illis quæ in vtero habẽt, & vbera dantibus in D
illis diebus.) Ergo cõceptio criminoſa eſt? Atqui
liberi prȩmia nuptiarũ ſunt. Et quomodo Saram
dominus benedixit, & peperi? Quomodo Anna
orauit, & genuit? Quomodo Rachel filios benedicta ſu
ſcepit? Numquid errauerũt prophetæ? Quoniã domi-
nus errare nõ potuit, ſed in prophetis quoq; domin⁹ eſt
locut⁹, & ideo nec illi errare potuerũt. Qui igitur 4 qua
drare poterit diſcordiã literarũ? Sed quia ibi bellũ eſt, 4 Alias, Quid ergo? Erra-re poterit diſcordia &c.
conuertamur ad ſpiritum pacis. Pax enim dixit: Mulier
cum parturit, triſtitiã habet, quia venit hora eius: cũ au-
tem pepererit, iam nõ meminit preſsuræ. Et ſubiecit: Et
vos modo quidem triſtitiã habetis, iterũ autem videbo
vos, & gaudebit cor veſtrũ. vt oſtẽderet perfectorum eſ
ſe lętari, nutare infirmorum, quaſi adhuc incerta metuẽ
tium. Sed & hic in ſuperiorib⁹ dixit: Edebãt, & bibebãt:
nubebant, & vxores ducebãt, ligantes ſcilicet ſe in hanc
vitam, & ſolicitudinibus ſecularib⁹ vincientes. Hæ ſunt
itaq; prægnãtes quibus væ dicitur, quæ aruinam ſuæ car
nis extendant, & quibus intimorũ greſsus pigreſcãt ani
morum, effœtæ virtutum, fœtæq; vitiorum. Sed nec illæ
prægnãtes condemnationis exortes ſunt, quæ in bonorũ
actuũ molimine conſtitutæ, necdũ aliquos ſuſcepti ope
ris dedere proceſsus. Sunt enim & quæ de dei timore cõ
cipiunt, quæ dicũt: De timore tuo concepimus & partu- E
riuimus. Sed non omnes pariunt, nõ omnes perfecti, nõ
omnes poſsunt dicere: Peperimus ſpiritum ſalutis in ter
ra. Non omnes Mariæ, quæ de ſpiritu ſancto Chriſtũ cõ
cipiant, verbum pariant. Sunt enim quæ abortiuũ ex-
cludant verbũ antequã pariant. Sunt quæ in vtero Chri
ſtum habeant, ſed nondũ formauerunt: quibus dicitur:
Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur
Gal. 4. Chriſtus in vobis. Ergo qui adhuc in vtero ſunt, partu-
riuntur quaſi imperfecti: iam illi pfectiores, qbus dicitur
1.Cor. 4. Ego vos per euangelium genui. Multi patres per euange
lium, & multæ matres quæ Chriſtum pariunt. Quis mi
hi igitur Chriſti monſtret parentes? Ipſe monſtrauit di-
cens: Quæ mihi eſt mater, aut qui fratres? Qui fecerit vo
Matt. 12. luntatem patris mei qui ĩ cælis eſt, ipſe mihi & frater, &
ſoror, & mater eſt. Fac voluntatem patris, vt Chriſti ma-
ter ſis. Multæ conceperunt Chriſtũ, & non genuerunt.
Ergo quæ parit iuſtitiam, Chriſtum parit: quæ pa-
rit ſapientiam, Chriſtũ parit: quæ parturit verbum, Chri
ſtum parturit. Eſt etiam quæ parturiuit iniuſtitiam, & pe
perit iniquitatẽ. Iſtis væ prægnantibus, quæ corpore gra E
ues, ad euadendum periculũ pigriores ſunt. Iſtis væ, qui
bus futuri partus, quo corpus omne cõcutitur, dolor in
teger. His futuri ſigna iudicii initia ſunt dolorum. Do-
cuit etiam Moyſes eſse prægnantẽ, quam ſi duo concul
cauerint litigantes, abortiuum cito inducãt. Et ideo bo-
na fœmina litem fugiat, pacem ſequatur vt partum poſ-
ſit abſoluere, nec nouem mẽſium tempus expectet. Ver
bi partus non in temporis ſed diligẽtiæ plenitudine eſt.
Conſummatus autem in breui iuſtus impleuit tempora
multa: At contra cito anima imperfecta calcatur, & ver
bum quod concepit, amittit. Sed væ illi qui ſcandaliza-
uerit vnum de puſillis iſtis, væ illi qui prægnantẽ calca-
uerit: nam ſi informe adhuc pignus excluſerit, pecuniæ Exo. 21.
iactura eſt. ſi vero formatum, reddet animam pro anima
oculũ pro oculo, dẽtem pro dente, manũ pro manu. Sed
cut oculũ aut manũ, cũ abortiuus & manum habeat, &
oculum habeat, qui iam formatus, excuſsus eſt? Vnde ap
paret pro eo modo quo nocuit, vnumquenque damnan
dum. Si enim catechumenũ quis vel hæreticus vel ſchiſ-
maticus tanquam de vtero vel animæ vel eccleſiæ par-
turientis excuſserit, leuius punitur: ſi fidelem, grauius.
Et ideo cauendum ne cum talibus litigando, eccleſiam
calces. Stultas enim pugnas, & ſine diſciplina quæſtio-
nes deuita, ſciens quia generant lites, quibus eccleſia
quaſi parturiens totius corporis conculcatione vexa-
tur. Ergo cito reple ventrem tuum, vt citius poſsis par

G tum edere. Audi quomodo repleas, & quibus repleas.
Prou.12. Ex fructibus, inquit, oris sui vir impleuit vẽtrem suum, fructibus autem labiorũ suorum satiabitur. De nutrien tibus quoq; docuit me illud Salomonis sublime iudicium, & illa duarum contẽtio fœminarũ, quod etiam si iam partus dolore sint absolutæ, adhuc tamẽ cõfirmãdorum pignorũ metu nutẽt: quia per temulentiã nutriẽti somn⁹ obrepat, paruulũ mater opprimat: neget suum, quærat alienum. Sed & illa quæ filium non peremit, periclitatur suo, quia iudicii hæret incerto. Ergo & nos, ne quasi imperfectorũ parentes operum aut iudicii dies aut mortis iueniat, paruulos nostros ablactare properem⁹.
Gen.21. Ablactatus Isaac non fuit somno matris obnoxius, & ideo epulum magnum exhibuit Abrahã quando ablactauit filium. Ablactatus Dauid retributionẽ animæ suæ sperat. Nõ enim vt Corinthius in primordio fidei, escæ adhuc inualidus fortiori, lacte potatur, sed iam pane solido firmatus, in plenitudinẽ perfectæ ætatis adoleuerat. Ergo non satis est cura generãdi, nisi suppetat efficacia nutriendi. Itaq; & tibi tanq̃ Mariæ verbum dei crescat, sapientia & ætate proficiat. Quod ita fit, si omnia dicta iustitiæ in corde custodias, nec senectutis tẽpus expectes sed in prima ætate desponsatam viro iusto sapientiam sine corruptela corporis tui cito cõcipias, cito parias, cito
H nutrias. Vide mihi Paulum hesterno persequẽtem, hodie credentem, die crastina prædicantem.

De orando ne fiat fuga hyeme vel sabbato.

ORATE ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato.) Cum iudicii die venturus sit dominus ante quem ignis ardebit, ignis autẽ vis aut semper eadem, aut citius adurat ẽstate: quo modo orandum dicit ne fuga nostra hyeme fiat? nisi forte quia is qui in montes fugit, frigus & gladiem, procellas & grandinem delictorum timere non debet, sed optare ẽstiuæ lucis serenitatem, ne lubrico corporis vestigia infirma labãtur? Vnde & illa iam secura processu, iam firmis radicib⁹ nixa lętatur dicens: Hyems abiit, tẽpus secandi aduenit. Hyeme enim arbores vent⁹
Cant.2. suo honore despoliat, & asperitas frigoris teneras frõdes in speciẽ mortis interficit. Vere autem resurgũt semina, & tanq̃ noua ætas naturæ viridantis adolescit. Vere Pascha est, quãdo seruatus sum ætate est Pẽtecoste, quãdo resurrectionis gloriã celebram⁹ ad instar futuri. Orãdũ etiam ne sabbato te, hoc est, ab operibus ociantem veni
* de die i diem. ens dominus deprehendat. Et ideo iuxta legem operare diem * in die, & esto spiritu feruẽti & labore peruigili. Nec ociosum illud, quia scriptum est: Sabbato humiliabis animam tuam. Et quia septuaginta annis populus in
I captiuitate durauit, tunc violata religio, obtrita libertas pudicitia vulnerata. Ergo tunc tibi emigrandum ex hac vita, quando virtutes vigent, vitia captiua sunt: non quã
* vacua. do captiua est anima, & vigor eius & virtus vacat, * corporis peccata dominantur.

De signis aduentus domini.

ERunt signa in Sole, & Luna, & stellis.) Et prophetiæ vera series, & integra causa mysterii quod & captiui Iudæi secundo in Babyloniam Assyriamq; ducẽtur, captiui in toto erunt orbe, quia negauerũt Christum: & Hierusalẽ, quæ videtur, ab hostili exercitu calcabitur, cadẽtibus Iudæis in ore gladii. Et Iudea omnis à nationibus credituris subiicietur in ore gladii spiritalis, qui est sermo bis acutus, & fient signa diuersa in Sole, & Luna, & stellis. Quæ signa secundũ Matthæum euidẽtius exprimuntur: Tunc inquit, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent. Plurimis enim à religione deficientibus clara fides obscurabitur nube perfidiæ: quia mihi Sol ille cælestis mea fide vel minuitur, vel augetur. Quẽ admodũ si plurimi radios mundani Solis aspiciant, pro captu videntis aut pallidior Sol videtur, aut clarior: ita K pro deuotione credẽtis vnicuiq; spiritale lumẽ infundi tur. Et quemadmodũ mẽstruis curribus Luna, vel terræ oppositu, cũ fuerit è regione Solis, vanescit: sic & sancta ecclesia, cum lumini cælesti vitia carnis obfũdit, fulgorem diuini luminis de Christi radiis non potest mutuari. Nanq; in persecutionibus lucem dei solus plerunque amor vitæ huius excludit. Cadẽt stellæ, illi vtiq; resurrectionis gloria iam micãtes, illi viri sicut luminaria in sęculo verbũ vitæ continẽtes, illi viri de quibus Abrahæ dictum est quia sicut cælum fulget & stellæ, sic & semen eius. Excident ergo hominibus patriarchæ, excidẽt prophetæ, si persecutionis acerbitas cõualescat. Quæ oportet fieri, donec ecclesiæ in omnibus virtutibus in singulis plenitudo cumuletur. Sic enim probantur boni, sic produntur infirmi. Ergo varii animorum æstus ita graues erũt, vt delictorũ multitudine male conscĩis, futuri iudicii metu, sacri in nobis ros fontis aresc at. Aret enim perfidia, fides rorat. ¶ Nam virtutes cælorũ cõmouebũ tur. Et tunc videbũt filiũ hominis venientẽ in nubib⁹.) L
Fortasse quẽadmodũ domini expectatur aduẽtus, vt ei⁹ præsentia in toto fiat vel hominis orbe vel mundi, quæ fit vtiq; in singulis cũ oibus affectibus receperint Christum: sic etiã virtutes cęlorũ aduentu domini saluatoris ac reditu (est enim virtutũ domin⁹) augmentũ gratiæ cõ sequatur necesse est, & plenitudine diuinitatis propius se infundẽte moueantur. Sunt etiã virtutes cęlorũ quæ enarrãt gloriã dei, & quæ pleniore Christi infusione moueantur, virtutes spiritales, quę vident Christũ. Docuit nos Dauid quẽadmodũ hæ moueantur virtutes, dicens: Accedite ad eũ, & illuminamini. Docuit etiã Paulus quẽ Psal.33. admodũ Christum videas. Cum enim conuersus fueris ad dominum, aufertur velamen, & vides Christum. Vides illũ in nubibus. Non equidem puto quod in caligine tenebrosa & horrore pluuiali Christus aduenia t. Nubes enim quæ videntur, cælũ vtiq; caliganti horrore sub texunt. Et quomodo in Sole posuit tabernaculum suũ, Psal.18.
si pluuialis erit ei⁹ aduẽtus? Sed sunt nubes, quæ quia fic oportẽt, cælestis obtexunt mysterii claritatem. Sunt nubes quę rore gratiæ spiritalis humescant. Aspice nubem in veteri testamento: In colũna, inquit, nubis loquebatur ad eos. Per Moysen vtiq; loquebatur, per Iesum Naue, qui Solem statuit, vt plenioris luminis acciperet claritatem. Ergo Moyses & Iesus nubes sunt. Aspice quia Psal.98.
viri sancti nubes sunt, quia sicut nubes volant, & quasi Psal.98.
columbę cum pullis. Super me nubes sunt Esaias, Eze- Esa.60.
chiel, qui mihi per Cherubin & Seraphin sanctitatem diuinæ trinitatis ostendunt. Nubes sunt omnes. In his nubibus venit Christus. Venit in nube in Canticis canticorum, serena nube, & sponsi resulgens lætitia. Venit
M & in nube leui, incarnatus ex virgine. Vidit enim prophe ta sicut nubem venire ab Oriente. Et bene leuem nubem dixit, quam terrena vitia non grauarent Vide nubem, in quam spiritus sanctus superuenit, & virtus altissimi obumbrauit. Cum ergo apparuerit Christus in nubibus, concidẽt se tribus terræ. Est enim quidã ordo criminum, & series peccatorũ, quæ Christi dirimatur aduẽtu. ¶ Videte ficulneã, & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructũ, scitis quia prope est æstas.) Diuerso quidem modo, in vnum tamen concurrere videtur euangelistarum sententia. Matthæus enim de sola dixit ficulnea, cum ramus eius tener fuerit: hic de arboribus omnibus. Verum siue cum fructus in omnibus virescit arboribus, & ficulnea fœcũda iam floret, vt omnis lingua confiteatur iam deo, confitente etiã populo Iudæorum, sperare domini debemus aduentũ, quo tanq̃ tẽporibus æstiuis resurrectionis fructus metẽtur: siue cũ leuẽ fragilemque iactantiam homo iniquitatis tanq̃ folia Synagogæ ramos induerit, coniicere debemus appropinquare iudiciũ. Nã remunerare fidẽ domin⁹, & delinquẽdi finẽ afferre festinat. Duplicẽ igitur habet figurã hęc ficulnea

A vel cum dura miteſcũt, vel cum peccata luxuriãt. Nam per fidem credentiũ quæ arebant antè, florebunt: & per gratiam delictorum peccatores gloriabũtur. Ibi fructus est fidei, hic perfidiæ lasciuia. Fructũ mihi ficulneæ agricolæ euangelici cultura promittit. Desperare non debemus, si foliis ficulneæ peccatores se tanquã fraudis veste texerunt, vt conscientiam velarent. Ergo folia suspecta sine fructu. Tales vestes paradisi exules habent. Duplicem igitur habet figuram.

De homine portante amphoram aquæ, discipulis Pascha paraturis occurſuro.

CAP. XXII. ECCE introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans.) Bonum est considerare vbi dominus pascha faciat. Secundum Matthæum habes: Ite in ciuitatem ad quẽdam. Primũ maiestatem diuinitatis aduerte. Cum discipulis loquitur & iam nouit quid alibi sit futurum. Deinde dignationẽ eius intuere, quia non persona diuitis aut potentis eligitur, sed pauper ambitur, & angustum hospitiũ pauperis amplis nobilium ædibus antefertur. Ite, inquit, ad quendam. Sciebas domine nomẽ eius, cuius sciebas ministerium, cuius sciebas occursum. Sed ideo sine nomine designatur, vt ignobilis æstimetur. Nihil hic compositum, vbi non exprimitur persona, sed causa. Secundum Marcum autem, lagenam aquæ portans. Hic ergo apostolis mãdatur sequẽdus. Et quomodo paterfamilias? Vt agnoB scas sanctitatis definitionem esse, nõ census. Quomodo in superioribus habens stratum magnum? Vt meritum eius aduertas, in quo dominus cum discipulis sublimiũ virtutum eius delectatione requieſceret. Vtinã ergo mihi contingat amphoram aquæ portare, cõtingat lagenã aquæ portare, quam portat paterfamilias, habens in superioribus stratum magnum. Quid est enim amphora, nisi mensura perfectior: Non mediocres qui mensuram habent. Denique dominus. Mensuram, inquit, bonam, cumulatam, superefluentẽ dabunt vobis. Nam de aqua quid loquar? Super aquam ante ipsos mundi natales sãctus, vt legis, spiritus ferebatur. O aqua, quæ humano aspersum sanguine? vt præsentium lauacrorũ figura præcederet, orbem terrarum lauisti. O aqua, quę sacramẽtũ Christi, esse meruisti, quę lauas õnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu comples perfecta mysteria. A te principium, in te finis: vel potius tu facis vt finem nesciamus. Per te fœtor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia situ viC scera aspersa le in multam seruantur ætatem. Per te arentibus æstu corporibus, dulcis ad gratiam, salutaris ad vitam, suauis ad voluptatem pot⁹ infunditur. Tu nomen prophetis & apostolis, tu nomen Saluatori dedisti Illi nubes cęli, illi sal mundi, ille fons vitę est. Quæ montibus presa, non clauderis: quę scopulis illisa, non frangeris: quæ terris infusa, non deficis, sed intimis scatũriẽs venis, aut spiritum inclusa vitalem inhalas, aut succum diffusa fertilem præstas, aut rigatũm superfusa ad commodum subministras, ne siccatis exanimata vitalib⁹ solennes neget terra prouentus. Omnium elementorum substantia, cælum, aer, mare, & terra, te reddunt. Te prophetico percussa tactu, vt sitientium rigares corda populorum, vomuit petra te, cum de latere Saluatoris erũ peres, percussores viderunt, & crediderũt: & ideo regenerationis nostræ de tribus vna es testibus. Tres enim testes sunt, aqua, sanguis, et spiritus: Aqua ad lauacrum, sanguis ad precium, spiritus ad resurrectionem.

De sponsione prœmii discipulorũ Christi, qui secũ in tentationibus permanserunt.

Ego quidem dispono vobis, sicut disposuit mihi pater regnum.) Regnum dei non est de hoc mundo. Non ergo æqualitatis homini ad deum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus est plena imago dei, propter expressam in se paternæ claritudinis vnitatem. Iustus autem homo D ad imaginem dei est, si propter imitandã diuinæ conuersationis similitudinem mundũ hunc dei cognitione cõtemnat, voluptates q; terrenas verbi perceptione despiciat, quo alimur in vitam: vnde & corpus Christi edimus, vt vitæ ęternæ possimus esse participes. Nõ enim victus & potus nobis præmii loco spondetur & honoris, sed cõmunicatio gratiæ cælestis & vitæ, Neq; duodecim throni tanquam aliqua corporalis sunt receptacula sessionis, sed quia secundum diuinam similitudinẽ iudicat Christus cognitione cordiũ, nõ interrogatione factorũ, virtutem remunerans, impietatẽq; cõdemnans: ita & Apostoli in iudiciũ spiritale formãtur remuneratione fidei, & execratione perfidiæ, virtute errorẽ redarguẽtes, sacrilegos odio persequentes. Cõuertamur igitur, & caucamus ne i perditionẽ aliqua inter nos de prælatione possit esse contentio. Si enim contendebant apostoli, non excusationi obtenditur, sed cautioni ꝓponitur. Si Petrus aliquando cõuertitur, qui ad primã dei secutus est vocem, quis potest dicere cito se esse conuersum? Caue ergo iactantiam; caue seculũ. Ille enim cõfirmare iubẽtur fratres suos, qui dixit: Omnia reliquimus, & secuti sumus te Matt.19.
Deinde contuendũ est quia nõ omnis honorificẽtiæ fluxu diũ humilitatis definitur: potest enim deferre alicui propter seculi gratiam, potentiæ metũ, vtilitatisq; contuitũ. Tua ædificatio quæritur, non alterius honor: & ideo vna datur omnibus forma sententiæ, vt nõ de prælatione iactantia fiat, sed de humilitate contentio, eò quòd se dominus proponit imitandũ. Egebamus omniũ, ipse nullo: & E tamen præbuit se humilitatis authorem, cùm discipulis ministraret. Quod vtique faciebat non studio vtilitatis, sed exercitatione virtutis. Petrus autem etsi spiritu prõptus, corporis tamen adhuc infirmus affectu, denunciatur dominũ negaturus. Neque enim poterat diuinæ constantiam intentionis æquare. Passio domini æmulos habet, pares non habet. Ita non reprehendo quod negauit laudo quod fleuit. Aliud commune conditionis est, aliud speciale virtutis. Et ideo instruitur ad cauendum, nõ cogitur ad negandum.

De sacculo & pera tollendis, tunicaq; vendẽda, & gladio emendo.

QVI nõ habet, inquit, sacculum, tollat, similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat sibi gladium.) O domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quẽ vetas promi? nisi forte vt sit parata defensio, non vltio necessaria: & videar potuisse vindicari, sed noluisse? Lex F tamẽ referire non vetat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti; Sat est, dicit, quasi licuerit vsque ad euangelium, vt sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquũ videtur, sed non iniquus dominus, qui cum se posset vlcisci, maluit immolari. Est enim gladius spiritalis vt vendas patrimonium, emas verbũ quo nuda mentis penetralia vestiuntur. Est etiam gladi⁹ passionis, vt exuas corp⁹, & immolatæ carnis exuuiis ematur tibi sacri corona martyrii. quod ex benedictionibus dominicis colligere potes, qui summã omnium coronarum, si quis persecutionẽ patiatur pro iustitia, prædicauit. Denique vt scias quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum protulit, dicẽs: ¶ Quoniã hoc scriptum est, oportet impleri de me, Quod & cum iniustis deputatus est.) Mouet tamen adhuc quod duos gladios discipuli protulerunt, ne forte vnũ noui, alterũ veteris testamenti, quibus aduersus diaboli armamur insidias. Denique dicit Esa.52.
dominus: Sat est. quasi nihil desit ei quem vtriusque testamenti doctrina munierit.

De tristitia, dolore, tædio, & oratione Christi.

G PATER, si possibile est, trãsfer à me calicem hunc.) Hærẽt plerique hoc loco, qui tristitiã Saluatoris ad argumentũ inolitæ potius à principio, quã susceptæ ad tẽpus infirmitatis inclinant, & naturalis sensum cupiunt retorquere sententiæ. Ego autẽ non solũ excusandũ non puto, sed etiã nusquã magis pietatẽ eius maiestatẽq; demiror. Minus enim cõtulerat mihi, nisi meũ susceperisset affectũ, Ergo pro me doluit, qui ꝓ se nihil habuit quod doleret: & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Suscepit enim tristitiã mea m, vt mihi suam lætitiam largiretur, & vestigiis nostris descendit vsq; ad mortis erumnã, vt nos suis vestigiis reuocaret ad vitam. Confidenter ergo tristitiam nomino, quia crucẽ prædico. Neq; enim speciẽ incarnationis suscepit, sed veritatẽ. Debuit ergo & doloreꝫ suscipere, vt vinceret tristitiam, non excluderet. Neq; enim habent fortitudinis laudẽ, qui stuporẽ magis vulnerũ tulerint quàm doloreꝫ. Homo enim in plaga, & sciẽs, inquit, ferre infirmitates, nos voluit erudire, vt quia in Ioleph didiceramus carcerẽ non timere, mortẽ vincere disceremus in Christo, &, quod est amplius, quẽadmodum futuræ mortis mœstitiam vinceremus. Quomodo enim te imitaremur domine IESV, nisi sequeremur vt hominẽ, nisi mortuum crederem⁹, nisi vulnera vidissem⁹? Quemadmodũ
H discipuli crederẽt fuisse moriturũ, nisi morituri tristitiã comperissent? Sic adhuc dormiunt, & nesciunt dolere, pro quibus Christus dolebat. Ita enim legimus: Qui peccata nostra portat & pro nobis dolet. Doles enim domi
Esa. 53. ne non tua sed mea vulnera, non tuam mortem, sed nostram infirmitatem, & nos æstimauimus te esse in doloribus, cum tu non pro te sed pro me doleres. Infirmatus enim es, sed propter peccata nostra, non quia illa tibi infirmitas erat ex patre assũpta, sed pro me susceptа quia mihi proderat, vt eruditio pacis nostræ esset in te, & liuore tuo vulnera nostra sanares. Sed quid mirum si pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Et quid mirum si moriturus pro omnibus tædiat, qui Lazarũ resuscitaturus illachrymat? Sed & ibi piæ sororis lachrymis commouetur, quia mentẽ humanã tangebãt. Et hic alto operatur affectu, vt quia in carne sua peccata nostra perimebat, mœrorem quoq; animæ nostræ suæ animæ mœrore aboleret. Et fortasse ideo tristis est, quia post Adæ lapsũ
I tali trãsitu nobis erat ex hoc seculo recedendum, vt mo
Sapien. 1. ri esset necesse. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, & ideo fastidit quod ipse nõ fecit. Deniq; ait: ¶ Transfer à me calicem istum.) Quasi homo mortem recusans, quasi deus sentẽ tiam suam seruans. Oportet enim mori nos seculo, vt resurgamus deo vt iuxta diuinam sententiam lex maledictionis resoluta in terræ limum naturæ fine soluatur. Quod autem ait, ¶ Non mea voluntas, sed tua fiat,) Suam ad hominẽ retulit, patris ad diuinitatem. Voluntas enim hominis tẽporalis, voluntas diuinitatis æterna. Non alia voluntas patris, alia filii. Vna enim voluntas, vbi vna diuinitas.
Disce tamen deo esse subiectus, vt non quod ipse vis eligas, sed quod deo scias esse placiturũ. Deinde verborũ ipsorũ proprietatẽ consideremus. ¶ Tristis est, inquit, anima mea.) Et alibi: Nunc anima mea turbata est valde Non ergo suscipiẽs, sed susceptа turbatur. Anima enim obnoxia passionibus, diuinitas libera. Denique: Spirit⁹ promptus, caro autem infirma. Tristis autem est non ipse, sed anima. Non est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum. Non me fefellit vt aliud esset, & aliud videretur. Tristis videbatur, & tristis erat, non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Deniq; ait: Percuti
Matt. 25. am pastorem, & dispergentur oues gregis. Tristis erat quia nos paruulos relinquebat. Cæterũ quàm constãter se morti obtulerit consequẽtia declarant: quandoquidẽ quærentib⁹ occurrit, turbatos cõfirmauit, trepidos, puo
K cauit. Proditorem oculi dignatione suscepit. Nec illud distat à vero, si tristis erat pro persecutoribus suis quos sciebat immanis sacrilegii pœnas daturos. Et ideo dixit Transfer hunc calicẽ à me. Non quia de⁹ dei filius mortem timebat, sed quia nec malos pro se perire volebat. Deniq; ait: Pater, ne statuas illis hoc peccatũ. ne exitialis esset populo passio sua, quæ esset omnibus salutaris.

De Iudæ osculo, & Christi traditione, comprehensione, ac ligatione: Petriq; percussione.

IVDA, osculo filiũ hominis tradis?) Magna diuinæ significatio potestatis, magna disciplina virtutis. Et cõsiliũ proditionis aperitur, & adhuc patiẽtia nõ negatur. Ostẽdisti domi quẽ ꝓderet, dũ occulta manifestas. Ostẽdisti etiã quẽ traderet, dũ dicis, filiũ hominis: quia caro non diuinitas cõprehenditur. Illud tamen plus cõfutat ingratum, quod eum tradiderit, qui cum esset dei filius, propter nos tamen filius hominis esse voluisset. Quasi dicat, propter te suscepi ingratè quod tradis. In hypocrisi ergo per interrogationem pronunciandum puto, quasi amãtis affectu corripiat, ꝓditorẽ: Iuda, osculo filiũ hominis tradis? hoc est, amoris pignore vuln⁹ in
L figis? & charitatis officio sanguinem fundis? & pacis instrumento mortẽ irrogas? Seruus dominum, discipulus ꝓdis magistrum, electus authorem? Hoc est illud: Vtilia Prou. 27.
vulnera amici, quàm volũtaria oscula inimici. Proditori hoc. Pacifico vero qd dicitur? Osculetur me ab osCant. 1.
culo oris sui. Et osculat⁹ eum.) Non quo simulare nos doceat, sed vt ne proditionẽ refugere videretur, & plus afficeret, ꝓditorẽ, cui amoris officia nõ negaret, qa scriptum est: Cum odientibus pacem eram pacificus. Et signo dato, inquit, ab his qui cum fustibus venerãt, comprehenditur. Sed dominũ omniũ mysteria non arma tenuerũt. Denique locutus est, & ceciderunt retrorsum Quo mihi legiones angelorũ? Quo cælestẽ exercitum? vox domini sola plus terret. Hanc ille ad demonstrãdũ diuinę maiestatis indicium, qui in pectore Christi recũbebat, elegit. Volenti ergo iniicit manus turba, nectuntur vincula. O amentes, o perfidi, non sic comprehenditur sapientia, non sic tenetur iustitia. Nec discipulorum studia defuerunt. Denique Petrus eruditus in lege, prõptus affectu, qui sciret Phineæ reputatum ad iustitiam quod sacrilegos peremisset, percussit principis seruũ.
M Sed dominus vulnera cruenta detorsit, mysteria diuina subiecit, vt seruus principis mundi, hoc est, non naturę conditione, sed culpæ, secularium famulus potestatum, auris suæ vulnus exciperet, quia non audisset verba sapientiæ. Omnis denique qui facit peccatũ, seruus est pec Ioan. 8.
cati. Peccatis, inquit, vestris venditi estis. Venditio pro- Esa. 50.
pter peccata nostra, propter bonitatem autem dei redẽptio peccatorum. Aut si Petrus volens percussit aurem, docuit quod aurem habere in specie non deberent, quã in mysterio nõ haberent. Sed bonus dominus & ipsi refũdit auditum, secundũ prophetica dicta demõstrans & ipsos, si cõuertantur, posse sanari, qui in passione domini vulnerati sũt, eò quod õne peccatum fidei mysteriis abluatur. Tollit ergo Petrus aurẽ. Quare Petrus? Quia ipse est qui accepit claues regni cælorum. Ille enim condemnat qui & absoluit, quoniam ligandi idem & soluẽ di adeptus est potestatem. Tollit autem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiorem male intelligentis. Caueamus ne cui tollatur auricula. Legitur passio domini. si ad diuinitatẽ eius referimus infirmitatẽ corporeæ passionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro, qui nõ pas⁹ est Christum prophetã æstimari, sed dei filium docuit fideli cõfessione signari. Ergo cũ legimus teneri IESVM, caueamus ne ab aliquo audiamus, & putemus eum secundum diuinitatem teneri, teneri inuitum, teneri quasi infirmum. Tenetur quidẽ, & vt dixit Ioannes, ligatur secundũ corporis veritatem. Sed vę

A illis qui ligant verbum. Verbum enim ligant, qui tãtum modo Christum hominem putant. Ligant qui persecutorem non putant, qui omnipotentem non confitentur. Mala vincula Iudæorum, quibus non Christum ligant, sed se ipsos alligant. Ligatur autem in domo non pii alicuius & iusti, sed in domo Caiphę, hoc est, in impia domo, vbi etiam moriturus pro omnibus prophetatur. Quàm amẽtes igitur qui beneficia diuina confitentur, & beneficiorum authorem persequuntur. Ideo autem perdũt, quia perdiderunt auditus profectum. Auditum multi nõ habent, qui habere se credũt. In ecclesia omnes habent, extra ecclesiã non habẽt. Aut fortasse ideo aurem tulit, ne amplius delinquerent audientes, qui audita seruare nõ possent. Sic & aliquando cõfudit deus linguas extruẽtium turrem, ne se audirent, & opus suæ impietatis augerent. Comprehẽde, si potes, quomodo ad dexteræ salutoris attactũ fugiat dolor, & vulnera non medicamento aspersa, sed tactu obducta sanentur. Operatorẽ suum limus agnoscit, & operatricẽ suã domini manũ sequitur caro. Quomodo vult enim, op⁹ suum creator instaurat. Sic & alibi cæco illi visus, luto supra oculos illito, quasi in naturam redierit, reformatur. Iubere potuit, sed operari maluit, vt cognoscamus ipsum esse qui è limo terræ corporis membra nostri variis apta formauit officiis, & infuso vigore mẽtis animauit. Venerũt ergo & comprehenderunt eum, grauius peritури studii sui fructu. nec in tellexerunt infelices mysterium, nec venerati sunt tam clementem pietatis affectum, quod etiam hostes suos nõ
B passus est vulnerari. Illi insto mortem inferebant, perse cutorum vulnera iste sanabat.

De Petri proditione per ancillam, & eius negatione.

PETRVS vero sequebatur à longe.) Et bene à longe sequebatur iam proximus negaturo. Neq; enim negare potuisset, si Christo proximus adhæsisset: Sed fortasse & in hoc nobis maxima sit admiratione rerendus, quod dominum non reliquit etiam cum timeret. Met⁹ naturę est, cura pietatis. Alienũ quod timet, sũ quod nõ fugit. Quod sequitur, deuotionis: qđ negat, obreptionis. Cõmune quod labitur, fidei quod pœnitet Iã in domo principis sacerdotũ ignis ardebat. Accessit Petrus, vt calefaceret se. Quia clauso domino calor mẽtis etiã in ipso refrixerat. Quid sibi vult quod prima eũ ꝓdit ãcilla, cũ viri vtiq; magis eũ potuerit recognoscere nisi vt & iste sex⁹ peccatse in necẽ domini videretur vt & iste sexus redimeretur ꝑ domini passionẽ? Et ideo mulier resurrectionis accepit prima mysteriũ, et mãdata custodit, vt & veterẽ præuaricationis aboleret errorẽ
C Petr⁹ ergo ꝓditus negat. Ponam⁹ enim negasse Petrũ, quia dixit domin⁹, Ter me negabis. Et malo negasse Petrũ, quã dominũ fefellisse. Quid negauit? Quod promisit incautè. Deuotionem cõsiderauit, non respexit cõditionem. Multatus quia dixit se animã ponere: quod non humanæ infirmitatis, sed diuinæ est potestatis. Cum tam grauem imprudentis sermonis multam luerit, quãta est pœna perfidiæ? Vbi tamen negat Petrus? Non in monte non in templo, non in sua domo, sed in prætorio Iudæorum, in domo principis sacerdotum. Ibi negat, vbi veritas non est. Ibi negat, vbi Christus captus, vbi Christus ligatus est. Quomodo enim non erraret, quẽ intromisit ostiaria, & interrogauit ostiaria, & ostiaria Iudæorum? Male Eua induxit Adam, male Petrũ introduxit fœmina. Sed ille in paradiso labitur, vbi nõ veniabilis culpa: hic in prætorio Iudæorũ, vbi difficilis innocentia. Illi interdictus lapsus, huic prædict⁹ error. Ille cõmissus huic præiudicauit, hic illum resoluit. Cõsiderem⁹ etiã quo in statu neget. ¶ Frigus: inquit, erat.) Si tempus consideremus, frigus esse non poterat. Sed frigus erat vbi IESVS non agnoscebatur, vbi non erat qui lucem videret vbi negabatur ignis consumens. Frigus ergo erat men-
D tis, nõ corporis. Deniq; ad carbones stabat Petrus, quia algebat affectu. Mala flamma Iudaica. vrit, non calefacit Malus focus, qui quondã etiam sanctorum mẽtibus fuliginem erroris aspergit, iuxta quẽ etiam petri interiores oculi caligarunt. Illi oculi non carnis & sanguinis, sed oculi mẽtis, quibus Christũ videbat. Dicet aliquis: Tu Iudæorum etiam elementa condemnas? Non cond⁹no elementa, quia nõ sunt Iudæorũ elementa, sed Christi. Sed alia est quã condẽno flamma perfidiæ. Hanc flammã cõdemno Iudæorũ, diuina secutus oracula. Dicit enim do
Hiere. 6. minus: Argentũ vestrum reprobũ est. Si argẽtum reprobum est Iudæorũ, & focus reprobus Iudæorũ est. Deniq; foco & auro Iudæorũ caput vituli figuratũ est, hoc est, sacrilegii principat⁹. Sed videam⁹ negãdi tenorem, quẽ inter euangelistas video esse diuersum. Ita nouũ fuit Petrum potuisse peccare, vt peccatũ eius nec ab euangeli
Matt. 26. stis potuerit cõprehendi. Itaq; Petrum prodenti ancillæ quod ex illis esset qui cũ IESV Galilæo erant, prima voce Matthæus posuit respondisse: Nescio quid dicas. Hoc etiam Marcus, qui secutus est Petrũ, & ex ipso potuit verius cognoscere. Prima vox negantis est Petri: qua tamẽ non negare dominũ, sed à proditione se separasse mulieris videtur. Quid tamen negauerit, cõsidera. Ex illis vtiq; se esse qui cum IESV Galilæo erant. Vel, vt Marc⁹
Mar. 1. posuit, cũ IESV Nazareno. Nunquid negauit cũ dei fuisse se filio? Hoc est dicere: Nescio Galilæum: nescio Nazarenũ, quem dei filiũ noui. Habeant homines locorũ vocabula, dei filium patria nõ potest nuncupare. cuius ma
E. ieſtatem locus nullus includit. Et vt scias hoc verum esse, etiam exemplo probatur. Nam alibi cum interrogaret dominus discipulos, Quem dicunt esse homines filium hominis? alii Heliam, alii Hieremiam dixerunt, aut
Exo. 3. vnum de prophetis. Petrus autem ait: Tu es Christus filius dei viui. Nunquid & ibi negauit, quia Christum non hominis filium, sed dei maluit confiteri? Certe quid hic putamus ambiguũ, quod etiam Christus probauit? Et aliud accipe. Interrogatus Petrus, Et tu ex illis es qui cum IESV Galilæo erãt? verbum æternitatis refugit. nõ enim erant, qui esse cœperunt: hoc est dicere, ille solus erat, qui in principio erat. Denique ait: Non sum ego. Illius est enim esse, qui semper est. Vnde & Moyses ait: Qui est misit me. Rursus cum vrgeretur quod ex illis esset, secundum Marcum negauit, vt scias euangelistam veritati quàm gratiæ plus dedisse. Sed tamen negauit ex illis se esse, non Christum negauit. Negauerat hominum consortia, non dei gratiam. Negauerat ex illis se esse
F qui cum Galilæo erant; non negauit cum dei filio. Deni que secũdum Matthæum proditus quod cum IESV Nazareno fuisset, ait: Nescio hominem. Hoc idem & in tertia voce vterq; de quibus proposuimus euãgelistæ cum iuramento eum respondisse posuerunt, quia nesciret hominem. Et bene negauit hominem, quem sciebat deum. Deniq; vbi iusiurandum est, cauta responsio est. Nam & si negauit Petrus, non tamen peieraуit, quia nec dominus peieraturũ esse memoraverat. Quod si in Petro dubiũ est, quàm periculosum est iusiurãdum? Ioannes autẽ sic posuit, quoniã interrogatus ab ancilla Petrus vtrum ex discipulis esset illius hominis, prima voce respon-
Gal. 1. dit: Non sum. Nõ enim erat hominis Apostolus, qui erat Christi. Deniq; & Paulus hominis apostolum se esse negauit, dicens: Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per IESVM Christũ, & deum patrem. Sed ne videretur ambiguũ aliquod incarnationis afferre, subiecit: Qui suscitauit eum à mortuis. vt & hominem credas, cũ deũ ante credideris. Qđ alibi quoque
1. Timo. 2. eodẽ tenore custodit, vbi dicit: Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum, homo Christus IESVS. Prius vtiq; meditatorẽ dei q̃ hominũ nuncupauit. Non enim sat est vtrunq; credere, nisi fidei ordo seruetur. Cõcordat igitur vbiq; respõsio. Nam qui dixit. Nescio hominem, æquum erat vt interrogatus vtrũ esset ex discí

G pulis hominis,diceret,Non sum.Itaque non Christi discipulum se negauit,sed hominis negauit esse discipulum.Itaq; & Petrus & Paulus hominē negauerunt ,quē dei filium fatebantur.Quod sensit Petrus, & Paulus expressit.hinc & ille ꝓfecit. Error Petri,doctrina iustorū est:& titubatio Petri,omniū petra est.Deniq; super undas titubat,sed dexterā porrigit Christo . In monte cadit,sed leuatur à Christo.Titubauit quidē Petrus in mari,sed ambulauit firmior.Titubatio Petri super aquam, nostra est firmitudo.Ibi cadit,quo nullus ascendit : ibi nutat,vbi nemo ambulat.Et tamen inter undas licet titubat,non labitur:nutat,non cadit:fluitat,nō præcipitatur.Et si cecidit,in monte tamē cecidit. Sed felicius ille cecidit q̄ alii steterunt,Felicius cecidit quē Christus leuauit.Iterū autem interrogatū num ex discipulis eius esset,Ioannes scripsit negasse.Et bene negauit,quia ex eiꝰ dicebatur esse discipulis,quē hominem in superioribꝰ sunt locuti.Nam & tertio quod cū illo visus esset negauit.hoc & de superioribus deriuatur . Cū illo quem hominem nuncupatis,nō fui, sed à deifilio nō receſsi. Lucas quoq; scripsit Petrū interrogatū vtrum ex illis esset, respondisse prima voce: ¶Non noui illum.)Et bene dixit.Temerariū quippe erat vt diceret quia nouerat eum, quem mens humana non poteſt cōprehendere . Nemo enim nouit filiū,nisi pater. Rursus secunda voce secun Matt.11. dum Lucam idem Petrus ait: ¶Non sum ego.) Maluit videlicet se negare q̄ Christū. Aut quia videbatur negare Christi societatem , vtiq; se negauit Certe cum de homine negat,in filium peccauit hominis,vt remitteretur H ei:non in spiritū sanctum. Tertio quoq; interrogatus ait ¶Nescio quid dicas.)Hoc est, sacrilegia vestra nescio. Sed nos excusamus,dominus ipse nō excusauit.Non enim satis est inuoluta responsio confitentis IESVM,sed aperta confessio. Quid prodeſt verba inuoluere,si videri vis denegasse?Et ideo Petrus non de industria sic respondisse inducitur,quia postea recordatus est,& tamē fleuit.Maluit enim ipse suum accusare peccatū,vt iustifi Prou.18. caretur fatēdo,quàm grauaretur negando . Iustus enim in principio accusator est sui,& ideo fleuit . Quare fleuit?Quia culpa obrepsit ei.Ego soleo flere si culpa mihi desit,hoc est,si non me vindicē , si non obtineam quod improbe cupio.Petrꝰ doluit & fleuit quia errauit vt homo.Nō inuenio quid dixerit,inuenio quod fleuerit. Lachrymas eius lego,satisfactionē nō lego.Sed qđ defendi nō potest,abluī potest.Lauēt lachrymæ delictum quod voce pudor est cōfiteri.Et veniæ fletus consulunt,& ve- I recundæ lachrymæ sine horrore culpam loquuntur. Lachrymę crimen sine offensione verecundiæ confitentur Lachrymæ veniā nō postulant, sed merētur.Inueni cur tacuit Petrus,ne tam citò veniæ petitio plus offenderet. Ante flendum est,sic precandū.Bonæ lachrymæ , quæ luant culpam.Deniq; quos IESVS respicit,plorant delictum.Negauit primo Petrus , & non fleuit:quia non respexerat dominus.Negauit secundo,non fleuit:quia ad huc non respexerat dominus.Negauit & tertio,respexit IESVS,& ille amarissimè fleuit. Respice domine IESV, vt sciamꝰ nostrū deflere peccatum,lauare delictum. Vnde etiam lapsus sanctorū vtilis . Nihil mihi nocuit quod negauit Petrus,profuit quod emendauit. Didici cauere alloquia perfidorum,Petrus inter Iudæos negauit,Salomon contubernio gentili deceptus errauit . Fleuit ergo amarissime Petrus,fleuit vt lachrymis suum poſset lauare delictum .Et tu si veniam vis mereri,dilue culpam lachrymis tuam:eodem momento,eodem tempore respicit te Christꝰ.Si in aliquo fortasse laberis:quia secretorū Ioan.21. tuorū assistit testis:respicit vt recorderis, & fatearis errorem.Imitare Petrum dicētē alibi tertio: Domine,tu scis quia diligo te.Etenim quia tertio negauerat,tertio confitetur.Sed negauit in nocte,cōfitetur in die.Hæc autem ideo scripta sunt,vt sciamus neminem iactare se debere Nam si Petrus lapsus est quia dixit:Et si alii scandalizati fuerint,ego non scandalizabor:quis alius iure de se præ Mat.26. sumat?Denique & Dauid quia dixerat, Ego dixi in mea K abundantia,non mouebor in æternum:eam sibi iactantiam obfuisse profitetur dicens : Auertisti autem faciem tuam à me,& factus sum conturbatus . Vnde te euocem Petre,vt doceas me quid fleris cogitaueris? Vnde,inquā, te euocem?De cælo,vbi iam choro insertus es angelorū: an etiam de tumulo,quia non putas iniuriam & ibi esse vnde dominus resurrexit . Doce nos quid tibi profuerint lachrymæ tuæ.Sed docuisti illico : Nam qui lapsus es antequam fleres,postquàm fleuisti erectus es , vt alios regeres,qui teipsum ante non rexeras. Habebat ergo lachrymas Petrus,pio quas fundebat affectu:non habebat proditor fletus quibus culpam ablueret , sed tormenta conscientiæ quibus sacrilegium fateretur, vt dū suo reus iudicio,damnatur,& spontaneo supplicio facinus expiatur:pietas domini,qui se ipse nollet vlcisci, & diuinitas probaretur.qui conscientiam mentis inuisibili potestate interrogaret.

De cassa proditoris pœnitentia.

PECCAVI,inquit,quod tradiderim sanguinem iu- Mat.27. stum.)Etsi cassa est pœnitētia proditoris, quia peccauit in spiritum sanctum,est tamen vllus in scelere pudor culpā agnoscere.Et quanuis ille non absoluitur,Iudæorum tamen impudentia cōfutatur , quos cum professio redarguat venditoris,scelerati tamen sibi vendicant iura cōtractus,& exortes reatus esse se credūt,dum dicūt:Quid ad nos?tu videris.Amētes plane,q̄ putāt solui se magis authoris scelere q̄ teneri. In pecuniis causis refuso precio ius soluitur. Hi preciū recipiūt L & sacrilegiū psequūtur,ac ptinacibꝰ studiis funestā sibi vendicāt sanguinis auctionē,cū refunderet vēditor sacrilegii mercedē.Euidēter itaq; dum preciū sanguinis à Iudæorū gazophylaciis separatur , & ager figuli ea qua vēditur Christus,comparatur pecunia,dum is locus humandis peregrinorū reliquiis dicatur,& prophetiæ impletur oraculum,& surgentis ecclesiæ mysteriū reuelatur.Ager enim secundum diuina præcepta mundus hic omnis est: Figulus autem ille , qui nos formauit è limo: Gen.2. de quo habes in veteri testamento: Quia finxit deus ho M minem de limo terræ:formandi per naturam,reformādi per gratiam habens pro suo arbitrio potestatem. Nā etsi propriis vitiis corruamus, per illius tamen misericordiam resumpto mentis spiritu secundum Hieremiæ oracula reformamur . Precium quoque sanguinis est precium dominicæ passionis. Ergo precio sanguinis emitur mundus à Christo,Venit enim vt saluetur mundus per ipsum : in quo iuxta vt opus authoris & ius est. Venit ergo vt consepultos per baptismum & commortuos Christo,ad perpetuitatis gratiam reseruaret . Sed non passim omnibus ad sepeliendū est locus. Nam etsi omnes mundus includat, non omnes reseruat.Et si cōmunis habitatio,tamen legitima sepultura est eorū scilicet,qui nunc sunt per fidem domestici dei,sed fuerunt in lege peregrini . Qui sunt isti nisi de quibus dicitur: Memores estote quod [illegible] quādo vos gentes qui cratis in Ephe.2. carne,alienati à conu[illegible]tione Israel,& peregrini promissionis testamen[illegible]: Sed hi nunc iam nō sunt aduenæ atque peregri[illegible] [illegible]n ciues sanctorum esse fi dei iure meruerunt.

Cur dominus à Pilato interrogatus tacuerit.

CAP. XXIII.

SEQVITVR admirabilis locus,quo subeundæ æquanimiter iniuriæ moralis infunditur patientia pectoribus humanis, Accusatur dominus,& tacet. Et bene tacet, qui defensione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Norrergo accusationem tacendo cōfirmat,sed despicit non refellendo. Quid enim timeret qui non ambiret salutem:Salus omniū suā prodit, vt acquireret omnium.

A Sed quid de deo loquor?Susāna tacuit,& vicit. Melior enim causa,quæ non defenditur,& probatur.Et hic Pilatus absoluit,sed absoluit iudicio,crucifixit mysterio. ✝ Verum hoc speciale Christi , illud humanum , vt apud iniquos iudices magis videatur noluisse quàm non potuisse defendi. Cur autem dominus tacuerit , ipse præmisit dicens:Si vobis dixero,non credetis mihi.si vos interrogauero,non respondebitis mihi.Illud tamen præstantissimum,quod maluit regem se probare quàm dicere,vt condemnandi causam habere non possent , qui quod obiiciunt,hoc fatentur.

Cur dominus coram Herode tacuerit,nec aliquid fecerit:& de reprehensione Pilati manus lauantis,& facta non diluentis.

HERODE autem cupiente aliqua mirabilia eius videre,tacuit, & nihil fecit , quia nec illius crudelitas merebatur videre diuina, & dominus iactantiam declinabat . Et fortasse typice in Herode omnes impii significantur,qui si legi non crediderint & prophetis,mirabilia Christi opera in euangelio quoq; videre nō possunt. Ad Herodem mittitur,ad Pilatum remittitur. Etsi vterque reum non pronunciant, alienæ tamen crudelitatis studiis obsequūtur.Lauit quidem manus Pilatus,sed facta nō diluit.Iudex enim nec inuidiæ cedere debuit,nec B timori . vt sanguinem innocentis addiceret. Monebat Matt.27. vxor.Lucebat i nocte gratia,diuinitas eminebat , nec sic à sacrilega sententia temperauit . Similiter in hoc typum omnium iudicum arbitror esse prœmissum', qui damnaturi essent eos quos innoxios æstimarent . Tolerabiliores tamen gentiles esse quàm Iudæos cōiuncta Pilati persona demōstrat,& magis eos posse diuinis ad fidem operibus admoneri. Quales autem illi qui dominum maiestatis crucifixerunt? Nec immerito homicidæ absolutionem petunt,qui flagitabant innocentis exitium . Tales leges iniquitas habet,vt oderit innocentiam , scelus diligat, In quo tamen nominis interpretatio speciem dat Ioan.8. figuræ.Barrabbas enim,patris filiꝰ latine dicitur.Illi ergo quibus dicitur,Vos ex patre diabolo estis : verò dei filio patris sui filium Antichristum prælaturi esse produntur. ✝

Cur dominus ab Herode veste alba indutus ad Pilatum fuerit remissus.

IT indutum illum veste alba remisit.) Nō ociosum quòd veste alba induitur ab Herode, immaculatæ tribuens indicia pas- C sionis, quod agnus dei sine macula, cum gloria , mundi peccata susciperet.In typo etiam Herodis atq; Pilati qui amici ex inimicis per IESVM Christum facti sunt,plebis israel & populi gentilis figura seruatur,quod per domini passionem vtriusq; sit futura concordia,ita tamen vt prius populus nationum capiat dei verbum,& ad populum Iudęorum si dei suæ deuotionem transmittat , vt illi quoque gloria maiestatis suæ corpus vestiant Christi , quem ante despexerant.

Quid designet quod dominus à militibus chlamyde coccinea & purpurea tunica induꝰ fuerit. Quid etiam corona,flagella, illusoria adoratio , arundo in manus tradita,capitis percussio,significent.

CHLAMYDEM autem coccineam induitur à mili Mat.27. tibus,& purpuream tunicam: in altera designās martyrum palmas,in altera regiæ potestatis insignia, quod caro eius susum toto orbe terrarum sanguinem esset susceptura pro nobis,& passio regnū paritura de nobis.Corona quoque de spinis capiti eius annexa, quid aliud quàm diuini operis munus ostendit,quod de peccatoribus mūdi tanquam seculi pœnis triūphalis deo gloria quæreretur? Nec flagella vacant, quia flagellatus est ipse , ne nos flagellaremur . Homo enim in plaga cōstitutus, & scies ferre infirmitates pro nobis dolet,à nobis qui deum ante fugiebamus,flagella D detorquens,tam patiens dominus , vt fugitiuorum vinculis proprias manus, fugitiuorum flagellis suum corpus offerret.Detestabili itaq; mentis affectu:honoratum tamen Iudæi exitum produnt.Nam & compungētes coronant,& illudentes adorant . Etsi corde non credunt, quem perimunt confitentur.Illis licet defuit boni operis affectus,deo tamen suus non defuit honor,qui saluta tur vt rex,coronatur vt victor,quasi deꝰ & dominꝰ adoratur.Arundo quoq; vel secundum Matthæum comprehenditur manu eius,vt humana fragilitas iam non sicut arundo moueatur à ventō,sed operibꝰ Christi corrobo rata fundetur,& affixo cruci chirographo quod erat cōtrarium nobis,sententiæ vetustas cessaret:Vel secundū Marcum caput eius percutitur,vt solidata diuinitatis at tactu nostra conditio nutare nō possit.Sed iam trophęū suum victor attollat.

De crucis Christi portatione , & vestimentorum regalium depositione.

CRVX super humeros imponitur,vt trophæum quod siue Simon siue ipse portauerit, & Christus in homine , & homo portauit in Christo.Nec discordant euāgelistarum sententiæ.quando concordat mysterium. Et bonus ordo nostri profectus est , vt prius crucis suæ trophæum ipse erigeret,deinde martyribus traderet erigendum:Non Iudæus est qui crucem portat,sed alienigena atque peregrinus:nec præcedit,sed sequitur, iuxta quod scriptum est:Tolle crucem tuam, & sequere me. E Non enim suam,sed nostram crucem Christus ascendit. nec mors illa diuinitatis,sed quasi hominis fuit.Vnde & ipse ait:Deus deus meus,respice in me,quare me dereliquisti:Pulchre autem ascensurus crucem regalia vestimenta deposuit,vt scias quasi hominem passum esse,nō quasi deū regem:& si vtrunq; Christus , quasi hominem tamen,non quasi deum cruci esse suffixum. Sed milites non Iudæi sciunt quo tempore,qualia Christo vestimenta conueniant.Iudicio quasi victor assistit , ad passiouē tamen quasi reus humilis venit. Nunc quoniam trophæum iam vidimus,currum suum triumphator ascendat, non arborum truncis aut quadriugis plaustris manubias de mortali hoste quæsitas,sed patibulo triumphali captiua de seculo spolia suspendat.Non hic reuinctis post tergum brachiis gentes , nec excisarum vrbium imagines,oppidorumque captorum simulacra cernimus,aut submissa captiuorum regum colla miramur , qualis humanorum solet esse species triumphorum, nec victorię terminos regionis fine distinctos , sed ouantes populos nationum,quæsitos nō ad supplicium,sed ad præmium: reges liberis affectibus adorantes,voluntariis vrbes stu- F diis deditas,& in meliùs reformatas imagines oppidorū quas non fucus expresserit,sed deuotio colorauerit , fidei arma, victoriarumq; iura toto orbe currētia.captiuū principem mundi, & spiritalia nequitiæ quæ sunt in cælestibus,obedientia imperio vocis humanæ,subditas dominationes,variarumq; virtutum species nō sericis sed moribus emicantes.Fulget castitas,fides splendet, & in duta mortis exuuiis deuotio fortitudinis:iā resurgit vnius dei triumphus:fecit omnes prope iam homines triumphatores crux domini.

Christus qualis crucem ascenderit,& de tituli scriptione ac positione super crucem.

REFERT igitur considerare qualis ascendat. Nudum video. Talis ergo ascendat qui seculum vincere parat , vt seculi adiumenta non quærat . Victus est Adam qui vestimenta quæ fuit,vicit ille qui tegimenta deposuit: & tails ascendit, quales nos authore deo natura formauit. Talis in paradiso homo primus habitauerat ,talis ad paradisum homo secundus intrauit.Et vt non sibi soli , sed omnibus

G vinceret, manus extendit, quo omnia traheret ad ſe, vt nodo mortis exuta, iugo fidei ſuſpẽſa, cælestibus ea quæ prius erãt terrena ſociaret. Scribitur & titulus. Solet præcedere pompa victores. At vero currũ domini triumphalem præibat bona pompa reſurgẽtium defunctorũ. Solet etiam titulus ſubiugatarũ gẽtium numerum deſignare. Sit in illis triumphis ordine quodã digeſta miſerabili deuictarũ præcuntiũ cõtumelioſa captiuitas nationum, hic redemptarũ gentium vernat gratia. Digni tanto triumphó iugales, vt cælũ, terra, maria, inferna, à corruptela mutentur ad gratiam. Scribitur autẽ titulus & ſupra crucẽ ponitur, non infra crucẽ, quia principiũ ſuper humeros eius. Principiũ autem quid eſt, niſi ſempiterna virtus eius atq; diuinitas? Vnde & ipſe interrogatus, Tu quis es? reſpõdit, Principiũ, qui & loquor vobis. Legamus hunc titulũ. ¶ IESVS, inquit, Nazarenus. rex Iudeorum.) Merito ſupra crucẽ titulus, quia nõ humani corporis, ſed diuinæ poteſtatis eſt regnũ quod habet Chriſtus. Merito ſupra crucem titulus, quia licet in cruce erat dominus IESVS, ſupra crucem tamẽ regis maieſtate radiabat. Vermis in cruce, ſcarabæus in cruce. Et bonus vermis, qui hæſit in ligno. Bonꝰ & ſcarabæus, qui clamauit è ligno. Quid clamauit? ¶ Dõmine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.) Clamauit latroni: Hodie mecũ eris in paradiſo, Clamauit quaſi ſcarabæus: Deus deus meus reſpice me, quare me dereliquiſti? Et bonus ſcarabæus, qui lutum corporis noſtri ante informe ac pigrum, virtutum verſabat veſtigiis. Bonus ſcarabæus, qui de ſtercore erigit pauperẽ. Erexit Paulum qui æſtimatus eſt ſtercora. Erexit & Iob, qui ſedebat in ſtercore. Non mediocris ergo titulus. Ipſe autem crucis locus, vel in medio, vt conſpicuus omnibꝰ, vel ſupra Adæ, vt Hebræi diſputant, ſepulturam. Congruebat quippe vt ibi vitæ noſtræ primitiæ locarentur, vbi fuerant mortis exordia.

Ioan.2.

H

De diuiſione veſtimentorum domini.

DIVIDVNTVR veſtimenta alia, aliud ſorte defertur. Dei enim ſpiritus non humana opinione comprehenditur, ſed quaſi quo dam euentu inopinanti illabitur. Et fortaſſe milites iſti, quatuor euangeliſtarũ habeant typum, qui ſcripſerunt titulum, quem omnes legamus. Legò titulum regis Iudæorum, cum lego: Regnum meũ non eſt de hoc mũdo. Lego cauſam Chriſti ſupra caput eius ſcriptam, cum lego: Et deus erat verbum. Caput enim Chriſti deus, iſti ergo ſeruabant IESVM, & ho die ſeruãt, ne cui forte labatur, ne cui de paſſione deſcẽdat, quod petebat populus Iudæorum. Mihi plane Chriſtus in paſſione moriatur, vt poſt paſſionẽ reſurgat. Noluit deſcendere, ne deſcenderet ſibi, ſed moreretur mihi. Nobis ergo iam Chriſtus ſeruatur, propter nos diuiduntur veſtimenta eius. Non poſſunt ſinguli habere omnia, & ideo ſuper tunica ſors agitatur, quia non pro hominis voluntate diuiſio fit ſpiritus ſancti. Diuiſiones enim gratiarum ſunt, ſed operatus eſt ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Intuere nunc Chriſti veſtimenta diuiſa. Vbi illa quæram? Quære in Matthæo. inuenies penes ipſum ſolum chlamydem coccineam, penes Ioannẽ veſtem purpuream, penes Marcum purpuram tantum, penes Lucam veſtem albam. Hac enim ſola pro ſua fuit portione contentus. Quantos itaq; Chriſtus ſua veſte veſtiuit: Puto autem quod nõ quatuor tantum, ſed omnes veſtiuit milites, & oĩbus abundauit. Sed reuertamur ad euangeliſtas. Iſtæ itaq; q̃tuor partes nõ ꝓtes veſtiũ, ſed q̃litates mihi videtur eſse virtutũ. Alius enim de regno ſublimius ſcripſit, alius de hominis inſtitutione diffuſius. Lucas nitorem ſibi ſacerdotalis veſtis elegit. Marcꝰ verborum textum non deſiderauit. Denicꝺ Ioannes qua ſi quaſdam intexit ſententias, quibus veſtiat fidẽ noſtrã. Nónne tibi videtur itextum illud: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipſum facta ſunt? At vero Marcus tanquam purpurę fulgore contentus, ſine vlla intextione verborum, Initium, inquit, euangelii IESV Chriſti filii dei. Ergo cætera veſtimenta diuiſa ſunt Chriſti, vel geſta vel gratia, tunica non potuit diuidi, fides ſcilicet: quoniam non pro portione ſingulorum, ſed pro iure communis eſt omniũ. Quod enim non diuiditur, ſingulis manet integrum. Et bene deſuper texta legitur. Sic enim texitur fidès Chriſti, vt de diuinis ad humana deſcendat, eò quod ante ſecula ex deo natus, poſteriore tempore ſuſceptionem carnis aſſumpſerit. Significatur igitur nobis eo, quod non debeat fides ſcindi, ſed ſolida permanere.

I

K

De duobus latronibus. vno rogante ac veniam conſequente, & altero conuitiante.

AMEN amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.) Pulcherrimum affectandæ conuerſionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur: & vberior eſt gratia quàm precatio. Semper enim plus dominus tribuit quàm rogatur. Ille enim rogabat vt memor ſui eſſet dominus cum veniſſet in regnum ſuum: dominus autem ait: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Vita eſt enim eſse cum Chriſto quia vbi Chriſtꝰ, ibi regnum. Cito igitur ignoſcit dominus, quia cito ille conuertitur. Vnde & illud ſolui videtur, quia alii duos conuitiantes inducunt latrones, iſte vnum conuitiantẽ, vnum rogantẽ. Fortaſſe & iſte prius conuitiatus eſt, ſed repente cõuerſus eſt. Nec mirum ſi conuerſo culpã ignoſcebat, qui inſultãtibus veniã relaxabat. Potuit etiam de vno pluraliter dicere, ſicut illud eſt: Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. Solus enim rex Herodes & princeps Pilatus in apoſtolorum actibus cõſpiraſſe aduerſus Chriſtum Petri voce produntur. Sic & ad Hebræos habes: In caprinis pellibus amb ulabãt, ſecti ſunt, & leonum molas obſtruxerũt. cũ ſolus Helias meloten habuiſſe, Eſaias ſectus eſse, Daniel à leonibus intactꝰ mãſiſſe doceatur. Quã execrabilis in facto iniquitas Iudæorũ, vt quaſi latronẽ crucifigerẽt omniũ redemptorẽ. Bonus tamen in myſterio latro, qui inſidiatus eſt diabolo, vt vaſa eius auferret. Myſtice tamen latrones duos populos peccatores ſignificant per baptiſmum crucifigendos eſse cum Chriſto. Quorum diſſenſio, diuerſitatem pariter credẽtium ſignat. Denique vnus à ſiniſtris, alter à dextris erat. Increpatio quoque futurum crucis ſcandalum etiã circa credentes reuelat.

Pſal.2. Heb.11.

L

De oblatione aceti, & potatione IESV.

ET acetum offerebant Iudæi.) Bene ad conſummanda omnia & corruptio ſynceritatis hauritur, vt omnia cruci quæ vitiata fuerant figerentur. Acetũ itaq; bibitur, vinũ cũ felle non bibitur: non quia fel, ſed quia admixtæ vino amaritudines recuſantur. Nam vtiq; amaritudines vitæ noſtræ & corporis conditione ſuſcepit. Denique ipſe ait: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerũt me aceto. Sed ſynceritati nõ debuit amaritudo miſceri, vt oſtenderetur ſine amaritudine futura immortalitas reſurgentium. Quæ quoniam immortalitas in vaſe coacuerat humano, reparatur in Chriſto. Ergo acetum bibitur, hoc eſt, vitium corruptæ per Adam immortalitatis aboletur in calamo, vt de corpore abſolueretur * humano. Nos quoq; vitia noſtra per incuriã mentis corporiſque concreta transfundamus in Chriſtum, transfundamus per baptiſmũ, vt crucifigamur in Chriſto. Trãſfundamus per pœnitentiam, vt ab illo nobis vini ſanguiniſq; cæleſtis incorrupta ſynceritas refundatur. Denique vbi acetum bibit, conſummata ſunt, inquit, omnia: eo quod aſsumptæ mortalitatis impletum eſset omne myſterium, & exhauſtis omnibus vitiis immortalitatis ſola lætitia remanſiſset. Et ideo ait.

M

Pſal.68.

* abſorberetur.

A De commendatione ſpiritus IESV in manus patris, & traditione eiuſdem, de tenebrarum quoque offuſione, petrarum ſciſsione, ac cæteris ſignis tunc factis.

PATER, in manus tuas commendo ſpiritũ meum.) Et bene cõmẽdatur ſpiritus, qui ſeruatur. Quod enim cõmẽdatur, vtique nõ amittitur. Bonũ ergo pignꝰ eſt ſpiritꝰ bonũ depoſitum. Vnde & ille ait. O Timothee, bonum depoſitum cuſtodi. Cõmendatur ergo patri ſpiritꝰ. Et ideo ait: Quoniã nõ dereliques in inferno animam meam. Vide autem magnum myſterium. Nunc commendat in manibus patris ſpiritum ſuum, nunc in patris gremio ſedet, quia totum alius nõ capit Chriſtũ. Denique ego, inquit, in patre, & pater in me. Commendatur ergo patri ſpiritus: ſed cum ſit in ſuperioribus, illuminat & inferna, vt vniuerſa redimãtur. Et enim Chriſtus omnia, & in Chriſto omnia, licet in ſingulis Chriſtus operetur. Caro moritur vt reſurgat, ſpiritus patri cõmẽdatur, vt cæleſtia quoq; ab iniquitatis vinculo ſoluerentur, & pax fieret in cælo, quam terrena ſequerentur. ¶ Et hoc dicto tradidit ſpiritum. Et bene tradidit, non inuitus amiſit. Denique Mattheus ait: Emiſit ſpiritum. Quod enim emittitur, voluntarium eſt: quod amittitur, neceſsarium. Propterea addidit: Voce magna. In quo vel profeſsio glorioſa, vſq; ad mortẽ ſe pro noſtris deſcendiſſe peccatis (Ergo nec ego erubeſcã fateri qđ Chriſtus non erubuit voce magna profiteri) vel euidẽs manifeſtatio conteſtantis dei ſeceſsionem diuinitatis & corporis. Sic enim habes: Clamauit IESV voce magna dicens: Deus meus reſpice me, quare me dereliquiſti? Clamauit homo diuinitatis ſeparatiõe moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera ſit, vtique mors eſse non poterat, niſi vita diſcederet, quia vita diuinitas eſt. Iã quæ ſequuntur, oſtendunt quia propter impietatem hominum finis ſeculi ſit futurus. Itaque ſignificatur per domini paſsionem occaſura præſentia, vt oriantur futura. Tenebræ igitur offuſæ ſunt oculis perfidorum, vt fidei lumen refulgeret. Sol occidit ſacrilegis vel refugit, vt funeſti ſpectaculum ſceleris obumbraret. Petræ ſciſsæ ſunt, vt per præruptа ſaxorũ oſtenderetur futurum quoniam verbi vis pectorum dura penetraret, quo facilius ex cauis petrarum illi venatores quos Hieremias prædixit, domino venarentur. Monumentorum autem reſeratio quid aliud, niſi clauſtris mortis effractis reſurrectionem ſignificat mortuorum? quorum in aſpectu fides in prõceſsu typus, quod in ſanctam prodeundo ciuitatẽ præſentium ſpecie, declarabant in illa Hieruſalem quæ in cælo eſt, futurum perenne diuerſorium reſurgentiũ. Etiam velum ſcinditur, quo vel duorum populorũ diuiſio, vel myſteriorum ſynagogæ prophanatio declaratur. Scinditur ergo velũ vetus, vt eccleſia noua fidei ſuę vela ſuſpendat. Synagogæ velamen aufertur, vt religionis interna myſteria reuelato mentis cernamus obtutu. De nique iam etiam Centurio dei filium quem crucifixerat confitetur. O duriora ſaxis pectora Iudæorum. Finduntur petræ, ſed horum corda durantur. Iudex arguit, creditur miniſter, proditor ſcelus ſuum voluntaria morte cõdemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reſeruntur: Iudæorum tamen immobilis duritia manet orbe concuſſo.

Heb.2. Pſal.15. Ioan.14. Matt.27. B C

De cõmendatione Mariæ matris diſcipulo Ioanni, & de percuſsione lateris IESV poſt mortẽ eius.

STABANT autem mulieres hęc videntes.) Stabat & mater cum ſtudio pietatis, quæ ſua pericula poſthaberet. Sed & dominus ſuſpẽſꝰ in cruce, qui ſua pericula cõtemneret, pio matrẽ commendabat affectu. Quod nõ ocioſe Ioannes pluribus proſecutus eſt. Alii enim mundum deſcripſere cõcuſsum, cælum tenebris obductum, refugiſſe ſolẽ. Addiderunt Matthæus & Marcus, qui humana atque mortalia vberius proſecuti ſunt: Deus deus meus reſpice me, quare me dereliqſti? vt ad crucem Chriſti ſuſceptionem pertineriſse crederemus cõditionis humanæ. Lucas autem competenter aſseruit latroni veniam ſacerdotali interceſsione donatam, & Iudæis perſequentibus eodem mũnere indulgentiam poſtulatam. Ioannes ergo qui plenius diuina penetrauit myſteria, non immerito laborauit, vt quæ deum generauerat, manſiſse eam virginem declararet. Solus ergo me docet, quod alii nõ docuerunt, quem admodum in cruce poſitus appellauerit matrem, pluris putans quod victor ſuppliciorum atque pœnarum, victor diaboli, pietatis officia diuidebat, quã quod regnum cæleſte donabat. Nã ſi religioſum eſt quod latroni venia donatur à domino, multò religioſiꝰ eſt quod mater honoratur à filio. Nec præpoſtertim iudicetur, qđ prius latronis abſolutionẽ quã matris appellationẽ ſcripſi. Qui enĩ venerat ſaluos facere peccatores, nõ abſurdum ſi prius in meis ſcriptis ſuſceptũ munus in redimẽda ſalute peccatoris ſpleuit. Denique ipſe ait: Quę eſt mater mea, & qui ſũt fratres mei? Quia nõ venerat vocare iuſtos, ſed peccatores. Sed ibi pro loco, hic & in cruce non immemor matris, appellat eã dicẽs: Ecce filius tuus. Et Ioanni: Ecce mater tua. Teſtabatur de crũce Chriſtus, & teſtamentum eius ſignabat Ioannes. Dignus tanto teſtatore teſtis. bonum teſtamentum non pecuniæ, ſed vitæ: quod nõ atramento ſcribitur, ſed ſpiritu dei viui. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribẽtis. Sed nec Maria minor, quæ, vt matrem Chriſti decebat, fugientibus apoſtolis ante crucẽ ſtabat, & piis ſpectabat oculis filii vulnera, quia expectabat nõ pignoris mortẽ, ſed mũdi ſalutem. Aut fortaſſe quia cognouerat per filii mortem mũdi redẽptionẽ, aula regalis putabat ſe & ſua morte publico muneri aliquid addituram. Sed IESVS nõ egebat adiutore ad omnium redemptionem quia dixit: Factus ſum, ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Suſcepit quidem matris affectum, ſed nõ quæſiuit hominis auxilium. Habemus igitur pietatis magiſtrũ. Doceat lectio quid maternus debeat affectus imitari, quid ſequi reuerentia filiorum, vt illæ ſe offerant in filiorum periculis, illis amplius ſolicitudo materna, quã ſuæ mortis mœſtitia ſit dolori. Quo loco vbertimũ teſtimoniũ Mariæ virginitatis perhibetur. Neq; enim abrõgaretur vxor marito, cum ſcriptum ſit: Quod deus cõiũxit, homo non ſeparet. Sed quę pro myſterio cõiugium prętexuit, completis myſteriis iam coniugio nõ egebat. Aut ſi moralia ſequimur, in mœrore caſtitas imperatur. Myſticũ tamẽ eſt quod cõmendatur Ioãni inter cæteros iuniori: quod nõ ocioſis auribus debemus accipere. Periculoſa eſt enim mulieribꝰ copula adoleſcẽtis, & ſpecies iuuẽtutis, ne qua fortaſſe curioſa exẽpli, incurioſa myſterii, quæ luxuriari in Chriſto cupiens, Mariam ſpecie prætẽdat, nõ imitetur affectu, ſicut vulgus nũc male audit mulierũ, relicto ſeniore marito vt iuniorẽ ſeq̃tur. Diſcat ergo eccleſię hoc eſse myſterium quę populo ſeniori ſpecie ante copulata, non vſu, poſteaquã peperit verbum, & in corporibus ac mentibus hominum per fidẽ crucis & ſepulturã dominici corporis ſeminauit, ex præcepto dei ſocietatẽ populi iunioris elegit. Quero etiã cur ante mortẽ nõ inueniamus eſse peculiũ, poſt mortẽ inueniam? niſi forte vt volũtatiꝰ magis q̃ neceſsariꝰ exitꝰ eius fuiſse doceatur, & ordinẽ miſticũ noueriſmus, qa nõ ãte altaris ſacramẽta quã baptiſmũ, ſed baptiſmũ ãte, ſic poculũ. Deinde vt aduertamus qa licet corporis eiꝰ fuerit natura mortalis, licet q̃litas ſimilis, diſsimilis tamẽ gratia. Nã vtiq; poſt mortẽ ſanguis in noſtris corporibus cõgelaſcit. Ex illo autẽ incorrupto licet corpore, ſed defuncto, omnium vita manabat. Aqua enim & ſanguis exiuit, illa quæ diluat, iſte qui redimat. Bibamus ergo precium noſtrum, vt bibendo redimamur.

Ioan.19. Pſal.87. E F Mat.12. Ioan.19. Pſal.44. Mat.19.

De ſepultura corpis Ieſu, & diligẽtia mulierũ circa illã.

G VID etiã vult quod nõ apostoli sed Ioseph & Nicodemus Christum sepeliunt, vnus iust⁹ & constans, alter in quo dolus non erat? Talis enim Christi est sepultura, quæ fraudem iniquitatemque nõ habeat. Obstruitur igitur tergiuersandi locus, & domestico Iudei testimonio reuincuntur. Nam si apostoli sepelissent, dicerent vtique non sepultum, quẽ raptum esse dixerunt. Iustus autem Christi corpus operit sindone, innocens vngit vnguento. Namque hęc nõ ociose distincta reperimus, quia iustitia vestit ecclesiam innocentia gratiam subministrat. Vesti ergo & tu domini corpus gloria sua, vt & ipse sis iustus. Etsi mortuum credis, operi tamen diuinitatis proprię plenitudine. Vnge illud myrrha & aloe, vt bonus odor Christi sis. Bonũ Iosephi nuncium misit Ioseph ille vir iustus, & fortasse illud quod Petrus vidit è cælo ad se esse demissũ, in quo erãt genera quadrupedum & ferarum & volucrum, ad similitudinẽ gentilium figurata. Mystico igitur vnguento illo pystico consepelitur ecclesia, quæ diuersitatem populorũ fidei suæ cõmunione sociauit. De hoc Ioseph in Ioãne solo inuenio, quòd occultus venerit ad Pilatum, propter metum Iudæorum. Quomodo iustus latebrã periculi timore quæsiuit? Ergo autẽ puto quòd ideo occulte petierit, vt corpus ipetraret, nõ vt periculũ cauere. Et tamẽ H q̃d mirũ si occultabatur iustus, quando occultabãtur & apostoli iustorũ magistri? Veni & tu vel sero, vel nocte, vel quacunq; hora: quãdocũq; veneris, inuenies IESVM ad suscipiendũ paratum, nec minorẽ serius venientibus mercedẽ pia largitate soluentẽ. Nã & qui sexta horam venit, non est mercede fraudatus: & qui vndecima, plenitudinem mercedis accepit. Sed etiam Nicodemus nocte venit. Nox erat quia adhuc non erat resurrectio. Denique Rom.13. resurrexit Christus, & iustus ait: Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Hunc Ioseph iustum Lucas dixit, Matthęus diuitem. Et merito diues hoc loco dicitur, vbi corpus susceptt Christi. Suscipiendo enim diuitem, nescium fidei paupertatem. Diues est ergo qui iustus est, Iustus igitur sindone inuoluit. Israelita vero & diuersos misces virtutum odores, & aloes mittit quasi libras centum, hoc est, perfectæ fidei quantitatem. Et ligauerunt corpus IESV iuxta consuetudinem spiritalium Iudæorum: non vtique nodis perfidiæ, sed fidei ligaturis. Et posuerunt eum in horto, cui frequenter ecclesia compatur, quæ diuersorum habet poma meritorum, floresque virtutum. Nec ociose alius monumentum nouum I dixit, alius monumentum Ioseph. Non habebat igitur Christus tumulum suum. Etenim tumulus his paratur qui sub lege sunt mortis, victor mortis tumulum suum nõ habet. Quæ enim cõmunio tumulo & deo? Denique Ecclesiastes ait de eo: Qui meditatur in bonis, & sepultura non est illi. Specialis igitur præter communem omnium mortem mors Christi est, & ideo non cum aliis sepelitur, sed solus tumulo includitur. Omnia enim in similitudinem hominum habuit incarnatio domini, sed similitudo erat cum differentia. Natus est ex virgine similitudine generationis, dissimilitudine conceptionis. Curabat ægros, sed imperabat. Aqua Ioannes baptizabat, hic spiritu. Et mors ergo Christi communis secundum naturam corporis, specialis secundum virtutem. Quis autem est Ioseph cuius in tumulo ponitur? Vtique ille iustus. Bene ergo Christus in monumento ponitur iusti, vt habeat filius hominis vbi caput suum reclinet, & iustitiæ habitatione requiescat. Bene autem nouo, secũdum literam quidem, ne alius suscitatus à perfidis dicePsalm.5. retur. Mystice vero quid posumus intelligere, nisi forte quia legimus: Sepulchrum patens est guttur eorum? Ergo sepulchrum patens est guttur hominis, in quo perfidia letalis & mortua verba conduntur, quod per vetustatem & icursionẽ aliquam bestiarum fatiscit & soluitur. Est ergo econtrario monumẽtum in se cretis hominum, quod sibi in pectoribus duritiæ gentilis penetrabili verbo iustus excidit, fidei atque doctrinæ K operibus expolitum, vt prætenderet in nationibus virt⁹ Christi. Cui pulcherrime lapis admotus est, ne pateret. Quicunque enim in se bene humauerit Christũ, diligẽter custodiat, ne eum perdat, ne ve perfidiæ sit ingressus. Vides enim quia Petrus & Ioannes priores intrare meruerunt. Denique Ioãnes ipse non antequã crederet introiuit. Et bene in petra excisũ dicitur, hoc est, in fidei firmamento, de qua veri Israelitæ dulcedinem mellis & oleũ spiritale suxerunt. Sepelierunt enim Christum iustus & qui deum vidit. Non enim sepeliunt Christum, nisi qui deum credunt. Non omnes possunt sepelire Christum. Denique quamuis religiosæ mulieres, longe stãt: sed qa religiosæ, locum diligenter obseruant, vt vnguẽta afferant, & superfundant. Solicite tamen & à monumento posteriores recedunt, & ad monumentum priores reuertuntur. Etsi deest constantia, non deest diligẽtia. Sexus nutat, deuotio calet.

De deuotarum mulierum atque discipulorum ad monumentum aduẽtu, angelorum quoque apparitione, ac L dubitationibus circa hæc occurrentibus.

DENIQVE resurrectionis tempore præsto sunt & cum viri fugarentur, solæ tamẽ ab angelo nemeant admonentur. Petrum euocant studio priores, sed posteriores fiducia. Denique ille sine metu aduenit, & cõstanter qui posterior venerat, prim⁹ ingreditur q̃si, q̃ claues regni vt aliis aperiret accepperat. Terræ motus autem fidelibus resurrectio est, imperitis metus. His, quia pigrum corpus à mortis sopore secommouet: illis, quia tremore corporis & terrena mobilitate turbati, à resurrectionis fide & credulitate descisc unt. ¶ Mane autem sabbati venerunt valde tempore ad monumentũ.) Magna oritur hoc loco plerisque dubitatio. Nam etsi non videntur euangelistæ dixisse contrario, tamen diuersa dixerunt. Si quidem hic, Mane valde tempore. Marc⁹, Valde mane: Matthæus, Vesperę sabbatii Ioannes, Prima sabbati cum adhuc tenebræ essent, mulieres ad monumentum venisse dixerũt. Deinde hic duos viros, Marcus vnum iuuenẽ in albis sedentẽ, Matthæus vnum angelum. Ioannes duos angelos in albis sedentes visos esse memorarũt. Postremo, quod vix enodabile videatur, Ioãnes scripsit dictum Mariæ Magdalenæ: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meũ. Matthęus occurrisse dominũ scripsit Mariæ Magdalenæ, & alteri Mariæ, & illas accessisse & tenuisse pedes eius, & adorasse, euidentissima descriptione digessit. Quomodo ergo soluendum, nisi quatuor euangelistas de diuersis quatuor putes dixisse temporibus, vt & personas alias mulierum, & alias coniicias visiones? Denique aliæ cum vnguẽto prima sabbati veniunt, aliæ fine vnguẽto vespe sabbati. Istarũ nomen exprimitur, illę de Galilæa secutę dominũ designãtur. Quo loco ne quẽ spinosę interpretationis in fine offendat asperitas vbi suauia præsumpta sunt: æstimate iam nos complẽdi sermonis vela submittere, quoniam ad portum venim⁹ & nauis quæ cursu concito maria transmeauerit, vbi litori cœperit appropinquare, latentia cautium cursu perstringit infracto. Ergo ne tanquam inerti gubernatori inarenis littoris sermo mihi hæreat, tanquam vada cęca legam, lentandum iter quàm præcipitandũ arbitror, quo minus rimosa nobis fatiscat oratio.

M
Marc.16.
Mat.28.
Ioan.20.

De hora dominicę resurrectionis, & de Maria Magdalena, vtrũ vna vel plures: De manifestatiõe prȩterea domini IESV post eius resurrectionem.

PRIMVM igitur illud spectandũ est, quid est quòd scriptum est, vespere autem sabbati quę lucescit Matt. 28. in prima sabbati, resurrexisse dominum. Sic enim habes, quia vespere sabbati venit Maria Magdalena & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce

A terræ motus fact⁹ est magnus. Non enim die sabbati,) nam siluerunt die sabbato secundum mandatum) sed post sabbati diẽ, nocte vtique resurrexit. Denique quæ mane venerunt, licet valde tempore, tamen iam dominum resurrexisse cognouerunt. Sic igitur temperandũ est, vt nec; mane dominica quæ est prima post sabbatũ, neque sabbato resurrectio facta credatur. Nam quomodo triduum cõpletur? Nõ ergo vesperascẽte die, sed nocte vespere resurrexit. Denique Græcus sero dixit, hoc est, ὀψέ. Sero autẽ & horam significat in occasũ diei, & cuiusque rei significat tarditatem, quomodo si dicas, Sero mihi suggestum est. id est, tarde. Sero venit, idest, qui post præstitutum tempus aduenit, licet mane sequenti die venerit, sero est tamen vbi agẽdi tempus emẽcas, Sero sum est. Est & sero tempus noctis profundũ; vt si di ad lucubrandum surrexit, id est, non vespertino tempore, sed profunda nocte surrexi. Vnde & mulieres ad monumentum accedendi habent facultatem, iã vtique custodibus quiescentibus: & ipsi custodes terrentur, amplius, qđ vsu uenit sõno excitis. Postremo etiã principes sacerdotum congregati cum senioribus, nocte id factũ esse confirmant, dicentes custodibus. Dicite quia Matt.28. discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus: Ex tempore enim quod à custodibus cõpererunt, argumentũ fraudis arripiunt. Nam & Ioannes mane, cum adhuc tenebræ essent. Mariam Magdalenam ad se & ad Petrum venisse significat, & tamen ignaram factæ resurrectionis inducit. Nam vtique si ad uesperascente die facta esset, statim potuit innotescere.

B Mane est, & adhuc Pẽtrus nescit, nescit Ioannes. Numq̃d patiebatur dominus diutius torqueri discipulos suæ mortis incerto, ad quos statim angelus domini gestæ rei nuncias mulieres destinauit? Et vt scias nocte factum, mulieres aliæ nesciunt, aliæ sciunt. Sciunt quæ obseruarũt noctibus & diebus, nesciũt quæ recesserũt. Nescit vna Magdalenę Maria secundũ Ioannem, scit altera Maria Magdalenæ secundũ Matthæum. Nam eadem & ante scire, & postea nescire non potuit. Ergo si plures Mariæ, plures fortasse etiam Magdalenę: cum illud personę nomen sit, hoc locorum. Denique alteram esse cognosce. Illa admittitur pedes domini tenere, tangere dominum, ista prohibetur. Illa angelum videre meruit, hæc primo quum venit, neminem vidit. Illa discipulis Dominum resurrexisse nunciauit, ista raptum esse significat: illa gaudet, hæc plorat. Illi in gloria sua iam Christus occurrit, hæc adhuc mortuum quærit, illa dominũ vidit & credidit, hæc non potuit agnoscere cum videret. Illa fideli adorabat spiritu, hæc dubio mœstificabatur affectu. Merito nimirum prohibetur tangere dominũ.

C Non enim corporali tactu Christum sed fide tangimus. Nondum enim, inquit, ascendi ad patrẽ meum, hoc est, nondum tibi ascendi, quæ viuentẽ cum mortuis quęris. & ideo ad fortiores mittitur, quorum credere discat exemplo, vt illi resurrectionem prædicent. Sicut enim in principio mulier auctor culpæ viro fuit, vir executor eroris: ita nunc quæ mortem ptior gustauerat, resurrectionẽ prior vidit, culpæ ordine, remedio prior. Et ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret, quæ culpã viro transfuderat, transfundit & gratiã, veteriscq; lapsus compensat erumnã resurrectiõis indicio. Per os mulieris mors antè processerat, per os mulieris vita reparatur. Sed quia constantia ad prædicandũ inferior sex⁹, ad exequendũ infirmior: viris euangelizãdi mandatur officium. Nam sicut mulierum per IESVM non solũ culpa soluitur, sed etiam multiplicatur gratia, vt pluribus suadeat quę vnum ante deceperat: ita & vir, qui temere ante crediderat, fœneratum munus recuperare debuit: vt qui sibi ipse fuerat ad credendum lubricus, fieret aliis ad prædicandũ idoneus. Sed aduertamus ipsa . Ioan.20. verba mandati. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: ad D um meum, & deum vestrum. Quomodo non ascenderas domine IESV? Quemadmodum aberas, qui in man⁹ patris compendaueras spiritum? Aut quando abesse potes, qui semper in patre es, cum patre semper? Denique ipse dixisti. Si descendero in infernum, ades. Si sum Psal.138. pscro pennas ante lucem; & habitem in extremo maris: etenim illuc manus tua deducet me. Aut quomodo ascendens * abesse potes, qui vbique semper es? Descendisti quidem filius hominis, neo patri cum descenderas, abfuisti: sed descendisti nobis, vt te oculis ac mentibus videremus, vt in te crederemus. Ergo & ascende nobis, vt te sequamur mentibus, quem oculis videre non possumus. Ascendisti apostolis, quibus dixisti: Qui me videt, videt & patrem. Denique Ioannes vbi te quæreret, Ion.14. sciuit. Apud patrẽ quęsiuit, & reperit. Et ideo ait: Et verbum erat apud deum. Ascendisti & Paulo, qui non contentus solus te sequi, nos quoque docuit quẽadmodum Ioan.1. te sequamur, & vbi te reperire possimus, dicens. Si ergo cõsurrexistis cum Christo, quæ sursum sũt quærite; vbi Colos.3. Christus est ad dexteram dei sedens. Et ne oculorũ magis hoc quàm animorũ putaremus officiũ, addidit: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Ergo non supra terram, nec in terra, nec secundũ carnem te quærere debemus, si volumus inuenire. Nunc enim secun- 2.Cor. 9. dum carnem iam non nouimus Christum. Denique Stephanus non supra terrã quæsiuit, qui stantem te ad de- Ioan.20. xteram dei vidit. Maria autem quæ quærebat in terra, tãgere no potuit. Stephanus tetigit, quia quæsiuit in cælo. Stephanus inter Iudæos vidit absentem, Maria inter ãgelos non vidit præsentem. Sed quare non potuerit illa tangere, Euangelista ipse nos docuit, dicens: Quia cum E te videret, nesciebat quia tu es. Sic enim habes: Conuersa est retrorsũ, & vidit IESVM stantẽ, & nesciebat quia Actuu. 7. IESVS est. Merito tangere non potuit, quæ videre non poterat: nã q videt, tangit. Itaq; quid interfit inter illam & hãc Mariã, scriptura distinguit. Illa occurrit vtiESVM videat, hæc retrorsũ cõuertitur: ille saluatur, hæc redarguitur. Denique sic habes: Dicit ei IESVS: Mulier. Quæ non credit, mulier est, & adhuc corporei sexus appellatione signatur. Nam quæ credit, occurrit in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, carens iam nomine seculi, corporis sexu, lubrico iuuentutis, multiloquio sene & utis. Dicit ergo IESVS: Mulier quid ploras? Quasi dicat. Non lachrymas nudas deus, sed fidem exigit. Bonæ lachrymæ, si Christum agnoscas. Quem quæris? inquit. Molimina enim sera domi nus condẽnat. Sed bene addidit, Quem quæris? non quo iste dubitet quẽ requirat, sed quia illa quẽ quærebat, ignoret. Non enim Christum quęrit, quem putat raptum. Adest Christus quemadmodum quæritur. Nescitur ergo qui queritur, quando non agnoscitur cum videtur. Denique Christum videbat, & ortulanum putabat. Sic enĩ habes: Illa existimãs ea ortulanus esset, ei dixit: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum. & ego eum tollam. Etsi fide incerta, tamen sermone nõ lubrica: et si ortulanum putauit, tamen dei filium desi- F gnauit: & si adhuc non credat, tamen affectat vt credat. Ipse enim corpus fulit, qui suscitauit. Ergo veniabilis error mulieris, quæ licet dubitare non debuit Christi corpus per gloriam resurrectionis assumptum, doceri tamen gestit à Christo, & fidem suam iam deuota promittit, vt & ipsa illud iam tollat è terris, & ad dexteram dei quærat. Denique post hæc verba nõ mulier, sed iam Maria vocatur. Aliud est enim commune vulgi nomen aliud speciale personę Christum sequentis. Et ad discipulos licet nondum arbitra, plenæ tamen fidei nuncia destinatur. Prohibetur autem tangere, quia nondum inhabitare in Christo corporaliter plenitudinẽ diuinitatis sicut Paul⁹ acceperat: nõdũ euacuauerat lubricũ seculi, carnis ambiguũ: nõdũ vitam vixerat Christi.

G Denique iſta nec adorat dominũ, nec pedes tenet, ſicut illa Maria: in qua vtique non tam obſequium corporale, quàm plenæ fidei deſignatur affectus, quod Chriſtũ & hominem & deum credat. Deus eſt enim qui adoratur, homo autem qui tenetur. Non igitur tangi dominus faſtidit à fœmina, cuius & Maria pedes vnxit vnguento: nec tactum dedignatur, ſed profectum docet, quia non omnes Chriſtum poſſunt tangere reſurgentẽ quem tetigerunt in hac vita & corpore commorantẽ. Qui vult Chriſtum tangere, ſua membra mortificet, & reſurrectu ro ſimilis induat viſcera miſericordiæ, non ambigat renunciare terrenis. Quid eſt igitur, Noli me tangere? Noli manum adhibere maioribus, ſed vade ad fratres meos, hoc eſt, ad perfectiores. Quicunque enim fecerit vo
Mat.12. luntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus & frater, & ſoror, & mater eſt. Quia reſurrectio non facile niſi à perfectioribus capi poteſt, fundatioribus huius fidei prę rogatiua ſeruatur. Mulieribus autem docere in eccleſia
1.Cor.14. non permitto, domi viros ſuos interrogent. Ad eos er-
1.Tim.2. go mitto, qui domeſtici ſunt: & accepit præſcripta mãdata. Nec fugit hoc loco ſenſiſſe quoſdã ideo Chriſtũ noluiſſe tangi, quia nondum receperat typum * quẽ cõ
*ſpiritũ. mendauerat patri, quaſi adhuc eum tangere non deberet. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, de-
Ioan.20. um meum, & deum veſtrum. Bene diſtinxit, quia mulieri loquebatur. Nõ enim communis nobis natura cum Chriſto, niſi conditionis humanæ. Illi pater generatione propria, nobis adoptione voluntaria: illi per naturã, nobis per gratiam: illi deus vnitate myſterii, nobis poteH ſtate cæleſti. Dicit aliquis: Quomodo ergo Thomas cũ adhuc nõ crederet, tetigit tamen Chriſtum? Sed illi non de reſurrectione domini, ſed de reſurrectionis videtur qualitate dubitaſſe: & tactu ſuo debuit me docere, ſicut docuit & Paulus. Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptionem, & hoc mortale induere immortalitatem, vt incredulus credat, & cunctator dubitare non
1.Cor.15. poſsit. Facilius enim credimus quod videmus. Habuit autem admirandi cauſam Thomas, cum videret clauſis omnibus per inuia ſepta corporibus inoffenſa compage corpus inſertum. Et ideo mirum quomodo ſe natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inuiſibili aditu, viſibili conſpectu: tangi facilis: difficilis æſtimari. Denique ¶ Conturbati diſcipuli ęſtimabãt ſe ſpiritum videre.) Et ideo dominus, vt ſpeciem nobis reſurrectionis oſtenderet, ¶ Palpate, inquit, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.) Non ergo per incorpoream naturam, ſed per reſurrectionis corporeæ qualitatem imperuia vſu clauſa penetrauit. Nam quod tangitur, corpus eſt: quod palpatur, corpus eſt: in corpore autem reſurgemus. Semi-
I natur enim corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale. Sed illud ſubtilius, hoc craſsius, vtpote adhuc terrenæ labis qualitate concretum. Nam quomodo non corpus, in quo manebant inſignia vulnerum, veſtigia cicatricum, quæ dominus palpanda obtulit? In quo non ſolum fidẽ firmat, ſed etiam deuotionem acuit, quod vulnera ſuſceptа ꝓ nobis cælo inferre maluit, abolere noluit, vt deo patri noſtræ precia libertatis oſtenderet. Talem ſibi pater ad dexteram locat, trophæum noſtræ ſalutis amplectans, tales illic martyres nobis cicatricis ſuæ corona monſtrauit. Et quoniam ſermo huc noſter vſque eua ſit, conſideremus qua gratia ſecundum Ioannem crediderint apoſtoli, qui gauiſi ſunt: ſecundum Lucã quaſi increduli redarguantur: ibi ſpiritum ſanctum accepe rint, hic ſedere in ciuitate iubeantur, quoadуſq; induan tur virtute ex alto. Et videtur mihi quaſi Apoſtolus maiora & altiora tetigiſſe, hic ſequentia & humanis proxima: hic hiſtorico vſ9 circuitu, ille cõplendio: quia & de illo dubitari nõ poteſt, qui teſtimonium perhibet de iis quib9 ipſe interfuit, & verũ eſt teſtimoniũ ei9. Et ob hoc quoque, qui Euangeliſta eſſe meruit, vel negligentię, vel mendacii ſuſpitionem æquum eſt propulſari. Et ideo ve K rum putamus vtrumq;, non ſententiarũ varietate, nec ꝓ ſonarũ diuerſitate diſtinctum. Nã etſi primo Lucas eos nõ credidiſſe dicat, poſtea tamẽ credidiſſe demonſtrat: & ſi prima conſideremus, cõtraria ſunt: ſi ſequentia, certum eſt conuenire. Ipſa igitur ſcripturæ verba cõſideremus. Sic ait Ioannes: Et gauiſi ſunt diſcipuli viſo domi- Ioan.20.
no. Dicit ergo his iterum: Pax vobiſcũ, ſicut miſit me pater, & ego mitto vos. Et cum hoc dixiſſet, inſufflauit his & dixit: Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorum, remiſeritis pec cata, remittuntur his: & quorũ retinueritis, retenta ſunt. Lucas autem dicit: ¶ Et quomodo cognouerũt eum in fractione panis. Cum hæc autem loquũtur, ipſe ſtetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis, ego ſũ, nolite timere. Cõturbati vero & conterritiæſtimabant ſe ſpiritũ vi dere.) Et poteſt videri hic plures fuiſſe: ſed quia & hic ſero reſurrectionis die, nã adueſperaſcente iam die qui fuerant ingreſſi manere cũ domino, vbi ille ſe repente ſubtraxit, eadẽ hora ad diſcipulos hi duo remeaſſe pro duntur, quando palpandum ſe obtulit: & ſecundũ Ioan nem ſero die illa vna ſabbatorum inducitur apparuiſ- L
ſe diſcipulis, & vulnera obtuliſſe palpanda: ne quid ãbiguitatis afferret, putauimus diligentius requirendum. Videtur enim ſeparatim ſe iſtis vndecim demõſtraſſe, ſicut ſe Ammaoni & Cleophæ ſeorſum iam veſpere demonſtrauerat: & quemadmodum iſti duo, ita etiam videntur illi vndecim ad cõfirmãdos reliquos conuenire potuiſſe. Denique cõturbati ſunt, vt habes ſecundũ Lucã. Et ideo. ¶ Aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ea quę ſcripta ſunt.) Hunc autẽ loquacius ꝓ, illũ ſuccinctiꝰ ſcri
† latius. pſiſſe non dubium eſt. Quomodo enim ſoli Cephæ viſũ dicerent, ſi ab õnibus erat viſus? Sed ſicut ex mulierib9 Mariæ, & alii Mariæ Magdalenæ, ita ex viris Petro viſus
1.Cor.15. eſt primo mane. Et Paulus ſic ait: Tradidi enim vobis in primis, quia Chriſtus mortu9 eſt ſecundum ſcripturas & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas, & viſus eſt Cephæ. Et ideo Marcus ſpecialiter induxit iuuenem mandantem vt Petro & diſcipulis
Mat.16. dicerent mulieres, quia ſurrexit dominus. Petrus ergo vidit ſolus dominum. Deuotio enim parata ſemper & prompta credebat, & ideo ſtudebat frequentiora fidei ſigna colligere. Alibi cum Ioãne, alibi ſolus, vbique tanem impiger currit, vbique aut ſolus, aut primus: nõ cõtentus vidiſſe quæ viderat, repetit intuenda: & quærendi
M domini amore ſucceſſus, nõ ſatiatur videndo, Vidit eũ ſo l9, vidit cũ vndecĩ, vidit cũ ſeptuaginta, vidit & quando thomas credidit, vidit cũ piſcaretur: ſed nõ vidiſſe con tẽtus, ſpatiens deſiderii, negligens captionis, immemor periculi, non tamen immemor reuerentię, vbi dominũ vidit in littore, veſte ſe texit, ſerum æſtimans ſi cum cęteris nauigio peruenireт. Sic cum in mari dominus ambularet, ſuper vndas maris naturæ ſuæ oblitus occurrit. Sic cum à Iudæis dominus teneretur, aduerſum turbas gladiũ ſolus exeruit. Sic & nũc cum dominus ſtetiſſet ĩ littore, periculoſo cõpẽdio religioſũ maturauit obſequium. Non eſt igitur dubium credidiſſe Petrũ, & credi diſſe quia dilexit, dilexiſſe quia credidit. Vnde & cõtri ſtatur quia tertio interrogatur: Amas me? Is enim interrogatur, de quo dubitatur: ſed dominus nõ dubitabat ꝙ iterrogabat, nõ vt diſceret, ſed vt doceret: quẽ eleuãd9
Ioan.21. in cælum, amoris ſui nobis velut vicarium relinquebat. Sic enim habes: Symon Ioãnis diligis me? Vtique tu ſcis domine quia amo te. Dicit ei IESVS: Paſce agnos meos. Bene conſcius ſui nõ ad tẽpus aſsumptum, ſed iã dudũ deo cognitũ Petrus teſtificatur affectũ. Quis eſt alius qui de ſe hoc facile profiteri poſsit? Et ideo quia ſol9 ꝓfitetur ex omnibus, omnibus antefertur. Maior enim omnib9 charitas. Illud quoque diligentibus intuendum, cur cum dominus dixerit, Diligis me: ille reſpondet, Tu ſcis domine quia amo te. In quo videtur mihi dilectio habere ănimi charitatem, amor quendam æſtũ cõceptũ

A corporis ac mentis ardorem: & Petrum opinor nõ ſolũ animi, ſed etiam corporis ſui circa dei cultũ ſignare flagrantiã. Denique tertio dominus non iam, Diligis me? ſed, Amas me? interrogauit: & iam nõ agnos, vt primo, quodam lacte veſcendos, nec ouiculas, vt ſecundo, ſed oues paſcere iubetur perfectiores, vt perfectior guberna ret. Et ideo quaſi perfecto in oĩbus, quẽ caro iã reuocare non poſſet à gloria paſsionis, corona decernitur. Cũ eſſes, inquit, iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extẽdes manus tuas, & alius te
lias, Ion gingtate. præcinget, & ducet quò tu nõ vis. Bona ſenectus, nõ vitę longæuitate imbecilla ad vſum, ſed maturitate virtutis ad martyriũ præparata, quæ laſciuiam corporalium re primat voluptatũ, nec indulgeat cupiditatibus, dulcia
Gala.5. quæque declinet, ſpecioſa non appetat. Caro enim concupiſcit aduerſum ſpiritum, & tranſuerſarios tramites gradiendi quà velit, diuerſatũ ſibi inuenit voluptatũ. Bona vero mẽtis ſenectus, quæ nõ id qđ ſuaue corpori, ſed quod menti vtile putat, eligit: nec voluptario corpo ris rapitur appetitu, ſed repugnandi moderamine quaſi inuita reuocatur. Ergo & Petrus etſi paratus erat animo ſubire martyrium, tamen vbi periculum aduenit, conſtantiam mẽtis inflexit. Capit enim nos ſuauitate ſui cęleſtis vſus muneris. Nam quis martyrium nõ eligeret, ſi libenter mori poſſet? Ergo & Petrus videtur nolle, ſed
B parat vincere. Et quid mirum ſi Petrus nolit, cum dominus dicat: Pater, ſi fieri poteſt, tranſfer à me calicem hũc veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat? Denique poſt tentationem præſumptiõis ſuæ Petrus iam non audet voluntatis perſeuerantiam polliceri, ſed quaſi ad ſolatium ſui conſortium quærit alterius. Tot igitur adducti virtutis exemplis, Petrum credimus nõ potuiſſe dubitare. Ioãnem quoque credidiſſe manifeſtum eſt, dum ſaluatorẽ videret: qui iam tũc credidit, poſteaquã vacuũ corporis vidit ſepulchrum. Cur ergo Lucas inducit fuiſſe turbatos? Primo omnium, quia paucorum opinione ſententiam maioris partis includit. Deinde quia & ſi Petrus de reſurrectione crediderat, turbari tamen potuit, cum videret quod ſe dominus cũ corpore in ea quę veſtibulis obſeratis & obſtructis erant ſepta parietibus improuiſus infunderet. Lucas vero hiſtoricè ſingula ꝓ ſecutus eſt, & ille finem ſpectauit, hic ſeriem. Nã vtique dicendo, Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ea
C quæ ſcripta ſunt: etiam ipſe diſcipulos credidiſſe profitetur. Spiritum autẽ ſanctũ vel illis vndecim quaſi perfectioribus inſufflauit, & reliquis poſtea tribuendum eſſe promittit: vel iiſdem ibi inſufflauit, hic ſpondet. Nec videtur eſſe cõtrarium, cum diuiſiones gratiarum ſint.
1.Cor.12. Alii enim datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſciętiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodẽ ſpiritu, alteri gratia curationum, alii genera linguarũ. Ergo aliam inſufflauit ibi operationem, hic aliam pollicetur. Ibi enim remittendorum gratia tributa eſt peccatorum, quod eſſe videtur anguſtius: & ideo inſufflatur à Chriſto, vt credas ſpiritum Chriſti, & credas de deo ſpiritum. Deus enim ſolus peccata dimittit. Lucas autem linguarũ gratiã deſcripſit effuſam. Denique ibi habes:
Ioan.20. Accipite ſpiritum ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remiſſa erũt. At vero in Actibus apoſtolorũ ſic habes: Et
Actũ. 2. repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, quomodo ſpiritus dabat loqui his. Diuerſitas autem viſionum, frequentiã famulantium ſignificat angelorũ, iuxta quod dominus ipſe promiſerat, dicẽs:
Ioan.1. Et videbitis angelos deſcendentes & aſcendentes ad filium hominis. Atq; vtinam cum Euangelii fine noſter quoq; ſermo claudatur. Cur ſecũdum Matthæũ & Marcum mandat diſcipulis: Præcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis, ſecundum Lucam vero & Ioannẽ etiã
1.Cor.15. intra conclaue obtulit ſe videndum? Et quidem quod ſe videndum frequenter obtulerit, & pluſquã quingẽtis fratribus, & Petro, & Iacobo, etiam Apoſtolico probauimus teſtimonio. Et Lucas in Actib. apoſtolorum docuit Actuũ. b
D quod diſcipulis manifeſtauerit ſe viuere poſt paſsionẽ ſuam, in multis argumentis apparens his, & diſputans de regno dei. Ergo qui ſæpius & diuerſis apparuit, cum in Galilæa quando ſit viſus, nequaquã præſcriptũ ac definitum tempus ſcriptura ſignauerit, in Hieruſalem quãdo ſe obtulerit, & diem & horã expreſserit, timidiores intra conclaue viſitantur, fortiores ad montem conue-
Matt.28. nerunt. Denique intra cõclaue oſtiis clauſis inducit Ioannes diſcipulos congregatos propter metum Iudæorum, quos non vndecim Lucas, ſed plures ſcripſit fuiſſe. Iſtos autem Matthæus vndecim ſolos in Galilæa conuenire ſe non filuit. Denique ſic habes: Vndecim autẽ diſcipuli abierunt in Galilæã, in montẽ vbi conſtituerat illis IESVS, & videntes eum, adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Quibus docendi & baptizandi tribuit poteſtatem. Vndecim quoque diſcumbentibus diſcipulis & Marcus in fine apparuiſſe ſcribit, quando ſimiliter prædicandi his per totum orbem mandat officium. Vnde hoc conuenientius arbitror, quod dominꝰ quidem mandauerit diſcipulis vt in Galilæa ſe videret ſed illis metu intra conclaue reſidẽtibus, primum ſe obtuliſſe, poſtea vero cõfirmatis animis vndecim illos Ga
E lilæam petiſſe. Vel certe hoc quoque diligentibus ſcriptoribus placuiſſe reperio: nihil obſtat ſi dicamus pauciores intra conclaue, in monte complures fuiſſe.

EXPLANATIONIS SANCTI AMbroſii in Euangelium ſecundum Lucam liber decimus explicit.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

PRAEFATIO.

PRINCIPIA RERVM REQVIrenda ſunt, vt notitia earum poſſit haberi. Tũc enĩ facilius poterit cauſæ ratio declarari, ſi eius origo diſcatur. Si ergo Epiſtolę dãtę modũ oſtẽderim9, poteſt verũ videri quod dicim9. Cõſtat tẽporib9 apoſtolorũ Iudæos, ꝓpterea qđ ſub regno Romano agerẽt, Romę habitaſſe, ex qb9 hi qui crediderãt, tradiderant Romanis, vt Chriſtum ꝓfitentes, legẽ ſeruarent. Romani autẽ audita fama virtutũ Chriſti, faciles ad credẽdum fuerũt, * vtpote prudẽtes + Hæc nõ Nec immerito prudentes, qui male inducti, ſtatim ſe cor cohęrent: rexerũt, & mãſerũt in eo. Igitur ex Iudæis credẽtes, & im Opinor probe ſentientes de Chriſto, legẽ ſeruãdã dicebãt, quaſi fuiſſe ſcri non eſſet in Chriſto ſal9 plena. Ideo negat illos ſpiritu- ptũ, Facialem gratiã conſequutos. Hi ſunt qui & Galatas ſubuer- les ad creterũt, vt à traditione Apoſtoli recedentes, Iudaizarẽt. dendũ fue Quibus ideo iraſcitur Apoſtolus, quia docti bene, facile runt, ſed fuerunt traducti. Romanis autẽ iraſci nõ debuit, ſed lau male indudare fidẽ illorũ: quia nulla virtutũ vidẽtes inſignia, ſuſcti, ſtatim ceperũt fidẽ Chriſti, quãuis corrupto ſeſu: nõ enĩ audie. ſe correrãt myſteriũ crucis Chriſti. Propterea quibuſdã de Iuxerunt & dæa in vrbem Romã aduenientibus, ſicut Priſcilla & Amanſerũt quila, de edenda carne & nõ edenda quæſtiones fiebãt. in eo, vt Igitur quatuor modis ſcribit Romanis. Hi enim caput pote pruſunt omnium gentium, vt in his diſcant cæteri, arguens dentes Igi ab initio genus hominũ, partim phyſica ratione, partim tur. &c. per legem. Primus modus eſt, quo ſe oſtendit quid ſit,

G & cuius ſit,& quid fuerit prius: quo & hæreſes percutit.
Secundus modus eſt,quo arguit quod naturę ratione nō
ſe ſubiecerint vni deo: & quæ inhoneſta & turpia egerint, deſpecti ob hoc à deo,vt gratulentur credentes.
Tertius modus eſt,quòd datam legem ſpreuerunt: vnde
anteponit Græcis Iudæos. Quartus modus eſt,quo docet Iudæos exorbitaſſe à lege & prophetis,in cauſa Chriſti ſimiles factos gentibus,vt vtrique indigeāt miſericordia dei,non per legem ſperando ſalutem,ſed per fidē IESV Chriſti. Vnde omni induſtria id agit, vt à lege eos
tollat,quia lex & prophetæ vſque ad Ioānem, & in ſola
fide illos Chriſti conſtituat,& quaſi contra legem Euan
gelium vindicat:non deſtruēs legem,ſed præferens Chri
ſtianiſmum. Oſtendit enim ſic promiſſum Chriſtū, vt
illo adueniente lex ceſſaret:non tota, quia abbreuiatio
legis facta eſt, quæ compendio daret ſalutem. Multa enī
veteribus tradita ſunt propter duritiā cordis illorum,
vt oneri eſſent, quæ miſericordia dei abbreuiauit, per
Chriſtum data prēteritorum remiſsione. Ingratus eſt enim miſericordiæ dei,qui vult eſſe ſub lege, Nam dixerat Moyſes: Sic timentes facies filios Iſrael,vt quācūque
ſe verterent,legem haberent, vt ſine ſolicitudine omni
no non eſſēt. Vt igitur in Chriſto ſine lege ſpē vitæ ſalu
H tisque ponendam tradat, & ipſum eſſe dominum omnium doceat,ſic incipit:

CENSVRA.

SCITO lector,argumenta quæ præferuntur epiſtolis,nō eſſe Ambroſii,ſed inepti cuiuſpiam conſarcinatoris. In hoc autem argumento prodigioſa erat exemplariorum varietas, vt facile liqueret hic ſcribas ſuo arbitratu luſiſſe,velut in ſuo campo. Si quis legat argumenta quæ feruntur in Bibliis Hieronymi titulo,mox deprehendet aliquot huius rhapſodi centones. Qui vtinam non ſimiliter luſiſſet in ipſis commentariis.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS ſeruus IESV Chriſti.) Apud veteres noſtros ratione ōnia cōponebātur, vt Iſaac propter riſum,& Iacob ,pter calcaneum: ita & iſte propter inquietudinem Saulus eſt nuncupatus. Poſtquàm autem credidit,ex Saulo Paulum ſe dicit,hoc eſt,immutatum.
I Et quia Saulus ſecundum ſupradictum ſenſum,inquietudo ſeu tētatio interpretatur,hic cum ad fidem Chriſti acceſſit, Paulum ſe dicit:id eſt quaſi ex tentatore factum quietum,humilēmque,vel paruulum, & quia pax
eſt fides noſtra. Cum priùs enim tētationes ex inquietudine Iudaiſmi dei ſeruis inferret, poſt ipſe tentationes paſsus eſt propter ſpem,quam antè amore Iudaiſmi negarat. Seruum autem IESV Chriſti ſe profitens,à lege ſe exutum oſtendit. Et ideo vtrunque poſuit,id eſt, IESV Chriſti: quia in vtroque eſt dominus, ſicut & Petrus apoſtolus teſtatur,dicens: Hic eſt omnium dominus. Quia ergo & dominus,eſt & de⁹. Et ſicut Dauid dicit: Quia dominus ipſe eſt,quod hæreſes negāt. Marcioni enim videtur odio legis Chriſtum & corpus eius negare, IESVM profiteri: Iudæis autem & Fotino propter zelum legis IESVM negare quod deus ſit. Nam
quotienſcunque aut IESVM dicit aut Chriſtum, aliquā
do deum,aliquando hominem ſignificat: ſicut hoc loco
inter cætera: Et vnus,inquit,dominus IESVS, per quem
oīa,quod vtiq; ad dei filium pertinet iuxta quod de⁹ eſt
1.Cor.8. Et alio loco: IESVS autem,inquit, proficiebat ætate &
ſapientia,quod vtique homini cōpetit. ¶ Vocatus Apoſtolus.) Propter quod deum cognouit & fatetur, factus idone⁹ ſeruus,promotū ſe oſtendit,dicēs. Vocatus
Apoſtol⁹,hoc eſt,à domino miſs⁹ ad res ei⁹ agēdas. Per
Mat.12. quod oſtendit hunc meritum habere apud deū,qui ſeruit nō legi,ſed Chriſto. Domin⁹ eſt enim fili⁹ hominis etiam ſabbati: ¶ Segregatus in euangelium dei.) Euan- K
gelium dei eſt bonum nuncium, quo peccatores ad idul
gentiam conuocantur. Apoſtolus autem quoniam in Iudaiſmo locum doctoris habebat,vtpote phariſæ⁹, ideo
à Iudaiſmi prædicatione ſegregatum ſe dicit in Euange
lium dei,vt à lege diſsimulās,Chriſtum prædicaret: qui
quod lex non potuit,credentes in ſe iuſtificaret: ſed nō
cōtra legē,ſed ꝓ lege eſt. Ipſa enī hoc dicit futurū,dicēte Eſaia propheta. Veniet ex Sion qui eripiat & auertat
captiuitatem ab Iacob, & hoc illis à me teſtamentum,
cum abſtulero peccata eorū. ¶ Quod antè ꝓmiſserat.)
Vt probet ratam & integram fidei ſpem eſse in Chriſto,
iam prius Euangelium eius dicit à deo promiſsum: vt ex
eo idoneum illum ſponſorem vitæ doceret, priuſquàm
veniret, teſtimonium ei datum oſtendit, paria teſtāte Pe
tro apoſtolo. Nec enim aliud datū eſt, inquit, nomē ſub Actuū.4.
cælo,in quo oporteat ſaluos fieri. ¶ Per prophetas ſuos.) Vt manifeſtius ſalutarem eſse aduentum Chriſti ſignificaret, etiam perſonas per quas promiſsiōem ſigna
uerit,demonſtrauit,vt quā vera & magnifica ſit promiſsio,ex his videretur. Nemo enim rem vilem magnis præ
curſoribus nunciat. ¶ In ſcripturis ſanctis. Hoc ad cumulum veræ proteſtationis adiecit,vt maiorem fiduciā
credentibus faceret, & legem commendaret. Sanctę
enim ſunt ſcripturæ,quæ vitia damnāt, & ſacramentū L
illic vnius dei & incarnationis continetur filii dei pro
ſalute humana,teſtib⁹ ſignorū ꝓdigiis. ¶ De filio ſuo.)
Dignum fuit vt quia deus filium ſuum proprium mundo promittebat,per claros viros illum promitteret,vt
ex iis quā potentiſsimus eſset qui prædicabatur, poſſet
ſciri,vt ſcripturis ſanctis aduentū eius futurū inſereret,
& vt falſū nō poſſet videri quod à ſanctis prædicatū eſt
ſcripturis. ¶ Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecūdū
carnem.) Eum qui erat dei filius ſecundū ſpiritum ſanctum,id eſt,ſecundū deum: quia deus ſpiritus eſt,& ſine
dubio ſanctus eſt: factum dicit iuxta carnem dei filium Ioan.1.
ex ſemine Dauid, iuxta illud: Et verbum caro factum
eſt,vt iam vnus ſit dei & hominis filius Chriſtus IESVS.
Qui enim ex æterno dei filius erat,ignorabatur autem à
creatura: dum vult manifeſtari pro humana ſalute,viſibilis debuit & corporeus fieri, qa & cognoſci ſe voluit
per virtutem,& hominē peccatis abluere in carne mor
te deuicta. Et ideo ex ſemine Dauid fit,vt ſicut de deo
deus ante ſecula natus eſt,ita & ſecundum carnē ex rege ortum regium caperet,factus opere ſpiritu ſancti de
virgine,hoc eſt natus,vt reuerentia ei reſeruata, ex hoc
vltra hominē cognoſceretur, qui ab humanę legis natiuitate diſtaret, ſicut prædictū fuerat ab Eſaia propheta M
Ecce virgo in vtero concipiet. &c. vt cum nouum factū
videretur,ac laude dignū, prouidentia quędā dei circa Eſaiæ.7.
viſitationē humani generis futura dinoſceretur. ¶ Qui
prædeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundū ſpiritum
ſanctificationis ex reſurrectiōe mortuorū IESV Chriſti
domini noſtri.) Filiū dei dicēs,patrē ſignificauit deū. Ad
dito autē ſpiritu ſanctificationis, oſtendit myſteriū trinitatis. Hic ergo qui incarnatus quid eſset latebat. tunc
prędeſtinatus eſt ſecundū ſpiritū ſanctificationis, in vir
tute manifeſtari fili⁹ dei,cū reſurgit à mortuis,ſicut ſcriptū eſt in pſalmo. 84. Veritas de terra orta eſt. Oīs enim
ambiguitas & diffidentia, reſurrectione eius calcata eſt
& cōpreſsa. Siquidē adhuc in cruce poſitum, Centurio
vidēs magnalia,dei filiū confitetur. Nam & diſcipuli in
morte eius dubitauerunt, dicente Cleopha in Emaus: Nos putabam⁹ quia ipſe erat q incipiebat liberare Iſra
el. Ipſe enim dominus ait: Cum exaltaueritis filiū homi Lucæ.24.
nis,tūc cognoſcetis qa ipſe ego ſū. Et iterū: Cū exaltatus Ion.8.
fuero à terra,ōnia trahā ad me. id ē, tūc cognoſcar oīm Ioan.12.
eſse domin⁹. Ideo autē nō dixit ex reſurrectione IESV
Chriſti, ſed ex mortuorū, qa reſurrectio xp̄i generalē
tribuit reſurrectionē. Hęc enī maior videtur virt⁹ ī Chriſto & victoria, vt ea poteſtate oparetur mortu⁹, qua ope

A ratus fuerat & viuus. Quo facto apparuit illuſiſse mortem, vt redimeret nos: vnde dominū noſtrū hūc vocat.
¶ Per quem accepimus gratiam & apoſtolatū ad obedendum fidei in omnib⁹ gētibus pro nomine eius.) Poſt reſurrectionē manifeſtatus filius dei in virtute, gratiam dedit, iuſtificās peccatores, & apoſtolos nominauit: quorū ſchicet ſociū dicit, vt apoſtolat⁹ eū gratia eſset doni dei nō ſicut Iudæorū ſūt apoſtoli. A deo ergo patre ꝓ Chriſtū dominū hāc acceperunt poteſtatē, vt vice domini ſignis doctrinā dominicā acceptabilem facerēt, & virtutē quā in ſaluatore zelarētur perfidi Iudei, hāc in ſeruis eius à turbis admirari videntes, vehementius torquerētur
Teſtis enim doctrinæ virtus eſt, vt qa qđ prędicatur, incredibile mūdo eſt, geſtis fieret credibile. Miſsos igitur apoſtolos vocat vt prædicarēt fidē omnibus gētibus, vt obedirēt, & ſaluarentur: vt dominū dei nō iam ſolis Iu
2.Cor.5. dæis, verūetiā omnibus gentibus conceſsū videretur: & hanc eſse dei voluntatē, vt in Chriſto, & per Chriſtū omnib⁹ miſereatur, vicariis eius prædicantib⁹, hoc eſt, pro nomine eius: ſicut alibi dicit: Pro quo legatiōe fūgimur.
¶ In qb⁹ eſtis & vos vocati IESV Chriſti.) Hoc eſt legatiōe nobis fungētib⁹ in ōnibus gētib⁹ pro nomine IESV Chriſti, inter quos eſtis & vos vocati: quia donū dei
omnibus miſsum eſt, vt cum audiūt ſe inter cæteros vocatos, ſcirent ſe ſub lege agere non debere, quia ſine lege Moyſi ſuſceperunt cæteræ gētes legem Chriſti. ¶ Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei vocatis ſanctis.) Quā
uis Romanis ſcribat, illis tamē ſcribere ſe ſignificat, qui in charitate dei ſunt. Qui ſunt hi, niſi qui de dei filio rectè ſentiunt? Iſti ſancti ſunt, & vocati dicuntur. Sub le
B ge enim agentes, malè intelligūt Chriſtum, & iniuriam deo patri faciunt, cum an in Chriſto perfecta ſpes ſalutis ſit, dubitāt: ideo ſancti non ſunt, neque vocati dicūtur. ¶ Gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domi-
Lucæ.10. no IESV Chriſto.) Gratiam & pacē cum iis dicit eſse q recte credunt. Gratia eſt, quia à peccatis abſoluti ſunt: pax vero, quia ex ipiis reconciliati ſunt creatori: ſicut dicit dominus: In quācunque domum introieritis, & rece
perint vos, dicite, Pax huic domui. Et ſine Chriſto nullam eſse pacem & ſpē doceret, adiecit, gratiā & pacem non ſolum à deo patre eſse, ſed & à Chriſto IESV. Deū patrem noſtrum dicit propter originē, quia ab ipſo ſūt ōnia: Chriſtū autē dicit, quia eius ſanguine redēpti, facti ſumus filii dei.

PRIMVM quidem gratias ago deo meo per IESVM Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Finita præfatione ante omnia gaudium ſuum eſse teſtatur, vtpote gē
tium Apoſtolus, quod cum Romani regnent in mundo ſubiecerint ſe fidei Chriſtianæ, quæ prudentibus ſeculi humilis & ſtulta videtur. Cum ergo multa eſsent ex qui
C bus gauderet in Romanis: erant enim doctrinæ memorabiles, & boni operis cupidi, ſtudioſique magis agendi benè, quàm ſermonis, qđ nō lōge eſt à religiōne diuina: in hoc tamen primum ſe gaudere dicit, quia fides illorum in omni loco currebat: quanuis non ſecundum regulam ab authorib⁹ traditæ veritatis, tamē quia quod ab vno deo erat, interpoſito nomine Chriſti cœperant venerari, gratulatur ſciens illos poſſe ꝓficere. Per quod etiam charitatem ſuam circa illos oſtendit, quando cō gaudet bono cœpto illorum, & hortatur ad profectū. Gratias ergo agere ſe dicet deo ſuo duntaxat, quia adhuc illorum nō erat plene, quia ex ipſo eſt omnis pater nitas: ſed quia omnis diſpoſitio ſalutis noſtrę à deo quidem, ſed per Chriſtum eſt, non per legem, neque per aliquem prophetam, gratias quidē ſe agere dicit deo, ſed per Chriſtum: quia fama fidei illorum erat profectus multorum, vt hoc ipſum ad dei prouidentiam referat per Chriſtum. Aut enim gaudebant roborati, qui crediderant: cæteri, quia videbant principes ſuos factos Chri
ſtianos: aut certè qui non crediderant, poterant credere D
horum exemplo. Facile enim facit inferior, quod fieri viderit à priore. ¶ Teſtis enim mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filii eius, quod ſine intermiſsione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.) Vt ſuadeat charitatem, deum teſtē dat, cui ſeruit. Ad quem & precem pro his facit, non in lege ſeruiendo, ſed in Euangelio filii eius: hoc eſt, non in eo quod Moyſes ſeruus tradidit, ſed in eo quod filius dilectiſsimus docuit: vt quantum diſtat ſeruus à domino, tā
tum diſtet Euangelium à lege: nō quod mala ſit lex, ſed quia melius eſt Euangelium. Deo itaque ſeruit in euangelio filii eius, vt oſtendat dei eſse voluntatem vt crēdatur in Chriſtum. Et ſeruio. Quomodo? In ſpiritu meo inquit, nō in circunciſione manufacta, neque in neomeniis, & ſabbato, & diſcretione eſcarum, ſed in ſpiritu id eſt, in mente. Quia enim deus ſpiritus eſt, ſpiritu vel animo poti⁹ debet illi ſeruiri. Cui enim animo ſeruitur, ex 2.Cor.3.
fide illi ſeruitur. Hæc & dominus fatus eſt ad Samaritidem putantem quòd in monte adorari ſe deus velit, dicens: Venit hora & nūc eſt, quod veri adoratores adora- Ioan.4.
būt patrem in ſpiritu & veritate. Etenim pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt deus. Adorantes ergo, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Et non locus orationem commendat, ſed deuotus animus: hoc eſt in veritate adorare in ſpiritu deum ſpiritū & Chriſtum vnū
ex quo omnia, & vnū per quem omnia. Hos quęrit adoratores pater. Memorem ergo ſe illorum in orationib⁹ E
ſuis flagitat, vt ſeminet in illis charitatem. Facit enim illis deſiderium ſui. Quis enim non amet eum quem audit memorem ſui eſse? Si enim ab iis qui miſſi non erāt libenter acceperant doctrinā ſub nomine Chriſti adulteratis verbis, quantò magis ab eo quem ſcirent eſse Apoſtolum, & cuius verba comitaretur virtus, deſiderarent audire? ¶ Obſecrans ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.) Orationis ſuæ pro illis ſenſum oſtendit. Deum enim ſe dicit petere, vt veniret ad vrbē, ad profectū illorum cum dei voluntate, cuius prædicat donum. Tūc enim profectus adeſt, ſi quod agendum eſt, cum dei voluntate agatur. Orat ergo vt quacūque excauſa iam detur occaſio qua veniret ad vrbem, quia occupatus erat aliis prædicando, Sic proſperum iter imputans, ſi deo volente veniret, quia prouida eſt dei voluntas. Proſperum ergo iter eſt, non incaſsum laborem itineris ſubire. Hoc rogat vt deus impleat vocando illos ad ſuam gratiā. Auiditate animi loquitur. Deſiderat enim illos, ſciens & illis & ſibi prodeſse: ſicut alibi dicit. Quod eſt 1.Theſ.2.
gaudium noſtrum & corona? Nónne vos in aduētu domini? Fructus enim Apoſtoli eſt vberior, ſi lucretur multos. Præterea quia maius gaudium eſt ſi potentes mun F
di conuertantur ad deum: quia quantò inimici graues ſunt, tantò magis reconciliati neceſsarii. Voluntati itaq; eius ſic occaſio data eſt, vt coactus appellaret Cæſarem, & dirigeretur ex alia cauſa ad vrbem Romam, deo volēte, vt impleret propoſitum voluntatis ſuæ. Denicq; in naufragio poſito aſtitit dominus, dicens: Noli time- Actu.23.
re Paule, Sicut enim teſtificatus es de me Hieroſolymis, ita & Romæ. ¶ Deſidero enim videre vos, vt gratiam ſpiritalem vobis adminiſtrem ad confirmandos vos. Confirmatio hæc tres perſonas requirit, annuentis, dei, miniſtrantis Apoſtoli, accipientis populi. Nunc ergo deſideriſui voluntatē oſtendit, quonā eſset voto circa illos. Cum enim dicit: Vt gratiam ſpiritalē vobis miniſtrē, carnalem illos ſenſum aſsecutos ſignificat: qa ſub nomine Chriſti non illa quę fuerant aſsecuti, ſed ea quę fuerant à Iudæis tradita. Se antē cupere citius venire, vt ab hac illos traditione abſtraheret, & ſpiritale illis traderet donum, vt acquirat illos deo: ptícipes illos faciens gratię ſpiritalis, vt in ꝓfeſsiōe & fide ſua eſsent perfecti. Hinc datur intelligi ſuperius

G non fidem illorum laudasse, sed facilitatem & votũ cir
ca Christum. Christianos enim se profitentes, sub lege
agebant simpliciter, sicut illis fuerat traditum. Nam mi
sericordia dei ad hoc data est, vt lex cessaret: quod sepe
iam dixi: quia deus consulẽs infirmitati hũanę, sola fide
addita legi naturali, hoĩm genus saluari decreuit. Quid
est, quod cũ scriptis illos corrigat, & à carnali sensu abs
trahat, præsentiam suam necessariã dicit, vt gratiam il-
lis spiritalem ministraret, cũ quæ scribit spiritalia sint:
nisi quia aliter dicta ad aliud solent rapi, sicut ab hæreti
cis fit: Ideo desiderat vt præsens doctrinam Euãgelicam
sensu quo scribit, his tradat, ne sub authoritate literarũ
eius non auferretur error, sed firmaretur: quippe cũ pre
sens quę verbis suadere non poterat, suaderet virtute, vt
magis illis proficiat aditis. ¶ Id est simul consolari in
vobis per eam quæ inuicem est fidẽ vestrã atque meã.)
Consolari se dicit cũ illis, si apprehendãt spiritalia: quia
quãuis congaudeat fidei illorum, dolet tamen quia non
rectã accipiebãt fidem. Hoc affectu fuit Apostolus, vt ali
ena vitia quasi sua doleret. Ac per hoc consolemur, in-
quit, per vnam atq; eandẽ fidẽ, vt tunc consolatio vna sit
si vnius fidei efficerentur in Christo, vt administratio
gratiæ spiritalis euangelizãte Apostolo hunc præstaret
effectum.

H NON autẽ arbitror vos ignorare fratres, ꝙa sæpe ꝓ
posui venire ad vos, & prohibit⁹ sũ vsq; adhuc.)
Propositum & votum suum ostendit, quod qui-
dẽm scire illos non ambigit per eos fratres qui
ab Hierusalem vel confinibus ciuitatibus causa suæ reli
gionis ad vrbẽ veniebant, sicut Aquila & Prisćilla, votũ
ei⁹ insinuantes Romanis. Cum enim sæpe vellet venire,
& prohiberetur, sic factum est vt scriberet epistolam, ne
diu in mala exercitatione detenti, non facile corrigeren
tur. Et fratres eos vocat, non solum quia renati erãt, sed
quia erant inter eos, licet pauci, qui recte sẽtirent. Vnde
dicit. Vocatis sanctis. Quid tamẽ est, Vocatis sanctis? Si
enĩ iam sancti sunt, quomodo vocantur vt sanctificẽtur
Sed hoc ad *dei* petinet præscientiam, quia quos scit de⁹
futuros sanctos, iam apud illum sancti sunt, & vocati ꝑ
manent. Prohibitum tamen se dicit vsque ad tempus
datæ epistolæ, à deo vtique, qui sciens adhuc imparatos
illos, ad alias vrbes direxit Apostolum, quę iam ad reci-
piẽdã veritatem essent capaces, quãuis sub nomine age-
rent saluatoris: sed vitiis prohibebantur carnalibus, ne
digni iam essent addiscere spiritalia. Denique volentes
aliquando in Bithyniam ire, prohibiti sunt à sancto ſpi-
Actu.16. ritu Paulus & Sylas. Cur, nisi sciret adhuc effectum deesse
I se? Apud Corinthios autẽ cõmonetur Apostolus, dicẽte
domino: Loquere, ne tacueris, quia populus mihi mul-
Actu.18. t⁹ est in hac ciuitate. Non ergo ociosẽ prohibitum se di
cit, sed & causas morarum discreuit. Et hos vt se præpa
rarent adhortatus est, vt audientes sibi gratiam spiritalẽ
ministrandam fore, dignos se efficerent, à vitiis carna-
libus abstinentes, ad excipiẽdam eam. ¶ Vt aliquem fru
ctum habeam & in vobis, sicut & in cæteris gentibus.)
Pro vtilitate communi cupidum se veniendi ad hos de-
clarat, vt & hi salutem spiritalis gratiæ cõsequãtur, ra
tam habentes fidei suæ professionem, vt hic fructum ha
beat apud deum ministerii sui, per quod lacesset illos
ad fidem rectam exemplo cæterarum gentiũ. Prõptior
enim fit quis ad rem sibi traditã, si illi multos videat as-
sentire. ¶ Græcis & Barbaris, sapientibus & insipienti-
bus debitor sum.) Debitorem se dicit horum quos me-
morat, quia ad hoc missus est, vt omnibus prædicaret:
per quod etiam omnes significat debitores. Confiteri
enim creatorem deum, ex quo omnia, & per quem o-
mnia, debitus & honor est, & salus confitentis. Græcos
enim gentiles posuit, sed eos qui Romani dicantur siue
natione, siue adoptione. Barbaros vero eos qui Roma
ni non sunt, quorum genus aduersum est, & nõ sunt gẽ
tiles. Sapientes autem illos dixit, qui mundanis ratio-
nibus eruditi, sapientes vocantur in seculo, dum aut si- K
derum speculatores sunt, aut mẽsuris, aut numeris, aut
arti Grammaticæ studẽt, aut Rhetoricæ, aut musicæ. His
omnibus ostendit nihil hæc prodesse, nec vere sapien-
tes esse, nisi credant in Christum. Stultos vero hos dixit
qui simplicitatem sequẽtes, harum rerum imperiti sunt.
His omnibus missum se prædicare testatur. De Iudæis
autem tacuit, quia magister gentium est, Ac per hoc de-
bitorem se profitetur, quia ad hoc accepit doctrinam, vt
tradat: & cum tradit, acquirat. ¶ Itaque quod in me
est, promptus sũ & vobis qui Romę estis, euangelizare.)
Quanuis missum se prędicare omnibus dicat gentibus
promptum tamẽ se Romanis asserit tradere Euangeli-
um gratiæ dei, apud quos regni Romani caput & sedes
est. Ad membrorum enim vtilitatem pertinet vel requi
em, si caput inquietum non fuerit. Ideo Romano-
rum pacem optat, vt non multum se iactet Satanas, &
vberiores fructus habeat operis sui. ¶ Non enim eru-
besco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni
credenti. Hoc dicto illos tangit à quibus acceperãt non
rectam fidem. Apostolorum tamen doctrinã virtus com
mendabat, vt quia incredibile videbatur quod prædi-
cabatur, signa & prodigia ab apostolis facta, testimo-
nio essent non diffidendũ de iis quæ ab illis dicebantur, in quibus tanta virtus inesset. Nulli enim dubium
verba virtuti cedere, ac per hoc, quoniam illorum nul-
la visa erant portentia, prædicatio illorum sine virtute
dei erat. Ideóque nõ se dicit erubescere Euangeliũ dei,
illos autem erubescere, quia quod illis tradideratˌ in re-
prehensionem veniebat, nec quoquam testimonio fir-
mabatur, & discordabat à doctrina apostolica. Virt⁹ igi
tur dei est, quæ inuitat ad fidem, & dat salutẽ omni cre-
denti, dum peccata donat, & iustificat, vt à secunda mor
te detineri non possit signatus mysterio crucis. Prædi-
catio enim crucis Christi inditium est mortis enitæ, di
cente apostolo Ioanne: Ad hoc enim venit filius dei, vt
soluerat opera diaboli, vt omnis credens non teneatur
à morte, quia signũ habet quod victa mors est. ❧ Iudęo
primũ, & Græco. Id est, huic qui est ex genere Abrahæ,
& huic qui ex gẽtibus. In Græco enim gẽtilẽ significat, ĩ
Iudęo vero eũ qui ex genere sit Abrahæ. Nã Iudæi ex tẽ-
pore Iudę Maccabæi dici cœperunt, qui in causa cladis
restitit sacrilegiis gẽtiũ, & fiducia dei collegit populũ, &
defendit genus suum. Fuit autem ex filiis Aaron. Quã-
uis ergo præponat Iudæum causa patrum, tamen simili
ter etiã ipsum indigere dicit dono Euangelii Christi. Si M
ergo & Iudæus non iustificatur nisi per fidem Christi IE
S V, quid opus est esse sub lege? ❧ Iustitia enim dei re-
uelatur in eo ex fide in fidẽ.) Hoc dicit, ꝙa in illo ꝙ credit, siue Iudæus sit, siue Græcus, iustitia dei reuelatur. Iu-
stitia dei dicit, quia gratis iustificat impium per fidem
sine operibus legis, sicut alibi dicit: Vt in illo inueniar
non habens eam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ Philip.3.
ex fide est. Quæ ex deo est iustitia in fide, ipsam iusti-
tiam dicit reuelari in euangelio, dum donat homini fi-
dem, per quam iustificetur. Ostenditur enim in eo veri-
tas & iustitia dei, dum credit & profitetur. Iustitia est dei
quia quod promisit, dedit. Ideo credẽs hoc esse se cõse-
cutum quod promiserat deus per prophetas suos, iustũ
deum probat, & testis iustitiæ eius. Ex fide in fidẽ. Quid
aliud est ex fide in fidẽ, nisi quia fides dei est in eo quod
de se repromisit: & fides hominis, qui credit promittẽti,
vt ex fide dei promittentis in fide hominis credentis dei
iustitia reueletur? In credente enim iustus deus appa-
ret: in eo autem qui non credit, iniustus videtur. Negat
enim veracem deum, qui nõ credit deum dedisse quod
promisit. Hoc contra Iudæos loquitur, qui negant hunc
esse Christum, quod promisit deus. ❧ Sicut scriptũ est:
Iustus autem ex fide viuit.) Propterea ad exemplum
prophetæ Abacuch se conuertit, vt declaret olim osten- Abac.2.
sum iustum ex fide non ex lege viuere: hoc est, nõ iustifi

A cati hominem apud deum per legem, sed per fidem. Vi-
ta enim ex fide non hæc præsens est, sed futura: quia iu-
stus ex fide viuit, sed apud deum.

REVELATVR enim ira dei de cælo in omnẽ impie-
tatem & iniustitiã hominũ eorum qui veritatẽ dei
in iniustitia detinẽt.) Sicut enim in illo qui credit
iustitia dei reuelatur, sicut supra memorauiˌ ita &
in eo qui non credit, impietas & iniustitia reuelatur. Ex
ipsa enim cęli fabrica iratus illi deus videtur. Idcirco e-
nim tam pulchra astra cõdidit, vt ex iis quantus & quãm
admirabilis creator eorũ est, posśit agnosci, & sol⁹ ado
rari. Vnde scriptum est in psalmo. 18. Cęli enarrant glo
riam dei, & opera manuum eius annũciat firmamẽtum.
Per naturalem ergo legem reum facit genus humanũ.
Potuerunt enim id per legem naturæ apprehendere, fa-
brica mũdi testificante authorẽ deum solũ diligẽdum,
quod Moyses literis tradidit: sed impii facti sunt non co
lendo creatorem: & iniustitia in eis apparet, dum viden
tes dissimulant à veritate, non facientes vnum deum.
¶ Quia quod notum est dei, manifestum est in illis.) Nõ
titia dei manifesta est ex mundi fabrica. Vt enim deus,
qui natura inuisibilis est, etiã visibilꝰ posśit sciri, op⁹
B factum est ab eo quod opificẽ visibilitate sua manifesta-
ret, vt per certum incertum posśit sciri: vt per hoc quod
cęteris impossibile est, ille esse deus omniũ crederetur,
qui hoc op⁹ fecit. ¶ De⁹ enim illis manifestauit, hoc est
opus fecit, per quod posśit agnosci fides. Inuisibilia enĩ
eius à creatura mũdi, per ea quæ facta sunt, intellecta cõ
spiciuntur.) Idem sensus est, quem repetit, vt absolutius
doceat: quia cum per se potentia & maiestas dei creatu-
ræ oculis aspici non posśit, opere mundi intellecta con
spiciuntur. Hoc igitur genere reos facit eos qui si-
ne lege vixerunt & naturæ, & Moysi. Consuetudine e-
nim peccandi obruerunt legem naturæ, obliti sunt me-
moriam eius. Legem autem quæ ad reformationem da
ta fuerat, ꝓcipere noluerũt, vt duplici modo obnoxii fie
rent damnationi. ¶ Sẽpiterna quoq; eius virtus & diui-
nitas, ita vt sint inexcusabiles.) Vt omnino excusari im
pietas non posśit, adiecit etiam virtutes dei, & diuinitatẽ
sempiternam cognitam esse ab hominibus & stupore
quodam hebetatse ad honorandum deũ: quem & esse &
operari ad vtilitatem suã nõ ignoratẽt. Ea enim quæ hu-
manis vsibus euoluto anno gignuntur, ipsum decreuis-
se nulli indubiũ venit. AEterna ergo virtus eius Chri-
stus est, quia instituit quæ nõ erant, & in eo manẽt. Cui⁹
si dudum persona agnita non est, opera tamẽ manifesta
sunt. Diuinitas vero, qua in opere sibi decreto perseue-
rant elemẽta rerum, vt sint inexcusabiles. Multis enim
modis qui reus conuincitur, excusari non potest.
¶ Quoniam cum cognouissent deum, nõ sicut deũ ma
gnificauerunt, aut gratias egerunt.) Vsq; adeo nõ igno
rauerunt, vt faterentur vnum esse principium, à quo o-
C mnia initium sortita sunt, cælestia & terrestria, & infer-
na: & hunc vnum esse qui omnibus decreuerit proprie-
tates & officia naturaliter: & hæc scientes non egerunt
gratias. De anterioribus loquitur, vt præsentes & futu-
ros corrigat. ❧ Sed euanuerunt in cogitationibus suis.)
Euanuerunt. Videtes enim mundũ miro ornatu aptatũ
ab eo quẽ eius opificẽ cognouerant, dissimulauerunt.
❧ Et obscuratum est insipiens cor eorum.) Nebula er-
roris texit cor illorũ, qa cũ creatorẽ ex iis quę fecit pul-
chra, plus amplius honorificare debuerint, obtusi sunt
relicto illo, hoc solum sibi dicẽtes sufficere ad salutem
¶ Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.) Sa-
pientes enim se arbitrãtur, quia rationes physicas inue-
stigare putant, scrutãtes cursus syderũ, & qualitates ele-
mentorum, dominũ autẽ horũ spernentes. ideo stulti fa
cti sunt: cùm si hæc laudanda sint, quantò magis creator
illorum? Solent tamen pudore pulsi neglecti dei, misera
vti excusatione, dicentes per istos posse ire ad deum, si-
sunt per comites peruenitur ad regem. Agè, nũquid tam
demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, vt honori D
ficentiam regis vendicet comiti, cum de hac re si qui eti
am tractare fuerint inuienti, iure vt rei damnẽtur maie-
statis? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis
dei deferunt creaturæ, & relicto domino conseruos ado
rant, quasi sit aliquid plus quod seruetur deo. Nã & ideo
ad regem per tribunos aut comites itur, quia homo vti-
que est rex, & nescit quibus debeat rempublicam crede
re. Ad deum autem) quem vtique nihil latet, omnium e
nim merita nouit) promerendum suffragatore nõ opus
est, sed mente deuota. Vbicunq; enim talis locutus fue-
rit ei, respondebit illi: Et mutauerunt gloriam incorru-
ptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis homi
nis.) Sic obcæcatũ est cor illorũ, vt maiestatem inuisibi-
lis dei, q̃ ex his factis agnouerãt, nõ hominib⁹, sed, quod
peius est, & inexcusabile crimen, in similitudinem ho-
minum mutarent, vt forma corruptibilis hominis deus
ab his vocetur, hoc est, simulacrum hominis: vt quos vi-
uos numine donare non audent, mortuorum imagines
in gloriam dei recipiant. Quanta ægritudo, quanta stul
titia hos se sapientes appellare ad suam damnationem,
apud quos plus mortui possunt q̃ viui, & mortui potio- E
res sunt vinis? A viuo enim deo recedẽtes, mortuis fauẽt
in quorum numero sunt, sicut scriptum est: Mortalis fin
git mortuum manibus iniquis. Hoc de huiusmodi sapi-
entia Salomonis dictum est.
¶ Et volucrum & quadrupedum & serpentium.) His
subiectis, cumulauit ad pœnã hebetudinis vt, vltra stul-
titiam & vanitatem sint huiusmodi. Sic enim dei maie-
statem & gloriam minuerunt, vt horum quę minima &
parua * sunt, similitudini, dei honorificentiam darent. * praua.
Primi enim Babylonii deum vocauerunt figmentum
Beli cuiusdam, quondam hominis mortui, qui principa
tum in eos dicitur egisse. Coluerunt & serpentem dra-
conem, quem occidit Daniel homo dei, cuius similitudi
nem habent. AEgyptii autem colebant quadrupedem
quam dicebant Apin, in similitudinẽ vaccæ: quod malũ
imitatus est Hieroboam, vaccas instituens in Samaria,
quibus sacrificarent Iudæi: & volucres, quia Coracina sa
cra habent pagani. Harum tamen omnium rerum quas
memorauiˌ simulacra coluerunt AEgyptii, & alia quæ
nunc dicere nõ est necesse. Hæc ab his facta sunt, qui se
sapientes æstimauerunt in mundo. Quia enim inuisibi-
lem deum non honorauernnt ista faciendo, nec iis quæ
visibilia sunt, sapere potuerunt. Difficile enim in maio- F
ribus prudens, in minoribus non sapit. ¶ Propter quod
tradidit illos deus in desideria cordis illorum, in immũ
ditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetip-
sis.) Quoniã, inquit, ad iniuriam creatoris *dei* figmen-
ta & similitudines rerum deificauerunt, traditi sunt il-
ludendi, & traditi non vt illa agerent quę nolebant, sed
vt illa perficerent quæ desiderabant. Et hic bonitas dei
est, cum dignum fuisset subiici illos, vt facerent quæ no
lebãt, & cruciarentur: quia licet bonũ, si cõtra voluntatẽ
fiat, amarum & malũ est. Isti autem auertentes se à deo,
traditi sunt diabolo. Tradere autem est permittere, non
incitare aut immittere: vt ea quæ in desideriis conceper-
rant. adiuti à diabolo explerent in opere. Nec enim pos
sunt huiusmodi bonum cogitatum habere. Traditi er-
go sunt in immũditiã, vt contumeliis afficiant corpora
sua in semetipsis. Cum præterita recolat, etiam præsẽtis
temporis significat: quia traduntur nunc vsq; vt contu-
meliis afficiant corpora sua. Originis enim illius nunc
vsq; sunt homines, qui dicuntur corpora sua dehonesta
re inuicem. Cum cogitatio animæ fit in crimine, corpo-
ra dicuntur dehonestare. Quare, nisi quia macula cor-
poris indicium est peccati animæ? Cum enim corpus cõ
taminatur, nemo ambigit animæ esse peccatum.
¶ Qui commutauerunt veritatem dei in mendacium,
& coluerunt & seruierũt creaturę potius q̃ creatori, qui
est benedictus in secula. Amen.) Commutantes verita-

G tem dei in mẽdaciũ:id eſt,nomẽ dei, qui verus eſt deus, dederunt iis qui nõ ſunt dii,Lapidib⁹ enĩ,vel lignis, vel cæteris metallis auferẽtes qđ ſunt,dant illis qđ nõ ſunt, & hoc eſt immutare verũ in falſum. Nõ enim vocantur iam lapis aut lignũ,ſed deus.hoc eſt ſeruire potius creaturæ q̃ creatori.Nõ negãt enim deum,ſed ſeruiũt creaturæ:quo nõ excuſantur,ſed accuſãtur magis,quia cognoſcentes non honorant deũ,qui eſt benedictus in ſecula Amen:hoc eſt,verum.Deus vero benedictus ait in ſecula,quia permanet deus,diis autẽ gentiũ ad tempus impietas dat honorem:ideo non eſt verum. In deo autem manet veritas.Hanc benedictionem,alio loco filio dei aſsignat,inter cætera dicẽs : Et ex quibus Chriſtus ſecundũ carnem,quia eſt deus benedictus ſuper omnia in ſecula Amen.aut vtraq; ad Chriſtum pertinent, aut eadem dixit de filio,quæ & de patre.

PROPTEREA tradidit illos deus in paſsiones ignominiæ.Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt cõtra naturam.) Hæc irato deo propter idololatriã humano generi prouenisse teſtatur,vt mulier mulierẽ turpi deſiderio ad vſum appeteret. Quod quidam aliter interpretãtur, non perſpicientes vim dicti. Quid eſt enim immutare naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam,niſi ſublato conceſſo vſu,aliter vti,vt vna atq; eadẽ pars corporis vniuſcuiuſq; inter ſe inuicẽ ſexus aliter ſe ad vſũ præbeat,q̃ conceſsum eſt?Nã ſi illa eſt pars corporis quã putant,quomodo immutauerunt vſum naturæ,cum habeat huiuſmodi vſum datum à natura?Superius iam dixerat traditos in immunditiam, nõ tamen qualitatẽ operis immunditiæ ipſius oſtenderat: pro quo nunc declarat. ¶ Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ,exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicẽ, maſculi in maſculos turpitudinem operantes.)Nunc manifeſtauit quomodo ſuperi⁹ de mulieribus quod dixit intelligi debeat.Quando enĩ ſubiecit, Similiter & maſculi,dicens, exarſerunt in deſiderium ſui:oſtendit apertum peccatũ mulierum.Et quid mirum, cum hodieq; tales mulieres reperiantur,vt ſicut illud à viris,ita & hoc à mulieribus ſit inuentum?Denicq; ſi mulieres inter ſe accuſant,& viri ſimiliter:manifeſtum eſt vt qui iam veritatem dei immutauerunt in mendacium, immutarent & naturalem vſum in eum vſum per quem dehoneſtarentur rei facti mortis ſecundæ. Quoniam enim aliam legem dare non poteſt Satanas,nihil enim habet,conceſsa & licita in alium ordinem verſat, vt dum aliter fiunt quàm conceſsa ſunt ſint peccatum. ¶ Et mercedem quã oportuit erroris ſui in ſemetipſos recipientes.) Hanc dicit compenſationem eſſe contẽpti dei,id eſt,turpitudinem & cõtaminationem.Hæc eſt enim prima cauſa peccati. Quid enĩ peius,quid deterius hoc peccato?Quantum enim idololatria per impium & grauiſsimum delictum eſt, tantum & compenſatio eius horrenda,& perſordida paſsio eſt. ¶ Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia,tradidit illos deus in reprobũ ſenſũ,vt faciãt ea quæ nõ cõueniũt.) Propter errorem ſimulacorum traditi ſunt ad turpia facienda inuicem, ſicut iam dictum eſt. Et quia impunitatem horum æſtimauerũt,incurioſum deum iudicantes,ac per hoc negligendum,hinc additũ eſt,vt magis ac magis hebetati, ad omnia mala admittenda fierẽt promptiores, vt facta quæ hominibus non ambigerent diſplicere,deum nõ crederent vindicare.Nunc enumerat omnia mala quę illis ſuperaddita ſunt,vt vel ſic cõuerſi ad naturalem intellectum, intelligerent irato deo hæc ſibi prouenisſe. ¶ Repletos,ait, omni iniquitate.) Hic ſummatim locutus eſt,& ſubiecit membra iniquitatis. ¶ Malitia,fornicatione.)Hæc fornicatio habet in ſe & adulterium.Si enim dixiſſet adulterium,videbatur excuſaſse fornicationem, ſicut leges Romanæ:Ideo quod minus eſt poſuit,vt quod maius eſt, inultum non poſsit credi,& cætera quę manifeſta videntur, ¶ Auaritia, nequitia,plenos inuidia,homicidiis,cõtentione,dolo,malignitate,ſuſurrones,detractores,deo odibiles, cõtumelioſos,ſuperbos,elatos,inuentores malorum, parentibus non obedientes.) Quanta autem inſolentia arrepti ſunt,vt nec parẽtes ſuos quos authores in natiuitate habent,agnoſcerẽt:quicq; ſe natos gauderẽt, illos per quos eſse cœperãt,contemnebant:hoc eſt eſse ſine intellectu, ſine charitate ſcilicet dei.Nã erat inter illos charitas carnis.Hi dei iuſtitiam cognoſcẽtes per legem naturæ, ſciuerunt enim hæc deo diſplicere,ſed hoc in animo ponere noluerũt. ¶ Inſipientes,incõpoſitos,ſine affectione, ſine miſericordia. Quoniã qui hæc agũt,digni ſunt morte:& nõ ſolum qui faciunt ea,ſed etiã qui cõſentiunt facientibus.) Aſsenſus enim participatio eſt.) ❧ Qui cũ iuſtitiã dei cognouiſsẽt,nõ intellexerunt, quoniã qui talia agũt,digni ſunt morte.) Vſq; adeo iuſtitiam dei cognouerunt,vt nõ negent hæc omnia quæ faciunt, pœna digna & morte.Hæc omnia mala corpus eſt peccatorũ, cui mancipati facti ſunt poteſtatis eiuſdem vt faciant punienda. Hæc enim malorum cauſa à Sodomitis cœpta eſt offenſione dei,ſicut ſupra dictum eſt, & in omnem propè partem mundi ramos ſuos extendit, iram dei idolatriæ cauſa nũcians,quæ prima pars eſt erroris & impietatis,quam primum condemnat,vt cum hæc emenda ta fuerint,facile corrigãtur & morum vitia. Sublato enĩ malitiæ ſemine,nequitię fructus arefcent.Non enim dat arbor fructus,cuius exciſæ ſunt radices.Nã ideo & Moyſes Sodomæ & Gomorræ geſta memorauit,exitumq; nõ tacuit,vt timorẽ poneret huius rei vitandæ. Non ergo hoc vitium & cõtaminatio dehoneſtatæ vitæ ab hoc admittitur,qui in animo cogitat deum.Sunt quidam qui ſe reos non putant ſi non operentur quæ mala ſunt,aſsentiunt autem facientibus:Aſsentire eſt autem, ſi cum poſſit reprehendere,taceat, aut audiens has fabulas adulentur.Sciens enim impurus & malignus non ignorari quæ agit,& minime ſe vitari,ſed & honori eſse, gloriatur fore ſe talem:nec confundi poteſt in his,quando videt faueri ſibi,& obſecundari ab iis qui nõ ſunt tales,& ita eſt vt qui fomitem præbeant delictis illorum:ideoq; dignũ eſt vt pari crimine rei habeantur.Sunt iterũ alii qui non ſolum faciunt mala,ſed etiam qui conſentiunt facientibus,vt non ſolum faciant,ſed & talibus conſentiant. Duplex ergo horum eſt nequitia. Nõ enim tã mali ſunt qui faciunt,& facientibus contradicunt. Scientes enim ne faria, non illa vindicant. Illi enim tam nequiſsimi ſunt qui faciunt, & conſentiunt facientibus, vt nec deũ timeant,increſcere cupiẽtes mala.ideo hæc minime vindicant,vt ſuadeant non illa eſse vitanda.

CAPVT SECVNDVM.

QVAPROPTER inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas,in quo enim iudicas alterũ teipſum cõdemnas. Eadem enim agis quæ iudicas.) Quoniã faciẽtem maligna,& cõſentientem facientibus, morte dignos oſtẽdit:ne forte hic q̃ facit,& nõ cõſentit facientibus,excuſare ſe poſse putaret, docet huiuſmodi inexcuſabilẽ fore Non enim iuſtum eſt vt huic impunè concedatur, quia per hypocriſin oſtendit ſe non talem, cum peior eſse deprehendatur.Fallit enim vt dum puniendus ſit, honore dignus appareat.❧ Scimus autem quoniã iudiciũ dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt.) Hoc eſt, non ignoramus deum iudicaturum de his in veritate, quando noſipſi de his iudicamus. Si enĩ nobis diſplicẽt, quãto magis deo,qui magis iuſtus eſt, & opus ſuum zelatur?In veritate ergo cum dicit iudicaturum deum dehis,terrorem ineutit,vt quem hi incurioſum dicũt, iſte malos ſecundum veritatem dicat iudicaturum, hoc eſt, veriſsimè reddere ſecundũ menſuram vniuſcuiuſq;, nõ parcere. ¶ Exiſtimas autem hoc ô homo qui iudicas de

A iis qui talia agũt,& facis ea,quia tu effugies iudiciũ dei.) Hoc eſt,nunquid quia tibi examen datum eſt poteſtatis iudicandi de malis & ſtupris, cum eadem agas:& nõ eſt qui te ad præſens iudicet,effugies iudicium dei?Nõ vtiq; quia ſi iudicium dei in mundo euaſiſti, quia omnis hęc poteſtas & iudicium à deo eſt, in futurum non euades. Per ſe enim iudicaturus eſt deus,apud quem ceſsat adulatio & perſonarum acceptio.Aut certe ſi iuſtum alicui videtur vt huiuſmodi immunis à pœna ſit,dicat. Quod ſi iuſtum eſt vt non euadat, credat deum iudicaturum, vt & quod iuſtum eſse iudicat,verum ſit & impleatur,& deum conditorem mundi prouidẽter & curioſe operis ſui merita requirere fateatur. Si enim fecit & negligit, malus opifex dicitur,quia per id quod negligit,nõ bona ſe feciſse quæ fecit oſtendit.Sed quia bona feciſse negari non poteſt:)indignum eſt enim & improbabile, bonum male feciſse)curam eorũ neceſse eſt vt dicatur agere,quia contumelia eius erit & accuſatio, ſi bonorum à ſe factorum negligens inducatur:quippe cum eius nutu ac prouidentia vita ipſa ſuſtentetur miniſterio elementorum, ſicut ipſe dominus dicit : Qui ſolem ſuum oriri
Mat. 5. facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Qui ergo præſtat curam,non agit conſeruare quod fecit,vt amantes ſe remuneret, ſpernentesq; cõdemnet? ¶ An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis?ignoras quoniam bonitas dei ad pœnitentiam te adducit? Hæc dicit vt non iam ſe putet euaſiſse, ſi illum bonitas dei patitur diu peccantem,nec patien-
B tiam eius putet contemnendam quaſi non curantem res humanas.Intelligat autem ideo à ſe diſſimulari,quia nõ in hac vita iudicium dei promiſsum eſt futurum, vt in ventura vita pœniteat illum iudicem deum non credidiſse. In pœna enim poſitus ſine fructu pœnitentiam pœnitebit,quia nõ credidit iudicium dei quod videt verum.Neceſse eſt enim vt acrius emendetur, immo pœnis perennibus torqueatur, quẽ patientiæ longanimitas non emendauit.Seueriſsimè loquitur,ſciens malignam mentem non poſse niſi timore à vitiis facile reuocari.

¶ Secundum duritiam autẽ tuã & impœnitens cor theſaurizas tibi irã in die iræ & reuelatiõis iuſti iudicii dei, qui reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua.)Impunitatẽ ſperans peccatorum,non ſolum durat incõuerſibilis & intractabilis manẽs,ſed adhuc acerbi⁹ peccat, ſecurus qđ non ſit vltio futura,cor habens impœnitens, ignorãs qa iram ſibi cõgregat in dei ire,Neceſse eſt enim ſeueriori pœna vt plectatur,immo flammis perẽnibus torqueatur qui longa dei patientia non ſolum ſe emendare noluit, ſed adhuc addens ad contemptum exaggerauit pecca-
C ta.Dies iræ eſt peccatoribus quo puniẽtur:ideo ipſis eſt ira,qui ſentiunt pœnam in die reuelationis iuſti iudicii dei.Reuelabitur enim,id eſt agnoſcetur, quod modo futurum negatur:ideoque cum oſtenditur quod non eſse creditur,reuelatur.His enim oſtẽditur qui negant, quia credẽtibus manifeſtum eſt,vt confiteantur etiam inuiti iuſtum iudicium dei,cum vnicuiq; reddet ſecundũ opera ſua.Nunquid non hęc fatebuntur iuſte fieri,cum viderint mala inuicem facta vlciſci?¶ Iis qui ſecundũ patiẽtiam boni operis,gloriam & honorẽ & incorruptionem quærentibus vitã æternã.) Quoniam iudicium dei iuſtũ prædicat,quale autẽ bonis futurum eſt,declarauit: Hos dicit qui patientiã dei ſcientes,partim ad correptionẽ,partim ad maiorẽ vltionẽ non ſe corrigentiũ protelari,priorum operũ pœnitẽtes,benè verſantur freti fiducia fidei,ne diu hic poſiti damnum incurrant promiſsæ vitę.Dabit ergo eis gloriam & honorem. Et ne nõ hoc valde magnum ad comparationem preſentis vitæ videretur,quia & hic glorioſi videntur & honorati, adiecit, & incorruptionem : vt ex eo alia gloria & alter honor intelligeretur,quando incorruptio ſimul comitabitur. In præſenti enim honor vel gloria frequenter amittitur quia corruptibilis eſt qui dat,& quod dat,& qui accipit. *In die enim iudicii dei incorruptis iam dabitur honor* D *& gloria,vt ſint tota vita æterna.* Ipſa enim glorificabitur ſubſtantia quadam immutatione meritorum. Hi ergo quærunt vitam æternam,qui non ſolum bona profeſsionis ſunt,ſed & vitæ. ¶ His vero qui ex contentione,& qui diffidunt veritati, obediunt autem iniquitati, ira & indignatio,tribulatio & anguſtia.)Hoc eſt,iterata anguſtia, diffidẽtes de futuro dei iudicio per Chriſtum, ac per hoc & patientiam eius contemnentes, cõtendunt euacuare illud,cum ſit verum & ſtabile. Credunt enim iniquitati. Iniquitas eſt enim negare quod deus futurũ prædixit.Tria ergo alia poſuit incredulitati condigna, dicens:Ira & indignatio & anguſtia. Ira eſt nõ ei qui iudicat,ſed illi qui iudicatur,dum ſit reus.Iraſci enim dicitur deus, vt vindicaturus credatur. Nam dei natura ab his paſsionibus immunis eſt.Et vt non ſolum iraſci,ſed & vindicare credatur adiecit, & indignatio.Indignatio eſt quam addẽdo ſuper iram, iniuriam ſuam deum vindicaturum ſignificat.Anguſtiæ vero ſunt quibus ſententia conſtrictus tribulabitur in pœna. ¶ Super omnẽ animam hominis operantis malum.)In hoc opere non ſolum facta ſignificat,ſed & perfidiæ profeſsionem.De incredulo enim dicit:& ideo ſuper animam dixit,vt ſpiritalẽ pœnã intelligas,non corporalẽ,qa anima inuiſibilibus pœnis artabitur. ¶ Iudæi primũ,& Græci.) Semper Iudæum anteponit prærogatiua patrum, vt aut coronetur primus,aut dãnetur, quia credens propter Abrahã honorificentior eſt:diffidens autem peius tractandus eſt quia donum promiſsum patribus refutauit.

¶ Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum Iudæo primũ,& Græco.)Quomodo incredulis tria pœnalia poſuit,ſic & fidelibus tria magnifica, vt honorem habeant geminum,quaſi filii dei. Gloria autem ſit prò immutatione.Pax vero eò quod bene viuentes quieti- E
erunt in futuro, nulla perturbatione commoti: quippe quia omnis homo à contrariis ſe abſtinens, apud iudicem habet pacem.

¶ Non enim perſonarum acceptio eſt apud deum.) Quoniam oſtẽdit Iudæũ ſiue Græcum nõ deſpici à deo, ſi tamẽ credat in Chriſtum, ſed accepto ferri ambobus iuſtitiam fidei,ſic iterum nõ credentes pariter reos eſse, quia magis oberit circunciſio ſine fide, & proderit præputium per fidem, ac per hoc docet perſonarum acceptorem deum non eſse.Nec enim prærogatiuam generis ſequtur,vt ſuſcipiat cauſa patrũ diffidẽtẽ,aut abiiciat à ſe propter indignitatem parentum credentẽ,ſed vnũquẽque proprio merito aut remunerat aut condemnat.

¶ Quicunq; enim ſine lege peccauerunt,ſine lege peribunt.)Quomodo poteſt ſine lege peccare, cum omnes ſimul ſubditi ſim⁹ legi naturali?Sed de Moyſi lege dicit cui Iudæi obnoxii ſunt dum non credunt, necnon & gẽtiles,ſed iam dudum,quia adiungere ſe illis noluerunt. Non credẽtes ergo gẽtiles,duplici genere fiunt rei,quia F
neq; legi datę per Moyſen aſsenſerunt,neq; Chriſti gratiam receperunt:ideo dignum eſt vt pereãt. Igitur ſicut qui ſine lege peccat,peribit:ita & qui ſine lege legem ſeruauerit,iuſtificabitur. Iuſtitiam naturaliter ſeruans,cuſtos legis eſt.Si enim iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis:qui non peccat, amicus legis eſt : huic ſola fides deeſt,per quam fiat perfectus,quia nihil illi proderit apud deum abſtinere à contrariis,niſi fide in deum acceperit vt ſit iuſtus per vtraq;,quia illa temporis iuſtitia eſt,hæc æternitatis. ¶ Et quicunq; in lege peccauerunt,per legẽ iudicabuntur.) Quoniam Iudæi legem habent, in qua ſalus illis promiſsa eſt:non credentes, vel non recipientes promiſsum,per legẽ iudicabuntur,ſub qua vixerunt Ipſa enim accuſante pœnas exoluent.Nam prope grauior Iudæorum cauſa eſt apud eos ipſos quàm gentilium. Sicut enim credentes præferuntur, ita & cum diffidunt peiores inueniũtur.Plus enim diſplicet qui quod habuit amiſit,quàm qui quod nõ ſperauit, conſequi nõ potuit.

G Iſte enim non intrauit in regiam,ille foras miſsus eſt.
¶Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.) Hoc dicit,quia nõ hi iuſti ſunt qui audiunt legem,ſed qui credunt in Chriſtum quem lex promiſit:& hoc eſt facere legem . Omnis autẽ non facit legem qui non credit legi,dum nõ recipit,cui lex teſtimonium perhibet. Qui autem in lege non videtur eſse, quia incircunciſus eſt carne , credit autem in Chriſtum,hic eciſe legem dicitur. Et ille qui ſe dicit in lege eſse,id eſt Iudæus,auditor legis ſit,non factor, quia non credit in Chriſtum ſcriptũ in lege , ſicut dixit Philippus ad Nathanael: Quẽ ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ,inuenimus IESVM. ¶Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciũt.) Gentes Chriſtianos dicit alio loco: Vobis enim dico gẽtib⁹ qui incircũciſi neq; neomenias neq; ſabbatum neq; eſcarum legem ſeruant,& duce natura credunt in deum & Chriſtum,id eſt,in partẽ & filiũ. Hoc eſt enim legem ſeruare, deum legis agnoſcere . Prima enim ſapientiæ pars hæc eſt,timere deum patrem,ex quo ſunt omnia:& dominum IESVM filium eius,per quem ſunt omnia . Ipſa ergo natura proprio iudicio creatorem ſuum agnoſcit,non per legem,ſed per rationem naturæ: opus enim opificem cernit in ſe. ¶Hi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex,qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.) Idem ſenſus eſt,quia dum natura duce credũt opus legis oſtendunt,non per literam,ſed per cõſciẽtiã Op⁹ autem legis eſt fides , quam cum dictis exhibet deo, naturali iudicio oſtendit ſemetipſum legẽ ſibi eſse: quia quod mandat lex, vltrõ facit vt credat in Chriſtum.
¶Teſtimonium reddente ipſis conſcientia ipſorum .) Teſte interiore conſcientia ſua credunt, quia conſcii ſibi ſunt conuenire ſibi quod credũt. Cõgruum eſt enim creaturæ credere & venerari ſuum cõditorem. Nec abſurdum eſt vt dominum ſeruus agnoſcat. ¶Et inter ſe cogitationibus inuicem accuſantibus, aut etiam defendentibus in die qua iudicabit deus occulta hominum, ſecundum euangelium meum per IESVM Chriſtum dominum noſtrum.) Quoniam Iudæos diffidentes per legem dixit iudicãdos fore. Lex enim illos accuſabit, quæ Chriſtum illis promiſit,quem veniẽtem recipere noluerunt. Gentes autẽ quę legem vtiq; non habent,per conſcientiam iudicabuntur,ſi credere noluerint. Primũ qui dem accuſatores erunt gentiles credentes non credenti um gentilium,ſicut Iudæis nõ credentibus dicit dom⁹ de diſcipulis ſuis: Ipſi iudices veſtri erunt: quia perfidia Iudæorum iudicabitur fide apoſtolorum, qui cum ex ip
I ſis eſsent,illis diffidentibus crediderunt. Deinde cogitationibus ſuis accuſabuntur gentiles,ſi compuncti creatoris fidem &virtutem noluerint credere,aut ſi ſtupore quodam non conſiderant vt credant verbis & geſtis dominicis,defendẽtes ſe conſcientia in die iudicii,quia nõ cogitauit ſe debere credere,& iudicetur non quaſi maleuolus,ſed quaſi ignorans: non tamen ſine pœna futuros,quia non licet ignorare. Gentes enim duplici genere ſignificat,tam credentes,quãm infidos. Superi⁹ enim de gentilibus credentibus dicit. Poſt autem ſubiecit etiã de his gentilibus qui nõ credunt: vt ſicut per conſcientiã ſuam laudãtur credẽtes, ita & per cõſcientiã ſuam accuſentur diffidentes. Quanuis enim ſibi videatur minime reus qui non credidit,quia apud ſe tractare iſtud nõ potuit: ratione tamen conuincitur , quia non ſibi ſuaſit verum hoc eſse quod & virtutũ teſtimoniis viderat confirmari,& multos ſequi. Puto etiã ſic poſse intelligi,ſi tota queſtio de gentibus non credentib⁹ dixiſse credatur
I.Corí.5. quia quod ait: Quid mihi de iis qui foris ſunt , iudicare? Et qui non crediderit,inquit, iam iudicatus eſt : Et quia non reſurgunt impii in iudicio. Sine lege enim peccantes,ſine lege & peribunt,ac per hoc ante tribunal Chriſti ſtare non poterit,& reddere cauſas,quia reſurgentes ducentur ad gehennam. Illi enim quos dicit inuicẽ cogitationibus ſuis accuſari aut defendi in die iudicii dei, K Chriſtiani ſunt ii qui diſcordant à catholica, diuerſa ſẽtientes de Chriſto,aut de ſenſu legis in traditione eccleſiæ,ſiue Cataphrygæ,ſiue Nouatiani,ſiue Donatiani,aut cæteri hæretici. Horum cogitationes inuicem ſe accuſabunt in die iudicii. Si intellexit quis veram eſse catholicam,& ne videretur emendatus,ſequi noluit, erubeſcẽs ab eo quod diu tenuit recedere,in die iudicii cogitatione ſua accuſabitur. Duę etenim cogitationes in homine inuicem ſe accuſabũt,bona & mala. Bona accuſabit mala , quia contradixit veritati . Mala iterum accuſabit bonam,quia nõ ſecuta eſt,vt ſenſit: & per hoc conſtituitur reus qui cogitauit ſentiens bonam & veram eſse eccleſiam catholicam, & permanſit in hæreſi vel ſchiſma te . Eius autem cogitationes ſe inuicem defendent , qui ſemper hoc cogitauit,putans vtile quod ſecutus eſt. Dicturus eſt enim,Semper in cogitationibus meis hoc putaui vtile quod ſecutus ſum,hęc fuit fides mea. Hic leuiorem habebit cauſam , quanuis emendandum ſit , quia à conſcientia ſua non accuſabitur in die iudicii. Hoc modo iudicabũtur occulta hominum in die iudicii dei per IESVM Chriſtum dominum noſtrum.
¶Si autem tu Iudæus cognominaris .) Cognomen Iudæi eſt,quia ex prærogatiua parentum eſt vt dicantur Iſraelitæ. Et tamen ſi totum velimus quod ad cauſam per tinet comprehendere , cognomen Iudæis tripartito genere ſignificandum debemus aduertere . Primum quia L filii ſunt Abrahæ , qui ob fidei ſuæ meritum pater poſitus eſt cunctarum gentium. Deinde propter Iacob , qui augmentandæ fidei gratia Iſrael appellatus eſt . Cœpta enim patris dignitas nobilitatur in filiis. Tertio nõ magis propter Iudam,ſed propter Chriſtũ, qui ex Iuda ortus eſt ſecundum carnem. Iudæi cognominantur , quia in Iuda hoc ſignificatum eſt quod futurũ erat i Chriſto. Dictum eſt enim: Iudas erit dux veſter. &, Iuda te collaudant fratres tui . Quæ laus data Iudæ non probatur, ſed Iudic.20.
Chriſto,quẽ omnes quotidie laudãt ii quos fratres ſuos Gene.49.
dignatus eſt appellare. Ipſe enim dixit mulieribus: Ite & Mat.28.
dicite fratribus meis,quia præcedo vos in Galilæam.
Quis enim nõ laudet eum cuius beneficio viuit? Apoſtolus ergo ſub hac ſignificatiõe quę poſterior numero,ſed perfectior merito eſt,totum voluit cõprehẽdi,quod Iudæi nõ intelligentes nomen ſibi carnalis Iudæ defendũt
¶Et requieſcis in lege & gloriaris in deo, & noſti volũtatem eius,& probas vtiliora, inſtructus per legem.)
Non magnum valde videri vult ſi Iudęus credat: quippe cum ſit inſtructus per legem. Periculoſum autem valde ſi non credat: ducem enim habet legem . Sed vt præponatur credens , merito facit patrum, quia quãuis aliquis perſe floreat,erubeſcit tamen in ſuis . ¶Confidensque teipſum ducẽ eſse cęcorum,lumen eorũ qui in tenebris ſunt,eruditorem inſipiẽtium,magiſtrum infantium habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege.) Vera ſunt hæc,quia legis documentum hoc eſt,erudire imperitos, M
& deo ſubiicere prophanos, vel per idololatriæ culturã impios. Promiſsio nanque facta per legem eſt ad melioris ſpei fiduciam ꝓuocare. Recte ergo gloriatur in his legiſdoctor,quia formã tradit veritatis. Si autem non recipit eum quem lex ꝓmiſit,fruſtra gloriatur de lege ; cui iniuriam facit dum Chriſtum ſpernit promiſsum in lege. & nec iam eruditor erit inſipientiũ, nec magiſter infantium, nec lumen eorum qui in tenebris ſunt, ſed dux omniũ horum ad perditionem. ¶Qui ergo alium doces,teipſum non doces.) Hoc eſt,tu qui gentiles arguis quod ſine lege & deo ſint,teipſum non arguis: diffidens enim de Chriſto in lege promiſso,in eiſdem quę arguis inueniris. ¶Qui prædicas non furãdum,furaris.) Facis enim,quod prædicas fieri nõ debere . Dum enim fidem Chriſti per malam interpretationem ſubripis , negas Chriſtum noſtrum in lege promiſsum. ¶Qui dicis nõ mœchandum , mœcharis.) Adulteras autem legem,

A quando veritatem Chriſti tollis, & mendacium ponis. Vnde alio loco dicit: Adulteratores verbi dei. Qui execraris idola, ſacrilegium facis) ſacrilegus es quando Chriſtum quem lex & propheticus ſermo deum ſignificant,negas. Dicit enim Eſaias: Quia in te eſt de⁹,& nõ
Eſa. 45. eſt deus præter te. Tu enim es deus,& neſciebamus, de⁹ Iſrael ſaluator. Nunquid Iudæi de deo patre dicebant, Tu es enim deus, & neſciebam⁹ : cum tota lex dei patris authoritatẽ prædicet,ex quo ſunt omnia? Sed quia filius dei ſemper quidẽ apparuit, latebat autẽ quis eſset, cum poſt reſurrectionẽ cognoſcitur, diciturq; ei in cõfeſsione: Tu enim es deus,& neſciebamus. Qui enim putabatur in lege tantũ angelus,& dux exercitus domini: at cũ intelligitur filius eſse dei,dicitur ei cũ diuinitatis actione: Tu enim es deus,& neſciebam⁹. Per hoc ergo ſignificat quia ipſe eſset qui apparuerat quidẽ patriarchis in deũ & poſt incarnatus eſt,ſed non fuerat intellectus ab hominibus. ¶Qui in lege gloriaris,per prævaricationem legis deũ inhonoras.) Prævaricator legis es, quãdo ſenſum legis qui de incarnatione & diuinitate Chriſti eſt, pręteris: Et deũ inhonoras,dũ teſtimoniũ eius quod dedit de filio ſuo,non recipis. Ipſe enim dixit: Hic eſt fili⁹
Mat.3. meus dilectus . Nomen enim dei per vos blaſphematur inter gẽtes, ſicut ſcriptũ eſt. Hoc dixit Eſaias propheta , qa dei nomẽ blaſphematur inter gentes,quãdo Iudæos pro noxiis ſuis traditos ſibi non aduertebãt, ſed idolis ſuis dabant glorias,quaſi Iudæorum deum viciſſent in Iudęis. Ita tempore apoſtolorum dei nomẽ blaſ
B phemabatur in Chriſto,quia Iudęi Chriſtũ deum negando, blaſphemabãt & patrem,ſicut dicit dominus: Qui
Lucæ.9. me recipit,non me recipit,ſed eũ qui me miſit. Et ideo inter gentes blaſphemabatur,quia credẽtibus gentilib⁹ Iudæi ſuadere nitebantur Chriſtum deum nõ credẽdũ, vt blaſphemium gentiũ à Iudæis vel Fotini authorib⁹ ſit profectum. ¶Circumciſio quidem prodeſt ſi legẽ obſerues.) Poteſt dici e contra, ſi prodeſt circumciſio, cur præ termittitur? Sed tunc prodeſt ſi legem obſerues. Tenẽda ergo circumciſio eſt: & vt poſsit ꝓdeſse, ſeruãda eſt lex. Quid ergo ꝓhibuit, quod prodeſse, ſi lex ſeruetur, oſtẽdit? Videtur ergo male prohibitum , quod nõ per ſe diſplicet,ſed per alterius negligentiam fruſtrari dicitur.
¶Si autem præuaricator legis ſis , circumciſio tua præputium facta eſt.) Hoc eſt quod dicit, quia ſi lex ſeruata non fuerit, Iudæus gentilis efficitur. Sed circumciſionem pro genere poſuit Abrahæ, quia ex Abraham circumciſio. Nec enim poterat ædificare quæ deſtruxerat. Hoc enim ait vt doceat tunc prodeſse ex genere Abrahæ eſse, ſi lex ſeruetur: id eſt, ſi in Chriſtũ credatur , qui promiſ
C ſus eſt Abrahæ, quia & ſuum meritum habent iuſtificati per fidem, & honore patrum ſublimantur. Omnis enim ſalus in lege, de Chriſto eſt . Hic ergo ſeruat legem qui credit in Chriſto. Si autem non credit , trãſgreſsor legis eſt, quia non recipit Chriſtum quẽ lex ad iuſtificationẽ venturum cecinit, quam ipſa dare non potuit , & nihil illi proderit dici filium Abrahæ, quia hic ſecundum meritum filius eſt Abrahæ, qui fidem ſequitur, per quam dignus deo extitit Abraham. Vnde ait: Circumciſio tua pręputium facta eſt. id eſt , gentili ſimilis factus es non credens in eũ qui in ſigno circumciſionis filius promiſsus eſt Abrahæ. ¶Si igitur pręputiũ iuſtitias legis cuſtodiat nónne pręputiũ illis in circũciſione reputabitur?) Iuſtitia legis fides eſt Chriſtiana, ſicut alio loco dicit: Finis legis Chriſt⁹ ad iuſtitiã omni credenti. Ideo manifeſtũ eſt quia ſi gẽtilis credat in Chriſtũ, fit filius Abrahæ , qui pater eſt fidei. ¶Et iudicabit quod ex natura eſt pręputiũ legẽ perficiẽs, te qui per literã & circũciſionẽ prævaricator es legis.) Credens gentilis duce natura in Chriſtum, condemnat Iudæum cui lex promiſerat Chriſtum , & aduenienti ei credere noluit . Quanta ergo gentilis dignus eſt gloria, qui per ſolam naturam intellexit authorem, ſicut dicit Petrus apoſtolus: Authorem vero vitę in Actuũ. 3.
terfeciſtis. Tanto magis Iudæus puniendus eſt , qui neq; D
per naturam, neq; per legem Chriſtũ agnouit authorem
¶Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq; palam in carne circumciſio, ſed qui in occulto Iudæus eſt, & circũciſio cordis in ſpiritu, non litera , cuius laus non ex hominibus ſed ex deo eſt.) Non eſt obſcurum quia circumciſionem carnis negat laudem habere apud deum. Nec enim Abraham ideo iuſtificatus eſt, quia circumciſus eſt ſed quia credidit , iuſtificatus eſt: poſtea autem circunciſus eſt. Cordis autem circumciſionem laudabilem apud deum eſse. Circumcidere enim cor, amputato errore agnoſcere eſt creatorẽ . Et quia circumciſio cordis futura erat, primus Moyſes dixit: Circũcidetis duritiam cor-
Deut. 19. dis veſtri. Et Hieremias ſimiliter : Circũcidite pręputiũ cordis veſtri. hoc dixit Iudæis idola ſequentibus . Velamen eſt enim circa cor quod conuerſus ad deum circũcidit, quia fides aufert nebulam erroris,& tribuit perfectam dei cognitionem in myſterio trinitatis, quod incognitum erat à ſeculis. Huius ergo circumciſionis laus ex deo eſt, occulta hominib⁹. Cordis enim meritũ eſt quod aſpicit deus, nõ carnis. Nam Iudæorum laus ex hominibus eſt . Gloriantur enim in carnis circumciſione quod
Philip.3. ex patribus ſit. Vnde inter cætera ait: Et gloria in pudendis eorũ qui terrena ſapiunt. hoc eſt , qui circumciſionẽ carnis gloriam putant. Terrena enim ſapit, qui in carne gloriatur . Qui vero in ſpiritu gloriatur , huius laus ex deo eſt. ſpiritu enim non carne creditur.

CAPVT TERTIVM.

QVID enim amplius eſt Iudæo, aut quæ vtilitas circũciſionis? Multũ per omnẽ modum
Primum quidem quia credita ſunt illis eloquia dei.) Quid cũ multa ſint quæ ad honorificentiam & meritum pertineant ſeminis
Abrahæ, hoc ſolum aperte memorat : quia maximè laudis eorum eſt, vt legem per quã addidicerũt rectum à E
peruerſo diſtiguere, digni iudicarẽtur accipere , vt poſt hoc primum, cætera qualia ſint, poſsint intelligi. Quoniam autem Iudæis carnalibus, id eſt incredulis nihil proficere teſtimonium generis oſtendit, ne omnes⁵, id eſt,& credentes male tractaſse videretur , docet multum vtile eſse Iudæis credentibus, quia filii ſunt Abrahæ. His enim eloquia dei ſunt credita, dum legem quæ peccatis hominum obſoleuerat, quaſi impune peccaretur apud deum merito patrum reformatã accipiunt, & populus dei vocantur. A Egyptus quoq; propter iniurias illorum diuerſis plagis percutitur, cęleſti pane cibantur, omnibus gentibus terrori ſunt teſtante hoc Rhaab meretrice. Quib⁹ etiam Chriſtus ſaluator ad ſanctificationem promiſsus
F eſt. Ideo ait multum vtile Iudæis per omnem modũ quia filii ſunt Abrahæ. Anteponuntur enim gẽtibus , ſed qui credunt. ¶Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorũ fidem dei euacuauit? Abſit.) Non, inquit , quia aliqui Iudæorũ credere noluerunt quæ deus promiſit filiis Abrahæ, idcirco præiudicabitur cæteris Iudæis ne digni dicantur accipere quod deus promiſit fidelib⁹? quippe cũ ſic facta ſit promiſsio , vt credẽtibus profiæret. Igitur nõ indignat⁹ deus propter illorum perfidiam, id eſt, Iudęorũ, nõ dabit reliquis credentibus vitam æternam, quã promiſit futurã per fidem Chriſti: quia qui non crediderũt, ipſi ſe indignos fecerũt ſine præiudicio cæterorum. His dictis cõmendat credentes Iudæos , quia nihil obeſt eis quia multi ex illis credere noluerunt. ¶Eſt enim deus verax, omnis autẽ homo mendax, ſicut ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas dum iudicaris .) Vt firmaret quod ſupra dixit, quod deus in promiſsione ſua fidelis eſt , & omnis homo mendax, exemplũ propheticũ ſubdidit ex

G psalmo quinquagesimo,quo & deum verbis suis iustificari,& hominẽ mendacẽ incredulitatis causa signauit. Vtrũq; enim legitur in libro psalmorũ, quia deus iustus & verax est,& omnis homo mẽdax.Mendacẽ hominem dicit,dum non credit quod promisit deus.Negans enim daturum deũ quod promisit,mẽdax est: & dum ipse mẽdax est,multis ex causis deũ mendacẽ pronũciat,quãdo promissis eius non credit. Igitur omnem hominẽ mendacem dicit qui diffidẽs est de promissis dei.Maxime tamen hoc ad Iudæos pertinet,quorũ causa tractat hoc loco Apostolus, qui vidẽtes Christũ negauerunt hunc esse quem promisit deus,ac per hoc mendaces pronũciantur.Deus autem verax est, quia misit Christũ sicut promisit:& sic vincit cum iudicatur,quia dabit quod daturus negatur.Dum enim non ei creditur,mendax iudicatur.Ille autẽ cum dat quod iudicatur non daturus,vincit,ostendens se veracẽ:illum autem mendacem qui nõ credit verbis eius.Videbit enim dei filium in maiestate, quem negat:videbit & carnis resurrectionem,& sciet victam esse perfidiam pollicitatione & veritate dei . Nam & Christus cum iudicatus est,vicit.Inique enim occisus est,reũ fecit diabolum,quẽ nõ iam peccando superauerat,vt secundo victus amitteret quos tenebat in inferis, hoc est,quia omnis homo mẽdax, deus autẽ sol⁹ verax,

S i autem iniustitia nostra dei iustitiam commendat quid dicemus?Nũquid iniquus deus, qui infert irã? secundũ hominem dico. Absit. Hoc iuxta sensum prophetæ Dauid dicit apostolus.Dauid autem quãdo peccauerat in causa vriæ Ethei,sciẽs quia promissio peccatoribus dari non potest,exorat vt iustificatio verH borum dei vincat iudiciũ quo iudicantur ii qui peccant, & pœnitentem reformet sanctificans, vt det ei quod iustis se daturũ promisit. Ac per hoc subiecit:Si autem iniustitia nostra iustitiam dei cõmẽdat,& reliqua.id est,si quia nos peccatores sumus,de⁹ iustificatur ,iniquus erit si vindicet.Nam si iniustitia nostra ei proficeret, sine dubio iniquus erat si peccantes damnaret , quia iniustitia nostra deum facit iustum si peccantibus nobis det quod promisit sanctis:quia quanuis peccatores simꝰ, reformati tamen per pœnitentiam,vt non iam peccatores sed abluti promissionem mereamur accipere . Non ergo hic sensus est in verbis prophetæ Dauid cum dicit:Tibi soli peccaui,& malum coram te feci,vt iustificeris in sermo
Psal. 50. nibus tuis,& vincas dum iudicaris:qui malorum hominum praua interpretatione asseritur, vt peccata hominum & mali actus dei iustificatione proficiant,& per mala nostra bonꝰ appareat,& iniustitia nostra illum iustũ ostendat. Quoniam itaq; iniquus non est deus cum irrogat iram,iam nõ peccatis nostris iustificatur, quia si peccatis nostris iustificaretur,iniquus erit si vindicaret.Sed quia non est iniquus cum vindicat,manifestum est quia I iniustitia nostra dei iustitiam nõ commendat. Si autem commendaret,non vindicaret , quia iustus est . Ac per hoc subiecit ,secundum hominem,inquit,dico: Absit. hoc est,absit ne deus iniquus dicatur , quia hoc homini competit,quẽ cõstat & errare & falli & fallere.Nam deus immutabilis perseuerat,nec potest non amare quæ fecit. ¶Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mũdũ?) Verum est,quia non erat iustum vt iudicaret deus mundum si peccata eius ipsi proficerent vt nutu eius peccantes dum veniam cõsequũtur,deus bonus videretur, & si non peccarent,non videretur iustus. si enim nõ peccẽt, non habendo cui remittat,nõ erit bonus. ¶Si enim veritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor?)Manifestum est quia si ad gloriam dei proficit mendacium hominum,vt ille solus verus appareat,peccatores nõ sunt dicendi qui peccant:quia nõ volũtate , sed impulsu eius videbuntur peccare:quod absit. ¶Et non sicut blasphemamur,& sicut aiunt nos quidam dicere: Faciamus mala,vt veniant bona.)Nunc aperit quorum causa hęc sol

licite & cum reuerentia disputat. A peruersis enim hoc K opponebatur,quasi hic esset sensus prædicantiũ remissionem peccatorum,vt facerent mala , & venirẽt bona hoc est, peccarent , vt remittendo illis deus videretur bonus,secũdum quæ supra dicta sunt:quod blasphemi am appellat,& abiicit à sensu diuinæ doctrinæ. Nec enĩ peccare debere fides tradit, quippe cum iudicaturũ deũ prędicet,sed delinquentibus consulit vt recuperata salute sub lege dei viuentes iam nõ peccẽt. Ideóq; subiecit ¶Quorum damnatio iusta est.)Id est,horum hominũ qui æmulatione inuidiæ istud de nobis interpretantur quod supra dictum est,damnatio iusta est.Hæc enim iactabant Iudæi vt doctrinam apostolicam criminarentur,dicentes quod cum remissionem peccatorum prædicant,peccandi fomitem præbeant,vt quasi securi homines de remissione, promptè peccarent: cum constet post acceptam fidem periculosum esse peccare , & hoc prędici credentibus.

Q v i d ergo?præcellimus eos? Nequaquã. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub pecca to esse.)Hoc est, quid adhuc immoramur latiꝰ loquentes?Ostendimus enim redditis causis, tã Iudæos quã Græcos,id est,gẽtiles omnes reos esse, ideó que frustra legi seruari.Primum enim Græcos ostendit reos iuxta legem naturę,& quod neque legem Moysi reciperent: quamobrem pessima eorum & pergraui si- L ma causa.Deinde etiam Iudæos ostendit reos,qui sub lege dei viuere videntur, ac sibi ex merito patrum defenderent dignitatem,ex eo præcipuè,quòd promissionem patrum spreuerint, dei gratiam in irritum deducentes. Ad quam rem firmandam exemplum propheticũ subditur ex Psalmo tertiodecimo, dicẽs: ¶Sicut scriptum est,quia non est iustus quisquã. Ab iniustitia cœpit mala opera eorum enumerare, & partim peiora subiicere, vt manifestaret in his nullam spem videri , nisi implorent misericordiam Christi qui peccata dimittit. Deinde adiecit: ¶Non est intelligens.)Verum est,quia si daret,operam intelligere,iniustus non esset. ¶Non est requirens deum.)Nec istud occultũ est,quia si intelligeret quid prodesset,deum quęreret,& non sicut Asa rex Iuda,qui post multa dei beneficia sic deprauatus est,vt infirmitatem pedum passus propheta præsente non quæreret deũ. ¶Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt.) Nemini dubium quia omnes non quærẽtes deum,inclinantur vt auxilium requirant à vanitate: vanitas autem est idolum:ideo inutiles fiunt. ¶Non est qui faciat bonum,non est vsq; ad vnum.) Quia neglecto deo inutiles facti sunt,bonum vtiq; facere non possunt.Iam enim de prauati proficiunt in peius. ¶Sepulchrũ patens est guttur eorum.)Iam malis mancipati,bonos,si posset fieri, M deuorare volebant,vt sicut sepulchrum patet ad recipienda cadauera,ita & aduersus bonos guttur eorum.

¶Linguis suis dolose agebant.) Qui tam malis operibus assueuerant,quæ loquebãtur,in fallacia erant. ¶Venenum aspidum sub labiis eorum.)Hoc dicit quia verba huiusmodi hominum muscipula sunt. Ad hoc enim loquuntur,vt decipiant:vt sicut per labia serpentis venenum infunditur,ita & per labia horum dolus & circunuentiones. ¶Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.)Manifestum est quia cõtra bonos mali semper maledicta & amara proponunt , in conuitium illorum prorumpentes & detractionem.

¶Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.) Hoc de nece prophetarum dixit, quos occiderunt impigre,ad bonum segnes,ad parricidium veloces. ¶Cõtritio & infelicitas in viis eorum.) Quoniam citati erant ad malefaciendum , iter ipsorum vel gressum tribulatum & infelicem pronunciat. ¶Et viam pacis non cognouerunt .) Via pacis lenis est & inturbata . Omnis enim bona vita tranquilla est,& actus modesti ipsi sunt pacifici,& per istos itur ad deum.Illi ergo nolentes hæc

A scire, elegerunt viam tribulationum ; per quam itur in gehennam. ¶Non est timor dei ante oculos eorum.)
Quoniam huiusmodi sine sensu sunt,de timore non ha
Eccli.1. bent.Initium enim sapientiæ timor domini , dicit Salomon.Et non dixit timorem dei hos non habere,sed non est,inquit,timor dei ante oculos eorum.Videntes enim tam maligna opera sua,& non horrentes , timorem dei dicuntur ante oculos nõ habere . Istos omnes &,ppheta Hieremias significat,dicẽs inter cætera: Tunc omnes insurrexetunt in prophetam domini,volentes occidere eum.Et sequitur:Omnis autem populus non permisit.Illos ergo omnes dixit,sed malos : & hos omnes, sed bonos.Neq; enim quia dicit,omnes declinauerunt , totam penitus plebem significat,sed hanc partem plebis , sicut & memoratus propheta dicit,in qua omnes mali se condiderant.Semper enim duo populi sunt in vna plebe.
Hic est ergo populus quẽ increpat dominus sub nomine Hierusalem,dicens:Hierusalem Hierusalem quę occidis prophetas.Et alio loco:Generatio,ait,mala & adultera:& natio viperarum . De huiusmodi queritur etiam
Mat.22. propheta Esaias dicens:Væ genti peccatrici,semen pessimum.Per malam enim voluntatem,dum fructus malos
Esa.1. faciunt,semen pessimum sunt.Et quia si voluerint, post sunt conuerti,vox probat apostoli in alia epistola dicẽtis:Eramus & nos aliquando natura filii iræ, sicut & cæteri. ¶Scimus quoniã quæcunq; lex loquitur , iis qui in
Ephe.2. lege sunt loquitur.)Manifestũ est quia hos increpat lex quĩ & primum non crediderunt duci suo Moysi , neque prophetis parentibus suis,quos & persequentes occiderunt,neq; apostolis cognatis suis secũdum carnem,quorum sanguinem effuderunt,semper impii,& in deum rebelles, vt per legem dãnentur.Sicut enim omnium malorum vna est causa in malo, ita & cunctorum bonorũ
B In istis ergo omnium similium arguitur malum.Hęc ad Iudæorum cõfusionem pertinent ,qui sibi & parentibus suis testimoniũ ex lege ferebãt. ¶Vt omne os obstruatur,& subditus fiat omnis mundus deo.)Hoc dicit,quia Iudęis in peccatis cõstrictis oĩs mund⁹ subditus fit deo. Nulli enĩ dubiũ qa est pagani obruti sunt delictis & impietatib⁹,ac p hoc tot⁹ mũdus deo ,pstrat⁹ est vt possit ad indulgẽtiã puenire,quia oĩs mũdus Iudæi erant & gẽtiles,à quib⁹ segregati sunt fideles. Quãdo ergo Iudæos qui legẽ acceperũt à deo , & quibus facta promisio est, peccatis probat obnoxios, dubium non est omnes.Græcos reos esse mortis . quãobrẽ omne os obstruatur, ait, & subditus fiat omnis mundus deo, dum omnes rei approbati indigent misericordia dei,tam Iudæi,quã etiam Græci. ¶Quoniam quidẽ nõ iustificabitur ex operibus legis omnis caro coram deo.)Nõ ideo minime iustificatos homines asserit apud deum,quia legẽ iustitiæ nõ ser
C uauerunt in præceptis,sed quia sacramentũ mysterii dei quod in Christo est,credere noluerũt. Per hoc enim decreuit deus iustificare hominẽ,non per legem,quia lex ad tempus iustificat,nõ apud deum.Ideo legem seruantes in tempore,iusti dicuntur apud deum, quia fides per quam iustificantur homines apud deum, non est in eis. Maior enim fides est q̃ lex:quia lex ad nos pertinet, fides ad deum.Idcirco lex temporalẽ habet iustitiã ,fides æternã.Nã omnẽ carnẽ dicẽs,oẽm hominẽ significauit,
Psa. 40. sicut & propheta Esaias ait : Et videbit ois caro salutare dei.id est,videbit omnis homo Christũ domini ,in quo salus omnium continetur.Et idcirco in carne significãtur,quia peccatis obnoxii sunt.Sicut enim iustitia spiritales facit,ita & delicta carnales,vt ex actu nomen accipiat homo. ¶Per legem enim cognitio peccati.)Per fidem autem abolitio . ideo sequenda fides est . Quæ est hæc lex per quam dicit cognitum esse peccatum, & cognitum quomodo ? Videmus enim veteres non ignorasse peccatum,quia & Ioseph in carcerem missus est,licet per calumniam,& pincerna & pistor Pharaonis causa peccati . Quomodo ergo latebant peccata ? Triplex

quidem lex est,ita vt prima pars de sacramento diuini- D tatis sit dei, secũda autem quæ cõgruit legi naturali,quæ interdicit peccatum. Tertia vero legis factorum, id est, sabbata,neomeniæ,circuncisio &c.Hæc est ergo lex naturalis quę per Moysen partim reformata,partim autoritas eius firmata in vitiis cohibendis , cognitum fecit peccatum,non quod lateret,sicut dixi,sed ostendit peccata quæ fiunt , non impunè futura apud deum, ne forte quis ad temp⁹ euadẽs, legẽ illusisse putaretur.hoc est ergo quod lex ostendit. ¶Nunc vero sine lege iustitia dei manifestata est , testimonium habens à lege & prophetis.) Apertum est quia iustitia dei sine lege apparuit, sed sine lege sabbati & circuncisionis& neomeniæ & vidictæ,nõ tamen sine sacramento diuinitatis dei, quippe cum iustitia dei de sacramento dei sit.Nam quãdo quos lex reos tenebat,iustitia dei ignouit illis, sine lege vtiq; hoc fecit:quia iniquos lex vindicatura erat,hęc donauit illis peccatum.Et ne hoc forte contra legem factum putaretur,adiecit iustitiam dei testimonium habere ex lege & prophetis,hoc est, quia ipsa lex ex alia parte olim istud futurum dixerat , quia venturus erat qui homines saluaret:quod legi concessum nõ erat vt peccata donaret.Ideo autem iustitia dei dicta est,quæ videtur esse misericordia,quia de promissione originem habet:& cum promissum dei redditur,iustitia dei dicitur. Iustitia enĩ dei est,quia redditum est quod promissum est. & cum suscipit confugientes ad se,iustitia dicitur,quia non suscipere confugientem,iniquitas est. ¶Iustitia autem dei E per fidem IESV Christi.) Quid est aliud per fidẽ IESV Christi, nisi quia ipsa dei iustitia manifestatio Christi est Per fidem enim prædicationis IESV Christi agnoscitur donum dudum promissum à deo vel sumitur. ¶In omnes & super omnes qui credunt.) Hoc est,super omnes Iudæos & Græcos, credentes videri dei iustitiam. ¶Non enim est distinctio , omnes peccauerũt,& egent gloria dei.) Quia dixerat super omnes Iudæos & Græcos dei esse iustitiam,vt hoc probaret,adiecit,Omnes enim ait;peccauerunt. Hoc generaliter accipiendum . vnde ait:Non est distinctio.Omnes enim hic comprehendit,etiam & sanctos vt ostenderet nihil profuisse legem sine fide.Sic enim lex data est vt fides esset in lege quæ futuram speraret salutem. Quamobrẽ mors Christi omnibus proficit,quia & hic in seculo quid credẽdum & obseruandum est docuit,& de inferno eripuit omnes. ¶Iustificati gratis per gratiam ipsius.)Iustificati sunt gratis quia nihil operantes neq; vicem reddentes sola fide iustificati sunt dono dei . . ¶Per redemptionem quæ est in Christo IESV.)Gratiam dei in Christo esse testatur,quia voluntate dei à Christo redempti sumus, vt manumissi iustificaremur,sicut ad Galatas dicit : Christus nos redemit,offerens se pro nobis.Permisit enim sæuienti diabo F lo,sed impræscio. Putans autem se Christum posse retinere,veluti accepit eum:sed quia virtutem eius ferre nõ Gala.3. potuit ,omnes quos tenebat,simul cũm illo amisit.
¶Quem proposuit deus propitiatorem fidei.)Hoc dicit,quia in Christo proposuit deus,id est,disposuit propitium se futurum humano generi,si credat. ¶In sanguine ipsius.)Ideo in sanguine ipsius,quia morte eius liberati sumus,vt & manifestaret illum,& mortem passione eius damnaret. ¶Ad ostensionem iustitiæ suæ.) Hoc est,promissum suum palam faceret , quo nos à peccatis liberaret:sicut antè promiserat:quod cum impleuit,iustum se ostendit.
¶Propter propositum præcedentium delictorũ,in patientia dei.)Sciens deus propositũ benignitatis suæ,quo censuit peccatoribus subuenire,tam iis qui sunt apud superos,q̃ qui inferno tenebantur , vtroq; diutissime expectauit enuciuans sententiam qua iustum videtur o- mnes damnari,vt ostenderet nobis quod olim decreuerat liberare genus humanum per Christum,sicut promi
Hiere. 31. sit per Hieremiam prophetam dicens : Propitius ero

G iniquitatibus eorum, & delictorum illorũ non memorabor. Et ne forte hoc donũ ſolis Iudæis promiſiſſe videretur, per Eſaiam dicit: Domus mea domus orationis
Eſa.56. vocabitur in omnibus gentibus. Quanuis enĩ Iudaiſmo facta promiſsio ſit, ſed præſcius deus, eò quod donũ eius reprobaturi eſsent impii Iudæi, gentes ſe ad percipiendam gratiam ſuã promiſit admittere, quorũ æmulatione in iram miſsi cruciarentur impii Iudæi. ¶ In hoc tẽpore.) Id eſt, tempore noſtro, quo dedit de⁹ quod olim promiſerat dandum tẽpore quo dedit. ¶ Vt ſit iuſtus iuſtificãs eũ qui eſt ex fide IESV Chriſti.) Recte ait, quia vt ſit iuſtus, dedit quod promiſit. hoc autem promiſit, iu
Abacu.2. ſtificare ſe credentes in Chriſto. Dicit autem in Abacuc Iuſtus autem ex fide viuit. vt dum dei fidẽ habet & Chriſti, ſit iuſtus.

VBI eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quã legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei.) Reddita ratione, ad eos logtur qui agũt ſub lege, quod ſine cauſa glorientur blandientes ſibi de lege, & propter quod genus ſint Abrahæ, videntes non iuſtificari hominem apud deum niſi per fidem. ¶ Arbitramur enim iuſtificari hominẽ per fidem ſine operibus legis.) Gentilem dicit hominem pro certo haberi quod iuſtificetur credens, nulla faciens opera legis, id eſt, ſine circunciſione, aut neomeniis, aut veneratione ſabbati.

¶ An Iudeorum tantum deus? nónne & gentium? immo & gentium.) Sine dubio omnium deus vnus eſt. Nec enim ſoli Iudæi poſsunt ſibi vendicare quod deus illorũ non etiam gentium ſit, cum relegant ab vno Adam omnium eſse originem, & nullum aduenam volẽtem ad legem accedere prohiberi. Dene aliquãti exierunt eum
H illis in etemum de Ægyptiis, quos ſuſcipere iubentur, tantum vt circuncideretur, & pariter cum illis ederẽt azyma vel paſcha, nec nõ & Cornelium donum dei accepiſse gentilẽ non Iudaizantẽ, & quod iuſtificat⁹ ſit, diuino teſtimonio cõprobatũ. ¶ Quoniã quidẽ vnus de⁹, qui iuſtificauit circunciſionem ex fide, & præputiũ per fidem.) In circunciſione Iudæos ſignificat, eò quod ex fide promiſsionis iuſtificati ſunt credẽtes hunc eſse Chriſtum, quẽ in lege promiſerat deus. In præputio vero gentes ſignificat per fidem Chriſti iuſtificatos apud deum. Tã enim gẽtiles quàm Iudæos nõ aliter q̃ credentes iuſtificauit. Quia enim omniũ vnus eſt deus, vna ratione omnes iuſtificauit. Quid ergo prodeſt carnis circunciſio, aut quid obeſt præputium, quando dignitatem & meritum non facit niſi fides? ¶ Legem ergo euacuamus per fidem? Abſit. Sed legem ſtatuimus.) Nõ vtiq; lex exinanitur per fidẽ, ſed adimpletur. Firmatur enim ſtatus eius, quando quod futurum dixit, fides iſtud aduenisse teſtatur. Hoc propter Iudæos, qui putant fidem Chriſti legi eſse inimicam, ignorantes ſenſum legis. Non ergo euacuat legem, cum illam ceſsare debere iam docet, quia tẽ
I pore ſuo recte illã datam aſserit, ſed iam agere non debere. In ipſa enim lege dictum eſt, tẽpore exolutę promiſsionis legẽ ceſsare debere. Angelus enim Gabriel Danieli, pphetæ deſideriũ huius rei ſcidẽ habenti, oſtendit, intercætera dicens adueniente Chriſto, chriſma id eſt vnctionem regalem ceſsare, quæ poteſtas intelligitur. Et iudicium, ait, nõ erit ampli⁹, quod eſt lex, & tolletur ſacrificium meũ. Ideo inquit, meũ, vt ſciretur oblationem veterẽ ceſsaturã. Quẽ ſenſum adaperiẽs ſaluator, Lex,
Luc. 16. ait, & pphetæ vſq; ad Ioanẽ. Et quia lege Moyſi ceſsante meliora præcepta datur⁹ erat deus, Hieremias propheta cecinit dicens: Ecce dies venient, dicit, dominus, & con-
Hiere.31. ſũmabo domui Iſrael & domui Iuda teſtamẽtũ nouũ, nõ ſecundũ quod dedi patribus eorũ. His vtiq; qui venientem Chriſtũ ex promiſsione receperũt. Ideo ſaluator, Non veni, ait, ſoluere legẽ aut prophetas, ſed adimplere, Et quia domus dei nõ tãtũ in ſola Hieroſolyma, ſed & i cæteris locis futura erat, ait Zacharias propheta: Ponam Hieruſalem in omnibus gentibus, quæ eſt eccleſia.

CAPVT QVARTVM. K

QVID ergo dicem⁹ inueniſse Abrahã patrẽ noſtrũ ſecundũ carnem? Poſtq̃ oſtẽdit nõ poſse per opera legis quẽquam iuſtificari apud deũ, adiecit nec Abrahã potuiſse aliquid mereri ſecundũ carnẽ. Carnẽ dicẽs, circunciſionẽ poſuit, quia nihil quæſiuit Abrahã per circunciſionem. Ante enim iuſtificat⁹ eſt, quàm circũcideretur. ¶ Si enim Abrahã ex operib⁹ legis iuſtificat⁹ eſt, habet gloriã, ſed non apud deũ.) Hoc proponentis eſt. Nam Abrahã ex fide iuſtificat⁹ eſt, quod nulli dubiũ eſt: ideo habet gloriam apud deum. Sed quia qui legem ſeruant ſiue Moyſi, ſiue naturæ, iuſtificantur ad præſens, ne rei ſint in præſenti iudicio: ideo ait, Ex operibus legis ſi Abraham iuſtificatus eſt, nõ habet apud deum gloriam quia qui fecerit, inquit, legem, viuet in ea. id eſt, non morietur vt reus, nec tamẽ meritũ ex hoc habebit apud deum, ſed fidei cauſa. ¶ Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abrahã deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã.) Manifeſtauit non ideo Abrahã gloriã apud deũ habere, quia circũciſus eſt, aut quia abſtinuit ſe à pctõ, ſed quia deo credidit. hinc & iuſtificatus eſt, laudis ſuæ præmiũ in futuro conſecuturus. ¶ Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.) Abſolutum eſt ei qui legi factorum, id eſt, Moyſi ſubiectus eſt, aut naturali, nõ imputari meritũ ad mercedem vt gloriam haberet apud deum. Debitor eſt enim facere legem, quia neceſsitas impoſita eſt per legem, vt velit nolit faciat legem, ne dãnetur: ſicut alio loco dicit: Qui
L autem contemnunt, ipſi ſibi dãnationem acquirũt: quia ad præſens rei ſunt. Credere autẽ, aut non credere, volũtatis eſt. Nec enim quis cogi poteſt ad id quod manifeſtum nõ eſt, ſed inuitatur: quia nõ extorquetur, ſed ſuadetur. Quãobrem aſsentiens præmiis afficiendus eſt, ſicut & Abraham quod non vidit credidit. ¶ Ei vero qui non operatur.) Id eſt, ei qui obnoxi⁹ eſt peccatis, qa nõ operatur quod mandat lex. ¶ Credenti autem in eũ qui iuſtificat impiũ, reputatur fides eius ad iuſtitiam.) Hoc dicit quia ſine operibus legis credenti impio, id eſt gentili in Chriſtum, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſicut Abrahæ. Quomodo ergo Iudæi per opera legis iuſtificari ſe putant iuſtificatione Abrahæ, cũ videãt Abraham non ex operibus legis ſed ſola fide iuſtificatum? Non ergo opus eſt lex, quando impius per ſolam fidem iuſtificatur apud deum. ¶ Secũdum propoſitum gratiæ dei.) Sic decretum dicit à deo, vt ceſsãte lege ſolam fidem gratiæ dei poſceret ad ſalutẽ. ¶ Sicut & Dauid dicit.) Hoc ipſum munit exemplo prophetę. ¶ Beatitudinem homi
M nis, cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operib⁹.) Beatos dicit, de quibus hoc ſanxit deus, vt ſine labore & aliqua obſeruatione, ſola fide iuſtificentur apud deum. Tem-
Mat.13. poris ergo beatitudinem prædicat quo natus eſt Chriſtus, ſicut ipſe dominus ait: Multi iuſti & prophetæ cupierunt videre quæ videtis, & audire quæ auditis, & non audierunt. ¶ Beati quorum remiſsæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum.) Manifeſtè beati ſunt, quibus ſine labore vel opere aliquo remittuntur iniquitates, & peccata teguntur, nulla ab his requiſita pœnitentiæ opera, niſi tantum vt credant. Beatus etiam hic vir eſt, cui non imputabit dominus peccatum. Remittere & tegere & non imputare, vna ratio & vnus eſt ſenſus. Omnia enim vno modo obtinentur & donantur. Videtur autẽ quibuſdam tripartita ratio eſse in his dictis, quia diuerſis ppheta vſus eſt verbis, & quia à plurali numero ad ſingularem deſcendit. Cum enim verba dei in vbertatem gratiæ, quia peccati diuerſa ſunt nomina, per delictorum vocabula enumerare vult, latius locutus eſt vnius tamen ſignificationis ſunt verba, quia & cum tegit remittit, & cũ remittit non imputat. Ad laudẽ enim gratiæ dei prolixius loquitur, vt amplificet gratiam.

A Tres enim gradus fecit propter delictorum varietatem. Quorũ primus gradus iniquitas eſt vel impietas, dum non agnoſcitur creator. Secũdus grauiũ peccatorũ operibus. Tertius vero leuium. Hos tamen omnes in baptiſmate obliterari. Tribus his gradibus totius peccati corpus ſignificauit. Quẽadmodum autem ad pœnitentium perſonam poteſt pertinere, cum dicit: Beati, quorum tecta ſunt peccata: cũ conſtet pœnitẽtes labore & gemitu remiſsionem peccatorũ acquirere. Aut quomodo martyrio congruit quod dicit: Beatus vir, cui non imputabit dominus peccatũ: cum ſciamus gloriã martyrii paſſionibus & preſsuris acquiri? Propheta autem tempus felix prævidens in Saluatoris aduentu, beatos nuncupat, quibus ſine labore vel aliquo opere per lauacrũ remittuntur & teguntur, & non imputãtur peccata. Apoſtolus tamen propter plenitudinẽ temporũ, & quia plus gratiæ in apoſtolis eſt, q̃ fuit in prophetis, maiora protẽtatur quæ ex dono baptiſmatis cõſequuntur, quia non ſolum remiſsionem peccatorũ accipere nos, ſed & iuſtificari, & filios dei fieri profitetur, vt beatitudo hæc perfectam habeat & ſecuritatẽ & gloriam. ¶ Beatitudo ergo hæc in circũciſione tantũ manet, an & in præputio?) Id eſt, nunquid beatitudo iſta Abrahæ tantũ filiis conceſsa eſt, an & iis qui incircunciſi ſunt? Si enim illo tempore non prohibitæ ſunt gẽtes accedere ad legẽ & pro-
B miſsionem Abrahæ, qui fieri poterat vt tempore Chriſti prohiberẽtur venientes ad gratiam, quando deus plene incitauit? Dicimus enim.) Hoc eſt ſenſu legis loquimur, ¶ Quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.) Ab origine incipit, vt omnem tergiuerſationem cauillationis excludat, quia qui à capite excluditur, non habet vnde incipiat facere quæſtionem. ¶ Quomodo ergo reputata eſt? cum in circũciſione eſset, an in præputio? Non in circũciſione, ſed in præputio, & ſignũ accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio, vt ſit pater omniũ credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam. (Abraham cum eſset in præputio, credidit deo. Quid credidit? Semen ſe habiturum, id eſt filiũ, in quo omnes gentes iuſtificarẽtur per fidem in præputio, ſicut & Abraham iuſtificatus eſt. Nam circunciſionem ſignũ accepit iuſtitiæ fidei. Credẽs enim ſe filium habiturũ, huius rei ſignum accepit quã credidit, vt quid credẽs iuſtificatus ſit, cerneretur. Non ergo circunciſio aliquid habet dignitatis, ſed ſignũ eſt tantum. Quod ſignũ ideo accipiebant filii Abrahæ, vt ſcirentur eius filii eſse, qui credens deo hoc ſignũ acceperat, vt æmuli eſsent paternæ fidei, vt crederent in IESVM qui promiſsus eſt Abrahæ, cuius in figura natus eſt Iſaac.
C Nec enim in Iſaac omnes gentes benedicuntur, ſed in
Actuũ.4. Chriſto: quia nõ eſt aliud nomẽ datum ſub cælo in quo oporteat ſaluos fieri, dicit Petrus apoſtolus. ¶ Vt ſit pater circũciſionis eorũ qui non ſolũ ex circũciſione ſunt, ſed & eorũ qui ſequuntur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.) Hoc dicit, quia credens Abrahã, primus factus eſt pater circunciſionis, ſed cordis, non tantũ eorum qui ſunt ex eius origine, ſed eorũ qui ſimiliter credunt ex gentibus. Secũdum carnẽ enim Iudæorum pater eſt, ſecũdum fidem vero omniũ credentium. ¶ Nõ enim per legẽ promiſsio Abrahæ aut ſemini eius, vt hæres eſset mundi, ſed per iuſtitiam fidei.) Manifeſtum eſt quia neq; adhuc lex data erat, neq; iam erat circunciſio, quando promiſsio facta eſt Abrahæ credenti, & ſemini eius quod eſt Chriſtus, qui hominum pec-
Ioan.1. cata abluerat. Vnde dicit Ioannes baptiſta: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatũ mundi. Non ergo merito ſeruatæ legis hæres factus eſt mundi, ſed fidei, Hæres autem
Pſal.2. mundi, hæres eſt terræ, quã in filiis conſecutus eſt. Chriſtus autem hæres eſt gentiũ, vt Dauid canit: Et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Ipſi enim moriemur & viuemus cum eo. ¶ Si enim qui ex lege, hi ſunt hæredes.) Id eſt, ſi ii qui ex lege vel ſub lege ſunt, hæredes ex lege ſunt: ¶ Euacuata eſt D fides, abolita eſt promiſsio.) Manifeſtum eſt quoniam ſi ex lege hęreditas, promiſsio quę ex fide facta eſt ad Abrahã, in interitũ venit. Sed nõ eſt per legem facta promiſsio, ſed per iuſtitiam fidei hæreditas. Oſtendit enim Apoſtolus quid mali ſit hæreditatem ſperare ex lege. ¶ Lex enim irã operatur.) Vt penitus oſtendat non poſſe iuſtificari hominẽ per legem apud deũ, neq; promiſſionẽ per legem fieri potuiſse, Lex ait, irã operatur. Ad hoc enim data eſt, vt reos faceret delinquẽtes. Fides autẽ donũ eſt miſericordię dei, vt per legẽ rei facti, veniã conſequantur: idcirco fides gaudium operatur. Non contra legem loquitur, ſed anteponit illi fidẽ, quia qui per legẽ ſalui eſse non poterãt, gratia dei ſaluantur per fidẽ. Non ergo lex ira eſt, ſed iram operatur peccanti, id eſt pœnã, dum nõ ignoſcit ſed vindicat. Pœna enim per iram generatur: ira autẽ naſcitur ex peccato: ac p hoc relinqui vult legẽ, vt ad fidem confugiatur, quæ delicta ignoſcit vt ſaluet. ¶ Vbi enim nõ eſt lex, nec præuaricatio.) Hoc E dicit, quia ſublatis reis de poteſtate legis data venia, præuaricatio nulla eſt. Iuſtificati enim ſunt, qui per præuaricationẽ legis fuerãt peccatores. Ceſsat enim factorum lex, id eſt, obſeruatio ſabbatorũ, neomeniarum circũciſionis, eſ carum diſtinctio, animalis mortui aut ſanguinis muſtelæ obſeruatio. ¶ Ideo ex fide ſecundum gratiã, vt firma ſit promiſsio omni ſemini. Firma eſse non poteſt promiſsio omni ſemini, hoc eſt, omni homini ex omni gẽte, niſi fuerit ex fide, qa origo promiſsionis ex fide eſt nõ ex lege, quia qui ſub lege ſunt, rei ſunt. Promiſsio autem reis dari nõ poteſt, ac per hoc purificãdi ſunt prius, ſed per fidẽ, vt digni fiãt dici filii dei, & ſit firma promiſsio. Si enim filios dei ſe dicant, cũ ſint rei, hoc eſt, ſub lege, nõ eſt firmũ, quia filii dei liberi ſunt à peccato. Si ergo qui ſub lege ſunt, eruẽdi de ſub lege ſunt, vt promiſſionẽ mereantur accipere, quãto magis qui ſub lege nõ ſunt? Non ergo expedit vt ſe mittat ſub legę, vt poſsit cõpendio medelã vulneris inuenire. ¶ Non ei qui ex lege eſt tantum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ.) Hoc eſt quod ſupra dixit, Omni ſemini, tam Iudęorũ, qui vtique ex lege veniebant: q̃ gentiliũ, qui fidem ſequũtur Abrahæ, quam gentilis credidit vt eſset iuſtus. Sine lege enim credidit Abraham, ideoq; magis gentilibus iungitur Abraham vt firma ſit eius promiſsio, credẽtibus ei cui cre-
F didit Abraham. ¶ Qui eſt pater omnium noſtrũ, ſicut ſcriptũ eſt, Quia patrẽ multarum gentiũ poſui te.) Con firmauit exẽplo legis, Abraham omnium patrem eſse, ſed eorũ qui credunt: & ſic firmã eſse promiſsionẽ, ſi fidei cauſa recedatur à lege, quia promiſsio regni cælorũ iuſtis deputata eſt, & nõ peccatorib⁹. Et q̃ ſub lege ſunt, ſub peccato ſunt, quia omnes peccauerũt: nec poſſe aliquem & ſub lege eſse, & gratiã conſequi, ſicut & ad Ga- Gala.5.
latas ait: Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. ¶ Ante eũ cui credidiſti deo.) Vt vnum deum omniũ doceat, alloquitur gentiles, Abraham ipſi deo credidiſse, & iuſtificatum eſse ante eum, in quem & gentes credunt, vt iuſtificẽtur, vt non ſit diſtantia Iudæi & Græci in fide, quia ſublata circuneiſione & præputio, vnũ fiunt in Chriſto, quia & Abraham in præputio credidit, & iuſtificatus eſt. ¶ Qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanq̃ ea quæ ſunt.) Hoc dicto ad fidem Abrahæ gentes inuitat: quia cum eſset in præputio credẽs deo, cuius nũc fides prędicatur in Chriſto, iuſtificatus eſt cum ſua coniuge. Cum eſsent enim obſoleta ætate ſeniores, reuiruerunt, ita vt nõ diffideret habiturũ ſe ex Sara filiũ, quam ſterilẽ ſciebat, & in quà iam fluxus muliebris naturæ deficeret, vt per hæc nõ current neq; de præputio, neq; de circũciſione, & pròpti ſint circa fidem: ſecuri quia cui credunt, viuificat mortuos, nec aliũ eſse qui hanc habeat poteſtatem, & cum voluerit eſse quod non ſunt, ſtatim eius voluntate ſubſiſtunt. Ideo Abrahã cum pater adhuc non eſset, vocatus eſt pa-

G ter multarum gentium,& credidit,securus de dei potentia, Vt autẽ pater Christi idem esse deus crederetur cui credidit Abraham, tale signum datum est in Zacharia & Elizabeth,cum promissio redditur in mundo,imminente Christo,quale datũ fuit in Abraham & Sara quando signata promissio est, vt simili genere emortua corpora senectute generarent sanctum Ioãnem, sicut natus fuerat & Isaac. ¶ Qui contra spem in spem credidit.) Manifestum est quia dum spem non haberet generandi Abrahã,credidit deo,fidẽ habens contra spem generare se,sed sciẽs omnia posse deũ. ¶ Vt fieret pater multarum gentium secũdum quod dictũ est, Sic erit semen
Gene.15. tuũ.)Hoc in Genesi.Ostendens enim illi stellas cæli,dixit:Sic erit semen tuũ.quod credẽs,iustificatus est. Credidit enim quod mundo impossibile videtur,dũ in rerũ naturã non cadit vt possint senes generare,& tanta copia multiplicari semẽ eorũ,vt numerari nõ possit.Ideoq; preciosa est fides,quia cõtra id quod scit aut videt,credit futurũ,hac spe cõsolans se,quia deus est qui promittit,de quo sentiri plus par est, q̃ humana imbecillitas capit. ¶ Et non infirmatus est fide,nec cõsiderauit corpus suum emortuũ,cum iã ferè centũ esset annorũ,& emortuam vuluã Saræ.In repromissione autẽ dei non hæsitauit diffidentia,sed confirmatus est fide,dando gloriã deo,certum habens quia qui promisit potens est & facere,ideoq; æstimatũ est illi ad iustitiã.) Hac laude dignũ prædicat Abraham,quia cum se sciret non posse, infirmitatẽ suam fide firmauit, vt crederet se posse per deũ,
H quod sciret fieri per mundi decreta nõ posse. Magni ergo meriti est apud deũ,qui contra scientiã suam deo credidit,non dubitans posse illum, vtpote deum,quod scit secundum mũdi rationẽ fieri nõ posse. Pro certo enim habet deum vltra rationem mũdi esse. Nemo enim intra id esse dicẽdus est quod creauit.Ideo huiusmodi remunerãdus est à deo,quia authori suo plus tribuit, q̃ ipse sapit. Quod quidem nullius precii esset, si omnes æqua sentirent,sed multorum diffidentia commendatur fides credentium apud deum. Hortatur ergo gentes ad hanc fidei firmitatem, vt dei promissionem & gratiam sine aliqua ambiguitate suscipiant, securi exemplo Abrahæ: quia inde credenti laus crescit, si quod incredibile est,& mundo stultum videtur,credatur:quia quantò impossibile putatur quod creditur,tãtò magis honorabilior erit credẽs.& vere tamẽ stultũ esset hoc credere,si sine deo fieri diceretur. Et ideo tãto laudabilior est Abrahæ fides cæterorum fide,quia nullis signorum pro
I digiis attracta est. Quoniam autem mundus certa lege & potestate gubernatur,& regitur modo definito à deo: homines autem amore carnis circa rationem studiosi, deum huius opificem neglexerunt,deus,vt errorem auferret, & deum se omnium demonstraret, hoc se posse & fecisse prædicari voluit, quod mũdo impossibile est, vt qui hoc crederent, damnatis iis qui ratione mũdi inflati deum neglexerunt, discreti saluarentur dei dominio mancipati. ¶ Non autem scriptum est tantum propter ipsum solum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos,quibus reputabitur credẽtibus in eũ, qui suscitauit IESVM Christum dominum nostrum à mortuis,qui traditus est propter peccata nostra,& resurrexit propter iustificationẽ nostram.)In Abraham formam dicit datam Iudæis & gentibus,vt exẽplo eius credamus in deum & in Christum,& in spiritum sanctum, & reputetur nobis ad iustitiam. Quamuis differat quod non creditur,vnum tamen donum habet fides. Hoc ergo consequimur,quod credimus. Credentes enim Christum dei esse filium,à deo adoptamur in filios. Nihil enim vltra potuit donare credentibus, q̃ vt filii dei dicantur,perfidis abdicatis. Nos enim filii dei vocamur,illi autem nec serui digni sunt nuncupari. Pro infinita enim magnificẽtia sua deus hoc donauit diligẽtibus se, quod

A ros falli impossibile est,securos nos faceret de promissione,quia & deus est qui promisit:& iis quos charos habere vult,promisit. Quia enim fidei nostræ rationẽ humana verba aserere nõ valent,virtutũ testimonio, quę cum tacent clamant,rationabilis approbatur, ad cõfusionem prudentium mundi:qui audacia verborum terrenis contra cælestia dimicãt & carnalibus æduersus spiritalia;& prudentes se dicere non erubescunt. Nam sicut peregrini hominis improbabilis origo in terra aliena est,ita & fidei nostræ veritas peregrinatur in terris:& quia natura eius verbis explicari nõ potest,virtutis, quæ maior res est,testimonia commendatur.

Vt quid enim Christus cum adhuc peccatores esse mus secundum tempus,pro impiis mortuus est? vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori.) Si pro incredulis ac dei inimicis Christus ad tempus morti se dedit:(Ad tempus enim mortuus est,quia tertia die resurrexit) quantò magis cum in illum credimus, auxiliis suis muniet nos?Ad hoc enim pro nobis mortuus est, vt & vitam et gloriam nobis acquireret.Itaq; si pro inimicis mortuus
B est,quantum præstet amicis,debet intelligi. Apud homines ergo, id est, secundum tempus mori visus est. Ille enim apud inferos pro salute animarum irreuerentes & nequam spiritus iudicabat. Tempora in mundo sunt, vbi oritur & occidit Sol, & Luna crementum & detrimentum facit,& dies & nox in statu suo non perseuerant. Res enim quæ tempori & ætati subiecta est, mutabilis semper est.Huic ergo tempori Christus mortuus est,dum excessit è corpore. Vbi autem tempus non est & ætas,ibi non solum vixus, sed & victor repertus est. Hinc voluit affectum Saluatoris erga nos commendare cum dicit: Vix pro iusto quis moritur: Christus autem pro impiis mortuus est.Si enim pro iusto vix aliquis mo ritur,pro impiis quomodo potest fieri vt quis moriatur? Et si pro bono vno forte audeat quis mori,aut forte non audeat,quia vtrunq; difficile esse significat: quemadmodum videri potest vt audeat aliquis pro multorum impietatibus mori? Si enim quis pro iusto aut bono audeat forte mori, miseratione quadam illectus, aut affectu bonorum operum eius:pro impiis vero nõ solum quod suadeat mori deest,sed & quod in lachrymas prouocet. Christus autem mortuꝰ est pro impietatibus populi adhuc non sui,vt omnia quæ mundus diffidit, faceret credibilia. Duos ergo gradus fecit iusti, & boni. Quanuis enim & iustus bonus dicendus sit, tamen genera ipsa posuit, iustum exercitio significans,bonum vero naturą, qui simplicitate innocens dicatur. Vnde quanuis melio-
C ris meriti sit,quantum ad locum istum pertinet, iustus quàm bonus: tamen pro bono,inquit, forte aliquis audeat mori,vt quia miserabilior causa innocentiæ est,ad hoc cogi forte aliquem posse significet. Deniq; optant parentes pro infantibus bonis mori,non dicam vxores pro bonis maritis.Nam si velimus de bono & iusto proponere,aliquando meliorẽ iustũ deprehẽdimus,aliquãdo præponendum bonum.Si enim iuxta dei legem iustus est, melior bono est,sed illo qui necdum secum laborauit vt amplificaret se bonis. Exercitio enim bonũ naturæ suæ iustus meliorabit. Si autem iuxta mundum fuerit iustus, præponitur illi bonus, propter innocentiam:quia huiusmodi non est sine impietate iustitia. Itaq; omnis natura,bona est: iustitia autem legis dei,fructus est competens naturæ.Ideoq; iustitia bonitas est,vnde iusti semper appellantur & boni.Non tamen semper boni iusti,quia non propter opera vocantur boni, sed propter innocentiam.Iustitia enim perfecta est bonitas dum explet opere naturæ suæ bona. ¶ Commendat autem suam charitatem deus in nobis.) Sic commendat suam charitatem, dum adhuc inimicis suis beneuolus est,& mittit qui saluet eos, cum vtiq; non mereantur. ¶ Quoniã si cum adhuc peccatores essemus, Christus
D pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.) Hoc dicit, quia si pro peccatoribus filium suum deus occidi permisit,quid faciet pro iustificatis, nisi seruet eos ab ira id est,tutos illos præstet ab illusione diaboli, vt securi sint in die iudicii, cum cœperit perfidos vltio deuastare? Quoniam enim bonitas dei nullum perire vult,mortem dignissimam dedit,vt intelligẽtibus dei gratiã circa se,adderet dignitatem & gloriam, ingratis cumularet pœnam.Ingrati ii sunt qui deo vocante dissentiunt, dei gratiam abnuentes, vt in proposito erroris & malignitatis permaneant. ¶ Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius,multo magis
E recõciliati salui erimus in vita ipsius.) Manifestum est quia si vt reconciliaret nos sibi deus,filium suum morti tradidit,quanta magis reconciliatos saluos faciet in vita ipsius? Si enim mors Saluatoris profuit nobis, quanto magis vita ipsius cum resurgit à mortuis? Quia sicut mors eius à diabolo nos eruit,ita & vita eius de die iudicii dei nos liberabit. ¶ Non solum autem hoc,sed & gloriamur in deo,per dominum nostrum IESVM Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.) Non tantum pro accepta salute et securitate deo gratias agendas docet, sed & gloriandum per Christum IESVM in deo,qui dignatus est ex impiis & inimicis dicinos suos amicos, vt omnia beneficia per Christum consecutos nos gaudeamus: vt quia per ipsum cognouimus deum,gloriantes in eo reddamus ei honorificentiam paremdeo patri,ipso sibi idoneo teste prædicante, Vt honorificent, inquit, filium sicut honorificant patrem.Post dei ergo patris prouidentiam, & donũ quod dedit per Christum,vt personam filii nobis gratam faceret,quia per vnum Christum redempti sumus ab vno deo patre,adiecit: ¶ Propterea sicut per vnum hominẽ peccatum in hunc mundũ intrauit,et per peccatũ mors & sic in omnes homines pertransiuit,in quo omnes peccauerunt.)Quoniam superius dei gratiam per Christũ datam ostendit secundum ordinem veritatis, nunc ipsum ordinem vnius dei patris, per vnum Christum filium eius declarat, vt quia Adam vnius, id est Eua(& ipsa enim Adã est)peccauit in omnibus,ita vnus Christus filius dei peccatum vicit in omnibus.Et quia propo
F situm gratiæ dei erga genus humanum ostendit,vt ipsa primordia peccati ostenderet,ab Adam incepit, qui primum peccauit,vt prouidentiam vnius dei per vnum reformasse doceret quod per vnum fuerat lapsum & tractum in mortẽ. Hic ergo vnus est per quẽ saluati hãc illi reuerentiam,quàm deo patri debemus, ipso volente. Dicit enim idem alio loco: Qui in his seruit Christo, placet deo:cum scriptum est: Dominum deum tuum Deut.6.
adorabis, & illi soli seruies. Si ergo soli deo seruiendũ Matt.4.
dicit, & Christo seruire præcipit,in vnitate dei est Christus nec dispar aut alter deus, quando cum soli deo seruiendum lex commonet, Christo seruiens deo placere dicatur. Igitur sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors, ita & per vnum Christum damnatio & mors peccati, præstãs vitam æternam. Quod inferius declarat. In quo, id est, Adam omnes peccauerunt. Ideo dixit, in quo, cum de muliere loquebatur, quia non ad speciem retulit, sed ad genus. Manifestum itaq; est in Adam omnes peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus,quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipso sumus omnes. Hic enim beneficium dei perdidit dum præuaricauit, indignus factus edere de arbore vitæ, vt moreretur. Mors autem dissolutio corporis est, cum anima à corpore separatur. Est & alia mors,quæ secunda dicitur in gehenna,quàm non peccato Adæ patimur,sed eius occasione propriis peccatis acquiritur,à qua boni immunes sunt, tantũ quod in inferno erãt,sed superiori,quasi in libera,

quia in dono plus magis dantis q̃ accipientis considera K
tur sublimitas,& ex eo plus accipitur laudis, cum paruulis magna dona largitur per Christũ,qui nostri causa occidi se passus est,vt nos data venia à secunda morte eruret, id est,à pœna inferni, & surrexit vt pro lætitia triumphi mortis cuictæ gratiam nobis iustificationis donaret,vt digni essemus dici filii dei. Ante passionem enim qui baptizati sunt, solam remissionem acceperũt peccatorũ, quorum zelo Satanas occidit Saluatorem. Post resurrectionem vero,tam ii qui prius, q̃ isti qui postea baptizati sunt, omnes iustificati sunt per datam formam fidei trinitatis,acceptoq; spiritu sancto,qui signum est credentium,quod sint filii dei. Et vt ad cumulum nobis iustificationis proficeret,resurgẽs præceptis suis authoritatem tribuens,æmulos nos eorum hac fiducia faceret, per quẽ iustificemur, meritis nos augeremus,per quam gloriã adepti clari appareamus in regno dei,quia iustificati à morte teneri non possumus. Passione enim Saluatoris victa mors,quæ prius causa peccati dominabatur,iustificatos ab eo retinere non audet.

CAPVT QVINTVM.

IVSTIFICATI igitur ex fide, pacẽ habeamus ad deum,per dominum nostrum IESVM Christum.)Pacem cum deo habere fides facit,non lex.Hæc enim nos deo reconciliat sublatis peccatis,quę nos deo fecerant inimicos.Et quia dominus Iesus huius L
gratiæ minister est,per ipsum pacificati sumus deo.Maior enim fides, q̃ lex est.Lex enim nostra causa est, fides dei. Et lex ad præsentẽ disciplinam pertinet, fides vero ad salutẽ pertinet perpetuam. Sed qui de Christo nõ ita sentit vt debet, ad fidei præmia non poterit peruenire, quia fidei non tenet veritatem. ¶ Per quem & accessum habemus in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei.) Manifestum est per Christum nos aditũ habere ad gratiã dei. Ipse enim est arbiter dei & hominum,qui nos doctrina sua erigens,sperare fecit donũ gratiæ dei, stantes fide eius. Ideo stãtes,quia prius iacuimus:credẽtes autem erecti sumus,gloriantes in spe claritatis quã promisit deus nobis. ¶ Nõ solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus nostris.) Quoniam per tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei, ideoq; & in his gloriandum docet. Spei autem addita tribulatio,augmentum facit præmii. Index enim fixæ spei tribulatio est,quæ testimonium perhibet ad coronam. Vn
de dominus ait: Beati eritis cum vos persequentur,& di Matt.5.
cent omne malum aduersum vos propter iustitiam dei. Gaudete & exultate,ecce enim copiosa merces vestra in cælo. Contemnere enim præsentia,& quæ oblectamenta sunt, & in pressura non cedere spe futurorum, magni M
meriti est apud deum.Ideoq; in tribulationibus est gloriandum,quia tantò plus accepturũ se credit,quantò in tribulatione se viderit fortiorẽ. ¶ Scientes quod tribulatio patientiã operatur.) Hoc est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa motum non patiatur infirmitatis aut dubitationis. ¶ Patiẽtia autem probationem.) Manifestũ est quia patientia si talis fuerit qualem diximus, firma videbitur probatio. ¶ Probatio autem spem.) Spes in eo qui probatus videtur, non immerito dicitur.Dignus enim scitur, accepturus remunerationem in regno dei. ¶ Spes autem non cõfundit,quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.)Spes non confundit,dũ stulti & hebetes à perfidis iudicamur, credentes quæ mundana carent ratione. Pignus enim charitatis dei habemus in nobis per spiritũ sanctum datum nobis. Fidele enim esse promissum dei probat spiritus sanctus datus apostolis,& nobis, qui diuersis linguis imperiti loquerẽtur, cum interpretationibus præstitit ad confirmandã spem, & vt charitatem dei commẽdaret in nobis, vt quia cha-

G quia ad cælos aſcendere non poterant. Sententia enim tenebantur data in Adam: quod chirographũ in decretis morte Chriſti deletum eſt. Sententia autem decreti fuit, vt vnius hominis corpus ſolueretur ſuper terram, anima vero vinculis inferni detenta exitia pateretur.

¶ Vſq; ad legem enim peccatũ erat in hoc mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſset.) In Adam omnes dicit peccaſſe, ſicut ſupra memorauí, & vſq; ad legem datã non imputatum eſse peccatum. Putabant enim ſe homines apud deũ impunè peccare, ſed non apud homines. Nec enim lex naturalis penitus obtorpuerat, quia non ignorabãt quia quod pati nolebãt, aliis facere non debebant. Nam vſque adeo non ignotũ fuit peccatum inter homines, vt Iacob cum idola ſua apud illum quæreret ſocer eius Laban, in quo inuentum fuiſset furtum, morte dignũ iudicaret: & Ioſeph quamuis per calumniam, tamen quaſi reus clauſus in carcere eſt, & pistor & pincerna Pharaonis ob delictũ ſimiliter paſsi ſunt, & Moyſes occiſo Aegyptio atterrit⁹ lege eſt. Quomodo ergo non imputabatur peccatum cum lex non eſset, aut quomodo vindicabatur, niſi lex ſciretur? Lex naturalis ſemper eſt, nec ignorabatur aliquando, ſed putabatur ad tempus tantũ authoritatẽ habere, non & apud deum reos facere. Ignorabatur enim quia iudicaturus eſt deus genus humanũ, ac per hoc non imputabatur peccatum, quaſi peccatum nõ eſset apud deum: incurioſum deum aſſerentes. Vbi autem lex data eſt
H per Moyſen, manifeſtatum eſt curare deum res humanas, & non impunè iis futurum qui malefacientes, quacunq; ex cauſa in præſentia euadũt. Nam vtiq; qui inter ſ:, magiſtra natura, peccata non inulta cenſebant, quanto magis deum hæc quem mundi ſciebant opificem, requiſiturum non debuerant ignorare? Quippe cũ Sodoma & Gomorra per ignẽ adiudicata ſit deperire, quod obliuio quidem texerat, Moyſes autem vt affirmaret deum iudicẽ fore ſcribendo manifeſtauit. Sed cum prætermiſſo deo figmenta cœperunt in honorẽ dei recipere deprauati mente, partem legis naturalis, quæ prima eſt, calcauerunt: Quia lex naturalis tres habet partes, Cuius prima hæc eſt, vt agnitus honoretur creator, nec eius claritas & maieſtas alicui de creaturis deputetur. Secunda autem pars eſt moralis, hoc eſt, vt bene viuatur, modeſtia gubernante. Congruit enim homini habenti notitiã creatoris, vitam ſuam lege frenare, ne fruſtretur agnitio. Tertia vero pars eſt docilis, vt notitia creatoris dei, & exemplum morum cæteris tradatur, vt
I diſcant quemadmodum apud creatorem meritum collocatur. Hæc eſt vera & Chriſtiana prudentia.

SED regnauit mors ab Adã vſq; ad Moyſen.) Quoniam non imputabatur peccatũ antequã lex daretur per Moyſen, ſicut dixi, ipſa vſurpationis impunitate regnabat mors, ſciens ſibi illos deuotos. Regnabat ergo mors ſecuritate dominationis ſuæ tam in hos qui ad tẽpus euadebant, quàm in iſtos qui etiam hic
Ioan.8. pœnas dabant pro malis ſuis operibus. Omnes enim ſuos eſse videbat. quia qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Impunè enim cedere putantes, magis delinquebãt: circa hæc tamen peccata prõptiores quæ mundus quaſi licita nutriebat. Quo facto gaudebat Satanas, ſecurus quod cauſa Adæ relictum à deo hominẽ in paſſionem habebat. ¶ Regnabat ergo mors in eos qui nõ peccauerunt, in ſimilitudine prævaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.) Quod in ſubiectis mõſtrabimus. Itaque non in omnes mortem regnaſſe manifeſtum eſt, quia non peccauerunt omnes in ſimilitudinem prævaricationis Adæ, id eſt, non omnes contempto deo peccauerunt. Qui autem ſunt qui contempto deo peccauerunt, niſi qui neglecto creatore ſeruierũt creaturæ, deos ſibi conſtituentes quos colerent ad iniuriam dei? Nam & Thara pater Abrahæ, & Nachor & Laban proprios deos ſibi vendicabant. Et peccatum Adæ non longe eſt ab idololatria. Prævaricauit enim putans ſe hominem futurum K
deum. Aeſtimauit enim hoc magis profuturum, quod diabolus ſuaſit, quàm quod deus iuſſit, in loco dei diabolum ſtatuens, vnde & ſubiectus eſt diabolo. Similiter & hi tranſgreſſo deo, dum creaturæ ſeruiunt, peccant ſimili modo, nõ eodem, quia ſimili modo ſolet habere aliquid diſſimile. Nec enĩ poteſt dici quia & hi qui præceptũ acceperũt non edendi de arbore, ſicut Adam, fuerunt qui peccauerunt, non præterito deo, ſed in lege naturali. Qui enim intellexit & veneratus eſt deũ, nulli honorificentiam nominis ac maieſtatis eius impertiens, ſi peccauit (quia impoſsibile eſt non peccare) ſub deo peccat, non in deum, quem iudicem ſenſit: ideoq; in huiuſmodi mors non regnauit. In hos autem, ſicut dixi, regnauit, qui ſub ſpecie idolorũ ſeruierũt diabolo. Proterea quod lex in authoritate nõ erat promulgata, iudicem deum præſentire nequiuerunt. Maxima pars mundi deum fore iudicem ignorabat: perpauci autẽ in quos non regnauit mors. In quos autem regnauit poſt iſtam mortem quæ prima dicitur, à ſecunda excepti ſunt ad pœnam & perditionem futuram. In quos autem nõ regnauit, quia nõ peccauerunt in ſimilitudine prævaricationis Adæ, ſub ſpe reſeruati ſunt, aduentu Saluatoris in libera, ſicut legitur de Abraham, quia quamuis apud inferos fuerit, diſcretus tamẽ longo interuallo eſt, ita vt chaos eſset ingens inter iuſtos & peccatores: quãtò magis piis & iuſtis eſset refrigerium, & peccatoribus æſtus, L
impiis vero ardor, vt ante iudicium quod vnuſquiſq; dignus eſset nõ lateret? Ac per hoc regnabat in eos mors, quia videbat opera ſubtilitatis ſuæ profeciſse eis ad pœnam quaſi inimicis. Non enim latuit illum ad hoc factũ hominẽ in mundo, vt imperium vnius diei prædicaret, quod prævaricatus eſt Satanas. Ac ſi in Græco non ita cautum dicat. Sic enim dicitur ſcriptum, Etiam in eos mortem regnaſſe qui non peccauerunt in ſimilitudine prævaricationis Adæ. Totum enim hic complexus videtur, vt quia mors, id eſt, diſſolutio per inuidiam facta eſt diaboli, & in eos qui non peccauerunt, regnaſſe mortem. Moriuntur enim: quod voti eſt Satanæ. Quod ſi verum eſset, nõ oportuit dici: Regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen, ſi ab initio vſq; ad finem regnat in omnes. Aut forte gradus fecit, vt ab Adam vſque ad Moyſen regnauerit, & à Moyſe vſq; ad Chriſtum, à Chriſto verò vſque ad finem, vt ad quam vtilitatem hæc locutio proficeret, cũ nec ſic locutus probetur. Dixit enim, Ab Adam regnauit mors vſque ad Moyſen, propter quod lex nõ erat manifeſtata, vt data lege ſub authoritate ei⁹ viuerẽt, ſcientes quid cauerẽt, ne regnaret in eos mors. Igitur qui ante legem hoc ſeruauit, natura duce quod poſtea lex mandauit, nunquid poteſt dici quia mors re- M
gnauit in eum? Nam vide quid de eo ſcriptum ſit: Peccatum, inquit, non imputabatur cũ lex non eſset & adiecit: ſed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, eo vtiq; tẽpore quo lex non erat: & conuenit vt quia anteq; lex daretur mors regnauit, in eos regnaſse dicatur qui peccauerunt in ſimilitudine prævaricationis Adæ, ſicut ſupra memorauimus. Sicut enim poſt legem datam qui fornicationi aut idolis ſeruierunt, contemnẽtes legiſlatorem, regnauit in eos mors: ita & ante legem qui ſe ſub lege præceſſerũt, honorificantes authorẽ eius, non vtiq; regnauit in eos mors. Propterea enim regnaſse dicitur, quia cognitio vnius diei euanuerat in terris. Denique
Exo.20. ſic cœpit data lex: Ego ſum, inquit, dominus deus tuus qui eduxi te de Aegypto, de domo ſeruitutis. non erunt tibi dii alii præter me, & non facies tibi idolum, neque vllam ſimilitudinem. Data igitur lex eſt, ne mors regnaret, vt abolitis peccatis prioribus, vni deo obſecundaret genus humanum. Vnde alio loco dicit idem Apoſtolus: Non regnet peccatum in veſtro mortali cor- Rom.6.
pore vt obediatis ei. Quo dicto oſtendit etiam nunc regnare mortem ſi lex cõtemnatur. Quod enim regnum

A mortis eſt, niſi cũ fit voluntas eius dum imperat ad pernicié obedientis? Cuius imperii volũtas caput eſt idololatriæ. & tamen ſic præſcribitur nobis de Græcis codicibus, quaſi nõ ipſi ab inuicẽ diſcrepent, quod fecit ſtudiũ contẽtionis. Quia enim propria quis authoritate vti nõ poteſt, ad victoriã verba legis adulterat, vt ſenſum ſuũ quaſi verba legis aſſerat, vt nõ ratio, ſed authoritas præſcribere videatur. Conſtat autẽ quoſdam latinos porrò olim de veteribus Græcis tranſlatos codicibus, quos incorruptos ſimplicitas tẽporum ſeruauit & probat: poſtquam autẽ concordia animis diſsidentibus, & hæreticis perturbãtibus torquere quæſtiones cœperunt, multa immutata ſunt ad ſenſum humanũ, vt hoc contineretur in literis, quod homini videretur. Vnde & ipſi Græci diuerſos codices habent. Hoc autem verũ arbitrõr, quando & ratio & hiſtoria & authoritas obſeruatur. Nam hodie quæ in latinis reprehenduntur codicibus, ſic inueniuntur à veteribus poſita, Tertulliano, Victorino, &
Pſal.75. Cypriano. Primùm enim in Iudæa cœpit deſtrui regnũ mortis, quia notus in Iudæa deus. Nunc autem in omnibus gentibus quotidie deſtruitur, dum magna ex parte ex filiis diaboli fiant filii dei. Itaque non in omnes regnauit mors, ſed in eos qui peccauerunt in ſimilitudine prævaricationis Adæ, ſicut ſupra memorauí. Adam autem ideoq; forma futuri eſt, quia iam tunc in myſterio
B decreuit deus per vnum Chriſtum emendare, quod per vnum Adam prævaricatum erat, ſicut dicitur in Apocalypſi Ioannis apoſtoli. Agnus, inquit, qui occiſus eſt à conſtitutione mundi. Deniq; ſubiecit:

SED non ſicut delictum, ita & donũ. Propter quod enim & formã eſse dixit vnius Chriſti vnũ Adam, ne & cauſa Adæ talem ſignificaſse putaretur, qualis & Chriſti eſt, ait: Sed nõ ſicut delictũ, ita & donũ. quia in eo tantũ forma Adam Chriſti eſt, quia quod vnus peccauit, vnus emẽdauit. ¶ Si enim in vnius delicto multi mortui ſunt, multò magis gratia dei, & donũ in gratia vnius hominis IESV Chriſti in plures abundauit.) Hoc eſt, ſi vnius delicto multi mortui ſunt imitantes prævaricationem eius, magis gratia dei & donum in plures abundauit confugientes ad ſe. Plures enim gratiã conſequuntur q̃ mortui ſunt delicto Adæ. Vnde manifeſtum eſt non de hac morte quæ omnibus communis eſt ſignificaſse, quia omnes omnino moriuntur, & non tamen omnes gratiã conſequuntur. Neq; mortẽ in omnes regnaſse, ſed eos qui delicto Adæ mortui ſunt ſignificatur, quos in ſimilitudinẽ prævaricationis Adæ dicit peccaſse. Ii ſunt quos dicit in vnius delicto multos mortuos
C gratiam autẽ dei in plures abundare, quia & iis qui delicto Adæ mortui dicuntur, ſimiliter peccãtes, & in iis qui non peccauerunt in hac Adæ prævaricationis ſimilitudine, dei gratia abundauit. Paterno autẽ peccato ex dei ſententia erant apud inferos, gratia dei abũdauit in deſcenſu Saluatoris, omnibus dans indulgẽtiam, cũ triumpho ſublatis eis in cælum. ¶ Et non ſicut per vnũ peccatum, ita & donũ. Nam iudiciũ quidem ex vno in condemnationem: donum autem ex multis delictis in iuſtificationem.) Manifeſtè diuerſum eſt, quia vno Adæ peccato cõdemnati ſunt, qui in ſimilitudine prævaricationis eius peccauerunt. Gratia vero dei per Chriſtum nõ ex vno delicto, ſed ex multis iuſtificauit homines, dando illis remiſsionẽ peccatorũ. Hoc ad magnificentiam pietatis dei & Chriſti loquitur, vt cum delicto Adæ multi tenentur à morte ſecũda in inferno inferiori, donum tamen gratiæ dei, cum iuſtum eſset plecti illos, non ſolum ignoſcit illis, ſed & iuſtificat. ¶ Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundãtiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipiẽtes in vita regnabunt per vnum IESVM Chriſtum.) Contuendum eſt vnum eſse ſenſum, & in nullo differre. Mortem enim dicit regnaſse, non regnare: quia qui intellexerunt per legem iudicium dei, ſublati ſunt de eius imperio. Regnauit autem, quia ſine manifeſtatione legis timor dei D
in terris non erat. Superior ergo ſenſus eſt, vt quia mors regnauit ab Adam vſque ad Moyſen in eos qui peccauerunt in ſimilitudine prævaricationis Adæ, multò magis gratia regnet abundantia doni dei in vitã per vnum IESVM Chriſtum. Si enim mors regnauit, quare non magis gratia regnet, quæ multò plures iuſtificat, quàm hi ſunt in quos regnauit mors? quantò magis gratia regnare credenda eſt, quæ confert vitam per Chriſtum? ¶ Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationẽ vitæ.) Hoc eſt, ſicut per vnius delictum omnes condemnationem meruerunt ſimiliter peccantes, ita & in iuſtitia vnius omnes iuſtificabuntur credentes. Si qui autem condemnationem hanc generalem eſse putant, ſimili modo & iuſtificationem generalem accipient Sed non eſt verum, quia non omnes credunt. ¶ Sicut enim per inobedientiam vnius hominis E
peccatores conſtituti ſunt plurimi, ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituẽtur multi.) Quos ſupra omnes dixit: hic plures & multos ſignificat. Plures enim delictum Adæ ſecuti ſunt prævaricãdo, non omnes: & multi iuſti conſtituentur, non omnes. Non ergo in eos regnauit mors, qui non peccauerunt in ſimilitudine prævaricationis Adæ. ¶ Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum.) Poteſt dici econtra, Non ergo oportuit dari legem, ne peccata increſcerẽt. Si enim ante legem minus peccatum eſt, non opus fuit lege. Plane neceſsaria fuit lex, vt oſtenderet imputari apud deum peccata, quæ impunè fieri credebantur, vt de cætero ſcirẽt quod cuitare deberent. Vnde Eſaias propheta: Lex, inquit, adiutorio data eſt. Vt quia ipſi naturæ quodammodo inſerta ſunt iuſtitiæ ſemina, addita lex eſt, cuius authoritate & magiſterio, ingenium naturæ proficeret ad fructum iuſtitiæ faciendum. Sicut enim natiuitas interit niſi nutrimenta habeat quibus fota adoleſcat, ita & naturale iuſtitiæ ingenium niſi habeat quod reſpiciat & veneretur, non facile proficit, ſed ægrotat, & ſuperuenientibus cedit peccatis. Cõſuetudine enim delinquendi premitur, ne creſcat in fructu, & per hoc extinguitur. Prouidenter ergo data eſt lex, ſicut teſtatur Propheta: ſed populus veterem conſuetudinem ſequens multiplicauit pec- F
cata. Ipſo enim vſu plus cœpit peccare, quàm antea peccauerat, & ſic factum eſt vt data lege non minuerentur ſed abundarent peccata. Apoſtolus enim oſtendit quid prouenerit data lege, non quid lex fecerit. Quomodo autem legis vitio creſcebant peccata, quæ comminatur ne peccetur: ſed ſubintraſse dicitur, vt abundaret peccatum? Verum eſt, quia quaſi profutura intrauit, & cum humilitate: poſtea autem cœpit dominari eis quibus præceperat ne peccarent, & peccabant. Oſtendere enim cœpit lex abundantiam peccatorum: cumq; interdixerat, plus fiebãt, quàm facta erant. Igitur hoc modo vt abundaret delictum, data eſt lex. Commendans enim Apoſtolus fidem, per quam vtiq; peccata delentur, legem dixit feciſse vt abundarẽt peccata, ſicut ſupra dixi, quia non data eſt vt abolerentur peccata, ſed vt abundarent, dum & ante legem peccatores oſtendit, & poſt legem reos omnes tenuit. ¶ Vbi autem abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia.) Manifeſtum eſt quia cum abundaret peccatum, ſuperabundauit gratia, dum donum dei venit ex promiſsione, & omnium peccata contexit, vt diaboli inuidia nihil ſe profeciſse doleat. Quia enim cum data eſset lex ad vtilitatem humanam, id egit diabolus, vt ſuadendo illicita inuerteret, vt quod profuturum datum erat, in contrarium proficeret, dum mandata contempta ſunt, vt non vtilitas ex lege commendatio gratiæ dei, ſed iudicium ad vindictam procederet: tunc iuſtus atque miſericors deus, vt gloriam diaboli quam de triumphato homine quæſierat exinaniret, filium ſuum venturum decreuit, qui omnia peccata do-

G naret,vt maior fieret lætitia ex dono gratiæ, quàm fuerat luctus ex peccato. Gaudium enim doni dei etiam his proficit,de quibus triumphare non potuit Satanas. Idcirco ſuperabũdauit gratia ſuper peccatum quod ſuaſit Satanas. ¶Vt quemadmodum regnauit peccatum in mortem,ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam,per IESVM Chriſtum dominum noſtrum. Peccatum regnauit videndo opus ſuum peccantibus in mortem proficere,in qua gloriabatur: ſimili modo vt & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per IESVM Chriſtum dominum noſtrum, vt ſicut per Adam cœptum peccatum regnauit,ſic & per Chriſtum gratia. Sic autem regnat gratia per iuſtitiam,ſi accepta remiſſione peccatorũ iuſtitiam ſequimur,vt videns gratia fructum ſe habere in bonis quos redemit,regnet in vita æterna, ſciens nos futuros æternos. Superabundat ergo gratia, quia peccatũ ad tempus regnauit: gratia autem in æternum. Dei enim regnum eſt gratia regnante,ſicut diaboli regnum erat peccato regnante. Totũ tamen ad Chriſtum refert, vt omnis gratia dei à Chriſto diſcatur. Ad ſuperiorem igitur ſenſum reſpondet dicens:

CAPVT SEXTVM.

H Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato,vt gratia abũdet? Abſit.) Hoc eſt,nunquid ſemper peccãdum eſt vt donũ dei abundet, tegens noſtra peccata, vt ſemper remiſſionẽ peccatorũ ſperãtes, quia deus pius eſt,Chriſti gratiã proferamus? Nõ vtiq. Ideo enim noſtri miſertus eſt deus per Chriſtum,vt de cætero non peccãtes & meritũ nobis & dei gratiã in nos regnare faciamus. Aufert enim regnũ gratię dei,& tradit peccato, qui rurſus redit ad veterẽ hominem,id eſt,ad ritũ præteritæ vitæ. Duabus enim ex cauſis miſericordiam accepimus, vt & diaboli regnum excluderetur, & dei imperiũ ignorãtibus prædicaretur, per hoc ipſum dignitate nobis quæſita. ¶Qui enim mortui ſumus peccato,quomodo adhuc viuemus in illo?) Hoc dicit quoniam viuentes peccato,mortui eramus apud deũ. Qui peccat enim,viuit peccato: ſicut qui nõ peccat,viuit deo. Superveniente enim gratia dei per Chriſtũ,& nos per fidem lauacro ſpiritali regenerante, cœpimus viuere deo,mortui autẽ eſſe peccato,qui eſt diabolus. hoc eſt tamẽ mori peccato,liberari à peccato,fieri autem ſerui dei. Itaq; mortui iam peccato non redeamus ad mala priſtina, ne iterum I viuamus peccato, & moriẽtes deo amiſſa dignitate pœnam quam euaſimus incurramus.

An ignoratis quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto IESV, in morte eius baptizati ſumus?) Hoc dicit, vt ſciamus baptizatos nos iam nõ debere peccare, quia cũ baptizamur, cõmorimur Chriſto. hoc eſt in morte eius baptizari. Illic enĩ omnia peccata noſtra moriũntur, vt innouati depoſita morte reſurgere videamur ad vitam renati,vt quomodo Chriſtus mortuꝰ peccato reſurrexit, ita & nos per baptiſmũ ſpem reſurrectionis habeamus. Baptiſmum itaq; mors peccati eſt, vt alia ſequatur natiuitas, quæ corporis manente cõpagine, hominẽ mente innouat ſepulta omniũ malorum actuum vetuſtate. ¶Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem,vt quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis per virtutem patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.) Hæc dicens,etiã iſtud ſignificat quod primum eſt,quia Chriſtus corpus ſuum à mortuis excitauit. Ipſe enim virtus eſt dei patris,ſicut dicit: Soluite templum hoc,& ego tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui, & quia reſurrexit in nouam vitam, quæ iam mori neſciat. Noua autem dicitur,quia à Chriſto data eſt,quæ eſt diſciplina Chriſtiana. Nos autem baptizati cõſepulti ſumus Chriſto,vt de cætero hanc vitam ſequamur,in qua Ioan.2.

Chriſtus reſurrexit. Baptiſmum itaq; reſurrectionis pignus eſt & imago, vt iam in præceptis Chriſti manentes,ad præterita denuo non reuoluamur. Qui enim mõritur,iam non peccat. mors enim finis peccati eſt. Nam ideo per aquam celebratur, vt ſicut aqua ſordes corporis abluit, ita & nos per baptiſmũ ab omni peccato ſpiritaliter purgatos & innouatos credamus, vt quod incorporale eſt,inuiſibiliter abluatur. ¶Si enim cõplantati ſumꝰ ſimilitudini mortis eius,ſimul & reſurrectionis erimus.) Tũc nos feliciter dicit poſſe reſurgere,ſi ſimilitudini mortis eius fuerimus complantati,id eſt,ſi in baptiſmo omnia vitia deponentes,in nouam vitã tranſlati,de cætero non peccemus,per quod ſimul & reſurrectionis illius ſimiles erimus. Similitudo enim mortis, ſimilem præſtabit reſurrectionẽ. Quod in epiſtola ſua Ioannes apoſtolus memorat dicens: Scimus cum apparuerit,ſimiles ei erimus. hoc eſt,immortalem & glorioſum reſurgere. Nec enim hęc erit ſimilitudo vt nihil diſtet,quia ſimilis erit in corporis gloria,non in diuinitatis natura. ¶Sciẽtes hoc,quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà nõ ſeruiamus peccato. Qui enĩm mortuus eſt,iuſtificatus eſt à peccato.) Multa innectit & iterat, vt baptizatos deceat iam non debere peccare,maxime ne ad idololatriã reuertantur. Grauiſſimum enim crimen & caput totius erroris eſt,ne perdant gratiam acceptam à deo per Chriſtum. Hominem ergo veterem, actus præteritos dicit, quia ſicut nouus homo per fidem & puram vitam dicitur, ita & vetus homo per diffidentiam & malos actus. L Hos actus crucifixos dicit,id eſt mortuos,vt corpus deſtruatur peccati, quod eſt cuncta crimina. Omnia enim peccata ſimul corpus appellat, quod deſtrui dicit per bonam vitam,& fidem catholicam. ¶Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus etiam quod ſimul viuemus cum illo.) Manifeſtum eſt hos qui carnem crucifixerunt, id eſt, mundũ cum vitiis & cõcupiſcentiis eius, mori mundo,& commori Chriſto, æternæ quoque vitæ ac ſalutari coimaginari, vt glotiæ Chriſti ſimiles effici mereantur. Caro vero, id eſt, corpus ſic crucifigitur, ſi deſideria eius calcentur, quæ manente in ea peccato creantur ex præuaricatione primi hominis cœpta. In carne enim diabolus crucifigitur. Ipſe enim eſt qui fallit per carnem. Caro ergo aliquando mundus, id eſt elementa, aliquando vero corpus hominis intelligitur, vel ipſa anima ſequens corporea vitia. ❧Scientes quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel. quod autẽ viuit, viuit deo.) Securitatem æternitatis in reſurrectione Saluatoris oſtendit. ad quam venire contingit, ſi melioris vitæ fuerit æmulatio. Qui enim bene agendo viuit deo, hic vere viuit, quia æternam habet vitam. ¶Ita & vos exiſtimate vos mortuos eſſe peccato: viuentes autem deo in Chriſto IESV domino noſtro.) Sic loquitur vt doceat non aliter mori poſſe peccato, & deo viuere, q̃ vt in Chriſto ſit omnis ſpes: quem dominum noſtrum appellat, vt nihil legis ad ſalutem proficiat capeſſendam in futuro ſeculo, quando non aliter deo viuitur quàm per Chriſtum.

Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcẽtiis eius.) Mortale corpus eſt ex cauſa præuaricationis. Adę, ex fide autẽ Chriſti fore creditur immortale. Vt autem ad promiſſionem hanc veniatur, non obediẽdum dicit peccato, ne regnet in veſtro mortali corpore. Si autem non regnat, nõ videbitur corpus hoc eſſe mortale. quia in ſpe æternitatis eſt. Non propter diſſolutionem dixit mortale corpus, ſed propter pœnã gehennę, vt ille mortalis dicatur, qui in gehennã mittẽdus eſt, quia qui peccato obediũt, mortem inferni non euadũt, à qua Saluator in ſe credentes liberauit. Mortale ergo dicens corpus,

A totum hominem ſignificauit, quia qui obediũt peccato, Ezech.18. mortales dicuntur. Anima enim, inquit, quæ peccat, ipſa morietur, id eſt, totus homo: nemo enim ſine corpore iudicabitur. ¶Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato.) Oſtendit diabolum noſtris nos iaculis expugnare. Occaſio enĩ datur illi per noſtra peccata, vt deſerente nos deo, accepta poteſtate illudat & mortificet nos. Ideo membra noſtra ab omni opere iniquitatis continere debemus, vt inimicus noſter inermis inuentus ſubiiciatur. Et non dixit, Exibete corpora veſtra, ſed mẽbra veſtra. membris enim miniſtris erratur, non toto corpore. ¶Sed exhibete vos deo tanq̃ ex mortuis viuentes.) Mortem ignorantiam & infidelitatẽ cum mala vita ſignificat, quia vita eſt cognoſcere deum per Chriſtũ. Quia enim nemo ſine parente ortum ſumit vitæ, omnia autem à deo orta ſunt ad vitam per Chriſtum: idcirco qui nõ cognoſcit parentẽ omnium eſſe deũ per Chriſtum vitam habere nõ dicitur, hoc eſt, ſic habetur ac ſi non ſit. Ipſe enim ſemetipſum eſſe negat, dum ſine parente deo eſſe ſe putat. Itaque ignorantia & turpis vita, mors eſt. Vitia enim iſta mortem acquirunt, & non mortem hanc quæ cõmunis eſt omnibus, ſed mortẽ gehennæ, ſicut ſuprà memorauì, vt cognitio parentis dei & ſancta conuerſatio viſa ſit, nõ hęc quæ occaſui ſubiacet, ſed illa futuri ſeculi, quæ vocatur æterna. Quam ob B rem exhibete vos deo, inquit, quem cognoſcentes profeciſtis in ſalutem, vt inhoneſtæ vitæ renunciantes ſitis ex mortuis viuentes. ¶Et membra veſtra arma iuſtitiæ deo.) Tanta nos modeſtia conuerſationẽ noſtram vult gubernare, vt actus noſtri iuſtitiæ dei proficientes, non mundanæ iuſtitiæ, quia mundi iuſtitia ſine fide eſt Chriſti, ſine qua non vita, ſed mors eſt, arma præbeamus illi ad defendendos nos: cui cum arma per opera bona præbemus, dignos nos facimus adiuuari ab ea, quia iuſtitia dei indignos deſpicit. Vbi enim iuſtitia dei fuerit, ibi habitat ſpiritus ſanctus ad adiuuandam imbecillitatem noſtram. Sicut enim peccato arma præbemus cum male agimus, ita & iuſtitiæ cum rectè verſamur, membra cuſtodientes ab omni turpitudine. ❧Peccatum autem veſtri iam non dominabitur: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Si ſecundum præcepta quæ dat ambulemus, peccatum nobis dicit non poſſe dominari. Iis enim dominatur qui peccant, non enim ita ambulantes vt præcipit, ſub lege ſumus: ſi vel ò non peccemus, non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia. Si autẽ peccemus, vertimur ſub lege, & incipiet noſtri dominari peccatũ: quia qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, & neceſſe eſt quod ſit ſub C lege quandiu remiſſa non accipit. Peccatũ enim authoritate legis reum facit peccatorẽ: ac per hoc cui data remiſſio eſt, & cuſtodit ſe ne de cætero peccet, neq; peccatũ ei dominabitur, neq; ſub lege eſt. Ceſſat enĩ circa eũ authoritas legis, qui liberatus eſt à peccato. Quos enim reos tenet lex, traditi ſunt illi à peccato. Qui ergo peccatis exutus eſt, non poteſt eſſe ſub lege. ❧Quid ergo? Peccabimus, quia non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit.) Quonia lex à deo eſt, ac per hoc ne forte opponeretur, ipſe ſibi propoſuit: ſi ex deo eſt lex, inquit, cur non debemus eſſe ſub lege? Hoc cognoſcit, ac docet cũ dei volũtate, qui legis author eſt, à Chriſto nos liberatos de ſub lege. Quãuis enim recte data ſit lex, data eſt enim vt reos oſtẽderet apud deũ qui peccauerũt ante legem, & timori eſſet, vt de cętero nõ peccaretur: ſed quia imbecillitate infirmitatis ſuæ genus humanum à peccatis ſe inhibere nõ potuit, factum obnoxium mortis infernæ, motus deus pietate clementiæ ſuæ, qua ſemper humano generi ſubuenit, prouidit per Chriſtum qua ratione deſperatis iam daretur medela, vt remiſſione peccatorum accepta, eruti à lege quæ illos habebat obnoxios, releuati & reparati deo adiuuante per fidẽ, vitiis à quibus prius ſubacti fuerant repugnarẽt: ideoq; non peccauimus quaſi legẽ ſpernẽtes dei, ſed ipſius dei prouidentiam ſecuti ſumus per Chriſtũ. ¶Neſcitis quia cui exhi D betis vos ſeruos ad obediẽdum, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati in mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?) Nũc ne aliud profitentes, aliud faciamus, & cum dei ſerui dicimur, geſtis ſerui diaboli inueniamur, præmonet & denũciat eius nos ſeruos eſſe, cuius & voluntatem explemus operibus, & non parũ obeſſe deum confiteri dominum, & actibus diabolo famulari. Nam hoc olim deus denotat & accuſat dicens: Plebs hæc labiis me Eſa.19. honorat, cor autẽ eorũ longe eſt à me. Et dominus ait in Luc.16. euangelio: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et in lege dictum eſt: Deus non deridetur. ¶Gratias autẽ deo quod cũ fuiſſetis ſerui peccati, obediſtis ex corde, in eã formam doctrinæ in qua traditi eſtis, credentes autem in Chriſto ſerui facti ſumus iuſtitiæ.) Eius enim dicimur ſerui cui obedimus. Et quia iuſtũ eſt obedire Chriſto, ipſe enim iuſtitia eſt, & quæ præcepit, iuſta ſunt: idcirco dicit ſeruos nos factos iuſtitiæ ex corde, nõ ex lege vt profeſsio noſtra animi iudicio promatur. Per naturam enim inducti ſumus ad fidẽ, non per legem, in qua forma doctrinæ dei imperio facti ſumus, qui finxit naturam. In natura enim habemus vt cognoſcamus à quo, & per quem, & in quo ſumus creati. Forma ergo doctrinæ eſt, in quam tradidit nos creator naturaliter, hoc eſt quod ſupra dixit, Ipſi ſibi ſunt lex, dũ vident naturæ ſuæ eſſe quod credunt, vt quod Iudæis lex & prophetæ prædicarunt de Chriſto, hoc gentiles ex corde confiteãtur. E Hinc gratias refert domino, quia cũ eſſemus ſerui peccati, obediuimus ex corde credẽtes in Chriſtũ, vt ſeruiremus deo, non per legem Moyſi, ſed per legem naturę. ¶Humanum dico propter infirmitatẽ carnis veſtræ.) Dum infirmitatem carnis memorat, minus ſe ſignificat exigere ab homine q̃ dignũ eſt circa dei culturã. Deniq; ſubinfert. ❧Sicut enim exibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ.) Vt occaſionẽ nobis auferret timoris accedẽdi ad fidem, quę quaſi importabilis nobis & aſpera videretur, ea mẽſura nos deo ſeruire præcepit, qua prius famulabamur diabolo: cum vtiq; propenſius deberemus ſeruire deo q̃ diabolo: quippe cum hic ſalus, illic damnatio operetur; medicus tamẽ ſpiritalis nõ plus à nobis exigit, ne dum præcepta quaſi grauia fugeremus, perpẽdentes infirmitatem noſtram maneremus in morte. Vnde dominus, Mat.11. Tollite, inquit, iugum meũ ſuper vos, quia ſuaue eſt, & onus meũ leue. ¶Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſtitiæ. Quem enim fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nũc erubeſcitis? nam finis illorũ mors eſt.) Manifeſtum eſt quia qui liber eſt à deo, eſt ſeruus peccati. Dum peccat enim, recedit à deo, & fit ſub peccato. Quales ergo ſunt fructus peccati in quibus addiſcentes bonã vitam confundimur, eò quod dudum turpiter vixerimus: & non ſolũ hoc, quia & ſententia paganorum turpis & fœda eſt, maxime quæ in Phrygia inuenta eſt, in qua niſi ſpurcitiis interſit, ſacramentũ mutũ eſt, & torpeſcit religio. Ecce maculis plena libertas, & ſqualoribus obligata, cuiꝰ opus turpẽ mercedẽ habet: cuius finis mors. Finẽ dixit exitum vitę & actuum, cui aut mors aut vita ſuccedit. Sed hoc loco mors duplex: à morte enĩ ad mortẽ trãſitur. ❧Nũc vero liberati à peccato, ſerui facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationẽ, finem verò vitã æternã.) Hoc eſt, ſi accepta remiſſione peccatorũ, bonorum actuũ æmuli fuerimus, acquirimus ſanctitatem, ſinẽ vero habebimus, id eſt, exitũ, vitam perpetuam. A morte enim hac quã finem dixit, tranſimus ad vitã quæ ſine fine eſt. ¶Nam merces peccati mors eſt.) Quæſtum peccati mortẽ dicit, quia peccatum mors. Ac per hoc qui de cætero abſtinent ſe à peccatis, ſtipẽdium accipiunt vitam æternã: quia qui non peccãt, alieni ſunt à morte ſecunda. ¶Gratia autẽ dei vita æterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro.) Sicut enim ſequentes peccatũ,

G acquirunt mortẽ,ita & ſequentes gratiã dei,id eſt fidem Chriſti,quæ donat peccata,habebunt vitam æternam,vt gaudeant ſe ad tẽpus diſſolui,ſciẽtes ſe hanc vitã conſecuturos,quę & omni tædio careat,& ſucceſsionem non habeat. Quam ſanctus Symeon exoptans petiit ſe hinc diſſolui, vt iret in pace,id eſt, vitã quæ nullã patitur inquietudinem. Et hoc donum à deo per Chriſtum nobis datũ dominum noſtrũ teſtatur, vt deo patri gratias per nullum alterum niſi per ſuum filium agamus.

CAPVT SEPTIMVM.

An ignoratis fratres,ſciẽtibus enim legem loquor.) *Vt animos eorum firmet in doctrina diuina,exemplo humanæ legis vtitur,vt per terrena ſuadeat cæleſtia, ſicut à mũdi creatura deus agnoſcitur.* Quia enim vnius eſt totum,licet diuerſæ ſint res,ex aliqua tamẽ parte, ſibi inuicem ſimiles ſunt. Sciunt ergo legem Romani,quia nõ ſunt barbari, ſed comprehenderunt naturalem iuſtitiã, partim ex ſe, partim ex Græcis, ſicut & Græci ex Hebræis. Quamuis enim ante Moyſen non latuerit lex, ſed ordo non erat, neq; authoritas,non leges Romanis ex Athenis perlatæ ſunt.Non ignorãtibus ergo legem dicit: ¶ Quia lex dominatur homini quanto tempore viuit.)Non eſt occultum omnem vitã hominis eſse ſub lege naturæ quæ data eſt mũdo.hæc lex generalis eſt.Nunc verò aliam proH nit ſpecialem,quãuis & ipſa generalis eſt:ſed dũ non recipitur ab omnibus,fit ſpecialis:per quam vult probare aſsertionẽ ſuam. Gradatim enim vult tradere veritatẽ. dicit ergo. ¶Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuẽte viro alligata eſt lege viri. Quod ſi mortuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri.Igitur viuente viro vocabitur adultera ſi fuerit iuncta alteri viro.) Hæc lex de euangelio eſt, non ex Moyſe,neq; ex iuſtitia terrena. Aliquid ergo duce natura,aliquid ex lege Moyſi addiſcẽtes perfecti ſunt per euãgeliũ Chriſti. Sequẽti ergo exẽplo apertius ſuadet Chriſtianiſmum exutum eſse à lege factorũ,non ab omni lege,nec vltra tam expedire eſse ſub lege, ne gratiam dei euacuet reuerſus ſub legem, quia dei gratia liberauit à lege hominem, vt ſpiritu, id eſt,mente ſeruiat deo. Sicut enim mulier mortuo viro liberata eſt à lege viri, non à lege naturæ: ita & ii qui gratia dei liberati à lege ſunt,à qua tenebãtur rei,vt mortua illa ſit, vt Chriſtianiſmo iunctũ nõ ſint adulteri.Si enĩ lex apud illos viuit,adulteri ſunt,& nihil illis proderit dici Chriſtianos, I quia obnoxii erunt vltioni.Nec enim legis erit adulter, ſed euangelii, qui mortua lege iunctus euangelio, poſt redit ad legem. Mortua enim lex dicitur,quando quem tenebat reum, cognitũ eſt ei authoritate legis ceſſante. ¶ Quod ſi mortuus fuerit vir eius,liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera iuncta ſi fuerit alteri viro.) Sublati à lege accepta remiſsione peccatorũ,& iuncti euangelio,nõ ſunt adulteri legis, quia mortua apud illos eſt. Si autem ſeruãtes legem accedere ſe putant ad euangelium,rei erunt & adulteri, quia viua lege iunxerũt ſe fideiſ erunt in vtroque adulteri. ¶Itaq; fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti.) Quoniam Saluator noſter corp9 ſuum diabolo crucifigere permiſit, ſciẽs pro nobis eſse contra illũ,idcirco per corpus Chriſti ſaluos nos dicit factos.Mori enim legi,deo viuere eſt, quia lex dominabitur peccatoribus. Cui ergo dimittuntur peccata,moritur legi:hoc eſt liberari à lege.Itaq; per corpus Chriſti hoc conſequimur beneficiũ. Tradens enim corpus ſuum Saluator, mortem vicit, & peccatum damnauit.In ipſo enim peccauit diabolus, cũ illum innocẽtem occidit, & qui peccatũ omnino neſciret. Cum enim hominẽ ſibi peccati cauſa defenderet, inuẽtus eſt in eo reus,in quo accuſabat. Hic factũ eſt,vt omnes credentes in Chriſtũ eruantur à lege ſublato peccato, quia victum peccatũ, quod eſt diabolus, per corpus Chriſti, non habet authoritatẽ in eos qui ad illũ pertinent à quo K victus eſt. Dum enim nõ peccat & occiditur,quaſi reus vicit peccatũ de peccato, hoc eſt, diabolũ proprio peccato,quod in eo admiſit,dãnauit, & chirographũ quod peccato Adæ decretum erat, deleuit, quando ab inferis reſurrexit,data huiuſmodi forma credentibus ſibi,vt à morte ſecũda teneri non poſsent:ac per hoc mortui ſumus legi per corpus Chriſti. Qui enim legi mortuus nõ fuerit, reus eſt: & qui reus eſt, ſecundam mortem euadere non poteſt. ¶Vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit,vt fructificemus deo.)Hoc dicit,quia ideo mortui ſumus legi,vt de cætero Chriſti ſim9 ſerui ſoluꝰ. & hoc erit fructificare deo. Acquiritur enim deo,qui in gratia eius manet dignus reſurrectione promiſsa. ¶Cũ enim eſsemus in carne.) Cum in carne ſit,negat ſe eſse in carne. Eſt enĩ in corpore,quia hic dicitur eſse in carne,quia liquid ſequitur quod lege prohibetur. Igitur in carne eſse multifarie intelligitur.Nã omnis incredulus in carne eſt,id eſt, carnalis, & Chriſtianus ſub lege viuens in carne eſt,& q de hominibus aliquid ſperat, in carne eſt: & qui male intelligit Chriſtũ,in carne eſt:& ſi quis Chriſtianus luxurioſam habet vitã,in carne eſt. Hoc loco tamen in carne eſse ſic intelligamus,quia ante fidẽ in carne eramus. Sub peccato enim viuebamus, hoc eſt, carnales ſenſus ſequentes vitiis & peccatis ſubiacebamus. Senſus autem carnalis eſt, non credere ſpiritalia,id eſt, ſine commixtione virginẽ peperiſse,& ex aqua & ſpiritu ſancto hominẽ denuo naſci, & ſolutam animã à copula carnis rurſus in carne ſurgere. De his diffidens,in L carne eſt. ¶Hinc vitia,ait,peccatorũ,quę per legẽ oſtenduntur,operabantur in mẽbris noſtris,vt fructificarent morti.) Manifeſtum eſt quia qui non credit, ſub peccata agit, & captiuus trahitur ad vitia admittenda, vt fructum faciat morti ſecundæ.Lucrũ enim tunc facit mors cum peccatur. In mẽbris tamen dicit vitia operari,non in corpore,ne occaſio eſset male tractãtibus corp9,quia in maliloquio lingua arguitur,& in furto manus corripitur,& indiſsimulantes aures increpãtur,& ita in cęteris,quãuis de corde exeant,membrorum tamẽ miniſterio explentur operibus. Diſputatio hæc tangit Iudæos, & eos qui Chriſtiani dicuntur, & ſub lege volunt viuere,vt ediſcentes carnales ſe eſse recedãt à lege. Vitia tamen peccatorũ quæ dominari in carne à gentibus dicit per legem oſtendi,non per legem fieri demõſtrat.index enim peccati lex eſt,non genitrix,reos faciens peccatores. ¶Nunc autẽ ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur.)Soluti ſumus à lege,dum remiſsionem peccatorum accepimus. Non enim habet in nos poteſtatẽ. infidis enim & peccatoribus dominatur.Lex autẽ mortis ideo dicta eſt,quia punit reos, mortificat enim peccatores. non ergo mala eſt,ſed iuſta. Quamuis enim ma- M lum ſit patientibus quod infertur à lege, ſed illa non eſt mala,quia iuſtè infert irã. Itaq; non mala eſt peccatoribus, ſed iuſta, bonis vero ſpiritalis eſt. Quis enim dubitet ſpiritale eſse prohibere peccare?Sed quia hoc non potuit vt ſaluaret hominẽ remittendo peccata, lex fidei data eſt,quæ credentes liberaret à dominio legis,vt poſſint reparare ſe ad vitam, quos lex tenebat reos mortis. Ipſis enim lex mortis eſt, quibus iram operatur cauſa peccati. ¶Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus,& non in vetuſtate literæ.) His legem tangere putatur, quam quidem ad comparationem legis fidei inferiorem facit, non tamen inimicam iudicat. Nam ideo dicit nos eruto s à lege mortis,vt ſeruiamus legi fidei,quę nobis præſidium contulit ſalutare, quod vetus lex non potuit, ne gratiæ beneficium inanire videamur, legi veteri ſeruientes. Lex vetus non criminis vtique nomen eſt, ſed temporis vel ætatis. Senuit enim,quia ceſsauit. Lex autem ſpiritus ipſa eſt lex fidei,quia fides in anima eſt,nec operibus addiſcitur, ſed corde creditur:& mens ipſa intelligit naturæ ſuæ eſse quod credit,nec oculis cernitur,

A aut manibus palpatur:& quæ ſperantur dona,non viſibilia ſunt nec terrena,ſed ſpiritalia. Vetus ergo lex in tabulis lapideis formata eſt:lex autẽ ſpirit9 in tabulis cordis ſpiritaliter ſcribitur,vt ſit æterna. Litera autem legis veteris ætate conſumitur. Eſt & alia interpretatio legis ſpiritus,vt quia prior lex ab opere malo inhibuit: hæc autẽ cũ nec in corde peccare debere dicit,lex ſpirit9 vocatur,vt totũ hominem faciat ſpiritalem. ¶Quid ergo dicemus?Lex peccatum eſt?Abſit.) Quoniã legem mortis hãc dixit,& erutos nos ab ea gratulatur,& in illa deo ſeruiri negat:ne iniquã hãc aſsere reputaretur,hoc purgat cum dicit:Abſit. ¶Sed peccatũ nõ cognoui niſi per legem.) Non ergo peccatum eſt lex, ſed index peccati. Oſtendit enim & quæ latebant peccata, & quæ impune futura non eſsent apud deum. Quo comperto homo factus eſt reus,& ideo nõ videtur gratias agere legi. Quis enim libenter habeat eũ qui ſibi pœnam imminere annunciat?Legi autẽ fidei gratias agit, quia qui per legem Moyſi reus factus eſt,per legẽ fidei recõciliatus eſt deo, quãuis & illa iuſta & bona ſit. Oſtendere etenim imminẽs periculum,bonum eſt. Sed huic magis gratias agit, per quem ereptus de periculo viuit. ¶Nã cõcupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret.)In Exodo. ¶Non cõcupiſces.) Non diſcreuit concupiſcentiã hanc à peccato,ſed miſcuit,hoc ſignificãs, quia cũ nec ſuſpicio quidem eſset iſtud non licere apud deũ,cognoui,inquit, eſ ſe peccatũ.Sub ſua perſona quaſi generalẽ agit cauſam Exo.20. B Lex itaq; concupiſcentiã prohibet,quæ propterea quod oblectamento eſt.nõ putabatur eſse peccatum.Simplex enim videbatur cauſa,cõcupiſcere aliquid proximi.hoc lex prodidit eſse peccatum.Secularib9 nãq; hominibus nihil tam inultum videtur & placidum,quàm voluptas. ¶Occaſione ergo accepta peccatũ per mandatũ operatum eſt in me omnem concupiſcentiã.) Omnem dicens concupiſcentiam,cuncta peccata ſignificat. Supra enim cõcupiſcentiã iuxta legẽ memorat,cui nunc cætera addẽs vitia,omnẽ dixit cõcupiſcẽtiã operatam in homine impulſu diaboli,quem in peccato,ſignificat, vt in cõtrarium fieret homini lex, quæ data erat vt prodeſset. Videns enim diabolus auxiliũ per legẽ homini prouiſum, quem in cõditione ſe tã propter peccatũ Adæ,quàm propter ipſius habere gratulabatur,intellexit factũ aduerſũ ſe. Quẽ vidit enim factum ſub lege', pro certo habuit de ſuo ſublatũ dominio. Agnouerat enim hõ quomõ pœnã inferni euaderet.Hinc exarſit iracũdia aduerſus hominem,vt illi legẽ inuerteret,vt prohibita admittendo, deum rurſus offenderet,& denuo in poteſtatem diaboli caderet.Cœpit non imperare,ſed ſubtiliter fallere, quoniam in lege data amiſit dominiũ diabolus,ſciens homi C nem ad dei iudicium de cætero pertinere ¶Sine lege enim peccatum mortuum erat.) Hoc duplici genere intelligendũ eſt,vt & diabolũ in peccato ſciat ſignificatũ, & hoc ipſum peccatũ qđ vocatur peccatũ.Mortu9 enim dicitur fuiſse diabolus,quia ceſsabat ab illuſione hominis ante legẽ,ſed erat quaſi quietus.ſecurus enim erat de poſſeſsione eius.Peccatũ mortuũ eſse dixit,quia putabatur quod nõ imputaretur apud deum.ideo apud hominem mortuũ erat,quaſi impune peccaretur.Nam nõ latebat peccatum,ſicut ſupra dixit,ſed ignorabatur hoc, quia deus iudicaturus eſt. Quod cum data lege manifeſtum eſt reuixiſse peccatũ. Quare reuixit, niſi quia antè vixerat,& poſtea defidia hominum mortuũ æſtimatum eſt,cũ viueret?Putabatur enim non imputari peccatum cum imputaretur.Viuens ergo pro mortuo habebatur. ¶Ego autem viuebam aliquando ſine lege.) Quid eſt ſine lege vixiſse,cum lex ſemper fuerit, ſicut ſupra memoraui,niſi quia ſine timore dei homo viuebat,ſecurus qđ nõ eſset deus iudicaturus act9 humanos? ¶Sed cum veniſset mandatũ,peccatũ reuixit.) Ideo dixit reuixiſse peccatũ,vt ſignificaret quia antè vixerat: poſtea autem deſidia hominũ mortuũ æſtimatũ eſt cum viueret, ſicut aſsolet falſa fama fieri peregrinis. Hoc ergo ſignificat, D quod in initiis non latuerit peccatũ putari apud deum, hoc eſt vixiſse:ſed cũ cõſuetudo peccãdi hoc obliteraſſet,mortuum æſtimatũ eſt:vt crimen cum perſona deficere putaretur.Cũ autẽ data eſset lex vel reformata,reuixit apud eos apud quos mortuũ eſtimatũ erat,cœperunt enim ſcire imputari peccatũ. ¶Ego autẽ mortuus ſum.) Mortuus eſt homo, quia videt ſe reum eſse apud deũ,qui ante ſe putabat non futurum obnoxium ex his quæ peccabat. ¶Et inuẽtũ eſt mihi mandatũ, quod erat ad vitam datũ,hoc eſse ad mortem.) Verũ eſt,quia lex ad vitam data eſt:ſed cũ hominem nõ ſolũ de præterito, ſed & de futuro peccantẽ reũ fecit, facta eſt lex data ad vitam,eſse ad mortẽ:ſed,vt dixi,peccanti,quia obedientibus proficit ad vitã. ¶Nam peccatũ accepta occaſiõe per mãdatũ ſeduxit me,& per illud occidit.) Peccatum hoc loco diabolum intellige,qui author peccati eſt.Hic occaſionem per legem inuenit,quomodo crudelitatem ſuã de nece hominis ſatiaret,vt quia lex domiata eſt peccatorib9,homo inſtinctu ei9 prohibita ſemper admittẽs offenſo deo vltionem legis incurreret, vt ab ea quæ illi ꝓfutura data erat,dãnaretur. Quia enim inuito illo data eſt lex,exarſit inuidia aduerſus hominem, vt eo amplius vitioſis voluptatibus macularet, ne manus eius euaderet. ¶Itaq; lex quidem ſancta,& mandatũ ſanctũ, & iuſtũ,& bonũ.)Vt nihil aduerſæ ſuſpicionis remaneret in lege,ſic illam cõmendat, vt nõ ſolũ iuſtam hanc, ſed & ſanctã & bonã pronuncict. Nam mandatũ legem intelligi,Euangelicus ſermo teſtatur. Ait enim:Si vis ad vitam venire,ſerua mandata. ¶ Quod ergo bonum eſt mihi,mors eſt?Abſit)Vere abſit. Vnde enim fieri poteſt, vt quod bonum eſse probatur,mors intelligatur? Sed Matt.19. peccatũ vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatum eſt mortẽ.)Diabolũ per bonũ occaſionẽ dicit accepiſse vt malũ operaretur homini,dũ illũ ſeducit ad mortem: quia vt ea quæ ante legem malè geſta ſunt, per illecebrã cupidinis probarentur eſse peccata,& de cætero vitarẽtur,data eſt lex manifeſtata in literis. Tunc incenſus eſt Satanas,per bonũ vtiq;.Vidit enim prouideri homini, & illicita illi ſuaſit vt pro vita ex lege ei mors proueniret. Quod quidẽ negligentiæ humanæ aſcribendũ eſt, q̃ ſic vigorẽ naturæ ſuæ infirmauit cupiditate peccandi,vt ſuggeſtiones aduerſarii reprimere non poſset. Inimic9 tamen quẽ in peccato ſignificat,vt appareat eſse inimicus,per legẽ accepit occaſionẽ operari homini mortem Dũ enim ad illicita illum ſuadet,apparet eſse inimicus. Quãquã & ante legẽ mortẽ homini ꝓcurauerit,exceꝑta prima cauſa Adæ: poſt legẽ tamẽ maiores ei pœnas E apud inferos,vbi mors ſecũda eſt,adinuenit. Min9 enim criminis eſt ãte legẽ manifeſtatã peccaſse, quàm poſt legẽ. ¶Vt fiat ſupra modũ ipſum peccatũ peccãs per mãdatũ.)Quid eſt ſupra modũ,quaſi dat9 fit modus delinquentibus,cum peccare nõ liceat?Sed dei verba ſunt dicentis:Non ſunt completa peccata Amorræorum. Per qđ oſtendit mẽſurã quandã eſse delictorũ, quã cũ impleuerint peccatores,vita digni minime iudicẽtur, ſicut & Pharao quia iſtũ modũ impleuerat, dei virtutes & ſignã in illum oſtenſa ſunt,per quæ cæteri territi ad emolumẽta vitæ ſe exercerent,vt in mortuo vita diſcatur, Sed alius eſt modus quem tractat Apoſtol9. Vt oſtẽdat enim plus peccatũ eſse ſub lege', q̃ fuerat ante legẽ:ſupra hũc modum peccatorũ ampliorẽ modum ſignificat creuiſſe poſt legem,inuidia & aſtutia Satanæ,vt prouidentia dei contraria fieret homini,cum timore legis minime peccare debuerint.Ideo deus vt inuidiam diaboli vinceret, & prouidentiam homini ratam faceret, mutauit ordinẽ mittens ſaluatorem Chriſtum, qui & diabolum vinceret,& ſtatuta dei erga hominem firmaret.

Scimvs enim quod lex ſpiritalis eſt.) Quoniam ſcientibus legem loquitur,ideo ait:Scimus quia lex ſpiritalis eſt, ¶Ego autẽ carnalis ſum venundatus

G ſub peccato.)Legem Moyſi ſpiritalẽ vocat, quæ eſt data in tabulis:quæ quia peccare prohibet,ſpiritalis eſt,qp pe cum viſibilia & carnalia coli prohibeat.Hęc ad ẽ mendationẽ legis pertinen t,ne culpa digna putaretur, quia ſeueritatẽ exercuit in peccatores . Hominem autẽ carnalẽ appellat,dũ peccat.Venditus ſub peccato. hoc eſt vẽditum eſſe ſub peccato,ex Adam qui prior peccauit,originẽ trahere,& proprio delicto ſubiectũ fieri pec
Eſaię.50. cato,ſicut dicit Eſaias pr opheta:Vẽditi,inquit, eſtis pec catis veſtris. Adã enim vendidit ſe prior, ac per hoc om ne ſemen eius ſubiectum eſt peccato. Quam ob rem in firmum eſſe hominẽ ad præcepta legis ſeruãda, niſi diuinis auxiliis muniatur, hinc eſt. vnde ait: Lex ſpiritalis eſt:ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato. hoc eſt,lex firma eſt & iuſta, & caret culpa: homo autẽ fragilis eſt, & paterno ſubiugatus delicto, vt poteſtate ſua vti non poſſit circa obedientiam legis . ideo eſt ad dei miſericordiã confugiendũ,vt ſeueritatẽ legis effugi at,& exoneratus delictis,de cætero deo fauente inimico reſiſtat. Quid eſt enim ſubiectũ eſſe peccato, niſi corp9 habere vitio animæ corruptũ, cui ſe inſerat peccatum, & impellat hominẽ quaſi captiuũ delictis vt faciat volũ
Luc.18. tatem eius? Hinc dominus inter cætera ait : Venit enim
H diabol9,& tollit quod ſeminatũ eſt in cor illorũ,ne ſal
Ephe.6. ui fiant. Vnde idem Apoſtolus in alia epiſtola ait : Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ,ſed aduerſus principes & poteſtates,contra ſpiritalia nequi tiæ in cælestibus.quos ſatellites conſtat eſſe Satanæ. Nã ante præuaricationem hominis,prius quàm ſe mancipa ret morti,non erat his poteſtas ad interiora hominis ac cedere,& cogitationes aduerſas inſerere . Vnde aſtutia eius factum eſt vt confabulatione per ſerpentẽ hominẽ circũueniret.Poſtquam autẽ circũuenit eũ & ſubiugauit,poteſtatem in eum accepit vt interiorẽ hominẽ pulſaret,copulans ſe menti eius,ita vt nõ poſſit agnoſcere quid ſuũ ſit in cogitatione,quid illi9, niſi reſpiciat legẽ, ¶ Quod enim operor,nõ intelligo.) Nõ ĩtelligit quod operatur,quia videt aliud ſe per legẽ ſcire,& aliud age re. ¶ Nõ enim quod volo,hoc ago: ſed quod odi , illud facio.)Subiect9 peccato,facit vtiq; qđ nõ vult. ¶ Si autẽ quod odi,illud facio,conſentio legi.) Probat legem re ctẽ prohibere,quãdo inuitũ ſe hoc facere qđ lex vetat ꝓfitetur,& naturæ ſuæ dicit eſse quod mãdat lex:ga quod extra facit,odioſum ſibi dicit. ¶ Nunc aũt iam non ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatũ.) Quoniã audit legem prohibere quod agit,& cõſentit nõ debere
I fieri,ac per hoc aliud eſe cuius impulſu hæc agi declarat,id eſt peccatũ . Peccatũ autẽ ideo ſemper nominat, cũ ſciatur diabolus eſse cũ angelis ſuis:quia niſi peccaſ ſet primus homo, hæc non prouenirent,ac per hoc per catum eſt quod ea omnia facit . ¶ Scio enim quoniã in me nõ inhabitat,hoc eſt,in carne mea,bonũ.) Nõ ſicut quibuſdã videtur,carnẽ malã dicit, ſed quod habitat in carne,nõ eſse bonũ,ſed eſse peccatũ . Quomodo inhabitat in carne peccatũ, cũ non ſit ſubſtantia,ſed præuari catio boni? Quoniã primi hominis corpus corruptum eſt per peccatũ,vt poſsit diſſolui:ipſa peccati corruptio per cõditionẽ offenſionis manet in corpore , robur tenens diuinæ ſentẽtiæ datæ in Adam:quod eſt ſignum legis diaboli,cuius inſtinctu peccauit Adam . Per id ergo quod facti cauſa manet,inhabitare dicitur peccatum in carne,ad quã diabolus accedit quaſi ad ſuã legẽ, & manet quaſi in peccato peccatũ, quia caro iã peccati eſt, vt decipiat hominẽ ſuggeſtionibus malis , ne homo faciat quod præcipit lex, ¶ Nã velle adiacet mihi.) Tam bona eſserit quæ iubet lex,vt naturaliter ſibi placere dicat, & velit facere. ¶ Perficere autẽ bonũ nõ inuenio.) Et placet ergo quod à lege iubetur,& volũtas eſt faciendi: ſed vt impleatur,poteſtas & virtus deeſt:quia ſic preſsus eſt poteſtate peccati,vt non poſsit ire quò vult, neq; valeat contradicere , quia poteſtatis eius alter eſt dominus.

Homo enim iã conſuetudine peccãdi grauatur, & facilius ſuccumbit peccato quàm legi,quã ſcit bona docere K
ac ſi velit bona facere,premit illũ conſuetudo adiutore inimico. ¶ Nõ enim quod volo,facio bonũ:ſed qđ nolo malũ,hoc ago.)Sæpe repetit, vt dilucidet . Hoc ergo eſt quod ſupra dictum eſt,quia vt captiuus perſupradictas cauſas illud cogitur facere qđ vult peccatũ. ¶ Si aũt qđ nolo,hoc facio : iã nõ ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatũ.) Hoc eſt quod iã ſuprà memorauit, quia preſsus & ſubiugat9 peccato,nõ ſuã,ſed illius perſi cit voluntatem. Nunquid quia innitũ hominẽ dicit pec care,immunis debet videri à crimine : quia hoc agit qđ non vult,preſsus vi poteſtatis? Non vtiq. Ipſius enim vi tio & deſidia hæc cœpta ſunt. Quia enim mancipauit ſe per aſenſum peccato iure illius dominatur . Primum enim ſuadet,vt victo iam dominetur. Apoſtolus autem vt gratiã dei referat,hæc exponit de quantis malis homi nem liberauerit,vt quæ exitia ex Adam trahit, quæ verò beneficia per Chriſtũ cõſecutus eſt,cui nec lex ſubueni re potuit,demõſtraret. ¶ Inuenio igitur legẽ volẽti mihi facere bonum,quia ineſt mihi malum.)Legem Moy ſi aſserit volũtati ſuæ dare cõ lẽſum cõtra peccatũ quod in carne habitat,qđ aliud cogit facere, q̃ quod vult ho- L
mo & lex. ¶ Cõdelector enim legi dei ſecũdũ interiorẽ hominẽ.)Animũ his oblectari dicit quæ à lege traduntur. hic eſt interior homo,quia nõ in animo habitat pec catũ,ſed in carne,quia eſt ex origine carnis peccati,& p traducem fit omnis caro peccati. Si enim anima de traduce eſset & ipſa , & in ipſa habitaret, quia anima Adæ magis peccauit q̃ corpus,ſed peccatũ animæ corrumpit corpus. In carne ergo habitat peccatũ quaſi ad ianuas animæ,vt nõ illã permittat ire quò vult . In anima autẽ ſi habitaret, nunquã ſe cognoſceret homo: nunc autem cognoſcit ſe,& delectatur legi dei. ¶ Video autem aliã legẽ in membris meis,repugnantem legi mentis meæ,& captiuum me ducentem in lege peccati qđ eſt in membris meis.) Duas leges memorat, ex quib9 vnã in membris ſuis videre ſe flagitat,id eſt,in exteriore homine, q̃ eſt caro vel corpus. Hæc eſt lex aduerſa,hæc repugnans animo,trahens illum captiuum in cõditionem peccati, ne vltrà egrediens inueniat aſsertorẽ. Alia eſt lex mentis,quæ eſt lex Moyſi , vel naturalis , quæ eſt in animo. Hæc preſsa eſt violẽtia peccati,negligentia quidem ſua, quia dũ diligit vitia,ſubiecit ſe peccato,vt ipſa conſuetudine teneretur captiua. Dominatur enim homini cõſuetudo. Quatuor quidem leges nominat. Primã legem ſpiritalem, quæ eſt etiã naturalis, quæ reformata eſt per Moyſen,& poſita in authoritate.ipſa eſt dei lex. Deindè legem mentis cõſentiẽtem legi dei. Tertiã legem pecca- M
ti,quã ex præuaricatione primi hominis in membris,dicit habitare. Quartam vero quæ in mẽbris videtur dum ſuggerit mala,& recedit.Sed hæ leges iteratæ quatuor vi dentur,cũ ſint duæ,id eſt,boni & mali. Lex enim mentis ipſa eſt lex ſpiritalis,ſiue Moyſi,quæ vocatur lex dei. Peccati vero lex eadem eſt quæ & illa quã in membris dicit videri,quæ contradicit legi mentis noſtræ. ¶ Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per IESVM Chriſtum dominũ ñoſtrũ.) Infelicẽ hominẽ dicit,quia naſcitur ſub peccato. Nunquid non vere infelix eſt homo , qui in hanc hæreditatẽ prævaricationis ſucceſsit,hoſpitem ſecum habens peccatũ,per quod ad illũ aditũ habet Satanas? Gradus enim fabricauit Adã,per quos ad filias eius expoliator aſcendit,niſi elementiſsim9 dominus motus miſericordia gratiã ſuã per Chriſtũ dediſset,vt releuatũ genus humanũ, remiſsione peccatorũ accepta,de cętero poſsit reſipiſcere repreſso & dãnato peccato . Poteſt enim exoneratus malis & purgat9 reſiſtere aduerſario, poteſtate accepta cõtra illũ,dũ adiuuatur à deo. Hic quaſi legẽ fidei tertiã inducit potiorẽ, quã & gratiã vocat, quæ ex lege tamen ſpiritali originẽ habet,quia per hãc liberatus eſt homo-

A vt quia Moyſes dedit legem,deditq; & dominus,duæ dicãtur,vna tamẽ intelligatur quãtum ad ſenſum & prouidentiam pertinet. Illa enim initiatrix eſt ſalutis , hæc vero conſummatrix.Sed non hanc partẽ legis dico,quę in neomeniis eſt & in circũciſione & in eſcis,ſed quæ ad ſacramentum dei pertinet & diſciplinã.Gratia dei liberatus eſt homo de corpore mortis huius. Hãc dicit mortem,quam ſuprà oſtẽdit in necem hominis per peccatũ inuentam apud inferos,quæ appellatur ſecunda. Corp9 autem mortis eſt,cuncta peccata. Multa enim vnum corpus ſunt,ſingula quaſi membra vno authore inuẽta, ex quibus homo ereptus gratia dei per baptiſmum,ſupradictam mortem euaſit. Nec enim in carneo corpore poſitus de eo ipſo ereptum ſe diceret,ſed hoc corpus dixit quod ſuperius per baptiſmum & obſeruantiam legis deſtrui ſignificat. Nam & cũ dicit,de corpore mortis, oſtẽdit aliud corpus eſſe non mortis. ¶ Igitur ego ipſe mẽte ſeruio legi dei.)Legi dei cum dicit,& Moyſi ſignificat legem & Chriſti. ¶ Carne autẽ legi peccati.) Ego ipſe, id eſt,qui liberatus ſum de corpore mortis. In corpore eſt,quomodo liberatus eſt de corpore morris, niſi quia liberatus eſt à cunctis malis ? Remiſsio enim peccatorũ omnia tollit peccata. Liberatus ergo de corpore mortis,gratia dei per Chriſtum mente vel animo ſeruio legi dei:carne autẽ legi peccati,id eſt diaboli, qui per ſubiectã ſibi carnẽ ſuggeſtiões malas ingerit animę. Quia ergo duplex eſt homo,carne conuerſus & animo,legi dei
B mẽte ſeruire ſe dixit,quia animus deuotus eſt deo, & re cuperata ſui poteſtate repugnare poteſt peccato quod p carnẽ operatur. Quia enim caro corrupta eſt,& mor ti ſubiecta,quæ ſic facta erat vt ſocietate & cõiunctione animæ non moreretur,recepit deſideria quorum quaſi honorẽ quendã tranſfert ad animum, vt etiã ipſe generetur.Sed quid reſpuit illam mortem? Gratia dei. Mente ſeruio legi dei:carne autem legi peccati, ſicut dictum eſt.Iam enim liber animus, & in conſuetudinem bonam reuocatus, ſpiritu ſancto adiuuante malas ſuggeſtiones poteſt ſpernere.Reddita eſt enim illi authoritas qua au deat reſiſtere inimico. Qui enim iã nõ eſt obnoxius, mi nime poterit indagari in vitiis. Caro autem quia iudici um non habet,neq; capax eſt diſcernẽdi(eſt enim bruta natura) non poteſt inimico aditum claudere,ne veni ens introeat,atque animo contraria ſuadeat,ac per hoc carne,ait,ſeruit legi peccati. Cum enim vnus homo car ne cõſtet & anima,ex illa parte qua ſapit,deo ſeruit : ex altera autẽ qua ſtolidus eſt,legi peccati. Si autẽ homo in
C eo quod factus eſt pduraſset, nõ eſset poteſtas inimico ad carnem eius accedere , & animæ cõtraria ſuſurrare. Vt autem totus homo minime reparatus fuiſſet Chriſti gratia ad ſtatũ priſtinũ , ſententia obſtitit data in Adã. Iniquum enim erat ſoluere ſententiã iure depromptã, Idcirco manente ſententia, prouidentia dei remedium inuentum eſt,vt redhiberetur homini ſalus,quam proprio vitio amiſerat,vt hic ſanatus crederet quia aduerſarius eius deuictus potentia Chriſti, nõ auderet tranſpuncta ſententia primæ mortis hominem ſibi defẽdere, adunato genere Adæ, ne ad primæ originis redderetur facturam iam totus permanens immortalis.

CAPVT OCTAVVM

NIHIL enim nũc dãnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto IESV, qui nõ ſecundum carnẽ ambulant. ¶ Verum eſt, quia nulla erit damnatio horum qui ſunt in Chriſto IESV, legi dei ſolicite ſeruientes. ¶ Lex enim ſpiri tus vitæ, in Chriſto IESV liberauit me à lege peccati & mortis.) ſecuritatẽ flagitat hoi p gratiã dei,vt de ſuggeſtionib9 diaboli nõ ſit ſolicitus,dũmodo ſpernat illas. Nihil enim oberunt homini apud mortẽ ſecũdam,quia lex fidei,id eſt,ſpiritus liberauit hominẽ à morte ſecun- D
da dãnato peccato.Nec obeſse iam homini , quia carni ineſt peccatũ: ſi modo repugnet ille memor auxilii dei; ſed & coronandus eſt qui peccati manentis premit cõſi lia. Magna enim ſolertia eſt domeſtici hoſtis inſidias euitare. Lex ergo ſpirit9 vitæ,ipſa eſt lex fidei. Nã & Moy ſi lex ſpiritalis eſt,quia prohibet peccare,non tamen vitæ,quia reis mortis peccata remittere non poteſt,vt viui ficet mortuos.Hæc verò qa & peccare nõ vult, & à mor te reuocat,lex ſpiritus vitæ appellatur;nõ per literã con ſtans,ſed per ſpiritum , quia corde creditur; & ſpiritus eſt quod creditur.Hęc itaq; lex in Chriſto IESV, hoc eſt, per fidẽ Chriſti liberat credentem à lege peccati & mor tis. Lex peccati eſt quã in membris dicit habitare , quæ ſuadere nititur aduerſa.Lex vero mortis,Moyſi lex eſt, quia mortificat peccatores.Nam & in alia epiſtola inter
2. Cor.3. cætera dicit de authoritate legis : Si miniſtratio mortis formata in lapidibus fuit in gloria. Non ergo mirum ſi lex ſpiritalis dicatur, & lex mortis,cum & Euangelium
2. Cor.2. eodem modo ſit. Dicit enim alio loco inter cætera,Aliis odor vitæ ad vitam,aliis odor mortis ad mortem. Quos enim opinio virtutum, aut rerũ geſtarũ viſus aut auditus attrahebat ad fidem,his odor vitæ erat Euangelium. Illis autẽ quorũ ſenſum inflãmabat facta virtus ad contrahendũ,mortis erat odor prædicatio fidei.Vna ergo cum ſit fides,diuerſitatem præſtat hominib9,ſicut & ſol cum ſit vnus,ceram ſoluit,lutũ ſtringit. Qua ergo quis F
mente odoratus fuerit fidem, ſic proficiet illi. Sed dicitur forte: Si eadẽ præſtat fides quæ & lex , cur non etiam ipſa ex parte lex mortis dicatur: mortificat enim nõ credentes? Sed non ita eſt. Fides enim data eſt quæ iuſtificat confugientes ad ſe,vt remittat eis quos lex tenet reos,vt agentes ſub fide,liberi ſint à peccato. Nam ſub lege agẽtes obnoxii ſunt. Qui ergo non obediunt fidei,non occidẽtur à fide,ſed à lege;quia non accedẽtes ad fidẽ, rei tenẽtur à lege: ideóq; omnes qui malo animo odorãtur verba fidei,remanẽt in morte. Videamus nũc quid interſit cum dicitur lex ſpiritalis,& lex ſpiritus . Hoc intereſt,quia idcirco dicitur lex ſpiritalis , quia præcepta dat per quæ non peccetur:quia qui nõ peccat, ſpiritalis vocatur,æmulus ſuperiorum cæleſtium. Lex autẽ ſpiritus propterea vocatur:quia deus cui9 fides eſt , ſpiritus eſt. Illic ergo verba ſunt,hic res. Illic quæ dei ſunt,hic de9 ipſe. ¶ Quia quod impoſsibile erat legis , in quo infirmabatur per carnem,deus filium ſuũ mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati,de peccato dãnauit peccatũ in car ne.)Hæc dicit vt baptizatos ſecuros reddat quia libera ti à peccato ſũt: Quoniã quod impoſsibile erat, inquit, legis. Cui impoſsibile? Nobis ſcilicet impoſsibile erat mãdatũ legis implere,quia ſubiecti eramus peccato. Ob hoc deus filium ſuum miſit in ſimilitudinẽ carnis peccati. Hæc eſt ſimilitudo carnis, quia cum eadem caro ſit quæ & noſtra: non tamen ita facta in vtero eſt & nata, ſi cut & caro noſtra. Eſt enim ſanctificata in vtero,& nata ſinẽ peccato,& neq; ipſe in illa peccauit. Ideo enim virginalis vterus electus eſt ad partum dominicum , vt in ſanctitate differret caro domini à carne noſtra. In cauſa enim ſimilis eſt,non in qualitate peccati ſubſtantiæ. Propterea ergo ſimilẽ dixit,quia de eadem ſubſtãtia carnis, nõ eãdem habuit natiuitatem,quia peccato ſubiectum nõ fuit corpus domini. Expiata eſt autem à ſpiritu ſancto caro domini,vt in tali corpore naſceretur quale fuit Adæ ante peccatũ, ſola tamen ſententia data in Adam. Miſso ergo deus Chriſto,de peccato dãnauit peccatum, hoc eſt,peccatũ peccato proprio dãnauit. Chriſt9 enim cũ à peccato crucifigitur,quod eſt Sanatas,peccauit peccatũ in carne corporis ſaluatoris. Quo facto damnauit de9 peccatũ in carne,ibi vtiq; vbi peccauit:ſicut & in alia epiſtola ait : Detriũphãs illos in ipſo , id eſt in Chriſto. Nã ſolet dici de quocũq; dãnato: in qua cauſa dãnatus eſt,reſpondetur,vt puta, in homicidio. Ita & peccatum in carne damnatũ, hoc eſt, in peccato quod admiſit

G in carne. Hoc itaq; peccato reus factus Satanas, amisit dominũ retentarum animarũ, vt iam signatos signo crucis in qua victus est, in secunda morte tenere nõ audeat. Quã ob rem ad securitatẽ nostrã hæc tractat Apostol9. ¶Vt iustificatio legis adimpleretur in nobis, qui nõ secundũ carnẽ ambulamus, sed secundum spiritum.) Ideo damnatũ dicit peccatũ, vt impleretur in nobis iustificatio legis datæ à Moyse. Sublati enim de conditione legis, facti sumus amici eiusdem. Iustificati enim amici legis sunt. Quomodo aũt impletur in nobis iustificatio, nisi cũ datur remissio omniũ peccatorũ, vt sublatis peccatis iustificatus appareat mẽte seruiẽs legi dei? Hoc est non secundum carnem ambulare, sed secundum spiritũ, vt deuotio animi, qui est spiritus, nõ consentiat desiderio peccati, quia per carnẽ seminat cõcupiscẽtias animæ quod ineſt peccatũ. Si damnatũ est peccatũ, quomodo ineſt? Dãnatũ est, & à saluatore, & triplici genere dãnatũ. Primo enim in loco dãnauit peccatũ, dũ non peccauit desentiens à peccato. Deinde in cruce peccatum, quia peccauit, dãnatum dicitur. Vnde sublata est illa authoritas quasi peccati qua detinebat homines in iferno propter delictum Adæ, vt de cætero in quibus signũ crucis est, detinere non audeat. Tertio damnauit peccatũ,
H dum irrita fecit delicta remissione peccatorum concessa. Cum enim peccator causa admissi peccati dãnandus esset: ignoscẽs autẽ ei, damnauit in eo peccatũ. Itaq; si & nos saluatoris exẽplo nõ peccemus, dãnamus peccatũ. ¶Qui enim secundũ carnẽ sunt, quæ carnis sũt sapiũt.) Hoc dicit, quia qui suggestioni quæ efficitur per carnẽ, obtemperat: quæ carnis sunt, sapit. Hoc enim illi suaue videtur quod sequitur, contra fas appetens vsum & sententiam erroris carnis. in carne enim mũdanus error signatur quacũq; ex parte. ¶Qui vero secundũ spiritũ. ea quæ sunt spiritus sentiunt.) Manifestum est quia qui se à carnis desideriis continet, iuxta legem mẽtis viuit. Hoc enim illi vtile videtur sapere, quod conueniat legi.

NAM prudentia carnis, mors est. Prudẽtia carnis peccatum est, quod generat mortẽ. Prudentia enim ideo dicit, cum res stulta sit, quia secularibus hominibus errores ex visibilib9 cõcepti siue in sensu siue in actu cõtra legẽ dei, prudẽtia videtur: maximè quia omnis industria & astutia illorũ in eo est, vt peccẽt. Sapere enim sibi videtur si istud diligẽtius curẽt, cũ nihil stultius sit quàm peccare. Est & alia prudẽtia carnis, quæ mũdanis rationibus inflata, negat aliquid fieri quod mũdi careat ratione. Vnde deridet virgi
I nis partũ, carnis resurrectionẽ. ¶Prudẽtia autẽ spirit9, vita & pax. ,Vere hæc est sapientia, quæ vitã acquirit & pacẽ. Sequẽs enim spiritalia cõtẽptis illecebris vitæ præsentis, æternã habebit vitã cum pace, id est sine inquietudine. Vbi enim perturbatio est, & pœna est. ¶Quoniã sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta. nec enim potest.) Non carnẽ dixit inimicã, sed sapientiã carnis: id est, non substantiã, sed actus, aut cogitationem siue asseuerationẽ quæ nascitur de errore. Sapientia ergo carnis est primo in loco, astrorum ab hominibus inuẽta disputatio, deinde visibiliũ oblectatio. Hæc inimica deo sunt, quia elementorũ dominũ, & opificem mundi his coæquãt quæ fecit, astruentes nihil posse fieri præterquam mundi continet ratio. Quam ob rẽ negant deum fecisse vt virgo pareret, aut mortuorũ corpora resurgerent: quia stultum est. inquiunt, vt deus fecerit vltrà quàm sapit homo. O prudentes mũdi, qui putant deũ nõ debere aliter facere quàm ab eo facit cõdita creatura, vt ipse similis creaturis putetur. Sic cæcati sũt, ne videãt qualẽ cõtumeliã deo faciunt. Opus enim quod in laudem suam prædicandã facere dignatus est, isti. vituperantes, incredulum & stultum asserunt: ac per hoc legi dei hoc studium subiectũ esse nõ potest, in eo quod exercitatur vt dei gestis repugnet. ¶Qui enim in carne sunt, deo placere non possunt.) Sapientes mundi in carne sunt, quia resiciẽtes mũdũ, spiritali sapiẽtiæ resistũt, K
quia totus mundus caro est. Omne enim visibile carni deputatur: cognata enim sunt carnis, immo elementa carnis. Ideóq; qui mundanis rebus obtemperat, in carne est. ¶Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu.) In carne positi dicũtur non esse in carne, si assentiẽtes Ioã ni apostolo mundana nõ diligãt. Sententia enim hominis suã quasi fingit naturã, vt hoc appelletur quod sentit. ¶Si tamẽ spiritus dei habitat in vobis.) Hoc ideo ambigue dicit, quia in lege inducti, non adhuc perfectę erãt fidei, sed spem in eis videbat perfectionis. Vnde aliquando quasi perfectis loquitur, aliquando quasi perfecturis. hoc est, aliquando laudat, aliquãdo cõmonet: vt si secũdum supra memorata versentur iuxta legem naturæ, in spiritu esse dicantur: quia spiritus dei in eo habitare nõ potest, qui carnalia sequitur. ¶Si quis autẽ spiritũ Christi non habet, hic non est eius.) Spiritum dei nunc spiritum dicit Christi, quia omnia patris, filii sunt. Hoc ergo dicit, quia qui supradictis errorib9 subiect9 est, ad Christum non pertinet. spiritum enim eius nõ habet, quem vt filius dei esset, acceperat. Duabus enim ex causis deserit hominem spiritus sanctus, cũ aut sensum carnis habet, aut gesta. Itaq; per hæc ad bonam conuersationem L
cõpellit. Quãuis enim bonitate dei erigantur homines, non erunt tamen filii dei vocati nisi sic vixerint, ne satis indigni concesso nomine videantur. ¶Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita propter iustificationem. Peccati causa corpus mortuũ asserit eorum quos deserit spiritus sanctus, nec ad istum, id est, spiritũ quis eorũ passione potest peruenire. Spiritus enim dei nescit peccare. Ad iustificationẽ enim datur, vt adiutorio suo iustificet Ergo quia peccare nescit vita est. Mori enim non potest, quia per peccatũ mors: ac per hoc sibi peccator oberit, non spiritui quem accepit. Nec enim spirit9 erit in causa, qui voluit iustificare Signum enim iustificationis hoc est in homine, vt per id quod inhabitat in eo, iustificatus appareat esse filius dei. Non enim in ficto homine, neq; in corpore subdito peccatis potest habitare spiritus sanct9, sicut dicit Salomon. Si quis autem denuo carnaliter viuat, desertus, ab Sapien. 1.
spiritu sancto, in iniustitia sua morietur. Corpus autem dicens totum hominem significat mortuũ peccati causa: sicut & à propheta sub vocabulo animæ totus homo significatur, quasi à parte totum. Ait enim: Anima quæ Ezech. 18.
peccauerit, ipsa morietur. Nũqd sine corpore? Hic corpus pro toto homine posuit, ille autem animã. Et alius Propheta carmen dicendo, totum hominem significauit. Ait enim: Videbit omnis caro salutare dei. Et Esaię. 40.
quoniam baptizato datur spiritus sanctus, etiam ipsius M
esse spiritus dicitur. Idcirco cætera hominis ad comparationem eius corpus appellauit. Præterea quod anima dũ peccat, caro dicatur. hoc enim vocatur quod sequitur: sicut sæpe iã dixi. Similimodo & domin9 cum in passione sua diuinitatẽ suã minime formidare vellet in telligi, sed hominis esse mœstitiã, ait: Spiritus quidẽ prõptus est, caro vero infirma: vt in spiritu deũ, i carne vero hominẽ significaret. Quod si spiritus ei9 q̃ suscitauit IESVM à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit IESVM à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spiritũ eius in vobis.) Ipsum sensum eadem tractat ratione. Corpora enim dixit, per quæ homines significat. Et quia supra dixit propter peccatum corpus mori morte secũda, hic iterũ propter bonam vitam mortalia corpora viuificari promisit, id est totum hominem. ¶Igitur fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.) Rectum & manifestũ est non nos adinuentioni Adę, quia carnaliter egit obsecundare debere, qui prior peccãs mortẽ nobis hæreditatis titulo dereliq:t sed legi Christi seruire nos debere, qui nos spiritali ratiõe à morte supradicta redemit Huic enim debitores sumus, qui nos carnalibus vitiis

A sordidatos per lauacrum spiritus ablutos iustificauit, & filios dei fecit. Prius enim in carne positi exemplo Adæ viuebamus subiecti peccatis, nunc vero liberati reddere debemus obsequiũ redẽptori. Quod quidẽ obsequiũ non illi vtiq; proficit qui nullius eget, sed nobis vitã acquirit æternã. Sic enim diligit nos, vt sibi imputet quod nobis promisit. ¶Si enim secundũ carnẽ vixeritis, moriemini.) Nihil enim verius: quia si secundũ Adã vixerimus, moriemur. Adam enim præuaricans vendidit se peccato, carni deputatur. Omne enim peccatũ, caro est. Propter quod enim deforis vitia & delicta nascuntur ex sensibus, de auditu, visu, odoratu, vel gustu, carni deputantur. Omnis enim cogitatio foras respiciens incurrit delictum. Nam & primi hominis deforis peccatũ natum est. Secundum carnẽ ergo viuere, mors est. Omnis enim actus carnis, extra legem est. ¶Si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.) Corp9 vult lege animæ gubernari. Vnde ostẽdit, si duce sancto spiritu actus & consilia carnis, quæ huius mundi instigantibus potestatibus concinnantur, fuerint repressa, ne agendi accipiãt potestatẽ, vitã præstari. Mortificari enim dicũtur si cessent. non sunt enim si cessant, quia peccatũ non est si nõ fiat.

QVICVNQVE enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei.) Hos dicit spiritu dei agi, in quorum actibus consilia principũ & potestatũ huius mundi non videtur. In quorũ enim videtur, nõ sunt
1.Ioan.3. filii dei, sed diaboli: quia qui de deo natus est, nõ peccat, B
dicit Ioannes apostolus. Hoc est enim quod probat dei filios & diaboli. Vnde domin9 ad Iudæos quod male agerent, & parricidiũ cogitarẽt, ait: Vos de patre diabolo E
Ioan. 8. estis. ¶Nõ enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore.) Hoc dicit, quia accepto spiritu sancto à timore malorum actuũ exuti sumus, vt de cætero nihil tale agamus vnde iterum timeamus. Ante enim sub timore eramus, quia lege data omnes rei sunt constituti. Spiritũ ergo timoris legẽ dixit, quia homines peccati causa in timore cõstituit. Lex autẽ fidei, quæ in spiritu adoptionis significatur, lex securitatis est: quia à timore nos eruit dum donat peccata, ac per hos securos nos fecit: ac dicitur spiritus nõ timoris secundũ hunc mundũ. ¶Sed ac cepistis spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, abba pater. In quo clamamus abba, id est pater. Gratia dei à timore liberati, accepimus spiritũ adoptionis filiorũ, vt considerãtes quid eramus, & quid dono dei sumus adepti, magna cũ diligentia vitã nostrã ordinemus, ne no
men dei patris in nobis iniuriã patiatur, & ea omnia quę
C euasimus, veluti ingrati incurramus, vt audeamus dicere deo, abba, id est pater. Ideoq; cõmouet ne accepta fiducia in temeritatẽ vertatur. Si enim huic voci qua dicimus, abba pater, dissimilem vitã exibeamus, iniuriã deo facimus vocãtes eum patrem. Idcirco enim bonitate sua hoc nobis indulsit quod super naturam nostram est, vt quod substantia indigni sumus, operibus mereamur. ¶Ipse spiritus reddet testimoniũ spiritui nostro, quod sumus filii dei. Bene agẽtibus nobis, & pẽr hoc ipso manẽte in nobis spiritu sancto, huic voci & animo nostro quo clamam9 in oratione, abba id est pater, spiritus dei testimoniũ dat, dum manet in nobis, quoniã nõ temere dicimus, abba pater. Dignã enim vitã huic voci exibeamus, & hoc est testimoniũ filiorum, si in eos per spiritũ videatur signum paternũ. ¶Si autẽ filii & hæredes, hæredes quidẽ dei, coheredes autem Christi. Cum deus pater nullo modo mortuus possit dici, Christus autẽ eius filius mortuus dicatur causa incarnationis, quid est vt hic qui mortuus est, semper viuentis hæres esse dicatur, cum hæredes vtique non nisi mortuũ sint? Sed hæc causa humanitatis est. Nam apud deum quæ apud nos hæreditas dicitur, donum est patris in filios obedientes transfusum, vt viuus viuentis hæres sit merito proprio, non necessitate defuncti. Vnde & dominus in euãgelio non magis humana quàm diuina ratione viuum viuentibus substantiam suam partitum esse; licet in parabola, si- D
gnificauit. Nec enim parabola absurda ratione componitur. Vt ergo promptos nos ad obediendum deo patri faceret, hac spe exhortatur dicens dei nos futuros hæredes, cohæredes autem Christi: vt quia spes magna præmii est, tantò magis in dei rebus propensiores essemus, postponentes curã mundanorum. Quid sit autem cohæredem esse filii dei. vt ab apostolo Ioãne docemur. Inter
cætera enim ait: Scim9 quoniã cum appparuerit, similes 1.Ioan.3.
ei erimus. ¶Si tamen cõpatiamur, vt & simul glorificemur.) Quomodo cohæredes Christi fieri possimus declarat, dicens: Si tamen cõpatiamur, vt & simul glorificemur. Videamus ergo quid sit cõpati. Compati est persecutiones tolerare propter spem futurorum, carnemq; crucifigere cũ vitiis & cõcupiscẽtiis, hoc est, voluptates & pompas seculi spernere. Cũ enim hæc omnia mortua fuerint apud hominẽ, crucifigit mundũ, futuri seculi vitam credẽs, in qua se sperat cohæredem Christi futurũ. ¶Existimo ergo quod nõ sint cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis.) Exhortatio hæc ad superiora pertinet, per quã ostendit parua esse quæ hic possunt à perfidis irrogari, ad cõparationẽ decreti muneris in futuro seculo. Propterea ad omnia exitia paratos esse debere, quia magna pro his repromissa sunt præmii, vt in tribulatione confoletur se animus, & spes crescat. Nam & quosdam, immò multos scimus pro præsentibus lucris ad modicũ vtiq; profuturis q̃ asperos & duros subire labores, & ad quæ aliquando, quia ipsa vita fragilis est & icerta, peruenire nõ pos- E
sunt. Nautæ pro quibus commodis tantis se procellis & tẽpestatibus credunt, cum sciant in his magis mortẽ ante oculos esse, quàm vitam? Et milites spe præsentis præmii, cũ incerta victoria sit, in gladios insurgere nõ dubitant. Quãtò ergo magis pro Christo patiendũ est, cuius etiam protelata sunt nobis beneficia, qui pro paruis magnifica, & pro temporalibus perpetua præmia cũ gloria pollicetur. Pro Christo dicimur pati, cum nobis, nõ illi proficiat quod patimur. Sed quia ille occasionẽ quærit remunerandi nos, hoc præcipit. Vt bonus enim vel profusus largitor causas quærit quomodo donet aut indignis aut verecũdis. Deniq; vt ipsa exitia tolerari possint, ipse suggerit vires. ¶Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorũ dei expectat.) Quoniã præsentis temporis passiones indignas dixit ad futuram gloriã, subiecit
qã creatura hoc expectat, vt cõpleatur numerus filiorũ F
dei destinatus ad vitam: vt tũc demum etiã ipsa creatura possit liberari à seruitute corruptiõis, & cessaret i vitio. ¶Vanitati enĩ creatura subiecta est non volũtaria.) In domini & creatoris potestate posita creatura, non vtiq; spõte subiecta est vanitati. Non enim proderit sibi quod subiecta est, sed nobis. Quid est ergo in quo vanitati subiecta est, nisi quia quæ generat, caduca sunt? Operatur enim vt fruct9 faciat corruptibiles. Corruptio ergo ipsa vanitas est. Omnia enim quæ nascũtur in mundo, infirma, caduca & corruptibilia, ac per hoc vana sunt. Vana sunt enim, quia statum suum tenere non possunt. Nam cũcta deformata per fluxum semper in se redeũt cõfusa in naturam. Dicit de his & Salomon, quia omnia hæc Eccles. 1.
vanitas. Nec discordat ab his Dauid dicens: Veruntamen vanitas, omnis homo viuens. Manducare enim, & Psal. 38.
bibere, & res mũdi curare, nõnne vanitas est? & prodest tamen ipsa vanitas. Proficit enim hominibus natis in mũdo, vt per hæc in corporibus exercitati, discãt mysterium creatoris: ad comparationẽ enim æternorũ vana sunt. Nã suo bona sunt, quippe cũ sint necessaria. ¶Sed propter eum qui subiecit illam in spe.) Quæ spes? statim subiecit dicens. ¶Quoniã & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptelæ ĩ libertatẽ gloriæ filiorũ dei.) Quoniã contradicere non potest creatura cõditori suo, eius causa subiecta est, non sine spe. Habet enim in labore posita hoc solatium, quoniã habebit requiem, cum

G crediderint omnes quos ſcit deus credituros: quorũ etiã
causa ſubiecit: ¶Scimus enĩ quoniã omnis creatura in
gemiſcit,& parturit vſq; adhuc.) Parturire, dolere eſt.
Ipſe ſenſus eſt,quia omnis creatura per quotidianũ la-
borem ingemiſcit & dolet vſq; modo. Vſq; modo,tãdiu
ſignificat,quãdiu legitur. Ipſa enim elemẽta cũ ſolicitu
dine operas ſuas exhibẽt, quia Sol & Luna non ſine la-
bore ſtatuta ſibi implent ſpatia, & ſpiritus animalium
magno gemitu arctatur ad exhibenda ſeruitia. Nam vi-
demus illa gementia cogi inuita ad laborem. Hæc ergo
omnia expectant requiem,vt à ſeruili opere liberẽtur.
Si autem hæc eſset ſeruit⁹ quæ ad deum proficeret pro-
merẽdum,gauderet,nõ doleret creatura:ſed quia noſtri
causa ſubiecta eſt ſeruituti corruptionis dolet. Videt enĩ
quotidie opera ſua interire,quotidie enim oritur & occi
dit opus eius. Recte ergo dolet, cuius operatio non ad
æternitatem pertinet, ſed ad corruptionem. Quantum
ergo datur ſtelligi,ſatis de noſtra ſalute ſolicita ſũt,ſciẽ
tia ad liberationem ſuam proficere,ſi modo nos citius
agnoſcamus authorem. Hæc itaq; ſcientes,omni cura di
ligentiaq; dignos nos præbeamus, aliis quoq; vt exẽplo
ſimus,nõ noſtra ſolũ miſeratiõe cõmoti,ſed & eius cau-
ſa quæ diebus ac noctibus iniurias patiens ingemiſcit.
H Solemus enim in alienis cauſis propenſius vigilare.
¶Non ſolum autem illa,ſed & nos qui receptaculũ ſpi
ritus habem⁹,noſipſi intra noſmetipſos ingemiſcimus
expectantes redemptionem corporis noſtri.)Poſt crea-
turam mundanã adiecit etiam nos hoc expectare, & in-
gemiſcere ad deũ,vt hinc liberemur cuncti deſtinati ad
vitam, quia Chriſtianis mundus hic pelagus eſt. Sicut
enim mare aduerſis excitatur procellis,inſilit,& tempe-
ſtatem nauigantibus facit:ita & ſeculum pſidorũ cõſpi-
ratione cõmotũ,perturbat fideliũ mentes: & tanta per-
uerſitate agit inimicus,vt quid prius euitãdum ſit, igno-
retur. Si enim poteſtas deſinit eſse aduerſum nos, pri-
uatorum mentes exagitat,ſi & hi compeſcãtur, per do-
meſticos conflat incendium. Et ſi hoc poſitũ fuerit, arte
ſua inter ipſos germanos facit diſcordiã: vt quatuor an-
gulis pulſata domus,ex aliqua parte faciat ruinam,pro-
pter qđ vno cõſilio fugiẽdũ eſt hinc Chriſtianis. Exem-
plũ enim debent ſequi ſancti Symeonis,qui ſciens bellũ
hic geri contra perfidiam,in pace dimitti ſe poſtulauit.
Hoc eſt quod ſinguli orantes, pro omnibus oramus, vt
veniat regnũ dei. Tunc enim erit liberatio corporis no-
ſtri,id eſt,omniũ Chriſtianorũ. In corpore enim omnes
ſignificauit,quia ſumus alter alterius membra. Apoſto-
I lus quidẽ quaſi vir diuinus bene ſentit de nobis, dicens
quia ingemiſcimus vt hinc liberemur, ſicut & ingemi-
ſcebat Symeon. Sed video oblectatione mundi nos tene
ri. Igitur per hæc quæ ſupra dicta ſunt, oſtẽdit quàm vim
creatura patiatur noſtri cauſa,quando nos quibus obſe
quium eius proficit, quiq; dei ſpiritũ adiutorem habe-
mus,ingemiſcimus vt hinc liberemur, vt promiſsa con
ſequamur præmia. Quanto magis ergo creatura inge-
miſcit,quæ neq; adiutorem habet ſpiritũ ſãctũ, nec ſua
causa laborat,addicto hoc,vt ea quæ labore ſuo generat
vt alimentis ſeruorum dei proficiant,contra fas videt
idolis immolari. Vnde plus dolet,& optat citius libera-
ri,ſciens hoc ad iniuriam proficere creatoris.

SPE enim ſaluati ſumus.) Hoc dicit, quia ſperando
qđ promiſit deus in Chriſto,nobis meritũ fecimus
vt liberemur. Ergo iſpe liberati ſum⁹, qa nõ aliud
futurũ putam⁹ q̃ credimus. ¶Spes enĩ quæ videtur
non eſt ſpes.) Manifeſtum eſt nõ eſse ſpem quæ videtur,
ſed quod nõ videtur:ac per hoc ſperãtes præmiis afficiẽ
di ſunt:quia quæ non vident,ſperant. ¶Nã quod videt
quis, quid ſperat? Sed ſi quod non videmus, ſperamus,
per patientiam expectamus.) Dubiũ non eſt ea ſperari
quæ nõ videntur,expectãtur enim futura. Hæc expecta-
tio patiẽtia eſt,quæ multum meretur à domino:vt de die
in diem expectans cupiat venire regnum dei,& non du-
bitet quia tardat. ¶Similiter autem & ſpiritus adiuuat K
infirmitatẽ noſtræ orationis,) Quoniam ſuperius inge-
miſcere nos,& precari liberationẽ memorauit,& in do-
lore poſiti aut quæ lõge futura dicta ſunt, mox fieri vo-
lumus,aut cito tolli, per quæ ad meritũ peruenimus: &
videmur imbecilla oratiõe precari,dũ illi denegatur ef
fectus. Infirma eſt enim,quia cõtra rationẽ poſtulat: ac
per hoc infirmitatẽ hanc à ſancto ſpiritu dato nobis ad-
iuuari oſtendit. Adiuuat autẽ,quia quæ aut ante petun-
tur quàm peti debeãt,aut ſũt cõtraria,nõ finit fieri. ¶Nã
quid oremus ſicut oportet,neſcimus.) Infirmitatẽ ora-
tionis noſtræ ignorantiam ſignificare declarauit. Fallĩ-
mur enĩ putãtes prodeſse quę poſcimus, cũ nõ profint.
Deniq; cidẽ apoſtolo tertio deprecanti vt tẽtationes ab
eo ceſſarent,quia crebræ erant,dictũ à domino eſt: Suf- 1.Cor.12.
ficit tibi gratia mea,nam virtus in infirmitate perficitur
id eſt,ſic meritũ quis collocat,dũ in tribulationibus pa-
tiens inuenitur. Didicit ergo contra ſe eſse qđ petebat.
Eſt & aliquãdo ſuperba & ſtulta petitio,ſicut fuit duorũ
apoſtolorũ Iacobi & Ioãnes quibus incõgrua & immẽſa
petẽtibus dictum eſt:Neſcitis quid petatis. ¶Sed ipſe ſpi Mat.20.
ritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.) L
Nõ humanis eloquiis poſtulare pro nobis dicit ſpiritum
domini,ſed more naturæ ſuæ. Cũ enĩ qđ de deo eſt, deo
loquitur:eo more loquatur neceſse eſt,quo ille loquitur
de quo eſt. Nemo enim cum ciue ſuo alia lingua loqui-
tur. Superfundit enim ſe precibus noſtris ſpiritus
datus nobis,vt imperitiam & improuidẽtiã noſtrã motu
ſuo operiat,& illa nobis à deo petat quæ profint nobis.
¶Qui autẽ ſcrutatur corda,ſcit quid deſideret ſpiritus,
quia ſecũdum deũ poſtulat pro ſanctis.) Manifeſtum eſt
quia deo cui nihil tacitũ eſt & occultũ,nota eſt precatio
omniũ ſpiritũ:quãto magis ſpiritus ſãcti qui eiuſdẽ vti
q; ſubſtãtiæ eſt,eloquitur nõ impulſu aëris, neq; vt ange
li,aut ſicut cætera ex creaturis,ſed ſicut cõpetit eius diui
nitati. Deo ergo loquitur,cũ nobis tacere videtur, quia
& videt cũ nõ videatur,& hæc petit quę ſcit deo placere,
& nobis prodeſse. Tunc ſanẽ pro nobis interponit ſe
idem ſpiritus,cũ ſcit nos per ignorantiã non per iactan-
tiam cõtraria poſtulare. ¶Scimus autem quoniã diligẽ
tibus deum omnia procedũt in bonũ,iis qui ſecundum
propoſitũ vocati ſunt ſancti.)Hoc dicit,quia diligentes
deũ etſi imperitè precati fuerint,nõ illis oberit,quia pro
poſitũ cordis illorum ſciens deus & ignauiam,non illis
imputat quæ aduerſa poſtulant, ſed ea annuit quæ dan-
da ſunt deũ amantibus. Vnde & Domin⁹ ait: Scit autem Mat.6.
inquit,pater veſter quid vobis opus ſit, antequã petatis
ab eo. Hi autem ſecũdum propoſitã vocãtur, quos cre- M
derẽt ſcirentur. ¶Nã quos præſciuit,& prædeſtinauit.)
Iſtos quos præſciuit futuros ſibi deuotos, ipſos elegit ad
promiſsa præmia capeſſenda: vt hi qui credere videntur,
& nõ permanẽt in fide cœpta,à deo electi negentur: quia
quos deus elegit,apud ſe permanent. Eſt enim qui ad tẽ-
pus eligitur,ſicut Saul & Iudas,nõ de præſciẽtia, ſed de
præſenti iuſtitia. ¶Conſortes fieri imaginis filii ſui.)
Hoc dicit,quia ideo prædeſtinantur in futurũ ſeculum,
vt ſimiles fiant filio dei,quod iã ſupra memorauit. ¶Vt
ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.) Recte primo-
genitus,qui ante omnẽ creaturam non factus,ſed natus
eſt,ad cuius exemplum deus homines in filios ſibi ado-
ptare dignatus eſt. Eſt & primogenitus in regeneratione
Chriſtus. Eſt & primogenitus ex mortuis, cuius natura
ignoratur. Eſt & primogenitus poſt victoriam aſcendẽs
in cælos. Primogenitus igitur in omnibus frater noſter
dicitur,quia homo dignatus eſt naſci. Dominus vero
eſt,quia deus noſter eſt,ſicut dicit propheta Hieremas:
Hic eſt deus noſter.

vos autem prædeſtinauit, illos & vocauit.)
Q Vocare eſt cogitãtẽ de fide adiuuare,aut com-
pungere eum quem ſciat audire. ¶Et quos vo

A cauit,ipſos & iuſtificauit:quos autẽ iuſtificauit, hos &
magnificauit.)hoc dicit quod ſupra,quia quos præſci-
uit deus aptos ſibi,hi credentes permanent, quia aliter
fieri non poteſt:niſi quos præſciuit deus,ipſos & iuſtifi-
cauit:ac per hoc & magnificauit illos,vt ſimiles fiant fi-
lio dei. De cæteris quos non præſciit deus,nõ eſt illi cu-
ra in hanc gratiã,quia non præſciit,ac ſi credant, aut eli
gantur ad tẽpus,quia videtur boni,ne iuſtitia contẽpta
videatur,non permanẽt vt magnificentur,ſicut & Iudas
Scarioth,aut illi ſeptuaginta duo,qui electi. poſt ſcanda
lum paſsi receſſerunt à ſaluatore. ¶Quid ergo dicem⁹
ad hæc?Si deus pro nobis, quis contra nos?)Manifeſtum
eſt quia deo nobis teſtimonium perhibente: quis eſt qui
audeat accuſare nos,quãdo ipſe qui iudex eſt,ante præ-
ſciit nos,& idoneos iudicauit? ¶Qui ꝓprio filio ſuo nõ
pepercit,ſed pro nobis oĩbus tradidit illũ.) Sic ſecuros
nos debere eſse fidei cauſa hortatur,vt deũ quo præſcio
antequã ex impiis fideles eſsemus, filiũ ſuum pro nobis
morti tradidiſse oſtendat. ¶Quomodo non etiã cũ illo
oĩa nobis donauit?) Deũ olim decreuiſse dicit remune-
randos credentes in Chriſtum. Si enim quod maius &
præcipuum eſt præſtitit nobis,vt filium ſuum verum &
B chariſsimum traderet propter nos adhuc impios,quare
nõ quod minus eſt,facturus credatur pro nobis credẽti-
bus ſibi,quia iam parata ſunt credentibus præmia? Mi-
nus eſt enĩ nobis omnia cũ illo donare,quàm illũ noſtri
cauſa morti tradere. ¶Quis accuſabit aduerſus electos
dei?Neminem audere nec poſse iudiciũ & præſcientiam
dei in nobis retractare,apertum eſt. Quis eſt enim qui
poſsit hæc quæ deus probat,improbare, cũ nemo æqua-
lis ſit deo? ¶Deus qui iuſtificat.)Hoc in Eſaia prophe-
ta eſt,quod hic quaſi ſuum ponit,quia nemo eſt aliius qui
qđ probat deus,arguat. Aut ne forte ipſe nos deus accu-
ſet, ſed nõ poteſt quos iuſtificat accuſare. ¶Et quis erit
qui cõdemnet? Chriſtus,qui mortuus eſt,immo qui & re
ſurrexit,& eſt in dextera dei, qui etiam interpellat pro
nobis?)Deum,quia nos iuſtificat,accuſare nos negat: ſi-
mul & Chriſtum damnare nos nõ poſse,quia eo affectu
diligit nos,vt moreretur pro nobis: & reſurgens, ſem-
per cauſas noſtras agit apud patrem. Cuius poſtulatio
cõtemni nõ poteſt,quia in dextera dei eſt,hoc eſt,in ho-
nore quod de⁹ eſt,vt de deo patre ſecuri,& Chriſto filio
eius,qui iudicaturus eſt,in fide eorũ lætemur. Hinc illud
Lucæ.22. eſt quod dicit Petro apoſtolo: Ecce expoſtulauit Sata-
nas vt vos ventilet ſicut triticũ:ego autẽ rogaui pro te,
ne deficiat fides tua. Hoc ergo modo interpellat pro no
bis ſaluator. Sciens enim impudentiam & altitudinem
aduerſarii noſtri,cũ ſe cõmouet aduerſum nos,ſi non ei
C aſsentiamus:ſaluator noſter interpellat pro nobis,ne a-
liquid violenter præſumat circa nos,vt arceatur inſolẽ-
tia eius. Hac cauſa tamen dicitur filiꝰ interpellare, cum
ipſe agat totum,& æqualis ſit deo patri. Et quiã vnus di-
citur deus,ne pater & filius ſingularis vel vnio putare-
tur,ad perſonarum diſtinctionẽ ſic loquitur ſcriptura,
vt & filiũ non diſparẽ tradat: & patrem,quia pater eſt,
& quia ab ipſo ſunt omnia,præferat. ¶Quis nos ſepara
bit à charitate Chriſti?Hoc eſt,quis nos auertere poterit
à dilectione Chriſti,qui nobis tam magna & innumera
præſtitit beneficia? ¶Tribulatio?)Sed non facit,quia di
lectionem firmi Chriſtiani nulla vincunt tormẽta. Amã
tis enim plus incitatur charitas,ſi eum cuius ſenſit bene
ficia prohibeatur amare. Dũ enim putãt ſe immerita ei⁹
ſeminare,memorat beneficia. ¶An anguſtia, an perſe-
cutio,an fames,an nuditas,an periculum,an gladius? Si-
cut ſcriptum eſt: Quia propter te morte afficimur tota
die,æſtimati ſumus velut oues occiſionis:ſed in his om-
nibus ſuperam⁹ propter eum qui dilexit nos.) Hoc ſcri
ptum eſt in pſalmo 43. Manifeſtum eſt ergo hæc omnia
quæ enumerat,exitia,tribulationes,preſsuras, & mortẽ
non poſse conferri vel comparari charitati Chriſti, quã
ſeminauit in nobis. Multò enim maiora eius beneficia
habemus,quàm hæc ſunt omnia quæ videntur aduerſa. D
Si enĩ morimur ꝓ illo,quod grauiꝰ videtur in his: & ille
mortuus eſt pro nobis. Sed ille vt ꝓdeſset nobis, noſtra
autẽ mors non illi proficit,ſed nobis. Tẽporalẽ enĩ vitã
perdimus,vt nobis rependatur æterna. Et quid mirum ſi
ſerui moriãtur pro bono domino,quãdo domin⁹ mor-
tuus eſt ꝓ ſeruis,& malis? Vincũt ergo beneficia, & ex-
hortãtur animũ ad perſeuerandũ propter eũ qui dilexit
nos. Cõfido enim quia neq; mors.)Cõfidẽtia hæc de ſpõ
ſione Chriſti eſt,qua promiſit in tribulatione adiuuare
ſibi dicatã fidẽ. ¶Neq; vita,neq; angelus,neq; virtus,ne
q; altitudo,neq; profũdũ,neq; præſẽtia,neq; futura,neq;
alia creatura poterit nos ſeparare à charitate dei,quæ eſt
in Chriſto IESV domino noſtro.)Hæc ſunt omnia quæ
ad abductionẽ noſtrã à diabolo inferũtur, quę idcirco
memorat, vt muniat nos: vt ſi aduenerint, cõfidẽtes de
ſpe & auxiliis Chriſti,armati fide aduerſus hæc repugne
mus. Quid enim ſi mors illata fuerit? nõne lucrũ eſt ma-
ximũ,occaſionẽ inuenire qua citiꝰ eatur in regnũ ꝓmiſ
ſũ? Neq; ſi præſẽs vita ꝓmiſsa nobis fuerit dignitate mu
nita,debet nos auertere à ſpe & beneficiis Chriſti,quem
ſcimus,quia non ſolum in futuro,ſed & in præſenti pro
derit nobis. Nec quidem ſi ſe angelus nobis oſtendat ad
ſeducendos nos,ſubornatus fallaciis patris ſui diaboli
prævalere debebit aduerſum nos,cum ſciamus Chriſto
vt magni conſilii angelo nihil præponendum. Neq; ſi E
virtus ab aliquo facta fuerit, ſicut dicitur facta à Simo-
ne Mago,qui dicitur in aëre ſurſum,vt populum Chri-
ſti ſcandalizaret,volaſse,fidem noſtram debebit minue
re,ſcientium ſaluatorem nube famulante ſuſceptum aſ
cendiſse ſuper omnes cælos. Neq; ſi in altitudinem ſe
nobis oſtendat,de qua dicit idem Apoſtolꝰ: An ignora
tis altitudinẽ Satanæ? à deuotione nos domini IESV de-
bebit auferre,quẽ ſcimus deſcẽdiſse de cælo, vt terrena
ſpiritalibus ſociaret. Neq; ſi per phãtaſiã,qtia ſeducere
meditatur,profundum nobis oſtendat errorem miran-
dum,qua territi forte ſuccumbamus illi: nec ſic dignum
eſt vt Chriſto fidem frangamus,quẽ ſcimus noſtri cau-
ſa in profundum terræ deſcendiſse, & morte preſsa ge-
nꝰ humanũ liberaſse. Neq; ſi futura nobis ſpõdeat, quæ
promiſit Euæ,aſsenſum dabimus illi, diſcreti à Chriſto,
quẽ virtute & natura deum credim⁹ & ſcimus. Nec ſi at
te & ſublimitate aſtutiæ ſuę aliam creaturã fingat ad ho
ram, ſicut finxerũt Iamnes & Mambres palã Pharaone, F
cõueniens eſt vt per hæc à deo creatore vero nos reuo-
cet,quẽ non ignoramus per Chriſtum filium ſuum crea
turam condidiſse in æternum exiſtentem. Quibuſdam
videtur aliam creaturam dixiſse de idolis,ſed nõ eſt ve-
rum,quia hanc debuit ſignificare,quã ſub admiratione
ſeductionis videretur fingere Satanas. Nam quis ſeduca
tur fidelium ad hæc,à quibus receſsit manifeſtato erro-
re? Sed hæc meditatur ac iungit, per quæ etiam electos
poſsit ſeducere. Nulla ergo ſunt quæ nos poſsint à cha-
ritate dei ſeparare,quæ eſt in Chriſto IESV. Deus enim
charitatem ſuam in Chriſto nobis oſtendit,dum tradi-
dit illum pro nobis.

CAPVT NONVM.

VERITATEM dico in Chriſto IESV. nõ mẽ
tior,teſtimoniũ mihi reddẽte couſcientia
mea in ſpiritu ſãcto, quia triſtitia eſt mihi
magna,& cõtinuus dolor cordi meo. Opta
bã enĩ ipſe ego anathema eſse à Chriſto ꝓ
fratrib⁹ meis cognatis ſecũdũ carnẽ,qui ſunt Iſraelitę.)
Quoniam ſuperius contra Iudæos loqui videtur, qui ex
lege iuſtificari ſe putant: nunc vt votũ ſuum & affectum
circa eos oſtendat,teſte cõſcientia ſua in Chriſto IESV
& in ſpiritu ſãcto dicit ſe loqui, vt nõ velut inimico illo
rum fides haberi non poſsit. Ideo Chriſtũ & ſpiritũ ſan-
ctum,quos nihil latet, teſtes dat: & quorũ teſtimonium

G reprobati nõ poteſt,qui ſic perhibent teſtimoniũ Apoſtolo,dum cõmendant eũ virtute ſignorũ, quæ faciebãt per illum. Quia enim tam magnũ præſidum Chriſti,& præcipuam charitatem erga gen⁹ humanum oſtendit & dignatio eius glorioſa,& immortalia præmia repromiſ ſa:ac per hoc dolet gen⁹ ſuum eſt ſecundũ carnẽ, quia incredulitate ſua hoc perenni & ſalutari beneficio ſe priuarũt:Ergo optãbam,ait,non opto : quia ſcit fieri nõ poſſe vt tam honeſtum membrum nullo præcedẽte vitio abſcinderetur à corpore Chriſtiano, affectũ tamẽ & dilectionẽ circa genus ſuũ oſtẽdit. ¶Quorum adoptio eſt filiorũ.)Iuſte ſe dolere probat,quando prædicat laudem generis eorum:quia olim filii adoptati affectum & gratiã dei patris irritũ habuerunt. Adiecit adhuc, vt & alios dolere pro his faciat, dicẽs : ¶Et gloria,& legiſlatio,& teſtamẽta,& obſequium,& promiſſa,quorum patres,& ex quibus Chriſtus ſecundũ carnẽ, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula.Amen.)Tanta præconia nobilitatis & dignitatis generis Iudæorum & ꝓmiſſionum enumerat,vt omnibus pro his dolorẽ incutiat: quia nõ recipiendo ſaluatorem, prærogatiua patrum & promiſſionis meritum perdiderunt, peiores gentilibus M facti,quos prius,quia ſine deo erant,abominabãtur.Propenſius enim malum eſt dignitatẽ ꝓdidiſſe,quàm nõ habuiſſe.Interea de ſaluatore dicit: Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula.Amen. Quando enim nulla paterni nominis ſit mentio,& de Chriſto ſermo eſt,non poteſt differri ne deus dicatur.Frequẽter enim ſcriptura propter vnius dei profeſsionẽ,ſi de deo patre loquitur, & deo adiungit filiũ,deum patrẽ vocat,& filiũ dominũ. Si quis autem non putat de Chriſto dictum,qui eſt deus, det perſonam de qua dictum eſt.De patre enim deo hoc loco mentio facta non eſt.Sed quid mirum ſi in hoc loco Chriſtum deũ ſuper omnia aperta voce loqueretur, de quo alia in epiſtola hunc ſenſum taliſermone firma-
Philip.2. uit,dicẽs:Vt in nomine IESV omne genu flectatur, cæ-
I leſtium,terreſtrium,& infernorũ?Hæc ſunt omnia , ſuper quæ deus Chriſtus eſt.Neq; enim, exceptis his, ſunt aliqua,vt nõ ſuper omnia deus Chriſtus ſit : nec poteſt genu flecti ab omni creatura,niſi deo.Deniq; Ioannes apoſtolus inſcius cũ angelũ vt deũ vellet adorare , audit ab
Apoc.19. eo:Ne feceris:quoniã conſeruus tuus ſum , deũ , inquit, adora.Nec dom⁹ vtiq; adorari ſe pateretur , niſi quia de⁹ eſt.Si quo mi⁹,vſurpaſſe dicẽd⁹eſt,& peccaſſe:qđ abſit:cũ ipſe diabolũ increpãs,dominũ deũ adorãdũ,& ipſi ſoli ſeruiẽdum oſtẽdat.Nihil ergo præiudicatur deo patri,cũ adoratur Chriſtus vt de⁹: quia & cum ſoli deo ſeruiendũ dicatur,ſeruitur & Chriſto. Dicit enĩ alio loco:Qui in his ſeruit Chriſto,placet deo. Quid ergo ſu-
Roma. 14 pereſt,niſi vt pater deus,& filius deus , & nihilominus vnus deus credatur vterq;?Siue enim patrẽ quis adoret, ſiue filiũ,vnum deũ dicitur adorare : & ſeruire patri aut filio,vni deo ſeruitiũ exhibetur. Nulla igitur diſcretio eſt,quia qui adorat filium,adorat & patrem:& qui ſeruit patri , ſeruit filio . Et vt ſine adulatione deitatis huius confeſsionem eſſe doceret,in concluſione poſuit,Amẽ, hoc eſt,verum eſt:vt Chriſtum deum ſuper omnia in veritate oſtenderet benedictum in ſecula.

Gene.21. NON autẽ excidit verbũ dei dei dicẽtis:In Iſaac vocabitur tibi ſemen , id eſt, hoc euenit,inqt,qđ dixit de⁹ futurũ,vt nõ hi dicerẽtur ſemẽ eſſe Abrahæ,q filii ei⁹ eſſẽt ſecundum carnem:ſed iſti qui fidem acciperent , per quã natus eſt Iſaac, reformatam tempore Chriſti:non iam ſpeciale,ſed generale:vt quod Abrahã credidit de Iſaac,iſti crederẽt de deo & Chriſto,qui natus eſt dei filius ad ſalutẽ humani generis redimendã. ¶Neq; omnes qui ſunt ex Iſrael,hi ſunt Iſraelitæ:neq; quia ſemen ſunt Abrahę, omnes filii dei:ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.) Hoc eſt quod vult intelligi,nõ iam ideo dignos eſſe omnes. quia filii ſũt Abrahæ,ſed illos eſſe dignos,qui filii promiſsionis ſunt:id eſt,quos præſciit de⁹ promiſsionẽ ſuã K ſuſcepturos,ſiue ex Iudæis,ſiue ex gentib⁹. Hi enĩ digni ſunt dici Iſraelitæ,id eſt,videtes deum,q̃ credunt,Nã de Iſaac vtiq; oẽs hi filii ſunt Abrahæ,quia omnis propago generis Iudæorum ex Abrahã per Iſaac eſt.Sed quia , ſicut dixi,hi ſunt vere filii Abrahæ,q̃ promiſsionẽ ſequuntur,quæ in Iſaac facta eſt,ac per hoc reliqui filii nõ ſunt dicẽdi Abrahæ.Abrahã enim credẽs Iſaac accepit propter fidem,qa credidit deo.In quo myſterium futuræ fidei deſignatũ eſt,vt illi eſſẽt fratres Iſaac,qui eãdem fidẽ haberẽt,in qua Iſaac natus eſt:quia Iſaac in typo ſaluatoris natus eſt ex promiſsione:vt qui crediderit Chriſtũ IESVM promiſsum eſſe Abrahæ, hic ſit filius Abrahæ, frater vero Iſaac.Dictum eſt ergo Abrahæ , Quia in ſe- Gene.26. mine tuo benedicẽtur oẽs gẽtes,qđ vtiq; in Iſaac factum nõ eſt,ſed in eo qui in Iſaac promiſsus eſt Abrahæ,q̃ eſt Chriſtus,in quo oẽs gẽtes benedicuntur credẽtes. Cæteri ergo Iudæi filii ſunt carnis,dum promiſsiõe priuãtur: nec deputari poſsunt merito Abrahæ,qui fidẽ nõ ſequũ L tur per quam dignus extitit Abrahã. ¶Id eſt,nõ qui filii carnis,hi ſunt filii dei:ſed qui filii promiſsionis,æſtimãtur in ſemine.) Apertum eſt quia non poſsunt dici filii dei.Hi enim ex cõcupiſcentia carnis nati ſunt , iſti vero ex fide ſpiritaliter,ſecũdum quod promiſsum eſt Abrahæ,vt hi æſtimarentur ſemen eſſe,qui crederẽt. ¶Promiſsionis enim verbum hoc eſt,Ad hoc tẽpus veniã,& Gene.18. habebit Sara filium.)Hoc in Geneſi habetur , vt quod præfiguratum in Chriſto eſt,vt futurus Chriſtus promit teretur filius Abrahæ,in quo promiſsionis verbũ imple M retur,vt in Chriſto benedicerẽtur oẽs gẽtes terræ. Quãdo enim promiſsio facta eſt Abrahæ,& audiuit: Quia in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ : Chriſtus vtiq; illi promiſsus ex traduce Iſaac,in quo hoc impletum videmus . ¶Non ſolum autem hæc,id eſt Sara, ſed & Rebecca ex vno concubitu habens Iſaac patrem noſtrum.Non tantum ergo Saram in typo dicit generaſſe Iſaac , ſed & Rebeccam vxorem Iſaac.Sed alia cauſa eſt in Iſaac , alia in Iacob & Eſau : quia Iſaac in figura ſaluatoris natus eſt,Iacob vero & Eſau duorũ populorum habent typum : id eſt,credentium , & nõ credentium:vt cum ex vno ſint,diuerſi ſint tamen.In ſingulis enim & genus ſignificatur,vt hi vnius generis dicantur, qui in cauſa fidei vnum ſunt,vel perfidiæ. Vnus enĩ ſignificatur in multis,nõ per traducẽ carnis,ſed per cõmunem cauſam:quia & ex Eſau Iacob filii dicendi ſũt , & Iacob Eſau imputandi ſunt filii.Nec enim quia Iacob laudatur,omnes ex eo nati filii eius merito dicendi ſũt: aut quia Eſau diſplicet omnes ex eius origine reprobi ſunt:cum videamus & de Iacob traduce natos factos perfidos ,& de Eſau fideles & deo charos . Nam quia & de Iacob multi ſunt perfidi,dubium nõ eſt.Omnes enim Iudæi nori credentes aut credentes ex eo habent originem. Et quia de Eſau ſunt boni & fideles , probat Iob, qui eſt ex filiis Eſau quintus ab Abraham,hoc eſt,nepos Eſau. ¶Nam cum nati nondum fuiſsẽt,aut aliquid egiſ ſent bonum vel malum:vt ſecundum electionẽ propoſitum dei maneret,non ex operibus,ſed ex vocante dictum eſt:Quia maior ſeruiet minori,ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.)Hoc in Malachia Mal.1. habetur.Præſciẽtiam dei flagitat in his cauſis , quia non aliud poteſt euenire,quàm nouit deus futurum.Sciendo enim quod vnuſquiſq; illorum futurus eſſet, dixit : Hic erit dignus,qui erit minor:& qui maior , erit indignus. Vnum elegit præſcientia , & alterum ſpreuit . Et in illo quem elegit,propoſitũ dei manet:quia aliud non poteſt euenire quàm ſcit & propoſuit in illo,vt ſalute dign⁹ ſit Et in illo quem ſpreuit,ſimili modo manet propoſitum qđ propoſuit de illo,quia indignus erit.Hoc quaſi præſcius,nõ perſonarũ acceptor.Nam neminẽ damnat antequam peccet:& nullũ coronat antequam vincat . Hoc pertinet ad cauſam Iudæorum,qui ſibi prærogatiua de-

A fendunt,quod filii ſint Abrahæ . Apoſtolus autẽ conſolatur ſe,vt quia dixerat dolorẽ habere ſe cordis cõtinuũ cauſa incredulitatis eorũ,quorũ adoptio erat filiorũ, & legis conſtitutio,& ex quibus Chriſtus ſaluator, ſicut & ipſe ait quia ſal⁹ ex Iudæis eſt:tractata lege inuenit quia non õnes qui ex Iſrael ſunt, credituri ſunt:neq; quia dicuntur filii Abrahæ,omnes Abrahæ filios dicendos , ſicut ſupra memoraui . Minuit ergo dolorẽ ſuũ,inueniẽs olim prædictũ quòd nõ omnes eſsẽt credituri: vt hi ſoli doleant,q̃ per inuidiã in incredulitate laborant? Poſsũt tamen credere quòd ex ſubiectis aperit.Incredulis tamẽ prædictis nõ valde dolẽdũ eſt: quia nõ ſunt prædeſtinati ad vitam . Præſcientia enim dei olim hos nõ ſaluãdos decreuit. Quis enim plangat eum qui olim mortuus habetur? Sed ſubintrantibus gentibus, quæ ſine deo prius erant,& ſalutem quã illi perdiderũt,accipiẽtib⁹; exſuſcitatur dolor:ſed iterum quia ipſi ſibi perditionis cauſa ſunt,ſopitur.Præſcius itaque deus malæ illos voluntatis futuros,nõ illos habuit in numero bonorũ,quãuis dicat ſaluator illis ſeptuagintaduobus diſcipulis quos elegerat:ſecũda claſſe,qui ab illo poſtea receſserũt: Nomina
Lucæ.10. veſtra ſcripta ſunt in cælo. Sed hoc ꝓpter iuſtitiã , quia hoc eſt iuſtũ,vt vnicuiq; pro merito reſpõdeatur. Quia enim boni erãt,electi ſunt ad miniſterũ, & erãt ſcripta nomina illorũ in cælo propter iuſtitiã,ſicut dixi:ſecũdũ præſcientiã vero in numero erãt malorum . De iuſtitia enim deus iudicat, non de præſcientia . Vnde & Moyſi
Exod.23. dicit:Si quis peccauerit ante me,delebo eũ de libro meo vitæ.vt ſecundũ iuſtitiã iudicis tunc videatur deleri cũ B peccat, iuxta præſciẽtiam verò nunquam in libro vitæ fuiſſe.Hinc & apoſtolus Ioannes de huiuſmodi ait : Ex
1.Ioan. 2. nobis exierũt,ſed non fuerũt ex nobis:ſi enim fuiſsẽt ex nobis, permanſiſſent vtiq; nobiſcũ.Nõ eſt perſonarum acceptio in præſcientia dei.Præſciẽtia enim eſt,qua definitum habet qualis vniuſcuiuſq; futura voluntas erit, in qua manſurus eſt, per quam aut damnetur, aut coronetur.Deniq; quos ſcit in bono manſuros,frequẽter ãte ſunt mali: & quos malos ſcit permanſuros , aliquotiens prius ſunt boni.Vnde ceſſat querela, quia de⁹ acceptor perſonarũ non eſt . Nam & Saul,& Iudas Scarioth antè
1.Reg.9. fuerunt boni,dicente ſcriptura de Saul : Erat vir bonus & non erat illo melior in filiis Iſrael.Et de Scarioth di-
Actuũ.1. cit Petrus apoſtolus : Qui ſortitus eſt ſortem miniſterii huius in ſignis & prodigiis faciendis . Quomodo igitur miniſteriũ ſalutare ſortiretur,niſi eſset bonus ? In ſorte enim dei iudiciũ fuit,dignũ illum fuiſſe tẽpore illo quo electus eſt:ſicut illi ſeptuagintaduo, quos ſupra memoraui.Hinc eſt vnde & Iudas poſt mali totius admiſsum
Mat. 27. ſcelus pœnitentia motus laqueo vitã finiuit.Non poteſt enĩ in aliquo õne bonũ penit⁹ obliterari,quippe cũ natura nõ poſsit imutari, ſed volũtas:nõ in õnibus tamen cauſis,q̃a remanet in natura,qđ teſtimonio ſit creatori.

C QVID ergo dicem⁹? Nunquid iniquitas apud deũ? Abſit.) Quia enim vnũ diligit, & alterum odit: nunquid,ait,iniquus eſt? Non planè,ſed iuſtus. Scit enim quid faciat , & nec retractandum eſt eius iudicium. Hoc in Malachia propheta habetur:Ia-
Malac. 1. cob dilexi,Eſau vero odio habui . Hoc iã de iudicio dicit.Nam prius de præſcientia ait:Maior ſeruiat minori.
Gene.25. Sicut & de præſcientia Pharaonẽ damnauit,ſciens non correpturum:Apoſtolum vero Paulum perſequẽtẽ elegit,præſci⁹ vtique quod futurus eſset bonus.Hunc ergo præuenit ante tempus,quia neceſsarius erat: & Pharaonem ãte futurum iudicium damnauit,vt crederetur iu-
Exo.33. dicaturus.) Moyſi enim dicit: Miſerebor cui miſertus ero : & miſericordiam præſtabo cui miſericordiã præſtitero.) Ergo miſerebor,inquit,eius cui miſertus ero. hoc eſt,eius miſerebor,cuius præſcius eram quod miſericordiam daturus eſsem,ſciens conuerſurũ illũ,& permãſurũ apud me.Et miſericordiam præſtabo ei cui miſericordiam præſtitero:id eſt,ei miſericordiã dabo,quẽ

præſciui poſt errorẽ recto corde reuerſurum ad me:hoc D eſt dare illi cui dandũ non eſt,neq; dare illi cui dandum eſt:vt eũ vocet quem ſciat obaudire,illum autẽ nõ vocet quem ſciat minime obaudire . Vocare eſt autẽ compũgere ad recipiendã fidẽ.) Igitur non volentis neq; currentis,ſed miſerentis eſt dei.) Recte dicit,quia nõ in voluntate petẽtis,ſed in dãtis arbitrio debet eſse quod poſcitur.An enim dandũ ſit, dantis debet iudicio penſari; Nam Saul peccans cum petiſset veniam , non accepit:at contra Dauid peccans, & ignoſci ſibi veniam poſtulãs, conſecutus eſt. Ex hoc vtique dãtis dei & non dantis iudiciũ ſequendũ eſt, quia non iniuſte iudicat, qui omnes ſaluos vult , manente iuſtitia. Inſpector enim cordis ſcit petentem, an hac mente poſcat ; vt mereatur accipere. Et quãuis periculoſum ſit iudiciũ Dei diſcernere, tamen propter diffidentes , vt mens eorũ medelã conſequi poſſit,ne putent iudicium Dei iniuſtũ,dicentes:Vnũ vocat, & alterũ negligit: ſic arbitrantes excuſari poſſe damnãdos,rebus iſtud potius probemus quã verbis. Vbi enim rerum geſtarum exẽpla ſunt,nemo audet queri, nec ali quam excuſationem obtẽdere. Duo fuerunt , Dauid & Saul. Requiramus hiſtorias qualis vnuſquiſque eorum reperiatur poſt iudiciũ dei , ſi Saul bene ſe egiſſe,poſtq̃ miſericordiam non accepit,probetur:iniuſtũ, qđ abſit; deiiudiciũ arbitremur:aut ſi Dauid acceptã miſericordia deum contemptiſſe inueniatur:an in eo mãſerit, in quo miſericordiam conſecutus eſt,& vtatur diſpendo. Vterq; neceſsitatẽ paſsus eſt regni. Et quanta fuit neceſ- E ſitas Dauid , vt filius eius vellet eum regno priuare . Iu qua neceſsitate flens,nudo pede iter faciebat,vt fugeret rex & dux populi dei,intantũ humiliatus,vt & in faciem ſibi ſeruo ſuo maledicenti non reſponderet,vt per patiẽtiam deũ ſibi propitiũ faceret, per quem regnũ ſibi crediderit reſeruari.Saul autem nec in tali neceſsitate inuẽtus,quia maius malum eſt inteſtinũ bellũ quàm externũ inſup ægrè ferens,quia ſemel & iterũ non ſit auditus,cũ eſset indignus : nec in prece perſtitit , vt meritũ ſibi faceret quod eſset dignus:ſed impatiens,& de dei iudicio indignatus , ab idolis quæ prius velut nullius momenti damnauerat,auxilium requiſiuit. Ecce iuſtum eſse iu-
Exod.9. dicium præſcientiæ dei , etiam nolentibus manifeſtum eſt. ¶Dicit enim ſcriptura Pharaoni: Quia in hoc ipſo te ſeruaui,vt oſtendam in te virtutem meam,& vt nuncietur nomen meum in vniuerſa terra.)Alii codices ſic habent:Ad hoc te ſuſcitaui, vt oſtendam in te virtutem meam.Siue ſeruaui,ſiue ſuſcitaui,vnus eſt ſenſus . Hoc enim dicit,quia cum Pharao (quod nomẽ regnum erat apud Aegyptios , ſicut & apud Romanos reges Auguſti appellantur ; hic ergo Pharao cũm tantis malis eſset reus,vt viuere non deberet,nunquam futurus bonus:ne ſe aut merito viuere,aut deum quem ſæpe fallendũ cen- F ſebat,ad vindictam dandam impotentem putaret , audit à deo: Ad hoc te ſeruari , vt oſtendam in te virtutem meam, & vt nuncietur nomen meum in vniuerſa terra. vt in hoc cæteræ gentes addiſcerent non eſse alium deũ præter hunc qui Iudæorum erat,& fact⁹ eſt Chriſtianorum: quãuis & illi Chriſtiani fuerint , & nos nũc ſumus Iudæi propter Iudam , ex quo Chriſtus eſt ſecundũ carnem : quia Iudæi veteres ſperando futurum Chriſtum redemptorẽ,Chriſtiani erant.Nam Rhaab meretrix di-
Ioſue.2. cit exploratoribus miſsis à Ieſu Naue , qui prius Auxes dicebatur : Auditæ ſunt hic virtutes & plagæ quæ factæ ſunt in Aegypto à deo veſtro,& cõterriti ſunt nimis.timent enĩ à facie veſtra . Ab hoc enim ſeruatus eſt Pharao,vt multa ſigna & plagæ oſtẽderẽtur in illum , quaſi iã mortuũ. Suſcitatus autẽ dictus eſt, quia cũ apud deum mortuus eſset , modicum tempus accepit vt viuere videretur:vt eſset in cuius pœnam & varia tormentorum genera vſq; ad mortem,omnes qui ſine deo erant,metu territi,hunc ſolũ deum eſſe cũ admiratione maxima faterẽtur,à quo hæ vindictæ ſunt.Hoc etiam genere ãtiqui

Gmedici in hominibus morte dignis, vel mortis sententiá cõsecutis requirebãt,quo modo prodesset viuis,quę in homine latebãt:vt apertis his cognoscerent causas egritudinis,vt pœna morientis proficiat ad salutem viuẽtis.

IGITVR cui vult miseretur:& quẽ vult indurat. (Dicis itaq; mihi.)Ex persona cõtradicẽtis loquitur,nõ quasi putet deũ neglecta iustitia alicui gratiosũ : vt vnũ ẽ duobus paribus accipiat,alterum respuat.hoc est,vnum compũgat vt credat,alterũ induret ne credat.Cui quidem ex authoritate respondit,seruata tamen iustitia ex supra memorata præscientia dei,dicens: ¶ Quid adhuc queritur?Voluntati enim eius quis resistit?)Primum dicit quia resisti ei nõ potest.Est enim potentissimus vltra omnes. Deinde quia deus omnium est,& parẽs,& ideo nulli male vult. Quæ fecit enim,incolumia vult manere.Nec enim competit ei vt iniustus sit,cuius beneuolentia tanta apparet , vt non solum faceret esse quę non erant:verum ea ipsa vita æterna donaret & gloria,vt opus eius aliquid maiestatis eius simile haberet. Qui ergo tam prouidus & bonus est,ambigi nõ debet quia iust9 est. ¶ O homo tu quis es qui respõdeas deo?)Magna est,inquit, indignitas & præsumptio, hominem respõdere deo in aduersis,iniquũ iusto,malũ bono,imperitũ perfecto, infirmũ fortissimo, corruptibilẽ incorrupto, mortalẽ immortali,seruũ neq; Domino,creaturã cõditori. ¶ Nunquid dicit figmentũ ei q se finxit,Quid me fecisti sic?)Hoc de Esaia ,ppheta est,qđ hic quasi propriũ ponit,quo ostendit contra authorem opus eius queri nõ posse. In potestate enim authoris est qualẽ velit condere creaturã. ¶ An nõ habet potestatẽ figulus luti ex eadẽ massa facere aliud quidẽ vas in honorẽ,aliud vero ad contumeliã? Manifestũ est vasa aliqua fieri ad honorẽ, quę ad vsus honestos sint necessaria:alia vero ad cõtumeliã , quę strumẽto sint culinarũ: vnius tamẽ esse substantiæ,sed differre voluntate opificis in honore.Ita & deus,cũ omnes ex vna atque eadem massa simus in substantia,& cuncti peccatores,alii misereatur,& alterũ despicit nõ sine iustitia.In figulo enim sola voluntas est,in deo autem voluntas cũ iustitia: scit enim cuius debeat misereri,sicut supra memorauí.

VOD si volens deus ostendere irã , & manifestare potentiã suã,in multa sustinuit patientia, in vasis iræ præparatis in interitum.) Ipse sensus est,quia voluntate & lõganimitate dei,quæ est patiẽtia,præparantur infideles ad pœnã. Diu enim expectati conuerti noluerunt.A deo ergo expectati sunt,vt inexcusabiles perirẽt . Sciuit enim deus hos non credituros. ❧ Et vt ostenderet diuitias gloriæ suę in vasis misericordiæ,quæ præparauit ad gloriam.) Patientia & longanimitas dei ipsa est quæ sicut malos præparat ad interitũ, ita & bonos præparat ad coronã. Boni enim sunt,in quibus spes fidei est.Omnes enim sustinet,sciens exitũ singulorũ:ac per hoc patientia est quæ illos qui ex malis corriguntur,aut in bono perseuerãtes sunt,præparat ad gloriã dei. Diuitiæ autẽ gloriæ sunt , dignitas multiplex præparata credẽtibus.Eos autem qui ex bonis fiũt mali, & in cœpto malo perdurant, præparat ad perditionem. Hoc est autẽ manifestare potentiam suã in multa patientia,quia cõputatur non vindicaturus,quia diu dissimulat:cũ cœperit vindicare,apparebit eius potẽtia:quia cũ posit statim vindicare,diu sustinuit,vt perfidi queri nõ possint damnati. Præparare est autẽ vnũquẽq; præscire quid futurũ est. ¶ Quos & vocauit nos , non solũ ex Iudæis,sed etiam ex gentibus .) Hos ergo quos vocauit, præparauit ad gloriã,siue eos qui prope erant, siue illos qui lõge,scilẽs permãsuros in fide. ¶ Sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam , plebẽ meã:& non dilectã, dilectã.Erit enim in loco vbi vocabuntur nõ plebs mea ibi vocabuntur filii dei viui.) Apertũ est istud de gẽtib9 esse prædictũ,quæ prius non erant plebs dei:postea autẽ ad opprobrium Iudæorũ,misericordiam accipiẽtes,vocatæ sunt plebs dei:& qui dilecti antè nõ erãt, abdicatis Iudæis adoptati in filios,& dilecti sunt:vt in loco vbi nõ vocabantur plebs dei, ibi vocarentur filii dei viui.Pri9 enim nusquam vocabãtur filii dei,nisi in Iudęa,hoc est, Hierosolymis,vbi domus dei erat, sicut dicit in psalmo sexagesimoquinto:Notus in Iudæa deus . Postea autem in propheta Zacharia,Ponam , inquit , Hierusalem in omnibus gentibus:quia vbique futuri erant filii dei , & domus Dei in õnibus locis,quæ est Ecclesia . Hinc Dominus ait Iudæis,Quia tolletur à vobis regnũ dei,& dabitur genti facienti fructum eius.

ESAIAS autẽ clamat pro Israel.)Hoc dicit, qa Esaías clamat pro iis qui credũt in Christũ. Hi enì verè sunt Israelitæ,sicut dicit Dominus ad Nathanael:Ecce vere Israëlita,in quo dolus nõ est. ¶ Si fuerit numer9 filiorũ Israel tãquã arena maris, reliquiæ saluæ fient.)Recedentibus Iudęis à merito & promissione patrum,dum illa non recipiũt:hi reliquiæ sunt,qui credẽdo in fide promissionis patribus factæ,sunt fideles effecti.A lege enim recedũt, qui in eum quẽ lex solũ ad salutẽ sufficere promisit, nõ credũt.Igitur apostatę habeãtur necesse est,qui dũ Christũ nõ recipiunt, rei sunt violatæ legis.De maxima itaque multitudine solos credẽtes dicit saluari,quos præsciit deus. ¶ Verbum enim consummãs & breuians in ęquitate,quia verbũ breuiatũ facit dominus super terrã.) Saluari hos ,pmittit quos reliquos dicit per verbũ,quod iustẽ definiens, breuiauit domin9 sup terrã.Cõuenit enì vt i solo nomine domini conditoris cõsequatur salutẽ creatura, hoc est per fidẽ: quia sublatis omnibus neomeniis,& sabbato, & circũcisione,& lege escarũ,& oblationib9 pecorũ, sola fides posita est ad salutẽ,quæ abbreuiata ex lege est: qa quod in fide est,in lege habetur quasi principale legis, dicẽte Saluatore:De me enim scripsit Moyses. Abbreuiata ergo lege reliqui Iudæorum saluantur. Cæteri vero saluari non possunt,quia per definitionem dei spernũtur, p quem genus humanũ saluandũ decreuit. ¶ Et sicut prędixit Esaias:Nisi domin9 Sabaoth reliqsset nobis semẽ, sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorra similes fuissemus.)Hoc semen, qđ de omnib9 solũ relictũ & reseruatũ est ad reformationem generis humani,Christus est & doctrina eius,sicut & ipse dicit:Semẽ est verbum dei. Hoc ergo nobis olim promissũ,sublatis quę oneri erãt legis,reliquit ad redemptiõem,vt data remissiõe peccatorũ non periremus à lege,sicut periit Sodoma . Saluatorẽ ergo relictũ nobis dicit ad suffragium vitę, quã lex præuidere non potuit,quẽ ab initio deus nasci decreuit: qui propterea qđ sol9 sine peccato inueniretur, deuicto humani generis hoste,omniũ peccata deleret.Hoc & in Apocalypsi Ioãnis habetur.Quia nemo,ait , dignus inuẽtus est,siue in cælo,siue in terra , qui aperiret librũ & signacula ei9, nisi saluator qui vicit mortẽ.Hoc ergo'est semen qđ olim promissum reseruauit deus,vt tunc fructificaret, quando omniũ tam Iudæorum q̃ gẽtiliũ peccata repleta erant. Fructus autem eius est indulgentia peccatorũ.Nisi enim Christus fuisset reseruatus, quem idcirco semen dicit, quia per ipsum reparatum est gen9 humanum,interisset progenies Abrahæ , cõ quòd peccatis obruti erant,& lex eis prodesse nõ potuit.Idcirco hunc sequendum docet,qui præsidium contulit vitę.

QVID ergo dicemus? Quod gentes quæ nõ sectabantur iustitiam,comprehenderunt iustitiã iustitiam autem , quæ ex fide est.) Quoniã iustitia est i lege,quę credita mũdo est, quę ,phibet peccare:idcirco gentes nõ hanc iustitiã dicit cõprehẽdisse, quæ natura magistra dinoscitur, sed eam iustitiam quæ ex fide est Christi . Deo enì hæc vera iustitia est & permanẽs,si ipse agnoscatur. Quid enim est tã iustũ, quàm cognoscere deũ patrem,ex quo sunt õnia :& Christum filiũ eius,per quem sunt omnia? Prima ergo hæc iustitia est agnoscere creatorem , deinde custodire quę precepit

A Gentes ergo quæ prius nõ requirebant iustitiã,id est legem,quæ creatori testimoniũ perhibebat,venientes inuenerũt iustitiã superabũdantẽ pl9 quã scribarũ & phariseorũ. Qui enim tunc qđ minus est nõ sectabãtur,cõprehenderũt postea qđ maius est:Iudæi autẽ in lege positi,qui ,ficere magis debuerãt,deterioranerũt. ¶ Nam Israel sectãdo legẽ iustitiæ,in legẽ iustitiæ nõ peruenit.) Perfectio legis fides est,quã gentes apprehendentes, totam legẽ implere videntur. Iudæi autẽ dũ per inuidiam saluatori nõ credunt,iustitiã quę in lege mandata est vẽ dicantes,id est Sabbatũ,circuncisionẽ,& cęteras:in legẽ non peruenerunt,hoc est,legẽ nõ perfecerũt: & qui nõ perficiũt legẽ,rei sunt iuxta legẽ. Hic enim implet legẽ, qui à lege Moysi puenit ad fidẽ Christi. ❧ Quare: Quia non ex fide,sed quasi ex operibus.) Spernentes enim fidẽ,quæ,sicut dixi,perfectio legis est,ex operibus legis iustificari se dicebant,id est,per Sabbatũ,neomenias,circũcisionẽ,&c.immemores scripturæ dicentis quia iustus ex fide viuit. Iustitia autẽ legis idcirco dicitur , qa iusto iudicio dei hęc Iudæis data sunt propter duritiã cordis illorũ:vt si mustelam fortè quis mortuam calcasset , aut tetigisset aliqua morticina,aut si forex in vas ruisset, ĩmundũ diceretur:qđ magna cũ solicitudine obseruãtes, ex quacũq; causa incurrebant vt immũdi essent.Si autẽ sanguis mustelæ pauimentũ maculasset , non leui cura expiandum erat,& vt à cibis melioribus abstineretur.

Sabbatũ vero & circũcisio propriã habuerunt iustitiam tẽpore suo, qa figura data fuit.Hoc domin9 p Ezechiel B Ezech.20 prophetã ostendit,inter cętera dicens : Propterea dedi illis præcepta nõ bona,quia erant irreuerentes & infideles.In aduẽtu autẽ Christi, qui salutare donũ erat daturus,per Hieremiã prædicat dicens:Dabo illis testamentum nouum,nõ quale dedi patrib9 illorum. Hoc testamentũ legem vocat,in quã non peruenerũt, sicut supra memorauí.Nam cũ gentib9 quę crediderant,hanc sarcinã obseruationis Iudęi credentes vellent ponere, tũc apostolus Petrus ait: Quid imponitis iugum supra cer- Hiere.31. Act.15. uicem fratrũ,qđ neq; nos,neq; patres nostri portare potuerũt?A tẽpore enim Christi indulgentia data est promissa in lege.Ait enim Esaias propheta: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob,& hoc illis à me testamentũ,cũ abstulero peccata eorũ,hoc est nouũ testamentũ promissum à deo in Christo. ¶ Offenderũt enim in lapidẽ offensiõis,sicut scriptum est : Ecce pono in Sion lapidẽ offensionis,& petrã scãdali: & qui crediderit in illum,nõ confundetur.)Hoc in Esaia habetur. Esa.28. Multorum relatiõe cõpertũ est,in petra vel lapide Christũ esse significatũ.Daniel enim propheta lapidem hũc Daniel.2. dicit,qui abscisus à mõte sine manibus percusit & cõminuit omnia regna,& repleuit õnem terrã: qđ euidẽter de Christo dictum est . Et in lege petra de qua fluxerunt aquæ,Christus est appellatus.Petra autem, inquit, erat Christus.Et Petrus apostolus inter cætera ad Iudæos ait: Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificanti Actu 4. bus. Offensio ergo posita in Sion. Christus est. Sion vero altitudo est, siue ciuitas ipsa Hierusalem, quæ propter notitiam dei non immerito excelsa dicta est,in qua saluator à deo patre suo positus prædicator,offensio factus est Iudæis,dũ se filium dei prędicat,natus de spiritu sancto ex muliere. Per corpus autẽ ei9 scandalum passi sunt,& dicebant: Nónne mater & fratres eius apud nos Ioan.6. sunt? Quomodo ergo hic dicit, Quia de cælo descendi? Nolebãt enim verba gestis cõparare , vt perinde agnoscerent nõ absurdũ esse quod dicebat de cælo se descẽdisse,quasi corpus operaretur,& nõ deus latens,operibus tamen se prodens in corpore . Petra ergo hęc scandalũ est Iudęis & offensio , quę petra sine dubio corpus intelligitur saluatoris. Hęc excisa sine manib9 propter ea,quia sine viro de spiritu sancto facta de virgine est.

CAPVT DECIMVM.

D FRATRES, voluntas quidẽ cordis mei,& obsecratio fit ad deum pro illis in salutẽ. Testimoniũ enim perhibeo illis, quod ęmulationem dei habent, sed non secundum agnitionẽ.) Quoniã à lege vult eos aũferre credẽtes,qa velamẽ est Iudæis,ne hoc odio Iudaismi facere videretur:ostendit affectũ suũ circa illos,& legi dat multum,sed docet tempus iam seruandæ legis non esse: ac per hoc ,uidere se illis velle testatur,si modo audiãt illum,ac probent suum non esse inimicum,quãdo,& testimoniũ perhibet illis nobilitatis & traditiõis paternę. ¶ Ignorantes enim dei iustitiam, & suam quęrentes cõstituere,iustitiæ dei non sunt subiecti.)Per ignorãtiã dicit nõ illos credidisse in Christũ: ęmulationem quidem dei habentes,sed voluntatẽ & consilium eius nescientes. contra deum agebant,quẽ se defendere testabantur.De iis dicit,qui nõ maleuolentia & inuidia,sed errore Christũ nõ receperunt. Quib9 & Petrus apostolus dicit: Scio Actuũ.3 fratres quia per ignorantiam gessistis hoc malum,sicut & principes vestri.Ignorantes enim hunc esse Christũ quem promiserat deus,alterum expectandum dicebant. Huic iustitias suas quas ex lege habebant anteponẽtes, qui est dei iustitia in fide.Iustitia enim ipse est, qa quod ,miserat deus,in ipso impleuit. ¶ Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.) Hoc dicit quia perfectionem legis habet,qui credit in Christum. Cum enim nullus iustificaretur ex lege,quia nemo implebat legem nisi qui speraret ĩ promisso Christo, fides posita est quæ crederet perfectionẽ legis , vt omnibus prętermissis fides satisfaceret pro tota lege & prophetis.

MOYSES enim scripsit iustitiã quę ex lege est: qa Leuit.18. E qui fecerit homo ea,viuet ĩ eis.)Hoc dicit, quia iustitia legis Moysi reos illos nõ faciebat ad tẽp9,si seruaretur:id est,viuebant faciendo legẽ, debitores enim erant. Hoc dictũ est in Numeris , & in Leuitico. ¶ Quę autem ex fide est iustitia,sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendit in cælum?) Hoc in Deuteronomio dictũ est,quod hic interpretatur in Christo,dicẽs:Hoc est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum?id est, Christum ex mortuis reducere .) Itaque iustitiam hanc dicit esse fidei,si non dubitetur de spe dei quæ in Christo est, Deut.30. ne diffidens dicat : Quis potuit ascendere in cælum? quia ideo passus est , vt expoliatis inferis virtute patris, deuicta morte resurgens,cum animabus ereptis in cælũ ascenderet. Omnis enim quicũque viso saluatore apud inferos sperauit de illo salutem,liberatus est, Petro apostolo hoc testante.Dicit enim,quia & mortuis prędicatus est. Qui de his ergo in corde suo non dubitat, iusti- F ficatus est ex fide. Ex lege autem iustificari timor facit. Timet enim legem,quia videt illam pœnam inferre peccantibus.Ideo non magna iustitia legis est , nec meritũ collocat apud deum,sed ad præsens:fides autem quia in credulis iustitia est , mercedem habet apud deũ,de quo quod non videtur speratur. ❧ Sed quid dicit scriptura Deut.30. Prope est verbum in ore tuo,& in corde tuo.)Hoc scriptũ est in Deuteronomio , quia non est longè ab animo nostro vel ore, quod nobis dicitur vt credamus.

Quanuis enim oculis nõ videatur, à natura tamen animorum & loquendi ratione non discordat,quod credimus.In ipsa enim natura inserta sunt velut semina,quæ auditu & voluntate exculta fructificant testimonium creatoris. ¶ Hoc est verbũ fidei, quod prędicamus .) Nullum opus dicit legis , sed solam fidem dandam in causa Christi. ¶ Quia si cõfitearis in ore tuo Christum dominum IESVM , & credideris in corde tuo quod deus illum excitauit à mortuis,salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiã,ore autem confessio fit ad salutẽ.) Quęcunque superius locut9 est,hic illam manifestauit, hanc esse regulam fidei,credere dominum esse IESVM, & non erubescere profiteri quia deus illum ex mortuis

G reducens,deduxit illũ in cælũ cũ corpore: vnde venerat incarnandus: ne incurrat ſentẽtiã euangelicam dicentẽ:
Ioan.12. Multi,inquit,ex pricipib⁹ crediderũt in IESVM,ſed palam non profitebantur,propter Iudęos. Maluerunt enĩ gloriã hominũ magis,q̃ gloriã dei. ❧Dicit enĩ ſcriptura p Eſaiã. Omnis q̃ credit in illũ, nõ confũdetur.) Cum examẽ cœperit fieri omnium rerũ in die iudicii, & õnia falſa cõmenta vel dogmata in cõfuſionẽ deduci,tunc in Chriſtũ credentes tripudiabũt videntes õnibus manifeſtari,qa q̃d crediderũt,verũ eſt: & prudẽs ,q̃d putabatur ſtultũ. Aſpiciẽt enim inter cæteros ſe ſolos glorioſos & prudẽtes,qui eſtimati fuerant cõtẽptibiles & ſtulti. Illic eſt enim vera probatio,vbi remuneratio & cõdemnatio ¶Nõ eſt enĩ diſtinctio Iudęi & Græci.) Generaliter oẽs aut cõfundi propter diffidentiã dicit,aut ſublimari cauſa credulitatis: quia ſine Chriſto apud deum nulla ſalus eſt,immo pœna eſt,aut mors. Nec enĩ Iudæos commendare poterit prerogatiua patrũ,aut legislatio,qui meritum & promiſsionẽ patrũ non receperunt. Gẽtes autem nullũ habẽt teſtimoniũ quo vel ſcãm carnẽ cõmẽdẽtur niſi credãt in Chriſtum. ❧Nã idẽ domin⁹ omniũ,dixit in õnibus qui invocant illũ.) Manifeſtum eſt ad oẽs hoc pertinere,ſiue Iudęos,ſiue Græcos: quia ſine vocatiõe domini Chriſti nemo viuit apud deũ. Cũ ergo õniũ dominꝰ ſit,cõſentiẽte Petro apoſtolo, & dicẽte: Hic eſt, inq̃t, õniũ dominꝰ: diues tamen non eſt niſi in iis qui invocãt
H illũ,quia ipſi accipient remunerationẽ. Perfidis vero nõ eſt diues,quia participes nõ ſũt bonorũ eius. Nec enĩ accipient q̃d daturũ illũ nõ crediderunt: & tamen nõ dixit deũ diuitẽ credẽtibus,ſed invocantib⁹ illũ: vt poſtq̃ credidit,nõ deſinat animꝰ id poſtulare, q̃d à deo ſẽper doctus eſt poſtulandum: quia in Euangelio Lucæ dicit
Lucæ.18. propter aduerſarium, quia ſubtilis & verſutꝰ eſt, ſemp orandũ eſſe. Credẽtibus autẽ ſola datur remiſsio peccatorũ. Sequitur autẽ vt precibus deditus, liberetur à malo,& poſsit cõſequi q̃d promiſit deus toto corde vigilãtibus. ¶Omnis enĩ quicũq; invocaverit nomẽ domini, ſaluus erit.) In Michęa dictum eſt. Ipſe deus qui viſꝰ eſt Moyſi,dicit: Nomẽ mihi dominus. Hic eſt filius dei, qui ideo & angelus & deus eſſe dictus eſt, vt non ipſe eſſe à quo ſunt õnia,putaretur,ſed hic eſſe per quẽ ſunt õnia. vt ad id pertineat,quia deus dictus eſt, q̃d vnum ſunt pater & filius. Angelus autẽ ad hoc, quia nũcius promiſsæ ſalutis eſt miſsus à patre: & miſsus ideo dicitur, vt non ipſe pater eſſe credatur,ſed ab eo genitꝰ,ideoq; quicũq; invocauerit nomẽ domini,ſaluꝰ erit. Hoc ſenſu & Moy
Deut.18. ſes locutus eſt: Quicunq;,ait, nõ audierit prophetam illum,exterminabitur de plebe. Si ipſe eſt omnium dominus,ipſe invocatur à ſeruis, Et quia verus eſt, adiecit.

I QVOMODO ergo invocabunt,in quẽ nõ crediderũt?) Certe Chriſto nõ credũt Iudęi ipſi quẽ dixit dominũ. Hoc ſequitur q̃d ſupra dixi, q̃a prius credendum eſt, vt ſit fiducia poſtulãdi. ¶Aut quomodo credẽt ei quẽ nõ audierũt?) Apertũ eſt nõ poſſe credi illi cui obedictia denegatur. ¶Quomodo autẽ audient ſine prædicante?) Nec hoc obſcurũ eſt, quia qui prędicãti reſiſtit, authorẽ eius nõ recipit ¶. Aut quomodo prædicabunt, niſi mittantur?) Nec; iſtud recipit quæſtionem, quia non erunt veri apoſtoli, niſi à Chriſto mittantur, nec poterunt prædicare ſine authore. nulla enim
Naũ.1. his ſigna virtutũ perhibẽt teſtimoniũ. ¶Sicut ſcriptum
Eſa.52. eſt: Quã ſpecioſi pedes euãgelizantiũ pacẽ, euangelizãtium bona.) Hoc propheta dicit Naum. Pedes dicendo, aduẽtũ ſignificat apoſtolorũ circũeuntiũ mundũ, & regnum dei aduentare prædicantium. Aduentus enim ipſorum illuminabat homines, viam oſtendens qua itur in pace ad deum, quã primũ Ioãnes baptiſta venerat præparare. Hęc pax eſt, ad quã feſtinat credẽtes in Chriſtũ. Deniq; ſanctus Symeon, quia in mundo diſcordia erat,
Lucæ.2. lætus in ortu Saluatoris: Nunc,ait, domine dimittis ſernũ tuũ in pace, q̃a regnũ dei pax eſt. Omni enim amputata diſcordia, omnes vni deo genu flectũt. Deniq; Hie- K
ruſalem ſuperior ciuitas pacis interpretatur, quæ eſt mater noſtra. ❧Sed non õnes obediunt Euangelio.) Verũ eſt, quia quanuis illuſtretur mũdus ſplẽdore diſciplinæ dominicæ: ſunt tamen qui repugnent, qui lumen tenebras vocant. Horum enim ſic errore acies obtuſa eſt mẽtis, vt nec veri luminis recipiant ſplendorem: Quos accuſat Euangeliũ, dicẽs: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderũt. ¶Eſaias enim dicit: Domine, Ioan.1
quis credidit auditui noſtro?) Hoc eſt, quis credidit quæ Eſa.53.
audiuim⁹ abs,te, & loquimur? Firmauit Iudęos eſſe prophetico exemplo cõtradictores Euangelicę veritatis. Lex enim Iudæos increpat, quia ſicut fuit apud veteres, ita & nunc eſt. Hunc enim numerum nõ tangit, qui fidẽ nõ recipit. ❧Ergo fides ex auditu, auditus autẽ per verbum Chriſti.) Manifeſtum eſt quia niſi dicatur aliquid, nec audiri poteſt, nec credi. ¶Sed dico: Nũquid nõ audierunt?) Hoc eſt, audierunt, & credere noluerũt. Quãuis enim fides ex auditu ſit, ſunt tamen qui audientes nõ credunt. Audiunt enim, & nõ intelligũt, quia maleuolẽ- Pſal.18.
tia obcæcatũ eſt cor illorũ. ¶In õnem terrã exiit ſonus eorũ, & vſq; ad fines orbis terrę verba illorũ.) Vſq; adeo prædicationẽ dei à Iudæis auditam eſſe teſtatur, vt etiã impletũ orbẽ diuina annunciatione pronũciet. Ipſa enĩ fabrica mũdi prædicat creatorem. Quod enim Pſalmograph⁹ de creatura dixit, hoc Apoſtolus de Euãgeliſtis. Quia vbiq; audita eſt, & peruenit in omnẽ locum prædi
L catio nominis Chriſti. Vbi enim præſentia hominis præ dicantis defuit, ſonus tamen & fama peruenit, ſicut per uenerat opinio factarũ virtutum in Ægypto ad omnes gentes, teſte Rhaab meretrice. Si enim in omnem locum peruenit, non potuerunt non audire Iudæi apoſtolicam prædicationem, vt nemo ex his excuſatus ſit à crimine diffidentiæ. ¶Sed dico: Nũquid Iſrael non cognouit) Hoc eſt, cognouit: ne quia per ſupradicta teſtimonia genus Iſrael incredulitatis cauſa arguit, cũ dolore de õnibus Iſraelitis queri videretur, non negat Iſrael cognouiſſe & aſsecutũ eſſe quod illi promiſsum fuerat in lege ſed eum qui ſpiritu magis Iſrael eſt quàm carne, quem & deus præſcierat crediturum. Omnes enim adierunt, & nõ omnes crediderũt. ¶Ideo primus Moyſes dicit?) Deut.32.
In cantico Deuteronomii? ¶Ego ad æmulationẽ vos adducam in non gentem, in gentem inſipientẽ, in iram vos mittam.) Indignantis verba ſunt, propter quod ſẽper diffidentes inuẽti ſunt Iudæi, & omnibus malis vnã aſsignat generationem & cauſam, dum præſentes increpat ibidem, tangit magis futuros, ad quos hoc pertinet. Omnium enim horũ vna damnatio eſt, ſi permaneant in diffidentia. Æmulatio ergo illis data eſt inuidentiæ, dum vident gentem, quæ prius, quia ſine deo fuit, ſenſu M
bruta erat, deũ ſuum appellare, qui fuerat Iudæorum, & donum illis promiſsum aſsecutam, per quam zelũ paſsi iracundia diſtenderẽtur, vt malitiæ & incredulitatis ſuæ mercedes exoluerẽt. Nulla enim res ſic conſumit homi nem niſi zelus: quem ideo deus vltorem poſuit incredu litatis, quia graue peccatũ eſt. Nã ſemper in ira miſsi ex cruciantur, quando audiũt legẽ & ꝓphetas ad nos pertinere, qui in Chriſtum credimus. ¶Eſaias audit, & dicit
Eſa.65. Palã factus ſum nõ quęrentib⁹ me, & inuẽtus ſum inter eos qui me nõ interrogabãt. Quoniã ſupra verbis Moyſi vſus eſt de excluſione Iudæorũ, ad hoc quoq; Eſaiæ ꝓphetæ exemplum ſubdidit, vt de eius perſecutiõe apertius doceret deum expulſis Iudæis, vltrò gentibus gratiam obtuliſſe ad opprobriũ & necem Iudæorum. Hęc enim Eſaias propheta ex perſona Chriſti teſtatur. ¶Ad Iſrael autẽ quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicẽtem) Hic Iſrael carnalis eſt, hoc eſt Abrahæ filii, ſed non ſecundum fidem. Nam Iſrael verus & ſpiritalis eſt, qui credendo videt deum. Tota die, ſemper ſignificat. Semper enim correcti ſunt, propterea increpantur nõ crediturꝰ, vt ſciant

A quia ipſi ſibi cauſa ſunt perditionis. Poteſt hoc & de ſaluatore accipi, qui in cruce extenſis manibus, interficiẽtium eum peccatum arguit. Cauſa enim illa clamat ſceleratum facinus Iudæorum: ſuperius quòd viſus ſit dicere Eſaias de iis qui dei fuerant inimici, oſtendit hos amicos futuros: & eos qui Iſeralitæ dicebantur, ꝓpter quod inobedientes erant, vt inimicos abiciendos.

DICO igitur, Nunquid repulit deus hæreditatem ſuam? Abſit. Quia populũ Iſrael incredulũ oſtẽdit, nũc ne õnem Iſrael dixiſſe diffidẽtẽ putaretur, oſtẽdit non repulſiſſe deũ hæreditatẽ ſuã quã præſciit: id eſt filios Abrahæ, quos fideles ſibi futuros ſcit. Nec enim promitteret eis regnũ, ſi ſciret nullum ex his crediturum. Hætiditas ergo domini iuxta legem filii ſũt Abrahæ, ſed credentes. ¶Nã & ego Iſraelita ſũ ex ſemine Abrahæ, de tribu Beniamin.) Exemplo ſuo docet partem Iſrael ſaluatã quã præſciit deus ſaluandã, aut ad huc poſſe ſaluari: & partẽ Iſrael, ꝓpter iugẽ diffidentiã perditioni deputatam. ¶Non repulit deus plebem ſuã,
quam præſciit.) Hoc eſt quod dicit Saluator: Pater, quos Iohã.17.
dediſti mihi, cuſtodiui: & nemo ex his periit, niſi filius perditionis. Ita & hi quos præſciit deus crediturꝰ, nemo ex his à promiſsione repulſus eſt: quia ſic factum eſt, ſicut præſciit deus futurum. ¶An neſcitis in Helia quid dicit ſcriptura, quomodo poſtulat deũ cõtra Iſrael: Do-
3.Reg.19. mine, ꝓphetas tuos occiderũt, altaria tua effoderunt, & ego relict⁹ ſum ſol⁹, & quærũt animã meã? Sed quid dicit illi reſponſum diuinũ? Reliqui mihi ſeptem milia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.) Aperta
B ſunt hæc. Oſtendit enim non ſolum Heliã remanſiſſe q̃ deuotus deo non adorauerit idola: ſed & multos qui in fide dei permanſerunt, ſicut & ex Iudæis nõ pauci crediderunt. Huic rei hiſtoria cõgruit, quia multi per ſpeluncas occultati ſunt propter Achab regem Samarię, & Iezabel vxorem eius, qui pſeudoprophetis credẽtes, dei prophetas perſequebantur, & populum ad idololatriã hortabantur. ¶Sic igitur & in hoc tẽpore reliquiæ ſecũdum electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Hoc eſt, ita, inquit, & nũc hi remanſerunt in legis promiſsiõe, recedẽtibus multis quos præſciit deus. Qui enim ſuſceperunt Chriſtũ quaſi in lege promiſsum, ii in lege ſteterunt. qui enim non illũ receperũt, à lege receſſerũt. Ideo credẽtes reliqui dicũtur, hoc eſt, remanẽtes in lege. ¶Si autẽ gratia, iam non ex operibus.) Manifeſtũ eſt quia gratia donum dei eſt, non debita merces operib⁹, ſed gratuita ratione, miſericordia interueniẽte, conceſsa. ¶Alioquin gratia iam non eſt gratia.) Verum eſt, quia ſi merces eſt, non eſt gratia. Sed quia merces non eſt, ſine dubio gratia eſt: quia veniam dare peccantibus non eſt aliud quã
C gratia, & iis qui nõ requirunt, ſed offertur illis vt credãt Duplex ergo gratia eſt, quia hoc cõpetit deo, qui abundat miſericordia, vt & requirat quos gratis curet.

QVID ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecut⁹: electio autẽ cõſecutaeſt.) Iſraelitæ ii carnales ſũt, q̃ ex operib⁹ legis iuſtificari ſe putãtes, non adepti ſunt vt iuſti eſſent ꝓ fidẽ apud deum. Præterea cum omnes rei ſint per legẽ, quia maledictus omnis quis non permanſerit in omnib⁹ quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Qui autem per fidem
Deũt.27. iuſtificari ſe crediderũt, cõſecuti ſunt electionẽ, vt iuſtificati filii dei fierent, memores ſcripturæ dicentis, Quia
Abacuc.2 iuſtus ex fide viuit, id eſt, non ex lege. ❧Cæteri vero excæcati ſũt, ſicut ſcriptũ eſt.) Hoc ſubiectũ ſ Eſaia legitur ¶Dedit illis deus ſpiritũ compũctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiãt, vſq; in hodiernũ diẽ. Et Dauid dicit. Fiat mẽſa eorũ in laqueũ, & in captionem, & in ſcandalũ, & in retributionẽ illis. Obſcurẽtur oculi eorũ vt non videãt, & dorſum illorũ ſemper incurua.) Ideo menſã malidicit malorũ, quia illic decipi ſolẽt innocẽtes. Dolo enĩ vocãtur ad conuiuiũ, vt perimãtur: q̃a ſic & Amon filiꝰ Dauid deceptus eſt à fratre ſuo Abeſ-
ſalon, & malignus Olofernes per epulum ſanctã Iudith D
putauit ſe poſſe decipere, & in menſa ſcelerati Herodis ſequierunt maligni in caput Ioannis prophetæ. Vnus ſẽſus eſt duorũ prophetarũ de huiuſmodi hominibus, qui ab initio infidi & repugnãtes inuenti ſunt hoſtes bonorũ. Sed aliqui illorũ emẽdati ſunt & correcti, licet tardẽ: quidam vero in pertinacia manentes, ſeueritatẽ ſententiæ non euaſerunt, in perpetuũ curuati; hoc eſt excęcati ne de cætero poſsint veritatis viam aſpicere, quam male uolentia aſpernati fuerant, declinantes ab ea, & ad ſalutis gratiam peruenire. Qui enim cũ intellexiſſet, credere noluit: id debet conſequi q̃d vult, ne de cætero poſſit fidẽ recipere, & ſaluari. Exẽpla igitur prophetarũ ſupradicta duplicẽ cõtinent ſenſũ: duob⁹ enim modis decreta ſunt, & ſcripta. Duo etenim genera hominũ hic cõtinẽtur: vnũ eſt quod maleuolentiæ ſuę cauſa excęcãtur in ſempiternũ, ne ſaluetur. Sũt etenĩ peſsimæ voluntatis. vſq; adeo vt intelligentes dicãt ſe neſcire q̃d audiũt. De
nicq; dicebant de ſaluatore: Quid eſt q̃d dicit? Neſcimus Ioan.10.
quid loquitur. Quid cũ auditis? Dæmoniũ habet, & inſanit. Alia autẽ pars quæ verè Iſrael eſt, cõtradicebat illis: Hæc verba nõ ſunt dæmoniũ habẽtis. Nũquid dęmoniũ poteſt cæcorũ oculos aperire? Dũ inuident ergo ſaluatori, nolebant videri intelligere quæ audiebant: vt dũ à legiſperitis & phariſæis non intelligi videtur, res abſurdas, & quæ extra legẽ eſſent, loqui putaretur: quę res etiam alios à fide poſſet auertere. Vnde audiũtà ſaluatore: Lucæ.12.
Vos habetis clauem ſcientiæ, & nec; vos intratis, nec; alios ſinitis introire. Quis enim non leuiũ, ſed paulo graiorũ, legiſperitorũ & phariſæorũ conſiliũ & ſententiã E
non ſequeretur, & qui viderentur legis defenſores? Deniq; iis qui vere Iſraelitæ fuit, dixerunt: Nũquid aliquis ex pricipib⁹ credidit in illũ? vt ide iuſte videretur nõ credidiſſe, ſi multos cõſpirationis ſuæ ſocios feciſſent: quia q̃d à paucis defenditur, ſolet non probatũ videri. Ideo excæcati ſunt, ne decætero poſsint credere, ſaluari. In voluntate ergo ſua adiuti ſunt, vt quoniam ſcientes verum, dicebant eſſe falſum: decætero non intelligerent q̃d eſt verũ, vt verũ haberent, ſed falſum, q̃d volebãt. Alterum genus eſt, quod cũ iuſtitias legis ſectatur, iuſtitiã Chriſti non recipit: ex quo iam non per inuidiã malę voluntatis hoc agit, ſed errore: emulando enĩ traditionẽ patrũ cæcantur ad tẽpus: quia cũ deberent ex magnalibus Chriſti addiſcere hunc nõ poſſe fallere, cuius tã magnifica virtus in rebus geſtis appareret, & prædicationem eius teſtamento nouo promiſso per prophetas comparare, & exinde profiteri hunc eſſe qui promiſsus eſt: negligentes contra deum, & hominib⁹ aſsentientes inuenti ſunt. Propterea ergo cæcantur, vt admiſcentibus ad promiſsionem eorum, ipſa æmulatione, dum inuident gentibus, reuertantur ad fidem Chriſti.

CAPVT VNDECIMVM.

DICO ergo: Nũquid ſic offẽderunt, vt caderent? F
Abſit.) Hoc dicit quod ſupra memoraui, quia non ſic diffiderunt, vt nunquam iam crederẽt id eſt, nõ ita propter improbitatẽ ſuã cæcati ſũt, vt curari non poſsent: ſicut & diabolũ legimus cecidiſſe, dicẽte Eſaia propheta: Quomodo cecidit de cælo lucifer? caſum apoſtaſiam ſignificauit. Non ergo hos ſic offendiſſe dicit vt caderẽt, ſed offenſionis ſuæ cauſa ad tẽpus obtuſos. ¶Sed illorũ delicto ſalus gẽtib⁹, vt illos æmulentur.) Hoc eſt quod dixit, quia propter peccatũ illorũ gentibus ſalus data eſt. Quia enim donum dei recuſauerũt Iudæi, translatũ eſt hoc ad gentes, vt æmulatione zeli accenſi Iudæi conuerterentur ad Chriſtum, zelãtes promiſsionem patrum. ¶Quòd ſi delictum illorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium: quantò magis plenitudo illorum?) Manifeſtum eſt quia ſi delictum illorum profuit mundo, dum horum diſpẽdio plures habet bonos, quia multo plures ſunt gentes quàm Iudæi? & diminutio eorum, quod eſt damnum

Gpromiſsionis,diuitiæ gentium, per id quod lucrati ſunt vitã æternam,quanto magis plenitudo eorũ? Apertũ eſt quia magis dies erit mũdus hominibus bonis,ſi & ii qui excæcati ſunt,conuertantur. Ex magna enim parte ſaluabitur mundus. Mundo homines ſignificantur, ſicut dictũ eſt de ſaluatore: Ecce totus mund⁹ abiit poſt illũ.

Ioan.12. VOBIS enim dico gentibus,quandiu quidẽ ego ſũ gentiũ apoſtolus, miniſteriũ meũ glorificabo, ſi quo modo æmuler carnẽ meã,vt ſaluos faciã aliquos ex illis.)Oſtendit gentibus quo effectu diligat Iudæos. Nam miniſterium ſuum, quo apoſtolus gẽtium eſt,honorificat, ſi propter affectũ generis ſui data opera etiã Iudæos acquirat ad fidem. Honorificẽtior enim fiet,ſi & illos ad quos nõ miſi⁹ eſt,lucretur ad vitã. Patribus enim in laude maxima erit,ſi fratres inuenerit qui perierant. ¶Si enim amiſsio eorum reccõciliatio eſt mundi,quæ eſt aſsumptio,niſi vita ex mortuis?)Hoc dicit, qa ſi nõ credẽtibus Iudæis gẽtes reccõciliatæ ſũt deo, ad ĩcrementũ mũdi circa fidem Chriſti, quæ erit in hac parte,& quanta plenitudo ſalutis ſi aſsumantur & Iudæi ad fidem Chriſti,niſi vt ex mortuis viuificetur mundus in hominibus? Quia ergo profectus eſt dandam dicit operam vt credãt, quoniam cæcitatis obtuſio tẽpore cõpenſati delicti auferetur,vt voluntatis ſuæ recipiant liberum arbitriũ.❧ Quòd ſi delibatio ſancta eſt,& maſſa.) Manifeſtũ eſt quia quod vnius ſubſtãtię eſt,vnũ eſt:ac p hoc non poteſt delibatio ſancta eſse, & maſſa immũda. Delibatio enim de maſſa eſt. Idcóq; oſtendit non poſse
H indignos dici ad fidem, hos quorũ iã patres adepti ſunt fidẽ:quia ſi pars Iudæorum credidit, cur nõ & alia pars poſse credere dicatur? ¶Et ſi radix ſancta,& rami.) Immutatis verbis eadẽ repetit,vt ſenſum commendet duobus exẽplis.❧ Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſũt.)Id eſt, ſi aliqui nõ crediderunt ex eis,excẽſi à ꝓmiſsione. ¶Tu autẽ cũ eſses oleaſter,inſertus es in illos,& ſocius factus es radicis oleę.)Hoc ſignificat,quia nõ credẽtibus multis Iudæis, gentes inſitę ſunt per fidem in ſpem promiſsionis,vt dolori eſset Iudæis. Sed nõ iuxta legẽ agriculturæ,qa bonũ ſurculũ inſerunt in non bonã arborẽ. Hi enim cũ eſsent in radice mala,inſerti ſunt in bonã arborem. Ideo oleaſtrũ dicit inſertum,vt fructũ ſurculus radicis afferat ſocius eius effectus. ¶Noli gloriari aduerſ⁹ ramos.)Hoc eſt,noli gaudere in incredulitate illorũ. Diſplicet enim deo ſi quis exultet in malis alteri⁹, dicit Salomon. Nec enim cauſa gentium abiecti ſunt,vt gaudeant:ſed quia nõ crediderunt,occaſionem dederũt vt prædicaretur gẽtib⁹. ¶Quòd ſi tu gloriaris:nõ tu radicẽ portas,ſed radix te.)Id eſt,ſi te extuleris ſup illos, in
I quorũ inſertus radicẽ es,inſultes generi,qã te vt ex malo bonus eſses ſuſcepit: nec ſtabis ſi illud per quod ſtas deſtruis. ¶Dicis itaq;,fracti ſunt rami,vt ego inſererer.) Ex perſona gentilis credentis loquitur,qui exultandum putat in caſu Iudęorum diffidẽtium,dicens:Illorum reprobatio locũ fecit gentilibus. Sed non ſunt reprobati à deo vt gẽtes intrarẽt, ſed ſeipſos reprobos fecerũt ſperntes donũ dei,vnde occaſionẽ dederũt gẽtilibus ad ſalutẽ. Quã extollentiã reprimi vult, vt magis ſaluti congaudeatur,nõ ægretudini inſultetur. Facile eni decipitur qui gaudet alienis malis. ¶Bene.)Id eſt recte dicis,quia fractis ramis inſert⁹ es'. ¶Sed incredulitate fracti ſũt.) hoc eſt,non propter te,ſed ſuo vitio,quia illis diffidẽtibus,ad emulationẽ illorũ tu vocatus es ad ſalutem. Ideo gratias debes agere dono dei per Chriſtũ,nõ illis inſultare,ſed petere,ſi malũ illorũ tibi cõtulit ſalutẽ,vt & ipſi redeant ad originẽ. tũc placebis deo, qui tui miſertus eſt. Ideo enim te aduocauit,vt per tuã æmulationem reduceret & illos ad gratiam. ¶Tu autem fide ſtas.)Quia Iudæi per diffidentiam lapſi ſunt, hos fide dicit ſtare: quia cum prius perfidiæ cauſa iacerent,credendo ſtare cœperunt. ¶Noli altum ſapere,ſed time.)Id eſt,noli ſuperbus eſse,ſed caue ne & tu offendas. ¶Si enim deus naturalibus ramis nõ pepercit, ne forte nec tibi parcat) K
Verum eſt, quia ſi illos qui prærogatiua patrũ dignitoſi erãt,quib⁹ etiam facta repromiſsio eſt, deo in filios adoptati,incredulitatis cauſa excæcauit:qd his, ſi dubitauerint,aut ſi ſe extulerint,faciet,qui nulla cõmendatiõe ſublimati ſunt,qui cũ nullius dignitatis eſsent,honorati ſunt? ¶Vide ergo bonitatem & ſeueritatẽ dei:in eos quidem qui ceciderunt,ſeueritatem:in te autẽ bonitatẽ ſi permanſeris in bonitate:aliquin & tu excideris.)Bonum deum gentib⁹ eſse teſtatur, quia cum idola ſequerentur.digni vtiq; mortis patientia ſua expectauit illos, & nec ſic requirẽtes ſe,vltro vocauit illos,& peccata eis remiſit: Iudæis autem ſeuerus eſt, excæcauit enim eos, quia donum dei ſpreuerunt. Hos tamen nunc ſignificat Iudęos qui propter maleuolentiam ſuam in perpetuum cæcati ſunt:vnde eos & cecidiſse dixit. Illos autem quos ſupra memorauit offendiſse,non tamen cecidiſse,quia ad tempus cæcatos illos offendit:ac per hoc ſeuerum deum in eos fuiſse,vt in perpetuum cæcati eſsent apoſtatæ. ¶Sed & illi ſi nõ ꝑmanſerint in incredulitate,inſerentur: Potens eſt enim deus iterũ inſerere illos.) Oſtẽdit iuſtitiam dei non in ſeueritate permanere circa illos quos excæcauit ad tempus:quia non ſic illos excidit, vt nõ illos poſsit iterum inſerere ſi conuertantur, qui per prophetam dixit:Reuertentes ad me replantabo.vt hoc ſciẽtes Chriſtiani non iuſultẽt Iudæis,certi, reſeruari illis quaſi lapſis miſericordiam dei. ¶Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & cõtra naturã inſertus es in bonam oliuam:quanto magis hi ſecũdum naturã inſerentur ſuæ oliuæ?)Oliuam,fidem per quam Abrahã iuſtificatus eſt,accipim⁹: oleaſter vero, quia agreſtis & infructuoſa natura eſt perfidiam ſignificat:ac per hoc ſi ii q ſemper inimici dei fuerunt,conuerſi in fidem Abrahæ inſerti ſunt,ex cuius origine non ſunt:quanto magis Iudei ſi poſt diffidentiam credant, paternæ reddendi ſunt nature,inſerti iterum in ſuam promiſsionem.

NOLO enim ignorare vos fratres myſterium hoc, vt nõ ſitis ipſi vobis ſapientes:quia obtuſio quędam ex parte Iſraël facta eſt,donec plenitudo gẽtiũ intraret,& ſic õnis Iſraël ſaluus fieret.) Non eſt obſcurũ quia ad temp⁹ cæcitatis obtuſio data eſt Iudæis, iis qui dum æmuli legis ſunt, non viderunt donum veniſse promiſsũ à deo quod prædicabatur à Chriſto. Zelo enim excęcati ſunt, putantes legem factorum nunqu: debere ceſsare. Vnde Sabbatũ zelabantur,qua offenſione exparte abtuſi ſunt,vt pro incredulitate ſua cruciarentur videntes gentes ꝓfiteri cũ gaudio,cõfecu- M
tos repromiſsionẽ Abrahæ: copia tamen admiſsa gentium,abſtergeretur caligo ab oculis eorũ,vt poſsint credere:vt ſpiritũ cõpunctionis prohibens à cordib⁹ eorũ qui eis præſtat cæcitatẽ, reddat eis arbitriũ liberum voluntatis:quia non de maleuolentia erat incredulitas,ſed de errore emẽdarẽtur,vt poſtea ſaluarẽtur.❧ Sicut ſcriptum eſt.) Vt probaret donum illis reſeruatum à deo, exẽplum Eſaiæ prophetæ in ſubiectis ponit, vt hac gratia qua liberati ſunt Iudæi credentes,& hos liberari poſſe doceret,quia non erat exinanita, ſed ſemper abundat. Dicit ergo: ¶Veniet ex Sion qui eripiat & auertat
impietatẽ ab Iacob,& hoc illis à me teſtamentum, cum Eſa.59.
abſtulero peccata eorum.)Exempli huius ratio ſemper manet quãdiu ſunt qui credant. Hic enim dominus IESVS qui de cælis venturus promiſsus eſt ad liberationem humani generis, ipſe quotidie remittit peccata conuerſis ad ſe, nec ſtatim non credentes condemnat, ſed expectat,ſciens poſse proficere ad agnitionem dei. ¶Secundum Euangeliũ quidem inimici propter vos.) Cauſa incredulitatis inimici ſunt euangelii, vt error & delictum illorum gentibus aperiret viam ante tempus intrandi ad fidem, ſicut ſupra memoraui. Prius enim vbiq; omnibus Iudæis prædicandum erat, tunc demũm & gentibus oportebat credi verbum dei. Sed quia non

A crediderũt,ablatũ ab eis regnũ, datũ eſt gentibus. Itaq; nõ inſultandũ eſse his prænonet,quorũ delictũ profuit gentibus. Illi enim inſultandũ eſt cuius peccatũ obfuit aliquibus. Non enim perfidię illorũ gratulandũ eſt, ſed dolendũ ſi tardãt cõuerti:vt quomodo peccato illorum gauiſæ ſunt gẽtes,quia ſaluatę ſunt: ſic cõuerſione eorũ lętentur,ipſorũ enim occaſione dei gratiã citi⁹ percepe runt. ¶Secũdũ electionem autẽ dilecti propter patres.) Quãuis grauiter peccauerint Iudei reprobando donum dei,& digni ſint morte,tamẽ quia filii ſunt bonorũ,quorũ prerogatiua & merito plurima à deo beneficia perceperunt,regreſsi ad fidẽ ſuſcipiẽtur cũ,titia,quia dilectio in his dei exuſcitatur memoria patrũ. ¶Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio dei.)Verum eſt, quia gratia dei in baptiſmate nõ quærit gemitũ,aut plãctum, aut op⁹ aliquod,niſi ſolã ex corde ꝓfeſsionẽ. Ne enim quia grauiter deliquerãt nõ recipiendo promiſsum dei, & quia quæ grauiter peccantur,non niſi fletu & gemitu ad veniam pertinent:ideo illos non poſse iam accipere miſericordiã putarẽt,quia dolere illos nõ videbãt:oſtẽdit hoc inter primordia fidei non regni. Donũ enim dei gratis donat peccata in baptiſmo. ¶Sicut enim & vos aliquã do nõ credidiſtis deo,nũc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter illorũ diffidentiã:ita & iſti nunc nõ crediderũt in veſtra miſeratione,vt & ipſi miſericordiam conſequantur.)Incredulitatẽ gentiũ memorat,vt ipſo rubore nõ ſe iactarent inſultãtes Iudæis qui nõ crediderant,ſed oblectarent illos agnoſcere promiſsũ dei. Quia enim vos,inquit,gentes,cũ his eloquia dei credita ſint,repugnãtes fuiſtis:nũc aũt miſericordiã accepiſtis, nõ veſtro merito,ſed ad horũ opprobium:quare nõ magis iſti conuerſi accipiãt miſericordiã, qui prius in lege
B dei cõuerſati ſunt,& quibus facta ꝓmiſsio eſt? ¶Cõclu ſit enim deus omnia in incredulitate.vt omnium miſereatur.)Gentes porro ab antiquis temporibus in impietate & ignorantia verſabantur, vtpoteſine deo:propter quod manifeſtata lex in literis eſt,qua poſsent infrenari præcipites. Et quoniam verſutia aduerſarii cumulari peccata cœperunt,vt per interdictum magis reus homo cõſtitueretur: deus clementia bonitatis ſuæ ſemper homini procurans,vt & quod ſine lege peccatũ erat, & in lege,poſset deleri:hoc decreuit, vt ſolã fidẽ poneret, per quã omniũ peccata abolerentur: vt quia nulla ſpes per legẽ õnib⁹ hominib⁹ erat, dei miſericordia ſaluarẽtur. Hoc eſt omnia cõcluſiſse in incredulitate, vt tũc decretũ donũ à deo veniret,quando omnes diffidẽtia laborarẽt,vt gratia muneris eſset gratiſsima. Itaq; nemo ſe iactet,miſerũ eſt enim ſuperbũ eſse eũ cui ignotũ eſt.

O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientię dei,quã inſcrutabilia ſũt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ ipſius.) Excelſum & immẽſum deũ in diuitiis ſapiẽtię & ſciẽtię ſuæ cũ õni laude & gratia-
C rũ actione teſtatur:eſt enim conſiliũ & iudiciũ eius incõprehenſibile Nã ſciens ab initio cõuerſationes & opera hominum,quia neq; ſola ſeueritate iuſtitiæ ſaluari poſsit hominũ genus,neq; ſola miſericordia ad profectum meritorũ puenire, vnoquoq; tẽpore decreuit quid eſset prædicandũ:ante tamen permittens vnũquẽq; ſuo iudicio,quia natura ipſa duce cognoſcitur iuſtitia. Et quia authoritas naturalis iuſtitiæ obtorpuerat conſuetudine delinquendi,data eſt lex,vt humanũ genus terrore manifeſtatę legis frenaretur. Sed quia non ſe cohibẽtes,rei tenebantur à lege, prædicata miſericordia eſt,quæ ad ſe confugientes ſaluaret: refutantes autem cæcaret ad tempus,ad promiſsionem eorum gentes inuitãs, quæ prius iuſtitiam dei per Moyſen datã ſequi noluerunt, vt horum ſaluti dum inuident,ipſo zelo ad radicis ſaluatoris originem ſe reformarent promiſsæ in lege. Hæc eſt altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientię dei, qui tãm Iudæos quãm gentes multipharia prouidentia acquiſiuit ad vitam. ❧ Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis illi cõſiliarius fuit,aut quis prior dedit illi, & retri- D
buetur ei?)Hoc in Eſaia ſcriptum habetur. Manifeſtum Eſai.40.
eſt ſolum deum eſse qui nouerit omnia conſilia,& hũc vnum eſse qui nullius egeat,quia ab ipſo ſunt õnia: ac per hoc cõſilium eius à nullo nec comprehenditur, nec metitur, quia inferiora ſuperioris ſenſum ſcire nõ poſſunt. Deniq; Iudæis credentibus impoſsibile videbatur conſilium eſse & voluntatem dei ad redemptionẽ gẽtium: ſimili modo & gentibus arduum & incredulum videbatur,Iudæos qui nõ crediderãt,poſse conuerti,aut credentes ſuſcipi vt ſaluarẽtur. Inter cætera hoc eſt cõſilium dei quod latuit,nec potuit compręhẽdi. ¶Quoniã ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia:ipſi gloria.) Quia ratione ſenſus & conſilium dei inueſtigari nõ poteſt, declarauit. Ex ipſo enim,inquit,& per ipſum & in ipſo ſunt omnia:ipſi gloria. Hoc dicto aperuit ſenſum qui occultus erat mũdo. Quia enim omnium creator eſt deus(fecit enim ea quæ non erant, vt eſsẽt) ideo ex ipſo ſunt omnia. Et quoniam ab ipſo ſunt per filium eius,qui eiuſdem vtique ſubſtãtiæ eſt,eſse cœperũt, cui⁹ opus,patris eſt opus. Quia ergo ipſe operatur per filiũ, per ipſum ſunt omnia. Et quoniam quæ ſunt ex deo, per deum ſunt, poſt renata in ſpiritu ſancto ſũt,in ipſo ſunt omnia:quia & ſpiritus ſanctus de deo eſt patre: vnde & ſcit quę in deo ſunt. Ergo & in ſpiritu ſancto pater eſt, quia quod de patre eſt deo, non poteſt aliud eſse quàm eſt deus pater. Ac per hoc ipſi gloria,quia ex ipſo & per
ipſum & in ipſo ſunt omnia. Itaque ex ipſo & per ipſum E
& in ipſo vt eſsent,eſse cœperunt:ſenſum & conſilium eius ſcire non poſsunt. Ipſe autem ſcit omnia,qui in ipſo ſunt cuncta. Patefecit myſterium dei quod ſuperti⁹ dixit non abeis ignorari debere.

CAPVT DVODECIMVM.

OBSECRO itaque vos fratres per miſericordiam dei, vt exibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam,deo placentem, rationabile obſequium veſtrum: & nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri,vt ꝓbetis quæ ſit voluntas dei,quod bonum & placitum & perfectum eſt.)Per miſericordiam dei illos hortatur, per quam ſaluatur humanum genus. Poſt tractatum enim legis & fidei, populi natura Iudaici & gentilis ad bonam vitam agendam hortatur,per hanc enim ſpes fidei obtinetur. Cõmonitio eſt ergo hæc, vt memores ſint quia miſericordiam acceperunt: & vigilent circa obſequium eius à quo illis data eſt,per quem ex impiis gratis iuſtificati ſunt: ſcientes hanc eſse hoſtiam viuam,ſanctam,& deo acceptabilem,ſi corpora noſtra incontaminata ſeruemus,diſſimiles à ſecularibus,qui voluptatibus ſtudent. F
Hæc eſt voluntas dei,ſanctificatio veſtra. Nam corpora 1.Theſ.4.
ſubiecta peccatis, non viua habentur, ſed mortua: ſub deſperatiõe enim promiſsæ vitæ ſunt. Ad hoc enim peccatis dono dei abluimur, vt decætero mundam vitam agentes,dei amorem in nos prouocemus, non ritũ faciẽtes opus gratiæ eius. Nam apud veteres ideo oblata occidebatur hoſtia,vt homines peccati cauſa morti ſubiectos ſignificaret. Nunc autẽ qa per donũ dei purificati ſunt homines,& à morte ſecũda liberati,viuam hoſtiã debent offerre,vt ſignum ſit vitæ æternæ. Nõ enim ſicut tunc,corpora pro corporibus immolãtur nũc vero non corpora,ſed vitia corporis perimẽda ſunt. Vt autem obſequii noſtri effectum habere poſsimus, ſeruata iuſtitia pudorẽ cuſtodiam⁹. Nihil enĩ proficit pudor,nec ratio nabilis poteſt videri neglecta iuſtitia. Hoc erit cõformẽ fieri ſpiritalium reuouatum in ſpiritu ac fide,hoc ſcire quod placet deo,nec aliud bonum & perfectum eſse.

ICO enim per gratiã quę data eſt mihi õnibus qui inter vos ſunt,non plus ſapere q̃ oportet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatẽ,& vnicuiq; ſicut di-

uiſit deus menſuram fidei.)Apertè oſtendit hoc debere nos ſapere,quod iuſtitię terminos nō egrediatur, vt nō nobis ſolis vtile ſit,ſed & nulli obſit.Hæc eſt enim prudentia,prodeſſe magis aliquibus quàm obeſſe, & contentum eſse debere ſorte qua menſus eſt deus merito & fidei vniuſcuiuſq;,nec ſibi defendere quod non ſibi cōceſsum videt:hoc eſt,nō plus ſapere,quia vni totū concedi non poteſt.Nec enim ſi quis bonæ vitæ eſt,ex eo ſibi etiam doctrinæ prudentiā debet defendere:aut quia peritiam habet legis,Leuitarum ſibi obſequia vendicare debebit.Hortatur ergo & docet per gratiam ſibi datā Hæc gratia peritia intelligitur dominicæ diſciplinæ,per quam humilitatiiuſtitiæ ſtudendum tradit.

SIC VT enim in vno corpore multa membra habemus,omnia autem membra nō eadem habent officia:ita multi vnū corpus ſumus in Chriſto,ſinguli autē alter alterius mēbra.)Exēplo corporis docet nō poſse nos ſingulos omnia,quia ſum⁹ inuicē mēbra, vt alter alterius non egeat:ac per hoc curā noſtri inuicē nos agere debere,nec alterū alii obſiſtere,quia inuicem officiis noſtris opus habem⁹. Hoc erit diligere Chriſtū, ſi inuicem ſe membra exhortētur,vt impleant modum quo corpus in Chriſto perfectum ſit. ¶Habentes autem donationes dei diuerſas ſecundum gratiam quæ data eſt nobis.)Nunc autem ipſa officia deputata membris merito fidei enumerat,vt cū viderit membrū quod ſibi deputatū officiū eſt,non perſtrepat alteri cui viderit aliud traditum,ſed congerat, vt corp⁹ eccleſię ſit perfectum. ¶Siue prophetiā ſecūdum operationē fidei.) A prophetia incipit, quæ prima probatio eſt rationabilē eſse fidē noſtrā. Deniq; credentes accepto ſpiritu prophetabant.

H Hæc ergo datur pro modo accipientis, hoc eſt,quātum cauſa exigit propter quā datur. ¶Siue miniſteriū in miniſtrādo.) Ad obſequium fraternitatis præbendū intātū miniſter firmatur,quantū credidit debere ſe obſequi, ne vltra fidem laborās in obſequio,fatigetur incaſsum, q̄a hoc ſequitur vnūquēq; qđ conatur ex corde. ¶Siue qui docet in doctrina.)Similiter dicit adiuuari doctorē in doctrina,vt inquantū fides eius eſt ad docendū,intātum inſpiretur ad tradēdā diſciplinā cæleſtē. ¶Siue qui exhortatur in exhortando.)Et hunc eodem modo in eo ipſo in quo tēdit, auxilio ſpūs præparari,vt habeat gratiam dū prouocat.Laceſsit enim fratres ad bonū,aut incredulos ad fidē. ❧Qui largitur in ſimplicitate. (Huic dicit qui bono animo tribuit, auxilia ſēper ſuppeditare
prou.28. procurāte ſpiritu,vt nō deſit tribuenti ſimpliciter,dicēte Salomone: Qui tribuit pauperibus,nō indigebit. Hic ergo tribuit ſimpliciter,qui non in ſimilatione hoc agit vt laus ei ab hominibus detur,ſed vt à deo per hoc ipſū meritū cōſequatur. ❧Qui præeſt in ſolicitudine.)Eum qui curam vt præſit fratribus ſuſcepit,iuxta fidē ſuā accipere vigilantiam & authoritatē,vt proficiat in quo ſolicitus ſit,habens in illis fructum quibus præeſt. ¶Qui miſeretur in hilaritate.)Hunc quoq; ſecundū ſenſū ſuū qui læto animo miſericordiā facit,non quaſi noléti extorquetur,fundari & roborari à deo vt in hac re nullam infirmitatē patiatur,ſciens dictū à Salomone: Dum habes occaſionē,benefac. Sed hoc multipliciē intelligēdum eſt. Multiplex eſt enim miſericordia ſub vno vocabulo. Nā ſi ſupra dixit,Qui largitur in ſimplicitate: quid erat op⁹ iterare,niſi quia ſub vno miſericordię nomine multa bona opera ſignificauit? Peccātibus etenim ignoſcere,miſericordia eſt,& in neceſsitate aliqua poſito vel oppreſso opem ferre,miſericordia eſt,& nudū veſtire,& eſurienti panē frangere,& paruulū expoſitū colligere,& cadauer operire,& alia operari,miſericordia eſt Ideo ſi hæc impigrè & ſine tædio fuerit operatus, habebit huius operis & in præſenti & in futuro mercedem. Omnis ergo miſericordia,& ſimpliciter & cum gaudio fieri debet, vt ſimplicitas excludat hypocriſim, gaudiū vero fretum futuræ ſpei teſtetur examē. ¶Dilectio ſine
ſimulatione.)Huic merito qui hoc meditatur,vt ideo di K ligat fratrē,q̄a ſcit hoc placere authori deo,ne adulatio ne præſentis vitæ hoc agat,ſubuēit ſpirit⁹:vt q̄a hoc deuota mēte quērit,obſequiis poſsit implere. Audiuit enī dictū à domino:Præceptū nouū do nobis,vt diligatis inuicem. ¶Odientes malū,adhærentes bono,fraternitatis amore inuicem benigni,honore mutuo pręuenientes.) Ioan.13. Non magnum dicit euitare malū,niſi adhæreatur bono Illud enim de timore fit,hoc de amore, nec benignum eſse fraternitatis honorē,ſi non mutuis ſe obſequiis prænenerint. ¶Solicitudine nō pigri.) Hoc eſt qđ dicit ꝓpheta Hieremias,quia maledict⁹ qui facit opera domini negligenter.Piger enim in cōuerſatione diuina,ſine ſpe eſt:ideo ſubiecit: ¶Spiritu feruētes.)Hoc eſt, vt in exercito diuini operis aut legis nō ſit tepidus,ſicut dicitur in Hiere.48 Apocalypſi Ioannis: Quoniā tepidus es,inquit, euomā te ex ore meo. Quotidiana enim meditatio tollit ſoporem,& facit vigilantem.Opera enim domini ſūt quę mā dat fieri pro vtilitate eccleſiæ,id eſt fratrū. ¶Tēpori ſer Apoca.3. uientes.)In Græco dicitur ſic habere:Deo ſeruiētes. qđ nec loco cōpetit. Quid enim opus erat ſummā hāc ponere totius deuotionis,quando ſingula membra quæ ad obſequia & ſeruitia dei pertinent, memoret? In omnib⁹ enim iis quæ enumerat,plenū deo ſeruitium exhibetur. Nā ſeruire tēpori quid ſit,alibi ſoluit cū dicit: Redimē- Epheſ.5. tes tēpus, quoniā dies mali ſunt: vt ſciatis quemadmodum vnicuiq; reſpondeatis. Quoniā autē dixerat, Spiritu feruētes:ne hoc ſic acciperent,vt paſsim & importunè verba religionis ingererēt tēpore inimico,per quod forte ſcandalum excitarent,ſtatim ſubiecit: Tēpori ſer- L uientes,vt modeſtè & cū honeſtate aptis & locis & perſonis,& apto tēpore religionis fidem loquerentur. Sunt enim quidā etiā hoc tempore quo pax eſt,qui ſic perhorrent verba dei, vt audientes cū magna ira blaſphement viam Chriſtianā. Nā & ipſe ſeruiuit tēpori quādo quod noluit,fecit. Inuitus enim circūcidit Timotheū, & raſo capite purificatus ſecūdū legem aſcendit templū,vt Iudæorū ſopiret inſaniam. ❧Spe gaudentes.)Poſtq̄ dixit Tēpori ſeruiētes,adiecit,Spe gaudentes. vt ſi forte propter iniquitatē temporis nō liceat de fide publice loqui, ſed eſse in metu,ſpe gaudeat,quia hæc triſtitia parit lætitiā. ¶In tribulatione patientes.) Hoc eſt, ſpe gaudere, in tribulatione patientem eſse. De gaudio enim ſpei tolerat tribulationē,ſciens multo maiora eſse quæ pro his promiſsa ſunt. ¶Orationi inſtātes.)Neceſsaria eſt valde oratio,quia vt tribulatio poſsit tolerari,precibus inſiſtendū eſt. ¶Memoriis ſanctorū cōmunicātes.)Manifeſtum eſt quia qui preces ſuas exaudiri vult,æmulus de M bet eſse vitæ ſanctorum. Cum imitatur enim, communicat,vt hoc ſit memorem eſse & cōmunicatorē, imitari actus illorū:& ſi ſumptibus indigent, cōmunicandum eis,ſicut dicit alio loco: De collectis autem quę fiunt in ſanctos. Et ad Galatas: Vt pauperum memores eſsemus. ¶Hoſpitalitatē ſectantes.)Imitator & amator ſanctorū hoſpitalitatē ſectatur,exemplis ſancti Abrahæ, & Loth 1.Cor.16. viri iuſti. ¶Benedicite,& nolite maledicere.) Vt Chri- Gala.2. ſtianos per omnia nouos faciat,etiam ab hac illos conſuetudine auferre vult,quæ omnibus communis eſt, ne irato animo incitati prius facile maledicere velint, ſed vt magis victa iracundia benedicant,& laudi diſciplina dominica. ¶Gaudere cum gaudētibus, flere cum flentib⁹.)Hoc eſt quod alio loco dicit: Si quid patitur vnum 1.Cor.12. membrum,compatiuntur omnia membra: & ſi lætatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Cum enim quis fideli ſolatio eſt in neceſsitate,erigit animum eius, & apud deum ſibi collocat meritum, quia membrum diligit corporis Chriſti: & ſi cum infideli condoleat, prouocat magis illum ad profectū diſciplinę domi nicæ. ¶Idipſum inuicem ſentientes.) Hoc eſt,quod dictum eſt,compati debere in tribulatione:ſicut & in alia Gala.6. dicit epiſtola: Cōſiderans teipſum,ne & tu tēteris. Alter

A alterius onera portate. ¶Non alta ſapientes.)Alta ſapere,ſuperbia eſt.Nam & diabolus cum alta ſapuit, apoſtatauit.Ne elatio ſit in animo,& prę ſumēs forte de incolumitate actus ſui,nō cōdoleat fratri ſuo,ſed exprobret quaſi peccatori.hæc ſuperbia eſt, quæ cum ſe præponit,
Mat.7. offendit. Quod & dominus denotat dicēs:Eiice trabem prius de oculo tuo,& tunc videbis eiicere feſtucā de oculo fratis tui. Ipſa enim elatio peccatum eſt: ac ſi non ſit peccator.)quod impoſsibile eſt)ſit peccator dum ſuperbit.Deniq; dicit Salomon: Superbis deus reſiſtit. ¶Sed humilibus cōſentientes.)Hoc eſt,vt depoſita ſuperbia alienam cauſam ſuam faciāt,& ſuam quaſi alienā vt habeāt gratiā apud deum:quia qui ſe exaltauerit,humiliabitur. ❧Nolite eſse prudētes apud voſmetipſos.) Hoc in Eſaia propheta ſcriptum eſt,quod hic quaſi proprium ponit,vt iuſtitia communis habeatur, non vt ſibi quis iuſtus ſit, cæteris autē iniuſt⁹. ¶Nemini malū pro
Matth. 5. malo reddētes.)Hoc eſt quod dominus dicit: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quā Scribarū & Phariſæorū, non intrabitis in regnum dei. Mandatū enim in lege erat:Diliges proximū tuū,& odio habebis inimicum tuū Hæc,quantum videtur, iuſtitia eſt:ſed vt abūdet iuſtitia Chriſtianorū,docentur nō reddere malum pro malo,vt perfecti ſint, & pro hoc merces illis reddatur in iudicio dei.Supergredi enim videtur ipſam iuſtitiam, cū quod licet,vt melior ſit,nō facit cæleſtis iuſtitiæ imitator. Mū di ergo iuſtitia à deo illi conceſsa innocentem facit, cæ-
B leſtis autem perfectum vt meritum habeat apud deum. ¶Prouidentes bona non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominib⁹.)Prouidere eſt bona futura ante oculos habere, vt ea gerātur quæ poſsint poſtquā facta fuerint in reprehēſionem nō venire,ſed magis laudi eſse,ſiue apud deū,ſiue apud homines. Ne quis exiſtimet quia deo licita nō diſpliceant, idcircóq; non curādū ſi fratri ſcandalū ſint,hoc præmonet,quia illud fieri debet quod & deo nō diſpliceat,& fratri ſcandalū non ſit. Etſi liceat enim,& fratrem ſcandalizet, deo non placet, quia deus ſaluti ſtudēdum monet. Sic ergo prouidentur bona coram deo & hominibus,ſi ea quę licent,ſic agantur,ne ſcandalū faciāt. ¶Si fieri poteſt,quantum ex vobis eſt,cū omnibus hominibus pacē habentes.)Omnib⁹ pacificos vult eſse,qui diuinam ſeruāt iuſtitiā. Viderit ſi quis hanc pacem ſpreuerit,vt tali viro inimicus, cū aut reprehendi forte ab illo nō vult,aut inuidet bonis eius: quod ad illū tamen pertinet,non diſcordat à bene agentibus. Hic eſt enim impacificus,qui prætermiſsa voluntate legis,ſuū ius ſequitur: quàm q̄ dicat Dauid: Cū iis qui
Pſal. 119. oderunt pacem,eram pacific⁹. Sed hoc neceſsitatis erat propter potentiā perſonarum, vt vel obſequiis humilitatis vincatur,quę ſic extollit ſuperbia, vt mādata legis ſpernat,poteſt fieri vt de timore dei pacificū ſe quis prębeat illi qui odit pacem. Quando enim vicem malis reddere non vult,pacificus eſt. hoc eſt de bono vincere ma-
C lum,vt vel obſequiis vincatur,quē mādata legis nō vincunt. Ergo ſi fieri poteſt,inquit,quod ex vobis eſt, vt bene agentes pacem habere videamini. Iā ſi nō fuerit amator pacis,tu tamen vis eſse pacificus,quantum ad te pertinet. Si autem irreuerens & blaſphemus quis ſit,& pacē habere cum illo nō poſsis,non vtiq; tibi adſcribendum erit,quia Ioānes apoſtolus eos qui negāt in carne Chriſtum veniſse,nec ſalutari permiſit. Nos ergo parati ſimus,ſi fieri poteſt, vt cum omnibus pacem habeamus: aliis vero repugnantibus fiat impoſsibile,non ex nobis, ſi de nobis tantū querela nō deponatur. Qui enim nullum lædit,apparet eſse pacificus. ¶Nō voſmet ipſos defendentes chariſsimi,ſed date locū iræ.) Vt & pacis fœdera ſeruari poſsint,ab ira diſsimulādum monet,maximè quoniam per iram ſolet peccari,quando quis furore commotus plus exigit q̄ poſtulat cauſa delicti, aut ſibi ipſi incommodum præſtat, ſi grauiora peccata incompetēti vindicta vult exequi. Debilem enim efficit, quem
potuit emendatū habere & ſanum. Vnde & Salomō,No D li,ait,iuſtus eſse multū. Eſt enim, inquit, qui perit in ſua Eccliſ. 7. iuſtitia. Volens enim ſingulis peccatis reſpondere circa vindictam,mortē poteſt inuenire tam ſibi q̄ ei quē plagis affligit. Solēt enim in pœnā delinquere. Non ſolum autem de ſubiectis vindictam prohibet cōpetentem,ſed & de patrib⁹ & magnis,hoc eſt,de fratre forte inos peccante non quæramus vindicari,ſed remittamus dei iudicio reſeruantes,ne dum ab ira detinemur,inueniat locū inimicus in quo ſuggerat & ſuadeat quod cōtra nos eſt. ¶Scriptum eſt enim.)Vt fortius ſuadeat, exemplo legis hoc cōfirmat dicens:Scriptū eſt,in Prouerbiis: ¶Mihi vindictā,& ego retribuam,dicit dominus.)Vt ſi mini me à nobis fiat quod docet,deū à nobis contēptum oſtēdat. Duplici ergo genere ꝓficitur ſi deo remittatur vindicta,quia & cum ira cundiam vincit,perfectus fit,& dei iudicio vindicabitur. ❧Si eſurierit inimicus tuus,cibā illum:ſi ſitit,potū da illi:hoc enim faciēs,carbones ignis congeres ſuper caput eius.)Non nudam vindictam deo reſeruari debere oſtendit,ſed & beneficia dari inimicis, vt vere oſtendamus non meritis noſtris habere nos inimicos,quos vt ab inimicitiis deſinant,obſequiis vincere nitimur. Qui ſi in inimicitiis perduraverint impietate mentis ſuæ,noſtra obſequia proficient illis ad pœnam: aut certè obſequiorū noſtrorū ſedulitate compuncti, ve luti carbones mortui reuiuiſcent. Vt ergo nos intātum perfectos faciat,vt nō ſolum noſipſos, ſed & alios acqui
F ramus ad vitam,inimicis non ſolum vicem reddere prohibet dominus per Salomonem,verumetiam humanita E te ad amicitiam prouocare hortatur. ¶Noli vinci à malo,ſed vince in bono malum.)Hæc interpretatio apoſtoli eſt cohortantis ne vicem reddamus inimicis, ſicut dictum eſt.Multū enim proderit nobis,ſi malitiæ cedam⁹. Vincit enim malū, qui ad tempus vinci videtur ab illo. Et Saluator enim ſic vicit malū,dum non reſtitit. Contra ſe enim agit malitia,& dū vincitur, vincere ſe putat. Id enim agit inimicus,vt & nos de propoſito noſtro abſtrahat,occaſionem quærens quomodo peccemus. Ideo ſi prouocati ab illo,vicem illi non reddamus vincimus illum in bono. Ideo enim non reſiſtimus, vt bonum ſeruemus neglecta iuſtitia,quia cogit iuſtitia ad retribuendum.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

OMNIBVS poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote. Nō eſt enī poteſtas niſi à deo.) Quoniā cæleſtis iuſtitiæ legem ſequendā mādauit,ne ab hac præſēti diſsimulare videretur,hanc cōmēdat:quippe cū niſi hæc fuerit obſeruata,illa cuſtodiri nō poſsit:hęc enim quaſi pædagogus eſt quę paruulos imbuit,vt poſsint potioris iuſtitiæ viam ſequi. Nemini enim poteſt imputari miſeri cordia,niſi habuerit iuſtitiam. Vt ergo ius & timorē legis naturalis confirmet,deum authorem eius teſtatur,& miniſtrantes eam dei ordinationē habere. Ideo adiecit: ¶Quæ autem ſunt,à deo ordinata ſunt.) Vt nemo putet quaſi humana cōmenta contemnenda. Vident enim ius diuinū humanis authoritatibus deputatum. Hic ergo ſubiectus eſt poteſtati,qui ſe terrore dei ab iis abſtinet quæ prohibet. ❧Itaq; qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit.)Hæc contra illos qui per potentiam fortem,aut quia aliquid deprehēdi ſe poſse nō credunt, & perhoc illudere ſe legem putāt. Oſtendit his dei eſse legem, & non euaſuros iudicium dei; qui ad tempus ali quo pacto euadunt. ¶Qui autem reſiſtunt,ipſi ſibi damnationem acquirūt.) Manifeſtum eſt quia vnuſquiſque operibus ſuis aut iuſtificabitur,aut cōdemnabitur. Qui enim audiētes legē peccant,inexcuſabiles ſunt. ¶Nam qui principātur,nō ſunt timori bonis operibus, ſed malis.)Principes hos reges dicit qui propter corrigendam

G vitam,& prohibenda aduersa creatur, dei habentes imaginem,vt sub vno sint cæteri. Vis autem non timere potestatē? Bonum facito,& habebis laudē ex illa.) Laus ex potestate tunc surgit,cū quis innocēs inuenitur. ¶ Dei enim minister est tibi in bono.)Manifestū est ideo rectores datos,ne malū fiat. ¶ Si enim malefeceris,time: non enim sine causa gladium portat.) Hoc est, ideo cōminatur,vt si fuerit cōtemptus,vindicet. ¶ Dei enī minister est,vindex in iram in eum qui male agit.) Quoniam futurum iudicium deus statuit,& nullū perire vult,hoc in seculo rectores ordinauit, vt terrore interposito omnibus velut pædagogi sint,ne in pœnam incidant futuri iudicii. ¶ Ideóq; subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.) Recte dicit subiectos esse debere non solum proter iram,id est,vltionem præsentem,(parit enim ira vindictā)sed &propter futurum iudiciū:quia si hic euaserint,illic eos pœna expectat,vbi accusante conscientia ipsa,punientur. ¶ Nam idcirco tributa penditis. Ministri enim dei sunt in hoc ipso seruientes.)Ideo dicit tributa præstari, vel quæ dicuntur fiscalia,vt subiectionē præstent per quam sciāt non se esse liberos,sed sub potestate degere quæ ex deo est. Principi enī suo,qui vicē dei agit,sicut dicit Daniel propheta:Dei est enim,inquit,regnum, & cui vult dabit illud.
Mat.22. Vnde & dominus. Reddite,ait,quæ sunt Cæsaris Cæsari Huic ergo subiiciendi sunt sicut deo,cuius subiectionis probatio hæc est,cum illi pendunt tributa.

F REDDITE ergo omnib⁹ debita.)Reddi vult ab omnibus debita,quia & potētes sunt debitores minoribus,vt respondeant meritis illorū. ¶ Cui tributum,tributū:cui vectigal,vectigal.)Primū ea quæ sunt potestati regiæ debita exolui iubet, q̄a maior in his causa aut necessitas est. ¶ Cui timorem,timorem.) Timorē potestati exhibendū,quia timor prohibet peccatū: deinde aut parēti,aut domino terreno,vt gratias agat in filio aut seruo Christiano. ¶ Cui honorē honorem.) Potest hic honor etiam circa eos esse qui sublimes videntur in mundo,vt videntes humilitatem seruorum Christi,laudēt magis q̄ vituperent euāgelicam disciplinam. ¶ Nemini quicq̄ debeatis,nisi vt inuicem diligatis.)Pacem vult nos habere,si fieri potest,cū omnibus, dilectionem vero cū fratrib⁹,& hāc tamen honore seruato. Idcirco autem debitores dicit,quia homini q̄ dign⁹ honore est,siue præsente siue futuro,dignū esset debitū inclinari. Illi enī quis iclinatur à quo honorē accepit: ideo debitor dicitur. Si enim nō hoc feceris,principi tuo,superbus es: aut enim merito quis aut ætate honorandus est.
Deut.5. ✠ Qui enim diligit proximū,legem impleuit.) Legem datam à Moyse implet qui diligit proximū. nam nouæ legis mandatū est etiam inimicos diligere. ¶ Nam non adulterabis,non occides,nō furaberis,nō cōcupisces.)
I Hoc Moyses scriptū accepit à deo,ad reformationem legis naturalis. ✠ Et si quod est aliud mādatū,in hoc verbo cōsummatur, Diliges proximū tuū sicut teipsum.)
Leuit. 19. Hoc scriptū est in Leuitico,manentib⁹ supradictis mandatis. Itaq; i dilectione impleri legem significat,sicut dixit: ac si sint alia mandata quæ nūc tacuit,tamen pro omnibus mandatis dilectio satis facit. Nā si se humanū genus ab initio dilexisset,iniquitas in terris nō esset. Exordium enim iniustitiæ discordia est: ideoq; iniquitatis dilectio,iniquitas est: quia quod malo malū est, bono bonum est. ✠ Dilectio proximi malū non operatur. Plenitudo enim legis est dilectio. Malū nō operatur,quia bona est dilectio,nec peccare potest illa quæ legis est perfectio: per legis verba ad sensum euāgelicū pervenit. Ideo enim quod summum est legis,memorat, vt huic euangelium societ,ostendens vni⁹ esse sensum authoris. Sed quia tēpore Christi addi aliquid oportuit: nō solum ꝓximos,sed inimicos diligere præcepit. Vnde subditur: Plenitudo legis est dilectio. vt iustitia sit diligere proximum,abundans vero & perfecta iustitia etiam inimicos diligere. Inimicum autem diligere quid aliud est, quàm K optare desinere illum ab odio,& nihil asperū petere aduersꝰ illū? Hoc est amare illū,ea illi optare ꝙ quę deū habeat ꝓpitium: hęc est cælestis iustitia, hęc deo patri similes facit,quę nō colentib⁹ se annua dona largitur. Nā & dominus in cruce positus postulat pro inimicis,vt plenitudinem iustitiæ quam docuerat,demonstraret.

ET hoc scientes temp⁹,quoniā hora est iam nos de somno surgere.) Temp⁹ esse dicit quo ad meritū ꝓficere debeam⁹. Hoc est de somno surgere,operari bonū,quasi in die,hoc est,palam. Illicita enim in nocte,id est,in abscondito fiunt. Iam enim in manifestatione positi,quod est in notitia dei,agnoscentes quid sequi debeamus, dare operā debemus vt purè viuentes ad promissum præmiū veniamus excusso somno,id est ignorantia siue negligentia. ✠ Propior enim est nunc nostra salus,quàm cū credidimus.)Manifestum est quia post lauacrum bene viuentes,& charitati studentes, nō lōge sunt à merito resurrectionis promissæ. Bona enim vita Christiani,signū est salutis futuræ. ✠ Nox præcessit,dies autē appropiquauit.) Noctem veterem hominē significauit,qui ꝓ baptismū innouat⁹ est. Hūc præcessisse dicit quasi noctem,diem autem ap,ꝓpinquasse, cuius lumine veritas nobis apparuit,vt scirem⁹ quid agere de beremus. Prius enim ignorātes Christum in tenebris eramus,at vbi didicim⁹,lux nobis orta est,trāsiuimus enim ex falso ad verū. ✠ Abiiciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis.) Tenebrarum sunt opera vita carnalis,quę illecebris agitur secularibus, hæc digna est tenebris: sicut dicit dominꝰ: Tollite illū,& ligatis Mat.22. manibus & pedibus mittite in tenebras exteriores. Induere arma lucis,gesta sunt bona: quia sicut mali actus tenebris deputātur,quia occultè fiunt: ita & quia bene agunt,palam agunt,quia non verentur,sed gaudēt. Boni ergo actus arma lucis sunt impugnantes tenebras, quę sunt vitia carnis. ¶ Sic vt in die honestè ambulemus.) Verū est,vt quia publicè non peccatur, sic agamus quo modo agitur publice: nihil enī tam publicū quā veritas ¶ Nō in comessationibus aut ebrietatibus.) Comessationes sunt luxuriosa cōuiuia, quæ aut collatiōe omniū celebrantur, aut vicibus solent à cotubernalibus exiberi, vt neminem illic pudeat aliquid inhonestè dicere aut facere, quia vnusquisq; præsumit qđ suum conuiuiū sit Solent enim in aliena mēsa pudore coerceri: sed hic ad hoc conuenitur, vt fœda illic gerantur copia vini, & in M citetur libidinis diuersa voluptas. Idcirco euitanda præcipit huiuscemodi cōuiuia. ¶ Non in cubilib⁹ & impudicitiis.)Post luxuriosum conuiuiū & ebrietatem hoc subiecit ꝙ sequitur,id est concubitus impudicus. Hoc genus huius lasciuitatis est fructus. Non in contentione & æmulatione.) Recte ab his coerceri monet, quia omnis cōtentio & zelus inimicitias parit, quas tenebras vocat, quia ad lucis præmium pervenire non possunt. Sed induite dominum IESVM Christum.

ET carnis curam ne feceritis in desideriis.)Curam carnis prohibet,id est,voluptatem: vt omne quod prohibetur per legem,non desideretur,aut certe desideratum vincatur. Ipsa sunt enim opera carnis,vt his exuti induant dominū IESVM Christū, id est,innouati per Christum,ab his malis se retineant. Hic enim induit Christum,qui se ab omni errore & turpitudine separauerit, ne in conuiuio nuptiarum sine veste eius inuentus turpiter abiectus tenebris mancipetur si quo minus,non sunt induti IESVM Christum dominum nostrum,super cuius nouam vestē veteres pannos induunt. Exuti enim veterem hominem,in nouitate vitæ manendum est.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

INFIRMVM autem in fide asumite, non in diſceptatione cogitationum.) Quoniam ex Iudæis erant qui Romanos ad nomen Christi

A assumserant admixta lege,sicut in primordio epistolæ memorauimus: ideo quibusdā videbatur prohibitā carnem edere non debere. Aliquibus autem qui sine lege Christum sequebātur,videbatur contra legē licere edere. Et per hoc ipsum disceptationes erāt inter eos: quas Apostolus concordiæ & saluti studens, diuina disputatione aufert,ostendens neq; edenti prodesse apud deum,neq; nō edenti obesse. Infirmū esse dicit qui propterea quod Iudæi prohibiti sunt,timet edere. Hunc ergo remitti iudicio suo,ne scandalū passus,à charitate,quæ quasi mater est animarū,recedat cum mentis perturbatione,cū Christiani pacifici debeant esse & quieti. ¶ Alius enim credi dit edere omnia.) Hic fiducia lectionis non dubitat omnia edenda quæ data sunt humanis vsibus. Legit enim in
Gen.1. Genesi omnia bona valde esse quæ creauit deus, ideo nihil reiiciendum,quia nec Enoch qui prim⁹ deo placuit, neq; Noe qui i diluuio solus iust⁹ inuent⁹ est,neq; Abraham ille amicus dei,nut Isaac aut Iacob iusti & dei amici,inter quos & Loth fuit,aut cæteri iusti ab his abstinuisse legūtur. ¶ Is vero qui infirmus est,olera māducet.) Igitur quia hoc putat vt ille olera edat,ideo suadēdum non est vt carnem edat,ne cum scrupulo edat,& videatur peccare,quia propositum suum nō custodit. ¶ Itaq; qui edit,non edentem nō spernat: & qui nō edit edētem non iudicet.)quia voluntatis est edere aut nō edere, ac per hoc quæstio hinc fieri nō debet. Ad hoc enim facta sunt omnia,vt volūtati subiaceāt: quia dominio humano subiecta sunt. ¶ Deus autē illum assumpsit.)Assumptus à deo est,qui ad gratiā vocatus est. ¶ Tu quis es qui iudicas alienū seruum? suo domino aut stat, aut cadit.)
B Manifestum est seruum nō debere conserui voluntatem iudicare,cui lex in hac parte tradita nō est. Nā qua conscientia edat aut nō edat deus iudex est, cuius seruus est. ¶ Stabit autem. potens est enim deus statuere illum.) Stabit,inquit,domino suo,propterea quia neque si edat, reus erit: neq; si nō edat,culpabilis: si tamen deuotione hoc agat,nō euitans hanc velut contrariam. ¶ Nam alius quidem iudicat diem inter diē.)Hoc est, alicui placet interpositis dieb⁹ edere. Nā sunt quidā qui quarta feria carnem non edendam statuerūt,sunt qui sabbatis, sunt iterum qui à pascha vsq; ad pentecosten edant. ¶ Alius autem iudicat omnē diem.) Hic omnem diem iudicat, qui nunquam edit. ¶ Vnusquisq; in suo sensu abūdet.) Hoc est,vnusquisq; suo cōsilio remittatur. ¶ Qui sapit diem,domino sapit.)Verū est,quia qui semper abstinet se,deo placere se putat. ¶ Et qui edit,domino edit.) Domino edit,quia gratias agit creatori. ¶ Et qui nō edit,domino non edit,& gratias agit deo.)Gratias agit,dum fatetur dei esse creaturam,& bona creata, sed se dissimulat ab ea non condemnare.

C NEMO enim nostrū sibi viuit,& nemo sibi moritur.)Sibi viueret aliquis,si nō ageret sub lege. At qui freno legis moderatur, non sibi vtiq; vivit,sed deo qui legem dedit, vt secundū voluntatē eius viuat. Et qui moritur,simili modo deo moritur,quo iudice aut coronabitur aut condēnabitur. ¶ Siue enim vivimus,domino viuimus: siue morimur, domino morimur.)Idē est sensus. ¶ Siue ergo viuim⁹,siue morimur, domini sumus.)Verū est oēs nos domini quasi seruos in cōditione & redēptoris dominio, & vnūquemq; ꝓ meri to suo tractari. ✠ In hoc enī Christ⁹ & vixit,& mortuus est,& resurrexit: vt & mortuorū & viuorū dominetur.) Per Christū dominū facta est creatura, quæ per peccatū alienata est ab authore,facta captiua: quā deus pater, ne opus ei⁹ periret,misso filio suo de cælis ad terras,docuit quid faciendo man⁹ piratarum effugeret. Propter quod & occidi se passus est ab inimicis: qui descendēs ad infe ros innocens erat occisus, vt reum faceret peccatum,vt quos tenebat apud inferos,amitteret. Quoniam ergo viuis ostendit viam salutis,ac se obtulit pro eis, mortuos vero liberauit de inferno, tā viuorum quàm mortuorū D dominatur: experditis enim iterū reformauit sibi illos in seruos. ¶ Tu autem quid iudicas fratrē tuum in non edendo? aut tu quare spernis fratem tuū in edendo? omnes enim stabimus ante tribunal Christi.) Docet enim nō oportere iudicare,hac re,quia nō continetur in lege propterea cum deū iudicē expectemus. ¶ Scriptum est enim,Viuo ego,dicit dominꝰ,quia mihi flectetur omne
Esa.45. genu,& cōfitebitur omnis lingua deo.)Hoc Esaia scriptum est,quia omnis lingua cōfitebitur deo in fide Christi. Nam quia occisus resurrexit futurus iudex,recte ait: Viuo ego,dicit dominꝰ: & nō solū viuo, sed & iudicaturus sum,& inimici fatebūtur in me,& genu flectent cognoscētes me deum de deo. ¶ Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationē reddet deo.)Quoniā,inquit,nos pro nobis inuicē reddituri sumus rationē,non nos in hac parte quæ supra scripta est,alterutrū condēnemus. ¶ Nō ergo amplius inuicē iudicemus.)Id est,scientes hoc,cessemus à discordia. ¶ Sed in hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri,vel scandalum.)In eo iudicandum monet quod prosit, quod potest & authoritate legis defendi. Nulli autem fratrū carnem edenti aut non edenti fiat scandalum.

C I O & cōfido in domino,q̄a nihil cōmune ꝓ ipsū.)
S Manifestū est qa Saluatoris beneficio omnia munda sunt,qui de sub iugo legis eruens homines & iustificans,reddidit statum pristinū libertatis,vt digni sint vti tota creatura,sicut & veteres sancti. Qui autē adhuc sub lege sunt,nō licet illis vti aut edere quæ ꝓhibet lex, quia indulgentiā datam spernūt. Non enim secundum naturam suam,sed cum cōtra edictū eduntur, immūda sunt. Denicꝺ in lege ait: Erūt immunda vobis. ✠ Ei plane qui existimat aliquid esse cōmune,illi cōmune est. Siue qui ex Iudæo Christianus est,siue gentilis fidelis putat esse aliquid tale vitādū,ipse est quem scriptura infirmum dicit. Dubitādo enim est infirmus, apud ipsum immundum est quod putat nō edendum: & quia non hoc super E stitione facit,sed timore,suo iudicio remittendum.

AM si propter escā frater tuus cōtristatur,iam nō
N secundum charitatē ambulas.)In alia epistola dicit: Esca ventri,& vēter escis. hunc & hāc deus de 1.Cor.6
struet. Quia nō de esca aut placet quis deo aut displicet, ideo charitatē sectandā monet,qua nos deus liberare di Ephe.2.
gnatus est. Sic enim ait: Deus autē propter charitatem ni miam misertus est nostri. Qui ergo huius beneficii memor est,hanc excolit nec illi aliq̄d anteponit,sed præter mittit maxima, quæ scit promissionem nō parare apud deum. ¶ Noli cibo tuo perdere illum,pro quo Christus mortuus est.) Quantū valeat sal⁹ fratris ex morte Christi cognoscitur. Itaq; qui scit quantū cōstet, confirmare illum debet,non scandalizare,vt ex re friuola faciat illi scrupulū,& incipiat hæsitare an māducāda caro sit nec ne,qui forte simpliciter edebat,securus de cōscientia sua. At vero cum adeunt controuersiæ,incipiet perturbatio ne in dei creaturā peccare,& erit i iniuriā creatoris, quæ proficiet ad perditionem dubitantis. ¶ Non ergo blasphemetur bonum nostrum.)Hoc est,doctrina dominica,cum sit bona & salutaris,nō debet per rem friuolam blasphemari. Blasphematur autē cum dubitatur de dei creatura. Potest & sic intelligi bonū nostrum blasphemati,quia qui bona opera habet,si in alia reprehēdatur re minima,bonum illud suū obfuscat, & incipiet bonū eius blasphemari per malum eius, sicut scriptum est in
Ezech.33 Ezechiel,Iustitia iusti nō ꝓficiet si errauerit. Tale est,si quis decor⁹ næuū forte habeat in frōte,aut nasū collisū, vnde deformetur species eius. Ideoq; illa monet sectanda, quæ bonis reliquis nō tollāt fatiorē. ¶ Non est enim regnū dei esca & potus.)Manifestū est quia nemo per escam placet deo aut displicet. ¶ Sed iustitia & pax,& gaudium in spiritu sancto.)Hos in regnum dei dicit intrare qui iustitiā sequuntur, sed Christianā habentes pacem
Ioan.14. quā dominꝰ dedit dicēs: Pacē autē meā do vobis,pacem

G relinquo vobis, ex quo oritur gaudiū in ſpiritu ſancto. Diſceptatio autem nō habet gaudiū, ſed iram: ideo non illic reſpicit ſpiritus ſanctus, quia gaudet in ſolis pacificis Sicut enim ex nobis cōtriſtatur, ſic & gaudet de nobis. ❧ Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo, & probatus eſt hominibus.) Quoniam Chriſtus nos redemit, ideo ait: Qui in hoc ſeruit Chriſto, quaſi redēptori placet deo. Quare? Quia ipſe miſit Chriſtū, vt redimeret genus hominū, ſicut ipſe dominus ait: Qui nō honorificat Ioan.5. filium, nō honorificat patrem q̄ miſit illū. Qui ergo placet deo, probatus eſt hominibus. Quomodo? Accepit enim donum per quod appareat dignus deo. ¶ Itaq; quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.) Quoniam diſceptatio diſcordiam parit, ideo vt pacifici eſſe poſsimus, ab intentione edendi aut non edendi diſſimulare nos docet. Aedificationis autē viam ſequi hortatur, vt cū pace ea conferamus, per quæ inuicē nos ædificemus, ab iis quæ infructuoſa ſunt & magis cōtraria, declinantes. Collatio enim poteſt prodeſſe Eſt enim excitans mentē, ſi tamē vincendi ſtudium contemnatur. hoc eſt enim quod parit litem. ¶ Noli, ꝓpter eſcam ſoluere opus dei.) Homo opus dei eſt, & iterū opꝰ dei eſt dum reformatur ꝓ regenerationem. Et eſca opus dei eſt: ſed nō homo propter eſcā, ſed eſca propter hominem. Multum enim diſtat. Ideo noli, inquit, hoc opus dei quod clarū eſt, diſſoluere propter id quod humillimum eſt. Hoc eſt ſalutem fratris ſtudere, non curā eſcæ agere vt fratrem cōtriſtes. Beneficiū enim dei irritum fa F cit q̄ fratrem liberatū à peccato, ꝓ diſceptationem rurſꝰ prouocat ad peccādū, ſoluens in ipſo opera Chriſti quæ geſsit vt hominē à peccato liberaret. ¶ Omnia quidem mūda ſunt.) Verū & manifeſtum eſt omnia mūda eſſe: quippe cum in Geneſi legatur omnia quæ deus fecit, eſſe bona valde. Gen.1. ¶ Sed malum eſt homini qui per offenſionem edit.) Cum ergo ꝓ naturam omnia bona & munda ſint, dubitātibus tamen fiunt immunda, & erit illi offendiculum qui cum dubitat, edit tamen immūda cōſcientia, quia quod ſibi inutile putat, facit: ideo nulli cōtradicendum eſt quid in hac re ſequatur. ¶ Bonum eſt non edere carnē, & nō bibere vinum.) Cū de ſola carne ageret, adiecit & potū: vt cōfoueat eos qui ab his abſtinent, ꝓ id q̄ licitū eſt & carnē edere, & vinū bibere. Ne cōtriſtarentur ab illis qui his vtuntur, dedit eis reſpirādi ſolatiū, vt & in voluntate ſua quieſcerēt, & diſceptatio per quam diſcordia fit, ceſſaret. Cum enim non latet bonū eſſe & carnē edere, & vinū bibere. & econtra carnē nō edere, & non bibere vinū, bonū eſſe, addiſcunt, nemo li I tigat. Creatura enim data eſt ad vſum volētibus, non tamē neceſsitas eſt impoſita aut volēti aut nolenti. ¶ Neque enī in quo frater tuus offendit, aut ſcādalizatur, aut infirmatur.) Eadē dicit, non debere fratri qui infirmum animū ſibi conſtituit ad edendū fieri queſtionē, ne perturbatꝰ offendat, neſciens quid teneat. ¶ Tu fidē habes penes temetipſum. habe corā deo.) Hoc eſt, tu qui edis ſecurus, quia creatura dei bona eſt, non opus eſt vt de altero iudices, quia plus eſt vt pacem habeas cum fratre Hoc enim vtile eſt apud deum. In eſca enim vtilitas carnis eſt, in pace vero, & carnis & animæ: ac per hoc ab huiuſmodi diceptatione ceſſandum eſt, vt vnuſquiſque in propoſito cordis ſui maneat. ¶ Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.) Vnumquemq; proprio iudicio cenſet condemnandū, qui quod dicit nō debere ſe facere, facit: & hūc beatū qui nō aliud facit, q̄ ſibi vtile probat. ¶ Qui autē diſcernit quid ederit, dānatꝰ eſt) Verū eſt, quia qui iudicat nō edēdū, & edit, damnatꝰ eſt Ipſe enim ſe damnat, quando id quod ſibi inutile aſſerit facit. ¶ Quia non ex fide.) Non vtique ex fide edit, qui edendū negat, & edit. ¶ Omne autem quod nō eſt ex fide, peccatum eſt.) Recte peccatum appellat, quod aliter fit q̄ probatū eſt. Quoniā Romani in lege inducti erant ſicut in primordio epiſtolæ memorauī: aduenientibus autem qui rectius crederent queſtiones mouerentur de K edenda carne & non edenda, & horum pars qui edendā & non probandā diceret, melior videretur, quia omnia munda valde ſunt: infirmos dicit qui edendā negarent ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus, & remitti illos in propoſito cordis ſui. Nec enim obeſt nō edere, aut prodeſt erga deum edere: ne quauis ratione aſtricti, per quod tamen cum ſcrupulo ederent, delinquerent.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

DEBEMVS autem nos firmiores infirmitates inualidorū portare.) Recte ait debemꝰ quia oportet doctores infirmos firmare, & imperitos erudire cum manſuetudine: ne prouocati cōtendere velint: & ne dum humiles videntur, in peius proficiant. ¶ Et non nobiſmet ipſis placere.) Hoc eſt, non quod nobis proſit & placeat vendicare, ſed & quod fratri, quia inuicem curā noſtri agere debemus. ¶ Vnuſquiſq; proximo ſuo placeat in bono ad ædificationem.) Nunc perſonā ſuam diſcreuit Hos enim cōmonet vt charitati ſtudentes proximis placeant ad id quod eſt vtile. Hæc eſt ædificatio, ſicut alibi 1.Cor.10. ait: Ego, inquit, omnibus per omnia placeo. Nā & Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptū eſt: Detractiones exprobrantium te ceciderunt ſuper me.) In pſalmo ſexageſimooctauo. Saluatorē nō ſibimetipſi dicit placuiſſe, ſed deo patri, quia dicit: Non enim deſcendi de cælo Ioan.6. vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatē eius qui miſit me patris. Et quia cum hæc diceret, contradicentibus Iudæis quaſi peccator occiditur, pſalmographus ex per L ſona eius verba facit ad deum patrem, dicens: Detractiones exprobrantium te ceciderūt ſuper me. Hoc eſt, ego cum voluntatem tuā facerem, dixerunt me peccare in te, qui non me recipiendo, quem miſiſti, exprobrauerūt te: quia Iudæi cum peccarent in deum non recipientes quem miſit Chriſtum, inſuper & occiderunt eum quaſi peccantem in deum. ſic peccata peccantium in deū ceciderunt ſuper Chriſtum. Innocens enim à peccatoribus occiditur quaſi blaſphemꝰ, ſicut ſcriptū eſt in euāgelio

VAecunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram confirmationē ſcripta ſunt, vt per patiētiam & exhortationē ſcripturarū, ſpem habeamus.) Manifeſtum eſt enim quia quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrā diſciplinam ſcripta ſunt, vt ex ipſa exhortatione proficiamus ad ſpem, nō diffidētes de promiſsis ſi adhuc tardent. ¶ Deus autē patientiæ & cōſolationis det vobis vnum inuicē ſapere ſecundū IESVM Chriſtum, vt vnanimes vno ore honorificetis deū & patrem domini noſtri IESV Chriſti.) Quaſi ad ſalutē miſsus Apoſtolus bono M voto plebē proſequitur, optās vt deus det eis vnum ſenſum ſapientiæ ſecundū IESVM Chriſtū, vt iuxta doctrinam Chriſti ſapiāt. Tunc enim poterūt dilectionem ſer Ioan.15. uare exēplo domini, dicentis: Maiorē hac dilectionē nemo habet, q̄ vt animam ſuam ponat pro amicis & fratribus ſuis. & ita vno ore, vna cōfeſsione laudare deum patrem in Chriſto, ſi inuicem ſe iuxta ſenſum Chriſti fuerint exhortati: vt ſine ceſsatione laudēt deū: omnia quæ fecit per Chriſtū: & poſt errorem lapſa, per eūdem iterū erigere & reformare dignatus eſt, duplex dans beneficium, miſericordiā & cognitionē. ❧ Propter quod aſsumite alterutrū, ſicut & Chriſtus aſsumpſit vos in honorem dei.) Sic aſsumpti ſumus à Chriſto, dum infirmitates noſtras accepit, & ægritudines noſtras portauit, vt hoc exemplo nos inuicem noſtras infirmitates per patientiam cōfirmemus, vt nomen honoris dei aſsumptū in nos nō euacuetur. Filii enim dicimur dei per gratiam Chriſti. ¶ Dico enim Chriſtū miniſtrum fuiſse circūcīſionis propter veritatē dei in hoc vt cōfirmaret promiſſiones patrum.) Originē cōmendat Iudæorū. In circunciſione enim filios ſignificat Abrahæ, quibꝰ miſsꝰ Chri-

A ſtus miniſtrauit patribus gratiam repromiſsam. Vnde Saluator: Ego enim ſum, inquit, in medio veſtrum, non vt miniſtrer, ſed vt miniſtrem. vt veritas in promiſsione facta patribus probaretur. Circunciſio enim carnis data eſt Abrahę in figuram circunciſionis cordis, quā poſtea propheta futura ſignificauit, dicēs: Circūcidite duritiā cordis veſtri. Huius verbis circūcīſionis promiſsæ miniſter Chriſtus eſt, hoc eſt, prædicator. Dehinc apoſtolis, vt circūcīſis carne miniſtraret cordis circumciſionem, Ioan.17. ſic ait: Sicut me miſiſti in hunc mundum, ita & ego miſi eos in hunc mundū. Circunciſio autem cordis eſt, ſubla ta erroris nebula agnoſcere creatorē, deus patrē, & filiū eius Chriſtū, per quē creauit omnia, vt veritas dei imple retur. Promiſerat enim daturū ſe miſericordiam, & promiſerat patribus Iudæorū. Nam dixerat Abrahæ: In ſe Gen.26. mine tuo benedicentur omnes gētes. Et ad Dauid dixit: Pſal.131. De fructu ventris tui ponā ſuper ſedem meam. &, Orie Nūe.24. tur ſtella ex Iacob. ¶ Gentes autem ſuper miſericordiā honorare deū.) Quia eni his nulla promiſsio erat: quaſi indigni, per ſolam miſericordiā aſsumpti ſunt ad ſalutē vt per confeſsionē honorēt deū, quia increduli inhonorent. ❧ Sicut ſcriptū eſt: Propter hoc cōfitebor tibi in gētibus & nomini tuo canam.) Exēplo prophetico probat Scriptum eſt enim in pſalmo decimoſeptimo gentes admittēdas ad gratiā dei ad percipiendā ſalutē. Vox enim Chriſti eſt, qua futurū dixit quod in gētibus prædicatio eius fructū habitura eſſet confeſsionis ſacramenti dei. Mat.11. B ideo gratias ex hoc agit filius obedientię gentium. Vnde in euangelio ait: Confitebor tibi pater, domine cæli & terræ, qui abſcōdiſti ea à ſapiētibus & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis, quoniā bonū placitū ante te. Confeſſio ergo iſta vnius dei eſt in trinitate, ex qua ſurgit lętitia, vt poſt veri confeſsionē lætus decātet miſericordiā & donum dei. ¶ Et iterū dicit: Lętamini gentes cū plebe eius.) Hoc in cantico Deuteronomii. ¶ Et iterum dicit: Laudate omnes gētes dominū, & magnificate eū omnes populi.) Hoc in pſalmo centeſimo decimoſexto. Olim decreuiſſe deū oſtendit interueniente miſericordia ſua cōcordes facere Iudæos & gētes, vt gratiā adepti gentiles ſocii fierent Iudæorum, qui & ipſi olim dono dei plebs erat nominata. Sed iā nobiles Iudæi, hi vero ignobiles, per miſericordiā nobiliſtati ſunt, vt ſimul omnes lęti ſint agnitione veritatis, & laudātibus gentibus deū magnificent omnes populi, duodecim tribꝰ vnum deum qui auxit numerū plebi ſuæ adiunctis gentibꝰ. Deniq; cum diſceptarent Iudęi contra apoſtolum Petrū cauſa Cornelii Actuū.11. reddita ſibi ratione quieuerunt magnificantes dominū, dicentes: Forſitan deus & gentibus pœnitentiam tribuit ad cōſequendam vitam. ¶ Eſaias dicit: Erit radix C Ieſſe, & qui exurget regere gētes: in eū gentes ſperabūt) Vt maiorē fiduciam gentibꝰ faciat, & ſpem nō dubiam, multis teſtimoniis firmat decretum dei hoc fuiſſe, vt omnes gētes benedicerentur in Chriſto, ne inſolētia inſi *Alias inuidentium. dentium *Iudæorum cōtriſtaret & dubios redderet credentium animos gentium, quaſi fruſtra ſibi ſpem promittāt, quod à deo Abrahæ accepto feratur fides Iudęorum, vt ipſa lętitia & ſecuritate creſcerēt. Quare tamē Chriſtus ex radice Ieſſe, & nō ex radice Booz viri iuſti, aut ex radice Obed: Sed quia Dauid filiꝰ dicatur propter regnum, vt ſicut ex deo natus in regem eſt ita & ex Dauid rege ortum haberet iuxta carnē, ideo radix Ieſſe arbor Dauid, quæ fructū fecit per ramum q̄ eſt Maria virgo, q̄ genuit Chriſtum. ¶ Deꝰ autē ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credēdo, vt abūdetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti. Certus ſum autem frātres & ego ipſe de vobis quia & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita vt poſsitis alterutrū monere.) Hęc exhortationis ſūt. Per laudem enim, puocat eos ad meliorem & intellectum & vitā. Qui enim videt ſe laudari, data opera elaborat vt vera ſint quæ dicuntur. Ideo non dixit vt inuicem ſe doceant, ſed admoneāt. Hoc enim ſolet moneri- D quod cum ſciatur, aliquando ſubterfugit animo. Cętera nō ſunt obſcura, vt indigeāt explanatione. ¶ Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte tanq̄ in memoriam vos reducēs, ꝓpter gratiā quæ data eſt mihi à deo, vt ſim miniſter Chriſti IESV in gentibus, ſanctificans euangelium dei, vt fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in ſpiritu ſancto.) Nō enim temere ſe ſcripſiſſe ſignificat, authoritatem ſibi datā per dei gratiam dicens, vt omnibus gentibꝰ audeat ſcribere, admonens & cōfirmās propoſitum eorum i Chriſto, vt ſolicitudinem ſuā oſtendat in miniſterio euāgelii quaſi magiſter gentium, & ſacrificium eorum poſsit acceptum fieri ſanctificationis cauſa in ſpiritu ſancto. Quicquid enim fide integra & mente ſobria offertur, à ſpiritu ſācto purificatur. ¶ Habeo igitur gloriā in Chriſto ad deum. non enim audeo aliquid loqui eorum quę ꝑ me nō efficit Chriſtus in obedientiā gentium verbo & factis, poteſtatem ſignorum & prodigiorum in virtute ſpiritus ſancti.) Gloriam habere ſe dicit apud deum per Chriſtum IESVM. Credens enī & ſeruiens Chriſto IESV in cōſcientia pura, meritum ſibi fecit apud deū patrem, intantū vt nihil deeſse dicat quod non per illum operatus ſit Chriſtus ad exhortationem gentium, dādo ſigna & prodigia per manus eius, vt prædicationem eius virtus cōmendaret. Hinc eſt vnde gloriam ſe oſtendit habere in Chriſto ad deum. Seruiens enim Chriſto gloriā habet ad deum, intantum vt indigere nō habeat aliquid diuinæ virtutis, quod ſibi præſtitū non ſit à deo: ſed omnia ſe, quia idoneus inuentus eſt diſpenſator, cōſecutū, quæ ad cōuerſionē gentium per ſignorum virtutē proficerēt, profitetur: quod eo proficit, E vt ſe nō minus potuiſſe probet q̄ cæteri apoſtoli qui fuerant cum domino, nec aliquid minus inter gentes virtutum operatū eſſe deum, vt per hoc ipſum creſcant, videntes hanc ſe gratiā aſsecutos, quam aſsecuti erant Iudæi, qui ſibi prærogatiuā vendicant patrum. ¶ Ita vt ab Hieruſalem in circuitu vſq; Illyricum repleuerim euangelium dei, & filii eius IESV Chriſti. Sic autem hoc prædicaui euangelium non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſupra alienum fundamentum ędificarem.) Non ſine cauſa illic ſe prædicare niti dicit, vbi non nominatus eſt Chriſtus, ſciens pſeudoapoſtolos aliter quā oportebat Chriſtum tradere. Ad hoc enim circumibāt. vt ſub nomine Chriſti aliis dogmatibus populum manciparent: quod poſtea corrigere maximi erat laboris. Idcirco pręuenire voluit, vt inuiolatæ prædicationis verba traderet audientibus, & integra linea ſuperficies ordinata, incolumis fundamenti robur haberet. Et quia magiſter datus eſt gentibus, oportebat eum ſolicitē hoc curare, vt illic doceret vbi Chriſtus nō fuerat nunciatus, & vt authoritatem ſuā firmaret, & laborum ſuorū plenum fructum F haberet ex iis quos plātauerat. Hinc eſt vnde omnia loca eccleſiæ occupauit. Hæreſes enī poſtea ſubtilitate malignantes, ſub nomine Chriſti legis & fidei ſenſum corrūpere nitebātur. Quod teſtimonio legis monuit, dicēs ¶ Sicut ſcriptum eſt: Quia quibus non eſt annūciatum de eo, videbunt: & quí nō audierūt, intelligēt,) In Eſaia Eſa.52. habetur. Vt ergo hic intellectus verus atq; inuiolabilis: eſſet de vero dei filio, ſe feſtinaſſe ſemper dicit imbuere gentes euangelica veritate. ¶ Propter quod impedie bar plurimū venire ad vos, nunc vero vlterius locū nō habens in his regionibus, cupiditatē habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis, cūm in Hiſpaniā proficiſci cœpero, videbo vos, & à vobis præmitti illuc, ſi vobis primū ex parte fruitus fuero.) Quod in capite epiſtolæ memorat, dicens: Quia ſæpe, inquit, propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſq; adhuc: nūc abſoluit, oſtendēs qua cauſa impeditus ſit, vt volēs venire aliud ageret q̄d imminebat vt excluderet pſeudoapoſtolorū praua commenta: & deniq; poſtquā omnibus in circuitu prædicauit, iā vacare ſibi dicit venire Romam, quod olim optauerat. Romanos igitur, quia in lege in-

G ducti fuerant,interim per epistolam corrigit. Illos autē qui non audierunt adhuc prædicationem-, vtilius esse præsentia sui doceri,vt fundati recta fide difficile aliud aliquid reciperent. Venturum tamē se promisit tempore quo ad Hispaniam erat iturus,quia illic Christus non erat prędicatus,vt occuparet mentes illorum. Et quia pseudoapostolis difficile fuit iter ad illos , ideo tardius si iret,non erat molestum. ¶Nunc vero proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierosolyma.) Prius tamē iturum se dicit ministrare sanctis Hierusalē: per quam rem Romanos scire vult quia huiusmodi operib⁹ studē dum est. Qui enim per misericordiam viuunt, & iustificati sunt apud deum,huic inseruire debent. ¶Debitores enim sunt eorum:quoniam si spiritualium eorum participes factæ sunt gentes,debent & in carnalibus ministrare eis.) Quippe cum debitores eos dicat Iudæorū credentium,vt sicut in spiritalibus participes eorū facti sunt,ita & hi communicent corporalibus necessitatib⁹ illorum, vt gaudentes ex Iudæis credentes collaudent prouidentiā dei in salutē ipsorum p ministeriū eorū.Hi enī totos se diuinis dedētes obsequiis, & nihil mūdanū curantes,exemplum bonæ conuersationis præbebāt credentibus.Intantum denīq; nos humanos & misericordes vult esse apostolus,vt & debitores nos dicat circa eleemosynam largiendā,& bonis operibus exercendum cum alacritate cordis:quia qui misericordiam à deo sperat,debet esse misericors, vt probet se recte hanc spera
H re: q̄a si homo miseretur,quāto magis deus? Retributio enim hęc est vel merces,vt qui accipiunt misericordiā,
Mat.5. misericordiam faciant. Vnde dominus,Beati inquit, misericordes ipsorum enim miserebitur deus. ❧Hoc igitur cum cōsummauero , vt assignauero eis fructū hunc proficiscar per vos in Hispaniam. Scio enim quoniam veniens ad vos,in abūdantia benedictionis Christi veniam.) Certus de dispositione & gratia dei, promisit se in abūdantia benedictionis venturum quā prædicat Christi.Benedictio autem hæc signorum virtus est per quam confirmati sunt. Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum IESVM Christum,& per charitatē spirit⁹ sancti,vt solicitudinē impartiamini mihi in orationib⁹ pro me ad dominum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa.) De hinc orat vt adiuuetur in orationibus vt euaderet manus Iudæorum infidelium: nō quia ipse minus mereatur,sed ordinem sequitur, vt ab ecclesia fiat oratio pro rectore suo. Multi enim minimi dum cōgregantur,vnanimes fiunt magni,& multorum preces im-
I possibile est vt non impetrent.Si ergo & ipsi cupidi sint videndi apostolum, impensius orent vt inde liberatum possint susc̄ipere illum in gaudio charitatis. Et munerum meorū oblatio accepta fiat in Hierosolyma sanctis vt veniam ad vos cū gaudio per voluntatem IESV Christi,& refrigerer vobiscum.) Etiam hoc orandum dicit vt ministratio munerum eius accepta fiat sanctis in Hierusalem,& omnia cum voluntate dei facere se ostendat vt quia deuotus est animus eius ad ferenda munera,etiam illorum animo dei iudicio respondere sibi vult , vt intellecta charitate illius erga se cū illo vnanimes deo gratias agant.Magnus enim profectus est ei cuius ministerio lęti effecti,deū laudibus prosequūtur. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. amen.) Deus pacis,
Ioan.14. Christus est,qui ait:Pacem meā do vobis,pacē relinquo vobis.quem optat esse cum his,sciens dixisse IESVM:Ec
Mat.28. ce,ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi.Tales ergo istos cupit esse, vt sit cum illis dominus Christus IESVS,qui amputata omni discordia erroris humani dedit,ac ostendit quid sit verum vt in ipsa veritate maneant pacifici.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

COMMENDO autem vobis Phœben sororē nostrā K quæ est ministra ecclesiæ apud Cenchris, vt eam susc̄ipiatis in domino digne sanctis,& assistatisil li in quibuscūq; desiderauerit vestri, etenim ipsa quoq; astitit multis,& mihi.) Phœben veniētem cōmendat sororem communem,id est,de lege, quam vt meritò commendet,ait hanc ministrā esse ecclesiæ Cenchris & quia multis adiutorio fuit,dignam ipsam dicit adiuuā dam peregrinationis causa . Vt autē sine intermissione excipiendam illam & assistendū illi in necessitate,si perueniisset,suaderet,etiam sibi illā affuisse testatur:vt quāto sublimior persona eius cæteris sit, tanto magis redde re huic debitū obsequiū per charitatem ostenderet.
¶Salutate Aquilam & Priscillā aduitores meos in Chri sto IESV,qui pro anima mea suas ceruices supposuerūt quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesię gentium,& domestica eorum ecclesia.) Hi ex Iudæis fuerunt, qui credentes facti sunt socii laboris apostoli, quia recte crediderant,vt etiam ipsi exhortarentur cæteros ad fidem rectā.Deniq; Apollo quāuis fuerit exercitatus in scripturis, ab his tamen viam domini diligentius instructus est,ideo socios laboris sui dicit eos,sed i Christo IESV.Cooperarii enim eius fuerunt in euāgelio dei. Aquila vir Priscillæ est.quos non ociose Romam venisse manifestum est.Propensiores enim erant in dei deuotione.Nam ad confirmationem Romanorum, ii omnes quos salutat,his fuisse intelliguntur . Vnde dicit non solum se,sed & omnes gentium ecclesias gratias his referre,tangens & Romanos,vt his obediant,quos ad profe- L
ctum gentium audiunt laborare ad exhortandam fidem in Christo. Quos intantum laudat , vt pericula pati pro eo non abnuerent.Inimicitias enim & Iudæorū & falso rum fratrū subire nō aspernati sunt,dummodo apostolum obsequiis & charitate iuuarent. Falsi fratres ii erāt, qui credētes in Christū,legē tamen seruandā dicebant, non sufficere ad plenū salutis effectū Christū putantes: quod Apostolus destruebat : quare & persecutiones ab his patiebatur.Horū etiā domesticos & vernaculos salutat,quos ecclesiā appellat, quia sanctorum virorū erant discipuli circa fidem. ¶Salutate Epænetū dilectū mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo.Huius Epæneti etiam præsentem dignitatem non tacet,vt ostendat & dignitos credere, & inuitet primos Romanorū ad fidem , aut certe humiles crescerent. ¶Salutate Mariam,quæ multum laborauit in vobis.) Cōmonet hos nomine Mariæ quam intelligimus ad exhortationem illorū impensius laborasse,vt gratias illi agant. ¶Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & cōcaptiuos meos qui sunt insignes in apostolis,qui ante me fuerunt in Christo IESV.) Hos cognatos & iuxta carnem & secundum spiritū, quomo do & angelus dixit ad Mariam:Ecce Elizabeth cognata Luc.1.
tua &c.quos etiam apostolis priorib⁹ obsecutos cum te M
stimonio sui declarat,& secum per captiuitatem passos fidei causa,ideóq; istos plenius honorandos. Salutate Ampliandum dilectū mihi in Christo.)Hunc quasi amicum salutat,sed in domino amicū, non tamē q interfuerit labori eius aut captiuitati. Salutate Vrbanū adiutorem meū in Christo.)Nō solum istum suū adiutorem dicit,sed & cæterorū fuisse sociū in exhortatione credulitatis. Stachin quoq; dilectum meum.) Hūc Stachin quāuis dilectū vocet,tamē subiicit illum Vrbano participi operis euangelici . Salutate Apellen probum in Christo.)Hunc Apellen non quasi amicū suum aut participē operis salutat,sed propter quod tentationib⁹ probatus est,& in Christo fidelis inuentus . Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo.) Aristobolus iste congregator fuisse intelligitur fratrū in Christo: cui⁹ factū sic probat,vt eos quos cōgregabat:dignos salutatione sua designet. Salutate Herodionem cognatum nostrum.) Hūc quem cognatum tantū vocat,ostendit deuotum in charitate renascibilitatis,nō tamen vigilantiā illius de-

A signauit. ¶Salutate eos qui sunt ex Narcisi domo , qui sunt in domino.)Narcissus hic illo tēpore presbyter dicitur fuisse,sicut legitur in aliis codicibus. Et quia præsens nō erat,videris qua causa eos in domino salutet vt sanctos qui ex eius erāt domo.Hic autē Narcis⁹ presbyter officio peregrini fungebatur exhortationib⁹ firmās credentes,& quoniā non sciebat Apostolus merita illorum qui cum illo fuerant,sic dixit:Salutate eos qui sunt ex Narcisi domo in domino,hoc est,quos scitis dignos esse ex his salutatione mea,qui in domino posuerūt spē suā,illos salutate nomine meo . ¶Salutate Triphenā & Triphosam,quæ laborāt in domino .) Has vno honore dignas declarat in Christo . ❧Salutate Persidē charissimā,quæ multū laborauit in domino.) Ista antepositā videtur supradictis,quia multū laborauit in domino. Labor hic in exhortatione est, & i ministerio sanctorū , & in pressura,& in egestate propter Christū , quia domus suas relinquebāt fugati,& opprobrio erāt ifidis. ¶Salutate Ruffū electū in domino,& matrē eius & meā.) Ideo istum Ruffū præposuit matri propter electionē administrationis gratiæ dei,in quo mulier locū non habet.Electus enim erat,id est,promot⁹ à domino ad res eius agēdas.Matrē tamen tā sanctā habuit,vt Apostolus suā quoque matrē hanc vocaret. ¶Salutate Asincletū,Phlegontam,Herman,Patrobā,Hermen , & qui cū eis sunt fratres.)Hos simul salutat,quia sciebat eos esse concordes in Christo,hoc est,iunctos in amicitiā Christianā. Salutate simul & fratres qui erant cum eis,quorū nomina prætermisit. ¶Salutate Philologum,& Iuliā,& Nereum,& & sororē eius Olympiadē,& omnes qui cum eis sunt sācti.)Hi omnes vnanimes intelligūtur fuisse, quos hac causa simul salutat,quorum meritū ex iis qui simul cum
B eis erant dinoscitur.Sanctos enim nuncupat eos,vt merito illos salutare videatur .¶Salutate inuicē in osculo sancto.)Omnes quibus scribit & quos nominat,iubet salutare se inuicē in osculo sancto,id est, in pace Christi, non in desiderio carnis,sed in spiritu sancto,vt religiosa sint oscula.nō carnalia. ¶Salutant vos omnes ecclesiæ Christi.)Per hoc intelligitur dici ecclesiam , quæ nō sit Christi.Vnde & Dauid cōspirationē iniquorum ecclesiam malignantiū vocat.Omnium ergo locorū illorum ecclesias dicit eos salutare,vt crescant in fide. Hoc ergo ad superiorē sensum retulit,vt ostēdat Christū esse in quo salus est,& hunc esse cuius populus fidelis est & cui⁹ nutu viuit cūcta creatura. Author enim vitæ hic est,sicut dicit Petrus apostolus,non lex in qua quidā illorum putabant sperari debere. ¶Oro autē vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter
C disciplinā quam vos didicistis,faciūt,& declinate ab illis.Hi enim tales Christo domino nostro non seruiunt. sed suo vētri,& per illecebras ac blandimenta sermonū deprauant corda innocentiū.Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est.) Hoc in loco de personis rupit pseudoapostolorū ,quos in tota epistola cauendos mōnuit,sicut & nunc,sed sine manifestatione traditionem illorū compressit.Hi enim cogebant credentes Iudaizare,vt dei beneficiū circa se inanirent,sicut supra memorauit . Compositis enim genealogiæ verbis tractatus sibi coaptabant ad cōmendationē traditionis suæ ,per quos simpliciū corda deciperēt.Vestra enim obedientia, inquit,in omnē locum diuulgata est: hoc est quod in primordio epistolæ dicit,quia fides vestra prædicatur i vniuerso mundo.hoc significat,quod securus sit de obedientia eorum:Erat enim incredulum quod se subiicerēt post cognitā veritatem rei stultæ quasi prudētes. ❧Gaudeo igitur de vobis.)Et hic sēsus de superiore parte epistolæ est. Gaudet enim quia Romani qui regnū habere videtur,subiecerūt se fidei Christianæ. ¶Volo vos prudentes fieri vt eruditi sitis in bonū,rudes vero in malum.Eruditus in bono hic est,qui bona operatur . Rudes autē in malum ii sunt,qui ignorāt opera mala,id est, vsum malitiæ nesciunt. ¶Deus autem pacis cōteret Satanam sub D.
pedibus vestris velociter.) Id est breui.Hoc de aduentu suo dicit,quia aduētus eius opprimeret diabolū ob hoc quod isti spiritalē gratiā accepturi erant:cui rei inuidet Satanas,quia vult homines permanere in errore,vt discrepent cū sint vnius professionis . ¶Gratia domini nostri IESV Christi vobiscum.)Gratiam quā promisit illis in aduentu suo,iam optat esse cū illis.Si enim merentur accipere iam cū illis in spe.Salutat vos Timotheus consors laborum meorum , & Lucius & Iason & Sosipater, cognati mei.) Timotheus cōsors laborum eius est quasi coepiscopus,& cum magna solicitudine ecclesiam gubernabat positus in inuidiam Iudæorum,vsq; adeo vt inter initia circumcideretur propter scandalū Iudæorum, vt quia matre Iudæa erat,doctor esse non posset incircūcisus.Illos vero cognatos dicit,partim generis , partim fidei causa. ¶Saluto vos ego Tertius qui hanc epistolā scripsi in domino.)Tertius nomine,nō numero, hic est scriba epistolæ , cui cōcessit suo nomine salutare plebē Romanā,ad quam scribit vt cęteros salutent quos nominat.Adhuc enim rectores ecclesiis paucis erant in locis.
¶Salutat vos Caius hospes meus,& vniuersæ ecclesiæ.) Hic Caius,vt arbitror ad quē scribit Ioannes apostolus exultans in charitate eius quam exhibebat fraternitati, præbens sumptus illis necessarios. Et cū superius dicat, Salutāt vos omnes ecclesiæ Christi:nunc iterat dicens: Salutāt vos vniuersæ ecclesiæ,quod puto non ociosē iteratum,Nihil enim tantus vir & tam tractabilis superflua ponebat.Sed quia salutāt vos,inquit,omnes ecclesię Christi,id est,omnes sancti sicut alio loco dicit: Qui au- Gal.5.
tem sunt Christi,carnē suam crucifixerunt, nunc subie
cit etiam hos salutare qui sequētes sunt , vt benedictum E
populum significet ecclesiæ, quia in omni ecclesia duo sunt populi.Potest & duarū prouinciarū nominasse ecclesias, vt primum vnicus,deinde alterius loci dixisset omnes ecclesias , aut certe Iudęorum & gentilium.
¶Salutat vos Erastus,dispensator ciuitatis, & Quartus frater.)Dispēsator ciuitatis est quasi curator, qui dictante iustitia gubernabat ciuitatē,maxime in preciis moderandis.Hos omnes ideo nominatim enumerat in salutatione Romanorum,vt scirent quales & quanti congaudent bono cœpto illorum. ¶Ei autē qui potest vos stabilire secundum euangelium meum, & prædicationem IESV Christi,secundum reuelationē mysterii quod temporibus æternis in silentio fuit , manifestatum est autem nunc per scripturas propheticas secundum imperium æterni dei,ad obedientiā fidei in omnes gentes cognitū, soli sapienti deo per IESVM Christū,cui gloria in secula seculorum:Amē.)Deo patri ex quo sunt omnia , dat gloriam,vt cœptum Romanorū,quia potens est,dignetur implere,confirmando in fide animas eorum ad pro
fectum euangelii,& reuelationem mysterii absconditi à F
seculis,manifestatí autem per Christum,vel in Christo. Sacramentum enim quod latuit semper in deo,temporibus Christi declaratū est,quia non singularis est deus, quia est apud illum ex æternis & fermo & paracletus, in qua veritate omnē creaturam decreuit saluam fieri per agnitionē. Cuius quidem sacramēti veritas per prophetas fuerat designata figuris quibusdā,soli deo cognitum sapienti:cuius gratiæ participes voluit esse gentes,quod latuit genus hominum. Solus ergo est sapiens, quia ab ipso est omnis sapientia,sicut dicit Salomō:Omnis sapientia à domino deo est,& cum ipso fuit semper. Sapien- Eccli.1.
tia ista,Christus est:quia de ipso est:& cum illo erat semper,per quem ipsi gloria i secula seculorum. Amē.Ideo nihil sine Christo plenum,quia per ipsum sunt omnia: qui cū agnoscitur,datur deo patri laus per ipsum , quia intelligitur per Christum,quasi per sapientiam suam in qua saluos facit credentes.Gloria ergo patri per filium, hoc est,ambobus gloria in spiritu sancto,quia vterq; in vna gloria est . ¶Gratia domini nostri IESV Christi

G cum omnibus vobis.amen.) In conclusione Christum ponit,per quem facti, & iterum reformati sumus gratia eius,vt mẽtibus nostris hæreat:quia si beneficiorum eius memores simus,semper nos tuebitur, sicut dixit: Ecce, Mat.28. inquit,ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

COMMENTARII. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD CORINTHIOS PRIMAM.

PRAEFATIO.

PRAECEPTO domini admonitus apostolus resedit apud Corinthios annum vnum,& mẽses sex,docens inter eos verbum dei. Hinc est vnde magna cum fiducia & charitatis affectu agit cum eis,ali quando commonens, aliquando arguens,aliquando blandiens vt filiis. Nam multę causę sunt propter quas scribit ad eos. Quarum prima hæc est,quod more hæreticorum dissentientes ab inuicem,hominib⁹ devoti,Pauliani, & petriani,& Apolloniaci dici volebant, non Christiani: quod valde exprobrat apostolus. Erant tamẽ inter eos qui ab his dissentirent,Christo soli dicati. Secũda hæc est, quia eloquentia delectari cœperant & terrena philosophia, vt sub nomine Christi iis imbuerẽtur quæ cõtraria sunt fidei. Tertia,eò quòd inflati essent quòd nõ iret ad illos Apostolus. Quarta,propter fornicatorem fratrẽ quem inter se esse patiebãtur. Quinta, vt commoneret de præterita epistola,quam ante hanc quæ prima dicitur scripserat. Sexta,quia inuicem sibi iniurias & fraudes faciebant,& infidelium potius examina requirebant. Septima causa est,in qua designat licere sibi sumptus accipere,sed contẽnere, ne forma esset rapacibus pseudoapostolis. Octaua vero est, vt respondeat epistolæ illorum. Perturbari enim cœperant ab hæreticis de matrimoniis Nona est,in qua declarat sic debere vnumquemq; manere vt credidit. Decima autem de virginibus,eò quòd nihil fit sibi præceptum. Et reliquæ sunt causæ quæ in corpore videbuntur.

CAPVT PRIMVM.

I PAVLVS vocatus apostolus Christi IESV p voluntatẽ dei.) Ad Romanos aliter cœpit quia altera causa est: Hic vero apostolũ se esse Christi IESV dei voluntate scribit, qa omnia quę egit,filii dei egit voluntate,qui dixit ad Paulum: Vade, ego longè ad gentes mittam te. Hinc vocatus est apostolus, hoc est dei voluntate missus ad gẽtes. Per quod etiã tãgit illos quos neq; Christus miserat,neq; verum erat quod docebãt. Deum enim & Christum ideo frequẽter nominat, vt Christum deũ nõ ipsum patrẽ ostẽdat,sed esse Christum filiũ, esse & deũ patrem,non vnionẽ cum ostenditur filium dici. Multæ enim sectæ emerserant,quæ euangelium Christi pro sensu sui arbitrio aserebant, ex quibus rami aridi extant nunc vsq;,quarum asertores ecclesias euertebãt. Hinc apostolus omnia quę hæresibus contraria sunt ponit,ac se verũ prædicatorem per id quod à Christo dei voluntate missus est,aseuerat. ¶ Et Sosthenes frater.) Etiam istum sua commendat societate. ¶ Ecclesiæ dei quæ est Corinthi,sanctificatis in Christo IESV.) Propterea ecclesiæ scribit,quia adhuc tunc singulis ecclesiis rectores non erant constituti. Et cũ in multis arguat,eos,ait: Sanctificatis in Christo IESV. Sed ideo quia regenerati in Christo,sanctificati sunt: post autem cœperant male cõuersari,vt ostenderet omnem ecclesiam sanctificatã fuisse in Christo,sed quosdam illorũ praua doctrina pseudoapostolorũ euersos à traditione veritatis. ¶ Vocatis sanctis.) Hoc est,vocati estis vt sancti sitis: ęp est,vt non recedatis à regula sanctificationis. ¶ Cum omnib⁹ qui inuocant nomen domini nostri IESV Christi, in omni loco ipsorum & nostro.) Id est,cum Iudæis veris iungit Ioan.4. & gẽtes,quia salus ex Iudæis est,vt in omni loco vbi gẽtes quæ inuocant nomen domini nostri IESV Christi, & vbi Iudæi supra memorati sunt, similiter sint omnes vnũ. Pseudoapostoli enim qui nomẽ Christi per prudẽtiam mũdi prædicabant,id est admixta philosophia,verterẽ legẽ & prophetas reprobant. Negabant enim Christũ vere crucifixũ,sed tantũ visum crucifigi,sicut Marcion & Manichæus. Vnde Apostolus: Nos autẽ, inquit, prędicamus Christum crucifixũ. Neq; carnis resurrecti onem fatebãtur,quod propheta Esaias clamat, dicens: Qui in monumentis sunt,resurgent. ¶ Gratia vobis & pax à deo patre nostro,& domino IESV Christo.) Ne quia dixerat: Qui inuocant nomẽ domini nostri IESV Christi: patris aut nomen aut donũ tacuisse videretur, & suspitionem forte aut occasionem daret vnionis,docet quidem Christum rite inuocandum,sed omnẽ gratiam esse patris,vt & duos qui vnum sunt,per diuinitatẽ ostenderet & patris authoritatẽ præferret. ¶ Gratias ago deo meo sẽpèr pro vobis.) Quãq; omnib⁹ in ecclesia scribat,sed ita significat cũ aliquãdo corripit,aliquãdo laudat,vt vnusquisq; cum epistola legitur,intelligat quid pro se,quid aduersum se dicatur. In vna enim plebe duobus populis scribit,vt cũ arguit, qui male cõuersantur,sciãt sibi hæc scripta. Similiter & cũ laudat,sciat qui i regula manet,ad se hoc dici. Ideoq; iquit, Gratias ago deo meo semper pro vobis. Super gratia dei quæ data est vobis in Christo IESV.) Datã dicit gratiã à deo in Christo IESV, quę gratia sic data est ĩ Christo IESV, quia hoc constitutum est à deo,vt qui credit in Christũ, salu⁹ sit sine opere, sola fide gratis accipiẽs remissionẽ peccatorum. ¶ Quia in omnibus ditati estis in ipso, in omni verbo,& in omni scientia.) Hoc significat,quia in accepta gratia & in verbo veritatis doctrinæ scientiam spiritalẽ asecuti permanserunt: ideóq; gratias agit in his deo. ¶ Sicut testimonium Christi confirmatũ est in vobis.) Testimonium Christi confirmatum est in his quia roborati ĩ fide nihil de hominibus sperabãt,sed oĩs spes illorũ in Christo erat, nullis voluptatis illecebris capti. ita vt nobis in nullo desit aliqua gratia expectãtibus reuelationẽ domini nostri IESV Christi.) Manifestũ est hũc expectare diẽ iudicii,qui circũspectus solli M citus est. Futurũ iudiciũ dei dicit,in quo domin⁹ noster IESVS Christus reuelabitur tãfidis q infidis, vt cognoscãt increduli,ac sciãt verũ esse quod credere noluerũt, & pereant: fidi vero gaudeãt plus boni inuenientes quã putauerant. Qui & confirmabit vos vsq; ad finẽ sine crimine in aduentu domini nostri IESV Christi.) Alacri animo confisus de spe illorũ,securus est quia inuiolati vsque ad futurum iudicium erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum & perturbationes diuersitatum immutari non potuerunt,proculdubio in eodem mansuros se ostendunt. Cũ hos laudat,illos qui errore Pseudoapostolorum depranati fuerãt, inuitat. Dum enim horum fidem prædicat,illos ad pœnitentiam vocat. Fidelis deus, per quem vocati estis in societatem filii eius IESV Christi domini nostri.) Quis ambigat de promissis & fide dei, quia non erit aliter quàm dixit, filios nos adoptatos sibi,credẽtes in Christum. Hoc enim nobis donat quod credimus, vt quia credimus Christum filiũ esse dei,hoc nos esse incipiamus mansuri in eadem di-

A gnitate,sicut manet Christus quem credimus filium dei Societas enĩ fraternitatis est,vt quomodo fidẽ dei incolumem in hac causa nobis futuram ostendit, ita nos nõ diffidentes & perfidi inueniamur, sed perseuerantes in adoptione.

OBSECRO autem vos fratres per nomen domini nostri IESV Christi,vt idipsum dicatis omnes.) Omnes nunc orat vt vnum sentiant,hoc vtique in quo renati dei filii appellati sunt. Ad omnem enim ecclesiam modo loquitur, vt ii qui dissentire cœperant,reuerterẽtur ad cœptam fidem,quam videbãt in his laudari qui in illa perseuerabant. ¶ Et nõ sint in vobis schismata. sitis autem perfecti in eodem sensu,& in eadem scientia.) Perfectos vult eos esse in eodem sensu quem illis tradiderat,vt non discreparent. Ad illorum enim exemplũ quos supra laudat, hos prouocat vt hoc sentiant ac defendant.

PERLATVM est enim mihi de vobis fratres ab iis qui sunt Chloes.) Quanuis euerti fuerant, tamen fratres illos appellat,sicut & in Esaia propheta dicit deus ad illos qui secum erant,vt eis qui pseudo prophetis credebãt,diceremt: Fratres nostri estis vos, vt per id non dissentirent ab his,quasi fratres. Quod autẽ dicit: Ab iis qui sunt Chloes, aliquibus videntur homines esse manentes & fructificantes in fide Christi: aliquibus videtur locus esse,vtputa si dicatur, Ab iis qui sunt B Antiochiæ. Aliquibus autẽ videtur fœminam fuisse deo deuotam,cum qua multi fuissent colentes deum, quib⁹ fides non negaretur,vt quod deferrẽt de Corinthiis,verum esset. ¶ Quod contentiones inter vos sint. Cõtentiones inter eos esse dixerunt,vt ostenderent diuersitatem mentis illorũ de disciplina dominica. Et quę esset, subiecit dicens: ¶ Hoc autẽ dico,qđ vnusquisq; vestrũ dicit: Ergo quidẽ sum Pauli,ego autem Apollo,ego vero Cephæ,ego autem Christi. Errorem ostendit,sed authorũ nomina nõ prodidit. Nec enim in loco stabant, sed circũibãt ad euersionem simplicium. Nam hos quos nominat,sine dubio boni erãt doctores, sed sub eorum specie falsos apostolos tangit. Si enim in his gloriandũ negat, quantò magis in malis doctoribus? quorum doctrinam prauam in subiectis significat. Inter eos tamen hos perseuerantes designat qui dicebant se Christi esse non hominis,quos superius laudat. ¶ Diuisus est Christus?) Diuisum dicit Christum,quia gloriam eius homi C nes sibi partiti sunt. Sicut hæretici qui se aut Fotinianos aut Arrianos,aut Cataphrygios,aut Nouatianos aut Donatianos,aut Manichæos vocari non abhorrent, ita & & Corinthii diuersorum hæreticorum nominibus subiici cœperant, vt viderentur loco Christi homines venerari,qui dum diuersa de Christo accipiunt, diuidunt Christum. Vnus enim hominem tantum accipit Christũ aliter deum purum sine homine vel corpore fatetur, alius dicit per prophetas prædictum Christum,alter negat prophetas de Christo locutos. Cum ergo Christus vnus sit deus & homo,isti sibi alius aliud eius vendicantes diuidũt Christum,& quia sub nomine suo ecclesias faciũt multas. ¶ Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis?) Ideo à se cœpit,ne forte putaretur aliorum ideo refutare personas,vt suam cõmendaret. Si enim Christus pro nobis,inquit,mortuus est,quomodo gratiam eius & beneficium hominibus imputamus ad eius iniuriam? ¶ Aut in nomine Pauli baptizati estis?) Si credentes autem,inquit,in Christum baptizamur,vt in nomine eius iustificemur, quid est vt fidei huius homines nobis authores faciamus immemores cœptæ credulitatis?

GRATIAS ago deo quod neminem vestrũ baptizaui nisi Crispum & Caium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephanæ domum,cæterorũ nescio si quẽ alium baptizauerim.) Gratias agit deo, quia non multos ex illis baptizauit, ne quia error sub hac re cœperat, ex nomine eius error esset in plurimis: per hoc arguens D & baptizantes & baptizatos, qui ad iniuriam saluatoris baptismatis eius gratiam hominibus deputabant,illis dissimulantib⁹ gloriæ causa. Sic enim erãt sicut nũc Nouatiani & Donatiani,qui baptismum sibi vendicant, à nostris baptizatos reprobantes: & baptizati ab his gloriantur in personis eorum. Deniq; Christi nomine abdicati,Nouatianos & Donatianos vocari se gloriantur. Crispus ergo & Caius Corinthii sunt,quos ad testimonium nomĩat,quia sic baptizati sunt ab apostolo vt nullã illi gloriã ex hac causa dandam asererent. Stephanæ autem domus primitiæ sunt Achaiæ, sicut in postrema parte epistolæ significat: quib⁹ testimonium dat,quia in ministeriis sanctis se constituerunt. ¶ Non enim misit me Christus baptizare sed euangelizare.) Quoniam maius est euangelizare quàm baptizare,ideo non se misit baptizare,dicit,sed euangelizare,quia in episcopo omnium ordinationũ dignitas est: caput est enim cæterorum membrorum. Per quod etiam illos humiliat,quibus illi multum dabant,propterea quod ab illis fuerant baptizati: vt ex eo scirent non magnum esse baptizare quia non omnis qui baptizat, idone⁹ est & euangelizare. Verba enim solennia sũt quę dicũtur in baptismate. Denique apostolus Petrus credentem Cornelium cum E suis iussit baptizari,nec dignatus est ministris astantib⁹ hoc corpus opus facere. Si enim defuissent,ipse hoc egerat necessitate compulsus. Quanto ergo melior his sit quos illi venerabantur ostendit, & non tamen hoc nomini suo decerni permisit, scĩs periculosum esse gloriam dei nominis homini vendicare: est enim quasi idololatria. ¶ Non in sapientia verbi,vt nõ euacuetur crux Christi.) Quia prædicatio Christiana nõ indiget pompa & cultu sermonis,ideòque piscatores homines imperiti electi sunt qui euangelizarent, vt doctrinæ veritas ipsa se commendaret tesle virtute,ne hominum versutia & calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis videretur,non veritate,sicut disciplinæ ab hominibus inuẽtæ, in quibus non ratio,non virtus, sed verborum qtĩritur compositio: ac per hoc gloriam suam quærit qui fidem Christi verbis exornare vult. Obscurat enim illã splendore verborum,vt nõ illa sed ipse laudetur. Sicut & pseudoapostoli, ne stulti viderentur prudẽtibus mũdi,in sapientia hominum Christum prædicabant dupli ci genere,vt & eloquentiæ studerent, & ea quæ mundus in nobis stulta iudicat, euitarent, vt neque incarnatum dei filium,& de virgine natũ docerent,neque carnis fu- F turam resurrectionem, quia mundi iĩud sapientiæ ratio stultũ iudicat, ac per hoc apostolus nõ se in sapiẽtia hominum dicit Christum prędicare,ne euacuetur crux Christi,quia qui in sapientia hominis Christum annunciant,negant veritatem prædicationis: sicut supra memorati.

VERBVM enim crucis pereuntibus quidem stultitiae est. Manifestum est quia quibus crux Christi stultitia est, in perditione sunt: infernæ enim morti non sunt erepti. ¶ His autem qui salui fiũt virtus dei est.) Non est obscurum quia iis qui credunt dei virtus est. Credunt enim non infirmitatem esse crucẽ Christi,sed virtutem, intelligentes morte victam esse in cruce: cuius signum qui habent,salui sunt,qtia ab illa teneri non possunt.

SCRIPTVM est enim in Esaia: Perdam sapientiam sapientiũ & intellectum prudẽtiũ reprobabo. Perdit sapientiã sapientiũ, dum quę illi negãt posse fieri, facit. Et reprobat intellectũ prudentiũ, cum deũ quem incuriosum dicũt, aggressum probat ea quæ stulta putant, vt dei filius incarnatus de virgine crucifigeretur pro humana salutę: quod factũ vere testatur virtute, nõ verbis. ¶ Vbi sapiẽs, vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi?) His dictis tam in Iudæos quàm gentiles inuehitur, quia & Iudæorum scribæ & legis doctores

deum filium habere ſtultum putant credi. Simili modo et gentes iſtud deputant. Sed Iudæi, quia hoc non tam apertè in lege ſignificatum eſt, diffidunt: Gentiles vero quia mundi ratio non iſtud recipit, (nihil enim dicit poſſe fieri ſine cõmixtione) ſtultũ iudicant. Cõquiſitor tamen ſeculi hic eſt, qui à conſtellationibus agi mundũ & duodecim ſignis ortus & occaſus fieri decernit calculis, nihil omnino ſine horum motu putans poſſe fieri.

¶ Nónne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi?) Stulta eſt facta ſapientia huius mundi, putans enim ſe ſapere, inuenta eſt imprudens. Quod enim impoſsibile iudicabat, poſsibile declaratum eſt, deum incuriosum æſtimans. Eſt aliquid hac aſseuerationeſtultius, vt feciſſe dicatur mundũ, & curã eius nõ agere? Vt quid fecit, ſi non ad illũ pertinet quod fecit? Sed quia vident quoſdam feliciter mundo frui, quoſdam deprimi, & bene agentes deſpici, maleuolos gloriari, idcirco incuriosum deũ eſſe crediderunt. Qui incuriosum deum eſſe dicit, non negat maleuolum aut iniuſtum. Aut enim iudicaturus eſt mundum, aut iniuſtus eſt diſsimulans de bonis, & patiens fieri mala. Si igitur animaduertant ſepoſito odio diuinæ legis, poſsũt videre cauſam iſtam à nobis terminari, qui dei iudicium expectamus, in quo depreſsi exaltabuntur, & violenti humiliabuntur: quia nõ
Rom.8. eſt perſonarum acceptio apud deum. ¶ Nam quia in ſapientia dei non cognouit mundus per ſapientiam deũ, placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.) Non cognouit mundus id eſt homines deũ in ſapientia eius, quia vnicam maieſtatem illius figmẽtis dederunt vel elementis, diſsimulantes de eo, per ſa-
H pientiam carnis putantes hæc debere coli quæ videntur. Propterea placuit deo prædicationem ordinare quæ illis ſtultitia videretur, vt credentes quæ illi diffidunt, ſalui fierent, illis damnatis. Viciſsitudo ergo hæc eſt, per quam dei cõſilio falſum à vero damnatur. ¶ Quoniam Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt.) Iudæi ſigna petunt, quia non diffidunt potuiſse fieri, ſed an factum ſit quærunt, ſcientes virgam Aaron aridam
Num.17. germinaſſe, & fructum tuliſſe: Ionã à ceto glutitũ, in vẽ-
Ione.2. tre eius tribus die⁹ & tribus noctib⁹ fuiſſe. & viuũ eiectum eſſe. Illud tamen præcipuè quærunt, vt aliquid tale videant qđ, vidit Moyſes, deum in igne: vnde dicũt: Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt deus. cum maius mortuũ Lazarum iam fœtidum quarto die viuum de monumẽto exiſſe vidiſsẽt. Græci vero ſapientiam quærunt, quia nolunt audire præterquam quæ mundi ratione poſsibilia ſunt. ¶ Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixũ Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.) Scandalum eſt Iudæis dum audiũt Chriſtum filium dei ſe profitentem, & ſabbatum euacuantem. Gentibus autem ſtultitia, quia ea audiunt prædicari, quæ dum rationi humanæ non congruunt, inſenſata videntur vt partus virginis, &, reſurrectio mortuorum. ¶ Ipſis vero vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum dei virtutem, & dei ſapiẽtiam.) Suadente virtute, quæ potior verbis eſt, credentes in Chriſtum intelligũt, Iudæi primum qui ſignũ quærebant, Chriſtum dei eſſe virtutem, & Græci ſimiliter vident Chriſtum dei eſſe ſapientiam: illam autẽ mũdanam quam prius putabant prudentiã, maximam eſſe ſtultitiam. Virtus ergo dei eſt, quia per ipſum omnia fecit pater deus. Sapientia autem idcirco, quia per ipſum
Lucæ.10. cognitus eſt deus Nec enim poſſet cognoſci deus, niſi per eum qui eſſet de eo, quia nemo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.

QVIA quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus.) Stultum dei, inquit, non quia verè ſtultum eſt, ſed quia ab hominibus dũ rationi mũdanæ nõ cõuenit, ſtultũ putatur, cũ ſit ratio ſpiritalis: ac per hoc ſapiẽtius dignoſcitur eſſe hominib⁹, quia ſpiritalia plus ſapiunt quã carnalia. Non enim ſpitalia per carnalia ſunt, ſed carnalia conſtant per ſpiritalia, ideóque ſubiecta ſunt carnalia ſpiritalibus. ¶ Et qđ infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus.) Sine dubio cœleſtia vincunt terrena. Quamobrem infirmum dei non eſt infirmũ, quia infirmitas Chriſti magna victoria eſt. Vicit enim cum victus videtur, ſicut ait in Pſalmo 50. Et vincas cum iudicaris. Victor enim exiſtit qui iniuſtè occiditur, reum conſtituẽs à quo occiditur. ¶ Intue mini enim fratres vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnẽ, non multi potentes, nõ multi nobiles.) Manifeſtum eſt quia rari ſunt qui mundi rationib⁹ inflati magis quã eruditi ſunt, hoc eſt qui ſtellarũ motus inſpiciunt & diſcernunt. Ipſos autem dicit & fortes ſecundũ carnẽ, quos & prudentes. Et ideo fortes, quia paſsionem crucis Chriſti infirmã aſſerunt. Iniquitas enim fortis & vincere ſibi videtur ad tempus. Ipſi etiam nobiles per quos ſuperſtitionis ſuæ originem antiquitatis aſsignant, nos nouellos dicentes. Non ergo hanc aſseuerationem elegit deus quæ in paucis eſt.

¶ Sed ſtulta mundi elegit deus, vt confundat ſapientes.) Stulta mundi ſunt, virginem peperiſſe, & dei filiũ crucifixũ. Credi enim ſtultũ hoc putat. ideo de⁹ vt hũc cõfundat, hos elegit qui hoc credunt, quod hic ſtultum iudicat. Cõfunduntur enim ſapientes, dũ quę pauci negãt multos vident fateri. Non eſt enim ambiguum multorũ ſententias, paucorum anteponi ſententiis. ¶ Et infirma mũdi elegit deus, vt confundat fortia.) Idem ſenſus eſt. quia quod pauci infirmũ putant ii qui ſe prudentes exiſtimant in ſeculo, diffidentes de ſpe: à multis virtus aſſeritur, quia multi credunt qđ nõ credunt, ad illorum rubrem. Vident etenim infirma Chriſti nominata, dæmoniis imperare, & prodigia facere. Infirma autẽ ſunt mũdo iniuriæ & paſsio ſaluatoris neſcienti hæc ad virtutẽ ꝓficere, quia ideo iſta pati ſe permiſit, vt vinceret mortem. Iniuſtè enim pati, & poſſe reſiſtere & nolle, gloria eſt patientis, & damnatio occidentis. ❧ Et ignobilia L
huius mundi & contemptibilia elegit de⁹ quæ nõ ſunt, vt ea quæ ſunt, deſtrueret.) Ignobilia ergo & contemptibilia elegit, non quia vere ignobilia & contemptibilia ſunt, ſed ſic iudicãtur à mundo, quia ſprenunt rationes mundanas credendo in Chriſtum, vt ea quæ ſunt vere ignobilia & contemptibilia deſtrueret, quia, ipſi magis iudicandi & condemnandi ſunt qui iudicant. Aſseuerationem enim illorum error inuenit, nec fuit ab initio, noſtra autem diſciplina ab initio eſt. Deſtruitur ergo, dũ ſine teſtimonio nudis verbis aſseritur, noſtra vero nõ verbis ſolis, ſed & teſte virtute probatur. ❧ Vt nõ glorietur omnis caro in conſpectu dei.) Id eſt, vt ſapiẽtia carnis erubeſcat in errore ſui iudice deo. Senſus enĩ carnis eſt diffidere dei potentia virginem peperiſſe, qa hoc mundi ratio qui cognatus eſt carnis, non recipit.

¶ Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto IESV.) Ex ipſo, id eſt, ex deo, qui omnipotens eſt eſſe nos in fide Chriſti. Dei enim propoſitum eſt vt veritatem eius & miſe- M
ricordiam per Chriſtum diſceremus. Veritas eſt myſterium trinitatis. Miſericordia vero, quia cum eſſemus captiui, redemit nos. Qui factus eſt ſapiẽtia nobis à deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio.) Ad confirmationem credentium Chriſtum dei voluntate dicit egiſſe quę geſsit, vt nos ſciamus vere ſapientiã didiciſſe & ſãctificatos eſſe & iuſtificatos & redẽptos à deo per Chriſtum. Nemo enim redimit niſi quod ſuum fuerat. Siue ergo quod redempti ſumus, ſiue quod ſanctificati, id eſt ab opere carnis & idolorum immunditia purgati, ſiue quod iuſtificati,) Iuſtum eſt enim creatorem colere ceteris ſpretis, ſiue quod ſapientes per id quod mundanos didicimus imperitos, totum hoc dei beneficium eſt per Chriſtum. Redemptio tamen noſtra hæc eſt. Obtulit enim ſe Chriſt⁹ diabolo cupienti vt peccati ipſe cõtradictionem auferret, & ſic captiuos eius erueret. ¶ Vt quemadmodum ſcriptum eſt: Qui gloriatur in domino, glorietur. ¶ Hoc ſcriptũ eſt in Hieremia propheta. Hiere.9.

A Dignum eſt quod dicit propheta, vt in domino gloriemur, quia nõ poterit cõfundi qui gloriatur in domino. Opera enim eius & magnificentia in rebus geſtis apparent. Ideóq; confundantur, inquit, in idolis ſuis, qui nõ pluunt, nec fecerunt cælum & terram. Simili modo & qui in hominibus gloriantur, quos ſciunt vtique nullius eſse virtutis. Quare & ait ſcriptura: Vana ſpes eſt in homine.

CAPVT SECVNDVM.

ET EGO cũm veniſſem ad vos fratres, veni non cum eminentia ſermonis aut ſapiẽtię, prædicãs vobis myſterium dei. Neq; enim iudicaui me ſcire aliquid ſter vos niſi Chriſtũ IESVM, & hunc crucifixum.) Quoniã ſuperius gradatim formam diſciplinæ noſtræ oſtendit, nũc ſe nõ aliter illis tradidiſse probat, quãq; oſtẽdit, quia & in humilitate ſermonis, & ſtultitia prædicationis, ſicut mundo videtur, locutus eſt illis de Chriſto myſterium. Quod ideo myſterium vocat, quia quod incarnatum eſt, occultum erat à ſeculis apud deum deus verbum. Hæreticos autem eſse in quibus gloriabantur, quia & per eloquẽtiam prauam doctrina cõmendabant, & prudentiã mũdi ſectantes, crucẽ Chriſti euacuabant, erubeſcẽtes ſtulti appellari à mundo, vt neq; natum Chriſtum ex virgi-
B ne prædicarent, neq; vere crucifixum docerẽt, quia ſtultum videtur dei filium natum homin⁹ fateri & crucifixum. Hos & apoſtolus Ioannes deſignat dicens: Qui ne-
1.Ioan.6. gat Chriſtum in carne veniſſe, antichriſtus eſt: & qui negat filium, nec patrem habet. quia ipſum patrẽ ſibi filium appellatum dicebant. Ex quibus Marcion traxit errorem, qui arguit quæ clauſa videntur, quia non illa manifeſtat, ſed intelligi vult ex eo quod prudentia mũdi inuenitur, quæ eſt religioni inimica. Quæ autem ſunt quę corripit, ex eius iudicio vult diſci, vt quæque noſtra deridet velut ſtulta, ea ſe omnia in Corinthiis reprehendere oſtendat. Corpus enim ipſum memorat, vt ex eo membrorum eius ratio dinoſcatur. Corinthiis tamen manifeſta erant. quia cauſas in quib⁹ arguebantur, non ignorabant. ¶ Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos.) Chriſtũ enim in ſtultitia humanæ ſapientiæ prędicans, odium ſibi & perſecutiones prouocabat, quaſi rem vanam annũcians, & inimicam Iudæis atque gẽtibus. ¶ Et ſermo meus & prædicatio mea
C non in perſuaſione ſapientiæ.) Oſtendit non ſe vt hominum fauorem acquireret, humanæ ſapientiæ placuiſse, neque verborum arti ſtuduiſſe, ſed fidẽ authori exhibuiſſe, qui doctrinam ſuam non ornatu traditiõis humanæ acceptabilem voluit eſse verborum ſtrepitu, ſed ipſis rebus, quia res ante verba ſunt. ¶ Sed in oſtenſione ſpiritus & virtutis dei.) Vt quia verbis, quæ infirma iuxta virtutem ſunt, res fatuæ comptæ prudentes videãtur, deus prædicationem ſuam non teſtimonio verborum voluit commendari, ſed virtutis, vt verbi ſtultitia iudicata factis ſe ſapientium demonſtraret ſpiritali ratione fundata. ❧ Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute dei.

SAPIENTIAM autem loquimur inter perfectos.) Hoc eſt inter eos qui crucem Chriſti virtutis teſtimonio ſapientiam fatentur. Hi enim ſapientes & perfecti ſunt, qui fidem non magis verbis habent quàm reb⁹. ¶ Sapientiam autem non huius ſeculi. Recte ait, ſapientiã nõ huius ſeculi, ſed futuri, in quo veritas dei negantibus apparebit. Hoc enim ſeculũ rationẽ hãc nõ capit infirmitate cogitatiõis terrenæ ¶ Neq; prĩcipum eius qui deſtruuntur.) Manifeſtum eſt non eſſe ſapientiã hanc principum huius mundi q deſtruuntur ab illa. Chriſtianitas enim errores quos hi inſeruerunt excidit, id eſt, idololatriam, auaritiã, & cætera vi-
1.Ioan.3. tia, ſicut dicit Ioannes apoſtolus: Propter hoc venit filiꝰ dei, vt ſolueret opera diaboli. ¶ Sed loquimur dei ſa D
pientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt.) Occultum ſenſum manifeſtare ſe miſsum teſtatur, quem neq; prĩcipes neque poteſtates ſcirent, neq; mundus audierit, ac per hoc ſtultum putari, quia incognitum eſt: Eſse autẽ rationale & ſalutare teſte virtute, cui omnis intentio cedit ratiocinationis humanæ. Abſcondita eſt ergo dei ſapientia, dum non in verbis, ſed in virtute eſt, nõ humana ratione poſsibilis, ſed ſpiritus efficacia credibilis.

¶ Quã prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriam nõſtrã.) Vſque adeo vera ſapiẽtia & cum deo ſemper fuiſſe declaratur, vt ante ſecula prædeſtinata in gloriam nõ ſtram dicatur qui credimus. Præſcius enim deus errores futuros in mundo quem erat facturus, hoc decreuit ad confuſionem illorum qui ſibi ſtultitiam ſapientiam facturi erant, ad noſtrã autẽ gloriã qui crẽdituri eram⁹ & credimus. ¶ Quam nemo principũ huius ſecũli cõgnouit. Si enim cognouiſſent, nũnquam dominum magneſtatis crucifixiſſent.) Principes hui⁹ ſeculi nõ ſolũ homines accipiendos Iudæorum ac Romanorum, ſed & hos prĩcipes ac poteſtates quos ſupra dixit, ad quos vere pertinet dictum hoc, aduerſus quos nobis colluctatio eſt, ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, quia cõſilio ac vo- Lucæ.4.
luntate illorum crucifixus eſt Chriſtus. Deniq; poſt tẽtationes diabolus receſsit, ait, vſq; ad tempus. Et ipſe do E
minus: Princeps, inquit, huius mundi venit, & in me Ioan.14.
inuenit nihil. Principes ergo huius ſeculi per ignorantiam dominum maieſtatis crucifixerunt. Nam Iudæorum principes quomodo principes huius ſeculi poſsũt intelligi, qui erant ſubiecti regno Romano? Et neque Romanorum principes crucifixerunt Chriſtum, quippe cum dixerit Pilatus: Nullam cauſam mortis inuenio Lucę.23.
in eo. Vnde & manus lauit dicens Iudæis: Innocens ego Mattli.27
ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis. Hi ergo principes crucifixerunt dominum, quos de triumphauit libere in ſemetipſo, quanuis dicat Marcus euangeliſta de de monibus, Sciebant enim Chriſtum ipſum eſse IESVM. Sciernt quidem ipſum eſse, ſed qui in lege promiſsis erat: myſterium tamen eius quo filius dei eſt, neſciebãt. Hoc etiam & Petrus apoſtolus ad populum Iudaicum dixit: Scio fratres quia per ignorantiã egiſtis hoc malũ, ſicut & principes veſtri, non tamen huius ſeculi. Si ergo per ignorantiam ſertur occidiſſe dominum, peccatum eis adſcribi non debet. Sed non licet ignorare. Et quanuis dominum eſse neſcirent, tamen quia rem impiam faciebant, non erant neſcii. Dominus tamen maieſtatis crucifixus dicitur, cùm mori neſciat. Sed quia verbum F
caro factum eſt, id eſt dei filius incarnatus homo factus eſt, ipſi adſcripta eſt mors: quia Iudæi non vtique carnẽ perſecuti ſunt, ſed eum qui operabatur per carnem: ac per hoc quanuis dominus maieſtatis mortem ignoret, quantum tamen ad Iudæorum votum pertinet, & ad prĩ
cipem huius ſeculi, dominum occiderunt in carne. Eſa.64.

¶ Sed ſicut ſcriptum eſt: Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quæ præparauit deus diligentibus ſe.) Hoc ſcriptum eſt in Eſaia prophe ta aliis verbis. Per hoc exemplum inopinatam rem factam, & quæ non ſolum in humanum ſenſum non caderet, ſed & cæleſtes potentias lateret dei fcilicet filium in carnatum, vt quod ſupra dixerat, firmaret: quia ſi principes huius ſeculi deum hominem factum non intellexerunt, quantò magis homines? Sed ſi verba offendiculum vel ſcandalum faciẽbant, virtutibus tamẽ & ſignis fides non debuerat denegari. Infirmitati enim & ignorantiæ humanæ virtus debuerat preponi, & credi quod humanæ rationi impoſsibile videbatur: ideóq; dil- gentibus deum, id eſt, credentibus præparauit donum hoc,

OMNIS vero reuelauit deus per ſpiritum ſuum.) N
Quia principes ſeculi hoc ignorabant, deus hoc per ſpiritũ ſuum reuelauit credẽtib⁹: quia res dei

G non potest sine spiritu dei addisci. Nam non solũ hominibus sacramentum istud missum se dicit declarare: sed & principibus & potestatibus in cælestibus, qui dominum crucifixerunt, vt hoc prędicante in terris, discãt qui sunt in carnalibus cælis, qui degunt sub elementis firmamenti. Hic ergo singularis apostolus est, qui hanc gratiam consecutus est quia trinitatis mysterium à nullo sic potuit explanari: vnde & vas electionis diuino iudicio vocitatus est. ¶ Spiritus enim õnia scrutatur, etiã
Actuũ.9. profunda dei.) Quia enim de deo est hic spiritus, omnia nouit dei. Profunda autẽ ideo ait, quia omnem virtutem & præscientiam eius nouit: quod omnino creaturæ impossibile est. ¶ Quis enim scit hominum ea quæ sũt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?) Manifestum est cogitationes nostras à nullo sciri, nisi ab animo nostro, quem spiritum dixit. Denique in euãgelio inter cætera sic ait: Et spiritus eius reuersus est ad illam. ¶ Sic & quæ in deo sunt, nemo nouit nisi spiritus dei.) Hic spiritus dei docuit nos quod scit naturaliter non doctus, & docuit nos de mysterio Christi, quia nõ solum spiritus dei est, sed & Christi.

Nos autem non spiritum huius mundi accepimꝰ sed spiritum qui ex deo est.) Hinc scimus quia spiritũ q de deo est accepimus, quia mundi spiritus non potest scire quæ ab hoc nobis insinuata sunt. Spiritus tamẽ mũdi hic est, per quẽ arripiũtur phanatici, qui sine deo sunt. Est enim inter mundanos spiritus potior, vnde solet coniecturis quæ mundi sunt diuinare, quẽ pythonem appellant. Hic est qui per verisimilia fallitur & fallit, hic est qui per Sibyllã locutus est, sẽ-
H sum nostrorum secutus, locum volens inter cælestes habere. ❧ Vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis.) Quia enim dei spiritus datus est nobis, scimus quæ à deo donata sunt nobis. Nõ enim possemus scire si mundi spiritũ haberemus, quia non potest scire mũdi spiritus. Sensum enim dei nemo nouit nisi qui de deo est spiritꝰ dei. Inferiora enim non possunt superiorum scire cõsilium neq; creatura conditoris sui dinoscere volũtatẽ. ¶ Quę & loquimur.) Vt hinc manifestũ sit scire nos quę à deo nobis donata sunt, quia hęc & loquimur, vt & alii discãt per doctrinam spiritalem. Prædicatoribus enim, id est, apostolis, insinuata diuinitus sunt quę traderent populis, & addiscerent principes huius seculi quid admisissent mali. ¶ Nõ in doctrina verborum humanę sapientiæ, sed in doctrina spiritus.) Verba enim humanæ sapientiæ hunc sensum non vident, neq; literatura studiis apprehẽditur, sed per fidem spiritali ratione cõcipitur,
Esaiæ.7. dicente Esaia propheta: Nisi crediderit is, neq; intelligetis. naturali enim magis lege, quã cursu syderum, & calculis signorum quæ in firmamẽto denotantur, addiscitur. Deniq; credẽtes non humanis verbis, sed naturę suę vident congruere qđ credunt. Opus enim agnoscit opificem: ideóq; euangelium animis nostris loquitur spiritalia, excitans illos ad cognitionem sui creatoris. ¶ Spiritalibus spiritalia comparantes.) Hoc est iis qui mundanam prudentiam refutant, spiritalem efficaciam tradere, quæ mysterio fidei continetur ad illuminãdos sẽsus beneuolorum hominum. Credentes enim quæ mundi sapiẽtia stulta iudicat, spirituales sunt. ❧ Animalis autem homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia est enim illi.) Pecoribus enim similis sensum suũ in terrã deprimit: ideóq; nõ assequitur nisi quę videt, nec putat aliquid posse fieri q̃ quomodo scit. Ideo quicquid alter audit quã nouit, stultitiã iudicat: nihil enim æstimat posse fieri sine commixtione. Vnde ridet audiens deum filium genuisse, quem scit simplicem & incorporeum, & virginem peperisse, & resoluta corpora rursum reuocari ad vitam: cum hæc magis ad laudem dei proficiant vt credatur fecisse cuius operis ratio inuestigari nõ possit. Deus est enim qui fecit. imbecillitatas enim humana stultum putat quod scientia sua non concludit, cũ hoc
I magis stultum deberet habere, & illud prudens, quod K
quia dei factum dicitur, non potest comprehendi. ¶ Et non potest scire, quoniam spiritaliter iudicatur. Humanam traditionem sequentes, dum vnius dei fidem abnegant, spiritaliter factum est, quod ratione carnis inflati putant fieri non posse, & sic reprobi annotati, spiritaliter condemnati sunt. ¶ Spiritalis autem diiudicat õnia, ipse autem à nemine iudicatur.) Quoniã vera ratio spiritalium est, id est credentium, (hoc enim quis nuncupatur quod credit) omnia iudicant. Ipsorum enim exẽplo infidelitas diiudicabitur: ipsi autem à nemine iudicabuntur. Quis enim cõdemnet vera dicẽtem? Cum enĩ
Ioan.3. constet omnes inimicos fidei falsa tenere pro veris, accusatio illorum in irritum iam deducta est, veri iudicio condemnata: quia qui nõ crediderit, inquit dominus, iã iudicatus est. ¶ Quis enim cognouit sensum domini? quis instruxit eum?) Sensus dei est, quo hæc spiritaliter iussit fieri per quem mundi sapientia stulta probaretur, negans posse fieri quod factum est: Quem sensum nullus est qui cognouerit, & displiceat illi vt emendet cõsilium dei: quia qui cognouit, laudat potentiam dei, quem qui omnia negat posse, nec mundũ credit fecisse. Quid enim magnum est vt de se credatur generasse, qui non ambigitur cuncta ex nihilo fecisse? Quippe cum dicat L
Saluator: Apud deum autem omnia possibilia sunt. ¶ Nos autem sensum domini habemus.) Hoc dicit quia credentes participes sumus eiusdem, id est diuinæ scientiæ.

CAPVT TERTIVM.

ET ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.) Nunc hos loquitur, qui propterea quòd seculi adhuc voluptatibus seruiebant, carnales erãt. Quãuis iã baptizati essẽt, & spiritum sanctũ accepissẽt: tamẽ quia post baptismum statim ad veterem hominem fuerũt reuersi, cui abrenunciauerant, dicuntur carnales. Spiritus enim sanctus tunc permanet in eo cui se infuderit, si permaneat in proposito regenerationis: si quo minus, abscedit, ita tamen, vt si reformauerit homo, redeat ad illum. Semper enim paratus ad bonum est diligens pœnitentiam. ¶ Quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.) Quanuis renati essent in Christo tamẽ nõ fuit dignum tradi his spiritalia. Accepta enim fide, quæ est velut semẽ spiritale, nullum fructum deo dignũ fecerunt, vt perfectionis verba mererentur addiscere, sed quasi paruuli imperfectionis sensibus studebant. Apostolus autem vir diuinus, & medicus spiritalis, vnicuiq; secũdũ vires eius tradebat, ne per imperfectionẽ & ĩperitiam quis de rebus spiritalibus scandalũ pateretur. ¶ Nondũ enĩ poteratis.) Ostẽdit apertè non illos M
debuisse audire quæ confirmatis dicenda sunt. ¶ Sed neq; nunc potestis. adhuc enim carnales estis. Hic valde arguit temeritatem illorum qui querebantur dudum se non audisse spiritalia, cum adhuc digni non essẽt audire. Pseudo apostoli enim promiscuè omnibꝰ vno atq; eodem genere tradebant, nullius personam discernentes, vt acceptabiles fierent per hypocrisin commendati: cum cõstet dominum & authorem nostrum Christum aliter populis, aliter discipulis interfatum, & inter ipsos apostolos fuisse distãtiã. Tribus etenim discipulis gloriam suam in monte ostendit, dicens illis vt tacerent visum quandiu à mortuis resurgeret. ¶ Cum enim in vobis æmulatio & contentiones sint, nõne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?) Indignitatis causas ostendit, quia de homine qui sperat auxiliũ, carnalis est. Qui autem spreta humanitate de deo sperat, spiritalis est, quia deus spiritus est. ¶ Cũ enim quis dicat, Ego
Ioan.4. sum Pauli, alius autem, ego Apollo: nõne homines estis?) Sicut enim gloriantes in deo, & de ipso omnẽ gra-

A tiam sperantes, dii dicuntur à deo adoptati. ita & in homine gloriantes, & homines & carnales dicuntur sententia dei concluſi, qui ait: Ego dixi, dii estis, vos autem sicut homines moriemini. A sua ergo persona incipit, ne forte putaretur per inuidiam magis personas illorũ destruere, ostendens magnũ esse errorem, & ad dei cõtumeliam pertinere, quando deo prædicato gloria datur hominibus. Quid ergo minus est à gentilitate, dum adhuc aliquid de hominibus speratur? ❧ Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Ministri eiꝰ cui credidistis.) Vt quia ministri sunt, spes in his non sit, sed in domino cuius ministri sunt. Illi enim gratiarum actio deferenda est, cuius donum est: hi vero serui, quos etiam inuitos oportet dispensare. Nunquid non Moyses coactus est ire ad Pharaonem, & Ionas inuitus missus est prædicare Niniuitis, & Ananias contradicens missus est Saulo manũ imponere? ¶ Et vnicuique sicut dominus dedit.) Id est, sicut voluit & sciuit, diuisit singulis officia ministerii.
¶ Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit.) Plantare est euangelizare, & ad fidem attrahere: rigare vero, baptizare solennibꝰ verbis. Peccata autem dimittere, & spiritum dare, dei solius. Si ergo effectum salutis deus dat, nullo gloria in hac re hominis est. Scimus enim & spiritum sanctum sine manus impositione datum à deo, & non baptizatum consecutum remissionem peccatorum. Nunquid non hic inuisibiliter baptizatus est, quando donum baptismatis consecutus est?
B ¶ Itaque neque qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus.) Et plantata enim solent emori, & rigata ad effectum fœcunditatis minime peruenire nisi det deus vegetam vitam. Quantum ergo ad honorificentiam dei pertinet, nihil est homo: quãtum autem ad ministerium pertinet, necessarius est vt honorificetur quasi seruus, nõ vt aliquid de illo speretur ad iniuriam dei. Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt.) Vnum sunt, quia ambo mercenarii sunt, quanuis diuersa sint illorum officia. ¶ Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundũ suũ laborẽ.) Quãuis enim vnum sint, sed quia maior est qui euangelizat, quã qui baptizat ideo discreuit mercedes illorum: & non solum ad hoc, sed ad doctrinæ synceritatem pertinet, vt mercede sit dignus qui inuiolatam tradit doctrinam.

DEI enim sumus operis participes, dei cultura, dei ædificatio estis.) Hoc ad apostolorum personam pertinet, quos constat dei esse adiutores, dum vicarii sunt Christi, ¶ Secundum gratiã dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui.) Gratiam sibi datam dicit vt dignus esset prædica-
C re Euangelium, vt & hoc dei esse ostẽderet, nõ hominis secundum hanc itaque gratiam vt sapientem architectus. fundamentum se dicit posuisse. Sapiens architectus est qui iuxta disciplinam authoris collocat fundamentũ: id est, qui secundum traditionem saluatoris euangelizat.
¶ Alius autem superædificat.) Superædificia sunt, quæ post prædicationem apostolorum à superuenientibus traduntur aut malis aut bonis doctoribus. Vnusquisque autem videat quemadmodum superædificet.) Id est, vt superædificia congruant fundamento, ne si obliqua fuerint & friuola, ruinam faciant, manente incolumi fundamento: quia si male docuerit, Christi nomẽ permanet quod est fundamentum: doctrina autem mala peribit, sicut dicit dominus: Omnis plantatio quam non plan-
Matth.15. tauit pater meus cælestis, eradicabatur. ¶ Fundamẽtum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus IESVS.) Ideo nomo potest ponere aliud fundamentum, quia quanuis hæretici sint aliqui, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contraias & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. ¶ Si quis autẽ superædificat supra fundamẽtum hoc
D aurum, argentum, lapides pretiosos.) Lapides pretiosi sunt, quos nõ corrumpit ignis. Tria genera posuit præclara in mundo, in quibus bonã doctrinam significauit.
¶ Ligna, fœnum, stipulam.) Tria alia genera posuit, sed friuola, vt in his corrupta & vana doctrina designata dinoscatur. ¶ Qui facit hoc opus, manifestus erit: dies enĩ domini declarabit, quia in igne reuelabitur.) Hoc est, mala doctrina in igne omnibus apparebit. nunc enim quosdã fallit. ¶ Et vniusc uiusque opus quale sit ignis probabit.) Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non inuenerit qđ exurat, manifestat illũ bonũ fuisse doctorem. Mala enĩ & adultera doctrina idcirco in ligno, fœno, & stipula significata est, vt ostẽderetur ignis esse esca. Si cuius opus manserit quod superædificauerit, mercedẽ accipiet. Cum enim nihil in illo sordis inuẽtum fuerit prauæ doctrinæ, vt in bono auro: ita erit vt tres fratres in camino ignis, mercedem vitam æternam cum gloria accepturus: quia sicut aurum, & argentum, & lapides quos ignis non corrumpit, ita & bonus magister incorruptibilis permanebit. ❧ Si cuiꝰ opus arserit damnum patietur.) Opus quod ardere dicitur, mala doctrina est, quæ interibit. Cũcta enim mala peribũt, sicut iter impiorum: quia nõ sunt substantiæ, sed assẽuationes peruersæ. Dãnum autẽ pati, est pœnas perpeti. Quis E
enim in pœna positus iacturam non facit? ¶ Ipse tamen saluus erit, sic tamẽ quasi per ignẽ.) Saluum illũ futurũ dixit, quia nõ interibit substantia qua cõstat: sicut & doctrina mala pibit, quia accidẽs causa est. Ideo autẽ dixit, Sic tamẽ quasi per ignẽ, vt salus hæc non sine pœna sit: quia non dixit, Saluus erit per ignem, vt merito suo ab igni non combustus, saluus fiat examinatus per ignem: sed cum dicit, Sic tamen quasi per ignem, ostendit saluũ illum quidem futurum, sed pœnas ignis passurum, vt per ignem purgatus fiat saluus, & nõ sicut perfidi æternõ igne in perpetuũ torqueatur, vt ex aliqua parte operæ præcium sit credidisse in Christum. Semper enim erubescat necesse est, qui se videt falsum defendisse pro vero. Et simili modo semper fiduciã habebit dei, qui obiecto falso secutus est verum, & spreta impietate succubuit pietati. Extra catholicã enim qcquid est, cõtrariũ est.

NESCITIS quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis?) Templum dei nos esse dicit vt deum in nobis habitare sciamus. In tẽplo enim suo habitet necesse est. Et quia spiritũ dei dicit habitare in nobis, deum significat intelligẽdũ spiritum sanctum: ¶ Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illũ deus. Tẽplũ enim dei sanctum est, quod estis vos. (Hæc idcirco præmisit, vt illos compungat, quitur piter viuẽtes, corpora sua violando corruperunt, maximè ille qui vxorem patris habebat, vt antè esset reus, F
quàm causa illius in mediũ prorumperet. Denique simili, immo eodem modo, cum causam illius iudicat, loquitur dicens: An nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti, quem habetis à deo? Superius templum dei dixit, hoc autem loco templum spiritus sancti. Quis hinc dubitet quia spiritũ sanctũ deũ significauit?

NEMO se seducat.) Id est, nemo, pprio vel humano consilio putet se sibi prodesse. Ad superiorẽ sensũ redit. ¶ Si quis videtur sapiẽs esse iter vos in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiẽs. Hoc dicit qa si quis intelligit salutem promissam, & mysterium incarnationis domini nostri IESV Christi, stulꝰ fiat: id est sapientiã huius mũdi fugiat, vt stultus ab ea iudicetur, & tunc erit prudẽs: quia stultus seculo prudens est deo, dũ credit deũ fecisse quæ ratio mundi nõ capit, sicut supra memorauit. Pseudoapostoli autem prudẽtes volẽtes videri mundo, neq; deum filiũ habere, neq; incarnationẽ verã esse, neq; carnẽ posse resurgere prędicabãt. ¶ Sapiẽtia enim huius mundi stultitia est apud deũ.) Sic stultitia est sapientia huius mũdi apud deum, dũ facit deus

G quod mundus fieri posse negat, sapientiam illius stultitiam probat: & cum multos deos dicant, fides autē vnū probet teste virtute, in prudentia sua confundentur.

Iob.5. ¶ Scriptum est enim Reprehendēs sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.) Istud in psalmo habetur. xciii. Denique idem sensus est. Sciens enim vanas cogitationes illorum, vt stultos esse probaret, sapientiam illorum reprehēdit, ostendens verum esse quod falsum dicebant, & falsum quod verum putabant.

NEQVE nemo glorietur in homine.) Quoniā enim humanę cogitationes & consilia improuida & infirma sunt, non est gloriandū in homine, sed in deo, cuius cōsilium retractari nō potest. Quid enim homines sine deo sapiūt, stultū est. ¶ Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia vestra, vos autem Christi, Christus autē dei.) Alio loco dicit de eodē sēsu: Nos autē seruos ve-
2. Cor.4. stros propter IESVM. Seruos pro ministris posuit, vt non singulos sibi defenderent, cum omnibus vteren-
H tur, sicut, & dominus dicit: Ego sum in medio vestrum non vt ministrer, sed vt ministrem. Nam mundus vtiq; noster est, sed vt de illo secundum dei voluntatem sentiam⁹, & decretos cursus eius in dei volūtate ponam⁹. Et vita præsens concessa nobis est, sed vt modeste illam & cum dei gloria transigamus. Siue mors, vt pro Christo mori libenter habeamus spe promissionis futuræ. Siue præsentia, vt sic præsentibus vtamur ne offendamus. Siue futura, vt futura credentes, ipsis nos magis quia meliora sunt, commendemus. Vos autem Christi, vt quomodo hæc iudicio nostro cōcessa sūt & subiecta, ita nos Christo subiiciamur, quippe cū per ipsū esse cœperimus & in prima origine, & in regeneratione. Christus autem dei. Christus dei est patris sui proprius filius faciens voluntatem eius, vt & nos ipsius faciamus. Si ergo Christi sumus famuli, quid est vt ad eius iniuriam de hominibus aliquid speremus?

CAPVT QVARTVM,

ITA nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorū dei.) Hoc significat, quia minus de illo sentiebāt alii qui Corinthiorū, sed vt hoc homo de illo sentiret quod & de⁹ qui illū elegerat, ideo ministros Christi ait, & dispēsatores mysteriorum dei. Quādo enī nō verborū strepitu, neq; humana sapientia nitebatur, stelligi debuit sacramētū Christi dispēsare, i
I quo nō verba sed virtus fulgebat, nō per qđ homo, sed deus gloriosus videretur. Collega enim piscatorū non aliter quàm illi Christum prædicabat. Cū ergo ministrū se Christi & sacramentorum dei probat, pseudo apostolos notat, & abnegat Christi esse quod tradunt, per id quod discordarent à traditiōe apostolica. ¶ Hic iā quæritur inter dispēsatores, vt fidelis quis inueniatur. Hoc quod dicit, nō solum ad pseudoapostolorum personam pertinet, sed ad reliquorum qui accepta dispensatione, aut verecundia, aut timore, aut certè cōmendationis suę causa constanter arguere trepidabant aut malos sensus aut, mores. Hic enim tam constans erat, vt nec vitæ suæ parceret, dummodo fideliter omnia celebraret. ¶ Mihi enim pro minimo est vt à vobis diiudicer, aut ab humano die.) Quos in tantis vitiis reprehendit, miserum dicit ab his se iudicari: quippe cum nec à iustis iudicādum se sciret. Aut ab humana autem die, hoc est, quia nec à legibus mundo creditis iudicandus erat. Supergressus enim humanā iustitiā, cælesti iustitiæ studebat
Mat.5. sicut dicit dominus. Nisi abundauerit iustitia vestra pl⁹ quam scribarum & pharisæorū, nō intrabitis in regnū dei. Humanū ergo diem cū dicit, significat & diuinum in quo iudicaturus est Christus: quia sicut iurisconsulti K seu pontifices, quos vocant sacerdotes, certos dies quibus iudicatur decreuerunt, ita & dies domini definitus est quo iudicaturus est mundū. ¶ Sed neq; meipsū iudico. nihil enim mihi cōscius sum. Apertum est quia cōscientiam habēs solicitus de se non erat. ❧ Sed non in hoc iustificatus sum.) Nunc humiliat se, & loquitur vt homo qui posit culpam incurrere nescius. ❧ Qui autem iudicat me, dominus est.) Recte ait, quanuis humiliauerit, se tamē domino Christo plurimum dedit, quia potest quod hominem latet, dum occulta iudicat manifestare, non vt reum faciat, sed prudentē. Quanuis enim homo est, quem non potest, nisi aliquid lateat. Interdū enim aliquid vtile putamus quod inutile est. Nec enim omnia membra aut latera conuersationis humanæ descripta habemus: ab iis autem quæ grauia sunt, apertè ꝓ hibiti sumus. Nam quædam causæ nos fallere solent ex causis aliquibus ortæ, vt quod non est vtile, putem⁹ vtile. Quod leue quidem est, quia propositum liberum est. ¶ Itaque nolite ante tempus iudicare, donec veniat dom⁹.) Monet illos ne iudicēt, cū iudicādi sit, & habeāt Mat.7. duplex peccatum, sicut ait dominus: Nolite iudicare, vt nō iudicemini, sed expectate diē iudicii dei. ac si fideles & boni sint. Iniuria enim iudicis est, si ante cognitionē eius à seruo procedat iudicium aut sententia. ¶ Qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à deo.) Hoc dicit quia in die iudicii nihil occultum erit eorum quæ gesta aut cogitata sunt, & simplicitas & hypocrisis illic apparebit, vt & qui despectus habebatur, forte dignus appareat & qui aliquid esse putabatur, inueniatur reprobus. Omnia enim nuda erunt in die iudicii, & tunc laus erit bene agēti vel cogitanti. Hic enim qui laudatur, improbabile est an dignus sit, sicut & in alio loco dicit? Non L
2.Cor.10. enim qui seipsum commendat, probatus est, sed quē de us commendat. quem vtique nihil latet.

HAEC autem fratres transfiguraui in me, & Apollo, ꝓpter vos, vt in nobis discatis ne suprà q̄ scriptum est vn⁹ pro vno insletur aduersus alterū.) Transfiguraui hæc in se & Apollo, dum pseudoapostolorum glorias & traditiones peruersas sub sua persona & Apollo euacuat, summatim illos designās non singulatim, ne forte maior discordia in populo nasceretur. Nemo enim audiens nomen suum taxari, aut eius cui fauet, content⁹ est tacere. Tacito autem nomine si quis audiens de se intelligat dictum, dissimulat. Sub hac ergo propositiōe euacuauit personas illorum, cum dicit: Ergo plantaui, Apollo rigauit. &c. vt in his discerent nihil dādum hominibus. ¶ Quis enī te discernit.) Id est, sunt aliqui qui amplius accipientes in baptismate aut in doctrina, cæteros dicant minus cōsecutos. Hoc his loquitur, qui baptizatos ab aliis, plus aliquid esse pu
M tabant. quorum eloquentia seducebantur, vt suco quodam peruersa recta putarent. Tanta enim discordia erat in populo, vt multa essent studia diuersarum partiū: & sic omnia dicta sua aptauit Apostolus sine manifestatione nominum omnibus partibus, vt cū legeretur epistola, vnaquæq; pars ad se dicta susciperet, audiēs quod causæ suæ intendi cognosceret. ❧ Quid autem habes qđ nō accepisti? Nihil illum boni vltrà dicit consecutū ab aliis q̄ ab eo acceperat: ideo frustra queri. Quod enī habebant, ab Apostolo acceperant. Ad vnum autem videtur loqui, quia ad partē plebis loquitur. ¶ Si autē accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?) Hoc quasi insultatores apostoli agebant per imperitiam, vt eadem audientes quæ ab Apostolo iam didicerant, illum euacuantes, de eorum magisterio glorientur. Eloquentia enim commendati, prædicationis gloriam in se conuertebant. Apostolus verò contemptibilem se volebat videri, dummodo dei gloriā faceret acceptabilem. ¶ Iā saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis.)

A Ironia est, sicut dicunt. Irascentis enim verba sunt, non confirmantis. In quibus enim tanta vitia arguit, regnare illos dicit: sic enim putabant, gloriātes de iis quæ à pseudoapostolis tradebātur. ¶ Et vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.) Vt pius pater etiam ingratis filiis bene optat. Qui enim poterat fieri vt sine apostolis regnarent? Quicquid enim non ab apostolis traditum est, sceleribus plenum est. Sic tamen ordo fuerat dicere: Vt nobiscum regnetis. sed quia præmiserat, Et vtinā regnetis, aliter dicere non potuit, nisi, Vt & nos vobiscum regnemus. Regnare autem est de spe & promissis Christi securum esse, & gaudere in iis quę aduersa propter nomē Christi accidunt. Lucrum enim afferunt, non detri-
2.Cor.12. mētū. Vnde alio loco dicit: Cū infirmor, tūc potēs sū.

PVTO enim deus nos apostolos nouissimos ostēdit, quasi morti destinatos.) Hoc ideo ꝓsonę suę deputat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones & pressuras vltra cæteros passus, sicut passuri sunt Enoch & Helias, qui vltimo tempore futuri sunt apostoli. Mitti enim habent ante Christum ad præparandum populum dei, & muniendas omnes Ecclesias ad resistendum antichristo, quos & persecutiones pati & occidi lectio Apocalypsis testatur. Horum ergo tempus suo tempori comparauit Apostolus dicens, quasi morti destinatos. Ad hoc enī vēturi sūt, vt occidātur. ¶ Quia spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis, & ho-
B minibus.) Quia erunt spectaculum & Enoch & Helias vsq; adeo, vt corpora eorum in platea proiiciātur in cōspectu totius populi infidelis: ita & apostoli spectaculū facti sunt, quia publicè ridebantur, positi ad iniurias & mortem quam passi sunt. Mūdum autem angelos & homines dixit, quia & āgeli mali sunt, dicēte Dauid in psalmo lxxvii. Vexabat illos per angelos malos. Et homines mali & increduli, his apostolorum iniuriæ oblecta mento sunt. Mundus autem idcirco infidelitas dicitur, quia visibilia sequitur. ❧ Nos stulti ꝓpter Christum.) Verum est quia amantes Christum, stulti sunt mundo. ¶ Vos autem prudentes in Christo. Qui prudēs in Christo iudicatur à perfidis, nō rectè asserit Christum.
C Denique Marcion, qui negat filium dei, & incarnati deum potuisse, prudens est mundo: & Fotinus, qui non fatetur Christum per id quod nat⁹ est, deum, sapiens videtur mundanis. ¶ Nos infirmi, vos autē fortes.) Infirmi ideo, quia sine adulatione & cum stultitia, sicut videtur mundanis, prædicantes Christum iniuriis subiiciebantur. ¶ Vos autem fortes.) Ideo fortes, quia sic profitebantur Christum, ne offenderent homines, vt essent securi. ¶ Vos nobiles.) Qui enim Christum non fatetur, quia Abrahæ promissus est, & ab initio prædicatus, hic nobilis contra Christum est, quia antiquitatem promissi Christi aliis deputat. ¶ Nos vero ignobiles.) Ignobilis mundo est, qui Christū, quod mūdus denegat, ab initio profitetur. Hæc igitur omnia supradicta, quæ negare videtur, confirmat: & quæ quasi confirmare videtur, negat. Irascentis enim verba sunt, qui negando confitetur, & confitendo negat. ¶ Vsque in hāc horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & laboramus, nostris manibus operantes.) Liberè enim & iuxta fidem veram sine aliqua adulatione Christum prædicantes, & gesta
D prauæ vitæ arguentes, gratiam apud homines non habebant, & colaphizabantur, id est, iniuriis agebantur, & instabiles erant, quia fugabantur, ne in loco diu manētes, plures docerent. Ideo & manibus operabantur, quia non solum gratiam apud homines non habebant, verū etiam ab his accipere indignū erat qui errori studebāt: sicut dicit in psalmo. cxl. Oleum autem peccatoris non impingnet caput meum, quia & libertatem arguendi amittit, & peccat qui ab eo accipit, qui ideo dat ne corripiatur. ❧ Maledicimur, & benedicimus.) Male tractantes enim, se hortabantur ad bonū. ¶ Persecutionē patimur, & sustinemus. Quia persequentibus se nō resiste-
E bant. ¶ Blasphemamur, & obsecramus.) Blasphemantes enim rogabant vt permitterent sibi reddi rationem.

Tanquam purgamenta huius mūdi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc.) Nō resistendo vlli, neq; vicem in malis reddendo, sed semper se subiiciendo, vt per patientiam prouocaret ad bonum, cōtēptibilis & despectus fiebat. Vsq; modo, id est, vsque nunc etiam apud Corinthios, ꝓ quib⁹ hæc quæ supra memorat mala passus est. Et quoniam humilitatem suam nihil in his proficere videbat, queritur dolore cōmotus tantā subiectionem & iniurias nullum fructū habere potuisse, sed &, quod deterius est, in peius profecisse. ❧ Non vt confundam vos, hæc scribo. Hoc est, non vt ruborem vobis facia, hæc scribo, sed vt corrigatis. ¶ Sed quasi filios charissimos moneo.) Adhuc se supplicē facit, ne correptis & ad iram prouocati, admonitionem eius spernerent: id agit vt medicus salutaris, qui putramina abscindens, dolorem illatum spe & blanditiis mitigat, vt eger se curari
F permittat.

I enim decem milia pædagogorum habueritis in
S Christo, sed non multos patres. Nā in Christo IESV per Euāgeliū ego vos genui.) His dictis ostēdit nullū posse eo affectu diligere illos, quo ipse eos diligebat. Quis enim alienos filios suis præponat in amore? ¶ Ac per hoc monita ei⁹, q̄ & pro his tanta mala passus est, nō debere eos spernere. ¶ Obsecro ergo vos imitatores mei estote.) O benevolentiam sancti Apostoli, qui obsecrat filios vt imitentur patrem, hoc est, sponte rogat ægros vt recipiant medicinā. In his tamen sui illos E imitatores vult esse, vt sicut hic multa exitia pro salute eorum ab incredulis passus est, & non cessit, dummodo per dies & noctes euangelizaret illis donum gratiæ dei: ita & illi manentes in fide eius & doctrina, non recidant falsorum apostolorum prauā cōmenta, sed persisterent cōtēnentes opprobria aut detractiones, vt patri suo spiritali inuiolatum seruarent affectū. ¶ Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino.) Hortatur eos in hoc eodem Timotheo, quem ideo charissimum & fidelem filium obtestatur in domino, vt in hoc discerent quid peccarent. Cū enim huic testimonium perhibet, illos arguit.

❧ Qui vos cōmonefaciat vias meas quæ sunt in Christo IESV, sicut vbique in ōni Ecclesia doceo.) Per istū quem fidelem filium in domino confirmat, reuerti illos vult ad regulam à se traditæ veritatis, vt cōmoniti verbis & exemplis operum eius resipiscerent, cognoscētes non perperam se fuisse ab Apostolo doctos, quando eadem tenere omnes Ecclesias discerent. ¶ Tanquam nō F venturus esem ad vos, sic inflati sunt quidam.) Indignabantur quidam Corinthiorum quia nō ibat ad illos, nō desiderio, sed superbia, qđ quasi indignos illos haberet: cum magis Apostolo hoc studium fuerit, vt de indignis faceret dignos. Habebat ergo votum eundi, sed maiora erāt quæ agebat. ¶ Veniā autē cito ad vos, si dominus ꝑ miserit.) Post cōmonitionē ꝓmittit se ire ad illos, sed si domin⁹ ꝓmitteret, vt quia plus scit deus q̄ homo, si sciret operæ pretiū esse, ꝓmitteret: et si nō iret, dominū noluisse ostenderet, causa vtiq; indignitatis illorū. ❧ Et cognoscam non sermonē eorum qui inflati sunt, sed virtutē.) Confundit illos, quia cū oblique cōuersarētur, indignabantur, quasi digni essent ab Apostolo visitari. ❧ Neq enim in sermone est regnum dei, sed in virtute.) Sicut regnum dei nō splendore verborum commēdatur, sed virtute signorum, ita & hi non verbis studis, sed virtute operum spiritalium dignos se ostenderent ab Apostolo visitari. ❧ Quid vultis? In virga veniam ad vos an in charitate spiritus & mansuetudinis? Terroris verba infert, vt pudorem passi qui inflati erant, humiliarē-
tur: vt si vere apostoli præsentiam desiderarent, præparent se ad excipiendum eum, id est, abluerēt se ab omni

macula crīminis, vt veniens ad illos, lætitiam haberet quasi cum filiis charissimis.

CAPVT QVINTVM.

OMNINO auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gētes.) Vt q̄ graue sit istud peccatum ostenderet, nec ab iis hoc dixit admitti, qui deum nesciūt vt prōde qua pœna hic multād⁹ esset oste deret, qui sub æterna & diuina iustitia constitutus, tanti sceleris crimē admiserat. ¶ Ita vt quis vxorē patris habeat.) Premissi criminis prodidit genus, vt nō solū illū apertè reum mortis faceret, sed & adhærētes illi non im munes à crimine demōstraret. In quo enim difficile pec cātur, plus facit reum. ¶ Et vos inflati estis, & nō magis luctum habuistis.) Superbiam illorū in tantum humili at, vt nō querulos iam, sed magis supplices faciat. Erant enim & ipsi participes, dum paterentur reum tam ingē tis facinoris secum incorreptū cōuenire: vt omnes vno cōsilio abiicerent eum, si negaret emendare se. Si autem quis potestatem non habet quem sit reum abiicere, aut probare non valet, inmunis est: & iudicis non esse sine accusatore damnare: quia & dominus Iudā cum fur es set sciebat, sed quia non est accusatus, minime abiecit.

H ¶ Vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.) Cognito opere isto pellendum illum fuisse de cœtu fra ternitatis. Omnes enim crimen eius sciebant, & non ar guebant: publice enim nouercā suam loco vxoris habe bat. In qua re neque testibus opus erat, neque tergiuersa tione aliqua poterat tegi crimen.

EGO quidem sicut absens corpore, præsens autem spiritu.) Id est, absens facie, præsens autem autho ritate spiritus, qui nusquam abest. ¶ Iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine do mini nostri IESV Christi congregatis vobis & meo spi ritu cum virtute domini IESV, tradere hunc Satanæ in interitum carnis. Quoniam omnis carnalis voluptas à diabolo est, ac per hoc cùm huic voluptati remittitur, traditur Satanę. Caro enim hoc habet in natura, vt in tereat. Anima ergo cum se iungit desiderio eius infir mans spiritalem suum vigorem, simul interitum pati tur. Itaque si hic corrept⁹ stupri admissi erubescceret eiectum se, non interiret, pœnitentia subsequente. Nam o minum consensu & præsentia, sed & virtute domini IE SV, id est, sententia, cuius legatiōe fungebatur Apostolus, abiiciendum illum de Ecclesia. Cum eiicitur, tradi tur Satanæ in interitum carnis. Et anima enim & corpus I intereunt, quādo quæ cōtra legem, sunt, fiunt. Sed in hac aliter causa interit⁹ carnis homini deputatur. Quāquā enim ōnia peccata carnalē hominē præstent, hoc tamen specialiter desiderīū carnis est quod sordibus maculatam animā cum corpore tradit gehennæ: quia victa ani ma libidine carnis, fit caro: sicut & corpus rectè guber natū spiritale appellatur. Animus tamē est qui aut vict⁹ illecebris totum hominē carneum facit: aut in vigore naturæ suæ manens, carni præstat vt spiritalis dicatur. ¶ Vt spiritus saluus sit in die domini IESV Christi.) Tradi contaminatum supradictum Satanæ, vt spiritus sanctus saluus sit in hominibus Ecclesię in die iudicii. Nisi enim eiectus esset, non fieret saluus spiritus Eccle siæ in die iudicii. Deserebat enim, ōnes contaminationis causa, vt in die domini nudi ab spūsancto inuenti, audi rētà iudice domino: Recedite à me, nō noui vos. Sicut di cit ad Romanos: Si quis autem spiritum Christi non ha bet, hic non est eius. Et in alia epistola. Nolite contrista Mat.7. re spiritum sanctum dei. Si enim contristatur, deserit: & Roma.8. nō erit saluus: nō vtique sibi, qui impatsibilis est: sed no Ephe.4. bis quibus datus est, vt per illum dei filii esse probemur Res enim quæ amittitur, salua non est, non vtique sibi, quæ vbicūque sit, necesse est sit: sed ei à quo amittitur.

NON bona gloriatio vestra.) Hoc est mala. Læti enim erant, cum magis contristari debuerant in fratre tā acerbè peccante, sicut tristis fuit Samuel in Saule peccante. A quo crimine mali doctores aut dissimulabāt, aut negligentius arguebat, sicut & He li sacerdos filios suos peccantes in deum, ne amarus eis esset, non eos arguebat. ¶ Nescitis quia modicum fer mentum totam massam corrumpit?) Ita & peccatū vni⁹ quod cognitum non arguitur, multos contaminat: imo omnes qui norunt, & non deuitant, aut cum possint ar guere, dissimulant. Non enim sibi videtur peccare, quā do à nullo corripitur aut vitatur. ¶ Expurgate vet⁹ fer mentū, vt sitis noua cōspersio.) Hoc duplici genere ac cipiendū est, quia est & fermētum humana doctrina, di cente saluatore: Cauete à fermento pharisæorum, id est à doctrina. Et ad malam ergo doctrinā cauendam, & ad Mat.16. hanc causam dictum est, quia & eiecto fornicatore, vet⁹ fermentum eiicitur. Ideo autem vetus quia antiqui erro ris peccatum est. Noua autē consperso, Christi doctri na est. ¶ Sicut estis azymi.) Azyma ex causa nō fermē tatæ farinæ dictum est, cū filii Israel eiecti sunt de Aegy pto, vt fermentum vetustas haberetur, azyma autem no uitas. Abiectis enim veteribus erroribus Aegyptiorum in nouam legem inducti sunt. ita & Corinthii post Pa ganorū errores in Euangeliū Christi inducti sunt. Hor- L tatur ergo vt secundum professionem suā quā ab Apo stolo sub nomine Christi acceperant, & viuerent iā vi tæ nouæ cultores. hoc est azymos esse. ¶ Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.) Secundū legem do cet nouitatem paschæ ratione consistere, & ideo Chri stum esse occisum, vt ex eo noua prædicatio nouā face ret conuersationem: vt quia paschæ rationem colimus, veterem vitam nō sequamur. Pascha itaque immolatio est, non transitus, sicut quibusdā videtur. Prius enim pa scha, & sic transitus: quia ante exemplum est saluatoris, & sic signum salutis. Nec enim ante signū quā crux, nā occiso vespere agno in Aegypto filii Israel pascha ege runt, ex cuius sanguine postes signauerunt, vt noctu an gelus transiens, ea loca non contingeret quæ sanguine angni fuerāt oblita. ¶ Itaque festa celebremus ī fermē to veteri.) Hoc est, lætitiam habentes renouationis, facta vetera fugiamus, immunditiam omnem abiicientes à no bis, quæ est corruptio: quia sicut fermentum totam mas sam corrumpit, ita & mala vita totum hominem. Ergo M vt non solum à turpitudine vitæ nos obseruemus, sed & ab iniquitatis studio, adiecit: ¶ Non in fermento mali tię & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis.) Hoc est, vt synceritas mundam vitam faciat, veritas au tem omnem fraudem excludat.

SCRIPSI vobis in epistola, Ne cōmiscearnini for S nicariis.) Scripsisse se significat prius, vbi cōmo net illos ne cōiungerēt se male vitæ hominibus. Et qa nō intellexisse fortè ea quę scripserat, videbātur: nūc ī hac epistola qd scripserit, interpretatur dicēs, Nō vtique fornicariis huius mundi, sed à fratribus talibus scripsi recedendū. ¶ Aut auaris, aut rapacibus, aut ido lis seruiētibus: alioqn debueratis de hoc mūdo exisse.) Igitur intellectum eorum arguit, qui putabant forte qa ab incredulis, fornicariis, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruiētibus prohibuisset, nō à fratribus: & ideo il lum qui vxorē patris habebat, inter se esse non ægrē fe rebant. Si igitur his commiscemini, inquit, melius erat mori vos. Compendium est enī male agentibus si citius moriātur, quā si diutius in peccatis versētur. Nūc autē scripsi vobis nō cōmiscerī. Si is qui frater nom̄atur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledi cus, aut rapax, ant ebriosus, cum huiusmodi nec cibum quidem sumere. Cum infideli nō prohibuit cibum su mere, quippe cum dicat: Si quis vos vocat ex infidelibus ad cœnam, & vultis ire: omne quod appositum fuerit, manducate. Ideo ait: ¶ Quid enim mihi de iis qui foris

A sunt, iudicare? Verū est quia perfidos episcopus non po test iudicare: cū fratre autē in quo vitia hæc reperiuntur non solum sacramenta nō edenda, sed nec communem esam docet, vt erubescat cū vitatur, & se corrigat. ¶ Nónne de iis q̄ intus sunt, vos iudicatis?) Iudicat quis dum discernit cui fratri adhæreat, quē arguat, quē deui tet. ¶ Nam eos qui foris sunt, de⁹ diiudicabit.) Superius Nolite, ait, ante tempus iudicare. hic nō prohibet. Sed superius incognita per suspitionē maximè de rectore prohibuit iudicare, quia dei solius est occulta iudicare. Hoc autē loco vt frater fratrē examinet etiā iubet, sicut a 2.Cor.13. lio loco dicit: Vosipsos tētate, si estis in fide: ipsi vos pba te. Qui autē foris sunt, in die iudicii dānabūtur, qa dixit Ioan.3. dominus: Qui nō crediderit, iā iudicat⁹ est. In quo enim spes non est, pro mortuo habendus est. ¶ Auferte malū à vobisipsis.) Ad hoc commonet vt discernātur à malis & operibus & hominibus.

CAPVT SEXTVM.

AVDET aliquis vestrū aduersus alterum ha bens negocium, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos?) Iniquos duplici gene re significat, quia & non credunt, & leges à deo mundo creditas, frequēter cum adula tione interpretantur, authoritatem horum idolis depu- B tantes: ideoq̄ iniqui sunt. Et quia in Ecclesia magis lex est, vbi dominus legis timetur, melius dicit apud dei mi nistros agere causam. facilius enim de dei timore sentē tiam legis veram promunt. ¶ Aut ignoratis quoniā san cti de mundo hoc iudicabunt?) Nihil ociose dicit Apo I.Ioan.2. stolus. Ideo enim hunc mundum dixit, vt ostendat & al terū: quia & Ioānes apostolus, Nolite, ait, diligere, hunc mundum, Et dominus in euangelio: Sic, inquit, dilexit deus hunc mundum. &c. Hic ergo mundus in errore est non ille superior, ad cuius similitudinem hic factus est. Vnde homo hic positus, est ad imaginē dei factus, vt si cut in superiore mundo ab vno deo sunt omnia, ita & in hoc ab vno homine omnes haberent originem. Hinc est vnde Moyses in Deuteronomio, Cum diuideret, in quit, altissimus gētes, quemadmodū dispersit filios Adæ statuit fines gentium secundum numerū angelorū dei. Quid tam apertum hunc mundum superioris esse ima ginem certa ex causa? Est enim & Hierusalem inferior, & illa superior, quam matrem nostrā vocat idem Apo stolus. Est & inferior paradisus, in quo homo positus, mandatum & vt operaretur ibi, & vt custodiret, accepit C Est & ille cælestis, in quo raptus Apostolus audiuit ver ba arcana. Iudicabunt ergo sancti hunc mundum, quia exemplo fidei illorum perfidia mundi dānabitur. ¶ Et in vobis iudicabitur hic mundus.) Tunc iudicatur hic mundus in nobis, si opus perfidorum hominū nō inue niatur in nobis. ¶ Indigni ergo sunt huiusmodi qui eti am de minimis iudicēt.) Hoc est, non sunt vtiq̄ indigni ii qui ipsum mundū iudicaturi sunt, ea iudicare quæ mū di sunt. ¶ Nescitis quoniā angelos iudicabim⁹?) Addit plus dicendo: Angelos iudicabimus, id est, potentias spi ritales, quas alio loco tradit in cælestibus degere, eodem genere iudicandos angelos à nobis, quo & mundus iudi cabitur. ¶ Secularia igitur iudicia si habueritis, contē ptibiles qui sunt in Ecclesia, illos ad iudicandum consti tuite.) Secularia iudicia sunt ad corpus pertinentia vel corporea. Et quia non sic fieri debet, adiecit: Ad verecū diam vestram dico.) Ne supra, quia negocium nomina uit. sed quale, non significauit, sunt enim & diuina nego cia. dicēte eodem: Adiutor negocii, mei: & secularia for te iudicia quia prohibuerat apud perfidos agenda, quan uis in Ecclesia, sicut audierant, à qualibuscumq̄ tamen putarent audienda aut terminanda: ad ruborem eorum ait: Contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos ad iudicā dum cōstituite. Sūt enim in ecclesia & lignea vasa. Tam ergo intractabiles & inconsideratos eos significauit, vt D imperitos forte ex fratribus iudices eligerēt. hoc de ex perto Apostolus. Sciebat enim quàm tepidi & improui di in reliquis causis fuerant deprehensi ¶ Sic nō est in ter vos qui⁹quam sapiens, qui possit iudicare inter fra trem suum?) Quia ergo sunt, inquit, sapientes fratres, ali qui horū eligantur ad iudicandū, quorū iudiciū mire tur mundus. Magnus enim pudor est si inter eos qui di cuntur deum cognouisse, nō inueniatur qui examinare possit negocium iuxta ius euangelicum. Ideo autē fra trem iudicem eligendum dicit, quia adhuc rector in Ec clesia illorum non erat ordinatus. ¶ Sed frater cum fra tre iudicio contendit, & hoc apud infideles.) Manifestū est quia infideles, aut arbitros, vt assolet fieri postulatos significat, aut iudicē publicū, cui dici solet: Hodie dies sacrorum est, ius dici non potest.

IAM quidem omnino delictum in vobis est, quod iudi cia habetis inter vos.) Peccatū esse significat quia fra ter cum fratre litigat, cum danda opera sit vt concor des sint quasi germani, maximè cum fides nostra paci studeat, Quanquā enim Christianus litigare nō debeat, tamen si graue fuerit, & quod cōtemni non possit, cau sam ad Ecclesiam deferat, ne & dānum ad præsens & of E fensionem forte incurrat. ¶ Quare nō magis iniuriam accipitis? quare nō magis fraudem patimini? Sed vos in iuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.) Nunc hos corripit, quorum iniustitia iurgium generatur: quia nō solum per fraudem admissam rei sunt, sed & partē ha bent delicti illorum, qui coacti iniuria aut fraude eorū, infideles rogant ad iudicandum: & cum fraudem aut in iurias illatas persequi non deberent, non solū vindicāt, sed & ipsi fraudem & iniurias faciunt, vt punienda ex empla fratribus tribuant. Et quid aliis facere credatur, qui non parcit suis?

NEscitis quia iniqui regnū dei non possidebunt A Hoc dicens, ostendit illos non nescios peccare, ac per hoc grauius vindicandum. Si enim immi sericordes rei sunt apud deum, quantò magis iniqui? ¶ Nolite errare: neq̄ fornicarii, neq̄ idolis seruiētes, ne que adulteri, neq̄ molles, neq̄ masculorum concubito res, neq̄ fures, neq̄ auari, neq̄ ebriosi, neq̄ maledici, ne que rapaces regnū dei possidebūt.) Non hæc ideo memo rauit, quasi nescirent, apud quos annum & sex mēses se dit docens Euangelium dei: sed commonuit, vt resuscī taret in illis reuerentiam legis, & meritum ad regna cæ lorum. Et hæc quidem fuistis.) Ne omnibus hoc ad scribere videretur, aut certe omnes ab his criminibus immunes faceret si taceret,) prohibuisse enī videbatur, non reuelasse crimina illorū) idcirco sic ait: Et hæc qui dem fuistis. Et ne ad iram illos prouocaret, adiecit:

Sed abluti estis.) Vt agnoscentes crimina rei facti, sta tim respirarent audientes, Sed abluti estis. Solent enim aliqui pudorem pati, & corrigere cum de se audiunt bo F na. Sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri IESV Christi, & spiritu dei nostri.) Hæc omnia beneficia puritatis in baptismate cōsecuti nosc ū tur: quod est fundamentum euangelicæ veritatis. Illic e nim omnibus peccatis depositis, abluitur credens, & iu stificatur domini nomine, & per spiritū dei nostri deo filius adoptatur. Per hæc admonet illos quanta & qualis sit gratia, quam per verā traditionem assecuti sunt: po stea vero contra hanc regulam fidei impulsu malorum doctorum sentientes, his beneficiis se exuerūt. Vnde id agit, vt reuocet illos ad primam sententiam, vt recupe rent quod fuerant consecuti.

OMNIA mihi licent, sed non expediunt.) Quibus dam videtur propter libertatem concessi arbi trii dixisse Apostolū: Omnia mihi licent. &c. vt liceat fornicari, sed nō tamē expediat. Sed quō licet quod phibetur? Aut certe si omnia licēt, nihil po-

G test dici illicitum. Sed licet, non tamen expedit. Hæc su
surrant potius quã aſserunt aut immemores, aut negli-
Marci. 6. gentes. Dicit enim Ioannes baptiſta ad Herodem: Non
licet tibi habere vxorem fratris tui. Sed forte Ioãnes ex
pers fuerit humani eloquii iſpirat⁹ in vtero: quia ſi hoc
Mat. 5. eſt, dicere debuit, licet tibi, ſed non expedit. Sed & do-
minus ſimiliter mulieri Chananææ ait: Non licet accipe
Lucæ. 6. re panem filiorum, & mittere canibus. Et iterum dicit
dominus Iudæis: Non legiſtis quid fecit Dauid cum eſu
riret, quomodo intrauit in domũ domini, & panes pro
poſitionis accepit, quos non licebat ei edere? &c. Omne
ergo quod prohibetur, non licet, ſed aliquando interue
niente cauſa aliqua non expedit. ¶ Omnia mihi licent,
ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.) Omnia ſibi lice-
re dicit, ea ſcilicet quæ & coapoſtolis eius licuerunt, quę
& lex continet naturalis, non Moyſi: quia multa prohi-
buit Moyſes propter duritiã cordis populi increduli &
cernicoſi. Tamẽ ſi ad cauſã reſpicias, aliud fuit in ſenſu
apoſtoli vt hæc loqueretur. Hæc enim præmiſit poſtea a
cturus hanc cauſã, ſicut fecit & de illo qui inceſtum ad-
miſerat. Proponit enim deſignãs quid actur⁹ eſt poſtea
Deniq; ſtatim ad ſuperiorẽ ſenſum breuiter interim re
cõmendata redit. Hoc enim ideo dixit, quia licebat illi
ab his ſumptus accipere. Sed quoniam ſciebat pſeudo-
apoſtolos occaſionem quærere accipiendi, noluit ab his
accipere, ne cauſa ventris vigor euãgelicę veritatis tor-
peſceret. Si enim ab iis acciperet quos in tantis vitiis ar-
guebat, authoritatem magiſterii cõceſſam ſibi à domi-
no inclinabat. Non enim poteſt conſtanter argui à quo
accipitur, maximè cum ideo promptus ad dandum ſit,
vt ſibi humiliet præpoſitum. Vnde & dicit: Sed ego ſub
nullius redigar poteſtate. ❧ Eſca ventri, & venter eſcis,
deus autem & hunc & has deſtruet.) Deſtructio ventris
eſt, cum edẽdi ceſſat officium: eſcę verò deſtructio tũc
H erit, quando ſteterit natiuitas. Pſeudoapoſtoli autem,
qui non vtique religionis cauſa, ſed queſtus circũibant,
peccantibus amari eſe nolebant. ¶ Corpus autem nõ
fornicationi, ſed domino.) Nunc redit ad ſuperiorem
ſenſum. ❧ Et dominus corpori.) Quid dominus corpo
ri? Subaudiatur, immortalitatem reſuſcitato præſtabit
Corpus enim deo dicatum, dono ſpiritali remunerabi-
tur merito ducis, id eſt animi. ❧ Deus vero & dominũ
ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.) Idẽ ſen
ſus eſt, quem exemplo voluit dominicæ reſurrectionis
firmare. virtus tamen dei Chriſt⁹ eſt, qua nos ſuſcitauit,
& ipſũ dominũ. Hoc dixit ꝙa ipſe domin⁹ corp⁹ ſuũ ſu
Ioan. 2. ſcitauit: ſicut & ipſe dominus ait: Soluite templũ hoc, &
ego tribus diebus ſuſcitabo illud. Hoc autem dicebat
de templo corporis ſui.

NESCITIS quoniã corpa veſtra mẽbra ſunt
Chriſti? Corpora noſtra mẽbra Chriſti ſunt,
ſed in nouum hominẽ qui ſecundum deum
creat⁹ eſt, quia ipſe eſt caput Eccleſiæ. ¶ Tol
I lés ergo mẽbra Chriſti, faciã mẽbra meretricis? Abſit.)
Ait ꝙa meretrici adhærẽtia mẽbra deſinũt eſſe membra
Chriſti. An neſcitis quia qui adhæret meretrici, vnum
corp⁹ fit: Hoc dicit ꝙa qui cõtaminationi ſe admiſcet,
vnũ fit cũ eo cui ſe admiſcet. Fornicatio enĩ ambos vnũ
facit, vt quomodo in natura, ſic & in macula vnũ ſint.
Erũt, inquit, duo in carne vna.) Manifeſtũ eſt, vt ꝙa mu
lier de viro eſt, ambo in carne vna ſint. Qui autẽ adhæ
ret domino, vnus ſpiritus eſt.) Quoniam in bene agen-
tibus ſpiritus dei eſt cõmunis cũ deo & hominibus.

FVGITE fornicationem.) Recte fugiendam monet
fornicationem, per quam filii dei fiũt filii diaboli
¶ Omne peccatum quodcũq; fecerit homo, extra
corpus eſt.) Quia cætera peccata etſi per corpus
generãtur, nõ tamẽ animã ita carnali cõcupiſcẽtia faci-
unt obſtrictã & obnoxiã, quẽadmodũ cõmiſceri facit
animã cũ ipſo corpore vſus libidinis agẽs in opere car-
nalis fornicationis: quia intantum agglutinatur anima
corpori, vt in ipſo momento nihil aliud cogitare homi K
ni liceat aut intendere, quia ipſam mentem captiuã ſubdit ipſa ſubmerſio & abſorbitio libidinis & cõcupiſcen
tiæ carnalis. Vnde ſubditur: ¶ Qui autem fornicatur, in
corpus ſuum peccat.) Oſtendit grauiſsimum eſse pec-
catum, quia ex hoc omne deperit corpus, in cæteris autẽ
peccatis portio perit, nõ totum. Totum enim corpus vir
eſt & mulier, quia portio viri eſt mulier. Quicunque enĩ
aliud peccatũ admiſerit, extra ſe peccat: fornicarius ve-
ro in carnem ſuam peccat. Age, ſi laqueo vitã finiat, aut
ferro ſe trucidet non in corpus ſuũ videtur peccare, ſed
in animam, cui vim facit. Fornicari autẽ corporale deli-
ctum eſt, quod & corpus cõtingit, & animã. Non enim ſi
ne deſiderio carnis, quia habet & caro proprium motũ,
anima concupiſcit vt peccet in carnẽ, quãuis ſine anima
nihil poſsit. Per id ergo quod in carnẽ quæ ex ſe eſt, pec
cat,) ad originẽ enim retulit.) in corpus ſuũ dicitur pec
care, vt deſinat à fornicatione quaſi ſibi parcẽs. Nouatia
no tamen hic qui fornicatur, nõ in corpus ſuum videtur
peccare, ſed in Chriſti. Aliter enim hoc pronunciat, vt
etiam illum qui fornicatur: in ſpiritum ſanctũ dicat pec
care, ꝓpter cauſam qua ſciſsus eſt ab Eccleſia. Hoc nul
la ratione aſtrui poteſt. corpus enim Chriſti non eſt vn⁹
aut duo Chriſtiani, ſed omnes, ſinguli autẽ mẽbra ſunt
Quomodo ergo qui fornicatur, in corpus Chriſti pec-
cat, cum nõ omnes contaminet? Quod ſi ita eſset, vt No
uatiano videtur, cætera omnia peccata extra deũ eſsent,
& ſola fornicatio peccatũ eſset in deum: etiam qui vadit
ad idola, non peccat in deum, neq; qui negat in perſecu
tione, quia omne peccatum quodcunq; fecerit homo, ex
tra corpus eſt Chriſti, ſicut illi videtur. Si autem & hoc L
aliter voluerit pronunciare, vt neget aliquod extra cor-
pus Chriſti eſse peccatũ, cogetur dicere quia omnis qui
cunq; quodcunq; peccatum fecerit, in deum peccat & in
ſpiritum ſanctũ, vt & fur, & periurus, & mendax in ſpiri
tum ſanctũ peccare dicatur. Et quomodo eſt illud quod Mat. 12.
ait dominus: Quia omnia peccata & blaſphemiæ remit
tentur hominibus: qui autẽ peccauerit in ſpiritũ ſanctũ,
non remittetur ei neq; hic, neq; in futurũ? Apparet vtiq;
exceptis cæteris peccatis aliud eſse peccatũ, quod pecca
tũ dicitur in ſpiritũ ſanctũ. Quibuſdã iterũ videtur quia
qui fornicatur: ideo in corpus ſuũ dicitur peccare, quia
Eccleſiæ membrũ eſt: & ſe contaminans, in Eccleſiã pec
cat, cuius mẽbrũ eſt. Qui ergo Eccleſiæ mẽbrũ eſt, dicen
dum eſt illi cũ fornicatur. quia nõ ſibi ſed in Eccleſiam
peccat. Porro autẽ dicit Apoſtolus quia qui fornicatur,
per id quod in portionẽ ſuã delinquit, in corp⁹ ſuũ pec
cat. ¶ An neſcitis quia corpora veſtra tẽplũ eſt ſpiritus
ſancti, quẽ habetis à deo? Superius templũ dei dixit, hic
templum ſpiritus ſancti, quia in ſubſtantia hoc eſt ſpiri M
tus ſanctus, quod deus. Hoc idcirco dixit, vt corpora no
ſtra incõtaminata ſeruaremus, vt poſsit illic ſpiritus ſan
ctus habitare. ¶ Et non eſtis veſtri. Empti enim eſtis pre
cio magno.) Manifeſtũ eſt quia qui emptus eſt, non eſt
ſui arbitrii, ſed eius à quo emptus eſt, vt nõ ſuã ſed illius
faciat voluntatẽ. Et quia caro precio empti ſumus, pro-
penſius domino noſtro ſeruire debemus ne offenſus, à
qua nos redemit, morti nos reddat. Quãm enim cariſsi-
mo precio nos emit, vt ſanguinem ſuũ daret pro nobis.
¶ Clarificate & portate deum in corpore veſtro.) Hoc
eſt clarificare & portare deũ in corpore, vt ſecundũ le-
gem eius ambulemus. Per legẽ enim ſuam ipſe videtur
in nobis. Portare tamen deum hoc eſt, imaginem dei in
rebus bene geſtis oſtendere.

CAPVT SEPTIMVM.

D EHIS autem quæ ſcripſiſtis mihi, bonum
eſt homini mulierẽ non cõtingere.) Pra
uis ſenſib⁹ pſeudoapoſtolorũ exagitati,
q̃ nuptias p̃ hypocriſin, vt puriores cæte

A ris viderentur, ſpetnẽdas docebant, hæc per epiſtolam
ab Apoſtolo requirebant. Quia enim non oblectabantur hac ſententia, prætermiſsis cæteris hoc ſolum requi
runt. Quibus tamen reſpondit bonum eſse quidẽ mulie
rem non contingere, quanquã non illiſtud ſimpliciter
aſserant, ¶ Tamen propter fornicationem.) Hoc eſt, ne
quid contra legẽ admittatur, cum quando quod lex non
prohibet, vitatur. ❧ Vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat,
& vnaquæq; ſuum virum habeat.) Solent enim qui con
peadium quærunt, errare. Qui enim fieri poſset vt hi ab
vxoribus ſuis ſe abſtinerent, quos in tantis vitiis reperit?
Ideo ergo non permittit, ne ab licitis ſe abſtinentes, in-
conceſsa præſumerent, ſicut faciunt Manichæi. ❧ Vxo-
ri vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro.) Inuicem ſi
bi ſubiici illos in cauſa, vt quia vnũ corpus ſunt, vna eo
rum ſit & voluntas in lege naturæ. ¶ Mulier autem ſui
corporis poteſtatem non habeat, ſed vir: ſimiliter & vir
ſui corporis poteſtatem nõ habeat, ſed mulier.) Hoc di-
cit quod neq; viro neq; mulieri liceat corpus ſuũ alii tra
dere. Inuicem enim ſibi debitores ſunt in hac cauſa, ne
peccãdi daretur occaſio. ¶ Nolite fraudare inuicẽ.) Hoc
dicit vt conueniat illis in re vxoria, ne diſsẽſio generet
fornicationem. ¶ Niſi ex conſenſu ad tempus.) Id eſt vt
ex condicto abſtineant ſe propter gratiarum actiones.
¶ Vt vacetis orationi.) Quanquã enim ſine intermiſsio
ne orandum ſit,) meditatio enim hæc omni die facienda
eſt) tamen vt orationi inſiſtatur, huic rei vacandum præ
cipit interpoſitis temporibus ad dominum promerẽdũ.
Vt enim miſereatur, mundius exorandus eſt. Quanuis
B munda ſint coniugia, tamen etiam à licitis abſtinendum
eſt, vt facilius ad effectũ deducatur oratio. Nam & in le-
ge ſanctificati volentes, inter cętera etiam ab vuiſpaſsis
iuſsu domini temperabãt, vt fierent ſanctiores. Cum e-
nim quis etiam conceſsa non contingit, oſtendit ſe velle
quod precatur accipere. Aliter. Quoniam coniugiis cõ-
ſilium dat vt ad ipſum dominum reuertantur, abſtinen
tes ab vxoribus ſuis, vt poſsint dignius accipere corpus
domini. ¶ Et iterum reuertimini ad idipſum.) Quoni-
am conſilium cõiugiis dat poſt dies orationis ad vſum
naturalem reuerti debere. ¶ Ne vos tentet ſatanas pro-
pter intemperãtiam veſtram.) Interpoſitis diebus abſti-
nendum monet, ne occaſio detur diabolo, ſicut dicit Pe
C 1. Pet. 5. trus Apoſtolus. Ecce diabolus vt leo rugiens circuit que
rens quẽ deuoret. Si enim cauſa filiorũ creandorum du
citur vxor, non multũ tempus conceſsum videtur ad ip
ſum vſum, quia & dies feſti, & dies purgationis, & ipſa
ratio conceptus & partus iuxta legẽ ceſsari temporibus
his debere demonſtrant.

HOC autem dico ſecũdum indulgentiã, non ſecun
dum imperiũ.) Manifeſtũ eſt ideo hoc illum da-
re cõſilium, vt fornicationem excludat, nõ vt ad
meliorem vitam tendentibus iter claudat. ¶ Vo
lebãt autem omnes homines eſse ſicut meipſum.) Quã
tum ergo ad beneuolum & ſolicitum magiſtrũ pertinet,
omnes tales, ſi fieri poſset, volebat eſse ſicut ſeipſum.
Qualis autem ipſe erat, mox in ſubiectis oſtẽdit. ¶ Sed
vnuſquiſq; propriũ donũ habet à deo, alius quidem ſic,
alius vero ſic.) Hoc eſt, vnuſquiſq; iuxta votũ ſuum do
num dei habet, vt ſi velit, ipſius nutu dei poſsibilitatem
conſequatur. Ideo nõ debet quis conſtringi, ne à licito
prohibitus, illicita admittat, ſed ipſe ſibi eligat quid ſe-
quatur.

DICO autẽ nõ nuptis & viduis, bonũ eſt illis ſi ſic
permaneãt, ſicut & ego.) Nõ diceret, Bonũ eſt in
nuptis vt ſint ſicut & ego, niſi eſset integer corpo
re. Nec diceret, Omnes homines volebam eſse ſi
cut meipſum. Si enim habuerit vxorem, & hoc dixit, vir
gines eſse noluit. ſed abſit. Sic enĩ à puericia ſpiritui ſer
uiuit, vt huius rei ſtudium non haberet: quippe cũ iuuẽ-
culus anticipatus ſit à gratia dei. Poſtquam dixit vnum
quemq; proprium donũ habere à deo, oſtendit in qua re D
melius eſt eſse propẽſiorẽ, quia in eo adiuuatur quis qđ
videtur auiditate mẽtis appetere. ❧ Quod ſi ſe nõ cõti-
nẽt, nubãt.) Imitari illos vult cõtẽdere vt ſe contineant.
Quod ſi impulſu carnis perſeuerare ſe viderint nõ poſ-
ſe, quia nec ſunt promptiores in eo ipſo, vt adiuuentur
à deo:) Illum enim deus iuuat, quẽ videt tota virtute cõ-
tendere) nubant itaq; ſi vri timent. Forte enim poterunt
hoc poſtea adipiſci. Digeſto enim impedimẽto reparat
ſe volũtas robuſtiore virtute. ¶ Melius eſt enim nubere
quàm vri.) Non ideo dixit, Melius eſt nubere quàm vri,
quaſi bonũ ſit vri, ideo nubere melius: ſed cõſuetudinẽ
ſecutus eſt. Solemus enim dicere: Melius eſt lucrum face
re quàm damnum. Vri vero eſt deſideriis agi vel vinci.
Cum enim voluntas calori carnis conſentit, vritur. Nã
deſideria pati, & non vinci, illuſtris viri eſt & perfecti.

HIS autẽ qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio nõ
ego, ſed dominus.) Poſtquã innuptis & viduis
locutus eſt, hos alloquitur qui matrimonio iũcti
ſunt, ore dominico: ¶ Vxorem à viro nõ diſcede
re. quod ſi diſceſserit, manere innuptam.) Hoc Apoſtoli
cõſilium eſt, vt ſi diſceſserit propter malã cõuerſationẽ
viri, iam innupta maneat. ¶ Aut viro ſuo recõciliari.)
Quod ſi cõtinere ſe, inquit, non poteſt, quia pugnare nõ
vult cõtra carnem, viro recõcilietur. Nõ enim permitti-
tur mulieri vt nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis
dimiſerit, aut apoſtaſiæ, aut ſi illicitè impellente laſciuia
vſum quærat vxoris: quia inferior nõ omnino hac lege
vtitur qua potior. ſi tamẽ apoſtatet vir, aut vſum quærat
vxoris ſuertere, nec alii poteſt nubere mulier, nec reuer
ti ad illum. Et virum vxorem non dimittere.) Subau
ditur autẽ, excepta fornicationis cauſa. Et ideo non ſub
iecit dicens. ſicut de muliere, quod ſi diſceſserit, manere
ſic: quia viro licet ducere vxorem ſi dimiſerit vxorẽ pec E
cãtem: quia nõ ita lege cõſtringitur ſicut mulier. Caput
enim mulieris vir eſt. Nam cæteris ego dico, nõ domi-
nus.) Hoc enim dixit, vt oſtendat quid proprio ore do-
minus iuſsit, & quid huius authoritati cõceſsit, quia per
iſtum domin⁹ loquitur. Ait enim: An experimentũ quæ- 2. Cor. 13.
ritis eius qui in me loquitur Chriſtus?

SI quis frater vxorẽ habet infidelẽ, & hęc cõſentit ha
bitare cum illo, nõ dimittat illam. Et ſi qua mulier
habet virũ infidelẽ, & hic cõſentit habitare cũ illa,
non relinquat virum.) Hoc dixit quia inter illa pri
mordia cum ambo vtiq; eſsent gẽtiles, fiebat vt vnus ex
his crederet: & quia horrebant perfidi culturam dei, ſi-
militer & credentes contaminationem præteriti erroris
ideo præcipit vt ſi contenti eſsent habitare cum immu-
tatis, contenti eſsent fideles cum illis. Sanctificatus eſt
enim vir infidelis in vxore fideli, & ſanctificata eſt muli
er infidelis à viro fideli.) Habere illos beneficium bonæ
voluntatis oſtendit, quia horrorem nominis Chriſti nõ
habent: & ad tuitionem hoſpitii pertinet, in quo ſignum
fit crucis, quo mors victa eſt: ſanctificatio enĩ eſt. Alio F
quin filii veſtri immundi eſsent.) Immũdi eſsent filii eo
rum, ſi dimitterent volẽtes habitare ſecum, & aliis ſe co
pularent. Eſsent enim adulteri, ac per hoc & filii eorum
ſpurii, ideo immundi. Nunc autem ſancti ſunt.) San-
cti ſunt, quia de cõiugiis licitis nati ſũt, & quia ſub crea
toris veneratione nati ſunt propẽſiore ex parte: quia ſi
cut quicquid perdicationem idolorũ fit, immundum eſt
ita & quicquid ſub dei creatoris pfeſsione ſit, ſanctũ eſt.

Quod ſi infidelis diſcedit diſcedat.) Propoſitũ reli-
gionis cuſtodit præcipiendo ne Chriſtiani relinquãt cõ
iugia: ſed ſi infidelis odio dei diſcedit, fidelis nõ erit reus
diſſoluti matrimonii. Maior enim cauſa dei eſt, q̃ matri
monii. Non eſt enĩ frater aut ſoror ſeruituti ſubiectus
in huiuſmodi.) Hoc eſt, nõ debetur reuerentia cõiugii
ei qui horret author⁹ cõiugii. Nõ enim ratium eſt ma-

G trimonium quod sine dei deuotione est, ac per hoc nō est peccatum ei qui dimittitur propter deū, si alii se iunxerit. Cōtumelia enim creatoris soluit ius matrimonii circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus Infidelis autem discedens, & in deum & in matrimoniū peccare dinoscitur, quia noluit sub dei deuotiōe habere coniugiū. Itaq; nō est ei fides seruanda coniugii, qui ideo recessit, ne audiret authorē esse Christianorū deū coniugii. Nam si Esdra dimitti fecit vxores aut viros in fideles, vt propitius fieret deus, nec iratus, si alias ex genere suo acciperent: nō enim ita præceptum his est, vt remissis istis alias minime ducerent) quantò magis si in fidelis discesserit, liberum habebit arbitriū, si voluerit nubere legis suæ viro? illud enim non debet imputari matrimonium?, quod extra legē dei est: sed cum post cognouerit, & dolet se deliquisse, se emendat, vt veniam mereatur. Si autem ambo crediderint, per cognitionē dei confirmant coniugium. ¶ In pace aūt vocauit nos deus.) Verum est, quia non oportet litigare cum eo qui discedit, quia odio dei discedit, ac p hoc nec dign⁹ habendus est. ¶ Quid enim scis mulier si virū saluum facias? aut vnde scis vir si vxorem saluā facias?) Hoc dicit quia forte possunt credere qui non horrēt nomē Christi. ❧ Nisi vnicuique sicut diuisit dominus.) Diuisit vnicuique dominus quando saluetur, hoc est, scit quando possit credere, & sustinet illū. sic & hic docet expectandos eos, nec scandalum de his pati debere, quia custodienda est spes illorum. Si enim ipsi discesserit, dissimulādum ab his. ¶ Vnumquēq; sicut vocauit deus, ita ambulet.) Hoc est, vt si matrimonio iunctus est qui credit non deserat, neque vir, neque mulier, sed sic maneat, sive Iudæ⁹, sive Græc⁹. Sicut in omnib⁹ Ecclesiis doceo.) Vt suadeat, non se aliter his tradere dicit quā cæteris: vt cum cęteros hui⁹ fidei hoc doceri audiunt, promptius H asequantur. Facile enim quis inclinatur si viderit socium consensisse. ¶ Circūcisus aliquis vocatus est? nō adducat præputium.) Hoc est quod dixit, vt ita ambulet sicut vocatus est: vt Iudæus factus Christianus, non putet se fore indignum quia præputium non habet, dans gloriam præputio. ¶ In præputio quis vocatus est? non circuncidatur.) Vt gentilis vocatus nō æstimet se debere circuncidi, per id quod filios Abrahæ audit præponi Nec enim quia circunciſi sunt, præponuntur, sed merito Abrahæ, cuius filii sunt in vtroque si credant: si quo minus, peiores erunt gentilibus. Deterius est enim fuisse & non esse, quàm nūquā fuisse, Circūcisio nihil est & ꝓputiū nihil est.) Manifestū est qa nec obest nec ꝓdest, ❧ Sed obseruatio mandatorum dei.) Id est, fides propitium facit deum, si bonis operibus approbetur.

VNUSQUISQUE in ea vocatione in qua vocat⁹ est, in ipsa permaneat.) Hoc firmat quod supra dixit. ¶ Seruus vocatus es? non sit tibi curæ: sed & si potest liber fieri, magis vtere.) Hortatur vt I bene seruiēs de dei timore carnali domino, dignum se faciat libertate, ne audiēs forte, Seru⁹ vocatus es? nō sit tibi curæ: negligentior esset circa bonos actus carnalis domini, & doctrina Christi blasphemaretur, & nec ille deum promeretur: quia in his terrenis bene seruiēs, meritum sibi collocat apud deū, quia dixit dominus: Qui Luc. 16. in minimo fidelis est, & in magno. ¶ Qui enī in domino vocatus est seruus, libertus est domini.) Ereptus enī à peccatis, quę vere seruos probāt, libertus fit. Hic enim omnino seruus est, qui imprudenter agit, sicut & veteribus placuit, qui omnes sapientes liberos appellarunt, imprudentes autē oēs seruos. Vnde & Salomon: Ser- Eccli. 10. uo, inquit, sapienti liberi seruiunt. Hic ergo qui credit, etsi seruus ad tempus, quia rem facit prudentē vt credat i Christū, libert⁹ fit domini. Si ergo peccata seruos faciunt, sicut Cham filius Noe, peccati & imprudentiæ causa factus est seruus: cum accipit remissionē peccatorū, libert⁹ efficitur. ¶ Similiter q liber vocat⁹ est, seru⁹ est Christi.) Profectus est, ex libero seruum fieri Chri- K sti. Liber enim erat à deo, quod maximum crimen est, & ideo amissa amara & contraria libertate, conditionē sortitus est quæ prodest, sicut dicit dominus: Tollite iu- Mat. 11. gum meū super vos, quia suaue est: & onus meū, quia leue est. Superbiam itaq; abscidit, & vnitatē fecit, vt neque seruus pudore cōditionis despectum se putet, neq; liber elatione mentis inflatus, seruo se superponat. ¶ Precio empti estis, nolite fieri serui hominū.) Verū est, quia caro precio empti sumus, vt à nullo redimi potuissemus, nisi à Christo, qui omniū diues est. Qui ergo precio emitur, magis seruire debet, vt aliquaten⁹ vicem reddat emptori. A deo ergo empti, id est à Christo, serui hominū esse non debent. Serui autē hominum hi sunt, qui humanis se subiiciūt superstitionibus. Apostolus tamen illud memorat, quod in capite epistolæ reprehendit, eò quòd dicerent: Ego sum Pauli. alius autem, Ego Apollo. dedit tamen articulum, Christum fatendum deū, quando seruos Christi non homini seruos appellandos ostendit. ❧ Vnusquisq; frater in quo vocatus est, in eo maneat apud deum.) Hoc est quod supra dixit quod vt plenè cōmendet, reiterat.

DE virginibus autē præceptū nō habeo.) Hoc adscripta illorū responsio, sicut supra dixit, De quibus autē scripsistis mihi. &c. ¶ Cōsiliū autē do tanquam misericordiā consecutus à domino, vt sim fidelis.) Præceptū de virginibus negat se accepisse, quia non poterat author cōiugii rem aduersam nuptiis imperare, ne factum suum pristinū accusaret. Consiliū autē, L ait, do, nō quod displiceat, neq; quod adulatione fucatū sit, quia ad hoc gratiā cōsecutus est, vt idoneus sit in dādis cōsiliis salutaribus. ¶ Existimo ergo hoc bonū esse propter præsentē necessitatē, quia optimum est homini sic esse.) Bonum dicit esse virginē permanere. Et vt hoc absolutius ostēderet, propter præsentem necessitatem, ait: quia optimum est vt inter bonū & optimū nihil tam præclarum atq; vtile esse cognosceretur, quàm est virginitas: quia non solum apud deum virginitatem cōmendationem docet, sed & apud vitam præsentē, dum necessitates temporis nescit quas patitur cōiugatio, & mœrores partus, sim lq; orbitates filiorū ignorat. Vt ergo ad hanc affectandam hortaretur, præsentis necessitatis exitia lucrari docet has quæ illam dilexerint, vt cū non solum hanc apud deum locum meliorem habere discunt verumetiam in præsenti, omni industria hanc appeterent. Vnum enim est quod laborat, vt affectū carnis vincat, in cæteris omnibus libera. Quia enim caro in origi- M ne sua est & natura, vsus eius suauis videtur, & dulcis affectus videtur: ideo hæc superare, non breuis gloriæ est. ¶ Vinctus es vxori? ne quæsieris solutionē.) Hæc remediorum cōsilia sunt. Dicit enim non debere quenquam absolui ab vxore, nisi causa fornicationis. Frequenter enim suas dimittentes, sub tegmine cōtinētiæ alias decipiunt, refrigescēte proposito. Sed si melius vult viuere cū vxore sua positus, exhortetur illam, vt sine scandalo purius viuant. Solutus es ab vxore? ne quæsieris vxorē.) Vt sciens hoc magis deo acceptū, & à necessitate liberū, non quærat vxorem, ita tamen, vt à cæteris temperet. Si quo minus, quid prodest desideriū carnis premere? hoc est, rem licitam spernere, & illicitis subiacere?

Si autem acceperis vxorem, non peccasti.) Non vtique peccat: quia quod cōcessum est, facit. Si vero contempserit, meritū sibi collocat & coronā. Magnę enim patientiæ est hoc non contingere quod prohibitum nō est. Etsi nupserit virgo, non peccauit.) Non peccat quia apud deum ex hac causa libera est. Tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi.) Hoc est, & si à peccato liberi sint, in hac tamen vita tribulationes habebunt. gemitus ventris nutrimenta filiorum, victus, tegumenta, dotes, ægritudo, apparatus domus, vxoris necessitas, mariti dominatio. Ego autem vobis parco.) Parcit, quando ad hæc magis prouocat, quæ tribu-

A lationes carnis & solicitudines memoratas excludunt. Potest sic videri parcere, cū permittit, & non cōtradicit volentibus: quod onerosum ostendit. ❧ Hoc itaq; dico fratres, tempus breuiatū est.) Breuiatum tē pus & reliquum dicēs, finem mundo imminere significauit, quāuis sciret adhuc temporalia superesse. Sed aliter scribere nō debuit propter hos qui lecturi hæc tūc sunt cum perbreue superierit tempus: ne semper dum longe esse putaretur dies iudicii, aut non timeretur, aut falsum esse æstimaretur. Illud autem quod dicitur, cum adhuc lōge sit, imminere, multum proficit. Terrorem enim incutit ad meliorem vitam agendam hominib⁹. Denique hic in præsenti quàm soliciti sunt ii qui apud iudices ha- 2. Cori. 6. bent quæ agant, cum actorū dies dicitur imminere. Hoc sonat hic quod alio in loco dicit: Seductores, sed veraces. ¶ Vt & qui habent vxores, ita sint ac si non habentes.) Quia enim mundi finis in proximo est, non debere ad generandum esse solicitos, neque ad vsum ipsum deditos, vt propensiores & vigilantes in diuinis operib⁹ exercitati, circa curam legis imminēte prælio repugnēt. Præsuræ enim erunt quales nunquam fuerunt, & multi casuri sunt in laqueum diaboli. Denicq; nullus nostrum vult tempore suo hæc prouenire, timens prædictas à sal- E uatore præsuras. Ideo sicut nobis optamus, consulam⁹ & aliis, vt à generatione nos filiorum multorū abstineamus, plus orationi & dei seruituti subiecti, prouidentes diem iudicii, ne & nos simus imparati per impedimenta necessitatis præsentis, & illi incurrant quod nos timemus. Etiam à licitis ergo vult temperare fideles, vt non solum innocentes, sed & glorioſi videantur. Concessa enim præterire virtutis est maximæ, & prohibita non desiderare non longè est. ¶ Et qui flent, tanquàm non flētes.) Scientes enim in proximo finem mundi, mox consolationem eorum futuram qui pro dei iustitia forte premuntur, hac spe inter eos cōsolatur se. ¶ Et qui gaudēt, tanquā non gaudentes.) In præsenti enim qui gaudent, sciant mox luctum venturum, eis videlicet qui mundo gaudent, ambigentes de dei iudicio. ¶ Et qui emūt tanquam nō possidētes.) Credētes enim qui emūt, paruum tempus superesse mundo, sic agant vt non omnem curam in rem cito periturā impendant, magis autem curā animæ suæ gerant, quam sciunt æternam. ¶ Et qui vtuntur hoc seculo. tanquam nō vtantur.) Id est, vt non præsumant de vsu hoc, quia cito peribit corruente mundo. ¶ Præterit enim figura huius mundi.) Quia finiri mundum dixit, ostendit figurā eius præterire, & hunc esse finem, id est non substantiam eius præterire, sed formam C Itaq; si forma mundi peribit, dubium vtiq; non est, omnia quæ in mundo sunt interire. Ideo præterit, quia coti die senescit mūdus. ¶ Volo vos sine solicitudine esse.) Diminuta enim solicitudine seculi, in dei rebus propensius vigilatur. ¶ Qui sine vxore est, cogitat quæ domini sunt, quomodo placeat deo.) Quomodo sine solicitudine simus, ostēdit dicens: Qui sine vxore est, cogitat quæ domini sūt. Amputata enim solicitudine rei vxorię, quę sola in mundo cæteris grauior est, ad deum promerendum animus eruditur: si tamen hac spe animus his molestiis se exuat, vt deo magis seruiat. ¶ Qui autem cū vxore est, solicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est.) Cura enim vxoris & filiorum cogitatio mundi est. Nam inter cætera solent aliquando res puniendas admittere ne illas offendant, sicut refert Zorobabel vnus de tribus cubicularijs Artaxerxis in libro Esdræ. Magna enim amaritudo est in domo vxoristis. Diuisus ideo dicitur, quia nō potest & diuinis insistere rebus, & vxoris facere voluntatem. Diuisa est mulier & virgo.) Diuisa non vtiq; natura, sed actu, quia legimus in Numeris mulieres virgines appellatas. Alia ergo solicitudo mulieris, alia virginis est: tamen cum dicitur mulier, incertum est quid significet, nisi significatio sub sequatur. cum autem dicit virgo, manifesta locutio est. D Hic Apostolus virginem post mulierē posuit vt mulierem nō virginem significaret. Per hoc enim voluit ostēdere virginem liberam à tædiis & laboribus quos patitur mulier viro copulata. ¶ Quæ autem non est nupta solicita est de iis quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu.) Id est, animo. Dum enim spe cęlestium, mariti & filiorū solicitudinē non suscipit, de domino cogitat, quomodo propositum deo deuotū custodiat, si tamē in corpore mūdo animus terrena abiiciēs cælestibus studeat. Anim⁹ est enim qui aut sanctificat aut polluit corpus. Quid enim prodest corpus mundū habere, & animam pollutā, cū merito animæ aut honoratur corpus aut dānatur? ¶ Nam quæ nupta est, cogitat quæ sunt huius mundi, quomodo placeat viro.) Lege enim maritali cōstricta, solicita est quomodo impleat ius maritalis officii, subdita mundanis necessitatibus. ¶ Hoc autem ad vestram ipsorū vtilitatē dico, vt nō laqueū vobis iniiciā, sed ad id quod honestum est.) Quoniā quibusdā asperū & graue videtur: quod vtilius aut melius est propter cō suetudinē tēporalis vsus: ideo post rationē redditā hortatur affectu charitatis simpliciter hoc vtilius, hoc honestius esse quod dicit. Honestum est, quia sanctū & mundum: vtile verò, quia dignitosum est apud deū, & leue in seculo. Quid ergo dicemus si virgines de deo cogitāt, & iunctæ viris de mundo, quæ spes relinquitur nubentib⁹ apud deum? Si enim ita est, dubium est de salute eorum. Nam videmus virgines de seculo cogitare, & matrimo- E nio iunctos dominicis studere operibus. His virginibus non imputabitur sanctimoniū à deo, & his matrimoniis erit merces apud deum: quia cū obligati esent terrenis & carnis nexibus, operā dederunt vt in futurum aliquid immortalis præmii mererentur. Illis autem non solum non imputabitur virginitas, sed & pœnæ subiicientur, qui sub tegmine melioris spei vitam & conuersationem suam mundiali cura & solicitudine occupantes pigros se ad dei opera agenda fecerunt, sicut dicit Hieremias propheta: Maledictus qui opera dei facit negligenter. Hi sunt de quibus in alia epistola dicit: Habentes quidē Hebr. 448 speciem pietatis virtutem autem eius abnegantes. Apo- 2. Tim. 3. 3. stolus autē his loquitur, qui mira deuotione obsequi desiderant cælestibus præceptis, ostendens & docens quo compendio citius itur ad deum: quia qui propter deum promerendū virgo manere vult, sciens quale præmium posit accipere, quia licito temperat: vt melior fiat, simul omnia impedimenta carnis spernit, non nescius hæc esse quæ gressum currentis velut oneribus compedum de F tinent.

SI quis autē turpē se viderit supra virginē suam si sit vltra pubertatē, & sic oportet fieri: quod vult faciat non peccat si nubat.) Propter quod superius virginitatem tenendā & continētiā reddita ratione hortatus est, ita vt penè ad cōparationē earum coniugia inutilia & abiiciēda videātur: nunc ne nuptias negare putaretur, nō peccare virginē si nubat ostendit, sed rem maximi laboris aggredi: quia apud deum præmiū non habeat, sicut non habeat pœnā. Christianos enim vult per omnia esse meliores. Si ergo aliqua in desiderio nuptiarum est iam matura ad vsum, melius esse vt secundum concessam legem publicè nubat, quàm occultè turpiter agat istud. & erubescatur i illa. ¶ Qui autē statuit i corde suo firmus, nō habens necessitatē, potestatem habet de sua voluntate, & hoc decreuit in suo corde seruare virginem suā, bene facit.) Hoc dicit vt qui virginem habet cui animus ad nuptias non est, seruet illam: nec illi ingerat somitem nuptiarum, quā videt nubēdi voluntatem nō habere. Beneficia enim si præstāda sunt, quanto magis minime auferēda? ¶ Itaq; & qui nuptū dat virginem suam, bene facit.) Bene facit, quia licet qđ facit, ¶ Et qui non dat nuptū, melius facit.) Melius facit, quia & apud deum meritum illi collocat, & seculi solicitudine illam liberat. ¶ Vxor vincta est lege quandiu viuit vir eius.)

G Hæc idcirco prosequitur, vt doceat quia mulier etiam si à viro fuerit eiecta, nubendi licentiam non habet. ¶ Si autē mortuus fuerit vir eius, liberata est.) Etiam hæc ad supradictas pertinent causas, vt ostendat q̄ beata sit virgo, cum nulli nisi soli deo subiecta sit. Vincere enim videtur naturalem subiectionem, quando quod per naturam humiliatum est, erigit. ❧ Cui vult nubat, tantum in domino.) Id est, quem sibi aptum putauerit, illi nubat, quia inutilē nuptiæ solent malos prouentus habere. Tantum autē in domino, hoc est, vt sine suspitione turpitudinis nubat, & religionis suæ viro nubat: hoc est in domino nubere. ¶ Beatior autem erit si sic permānerit secundū meū consiliū.) Cum dicit nubat, lege loquitur naturali, quanq̄ à deo primæ nuptiæ sint, secūdæ vero permissæ sunt Deniq; primæ nuptiæ sub benedictione dei celebrātur sublimiter: Secundæ autē & in præsenti carēt gloria. Cōcessæ sunt autē propter incōtinētiā, & quia solent viduatum iuniores incurrere: ac per hoc cōcedit secundas. Sed quia melius est vt se contineat, vt dignior sit in futuro consilium dat spiritali ratione præcipuū, vt se cōtineat. ¶ Puto autem & ego spiritum dei habeo.) Vt ratum & prouidum consilium suum ostendat, humilitate verbi hoc commendat alto sensu.

CAPVT OCTAVVM.

Dhis' autem quæ idolis immolantur, scim⁹ quia omnes sciētiam habemus.) Nunc de scientia locutus est, & quæ sit scientia, non interim dicit, sed in subiectis ostēdit dicēs: Quia nihil est idolum. ¶ Scientia inflat.)
H Manifestū est habentē scientiā in eo ipso gloriari, si nō foris, q̄a prudēs est vel apud se. Genus enim sciētiæ hoc est, vt glorietur in sese. ideo inflat. ¶ Charitas vero ædificat.) Itaq; tūc sciētia magna est, & sibi vtilis, si charitate humilietur, vt amplius crescat. Tēperatur enī à dilectione, vt nō satis mera sit, & inebriet scientē vt se extollat. Sicut enim vinū nō temperatū admixtione aquæ mētem alienat: ita & sciētia superbū facit, nisi fuerit temperata. Omnia ēnim sola insuauia sunt & nociua, quia nec panis solus bene editur, nec reliqui cibi sine admixtione grati sunt, & nociui. ideo charitas ædificat. Ipsa charitas vno licet vocabulo appelletur, multis tamen consistit. Sine patientia enim non potest, neq; sine humilitate, neq; sine cordis simplicitate. Hi ergo inflati erant per scientiam, quia nihil est idolum, qui contra salutem fratrū imperitorū carnes sacrificatorū edebāt, scientes licere carnē edere: & quia nihil est idolū, ideo nō contaminati edentem. Hi scādalo erant fratribus, charitatē præoculis non habentes: quia plus erat carnē cōtemnere q̄
I fratribus scandalū facere. Scientia enim illorū destruebat animos imperitorum fratrū, putātiū esse illic apud idolum aliquā gratiā, quando peritiores fratres interesse illic, & nō horrere videbant. Ideo ait: Charitas ædificat, vt saluti fratrum studentes, scientiæ illic legibus nō vterentur, ne illis scandalū facerēt. ¶ Quod si quis existimat se scire, nōdum cognouit quēadmodū oporteat scire. Eos ipsos qui in scientia gloriantur, ostēdit nō ita cognouisse sicut cognoscendū est. Dum enim charitatem, quæ mater omnium bonorum est, nō sectātur, non sciunt sicut oportet. Vt ergo scientia fructū habere possit, charitati se debet subicere. ¶ Si vero quis diligit deum, hic cognit⁹ est ab eo.) Hic diligit deū, qui charitatis causa scientiam mitigat, vt prosit fratri, pro quo Christus mortu⁹ est. ❧ De cibis igitur qui simulacris immolantur. Immolatorum nunc causam ipsam pertractat vt ostēdat per rationem scientiam non solum non proficere charitate cōtēpta, sed & obesse. ¶ Scim⁹ eni quia nihil est simulacrū, & quia nemo deus nisi vnus.) Verū est. Apud Christianos enim vnus est deus. ¶ Licet sint qui dicātur dii & domini, siue in cęlo, siue in terra.) A paganis enim & Sol & Luna & cætera sydera dii cæléstes dicuntur. Et in terra Apollinem, Aesculapium, & Herculem, Mineruam deos dicunt & dominos. ❧ Nobis tamen vnus de⁹ pater, ex quo omnia, & nos in illo.) Omnia enim ex illo quæque sunt, vbicunque sunt. Nos autem cum dicit in illo, discreuit, nos à cæteris qui cū ex illo sint, non tamen sunt in illo, dū adhuc non credunt. ¶ Et vnus dominus IESVS, per quem omnia, & nos per ipsum.) Omnia enim ex patre quidē, sed per filium creata sunt. Sed cum dicit, & nos per ipsum: per quem creati fueramus, reformatos nos per ipsum significat in dei cognitione: quia facti per ipsum cum cæteris, post lapsum mentis & ignorantię nos per ipsum agnouimus mysterium vnius dei. Vnum ergo deum patrem dixit, & vnū dominum IESVM filium eius: vt quia deus non potest non esse dominus, similiter & dominus intelligatur esse & deus, vnum esse deum & dominū demōstraret, modum vnius principii cōseruando. ¶ Sed non in omnibus est scientia.) Id est, non omnes norūt credentes mysterium dei vni⁹, ideo q̄dā putāt ex iis q̄ credūt aliq̄d numinis in simulacris. ¶ Aliqui autē adhuc sciētia simulacri quasi simulacro immolatū māducāt.) De plebe enim aliqui cum veneratione adhuc simulacri manducabāt de acrificatis, quasi aliqua esset illic diuinitas. Et conscientia illorum cum adhuc sit infirma, coinquinatur.) Maculatur conscientia, si infirma est circa deum vnum. Esca autem nos non commendat deo.) Verum est, quia non ideo deo placebimus, si omnia ederimus, aut offendim⁹ si aliqua contempserimus. Neq; enim si ederimus abū dabimus: neq; si non ederimus, deerit nobis.) Contempta enim sacrificiorum esca, non vtiq; deerit quod edatur. Si autem sumpta fuerit, nō abundabit, ita vt nihil requiratur, ac per hoc abiicienda, quia neque sine illa non
L viuitur, & scādalum fratribus est. Videte tamē ne forte licentia vestra offensio fiat infirmis.) Hoc est, ne quia licere vobis edere carnē de sacrificio dicitis, per id q̄d nihil esse idolum scitis, offensionem generetis fratribus qui nesciunt adhuc quia nihil est idolū. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, in idolio recumbentē, nónne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducandū de simulacris? Hoc ideo dixit, quia vidēs quis fratrem peritum in idolio nouitatum recumbentē edere carnes sacrificiorum, putat illic esse aliquid gratiæ, & incipit & ipse edere carnes sacrificiorum, non illa conscientia qua ille peritiæ causa sciens nihil esse idolū sed esse putat illic numen, quando fratrem peritū videt illic edere, nec horrere. Et peribit qui infirmus est, in tua scientia, frater pro quo Christus est mortuus.) Peribit infirmus, si edat cōtra vnius dei fidem de sacrificatis Quod quidē quasi irascentis verba sunt, & ostendentis quid mali possit parere scientia si non fuerit temperata à charitate. In tua scientia, id est, tua peritia, illum occidis, quando à te fieri videt quod ille aliter intelligit. Et
M tu eris occasio mortis fratris, quem Christus vt redimeret, crucifigi se permisit. Ac per hoc aliquando ab scientia dissimulandum docet charitatis causa: quia sine dubio plus est salus fratris, quàm cibus, quia licet quidem sed nō expedit. Hoc erit cognouisse sicut oportet scire.

Sic autem peccantes in fratres & percutientes cōscientiam illorū infirmā, in Christo peccatis.) Quando enim charitatis non æmuli sunt qua Christus nos liberauit, peccāt in Christo, nō in Christū: quia in Christum peccare, negare est Christū: in Christo autē, ihęc q̄ sūt Christi. Sicut & hic qui sub lege est, in lege dicitur peccare: ita & ii qui sub Christo sunt, in Christo peccare dicuntur. Propter quod si scandalizat fratrem, non edam carnem in æternum, ne fratrem scādalizarē.) In tantum charitati studendum docet, vt licita pro illicitis habeātur, ne obsint fratri. Quātum enim mali est per illicita non delinquere, & per ea quæ concessa sunt offendere, vt lex seruetur in illicitis, & in licitis non custodiatur, dum inconsiderate eduntur? Lex enim sic permisit quæ

A concessit, vt modus tamen sit quem custodiant. Vxorem certe licet habere: sed si fornicata fuerit abiicienda est: ita & carnem licet edere, sed si idolis oblata fuerit, re spuenda est.

CAPVT NoNVM.

Non sum Apostolus, nō sum liber, nōne IESVM dominum nostrum vidi?) Cùm negare videtur, confirmat. Iratus enim loquitur. Apostolū enim se probat, quia missus est ad gentes, dicente domino ad eum: Ego ad gentes mittam te. Liberum autem se ostendit, quia nullius aliquid cōcupiuit, neq; in adulatione docuit. IESVM autem dominū nostrū vidit, dum oraret in templo Hierosolymis. ¶ Nónne opus meū vos estis in domino?) Ideo opus eius sunt, quia ipse illos plātauit in domino annum & sex menses euangelizans eis verbum dei. ¶ Si aliis non sum Apostolus, veruntamen vobis sum.) Quia à Iudæis credentibus, & nihilominus legem seruantibus, apostolus esse negabatur. Iam enim circuncidi non debere docebat, neq; sabbatum custodiri. Cæteris autem apostolis propter scandalū ab hac re dissimulantibus, hic aliter videbatur docere. ideo Apostolus ab his negabatur. His enim erat Apostolus qui viderant in eo virtutis insignia. ❧ Nam signaculum apo-
B stolatus mei vos estis in domino.) Hoc enim prædicāte conuersi sunt ab idolis ad fidem dei vnius. ¶ Mea defensio ad eos qui me interrogant, hæc est.) Nunc incipit agere causam quam superius præmisit, dicens: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate, esca ventri & vēter escis. Sic ergo incipit causam hāc, vt dicat, Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. Et quæ sit subiecit, dicens: ❧ Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi?) Hoc est quod dixerat, omnia mihi licent. ¶ Nunquid non habem⁹ potestatem mulieres circunducendi, sicut & cęteri apostoli, & fratres domini, & Cephas?) Ideo addidit & Cephas, quia cum primus esset inter apostolos, non refutabat sumptus oblatos. Cephas ipse est Simon Petrus. Mulieres enim desiderio doctriæ dominicæ & cupidæ virtutū sequebātur apostolos, & ministrabant eis & sumptus & seruitia, sicut & saluatorem sunt secutæ ministrantes ei de facultatibus suis. ❧ Aut solus ego & Barnabas nō habemus potestatem hoc operandi? Hoc est, habemus potestatem operandi, sed nolumus. Pro accipiendi tamen operādi ait, vt honestius loqueretur. Et vt hoc firmet, exempla subicit, dicens: ¶ Quis militat stipendiis suis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius nō edit? Quis pascit gregem ouium, & de lacte earum non percipit? nunquid secundum hominem hæc loquor?) Id est, nunquid humanam sententiam sequor?
C ¶ An & lex eadem dicit?) Concordare docuit supradicta testimonia documentis diuinis, vt ostendat nō sine causa vtiq; nolle se
Deu.25. ab illis sumptus accípere, quādo tot exemplis ostēdit & dandum & accipiendum esse. In lege enim scriptū est
Ionæ.4. Non alligabis os boui triturranti. Nunquid de bubus cura est deo?) Interim paucis hęc absoluam⁹. In Iona enim
Psal.35. propheta scriptū est: Non parcam ciuitati in qua habitāt plus quàm. cxx. milia hominū, & pecora multa. Et psalmographus Homines & iumenta, inquit, saluabis. Quo modo ergo deus non curat de bubus & pecoribus? Sed non curat de bubus & pecoribus propter hæc ipsa, sed propter nos, quorum causa sunt facta: ideo de nobis curat, nō de illis. Aut poti⁹, inquit, propter nos dicit? propter nos enim scriptum est.) Per figurā enim omnia dicta ad nos trāseunt. Quoniā qui in spe arat & triturat, debet spei suæ fructum percipere.) Verū est, quia hac spe laboratur, vt fructus capiatur. Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos vestra carnalia metamus?) Non dicit magnum neq; par esse, si euangelizantes regnum dei & cælesti cibo Ecclesiam saginantes, ali
D rentur temporalia. ❧ Si alii potestate vestra vtuntur, nónne magis nos?) Si enim ii qui per Euangeliū patres vestri non sunt, nec eūdem affectū habēt erga vos facultatem habent accipiēdi, quantò magis nos? Et subaudiatur vestri apostoli, quia Barnabas apostolus erat. ¶ Sed non sumus vsi hac potestate, sed oia toleramus, ne quod impedimentū demus Euangelio Christi. Diu occultatum prodidit sensum. Ostendit enim sumptus ideo se nolle eum liceret accipere, ne vigor euangelicæ authoritatis torpesceret. Pseudoapostoli enim peccantibus blādiebantur volentes accipere, ita vt non sibi viderentur peccare illis subiecti. Sed quoniā hæc res contra cuā gelicam erat disciplinam, hic non vult accipere, vt libere arguat, ne in illorum numero inueniatur. Vt enim regulæ Christianæ ius maneret, licita illicita fecit, quia illi per licentiam offendebant. ¶ Nescitis quoniam qui in sacrariis operātur, de sacrario viuūt: & qui altario deseruiunt, altari participātur?) In sacrariis legē gentilium significat, in altari vero Iudæorū. Sic enim decreuit dominus per Moysen, vt de iis quæ oblata erant partem sumerent sacerdotes. ¶ Ita & dominus IESVS ordinauit eos qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.) Nō ergo deus per Moysen gentilium formam secut⁹ est: sed ipsa naturalis ratio hoc habet, vt quis inde viuat vbi laborat. Hanc ergo rationem ipse naturæ & conuersationi humanę decreuit. Hæc tamen ad cumulum adhuc addens, grauat causam, vt nō leue faciat neq; odiosū quod tantis testimoniis cōmendat: & tamen non sibi proficere vult, ne libertatem arguendi humiliet. ¶ Ego autem E
nullo horum vsus sum.) Postquàm multis modis ostendit licere accipere, sibi tamen nō opus esset. Obest enim accipere à peccantibus, sicut supra memoraui. ¶ Non autem scripsi hæc, vt ita fiat in me. Bonum est mihi magis mori quàm vt gloriam meam quis euacuet.) Gloriam suam dicit in eo, si euangelii seueritas maneat, & mori magis eligit, q̄ euangelii iura violare, sciēs hoc magis sibi proficere ad futuram salutem. Debitum enim obsequium abnuit ab his sibi impendi, ne per hoc accipiant fiduciam delinquendi. ¶ Nam si euangelizem, non est mihi gratia: necessitas enim mihi incumbit. Sicut dicit dominus: Cū feceritis quæ dico vobis, dicite, Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. ¶ Væ enim e Lucæ.17.
rit, inquit, mihi, si non prædicauero euangelium.) Missus enim seruus à domino facit etiam inuitus, quod sibi præceptum est: si quo minus, astringitur plagis necesse est. Deniq; Moyses inuitus missus est ad Pharaonem, & Ionas coactus est prædicare Niniuitis. ¶ Nam si volens hoc ago, mercedem habeo.) Manifestum est quia nemo accipit remunerationem eius rei quā inuitus agit. Si enī F
voluntarius, dignus mercede est, quia consentit domino & quod voluntate fit, melius fit. ¶ Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.) Nec hoc obscurum est, quia qui indeuotus aliquid facit, non voluntate facit, sed necessitate. Quia enim voluntatis suæ non est, facit inuit⁹ quod sibi præceptum est. ❧ Quæ ergo erit mea merces, vt Euangelium annunciās, sine sumptu efficiam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio?) Repressa verborū iactantia gloriatur, & vult intelligi quāta dignus mercede sit, q̄ia potestate sua non vtitur in Euangelio, dum respuit oblatos sumptus, ne vim prædicationis humiliet. Hoc est licere, sed non expedire propter salutem fratrum, vt corrigantur. Forma ergo vult esse ceteris vt vbi vident non expedire, etiam licitis nō vtantur: si quo minus, de licito fient rei, quod sic sumūt, vt ad detrimentum proficiat.

Nam cum liber sim ex omnibus, omniū me seruū feci, vt plures lucrifaciā.) Liber ex omnibus est, cū nulli in adulatione tradidit Euāgeliū, nec cuiusquā præter salutē aliq̄d cōcupiuit, neq; ad delicias habēdas ab aliquo sumpt⁹ largiores mercedē hypo

G crisis accepit. Seruum autē sic se omnium factum dicit, dum semper humilitatē similē omniū mente imbecilliū exhibuit, vt eos per patiētiā firmaret ad salutem futurā, confouens animos illorum qui aut peccabāt, aut res diuinas tardius sequebantur, vt non aspere ferrent reprehendi se. ¶ Et factus sum Iudæis tanquā Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem.) Nō videtur quasi simulasse, vt omnibus fieret omnia, quod solent adulatores facere: sed non ita est. Vir enim diuinus & medicus spiritalis sciens omnium causas & vulnera, magna industria cōfouet illos, & compatitur. Cum omnibus enim hominib⁹ quædam habemus communia. Factus est ergo Iudæis quasi Iudæus, quia propter scandalum illorū circuncidit Timotheum, & purificatus ascendit templum, ne occasionē per eum acciperent blasphemandi. Rem ergo fecit quæ iam cessare deberet, sed fecit secundum legem. Nam & consēfit illis legē esse à deo & prophetas, & exinde illis ostēdit Christum hunc esse qui promissus est, vt assensus eius haberet effectum. ❧ His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cū ipse nō sum sub lege: vt eos qui sub lege sūt lucrifacerem.) Ii qui sub lege sunt, Samaritani noscuntur. Legem enim solam accipiunt id est, quinque libros
H Moysi. Sunt autem ex origine Persarum & Assyriorum quos rex Assyriorum sublatis filiis Israel in captiuitatē posuit ad incolenda loca Samariæ. Ideo & ignem colūt more Persarum. His ergo Apostolus, dum non negabat legem esse à deo, fiebat quasi sub lege: sed ex ea illis mi-
Ioan. 4. ti verbo Christum intelligendum tradebat, sicut & Samaritana illa quæ dixit ad dominum: Scio quia Messias venit docta per legem. ¶ His qui sine lege sunt, quasi sine lege essem, cum sine lege non essem dei, sed in lege essem Christi. Hoc dicit, quia cum in lege Christi est, in
Ioan. 17. lege dei est: quia quod Christi est, dei est: & quod dei, Christi est: sicut dicit: Omnia mea tua sunt, & tua mea. ¶ Vt eos qui sine lege sunt, lucrifacerem.) Dū enim assentit illis, id est, gentilibus, iuxta physicam rationē mūdum factum à deo, & quæ in eo sunt, & animam esse im-
Actо.17. mortalem, & ab ipso nos originem habere,) Ita enim in actis Apostolorū ait: Et sicut quidam ex vobis dixerunt: Ipsius enim & genus sumus) sic fiebat quasi sine lege, per quod subintroducebat illis Christum ipsum esse quem deus ad iudicandum mundum præelegit, & ipsum esse per quem omnia fecit. ¶ Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerē. Infirmus factus est, dum propter fratres infirmos à licitis abstinet, ne illis scandalum
I generet. ¶ Omnib⁹ factus sum omnia, vt omnes saluos facerem.) Hoc fuit viri prudentis & spiritalis, vt omnibus omnia factus, propositū tamen religionis non excederet: quia vbi cessit, ad hoc cessit vt proficeret: nec aliud fecit quàm lex mandauit. ¶ Omnia autē facio ꝓpter euangelium, vt particeps eius efficiar.) Hoc est, omnia supradicta facio vt voluntatis euangelicæ particeps fiā, quam habet circa salutem humanam.

NESCITIS quoniā qui in stadio currunt, oēs qui quidem currunt, vnus autē accipit palmā? Nunc aliud vult exponere. Itaq; hoc exemplo ostendit quanta sit vtilitas legis nostræ, in qua nō vni, sed omnibus promissa est palma. ¶ Sic currite, vt cōprehendatis. Solicite vult curri ad promissionē, quia magna est. ¶ Omnis autem qui in agone contendit, ab omnib⁹ se abstinet.) Ab omnibus quæ vitanda eadem tradit disciplina, cum sciant vnum coronandum: quanto magis nobis obseruandum est, quia omnibus promissa est salus. ¶ Et illi quidē vt corruptibilem coronā accipiant, nos autē incorruptā. Et in hoc multū dispar donum est, ac per hoc diligētiores nos esse debere, quibus nō terrenis & marcescētibus floribus, sed æternis cōserta gēmis in modum regalis diadematis spiritalis corona seruatur.

EGO igitur sic curro, nō quasi ī incertū.) Magna spe currere se ꝓfitetur, certū habēs quid sit promissū. ❧ Sic pugno, nō quasi aerē cædēs.) Hoc est, non verbis magis, sed re bus cōtendo. ¶ Sed castigo K
corpus meum, & seruituti subiicio.) Castigare corpus est iciuniis illud agere, & illa ei dare quæ ad vitam proficiant, non ad luxum. Seruituti vero subiicitur, dum nō suam perficit, sed spiritus voluntatē. Ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inueniar.) Ideo se refrenare corpus suum ostendit, vt remuneratione, quā aliis prædicat etiam ipse dignus habeatur, ne aliis curatis ipse remanere t in vulnere. Ratam ergo spem prædicationis suæ affirmat, quando gestis id se prosequi quod docet ostendit: quia qui aliter agit q̄ prædicat, suspectos facit audientes vt de promissis dubitent. Suo itaq; exemplo non magis verbis quàm operibus exercendum hortatur.

CAPVT DECIMVM.

NOLO enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerūt, & oēs mare transierunt, & oēs in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.) Iudæorū exēplo, qui negligentia sua offenderunt, solicitos nos vult esse. Idcōque sub nube dicit illos fuisse, quia omnia quæ gesta sūt in figura nostri facta sunt, vt veritatis nostræ illi habuerint imaginem. Cōtecti enim nube, & ab aduersariis suis tuti prætiti, dum à morte liberati sunt, baptizati dicūtur. Illis enim, id est A Egyptiis in mari mortuis, dum hi duce Moyse feliciter transeūt, erepti sunt à morte: quod præstat baptismum. Nō enim illis præterita mala imputa L
ta sunt, sed per mare & per nubem purificati, præparati sunt ad accipiendā legem & formā futuri sacramenti nostri. ¶ Et omnes eandem escā spiritalem ederunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant enim de sequenti spiritali petra. Petra autē erat Christus.) Māna, & aqua quæ fluxit de petra, hæc dicit spiritalia, quia non mundi lege parata sunt, sed dei virtute sine elementorum cōmixtione ad tēpus creata, habentia in se figurā futuri mysterii, quod nunc nos sumimus in commemoratione Christi domini. Ideo & panis angelorum dictus est, quia virtute qua angeli subsistūt, creatus est, hoc significās, quia de cælis vēturus erat qui spiritaliter pasceret, Vnde & māna primū dominico die venit de cælo ad saturitatē populi. Sequēs autē petra dicta est, quæ intelligitur esse Christus. Vbi enim deficiebat humanū eis suffragiū, aderat Christ⁹: ideo sequebatur, vt vbi defeciſset ille subueniret, nec enī petra aquā dedit, sed Christus. ¶ Sed nō in plurib⁹ eorū bene sensit deus.) Ideo hoc dixit, quia acceptū beneficiū nō intellexerūt. ¶ Prostrati enim sunt in deserto.) Dignū est vt q magna cōsecutus, M
in paruis diffidēs est, nō solū hæc non adipiscatur, verū etiā amittat & illa. Quoniā ergo superius hortat⁹ est ad meliora, se etiā id elaborare, vt ad ꝓmissionē dignus occurrat: nunc vt istud exēpli terrore cōstrīgat, ac suadeat Iudæos tūc simili modo dicit donū dei & gratiā sortitos sicut & nos: & quia indiligētes, & dubitantes de dei promissione futurū, ꝓstratos esse ī deserto, vt ideo semetipsum affligere se ostēderet, ne in illorū numero inueniretur: proinde elaborādum vt sui imitatores existerent.

HAEC autē in figura nostri facta sunt, vt non simus desiderantes mala, sicut & illi desiderauerunt.) Hic sensus & ratio quā supra memoraui. ¶ Neq; simulacris seruiētes, sicut q̄dā illorū.) Nunc hos tāgit q in idolio recūbētes, putabāt non esse peccatum. Exo.32.
¶ Sicut scriptū est: Sedit popul⁹ māducare & bibere, & surrexerūt ludere.) Ante idolū vtiq;, vt nō se crederēt īmunes à cirmine q in idolio epulabātur. Nā Moyse ī mō te posito apud deū simulacro vituli facto post oblationē dedicationis causa, sedit popul⁹ māducare & bibere, & surrexerunt ludere. Hęc luxuria est, qua semp oblectati, in dei rebus infideles inuēti sunt. Ideoq; instruit ne in hāc diffidētiā per assensum luxuriæ in idolio incidam⁹ Nu.25.
¶ Neq; fornicemur, sicut q̄dā illorū fornicati sūt, & ceciderunt vna die viginti tria milia hoīm.) Hoc illis retri-

A butum est, quando cum Madianitis mulieribus se commaculārunt. Ira enim dei extitit cōtra illos, quæ æmulatione Phinees sacerdotis habētis zelū dei, sopita est, ne plures morerētur. ❧ Neq; tēptemus Christum, sicut quidam eorū tentauerūt, & à serpētibus perierūt. Detrahentes de deo Christum tentasse dicūtur, quia Christus erat qui ad Moysen loquebatur. Deniq; ne nos in eadē causa inueniamur, cōmonet, ne diabolo tradamur, cuius serpētes habent figurā. ¶ Neq; murmurauerit is, sicut quidā ex ipsis murmurauerūt.) Murmurare est falso adinui-
Nume.21. cem de prepositis & rectoribus quæri, quātum ad mentē loci pertinet, quia solet murmur fieri, & iusta ex causa. ¶ Et perierūt ab exterminatore.) Hoc est, in locū Iudæ concesserūt anticipātes illum, quia tradēs Christū exterminatus est de numero apostolorū à iudice deo. Per hęc exēpla ad correctiorē nos vitā prouocat, vt monitis eius aut præmiū, si obedientes fuerimus, aut propensiorē pœnam mereamur inobedientes. Non est enim ambiguū illos peccātes plus subiicidos tormentis, quibus peccantium pœnæ ad hoc relatæ sunt, ne peccarent.

HAEC autē omnia in figura cōtingebant illis, scripta sunt autē ad correctionē nostrā, in quos fines seculorū deuenerūt.) Fines seculorū nos sum⁹, quia tūc hæc ideo facta noscūtur circa retributionē illorū, vt nobis essent exēplo, qui postremo seculo futuri eramus in fide Christi. Proutilitate enim no
B stra gesta sūt, vt si terrore horū in dei timore māserim⁹ gloriā illis promissā accipiamus, si quo minus, geminabitur nobis pœna illorū: quia maior notitia legis plus facit reū. ❧ Propterea qui se putat stare, videat ne cadat.) Hoc ad eos loquitur qui præsumētes de sciētia qua licitū est omnia edere, infirmis fratribus scādalo erāt, & putantes aliquid se proficere doctrina pseudoapostolorū, deteriorauerāt, & iudicabāt apostolum, cū ipsi essēt rei. Superbiæ ergo amputat, ne per hanc tentētur, sicut Iudæi tētati sunt, & perierūt. ¶ Tētatio vos non apprehendat, nisi humana.) Ac per hoc detrahētes Apostolo, dominū tentare videtur, quia & tunc cū Moysi detraherēt, dubitarēt de eo, deum tētasse dicūtur, Omne enim quod probatū non habetur, tētatur. Ideo vt hæc tētatio cōuelatur, admonet cum terrore. Vt autem humana tentatio illos apprehendat, hortatur. Humana enim tentatio est propter spē dei diffidere de homine, quia vana spes ī homine, vt in necessitate aut pressura nō desperet de deo, humanū auxiliū requirēdo, sicut & Iudæi qui dubitātes de deo, idolorū adminicula exorabāt, hoc est, humanū auxiliū: quia dii paganorū terra sunt, & cultura idolorū humanus error inuenit. Propter Christum ergo patihumana tentatio est, per quam proficiscitur apud deum.

FIDELIS autē deus, qui nō patietur vos tētari super q̄ potestis, sed faciet cū tētatione etiam prouētum, vt possitis tolerare.) Ideo fidelē dicit deū, qui non patietur vos tētari super id quod potestis, quia dare-
C turū se promisit deus diligētibus se regna cęlestia, & det necesse est, qa fidelis est. Propterea ergo tribulatis prose aderit, nec patietur tātum irrogari quod tolerari non possit, sed faciet vt aut cito cesset tentatio, aut si prolixa fuerit, det tolerādi virtutē: alioquin nō dabit q̄d promisit, quia vicetur q patitur. Homo est enī infirmitati subiectus, & nō erit qui accipiat. Sed quia fidelis est deus qui promisit, subuenit vt impleat quod promisit. Deniq; breuiatos dies dicit dominus, vt saluentur electi, vt possint consequi regnū dei. Quomodo tamē à deo adiuuatur, si tātum permittatur tētari, quantū potest? Adiuuatur planē, dum non plus permittitur ei imponi, q̄ scitur ferre posse, vt quarto die pati nō permittatur, qui scitur vltrà non posse q̄ triduo tolerare. ¶ Qua propter charissimi fugite ab idolorum cultura.) Hortatur etiā nunc vt abstineant se omni societate idolatriæ, vt non solum spes, sed & animus inde tollatur, ne per hoc nascatur in deū tentatio. Nemo enim assiduus in idolio nihil speret de eo. Hinc enī sperare, dubitare de deo est, sicut & Saul re D
licto deo, qui ei fuerat delicti causa iratus, ad idolatriam se contulit, aliquid sperans de ea. Cui quidem & in præsenti obfuit, & in futurum gehennam vltricem prouidit. ¶ Quasi prudentes vos iudicate quæ dico.) Exempla subiicit, vt facilius suadeat: quia cui verba satis non faciunt, solent exempla suadere.

CALIX benedictionis quem benedicimus, nónne cōmunicatio sanguinis domini est? Panē quē frā gimus, nónne cōmunicatio corporis domini est? Quia vn⁹ panis vnū corpus multi sumus: oēs enī de vno pane & de vno calice participamus. Quoniam vnum sumus, alter alterius membra: vnum nos sentire debere dicit, vt fides vna vnum habeat sensum & opus.

VIDETE Israel secūdum carnem.) Hoc est, discite homines videtes deum, quēadmodum se habent carnalia, id est idololatria. ¶ Nónne qui edūt hostias, participes sunt altaris?) Sicut enī nos de vno pane & de vno calice percipientes, participes sumus & consortes corporis domini, ita & qui edunt hostias, participes sunt altaris erroris. ¶ Quid ergo dico: quia simulacro immolatū aliquid est, nō quia simulacrum est aliquid: sed quæ sacrificāt, dæmoniis immolāt.) Simulacrū vere nihil est, quia imago videtur rei mortuæ, sed sub E
tegmine simulacrorū diabolus colitur. ¶ Nolo vos participes fieri dæmoniorū. (Ostēdit illis nō hoc esse tātum quod videtur in idolio, sed esse occultū iniquitatis mysterium, quod vt vnius dei fidem corrūperet Satanas ad inuenit. Vnde & Ioānes apostolus in epistola sua dicit: Ad hoc venit filius dei, vt solueret opera diaboli. ¶ Nō 1.Ioan.3.
potestis calicē domini bibere, & calicē dęmoniorū. Nō potestis mensæ domini communicare, & mensæ dæmoniorū.) Sicut & dominus ait: Nō potestis deo seruire, & Matt.6.
mammonæ: quia qui calicem dæmoniorum bibit, calicis domini insultat: & cum mensæ dæmoniorum communicat, mensæ domini, id est altario obstrepit, & domini corpus crucifigit. Idcirco enim Christus crucifixus est, vt dissolueret opera diaboli. Qui ergo facit opera diaboli, Christo repugnat. ¶ Aut æmulamur dominū? nun quid fortiores illo sumus? Vix fit vt humilis zeletur potentem. Scit enim non sibi competere in quo illi potest inuideri: sed aut inæquali inuidetur, aut propè æqualibus. Ideo Apostolus non potse dixit homines æmulari dominum IESVM. Præterea qui illum sciūt dominum, si quo minus, non videtur eis dignus esse vocari dominus, quem zelantur ne dominus sit. Zelo enim Satanas idololatriam inuenit, vt homines negando deum domi F
nū, idolis seruiant quasi diis & dominis. ¶ Omnia licēt, sed nō omnia expediunt.) Omnia dicit licere secūdum legem naturæ. Omnia enim munda sunt. De escis enim agebatur, & carne idolis immolata. Nam quę prohibita & interdicta sunt, quomodo dici possūt licere, cum hic etiā ipsa quę cōcessa sunt, significet aliquādo nō expedire? sicut dicit Petrus apostolus: Si hæc est causa viri cum Matt.19.
vxore, nō expedit nubere. ¶ Oīa licēt, sed non oīa ædificant.) Idem sensus est, quia licet omnia edere: sed quod idolis immolatur, nō ædificat: quia scādalum facit fratri sicut supra dictum est: ideoq; à licitis aliquando temperandum est, vt profit. Hinc est vnde sumptus ab is, cum ei liceret, noluit accipere, sciens non expedire.

OMNE quod in macello venit, edite, nihil interrogantes propter conscientiā. domini est enim terra, & plenitudo eius.) Vt omnia mūda ostenderet, exēplo psalmi 23. hoc roborauit, quia nō potest immundū esse quod domini est. Et quoniā superius de escis ait, Omnia licēt: statim subsecutus est, Omne q̄d in macello venit, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Hoc autem ideo subiecit, vt libera fit cōscientia. Licet enim aliquid pollutū sit per accidētiam, id est oblationem idoli, cum hoc tamen nescit qui emit, nullum patitur scrupulum, & apud deum immunis est.

G Si quis vocat vos ex infidelibus ad cœnã,& itis,omne quod appositũ vobis fuerit,edite, nihil disquirẽtes.)Hoc est simpliciter manducate qđ apponitur, nõ interrogãtes vnde sit. ❧Si vero aliquis dixerit, hoc immolatitiũ est,nolite mãducare propter conscientiam.Conscientiam autẽ dico,nõ tuã,sed alterius.) Hoc perfectis loquitur,q possunt contẽnentes idololatriam, quia nihil est manducare de sacrificio, certi quia quod sub dei creatoris nomine editur, nõ potest pollueresed quia alius qui idolis seruit,gloriabitur te edẽte de sacrificatis quasi venereris idola,ideo nõ debet edi. Apud cõscientiã enim ille lætabitur suã, quia videt te libẽter appetere qđ idolis immolatum est. ¶Vt quid enĩ libertas mea iudicatur ab alia cõscientia?) Hoc dicit qa cum ab idoli deuotione cõscientia sit libera,quid opus est vt putetur qa venerationis causa edat idolis immolata? Iudicatur enim non distare ab eo qui colit idola,quando nõ horret quod oblatũ est simulacro. ¶Si ergo gratiæ particeps sum,quid blasphemor pro quo ego gratias ago?) Id est,si ego gratiæ dei cõmunico,quia in ipsius nomine edo,quid opus est arbitrari hoc aliquem quia ego idolo deuotus sum , dum non horreo quæ oblata sunt idolo? hoc est, blasphemor . Et me ergo blasphemat, & ille in idolo suo gaudet: & dũ me putat participẽ, habet occasionẽ permanẽdi in errore,& fratrib⁹ malũ datur exemplum. Nam si præceptum est in lege vt luci & aræ & tituli & ipsa idola confrigãtur,vide si nõ peccatum est non H solum hæc non facere, sed & interesse epulis huiusmodi: propterea de sacrificatis non expedit edere.

Sive ergo editis,siue bibitis, siue aliquid facitis,omnia in gloria dei .) Per hæc subiecta declarauit in idolio edere, inimicũ esse deo quauis licet cõscientia. Ad opprobriũ enim dei vnĩ⁹ hęc diabolo dedicãtur . Nã in gloria dei edere & bibere & aliquid facere hoc est,vt sub inuocatione creatoris cũ modestia conuiuium celebretur . In gloria enim dei aliquid fit, cum in actibus & conuersatione Christiani deus laudatur , vel cũ filiorũ procreatio à deo speratur . ¶Sine offensione estote Iudæis,& Græcis,& ecclesiæ dei.)Sic tẽperandam conuersationẽ nostrã docet,vt nullus in ea scandalũ patiatur. Offensio ergo Iudæis fit,cũ idola quæ illi abominãtur Christianũ, qui se dicit legẽ & prophetas accipere,videt nõ horrere.Græcis vero,id est gẽtilibus,hęc est offensio,si in eo in quo sunt,nõ solũ non arguantur,sed & prõptiores fiãt, dum non vitãtur vota idolorũ illorũ. Ecclesiæ autem dei fit offendiculum quãdo quosdam ex I numero suo videt iis quæ inimica sunt deo, adhærere. ¶Sicut ego omnibus per omnia placeo,nõ quærens qđ mihi vtile est,sed multis,vt salui fiãt.) Omnibus per omnia placere, est sine scandalo cuiusquam agere ad profectum vtilitatis illorum,vt & illis & huic sit vtile.

CAPVT VNDECIMVM.

Imitatores mei estote,sicut & ego Christi.)Humanum est quod dicit,vt imitatores eius simus, qui à deo nobis magister indultus est. Si enĩ hic dei imitator est, quare nos non hominis? quia sicut deus pater misit Christum magistrum & authorem vitæ , ita & Christus misit apostolos nobis magistros , vt eorũ imitatores essemus , quia eius esse non possumus. Ita enim ait dominus ad patrẽ:Sicut me misisti in hunc mundum, ita & ego misi eos in hunc mundũ. Et quia digni imitatores eius erãt futuri, subiecit:Et pro eis sanctifico meipsum. ¶Laudo autẽ vos fratres quòd omnia mea memoria retinetis , & quomodo vbique trado,traditiones meas tenetis.) Postq̃ mores & conuersationẽ illorũ arguit,nũc traditiones vult corrigere.Ideo non hoc cõfirmat,sed succenset eis,quia cum esset apostolus eorum , immemores erant traditionum eius,neq; quod adhuc nõ didicerant, ex aliarũ ecclesiarum traditione sequebantur , ac per hoc quasi nouiter K tradit illis,dicens:

Volo vos scire qa omnis viri caput Christ⁹ est.) Ad authoritatem retulit,quia omnis homo à deo quidem,sed per Christum. ❧Caput autẽ mulieris,vir.) Quia quãuis & mulier per Christũ, de viro tamẽ facta est,ac per hoc subiicitur viro. ¶Caput autẽ Christi deus.)Dignum est vt filii caput pater dicatur, quasi genitor eius. Aliter tamen caput viri Christ⁹ est,& aliter vir mulieris, & aliter deus caput Christi est. Deus autem ideo caput Christi est , quia de eo vel ab ipso gen-nit⁹ est. Mulieris vero idcirco caput vir est,quia ex eius costa dei virtute formata est. Christus autem ideo caput viri est,quia per ipsum,cum nõ esset,formatus est . Vna ergo dictio diuersam habet intelligentiam , quia & personæ discrepant & substantiæ.

Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suũ.) Orare dicit deprecari. Prophetare autẽ aduentũ fore domini voce symboli postea rationẽ effari. ¶Omnis autẽ mulier orãs aut prophetãs nõ velato capite,cõfundit caput suũ. Vnũ est enim atq; idipsum,vt decaluata . Si autẽ non velatur mulier,tõdeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi aut decaluari,velet caput. Vir enim nõ debet velare caput, cum sit imago & gloria dei.) Quãuis vna substãtia sit & vir & mulier, tamẽ quia vir caput est mulieris, anteponẽdus traditur, vt per causam & traditionem maior sit, non per substantiã. Inferior ergo mulier viro est,portio L enim eius est,quia origo mulieris vir est. Ex eo enim est: ac p hoc obnoxia videtur mulier viro , vt imperio eius subiecta sit. Honorificentiã & dignitatẽ viri obstare dicit ne velet caput. Imago enĩ dei non congruũ est vt veletur: absconditenĩ non debet. ¶Dei enĩ gloria videtur in viro,mulier autem gloria viri est.)Multum distat inter gloriã dei,& gloriam viri . Vir enim ad imaginẽ dei factus est,non mulier. Hæc est autem imago dei in viro, quia vnus deus vnum fecit hominẽ, vt sicut ab vno deo sunt omnia,ita esset & ab vno homine omnes homines, vt vnius dei inuisibilis , vnus homo visibilis imaginem haberet in terris,vt vnus deus in vno homine videretur authoritatẽ vnius principii cõseruare ad confusionem diaboli,q sibi neglecto vno deo dominum & diuinitatẽ voluit vsurpare . Quod propheta Ezechiel significat,& apostolus idẽ. Ait enĩ:Ita vt in tẽplo dei sedeat ostendẽs 2. Thes. 2. se quasi sit deus. ❧Non est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro . Etenim nõ est creatus vir propter mulierẽ, sed mulier propter virũ. propterea debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos.) Potestatẽ velamẽ significauit. Angelos episcopos dicit,sicut docetur in Apocalypsi Ioãnis. Et quia vtique homines sunt, quod nõ corriperẽt plebẽ,arguũtur: & quod rectũ est in M illis,laudatur. Mulier ergo idcirco debet velare caput, quia nõ est imago dei,sed vt ostẽdatur subiecta. Et quia præuaricatio per illã inchoata est, hoc signi debet habere,vt in ecclesia propter reuerẽtiã episcopalẽ nõ habeat caput liberũ,sed velamine tectũ. Nec habeat potestatem loquendi,quia episcopus personã habet Christi. Quasi ergo ante iudicẽ,sic ante episcopũ,quia vicarius domini est,propter reat⁹ originẽ subiecta debet videri. ¶Veruntamen neq; mulier sine viro,nec vir sine muliere in domino.) Ideo i domino,qa deus ex vno fecit ambos & vnũ. vna enim caro & vnũ corpus sunt in domino. hoc est,secundũ dominũ qui creauit. Deniq; qui nõ credunt mulierẽ de viro sumptã,hi sine domino,vel nõ secundũ deum credunt hominũ originẽ, ¶Nam sicut mulier de viro,ita & vir per mulierem.) Hoc firmauit quod dixit, quia ambo vnũ sunt in natura , quia origo mulieris vir est,sicut legitur in Genesi factum à domino creatore. ❧Omnia autẽ ex deo.)Postq̃ gradatim exposuit singula vt omnia deo subiiceret,vnũ seruans principium ait: Omnia autẽ ex deo,vt neq; mulier subiectionis suæ cau-

Ioan.17.

A sa contristaretur , neque vir quasi exaltatus superbiret. ¶Vosipsi iudicate,decet mulierẽ nõ velatã orare deũ?) Hic est vnde superi⁹ illis per ironiã succẽsetdicẽs:Laudo,qa omnia mea memoria retinetis,& quomodo vbiq; trado,traditiões meas tenetis. Cũ enĩ hæc esset traditionis ratio,vt velatæ essẽt mulieres in ecclesia,illi contrà reuelatas eas in ecclesia patiebãtur. Ideoq; iã non authoritate traditionis quã neglexerãt,sed p ipsam naturã suadere illis nititur veritatẽ,dicens: ¶Nec ipsa natura docet vos,qa vir quidẽ si comã habuerit, ignominia est illi.)Hoc secũdum legẽ locutus est:prohibet enim virum esse comatũ. ¶Mulier autẽ si comã habuerit,gloria est illi,quoniã coma pro velamine data est ei.) Naturaliter hoc honestũ & propemodũ decretũ vult esse, vt velata mulier satisfaciat & gratias agat deo . Coma ergo iudiciũ velaminis est,vt naturę & voluntas addatur. Deniq; nulla mulier reuelatã qdit potestatẽ. ¶Si quis autẽ videtur contẽtiosus esse, nos talem consuetudinẽ non habemus,neq; ecclesia dei.)Post rationem redditã,vt cõtentiosos vincat,authoritatem interponit,quia neq; Iudaismus hoc habuit: vnde dicit : Neq; nos neq; ecclesia dei. vt neq; Moyses,neq; Saluator sic tradiderit. ❧Hoc autem præcipio non laudans quod non in melius,sed in deterius conuenitis. Quomodo particulatim conuersationem illorum per correctionem emendat, ita & traditiones illorum,non laudans vtiq; sed vituperans eos.

Primvm enim.) Primũ dicendo , genus peccati ostendit vnde orti sunt errores quos reprehendit. vbi enĩ dissentio est,nihil rectũ est. ¶Conueniẽtibus vobis in ecclesiã,audio dissẽsiones esse,& partim credo. Oportet enĩ & hæreses esse, vt & qui probati B sunt manifesti fiãt inter vos.)Sciẽdo nõullos mẽte corruptos versutia diaboli,dicit,oportet hæreses esse. non vtiq; voluit,nec optauit,sed quia sint,futurũ dixit: sicut Matt.18. & dominus, Oportet,inquit, venire scãdala. &,oportet Luc.9. filiũ hominis pati. præscius qa Iudas proditor erat futurus. Vt probati autẽ,cum dicit,manifesti fiant inter vos, illos significat qui in traditione accepta durãtes, exemplum probationis erãt euãgelicę disciplinę ad condẽnationẽ cæterorũ. Ii sunt quos in capite epistolę significat, eò quod dicerent:Nos verò Christi:cũ alii dicerent:Ego Pauli,ego Apollo. ❧Cõueniẽtibus igitur vobis in vnũ iam non est dominicã cœnã manducare. Vnusquisq; enim vestrũ propriam cœnã præsumit in mãducando, & alius quidẽ esurit,alius ebrius est. Nũquid domos nõ habetis ad edendũ & bibendũ? aut ecclesiam dei cõtemnitis,& cõfunditis non habẽtes?) Hos notat q-sic in ecclesiã conueniẽbãt,vt munera sua offerẽtes aduenientibus presbyteris, qa adhuc rectores ecclesiis non omnib⁹ locis fuerãt constituti, totum sibi q obtulerat, vendicaret schismatis causa. Dissensiones enĩ inter eos pseudoapostoli seminauerãt, ita vt oblationes suas zelarẽtur, cum vna atq; eadẽ prece, omniũ oblationes benedicerentur, vt ii q (vt assolet fieri) nõ obtulerant, aut vnde offerrent C non habebant,pudore correpti confunderẽtur non sumentes partem: & tam cito illud agebãt,vt superuenientes non inuenirẽt qđ ederent. Ideoq; si sic,inquit,conuenitis,vt vnusquisq; suum sumat,domi hæc agenda,non in ecclesia,vbi vnitatis & mysterii causa cõuenitur,non dissensionis & ventris. Munus enim oblatum totius populi sit,qa in vno pane omnes significãtur . Per id enim quod vnum sum⁹,de vno pane omnes nos sumere oportet. ¶Quid dicã vobis? Laudo vos in hoc:non laudo.) Apertum est:deprehenso & correpto errore,vt de cætero corrigant,& sciant hoc verum, quod dudum in primordiis ipsi didicerant:formam illis quæ à Saluatore in re huiusmodi data est,iterat dicens:

Ego enim accepi à domino , quod & tradidi vobis, quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur,accepit panem,& gratias agẽs fregit & dixit. Hoc est corpus meũ quod pro vobis fragitur. hoc facite in D mei cõmemorationẽ. Simili modo & calicẽ postq̃ cœnatum est,dicẽs: Hoc poculũ nouũ testamentũ est, in meo sanguine. hoc facite quotiẽscunq; bibetis in mei cõmemorationẽ. Ostendit illis mysteriũ eucharistię inter cœnandũ celebratũ,non cœnã esse. Medicina enĩ spiritalis est,quę cũ reuerẽtia degustata purificat sibi deuotũ. Memoria enĩ redẽptiõis nostræ est,vt redẽptoris memores, maiora ab eo cõsequi mereamur . ¶Mortẽ domini annunciãtes donec veniat.) Quia enĩ morte domini liberati sumus,hui⁹ rei memores, in edẽdo & potando,carnẽ & sanguinẽ,quæ pro nobis oblata sunt,significam⁹, nouum testamentum in his consequuti,quod est noua lex, quæ obedientẽ sibi tradit cęlestibus regnis. Nam & Moyses accepto sãguine vituli in patera aspersit filios Israel, dicens: Hoc est testamentũ quod disposuit deus ad vos. Hoc figura fuit testamenti quod dominus nouũ appellauit per prophetas, vt illud vetus sit quod Moyses tradidit. Testamentũ ergo sanguine constitutum est,quia beneficii diuini sanguis testis est. in cuius typum nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionẽ corporis & animæ nostrę percipim⁹,quia sanguis domini sanguinẽ nostrũ redemit,id est totũ hominem saluũ fecit. Caro enim Saluatoris pro salute corporis, sanguis verò pro anima nostra effus⁹ est, sicut prius præfiguratũ fuerat à Moyse. Sic E enim ait:Caro,inquit,pro corpore vestro offertur, sãguis vero pro anima. Ideoq; non manducãdum sanguinem. Si igitur apud veteres imago fuit veritatis, quæ nunc apparuit & manifestata est in Saluatoris aduentu,quomodo hæreticis contrarium videtur vetus nouo , cum ipsa sibi inuicem testimonio sint?

Itaque quicunq; ederit panẽ hunc, aut biberit calicẽ domini indignè domino,reus erit corporis & sanguinis domini.) Indignum dicit esse domino q aliter mysteriũ celebrat q̃ ab eo traditũ est. Non enĩ potest deuot⁹ esse qui aliter præsumit,q̃ datum est ab authore. Ideoq; præmonet vt secũdũ ordinẽ traditũ deuota mẽs sit accidentis ad eucharistiã domini,quoniã futurum est iudicium, vt quemadmodũ accedit vnusquisq; , reddat causas in die domini Iesu Christi,qa sine disciplina traditionis & conuersationis q accedunt,rei sunt corporis & sanguinis domini. Quid est autem reos esse,nisi pœnas dare mortis domini ? Occisus est enim pro iis qui beneficiũ eius in irritũ ducũt. ¶Probet autem se homo,& sic de pane edat,& de poculo bibat. Qui enim mãducat & bibit indignè,iudiciũ sibiipsi manducat & bibit, non discernẽs corpus domini.) Deuoto animo & cũ timore accedendum ad cõmunionem docet,vt sciat mens reuerentiã se debere ei ad cui⁹ corpus sumendũ accedit. Hoc enim apud se debet iudicare,qa domin⁹ est,cuius in mysterio sanguinẽ potat,qui testis est beneficii dei . Quem nos si cum disciplina accipiamus,nõ erimus idigni corpore & sanguine domini: gratias enim videbimur reddere redẽptori. ¶Ideo multi in vobis inualidi & ægroti,& dormiunt multi.) Vt verum probaret, quia examẽ futurum est accipientium corpus domini, iam hic imaginem iudicii ostendit in eos qui inconsideratè corpus domini acceperant, dum febribus & infirmitatibus corripiebantur , & multi moriebantur , vt in his cæteri discerent , & paucorum exemplo territi emendarentur, non inultum scientes corpus domini negligenter accipere, & eum quem hic pœna distulerit , grauius tractari fore, quia contempsit exemplum . ¶Quod si nosmetipsos discerneremus,non vtique iudicaremur.Dum iudicamur autem,à domino corripimur,vt non cum hoc mundo damnemur .) Hoc dicit , quia si nosmetipsi errores nostros corrigeremus ; non à domino iudicaremur. Et quia corripimur, tamen pro nobis est vt timore ipso emendemur. In paucis enim omnium est emendatio, ne cum hoc mundo, id est,cum infidelibus damnemur. Nihil enim differt ab infideli, qui inconsideratè ad mensam domini accedit.

Itaqve fratres cũ conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. si quis esurit, domi mãducet.) Adinuicem expectãdum dicit, vt multorum oblatio simul celebretur, vt & omnibus ministretur, & si quis impatiens est, domi terreno pane pascatur. ¶Vt non in iudicium conueniatis.) Hoc est, ne mysterium reprehensibiliter & cũ offensione agatis. ¶Cætera autẽ cum venero disponam.) Caput prius salutis ordine agendum ostendit, & quomodo in ecclesiam ab vtroq; sexu cõueniatur, præmisit. in quibus rebus si error fuerit, nõ leue peccatum est. Cætera autem quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinent, præsentia sua ordinare se promisit.

CAPVT DVODECIMVM.

De spiritalibus autem nolo vos ignorare fratres scitis quia cum gentes eratis, simulacrorũ forma euntes prout ducebamini.) Spiritalia illis traditurus, exemplum prioris conuersationis memorat vt sicut simulacrorum fuerunt forma, colentes idola, & ducebantur duce voluntate dæmoniorum, ita & colentes deũ sint forma legis dominicæ, ambulantes sicut placet domino. Forma enim vniuscuiusque legis in professione & conuersatione cultoris debet videri. Ille enim forma & imago legis dei est, in cuius fide & cõuersatione euãgelii veritas lucet. ¶Propter quod notum vobis facio quia nemo in spiritu dei dicit anathema IESV, & nemo potest dicere dominum IESVM nisi in spiritu sancto.) Quoniam rationem spiritaliũ ignorantes, per singula charismata hominibus potius q̃ deo dabant gloriã non assecuti per spiritum sanctum hoc donũ ministrari: & quia qui dominũ Iesum vocat, non sine spiritu sancto hoc dicit. habet enim gratiam in eo ipso fidei suæ, propter gloriam nominis Christi. non enim sine dono dei est, dominum dicere Iesum. ac per hoc ostendit illis in omnibus dei esse laudem & gratiam: quia sicut idolorum imago in ministris eius est, ordinem suum habens per singulos gradus, totum tamen hominis est: ita & in lege dominica gradus charismatum sunt officiis ecclesiæ, nõ vtiq; meritis humanis indulti, sed vt membra ad ædificationem ecclesiæ pertinẽtia, quæ per se & in se habent gloriam, sicut est etiam in humanis officiis. Scholæ enim sunt quæ positis in se dant dignitatẽ, vt loci honor hominem faciat gloriosum, non propria laus. Ait ergo: Nemo in spiritu dei dicit anathema IESV. Vox enim quæ dicit anathema IESV, humano est errore prolata. quicquid enim falsum est, ab homine est. Et nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Dictum enim ipsum quo significatur dominus Iesus, non adulatione hominum, sicut & idola dii vocãtur, sed spiritus sancti veritate profusum est. Quicquid enim verũ à quocunq; dicitur, à sancto dicitur spiritu. Ne ergo hominum fauorem existimarent in regula Christiana, & propter hoc se argui minime paterentur, sicut in simulacris: (homo enim adinuenit vt deus dicatur qui non est, ac per hoc subiecti sunt antistites illis) ostendit eis nullum beneficium esse humanum in eo cum dicitur, Dominus Iesus, sed magis donum dei, qui dignatus est mysterium suũ hominibus declarare. Etenim ipsa professio remissionem aequirit peccatorũ, sicut exaggerat dicatio idolorum. Docet ergo eos quia non prestant religioni beneficiũ dicentes dominũ Iesum, sed accipiũt: ne more idolorũ hominum putarent gratiã esse in lege domini, dũ vocatur deus qui nõ est. Deniq; non intelligentes dei donũ esse in fide, singuli singulos sibi homines delegerant quos sequerẽtur, dicentes: Ego sum Pauli, ego verò Apollo. Superbiã ergo illorũ humiliat, vt patiantur se sicut dixit, argui. ¶Diuisiones autem gratiarum sunt.) Non hoc humanis meritis vult adscribi, sed gratiæ dei, ad honorificentiã nominis eius. Sicut enĩ qui dicit dominũ Iesum, in spiritu sancto dicit qualisuis sit, ita & in loco ordinis officiũ ecclesiastici positus, gratiam habet, qualisuis sit: nõ vtiq; propriã, sed ordinis per effi- K
catiam spiritus sancti. Vnde & inter initia dicit: Neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. ❧Idem autẽ spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt.) Per eũdem spiritum diuersa dona dicit præstari. ¶Idẽ verò dominꝰ, & diuisiones operationũ sunt.) Iungit nũc Christum spiritui sancto. ¶Idẽ autem deus, qui operatur omnia in omnibus.) In tantũ non hoc hominibus dandũ quasi propriũ, sed soli deo asserit, vt etiam donũ spiritus sancti, & gratiã domini Iesu, vniꝰ dei dicat operationẽ, ne gratia & donũ diuisum sit per personas patris & filii & spiritus sancti, sed indiscretę vnitatis & naturę trium vnũ opus intelligatur, vt ad vnũ omnem gloriã redigat & diuinitatẽ. Diuisiones autẽ gratiarum sunt officiis ecclesiæ, nõ humanis meritis deputatę. Si enim spiritus sanctus idem dominus est, & dominus idem deus est, tres vnus deus est. Cum enim spiritus sancti gloria, & potestas, & natura dei est, & dominus Iesus idẽ est in natura qđ deus est, vnus vtiq; spiritus sanctus, & dominus Iesus, & pater deus est. Et singuli enim deus vnus, & tres deus vnus. Deniq; operãte vno, tres operari dicũtur, vt trinitatis mysteriũ in vnius dei natura & potestate claudatur, cũ sit immẽsum. ❧Vnicuiq; datur autem manifestatio spiritus ad vtilitatẽ.) Hoc est, donum accipit, vt diuinis retinaculis vitã suam gubernãs, & sibi & aliis vtilis sit, dum exemplum bonæ cõuersationis ostendit. ¶Cuidã enim datur per spiritũ sermo sapientiæ.) Id est, datur illi prudentia nõ ex literis, sed coruisco L
spiritus sancti, vt cor hoc habeat illũminatũ & prudens & discernat quæ vitanda sunt, quæ sequenda. ¶Alii vero sermo scientiæ secundũ eundem spiritum.) Hoc est, vt habeat scientiã rerum diuinarũ. ¶Alii gratia curationũ in vno spiritu.) Id est, vt medelam tribuat infirmis, vel ægris. ¶Alii fides in eodem spiritu.) Hoc dicit vt fidei profitendę ac vendicandę pressa verecundia accipiat fa cultatẽ. ¶Alii operatio virtutũ.) Potestatẽ dari significat in eiiciẽdis dæmoniis, aut signis faciẽdis. ¶Alii prophetia.) Id est vt spiritu repletus dicat futura. ¶Alii discretio spiritũ.) Vt intelligat & iudicet quod dicitur, an spiritus sancti sit, an mundani. ¶Alii interpretatio sermonũ. Alii genera linguarũ.) Interpretari est, vt dicta illorũ qui linguis loquũtur vel literis, per donũ dei fideliter interpretetur. ¶Omnia autẽ hæc operatur vnus atque idẽ spiritus, diuidẽs vnicuiq; prout vult.) Quod superius triũ personarũ dicit, nunc per vnũ spiritũ sanctũ agi profitetur, vt quia vniꝰ naturæ sunt & virtutis, quod vnus operatur, operantur tres, vnus tamẽ est deus, cuius gratia diuiditur singulis prout vult, non ad meritũ magis hominis, sed ad ædificationem ecclesię suæ: vt omnia quæ mundus imitari vult, sed non implet, quia carnalis est, hæc in ecclesia, quæ domus dei est, singulorum officiis & dono & magisterio spiritus sancti indulta, ad pro M
bationem veritatis in iis qui contẽptibiles mundo sunt, videantur. ¶Sicut enim corpus vnum est, & mẽbra habet multa, omnia autem membra ex vno corpore cum sint multa, vnum sunt corpus: ita & Christus. Etenim in vno spiritu nos omnes in vnum corpꝰ baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes vnum spiritum potauimus.) Per hæc docet nullius personam quasi despecti contemnendam, neque alicuius quasi perfecta sit præferendam, nec gloriã quæ soli deo debetur, hominibus tribuendam, quando in omnibus vnus atq; idem deus sit glorioſus: quippe cum omnes & vnum baptisma habeamus, & vnum atq; eundem spiritum sanctũ. Hoc propter supradictã causam, quia in aliquibus gloriabantur, aliquos vero velut cõtemptibiles spernebant. ¶Nam & corpus nõ est vnum membrum sed multa.) Hoc dicens ostendit vnitatem varietatis officiorum, & diuersitatem hanc nõ discrepare in vnitate potestatis, quando corporis vnitas non in singularitate consistit, sed in multis mẽbris, vt inuicem sibi præstent

A quod debent. ¶Si dixerit pes, quia nõ sum manus, non sum de corpore: nũ propterea non est de corpore? Hoc est nõ posse eũ qui infirmus videtur inter fratres, negari esse de corpore quia nõ est potẽs. ❧Si dixerit auricula: quia nõ sum oculus, nõ sum de corpore: num propterea nõ est de corpore?) Non debere dicit illum qui paulò inferior est, nõ necessariũ putari corpori propterea qđ de primis non sit. ¶Si totum corpus oculus, vbi est auditus? si totum auditus, vbi est odoratus?) Id est, si omnes vnius essent officii & operis, quomodo impleretur reliqua necessitas corporis, cum cõstet multis officiis opus esse ad gubernacula corporis? ❧Nunc autẽ deus posuit mẽbra vnumquodq; in corpore sicut voluit.) Voluntatem dei, quia prouida & rationalis est, mẽbra dicit corpori aptasse, vt nihil desit multis membris perfectum. ¶Si autẽ fuissent omnia vnum mẽbrum, vbi corpus?) Manifestũ est quia si omnes vnius fuissent dignitatis, nõ dicerentur membra, neq; corpus: ideoq; variis membrorum officiis congubernatur. Omnia enim vnũ membrũ esse nõ poterant. ideo autẽ multa sunt, quia ab inuicem differunt dignitate. ¶Quia si essent omnia vnũ membrum, vbi corpus? nũc autẽ multa quidem mẽbra, vnum autẽ corpus.) Hoc dicit quia multa mẽbra cum sui inuicem egeant, nõ discrepant in vnitate naturæ, quamuis diuersa sunt, quia diuersitas hæc in vnũ cõcurrit, vt corporis vtilitas expleatur: sicut & ea quibus mundus ipse constat, cũ sint diuersa nõ solum officiis, sed & naturis, ad vnius tamẽ mundi proficiũt perfectionẽ, & ex omnibus his nascitur temperies quædam in fructibus qui humanæ proficiunt vtilitati. ¶Non potest autem dicere
B oculus manui, Opera tua non indigeo.) Hoc est, nõ potest dicere potior inferiori, Nõ mihi opus es: quia oculis quidem videtur, sed manus sunt quæ operantur. ¶Aut iterum caput dicere pedibus, Non estis mihi necessarii.) Id est, maior gradu & dignitate non potest sine illo esse qui humilis est, quia est quod humilis potest, quod non potest sublimis: quia ferrũ potest quod nõ potest aurũ: ac per hoc honorẽ capiti faciũt pedes. ¶Sed multò magis quæ videntur mẽbra corporis infirmiora esse, necessariora sunt.) Manifestum est quia quãuis aliquis dignitate sublimis sit, si subiectus tamen defuerit q̃ obsequiis suis illum faciat glorioſum, ipsa dignitas cõtemptibilis erit. Officiũ est enim per quod dignitas constat. Tale est si imperatori desit exercitus. Quamuis ergo magnus sit imperator, necessariũ tamen habet exercitũ. Membrum est enim corporis eius ante se habẽs tribunos, comites, magistros. His omnibus inferiores sunt milites, & magis necessarii sunt, sicut mẽbra corporis quæ cũ inferiora videntur, plus vtilia sunt. Sine oculis enim manibus operatur, & ambulãs victũ quæritat. ❧At quæ putamus ignobiliora esse mẽbra corporis, his maiorẽ honorẽ circundamus.) Similis est sensus, quia qui putãtur sine dignitatate esse, inuenim⁹ in eis quod laudem⁹, sicut & in
C mẽbris, & plus nobis placeat, q̃ quod in cæteris inuenimus. Quo enim honore digne sunt manus, quãdo quod volumus, tenemus: vel pedes, cum quo volumus, imus? propterea & nos addimus eis honorificentiã, vtputa pedibus, quos, quia humiles sunt, & sine dignitate, calceamentis ornamus. ¶Et quæ inferiora sunt nobis, reuerẽtiam abundantiorẽ habent.) Manifestũ est quia pudenda nostra, quæ turpia videtur, dũ aspectus publicos vitant, honestate se cõtegunt, ne per irreuerentiã horreãt. Simili modo & quidã fratrum cum sint egestate & habitu inhonesti, nõ tamẽ sunt sine gratia, propter quod mẽbra sunt corporis nostri. Nã solent succincti pede nudo vesticula tetrica incedere. Quanꝰ ergo videãtur cõtemptibiles, magis honori sunt, quia solent vitã habere mũdiorẽ. Quod enĩ hominꝰ videtur despectũ, solet à deo pulchrũ iudicari. ¶Quæ autẽ honesta sunt nostra, nullius egẽt.) Apertũ est quia caput nõ eget, neq; facies, neq; manus, vt his addatur per quod decorẽtur. ita & fratribus in quibus studiũ peritiæ, & cõuersationis viget hoD
nestas, nihil est quod à nobis addatur. debitꝰ enim illis redditur honor. Despectis verò vel humilibus exhortatio necessaria est, per quã addatur illis aliquis honor vt fiant vtiles: si quo minus, ipso contẽptu negligentiores circa se erũt, in quibꝰ magis proficiendũ est. ¶Sed deus tẽperauit corpus, ei cui deest, ampliorẽ honorẽ tribuendo: vt nõ fit schisma in corpore, sed ipsa pro inuicẽ soli cita sint mẽbra.) Sic dicit à deo moderatũ humanũ corpus, vt omnia mẽbra eius necessaria sint, ac per hoc prose inuicẽ solicita, quia aliud sine altero esse nõ potest, & quod inferius putatur, magis necessarium est: sicut & de fratribus expositũ est vel disputatum, quia nullus debet velut inutilis despici. ¶Et si quid patitur vnũ mẽbrum, compatiuntur omnia mẽbra.) Hoc de mẽbris corporis carnis ambiguum non est: quia si oculus aut pes vel manus capiãtur ægritudine aliqua infirmitatis, totum condolet corpus. ita & nos docet condolere fratribus, si aliquid huiusmodi necessitatis emerserit. ¶Siue glorificatur vnum mẽbrum, congaudẽt omnia mẽbra. Manifestum est quia lætum est caput siue cætera membra, si pedes fuerint accurati vel sani. Sic debemus & nos alacres fieri si fratrẽ aliquẽ viderimus cultorẽ dei, & auctũ honestate morum, hoc est sanũ esse consilio. ¶Vos autem estis corpus Christi, & mẽbra de mẽbro.) Ostẽdit apertè nostrã se causam per mẽbrorum carnaliũ rationẽ tractasse, quia nõ omnes possumus eadem, sed singuli pro qualitate fidei & gratiã habemus cõcessam. ¶Et quosdam quidem posuit deꝰ in ecclesia primùm apostolos.) Caput itaq; in ecclesia apostolos posuit, qui legati Christi sunt, sicut dicit idẽ apostolus: Pro quo legatione fun- 2. Cor. 5.
gimur. Ipsi sunt episcopi, firmãte istud Petro apostolo, & dicente inter cætera de Iuda: Et episcopatũ eius acci- Actu. 1.
piet alter. ❧Secundo prophetas.) Prohetas duplici genere intelligamus, & futura dicentes, & scripturas reue- E
lantes: quãuis sint & apostoli prophetæ, q̃a primus gradus omnia subiecta habet. Deniq; possimꝰ Caiphas propter quod princeps sacerdotũ erat, prophetauit, ordinis vtiq; causa, non proprii meriti. Tamen specialiter erant prophetæ & scripturarũ interpretes, & futura dicentes: sicut erat Agabus, q̃ exitia & vincula huic apostolo prophetauit futura Hierosolimis, & famen cecinit quæ fa- Actũ. 21.
cta est sub Claudio. Ideo quanꝰ sit melior apostolus, ali & 11.
quando tamen eget prophetis. Et quia ab vno deo patre sunt omnia, singulos episcopos singulis ecclesiis præesse decreuit. ¶Tertio doctores.) Illos dicit doctores qui in ecclesia literis & lectionibꝰ retinẽdis imbuebãt more synagogæ, qua traditio illorũ ad nos trãsitũ fecit. Quarto loco ait: ¶Deide virtutes, exinde gratiã curationũ.) Potest enĩ aliquis nõ esse episcopus, & habere in se donum virtutis sanitatũ. Quinto loco donũ intellectus tribuit. ¶Opitulationes, gubernationes.) Vt in rebus diuinis vigilet intellectu: ita tamen, vt in aliquibꝰ quæ imple
re non cõceditur, ab alio sumat quod dehabet, q̃a totũ F
vni cõcedi non potest. Sunt & gubernatores qui spiritalibus retinaculis hominibus documẽto sunt. ¶Genera linguarũ.) Vt donũ sit dei, multas linguas scire. ¶Interpretationes sermonum.) Vt hoc alicui gratia dei impertiat, vt linguarum interpretandarum habeat peritiam. ¶Nũquid oẽs apostoli.) Verũ est quia in ecclesia vnus episcopus est. ¶Nũquid omnes prophetæ?) Non est ambiguum non omnibus cõcedi prophetiam. ¶Nunquid omnes doctores? Ille doctor est, cui conceditur. ¶Nunquid omnes virtutes?) Hic potest habere virtutem, cui dat deus dęmonia eiicere. ¶Nũquid oẽs gratiã habent curationũ?) Quomodo potest fieri vt omnes habeãt dona curationum? ¶Nũquid omnes linguis loquuntur?) Non vtiq; nisi qui accipit donũ in hac re. ¶Nũquid oẽs interpretantur?) Ille potest linguas interpretari, cui dat deus. In supradictũ sensum hæc inferẽda. Explanauit enim reddita ratione omnes habere diuersas gratias, nec

G totũ alicui concedi exẽplo mẽbrorum. Exemplo enim corporis carnis, ſpiritale corpus inſinuat, ac per hoc in omnibus deũ benedicendũ, & in ipſius nomine gloriandum, cuius gratia eſt. Hĩc rationẽ etiam in rebus phyſicis inuenimus. Aurum enim cum melius argẽto ſit, plus tamen in vſu argẽtum eſt: & cum æs neceſſariũ ſit, plus tamen ferro opus eſt Nihil enim penè ſine ferro fit, cum ſit inferius. Et poſt hæc: ¶AEmulamini autẽ chariſmata meliora.) Hoc mox in ſubiectis abſoluit. ¶Et adhuc magis excellentiorem viam vobis demonſtro.) Gradatim illos ad vtiliora prouehit, oſtendens illis gratiã ſupradicti omnis doni, quæ in hominibus videntur, ſiue loquendi, aut curandi, aut prophetandi, non ad meritum hominis pertinere, ſed ad honorificentiã dei. Ideoq; nũc viam ſe dicit illis oſtendere planiorẽ, qua itur ad cælum, quę meritum collocat apud deum. Nam quia ſupradicta non ſemper ad meritũ pertinent, dicit Saluator: Mul
Matt.7. ti mihi dicent in illa die, id eſt iudicii, domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et quia non hoc ad meritum pertinet, ſed officia ſunt eccleſiæ: ad cõfuſionẽ gentiliũ, & dei honorificentiã proteſtandam, dicit eis dominus: Recedite à me, nõ noui vos, operarii iniquitatis. Securi enĩ quia dei in illis operatio cernebatur, negligentes erga ſe fuerunt. Nã & illis ſeptuaginta duob⁹ diſcipulis gaudentibus quod dæmonia illis ſubdita fuerant, dicit Saluator: Nolite in hoc gaude
Luc.10. re quòd dæmonia vobis ſubiecta ſunt, ſed in hoc gaude te quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo. Quare, niſi quia nomini dei ſubiecta ſunt, non hominis merito? Et
H quare nunc non ita fit vt habeant homines gratiam dei? Inter initia fieri oportuit, vt fundamẽta fidei acciperent firmitatẽ. Nunc autem non opus eſt, quia populus populum adducit ad fidem, cum videntur eorum bona opera, & prædicatio ſimplex.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Si linguis hominũ loquar, & angelorum: charitatẽ autem non habeã: vnum ſum velut æramentũ reſonãs, aut cymbalum tinniens.) Magna vtique videtur gratia diuerſis loqui linguis: plus autem aliquid eſt etiã ſi poſsit angelorũ linguam ſcire, id eſt, ſi ſpiritaliter cognitum poſsit habere angelicũ motum. Sed hoc ad meritum nõ adſcribi, ſed ad dei gloriam ſubiectis oſtendit, dicens ſic eſse vt æramentum reſonans, aut cymbalum tinniens, quia ſicut æramentũ impulſu alterius reſonat aut cymbalum tinnit, ita & hic qui linguis loquitur, ſpiritus ſancti effectũ habet & motũ vt loqui poſsit, ſicut & alio loco dicit Sal
I uator: Mat.10. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Nam & aſina locuta eſt humana lingua ad Balaã filium Beor, vt addiſceret dei maieſtatem: & pueri infantes in laudẽ dei proruperũt ad confuſionẽ Iudæorum. Saluator autem nõ ſolum iſtos, ſed & lapides ad condemnationem perfidorum, & gloriam dei, clamare poſſe oſtẽdit. Et inter ipſa primordia ad cõmendationẽ fidei, qui baptizabãtur, linguis loquebantur. ¶Et ſi habeã prophetiam, & ſciero omnia myſteria, & omnem ſcientiã: charitatem autẽ non habeam: nihil mihi prodeſt.) Vere nihil prodeſt. Ad dei enĩ gloriam prophetatur, ſicut dicit Dauid propheta: Non nobis domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriã. Nam & Balaam prophetauit, cum propheta non eſset, ſed ariolus: & Caiphas prophetauit, non merito, ſed dignitate ordinis ſacerdotalis: & Saul prophetauit, cum iam inobediẽtiæ cauſa ſpiritu malo fuiſset repletus, ſed propter dei cauſam non poſset cõprehendere Dauid quem & occidere volebat. ¶Et ſi ſciero omnia myſteria,) Iude enim nihil profuit fuiſse cum apoſtolis, & didiciſse myſteria, cum charitatis hoſtis tradidit Saluatorem. Et propheta Ezechiel diabolum myſteria cæleſtia ſcire oK ſtendit, quãdo increpata voce in paradiſo illum dei fuiſſe, & precioſos lapides habuiſſe teſtatur. Quos lapides idem Apoſtolus doctrinę diuinæ myſtria ſignificauit, vt nihil illi profuit, quia charitatis immemor in ſuperbiã profiliuit. ¶Et ſi habeam omnem ſcientiam.) Nil mihi prodeſt ſciẽtia, ſi charitas non ſit. Deniq; ſcribis & Phariſæis nihil profuit, dicente Saluatore: Vos habetis cla- Luc.11.
uim ſcientię, & neque vos intratis, neque alios ſinitis introire. Per inuidiam enim charitatem corrumpentes, ſcientiam eius ad nihilum deduxerunt. Nam & Tertullianus & Nouatianus non paruæ ſcientiæ fuerunt, ſed quia per zelum charitatis fœdera perdiderunt, in ſchiſma verſi ad perditionem ſui hæreſes creauerunt. ¶Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes tranſferam.) Virtutes facere, aut dæmonia per fidem eiicere, dei virtus & gloria eſt: nec hoc ad meritum proficit, niſi quis bonæ conuerſationis fuerit æmulus, ſicut ſupra memoraui. ¶Et ſi erogauero omnem ſuſtantiam meam.) Apertum eſt quia ſi omnis ſubſtantia impendatur, nihil proficit charitate neglecta, quia caput religionis, charitas eſt: & qui caput non habet, vitam non habet. ¶Et ſi tradidero corpus meum vt ardeam, nihil mihi prodeſt.) Sine charitate nihil prodeſt, quia fundamentũ religionis charitas eſt. Quicquid ergo ſine charitate fit, caducum eſt. ¶Charitas magnanima eſt, iucunda eſt. Charitas non æmulatur, non inflatur, non perperam agit, non ambitioſa eſt, non quærit quæ ſua ſunt. Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet in iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia tolerat, omnia credit, omnia ſuffert, omnia ſperat. Charitas nunquam excidet.) Tanta
L ptæconia charitatis edocuit, vt non immerito hanc cæteris anteponere videretur, & incaſsum laborare eos qui aliis mandatis operam dant, huic non obtemperantes. Hinc ait Ioannes apoſtolus: Charitas deus eſt: & qui 1.Ioan.4.
charitatem non habet, ſciat ſe deũ non habere. Vnde & in alia epiſtola idem Paulus Apoſtolus ait: Deus autem qui dues eſt in miſericordia, propter multam charita- Ephe.2.
tem ſuam miſertus eſt noſtri. Qui ergo charitatem non habet, ingratus eſt miſericordiæ dei, quia nõ diligit per quod ſaluatus eſt. Vt perind e diſcerent quia grauiter delinquebant qui eſcam fraternæ charitati præponebãt. Nam hæc eſt quæ & in præſenti prodeſt, & in æternum cum deo permanet. ¶Siue autẽ prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſsabunt, ſiue ſcientiæ euacuabuntur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus: M
cum autem venerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.) Omnia chariſmatum dona euacuari dixit, quia non tantum poſsunt comprehendere, quantum ipſa veritas habet. Neq; nos aut capere aut narrare poſsumus plenitudinem veritatis, qui enim fieri poteſt vt lingua humana omne complectatur quod dei eſt? Ideo deſtruetur imperfectio noſtra, nõ id quod verum eſt euacuabitur: ſed dum additur imperfectio, quod deeſt deſtruetur. Deſtructio enim imperfectionis eſt, quando id quod imperfectũ eſt, impletur verũ. ¶Cum eſsẽ parnulus, quaſi paruul⁹ loquebar, quaſi paruul⁹ ſapiebã, quaſi paruulus cogitabã. Cum factus ſum vir, ea quæ paruuli erãt, deſtruxi.) Hoc dicit quia exeũtes ſancti de hoc mũ
do, plus neceſse eſt inueniant, q̃ nunc putant, ſicut Ioan
nes apoſtolus de Saluatore dixit: Tunc videbimus illum 1.Ioan.3.
ſicuti eſt. In hac ergo vita paruuli ſumus, ad comparationem futuræ vitæ: quia ſicut vita hæc imperfecta eſt, ita & ſcientia. ¶Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc verò facie ad faciem.) Apertũ eſt nunc imagines videri per fidẽ, tunc res ipſas. ¶Modo ſcio ex parte, tũc verò cognoſcã ſicut & cognitus ſum.) Id eſt, videã quæ promiſsa ſunt, ſicut video. hoc eſt præſentem eſse ad deum vbi Chriſtus eſt, ¶Manent autẽ fides, ſpes, charitas: tria hæc: maior aũt horũ eſt charitas.) Dignè maior eſt charitas, qa vt fides prædicaretur, & ſpes eſset futuræ

A vitæ, charitas præſtitit: ſicut ſupra memoraui. Vnde &
1.Ioan.3. Ioãnes apoſtolus, Ex hoc cognoſcim⁹, inquit, charitatẽ eius, quia ipſe pro nobis animã ſuã poſuit. Iuſte igitur maior charitas, per quã reformatũ eſt genus humanum.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Sectamini charitatẽ, æmulamini ſpiritalia, magis autẽ vt prophetetis.) Poſt charitatem, prophetandi ſtudiũ magis haben dum hortatur: quia quãuis magni ſint ſpiritales gradus quos enumerat: hic tamen melior qui ad vtilitatẽ eccleſiæ proficit, vt diſcãt omnes diuinę legis rationẽ. In quo enim quis animũ dederit, in eo ipſo accipit donum, dicẽte Salomone: Scire legẽ, ſenſus eſt optimus. Scientia enim charitate ſubnixa non inflatur, ſed eſt manſueta, proficiens omnibus ad vtilitatem. ¶Qui enim loquitur linguis, nõ hominibus loquitur, ſed deo. nemo enim audit. ſpiritu autem loquitur myſteria.) Hoc eſt quod dicit, quia qui loquitur incognita lingua, deo loquitur, quia ipſe omnia nouit. homines enim neſciũt, ideoq; nullus eſt ex hac re profectus. Spiritu autem loquitur, non ſenſu, quia ignorat quod dicit. ¶Qui enim prophetat hominibus loquitur ad ędificationem & exhortationem, & cõſolationem.) Aedificatur enim quando quæſtionum ſolutionem addiſcit. Exhortatio autem illi fit, vt deſideriũ patiatur prophetandi. Cõſolatur verò, quia contẽptum diſciplinæ in ſpe videt. Scientia enim legis firmat animos, & prouocat ad ſpei melioris profectũ. ¶Qui loquitur lingua, ſe ipſum ædificat. qui verò prophetat, eccleſiam ædificat.) Per id
B enim quod forte ſolus ſit quod loquitur, ſe ſolum ædificat: nam qui prophetat, omnem plebem ædificat, dum intelligitur ab omnibus quid loquatur. Prophetas interpretes dicit ſcripturarum. Sicut enim propheta futura prædicit, quæ neſciũtur: ita & hic dum ſcripturarum ſenſum, qui multis occultus eſt, manifeſtat: dicitur prophetare. ¶Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem ut prophetetis.) Non poterat prohibere loqui linguis, quia ſuperius donum iſtud dicit eſse ſpiritus ſancti, ſed ideo prophetandi magis ſtudiũ habendum, quia vtilius eſt. ¶Maior eſt enim qui prophetat, q̃ qui loquitur lingua, niſi interpretetur.) Quia ſi interpretari poterit, non erit minor, quia eccleſiam ædificat. hoc enim maius eſt, quod omnibus prodeſt. Hic enim per donum dei linguis loquitur, qui etiam interpretatur, ſicut & illi duodecim in actibus apoſtolorũ. ¶Nunc autẽ fratres, ſi venero ad vos linguis loquẽs, quid vobis prodero ſi nõ loquar vobis aut in reuelatione, aut ĩ notitia, aut in prophetia, aut in doctrinã?) Hęc omnia vnum ſignificant. Docere enim nemo poterit, niſi intelligatur. ¶Tamen
C quæ ſine anima ſunt vocẽ dantia, ſiue tibia, ſiue cithara, ſi diſtinctionẽ ſonitus nõ dederit, quomodo cognoſcetur quod per tibiam canitur, aut quod cithatizatur? Etenim ſi incertam vocem dederit tuba, quis ſe parabit ad prælium?) Quoniam exempla facilius ſuadent q̃ verba, exemplis cõmendat per quæ facile aſsequantur non debere illos in eccleſia loqui linguis, qui interpretari non poſsunt. Vt quid enim loquatur, quem nemo intelligit? ¶Ita & vos per linguã niſi ſignificãtem ſermonẽ dederitis, quomodo ſcietur quid loquimini? Eritis enim in aera loquentes.) Hoc eſt: nihil proficiẽtes. ¶Vtputa genera linguarum ſunt in hoc mundo, & nihil ſine voce.) Multa quidem genera ſunt linguarũ, inquit, ſed habent proprias vocũ ſignificationes, vt intelligãtur. ¶Si ergo neſciero virtutẽ vocis, ero ei cui loquor barbarus, & is qui loquitur, mihi barbarus.) Non vtiq; id ſtudendum monet, vt inuicem per incognitã linguã barbari ſibi videantur, ſed quia cõcordiæ res eſt, his nitendũ eſt, vt per vnanimitatẽ intellectus, cõmuni lętitia gloriẽtur. ¶Sic & vos quoniam æmulatores eſtis ſpirituum ad ædificationem eccleſiæ, quærite vt prophetetis.) Quia prodeſt D
ſcripturas explanare. nam incitatur & gaudet animus quãdo aliquid de ſcripturis percipit: & quãtũ propẽſior in hac parte fit, tantũ deſerit vitia. propterea ad hãc partem ſtudiũ monet applicandũ. ¶Ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.) Eum qui linguis loqui deſiderat, orare debere vt accipiat donum interpretandi, vt proficiat cæteris ſtudiũ eius. ¶Si orauero lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.) Manifeſtum eſt ignorare animũ noſtrum ſi lingua loquatur quã neſcit, ſicut aſsolent Latini homines Græcè cantare oblectati ſono verborũ, neſciẽtes tamen quid dicãt. Spiritus autẽ qui datur in baptiſmo, ſcit quid oret animus dum loquitur, aut perorat lingua ſibi ignota: mens autem qui eſt animus, ſine fructu eſt. Quem enim poteſt habere fructũ, qui ignorat quę loquatur. ¶Quid eſt ergo? Orabo ſpiritu, orabo & mẽte, pſalmum dicã ſpirtu, pſalmũ dicam & mẽte.) Hoc dicit, quia cũ quis hac lingua loquitur quam nouit, tam ſpiritu q̃ mẽte orat, quia non ſolum ſpiritus eius quẽ dicit datũ in baptiſmo, ſcit quid oratur, ſed & anim⁹. ſimili modo & de pſalmo nõ ignorat. ¶Cæterũ ſi benedixeris ſpiritu.) Hoc eſt, ſi laudem dei lingua loqueris ignota audiẽtibus. ¶Quis ſupplet locũ idiotæ? quomodo dicit amẽ ſuper tuam benedictionem, quia neſcit quid dicas?) Imperitus enim audiens quod non intelligit, neſcit finẽ orationis, & nõ reſpondet amen, id eſt, verum, vt cõfirmetur benedictio. Per hos enim impletur cõfirmatio precis qui reſpodent amen, vt omnia dicta veri teſtimonio in audientũ mentibus confirmẽtur. ¶Nam tu quidem gratias agis.) De eo dicit qui cognita ſibi loquitur, quia ſcit quid dicat. ¶Sed alius nõ ædificatur.) Si vtiq; ad ædificandã eccleſiam conuenitis, ea debent dici quæ intelligant audientes. Nam quid prodeſt vt quis lingua loquatur quã ſolus ſcit, vt qui audit, nihil proficiat? Ideo tacere debet in E
eccleſia, vt ii loquãtur qui profint audiẽtibus. ❧ Gratias ago deo meo, quod omniũ veſtrũ lingua loquor.) Quoniam ſuperius linguis loqui, donum eſse dixit ſpiritus ſancti, ideo ad deum refert quod omniũ lingua loquere tur. Et ne forte quaſi æmulus per inuidiam hoc dicere videretur, oſtẽdit ſe omnium quidem horum loqui linguis, & quia nõ valde prodeſt. ¶Sed in eccleſia, inquit, volo quinq; verba loqui per legẽ, vt & alios ædificem, quàm decem milia verborum in lingua.) Vtilius dicit paucis verbis in apertione ſermonis loqui quod omnes intelligãt, quàm prolixam orationẽ habere in obſcuro. Hi ex Hebræis erant, qui aliquando Syra lingua plerũque Hebręa in tractatibus aut oblationibus vtebantur ad commendationẽ. Gloriabãtur enim ſe dici Hebræos propter meritum Abrahæ. Quod idem Apoſtolus pro nihilo habuit, dicens: Mihi autem abſit gloriari, niſi in Ephe.6.
cruce domini noſtri IESV Chriſti. ❧ Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, vt ſenſibus perfecti ſitis.) Perfectos illos vult eſse, vt ſciant quid ad inſtructionem eccleſiæ ſit neceſsarium, vt recedentes F
à malitia & erroribus, iis ſtuderẽt quæ proficerẽt ad vtilitatem fratrum. Hic eſt enim ſenſu perfectus, qui id agit vt profit alicui maximè fratri. ¶In lege enim ſcriptum eſt, quia in aliis linguis & in labiis aliis loquar populo huic, & nõdum me exaudient, dicit dominus.) Hoc dominus de his dixit quos præſciit nec Saluatori credituros. In aliis enim linguis & in aliis labiis loqui, nouum teſtamentũ eſt prædicare, ſicut dicit Hieremias propheta: Ecce venient dies, dicit dominus, & cõſummabo do- Hiere.31.
mui Iſrael & domui Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum quod diſpoſui patribus illorũ, hoc eſt, immutata ratione aliter loqui q̃ ſe legis veteris verba habeãt, dum audiunt ſabbatum ſolui, neomenias euacuari, circunciſionem ceſsare, ſacrificia immutari, eſcas dudum prohibitas licere edere, Chriſtum de deo deum prædicare, hoc eſt aliis liguis & aliis labiis loqui: & nec ſic per

G fidi deum obaudire voluerunt. Potest & sic intelligi, vt quia multi Iudæorum maleuoli erant, & propterea dignum nõ erat his in reuelatione loqui euangeliũ, sed in parabolis loqueretur ad eos, & intelligẽtes ideo sibi nõ renelari quia mali erãt, nec sic se corrigerent vt mereri se facerent per explanationẽ audire verba dei. Vnde dicunt discipuli ad dominum: Domine, quare in parabolis loqueris illis? Et dominus: Quia vobis datum est, inquit, nosse mysterium regni dei: illis autem non: vt videntes non videant, & audiẽtes non intelligant. ne indigni salutẽ perciperent. quod animaduertentes pro meritis suis factum, nec sic conuersi deo satisfacere voluerunt. ¶ Itaq; linguæ in signum sunt.) Hoc est, velamine incognitæ ligvæ obscurati sunt sermones dei, ne videãtur á perfidis, vt cum audiuntur incognitæ linguæ, signum sit quia propter perfidiam factum est ne audiens intelligat. ¶ Nõ vtiq; iis qui credũt, sed nõ credẽtibus.) Hoc est quod dixi, quia ad occultãdos sensus incredulis proficiunt linguæ. ¶ Prophetia autem non incredulis, sed iis qui credunt.) Hoc est, non competit fidelibus audire linguas quas nõ intelligant, sed infidelibus, qui nõ sunt digni intelligere, sicut dicit Esaias propheta: Vade, & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis, &c. ¶ Si cõuenerit vniuersa ecclesia in vnum, & loquantur omnes linguis, introeant autẽ & idiotæ, nónne dicent, quia insanitis?) Manifestum est quia si omnes diuersis linguis loquãtur, tumultus fit quidam inconditus populi quasi phreneſin patientis. ¶ Si autem omnes H prophetent, intret autem aliquis infidelis vel idiota, increpatur ab omnibus, redarguitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, & tunc cadens in faciem adorabit deũ, pronuncians quod vere deus sit in vobis.) Cum enim intelligit & intelligitur, audiens laudari deũ & adorari Christum, peruidet verã esse & venerandam religionẽ, in qua nihil fucatum, nihil in tenebris videt geri, sicut apud paganos quibus velantur oculi, ne quæ sacra vocant perspicientes, variis se vanitatibus cernãt illudi. Omnis enim impostura tenebras petit, & falsa pro veris ostendit. Ideo apud nos nihil abdite, nihil sub velamine, sed simpliciter vn⁹ laudatur de⁹, ex quo sunt omnia, & vnus dominus IESVS, per quem omnia. Si enim nullus sit qui intelligat, aut à quo ipse discutiatur, potest dicere seductionẽ esse quandam & vanitatẽ, quæ ideo liguis canitur, qa pudoris est si reueletur. ¶ Quid est ergo fratres, cum conuenitis, vnusquisq; vestrũ psalmum habet.) Id est, laudem dei per cãticum eloquitur. ¶ Doctrinã habet.) Hoc est, sensuũ per spiritalem prudentiam habet expositionem. ¶ Reuelationẽ habet.) Id I est, subest ei prophetia occultorum, quę ad omniũ mentem perueniat fauente spiritu sancto. ¶ Linguã habet.) Vt eos qui lingua loqui poterant, non contristaret, permisit eos loqui linguis: ita tamen, vt interpretatio sequeretur. Ideo ait: ¶ Interpretationem habet.) Vt si interpres adesset, daretur locus loquendi linguis. ¶ Omnia ad ædificationem fiant.) Conclusio hæc est, vt nihil incassum in ecclesia geratur, hocq; elaborãdum magis vt imperiti proficiant, ne quid sit corporis per imperitiam tenebrosum. Idcirco omnes paratos vult conuenire diuersis donis spiritalibus, vt ipsa auiditate animi vigilantes inuicem se exhortati, meliora dona æmularentur, ad illuminationẽ fratrum. ¶ Siue enim lingua quis loquitur per duos, vt multum tres, & particulatim vt vnus interpretetur.) Hoc est, duo aut tres, non plus linguis loquantur, sed singuli, non simul omnes, ne insanire videntur. Ideo ergo vt multum tres, ne occuparent diem linguis loquentes, & interpretes illorum, & non haberent prophetæ tempus scripturas diserẽdi, qui sunt totius ecclesiæ illuminatores. ¶ Quod si non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & deo.) Hoc est, intra se tacitè oret aut loquatur deo, qui audit muta omnia. In ecclesia enĩ ille debet loqui, qui oĩbus prosit.

PROPHETAE autem duo vel tres loquantur, & alii K examinent vel interrogãt.) Ipsum modum tenuit dicendo: Duo aut tres loquãtur, singuli autem, sicut suprà. Cæteros aut interrogare permisit de iis quæ forte in ambiguum veniunt, aut quæ assequi aliquis nõ potest, quia diuersa sunt ingenia, vt disputatione plaviore dilucidẽtur. ¶ Quod si alii reuelatũ fuerit sedenti, prior taceat.) Id est, permittat potioribus, vt si potest dicat: nec ægre ferat, quia potest & illi dari donum vt dicat, cum videtur inferior, quod potiori concessum non est. Sicut enim totum vni concedi non potest licet potiori, ita & non potest alicui quãuis inferiori nihil impertiri, vt nemo sit vacuus á gratia dei. ¶ Potestis enim per singulos prophetare, vt omnes discãt, & omnes exhortentur.) Hæc traditio synagogæ est, quã nos vult sectari, quia Christianis quidem scribit, sed ex gẽtibus factis, non ex Iudæis, vt sedentes disputent seniores dignitate in cathedris, sequẽtes in subselliis, nouissimi in paumento super mattas. Quibus si reuelatum fuerit, eandum locum dicẽdi præcipit, nec despiciẽdos, quia membra corporis sunt. ¶ Et spiritus prophetarũ, prophetis subiectus est.) Quia enim vn⁹ atq; idem spiritus est, qui tam prophetis futura dicẽtibus, quàm iis qui reuelãt scripturas, infundit se pro ratione & qualitate causarũ, idcirco dixit: Subiectus est prophetis, vt ingenia accenderet hac spe quod spiritus conatus adiuuet. Desiderio enĩ optimo ad dei res enarrandas subuenit, vt impleat boni propositi voluntatem. Nam & de Saluatore idem dictum est: Bibebant autem de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus. Hoc est & subiectum esse, quod & sequi. Sequebatur enim vt humanis suffragiis deficientibus adesset ad auxiliũ tribuendum. Ita & spiritus subiectus dicitur, vt conatus bonos adiuuet, cum sugge L rit. Subiectus enim videtur, qui cœpta alterius perficit. ❧ Non est enim dissentionis res, sed pacis.) Quia ergo pacis res est, dicente Saluatore: Pacem meam do vobis, Ioan.14. pacem relinquo vobis: nemo alterum non sinat dicere, neq; debet dicenti studio contradicenti resistere, ne discordia fiat in corpore. Qui enĩ in pace vocantur, patientiæ debẽt studere, ne pacis iura soluãtur. ¶ Sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.) Hoc dicto hortatur illos vt quæ præcepit faciant, quando similiter se ecclesiis sanctorum prędicare testatur. ❧ Aut à vobis verbũ dei profectum est, aut in vos solos deuenit?) Arguentis verba sunt. Sic enim inflati erant, quasi ipsis promissa fuisset hæc salus, & exemplo eorum cæteræ gentes vocarentur ad fidẽ, aut nõ essent aliqui qui possent accipere gratiam dei apostolis prædicantibus. Sic enim se iactabant, quasi beneficiũ darent magis q̃ acciperẽt accedentes ad fidem. Vnde dicit: Aut in vos solos deuenit verbum dei? M Omnis enim qui vult aliquid emere quod scit ab aliis nõ requiri, cum quodam fastidio accedit ad emptionẽ, quasi beneficium præstaturus vendenti. Ideo hoc Apostolus arguit in Corinthiis. quia tales se præbebant elatione vanitatis, quasi si ipsi non obedirent verbis fidei, nemo esset qui crederet: sicut dicit Iudæis: Vobis pri- Actuũ. 13. mis oportebat loqui verba vitæ huius: sed quia repulistis ea, indignos vos facientes æternæ vitę, ecce conuertimus nos ad gentes. ¶ Si quis existimatur propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo vobis, quia domini sunt.) Hoc dicẽs, tangit supra memoratos falsos apostolos, à quibus fuerãt deprauati, qui pro desideriis hominum non diuina sed terrena docebant. Ideo hic nihil suũ tradere se dicit, sed domini, vt qbus suadet, deo acquisiti nõ hominib⁹ videãtur: qua fiducia & cõstãter prędicat, liberam habẽs conscientiam, quia non hominibus placere vult, sed deo. Vnde peccatoribus non blanditur vt crescant: sed admonet, vt desinãt. ¶ Si qs autẽ ignorat ignorabitur.) Rectè, qa q nescit domini esse quę loquitur Apostolus, & ipse à domino ignorabitur in die iudicii, dicente domino: Amen dico vobis, quod nescio vos.

A ¶ Propter quod fratres æmulationẽ habete, pphetãdi.) Quanuis arguat hos, & in multis reprehendat & corripiat, eò quòd recesserãt à traditiõe eius: tamẽ fratres hos vocat, quia dicit Esaias ad plebẽ domini: Dicite iis q̃ nõ rectè ambulant in viis meis, fratres nostri estis vos. Vt ergo cõsolaretur istos post correctiones, fratres illos vocat: & ad æmulationem prophetiæ hortatur, vt assidua disputatione & explanatione legis diuinæ fierent structiores, vt posent dicere peruersas esse pseudoapostolorũ p rædicatiões. ¶ Et loqui linguis nolite prohibere.) Et hoc propter charitatẽ, vt qui posunt loqui linguis, & qui interpres fuerit presens, nõ vetẽtur, ne fiat dissensio. ¶ Omnia autẽ honeste, & secundum ordinem fiãt.) Hoc est secundum ordinem supradictum. Honeste autem illud fit quod cum pace & disciplina fit.

MVLIERES vestrę in ecclesia taceant.) Nunc tradit quod prætermiserat. Superius enim velari mulieres in ecclesia præcepit, modo vt quietæ sint & verecũdæ ostẽdit: vt operæpreciũ sit, qa velãtur. Si enim imago dei vir est, nõ fœmia, & viro subiecta lege naturæ: quantò magis in Ecclesia debent esse subiectæ propter reuerẽtiam eius qui illius legatus est, qui etiã viri caput est? ¶ Non enim permittitur illis loq, sed esse in silentio, sicut & lex dicit.) Quid dicit lex? Ad Gene.3. virũ tuũ cõuersio tua, & ipse tui dominabitur. Lex hæc specialis est. Hinc Sara dominũ vocabat Abrahã virum B suũ. Ac per hoc in silentio iubẽtur esse, ne supradictę legis sententia infirmetur, cuius memor Sara viro suo erat subiecta, sicut dictũ est. Quãuis vna caro fit, sed duabus ex causis iubetur esse subiecta: quia & ex viro est, & per ipsam intrauit peccatũ. ¶ Si quid autẽ discere volũt, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieribus in ecclesia loqui.) Turpe est, quia cõtra disciplinã est, vt in domo dei qui eas subiectas viris suis esse præcepit, de lege loqui presũmãt, cũ sciãt illic viros habere primatũ, & sibi magis cõpetere vt in domo dei precibus vacent, linguã retinentes, aures aperiant, vt audiant quomodo misericordia dei mortem vicit per Christũ, quæ per eas regnauit. Nam si audeant in ecclesia loqui, dedecus est, quia idcirco velãtur, vt humiliate appareant. Illæ autem se inuerecunde ostendũt, quod & viris opprobrium est. In mulierum enim insolentia, etiam mariti notantur.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

NOTVM autem vobis facio fratres, quia Euãgelium quod prædicaui vobis, quod accepistis, in quo & statis, per quod & salui effi C cimini, qđ sermone annũciaui vobis, debetis tenere, nisi forte fine causa credidistis.) Ostẽdit illis quia si ihac causa q̃ subiecta est, à traditiõe eius seducti sunt, pdiderũt quod crediderũt. Omnis enĩ spes credẽtiũ i hoc sensu est, qa mortui resurgẽt. Quod autẽ dicit, in quo & statis, his dicit qui firmi erant in fide traditionis huiꝰ. Promiscuis enim loquitur, vt & is qui in fide fixi sunt, gaudeant: & qui nutãt, corripi se doleãt & corrigãtur. ❧ Tradidi enim vobis in primis, quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas.) Scripturas testamenti veteris memorat, quæ futuram passionem domini cecinerũt. Dictt enim Esaias propheta: Vt ouis ad immolandũ ductus est. Et inter cætera, quoniam tolletur à terra vita eius, ab iniquitatibus Esaię. 53. populi mei ductus est ad mortẽ. Hæc in Christo reperta nosc untur. Sed quia præteriti temporis significatio videtur, non est aduersum: quia apud deũ qui omniũ præsciꝰ est, nihil futurũ est: ideo sic dicit quod futurũ est nobis, quasi factũ sit. Nã in apocalypsi Ioannis apostoli dicitur. Agnus, inquit, qui occisus est à cõstitutione mundi. Quia enim aliter nõ fiet q̃ scit deus, factũ dicitur. nobis enim fit, non deò, quia apud deum nihil est quod futurũ dicatur. Et in psalmo ait: Dominꝰ regnauit à ligno. D Et Moyses de cruce eius ita significauit dicens: Tũc videbitis vitam vestrã pendentẽ ante oculos vestros, & non credetis. Idcirco ergo in eadem causa & futuri tẽporis aliquãdo significantiã ponit; ne à perfidis nõ de Christi dictũ defenderetur, si totũ quasi præteritum significaret. ❧ Et quia sepulꝰ est.) Nulli dubiũ est sepultũ esse, Esa.53. sicut dicit Esaias propheta. Et dabo malos pro sepultura eiꝰ. ¶ Et quia resurrexit tertia die secũdũ scripturas) Omnia in fide clausa sunt, ideo sub psona populi resurrectio domini tertia die futura descripta est. Dicit enim Oseę propheta. Post biduũ & in tertio die resurgẽmꝰ, & Oseę.6. viuemus in cõspectu eius. In Christo enim omnes resurrexisse, sicut in Adã mortuos esse, nemo fideliũ denegat Simili modo & in psalmo sub persona hominis etiã de Christo significat, dicẽs: Omnia subiecisti sub pedibus Psal.8. eius, gloria & honore coronasti eum. ¶ Et quia visus est Cephæ.) Id est Petro. Hoc etiã Cleophas cum socio suo Luc.24. testatur, vt in Euangelio κατὰ λέξιν, quod apparuit soli Petro. ¶ Postea illis vndecim.) Et hoc in Euãgelio cõtinetur. ¶ Deinde apparuit plus q̃ quingẽtis fratribus simul.) Hoc sua fide dicit. ¶ Ex quibus plures manent vsq; adhuc, quidam autem dormierunt.) De his quibus post resurrectionem apparuit dominus, tũc multos dicit fuisse in corpore. ❧ Deíde apparuit Iacobo.) Singulariter Iacobo apparuit, sicut & Petro. Quod ideo putfactum, vt multifaria apparentia fidem resurrectionis E firmaret. ¶ Postea apostolis omnibus.) Iterũ omnibus apostolis visus est in monte vbi constituerat illis IESVS sicut refert Matthæus euangelista. Antè in Hierusalem post dies octo resurrectionis suæ, id est dominica die ianuis clausis intrauit ad discipulos, vt Thomę animus firmaretur, sicut dicit Ioannes apostolus. In monte enim intelligitur mãdata illis dedisse. ¶ Nouissime aut omniũ quasi abortiuo visꝰ est & mihi) Apparuit illi primũ in cælo, post oranti in tẽplo. Abortiuum se dixit: quia extra tempus natus in Christo apostolatũ accepit, iam Christo in cælos recepto cũ carne. ¶ Ego enim sum minimus omniũ apostolorũ.) Humiliat se, & tẽporis causã sibi ascribit. Tẽpore enim minor est, nõ dignitate. Sed quia & persecutor fuit, inclinat se dicẽs. ¶ Qui nõ sum dignus vocari apostolus, quia persecutꝰ sum ecclesiam dei. Gratia autẽ dei sum quod sum.) Deo dat gloriã qui cũ elegit, & dignitatem suam nõ sibi defendit, sed indignũ se dicit. Vnde vere plus meretur, sciens dixisse dominum. Qui se exaltat, humiliabitur. ¶ Et gratia eius Luc.18. pauper in me nõ fuit.) Hoc dicit, quia nõ propter quod persecutus est, minorem gratiam in apostolatu accepit. ❧ Sed plus illis omnibus laboraui.) Addit ad causã, qa F non solũ minoratus nõ est, sed & amplius propter constantiam qua vigebat in Christo, afflictus est: quod non ægre ferens dignior factus est. ¶ Non ego autẽ, sed gratia dei mecũ.) Ne se extulisse iactãter putaretur, statim se humiliat, cum hoc ipsum non magis sibi, sed dei gratiæ ascribit: vt semper omnẽ gloriam reportet ad deum. vnde iure exaltãdꝰ est. ¶ Siue igitur ego, siue illi, sic prędicamꝰ, & ita credidistis.) Hoc est quod supra significauit, quia non inferiorẽ gratiã in prædicatione accepit, q̃ cæteri apostoli, sed vnã atq; eandem. Vnde magis arguit perfidiam Corinthiorũ, quia cum manifestata esset credulitas, hæc apud oẽs ecclesias, hi ab hac fide & spe de sciuerant quã subiecit, dicens. ¶ Si autẽ Christus prædicatur quod ex mortuis resurrexit, quomodo dicunt qui eam inter vos, quoniã resurrectio mortuorũ non est? Si ergo resurrectio mortuorũ non est, neq; Christus resurrexit. Si autem Christus nõ resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides vestra.) Hæc à falsis apostolis erant tradita, qui Christũ neq; natum, neq; in carne passum, neq; resurrexisse asseuerabant: quos & Ioannes apostolus denotat quod Christum in carne venisse negabant. Vnde dicit: Qui negat Christũ in carne venisse, hic est Antichristus: & qui negat filium, nec patrẽ

habet. Isti ambulabant,& quorundã fidẽ,ne imprudentes à mundi sapiẽtibus iudicarentur,subuertebant: quia prudẽtes seculi stultũ iudicant cũ audiũt resurrectionẽ mortuorũ. Quod si,inquit,verũ est quia Christus nõ resurrexit,falsi sum⁹ prædicatores,& fides vestra inanis erit. Hoc enim crediderũt apostolo prædicãte,quia mortui resurgũt:& hac spe attracti sunt ad fidem: qđ vtiq; ad detrimẽtũ illorũ,pficere asserit, si crediderũt qđ futurum non est: & pudoris est vt aliquis profiteatur hoc se credidisse quod falsum est. Et verecũdiã ergo illis incutit,& labores illorũ dicit infructuosos,si qđ à falsis apostolis audierunt,verum est,quia mortui non resurgent. quod nemo vtiq; de se patitur audire. vt videtes hoc cõtra se esse, reuerterentur ad primã fidem. ¶ Inuenimur autẽ & falsi testes dei,quia testimonium diximus aduersum deũ,quod suscitauerit Christũ,quẽ non suscitauit) Quia asserit quod Christũ deus à mortuis suscitauit, falsus est testis si non est factum, virtutem tamen dei prædicat,non vtiq; vt inimicus,qui tam admirabile factum virtuti eius ascribit. Quod si verũ est qa excitauit Christum à mortuis,quid huic dicendũ est qui & testis contra deum falsus est, & opus eius stultitiam asserit? ¶ Si enim mortui nõ resurgẽt,neq; Christ⁹ resurrexit. Quod si Christus nõ resurrexit,adhuc estis in peccatis vestris: & qui dormierũt in Christo,perierunt.) Terret illos, vt quia nemo sibi male vult,doleat illis hoc cœpisse credere quod contra ipsos est. Quis enim peccata sibi remissa nolit audire? Et qui dormierunt in Christo, perierũt. Addit ad terrorẽ,quia charorum suorum excesum nolint æstimare perditionẽ. Qui enim non timuerunt,sub hac spe de seculo exierunt,siue occidi non timuerũt,qa resurgere exemplo Christi crediderũt: qđ si nõ est verũ, perierunt. Hoc illis dicit quod amore suorũ defunctorũ nolũt audire, vt illis amputet qđ prius per errorem volebant audire. ❧ Si in hac vita tantũ in Christo sperantes sumus,miserabiliores sumus omnibus hominibus.) Manifestum est quia & in hac præsenti vita & in futura spe ramus in Christo. Nec enim hic deserit seruos suos, sed dat illis gratiam, & in futuro erunt in gloria æterna. Si autẽ futuræ vitę spes non esset,omnibus hominibus,qđ dixit,miserabiliores essem⁹. Vt quid enim ieiunia, vigiliæ,exitus,munda vita,iustitia,misericordia,mors,si ꝓ his nulla merces erit in futuro? Increduli autem vel hac vita fruuntur. ¶ Si enim Christus resurrexit à mortuis initium dormientium,quoniã quidẽ per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ.) Hoc dicens tãgit pseudo prophetas qui Christum natum negabãt, ac per hoc non resurrexisse carnẽ: quia qui natus non est, nec moritur. Sic autẽ probat Christũ à mortuis resurrexisse quia homo fuit, vt dubiũ non sit hominem à deo à mortuis excitatũ: vt quia peccato hominis mors inuenta est, Christi iustitia resurrectionẽ meruerit mortuorũ. ¶ Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oẽs viuificabuntur.) Hoc dicit quia sicut Adam peccans mortem inuenit,& omnes ex eius origine tenuit vt dissoluantur,ita & Christus non peccans,& per hoc vincẽs mortem: quia qui nõ peccat, vincit mortẽ, quia mors ex peccato,) omnibus qui sunt ex eius corpore, acquisiuit vitã,id est resurrectionem. Quãuis ergo generalem tribuerit resurrectionem, vt sicut in Adam oẽs siue iusti siue iniusti moriũtur,ita & in Christo omnes tam credẽtes q̃ diffidentes resurgãt: licet ad pœnã,increduli tamẽ viuificari vidẽtur,quia corpora sua recipient,iã nõ morituri,sed passuri pœnã in eis sine fine: quod credere noluerũt. ❧ Vnusquisq; autẽ in suo ordine.) Nũc ordines resurrectionis vult exponere. ne ideo putarẽt fabulosũ esse,quia factũ non est adhuc in cæteris, ordines illis exponit, & tempora quando factũ sit, & quando futurũ vt resurgant mortui. ❧ Initiũ Christus.) Sicut in Actibus apostolorum testatur scriptũ esse in Moyse, si passibilis Christ⁹, si prior surgens ex mortuis. &c. Prior ergo resurrexit, vt forma fieret credẽtib⁹ sibi. ¶ Deinde ii qui sunt Christi in aduentu eius.) Hoc duplici modo intelligendũ est, quia & in aduentu eius secundo sancti resurgent, iuxta fidem apocalypsis Ioannis, sicut & in primo aduentu cũ resurrexit, multa corpora sanctorũ resurrexerũt ad protestationem euictæ mortis ac spoliatæ. Sub vna ergo significatione duplicẽ aduentũ domini comprehendit. ¶ Deinde finis, cũ tradiderit regnum deo & patri, cũ destituerit omnẽ principatũ, & omnẽ potestatẽ, & omnẽ virtutẽ, & omnẽ dominationẽ. Oportet eni illũ regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Nouissimè inimica destruetur mors.) Hoc dicit quia tradito regno finis erit mundi, impleta resurrectione. Quod quidam territi asperitate sermonis, dũ quasi pie volunt sentire, à proprietate sensus declinãt. Horrẽt enim sonũ verbi, audientes, Cũ tradiderit regnũ deo & patri: putantes traditionẽ hãc regni, si iuxta sonum verbi intelligatur, vacuã remanere: vt si tradit, iam ipse non habeat, quasi pater tradẽs omnia filio euacuauerit se. Nã ipse Domin⁹ ait: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et postea: Hęc est autẽ vita æterna, inquit, vt cognoscant te solũ verum deum, & quẽ misisti IESVM Christum. Ecce regnante filio regnat & pater. Quomodo autem tradens regnum filius euacuare se crederetur, cum dicat angelus ad Mariam: Et dabit illi domin⁹ de⁹ sedẽ Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis? Et Daniel de eodem regno dicit inter cætera: Deus cæli excitabit aliud regnũ quod nũquã corrumpetur, & hoc regnum æternum erit. Nemo ergo dubitet filium semper regnaturũ cum patre. Traditio autẽ hæc est regni, vt cũ omnia filio fuerint subiecta, & adorauerit illũ vt deum, destructa morte: tunc filius ostendit illis nõ se esse ex quo omnia, sed per quem sunt omnia: & hoc erit tradere regnũ deo & patri, ostendere ipsum esse ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur: & tunc erit finis. Destructio tamen mortis est resurrectio mortuorũ. ¶ Cum autẽ dicat, Omnia subiecta sunt ei: præter eũ qui subiecit ei omnia. Cum autẽ subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia: vt sit domin⁹ omnia in omnib⁹.) Idẽ sensus est, quem nunc aperit, vt manifestet quid sit tradere regnũ filium deo & patri: hoc tamẽ addit ad sensum quia tradens pater filio regnũ nõ se subiecerit ei, sicut fili⁹ patri se subiecit. Incõgruũ est enim vt pater subiiciatur filio. Omnia ergo subiecit pater filio, vt similiter honorificetur filius, sicut & honorificatur pater. ❧ Cũ ergo omnia cõfessa fuerint Christũ deũ substrata pedibus eius, tunc & ipse Christus domin⁹ subiicietur deo patri, vt sit de⁹ omnia in omnibus.) Hoc dicit quia cum omniũ principum & potestatũ & dominationum fuerit pressa superbia, & adorauerint Christum quasi deum: tunc Christ⁹ propter vnicam authoritatẽ patris, deum quidẽ se ostẽdet, sed de deo, vnus principii sublimis & ineffabilis authoritas maneat. Hoc est subiicere se filiũ patri, hoc est deum esse omnia in omnibus: quia cũ discit omnis creatura caput suum esse Christũ, Christi autẽ caput deum patrẽ: omnia in omnibus est de⁹ pater. hoc est, vt omnis creatura vnũ sentiat, vna voce omnis lingua cælestium & terrestrium & infernorũ cõfiteatur vnum esse deum ex quo sunt omnia. Si aũt dixisset, vt sit deus in omnib⁹, intelligeretur in omnibus quidem esse, sed per affectũ aut communẽ sensum, nõ tamẽ ea ipsa ex ipso esse. Sed cum dixit omnia in omnibus: hoc significauit, quia ex ipso sunt, & i ipsis est. Ex ipso, quia ab ipso creata sunt. In ipsis autẽ, quia in omniũ confessione vnus erit deus. Nõ tamen sic subiicitur filius patri, sicut filio creatura. ¶ Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgent, quid baptizãtur pro illis?) In tantum ratum & stabilem vult ostendere resurrectionem mortuorum, vt exemplum de eorũ qui tam

secutierãt de futura resurrectiõe, vt etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors præuenisset, timentes ne aut male, aut non resurgeret, aut qui baptizatus non fuerat, viu⁹ nomine mortui tingebatur. Vnde subiecit, Quid & baptizantur pro illis? Exemplo hoc nõ factũ illorum probat, sed fixam fidẽ in resurrectione ostendit. ¶ Quid & nos periclitamur omni hora? quotidie morior pro gloria vestra, quã habeo in domino. Dicẽdo, q̃d & nos periclitamur? discreuit personas, ostẽdẽs non catholicos esse. qui pro mortuis baptizabãtur. Deniq; suprà dixit: Quid & baptizãtur pro illis? nũquid & baptizamur pro illis? Nã & lepte, quãuis ire quæ accepta fieri nõ posset, fidelis inuentus est, offerẽs filiã suã secundum votũ suum quod stultè vouerat. Non ergo factum probatur, sed perseuerãtia fidei in exemplũ profertur. Prædicantiũ pericula & labores memorat, dicens. Quid & nos periclitamur? & subauditur, nisi quia speram⁹ futurã resurrectionẽ. sicut supra memorat. Securi enim quia post istã mortẽ vera vita sequetur, pericula non timent illata ab infidelibus propter quos quia crediderunt perdidisse se, dolẽt. Solicitudinẽ ergo suã ostẽdit quàm habebat erga salutẽ illorum propter gloriam promissam à domino, sicut & in lege dictũ est: Exalta si cut tuba vocẽ tuã. si te audierint, lucraberis animas illorum. Ad hoc festinabat apostolus semper solicitus, vt gloria illi creseret apud deũ acquisitæ salutis multorũ. ¶ Si secundum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgent?) Hoc est, si secũdum humanum sensum (qui videns hoc in rerũ naturã nõ cadere, vt caro iam soluta reformetur ad vitã, minime credit futurã resurrectionẽ mortuorũ) bestiis offerri, mori nõ timui, nihil profeci. Sed nõ hoc est, quia certus de promissa vita, nõ solũ non timuit, sed & libenter bestiis offerri se passus est, sicut inter cætera ait in Actibus apostolorũ: Ego enim non solum ligari, sed & mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine domini IESV Christi. ¶ Mãducem⁹ & bibam⁹. cras enim moriemur) Hoc ab Esaia propheta dictũ est. Propter hos qui quasi nihil futurum esset post mortem, ventri tantum studebant quomodo pecora, sicut & ii qui Corinthios deprauabant. ¶ Nolite seduci, Corrumpunt mores bonos colloquia mala.) Significat confabulatione malorum hominum euerti posse bonum propositũ. Assiduitas enim praui colloqui vitiat mẽtem, ac per hoc ab his cauẽdũ. Quicunq; enim acceptã fidem custodire vult, maxime inter ipsa initia obstrepẽtes debet vitare, vt ꝓleat quod vtile iudicauit. ❧ Vigilate, iusti estote, & nolite peccare.) Vigilandũ monet, ne circũuentione praui sensus capti & à fide abducta deprauarentur, mortuorũ resurrectionẽ nõ credendo. Iustos esse præcepit, vt nõ solũ terrenam iustitiam excolant, sed & cælestem, quia terrena iustitia meritũ nõ facit, sicut & non facit reũ. Quid enim magnũ est aliena non tollere, quippe cũ hoc timoris sit? Magnum est autem de proprio nõ habenti largiri, hæc est vera iustitia. & vt non peccent, subiecit. Vnde intelligi voluit non se iustitiam temporalem seruandã mandasse, sed diuinã: quia qui cælestẽ iustitiã seruat, sine dubio in hac præsenti perfectus est. ¶ Ignorantiã enim dei quidã habent. Ad reuerẽtiam vobis loquor.) Propositũ dei ignorantes ii qui inter eos cõuertebantur, mortuos resurrecturos stultũ esse dicebant credere. Ideo pudorẽ illis incutit quasi imprudentibus, credebãt enim eis qui ignorantiam dei habentes, cõtra dei statuta docebant. ¶ Sed dicit aliquis, quemadmodũ resurgẽt mortui? quo autẽ corpore venient?) Hos dixit ignorantiã dei habere, quorum depraua tæ sententiæ verba protulit, dicens: Quemadmodũ resurgent mortui? quo autẽ corpore venient? Cui congrue respondit dicẽs. ¶ Stulte, tu quod seminas, non viuificatur nisi moriatur.) Cum animali homine nõ vtiq; legis authoritate agit, vt exẽplis suadeat, quæ si reciperet, non erraret: sed physica ratione, de qua sibi blanditur, vt non credat resurgere resoluta & emortua corpora. Oftendit enim mortua rursum reparari ad vitam, & multiplicata, vt confundatur error humanus. ¶ Et qđ seminas, non corpus quod futurũ est seminas, sed nudum granũ, vt puta tritici, aut alicuius cæterorũ. Deus autem illi dat corpus prout voluit, & vnicuiq; seminũ propriũ corpus.) Si ergo nudũ granũ seminatur, vt dei nutu quodãmodo elementorum ministerio vestitum resurgat, multa secum habens incrementa vtilitatis humanæ, cur nõ credibile sit dei virtute mortuũ posse resurgere, meliorata tantũ substãtia, nõ numero multiplicatum? Quid ergo requiritur ab infideli quo corpore resurgant mortui, cũ exempla prædicant ad fidẽ hãc melioratæ resurrectionis, nõ amissæ substãtiæ: quia prium corpus recipiet in quo creatus est Adam, iuxta exempla supradicta. ¶ Nõ omnis caro eadẽ caro. Alia quidẽ hominis, alia autẽ pecoris: alia caro volatiliũ, alia caro piscium.) Cum ex eadẽ massa omnis caro sit, vnde & quomodo in his tanta diuersitas est, vt vna impensa faceret genera diuersa? Dicant nunc sophistæ mundi & scrutatores syderũ, si valent cõprehendere quę extra se sunt: cumquid ipsa se sit, nesciant. Deniq; omnes mundani philosophi quia mentẽ suam legi dei humiliare vt fidem eius susciperent noluerunt, diuersa semper & cõtraria asserentes, inanissimis disputationibus inuicẽ se cõfuderũt: quia in nullo horũ testificatæ veritatis signũ agnitum est, quod antepositũ verbis cõmẽdaret doctrinam: sicut & deus discreuit disciplinæ vestræ, quæ non verbis probatur, sed virtute, cui nõ possũt verba resistere. Quemadmodũ ergo ex vna impensa diuersa animãtium caro est, ita & vnius carnis homines, diuersi erunt dignitate in resurrectione: vt talis vnusquisq; appareat qualis fuerit meriti, quippe cum etiã hic diuersitatẽ corporũ videamus. ¶ Et opera cælestia & terrestria: sed alia quidem cælestiũ gloria, alia autẽ terrestriũ.) Cælestia corpora sunt resurgentium: terrestria autem antequam moriantur aut surgant: vt quia Christus cælestis est, ex eo corpora cælestia dicantur: ex Adam verò, quia terrestris est, terrestria corpora. ¶ Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarũ. Stella enim ab stella differt in claritate.) Vnius naturæ comparatione utitur ad indiscretæ substantiæ reddendã rationem, quia sicut Sol & Luna & stellæ cum sint vnius quidem naturæ, diuersæ tamen claritas sunt: ita & homines cum sint vni⁹ quidem generis, merito tamen dissimiles erunt in gloria: vt claritati Solis, illorum dignitas exæquetur, qui cẽ tesimum numerum habent, qui vt perfecti essent, primi gradus æmuli fuerũt, de quibus dictum est: Tũc iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris sui. Lunari autem claritati hi comparandi sunt, qui sexagesimũ numerũ bonis operibus mercati sunt, vt secundi gradus meritũ haberẽt. Stellis autem clarioribus eorũ merita comparãda sunt, qui secũdũ tricesimũ numerũ tertii gradus dignitatẽ iustis laboribus quęsierunt. Sequentibus verò stellis quæ inter claras & obscuriores mediæ sunt, peccatores homines coaptãdi sunt, qui de tribus nullius gradus adipisci honorẽ voluerũt. Tetricis autẽ stellis & omniũ nouissimis, perfidorum resurrectio similis est: quia errorẽ secuti, stellis in errorẽ ducẽtibus cõparãdi sunt, sicut dicit in epistola sua Iudas apostol⁹. Infidelitas enim nõ potest clarã resurrectionẽ habere: quia sicut carbo cinere suo coopert⁹ obcæcatur, ita & hi perfidia sua erroris tenebris circũdati luce carebũt. ¶ Ita erit & resurrectio mortuorum.) Exempla dat, vt nõ sit dubiũ resurrectionem mortuorũ futuram, vt accepta ratione nemo ambigat. ¶ Seminatur in corruptela, surget in incorruptela.) Seminare est sepelire vt corrũpatur: resurgere autẽ in incorruptela, iam exsuscitatũ non posse corrũpi, sed habere claritatẽ immortalitatis. ¶ Seminatur in ignominia, resurget ī gloria. (In ignominia semi̇atur, qa dũ in tetrico ponitur, fit fœtidũ, & scatet vermib⁹. surgere

G est autem in gloriã, quia exsuscitatum & lumen erit, & nullã squaloris iniuriã patietur. ¶ Seminatur in infirmitate, surget in virtute.) In infirmitate seminatur, qa immobile est & irregibile: surget autẽ in virtute, quia iã totum viuum erit ac vegetum. ❧ Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.) Animale corpus est dum cibis sustentatur vt viuat: spiritale autem cum horum nihil indigebit conuersum in vitã. Omnia supradicta hoc sensu clauduntur. Non enim corpus animale semper hic habere potest spiritum sanctum. Tunc verò, id est in resurrectione, semper manebit in sanctis. Surget corpꝰ spiritale quod posʒitire obuiã Christo. ❧ Sicut scriptũ est: Factus est primꝰ homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritũ viuificantem.) Notandum est qꝓ duos Adam eiusdẽ naturæ vtrosqꝫ demonstrat, qđ contra Machineos & Appollinaristas facit, qui negant à dei verbo perfectum hominẽ esse susceptum. ❧ Sed nõ priꝰ quod spiritale est, sed quod animale, deinde qđ spiritale. Primus hõ de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni.) Cælestis dicitur, quia non humanæ fragilitatis ritu, sed diuinæ maiestatis nutu & conceptus est & enixus. Nã vsqꝫ adeo
H naturam nostri habuit, vt secundus Adã dicatur, & homo. ❧ Et qualis cælestis, tales & cælestes.) Si ideo (vt hæretici volunt) nostri generis assumptus homo non fuit, qui cælestis dicitur: ergo nec isti naturæ nostræ sunt, qui cælestes appellantur. Si verò de his nemo dubitat, nec de illo est ambigendũ. ❧ Igitur sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginẽ huius cælestis.) Peccator imaginem Adæ portat, iustus verò imaginem Christi. Ergo sicut portauimus veterem hominem ante baptismum, ita & post baptismum portemus nouum. ❧ Hoc autem dico fratres, quoniam caro & sanguis regnũ dei nõ possidebũt, neqꝫ corruptio incorruptelã possidebit.) Frequẽter scriptura carnẽ pro operibus nominat carnis: vt ibi: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Aliter caro sicut est, regnũ dei non possidebit nisi immortalitate vestita. ❧ Ecce mysteriũ dico.) Obscuritatem significat nominando mysteriũ. ❧ Omnes quidẽ resurgemus, non omnes immitabimur.) Omnes enim homines resurgẽt, sed soli qui regnaturi sunt, in gloriã mutabũtur, Siue ita: Omnes resurgemus, qui in aduentu Christi mortui inueniemur: non omnes immutabuntur qui in corpore sint reperti, quia sancti soli beatitudinis gloriam consequentur. ❧ In momento, in ictu oculi). Per ictũ oculi, nimiã breuitatẽ vult significare momẽti, vt quanta sit dei potẽtia, ex resurrectionis celeritate cognoscas. ❧ In nouissima tuba & mortui resurgẽt incorI rupti, & nos immutabimur.) Nonissimus aduentus intelligitur Christi. Mortui autem vel peccatores intelligendi sunt, qui etiam viuentes mortui esse dicuntur, vt ad pœnã: aut immortales, vt absqꝫ aliqua membrorum diminutione resurgant. Vel certe simpliciter oẽs mortuos resurgere dicit, & solos sanctos cũ iis qui viui iusti inuenti fuerint, in gloriam immutari. ❧ Oportet enim corruptibile hoc.) Necesse est fieri quod promissũ est, ❧ Induere incorruptelã: & mortale hoc induere immortalitatem.) Et quod induit, & est similiter indumentum.
Oseę.13. ❧ Cũ autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc fiet sermo qui scriptꝰ est: Absorpta est mors in victoria.) Vt euacuatis causis mortis per diuinã victoriã, ac si absorpta non pereat. ❧ Vbi est mors stimulus tuus? vbi est mors victoria tua? Propheta ex persona iustorũ loquitur insultando morti. Stimulꝰ autẽ mortis est peccatũ) Sagitta mortis peccatum, per quod animæ iugulantur. ❧ Virtus verò peccati lex.) Dũ fortius & maius sit per scientiam peccatũ. ❧ Deo autẽ gratias, qui dedit nobis victoriam per dominũ nostrum IESVM Christum.) Victoriam illius peccati in quo lex per carnalem nostram voluntatẽ fuerat infirmata, quã Christꝰ crucis exemplo destruxit. ❧ Itaqꝫ fratres mei.) Reddita resurrectiõis ratione, de qua hæsitabãt, hortatur eos in dei opere perma K nere, iam certos de retributione futura. ¶ Stabiles este te & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in domino.) Nemo vos de gradu spei futuræ vltrà permoueat.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

NAM de collectis quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesiæ Galatiæ, ita & vos facite, De sumptibꝰ dicit, qui per singulas ecclesias collecti Hierosolymã sanctis pauperibus mittebãtur. ¶ Per vnã Sabbati.) Vna Sabbati dominica dies est, sicut in Euãgelio dicit dominũ vna Sabbati surrexisse. ¶ Vnusquisqꝫ vestrũ apud se recõdẽs qđ ei bene placuerit, vt nõ cũ venero, tũc collectæ fiãt.) Vt paulatim reseruãtes, nõ vna hora grauari se putẽt, vt hilares datores diligantur à deo. ❧ Cũ aũt fuero præsens, quoscũqꝫ pbaueris per epistolã, hos mittã pferre gratiã vestrã in Hierusalẽ. Quod si dignũ fuerit vt ego eam, meecũ ibũt.) Per se clarũ est, quia vtrũqꝫ in eorũ arbitrio derelinquit, vt & qđ dederint, portetur: & p quos direxerint, ipsi eãt. ¶ Veniã aũt ad vos cũ Macedo L niam pertransiero. Nã Macedoniã pertransibo, nisi vos me deduxeritis quocunqꝫ iero. Nolo enim vos nunc in transitu videre. Spero enim me aliquãtum temporis mã surũ apud vos; si dominus permiserit.) Quia ita se agũt Macedones, vt nõ sit necesse mihi apud eos diutius remanere. Apud vos necesse est vt maneã vel hyeme. Multa enim sunt quæ corrigantur à nobis: sicut medicus ibi moram habet, vbi plures ægrotant. ¶ Manebo autem Ephesi vsqꝫ pentecosten. Ostium autem mihi apertum est magnum & euidens, sed aduersarii multi.) Ideo ibi permanebo, quia cum mihi euidens datus sit aditꝰ prædicandi, sunt plurimi qui resistant. ¶ Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit inter vos: quia opus domini operatur, sicut & ego: ne quis illũ spernat.) Sine tribulationis formidine, vel etiam vestri contemptus. ¶ Deducite autem illũ in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.) Nihil admittentes quod ad animi eius proficiat læsionem.

DE APOLLO autem fratre notũ vobis facio, quia multum illũ rogaui venire ad vos cum fratribꝰ. & vtiqꝫ non fuit voluntas vt nũc: veniet autẽ cũ oportunũ fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & cõfortamini: omnia vestra cũ charitate fiãt.) Vigilate, mentis oculis ad diaboli astutias præcauẽdas. State, quia stãtibus difficile somnus obrepit. Viriliter agite. Muliebris enim omnis incõstãtia & varietas iudica- M tur. Cõfortamini, vt sit in vestra virtute ꝓfectꝰ. Omnia non inanis gloriæ causa, sed charitatis gratia facere festinate. ¶ Obsecro autem vos fratres, nostis domũ Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministeriũ sanctorum se ordinauerunt, vt & vos subiecti sitis talibus, & omni cooperanti & laboranti in vobis. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi adimpleuerunt.) Quia præsentes sunt apud vos, & in illis magnum potestis habere profectum: siue quia mihi venerunt pro vobis mĩistrare oficium charitatis. ❧ Refecerunt autem & meum spiritum, & vestrum spiritũ charitate.) Pro vobis vestrum, pro mea lætitia meũ refecerũt. ❧ Cognoscite ergo huiusmodi.) Vnde alibi ait: Cognoscite eos qui ita ambulant, vt habetis formã nostram. Hic cognoscite, honorate, cognoscentes eorũ studium vel laborem. ¶ Salutãt vos ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in domino Aquila multum & Prisciꝫ cum ea quæ in domo eorũ est ecclesia: apud quos etiã hospitor) Domesticã congregationem fraternitatis ecclesiam nominauit. ❧ Salutant vos fratres omnes. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non

A amat dominũ IESVM Christum, sit anathema,) Sicut illis qui eum amant, redemptio venturus est Christus: ita qui eum non amant, anathema sit, id est, vt illos abominetur & perdat. ¶ Maranatha.) Magis Syrum est quàm Hebræum, tamen ex sermone vtrarũmqꝫ linguarũ aliqd Hebræum sonat, & interpretatur, dominus noster venit. ¶ Gratia domini nostri vobiscũ.) Propriæ manꝰ cõsuetæ subscriptio. ¶ Charitas mea cũ omnibus vobis.) Vt quomodo vos ego diligo, ita & in Christo inuicem diligatis. ¶ In Christo IESV.) Non secundum seculi charitatem. ¶ Amen.) Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat, Quomodo, inquiẽs dicit amen super tuam benedictionem?

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENT. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD CORINT. SECVNDAM.

PRAEFATIO.

SECVNDAM epistolam Apostolus scribit Corinthiis, cuiꝰ hęc principalis est causa, quoniã in prima pro quorundam peccatis doctores eorum præcipuè corripuerat, & multum fue- B rant contristati. Nunc eos consolatur, suum eis proponens exemplum, & docens non debere ægre ferre quod pro aliorum sunt salute correpti, cum ipse pro aliena salute periculis quotidie & morti subiaceat.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS apostolus IESV Christi.) Quæritur cur in omnibꝰ epistolis contra vsum epistolarum primo suum nomẽ ponat, quàm eorum ad quos literæ destinantur. Sed hæc authoritas apostolici ordinis, quia minoribus scribit: sicut etiã & iudices seculi solent ad eos quos regunt, scripta dirigere. ¶ Per voluntatem dei.) Dei non hominum voluntate: simul vt ostendat non sine patris voluntate se missum à Christo. ❧ Et Timotheus frater ecclesiæ dei quæ est Corinthi.) Non dixit, Paulus & Timotheus, quia non ambo apostoli. Ad Philippenses vero, vbi non erat tanta authoritas, serui C ambo ponuntur. ¶ Cum sanctis omnibus.) Hic sancti possunt accipi sacerdotes, qui in prima ponuntur, dominum inuocantes: & ad Philippẽses, cum episcopis & diaconis. Ideo autem postea nominantur, ne parum intelligentes eos præmissos esse putarent, cum iam sint in ecclesia comprehensi. ¶ Qui sunt in vniuersa Achaia.) Cuius est Metropolis Corinthus. ¶ Gratia vobis & pax à deo Benedictus deus & pater. Pater misericordiarũ) quia ex ipso est omnis misericordia. ¶ Et deus totius cõsolationis.) Id est perfectæ consolationis, quia nõ est minus tribulatione solatiũ. ¶ Qui consolatur nos in pressura nostra.) Nõ in aliquibus, sed in omnibus. ¶ Vt possimus & ipsi consolari eos qui sunt in omni angustia, p exhortationẽ qua exhortamur & ipsi à deo.) Propterea liberamur, vt & nos & alios cõsolari, & de tristitia liberare possimus. Aut ita formam nobis dat alios cõsolãdi, vt p exhortationẽ qua ipsi à deo cõsolamur, agnoscamus quod deus timentium se neminẽ derelinquat, & multo magis in futuro remuneret, quos etiã in præsenti non deserit. ¶ Quoniã sicut abũdant passiones Christi in nobis.) Id est, pro nomine Christi. ¶ Ita & p Christum abundat enim consolatio nostra.) Vt & Petrus est de carcere liberatus, & ipse Paulus visione domini & vo D ce cõfirmatꝰ in templo. ¶ Siue autem angustiã patimur pro vestra exhortatione & salute.) Quia vos ad salutem exhortamur, siue vt vobis exemplũ tolerantiæ præbeamus. Nã manifestum est quia pro quo patimur, ipse nobis adest consolans nos per liberationem, eripiens nos de pressura interuentu maiestatis suæ. ¶ Siue autẽ pressuram patimur pro vestra exhortatione & salute, siue exhortationem cõsequimur pro vestra exhortatiõe quę operatur per patientiã earundẽ passionum quas & nos ipsi patimur. Et spes nostra certa est pro vobis, quia scimus qꝓ si socii estis passionũ, sic & consolationis eritis.) Generaliter loquitur, vt quia causa credẽtiũ perfectio nes patiebãtur à perfidis, subiecti iniuriis & cædibus: sic iterum auxilio dei liberabantur, ad consolationem credentium, ne scandalũ passi à fide exciderent: quia iniuriæ apostolorũ tẽtationes erant credentiũ, sicut scriptũ est, in propheta Zacharia: Percutiam pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis. Quãuis futura credãt fideles, tamen Zacha.13. inter ipsa primordia pressuræ nouellis faciunt, scãdalũ. Putant enim inanem esse promissionẽ, si vi oppressum viderint prædicantem. Sed si iam firmus est credens, cõ patitur cum suo magistro, fidens de spe futura, vt simul consoletur cum quo & compatitur.

NON enim volumus vos ignorare fratres de pres- E sura nostra quæ facta est in Asia: quia supra modum grauati sumus supra vires, ita vt desperaremus nos etiam viuere.) Ideo passiones pressurarũ indicat propè vsqꝫ ad mortẽ illatas, vt ostẽdat quę mala salutis illorũ causa patiebatur, vt non grauius ferrent si corriperẽtur errores illorũ ab iis qui hæc tã aspera tolerabãt pro illis. Quis enim medicorũ nõ arguat susceptum suum negligentius se tractantem, ne cura medicinę eius sine effectu remaneat? ¶ Sed ipsi in nobis responsũ mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in deo, qui suscitat mortuos.) Tantã insolẽtiam iniquitatis significat insurrexisse contra fidei prædicatores, vt mori tem ante oculos haberent. Deniqꝫ erepti de ipsa pressura, resuscitatos se dicunt. Sic enim afflicti fuerant, vt de sperarent de præsenti vita. Sed quia deus præsidia sua nõ negat in necessitate positis, maxime suis, eripuit illos desperantes de semetipsis, fidẽtes autẽ de deo. Nimia enim pressura deficere se profitebantur, nisi adesset deꝰ ¶ Qui de tantis mortibꝰ liberauit nos: in quo speramꝰ, quia & liberauit accedente pro nobis etiam vestra oratione, vt in multorum facie donũ quod in nos collatum est, per multos in gratiarũ actiõe celebretur pro nobis) Hoc dicit qa gratia dei multorũ causa cõsolata est apostolos, id est, omniũ credẽtiũ, quorũ causa & pssuræ eis ingerebãtur: ac per hoc quia omniũ causa est, cũcti deo gratias referant cũ cessat tẽtatio: aut cũ oritur, simul ob secrẽt. ❧ Gloria enim nostra hæc est, testimoniũ cõsciẽtiæ nostrę. Hoc dicit quia de cõsciẽtia sua presumebãt quia pura erat ab omni simulatione: quamobrem de dei auxiliis non diffidebãt. ¶ Quia in simplicitate & synceritate, nõ in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo: abũdãtius autẽ apud vos.) Hæc est gloria cõscientiæ quàm dixit, simplicitas & synceritas. Et quia hæc de dei doctrina sunt, adiecit, Non in sapientia carnali, sed in gratia dei: vt ostenderet non humanæ sapientiæ, sed Euangelicæ prædicationi liberam se cõscientiã exhibuisse. Præterita refricat. Hoc enim significat qđ in prima epistola arguit fucatã prædicationem iuxta humanum sensum aptãtam: cuius prædicatores duplici genere in sapientia carnali accusat, & qa iuxta mũdi sensum prædicabãt, ne facile offenderẽt homines: & quæstus causa hoc agebãt, propriis lucris carnalibus studentes. Vnde Apostolus nunquã à Corinthiis sumptus voluit accipere, ne his occasionẽ daret, eòqđ similis eis esset in hac re. Hinc est quod dicit, abũdãtius apud vos simpliciter conuersati: quia cũ ab aliis accepe-

G tit,ab his noluit,ne arguendi eos authoritatē amitteret.
NON enim alia ſcripſimus vobis, quàm quæ legiſtis vel cognoſcitis.) Ea ſe dicit ſcribere quę nō ſolū literis cernerēt,ſed & operib⁹ ci⁹ manifeſta haberēt,vt probaret ea quę loquitur,geſtis ſe implere,quib⁹ vniuſcuiſq; mēs & ꝓpoſitū diſcitur. ¶ Spero aūt qđ vſq; ad finem cognoſcetis,ſicut & cognouiſtis nos ex parte,quia gloria veſtra ſum⁹:ſicut & vos noſtra in die domini IESV Chriſti.) Proficere illos ſperat, ex eo qđ iā cœperāt meliores effici cognito affectu circa ſe apoſtoli,& gloriabātur i eo velut filii in patre chariſsimo. Vnde & Apoſtol⁹ gloriā ſuā videri teſtatur in filios obaudiētes,& tūc debere videri quādo prodeſt,id eſt,in die iudicii dei. Hoc dicens,perſeuerādum monet. ¶ Et hac fiducia volueram prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam haberetis,& per vos tranſirē in Macedoniā, & iterum à Macedonia venirem ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Hac fiducia emendata eſt vita illorum. Iam enim & deſiderare illos ſe ſignificat,quos ante indignum erat videre. Plenam ergo gratiam habuiſſent de aduentu eius, quia imago eſt epiſtola: præſentia autem veritas. Non eſt itaq; ocioſum quia voluerat ire: & non
H iit. Intelligi enim vult eſſe aliquos inter eos quorū cauſa voluntatem ſuam non impleuit,vt adhibita opera purificarentur. ¶ Hoc ergo cogitans nunquid leuitate vſ⁹ ſum? aut quę cogito,ſecundū carnem cogito,vt ſit apud me eſt eſt,nō nō?) Quoniam dixit. Volueram venire ad vos:& nō iit:idcirco nunquid leuitate vſus ſum? inquit. ꝙa videtur qui dicit aliquid & nō facit,leuitate vti. Ideo ne forte iſtud de apoſtolo arbitraretur, hoc purgat, ꝙa nō iſtud leuiter,ſed cum cōſilio fecit,vt nō impleret qđ diſpoſuerat. Aut nūquid quæ cogito,inquit, ſecundum carnem cogito? Qui enim ſecundum carnem cogitat, tunc nō implet quæ diſponit, quando aut perſonis ampliotibus defert,aut certe lucris aut apparatibus vincitur. quod apoſtolus ſemper ſpreuit. Spiritalis autē tūc diſpoſitum non implet,quando prouidēti⁹ aliquid pro ſalute animæ meditatur:ſicut & apoſtolus ideo non impleuit quod voluerat,vt per hoc ipſum meliores efficerentur,ſcientes ideo diſtuliſſe eum,quia quidam adhuc inter eos non ſe purificauerant à peccatis. Vt ſit,inquit, apud me eſt eſt,nō nō. Hoc ſignificat,quia nō aliud egit q̄ ſcit agendum, quia vtilitas anteponenda eſt volūtati. Hic ſenſus ſpiritalis eſt. Carnalis autem ſenſus ſic mutatur,vt anteponat voluntatem vtilitati. ¶ Fidelis autē deus,quia ſermo noſter nō eſt,eſt & nō.) Hoc eſt qđ di
Gala.2. cit & ad Galatas, Si quæ deſtruxi,hæc eadē ædificо, præ-
I naricatorem me conſtituo. Ideo ergo fidelem in ſe dicit dei prædicationem. Nam hoc faciūt adulatores. Frequēter enim.ne homines offendant, quæ vera ſunt prætermittunt. Dei enim filius IESVS Chriſtus qui in nobis eſt,qui per nos prædicatus eſt,per me & Syluanum & Timotheum,non fuit eſt & non,ſed eſt in illo fuit.) Quātū ad idoneos prædicatores pertinet, hoc debet eſſe vt ſit apud illos eſt eſt,nō nō,vt nō aliud faciāt quàm ſciūt vtile. Quia enim frequenter aliud volum⁹ quàm eſt vtile,ne volūtas vincat vtilitatem, ideo apoſtolus volūtati ſuæ vtilitatē præpoſuit,ne iret ad illos. In Chriſto enim IESV non fuit eſt & non, ſed eſt in illo fuit:quia nūquā aliud voluit q̄ eſt vtile. Semper enim voluntas eius cum vtilitate eſt. nec immutatus eſt vt faceret inuit⁹ ſicut homo quod eſt vtile,aut vt ambigeret de aliquibus,& mutaret voluntatem. ¶ Quotquot enim promiſsiones dei ſunt,in illo eſt,& in illo amen deo ad gloriam per nos.) Manifeſtū eſt quia ſemper i deo veritas eſt,hoc eſt amē. manifeſtata per Chriſtum,poſt per apoſtolos prædicata ad gloriam dei,ſignorū virtutibus teſtimonium perhibentibus vera eſſe quæ promiſit deus p Chriſtū dominū noſtrum. Gloria enim dei eſt cū ab illo omnia & p illū & in illo eſſe dicūtur. ¶ Qui aūt cōfirmat nos vobiſcū Chriſt⁹ dominus,& q vnxit nos de⁹,qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritū in cordibus noſtris.) Chriſtū di K
cit confirmare gentes in fide promiſsa Iudæis, quia ipſe eſt qui fecit vtraq; vnum,id eſt,circunciſionē & præputium,in vno nouo homine faciēs pacem. Domin⁹ ergo cōfirmat,& deus qui vnxit nos,id eſt,qui dedit regiā honorificentiam, ſicut dicit Petrus apoſtolus: Quia ſum⁹ 1.Petri.2.
inquit,genus regale,per vnctionē ſpiritalē, cuius typus fuit in regibus Iudæorū. Qui & ſignauit nos dādo ſpiritum ſuum nobis pignus,vt non ambigamus de promiſ
sis eius. Si enim adhuc mortalibus ſpiritum ſuum credidit,dubium non eſt quia iam immortalibus addat gloriam. Vnum tamen opus dicit patris & filii,quia & Chriſtum dicit confirmare & deum. Quem enim confirmat filius,cōfirmat & pater:& cum dat ſpiritū pater,dat & filius: quia vtriuſq; eſt ſpiritus ſanctus, ſicut dicit ad Romanos: Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic Rom.8.
non eſt eius. Quoniam ergo de perfectione hominis locutus eſt,trinitatis hoc loco fecit mētionē. omnis enim ſumma perfectionis in trinitate conſiſtit.

EGO verò teſtem deum inuoco ſuper animā meam, quod parcens vobis non veni Corinthum.) Nūc manifeſtat qua cauſa cùm voluiſſet ire ad illos, diſ
tulit,vt tūc iret quando iam propè omnes emēda- L
tos inueniret. His enim nūc loquitur,qui videbantur ſe velle corrigere,ſed operā nō dabāt vt hoc ꝑficerēt. Quia ergo cōrripere illos neceſse erat,iter ſuū ad illos cōuertit,ne cōtriſtaret multos. & hoc fuit illis parcere. Quod vt mentibus eorum cōmendet, deum teſtem dat, ne putarent ſe indignos eſse, & cōtemni ab illo:quo cōperto, vt præſentiam eius mererentur,emendarēt ſe. ¶ Nō qđ dominemur fidei veſtræ,ſed adiutores ſim⁹ gaudii veſtri. Fide enim ſtatis.) Quoniā fides nō neceſsitatis, ſed voluntatis res eſt:ideo dicit, Non quod dominemur fidei veſtræ. Dominatus enim neceſsitatis cauſa eſt. Sed adiutores ſumus, inquit, gaudii veſtri. hoc eſt, quia ſicut in malo opere triſtitia eſt, ita & in emendatione gaudiū Huius gaudii adiutores ſumus, inquit, quia volentibus eis emendare ſe, offerunt commonitiones, vt quod velle cœperant, poſſent implere.

CAPVT SECVNDVM.

DECREVI autem hoc apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos.) Apertum eſt quia ideo noluit ire, ne forte corripiens paucos, multos contriſtaret, ipſe etiā contriſtatus. Compatiuntur enim omnia membra vnius mœrore. ¶ Si enim ego contriſto vos,& quis eſt qui me lætificet, niſi qui cō triſtatur ex me?) Hoc dicit quia non vult eos cōtriſtare, M
ſed quia peccatis ſtuduerant, neceſse erat illos cōtriſtari inuito apoſtolo:ita tamē,vt de cętero obaudiētes facti lętificarēt eos qui cōtriſtabantur cū eis:vt qui corripiēdo contriſtauerat eos, lætaretur ex his dum corrigūtur. ¶ Ideo & ſcripſi hoc ipſum,ne cū veniſsem, triſtitiā haberē à quibus oportuerat me gaudere, certū habēs quia meū gaudiū omniū veſtrū eſt.) Idcirco dicit hæc ſe ſcripſiſse vt poſtea veniēs nō eſset vnde cōtriſtaretur ſubla
tis vitiis, ſed gauderet cū eis quaſi cū chariſsimis filiis: vt quia ab infidelibus tribulatiōibus afficiebatur, ab his vtiq; gauderet qui crediderant. Gaudiū enim apoſtoli, purificatio eſt populi. Ideo enim gaudet, quia vituperatio nō eſt in eis quos ſimul oportet gaudere. ¶ Nā ex multa preſsura & anguſtia cordis ſcripſi vobis per mul
tas lachrymas, non vt contriſtemini, ſed vt cognoſcatis charitatem quā habeo abundantius in vobis.) Manifeſtum eſt quia quādo hoc affectu quis aliquē corripit, vt plus illo doleat peccatis eius:non vtiq; vt illum cōtriſtet corripit, ſed vt oſtēdat illi quo amore diligat eum. Qui enim non hoc affectu corripit, fratrē cōtriſtat. Inſultat enim qui nō condolet fratri ¶ Si quis aūt cōtriſtauit, nō me cōtriſtauit, ſed ex parte, vt nō onerem vos oēs.) Oēs

A hos quos dicit, ſancti ſunt. Duæ enim partes in populo ſūt, ſicut in prima epiſtola memorani. Hi ergo ex parte ſanctorū, quos cōtriſtatos in errore fratris ſignificat, ſicut & ſemetipſum. Hoc dicēs onerauit peccantē, vel eū q̄ peccauerat. Plus enim fit reꝰ in cuius delicto multi tribulāntur: ac per hoc. ¶ Sufficit ei qui talis eſt, inquit, hæc quæ ſit à pluribus obiurgatio.) Magnum dolorem vtiq; patitur qui delictū ſuum videt plurib⁹ horrere. ¶ Ita vt econtrà magis donetis & cōſolemini, ne quo modo abū dantiore triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.) Afflicto homini peccati proprii cauſa ſubuenire præcipit, qa pœnitētia ſi de vero animo eſt, hoc eſt, ſi correptus ſtatim in animo doleat, protinus habet fructum. Deniq; in Regnorum libro habetur quia Achab, cum arguiſset eū propheta, cōmot⁹ animo ſtatim meruit veniā. Et Dauid in cauſa Vriæ Ethei correptus, quia cognouit ſe peccaſſe, delictum ei⁹ deletum eſt. Itaq; & apoſtolus illum qui inceſtum commiſerat habens vxorem patris ſui, obiurgatum & abiectum dolentē reuocari iubet, ne diu videſ ſe contriſtatum ſperni, deſperans de ſe, daret animū ad mundū fruendū, quaſi qui locum apud deū iam non haberet. Hoc eſt maiori triſtitia abſorberi, deſperantē de ſe cōuerti ad admittēda peccata, quibus grauatus abſorbeatur à ſecunda morte. Hæc enim vera pœnitentia eſt. iā ceſſare à peccato. Sic enim probat dolere ſe ſibi, ſi decætero deſinat. ¶ Propter quod obſecro vos vt confirmetis in illū charitatem. Ad hoc enim & ſcripſi, vt ſcirē
B an in omnibus obedientes eſtis.) Quantum datur intelligi, obedientes hos factos in cæteris probat. Emendauerāt enim quæ ad ordinē eccleſiaſticū ꝑtinent. Vnde etiā in hoc vult illos eſſe obedientes, vt cōfirment fratrē in charitate, ſuſcipientes eū in cōmunione. Si cui autem aliquid donaſtis, & ego.) Manifeſtum eſt quia qđ iubet fieri, ipſe facit: nec poteſt hoc abnuere, quod etiā obſecrans vt fiat ſcribit, cum haberet poteſtatē iubendi. Sed quia in prima epiſtola graue ei⁹ detulit crimē, vt horrēt illū omnes, nūc cū recipi illū vult, orat ne adhuc exulcerato animo aduerſus illū, durū illis eſſet habere cū illo cōmunionem eccleſiæ. Neq; enim tanta in eis erat quanta in apoſtolo prouidentia, vt ſtatim intelligerent faciendū eſſe quod dicebat apoſtolus in cauſa huius dū taxat: ideo obſecrat vt dimittant illi, ſignificans deū illi ignouiſſe, quia nihil ſine dei ſpiritu agebat apoſtolus. ¶ Et enim ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti.) Hoc dicto grauat illos, quia ſi magiſter petētibus diſcipulis donauit cui volucrūt peccatū, quantò magis obaudire debēt diſcipuli magiſtro? Et vt ratum ei cui donauit, oſtenderet apud deum, ait in ꝑſona Chriſti ſe donaſse quod donauit. hoc eſt, accepto tu
C liſe Chriſtū cuius legatione fungebatur, vt factum apoſtoli factum ſit Chriſti, ſicut dixit: Quæcūq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Si ergo huic pro quo petierunt, per apoſtolū Chriſtus ignouit: quanto magis huic iam ignotum erat, cui vt donēt, ipſe etiā hortatur? ¶ Ne poſsideamur à Satana. Nec enim ignoramus aſtutias eius.) Hoc dicit quod ſupra memoraui, quia cōſolatio debet ſubſequi fratrem delictum flentē, ne diu contriſtatus & contēptus à charitate eccleſiæ, incipiat deſperare de ſe, & videſ qui ſemp in inſidiis eſt ſubtilis diabolus mētē eius vilem effectā, accedat & ſuggerat ei vt vel præſentibus fruatur, qui de ſpe futuri præmii deiect⁹ eſt, & pereat frater poſſeſſus à diabolo, cui ad hoc pœnitentia data erat, vt cōuerſus reformaret ſe, ſicut dicit in Eze
Ezech.18. chiele propheta. Nolo mortē moriētis, quātū vt reuertatur & viuat. Et iterū: Cōuertātur, inqt, & replātabo eos.

CVM autem veniſsem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in domino, nō habui requiē i ſpiritu meo, eò quod nō inuenerim Titū fratrē meū: ſed vale illis dixi, & profect⁹ ſum in Macedoniā.) Troadē ſe perrexiſſe ſignificat ad prædicādū eis Euāgeliū Chriſti: & cum cœpiſſet prædicare, fuiſſe qui caperēt verbū fidei. Sed quia ſola- D
tium Titi defuit, intolerabilis erat labor perſtrepētium cauſa. Quāuis enim quidā eorū aperuerāt corda ſua ad recipiendū ſermonē dei: tamē imprudentia infideliū nō minima exiſtebat, inſurgēs in apoſtolū zelo credentiū: & hæc duo in vno impleri non poterant, aut fideles inſtruere, aut incredulis repugnare. Ideòq; vale illis facto qui ſuſceperāt eū, profectus eſt in Macedoniam. ¶ Deo aūt gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto IESV.) Hoc eſt deum apoſtolos triumphare in Chriſto, victores illos facere i fide Chriſti, vt calcata perfidia trophæū habeat fides, dū ex perfidis fiunt fideles, & maleuoli nō proficiunt in perſeuērādo credentes. ¶ Et odorē notitię ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bon⁹ odor ſumus deo: in iis qui ſalui fiunt, & iis qui pereūt.) Odor notitiæ dei, in Chriſto, & per Chriſtū eſt. Odorem autem idcirco dixit, quia ſicut quædam res quæ cum nō videantur, per odorē tamē cognoſcuntur, & intelligis in loco aliquo eſſe quod nō vides: ita & deus quia inuiſibilis eſt, per Chriſtum ſe voluit intelligi, vt prædicatio Chriſti (quę vtiq; inuiſibiliter, ſicut ad nares odor, ita ad aures peruenit) doceret patrem inſinuaret creaturæ, & filium eius vnigenitū. Cuius rei legatione fungentes apoſtoli, (ſicut dicit domin⁹ ad deū, fili⁹ ad patrē: Sicut me Ioan.17.
miſiſti in hūc mundū, ita & ego eos mitto in hūc mundum) odorem notitiæ dei & Chriſti per ſigna & prodigia manifeſtarent. Vera enim eſſe de deo & Chriſto prędicatio, virtutis teſtimonio probatur. Quæ ideo in odore ſignificata eſt, quia cū deus nō videatur: per hæc quę inuiſibiliter operatur in apoſtolis, eſſe ꝓintelligitur, vt veritas doctrię manifeſtaretur. Qui ergo recte aſserit Chriſtum, bonus odor eſt deo, laude dignus in eo qui credit, nec vituperabilis in illo qui non credit. Qui verò nō recte aſserit Chriſtum, malus odor eſt deo, tam in iis qui fidi ſunt, q̄ in illis qui diffidunt: pro vtriſque enim reus erit. Qui enim diffidit, idcirco videtur nō credere, quia peruerſum eſt qđ audit: & qui credit, malè credit. Apoſtolus ergo ratione legis locutus eſt, vt ſicut in lege qui hoſtias bono voto offerebat, bonus odor erat deo, & acceptabilis: ita & nūc prædicationis virtus doctrinæ odorem præſtat fragrātē deo. Quā ob cauſam auxiliis ſuis tutos præſtabat deus apoſtolos, vt verba cognitionis eius infunderent patentibus auribus, ſiue Iudæis, ſiue gētilibus: addito his ſacramento natiuitatis domini IESV ſecundum voluntatem dei & patris eius in vnitate fidei ſalutaris, ad ſalutem credentium, & perditionem diffidentium. ¶ Aliis quidem ſumus odor mortis in mortem.) Hoc dicit quia incredulis prædicatio crucis Chriſ- E
ſti odor mortis eſt. Audientes enim verbū dei, ſic accipiunt quaſi peſtem ex qua oritur mors, & neceſse eſt vt iuxta fidem illorum fiat eis. ¶ Aliis autem odor vitæ ad vitam.) Verum eſt quia fidis ſermo auditus dei nuncius eſt ſalutis æternæ, & ſecundum fidem illorum cōtingat eis. Siue ergo in iis qui pereunt, ſiue in iis qui ſalui fiunt; Chriſti bonus odor deo erant apoſtoli, qđia ſynceriter & ſine adulatione prædicabāt. Qui enim non credebāt, ipſi ſibi laqueum circūdabant, his liberis, ſicut dicit dominus ad Ezechielem prophetā: Tu prædica. ſi te audi- Ezech.3.
rint, lucraberis animas eorum. ſi quo minùs, ipſi ſibi viderint: tu tamen liberaris à perditione eorum. ¶ Et ad hæc quis idoneus? non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum dei, ſed ex ſynceritate ſicut ex deo coram deo in Chriſto loquimur. Pſeudo apoſtolos tangit diuerſos, qui corrupta doctrina verba dei per malā interpretationē adulterabant, & tollentes diuinum ſenſum, ponebant humanam. Ex quibus quidam zelum habentes traditionis Iudaicæ, nec de Chriſto bene docebant: ideo minus idoneos hos dicit. Apoſtolos autem ſynceriter prædicaſſe, ſicut ex deo datum eſt, ante deum, id eſt quomodo deus dedit: ipſo teſte in Chriſto loquebantur non ſuam quærentes, ſed dei gloriam. Hoc eſt in Chri-

G sto loqui,eius honorem & potentiam prædicare.

CAPVT TERTIVM.

INCIPIMVS iterum nosmetipsos cõmendare.) Quoniã pseudoapõstolos notat, praua eorum commenta designans: se autem verũ prædicatorem testatur: videtur ꝛerũ cõmen dare se,sicut ĩ prima epistola. Et ne hoc versutia aliqua terrestris lucri gratia facere videretur,adiecit. Aut nũ quid indigemus,sicut quidam,commendatitiis epistolis ad vos,aut ex vobis?) Hoc dicẽs,& suum sensum purgat & adhuc pseudoapostolos notat, quos proprii honoris & quæstus causa circuire ecclesias probat,ad auferẽdam,non tribuendam salutem. Ex his erant quibus dicit Dominꝰ: Comeditis domos viduarũ & pupillorũ,oratione lõga orãtes,propterea accipietis maius iudiciũ. Hi enim & res eorum & animas inuadebant. Apostolus autem nec res eorum tangebat,& veritate doctrinæ animas eorum saluabat. Non ergo carnaliter,sed spiritaliter se cõmẽdabat ad profectũ salutis illorum, vt de illo hoc crederent quod erat: quia qui de bono male sentit, peccat: ac per hoc cõmendatio hæc istis magis proficit.

H ¶Epistola nostra vos estis scripta in cordibꝰ nostris.) Epistola, salutis indicium est. Recte ergo ait, quia salus Corinthiorũ in corde erat apostoli,& eorum qui cũ illo erant. Semper enim de salute eorum cogitabant. Cũ ergo in corde sunt apostoli,& eorum qui cum ipso erant, epistola sunt scripta in cordibꝰ eorum: quia qui semper alicuius memor est, scriptus est in animo eius. ¶Quæ cognoscitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quia estis epistola Christi ministrata à nobis.) Apertum est quia cum dicuntur Christiani, epistola Christi sunt, indicantes salutẽ quã dedit deus in Christo omnibus hominibus, scribentibus apostolis: dũ enim docẽt, scribunt. ¶Scripta nõ atramento, sed spiritu dei viui.) Quoniam quæ promissa sunt, æterna sunt: idcirco dei spiritu scripta dicuntur, qui semper est: tẽporalia autem atramento, quod obsolescit, & perdit memoriam. ¶Nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibꝰ.) Nũc legem veterem pulsat, quæ primum data in lapideis tabulis abolita est, fractis tabulis sub monte à Moyse. Noua autem lex in animo scribitur, hoc est in corde, nõ p calamum, sed per spiritum. Quia fides enim æterna res est, ab spiritu scribitur, vt maneat. Vetera aut præcepta deficiente mundo cessabũt. Quomodo ergo differt lex à lege, ita differunt dispensatores illius legis à dispensatoribus legis fidei.

I Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum.) Quanta dignitas sit in apostolis, manifestat cum dicit. Fiduciam autem talem habemus ad deũ per Christũ. vt ostendat veteres non hanc habuisse fiduciam ad deũ, quia minor fuit administratio.

Non quòd sufficientes sumus æstimare aliquid à nobis tanquàm à nobis sit, sed sufficiẽtia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu, Litera enim occidit: spiritꝰ autẽ viuificat.) Quãuis præferat apostolicã dignitatẽ, in dei tamẽ laudẽ prorumpit: nõ istud meritis humanis ascribens, sed eius gratiæ qui dignatus est pro vita humana saluta rem prædicationem ordinare, quæ quos lex vetus reos tenebat, saluaret, data remissione peccatorum per IESVM Christum dominum nostrum. Literę enim ad hoc datæ sunt Moysi, vt cõtemnentes legem occideret secũdum ius naturæ. Spiritus autem, id est lex fidei, quæ non scribitur, sed animo continetur, viuificat reos mortis: conuertentes tamen se, vt iustificati, decætero non peccent. Rectè ergo data fuerat lex, vt timor esset peccãdi. Sed quia fragile est genus humanum, misericordia dei data est in prædicatione apostolis: vt donatis peccatis euaderent mortẽ, credentes in Christum. Hæc est prædicatio noui testamenti, quod promiserat deus per prophetas. ¶Quod si administratio mortis literis formata K
in lapidibus fuit in gloria, ita vt nõ possent intueri filii Israel in faciẽ Moysi propter gloriã vultus eiꝰ, quæ euacuatur: quomodo nõ magis administratio spiritus erit in gloriã.) Manifestum est maiorem esse gratiam legis fidei, quã legis Moysi. Quanuis enim ad hoc data sit lex Moysi vt prodesset, contẽpta tamen facta est lex mortis. Ergo quia peccatoribus prouidere nõ potuit, venit lex fidei, quæ hos saluaret, non solum ignoscens, sed & iustificans eos. Multũ ergo interest inter legem & legem. Tunc enim maculati peccato vultum Moysi descenden tis de monte cum lege accepta in tabulis, intueri nõ po terant, quia gloriosa facta fuerat facies eius, ne à peccatoribus posset aspici, quia digni erant morte. Quæ nũc gloria euacuatur per legẽ spiritus, cũ accepta remissiõe peccatorũ facti iusti, digni sunt aspicere & possunt gloriam dei, sicut viderunt in monte Petrus & Ioannes & Iacobus gloriam Christi. ¶Si enim in administratione damnationis gloria, multo magis abũdabit administratio iustitię in gloria. Hoc dicit quia amplius est donum iustitiæ dei per fidẽ Christi quàm legis veteris: quia magis gloria in salute est, quàm in morte. quanuis iustè dãnet, tamẽ ad laudẽ proficit magis si indulgeat, vt possit L
reus corrigere se. ¶Nec enim gloriosum factũ est id qđ glorificatum est in hac parte propter excellẽtẽ gloriã.) Manifestum est nõ esse factum gloriosum quod visum est in vultu Moysi gloriosum. Quando enim nulli profuit gloria vultus eius, non habuit fructũ gloriæ, sed magis obfuit: licet non suo vitio, sed peccantium: tamen in hac parte gloria non est. Illa autem est magis gloria quę abundat in gratia, vt purificati homines dono dei, absterſa caligine possint videre gloriã Christi. ¶Si enim quod euacuatur, fuit in gloria: multò magis quod pmanet, in gloria est.) Non negat gloriam fuisse in lege, vel in vultu Moysi, sed non permansit in Moyse, quia figura erat in Moyse, non veritas. ideo adueniente saluatore cessauit figura, quia apparuit veritas manẽs semp: vt quantũ interest inter imaginẽ & veritatẽ, tantũ interfit inter gloriam vultus Moysi, & gloriã Christi. ideo supradixit, propter excellentem gloriam. Illa enim tanta erat gloria, quanta debuit credi seruo. Hæc vero tanta quanta est genitoris eius, quia dominꝰ IESVS Christꝰ in gloria est dei patris. Sicut enim vesperę stellæ gloriosæ sunt oriente autem Sole euacuatur eorum claritas: ita & Moysi gloria euacuatur apparẽte gloria Christi. ¶Habentes autem talem spem, multa fiducia vtamur.) Spem habere nos dicit videndi gloriam, non talẽ qualis fuit in vultu Moysi: sed eam quã viderũt tres apostoli in monte, reuelante se domino. Hinc igitur conijcere debemus M
quãtũ nobis cõtulit diuina clemẽtia, quantũq; nos superioris gratiæ dono ditare dignata est q̃ dederat Iudæis. Iudæi enim, cũ minor esset gloria vultus Moysi, eam speculari non poterant: nos verò non Moysi gloriam, quæ inferior est, sed excellentẽ saluatoris gloriã visuros nos credimus. Iudæi ergo ferui gloriã nõ meruerunt videre: nos autẽ domini cõmunis gloriã sumus visuri. Ideoq; & nos vicem reddere in quantũ possumus debemus benenolẽtiæ dei, vt propensiores simus in eius amore, q nobis fiduciã dedit, abluens nos à peccatis, videndi gloriã dei. Nũc itaq; opus est vt crescat in nobis fiducia bonis actibus parata. Tantum enim videbimus, quantum credimus. ❧ Et nõ sicut Moyses ponebat velamẽ sup faciẽ suã, ne intuerẽtur filii Israel vsq; ad finẽ eius qđ euacuatur.) Quoniã digni facti sumꝰ per gratiã dei videre gloriam Christi, idcirco, & non sicut Moyses, ait, ponebat velamen super faciẽ suã, ne intuerentur filii Israel. Ideo ponebat velamen, quoniã splendorem vultus eius ferre non poterant causa peccati, quo sublato potestas datur videdi gloriã dei vsq; ad finẽ eiꝰ: qa tãdiu nõ reuelatur, q̃diu relicta lege cõuertãtur ad gratiã fidei, & sic euacuatur: Accedẽte enĩ dignitate p fidẽ, euacuatur idignitas.

A ¶Sed obtusi sunt sensus eorũ vsq; in hodiernũ diẽ. Tãdiu obtusos dicit, quãdiu nõ credũt. Quę obtusio increDulitatis causa obuenit. ideo conuersis ad fidem acuitur acies mentis, vt videant diuini luminis splendorẽ. ¶Id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet dũ non reuelatur, quia in Christo euacuatur.) Obtusio, ait, hæc in lectione Exodi manet, quandiu credãt. Nõ enim reuelatur, nisi credant. In Christo enim euacuatur, hoc est, per fidẽ Christi aufertur velamẽ. Amoto enim delicto incipiũt videre, quod obstante peccato videre nõ poterant. ¶Sed vsq; in hodiernũ diem, cũ legitur Moyses, velamen est supra cor eorum.) Manifestũ est quia cum legitur hęc pars legis, sententia illorũ recitatur qui sunt sub lege. ¶Cũ autem conuersus fuerit ad dominũ, auferetur velamen.) Cõuerti ad dominum hoc est, credere ĩ Christũ, vt agnoscens dominũ veniam mereatur accipere. Hoc est ferri velamen, sentẽtiam euacuari qua tenebatur reus sub lege. ¶Dominꝰ autẽ spiritus est. Vbi autẽ spiritus domini, ibi libertas.) Quoniã deus spiritꝰ est per Christum legem dedit spiritus, nõ literis vtique scriptam, sed per fidem animis intimatam: non quę visibilia doceat, sed inuisibilia credi suadeat: quæ animꝰ spiritaliter colligat, nec; oculus cernat. Hæc lex dat libertatẽ. solam fidem poscens: vt quia quæ nõ videt credit, de cõditione erui mereatur. ¶Nos autẽ omnes reuelata facie gloriã domini speculantes, ad eandẽ imaginẽ reformamur à gloria in gloriã sicut à domini spiritu.) Nos dicit omnes qui libertatem sumus cõsecuti dono gratiæ dei, gloriã domini per fidẽ speculãtes, ad eãdẽ imaginẽ trãsformari quã speramus. id est, vt similes inueniamur trãsacta hac vita imaginis gloriæ Christi, sicut dicit Ioannes
B apostolus: Scimus, inquit, quia cum apparuerit, similes ei erimus. A gloria in gloriam, sicut à domini spiritu, id
1.Ioan.3. est sublati beneficio dei gloriæ Moysi, quam reatꝰ causa cernere nequibamus, trãsformamur ad gloriam quam credimus dari nobis à domini spiritu. Tantum enim dabitur gloriæ, quantum dignum est dare deum per spiritũ suum: ideo enim dixit, Sicut à domini spiritu: vt ostẽderet talem gloriam dari quæ sublimitati congruat dãtis. Moysi enim gloria nec tanta fuit, nec perennis. Pro modo enim legis & gloriam accepit: ita & pro modo legis fidei in qua spiritꝰ dei est, dabitur gloria credentibꝰ. Tantum enim concesit deus fidelibus, vt spiritum suũ det eis pignus illius gloriæ quam promisit.

CAPVT QVARTVM.

C QVARE habentes hãc administratiõnẽ, put misericordiam consecuti sumus, non defeciamus.) Tantam spem dicit administratio nis huius, vt nõ deficiat in presuris cõfortatus fide promissionũ. Vnde superiꝰ dicit Multa fiducia vtamur. Fidentes enĩ in his quæ promissa sũt, quicquid aduersũ acciderit, tolerãt. Quod nõ humanis meritis deputat, sed misericordiæ dei, quæ hominẽ primo abluit, deinde iustificat, adoptans filiũ deo, vt donet ei gloriam similem gloriæ filii proprii dei. ❧ Sed renunciemus occultis dedecoris.) Vt illi gloriæ dignus sit homo, omnia turpia & polluta quæ fieri & cogitari possunt, amouenda docet, vt non solum de opere, sed & de cogitatione pellantur. Inuitantis verba sunt. Sub sua enim & suorum persona ad meliorem vitam hortatur, propter supradicta vitia quæ in his sæpe reprehendit. Possunt & hæc occulta dedecoris esse, quæ prauo sensu ad prædicandum meditantur vt fallant. Vnde subiecit: ¶Non ambulantes in astutia, nec; adulterantes verbum dei.) Ad dedecus enim & deformationem eius proficit, qui subdola mente confingit doctrinam ad decipiendum corda simplicem. turpis enim inuenietur in die iudicii dei. Astutia enim malæ mentis, vt id quod sibi libitum est expleat, verba dei adulterat, vt sensum inuertat. Adulterare est autem verum sensum per fal- D
sum velle excludere. ¶Sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo.) Hoc dicit quia in prædicatione euangelica nulli se fecit suspectum, addens amplius cũ dicit, coram deo: vt hoc ipsum nõ solũ hominibus manifestum probet, sed etiam deo, cui nihil occultũ est. Testimonium ergo dei implorat, vt vel sibi credatur, quia ita prædicat sicut datum est ab authore: & deus hoc modo testis est, dũ dat signa & prodigia fieri per manꝰ eiꝰ.

SED et si opertũ est Euangelium nostrum in iis qui pereunt,) Verum est quia increduli non vident; pfidia obcæcante splendorem virtutis dei. Velamen enim est supra cor eorum, & obtusio infidelitatis, in Iudæis maxime. ¶In quibus deus seculi huius obcæcauit sensus infidelium, vt non peruideant lumẽ Euãgelii gloriæ Christi, qui est imago dei.) Deum dicit secularium hominum, quia maleuoli sunt erga fidẽ Christi, sensus obcæcate, ne videant veritatem Euangelii ma iestatis Christi. Hoc ergo illis prȩstat quod volũt. Quia enim mali voti sunt homines, & intelligentes verum dicunt esse falsum, in eoipso adiuuantur, ne possint cre dere quod nolunt. Christum autem, cum sit imago dei, Esaiæ.9.
corporeum tantum asserunt: & relinquentes gesta eius, solius carnis faciunt mẽtionem: de quibus dixit Esaias: Obcæcauit oculos eorum ne videant, & auribus ne audiant vsque in hodiernum diem. ¶Nec enim nosmeti- E
psos prædicamus, sed Christum IESVM dominum nostrum. Hoc est, non nostram gloriam annũciamus, ne quis nos dicat propter nosipsos euangelizare, vt nobis proficiat forte ad tempus, sed IESVM dominum nostrum annunciamus, subiicientes nos virtuti maiestatique eius. Quando ergo nullum grauamus; nullum concutimus, & Christum dominum nostrum fatemur: quid est vt elati iudicemur, aut pro nostra propria vtilitate prædicare vt glorioſi appareamus? ¶Nos autem seruos vestros propter IESVM.) Intantum se seruum Christi esse probat, vt iubẽte ipso ministrum se horum in prædicatione testetur, vt pro vtilitate horum subiecti sint in ministerio Euangelii. Seruos ergo dicens, ministros significat: sed vt humiliter loqueretur, sic dixit: vt vere ostenderet non ad suam gloriam se prædicare Euãgelium, sed ad claritatem domini Christi, cui obedit, cui seruit, sicut & ipse Dominus ait: Ego sum in medio vestrum non vt minister, sed vt ministrem. nõ merito horum quibus ministrat, sed propter imperium domini.
¶Quia deus qui dixit de tenebris lumen fulgere, illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem cognitionis F
gloriæ suæ in facie Christi IESV.) Hoc dicit quia misericordia dei factum est vt nos, inquit, qui fuimus increDibiles in ignorantia, hoc est in tenebris, per nos daret deus lumen cæteris gentibus. ¶Quantum se adhuc humiliat, vt dei solius & Christi gloriam præferat. Illuminatur enim, vt cognitionem habeant gloriæ dei p Christum. Ideo gloriæ dei, ait, cognitionem, id est non dei solius, sed & Christi, qui est gloria eiꝰ: vt significaret nõ solum deum cognosci, sed & opera eius & misericordiã & prouidentiam qua condidit & saluauit genus humanũ, visus in Christo per gloriã virtutis suæ. Habẽtes autem thesaurum hunc in vasis fictilibus, vt excellentia sit virtutis dei, & non ex nobis.) Thesaurum sacramentũ significauit dei in Christo, quod credẽtibus manifestatur: incredulis verò quodam tectum est velamine: quia sicut thesaurus in occulto ponitur, ita & sacramentum dei in tra hominem, id est in corde humano absconditur. Hũc ergo thesaurum in animo & corpore dicit esse à deo datum, vt eminentia virtutis eius appareat per homines prędicatores duntaxat, vt reconcilietur omnis lingua creatori suo, nõ ad honorificentiam hominum, sed dei qui se manifestat per homines: qui cum humiles &

G imperiti eſsent, acceperunt poteſtatē à deo & loquendi magnalia,& agendi.Fictilia ergo vaſa dicens, infirmitatem naturæ humanæ ſignificat, quæ nihil poteſt niſi à deo acceperit virtutem,& ad laudē ſuā dous per hæc ſe prędicet quæ infirma ſunt,vt gloria illi detur,nō homini qui ex luto fictus eſt.¶In omnibus preſsurā paſsi,ſed non coangustati.) Nunc oſtēdit propter qđ idonei erāt prædicatores, quia ſēper illis in neceſsitate affuit deus. Ideo preſsurā,ait,paſsi,ſed nō coangustati.hoc eſt,non permiſit deus tantū nos opprimi vt crederemus. ❧In opiam paſsi,ſed non deſtituti.) Id eſt,in inopia poſitis affuit paſtor de⁹.¶Perſecutionē paſsi,ſed nō derelicti.) Verum eſt quia conſulebat eis deus, ne ſatis ſibi facerēt de his inimici.❧Deiecti,ſed non perimus.)Id eſt verberibus proſtrati,ſed obſtante deo non mortificati. Siue
Act.16. enim clauſi ſiue vinculati,adiutorio dei manus hoſtium euadebant.Denique Paulus & Sylas cū eſsent clauſi iā cæſi,& pedis eorum iam eſsent in neruo cōcluſi:alacres hymnū canebāt deo,fortiores iis facti qui non erāt cæſi. ¶Semper mortē IESV in corpore noſtro circunferentes,vt & vita IESV in corpore noſtro manifeſtetur.) Dubiū nō eſt quia in martyribus Chriſtus occiditur: & in iis qui pro fide patiuntur aut exitus, aut vincula, aut verberā,Chriſti paſsiones ſunt,vt & vita eius in corpore eorū palā fiat.Paſsiones enim ſunt quæ oſtendūt me-
H ritum ad futuram vitam quam promiſit Chriſtus.Vnde alio loco dicit:Cum infirmor,tunc potēs ſum. Et iterū: Per tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

I ergo nos qui viuimus,in mortē tradimur pro-
S pter IESVM,vt & vita IESV palā fiat in hoc mortali carne noſtra.)Apertū eſt qđ dicit, quia ideo in mortem tradi,inquit,propter IESVM non recuſam⁹ cum poſsimus viuere, vt vita qua reſurrexit à mortuis Chriſtus, huic mortali carni noſtræ præſtetur. hoc eſt nō timere mori propter reſurrectionē promiſsā.¶Itaq; mors in nobis operatur,vita autē in vobis. Hoc dicit, quia pro ſalute eorū morti ſubiiciebātur.Gentib⁹ enim prædicātes inimicitias ſibi excitabāt tām à Iudeis, quām à gentib⁹ uſq; ad mortē. ¶Habētes verò eundē ſpiritū fidei.)Hoc eſt cōmunē ſpiritū per quem firmatur fides, habemus vobiſcū.Ideo enim pro ipſis tanta patiebātur mala,vt inuicem ſibi copularentur in fide.❧Secūdum
Pſal.115. quod ſcriptū eſt.Credidi,propter qđ locut⁹ ſum.& nos credimus,propter qđ & loquimur.) Exēplū ideo dedit de pſalmo centeſimodecimoquinto, vt oſtenderet ideo ſe promptum eſse ad omnia tolleranda,quia credidit ſu
I turam reſurrectionem.Securus ergo de futura vita,præſentē vitam non habet charam:quippe cū hoc credatur .vt tunc illa beata vita ſperetur,ſi hæc contēnitur.Secur⁹ ergo quia quod credidit verū eſt, audet hoc prædicare,vt cæteros ſpei ſuæ participes faciat. ¶Sciētes quod qui ſuſcitauit dominum IESVM, & nos cum IESV ſuſcitabit,& conſtituet vobiſcum.Hac ſpe dicit laborari,pter fidem,quia exemplum præcedit reſurrectionis domini IESV,quid futuri erunt qui credunt:quia ſicut in
.1Cor.15. Adam omnes moriūtur,ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.Adā enim forma mortis eſt,cauſa peccati.Chri-
1.Petri.2. ſtus verò forma vitæ propter iuſtitiam, quia peccatum non fecit,nec dolus inuentus eſt in ore eius.Et quoniam participes hos communis fidei dixit:Reſuſcitatos inqt, conſtituet vobiſcū,vt vnius fidei in vna ſint domo pacis Cùm enim intelligunt quia pro ipſis patiuntur exitia, & iſti ſoliciti ſunt de paſsionibus horum velut compatientes,ſimul & participes erunt in vita promiſsa: vt ſimul contriſtati,ſimul gaudeant.propter illos ſic loquitur qui reſurrectionē negabāt,quos & in prima epiſtola exprobrat.¶Omnia enim propter vos,vt gratia abūdans per multarū gratiarum actionē abundet in gloriā dei.)A munere ſuo deus nullum voluit eſse alienum. Et quia non omnes capiūt verbū fidei,apoſtolus dei voluntatē ſciens,perſecutiones & pericula pati nō timuit, dūmodo omnibus fideliter prædicaret, vt plures poſsēt credere: vt abundās donū dei nō per paucorū gratiarū actionē minueretur ad contumeliam dei,ſed multis ꝓficiens affluret per multarū gratiarū actionē ad gloriā dei. Quanto ergo hic dignus honore eſt qui animā ſuā ſemper morti ſubiecit,ne donum dei longe aliter proficeret q̄ datū eſt?Nunquid nō magna contumelia ei⁹ eſt qui cœnam faciens opulentam,ac multos inuitans,paucos habet in ſūma?❧Quapropter non deficimus.)Manifeſtū eſt hæc ad ſuperiorē ſenſum pertinere. Vt enim deuotionē ſuam adhuc propenſiorē in dei rebus oſtendat, hæc ſubiecit quib⁹ nullo genere deficere ſe probat quo minus id quod deo placitum eſt impleat, ſecurus tamē de reſurrectiōe promiſsa.❧Licet ſi exterior homo noſter corrūpitur,ſed interior renouatur de die in diē.) Preſsuris,plagis,fame,ſiti,frigore,nuditate caro corrūpitur,ſed anima ſpe futuri præmii renouatur, quia aſsiduis tribulationibus purgatur. Proficit enim in preſsura,non interit,ita vt accedētibus tentationibus quotidie acquirat ad meritū,quia & corpori corruptio hęc profi cit ad immortalitatē merito animæ.¶Id enī qđ in preſenti eſt momentaneū,& leue eſt preſsuræ noſtræ,ſupra modū in ſublimitate æternū pondus gloriæ operatur in nobis.) Præſentis tēporis tribulationes quæ cauſa fidei ingerūtur,momentaneas & leues dicit,quia ſunt tēpora les:ſuprā modum tamen in ſublimitate ęternum pond⁹ gloriæ operari patientibus. Paruis enim laboribus magno redditur merces, & pro leui tribulatione ſupra modum ſublimitas gloriæ penſabitur perpetuæ.❧Nō contemplantes quæ videntur,ſed quę non videntur.Quę enim videntur,temporalia ſunt: quæ vero non cernuntur,æterna ſunt.) Deſideriū cæleſtium & ſpiritalium habētes hæc præſentia & terrena ſpernere profitetur,quia ad comparationem ſpiritalium hęc nulla ſunt.Sic enim ſunt hæc ad ſuperna,quomodo figura ad veritatem.Figura deperit.veritas manet: ac per hoc exire de iſto ſeculo non metuunt iuſti,ſed gaudent.

CAPVT QVINTVM.

SCIMVS autē quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quia edificationē ex deo habemus domum nō manufactā æternā in cęlis.)Hac fiducia dicit nō timendū diſſolui de corpore violētia infideliū,aut ſorte vitæ,quia præparata eſt huiuſmodi hominibus habitatio in cælis ęterna:vt de tēporali & terrena expulſi,in perpetuam domū recipiantur. Vnde M & hoc optādū eſt,ſi fieri poteſt.Sed quia optandū nō eſt ne in tua gloria alius pereat:ſi tamē acciderit, libēter ferendum eſt. Terreſtrē enim domū carnē hāc dixit, quia mortalis eſt:vt ſi de hac diſſoluti fuerimus, ædificatam inueniemus in cælis domum æternā. Hæc domus corp⁹ immortale ſignificat,in quo reſurgentes ſemper erimus cuius forma i⁹ in cælis eſt in domini corpore declarata. ¶Etenim in hoc ingemiſcim⁹ habitaculo noſtro quod de cælo eſt,ſuperindui cupientes:ſiquidē induti,nō nudi inueniamur.)Propterea dicit in precibus ingemiſci, vt gloria promiſsa de cælis poſsit reſurgentes induere. Hoc ergo deſiderantes inſiſtūt precibus,ne ſurgētes recepto vtiq; corpore nudi,id eſt,alieni à promiſsa gloria inueniantur.Hoc enī opus eſt, vt induta anima corpore,dei iudicio ſuperinduatur & gloria,quæ eſt immutatio in claritatē. Mors enim de terra eſt, reſurrectio vero de cęlis,ſi tamē immutetur in gloriam. Alii codices ſic habēt:Si quidē expoliati,nō nudi inueniamur. id eſt ſi exeuntes de corpore Chriſtum veſtiti fuerimus: quia quicūq; in Chriſto baptizantur,Chriſtū induunt. Itaq; ſi in forma baptiſmi & traditione manſerimus, expoliati corpore nō nudi inueniamur:quia in interiore homine habitat Chriſtus, quem cum induti, ſine ſpiritu

A ſancto dato nobis videbimur, erimus digni ſuperindui promiſsa cęleſti gloria. In illum enim decidet promiſsa claritas,quē viderit ſignū adoptiōis habere. ¶Nā cum ſumus in iſto corpore,id eſt mortali, ingemiſcimus grauati,eò qđ nolum⁹ exui,ſed ſuperindui,vt abſorbeatur mortale hoc à vita.Idē ſenſus eſt. Ideo enim dicit grauatos nos paſsionibus corporis,& ipſius mundi tēpeſtatib⁹,poſtulationes ad deū dirigere,ne immutemur victi, & indigni efficiamur.Sed et ſi contigerit exitus, perſeuerātes in fide induti inueniamur ſancto ſpiritu, quī in ſubſtantia Chriſtus eſt. Tūc enim ſuperindui promiſsa gloria poterimus,ſi exuti corpore,nō deſpoliati à ſancto ſpiritu fuerimus.Sic mortale abſorbetur à vita,id eſt,vt reſurgentes ſuperīduamur immortalitatē cū gloria,ne vltra mori poſsit,aut paſsionibus implicari.hoc eſt abſorberi à vita.Nō enī dicendus eſt abſorberi à vita,q̄ ad hoc ſurgit,vt pœnis agatur. ¶Qui aūt ꝓficit nos in hoc ipſū,deus,q̄ & dedit nobis pignus ſpiritū.)Hoc qđ ingemiſcentes poſcim⁹,id eſt,nō vt exui,ſed ſuperindui mereamur,iuxta ſupradictū ſenſum,in die iudicii deū perficere dicit,qa promiſit,& fidelis eſt,dās hui⁹ rei implēdę pign⁹ ſpiritū. Ipſe eſt enī ſignaculū adoptiōis noſtrę

FIdentes igitur ſemper, & ſciētes quia inhabitantes in corpore peregrinamur à domino.per fidē enim ambulamus,non per ſpeciem.) Manifeſtū eſt quia per fidem cū domino ſumus, non per preſentiā:ac per hoc peregrinamur non fide,ſed ſpecie.Et quare, cū idē dicat in actibus apoſtolorū: In ipſo enim viuim⁹ & mouemur,& ſumus: hoc loco peregrinari nos à domino dicit?Si vbiq; eſt, quomodo hic poſiti peregrinamur
Act.17. à domino?Sine dubio vbique,immo omnia in deo ſunt.
B Sed quia ſedes dei in cælis eſt,& illic ſēper videtur:ideo hic poſiti,vbi nō videtur, pegrinari à domino dicimur. quando enim non eum videmus,licet preſens ſit,abſentes ab eo ſumus. ¶Audemus ergo & conſentimus magis peregrinari à corpore,& præſentes eſse ad deū.)Recte ait,audemus.Habentes enim fiduciam promiſsionis dei,& ſcientes multum expedire illic eſse quàm in ſeculo:conſentiunt,& optant excedere de corpore,vt requeſcant uſq; in diē reſurrectionis ſub altare dei.❧Ideo conamur ſiue preſentes, ſiue peregrinantes placere illi.) Id agēdū dicit,& bonis operib⁹ inſiſtēdū, vt ſiue in hac adhuc vita poſiti,ſiue ante tribunal Chriſti,preſētes placeam⁹ ei.Vnde ſi diſciplina ſeruetur,& hic & illic placebimus:qa q hic placet, illic nō diſplicebit. ¶Omnes enī nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti,vt recipiat vnuſquiſq; propria corporis prout geſsit,ſiue bona, ſiue mala.)Igitur ſi iudicante Chriſto vnuſquiſque noſtrū facta corporis recipiat,nō vtiq; ſine corpore adiu-
C dicabitur bono aut malo.Et non dixit pereat:ſi carnis,quia carnis vitia punienda ſemper:ſed facta corporis,quia ali quando ſpiritaliter,aliquando carnaliter operatur.

CIENTES igitur timorem domini hominib⁹ ſua
S demus:deo autem manifeſti ſumus.) Quoniā ergo iudicium dei futurum eſt per Chriſtū ad ſingulorū diſcriminānda opera:idcirco Apoſtolus ſuadere ſe dicit ad bonū ſenſum & vitā, vt auditores eius ſecuri ſint de pœna futura,& ipſe glorietur in his habens fructum laborum ſuorū, quia quorundā prauiloquio dies iudicii dei in dubium deducitur. Corrūpunt enim mores bonos colloquia mala.Hominibus ſuademus,ait,vt credant & prouideant ne incurrant & tunc pœniteant quando pœnitentia fructum non habet.Deo autē manifeſti ſumus.hoc enim prædicabat quod deus inſerat,& hoc ſcire dicitur deus quod bonum eſt. Denique male agētibus dicit,Neſcio vos. ¶Spero autem & in cōſciētiis veſtris manifeſtos nos eſse.) Manifeſta erat puritas eorum Corinthiis, quia neque aliquando in adulatione fuerant deprehenſi,neq; predicatio illorū diſplicuerat ſanctis,nec ab aliquo illorū quicq̄,vt aſsolet,occultè ꝓlicere tentauerant,vt foris ſimplices apud turbas,intus verò impoſtores eſsent:ideo conſcientias illorum pul- D ſat,vt ipſi ſibimet teſtes eſsent de veritate eorum.

ON iterum nos commendamus vobis.) Quoniā
N ſuperius vetā prædicationem ſuā obteſtans, laudare ſe viſus eſt:idcirco nunc eadē ſignificat; nō ad laudem ſuā hoc dicere ſe,ſed ad eorū gloriā, vt gaudeant integrā prædicationē ſe adidiciſse his annunciātibus.¶Sed occaſionem damus vobis gloriādi pro nobis,vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.)Hoc dicit, vt quoniā multi per elationē gloriabantur in ſe de apoſtolis, profitētes ſe ab his doctos qui ſemper cū domino fuerunt:ideóq; & hic dicit,dare ſe & his rationē per quā & ipſi glorientur aduerſus eos, quia i.Cor.12.
apoſtolus erat à quo & iſti didicerant. Vnde alio loco dicit:Nihil min⁹ feci ab his qui valde ſūt apoſtoli. Quod quidam coactus dicit,ne ſilentiū eius iſtis obeſset. Qui i.Petri.5.
ergo in corde gloriatur,ſuperbiam reprimit: ſciēs quia humilibus deus dat gratiā, ſuperbis autem reſiſtit. Superborum enim mens fructum non facit deo dignum. ¶Siue enim mente excedimus deo,ſiue ſanū ſapimus, vobis. Hoc dicit quia ſi elatē vel ſuperbe putatur locutus,quia laudare ſe viſus eſt verū dicens:ideo hoc remittendū. Si autem nō ſuperbē intelligitur, ſed ad gloriam audientiū eſse locutus,Corinthiis proficere dicit:vt tūc ſanum ſit dictum audientibus,ſi ita intelligatur vt dictū eſt. Si autē iactāter putetur dictum velut inſanū, deo dimittendū. Omnis enim ſuperbia velut inſania habetur. ¶Charitas enim Chriſti vrget nos,hoc iudicantes,quoniſi vnus pro omnibus mortuus eſt.) Quoniā Chriſt⁹ di- E
ligēs humanū genus, vt eos rēdimeret, morti ſe dedit: ideo apoſtoli vt vicē eireddāt, homines ex aliqua parte exhortantur ad eius obſequiū:& vt eos attrahāt,neceſse eſt vt verū ſe prædicare teſtētur,aliis praua docentibus: nec ſuum meritū taceant, vt malorū doctorū pœnā deſignent.Non ergo elatione mentis hæc agebant, ſed vt donū Chriſti intelligeretur ab omnibus,& fideliter deuoti ei gratiarū actiones referrent.Propter Chriſti ergo charitatem,quæ & quāta dona eius circa diligentes eum ſint,non taceant, non iactantiæ cauſa, ſed vt inuitēt audientes ad eius deuotionē, ne mors Chriſti infructuoſa videretur,nō vt laus apoſtolorum noſceretur. Per meritum enim & gloriam apoſtolorum agnoſcitur Chriſti gratia,& beneficiū dei. Ergo omnes mortui ſunt,& pro omnibus mortuus eſt:vt & qui viuunt, nō iam ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.) Quia omnes neceſse eſt fori cauſa Adæ,pro ōnib⁹ mortuus eſt Chriſtus,vt eos à ſecunda morte liberaret.Ideó que qui viuunt in corpore,ſcientes Chriſtum mortuum eſse pro ſe,ſint ei ſubditi, profitentes hunc dominum. F
quia enim prodeſt eis mors eius, teſtimonium perhibet reſurrectio eius.Igitur hic ſibi non vivit,qui paratus eſt domini ſui facere voluntatem.

TAQVE nos ex hoc tempore neminem nouimus ſecundū carnem:etſi cognouimus ſecūdū carnē Chriſtū,ſed nunc ia non nouimus,)Verum eſt quia Chriſto reſurgente à mortuis iam ceſsat in eo carnalis natiuitas,ceſsat infirmitas corporis, ceſsat & paſsio mortis. Vſque ad crucem enim ſuſpicio fuit infirmitatis in Chriſto. Poſt autem apparauit eſse quod I oan.8.
non credebatur, ſicut & ipſe ait: Cum exaltaueritis filium hominis,tūc cognoſcetis quoniam ego ſum. Hoc ergo idcirco apoſtolus memorat, vt oſtendat qua deuotione obſequendum eſt Chriſto. Pro ſalute enim hominū nō ſolum hominem ſe naſci nō dedignatus eſt,ſed & iniuriis agi, & mori voluit.ut intelligētes quàm preciosa ſit mors eius,propenſius illi ſeruiant, nō quaſi homini vicem reddentes,ſed deo:quia vnictuique pro perſona eius & meritis refundenda obſequia ſunt. Qua re ſiqua eſt in Chriſto noua creatura vetera tranſierūt:ecce omnia facta ſunt noua.) Manifeſtum eſt quia per Chriſtum renouata ſunt omnia, ſi animaduertant

G dignitatem eius. Nouus enim sit his quibus prius homo tantū videbatur cum intelligitur esse deus, vt recedēte infirmitate agnoscatur diuinitas, & cessante errore vetevi, qui introducta multorum deorum opinione, ab vni⁹ veri fide transduxerat gen⁹ humanum, reuertātur omnia ad simplicitatis professionem, vnū deum adorantia in trinitate. ¶ Omnia autem ex deo.) Quanuis Christus nos redemerit, omnia tamē ex deo, quia ab ipso est ōnis paternitas: ideóq; necesse est præferri personam patris. ¶ Qui recōciliauit nos sibi per Christū, & dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniā quidē deus erat in Christo mūdū reconcilians sibi, nō reputās illis delicta ipsorum, & ponens in nobis verbū reconciliationis, p Christo, pro quo legatione fungimur, tāquā deo exhortante per nos, orantes pro Christo recōciliari deo, eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit, vt nos esemus iustitia dei in ipso.) Deus omnipotēs genitor Christi, cū omnia quæ per Christū fecerat, errore caduca fuissent effecta, creatoris sui oblita, Christū dominū nostrū de sacris sedibus ad terrena venire dignatus est: & factū carne in specie hominis, vt forma esset hominibus quēadmodū sibi deū creatorē suū pacificū faceret. Deus ergo erat in Christo. Quomodo? Quasi in vicario aut legato, sicut fuit in prophetis: aut aliter non sicut fuit in prophetis, sic intelligi potest fuisse & in filio. Filius enim naturaliter natus est patris dei. Vnde dicit:

H Quia pater in me est, & ego in patre. Pater enim per id intelligitur esse in filio quòd vna eorum sit substantia. Ibi enim est vnitas, vbi nulla est differētia: ac per hoc in

Ioan.14. uicem sunt, quia & imago & similitudo eorū vna est: vt vidēs filium vidisse dicatur patrē, sicut & ipse Domin⁹ ait: Qui me videt, videt & patrē meū. Rectè ergo dicitur Deus erat in Christo, hoc est, pater in filio, mūdū recōcilians sibi, nō reputās illis delicta eorū, quoniā creatura peccauit in deū, nec pœnituit vt reuerteretur ad eū. Deus opus suum nolens perire misit filiū suū, per quem prædicata eis remissione peccatorum, reconciliaret eos sibi per ipsum, per quem nos creauerat. Siue ergo per filium, siue per seruos deus exhortatur populum: quia ad ipsum omnis summa referenda est, cuius voluntate & prouidentia Christus incarnatus est ad salutē hominū red imendā. Qui cū reuerti vellet ad patrem, dispensatione acceptam à patre dedit discipulis. Orantes pro Christo

I recōciliari deo, hoc est quod dixi, quia pro Christo vicarios dedit apostolos, vt pro ipso prædicarēt recōciliari deo. Eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit. Deū dicit patrem peccatū fecisse filiū suū Christū, eum vtiq; qui peccatū nesciebat, id est, qui nō peccauerat, quia factus caro nō immutatus, sed incarnatus fact⁹ est peccatum: sicut qui fit præfect⁹, nō amittit quod erat sed assumit vtique quod non erat. Homo ergo fact⁹ est Christus causa peccati, quem non tangebat fors, neq; dignitas nasci hominē. Propter qđ autem omnis caro sub peccato est, ideo factus caro, factus est peccatū. Et quoniam oblatus est pro peccatis, nō immerito peccatū factus dicitur, quia & hostia in lege quę pro peccatis offerebatur, peccatū nuncupabatur, vt nos esemus iustitia

Esaiæ.53. dei in ipso. Qui peccatū nesciebat, dicente Esaia: Quia peccatū nō fecit, nec dolus inuētus est in ore eius, quasi peccator occisus est, vt peccatores iustificarentur apud deū in Christo. Zelum enim passus est Satanas aduersus saluatorem, videns eum docere homines quomodo sibi propitium facerent deum, abrenunciantes diabolo, & propter hoc occidit eum, nesciens futurū aduersus se Christus enim post crucem descendens ad inferos deuicta morte, quia peccatum nesciebat, teneri à morte nō poterat: quia mors per peccatum inaniuit infernum, vt mors iusti peccatorib⁹ proficeret, vt de cætero mors eos qui signum crucis habent, tenere non posit.

CAPVT SEXTVM.

ADIVVANTES autē & obsecramus ne in uacuum gratiam dei recipiatis.) Duplici genere apostolus humanæ salutis curam subiacere cōtendit, vt & dei prouidentiæ deuot⁹ exiteret, & hominibus charitatis officium exhiberet. ¶ Tēpore enim, inquit, accepto exaudiui te, & in die sa- Esa.49.
lutis adiui te.) Hoc scriptū est in Esaia propheta. Prædestinatā docet gratiam dei in tempore Christi. sic enim decreuit deus affluere misericordiā suā, vt nomen Christi poscentibus auxiliū largiretur. ¶ Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis: nemini dantes vllam offensionē, ne vituperetur ministeriū nostrū.) Tempus adesse dicit, quo possint ad indulgētiā proficere peccatores. Tēpus adesse dicit, quo morbis mortalibus medicamina possint infūdi: & ideo se solicitū esse circa egrorum salutē, ne fortè negligentia aliqua medicinę gratia effectu careret, & bonę voluntatis suæ. Fide ergo & vigilantia sua omnē offensionē negligentibus amputat, ne horum forte segnitia offensionis occasionē pareret discipulis: ac per hoc liberos se significāt, quia qđ salutare est, simpliciter omni instantia prædicāt. Vnde subiecit: ¶ Ne vituperetur ministerium nostrū.) Vituperaretur enim ministeriū ipsorum, si ea quæ verbis docebāt, operibus suis vt fierent exempla nō darent. ¶ Sed in omnibus cōmendātes nosmetipsos vt dei ministri. Dei ministri sine adulatione docent, vt ei cuius ministri sunt placeant, non sicut pseudoapostoli, sciētes se nō à deo mis- L
sos præsenti vtilitati studebant. ❧ In multa patientia.) Patientia est quæ saluat homines. Nisi enim patientia abusus esset, quomodo saluasset Corinthios quos post prædicationem suam tantis vitiis morum & erroribus diuersarum sectarum inuenerat inuolutos, quos patiētia sua paulatim ad veram doctrinā reuocat? ¶ In pressuris.) Pressuras pertulit, sciens quid à deo pro his sit p
missum. ¶ In necessitatibus.) Necessitas erat etiam in pressura positū docere, quia à domino erat missus. ¶ In angustiis.) Spe futuri augustat⁹, perfidorum oppositionibus non cessit. ¶ In plagis.) A Iudæis & gentibus cęsus frequenter, non tacuit gratiam Christi. ❧ In carceribus sæpe.) In carcerē missus cōtempta salute sua, etiam illic donum dei prædicauit. ¶ In perturbationibus.) Intantum deo deuotus erat, vt nec perturbatio fiduciam quam in deo habebat minueret. In laboribus.) Laborare nō destitit manibus suis, ne cui grauis esset, certus hoc sibi proficere apud deum. ¶ In vigiliis.) Tam solicitus erat circa officiū sibi delegatū, vt nec nocte cessaret

In ieiuniis.) Aliquando voluntaria, aliquādo necessitatis ieiunia pertulit causa penuriæ, & deo gratias egit
spiritaliter se pascēti: quia ideo contentus erat, ne vētris M
causa inclinaretur. In castitate.) Castitatē siue corporis siue Euangelii vēdicans, non paucos fecit inimicos.

In sciētia legis & Euangelii.) Sciētiam non in sapiētia humana, neq; in simulatione asserens, deo se fidelem dispensatorem Christi exhibuit. In magnanimitate.) Gradis animi erat in baiulandis infirmitatibus fratrum, & in contemptu mundi huius. Vnde alio loco dicit: Mi- Gala.6.
hi mundus crucifixus est, & ego mūdo. In benignitate.) Benignus erat, quia sicut arguebat, ita & blandiebatur, vt post correptionem leni exhortatione consolaretur. In spiritu sancto.) Spiritus sanctus effugit fictum. Sap.1.
Quoniam ergo synceriter docebat in spiritu sancto, dei donum tradebat. In charitate non simulata. (Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres. Vnde hic semper necessitates fratrum suas faciēs, simplex erat in charitate. Compatiebatur enim omnibus sicut alio loco dicit: Quis scādalizatur, & ego nō vror? 2.Cor.11.
Hæc enim vera charitas est, si sua vtilitate contempta eius curā agat quē diligere se profitetur, qđ semper fecit apostolus. In verbo veritatis.) Verbum veritatis erat in eius doctrina, quia non aliud tradebat, quàm à domino acceperat. In virtute dei.) Virtus in eo dei erat, quæ

A per signa atq; prodigia hunc idoneū ministrum probabat. ¶ Per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris.) Liberū se significat fuisse & fidelibus & incredulis. Arma enim iustitiæ perimunt iniquitatem. ¶ Per gloriam, & ignobilitatem.) Iis qui Euangelium dei gloriā æstimabant, manifeste integrum se & fidelem prædicatorē dixit. Simili modo & eis qui verba diuinę doctrinæ ignobilitatem & deformationē putabant, fidelē se dei ministrum exhibuit, dum nō terretur, neq; pudorem patitur ea illis loqui quæ horrent audire. ❧ Per infamiam, & bonam famam.) Etiam his integrū se dei dispensatorem præbuit, qui fidei bonam opinionē faciebant: & qui malam, dum non metuit hanc inuidiam, sed cōstās est. ¶ Vt seductores, & veraces.) Incredulī seductores eos vocabāt, fideles econtra veraces & simplices eos pronūciabant. Nec hoc odio cedit, vt superducat fucū veritati. ¶ Vt ignoti, & qui cognoscimur.) Malis ignoti erant, bonis noti. agnoscebant enim in his veritatem. ¶ Vt moriētes, & ecce viuimus.) Odio illos habentes, quotidie putabant nō euadere minas iniquitatis. Isti autem quia deo propitio docebant, auxilio Christi tuti præstabantur à morte præsenti & futura. ❧ Quasi tentati, & morti nō traditi.) Tentati videbantur, quando sic tractabantur vt cedere putarentur: & quia nō vincebantur, morti nō addicebātur. Hic enim addicitur morti, qui in fide nō permanet, & morti nō huic, sed futuræ, Potest & de præsenti morte intelligi. Tentati enim eos patiebatur deus vt pressuris crescerent merita: nō tamen permittebat eos occidi. ❧ Vt tristes, semper autē gaudentes.) Verum est quia tri
B stitia hæc gaudium operatur: & qui eos iniuriis contristabant, gaudium eorum exaggerabant. ❧ Vt egentes, multos autem ditantes.) Quantum ad præsentem vitam pertinet, pauperes videbātur, sed spirituales diuitias credentibus largiebantur, egeni in terris, in cælis diuites. ¶ Vt nihil habētes, omnia autem possidentes. Hoc fuit in apostolis gloriosum, vt sine solicitudine & nomine possidendi, nō solum ea quæ in possessionibus erāt, sed & ipsorum dominos possiderēt, Omnia enim necesse erat ante eorum poni pedes causa virtutum, sicut legimus in Actibus apostolorum.

Os nostrū patet ad vos, ô Corithii.) Hoc libertatis causa loquitur, & puræ conscientię. Mali enim sibi conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat. ❧ Cor nostrū dilatatū est.) Eius cor dilatatur, qui fiducia bonæ cōuersationis gaudet in sese, aut certe futuri spe præmii in tribulatione non angustatur: quia sicut in hac vita nisi præcesserit labor, red ditus nō sequitur: ita & in rebus diuinis si non exitia anteierint, præmium non sequetur. ❧ Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris, eandem habentes mercedis retributionem.) Hoc dicit quia
C non oberat magistris si discipuli male verterentur cōtenentes vigorem doctrinæ, quia vnusquisq; pro operibus suis mercedem accipiet: quia qđ ad magistros pertinet, non tacuerunt, dicēte domino ad Ezechielē, pphetā: Exalta vocē tuā, & loquere ad plebem. si te audierint, lucraberis eos. si quo minus, tu animam tuam saluabis. ❧ Sicut filiis dico, dilatamini & vos, & nolite iugum ducere cum infidelibus.) Ad bonā conuersationem & spē eos hortatur, vt fidentes & purgantes conscientias suas possint in semetipsis gaudere, habentes fiduciam præmentis, sicut & eorum magistri, separātes se ab infidelium societate in malis operibus. Et bene ergo agendo & futura sperando, dilatari vult illos animo. Qui enim operatur, laborat, & futura non credit, sicut infidelis, ā
gusti animi est desperatione futuri. ❧ Quę enim participatio iustitiæ & iniquitati? aut quæ societas lumini cū tenebris? quę ve consensio Christi cum Belial? aut quæ participatio fideli cū infideli? vel quæ conuentio templo dei cū idolis? Manifestum est hæc quæ enumerat, esse contraria: ac per hoc fugiendum ab his docet, quia dicit Dominus: Nemo potest duob⁹ dominis seruire. Lex e- Mat.6.
nim iustitiam prædicat, vt fugiatur iniquitas. Lumē ostē D
dit quod est veritas, vt ab ignorantia quæ tenebræ sunt, recedatur. Christū in dei mysterio annūciat, vt à diabolo qui se deum mētiri vult, recedatur. Credentibus vitā pollicetur æternam, vt pfidia exuti ab omni infidelium errore sint alieni. Idola prohibuit coli, quia templo dei sunt inimica. ¶ Vos enim templum estis dei viui.) Nihil tam inimicum homini quam idola, quia ab vnius dei fide cogunt recedere. ❧ Sicut dixit deus, quoniam inhabi Leui.26.
tabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio Esa.52.
illorum, & separamini, dicit dominus, & immundū nolite tangere, & ego suscipiam vos, & ero vobis in patrē, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.) Interim primæ causæ sensū explicemus, vt cuius personæ verba sint, declaremus dicētis: Quoniā inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Hæc verba Christi sunt. Hoc est enim quod & inter cętera Hieremias testat⁹ est, dicens: Post hæc in terris visus est, & inter homines cō- Baruch.3.
uersatus est. Hic enim habitauit in nobis, dicente Ioāne Ioan.1.
apostolo: Et verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Et quia deus noster est, dicit iterum Hieremias: Hic est deus noster. Et quia populus eius sumus, dubium non est. ecclesia enim Christi est: ideóq; separari nos vult ab omni cōtaminatiōe, vt suscipiat nos in filios, sicut dicit: Filioli, adhuc modicum tempus vobiscum sum. Et quia Ioan.13.
omnipotens est, puto ambigi non debere. Si enim, sicut Ioan.5.
ipse dicit, Quæcunq; facit pater, eadem & filius facit si- E
militer: hoc est filium omnia posse quæ potest & pater. Si quid non potest pater, nō potest & filius. Si idoneus est filius, qui dicit de patre: Apud deū autē omnia possibilia sunt. Hoc testimonio & nos ad puram vitā exhortatus est ad dominum nostrum IESVM Christum, iam olim dominum nostrum, & susceptūrū nos in affectu charitatis suæ prædestinatum ostendit.

CAPVT SEPTIMVM.

HABC ergo habētes promissa charissimi, mūdemus nosmetipsos ab omni inquinamēto carnis, perficiētes sanctitatē spirit⁹ in timore dei.) Manifesta sūt quæ dicit. Inquinamē tum tamē carnis multifarie intelligendū est. Ideo etenī nō dixit ab inquinamento carnis, sed ab omni inquinamēto, vt tota vitia carnalia fugiamus. Omne enī qđ lex prohibet, carnale est. Vt perficiamus sanctitatē spiritus in timore dei. Sanctitatē sic perficimus spiritus, si in timore dei recta sequamur, vt sub nomine Christi à peccatis nos abstinētes sancti simus. Qui enī sine professione Christi à vitiis se cohibere vidētur, sancti sunt iuxta mūdū, nō secundū dei spiritū, quia secundū deū hi mūdi sunt, qui fideles sunt: cæteri vero qualesuis sint, immūdi sūt, Quicquid enī sine Christo est, immundum est, sicut F
dicit ad Titū, quia infidelibus nihil est mundū, inq nata est enī eorūmēs & conscientia. ¶ Capaces estote nostri, nemini nocuimus, neminē grauauimus, neminē circumuenimus.) Cōsiderare vult illos quę dicit, vt receptis his in animū, cōferāt secū vera esse quę loqtur, & spernētes hos quos tangit, omnē animū trāsferant ad eos quos vidēt vero affectu se diligere. Pseudo enī apostoli erant q & nocebant illis, corrūpentes sensus illorū, & grauabāt sacculos eorū circūuentione serpentinę astutiæ, ❧ Non ad cōdēnationē dico.) Hoc est, nō vos abiicio, sed vt corrigatis moneo. Qui enim aliquē cōdēnat, nō illi dimittit. ❧ Prædixi enim, quia in cordib⁹ nostris estis ad cō moriendum & ad conuiuendū.) Ex prædictis vult illos cognoscere quo animo loquatur ad eos. Quos enim participes vult habere & ad præsentes passiones pro Christo, & ad futuram vitam: non vtiq; illos abiicit, sed vt participatione dignos se faciant, exhortatur.

MVLTA mihi fiducia ad vos, multa mihi gloriatio vobis. Repletus sum consolatione, superabūdo gaudio super omni pressura nostra.) Fiducia hæc de primæ epistolę correptione est, quā quia nō asperè susceperūt, fiduciā dederunt admonēdi se. Visi sunt enī velle corrigere se, vnde gloriatur ꝓ his. Animū etiā suum cōsolatum ex hac parte pronūciat, intantū vt in omni pressura superabūdare se gaudio obtestetur. Videns enim esse spem in his pro quib⁹ angustias patitur, gaudet cū tribulatur, certus mercedē se à deo accepturū acquisitę salutis eorum. ❧ Etenim cū venissemus in Macedoniā, nullā requiem habuit caro nostra.) Pressuras & cædes memorat quas patiebantur causa credentium, vt magis prouocaret eos ad charitatem. Nullam, inquit, requiē habuit caro nostra: vt cōpaterentur eis, certi quia pro salute fidelium animas suas traderēt vsq; ad mortē. Antequam digereretur enim tribulatio & corporalis iniuria, altera veniebat, vt requies patienti non esset. Nam quoniam sensu bruta est omnis caro, idcirco nullā requiem hāc habuisse vel habere in passione significat. Animā autē, quanquā ipsa patiebatur in corpore, ex hac tamen parte requiem habere, qua sperat pro tribulationibus his quæ pro fide irrogātur à perfidis, daturū deū mercedē. Denique in ipsa pressura deo hymnos canebāt. ❧ Sed in omnib⁹ sumus afflicti.)
Act.16. H Iuxta historiā, domino vocāte intrauerunt Macedoniā: & cū nō pauci credidissent, inuenissentq; solatiū Lidiæ mulieris quæ cū omnibus suis credidit: tunc factū est vt spiritum pythonē, id est, diuinū fugaret de ancilla quorūdam, qui videntes perdidisse se non minimū quæstū quem puella referebat diuinando, cōcitauerunt seditionem Paulo & Sylę, & traxerunt eos ad forum ad magistratus: qui multas eis plagas imponentes miserunt eos in ima carceris, ita vt pedes eorum in neruo cōcluderēt. Hæc est pressura quam passi sunt in Macedonia, & hinc est vnde dicit: Nullā requiē habuit caro nostra. ¶ Foris pugnæ, intus timores.) Pugnæ erāt corpori, dū cædebantur: animo timores. Illic enim timor est, vbi intellectus est. Sed timor hic propter eos erat qui crediderant, ne passione eius scandalizarētur. Nam sibi quid iam timeret qui patiebatur? Præterea cum dicat in Actis apostolorum, non solum ligari, sed & mori paratum se pro nomine domini IESV Christi. Videtur enim totum
Acto.21. hominem afflictū in carne significasse, vt ex parte spiritus qui homini datus maneat, quia impassibilis est, affligi potuisse minime intelligatur: sed vt homo totus ex
I parte corporis & animæ afflict⁹ in carne dicatur: ex parte verò spiritus impassibilis. Potest & sic intelligi, vt foris pugnæ id est, in publico à perfidis fierent cōtra fidos dum furore pleni resistebant veritati: cuius rei nuncius intus timores generabat, vbi erat apostolus. Quis enim homo nō timeat angustias? Sed quia in dei rebus propensior erat, timorē hunc spe superabat. ¶ Sed qui cōsolatur homines, cōsolatus est nos deus in aduentu Titi.)
Quoniā deus suorum nō est immemor, sed semper dat eis in tribulatione solatium, accelerauit aduentum Titi, vt refrigerio esset positis in feruore. Magna enim cōsolatio est patientibus, si secū habeat condolentē. ¶ Et non solum, ait, in aduentu eius, sed & in cōsolatione qua cōsolat⁹ est in vobis.) Plus addidit ad cōsolationē, quia audisse se à Tito significat conuersationis eorū promptā voluntatē, intātum vt Titus qui dolorem habebat in obauditionis eorū, cōsolationē acciperet de pœnitētia illorum. Quantū affectū haberet circa eos, ostendit Apostolus, vt nec ima carceris, nec plagarū dolorē cōputaret scissi corporis, neq; neruū quo pedes eius cōclusi erant sed audita correctione eorū lætaretur, immemor factus passionum, deo gratias ageret pro eorum salute, sic hoc æstimans quasi remunerationē tribulationū. ¶ Annuncians nobis vestrum desiderium habere illos emendandi se. Addiscentes enim quæ promissa sunt bene viuentibus, incitati sunt ad desiderium horū. ¶ Vestrum fletū.) Correpti flebant, dolentes quia peccauerūt, nec excusare nisi sunt, vnde gloriatur in his. ¶ Vestrā æmulationē pro me.) Addiscentes enim charitatē apostoli erga se, cœperunt illū defendere contra aduersarios. ¶ Ita vt magis gauderem, quia et si cōtristaui vos in epistola, nō me pœnitet.) Manifestum est nō debere pœniteri ex hac re quā secutus effectus est, quoniā seuerius in prima epistola corripuit errores eorū. Non, inquit, me pœnitet asperius scripsisse, quia hoc causa popposcit. ¶ Et si pœniteret, ait, video ꝙa illa epistola etsi contristauit vos ad horā, nūc gaudeo.) Hoc dicit, quia si me pœniteret, inquit, propter charitatē, quia vos cōtristaui: cōsolatio succederet gaudii, quia profuit quod vos cōtristaui. Non quia contristati estis, sed quia cōtristati estis in pœnitentiā. Contristati enim estis secūdum deū.) Idcirco gauisum se dicit, quia cū pudore cōtristati sunt, non cum ira. Qui enim reprehens⁹ pudorem patitur, corrigere se promittit: qui verò irasci tur, peiorem se futurū ostendit. Vt in nullo detrimētum patiamini ex nobis.) Vt omnia, inquit, nostra effectum habeāt in vobis: etiam quod contristauimus vos, pro vobis est. Quæ enim secundum deum est tristitia, pœnitentiam ad salutem stabilē operatur.) Manifestum est qđ qui tristis est quia peccauit, secundū deum tristis est. dolet enim quia fecit quod odit deus. Hoc ad stabili L tatem salutis pertinet. Tristitia autē huius mundi mortem operatur.) Hoc dicit quia sicut secundū deū tristitia vitā operatur (pœnitet enim, & sperat dei misericordiam: ita secundū mundum tristitia mortem operatur. Detectus enim peccator tristis est quasi puniendus, non habens à quo speret misericordiā: et si forte ad præsens desuerit qui vindicet, dei tamen iudiciū euadere non poterit. Ecce enim hoc ipsum secūdum deum contristari quantam in vobis efficit solicitudinem.) Verū est quia qui pœnitet, solicitus est ne denuò peccet. Sed excusationem.) Recte, quia pœnitentia nō habet excusationem, sed cōfessionem. Sed timorem) Ostendit timorem in peccato, qui delicti causa veniam postulat. Sed desiderium.) Desiderat reformari se, qui se scit factū per peccatū deformem. Sed æmulationem.) Zelū incipit pati bonorum operū perficiendorum, qui intelligit pro se esse quod corripitur. Sed vindictā.) Necesse est vt ꝙs vindicet eum cuius erga se sentit affectū: & in se ipsum vindicat, qui se causa delicti affligit. In ōnibus castos vos exhibuistis esse negocio.) Quando omnia quæ ad profectū melioris spei pertinēt, meditari videntur zelū habentes apostoli & præceptoris sui in omnibus officiis humanæ cōuersationis, duce fide probos se videri contendunt. Igitur et si scripsi, nō propter eum qui inique versatus est.) Inique versatū dicit illū qui incestū admiserat: necnon etiam hos tangit quos iniurias & fraudes fratribus in prima epistola fecisse significat. Sed neq; M propter eum qui inique tractatus est.) Hi inique tractati sunt, qui à fratrib⁹ cōtraria passi sūt. Hic sensus est quē in capite epistolę memorat, vbi dicit: Si cui aliquid donastis, & ego. Ostendit enī nō magis horū causa qui peccauerūt, scripsisse remittu illis debere, sed magis ꝓpter ecclesiā, quia in vno male agente multi sunt q cōfundātur, & in vno cōtumeliā aut fraudē patiente multi fūt q indignentur: quia si patitur aliquid vnū mēbrū, cōpatiūtur omnia mēbra. Sed vt manifestaretur solicitudo nostra, quā pro vobis habemus corā deo.) Emēdādo iniustos, & pollutos sanctificando, & ecclesię recōciliādo, totius populi solicitudinē se habere demōstrat secūdum quæ suprà memoraui. Ideo & consolationē accepim⁹ Accepisse se, ac per hoc & dare dicit cōsolationē. Accepit autē cum dicit corrigere velle quos arguebat, vt per pœnitentiam se reformarēt. Dat autē dū eos reuocat ad ecclesiā, ne diu cōtristati desperarent de se, & ad publicam & funestā vitā declinarent. In cōsolatione autē

A nostra, magis magisque gauisi sumus super gaudio Titi, quia requieuit spiritus eius in omnibus vobis.) Correptos per primā epistolam audiens velle corrigere, cōsolationem accepit. A Tito autem addiscens quia dolorē paterentur erroris sui, auct⁹ est in consolatione gaudio repletus, quia voluntas eorum in opere cœperat approbari, Tito hoc idoneo teste cum lætitia animi referente. ❧ Quoniā in quibuscunq; pro vobis gloriatus sum, nō sum confusus.) Antequā pergeret Titus ad Corinthios, audiuit ab eis, id est, ab apostolo, & qui erant cū eo, bonam voluntatem esse Corinthiorum in emendandis vitiis: ac per hoc regresso, & eadem referente, nō vtiq; cōfusus est apostolus: sed alacer factus est, ꝙa non aliter inuenerat Titus, ꝙ audierat ab eis. ❧ Sed quemadmodum omnia vobis in veritate locuti sum⁹, ita & gloriatio nostra apud Titum veritas facta est.) Exultās in spiritu hęc scribit Apostolus, sic gaudens in his, vt efficaciam eorū tā veram probet quā est, & prędicatio eius ad eos in correptione dūtaxat. Veritas enim arguentis in eoipso, tūc videtur esse manifesta, si ii qui arguūtur, incipiant emēdare se. Dum enim correpti immutantur, testimonium perhibent arguenti. ❧ Et viscera illius abundantius in vobis sunt.) Animū & affectum Titi dicit esse in eis, ꝙa vidit p rofectū illorum. Sancti enim animus in omni bono est. Reminiscentis omnium vestrum obedientiā quomodo cū timore & tremore excepistis illum.) Sciētes Corinthii ab apostolo esse missum Titum, ac se in tā tis vitiis, ab apostolo fuerant correpti territi sunt in aduentu eius. Et quia vitam suam cœperant emenda-
B re, soliciti erant obedire præceptis eius: vt regressus animū apostoli mitigaret eis: quāobrē Titū laudasse significat. In Tito enim apostolum reueriti sūt. Gaudeo quod in omnibus cōfido in vobis.) Non solum in bona volūtate eorū lætatus est, sed & in operibus bonis quib⁹ quæ peccauerāt, emēdabāt. Ideo ī oīb⁹, inqt, cōfido ī vobis.

CAPVT OCTAVVM

NOTAM autem facimus vobis fratres gratiā dei quę data est in ecclesiis Macedoniæ qđ in multa probatione pressuræ abundat gaudium ipsorum.) Quoniā deuoto animo perceperunt verbum fidei, idcirco eis gratiam datam à deo dixit, vt in tribulatione Pauli & Sylæ quam suprà memorauimus, scandalum non peterentur, sed in exultatione mētis ac ciperent confidentes de spe promissa, vt probatos se horū passionibus demōstrarent. (❧ Et quod ꝓfunda pau
C pertas illorum abundauit in diuitiis simplicitatis eorū.) Votū eorū prædicat, quia cū tenues essent subst antia facultatū, animus ipsorū diues inuentus est in ministerio sanctorū: pura enim conscientia operati sunt, nō vt hominibus, sed vt deo placerent. ❧ Quia pro viribus testimonio illis sum, & vltra vires volūtarii fuerūt.) Quā tum dignū fuit, & deo placitū, qui vires illorum scit, in facultatibus dederant ad ministeriū. Et quia ex toto cor de deo se dederant, amplius volebant offerre quām eorum vires admittebant. ❧ Cum multis precibus orantes nostram gratiā & cōmunionem ministerii quod est in sanctos.) Tam simpliciter & deuoto animo obtulisse illos ministeriū quod vltra vires eorū erat prædicat, vt cum lachrymis deprecantes offerrent, vt vel sic cogerēt accipi à se quod accipiendum non videbatur, quia plus erat q̄ poterat eorum substantia, ne forte eis postea egestas boni operis pœnitentiam suaderet. Sed quia tales se ostenderunt vt puro animo iam præsentia postponētes, futuris se promissionibus confidentia fidei cōfirmarent, accipi ab eis visum est, ne boni cordis gratia fructū amitteret. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos primùm dederunt deo, deinde nobis per volūtatē dei.) Idcirco, inquit, ab his accipi debuit: quia prius emendātes errores pristinos & vitæ vitia ac morū vltra quā speD rabatur, deo se deuouerunt. Visum est enim simpliciter illos hoc agere, vt nec timeret cui offerebatur accipere: quia non vtiq; hoc animo offerebant, vt redimentes præpositos suos, vitia eorum paterētur, nec arguerent, quia munera excæcant oculos, & vim authoritatis inclināt, Dantes ergo se deo, dum emendant vitia, deinde dum fratribus offerunt sumptus, cōtristari nō debuerūt; qui ante prope q̄ inciperent perfecti esse voluerunt. Horum igitur exemplo inuitat Corinthios, vt ea quæ cæperant, hac exhortatione'aucti, mente sedula cōsummarent. ❧ Ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita consummet in vos etiam gratiam istā.) Quoniam Titi affectum sciebat syncerum circa istos, necnon hos obedientes ei: idcirco per ipsum etiam ad hoc opus exhortari illos facilius posse significat, vt quomodo in cæteris reb⁹ exhortationis suæ habuit fructum in eis, haberet etiam in hac gratiam, vt ad ministerium sanctorū promptos eos faceret: vt quia iam vitia emendabant, huius largitatis fructum haberent. Qui enim ad hoc dāt ne arguātur, nullum fructum huius rei habebunt.

VOS autem quēadmodū in omnibus abundatis fide & sermone, & sciētia, & ōni solicitudine, & in sup illa quæ ex nobis & vobis est charitate, vt & ī hac gratia abūdetis.) Magis exhortatur illos, vt glorietur de his apud cæteras ecclesias. Hæc est enim ꝓbati emendationis eorū, si prompti sint ad ministeriū sanctorum. ¶ Nō secundum imperium dico, sed ꝓpter aliorū solicitudinem, & vestræ charitatis bonū cōprobans.) Manifestū est quia non imperat, sed exhortatur, E vt penuriam patientibus mittant sumptus, & releuent solicitudinē illorū, bonū animū suum deo & hominib⁹ ostendentes: pro qua re sine dubio mercedem accipiēt. ¶ Nostis enim gratiā domini nostri IESV Christi, quia ꝓpter vos pauper fact⁹ est cū dives esset, vt illi⁹ inopia vos diuites essetis.) Pauperē Christū dicit factum, quia deus nasci dignatus est homo, virtutē potestatis suę humilians, vt hominibus diuinitatis diuitias acquireret: vt sicut dicit Petrus apostolus, diuinæ essent consortes naturæ. Homo ergo factus est, vt hominem in deū assume- 2.Petri.1. ret, sicut scriptū est: Ego dixi, dii estis. Hoc modo exhortatur, vt largiendo quasi pauperes fiāt, vt profit pauper Psal.81. tas eorū, sicut Christi paupertas profuit nobis. Christus quidē nostri non sui causa pauper factus est: nos autē, vt nobis proficiat. ¶ Et cōsiliū in hoc do. Hoc enim vobis vtile est, qui nō tatū facere, sed & velle cœpistis ab ānо priore. Nunc ergo & facere cōsuminate, vt quēadmodū prōpta est volūtas in vobis velle, ita sit & perficiēdi ex eo qđ habetis.) Hoc dicit vt voluntas illorū in opere ap pareat, si vera est secundū vires: vt tantū det quantū po- F test & vult animus, vt munda fiat cōscientia, nō in simulatione vt hominibus placeat, & mercedē apud deū nō habeat. ❧ Si enī voluntas prōpta est, secūdum facultatē acceptabilis est, nō secundū qđ nō habet.) Quoniā Corinthii ad corpus ministerii prouocantur, hoc eis indicitur, vt non plus tribuant quā possūt: ne plus forte offerentes coacti nō volūtarii, grauati viderentur sine mercede futuri: quia qui coactus aliquid facit, mercedē non habet. Ecclesię enim Macedonię vltrò obtulerunt cum precibus, vt probarēt tota volūtate se hoc facere, vt pl⁹ offerrent quā poterāt, ideóq; acceptabile fuit. Quāto enī amplius obtulerūt, tanto plus accepturi sunt. Nam si tātum quis det, quantū vult aut potest, acceptum est. Iudicio enim videtur hoc facere, ac per hoc tantū det quātū potest & vult animus, vt rei huius possit habere merce dem. ¶ Non enim vt aliis refrigerium sit: vobis autem angustia.) Verū est quia sic dandū est, vt non egestatem præstet donātibus. ¶ Sed ex æquitate in hoc tempore.) Dicit hoc, vt quantū habet ad tēpus, diuidat cū sanctis. Non enim pl⁹ exigitur, quā sibi debet retinere, quia dili Lucæ.19. ges, inquit, proximū tuū sicut te ipsū. Vnde Zacchæus: Ecce dimidium, inquit, bonorū meorū do pauperibus.

G ❧ Vt vestra abūdantia ad illorum inopiam, & illorum abundantia fiat ad vestrā inopiā.) Hoc est quod dicit, vt quia iuxta tempus sancti inopiam patiuntur deferentes omnia mūdi, & se in diuinis solis operib⁹ constituētes, vt doctrinæ & orationi insisterent ad profectū multorū: ii qui credunt, quique artibus aut negociis insistunt, aut certe facultates paternas habent, ministrent sanctorum inopiis: & iterū sancti illic vbi diuites sunt, & isti inopes cōmunicent eis, quasi vicem rependētes ministerio illorū. sicut dicit Dominus: Quādiu feciſtis vni ex minimis
Mat.25. istis, mihi feciſtis. ❧ Vt fiat æqualitas, sicut scriptū est.) Hæc est æqualitas, vt quia isti in hoc tēpore ministrant sanctis, reddātur illis vices in futuro. debitores enim fibi faciunt sanctos. ❧ Qui multū habuit, nō abūdauit: &
Exo.16. qui modicū, nō minorauit.) Hoc in Exodo legitur. Plus enim sancti habent in spe futuri seculi, magis q̄ ii qui in hoc tēpore videntur diuites: & tamen æquabuntur illic vtriq;, vt sicut beneficio horum sanctorū inopia sustentatur: ita & beneficio sanctorū diuites fiant hi in futuro seculo, in quo videntur pauperes. Non enim totos se deserūt deo, vt hic pauperes, illic essent diuites: sed ex hac parte qua hic diuites sunt, illic pauperes, sanctorū suffragio qui hic positi iam illic mente sunt, ditabuntur. Non enim qualecūq; meritū est de iustis laboribus ministrare sanctis. ¶ Gratias autem deo, qui dedit hāc ipsam solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam consolationem quidem accepit.) Deus qui iustus est, sciens Corinthios velle proficere, Titi affectū incitat circa eos, vt adimpleret exhortatione sua volūtatem illorū in opere bono, qui videns profectū illorū cōsolatus est, lætat⁹ in eis. ¶ Cū sit autē solicitior, voluntarius profectus est ad vos.) Hoc est, videns proficere illos circa bonos act⁹, solicitior factus est circa affectū illorū: ita vt voluntarius proficisceretur ad eos, qui prius etiam rogat⁹ excusaret ab eis propter vitia illorū. ¶ Misimus autem cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem, sed etiam ordinatus est ad ecclesiis comes peregrinatiōis nostræ in hac gratia quæ ministratur à nobis p̄ domini gloriā, & solicitudinē nostram.) Istum cōmēdat, quia ignorabatur ab his, vt scirent in quanta iā essent boni opinione, ad quos tales viri mittebātur, vt cōgauderent cū eis, augētes eos in fide operationis dei: ad cuius gloriā solicite hoc agebant vicarii Christi, vt conditor de⁹ cæli & terræ agnosceretur in his. ¶ Deuitātes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quę ministratur à nobis.) Quoniā de ministerio agebatur, ideo hoc subiecit, ne negligens circa curā
I pauperū vel sanctorū iudicaretur, si hoc segni⁹ ageret. De hac enim re cōstituerāt inter se apostoli, vt memores essent pauperū: quod ad Galatas significat. Cū ergo in uituperabilis esset in omnibus apostolus, ne in hac causa idiligēs iudicaretur, idcirco hoc se præmonere significat, vt hoc opere impleto in omnib⁹ solicitudo eius & prouidētia appareret. ❧ Prouidemus enim bona nō solum coram deo, verum etiam coram hominibus.) Prouidet bona coram deo, dum quod iubet deus circa ministerium sanctorum vel pauperū, fieri docet. Corā hominibus vero prouidet bona, quia tales mittit ad hoc op⁹ exhortandum, qui probitate sua nō faciant eis scādalū, sed prouocent eos ne bona doctrina apostoli per imprudidos ministros eius in vituperationem caderet. ❧ Misimus autē cū illis & fratrem nostrū, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse, nūc vero multo solicitiorem multa fiducia vestri, siue per Titum qui est socius meus & adiutor in vobis, siue per fratres nostros apostolos ecclesiarum gloriæ Christi.) Titum ideo socium suum vocat, quia & ipse episcopus erat. Cui ministrum dedit notū in omnibus ecclesiis ipsius prouinciæ. Quibus addit & tertium fratrem, probatum in multis operibus bonis atq; solicitum. Per Titi autē relationem referentis bonam voluntatem Corinthiorum & cæterorum missorum quos apostolos ecclesiarū gloriæ Christi appellat, solicitiorem se factū ostēdit vidēdi illos, & exortandi ad ministeriū sanctorū. Fiduciā enim accepit, audiens meliores esse factos Corinthios. Vnde satagebat ad eos, certus quia obaudirent bona opera facere. ❧ Ostentationem ergo charitatis vestræ, & nostræ pro vobis exultationis demonstrate in ipsis in facie ecclesiarum,) Commonet eos, vt in his quos mittit, delectionē suam ostendant, vt bona quæ de ipsis audierant, vera p̄parent. Sic enim ostendebant profecisse se monitis apostoli, si missos ab eo cum honore exciperent, vt cæteræ ecclesiæ agnoscerent vera esse bona quæ de eis dicī cœperant. Prouocat ergo animos eorum, quia de quo bene sentitur, solet se meliorem præbere.

CAPVT NONVM.

NAM de ministerio quod fit in sanctos, superuacuū est mihi scribere vobis. Scio enim prōptam voluntatem vestrā, de qua pro vobis gloriор apud Macedones.) Et hęc ablectantis verba sunt. Superfluum enim esse dicit scribere se de ministerio quod fit in sanctos, vt de his bene sentire videatur Superfluum est enim si commoneas eum quem scias facturum. Sed vt diligentiā suam ostendat, necessariū est vt scribat, & vt hos promptiores faciat, & quid de eis cæteris prædicet, manifestet. Nam superflua solent maiorē
Ioan.21. parere solicitudinē. Nā & dominus non dubitans de amore erga se Petri apostoli, tertio dicit ei: Simon Ioānis amas me? Quæ trina repetitio quasi superflua videtur, L sed prodest ad perfectionem monitionis. vt sciant magna se cum diligētia debere curare quod frequenter mā datur. ¶ Quoniam Achaia parata est ab anno priore.) Post Macedonas Achaia, id est, est ecclesiæ prouincæ Achaiæ, non omnes, quia & Corinthii Achaici sunt, præparauerunt se æmulatione ducti Macedonum vt ministrarent sanctis. Quo dicto plus exhortatur Corinthios cum dicit illos paratos ab anno priore, sed expectare iam hoc vt diuideretur ministerium illorum pro vniuscuiusq; necessitate. ¶ Et vestra æmulatio prouocauit plures.) Post Macedones Achaiam paratam dicit, deinde vt & Corinthii fiant parati secundū promissum suum: cæteræ verò ecclesiæ æmulatione Corinthiorum, dum audiūt illos prius multis erroribus fuisse implicatos, post autem corrigentes se bonæ voluntatis effectos, incitati sunt ad bonum opus: quia si ii qui post acceptā fidem male versati sunt, hanc acceperant habere volūtatem: quantò magis isti in quibus hæc vitia non sunt reperta? ❧ Misimus autē fratres, ne gloria nostra qua vos præferimus, inanis fiat in hac parte, vt quēadmodum dixi. præparati sitis.) Hos fratres memorat, quos supra, id est Titum, & quos ei adiunxit adiutores, qui impensius exhortarentur eos ad promissionem implendā in ministerio sanctorū: vt nō solū literis, sed & facie ad faciē ob M
lectarēt eos crebris admonitiōib⁹, ne exultatio apostoli qua in splendore animi eorū gloriabatur, euacuaretur. Sepi⁹ ergo hoc memorās, solicitudinē suā circa eos ostēdit, nolens illos cōfundi. ❧ Ne cū venerint Macedones mecū, & inuenerint vos imparatos, erubescam⁹, vt non dicā, omnes vos in hac parte.) Manifestū est quia si non hoc innētū fuerit quod testificatus est de his, & ipse erubescat in ipsis. & ipsi amplius confundantur, qui nec p̄ pterea quòd testis eis extitit apostol⁹, id agere nisi sunt, quo verū illud facerēt, vel ꝓpter tāti viri personā. ¶ Necessariū ergo existimaui rogare fratres vt p̄cederēt ad vos, & p̄pararēt p̄missā benedictionē hāc vestrā paratā esse: sed sic quasi benedictionē, nō quasi circūuentionē.) Vt solicitudinē suam adhuc manifestet, rogat se se dixit fratres per quos admoniti adimplerēt qđ promiserāt & non implebant. Cū supra Titū dicat voluntariū profectum, hoc est, non illi fuisse extortū, sed mox vt audiuit,

A libenter amplexus est, vt videatur voluntarius ad illos profectus propter spem illorū: nunc nō ideo se rogat se hos significat quasi nolētes ire, sed suum affectū probat circa illos, quādo volentes ire insuper rogat, vt fine alia qua mora fiat quod & illi volūt, & hic precatur. Hoc ergo agit cum his, vt in promissione sua fideles sint, & se ideo cōmonere propter existimationē illorū, non circū uenire, sed vt tantū offerāt quantū nō pœniteat. ¶ Hoc autem dico: Quia qui parce seminat, parce & metet.) Parcum, auarum significat, cui extorquetur vt inferat. Pœnitet enim quia promisit. Hoc de tarditate illorum collegit qui olim promiserāt, & diu deliberabant. Huic parco perparua messis est. quia cum dubitatione seminat. nescit enim prodesse quod facit. ¶ Qui autem in benedictione seminat, in benedictione & metet.) Hic in benedictione seminat, qui bona voluntate sub spe futuræ retributionis hoc facit. ¶ Vnusquisq; secundū propositum cordis, non ex tristitia aut necessitate. Hilarē enim datorem diligit deus.) Docet illos tunc prodesse hoc in futurū, si læto animo fiat. Ex iis enim qui inferunt, hunc elegit deus cui retribuatur, qui deuoto corde operatur, quasi thesaurizans sibi apud deū, quia qui inuitus facit propter præsentē pudorē, ne aliis inferentibus turpis inueniatur, mercedem nō habet. ¶ Potens est autem deus omnē gratiam abundare facere in vobis.) Dei potentiā adesse illis exoptat, vt sicut in emēdandis vitiis & doctrinæ veritate compungit corda illorū, ita & in hoc faueat
B cœptis illorū, vt abūdent in omni opere bono per gratiam dei. ❧ Vt in omnibus semper omnē sufficientiam habentes, abundetis in omni opere bono.) Hoc dicit & optat, vt in omni re semper sufficiētes sibi sint dei nutu, nec indigeāt iis quæ ad salutem necessaria sunt. Si ergo sufficientiā solam sibi eligāt, poterūt in dei opere abundare. Illud enī sibi retinēdo quod sufficit, cætera in vsus sanctorū vel pauperū impendant necesse est, & hoc erit abundare in omni opere bono. Licet enim exigui homi
Luc.21. nis parum sit quod tribuit, abundat tamen, quia recto iudicio fit: & non solū quæritur quantum, sed & de quanto, & quo animo detur. Denicq; illa vidua in euāgelio de paruo laudata est: & qui multa mittebant laudati non sunt. Illius enim paruū multū est, quia plus misit q̄ poterat. Diuites autem minus miserunt, cū plus possent: ac p hoc modicū illius, quia vltra vires suas misit, plus inuentum est, quàm diuitū multum, quia de eo quòd abundabat eis, miserūt. Qui ergo tantū dat quantū potest, recte facit: viduam tamen illam ante se habet, quia hæc omne quod habuit, misit. ¶ Sicut scriptum est: Dispersit, dedit
C pauperibus, iustitia ei⁹ manet in æternum.) Hoc in psalmo scriptum est. CXI. Per exemplum addit ad curam pauperum, vt in omni opere bono abūdent. Si enim huius qui pauperibus largitur, iustitia manet in æternum, quanto magis eius qui ministrat sanctis? Pauperes enim possunt dici qui publicani egeni sunt. Sācti enim discernuntur ab his, quia hi serui dei sunt, insistentes orationibus & ieiuniis, purā vitam agentes sicut & Anna prophetissa, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & orationibus seruiens die ac nocte, omnem mundi curam postponens. Misericordia ergo hæc, iustitia appellata est, quia sciens qui largitur, omnia deum communiter omnibus dare, quia sol eius omnibus oritur, & pluit, & terrā omnibus dedit: idcirco diuidet cum iis qui copiā terræ non habent, ne beneficiis dei priuati videantur. Iustus ergo est qui sibi soli non detinet quod scit omnib⁹ datum, & iustus non solū in tempore, sed & in æternum, quia in seculo futuro hanc habebit secum in perpetuum.
❧ Qui autē subministrat semē seminanti, & panem ad edendū ministrabit, & multiplicabit semē vestrū, & amplificabit fructū iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletemini in omni simplicitate.) Omnia dei sunt, & semina & nascentia dei nutu crescūt & multiplicantur ad vsus hominū. Deus ergo qui hæc dat, ipse & iubet de his communicari eis qui indigent: ac per hoc non poterit qui tri D
buit iuxta dei voluntatē, dei nutu non augeri incrementis huiusmodi ad amplificandū fructum iustitiæ. Danti enim addit, vt eo amplius habeat vnde largiri. Hæc est iustitia, vt quia deus dat, retribuat ex eo & homo ei cui deest. Hos enim vult ministros esse eorum, qui potiora eligentes copias præsentis tēporis spernunt, totos se dei rebus obligantes. Vnicuiq; enim secundū bonā voluntatem deus præstat auxiliū. Sancti enim qui nihil volunt hic possidere, nisi victum habere & vestitū: hos qui hic habere volunt, tutores illorū deus esse disposuit, vt qui bene & simpliciter eis ministrauerit, amplificetur dei nutu, vt habeat vnde largiri semper, & ad præsens locupletatus, & in futurū. Semel enim seminans, bis metet, ita vt si futuris cōsulit spebus, nolit eos subiectos habere, sed magis se eis inclinet, quia à deo huius rei accipiet mercedem. Si enim ad præsens humiliari eos sibi voluerit, spē futuræ amittit. Hic enim accipit mercedē operis sui, nō simpliciter hoc agens, sicut dicit dominus: Amen dico
Mat.6. vobis, perceperūt mercedem suam. Si quis operatur per nos gratiarum actionē deo, quoniam ministeriū officii eius non solū supplet ea quæ desunt sanctis, sed & abundabit per multarū gratiarū actionē in deo, per probationem ministerii huius magnificantes deum in subiectione confessionis vestrę in euangelio Christi in simplicitate cōmunicationis in illos, & ipsorum orationes pro vobis desiderantiū vos videre propter superabundantē gratiam dei in vobis. Gratias deo super inenarrabili dono eius.) Hoc dicit quia quicunq; operatur per dispensatores doni dei hoc opus, vnde gratię agantur deo, ab iis qui necessarios sumptus accipiunt sub nomine Christi non mendicitati subiecti, sed deo, de cuius bonis ali se E
norunt: non tantum ab eis gratiæ illis referuntur, sed à reliquis fratribus, qui pro his gratias agant deo, commēdantes factum ipsorū domino, vt paucis tribuentes, multorum obsecrationibus deo commendentur. Probantes enim mentem eorum in hoc opere, magnificāt in eis dominū, cuius spe firmati obediunt euāgelio Christi in subiectione mentis, ne velint eos sibi humiliari vt præbeant quæ necessaria sunt sanctis. Et hoc erit in simplicitate hoc agere communicationis illorum, commendantes se orationibus illorum, & desideriis eorum. Quis enim non cupiat oculis videre, necessitatibus suis propter dei nomen subiectos? Denicq; dei dona vocantur. Deo enim dat qui in his ministrat, quia qui iubet fieri, ipsi imputatur quod datur. Gratias deo in his agentes, & super inestabili dono eius. Donum enim dei est quod incitat homines ad bonum opus. Spes enim promissa lacessit ad ministerium supradictum.

CAPVT DECIMVM.

IPSE autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiā Christi qui ad faciē F
quidē humilis sum in vobis, absens autē cōfido in vobis.) Hoc est quod nūc dicit, quia talis est absens, qualis & præsens. Nec enim humilis erat ad faciem adulatione aut subiectione alicuius rei, qui cōstantiam suam sic zelabatur, vt aliquando etiam à licitis temperaret ne inclinaretur. Vnde dicit in alia epistola: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. esca ventri, & venter escis, & hunc & hęc deus destruet. Ideo ergo absens obsecraturo, & modestiam Christi interponit, ne præsens durior inueniatur causa vitiorum eorum, quàm est in epistola, vt componētes se qui adhuc non emendauerant, mollirent sibi rigorem Apostoli, vt moderatos eos inueniens, presa seueritate lætaretur in eis. Confidentiam itaque fiduciam seueritatis significauit. quam forte in epistola tantum habere putabatur, non tamen præsens facie, quia in prima epistola seuerus & nimis rigidus videbatur, ideo commonet, ne

G eadem ſeueritate præſens vtatur, ſicut non ſperabant.
Rogo autem vt non præſens audeam per fiduciam qua exiſtimor audere in aliquos qui arbitrãtur nos ſecundum carnem ambulare.)Idem ſenſus eſt,quem vt dilucidet,repetit.Orat enim vt tales illos inueniat,ne cogatur iraſci,ſed vt requieſcat cũ eis.Hic ergo aperuit quod ſupra ſignificauit, & adhuc in ſubiectis plenius manifeſtat, hanc eſſe confidentiam quam hic fiduciam dixit, datæ ſibi poteſtatis à Chriſto cuius vicarius eſt,vt vindicet in eos qui ſub nomĩe Chriſti agentes nõ obaudiũt vt corrigãt in quibus reprehenduntur.Hos dicit qui non recipiendo ſpiritualia quę ab apoſtolo dicebantur,ſic eum exiſtimabant quaſi carnalia loqueretur,quę recipiẽda non eſsent.Ideo dicit:Qui nos arbitrantur ſecundũ carnẽ ambulare:quia qui ſpernit ſpiritualia,putat illa carnalia.¶Nã in carne ambulantes,nõ ſecũdum carnẽ militamus.)Hoc eſt,in corpore poſiti ſpiritaliter viuimus. Spiritaliter autẽ viuit qui facit quod placet deo.Hic ergo ſecundũ carnem militat qui deſideriis carnis obtẽperat.Omnis enim error,caro dicitur.Chriſto autem ipſe militat qui obaudit eum in fide & diſciplina.¶Arma enim militiæ noſtræ non carnalia,ſed fortia deo.)Ideo fortia,quia incorrupta.Omnia enĩ carnalia corrupta ſunt,Arma ergo ideo,quia repugnãt vitiis,ſignum habentia imperatoris ſui Chriſti, qui hoſtis eſt vitiorum. Sicut enim Imperator per milites ſuos vindicat ſuũ regnũ,ita & Saluator per nos ſeruos ſuos defendit vnius dei profeſsionem & diſciplinã.¶Ad deſtructionem munitionũ cogitationes deſtruentes;& omnẽ altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus cogitationem dei.)Arma ſpiritalia fides eſt incorruptæ prædicationis.Per hæc deus vincit principes & poteſtates,quos conſtat vt ſibi vſurpent imperium, extolli cõtra fidem Chriſti,cogitationibus ſe hominũ inſerẽtes,vt auocẽt eos à dei dominio,ĩs cogitationes deſtruit veritas fidei. Munitiones ergo principes dicit & poteſtates & ſpiritalia nequitiæ,q ſe extollunt,& armant infidelium animos ad contradicendũ Chriſto, cõtra quos pugnat dei lex,diſsipans conſilia eorum.¶In captiuitatem redigẽtes omnẽ intellectũ ad obedientiã Chriſti perducentes. Captiuat intellectũ dũ contradicentẽ ratione vincit,& ad fidem Chriſti cui prius repugnauerat,humilem & manſuetum inducit.¶Et parati in omnibus vindicare inobedientiam,cum impleta fuerit obauditio noſtra.) Manifeſtum eſt quia vindicat inobedientiam cũ illam cõdemnat per obedientiam, tunc illam deſtruẽs quãdo eos qui reſiſtunt,perducit ad fidẽ,vt perfidia ab iis à quibus defendebatur,dãnetur.¶Quę ſecundũ faciẽ ſunt, videte.)Nũc vult eos quæ palam ſunt cõſiderare,id eſt, ea quæ dicturus eſt, quia ſunt aperta, diiudicare. Dicit ergo, Si quis confidit ſe eſse ſeruum Chriſti,hoc cogitet iterũ apud ſe,quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos. I Iis loquitur quorum tangit ſuperbiam, qui de ſe præſumẽtes inflatione animi,minus q̃dignum erat de apoſtolo ſentiebant, quaſi non egerent præceptis eius. Quos cõmonet vt ſi de ſe confiderent quia erant ſerui Chriſti nõ vtiq; deberẽt de apoſtolo dubitare, ſed & de eo,quãdiu impar ſit,vel ſimiliter ſẽtire,cũ vtiq; magis præferre ſibi deberent magiſtrum gentiũ.Sed hic illos humilitatẽ in ſe docet,æquans ſe illis,cum eſset vas electionis,& magiſter gentiũ in fide & veritate. Hoc ergo vult illos conſiderare,quod vtiq; clara luce videtur, quia de apoſtolo nemo credẽtiũ nõ plus æſtimet quã de ſe', quanto magis nemo min⁹ quã de ſe debeat æſtimare.Hoc ergo cõteſtatur & docet,ne elatione mẽtis bonæ vitæ meritũ perderẽt.Qui enĩ ſcit ſe aliquid eſse,humiliet ſe,vt amplior fiat.Nam & ſi aliquid amplius gloriatus fuero de poteſtate noſtra qua dedit nobis dominus in ædificationẽ nõ in deſtructionẽ veſtri,nõ erubeſcã.)Nunc ſignificat quia ſuper⁹ ſe humiliauit,ipſis ſe cõparãdo,cũ ſi ſe erigat,nõ erubeſcat,qa à domino accepit poteſtatẽ prædicandi,vt ſaluet,nõ vt perdat obaudientes. Si ergo hic K qui à domino miſsus eſt,inclinat ſe,& cõparat ſe inferioribus,quãtò magis ii q̃ nullius erant teſtimonii,cõparare ſe nõ deberẽt,nõ dicã præferre maioribus? ❧Vt non exiſtimemur quaſi terrẽtes vos p̃ epiſtolas.) Ipſe poteſt videri terrere per epiſtolas qui neq; authoritatis alicui⁹ eſt,neq; præſens fiduciam habet arguendi: abſens autẽ ideo audet,quia præſens timet.¶Quia epiſtolæ quidem graues & fortes,præſentia autẽ corporis infirma,& ſermo contẽptibilis.Hoc æſtimet qui huiuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes, tales ſumus & præſentes in opere.)Ideo non ſe aliũ eſse abſentem q̃ præſentẽ probat,quia nõ erat præſumptor.A domino enim poteſtatẽ acceperat. Cui enim nõ eſt data poteſtas, abſens poteſt audere,præſens autẽ pudorẽ patitur.Ideo apoſtolus nõ erubeſcit dũ corripit,quia fiducia poteſtatis hoc agit.Hæc ꝓpter hos loquitur,qui nõ miſsi prædicabant adulantes,quia ſeipſos commendare volebant. ¶Non enim audemus coniũgere aut cõparare noſmet ipſos quibuſdã qui ſeipſos cõmendant.)Hi ſeipſos commendant,qui nõ accepta poteſtate dominari volunt, nomini ſuo vendicãtes authoritatẽ. Qui enim mittitur nõ ſibi,ſed ei à quo mittitur,vẽdicat poteſtatem : per quod etiam oſtẽdit ſe à domino diſpenſatorẽ electum. Sic ergo nõ coniungit ſe aut cõparat iis qui nõ miſsi prædicãt dum nihil vltra cõceſsum præſumit. ❧Sed ipſi ĩ nobis noſmetiſpos mẽſurantes,& cõparãtes noſmetipſos nobis,non in immẽſum gloriabimur,ſed ſecundũ menſuram regulæ quã partitus eſt nobis deus mẽſuram pertingendi vſq; ad vos.)Tanta ſe vti dicit poteſtate, quanta conceſsa eſt ab authore,nec mẽſurã egredi ,Idcirco nõ L ſuperba erit gloria,inquit,noſtra, quãdo nõ egredimur terminũ datæ poteſtatis. Gloriã pro authoritate poſuit, qua vtebatur in correptionib⁹ peccatorũ vt ſaluos eos faceret.Nec tamen gloriari ſe dicit in extollentia poteſtatis,ſed ad ædificationem illorum. Oſtendit enim poteſtatem:de qua ſi gloriari vellet,nõ illũ puderet,quia data eſt illi à domino.ſed hic ſic illa vtitur,vt nõ glorietur niſi in profectu credentiũ,corripiens conſtanter vitioſos,vt glorietur in ſalute illorum,vt poteſtas data ſaluti proficiat,non elationi.Duplici ergo genere nõ ſe in immenſum gloriari teſtatur,& ſecundũ datam poteſtatem ſicut dixit,& quia non vltra q̃ prædicatio eius perſonabat,vendicabat ſibi authoritatem. De his enim confidebat,quos ipſe fundauerat in fide Chriſti. Paritũ enim dicit vnicuiq; ad quos in prædicatione dirigeretur,vt ſinguli ,pprias aliquas ciuitates haberẽt, de quorũ fide gloriarẽtur.Dei enĩ nutu Macedonibus prædicare aduocatus eſt hic Apoſtol⁹:& vt Corithiis euãgelizaret,à domino monitus eſt.Iis ergo audẽter loqtur quos ipſe fũdauit & ad quos dei nutu peruenit:cæteris nõ tali fiducia,quia in aliena regula erant.hoc eſt in parte alterius euangeliſtæ.¶Non enim quaſi non pertingentes vſq; ad vos ſuperextendimus nos.)Hoc eſt,non quaſi non miſsi peruenimus vſq; ad vos in prædicatione.ſed deſtinati, deo mittente nos ad vos.Superextendi autem eſt, vltrà extendi quàm conceditur. Sed non vltrà,quia menſuram dedit deus quam ſeruarent euangeliſtæ eius,quam hic ſe cuſtodiſse teſtatur.Ideo enim hoc oſtẽdit, vt ſciant quoniam à deo ad hos directus eſt,ac per hoc obaudire illos debere monita eius,ne contemnentes,deo à quo miſsus eſt,reſiſtere viderentur.

¶Nam vſq; ad vos peruenimus in euãgelio Chriſti, nõ in immẽſum glorias in alienis laboribus.) Hic manifeſtius apparet quod dicit,q̃ ipſe illos fundauerat,ideo tã ta fiducia ad hos loqtur.Nec enim labore alteri⁹ acqſiti fuerant ad fidẽ,ſicut in alia epiſtola ait:In Chriſto enim 12Cori.4. euangeliũ ego vos genui. Non ergo extra mẽſuram gloriatur,qui in labore ſuo gloriatur.¶Spem verò habentes creſcentis fidei veſtræ,in vobis magnificari.) Quia fructum laboris ſperat quæſitæ fidei eorũ, idcirco

A non negligenter hoc agere ſe profitetur,ne tædiis & moleſtiis cederet quia magnificari ſe credit apud deũ, ſi au
R.17. geantur in fide auditores eius,ſicut dicit dominus :Pater,ſicut miſiſti me in hunc mundum,& ego miſi eos in hunc mũdum,& pro eis ſanctifico meipſum . Hoc dicit quia teſtimonium magiſtri eſt in diſcipulis obaudientibus.Vnde ait:¶In vobis magnificari ſecundum regulã noſtram in abundantia,in regionibus quæ vltra vos ſũt euangelizare.)Lætior de fide eorũ vltra eos prædicaturum ſe neceſsario profitetur ad augendam gloriam prædicationis,vbi adhuc non fuerat prædicatũ.¶Non in aliena regula præparatis glotiari.) Manifeſtum eſt quia vir prudens non in his confidit,neq; gloriam ſperat,quę in aliorum laboribus conſtant. Ideo & Apoſtolus non audet in hos qui aliis prædicantibus crediderunt, ne in alienis laboribus gloriari videretur, ſed hoc nititur, vt eis prædicet quibus non erat annunciatum, vt gloriam labori ſuo quærat.¶Qui autem gloriatur , in domino glorietur.) Hoc dicto ſignificauit ipſam confidentiam & gloriam domino dandam,cuius gratia eſt vt qui in poteſtate euangelica confidit,deo auctore confidat,vt quæ ſtus omnis negocii diuini domino in lucrũ veniat . Sed qui non accipit poteſtatem à deo,non poteſt in domino gloriari,quia gloriam ſuam quærit.¶Non enim qui ſe ipſum commendat, probatus eſt , ſed quem dominus commendat.)Verum eſt,quia illum dominus commendat & probatus eſt,quem dignum habet ac mittit vt prę dicet donum eius. Quem autem non mittit , non illum commendat.Ipſe autem ſe commendat qui non miſsus
B prædicat,ac per hoc idoneus non eſt,ſed præſumptor & reprobus.

CAPVT VNDECIMVM.

VTINAM ſuſtineretis puſillũ imprudẽtiam meam,ſed & patimini me.)Incipientẽ ſe vera de ſeipſo inſipientem ſe dicit,quia ad
Prou.27. laudẽ eius videtur pertinere.Propter quod dictum eſt:Non te laudent labia tua,ſed p ximi tui.Sed hic dolore compũgitur propter hos qui cũ de eo bene præ cæteris ſentire deberẽt,ĩdignè ſentiebãt. ¶Zelans enim vos dei zelo , parui enim vos vni viro virginem caſtam aſsignare Chriſto.)Quæ locuturus eſt amore eorum dicturum ſe oſtendit, vt nõ magis ad laudem eius proficiat,ſed ad profectũ horũ,vt diſcant quẽadmodum parenti ſuo in euangelio faueant,quia vitupe ratio patris,detractio filiorũ eſt:& laus filiorum, gloria patris eſt.Virgines ergo vult eos eſse ſide. Vnde & corruptores fidei zelatur ab his vt in die iudicii incontami
Apoc.14. natos eos aſsignet iudici Chriſto. Hinc eſt vnde in Apo
C calypſi Ioannis legitur:Hi ſunt,inquit,qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.virgines enim permanſerunt ii ſequuntur agnum quocunq; ierit.In mulieribus errorẽ ſignificauit,quia error per mulierẽ cœpit, ſicut & Iezabel mulierem dicit propter vxorem Achab,quæ zelo Baal dei prophetas occidit,cum ittelligatur idololatria, qua corrumpuntur mores,& fidei veritas.Nam ſi mulieres,mulieres intelligas,vt ideo putes virgines dictos ,qa corpora ſua intaminata ſeruauerũt,excludes abhac gloria ſanctos,quia omnes apoſtoli,exceptis Ioanne & Paulo,vxores habuerunt.Et vide an conueniat accuſare Petrum apoſtolum,qui primus inter apoſtolos eſt,quantò magis inter cæteros . ❧Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua ,ſic ſenſus veſtri corrumpantur à caſtitate quæ eſt in Chriſto IESV.) Oſtẽdit qua cauſa cogitur vera de ſe proteſtari.Ad hoc enim gloriam ſibi datã profitetur,nõ vt ſe laudet , ſed vt illos deformet qui ſub nomine Chriſti contra Chriſtum prædicabant, â quibus Corinthii ſeducebantur, & veritas hæc his magis quàm ei proficeret.Hoc enim ait ne audiantur ſeductores quos diabolo comparauit propter aſtutiam mali tię eorum , quia corrumpere fidelium corda à veritate D Chriſti conantur.Hoc ergo timens ſemper ſolicitus de eis eſt ne violentur.

NAM ſi is q̃ venit,aliũ Chriſtũ prædicat quẽ nõ prę dicamus:aliũ ſpiritum accipitis,quẽ non accepiſtis,aut aliud euangelium quod non recepiſtis, recte pateremini.) Quare,Recte ait pateremini ſi alius vobis Chriſtus prædicatus fuiſset, aut ſi alius ſpiritus,vel aliud euangelium traditum vobis fuiſset,cum dicat Galatis,Si quis vobis annũciauerit prætęrquã quod accepiſtis,anathema ſit?Si Galatis peruerſum erat aliud Gala.1. accipere,q̃ ab Apoſtolis fuerat traditum: quomodo Corinthiis rectũ erat ſi alius Chriſtus prædicatus illis fuiſſet?Sed ſciens apoſtolus nunquã alium Chriſtum quãm hunc qui crucifixus eſt prædicari,idcirco ait,Recte paterẽmini ſi vobis alius potior Chriſtus ab iis qui veniunt prædicat⁹ fuiſset. Galatis autem anathema dixit,ſi aliud audirent quod non vtiq; maius eſset,ſed cõtrarium. Porro auteni,inquit,ſi ipſe Chriſtus prædicatur ab iis qui à nobis annunciatur,& hoc euangelium,quid cauſę eſt vt nos inferiores habeamur,cum nihil amplius ab illis ad diſcatur?Superi⁹ de pſeudo apoſtolis loquitur fidei corruptoribus,hoc loco autẽ de veris prædicatoribus,quia plebs Corinthiorũ variis erroribus fluctuabat, vt aliqui fauerent pſeudoapoſtolis,quidam eis à quib⁹ compoſitis verbis eadem audiebant quæ ab Apoſtolo audierant. Alii autem apoſtolis fauebant,quia cum domino fuerãt, apoſtolum ſuum Paulum deformãtes, quia in carne nõ viderit dominũ noſtrum. ❧Exiſtimo enim me in nullo inferiorem fuiſse ab iis qui valde ſunt apoſtoli.)Non vult gratiam dei inferiorem in ſe videri , quia ſimiliter docuit,& eadem fecit quæ faciebant Apoſtoli qui propẽ E fiores videbantur,quia priores cœperant docere,& fuerant cum domino,vnde maioris authoritatis eſse putabantur:cum huius apoſtoli electio cum teſtimonio ſit,& amplius cæteris laborauerit, & dominum in tẽplo orãs viderit,& locutus ſit ei . ❧Sed & ſi imperitus ſermone ſum,ſed non ſcientia.) Hoc non ad apoſtolos pertinet, quia non erant eloquẽtes,vt pote ſine literis,pleni tamẽ ſpiritu ſancto,ſed hos tangit quos præferebant Corinthii cauſa accurati ſermonis,cum in religione vis ſermonis neceſsaria ſit,non ſonus dulcis. Quomodo tamẽ ſe humiliat,vt imperitũ ſe eſse dicat in ſermone? & vbi eſt illud quod Feſtus ait,Paule,inquit,Paule,multæ lite- Actu.26. ræ te faciunt extorrem? Hoc ergo dicens , non ſe loqui neſcire voluit intelligi, ſed propter eos qui nõ per fidẽ, ſed per eloquentiam commendari volebant . Et in eo tamen dixit ſe imperitum quod non habet crimen. In eo autem quod non caret crimine,& acquirit ſalutem,non ſe imperitum pronũciauit,quia qui imperitus eſt in ſermone,reus non eſt apud deum.qui autem ſcientiam dei non habet reus eſt ignorantiæ:quia non licet ignorare, F maximè quod pertinet ad ſalutẽ. Quamobrem Apoſtolus ſpreta eloquentia id agebat,vt fides teſte virtute acceptabilis eſset,vt non fidem eloquentia commendaret, ſed virtus cui cedit eloquentia.

❧In omnibus aut manifeſtus ſum vobis)Manifeſtum ſe dicit eſse Corinthiis in omnibus,quia non ignorabãt etiam loquẽdi habere illum peritiam,& hoc ſciẽtes aliis fauebant in eò quòd iſtum inferiorẽ neſciebant , ideòq; cõmotus loquitur,quia hoc peius erat , cum ſcirent illũ in nullo deeſse,humiliarent illũ cæteris: cum vidiſsent per eum nõ ſolum impleri prædicationem ,ſed & ſigna & prodigia fieri apoſtolica.❧Aut nũquid peccatum feci meipſum humilians,vt vos exaltemini, quoniam gratis euangelium dei prædicaui vobis?) Quoniam inflati erant eò quòd ſumptus ab eis accipere noluit, & propter hoc alios ei preponebant,idcirco nunquid peccaui ait,quia me humiliaui vt me indignum ad accipiẽdum iudicarem,quia inde mihi iraſcimini, cum hoc non peccati ſit,ſed gloriæ.Itaq; ſic ſe humiliauit, cũ id quod ſibi

G debebatur,non exegit.Debitū enim erat vt ſumptus ab iis acciperet quibus prædicabat euāgelium dei, ſicut dominus inſtituit,dicens:Dignus eſt enim operarius mercede ſua.ſed vt ad vtilitatem eorū proficeret, refutauit Duabus enim ex cauſis oblatos ſumptus refutauit, ne & pſeudo apoſtolis ſimilis inueniretur, qui nō ad gloriam dei,ſed ad ſuam vtilitatem prædicabant,vt non occaſionem acciperent deprædandi.Alio enim non accipiente non poteſt alter multum expetere, & ne vigor euangelicæ poteſtatis torpeſceret.Qui enim à peccantibus accipit,arguendi authoritatem amittit.Sic ergo exaltantur, cum ideo ab eis non accipitur,vt correpti emendentur, à morte eleuati ad vitā.❧Alias eccleſias expoliaui,acceptо ſtipēdio ad miniſterium veſtrum. Et cum apud vos eſsem & egerem,nulli grauis fui.)Onerat eos . Oſtendit enim non ſolū noluiſſe ſe accipere ab eis,ſed & ab aliis accepiſſe,& eis miniſtraſſe.Et vt multum hoc oſtendat fuiſſe,non parum,ait:Alias expoliaui eccleſias ad miniſterium veſtrum.nō parua ergo ſignificat ſe in eos impēdiſſe.Cum enim dicit,expoliaui , multa accepta & data ſignificat non extorta . Vnde ſubiecit, Accepto ſtipendio.Stipendium eſt enim quod militans accipit ad ſumptus vice mercedis.Ruborem ergo incuſsit eis,quia non vtiq; dolo refutauit quando ipſe eis miniſtrauit:& vt per hoc miniſterium quod promiſerant facilius implerent, ſcientes ſe eſse debitores , vt non valde glorioſum iam
H ſit miniſterium eorum,ſed debitum ,ne vel inde ſe iactarent.¶Et cum apud vos eſsem,& egerem , nulli grauis fui.)Intantum eis proficere voluit, vt egeſtatē ſuam cō ſolaretur propter eorum ſalutem . Paſsus enim egeſtatē contentus fuit,ne illi aliquod ſcandalum paterentur.

Qui enim dat,putat ſe exaltari,& iam ſe non patitur argui. ¶Nā indigētiā meā ſuppleuerūt fratres q̄ venerūt à Macedonia.)A Macedonibus ſemp̄ accepit,q̄a prius vitia ſua correxerunt. Et ſicut à Corinthiis accipiendū nō erat,ne illis in ſcandalum proficeret:ſic iterum à Macedonibus accipendum erat,ne bene ſeminantes fructum amitterent . ¶In omnibus ſine onere veſtro me ipſum ſeruaui,& ſeruabo.)In eo permanſurum ſe dicit,ac ſi ſe corrigant,propter pſeudoapoſtolos,qui occaſionē quærebant deprædandi eos . ¶Eſt veritas Chriſti in me quod gloria hæc non infringetur in me in regionibus Achaiæ.)Hortatur omnem Achaiam vt miniſtrēt ſanctis.ſibi autem non permittere, ne cœptam gloriam non impleret.Gloria eſt enim à licitis abſtinere , maximē ad aliorum ſalutem.In Achaiæ ergo regionibus noluit vti,in cæteris vſus eſt,& amplius promittit ſub teſtimonio Chriſti,dicens in eo ſe manſurum,ne aliquando
I ab Achaiæ regionibus acciperet.

¶Quare?Quia nō diligo vos?Deus ſcit.)Reddita ratione etiā dei ſciētiā teſtē dat dilectionis ſuę quā habebat erga eos:quia non ideo nolebat accipere,quia non illos diligebat,ſed ideo magis,quia amabat eos,vt hoc ipſum p̄ deſset illis:ſicut dixi. ¶ Quod autem facio,& facturus ſum,vt amputem occaſionem eorum qui volūt occaſionem,vt in eō quòd gloriantur, inueniātur ſicut & nos.) Gloria pſeudoapoſtolorum in pecuniis erat accipiendis Ideo apoſtolus hoc refutauit , ne illis ſimilis videretur, quia niſi hoc ab apoſtolo fuiſset vitatū,maior occaſio illis data fuiſset accipiendi,aut magis extorquēdi , quādo in hac re formam ab apoſtolo datam oſtenderent.

HVIVSMODI enim pſeudoapoſtoli ſunt operarii ſubdoli,tranſſigurātes ſe in apoſtolos Chriſti.) Subdoli ſunt,quia auaritiæ cauſa , non religioſa mēte,neq; miſsi prædicabant Chriſtū,nomē ſibi apoſtolicum vſurpantes. Nec vtiq; mirum. ipſe enim Satanas tranſſiguratur velut angelus luminis.)Manifeſtum eſt quia frequenter multos fallit Satanas, oſtendēs ſe illis quaſi angelum dei,vt decipiat eos. Vnde Ieſus Naue ſolicit9 quæſiuit quis eſset qui ei apparuit.Et apoſtoli in naui perterriti putabāt phantaſma eſse . Vnde Petrus apoſtolus dicenti domino,Nolite timere,ego ſum: non K facile credens ait,Si tu es , iube me venire ad te ſupra aquas. vt ſi firmiter poſuiſset pedem ſuper aquas,ſciret verum eſse quia non erat phantaſma quod apparebat.

Non ergo magnum ſi & miniſtri eius tranſſiguran-tur ,ſicut miniſtri iuſtitiæ .) Miniſtri iuſtitiæ apoſtoli ſunt,quorū ſe hi ſocios mentiebantur , vt deciperent audientes. Quorum finis erit ſecundum opera eorū.) Sine dubio,quia iudicabūtur huiuſmodi ſecundum animi ſui nequitiam,quia non propter deū,ſed propter ſuum ventrem ſimulant ſe eſse miniſtros dei.Finem tamē illorum ſecūdum opera illorum dixit , vt ſicut opera & cura ventris interit,ita & hi interire intelligantur. Ite rum dico,ne quis exiſtimet me inſipientem :alioquin velut inſipientem accipite me,vt & ego modicum aliquid glorier.)Supra iam dixit,Vtinā ſuſtineretis puſillum im prudentiam meam,hoc nunc repetit.Semper enim proponit,quod poſtea multis interpoſitis proſequatur.

Quod ergo ſupra propoſuit,modo incipit enarrare. Nam vera dicturus,velut inſipientem ſe dicit, quia videtur ad laudem ei9 pertinere.Vt & ego modicum,inquit, glorier.Modicū hoc dicit,quia in verbis , non in ſenſu eſt.Nō ergo vere ad gloriam ſuā hæc loquitur , ſed vult illis oſtendere quia quos putant glorioſos,nihil plus ab hoc habent:ac per hoc ſi putantur hi glorioſi, & ego in quit.Ideo inſipientis hoc eſse dicit , vt ad laudem ſuam aliquid proſequatur,ſe autem coactum hæc loqui . Do- L
let enim ei vt illos putarent ſublimes hoc contēpto, qui nihil plus ab eo haberent. Quod loquor, non loquor ſecundum deum.)Secundum deum non loquitur,quia ad carnis tumorē hæc pertinent,nec de inflatione apud deū ſurgit gloria,quia apud deū humilitas glorioſa eſt.

Sed quaſi in inſipientia in hac ſubſtātia gloriationis.) Non plenam dixit inſipientiam,ſed ex parte: veritas enim eſt.Sed quia elatio vitioſa res eſt,ideo quanuis verum ſit quod dicitur,quaſi in inſipientia tamen eſt vnumquēq; laudare ſe.Plena autem inſipiētia eſt,ſi ſe falſis quis laudet.Ille enim ſuperbus de vero eſt , hic ſtultus de falſo. ſubſtantia tamen gloriationis in hac cauſa carnalis eſt, quia ſicut flos fœni,ita decidit gloria iſta . Quia multi gloriantur ſecūdum carnem,& ego gloriabor.) Hoc dicit quoniam aliqui ex Iudæis credentes præſumebant ſibi quod eſsent filii Abrahę . Hoc eſt ſecundum carnem gloriari,nobilitatem ſibi carnis vendicare . Inde enim ſibi defendunt generis prærogatiuā,quia filii eius dicuntur qui deo crediderit,cum anima quæ peccauerit , ipſa morietur.Si ergo hęc gloria eſt,inquit,& ego gloriabor quia & ego filius ſum Abrahæ . ſed nihil prodeſt filium eſse Abrahæ apud deum,quia fides eſt quæ ſaluat,nō ꝓpago generis Abrahę.ideóq; hæc gloria carnis eſt gloria M
vt puta ſi dicatur,filius nobilis hominis. Libenter enī ſuſtinetis inſipientes,cum ſitis ipſi ſapiētes.)Inſipientes appellat,qui de carnis circunciſione gloriabantur . Et quia à Corinthiis portabātur vt glorioſi viderētur,ideo Apoſtolus etiā ſe ſuſtineri ab his vult,vt & ipſe hoc ſe eſse oſtēderet quod erant hi , & non tamē gloriari ex hac parte ſecundum deum: vnde gloriam hanc inſipientiā vocat.Gloriari enim ſe dicit ſecundum carnem,ſed hoc ſtultum eſse profitetur,vt & gloriam hanc inaniret , & ſe coactum in laudē carnis erupiſse doceret. Igitur ironia eſt hæc.Nam quomodo prudentes ſunt qui ſæpe reprehendūtur?Nam plus ſapit inſipiētia Apoſtoli, quàm horum prudentia.Hic enim ſapiens ſuſtinet imprudentes,qui patientia ſua ſuffert eos vt poſsint proficere , ne prouocans eos aut abiiciens,peiores illos faciat:aut certe ſi in illis proficere non potuerit, ſuam modeſtiam cuſtodit.Horum in Corinthiis nihil eſt.

Quomodo ergo libenter ſufferunt imprudentes , cum ipſi ſapientes , niſi quia ſic non vult intelligi ſicut ſonant verba? Hoc in ſenſu , & pronunciatione eſt,quia eadem quidem verba non eundum habēt ſenſum aliter

A pronunciata,vt aliquando confirmet, aliquando neget quod dicit.Hi enim vt prudētes,inſipientes ſufferebant falſos apoſtolos. ¶Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit.)Hoc verum eſt,quia redigebantur in ſeruitutem,non per prudentiam,ſed per ſtultitiam vt famulārētur pſeudo apoſtolis,¶Si quis deuorat.)Nec hoc falſum eſt,quia contēti erant deuorari res ſuas à falſis doctoribus.¶Si quis accepit.)Accipere eſt aliquē dolo capere,ideóque ſignificat hos capi à doloſis magiſtris , & ferre quod non expedit. ¶Si quis extollitur.)Extollentia ſuperbia eſt. Hos ergo tangit qui ſuperbi erant male taxantes apoſtolum,& his non diſplicebat. ¶Si quis in faciem vos cædit.)In faciem cæditur, in cuius os iniuria irrogatur.Nunc hos ſignificat, qui eò quòd eſsent ex genere Abrahæ, obtrectabant eis quod eſsent incircūciſi, ſe præferentes,hos humiliantes.¶Secundū ignobilitatem dico.)Ignobilitatē dicit hoc quod ſupra ait: Et ego gloriabor ſecundum carnē.Non enim dicit ad laudem pertinere,quia infirmus nō erat,in quo ſe iactabāt quos occultè tangit.Vnde & adiecit:¶Quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.)Manifeſtum eſt quia nō erat in hac gloria infirmus in qua ſe præferebāt credētes Iudęi quos hi patiebantur , quaſi apoſtolus eorū in hac re eſset diſsimilis,qa & ipſe erat de ſemine Abrahę,ac ꝓ hoc infirm9 non erat in hac gloria carnis. Infirmi autem hi iudicabantur,qui appliciti fuerant generi Abrahæ . Iſti ergo quaſi infirmi in eo quo illi ſe præferebant, eò quòd eſsēt
B Iſraelitæ,in hoc ipſo volunt ſe ſufferri.Vt oſtenderet in hac gloria carnis nō ſe eſse diſsimiles & infirmos , cum de ſua cauſa loquitur,ſubinducit & Barnabæ perſonam
1.Cori.9. ſocii ſui.Vnde & in prima dicit epiſtola : Aut ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi? Non ergo minores erāt in hac gloria in qua ſe Iudæi iactabant,ſed non inde plaudebāt.Deniq; dicit:¶In quo quis audet?In inſipientia dico,audeo & ego. Hoc eſt nō fuiſse infirmum in gloria qua ſe iactabant Iſraelitæ,nec quidem in hac re prudentem iudicari. præferre enim ſe non ſolent prudentes. In inſipiētia ergo dicit audere ſe in eo quod audent ii quiſe iactant eò quòd ſint filii Abrahæ.Vt gloriam eorum inaniat.imprudentem ſe pronunciat,ne illi prudentes viderentur in hac parte aut nobiles. ¶ Hebręi ſunt & ego,Iſraelitę ſunt & ego . Semen Abrahæ ſunt & ego.)In his patem ſe eorū de quibus ſupra ſignificauit,oſtendit, vt detractiones eorum quibus indignus his iudicabatur,falſas oſtenderet . ❧Miniſtri Chriſti ſunt,velut inſipiens dico magis ego.)Vera de ſe dicens inſipientem ſe pronunciat,vt intelligatur coact9
C ad laudem ſuam prorupiſse . Nam qui ſponte ea refert quæ ad laudem eius proficiant , imprudentem ſe non dicit.Oſtendit ergo quæ ſint quæ faciant illum miniſtrum Chriſti magis eſse,quàm ſunt reliqui prædicatores. Occaſione enim inuenta,omniū tangit perſonas etiam apoſtolorum,dolens quia dei gratia minor in hoc iudicabatur,cum eadem operaretur quæ cæteri Apoſtoli, & fidei
1.Cor.15. cauſa maiora exitia toleraret.Vnde & in alia epiſtola dicit:Plus illis omnibus laboraui . ❧In laboribus plurimis.)Ideo in laboribus plurimis ait: quia & illi laborauerunt,ſed non tantum.Hic enim à mane vſq; in quintam horam victum manibus quærebat,& exinde vſq; ad decimam horā diſputabat publicè,tanto labore,vt contradicentibus ſuaderet.¶In carceribus abundantius.) Apertum eſt,frequentius iſtum miſsum fuiſse in carcerem quàm illos.¶In plagis ſupra modum.)Ideo ſupra modum,quia vltrà quàm oportuit. Nam & illi cæſi ſunt ſed non tantum.❧In mortibus ſæpius.)Verum eſt,quia hic frequentius pericula ſuſtinuit quàm cæteri. ¶A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.)Hoc dicit,quia quinquies flagellatus eſt à Iudæis, ſecundum legem Moyſi accipiens plagas triginta nouem , ſicut ſcriptum eſt in Deuteronomio. Quod per quinq; ergo vices factū eſt,hic ſummatim refert. ¶Ter virgis cæſus ſum.) Hoc à gentibus paſsus eſt. ¶ Semel lapidatus ſum .) A D
Iudæis lapidatus eſt in ciuitate Licaonia.¶Ter naufragium feci.)Qui omni tempore legitur nauigaſſe, aduerſis procellis facile fuit ter naufragium facere.¶Nocte & die in profundo maris fui.)Hoc factum eſt quando miſſus eſt ad Romam cùm apellaſset Cæſarem.Tunc deſperatione vitæ in alto,hoc eſt in profundo maris fuit, mortem ante oculos habēs.Sic enim ſcriptum eſt in ipſo loco:Ita vt deſperaremus nos etiam viuere. In itinerib9 crebrius.)Nunc alia memorat pericula,vt terra mariq; pro Chriſto vexatum ſe ſecundū carnem oſtendat.Periculis,ait,fluminū pericula recitat,quid eſt vt dicat periculis fluminum?Sed hyeme iter faciens,quia vtique imbres aſsidui ſunt,egredientibus fluminibus incurrebat periculum. Periculis latronum.)Cum in ciuitate diabol9 eum occidere non poſset,latrones illi excitabat in via cum nihil ferret quæ latrones cuperent . Periculis ex genere.)Iudæorum dicit perſecutiones,qui fratres eius erant ſecundum carnem.Dolebant enim, quia ſpreta lege ad euangelium Chriſti ſe conuerterat . Periculis ex gentibus.)Agentibus perſecutiones paſsus eſt , propter myſterium incarnationis,domini noſtri IESV Chriſti,& vnius dei prædicationem. Periculis in ciuitate.) Vſqueadeo ſub periculo fuit in ciuitate , vt per feneſtrā effugeret man9 inſidiantis ſibi. Periculis in deſerto.) Periculum hoc à Iudæis fuerat procuratum, quando eū factis inſidiis in via volebāt occidere.❧Periculis in mari.)Iam ſuperius dixit,ter naufragium feci , nocte & die in profundo maris fui:quod aliud fuit periculum in mari?Sed hoc periculū quādo in mari,hoc eſt in naui milites cogitauerant omnes cuſtodias occidere ne quis ena
tans effugeret . Quod periculū Centurio prohibuit inferri ne Paulus occideretur,vt cum viuum Romam perduceret . ¶ Periculis in falſis fratribus.)Falſi fratres ii E
ſunt de quibus dicit ad Galatas :Propter ſubintroductos autem falſos fratres,qui ſubintrauerunt explorare libertatem noſtram , quam habemus in Chriſto IESV. Hi enim partim Chriſtiani erant,partim Iudæi, in neutro perfecti , qui zelo legis apoſtolo inuidiam excitabāt eò quòd prædicato Chriſto , legem iam ceſsare dicebat.
Deniq; his perurgentibus Timotheū compulſus eſt cir- Gal.2.
cuncidere.Fictus ergo Chriſtianus eſt,qui æmulatione legis perſequitur Chriſtianū,hic eſt falſus frater . Si enim tantum Iudæi erant hi , & propter Iudaiſmū fratres eos falſos appellat,quid opus erat iterare?Iam enim ſuperius dixit periculis ex genere.Sed ſecundum carnem non ſunt falſi fratres, in Chriſto autem falſi ſunt , quia non tota mente Chriſtiani ſunt.Fuerunt & alii falſi fratres,ſicut Demas & Hermogenes.¶In labore & moleſtia.) Verum eſt,quia poteſt eſse labor ſine moleſtia.
Sed hic ideo addidit & moleſtiam , vt laborem ipſum exitioſum oſtenderet. ¶ In vigiliis multis.) Multæ fue- F
runt eius vigiliæ,ſed aliæ voluntariæ,alteræ ex neceſsitate.In preſsura enim poſitus,neceſse erat vt vigilaret,dei quærens auxilium:& nō ſolum diebus,ſed & noctibus doceret,ſicut dicit in Actibus apoſtolorum . ¶ In fame & ſiti.)Fugatus frequenter à Iudæis perſequentibus,neceſse erat vt famem pateretur & ſitim peſſimam.
❧In ieiuniis multis.)Sapius ieiunauit,vt dei adminiculo protegi mereretur. Ieiunat enim , qui dū habet quod edat , abſtinet. In frigore,& nuditate.)In frigore fuit; & nuditate,quādo naufragiū paſsus eſt.Deniq; ignem feAct.28.
cerunt,ait,& refecerunt nos propter pluuiam imminentem & frigus.Barbari in inſula Mytilene . Præter illa quę extrinſec9 ſunt,inſtātia mea,quotidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum.)Solicitudo hæc,quam dicit quotidianam ,detractionis vſu deſcendit , vt omnibus diebus commiſsum ſibi populum inſtruat . Illa autem quæ ſupra memorat,ſuperindicta ſunt neceſsitate cogente. Dies enim ad operam datus eſt , nox ad requiem . Sed quia inſtabat neceſsitas,vt omnibus occurreret , etiam

G nocte docebat. Si enim affligere non dubitabat, ne dei gratia esset in ocio. ¶ Quis enim infirmatur, & ego nō infirmor?) Compatí se dicit omnib⁹, & condolere eo affectu, quo prouideat vulneri medicinam. Hoc autē ideo prosequitur, vt ostendat qua cura commissam sibi ecclesiam tueatur & regat, ac per hoc in nullo se minorē debere iudicari cæteris apostolis, quippe cum, secundū quod claruit, plus illis omnib⁹ laborauit. Maiore enim inuidia laborabat apud Iudæos præ cæteris Apostolis: quia cum persequeretur ecclesiam, subito immutatus factus est defensor eiusdē, testificās atq; cōfirmans quod Christum, quem prius vt hominē mortuum æstimabat, de cælo secum locutum audierit. Cuius testimoniū necessario multi sequerentur, scientes eum de persecutore non vtique sine ratione factum defensorē. Hac causa excruciabantur Iudæi & quærebant eum semper interficere. ¶ Quis scandalizatur, & ego nō vror?) Scandalizari est carnis pati desiderium, quantum ad locum hunc pertinet. Et quia etiam inuiti solent scandalizari, illecti forma aut pulchritudine corporis, aut ppriæ carnis calore. Apostolus autem necessitatem humanæ naturæ considerans, vri se dicit: vt consulat talibus cōpatiens infirmitati eorum: nec hos condemnans, sed commonens in humilitate sermonis, vt spe promissi præmii repugnent stimulis carnis, ne quis eorum qui eum audiunt, desideriis carnis victi, desperantes de se, putantes
H iam non accepto ferre deum si corrigant, & in eisdem manentes, depereant. ¶ Si gloriari oportet: in iis quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.) Hoc dicit quia si gloriādum est Christiano, in humilitate gloriandū est, de qua crescitur apud deum. Vnde alio loco dicit: Cum infirmor, tūc potens sum. hoc est, cū humilior pro fratrum salute, tunc exaltor. Hinc gloriandum est, nō de carnis progenie, quia est quis ex semine Abrahæ

CAPVT DVODECIMVM.

DEVS & pater domini nostri IESV Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior.) Dum testem dat, vt quæ dicit, facile credantur, propter hos duntaxat qui eum non vt verū Apostolum honorificabant. ¶ Damasci princeps gentis Arethæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murum & effugi manū eius. Gloriari oportet, sed non expedit mihi.) Princeps Damasci videns Iudæos insidias tendentes Apostolo, implere voluit per potentiam malam cogitationem eorum, vt ipse, si
I posset, eum comprehenderet, vt & Iudæis placeret, & vt diligens in officio sibi credito videretur, si eum quē perturbatorem audiret, causa quietis interficeret. Hoc inter ipsa primordia, tunc quando apparuit illi in via dominus eunti Damascum. Incensi sunt Iudæi videntes eum qui vinctos credentes in Christo venerat perducere in Hierusalem, prædicare sectam quam venerat condemnare: & sic factū est vtā discipulis per fenestrā per murum in sporta demissus effugeret. Quod quidē indigne factum dicunt, quia non dei auxilio liberatus est. Sed quod ab hominib⁹ fieri potuit, q̄d opus erat vt dei suffragio liberaretur? cum dei suffragium tūc sit necessarium, si humanum auxilium deficiat. Quo facto nō sibi dicit expedire gloriari, quia præsentis vitæ gaudiū fragile est. Si enim nō euasisset, martyrium fecerat. Sed quia fugiendum in persecutione mandatum est, data opera effugit. Nec enim debet aliquis expectare vt in semetipsum peccetur. Ergo gloriandum dicit quia euasit sed non expedit, inquit, propter superbiā: quia de humilitate crescitur, & auxilium dei mitib⁹ proficit nō elatis. Præterea qui gloriatur mortem se euasisse quæ profide iferetur, inane videri significat pati p Christo: ideo non expedit gloriari. Veniam autē ad visiones & revelationes domini.) Nunc ostensurus est quo sublatus K
est, vt proinde quanta & qualia sint quæ illi ostēsa & dicta sunt, possint intelligi: ne, sicut quibusdā videbatur, minor cæteris apostolis crederetur. ¶ Scio, inquit, hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, deus scit, raptū huiusmodi vsq; ad tertium cælum.) Vtrūq; cōfirmauit, quia vtrunq; posse fieri nō negauit, vt & sine corpore rapi potuisse, & in corpore. Et forte quibusdam videatur non magnum esse si homo Christi raptus est vsq; ad tertium cælum, cum in tertio circulo dicatur luna esse. Sed nō ita est, quia vltra omnia mundi sydera raptus intelligitur: & ideo magnificū & mirabile est quod narrat. Significat enim supra firmamentum, in tertiū numero cælum de spiritalibus cælis raptū semetipsum. ¶ Et scio talem hominē, siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit, quia raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor.) Bis se raptū dicit. id est, hinc vsq; ad tertium cælum, deinde in paradisum cælestem, in quo latroni dixit dominus quòd futurus esset cū eo: in paradiso inquit, patris: illic vbi & ciuitas dicitur esse Hierusalem mater nostra. Quid ergo mirū si post resurrectionem corpus iam expiatum atq; tenuatum factū immortale futurum credatur in cælis, quādo nō dubitat Apostolus adhuc mortale corpus potuisse leuari ad cælos, & tolli i paradisum dei patris cælestem? Pro huiusmodi homine, id est, qui iā L
dignus est deo vt ex hoc experiretur, gloriari se dicit: & non vult aperte dicere, quia de se loquitur, ne laudare se videatur. Et Ioannes apostolus, cū de se sciatur loqui Hic est, ait, discipulus quem diligebat IESVS, qui & re- Ioan. 21.
cubuit in cœna supra pectus eius. ne glorioſe de se effari videretur. ❧ Pro me autem non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.) Sic de se non gloriatur, dum non aperte de se profitetur. In infirmitatibus sane, inquit, meis gloriabor, Exponere enim pressuras passionū, & ifirmitates angustiarum, non videtur gloriosum, sed flebile. idcirco se in his gloriari dicit: sciens tamen quia ad profectum perducunt remunerationū cælestiū. Quid enim tam gloriosum in futurū Christiano, q̄ exitia pro Christo illata sibi narrare? ¶ Nam & si voluero gloriari, nō
B ero stultus. nam veritatem dico.) Hoc dicit quia si meritum suū profiteatur quod habet apud deum, non erit imprudens. vera enim loquitur. Ergo si quis pro meritis suis quæ sibi ostensa sunt loquitur, non est vtiq; stultus. Si autem taceat, est etiam prudens. Sed qua causa hic non palam gloriatur nunc subiicit dicens. ¶ Parco autem, ne quis me existimet super id quod videt me, aut audit aliquid ex me.) Ostendit igitur qua causa non aperte glorietur. Ne quis me existimet, inquit, vltra gloriam M
meam tendere quā limes meritorū admittit. Hos significat quos obtrectatores habebat causa legis, sicut supra memorauí. Nam vtiq; meritorū gloriam bonū est non tacere, vt inuitentur credētes. ❧ Et ne sublimitate reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis, angelus Satanæ, vt me colaphizet, ne extollar.) Deum bonis meritis prouidere testatur, dum permittit tentationibus hos deprimi, nō solum ne laborū suorum fructibus abdicentur, verum etiā vt augeantur his ad cumulū possessionis æternæ. Hoc ergo remediū datum est Apostolo, vt iniuriis pressus, animo nō possit extolli pro magnitudine reuelationū: quia ociosum pectus necesse habebat in iis quæ viderat extolli. ¶ Propter hoc ter dominum rogaui vt discederet à me, & ait mihi, Sufficit tibi gratia mea. nā virtus in infirmitate perficitur.) Stimulos diaboli, quos perfidementibus inferens, ad nocendum dei seruis instigat: vt cessaret ab eo, ter dominum deprecatum se fuisse, & non impetrasse testatur, non quia desperatum se dicit, sed quia insciis contra se petebat vt cessarent ab eo tētationes, per quas perfectior se fiebat. Ideo
ad Romanos dicit: Nam quid oremus sicut oportet, Roma. 8.

A nescimus. Vnde hoc sibi dicit responsum, vt sufficeret sibi gratia dei, qua aut vires tolerandi addebantur, aut tempus pressuræ abbreuiabatur, vt deuotio dum infirmitate pressuræ accedētis nō frangitur, probata videatur. ¶ Libētissime itaq; magis gloriabori infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet in me virtus Christi.) Apertū est, quia tunc gloriandum docet, quando iniuriis humiliatur. A Christo autem virtus tolerandi præbetur, vt quia prius asperæ, ac per hoc fastidiendæ iniuriæ videbātur, postea libenter suscipiendæ, vt Christi auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se dicit, dummodo à Christo curetur, sciendo plus addere medicinā Christi ad salutem, quàm infirmitas detrahit sanitati. ¶ Propterea placeo mihi in infirmitatibus meis. Cū enim infirmor, tūc potēs sum.) Verum est, quia tunc vincit Christianus cū perdere putatur: & tunc perdit perfidia, cum se vicisse gratulatur. Plaudit ergo cum illi insultatur, & surgit cum premitur ¶ Factus sum insipiens, vos me coēgistis.) Compulsum se dicit vt quid esset ostenderet. Et non vtiq; stultus est, quia de se vera locutus est: sed inclinat se vt manifestet quia non voluntate merita sua ostendit. ¶ Ego enim debui à vobis commendari,) Manifestū est quia hi debuerant testimonium ei perhibere aduersus obtrectatores eius, apud quos ecclesiam constituit, & signorum prodigia apostolatus ostendit, vt hoc tacente illi eum defenderent quem patrem habebant in euangelio Christi. ¶ Nihil enim min⁹ feci, quàm illi valde apostoli.) Valde, hoc est, nimis, sicut q̄busdam videbatur. Nā hoc erant, quod & Apostolus Paulus. Hoc ergo dicit, quia minor non est neq; in prædicatione, neq; in signis faciendis, apostolis præcessoribus suis, non in dignitate, sed tempore. Nam
B si de tempore præscribendum putatur, antè cœpit Ioannes prędicare quàm Christus, & non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptizauit. Non ergo sic iudicat deus. Deniq; prior secutus est Andreas Saluatorē quàm Petrus: & tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo apostolus quibusdam non videbatur, cum eadem posset per dei gratiam quæ & apostoli? ideo dolet, & ostendit compulsus quid à dignatione domini mereatur. Hinc est vnde non solum minorem se nō esse coactus est profiteri, sed & plus omnibus laborasse. His ergo displicebat, & nō videbatur esse apostolus, q̄ emulatione paternæ legis prædicationē eius respuebant quasi inimici traditionis Moysi, quia eam iam cessare dicebat apostolis magis fauentes, & istū his humiliātes, quia non illi tam constanter contra legem aliquid asserebāt ¶ Etsi nihil sum, tamen signa apostoli facta sunt in vobis, in omni patientia, signis, & prodigiis, & virtutibus.)
C Sic se humiliat, vt erigat, patientiam tamē primā memorat, quia diu illos portauit quasi impatientes ægros, vt adhibita medicina signorum atq; virtutum curaret vulnera erroris illorum. ❧ Quid est enim quod minus habuistis cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse nō grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.) Adhuc per humilitatem se commendat. Ostendit enim non minus illos aliquid habuisse cæteris ecclesiis, sed & amplius. Euangelium enim dei gratis his prædicauit, quod nullis concessum est
1. Timo. 5. ecclesiis, dicente domino: Dignus est enim operarius mercede sua. Si ergo pro bono opere iniuria, inquit, dignus sum, ignoscite mihi. Omnis enim stultus boni accusator est. Vt hos ergo imperitos ostendat, veniā ab his postulat eius facti de quo laude dignus est.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

ECCE tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non vos grauabo.) Ne forte hoc inter initia fecisse putaretur ad commēdationē suā, post autem mercedem euangelicæ predicationis velle accipere, ostendit in ea se voluntate durare, ne factum suum postea emēdare videretur, & esset quod D
ab obtrectatoribus reprehenderetur. ¶ Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Ostendit ideo se nolle accipere ab eis, vt illos ipsos lucraretur, vt intelligentes quia pecuniæ præponit eos, tandem cognoscerent affectum illius erga se. ❧ Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.) Patrem se eorum significat, sicut in prima epistola dicit: Per euangelium ego vos ge- 1. Cori. 4.
nui. Carnales tamen parētes sunt, qui filiis thesaurizant. Nam spiritales à filiis dignum est vt accipiant sumptus ad sustentandam vitam præsentem. Non enim magnum est vt spiritalia tradentes consequantur carnalia. Hic autem in tantum probat se nolle accipere, vt transferat causam carnalis patris ad spiritalem, vt non solum non ab eis accipiat, sed & si potest fieri, ipse illis tribuat, sicut iam supradixit: Alias ecclesias expoliaui, accepto stipendio ad ministerium vestrum. Hoc dicto tangit eos, vt intelligant quantus sit, & quid ii mereantur qui tanti Apostoli prouidentiam neglexerunt. ❧ Ego vero libentissime impendam, & superimpendam, & ipse impēdar pro animabus vestris.) Nunc aperte affectum & charitatem quam circa eos habebat, ostendit, quando non solū sua pro eis impendere & propensius pendere paratum se dicit, sed & seipsum pro salute animarū eorū etiam mori, sicut & apostolus Ioannes dicit: Quia exemplo Saluato- 1. Ioan. 3.
ris pro fratribus, inquit, etiā animas nostras debemus pōnere. ¶ Plurimum vos diligens minus diligor.) Prouocat eos ad amorem, quia ipsi plus illum deberent diligere, maxime per quem didicerūt viam salutis, per quē & acquisiti sunt deo, ex perfidis facti fideles, & ex contaE
minatis purificati. Esto autem, Ego vos non grauaui, sed vt astutus dolo vos cepi.) Omnia quæ possent ex aduerso proponi, non tacet, vt se purget per omnia, quia nihil per circunuentionem egit apud eos, sed in simplicitate, sibi semel prospiciens, his duplici genere, vt & apud deum prouideret eis, & hic censum illorum nō quæreret: sibi autem hoc sufficere quod à deo promissū est in futurum. Forte enim suspicarentur ideo illum contempsisse, quia parua erant quæ offerebantur, vt maiora consequeretur, vt circunspiciens merita sua non pecuniam refutaret, sed numerum in dignum sibi æstimās cōtemneret. Num per aliquem eorum quos misi ad vos circunueni vos?) Hoc est quod dicit, quia quos misit, nō illis hoc intimarunt, vt si vellent pacatum habere apostolum dignam quantitatē personæ illius offerrent, quia ideo noluisset accipere, quia minus quàm dignum fuit offerebatur. Quod compositum apostoli astutia intelligerent, vt quod egit, non per contemptum, sed per auaritiam egisse probaretur. Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid auarus in vos fuit Titus? nónne eodem spiritu ambulauimus? non iisdem vestigiis?) Aper- F
tum est quia quando ab iis quos misit, nil tale dictum aut factum est, vna eorum sententia probatur in bono, exclusa suspicione auaritiæ. Iterum putatis quod excusem⁹ nos apud vos.) Hoc est quod dicit, olim de nobis dubitatis, arbitrantes quia non simpliciter agamus vobiscum. Apseudoapostolis enim exagitabantur, qui volentes de prædari eos, tergiuersatione hoc agere apostolum asserebant, quasi vt plus possit accipere.
❧ Coram deo loquimur: omnia autē charissimi pro vestra ædificatione.) Sic cupit illos verū & bene sentire de se, vt & ratione & testificatione satis illis faciat, quia nō vt sibi prosit, talē se præbet, sed vt ad ædificationē eorū proficiat, & vel sic amorē illorū circa se prouocet, dum nō grauat censum illorū, & authoritatē potestatis in arguendis vitiis non inclinat. Sine dubio enim prodest ei qui corripitur, vt emēdet, si præpositus ideo oblata refutet, vt libere arguat. Timeo enim nē cum venero, non quales volo inueniā vos.) Quoniam non omnes adhuc quos in prima epistola corripit, emendauerāt in quibus fuerāt vitiis reprehēsi, ideo cum authoritate vult videri

G iturus ad illos,vt territi corrigantur, vt tales illos inueniat quales vult. Et ego inueniar à vobis non qualem vultis.)Hoc dicit vt tales ſe præbeant,vt cõueniat eis cũ apoſtolo,vt inuicẽ congaudeant ſibi. Ille enim inuenit aliquẽ qualẽ non vult,q ſe talẽ facit vt diſcordet ab illo

Ne forte ſint inter vos contentiones,æmulationes,animoſitates diſſenſiones,detractiones, ſuſurrationes, tumores,ſeditiones.)Nunc errores memorat quos in ſuperiore epiſtola reprehendit,quando perſonis deferentes, & alterum alteri præponentes diſſidebant adinuicem.

Ne iterum cum venero,humiliet me deus apud vos,& lugeam multos ex iis qui antè peccauerũt,& nõ egerunt pœnitentiam ſuper immũditia,& fornicatone,& impudicitia quam geſſerunt.) Hoc præmonet vt non illos tales inueniat quales dudum inuenerat, cum vitiis diuerſis operum immundorũ,vel magis nominum:quia omne opus ſine crimine eſt,ſed inordinationis nomẽ facit crimen. Tunc enim eſt illicitũ cum aliter fit quàm conceſſum eſt. Illis ergo peccãtibus ſe humiliari dicit, quia incipit vt pius pater peccata filiorũ deflere. Quis enim pater non gaudeat bene agentibus filiis?Sic iterum neceſſe eſt vt lugeat ſi praue verſentur. Ideo admonet vt ſi qui præteritarum fornicationũ aut alterius immunditiæ vel impudicitiæ nõ egerunt pœnitentiam, ſicut quidam quos ſignificat egiſſe,nunc agerent:vt veniens, ſine triſtitia eſſet cum eis. Cum enim dicit, Et lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt,& non egerunt pœnitentiã: probat quoſdã ex his egiſſe pœnitentiam, quoſdam nõ egiſſe. Quod Nouatiano aduerſum eſt,quia dicit fornicatores non poſſe peragere pœnitentiã, & recipi in cõmunionem. Hic probat peregiſſe, ac per hoc receptos eſſe in pace eccleſiæ,Tres ergo formas peccatorum probat,cum fornicationem,& impudicitiam, & immunditiam nominat.

Deut. 17. TERTIVM hoc venio ad vos.) Superius præparatũ ſe dixit,nũc iam venturũ. In ore duũm vel trium teſtium ſtabit omne verbũ. Hoc ſecũdum legem dixit,vt aliquis duobus aut tribus teſtibus aut purgetur aut condẽnetur:ita & hi tertio aduentu apoſtoli, vt purgati inueniantur commonet. ¶ Prædixi enim, & prædico,vt præſens ſecundo aduentu, & abſens nunc, iis qui antè peccauerunt,& cæteris omnibus,quia ſi venero iterum,non parcam,)Pridem ſe dixiſſe ſignificat præſentem,vt corrigerent ſe:ne cum pudore corriperentur: & nunc iterum abſentem ſe eadem dicere conteſtatur, vt poſt ſecundam correptionem,ſi ſe non emendauerint, parci eis non debeat. ¶ Quomodo?probationem quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?)Probationem quærunt Chriſti loquentis in Apoſtolo, dum præceptis non obediunt,volentes probare ſi audet vindicare,vt per id intelligatur eſſe fidæ authoritatis vt de cætero timeatur. Qui enim magiſtrum contemnit,emendari ſe quærit.

I ❧ Qui in vobis non infirmatur, ſed potens eſt in vobis Potens eſt in his Chriſtus,quia viderunt in nomine eius mortuos excitatos,dæmones fugatos,paralyticos conualeſſe,ſurdos audiſſe,mutis redditũ affatum,claudos curriſſe,cæcos vidiſſe. Hæc omnia virtutis ſunt,non infirmitatis. Denique hac cauſa attracti ad fidem ſunt.

¶ Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed vivit ex virtute dei.) Verum eſt quia propter peccata noſtra crucifixus eſt Chriſtus,vt mortem deſtruens, credẽtes ſibi liberaret ab ea. Infirmari ergo ſe paſſus eſt propter nos,vt mortem vinceret nobis. Deſcendens enim ad inferos,qui omnino peccatum neſciebat,& quaſi peccator occiſus,chirographum Adæ deleuit, vt de cætero defuncti ſub eius nomine,à morte nõ tenerẽtur,ſed haberent fiduciam eundi ad cælos. Propter infirmitatem ergo noſtrã occiſus,reuixit virtute patris, vt diſcipulis probaret quæ docuerat eſſe vera exemplo in ſe oſtenſo.

Et enim nos infirmamur in illo.)Hoc ad Apoſtolorũ perſonam pertinet,qui eum,id eſt Chriſtũ prædicantes, infirmabatur dum iniuriis agebãtur, claudebantur, cæ K debantur. ¶ Sed viuemus cum ipſo ex virtute dei erga vos.) Manifeſtum eſt quia ſi à perfidis infirmabantur,apud credẽtes non erat hæc infirmitas,ſed profectꝰ:quia hinc potentiores fiunt fideles,dum infirmãtur. Illata ergo mors à perfidis, vita eſt erga credentes. virtute enim dei reſurgunt,vt viuant cũ Chriſto. ¶ Voſmetipſos tẽtate ſi eſtis in fide,ipſi vos probate.) Inuicem vt ſe fratres diſcutiant,præcipit, Solicitiores fiunt enim ſi ſecũ inuicem conferant. Tentationem ergo hanc probationem voluit intelligi,quia omnis probatio tentatio eſt, nõ tamẽ omnis tentatio probatio. Si enĩ deus tentare dicitur,probatio eſt. Si autem diabolus tẽtare dicatur,tentatio eſt,quia euertere nititur. Et homo aliquando tentat vt probet,aliquando vt capiat. ¶ Aut non cognoſcitis vos quod Chriſtus IESVS ſin vobis eſt, niſi reprobi eſtis?Hoc dicit quia ſi probare vos inuicem neſcitis, nõ cognoſcitis quia IESVS Chriſtus eſt in vobis. & hoc eſt reprobum eſſe; neſcire religionis vel profeſsionis ſuæ fidem. Qui enim fidei ſuæ ſenſum in corde habet, hic ſcit Chriſtum IESVM in ſe eſſe. ¶ Spero autem cognituros vos quia non ſumus reprobi.) Prouocat eos ad ſcientiam fidei,& rectæ vitæ. Cum enim cœperint ſcire apoſtoli ſui certam authoritatem & meritum apud deũ poterunt & circa ſe eſſe ſoliciti. ¶ Oro autem deum ne quicquam mali faciatis,non vt nos probati appareamꝰ, ſed vt vos quod bonum eſt faciatis,nos aũt quaſi reprobi ſimus.)Eo affectu quo ſemper orat pro eis, vt à malis temperent. Non vt nos, inquit, probati appareamus, id L eſt,non vt in authoritate videamur vobis peccantibus, ſed vt vos quod bonũ eſt faciatis:nos verò vt quaſi reprobi ſimus. Quid eſt hoc?Orat Apoſtolus vt reprobus ſit?Non ſane,ſed hoc orat,vt his bene agentibus,dũ nõ auderent corripere,quaſi humilientur,& humiliati velut reprobi appareant. Probati enim à deo videntur, dũ iudicant peccatores authoritate conceſſa. Si ergo quos iudicent nõ ſunt,ceſsãte in his authoritate quaſi reprobi videntur. ¶ Non enim poſſumꝰ aliquid aduerſus veritatem,ſed pro veritate.) Hoc dicit quia poteſtas non eſt data contra veritatem, vt arguant bene viuentẽ, ſed pro veritate,vt vindicent in eum qui in imicus eſt legis, Idcóque ceſsabit poteſtas,ſi quod bonũ eſt fecerint. Vnde & ad Romanos ait,cap. duodecimo: Vis non timere poteſtatem?bonum fac,& habebis laudem ex illa. Cum ergo non timet bonum operando, euacuata eſt apud eũ poteſtas. Hos eſt quaſi reprobũ eſſe, quia hoc in eo ceſsat,vnde probatur poteſtas. ¶ Gaudemꝰ autẽ cũ nos infirmamur,vos autem fortes eſtis.) Hoc eſt infirmari, non exercere poteſtatẽ. Hos autem optat fortes eſſe,vt bene agentes vitia vincant, & prohibeant à ſe vindictã aut correptionem. ❧ Hoc & oramus in veſtram conſummationem.)Petit orans vt in eo perficiãtur ne pec- M cent,conſummati in virtute bonæ vitæ,& incorrupta fide. Idcirco hæc abſens ſcribo,vt non preſens durius agam.) Apertũ eſt, quia ideo abſens commonet vt correctiores illos inueniat,& non illic poſitꝰ increpet cũ pudore, vt erubeſcat qui peccat,in cœtu fraterno. ❧ Secũdum poteſtatem quam dominus dedit mihi in ædificationem,& non in deſtructionẽ.) Hæc poteſtas eſt quã ſuperius optat eſſe ocioſam his bene agentibus:ſi quo minꝰ exercere ſe in hac,vt ædificentur correpti, non mortificati peccatores. Non enim deſtruuntur qui arguuntur vt corrigantur, ſed ædificantur ad vitam. ¶ De cætero fratres gaudete,perfecti eſtote, conſolationẽ percipite, idem ſapite, in pace agite,& deꝰ pacis & dilectionis erit vobiſcum.)Gaudiũ hoc de emendatiõe erit,vnde & poterit prouenire profectio. Sed ante erit conſolatio, vt ſpe futurorum deſerant præſentem oblectationẽ. Idem ait ſapite,hoc propter veterem diſcordiã, vt iam vnum ſentiant. In pace agite. ſi concordes fuerint,habebũt pacem. Et deus pacis & dilectionis erit, inquit, vobiſcum.

A Deus pacis eſt Chriſtus,qui dixit: Pacẽ meam do vobis; Ioan.13. pacem relinquo vobis. Ipſe eſt & deus dilectionis, quia iterum ait:Nouum mandatum do vobis,vt diligatis inuicem. Et in hoc, inquit, cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem qua dilexi vos, habueritis inuicem. Alia tamen pax dei,alia mundi eſt:quia & maligni & ſpurii habẽt pacem,ſed ad damnationem. Chriſti enim pax libera eſt à peccatis. Perfidiam ergo fugit, dolum ſpernit, factis malis repugnat. Hæc deo placita eſt & amica, diabolo autẽ inimica. Hanc qui habuerit, habebit & dilectionem,ſimul & deum eorum ad tuitionem perpetuam. ¶ Saluãte vos inuicem in oſculo ſancto)Hæc ſalutatio eccleſiaſtica eſt,quia oſcula hæc non carnalia,ſed ſpiritalia ſunt, quæ complexu corporũ animos copulant non deſidetio carnis,ſed ſpiritus. ¶ Salutant vos ſancti omnes.) Prouocat eos ad ſanctitatem,vt & ipſi audeant reddere vicẽ ſanctis in ſalutatione. Ideo enim à ſanctis ſalutãtur,vt illos imitẽtur. ¶ Gratia domini noſtri IESV Chriſti,& dilectio dei,& communicatio ſpiritus ſancti cum omnibus vobis.) Trinitatis hic complexio eſt,& vnitas poteſtatis, quæ totius ſalutis pfectio eſt. Dilectio enĩ dei miſit nobis ſaluatorẽ IESVM, cuius B gratia ſaluati ſumus. vt poſsideamus hanc gratiam ſalutis,communicatio facit ſancti ſpiritus. Hic enim dilectos à deo & ſaluatos gratia Chriſti tuetur,vt trium perfectio conſummatio ſit hominis in ſalutem.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENT. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD GALATAS.

PRAEFATIO.

OMNIS credens in Chriſtum, & obſeruans legem factorũ,male intelligit Chriſtũ. Sicut & Symmachiani,ꝙ ex Phariſæis originẽ trahunt,qui ſeruata omni lege Chriſtia nos ſe dicũt,more Fotini Chriſtũ non deũ & hominẽ,ſed hominẽ tantummodo definiẽtes. Si enim deum intelligerent Chriſtum, nihil de lege factorum ſperarent,id eſt, de neomeniis, ſabbato, circunciſione, & diſcretione eſcarum: quia qui deum & dominum legis colit, ſupra legem eſt: nec poteſt iudicari à lege, qui cum legiſlatore concordat. Deniq; non illorũ cauſa lex data eſt qui deum colebant, ſed eorum qui male & credebant & agebant ad cõtemptum creatoris. Vnde dicit
1.Timo.1. ad Timotheum: Nec enim iuſto lex poſita eſt, ſed iniuſtis & maleverſantibus. Et Moyſes ſic inquit, Timentes facietis filios Iſrael. Vnde & Galatæ, vel ii qui eos ſubC uertebant,adhuc erroris nebula contectum cor habenEſa.10. tes, non cernunt ſenſum Eſaiæ prophetæ inter cætera dicentis: Verbum enim conſummans & breuiãs in æquitate: quia verbum breuiatum faciet dominus ſuper terrã. Si ergo hæc dicta intelligerent,à lege recederent,ſcientes à prædicatione Ioannis Baptiſtæ legem iam ceſsare, vt ſola fides ſufficiat ad ſalutem abbreuiata ex lege. In lege enim & de deo patre, & de Chriſto filio eius, & de ſpiritu ſancto continetur prædeſtinatum in tempore, quod manifeſtatũ eſt in prædicatione. Nam ſi ſignaculi cauſa circuncidebantur filii Iſrael, vt exinde appareret filii eſse Abrahæ iuxta carnem,rite ceſsare debet circũciſio, quia ſignum habent credentes mortis euictæ, quo dinoſcuntur filii eſse Abrahæ,ſed ſecundum fidẽ. Abrahæ enim promiſsus eſt qui veniens vinceret mortẽ. Deniq; hunc expectabat Abrahã: quem in ſpiritu ſentiens
Ioan.8. natũ,gauiſus eſt,ſciẽs ſe in breui introduci in cælos. Vnde dicit dominꝰ ad Iudęos:Abrahã cupiuit videre diem meũ,& vidit,& gauiſꝰ eſt. Tẽpore enĩ quo ſimul adhuc erãt filii Iſrael in eremo,anteq̃ vicini eſsent gentiũ, non D ſunt circuciſi. At vbi autẽ cõmiſceri habebãt gentibus, tunc à Ieſu Naue circuncidi ſunt de petra,quę ſignificat Chriſtũ:quia petra,inquit,erat Chriſtus,vt deſignaretur per Chriſtum futurã circunciſionẽ cordis: ſicut dixerat Deut.10. Moyſes,& Hieremias propheta:circuncidite vos deo,& Hiere.4. circuncidite præputium cordis veſtri,vt amputata caligine,remiſsione accepta peccatorum,digni fierent videre gloriam dei,quam ſub lege poſiti videre nequiuerant cauſa peccati. Vt ergo & Chriſtũ deũ ſignaret:& non ſe ab homine ea didiciſse quæ docebat aſsereret,ita ſcipit:

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS apoſtolus nõ ab hominibus, neq; per hominem, ſed per IESVM Chriſtum,& deum patrẽ qui ſuſcitauit eum à mortuis)Apoſtolum ſe non ab hominibus electum,& miſsum ad prædicandum teſtatur, ſicut erant quidam qui electi ab apoſtolis mittebantur ad eccleſias roborandas: neque ſicut alii, qui à Iudæis mittebantur ad diſturbandas eccleſias, quos pſeudoapoſtolos vocat:ſed à filio dei miſsum ſe: quẽ in hac cauſa idcirco hominem negare videtur, quia præcepta quaſi deus dedit,non quaſi homo: & quem elegit, diuino iudicio elegit. Per quod idoneum & firmum ſe prædicatorẽ ſignificat: quia multo vtique melior eſt quem deus elegit,quàm quem homo. Neq; enim per hominem ſicut arbitrabantur de Chriſto qui hos cogebãt circuncidi,ſed per IESVM Chriſtum, id eſt, per eum qui deus & homo eſt. Quod ſtatim aperit,cum dicit:Et deum patrem, qui ſuſcitauit eum à mortuis. Hoc dicto duas hæE reſes damnauit,& Manichæi, & Fotini:quia Manichæus Chriſtum hominem negat, & non negat crucifixum: & Fotinus Chriſtum deum eſse non concedit,& tamen ipſum,ſe hoc eſt corpus ſuum excitaſse à mortuis negare non audet: vt Manichæus cum crucifixum non negat, ſtultè eum hominem non fateri videatur: & Fotinus impietate quadam deum negare, quem ſeipſum à mortuis excitaſse fatetur. Legit enim dixiſse dominũ:Soluite tẽ- Ioan.2. plum hoc,& ego tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui. Igitur ipſe excitans ſe à mortuis, corpus ſuum ſignificat ſe à mortuis excitaſse:& nihilominus tamẽ à patre ſuo dicitur excitatus, propterea quod omnis virtus filii de patre eſt, vt geſta filii facta ſint patris, ex quo ſunt omnia. ¶ Et qui me- F cum ſunt fratres, Eccleſiæ Galatiæ.) Poſtquam authoritatem ſuam commendauit,adhuc auget ad cauſam,vt cæteros qui ſecum erant, omnes commotos aduerſus eos oſtenderet. Quamuis ſufficeret authoritas eius, nec poſsit refutari;tamen vt grauet factum illorũ quo à prima fide deſtiterant, multos ſecum accenſos ad errorem illorum arguendum deſignat. Facile enim poterit quis intelligere errare ſe, ſi ſe à multis videat reprehendi.

¶ Gratia vobis & pax à deo patre noſtro,& domino IESV Chriſto.) Vtriuſq; beneficio tam patris quàm filii genus hominum ſubleuatum oſtendit. Nec minorẽ filium ſignificat, cum eum dominum noſtrum vocat: neq; patrem maiorem, quia eum deum noſtrum appellat, quia non erit verus deus pater, niſi & dominus ſit:neq; verus dominus filius, niſi & deus ſit. Si ergo vna gratia patris & filii erga nos eſt,quid eſt, inquit, vt de filio minus ſentientes,legem illi æquetis, vt partim Chriſto, partim legi ſeruiatis?cum legeritis dominum dicentem: Quia do- Lucæ.6. minus eſt filius hominis, etiam ſabbati. vt per hoc videant quanta cõtumelia ab eis domino irrogetur,quando comparãt dominum famulæ. ¶ Qui dedit ſe ipſum pro peccatis noſtris. Aperte oſtendit nihil prodeſse legem, quando Chriſtum dicit obtuliſse ſe vt pro nobis

G pateretur,vt nos iustificaret quos lex reos tenebat: vt eruti à lege per fidem Christi, iam non peccatores essemus,sed iustificati secunda natiuitate,filii dei appellati. Cùm enim in cõditione diaboli genus humanum teneretur, Saluator obtulit se volenti diabolo, vt illudens eum potestate virtutis suæ, (accipere enim voluit quem detinere non potuit) auferret ei quæ malo iure tenebat obnoxia. Expoliatis itaq; inferis, trophæum animarum portulit ad patrem,ex quo sunt omnia. Quod lex vtiq; facere non potuit,quanquã enim profutura data sit,nobis tamen peccantibus conuersa est vt fieret inimica, & cœpit occidere,non viuificare. Christus autem donans delicta, non solum viuificauit nos,sed & sibi sociauit,vt filii dei vocemur facti per fidem. Quãtus ergo error est post gratiã reuerti sub lege,hoc est accepta libertate vel le seruire,vt erept⁹ gladio,immemor beneficii dentio se vendat lanistæ? Accusator est enim emptoris,qui relicto eo rursum ad priorem dominum redit. ❧Vt liberaret nos de præsenti seculo maligno.) Hoc dicit quia ideo morti concesit se dominus,vt nos ab errore seculi liberaret,id est,vt ab intelligentia huius seculi,quod curriculis senescente ætate deuergit in finẽ, alienifacti, futuri seculi quod occasum nescit,participes simus in sensu vnius dei. Præsentis enim seculi hæc est malignitas,quia non reddit congruam reuerentiam creatori suo deo,& restauratori Christo,dum multos sibi deos confingit error humanus,aut dum Christo à credentibus debita honorificẽtia non reseruatur. ¶Secundum voluntatẽ dei H & patris,cui gloria in secula seculorum. Amen.) Vt firmum sit & plenũ authoritate quod dicit, quia Christus nos liberauit,addit quia istud fecerit cum patris voluntate. ¶Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vocauit vos in gratiam Christi, in aliud euangelium.) Euangelium bonum nuncium est, ac per hoc & lex vetus Euangelium est, accepta lege factorum. Sed hoc potius, in quo quod promissum est, solutum est, per quod peccatores ad indulgentiam conuocantur. Mirare ergo se dicit ideo, quia de optimo & maximo beneficio decidentes mancipauerunt se legi factorum, vt perderent quod fuerant consecuti, vt de accepta libertate ruerent in seruitutem, cito uersi: cum mos sit vt paulatim aliquis de malo transeat ad bonum. Hi autem de bono facile traducti sunt ad opera carnis,quæ sunt grauia. Raro enim contingit vt quis de lætitia ad exitum confugiat:ac per hoc admiratur hebetudinem illorum,qui in securitate positi,labori se subiiciebant inani. Tale est,si nauta insanus stans in portu, de tempestate securus laxet nauim in altũ,vt perturbetur diuersis procellis. Ita I & hi per stultitiam subegerunt se,vt dolore paterentur pudoris desecti,& iugum seruitutis legis susciperẽt,nulla huius rei spe prædicata. In aliud ergo Euangelium vocati fuerant,quàm quod hi prędicabant qui eos subuerterant. Non tamen aliud ab eo quod apostoli nunciabant,quod hi pseudoapostoli aliud esse asserebãt ad inuidiam apostoli qui eos instruxerat. Et vt Galatas pèr hanc fallaciam circunuenirent, necesse erat vt euangeliũ apostoli aliud esse dicerẽt, quàm quod ratio saluatoris docebat:hoc autem esse verum, quod ab eis cùm legis veteris cõcordia prædicabatur. Hi sunt qui quæstiones fecerunt Paulo & Barnabę de hac re, sicut continetur in Act. apostol. Isti enim docebant ex gentibus credentes, quia nisi circumciderẽtur more Moysi,& Iudaizarẽt,salui esse non possent. ¶Nisi aliqui sunt qui conturbant vos, & volunt cõuertere Euangelium Christi.) Apertum est, quia hoc agebant, vt conuerterent euangelium Christi, immutantes traditiones, vt sub nomine Christi essent Iudæi. id est, conuertere euangelium Christi in legẽ. ¶Sed & si nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus,anathema sit. Sicut prędiximus,& nunc iterum dico,Si quis vobis euagelizauerit præterquam quod accepistis,anathema sit.) Nemo miretur apostolum,quia feritatẽ morum mansuetabat,sic esse commotum. Pro Galatarum enim salute indignatur aduersus inimicos disciplinæ Christianæ. Indignatio enim hæc ostendit non leue peccatũ esse post acceptã fidem conuerti ad legẽ. Nam tam firmum atq; verum Euangelium quod eis prædicauerat asserit,vt etiam seipsos,id est apostolos, si immutati forte aliter prædicarent,nõ audiri doceret,quorum vtiq; fama quod esset apostoli Christi, peragrauerat omnẽ locum. Aut si forte diabolus angelum dei se fingens, vt facile possit audiri, de cælis appareret contra hæc prædicans,sciretur esse contrarium,& abhominatio haberetur. Si ergo apostolos Christi, quorum tam præclara opinio in signis& prodigiis erat faciẽdis,& angelum de cælo,quẽ possit spiritalis ratio cõmendare,aliter docentes quàm ab apostolo Paulo edocti erãt,anathematizari præcepit:quantò magis quos nullum testimonium ad se ducendum potest cõmendare? Ideo autem iterat contestationem,vt confirmet eos in prima traditione. Iterata enim lex solicitiores reddit negligentes. ¶Modo enim hominibus satisfacio,aut deo?) Hoc est, nũquid hominibus satisfacio, suadendo vobis reuerti ad gratiam Christi,aut deo? Non hominibus vtique,sed deo:vt per satisfactionem reuertantur ad deum quem sprouerant. Deniq; statim subiecit: ¶Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerẽ,seruus Christi nõ essem.) Significat igitur hos à quibus fuerãt euersi, non deo sed hominibus placere in Galatarum subuersione, sicut & semetipsum iamdudum quando ecclesiam vt patrũ traditionem vindicaret, persequebatur. Vt enim à Iudæis laudari possent, secundũ voluntatem illorum legẽ seruandã dicebant: ne si verum Euangeliũ Christi prædicarent inimicos eos facerent. Hic autem apostolus Paulus qui omni deuotione deo placeri docebat,non timebat homines offendere,dummodo dei gloriam cõmendaret. Omnia enim præsentia postponẽs,futuris se commendabat spebus,vt Christi idoneus seruus. Idonei autem seruire se nõ possunt,qui sub nomine domini propriis lucris student. Sed forte contrà aliquis dicat. Ergo qui legem prædicabant quam deus dicitur dedisse, hominibus seruiebãt. Quomodo ergo idonea lex esse dicitur cuius prædicatio secũdũ hoĩm volũtates narratur tẽperata? Ante aduentum domini lex iuxta dei voluntatem prædicabatur. Tempus enim ei debebatur vt seruaretur. At vbi autem venit dominus promissus in lege,cessare oportuit legem, iuxta prædictam sententiam prophetarum. Vnde dicit dominus: Lex & prophetæ vsq; que ad Ioannem. Nec enim dignum erat vt præsente domino legis authoritas seruaretur. Idcóque si quis decætero legem seruandam putat,iam non domini voluntati obtẽperat,sed repugnat. Similibus enim suis satisfacit. ¶Notum enim vobis facio fratres, euãgeliũ quod prædicatũ est à me,quia non secundum hominẽ est. Neq; enim ego ab homine accepi illud aut didici, sed per reuelationẽ IESV Christi.) Nunc principia epistolæ aperit. Ipsum enim sensum vult manifestare, quia non ea quæ docebat, ab homine didicerat, vt forte dubitaretur de iis quæ docebat. Neq; secũdum humanũ iudiciũ aptata erat eius prædicatio, vt indigna diuina authoritate videretur: sed à dei filio dicit se didicisse per reuelationem, cum iã post resurrectionẽ esset in cælis, sicut supra memorauit,& ea quę didicit,conuenire voluntati maiestatiq; eius à quo se didicisse testatur. Spiritalia enim sunt quæ seruata meritum collocãt apud deũ. Illa enim carnalia sunt quæ tẽpore suo seruata,nec meritũ nec immeritũ præstiterunt apud deũ. Non seruata obfuerũt, quia & qui nõ fecerat legẽ,sub maledicto erat:& qui fecerat, non iustificabatur apud deum, quia iustus ex fide viuit. Abac.2 Illa enim vt oneri essent,seruanda mandata sunt,nõ dignitati. ¶Audistis enim cõuersationem meã aliquãdo in Iudaismo,quia supra modum persequebar ecclesiam

A dei,& expugnabam eam,& proficicebã in Iudaismo super multos coætaneos in genere meo,abundantius æmulator existens paternarũ mearum traditionũ.) Propositum suum quo prius iuxta carnẽ vigebat repugnans ecclesiæ, breuiter memorat: sed vt famulus Christi esset, hoc se reliquisse. Magis enim se deuotum,q̃ illos in vindicanda lege fuisse designat, non tamen propter hominum fauorem,sed hoc putans vtile apud deũ. Per ignorantiã enim,cum humanitati placeret,deo se seruire putabat,liberam habens conscientiã. Nesciebat enim iam tempus aserendæ legis non esse,doctrinam secutus patrum, videns aut in errore aut in maleuolentia constitutorum,omni industria & feruore mentis id agebat,vt cęteri coæqualibus sibi æmulatione legis prestantior videretur, sic insaniens contra disciplinam Christi, vt nulli hominum parceret fidei fœdera asecuto. Sed cùm dei reuelatione laborem hũc inanem esse didicisset,& magis contrarium destitisse ab eo, & se fidei gratiæ subdidisse,vt profectus ei esset apud deum. Si ergo hic qui Israelita est, & qui dignitate doctoris fultus erat apud Iudæos, eruditus à Gamaliele viro prudentissimo, locum B habens cum optimis vita hominibus, reliquit legem, quantò magis ii qui extra legem erant, legi se subiicere non debuerãt? Et si hic gaudet exisse se de sub iugo seruitutis,quid est vt hi libertatem suam obligauerint vinculis legis? ¶Cum autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, revelare filium suum in me,vt euangelizarem eum gentibus,continuo non acquieui carni & sanguini.) Cum in lege haberet fiduciam,insicius iam tempus legis seruande non esse,& omni auiditate contenderet putans deise voluntate hoc agere vt resisteret euangelio Christi, videns deus æmulationem eius bonam,sed scientiã ei deesse,placuit ei vocare illum ad gratiam suam,(sciens iam idoneũ hunc esse ad prædicandum euangelium filii eius gentibus:quia si in re minima tam velox & fidus erat audacia conscientiæ, non adulatione cuiusquam: quantò magis in prædicando dono dei futurus esset cõstantior spe promissi præmii? Præscientia ergo dei segregatus est de vtero matris suæ,id est,antequam nasceretur:vel statim natum sit deus futurum hominem bonum, sicut dicit ad Hieremiã prophetam: Priusq̃ te formarem in vtero noui te,&c. Ita & apostolum Paulum, (sciens quid esset futurus, prænouit eum, vt antequam conuerteretur vocaret eum,quia erat necessarius. Deniq; statim suscepit dispensationem doni dei omni postposita cura carnali. Nec enim consilium cuiusquam petiit, aut ad aliquam retulit quid esset facturus, sed protinus prædicauit Christum quia hic est filius dei. Nam sicut futuri mali frequenter ante sunt boni, ita & solent futuri boni esse mali. ¶Neque veni Hierosolymam ad præcessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, & iterum regressus sum Damascum.) Non fuisse dicit necessitatem eleC ctum se à deo pergendi ad præcessores suos apostolos, vt aliquid forte disceret ab eis, quia de⁹ ei reuelauit per filium suũ quomodo doceret. Hoc ideo loquitur, vt ostẽdat non aliud tenendũ esse q̃ quod docet, nec hominibus credi, sed deo,à quo se didicisse testatur,ac per hoc eos qui illos in legem induxerant, esse doctores falsos, quia non à deo traditũ erat quod docebant. A Damasco ergo in Arabiam profectus est ad prædicãdum,vbi nullus erat apostolorum,vt ipse illic fundaret ecclesias, ne surrepentibus pseudoapostolis Iudaismus seminaretur. Et inde iterum regressus est Damascum, vt visitaret quibus rudis prædicauerat Euangeliũ gratiæ dei. ¶Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eos diebus quindecim.) Dignum fuit vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter apostolos, cui delegauerat saluator curam ecclesiarum: non vtiq; vt aliquid ab eo disceret, qui iam ab authore didicerat,à quo & ipse Petrus fuerat instructus,sed propter affectum apostolatus, & vt sciret Petrus hãc illi data licentiam quam & ipse acceperat. Veniens ergo ad eum, hospitio receptus est, & apud eum mansit diebus quindecim,quasi vnanimus coapostolus. Hæc ideo manifestat, vt ostendat concordiam se cum apostolis habuisse, nec in aliquo dissensisse, sicut susurrabãt de eo pseudoapostoli, vt eum apud ecclesias gentium deformarent,& sua mala simplicioribus insererent, dicentes ea conuenire cum doctrina apostolorum maiorum. ¶Alium autem apostolorum vidi neminem,nisi Iacobum fratrẽ domini.) Iacobum vidit Hierosolymæ,quia illic erat constitutus ab apostolis episcopus, qui & ipse prius fuerat incredulus, sicut dicit Euangelista: Quia nec fratres eius,inquit,adhuc credebant in eum. Hic Iacobus filius fuit Ioseph, qui ideo frater domini appellatus est,quia & Ioseph pater eius,etiã domini pater nũcupatus est. Sic enim dicit Maria ad Iesum in Lucæ euangelio: Quid fecisti nobis fili? Etenim & ego & pater tuus mœsti & tristes quærebamus te. Et in Euangelio Ioãnis dicit Philippus ad Nathanael: Quẽ scripsit Moyses in lege & prophetæ, inuenimus IESVM à Nazareth, filium Ioseph. Hoc ergo modo dictus est dominus frater Iacobi & cæterorũ,quo & filius nuncupabatur Ioseph. Quidam enim ducti insania hos veros domini fratres de Maria natos impia assertione contẽdunt, cum Ioseph non verum eius patrem dicant appellatum. Si enim hi veri erant fratres eius,& Ioseph erit verus pater: quia qui dixit patrem eius Ioseph, idẽ dixit & fratres eius Iacobum & cæteros. ¶Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo quia non mentior) Quod ad cõmendationem eius pertinet locuturus, testem deum dat. quia ita se habent quæ dicturus est:ne forte videretur compositum, cum personæ eius non conueniat aliquid fingere. sed cum se commendat,hos vult proficere. Commẽdatio enim hæc istis proficit,vt sciant ea quæ ab hoc dicũtur,esse verissima. ❧Deinde veni in regionem Syriæ & Ciliciæ. eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ. solummodo audiebant quia qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem,quam aliquando expugnabat,& in me magnificabant deum.) Hoc dicit quia cum Iudaismum defenderat contra fidem,sicut & hi à quibus fuerant Galatæ euersi: á deo electus est & doctus dissimulare à Iudaismo,& nouam legem prædicare, ita vt gauderẽt in eo ex Iudæis credentes quos pridem persequebatur,deo agentes gratias,qui de persecutore fecit defensorem: vt proinde scirent Galatæ circũuentos se, vt sub nomine Christi Iudæos se profiterentur,circuncidentes carnem præputii sui, cũ Christi lex aliud imperet quàm Iudaismus. Illic enim circuncisio carnis est,hic cordis. Illic sub elementis seruitur neomeniis & sabbato, hic soli deo in spiritu. quia corde creditur. Illic conditio est causa peccati, hic libertas ex remissione peccatorum. Multa itaque distantia est.

Hiere.1

CAPVT SECVNDVM.

DEINDE post annos quatuordecim iterũ ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascẽdi autem secũdum reuelationem,& exposui illis euangelium quod prædico gentibus,secreto autem iis qui sibi aliquid videbantur, ne forte inuanum currerẽ,aut cucurrissem.) Quoniam multo tempore fama eius crebrescebat apud omnes Iudæos,facie autem non videbatur: perambulabat enim fundare & roborare Ecclesias solita constantia inter gentes: A Iudæis autem causa legis mala illi fiebat opinio, quasi discordaret à prædicatione cæterorum apostolorum: & hinc fiebat multis scrupulus, ita vt gẽtes possent perturbari, ne in aliud inducerentur ab eo quàm tradebant apostoli qui cum domino fuerant: Nam ipsa occasione subuersi sunt Galatæ à Iudæis dicentibus quia aliud trade-

Ioan.7

Lucæ.2

Ioan.1

E

D

F

G

G bat Paulus quàm Petrus. Hinc factum est vt admonitus reuelatione domini ascenderet Hierosolymam cum testibus prædicationis suæ, id est Barnaba, & Tito, vno ex Iudæo, & altero ex gentili: vt si quod de eo haberēt scandalum, horum testimonio tolleretur: adaperiens illis sensum prædicationis suæ. Cum apostolis vero secreto contulit, vt scirent non illum discordare à regula euangelica, hoc est, ne putarent illum inuacuum currere aut cucurrisse, sicut æstimabant aliquanti ex Iudæis credentibus. Nec enim aliquid ab eis discere poterat, qui à deo fuerat instructus: sed propter concordiam & pacem dei nutu factum est, vt tolleretur scrupulus aut suspicio fratribus aut coapostolis eius, & vt gentibus proficeret, cognoscentibus quia concordabat Euangeliū eius cum apostolis. Præterea cum legem didicisset, non molesta ri eos qui ex gentibus credebant, sed vt ab his tātum obseruarent, id est, à sanguine & fornicatione & idololatria. Nunc dicant Sophistæ Græcorum, qui sibi peritiam vendicant, naturaliter subtilitate ingenii se vigere, quæ tradita sunt gentibus obseruanda? quæ ignorabant, an quæ sciebant? Sed quomodo fieri potest vt aliquis ea discat quæ nouit? Ergo hæc illicita esse ostensa sunt gentibus quæ putabant licere, ac per hoc non vtique ab homicidio prohibiti sunt cum iubentur à sanguine obseruare, sed hoc acceperunt quod Noe à deo didicerat, vt obseruarent à sanguine edendo cum carne. Nam quomodo fieri poterat vt Romanis legibus imbuti, quorum
H tanta authoritas in seruandis mandatis est, nescirent homicidium non esse faciendum: quippe cum adulteros & homicidas & falsos testes & fures & maleficos & cæterorum malorum admissores puniant leges Romanæ? Denique tria hæc mandata ab apostolis & senioribus data reperiuntur quæ ignorant leges Romanæ, id est, vt obseruent se ab idololatria, & sanguine, sicut Noe, & fornicatione. Quæ Sophistæ Græcorum non intelligentes, scientes tamen à sanguine abstinendum, adulterarunt scripturam, quartum mandatum addentes, & à suffocato obseruandum. quod puto, nunc dei nutu intelle cturi sunt, quia iam suprà dictum erat quod addiderūt. ¶Sed neque Titus qui mecum erat.) Hoc est, illo ipso tempore quo fui Hierosolymis, inquit, Titus qui mecū erat. ¶Compulsus non est circuncidi.) Cum vtique inter apostolos, & eos qui ex Iudæis crediderant, essemus, nemo eum de his, id est, Titum compulit circuncidi. Et subintelligitur, quid est vt vos circuncidamini, cum Titus ab apostolis qui videbantur aliquid esse, nō est compulsus circuncidi, sed susceptus est incircūcisus? ¶Propter autem subintroductos fratres falsos, qui subintra-
I uerunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo IESV, vt nos in seruitutem subiicere, ad horam cessimus subiectioni, vt veritas euangelii permaneat apud vos.) Titum, quia Græcus erat, sicut Galatæ, negat circuncisum. Quo dicto hos arguit, qui paterentur se circuncidi, cum essent Græci. Sed ne forte opponeretur ei quia ipse circūciderat Timotheum, nūc causas exponit cur fecerit quod faciēdum negabat, dicens: Propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintrauerunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem subiicerēt, ad horam cessimus subiectioni, vt veritas euangelii apud vos permaneat. Græci econtra dicunt, Nec ad horam cessimus. & hoc aiūt conuenire causæ: quia qui fieri prohibebat, nō oportebat, inquiūt, dicere se fecisse, ne probaret esse faciendum. Sed apostolus vir diuinus sciens posse hoc opponi, ipse illud proponit, vt præueniat calumniosos: & reddit causas quibus compulsus est facere quod nolebat. Propter subintroductos autem, inquit, falsos fratres. Subintroductos dicit, quia cum dolo introierunt ostēdentes se fratres, cum essent inimici. Qui subintrauerunt, hoc est, cum humilitate intraerunt fingentes amicitiam. Explorare libertatem nostram quam habemus in Christo IESV, vt nos in seruitutem subiicerent. Explorare est sic intrare, vt aliud fingat, & aliud quærat. Quo possent accusare libertatem nostrā quam habem⁹ in Christo IESV. Libertas in Christo IESV hęc est, non subiici legi. Vt nos in seruitutem subiicerent, hoc est, ad hoc intrauerunt cum dolo & fallacia, vt nostram libertatē seruituti subiicerent, cogentes nos subiici legi circuncisionis. Ad horam cessimus subiectioni hoc est, ad horam nos subiecimus seruituti, humiliantes nos legi, vt circuncisō Timotheo cessaret dolus & scandalum Iudæorum. Parati enim erant, sicut datur intelligi, commouere illi tumultum & seditionem. Fuit enim causa quomodo haberent aditum calumniæ faciendæ. Timotheus enim erat matre quidem Iudæa, patre autem Græco. vnde factum est vt secundum legem circuncisus infans non esset. Volens autem Apostolus eum assumere vt ordinaret illum episcopum, sicut fecit: quia testimonium ei, inquit, bonum perhibebant omnes loci illius: insidias passus est Iudæorum. Explorabant enim si filiū Iudæ incircuncisum susciperet, parantes seditionem: quia si de Græcis contradicebat non esse circuncidendos, sicut & epistola ab apostolis de hac re fuerat data, vel filios Israel circuncidi non vetaret: quia nihil de his in epistola eadē significauerant apostoli: ex cuius authoritate plus seuiebāt credentes Iudęi, quia nō prohibebat Iudæos filios suos circūcidere ipsa epistola. Tunc, inquit, accipiens eum circuncidit propter Iudęos qui erant in locis illis. De gentibus autem scandalum non habebant, vnde Titus non est compulsus circuncidi. Ad horam ergo cessit, vt veritas euāgelii permaneat apud gentes, cum non subiiciunt se circūcisioni. Apud Iudæos autem non erat veritas euangelii, quia credentes circūcidebant filios suos. In Christo enim IESV ne-
L que præputium, neque circuncisio aliquid valet, sed fides per dilectionem operans. Nam non solum historia, sed & literæ hoc indicant, quia cessit. Nam suprà dicit Titum, cum esset Græcus, non esse compulsum circuncidi, & subiicit dicens: Propter subintroductos autem falsos fratres. Quid iam sonat, nisi quia cessit ad horā, propter subintroductos autem falsos fratres? Si quo minus, quomodo verba aut sensus se sequerentur? Titum certe negat compulsum circuncidi: propter subintroductos autem falsos fratres quid sonat, nisi quia cessit? Si autē propter subintroductos falsos fratres nō cessit, non voluntate non cessit. Nam cessurum se significauit si hoc est, sed propter subintroductos falsos fratres non cessit. Si ergo cedendum non fuit, quare falsi fratres dicuntur, quorum beneficio non fecit quod faciendum M non erat? Itaque si hoc est, beneficium præstiterunt Apostolo, quia horum causa non cessit quod cedere habebat. Cur igitur exploratores dicti sunt, si hoc illum facere nolebant quod facturus erat, sed propter istos non fecit? Si autem non erat facturus, sine dubio propter istos fecit: aliud enim non est. Literæ enim hoc indicant quia cessit, & historia factum exclamat. Quomodo enim ad horam negare se cessisse, cum probaretur propter Iudæos Timotheum circūcidisse, quod est ad horam cessisse, & secundum legem purificatū in templum ascendisse? Ille enim posset dicere nec ad horā se cessisse, qui nunquā inueniretur cessisse. Aut enim cessurus propter fratres falsos non cessit, aut nō cessurus propter fratres falsos cessit. Vnum ergo de duob⁹ accipite. Falsi fratres tamen dicuntur, qui credentes iudaizabant. ¶Ab his autem qui existimantur aliquid esse, quales aliquando fuerant, nihil mea interest, Deus personā hominis nō accipit.) Hoc significat, quia apostoli prius simplices homines erāt & imperiti, nullius dignitatis in lege: sed hoc non obesse. Quis enim accuset eum quem deus excusat? Quia nō quęritur quis quid fuerit, sed quid sit. Præterita enim nec condēnant, nec vendicāt. Sed tamen vult intelligi, quia & peritus fuit in lege, & clarus in vita: ac per

A hoc & in dispensatione euangelii præcipuus minister. ¶Mihi enim, qui existimantur aliquid esse, nihil cōtulerunt.) Nihil dicit se ab apostolis consecutū, sed à deo: quia qui imperitis sensum tribuit disciplinæ christianæ, ipse & mihi, inquit, cum essem legis peritus, dignatus est impartiri sensum rationis huiusmodi. Quomodo ergo fieri poterat vt hic ab his disceret, quem peritum inueniens, peritiorem fecit gratia Christi? ¶Sed econtra cū vidissent quia creditum est mihi Euangelium præputii, sicut Petro circuncisionis. Qui enim operatus est Petro in apostolatu circuncisionis, operatus est & in me ad gentes.) Petrum solum nominat, & sibi comparat, quia primatum ipse accepit ad fundandam Ecclesiam: se quo q; pari modo electum, vt primatum habeat in fundandis gentium Ecclesiis: ita tamen, vt & Petrus gentibus prædicaret, si causa fuisset, & Paulus Iudæis. Nam vterque inuenitur vtrūq; fecisse: sed tamen plena authoritas Petro in Iudaismi prædicatione data dinoscitur, & Pauli perfecta authoritas in prædicatione gentiū inuenitur. Vnde & magistrum se gentium vocat in fide & veritate.
B Vnusquisque enim pro viribus suis & dispensationem sortitus est. Difficilius enī fuit eos qui longe à deo erant, ad fidem suam attrahere, & suadere, quàm proximos. ¶Et sciētes gratiā dei, quæ data est mihi, Petrus & Iacobus & Ioannes, qui videbantur colūnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos ad gentes, ipsi verò in circuncisionem, tantum vt inopiis memores essemus pauperū: quod & solicite curaui hocipsum facere.) Ab apostolis qui clariores intercæteros erant, quos & firmitatis causa columnas appellat, quic; cū domino semper in secretis fuerāt, gloriā eius digni in monte respicere, ab his itaq; probatum dicit donum quod accepit à deo, vt dignus esset habere primatum in prædicatione gētium, sicut & habebat Petrus in prædicatione circūcisionis. Et sicut dat Petro socios viros egregios inter apostolos, ita & sibi iungit Barnabam, qui diuino iudicio ei adiunctus est: gratiam tamen primatus sibi soli vendicat concessā à deo, sicut & soli Petro concessa est iter apostolos, ita vt apostoli circūcisionis dexteras porrigerent apostolis gētium, ad concordiam societatis demonstrandā, vt vtriq; sciētes perfectionis spiritum in dispensatione euangelii se à domino consecutos, in nullo se inuicem egere ostenderēt. Hoc solum tamen inter se cōuenise, vt quod non ex præcepto vel do no domini fuerant instructi, quia facile erat hoc ex lege cognoscere, hos quibus prædicabant, pauperū memores esse iuberēt, vt misericordiā per quam à deo redempti sunt, colerēt. Idcirco igitur hæc quæ inter se & apostolos facta sunt, manifestat, vt sciant Galatę quia quod ab eo acceperant, hoc verum est & probatū. ¶Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti, quia reprehēsus erat.) Post cōcordiam societatis, & honorificētiam primatus, quam sibi inuicem per gratiam
C dei detulerunt, nunc interueniente causa negligētię vel erroris, dissidere inter se videntur apostoli, non in propria causa, sed in solicitudine ecclesiæ. In faciem, inquit illi restiti. Quid est hoc, nisi in presenti ei cōtradixi? Et qua causa, subiunxit dicens: Quia reprehēsus erat. Reprehensus vtiq; ab euangelica veritate, cui hoc factum aduersabatur. Nam quis eorū auderet Petro primo apostolo, cui claues regni cælorum dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciēs se non imparem, cōstanter improbaret quod ille sine cōsilio fecerat? ¶Prius enim q̄ venissent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui erant ex circuncisione. Et simulauerūt cum illo & cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas consentiret simulationi eorū.) Hi omnes Iudæi, qui consenserunt simulationi Petri & Barnabæ, bonæ fidei fuerunt, sed propter scandalum illorum qui veniebant ab Iacobo, erant enim æmulatores legis, qui & legem & Christum æquo iure venerarentur, quod contra fidei di D sciplinam est, præsentibus eis non cōmiscebantur gentibus. Timebant enim impetum audaciæ eorum, qui æmulabantur legem. Quod si solum fuisset, non erat reprehensibile: sed in quo erratum est, in subiectis ostendit. Nam & ipse vtique cessit animositati & audaciæ Iudæorum, timens ne per hoc quod facile est, surrēperet scandalum quod difficile sedaretur: quia & secundum legem purificauit se coactus, & Timotheum circuncidit inuitus. ¶Sed cum vidissem quia non recta via incedunt ad veritatem Euangelii, dixi Petro coram omnibus.) Ideo in solum Petrum inuehitur, vt in eo qui primus est, discerent cæteri. ¶Si tu cum sis Iudęus, gentiliter viuis, quomodo gentes cogis Iudaizare?) Nunc aperit causam reprehensionis. Non enim aliquid fuisset erroris, si præsentibus Iudæis dissimulasset à gentilibus, timens scandalum. Sed hic tota causa reprehensionis est, quia aduenientibus Iudæis ab Iacobo, nō solum segregabat se ab eis cum quibus gentiliter vixerat, sed & cōpellebat eos iudaizare, causa timoris illorum: vt quid horum verum esset, ignorarent gentiles. Sciebant enim ipsum secum non quasi Iudæum vixisse. Post autem audientes ab eo quia Iudæorū instar sequendum erat, hæ- E sitabant vtique quid esset verum. Si enim hoc verum erat vt iudaizarent: ipsum prævaricatorem tenebant, quia gentiliter vixerat. Si autem illud melius erat, & verum, vt simpliciter viuerent: euersio erat gentilium per eius ignauiam, quibus adempto bono res laboriosa & inefficax tradebatur. Apostolus autem Paulus quando ad horam cessit, nō hoc & suasit, sed rem se super fluam & inanem facere clamitabat, propter furorem Iudæorum. Cui quidem rei non succubuisset, nisi causa interfuisset, qua audacia Iudæorum plurimūm se iactaret. Erat autem Timotheus filius mulieris Iudææ, patre autem Græco. Vnde factum est vt infans secundum legem minime circuncideretur. Insidiabantur ergo exploran tes si eum qui Iudæus natura erat, incircuncisum assumeret: quod illicitum putabant generi Iudæorum: occasionem quærentes qua eum euertorem tenerent legis, hac causa ad horam cessit furori eorum. ¶Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quia non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fi- F dem IESV Christi: & nos in Christum IESVM credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.) Manifesta ratione circuuentos eos ostendit vt seruarent legem, in qua nemo iustificatur apud deum: quippe cum hii ipsi qui natura Iudæi sunt, volentes iustificari relicta lege confugiant ad fidē Christi. ¶Quoniam ex operibus legis non iustificatur omnis caro.) Nullum hominem iustificatum dicit ex operibus legis. Quicunque enim iusti sunt, ex fide iustificati sunt: sicut Abraham, & Isaac, & Iacob, & cæteri sancti. ¶Si autem quærentes iustificari in Christo, inuenimur & ipsi peccatores: ergo Christ⁹ peccati minister est? Absit.) Quomodo Christus peccati minister potest esse, qui donat peccata? Ideo absit, inquit. Sed si iustificari volentes per fidē Christi, legi seruimus, sub peccato nos esse profitemur: quia fides extrahit hominē à lege, vt iustus sit. Ergo si damus nos legi, peccatores inuenimur: quia qui sub lege sunt, sub maledicto sunt. ¶Si enim quæ destruxi, hęc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo.) Absolutū est. qui enim accedēs ad Christum reliquit legem, de seruo fit liber. Quod si iterū redeat ad legem, ipse sui accusator existit, q̄a factum suū condēnat. ¶Ego enim per legē legi mortu⁹ sum, vt deo viuā.) Hoc dicit q̄a per legē fidei mortuus est legi Moysi. Moritur enī legi, qui liberatur ab ea: & viuit deo, cuius fit seruus emptus à Christo. ¶Christo enī cōfixus sum cruci.) Hic cōfigitur crucі Christi, q̄ æmulus vestigiorū eius nulla mūdi cōcupiscētia capitur, vt deo viuēs, mūdo mortu⁹ videatur. Qui enim non agit quę mundi sunt vel erroris, mortuus est

G mũdo. ¶Viuo autẽ iam non ego, ſed viuit qui in me eſt Chriſtus.) Non eſt ambiguũ, in eo qui per fidẽ liberatur à morte, Chriſtũ viuere. Morte enim digno dum donat peccata, ipſe viuit in loco eius: ipſius enim præſidio ereptus eſt morti. Quod verò nũc viuo in carne, in fide viuo filii dei, qui dilexit me, & tradidit ſe pro me. Nõ ſum ingratus gratiæ dei.) Quoniam futura vita promiſſa eſt Chriſtianis, ideo qui nũc in hac vita auxilio dei munit⁹ viuit, in fide vitæ promiſſæ viuit. Hic enim imaginẽ eius contẽplatur quaſi pignus habẽs vitę futuræ, quæ per dei nutum Chriſti amore nobis quæſita eſt. Hic ergo non eſt ingratus Chriſto, qui in fide eius perdurat, ſciens nullius ſe habere beneficium, niſi huius: & ad cõtumeliam eius proficere, ſi alterum ei comparat, cuius auxilium habere non potuit. ¶Si enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.) Nihil tam apertum, quia ſi per legem potuiſſet homo iuſtificari, Chriſtum non oportuerat mori. Sed quia lex dare remiſsionem peccatorum non poterat, neq; ſecundum mortem detriumphans expoliare captiuis quos tenebat cauſa peccati, idcirco Chriſtus mortuus eſt, vt ea præſtaret quæ lex non poterat: ac per hoc non gratis mortuus eſt. Mors enim eius iuſtificatio peccatorum eſt.

CAPVT TERTIVM.

H O INSENSATI Galatæ, quis vos faſcinauit?) Iraſcentis cum miraculo verba ſunt, quia ſic fuerãt deprauati, vt nec ſe agnoſcerent circunuentos. Proœmio vſus eſt. Omnis enĩ qui faſcinatur de bono tranſit in malum: ſicut & hi de libertate & ſecuritate ad ſeruitium & ſolicitudinem tranſierunt. ¶Ante quorum oculos Chriſtus IESVS proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus eſt.) Manifeſtum eſt quia ſtultorum oculis Chriſtus proſcriptus videtur, id eſt expoliatus vel condẽnatus. Prudentiũ verò oculis & ſenſibus nõ ſolũ non condẽnatus, ſed ipſe mortem cruce ſua damnaſſe videtur. Paſsio enim domini vita noſtra eſt, & deſtructio mortis. Sed quia hi indignè cœperant ſentire tranſlati ad legem, idcirco mentibus eorum Chriſtum condemnatum videri conqueritur. Ideoq; ſubiecit: In vobis crucifix⁹ eſt, hoc eſt, ſenſu veſtro crucifix⁹ eſt, quaſi homo. In quo enim ſpes plena nõ eſt, homo eſt. Ideo hi nõ putabant plenam ſalutem eſſe in Chriſto, quia legem illi æquabant. In his verò qui congruè intelligunt Chriſtum, viuit in eis Chriſtus. In Fotino crucifixus eſt. Hic enim verè mortuus eſt, in quo Chriſtus dicitur crucifixus, quia iſtud loco accuſationis obiicitur. ¶Hoc ſolũ I volo diſcere à vobis, ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſine intellectu eſtis?) Adhuc cum ſtomacho loquitur. Dolet enim valde ſuper errore eorum, quia fabricam ſuam, qua eos per Euangelium ædificauerat, videbat eſſe deſtructam. Non ſic de Corinthiis motus eſt, quia quãuis carnales eos appellet, nõ tamen vſq; adeo fuerant mente capti, vt circũcidi ſe paterẽtur. Ideo & hi ſtulti & ſine intellectu eſſe dicũtur, quia nec dolori carnis ſuæ conſulere valuerunt. Vſq; ad hoc enim ſolet quis induci, quod delectat, aut dolorem non præſtat. Interrogantis ergo verba ſunt, & quod interrogat, ex parte confirmantis, cũ dicit: Hoc ſolum volo diſcere à vobis, ex operibus legis ſpiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei? Hoc ab eis quærit, in quo & gloriabantur, & negare non poterant, quia ſpiritũ ſanctum per fidem acceperãt, non per legẽ, vt reſipiſcents agnoſcerẽt quia donum dei, in quo gloriabantur, non ex opere legis acceperant, ſed credentes in Chriſtũ, vt vel ſic grati Chriſto legem quam ſibi in nullo prodeſſe didicerant, relinquerent. Hoc proponit, quod illo in tempore negari nõ poterat, ſpiritum dei ineſſe credentibus. Ad rudimenta enim fidei commendanda, donum dei hoc manifeſtabatur hominibus, ſicut inter ipſa initia factũ eſt in apoſtolis, & cæteris diſcipulis, necnon & in illis duodecim, K quos quia in adulterino baptiſmate ſub nomine baptiſmi Ioannis fuerant non tincti, ſed ſordidati, Paulus apoſtolus in trinitatis nomine baptizari præcepit, quibus impoſitis manibus decidit in eos ſpiritus ſanctus, & diuerſarum linguarũ miniſtrabat eloquia cum interpretatione earum, vt nullus auderet negare ſpiritum ſanctum ineſſe eis. Quamobrem ſine intellectu Galatas eſſe appellat, qui huius rei ignari, & conſcii degradantes ſe, carnis curæ ſe ſubiecerunt. ¶Incipientes ſpiritu, nunc carne conſummamini?) Hoc dicit, quia cum ab inferioribus ad ſumma fidei aſcẽſus ſit, hi cõtra de ſummis in ima delapſi ſunt. Per fidem enim ſpirituales effecti, conuerſi ad legem, perdiderant gratiã ſpiritus, quam fuerant conſecuti. Conſummatio enim perditionem ſignificat, id eſt, finem. ¶Tanta paſsi eſtis ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa?) Multa eos paſsos pro fide ſignificat ab infidelibus. Tunc enim qui credebant, cæteris opprobrio erant, ſiue domeſticis, ſiue extraneis. Nam digito ſignabantur quaſi rei maieſtatis. Vnde ſimiliter Galatæ multa paſsi ſunt inſaniores experti: cuius rei meritum perdiderant mittentes ſe ſub lege. Sed quia adiecit, Si tamen ſine cauſa, oſtendit ſperare ſe poſſe reformari illos. ❧Qui ergo præbet vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?) Idem ſenſus eſt, cui adduntur virtutis inſignia, quæ teſtimonium præbent fidei, quod ſit ſpe fida & rationabilis. Legem autem nulla virtus comitatur, quæ attrahat ad eius ſpem: quia quæ videtur, non ſperantur, ſed ſunt L temporalia, ſicut lex factorum, quam ſupra oſtẽdimus. ¶Sicut ſcriptum eſt: Credidit Abraham deo, & æſtimatum eſt ei ad iuſtitiam.) Oſtendit exemplo Abrahæ, qui pater fidei eſt, iuſtitiam non ex operibus legis imputari, ſed per fidem. credens enim iuſtificatus eſt, ac per hoc ſtultè & improuidè legi eos ſubieciſſe, quæ non ad iuſtificationem data eſt. ¶Cognoſcetis ergo quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filii Abrahæ.) Verum eſt quia credentes filii ſunt Abrahæ, quia ſi Abraham ex fide iuſtificatus eſt primus, quotquot poſt hunc credunt, filii eius ſunt, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus. ¶Præuidens autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat gentes deus, prænunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes.) Hoc dicit quia forma eſt Abraham omnium credentium, vt hi benedicti in eo ſint qui credunt. ſequentes enim fidem eius, participes fiunt benedictionis eiuſdem. ¶Ergo qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quotquot enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.) Manifeſtũ eſt quia fideles cum fideli benedicẽtur, quomodo infideles cũ infidelibus puniẽtur. Nam M qui ſub lege agunt, ſub maledicto ſunt, quia tranſgreſſores legis ſunt peccatores. ❧Scriptum quippe eſt: Maledictus omnis qui nõ permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.) Hoc ſcriptum eſt in Deuteronomio, quia ſi quid legis præteriſset aliquis, maledictus haberetur. Et tanta mandata ſunt, vt impoſsibile ſit ſeruari ea. Vnde & Petrus apoſtolus in actibus apoſtolorum ait: Quid imponitis iugũ fratribus, quod neque patres noſtri neque nos potuimus portare? Negligenti enim & ſuperbo populo hæc data erant, vt per omnem conuerſationem legem haberent. ¶Quod autem in lege nemo iuſtificatur apud deum, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuit.) Ac per hoc recedendum à lege docet, ne iuſtitia per fidem quæſita depereat. ¶Lex autem non ex fide eſt, ſed qui fecerit ea, viuet in eis.) Non eſt ex fide lex, quia nihil mandat credendum. Omnia enim eius manifeſta ſunt, vt ſeruans legem viuat. Si quo minus, neceſſe eſt plectatur: quia quod ſciuit vitandum, admiſit. Poteſt opponi è diuerſo, & dici, Si in lege nemo iuſtificatur, quid eſt vt maledicatur qui aliquid præterit legis? Verum eſt, quia nemo per legem iuſtificatur, ſed apud deum. Iuſtificatur autẽ apud mũ-

Gene.15.

Deut.27.

Actuũ.15.

A dum, vt ſecurus ſit in vita præſenti. Si autẽ apud deum iuſtificari vult, vt illi ad meritum proficiat in die iudicii, dei ſequatur fidem. Alioquin hic ſecurus, reus erit in futurum. Prodeſt ergo lex, ſed quæ in tabulis ſcripta eſt. Nam cætera, ſicut dixi, vt oneri eſsent data ſunt.
¶Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.) Quoniam nemo poterat implere legem, rei erant omnes maledicto legis, vt vindicaret in eos. Chriſtus autẽ homo natus, oblatus à patre pro nobis, redemit nos à diabolo. Morti enim volentẽ offerẽs illum pro iis qui maledicto legis erant obnoxii, maledictum illum fecit hoc modo, ſicut in lege hoſtia pro peccatis oblata, peccatũ nuncupabatur: propterea pro male dictis oblatus, factus eſt maledictum. Nã & à Iudæis factus eſt maledictũ, dum quaſi peccator occiditur. Ideo non dixit: Factus pro nobis maledictus, ſed maledictum Is enim qui propter peccatum proprium morti offereba
B tur, maledictus fiebat. in ſua enim cauſa moriebatur. Et ſi propius aſpicias, videbis Chriſtũ maledictum eorum factum, à quibus occiſus eſt. Crux enim Saluatoris, peccatũ & maledictum eſt Iudæorum. ¶Quia ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui pendet in ligno.) Hoc
Deut.21. Moyſes dixit in Deuteronomio de reis mortis, vt ſufficeret ſuſpẽſis in ligno illic eſse vſq; ad veſperam, & deponi ad ſepulturam. Quia maledictus omnis, inquit, qui pẽdet in ligno, vt reo mortis ſufficeret hoc, quia ſuſpẽſus moriebatur in ligno, ne diutius ſi eſset ſuſpẽſus, maius haberet opprobrium mors eius q̃ deberet: & fieret macula generi eius, ſi amplius mors eius publicare-
B tur. Ac per hoc Saluator innocens ſuſpenſus in ligno, non eſt maledictus, ſed maledictum illorũ à quibus ſuſpenſus eſt. Quantum tamen ad Iudæos pertinet, quaſi peccatorem illum occidendum Pilato offerẽtes, maledictum illum fecerũt, vt quaſi reus occideretur, cum eſset innocens: quia dignus morte maledictus eſt iuxta legem. Videntes enim multos aggregari doctrinæ eius, ze
Ioan.12. lati ſunt dicẽtes: Ecce totus mundus abiit poſt illum. ac per hoc pro nobis occiſus dicitur: & duplici genere pro nobis. Cum enim putant illũ occidi debere, ne doceret, nihil profecerunt, quia & doctrina eius creuit, & mortẽ euacuauit in paſsione ſua. Deſcẽdens enim ad infe:os, genus hominum liberauit, qua cauſa & occidi ſe permiſit, ſciẽs pro nobis eſse cõtra diabolũ. ¶Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto IESV, vt benedictionem ſpiritus accipiamus per fidẽm.) Hoc dicit quia exprobratis & maledictis Iudæis: cum ſibi de iuſtitia legis blandirentur, occiſo ſaluatore quaſi ſabbati violaC ti reo, promiſsionis benedictio Abrahæ tranſitum fecit ad gentes per fidem Chriſti IESV. Vnde dicit dominus
Matt.21. Iudæis: Tolletur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. ¶Fratres ſecundum hominem dico.) Hoc dicit quia exemplo humanæ cauſæ commendare vult rationẽ diuinæ promiſsionis. ¶Tamen homi nis teſtamẽtum confirmatũ authoritate, nemo irritum facit, aut ſuperordinat.) Verũ eſt, quia teſtamẽtum defuncti iure factũ non poteſt ſcindi. ¶Abrahę dictæ ſunt promiſsiones, & ſemini eius. Non dicit & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, quod eſt
Gen.26. Chriſtus.) Hoc eſt quod ſcriptum eſt in Geneſi ad Abraham: Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Quod vtiq; impletum eſt in Chriſto, in cuius nomine omnes gẽtes benedicuntur per fidẽ. Ideo nõ in multis, ſed in vno firmata eſt promiſsio, q̃ eſt Chriſtus. Hac diſputatione ſua apoſtolus quaſi reos falſati teſtamenti deſignat, qui credentes in Chriſtum & de lege aliquid ſperant, vt non ſolum ſalus promiſsa in Chriſto, ſed & in lege ſit. Ideo probat promiſsionẽ benedictionis in ſolo Chriſto factam. ¶Hoc autẽ dico, teſtamentum confirmatum à deo in Chriſto, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non infirmat ad euacuandam promiſsionem.) In tantum in ſolo Chriſto firmatam benedictionis promiſsionem docet, vt legem poſt D quadringentos & triginta annos datam oſtendat. Conſtituta enim promiſsione poſtea data eſt lex, quæ nõ vtique infirmaret promiſsionem, ſed quòd futura & quando ventura eſset, ſignificaret. ¶Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promiſsione. Abrahæ autẽ promiſsionẽ donauit deus.) Duas cauſas contrarias ſibi defendunt Iudæi. Nullo enim pacto, nulla ratione ſuaderi poteſt Iudæis, Abrahæ promiſsionem euacuatam per legem, & recte. Sed aliud aduerſum improuida præſumptione defendunt, putantes iuſtificationem ſine operibus legis prouenire non poſſe, cum ſciant Abraham, qui forma eius rei eſt, ſine operibus legis per ſolam fidẽ iuſtificatum. Sed æmulatione quadam cæcati, non intelligunt neq; conſiderant quia ſi per legem iuſtificatio, excluditur promiſsio. Et ſi excluſa fuerit promiſsio, ſine dubio fruſtrabitur fides Abrahæ. Quod ne audire quidem ſe patiuntur Iudæi, ſcientes quia promiſsio ex fide eſt Abrahæ. Quæ promiſsio ex fide iuſtificat, non per legem, ſicut & Abraham iuſtificatus ex fide eſt. Hi ergo hæredes ſunt promiſsionis Abrahæ, qui illi ſuccedunt, ſuſcipiẽtes fidem, in qua benedictus & iuſtificatus eſt Abraham. Teſtimonium ergo promiſsionis Abrahæ teſta- E mentum appellatur, vt poſt mortem eius hæredes eſsent in promiſsione filii eius facti per fidem. Quæ cauſa cucurrit vſque ad Chriſtum Abrahæ reptomiſsum, vt poſt mortẽ Chriſti credẽtes, hæredes eſsent fidei Abrahæ per teſtamentum ſanguinis Chriſti. Donum ergo quod promiſsum eſt Abrahæ, filiiſque eius, in Chriſto ſolutum eſt: quãuis & ipſe Abraham conſecutus ſit donum hoc illic vbi inuentus eſt. ¶Quid ergo lex factorũ poſita eſt, donec veniret ſemẽ cui promiſsũ eſt?) Lex factorũ, id eſt Moyſi, poſita eſt i medio inter cœptã promiſsionẽ & ſemẽ cui facta promiſsio eſt, hoc eſt inter Abrahã & Saluatorẽ. Ideo lõge data poſt factã ꝓmiſsionẽ, vt ipſa diſtictione aliud lex, & aliud ꝓmiſsio videretur, vt populũ dei à gentibus ſegregatũ eruditet ſub dei timore, vt dignus fieret ad excipiendam promiſsionem, quæ eſt Chriſtus. Lex tamen factorum ideo dicitur, quia docet quæ deo iubente corporaliter fiant de ſacrificiis, de primogenitis, de decimis, & de cæteris talibus. ¶Diſpoſita per angelos in manu mediatoris.) Angelos dicit dei nuncios, id eſt, Moyſen, filium * Naue, & cæteros pro- * Iesum.
phetas vſque ad Ioãnem Baptiſtã, de quo deus dicit: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Per hos er- Mala.3.
go lex ordinata, diſpoſita eſt à deo, in manu, id eſt, poteſtate ſaluatoris. Ipſe eſt enim mediator vel reconcilia
tor dei & hominum, vt ſaluet quos vult ex iis qui legem F per ſupramemoratos angelos acceperunt. Ipſe enim ait: Sicut enim pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & Ioan.5.
filius quos vult viuificat. ¶Mediator autem vnius non eſt.) Sine dubio mediator, hoc eſt arbiter, non eſt vnius, ſed duorum. Cum enim duo populi inuicem aduerſum ſe dimicarent, ſemper diſſidentes & inimici diuerſitate doctrinæ, Saluator horum arbiter venit, amputãs vtriſque populis per quod diſcordabant, vt poſsent eſse pacifici. Abſtulit ergo gentibus numerum deorum, & famulatum elemẽtorum, quod ſcandalum erat Hebræis. Abſtulit & Iudæis opera legis, id eſt, Neomenias, circumciſionem & curam ſabbati, & diſcretiones eſcarum, & cætera quæ abominabantur gentiles: & ſic facti ſunt pacifici, qui prius fuerãt inimici. Si ergo hęc ita ſe habent, quid eſt vt Galatæ hebetudine mentis arbitrum iſtum corrumpant, conuerſi ad Iudaiſmum? Iudicium enim Saluatoris in irritum ducunt, quando poſt factam pacem quaſi pœnitentes de ea, ſubiiciunt ſe illis quæ prius paci fuerãt inimica. Iuxta ſenſum ergo Galatarum Chriſtus arbiter non eſt, quia inducti in legem, de duobus populis vnum fecerunt: & vnius vtique populi arbiter nemo eſt. Hunc eundem ſenſum ad Epheſios proſequitur, dicens: Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ, Ephe.2.

G & medium parietē maceriæ ſoluens inimicitiam in carne ſua, legem mādatorum in decretis euacuans, vt duos conderet in ſe in vno nouo homine faciens pacem. Si in vno nouo homine fecit pacem, ambobus vtique abſtulit per quod diſsidebant, & hoc eis ſtatuit data ſua lege, per quod eſsent pacifici. Hoc Galatæ irruperunt conuerſi ad Iudaiſmum. ¶ Deus autem vnus eſt.) Hoc dicit, ne Chriſtum prædicando deum, quem arbitrum dicit vni deo, prædicaſse putaretur contra legem & prophetas. Arbitrum ergo hunc per aſsumptionem carnis
1.Timo.2. intelligi docet, ſicut dicit ad Timotheum: Arbiter dei & hominum homo IESVS Chriſtus. Iuxta autē quod deus eſt, à patre hunc non ſeparari, ſed vnum eſse cum patre. Siue enim pater, ſiue filius, deus vnus eſt. Deus enim naturæ nomen eſt & poteſtatis, quam in patre & filio indiuiduam manere ipſa nominum ratio docet. ¶ Lex igitur aduerſum promiſſa? Abſit.) Abſit vtiq;, quia non eſt lex inimica promiſsionis, quippe cum confirmet eam.
Deut.18. Nam primus Moyſes dixit: Prophetam vobis excitabit deus de fratribus veſtris. Hoc dictum de Chriſto Petrus apoſtolus probat in Actis apoſtolorum ſeptimo cap.
¶ Si enim data eſset lex quæ poſsit viuificare, vere ex lege eſset iuſtitia.) Iuſtitiam hanc dicit, quæ apud deum imputatur iuſtitia, id eſt fidei, quia & lex habuit iuſtitiā, ſed ad præſens, non quia iuſtificaret apud deum. Remittere enim peccata non potuit, vt de peccatoribus faceret iuſtos, ſed ad hoc data eſt, vt terrori eſset, prouocans
H homines ad bonam vitam, irreuerentes puniens: Ideoq; non eſt data lex, quæ poſsit viuificare, ſed condemnare.
¶ Sed cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide IESV Chriſti daretur credētibus,) Hunc ſenſum & ad Romanos II. poſuit dicens: Concluſit deus omnia ſub peccato, vt omnium miſereatur. Hoc dicit quod ſuprà memoraui, quia lex ad hoc data eſt, vt peccatores reos ſe ſcirent apud deum. Manifeſtatis enim peccatis ſuis concluſi ſunt, vt ſe excuſare non poſsent, ſed quærerēt miſericordiā, vt veniēs qui promiſsus erat Abrahæ, fidem ſolam ab eis poſceret, quā habuit Abraham, vt & malorū ſuorum veniā & iuſtificationem mererentur. Hoc enim manifeſtauerat deus per Eſaiā prophetam, dicens: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob: & hoc erit illis à me teſtamentum, cū abſtulero peccata eorum. ¶ Prius enim q̄ veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eandem fidē, quæ incipiebat reuelari, hoc eſt quod dicit, quia antequā veniret Saluator, ſub legis cuſtodia agebamus ne peccaremus, vt venienti promiſsione digni eſsemus. Hac enim ſpe lex tutos præſtabat nos, vt venienti Chriſto offerret nos, id eſt Iudæos. ¶ Itaq; lex pædagogus noſter fuit
I in Chriſto IESV, vt ex fide iuſtificaremur.) Idem ſenſus eſt, quia ſub cura legis eramus, donec veniret Chriſtus, qui nos credentes iuſtificaret. ¶ Veniēte autē fide, iam non ſub pedagogo ſumus. Omnes enim filii dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto IESV.) Sub pedagogo qui agit, poteſtatis ſuæ non eſt. Paruulus enim & lubricus ad peccandum ſub pædagogi cura habetur. Veniente autem Chriſto, qui quaſi de minoribus facit maiores, liberati de poteſtate pædagogi, per ablutionem peccatorum facti ſumus filii dei, cum eſsemus ſerui peccati. ¶ Quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.) Hoc dicit quia credentes dum immutantur, Chriſtum induunt, quando hoc appellantur quod credunt.
¶ Non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto IESV.) Nullam diſtantiam dicit credentium, vt nulli præiudicetur quid fuerit antequam crederet. Omnibus enim his vnum decretum eſt donum. Apud deum enim nulla diſcretio perſonarum eſt, niſi morum & vitæ, vt homines vnius fidei meritis diſtinguantur, non perſonis. ¶ Si ergo vos omnes vnum eſtis in Chriſto IESV, ergo Abrahæ ſemen eſtis
K ſecundum promiſsionem hæredes.) Semen Abrahæ ſunt omnes credentes, quia Abraham pater eſt omniū credentium. Et ſi filii ſunt, neceſsario & promiſsionis eius hæredes, vt conſequantur per fidem quod promiſsum eſt Abrahæ, vt participes ſint iuſtificationis eius in regno cælorum.

CAPVT QVARTVM.

DIco autem quod quandiu hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omniū, ſed ſub curatoribus & actorib⁹ eſt vſq; ad præfinitum tēpus à patre.) Verum eſt, quia ius patres ordinauerunt, & vſque ad quam ætatem ſubiectus debeat eſse adultus, ſtatuerunt: ita vt quandiu paruulus eſt, libertate ſua vti non poſsit, neq; dominari quaſi hæres, ſed ſimilis propè ſeruis in conditione eſt curatorum vel actorū. Hoc exemplo probat eos qui ſub lege fuerunt, paruulos fuiſse circa meritum, nec libertatem habuiſse, quia in conditione legis erant ſubiecti cauſa peccati. ¶ Ita & nos cum eſsemus paruuli, ſub elementis huius mundi eramus ſubiecti.) In elementis neomenias ſignificat & ſabbatum. Neomenię enim ſunt dies Lunares, quos obſeruant Iudæi: Sabbatum verò dies requietionis. Antequam veniret ergo promiſsio, id eſt donum gratiæ dei, & purificans iuſtificaret credentes, quaſi imperfecti & paruuli per legem dei, ſubiecti eramus conſeruis quaſi pædagogis. Libertas enim noſtra obnoxia erat cauſa peccati. Nihil tamen de elementis ſperabant Iudæi, ſicut & Pagani, ſed creatorē deum venerabantur in creatura. ¶ At vbi venit plenitudo tēporis, miſit deus filium L
ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus.) Plenitudo temporis eſt completum tempus, quod præfinitum fuerat à deo patre quando mitteret filium ſuum, vt ex virgine factus quaſi homo naſceretur, ſubiiciens ſe legi vſq; ad tēpus baptiſmi, vt formam daret quomodo peccatores abluti, & à iugo legis erepti dignatione dei filii ei adoptarentur, ſicut promiſerat, redēpti ſanguine filii eius. Saluatorē autē neceſse erat fieri ſub lege, quaſi filium Abrahæ iuxta carnem, vt circunciſus appareret iis eſse qui promiſsus Abrahæ, venerat gentes iuſtificare per fidem, ſignum habens eius cui promiſſus fuerat. Ideo vltra neminem oportuit circūcidi, quia tandiu cucurrit ſignum, quoadusq; veniret qui promiſſus fuerat reſtaurare fidem, in qua iuſtificatus eſt Abraham in præputio, vt credentibus non opus ſit circunciſio. Abraham autē ideo circūciſus eſt, quia filium ſe credidit habiturum in quo omnes gentes benedicerētur.
Ideo tandiu cucurrit ſignū, donec veniret qui erat promiſsus. Si autem hoc crederetur quod credidit Abraham, non ſtetiſset circunciſio, ne forte opponeretur, quia ſi Abrahā credidit, & circunciſus eſt, quare non circunciduntur credentes? ¶ Quoniā autem eſtis filii dei, miſit deus ſpiritum filii ſui in corda noſtra clamantem Abba pater.) Ab his cœpit, q̄bus & ſcribit, dicēs: Quoniam autem eſtis filii dei, & ſubiungit Iudæos, cum ait: Miſit deus ſpiritum filii ſui in corda noſtra. Quando autē dixit gentes filios dei credentes in Chriſtum, quæ prius fuerant inimici, dubium non erat Iudæos credentes dici filios dei, quos cōſtat iam pridē hoc nomine nūcupatos. Nomen enim olim acceperant velut in imagine, vt poſtea confirmaretur per Chriſtum, quia ſine ſpiritu non erat plenum, Hoc eſt quod dicit & ad Romanos octauo cap. Ipſe ſpiritus reddet teſtimoniū ſpiritui noſtro quod ſumus filii dei. Vt enim probaremur adoptati eſse à deo in filios, ſpiritū ſuum dedit nobis, qui ſignum patris oſtendat in filios, vt quia hoc non auderemus dicere in infirmitate & indignitate noſtra, ſuggerat, vt audeam⁹ dicere, Abba, quod eſt pater. Denicq; Iudæis hoc iādudum non eſt cōceſsū dicere. ¶ Itaq; iā non

A eſt ſeruus, ſed filius. Non eſt ſeruus, quia ſublatus de poteſtate legis, ſocius factus eſt benedictionis proprii filii dei. ¶ Si autem filius, & hæres per deum.) Dubiū non eſt, quia ideo quis adoptat ſibi filium, vt hæredē illum relinquat. Sed hæreditas ex morte alicuius prouenit. Quid eſt ergo vt mortales hæredes eius dicātur, qui ſem per viuit? Sed ſcriptura more noſtro loquitur, vt intelligere poſsimus. Vt enim oſtendat daturum patrem filiis de bonis ſuis, hæc quæ daturus eſt, hæreditatem appellat. ¶ Sed tunc quidē ignorantes deum, iis qui non ſunt dii, ſeruiebatis.) Quoniam prius per ignorantiam peccabant ſeruientes idolis, facile illis ignotum ſignificat
Gene.20. ſicut dicit in Geneſi Abimelech ad deum: Domine, inquit, nunquid gentem ignorantem perdes? ¶ Nunc aūt cognoſcentes deum, immo vero cogniti à deo, quomodo iterū cōuertimini ad infirma & egena elemēta, quibus denuo ſeruire vultis?) Graue illorum admiſsum notat, quia poſt agnitionem dei, ea quæ paganorum ſunt, ſequi cœperant. Et plus addit, quia non iſti cognouerūt deum, ſed magis cogniti à deo ſunt. Cum enim hi non quærerent deum, aduocauit eos ad ſuam gratiam: & hi ingrati, ad ea conuerti cœperant quæ tunc colebāt quā do ignorabant deum, vt venerarentur infirma & egena elementa, & non tota mēte Chriſtum, in quo omnis
B inhabitat diuinitas. Infirma & egena dicit elementa, quia imperfecta ſunt. Ad regēdum enim mundum inuicem egent ſui: in Chriſto enim perfecta ſalus eſt. ¶ Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos.) Quæ elementa dixerit, nunc declarat. Diem Sol facit, menſes curſus Lunæ. Tempora vero ſunt ver, eſtas, autumnus hyems. quatuor hæc completo numero proprio faciunt annum. Dies ergo obſeruant qui dicunt, vtputa, Craſti no proficiſcendum non eſt. Poſt craſtinum enim non debet aliquid inchoari. & ſic ſolent magis decipi. Hi autem colunt menſes, qui curſus Lunæ perſcrutantur, dicentes, vtputa Septima Luna ſtrumēta confici non debent. nona iterum Luna ſeruum emptum vtputa domum duci non oportet. & per hæc facilius ſolent aduerſa prouenire. Tempora vero ſic obſeruant, cū dicunt. Hodie veris initium eſt, feſtiuitas eſt, poſt cras Vulcanalia ſunt. Et talia iterum aiunt. Poſterum eſt, domum egredi non licet. Annos ſic colunt, cum dicūt: kalendis Ianuariis nouus eſt annus. quaſi non quotidie anni impleantur. Sed vt iani illius recolant memoriam bifrontis, hac ſuperſtitione vtuntur, quæ longe debet eſse à ſeruis dei. Si enim de⁹ ex toto corde diligatur, ipſo ꝓpitio nulla debet eſse formido neq; ſuſpicio harū rerū. Proſpere enim poteſt cedere quicquid ſimpliciter ſub dei deuotione fit. ¶ Timeo vos ne fruſtra laborauerim in
C vobis.) Duplici genere ſubuerſi fuerant Galatæ, vt poſt dei gratiā nō ſolum ad legē cōuerterentur, ſed ad errores priſtinos. Inducti enim vel euerſi in legem, facile declinarant ad obſeruantiam dierum & menſium. Sabbati enim obſeruatio & Neomeniarum attraxerunt illos ad hæc. Ideóq; timeo vos, inquit, ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Sic enim vibebat eos in peius proficere, vt poſsent etiam à Chriſto penitus recedere. ¶ Eſtote ſicut & ego, quia & ego ſicut vos.) Hoc dicit vt dent operam corrigendi ſe, quia non eſt impoſsibile vt ſint ſicut ipſe, quia & ipſe hoc erat: id eſt, homo, quod & illi: & cū fuiſset in errore perſequens Eccleſiam, correptus cōuertit ſe. ¶ Fratres, obſecro vos, nihil mihi nocuiſtis.) Nūc mitius agit cum eis, & bona eorum incipit memorare, vt poſt magnas correptiones bona opera ſua audientes recrearentur, & data opera reformarent ſe, ne obiurgationibus diutius preſsi, aſperiores fierent exacerbati. nihil tamen ſibi nocuiſse illos dicit. Ipſis enim oberat delictū illorū. Apoſtolus enim impleuerat officium diſpēſationis ſibi creditæ, vt omni cum diligentia prædicaret eis: ſicut dicit dominus ad prophetam Ezechiel: Tu, inquit, prædica. ſi te audierint, lucraberis eos. ſi quo minus, tu ſaluabis animam tuam. ¶ Scitis quia per infir- D
mitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem, & tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis neq; reſpuiſtis. In memoriam reuocat illis tempus quādo primū prædicauit illis Euāgelium dei. Ipſo enim tempore iniuriis agebatur Apoſtolus, & cædibus infirmabatur. Infirmus enim videtur qui humiliatur, & non reſiſtit propter Euangelium dei. & in hoc laudat conſtantiam eorum, quia non ſunt abſtracti à fide. Iniuria enim apoſtoli tentationes erant Galatarum, in qua firmi inuenti ſunt, non dubitantes de fide. Poſsent enim ſcandalū paſsi dicere: Quæ eſt virtus aut ſpes in hac fide, quando miniſter eius ſic humiliatur? Sed quia iam animum futuris ſpebus inſeuerant, præſentes exitus pro Chriſti nomine non pertimeſcebant, certi fidem noſtrā non in terris, ſed in cælis habere dignitatem, & pro his tribulationibus magna rependi præmia. Ruborē illis incutit, qa poſt hæc laudabilia circunuenti fuerant, vt viituperabiles viderentur. ¶ Sed ſicut angelum dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum IESVM.) Hoc magis laudat in eis, quia preſuris non deformatus eſt apud eos, ſed commendatus, ſcientib⁹ pro iis qui credunt, pati illum exitia. Sicut ergo angelum dei exceperunt Apoſtolum, credētes donum dei eſse quod prædicat: ſic ei deferentes, quaſi ipſi E
authori domino IESV Chriſto. ¶ Quæ ergo erat beatitudo veſtra?) Beatos hos fuiſse dicit apud cæteras eccleſias, per id quod apoſtoli iniuriis non frangebantur, ſed creſcebant in fide. ¶ Teſtis enim ſum vobis, quia ſi fieri potuiſset, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.) Votum eorum circa religionem tam plenum oſtendit fuiſse, vt non ſolū bene ab eis ſuſceptus ſit, ſed & fortes in fide inuēti ſint: &, quod ad laudem magis proficit, omnia penè ſua illi obtulerint profligāda. Hinc plus dolet, quia tanta charitas ſubuerſa fuerat praua doctrina.
¶ Ergo inimicus vobis factus ſum verū dicens vobis?) Hoc dicit, quia non poteſt fieri vt inimicus, inquit, ego vobis ſim, quorum tanta ſenſi obſequia. Sed quia nemo ſe argui vult errantē, idcirco inimicus vobis videor, iuſte vos reprehendens. ¶ Æmulātur vos non bene, ſed excludere vos volūt, vt eos æmulemini.) Invidia Iudæorum ſubuerſos eos ſignificat. Videntes enim ſic illos proficere in Euangelio, & tantam habere charitatem in Apoſtolo, id egerunt, quatenus illos deciperent. Erant enim legis cauſa apoſtoli inimici, vt manente nomine ſaluatoris, facerent eos Iudæos, gaudentes in euerſione eorum. Non enim patiebantur vt gratiam ſibi promiſſam audirent incircunciſis gentibus datam. Ideo imitatores ſuos illos voluerunt fieri, vt more eorum circūci F
derentur. ¶ Æmulamini autē meliora dona. Bonum æmulamini ſemper, & non ſolum cum præſens ſum apud vos.) Meliora dona ſpiritalia ſunt, quæ imitati habebūt effectum apud deum. Hæc ſpiritalia & bona ſunt, quæ vult vt ſemper imitētur: nō ad tēpus, ſicut pridem, aut ſe præſente tantum, poſt autem ad aliud conuertantur, ſed vult illos de cætero perſeuerare in bono. ¶ Filioli mei quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis.) Primum per fidem illos genuerat in baptiſmo, ſed quia velut per abortum nati, deformati, & infirmi inuenti ſunt, nunc cum dolore conſilii reformat eos in Chriſtum. Concipientes enim fidem, & ſenſum ſi dei minime aduertentes, formatum Chriſtum in animis ſuis negantur habere. Si enim intellexiſsent gratiā dei in Chriſto, poſt fidem in Iudaiſmū traducti non eſsent.
¶ Vellem autem præſens eſse nunc apud vos, & mutare vocem meā, quia confundor in vobis.) Præſens vult arguere illos, vt mutet vocem ſuam de laude in vituperationem eorum, vt duplici genere confundantur, & de errore ſuo, & rubore apoſtoli quē patiebatur apud eos quibus illos prætulerat. ¶ Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſse, legē non legiſtis? Scriptum eſt enim quia Abrahā duos filios habuit, vnū ex ancilla, & vnū de libera.)

G Hoc in Geneſi habetur,quia cum Sara generare nõ poſ
ſet,erat enim ſterilis, Agar ancillam ſuam obtulit viro
ſuo Abrahæ in cõcubinam,vt quod generaret,adopta-
ret ſibi.Sic factũ eſt vt Agar naſceretur Iſmahel. Poſt
autem nutu dei promiſsus eſt Abrahæ filius de Sara vxo
re ſua,quæ erat ſterilis.hæc peperit Abrahæ Iſaac.Tunc
cœpit Abraham duos habere filios, vnum de ancilla, &
vnum de libera. ☞ Sed quidem qui de ancilla, ſecun-
dum carnem natus eſt:qui autem de libera, per repro-
miſsionem quæ ſunt per Allegoriam dicta.) Iſmahel,
qui ex ancilla Agar natus eſt, ſecundum carnem natus
eſt,quia iuxta conſuetudinẽ natus eſt. Iſaac verò non ſe
cundum conſuetudinẽ, ſed ſecundũ prouidẽtiã dei vir
tute natus eſt,quippe cũm Sara & anus eſset, & ſterilis.
In typum enim Chriſti natus eſt Iſaac. Ideo hæc per al-
legoriam aſserit dicta,vt aliud ex alio ſignificent perſo
næ Iſmahel & Iſaac.Iſamahel enim Iudæorũ ſignificat
natiuitatem,vel eorum qui ſerui peccati ſunt: Iſaac ve-
ro Chriſtianorum,qui in libertate naſcuntur. Liber enĩ
fit qui accipit remiſsionem peccatorũ. ☞ Hęc enim fuĩt
duo teſtamenta.)Moyſes accipiens ſanguinem vituli in
H cratera.aſperſit populum dicens: Hic eſt ſanguis teſta-
menti quod diſpoſuit deus ad vos.Hoc eſt quod dixit.
¶ Vnũ quidẽ à monte Sina in ſeruitutẽ generans, quod
eſt Agar.) Lex enim in monte Sina data eſt,quam Moy-
ſes recitans populo,librum hunc teſtamenti appellauit
& tunc aſperſit populum ſanguine,ſicut dixit. Hæc lex
reos tenuit peccatores,& cœperunt ſerui eſse peccati,fa
cti filii Agar quaſi ancillæ. ¶ Sina autem mõs eſt in A-
rabia,qui cõiungitur huic quæ nunc eſt Hieruſalẽ, ſer-
uiens cũ filiis ſuis.)Cauſam Agar ſignificare dicit Hie-
ruſalem terrenam,id eſt,ſynagogam,quæ in ſeruitutem
generat,quia quos generat, ſub peccato ſunt. ¶ Illa au
tem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt. quæ eſt ma-
ter noſtra.)Hæc quam matrem noſtram dicit,regula eſt
myſterii dominici,per quam renaſcimur in libertatem,
ſicut & ipſa libera eſt.Ideo & cæleſtis dicitur, quia cæ-
lum ſedes eius eſt:& quos generat,ibi erunt cum ea ſicut
Ioan.17. dicit dominus:Pater,quos dediſti mihi, volo vt vbi ego
fuero, & hi ſint mecum. Hæc eſt vita,quia immortalita-
te donantur qui credentes renaſcuntur per eã. Sic ete-
nim de domino dictum eſt,quia quod factum eſt in illo,
Ioan.1. vita erat.Sicut enim pater habet vitam, ita dedit & filio
Ioan.5. vitam,& vita erat lux hominum:Hæc vita & lux,& ma-
ter fidelium eſt. In Eſaia hoc habetur,quod ſubiectum
Eſa.54. eſt. ¶ Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis, quæ nõ paris,
erumpe,& exclama quæ non parturis,quia multi filii de
ſertæ magis q̃ eius quæ habet virum.) Hanc terrenam
I Hieruſalem virum habere dicit, quia ſecundum carnẽ
generat:illam autem cæleſtẽ Hieruſalẽ, quam dicit ma-
trẽ noſtrã,ſterilem appellat,quia nõ parit ſecundũ car-
nem,nec dolores patitur:hoc eſt,non parturit. Generat
autem ſine paſsione ſpiritaliter exclamans in lætitia,
qa deſerta aliquãdo, (à quo niſi ab Adam, quia deſerta
vita ſecutus eſt mortẽ?) nunc plures filios habet q̃ hæc
quæ habet virũ,id eſt,quæ carnaliter generat.Multo enĩ
Abac.7. plures ſunt Chriſtiani Iudæis,ſicut dicitur in Apocaly-
pſi:Et vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat
ex omni tribu & gente. ¶ Vos autem fratres ſecundum
Iſaac promiſsionis filii eſtis.)Hoc eſt nõ carnis filios eſ
ſe,ſed dei,quia Iſaac in typum natus eſt filii dei: & vult
eos ſubintelligere,quia facti filii dei conuerſi ſunt vt eſ
ſent filii carnis.ſi verò reſipiſcant,ſunt filii dei. ¶ Sed
quomodo tunc,qui ſecũdum carnẽ natus fuerat,perſe-
quebatur eum qui ſecũdũ ſpiritum:ita & nunc.) Nõ ſo
lum Iſmahel ſecundum carnem natus eſt, ſed & Eſau,
quia & ipſe in populi Iudaici typum natus eſt. De quo
Mala.1. in Malachia propheta ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau
vero odio habui.Hic perſequebatur Iacob,qui in popu
li Chriſtiani figura vocatus eſt Iſrael,hoc eſt,homo vi-
dẽs deũ.Similiter & Iudæos per inuidiã perſequi ſignifi
cauit Chriſtianos, vnde data opa Galatas cuerterãt car K
nali aſtutia. ¶ Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam, Gene.21.
& filium eius.Non enim hæres erit filius ancillæ cum fi-
lio meo Iſaac.) Hæc verba Saræ ſunt, quę typum habet
Hieruſalem cæleſtis,de promiſsione generans Iſaac, vt
eiecto filio ancillæ, id eſt:Iudæo populo incredulitatis
cauſa abiecto,(ſerui enim peccati ſunt,quibus data re-
miſsio peccatorum non eſt) hæres ſit filius liberæ illius
Hieruſalem ſupernæ,qui eſt populus nouus regni cælo
rum. ¶ Itaque nõ ſumus ancillæ filii,ſed liberæ,qua li
bertate nos Chriſtus liberauit.) Fuimus igitur ancillæ fi
lii,dum peccatis eramus obnoxii: ſed accepta remiſsio
ne peccatorum à Chriſto liberati ſumus.

CAPVT QVINTVM.

STATE ergo,& nolite iterum ſeruitutis iu
go contineri.)Standum monet in accep-
ta gratia,ne redeuntes ad vetera, amittãt
donum libertatis,quod fuerunt conſecu-
ti. ☞ Ecce ego Paulus dico vobis, quia ſi
circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.) Nunc
apertè veritatis & authoritatis ſuæ vim non tacet,dicẽs: L
Ecce ego Paulus dico vobis,id eſt,ego magiſter gentiũ,
cuius opus eſtis in Chriſto,palam vobis dico,quia nihil
proderit vobis Chriſtus, ſi circuncidamini. Ipſe enim
dominus ait: Lex & prophetæ vſq; ad Ioannem, ex quo Luc.16.
regnum cælorũ prædicatur. Antequã ergo noua incipe
ret prædicatio,oportuit circuncidi:nunc autẽ lege fidei
ſuccedẽte,ea ſequenda ſunt quę rudis veritas iubet,quia
vetus & nouum admiſceri non debẽt,authoritate domi
ni prædicantis. Ait enim: Nemo enim additamẽtũ rudis Matt.9.
panni aſsuit veſtimento veteri: tollit enim fortitudinẽ
eius à veſtimento,& maior fit ſciſsura. ac per hoc non
ſolum nihil proderit fideli addita circunciſio,ſed obe-
rit.Maius enim malum eſt ex libero ſeruum fieri,quàm
naſci. ¶ Teſtificor autem omni homini circuncidẽ-
ti ſe,quia debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.) Poſsunt
aliqui legem aliquatenus ſeruare, & non circũcidi. Nã
multi Romanorũ in Iudęa ſeruabãt legẽ icircũciſi. Vn
de dicit Paulꝰ Apoſtolus ad Agrippam regẽ Iudææ: Scio Actuũ.26
rex Agrippa,credis prophetis:ſcio quia credis. Et Cẽtu
rio,cuiꝰ ſeruus erat moriturꝰ,qui mittens ad IESVM,to
gabat vt veniret,& ſanaret ſeruum eius: cui teſtimoniũ
perhibentes Iudæi,dicebãt ad IESVM. Dignus eſt vt præ Luc.7.
ſtes ei,diligit enim gentem noſtram, & Synagogam ip-
ſe ædificauit nobis. Nemo tamen circunciſus non totã
legem ſeruat. Debitor eſt enim, quia circũciſis data eſt
lex.Hoc ideo dixi,quia tam hebetes ſe oſtendebant,vt M
digni eſsẽt omnia onera legis portare. ¶ Euacuati eſtis
à Chriſto.)Quibus nihil prodeſt Chriſtꝰ, euacuati ſũt
à Chriſto. Erant enim gratia eius pleni, qua recedente
euacuati ſunt. His enim loquitur, qui poſt acceptũ do-
num gratię dei circuncidi ſe maluerunt. ¶ Qui in lege
iuſtificamini,à gratia excidiſtis.)Iuſtitia legis eſt,ſi ſer-
uẽtur quæ data ſunt. Ideòq; qui in his iuſtificari ſe vult
poſt fidem, amittit gratiam: quia ad hoc venit donum
dei,vt ceſſantibus oneribus legis iuſtificaret credentes
apud deum. ¶ Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ ex
pectamus.In Chriſto enim IESV neque circunciſio ali
quid valet,neque præputium, ſed fides, quæ per charita
tem operatur.) Apertum eſt quod dicit, quia ſpes iuſti-
ficationis in fide eſt per ſpiritum,nõ per opera legis. In
fide enim ſpiritaliter ſeruitur deo deuotione mentis, &
puritate cordis. Vnde dicit dominus ad Samaritanam: Ioan.4.
Deus ſpiritus eſt,& adorantes eum, in ſpiritu & verita
te adorare oportet. Ac per hoc neque præputium valet
quicquã,neq; circunciſio,ſed ſola fides opus eſt in cha-
ritate ad iuſtificationem. Fides enim charitate fraterna
debet muniri,vt perfectio ſit credentis. Deniq; ſaluator
quod primũ mãdatũ eſset interroganti ſcribæ reſpõdit

A Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex
Matt.22. tota anima tua, & proximum tuum tanquam teipſum.
In his,inquit,duobus mandatis tota lex pendet & pro-
phetæ.Imperfecta ſunt itaque cætera,quando in his duo
bus mandatis perfectio continetur. ☞ Currebatis be-
ne,quis vos impediuit veritati non obedire?) Exercitiũ
illorum in opere fidei bonum fuiſse teſtatur,ſed ne
quitia malorum hominum detentos, ne curſum ſuum
efficacia perſeuerante conſummarent: vnde vt reſipiſ-
cant hortatur, de cætero nulli eorum credentes, qui vt
opera legis ſeruanda ſuaderent,euangelicæ veritati nõ
eos obedire ſinebant. ¶ Suaſio veſtra non eſt à deo,qui
vocat vos.) Verum eſt,quia humano conſilio hoc age-
bant Iudæi,vt mitterent eos ſub legis iugum:non dei iu
dicio,qui vocabat eos per Apoſtolum ſuum ad gratiã.
☞ Modicum fermentum totam maſsam corrumpit.)
Hoc dicit quia licet quippiam legis admiſcentes fidei,
violant fidem, ne habeat fructum, aut ſit acceptabilis.
Hoc ideo adiecit, ne forte incolumen ſe putarent habe
re gratiam fidei, ſi pauca legis obſeruarent. ¶ Ego cõ-
fido in vobis in domino,quia nihil aliud ſentietis.) Hac
ſpe ſe dicit fidere de iis,quia non ſponte,ſed circunuen
ti erroris viam intrauerant.Ideo oſtenſo vero itinere,fa
cile eos poſse reuerti confidit. ¶ Qui autem conturbat
B vos, portabit iudicium,quicunque fuerit.) Quomodo
qui errantem cõuerti facit,remunerandus eſt,dicẽte Ia-
cobo apoſtolo in epiſtola ſua: Qui conuerti fecerit pec
Iacob.5. catorem,ſaluabit animam eius, & operiet multitudinẽ
peccatorum ſuorũ:ita & qui recta incedẽtem via,iter in
deuium cogit flectere,damnationem conſequitur,quicũ
q; fuerit.Hoc propter hos ſubiicit, ne qui ſibi meritum
defenderent eò quod filii eſsent Abrahæ iuxta carnem.
Denique exaltantes ſe dicunt ad IESVM: Nos filii Abra
Ioan.8. hæ ſumus. ¶ Ego autem fratres ſi circunciſionem præ-
dico, quid adhuc perſecutionem patior?) Apertum eſt
quod dicit. Ideo enim quaſi inimicus à Iudæis habeba-
tur,& non deſinebant à perſecutione eius,quia circun-
ciſionem iam nõ ſtare docebat.Denique Iudeis compel
lentibꝰ,& ſæpenumerò falſas accuſationes contra eum
deferentibus,obliquum iudicem videns,coactus appel-
lauit Cæſarem. ¶ Ergo euacuatum eſt ſcandalum cru-
cis?)Scandalum erat Iudæis prædicatio crucis,quia ſab-
batum & circunciſionem euacuabat.Si autem admitte-
ret circunciſionem,non eſset ſcandalum,& pacifici eſ-
ſent nobis Iudæi.Nam dicebãt de Saluatore.Non eſt ho
Ioan.9. mo à deo,qui ſabbatum non cuſtodit. ¶ Vtinam & ab-
ſcindantur ii qui vos ſubuertunt.)Tale eſt hoc,quale &
illud ad Corinthios in prima, capi.xvi. Qui nõ, inquit,
amat dominũ IESVM,ſit anathema.Ex ipſo grege mor-
C bido ſunt & ii, quos ſociat ſententiæ eorum, vt abſcin-
dantur à miſericordia dei, qui Galatas dei gratia exue-
runt:& non ſolum ſpiritaliter, ſed & carnaliter hos ma
ledicit, vt quia circuncidi Galatas cogebant,ipſi abſcin
derentur,vt multiplicaretur his dolor corporis. ¶ Vos
autem in libertatẽ vocati eſtis fratres.)In libertatẽ voca
ti ſunt,quia cum peccatis eſsent obnoxii,dei gratiã ac-
cipiẽtes,remiſsa delictorum liberati ſunt. ¶ Tantum ne
libertatẽ in occaſionẽ carnis detis.) Hoc dicit ne accep
tam libertatem occaſio carnis adimat.Ad hoc enim cir
cuncidi eos volebant, vt in conditionem legis intrarẽt.
Ideo monet ne dẽt occaſionem conſentiendi eis. ¶ Sed
per dilectionẽ ſpiritus ſeruite vobis inuicẽ.)Nõ per affe
ctũ carnis charitatem habẽdam,ſed per ſpiritum exhor
tatur,vt inuicẽ ſibi ſubiecti ſint. ¶ Vniuerſa enim lex in
vobis vno verbo impleatur:Diliges proximum tuum ſi
Leui.19. cut teipſum.)Hoc ſcriptum eſt in Leuitico,quod ſupra
dictũ eſt,quia perfectio ſalutis p dilectionẽ in operatur:
quia qui non diligit fratrem,non diligit deum,dicit Ioã
nes apoſtolus. ¶ Quòd ſi mordetis inuicẽ,& criminatis
videte ne ab inuicem conſumamini.) Manifeſtum eſt
quia diſſenſio fratrum inimica dilectionis eſt.Ideo mo-
net vt pacifici ſint proficientes in bono. Contentiones D
enim generant iurgium,cuius fructus eſt vitæ conſump-
tio. ¶ Dico autem,ſpiritu ambulate, & concupiſcẽtiã
carnis non perficietis.)Poſtquã à lege factorũ eos prohi
buit,in qua ſunt præcepta carnalia,nunc vt à vitiis car-
nis ſe abſtineãt præcipit.Hic enim ſpiritu ambulat, qui
fugit peccata. ¶ Nam caro concupiſcit aduerſus ſpiri-
tum,ſpiritus verò aduerſus carnem: hæc enim ſibi inui-
cem aduerſantur,vt non ea quæ vultis faciatis.)Duas le
ges proponit,ſicut facit & in epiſtola ad Romanos,quæ
inuicem aduerſæ ſunt,vnam dei,alteram peccati. Quæ
ideo in carne ſignificatur,quid viſibilibus oblectatur cu
pido peccatorum,vt his ſibi aduerſantibus,medius ho-
mo non ea quæ vult agat. Diuina enim lex premit & fu
gat legem peccati,conſulens homini vt vigorem natu-
ræ ſuæ cuſtodiat,ne capiatur illecebris. Illa ecõtrà in in
fidiis agens laceſsit hominem blanditiis,vt ſpernat præ
ceptum legis diuinæ. Cũm ergo conſenſerit homo legi
dei,cõtradicit lex peccati,ſuadens homini ne faciat qđ
imperat lex diuina.Ediuerſò autem lex dei reuocat ho-
minem,ne faciat quod ſuggerit lex peccati. Quod qui-
dem homo non videt eſse abſurdum. ſcit enim naturæ
ſuæ cõgruere ſi faciat quod imperat lex dei. Deniq; gau
det quando hæc agit. Cũm autem ea operatur quæ ſug- E
gerit lex peccati,videt ſe turpem,& horret poſt factum.
Ideoq; legis ſpiritus præcepta ſeruanda ſunt, & carna-
lia fugienda.Ipſa enim conſcięntia ſe accuſat ſi ei cõſen-
tiat,ſciẽs horrori eſse quę ſuggerit lex peccati. ¶ Quod
ſi ſpiritu ducimini,non eſtis ſub lege.) Nõ eſt obſcurũ
quia qui ducem habet ſpiritum ſanctũ, nõ errat.Lex enĩ
errantibus dominatur: ſicut alio loco dicit: Iuſto non
eſt lex poſita. ¶ Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ 1.Timo.1.
ſunt adulterium, fornicatio,impuritas,obſcœnitas,ido
lolatria.veneficia,inimicitię,cõtentiones,ſimulationes,
iræ,ſimultates, diſsenſiones,hæreſes, inuidiæ, ebrietas,
comeſsationes,& quæ ſunt his ſimilia,quæ prædico vo-
bis,ſicut & prædixi,quod ii qui talia agunt,regni dei hæ
reditatem non conſequentur.)Hæc omnia & his ſimilia
legis peccati membra ſunt,quæ Apoſtolus opera carnis
appellat:quia errores iſti ex mundo ſunt, ex quo & ca-
ro.Omnia nanque peccata deforis oriũtur ex parte car-
nis,non ex parte ſpiritus:ideo nõ abſurde opera carnis
dicuntur. ☞ Fructus vero ſpiritus eſt charitas,gaudium,
pax,longanimitas,benignitas,ſpes,lenitas, cõtinentia,
caſtitas, bonitas: aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui
autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerũt cũ vitiis
& concupiſcentiis.) Non dixit opera ſpiritus charitas
eſt, ſed fructus ſpiritus. Lex enim ſpiritus hæc quæ ſu- F
pra memorauit fructificat, vt ex his hæreditas regni cæ-
lorum quæratur. Qui enim Chriſto deuoti ſunt,hos di-
cit Chriſtos, id eſt, vnctos. Hi carnem, id eſt mundum
crucifigunt,quando hæc ex quibus errores oriuntur,cõ
dẽnant.Hunc ſenſum & Ioannes Apoſtolus ſecutꝰ ait, 1.Ioan.2.
Nolite diligere hunc mundum, neq; ea quæ in hoc mun
do ſunt.Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris
in illo:quia omne quod in hoc mundo eſt, cõcupiſcẽtia
carnis eſt,& concupiſcentia oculorũ. Qui ergo mundũ
& quod in mũdo eſt,nõ cõcupiſcit,hic carnẽ crucifigit.
Neq; enim corpori humano hæc vitia adſcribẽda ſunt,
id eſt,idololatria,veneficia,hæreſes,inuidiæ,inimicitiæ,
iræ,& talia.Sed ideo carnalia dicũtur, quia ex parte mũ
di ſunt,ſicut ſupra memorauí.Interea non amplioꝰ q̃ de-
cem res poſuit quas fructus ſpiritus ſignificat, vt in his
omnia complexus videatur ſecundũ tabulas teſtamen-
ti dei,in quibus non amplius q̃ decem verba mandato-
rum tradita ſunt. ☞ Si ſpiritu viuimus, ſpiritu ambule-
mus.Non ſimus inanem gloriam ſectantes,inuicem pro
uocantes,inuicem inuidẽtes.) Hoc dicit quia ſi bene &
honeſtè viuimus,bonos debemꝰ habere & mores. Hoc
eſt enim ſpiritu viuere, intaminatam vitam habere: &
ſic ſpiritu ambulamus, ſi paci ſtudeamus, hæc enim

G parit charitatem. Inanis autem gloria est velle vincere vbi præmium non est, vt quis studium habeat contentionis & æmulationis, sciens quia hæc generat discordias & lites. Seruum autem, inquit, domini non oportet litigare. Bonæ enim vitæ fructus aridos facit, perdens spem promissam castæ conuersationis. Bona enim & casta vita moribus ornanda est, & beneuolentia locupletanda.

CAPVT SEXTVM.

FRATRES, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, humiliate huiusmodi in spiritu mansuetudinis: considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Inuicem onera vestra portate.) Nunc hos alloquitur qui firmiores erant, ne inflatione bonæ vitæ, eum qui forte à peccato circunuētus fuisset, spernendum putarent & abiiciendum. idcó& consulendum his. Cum mansuetudine enim prouocandi sunt ad reformandos se: quia si acrius quasi ex authoritate
H fuerint correpti, non se patientur argui, sed & defendere incipient se, ne turpes videantur: & incipient peiores fieri. Tolle enim hominem à contentione & audacia, & habebis eum subiectum. Humilitas enim etiã superbos solet inclinare. Et vt cum tota animi lenitate fieret, adiecit, Ne & tu tenteris: vt vel hac causa non sperneret peccatorem, sciens & se posse peccare. ¶ Et sic implebitis legem Christi.) Lex enim Christi omnes saluos vult fieri, ac per hoc qui fratri peccanti consulit vt redeat ad p positum, implet voluntatem Christi. ❧ Si enim quis videtur sibi esse aliquid, cum nihil sit, seipsum seducit. Opus enim suum probet vnusquisq;, & tunc in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.) Verum est. nec latet quenquam, quia si actus nostros & mente consideremus, nulli nos anteponimus, & nec facile quẽquã iudicamus. Qui enim extollitur quasi aliquid sit, errat: nescit enim qa de humilitate crescitur. Verba enim saluatoris & gesta ante oculos non habet, qui cum sit omnium dominus, humiliauit se, vt nobis formã daret quid sequi deberem⁹, si crescere velimus: & si nos erigerem⁹, inclinaremur, quod facit imperitia cordis iflati, vt apud homines commendatior videatur. Spernens enim & despiciens peccatores, iustum se videri contendit, sicut & pharisæus ille quem dominus denotat. Nunquid nõ vere hic imperitus est qui præsentis gloriæ cupidus est? Nũ quid non vere de futuris desperans, qui mercedem iustitiæ in presenti vult consequi? Quare? quia non est iust⁹
I in opere, sed per fallaciam fingit iustitiã. Qui enim vult iustus esse, alterum sibi præponit vt vere iustus sit. Vnusquisq; enim plus mala sua nouit quàm alterius. ¶ Vnusquisq; enim sarcinam suam portabit.) Ad postremum hoc voluit innotescere superbis, quia non coinquinatur quis alieno peccato, dummodo dissentiat, vt nemo vereatur se iungere peccatori, aut accedentem ad se suscipere, vt eum lucretur. ¶ Cõmunicet autem is qui catechizatur, hoc est, qui verbũ audiens est: ei qui catechizat, in omnibus bonis.) Hoc dicit, vt doctoribus audientes communicent in omnibus bonis. Si autem aliter agant quàm docent, in his illis non communicandũ, sed dissentiẽdũ, vt magis lex tibi dux sit q̃ homo. Sibi enim oberit, non tibi: quia quæ docuerit, obseruas. ¶ Nolite errare, deus non deridetur.) Nemini dubium est deo imposturã fieri non posse, sed hoc ab eo vnumquenq; cõsequi quod meretur. ¶ Quod enim quis seminauerit, hoc & metet. Qui enim seminauerit in carne sua, ex carne metet & corruptionem.) Hic carnalia vitia quæ in carne admitti solent, significat, vt qui carnem suam corruperit, sciat se corruptele futurum obnoxium. Corrumpit autem corpus qui inconcessa præsumit. ¶ Qui vero seminauerit in spiritu, de spiritu metet vitam æternã.)
Homo Christianus spiritu cõstat & carne. Homo enim K
ad cõparationẽ sancti spiritus caro est. Cum ergo spiritui dat assensum cohibens se ab iis quæ contraria sunt, spiritaliter seminat, vt possit metere vitam æternã. Testimoniũ enĩ spiritus accipit, & imortalitatẽ loco mercedis. Sicut enim qui corrũpit dehonestãs corpus suũ, nõ ad æternitatem sed ad corruptionem pertinebit: ita & qui intaminatum se custodit, vitam æternam consequetur. Hæc est enim æterna vita, viuere sine pœna, habere & gloriam, Nam si hic ad præsens qui in solicitudine est, negat se viuere: quãto magis vbi alienus à deo ignem tortorem patietur. ¶ Bonum autẽ faciẽtes nõ deficiamus, tẽpore enim suo metemus infatigabiles.) Hoc dicit quia qui fortis est ad seminãdum, fortis erit ad metẽdum. id est, sic recipiet, quomodo facit. Ideo prõptos nos ad benefaciẽdum esse hortatur, nec fastidiũ pati debere, securos quia pro paruis magna recipiemus, & pro terrenis æterna tempore quo promisit deus. ❧ Ergo dũ tẽpus habemus, operemur bonum ad omnes.) Gentiles tempus habẽt operandi malũ. Homines enim sine deo, quomodo possunt operari bonum? Christiani autẽ facti, tẽpus habent operandi bonum ad omnes homines, vt post acceptam fidem bonum opus proficiat mercedi L
promissę. Tẽpus enim idcirco conceditur vitæ, vt iam iuste versemur exemplũ dãtes gẽtilibus. ❧ Maxime autem ad domesticos fidei.) Verum est, quia faciliores & propensiores in bono circa fratres esse debemus, quia inuicem sumus membra. Huic ergo rei inseruiendum quæ prodest, non circuncisioni rei nũc inani. ❧ Scitote qualib⁹ literis scripsi vobis mea manu.) Authoritatẽ dat epistolæ suæ. Cum enim dicit, Ego scripsi mea manu, obediri vult literis his. Vbi enim holographa manus est, falsum dici non potest, ne forte circunuenti ex cusarent de epistola, quasi aut falsa esset, aut non esset apostoli, nolẽtes se reprehẽdi. ¶ Quicunq; volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, ne crucis Christi persecutionẽ patiãtur.) In carne placere, hominib⁹ placere significat. Vt enim Iudæis propitiis aut nõ infensis viuerẽt, quos pseudò apostolos dicit, sic Christũ prædicabãt, vt & legẽ seruandam docerent. Quod apostolus nunquã metuit, sed constanter quod verum est non tacuit, & sibi & his prouidẽs quos docebat. Deniq; ego, Actuũ. 21.
inquit, non solum ligari, sed & mori parat⁹ sum in Hierosolyma pro nomine domini nostri IESV Christi.
¶ Neq; enim hi ipsi qui circũcisi sunt, legẽ custodiunt, sed volunt vos circũcidi, vt in vestra carne glorientur.) Tale est hoc quale & illud dictũ ad apostolũ Petrum: Si tu cum sis Iudæus gentiliter viuis: quomodo cõpellis gẽtes Iudaizare? Ita & hi cum ipsi legem non custodirent, M
conuersantes iniuste: circuncisionem zelabantur, vt pinde vindices & amatores legis viderentur: cum constet hunc legẽ defendere & custodire qui iustitias eius exequitur, & mandatum quod ad vitam pertinens datũ est, non prætermittit. Talis ergo Galatarum excusatio erat. Hæc dicit, vt vel sic intelligant quia illudebantur velut stulti & hebetes de quorũ doloribus gloriarẽtur. ¶ Mihi verò absit gloriari, nisi in cruce domini nostri IESV Christi, per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo.) Quomodo pseudo apostoli tribulationes pro nomine Christi quasi nihil profuturas per hypocrisin redimebant erubescentes in his, ita & apostolus gloriabatur de his, sciens magnam pro istis fore mercedem, quẽadmodum & coapostoli eius, sicut scriptum est in Actis apostolorum: Tunc, inquit, cæsi exierunt Apostoli de
concilio, gaudentes quia digni habiti sunt pro nomine Actuũ. 5.
Christi contumeliam pati. Cuius ergo omnis spes in Christo est, hic gloriatur in cruce eius, huic & mundus crucifixus est, certus amorem crucis Christi vitam esse, mundi verò amorem parere mortem. Inuicem ergo sibi mortui sunt, & mundus apostolo, & apostolus mundo, dum nihil concupiscit apostolus mundi, & dum ni-

A hil habet mundus suum quod agnoscat in apostolo, si-
Ioan.14. cut & dominus ait: Ecce, inquit, princeps huius mundi venit, & in me inuenit nihil. ¶ Neq; enim circuncisio quicquam est, neque præputium, sed noua creatura. Et quotquot hãc regulam sequuntur, pax super illos & misericordia, & super Israel dei.) Noua creatura est regeneratio nostra. hęc est quæ dat profectũ permanentib⁹. Super istos enim est pax dei. Qui enim cum deo pacificus est, nullius inimicitiã metuit. Tutus enim est in protectione & misericordia dei, quæ promissa est & manet super Israel dei, non super Israel hominis. Iudæi enim non credentes, Israelitę sunt secundum carnem. Duas ergo partes significauit super quas manet pax & misericordia dei, Iudęorum credentium, & gentilium fideliũ. ¶ De cętero nemo mihi molestus sit.) Molestias sibi nouit de cętero fieri, vt iterum forte cogeretur scribere, sed iam correctiores illos vult fieri, vt amputatis erroribus post tanta tędia paulsam haberet. Si autem duriores se præstarent, & inflexibiles in conuertendo, cessarent ab eo, vt illis operas suas & efficaciam impenderet, de
B quibus mercedem aut lucrum speraret. ¶ Ego enim stigmata domini nostri IESV Christi in cõrpore meo porto.) Hoc dicit iratus, quia passiones quas credentium causa patiebatur, inefficaces in illis videbat, quoniam constantia & fide doctrinę suę pro Christo plagas & vincula pati non timuit, Sed passus est amore credentium cicatrices plagarum habere se in corpore, quo non minus fideliter eis prędicaret, sicut & pseudo apostoli, qui Galatas deceperant. Neminem itaque vult sibi molestũ esse, qui huic rei deuotus non est. Ista enim stigmata, id est, cicatrices plagarum testimonia sunt credentium eorum qui patiuntur, quod digni sunt futura promissione. ¶ Gratia domini nostri IESV Christi cum spiritu vestro fratres.) Non legis gratiam dicit, sed domini nostri IESV Christi esse cum spiritu illorum quos spiritales fratres appellat. Neque enim penitus omnes fuerant euersi.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENT. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD EPHESIOS.

PRAEFATIO.

C EPHESIOS non apostolus fundauit in fide sed confirmauit, multa mala pro his passus à per-
1.Cor. 15. fidis, sicut dicit. Si enim secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgẽt? Et quoniam pugnam suam nõ sine effectu profectionis illorum peruidet, gaudens in eis, ad meliora scriptis hortatur de vrbis Romæ custodia, quia veniẽs ab Hierosolymis in custodia sub fideiussore intelligitur, deguisse manens extra castra in conductu suo.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS apostolus Christi IESV per voluntatem dei, sanctis omnibus qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo IESV.) Solito more scribit. Apostolum enim se esse Christi IESV dei voluntate testatur. Sanctis & fidelibus in Christo IESV qui sunt Ephesi. Non solum fidelibus scribit, sed & sanctis, vt tunc vere fideles sint, si fuerint sancti in Christo IESV. Bona enim vita tunc prodest ac creditur sancta, si sub nomine Christi habeatur: alioqui contaminatio erit, quia ad iniuriam proficit creatoris. ¶ Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino IESV Christo.) Gratiã dei cum sanctis dicit esse & fidelibus, quem patrem nostrũ appellat, quia ab ipso sunt omnia & condita & restaurata: Christum autem dominũ nostrũ, quia redemit nos offerens se pro nobis. ¶ Benedictus deus & pater domini nostri IESV Christi, qui benedixit nos in omni bene dictione spiritali.) Id est, non mundana, sed cælesti bene dictiõe, neque corruptibili sed æterna, quia gloria Christianorum non in terra sed in cælo est, & est in Christo. Omne enim donum gratiæ dei in Christo est, vt si quis spreto Christo benedicise à deo putet, errare se sciat. Aliter tamen benedicitur deus, & aliter homines. Vnum quidẽ benedictionis nomen est, sed pro merito personę debet intelligi. Nã & facere dicitur deus, & homines faciũt. Sed deus nutu solo impassibiliter facit, homines enĩ manu, conatu, labore, sudore efficiũt. Deus ergo benedicitur, cũ laudibus dignis extollitur. Homines autẽ sic benedicit deus, vt donũ gratiæ suæ eis impertiat, nõ secũdum merita eorum, sed secundũ misericordiam suã. Et ideo dixit: Qui nos benedixit in benedictione spiritali. vt ostenderet perfectã benedictionem dari cælestiũ cre- E
dentib⁹ Christo, vt pleni sint gloria cælesti supra potestates subuecti cęlorum, quia vbi ego, inquit, ero, illic & Ioan.12.
minister meus erit. ¶ Sicut elegit nos in ipso ante mũdi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati coram ipso in charitate.) Præscius deus omnium scit qui credituri essent in Christum, sicut dicit ad Romanos: Quos præ Roma.8.
scit & vocauit nos, nõ solum ex Iudæis, sed etiam ex gẽtib⁹. Quos ergo deus vocare dicitur, perseuerant in fide. hi sunt quos elegit ante mundum in Christo, vt sint incõtaminati corã deo in charitate, hoc est, vt amor dei sanctam illis faciat conuersationem. Nemo enim meli⁹ alicui obtemperat q̃ qui ex charitate obsequitur. ¶ Prædestinans nos in adoptionem filiorũ per IESVM Christum in ipsum.) Hoc dicit decreuisse deum, vt credentes in Christum adoptarentur deo in filios, vt caput ipsorum sit Christus verus dei filius. ¶ Secundum placitum voluntatis in laudem claritatis suæ.) Tale placitum dicit deum habuisse, vt ad laudem claritatis eius proficeret gratia data hominibus, vt salus nostra gloria dei sit. ¶ Qua gratificauit nos in dilecto filio suo. De⁹ nobis gratiam suam dedit propter quod credidimus in F
filium eius Christum. Diligens enim vnigenitum suum amatorib⁹ eius diuina munera largitur. ¶ In quo habemus redẽptionẽ p sanguinẽ ipsi? remissionẽ peccatorũ.) Duplicẽ gratiã flagitat, qa & redemit nos sanguine suo, & pcãa nobis nõ imputauit. Id est, redemit, & manumisit. ❧ Secũdũ diuitias gratiæ suæ, quæ abũdauit in nobis in omni sapientia & prudẽtia.) Addit ad gratiã, qa post supramemorata beneficia donum accedit sapientiæ & prudentiæ spiritalium rerum. ¶ Vt notum nobis faciat mysterium voluntatis suæ iuxta placitũ suũ quod proposuit in eo, & dispensationem adimpletionis temporum, restaurans omnia in Christo quæ in cælis sunt, & quæ in terra.) Hoc placuit deo, cuius cõsilium retractari non potest, vt ostenderet in Christo mysterium volũtatis suæ tempore quo reuelari illud voluit in agnitionem creaturæ. Voluntas autem eius hæc fuit, vt tunc propitius fieret omnibus qui in errore erant, siue in cælis, siue in terris, quãdo Christum manifestauit hoc donum esse credentium, ne illis imputarentur peccata, suscipientibus fidem Christi. Omnis ergo creatura in cælis & in terris dum discit agnitionem Christi, restaura ad id quod est condita. Cum enim ad vnius dei fidẽ imbuitur, cognito mysterio saluatoris ab errore quẽ cœperat restauratur, pro certo habens creatorem suum

G vnum esse & deum & dominũ. Hinc est vnde & Ioãnes
Apo.12. in Apocalypsi dicit: Vidi Michael & angelos eius in cælo pugnare cum dracone, & cum exercitu eius. Hæc repugnantia partim de errore est, partim de vsurpatæ tyrannidis præsumptione. ❧ In quo sortiti sumus prædestinati secundum propositum dei qui vniuersa creauit secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudẽ gloriæ eius, nos qui antè sperauimus in Christo.) Hoc est quod dicit, quia dispensatio prædicationis his decreta est à deo, qui ex Iudæis crediderunt in Christum. Vnde nullus ex gentibus ad apostolatum electum est. Dignum enim erat ex his eligi prædicatores, qui ante speraverunt salutem quæ illis promissa erat in Christo.
❧ In quo & vos cum audissetis verbum veritatis. Euangelii salutis vestræ, credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redẽptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.) Laus gloriæ dei est cum multi acquirũtur ad fidem, sicut gloria medici est si multos curet. Ideóq; ad gloriã dei pertinet quia gentes vocauit, vt salutis suæ medelam conse querentur per fidem promissam Iudæis, signum habentes redemptionis atq; hæreditatis futuræ, spiritum sanH ctum datum post baptismum. Redempti enim heredes designati sunt, si in regeneratione perdurent: vt fides prima veniam, sancta vero conuersatio perdurans cum fide coronam mereatur. ¶ Propterea audita fide vestra in domino IESV, & dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agendo pro vobis commemorationem vestri facere in orationibus meis.) Quoniam iuxta decretum dei quo statuit gentes participes fieri promissionis Iudæorum, audito Ephesii verbo dei susceperunt fidem Christi, diligentes omnes sanctos sicut mandauit dominus, hac causa deo gratias agit pro conuersione & charitate eorum, qui dignatus est gentes cõcorporare Iudæis. ¶ Vt deus domini nostri IESV Christi, pater claritatis det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitiõe illuminatos habere oculos cordis vestri, ad hoc vt sciatis quæ est spes vocationis eius, quæ diuitiæ hæreditatis gloriæ eius in sanctos.) Manifestum est quia ideo se orare dicit pro eis, vt fidei suæ spem cognoscant in remuneratione cælesti, quia cum plene scierint qui fructus est credentium, propensiores fient circa excolendã religionem. Iam enim in huiusmodi profectus fore videtur, qui si antequam sciant promissionis gloriam, tam deuoti sunt, propensiores fient necessario cum cognouerint. Claritatis tamen patrem vocat deum, & Christi deum, cum verus pater Christi sit deus, & deus creaturæ. Sed & ipse dominus eadem dicit: Vado ad patrem
Ioan.20. I meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrũ. Totius ergo claritatis pater est, quia ab ipso est omnis claritas & potestas & dignitas. Est & pater Christi, sed aliter, quia hic verus filius est, & deus omnium, sed non ita Christi deus est. Sic enim deus Christi est, quia deus de deo Christus est: cæterorum autem deus est causa terroris, sicut ipse dicit in Malachia propheta: Si deus ego
Mala.1. sum, vbi est timor meus? ¶ Et quæ est excelsa magnitudo eius in vos qui creditis secundum operationem potentiæ fortitudinis eius quam operatus est in Christo suscitans illum à mortuis, & collocauit ad dextram sibi in cælestibus super omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem & omne nomen quod nominatur nõ solum in hoc seculo, sed & in futuro.) Exẽplum salutis credentium & gloriæ, in resurrectione saluatoris consistere profitetur, vt ex ea cognoscant fideles quid eis promissum est. Simili enim modo extollentur supra cælos futuri cum Christo, sicut ipse dicit. Pa-
Ioan.17. ter, volo vt vbi ego fuero, & hi mecum sint, & videant gloriam meam. Hoc propter incarnationem filii dei, vt etiam homo factus super omnes cælos esse dicatur, & super cunctam creaturam sedens ad dextram dei, habens nomen dei per naturam, nõ per adoptionem, vt cognoscant illum esse filium dei qui illum crucifixerunt. Ho- K
nor enim quem illi dedit pater per generationem, tunc manifestatus est, cum natus homo passus est, & victa morte resurrexit, ascendens vnde descẽderat, super omnes cælos. Vnde dictum est: Quia veritas de terra orta est Psal.84.
Quia enim omne iudicium pater filio dedit, idcirco ad Ioan.5.
dexteram dei sedere dicitur, quasi iudex. Denique ipse dicit ad discipulos: Vsque modo nihil petistis in nomi- Ioan.16.
ne meo. petite, & ego faciam. Vnde ait Iudæis: Amodo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis, Matt.26.
& venientem cum nubibus cæli. Ex eo enim quo innotuit, aditi cœpit & postulari quasi iudex. ¶ Et oia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit super omnem eccle siam quæ est corpus & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.) Patrem dicit filio omnem creaturã subiecisse, vt quia omnia per ipsum fecit, ipse omnium caput sit & dominus. Tunc illi omnia subiecit, quando illum ante omnia genuit, vt per ipsum fierent quæ non erant. Omnem ecclesiam dicens, summatim totum comprehendit quod in cælo & terra, vt in nouum hominem membra eius efficiantur, dum confitentur hunc esse per quem facti à deo sunt. Subiicitur enim illi qua si capiti membra, ex quo trahunt originem, vt omnia in L
omnibus adimpleatur. Cũ enim regressa fuerint ad confessionem vnius dei flectẽtes genu Christo, adimpletur in omnibus vt sit omnia, quia ab ipso sunt, ac per hoc ipse in eis est, quia virtute eius subsistunt. Recedentes enim à deo euacuare illum videntur. Vnde alio loco dicit: Vt crescant omnia in incrementum dei.

CAPVT SECVNDVM.

Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secũdum seculum huius mundi.) Mortuos dicit, qui errores seculi sequuntur. Quicquid enim ab vnius dei professione recedit, mortuũ habetur, quia non manet in radice ex qua trahit originẽ. ¶ Secũdũ principem potestatis aëris huius spiritũ qui nunc operatur in filiis diffidẽtiæ.) Principẽ potestatis, id est, diabolum, significat seculi intelligẽtiã corrupisse, vt ab vno deo recederet, multorum deorum opinionem suscipiens, vt socios illos suæ conspirationis efficeret, dum in eadem impietate inueniuntur negantes vnum deũ. Principem ergo hũc erroris ideo aëris dicit spiritũ, vt ostendat quia hanc partem sibi vsurpauit ad exercendam dominationem. Alius est enim aër, & alius princeps: sed quia in mundo vel in aëre dominatur, spiM
rit9 aëris appellatur. ❧ In quib9 & nos aliquãdo cõuersati sum9 in desideriis carnis nostræ, faciẽtes voluptates carnis & cõfiliorũ eius, & eram9 natura filii iræ, sicut & cæteri) Perfidiã significat dũ desideria carnis memorat. Voluptas enĩ carnis est visibilib9 oblectari, vt elemẽta q̃ de9 gubernacula mũdi instituit, deos appellet, cũ hoc no mẽ vni deo debeatur ex quo sunt oĩa, vt sicut nullũ participem habet ex his in virtute, ita nullũ habeat consortem in nomine. Christo autem idcirco hoc nomen non negatur, quia sicut communis eis natura est, ita erit & nomen. Hoc tamen inter patrem & filium interest, quia pater à nullo hoc accepit: filius autem per generationẽ omnia patris accepit, vt in virtute & substantia & nomine nihil distet filius à patre. Vnde dicit: Omnia quæ habet pater, mea sunt, & mea patris. Non ergo indignũ Ioan.16.
neq; contrarium est si & Christus deus dicatur, sed de deo patre, vt vnius dei authoritas conseruetur. Nam si quis aliud putat significare cum voluntatem carnis flagitat, sciat apostolum mundam vitam habuisse, quia secundum iustitiam legis conuersatus est sine querela. Sed quia persecutus est fidem Christi, idcirco conuersati, inquit, sum9 in desideriis carnis nostræ. Omne enĩ peccatum caro dicitur, maxime perfidia, quæ est totius

A sceleris mater. Nulli opera bona & castitas proderit si sit perfidus. Perfidia enim hæc omnia maculat. Hinc est quod subdidit: Et eramus natura filii iræ, sicut & cæteri. Naturæ enim cum mala voluntas supponitur, fit natura iræ, id est, quæ vltioni subiicienda sit, immutata nõ substantia, sed mala voluntate. Hoc enim deputatur naturæ quod sequitur. Vnde ait in Esaia: Semen pessimũ.
Esaiæ. 1. Et quare sit semen pessimum, subiecit: Reliquistis enim dominum, ait, & ad iracundiam prouocastis sanctum Israel. vt natura quæ deserit deum, pessimum semen dicatur. Degenerare est enim ab authore recedere: & cum malum exemplum cæteris præbet, malum est semen. fructus enim pessimos facit. Si verò redeat ad authorem, bona erit natura, secundum apostolum, qui immutatus dum agnoscit creatorem suum, vas electionis appellatur. ¶ Deus autẽ qui diues est in misericordia, propter multam charitatem misertus est nostri.) Hæ veræ diuitiæ sunt misericordiarum, vt non quærentibus vltrò misericordia præstaretur, sicut dicit Esaias: Palam factus sum non quærentibus me. Hoc enim est abundare misericordia, vt & non postulantibus tribuatur. Hęc tamen charitas dei est erga nos, vt quia fecit nos, nolit perire nos. Diligit enim opus suum. Ideo enim fecit, vt
B amaret quod fecit: nemo enim laborem suum odio habet. ❧ Et cum mortui essemus, conuiuificauit nos in Christo.) Adeo alienati mortui eram9, gratia aũt sua reuocauit nos, hoc est viuificauit nos in Christo. Quia enĩ per ipsum nos fecit, iterum per ipsum nos reformauit in ipso, id est, vt eius mẽbra simus: ipse est autem caput nostrum. Ipsum enim habemus deo præstãte authorem vitæ nostræ, sicut dicit Petrus apostolus: Authorem vero
Actuũ. 3. vitæ interfeciſtis. ¶ Cuius gratia estis saluati.) Huic dono addit & gentes, significans saluatos nos gratia Christi. ¶ Et simul suscitauit & simul sedere collocauit in cælestibus in Christo IESV.) Hoc dicit quod supra memorauit, illic futuros sanctos etiam ex gentibus, vbi & Christus est caput eorum. ¶ Vt ostenderet in seculis superuenientibus superabundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo.) Significat quia in futuro seculo immortale donum dei apparebit in remunerationem fidelium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Hæ sunt superabundantes diuitiæ, vt tãtum detur credẽtibus, quantum inuestigare non potest mens. ❧ Gratia enim saluifacti estis per fidem.) Gratia fidei data est vt credẽtes saluentur. ❧ Et hoc non ex vobis: dei enim donum est. Non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo
C in opera bona quæ præparauit deus vt in illis ambulemus,) Verum est, quia omnis gratiarum actio salutis nostræ ad deum referenda est, qui misericordiam suam nobis præstat, vt reuocaret errantes ad vitã, nõ quærẽtes verũ iter. Ideóq; non est gloriandum nobis in nobis ipsis, sed in deo, qui nos regenerauit natiuitate cælesti per fidem Christi, ad hoc vt bonis operibus exercitati, quæ deus nobis iam renatis decreuit promissa mereamur accipere. ¶ Memoria retinentes vos qui aliquando eratis gentes in carne, qui dicimini præputiũ, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manu facta, quoniam eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, & promissionis eorum spem non habentes, & sine deo in hoc mundo.) Commonet gentes vt reminiscentes quid fuerũt. (Erãt enim carnales, & sine spe, nullam promissionis communionem habentes Iudæorum in Christo, Iudæis enim promissus erat Christus, non gentibus) vt propensius gratias agant deo per Christum, qui misericordia sua fecit illos participes spiritalium, cum essent carnales. Ideo tamen circuncisio, ait, in carne manu facta, vt significaret aliam non manu factam spiritalem. ❧ Nunc autem in Christo vos qui aliquando longe eratis, facti estis propè in sanguine Christi.) Adhuc donum & gratiam dei cõ- D
mendat, cui nos semper velut obnoxios gratias vult referre: Idcirco enim sanguine Christi proximos nos deo factos memorat, vt quantum affectum circa nos habeat deus, ostenderet, qui pro nobis filium suum mori permisit, vt & nos in fide eius durantes omnibus exitiis pro illo nobis illatis non cedamus, scientes plus illum de nobis mereri, quàm quæcunque ab inimicis possunt inferri. Ille enim cum sit dominus, & nullius egeat, obtulit se pro nobis, vt nõ illi sed nobis magis proficeret. Nos enim etiam si nobis non proficeret, forte cogeremur mori pro ipso domino seruiquanto magis cum non solum illius, sed & nostra mors nobis præstet effectum? ¶ Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & mediũ parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua.) Pacẽ fecit inter circumcisionem & præputium passio saluatoris. Inimicitia enim, quæ velut paries media erat, & diuidebat circuncisionem à præputio, & præputium à circuncisione, hanc soluit saluator, dans legem vt neque Iudæus præsumens de circuncisione reprobaret gentilem, neq; gentilis fidus de præputio, id est, de paganitate abominaretur Iudæum, sed vt ambo innouati, vnius dei fidem sequerentur in Christo. Omnia enim quæ docuit saluator, tunc firmauit cum resurrexit. Parietem tamen qui medius erat diuidens inter legem factorum & gentilitatem, maceriam siue sepem significauit, id est, non E
parietem stabilem neque robustum, quia neque gentilitas firma res erat, quasi ab homine inuenta, neque circuncisio & neomeniæ, esearum & sacrificiorum vel sabbatorum stabilis & fixa obseruatio. Sic enim data sunt, vt cessarent adueniente Christo. Quamuis enim deus hæc dederit, sed ad tempus: fidei autem firma & sine successore est prædicatio. ¶ Legem mandatorum in decretis euacuans vt duos conderet in se in vno nouo homine faciens pacem.) Hoc est quod supra summatim memorauit: quia legem quæ data erat Iudæis in circuncisione, & in neomeniis, & in escis, & in sacrificiis, & in sabbato, euacuauit, hoc est, cessare iam iussit, quia oneri erant: & sic fecit pacem. Vnde Petrus Apostolus dicit in Actuũ. 15.
actis apostolorum: Quid imponitis iugum supra cervicem fratrum, quod neq; patres nostri neque nos potuimus portare? ¶ Vt exhiberet & reconciliaret ambos in vno corpore deo per crucẽ.) Sublata inimicitia, morte sua Christus prius populos inter se recõciliauit, deinde deo patri pacificos fecit, vt homines naturæ vnius: quia diuersi facti fuerant per errorem, membra efficerentur vnius corporis noui, cuius caput Christus est.
¶ Interficiens inimicitiam in semetipso, & veniens cuã F
gelizauit pacem vobis qui longe, & pacem iis qui iuxta quia per ipsum habemus accessum vtrique in vno spiritu ad patrem.) Idem sensus est. Interfecit enim inimicitiam in se, dum pro omnibus tam Iudæis quàm gẽtilib9 mortuus est. Omnibus enim profecit mors saluatoris. Resurgens enim à mortuis damnata morte, quæ tenebat omnes, ostendit quam spem haberent credentes in eum. Hinc mandauit prædicationem qua omnes conuocarẽtur ad deum patrem in vnitate spiritus scissa discordia, vt siue Iudæi (qui prope ideo dicuntur, quia ipsorum patribus facta promisso est) siue gentiles (qui ideo longe dicuntur, quia dei legem non receperunt datam p Moysen) sublato præterito ritu susciperent fidem Christi, p
quam efficerentur vnum. ¶ Ergo iam non estis hospites & incolæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei) Admonet illos vt memores sint beneficiorum dei, quia cum longe essent à cognitione & timore dei, misericordia eius adiuncti sunt vt fierent participes eorum qui prope deum erant, ciues facti filiorum dei. Sicut enim quæcunque gens Romanorum pacem sequi desiderauit, oblatis donis susceptа est vt essent ciues Romani, quemadmodum è Tharso Ciliciensis, vnde apostolus ciuem Romanum se dicit: à & quicunq; fidei se Chri-

Gstianæ ſociauerit,ſit ciuis ſanctorum,& domeſticus dei.
¶Superædificati ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarum. Hoc eſt,ſupra nouum & vetus teſtamentum collocati. Quod enim apoſtoli prædicauerunt,prophetæ futurum dixerunt,quanuis dicat ad Corinthios:
1.Cor.12. Deus,inquit,primum poſuit in eccleſia apoſtolos: ſecũdo,prophetas. ſed hi alii prophetę ſunt. Illo enim loco de ordinatione eccleſiæ diſputat,hic vero de fundamẽto eccleſiæ. Prophetæ enim diſpoſuerunt. nam apoſtoli fundamenta iecerunt. Vnde dicit dominus ad Petrum:
Matt.16. Super iſtam petram ædificabo eccleſiam meam. hoc eſt, in hac catholicæ fidei confeſsione ſtatuo fideles ad vitã. Nam & Dauid diſpoſuit domum dei,& ſignauit locum vbi fieret,Salomon verò fundauit eam. ¶Ipſo angulari lapide Chriſto IESV,in quo omnis ſtructura compacta creſcit in templum ſanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu.) Hic
Ibidem. ſenſus eſt vnde domin⁹ ait: Super iſtam petram ædificabo Eccleſiã meã. Duos enim populos in ſe ſuſcepit ſaluator,& fecit vnum in domino,ſicut & lapis angularis duos parietes continet in vnitate domus firmatos. Fideles enim ſuperficies ſunt templi dei in ſpiritu cõuerſan-
H tes,vt poſsint hæredes fieri cæleſtis habitationis.

CAPVT TERTIVM.

IVIVS rei gratia ego Palus vinctus Chriſti pro vobis fratribus.) Quoniã diſpoſitionẽ clementiæ quæ fuerit ante mundum erga ſalutem gentium oſtendit, nunc ſe legatione huius doni fungi dei prouiſione Chriſto mittente declarat. Dominus enim poſt reſurrectionem ſuam apoſtolos ſuos vice ſua miſit prædicare,hunc dirigens ad conuerſionem gentium. Sic enim dixit ad eum: Vade, ego longe ad gentes mittam te. Dominico ergo vſus verbo eſt cum dicit. Vobis qui longe,& pacem iis qui iuxtà.
¶Si tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ quæ data eſt nobis in vos.) Vult eos ſcire quia dei iudicio à Chriſto miſsus eſt prædicare gentibus myſterium gratiæ dei.
¶Secundum reuelationem notum mihi factum eſt myſterium,ſicut ante ſcripſi in modico,prout poteſtis intelligere prudentiam meam in myſterio Chriſti.) Oſtenſam ſibi ſignificat reuelationem myſterii dei,de quo prius breuiter ſe memorat ſcripſiſſe, hoc eſt temperate, prout potuerant capere prudentiam apoſtoli in ſacramento. Chriſti. ¶Quod aliis ſeculis non fuit notum fi-
I liis hominum,ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis eius & prophetis,ſpiritu eſſe gentes cohæredes & concorporatos & participes promiſsionis eius in Chriſto.) Hoc aſſerit oſtenſum à deo tempore Chriſti quod latebat, quia gentes participes futuræ eſsent gratiæ promiſsæ in lege. Quod oſtenſum dicit prædicatoribus ſanctis & prophetis,id eſt,apoſtolis & legis explanatoribus,non prophetis veteribus Quanuis enim admitterentur prius ad legem gẽtiles,ſed circuncidi iubebantur: & prophetæ ſciebant gẽtes participes futuras doni dei. nam & hoc ſignificauerunt multis in locis. ſed hoc latuit, quia ſine circũciſione & ſabbatis & neomeniis & cæteris talibus gratiæ dei futuræ eſsent participes, vt abſq; lege perciperent fidem Chriſti,& ſaluarentur. Hoc eſt quod dicit ſpiritu eſſe gentes cohæredes & concorporatos & participes p̃miſsionis eius in Chriſto. Qui enim ſpiritu deum colit, opere legis opus non habet. ¶Per Euangelium eius factus ſum miniſter ſecundum donum gratiæ dei quæ data eſt mihi ſecundum operationem virtutis eius.) Per prædicationem miniſterii ſui cognitum aſserit donum quod diſpoſuit deus gentibus iuxta virtutis ſuæ operationem. Operatio enim virtutis eius eſt quia Chriſtum ſuſcitauit à mortuis,deuicta morte in qua omnes ſaluauit. Diſpenſatio tamen euangelii eius hæc eſt,qua agnita eſt voluntas dei quia gentes ſine opere legis ſaluare K
decreuit. ¶Mihi minimo omnium ſanctorum data eſt hæc gratia.) Humiliat ſe cum ſe minimum dicit, ſciens humilitatem profectum habere. Nam tantam gratiam ſibi datam dicit, vt donum hoc quod ante ignotum fuit præteritis ſeculis,ſibi aſserit conceſsũ,vt hoc manifeſtaret gentibus. Vnde enim minimus ſanctorum omnium videri poteſt,qui antequam baptizaretur, vas electionis appellatus eſt? ¶Vt in nationibus euangelizem inæſtimabiles diuitias.) Electum ſe probat ad prædicandum donum dei in diuitiis incomprehenſibilibus Chriſti, quas gentibus iam deſperatis largiri dignatus eſt, vt ſine opere ſaluarentur per fidem. Et manifeſtum eſt, quia nemo egregium & munus maximum per indignam mittit perſonam. Oſtendens ergo quantum à deo mereatur humiliat tamen ſe, vt meritum eius creſcat. ¶Et illuminem quæ eſt diſpenſatio myſterii abſconditi à ſeculis in deo qui vniuerſa creauit.) Miſsum ſe dicit dupliciter docere gentes myſterium quod fuit in deo ex quo ſunt omnia, vt per eum diſcant ac intelligant Chriſtum ſemper in deo,& apud deum, & quia ſine circunciſiõe & cæteris legis mandatis diſpoſuit ſaluare gentes
L Indigni enim inuenti ſunt Iudæi tantum ac talem habere doctorem. Sic enim Iudæi credebant in Chriſtum, vt legem tamen ſeruarent: quod odibile eſt apud deum.
Denique dicunt apoſtoli ad coapoſtolum ſuum Paulũ: Vides frater quot milia ſunt in Iudea credentium? & omnes iſti æmulatores ſunt legis. Vnde factum eſt vt vas electionis ad gentes docendas miſsus eſset, vt vel ipſi fidei ſuæ ſpem plenam haberent, nihil de lege, ſed in ſolo Chriſto ſperantes. Manifeſtato enim ſacramento Chriſti tale donum datum eſt, quod perfectæ ſalutis haberet effectum. Sicut enim in magna vota maxima dantur apophoreta, ita & magnifico manifeſtato myſterio gaudii & lætitię cauſa tam egregio munerè donati ſunt homines, quod illis ſatis ſit ad copiam ſalutarem.
¶Vt nota fiat principibus & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiam multiformis ſapientia dei.) Tantum de hoc bene ſenſit deus, vt non ſolum gentibus hunc magiſtrum daret, verum etiam vt per eum veritas Chriſti innoteſcat ſpiritibus in cæleſtibus, qui ſunt principes & poteſtates. Poteſtates ideo, quia potentiores ſunt inter cæteros ſpiritus. Principes autem, eò quod principentur poteſtatibus, vt agnoſcentes per Eccleſiam quæ multifarie ad vitã attracta eſt, in Chriſto vnius dei manere myſterium, definant ab errore. Id enim agitur, vt prædicatio eccleſiaſtica etiam his proficiat, & deſerant aſsenſum tyrannidis diaboli, qua ſe aduerſus dei
M vnius fidem impia præſumptione armauit. Qui ſenſus in pſalmo. xxiiii. præſcriptus eſt, vbi deus vniuerſitatis dominus demonſtratur, dicente dei ſpiritu per Dauid: Domini eſt terra,& plenitudo eius, orbis terrarũ,& vniuerſi qui habitant in eo. Et in ſubiectis, Tollite portas principis veſtri,& eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Dicitur ergo his principibus qui in errore ſunt in cæleſtibus, ſiue miniſtris eius in terris, vt auferant portas principis ſui, id eſt, diaboli de mentibus ſuis, per quas multorum deorum aſserendorum error intrauit. Sunt enim temporales, quia omnis fallacia tempore clauditur. Iter enim impiorum peribit. Vt autem æternas portas eligant, hortante iuſtitia admonentur, quia veritas in ſempiterna ſecula perſeuerat. Vnde ait in pſalmo. cxvii. Hæc porta domini, iuſti intrabunt per eam. Manifeſtum eſt enim quia iuſti per fidem intrant in cælos in regnum dei. Quod nunquam corrumpi Daniel propheta teſtatur, dicens inter cætera: Exurget regnum aliud incorruptibile. Impii autem per incredulitatem intrant in infernum tartareũ. Hic ergo rex gloriæ chriſtus eſt, qui deuicta morte reſurgẽs apparet dominus eſse & rex gloriæ. Virtute

A enì poteſtatis ſuę qua ſubegit inferos, manifeſtatur quia ipſe eſt filius dei, qui vnius dei regnum in cælis & in terris eſse ad condemnationem tyrannidis diaboli prædicauit. ¶Secundum propoſitum ſeculorum in Chriſto IESV domino noſtro, in quo habemus libertatẽ in confidentia per fidem ipſius.) Manifeſtatum dicit Chriſtum ſeculo, quo propoſuit deus oſtendere myſterium ſuum pro ſalute humana, vt cognitio myſterii dei mortalibus cõferret ſalutem, vt quaſi dedicatio regni Chriſti hanc gratiam credentibus pro apophoretis largiretur. Licet enim infectum ſit, nouum tamẽ videtur ignoranti creaturæ. ¶Propter quod peto ne deficiatis in tribulationi
B bus meis, quæ ſunt in gloria veſtra.) Manifeſtata ſpe quæ eſt in myſterio Chriſti, commonet ne ſcandalum patiantur propter tribulationes quæ ſanctis à perfidis irrogantur. Ad gloriam enim pertinet illorum, ſi in tribulatione magiſtri non fuerint ſcandalizati diſcipuli, hac ſpe firmati, quia fidelium preſsuræ futuri ſeculi gloria erigentur. Hæc enim fidelium probatio eſt, ſi fidei ſuæ ſpem aduertant. ¶Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri IESV Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias maieſtatis ſuæ virtutem confirmati in ſpiritu ſuo.) Hoc flexis genibus precari ſe dicit, vt quia dignatus eſt aduocare gentes ad cognoſcendum myſterium voluntatis eius, hoc etiam donet, quia dies eſt, vt nutu eius firmentur in ſpiritu, hoc eſt, vt non illos perturbent carnalia exitia illata à perfidis, ſed ſint ſta-
C biles expectantes in futuro huius rei mercedem. ¶In interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.) In eo petit eos magis firmari, vt non ambigant, ſed magis credãt Chriſtum habitare in ſe, quem non vident his oculis, vt ſpiritus datus hoc eis per dei donum infundat, vt certi ſint de Chriſto quod viuit, & filius dei eſt, & habitat per fidem in cordibus noſtris, vt cum fidem eius habemus in cordibus noſtris, ipſum habere videamur. Quod eo proficit, vt ſecuri ſimus de auxiliis eius, quia nõ deſerit nos, ſed ſemper adeſt propter fidem ſuam quam videt in nobis: quippe cum ideo ſpiritus eius, qui & dei patris eſt, detur nobis, vt vice eius tutos præſtet nos ſi ei aſsentiamus, vt occulta reuelet, per quem vtiq; ipſum in nobis habitare ambigere non debemus. Eſt enim hic alius Paracletus: inter quos perſonarum diſtantia eſt, non naturæ: quia & de eius accipit, & à deo procedit. In quibus enim naturæ vnitas eſt, inuicem ſui ſunt. Vnde dicit dominus: Omnia patris mea ſunt, & mea omnia patris. ¶Vt in charitate radicati & fundati poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profun-
D dum.) Hoc præſtare dicit habitantem ſpiritum vel Chriſtum in nobis, vt fundati ſimus in charitate dei deuincti beneficiis eius, & poſsimus cum ſanctis, qui ſunt Apoſtoli & Prophetæ, immenſum & inæſtimabilem cognoſcere deum, omnia excedentem maieſtate virtutis ſuæ. Cum enim dicit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum: hoc vtique ſignificat, vt ſicut in ſphæra tanta longitudo eſt quanta latitudo, & tanta altitudo quantum & profundum, ita & in deo omnia æqualia ſunt immenſitate infinitatis. Sphæra enim definito modo concluditur. Deus autem non ſolum implet omnia, ſed & excedit. Nec enim clauditur, ſed omnia intra ſe habet, vt ſolus ineffabilis & infinitus habeatur, & gratiæ huic inſufficienter agantur, qui cum tantus ſit, dignatus eſt per Chriſtum hominem viſitare peccatis & morti ſubiectum. ¶Cognoſcere quoque ſupereminentem ſcientiam charitatis Chriſti.) Poſt dei patris infinitam & incomprehenſibilem cognitionem & inenarrabilem clementiam, Chriſti quoque agnoſcere nos vult charitatem, quia ſupereminentis eſt ſcientiæ, & ſubintelligitur humanæ, vt ſuper ſcientiam hominum habeatur dilectio Chriſti. Quis enim poteſt colligere myſterii huius
E charitatis rationem, vt & deus hominis cauſa homo nascereturꝰ, deinde moreretur pro hominibus, pro ſeruis dominus, pro creatura creator, pro impiis pius? Propter quid ita dilexit nos? Aut vt quid noſtrum haberet qui nullius indiget? nunquid non charitas hæc ſuper ſcientiam hominum eſt? Aut quis hominũ hanc poterit charitatem alicui exhibere, quanq̃ impar ſit, ac per hoc ſupereminet humana commenta? Hoc ergo vult nos ſcire, quia ſenſus noſter aſsequi non poteſt nec perſpicere profunditatem beneficiorum Chriſti erga nos: vt proinde ſemper ei ſupplices & deuoti, & qui debitis nulla ratione ſatiſfacere poſsumus, vel in fide eius vſq; ad mortem perſeueremus. Ille enim pro magnificentia maieſtatis ſuæ ea geſsit pro nobis, quæ ſibi indigna ſunt, vt & nos inquantũ poſsimus ei famulemur. ¶Vt impleamini in omnem plenitudinem dei.) Quia fides neque in ſolo patre integra eſt, neque in ſolo filio perfecta, ideo adiecit: Vt impleamini, ait, in omnem plenitudinem dei: vt confeſsione & gratiarum actione ſicut patri, ita & filio honorificentia reſeruetur, & omnia quæ à deo patre ſunt, per filium facta & reſtaurata credantur, vt ſit plena perfectio diuinitatis in profeſsione credẽtium. Nihil enim deerit Chriſtiano, quando per deum patrem per
F omnia immenſum eſse cognoſcit, charitatem quoque Chriſti ineffabilem & ſupereminentẽ ſcientiæ humanæ profitetur. ¶Ei autẽ qui poteſt ſuper omnia facere abũdantius q̃ petimus aut intelligimus ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, ipſi gloria in Chriſto IESV, & in eccleſia, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.) Ad patris perſonam hæc refert, vt quia meliùs ſcit quę vtilia & quæ non petẽda ſunt, & quãdo danda, & qualia & quanta opus ſint, ipſe gubernet prouidentia & virtute ſua ſibi credentes. Cui ideo gloria in Chriſto IESV, quia per ipſum omnia præſtat nobis: & quia honor patris in filio eſt, & in eccleſia, id eſt, in populo quem ſibi adoptare dignatus eſt. In claritate enim filiorum, gloria patris eſt, dicente domino: Sic luceat lumen veſtrum coram homi- Matt.5.
nibus, vt videant opera veſtra bona, & magnificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. In ſecula ſeculorũ amen. id eſt, in æternum veritas.

CAPVT QVARTVM.

OBSECRO itaq; vos ego vinctꝰ in domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis.) Hortatur eos, vt rectè incedentes in
G præceptis domini, ad promiſsã gloriã poſſint peruenire. Sicut enim peritus medicus obſecrat infirmos, vt bene ſe agẽtes poſsint ſaluatarẽ recipere valetudinẽ, ita & magiſter gentium hortatur vt fidei ſuæ digna opera faciẽtes poſsint percipere quę promiſsa ſunt ſanctis, ſciẽs gloriæ ſuæ eſse huius rei profectum. ¶Cũ omni humilitate animi & modeſtia, cũ magnanimitate ſufferentes inuicẽ in charitate, ſolicitè ſeruantes vnitatis ſpiritum in vinculo pacis.) Nunc diſſenſionem prohibet, charitati autem ſtudendum monet, ne ſpiritum vnitatis & pacis amittant, ac per hoc vt inuicem ſe ſufferant cum patientia. Modeſtia enim profectum parit, quia cum ſe inuicẽ tolerant cum lenitate animi monentes, corriguntur ad affectum, & pax in eis manebit, per quam filii dei non immerito vocabũtur, quia dixit dominus: Beati pacifici quoniam filii dei vocabun- Matt.5.
tur. Perturbatio enim & inquietudo contẽtionem facit, quæ ſolet etiã ea quæ mala nouit, velle defendere, ne cedere videatur. Hinc oritur diſcordia, quæ corrumpit pacis fœdera. ¶Vnum corpus,& vnus ſpiritus, ita vt vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.) Propter pacem & concordiam hæc ſubiecit, vt quia vnũ corpus eſt eccleſia, vnum ſapiat populus, quia vnum eſt quod creditur.
¶Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus deus & pater omnium, qui ſuper omnes eſt, & per omnes, &

G in omnibus nobis.) Adhuc vnitatem commendat, vt quia vnitas est ad quam vocamur, in nullo dissentiamus. Si enim vnus est dominus, id est Christus, sicut & ipse ait in euãgelio: Quia magister vester vnus est Christus: Vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium, qui super omnia est, & per omnes, & in omnibus credentibus: vnus debet esse & animus populi, quia hæc quæ enumerat, vnitatis sunt. Concordãt enim in omnibus. Patrem tamen deum, quia nulli debet quod est, super omnia esse dixit, & per omnes. Ideo per omnes, quia ex eo omnes: & necesse est vt super hæc omnia sit, quæ ex eo sunt: Et in omnibus nobis, id est, fidelibus. In nobis est enim per cõfessionem, quia eum fatemur, & quia spiritum suum dedit nobis, per quem sine dubio in nobis est. In Paganis non est, quia pater Christi negatur esse ab illis. ¶ Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis domini nostri IESV Christi.) Nunc, ne quia diuersa in hominibus dona sunt, putarentur officere vnitati, hoc purgat non esse contrarium, quia in donis officiorum diuersitas est, non naturæ. Vnicuique autem tãtum dicit dari gratię, quantum donare dignatus fuerit dominus: non tamen sine æquitatis mensura: quia vnicuique pro viribus tribuit, vt tantum hauriat quantum sitit. ¶ Propter quod dicit: Ascẽdens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hoc scriptum est in Psalmo sexagesimoseptimo. Dona tamen hæc post triumphos cœpit largiri. Vincens est enim mortem exaltatus in cruce, sicut ipse dixerat. Ait enim: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Expoliauit inferos, cũ captiuos quos ex præuaricatione Adæ, aut proprijs captos peccatis in conditione tenebant, abstulit consentiẽtes sibi, & ascendens inde in cælos induxit. Ex quibus aliquanti resurgentes in corporibus, multis apparuerunt ad testimonium euĩctæ mortis, vt qui forte Christi resurrectionem crediturí non essent, ex horum resurrectione quos mortuos scirent, rei fierent. Hos enim viderunt quos cognoscerent dudum vixisse. Quamuis captiui inuiti & alieni ducantur, saluator tamen & suos duxit, & voluntarios. Apparentia enim sua dum lacessit desiderantes liberari, cepisse illos dicitur. ¶ Quod autem ascendit, quid est nisi quia etiam descendit in inferiora terræ? Verum est, quia ideo descendit, vt ascenderet, non sicut homines, qui ad hoc descenderunt, vt illic remanerent. Ex sententia enim tenebantur apud inferos: quæ sententia Saluatorem tenere nõ poterat, quia vicit peccatum.

I Triumphato ergo diabolo descendit in cor terræ, vt ostẽsio eius prædicatio esset mortuorum, vt & quotquot cupidi eius essent, liberarentur. Nec poterat non ascendere, qui ad hoc descenderat, vt vi potestatis suæ calcata morte, cum captiuis quorum causa pati se permisit, resurgeret. ¶ Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia.) Hoc est quod dicit dominus: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Quod quidem & in psalmo continetur. Ait enim: A summo cælo egressio eius, & regressus eius vsque ad summum eius. Hic ergo descendens è cælis in terram, homo natus est, pòst mortuus descendit ad inferos, ex quibus tertio die resurgens, ante omnes mortales ascendit super cunctos cælos, vt illustram mortem ostenderet creaturæ. ¶ Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, quosdam verò Pastores & magistros ad consummationem sanctorum in opus ministerii.) Apostoli, episcopi sunt. Prophetæ verò explanatores sunt scripturarum, quamuis inter ipsa primordia fuerint Prophetæ, sicut Agabus, & quatuor virgines prophetantes, sicut continetur in Actis Apostolorum, sed propter rudimenta fidei commendanda: nunc autem interpretes Prophetæ dicuntur. Euangelistæ, diaconi sunt, sicut fuit Philippus. nam quamuis nõ sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Pastores sunt & possunt esse lectores, qui lectionibus saginent populum audientem: quia non in pane tantum viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore dei. Magistri verò exorcistæ sunt, quia in ecclesia ipsi compescunt & verberant inquietos: siue ii qui lectionibus imbuendi, infantes solebant imbuere, sicut mos Iudæorum est, quorum traditio ad nos transitum fecit, quæ per negligentiam obsoleuit. Inter istos post episcopum plus esse intelligitur, qui propter referatum occultum scripturarũ sensum prophetare dicitur, præsertim quia futuræ spei verba depromit. qui ordo nunc potest esse presbyterii. Nam in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est, princeps est sacerdotum, & propheta, & euangelista, & cætera adimplenda officia ecclesię in ministerio fidelium. Tamen postquãm omnibus locis ecclesiæ sunt constitutæ: & officia ordinata: aliter composita res est, quàm cœperat. Primùm enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscunque diebus vel temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quæsuit aut diem quo eunuchum baptizaret, neque ieiunium interposuit. Neque Paulus & Syleas tempus distulerunt quo Optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus diaconos habuit, aut diem quæsuit quando Cornelium cum omni domo eius baptizauit, nec ipse, sed iussit fratribus qui cum illo ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Vt ergo cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & euanglizare, & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At vbi autem omnia loca circumplexa est ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores & cætera officia in ecclesiis sunt ordinata, vt nullus de clero auderet qui ordinatus non esset, præsumere officium quod sciret nõ sibi creditum vel concessum. & cœpit alio ordine & prouidentia gubernari ecclesia: quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hinc ergo est vnde nunc neq; diaconi in populo prædicant, neque clerici vel laici baptizant, neque quocunque die credentes tinguntur, nisi ægri. Ideo non per omnia conueniunt scripta Apostoli ordinationi quæ nunc in ecclesia est, quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Nam & Timotheum presbyterum à se creatum episcopum vocat, quia primi presbyteri episcopi appellabantur: vt recedente eo sequens ei succederet. Denique apud AEgyptum presbyteri consignãt si præsens non sit episcopus. Sed quia cœperunt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenẽdos, immutata est ratio, prospiciente concilio, vt non ordo, sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum iudicio constitutũ, ne indignus temere vsurparet, & esset multis scandalum. In lege nascebantur sacerdotes ex genere Aaron Leuitæ. Nunc enim omnes ex genere sunt sacerdotali, dicente Petro apostolo: Quia estis, inquit, genus regale & sacerdotale. Ideóque ex populo potest fieri sacerdos. ¶ In ædificationem corporis Christi.) Ecclesiæ ordinationem ad compaginationem humani generis, in professionis vnitate dicit compositam, vt diuersi dignitate, in Christo omnes sint vnum caput habentes Christum, hoc est, authorem vitæ. ¶ Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filii dei.) Tandiu dicit manere ordinationem, quandiu cuncti destinati ad vitam vnius sint fidei in cognitionem Christi. ¶ In virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ita elaborandum hortatur vt perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, vt Christum perfectum & plenum deum teneat fides, ne mensura humana metiatur, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus deus habeatur. Nec enim perfectum dicens virũ,

Mat. 23.

Ioan. 12.

Ioan. 3.

Psal. 18.

1. Petr. 2.

A temporali ætate & mensura significat, sed per hoc dictũ perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filii dei. ¶ Vt vltrà non simus paruuli neque fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum in astutia ad remedium erroris.) Fundatos & stabiles esse nos vult in disciplina fidei catholicæ, quam Petrus apostolus reuelãte deo professus est, nec ventilari nos oberrantes per diuersarum hæresum pestilentiosas aseuerationes nequitia humana inuentas, vt per has fallẽtis inimici sub veri nomine error possit afferri. Hoc enim remedium est falsitatis, vt sub prætextu veritatis inducat errorem. Et non solum sub veri nomine, sed & ne sicut ante acceptam fidem sensu humiles vagabamur per diuersos errores, fideles facti discurreremus fragiles & dubii: de spe promissa commonet, quia iam Christiani facti fundati esse debent, quia ambiguitas in fide nostra non est. commendatur enim virtute prodigiorum. ¶ Veritatem autem facientes in charitate, augeamus in ipsum omnia, qui est caput Christus.) Hanc dicit esse veritatem, vt amorem Christi respicientes quo dilexit nos, & tradidit se pro nobis, omnia subiiciamus ei, facientes quia omnium est author vitæ, vt quasi capiti membra subdãtur. Vt si alii errore vel maleuolentia non fatentur omnia caput habere Christum, quia ab ipso facta sunt voluntate patris: nos tamen qui catholicæ fidei adhæremus, hoc omni deuotione & cura agere debemus, vt huic fidei non damnum, sed lucrum afferamus, perseuerantes in hac aseueratione, vt
B comprimãtur prauæ mentis colloquia aduersus veritatem armata. ¶ Ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnem iunctura subministrationis, in mensuram vniuscuiusq; partis incrementum corporis facit, ad ædificationem sui in charitate.) Qua tatione Christum caput esse omniũ dixerit, docet. Ex ipso enim, inquit, omne corpus, id est omnis chorus archangelorum & potẽtiarum, principum & potestatũ subsistit: Quamuis enim singula hæc numeros proprios habeant, & sint legiones, vt ipse dominus dixit: quia ab vno tamen per vnum sunt, simul omnia vnum corpus appellat. Sicut enim mẽbra cum sint vnius corporis, diuersa tamẽ sunt actu & dignitate: ita & creatura cõdita est à deo p Christum, vt à Cherubin & Seraphin potentiis quæ sub sede dei sunt, & angelis quos ipse dominus sanctos appellat. quasi quædam concatenatio sit, vsque ad firmamentum ordinata descendens, vt totum & iunctum sit, & meritis tamen discernatur. Meritis dico, nõ solum officiorum, sed & naturarum. Nec enim quia iuncta dicit omnia, vnius erunt naturæ. Sed quod in corpore membra faciunt discreta officiis, non natura: ita & in his omnibus
C non membra, sed naturæ ipsæ faciũt distinctiones. Hoc est ergo quod laboratur, vt ad vnum sensum redigatur creatura, & in sensu vnum sit corpus, dum omniũ vna professio est, vt cõcordet in charitate creatoris ad suũ profectum. Reædificat enim se in templum domini. destructa enim fuerat demẽtia & furore diaboli. ¶ Hoc ergo dico & testor in domino, vt non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obscurati intellectu, alienati à fide dei per ignorantiam quæ est in ipsis.) Manifestato creatore, & ratione ostẽsa quam sequi debeat creatura, in fide dei duntaxat, cõtestatur illos in deum, vt non aliter incedant vel sentiant q̃ docẽtur, ne similes gẽtilibus inueniantur, qui nec fidem recipiunt, nec cõuersationem quam mãdat lex, obscurum habentes sensum, ne cõtemplentur diuini nominis veritatem. Vana enim sectantes quæ sunt idololatria, infrenantur à diabolo, ne vnius dei iter incedant, vt socios illos suæ perditionis efficiat. ¶ Propter ignorãtiam, quæ est in illis, & duritiam cordis illorũ, qui desperãtes semetipsos tradiderunt impudicitiis, in operationem immunditiæ omnis & auaritiæ.) Gentiles futuræ resurrectionis desperatione cæcitatem cordis habere significat. Quasi enim vltra non futuri vitam suam contaminant turpis- D
sima operatione, nolẽtes se subiicere legi fidei, quia prohibet voluptatem propter spem vitæ futuræ. Quam hi idcirco ridendam cẽsent, vt iure dehonestare se, & aliena appetere auida cupiditate videãtur, quasi post hanc transpunctionem nulla sit vita. ¶ Vos autem nõ ita didicistis Christum, si tamẽ illum audistis, & in illo edocti estis, sicut est veritas in IESV.) Manifestum est Christianos non desperationem post mortem hanc didicisse, sed spem ad vtrunque. Fidelibus enim vita, perfidis verò promittitur mors, quæ est pœna æterna, vt siue mors, siue vita in Christo discatur: quia qui eum sequitur, per eum resurget ad vitam. qui verò discernit se ab eo, per eum mancipabitur gehennæ. ipso enim iudicante damnabitur. Et quoniam sunt quidam in ecclesia qui sub nomine Christi non sequuntur Christi veritatem, ideóque sicut est, inquit, veritas in IESV: vt si ita docti sunt vt est veritas in IESV, tunc Christum didicisse, & illum audisse, & in illo docti esse videantur. Christus enim de se docet quid sit, & quãtus credendus sit, & quæ spes in eo sit, & quales debeant esse credẽtes. Qui enim didicit Christũ, scit illum à mortuis resurrexisse, vt forma esset fidelibus. Ideoq; magna spes est pro ista mor- E
te amãtibus deum. ¶ Vt exponatis secundum priorem cõuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.) Qui Christum audiuit, hoc didicit, vt recederet à cõuersatione pristina, quam veterem hominem nuncupat propter præteritum ignorantiæ tempus. Homo itaq; vnus atq; idem est: qui si pristina vitia sequitur, vetus dicitur. si autem in nouitate vitæ ambulat alienus à seculari errore, qui est siue in affectu, siue in sensu rudis dicitur, nõ vtiq; substãtia carnis aut animæ, sed intellectu, & conuersatione vitæ. Corruptus tamen vetus homo dicitur propter adulterum sensum, & turpem vitam. ¶ Renouamini autem sensu mentis vestræ, & induimini nouum hominem, qui secundum deum creatus est in veritate & iustitia.) Iustum & verum est rectam viam sequi. Hic autem rectam viam sequitur, qui deuotus creatori suo in volũtate eius ambulat, quam gẽtilitas nescit. Innouatus enim spiritu mentis, nouum hominem dicitur indutus, qui est Christus. Christum enim induitur, qui per fidem renatus in Christo, æmulus est vitæ quam tradidit Christus, vt iuxta deum creatus videatur. In eo enim quis creatur, in quo sapit: & ideo veritas & iustitia dei à gẽtibus ignoratur. Cum enim credentes deum agnoscunt creatorem, ser- F
uantes mandata eius, & iustitia & veritate creantur.
¶ Propter quod deposito mendacio loquimini veritatẽ vnusquisq; cũ proximo suo, quoniã sumus inuicẽ membra.) Quia in veritate & iustitia creati sumus renati in baptismate: idcirco vt in eo maneamus, mẽdacium deponere iubemur, assumpta veritate: nec dolo aliquid cũ fratre agere: vt quia vnius corporis mẽbra sumus, cautis nostris in veritate inuicem faueamus. ¶ Irascimini, & nolite peccare.) Quoniam irasci quis nõ potest prohiberi: quippe cum ira motus sit naturalis cõceptus ex causis, qui solet ad profectum pertinere delinquẽtis: idcirco irascẽdum dicit, sed commonet ne per iram peccetur. Solemus enim modum egredi dum irascimur, & inuenimur ipsi peccare, qui peccantes arguimus, dum plus irascimur, & amplius oneramus peccantem, quàm meretur. Hoc ergo docet, vt ipsa ira cum moderatione sit, neque nimium quis iustum se præbeat delinquentis quia solent quidem sic peccare, vt tãtis plagis affici videantur, quantas non possunt ferre: & qui poterat forte corrigi, tollitur de vita, non sine peccato irascẽtis. Hinc Eccle. 7.
est vnde Salomon, Noli, inquit, iustus esse multum, quia est qui perit in suo iusto. Sed imitatores dei esse debemus, qui temperatam habet iustitiam. Cum enim iustum esset plecti iniquos, patientia sua suffert eos, vt aliqui ex eis corrigantur. Nosipsos suos seruos peccantes

patitur,nec cito aliquem percutit. ¶Sol nõ occidat super iracundiam vestram, neque locum detis diabolo.) Iram transire vult,nec retineri in pectore,vt die orta cũ die decidat: quia si in animo manserit, dat occasionem diabolo gloriandi. Necesse est enim iratus animus male cogitet: quod cupit diabolus. Inuenit enim mentem paratam ad malum,cui se inserẽs effectu suo decipit hominem factum ad vitã,quia hominis cogitare est, diabolii implere. ¶Qui furabatur, iam nõ furetur, magis autem laboret operãdo manibus quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.) Vt noui hominis conuersatio maneat,hortatur ne rursum ad præterita vitia & peccata redeatur: & nihil proderit nouum dici, quando vetus homo malis operibus approbatur. Non solum ergo Christianus aliena non tollere iubetur, sed & de labore suo penuriam patientibus subministrare, vt bonis operibus deditus rependat quæ prius abstulerat, & de cætero thesaurizet sibi in futurũ. Qui enim cessat à furto, veniam potest habere, nõ gloriam. Quid enim magnũ aut cuius meriti est ab alienis temperare? Ad meritum enim proficit cum quis de proprio tribuit egenis. ¶Omnis sermo malus de ore vestro nõ procedat: sed si quis bonus ad ædificationẽ fidei, vt det gratiam audientibus.) In dei seruo omnia debent bona videri, nec ex aliqua parte puritas eius debet maculari.

Matt.12. Quid enim prodest mundam vitam habere,& os sordidum,cum dicat dominus quod vnusquisque verbis suis aut iustificabitur,aut cõdemnabitur? Nec credibile potest videri bene viuere cum qui male loquatur. Male enim loqui ad multa trahitur vitia. Potest enim male loqui qui turpiter fatur, & qui bonis detrahit, & qui cum dolo fabulatur,& qui mentitur. hæc errorem præstant.

H Bonæ enim & sobriæ fabulæ dant gratum exemplum audientibus, vt honorificent deum in verbis eius ædificati in fide Christi. ¶Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redemptionis.) Cum bene agimus,gaudet in nobis spiritus sanctus datus nobis, videns monita sua proficere vtilitatibus nostris, sicut dictum est à domino: Ita gaudiũ erit in cælo in vno

Lucæ.16. peccatore pœnitentiam agente. Gaudet ergo spiritus sanctus in salute nostra,nõ sibi, quia nõ indiget lætitia. ita econtrario si obedientes ei non fuerimus, contristatur,quia non habet profectum in nobis. Vult enim nos pertinere ad vitam. Non tamen sic cõtristatur,vt patiatur,quippe cum impassibilis sit. Sed cum eum cõtristatum dicit,nostri causa hoc significat,quia deserit nos eo quod læserimus eum contemnendo monita eius. Contristatio itaque eius,indignitas nostra est, quæ filios nos dei prohibet appellari. Ipse est enim spiritus sanctus qui significat filios dei,manẽs in nobis. ¶Omnis amaritudo,& ira,& indignatio, & clamor, & blasphemia auferatur à vobis,cum omni malitia.) Omnia hæc quæ perniciem possunt præstare animis, amouenda memorat. Per iram enim fit indignatio, per indignationem clamor,quasi vox insanientis, quæ aliena est à dei seruo.

I Per clamorem surrepit blasphemia, quæ nõ potest non mala esse, hæc amaram præstat vitam trahens ad mortem. Ideoq; ab his omnibus cauẽdum. Timor enim dei temperare debet, & modum imponere accidẽtibus causis. Sed quia possũt aliqui pressa in animo ira & clamore retinere malitiã ad retributionẽ nacta occasione, idcirco subiecit hæc auferri cum omni malitia: quia non solum blasphemare malitia est, verũetiam fingere pacem in faciẽ,& in animo meditari discordiam. ¶Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes vobis, sicut & deus in Christo donauit vobis.) Exemplo dei patris benignos & misericordes inuicem fieri exhortatur: sicut & dominus, Estote, inquit, misericordes, vt

Luc.6. similes sitis patris vestri, qui in cælis est. Si enim deus per filium suum seruorum misertus est, quantò magis serui ipsi inuicem sui debeãt misereri, & donare si alter in alterum peccet? Hæc præcepta eius sunt qui misera- K tus est: qui si in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam per quam misericordiam dederat: & ita euenit, sicut ait dominus in euãgelio de eo qui accipiens à domino misericordiam, in cõseruum suum impius deprehensus est,

CAPVT QVINTVM.

ESTOTE imitatores dei, sicut filii charissimi.) Hoc est quod suprà dixit, quia dei patris imitatores esse iubemur hac exhortatione, vt si obaudierimus, filii dei & charissimi habeamur. Hic enim charissimus patris est filius, qui bonorum eius imitator est. ¶Et ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis hostiam & oblationem deo in odorem suauitatis.) Sicut dei patris imitatores nos esse vult in benignitate & misericordia, ita & Christi filii eius in dilectione: vt sicut ille dilexit nos, tradens se pro nobis, ita & nos inuicem pro nobis etiam animas ponere debeamus. Quod etiam Ioannes apostolus dixit, exemplo domini pro fratribus animas ponendas. Si ergo Christi mors in odorem suauitatis est deo, mortem eius libenter accepit. Quod si verum est, non peccauerunt qui illum secundum dei voluntatem crucifixerunt. Sed non ita est, quia Christus deo dicit se obtulisse dum occidi se passus est, in dei patris sui voluntate perdurans: quia qui iuste occiditur diabolo se offerens, voluntatem eius facit, vt occidi me reatur. Ita & Christus dum dei voluntati adhæret, dia- L bolo displicuit: & ideo illum occidit, quia deo se obtulit iustitiam exequẽdo. In oblatione enim iustitia signatur & veritas. Hanc enim respicit deus, & hoc est eius sacrificium acceptum. Itaque immeritus qui occiditur, placet deo, non quia occiditur, sed quia vsque ad mortem iustitiam conseruauit. Suscepit enim hanc mortem deus Christus ad vitam: vnde & odor suauitatis appellatur deo. Ad Romanos tamen dicit: Quia deus illum Rom.8. tradidit pro nobis omnibus. Nunc quærẽdum est quomodo deus tradidit illum, aut quomodo se ipse obtulit deo. Nam hoc quantum ad verba pertinet, videtur contrarium. Deus illum tradidisse dicitur, dum illum occidi permisit, sicut dicit dominus ad Pilatum: Non Ioan.19. haberes aduersum me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Data est enim, sed non nolenti potestas, hoc est, permissum est illi facere quod voluit. & hoc est tradere. Dum enim dissimulat, tradit. Si enim noluisset per- M mittere, non fuisset occisus. Permisit ergo occidi cum, sed ab iis qui eum volebant non coacti sed sponte occidere. Non ergo immunes à pœna sunt, quia hoc eis permissum est quod volebant. Damnatio enim in eo competit, quia voluerunt. Quod ideo tamen permisit deus, quia scit istud aduersum diabolum futurum pro multis. Dignum enim fuit vt quod inimicus impræscius futurorum contra se quasi pro se facere putabat, permitteretur ei, vt impræsciẽtiam suam sibi imputans, facti sui pœnitentia torqueretur. Quod autem Christus ipse se obtulit, aut deus illum tradidit, vnum est, quia amborum vna voluntas est. ¶Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos.) Manifesta sunt quæ dicit: Quàm tamen grauis res sit auaritia, à qua dissimulamus, quando fornicationi & immunditiæ comparatur: & sic à nobis videtur quasi quædam culpa nullius momenti, cùm sit graue peccatum. Sancti ergo esse non possunt in quibus aliquid horum quæ prohibet, fuerit repertũ. ¶Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.) Quoniam quidam solent aliquid turpe agere, aut stultiloquiis iocum mouere, quasi non sit peccatum: hoc prohibet, quia dei serui semper sobrii & modesti debent videri. Per stulti-

A loquia enim peccatur. Vnde Salomon: Stultus, inquit,
Prou.10. per risum agit mala. Et dominus in euangelio dicit:
Matt.11. Quia omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii. Nec inulta possunt discerni quæ idcirco dicuntur, vt ad alicuius pertineant contumeliã. ideo ad rem salutarem nõ pertinent hæc. Quare hæc agenda & loquenda monet, quæ ad vtilitatem proficiãt nostram, & dei laudem, in cuius lege meditandum est die ac nocte, sicut scriptum est in psalmo primo. Ex conuersatione enim & moribus dei serui etiam tacentes intelligendi sunt, vt quantum distat verum à fallo, tantum distent dei serui à seruis diaboli. ¶Hoc enim scitote, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idololatria, non habet hæreditatem in regno dei & Christi.) Qua causa amouenda sint hæc ostendit, quia qui talis fuerit, partem in regno cælorum non habebit, quod est patris & filii. Vt auaritiam tamen rem periculosam esse doceret, idololatriam hanc nuncupat, qua nullum peccatum maius est. Videamus ergo cur auaritia idololatria dicatur. Ido
B lolatria dei honorificentiam vsurpat, & vendicat creaturæ; cum in nomine diuinitatis, quod soli conditori competit, participem illi asserit eius facturam. Auaritia autem idcirco huic exæquata est, quia similiter ea quæ dei sunt sibi vsurpat & recõdit auarus, & quæ vsibus omnium concessit communiter, auaritia denegat, quando idcirco hæc congregat apud se, ne alii vtantur. Quæ res facit vt carẽ venundent, ne pauperes viuant. Si enim mime reconderentur, abundatia omnium rerum faceret vilitatem. Denicq; apud veteres quia auaritia non erat, nec caritas. Recte ergo idololatriæ comparata est, quia multos lædit, creatori similiter inimica. Vult enim deus ac iubet de iis quæ creauit, subueniri pauperibus: auaritia contradicit. Vide an fine diabolo possit esse. ¶Nemo vos seducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum.) Inanes sermones vani sunt, vanitas autem idolorum cultura est, quæ vtique non ex æquo initium habet, sed de errore. Docet ergo ne horum verbis assensus præbeatur. Perstrepunt enim semper, & seductione quadam fallaciæ contra fidem consuetudinem antiquitatis obtendunt, rationem præsentium non spem futurorum aserendam iudicantes. Ideo venit super hos vindicta de cælis, vt sciant verum esse quod credere noluerunt. A qua vanitate dei seruos longe docet debere discretos esse, ne participes fiant pœnæ illorum. ¶Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.) Tenebræ, ignorantiæ sunt, quia nemo videt in tenebris. Ignorantia verò gentilitas est, siue perfidia, à qua dei gratia
C ad fidem tracti sunt, facti lux, id est veritas, quia in luce manifestantur quæ sunt. Denicq; Pagani in tenebris mystica sua celebrantes in spelæo velatis oculis illuduntur. Ex his Christiani facti cognita veritate filii lucis dicuntur, quia deus lux est, cuius fidem in veritate suscipiunt. ¶Vt filii lucis ambulate. Nam fructus lucis in omni bonitate, & iustitia, & veritate est.) Hoc dicit, vt sic conuersentur, vt non immerito filii lucis dicantur. Opera enim lucis palàm sine timore fiunt, tenebrarum autem opera in occulto, quia illicita sunt. omne enim peccatũ palàm fieri timet. ¶Probate quid sit quod placet deo.) Ex magnificentia sanctitatis & bonitatis perpẽdi potest quibus deus operibus delectetur. Ipse enim
Leuit.19. dixit: Sancti estote, sicut & ego sanctus sum, dominus
Luc.9. deus vester. Et dominus, Estote, ait, misericordes, sicut & pater vester. Hæc placent deo. In sanctitate enim purificatio, in misericordia verò plena & perfectaiustitia est. ¶Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum.) Monet ne malorum actibus per cõsensum polluamur, qui sunt infructuosi erga bonũ, & quæstuosi ad malum. ¶Magis autem & obiurgate quæ in occulto ab eis fiunt, turpe est etiam iam dicere.) Non solum D alienos vult eos esse à malis actibus, sed & arguere mala facta eorum qui in occulto turpiter operantur. Tunc enim probantur peccata, si arguantur; vt admirentur filios lucis, à quibus cum iustè arguũtur, cõtradicere non poterũt, sed magis eos reuerebuntur. ¶Omnia autem cum obiurgãtur, manifestantur.) Verum est, quia tunc videtur peccata, cum obiurgãtur: quia qui peccat, quan diu nõ corripitur, minime sibi videtur peccare. ¶Omne enim quod manifestatur, lux est.) In manifesto ambiguitas nõ est, nec excusari potest quod palàm delictum est. Sicut enim apparẽte sole diem esse negari iam non potest, ita & manifestato peccato obiurgatio falsa videri. ¶Et exurge de mortuis. & cõtinges Christum.) Dormitionem hanc, stuporem mentis significat quæ alienatur à vero. Alienatio verò hæc species mortis est. Ex
Rom.13. quia resurgere commonetur, vt respiscens agnoscat veritatem, quæ est Christus. Perfidi ergo & vitiosi demersi in cœnum sub desperatione vitæ, vt resurgant siue emergant admonẽtur, & habeant partem cum Christo, vt de tenebris transeant ad lucem, & à morte ad vitam.
E ¶Videte ergo quomodo cautè ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.) Quoniam superius perfidiam & vitia vitæ à dei seruis arguenda mandauit, nunc vt prudenter ea ipsa arguantur propter scãdalum, subiecit, vt inter perfidos cum prudentia conuersandum sit, maxime tempore quo perfidi regnant præsumẽtes rege prophano: vt si viderit Christianus inquietum & iracũdum cõtradictorem, dissimulet ab eo, ne eum quidem incitet ad blasphemiam & tempestatem monendam: illic autem verba faciat, vbi datur facultas. Quemadmodum enim inter potentes perfidos interrogatus quid sit, tacere non debet, nec negare quod est: ita & si metus est inter eos disputare, dissimulandum est: quippe cum detrimentum sit seminare supra spinas. Hoc est enim prudentis, scire quemadmodum vnicuique respondeat. Est enim qui quamuis perfidus sit, non tamẽ penitus intractabilis est, vt nec audire se patiatur verba fidei. Est iterum in quo sic feruet zelus perfidiæ, ut non tantum non cum illo, sed nec præsente illo tractetur de fide. perstrepente enim illo & blasphemante multis fit scandalum. Vnde Paulus & Barnabas cum aduersum se blasphemantes audirent, excutiẽtes vestimenta sua recesserunt ab eis. ¶Ideo nolite effici imprudentes, sed intelligẽtes quæ est voluntas domini.) Dominus IESVS paci studendum monet. Et vas electionis, Si potest, inquit, fie- Rom.12.
ri, quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes. Et
1.Timo.2. ad Timotheum, Seruum, ait, domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Hæc est voluntas F domini, vt quæ agenda sunt à seruis eius, cum modestia agantur. Perturbatio enim & strepitus, siue contentio cum animositate, inimicitiã generat. Hæc ergo propter superiora subdidit, in quibus vult dei seruos corripere delicta hominum peccatorum, vt quia per hoc solet oriri dissentio & rixa, cùm temperantia & mansuetudine arguant peccatores, ne ad iracundiam prouocati insiliant ad litem. Ideóque prudenter istud curãdum monet, vt sit profect9. ¶Et nolite inebriari vino in quo est luxuria.) Sobrii possunt habere fiduciam arguendi. Bona enim conuersatio terrorem incutit delinquenti: nec poterit qui arguitur, aspernè ferre, quia reprehenditur, quando scit optimam conuersationem monẽtis se. Nam vbi ebrietas & luxuria est, luxuria prouocat turpitudinem. Quamobrem sobrios eos esse conuenit, vt bonæ conuersationis iura seruentur. ¶Sed impleamini spiritu loquentes vobis in psalmis, & hymnis, & canticis, cantantes & psallentes in cordibus vestris deo.) Rationabilem vitam diligit spiritus sanctus: quia si bene vixerimus, implebimur eo, vt memorat, ad confitendum & extollendum dei donum, diuerso vocis canore, vt laus in deum omni lingua canatur. In quo enim est

Spiritus, semper spiritalia meditatur, vt nō in labiis tantum sit, sed de corde prorumpat, propter vetus dictum
Esaię.29. domini per prophetam. Ait enim: Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. ¶Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini IESV Christi patri & deo, subiecti inuicem in timore Christi.) Deo gratias in omnibus donis eius agere iubemur, qui etiā adoptare dignatus nos est per Christum filium proprium, per quem cognouimus eum, & didicimus in spiritu deum, quia deus spiritus est, adorandum. alter
Ioan.4. alteri se subiiciens propter timorem Christi, qui humilitatem exequendam mandauit. ¶Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut & Christus caput est ecclesiæ, ipse Saluator corporis. Sed ecclesia subiecta est Christo. ita & mulieres viris suis in omnibus.) Mulieres subditæ esse viris naturali lege iubentur, quia mulieris author vir est. Vnde sicut domino, inquit, ita viris subditæ esse debent.
Hinc Sara dominū vocabat Abraham. Sicut enim caput ecclesiæ Christus est, ita & vir mulieris. A Christo enim ecclesia sumpsit initium, vnde subiecta est illi: ita & à viro mulier, vt sit subdita. In eo tamen distat, quia mulier consubstantia viro est, ecclesia autem in nomine potest non in natura participari Christo. ¶Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro illa, vt eā sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi vt sit sancta & immaculata. ita & viri debent diligere vxores suas.) Mulieres humiles
H esse iubentur, & reuerentiam habere virorum. Viri verò ita diligere mulieres suas admonentur, vt etiam animas suas pro illis ponant, causa dilectionis zelum habentes circa affectum earum & disciplinam, vt religiosę & sanctæ sint. ¶Suum corpus diligit, qui vxorē suam diligit.) Naturali ratione mulier portio corporis viri est, ac per hoc vir in muliere se ipsum diligit, quoniam
Gene.2. si fornicetur, in se ipsum peccat, quia duo in carne vna sunt. Non ergo personæ substantiam diuidunt, vt per personas numerus fiat naturæ, sed sunt in vnitate naturæ. ¶Nemo enim vnquam carnem suam odit, sed nutrit & fouet eam, sicut Christus ecclesiam.) Exemplo Saluatoris viros vxores suas diligere hortatur. sicut Christus corpus suum nutrit & fouet, ita & vir mulierem, quia caro eius est. ¶Quoniam mēbra sumus corporis eius, & de carne ipsius, & de ossibus eius.) Hoc spiritaliter intelligēdum est. In eo enim dixit nos esse membra eius, quia caput est ipse totius ecclesiæ, vt quia per ipsum esse cœpimus, caput nostrū dicatur, quasi ex quo omne corpus subsistat, vt membra eius omnis spiritalis creatura fit, si tamen in nomine eius genu flectat. ¶Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.) Ad vnitatem commendandam vnitatis dedit exemplum, vt sicut vir & mulier vnum sunt per naturam, ita & Christus &
I ecclesia vnum intelligantur esse per fidem. ¶Mysterium hoc magnum est, ego autem dico, in Christo & in ecclesia.) Mysterii sacramentum grande in vnitate viri ac fœminæ esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam causam quæ non discordet à memorato mysterio flagitat, quam scit ad profectum humani generis pertinere, hoc est, ecclesiæ & Saluatoris, vt sicut relictis parentibus homo vxori suæ adhæret, ita & relicto omni errore ecclesia adhæreat & subiiciatur capiti suo, quod est Christus. ¶Veruntamen & vos singuli vnusquisq; suam vxorem vt se diligat, mulier autem vt timeat virum.) Quoniam vna natura in viro & fœmina est, idcirco vir quasi seipsum ita mulierem diligere commonetur: mulier autem quia persona inferior est conditionis causa, non naturæ, viro subiecta timere eum iubetur.

CAPVT SEXTVM. K

Exo.20. Honora patrē tuum, & matrē.) Lex datur filiis, vt quia parētibus au thoribus constant, obediāt eis. Iustum est enim vt reuerētiam exhibeāt eis, per quos sunt. ¶Quod est mādatum primū promissionis, Vt bene sit tibi, & sis lōgæuus super terrā.) Promissio hæc in Exodo cōtinetur, vt honorificēt parētes, & bene esset, & prouectioris fierēt ætatis. Quomodo tamen hoc primum mādatum dixit? cum constet primum mandatum ita cōtineri: Non sint tibi alii dii præter me. Deinde: Nō facies tibi similitudinē vllam quæ sunt in cælo sursum, & in terra deorsum. Tertium: Non sumes nomē domini deitui in vanum. Quartum: Obseruabis, inquit, sabbata mea. Quintum autē: Honora patrē & matrem, &c. Sed quia prima quatuor mandata ad deum pertinent, hæc in prima tabula contineri subintelliguntur. Cætera ad hominem, vt honoret parentes, non occidat, nō fornicetur, non furetur, nō falsum testimonium dicat, neq; quicquam proximi sui concupiscat. Hæc sex mandata in secunda tabula videtur scripta, quorum primum est, Honora patrē & matrem. Hac causa ergo dixit, Quod est mandatū primum in promissione. vt discerneret inter mandata quæ ad deum, & inter ea quæ ad hominem pertinēt. ¶Et patres nolite ad iracūdiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini.) Vt lex possit seruari qua cautum est vt filii honorificent parētes: parentibus quoq; alia lex ab Apostolo datur, vt sic imbuant filios, ne mandata legis contemnant, quia si in timore domini fuerint enutriti, poterūt obseruare quę præcepta sunt. Nam si ad iram prouocant filios, nec ipsi modum legis custodiunt. Cogere
L enim eos videntur vt præuaricatores inueniantur. In ira enim nemo agnoscit quid sit vtile: idcirco temperātiam parētum exemplo debent addiscere, vt quæ vtilia sunt sectentur. Meminisse enim debent patres quia & ipsi fuerunt filii, & noluerūt vtiq; exacerbari à patribus. Filii quoq; cognoscere debent quod futuri sunt patres, & nolunt inhonorari ab eis. Idcirco vtriq; exhibeāt inuicem quod exquirunt adinuicem. ¶Serui obedite dominis carnalib⁹ cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo.) Quoniā omniū sublimior & sola potens est religio nostra, & quæ credentibus cælorum regna pollicetur: ne hac igitur causa superbia nascetur hominibus, omnes debita conditionum & officiorum præsentium iubentur exoluere, vt & magis incitent perfidorum animos ad culturam dei, quam vident & iustam & humilem. Videntes autem deum meliorasse seruos, & in reddēdis obsequiis fideliter profecisse. Serui quoq; dum cernunt mansuetudinem dominorum, omni auiditate concupiscunt fidem, cuius tam placidis retinaculis gubernat humana officia. Nam & qui in conditione est, si habuerit famulum, nō vult contemni ab eo: ideoq; nec ipse debet cōtemnere dominum M suū: & sicut vult agere secū dominum suū, ita & ipse agere debet cū seruo suo: & sic poterit placere deo. ¶Nō ad oculum seruiētes, quasi hominibus placētes, facientes voluntatem dei ex animo, cum benignitate seruientes domino, & nō hominibus, scientes quod vnusquisq; quodcūq; fecerit bonū, hoc consequetur à domino, siue seruus, siue liber.) Propter timorem dei iusta & fidelia vult hominibus exhiberi seruitia. Deo enī seruit, cuius iura in obsequiis domini carnalis custodit, quē sibi pro iustis actibus in die iudicii vicem reddere & cæteris omnibus audit testari. Quæres potest proficere etiam ad salutem dominorum. Videntes enim, quod difficile est, seruos dei per gratiam factos fideles ministros, poterūt dei gloriam collaudare. ¶Et vos domini eadem facite ad illos, dimittentes minas, scientes quod & vester & il-

A lorum dominus est in cælis, & personarum non est acceptio apud deum.) Non ignorantes vtique carnales domini, deum omnium dominum esse communem; talia exigant seruitia, qualia à se exigi non ferant ægrē. In qua enim quis mensura mensuauerit, remetietur illi. dominus enim iustus iudex causas discernit, nō personas. ¶De cætero cōfortamini in domino, & in potentia virtutis eius.) Post omnia merita, & hortamenta, & disciplinæ ordinē traditum religiose, & dispositionem
Matt.7. mysterii manifestam, robustos illos vult esse in fide, fiducia potestatis dei, vt scientes firmam esse spem promissionis, prompti sint circa obsequia dei, erigentes gubernacula cōtra fluctus excitos impudētia inimici. Tempestatem enim dei seruis cōmouet, sed ipse naufragium facit. ¶Induimini vos armis dei, vt possitis stare aduersum nationes.) Arma dei fides est stabilis, per quam solam semper victus est Satanas. ¶Quoniam non est vobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, tenebrarum harum rectores, aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus.) Certus apostolus quia exitia quæ à perfidis dei famulis irrogātur, authore diabolo ministrātur, cuius altitudo grādis & hominibus impossibilis est, monet aduersus hæc arma dei sumenda, cuius solius virtute superantur & destruuntur omnia machinamēta eius. Ipse est enim cuius satellites sunt, quos tenebrarum harum
B dicit rectores, spiritus nequissimi qui degunt in cælestibus in firmamento mundi. Hi sunt erroris duces, tenebrarum rectores, hoc est, ignorātiæ & perfidiæ præpositi. Rectores enim tenebrarum in peruersum intelligendi sunt gubernare, quasi incredulitatis magistri. ¶Ideo accipite vniuersitatē armorum, vt possitis resistere malo, & in omnibus perfecti stare, succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricā fidei, & calciati pedes in præparatione euāgelii pacis. Super his omnibus assumētes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela maligni ignita extinguere, & galeam salutis, & gladiū spiritus, quod est verbum dei.) Quoniam contra atrocissimos hostes & omni tergiuersatione callidos bellum gerimus, idcir co omni cautela & solicitudine vigilare debem⁹, vt qua cunq; tētauerint, munitos nos & præparatos inueniant. Necesse est enim vt & deus adiuuet quos viderit in præcibus vigilare, & de armis eius expectare victoriam. In huiusmodi autē bello sobria mēte opus est, & pura conscientia, quia non cōtra carnalia nequitiæ, sed aduersus spiritalia dimicatur. Cōtra terrigenos enim hostes corpus sagina roboratur, & poculis mens incitatur, vt repugnandi sumat audaciam. Aduersus spiritalia enim nequitiæ spiritaliter repugnandum est, & sobrietatis & abstinentiæ arma sumenda sunt, vt infusi sancto spiritu immūdos & erraticos spiritus deuincamus. Sic itaq; succingemus lumbos nostros in veritate, si parati sumus errori resistere. Omnis enim qui operari vult succingit se,
C vt ablato impedimento diligentius operetur. ¶Per omnem orationem & precem orantes in omni tempore in spiritu & in ipsum vigilantes, in omni perseuerantia & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in adapertionem oris mei, exerte notum facere mysterium pro quo legationem fungor in catena, vt in ipso exerta libertate vtar prout oportet me loqui.) Si rectè cōuersemur, spiritus sanctus manet in nobis: & quod postulamus, possumus impetrare. Hoc est ergo in spiritu semper orare, munda conscientia & fide integra precem ad deum dirigere. In carne enim orat qui pollu ta mente precatur iterum peccaturus, non de euētu aut subreptione, sed de proposito. Sed potest nō peccari ad mortem, si perseuerantер oretur, vt animus sedula mente intentus sit semper in dei legem, ea meditans die noctúque quæ amat deus. tunc & pro sanctis possunt orare. Non est enim indignum vt pro inuicem solicita sint membra, nec temerarium poterit videri si pro magistro discipuli idonei interpellent, adiuuātes eum, vt postpo- D sitis impedimētis libertate vtatur ad prædicādum, sicut traditum est ab auctore, ne pressus vi tribulationum, ipsa formidine acumen doctrinæ obtundat, amissa feueritate. Duplici igitur genere pro se orandum hortatur, vt & sensu eius impleatur spiritu ad eloquendum plene mysterium, & facultas illi detur audaciæ in asserendo. quam vtique precem libenter audit deus. Videt enim legationem suam in apostolo despici, vnde vtiq; indignatus in causa sua non negabit effectum. Si enim consuetudo & lex est, legatis hominum non inferre exitia: qua præsumptione & audacia legatis dei non solū exitia, sed & mors irrogatur? Quare & dicit: Pro quo legationem fungor in catena. Nō enim permittebatur libere loqui; sed in subiectione & necessitate verba dei referēs, vinculis, plagis subiiciebatur, & mortibus: Et lapidatus est enim, & ad bestias pugnauit Ephesi. ¶Vt autem sciatis & vos ea quæ circa me sunt: quid agam, plene notum faciet vobis Tychicus dilectus frater, & fidelis minister in domino, quē misi ad hos in hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra.) Per Tychicum Ephesii discūt quid agat apostolus, & idem cognoscit quid agerent Ephesii. De apostolo, quia diuinæ erant quę agebat, dubium nō erat: sed hoc sciēdum erat de eo quid ageret inter perfidos, & insidias eorum. De
E Ephesiis verò hoc cognoscēdum, si proficerent, necne. Vt ergo obedirent, & libenter audirent verba Tychici, hunc commēdat, & fratrem illum dilectissimum vocās, & ministrum dei idoneū. ¶Pax fratribus & charitas cū fide à deo patre, & domino IESV Christo.) Pacem quæ est ianua dilectionis, optat esse cum fratribus, vt charitatem cum fide, vt ingressi per pacem possint manere in charitate, quæ est ex fide. Hæc est enim dei patris, & filii eius domini nostri IESV Christi. ¶Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum IESVM Christum in incorruptione.) Præscius apostolus multos futuros desperatæ fidei sensum habētes de domino nostro IESV Christo, cum iis æternam gratiam dicit mansuram, qui diligunt Christum, recte de illo & cum dei patris voluntate sentientes. Qui enim degenerem hunc dicunt, data illis gratia auferetur.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENT. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD PHILIPPENSES.

PRAEFATIO.

F PHILIPPENSIBVS verbum fidei Apostolus tradidit. Somnio enim monitus est, sicut continetur in Actis apostolorum, vt accederet ad eos, & aperiret aures eorum ad recipiendum sermonem dei. Multis ergo diebus commoratus apud eos, instruxit eos doctrina domini: & quia post discessum eius non sunt translati ad aliud, sicut & Galatæ, sed permanserūt in fide, non recipietes pseudoapostolos, per epistolam laudat eos, gaudens in proposito cordis eorum. In laude enim horum, aliorum vituperatio continetur. Corinthii enim multo tempore audientes Apostolum, recedente eo à diuersis pseudoapostolis fuerant euersi. vnde isti iure laudantur.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS & Timotheus ſerui IESV Chriſti.) Apoſtolum ſe tacet, quia iis ſcribit qui de illo recte ſentirent, ideo dignitatem ſuam ſupprimit. Erat enim his manifeſta. Conditionem verò fatetur, quia qui Chriſtum confitetur dominum, hic liber eſt, & habet ſalutē. ¶ Omnibus ſanctis in Chriſto IESV.) Sanctis ſcribit more ſuo, ſed qui in Chriſto IESV ſancti ſunt, id eſt qui deum & hominem Chriſtum fatētur. Fotinus enim Chriſtum negat, & deum Manichæus hominem, ideoq; immundi ſunt. Non ergo iis ſcribit qui mendaciis propriis ſupprimūt veritatē. ¶ Qui ſunt Philippis.) Quibus ſcribat ſignificat. ¶ Cum epiſcopis & diaconibus.) Hoc eſt cum Paulo & Timotheo, qui vtique epiſcopi erant, ſimul & ſignificauit & diaconos qui miniſtrabant eis. Ad plebem enim ſcribit. Nam ſi epiſcopis ſcriberet & diaconibus, ad perſonas eorum ſcriberet, & loci ipſius epiſcopo ſcribendū erat, non duobus vel tribus, ſicut & ad Titum & Timotheum. ¶ Gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino IESV Chriſto.) Manifeſtū eſt deum patrem eſse: Chriſtum verò IESVM dominum noſtrum. Nunquid non videtur plus deū eſse q̄ patrem? Sed inter homines in mundo, apud deum verò patrem, & apud Chriſtū dominum cōcordia eſt. Hic enim, hoc eſt in mundo ideo plus eſt dominus q̄ pater, quia aut & ipſius patris dominus eſt, aut pater filium nō ſuæ condi
H tioni generat, ſed alienæ. Deus autē ſic genuit vt in poteſtate eius ſint quos genuit, vt nati ingenui, ſerui tamen eius ſint, cum hos tradit proprio filio, reddit illos etiam
Ioan.17. ſeruos filio ſuo, vt ſit dominus eorum, ſicut dicit. Pater, quos dediſti mihi, tui erāt, & mihi eos dediſti. vt in patre & filio ſerui ſint dei vnius. ¶ Ego quidē gratias ago domino ſuper omni memoria veſtra, ſemper in omni oratione mea pro omnibus vobis, cum gaudio orationem faciens ſuper communicatione veſtra in euangelio.) Primùm quidem domino gratias agit, cuius nutu proſpera omnia cedūt fidelibus, in omni oratione ſua memor eorum cum exultatione, quod participes facti ſint
2.Petr.1. euangelii, ſicut dicit Petrus apoſtolus, inter cætera dicens: Vt ſitis, inquit, cōſortes diuinæ naturæ. ¶ A prima die vſq; nunc.) Præuidit enim Apoſtolus deuotionem illorum & fidem ratā ex ipſis principiis, & gauiſus eſt in eis ſemper ſciens multis exemplo futuros. ¶ Confidens in hoc ipſum quod qui inchoauit opus bonum, perficiet vſq; ad diem Chriſti IESV, ſicut eſt iuſtum mihi hoc ſentire pro omnib⁹ vobis, eo quod habeā vos in corde tàm in vinculis meis q̄ in defenſione & cōfirmatione euangelii, quoniā omnes mihi participes gaudii eſtis.) Securus de bonitate & iuſtitia dei, & de horum fide non ambigens, confidit quòd dei auxiliis adiuti, perſeueraturi ſint in fide vſque ad diem domini in quo remunerandi ſint perſiſtentes in fide. Nec aliud debuit de iis ſentire quos ſemper inflexibiles in deuotione dei expertus eſt, tàm directum & infatigabilem curſum eorum videns, vt
I cogitaret dignos hos ſibi participes gaudii eſse. Vnius enim fidei homines congaudere oportet de ſpe futuræ immortalitatis & gloriæ. ¶ Teſtis enim mihi eſt deus quemadmodum deſiderē omnes vos in viſceribus Chriſti IESV.) Deum teſtatur, vt affectum commendet iuſti. Qui enim multum de aliquo ſentit, vt credibile hoc faciat, teſtificatur. per quod & prouocat deſiderium illorum ergà ſe, vt deſiderati deſiderent. Deſiderat ergo omnes hos, non humana cupiditate, ſed in amore Chriſti, non carnis affectu, ſed ſpiritus, vt participes hos habeat & in ſenſu myſterii diuinitatis, & incarnationis domini IESV Chriſti. ¶ Et hoc oro, vt charitas veſtra magis magisq; abundet in agnitione & omni ſenſu, in hoc vt probetis quæ ſunt vtilia, vt ſitis ſynceri & inoffenſi in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ per Criſtum IESVM in gloriam & laudem dei.) Deo adiutore ordinem di- K
ſciplinæ Chriſtianæ vult eos imbuere, vt quia firmati in fide ſunt, non ſint neſcii ſacramenti credulitatis ſuæ, & ſcientes diſcernere vtilia à contrariis, iuſtitiæ operibus ornent doctrinam domini, fructum facientes immortalitatis ad abundantiam omnium bonorum, vt glorioſus in his appareat magiſter gētium. ¶ Scire autem vos volo fratres quod quæ ad me attinent, magis in profectum euangelii venerūt, ita vt vincula mea manifeſta in Chriſto facta ſint in omni prætorio, & cæteris omnibus, & plures ex fratribus in domino confidentes, vinculis meis cœperunt magis audere ſine timore verbum dei loqui. Alii quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam verò propter bonam voluntatem Chriſti prædicant. Alii quidem ex charitate, ſcientes quod in defenſionem euangelii poſitus ſum. Aliqui verò ex contētione Chriſtū annūciant, nō ſimpliciter, exiſtimātes quòd preſuram ſuſcitent vinculis meis.) Hæc explanatione nō indigent, tamē propter ſolicitudinē noſtram, ne qua in dubium veniāt, per ordinem apertius proſequamur. Quoniàm ſuperius participes hos gaudii ſui pronūciauit, ideo quid profecerit prædicatio eius inſinuat quaſi charis, ita vt omnibus innotuerint paſſiones eius pro Chriſto. Per hanc humilitatem glorioſum ſe indicat, vt habeant occaſionem gaudēdi amatores eius, quia cuius vincula in Chriſto manifeſtātur, dignitas eius crebreſcit. In omni prætorio & in cęteris omnibus, id eſt, in omni Iudaiſmo & per vniuerſas eccleſias gentium. Præeſt enim Iudaiſmus, quia ipſi facta promiſſio eſt, ſicut dicit
dominus: Quia ſalus ex Iudæis eſt. Ideoq; plures ex fra- Ioan.4.
tribus exemplum ſuum ſecutos, auſos dicit fuiſſe loqui verbum dei cum fiducia. Conſtantia enim eius multos animauit, vt non timerent euāgelizare comperto exemplo apoſtoli, quod deus eſt, vt tueatur diligentes ſe, ſed & alios falſos fratres, nō fiducia neq; dilectione dei, ſed contentione zeli incitatos, dei verbum dicit prædicare quaſi inuidos. Plures ergo ex fratribus ſyncera quidem, L
ſed diuerſa voluntate Chriſtum annunciabant. Alii enim bona voluntate hoc agebant ad gloriam dei ſolius Alii verò charitate incitati Apoſtoli, certi de tuitione dei. Sic iterum econtra alia duo genera ponit, quæ non ſyncero animo prædicabant. Quidam enim inuidentes Apoſtolo, contentione hoc agebant, alii verò aſſutia ſimulationis Chriſtum annunciabant, vt poſſint ſeditiones excitare apoſtolo, quaſi authori huiꝰ ſectæ, qui multos aggregauerat ſuæ conſpirationi. Maior enim inuidia creſcebat Apoſtolo, quando ex latere eius multi videbantur docere. ¶ Quid enim? Dum tamen omni modo, ſiue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo: ſcio enim quod hoc mihi procedit ad ſalutem per veſtram precem, vt ſubminiſtrationem ſpiritus IESV Chriſti, ſecūdum contemplationem & ſpem meam: quia in nullo confundar, ſed in omni ex certa fiducia ſicut ſemper & nūc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori M
lucrum.) Primum gaudium eius eſt in fratribus, qui bona voluntate Chriſtum annunciant. Deinde etiam in eo ſe dicit gaudere, quod fallacia hominū aduerſus eum cōpoſitum erat, vt ad inuidiam eius & preſuram Chriſtus prædicaretur. Hoc enim dicit ſibi ad vitam proficere, quod illi parauerat ad mortem. Hanc enim vitam ſuam dicit eſse, ſi Chriſtus omnibus prædicetur, & ſe etiam mori paratum, vt hoc poſſit impleri, ſciens magnam ſibi pro hoc voto & efficacia dari poſſe mercedem. Imperita enim malitia aduerſum ſe ſemper machinatur dum neſcit. Ad calcandam ergo horum malevolentiam, qui tecti fallacia, inſidias vitæ eius tendebant, dei præſidiis ſe muniri teſtatur, iis quos vtique ſocios gaudii ſui dicit, adiuuātibus oratione propter communem alacritatem, & ſancti ſpiritus ſubminiſtratio-

A nem, qui contra voluntatē illorū, & vias aperiret prædicāti, dans gratiā & fiduciā verbis eius, vt ortas ſeditiones compeſceret. In nullo ergo ſe dicit confundi in doctrina Chriſti, quia & ſpes magna promiſſionis eſt: & quia nihil in ea turpe & inhoneſtum aut fallax eſt, ſicut apud paganos, ſed aperta ſimplicitas. Hinc eſt vnde cū omni cōſtantia non cedit aduerſis, vt magnificetur Chriſtꝰ in corpore eius, ſiue occidatur, ſiue cæſus euadat. Ex eo enim quæ & quāta ſpes in Chriſto eſt cōſideratur, quādo non ſolū cædi & affligi pro eo, ſed & mori paratus eſt. Vitam enim ſuā ſiue in præſenti, ſiue in futuro Chriſtū eſse di-
Iohan.1. cit, ſicut & euangeliſta Iohānes teſtatur dicēs: Quod factū eſt in ipſo, vita erat. & vita erat lux hominū. Pro hac vita mortale corpus tradidit, vt id recipiat in æternum: ac per hoc lucrū computat mori pro Chriſto. ¶ Si ergo viuere in carne, hic mihi fructꝰ operis eſt: & quid eligā, ignoro. Coartor autē ex his duobus, deſiderium habēs diſſolui, & cū Chriſto eſse. multo enim melius eſt. Remanere aūt in carne, valde neceſſarium propter vos: & hoc certū habēs, ſcio quia manebo & permanebo omnibus vobis in veſtrū profectum, & gaudium fidei, vt glo
B ria veſtra abundet in Chriſtum per meum aduētum iterum ad vos.) Manifeſtum eſt quod dicit, quia ſi in carne poſitus nō otioſum eſt quod viuit, habet enim fructum operis ſui: Quid eligam, inquit ignoro. Duabꝰ enim ex cauſis vrgetur. Habet enim deſiderium excedere, & cū Chriſto eſse. multò melius æſtimans vt iam præſens ſit apud deum, vt exoptatis & promiſsis fruatur. In carne verò vt ſit adhuc, neceſsarium dicit propter inſtructionem credētium. Et cū diſſolui, & cum Chriſto eſse, multò magis melius dicat: certum tamen hoc ſcire ſe proteſtatur, quia manebit in carne ad profectum fidelium, vt gloria eorum abundet in domino, proficiēs ad laudem apoſtoli, cum iterum viderint eum. Incrementum enim faciunt ſcientiæ, & plenius fundātur in fide. Quantum affectum habet circa credentes, vt hoc quod multo melius eſse dicit, ſibi nō eligat, ſed hoc velit quod expediat multis: certus etiam domino hoc placere, quod p multorū ſalute proficiat. Quis non tertii cæli cupidus ſperneret omnem curā præſentem? Quis non paradiſi ſuperioris deſiderio omnia hæc poſtponeret? Quis non verborum arcanorum memor humana eloquia euitaret? Quis non poſt tanta exitia eligeret requiem? Sed quia charitatē omnibus antepoſuit, hoc ſecutꝰ eſt quod proficeret fratribus. ¶ Tantū digne in Euāgelio Chriſti cōuerſamini.) Dignam cōuerſationem vult eos exibere diſciplinæ dominicæ, ne pœniteat eum voluiſſe remanere
in carne. ¶ Vt ſiue cum venero & videro vos, ſiue abC ſens, audiam de vobis quod ſtetis in vno ſpiritu vnanimes pariter cum fide euangelii, certantes, & non pauēſcentes in quoquam ab aduerſariis, quæ eſt illis oſtētatio interitus, vobis autem ſalutis.) Vnanimes vult eos eſſe in fide & deuotione contra aduerſarios, vt eadē audiat de illis abſens quę vidit & præſens: vt in nullo pauentes minas aut terrores aduerſariorum, cuſtodiant fidē: ſcientes quia eis qui pro Chriſto tribulātur, ad ſalutem proficit: illis verò qui tribulant, ad perditionē. ¶ Et hoc quia à deo donatū eſt vobis pro Chriſto, nō ſolum vt in eū credatis, ſed etiā vt pro illo patiamini: idem certamē habentes quale & vidiſtis in me, & nunc auditis de me.) Quanquam dei gratiam extollat in omnibus, ad laudē tamen illorum proficit quod dicit, quia deus illis conceſsit pati pro Chriſto. Non enim concedit vel donat niſi amatoribus Chriſti. Ideo dixit, pro Chriſto donatum eſt vobis, vt à patre deo donatum ſit diligentibus Chriſtum, vt ad augmentum meritorum ſuorum patiantur pro Chriſto: & ſequentes exēpla doctoris ſui, omni confidentia certent ad triumphandos infideles.

CAPVT SECVNDVM.

Si qua ergo exhortatio in Chriſto, ſi q̄ ſola D
tiū charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua ſunt viſcera & miſerationes, implete gaudiū meū vt idem ſapiatis eādē charitatem habētes, vnanimes, vnū ſentiētes, nihil ſecūdū irritationes, neq; ſecūdū inanē gloriā, ſed in humilitate mētis: alius alium exiſtimantes ſuperiorē ſibi: non quæ ſua ſunt vnuſquiſq; contēplantes, ſed quæ aliorum ſunt.) Hoc dicit, quia ſi eſt vera exhortatio ſpei in Chriſto apud vos, qua nos inuicem cōſolamur: ſi ſolatiū charitatis cōmunis, ſi participatio ſpiritus ſancti per quam iūgimur in vno corpore nouo, ſi aliqua ſunt viſcera, id eſt, ſi in animo veſtro ſum, ſicut & vos i meo: ſi miſerationes, hoc eſt, ſi affectus pietatis in amore eſt, implete gaudiū meū. Hæc quæ enumerat, tūc vera probanda ſignificat, ſi iſta quæ ſubter mandat, fuerint ſeruata, vt vnanimes ſint, & ſpiritu humiles, non ſe inuicem prouocantes, ſed in charitate gaudentes, vt gaudium plenum ſit in eis apoſtoli. Sic ergo eos conſtringit, vt ſi hæc non cuſtodierint, nec in cęteris probati videantur: vt quia in aliis nolunt ſe improbatos videri, iſta quoq; ſeruent, vt perfecti ſint. Sine dubio enim etant inter eos diſſentiēres & inquieti, & qui inani gloriæ ſtuderent, cōtendere & vincere volentes cum animi atrocitate, vbi præmium E
non eſt, ſed parit lites, & rumpit charitatem. Quæ enim poteſt eſse plebs in qua vaſa aurea & argentea tantū ſint non & lignea & fictilia? Sed poſsunt exercitio boni immutata fieri aurea & argentea, quia non naturæ vitium eſt, ſed voluntatis. ¶ Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto IESV: qui cum in forma dei eſset, non rapinam arbitratus eſt eſse ſe parē deo. Chriſtus ſemper in forma dei erat, quia imago eſt intuiſibilis dei. Sed Apoſtolus de dei filio cū incarnatus hō factus eſt, tractat dicens: Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto IESV, id eſt de deo & homine: qui cū in forma dei eſset, inter homines vtiq; cōuerſatus geſtis & operibus apparebat eſse deus. Forma enim dei nihil differt à deo. Ideo enim forma & imago dei appellatus eſt, vt intelligeretur nō ipſe pater eſse deus, ſed hoc eſse quod deus eſt. Hic ergo non rapinā arbitratus eſt eſse ſe parem deo. Sciens enim in forma dei ſe eſse, non furatus eſt vt diceret, Ego & pater Iohan.10
vnum ſumus. Et in Iohannis euangelio: Propterea, in- Iohan.5.
quit, perſequebantur Iudæi IESVM, quia non ſolum ſoluebat Sabbatū, ſed & patrem ſibi proprīū dicebat deū, æqualem ſe faciens deo. Iure ergo exæquauit ſe deo. Ille enim arbitratur rapinam, qui ſe parem facit ei à quo inferior eſt. ¶ Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominū factus: & habitu in- F
uentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediēs patri vſque ad mortem, mortem autem crucis.) Chriſtꝰ igitur ſciens in forma dei ſe eſse, æqualē ſe oſtendit deo ſed vt humilitatis legem doceret, Iudæis ſe comprehendentibus, nō ſolū nō repugnauit, ſed ſemetipſum exinaniuit, hoc eſt, poteſtatem ſuam ab opere traxit, vt humiliatus ociosa virtute infirmari videretur. Formam ſerui accipiens, dum tenetur & ligatur, & verberibus agitur vſq; ad crucem, factus obediēs patri cui ſe æqualem ſciebat. Non ſibi defendit æqualitatem, ſed ſubiecit ſe. Hāc patientiam & humilitatem imitari nos docet, vt nō ſolū coæqualibus non nos anteponamus, verū etiam inclinemus nos, authoris noſtri ſecuti exemplū. Formam tamē dei nō accepiſse dicitur, ſed eſse in forma dei. Serui autē formā accepiſse, dum quaſi peccator humiliatur. Serui autem ex peccato fiunt, ſicut Cham filius Noë, qui primus merito nomē ſerui accepit. Non enim mihi, ſicut quibuſdā videtur ſic formā ſerui accepiſse, dum homo natus eſt. Vide enī quid dicat: Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto IESV, id eſt deo & homine. Ante incarnationem enim aut Chriſtus poteſt dici, aut IESVS, quia ſimul ambo nomina & hominis filium & dei filium ſignificant. Nam ante natiuitatem quid dicit inter cæ-

2.Cor.10. G tera? Petra autē erat Christus. & , Non tentemus Christum, sicut quidam tentauerunt. Vbi ergo aut deum aut hominem vult significare scriptura, vnum è duob⁹ ponit, aut IESVM, aut Christum. Dei enim filius homo natus, sic in forma dei erat, quia cum homo videretur, opera dei faciebat, vt in gestis rebus appareret deus esse, qui tantum homo esse putabatur. Opera enim formam significabant, vt quia opera eius non vtiq; hominis opera sunt: hic qui in opere vel forma dei erat, deus intelligeretur. Forma enim dei quid est, nisi exemplū quo deus apparet dum mortuos excitat, surdis reddit auditum, leprosos mūdat, & alia? Quomodo autem homini similis factus dicitur, si homo tantū erat? & qua ratione habitu repertus vt homo est, si non esset & deus? nisi quia cum antequā se inclinari permitteret, semper in dei virtute vi sus sit, postea infirmatus in habitu hominis repertus est Nam in monte vtiq; quasi deus apparuit, & in mari pedibus ambulans, nō solū homo, sed & deus visus & intellectus est. Deniq; qui erant in naui, quid dicunt? Vere filius dei est hic. Ista ergo virtute cessāte velut homo Mat.14. visus est. Ideo enim dicit quasi, vt illud significet, quia & deus est. Infirmitatis enim causa deū dicit similē factum H hoibus. qđ in subiectis aperit dicens: Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortē autē crucis Hinc est vnde habitu repertus vt homo est. Retinēs enī virtutē suā ne appareret in eo, vt homo visus est & occisus, qui mori nescit. ¶ Propter quod & deus illum superexaltauit, & donauit illi nomen qđ est super omne nomē: vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū, & infernorū: & omnis lingua cōfiteatur quia domin⁹ IESVS in gloria est dei patris.) Quid & quātū humilitas mereatur, ostendit, vt magis hanc appeteremus calcata iactantia. Vnde dicit Salomon, Superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiam. De qua re & dominus: Qui se, inquit, exaltauerit, humiliabitur: & q se humiliauerit, exaltabitur. Hæc est ergo humilitas, si sibi quis nec qđ deberi nouit, defendat. Deniq; Pharisē⁹ ille vera de se dicēs, exaltat se dictus est; ac per hoc humiliatus est. Christus autē plus fecit, qui cū deus sit, caro factus hominibus se inclinauit. Nūc videamus quomodo donatū est Christo nomen quod est super omne nomen quasi eguerit filius dei, aut imperfectus fuerit. Qui enim eget, imperfectus est. Si enim in forma dei erat par & æqualis deo, quomodo donatū est illi? Etenim donatū dicit, qui se humiliauit, & quasi homo apparuit, exinaniens se, factus obediens vsq; ad mortem. Si ergo I perfectus natus est, quomodo eguit? Perfectum dei filiū natum de deo patre qui negat, Arrianus est. Nam ante passionem æqualem se deo patri ostendit, sicut & supra memoraui. Vnde constat hunc natum esse perfectū. In natiuitate enim sua omnia consecutus videtur. In plenitudine enim diuinitatis est natus ad omnia agenda quę gessit, vt prius donū accepisset quām gereret ad quę agenda natus est. Videtur ergo donum patris, hoc est esse filium, & nomen eius super omne nomē sit, hoc est esse deum. Nomen enim dei, sed per naturā, non p solā appellationē super omne nomē est. Hinc est vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorū: sicut ad Romanos significat, inter cætera dicens: Et ex quibus Christus secundū carnē, qui est super Roma.9. omnia deus benedictus in secula. Quæ sint autem hæc omnia, in epistola ista aperit dicens: Cœlestia & terrestria & inferna. Alia enim nulla sunt. Quibusdam tamen videtur homini donatū esse nomen quod est super omne nomen, quod nullo genere, nulla ratiōe cōuenit. Si enim Christus dei filius idem ipse & homo est, & nō poterat deus homo fact⁹ sed manēs deus his egere quæ habebat: aut si secundū quod homo erat, his egebat quę dei sunt, ipse sibi dei filius deus dedisset quæ deerant ei iuxta quod homo erat. Quod quidē ad insipientiā dicitur. Et quare pater dicitur dedisse, cū ipse qui homo factus erat, nihil dehaberet: aut non poterat filii diuinitas K corpori suo & animæ præstare quæ deerant? Sed forte quia à deo patre sunt omnia, ideo ipse dicitur dedisse. Si ergo à patre omnia, quare nō dicatur cūcta filio suo per generationē dedisse? & quāuis æqualē sibi genuerit filiū, ordo tamē exigit vt in nomīe patris agātur omnia. Hoc pater cōcesserit filio, vt post crucē omnia in nomine filii saluētur. Deniq; dicit Dominus de discipulis ad patrem: Pater, quos dedisti mihi, custodiui. tui enim erāt, Iohan.17. & mihi eos dedisti. Et ad discipulos ait: Vsq; modo ni- Iohan.16. hil petistis i noīe meo. petite, & accipietis. Hoc ergo natus accepit, vt post crucē manifestaretur quid à patre dū generaretur acceperit. Non enim tūc accepit à patre, cū à creatura cœpit sciri. Cognoscitur enī quid ꝓpter hæc quæ gessit, anteq; gereret acceperit. Deniq; ante crucē dixit: Oīa mihi tradita sunt à patre meo. Quomodo ergo Mat.11. hoc ad corpus potest referri, vt dei nomē corpori sit donum natum, cū constet Christū hominem esse deū? quia nec dignū est vt deus immutetur in carnem, neq; caro hoc possit efficī quod est deus. Sed forte vt adoptione deus esset, & hic color est. Incipiet enim ex parte deus verus esse Christus, & ex parte adoptiuus, aut duo diīsed aliud scriptura significat. Illi enī donatū significat, qui se exinaniuit, qui formam serui accepit, qui in similitudine hominis factus est homo, qui patri obediuit. Si homo deo patri obediuit, quid magnū est quod dixit Apostolus? Sed hoc magnū dicit, quia cum æqualis esset, obediL uit. Et quid laudis est si in similitudinē hominis factus est homo, vt homini similis homo factus dicatur? Sed nec potest fieri. Nemo enim in similitudinē sit alicuius nisi alius sit antequā fiat in similitudinē cuius vult. Per causam enim similis factus est, non per substantiam. Et quis est qui se exinaniuit homo? Ergo habebat & quomodo accepit. sed qd poterat se exinanire homo res infirma? Et in forma dei nūquid homo erat? Sed forte homo in forma dei filius erat. Agē, filius dei in cuius forma erat, etsi iā homo i forma dei, hoc est, filius dei erat, iam ante passionē perfect⁹ erat. Nō ergo post passionē aliquid accepit. Sed videamus quid de eo scriptum sit: Propter quod superexaltauit eū deus, inquit, & donauit ei nomen qđ est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorū, & confiteatur omnis lingua quia domin⁹ IESVS in gloria est dei patris. Consideremus nunc dicta, & sic aduertamus vim elocutionis. Certe nomen quod super omne nomen est, dei nomen est. Sed si per naturām nō constat hoc nomen, nō est super omne nomen. Appel- M latiuum enim nomen in solo vocabulo est, non in nobilitate naturæ. Et adoptiuo deo nō flectit genu creatura, sed vero, nō cōcreaturæ? Et quomodo fieri potest vt homo sit in gloria dei patris? Etiam si adoptiuus deus sit homo, in gloria dei patris non potest esse. Nam ei hoc competit qui natus est de deo. In gloria enim dei patris esse, nihil differre à deo est, vt vna gloria sit patris & filii per cōmunem substātiam & virtutem. Est enim hæc vnitas naturæ. Quid rogo contrariū est si filius donum à patre accepisse dicatur, cum oīa filii à patre sint, à quo & cuncta esse credūtur? Substātiā autem dei idcirco naturā dicimus, quia natus de illa Christus est. ¶ Itaq; dilectissimi mihi, sicut semper obedistis nō præsentia meā tantūmodo, sed multò magis nūc in absentia cū timore & tremore vestram ipsorum salutē operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona volūtate.) Deū bonos conatus adiuuare testatur. Omnē enim gratiā semper reportat ad deū, vt nostrū sit velle, perficere verò dei. Nam quis vincere potest prīcipes ac potestates, rectores tenebrarū harum, spiritalia nequitię in cœlestibus, nisi solus deus, quos causa inuidiæ inimicos habemus? Indignantur enim nos dici filios dei. Non ergo nouum est quod hortatur, sed vt more solito subditi sint Euangelio, curam propriæ conuersationis habentes: Alius enim per ægritudinē, alio⁹ amissione cha- D rorum, alius per damnū pecuniæ, alius per tribulatiōes probatur si in necessitate stabilis inueniatur, auxilium à diuersa parte non quærens, vt augmentū faciat meritorū. Nō ergo cōtempta est postulatio apostoli, sed melius prouisum ei pro quo petebat. Quid aūt illud est, vt cum de excessu fratrū in alia epistola nō cōtristati debere admoneat: in hac autē cōtristandū se, si exisset Epaphroditus de corpore, significat? Tristitiam se, si exisset, habiturū dixerat super tristitiam quā habebat de infirmitate eius. Erat enim necessarius ecclesiis. Nā ad Thes- salonicenses, Videte autem ait, ne contristemini de dor- 1.Thes.4. mientibus, sicut & cæteri qui nō habent spem. Se autem sic tristem futurū dixerat de excessu Epaphroditi, quia solatiū eius & auxilium requirebat: non tamen vt quasi perditū lugeret. ❧ Solicitus itaq; misi eum, vt eū illū videritis, iterum gaudeatis, & ego meliore animo sim.) Affectionem habuisse Epaphroditum & plebem Philippensium significat, quem videntes iterum in lætitiā excitarent se, & apostoli animus lętaretur, quia meliori animo fit qui ad charos suos mittit remittendos. ¶ Excipite ergo illū in domino cū omni gaudio, & huiusmodi in honore habete, quia ꝓpter opus Christi vsq; ad mortem accessit, in interitū tradens animā suā, vt supplēret E id quod ex vobis deerat circa meum officiū.) Quanquā indiuidua esset charitas Epaphroditi & plebis: tamen etiam ab apostolo cōmēdatur, vt chariorem illum faciat, maxime propter hos qui forte tam chari nō essent circa eius affectū. In omni enim plebe diuersitas est. Hinc est vnde & prælium eius memorat, qp nō dubitauit ꝓpter opus Euangelii emori. hoc est, nō est deterritus minis & pressuris infideliū, sed perstitit in exhortatione fideliū, vt impleret quod deerat plebi in traditione iuxta dispēsationem apostoli. Qui ergo à morte non retrahit animā suam, in interitum hanc tradit iuxta vitam præsen- Matt.16. tem, sicut & Dominus dixit: Qui enim voluerit animā suā saluā facere, perdet eam. Perditio hæc interitus est, quia secundū mundū qui animā suam tradit, pro Christo, amittit eam: in futurum tamen conseruabit eam.

A bētes: bonā enim cōuersatio salutē operatur. ¶ Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis irreprehensibiles & simplices, sicut filii dei immaculati, in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo, verbū vitæ cōtinentes in gloriam mihi in diē Christi, quia non inuanū cucurri, nec in irritū laborau. Sed & si libor super sacrificiū & ministeriū fidei vestræ, gaudeo, & gratulor omnibus vobis. Idipsum autē & vos gaudete, & congratulamini mihi.) Vt fidei & operū suorū fructus possit habere, cōmonet vt omnia quæ ad disciplinā pertinent Christianam, sine hæsitationibus faciant & murmurationibus: quia si negligenter & indeuote aliquid agitur, ad effectū non pertinet, quia in reprehensionē cadit: sed vt omni simplicitate operētur quasi filii dei immaculati, vt memores ꝓfessionis suæ respōdeāt vt inter diffidentes tam clari appareant vita, conuersatione, moribus, quemadmodum Sol & Luna inter stellas splēdore sublimes sunt. Sicut enim stellæ apparente Sole obscurantur, ita & iniusti & infidi præsentibus fidelibus aut iustis turpes & deformati videntur, vt gloria sit apostoli in aduentu filii dei, cuius plantatio tales edidit fructus. Labor enim & efficacia eius tunc probabitur nō esse inanis. Ideóq; & si immolor, ait, super sacrificiū & ministeriū fidei vestrę, gau- B deo. Si enim oppressus fuerit à perfidis, cur eos congregauerit suæ cōspirationi, gratulandū sibi significat. Scit enim effectū habere mortem suā. Magna enim mœstitia est si patitur quis pro eis in quibus nihil ꝓficit. Quāobrem gaudere se in illis, & eos cōgratulari sibi debere testatur, vt inuicem participes sint gaudii communis & plebs & magister idone⁹. ¶ Spero aūt in domino IESV Christo Timotheum in breui mittere me ad vos, vt & ego bono animo sim, certior de vobis factus. Neminem enim habeo tam vnanimem qui syncerā circa vos solicitudinem gerat. Nam omnes quæ sua sunt quęrunt, nō quę Christi IESV. Probationem autem eius nostis. qđ vt filius cum patre mecum seruiuit in Euangelio. Hunc ergo spero me missurum confestim, vt videro quæ sunt circa me. Cōfido autem in domino quod & ipse cito veniā.) Absoluta sunt hęc, nec interpretatione egent. Post epistolā enim istā Timotheum se missurū significat, per quē ad fidē agnoscat quæ circa hos agantur. Erat enim apostolo vnanimus, quare & circa eos solicitior signatur, nō sicut quidā, qui dū semetipsos cōmendare volebant, negligentes erant de disciplina & cōuersatiōe fratrum. Non enim deuoto animo prædicabant, sed propter propria lucra. Et quia Timotheus vir erat egregi⁹, dicit quia probatū hunc habebant, quia erat cū eo vt fi- C lius charissim⁹ deseruiens Euangelio Christi. Ideo hūc filium dicit, quia ab ipso fuerat ordinatus. hunc se præmittere, se quoq; in breui iturum ad eos. ¶ Necessariū vero arbitratus sum Epaphroditū frātrē & cōmilitonē meū, vestrū autē apostolum & ministrū operis mei mittere ad vos, quoniā quidē desiderabat omnes vos, & impatiēter solicitus erat, eo quod audieritis illū infirmatū fuisse. Etenim infirmatus est prope mortē, sed deus misertus est illius: nō solum autē eius, sed & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.) Omnia hæc manifesta sunt. Epaphroditū enim significat missurū se cum ista epistola ad eos. Inuicem enim desiderio sui mœsti erant infirmitatis eius causa & populus & Epaphroditus, vt viso eo recrearentur de recuperata salute ei⁹, & ille careret solicitudine quā videdi eos gerebat. Erat enī eorū apostolus ab apostolo factus, dū illum ad exhortationē eorū mittebat ad eos: & quia vir erat bon⁹, desiderabatur à plebe. Quid ergo est vt præsente apostolo qui mortuos suscitabat, hic Epaphroditus infirmaretur vsq; ad mortem? Nunquid nō orauit pro illo apostolus, & non impetrauit vt citius sanaretur? Sed signa infidelium causa fiunt. Nam huic nō ad detrimentū cōtigit ægritudo, sed ad augmentū. Probationes enim diuersæ sunt credentium. Alius enim per ægritudinē, ali⁹ amissione cha- D rorum, alius per damnū pecuniæ, alius per tribulatiōes probatur si in necessitate stabilis inueniatur, auxilium à diuersa parte non quærens, vt augmentū faciat meritorū. Nō ergo cōtempta est postulatio apostoli, sed melius prouisum ei pro quo petebat. Quid aūt illud est, vt cum de excessu fratrū in alia epistola nō cōtristati debere admoneat: in hac autē cōtristandū se, si exisset Epaphroditus de corpore, significat? Tristitiam se, si exisset, habiturū dixerat super tristitiam quā habebat de infirmitate eius. Erat enim necessarius ecclesiis. Nā ad Thes- salonicenses, Videte autem ait, ne contristemini de dor- 1.Thes.4. mientibus, sicut & cæteri qui nō habent spem. Se autem sic tristem futurū dixerat de excessu Epaphroditi, quia solatiū eius & auxilium requirebat: non tamen vt quasi perditū lugeret. ❧ Solicitus itaq; misi eum, vt eū illū videritis, iterum gaudeatis, & ego meliore animo sim.) Affectionem habuisse Epaphroditum & plebem Philippensium significat, quem videntes iterum in lætitiā excitarent se, & apostoli animus lętaretur, quia meliori animo fit qui ad charos suos mittit remittendos. ¶ Excipite ergo illū in domino cū omni gaudio, & huiusmodi in honore habete, quia ꝓpter opus Christi vsq; ad mortem accessit, in interitū tradens animā suā, vt supplēret E id quod ex vobis deerat circa meum officiū.) Quanquā indiuidua esset charitas Epaphroditi & plebis: tamen etiam ab apostolo cōmēdatur, vt chariorem illum faciat, maxime propter hos qui forte tam chari nō essent circa eius affectū. In omni enim plebe diuersitas est. Hinc est vnde & prælium eius memorat, qp nō dubitauit ꝓpter opus Euangelii emori. hoc est, nō est deterritus minis & pressuris infideliū, sed perstitit in exhortatione fideliū, vt impleret quod deerat plebi in traditione iuxta dispēsationem apostoli. Qui ergo à morte non retrahit animā suam, in interitum hanc tradit iuxta vitam præsen- Matt.16. tem, sicut & Dominus dixit: Qui enim voluerit animā suā saluā facere, perdet eam. Perditio hæc interitus est, quia secundū mundū qui animā suam tradit, pro Christo, amittit eam: in futurum tamen conseruabit eam.

CAPVT TERTIVM.

RELIQVVM fratres mei gaudete in domino. eadem scribere vobis mihi quidē non est pigrum, vobis autē necessarium.) Offē- dit solicitudinē suam quam getit circa ꝓ fectū illorū, quia impiger est ad scribēdū eis quæ necessaria sunt vtilitatibus illorum. ❧ Videte F canes, videte malos operarios, videte cōcisionem.) Hos designat qui inuidētes gētibus prauitate colloquiorum suorū euerterant Galatas, suadentes eis vt circunciderē tur. Quos omni genere vitādos & spernēdos docet, quasi canes qui primū oblatrant, dehinc morsu sæuo male operantur in carnē. ❧ Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu deo seruimus, & gloriamur in Christo IESV, & non in carne fiduciam habemus, quanquam ego habeā fiduciam & in carne.) Manifestum est quia credentes ip si circuncidunt cor suum, vt amputata erroris nebula aspiciant & agnoscant dominum creaturæ. hoc est spiritu deo seruire, & gloriari in domino IESV Christo, qui legem spiritus dedit, vt carnis gloria exinaniretur. Apostolus tamen etiam hanc fiduciā habebat. vt si vellet, gloriaretur de carnis circūcisione: sed sciens vacuam esse hanc gloriam, repudiauit eam. ❧ Si qui videtur confidere in carne, ego magis circuncisionē octauī diei ex genere Israel, tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundū æmulationē ꝑsequens ecclesiā, secundū iustitiam quæ in lege est conuersatus sine querela. Quæ mihi lucra fuerūt, hæc arbitratus sum ꝓpter Christū damna.) Quantū ad legis culturam pertinet, & ad iustitiam eius seruandā, & ad stu-

G dium hæresis Pharisæorũ,& iuxta zelum traditionis paternæ in persequendo ecclesiam,hic parem non habuit In cæteris enim erant consortes eius,qui similiter essent natura Iudæi.Sed quæ lucra videbantur iuxta humanũ sensum,comparatione Christi inuenta sunt dãna. Quare damna,nisi quia iam tempus non erat vt lex seruaretur? Inania enim erant hæc omnia, & impedimenta ne accederetur ad gratiam: & quia hæc sunt carnalia, nostra verò spiritalia. Ideo autem de tribù se dicit Beniamin,vt genus suum extolleret super hos qui de patriarchis concubinarũ Iacob filiis ducunt originem,aut propter illos qui erant proselyti. Vnde dicit:Ego magis circuncisionẽ octaui diei ex genere Israel, vt ostẽderet primũ se esse inter Iudæos,sed hoc se cõtemnere propter spem promissam à Christo.Hebræi tamẽ propter Abraham dicti sunt.Immutata est enim litera propter sonũ, vt non vocarẽtur Abræi,sed Hebræi,vt apud veteres cũ diceretur medidie . & esset absurdum, immutata est litera vt diceretur meridie . Si enim origo ex Abraham est,ex ipso trahi debet & nomen,nõ ex Heber,qui sexta
H generatione est super Abraham . Si enim in Abraham reformari cœpit gen⁹ hominũ,& ipse est pater fidei , ex ipso & nomẽ & lingua Hebræa.Prima enim lingua quæ erat sine nomine,cum huic redditur,ex eo nomen accepit.Nam nulla causa est vt ex Heber trahat nomen . Abraham tamen Chaldæus fuit,non tamen Hebræi Chaldæam linguam habent. ¶Verum quidem & omnia arbitror damnũ esse propter eminentem scientiã Christi IESV domini mei, propter quem omnia damna duxi & arbitror stercora vt Christum lucrifaciam , & inueniar in illo,non habens meam iustitiã quæ ex lege est,sed illã quæ per fidẽ Christi,quæ ex deo est, iustitiã super fidem ad cognoscẽdũ eum.vt virtutem resurrectionis eius, & cõmunicationem passionũ eius,conformans me morti ipsi⁹, siquo modo occurram ad resurrectionem quę est ex mortuis.) Cum superi⁹ de genere Abrahæ & de lege, & de iustitiis eius & meritis obseruantium loqueretur. hæc omnia detrimentum deputans ad comparationem promissionũ saluatoris,nunc addit non solum hæc,sed & omnia damnũ esse propter eminentiã,inquit, sciẽtiæ Christi IESV domini mei. Post legem & iustitias eius quæ erunt hæc omnia,nisi vt ipsi vitæ corporis animæq; anteponatur agnitio Christiæ.Si enim,ficut dicit ad Colos. 2. Colossẽses,in Christo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ absconditi,cũcta quęcũq; sunt,nullius momenti dicenda sunt,vt ad excellentiã sapientiæ & scientiæ huius peruenire contingat.Sufficit ergo, immo exuberat iusti
I tia quæ ex fide est,non ex lege,ad salutem quæ est ex cognitione Christi, gratia dei indulta est . Cognitio enim mysterii incarnationis & passionis,& resurrectionis ei⁹ perfectio vitæ est , & thesaurus sapientiæ . Vbi enim sapientia,& vita:quia vita nõ est vbi stultitia est.Denique Salomon:Stultus,ait,in risu agit mala. Prou. 10. Qui enim intelligit sui causa Christum hominem factum & passum,& victa morte resurrexisse,cõtẽptis & spretis omnib⁹ hũc sequitur, cuius præsidio videt se à morte liberatũ, quærens causas ad promerendũ eum, vt vel in aliquo illi vicem posit reddere,vt adhuc maiora cõsequi mereatur promissa in resurrectione. ¶Nõ quod iam acceperim, aut iã iustificatus sim,aut iã perfectus sim :sequor autẽ si cõprehendã,in quo & comprehensus sum à Christo) Quoniam in tota epistola gaudere se testatur in eis, & laudat obedientiam eorum & fidẽ,ne forte quasi homines inflatione eò ꝙ iam digni essent extollerentur, nũc per suam personã adhuc deesse ad iustificationẽ implẽdã aperta voce declarat,vt contẽdãt addere in operibus bonis.Si enim hic qui tanta præditus dignitate est, adhuc deesse sibi ad perfectionẽ cõfitetur:quãto magis hi intelligerent elaborandũ sibi esse vt iustificationũ merita adipiscerẽtur.Ideo subiecit:Sequor autẽ, inquit, vt cõprehendã,in quo & comprehẽsus sum à Christo. Dũ enim errore æstu mentis fluctuaret de via domini diK fidens,misericordia dei quasi fugientem gratiam Christi cõprehendit eum in via,euntem ad cõturbandã & affligendam ecclesiã,ad hoc vt donũ dei addiceret,& gratiam quam refutabat,& sciret pro hac etiam mori lucrũ esse:ideóq; nõ se posse obesse credẽtibus,sed sibi se nõ crederet,qui rem salutarem per ignorãtiã insequebatur Ad hoc ergo comprehẽsus est,id est,à præscietia dei requisitus inuentus est,& didicit mysteriũ Christi,vt in omni vita augmentum faciens meritorũ,cõprehendat destinatum præmiũ,promeritus eum quem didicit sui causa occisum. ¶Fratres,ego me non arbitror comprehẽdisse adhuc:vnũ autẽ,quæ quidẽ retro sunt obliuiscens ad ea autẽ quæ ante me sunt extendens me, secundum destinatum sequor ad palmã supernæ dei vocationis.) Hoc est quod supra dixit,qa ideo laborare se significat, vt quotidie in meli⁹ proficiat,semper extẽdẽs se ad potiora:vt illa quæ retro acta sunt obliuiscens,meliora sectetur:nõ quia mala sunt,sed quia parua sunt ad meritũ collocandũ:in melius autẽ proficiendũ, vt ad destinatũ cæleste præmium occurratur.Causa enim tam admirabilis & inuisibilis præmii non leuiter vtiq; certandũ esse pronũciat. ¶Quotquot ergo perfecti sumus,hoc sentiam⁹.)Superius perfectũ esse negat,sed iuxta promissũ L vt adhuc addatur ad meritũ: ad comparationẽ autẽ cæterorũ qui res diuinas negligentius curãt,perfecti dicẽdi sunt,qui adhibita solertia perfectionis iter ambulãt. Hoc ergo sentiendum est,vt in melius proficiatur. ¶Et si quid aliter sentietis,id quoq; deus reuelauit.)Hoc dicit,vt si quid amplius ad culturam melioratæ conuersationis excogitauerint , dei existiment donum esse,ne p hoc inflarentur. ¶Verũtamen ad quod peruenimus,vt idem sapiamus,& in eo ambulem⁹.)Nequa hinc oriretur præsumptio,& putaretur quod à deo nõ erat reuelatũ,ideo subiecit dicẽs:Ad quod peruenimus vt idẽ sapiamus hoc est non extra regulam disciplinæ sapere in cõuersatione fidei,sed hoc sapere quod cõmune sit,& modestũ in Euãgelii veritate. ¶Imitatores mei estote fratres,& cõsiderate eos qui sic ambulant,sicut habetis formam nostram.) Vult illos solicitos esse ne prauorũ hominũ subtilitate capiantur,& notare vnũquẽq; qualiter cõuersetur & doceat.vt his iungantur in quib⁹ sensum magistri sui agnouerint. ❧Multi enim ambulant quos sæpe dicebã vobis:nunc vero & flens dico,inimicos crucis Christi,quorũ finis est interitus,quorũ de⁹ vẽter est, & gloria in confusione illorum qui terrena sapiũt.) Hi quos significat,è numero eorũ sunt qui Galatas euerterant.Cũ dolo enim ambulantes Ecclesias subuertebãt, M sub nomine Christi Iudaismũ colendum prædicantes, quasi vbi Christus promissus sit. Quos cũ dolore & lachrymis memorat,quia saluti credẽtium obsistebãt,decibis edẽdis & non edendis quæstiones mouentes,quasi salus in esca sit,aut venter deus , quẽ iuxta legẽ mundis escis delectari putabant, gloriantes in pudendis circuncisis.hoc est terrena sapere. Qui aũt spiritalia sapit,in fide,in spe,in charitate gloriatur. Ad locum autẽ hũc nõ pertinet vt quæstus causa aut gulæ dixerit, Quorũ venter deus est. ¶Nostra autẽ cõuersatio in cælis est, vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum IESVM Christum,qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suę secũdum operationẽ suã, qua posit etiam subiicere sibi omnia.) Spiritalia curantes,in cælis agere dicũtur,cũ ipsi adhuc sint in terris:quoniam mali principes &potestates cum sint adhuc ipsi in firmamẽto,cõuersatione tamen in terris sunt. Christianorum ergo actus in cælis sunt , vbi & spes salutis eorũ est,qui est Christus,quem omnis fidus expectat ad transfigurationẽ corporis carnis, vt quod ex humo est,indutum spiritali veste conforme efficiat aduentu maiestatis suæ corpori gloriæ suæ,iuxta operationẽ suam,id est secũdum virtutẽ suam,qua posit subiicere sibi omnia.

A hoc est;quia per resurrectionem mortuorum & immutationem in gloria apparebit virtus domini manifestata,comprimens omnes principes & potestates,vt manifestetur deus & dominus esse omnium.

CAPVT QVARTVM.

ITAQVE fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona, sic state in domino dilectissimi.)Cõmonet vt in eadẽ fide perseuerent. Gaudiũ enim eius cõstãtia illorũ ad præsens est,& in futurum corona. Discipulis enim in agone victoribus,dignus erit corona magister. ¶Euhodiã rogo & Syntychem obsecro idẽ sapere in domino,& te rogo germane cõpar adiuua illas , quæ laborauerunt mecũ in Euangelio cũ Clemente & cæteris qui sunt mihi participes operũ , quorũ nomina sunt in libro vitæ.)Euhodiã & Syntychen ad prudentiã amplexandã hortatur,adiuuãtibus quos memorat: vt sicut in operibus Euangilii proferant,proficerent & in scientia & sapiẽtia dei.quos omnes merito fidei in libro vitæ haberi pronunciat. ¶Gaudete in domino semper,iterũ dico gaudete.) Lætus Apostolus in operibus & fide eorum, ad cumulandam alacritatẽ suam exoptat illos in
B hoc studio proficiẽtes in domino semper gaudere . hoc est enim quod iterat, vt se vera affectiõe gaudere in illis ostendat. ¶Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.domin⁹ prope est:nihil solliciti sitis, sed per omnia oratione & ꝑce , cum gratiarum actione postulationes vestræ innotescant apud deum:& pax dei quæ exuperat omnẽ mentẽ,custodiat corda vestra in Christo IESV.) Nunc exemplo eorum alios vult lucrari. Cum enim modestia eorum manifestata fuerit,id est,rationabilis conuersatio,lucebunt opera eorũ:& non deerunt qui imitẽ tur bonũ illorum,vt nõ solũ propriũ gestorũ, sed & aliorum augmentum consequantur,vt(sicut dictum est) labores fructuum suorum edant. Quando enim fructus operum suorum alios acquirit ad opus bonum,labores eorum qui acquisiti sunt,proficient eis quorũ exemplo bona opera imitori cœperunt.Dominus,ait, prope est, nihil soliciti sitis.hoc est præparatos esse debere,& vigilare in oratione & prece , deo gratias agentes , sepositã mũdi solicitudine illud sperare,& ante oculos habere, quod dominus repromisit: vnde & gratias ei agẽdas docet.Domino enim imminente solicitudo seculi cessat. Vt quid enim solicit⁹ sit de re cito peritura? Ac per hoc postulationes vestræ notæ,inquit,fiant apud deum. Quę notitia assiduitate fit , & vigilantia orationis. Tunc de-
C mum munitionibus pacis suæ,quę omnem exuperat mẽtem, ait,custodiat corda vestra in Christo IESV . Hoc ideo dixit,quia cum deo qui habet pacem, non timet omnem mentem aduersam . Tutus enim est pace dei omnis diligens deũ in Christo IESV. Quis enim non metuat eum,quem scit dei esse amicum? ¶Reliquum fratres,quæcunq; sunt vera,quæcunq; magnifica,quęcunq; iusta,quæcunq; amabilia,quæcunq; laudabilia,siqua virtus,siqua laus disciplinæ,hæc cogitate,quæ & didicistis, & accepistis, & audistis , & vidistis in me:hæc agite , & deus pacis erit vobiscum.)In conclusione, quæ reliqua erant ad imitationem perfectionis exponit,vt ea quę nõ solum in vituperationem non cadunt,verum etiam laude digna sunt,& cogitantes & agentes secuti formam Apostoli, deum pacis habeant secum . Deus noster vere deus pacis est,qui non rogatus quasi potens , non timidus quasi infirmus , ad pacem hortatur, intantum vt & peccata in se commissa concedat,cum posit vtique terrore manifestatæ potentiæ, & ineffabilis magnitudinis suæ etiam inuitos non ad pacẽ cogere,sed ad subiectionem. Sed huiusmodi pax mundi est, non dei,cuius ipsa natura pax est. ¶Gauisus sum autem in domino magnifice,quod tandem aliquando refloruistis , ad hoc vt pro me sentiatis in quo & sentiebatis . occupati enim erD tis.)Nunc alacritatem suam propensiorem factam ostẽdit,quia in quo negligentiores facti fuerant,adhibita solertia opus pristinum iterarunt,memores facti Apostoli sui,vt fructus suos ad eum mitterent cõdendos in horreo cæleſti,vbi neque tinea neque rubigo exterminant. ¶Non quasi propter penuriam dico. Ego enim cognoui in quibus sim sufficiens esse.Scio & abundare,& humiliari.in omni & in omnibus imbutus sum,& saturari,& esurire,& abũdare,& penuriã pati.omnia posſum in eo qui me confortat.)Non se sui causa in hoc eorum opere gaudere, sed in profectu eorum ipsorum se ante omnia contẽtum deo adiuuante testatur , vt neq; de penuria cõtristaretur,neq; de abundantia exultaret,sciẽs quia & abundantia frequenter extollit,& tolerata penuria diuitias cælestes acquirit:horũ tamẽ opa in se benigna declarat.multorũ enim necessitatib⁹ profuit. ¶Scitis autẽ & vos Philippẽses quia in principio Euangelii, cũ profectus sum à Macedonia,nulla mi hi Ecclesia cõmunicauerit in ratione dandi & accipiendi,nisi vos soli,quia & in Thessalonica semel & iterũ vsibus meis misistis:nõ quia mun⁹quærã,sed requiro fructũ crescẽtem in rationẽ vestrã.) Hæc idcirco cõmemorat,vt audiẽtes in memoria & laude esse opera sua , non dubitent illa E accepto ferri apud deũ,sed magis studiũ fidei adhibeãt. ¶Percepi autẽ omnia,& abũdo:repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis missa sunt , odorem bonæ suauitatis,hostiã acceptabilẽ,placentẽ deo.)Non ociose cõmonet debere fieri,& hortatur qđ factũ ꝓfitetur,ni si quia aut negligẽtius aut minus copiose , sicut solitum erat ab eis fieri,factum videbatur,vt reminiscẽtes priorum operũ,scirẽt se min⁹ fecisse q̃ cœperãt. Licet enim nõ improbet factũ, sed significat deuotiores illos ãte in opere hoc fuisse:se tamẽ gratũ esse,& accepto ferre deũ quasi sacrificiũ placẽdum. Deniq; Dominus ait : Facite Luc. 11. eleemosynã,& ecce vobis omnia mũda sunt. Quãm gratũ ergo op⁹ est,vt omnẽ maculã hominis & sordes emũdet. ¶Deus verò meus impleat omne desideriũ vestrũ secundum diuitias suas in gloria in Christo IESV)Ideo discreuit dicẽs , Deus meus, vt secundũ ea quæ præstabat meritis eius,auxilia adesserent,& desideriis eorum in copia magnitudinis bonitatis suæ in gloria Christi IESV.Gloria est enim Christi IESV,cum dei nutu Christianorum implentur desideria secundum euangelicam disciplinam. ¶Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorũ.Amẽ.)Hic nõ discreuit,sed generaliter ait: Deo & patri nostro.Deus propter timorẽ, pater aũt honoris causa,& ꝙ ab ipso est omnis origo. Ipse enĩ dixit F in Malachia propheta : Si deus ego sum , vbi est timor meus:et si pater ego sum,vbi est honor meus? Mala. 1. ¶Salutate omnẽ sanctũ in Christo.IESV.) Hũc salutate in Christo IESV,qui se sanctificat,vt Christo dignus habeatur, qui dixit:Sancti estote,quoniã ego sanctus sum,domin⁹ deus vester. ¶Salutant vos qui mecũ sunt fratres.) Salutatio fratrũ solatium inuicẽ prestat.quasi imagines enim exhibet diuulsorum. ❧Salutant vos omnes sancti maxime qui de Cæsaris domo fũt.) Hos significat propensiorẽ affectũ habere circa eos , qui de domo Cæsaris sunt. istos & potiores supra memoratis ostendit fratribus, quia hos sanctos appellat. ¶Gratia domini nostri IESV Christi cũ spiritu vestro.) Quoniã de saluatoris ꝑsona quæstiões oriũtur,hic vt soliditatẽ in eo diuinitatis approbet,tuitionem glorię eius spiritui nostro exoptat.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENT. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD COLOSSENSES.

PRAEFATIO.

COLOSSENSES pseudo apostoli euertere nitebantur, vt post prædicationem Epaphræ siue Archippi philosophicis disputationibus irretirent simplicitatem mētis eorū, ne spernerēt ratiōes elemētorū, quibus quasi gubernatur vita humana. Idcirco hos Apostolus hortatur per epistolam, & admonet ne alicui præter Christum aliquam esse spem putarent, & deciperentur.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS apostolus Christi IESV per voluntatem dei, & Timotheus frater, iis qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo IESV, gratia vobis & pax à deo patre nostro.) Caput epistolæ solito more scribit ad eos, in quo & sanctis & fidelibus & fratribus literas se ordinare prosequitur, quib⁹ exoptat dei gratiam manere per Christum. ¶ Gratias agim⁹ deo patri domini nostri IESV Christi semper pro vobis orantes, audita fide vestra in Christo IESV, & dilectione quam habetis in omnes sanctos propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quam antè audistis in verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos, sicut & in vniuersum mundum.) Quoniam dignum habuit deus credere istis filium suum, gratias ei refert in orationib⁹ suis. Deinde propter charitatem quā habebant in sanctos, fidi quia pro hac spes firma est apud deum, qua remuneraturus creditur credentes & diligentes se inuicē authore Christo, cuius nomen peruenit ad omnes gentes, vt multiplicentur in fide eius. ❧ Et est fructificās & crescēs, sicut & in vobis, ex qua die audistis & cognouistis gratiā dei in veritate, prout didicistis ab Epaphra dilecto cōseruo nostro, q est fidelis p vobis minister Christi, qui etiam notam fecit nobis vestram dilectionem in spiritu.) Exemplum cæterarum gentium hos crescere, & fructum vitalem facere, alacri sermone prosequitur, vt ex eo p dei gratiam perceperunt, proficerent, & numero & opere adiungentes fidei suæ qui fierent fratres eorum in Christo. Exemplo enim bonorum operum illorum attracti sunt multi, teste illis Epaphra, qui eis ministrauit gratiam Christi vice apostoli, quam statim imbiberunt vt potum spiritalem in domini charitate, quæ non in carne est, sed in spiritu. ❧ Idcirco & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali, in hoc vt ambuletis digne deo ad omne placitum in omni opere bono.) Audiens Apostolus deuotam ac promptam voluntatem illorum circa fidem Christi, orat pro eis, vt propensius agnita voluntate dei, rationabili opere explerent deuotionem quam audita fide Christi didicerant, ne tam fida mentis ædificatio, & robur fidei, dum inconsulte aliquid imperitè conficeret, laboris sui fructum amitteret. Hoc enim libenter accepto fertur, quod deuoto fit animo, & prudēter. ❧ Fructificātes & crescētes in agnitiōe dei, in omni virtute robur capiētes secūdum potentiam gloriæ eius, in omnem patientiā & longanimitatē cum gaudio, gratias agentes patri, qui vocauit vos in partem sortis sanctorum in lumine, qui liberauit nos à potestate tenebrarū, & transtulit in regnū filii charitatis suæ.) Incrementū operum eorū cum scientia vult fieri, vt nō ignorēt fidei suæ spem. Tūc enim firmi & stabiles sunt, si aduertant quæ pro fide promissa sunt, & quanta sit potentia gloriæ maiestatis dei in patientia, vt longa expectatione sustineat humanū genus, quod irreuerētia sua non solum negligit creatorē, verū persequitur amantes eum, vt & ipsi similiter patiētes sint, vel supportent probra & maledicta infideliū, vel si illata fuerit pressura, expectantes iudiciū dei, nec dubitātes de eo: magis autem gaudentes in promissa vita cū gratiarū actionibus deo, qui dignatus est aduocare & inducere gentes in promissionem Iudæorum, quæ est lumen æternum, id est veritas perpetua. Liberati enim de conditione tenebrarum hoc est eruti de inferno, in quo tenebamur à diabolo tā ex proprio quàm ex dilecto Adæ, qui est pater omnium peccātiū: translati sumus per fidem in regnū cæleste filii dei, vt ostēderet nobis deus quo amore diligit nos, quando attollens de imo tartari, induxit in cælos cū vero filio suo. Iam enim omnes credentes, qui fixa mente deuoti sunt, exeūtes de secul o duce dextræ patris angelo inducuntur in cælū, quod ante deuictam mortē cōcessum nō erat. ¶ In quo habemus redēptionē remissiōe peccatorum.) In huius filii sui regnum transtulit nos deus, p quem nos redemit, & manumisit. Remissio enim peccatorum liberos facit, vt liberati debitis, teneri obnoxii nō possint. Nā sine fide Christi nullus egressus de infero est, q a obligat⁹ peccatis exire ianuas Tartari non potest. ❧ Qui est imago dei inuisibilis.) Inuisibilis dei imago visibilis esse nō potest, alioquin nec imago. Q enī inuisibile est, pingi non potest. nec enim visibilis potest inuisibilem videre. Aut enim corpus est quod videtur, aut figura, aut aliqua informata substantia quam fert acies oculorum, totum tamen corpus est. Deus autē qui ad his omnibus alienus est, quomodo potest imaginem habere visibilē? Sed ideo sic dicitur, vt talis filius intelligatur, qualis est pater: vt quia de ipso est, & nihil distat ab eo in diuinitate naturæ, imago eius dicatur & forma, ne alius deus à perfidis crederetur, quāuis nomine ipso hoc cōtineatur. Ideo enim verus dei filius dicitur, vt de ipso esse credatur. Sed propter malam intelligentiā etiā hoc additum est, vt imago eius dicatur, vt cum apparet, licet in figura humana, aut certe in igne, vt ad Moysen: nō ipse pater intelligatur esse, sed filius: & per id q imago eius dicitur, nihil ab eo distare credatur. Vnde dicit ad Philippum: Philippe, qui me videt, videt & patrem: quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Hęc est vnitas & substantialitas patris & filii, vt inuicem sint: vt qui videt filium, videat & patrem. Nunc videamus quomodo visus sit filius, vt proinde intelligamus qua ratione Philippus videndo filium, videat & patrem. Intellectu certe operum diuinorum viderūt filium non carnalibus oculis. Quæ operatus est filius, dixit esse patris, vt vnitatem virtutis ostenderet. Eodem genere visus est & à Iacob, vnde nomen accepit Israel, id est homo videns deum. Propter hoc ergo imago dictus est inuisibilis dei, vt ipse esse intelligeretur qui per intellectū visus est deus. patrē autē nūquam vllo modo apparuisse, sicut dictum est in Euangelio: Deum nemo vidit vnquā. ¶ Primogenitus vniuersæ creaturæ.) Ante omnem creaturam genitum filium non creatū testatur, vt secerneret natiuitatē ei⁹ à creaturæ factura. Et vt hoc penitus clarescat, subiecit: ❧ Quia in ipso condita sunt omnia in cælis, & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates omnia per ipsum & in ipso condita sunt.) Non solum in eo magnificum & glorioſum significat Christū, quia antequā fierēt omnia, natus est, sed & in ipso dicit omnia cōdita. hoc est, vt oīm potentia in eo esse credatur, & de eo perfecta, dū omnia fiunt per ipsum. hoc est caput esse totius creaturæ, quia ab ipso vt sint esse cœperūt. Ideo autē quæ ab ipso facta sunt, per ipsum facta dicuntur: quia ad hoc natus est, vt faceret creaturam. hoc est fecisse in eo, & per eum. Nec enim sibi natiuitas sua proficit, sed nobis, quia nō eguit nasci qui in his erat: quomodo sit vnicus dei patris & filii, quomodo ipse nouit quę igenita sunt dei patris. Erat

enim in deo qui processit de deo, ita vt vnus esset deus ac sic fit vt neq; diminutio sit patris, neq; profectus filii dum nascitur. Et vt apertius tradat quæ & quanta sit potentia filii, ostendit quæ per ipsum sint, id est, throni, dominationes, & principatus, ac potestates: vt proide omnino minus nihil in eo esse credatur, quàm est in patre. ¶ Et ipse est ante omnes) Ante omnes sic est, quia hic solus de deo patre nat⁹ est, de ingenita vtiq; substātia dei. Hæc autē virtute eius, quam per generationem habet à patre, subsistiterunt, nō vt cōmunio eis subsistię sit cum eo, sed ex nihilo nutu dei patris filio agente cœperunt. ¶ Et cūcta in ipso cōstant.) In ipso cōstant, quia sine eo nihil sunt. Nisi enim huic fuerint subdita, errore deuia quasi perditioni fient obnoxia. ❧ Et ipse est caput corporis ecclesiæ.) Ecclesię caput est Christus, si tamē oēs vnum sentiāt cælestes & terreni, vt sint ecclesia, hoc est vnius fidei. Siquo minus, trūcati capite, hoc est omnium corporum, totius corporis, id est, à creatore suo seiūncti, amentia quadā & vanitate bacchantur. ¶ Qui est principiū primogenitus ex mortuis, vt fiat in omnibus ipse primatū tenens.) Quoniā omnia per ipsū sunt, per ipsū denuo negligentia quadā facta caduca reformanda fuerunt, ne ad iniuriam eius pertineret si opus eius per alterum instauratum fuisset: vt quomodo ante omnes natus est, sic iterū ante omnes primus esset ex resurrectione mortuorū reddita pristīa vita. Ante omnia enim natus est de deo, vt cuncta crearet quæ non erant. iterum autem accepta carne de virgine natus est, vt peccatum quod ex virgine Eua intrauerat in mundū, aboleretur. Natus ergo & mortuus resurrexit, vt quæ primùm fecerat, postea iterū recrearet: quia per errorē fuerāt velut mortua, vt semper in omni vita sit primus & princeps. ¶ Quia in ipso complacuit omnē plenitudinē inhabitare.) Plenitudo in ipso est & manet, quia omnia potest semper, vt nihil exceptum sit qđ nō per eu possit præstari, vt faceret, & reformaret, & lapsa erigeret, & mortua viuificaret. Vnde ait: Sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit & filio vitam habere in semetipso. Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filiꝰ quos vult viuificat. Nec enim pater iudicat quēquā, sed omne iudicium dedit filio. Quid tam iustum, nisi vt horū quę fecit per illum, ipsi daret iudicium? vt omnis plenitudo diuinitatis habitet in ipso, per id quod dixim⁹, omnem illum potestatem in se habere, hoc est, deum esse perfectum. qui enim hæc omnia non habet, nō est deus. ¶ Et per eum recōciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinē crucis eius siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terra.) Hoc est qđ suprà memorauimus, quia vt ea omnia quæ fecit per illum, restauraret, cū errore quodam discrepare cœpisset abinuicē, necnō; & ab authore, (est enim adhuc error in carnalibus cælis) humiliauit eū incarnādo illū, vt homo factus ostēderet ac doceret quomodo possint ea quæ in firmamēto sunt, & super terrā, recōciliari creatori. Quod vt ad perfectū perduceret, occidi se passus est propter homines, vt quos apud superos docuerat, exeuntes hinc à morte secūda teneri nō possint, vt doctrina eius fructum haberet primæ institutionis, & omnia facta per ipsum viuerent in ipso quasi in authore, sicut Petr⁹ fatetur in Actis apostolorū. ¶ Et vos quōdam alienatos & inimicos cōsiliorum eius in operibus iniquis: nūc autē recōciliatos in corpore carnis ei⁹ per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehensos in cōspectu suo.) Quale donū dei sit erga gētes, memorat: vt ostendat eos debitores, & quidē multū. in gratiarū actionib⁹ deo: qui cū inimici essēt cōsiliorū eius quibus decreuit visitare genus humanum per famulum suum Moysen, cuius doctrinam & potestatem nō receperunt, devoti idolis suis, immo operib⁹ iniqs: adorauerūt enim opera sua quæ fecerunt, misericordia autem & prouidentia dei requisiuit eos, vt gratuito dei gratiam cōsequerentur, redeuntes ad eum in cōscientia mūda: vt in die iudicii dum nihil erroris veteris inueniretur in his, accorporarētur creatori suo, qui vt prodesset humano generi, incarnat⁹ homo factus est, vt in carne sua vinceret mortem. ¶ Si quidem perseueratis in fide fundati, stabiles & immobiles à spe Euangelii quod audistis, quod prædicatū est in vniuersa creatura quę est sub cęlo. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nūc gaudeo in passionibus pro vobis: & suppleo reliquias presurarū Christi in carne mea pro corpore ei⁹, qđ est Ecclesia) In tribulationib⁹ quas patiebatur, exultare se fatetur, quia profectum suum videt in fide credentium. Non est enim inanis tribulatio, quādo eum pro quo patitur, acquirit ad vitā. Quas passiones Christo dicit inferri, cuius vtiq; doctrinā persequuntur, vt perfidos gratiā impietatis suæ crudelitate, & fidelibus dei prædicet charitatem, cuius filius nunc vsq; iniurias patitur p nobis. Nunc igitur intelligi vult qua causa scribit ad eos, cū dicit, Si tamen perseueratis in fide fundati: vt scirent tūc prodesse sibi passionē Christi, si in accepta fide manerēt. Idcirco enim omnipotētia magnitudinis quanta sit Christi, & q infinita, ab initio declarauit, vt doceret in ipso solo spem ponendam, quia ipsius sunt omnia: & quia nihil sine ipso potest viuere neq; in cælis, neq; in terris. Ante omnes enim est, & cūcta ipsi constant, quia in omnibus ipse primatum tenet: vt si quis alicui elementorum aut angelorum vel potestatū devotum se debere esse putet, errare se sciat. Hic enim vnus est filius dei, caput omnis principatus & principii, cuius Euangelium prędicatum est in toto mundo, incipiens à Moyse, qui dixit Iudæis: Quia prophetam vobis suscitabit dominus deus vester ex fratribus vestris. tanquam me ipsum audietis. Erit enim, quicūq; nō audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Vnde Domin⁹ ait Iudæis: Quia Moyses de me scripsit. Itaq; hic vn⁹ audiēdus est, & colendus, nec ad hūc æstimandus est quisquā: quia qui caput tenet, reliquam partem subiectam habet. Nam qui se subiectis humiliat, totus errat: quia non tenens caput trūcus est, ex quo totū corpus cōtinetur ad vitā. ¶ Cui⁹ factus sum ego minister secūdum dispēsationē dei, quæ data est mihi in vos, ad implendum verbū dei in mysterio quod abscōditum fuit à seculis seculorum, & à generationibus.) Ministrum factum se esse Euangelii inter gentes à deo per Christum cum fiducia loquitur, vt mysterium cœptum à domino per idoneum & efficacem seruū possit impleri, quod ignotū fuit à seculis. ¶ Nunc verò declaratum est sanctis eius, quibus voluit deus demōstrare quæ sint diuitiæ maiestatis mysterii dei in nationibus, quod est Christ⁹ in vobis spes gloriæ, quē nos annunciamus.) Mysteriū qđ latuit à seculis, modo reuelatū esse aserit, id est, tempore apostolorum ostensum: quia & gentes admittēdę essent sine circūcisione carnis ad fidem Christi, qui promissus erat Iudæis. Prius enim ante prædicationem fidei circūcidi mandatum est gētiles, si voluissent ad legē accedere. Nunc autem misericordia dei ita vt fūt suscipi iussi sunt ad fidē. Quod indignū putabatur Iudæis, vt Christus in quo spes erat Iudæorū, etiā gentes participes faceret gloriæ suæ. ¶ Monētes omnē hominē, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. in quo laboro certans secundum operationem ipsi⁹ quę operatur in me in virtute.) Hanc dicit veram esse sapiētiā quæ est in disciplina dominica, cū agnoscitur Christus. quod se ipsum Apostolus magna cum cura agere testatur: vt erudiens omnē hominē in hac sapientia, cō summatū eū exhibeat deo in intellectū Christi, vt mysterium natiuitatis ex deo, & natiuitatis ex Maria, & totius opis ei⁹ cælestiū & terrestriū asequatur. Cuius rei certamē cōtra pfidos habere se loquitur, adiuuātib⁹ signis virtutū, vt p hæc vita infidelitatis cōprimatur. Qui enī verbis subtilitate quadā diabolicę versutię ausus est cōtradicere, pudore corrept⁹ necesse est vt cedat virtuti

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Deut. 18.

Ioan. 5.

G CAPVT SECVNDVM.

VOLO enim vos scire quantam pro vobis & pro his solicitudinem habeam qui Laodiciæ sunt. & quotquot non viderunt faciem meã in carne, vt cõsolationẽ accipiãt corda eorũ cũ fuerint instructi in charitate, in oẽs diuitias plenitudinis intellectꝰ, ad agnitionẽ mysterii dei in Christo, in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtię & scientię absconditi. Nõ ꝛc min⁹ solicitũ pro his quos in carne minime vidit, q̃ de illis erat quibꝰ præsens prædicabat testatur, vt scirẽt nõ mìore affectu diligi se ab eo qa eos nõ viderat, q̃ cæteras apud quos erat diligebat, vt foueret animos eorum in charitate, & prompti fierẽt per epistolã, agnitionẽ acciperẽt sacramẽti dei in Christo, aduertẽtes has esse sapientiæ & scientiæ diuitias, si agnoscatur Christus in deitatis suæ plenitudine adorandus. Omne igitur mysterium sacramenti dei in Christo est. Hic est enim vnꝰ in quo omnis creatura nisi sperauerit, peribit, vt omniũ potẽtia in eo sit: vt qui cognoscit istũ, cunctorũ quæcunq; sunt, cognitionem videatur haberę.
H Nec colẽdus alius præter hunc requiratur. quia omniũ potentiarũ virtus in eo est. Ex ipso enim habẽt omnes. Vnus enim cũ sit, omnia potest. Quare & caput omniũ dicitur, vt per ipsum omnes subsistere videãtur. Dignè ergo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in eo dicũtur absconditi. Omnis enim scięti̇æ ratio totius creaturæ supernæ & terrenę in eo vt sit oportet, qui omniũ eorum caput est: siue angelorũ, siue Solis, siue Lunæ, siue stellarum, aut cæterarũ rerum, omnis scięti̇ę peritia in authore illorum est: vt qui hunc agnoscit, nihil vltrà requirat nec sapientiã nec virtutẽ, quia agnouit eum in quo pfecta virtus, perfectaq; sapientia est. Quicquid enim alibi se putauerit inuenire, plene in hoc & abunde inueniet. Nã quid sapiẽtius Salomone? quid prudentius Daniele? quibus idcirco deus prę cęteris sapientiam dedit, vt notum faceret infidelibus totius se sapientiæ esse authorẽ. Denię Nabuchodonosor dicit Danieli, admirans sup
Daniel.2. sapientiam eius: Vere deus vester ipse est deus viuus, & aperiẽs mysteria. Quod quidẽ omnẽ incredulum latet, in Christo omnẽ esse sapientiam & scientiam: quia non legunt in Euãgeliis Astrologiã, non in apostolo Gæometrica, nõ in propheta Arithmeticã, nec Musicã: quæ idcirco despecta sunt à nostris, quia ad salutẽ nõ pertinẽt, sed magis mittunt in errorem, & auocãt à deo, vt dũ his studeant ratiocinationum disputationibꝰ, curam animę suę non habeant. Quę enim tam vera sapientia est nisi
I cognouisse quod prosit, & despexisse quod obsit? Obest enim, quia impedit animam ne curam sui agat. Non immerito ergo qui Christũ agnouit, inuenit thesaurum sapiẽtiæ & scientię. agnouit enim quod ei sit vtile. ¶ Hoc dico, vt nemo vos circunueniat in subtilitate sermonis. Nam & si corpore absens sum, sed spiritu vobiscũ sum gaudẽs, & videns ordinationem vestram, & supplẽs id quod deest vtilitati fidei vestrę.) Commonet ne in malorum colloquiis & astutia iniquitatis sensus eorũ traduceretur, quia sapientes mundi arte quadam & minutiis disputationũ irretire gestiũt simplicium animas, vt ratione mũdanarum rerum abstrahant eos ab spe quæ est in Christo. Vnde Apostolus spiritu se illic adesse dicit, vt reuerentiam eius ante oculos habentes abstinerẽt se ab huiusmodi hominibus. Si enim spiritus Heliśæi prophetæ vidit fraudem Giezi euntis ad Naaman Syrum, vt acciperet sub nomine eius quæ illi mandata non fuerant, & descẽdentem prompto animo Naaman ei plus dedisse, q̃ fuerat postulatus: quanto magis apostolus ea quæ dixit, poterat in spiritu videre? Maior enim gratia fuit in apostolis q̃ in prophetis. Et vt promptiores illos faceret circa traditionem Euangelii, gaudere se dicit in dispositiõe cõuersationis illorũ, vt sciẽtes vnde deo placeatur, in eo fierẽt firmiores, per qđ digni effecti ad vtilitatis profectũ, fidei suæ addiscerent sensum. ¶ Quẽad K
modum enim accepistis Christum IESVM dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati & ædificati in ipso & confirmati fide, sicut & docti estis ambulantes in illa cum gratiarum actione.) Hoc monet & hortatur, ne deuotio eorum minueretur, & recederent à fide quã fuerãt assecuti, & prauis fabulis euersi aliter Christũ acciperent q̃ didicerant. Multi enim corruptores fidei circũibant ad seducẽdos simplices dolose, & cum simulatiõe annũciãtes Christũ: quos euitari monet magna cautela, vt stabiles & firmi supra fundamẽtũ trinitatis spe futurorũ gratias vberes agerẽt super misericordia dei.
¶ Videte ne qs vos deprędetur per philosophiã & inanẽ fallaciam secundũ traditionẽ hominũ, secũdum elemẽta huius mũdi, & nõ secundũ Christũ, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.) Philosophiam dicit terrenã, per quam solent seduci qui cupiũt prudentes iudicari in mũdo. Hæc argumentis & subtilitate minutiarum quorundã componitur, quasi physicas inuestigauerit rationes, quædam habens admixta quæ hortamenta sunt bonæ vitæ vel documenta: aliquã do de mensuris, necnõ de numeris, aliquando de elemẽ torum qualitatibus & quantitatibus ordinata. In cuius disputationibus qui inciderit, vix & raro euadet. Deti- L
netur enim verisimilibus causis, & commentitiis rebus, nihil tam verum æstimans, q̃ conspicitur & intelligitur in elementis. Et quia quæ ad præsens sunt, & cernuntur oculis, suauia & oblectabilia videntur, aliquãtos seducunt qui spiritalem rationem despiciendam & tridendã putãt desperatione futuri, omnem vim astris assignãtes carnali rationi obnoxii, ne grauia credẽda sint sustolli in cœlũ posse, neue leuia venire ad terras, aut aliq̃ corporeũ sine rerũ admixtione generari, repugnãtes potẽtiæ ac prouidẽtiæ dei. Sciunt enim legi in diuinis veteribus Hebræorum voluminibus multa gesta per Moysen quæ humana ratio non capit: simili modo & in nouis libris facta à domino, aut per apostolos, quæ tractatus carnalis prohibet credi. Hãc ergo traditionem vel philosophiam fallacem & inanem appellat, quia non à potẽtia dei ordinata est, sed ab imbecillitate ratiocinationis humanæ, quæ potentiam dei intra scientiam suam coartat, ne aliter credatur facere quàm carnalis se cõti
net ratio, qua singulis elementis diuinitatis diuersitatẽ deputãt ad culturã, vt obligẽt animos imperitorũ, ne se ad deum verum extendant. Quãobrem cauendam mo
net traditionem istam, quia mũdi cultrix est, nõ dei, qui vnus est: nec ad Christũ, sed à Christo abstrahit, in quo perfectio¦diuinitatis est. Omnia enim quę habet pater de M
dit filio, cũ illum in plenitudinis genuit diuinitate corporaliter: vt quia ipse caput est, creatura autẽ eius corpus est: quicquid putatur posse cælestis creatura, hoc totum plene in Christo esse credatur, vt nullꝰ arbitretur quẽquam colendum. Quicquid enim in aliquo magnũ putauerit, plus in illo inueniet: quia omnes ex ipso habent, sicut ex capite membra: ipse autem plenus est semper. ¶ Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.) Plus significat credentibus dari, q̃ potest in elementis comprehẽdi: quia qui in Christo est repletus est diuinitatis abundãtia, quam elementa non habẽt. Denię in credentibus spiritus sanctus inhabitat: quod elemẽtis cõcedi nõ potuit: quia indignum erat & incongruum, vt inuisibilis habitaret in substãtia visibili, & incorporeus in iis quæ sensibilia sunt. Audiant ergo & veniãt cultores eorũ, & credant in Christo, vt fiãt maiores eorum quos nunc colũt. ¶ In quo etiam circũ
cisi estis circũcisione non manufacta, in expoliationem corporis carnis in circũcisiõe Christi, vna cũ illo sepulti in baptismo, in quo & simul surrexistis per fidem operatiõis dei, qui suscitauit illum ex mortuis.) Hi circũciduntur in Christo, qui amputata totius traditionis humanę cultura, Christo iũgũtur, corde nõ carne circũcisi

A id est, in spiritu nõ in carne seruiẽtes, vt à terrenis ad cęlestia, ab humanis ad diuina, & ab errore conuertantur ad veritatem, capiti & authori suo copulati per charitatem. Cũ quo & sepulti sunt in baptismate: resurrexerũt autem per fidẽ dei: in quo credũt quod exemplo Christi resuscitabit illos ex mortuis. Illic enĩ homo vetus deponitur, & nouus assumitur. Peccatis moritur, vt viuat iustitię. Elemẽtis abrenũciat, vt Christo societur, resurrectionis futurę tenens pignus exẽplũ Saluatoris, qui resurrexit ex mortuis. Hæc igitur cõmonet, vt perseuerẽt in abrenũciatiõe pompæ & præstigiarũ Satanæ. Qui id circo elementorum suadet culturã, vt à deo auocet, participes apostasiæ suæ volens efficere homines. Quia enĩ sub nomine suo culturã suadere nõ potest. (horretur enĩ ipso nomine) sub alterius nomine suã conatur ꝑplere voluntatẽ. ¶ Et vos cũ mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, cõuiuificauit simul cum illo, donãs nobis omnia delicta, deleto chirographo qđ aduersum nos erat decreti quod contrariũ erat nobis, & illud tulit de medio, & affixit cruci: exuens principatus & potestates, ostentauit in authoritate, triũphãs illos in idipsum.) Mortuos dicit gentiles fuisse, Primum quidẽ quia legem quæ ad testimoniũ data est creatoris, & ad vitia condẽnanda, recipere noluerunt. Deinde quia ꝑietatis pctõrũ suorum causa indigni erant vitæ: ideóq; discreuit hos à Iudæis, quasi qui fuerint inimici dei vnius. Iudęi vero in vnius dei cõfessione degentes adueniente Christo addiscunt mysterium dei, quod expectabãt ad iustificationẽ suam, vt in eo quod subreptũ illis fuerat, quia impossi-
B bile est esse sine peccato, acciperẽt remissionem. Vnde post causam gentiliũ inducit & Iudæos, dicens: Donans nobis õnia delicta. vt pòst specialem subiiceret & generalem, quia cũctis donauit omnia delicta. Sed quia, sicut
Lucæ.7. dicit Domin⁹, Cui plus donatũ fuerit, amplius debet diligere: idcirco cõmonet gẽtes, vt cõsiderãtes causas malorum suorũ, & qualẽ gratiam acceperint à deo in Christo, tota deuotiõe soliciti sint circa obsequiũ eius, à quo à diuersa mortis pœna sũt liberati. Quomodo ergo donauit nobis omnia delicta? Deleto, inquit, chirographo quod erat aduersarium nobis. Et quid est, & quantũ est delere, subiecit dicens: Et illud tulit de medio. Sic ergo deleuit, cum tulit de medio. Sic autẽ tulit de medio, cũ affixit, ait, cruci. Affigere autẽ cruci, hoc dixit esse spoliare principatus & potestates publicè, & detriumphare illos in Christo. Hæc, sicut videtur, obscura sunt: ac per hoc adhibita cura dilucidãda sũt. Hoc est ꝓpter quid deus, quod per significãtiam diuersarũ causarũ exponit apo-
C stolus. Multa enim acta memorat vt genus hominum ad indulgentiam perueniret, vt nõ solũ propria remitteret nobis delicta, sed & illud tolleret peccatũ, quod ex Adę erat præuaricatiõe, quod appellauit chirographum in decretis: qđ nos à mortuis resurgere nõ sinebat: quia si nõ et hoc tulisset de medio, exeũtes hĩc qui acceperãt remissa, illic tenerẽtur apud inferos. Porrò autem ideo õnia delicta cõcessa sũt, vt resurgerent à mortuis. Quia enim ex peccato mors, sublato peccato fit resurrectio mortuorũ. Qđ qdẽ fieri minime potuisset, nisi peccatũ affixisset cruci. Dũ enĩ nõ peccando saluator vincit peccatũ, qđ hominẽ tenebat obnoxiũ: insuper & occiditur ab eo innocẽs: sic crucifigitur peccatum. Deuictũ enim peccatũ, mortificatum dicitur. Crux enim nõ saluatoris mors est, sed peccati. Innocens enĩ sic q occiditur, reos illos facit à quibus occiditur. Peccatũ autẽ principes & potestates intelligamus, quorũ studio pecoauit primus Adam, Ad authores enim referẽdũ est nomen hoc, quorum mortem in expoliatione significauit. Mors enim ipsorum hæc est, quia victi à saluatore dum expoliantur animabus quas tenebant in captiuitate, mortificantur. Rei enim facti sunt, quia cũ hac authoritate animas tenerẽt, quia peccauerant: ipsi inuẽti sunt amplius peccatores, dum illum qui illos non peccãdo vicerat, occide-

runt. Et sic iuste expoliati sunt, sicut dixit, publice, id est K
in cruce: quod est palã detriũphari à deo in Christo. Ille enim detriumphatur, qui palam vincitur, & spolia eius publicantur. Ostenditur enim omnibus prostratus, qui cæteris insultabat. Decretũ autẽ quod dicit, non est hoc quod pagani fatũ appellant: quia illud nõ õnibus contrarium asserũt: quia quosdã dicunt ex hoc felices, alios infelices. Hoc enim decretũ õnibus dicit fuisse contrarium. Sententia enim erat cunctis aduersa hominibus.
¶ Nemo enim iudicet vos in cibo vel in potu, aut ĩ parte diei festi, aut in nemoniis, aut in sabbato, qđ est vmbra futurorũ, corpus autem Christi.) Quoniam omnis spes vitę in Christo est ac fiducia, nulli superstitioni aut legi subiacere nos debere præcepit. quãobrẽ perstrepẽtes, aliquid quod ad fidem Christi non pertinet susurrantes, cõtẽnendos: istum autẽ solũ sequendũ, per quem deuicta mors est, & reddita resurrectio mortuorũ. Quidam enim Iudæorũ solent iudicare fideles, quòd ea quæ interdicta per Moysen sunt, edant de cibis, cum omnia deus mũda fecerit. Indigni autem iudicati Iudæi de his edere, prohibiti sunt à melioribus. Solent iterum reprehendere nos quia dies festos eorum spernimus, aut quia initia mensiũ non obseruamus, quæ neomenias vocant. maxime autẽ quod dies sabbatorũ non custodimus, vt ocio & epulis cum luxuria transigantur: quod magis ad offensam pertinet, quã ad gratiã. Hæc autẽ omnia sunt corpus Christi, quia elementorum per effectus sunt vo- Mat.12.
cabula. Hinc est vnde in Euãgelio dicit: Domin⁹ est enĩ E
inqt, filius hominis etiã sabbati. Per ipsum enim omnia. quæ quidẽ sic data sũt per Moysen, vt vmbra esset vel figura futurorũ, vt apparente veritate figura cessaret. Sicut enĩ absente imperatore imago eius habet authoritatẽ, præsente nõ habet: ita & hæc ante aduentũ domini tẽpore suo obseruanda fuerũt, præsente autẽ carẽt authoritate. Nunquid aliquis vicem domini agens, ipso præsẽte dominatur? Si præfectorũ vicarii præsentib⁹ eis priuati sunt, quantò magis seruì præsente domino etiã ipsi in obsequio debent videri? ¶ Nemo vos defraudet volẽs in humilitate animi, & superstitione angelorũ ea quæ videt, extollens se frustra, inflatus mente carnis suæ, & nõ tenẽs caput illud ex quo omne corpus per compagines & coniunctiones subministratũ & compaginatũ crescit in augmẽtũ dei.) Quod superius sub nomine philosophiæ cauendũ monuit, nunc apertius docet obseruãdũ ab iis qui terrenæ sapientiæ studentes, hæc colẽda asserunt, quæ obtutibus adiacent vel apparent, vt horũ detentæ culturis animæ sub firmamento obligatæ teneantur, ne se supra firmamentũ tendãt ad superiores cælos ad deum omniũ adorãdũ. Quod opera efficitur inimici, vt semper animas super terras humilitas detineat, F
vbi se scit semper de cælis deiectum futurũ iusto iudicio dei, religionẽ simulans, cũ sit maximũ sacrilegium. Inflantur enim motum peruidentes stellarum, quas angelos vocat, nõ authoritate diuina, sed superstitiõe humana, quæ ad nihilũ proficit nisi ad damnũ: nolẽtes tenere fidẽ Christi, qui omniũ creator & domin⁹ est. Ex ipso enĩ õnes originẽ habent, quare & corp⁹ eius dicũtur, si tamen agnoscant eũ. Ad ipsum enim conuersi reædificãtur, compaginati fide eius: subministrante Euãgelio adnantur cuncti quasi membra corporis in charitate Christi, vt augmẽtũ faciant deo. Cũ enim redeunt ad illũ, qui per errorẽ deseruerãt illũ, minuẽtes copias diuitiarũ ei⁹ dum denegant eius se esse, cremẽtum faciunt deo, quia ex perditis acquirũtur deo. Rursũ de Iudæis dicit quia & ipsi sub elementis seruiunt, non elementis. Hoc loco de paganis. ¶ Si ergo mortui estis cũ Christo ab elementis huius mũdi, quid tanquã viuentes in hoc mundo decernitis?) Omnis qui baptizatur in Christo, moritur mundo. Cũctis enim superstitionũ erroribus abrenũciat, vt solã colat fidẽ Christi. A motis enim quæ naturali iustitiæ accidũt, relinquitur disciplina data à deo, per quam

G viuitur deo per ſpem quæ eſt in Chriſto. Moritur, autem his quibus ſubiectus fuerat per errorẽ, dum negat illos quos præſumpſerat eſse. Et ita fit, vt per inimicitiam abrenunciationis inuicẽ ſibi mortui dicantur homo & elementorũ cultura. Mundũ enim dicens, errorem carnis ſignificat. Omne enim qđ videtur, carni deputatur. Hîc
1.Ioan.2. eſt vnde & Ioannes apoſtolus, Nolite, inquit, diligere hunc mundũ, neq; ea quæ in hoc mũdo ſunt: id eſt, neq; elemẽta quibus cõpactus mundus eſt, neq; errores quos humana adinuenit traditio, diligam⁹, ſed ſolũ Chriſtũ qui mortuus eſt ꝓ nobis, vt corpori ſuo nos ſociaret experditis. Qui ergo conſepulti ſunt Chriſto, mortui ſunt elemẽtis, vt nihil curent ex his. Superna enim didicerũt tenẽda, quæ poſſunt vitam donare perpetuã. Hæc enim nec præſentẽ dant, & impediũt ne apprehẽdatur futura. Qui autẽ poſt baptiſmum ambigit de aliquibus, putans quædã de veteribus veneranda, viuere ſe oſtẽdit elemẽtis, quæ decernit colenda, aut dubitat contemnẽda. hic remanebit intra circulos mũdi, alienus à deo: quia veteri indutus homine, carnalia tranſire nõ poterit. ¶ Ne tetigeritis, ne guſtaueritis, ne contrectaueritis, quæ ſunt omnia in interitum & corruptionẽ per abuſionem ſecũdum præcepta & doctrinas hominum.) Prohibet omni genere ab ſpe mundanorũ, quia inanis eſt, ne colant, ne aſſentiant, ne cogitẽt: quia quæ promittunt, corruptiõis
H ſunt. Vſus enim culturæ ipſorum interitum generat. ꝙa præcepta & doctrinæ nõ dei, ſed hominum ſunt in quibus vana ſpes eſt: quippe cum aduerſus creatorem inuenerit hæc error humanus, vt prohibens ab vnius dei fide, multorũ deorũ ſuperſtitiõem inducat. ¶ Quæ ſunt rationẽ quidẽ habentia ſapientię ſimulatione religiõis, & humilitate animi, ad vexationẽ corporis, nõ i honore aliquo ad ſaturitatẽ & diligentiã carnis.) Hinc ſe ſapiẽtiæ rationem habere putant, quia traditioni humanę nomen religionis applicant, vt religio appelletur, cũ ſit ſacrilegiũ: quia quod cõtra authorem eſt, ſacrilega mente inuentũ eſt. Nomẽ ergo fingit, vt falſa quæ ſunt, poſſit vera aſſerere, & humanas mentes in terra humiliat, ne ſe erigant ad ſuperna: aut terrena colẽtes, excidant à ſupernis cæleſtibus, & obſint corpori, cuius caput Chriſt⁹ eſt ſecundum primæuę ratiõis facturam. Hinc enim grauati nõ poterunt ſurſum iungi capiti ſuo, vt inſtaurentur in illo, & honorati effecti quaſi prima parte corporis truncati, totos ſe dãtes mundo ad ſenſum carnis explendũ. Sagina enim carnalis ſenſus, traditio humana eſt, quæ hoc dicit ſufficere, quod carnis tradidit, quidẽ-
I tia. Rationem enim videtur habere ſapientię iuxta carnem, quia ex elemẽtis eſt omnis corporalis natiuitas: ac per hoc non eſse incongruũ inquiunt his inclinari quorum gubernaculis humanũ regitur genus: vt his ſe ſubiiciat quæ videt mũdi clariſſima, nec requiri debere ſpiritalia: quia his ſolis, inquiunt, ducibus vti conceſſũ eſt. & per hanc rationem negligunt authorem.

CAPVT TERTIVM.

SI enim conſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexterã dei ſedens.) Hos cũ Chriſto reſurrexiſſe aſſerit in baptiſmo, q ſupercæleſtia cogitãt, vbi ſedes eſt Chriſti, vbi deus pater filio ſuo tradidit dexteram, vt regnet & iudicet. Iudicis enim in ſiniſtra ſedere non eſt. Reſurrectio tamen duas habet formas, vt primo animo de terris reſurgat ad cælos, deinde recepto corpore reſurgat raptus obuiã Chriſto. ¶ Quę ſunt ſurſum ſapite, nõ ea quæ ſuper terrã.) Supernorũ cęlorum, qui æterni ſunt, habitacula nos petere exhortatur: ab his autem omnibus quæ in firmamento & ſub firmamento ſunt, diſſimulandũ. Quiſquis enim his ſe ſuperſtitionibus occupauerit, impedimentũ patietur. Non enim poterit hæc trãſcendere, quibus ſe inclinauit vt dominis.

K ꝟ Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo.) Apud mundi ſẽſum mortuus Chriſtus videtur, & diſcipuli eius, dum cõſtet viuere illum cũ his omnibus. Idcirco carnalibus ac mũdanis abſcõdita eſt vita Chriſti & ſuorũ in deo, extra mũdum in regno eius cæleſti, in quo viuũt. ¶ Cũ Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cũ illo in gloria.) Vita noſtra Chriſtus eſt, quia legimus in Actis apoſtolorũ hunc eſse vitæ authorẽ, qui à ꝓphetis nõ creditur futur⁹ iudex. Cũ autẽ aduenerit in virtute cæleſti, & viſus fuerit eſse quod minime credebatur, tũc apparebũt cũ illo etiã qui crediderũt in illũ, & manifeſtabitur omnũ ꝓphetia, quia viuit cũ ſuis in gloria. Hæc conſolatio fiduciã dei parit vt ſecuri de futura vita omnia poſtponẽtes, Chriſtũ ſequamur. ¶ Mortificate ergo mẽbra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationẽ, immunditiã, libidinem, cõcupiſcentiã malã, & auaritiam, quæ eſt ideolorũ ſeruitus.) Quoniã omnia ſimul peccata corpus eſse in epiſtola ad Romanos ſignificat, idcirco ſingula delicta deſcribens, mẽbra ea appellat, vt poſt acceptã ac ſeruatã euãgelicã de ſaluatoris plenitudine rationẽ, bonæ vitæ operã darent, abſtinẽtes ſe ab omni turpitudine & deſiderio malo, quo poſſint peritię diuinæ fructũ non amittere. Multum enim obeſt ſcire veri rationẽ, & minime illã factis proſequentibus affirmare. Hinc eſt vnde & dominus in ter cętera ait: Qui autẽ, inquit, ſcit volũtatẽ domini ſui, & nõ paruerit ei, vapulabit multis. Auaritiã tamẽ idololatriæ cõparauit, vt nihil illa ſceleſti⁹ demõſtraret. Sub Lucæ.1
vno nomine duo peſſima & impia genera deſignauit, L
& quæ omni ratione monet fugienda. Primũ eni & pergraue crimen eſt idololatria. Quid enim tã pernicioſũ, tamq; funeſtũ, q̃ ad iniuriã creatoris dei, lignis & lapidibus vel aliis metallis honorificentię eius nomen tribuere: cũ ipſi non patiãtur vt ſeruus nomine domini nũcupetur, quẽ nõ natura vtiq;, ſed quędã cõditio ſubiicit ſeruitutẽ? Aliud ecõtrà crimen eſt auaritiæ, nõ diſpar malitia, ſed diuerſum in nomine. Vnde ad Timotheum ait: Radix enim omnium malorum eſt auaritia. Omnium 1.Tim.6.
enim capax eſt delictorum, vt auiditatis ſuæ, qđ impoſsibile eſt, impleat deſiderium, ſemper bibens, & ſemper ſitiens. Non immerito ergo ſub vno nomine vtrunque malum oſtendit. Penẽ enim vno explentur opere, quia ſicut idololatria vni deo auferre nitiũr gloriã, ne quod eius peculiare eſt, ſolus habeat nomẽ diuinitatis ſibi ſoli condignum: ita & auaritia in dei ſe res extendit, vt ſi poteſt fieri, vnus & ſolus creaturam eius ſibi vſurpet, quam deus omnibus fecit. Vnde dicit deus per prophetam: Meum eſt aurum, & meum eſt argentum. Vtraque Aggei.2.
igitur deo eſt inimica. ambæ enim deo abnegant quæ M
eius ſunt. ꝟ Propter quæ venit ira dei.) Malorum memoratorũ cauſa venturum dicit iudicium dei, vt vindicetur in hos qui contempto deo & lege eius, interdicta ſequi maluerunt. ¶ In quibus & vos aliquãdo ambulaſtis, cũ viueretis in illis,) Quantũ illis beneficiũ præſtiterit gratia dei per IESVM Chriſtum, non tacet, vt gratulentur euaſiſse ſe iram quæ vẽtura eſt repente ſuper in fideles totius terræ, & tales ſemetipſos præbeant, vt parere poſſint pręceptis eius, à quo à morte ſecunda ſunt liberati. ❧ Nũc verò deponite & vos hæc õnia, irã & indignationẽ, animi malitiã, blaſphemiã. turpiloquiũ de ore veſtro nõ procedat. Nolite mentiri invicem, Exuite vos veterẽ hominem cũ actibus eius, & induite novum, qui renouatur in agnitionẽ ſecũdũ imaginẽ eius qui cõdidit illũ, vbi nõ eſt Græcus & Iudæus, circũciſio & præputiũ, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus.) Nũc ab his prohibet quæ minora peccata vidẽtur, ne forte quia ſuperius quæ grauiora ſunt, mortificãda mãdauit: hæc admittẽda, aut quaſi nõ periculoſa nõ fugiẽda putarẽtur: ſimul etiã vt exuti veterẽ hominẽ, id eſt tã verbo q̃ actu, & incõtaminatos ſe vidẽt, noui facti in Chriſto per agnitionẽ veritatis, quæ

olim latuit: modo autẽ manifeſtata eſt per nouã legem
A credentib⁹, vt ſimiles fiant imaginis ei⁹ qui creauit illos. Imago hęc in cõuerſatione bonæ vitæ intelligenda eſt, ſicut dicit ad Corinthios ſ epiſtola prima. xv. cap. Quẽadmodũ portauimus imaginem eius qui de terra eſt, ita & portemus imaginẽ illius qui de cælo eſt. Ipſe eſt ergo creator hominis, cuius imaginem portare nos iubet in ſanctitate & bonis operibus, quæ de filii dei agnitione deſcendũt. Nemo enim poteſt bonã & mundam habere vitã, niſi habeat cui hanc exhibeat: à quo ſi non præmiũ certi laudem expectet. Sed apud deũ & laus & præmia ſperantur, quia nõ patitur deus in iuſtitia eum qui carnis vitia vicerit, nõ coronari. In hac itaq; agnatiõe nullus vt indignus excipitur, quaſi non mereatur accedere ad fidẽ Chriſti. Omnes enim accedẽtes vnũ fiunt, deleti quid fuerint, & ſcripti quid eſse cœperint: vt quia vnius fidei ſũt, in eo ipſo vnius ſint & meriti: vt quos fides iungit, nõ poſſint diſcerni, propter qđ diuerſi natura & gẽte ſiue conditione ſunt. Omnia enim & in his omnibus Chriſtus eſt, Quia enim cuncta mẽbra eius ſunt omnia Chriſtus eſt: vt dum vna cõfeſsio eorum eſt, deſpe ei⁹ in omnibus Chriſtus: & ſic omnia corpus eius ſunt, vt profeſsio eorum & natura cõcordet. Alia eſt tamen imago hęc quã de agnitione Saluatoris dicit creari, & alia imago ad quã factus eſt primus homo. Iſta enim imago eſt
B & in fœmina, cum agnoſcit eum qui ſe creauit & obtem perans volũtati eius abſtinet à vita turpi, & actu peruerſo: Illa autem imago in ſolo viro eſt, ſicut idem dicit in epiſtola ad Corinthios prima cap. xi. Vir quidem nõ debet velare caput ſuum, cum ſit imago & gloria dei. Si autẽ & mulier non velaret caput, etſet & ipſa imago dei.
Sed incõgruũ erat vt facta viro ſubiecta diceretur eſse imago dei. Nã & in Geneſi. primo cap. ita ait: Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum: vt ſicut deus vnus eſt, vnus ab eo fieret homo: vt quomodo ex deo vno omnia, ita ex vno homine omne genus etſet ſuper faciẽ totius terræ. Vnus igitur vnum fecit, qui vnitatis eius habet imaginẽ. Et ipſe in viro & muliere eſt ſimilitudo myſterii patris & filii. Barbarum tamen ab Scytha ſegregauit, ſicut ſeruũ à libero: nõ vtiq; in Chriſto, in quo omnes vnum ſunt: ſed in morũ feritate, & gẽtis immanitate. Peiores enim hos Barbaris intelligi voluit antequam credant, cũ Græcorũ libri iuſtitiã eorum prædicẽt quã duce natura ſequebantur. Intantum magnum apud eos peccatum furti habebatur: quòd Græci magna cum induſtria, inquit, & doctrina iuſtitiæ ſemitas inueſtigarunt, hos naturaliter apprehendiſse collaudãt. Sed quo-
C modo degenerant omnia, poſtea magis vituperabiles eſ ſe cœperunt, q̃ fuerant ante laudabiles. Poſtquam enim mulieres eorum lege viri vti cœperunt, quas Amazonas primitus aſſerunt appellatas, totam Aſiam contra naturam ſubiicientes, ſic contigit vt & viri canũ more rabidi efficerentur, immanes, ſylueſtres, inculti pl⁹ quã Barbari, intãtum immutati vt carne humana veſcenda imbuerentur. Quid mirum, cum & ipſi Romani longe alii fuerint: quã nũc ſunt? Nam & mulieribus eorũ caſtitatis cauſa vini vſus incognitus fuit, ſicut nunc aqua. Intãtũ enim vigebat diſplinæ authoritas, vt ſubiectum vas non faceret quod volebat. ❧ Induimini ergo vt electi dei ſãcti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, ſenſus manſuetudinẽ, longanimitatẽ, prębentes vobis inuicem patientiã, & donantes alius alii, ſi quis ad
D uerſus aliquem habet querelã. ſicut & Chriſtus donauit vobis, ita & vos facite.) Vt lucrũ poſsint habere, ad hæc eos facienda hortatur, quæ meritũ collocãt apud deum. A peccatis autem abſtinere timor facit. veretur enim ne male faciens pœnis ſubdatur. Hæc autẽ quę nunc facienda monet, ad profectũ pertinent meritorũ. ex voluntate enim fiunt, nõ ex neceſsitate. Qui ergo ab illicitis ſe abſtinet, habet laudẽ: qui vero à licitis tẽperat, & laudem habet & præmiũ. ꝟ Super hęc autẽ omnia charitatẽ, quod eſt vinculũ vnitatis, & pax dei in cordibus veſtris exul- K
tet: in qua & vocati eſtis ĩ vno corpore: & grati eſtote.) Quia enim omniũ maior eſt charitas, huic magis ſtudẽdum hortatur. Tunc enim omnia quæ ſupra mandauerat ſeruanda, ad effectũ præmiorũ poterunt deduci, ſi duce charitate iter ambulent legis. Tota enim mente operatur, qui de amore aliquid operatur aut facit. Hypocriſis & ſimulatio nõ eſt i charitate. Quare & Ioannes apoſtol⁹, Timor, inquit, nõ eſt in charitate. Qui enim timet perfectus non eſt. Perfecta enim dilectio foras mittit ti- 1.Ioan.4.
morem. Vnde & domin⁹ amari ſe maluit, q̃ timeri. Hęc eſt enim quę complectitur vnitatẽ, hęc quę omnes vnum corpus facit, hęc eſt quę verã habet pacem, quam corde puro cuſtodit. Poteſt enim pax dici, & non habet charitatem: charitas enim ſemper ſecum habet pacem. ¶ Verbum Chriſti habitet in vobis abunde, in omni ſapiẽtia docentes, & monẽtes voſmetipſos pſalmis, hymnis, cãticis ſpiritalibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris deo.) Hæc meditanda monet ſemper, quæ ſonent Chriſtum. Hæc in corde habenda, quę deo patri ſemper gratias referãt, vt vox canora illi ſeruiat, illum laudet pſalmus, hymnus extollat. Et huic ſoli notũ ſit, qui occulta peruidet mentis, à quo ſperatur & præmiũ. In cordibus illi cantari mandauit, ne fauore hominũ fieret, & fructũ amitteret. ❧ Omne quodcũq; facitis in verbo aut in ope
re, omnia in nomine domini IESV, gratias agentes deo, E
& patri per ipſum.) Quoniã ſupra in corde dẽ laudari, & illi gratias referri præcepit, nũc tam in verbo quã i opere totius conuerſatiõis noſtræ nomen domini IESV laudari & exaltari hortatur: vt cum verba noſtra carent reprehenſione, & opera noſtra bona ſunt, magnificetur dominus IESVS, cui⁹, magiſterio inuituperabiles ſũt diſcipuli. Tunc enim veras gratias agimus deo per ipſum ſi modũ pręceptorũ eius cuſtodiam⁹. ꝟ Mulieres ſubdite eſtote viris, ſicut oportet in domino.) Ita ꝓcepit mulieres ſubditas eſse debere viris, ſicut mandauit deus inter Geneſ.3.
cętera dicens ad mulierem: Et ad virum tuũ conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. vt ipſo ritu & diſciplina timeat virũ ſuũ q̃ſi dominũ, ex quo cœpit eſse. ❧ Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſse ad illas.) Rigorẽ virilis legis emollit, ne poteſtate qua prævalet, nimius quis ſit in dominatu vxoris: ſed debet reſpicere & affectum, quia mulier caro eius eſt: ne plus illam humilians exacerbet, & cõtraria cogitet. ¶ Filii, obedite parẽtibus per omnia. hoc enim placet deo.) Non poteſt aliud placere deo, niſi qđ iuſtũ & pium eſt. Tũc poſsunt filii deũ habere propitiũ, ſi debitã honorificentiã rependãt parẽtibus; circa obſequiũ illorũ faciles, in cõtẽptu difficiles, ſciẽtes filii nũquã aduerſ⁹ parentes ꝓuidere. ❧ Patres nolite ad irã prouocare filios veſtros, ne puſillo animo ×proterfiãt.) Modeſtos præcipit patres debere eſse filiis, ne coartari ab eis delinquãt in illos, & deũ offendãt: qđ nolũt. Ira enĩ incõſiderata res eſt, intantũ vt aliquãdo nec ſibi parcat qui iraſcitur. Debent enĩ recordari patres qa fuerunt & ipſi filii: cõfiderare autẽ filii quia futuri ſunt patres: vt æquo librato cõſilio vtriuſq; partis, & filii ſubiecti ſint, & patres modeſti. ❧ Serui, obaudite per õnia dominis carnalib⁹, nõ ad oculũ ſeruiẽtes quaſi hoib⁹ placẽtes, ſed in ſimplicitate cordis timẽtes dominũ.) Quoniã deo aliter ſeruiri nõ poteſt, q̃ puro corde. occulta enĩ puidet animorũ. ſic & hoibus pręcepit ſeruire debere. Qui enĩ ad oculũ ſeruit, in occulto aliud facit. q enĩ ex Lucæ.16.
animo, talis eſt fo ris. qualis & intus. Si ergo ĩ obſeq̃o fuerit fidelis, ꝓmerebitur dominũ, quia ipſe dixit: Qui in minimo fidelis eſt, & in magno fidelis eſt. Si enĩ ei qui ad præſens vindicat, fidelis nõ fuerit: qui fieri poterit vt illi fidẽ exhibeat, quẽ poſt mortẽ audit iudicaturum? Idcirco ĩ domini carnalis cauſa iuſtũ vult eſse ſeruũ & obſequentẽ, vt poſsit & in dei rebus & fidelis eſse & obſequens. Si enim ĩ ꝑſenti idoneus fuerit, vbi ſcit nulla eſse niſi corruptibilia præmia, quanto magis propenſior erit

G in dei deuotione, quem scit fidelibus immortalia daturũ prẽmia? ¶ Quidquid facitis, ex animo operamini vt domino, non hominib⁹, certi quòd à domino recipietis retributionem hæreditatis domini Christi, cui seruitis. Qui enim inique gerit, fert id qđ gessit inique, & nõ est personarum acceptio apud deum.) Vt promptos illos in obsequio & fide faciat, mercedem illos bonorũ operum accepturos promittit à deo in regno Christi. Quod vt probatũ sit & acceptum, sic illos vult obseq sicut domino à quo mercedem expectant. Aut si inique egerit, non solũ hominem offendit. sed & deum, quem in admissa fraude carnalis domini cõtempsit. Si autem bene egerit, non erit apud deum seruus hominis quasi despectior, sed remunerabitur quasi liber inter homines, seruus autem Christi, quod dignitatis est nomen.

CAPVT QVARTVM.

DOMINI, quod iustũ est & equũ, seruis prębete, scientes quod vos dominum habetis in cælis.) Ne domini tẽporales superbia extollantur, præsumentes de dominatu, miti gat & cohibet animos illorum, vt adhibita cõsideratiõe humani generis, animaduertãt authorẽ de um nõ seruos & libros, sed õnes ęgenuos cõdidisse. Sed H hoc mũdi iniquitate factũ est, vt dũ alter alterius fines inuadit, tunc captiuos ducit ingenuos: vnde & manu capti ducti sunt à veteribus: inde mãcipia. Hic casus & cõditio etiam nunc apparet. alii redimũtur, alii remanẽt serui. Apud deũ autem hic seruus habetur, qui peccauerit. Genes. 9. Denic⁹ peccati causa Cham seruus audiuit: Maledictus puer Chanaã: seruus seruorũ erit fratribus suis. Cui sententiæ veteres assensẽre, ita vt definirent oẽs prudentes esse libros, stultos omnes esse seruos: quia prudens abstinet à peccatis. vt hic ingenu⁹ sit, q recta sequitur: seru⁹ autem, qui per stultitiæ imprudentiã subiicit se peccato. Vnde & Cham propter stultitiam, quia risit nuditatem patris stultẽ, seruus est appellatus. Ostendit ergo dominis. quia non veri sunt domini, sed quasi per imaginẽ. corporũ enim non animorum sunt domini. Solus enim dominus & author rerũ inuisibilis deus tam corporib⁹ quã animis dominatur: vt hęc considerantes, iusta ab eis exigant seruitia, talia vtique, qualia & à se exigi volũt à domino cõmuni. Nam cum ipsi non vt dignum est deo seruiant, quẽ non negant õniũ potestatẽ habere, cuiusq quotidiana dona per ministeria creaturæ humanis vsibus exhiberi: à paribus suis, non dicam fratribus, tã gra I uia exigunt seruitia, vt ferri non possint, nõ ponentes in animo qa & ipsi velint nolint serui sunt, & viderit cui⁹ meriti, ¶ Orationi instate vigilantes in illa, orãtes simul & pro nobis', vt deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiã vinctus sum, vt manifestẽ illud prout oportet me loqui.) Iã prudentibus mysteriũ domini Christi in cuitãdis vitiis peccatorũ orationi instãdũ ostendit, vt meritis crescãt deficientibus tentationibus aduersarii. Quos intantum dignos habet, vt iudicet eos etiam se posse precibus adiuuare ad asserendum audacter Euangeliũ, ad quod manifestandũ legationẽ acceperat. ¶ In sapientia ãbulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semp in sale gratia sit cõditus, vt sciatis quomodo oportet vos singulis respondere.) Quoniã necesse est ambulare nos inter infideles, & colloqa miscere causa cõuersationis mundanæ: hoc est quod cõmonet, vt cũm sapientia sit ipsa cõuersatio propter scandalum gẽtilium ne occasionẽ accipiant per nos blasphemandi, & incitẽtur ad persequendum. Quid enim opus est loqui cũ eo quem scias intractabilem, & obstinatæ mentis, paratum ad contumeliam faciendã? Ideo hæc monet, vt oportuno & loco & tẽpore, magistra modestia, religionis verba promantur: aut si persona talis in medio est, qụe perstrepat, reticendum. Aliter enim cum potentib⁹ mũdi K aliter cum mediocribus, & aliter cum humilibus agendum est. Aliter iterum cum mansuetis, aliter cũ iracundis, quibus cedi oportet. hoc est redimere tẽpus. Cũ enĩ insidianti dominicis verbis, & furẽti tẽporis audacia cedis, iniurias infesti tẽporis lucrifacis. Nã si caput, id est rex assentit, corpori est libertas loquẽdi verba dei cum mansuetudine, vt prouocentur ad bonum. perstrepenti bus tamen & animosis ad conuitia semper cedendum. Vincis enim dum cedis. ¶ Quæ circa me sunt, omnia nota faciet vobis Tychicus dilectus frater, & fidelis minister, & cõseruus in domino, quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quę circa vos sunt, & cõsoletur corda vestra cũ Onesimo charissimo & fideli fratre, qui est ex vobis. õnia quæ hic sunt, nota faciet vobis.) Ad hoc se dicit fratres misisse, vt inuicem sibi nota fierent quæ agerentur abinuicem. Quanuis superius dicat spiritu se præsentem apud eos, & videre quæ agerent, internũciis tamen opus est. Solicitior enim fit quis quando videt ad se venire ad considerandam conuersationem suã. Plus enim veretur, si speculetur se videri quæ agat. Nam cum deus omnia videat, & sciamus omnia illi nota. esse: quia non tamen videmus nos videri ab eo, contraria facim⁹ ¶ Salutat vos Aristarchus comes captiuitatis meæ, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandatum, vt si venerit ad vos, excipiatis illum. & Iesus qui dicitur Iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi solatio fuerunt.) Hic Aristarchus bonæ cõuersationis ac meriti videtur, qui L deuotione dominica particeps & socius laborum apostoli designantur. Marcum autem vt cõmendet quid sit nõ tacet: vt cũ laudabilis viri Barnabę affinis addiscitur honorabilis habeatur. Addit & Iesum, quem Iustũ nomine vocari appellat. Quibus solis testimonium perhibet quia hi ex circũcisione audiutorio fuerunt, ei, assẽtiẽtes & participes sententiæ eius, vt iã circũcidi vlterius nõ debere prædicarent: ideo participes illos dicit suos ĩ regno dei. Circũcidendũ autẽ esse, & sabbata & nomenias seruandas prædicare, nõ spiritale est, sed terrenum. ¶ Salutat vos Epaphras, qui est ex vobis, seru⁹ Christi.) Chariorẽ illis facit epistolã, quando ei qui ex ipsis est, testimonium reddit. ¶ Semper solicitus pro vobis in orationibus, vt sitis perfecti, & abunde expleti in omni voluntate dei,) Tam salutaria se illis exoptare testatur, vt illum qui ciuis illorũ est, & affectu vnanimitatis charissimus, participẽ suæ deuotionis in profectũ eorum ostẽdat. ¶ Testimoniũ enim adhibeo illi, quia habet multũ laborẽ pro vobis, & pro iis qui Laodiceę sunt, & Hierapoli.) Vt solicitos eos salutis suæ faciat, aliorũ vigilantia quanta sit pro his, ostẽdit. Solicitior enim qs fit pudore, quãdo in causa sua alterũ viderit laborare. ¶ Salutat M vos Lucas medicus charissimus, & Demas.) Vere charissimus apostolo fuit Lucas, quia omnia postponens, apostolos secutus est semper, qui & Euangeliũ & Actus apostolorũ scripsisse perhibetur. ¶ Salutate eos qui sũt Laodiceæ fratres, & Nymphã, & domesticã eius ecclesiam.) Quoniam simili modo & pro iis qui Laodiceæ sũt solicitus erat, in eorum epistola hos salutandos monet, Nymphã chariorem existimãs, cuius & domum salutat. Tã enim deuota videtur fuisse, vt õnis domus eius signo titulata esset crucis. ¶ Et cum lecta fuerit apud vos hęc epistola, facite vt & Laodicẽsiũ Ecclesię legatur, & Laodicensiũ vos legatis.) Quia generales sunt institutiones apostoli, & ad õniũ pfectũ scriptæ epistolę: idcirco etiã Laodicẽsib⁹ epistolã hãc legi pcepit, vt per hãc qd agẽdũ sibi esset, addiscerẽt: & Colossenses ut eorum legerẽt iuxta sensũ supradictũ. ¶ Et dicite Archippo: Vide ministeriũ qđ suscepisti in domino, vt illud ĩpleas. Prępositũ illorũ per eosipsos cõmonet, vt sit solicitus de salute ipsorum. Et quia plebis solius causa scribitur epistola, ideo nõ ad rectorẽ ipsorũ destinata est, sed ad Ecclesiã.

Postenim Epaphram qui illos imbuit, hic accepit regẽ-
A dam eorum Ecclesiam. ¶ Ipsa enim salutatio mea mãnu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum.) Vt cõfirmet epistolam, manu sua scriptam dicit, memorans vt in mente habeant exitus eius quos patiebatur pro salute gentium: & tales se præberent, vt non ferret ægrẽ pati pro his iniurias.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD THESSAL. PRIMAM.

PRAEFATIO.

VT horum, id est Thessalonicensium exẽplo alios exhortetur ad fidei incrementa, istos laudat eò quod in accepta gratia permanentes, ad profectum præmii aucti sũt meliora sectando, vt & ad perfectum tenderent, & eorum virtutibus quæsita dignitas cæteros puocaret. Tantæ enim fidei imbiberunt spiritũ, vt spe futurorum etiam ciuium suorum Macedonum persecutiones illatas pro nomine Christi deuoto animo patere tur. Vt horum ergo meritum, & suam ex eorum profectu lætitiam literis signet, ita scribit ad eos:

CAPVT PRIMVM.

B PAVLVS ET SYLVANVS ET TImothe⁹ Ecclesiæ Thessalonicẽsiũ, in deo patre & ĩ domino IESV Christo gratia vobis & pax.) Tri ũ quidẽ epistcoporũ nomina literæ cõtinẽt, sed sensus & verba solius Apostoli sũt. Quia enim cõmuni gaudio exultant in profectu illorũ, ex cõsensu ad plebẽ epistola scribitur in exultatiõe, dei patris & domini IESV Christi pacẽ & gratiã his exoptãs. ¶ Gratias agimus deo semper pro omnib⁹ vobis memoriã vestri facientes in orationibus nostris, sine intermissiõe memores operis fidei vestrę, & laborũ charitatis, & expectationis domini nostri IESV Christi coram deo & patre nostro.) Quoniam omnia bona à deo sunt, idcirco ei primùm gratias referunt in profectu illorum, qui dignat⁹ est non solum donũ suum dare hominibus sub peccato cõstitutis, sed in filios hos adoptare, simul adiuuans eos ad omnia exitia toleranda, vt digniores fiant. Quamobrem meminisse horum dicũt se C in orationibus suis, eò qđ crebrescerẽt in opere fidei cæteris Ecclesiis, vt nutu dei perficerent opus cœptũ, prõpti ĩ studio charitatis & patientiæ, & spei aduentus domini ante deum, qui dignatus est filium suum incarnare pro salute humana. Placitũ enim dei est, si pficiatur in Christo. ¶ Scientes fratres dilecti, à deo electionẽ vestram, quia Euangeliũ nostrum non fuit ad vos in verbo solũ, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis veneminores videntes Iudæorum Ecclesiis, gauderent in D dono dei, qui participes illos facere dignatus est promissionis Abrahæ. ¶ Et vos imitatores nostri facti estis, & ipsius domini, susceptes verbum in pressura multa cũ gaudio spiritus sancti, ita vt fueritis vos exemplũ omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia.) Cupidi credulitatis probra & iniurias à ciuibus suis passi, tolerarunt fiducia futurorum. Vndæmuli dicuntur apostolorum, & ipsius domini: quia & dominus eadem passus est à Iudæis, & Apostoli sequentes fidem dei persecutiones passi sunt, gaudentes quia digni habiti sunt p nomine domini contumelias pati, scientes pro his magna fore præmia repromissa. Idoneus enim seruus probatur, quando pro amore domini sui inimicos eius offendit. Cuius rei memores gaudii sunt spe promissionis in pressura. Itaque magna exhortatio est ad profectum, cum similes illos factos dicit & Christi, & apostoli, ad formam præbendam cæteris credentibus illis in locis quibus fama illorum ambulabat. ¶ A vobis enim diffamatus est sermo domini non solum in Macedonia & in Achaia, sed in omnem locũ fides vestra quæ est ad deum processit.) Tale est hoc, quale & illud ad Romanos, cũ dicit: Quia fides vestra prædicatur in vniuerso mundo. Sed in his amplius, quia non solum fides, sed opus fidei illorum peruenit in omnem locum. ¶ Ita vt nõ neceesse habeamus nos aliquid eloqui. Ipsi enim de nobis annũciant qualem introitum habuerimus ad vos. & quomodo conuersi estis ad deũ ab idolis ad seruiendum deo viuo & vero, & ad expectandũ filium eius de cælis, quẽ suscitauit à mortuis IESVM, qui eripuit nos ab ira venitẽte.) Sic peragrasse dicunt famam introitus sui, & conuersationis eorum cum prędicatione Euangelii, vt non esset necesse ea dicere. Superfluum est ea fari, quæ nota sunt. Ad omnes enim in circuitu peruenerat, ita vt & annunciarent cæteris qua deuotione susceperant apostolos. Et quia ad omnia quæ audierant ab eis, fuerãt promptiores, relinquentes deos mortuos: expectarent autem Christum de cælis, quem humanæ salutis causa mortuum audierant, & resurrexisse deuicta morte, & cum carne assumptum in cælos ministra nube, ad confusionem prudentium mundi, qui consideratione habita mundanorum, carnis naturã, quæ grauis est, putant non posse fieri vt sustollatur in cælos. Hoc effectu fit spiritus sancti, vt erubescant terrigenæ prudentes. E

CAPVT SECVNDVM.

IPSI enim scitis fratres introitum nostrũ ad vos, quia nõ inanis fuit, sed antè passi, & cõtumeliis afflicti, sicut scitis, ĩ Philippis, ex certa libertate ausi sumus in deo nostro loquẽdo ad vos Euangelium dei in magno certamine.) Hanc pressurã quã nunc memorat, passus est in Philippis cũ Sylea propter spiritum pythonem quem à puella eiecerat: qđ iam suo loco dictũ est. Cui pressurę nõ cessit, sed fortior inuent⁹ est, dũ audet prædicare. nec loqui timet, F spe vtiq promissi prẽmii: vt & hi securi essẽt in persecutionibus, gaudẽtes propter futuram mercedem. Signum ergo deuoti & fidelis pdicatoris hoc dicit esse, si in pressura loqui verbũ dei nõ timeat: inanem illũ significans qui terrore præsenti formidinẽ patitur prædicandi. Qui enim securus est de promissa spe, nõ cedit vt coronetur. ¶ Nam exhortatio nostra nõ ex fallacia, neq; ex immũditia, neq; in dolo, sed sicut probati sum⁹ à deo, vt credetur nobis Euangeliũ: ita loquimur, non vt hominibus placentes, sed deo, & qui probat corda nostra.) Hoc propter pseudoapostolos dicit, qui dolo & fallacia prædicabant non missi, vt circunuenirẽt gentes ad seruiendum legi factorum. Iste autem electum se & missum prædicare multis probat rebus: quia & in pressuris fortior inuentus est, & in conuersatione irreprehensibilis

vt nihil eſset in hoc quod minus deo videretur dignum profequentibus ſignis. Quidã enim quæſtus cauſa Chriſtum prædicabant,fauori hominũ ſeruientes: quia & in arguendo remiſsiores erãt, quippe cũ nec authoritas eſſet:& in tribulatiõe infirmi, quia nõ ex corde,ſed in fallacia erat ſermo eorũ. Omnis enim q̃ aliquid ſinit ſpe agit orta tribulatiõe ſuccũbit. ¶ Neq; enim vnquã in verbo adulationis cõuerſati ſumus,ſicut ſcitis,neq; in occaſiõe auaritiæ,deus teſtis eſt.) Nunc aperit quod ſuprà ſignificauit, cum dicit: Non in occaſione auaritiæ.deum dans teſtem,quia iſtud ex corde faciebat,nõ i hypocriſi quaſi cõtemnẽs pauca,vt forte plura offerrentur. Vnde & ipſos cõuenit,ſcientes ac probantes quia nulli fuerat adulatus. Pſeudo enim apoſtoli formam auaritiæ dari ſibi optabant,vt ipſa occaſione,dũ veros apoſtolos õnia illata vidẽt accipere,poſsint ipſi ſine ſuidia ſimpliciores homines deprædari. ❧ Nec quærẽtes ex hominibus gloriam,neq; à vobis, neq; ab aliis,cum poſsemus honori eſse,vt Chriſti apoſtoli.) Intãtũ grauat pſeudoapoſtolorũ cauſam,vt ſe abnuere dicat,cũ liceret illi obſequia requirere,ad cõprimendos eos quibus nec facultas erat, nec pudor,& tamen honorem ſibi poſcebãt.ſe enim potius q̃ dei doctrinam commendari volebant. Apoſtolus autem qui gloriam nõ ad præſens,ſed in futuro requirebat,ſe humilem faciebat, vt dei prædicatio exaltaretur.

H ❧ Sed fuimus paruuli in medio veſtrũ , tanquã ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderãtes vos cupimus impartiri vobis nõ ſolũm Euangelium dei, ſed etiam animas noſtras,quia chariſsimi nobis facti eſtis.) Tantum affectum habere ſe circa illos oſtẽdit,quẽ,quia verus eſt, non verbis magis q̃ rebus probatum vult videri.poteſt enim in verbis latere fallacia.vt his exhortationibus prouocati omnem ſenſum ſuum in dilectione haberent apoſtoli. ❧ Meminiſtis enim fratres laborẽ noſtrũ & fatigationem,nocte ac dei operãtes ad hoc, ne quẽ veſtrũ grauaremus.) Hoc eſt quod dicit in Actis apoſtolorũ : Omnia inquit,quæ mihi,& iis qui ſunt mecũ,fuerũt neceſsaria, laborauerunt manus iſtæ. Vnde & in alia epiſtola dicit: Qui nõ laborat,nec manducet. Et hoc cõtra pſeudoapoſtolos,qui vt ociosi mãducarẽt,prædicatores ſe fingebãt eſse. Vt ergo exemplũ daret quemadmodũ gubernanda ſit vita Chriſtiana,& ſimulatores proderet,labori in ſiſtebat humano,offuſcãs pſeudo apoſtolos : propterea quia qui labori inſiſtũt,à malis cogitationibus declinãt occupãtes animũ ſuũ,& à periculis prohibentes. ❧ Prædicauimus vobis Euangelium dei,vos teſtes eſtis & deus q̃ ſãctè & iuſtè,& ſine querela vobis qui creditis, facti ſumus ſicut ſcitis , quomodo vnũ quẽq; veſtrũ vt pater filios obſecrantes vos,& cõſolantes ad hoc, vt ambuletis digne deo, qui vocat vos in ſuum regnum & gloriam.) Manifeſta ſunt hæc. Cõmonet enĩ illos quomodo credi I derint ſe prædicantem,& qualem eum fuerit experti ,& quæ præcepta dederit eis,vt digni fierent deo , qui illos vocauit de terris ad cælos, vt exſuſcitet lætitiam illorũ. ¶ Ideoq; & nos gratias agimus deo ſine intermiſsione, quod cũ accepiſsetis à nobis verbum audit⁹ dei,ſuſcepiſtis nõ vt verbum hominũ, ſed ſicut eſt verè verbũ dei, quod & operatur in vobis qui credidiſtis.) Deo gratias referunt,qui aperuit ſenſus illorum ad recipiẽdũ Euãgelium ſuum. Gloria enim prædicantiũ eſt,quando audiẽtes facile credũt. Tãta enim deuotiõe receperũt verbum,vt probarẽt ſe intellexiſse dei eſse doctrinã. ¶ Vos enim fratres imitatores facti eſtis Eccleſiarum dei , quæ ſunt in Iudæa, quæ ſunt in Chriſto IESV: quia eadem paſsi eſtis & vos à cõtribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis,qui & dominum interemerũt IESVM , & prophetas,& nos perſecuti ſunt,& deo non placuerunt,& omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos gentibus loqui vt ſaluentur,ad hoc vt ſuppleant peccata ſua ſemper:ſed prænenit ira dei ſuper eos vſq; ad finẽ.) De impietate atq; crudelitate queritur diffidẽtiũ Iudeorum qui non ſolum ſuæ ſalutis inimici ſunt, verũetiam alio K rum,prohibentes ne credãt,& ſalui fiant,ab initio parricidæ.vel domino enim cõmuni parcere debuerant,qui cõſeruis & prepoſitis ſuis nõ pepercerũt . vt repleantur peccata eorũ intantũ, ne aliquando miſericordiã cõſeq mereãtur,Ideo Theſsalonicẽſes à ciuibus ſuis eadẽ paſsos dicit,imitatos patiẽtiã ſanctorum , & domini noſtri IESV Chriſti:cuius ſceleris authores inducit Iudæos, vt & quanta gloria digni ſint qui pro nomine domini patiuntur,& quæ vltio infeſtis & inſidis præparata ſit diuinoſcatur. ¶ Nos autẽ fratres deſolati à vobis ad tempus horæ,facie nõ corde,abundãtius feſtinauimus faciẽ veſtrã videre ĩ multo deſiderio. Quapropter voluimus venire ad vos,ego quidẽ Paulus & ſemel & iterum, ſed impediuit nos Satanas.) Non animo, ſed corpore diuulſos ſe dicũt ab eis. Charitas enim nõ diuiditur nec ſeparatur , ſed propter maiorem inſtructionem etiam faciẽ eorũ cupere ſe dicunt videre,In rebus enim diuinis deficiunt articuli cõprehendere quæ poſsũt dici. Nec enim ſufficit dies ſtylo his quæ vna hora poſsunt depromi,vt nõ dicã quædã eſse myſtica religionis noſtræ, quæ propter carnales ſenſus,ne ſcãdalum patiãtur,facile publicari nõ debeãt:quia nõ omnib⁹ dicẽda ſunt omnia,ſed pro vniuſcuiuſq; captu moderãda ſunt dicta:aliter rudibus,aliter fũdatis.Idcirco præſentia corporis requiritur L quia ſic perficitur veritas charitatis. Quãuis enim charitas nõ diuidatur , deſideriam tamẽ facit abſentia corporis . Deniq; oſculis & amplexibus animorũ expletur volũtas. Cui rei impedimento aſserit fuiſse Satanam, q etiã apoſtolis obuias manus tendebat , ne veritatis ratio hominibus pãderetur. Accendebat enim perfidorũ mẽtes vt eos verberibus ac vinculis detinerent ne loquerẽtur verbum dei .Dixerũt enim maiores Iudæorum apoſtolis:Nõnẽ præcipientes denũciauimus vobis ne loque remini in nomine IESV vlli hominum?Sed q̃a quod nõ Actor. eſt à deo, ſtare non poteſt, diſſoluuntur impedimenta Satanæ. ¶ Quæ eſt enim noſtra ſpes,aut gaudium, aut corona gloriæ?nõne vos coram domino noſtro IESV in aduentu ei⁹?Vos enĩ eſtis gloria noſtra & gaudium.) Manifeſtum eſt quia perfectio diſcipulorum , gaudium & corona magiſtri eſt.Hi enim ſũt qui labores fructuũ ſuorũ edituri ſunt.fructus enim magiſtri, dicipulus eſt obediens:cui⁹ dũ bona conuerſatio proficit magiſtro, fructus ſui edit laborem . Labor enim diſcipuli in opere bono,coronam dat magiſtro iudice Chriſto.

CAPVT TERTIVM.

IDCIRCO iam non tolerantes,optimũ duxim⁹ vt Athenis ſoli reliqueremur,& miſi Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum operis dei in Euãgelio Chriſti ad hoc vos cõfirmet,& deprecetur pro fide veſtra,ne q̃ ueatur i his preſsuris. Ipſi enim ſcitis quia ad hoc poſitſumus. Nã & cũm apud vos eramus, prædicabamus vobis paſsuros nos preſsurã,ſicut factũ eſt,& ſcitis.) Deſiderii ſupra memorati cauſas expreſsit.Idcirco enĩ præſentes eſse apud eos volebãt,vt animos eorũ firmarent. ne quis ex his ſcandalũ pateretur de preſsuris apoſtolorum,vt qui tãta ſigna facerẽt, aliquando infirmarentur, ita humiliati,vt verberibus & vinculis ſubiicerẽtur.Ad quã rem excuſandã. Timotheum miſsum teſtatur , idoneum doctorẽ, qui oſtẽderet hinc merita creſcere Chriſtianis , ſi pro nomine domini paſsi gratias agant,à quo huius rei mercedẽ expectant,ſimúlq; preces deo funderent vt ſtabiles eſsent. Quã perſecutionẽ idcirco ſe paſsuros prædicauerant,vt p id quòd præſciẽtiã hui⁹ rei haberent ſe proteſtarẽtur, poſse ſe effugere & declinare has iniurias approbarẽt:ſed quia ſpes magna in his eſt, ideo illatas ſufferre quidem libẽter. ¶ Ideo & ego nõ tolerãs amplius,miſi ad hoc,vt cognoſcerẽ fidẽ veſtrã , ne quo

modo attentauerit ille tentator,& inanis fiat labor noſter.) Iſtud proter quoſdã dicit qui poſsint ſeduci aſtutia Satanæ,quia in omni plebe eſt pars firma,& infirma: quorum cauſa ſolicitus erat ne amitteret fructũ credulitatis eorũ.Et quia diutius paſsus nõ eſt neſcire ſe quid certius ageretur circa illos, miſit Timotheũ epiſcopum à ſe creatum ,à quo poſset certũ ſcire. ❧ Modo autem cũ veniſſet Timotheus ad nos à vobis,& annunciaſset nobis fidẽ & charitatem veſtrã,& quoniã memoriã noſtri habetis bonam,ſemper deſiderãtes nos videre, ſicut & nos vos:ideo cõſolationẽ ſumus adepti fratres in vobis ſuper omni neceſsitate & preſsura noſtra per veſtrã fidẽ,quia nũc viuimus,ſi vos ſteteritis in Chriſto.) Declarauit cur alacri ſermone ſcribat ad eos.Ideo enim nũcio veniẽte, & firmitatem deuotionis illorum in fide & dilectione apoſtoli declarante,lætus factus de communi cõcordia,ſcribit ad eos,ſecurum habẽs fructum fidei & bonæ cõuerſationis eorum . ❧ Quam enim gratiarum actionẽ poſsum⁹ referre deo de vobis ſuper omni gaudio quo gaudemus propter vos corã deo noſtro , noctu diẽq; abundantiſsime orantes,vt videamus faciẽ veſtrã, & ſuppleamus quę deſunt fidei veſtræ) Nihil dicit tam dignum,quod ſufficere poſsit ad compẽſationẽ acquiſitæ ſalutis gẽtium. Et quoniã prouexerant ſe perſeueran tia fidei,& actu vitæ melioris , magis ac magis cupit eos videre:vt ea quæ ad perfectionẽ illorũ pertinẽt, ediſcãt, ſacramenta ſcilicet rerũ ſpiritaliũ, quæ facile publicari nõ debẽt,vt ſcirẽt quis & q̃ immenſus eſt quẽ iudicẽ ſperabant. Aliud eſt enim fidẽ accipere, & aliud expoſitionem fidei. Altera enim diſputatio eſt de natura patris & B filii,& alia de perſonis . Pater ingenitus eſt,filius verò genitus. Quãtũ ad perſonas pertinet,diuerſum videtur, cum ſit individua vnitas naturæ. Vnitas enim nõ in perſona eſt,ſed in ſubſtantia .Spiritus autem ſanctus non degener putetur,quia terti⁹ ponitur. Qui ergo de ſecũda perſona nõ ambigit,admittit & tertiam. ❧ Ipſe autẽ deus,& pater noſter , & dominus noſter IESVS Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos .) Integro ordine iter ſuum diſponi poſtulat : primũ à deo patre,quia ab ipſo ſunt õnia deinde à domino IESV Chriſto,per quẽ ſũt õnia:vt virtus atque prouidentia patris & filii aduentum eius commendet,vt acceptabilis fiat audientibus ſe , & impedimenta diaboli ſoluerentur ad dirigendum iter eius. ❧ Vos autẽ dominus multiplicet, & abundare faciat charitate in inuicẽ in vos,& in omnes , ſicut & nos in vos,ad cõfirmanda corda veſtra irreprehenſa in ſanctimonia corã deo & patre noſtro in aduentu domini noſtri IESV Chriſti cum omnibus ſanctis ſuis.) Vt gaudium ſuũ quode eis gaudet , cumulet , in õnibus bonis C multiplicati illos exoptat:vt veniens ad eos , plus inueniat in eis quod laude dignum ſit quàm à Timotheo audierat, vt irreprehenſibiles inueniantur cum ſanctis in charitate dei patris,& aduẽtu domini noſtri IESV Chriſti,cum cœperit ante tribunal eius examinatio ſingulos approbare.Deum vocat propter terrorem maieſtatis eius: Patrem verò propter benignitatem , qua dignatur credentes ſibi adoptare in filios:quod in aduentu domini manifeſtabitur.

CAPVT QVARTVM.

QVOD ſupereſt itaq; fratres,rogamus vos & obſecramus in domino IESV,vt quẽadmodũ accepiſtis à nobis qualiter oporteat vos ãbulare,& placere deo,ſicut & ãbulatis,vt abũdetis magis.)Hoc eſt quẽ ſupra dixit,qa ad cumulandum gaudiũ ſuum creſsere illos vult in bonis operibus ſecundum mandata apoſtolica . ¶ Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum noſtrum IESVM Chriſtum.Nam hęc eſt voluntas dei,ſãctificatio veſtra,abſtinere uos à fornicatione, ſcire vnum quẽq; veſtrum ſuum vas poſsidere in ſãctimonia & in D honore,nõ in paſsione deſiderii, ſicut & gẽtes quę ignorant deum:vt ne quis ſupergrediatur,neq; circunueniat in negocio fratrẽ ſuũ,quoniã vindex eſt dominus de his omnibus,ſicut & prædicauimus vobis , & teſtificati ſumus.) Quãuis laudet eos in tota epiſtola,tamen,cõmonet ne aliqua ſurreptione ad illicita deducãtur,vt incurrant vindictam quã vltricem malorũ didicerãt : ſcientes hoc deo placere,ſi corpora ſua ſtaminata cuſtodiãt, ſed & cũ fratribus ſimpliciter agant , ne ſimiles gẽtibus inuenti,adoptionis nomine abdicẽtur . ¶ Nõ enĩ vocauit nos deus in immunditia,ſed in ſanctimonia . Quapropter qui ſpernit hæc,non hominem ſpernit,ſed deum q dedit ſpiritum ſanctũ in vos.) Vt fortius adſtringat ad ea quæ docet,dei interponit perſonã,dicens:Non homi nem ſpernit qui præterit præcepta,ſed deum. Quẽ ideo dicit ſpiritum ſanctũ nobis dediſse , vt ſanctè viuamus: quia in corpore ſubdito peccatis nõ habitat ſpiritus ſanctus. Sapien.1. ¶ De affectione autẽ fraternitatis nõ habemus neceſsitatem ſcribendi vobis.ipſi enim vos à deo docti eſtis ad hoc vt vos inuicẽ diligatis . Nã & facitis illud in oẽs fratres per vniuerſam Macedoniam.)Etiã hoc cũ facere illos laudat,commonet tamen vt propenſius hoc agant. Quos enim ab ipſo deo doctos dicit,prõptiores eſse debere in fraterna dilectione ſignificat. Propter multã enĩ charitatem deus miſertus eſt noſtri,cui⁹ imitatores effecti non imerito adoptatos nos oſtendimus à deo ĩ filios ¶ Hortamur autem vos fratres abundare magis,& eniti quieſcere,& veſtrũ negocium agere,& operari manib⁹ veſtris,ſicut vobis præcepimus,vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſũt,& nullius deſiderium ſit vobis.) Iterum hortatur eadẽ,vt data opera abundẽt bonis actibus.) Vt enĩ ſignificet vere hoc eſse,qđ placet deo,frequẽter hoc monet . Iuſtitiæ enim via tenenda eſt, vt ad miſericordiã iure veniatur:vt qui ſunt inferiores ſubſtãtia , manibus laborent, vt ipſa intentiõe tollãtur à vulgari inquietudine,& à praua cogitatione , vt diſciplina eorũ etiam ab infidelib⁹ laudetur,& ,puocari ad fidẽ poſsint. ¶ Nolumus autẽ vos ignorare fratres de iis qui dormiunt, nẽ cõtriſtemini,ſicut &cæteri qui ſpem nõ habẽt. Nã ſi credimus quòd IESVS mortuus eſt,& reſurrexit:ſic & de⁹ illos q̃ dormierunt per IESVM,adducet cum eo.) Manifeſta eſt ratio,quia ſi reſurrectio creditur mortuorum futura,nõ ſunt lugendi qui cũ ſigno crucis exĩt.Lugẽdi autẽ vere ſunt infideles,qui hinc tranſeunt in gehẽnã:vt ediſcãt verũ eſse qđ credere noluerũt. Fideles autẽ reſurgẽt ad gloriam,vt qui in ſeculo ſtulti habiti ſunt ,pter fidẽ,videãtur prudẽtes. Prouideruẽt enim ſibi gloriã. Hi ſunt qui per IESVM,id eſt,ſub ſpe fidei huius exeuntes adducẽtur cũ eo in aduẽtu eius,vt ab hominib⁹ videantur. Cũ tamẽ ipſe defũcti exceſsũ lugẽdũ ,phibeat, ipſe Philip.2. alibi dicit:Ne triſtitiã haberẽ.Sed iã ſuo loco ſolutũ eſt. ¶ Hoc enim vobis dicim⁹ in verbo domini,qa nos q̃ viuim⁹,qui ſubrelicti ſumus in aduẽtũ domini, nõ prẽuiem⁹ eos q̃ dormierunt,qa ipſe domin⁹ ĩ iuſsu & in voce archãgeli & ĩ tuba dei deſcẽdet de cælo: & hi qui mortui ſunt in Chriſto,reſurgẽt primi:deinde nos q̃ viuim⁹ vnà cũ illis rapiemur in nũbib⁹ obuiã domino Chriſto in aëra:& ſic ſemp cũ domino erim⁹. Quare cõſolamini vos iuicẽ in his verbis.)Sẽſũ domini loqui ſe profitetur,cũ dicit:Hoc vobis dicimus in verbo domini. Vt enĩ fidam ſpem & ratam gloriã reſurrectionis ſanctis promiſsę demonſtret,ordinem ipſum quomodo futura ſit, exponit,nutu iudicis Chriſti,ſancto ſpiritu intimãte:vt ipſa ſpe qui charos ſuos premiſerunt,nõ doleant,addiſcentes quia in aduentu domini priores reſurgẽt qui in Chriſto moriũtur. Ipſe enim Chriſtus domin⁹ volũtate patris quaſi primus angelus dei cũ exercitu cæleſti, ſicut continetur in Apocalypſi Ioãnis apoſtoli, deſcẽdet de cælo ad gerendum bellum nomine dei contra Antichriſtum . Quo extincto , iuſsu eius reſurgent mortui.

G Hoc est ergo in tuba dei descẽdere,nomine dei bellũ ge-
Iosue.5. rere. Est enim, vt ipse dixit ad Iesum filium Naue, dux & princeps exercitus domini:propter quod archangel⁹ dicitur. Cum autem in tuba dei descẽdet,deus est, quia vtrũq; continent scripturæ,sicut in Exodo, quẽ ãgelum in flamma apparuisse Moysi legimus, statim ipsum in subiectis esse deũ agnoscim⁹,id est filiũ dei,dicẽte eadẽ
Exod.3. scriptura:Et accedens,inquit,Moyses,auertit se,quia nõ potuit cõsiderare in faciem dei.Deus ergo est, quia fili⁹ dei verus est.Dux autem & princeps ideo,quia caput õnium est,quia per ipsum omnia. Rusurgentibus ergo primis qui in Christo mortui sunt:deinde nos qui viuimus,rapiemur vnà cũ illis baiulis nubibus obuiã Christo in aẽra,vt cũ domino omnes veniãt ad prælium , & quos occiderat,videat viuos: quia sicut domino famulatæ sunt nubes,ita & his quos fratres suos dignatus est appellare.Et sic semper cũ domino erimus . In ipso enim raptu mors proueniet,& quasi per soporem, vt egressa anima in momento reddatur.Cum enim tollentur, morientur:vt perueniẽtes ad dominum, præsentia domini recipiãt animas,quia cũ domino mortui esse nõ possũt Hac spe cõsolari inuicẽ iubet eos qui adhuc more gentili charorum suorum excessum putabant lugendum.

CAPVT QVINTVM.

H DE temporibus autẽ & momentis fratres nõ est necesse vobis scribi. Ipsi enim diligẽter scitis qa dies domini vt fur noctu sic veniet.cũ dicit,Pax & firmitas,tũc repẽtin⁹ eis superueniet interitus', quẽadmodũ dolor part⁹ prægnãti:& nõ effugiẽt.) Hoc est qđ in euangelio dominus locutus est dicẽs:Vigilate,quia nescitis horam qua dominus vester veniet.Et iterum:Si quis vobis dixe-
Mat.24. rit,Ecce hic Christus,aut ecce illic:nolite credere.Subi-
Lucæ.17. to enim & ex insperato apparebit,sicut coruscatio apparet ab oriente in occidẽtem,habens secum militiam exercitus dei patris ad perditionem Antichristi,& satellitum eius. Cum enim securi fuerint perfidi de regno diaboli,interfectis sanctis , id est Enoch & Helia,& læti de victoria inuicem sibi mittentes munera,sicut dicit Apocalypsis:tunc illis subito veniet repentinus interitus.In aduentu enim suo Christus hos omnes disperdet,vt videntes sancti qui euaserint,glorientur.❧Vos autem fratres non estis in tenebris , vt vos dies ille tanquam fur comprehendat.Omnes enim vos filii luminis estis,& filii diei, non estis noctis,neque tenebrarum,)In tenebris ignorãtiam significat, & mendacium: in die autem sciẽtiam & veritatem. Idcirco Christianos non in tenebris esse dicit,gentiles autem vel incredulos Iudæos filios te
I nebrarum,quia cultores sunt mendacii. Quamobrem fideles securos esse debere significat, quia non ignorãt futurum aduentum domini, sed expectant soliciti vt veniat.qui autem ignorant diffidentes de eo,repente illos comprehẽdet improuidos, & interficiet. ¶Igitur non dormiamus sicut & cæteri , sed vigilemus , & sobrii simus.hi enim qui dormiunt,nocte dormiunt : & qui inebriantur,nocte sunt ebrii . Nos autem qui diei sumus, sobrii sumus:induti thoracem fidei & charitatis , & galeam spem salutis,quia nõ posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominũ nostrum IESVM Christũ,qui mortuus est pro nobis, vt siue dormiamus siue vigilemus,simul cum eo viuamus . Propter quod exhortamini inuicem , & ædificate alteratum , sicut & facitis.)Apertum est quod dicit.Commouet enim ne securi de nomine Saluatoris, negligenter agamus: ideóq; tribus propugnaculis nos muniri debere,id est fidei , & spei,& charitatis. Dum enim fides manet,spem excitat: spes autẽ necessaria solicita est de promissiõe,nec dormit:charitas autẽ deuotum offeret deo . Nihil enim aduersum admittit charitas, Idcirco enim mortu⁹ pro nobis dominus IESVS,& resurrexit:vt siue vigilemus,hoc est viuamus,siue dormiamus,id est moriamur,vnã cum illo æterna vita fruamur.Hoc est quod suprà dixit, quia K
fideles in aduẽtu domini tã mortui quam viui obuiã tollentur domino,& sic semper viuent cum eo.In hoc meditãdũ docet,vt inuicẽ se in eo ædificent sensu.¶Rogamus autem vos fratres, vt cognoscatis eos qui laborant in vobis,& præsunt vobis in domino,& monent vos,vt illis summũ honorem habeatis in charitate ꝓpter opera ipsorũ.Pacem habete iter vos.)Hoc est quod dicit &
in alia epistola,presbyteros duplici honore honorãdos Tim.5.
qui laborant in verbo & doctrina. Potest enim pigere eum,qui per inopiam patitur,exercitiũ facere quod ꝓfit audiẽtibus. Quid enim prodest honorem sine fructu habere?aut quid magnũ est offerre ei carnalia,qui tribuit spiritalia? Sicut enim diuitię negligentiam pariunt salutis,ita egestas dum saturari quærit, à iustitia declinat. Hinc Salomon nec nimis diuitem se petit fieri,nec egestosum. Hoc ipsum tamen in charitate fieri debere,vt Prou.30.
honorificentia sacerdotis non de timore magis sit, sed de amore,vt etiam illi proficiat qui facit . Res enim quæ sponte non fit,ad effectum nõ peruenit. quanuis ad præsens proficiat sumenti,nihil tamẽ proderit in futuro dãti. Et quia dissensio multa generat mala,pacificos eos esse hortatur. ¶Rogamus aũt vos fratres corripite inquietos,cõsolamini pusillanimes,opitulamini infirmos,patientes estote ad omnes. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat,sed semper quod bonum est,sectamini in inuicem,& in omnes.Semper gaudete in domino , sine intermissione orate, in omnib⁹ gratias agite.Hæc est enim volũtas dei in Christo IESV in vobis.) Quoniã nec esse est quosdam in plebe esse immodestos , quosdam autem pusillanimes,hoc est timidos,quosdam verò fide L
infirmos,ideo hos qui modesti sunt & magnanimes , & fide fundati,hortatur cum prece,vt his cõsulant,vt possint proficere sufferentes eos,ne si retributio fiat malorum, peiores se fiant.Idcirco nihil aliud quàm bonum sectandum hortatur,non solum in causa fratrũ,sed & ẽ omnium? Possunt enim bonis operibus attrahi infideles ad credulitatem, ex qua sẽper gaudeatur in domino hoc est in bonum : orandum autem sine intermissione. Sedulæ enim preces prouocant animum iudicis ad dãdã misericordiã.In omnbus verò actibus bonis deo gra- Acto.5.
tias agendas qui hanc tribuit doctrinam in Christo IESV domino nostro.❧Spiritum nolite extinguere,prophetias nolite spernere.Omnia autẽ probate, quod bonũ est tenete:ab omni specie mala abstinete vos.) Hoc dicit, vt nõ facile alicui per spiritum loquenti interdicatur.Extinguitur enim,si incipientis loqui feruor cõtradictione sopitur,ne forte nõ intelligentes dici ab eo spiritalia,iniuriam faciãt spiritui sãcto, & peccẽt p ignorãtiam:neq; aliquẽ qui quasi scripturas reuelet, nõ audiri patienter debere,sed omnia dicta examinari,& sic iudicari:ne forte gratiam datam fratri dũ respuunt,authori repugnẽt.Omnia ergo quæ dicũtur,probãda monet: & quicquid sobrie & bene dictũ fuerit,retinẽdũ. Quecũq; enim apostolorum & ipsius domini dictis cõgruunt, ea M
bene dicta habenda sunt & retinẽda: ab his autẽ quæ inimica fidei videtur,abstinendũ. Solẽt enim spiritus mundi fallaciter quasi per imitationem dicere bona,& interhæc subinducere praua,vt per hæc quæ bona sunt accepto ferantur & mala:vt quia vnius spiritus dicta putantur,non discernantur abinuicem:sed per id quod licitũ est,cõmẽdetur illicitum,authoritate nominis,nõ rationevirtutis.Solent enim sub apostolorum nomine & ipsius domini nefanda docere & aduersa : ideóque omnia ꝓbanda monet,quia nõ possũt eloqa domini esse diuersa.Hinc est vnde & Ioannis apostoli epistola , Nolite,in-
quit,omni spiritui credere,sed probate spirit⁹ si ex deo I.Ioan.4.
sunt:quia si multa bona dicat,in aliquo autem quod fidei aduersum est promat , sciatur non esse spiritus sanctus.Nihil enim erroris in spiritu sancto poterit reperiri. Sed aut per exercitium eloquii quædã spiritalia, quædã

A verò carnalia,qa omnis error carni deputatur,aut certe commento quodam astutiæ bona fingit,vt his inferat mala,sicut suprà memorauiquemadmodum in Montano & Priscilla & Maximilla prophetis Cataphrygarum spiritus mũdi imitatione quadam boni simulant, vt per multa verisimilia necnõ & vera mentiretur se esse spiritum sanctũ ❧Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia pfectos,vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri IESV Christi
Ioan.14. seruetur.)Deus pacis,Christus est.Ait enim: Pacem meam do vobis,pacem meã relinquo vobis . Quippe cum omnia quæ habet pater,filii sint, hũc sanctificare nos optat Apostolus,vt nos illustret pietate clemẽtiæ suę & omne votũ nostrum dirigat in perfectione,vt integer sit spiritus dat⁹ nobis.Tunc enim integer est,si bonæ vitæ studeamus,animam habẽtes mundã,& corpus sine querela,vt totus homo sit perfectus.Potest enim corpus mundum esse,& anima inquinari per malũ cogitatũ : ideóq; spiritum in homine mundũ dicit esse debere . Si autem mala vita vel cogitatio interçedat,non erit integer spiritus,quia deserit hominem peccatis obnoxiũ.Dum enim dissentit anima & corpus,quãuis fine sensu sit. alieni ab illo efficiũtur,& velut ꝓdens eos nõ erit integer spirit⁹.
Ad hoc enim datur homini,vt maneat & sit quasi caput
B eius.Integer ergo non erit,quia perdit membra,dũ recedit ab eo homo ea agens quæ odit spiritus sanctus.
¶Fidelis est de⁹ qui vocat vos,qui & faciet.Fratres ,orate pro nobis,)Fidelẽ deum dicit in promissis suis , vt securi de præmio recte versentur.Et quia qui recte viuunt iuxta euangeliũ,facile poterũt impetrare quæ postulant idcirco orare eos pro se hortatur. Facile enim multi impetrant quod desiderant. ¶Salutate fratres omnes in osculo sancto.(Sancta oscula sunt in salutatione Christiana, cætera carnalia sunt , quia quicquid sine Christo fit,carnale est,ac per hoc & mortale. Qui enim authorẽ vitæ contemnit,in morte est. ¶Adiuro vos per dominũ vt legatur epistola hæc omnib⁹ fratribus.)Astringit eos vt soliciti sint ad legendam epistolam cunctis fratribus, vt cognoscant & laudes & admonitiones suas , per quas fiant perfecti. ¶Gratia domini nostri IESV Christi vobiscum.)Sic illos in bonis operibus vult proficere , vt gratia domini nostri IESV Christi permaneat in eis in æternum.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD THESSALONICENSES. II.

PRAEFATIO.

C QVONIAM in prima epistola ad Thessalonicenses data,inter cætera etiã de aduẽtu domini quẽdam scripsit,& de resurrectione sanctorũ : nũc aliam scribit ad eos in qua significat , licet obscure,neque enim posset aperte scribere, de abolitione regni Romani,& de Antichristi apparẽtia & damnatione,& de quorundam fratrum inquietudine.

CAPVT PRIMVM

PAVLVS & Syluanus & Timotheus ecclesię Thessalonicẽsiũ in deo patre nostro & Christo IESV:gratia vobis & pax à deo patre & domino IESV Christo.)Solẽnibus verbis scribit ad eos.Solito enim more sermonũ caput continetur epistolæ,& idem ipsi tres sunt quorũ nomine scribitur,sicut & prima epistola. ¶Gratias agere debemus deo semper de vobis fratres,sicut dignũ est D
quoniã superexcrescit fides vestra, & multiplicatur charitas vnius cuiusq; omnium vestrum in vos inuicem.)
Deo se debitores de horum profectu in gratiarũ actione profitentur,& vt non qualecunq; esse debitũ ostenderet sicut dignum est,ait?vt pro tam infinito dono satis magnas gratias referendas deo testarentur. Post acceptam enim primam epistolã meliores esse quàm fuerant perstiterunt,ita vt in eo copiosi & abundantes viderentur, quod post domini & dei deuotionẽ habemus mãdatum, vt diligamus nos inuicẽ. ¶Ita vt nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris & pressuris quas sustinetis in exẽplũ iusti iudicii dei,in hoc vt digni habeamini regno dei,pro quo & patimini.)Gloriam esse suam in horum conuersatione & perfectione toleranda testatur, intantum vt apud cæteras ecclesias exempla eorum proferantur,vt imitatione eorũ crescãt in deuotione passionum pro Christo, vt mereãtur cõsequi quæ promissa sunt sanctis in die iusti iudicii dei , cuius amore mundũ spernere non dubitarũt.Ipse enim pressuræ exẽpla sunt futurorũ meritorũ in his qui patiũtur ,ad gloriam:in illis autem qui persequuntur,ad perditionẽ. ¶Siquidem E
iustum est apud deum retribuere eis qui vos deprimunt pressuram:& vobis qui pressuram sustinetis,requiẽ nobiscum in reuelatione domini IESV de cælo cum angelis virtutis eius in igne flammæ dantis vindictam in eos qui non nouerunt deum,& in eos qui nõ obaudiunt euãgelium domini nostri IESV Christi , qui pœnas soluent in interitum æternũ à facie domini, & gloria virtutis eius.)Quoniam exemplum iusti iudicii dei apparere dicit siue in bonos siue in malos,idcirco subsecut⁹ ait:Siquidem iustum apud deum ,vt reddat vnicuiq; secundũ opera sua. Quid tam iustũ,vt qui in seculo bonos deprimunt,& extorres faciũt persecutionib⁹, in futuro eadẽ patiantur quæ faciunt:illi autem vt sint in requie cũ cæteris sanctis,qui de magna tribulatione veniẽtes , regnũ accipient æternũ in aduentu domini de cælo,cum cœperit venire cũ cælesti exercitu suo, & ministro igne ad dãdam vindictam in paganos qui ignorant deum patrẽ esse IESV Christi,& Iudæos qui dicunt se deum scire , nõ credunt euangelio Christi,quod dedit illi pater deus vt traderet seruis suis. Quos omnes præsentia domini , & gloria maiestatis eius ignis exuret,vt debitas reddãt pœnas interitus in æternũ, semper sentientes,nõ tamen penitus deficiẽtes, vt ipsa pœna illos quodãmodo generet semper,quo cõsumãtur.❧Cũ venerit clarificari in sanctis suis,& mirificari in omnibus qui crediderunt ,quia fidem habuit testimoniũ nostrum super vos in die illa aduentus domini.)Dupliciter continet sensum. AduenietF
enim punire malos,& glorificare bonos. Ipse enim clarus & mirabilis videbitur in eos qui credũt exemplo & fide apostolorũ,cum fuerint coronati, testimoniũ reddente illis euangelio in die domini . Seuerus autem apparebit incredulis , cũ æternis pœnis coartari cœperint. Corona enim discipulorum magistri est gloria,& veritas eius incredulorũ est pœna,quia quod prædicabatur non crediderũt. ¶In quo & oramus semper pro vobis, vt vos dignos habeat vocatione sua deus noster, & impleat omni placito bonitatis & opere fidei in virtute,ita vt clarificetur nomen domini IESV Christi in vobis, & vos in ipso secũdum gratiam dei & domini IESV Christi.)Gaudio addit & preces,vt quia deuoti sunt , dignetur deus adiuuare eos,vt perficiant opus cœptũ ad claritatem domini nostri IESV Christi, vt perseuerãtia discipulorum testimonium sit magistri ad gloriam. Authoritas enim magistri in discipulorum est fiducia, cum se in accepta gratia faciunt digniores.

CAPVT SECVNDVM.

G ROGAMVS autē vos fratres per aduentū domini nostri IESV Christi,& nostræ cōgregationis in id ipsum,ne facile moueamini à sensu vestro,neq; cōturbemini, neq; per spiritū,neq; p verbū, neq; p epistolā tanq; à nobis missam,quasi instet dies domini.Ne quis vos seducat vllo modo:quoniā nisi venerit defectio primū, & reuelatus fuerit homo ille peccati filiꝰ perditionis q ad uersatur & extollitur sup omne quod dicitur deus, aut quod colitur,ita vt i templo dei sedeat ostēdēs seipsum quasi sit deꝰ.)Obsecrat eos ne leuiter & facile de aduētu quasi imminētis domini opinionē reciperēt: & talia dat mādata vt etiam si per spiritū aliquis velut propheta fuerit locutꝰ,credi ei nō debeat,neq; sic per tractatum, aut per epistolā nomine forte apostolorum scriptam, assensum tribuendum.Solent enim tergiuersatores,vt fallāt, sub nomine clari alicuius viri epistolam fingere,vt authoritas nominis possit cōmēdare quod per ipsum recipi nō possit.Hoc ideo,ne ipsa perturbatione dum incauti inuenirētur,possint seduci ad adorandū diabolū qui idcirco hæc iactabit, vt sub Saluatoris nomine apparēs ac fallens sanctos, velit se adorari,vt decipiat credentes in Christū. Sed vt locum aut occasionē fallēdi quam se putat habere,non habeat impudentissimus Satanas,tempus & signa aduētus domini designauit: quia non prius veniet dominus,quàm regni Romani defectio fiat,& appareat Antichristus qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate,sub suo tamen nomine.Sciens enim vē turum dominū ad se comprimendū,nomē eius sibi vsurpabit:& vt regnū eius verum esse videatur, attrahet secum qui simul cum eo pereant,ita vt in domo domini in sede sedeat Christi,& ipsum deū se aſserat,non filiū dei

Ioan.ç. Vnde in euangelio ad Iudæos dominus ait: Ego veni in nomine patris mei,& non me recepistis .si alius venerit in nomine suo,illū accipietis. Quamobrē ex circūcisio ne aut circumcisum illum venire sperandum est, vt sit Iudeis credendi fiducia illi. Itaq; cum Thessalonicensibus scribit Apostolus,docet omnes in re huiusce modi cautos esse debere. ❧Non meministis quod me adhuc apud vos agente hæc dicebātur vobis?Et nunc quid detineat scitis,ad hoc vt reueletur ille in suo tempore.) Hoc superesse dicit,vt reueletur ille qui ante dominum venturus est,vt iam speretur & dominus vēturus, quod supra quasi sub velamine factus est,dicens: Nisi prius venerit defectio.quam regni Romani abolitionē superius intelligendam memorauī: vt cum defecerit, & venerit Antichristus,tunc aduētus domini imminere credatur. ¶Nam mysteriū iam operatur iniquitatis tātum, vt qui nunc tenet,teneat,quousq; de medio fiat.) Mysteriū iniquitatis & à Nerone inceptum est, qui zelo idolorū & apostolos interfecit instigante patre suo diabolo,vsque ad Diocletianū,& nouissime Iulianum, qui arte quadā

I & subtilitate cœptam persecutionem implere nō potuit quia desuper concessum non fuerat. His enim ministris vtitur Satanas,vt interim sub turba deorum ad seducēdos homines vnius veri dei manifestatione illudat,quādiu steterit regnum Romanum.hoc est quod dixit:Donec de medio fiat. ¶Et tūc reuelabitur ille iniquus, quē dominus IESVS interficiet spiritu oris sui,& destruet illuminatione præsentiæ suæ.Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni potestate & signis & prodigiis mendacii.)Post defectū regni Romani apparaturum Antichristum dicit,sicut memoratum est. Nouissimo enim tēpore sciens diabolus imminere sibi interitum,deficiente autem regno Romano, & ille de cælis mittetur deorsum projectus in terram, sicut dictū est in Apocalypsi Ioannis apostoli,subornabit sibi in quo & per quem signa quędam virtutis permissu iusti dei faciens,se commendet vt adoretur quasi sit deus.Imitabitur enim,vt sicut filius dei diuinitatem suam homo natus vel factus signis ac virtutibus demonstrauit,ita & Satanas in homine apparebit, vt virtutibꝰ mendacii ostendat se deū,sicut supra dictū est.Reuelatio vero mysterii iniqtatis hæc est.Cū enī apparuerit Antichristꝰ ,cognoscetur ipse esse quasi eorū deus , quos prius nutu eius vt deos coluit vulgus,quorum sit ipse primus,aut summus quod signorū virtutibus faciet credibile. Ideo portenta mendacii dixit,quia hoc se vult credi per signa quod nō est,vt decipiat quos circūuēturus est. Quod sanctis ideo prædictum est,vt sciant quid caueant.❧In omni fallacia iniquitatis iis qui pereunt, pro eò quòd dilectionem veritatis nō susceperūt ad hoc vt saluifierent.)Iis dicit fallaciā iniquitatis prodigiorū eius proficere, qui perituri sunt. Quia enim veritatis charitatē spreuerunt, per quam saluari potuerant apostolis prædicantibus:traditi sunt diabolo.nolētes enim saluari,deseruntur à deo.

¶Et idcirco mittit illis deus operationē erroris in hoc vt credant mendacio,quatenus iudicētur omnes qui nō crediderunt veritati,sed consensērunt iniquitati.)Operatio erroris est falsis fidem committere,vt qui claritatē luminis diem esse consentire noluerunt, putent tenebras diem dici debere,vt possint propensiori delicto rei facti sine cōtradictione damnari veritatis inimici, fautores autē iniquitatis.❧Nos verò debemus gratias agere deo semper de vobis fratres dilecti à domino,quia assūpsit vos deus à principio ad salutem in sanctificatione spiritus,& fide veritatis,in quam & vocauit vos per euā

H gelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri IESV Christi.)Hoc loco præscientia dei personat,q scit omnium mentes ante natiuitatē eorum. Nec enim latet illum qui credituri sunt.idcirco à principio scit hos fideles fore qui credentes augmentum fidei faciunt, non detrimentum. Sanctificati enim per fidem veritatis euangelii filii dei acquiruntur ad augmentum gloriæ corporis Christi,sicut in alia epistola ait:Vt crescant,inquit, omnia in incrementum dei. Quicūq; enim deserto diabolo confugiunt ad fidem Christi, augmentum faciunt deo in corpore Christi,qui prius fecerāt detrimentū. ¶Itaq; fratres,state,& tenete traditiones nostras quas didicistis siue per verbū,siue per epistolā nostram.)Vt præscientia dei maneat in salutē illorū,idcirco in traditione euangelii standū ac perseuerandum monet,vt soliciti sint ne desidia & ocio torpentes in operibus dei,non impleant quod cœperunt.Sic enim præscit credere & posse manere,si crebra admonitione pulsentur. ¶Ipse autem dominus noster IESVS Christus,& deꝰ pater q dilexit nos & dedit consolationē æternam,& spem bonam in gratiam,consoletur corda vestra, & stabiliat in omni opere & verbo bono.) Quoniam pater & filius vna virtꝰ, vnā que diuinitas & substantia est:ideo nō dubitauit primū dominū nostrum IESVM Christū nominare,deinde deū M patrem nostrum,dignatione eius,nō veritate naturę:qui intātum dilexit nos,vt filiū suum dāret pro nobis,deum pro hominibus,pro seruis dominū , pro adoptiuis filiū verum:vt mors eius,vita nostra sit : & resurrectio eius, iustificatio nostra.Secūdus autem aduētus eius, requies vitæ nostræ & gloria in æternum,vt ista spes consolatio sit præsentium præsurarum , per quam fundati crescerent in bonis operibus & doctrina.

CAPVT TERTIVM.

QVOD reliquū est fratres orate pro nobis,vt verbū domini currat & clarificetur, sicut & apud vos,& liberemur ab iniquis & nequā hominibus.Non enim omnium est fides .) Decætero orandum hortatur vt dignetur deus doctrinam suam infatigabili cursu dirigere & trāsfundere per os Apostoli sui in aures audientiū,& vt compescēret & sedaret malorum hominū seditiones qui diffidūt veritati: & loquē di fiducia crescēret Apostolo ad eius fructū,& cōuersionem multorū. ¶Fidelis autem deus,qui stabiliet vos,& custodiet à malo.) Quoniā deus fidelibus,& bonæ vitæ

A hominibus auxilium suum non defuturū in necessitate promisit ad cōfirmationē illorū,ii autē tam ī fide quàm in opere æmuli erant bonorū:idcirco fidelē deum dicit in promissis eius,quia prouidentia eius esset circa eos. ¶Confidimus autē in domino de vobis,quoniā ea quæ præcepimus,& facitis & facietis.) Propter quod mereri illos, vt dei defensione tutos præstari cōfideret,idcirco ea quæ illis præcipiebat in nomine domini fieri ab illis & futura esse nō dubitabat.❧Domiꝰ autē dirigat cor da vestra in dilectione dei,& expectatione Christi.)Hoc illis exoptat à deo,qđ nō ambigit posse præstari, vtī dei charitate cor eorū proficeret ad expectādum aduētū domini,vt contēpto seculo desideretur aduentus eius qui seculū vicit. ¶Denūciamus vobis fratres in nomine dominī nostri IESV Christi secernere vos ab omni fratre intēperanter ambulāte,& nō secundū traditionē quam acceperunt à nobis.) Quoniā in omni plebe non omnes obediētes sunt verbo doctrinæ,nō legis,sed suū placitū & consiliū sequentes:ꝓpter hoc declinandū ab his præcepit,vt cognoscant semetipsos errare. ¶Ipsi enī scitis quēadmodum debeatis imitari nos,quia nō intemperanter viximus apud vos,neq; gratis panē edimus à quoquā sed in labore & fatigatione nocte dieq; operātes,ad hoc ne graues esemus cuiq; vestrū,non quia nō habuerimꝰ potestatē, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitādos nos.)Non illos dicit ignaros operis & laboris sui quē sedulo exitu operabatur,ne pane indigeret alie

B no,vt exemplū daret eis ad imitandū illum . Neq; enim reprehēsibile esset si panē ab his reciperet ad corporis curā,qui animis illorū escā spiritalē præbebat, quæ etiā corpori immortalitatem cum gloria procuraret. Tunc etenim exerta potest esse libertas si semetipsum quis vē tris causa aut pecuniæ nulli subiiciat, suo pane cōtētus, maximè quod ad laudē magis proficit,si cū liceat, & sit sumendi potestas,cōtineat.Hic talis prodesse potest audientibus se.Reuerētiam enim habebūt rigoris huius:& ea quæ ab hoc mādantur,prætermitti nō poterūt. ¶Nā cū esemus apud vos,hoc præcipiebamus vobis qđ,si qs non vult operari,nec manducet.)Non solū verbis docebat,sed hortebatur & factis. Idonei enī magistri est si ea quæ verbis docet,operibus expleat. Tunc enim addisce tes vera esse sciunt quæ audiūt,si negligi illa non viderit à doctore. Quāuis enim manifestē vera esse non ignorētur quę docentur:tamen si negligi cœperint à magistro, difficile proficiēt audientibus. Magis enim opera suadēt quàm verba . Quamobrē magis præmiis remunerandi sunt,qui negligentibus magistris,de solis verbis proficiunt tam in opere quàm in sensu,Forma enim erat iis qui

C mediocris vel tenuis erant substātiæ in plebe,vt discerēt

Prou. 25. quatenus libertatē suam nō amitterēt.Vnde & Salomō, Raro, inquit , inferes pedem ad amicum tuum . ne saturatus tui oderit te. Qui enim frequēter ad alienā mensam conuenit, ocio deditus aduletur necesse est pascēti se:cum religio nostra ad libertatē homines aduocet. Ideóꝺ si quis,inquit,manducare spernit,cesset à labore vt quia nullus sine cibo potest viuere, det operam laborandi,vt arbittio suo viuens deū possit habere propitiū. ❧Audiuimus enim quosdā ambulare inter vos intēperanter,nihil operantes sed curiose agentes.) Qui ociosi esse desiderāt,id agūt quatenus occasio nascatur qua introitū suum desiderabilē faciāt domibus diuitū,ambulātes gesta & opiniones verborū subtiliter colligunt, sciētes quid de quo velint audire,vt libēter & requisiti pascantur. Quod factū valde abhorret disciplina dominica.Horū enim vēter,deus est,qui fœda cura necessaria prouident. ¶His igitur huiusce modi denunciamus & exhortamur in domino IESV Christo, vt cū quiete operantes suum panem manducent.)Vt eis facilius suadeat interposito nomine domini IESV Christi exhortatur eos,vt obaudiāt quid eis sit vtile . ¶Vos autem fratres, nolite deficere in benefaciendo .Quod si quis non obaudit verbo nostrō per epistolā,hunc notate, & nolite cū eo cōuersari,vt reuerētia cōfundatur.Non velut inimicum existimetis,sed monete consiliis vt fratrē.)Propter quod superius vnumquēq; suum panem manducare de bere præcepit:ne forte quidā illorum occasionē parcitatis & īhumanitatis captarēt,ideo statim subiecit:Vos autem,inquit,fratres,nolite defatigari benefacientes.Neq; enim in reprehensionē venit qui humanus in largiendo est,sed hic qui cū possit laborem ferre,in ocio vult vitā agere.Quē si epistolæ authoritas non corrigit,notandū hunc,nec conuersandū cum eo præcipit,vt cōfusus qui ab omnibus euitatur,subiiceret se præceptis apostoli.

Quod tamē sine ira cūdia & cōtumelia vult fieri, vt patienter declinetur ab eo:ita tamen, vt si res attulerit loqui cum eo, monēdum illū vt patiatur se corripi , nec vltra præcepta apostoli contēnenda:familiaritatē quoq; tamdiu cum eo nō habere,quādiu obaudiens fiat.Nam si ad iracūdiam cōtumeliis lacessatur,peior se fiet . Incitatur enim ad contentionē,& incipiet erratū suū velle defendere,post autem erubescere emēdare se : ne quod prius excusabat,postea fateri videatur. ¶Ipse autē deus pacis det vobis pacē semper in omni loco.Dominꝰ cū omnibus vobis semper.)Quod suū est,bono voto illos prosequitur quasi charissimos filios,optans semper cū illis pacem manere,quæ est dux ad vitā æternā .Cū his enim dominus se esse promisit qui fuerint pacifici,¶Ipsa salutatio mea manu Pauli,quod est signum in omni epistola, ita scribo.)Propter interpolas & adulteratores scripturarum,semper se manu sua ī omni epistola sua salutationem subscribere testatur,vt sub nomine eiꝰ epistola ac E cepto ferri non possit quæ non fuerit manu eius subscripta.¶Gratia domini nostri IESV Christi cum omnibus vobis.Amen.)Hæc salutatio manu Apostoli conscripta est,qua gratiam domini nostri IESV Christi optat esse cum eis.Amen.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENT. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD TIMOTHEVM I.

PRAEFATIO.

TIMOTHEVS filius fuit mulieris Iudææ fidelis,patre Græco,cuiꝰ causa paruulus circūcidi non potuit. Qui studio matris suæ sacras literas didicit,quibus operā dans bonam sibi vitā instituit. Hunc Apostolus cū F voluisset assumere,sciens idoneū fore dispēsatorē euāgelicæ veritatis,causa Iudæorū cōpulsus est circūcidere eum instātibus eis , vt q matre Iudæa natus esset,incircūcisus assumi nō deberet ad magisteriū propter testimonium generis.Hūc ergo iam creatum episcopū instruit per epistolam quomodo deberet ecclesiam ordinare.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Christi IESV secundum imperium dei & Saluatoris nostri Christi IESV,spei nostrę Timotheo germano filio in fide,gratia,misericordia,pax à deo patre, & Christo IESV domīo nostro.) Patris & filii imperio apostolum se factum ostendit , vt in deo patre salutē , & Christo filio eius spē prædicaret vt quia nemo negat salutem esse in deo,nec quisquam du

Gbitaret ſpem eſse in Christo IESV, quem à mortuis excitatum exẽplum hui⁹ ſpei dediſse cognoſceret. Hoc modo ſcribit Timotheo, vt ſecurus eſset de ſua ordinatione, quia imperio patris & filii electus eſset ad docẽdum. Quẽ verum filiũ appellat, ſed in fide, ſicut dicit ad Corinthios: In Chriſto enim IESV, inquit, per euangelium
1.Cor.4. ego vos genui. Hæc vera & firma generatio eſt, quæ neſcit occaſum, neſcit morbos & peſtilẽtiam, & quæ ignorat famem & ſitim. Dicit autem in regno dei nullius egere, quia futura eſt dono dei immortalitas glorioſa in regno dei & Chriſti, quorũ gratiam & miſericordiã & pacem exoptat cum iſto manere. ❡ Sicut rogaui te ſubre manere Epheſi cũ irem in Macedoniã, vt denuncies quibuſdam ne aliter doceãt, neq; intẽdant fabulis & genealogiis infinitis, quæ quæſtiones preſtant magis quàm ædificationem dei, quæ eſt in fide.) Filius à patre rogari non debuit, ſed propter charitatis affectum, & vt illi formã humilitatis oſtẽderent, obſecrat epiſcopus coepiſcopũ ſuum ne pateretur Iudæos aliter populũ q̃ ab apoſtolo tradebatur docere, ne oblectarẽtur fabulis quas narrare cõſueti ſunt Iudæi de generatione ſuarum originum de Abrahã & Iſaac & cæteris patriarchis, & de circũciſiõe & iis quæ poſtea tradita ſunt à Moyſe: ne circunueniren
tur ad hæc colenda quæ carnaliter data fuerant. Quid enim opus eſt, generationum, quas conſtat eſset infinitas per traducem, facere mẽtionem, & quid & quaten⁹ factũ eſt ſub vnoquoq; eorũ, & nõ potius compẽdio per fidẽ ſalutẽ quærere? Inde enim quæſtiones oriuntur, cũ quid
H & quando, & quomodo, & quare factũ eſt, tractatur: quę res impedit ſalutẽ. ¶ Finis autẽ præcepti eſt charitas de corde puro, & conſciẽtia bona, & fide nõ ſimulata: à quibus quidam errantes cõuerſi ſunt in vaniloquiũ, volentes eſse legis doctores, non intelligẽtes neq; quæ dicunt, neq; de quibus affirmãt.) Quoniã omniũ maior eſt charitas, hanc finẽ eſse dixit, id eſt perfectionis conſummationem omnium præceptorũ, ſi tamen ex corde puro ſit & bona conſcientia. Vera enim charitas non poteſt malam vitã habere, nec ſimulatã fidem habere, in qbus omnis lex impletur & prophetæ. Quidã autẽ Iudæorũ myſterium legis ignorantes & prophetarum, quia vſq; ad Chriſtũ ſeruãda ſunt tradita, errauerũt, putantes prædicato Chriſto & legem factorũ in Neomeniis & circunciſione & eſcis diſcernẽdis ſeruari debere. Idcirco in vaniloquium dicit eos cõuerſos, quia volebãt docere quæ ignorabãt. Scimus autẽ quia bona eſt lex ſi quis ea legitime vtatur, certũ habẽs hoc, quod iuſto lex nõ eſt poſita, iniuſtis verò & inobſequẽtibus, impiis & peccatoribus, ſceleſtis & prophanis, patricidis & matricidis & fornicatoribus, homicidis, maſculorũ concubitoribus, plagiariis, mẽdacibus, periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur quæ eſt ſecundũ euangelium gloriæ beati dei, quod creditũ eſt mihi. Bonam eſse legem quę per
I Moyſen data eſt, nõ negat, ita tamẽ, vt ſenſus eius ſciatur & quomodo data eſt accipiatur. Hic enim ſcit legem, & qua cauſa data ſit, qui prædicato Chriſto deſerit illam ex parte qua lex factorũ appellatur: circa dilectionem autẽ dei vtatur ea, aſſerẽs & affirmans quæ à Saluatore dicta ſunt in lege & prophetis. Hic enim legitimè vtitur lege, qui poteſt diſcernere ea quæ ad tempus data ſunt ab iis quæ perpetua ſunt: & quæ ad Chriſti pertinent ſacramẽtum, ſeruari iam in futurum nõ oportere, quaſi ventur⁹ credatur qui iã venit. Si enim omnia locis ſuis accipiantur, bona ſunt: ſi quo minus, mala erunt aſſerẽti peruerſe. Peccare eſt enim vnaquæq; minime locis ſuis exponere. Præterea quia iuſtis lege non opus eſt, id eſt iis qui accepta remiſsione peccatorum iuſtificati ſunt, ne iam viuant ſub lege, à qua liberati ſunt dono dei per fidẽ Chriſti, vt decætero ſeruata lege naturæ, quæ creatoris cognitionem recepit, & non peccati hortatur: iudicii diem expectent, in quo iuſti remunerãdi ſunt, cuſtodiẽtes legem naturalem: quam ſi humanum genus ducem habuiſſet, lex in literis per Moyſen data non eſset. Sed quia cõtem K
ptui ducta eſt quaſi nullius eſset authoritatis, ſcriptura firmata eſt, vt ſciretur quod ſeruãda eſset & propter tẽpus præſens, & quia requiſiturus eſt in futurũ qui illam firmauit, à quibus neglecta, & à quib⁹ ſeruata eſt. Itaque nõ ſolũ propter malos actus & vitia corporis legẽ datã dicit, ſed & propter perfidiã qua ſpernebãt creatorẽ, vt bene viuere addiſcerẽt, & gratias agerẽt cõditori. ¶ Et gratias ago ei qui me cõfortauit Chriſto IESV domino noſtro, quod fidelẽ me exiſtimauit, ponẽs in miniſteriũ qui prius erã blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus: ſed miſericordiã conſecutus ſum, quia ignorãs feci nondũ credens. Superabundauit autẽ gratia domini noſtri cum fide & dilectione quę eſt in Chriſto IESV.) Propter quod omnis incredulus infirmitatẽ animi patitur, conſtrictus carnali ratione ne credat ſpirituali: idcirco ſe Chriſto gratias dicit agere, quia apparẽtia maieſtatis ſuę imbecillitatẽ mentis ſuæ roborauit: quia impoſsibile putabat eſse quod de domini poteſtate & gemina natiuitate & reſurrectione & ſpe prædicabatur. Confirmatus autem talis viſus eſt qui dignus eſset ac poſsit eſse diſpenſator ſacramẽti dominici, vt ea vera per legem firmaret quæ prius amore legis incredibilia iudicabat, & in perſecutionibus gauderet quas prius quaſi iuſte credẽtibus inferebat: dolens quia fecerat: lætus quia patiebatur. Tãtam enim ſpem didicerat in eo quẽ antè negabat, vt plus
L gauderet in patiendo, quàm prius exultauerat in pſequẽdo. Non enim malitia hoc agebat, ſed errore, cui facile poteſt, cũ reſipiſcit ignoſci. Qui autẽ ſcit vera eſse quæ negat, hic non errore hoc agit, ſed maleuolentia. huius incurabile vulnus eſt. Inuidia enim compellitur falſum appellare quod ſcit verum. ¶ Humanus ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus IESVS venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere: quorũ primus ſum ego. Sed ideo miſericordiã cõſecutus ſum, vt in me oſtẽderet Chriſtus IESVS omnẽ magnanimitatem & patientiam ad exemplum eorũ qui crediturí ſunt illi in vitam
eternã.) Quid tam gratũ, támq; iucundũ q̃ peccatorib⁹ indulgentiã prædicare? Quis enim ſine peccato eſt, vt hoc munus nõ cum omni gratiarũ actione ſuſcipiat, deũ autohrem huius præferẽs, & collaudans in Chriſto? Qui vt hominẽ peccatis ablueret, de cæleſtib⁹ ad terrena deſcẽdens carnẽ peccati accepit: terrenis ſe admiſcuit, vt eum cæleſtẽ efficeret. Mori ſe paſsus eſt, vt illũ morte erutum paradiſo redderet immortalẽ. Quis hæc beneficia non in infinitũ extollat, quæ deus præſtitit homini, dominus ſeruo, cõditor creaturæ: vt plus eſset adhuc in beneficiis humanis, q̃ cum fecit quę non erãt poſteaq̃ fecit? Etenim derelictus ab his & cõtẽptus, & cõtumeliis appetitus, addit ad beneficia nõ requiſitus, vt gratior eſset, & plus pręferendus dum reparat, quàm cum fecit: vt oſtẽderet vnũ ſe eſse qui hæc omnia poſsit. Igitur ſic Chriſtus pręſidiũ M
tulit homini, vt puritatẽ ſuam nõ violaret nec amitteret poteſtatẽ. Hominem enim ſe naſci voluit, pro certo habens carnis cõtactu minime ſe violari. Cõuerſationi humanæ ſe miſcuit, ſciens peccatis ſe corrũpi non poſse. Occidi ſe paſsus eſt, non neſcius mortem ſibi dominari non poſse, ſed eã ſua opprimere poteſtate. Hæc ergo geſſit, vt omnia ſe poſse doceret. Humilitas enim iſta nõ ad diminutionem eius proficit, ſed ab gloriam: & non ſolũ eius, verum etiam in ipſum credentium. Dignitas eſt enim ſeruum eſse potentis. Cum ante apoſtolum multi vtiq; crediderint Iudæorũ ex iis qui dominũ occiderũt, Apoſtolus tamẽ vt ſe humiliet adhuc dolẽs de ſua incredulitate, primum ſe omnium peccãtium vocat. Quoniã enim præ cæteris ſacramento ſe imbuit Saluatoris, propius ad cognoſcendam magnificentiam eius accedens, accuſat ſe magis, qui tantum boni tarde agnouit, nec vltrò, ſed miſericordia eius quẽ prius vt hominẽ mortuũ æſtimabat. Hæc accuſatio eius eſt, laus vero Saluatoris, qui ad exemplum cęterorum credentium perſequen

A tem ſe vocauit ad gratiã, vt per patientiam ſuam & magnanimitatem in eo oſtenderet cæteris, qui inimico tam benculus extitit, qualis eſset futur⁹ ad ſe decurrẽtib⁹. ¶ Regi autẽ ſeculorũ immortali, inuiſibili, ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculorũ, amen.) Hæc ad dei patris perſonam pertinẽt, quem immortalẽ ideo ſolum & inuiſibilem appellat, quia omnis immortalitas ab ipſo eſt, vt ipſi ſoli magis competat in veritate, quia quiſquis
Marci.10 immortalis eſt, nõ à ſe hãc habet, ſed ab illo. Simili mo-
Mat.12. do & in euãgelio legitur domino dicẽte: Quia nemo eſt inquit bonus niſi vnus deus. Et iterum ipſe dicit: Bonus homo de bono theſauro profert bona. Nemo tamẽ niſi vnus deus bonus eſt, quia ipſe fons bonitatis eſt, ex quo cæteri potantur vt boni ſint. Ipſe eſt & inuiſibilis ſolus deus, quia nulli vnquã viſus eſt. Omnia enim agit per filium, quem idcirco viſum dicimus, vt licet aliter quàm eſt apparuiſset, tamen illum ſignificemus. Honorificentiam ergo & gloriam deo patri in veritate pronunciat, cuius pietate & prouidentia Chriſtus liberauit peccato
res ex morte. ❡ Hoc præceptum commẽdo tibi fili Timothee, ſecundum præcedentes ſuper te prophetias, vt milites in illis bonã militiam, habens fidẽ & bonam cõſcientiã, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus ſunt Hymenæus & Alexãder, quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.) Poſtquàm dei patris & Chriſti filii eius quę & quanta beneficia ſint
B circa peccatores homines memorauit, qui cũ eſsent puniendi, non ſolum ignouit eis, ſed & iuſtificauit, & in filios ſibi adoptauit, quo ordine populũ diſciplina eccleſiaſtica imbueret in ſubiectis oſtendit, commonens vt memor electionis ſuæ ſanctus Timotheus id ad quod prędeſtinatus eſt, impleat. Prędeſtinatus eſt enim quãdo ad hoc ab Apoſtolo aſsumpt⁹ eſt, vt ordinaretur dign⁹ iudicatus futurus epiſcopus, vt impleret militiã euangelicam in fide, & pura conſcientia. Qui enim fideliter docet, non poteſt malam habere cõſcientiam. Tunc enim fidem exhibet prædicationi, ſi ſe abſtineat à contrariis omnibus, quia exemplo bonorũ operũ multos laceſsit ad credulitatem, fidentes de ſpe prædicationis. Nam qui fidem ſpernit: proculdubio malæ eſt conſcientię. Aut enim hypocritę prædicatur, aut apertus blaſphemus, ſicut erant Hymenæus & Alexander, qui deferentes fidẽ naufragi facti ſunt, id eſt nudi veritate, aut priuati vita. Quid eſt enim veritas niſi vita? Quos tradidiſse ſe dicit Satanæ, vt emẽdarentur cauſa blaſphemiæ. Traditio au
C tem hæc eſt, quia cõmotus Apoſtolus blaſphemiis eorũ ſententiam protulit in eos, Diabolus autẽ qui ad hoc paratus eſt, vt auerſos à deo accipiat in poteſtatem: audita ſententia corripit eos, vt intelligerent hac cauſa ſe pœnis aſtringi, qui blaſphemauerant. Hinc eſt vnde in euã
Ioan.5. gelio dictum eſt inter cætera: Iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat. oſtendens cauſa peccati aliquãdo infirmitates inferri corporibus. Et quia miniſtro diabolo fiunt, declarauit dominus dicens inter multa: Hæc
Luc.13. autem cũ ſit filia Abrahæ, quã alligauerat Satanas decẽ & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo die ſabbati?

CAPVT SECVNDVM.

E XHORTARE ergo primũ omnium fieri deprecationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnib⁹ hominib⁹, pro regibus, & pro omnibus q̃ in ſublimiori loco poſiti ſunt, vt placitam & quietam vitam degamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum & acceptũ eſt coram Saluatore noſtro deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire.) Hęc regula eccleſiaſtica eſt tradita à magiſtro gentiũ, qua vtũtur ſacerdotes noſtri vt pro omnibus ſupplicent: deprecantes pro regibus huius ſeculi vt ſubiectas habeãt gentes, vt in pace poſiti, in tranquillitate mẽtis & quiete deo domino ſeruire poſsimus. Orãtes etiã pro iis quibus ſublimis poteſtas eſt credita, vt in iuſtitia & veritate gubernent rempublicã, ſuppeditante rerũ abundãtia, vt amota perturbatione ſeditionis, ſuccedat lætitia. Panis enim Pſal.103.
confirmat cor, & vinũ lætificat mentem. Poſtulantes verò pro iis qui in neceſsitate varia ſunt, vt eruti & liberati, deum collaudent incolumitatis authorem. Referẽtes quoq; gratiarum actiones pro iis quæ nobis quótidie dei prouidentia præſtantur ad vitam, vt in his omnibus pater collaudetur deus, ex quo ſunt omnia: & filius eius, p
quem ſunt omnia, vt ſopitis omnibus quæ huic imperio infeſta & inimica ſunt, in affectu pietatis & caſtitatis deo ſeruire poſsimus. Perturbatio enim & captiuitas nec pietatem ſeruat, nec caſtitatem. Vnde enim pius qui nudus eſt? & vnde caſtitas, vbi poteſtatis ſuæ non eſt? Vt hęc ergo ſeruari poſsint, qes neceſsaria eſt, vt placita deo reddantur obſequia, qui omnes homines ſaluos vult fieri, & cognoſcere veritatem. Hæc eſt, inquit, vita æterna, vt
Ioan.17. cognoſcant te ſolum & verum deum, & quem miſiſti IESVM Chriſtum. Si deus, vtiq; qui omnipotẽs dicitur omnes homines ſaluos vult fieri: cur non impletur eius voluntas? Sed in omni locutione ſenſus eſt, conditio latet. Vnde dicit Petrus apoſtol⁹: Omnis ſcriptura indiget in
2.Petri.1. terpretatione. Vult enim deus omnes ſaluos fieri, ſed ſi accedant ad eum. Non enim ſic vult, vt nolentes ſaluentur: ſed vult illos ſaluari, ſi & ipſi velint. Nam vtiq; qui legem omnibus dedit, nullum excepit à ſalute. Nunquid
E non medicus idcirco proponit in publico, vt omnes ſe oſtendat velle ſaluare: ſi tamen ab ægris requiratur? Nõ eſt enim vera ſalus ſi nolenti tribuatur, nec gaudere poteſt in percepta ſalute qui inuitus, ſi tamẽ fieri poteſt, accepit medicinam: vt non dicam quia medicinæ effectum habere non poteſt, niſi ad illam ager animum commodauerit, quia hæc medicina non eſt corporalis, ſed ſpiritalis, quæ neq; dubiis proficit, neq; inuidis. Fides eſt enim quæ dat ſalutẽ: quam niſi mens tota ſuſceperit voluntate, non ſolum nihil proderit, ſed & oberit. Fidei etenim gratia hanc habet poteſtatem, vt deuotis ſibi diuinam infundat medelam, indeuotis verò conferat morbum per quem totus homo intereat. ❡ Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominũ, homo Chriſtus IESVS.) Dei & Chriſti vnam ſignificat eſse volũtatem in ſaluandis hominibus: Vnde deum patrem, quia ab ipſo eſt omnis authoritas, vnum eſse fatetur, & vnum mediatorem dei & hominum Chriſtum IESVM. Miſsus enim à patre factus arbiter reconciliauit deum & homines, reformando eos ad agnitionem eius. Quia enim vnus eſt pater & filius, non perſona, ſed indifferenti natura: vt arbiter eſset dei F
& hominum, filius dei aſsumpta carnẽ homo natus eſt, vt mediator dei & hominum homo eſset Chriſt⁹ IESVS id eſt non ſine diuinitate, quia in deo homo erat, & deus in homine: & vt ex vtroq; eſset mediator, & vtrunq; recõciliaret, in ſe primum hoc fecit. Non enim poterat vnitatem dei cuſtodiens, mediator dei & hominũ vocari, quàſi alius eſset deus qui diſsidẽtem hominem à deo in gratiam reuocaret: ſed homo qui legem datam non prętereret, factus eſt arbiter inter eum qui peccauit, & inter illum qui peccare ignorat, vt hic ignoſceret, & homo de cætero in dei fide maneret. ❡ Qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. Cuius teſtimonium tempo
ribus ſuis datum eſt, in quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus, veritatem dico, non mentior, magiſter gẽtium in fide & veritate.) Quoniam homo reconciliatus iam deo, obnoxius erat morti infernæ; ne ad deum cui reconciliatus erat, poſsit aſcendere: ſaluator vt arbitriũ ſuũ ad effectũ perduceret, mori ſe paſsus eſt contra ius, vt deſcẽdens ad inferos mortem de impietate quam in eo geſserat, dãnaret, auferens ei quos tenebat, vt decætero quiſquis ſignum eius haberet, ab ea teneri nõ poſset. Cuius rei teſtimoniũ tempore quo reſurrexit, oſtendit. Deſtructio enim mortis, reſurrectio mortuorũ eſt. Quę

G spē missus est hic Apostol⁹ gētibus prædicare, vt ab eo discerent quæ spes esset in Christo. Hic enim datus est magister, vt fidem doceret & veritatem. ¶ Volo itaque orare viros in omni loco, leuantes sanctas manus sine ira & disceptatione.) Pacificū animum in oratione esse debere, vt ad effectum deducatur oratio. Sanctæ enim manus sunt, quando cor mundum est. Sic tamen in omni loco orandum præcipit, vt competens locus intelligatur, non vtique importuno aut sordido loco: quippe cū prohibeat dominus vulgo orare: sed hoc monet, ne in sola ecclesia putarent orandū. ¶ Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & pudicitia, ornantes semetipsas non tortis crinib⁹, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa: sed (qđ decet mulieres) professitentes pietatem per opera bona.) Humili habitu mulieres orare debere, non in iactantia. Qui enim vult audiri, inclinare se debet, amota à se pompa, vt misericordiam dei prouocet. Habitus enim superbus nec impetrat, nec recta de se facit credi. Quis enī prudentium iactanter ornatam mulierem non horreat? Quantò magis author deus, qui corpus à se liberum factum, obligatum metallis videt? Nam humilis habitus bonæ professioni congruit, vt possit non aliud æstimari, quā cernitur. Quæ autem in domo dei cum pompa se mauult videri, non vtique propter deum, sed propter homines consequitur quod vult, vt gloriosa videatur. nihil con
H secutura à deo nisi maculam. Quanto enim hominibus splendida videtur, tantò magis despicitur à deo. ¶ Mulier in silentio discat, in omni subiectione. Docere autē mulieri non permittitur, neque dominari viro, sed esse in silentio.) Non solum habitum humilem habere debere mulierem, verumetiam authoritatem ei denegādā & subiiciendam præcipit viro, vt tam habitu quā obsequiis sub ptāte sit viri, ex quo trahit originē. ¶ Adā enim prim⁹ creat⁹ est, deinde Eua: & Adā nō est seductus mulier autem seducta facta est in præuaricatione. Salua autem erit per filiorum generationem, si tamen in fide manserint & in dilectione & sanctimonia cū pudicitia.) Præfert virum mulieri propter quod primus creatus est: vt inferior sit mulier, quia post virum & ex viro creata est. Adiicit aliud, quia diabolus non virum seduxit, sed mulierem. Vir autem per mulierem deceptus est: ac per hoc nulla illi cōcedenda audacia est, sed esse debet in humilitate: quia per illam mors intrauit in mundum. Salua autem erit, inquit, per filiorum generationem, si tamen in fide manserint & charitate & pura vita. Hos enim filios dicit qui regenerantur per fidem Christi: quia si in generatione sua perseuerauerint, cum his liberabitur resurgens ex mortuis, & fiet salua credētibus illis, & vi
I tam castam agentibus. Tandiu enim resurrectio suspē sa est, quandiu omnes credāt prædestinati ad salutem.

CAPVT TERTIVM

EVMANVS sermo est. Si quis episcopatum desiderat, bonū opus desiderat.) Quoniā episcopum bonæ vitę esset oportet: idcirco qui episcopatum cupit, bonū opus desiderat. Hoc enim cupiens, bonam vitam appetere videtur, si tamen nō ab iis declinet quæ in subiectis habentur, ne ambitione & desiderio pecuniæ hoc egisse videatur. Oportet ergo episcopū irreprehēsibilē esse.) Qualis episcopus debeat esse describit, vt nemo episcopatū appetat, nisi fuerit fidus, q ab oīb⁹ cōtrariis abstinere se pōt, vt nō idignus sit sua ꝓfessiōe. Vnius vxoris virū.) Quanuis secūdā numero vxorē nō sit habere prohibitū: vt tamen quis dignus ad episcopatū sit, etiam licita debet spernere propter sublimitatem ipsius ordinis: quia cæteris melior debet esse qui cupidus est sedis illius. ¶ Sobrium, pudicum, ornatū, hospitalē, do- K
cibilem, non obnoxiū vino, non verberatorē, sed modestum, non litigiosum, nō asperum, domū suam bene regentem, filios habētem subditos cum omni charitate.) Talem hominē qui hæc custodiat quæ enumerat bona, creari dicit debere episcopū. Hæc enim signa sunt dignitatis episcopalis. Si autē quis potiora sectatus, & corpus & animam suam deo dicauerit ne se copulet matrimonio, tanto magis dignus fiet. Ideo enim inferiorem posuit, vt de potiore nemo dubitaret, ꝙ Si quis autem domui suę præesse nescit, quomodo ecclesiæ diligētiam habebit?) Manifestum est, quia tunc potest idoneus rector futurus probari, si prius domum suam recte gubernauerit. Qui enim in minimis fidelis est, & in magnis fidelis est. ¶ Non Neophytum, ne in superbiā elatus in iudiciū Luc.2.
incidat diaboli. Verū est, quia rudis in fide solet extolli superbia, maximè si accipiat ordinem. Nouitate enim & potestate inflatur arbitrans se præ cæteris digniorem. Videns enim primo anno natiuitatis collatum in se honorem, putat non magis ad suum, sed ad aliorum profectum se vocatum, quasi beneficiū religioni det magis q̄ accipiat ab ea per quam rem elatus incurrit laqueū diaboli. Inuēta enim occasione superbiæ illius satanas præcipitat eum. Idcóq; in Salomone legitur: Superbis deus resistit. Vnde & in alia epistola idem Apostolus ait: Qui L
se putat esse aliquid, seipsum seducit. Et dominus, Qui Gal.6.
se, inquit, exaltauerit, humiliabitur. ¶ Oportet autē eū Luc.14.
& testimoniū habere bonum ab iis qui foris sunt.) Sensum dominicum secutus ait: Oportet futurum episcopū testimonium bonū habere ab extraneis: quia qui in minimis fidelis est, & in magnis, sicut dicit dominus. Si in alieno mammona fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? vt hic qui in mundanis rebus & cōuersatione humana fidelis minime inuenitur, dubium non sit quia & in diuinis rebus idoneus non erit. Si autem hominibus fidem exhibuerit, multo magis deo. ꝙ Ne in opprobrium incidat, & laqueū diaboli.) Si timorem dei ante oculos non habuerit episcopus, tēpori magis se cōmendans: hunc quasi infidelem & pseudo prophetā deserit deus, & difformis videbitur omnibus & maculosus quia aliter facit quàm prædicat, verbis suis ipse se accusans, quia deputatus est gregi Satanæ. Tunc enim vera se probat prædicare, si ea conetur & gerere. Magna ergo cura eligēdus est qui domum dei regendam accipiat. Si enim terrestrium rerū dispensatores idonei quærendi sunt, quanto magis cælestiū? ¶ Diaconos pari modo pu
dicos, non bilingues, nō vino multo deditos, non turpibus lucris vacantes, habētes mysterium fidei in conscientia pura: & hi autem probentur primū, & sic ministrent sine crimine.) Qui tanta cura diaconos eligēdos præcipit, quos cōstet ministros esse sacerdotū: quales vult es- M
se episcopos, nisi, sicut ipse ait, irreprehensibiles? Negocia tamen publica, turpia, vilia lucra non habētes. Scit enim ideo negociari, ut capiant lucra, nec aliud profitetur q̄ gerit. Turpia autem lucra hæc dicit esse, si sub pia professione quæstibus studeatur. Turpis enim deprehenditur cum se purum ostētat. Post episcopū tamē diaconatus ordinationem subiecit. Quare? nisi quia episcopi & presbyteri vna ordinatio est. vterq; enī sacerdos est. Sed episcopus primus est, vt omnis episcopus presbyter sit, non tamen omnis presbyter episcopus. Hic enim episcopus est qui inter presbyteros primus est. Denicq; Timotheum presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterū nō habebat, episcopus erat. Vnde & quēadmodum episcopum ordinet, ostendit. Neq; enim fas erat aut licebat vt inferior ordinaret maiorem. Nemo enim tribuit quod non accepit. ¶ Mulieres similiter pu
dicas, nō studentes discordiæ, sed sobrias, fideles in omnibus.) Quia sanctum præcepit creari episcopum, adæque & diaconum: nō vtiq; disparem vult esse plebem: quippe cum dicat dominus: Sancti estote, quia & ego Leuit.19.

A sanctus sum. Ideóq; etiam mulieres quæ inferiores videntur, sine crimine vult esse, vt munda sit ecclesia dei. Sed Cataphrygæ erroris occasionem captātes, propter quod post diaconos mulieres alloquitur, etiā ipsas diaconas ordinari debere vana præsumptiōe defendūt, cū sciant apostolos septem diaconos elegisse. Nunquid nulla mulier tūc idonea inuēta est, cum intet vndecim apostolos sanctas mulieres fuisse legamus? Sed vt hæretici animū suum verbis non sensu legis astruere videantur, apostoli verbis contra sensum nituntur apostoli, vt cum ille mulierem in ecclesia in silentio esse debere præcipiat, illi ecōtra etiā authoritatē in ecclesia vēdicēt ministerii. ¶ Diacones sint vnius vxoris viri, filios bene regētes, & domos proprias. Qui enim bene ministrauerint, gradū bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo IESV.) Ea quæ minus dixerat de ordinatione diaconatus, nunc subiecit. Ostēdit etiam istos vnius vxoris viros esse debere, vt hi ad ministerium dei eligantur qui nō sunt egressi constitutū dei. Homini enim vnam vxorē decreuit deus, cum qua benedicatur. Nemo enim cum secūda benedicitur. Qui si filios bene gubernauerint, & domos suas, id est vernaculos aut domesticos. poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciā habere apud deum, vt sciant se posse impetrare quod postulāt, iam decætero se ab vsu fœminæ cohibentes. Veteribus enim idcirco cōcessum est leuitis aut sacerdotibus vxores ad vsum habere: quia multū tempus ocio vacabant à
B ministerio aut sacerdotio. Multitudo enim erat sacerdotum, & magna copia letitarum, & vnusquisq; certo tempore seruiebat diuinis ceremoniis secūdum institutum Dauid. Hic enim viginti & quatuor classes constituit sacerdotum, vt vicibus deseruirent. Vnde Abia octauam classem habuit, cuius vice Zacharias fungebatur sacerdotio, sicut continetur in Paralipomenon, ita vt tempore quo non illos cōtingebat deseruire altari, domorum suarum agerēt curam. At vbi autem tempus imminebat ministerii, purificati aliquantis diebus accedebāt ad tēplum offerre deo. Nunc autē septē diaconos esse oportet, aliquātos presbyteros, vt bini sint per ecclesias. & vnus in ciuitate episcopus, ac per hoc omnes à conuentu fœminæ abstinere debere, quia necesse est eos quotidie præsto esse in ecclesia, nec habere dilationē vt post conuentum legitime purificentur sicut veteres. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si nō quotidie peregrinis, incolis tamē vel bis in hebdomada: & nō desunt qui prope quotidie baptizentur ægri. Nam veteribus ideo concessum est, quia multo tempore in templo non videbantur, sed erant priuati. Si enim plebis hominib⁹
C orationis causa ad tempus abstinere se præcipit, vt vacēt orationi, quāto magis leuitis aut sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare? Mūdiores ergo esse debent cæteris, quia actores dei sunt.
ꝙ Hæc tibi scribo, sperans cito me venire ad te. Si autē tardauero, vt scias quemadmodum oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui, columna & firmamentū veritatis.) Quantū ad scientiā eius pertinebat hoc erat in eò quòd citius illum visurus esset. Sed quia solet aliud placere deo cuius prouidentia ipsi soli cognita est: idcirco ne forte, inquit, tardem, scribo tibi vt scias quomodo ecclesiā ordines, quæ est domus dei, vt cum totus mundus dei sit, ecclesia tamen domus eius dicatur cuius hodie rector est Damasus. Mundus enim in præua
ricatione est diuerso turbatus errore. Ideo illic necesse est dicatur esse domus dei & veritas, vbi secundum voluntatem suam timetur. Hoc profitentibus de eo seruis, quòd ipse dignatus est edocere, ne forte verba eius negarentur esse, virtutibus hæc fignauit, quæ à nullo alio fieri possunt, vt his infidelitas accusata inexcusabilis pereat. Firmamentum enim veritatis huius signa sunt & prodigia. ¶ Et quidem omniū confessione magnum est hu
ius pietatis mysterium.) Nullum fideliū admirari negat sacramentū veritatis in ecclesia prædicatæ, quam pieta- D
tem appellat. Magnanimitatem enim & clementiam suā cognoscētibus se diuina tribuit dona, excepta remissione peccatorum quam hic in præsenti largitur. ¶ Quod declaratum est in carne, iustificatū est in spiritu, visum est angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptū est in gloria.) Sacramentū mysterii dei, quod est Christus in carne, dicit manifestatum quod latebat in spiritu. Natus enim homo filius dei, qui in secreto erat apud deū, opere & prædicatione declarauit se creaturæ. & hoc est iustificatū esse in spiritu, operibus & virtute claruisse eum qui erat in carne quis esset: deinde apparuisse angelis, non iam in forma humilitatis, sed in potestate. Tādiu enim aspectu humilis visus est per carnē, quandiu deuicta morte resurgeret à mortuis, & videretur maiestas eius qui natus vt homo, non erat totus homo: vt agnoscentes angeli mysterium quod prius latuit declaratū in carne, genu illi flectentes quasi deo gratias agant, quia didicerunt veritatem quæ gentibus prædicata est, vt ab errore liberarentur: in quo mundus proficit, vt non damnetur. Ideo enim creditū est mūdo dei sacramētum, vt perfidia eius veniam erroris mereri non possit: sicut dicit dominus de Iudæis: Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. E Ioan.15.
nunc autem excusationē non habebunt de peccato suo quia quod velut infirmum & deforme contempserunt, assumptum est in gloria. Post crucem manifestata persona & virtute sua Saluator palam famulātibus nubibus ascendit gloriosus in cælos.

CAPVT QVARTVM.

SPIRITVS autē manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidā à fide attendētes spiritus fallaces, doctrinas dæmoniorū in simulatione falsiloquorū, cauteriatam habentiū conscientiam suam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos de⁹ creauit ad percipiendū cum gratiarū actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem, quia omnis creatura dei bona, & nihil reiiciēdum quod cū gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbū dei, & orationem.) Quæ si bi spiritus sanctus futura reuelauerit ad institutionem ecclesiarum & cautelā, nō tacet, vt prænonita ecclesiæ solicitæ sint ne ab huiusmodi possint circūueniri hominibus. Quid enim tam clarum tamq; apertum ad euitandos aut magis condemnandos doctrinæ huius pestiferæ viros potuit manifesta voce præfari, nisi vt aseuerationem eorum, fallacem ac simulatā doctrinam dæmoniorum nuncuparet? vt cum huius aseuerationis sermones p audiuntur, à diabolo composita esse doctrina hæc sciretur, quam prædixerat spiritus sanct⁹, quæ de incarnatione Saluatoris aserit falsa, quæ nunc in Marcionistis, quanuis penè defecerint, vel Patritianis, aut maximè in Manichæis denotatur. Hi enim & Christum natum negant, & nuptias prohibent³, & abstinendum à cibis tradunt. Quorum cauteriatam dicit conscientiam, hoc est simulatione corruptam, quia sicut cauterium coriū corrumpit, & notam infligit, ita & fallacia cōscientiam quæ dolo maleuolentiæ aliud scit, & aliud profitetur, denotat ad perditionem. Iam enim hos imitari negat, vt sal uentur: quia sicut cauterium immutari nō potest, ita nec eorum animus emēdari. Nihil enim peius simulatione. Tales enim ii sunt, quales & Iudæi illi qui intelligentes Christum dei virtute operari, in Beelzebub hæc ab eo fieri dicebant.
Vt enim fabricatorē hominis male tractent, cū natos se non doleāt, nuptias tamē prohibētes, Christo carnē subtrahūt, & vt ad ei⁹ iniuriā, pficiāt ab iis quę vsib⁹ nostris instituit, abstinēdū docēt, vt p̄ id quod despiciūtur, mala esse, & à malo authore inuēta videātur. Hinc est vnde

G Apostolus omnia à deo bona facta ostendit: si tamen cũ gratiarũ actione sumantur. Immunda enim erunt ei qui nõ laudat in his creatorem . Nec enim posunt bene illi proficere qui sic illa sumit vt male tractet authorem eorum. ❧ Hæc igitur proponẽs fratribus bonus eris minister Christi IESV, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ quam assecutus es.) Quid tam verũ, quid tam clarũ & prouidũ, nisi vt disciplina Christiana incorrupta tradatur, vt fructus eius in area dominica fertilis ac firmus collaudetur? Hoc est, vt in die iudicii nõ reprob⁹ & igni comburendus censeatur. Hoc boni doctoris est atq; ido nei ministri domini IESV Christi: quippe cum enutritũ hunc dicat verbis fidei & bonæ doctrinæ quam ab infantia hunc assecutum asserit. Qui enim integris omnibus Hebræorum libris imbut⁹ erat, accepta fide perfectum fecit doctorem. ❧ Prophanas autẽ & aniles fabulas abnue, exercẽs temetipsum ad pietatem . Corporalis enim exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autẽ ad omnia vtilis est, promissionem habens vitę præsentis & futuræ Prophana verba aduersa intelliguntur. Aniles autem fabulæ delyramenta sunt quædam. Hæc quorundam perstrepentium vocibus solent in contentionem deduci, vt quasi tractatus habeatur rei inanis, cuius affectus null⁹ est nisi vanitatis. Ab iis ergo quę contraria sunt, declinãdum monet, simili modo & ab illis quæ anilia sunt vanitate quadam composita. Sunt enim aliqui qui calore animi mittunt se in disputationes huiusmodi . Pietati autẽ H operam dandam commonet, quia grandem habet profectum. Qui enim misericordiæ studet, senioribus vicem reddentes parentibus, & in præsenti vita auxilia dei non deerunt illis, & in futuro immortalitatem habebũt cum gloria. Exercitium autem corporale ad modicum vtile dicit. Ieiunare enĩ & abstinere à cibis manente authoritate creatoris non multũ prodest, nisi addatur huic pietas, cuius opera multorum precibus adiuuatur ad dominum promerendum. Denique illos qui fratribus largi sunt, & variis titulis obsequentes, in vitam æternam proficere euangelicus sermo testatur: dissentientes autẽ ab hoc opere, in æternum ignem. Corporis autem exercitium nihil aliud quàm carnis frena sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamẽ carnis patiatur, huiusmodi quid fiet? sine dubio vapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minime prętermitti. Si autem solum corporis habuit exercitium, perennes pœnas patietur, sicut in euangelio dominus repromisit. Omnis enim summa disciplinæ nostræ, in misericordia & pietate est . Aliud tamen exercitium corporis habent carnaI les, & aliud spiritales . Carnales enim sagina & dapibus nutriunt corpora sua, vt celeri motu proficiant ad perditionem. Spiritales autem ieiuniis & abstinentia temperant corpora sua, vt pigra facta circa desideria, posint digna esse futura resurrectione. Hic enim propter spem futuram castigat corpus, ille vero propter futuri desperationem fouet, curam eius agens ad tempus, vt moueatur citius ad peccandum.

❧ Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Ad hoc enim laboramus, & persecutiones patimur, quia speramus in deum viuum, qui est salutaris omnium hominũ, maximè fidelium.) Dignum est plane & accepto ferendum pro spe quæ est in deo, pati persecutiones, quia in præsenti vita spes caduca est, in promissione autem dei firma atq; stabilis. Ipse est enim salus omniũ, quia ex ipso & per ipsum viuunt quantum ad præsentem vitã pertinet, omnes: quantum verò ad promissam salutem, fideles. Cognoscẽtibus enim se, post hanc vitam quæ morte finitur, aliam se daturum promisit, quæ immortalitate vigebit. Ideo ergo ait, maximè fidelium. ¶ Præcipe hæc & doce. nemo enim iuuentutem tuam contemnat, sed forma esto fideliũ, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide & castitate.) Timotheus quantum ad ætatem pertinet, iuuenis erat: quantum ad mores & conuersationem senior & grauis. Quem ideo sic monet, vt pro K fectus eius per omnia exemplum esset bonorum operum, vt in adolescente mirabilis videretur & grauis disciplina, vt actus eius excusarent ętatem: & nõ quasi iuuenis, sed quasi senior haberetur, & erubescerent maiores natu nisi se exhibuissent iuxta formam huius, conuersatione & moribus graues : iuuenes autem coæuum suum haberent magistrũm. Mirabilis adolescens sanctissimus Timotheus, cuius exemplo indisciplinata coercenda iuuentus est, & seniorum irreuerentia punienda. ¶ Dũ venio, attende lectionem, exhortationẽ, ac doctrinam. Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manũ presbyterii.) Intentum hunc vult esse & deditum exercitio lectionis, vt omni cura diligentiáq; hoc enitatur, vt exhortetur & doceat. Exhortatio est, cùm miti verbo aliquos pronocam⁹ ad bonũ opus. Docere verò, quãdo ea quæ latent, intimamus mentibus audientium. Si enim rector populi ab his dissimulat, negligit gratiam datam sibi. Ad hoc enim creatur dux populo, vt huius salutis solicitudinem gerat, admonendo, docendo, vt fructum habeat ordinatio: quem ad hoc vtique deus cõstituit, vt proficiat saluti plebis sue: Qui ergo in hac authoritate positus indiligens fuerit, dei contemptor habebitur, minimus in regno cęlorum vocatus. Neque enim poterit facere, qui nec docere dignatur. Gratiam tamen dari, ordinatoris significat per prophetiam, & manuum impositionem. Prophetia est qua eligitur quasi doctor fuL turus idoneus: man⁹ verò impositiones verba sunt mystica quibus confirmatur ad opus electus, accipiens authoritatem teste coscientia sua, vt audeat vice domini sacrificium deo offerre, ¶ Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ: insta illis. Hoc enim faciendo, teipsum saluũ facies, & eos qui te audiunt.) Vt forma sit omnibus nõ solum in bonis operibus, verumetiam in doctrinæ exercitio, admonet. Apparere enĩ debere significat exerci tu profectum, in doctrina duntaxat, & in gestis. Bona Matt.7. enĩ arbor bonos facit fructus. Similiter & bona doctrina mala opera habere non potest. vt cũ visa fuerint bona opera, diuini magisterii fructus esse intelligantur, & auditores posint proficere. Tum vera enim & metuenda esse intelligunt quę dicuntur, quando ab eo ipso qui docet, magna veneratione obseruari videntur. Quod rectori plebis duobus proficit modis. Et suorum enim bonorum operum & audientium mercedem accipiet: quomodo si negligens fuerit, tam pro se quàm pro eis redditurus est rationem.

CAPVT QVINTVM.

M

SENIOREM ne increpaueris, sed exhortare vt patrem, iuniores vt fratres, anus vt matres, adolescentulas vt sorores, in omni castitate.)Propter honorificentiam ætatis maiorem natu cũ mansuetudine ad bonum opus prouocandũ, vt facilius suscipiat admonitionẽ. Potest enim vereri commonitus ne postea corripiatur, quod turpe est seniori. Nam apud omnes vtiq; gẽtes honorabilis est senectus. Vnde & synagoga, & postea ecclesia seniores habuit, quorum sine cõsilio nihil agebatur in ecclesia . Quod qua negligẽtia obsoleuerit nescio, nisi forte doctorũ desidia, aut magis supbia, dũ soli volũt aliquid videri. Iuniores quasi fratres cẽset ad monẽdos cũ dilectionis affectu, vt videntes amoris causa se commoneri, facilius se corrigant, quippe cum videant non discrepare opera eius prædicatione. Anus vero quasi matres, vt dum miti sermone doceri se vident, non asperè accipiant, quia honorifice proficiunt. Asperum est enim senibus cum corripiuntur à iuniotionem

ribus. Quod temperamento quodam leniri vult, vt pro
A fectus sit & dicenti & audienti. Adolescentulas vt sorores admonet edocendas, vt pròpte posint bonæ conuersationis susciperе disciplinã. Quando enim nõ cum imperio insinuari sibi videt quæ ad bonam pertinent vitã, & consentit, humilem se præbens admonenti . Blanditiis enim solẽt obtinẽri quæ authoritate nõ posunt. Nã animalia quãdo mẽbra sua zelãtur, blanditiis tamen cedunt. ❧ Viduas honora quę verè viduę sunt. Has viduas dicit honorandas quæ data opera viduæ sũt: quę cum posent nubere, vt meliores esset, & dignæ deo, secundas nuptias respuerunt, scientes semel benedici coniugium: æmulæ sanctissimæ Annæ, quæ ieiuniis & obsecrationibus deo seruiebat noctu diéque, vnius viri experta concubitum. ¶ Siqua autem vidua filios vel nepotes habet, discat primum domum suam pie tractare, & mutuam vicem gratiarum reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram deo.) Viduam prius in hac vita & cõuersatione dicit probandã, vt tunc demum digna sit vidua ecclesiæ nũcupari, quæ nõ quęstus causa magis quã defensionis ecclesiasticæ succũbat disciplinæ. Prærire enimdebent merita, vt accedenti debitus honor tribui videatur. Quæ enim affectos suos pie tractauit, & domũ bene gubernauit, dei legẽ seruabit, digna effecta remuneratiõe ecclesiæ ¶ Nam quę verè vidua est & desolata sperat in deo, & instat orationibus noctu diéq;.) Viduã filios aut nepotes habentem non facile admittẽdam ad stipẽdia ecclesiæ: quia si pie & solicite domum suam gubernauit, necesse est reddi illi vicem à suis, sicut & ille
B reddidit propinquis. Si autem, vt assolet, impietas fuerit operata vt anus despiciatur à suis, quos pie tractauit: dignum esse hanc suscipi ab ecclesia, quia in domini lege fideliter conuersata est. Vidua igitur desolata, aut à suis contempta, sperat in deo. Videns enim ex nulla parte se habere suffragiũ, toto animo deuota est deo, de quo solo auxilium vitæ salutisq; expectat. ❧ Nã quæ in deliciis est, viuens mortua est.) Viduam, propter qđ vidua dicitur, talem esse debere significat, vt ad dominũ promerendũ orationib⁹ vacet, deo seruiens noctu diéq;, vt ostendat se idcirco nuptias secundas cõtẽpsisse, vt instaret disciplinæ dominicæ. Si enĩ sub nomine viduæ deliciis vacet aut luxuriæ, viuens mortua habenda est, quia impostura genus est aliud agere, & aliud profiteri : non obsequia & deuotionẽ dei, sed honorem viduę volẽtes habere: cum nominis ipsius professio hoc iudicet, quia spreto viro deũ elegit: cui seruiat tota mente propter vitam promissam. ❧ Et hęc præcipe, vt irreprehensibiles sint.) Tantã diligentiã actuum ac morum viduã vult habere, vt reprehendi non posit. Amota enim à spe mundanę cõuersationis, & corporis curandi officio, propter
C hoc se ad deum contulit, vt probabilem agat vitã. Subla tis enim occasionibus quæ aditus solent aperire peccatis, potest bona cõuersatio incolumis permanere. ¶ Si quis autem suorum & maximè domesticorũ curam nõ habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior .) Hanc viduã quæ negligens fuit circa suos affectos, vt educaret eos in disciplinam & correptionẽ domini inhonorãdã: quia sicut perfidi, legi dei nõ obediuit : vt peiot habeatur necesse est qui sub lege & timore dei agens cõtẽptor est, q̃ qui nõ subiectus est legi. Hic enim nescit, illi autẽ sciẽs cõtẽnit. ¶ Vidua eligatur annorum nõ minus sexaginta, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios enutriuit, si hospitio recepit, si fãctorum pedes lauit, si pressuram patientib⁹ ministrauit, si omne opus bonũ subsecuta est.) Si prærogatiua præteritorum operũ vidua cõmẽdatur, eligendã hãc docet. Domini enĩ iudicio àscribitur nomen eius ecclesiasticis monimẽtis, quã dignã vet⁹ vita declarat. Imbuta enĩ diuinis obsequiis, & in his vitã atterens suscipienda est in fin⁹ ecclesiæ cui olim se vouit legitimis seruitiis ¶ Iuniores autẽ viduas deuita . Cũ enĩ in deliciis egerint, in Christo nubere volũt.) Prohibet adolescentulas viduas D in hac susciрi, pfessione. Lubrice enim ætati fides facilè haberi nõ debet, qppe cũ q̃rundũ exẽpla præcedãt quę post, pfessionẽ vitę deliciarũ oblectatiõe nomẽ nõ opera viduitatis habẽt, & conuersæ nuptiis solicitãtur. Qui enĩ putat se in Christo vitam deliciis agere, minime innocẽs perseuerat. Luxuria enim trahit illũ ad sua membra, vt subiiciatur peccato: deliciæ enim ianuæ sunt peccati. Non enim quo tendat ignoratur qui fluidam amat vitã. ❧ Habentes dãnationẽ, quia primã fidem irritã fecerũt.) Quid maneat tales ostẽdit, ne facile audeant qđ implere difficile est: aut si animus est huic deuotioni deditus, apud se interim teneat, quia dicit temerariũ esse profiteri, qđ adhuc iuuenili ætati credi nõ debet. Dãnationi enim fit obnoxius qui ab hoc declinat quod rectè fecerat. Quãtũ enim laudabile est si impleat quod vltra vires eius creditur: tãtò magis puniẽdus erit si hoc audeat sibi imponere præsumptione temeritatis, quod ferre non posit: nec ad veniam debet pertinere, qui à primordio infidelis inuentus est. ❧ Simul autẽ & ociosę discũt circũire domos: Nõ solum autẽ ociosæ, sed & verbosę & curiosę, loquentes quę non oportet.) Quædam virgines vel viduæ cõmẽdãte professiõe (glorioſum est enim huius rei vocabulũ) acceptabiles sunt domibus diuitũ, quæ id agunt, vt pareãt voluntatibus eorum, ambulantes & quærentes quæ perferant ad illos quibus delectentur, vt ociosæ muneribus afficiantur. Et malo more plus quærunt fabulas q̃ quæ operantur manib⁹, vt elatę procedãt & cõpositæ cõtra professionẽ suã agentes . Quæ res so- E let istis etiam in hac vita esse contraria. reuelatur enim id quod semper occultum putant. Quid est enim, vt ea loquãtur quæ nõ oportet? Nuptiarum enim sunt proximę, multorum secretorũ participes, adulatrices, seruorum quærulæ. ¶ Volo itaque iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullã occasionẽ dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam deerrauerunt post satanã.) Quoniã quę supra dixit de huiusmodi cõtraria & illicita, pducẽt eas ad mortẽ: idcirco cõsiliũ dat & præcipit ea fieri quæ licita sunt. Melius est enĩ domus curã suę gerere, q̃ in aliena domo adulari. Et multũ expedit nubere, q̃ sub bona & pia, pfessione notabiliter incedere. Pl⁹ autẽ est cũ pudore manibus victũ quærere, q̃ inuerecundè cũ ocio aliena vtẽsilia expectare. Sic enĩ intenit occasionẽ satanas quõ subuertat animas incõsultas, cũ pia, pfitentes iniuste versantur. Nihil enim tã periculosũ est, quã si, pfessioni, gesta repugnẽt. Apertũ enim malũ nõ zelatur satanas, quia gaudet in illo: iustũ verò quẽ videt fallere, id agit, vt manifẽstet illũ suũ filiũ esse, nõ dei: qđ factũ nõ displicet deo. ¶ Si qs fidelis, vel si q̃ fidelis habet viduas, sufficiẽter subministret illis, vt non grauetur ecclesia, vt veris viduis sufficiat . Quid mirũ si apostolica potestas futura potuit prævidere? Nam appa ret qđ dixit, quia fideliũ viduæ nũc multũ grauant eccle E siã, & eorũ qui locupletes videntur mũdi qa per senectu tis causam desistẽtes eas ab opere lanificii, retrahunt eis & vestimẽtũ & victũ, nõ totũ, tamẽ ex parte, vt illę ipsa inopia ad ecclesiã cõuertãtur vt viuãt. Quos oportebat nõ solũ suis ĩdigẽtib⁹ largiri, verũ etiã alias inopes pascere & cõtegere. Qđ multũ obest. Cũ enĩ his datur, cęteris aut min⁹, aut nõ datur qb⁹ magis dãdũ est, quę digne sũt ecclesię sũptib⁹ ministrari. Sic autẽ gratuatur, cũ cogitur, vestire multos, q̃ deberet vestire paucos: & plebs q̃ libẽter & frequẽter posit ministrare paucis, cogitur plures dimittere, vt aut murmuret, aut tardius occurrat. Nã cũ ꝓcipiat vnius viri vxorẽ eligi viduã, nũc inueniũtur inter eas nõ tãtũ duũ aut triũ maritorũ vxores, sed & q̃ turpi⁹ vixerint: qđ aliquando p negligẽtiam, fit, aliquãdo potentatu insinuantis. ❧ Qui bene præsunt presbyteri duplici honore habeantur digni, maxime qui laborant in verbo & doctrina.) Boni dispensatores ac fideles non solum honore sublimi debent digni iudicari,

G Sed & terreno, vt non contriſtentur indigentia ſũptuũ, ſed magis gaudeant fide ſua & doctrina. Inſtantior enĩ ſit ſi non humilietur inopia: & creſcit in illo authoritas cũ videt ſe etiã in præſenti laboris ſui fructum percipere, nõ vt abundet, ſed vt nõ deſit. ❧Dicit enim ſcriptura: Non infrenabis bouem triturantem. dignus eſt operarius mercede ſua.) Tanta merces debet eſſe euãgelizãtis regnum dei, qua neq; contriſtetur, neque extollatur ❧Aduerſum preſbiterum accuſationẽ ne receperis.) Quoniam huius ordinis ſublimis honor eſt, huiuſmodi enim vicarii Chriſti ſunt, idcirco non facile de hac perſona accuſatio debet admitti. Incredibile enim debet videri iſtum qui dei antiſtes eſt, criminoſe verſatũ, ſicut credibile eſt ſceneum eſſe turpiſsimũ. ❧Delinquẽtes autem coram omnibus argue, vt cæteri metũ habeant.) Quoniam enim nõ facile credi debet de preſbytero crimen, ſi probetur tamen, aut ſit manifeſtum quia irreuerenter verſatus eſt, publice præcipit arguendum vt cæteri terreantur: qđ nõ ſolum ordinatis proficit, ſed & plebi. Quãdo enim vident dignitoſum virum erroris cauſa corripi, neceſſe eſt vt caueant ſibi. ¶Teſtor coram deo & Chriſto IESV & electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio nihil faciens in partem aliam declinãs. Manus cito nemini impoſueris, neque cõmunicaueris peccatis alienis. temetipſum caſtum cuſtodi.) Cõteſtationem deponit apud deum patrem & Chriſtum filium
H eius, & electos angelos, quos dominus in euangelio ſanctos appellat. Hi ergo electi ſunt quia ſunt alii reprobi qui ſunt non dei angeli, ſed diaboli, aſſentientes apoſtaſiæ eius. Sub teſtatione ergo ea quę ad ordinationem eccleſiæ mandat cuſtodiri, præcipit nihil fieri ſine præiudicio, ne facile aliquis accipiat eccleſiaſticam dignitatem niſi prius de vita eius & moribus fuerit diſputatũ, vt dignus approbatus miniſter aut ſacerdos conſtituatur, vt non poſtea ſi reprehenſibilis videatur, pœniteat fortè principem populi non ad liquidum præiudicaſſe quid mereretur, quem improbabiliter ordinauit: nec illum cuius peccata ad ſuſpicionem veniunt, ordinãdum ne commaculetur ordinator vitiis & delictis ei⁹. Si ergo omnino latẽtia ſũt delicta, immunis erit rector, quia conſcientia eius libera eſt. Suſpicio enim trepidum facit Peccat enim ſi non probat & ſic ordinat. Melior enim cæteris debet probari qui ordinãdus eſt. Non enim ſufficit ſi ſine crimine ſit, quia merita ei⁹ debent præire bonorum operum, vt dignus habeatur ad ordinationem. Hæc epiſcopus cuſtodiẽs, caſtum ſe exhibebit religioni: cuius rei in futuro præmium conſequatur. ❧Iam noli bibere aquã, ſed vino modico vtere ptopter ſtomachũ, & crebras tuas infirmitates.) Nũc ſpeciale conſiliũ dat, vt ſeipſum ſalubri regat doctrina. Prudenter enim deus ſibi ſeruiri vult, non vt nimietate ſua debiles fiant, & poI ſtea medicorum ſuffragia requirant. Temperandum eſt enim, vt ſi fieri poteſt, cœptum obſequium gradatim prouehatur, quãm per incõſiderantiam minuatur. Intẽperantia enim ipſam animam inquietam facit, vt cũ de infirmitate ſolicita eſt, nõ tantum dedita ſit diuinis ſeruitiis. Damnum ergo affert improuidentia. Anima enim in tranquillitate poſita, totum cor extollit ad deũ, integro conſilio obſecrans quę petenda ſunt. ¶Quorundã hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia in iudicium, quoſdã vero & ſubſequuntur. Parimodo & opera bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.) Nullam excuſationem vult intelligi fore eorum qui his adhærent quorum peccata propalam ſunt, vt cum euitãdi ſint, magis honori ſint. Hoc enim ſignificat, vt homo dei ab his ſecernatur, maxime diſpenſator Chriſti, qui etiam corripiendi eos habet authoritatem: qui ſi ſe emẽdare promittunt, retinendi ſũt. Alios verò ſubſequi mala opera illorũ oſtẽdit, quia cũ viuentes æſtimantur boni, mortui deteguntur: vt qui prius oſtẽdebant ſe idoneos, poſtmodũ declarentur impoſtores. Superiore ratione ſicut mala, ita & facta bona manifeſta ſũt. Bona enĩ vita & actꝰ modeſti abſcõdi nõ poſſunt, adhibita pietate faciunt perfectos. Sed ſicut quę dã mala occulta ad præſens ſũt, ita & bona. Nemo enim oſa i hominib⁹ poteſt ſcire, ſed ex iis quæ videt & audit, probat & iudicat. Perpendit enim an ea quæ dicũtur cõueniant ei de quo dicũtur, ſiue bona, ſiue mala. Quę autem occulta fuerint hominib⁹, in die iudicii palam fiẽt. Propter hoc ergo dicta ſunt, vt ſciant huiuſmodi graui orẽ ſe cauſam habere præceteris. Peior eſt enĩ qui ſe cũ ſit malus, bonũ oſtendat, quã ille qui apertè eſt malus.

CAPVT SEXTVM.

VOTQVOT ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos õ
q ni honore dignos arbitrẽtur, ne nomẽ domini & doctrina blaſphemetur.) Seruorũ obſequiis dõi nos deo gratias vult referre. Cũ enĩ p dei diſciplinã fide lia illis exhibuerint ſeruitia, forte etiam ipſi huic ſe ſub iiciãt diſcipline. ¶Qui verò fideles habẽt dominos, nõ contemnant, quia fratres ſunt: ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti qui beneficium percipiunt.) Si ꝓphanis dominis ſeruiendũ tota ſolicitudine iperat, quãto magis fidelibus. Tunc enim probat ſe timori dei ſubiectum, ſi fideli & temporali domino tcto animo fuerit obſecut⁹. Nec contẽnẽdũ putet, quia frater dicitur cauſa cõmunis fidei, quia magis corripiẽdus erit qui fideliũ dominũ cõtẽnẽdũ putauerit. Hæc doce & exhortare.) Doctrinã dominicam manifeſtari vult, vt obtrectatores L ſtudeãt qa nõ eſt qđ reprehendatur in ea, cõſiderãtes pariter quæ in ſacris eorũ ſint occulta turpia, & erubeſcãt per qđ inexcuſabiles erũt. ❧Si quis aliter docet, nõ acq eſcit ſanis ſermõib⁹ domini noſtri IESV Chriſti, & huic q̃ ſecũdũ pietatẽ eſt doctrinę, ſuꝑbit autẽ, & nihil ſciẽs, ſed languẽs circa quæſtiones & pugnas verborũ, ex quibus fit inuidia, cõtẽtiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones, malæ cõflictiones hominũ qui corrupti ſunt mẽte, & veritate caruerũt, exiſtimãtes quæſtũ eſſe pietatẽ, & dei culturã: diſcede ab huiuſmodi.) Diſcrepantes à diſciplina catholica ſpnendos præcipit, maxime q cõuicti & corrupti acquieſcere nolũt perturbatione mẽtis prauæ, qui cõtentionibus delectãtur & paſcũtur. Elat⁹ enĩ vinci ſe nõ patitur, quippe cũ ad fauorem quęrẽdũ in conflictã ꝓrũpat. qđ à mãſuetis & bonis viris vitãdũ eſt. Cõtentio enĩ nũquam eſt ſine lite: & parũ eſſet ſi lis ſola oriretur, ſed blaſphemiæ & inimicitiæ: quod à dei ſeruis alienum eſt. Ab his autẽ qui corrupti mente, veritate priuati ſunt, vti le iudicatur. Dei enim culturam & pietatẽ quæſtũ exiſtimãt, nõ de futuro aliquid ſperantes, ſed quõ in præſenti ſe trãſigant prouidẽtes, ſicut & mũdanæ ſectæ quas cõſtat ꝓpter præſentia lucra inuentas, nõ neſcii quoſdam hoc libẽter audire, qđ in hac vita florẽdũ ſit, *ideóq; de M ſiſtendum ab huiuſmodi. ¶Eſt autem quæſtus magnus pietas cũ ſufficiẽtia.) Magnas diuitias & acquiſitionem in eo dicit, ſi quis fidelis ſuo cõtentus ſit. Pius enim & in ſemetipſo & cæteris eſt, q miſericordiã dei acquiſiturus ad futurã vitam, ad præſens ſufficere ſibi putat quod habet, non dubitãs ex eoipſo largiri. Omnis enim auarus impius eſt, & ſibi & cæteris nocens. ¶Nihil enim intulimus in hunc mundum, verum quia nec auferre poſſumus quicquam. Habentes autem alimẽtum, his contenti ſimus.) Fruſtra mortales homines copiæ ſtudere, & locupletes fieri velle aperta voce declarat, cùm ſciãt nihil ſe propriam habere in mundo. Cui rei proficit humana cupiditas, niſi quia ipſa ſibi inimica exiſtit? Nihil enim intulit mundo, nihil auferre poterit. Quid ſibi incutit ſolicitudinẽ, & querit cõgregare? Talis hinc exiet, qualis venit. Quod etiam ſcribit Iob, & in ſua paſſione fatetur dicens: Nudus exiui de vtero matris meæ, Iob.1. nud⁹ reuertar in terram, ſit nomẽ domini benedictum. Quod ſi auari non retinerent in perniciem ſuam, pauci conderent quod pluribus poſſit proficere cũ eorũ ipſorum emolumento. ¶Nã qui volũt diuites fieri, incidũt

in tentationem & laqueum, & deſideria multa, inutilia
A & nociua, quæ dẽmergunt homines in exitium & interitum. Radix enim omnium malorum eſt auaritia: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.) Nihil tam aſperum tamque pernicioſũ eſt quàm ſi eccleſiaſtic⁹, maximè qui in ſublimi loco eſt, diuitiis huius ſeculi ſtudiat: quia non ſolum ſibi ipſi. ſed & cæteris obeſt. Cõtrariã enim formam dat hominibus, neceſſe eſt enim multos imitatores eius exiſtere ad perditionẽ. Quantòenim honorificentior ordine eſt, tãto magis ſuadet imitandum ſe, maximè in hac re quæ in iſta vita procliuis eſt. Auaritia enim omnia mala poteſt admittere. ideo radix omnium malorum eſt, quia vt deſideria ſua expleat, quod impoſsibile eſt, & maleficia & homicidia & obſcœnitatem, & quicquid ſceleris eſt ꝓpetrat, nec ad preſens ſecura, quia ſemper cupida, & in futuro dãnata. ❧Tu autem homo dei hæc fuge.) Abſcẽdere ſe hominem dei ab hac hortatur & præcipit, vt hic ſecur⁹ ſit, & in futuro præmiis remuneretur diuinis. Nõ enim immerito coronandus eſt qui hãc ſpernit, quę multis ſuadet. Sequere autem iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, tranquillitatem animi. Certa bonũ certamen fidei, apprehende vitam æternam ad quã vocatus es, & confeſsus es bonã confeſsionem coram multis teſtibus.) Quoniam auaritia res iniqua eſt, hominem dei vt ab hac diſſentiat, iuſtitiam ſequi iubet atque pietatem, & alia quæ memorat. Non enim poterit hanc eui tare, niſi his adhæſerit quę auaritiæ aduerſa ſunt. Quomodo autem fieri poteſt vt auarus fidelis ſit qui operi
B bus negat quod verbis fateri videtur? Vnde autem amator fraternitatis, cuius manus ſunt aridæ? Quomodo vero patiens, qui ſemper ad aliena ſe tendit? Aut quatenus quietem animi poſsit habere, qui die noctũq; auiditate cupiditatis incenditur? Sed quia ab homine dei Timotheo iniquitas hæc aliena erat, bonum certamen fidei agredi iubetur. Fidei enim victoria eſt, cũ omnia vitia & crimina ſubiugantur, vt ad æternæ vitæ præmia veniaturi cuius confeſsio inter ipſa rudimẽta fidei teſte interrogante & reſpondẽte monimẽtis eccleſiaſticis cõtinetur. ¶Præcipio tibi in cõſpectu dei, qui viuificat omnia & Chriſti IESV qui teſtatus eſt ſub Pontio Pilato bonã confeſsionem, vt ſerues mandatum immaculatum, irreprehenſibile vſq; in aduẽtũ domini noſtri IESV Chriſti, quẽ ſuis temporibus oſtendet beatus ille & ſolus potens rex regnantiũ, & domin⁹ dominãtiũ, q ſolus habet immortalitatem, & lumen habitans inacceſsibile, quem vidit nemo hominũ, nec videre poteſt: cui honor & poteſtas æterna, amen.) Magna vigilantia atque prouidẽC tia præcepta dat rectori eccleſiæ. In hui⁹ enim perſona totius populi ſalus conſiſtit. Non ſolicitus de cura Timothei. tã circũſpectus eſt, ſed propter ſucceſsores eiũs, vt exemplo Timothei eccleſiæ ordinationẽ cuſtodirẽt: ipſi quoque futuris formã tradentes à ſemetipſis incipe rent. Deniq; vt ſeruet, inquit, mandatũ immaculatũ vſq; ad aduẽtũ domini noſtri IESV Chriſti. Qđ ſic adſtringit, vt coram deo & Chriſto hoc ſe mãdare teſtetur. Et vt terrorem incutiat, paſſionem Chriſti memorat. Cui⁹ paſſionis re⁹ neceſſe eſt fiat qui hoc ſpernit propter qđ paſsus eſt Chriſtus. Nec diem iudicii tacuit, quod prædeſtinato tẽpore futurũ eſt dei nutu, quẽ ſolum beatum & potentẽ & regẽ regũ & dominũ ꝓnunciat. Solus eſt enim ipſe qui propriã & à nullo habet acceptã beatitudinem atq; potentiã, dominatũ & regnũ, nechõ immortalitatẽ. Hęc omnia habet pater, ſimiliter & filius à patre. Lumen autem inacceſsibile ſolius patris eſt, qui nulli vnquã apparuit. Deniq; ſubiecit: Quem vidit nemo hominũ, nec videre poteſt, non quia aliud lumẽ filii ſit: quippe cum in pſalmo ſcriptũ ſit: Et in lumine tuo videPſal.35 bim⁹ lumẽ. hoc eſt lumẽ patris eſſe i filio. ſed q̃a nemo videt patrem, ac per hoc inacceſsibile habitat lumẽ. Nõ eſt enĩ ordo alicui videndi patrem, niſi Chriſto, q de deo
D eſt, hic vidit deum. Filius autem, quia omnia ipſe agit, & apparere dicitur & videri. Illud ergo peculiare patris quod ſuprà dictũ eſt, cui honor & poteſtas æterna, amẽ. hoc eſt, verum. ❧Diuitibus huius ſeculi præcipe nõ ſuperbe ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum in voluntate operum bonorum, diuites eſſe factis bonis, faciles ad impertiendũ, communicatores, theſaurizare ſibi fundamentum bonũ i futurũ, vt apprehendã veram vitam.) Vera vita illa eſt quã ſperamus futuram quę nõ occaſu nõ tẽporibus terminatur. Aeterna eſt enĩ, meritò vera appellatur. Hæc enĩ præſẽs imago vitæ eſt, nõ veritas. Et quia imago nõ õnino inanitas eſt, i hac vita illa acquiritur: & vt ad illam feſtinaretur, ex imagine quã præcellat veritas, addiſcitur, quæ neq; ſuperbia, neque ſpe diuitiarum attingitur, ſed humilitate & ſpe dei qui hanc promiſit. In ipſo enim ſperandum eſt, quia ipſe præſtat quæ vſibus ſunt neceſsaria, nõ in ipſis copiis ſed in authore earum. Quæ enim ſpes videtur in re caduca atq; incerta? quippe cum aliquanti ex his diſcedãt. qui autem in his manere videntur, nullum lucrũ ex his capiunt in futurum, ſed damnum, niſi cũ indigentib⁹ partiantur. Neq; enim æternæ ſunt, vt futuræ vitæ præponãtur. Sic ſuperbos faciunt, quaſi immortalitatem pollicẽantur. Reſurrectionis exemplum habemus in Chriſto, & à multis non ſic diligitur Chriſtus ſicut diuitiæ, quarũ nullum exemplum videtur quod aliquem à morte liberarunt. Chriſtus nos redemit, nõ diuitiæ. Ipſe enim futuræ vitæ inſtar oſtendit, vt his omnibus ſpretis ipſũ ſeq̃E mur, vt ad immortales & cæleſtes diuitias veniam⁹. Quare hoc niti debemus, vt bonis factis diuites ſimus, & his terrenis copiis ſpiritales diuitias acquiramus. Seminemus in terra, vt metamus in cælis, vbi theſaurus collocatur æternus. ❧O Timothee cõmendatum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones fallaces nominis ſcientiæ; quam quidam promittentes circa fidem exciderũt. Gratia tecum,) Eadem admonet, vt ea quæ ſupra dicta ſunt ſeruentur, contraria aũt religioni euitanda, quæ nomen tantum ſcientiæ vſurpant, fallaces in profeſsione, vt decipiant ſimplices. Fidem enim ſimulant, à qua exciderunt, vt perfidiam inferant. Et manu propria ſub ſcripſit dicẽs: Gratia tecum. Amen.

Diui Ambroſii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD TIMOTHEVM II.

PRAEFATIO

ALIAM epiſtolam ſcribit ad Timotheũ, vti ã eruditũ eccleſiaſtica diſciplina, & quæ ſpes ſit ꝓmiſsionis, ſuo exẽplo ad martyrium ꝓuocet, et quia futurũ eſt vt quidam à ſana doctrina, eo quod dura illis videatur, ad fabulas conuertãtur; id eſt, ad humana cõmenta.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS APOSTOLVS Chriſti IESV per volũtatem dei ſecundum promiſsionem vitæ, quæ eſt in Chriſto IESV, Timotheo dilecto filio.) Huiũs rei gratia apoſtolum ſe Chriſti Ieſu dei volũtate appellatũ ſignificat, vt q & q̃ta ꝓmiſsio in futuro i fide xꝑi ſit edoceret, vt ꝓdicatiõe ei⁹

G crementū faciat in ſaluandis diſciplina dominica. Idonei enim ſerui ſunt qui inſtantia ſua & fide negocia dominorum ſuorum exaggerant. Quod ideo huic quaſi chariſſimo filio ſcribit, vt huius rei imitator exiſtat, eadem cæteris tradens, vt per traducem ſucceſsionem indeficiens ſit idoneus doctor, per quē aſserta veritas multos acquirat ad vitam promiſsam. ❧ Gratia, miſericordia, pax à deo patre & Chriſto IESV domino noſtro.) Gratiam huic patris in miſeratione exoptat, vt aſsit ei & Chriſti IESV domini noſtri, quia deus gratiam ſuam per Chriſtum largitur, vt vna gratia ſit vtriuſq;. ¶ Gratiam habeo deo meo cui ſeruio à proauis in conſcientia pura, quod indeficiētē habeā tui memoriam in precibus meis, nocte dieq; multum deſiderans te videre, memor lachrymarum tuarum vt gaudio replear, recordationē accipiens eius quæ eſt in te ſyncereæ fidei, quæ habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certum autem habeo qđ & in te.) Quoniā dignum eſt memiuiſſe bonorum, idcirco deo gratias agit, quia memor erat Timothei viri mirabilis, vt etiam hoc ipſum dei donum ſit. Non enim ſine merito eſt qui cogitat de bonis viris. Et quia idem deus Chriſtianorum eſt qui erat Iudæorū, ei ſe deo gratias referre teſtatur, cui à proauis famulatus eſt. Quando enim hoc ſperabāt progenitores eiꝰ quod hic cœperat prædicare, vna eorum fides eſt. Et quia in parētum ſucceſsit ſeruitia, & qui in his erat adhuc cū
H illi deo ſeruirēt, rectē ait. Cui à proauis ſeruio. Quomodo? In conſcientia pura, inquit. Sic enim aliquando perſecutus eſt eccleſiam, vt dei amore hoc ageret nō maleuolentia. Nā ſimili modo, & in epiſtola ad Hebræos ſcriptum eſt quia Leui qui decimas accepit, decimas dedit
Heb.7. Melchiſedech, quia in Abrahæ, inquit, lumbis erat Leui quando decimas obtulit Melchiſedech. Ita & hic à proauis deo ſe dicit ſeruiſſe, quia & Leui in proauo decimas dicitur obtuliſſe. Eſt enim pater Leui Iacob, auus Iſaac, proauus Abraham. Multum ergo ſe memorem Timothei profitetur, & auidè illum deſiderare propter lachrymarum eius recordationem, quas amore fuderat apoſtoli, ſicut intelligitur, recedentis à ſe. Non immerito ergo amantem ſe deſiderat, vt gaudio impleatur ex cōmuni lætitia cauſa fidei ſyncereæ, quam in auia eius, & in matre fuiſſe ſignificat, certiſsime & in eo. Omnis itaq; hic affectus propter fidem eſt quæ erat in eis inuiolata.

❧ Qua de cauſa admoneo te vt recrees donū dei quod eſt in te per impoſitionem manuum mearū. Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed virtutis & dilectionis & ſobrietatis.) Propterea ſe parentum eius ſynceritatem fidei ſignificat memoraſse, vt fortiorem hūc faceret. Quis enim laudem illorum audiens quorum in eo ipſo particeps eſt, nōcreſcat, addēs animum huiꝰmodi viribus. Sic ergo recreat in ſe donum gratię dei
I acceptum per ordinationem preſbyterii, dum animum ſuum conſuet mentis alacritate, gaudens in ſemetipſo ſicut in nouitate ordinatiōis gaudetur. Denique ſubiecit: Nec enim, inquit, dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed virtutis. Innouatus enim homo exit de timore, acciens ſpiritum lætitiæ propter iuſtificationem, quia omnis iniuſtus in timore eſt, non fortis, ſed infirmus: non in delectione, ſed in odio, nec in mentis ſobrietate, ſed errore ſaucius. Si autem his caruerit, per fidem & fortis & dilectus & ſobrius erit. ¶ Noli itaq; erubeſcere in teſtimonium domini noſtri, neq; in me vinctū eius.) Conſtātiā habēdā docet, nec trepidari debere in profeſsiōe. Non eſt enim vnde erubeſcatur in ea: quia ſi homo viꝰ eſt Chriſtus, geſtis tamen apparuit deus: & ſi crucifixus eſt, reſurrexit tamē à mortuis, & multis videntibus ſuſcipiēte eum nube in cælū aſcendit. Non eſt ergo infirmitatis cauſa, ſed poteſtatis: quia vbi putatur imbecillitas, ibi apparet potentia. Itaq; ſtultè infirmatus dicitur, qui viciſſe probatur. Hoc modo nec in apoſtolo eſt qđ ad ruborē pertineat: quia ſi preſsuris & cædibus humiliatus dicitur, ex illa parte cōfundit obtrectatores ſuos qua K
in ſignis ac prodigiis nutu mirabilis peruidetur: vt intelligatur non infirmitate humilari, ſed voluntate ad quēdam meritorū profectum. Idcirco enim deꝰ ſeruos ſuos ab iniquis humiliari permittit, ne illis iniuſtè præmia dare videatur. ¶ Sed collabora in euangelio ſecundū virtutē dei, qui nos ſaluos fecit.) Quoniā virtute dei victa eſt mors, vt nos ſalui eſse poſsimꝰ: iuxta hoc ergo conuenit vicē nos ex aliqua parte reddere redēptori. Quia enī ad oīa ei beneficia reſpondere nō poſsumꝰ, vel legationē eius fideliter & inſtāter agamus. ¶ Et vocauit vocatione ſancta.) Vocatio ſancta eſt, cū electi ſunt ad gubernādū populū ſanctū dei. Ad ſanctā autē ſenior vocatur qui dux eligitur ſanctitatis. ¶ Nō ſecundum merita noſtra.) Verū eſt, quia ſi ad liquidū quæras, nullus hominū dignus poteſt videri vicarius eſse Chriſti. Omnes enī quos elegit, prius fuerāt peccatores. Quantū ergo ad cōparationē cęterorū ptinet, hi digni inuenti ſunt: quātum verò ad rem ipſam, oēs indigni ſunt. ¶ Sed ſecūdū
M propoſitū ſuum, & gratiā quæ data eſt nobis in Chriſto IESV ante tēpora ſecularia.) Quoniam dignatione ſua deus olim decreuit peccatores ſaluos facere. Preſciꝰ enī fuit deus qđ futurū eſset in hoīe anteq; faceret eū, & peccaret, quō redintegraretur prædeſtinauit, quo tēpore, & p quos & qua ratiōe ſaluari poſsint: vt neq; merito ſuo qui ſaluātur, neq; horū per quos vocātur, ſed dei gratia iſtud donū præſtari videatur per fidē Chriſti. ❧ Nūc vero declarata per illuminationē aduentus ſaluatoris do-
L mini noſtri IESV Chriſti.) Donum dei qđ ātē tēpora ſecularia latebat ī myſterio, incarnatione & aduētu Chriſti declaratū teſtatur, quādo cœperūt hoies remiſsa pcō rū accipere. ❧ Qui deſtruxit qđē mortē, illuminauit autē vitā æternitate p euangelium, in quo poſitꝰ ſum ego prædicator & apoſtolus, & magiſter gentiū.) Qua ratione ſaluū fecit populū ſuū Chriſtus, oſtēdit dicens. qa mortē deſtruxit, quæ erat hominis inimica, ne ab inferis poſset reſurgere: tū demū vitā illuminauit æternitate, vt reſurgens à mortuis iā mori non poſsit. Obſcura enim vita eſt quę tēpore definitur, dū ſoporatur, dū ignorat, dū male verſatur. Et quō illuminetur vita oſtendit, quia per euangeliū credētibꝰ datur æternitas, magiſtro gētiū prædicāte, ❧ Quꝫ ob cauſā & hæc patior.) Prædicās dei donū, diabolū patitur inimicum, vt pſuras ei exuſcitet, quia populū de faucibꝰ eius eruit. ¶ Sed nō cōfundor.) In hoc ſecurus, quia pro tribulationibus magna promiſa merces eſt, nō cōfunditur, ſed gloriatur in preſsuris. ❧ Scio enim cui credidi, & certus ſum quia potēs eſt de poſitū meū cuſtodire ī illa die.) Hoc eſt qđ dicit, qua ſpe & fiducia magnificētiæ ſaluatoris ſecurus eſt, qa qđ cōmendat illi, in tuto eſt. Quid autē illi cōmēdat, niſi ſaluN tē ſuā, vt hic p illo patiēs, ſalutē inueniat penes illū cū cœpit iudicare, vt puniēs infideles, iſtū dignū æterna vita pnūcietꝰ ¶ Formā habēs ſanorū verborū q̄ à me audiſti in fide & dilectione q̄ eſt in Chriſto IESV, bonū cōmēdatū cuſtodire p ſpiritū ſanctū q habitat in nobis. Præcepta ſua cū geſtis formā appellat ſalutaris doctrinę: q̄
O iſtū ſequi mādat, vt cuſtodiat ea ſpiritu ſancto fauente. ❧ Scis hoc quod auerſati ſunt omnes à me qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygelus & Hermogenes.) Hi quos memorat, fallacia pleni erant. Simulabant enim amicitias Apoſtolo, vt adhærentes ei addiſcerent vnde illi calumniā facerēt, aut per alios immitterēt. Qui poſteaquā viderunt manifeſtatos ſe, receſſerūt ab eo. ¶ Det miſericordiā domin Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & ſuper catenā meam nō erubuit.) Duplici genere refrigerium hoc intelligēdum eſt, quia & in neceſſitate cuſtodiæ ſolatio ſuo refrigerauit eum, & ſiqua illi opus erant, ſiue indigentibus, miniſtrauit. Spe enim eorum quæ promiſsa ſunt, non puduit illum accedere & requirere hoſtem poſitū in cuſtodia. Ille enī quos ſupra memorat, quia erubeſcebāt de cruce Chriſti, ī neceſsita-

te deſeruerunt Apoſtolum. ❧ Sed cum eſset Romæ, ſo
A licite me quæſiuit, & inuenit. det illi dominus miſericordiam inuenire apud dominum in illa die.) Romam veniens Apoſtolus, cum appellaſset Cæſarem, à militibus cuſtodiebatur. Tunc enim eum Oneſiphorus charitatis cauſa & magiſterii, magna diligentia requiſitū inuenit. Cuius viſitatio tam acceptabilis fuit Apoſtolo vt eū ſic domino commendet, vt inueniat miſericordiam apud dominum in die iudicii: vt ſicut Apoſtolum requirens inuenit, ita & miſericordiam quærens inueniat apud iudicem. Hoc enim orat, vt præſtet ei dominus pater cæli & terræ inuenire gratiam apud dominum humani generis, filium ſcilicet. Tale eſt hoc, quale & illud in Ge-
xix.cap. neſi, Et pluit, inquit, dominus ſulphur & ignem ſuper Sodomam & Gomorram à deo de cælo. ❧ Quanta autem Epheſi miniſtrauerit, melius tu noſti.) Quoniā ſolēt quidam perſonis magis quàm cauſis ſeruire volētes gratificari maioribus, ideo Apoſtolus Oneſiphori bonū generale oſtendit, ne videretur forte perſonæ ſe commendaſse dum Apoſtolo miniſtrauit, cum conſtaret illum magnanimum omnibus fuiſse.

CAPVT SECVNDVM.

V ergo fili mi, confortare in gratia quæ eſt in
B T Chriſto IESV: & quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibꝰ qui idonei erunt & alios docere. Conſtantem hunc & robuſtum eſse præcipit in docendo gratiam dei, quæ data eſt in Chriſto IESV, & non ſolum in gratia, ſed etiam in myſteriis quæ ſunt de Chriſto, arcana fidelibus ac dignis tradi vult, qui alios poſsint docere, nō paſsim vulgaribus ac negligentibus. Magna enim cura eligēdus eſt doctor. ❧ Labora vt bonꝰ miles Chriſti IESV. Nemo enim militās deo, obligat ſe negociis ſecularibꝰ, vt placeat ei cui ſe probauit.) Manifeſtū
Matth.6. eſt quod dicit, quia nemo poteſt duobꝰ dominis ſeruire Negocia enim ſecularia auaritiæ ſeruiant neceſse eſt: & niſi mētiti fuerint, tranſigi ſe nō poſsunt. Eſt ergo, ſed, leue peccatum. Eccleſiaſticꝰ autē idcirco deo ſe probat vt huic deuotus, officiū impleat quod ſpopondit, in dei rebus ſolicitus, à ſeculari negotio alienus. Nō enim conuenit vnū duplicē pfeſsionē habere. ❧ Et niſi certet qs, nō coronatur, niſi legitime certauerit.) Dei militem tā exercitatum vult eſse in dei operibus, vel officio deputato, vt poſsit ad gloriæ meritum peruenire: tota mēte vigilantem diuinis obſequiis, præſentia ſpernentem, cæleſtia diligentem. Ad hoc enim ſe probauit, vt hic labo
C rans remuneretur in cælis. ¶ Laborantē agricolā oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico. dabit enim tibi dominꝰ in omnibus intellectum.) Tātæ abſtinentiæ ſanctus fuit Timotheus, vt etiam à licitis ſe tēperaret. Hoc enim vult intelligi, quia à participatione gazophylacii ſe abſtinebat, cū hoc dominꝰ decreuerit vt qui Euangeliū annunciant, de euāgelio viuāt. Ideo Apoſtolus prius hunc ſumere precipit qui primus eſt, & ſic cæteris diſtribuere. ❧ Memor eſto Chriſtum IESVM reſurrexiſse à mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum, in quo laboro vſque ad vincula quaſi latro, ſed verbum dei non eſt alligatum.) Quoniam multi futuri erāt filii diaboli, qui filiū dei incarnatum negarent: idcirco hoc memorat, quoniā fallaciter ſub noſe apoſtolorū hoc aſseuerare nitūtur. Subiecit, ſecundum Euangelium meum, vt excluderet malę mentis falſa colloquia. Nec enim plus hæreticis credendum eſt de apoſtolis, quā his ipſis de prædicatione ſua teſtātibus quam prędicationem cū labore ſe agere queritur. Preſſuris enim tribulabatur & carceribus, eo quòd tam Iudæos q̄ gentiles offenderet, ſicut illis videbatur incredibilia prædicando. Iratos enim habebat Iudęos propter legem, quā ceſsare docebat. Gentiles autem inimicos faciebat, quia vnum deum prædicabat in Chriſte. Vnde D
quaſi latronem hunc tractabant alligantes, claudentes ſi poſsit tacere, neſcientes quia verbum dei alligari nō poterant. Deniq; ſæpe clauſus nō diſpendium fecit, ad lucrum. Neque enim deſuit cui prædicaret in carcere: quos libere inuitare ad fidem non poſset, in vinculis poſitus paſceret dei verbo. ❧ Ideo omnia ſuffero ꝓpter electos, vt ipſi ſalutē cōſequantur, quæ eſt in Chriſto IESV, cum gloria cæleſti.) Vt prædicatione ſua ſaluaret homines prædeſtinatos ad vitam, exitiis erat ſubiectus, ſciens profectum ſe habiturum quæſitæ ſalutis illorū. ¶ Si enim commortui ſumus, & conuiuemus. ſi ſuſtinemus, & conregnabimus.) Sic poſse ad immortalitatem & gloriam Chriſti peruenire ſignificat, ſi in forma baptiſmatis manſerimus, vbi omnia delicta moriuntur vt innouati omnia vitia vetera & crimina fugiamus, vt authoris ſecuti veſtigia, peccatis mortui videamur. Si verò ad ditum fuerit ad cauſam, vt & tribulationes ac preſsuras non ęgrè pro nomine domini patiamur, ſuſtinentes hęc ſimul cum illo regnabimus. Dignum eſt enim vt qui ꝓ illo opprobria patitur & exitia, in regno eius glorioſus appareat. ¶ Si negamus, & ille negabit nos.) Verum eſt quia ſi minime confeſsi illum fuerimus coram hominibus, tunc dicet & ipſe nobis in illa neceſsitate futuri iudicii: Neſcio vos. Hæc eſt punitiōis ſignificatio. ❧ Si nō credimus, ille fidelis permanet: negare ſemetipſum non poteſt.) Nemo poteſt domino auferre qđ habet. Quis enim illi fortior eſt, per quem omnia exiterunt? Nec addi poteſt profectō, quia non illi aliquid præſtat qui credit in illum: quomodo nihil aufert ei qui non credit in illum. Quicquid ergo agitur ad profectum noſtrū pertinet, ne in ignorantia maneam⁹. Nec enim à nobis firmatur, cūm ipſe ex ſe & apud ſe firmus ſit. ❧ Hæc admonet cōteſtans corā domino. noli verbis pugnare. Ad nihil enim vtile eſt niſi ad ſubuerſionē audientium.) Cōtētiones vitandas monet, præcepta autē danda ſub dei timore & terrore, quia cōtentio poteſt adhuc minus ſtabilitis generare ſcrupulum. Solent enim in cōtētione alia opponi elimato maleuolētiæ ferro, vt moueant animos incipiētiū fratrū. ❧ Solicite cura temetipſum, vt probabilem exhibeas deo operariū, non impudoratū, recte tractātē verbū veritatis.) Quoniā ſunt aliqui q̄ dicāt contētionem audientibus prodeſse, Apoſtolus autē ſciēs magis obeſse, hoc mādat, vt vnuſquiſq; hoc curet, vt ſpreta altercatione ſemetipſum probabilē faciat, impudoratos appellās eos, qui contentiōibus nituntur. Neceſse eſt enī vt contentio extorqueat aliquid imo multa quę dicātur contra conſcientiam. vt intus in animo perdat, foris victor abſcedat. Nemo enī patitur ſe vinci licet ſciat vera quæ audit. Rectè autem tractat, & bona cōſciētia, qui volētibus loquitur & pacificis. Collatio ergo inter dei ſeruos eſse debet, nō altercatio. ❧ Prophanas autē vocū nouitates deuita. plurimū enī ꝓficient ad inanitatē. ſermo F
enī eorū ſicut cancer ſerpit.) Hoc idē adhuc ꝓſequtur, vt cōtētiones vitētur. Nec enī cōgruit vnius fidei viros habere cōtētionē, ſed in tractatu patiātur ſe inuicē, & conſentiant bonis dictis. Si quid autē improbabile videtur, cū pace diſsimuletur. Aduerſarii enī & diſsidētes ſolēt ſe inuicē ꝓuocare, ex quibus vnus catholicꝰ eſt, & alter ꝓphanꝰ. Hic ergo catholicꝰ, cui Apoſtolꝰ mādat vt ſpernat & declinet à fabulis inanibus, quietus debet eſse, vt ſemper de cōſciētia verba emittat, nec patiatur ſe cotā ī pia verba depromi. Dant enī quibuſdā occaſionē vt in peius ꝓficiāt. Nō enī deſunt qui audiētes ꝓphana, cōcipiant cogitatū malū: ideóq; obeſt cōtentio. ¶ Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui deerrauerūt à veritate, dicentes reſurrectionē iam factā eſse, & fidē quoniam ſub uerterūt.) Nūc ipſorū quorū cauſa vitandas contentiones monet, prodidit nomina, quos & prophanos & impios deſignauit, errantes à veritate. Hoc enī negabāt qđ palam eſt Chriſtianorū, vt credāt ſe in futurū à mor-uis

G resurgere. Hi autem, sicut ex alia scriptura docemur, in filiis fieri resurrectionem dicebāt. quibus nō deerat qui assensum præstaret peruersum contra fidem quā in primordio fuerat consecutus. ❧ Firmum tamen fundamētum dei stat, habens hoc signaculum. Cognouit enim dominus quæ sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini.) Fundamentum dei fides est, quæ continet quæ promisit deus quæ, fides non poterit infringi perfidorum & hæreticorum cōmentis. Quāuis enim hi negent futura quæ credimus, deus tamen dabit quæ credimus daturum illum, teste promissione eius. Signaculum itaque promissionis dei, fides nostra est, quæ firmat dei verba. In die iudicii cognoscet deus q̄ habēt signum eius, dissentientes à perfidorum & hæreticorum iniquitate, quæ dei promissionē infirmare se putat. Nihil enim tam iniquū q̄ dei fidei contrariare. Sic & Dathan & Abiron & Chore dictum est à Moyse, cū cōtra dei præceptū offerre sacrificia præsumerent. Cognouit itaque dominus quę sunt eius. Quo dicto ostendit quæ pernicies maneret eos qui dei verba inuerterent.

❧ In magna autem domo nō solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam in honorē, quædam autem in cōtumeliam.) Hoc dicto significauit in ecclesia diuersos esse homines. Quosdam bonos & summos viros, quos in auro intelligi vult. Quosdā bonos tantum, quos in argento designat. Alios verò nō bo
H nos, quos vasa lignea & fictilia appellat. quod nulli ambiguū puto. Nam in Corinthiorum hoc ecclesia probat frequens sermo obiurgantis apostoli. Nunc autem in ecclesia nostra palā est, & i templo Hierosolymis, in quo typus erat ecclesiæ, manifestis lectionibus approbatur. Erant enim ibi Sadducæi, ex quorum radice erant Hymenæus & Phyletus. De quorum praua sententia cum apostolus esset locutus, statim hoc subiecit, vt non esset mirabile in ecclesia videri homines dissentientes. Nam & in Corinth. ecclesia de qua dixi, quidam erant qui dissentientes resurrectionem negabant. Insanę tamen Nouatianus, vt errori suo blandiatur, aliter hoc intelligendum tradit, vt domus magna totus mundus significari credatur, quia habet hominum diuersitatem: cum constet apostolum exemplo vsum domus diuitis & opulentis, quæ quanuis copiosa sit, habet tamen vasa lignea & fictilia. Hoc modo & ecclesia quāquam sancta dicatur, habet tamen & vitiosos, & praua sentientes, sicut superius memoraui. Quos contumelia dignos ostendit, nō tamen perituros, sed purgandos per ignē, quia domui ex aliqua parte necessaria sunt. Nouatianus autem elatus superbia, vt ecclesiæ suæ veritatem & sanctitatem generalem defenderet, hoc modo intelligendum decreuit, quasi ecclesia penes ipsum sit, & cunctos habeat purificatos propter illas causas quibus nos innocentes accusat. Sed quid op⁹ erat hoc loco de mūdo aliquid dicere aut vt quid affirmaret mundum domum magnam significans? Nam dicit dominus apostolis: Non estis de mundo, ego aūt elegi vos. Quomodo igitur intra mundum
Ioan.15. concludendi sunt, qui negantur de mundo esse? Et idem
1.Cor.5. apostolus: Quo, inquit, mihi de iis qui foris sunt, iudicare? Nā in vna domo omnes sub vno sunt nomine. Vno enim domini sui nomine censentur omnes. Mundus autem diuersæ professionis continet homines, ita vt dispares profitentur se habere deos & dominos. Non ergo domum magnam mundum dixit, sed ecclesiam, in qua omnes sub vnius domini sunt nomine. ❧ Si quis ergo purgauerit semetipsum ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, vtile domino ad omne opus bonum præparatum.) Nūc alia hæresis fraude sua conuincitur, quæ asserit animas quasdam natura esse malas, quæ ad bonum cogi non possint: cum hic dicat posse malos immutari in bonum, & sordidos purificari. Poterant enim Hymenæus & Phyletus mundare sensum suum si voluissent, vt fierent vas sanctificatum præparatum in hono-
rem. ❧ Iuuenilia autem desideria fuge.) Iuuenilia desi- K
deria aduersa sunt. Sunt enim voluptates mundanę, quę omnibus illecebris mancipatæ sunt ac per hoc à dei seruo fugiendæ sunt. ¶ Sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, pacem cum iis qui inuocant dominum de puro corde.) Hæc sectanda iubet, quæ iuuenili ætati deuia videntur & aspera. Qui enim iustitiam elegit, ei nihil facit contrarium: & qui fidem diligit, seruat mandata. Qui autem charitatem sequitur, omnibus humilis est.

¶ Stultas autem & ineruditas quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Insensatæ quæstiones partim infidelium, partem hæreticorum sunt, aliorum ex parte insidelium, quæ modestos homines cogunt ad litem. Immutantur enim nimia contradictione impietatis eorum, & irati dicunt aliquid contra præpositum suum. Nam solent quidam, hæreticorum patientiam fingere, quanuis à catholico non possint audire aliquid asperum, vt commendēt praua sua colloquia. ideo dissimulādum ab his est. ¶ Seruum autē domini non oportet litigare sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, modestū, corrigentem eos qui diuersa sentiunt, nequādo det illis deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis, & resipiscant à diaboli laqueis capti ab eo ad ipsius voluntatem.) Hæc nulla indigent interpretatione. sunt enim manifesta. quantum tamen possit modestia, declarauit. Si enim hoc in quibusdam hæreticis placitum est, quia humiles videntur: quantò magis laudabile & fructuosum erit in L
catholico si fuerit mitis, in quo & sensus vtilis, & grauitas imitanda perspicitur?

CAPVT TERTIVM.

Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tēpora periculosa, & erūt homines sui tātū amatores, auari, insolētes, superbi blasphemi, parētib⁹ nō obsequētes, ingrati, impii, sine fide, sine dilectiōe, criminatores, incōtinētes, immites, bonorum inimici, pditores, p terui, tumidi, amatores voluptatū magis quā dei, habentes formam pietatis, virtutem eius abnegantes: & hos deuita.) Prophetia est hæc sancti apostoli, in qua præuidit quanta mala futura essent hæreticorum & Iudæorum. In his enim omnia ista quæ inimica fidei sunt denotantur. Ipse enim Apostolus dixit: Quo enim mihi de iis quæ foris sunt, iudicare? Qui enim male de deo sentiunt, & non timent quod ad iniuriam eius pertinet profiteri, quomodo in conuersatione humana possūt esse benuoli? Ideo enim dixit: Habentes formam pietatis, virtu- M
tem autem eius abnegantes, quia profitentur quidem se metipsos Christianos, cum sint & nequissimi operis, & sensu peruersi. Non enim in professione magis quàm in gestis laus dei & virtus est. ¶ Ex his sunt enim qui irrepunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quę ducūtur variis desideriis, semper discētes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.) Quanuis omnibus hæreticis hoc conueniat, vt subintrātes domos mulieres subdolis & vertutis verbis capiant. vt per eas viros decipiant more patris sui diaboli, qui per Euam Adam circūuenit: Manichæis tamen præ cęteris congruit. Nulli enim tam importuni, tam fallaces, tam captiosi sunt quā ipsi, quos cōstat aliud colere & aliud pfiteri, aliud int⁹ gerere, & foris aliud vendicare, Nā sanctimoniam defendunt, & lege sua fauente turpiter viuunt. Misericordiam laudant, cum inter se iniusti deprehendantur. Mundū spernendum asserunt, & semper accurati procedunt. In iciuniis insistere se iactā ter prædicant, cum omnes saginati videantur, tātum q̄ arte quadā pallidi cernuntur, vt fallant. Hęc ergo Apostolus maxime de his prophetauit, quos constat apostolorum tēpore non fuisse, sicut nec Arrianos, quippe qui

A Diocletianus imperator constitutione sua designet dicens, Sordidam hanc & impurā hæresim quæ nuper, inquit, egressa est de Persida. Hi inueniunt mulieres præ vanitate nouum aliquid desiderantes audire, & per ea quæ placida sunt, suadent illis fœda & illicita. Cupidæ enim sunt discendi, cum iudicium nō habeant probādi. hoc est semper discere, & veritatis scientiam non habere.) ❧ Quemadmodū autē Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti
Exo.7. mente, reprobi circa fidem, sed non proficiēt amplius. Ignorantia enim eorum euidēs erit omnibus, sicut & illorum fuit.) Exemplum hoc de apocryphis est. Iannes enim & Mābres fratres erāt magi vel venefici AEgyptiorum, qui arte magiæ suæ virtuti dei quæ per Moysen agebatur, æmulatione cōmentitia resistere se putabant. Sed cum Moysi virtus in operibus cresceret, humiles facti confessi sunt cum dolore vulnerum, deū in Moyse operatum. Vnde similiter & hos non amplius proficere in impietate assertionis suæ dicit, quia imperitia eorum palam fiet & seductio: & licet inuiti, confitebuntur tamen suam imperitiam in vltimo. ¶ Tu autem assecutus es doctrinam meam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem patientiam, persecutionem, passiones.) Eorum vult esse æmulū quæ enumerat. Hæc enim in vltimo non ad pœnitentiā, sed ad lætitiam proficient. ¶ Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconio, Lystris, quales persecutiones sustinui: & ex omnibus liberauit me dominus. Sed & omnes qui volunt piè viuere
B in Christo IESV, persecutionem patientur. Nequam autem homines & deceptores proficient in peius, ipsi errātes, atq; alios errorib⁹ inuoluētes.) Ideoq; & quanta passus sit memorat. vt auxilia dei ostendat quibus defendit & tutos præstet seruos suos ab impudentia Satanæ, vt se curos illos faciat. & erigat, ne timeant quæ irrogari possunt à perfidis, sed ī persecutione alacres sint, certi quia omnes qui in Christo recte conuersantur, odio habētur etiam à corporis sui membris. Mali autē in deterius proficiunt, dum vident multos sibi dare assensum, ita vt cæteros in errorem mittant Dum enim sciuntur esse mali & deceptores, & nihilominus florere & prosperari in mundo, attrahunt quosdam, vt imitatores eorum efficiātur, non solum in propriis erroribus puniendi, verumetiam in horum quos exemplo suo deperdunt. ¶ Tu vero perseuera in iis quæ didicisti, & quæ tibi credita sunt, sciens à quibus didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ possunt te erudire ad salutem.) Multum
C prodesse significat veteris testamenti habere notitiam. Ipsas enim sacras literas dicit, quæ Christi personam inuinuant, & incarnationem eius ad salutem hominum redimendā declarant. Hortatur enim vt in his proficiat. Antiquitas enim hæc robur est nouitatis: sciēs quia à quo didicit, firma est authoritas. Signa enim & prodigia vidit facta per eū, quib⁹ omnis sermo succumbit. ¶ Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad doctrinam ad correptionē, ad redintegrationē, ad eruditionē quæ est in ipsa iustitia, vt paratus sit homo dei ad omne opus bonum cōsummatus.) Manifestum est, quia omnis scriptura cuius de⁹ author ostēditur, vtilis est. Ad hoc enim data est vt proficiat imperitis. & instauret deformes, attrahens iniquos ad iustitiā, vt homo dei in omni opere bono perfectus sit. In nouo enim homine gradatim proficiens constituit illum hominem dei.

CAPVT QVARTVM.

Testor coram deo & Christo IESV, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & aduentum ipsius, & regnū eius, prædica hoc verbum, insta opportune, importune, argue, hortare, increpa, in omni magnanimitate & doctrina.) Tam solicite mandat inuiolate prædicandum dei donum, vt cum testatione dei patris & Christi D
filii eius hoc moneat curandum, instandūmque in eo, vt assidua prædicatione & crebra obiurgatione cum opportunitate prouocet ad meliorē profectum: & vt facilius arguenti assentiant, sine amaritudine hoc agendum hortatur. ❧ Erit enim tempus cum sanam doctrinā non sustinebunt, sed ad sua desideria magistros sibi aggerent, prurientes auri b⁹: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas verò conuertentur.) Et hæc simili modo prophetia est sancti apostoli, qui præscius futurorum instandum in doctrina solicitè præcipit, vt formati in fide, & bonis operibus eruditi in disciplina sana, robusti maneant, vt postremo tempore cum quidam à veritate ad errorem conuerti cœperint, immobiles perseuerent. Tales enim futuros dicit qui pro desideriis suis doceri se velint, vt à magistris cōstantibus & veracibus ad hos conuertantur qui hæc illos doceant quæ libenter audiant, quia veritas illis aspera videbitur, vt relicta sana doctrina fabulis vacent. Nolunt enim argui maligna opera sua, quare tales volunt magistros qui seruiāt moribus eorum. Pruriunt enim aures eorum vt audiant fabulas vanitatum compositas sub nomine doctrinæ: quibus delectentur. Quod nullis tam propriū est quàm Manichæis, qui nescio quæ habent diuersa commenta inflatis nominibus nuncupata, cum sint res friuolæ, & quædam delyramenta. ¶ Tu vero sobrius esto, in omnibus patiens, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum exple. Ego enim iam delibor, & temp⁹ solutionis meæ instat.) Admonet & hortatur vt vigilet, in disciplina ecclesiastica viriliter agat, scripturas explanet, vt prudentes & eruditi inanes fabulas vitent. Apostolus enim sciens passiō nam suam imminere, exemplum piæ conuersationis & E
sanæ doctrinæ in sancto Timotheo vult relinquere, vt pertraducem nunquam deesse nt doctores idonei: passionem tamen suam deliberationem appellat. Deo enim immolatur, qui pro eius iustitia patitur. ¶ Certamē bonum certaui, cursum cōsummaui, fidem seruaui: quod reliquum est, repositа est mihi iustitiæ corōna, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Nō solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduētum eius.) Omnia quæ sibi & cæteris vtilia essent & prospera, seruasse se memorat. Nō solū enim in verbis, sed & in operib⁹ formam se præbuit audiētib⁹: vt & authori suo veritate prædicationis fidelis dispensator existeret, & contra mundi principes & potestates omni solicitudine & peritia colluctatus, exemplum quomodo vincerentur relinqueret vt inuiolata doctrina, & agonis legitimum certamen dignos illos faceret coronari, quia deus iustus iudex dabit amplissima præmia diligentibus se, & expectantibus filium eius de cęlis. ¶ Solicitus esto venire ad me quàm primum. Demas enim me dereliquit, diligēs hoc sęculum, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in F
Dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adhuc tecum. est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum.) Cum constet omnē institūtionem viri ecclesiastici in epistola contineri, propter multam tamen charitatem præsentiam eius desiderat. Marco autem idcirco testimonium dat, quia memor est præteritorum eius laborum. ❧ Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas.) Apostolus natura Iudæus fuit, nec quicquam habuit alienum. Vnde ergo illi penula? Sed quia erat à Tharso, quos constat in societatē Romanorum receptos vt decætero appellārentur ciues Romani, idcirco necesse est eos & curiam habere, in quam more Romanorum penulati conueniant.

Quicunq; enim illo tempore cum muneribus obuiam exissent Romanis, immunitate perpetua donati, ciues Romani & fratres eorum nuncupabantur, teste eodem Apostolo. Potest ergo fieri vt si non suam, quia totum se legi dederat. patris sui haberet penulam. ❧ Alexādet

Gærarius multa mala mihi ostendit. reddat illi dominus secundum opera sua: bona quẽ & tu deuita. Valde enim resistit verbis nostris.) Alexander iste & Demas supradictus collegę fuerunt. Hi prius cũ Apostolo erant simulantes illi amicitiam: & quia fallaces tempore probãtur ambo ab eo recesserunt. Hic aũt ærarius, qui audaciorat i malis, sic ab eo recessit, vt & cõtradictor verborũ eius existeret. Qui ergo Apostolo ausus erat cõtradicere, nõ immerito euitandũ hunc admonet, dei iudicio istũ dimittẽs. ❧ In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. nõ illis imputetur.) Pressurã & tribulationes sibi illatas, defensionẽ suã nũcupat. Passio enim Christianis vita est, & persecutio defensio. Pressura enim illata pro iustitia, defendit illũ in die iudicii, reos cõstituens perfidos. Inter ipsa ergo initia illatæ pressurę derelictũ se conqueritur: & quia scit hãc esse cõsuetudinẽ, nõ illis vult imputari, quia & dominũ à Iudæis apprehensũ discipuli reliquerũt: quippe eũ scriptũ sit in propheta: Percutiã pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis ❧ Dominus aũt astitit mihi, & cõfortauit me, vt per me prædicatio impleretur, & audirẽt omnes gentes.) Propter quod domini Christi auxiliis munitũ se dicit, & auctũ virtute, vt prædicationẽ impleret in omnibus gentibus: idcirco ignosci petit eis à quibus derelictus est in necessitate: vt bene acceptus à deo, vindicta nõ quærat. Hac enim causa amplius adiutũ se credit à deo, quia derelictus est ab hominib⁹. ¶ Et liberat⁹ sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluũ faciet in regno suo cælesti. cui gloria in æternũ, Amẽ.) Similiter dicit & Petr⁹ coapostol⁹ ei⁹ quia aduersarius noster diabolus circuit fremens, sicut leo quærens quẽ deuoret. Sed quia in Apostolo occasionẽ nõ inueniebat qua illũ deciperet, per filios suos pressurã illi incitabat & pœnas: vt si non quasi peccator, vel quasi iustus de hac tamẽ tolleretur vita, ne multos hortaretur ad fidẽ. Quod cũ prope impleret, dei prouidentia liberatus Apostolus insultat illi, infirmũ illũ testificans. quia de ore eius ereptus est: quia quod cupiuit implere, nõ potuit. Igitur dei auxiliis mortis se ereptũ gratulatur, & de quidẽtia dei tã securus est, vt & de futuris tẽtationib⁹ liberari se credat: & nõ solũ liberari ad præsens, verũetiã saluũ se futurũ in die iudicii, & regnaturũ cũ domino Christo in æterna secula. ¶ Saluta Priscillã & Aquilã & Onesiphori domũ. Erastus remansit Corinthi. Trophimũ aũt reliqui infirmũ Mileti. Solicitus esto ante hyemẽ venire.) Aquila & Priscilla hi sũt apud quos hospitatus operabatur manibus. Onesiphorus autẽ hic est, uius ctestis est in prima epistola. Quid est tamẽ vt præsẽte apostolo q mortuos excitabat, Trophim⁹ infirmaretur? Sed signa propter incredulos facta sunt: & quia ex diuersis causis meritũ collatur apud deũ vt siue qui in tribulatione, siue in ægritudine deo gratias agit, nec ab aduersa parte suffragium quærit, vt proficiat meritis apud deũ. Propter imbres autẽ & frigora cõmonuit vt autũno ad se veniret. ❧ Salutat te Eubolus & pudẽs & Linus & Claudia, & omnes fratres. More consueto impleta est epistola salutatione fratrum. Dominus IESVS Christus cum spiritu tuo. Vale. Hæc subscriptio apostoli est: quod signum esse dicit in omni epistola. Et quia filius dei idem filius hominis est, & IESVS dicitur & Christus: vt & homo significetur & deus duobus nominibus nuncupatur. Vtroque tamen nomine dignitas designatur: qua ratiõe sunt posita nomia

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD TITVM.

PRAEFATIO.

TITVM Apostolus consecrauit Episcopum & ideo commonet eum vt sit solicitus in ecclesiastica ordinatione, id est, ad quos sdã qui simulatione quadã dignos se ostentant vt sublimem ordinem teneant: simũlq; & hæreticos ex circumcisione corripiendos.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Seruus dei, apostolus autem Christi IESV, secũdum fidẽ electorum dei, & agnitionẽ veritatis eius quæ secundũ pietatem est in spem vitæ æternæq, uã promisit deus verax ante tẽpora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbũ suum in prædicatione, quod creditum est mihi secundum præceptũ saluatoris nostri dei. Tito germano filio secundum cõmunem fidem, gratia & pax à deo patre & Christo IESV saluatore nostro.) Decretum donum à deo quod ante secula promiserat, tẽpore saluatoris in prædicatione apostolorũ manifestatũ declarat. Sic enim promiserat, quod etiam sibi creditũ dicit, vt gentibus insinuaret prędestinatam misericordiã dei, vt & Titus verus eius filius, id est secundũ eũ geliũ, (hoc est enim verum quod æternũ est) hanc dei volũtatẽ & solicite suscipiẽs prædicaret gratiam dei & pacem, vt accepto dono pacifici fiant cum deo patre, quia omnia ex ipso sunt, & Christo IESV saluatore nostro, quia ipse liberauit nos à morte. ¶ Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desũt corrigas, & cõstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui. Si quis est sine crimine, vnius mulieris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut inobsequentes. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non proterum, non iracũdum, non vino deditum, non percussorem, non turpia lucra appetentem, sed hospitalem, benignum, prudentem, iustũ, sanctum, continẽtẽ, tenacẽ eius sermonis qui secundum doctrinã fidelis est, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & cõtradicentes reuincere. Sũt enim multi & non obedientes, vaniloqui & seductores, maximè ii qui sunt ex circũcisione, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docẽtes quæ non oportet turpis lucri gratia.) Manifesta sũt quæ lecta sunt. Episcopũ enim & sanctum in operibus, & verbis prudentem ordinari vult vt & fratres exhortari possit, & cõtradicẽtes conuincere, maximè eos qui erant ex Iudæis, qui sub nomine Christi Iudaizare docebant, quos alibi falsos fratres appellat. Renati enim in Christo nõ puri erãt Christiani: partim enim legem, partim Christum venerari volebant. Hos dicit quia domos subuertebãt praua ista doctrina. Duplici etenĩ genere turpibus lucris studebant, quia ideo hęc magis agebant, vt placerẽt Iudęis, à quib⁹ sumptus sperabãt vt pecuniam lucrifacerent, & præputiũ. Hi erãt quæstus eorũ, sicut domin⁹ dicit Iudæis: Ambulatis mare & aridã, vt faciatis vnũ proselytũ. Hęc duo turpia lucra appellat, quia qui sub nomine dei docet, nõ deuotionis causa, sed quæstus turpis lucri captator est. Similiter & qui per circumcisionẽ aliquẽ vult acquirere. Vnde alibi ait: Et gloria in pudendis eorum ¶ Dixit quidam ex ipsis proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, male bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.) Quidam ex Cretẽsibus melioratus per disciplinam dominicam, quid sentiendum esset de Cretẽsib⁹ indoctis expresit, quod & mali essẽt, & ociosi vellẽt comedere. Malitia enim pasci volebant,

A qui cum nihil prosunt, gestiunt & nocere. Duplex ergo malum est. Tales erãt & Cretenses, vnde istum prophetam appellat, sed in causa Cretensiũ. Tam vera enim hũc de his asserit locutum, vt prophetam. Falli enim prophetam impossibile est. ¶ Quã ob causam argue illos dure, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate.) In sistendum præcipit in correptione, vt conuerti possint, & illa sectari quæ iusta sunt, & legi dei condigna, auertẽtes se à Iudaicis fabulis: quia in lege nemo iustificatur apud eum, quanto magis in mandatis hominũ. Quicquid enim aduersum veritatem opponitur, humana inuẽtio est. Nescientes enim vim scripturarum, & interiora verborum legis, colorem sequuntur, non saporem. ideo fabulas dicuntur narrare, non veritatem. Putant enim nũ quam recedendum ab iis quæ Moyses tradidit, vt puta de escis, aut coniugiis, aut neomeniis, aut sanguine mustelæ, vel domo immũda die⁹ septẽ, cũ sciant primores suos Abraham Isaac Iacob sine his iustificatos, & dei
Ezech.20 amicos appellatos: & Ezechiele propheta contestante, quia propter quod legem dei & iustificationes eius pro phanauerint, præcepta acceperint & mandata nõ bona,
Marc.10. in quibus iustificari non possent. Vnde & dominus ait Iudæis: Quia hæc ad duritiam cordis vestri scripsit Moy
Acto.15. ses. Hinc est vnde & Petrus apostolus, Quid imponitis, inquit, iugum supra ceruices fratrum, quod nec̨ patres
B nostri nec̨ nos potuimus portare? Nam si vtilia fuissent tunc data essent quando lex in tabulis data est. Sed quia post tanta signa prodigiorum & legem editam irreuerentes & diffidentes & cernicosi inuenti sunt, talia ac tãta acceperunt mandata, in quibus respirare non possent Hinc factum est vt & boni laborarent cum malis, acceptura mercedem. Hęc ergo pro vindicta data sunt, ita vt tempore quo promissum aduenit donũ dei, misericordia dei relaxaret omnia quæ prius interdixerat. Quod non intelligentes Iudæi, sub iugo permanent: & quorũdam libertatem his volunt vinculis obligare. Ideoq; hos obiurgandos admonet, vt ab his auertantur. ❧ Omnia munda mundis: his verò qui contaminati sunt & sine fide, nihil mundum, sed inquinata est eorũ & mens & cõscientia.) Istos mundos esse significat, qui & qua causa interdicta sunt norũt, & qua causa cõcessa sunt postea. Nãsi in Genesi. primo capi. legitur, quia omnia quę fecit deus, bona sunt: dubium non est quia & munda sunt.
Qui verò non intelligunt, immundi sunt. Accusatores
C ergo scripturæ sunt. Si enim bona facta leguntur, cur interdicuntur quasi execrabilia? Si execrabilia non sunt, quia bona sunt: propter duritiam cordis interdicta noscuntur, quia indigni habiti sunt tota vti dei creatura. Nam qui à melioribus prohibiti videntur, horum mens & conscientia inquinata est, quia creatura dei accusant, vt excusent semetipsos. Deum fatentur se nosse, factis autem negant, quoniam sunt execrabiles & inobedientes, ad omne opus bonum reprobi.) Quanuis ad omnes hæreticos pertineat dictum hoc, tamen de Iudæis intelligitur locutus, qui se Abrahæ deum solos dicunt
Ioan.8. scire, operibus vero abnegant, sicut dicit dominus: Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Quomodo ergo possunt deum Abrahæ scire, qui mysterium & fidẽ eius ignorant, non Euangelii opera sectantes, sed legis factorum, in neomeniis & circumcisione, & cæteris, perturbatores impii & irreuerentes? Hęc sunt opera quę deum nesciunt.

CAPVT SECVNDVM.

TV autẽ loquere quæ decet sanã doctrinã.) Hęc scit deũ, quę appellatur sana doctrina Dei enĩ doctrina salutaris est. ¶ Seniores sobrios esse, graues, prudẽtes, sanos fide, dilectione, patiẽtia.) Qui sint sanæ doctrinæ ostendit, vt minus sobrios, minus graues, infideles, sine D charitate, impatientes, insanæ doctrinæ discipulos significaret. His enim operibus nescitur deus, nec̨ iustitia eius. ¶ Anus pari modo in statu religione digno, non criminatrices, nõ vino multo seruientes, bona docentes, vt instituant adolescentulas viros suos diligere, amare filios, prudentes, pudicas esse, castas, dom⁹ curam habẽtes subditas propriis viris, ne verbum dei blasphemetur.) Tales præcipit esse seniores, vt exẽplo sint bonæ cõuersationis iunioribus, vt si infideles viros habeant, cõgaudeãt eis magis q̃ blasphement nomen dei: dũ vident quia propter dei timorem propẽsius obsequuntur suis viris. ¶ Iuniores similiter hortare cõtinẽtes esse, per omnia teipsum præbẽs exẽplum bonorum operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanũ, irreprehensibile, vt is qui ediuerso est, reuereatur, nihil habens dicere de nobis dignum reprehensione.) Quoniam inuẽtus solet modum egredi, imo prõptior esse ad lapsum, idcirco salubribus retinaculis contineri iubetur, vt infrenata diuinis legibus gubernetur. Quod vt effici non sit arduum aut difficile, magistrum formã esse præcipit, vt ea quæ docet, quomodo fiant ostendat: vt ii qui prophani sunt & inimici fidei, erubescãt, videtes q̃a quę verbis docet, vera esse probat factis. ¶ Seruos dominis suis subditos esse in omnibus optimos, nõ responsatores, nõ fraudantes, sed omnem fidem bonam ostendentes, vt doctrinam saluatoris nostri dei ornẽt in omnibus.) Bonis operibus & fide doctrinam dicit ornari dominicam. Tunc enim placita est & decora, si hic qui eam profitetur, non illam exosam faciat abnegãs factis, sed, amabilem & veram. Non potest enim indecorum esse quod verum est. Cum ergo dicta sequentibus factis impleãtur, ostendantur vera, ac per hoc decora. Tunc possunt domini seE uos suos non tantum à fide non prohibere, verum etiam gaudere, quia fidem eorum etiã sibi vident, proficere. Nemo enim fidem dei custodiẽs, infidelis potest esse hominibus. ¶ Illuxit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos vt abnegata impietate & secularibus desideriis, temperãter & iustè & pie viuamus in hoc seculo.) Donum dei illuxisse hominibus dicit per Christum, id est, veritatem vnius dei manifestatã in Christo, vt pia professione creatorem prædicemus in trinitatis vnitate: quod prius latuit humanum genus, nunc autem misericordia dei illuxit, vt erroris tenebras euitantes, id est ignorantiam & impietatem mundanorum fugientes, pii inueniamur in parentem omnium deum, profitentes eum in veritate, quam tradit Euangelium filii eius: & vt huius rei mercedem habere possimus, bona opera faciamus. Quomodo enim illi qui solum patrem prædicat, spes nulla est si non profiteatur in eadem F veritate & filium: ita & huius spes frustrata est, qui solã professionem fidei habet sine bonis operibus. ❧ Expectantes beatã spem, & aduentum gloriæ beati dei, & saluatoris nostri IESV Christi, qui dedit semetipsũ pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & emũdaret sibi populum abundantem, æmulatorem bonorum operum.) Hanc esse dicit beatam spem credentium, quia expectant aduentum gloriæ magni dei, quod reuelari habet iudice Christo, in quo dei patris videbitur potestas & gloria, vt fidei suæ præmium consequantur. Ad hoc enim redemit nos Christus, vt puram vitam sectantes, repletí operibus bonis regni dei hæredes esse possimus.

CAPVT TERTIVM.

HÆc loquere & exhortare, & argue cũm omni imperio. nemo te contemnat. Admone illos principatibus & potestatibus subditos esse, obedire, H ad omne opus bonum paratos esse.)
Quæ spes credentium sit admonet, vt manifestet, cum

G arguuntur,vt sciant cui bono præparãtur, vt nõ aspere accipiant:certi quia pro salute sua corripiũtur, & vt ad malum tardi sint,ad bonũ verò parati, non nescii quid singulis personi oporteat.¶Neminẽ blasphemare,nõ litigiosos esse,sed modestos, oſtẽdẽtes omnem mansuetudinem ad omnes homines.)Christianos omnibus hominibus humiles vult videri.sic enim posũt perfidi ad futuram spem vocari.¶Eramus enim & nos quondam inconsulti,inobsquentes,errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis,in malitia & inuidia agentes, odibiles,odio nos inuicem habentes.)Hæc bona quæ incredulitas nõ habet,Christianis data memorat, vt in omni iustitia elucentes,manifesti fiant quòd dei cultores sint. Cum enim quondã inconsulti,nunc videtur per omnia sani esse consilii,laudatur in his deus.¶Cum verò bonitas & humanitas illuxit salutaris dei nostri,nõ ex operibus iustitiæ quæ nos fecimus,sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti,quẽ effudit in nos abũde per Christum IESVM saluatorem nostrum, vt iustificati gratia illius,hæredes efficiamur secundum spem vitæ æternæ.)Hoc bonum quod in Christianis florere videtur,de radice pietatis diuinæ oritur. Deus enim misericordia sua saluos nos fecit per Christum, cuius gratia renati,spiritum sanctum accepimus abunde, vt bonis operibus inniti possimus,ipso nos in omnibus adiuuante,vt per hæc hæreditatem regni cælorum assequi possimus. Quamobrem omni deuotione huic obsequi debemus,& præceptis eius parere:quia quicquid in nobis pulH chrum est,spiritalib9 lineamentis ipse depingit.¶Fidelis sermo,& de his volo te cõfirmare, vt soliciti sint ad effectum bonorum operum ii qui crediderunt deo.hæc sunt bona & vtilia hominibus.)Nihil tam apertũ,quia misericordia atq; humanitas bona est ad præsens,& vtilis in futurum.Et hic enim habet laudem, & in iudicii die coronam.Omnis enim deo credens misericordiæ debet studere,per quam viuit.Vt in hæc ergo esset solicit9 rector populi,admonetur,¶Stultas autem quæstiones, & originum enumerationes, & cõtentionem & pugnas legis deuita.sunt enim inutiles & vanæ.) Stultas has quæstiones appellat,quæ salutis effectum non habent,neque aliquam tribuunt scientiæ peritiam ad vtilitatẽ. His verbis multorum hæreticorum denotat dogmata. Quanuis omnia quæ vera non sunt,stulta dicenda sint:alius tamẽ est qui res fabulosas inducit,& alius qui calliditate tergiuersationis rem veneno plenam proponit,vt est Arrius & Fotinus.Fabulosa autem non lex,sed hæresis est,quãI tum ad tempus pertinet illud Iudæorum, dum quidem eorum sibi vendicarent prærogatiuã originum patriarcharum,quæ de matrimoniis ortæ sunt,cum ex hoc nullum meritum sit apud deum. Quidam vero vrceorum & cæterorum vasorum baptisma,& sãguinem mustelæ magna cura expiandum: & quia ideo Moysi sepultura abscondita est,ne à Magis excitaretur.quod si verum esset,& cæterorum sanctorum absconderida fuerat sepultura.Et quia Salomon adiutorio dæmoniorum templũ ædificauit, in quo opere ingens multitudo laborauit. quid tam fabulosum?¶Hæreticum hominem post primam correptionem deuita,sciẽs quod peruersus est huiusmodi,& delinquit à semetipso damnatus.) Hæretici hi sunt,qui per verba legis legem impugnant.
Proprium enim sensum verbis astruunt legis, vt prauitatem mentis suę legis authoritate commendent.Sciens enim impietas authoritatẽ multũ valere, fallaciam sub nomine eius componit:vt quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest,bono nominis commendetur.Idcirco huiusmodi homines vt inexcusabiles sint, semel corripi oportere.Frequentius enim correpti,exercitatiores fient in malo.Cogere autem illos videtur qui sæpe corripit, vt solicitiores fiant ad perditionẽ multorum:ideo dimittendos,vt negligentiores effecti,soli for-

te depereant.¶Cum misero ad te Artemã aut Tychicũ K festina ad me venire Nicopolim. ibi enim statui hyemare.) Post epistolam datã etiam ipsum videre vult affect9 causa,& vt plenius illũ firmaret in ecclesiastica disciplina.¶Zenam legis peritum & Apollo solicite premitte, vt nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præsse ad vsus necessarios,vt non sint infructuosi. Vterq; nobilis est sapientia & operibus, & idcirco iubet sumptus illis necessarios dari ab iis qui crediderãt,vt refrigerarent:quia dignum erat vt qui spiritalia tradebãt, non illis deesrent carnalia. Quanuis enim Zenam legis peritum vocitet, Apollo tamen perfectus erat in scriptu ris:sed quia Zena huius professionis fuerat in Synaga, sic illum appellat.¶Salutant te omnes qui mecum sunt.) Propter compendium simul omnes consalutare: illum significat.¶Saluta eos qui nos amant in fide.)Il los salutatione sua dignos videri vult, qui fideliter illũ diligunt affectu Christi domini nostri.¶Gratia dei cũ omnibus vobis.) Nunc generaliter omnes salutat fratres & domesticos Titi.

Diui Ambrosii

MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD PHILEMONEM.

PRAEFATIO.

PHILEMON nulla erat ecclesiasticę ordina L tionis prædicatus dignitate,sed vir laudabilis,vn9 ex plebe. Cui causa Onesimi serui eius familiares literas facit, vt non solum ignoscat ei, sed & deo gratias agat, quia talem illum recipit,vt non seruum æstimet,sed dilectissimum fratrem.

PAVLVS Vinctus Christi IESV, & Timotheus frater Philemoni dilecto fratri,& laborum nobis participi,& Appiæ sorori charissimę & Archippo cõmilitoni nostro, & domesticæ eius Ecclesiæ: Gratia vobis & pax à deo patre nostro,& domino IESV Christo.) Vt dignitatem epistolæ à se missę faceret,ab iniuria sua cœpit.Sicut enim peccati causa vinciri opprobrium est ita econtra pro Christo custodiæ vincula sustinere,maM xime gloria est. Eo enim tempore quo hanc epistolam misit,in custodia erat. Quanuis clericus non fuerit Philemon,tamen intererat ecclesiasticis necessitatibus causa deuotionis.vnde participem hunc dicit laborum, Sunt enim multi,qui cum sint digni,excusant tamen, in fimos semetipsos iudicantes tanti ministerii: vnde vere digni apparent.
¶Gratias ago deo semper mentionẽ tui faciens in orationibus meis, audiens fidẽ tuã & charitatẽ quam habes in dominũ IESVM,& in omnes sanctos,vt cõmunicatio tua accepta fiat i agnitione omnis boni,quæ ĩ nobis est ĩ Christo.)Gaudere se dicit,& deo gratias referre in precibus suis,quia firmus erat in fide,& bonis operibus insistebat. Qui enim diligit Christũ,probare hoc debet in seruos eius, sciens dominũ sibi imputaturum quicquid constiterit erogatum in seruis. Apostol9 tamẽ hoc se dicit addere precibus,vt operatio eius cũ cognitione fiat bonitatis,hoc est vt tali hoc mente operetur,vt in futurum huius rei expectet mercedem.¶Gaudium'enĩ magnum habui & consolationẽ super charitate tua, quia

A viscera sanctorum requieuerunt per te frater.) Manifestum est quia idcirco se significat lætum esse, quia sanctorum necessitatibus vtensilia ministrabat, vnde plus gaudet,certus ex hoc quia obsequeretur & mandatis eius quem constat esse potiorem.¶Qua propter multã fiduciã habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet,propter charitatem magis deprecor, cum talis sis sicut Paulus senex,nunc autem & vinctus Christi IESV,)Quantum ratio exigebat,dignum erat imperare discipulũ magistrũ,& fiducia apostolicæ authoritatis:sed quia vir bonus erat Philemon, per affectum illum prouocat obaudire,quasi coæuum ætatis, & vinctum Christi IESV,id est,obligatum negociis dominicis, vel propter nomẽ eius subiectum vinculis, sicut erant & ipsi apostoli.Tales enim fuerunt Iudas & Syleas, qui cum ex plebe essent primores inter fratres, obligauerant semet ipsos dominicis actibus,vt vnà cum apostolis cogonizarent propter fidem dei. vnde Syleas particeps laborũ inuenitur apostoli.¶Obsecro te de meo filio,quem genui in vinculis Onesimo quondam tibi inutilem,nunc vero tibi mihiq; vtilem,quem remisi ad te. Tu autem illum itidem sicut mea viscera suscipe, quem ego voluerã apud memetipsum retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelii: sed contra tuum consilium nihil volui facere, vt non velut ex necessitate bonum tuum B esset,sed voluntarium.)Non magnum est humilem inclinare se,laudabile vero sublimẽ virum humiliare se. Ideo Apostolus rogat eum cui imperandi habet potestatem,vt in omnibus forma sit ad profectum meritorum. Onesimum ergo profugum decurrentem ad diuinũ auxilium,cũ esset in custodia vrbis Romæ,baptizauit Apostolus videns in illo vtilitatis spem. Quem sic commendat,vt suum animum in illo significet idoneũ ex inutili factum tam secularibus quàm diuinis obsequiis.¶Forsi tan enim idcirco recessit ad horam, vt æternum illum reciperes,non iam velut seruum,sed pro seruo dilectissimum fratrem,maximè mihi: quanto autem magis tibi & in carne & in domino?)Onesimus offenso domino ,p prio confugit longa peregrinatione ad Apostolum, vt ostenderet se non ad hoc recessise,vt delicti esset obnoxius,sed vt obliteratis peccatis vtilis reuerteretur,intantum vt non solum domino suo equalis fieret meritis,sed ipsi magistro frater.Et ne Philemon aliquod,vt assolet, quasi dominus aduersum seruum fastidium inflationis pateretur,humiliat illum,cum dicit illum fratrem & in carne & in domino:vt sublata humanę conditionis cau- C sa,quia omnes ex vno sumus Adam,fratres nos cognoscamus,maximè cum fides accedit media, quæ omnem superbiam amputat.¶Si ergo habes me socĩ, assume illum sicut me.)Tantum se affectum habere circa Onesimum ostendit,vt tunc Philemonem, quem superius laudat,participem suum dicat, si istum sic susceperit sicut Apostolum.Hoc est enim quod dixit Salomon: Seruo Eccli. 10: sapienti liberi seruient. Quod dictum terrori est Philemoni,vt saltem vel hac causa asumeret eum,si charitate flecti non posset.¶Sin autẽ aliquid læsit te, aut debitor est,hoc mihi imputa. Nunc excusat onẽ iracundiæ conuellit,ne forte sic læsum se esse ab eo quereretur, vt illi ignoscendum minime videretur. Quod si esset,sibi imputandum dicit,per quem regni cælorum hæredes futuri sunt qui antè peccauerunt.¶Ego Paulus scripsi mea manu,egò reddam, vt non dicam tibi quod etiam teipsum mihi debes.)Siqua offensa est Onesimi, cautionem suam testatur esse idoneam,vt pro illo satisfaciat. Et vt verum loquatur,suberigit se & dicit,quia minus ab illo exigit quàm debere probatur.In seruo enim cogitur sa D tisfacere qui seipsum debito onerat.¶Ita frater fic ego te fruar in domino,refoue viscera mea in Christo. Fiduciam habens obauditionis tuæ scripsi tibi, sciens quia super quam dico facies.)Modo blanditur vt obauditio eius voluntaria sit,vt possit fructum habere. Sic enim prouocat eum,vt amplius faciat quàm postulatur ab eo. Solet enim fieri vt qui videt bene de se sentiri, meliorẽ se præbeat.¶Simul autem præpara mihi hospitiũ. Spero enim quod per orationes vestras donabor vobis.) Vt solicitiorem illum faciat,& magis obediat, venturũ se esse illis significat.Solent enim absentes contemni.Et vt quid Apostolus hic adhuc esse non dedignatur, qui semper tædia passus est & exitia, cædes, persecutiones, ac vincula, & cuius requies non erat nisi in solo Christo?Sed propter profectum credentium, vt & inimicos crucis Christi confunderet,ad dei gloriam augmentandam carnem suam passionibus offerebat, vt animæ suæ & corpori coronas immortalitatis acquireret.
¶Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo IEsv,Marcus,Aristarchus,Demas,Lucas,adiutores mei.) Hos omnes participes gloriæ suæ testatur,
¶Gratia domini nostri IESV Christi cum spiritu vestro.Amen.)Hæc subscriptio Apostoli est confirmantis epistolam missam.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI TOMI QVARTI

FINIS.